

BIBLIA SACRA
Vulgatæ Editionis
SIXTI V. PONT. MAX. IVSSV
Recognita atque edita.

Cum Scholijs plurimum auctis et emendatis Ioannis Marianæ, et Notationibus Emmanuelis Sa. Societatis Iesv Sacerdotum. Quibus singulis Sacri Textus Capitibus ſubiunguntur, perpetui Commentarij vicem ſupplenti Petri Lansselii eiuſdem Soc. Supplementa.

Tomus Secundus.

ANTVERPIÆ
OFFICINA PLANTINIANA
Apud Balthaſarem Moretum, et Viduam Ioannis Moreti, et Io. Meurſium
M. DC. XXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROPHETIA ISAIÆ.

CAPVT PRIMVM.

Tempus quo prophetauit Iſaias ſuper Iudam & Ieruſalem, quæ ob ſuam ingratitudinem aliaque ſcelera, omnis generis plagis à Deo percuſſa, non eſt ad emendationem reuerſa: quamobrem ... deſolationem: victimas & ſolemnitates ipſius reijcit: & quid facere debeat vt in gratiam à Deo recipiatur, rurſum ob defectionem à priſtina virtute in varia peccata, grauem vindictam, & futuram tandem ipſius liberationem & in feliciorem ſtatum reſtitutionem vaticinatur.

VISIO Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ, regum Iuda. A
2 * Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.
3 * Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.
4 * Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum. B
5 * Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens.
6 * A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.
7 * Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili.
8 * Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. C
9 * Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.
10 * Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrhæ.
11 * Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.
12 * Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis?
13 * Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri. D
14 * Calendas veſtras, & ſollemnitates veſtras odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.
15 * Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: [a] manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.
16 * [b] Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis
17 meis: quieſcite agere peruerſè, * diſcite beneface-
E re: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iu-
18 dicate pupillo, defendite viduam. * Et venite, & arguite me, dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana
19 alba erunt. * Si volueritis, & audieritis me, bona
20 terræ comedetis. * Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuora-
21 bit vos, quia os Domini locutum eſt. * Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iuſtitia habitauit in ea, nunc autem
22 homicidæ. * Argentum tuum verſum eſt in
23 ſcoriam: vinum tuum mixtum eſt aqua. * Prin-
F cipes tui infideles, ſocij furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. [c] Pupillo non iudicant: & cauſa viduæ non ingre-
24 ditur ad illos. * Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël: Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis
25 meis. * Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum. * Et reſtituam iudi-
26 ces tuos vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus: poſt hæc vocaberis ciuitas iu-
G ſti, vrbs fidelis. * Sion in iudicio redimetur, &
27 reducent eam in iuſtitia: * & conteret ſceleſtos,
28 & peccatores ſimul: & qui dereliquerunt Dominum, conſumentur. * Confundentur enim
29 ab idolis, quibus ſacrificauerunt: & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, * cùm fueritis velut
30 quercus defluentibus folijs, & velut hortus abſque aqua. * Et erit fortitudo veſtra, vt fauilla
31 ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrumque ſimul, & non erit qui extinguat.

[a] Iſa. 59. a.1
[b] 1.Pet. 3. d.11
[c] Ierem. 5. g.28

IOANNIS MARIANÆ E SOC. IESV IN ISAIAM SCHOLIA.

LIBRI huius auctor Iſaias. Rabbi Iſaac Harama Præfatione in Cantica Ezechiam & ſocios eius librum habent ſcripſiſſe ait ... Fuit è tribu Iuda, genere ... eloquio elegans, nouo ... tam Propheta, quàm Euangeliſta, ob aperta de Christo vaticinia. Sic Hieronymus. Se-

Digitized by Google

ptuaginta fermè annis prophetaſſe Iſidorus in Proœmiis ait. Manaſſes impius Rex medium ſecuit. Is finis vitæ, ea merces meritis fuit.

1 VISIO ISAIÆ. Chald. *Prophetia.* Sic autem vocatur, quoniam Prophetæ vident futura, & nuntiant ea; vnde *Videntes* vocantur, 1. Reg. 9. v. 9. FILII AMOS. *Amos* fuit frater Amaſiæ Regis Iuda: 4. Reg. 14. verſ. 1. Sic Hebræi ſentiunt. SVPER IVDAM ET IERVSALEM. Sept. *contra Iudæam.* Sanè *ſuper* ſæpè ſignificat *contra.* Eſt ergo *Prophetia* contra Iudam & Ieruſalem. i. contra tribus Iudæ & Beniamin. nam Ieruſalem in tribu Beniamin erat. IN DIEBVS OZIÆ. *Ozias* vocatur *Azarias*, 4. Reg. 15. v. 1.

2 AVDITE CÆLI.... QVONIAM DOMINVS LOCVTVS EST. i. Deo reuelante, & ex eius iuſſu locuturus ſum. FILIOS ENVTRIVI. Sept. *genui.* SPREVERVNT. Hebr. *præuaricati ſunt.* Chald. *rebellarunt in verbum meum.*

3 ASINVS PRÆSEPE DOMINI SVI. Hebr. *dominorum ſuorum.* Sed in ſingulari olim legiſſe Sept. & Chald. argumento ſunt qui vertunt, *cognouit aſinus præſepe domini ſui.* Et fortaſſe Hypallage eſt, *præſepe domini*, pro *dominum præſepis* cognouit.

4 VÆ.... POPVLO GRAVI. pro, grauato iniquitate. SEMINI NEQVAM. Hebr. *ſemini malorum.* Ita vox *nequam* eſt in genitiuo plurali. BLASPHEMAVERVNT. Hebr. & Sept. *ad iracundiam concitaſtis ſanctum Iſrael.*

5 SVPER QVO PERCVTIAM VOS? Sept. *quid percutiam vos fruſtrà?* ſ. id erit nullo fructu. Tum verba Hebr. poſſunt ſic verti. *Ad quid percutiam?* q. d. neque beneficia vos vincunt, neque illatis malis à malo reuertemini.

6 A PLANTA PEDIS. Omnes ſunt mali, populus, & Principes. PLAGA TVMENS. Hebr. *recens*, ſeu *ſanioſa.* NON EST CIRCVMLIGATA. Hebr. *compreſſa.* CVRATA MEDICAMINE. Hebr. *circumligata non eſt.*

7 TERRA VESTRA DESERTA. pro, deſeretur. Loqui videtur de captiuitate Babylonica, quando duæ tribus eò ſunt ductæ. Sic alia verba ſequentia, *ſuccenſæ, deuorant*, pro futuris ſumantur. ET DESOLABITVR SICVT IN VASTITATE HOSTILI. Pagn. *& deſolatio ſicut euerſio alienorum.* ſed per *alienos* hoſtes intelligit.

8 FILIA SION. i. Ieruſalem ſita ad montem Sion, illique ſubiecta. SICVT TVGVRIVM IN CVCVMERARIO. Melones ibi etiam erant & cucurbitæ aliaque ad mitigandum æſtum; nempe in regione calida. SICVT CIVITAS, QVÆ VASTATVR. Vox Hebr. נצורה *nezurah*, vt ait Schol. Hebr. poteſt ſignificare *vaſtata*, quod Hieronymus & Pagninus ſecuti ſunt. Poteſt etiam ſignificare *obſeſſa*, quod Chald. & Sept. ſunt ſecuti. Ergo manebit Ieruſalem ſicut ciuitas obſeſſa, quæ multa mala patitur, hoſtibus ex omni parte circumfuſis. Si ea vox deducitur à verbo *zur*, ſignificat *obſeſſa*; ſi à *nazar*, *deſolata*, *vaſtata.*

9 RELIQVISSET NOBIS SEMEN. i. niſi ſeruando generi quibuſdā pepercisſet, penitùs vt Sodoma periiſſemus.

10 PRINCIPES SODOMORVM audite. iis nempe ſimiles. LEGEM, doctrinam audite.

11 QVO MIHI. Hebr. *vt quid mihi victima?* PLENVS SVM. i. ſatiatus. eas faſtidio victimas. ADIPEM PINGVIVM. *Saginatorum, altilium.* id vox Hebr. ſignificat. Pagn. *bubulorum.* NOLVI. pro, nolo.

12 CVM VENIRETIS. Sept. *neque veneritis.* nempe Hebraicè pro כי *chi*, legerunt מה *mah*. Quæ lectio ſignificat, *Quid venitis? Ne veniatis ante conſpectum meum.* VT AMBVLARETIS. i. nihil aliud facitis, quàm calcare atria. Quis hoc quæſiuit?

13 SACRIFICIVM FRVSTRA ne offeratis. Hebr. *ſacrificium mendax.* nempe, quia aliud geritis corde. ſ. impietatem. Aut ſacrificium vanum, quo non impetrabitis quod cupitis. INIQVI SVNT COETVS VESTRI. Hebr. *iniquitas & cœtus.* pro, iniquitas in cœtu. Hieronymus ſententiam expreſſit.

14 CALENDAS. Hebr. *menſes veſtros.* i. menſium initia, *neomenias*, vt Sept. & Chald. ponunt, (Primus dies cuiuſque menſis feſtus Iudæis erat) *odiuit anima mea.*

15 MANVS ENIM VESTRÆ SANGVINE PLENÆ SVNT. quem ſ. effunditis. Ideò cùm extenderitis manus, *auertam oculos.* Hebr. *abſcondam oculos.* Tale ſpectaculum non feram.

16 AVFERTE MALVM COGITATIONVM. Chald. *operum.* Alij *ſtudiorum* vertunt. vox Hebr. *mahalalim*, *opera* ſeu *ſtudia* ſignificat. QVIESCITE. i. deſinite agere peruersè.

17 QVÆRITE IVDICIVM. i. vter litigantium potior cauſa ſit, diſquirite. IVDICATE PVPILLO. Chald. *iudicate iudicium pupilli.* DEFENDITE VIDVAM. Hebr. *litigate viduam.* i. cauſam viduæ. Nullius ſolitudo illi apud vos noceat.

18 ARGVITE ME. Hebr. *increpemus.* Sept. *diſceptemus.* i. videamus veſtra cauſa ſit potior an mea. Vel *arguite me*, niſi fecero quæ ſequuntur. SI FVERINT PECCATA VESTRA VT COCCINVM. *Coccus* granum eſt, inde *coccinum* color, qui ex granis illis fit ruber. *Grana* dicta Hiſp. à granis. SI FVERINT RVBRA QVASI VERMICVLVS. Repetitio eſt. Ex granis fiunt vermes, è quibus idem color, ſed melior & lucidior. Hiſp. *grana de poluo.*

20 QVIA OS DOMINI LOCVTVM EST. ſupple, id certò eueniet, nempe à Deo prædictum.

21 CIVITAS FIDELIS, quæ antè viro fidem ſeruabat, nunc quomodo in ſcortum degenerauit? PLENA IVDICII. i. æquitatis erat plena antè, nunc contrà.

22 ARGENTVM TVVM VERSVM EST IN SCORIAM. Incuborum argentum in carbones vertitur; ſic veſtrum argentum euaneſcet. *Plata de duendes.* Aut potiùs *argenti* nomine pecuniam intelligamus, quod ſæpè in Sacris fit, vt Romani *æris* nomine pecuniam intelligunt. Ergo pecuniam multa mixtura adulteraſtis. Inuerſæ Reipubl. ſignum, cùm pecunia adulteratur. Eam mixturam *ſcoriam* vocet. Fauent ſequentia. VINVM TVVM MISTVM EST AQVA. non ſincerum venditur. Sept. etiam fauent: *Argentum tuum reprobum.*

23 PRINCIPES TVI INFIDELES. Hebr. *rebelles.* Omnia hæc ſigna ſunt Reipubl. perturbatæ & inuerſæ. SEQVVNTVR RETRIBVTIONES. i. munera expetunt, vt ſit repetitio eius quod dixit, *diligunt munera.* Aut vt Chald. *Iudices inter ſe mutuò diſſimulant: Faueo tibi, vt mihi viciſſim in lite mea faueas.* PVPILLO NON IVDICANT. i. cauſam pupilli & viduæ non tractant. ſic verſu 17.

24 HEV, CONSOLABOR SVPER HOSTIBVS MEIS. Hebr. *de hoſtibus meis.* ſ. ſumpta vindicta. ET VINDICABOR. Repetitio.

25 EXCOQVAM AD PVRVM. Pagn. *purgabo quaſi fornax.* בר *bor* ſignificat, quod *criſol* Hiſpan. dicimus, quo argentum purgatur: ſignificat ergo, Purgabo ſicut in conflatorio. STANNVM TVVM. Per *ſtannum* & per *ſcoriam* mixturam alterius metalli ſignificat. q. d. pecuniam, quam adulteraſti, ſuo nitori reſtituam, aut improbos & inobedientes auferam; quos per *ſcoriam* & *ſtannum* Chald. & Sept. intelligunt.

26 VOCABERIS CIVITAS IVSTI. Hebr. & Sept. *Iuſtitiæ ciuitas vocaberis*, poſt tuam reſtitutionem.

27 SION IN IVDICIO REDIMETVR. i. poſt iudicium, poſtquam punita fuerit. REDVCENT. Hebr. *reuerſi eius.* ſ. qui reuertentur de captiuitate, redimentur. REDVCENT EAM IN IVSTITIA. i. iuxta merita eorum. Sept. *iuſtitiam* pro eleemoſyna ſumentes, quod ſæpè fit, ſic totum locum vertunt: *Cum enim iudicio ſaluabitur captiuitas eius, & cum eleemoſyna.* Nimirum vocem *ſabeiha* à verbo שבה *ſabah* deduxerunt, quod eſt *captiuum ducere*, non à *ſub.* i. *reuerti.*

29 CONFVNDENTVR. Pudefient. AB IDOLIS. ſic Sept. Chald. *à lucis idolorum.* Hebr. *ab arboribus*, ſiue ſint vlmi, vt quidam volunt, ſiue quercus. Ergo pudefient ob arbores, ſub quibus idola colebant. QVIBVS SACRIFICAVERVNT. Hebr. *quas* (arbores) *concupiſtis.* ſ. ad ſacrificandum idolis. ET ERVBESCETIS SVPER HORTIS. Hebr. *ab hortis.* QVOS ELEGERATIS ad colenda ſ. idola. Mutat perſonam, vt ſæpè in Sacris fit.

Digitized by Google

Cum fueritis velut quercus [illegible] ſpoliati foliis [illegible] re veſtro, vt quercus [illegible] Chald. quercus [illegible] quæ folia. Quidam [illegible] ſignificari voce Hebr. [illegible]. Sicut hortus absque aqua. ſ. omni decore ſpoliati eritis, vt hortus ſine aqua, quæ eſt velut anima hortorum.

Fortitudo. Hebr. fortis. [illegible] vox [illegible] baſan, fortitudinem ſignificat, vt Chald. & Sept. verterunt. Vestra non eſt Hebr. ſed bene ſuppletur. Sept. fortitudo eorum dixere. Chald. fortitudo impiorum. Et opus vestrum. [illegible] Vt favilla stuppæ. Hebr. ſtuppa. Sed multis punctis [illegible] Sept. dixerunt [illegible] eſt; Fortitudo, i. diuitiæ & præſidia quibus confiditis, erunt inſtar ſtuppæ quæ facilè comburitur; & opus [illegible] carum diuitiarum [illegible] ſtuppam rebellabitis, [illegible] erit inſtar ſcintillæ, quæ comburet ſtuppam, & vnà cum illa peribit, nullo qui ad incendium accurrat.

EMANVELIS SA E SOCIETATE IESV IN ISAIAM NOTATIONES.

VISIO. i. reuelatio. Chald. [illegible] Amos. ſ. filius Amos. Super. ſ. [illegible] Iuda. Lxx. contra. Ierusalem. [illegible]

[illegible]

ratum eſt coccineus color & vermiculi. ex granis enim ſunt vermiculi, quorum ſanguine color fit, qui vulgò grana dicitur, i. à granis illis.

19 Bona. i. fructus.

21 Quomodo. Admirantis. Fidelis. i. quæ olim fidem ſeruabat. Iudicii. i. æquitatis, ſeu iuſtitiæ.

Principes, &c. Explicatio præcedentis. Infideles. Hebr. [illegible] Chald. rebelles. Lxx. inobedien-

23 tes. Retributiones. i. munera, vt ſit repetitio. vel q. d. alter alterum iuuat iniquè, vt ab illo viciſſim iniquè iuuetur. ſic enim Chald. interpretatur. Iudicant. i. ius reddunt.

24 Heu. Lxx. væ. Consolabor. ſ. ſumpta vindicta.

25 Excoquam. i. purgabo more ignis. Scoriam tuam. Lxx. inobedientes. Chald. improbos tuos. Omne stannum tuum. Chald. omnes peccatores tuos. Lxx. omnes iniquos à te, & omnes ſuperbos.

26 Iusti. Hebr. & Lxx. iuſtitiæ.

27 In iudicio. Chald. cum factum fuerit in ea iudicium. In iustitia. Lxx. cum eleemoſyna.

28 Conteret. ſ. Deus.

29 Confundentur. i. pudeſcent. Ab idolis. i. ob idola. ſ. quæ coluerant, nec potuerunt ab eis liberari. Elegeratis. ſ. ad colenda idola.

31 Favilla stuppæ. Hebr. ſtuppa. Chald. ſtuppa lini. Lxx. ſtipula ſtuppæ. Vtrumque. i. fortitudo, & opus, ſeu vt eſt Hebr. fortis, & operator. Lxx. iniqui, & peccatores. Chald. impij, & opera eorum praua.

CAPVT II.

Ad montem domus Domini fluent omnes gentes, & de Sion exibit lex, nec vltra bello moleſtabitur: domus verò Iacob ob idololatriam, auaritiam & reliqua ſcelera abiicietur: ſuperbi humiliabuntur, & ſolus Dominus exaltabitur.

1 VErbum, quod vidit Iſaias, filius Amos, Mich. 4. a.
2 ſuper Iuda & Ieruſalem. * Et erit in no-
A uiſſimis diebus præparatus mons domus Do-
mini in vertice montium, & eleuabitur ſuper
3 colles, & fluent ad eum omnes gentes. * Et
ibunt populi multi, & dicent: Venite & aſcen-
damus ad montem Domini, & ad domum Dei
Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabi-
mus in ſemitis eius: quia de Sion exibit lex, &
4 verbum Domini de Ieruſalem. * Et iudicabit
Gentes, & arguet populos multos: & confla-
bunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas
B in falces: non leuabit gens contra gentem gla-
5 dium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. * Do-
mus Iacob venite, & ambulemus in lumine
6 Domini. * Proiecisti enim populum tuum, do-
mum Iacob: quia repleti ſunt vt olim, & au-
gures habuerunt vt Philiſthiim, & pueris alie-
7 nis adhæſerunt. * Repleta eſt terra argento &
8 auro: & non eſt finis theſaurorum eius: * Et
repleta eſt terra eius equis: & innumerabiles
quadrigæ eius. * Et repleta eſt terra eius idolis:
opus manuum ſuarum adorauerunt, quod fe-
9 cerunt digiti eorum. * Et incuruauit ſe homo,
10 & humiliatus eſt vir: ne ergo dimittas eis. * In-
C gredere in petram, & abſcondere in foſſa hu-
mo à facie timoris Domini, & à gloria maie-
11 ſtatis eius. * Oculi ſublimes hominis humiliati
ſunt, & incuruabitur altitudo virorum: exalta-
12 bitur autem Dominus ſolus in die illa. * Quia
dies Domini exercituum ſuper omnem ſuper-
bum, & excelſum, & ſuper omnem arrogan-
13 tem: & humiliabitur. * Et ſuper omnes cedros
Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes
14 quercus Baſan. * Et ſuper omnes montes excelſos,

ſos, & ſuper omnes colles eleuatos. * Et ſu- 15
per omnem turrim excelſam,& ſuper omnem
murum munitum, * & ſuper omnes naues 16
Tharſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum D
eſt. * Et incuruabitur ſublimitas hominum, & 17
humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur
Dominus ſolus in die illa: * & idola penitus 18
conterentur: * ª & introibunt in ſpeluncas pe- 19
trarum, & in voragines terræ, à facie formi-
dinis Domini, & à gloria maieſtatis eius, cùm
ſurrexerit percutere terram. * In die illa proii- 20
ciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra au-
ri ſui, quæ fecerat ſibi vt adoraret, talpas &
veſpertiliones. * Et ingredietur ſciſſuras petra- 21
rum, & in cauernas ſaxorum, à facie formidi-
nis Domini, & à gloria maieſtatis eius, cùm
ſurrexerit percutere terram. * Quieſcite ergo 22
ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt,
quia excelſus reputatus eſt ipſe.

ª *Oſee* 10. *b.*8 *Luc.* 23. *d.*30 *Apoc.* 9. *d.*17

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM....SVPER IVDA. Sept. *de Iudæa*. Hîc *ſuper* non ſumitur pro *contra*, quoniam proſpera ferè hoc capite nuntiantur.

2 ERIT....PRÆPARATVS. Sic Hebr. Sept. *manifeſtus*. *ἐμφανές*. Videntur illi pro נכון *nachon* legiſſe נבון *nabon*. Idem accidit Michææ 4. verſ. 1. Tum Cyprianus lib. 2. epiſt. 17. citat: *& erit manifeſtus mons*. MONS DOMVS DOMINI. In quo erit templum Domini. i. Eccleſia. IN VERTICE MONTIVM. Hoc, & quod ſequitur, ET ELEVABITVR SVPER COLLES, ad dignitatem refer to. Plura & maiora in eo fient prodigia, quàm in Sina & aliis montibus. FLVENT AD EVM. Vox Hebr. ſignificat *inſtar fluminis fluent*. OMNES GENTES. i. plurimæ Euangelio credent.

3 DOCEBIT NOS VIAS SVAS. Hebr. *de viis ſuis*. i. partem viarum ſuarum, myſteriorum ſuorum nos docebit. Omnia non capit mortalitas. DE SION EXIBIT LEX, ET VERBVM DOMINI. Vtraque voce *Euangelium* ſignificatur.

4 IVDICABIT GENTES. ſ. Deus Chriſtus ſibi orbem ſubiiciet, arguet quaſi Iudex, lites componet, diſceptabit inter litigantes. Ex eo ſumma ſequetur pax, ſub vno capite orbe quieſcente. CONFLABVNT GLADIOS SVOS IN VOMERES, aut *in ligones*. NEC EXERCEBVNTVR. Hebr. *non diſcent ampliùs bellum*. Hæc Chriſti aduentu ſunt facta.

5 DOMVS IACOB, poſteri Iacob, gens Iſraelitica. AMBVLEMVS IN LVMINE DOMINI. i. eius doctrinam & præcepta ſequamur. Aut, hanc felicitatem conſectamini, pacemque tenete, & bona pacis.

6 PROIECISTI ENIM. ſuperiori ſ. tempore, antequam Chriſtus veniret, ante hanc felicitatem Deus eum populum proiecit. Meminit eiectionis populi, & quam ob cauſam, vt eos ab ea iniquitate deterreat. QVIA REPLETI SVNT. Qua re ſunt repleti? Chald. ſupplet, *idolis*. VT OLIM. Chald. & Sept. *vt ab initio*. i. primis temporibus. Quidam vertunt, *quia repleti ſunt præ Oriente*. ſic מקדם *miquedem* explicant. i. magis quàm Orientales. ſ. idolis. PVERIS ALIENIS ADHÆSERVNT. Chald. *& in legibus populorum* (Gentium) *ambulant*. Sept. *multi filij alienigenæ nati ſunt eis*, quia ſ. alienigenas duxerunt. Quidam vertunt: *Et in filiis alienigenarum acquieſcunt*. Et per *filios* intelligunt libros, aut artes ab alienigenis inuentas, quibus ſe Iudæi oblectabant.

7 REPLETA EST TERRA. Cùm copiis omnibus abundarent, deliquere tamen, nihilominùs tamen idola coluerunt innumera.

9 INCVRVAVIT SE HOMO. i. adorauit idola. Idem ſignificat quod ſequitur. ET HVMILIATVS EST VIR. is eſt adorantis habitus.

10 ABSCONDERE IN FOSSA HVMO. Hebr. *in puluere*, .i. in terræ cauernis abſcondere. A FACIE TIMORIS. .i. à timore, præ timore. Vox *à facie* ſæpè redundat. Prædicit ſupplicia, quæ patientur, quoniam priorum iniquitates imitabantur.

11 HVMILIATI SVNT. pro, humiliabuntur. IN DIE ILLA. Quo tempore iniquos puniet Deus.

13 SVPER OMNES CEDROS LIBANI, dies Domini veniet, id eſt, ſuperbos. in eos maximè deſæuiet ira Dei. QVERCVS BASAN. *Cedri, & quercus* arbores ſunt pulchræ, per quas venuſti homines deſignantur.

16 NAVES THARSIS. Sept. *maris*. Tharſis duplex, tum illa, vnde Salomon aurum petebat, inſtructa claſſe in Aſiongaber maris Rubri portu: 3. Reg. 10. verſ. 22. & 2. Paralip. 20. verſ. 36. Tum illa, quò Ionas ibat è Ioppe ſoluens, quam docti credunt eſſe Tunetum, Carthaginem. Et *naues Tharſis* celebrantur Pſal. 47. verſ. 8. nam à Tyro oriundi cum ea vrbe emporio nobiliſſimo Orientis commercia habebant. Ita de poſteriori tum Pſalmum, tum Iſaiam loqui crediderim. SVPER OMNE, QVOD VISV PVLCHRVM EST, erit ſ. dies Domini. Quidam vertunt: *Super omnes picturas deſiderij*. i. ſuper omne quod mente & voto fingere poſſumus. Quod aliis verbis expreſſit Hieronymus: *Itaque in die illa, cum veniet ad puniendum Dominus, ſubiiciet ſibi cedros*. i. pulchros quoſque, *tum montes & colles*. .i. Principes, *tum murum munitum*. i. fortes, *tum naues Tharſis, quæ erant ditiſſimæ*. i. opulentos. Deniq; omnia, quæ deſiderari poſſunt, ea proſternet.

19 ET INTROIBVNT. ſ. homines præ terrore. VORAGINES TERRÆ. Hebr. *foueas pulueris*. i. ſubterraneas. vt verſ. 10. CVM SVRREXERIT PERCVTERE, ſeu *conterere* terram. Sept. & Chald. ſic verſ. 21. vbi idem verbum eſt.

20 SIMVLACHRA AVRI. i. idola proiiciet homo, quæ fecit. VT ADORARET. Hebr. *vt ſe incuruaret*, vt v. 9. TALPAS ET VESPERTILIONES. Hebr. *fodienti foueas*. (ea eſt talpa) *& veſpertilionibus* ſe ſ. incuruarunt.

21 CAVERNAS SAXORVM. Hebr. *dentes petrarum*. ſ. *ſcopulos*. ſic Hebr. Schol. ingredientur præ timore.

22 QVIESCITE ERGO AB HOMINE. i. ne eum timeatis, Deum timete. CVIVS SPIRITVS. i. mortalis eſt, viuit ex reſpiratione. QVIA EXCELSVS. ironicè. Hebr. *in quo reputatus eſt ipſe?* Sic Sept. *in quo reputatus eſt*, *ἐν τίνι ἐλογίσθη?* Vox *excelſus* ab Hieronymo eſt addita, quia pro *bameh*, *in quo*, legit *bamah*. i. *excelſus*. Chald. *quaſi nihilum reputatus eſt ipſe*. Ea eſt vis verborum, *In quo reputatus eſt?* ſ. nihil eſt homo, non eſt quòd eum timeatis. Senſus idem Vulgatæ.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SVPER IVDA. Lxx. *de Iudæa*.

2 MONS. i. locus altiſſimus. ſ. dignitate. DOMVS DOMINI. i. Eccleſiæ. OMNES. ſ. ex omni natione aliqui.

3 VIAS SVAS. i. præcepta ſua. Chald. *vias, quæ rectæ ſunt coram eo*. LEX. i. Euangelica.

4 ARGVET. ſ. peccatorum. LANCEAS. i. lancearum ferrum. AD PRÆLIVM. q. d. erit ſumma pax per longum tempus, vel ſemper, ſecundùm Chriſti Legem. At ſunt bella inter Chriſtianos. An ſecundùm Chriſti Legem?

6 REPLETI. ſ. peccatis. Chald. *repleta eſt terra idolis*. OLIM. Chald. & Lxx. *ab initio*. q. d. vt eorum maiores. PVERIS ALIENIS. i. filiis alienigenarum. q. d. contraxerunt matrimonia cum alienigenis. Sept. *multi filij alienigenæ nati ſunt eis*. Chald. *in legibus populorum ambulant*. ADHÆSERVNT. ſ. coniugio, vel vitæ imitatione.

7 REPLETA EST, &c. q. d. cùm rebus omnibus abundarem, tamen idola coluerunt.

9 INCVRVAVIT SE. ſ. idolis. vel pro, incuruabitur. .i. humiliabitur. ſ. à Deo. Vide inf. NE ERGO DIMITTAS. Hebr. *& non parces*.

10 FOSSA HVMO. Hebr. & Chald. *puluere*. Lxx. *terra*. A FACIE TIMORIS. i. ob timorem.

HVMI-

Hamilitate[?] ... f. pendentes ... luit.
Cidari, &c. per hos significati designantur ... gauent.
Tharsis. Lxx. mare. Chald. trans velum ... ver: Super omnes tabulatum in aspectu meo, & omnem ... ver in palatiis pulchritudinis.
Vorasini. Chald. ... Lxx. ... somnia.
Quiescite, &c. q. d. desinite omnem hominum & magnifacere, qui ... se per iram efferunt, & magni videntur, tamen nihil sunt, sed Deum timete. Excelsus. Lxx. in quo. Chald. quasi nihilum.

CAPVT III.

Futura Iudæorum ob sua peccata grauis afflictio ac desertio, & puerorum atque effeminatorum dominium; peccata superborum atque ...: item superbiam & curiositatem lasciuiamque filiarum Sion in ignominiam vertendam prædicit.

Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ; 2 fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem; 3 Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. 4 Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. 5 Et irruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. 6 Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. 7 Respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi. 8 Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. 9 Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. 10 Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. 11 Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. 12 Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. 13 Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos. 14 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. 15 Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum? 16 Et dixit Dominus: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant: 17 decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. 18 In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, 19 & torques, & monilia, & armillas, & mitras, 20 & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, 21 & annulos, & gemmas 22 in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, 23 & specula, & sindones, & vittas, & theristra. 24 Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. 25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. 26 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Auferet, cùm venerit ad puniendum. Validum et fortem. Sept. *Validum & valentem.* Hebr. *fulcimentum & sustentaculum.* Sic Chaldæus. Omne robur. Hebr. *omne fulcimentum.* Repetitio einsdem vocis, vehementiamque certitudinem designat. Porrò robur, seu *fulcimentum panis & aquæ*, significat fore, vt Deus auferat cibum & potum Ierusalem & Iudæ, vigeat fames.

2 Ariolum auferam. Chald. & Sept. *coniectorem*, qui ex coniecturis futura prædicit. Ergo hic in bonam partem sumi debet *arioli* vox.

3 Principem super quinquaginta ... Per hunc alios duces intellige, centuriones, tribunos. Sapientem de architectis. i. inter architectos. Hieronymus ipse in Comment. *sapientem architectum*. Sic Sept. At Hebr. *sapientem artificum*, legit *architectum*. Et prudentem eloquii mystici. Sic vertit Symmachus. Hebraica solum significant *intelligentem eloquij*. i. eloquentem, oratorem. Ij in Republ. multùm possunt. Eos omnes auferam.

4 Dabo pueros principes. *Væ tibi terra, cuius Rex puer est*; Ecclesiastæ 10. vers. 16. Et effeminati. Hebr. *infantes.* Repetitio est. Chald. *infirmi.* Sept. *illusores dominabuntur eis.*

5 Et irruet populus. Tumultus existent. Sic fit, quando Rex est puer. Hebr. *& opprimetur populus.* Sic etiam fit Rege minore. Vir ad virum. i. mutuò. Hebr. *vir in virum, & quisque in sociam suum exorabuntur.* f. vt mutuò se opprimant.

6 Apprehendet enim vir. i. regnum ad alios transferetur. Domesticum patris sui. Hebr. *fratrem suum domum patris sui.* i. de domo paterna. Vestimentum. i. benè es indutus, aut, opibus abundas. Ruina autem hæc. i. falci mitte rem Rempubl. ... Potestas hæc sit sub te. i. ruina, vt est ruina ... Ita pro מכשלה *machselah*, i. ruina, ... Regnum eorum, qui regunt, Chald. Hebr. legit *mamselah*, i. potestatem. i. Regnum occupa, esto Princeps.

7 Respondebit in die illa. Sic Sept. & Chald. At Hebr. *non sum*. Pagn. *iurabit.* Idque significat verbum Hebr. Non sum medicus. f. vt malis & ruinæ mederi possim. Hebr. *non elevabit.* f. manum iurantis in morem. *ero, aut sum ligans.* Sed quoniam chirurgi vulnera ligant, ideò quidam vertunt, *non sum medicus, aut chirurgus*. Principes etiam suis præceptis subditos ligant: ideò vertunt alij, *non ero Dominus, aut Princeps.* Sic Sept. & Chald.

8 Ruit enim Ierusalem. Possunt esse verba Prophetæ, possunt & eius qui Principatum recusat. Ruinam sarcire non possum, quoniam ex Dei vindicta imminet, contra iniquos irritati.

9 Agnitio vultus eorum respondit eis. i. ex facie, qui sint, cognoscetur. Præ se in vultu ferunt prauitatem. Reddita sunt eis mala. Hebr. *quoniam reddiderunt sibi ipsis mala.* i. malorum, quæ patiuntur, & patientur, ipsi sibi sunt causa.

10 Dicite iusto. In tot malis iusti tamen immunes euadunt. Adinventionum. alij *operum*. sic etiam vers. 8. *adinuentionum eorum.* i. opera. Hebr. *maalal* opera, & studia significat, quæ in bonum & malum sumi possunt. vers. 8. in malum, hic vers. 10. in bonum. At adinventionum vox Latina magis sonat in peius.

VÆ IMPIO IN MALVM. Chald. *va impiis, quorum* 11
opera mala ſunt. Hebr. *va impio malum.* i. malum quod
facit, calamitatis illius cauſa erit.

POPVLVM MEVM. ſic Chald. Sept. *populus meus.* 12
Poteſt etiam reddi in vocatiuo. EXACTORES SVI.
.i. Regis miniſtri, aut publicani, qui tributa colligunt.
SPOLIAVERVNT. ſic Chald. Sept. *deuorant vos.* alij,
vindemiant vos. Pagn. *Paruulus* (ſeu *puer*) & *mu-*
lieres dominantur in eo. Voce מעולל *meholel* poteſt
ſignificari *paruulus* & *vindemians*, ſeu *ſpolians*. ea
variæ interpretationis occaſio. Nobis placet, vt ſigni-
ficetur *paruulus*, & notentur mala, quæ Rege pue-
ro eueniunt; nimirum Rege paruulo mulieres do-
minati, matrem, & alias, miniſtros etiam & publi-
canos. Et fortaſſis ea tempora notat, quæ Ozia Re-
ge euenerunt, cùm in Regno ſucceſſit ſedecim anno-
rum: 4. Regum 15. verſ. 2. Ideò repetit quod verſ. 4.
dixerat de puerorum Principatu. QVI TE BEATVM
DICVNT. Hi ſunt aſſentatores, qui probantes & lau-
dantes, quæ Rege puero mala contingunt, omnia
peruertunt. Id eſt *diſſipare*, ſeu *corrumpere greſſus*,
mores ſ. & inſtituta gentis deprauare.

STAT AD IVDICANDVM DOMINVS. Deus erit ho-
rum malorum iudex & vindex. non impunè ferent 13
qui ita faciunt.

DOMINVS AD IVDICIVM VENIET CVM SENIBVS.
Eos præſertim puniet, qui ſua auctoritate deberent 14
mala prohibere. Aut per *ſenes* intellige exactores, ſeu
adulatores, de quibus eſt dictum. Chald. *Dominus*
veniet ad iudicium cum ſenioribus populi eius, & exa-
ctoribus eius. DEPASTI ESTIS. Hebr. *incendiſtis.* ſic
Sept. VINEAM. i. populum prædæ habuiſtis, ac pau-
peres præſertim.

COMMOLITIS pauperes, ſic Hebr. at Sept. *confun-*
ditis contumelia ſ. & opprobrio, aut etiam rapinis 15
veſtris, affligitis pauperem.

ELEVATÆ SVNT FILIÆ SION, id eſt, ſuperbia
& faſtu ſe efferunt. Inuehitur in feminas & earum 16
ornatum. NVTIBVS OCVLORVM IBANT. Vatablus,
annuunt oculis. ſ. prouocantes ad laſciuiam. ET
PLAVDEBANT, AMBVLABANT PEDIBVS SVIS. id eſt,
ſe ad numerum mouebant quaſi in tripudio. COM-
POSITO GRADV INCEDEBANT. Hebr. aliter diſtin-
guuntur, ſic: *Pedibus ſuis tinniebant.* Nempe crepi-
tacula in pedibus gerebant.

CRINEM EARVM NVDABIT. Chald. *gloriam ea-*
rum auferet. Sept. *nudabit turpitudinem.* ſic ferè He- 17
bræi. Putant enim vocem פתה *pathah*, *pudenda* ſigni-
ficare. Ego tamen video Chaldaicè hoc cap. v. 24.
ea voce ſignificari *crinem*. Itaque ſit repetitio. De-
caluabit, vt dixit, & crinem nudabit, ſiue deteget.
ſ. radendo crines. Feminarum præcipuum ornamen-
tum crines.

AVFERET DOMINVS ORNAMENTVM CALCEAMEN-
TORVM. ſic Chald. Hebr. *ornamentum crepitaculo-* 18
rum. ſ. quæ erant in calceis. ET LVNVLAS. Orna-
mentum lunæ forma. In Hebr. inter *ornamentum cre-*
pitaculorum, & *lunulas* eſt aliud ornamentum, ſ. *re-*
ticula, quæ ablaturum ſe ait. De aliis nominibus or-
namentorum laborare non eſt opus, quoniam Iudæis
etiam pleráque earum ignota ſunt.

MITRAS. vela capitis.

PERISCELIDAS, crurum ligamina. OLFACTO- 19
RIOLA ſic Sept. & Chald. At Hebr. *domos animæ.* He- 20
bræi intelligunt pectoralia, quoniam tegunt ſedem
animæ. i. cor.

MVTATORIA. Veſtes pretioſas, quibus diebus fe- 22
ſtis mutabant veſtes quotidianas.

THERISTRA. *Veſtes ſubtiles, æſtiuas.* Id ſignificat 23
vox Hebr. הרדידים *hardidim*, à radice רדד *radad*. i. *ex-*
tendere. Sept. διαφανῆ Λακωνικὰ dixere: quæ erant ve-
ſtes diaphanæ, quibus membra figurabantur, & qui-
bus Laconicæ mulieres vtebantur. De qua veſte Pol-
lux περὶ χιτῶνος χιτῶ.

PRO SVAVI ODORE FOETOR. Hebr. *pro aromate* 24
fœtor.

25 PVLCHERRIMI QVOQVE VIRI TVI. ſic Chald.
Hebr. *viri tui*, ſeu *mortales tui gladio cadent.* Sept. *Et*
filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet.
ET FORTES TVI IN PRÆLIO. Hebr. *fortitudo tua in*
bello. ſ. cadet. Sept. *& fortes veſtri gladio cadent, & hu-*
miliabuntur. Hic eſt modus, quo auferet ornamenta
feminis, occidendo earum maritos, quia lugubres ve-
ſtes induent.

26 LVGEBVNT PORTÆ EIVS. ſ. Ieroſolymæ. Ad
portas forum erat, & ciuium conuentus, quæ luge-
bunt ob paucitatem ciuium eò conuenientium, vt in
Threnis viæ Sion lugent. ET DESOLATA. Hebr.
munda. i. *ſola*, vt Sept. euacuata ciuibus, & habitatori-
bus in terra ſedebit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET FORTEM. Lxx. *& validam.* Hebr. quidem eſt
femininum.

2 ARIOLVM. Hebr. Chald. & Lxx. *coniectorem*, ſ. ex
coniecturis futura prædicentem. SENEM. i. longa ex-
perientia doctos.

3 PRINCIPEM. i. ducem. HONORABILEM
VVLTV. i. auctoritate venerabilem, & gratioſum.
PRVDENTEM ELOQVII MYSTICI. Hebr. *dicendi pe-*
ritum. Chald. *prudentem in conſilio.* Lxx. *prudentem*
auditorem.

4 EFFEMINATI. Hebr. *paruuli*, ſeu *pueri.* Chald. *in-*
firmi. Lxx. *illuſores.*

6 DOMESTICVM. i. de domo, ſeu familia. Lxx. *vel do-*
meſticum. VESTIMENTVM TIBI EST. i. benè es veſti-
tus, ſeu veſtibus abundas. RVINA. i. calamitas, ſeu
miſeria. Chald. *poteſtas.* SVB MANV TVA q. d. fulci
ruentem domum, vel ciuitatem.

7 NON SVM MEDICVS. i. non poſſum mederi tanto
malo. Chald. *non ſum ſufficiens, vt ſim princeps.*
Lxx. *non ero tuus princeps.*

8 RVIT, &c. verba Prophetæ.

9 AGNITIO VVLTVS, &c. q. d. ex vultu eorum appa-
ret qui ſint. EIS. i. contra eos. ſ. teſtificans. RED-
DITA SVNT, &c. Lxx. *conſuluerunt*, ſeu *conſultauerunt*
conſilium malum contra ſe, dicentes: Alligemus in-
ſtum, quoniam inutilis nobis eſt. igitur fructus operum
ſuorum comedent.

10 QVONIAM BENE. Chald. *quòd beatus eſt.*

11 IN MALVM. i. lædenti alios. Chald. *quia opera eius*
mala ſunt. Lxx. coniungunt cum ſequentibus ſic: *Ma-*
la ſecundùm opera manuum eius accident ei.

12 EXACTORES. ſ. iniqui. VIAM GRESSVVM TVO-
RVM. i. vitæ tuæ rationem. DISSIPANT. i. perdunt, ſeu
deprauant. ſ. faciunt peccare. Lxx. *conturbant.*

13 STAT. ſ. paratus. Lxx. *conſtituetur.*

14 CVM SENIBVS, &c. ſ. iſti præcipuè iudicandi. eos
enim ſtatim alloquitur.

15 COMMOLITIS. i. cæditis. ſ. colaphis, vel comminui-
tis. Lxx. *confunditis.* ſ. pudore.

16 ELEVATÆ. ſ. ſuperbia. FILIÆ. de feminis loquitur.
NVTIBVS OCVLORVM. ſ. laſciuis. Chald. *ſtibio linitis*
oculis. PLAVDEBANT. Chald. *crinibus circumuolutis.*
Lxx. *trahebant tunicas.* COMPOSITO GRADV. Chald.
prouocantes. Lxx. *ludentes.*

17 CRINEM. i. pilos pudendorum. Hebr. *pudenda.*
Lxx. *turpitudinem.* q. d. permittet ab hoſtibus violari.

18 ILLA. ſ. vltionis, ſeu punitionis. LVNVLAS. i. orna-
menta lunæ forma. Lxx. *tunicas fimbriatas.*

19 MITRAS. i. vela capitis.

20 DISCRIMINALIA. i. inſtrumenta quibus capillos
diſcriminant. dicuntur etiam *diſcernicula*, à *diſcernen-*
do. i. ſeparando. PERISCELIDAS. i. crurum ornamen-
ta. Chald. *pedum armillas.*

22 MVTATORIA. i. veſtes pretioſas, ſic dictas, quòd
aliis mutatis ſeu depoſitis induantur celebrioribus die-
bus, ſeu cùm procedendum eſt. LINTEAMINA.
Lxx. *veſtes per domum.* i. ordinarias, ſeu quotidianas.
ſ. quibus domi vtuntur.

23 SINDONES. fortè ſudariola intelligit. THERISTRA.
.i. veſtes ſubtiles æſtiuas.

FASCIA PECTORALI. i. linteo, quo feminæ dorſum 24
& pectus tegunt, vt videre eſt Genuæ.

MOERERVNT, &c. i. mœſtitiam indicabunt & lu- 26
ctum. vel exprimunt videntibus deſolationem, lacrymas. DESOLATA. ſ. ciuibus ſpoliata. SEDEBIT. ſ. lugentium more.

CAPVT IV.

Septem mulieres vnum maritum appetent: germen Domini exaltabitur: & reliquiæ Iſraël ablutis earum ſordibus ſalua erunt, magnaque ſecuritate & felicitate afficientur.

ET apprehendent ſeptem mulieres virum 1
vnum in die illa, dicentes: Panem noſtrum A
comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur:
tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper
nos, aufer opprobrium noſtrum. *In die illa, 2
erit germen Domini in magnificentia & glo-
ria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his,
qui ſaluati fuerint de Iſrael. *Et erit: Omnis 3
qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieru-
ſalem, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus
eſt in vita in Ieruſalem. *Si abluerit Domi- 4
nus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Ieru-
ſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudi-
cij, & ſpiritu ardoris. *Et creabit Dominus ſu- 5
per omnem locum Montis Sion, & vbi inuo-
catus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplen-
dorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem
enim gloriam protectio. *Et tabernaculum erit 6
in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem,
& abſconſionem à turbine, & à pluuia.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

APPREHENDENT SEPTEM MVLIERES. i. multæ. 1
VIRVM VNVM, vt ſ. illi nubant. Occiſis viris, conſequens erat, vt viduæ multæ & innuptæ manerent. PANEM NOSTRVM. Non petimus vt nos alas, quod faciunt alij mariti. INVOCETVR NOMEN TVVM. i. vocemur vxores tuæ, tu maritus noſter. OPPROBRIVM NOSTRVM cœlibatus & ſterilitatis aufer. *Maledicta ſterilis, quæ non facit ſemen in Iſrael*: Deut. 7. ſic Hieronymus citat ex Vulgata certè antiqua. Modò v. 14. *Non erit apud te ſterilis.*

ERIT GERMEN DOMINI. Poſt tempeſtatem ſere- 2
num ſequetur. Dux erit, qui luctum vertat in gaudium. Quod de Chriſto intelligimus. Chald. *Erit Chriſtus Domini in gaudium & gloriam.* IN MAGNIFICENTIA ET GLORIA. Magnificum germen & glorioſum. FRVCTVS TERRÆ SVBLIMIS. Repetitio.

QVI RELICTVS FVERIT IN SION. Per *Sion* & 3
Ieruſalem Eccleſiam intellige, in qua ex Iudæis non multi fuerunt. Sed ij tamen *ſancti* vocabuntur, à Chriſto ſanctificati. QVI SCRIPTVS EST IN VITA, ſiue ad vitam, i. prædeſtinati, quorum nomina ſunt in Libro vitæ. Vel in *vita ſcriptus*. i. qui è cæde illa viuus euaſerit, is *ſanctus* vocabitur, & per Chriſtum, & mutatis moribus.

SI ABLVERIT. pro, cùm abluerit. ſ. per Baptiſmum 4
ſordes. FILIARVM SION. i. congregationis Sion, tribus Iudæ & Beniamin. SANGVINEM IERVSALEM LAVERIT. i. homicidia, per quæ reliqua peccata intelliguntur. IN SPIRITV IVDICII. i. non omnes promiſcuè, ſed qui digni erunt, ij ſeruabuntur. ET SPIRITV ARDORIS. i. charitatis, qua Deus ſuos amat. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. c. 25. hoc ad purgatorium ignem refert.

NVBEM PER DIEM. i. proteget Deus tunc ſuos, non 5
ſecùs atque olim in eremo per nubem & ignem. FVMVM. Sic vocat nubem denſam & ignitam, quæ per noctem lucebat filiis Iſrael in deſerto. Per quæ diuina protectio hoc loco intelligatur. SVPER OMNEM ENIM GLORIAM PROTECTIO. i. maior omni gloria erit ea protectio, glorioſiſſima erit & admirabilis.

6 ET TABERNACVLVM ERIT. i. ea protectio erit inſtar tabernaculi, quod teget ab æſtu diurno per diem; nam interdiu æſtus vrget. ET IN SECVRITATEM. Hebr. *& in tegmen*, quò ſe recipiant & ſe abſcondant à pluuia. ſ. noctu & per diem, quocumque tempore. Id ſignificat abſoluta propoſitio: *Erit in abſconſionem a turbine & pluuia.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SEPTEM. i. plurimæ. MVLIERES. ſ. viduæ. INVOCETVR. LXX. *vocetur*. q. d. eſto vir noſter, dicamurque vxores tuæ. Significatur tot perituros Deo puniente, vt viduæ multæ vix ſint inuenturæ virû vnum, cui earum aliqua nubere poſſit. OPPROBRIVM. ſ. ſterilitatis, aut cælibatus.

2 DIE. i. tempore. ſ. poſt punitionem ſequetur proſperitas ſpiritualis per Chriſtum. GERMEN DOMINI, &c. Chald. *Chriſtus Domini in gaudium, & gloriam.* FRVCTVS. ſ. Chriſtus. repetitio eſt. TERRÆ. ſic dictum, *Terra noſtra dabit fructum ſuum*: Pſal. 84.

3 SION. *Sion* & *Ieruſalem* nomine Eccleſia intelligitur. OMNIS QVI. pro, nempe omnis qui. IN VITA. i. in Libro vitæ. LXX. *in vitam.* Chald. *ad vitam æternam.*

4 SI ABLVERIT. pro, cùm abluerit. LXX. *quia abluet.* FILIARVM. i. congregationis. SANGVINEM. .i. homicidia, per quæ reliqua peccata intelliguntur. IVDICII. ſ. puniendo, vel in ipſis, vel in Chriſto, per cuius paſſionem iuſtificamur, adiuncta tamen etiam noſtra cooperatione. ARDORIS. i. charitatis & diuinæ & noſtræ: Auguſtinus 20. Ciuit. cap. 25. ad Purgatorium refert.

5 ET CREABIT DOMINVS. LXX. *& veniet* (ſ. Dominus) *& erit.* MONTIS SION. i. Eccleſiæ. NVBEM PER DIEM. q. d. faciet cum Chriſtianis ſpiritualiter, quod olim fecit cum Iudæis corporaliter. ET FVMVM. q. d. denſam nubem. Chald. *& caliginem.* GLORIAM. .i. glorioſos viros. ſ. ſanctos. vel ſuper omnem gloriam. .i. glorioſiſſima. ſ. protectio diuina erit.

CAPVT V.

Sub figura vineæ ſterilis in direptionem traditæ prophetat iudicium & deſertionem Iudæorum, ipſorumque peccata deſcribuntur: auaritia in coadunandis poſſeſſionibus: ebrietas & contemptus ſcientiæ Dei: inferni dilatatio: humiliatio ſuperborum, & exaltatio Dei: felicitas quoque iuſtorum, & væ diuerſis peccatorum generibus denuntiatur: & ſignum in nationibus eleuandum contra Iudæos.

1 CAntabo dilecto meo canticum patruelis Ier. 2. d. 21
A mei vineæ ſuæ. Vinea facta eſt dilecto meo Matt. 21.
2 in cornu filio olei. *Et ſepiuit eam, & lapides d. 33
elegit ex illa, & plantauit eam electam, &
ædificauit turrim in medio eius, & torcular
extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas,
3 & fecit labruſcas. *Nunc ergo habitatores Ie-
ruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vi-
4 neam meam. *Quid eſt quod debui vltrà face-
B re vineæ meæ, & non feci ei? an quòd expectaui
5 vt faceret vuas, & fecit labruſcas? *Et nunc
oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ:
auferam ſepem eius, & erit in direptionem: di-
ruam maceriam eius, & erit in conculcationem.
6 *Et ponam eam deſertam: non putabitur, &
non fodietur: & aſcendent vepres & ſpinæ: &
nubibus mandabo ne pluant ſuper eam im-
7 brem. *Vinea enim Domini exercituum, do-
mus Iſrael eſt: & vir Iuda, germen eius dele-
ctabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce
8 iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor. *Væ qui
coniungitis domum ad domum, & agrum agro
copulatis vſque ad terminum loci: numquid

habi-

habitabitis vos ſoli in medio terræ? * In auri- 9
bus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum: C
Niſi domus multæ deſertæ fuerint, grandes &
pulchræ, abſque habitatore. * Decem enim iu- 10
gera vinearum facient lagunculam vnam, & tri-
ginta modij ſementis facient modios tres. * Væ 11
qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam,
& potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtue-
tis. * Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & 12
vinum in conuiuiis veſtris: & opus Domini non
reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis.
* Propterea captiuus ductus eſt populus meus, 13
quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius in-
terierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.
* Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & 14
aperuit os ſuum abſque vllo termino: & deſcen- D
dent fortes eius, & populus eius, & ſublimes
glorioſique eius, ad eum. * Et incuruabitur ho- 15
mo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium
deprimentur. * Et exaltabitur Dominus exerci- 16
tuum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabi-
tur in iuſtitia. * Et paſcentur agni iuxta ordi- 17
nem ſuum, & deſerta in vbertatem verſa ad-
uenæ comedent. * Væ qui trahitis iniquitatem 18
in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plau-
ſtri peccatum. * Qui dicitis: Feſtinet, & citò ve- 19
niat opus eius, vt videamus: & appropiet, & ve- E
niat conſilium ſancti Iſrael, & ſciemus illud.
* Væ qui dicitis malum bonum, & bonum ma- 20
lum: ponentes tenebras lucem, & lucem tene-
bras: ponentes amarum in dulce, & dulce in
a Prou. 3. a.7 Rom. 12. d.16 amarum. * a Væ qui ſapientes eſtis in oculis 21
veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. * Væ 22
qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri
fortes ad miſcendam ebrietatem. * Qui iuſti- 23
ficatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti
aufertis ab eo. * Propter hoc, ſicut deuorat ſti- 24
pulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; ſic F
radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eo-
rum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim le-
gem Domini exercituum, & eloquium ſancti
Iſrael blaſphemauerunt. * Ideò iratus eſt furor 25
Domini in populum ſuum, & extendit manum
ſuam ſuper eum, & percuſſit eum: & contur-
bati ſunt montes, & facta ſunt morticina eo-
rum, quaſi ſtercus in medio platearum. In his
omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc
manus eius extenta. * Et eleuabit ſignum in 26
nationibus procul, & ſibilabit ad eum de fini-
bus terræ: & ecce feſtinus velociter veniet.
* Non eſt deficiens, neque laborans in eo: non 27
dormitabit, neque dormiet, neque ſoluetur cin- G
gulum renum eius, nec rumpetur corrigia cal-
ceamenti eius. * Sagittæ eius acutæ, & omnes 28
arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt
ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis.
* Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum: 29
& frendet, & tenebit prædam: & amplexabi-
tur, & non erit qui eruat. * Et ſonabit ſuper 30
eum in die illa ſicut ſonitus maris: aſpiciemus
in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux
obtenebrata eſt in caligine eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CANTICVM. Carmen lugubre. PATRVELIS MEI. Patrueles ſunt ex duobus fratribus nati. Et quidem דוד *dod*, & *patruum* ſignificat 1. Reg. 10. verſ. 15. ſic Aquila hoc loco vertit *πατραδέλφου*. i. *patruum*. Chald. & Sept. *dilecti mei*. Sanè Chriſtum, de quo loquitur, quomodo Iſaiæ patruus aut patruelis vocatur, non ſatis aſſequor, niſi fortè indicare voluit, ipſum de genere regio eſſe, vt & Chriſtus. Sic Canticum patrui ſeu patruelis, perinde erit ac Canticum cognati. VINEÆ SVÆ. pro, de vinea ſua. ea eſt populus Iſrael. VINEA FACTA EST DILECTO MEO IN CORNV. i. in colle, qui eminet vt cornu. *Bacchus amat colles*. FILIO OLEI. i. pingui, aut in quo ſunt oliueta, facta eſt vinea dilecto.

2 LAPIDES ELEGIT. i. elapidauit, lapidibus purgauit. ELECTAM. ſic Sept. alij, *electa plantauit & pulchra*. ſ. vite, pro vitibus. ÆDIFICAVIT TVRRIM, quò ſe cuſtodes reciperent. LABRVSCAS, vuæ ſunt vitis ſilueſtris: nempe vuas ענבים רעים vt Hebr. Schol. *vua mala*.

4 QVID EST QVOD. Hebr. *quid vltrà facere potui?* q.d. nihil prætermiſi. Quid erit de illa vinea?

5 AVFERAM SEPEM EIVS. Vox Hebr. ſignificat *ſepem ex ſpinis*. ERIT IN DIREPTIONEM. ſic Chald. & Sept. i. qui voluerit fructum, rapiet. Alij, *ad incendendum*, id בער *baher* ſignificat. i. cedent vites in alimentum ignis. Alij, *ad paſcendum*. i. greges in ea paſcentur. DIRVAM MACERIAM. ex lapidibus conſtat. Pars vineæ ſpinis ſepta erat, pars maceria.

6 ASCENDENT VEPRES ET SPINÆ. Varia genera ſpinarum, iis tota replebitur. NVBIBVS MANDABO NE PLVANT. Hebr. *mandabo à pluendo*. i. *ne pluant*. ſic Sept.

7 EXPECTAVI. Sic Sept. at Hebr. *expectauit*. ſ. Deus, priori modo loquitur Deus, poſteriori Propheta. IVDICIVM. i. vt ſubleuaret pauperes, faceret quod iuſtum eſt. ECCE INIQVITAS. Sic Sept. alij *lepra*, ſeu *plaga*. Sed per *plagam* prauitatem intellige. Poſſet *rapina* dici, à verbo ספח *ſaphah*, quod *congregare* ſignificat, & conuenit cum v. 23. *Qui iuſtificatis impium pro muneribus*. CLAMOR eorum, quos opprimitis. In Hebræo eſt duplex paronomaſia eleganter poſita, quod notauit Hieronymus & Dauid Kimhi, Latinus ſermo non exprimit.

8 VÆ QVI CONIVNGITIS. Hæ ſunt oppreſſiones populi, propter quas clamant. VSQVE AD TERMINVM LOCI. Hebr. *vſque ad nihil loci*. i. vt locus nullus aliis relinquatur, quod poſſideant.

9 IN AVRIBVS MEIS SVNT HÆC. ſ. clamores pauperum. NISI... FVERINT, ſupplendum aliquid. ſ. ne mihi credite, niſi hæc euenerint. Omnino ita fiet. Diſperеam niſi ita fuerit.

10 DECEM ENIM. Hebraicè totus verſus ſic redditur: *Decem enim iugera vinea* (pro, vinearum) *facient vnum bathum, & ſementis corus faciet epha*. Reddit cauſam, cur domus deſertæ manebunt, nempe, propter ſterilitatem. *Iugerum* ſic vocatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſit: Plin. lib. 18. c. 3. Idem de ſuo iugero *zemed* dicunt Hebræi. Et quidem iugerum agri pinguis quatuor modios tritici poſtulat. Colum. lib. 2. cap. 9. Ego tres potiùs putabam, quantum ſex celemines noſtri. Ad hæc *bathus*, pro qua Hieronym. *lagunculam* dixit, & *ephi* pares menſuræ ſunt: Ezech. 45. v. 11. Hoc diſcrepant, quòd *bathus* menſura liquidorum eſt, *ephi* aridorum. Capiunt ſextarios Romanos 48. modios tres, capiuntque decimam cori, ex eodem Ezech. Sic corus modios triginta capit. Quare Hieronymus pro coro *modios triginta* poſuit, & pro ephi *modios tres*. Ita *decem iugera vinea*. i. quantum caperet triginta tritici modios, faciet *bathum*. i. modios tres vini. & corus, i. triginta modij ſementis. *Ephi*. i. tres modios tritici. Chald. *tria ſata*. i. tres modios.

11 AD EBRIETATEM SECTANDAM, ſurgitis manè. Hebr. *vt ſectentur ſiceram*. Sic Sept. Chald. *vinum vetus*, pro *ſicera* dixit. Sed quoniam *ſicera* ſignificat omne quod inebriat, præter vinum, benè ſumitur pro ebrietate. Sic Pagn. POTANDVM VSQVE AD VESPERAM. Hebr. *crepuſculum*. ſ. veſpertinum. VT

VINO ÆSTVETIS. Hebr. *vinum accendet eos.* i. donec vinum eos accendat. Inuehitur in eos, qui ignari calamitatis, quæ inſtat, ducebant in lætitia dies.

12 LYRA. Hebr. *nablum*, nempe, quod inflato vtre ſonat. *Gayta*. *Nebel* Hebr. *vter* eſt. ET OPVS DOMINI NON RESPICITIS, præceptum, legem. OPERA MANVVM EIVS. i. potentiam, maieſtatem non conſideratis.

13 CAPTIVVS DVCTVS EST. pro, ducetur populus. SCIENTIAM, cognitionem Dei non habuit. NOBILES EIVS INTERIERVNT FAME. Hebr. *& gloria eius.* (.i. homines gloriæ, quod Hieronymus dixit, *nobiles*) *viri famis.* i. famelici erant. ET MVLTITVDO EIVS SITI EXARVIT. q. d. diuitibus cibus defuit, plebi aqua etiam.

14 DILATAVIT INFERNVS. Alij, *ſepulchrum.* ANIMAM SVAM. i deſiderium ſuum, ingluuiem ſuam. Sepulchrum omnes deuorat, neque vnquam expletur, tunc maximè id contigit ob multitudinem pereuntium. ABSQVE VLLO TERMINO. Chald. *ſine fine.* Hebr. *præter ſtatutum.* i. ſine termino. ET DESCENDENT FORTES EIVS. Hebr. *deſcendet gloria eius.* ſ. vrbis i. nobiles, fortes. ET POPVLVS EIVS. Hebr. *multitudo eius*, plebeij. ET SVBLIMES GLORIOSIQVE EIVS, AD EVM. Hebr. *fremitus eius* (.i. turba, ignobiles) *& lætus in ea.* ſ. vrbe qui felices ſunt, omnes peribunt, deſcendent in ſepulchrum.

16 IN IVDICIO quod fecit, vindicata prauitate, exaltabitur Deus. SANCTIFICABITVR IN IVSTITIA. Sanctus eſſe cognoſcetur ob iuſtitiam, quam exercuit Deus. Repetitio.

17 IVXTA ORDINEM SVVM. More priſtino gregibus pleni erunt agri. ET DESERTA IN VBERTATEM VERSA. Hebraica multis modis vertuntur. Hebr. Schol. *& deſerta pingues aduenæ comedent.* *Pingues.* .i. diuites & fortes. Regionem habitatoribus vaſtam occupabunt aduenæ, & bonis pereuntium fruentur, qui præ ceteris viribus valebunt. Senſus: Cùm agri pleni gregibus erunt, & deſerta vbertate plena, tunc aduenæ omnia occupabunt.

18 QVI TRAHITIS INIQVITATEM. i. committitis. IN FVNICVLIS VANITATIS. ſic Chald. Pagn. *in funibus mendacij.* i. mendacio illecti, & decepti. *Errant* omnes *qui operantur malum:* Prou. 14. verſ. 22. Rationes & argumenta, quibus ducuntur, funes vocat. ET QVASI VINCVLVM PLAVSTRI PECCATVM. Ex funiculis prioribus fit vinculum ſeu funis plauſtri. i. valida conſuetudo, quam rumpere ſit difficile. Chald. ſic locum vertit: *Væ, qui incipiunt paulatim peccata, augentque vt creſcant, & fortia fiant, vt vinculum plauſtri.*

19 VENIAT OPVS EIVS. i. quæ mala minaris? Id dicebat populus. Non credebant verbis Prophetæ.

20 VÆ QVI DICITIS MALVM BONVM. De rebus intellige, non de hominibus: Auguſtinus in Enchir. c. 19. aut potiùs de vtriſque, rebus & hominibus. Par enim culpa eſt in hominibus & rebus, peruertere iudicium, commutare nomina.

22 AD MISCENDAM. fortes eſtis, vel propinandam. EBRIETATEM. Hebr. *ſiceram.* Ita Sept. Chald. *vinum vetus.* de quo plura verſ. 11. Væ vobis.

23 PRO MVNERIBVS. Chald. *qui iuſtificant impium, eo quod recipiunt ab eo mammonam iniquitatis.* Sic per *mammonam iniquitatis* intelligit dona, quibus corrumpuntur Iudices. AVFERTIS AB EO, condemnantes eum. Aufertis iuſtitiam iuſti. Væ vobis.

24 PROPTER HOC. i. propter ea peccata quæ retulit, ſuperbiam, ebrietatem, rapinas. SICVT DEVORAT STIPVLAM LINGVA IGNIS. i. flamma, quæ linguæ ſimilis eſt. ET CALOR FLAMMÆ. Hebr. *& paleam minutam flamma debilitat*, conſumit. RADIX EORVM QVASI FAVILLA ERIT. Hebr. *ſicut putredo.* ET GERMEN. Alij *flos* vertunt. Chald. *pecunia rapinæ eorum.* Ita *germen* ſumit pro lucro, prouentu. VT PVLVIS ASCENDET. i. euaneſcet fumi inſtar, quod rapuerunt. BLASPHEMAVERVNT. Hebr. *contempſerunt.* Chald. *abominati ſunt Dei eloquium.* Ea eſt cauſa ærumnæ.

25 CONTVRBATI SVNT MONTES. Hebr. *contremuerunt.* ſ. ob iram Dei & ſupplicia. Hyperbole. IN MEDIO PLATEARVM erunt cadauera, non erit qui ſepeliat mortuos, ob multitudinem; intra vrbem computreſcent.

26 ELEVABIT SIGNVM, vexillum. IN NATIONIBVS. Hebr. *ad gentes, à longe.* i. quæ procul Ieroſolymâ diſtant; ij ſunt Babylonij, quos ad ſigna & bellum vocauit Deus. ET SIBILABIT AD EVM. pro, *ad eos*, ſic Sept. ſibilus procul auditur. Ergo à locis remotis conuocabit eos. FESTINVS VELOCITER VENIET. pro, venient abſque impedimento, citò, & leues ij vocati.

27 NON EST DEFICIENS. Hebr. *non eſt laſſus, neque impingens inter eos.* Omnes alacres venient ſine moleſtia vlla, non dormient præ cupiditate, diebus noctes iungent, ac ne veſtes quidem exuent. id ſignificat, NEQVE SOLVETVR CINGVLVM RENVM EIVS, NEC RVMPETVR CORRIGIA CALCEAMENTI EIVS. i. eorum.

29 AMPLEXABITVR, rapiet prædam.

30 ET SONABIT. Sic Chald. at Hebr. *fremet.* SVPER EVM, contra populum Iſraeliticum. Relatiuum ſine antecedenti. SICVT SONITVS MARIS. Chald. *ſicut fremitus* aut *tumultus populi.* Verùm legi debet עַמָּא vt eſt in Venetis Biblijs magnis, non עַמָּא vt eſt in Regijs. i. *maris.* non *populi.* ASPICIEMVS IN TERRAM. .i. omnia anguſtia plena erunt, terra & cæli. LVX OBTENEBRATA EST IN CALIGINE EIVS. Hebr. *lux* (.i. ſol) *obtenebrata eſt* (obtenebrabitur) *in cælis eius.* Auen Ezra explicat *in deſtructionibus eius.* i. quando vrbs illa diruetur. Atque eò Hieronymus reſpexit, & alij, cùm dixerunt, *lux obtenebrata eſt in caligine eius.* Summa; nuſquam præſidium erit aut reſpiratio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CANTICVM. ſ. mœſtum. PATRVELIS. Chald. & Lxx. *dilecti.* q. d. canticum ipſius, ſeu de ipſo, nempe de vinea ſua, vt ſtatim additur. VINEÆ SVÆ. pro, de vinea ſua. CORNV. i. colle excelſo. Chald. *monte excelſo.* FILIO OLEI. i. pingui. Chald. *in terra pingui.* Lxx. *in loco pingui.*

2 ELEGIT. pro, eiecit. q. d. purgauit eam lapidibus. vel, *lapidum materia cinxit*, vt Lxx. interpretantur. ELECTAM. i. electis vitibus. TVRRIM. Chald. *ſanctuarium.* TORCVLAR. Chald. *altare.* VVAS. Chald. *opera bona.* LABRVSCAS. Chald. *opera iniqua.*

4 AN QVOD. Hebr. *cur.* q. d. dignùmne fuit?

5 SEPEM EIVS. Chald. *maieſtatem meam.* MACERIAM. Chald. *domum ſanctuarij.*

6 NVBIBVS. Chald. *Prophetis.* PLVANT SVPER EAM IMBREM. Chald. *prophetizent ſuper eos prophetiam.*

7 GERMEN EIVS DELECTABILE. Chald. *plantatio lætitiæ eius.* i. ei iucunda. Lxx. *nouella plantatio dilecta.* IVDICIVM. i. quod iuſtum eſt. CLAMOR. ſ. oppreſſorum. vel, q. d. clamant ad me iniuſtitiæ. Chald. *multiplicant peccata.*

8 TERMINVM. i. finem. q. d. ſic vt omnia occupetis.

9 NISI.... FVERINT, &c. ſ. ne mihi poſthac credatis. aut quid ſimile. q. d. omnino erunt. Hebraiſmus eſt frequentiſſimus in Scriptura; Latini dicunt, *Diſperеam, niſi*, &c.

10 LAGVNCVLAM. Hebr. *batum.* minima eſt liquidorum menſura. ſignificatur ergo magna penuria vini & frumenti. TRIGINTA MODII. Hebr. *Chómer.* Chald. *corus.* MODIOS TRES. Hebr. *epha.* Chald. *tria ſata.*

12 OPVS DOMINI. i. quod Deus fieri præcipit, vel pauperes. Chald. *Legem Domini.* ſ. fuit Dei manu ſcripta. MANVVM. Chald. *potentiæ.* q. d. non cogitatis, quantus Deus ſit, & quàm timendus, quod eius opera demonſtrant.

13 DVCTVS EST. pro, ducetur. ſic infrà, præterita pro futuris. SCIENTIAM. i Dei cognitionem. Lxx. *quia non cognouerunt Dominum.*

14 INFERNVS. i. ſepulchrum, vel locus ſupplicij q. d. plurimi morientur, vel condemnabuntur. ANI-

mam. i. capacitatem, ſeu ſeipſum. Termino. i. fi-
ne. q. d. indeſinenter, ſeu ſupra modum. Lxx. *ſine in-
termiſſione.*
Iudicio. ſ. à ſe facto. Sanctificabitur. i. ſan- 16
ctus apparebit. Lxx. *glorificabitur.* In iustitia.
ſ. quam exercebit.
Agni. Chald. *iuſti.* Ordinem. q. d. quiſque loco 17
ſuo, ſeu iuxta vocationem ſuam. Et deserta, &c.
Chald. *& ſubſtantias impiorum iuſti poſſidebunt.*
In funiculis vanitatis. i. modis illicitis. 18
Lxx. *quaſi funiculo longo.* Vinculum. pro, vinculo.
Plaustri. q. d. valido, tali enim iugum ligatur.
Chald. totum locum ſic vertit: *Væ qui incipiunt pau-
latim peccata augentque, vt creſcant, & fortia fiant
vt vinculum plauſtri.*
Opus eius. i. quod minatur, vel promittit. San- 19
cti. i. Dei cuius ſanctitatem Iſrael colit.
Malum bonum, &c. Auguſt Enchir. cap. 19. de 20
rebus ipſis loquitur, inquit, non de hominibus.
Miscendam. i. propinandam, vel infundendam. 22
ſ. in vas. vtrumque enim ſignificat etiam miſcere. Vide
Prou. 9. Ebrietatem. i. id quod inebriat. Hebr. &
Lxx. *ſiceram.*
Aufertis. ſ. condemnando. 23
Lingua. i. flamma, quæ linguæ ſimilis. Calor 24
flammæ Hebr. *paleam flammæ.* Chald. *manipulum
flammæ.* Pulvis. Chald. *fauilla.* Ascendet. i. eua-
neſcet. Eloquium. i. præcepta. Blasphemave-
runt. Hebr. *contempſerunt.* Chald. *abominati ſunt.*
Lxx. *exacerbauerunt.*
Conturbati sunt. Chald. *commoti ſunt.* q. d. tre- 25
muerunt.
Signum. i. vexillum. Nationibus. i. gentibus. 26
ſ. Babyloniis. Sibilabit. i. conuocabit. Chald. *cla-
mabit.* De finibus. q. d. à longè (diſtat enim pro-
cul à Ieruſalem Babylonia) eos adducet.
Laborans. i. defatigatus. Hebr. & Chald. *corruens.* 27
In eo. ſ. exercitu, ſeu populo.
Leonis. ſ. conſpecta præda. 29
Sonabit. ſ. Deus, vel exercitus ille. Eum. ſ. popu- 30
lum Iudæorum. Eius. pro, ſua.

CAPVT VI.

*Iſaias viſa Domini maieſtate condemnat ſe quòd ta-
cuerit, ſed mundatis labiis ſuis offert ſe ad prædi-
candum: prædicitur excæcandus populus vſque ad
deſolationem ciuitatum Iudæ, & eius quæ derelicta
erat futura conſolatio.*

IN anno, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi 1
Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum A
& eleuatum: & ea quæ ſub ipſo erant, reple-
bant templum. * Seraphim ſtabant ſuper illud: 2
ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant
faciem eius, & duabus velabant pedes eius, &
duabus volabant. * Et clamabant alter ad alte- 3
rum, & dicebant: " Sanctùs, ſanctus, ſanctus, B
Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis
terra gloria eius. * Et commota ſunt ſuperli- 4
minaria cardinum à voce clamantis, & domus
repleta eſt fumo. * Et dixi: Væ mihi, quia ta- 5
cui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in me-
dio populi polluta labia habentis ego habito,
& regem Dominum exercituum vidi oculis
meis. * Et volauit ad me vnus de Seraphim, 6
& in manu eius calculus, quem forcipe tulerat C
de altari. * Et tetigit os meum, & dixit: Ecce 7
tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua,
& peccatum tuum mundabitur. * Et audiui 8
vocem Domini dicentis: Quem mittam? &
quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.
* Et dixit: Vade, & dices populo huic: " Audi- 9
te audientes, & nolite intelligere: & videte vi-
10 ſionem, & nolite cognoſcere. * Excæca cor po-
D puli huius, & aures eius aggraua: & oculos
eius claude: ne fortè videat oculis ſuis, & au-
ribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & con-
11 uertatur, & ſanem eum. * Et dixi: Vſquequò
Domine? Et dixit: Donec deſolentur ciuitates
abſque habitatore, & domus ſine homine, &
12 terra relinquetur deſerta. * Et longè faciet Do-
minus homines, & multiplicabitur quæ dereli-
13 cta fuerat in medio terræ. * Et adhuc in ea de-
cimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionem
ſicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ expan-
dit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id, quod
ſteterit in ea.

" Apoc. 4. b. 8

" Matt. 13. b. 14 Marc. 4. b. 12 Luc. 8. b. 10 Ioan. 12. f. 40 Act. 21. f. 16 Rom. 11. b. 8

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et ea quæ sub ipso erant. Hebr. *fimbriæ eius*, ſ. veſtis extrema replebat templum. Chald. *ſplendor gloriæ eius.* Sept. *plena domus gloria eius.* Viſionis deſcriptio.

2 Seraphim. Angeli igniti ignea ſpecie, ipſo colore teſtantes Deum eſſe iratum. Stabant super illud. ſ. ſolium. Hebraica verti poſſunt, *ſuper illum.* ſ. Deum. Sept. *in circuitu eius.* i. Dei, vt Hieronymus in Comment. intelligit. Sex alæ. Alas ob velocitatem habent, & quia ſemper in ſublimi verſantur. Duabus velabant faciem eius. i. Dei. Diuina ignota ſunt, tum cauſæ. i. *facies*, tum effectus. .i. *pedes.* Alij vertunt *faciem ſuam.* Sic Chald. *duabus quiſque velabat faciem, vt non videret; & duabus velabat pedes ſuos, vt non videretur; & duabus miniſtrabat.* Volabant, parati facere iuſſa Dei.

3 Clamabant, ad Dei laudem inuitantes. Plena est omnis terra gloria eius. Res omnes laudant opificem ſuum. eæ laudes gloria ſunt, eaque pulchritudo rerum. Id Angeli clamabant.

4 Commota sunt. q. d. fores templi patefactæ ſunt. A voce clamantis. i. poſt vocem, aut propter vocem. ob vim eius clamantis, pro, clamantium. ſ. Seraphim. Domus repleta est fumo. ſ. hoſtiarum. Patefacto templo multa ſacrificia oblata intellige.

5 Et dixi: Væ mihi, quia tacui. Non increpaui, ſiue Oziam Regem, ſiue populum. Dauid Kimhi explicat, *quia tacui, quia exciſus ſum.* quia verbum דמה *damah* & *tacere* & *ſcindi* ſignificat. Verùm è noſtris id verbum in ſilentij ſignificatione à pleriſque ſumitur. Ergo me miſerum, qui cùm ſim Vates, eo officio non ſum vſus. Pollutus labiis. nimirum ſermonis intermiſſi reus. In medio populi polluta labia habentis. ſ. mendacis. Et regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Tangit opinionem credentium, moriturum continuò qui Deum videret, ſuſceptam Exod. 33. verſ. 20. *Non videbit me homo, & viuet*, præſertim qui peccati eſſet reus & pollutus.

6 Calculus. Sept. *pruna in manu eius.* ſ. Angeli. Hebr. *carbo ignitus.* quo Prophetæ labia purgaret. Quem forcipe tulerat de altari. ſ. holocauſtorum, de cuius fumo repletum templum dixit v. 4. In viſione totum accidit.

7 Tetigit. Sic Sept. Hebr. *& tangere fecit.* ſ. prunam os Prophetæ. Chald. *& poſuit in ore meo verbum prophetiæ.* Ecce tetigit hoc. Sic Sept. non *tetigit hoc*, vt quidam Codices habent, etiam Hieron. textus in Commentariis.

8 Quem mittam? et quis ibit nobis? Trinitatis myſterium indicatur ipſa mutatione numeri: Hieronymus epiſt. 143.

9 Dices. Sic Hebr. pro *dic*, vt eſt in Gotth. Audite audientes. Audite auditionem, & non intelligetis; & videte viſionem, & non cognoſcetis. Ad tempus Chriſti & Apoſtolorum referri hoc debet; aut ad Prophetarum tempus, quos non audierunt, ideò in ea mala inciderunt, & captiuitatem.

Excæca

EXCÆCA COR. Hebr. *impingua cor*. ſed hoc eſt 10
excæcare. AGGRAVA aures. ſ. pituitæ copia, qua
aures obturantur. CLAVDE oculos. vel *line*.
Vtrumque vox Hebr. ſignificat. Sed Sept. & Chald.
in claudendi ſignificatione poſuerunt. ET CONVER-
TATVR, ET SANEM EVM. Hebr. *ſanet eum*. ſ. Chri-
ſtus, dimiſſis peccatis.

TERRA RELINQVETVR DESERTA. Hebr. *terra deſo-* 11
labitur deſolatione. i. penitùs. Hoc fuit cùm populus
& Sedecias in Babylonem deducti ſunt.

LONGE FACIET DOMINVS HOMINES. ſ. in 12
captiuitatem actos. ET MVLTIPLICABITVR QVÆ
DERELICTA FVERAT. ſ. qui remanſerint, ij numero &
copiis creſcent.

ET ADHVC IN EA DECIMATIO. Vox עֲשִׂירִיָּה *haſiriah* 13
eſt adiectiuum; & ſignificat *decimum*, ſ. Regnum:
decem enim Reges fuerunt ab Ozia, quo tempore
Iſaias hoc eſt vaticinatus, vſque ad Sedeciam. Quaſi
velit dicere, hæc mala non ſtatim erunt, ſed poſt de-
cem Reges. Alij decimum quemque manſurum intel-
ligunt poſt captiuitatem. i. paucos, atque id intelli-
gunt per *decimum*, ſeu *decimationem*. Chald. *& re-
linquetur in ea vnus ex decem.* ET ERIT IN OSTEN-
SIONEM. ſ. ea decimatio. Hebr. *ad conflagrandum*. i. ij
pauci rurſus euertentur, quod poſt Eſdram & Nehe-
miam eſt factum. SICVT TEREBINTHVS. Alij, *vt
vlmus*. ET SICVT QVERCVS, nempe in hieme foliis
nudantur. *Quercus* eſt roboris genus. Hiſp. *quexigo*.
QVÆ EXPANDIT RAMOS SVOS. ſ. ſuo tempore in vere
ramos profert. Sic qui poſt captiuitatem manſerunt
ſuo tempore, vires colligent ſub Machabæis. Hebr.
quarum in excisione conſiſtentia. i. poſt folia ceciderint
tamen eæ arbores viui, qua reſtitui poſſint: ſic erunt
illi pauci qui relinquentur. SEMEN SANCTVM ERIT.
Hebr. *ſemen ſanctitatis*, nempe ij pauci erunt. ſ. pro-
pter Chriſtum & Apoſtolos. QVOD STETERIT IN
EA. i. manſerit. Hebr. *conſiſtentia eius*. i. propter illud
ſemen conſeruabitur, ne penitùs pereat. Ob paucos
iuſtos integras vrbes conſeruat Deus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SEDENTEM. ſ. ſpecie humana. EA QVÆ SVB IPSO. 1
Hebr. *fimbriæ eius*. ſ. oræ veſtis, ſeu tapeti, intimæ.
Chald. *ſplendor gloriæ eius*.

ILLVD. ſ. ſolium. EIVS. pro, ſuam quiſque. ſ. non 2
audens aſpicere, vel *eius*. ſ. Dei, ſecundùm Hieron.
epiſt. 142. Chald. *duabus velabat vnuſquiſque faciem
ſuam, vt non videret, & duabus velabat pedes ſuos,
vt non videretur, & duabus miniſtrabat.* Hieron. ait,
faciem & pedes Dei, quia nemo poteſt ſcire quid an-
te mundum fuerit, aut poſt mundum futurum ſit,
media tantùm cognoſcimus. VOLABANT. ſ. parati
ad Dei iuſſa.

CLAMABANT. ſ. inuitando ad Dei laudem. GLO- 3
RIA. i. rebus Dei gloriam manifeſtantibus, & ad eum
glorificandum excitantibus.

COMMOTA. LXX. *ſublata*. i. eleuata, vel loco mota. 4
CARDINVM. i. poſtium. A VOCE. i. vi vocis. CLA-
MANTIS. LXX. *clamantium*. FVMO. Chald. *caligine*.
Hieron. epiſt. 150. *errore, & tenebris, veriq; ignorantia*.

TACVI. ſ. non arguens liberè delinquentem popu- 5
lum, pudore vel timore perterritus. Hieron. 2. contra
Pelag. POLLVTVS LABIIS. ſ. in ſermone peccauerat.
Hieron. epiſt. 142. VIDI. Dicunt Iudæi ideò Iſaiam
interfectum, quia id dixit, cùm Deus dicat neminem
ſe poſſe videre, & viuere: Hieron.

CALCVLVS. Hebr. *carbo*. ALTARI. ſ. holocauſti, 6
quod in ea viſione ſimul cum templo repræſentabatur.

AVFERETVR. pro, ſic erit ablata. 7

NOBIS. Hieron. epiſt. 143. *iudicatur*, inquit, *perſo-* 8
*narum diuerſitas ſicut vnitas Diuinitatis in eo quòd
vnus loquitur.*

DICES. pro, dic. AVDITE, &c. pro, audietis qui- 9
dem, ſed noletis intelligere. Hebr. *audite audiendo, &
ne intelligatis; & videte videndo, & ne cognoſcatis.*
q.d. *Audietis ſed non intelligetis; videbitis ſed non cogno-
ſcetis.* Accidit id Iudæis tempore Chriſti. Chald. *Au-
dientes audiunt, & non intelligunt; & videntes vident,
& neſciunt.* LXX. *Auditu audietis, & non intelligetis;
& videntes videbitis, & non cognoſcetis.*

10 EXCÆCA. i. prædic excæcatum iri. Chald. *infatua*.
LXX. *Incraſſatum eſt cor populi huius, & auribus ſuis
grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne fortè
videant, &c.* AGGRAVA. i. obtura implendo re ali-
qua, vel obtunde.

11 VSQVEQVO. ſ. tales erunt.

12 HOMINES. ſ. abductos in captiuitatem. QVÆ DE-
RELICTA FVERAT. Chald. *deſolatio*.

13 DECIMATIO. i. decima. q. d. reliquiæ aliquæ ſu-
pererunt. Chald. *relinquetur vnus ex decem*. CON-
VERTETVR. ſ. ad Deum. OSTENSIONEM. ſ. latentis
virtutis, vt ſolet in arboribus, quæ cadentibus foliis
mortuæ videbantur. Chald. *combuſtionem*. LXX. *depræ-
dationem*. q. d. etiam ſi videantur periiſſe, vt ſolent
combuſta & deprædata, tamen reuiuiſcent. Quidam
oſtenſionem interpretantur deſolationem. q. d. etiam
illi pauci vaſtabuntur.

CAPVT VII.

*Obſeſſa à Syris & ab Iſrael Ieruſalem, Iſaias prophe-
tat illos non præualituros, datque impio Achaz ſignum
liberationis virginem parituram filium cuius nomen
Emmanuel: prædicitque deſertionem Iſrael & grauiſ-
ſimam Iudæ afflictionem ac ſolitudinem.*

1 ET factum eſt in diebus Achaz filij Ioa- 4.Reg.16.
A than, filij Oziæ regis Iuda, aſcendit Raſin a.5
rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael
in Ieruſalem, ad præliandum contra eam: &
2 non potuerunt debellare eam. * Et nuntiaue-
runt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria
ſuper Ephraim, & commotum eſt cor eius, &
cor populi eius, ſicut mouentur ligna ſiluarum
3 à facie venti. * Et dixit Dominus ad Iſaiam:
Egredere in occurſum Achaz tu, & qui dere-
lictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremum aquæ-
ductus piſcinæ ſuperioris in via Agri fullonis.
4 * Et dices ad eum: Vide vt ſileas: noli timere,
& cor tuum ne formidet à duabus caudis titio-
num fumigantium iſtorum in ira furoris Raſin
5 regis Syriæ, & filij Romeliæ: * eò quòd conſi-
B lium inierit contra te Syria in malum Ephraim,
6 & filius Romeliæ, dicentes: * Aſcendamus ad
Iudam, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum
ad nos, & ponamus regem in medio eius fi-
7 lium Tabeel. * Hæc dicit Dominus Deus: Non
8 ſtabit, & non erit iſtud: * ſed caput Syriæ Da-
maſcus, & caput Damaſci Raſin: & adhuc ſexa-
ginta & quinque anni, & deſinet Ephraim eſ-
9 ſe populus: * & caput Ephraim Samaria, &
caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credi-
10 deritis, non permanebitis. * Et adiecit Domi-
11 nus loqui ad Achaz, dicens: * Pete tibi ſignum
à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue
12 in excelſum ſupra. * Et dixit Achaz: Non pe-
13 tam, & non tentabo Dominum. * Et dixit: Au-
dite ergo domus Dauid: Numquid parum vo-
bis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti
14 eſtis & Deo meo? * Propter hoc dabit Dominus
C ipſe vobis ſignum. a Ecce virgo concipiet, & a Matth.1.
pariet filium, & vocabitur nomen eius Emma- d.23
15 nuel. * Butyrum, & mel comedet, vt ſciat re- Luc.1.e.31
16 probare malum, & eligere bonum. * Quia an-
tequam ſciat puer reprobare malum, & eligere
bonum, derelinquetur terra, quam tu dete-
17 ſtaris à facie duorum regum ſuorum. * Adducet
Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum,

& ſuper domum patris tui, dies qui non vene-
runt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cum
18 rege Aſſyriorum. * Et erit in die illa: Sibilabit
Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo flumi-
19 num Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur, * &
venient, & requieſcent omnes in torrentibus
vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus
20 frutetis, & in vniuerſis foraminibus. * In die
D illa radet Dominus in nouacula conducta, in
his qui trans flumen ſunt, in rege Aſſyriorum,
caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam.
21 * Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam
22 boum, & duas oues, * & præ vbertate lactis
comedet butyrum: butyrum enim & mel man-
ducabit omnis qui relictus fuerit in medio ter-
23 ræ. * Et erit in die illa: Omnis locus vbi fue-
rint mille vites, mille argenteis, in ſpinas & in
24 vepres erunt. * Cum ſagittis & arcu ingredien-
tur illuc: vepres enim & ſpinæ erunt in vniuer-
25 ſa terra. * Et omnes montes, qui in ſarculo ſar-
rientur, non veniet illuc terror ſpinarum & ve-
prium, & erit in paſcua bouis, & in conculca-
tionem pecoris.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ASCENDIT RASIN REX SYRIÆ. De hac expeditione 4. Reg. 16. verſ. 5. AD PRÆLIANDVM CONTRA EAM. Sept. *ad bellandum contra eam.* Hebr. *ad bellum contra eam.* ſ. Ieruſalem. NON POTVERVNT. Hebr. *& non potuit.* ſ. quiſque eorum, neuter eorum Regum.

2 REQVIEVIT SYRIA. i. Syrorum copiæ ad Ephraim venerunt, ibique caſtrametatæ ſunt, vt iunctis viribus cum Iſrael veniant contra Ieruſalem. Ieroboam, qui Iſraelis regnum conſtituit, fuit Ephratæus: 3. Reg. 11. verſ. 26. Sic *Ephraim* ponitur pro Iſrael. Sept. *conſenſit.* Chald. *coniuncta eſt.* ſ. inierũt fœdus Syria & Ephraim. COMMOTVM EST COR EIVS. ſ. Achaz Regis Iuda commotum eſt cor.

3 QVI DERELICTVS EST IASVB. Sic Sept. *& relictus Iaſub.* Alij, *Sear Iaſub* vertunt, vt totum illud *relictus Iaſub* ſit filij nomen. ſignificat autem id nomen *Reſiduum conuertetur*, vt intelligerent ex nomine eo multos ex captiuitate Babylonica reuerſuros. AD EXTREMVM AQVÆDVCTVS, ſiue *canalis*, occurrito regi. SVPERIORIS. Erat altera piſcina inferior. IN VIA. Hebr. *ad viam*, qua ibatur ad Agrum fullonis, ſic dictum, quòd veſtes lotas in piſcina, ibi fullones extenderent & ſiccarent.

4 DICES AD EVM: VIDE VT SILEAS Hebr. *Caue, & ſile.* Ira quæ tegitur, nocet. Linguam tene, cum nullo communices quod nuntio. Sept. *Obſerua vt ſileas.* Chald. *Caue, & quieſce.* i. metum pone. Dixerat verſ. 2. *commotum eſt cor eius.* CAVDIS. i. extremitatibus. TITIONVM, ne formides. Vox Hebr. ſignificat *titiones, qui remouentur ab igne flagrantes ex parte.* IN IRA. i. præ ira fumigantium Raſin & Phaceæ.

5 QVOD CONSILIVM INIERIT CONTRA TE SYRIA IN MALVM. Goth. *malum.* ſ. *conſilium* (dempta præpoſitione *in*) *inierit malum.* Sic Sept. & Chald. atque Hebr.

6 SVSCITEMVS. Alij, *affligamus.* ſ. obſidione. AVELLAMVS. Alij, *ſcindamus.* ſ. partiamur. AD NOS. i. inter nos diuidamus ſpolia. Alij, *rumpamus.* ſ. murum, vt ad nos. i. nobis, ſic cedat vrbs.

7 NON STABIT, ſeu *ſtabilietur.* i. id conſilium.

8 CAPVT SYRIÆ DAMASCVS. Tunc ſic erat. At Romanorum imperio caput Syriæ Antiochia, & caput Iudææ Cæſarea: Tacit. lib. 18. CAPVT DAMASCI RASIN. Hoc eſt, non erit caput Iudææ, vt ipſe putat. Damaſco & Syria imperium terminabit. Idem de Ephraim verſ. 9. dicitur, quòd Samaria ſit caput Ephraim, & caput Samariæ filius Romeliæ, neque vltrà imperium proferet. ET ADHVC SEXAGINTA ET QVINQVE ANNI. Chald. *& in fine ſexaginta quinque annorum ceſſabit regnum domus Iſrael.* Hi anni non debent ſumi à tempore huius vaticinij, ſed ex quo Amos Iſaiæ æqualis contra Damaſcum & Iſraelitas vaticinatus eſt. Nimirum anno decimo ſeptimo Ieroboam filij Ioas cœpit vaticinari. Vnde vſque ad annum nonum Oſeæ fluxerunt anni ſexaginta quinque, quo tempore decem tribus actæ ſunt in captiuitatem. Nam à tempore, quo Iſaias hæc dixit, vſque ad eam captiuitatem, duodecim anni fluxere, tres Phaceæ, & nouem Oſeæ. Plura in Vatablo & Hieronymo ad hunc locum. Ergo adhuc ſexaginta quinque anni, quos deſignauit Amos Propheta, & quorum finis propè eſt: & Ephraim DESINET ESSE POPVLVS. Hebr. *frangetur a populo.* i. ne ſit populus.

9 SI NON CREDIDERITIS, NON PERMANEBITIS. i. ſi non credideritis, ô domus Iuda, & vos ipſi ſimili clade peribitis. Sept. *non intelligetis.* Hebr. eſt paranomaſia.

11 PETE TIBI SIGNVM. i. ſi non credis verbis meis, pete ſignum, quod tibi fidem huius vaticinij faciat. IN PROFVNDVM INFERNI. Vox *inferni* eſt addita ab Hieronymo. Hebr. *profunda te, petendo, aut eleua te ſurſum.* i. ſiue in terra, ſiue in cælo, vt malueris, id ſignum pete. Chald. *pete, vt fiat tibi miraculum ſuper terram, aut videatur ſignum in cælis.*

12 NON PETAM. q. d. ſcio vera non eſſe quæ dicis, quare non experiar, quid Deus facere velit. Stat ſententia.

13 AVDITE ERGO DOMVS DAVID. i. tu Achaz. PARVM VOBIS EST, MOLESTOS ESSE HOMINIBVS? Prophetis. QVIA MOLESTI ESTIS ET DEO MEO? dubitando de eius potentia ad liberandum vos.

14 PROPTER HOC. q. d. vos non facitis quæ debetis, Deus faciet quod ſe dignum eſt. ECCE VIRGO. Vox Hebr. עלמה *halmah*, *virginem* ſignificat, & quidem abſconditam. Hebr. tres voces ſunt virginem ſignificantes, *naharah*, & refertur ad teneram ætatem. *bethulah*, ad integritatem quacumque ætate. *halmah*, ad vtrumque: ſignificat enim *puellam teneram & incorruptam*. Punica lingua *virgo*, *halma* vocatur. ET VOCABITVR. Chald. *vocabit.* i. mater virgo. Hebr. & Sept. *vocabis.* ſ. tu mater vocabis (vox Hebr. feminina eſt) nomen eius Emmanuel.

15 BVTYRVM ET MEL COMEDET, VT SCIAT REPROBARE. Chald. *donec ſciat.* Sept. *antequam ſciat ipſe.* Hoc eſt, eo cibo veſcetur vſque ad annos diſcretionis, in infantia. Hebr. vox *adſcire eum* לְדַעְתּוֹ *ledahtho*, poteſt verti, *vſquequò ſciat.* Quidam dictum putant, *vt ſciat reprobare*, quoniam is cibus acuit ingenium. Infantibus ſanè eſt vtiliſſimus. Plin. libr. 28. cap. 19. *Infantibus nihil butyro vtilius, per ſe & cum melle.* Summa, ſignificat Iſaias Virginis filium hominem fore, & cibis conſuetis educandum, butyro & melle.

16 QVIA. pro, ſanè profectò. ANTEQVAM SCIAT PVER. i. antequam Chriſtus naſcatur, alia contingent, quæ ſigna & ipſa erunt. DERELINQVETVR TERRA, aut *deſeretur terra.* ſ. Syria & Samaria. QVAM TV DETESTARIS. Sept. *quam tu times.* erat enim inimica Regi Iuda. A FACIE DVORVM REGVM SVORVM. i. propter duos eius terræ Reges Raſin & Phacee deſeretur terra illa.

17 ADDVCET DOMINVS. Neque tu immunis manebis, ſed mala euenient, qualia non fuerunt, ex quo regnum ſub Roboam eſt diuiſum. CVM REGE ASSYRIORVM. ſ. cum eo & eius opera adducet Dominus ea mala. Sept. *Regem Aſſyriorum.* ſ. adducet. Hebraica vtroque modo verti poſſunt, & *Regem Aſſyriorum, & cum Rege Aſſyriorum*, vt vertit Hieronymus & Chald. Videtur loqui de captiuitate ſeu bello contra Iudam ſub Ezechia, 4. Reg. 18. per Sennacherib.

18 SIBILABIT. Sibilus procul auditur. *Muſcas* vocat Ægyptios ob multitudinem. *Apes* Aſſyrios ob fortitudinem. Vocabit vtroſque contra Iudæam Deus.

19 REQVIESCENT OMNES IN TORRENTIBVS. ſ. Aſſyrij. Sept. *in vallibus*. Vox *nahal* & *torrentem* & *vallem* ſignificat. VALLIVM. Alij, *deſertorum*. pro, deſertis. Et quidem Hieronymus cap. 5. verſ. 6. pro eadem voce, quæ hîc eſt Hebr. vertit *deſertam*. *Ponam eam deſertam*. Ergo ij hoſtes occupabunt vrbes in vallibus poſitas, & à ſuis præ metu deſertas, & ibi quieſcent. ET IN CAVERNIS PETRARVM requieſcent. Sic vocat vrbes in montibus poſitas, quas etiam occupabunt. Et quidem apes rupium ſciſſuras amant. FRVTETIS. Alij vertunt *ſpinetis*, per quæ pagos intelligit ſpinis ſeptos. ET IN VNIVERSIS FORAMINIBVS. Alij, *arboribus*. Sept. *in omni ligno* dixere. Hebr. Schol. dicit vtraque voce, *nahazuzim* & *nahalolim*, pro quibus noſter *fruteta* & *foramina* poſuit, ſignificari *arbores humiles*, nempe dumos, frutices. quæ omnia Aſſyrij occupabunt.

20 RADET DOMINVS IN NOVACVLA CONDVCTA. .i. *acuta*, vt Chald. quia talis eſt quæ conducitur. Sept. *inebriata*. Certè vocem שכירה *ſechirah* ipſi legerunt cum puncto *ſamin*, vbi alij legerunt cum *ſmol*, quo modo *conducta* ſignificatur. IN HIS QVI TRANS FLVMEN SVNT. i. per eos qui trans flumen Euphratem ſunt, nempe Aſſyrios, & eorum Regem radet. .i. euertet. Ij erunt miniſtri iræ Dei. CAPVT. i. Regem. PILOS PEDVM. i. pubem, ſicut *aquam pedum* vocat vrinam. Et per *pilos pedum* plebem intelligit. ET BARBAM. ſ. radet. per *caput* & *barbam* Regem & proceres intelligo; quos omnes ſubuertent Aſſyrij: non enim contra Aſſyrios hæc dicuntur, ſed contra Iudæos, vt Hieronymus ſentit.

21 NVTRIET HOMO VACCAM BOVM. Hebr. *vitulam bouis*. ſ. filiam. ET DVAS OVES, aut *duas pecudes*. id צאן *Zon* propriè ſignificat. *Duas*. i. pauculas nutriet quiſque & habebit.

22 BVTYRVM ENIM ET MEL MANDVCABIT. hoc eſt, cibos viles & obuios, quòd alij non ſuppetunt. Cibus infantibus commodus, viris eſt incommodus. Significat autem, poſt captiuitatem terra in ſolitudinem redacta, multa & læta fore paſcua, quibus paucæ pecudes multùm lac præbeant, quo alantur qui ex clade ſuperfuerint.

23 MILLE VITES, MILLE ARGENTEIS. ſ. ante cladem æſtimatæ eo pretio, ſentibus operientur. Hebr. *mille argenti*, pro qua forma loquendi plerique ſiclos intelligunt. De quo lib. de Pond. & menſ. cap. 6. plura. ſic Sept. *mille vites*, *mille ſiclis* dixerunt. Chald. *mille drachmis argenti*. ſic Interpres; nam Chald. אלף מנין כסף *mille minis argenti* habet. Hieronymus dixit, *mille argenteis*. Porrò *argenteus* drachmalis erat. Senſus eſt, Vineta magni pretij culturæ defectu ſentibus repleri. Id ſecutus eſt Chaldæi Interpres Latinus.

24 CVM SAGITTIS ET ARCV INGREDIENTVR ILLVC. propter feras, quæ in his vepribus erunt. IN VNIVERSA TERRA. ſic Chald. At Hebr. *vepres enim & ſpinæ erit vniuerſa terra*. Sic Sept. & maiorem emphaſim habet.

25 MONTES. Eò confugiunt homines in ſimili clade, planitie deſerta, eoſque montes colent. SARCVLO. .i. ligone. SARRIENTVR. boues & iumenta non ſuppetent, quibus arentur. TERROR SPINARVM. i. vt maximè ea cultura ſpinæ & ſentes prohibeantur: cedent tamen ſata ſegetes in paſcua pecorum. Nam montes tam multos greges, quot ſe eò recipient, alere aliter non poterunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DOMVS. i. familiæ. q. d. Regi. REQVIEVIT. Lxx. *conſenſit*. Chald. *coniuncta eſt*. q. d. iniit Rex Syriæ ſocietatem cum Rege Iſrael. EPHRAIM. ſic dicta Iſrael ab Ieroboam primo Rege, qui ex tribu Ephraim. EIVS. ſ. Regis, vel domus Dauid.

3 QVI DERELICTVS EST IASVB. Hebr. *Sear Iaſub*, quod Latinè eſt, *reliquiæ conuertentur*. SVPERIORIS. erat altera inferior. AGRI FVLLONIS. ſ. ſiccabantur illic panni aqua purgati.

4 SILEAS. i. quieſcas. q. d. bono animo eſto. CAVDIS. i. extremitatibus.

6 SVSCITEMVS. i. excitemus.

8 ET CAPVT. pro, & Rex. DAMASCI. q. d. & non Ieruſalem.

9 ET CAPVT. q. d. cùm tamen nunc ſit caput. NON PERMANEBITIS. Lxx. *non intelligetis*.

11 SIGNVM. ſ. in confirmationem dictorum. INFERNI. q. d. deorſum. quamquam id non eſt Hebr. Chald. aut in Lxx.

12 NON TENTABO Simulat religionem.

13 DAVID. Lxx. *Iuda*. MOLESTOS. ſ. contemnendo. HOMINIBVS. Chald. *Prophetis*. QVIA MOLESTI ESTIS. pro, niſi etiam moleſti ſitis DEO. ſ. non credendo, non fidendo, non obediendo.

14 PROPTER HOC. q. d. quia non facitis quod debetis, faciet Deus quod ſe dignum eſt. VOBIS. ſ. domui Dauid. SIGNVM. ſ. potentiæ ſuæ, bonitatis, & miſericordiæ. VIRGO. ſic etiam Chald. & Sept. Hebr. עלמה *halma* i. *virgo abſcondita*. Vide Geneſ. 24. & Hieron. 1. cont. Iouin. & quidem Punica lingua, quæ ab Hebræa deducta eſt, *virgo*, *alma* dicitur. VOCABITVR. Chald. *vocabit*. ſ. mater (non enim in terra patrem habebit.) Hebr. & Lxx. *vocabis*. ſ. tu mater. eſt enim Hebr. perſona feminea.

15 BVTYRVM ET MEL. i. cibos vſitatos infantibus in Iudæa. VT SCIAT. pro, ſciendo. vel, quia ſciet. Chald. *donec ſciat*. Lxx. *antequam ſciat*. q. d. antequam perueniat ad communem ætatem diſcretionis.

16 ANTEQVAM SCIAT, &c. q. d. antequam naſcatur Chriſtus. DERELINQVETVR. ſ. deſolata. TERRA. ſ. Syria, & Samaria, ſeu Iuda. QVAM TV DETESTARIS. Chald. *pro qua tu tribulationem pateris*. Lxx. *quam times*, ſeu *cui times*. ex quibus videtur intelligenda terra Iuda; id quod confirmant proximè ſequentia. A FACIE. i. cauſa.

17 CVM REGE. coniunge cum *adducet*. q. d. per Regem illum puniet. Hebr. & Lxx. *Regem*. pro, nempe Regem. ſ. Sennacherib.

18 SIBILABIT, &c. q. d. vocabit Ægyptios & Aſſyrios. illi dicuntur muſcæ, ob copiam; hi apes, quia fortiores.

20 CONDVCTA. Chald. *acuta*. Lxx. *inebriata*. IN HIS. pro, nempe in his. i. per hos. IN REGE. pro, nempe in Rege. PILOS PEDVM. i. pubem. ſic *aqua pedum* dicitur vrina. Intellige verò per *caput* & *barbam*, regem & nobiles; reliquos per pubem.

21 HOMO. i. quiſque, vel aliquis. VACCAM. Chald. & Lxx. *vitulam*. BOVM. ſ. filiam. DVAS. ſ. ſolas.

22 RELICTVS. ab hoſtibus.

23 ARGENTEIS. Chald *drachmis argenti*. Lxx. *ſiclis*. ſ. quæ tanti vendi poſſint. IN SPINAS. ſ. penuria colentium.

24 SAGITTIS. ſ. metu ſerpentum.

25 SARRIENTVR. q. d. non item accidet cultis montibus. Mira in Prophetis tranſitio ſubita ab aduerſis ad proſpera, & contrà. quod valdè notandum.

CAPVT VIII.

Iubetur Iſaias in libro ſcribere nomen pueri naſcituri: prædicit regna Iſraël & Syriæ deſtruenda, Iudæque afflictionem & futuram a Deo liberationem, licet multi ex Iuda caſuri ſint: iubet ligari teſtimonium & legem ſignari, ſubiiciens quæ immineant mala recedentibus à lege.

1 ET dixit Dominus ad me: Sume tibi li-
A brum grandem, & ſcribe in eo ſtylo homi-
2 nis: Velociter ſpolia detrahe, citò prædare. * Et
adhibui mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdo-
3 tem, & Zachariam filium Barachiæ: * & acceſſi
ad propheteſſam, & concepit, & peperit filium.
Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius,
Accelera ſpolia detrahere: Feſtina prædari.
4 * Quia antequã ſciat puer vocare patrem ſuum,

& matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci,
& ſpolia Samariæ, coram rege Aſſyriorum. * Et 5
adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:
* Pro eo quòd abiecit populus iſte aquas Siloë, 6
quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis B
Raſin, & filium Romeliæ: * propter hoc ecce 7
Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis
fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes
riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius,
* & ibit per Iudam, mundans, & tranſiens 8
vſque ad collum veniet. Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ, ô Emmanuel. * Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ: confortamini, & vincimini, accingite vos & vincimini: * inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiſcum Deus.
* Hæc enim ait Dominus ad me: Sicut in ma- 11
nu forti erudiuit me, ne irem in via populi hu- C
ius, dicens: * Non dicatis, coniuratio: omnia 12
enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt:
& timorem eius ne timeatis, neque paueatis.
* Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ip- 13
ſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. * Et erit 14
vobis in ſanctificationem. * In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali, duabus domibus Iſrael; in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem. * Et offendent ex eis plu- 15
rimi, & cadent, & conterentur, & irretientur,
& capientur. * Liga teſtimonium, ſigna legem 16
in diſcipulis meis. * Et expectabo Dominum, 17
qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & D
præſtolabor eum. * Ecce ego & pueri mei, 18
quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſrael à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. * Et cùm dixerint ad 19
vos: Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis: Numquid non populus à Deo ſuo requiret, pro viuis à mortuis? * Ad legem magis, & ad teſtimo- 20
nium. Quòd ſi non dixerint iuxta verbum
hoc, non erit eis matutina lux. * Et tranſibit 21
per eam, corruet, & eſuriet: & cùm eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & Deo ſuo,
& ſuſpiciet ſurſum. * Et ad terram intuebitur, 22
& ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua.

Luc. 2. v. 34 Rom. 9. v. 32 1. Pet. 2. v. 6

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SVME TIBI LIBRVM GRANDEM, ſiue *volumen magnum*. SCRIBE IN EO STYLO HOMINIS. i. *claro*, vt Chald. quod omnes intelligant. VELOCITER SPOLIA. Hebr. *feſtina ſpolium, feſtina prædam. Lamed* hîc redundat in למהר *lemaher*. Significat autem breui cladem Damaſci & Samariæ fore. Idque Iudæ tribum ſcire vult, ne eos timeant, aut ad eos reſpiciant. 1

ET ADHIBVI MIHI. Hebr. *& teſtificari feci*, teſtes fideles. Nimirum coram iis voluit ſibi Deum id præcipere. Qui illi teſtes? VRIAM SACERDOTEM. ſ. ſummum. fuit tempore Achaz, 4. Reg. 16. v. 10. ZACHARIAM FILIVM BARACHIÆ. An hic eſt, quem Iudæi occiderunt inter templum & altare? Matth. 23. v. 35. 2

ACCESSI AD PROPHETISSAM. i. vxorem ſuam, quæ Propheteſſa vocatur, quia vxor Prophetæ. SPOLIA DETRAHERE. Regia, *detrahe*. ſic verſ. 1. Id nomen filio imponit, vt vaticinij veritas certior eſſet, & magis teſtata. 3

4 PATREM SVVM ET MATREM SVAM. Hebr. *antequam puer ſciat vocare, Pater mi, & Mater mea.* AVFERETVR. Chald. *capientur ſubſtantiæ*. Hebr. *accipiet*. ſ. hoſtis. FORTITVDO. i. ſubſtantia, opes. CORAM REGE ASSYRIORVM. i. ipſo iubente, Damaſci & Samariæ opes auferentur.

6 ABIECIT POPVLVS ISTE AQVAS SILOE. Nomen fluminis dicti *Siloe*. i. *miſſus*, quoniam ad hortos irrigandos in plures riuos diducitur, vt ait Hebr. Schol. ſignificatque regnum Iuda, vt exponit Chald. quod ille populus Iudaicus, aut Iſrael, quaſi infirmum auerſabatur, ad alios & externos propenſus. CVM SILENTIO. i. quietè & leniter fluunt. ſic erat regnum Iuda. ET ASSVMPSIT MAGIS RASIN. Hebr. *& gaudium* (eius eſt) *cum Raſin*. i. eius potiùs imperio oblectatur. Hieronymus ſententiam expreſſit, quod fecere etiam Sept. fecit Chald.

7 ADDVCIT SVPER EOS AQVAS FLVMINIS. ſ. Euphratis. Perſtat in metaphora fluuiorum. FORTES. nempe impetum rigidum inducam vobis, pro leni quod vos abiicitis. SVPER EOS. ſ. tribum Iuda, contra quam loquitur. REGEM ASSYRIORVM. Eæ ſunt aquæ fortes. ET OMNEM GLORIAM EIVS. Chald. *& omnem exercitum eius*, quo omnem regionem occupabit, riuos & ripas eorum.

8 VSQVE AD COLLVM VENIET. Hebr. *pertinget, vſque Ieruſalem*. ſic Chald. Nam Sennacherib totam Iudæam cepit, vna Ieruſalem dempta. IMPLENS LATITVDINEM TERRÆ TVÆ, vbi tu Chriſte naſcêris, & vbi imperabis. O EMMANVEL. Virginis filium eo vocauerat nomine, ideò ad eum ſermonem conuertit. Tuam, ô Chriſte, terram occupabit Aſſyrius.

9 CONGREGAMINI POPVLI. Sic Chald. alij, *confringimini*. ſed vox Hebr. priorem ſignificationem admittit *congregamini*, ſociate vos ad reſiſtendum. ET VINCIMINI. i. nihilominùs victi eritis. Regia *vincemini* ter ponit in hoc verſu. Chald. *conterimini*. eadem ſententia eſt. AVDITE VNIVERSÆ PROCVL TERRÆ. Eos alloquitur, qui in periculo erant, Iudæi, Iſraelitæ, Syri. CONFORTAMINI. Hebr. *accingite vos* (ſ. ad bellum) *& conterimini*. Victoria à vobis non ſtabit.

10 QVIA NOBISCVM DEVS. Sic Sept. pro, quia non nobiſcum, prior negatio geminetur. ſ. quæ poſita eſt ibi, *Et non fiet*. at Chald. *quia Deus eſt in adiutorium noſtrum*. Hebr. *quia Emanuel*. Ego dicerem, *quia Deus eſt in opere iſto*, Deum infenſum habetis. Ideò mirum non eſt, ſi nihil vobis procedit eorum quæ cogitatis aduerſus hanc tempeſtatem.

11 SICVT IN MANV FORTI. Hebr. *in fortitudine manus*. i. *Prophetia*, vt explicat Chald. *Manus* ſæpè pro prophetia ſumitur. Ergo forti prophetia erudiuit me, ne ſequerer quod populus hic facit.

12 NON DICATIS, CONIVRATIO. i. verba ſeditioſa in veſtrum Regem. ſ. ne coniuretis. Chald. *ne dicatis rebelionem*. OMNIA ENIM. לכל *lecol*, *ad omnes*, ſed ל videtur redundare. Senſus eſt, nihil aliud agunt, quàm vt à ſuo Rege ad externos Raſin & Phacee deficiant. TIMOREM EIVS. ſ. quo populus metuit illos duos Reges, ne timeatis.

13 SANCTIFICATE. i. colite, illum timete, non hoſtes, ſed Deum.

14 ET ERIT VOBIS IN SANCTIFICATIONEM. Hebr. *& erit in ſanctuarium*, ſiue *in palatium*, vt Pagn. ſ. quò vos confugiatis. Chald. *& ſi non obedieritis, erit verbum eius vobis in vltionem*. Ita vocem מקדש *mikdas*, pro *vltione* ſumit, quod alij Hebræi faciunt. In palatio ſunt tribunalia. Ergo erit in tribunal, vbi iudicemini & puniamini. DVABVS DOMIBVS ISRAEL. Erit Deus in ſcandalum; qui vobis in ſalutem & præſidium. Quæ ſint hæ domus, non conſtat. credam regnum Iſrael in duas factiones ſciſſum, vt fit. ET IN RVINAM. Hebr. *& in rete*. Illis erit in petram ſcandali, & in ruinam, vobis in refugium.

Liga testimonivm. i. tege. Signa legem. pro, 16
obſigna doctrinam hanc. ſ. In discipvlis meis.
pro, coram eis, vt ſ. ipſi intelligant, alij, ignorent quæ
dicuntur, quia tecta & obſignata.

Ecce ego et pveri mei, ſiue *filij mei.* vox Chri- 18
ſti eſt adducta ad Hebr. 2. verſ. 13. ſed & vox Iſaiæ
eſſe poteſt hæc ſententia: Expecto Dominum. i. eius
opem, interim autem ego & filij mei. In signvm,
et in portentvm. i. oſtentui & ludibrio ſumus.
Israel. Hebr. *in Iſrael.* in hoc populo me odio ha-
bent, quòd denuntio eorum exitium, & filios meos
propter me.

Et cvm dixerint ad vos. q. d. ſi mihi non 19
creditis, & vt ariolos potiùs conſulatis, dicunt vobis
homines praui. Qvi strident in incantatio-
nibvs svis. Hebr. *garrientes & ſuſurrantes.* i. ſubmiſ-
ſa voce verba proferunt incantatoria. Illud *in incan-
tationibus ſuis*, Hieronymus addidit. Ne ergo id fa-
ciatis. Numquid non populus quiſque à deo ſuo re-
quirit eum, & conſulit? Pro vivis a mortvis.
Hebr. *pro viuis mortuos.* ſ. idola, quæ mortua ſunt,
conſulunt. Ergo ſi alij populi ad deos ſuos & idola
concurrunt, multò magis id vos facere debetis, reli-
ctis ariolis, Deum viuum conſulere. Regia & Goth.
pro viuis ac mortuis. i. de rebus omnibus deos ſuos
gentes omnes conſulunt.

Ad legem magis, et ad testimonivm. Vox 20
magis non eſt Hebr. eſtque forma iurandi, ac ſi di-
cat, per Legem & teſtimonium, per Deum. Si non
dixerint. i. ſi ſecùs dixerint quàm ego moneo, lux
illis non fulgebit, manebunt in tenebris.

Et transibit per eam. ſ. terram. quis? ſ. mi- 21
ſer & eſuriens. Corrvet, et esvriet. Hebr. *in-
duratus & eſuriens.* i. nulli alij homines niſi fame-
lici erunt in ea regione. Maledicet regi svo.
Regum periculo mala contingunt, & eorum ob im-
prudentiam. Et svspiciet svrsvm. Hoc cum ſe-
quentibus iungatur.

Et ad terram intvebitvr. i. nuſquam quie- 22
tem inueniet, aut remedium iis malis, neque in cæ-
lo, neque in terra; vbique anguſtiæ & tenebræ. Tri-
bvlatio et tenebræ, dissolvtio..... et non po-
terit avolare. i. vnde nemo euadet. Hebr. *angu-
ſtia, tenebra, obſcuritas, afflictio, & caligo expanſa.*
i. quæ partes omnes occupabit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Stylo hominis. i. litteris vſitatis. Chald. *ſcriptu- 1
ram claram.*

Testes. ſ. ſcripturæ. Zachariam. quid, ſi iſte 2
eſt, de quo in Euangelio Chriſtus?

Prophetissam. vxorem ſuam intelligit. 3

Patrem svvm, &c. Hebr. *pater mi, & mater mea.* 4
Fortitvdo. i. vires & opes. Coram rege. i. iu-
bente Rege.

Iste. ſ. Iuda. Aqvas Siloe. Chald. *regnum do- 6
mus Dauid quietum, vt aqua Siloe.* Assvmpsit. Al-
ludit ad defectionem Iſrael à Iuda. apparetque hinc,
fuiſſe malè factam, etſi Deo permittente & ordinan-
te benè. vel potiùs ſenſus eſt, Quia populus Iſrael
voluit ducibus Raſin & Phacee deſtruere Regnum
Iuda, aliumque Regem conſtituere. vide cap. 7. For-
tè etiam de populo Iudaico loquitur, qui ad illos Re-
ges videbatur defeciſſe, vt infrà indicatur. Itaque di-
cit, popvlvs iste. ſ. Iudaicus.

Eos. ſ. Regnum Iſrael. 7

Ibit. pro, ibit etiam. Ad collvm. Chald. *ad Ie- 8
ruſalem.* q. d. omnia ſubuertet præter Ieruſalem.
Tvæ. i. vbi naſceris.

Popvli. ſ. Aſſyriorum, vel Iſrael. Vincimini. 9
Complut. & hîc, & infrà, *vincemini.* q. d. præparate
ſanè vos ad bellum, certè vincemini. Avdite.
ſ. quod dico.

Devs, ſ. qui veſtra conſilia diſſipabit. 10

Sicvt in manv forti. i. mira virtute. Chald. *in 11
fortitudine prophetiæ.*

12 Non dicatis, conivratio. i. ne coniuretis in
Regem veſtrum vt ab eo deficiatis ad hoſtes. Timo-
rem eivs. i. quod timet. ſ. populus.

13 Sanctificate. i. glorificate fidendo ipſi. Chald.
ſanctum dicite. q. d. colite. Ipse pavor, &c. q. d. ip-
ſum timete, non homines. Terror. Chald *fortitudo.*

14 In sanctificationem. q. d. vos ſanctificabit. ſ. eos,
qui ſe timent & colunt, &c. nam aliis in lapidem, &c.
Dvabvs. ſ. Iuda & Iſrael.

16 Testimonivm. ſ. id. i. hanc prophetiam. Si-
gna. i. tege, vt ſolent quæ obſignantur. Chald. *ſigna
& abſconde legem, quia nolunt diſcere eam.* Lxx. *ſigil-
labunt legem ne diſcant.* In discipvlis meis.
i. in gratiam diſcipulorum meorum, quibus reſigna-
bitur, vt diſcant. ſ. Chriſti tempore, qui eis aperiet
Scripturas.

17 Faciem svam. ſ. Chriſtum Iudæi non cogno-
uerunt.

18 Ecce ego. verba Chriſti. vide Hebr. 3. In si-
gnvm, &c. ſ. & Chriſtus & eius diſcipuli miracula
multa fecerunt, poſitique ſunt omnibus in exemplum
vitæ.

19 Nvmqvid. q. d. reſpondete. A mortvis? ſ. diis.
ſ. petemuſque oracula? Complut. *ac mortuis?* q. d. nón-
ne Deus eſt de omnibus rebus conſulendus? Lxx. *quid
requirent de viuis mortuos?* Chald. *vnuſquiſque popu-
lus ab idolo ſuo requirit, viui a mortuis.*

20 Magis. i. potiùs. ſ. recurrendum. Ivxta ver-
bvm hoc. i. ita faciendum. Non erit, &c. q. d. ma-
nebunt in tenebris.

21 Transibit. ſ. quiſque eorum. Per eam. ſ. ter-
ram, vel legem. Deo. Chald. *idolo.*

CAPVT IX.

*Vaticinium de Chriſti natiuitate, ipſiuſque imperio mul-
tiplicando: de liberatione Iudæ a regibus Iſrael &
Syriæ: quorum regnorum, & præſertim regni Iſrael
ad Deum redire nolentis, grauiſſimas cædes inteſti-
naque diſſidia prædicit.*

1 PRimo tempore alleuiata eſt Terra Zabu-
A lon, & Terra Nephthali: & nouiſſimò ag-
grauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ
2 Gentium. *Populus, qui ambulabat in tene-
bris, vidit lucem magnam: habitantibus in re-
3 gione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. *Multi-
plicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. Læ-
tabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe,
ſicut exultant victores capta præda, quando di-
4 uidunt ſpolia. *Iugum enim oneris eius, & vir-
gam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius
5 ſuperaſti, [a] ſicut in die Madian. *Quia omnis [a] Iud. 7. f. 22
violenta prædatio cum tumultu, & veſtimen-
tum miſtum ſanguine, erit in combuſtionem,
6 & cibus ignis. *Parvvlvs enim natvs
B eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt
principatus ſuper humerum eius: & vocabitur
nomen eius, Admirabilis, conſiliarius, Deus,
7 fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. *Mul-
tiplicabitur eius imperium, & pacis non erit
finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum
eius ſedebit: vt confirmet illud, & corrobo-
ret in iudicio & iuſtitia, amodò & vſque in
ſempiternum: zelus Domini exercituum fa-
8 ciet hoc. *Verbum miſit Dominus in Iacob,
9 & cecidit in Iſrael. *Et ſciet omnis populus
Ephraim, & habitantes Samariam, in ſuperbia
10 & magnitudine cordis dicentes: *Lateres ce-
ciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus:
ſycomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabi-
11 mus. *Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſu-
per eum, & inimicos eius in tumultum vertet:

* Syriam ab Oriente, & Philiſthiim ab Occi- 12
dente: & deuorabunt Iſrael toto ore. In om- C
nibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc
manus eius extenta: * & populus non eſt reuer- 13
ſus ad percutientem ſe, & Dominum exerci-
tuum non inquiſierunt. * Et diſperdet Domi- 14
nus ab Iſrael caput & caudam, incuruantem
& refrænantem, die vna. * Longæuus & hono- 15
rabilis, ipſe eſt caput: & propheta docens men-
dacium, ipſe eſt cauda. * Et erunt, qui beati- 16
ficant populum iſtum, ſeducentes: & qui bea-
tificantur, præcipitati. * propter hoc ſuper ado- 17
leſcentulis eius non lætabitur Dominus: & pu-
pillorum eius, & viduarum non miſerebitur: D
quia omnis hypocrita eſt & nequam, & vni-
uerſum os locutum eſt ſtultitiam. In omnibus
his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc ma-
nus eius extenta. * Succenſa eſt enim quaſi ignis 18
impietas, veprem & ſpinam vorabit: & ſuc-
cendetur in denſitate ſaltus, & conuoluetur
ſuperbia fumi. * In ira Domini exercituum 19
conturbata eſt terra, & erit populus quaſi eſca
ignis: vir fratri ſuo non parcet. * Et declina- 20
bit ad dexteram, & eſuriet: & comedet ad ſini-
ſtram, & non ſaturabitur: vnuſquiſque car-
nem brachij ſui vorabit; Manaſſes Ephraim,
& Ephraim Manaſſen, ſimul ipſi contra Iudam.
* In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed 21
adhuc manus eius extenta.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PRIMO TEMPORE. Hebraicè inchoat hoc Caput 1
ab his verbis, *Et non poterit auolare de anguſtia ſua.* quæ aliis ſunt vltima ſuperioris capitis, & ſic Hebr. habent & explicantur. *Quia* (pro, ſanè) *non obtenebratus is qui coarctatus es*, vel *in ea.* i. non diuturna erit afflictio & tenebræ, quas modò patitur. Quin potiùs, *Primo tempore* (Hebr. *ſecundùm tempus primum*. ſed *Caph* Hebr. Codices habent, vbi Hieron. habuit *Beth*) ALLEVIATA EST. i. meliùs habebit. TERRA ZABVLON. Hæc tribus erat ad lacum Geneſareth, vbi Capharnaum, Tiberias, Bethſaida, Corozaim, denique Galilæa inferior. ET TERRA NEPHTHALI. Hæc tribus ad Septemtrionem vlteriùs ſita, vbi Galilæa ſuperior, quæ & Galilæa Gentium dicitur, quòd ad fines Tyri & Sidonis pertingeret. ET NOVISSIMO AGGRAVATA EST. pro, & quæ nouiſſimo aggrauata eſt. ſ. belli malis & captiuitatis, nempe remotior regio. VIA MARIS *Mediterranei; eo enim alluitur. TRANS IORDANEM. nimirum ad Occaſum, Iordanis & Orientis comparatione. Hæc ergo Galilæa, quæ ferè eadem tribus Nephthalim, meliùs breui habebit. Quod duobus temporibus contigit, & ſub Ezechia, cùm miſit qui monerent vt ad patrias leges redirent, & non pauci ſe Ieroſolymam contulere (Ioſephus lib. 9. cap. 13.) Deinde & præcipuè Chriſti tempore, qui in iis locis diu eſt verſatus, & inde Apoſtolos ſibi adiunxit. quare Matth. 4. v. 15. hæc verba & locus ad id tempus referuntur.

QVI AMBVLABAT. *ſedebat*, in Matth. HABITAN- 2
TIBVS. *ſedentibus*, item in Matth. IN REGIONE VMBRÆ MORTIS. i. in magnis anguſtiis, quæ inſtar & imago mortis erant. LVX ORTA EST EIS. Lux Euangelij, lux etiam liberationis à belli malis.

MVLTIPLICASTI GENTEM, NON MAGNIFICASTI. 3
Quidam Codices Hebraici affirmatiuè legunt, *ei magnificaſti lætitiam.* ei ſ. genti. ſic Chald. affirmatiuè legit. In libro etiam Maſſoreth notatur ea lectio. Sententia quoque planior ſic redditur, ſed & noſtra lectio ſic explicatur: *multiplicaſti* olim, ſ. gentem, & non lætitiam ante aduentum huius lucis. Nunc autem LÆTABVNTVR. Lætitia ea ſimilis erit meſſorum lætitiæ, cùm opimas fruges demetunt: aut victorum, quando ſpolia diuidunt.

4 IVGVM ENIM. Hæc eſt lætitiæ materia, quòd tyranni imperium abſtuleris, qui ſibi omnes ſubiecerat. VIRGAM HVMERI. Sceptrum ad humerum geritur. SCEPTRVM EXACTORIS. i. tributa imperantis & exigentis, quod tyranni ſine fine faciunt, tu ſuperaſti & abſtuliſti. SICVT IN DIE MADIAN. i. penitùs & facilè, vt Gedeon fractis lagenis Madianitas vicit: Iudic. 7. verſ. 16. præstereà ſine ſanguine victoria fuit.

5 QVIA OMNIS VIOLENTA PRÆDATIO. Hebr. *quia omnis pugna pugnantis cum ſtrepitu*. Ideò volo victoriam ſine ſanguine, quia cùm ad manus venitur, tumultu plena ſunt omnia & terrore. ET VESTIMENTVM MISTVM SANGVINE. Hebr. *& veſtis inuoluta ſanguine:* i. fœdata. q. d. ſpolia etiam cæſorum veſtes inutiles ſunt, quippe pollutæ ſanguine, & quaſi inutiles comburuntur.

6 PARVVLVS ENIM. Reddit cauſam omnium quæ dixerat. Cur lux orta eſt populo? quare lætantur ob excuſſum iugum tyranni? quare id placidè & ſine ſanguine? Quia filius Virginis natus eſt, cuius PRINCIPATVS SVPER HVMERVM. i. Rex erit, ſceptrum geret, quod humero incumbit. Niſi placet ad crucem referre cum Tertulliano 3. contra Marcion. *Inſigne*, ait, *poteſtatis ſuæ crucem humeris tulit, non vt alij Reges capite diadema, aut manu ſceptrum.* VOCABITVR. Hebr. *vocabit*. ſed Sept. Chald. & Pagn. paſſiuè vertunt, *vocatur*, aut *vocabitur*, ſ. paruulus. ſanè pro *ikra*, mutatis punctis, legerunt *ikkare*, pro *vocabit*, *vocabitur*. PATER FVTVRI SÆCVLI. ſic Sept. Hebr. *pater æternitatis*. Chald. *vir permanens in æternum Chriſtus.* PRINCEPS PACIS. Ecce quare ſine ſanguine victor tyranni extitit. Hieronymus pro his ſex nominibus ait Sept. poſuiſſe ſolùm, *Et vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus.* Verùm, cùm modò in Græcis Codicibus legantur alia nomina, efficitur, non Hieronymum eſſe falſum, ſed noſtros Græcos Codices non ex pura Sept. verſione eſſe; quod alio loco eſt à nobis diſputatum.

7 MVLTIPLICABITVR EIVS IMPERIVM. Hebr. *ad multiplicandum imperium*, pro; *multiplicabitur imperium*, vt Hieron. Ipſis terræ finibus deſcribetur. Pſal. 2. verſ. 8. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes.* ET PACIS NON ERIT FINIS. Ampliato imperio, & vno totius orbis capite, pax ſempiterna erit, ſicut & *regni finis non erit:* Pſal. 144. v. 3. Luc. 1. v. 33. ZELVS DOMINI. i. amor Dei erga homines. *Mem* in voce *multiplicabitur* לםרבה *lemarbeh*, præter regulam clauſa, MARIÆ Virginis nomen indicare ait Galatin. lib. 7. cap. 13.

8 VERBVM MISIT DOMINVS. ſ. præcepit, vt hoc regnum Dauid, quod obtinuit Chriſtus, eſſet in domo Iacob in tribu Iuda. Id voluit Deus. ET CECIDIT IN ISRAEL. ſed deinde factum eſt, vt decideret in Iſrael, quando decem tribus ſibi Regem conſtituerunt. Vnde illis ſuperbiendi occaſio. Et Propheta ex hoc principio redit ad vaticinandum contra illos.

9 ET SCIET, quod ſequitur v. 11. nam oratio pendens eſt.

10 LATERES CECIDERVNT. q. d. ſi mœnia lateritia diruerunt hoſtes, nos pro eis fortiora ſubſtituemus. SED QVADRIS LAPIDIBVS, ſeu ſectis aut politis. ſic ædificia firmiora fiunt. SYCOMOROS, pænultima longa, ſed ex *ſyco*. i. *ficu*, & *moro* compoſita vox. & ſanè vtrique arbori ſycomori ſunt ſimiles. Quidam *ſycomorum* dictam putant, quaſi *ficum fatuam*, & pænultimam etiam producunt, propter ω in voce μωρὸς, quod non ſequimur. Senſus eſt, ſi hoſtis ſuccidit viles arbores, pro iis cedros nobiliores arbores reponemus.

11 HOSTES RASIN. *Raſin* in genitiuo eſt. SVPER EVM, aut contra eum. ſ. *Raſin*. q. d. vos confiditis in viribus Raſin, illum deprimet & occidet Aſſyrius: 4. Reg. 15. v. 9. IN TVMVLTVM VERTET. i. faciet, vt Raſini hoſtes omnia impleant tumultu, vt fit in bello. Hebr. *& hoſtes eius* (ſ. Raſini) *commiſcebit*

Deus.

[illegible]

CAPVT X.

VAE qui condunt leges iniquas [illegible] causae humilium populi mei [illegible] praeda eorum, & pupillos [illegible] Super omnibus his [illegible] sed adhuc manus [illegible] virga furoris mei & [illegible] ipse est, in manu eorum [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

eorum indignatio mea. * Ad gentem fallacem 6
mittam eum, & contra populum furoris mei
mandabo illi, vt auferat ſpolia,& diripiat præ-
dam, & ponat illum in conculcationem quaſi
lutum platearum. * Ipſe autem non ſic arbi- 7
trabitur, & cor eius non ita exiſtimabit: ſed
ad conterendum erit cor eius, & ad interne-
cionem gentium non paucarum. * Dicet enim: 8
* Numquid non principes mei ſimul reges ſunt? 9
numquid non vt Charcamis, ſic Calano; & vt
Arphad, ſic Emath? numquid non vt Da-
maſcus, ſic Samaria? * Quomodo inuenit ma- 10
nus mea regna idoli, ſic & ſimulachra eorum
de Ieruſalem, & de Samaria. * Numquid non 11
ſicut feci Samariæ & idolis eius, ſic faciam Ie- C
ruſalem & ſimulachris eius? * Et erit: cùm 12
impleuerit Dominus cuncta opera ſua in mon-
te Sion, & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fru-
"4. Reg. 19. ſ. 35 Inf. 37. ſ. 36 ctum magnifici cordis regis " Aſſur, & ſuper
gloriam altitudinis oculorum eius. * Dixit 13
enim: In fortitudine manus meæ feci, & in
ſapientia mea intellexi: & abſtuli terminos po-
pulorum, & principes eorum deprædatus ſum,
& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.
* Et inuenit quaſi nidum manus mea fortitu- 14
dinem populorum: & ſicut colliguntur oua,
quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego D
congregaui: & non fuit qui moueret pennam,
& aperiret os, & ganniret. * Numquid gloria- 15
bitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut
exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur?
quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem
ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt.
* Propter hoc mittet dominator Dominus 16
exercituum in pinguibus eius tenuitatem: &
ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit quaſi
combuſtio ignis. * Et erit lumen Iſrael in igne, 17
& Sanctus eius in flamma: & ſuccendetur, &
deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna.
* Et gloria ſaltus eius, & carmeli eius, ab ani- 18
ma vſque ad carnem conſumetur, & erit ter- E
rore profugus. * Et reliquiæ ligni ſaltus eius 19
præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet
eos. * Et erit in die illa: non adiiciet reſiduum 20
Iſrael, & hi qui fugerint de domo Iacob, inniti
ſuper eo qui percutit eos: ſed innitetur ſuper
Dominum ſanctum Iſrael in veritate. * Reli- 21
quiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad
"Rom. 9. ſ. 27 Infr. 11. c. 11 Deum fortem. * " Si enim fuerit populus tuus 22
Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ conuerten-
tur ex eo: conſummatio abbreuiata inunda-
bit iuſtitiam. * Conſummationem enim & ab- 23
breuiationem Dominus Deus exercituum fa- F
ciet in medio omnis terræ. * Propter hoc, hæc 24
dicit Dominus Deus exercituum: Noli time-
re populus meus habitator Sion, ab Aſſur: in
virga percutiet te, & baculum ſuum leuabit
ſuper te in via Ægypti. * Adhuc enim paulu- 25
lum modicumque, & conſummabitur indi-
"Infr. 37. ſ. 36 gnatio & furor meus ſuper ſcelus eorum. * " Et 26
ſuſcitabit ſuper eum Dominus exercituum fla-
"Iud. 7. ſ. 25 gellum, " iuxta plagam Madian in petra Oreb,
& virgam ſuam ſuper mare, & leuabit eam in
via Ægypti. * Et erit in die illa: Auferetur onus 27
eius de humero tuo, & iugum eius de collo G
tuo, & computreſcet iugum à facie olei. * Ve- 28
niet in Aiath, tranſibit in Magron: apud Mach-
29 mas commendabit vaſa ſua. * Tranſierunt cur-
ſim, Gaba ſedes noſtra: obſtupuit Rama, Ga-
30 baath Saülis fugit. * Hinni voce tua filia Gal-
31 lim, attende Laiſa, paupercula Anathoth. * Mi-
grauit Medemena: habitatores Gabim con-
32 fortamini. * Adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur:
agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion,
33 collem Ieruſalem. * Ecce dominator Dominus
exercituum confringet lagunculam in terrore,
& excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes hu-
34 miliabuntur. * Et ſubuertentur condenſa ſaltus
ferro: & Libanus cum excelſis cadet.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ QVI CONDVNT LEGES. In Principes & Iudices iniquos inuehitur. Excidij Ieruſalem hæc fuit cauſa. SCRIBENTES, INIVSTITIAM. verti poteſt, *& facientes ſcribere, laborem fecerunt ſcribere*. i. ſententias iniuſtas tabellionibus, ſcribis dictarunt.

2 VT OPPRIMERENT, aut peruerterent iudicium tenuium. ET VIM FACERENT. Hebr. *& raperent in iudicio pauperes*. Nimirum in iudiciis non fas ſequuntur, ſed prædæ inopes habent.

3 QVID FACIETIS IN DIE VISITATIONIS. i. punitionis. ET CALAMITATIS, ſeu deſolationis. DE LONGE VENIENTIS? ſ. ab Aſſyria, quid facietis? GLORIAM VESTRAM. i. opes veſtras vbi relinquetis?

4 NE INCVRVEMINI SVB VINCVLO. Hebr. *niſi* (pro, vt non) *incuruet ſe ſub vincto, & ſub occiſis cadant*. q. d. quò confugietis, vt non ſitis captiui, aut non occidamini. Altera harum ſors neceſſariò vos manet.

5 VÆ ASSVR. i. ô Aſſur. Vox *Hoi* hortantis vel vocantis aduerbium eſſe poteſt. Veni, vt punias hanc gentem. Aut ſic: Væ, ſ. vobis. Aſſur eſt virga furoris mei.

6 AD GENTEM FALLACEM. Hebr. *ad gentem hypocritam*. ſic Chald. Sept. *nequam*, mittam Aſſyrium.

7 IPSE AVTEM. ſ. Aſſur, non exiſtimabit ſe à me mitti. SED AD CONTERENDVM. Hebr. *quia ad diſperdendum in corde eius*. i. credit ſe habere vires, vt multas gentes ſubuertat, neque eſſe iræ meæ inſtrumentum.

9 PRINCIPES MEI SIMVL REGES SVNT. i. ea ſum potentia, vt proceres mei ſint inſtar Regum. VT CHARCAMIS. i. vt vici Charcamis, SIC CALANO vincam. *Charcamis* vrbs Syriæ in ripa Euphratis, *Calano* vrbs Babylonis. ARPHAD inſula Phœniciæ: Plin. lib. 5. cap. 3. Mela lib. 1. EMATH, ſiue *Hemath* eadem Antiochia, non procul Damaſco. q. d. omnes has vrbes ſubuertam.

10 INVENIT MANVS MEA REGNA IDOLI. Chald. *regna quæ colunt idola, inueni, vt perderem, neque idola dij ſui eos liberarunt*. SIC ET SIMVLACHRA EORVM (ſ. perdam) DE IERVSALEM, ET DE SAMARIA. *Eorum*. i. Iudæorum.

11 ET SIMVLACHRIS EIVS. ſ. *Ieruſalem*. ſic Chald. & Sept. Hebr. *& doloribus eius*. ſic vocat idola ob moleſtiam, quam cultoribus exhibent. ſic illis faciam vt aliis feci.

12 IN MONTE SION, ET IN IERVSALEM. i. poſtquam eas gentes punierit. VISITABO. pro, viſitabit. FRVCTVM. Chald. *opera*. MAGNIFICI CORDIS. Hebr. *magnitudinem cordis*. i. ſuperbiam Regis Aſſur viſitabo, non impunè abibit.

13 PRINCIPES EORVM. Hebr. *theſauros eorum*, vel *repoſita eorum* deprædatus ſum. ET DETRAXI QVASI POTENS. Hebr. *& deieci quaſi potens ſedentes*, aut *habitantes*. i. ciues. Hieronymus addidit *in ſublimi*. Chald. dixit, *habitantes in arcibus fortiſſimis*. *Omnia euertam*. Verba Aſſur.

14 QVASI NIDVM. i. quàm facilè nidus capitur, ego cepi, aut capiam. FORTITVDINEM, ſeu *ſubſtantiam*. SICVT COLLIGVNTVR OVA. ſ. quæ ſunt in

nido.

...ato. Non fuit qui ... garriret,
... Non erat qui ...
QVI ERAT IN EA. pro, cum ex eo ... A QVO VTIQVE LI-
TRAHITVR. Hebr. ... ... non agitans.
... EST. Hebr. ... terra con-
pro, quasi ... Nam ... generem: sic
... instrumentum eſt.
... Aſſyrios ... quos extenua-
IN PINGVIBVS. Pingues vocat diuites, quos ... vers. 3. vocauit
...bit. ET SVBTVS GLORIAM. ... SVCCENSA
... Ergo ignem ... ARDEBIT. s. gloria, opes. Hebr. incendet incendium
ſicut incendium ignis.

IN IGNE. Sept. in ignem. i. Dominus qui illuminat 17
Iſrael, instar ignis erit, cum defendet. ET SANCTVS
EIVS IN FLAMMA. pro, in flammam. Repetitio eſt.
DEVORABITVR SPINA EIVS. sic vocat milites Aſſy-
rios, quia magna inferunt damna. IN DIE VNA. No-
ctu Deus deleuit Aſſyrios, sic dicm naturalem intellige
ex luce & tenebris.

ET GLORIA SALTVS EIVS conſumetur. Gloriam 18
ſaltus vocat arbores. ſed per arbores, milites aut du-
ces intellige. ET CARMELI EIVS. sic Hebr. Alij ver-
tunt, fertiliſſimi campi eius. Sæpè Carmel,
fertile ſignificat. de quo alio loco. Alioqui
lus mons in Aſſyria non erat, de qua loquitur.
ANIMA VSQVE AD CARNEM CONSVMETVR.
tùs. ET ERIT TERRORE PROFVGVS. Chald.
confractus & profugus. Hebraica sic vertunt
Et erit ſicut diſſolutio ... , quo s.
ſipatur exercitus. Alij, & erit ſicut diſſol...
tes. Videtur loqui de Rege Aſſyriorum,
Angelum exercitu, cum paucis ipſe fu...
vox נסס noſes, ſi à נוס nus deducatur, f...
profugum ſignificat.

ET RELIQVIÆ LIGNI SALTVS EIVS. 19
liquæ arbores, quas ignis non conſum...
tes pauci erunt, atque ita. PRÆ PAVC...
RABVNTVR. Hebr. numerus erunt. i. pau...
eos ſcribere & numerare poterit.

SVPER EO QVI PERCVTIT EOS. s. 20
innitetur domus Iacob, neque ex eo
ſuſpenſas habebunt, vt ſolent ſubditi
ex Deo.

RELIQVIÆ CONVERTENTVR. s. ad 21

SVMMATIO ABBREVIATA INVNDABIT 22
Paulus ad Rom. 9. verſ. 28. pro his v...
bum enim (in accuſatiuo) conſummā...
in æquitate. Quod ex Sept. ſumpſit
matio deciſa & inundans in iuſtitia. h...
tum deciſum & certum eſt. Quod a...
Paulus, dixere Sept.

CONSVMMATIONEM faciet D... 23
verbum abbreuiatum faciet Dominus
ctet in orbe terræ vniuerſo. i. decretur...
quetur.

IN VIA ÆGYPTI. i. puniet te, ô Aſſ... 24
admodum in Ægypto puniuit. Cha...
Ægypti. Itaque ſupplet aduerbium ...
SVPER SCELVS EORVM. Hebr. ſup... 25
rum. Ergo indignatio conſummabitur
contra eorum ſcelus & ignominiam.

FLAGELLVM. Chald. plagam. ſicut p... 26
De hoc Iudic. 7. verſ. 25. ET VIRGA...
gam ſuam fauorem leuabit, ſicut in m...
populum eduxit. IN VIA ÆGYPTI-
via Ægypti. i. ſicut ibi fuit, nunc ...

ONVS EIVS. s. Aſſyrij, & iugum. 27
IVGVM A FACIE OLEI. i. propter E...
imperium Aſſyriorum computreſcet, a...
Chald. conterentur populi à facie Chriſti...
pter Chriſtum. i. vnctum Ezechiam.

VENIET IN AIATH. Nomina ſu... 28
quas tranſiuit Sennacherib, cùm ſec...
obſedit. VASA SVA. i. bellica inſtr...
quit, quò expeditior iret.

... Chald. ... quidam ... fugient ... Carmel ... porrò ... enim ... hoc eſt ... milites ... NVME... vel puer ... Aſſyrio, non ... & ſpes ... Rege, ſed ... IVSTITIAM ... Con- ... bis ait ... & abbreuians ... Hebr. conſum- ... eſt, Dei decre- ... verbis dixit ... Sept. Quid ... exercitum ... hoc breui exe- ... virga, quem- ... ſicut in ... & benè ... ignominiam eo ... mea ſuper vel ... plagam Madian. ... SVAM. s. vir- ... leuauit, cùm ... Chald. ſicut in ... COMPVTRESCET ... zechiam vnctum ... corruptur ... à facie. s. pro- ... vrbium, per ... Ieruſalem ... rumenta ibi reli...

TRANSIERVNT CVRSIM. Hebr. tranſierunt 29
vadum. s. Iordanis. Chald. transferunt Iordanem. GA-
BA SEDES NOSTRA. Hebr. Gabaa diuerſorio perno-
ctarunt. OBSTVPVIT RAMA, GABAATH SAVLIS
FVGIT. Sic Hebr. diſtinguitur hic locus. Porrò Ga-
baath Saulis dicitur, vt diſtinguatur à priori Gaba-
am poſita. Quare Saulis dicta? quia ibi domum ha-
buit: 1. Reg. 10. verſ. 26.

HINNI VOCE TVA. Sic Sept. Hebr. exalta vocem 30
tuam. s. vt vicinæ vrbes periculi admoneantur. FILIA
GALLIM, aut Bath Gallim, vt totū ſit eius vrbis nomen.
ATTENDE LAISA. s. audi clamorem vicinæ vrbis.

MIGRAVIT. i. fugit. Hebr. elongauit ſe Madmena. 31
CONFORTAMINI. Hebr. congregauerunt ſe. s. vt ex
compoſito fugerent.

ADHVC DIES EST, VT IN NOBE STETVR. Hebr. 32
adhuc dies in Nob ad ſtandum. i. ante noctem Senna-
cherib Nobem perueniet, vrbem ſacerdotum. Aut
ſic, adhuc dies eſt, multum tempus ſupereſt, vt per-
ueniatur Ieruſalem, in Nobe conſiſtamus, quieſca-
mus. AGITABIT MANVM SVAM SVPER MONTEM
FILIÆ SION. Super non eſt Hebr. ſed benè ſupple-
tur hîc & in proximis verbis. Super collem IERV-
SALEM. Mouebit autem manum, quaſi contemnens
vrbem, eiuſque munitiones.

CONFRINGET LAGVNCVLAM IN TERRORE DEVS. 33
i. vt lagunculam Aſſyrios confringet. Hebr. amputa-
bit ramum (pro, ramos) in terrore. i. terrefaciet Aſſy-
rios. In eos enim hæc dicuntur. EXCELSI STATVRA.
Milites ſtatura arboribus ſimiles ſuccidentur.

ET SVBVERTENTVR CONDENSA SALTVS. Hebr. & 34
exſcindet (Deus) perplexa (arbores) ſaltus ferro. LI-
BANVS CVM EXCELSIS CADET. Hebr. & Libanus in
ferro (s. ferro) cadet. s. milites diſſipabuntur, quos ar-
boribus comparat montis Libani, vt ſuperius Carmeli
arboribus verſ. 18. comparauit eos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET SCRIBENTES. pro, nam ſcribentes. LXX. ſcri-
bentes enim.
VISITATIONIS. i. punitionis Dei. LONGE. s. Aſſyria. 3
GLORIAM. i. opes, de quibus ſoletis gloriari. q. d. quid
tunc fiet de rebus veſtris? vel, quem tunc pecunia exer-
citum comparabitis, qui vos defendat?
ASSVR. LXX. Aſſyrio. poteſt & nominatiuus eſſe. 5
q. d. Væ vobis, nam Aſſur, &c. VIRGA FVRORIS
MEI. i. qua vtor ad puniendum iratus. BACVLVS.
s. quo percutiam vos.
FALLACEM. Chald. hypocritam. LXX. iniquam. FV- 6
RORIS MEI. i. cui ſum iratus. MANDABO. Non. Dei
permiſſionem in malis dici mandatum, quia ea in bo-
num iuſtitiæ ſuæ ordinat. ſic Dauid dicit maledictu-
rem à Deo Præceptum: 2. Reg. 16.
MEI. i. mihi ſubditi. CHARCAMIS. s. expugnata eſt 9
à me. EMATH. LXX. Arabia. SAMARIA. s. expu-
gnabitur, vel expugnata eſt.
IDOLI. i. vbi columnur idola. DE SAM... 10
feram.
CVNCTA OPERA SVA. 12
te per Aſſyrios. MAGNI...
DENIS. nocebitur ſaltus & ...
DIRE... 13
QVOMODO ...
contra ... 14
PINGV... 15
ſam. S... 16
q. d. conſu...
tentiam ſ...
LVMEN ... 17
NA ET V...
s. Aſſyri...
SAL... 18
. i. agri ...
tatio.
corpo...

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Ligni saltvs. Chald. *bellatorum.* Scribet. i. po- 19
terit deſcribere.
Percvtit. ſ. hoſtis, cui anteà ſeruiebat. 20
Reliqviæ. i. reliqui, ſeu pauci. 21
Consvmmatio. i. perfectio, ſeu conſumptio. ſ. te 22
ad paucos eoſque perfectos redacta. Lxx. ſic locum
hunc totum reddiderunt, *Verbum enim* (accuſatiuus
eſt) *conſummans & abbreuians in iuſtitia* (ſ. Deus) *quia
verbum abbreuiatum Dominus Dominus exercituum
faciet in vniuerſo orbe.* Invndabit ivstitiam. i. af-
fluet iuſtitia.
Consvmmationem. Chald. *conſumptionem im-* 23
piorum.
In via Ægypti. i. more Ægypti. q. d. vt olim te 24
percuſſit Ægyptus.
Consvmmabitvr. i. ceſſabit. ſ. contra te, & verte- 25
tur contra Aſſyrios. Eorvm. i. Aſſyriorum. ſ. verte-
tur. Virgam. pro, iuxta virgam. ſ. qua percuſſit Ægy-
ptios in mari. In via Ægypti. i. vt olim percuſſit
Ægyptios. Repetitio.
Compvtrescet. Lxx. *corrumpetur.* q. d. diſſolue- 27
tur. Ivgvm. ſ. quo te premebat. A facie olei.
.i. propter Dei miſericordiam. Chald. *a facie Chriſti.*
Veniet. ſ. Aſſyrius. Deſcribit ciuitates, per quas 28
Aſſyrius tranſit in Ieruſalem. Vasa. i. impedimen-
ta, ſeu inſtrumenta bellica.
Sedes nostra. q. d. dicent, ſedeamus hîc, & 29
quieſcamus.
Hinni. i. clama. ſ. ad vicinas ciuitates, aduentare 30
hoſtes. Filia. i. congregatio. q. d. popule. Pavper-
cvla. pro, & paupercula.
Migravit. ſ. fugiens. 31
Adhvc dies, &c. q. d. dicent, opportunum eſt vt 32
in Nobe ſubſiſtamus. Chald. *adhuc dies magnus, &
multum tempus vt ingrediatur* (ſ. Ieruſalem) *ſtabit
Sennacherib in Nobe vrbe ſacerdotum contra murum
Ieruſalem.*
Confringet. ſ. Aſſyrios. Lagvncvlam. pro, vt 33
laguncula. Excelsi statvra. Comparat milites
arboribus, & exercitum ſaltui.

CAPVT XI.

Vaticinium de Chriſti natiuitate, iudicio, exaltatione, conuerſione populorum & gentium ad Chriſtum, & gloria ſepulchri ipſius: item de conuerſione reliquiarum Iſrael ad Deum, ac fide Gentium.

Act. 13. d. 23 ET egredietur virga de radice Ieſſe, & flos 1
de radice eius aſcendet. * Et requieſcet 2
ſuper eum ſpiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, A
& intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis,
ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, * & replebit eum 3
ſpiritus timoris Domini. Non ſecundùm vi-
ſionem oculorum iudicabit, neque ſecundùm
auditum aurium arguet: * ſed iudicabit in iu- 4
ſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro man-
* 1. Theſ. 2. e. 8 ſuetis terræ: * & percutiet terram virga oris
ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet im-
pium. * Et erit iuſtitia cingulum lumborum 5
* Infr. 65. d. 25. eius: & fides cinctorium renum eius. * * Ha- 6
bitabit lupus cum agno: & pardus cum hœ-
do accubabit: vitulus & leo & ouis ſimul mo- B
rabuntur, & puer paruulus minabit eos. * Vi- 7
tulus & vrſus paſcentur: ſimul requieſcent ca-
tuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas.
* Et delectabitur infans ab vbere ſuper fora- 8
mine aſpidis: & in cauerna reguli, qui abla-
ctatus fuerit, manum ſuam mittet. * Non no- 9
cebunt, & non occident in vniuerſo monte
ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientia Do-
* Rom. 15. c. 12 mini, ſicut aquæ maris operientes. * * In die 10
illa, radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populo- C
rum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepul-
11 chrum eius glorioſum. * Et erit in die illa: Ad-
iiciet Dominus ſecundò manum ſuam ad poſ-
ſidendum reſiduum populi ſui, quod relinque-
tur ab Aſſyriis, & ab Ægypto, & à Phetros,
& ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, &
12 ab Emath, & ab inſulis maris. * Et leuabit ſi-
gnum in nationes, & congregabit profugos Iſ-
rael, & diſperſos Iuda colliget à quattuor pla-
13 gis terræ. * Et auferetur zelus Ephraim, & hoſtes
D Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iu-
dam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.
14 * Et volabunt in humeros Philiſthiim per ma-
re, ſimul prædabuntur filios Orientis. Idu-
mæa & Moab præceptum manus eorum, & fi-
15 lij Ammon obedientes erunt. * Et deſolabit
Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit
manum ſuam ſuper flumen, in fortitudine ſpi-
ritus ſui: & percutiet eum in ſeptem riuis, ita
16 vt tranſeant per eum calceati. * Et erit via re-
ſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſſyriis:
ſicut fuit Iſraeli in die illa, qua aſcendit de
Terra Ægypti.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et egredietvr virga de radice. ſic Sept. Alij, *de ſtirpe*, ſeu *trunco*. id גזע *ghezah* ſignificare aiunt. Et flos de radice eivs ascendit. Sic etiam Sept. Alij, *& germen*, aut *ſurculus de radice eius germinabit*, aut *creſcet*. vt ſit repetitio. *nezer.* i. *flos*, aut *germen*. eſt etiam Hebr. vrbis nomen, vbi Chriſtus eſt educatus, quam Iudæi *Nezer*, nos *Nazareth* vocamus, & ab ea voce Chriſtus *Nazaræus* vocatur, Matth. 2. verſ. 23. & ſcribitur per *Zade*, non per *Zain*, vt antiqui *Nazaræi*. ſic Hieronymus hoc loco. Elias in Thisbi. Nos per *virgam* Mariam intelligimus, per *florem* Chriſtum. Fortaſſis etiam, quoniam de Aſſur punitione eſt locutus ſuperioris cap. fine, nunc virgam ex poſteris Ieſſe prodituram ait, qua Aſſur, alijque impij puniantur. Is eſt Chriſtus Dei filius.

2 Spiritvs scientiæ et pietatis requieſcet ſuper eum. ſic Sept. Chald. *ſpiritus ſcientiæ in timore Domini.* Hebr. *ſpiritus ſcientiæ & timoris Domini.*

3 Et replebit. Hebr. *& reſpiratio eius in timore Domini.* i. nihil aliud cogitabit, aut dicet, quàm Dei timorem. id eſt, eo eſſe repletum. quod poſuit Hieronymus, poſuere Sept. Non secvndvm visionem. Hebr. *hic flos, hoc germen de cælo miſſus iudex non accipiet perſonas.* Argvet. i. pronuntiabit, diiudicabit, non ſequetur rumores, id eſt *auditum aurium.*

4 Percvtiet terram virga oris svi. i. ſuis verbis impios terræ percutiet. Et spiritv labiorvm. verbis item ſuis & ſententia. quam pronuntiabit.

5 Et erit ivstitia. i. iuſtitia & fide, vt cingulo militari, munitus armatuſque erit. Chald. *& erunt iuſti in circuitu eius, & fideles accedent ad eum.* Ex hoc pax ſumma conſequetur, atque ita

6 Habitabit lvpvs cvm agno. ſ. *anniculo*, id vox Hebr. *chebes* ſignificat. Leo. Hebr. *catulus leonis.* Et ovis. vox Hebr. *altile & ſaginatum* ſignificat. Morabvntvr non eſt Hebr. ſed ſuppletur. Minabit. Hebr. *ducet eos puer.*

7 Vitvlvs. Sept. & Chald. *bos*. Pagn. *vacca*. Hæc omnia de Gentibus intellige, quæ vario ingenio & moribus ad Chriſti Eccleſiam concurrent, & erunt amicæ. Comedet paleas. nulli nocebit leo.

9 Non nocebvnt, aut *non malefacient.* q. d. ſi feræ pacificæ inter ipſas erunt, venatores illas perſequentur? Reſpondet, non erunt vlli in monte meo venatores, qui earum ferarum quietem ſolicitent; omnes enim ſcient quid illis expediat, vitabuntque inſidias. Repleta est terra scientia Domini, sicvt

AQVÆ MARIS OPERIENTES. ſ. terram, cùm reſtagnant, aut *ſicut aqua mare operientes*, vt Sept. & Chald. vertunt. Hebraica Hieronymi interpretationem recipiunt, quia *Lamed* ſæpè in ea lingua nota genitiui eſt. Ergo ſcientia erit copioſa vt aqua.

10 IN DIE ILLA, RADIX IESSE. Dicerem *radicem Ieſſe*, ne oratio ſit imperfecta, & *radix* ſumatur pro flore, aut germine, pro Chriſto. QVI STAT IN SIGNVM, in vexillum, ad quod populi concurrerent. DEPRECABVNTVR. Hebr. *requirent*. ET ERIT SEPVLCHRVM EIVS GLORIOSVM. Chald. *locus manſionis in gloria*. Sept. *& erit requies eius honor*. ſic Hebr. ſed *requies* pro *ſepulchro* ſumi poteſt, *ſepulchrum* pro *cruce*. Sanè quid cruce glorioſius? Itaque tantus erit hic Princeps, vt eius ignominia ſit honor, gloria, glorioſa.

11 ET ERIT. Tunc colligentur reliquiæ Iſrael ſublata captiuitate. SECVNDO. Sanè per Cyrum priùs ſuum populum liberauit, nunc per Chriſtum. AB ASSYRIIS. Quædam harum gentium nomina nota ſunt, alia ignota, vt PHETROS. Hebr. *Pathros*, nempe Geneſ. 10. verſ. 14. inter filios Meſraim, qui obtinuit Ægyptum, ponuntur, *Phetruſim*, haud dubium ſignificatur ea voce aliqua Ægypti pars. Quæ poſt Ægyptum ponitur hic continuò *Phetros*. ÆLAM fuit filius Sem, Geneſ. 10. verſ. 21. Ab hoc Perſæ, ſeu Babylonij. SENNAAR. An hi Chaldæi & Babylonij, quod quidam putant? EMATH. Hæc eſt Antiochia, & alio nomine *Reblatha*. & per eam Syriam intelligit, vbi multi Hebræi captiui tenebantur, vnde eos eripiet Dominus.

13 AVFERETVR ZELVS EPHRAIM, inimicitia, inuidia. NON PVGNABIT, affliget, opprimet Iudam. Nempe regna duo Iuda & Iſrael amica erunt inter ipſa.

14 VOLABVNT IN HVMEROS PHILISTHIIM. i. in latus & regionem, vbi Philiſthiini ſuſi ſunt, eam occupabunt. PER MARE. i. ad mare, ad Occidentem. Per *mare* Hebræi *Occidentem* intelligunt. SIMVL PRÆDABVNTVR FILIOS ORIENTIS. i. in omnes partes irruent. Apoſtoli ex omnibus plagis gentes Chriſto ſubiecere. IDVMÆA ET MOAB PRÆCEPTVM MANVS EORVM. i. ad nutum obedient. Hebr. *extenſio* aut *præda manus eorum*. i. in Idumæam & Moab irruent.

15 DESOLABIT DOMINVS LINGVAM MARIS. i. ſinum, aut litus maris Ægyptij. q. d. ad Auſtrum etiam Deus impetum dabit. SVPER FLVMEN. ſ. Nilum aut Euphratem. IN FORTITVDINE SPIRITVS SVI. i. vento vehementi excitato. q. d. omnia plana & peruia Apoſtolis erunt.

16 QVI RELINQVETVR AB ASSYRIIS. Hæc verba faciunt, vt per *flumen* Euphratem quidam intelligant, diductum in ſeptem riuos. i. multos, vt Apoſtolis omnia ſint plana. Alioqui ordo eorum quæ dicuntur, in Nilum magis conueniebat. Vatablus Euphratem intelligit, Chaldæum ſecutus. Nobis neutrum ſatis erat perſpectum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 RADICE. i. ſtirpe, ſeu progenie. Chald. *filiis*. ET FLOS, &c. Chald. *& Chriſtus de filiis filiorum eius vngetur*.

2 PIETATIS. ſic etiam Lxx. at Hebr. *timoris*.

3 ARGVET. ſ. peccatores.

4 TERRAM. Chald. *peccatores terræ*. VIRGA. Chald. & Lxx. *verbo*. SPIRITV. Chald. *eloquio*.

5 IVSTITIA CINGVLVM, &c. q. d. hærebit ei iuſtitia perpetuò, more cinguli. Chald. *erunt iuſti in circuitu eius*. ET FIDES. Lxx. *& veritas*. Chald. *& fideles accedent ad eum*.

6 HABITABIT, &c. Chald. *in diebus Chriſti multiplicabitur pax in terra, & habitabit*, &c. LVPVS CVM AGNO, &c. q. d. feroces alioqui cum manſuetis. MINABIT. i. ducet. q. d. facile erit cuiuis eos regere.

7 PASCENTVR. ſ. Dei verbo. LEO QVASI BOS, &c. q. d. feroces homines induent manſuetorum mores, viuentque ſimul, & eadem vtentur menſa. Sermo metaphoricus, qui frequens in Prophetis.

8 AB VBERE. ſ. pendens. q. d. lactans, vel abſtractus. ſ. ablactatus. SVPER FORAMINE, &c. q. d. nihil timebitur, quia nihil noxium. ASPIDIS. i. vbi antè ſolebat aſpis morari. i. noxius conuerſari.

9 MONTE. ſ. Eccleſia. REPLETA EST. pro, repleta erit tunc. SCIENTIA. i. cognitione. OPERIENTES. ſ. terram. q. d. abundantiſſimè.

10 RADIX IESSE. ſ. Chriſtus qui de radice. i. ſtirpe Ieſſe. Chald. *filios filiorum Ieſſe*. QVI STAT, &c. Lxx. *qui conſurgit, vt ſit princeps gentium*. SIGNVM. i. vexillum, ad quod populi congregentur. IPSVM GENTES, &c. Lxx. *in ipſo gentes ſperabant*. Chald. *ipſi regna obedient*. SEPVLCHRVM. Hebr. & Lxx. *requies*. Chald. *manſionis locus*.

11 SECVNDO. ſ. per Apoſtolos, qui priùs per ſe. RELINQVETVR. ſ. non interfectum. PHETROS. Lxx. *Babylonia*. ÆTHIOPIA. Chald. *India*. ÆLAM. i. Chaldæa, ſeu Perſia. SENNAAR. Chald. *Babylonia*. Lxx. *ſolis ortu*. EMATH. Lxx. *Arabia*.

12 SIGNVM. i. vexillum. ſ. per Apoſtolos. NATIONES. i. Gentes. ſ. ad fidem amplectendam. PLAGIS. i. extremitatibus. Hebr. *alis*, ſeu *angulis*. Chald. *ventis*. Lxx. *alis*.

13 ZELVS. i. ſimultas, ſeu inuidia.

14 VOLABVNT. ſ. Apoſtoli prædicatione. IN HVMEROS. Lxx. *in nauibus*. Chald. *vno humero*. i. vnanimiter contra. PRÆDABVNTVR. ſ. captiuantes in fidei obſequium. FILIOS ORIENTIS. i. Orientales. PRÆCEPTVM MANVS. ſ. ſequentur. q. d. iuſſis obedient.

15 LINGVAM. i. ſinum, ſeu oram. Intelligit autem Mare rubrum quod Ægypto propinquum, vel mare Ægyptum alluens. FLVMEN. Chald. *Euphratem*. SEPTEM. i. multis. Senſus eſt: Omnia futura Apoſtolis peruia, ſublatis omnibus impedimentis.

16 RELINQVETVR AB ASSYRIIS. i. à dæmonum poteſtate liberabitur.

CAPVT XII.

Canticum laudis & gratiarum actionis pro liberatione & beneficiis Chriſti ſaluatoris.

1 ET dices in die illa: Confitebor tibi Do-
A mine, quoniam iratus es mihi: conuerſus
2 eſt furor tuus, & conſolatus es me. * Ecce
Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & non
timebo: * quia fortitudo mea, & laus mea Do-
3 minus, & factus eſt mihi in ſalutem. * Haurietis
4 aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: * & di-
B cetis in die illa: Confitemini Domino, & in-
uocate nomen eius: notas facite in populis ad-
inuentiones eius: mementote quoniam excel-
5 ſum eſt nomen eius. * Cantate Domino quo-
niam magnificè fecit: annuntiate hoc in vni-
6 uerſa terra. * Exulta, & lauda habitatio Sion:
quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

* Exod. 15. 2. Pſal. 117. 14

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET DICES. Quicumque fueris liberatus. CONFITEBOR TIBI DOMINE. i. laudabo. QVONIAM IRATVS ES. i. poſtquam iratus fueras. CONVERSVS EST FVROR TVVS. Chald. & Sept. *auerſus eſt furor tuus*. CONSOLATVS. Chald. & Sept. *miſertus eſt noſtri*.

2 DEVS SALVATOR MEVS. Sic Sept. Hebr. *ſalus mea*. LAVS MEA. Hebr. *canticum*. ſupple, meum. i. materia cantici. Quem laudare volo, DOMINVS. Hebr. *Dominus Deus*. ſic Gotth.

3 HAVRIETIS AQVAS IN GAVDIO DE FONTIBVS. i. doctrinam nouam ab Apoſtolis accipietis. SALVATORIS. ſic Sept. Hebr. *de fontibus ſalutis*. i. ſalutaribus. Poſſumus & per *fontes*, Sacramenta intelligere.

4 NOTAS FACITE ADINVENTIONES EIVS. Chald. *opera*. Sept. *glorioſa*. Tu iunge vtraque, & dic, *opera glorioſa nota facite*, publicate. MEMENTOTE. Hebr. *recordari facite*. i. nuntiate.

5 MAGNIFICE FECIT. Hebr. *magnificentiam fecit*. .i. opera magnifica.

6 EXVLTA. Sic Chald. & Sept. pro, *exalta*. ſ. vocem, vt eſt in Hebr. HABITATIO SION. Hebr. *habitatrix Sion*. Chald. *congregatio*. Iunge vtraque ſic, *Congregatio, quæ habitas in Sion*. LAVDA, cane, erumpe in laudes. IN MEDIO TVI SANCTVS ISRAEL. ſ. Chriſtus eſt in medio tui. i. inter homines, & cum hominibus eos ſua ſanctitate ſanctificans.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONFITEBOR. i. benedicam, ſeu laudabo. CONVERSVS. ſ. in miſericordiam. Chald. & Lxx. *auerſus*. CONSOLATVS. ſ. per incarnationem ſeu redemptionem. Chald. & Lxx. *miſer ut*.

2 SALVATOR. ſ. Ieſus. FIDVCIALITER AGAM Chald. & Lxx. *confidam in eo*. FORTITVDO. Lxx. *gloria*. LAVS MEA. i. quem laudem.

3 AQVAS. Chald. *doctrinam nouam*. FONTIBVS. ſ. Apoſtolis, ſeu Euangeliis. SALVATORIS. ſ. Ieſu.

4 CONFITEMINI. i. benedicite. ſ. laudando, gratias agendo. ADINVENTIONES. i. conſilia. Chald. *opera*. Lxx. *glorioſa*. ſ. conſilia, ſeu opera. EXCELSVM. Chald. *forte*. Lxx. *exaltatum*.

5 CANTATE DOMINO. Lxx. *laudate nomen Domini*. MAGNIFICE. Chald. *magnalia*. Lxx. *excelſa*. ANNVNTIATE HOC. Chald. *manifeſtum eſt hoc*. HOC. Lxx. *hæc*.

6 HABITATIO. Chald. *congregatio*. Lxx. *habitator*. SANCTVS. ſ. Chriſtus, qui Sanctus ſanctorum, ſuoſque ſanctificat.

CAPVT XIII.

Ingens ac truculenta Babyloniorum vaſtatio à Medis.

ONus Babylonis, quod vidit Iſaias filius 1
Amos. * Super montem caliginoſum le- 2
uate ſignum, exaltate vocem, leuate manum, A
& ingrediantur portas duces. * Ego mandaui 3
ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira
mea, exultantes in gloria mea. * Vox multitudi- 4
nis in montibus, quaſi populorum frequẽtium:
vox ſonitus regum, gentium congregatarum:
Dominus exercituum præcepit militiæ belli.
* venientibus de terra procul, à ſummitate cæ- 5
li: Dominus, & vaſa furoris eius, vt diſperdat
omnem terram. * Vlulate, quia prope eſt dies 6
Domini: quaſi vaſtitas à Domino veniet.
* Propter hoc, omnes manus diſſoluentur, & 7
omne cor hominis contabeſcet, * & contere- 8
tur. Torſiones & dolores tenebunt; quaſi par- B
turiens, dolebunt: vnuſquiſque ad proximum
ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum.
* Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indigna- 9
tionis plenus, & iræ furoriſque, ad ponendam
terram in ſolitudinem, & peccatores eius conte-
rendos de ea. * a Quoniam ſtellæ cæli, & ſplen- 10
dor earum, non expandent lumen ſuum: ob-
tenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & luna non ſplen-
debit in lumine ſuo. * Et viſitabo ſuper orbis 11
mala, & contra impios iniquitatem eorum, &
quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arro-
gantiam fortium humiliabo. * Pretioſior erit 12
vir auro, & homo mundo obrizo. * Super hoc 13
cælum turbabo: & mouebitur terra de loco ſuo, C
propter indignationem Domini exercituum,
& propter diem iræ furoris eius. * Et erit quaſi 14
damula fugiens, & quaſi ouis: & non erit qui
congreget: vnuſquiſque ad populum ſuum
conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient.
* Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur: & om- 15
16 nis, qui ſuperuenerit, cadet in gladio. * a Infan-
tes eorum allidentur in oculis eorum: diripien-
tur domus eorum, & vxores eorum violabun-
17 tur. * Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui
18 argentum non quærant, nec aurum velint: * ſed
D ſagittis paruulos interficient, & lactantibus
vteris non miſerebuntur, & ſuper filios non
19 parcet oculus eorum. * Et erit Babylon illa
glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæo-
rum, a ſicut ſubuertit Dominus Sodomam &
20 Gomorrham. * Non habitabitur vſque in fi-
nem, & non fundabitur vſque ad generationem
& generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs,
21 nec paſtores requieſcent ibi. * Sed requieſcent
ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draco-
nibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi
22 ſaltabunt ibi: * & reſpondebunt ibi vlulæ in
ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.

a Ezech. 32.b.7 Ioel.3.c.15 Matth.24.c.25 Marc.13.c.24. Luc.21.c.25

a Pſal.136.b.9

a Gen.19.c.24.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ONVS BABYLONIS. Sept. *Viſio contra Babylonem*. Propheria aduerſa & triſtis *onus* vocatur. Babylonis excidium per Medos vaticinatur.

2 SVPER MONTEM CALIGINOSVM. i. ſuper vrbem fumo & vaporibus opacam, nempe Babylonem. Hebr. *ſuper montem excelſum*, eadem ſignificatione. *Super*. .i. contra. LEVATE SIGNVM. i. vexillum; pro, vexilla explicate. Milites alloquitur. INGREDIANTVR PORTAS DVCES. *Portas*. ſ. Babylonis. In Hebræo eſt regimen, ſic vertunt, *ingrediantur portas nobilium*. Chald. tamen non curans regimen, ait: *Ingrediantur portas qui ſponte ſe offerunt*. i. voluntarij milites, qui ſ. nullo ſtipendio ſpe prædæ militant.

3 MANDAVI SANCTIFICATIS MEIS. *Sanctificati* vocantur qui parati erant, & ſacramento militari adſtricti. Chald. *mandaui preparatis meis*. IN IRA MEA. Hebr. *ad iram meam*. i. propter iram meam. IN GLORIA MEA, aut *celſitudine mea*. ſ. qui gloria mea lætantur, vel exultantes expeditione, quæ cedit in gloriam meam.

4 VOX MVLTITVDINIS, ſeu *turbæ*. Verba Prophetæ q. d. Videor mihi audire turbæ clamores. REGVM. Hebr. *regnorum*. Medi ſ. & Perſæ conuenerunt contra Babylonem. PRÆCEPIT MILITIÆ BELLI. Hebr. *recenſet* (Deus) *militiam belli*. Deus ipſe ductor eſt.

5 VENIENTIBVS. Hebr. *veniunt de terra longinqua*. A SVMMITATE CÆLI. à fine. Hebr. *ab extremo cæli*, à regione remotiſſima, quod Hebr. iungitur cum *veniunt a terra longinqua*. DOMINVS, ET VASA FVRORIS EIVS. q. d. Deus & milites inſtrumenta furoris Dei (iuncti ſunt) ad vaſtandum. TERRAM. Dic *terram illam*, propter ה *He* emphaticum.

6 VLVLATE. ſ. Babylonij. A DOMINO, ab omnipotente veniet & vaſtitas.

7 CONTABESCET. Hebr. *liqueſcet*. Sept. *timebit omnis anima hominis & cor*.

8 TORSIONES, ſiue *anguſtiæ*. FACIES COMBVSTÆ. Hebr. *facies flammarum, facies eorum*. ſ. Babylonis. .i. combuſtæ præ dolore.

10 QVONIAM STELLÆ CÆLI. In anguſtia omnia videntur oppleta tenebris. ET SPLENDOR EARVM. Alij pro *ſplendore* vertunt *ſidera*. Chald. *Planetæ*. Pagn. *Oriones*. ſic Sept. NON EXPANDENT LVMEN SVVM. Hebr. *non lucere facient lumen ſuum*, omnia tenebroſa videbuntur.

11 SVPERBIAM INFIDELIVM. Hebr. *ſuperbiam ſuperborum humiliabo*.

12 PRETIOSIOR ERIT VIR AVRO *obrizo*. id ſignificat vox *Paz*. i. nullus redemptioni locus erit. HOMO MVNDO OBRIZO. Hebr. *auro Ophir*. quod ſ. erat puriſſimum. Itaque neque nobilis, quem per *virum* intellige, *Enos* Hebr. neque *plebeius*, id eſt *Adam*, redimi poterunt.

Svper hoc. i. præterea. Hebr. tamen *propterea*. 13
i. propter mali magnitudinem. Cælvm tvrbabo.
Hebr. *monebo*. ſic videntur afflictis. vel eſt hyperbole.

Erit qvasi damvla fvgiens. Alij *caprea*, alij 14
ceruus. Et qvasi ovis: et non erit qvi congreget. i. ſine paſtore errabunda. q.d. omnes qui in ea vrbe erunt, fugient quiſque ad populum ſuum, Babylone deſerta.

Qvi svpervenerit. qui ſe adiunget. hoc eſt, qui 15
manſerint in ea vrbe, peribunt, ſiue ciues ſint, ſiue peregrini.

Svper eos ſuſcitabo Medos. i. contra eos. על *hal* id 17
hoc loco ſignificat. Qvi argentvm non qværant. Hebr. *non aſtimabunt*. i. donis non cedent, non cupiditate ducentur, ſed ſimultate, ſed ſæuitia, quæ acerbior victis eſt.

Sed sagittis parvvlos interficient. Hebr. 18
arcus pueros allident. Et lactantibvs vteris. Hebr. *& fructus ventris non miſerebuntur*. i. lactantibus, aut prægnantibus. q. d. ætas tenera præſidio non erit. Svper filios. ſ. teneros. non parcam eis.

Babylon illa gloriosa in regnis. Hebr. *gloria* 19
ſeu *decus regnorum*. Inclyta in svperbia Chaldæorvm. Hebr. *gloria, ſuperbia Chaldæorum*.

Non habitabitvr vsqve in finem. Hebr. *in* 20
perpetuum. Non fvndabitvr. Hebr. *non habitabitur*. Vsqve ad generationem et generationem. i. in perpetuum. Repetitio eſt. Arabs. Chaldæa vicina Arabiæ, & Arabes in tentorijs & mapalibus viuebant. Nec pastores reqviescent. Hebr. *non accubare facient*. ſ. greges, ne in mapalia quidem cedet ea vrbs.

Reqviescent ibi bestiæ. quæ ſ. in deſertis viuunt. 21
Chald. *ſimiæ*. Draconibvs replebuntur domus. Chald. *muſtelis*. Strvthiones. Chald. *filiæ ſtruthionum*. Pilosi. Chald. *dæmones*. ſ. ea ſpecie apparent. Alij *fauni ſicarij*. Hieronymus ait ſuo tempore Babylonem in ferarum omne genus luſtra abijſſe, eoque Reges eos ad venationem ire.

Vlvlæ. Chald. *cati*. In ædibvs, ſeu *palatijs magni-* 22
ficis. Sirenes. Chald. *dracones*. Sept. *ericij*. In delvbris, ſeu *palatijs voluptatis*. talia antè erant, voluptuoſa, amœna. Summa, harum vocum ſignificationes ipſis Iudæis ſunt ignotæ: nec laborare opus eſt in earum explicatione.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Onvs. i. prophetia de punitione, ſeu calamitate. 1
Lxx. *viſio contra Babylonem*. vide cap. 15.

Svper. i. contra. Montem. i. ſuperbam Babylonem, 2
niſi fortè montem aliquem Perſiæ vel Mediæ intelligat. Caliginosvm. ſ. errorum tenebris. Lxx. *campeſtrem*. Levate. ſ. ô Medi & Perſæ. Signvm. i. vexillum. Portas. ſ. Babylonis. Dvces. ſ. exercitus hoſtilis.

Sanctificatis. Chald. *præparatis*. ſ. militibus. 3
Gloria mea i. expeditione, quę cedit in gloriã meam.

Montibvs. ſ. Mediæ & Perſiæ. Regvm. ſ. Cyri & 4
Darij; ille Perſarum Rex, hic Medorum. Gentivm. Lxx. *& gentium*. Militiæ belli. Lxx. *gentis bellicoſæ*.

Svmmitate cæli i. extremitate terræ, vbi videtur 5
tangere cælum. Dominvs. ſ. adeſt vlturus. Vasa. i. inſtrumenta. Terram. ſ. Babylonię, vel orbẽ, vt ad diem iudicij referatur, cuius figuræ quædam ſunt præcedentes Dei punitiones.

Contabescit Lxx. *timebit*. 7

Combvstæ. pro, velut combuſtæ. ſ. aridæ, vt ſolent 8
exuſta. Ita dictum à Chriſto, *areſcentibus hominibus præ timore*.

Crvdelis. ſ. impijs ſæua videtur Dei iuſtitia. De 9
ea ſ. electos.

Stellæ, &c. Iſto loquendi modo ſolet Scriptura 10
maximam calamitatem ſignificare: afflictis enim omnia videntur tenebroſa. Poteſt & ad diei iudicij tenebras referri de quibus eſt in Euangelio.

Infidelivm. Chald. *impiorum*. Lxx. *iniquorum*. 11
ſ. non ſunt iniqui fideles Deo. Arrogantiam fortivm. Lxx. *iniuriam ſuperborum*. Hvmiliabo. i. deprimam.

12 Pretiosior &c. q. d. rari erunt ſuperſtites, ſeu qui tantam calamitatem euadant: pretioſa quæque rara, ideò pretioſum pro raro Chald. id de inſti. Deique amantibus intelligit. Mvndo obrizo Hebr. & Chald. *auro Ophir*. Lxx. *lapide ex Ophir*.

13 Svper hoc. i. vt vlciſcar. Tvrbabo. ſ. tenebris. Movebitvr ſ. terræmotu. & hic loquendi modus in Scriptura magnam Dei iram hominumque calamitatem ſignificat.

14 Fvgiens. ſ. leonem. Ovis. ſ. fugiens lupum. Congreget. ſ. vt ſeruet q. d. fruſtrà fugient, nec enim poterunt euadere. Fvgient. ſ. nec euadent tamen. *omnis enim, &c.*

20 Vsqve in finem. Lxx. *in æternum*. Vsqve ad generationem, &c. Lxx. *per multas generationes*, vt ſit explicatio præcedentis, vel repetitio; nunquã enim rediijt ad priſtinum ſplendorem. Hieron. ait, ſuo tempore à beſtijs fuiſſe habitatam. Arabs. Chaldæa vicina eſt Arabiæ deſertæ.

21 Bestiæ. Chald. *ſimiæ*. Pilosi. Chald. & Lxx. *dæmones*. ſ. apparere ſolent dæmones ſpecie hircorum.

22 Vlvlæ aues ſunt. Chald. *cati*. Lxx *onocentauri*. Sirenes. Chald. *dracones*. Lxx. *ericij*. Delvbris. Chald. & Lxx. *domibus*. Volvptatis. ſ. quondam. Chald. & Lxx. *eorum*.

CAPVT XIV.

Vaticinium de Iudæorum conſolatione & a Babylonica captiuitate liberatione, Babyloniorumque contritione: quorum ingens ſuperbia, amplitudo dominij & crudelitas explicantur, vnà cum punitione Philiſthinorum, ac cæterorum qui ob calamitatẽ Iudæorum lætati ſunt.

1 PRopè eſt vt veniat tempus eius, & dies eius
A non elongabuntur. Miſerebitur enim Do-
minus Iacob, & eliget adhuc de Iſraël, & re-
quieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adiun-
getur aduena ad eos, & adhærebit domui Ia-
2 cob. *Et tenebunt eos populi, & adducent eos in
locum ſuum: & poſſidebit eos domus Iſraël
ſuper terram Domini in ſeruos & ancillas: &
erunt capientes eos qui ſe ceperant, & ſubijcient
3 exactores ſuos. *Et erit in die illa: cùm requiem
dederit tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione
4 tua, & à ſeruitute dura, qua antè ſeruiſti: *ſumes
parabolam iſtam contra regem Babylonis, &
dices: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tri-
5 butum? *Contriuit Dominus baculum impio-
6 rum, virgam dominantium, *cædentem popu-
B los in indignatione, plaga inſanabili, ſubijcien-
tem in furore gentes, perſequentem crudeliter.
7 *Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt &
8 exultauit: *abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te,
& cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendet
9 qui ſuccidat nos. *Infernus ſubter conturbatus
eſt in occurſum aduentus tui, ſuſcitauit tibi gi-
gantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de
10 ſolijs ſuis, omnes principes nationum. *Vniuerſi
reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus
11 es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. *Detra-
cta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer
C tuum: ſubter te ſternetur tinea: & operimen-
12 tum tuum erunt vermes. *Quomodo cecidiſti
de cælo lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in
13 terram, qui vulnerabas gentes? *qui dicebas in
corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra
Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte
14 teſtamenti, in lateribus Aquilonis. *Aſcendam

ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſi-
mo. *Verumtamen ad infernum detrahêris in 15
profundum laci: *qui te viderint, ad te inclina- 16
buntur, teque proſpicient: Numquid iſte eſt D
vir, qui conturbauit terram, qui concuſſit re-
gna, *qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius 17
deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem?
*Omnes reges gentium vniuerſi dormierunt in 18
gloria, vir in domo ſua. *Tu autem proiectus es 19
de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, &
obuolutus cum his qui interfecti ſunt gladio, &
deſcenderunt ad fundamenta laci, quaſi cada-
uer putridum. *Non habebis conſortium, ne- 20
que cum eis in ſepultura: tu enim terram tuam E
diſperdidiſti, tu populum tuum occidiſti: non
vocabitur in æternum ſemen peſſimorum.
*Præparate filios eius occiſioni in iniquitate pa- 21
trum ſuorum: non conſurgent, nec heredita-
bunt terram, neque implebunt faciem orbis ci-
uitatum. *Et conſurgam ſuper eos, dicit Domi- 22
nus exercituum: & perdam Babylonis nomen,
& reliquias, & germen, & progeniem, dicit Do-
minus. *Et ponam eam in poſſeſſionem ericij, & 23
in paludes aquarum, & ſcopabo eam in ſcopa F
terens, dicit Dominus exercituum. *Iurauit Do- 24
minus exercituum, dicens: Si non, vt putaui,
ita erit: & quomodo mente tractaui, *ſic eue- 25
niet: Vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in
montibus meis conculcem eum: & auferetur
ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eo-
rum tolletur. *Hoc conſilium, quod cogitaui 26
ſuper omnem terram, & hæc eſt manus exten-
ta ſuper vniuerſas gentes. *Dominus enim exer- 27
cituum decreuit: & quis poterit infirmare? &
manus eius extenta: & quis auertet eam? *In 28
anno, quo mortuus eſt rex Achaz, factum eſt
onus iſtud: *ne læteris Philiſthæa omnis tu, quo- 29
niam comminuta eſt virga percuſſoris tui: de ra- G
dice enim colubri egredietur regulus, & ſemen 30
eius abſorbens volucrem. *Et paſcentur primo-
geniti pauperum, & pauperes fiducialiter re-
quieſcent: & interire faciam in fame radicem 31
tuam, & reliquias tuas interficiam. *Vlula por-
ta, clama ciuitas: proſtrata eſt Philiſthæa omnis:
ab Aquilone enim fumus veniet, & non eſt qui
effugiet agmen eius. *Et quid reſpondebitur 32
nuntijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion,
& in ipſo ſperabunt pauperes populi eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TEMPVS EIVS propè eſt. Hebr. *eius* eſt femininum, 1 & refertur ad vrbem, de qua agit. Chald. *tempus interitus Babylonis*. MISEREBITVR ENIM DOMINVS IACOB. vt Deus liberet Iacob, opus eſt vt Babylon cadat. ELIGET ADHVC DE ISRAEL. Hebr. *in Iſrael*. ſed *in* redundat. ſic Chald. & Sept. *eliget Iſrael*. Aut *de Iſrael*. .i. partem eius, reſiduos eliget. ADVENA AD EOS adiungetur, pro, aduenæ. Hoc accidit, quando è captiuitate Babylonica populus redijt. Sed & per Apoſtolos Gentes ſe ad Eccleſiam adiunxerunt.

ET TENEBVNT. Hebr. *accipient*. ET POSSIDEBIT 2 EOS. ſ. eos populos, qui adduxerunt Iudæos in terram ſuam, poſſidebunt Iudæi, erunt eorum ſerui. SVPER TERRAM DOMINI. pro, in terra Domini. CAPIENTES. Hebr. *captiuantes*, qui eos captiuauerant. ET SVBIICIENT EXACTORES SVOS. Hebr. *& dominabuntur exactoribus ſuis*. ſ. eis qui illos oppreſſerant Babylonij.

A LABORE TVO, ET A CONCVSSIONE TVA. 3 vel *à dolore tuo, & à tremore tuo* quieſces.

4 SVMES PARABOLAM. Sic vocat, quia ſunt obſcura & allegorica quæ ſequuntur, & canticum difficile. QVIEVIT TRIBVTVM. Hebr. *tributum auri*. ſ. quod Iſraelitis imperabant, non ſoluent ampliùs.

5 CONTRIVIT DOMINVS BACVLVM. Per *baculum* & *virgam* ſceptrum intelligit, inſigne Regiæ poteſtatis. id eſt contritum.

6 PLAGA INSANABILI Babylonius cædebat populos. ſic Sept. Hebr. *plaga, quæ non recedit*. Chald. *ſine ceſſatione*. .i. plaga iugi & aſſidua. PERSEQVENTEM CRVDELITER. Hebr. *perſecutionem paſſum non prohibuit*; id eſt, non auertit perſecutionem. Poteſt Hieronymi interpretatio conſtare, quæ planior & commodior, ſi modò in voce *murdaph* mutentur puncta, & legatur *meradeph*.

7 TERRA GAVISA EST, ET EXVLTAVIT. Hebr. *cecinerunt laudem*. ſ. Iudęi ob euerſam Babylonem.

8 EX QVO DORMISTI. aut *iacuiſti*, id eſt, mortuus es. NON ASCENDET QVI SVCCIDAT NOS. homo ſ. aut ſecuris. Pax etiam ſiluis eſt poſt tuam mortem, ô Babylonis Rex, abietes & cedri incolumes.

9 INFERNVS. Sic Chald. & Sept. Alij, *ſepulchrum*. CONTVRBATVS EST. Hebr. *tremuit*. SVSCITAVIT TIBI GIGANTES. Sic Sept. & Chald. Alij *manes* aut *mortuos* vertunt, quos fingit ſuſcitatos, vt eius tyrannidi reſiſterent, quam mortuus etiam exercere in eos volebat. OMNES PRINCIPES. ſ. iam mortui. Hebr. *omnes hirci*. ſed per *hircos*, *Principes* intelligit, quos poſt mortem de ſolijs ſurrexiſſe ait. ſ. vt illi reſiſterent. vt hirci gregem præcedunt, ſic Principes populos ſuos. OMNES PRINCIPES. Hebr. *omnes Reges gentium*. ſ. ſurrexerunt. Hi ſunt *gigantes* quos dixit.

10 VNIVERSI RESPONDEBVNT. i. loquentur. *Reſpondere*, pro, loqui, Hebraiſmus. VVLNERATVS ES. Hebr. *infirmatus es*. Videbaris immortalis.

11 CONCIDIT CADAVER TVVM. Hebr. *ſonitus nablorum tuorum*. ſ. *abiit ad inferos multa lætitia tua*, vt vertunt Sept. Chald. *ſtrepitus laudis muſicæ tuæ*. *Nebel*, *nablum* ſignificat. *Nebelah*, *cadauer*. Hieronymus hoc ſecutus, *cadauer* dixit. SVBTER TE STERNETVR TINEA. Hebr. *vermis*, pro, vermes. i. ſub te & ſuper te vermes erunt. *Vermis ſternetur ſub te, & operiet te vermis*. ſic Hebraica habent.

12 CECIDISTI DE CÆLO LVCIFER. Id eſt, Venus ſtella, quæ ſolem ſæpè præcedit. Græcè φωσφόρος, aut ἑωσφόρος. Chald. כוכב נגהא. Interpres dixit, *ſicut ſtella lucens*, cùm debuiſſet dicere: *ſicut Venus*, aut *Lucifer inter ſtellas*. Nam vulgò Rabbini eam ſtellam נגה vocant, propter eximium ſplendorem. Latinè *Lucifer* vocatur, quando ſolem præcedit, quando ſubſequitur, *Veſper*. Hoc de dæmone noſtri intelligunt: ſed & de Babylonico Rege poteſt intelligi, qui lucebat diuitijs & gloria. QVI MANE ORIEBARIS? ſcilicet vt aurora. Hebr. *fili auroræ*. CORRVISTI, proſtratus, *exciſus* es ad terram.

13 IN CÆLVM CONSCENDAM. q. d. terræ ſatis habeo: cælum expugnare ſtatuo. aut Deum & eius populum *cælum* vocat; aut certè hyperbole eſt. SEDEBO IN MONTE TESTAMENTI. ſeu *conuentus*, ſeu *teſtimonij*. ſ. in Ieruſalem dominabor. Porrò hîc *teſtamentum* ſumitur pro pacto. IN LATERIBVS AQVILONIS, ſiue in templo, quod ad plagam Septemtrionalem vrbis erat, ſiue Babylone, quæ vrbs comparatione Ieroſolymę Septemtrionalis aliquantùm erat.

15 IN PROFVNDVM LACI. Hebraicè, *ad latera putei deſcendes*. *Infernum* & *puteum* vocat ſepulchrum.

16 AD TE INCLINABVNTVR, ſcilicet vt te attentè proſpiciant, prę caſus admiratione, qui te priùs viderunt.

17 QVI POSVIT ORBEM DESERTVM. Hebr. *ſicut deſertum poſuit orbem*.

18 VIR IN DOMO SVA. i. vnuſquiſque in domo ſua mortui ſunt. *Vir* Hebr. pro, quiſque. Poſt mortem quieuerunt in ſepulchro.

PROIECTVS ES DE SEPVLCHRO TVO Nabuchodo- 19
noſoris corpus iam ſepultum Euilmerodachus filius
auibus vorandum expoſuit, quò fidem Chaldæis face-
ret mortuum eſſe. ſic Hebræi tradunt. QVASI STIRPS
INVTILIS. Hebr. *abominabilis*. Ecce Hieronymus pro
nezer vertit *ſtirpem*. POLLVTVS, ET OBVOLVTVS.
Hebr. *vt veſtis occiſorum*. ſ. eiectus es. Solent eas ve-
ſtes proijcere. ET DESCENDERVNT AD FVNDAMEN-
TA LACI. Hebraicè, *ad lapides putei*. i. ad imum ſepul-
chrum, quod lapidibus ſ. eſt ſtratum. ſ. eò deſcendunt
ij, quorum veſtes proijciuntur. Eos *lapides* Hierony-
mus *fundamenta* vocauit. QVASI CADAVER PVTRI-
DVM, ſeu *conculcatum*; vt Chald. vertit. q.d. tu proie-
ctus es vt veſtis occiſi, cuius tamen cadauer ſepelitur.
Attu

NON HABEBIS CONSORTIVM, NEQVE CVM EIS IN SE- 20
PVLTVRA. ſcilicet eris. Hebr. *non vnies te cum eis in
ſepultura*. i. non potieris honore ſepulturæ, quo Reges
alij. NON VOCABITVR IN ÆTERNVM. i. memoria
peſſimorum & filiorum ex eis æterna non erit, monu-
menta diſſipabuntur eorum. I. memoria tua non ma-
nebit.

IN INIQVITATE. Propter iniquitatem patrum, filios 21
ô Medi occidite. CIVITATVM pro, ciuitatibus. de ſuo
nomine vrbes ne condant. Chald. *impleatur orbis ini-
micis*. vox עָרִים *barim* vtrumque ſignificat, *vrbes* &
inimicos. Ergo filios occidite ob iniquitatem patrum,
ne poſſideant terram, & impleant orbem vrbibus.

ET CONSVRGAM SVPER EOS, DICIT DOMINVS, 22
contra eos. ET RELIQVIAS. Sic Sept. & Chald. alij,
propinquos. ET GERMEN, ET PROGENIEM. Hebr. *&
filium & nepotem*, pro, filios & nepotes perdam.

PONAM EAM IN POSSESSIONEM ERICII. ſ. Babylo- 23
nem, aut *teſtudinis*, vt Vatabl. & Schol. Hebræus. IN
SCOPA TERENS. Hebr. *ſcopa diſſipationis*. i. diſſipante,
ſcopabo eam. *ſcopam* pro ſupplicio poſuit. Scopis ſole-
mus flagellare.

ET AVFERETVR AB EIS IVGVM EIVS. i. à Iudæis 25
imperium Aſſyrij auferetur. AB HVMERO EORVM.
ſ. Iudæorum, tolletur onus illius. ſ. Aſſyrij.

HÆC EST MANVS EXTENTA. i. flagellum. SVPER 26
VNIVERSAS GENTES. i. contra eas gentes, de quibus eſt
locutus, Babylonios, Aſſyrios.

QVIS POTERIT INFIRMARE? Hebr. *quis irritabit* aut 27
diſſipabit quæ Deus decreuit?

FACTVM EST ONVS ISTVD. i. Prophetia dura, quæ 28
ſequitur contra Philiſthæos.

DE RADICE ENIM COLVBRI EGREDIETVR REGV- 29
LVS. *Regulus* ſerpentis genus eſt maximè venenati.
Chald. *de Iſai egredietur Meſſias*. nam *Iſai* vocabatur
Nahas, i. *ſerpens*. 2. Reg. 17. verſ. 25. *Ingreſſus eſt ad A-
bigail filiam Nahas*. i. *Iſai*. De quo eo loco. Putant He-
bræi *Iſai* dictum ſerpentem, quia mortuus eſt בְּעֶטְיוֹ
Behitabu in conſilijs ſerpentis, quibus facti ſumus
mortales, ſine vlla alia noxa, ob quam mori deberet.
Sententia huius loci erit: Ne læteris Philiſthæa, quaſi
morte Babylonij libera, ex ſtirpe Iſai veniet regulus, id
eſt potentior Chriſtus, qui te ſubijciat. ET SEMEN EIVS.
id eſt, filij eius. ABSORBENS VOLVCREM. id eſt, in aues
deſæuiens. Hebr. *ſerpens ignitus volans*. Apoſtolorum
velocitas his verbis deſignatur & ardor.

PRIMOGENITI PAVPERVM. i. pauperes Iſraëlitæ 30
conuiuia inſtruent. RADICEM TVAM. interimam, ge-
nus tuum à ſtirpe tollam, ô Philiſthæa. INTERFICIAM.
Hebr. *interficiet*. ſ. Deus. Mutat perſonas frequèns
Hebraica lingua.

VLVLA PORTA. pro, in porta. Ibi erat forum, & po- 31
puli frequentia. CLAMA CIVITAS. id eſt, in ciuitate
clama, ô Philiſthæa. PROSTRATA. Hebr. *liquefacta*.
AB AQVILONE. Ieruſalem Septentrionalis eſt compa-
ratione Gazæ & Azoti, vbi manſere Philiſthæi. Ex Iu-
dęa veniet exercitus, quem *fumum* vocat, quòd ſit mo-
leſtus, & ob nubem pulueris, quęm excitat; aut inde
venient Apoſtoli inſtar ignis. Iam ignitos ſerpentes eos
vocauit. NON EST QVI EFFVGIAT AGMEN EIVS. He-
braicè, *qui effugiat in temporibus ſuis præfixis*. i. illo
tempore nullus locus fugæ erit.

32 ET QVID RESPONDEBITVR NVNTIIS. Lego Hebr.
actiuè, *quid reſpondebis?* pro, & *quid reſpondebunt?* ſic
Sept. pro, dicent nuntij. Chald. *annuntiabunt*. ſ. qui
nuntij ſunt Ieroſolymis. quid nuntiabunt populis, à
quibus ſunt miſſi? Nimirum res Iudæorum nuntiabũt.
ſ. Deum fundâſſe Sion, euertiſſe Philiſthæos. Hierony-
mus pro *iahaneh*. i. *reſpondebit*, legit *ihaneh*, id eſt
reſpondebitur. quæ verior fortè lectio eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TEMPVS EIVS. Chald. *tempus interitus Babylonis*.
Quidam id ad Chriſtum referunt. ELONGA-
BVNTVR. i. differentur. ADVENA. Gentiles intelligit fi-
dem Chriſti recepturos.

2 TENEBVNT. i. comitabuntur redeuntẽ. LXX. *accipient*.
Eos. ſ. Iſraelitas. ADDVCENT. Id factum præcipiente
Cyro & Artaxerxe. Vide 1. & 2. Eſd. EXACTORES
SVOS. i. oppreſſores. LXX. *dominantes ſibi*. ſ. quondam.

4 PARABOLAM ISTAM. i. parabolicum canticum.
LXX. *planctum hunc*.

7 TERRA. ſ. anteà Babylonijs ſubiecta, vel Iudæa.

8 ABIETES, &c. per hæc intelliguntur homines Princi-
pes. LIBANI. ſ. dicentes. ſ. quod ſequitur. DORMISTI.
. i. mortuus es.

9 INFERNVS, &c. q.d. deſcendenti tibi in infernum oc-
currerunt qui illic erant cum tumultu, &c. Deſcriptio
eſt metaphorica per ſimilitudinem aduentus Principis
victi in bello. TIBI. i. vt tibi occurrerent. ſ. peritio. GI-
GANTES. i. tyrannos.

12 CÆLO. i. altitudine gloriæ tuæ LVCIFER. Chald. *qui
eras ſplendidus inter filios hominum*. Id ſolet ad diabo-
lum referri, qui à Deo ſplendidus creatus. MANE
ORIEBARIS. i. vt ſtella cùm oritur, ita fulgens domo
egrediebaris. Chald *ſicut ſtella lucebas*.

13 ASTRA DEI. LXX. *aſtra cæli*. Chald. *populum Dei*.
TESTAMENTI. i Sion, vbi tabulæ legis. Chald. *fœderis*.
LXX. *ſublimi*. LATERIBVS AQVILONIS. q.d. ad dexte-
ram orbis. i. loco digniori.

15 INFERNVM. ſ. locum damnatorum. PROFVNDVM
LACI. LXX. *fundamenta terræ*. Chald. *extremitatem laci
domus perditionis*.

16 AD TE INCLINABVNTVR. ſ. vt iacentem videant.
LXX. *Super te mirabuntur*.

18 IN GLORIA. i. glorioſè. VIR IN DOMO SVA. i. quiſ-
que domi ſuæ, ſeu in ſepulchro ſuo.

19 POLLVTVS. LXX. *abominabilis*. OBVOLVTVS. i. com-
miſtus. FVNDAMENTA LACI. i. profundum foueæ.

20 CONSORTIVM, &c. q.d. non habebis vt illi glorio-
ſam ſepulturam. TVAM. i tibi ſubiectam. LXX. *meam*.
TVVM. LXX. *meum*. NON VOCABITVR. q.d. delebitur
memoria.

21 IN INIQVITATE. i. ob iniquitatem. Chald. *propter
peccata*. LXX. *pro peccatis*. CIVITATVM. i. ciuitatibus.
LXX. *bellis*. Chald. *inimicis*.

22 GERMEN, ET PROGENIEM. Chald. *filium, &
nepotem*.

23 TERENS. i. excutiens.

24 SI NON. i. omnino ſic.

25 ASSYRIVM. ſ. exercitum Sennacherib. Vide
4. Reg. 19. EIS. ſ. Iudæis.

28 ONVS. i. Prophetia de calamitate. Chald. *onus pro-
phetiæ*. LXX. *verbum*.

29 PERCVSSORIS. ſ. Oziæ, vel Achaz. REGVLVS. ſ. Eze-
chias filius Achaz, pronepos Oziæ. Chald. totũ locum
ſic reddidit: *De filijs filiorum Ieſſe egredietur Chriſtus,
& erunt opera eius in vobis quaſi ſerpens volans*. AB-
SORBENS VOLVCREM. Hebr. *ſerpens ignitus volans*.
LXX. *ſerpens pennatus*.

30 PAVPERES. Chald. *mites*.

31 AQVILONE. i. Aſſyria, vel Iudæa. FVMVS. i. moleſtus
exercitus. Chald. *malum*.

32 GENTIS. ſ. Gentilibus de Chriſto quærentibus. IN
IPSO, &c. LXX. *per ipſum ſaluabuntur populi multi*.

CAPVT XV.

Moabitarum ruina prædicitur, & compaſſio prophetæ erga Moab.

ONus Moab. Quia nocte vaſtata eſt Ar 1
Moab, conticuit: quia nocte vaſtatus eſt A
murus Moab, conticuit. *Aſcendit domus, & 2
Dibon ad excelſa in planctum ſuper Nabo, &
ſuper Medaba, Moab vlulauit: ᵃ in cunctis ca-
ᵃIer.48. f.37 Ezech.7. e.18 pitibus eius caluitium, & omnis barba radetur.
*In triuiis eius accincti ſunt ſacco: ſuper tecta 3
eius, & in plateis eius omnis vlulatus deſcendit B
in fletum. *Clamabit Heſebon, & Eleale, vſque 4
Iaſa audita eſt vox eorum. ſuper hoc expediti
Moab vlulabunt, anima eius vlulabit ſibi. *Cor 5
meum ad Moab clamabit, vectes eius vſque ad
Segor vitulam conternantem: per aſcenſum C
enim Luith flens aſcendet, & in via Oronaim
clamorem contritionis leuabunt. * Aquæ enim 6
Nemrim deſertæ erunt, quia aruit herba, defe-
cit germen, viror omnis interijt. * Secundùm 7
magnitudinem operis, & viſitatio eorum: ad
torrentem ſalicum ducent eos. *Quoniam cir- 8
cuiuit clamor terminum Moab: vſque ad Gal-
lim vlulatus eius, & vſque ad Puteum Elim cla-
mor eius. *Quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſan- 9
guine: ponam enim ſuper Dibon additamen-
ta; his qui fugerint de Moab leonem, & reli-
quiis terræ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AR MOAB. Nomen vrbis. CONTICVIT. Pagn. *exciſa eſt*. Vox *nidmah* vtrumque ſignificare poteſt. Ego Hieronymum ſequor, & *conticuit* explico: nocte vaſtata eſt ſilentio. MVRVS. Vox Hebr. קר *kir*, *murum* ſignificat, ſed plerique putant eſſe alterius vrbis nomen, quæ nocte etiam, & ſilentio etiam eſt vaſtata. 1

ASCENDIT DOMVS. pro *domos*, Hebræi ponunt *domum* in accuſatiuo hoc ſenſu, Aſcendit Moab domum, id eſt, ædem idoli, vt in ea anguſtia eius opem implorarent. Ergo aſcendit in ædem & in Dibon, vbi id fanum erat, & idolum Chamos, id eſt, Bacchus, de quo 3. Reg. 11. verſ. 7. AD EXCELSA IN PLANCTVM. In excelſis ea fana erant, eò ibant, vt lacrymis flecterent idolum. SVPER NABO, ET SVPER MEDABA. Vrbes erant Moabitarum commune excidium paſſæ, fortaſſe ab Aſſyrijs, quo tempore Iudæam & vicinas regiones vaſtarunt. Tunc votis præcipuus locus, cùm vires deficiunt. BARBA RADETVR. Raſura mœſtitiæ ſymbolum etiam inter Græcos. 2

OMNIS VLVLATVS. Hebr. *omnis vlulat*. ſic Gothic. DESCENDIT IN FLETVM, pro, ſoluitur in lacrymas. & quo id liberiùs faciat, ad imos ſpecus è tectis & plateis deſcendet. 3

CLAMABIT HESEBON. *Heſebon* & *Eleale* vrbes Moabitarum, *Iaſa*, vrbs alia ad Mare mortuum, terminus Moabitarum. EXPEDITI, ſiue armati. VLVLABVNT, clamabunt. ANIMA EIVS VLVLABIT SIBI. id eſt, vita eius, cuiuſque, *vlulabit ſibi*, id eſt propter ſuum periculum. Chald. *ſuper animas ſuas vlulant*, nempe exitio proximi. 4

COR MEVM AD MOAB CLAMABIT, etiamſi inimicus ſit Moab, exitio eius commoueor. *Ad Moab*, id eſt, propter Moab. VECTES EIVS. Alij, *profugi eius*. Vox Hebr. vtrumque ſignificat. Ergo *vectes eius*. ſ. rumpentur. aut *profugi eius* ibunt vſque ad Segor. VITVLAM CONTERNANTEM. non *conſternantem*. ſed *conternantem*, id eſt, trimam. Sept. *triennem*. ſic vocat *Segor*, quòd copijs & felicitate laſciuiret inſtar vitulæ. LVITH. Nomen loci ſublimis, ad quem aſcendebant cum fletu præſidij cauſa. FLENS ASCENDET. ſ. Moab, Hebr. *in fletu*. Itaque omnia luctu plena erunt. Ciues in omnes partes diffugient. 5

6 AQVÆ ENIM NEMRIM. ſupple, cor meum vlulat tum ob ea quæ dicta ſunt, tum ob aquas Nemrim, quibus ſcilicet irrigabantur prædia, deſertæ aut deſolatæ ſunt, nullo qui colat. QVIA, pro, ex quo, ideò herba aruit. VIROR OMNIS, ſeu *olus*. Irrigua omnia aqua ſublata breuî areſcunt.

7 SECVNDVM MAGNITVDINEM OPERIS. id eſt, pro modo peccati erit viſitatio, id eſt punitio, Hebr. *propterea* (ſ. ob deſertam terram) *reſiduum* (opes) *& ſubſtantiam eorum*. AD TORRENTEM SALICVM DVCENT EOS. pro, ea ſcilicet hoſtes. Torrens ille prope Moab erat, quò hoſtes ſpolia detulerunt, non Euphrates.

8 QVONIAM. pro, ideò ob direptas opes & alia mala, totus Moab erit clamore plenus. Vſque ad Gallim, & vſque ad puteum Elim perueniet vlulatus. Locorum hæc ſunt nomina eo tempore nota, כי particula multa ſignificat, & varijs modis explicatur, vt loci ſententia exigit. hic ſumpſi pro, *ideò aquæ Dibon*. Aut certè *quia*, vt Hieronymus vertit, Sept. Chald.

9 QVIA AQVÆ DIBON. erat oppidum in finibus Moab. Eius aquæ cæſorum ſanguine plenæ erunt. PONAM ENIM SVPER DIBON. id eſt, iuxta Dibon. ADDITAMENTA, adijciam ad miſerias. HIS QVI FVGERINT DE MOAB. id eſt, contra eos qui euaſerint, & contra reliquias terræ. LEONEM. pro, leones immittam. Ex ea lamena nihil mirum aquas Dibon ſanguine repleri. Pro *Dibon* Hebr. & Chald. ponitur *Dimon*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ONVS MOAB. Chald. *onus calicis maledictionis ad propinandum Moab*. ſic ſuprà, & inf. LXX. *verbum contra Moab*. ſic ſup. & inf. VASTATA EST. LXX. *peribit*. AR. vrbis nomen. Chald. *Lehaiath*. MVRVS. Chald. *vrbs*. CONTICVIT. Chald. *ipſis dormientibus*.

2 ASCENDIT. ſ. Moab. DOMVS. Chald. *in domos*. Hebr. *in Baith*. i. *in domum*. ſ. templum idoli, quod erat in arce Dibon. EXCELSA. i. altaria, ſeu loca edita, vbi idola colebantur. NABO. ſ. euerſam. CALVITIVM, &c. ſ. euulſis capillis, ſeu tonſis, barbaque raſa, olim mœrorem ſignificabant. Vide Iob 1.

4 EXPEDITI. i. armati, ſeu milites. Chald. *accincti*. VLVLABVNT. ſ. depoſitis armis. EIVS. pro, eorum, ſeu cuiuſque. SIBI. abundat, more Hebræo.

5 AD MOAB. i. propter Moab. Loquitur in perſona Moabitarum. VECTES. i. fortes. ſ. fugient. VITVLAM CONTERNANTEM. i. populum fortem, ſimilemque vitulæ trienni. Hebr. Chald. & LXX. *vitulam triennem*.

7 OPERIS. ſ. mali. q.d. pro meritis punientur. VISITATIO. i. punitio. TORRENTEM SALICVM. i. Euphratem. de quo, *In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus*, &c. Chald. *mare Occidentale*. DVCENT. ſ. hoſtes.

8 CIRCVIVIT, &c. q.d. omnia plena erunt clamore & planctu.

9 ADDITAMENTA. Chald. *congregationem exercitus*. LEONEM. ſ. Nabuchodonoſor. ET RELIQVIIS TERRÆ. Chald. *& reſiduum terræ eorum diripietur*.

CAPVT XVI.

Orat emitti agnum, nempe Chriſtum, de petra deſerti: Moab ob arrogantiam & perfidiam humiliabitur, paucis ex eo relictis.

1 EMitte agnum Domine dominatorem ter-
A ræ, de Petra deſerti ad montem filiæ Sion.
2 *Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auo-
lantes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Ar-
3 non. *Ini conſilium, coge concilium: pone quaſi
noctem vmbram tuam in meridie: abſconde
4 fugientes, & vagos ne prodas. * Habitabunt
apud te profugi mei: Moab eſto latibulũ eorum

à facie

à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, con-
ſummatus eſt miſer: defecit qui conculcabat
terram. * Et præparabitur in miſericordia ſo- 5
lium, & ſedebit ſuper illud in veritate in taber- B
naculo Dauid, iudicans & quærens iudicium, &
Ierem.48 c 29 velociter reddẽs quod iuſtum eſt. * Audiuimus 6
ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia
eius & arrogantia eius, & indignatio eius, pluſ-
quam fortitudo eius. * Idcircò vlulabit Moab ad 7
Moab, vniuerſus vlulabit: his, qui lætantur ſu-
per muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas.
* Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt, & 8
vineam Sabama domini Gentium exciderunt: C
flagella eius vſque ad Iazer peruenerunt: erra-
uerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt,
tranſierunt mare. * Super hoc plorabo in fletu 9
Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma
mea Heſebon, & Eleale: quoniam ſuper vinde-
miam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcan-
tium irruit. * Et auferetur lætitia & exulta- 10
tio de Carmelo, & in vineis non exultabit ne-
que iubilabit. vinum in torculari non calcabit
qui calcare conſueuerat: vocem calcantium
abſtuli. * Super hoc venter meus ad Moab quaſi 11
cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti D
lateris. * Et erit: cùm apparuerit quod labora- 12
uit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſan-
cta ſua vt obſecret, & non valebit. * Hoc ver- 13
bum, quod locutus eſt Dominus ad Moab ex
tunc: * & nunc locutus eſt Dominus, dicens: 14
In tribus annis, quaſi anni mercenarij, aufere-
tur gloria Moab ſuper omni populo multo, &
relinquetur paruus & modicus, nequaquam
multus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

EMITTE AGNVM DOMINE. Vox *Domine* in Hebr. non eſt, neque in Sept. neque in Goth. *Agnum*, id eſt, agnos. Et innuit id tributum omiſſum fuiſſe cauſa acceptæ cladis, de qua egit capite ſuperiori. DOMINATOREM. Vox מושל *Moſel* poteſt eſſe in accuſatiuo, vt noſter poſuit, & Chald. & intelligitur de Chriſto, quem Moab miſit propter Ruth Moabitidem. Aut in datiuo, *Dominatori*, & ſic intelligitur de Ezechia, cui Vates ſuadet, vt Moab mittat tributum conſuetum. DE PETRA DESERTI. id eſt, ex Arabia Petræa, quæ vicina erat, & in ea Moabitæ ſuos greges alebant, quę *Nabathæa* alio nomine vocatur, & metropolis eius *Petra* erat: Strabo lib. 16. AD MONTEM FILIÆ SION. Sic Ieruſalem vocat, quòd monti Sion & arci erat ſubiecta. 1

SICVT AVIS FVGIENS. Redit ad cladem Moab. 2
ET PVLLI DE NIDO AVOLANTES. Hebr. *emiſſa* (de) *nido*. SIC ERVNT FILIÆ MOAB actæ ſcilicet, vel agentur in captiuitatem. IN TRANSCENSV ARNON. Hebr. *vada* (pro, ad vada) *Arnon*. Erat terminus Amorrhæorum & Moabitarum, & eo tranſmiſſo, captiui in Aſſyriam ducti ſunt.

INI CONSILIVM. Rurſus Propheta conſulit quid fa- 3
cto ſit opus. COGE CONCILIVM. Hebr. *fac decretum* ſeu *iudicium*. PONE QVASI NOCTEM. Videbat fore vt Iudæa vexaretur armis Sennacherib, & Iudæi fugerent, conſulit Moabitas, vt eos occultarent. In meridie noctem & vmbrá ponerent, eos conderent in latebras.

FINITVS EST ENIM PVLVIS. pro, finietur fugien- 4
tium puluis, quem pedibus excitant, non fugient ampliùs Hebr. *finitus eſt exactor*. MISER. ſ. qui fugiat non erit. Hebr. *vaſtator non erit*.

SOLIVM præparabitur. De Ezechia, aut de Chriſto 5
loquitur. Ergo rerum ſtatus mutabitur, Iudæi afflicti reſurgent. Poſt tenebras lux. ET VELOCITER REDDENS QVOD IVSTVM EST. Hebr. *& accelerans iuſtitiam*. Non eſt ſatis iuſtè iudicare, ſi lites diuturnæ ſint.

6 PLVSQVAM FORTITVDO EIVS eſt eius ſuperbia. ſ. Moab. Hebr *non ſic membra* ſeu *lacerti eius vt ſuperbia*. Alij vertunt *non ſic mendacia*, aut *verba eius*, id eſt, multum loquitur Moab, parum præſtat. Sed ſuperior verſio magis placet.

7 VLVLABIT MOAB AD MOAB. Mortuos, qui fuerint ſuperſtites, lugebunt. HIS, QVI LÆTANTVR. id eſt, ijs qui muris lateritijs fidunt, renuntiate plagas, quæ illis inſtant. Hebr. *fundamentis*, *kirhareſeth* (id eſt, procerribus eius vrbis) *loquimini* (.ſ. hæc mala) *quamuis plangentes*. id eſt, cum lacrymis nuntiate quæ paſſi eſtis, ô Moabitæ.

8 QVONIAM SVBVRBANA. Alij, *vites Heſebon*. FLAGELLA EIVS. i. ſarmenta, palmites. Hebr. *optimæ propagines eius vſque ad Iazer peruenerunt*. nimiũ magnopere luxuriabant. PROPAGINES EIVS RELICTÆ SVNT. Hebr. *ſe extenderunt* tranſierunt mare. Per *vites* homines intelligit, & per *propagines*, qui priùs proſperis læti, deinde captiui in varia loca deducti ſunt. Aut de ipſa agri vaſtatione loquitur, quomodo tranſiſſe propagines mare Hyperbole erit. Aut verè ij palmites ob nobilitatem deferebantur ad alias vrbes & vltra mare.

9 PLORABO IN FLETV IAZER. *Iazer* eſt in accuſatiuo. Cladem Iazer plorabo. VINEAM SABAMA. pro, & vineam ſeu vitem Sabama plorabo. INEBRIABO, vel irrigabo te lacryma mea. lacrymas copioſè effundam, ô Heſebon & Eleale. VINDEMIAM TVAM, ſuper æſtiuos fructus tuos. VOX CALCANTIVM IRRVIT. celeuſma ſ. cecidit militaris clamor hoſtium, aut celeuſma cecidit, id eſt, defecit. Iubilus calcantium vuas nullus auditur, quòd hoſtis omnia occuparit, aut vaſtarit.

10 DE CARMELO. Sic Chald. Verùm quoniam in Moab Carmelus non eſt, alij vertunt, *De agro culto & pingui*. Sept. *de vineis*. NON EXVLTABIT, NEQVE IVBILABIT. ſ. populus Hebr. paſsiuè, *non exultabitur, neque iubilabitur*. VOCEM CALCANTIVM ABSTVLI. Hebr. *celeuſma ceſſare feci*. Explicatio eſt ſuperioris verſus, vox calcantium cecidit.

11 VENTER MEVS. Hebr. *viſcera mea* ſonabant vt cithara præ timore. AD MOAB. propter Moab & eius excidium. AD MVRVM COCTI LATERIS. i. ob vrbes euerſas, quæ lateritijs mœnibus cinctæ erant. Hebraica ſic alij vertunt, *propter kirhares*. i. eius vrbis ruinam.

12 ET ERIT CVM APPARVERIT. Hebraica ſic verto: *Et erit cùm apparuerit quod laborauit Moab in excelſo* (.i. illuc eundo) *& ingredietur in ſanctuarium* (eius templi) *ad orandum, & non valebit*, ſcilicet impetrare. INGREDIETVR AD SANCTA SVA. id eſt, ſanctuarium, vt obſecret.

13 EX TVNC. i. antequam eueniret malum, locutus eſt Dominus ad Moab.

14 IN TRIBVS ANNIS, QVASI ANNI MERCENARII. i. præciſi, quibus nihil additur aut detrahitur. SVPER OMNI POPVLO MVLTO. Hebr. *in omni turba multa*. i. cum omni populo, qui multus eſt, auferetur, aut vileſcet gloria Moab. ET RELINQVETVR PARVVS ET MODICVS, NEQVAQVAM MVLTVS. Hebr. *Et reliquum paruum, puſillum, non validum*. i. Qui euaſerint ex clade, pauci admodum erunt, & ſine viribus, nimirum ex infima plebe.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DOMINE. non eſt Hebr. Chald. aut in LXX. PETRA DESERTI. Vrbs eſt Moabitarum. erat autem Ruth, è qua Chriſtus, Moabitis. FILIÆ. i. congregationis. ſ. Ieruſalem.

2 FILIÆ. i. oppidula. ſeu vici. TRANSCENSV. i. tranſitu. ARNON. nomen eſt fluuij, & ciuitatis Moabitarũ.

3 PONE QVASI, &c. q. d. quære tenebras. FVGIENTES. ſ. Iſraelitas, vel Moabitas.

4 MEI. non eſt Chald. nec apud LXX. PVLVIS. ſ. perſequentium. Chald. *hoſtis*. CONSVMMATVS. i. conſumptus. MISER. Chald. *deprædator*. CONCVLCABAT. i. vaſtabat. ſ. hoſtis.

5 IN MISERICORDIA. i. per miſericordiam. ſ. Dei

Sedebit. ſ. Chriſtus. Tabernacvlo. Chald. *ciuitate.*
His qvi, &c. Moabitæ ſignificantur. 7
Svnt. pro, erunt. Flagella. i. palmites ſ. ciues. 8
Lxx. *vites.* Relictæ. pro, quæ relictæ. Transiervnt. ſ. fugientes, vel potiùs in captiuitatem abductæ. Mare. i. Euphratem.
In fletv Iazer. i. ſicut fleui ſuper Iazer. Loquitur 9
in perſona Moabitarum. Vineam. i. ciues, ſeu populum. Inebriabo. i. rigabo. q. d. effundam copioſiſſimè lacrymas. Calcantivm. Chald. *deprædantium.* comparatur hoſtium vaſtatio conculcationi vuarum & ſegetum. Irrvit. ſ. hoſtiliter.
Carmelo. i. locis fertilibus. 10
Venter. i. interiora. Ad. i. propter. Qvasi ci- 11
thara, &c. i. ſubmiſsè flebit, vt ſolent mœrore deiecti.
Laboravit. ſ. fruſtrà ſupplicans idolis. Sancta. 12
.i. templa. Valebit. ſ. liberari.
Ex tvnc. i. olim. ſ. multò antequam eueniret. 13
In tribvs annis. i. poſt tres annos, vel poſt pau- 14
cos. Qvasi i. vt ſolent. ſ. præfigi. Svper. Chald. *cum.* Mvltvs. Lxx. *honorabilis.*

CAPVT XVII.

Vaſtatis Damaſcenis auxiliaribus populi Iſrael, ſimiliter & Iſrael vaſtabitur, quia oblitus eſt Dei ſaluatoris ſui, ad quem calamitate preſſus reuertetur: & væ perſecutoribus populi Dominus denunciatur.

ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet 1
eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidum A
in ruina. * Derelictæ ciuitates Aroër gregibus 2
erunt, & requieſcent ibi, & non erit qui exter-
reat. * Et ceſſabit adiutorium ab Ephraim, & 3
regnum à Damaſco: & reliquiæ Syriæ ſicut
gloria filiorum Iſraël erunt: dicit Dominus
exercituum. * Et erit in die illa: attenuabitur 4
gloria Iacob, & pinguedo carnis eius mar-
ceſcet. * Et erit ſicut congregans in meſſe quod 5
reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget: & erit B
ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. * Et re- 6
linquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio
oleæ duarum vel trium oliuarum in ſummi-
tate rami, ſiue quattuor aut quinque in cacu-
minibus eius fructus eius: dicit Dominus Deus
Iſraël. * In die illa inclinabitur homo ad Facto- 7
rem ſuum, & oculi eius ad ſanctum Iſraël reſpi-
cient: * & non inclinabitur ad altaria, quæ fece- 8
runt manus eius: & quæ operati ſunt digiti eius
non reſpiciet, lucos & delubra. * In die illa, erunt 9
ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut ara- C
tra, & ſegetes quæ derelictæ ſunt à facie filiorum
Iſraël, & eris deſerta. * Quia oblita es Dei ſalua- 10
toris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata:
propterea plantabis plantationē fidelem, & ger-
men alienum ſeminabis. * In die plantationis 11
tuę labruſca, & manè ſemen tuum florebit: ab-
lata eſt meſſis in die hereditatis, & dolebit gra-
uiter. * Væ multitudini populorum multorum, 12
vt multitudo maris ſonantis: & tumultus tur- D
barum, ſicut ſonitus aquarum multarum. * So- 13
nabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundan-
tium, & increpabit eum, & fugiet procul: &
rapietur ſicut puluis montium à facie venti, &
ſicut turbo coram tempeſtate. * In tempore 14
veſpere, & ecce turbatio: in matutino, & non
ſubſiſtet. hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt
nos, & ſors diripientium nos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Sicvt acervvs. Hebr. *erit aceruus in ruina.* id eſt, poſt ruinam. Redigetur in aceruos. ſ. lapidum Damaſcus. de ea loquitur.

2 Civitates Aroer. Nomen regionis in Syria, cuius vrbibus euerſis cedet Syria in paſcua & mapalia gregum.

3 Et cessabit adivtorivm ab Ephraim. i. non erit vnde Iſraelitæ contra Iudam petant auxilium. Et regnvm a Damasco ceſſabit Rege ſublato. Et reliqviæ Syriæ sicvt gloria filiorvm Israel. id eſt, vt Iſraelitæ ſunt euerſi, ſic Syria omnis.

4 Attenvabitvr gloria Iacob. id eſt, gloria filiorum Iſrael, de qua dixerat, attenuabitur. ſ. cùm vaſtabuntur, & ducentur captiui Iſraëlis tribus.

5 Sicvt congregans in messe qvod restiterit. Hebr. *in meſſe ſegetem.* Spicas leget. aut *metet.* Qværens spicas. Hebr. *colligens ſpicas.* In valle Raphaim. Vallis ea fertilis erat. Ergo ſicut meſſor omnes ſpicas metit, & aliò comportat, ſic Aſſyrius omnes Iſraëlitas captos ducet aliò. Sed an aliqui remanebunt?

6 Et relinqvitvr in eo sicvt racemvs. Hebr. *& relinquetur*, pro, relinquentur *in eo* (.ſ. Iſraele) *racemus.* ſ. paruus. Hiſp. *rebuſca.* Et sicvt excvssio oleæ. id eſt, cùm excutitur olea ab oliuantibus. Dvarvm vel trivm olivarvm. Hebr. *duo aut tria grana relinquentur.* In svmmitate rami. Aut certe quatuor aut quinque, ſcilicet grana. In cacvminibvs eivs frvctvs eivs. Hebr. *in ramis eius frug feris.* q. d. quòd ſi olea onuſta fructu erit, quatuor ſummùm aut quinque grana in ramis eius manebunt. Sic ex Iſraelitis pauciſſimi in patria relinquentur.

7 Inclinabitvr homo. Hebraicè, *reſpiciet homo.* ſ. Iſraelita Deum. Res aduerſæ ſæpè homines ad meliora excitant. Ezechiæ tempore hoc accidit. 2. Par. 30. & 31.

8 Non inclinabitvr, non reſpiciet. Lvcos et delvbra, aut lucos & ſimulacra.

9 Civitates fortitvdinis eivs, ſcilicet fortiſſimæ vrbes. Derelictæ sicvt aratra, et segetes. Hebr. *ſicut derelictio rami & virgulti.* quas dereliquerunt (.ſ. Chananæi) cùm filij Iſrael eas terras occuparunt olim. ſic modò erit. Et eris deserta, aut *deſolata.* ſ. ea regio.

10 Qvia oblita es Dei salvatoris tvi. Hebr. *ſalutis tuæ.* Et fortis adivtoris. Hebr. *& petræ fortitudinis tuæ non es recordata.* Per *petram* ſæpè Deum intelligit Sermo diuinus. Plantabis plantationem fidelem. Hebr. *plantationes pulchras, ſuaues.* Et germen alienvm. ſ. quo alieni fruentur, non ipſe qui plantas.

11 In die plantationis tvæ labrvsca. i. vua agreſtis naſcetur. Hebr. *in die plantationis tuæ ſatages.* i. diligenter coles. Et mane. pro, die poſtero. Semen tvvm florebit. ſeu *germinabit* intra paucos dies, ſed ſpes illa & meſſis peribit. Ablata est messis. Hebr. *aceruus meſſis.* i. ſicut aceruus meſſis erit, qui non diu in area remanet, citò auferet ea hoſtis. In die hereditatis. Hebr. *in die plagæ.* נחלה *nahalah* non deduco à *nahal*, quod eſt *hereditare*, ſed à חלל *halal*, quod *vulnerare* ſignificat. Et dolebit graviter. Hebr. *& do oris deſperati.* Ergo in die plagæ & doloris, cùm hoſtis inuadet, labor tuus erit vt aceruus meſſis, citò auferetur. ſeu *in die hereditatis*, cùm tua hereditas ad alios tranſibit.

12 Væ mvltitvdini popvlorvm. Contra Aſſyrios hæc dicuntur, quos ſua quoque clades manet. Vt mvltitvdo maris sonantis. Hebr. *vt ſonitus maris ſonant.* Omnia ſtrepitu militari ſunt plena. Sicvt sonitvs aqvarvm mvltarvm, ſeu *aquarum vehementium.*

13 Sicvt sonitvs aqvarvm invndantivm. Hebr. *multarum.* Et [illegible] us Aſſyrium. Et rapietvr. Benè explicat vim vocis *radaph.*

·i. *perſecutus*, paſſiuè. ET SICVT TVRBO CORAM TEMPESTATE. id eſt, vigente tempeſtate. Alij vertunt, *ſicut ſtipula ſtante turbine.* Chald. *ſicut rota coram turbine.* Sed vox גַּלְגַּל *ghalghal*. i. *rota, turbinem* ſignificat hoc loco, quia in modum rotæ circulo fertur. ſic Aſſyrij vt *puluis* ſeu *gluma* (id *moz* eſt) & vt turbo diffugient.

IN MATVTINO. Hebr. *ante auroram nuſquam ipſe*, id eſt, diſparebit. Noctu veniet ea clades, & velociter atque ſubitò. HÆC EST PARS. *Pars* & *ſors* idem ſignificant. Itaque illud, ET SORS DIRIPIENTIVM NOS, repetitio eſt, qua gaudet Hebraica lingua. Qui nos vaſtarunt, vaſtabuntur. 14

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN RVINA. i. poſt ruinam. 1

ADIVTORIVM. ſ. deſtructa Samaria. Chald. *dominium.* ERVNT. q. d. peribit eorum gloria & Iſraelis. 3

IACOB. i. Iſraelis. ſ. capti ab Aſſyriis. 4

ET ERIT, &c. q. d. redigetur ad paucitatem, ſeu inopiam. RESTITERIT. ſ. relictum à meſſoribus. RAPHAIM. Chald. *gigantum.* Lxx *dura.* 5

EXCVSSIO OLEÆ. pro, excuſſa olea. DVARVM VEL TRIVM. pro, duæ, vel tres, &c. EIVS. ſ. manere ſolet. 6

INCLINABITVR. Chald. *innitetur.* Lxx. *confidet.* ſ. tribulatio ſolet ad Deum reducere. 7

DELVBRA. i. ſimulacra. 8

EIVS. ſ. Iſrael, vel Damaſci. A FACIE, &c. i. cùm inuaderent olim Iſraelitæ terram Chananæorum. 9

FIDELEM. Ironicè ſecundùm Hieron. Lxx. *infidelem.* GERMEN. Lxx. *ſemen.* ALIENVM. Lxx. *infidele.* ſ. quod fructum non reddat. 10

IN DIE, &c. q. d. vbi plantaueris. LABRVSCA. ſ. naſcetur loco vuæ. ET MANE, &c. q. d. etiam ſi citò floreat, at tempore meſſis nihil erit. IN DIE HEREDITATIS. i. adueniente tempore poſſidendi. DOLEBIT. ſ. ſpe ſua fruſtratus. 11

POPVLORVM. ſ. Aſſyriorum. Mira in Prophetis tranſitio ad alia, & frequentiſſima; quod diligenter aduertendum. 12

INCREPABIT. ſ. Deus. Lxx. *exterminabit.* TVRBO. Chald. *rota.* Lxx. *puluis rotæ.* 13

NOS. ſ. Dei populum. 14

CAPVT XVIII.

Aduerſus Ægyptios qui Iudæos pellexerant ad confidendum in ipſis: additur conſolatio populi Iudaici de reditu ad Ieruſalem.

VÆ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans 1
flumina Æthiopiæ, * qui mittit in mare le- 2
gatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli A
veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam;
ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius;
ad gentem expectantem & conculcatam, cuius
diripuerunt flumina terram eius. * Omnes ha- 3
bitatores orbis, qui moramini in terra, cùm ele-
uatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, &
clangorem tubæ audietis: * quia hæc dicit Do- 4
minus ad me: Quieſcam, & conſiderabo in lo-
co meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut C
nubes roris in die meſſis. * Ante meſſem enim 5
totus efloruit, & immatura perfectio germina-
bit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus: &
quæ derelicta fuerint, abſcindentur, & excu-
tientur. * Et relinquentur ſimul auibus mon- 6
tium, & beſtiis terræ: & æſtate perpetua erunt
ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſu-
per illum hiemabunt. * In tempore illo, defere- 7
tur munus Domino exercituum à populo di- D
uulſo & dilacerato; à populo terribili, poſt
quem non fuit alius; à gente expectante, expe-
ctante & conculcata, cuius diripuerunt flumina
terram eius; ad locum nominis Domini exer-
cituum, montem Sion.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ TERRÆ. Contra Ægyptum loquitur, quod contra Iudæam copias miſit. CYMBALO ALARVM צְלָצַל *zilzal* multa ſignificat, *hamum, piſſam, umbram, cymbalum.* Ergo *cymbalo alarum*, id eſt, quæ alas (id eſt, vela) concutis; iiſque vt cymbalo gentes conuocas. Pagn. *obumbrans alis.* ſ. nauium & velorum multitudine terras & maria tegens. QVÆ EST TRANS FLVMINA ÆTHIOPIÆ. Sic Nilum vocat, quòd inſtar multorum fluminum ſit, & in Æthiopia oriatur. Quo tranſmiſſo, Ægyptus panditur.

2 QVI MITTIT IN MARE. i. per mare. ET IN VASIS PAPYRI. i. nauibus ex papyro factis. i. ex frutice aut vimine, ex quo papyrus fit: nam ex papyro fieri naues Plinius ait lib. 13. cap. 1. ITE. Verba ſunt populi felicem nauigationem precantis, quæ nauigatio in Iudæam erat, & contra eam. ANGELI. nuntij. AD GENTEM CONVVLSAM ET DILACERATAM. Alij, *tractam & expilatam.* i. multis modis afflictam. AD POPVLVM TERRIBILEM. ſ. quondam, cùm Deus multa prodigia edidit, vt eos tueretur. POST QVEM NON EST ALIVS. ſ. ei ſimilis poſteà nullus populus extitit. Hebr. *ex quo* (fuit) *& deinceps* ſ. terribilis fuit, ex quo tempore cœpit eſſe Dei populus, & ſequenti tempore. AD GENTEM EXPECTANTEM. Gotth. *gentem expectantem expectantem.* ſ. Dei opem. ſic v. 7. vbi eadem verba repetuntur *expectante expectante* dicitur. Hebr. ſanè geminatio hîc eſt קַו קָו verùm alij vertunt, *linea linea conculcatam.* .i. ſenſim & pedetentim Deo deſerente, quæ erat terribilis, conculcata eſt. DIRIPVERVNT FLVMINA. id eſt, hoſtes, Regeſque per flumina vecti. Chald. *diripuerunt populi.*

3 OMNES HABITATORES ORBIS videbitis. Non erit occulta Ægypti clades, cuncti videbunt, vexilla explicabuntur, hoſte irruente. ſ. Aſſyrio, & tubæ clangent. Nec erit qui opem ferat.

4 HÆC DICIT DOMINVS AD ME. Ad Vatem hæc dicit Deus. IN LOCO MEO. in cælo quieſcam ego Deus. SICVT MERIDIANA LVX CLARA EST. i. clarè contemplor quæ fient. Hebr. *ſicut ſol clarus poſt lucem.* i. poſt nubes & pluuiam, vt Scholiaſtes Hebræus. SICVT NVBES RORIS. Nubes roſcida tum clara, tum grata eſt. IN DIE MESSIS. Hebraicè, *in æſtu*, aut *in ſole meſſis*, cùm vehementer ardet, gratiſſima nubes eſt: ſic ego in cælo voluptate perfundar ex contemplatione vindictæ.

5 ANTE MESSEM ENIM. Locus difficilis. Hebraica ſic verto: *Ante enim meſſem cùm conſummatum fuerit germen*, (id eſt, arbores germinarint) *& vua acerba maturaſcens* (.i. priuſquam maturuerit) *erit flos, & ſuccidet ramos falcibus, & palmites auferet* (qui) *ſuccidit.* quaſi dicat, In ea clade Deus aut hoſtis puberes, antequam ad ſenectutem veniant, ferro perimet, ſcilicet in Ægypto. Hunc ſenſum Vulgatæ verba faciunt.

6 ET RELINQVENTVR. ſ. eæ regiones ſic erunt deſolatæ, vt aues in iis & beſtiæ tantùm verſentur. ET ÆSTATE PERPETVA. Hebr. *& æſtiuabit in eo auis, & omnes beſtia terræ ſuper illum* (.i. in illo) *hiemabunt.* i. in luſtra ferarum cedet.

7 DEFERETVR MVNVS. Deſolata Ægypto Iudæi liberabuntur, & deferetur munus Domino à populo tracto. ſ. à Iudæis in gratiarum actione ob Ægyptios proſtratos. Verba repetit quæ verſ. 2. ſunt poſita. *deferetur munus à populo diuulſo & dilacerato, à populo terribili, poſt quem non fuit alius, à gente expectante expectante & conculcata.* AD LOCVM NOMINIS DOMINI EXERCITVVM. ſcilicet deferetur munus. MONTEM SION, id eſt, Ieruſalem, & in templum eius deferetur munus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

TERRÆ.ſ.Ægypto. CYMBALO ALARVM. i. quæ 1
cymbalis.i.cymbis,ſeu nauibus alatis vtitur. alas
vocat vela. FLVMINA.pro,flumen.ſ.Nilum. ÆTHIO-
PIÆ.ſ.ex Æthiopia fluit Nilus.

VASIS PAPYRI.i.nauibus ex papyro, quod iunci eſt 2
genus quoddam. LXX. *epiſtolas papyraceas* verterunt.
ITE. vox mittentium nuntios, vel Prophetæ per iro-
niam,quaſi dicat, Ite ſanè nuntij nihil enim proficietis.
AD GENTEM CONVVLSAM,&c.Chald.*ad populum vim*
patientem, & direptum, olimque, & deinceps potentem.
LXX.*ad gentem excelſam,& populum peregrinum,& du-*
rum. Quidam putant Iudæos ſignificari, ad quos miſſa
ſit Legatio Ægyptiorum. Alij,gentes ad Chriſti fidem
vocatas. Fortè ſignificatur gens aliqua, à qua petierunt
auxilium Ægyptij,vel cui promiſerunt. Planè difficiles
intellectu Prophetæ. POST QVEM NON EST ALIVS.
quaſi dicat,habitantem in extremis terris, vel cui nul-
lus comparandus ſolus enim Deum colit,vt ad Iudæos
referatur. EXPECTANTEM.ſ.auxilium.Chald.*oppreſ-*
ſam. LXX.*ſine ſpe.* FLVMINA.Chald.*populi.*

SIGNVM.i.vexillum.ſ. Aſſyriorum. Quidam crucis 3
intelligunt,& tubam prædicationis Euangelicæ.

QVIESCAM, &c. Chald. *quieſcere faciam populum* 4
meum,& benefaciam,& conſolabor ſicut,&c. LXX. *ſecu-*
ritas erit in mea ciuitate, ſicut,&c. LOCO MEO.ſ.cælo.

ANTE MESSEM,&c.q.d. Ægyptij florebant, & velut 5
meſſem magnam promittebant, ſed ſunt per Aſſyrios
exciſi. IMMATVRA PERFECTIO. i. quod non erat ad
maturitatem ſeu perfectionem peruenturum. loquitur
de fructu,ſed metaphoricè,intelligens homines. FAL-
CIBVS.i.Aſſyriorum armis.

ET RELINQVENTVR,&c.Deſcribitur Ægyptiorum 6
vaſtatio.

IN TEMPORE ILLO.q.d. poſt ea, quæ dicta ſunt. A 7
POPVLO,&c. vide ſup. AD LOCVM.pro, nempe ad lo-
cum. NOMINIS. i. vbi inuocatur nomen. MONTEM
SION.i.Eccleſiam, vel Ieruſalem.

CAPVT XIX.

Deſcribit pleniùs Ægyptiorum punitionem, & quòd ad Deum conuerſi, miſſo ipſis ſaluatore, conſolabuntur.

ONus Ægypti. Ecce Dominus aſcendet ſu- 1
per nubem leuem, & ingredietur Ægy- A
ptum,& commouebuntur ſimulachra Ægypti
à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio
eius.* Et concurrere faciam Ægyptios aduer- 2
ſus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem
ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas ad-
uerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum.
* Et dirumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus 3
eius, & conſilium eius præcipitabo: & interro-
gabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & py-
thones, & ariolos.* Et tradam Ægyptum in 4
manu dominorum crudelium, & rex fortis do-
minabitur eorum, ait Dominus Deus exerci-
tuum.* Et areſcet aqua de mari,& fluuius deſo- 5
labitur, atque ſiccabitur.* Et deficient flumina: 6
attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. B
Calamus & iuncus marceſcet:* nudabitur al- 7
ueus riui à fonte ſuo, & omnis ſementis irrigua
ſiccabitur, areſcet, & non erit.* Et mœrebunt 8
piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flu-
men hamum, & expandentes rete ſuper faciem
aquarum emarceſcent.* Confundentur qui 9
operabantur linum, pectentes & texentes ſub-
tilia.* Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes 10
qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.
* Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij 11
Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens. Quo-
modo dicetis Pharaoni: Filius ſapientium ego,
12 filius regum antiquorum?* Vbi nunc ſunt ſa-
pientes tui? annuntient tibi, & indicent quid co-
gitauerit Dominus exercituum ſuper Aegy-
13 ptum.* Stulti facti ſunt principes Taneos, emar-
cuerunt principes Mempheos, deceperunt Ae-
14 gyptum, angulum populorum eius.* Dominus
C miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & er-
rare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo,
15 ſicut errat ebrius & vomens.* Et non erit Ae-
gypto opus, quod faciat caput & caudam, in-
16 curuantem & refrenantem.* In die illa erit
Aegyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & ti-
mebunt à facie commotionis manus Domini
17 exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.* Et
erit Terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis
qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie con-
ſilij Domini exercituum, quod ipſe cogitauit
18 ſuper eam.* In die illa erunt quinque ciuitates
in Terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan,
& iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas
19 ſolis vocabitur vna.* In die illa erit altare Do-
mini in medio Terræ Aegypti, & titulus Domi-
20 ni iuxta terminum eius* erit in ſignum, & in te-
D ſtimonium Domino exercituum in Terra Ae-
gypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie
tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propu-
21 gnatorem, qui liberet eos.* Et cognoſcetur
Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Aegyptij
Dominum in die illa, & colent eum in hoſtiis
& in muneribus: & vota vouebunt Domino, &
22 ſoluent.* Et percutiet Dominus Aegyptum pla-
ga, & ſanabit eam, & reuertentur ad Domi-
23 num, & placabitur eis, & ſanabit eos.* In die il-
la erit via de Aegypto in Aſſyrios, & intrabit
Aſſyrius Aegyptum, & Aegyptius in Aſſyrios,
24 & ſeruient Aegyptij Aſſur.* In die illa erit Iſ-
raël tertius Aegyptio & Aſſyrio: benedictio in
25 medio terræ,* cui benedixit Dominus exerci-
tuum, dicens: Benedictus populus meus Aegy-
pti, & opus manuum mearum Aſſyrio: heredi-
tas autem mea Iſraël.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SVPER NVBEM LEVEM. i. nube quaſi curru vectus
venict Deus in Ægyptum. Leuitas nubis, decreti
celeritatem ſignificat, breui fore quæ nuntiat. SIMV-
LACHRA, idola concident, quod fit cùm tota regio va-
ſtatur. Et quidem Chriſto infante in Ægyptum ingreſ-
ſo, omnia idola corruiſſe Hieronymus ait hoc loco.
Tum Iſidori Chronicum ſeu Lucæ Tudenſis, tum hoc
Palladius attingit c. 52. TABESCET. Hebr. *liqueſiet cor*
Ægypti.

2 ET CONCVRRERE FACIAM. Hebr. *confundam Aegy-*
ptios in Aegyptios id eſt, committam eos inter ipſos.
Bellum ciuile, extremum malorum.

3 DIRVMPETVR. Hebr. *exinanibitur.* Sept. *conturbabi-*
tur. Chald. *tabeſcet.* SPIRITVS ÆGYPTI. i. ſapientia.
Quod ſequitur, magis id declarat. ET CONSILIVM
EIVS PRÆCIPITABO. Hebr. *deglutiam. Spiritus & con-*
ſilium, idem ſunt q.d. nihil procedet eorum quæ cogi-
tarint. ET INTERROGABVNT SIMVLACHRA. id eſt,
idola adibunt, diuinos ſolicitabunt, neque reſponſum
vllum referent. Chriſti aduentu oracula obmutuiſſe, ex
Plutarcho intelligitur Opuſculo De cauſa cur oracula
ceſſarint. PYTHONES, ET ARIOLOS. Diuinorum genera
& nomina ſunt.

4 ET TRADAM ÆGYPTVM IN MANV DOMINORVM

CRVDELIVM. Chald. *domini duri*. Sept. *dominorũ durorum*. Hebr. *dominorum duri*. Ergo aut *duri* pro *durorum*
ſume, aut *dominorum* pro *domini*. Summà, minatur fo-
re, vt tyrannide premantur, quod ſequentia magis de-
clarant. ET REX FORTIS DOMINABITVR EORVM. id
eſt, violentus. nihil ratione, ſed viribus & potentia
cuncta faciens Rex Aſſyrius.
ET ARESCET AQVA, aut deficient aquæ de mari. 5
Commercio locus non erit, vt aliunde annona deueha-
tur, quæ domi non erit, fluuio Nilo exſiccato. Ita famis
malum vrgebit. FLVVIVS DESOLABITVR. Hebr. *ex-
ſiccabitur, & areſcet*.
ET DEFICIENT FLVMINA. Hebr. *elongabuntur*, ſcili- 6
cet à ripa. RIVI AGGERVM, מצור *munitionem* ſignifi-
cat. Qua voce ob munitionem Ægyptus ipſa vocatur.
ſic quidam vertunt, *riui Aegypti*. Sed præſtat cum Vul-
gata *aggeres* intelligere, quibus riuij coërcebantur. Ij er-
go riui, quibus eæ moles obiectæ erant, ſiccabuntur.
MARCESCET, aut *excidetur* canna & carectum, nimi-
rum exſiccata ob humoris defectum.
NVDABITVR ALVEVS RIVI A FONTE SVO. i. ſiccus 7
manebit fonte arefacto. Hebr. *virides* (herbæ) *iuxta ri-
uum, iuxta ripam riui, & omnis ſementis riui* (.i. *irrigua*,
vt noſter) *ſiccabitur*. ARESCET. Hebr. *propulſabitur, &
non erit*.
EMARCESCENT piſcatores, aut infirmabuntur, ſub- 8
lato victu, quo alebantur.
QVI OPERABANTVR LINVM, optimum ſ. & ex eo 9
retia. Hebr. Schol. פשתים שריקות .i. *lina ſubtilia*, quidam
linum & ſericum vertunt, Chald. & Pagn. *lina carmi-
nata* ſeu *pectinata*. Vet. *linum optimum*. Credam ex
voce *ſerikoth*. i. *ſubtilia*, *ſeras* & *ſericum* deductum,
quoniam bombycina fila optima & tenuiſſima ſunt.
ET TEXENTES SVBTILIA. Hebr. *retia texentes*. ſ. ex
eo lino optimo confundentur. Non erunt.
ET ERVNT IRRIGVA EIVS FLACCENTIA. Hebr. *& 10
erunt retia eius* (Ægypti) *contrita*. OMNES QVI FA-
CIEBANT LACVNAS. Hebr. *facientes clauſuram*. AD
CAPIENDOS PISCES, vel *alendos*. Hebr. *ſtagna animæ*. i. vi-
uaria ſic dicta, quòd viui piſces & cum anima ibi con-
ſeruantur. ij omnes deficient.
STVLTI PRINCIPES TANEOS. Hanc cladem præſci- 11
re & auertere magi non potuerunt, quos *Taneos princi-
pes* vocat. DICETIS PHARAONI: FILIVS SAPIENTIVM
EGO. id eſt, ſapientiam quaſi hereditate à maioribus ac-
cepi, & ex regio ſum ſanguine. ſic à maioribus auctori
tatem apud Regem conciliabant.
EMARCVERVNT, aut *errauerunt*, decepti ſunt. Pro 13
Zoban & Noph, quæ Hebr. ſunt, Chald. & Sept. vt
Hieron. *Taneos & Memphceos* vertunt. ANGVLVM
POPVLORVM EIVS. Hebr. *angulum tribuum eius*. ſic vo-
cat proceres, quos magi illi deceperunt. Chald. hoc ſe-
cutus dixit: *Principes prouinciarum eius*. ſ. deceperunt.
MISCVIT. i. propinauit. VERTIGINIS. Hebr. *con- 14
fuſionis*, Chald. & Sept. *erroris*. SICVT ERRAT EBRIVS
ET VOMENS. Hebr. *ebrius in vomitu ſuo*. i. cùm ebrietas
tanta eſt, vt crapulam euomere cogat, ſic errauit Ægy-
ptus.
OPVS, QVOD FACIAT. i. conſilium quod capiat. CA- 15
PVT ET CAVDAM, ſiue *caput & cauda*. INCVRVAN-
TEM ET REFRENANTEM, ſiue *incuruans & refrenans
non erit*. i neque curui ſenes, neque iuuenes validi pro-
deſſe poterunt. Hebr. *ramus & iuncus*. Per *caput* & *ra-
mum* maiores intelligit, per *caudam* & *iuncum* mino-
res. Ergo neque maiores neque plebeij prodeſſe pote-
runt. Cuncti velut ebrij erunt.
QVASI MVLIERES. debiles & formidoloſæ, erit 16
Ægyptus. MANVS DOMINI. Plagæ ab eo inflictæ hæ
erunt.
IN PAVOREM erit Ægypto Iudæa. nempe Iudæam 17
quam contemnebat Ægyptus, poſteà timebit, Goth.
erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem. i. de eius ſocie-
tate gaudebit. ſic Hieronymus vertit, vt ipſe in Com-
mentarijs erraſſe in eo, vertendo *feſtiuitatem*, fatetur.
Occaſio lapſus vox חגא *haga*, quæ *feſtiuitatem* ſigni-
ficare poteſt & *terrorem*, quam in poſteriori ſignifi-
catione Chald. Sept. & alij omnes acceperunt. Ex quo
efficitur, editionem Vulgatam Hieronymi cum Vulgata
antiqua mixtam eſſe, quando ipſe *feſtiuitatem* poſuit,
modo *terrorem* legimus.
18 QVINQVE CIVITATES. i. multæ erunt loquentes in
Ægypto. LINGVA CHANAAN. i. Hebraica, aut Sy-
riaca, quæ ex Hebraica deriuatur, & qua Iudæi vulgò
loquebantur. Sed & R. Elias in Præfat. Diction. Chald.
linguam Chanaan verè & propriè Hebraicam fuiſſe
olim ait; atque ita inueniſſe Abraham cum eò appulit.
Quod ad ſuum tempus retineri Hieron. ait. CIVITAS
SOLIS erit vna ex ijs. Chald. *Helioꝑo im* vertit. Nempe
pro הרס *heres*, vt eſt in Hebræo. i. *deſtructionis*, ponen-
dum eſt חרס ex Maſſoreth, quæ vox *ſolem* ſignificat.
Vocabatur etiam ea ciuitas און *On* ab idololatriæ ini-
quitate, quæ in ea maximè vigebat. Eratque præcipua,
quare illa nominatur, non aliæ. *On* eſt *iniquitas*.
19 ALTARE DOMINI. Ob hæc verba Onias Heliopoli
templum ad inſtar Ieroſolymitani conſtruxit: Ioſe-
phus lib. 13. cap. 6. ET TITVLVS DOMINI, ſiue *ſta-
tua*. Vtrumque vox *mazebah* ſignificat, & quidem hoc
diſcrepant, quòd *ſtatua* effigiem hominis habet, *titulus*
informis eſſe poteſt, vt columna, lapis erectus, quod Ia-
cob fecit Gen. 28. v. 18. IVXTA TERMINVM EIVS, in
finibus eius erit. i. Ægypti.
20 A FACIE TRIBVLANTIS clamabunt. Hebr. *à facie op-
primentium*. i. propter opprimentes. SALVATOREM eis
mittet. ſ. Ieſum. ET PROPVGNATOREM qui liberet
eos. Hebr. *multum*. i. virum magnum, quem *multum*
vocant à multa virtute aut ſapientia. Vnde *Rabi* vox
Hebræis.
21 ET COLENT EVM IN HOSTIIS. ſ. Deum. Hebr. *fa-
cient hoſtiam* (.i. hoſtias) *& oblationem* ſeu *munus*. ſed *fa-
cere, colere & ſacrificare* eſt. vnde *hauodah*. i. *cultus* à
faciendo.
22 ET PLACABITVR Deus, ſeu exorabitur, propitius
erit Ægypto ſ.
23 ERIT VIA DE ÆGYPTO. ſ. erit commercium inter
eas gentes, neque Ægyptij in Aſſyrios rebellabunt,
quod fecerunt antè, & cauſa id ruinæ prædictæ fuit: aut
Chriſti aduentu omnes erunt pacati.
24 ERIT ISRAEL TERTIVS. Sic Sept. & Chald. ſignifi-
catque fore pacem & fœdus ijs Gentibus, quod Chri-
ſti aduentu eſt factum. & Iudæos tertio loco. i. poſt Aſ-
ſyrios & Ægyptios, & poſt Gentes alias ad fidem ven-
turos. ſolus Hebr. Schol. vocem שלישיה *ſeliſiah* ſumit
pro *magna*. Verba eius .i. עני גדולה כלו גדול ונכבר *ſignifi-
cat magna, ac ſi diceret, magna & venerabilis* ſuper eos.
ſ. Iſrael, ijs maior. Sanè ea vox, ſi deducatur à *Salis*, id
eſt, *duce*, poteſt *magna* ſignificare, vt Prou. 22. v. 20. vbi
nos, *Deſcripſi eam tripliciter*: Dauid Kimhi explicat,
Scripſi tibi præcipua. Verùm nos Vulgatam ſequamur,
iuxta ſuperiorem ſententiam. BENEDICTIO. i. felici-
tas orbi erit tot gentibus fœdere & pace deuinctis.
25 BENEDICTVS POPVLVS MEVS ÆGYPTI. Goth. *Ae-
gypto*. i. illi venerabilis erit Iſrael. ET OPVS MANVVM
MEARVM ASSVRIO: erit benedictum ſ. Ita Chald. &
Sept. hanc benedictionem non ad Ægyptios referunt
& Aſſyrios, ſed ſolùm ad Iudæos, qui priùs fuerunt in
Ægypto, deinde in Aſſyria, ac tandem poſt liberatio-
nem peculiaris & benedicta hereditas Dei. HEREDI-
TAS AVTEM MEA. Hebr. *& hereditas mea*. ſed benè pro
copulatiua, aduerſatiua ponitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ASCENDET, &c. q. d. ſe manifeſtabit. ſolebat enim
Deus in nube ſe oſtendere. Chald. *reuelabitur in
nube gloriæ ſuæ*. INGREDIETVR. Loquitur de Deo, mo-
re humano. COMMOVEBVNTVR. Chald. *conterentur*.
COR ÆGYPTI. pro, cor Ægyptij cuiuſque.
2 CONCVRRERE, &c. q. d. faciam inter ipſos diſſen-
ſionem.
3 DIRVMPETVR. Chald. *tabeſcet*. LXX. *conturbabitur*.
SPIRITVS. i. ſapientia, vel vita.

Rex.ſ.Aſſyrius. 4
Arescet, &c. exaggeratio calamitatis. q. d. deſti- 5
tuentur prorſus.
Aggervm.i.inter aggeres fluentes. 6
A fonte.q.d.deſinente fonte aquam mittere. 7
Emarcescent. Lxx *lugebunt*. 8
Svbtilia.Chald.*retia*.Lxx.*byſſum*. 9
Flaccentia.i.deficientia.Omnes.ſ.confundentur. 10
Dicetis. pro.dicitis. ſ. veſtrûm quiſque. Filivs 11
regvm.Chald.*& tu filius regum*.
Taneos.Metropolis Ægypti, vbi Moyſes ſigna fe- 13
cit. Angvlvm.firmamentum & decus.Chald.*Prin-*
cipes.Lxx.*tribus*.
Miscvit.i.propinauit, vt ſolet vinum. Vide ſup. 14
cap.5. Vertiginis.Chald.& Lxx.*erroris*.
Et non erit,&c.Chald.*& non erit Aegyptijs Rex* 15
qui regnet, nec Princeps, nec Satrapa, nec præfectus, nec
dominator. Capvt et cavdam. i. Principes & ple-
beios. Incvrvantem et refrenantem. ſ. per im-
perium ſubditos.Lxx.*principium & finem*.
Qvasi mvlieres.Chald.*infirmi, ſicut mulieres*. 16
Terra Ivda Ægypto. Lxx. *terra Iudæ Aegyptus*. 17
ſ. Timebunt Iudæi, videntes tam ſeuerè punitos Ægy-
ptios. ſecundùm noſtram lectionem ſignificatur domi-
nium fidelium, ſeu fidei ſuper gentiles, idque maximo
pauore. i. admiratione ſuper Dei conſilio de humana
ſalute.
Qvinqve.ſ.præcipuè. Chanaan.i. Iudaica. ſ. fi- 18
delium verum Deum confitentium. Civitas solis.
ſ. Heliopolis. Vocabitvr vna.i.erit vna ex illis.
Altare. Planè indicatur noua Lex, nam vetus non 19
permittebat altare extra Ieruſalem. Titvlvs. i. co-
lumna.ſ.erecta ad honorem Chriſti, vel ſtatua.
Salvatorem.ſ.Ieſum. 20
Assvr. pro, cum Aſſur. ſ. Deo, vel Aſſyriis. quaſi 23
dicat, alij aliis erunt fideles gentiles ſubiecti. ſ. eſt ordo
in Eccleſia.
Tertivs.ſcilicet in fidei receptione. Benedictio. 24
Lxx.*benedictus*.
Cvi.ſcilicet terræ, vel Iſraeli. Hereditas avtem. 25
Hebr.Chald.& Lxx.*hereditas*. ſ.etiam eſt.

CAPVT XX.

Ex hoc quòd Iſaias iubetur nudus & diſcalceatus ince-dere, prædicitur Aegyptiorum & Aethiopum captiui-tas ab Aſſyrijs, Iudæis de illorum afflictione ſtupen-tibus.

IN anno, quo ingreſſus eſt Tharthan in Azo- 1
tum, cùm miſiſſet eum Sargon rex Aſſyrio- A
rum, & pugnaſſet contra Azotum, & cepiſſet
eam: * in tempore illo locutus eſt Dominus in 2
manu Iſaiæ filij Amos, dicens: Vade, & ſolue
ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tol-
le de pedibus tuis. Et fecit ſic, vadens nudus, &
diſcalceatus. * Et dixit Dominus: Sicut ambu- 3
lauit ſeruus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus, B
trium annorum ſignum & portentum erit ſuper
Aegyptum, & ſuper Aethiopiam: * ſic minabit 4
rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti, & tranſ-
migrationem Aethiopiæ, iuuenum & ſenum,
nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus
ad ignominiam Aegypti. * Et timebunt, & con- 5
fundentur ab Aethiopia ſpe ſua, & ab Aegypto
gloria ſua. * Et dicet habitator inſulæ huius in 6
die illa: Ecce hæc erat ſpes noſtra, ad quos con-
fugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie
regis Aſſyriorum: & quo modo effugere poteri-
mus nos?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Ingressvs est. Hebr. *venit*. Tharthan. De hoc 1
Duce Aſſyrio 4. Reg. 18. v. 17. Sargon. Hic eſt
Sennacherib. Azotvm. Volebat Aſſyrius in Aegy-
ptum tranſire, & ne à tergo aliquid hoſtile maneret,
Azotum expugnat, quæ ad Meridiem Iudææ erat Æ-
gypto vicina.
2 In manv Isaiæ. id eſt Iſaiæ ipſi eſt locutus Deus.
Solve saccvm. Sept. *aufer ſaccum*. i. veſtem rudé, qua
Propheta vtebatur. Et calceamenta de pedibvs
tvis. Hebr. *calceum tuum de pede tuo*. ſingulare pro
plurali. Et fecit sic, vadens nvdvs. ſ. Iſaias.
3 Trivm annorvm Chald & Sept. *tribus ann. s.* Non
erit breuis, ſed diuturna calamitas. Signvm et por-
tentvm. id eſt, quod hac cærimonia portenditur, in
Ægypto & Æthiopia erit.
4 Sic minabit.i.ducet. Captivitatem. i.captiuos
Ægypti. Nvdam et discalceatam. Hebr. *nudum*
& diſcalceatum, pro, *nudos & diſcalceatos*, vt Sept. &
Chald. ponunt. tum multi codices Vulgatæ, *nudum &*
diſcalceatum habent. Discoopertis natibvs ad
ignominiam Ægypti. Chald. *& diſcoopertis puden-*
dis in ignominiam Aegyptiorum. ego ſic Hebr. verto,
diſcoopertis natibus (&) *pudendis Aegypti*. ערוה *hernah*
pudenda ſignificat.
5 Et timebvnt et confvndentvr. Hebr. *confrin-*
gentur & erubeſcent. ſ. Iſraelitæ. Ab Æthiopia spe
sva. Hebr. *aſpectu ſuo*. ſed *aſpectus* pro *ſpe*, quia aſpici-
mus eos, vnde aliquid ſperamus. Et ab Ægypto
gloria sva. Iſraelitæ erubeſcent, cùm eos, in quibus
præſidium ſuis rebus fore putabant, deiectos viderint.
6 Insvlæ hvivs habitator dicet. Iudæam inſulam
vocat quòd ab Occaſu mare noſtrum, ab Ortu mare
Geneſareth habeat. Qvo modo effvgere poteri-
mvs nos? Chald. *quomodo liberabimus nos?* q. d. illi ſe
tueri non potuerunt, quomodo alios liberabunt? Illi
fortiores ſunt proſtrati: quid nobis erit quomodo eua-
demus?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Sargon. qui & Sennacherib.
2 In manv Isaiæ Lxx. *ad Iſaiam*. Vadens. i. tri-
duo. Nvdvs. i. ſacco illo, quo erat indutus, ſpoliatus.
3 Trivm annorvm. ſ. calamitatis.
4 Minabit. i. ducet. Captivitatem. i. captiuos.
Natibvs. Chald *pudendis*.
5 Timebvnt. ſ. Iſraelitæ, vel *Aegyptij*, ſecundùm
Lxx. Ab Æthiopia, &c. q. d. quòd confiderint in
auxilio Aethiopum & Aegyptiorum.
6 Insvlæ. i. Iudææ, quæ mari cingitur & lacu; vel
Aegypti, quæ inter duo maria. Nos. Hinc apparet
potius de Iudæis intelligendum. Aegyptij enim captiui
ducti.

CAPVT XXI.

Ruina Babylonis per Medos & Perſas: onus Idumææ & Arabiæ.

1 ONus deſerti maris. Sicut turbines ab A-
A phrico veniunt, de deſerto venit, de terra
2 horribili. * Viſio dura nuntiata eſt mihi: qui in-
credulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator
eſt, vaſtat. Aſcende Aelam, obſide Mede: om-
3 nem gemitum eius ceſſare feci. * Propterea re-
pleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit
me ſicut anguſtia parturientis: corrui cùm audi-
4 rem, conturbatus ſum cùm viderem. * Emar-
B cuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me: Ba-
bylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.
5 * Pone menſam, contemplare in ſpecula com-
edentes & bibentes: ſurgite principes, arripite
6 clypeum. * Hæc enim dixit mihi Dominus: Va-
de, & pone ſpeculatorem: & quodcumque vi-
7 derit, annuntiet. * Et vidit currum duorum equi-
tum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli: &
8 contemplatus eſt diligenter multo intuitu. * Et

cla-

clamauit leo: Super ſpeculam Domini ego ſum,
[a] Hab. 2. a. 1 ſtans iugiter per diem: & [a] ſuper cuſtodiam
meam ego ſum, ſtans totis noctibus. * Ecce iſte 9
venit aſcenſor vir bigæ equitum, & reſpondit, &
[b] Ier. 51. a. 8 Apoc. 14. b. 8 dixit: [b] Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſcul-
ptilia deorum eius contrita ſunt in terram. * Tri- 10
tura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Do-
mino exercituum Deo Iſrael, annuntiaui vobis.
* Onus Duma ad me clamat ex Seir: Cuſtos 11
quid de nocte? cuſtos quid de nocte? * Dixit cu- 12
ſtos: Venit manè & nox: ſi quæritis, quærite:
conuertimini, venite. * Onus in Arabia. In ſaltu 13
ad veſperam dormietis, in ſemitis Dedanim.
* Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habita- 14
tis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugiẽ-
ti. * A facie enim gladiorum fugerunt, à facie 15
gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie D
grauis prælij: * quoniam hæc dicit Dominus ad 16
me: Adhuc in vno anno, quaſi in anno merce-
narij, & auferetur omnis gloria Cedar. * Et reli- 17
quiæ numeri ſagittariorum fortium de filijs Ce-
dar imminuentur: Dominus enim Deus Iſrael
locutus eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ONVS DESERTI MARIS. Contra Babylonem hæc dici ex conſequentibus manifeſtum eſt. Sed quare *deſertum maris* vocetur, non conſtat. In Ierem. c. 51. verſ. 36. contra Babylonem dicitur: *Deſertum faciam mare eius.* Iter à Babylone vſque ad mare ſolitudines ſunt, quæ fortè *maris deſertum* vocantur, quòd ad mare pertingant. Hebr. Schol. per *mare, Occidens* intelligit, ac ſi dicat, deſerti Occidentalis. Sanè Mediæ & Perſidi, quæ Babylonem euerterunt, ad Occaſum ſita eſt ea vrbs. SICVT TVRBINES AB APHRICO. i. vt turbines flante eo vento veniunt, concitantur. DE DESERTO VENIT. ſic venit de deſerto. ſ. hoſtis. Mediam & Perſidem *deſertum* vocat, quòd plurimùm eſſent incultæ.

2 VISIO DVRA. Verba Prophetæ. QVI INCREDVLVS EST. ſ. non benè facit, qui non credit verbis meis. Et nihilominùs vaſtabitur ea vrbs. Hebr. *Præuaricatori præuaricator, & vaſtatori vaſtator.* ſ. Babylonio, qui vaſtabat alios, Perſa veniet, qui eum vaſtet, & fœdera violet, id eſt *præuaricari.* ASCENDE ÆLAM. *Ælam* in vocatiuo. Perſidis pars Ælam erat. OMNEM GEMITVM. ſ. gemitum eius abſtuli. i. timorem eius Babylonis, quo gemebant alij.

3 PROPTEREA. Verba ſunt Baltaſſaris Regis Babylonij. CORRVI CVM AVDIREM, aut incuruaui me, cùm viſæ à me manus interpretationem audirem. CONTVRBATVS SVM, aut obſtupui. CVM VIDEREM, viſa manu quæ in pariete ſcribebat.

4 EMARCVIT COR MEVM. Hebr. *errauit cor meum.* ſic Chald. & Sept. i. mens mea me deſtituit. Hebr. additur, *Horror perterrefecit me.* Hoc in Vulgata non eſt. TENEBRÆ OBSTVPEFECERVNT ME. Hebr. *crepuſculum* (noctem) *deſiderij mei poſuit mihi in terrorem.* ſ. Deus, aut hoſtis noctem amabilem, in qua me conuiuio oblectabam, terrore impleuit. BABYLON DILECTA MEA POSITA EST MIHI IN MIRACVLVM. i. prodigium, terrorem. Ceterùm hæc verba Hebr. non ſunt. ſed Hieron. pro *neſeph.* i. *crepuſculo.* poſuit *Babylon*, & facti cauſam explicat in Commentarijs.

5 PONE MENSAM Hebr. *ordinare menſam*, pro, ordinate. CONTEMPLARE IN SPECVLA. Hebr. *ſpeculari ſpeculam.* i. è ſpecula. COMEDENTES ET BIBENTES. Hebr. *comedere & bibere.* i. comedite & bibite. Verba ſunt Regis. Miniſtris iubet, vt conuiuium inſtruant; ſpeculatoribus, vt ſpeculentur an hoſtes veniant; amicis, vt comedant. Mox veniunt ſpeculatores, nuntiant adeſſe hoſtes. Rex conuiuis ait: SVRGITE PRINCIPES, relicto conuiuio. ARRIPITE CLYPEVM. Sic Sept. id eſt, arma induite. Hebr. *ungite clypeum.* id eſt, tergite. Chald. *tergite, & lucida facite arma*, quod oleo certè fit. Schol. Hebr. *clypeum* Regem putat ſignificare, ſicque vocari, quòd clypei inſtar ſubditos protegat. Itaque Baltaſſar, deſperata victoria, proceribus mandat vt ad Cyrum ſe conferant, quem *clypeum* vocat; celeritate, eius gratiam ſibi concilient. Aut *ungite Regem.* ſ. metuemini.

6 DOMINVS. ſ. Deus mihi præcepit, vt ſpeculatorem conſtituam. Verba ſunt Regis.

7 DVORVM EQVITVM. Hebr. *par equitum*, aut *paris equitum* vidit. ſ. ſpeculator. Hi ſunt Cyrus & Darius. ASCENSOREM ASINI. Sic Sept. & Chald. Hebr. *currum aſini.* i. currus multos, alios aſinorum, alios camelorum. In ea regione aſini fortiores ſunt. Porrò רכב *recheb* currus eſt, רכב *auriga*, ſeu *eques, aſcenſor*, ea variæ interpretationis occaſio.

8 ET CLAMAVIT LEO. ſ. ſpeculator voce magna. Hebr. *& clamauit*, Leo. ſ. venit. Medos & Perſas *leones* vocat, ob eorum fortitudinem. SVPER SPECVLAM DOMINI. ſ. inde clamauit. Hebr. *ſuper ſpeculam, Domine mi, ego ſto ſemper interdiu, & ſuper cuſtodiam ego ſto omnibus noctibus.* q. d. non mea culpa hoſtis venit, officio meo functus ſum.

9 ECCE ISTE VENIT ASCENSOR VIR BIGÆ EQVITVM. Hebr. *Ecce hic venit currus viri par equitum.* q. d. inter alios venit currus cuiuſdam, & cum eo duo equites. ET RESPONDIT. pro, locutus eſt. ſ. qui erat in curru. CECIDIT, CECIDIT BABYLON. Geminatio certum fore vaticinium indicat. CONTRITA SVNT IN TERRAM. Sic Sept. & Chald. i. afflicta ſeu proiecta ad terrã idola. Hebr. *contriuit Deus.* ſ. aut Cyrus ſculptilia.

10 TRITVRA MEA, ET FILII AREÆ MEÆ. Hebr. *filius areæ meæ.* i. triticum. ſic prophetiam ſuam Iſaias vocat. q. d. quæ collegi, quæ audiui, ea nuntiaui, non alia.

11 ONVS DVMA. i. Idumææ. Contra quam plura Ieremias cap. 49. Ezechiel cap. 35. Abdias & Amos cap. 1. vterque. AD ME CLAMAT EX SEIR. ſ. vnus aliquis, aut populus. CVSTOS. Sic Iſaiam vocat. QVID DE NOCTE? Captiuitatem *noctem* vocat. Ducti Idumæi à Babylonio in captiuitatem cum ceteris finitimis, rogant Vatem, an aliquid de ea captiuitate nuntiare poſſit.

12 VENIT MANE, ET NOX. hoc eſt, nocti dies & lux ſuccedit. Poſt aduerſa, proſpera expectate. SI QVÆRITIS, QVÆRITE: CONVERTIMINI, VENITE. q. d. non aliud reſponſum habebitis, etiam ſi millies rogetis, & reuertamini ſæpiùs ad interrogandum.

13 ONVS IN ARABIA. pro, in Arabiam. ſ. deſertam. de illa enim loquitur, vbi Nomades erant habitantes in tentorijs. DORMIETIS, aut *pernoctabitis.* IN SEMITIS DEDANIM. Vrbs erat aut regio Arabiæ. ſ. in agris habitabant, quoniam domos non habebant. Ij tamen cladem communem non euadent, tametſi ſua eos euagatio tutari debebat, & genus vitæ aſperum.

14 OCCVRRENTES. Hebr. *in occurſum.* SITIENTI. ſcilicet Arabi fugienti. FERTE AQVAM, QVI HABITATIS TERRAM AVSTRI. Sic Chald. Hebr. *qui habitatis terram Theman.* ſic Sept. vrbs eſt Idumææ præcipua, quæ à Theman filio Eliphaz nomen accepit. Gen. 36. v. 15. CVM PANIBVS. Hebr. *cum pane eius.* i. quo eget in fuga, occurrite fugienti Arabi.

15 FVGERVNT. ſ. Arabes, A FACIE. i. propter gladios qui imminent. GLADII IMMINENTIS. Chald. *nudati.* ſic Hebr. A FACIE GRAVIS PRÆLII. Hebr. *grauitatis belli.* Sed perinde eſt.

16 QVASI IN ANNO MERCENARII. i. præciſo. GLORIA CEDAR. Ij erant Arabes & Nomades viuentes in tentorijs, & ex raptu; de quibus Cantic. 1. *ſicut tabernacula Cedar. Gloria Cedar.* i. diuitiæ, quas multas congeſſerant ex rapinis, eas breui amittent.

17 ET RELIQVIÆ NVMERI SAGITTARIORVM. Hebr. *& reſiduum numeri*, aut *reſiduus numerus arcus.* i. iaculantium arcu. *Numerus*, hoc eſt, multitudo. FORTIVM DE FILIIS CEDAR. Hebr. *fortes filiorum Cedar* (ij ſunt iaculatores.) IMMINVENTVR. ad paucos redigentur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DESERTI MARIS.i.Chaldæorum,vel Perſarum & 1
Medorum venientium contra Chaldęos. Chald.
exercitus venientis a deſerto vt aquæ maris. VENIT.
ſ.exercitus contra Babylonem

QVI INCREDVLVS,&c. Chald. *violenti violentiam* 2
inferunt, & direptores diripiunt. Lxx. *præuaricans præuaricatur,iniquus inique agit.* ÆLAM.i. Perſia. Ælam
enim in Perſia. OBSIDE ſ. Babylonem. EIVS i.Babylonis. ſ. quem à ſe afflictis exprimebat. Chald. *omnes,
qui gemebant a facie Regis Babylonis quieſcere feci.* ſ.illo
interempto.

PROPTEREA,&c. vox Chaldæi. 3

MIRACVLVM. Chald. *interitum.* Lxx *timorem.* 4

PONE MENSAM. quaſi dicat,epulare ſanè, ô Rex, ſeu 5
Chaldæe.

VADE.ſ.ô Chaldæe,vel,ô Iſaia, vt pertineat id etiam 6
ad viſionem.

CVRRVM. Lxx. *aſcenſorem.* DVORVM EQVITVM. 7
Chald. *& duos equites.* Lxx *duos equites.* i. duo equitum
genera.ſ.ſuper aſinos,& camelos.

CLAMAVIT.ſ.ſpeculator. LEO i.Darius. ſ. aduenit. 8
Chald *ſicut leo.*ſ.exercitus, vel ego ſum,&c.

BIGÆ EQVITVM. pro, nempe duo equitum genera. 9
RESPONDIT.i.ſpeculator.

TRITVRA,&c. alloquitur Babylonem , vel Ieroſolymam. vocat autem *trituram,& filiam*,ſeu,vt alij legunt, 10
filium,vel *filios trituræ* ob calamitates quibus attrita.

DVMA. Lxx. *Idumee.* AD ME CLAMAT. pro, audio 11
clamorem. QVID.ſ.vidiſti,aut ſenſiſti de hoſtibus?

DIXIT CVSTOS: VENIT MANE,&c.q.d.& manè & no- 12
ctè quęrite , & quoties vultis,euntes & reuertentes, actum eſt de vobis.Chald.*dixit Propheta: Eſt merces iuſtis,& eſt vindicta impijs: ſi conuertendi eſtis,conuertimini,dum poteſtis conuerti.*

IN SALTV. ſ. fugientes. DEDANIM. Chald. *Dan.* 13
Lxx. *Dedan.* nomen loci vel populi.

SITIENTI.ſ. Arabi in fuga. 14

IN VNO ANNO. i. poſt annum vnum elapſum. vel, 16
poſt breue tempus. MERCENARII. ſ. cui certum tempus præfigitur. CEDAR. Regio eſt Arabiæ. Chald. *Arabum.*

CAPVT XXII.

Sermo Domini contra Ieruſalem , cuius deflet propheta vaſtitatem: & quod neglecto Deo,fruſtra ſe muniat ad reſiſtendum Aſſyrijs: carpuntur quod cùm plangere deberent, quia indulgeant: & reiecta Sobna templi præpoſito ſubſtituitur Eliacim, cui magna datur poteſtas.

ONus vallis viſionis. Quidnam quoque tibi 1
eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta? A
2 clamoris plena, vrbs frequens , ciuitas exul- 2
tans : interfecti tui,non interfecti gladio , nec
mortui in bello. 3 Cuncti principes tui fugerunt 3
ſimul , dureque ligati ſunt: omnes qui inuenti
ſunt, vincti ſunt pariter,procul fugerunt. 4 Pro- 4
pterea dixi: Recedite à me, amare flebo: nolite B
incumbere vt conſolemini me ſuper vaſtitate
filiæ populi mei. 5 Dies enim interfectionis, & 5
conculcationis, & fletuum , Domino Deo exercituum in valle viſionis, ſcrutans murum , &
magnificus ſuper montem. 6 Et Ælam ſumpſit 6
pharetram , currum hominis equitis , & parie-
tem nudauit clypeus. 7 Et erunt electæ valles tuæ 7
plenæ quadrigarum, & equites ponẽt ſedes ſuas
in porta. 8 Et reuelabitur operimentum Iudæ, & 8
videbis in die illa armamentarium domus ſal-
tus. 9 Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis , quia 9
multiplicatæ ſunt: & congregaſtis aquas piſcinæ C
inferioris , 10 & domos Ieruſalem numeraſtis, & 10
11 deſtruxiſtis domos ad muniendum murum. Et
lacum feciſtis inter duos muros ad aquam piſci-
næ veteris: & non ſuſpexiſtis ad eum,qui fecerat
eam, & operatorem eius de longe non vidiſtis.
12 Et vocabit Dominus Deus exercituum in die
illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium,
13 & ad cingulũ ſacci: & ecce gaudium & lætitia,
D occidere vitulos & iugulare arietes , comedere
carnes,& bibere vinum: Comedamus , & bi- Sap. 2. b.6
14 bamus: cras enim moriemur. Et reuelata eſt in 1. Cor. 15. d.32
auribus meis vox Domini exercituum : Si di-
mittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini,
15 dicit Dominus Deus exercituum. Hæc dicit
Dominus Deus exercituum: Vade,ingredere ad
eum qui habitat in tabernaculo , ad Sobnam
16 præpoſitum templi, & dices ad eum: Quid tu
E hic, aut quaſi quis hic ? quia excidiſti tibi hic ſe-
pulchrum, excidiſti in excelſo memoriale dili-
17 genter, in petra tabernaculum tibi. Ecce Do-
minus aſportari te faciet, ſicut aſportatus gallus
gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſubleuabit te.
18 Coronans coronabit te tribulatione , quaſi pi-
lam mittet te in terram latam & ſpatioſam : ibi
morieris,& ibi erit currus gloriæ tuæ,ignominia
19 domus Domini tui. Et expellam te de ſtatio-
20 ne tua , & de miniſterio tuo deponam te. Et
F erit in die illa : Vocabo ſeruum meum Eliacim
21 filium Helciæ, & induam illum tunica tua , &
cingulo tuo confortabo eum , & poteſtatem
tuam dabo in manu eius : & erit quaſi pater ha-
22 bitantibus Ieruſalem, & domui Iuda. Et da- Apoc. 3. b.7
bo clauem domus Dauid ſuper humerum eius: Iob 12.
& aperiet, & non erit qui claudat : & claudet,& c.14
23 non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum
in loco fideli,& erit in ſolium gloriæ domui pa-
24 tris eius. Et ſuſpendent ſuper eum omnem
G gloriam domus patris eius, vaſorum diuerſa ge-
nera , omne vas paruulum, à vaſis craterarum
25 vſque ad omne vas muſicorum. In die illa di-
cit Dominus exercituum : Auferetur paxillus,
qui fixus fuerat in loco fideli:& frangetur,& ca-
det,& peribit quod pependerat in eo, quia Do-
minus locutus eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ONVS VALLIS VISIONIS. *Viſionis.* i. Prophetiæ. ſic Ieruſalem vocat , quòd multi in ea verſarentur Prophetæ. Prophetia hæc contra Ieruſalem. QVIDNAM QVOQVE TIBI EST? Hebr. *quid tibi nunc?* q.d.quid times? Loquitur ſic,ac ſi adeſſet locus excidij. IN TECTA,ob hoſtium irrumpentium metum aſcendiſti.

2 CLAMORIS PLENA. Hebr. *tumultibus plena.* ſ. ob ciuium multitudinem. VRBS FREQVENS,CIVITAS EXVLTANS Hebr. *Vrbs tumultuans, ciuitas læta.* ſ.ante hoc tempus excidij frequens eras & læta. INTERFECTI TVI NON INTERFECTI GLADIO. Quòd eſſet genus mortis honeſtum aliquod in calamitate leuamen.

3 CVNCTI PRINCIPES TVI FVGERVNT. non in brachijs,ſed in pedibus poſuerunt ſpem. Nota eſt hiſtoria Ieremiæ 19 & 4.Reg cap vltimo,de fuga Sedeciæ. SIMVL, DVREQVE LIGATI SVNT. Hebr. *ſimul* (.i. omnes) *ab arcu* (.i.multitudine iaculantium,qui eos ſequebantur ſ.) *vincti ſunt.* INVENTI SVNT. ſ. qui intra vrbem manſerunt PARITER. i. omnes vincti ſunt. PROCVL FVGERVNT pro,cum ijs qui procul fugerunt.

4 RECEDITE A ME. Verba Prophetę. Sept *dimittite me.* Chald. *finite me.* Id שעה *ſahah* ſignificat , vt Iob 14. verſ. 6. AMARE FLEBO. Hebr. *amaricabor in fletu.* NOLITE INCVMBERE. Hebr. *ne feſtinetis.* Mora opus

eſt,

eſt, vt dolor tantus medentium manus admittat, voces conſolantium.

5 Dies enim interfectionis. Hebr. *contritionis.* Sept. & Chald. *tumultus.* Et fletvvm. Hebr. *confuſionis, perplexitatis.* Scrvtans mvrvm. Hebr. *ſubruens murum.* fortaſſe melius paſſiuè, *ſubruto muro.* Et magnificvs svper montem, ſcilicet, ditiores ad montem ſe receperunt. Hebr. *& clamor ad montem,* id eſt, diruto muro, capta vrbe, ciues clamant, vt ad montes confugiant.

6 Et Ælam svmpsit pharetram. id eſt, Ælamitæ Perſæ arma contra Ieruſalem ſumpſerunt. Cvrrvm hominis eqvitis Hebr. *in curru hominis* (ſ. plebeij) *equites.* ſ. veniunt equites in curribus plebeijs ob eorum multitudinem, & equorum penuriam. Et parietem nvdavit clypevs. i. clypei, qui erant in armario, aut in templis detracti è parietibus ſunt, vnde erant ſuſpenſi. Hebr. *& muro adhæſit clypeus* ſic Chald. adhæſit ergo vrbis muro, vt eum ſubrueret clypeus. .i. clypei, milites clypeis tecti, teſtudine è clypeis facta.

7 Ponent sedes svas in porta. ſ. vrbis ad irrumpendum. Hebr. *equites ponēdo ponentur* (ad) *portam.* ſ. vt irrumpant. Chald. *equites conſtituentur ſuper portas.* Ita verbum שית *ſathu* paſſiuè ſumpſit, quod nos ſequimur.

8 Et revelabitvr operimentvm Ivdæ. i. arma, quæ erant occulta in domo regia, & in domo ſaltus producentur, vt ſ. ſe ciues defendant. Hebr. *& reuelabit.* ſ. hoſtis diripiet quę ſunt in Iuda, & arma quæ in domo ſaltus. Et hæc eſt aptior explicatio, quoniam ciues fugiſſe dixit, aut in tecta aſcendiſſe, neque occiſos gladio. .i. non pugnaſſe.

9 Et scissvras, quas fecerunt hoſtes quaſſato muro, videbitis. Congregastis aqvas. ſ. vt foſſas aqua replerent.

10 Nvmerastis .... domos. Sic fit vigente fame, vt annona ſingulis detur. Et destrvxistis domos. ſ. muro coniunctas. ſic fit in obſidione, vt pomœrium liberum maneat. Præterita hæc omnia pro futuris accipiantur.

11 Et lacvm. Aqua ſe tueri volunt, tum pluuia, tum piſcinæ veteris alio deriuata, vt foſſam inter duos muros impleret. Et operatorem eivs de longe. .i. qui eam piſcinam olim fecit, cum non reſpexiſtis, nec curaſtis. Quis autem eam fecerit, non traditur. Hieronymus ad Deum refert, qui piſcinam fecit, & quem non reſpexerunt.

12 Et vocabit. ſ. per Prophetas prouocabit Deus populum ad pœnitentiam & lacrymas. Et ad cingvlvm sacci. Hebr. *& ad cingendum ſaccum.* i. induendum. Illi verò in lætitiam ſoluebantur, & conuiuia inſtruebant, quaſi cras morituri. id continet v. 13. Sic faciunt, qui de futura vita non cogitant.

14 Et revelata est in avribvs meis vox Domini. *Vox* Hebr. non eſt, ſed benè ſuppletur. Si dimittetvr iniqvitas hæc vobis donec moriamini. i. numquam dimittetur aut expiabitur peccatum, donec moriamini. Id dixit Dominus.

15 Ad evm qvi habitat in tabernacvlo An Sobna fuit Pontifex? fuit ſanè, & ei ſucceſſit Eliacim. ſic Hieronymus & Nicephorus Conſtantinopolitanus. Fortaſſis etiam Sobna Regiæ erat præfectus & theſauris. Hebr. *ad theſaurarium hunc.* Præpositvm templi. Hebr. *qui ſuper domum.* Sed per *domum*, *templum* noſter intellexit, alij regiam Ezechiæ. Regum miniſtri & intimi ſæpè rempub. inuertunt, & implicant peccatis populum, quę vindicat Deus. Ideò poſt commemoratam vrbis cladem in Sobnam inuehitur. Et dices ad evm. Hoc non eſt Hebr. noſter ſuppleuit.

16 Qvid tv hic. Fortaſſe externus erat, ſed erat Pontifex. Avt qvasi qvis hic? Hebr. *& quis tibi hic?* .i. quem cognatum habes? Excidisti tibi hic sepvlchrvm. quaſi hic perpetuò victurus. Excidisti in excelso memoriale. Hebr. *exſcindens* (in) *excelſo ſepulchrum ſuum.* mutat perſonas linguæ more. Diligenter, in petra tabernacvlvm tibi. Hebr. *ſtatuens in petra tabernaculum ſibi.* Totum refero ad ſepulchrum, quod in ſublimi loco & in rupe conſtituit. Inſania ſepulchrorum numquam Deo placuit, ne hominibus quidem.

17 Asportari te faciet, aut *migrare te faciet.* Sicvt asportatvr gallvs. גבר *gheber, virum* ſignificat. Sic quidam vertunt: *migrare te faciet migratione viri.* Quę migratio & captiuitas durior eſt quàm fœminarū, quia pedibus ire viri coguntur. eſt etiam longinquior. Verùm quoniam in Hebræo non eſt regimen, quidā ſic vertunt: *Migrare te faciet migratione, ò vir,* ſeu *ò fortis.* Verùm ea voce haud dubium *gallus* ſignificatur aliquando, vt Auen Ezra fatetur in hunc locum, quoniam ſ. eſt gallus vt vir gallinarum. Tum vbicūque pro *Aſion Gaber* Chald. vertit *arcem galli.* Ergo noſtra verſio præfertur, ſignificatque; Vt gallus in cauea defertur in alia oppida, ſic te in cauea incluſum deportabunt. Et qvasi amictvm sic svblevabit te. ſ. Deus. Hebr. *& circumdans te circumdando.* i. clathris caueæ te circumdabit.

18 Coronans coronabit te tribvlatione. Hebr. *Rotando rotabit te rotatione.* i. ludet tecum & in te. Qvasi pilam mittet te in terram latam et spatiosam. Hebr. *quaſi pilam in terram latam manibus* (.i. locis) ſ. rotabit te. In te quaſi ludos faciet Deus. Ignominia domvs. Hebr. (in) *ignominiam domus Domini tui.* nam te liberare non poterit.

19 Et de ministerio tvo deponam te. Hebr. *& de ordine tuo diruet te,* aut *mouebit te.* Mutat frequenter perſonas.

21 Tvnica tva, inſigni tui honoris. Et cingvlo tvo confortabo evm. ſ. Eliacim, qui Sobnæ in Pontificatu ſucceſſit in eum transferā munus tuum & miniſterium. *Cingulum* erat militiæ inſigne, & Concilio Nicęno cap. 11. ei, qui poſitum militiæ cingulum reſumeret, grauis infligitur pœna; perinde enim erat ac ſi fidem negaſſet. Et credam inter Iudæos ex militibus legi ſolitos alios magiſtratus Dauidis exēplo, 1. Paral. c. 27. Ita Sobna miles fuit, honoſque militię cum cingulo in Eliacim ſucceſſorē transfertur. Aut cingulū pontificale erat, & per *cingulum* alia Pontificia ornamēta intelligit.

22 Domvs David. Chald. *clauem ſanctuarij & dominium domus Dauid dabo Eliacim.* Svper hvmervm eivs. Per *clauem*, honorem intelligit, qui onus eſt, & humeris incumbere videtur.

23 Paxillvm in loco fideli. i. ſtabili. Mos erat Iudæis, ex paxillis in pariete confixis ſuſpendere veſtem pretioſam, vaſa, & ſupellectilem. Hanc metaphoram ſequitur Propheta. Fore ſignificat, vt in nouum præpoſitum Eliacim præcipui honores congerantur.

24 Vasorvm diversa genera ſuſpendent ex eo paxillo. i. omnia ornamēta illi conferent. Hebr. *filij & filiæ ſuæ; eudent gloriam domus patris ſui.* i. erunt honori. Vetus Prouerbium: *Quis laudabit patrem niſi filij felices?* Omne vas parvvlvm. Hebr. *omnia vaſa parua.* ſ. miniſterij. Mvsicorvm. Hebr. *nablorū*, & per *nablos* intelligit omnia muſica inſtrumenta. Per hæc & alia, omnes honores, paruos & magnos, ablatos Sobnæ, tranſlatos in Eliacim.

25 In loco fideli. ſtabili. Et frangetvr, ſeu *excidetur.* Et peribit. Hebr. *& excidetur onus, quod ſuper eum.* ſ. erat, nimirū *vaſa*, quæ dixit. Chald. innuit hoc nō de Sobna intelligendum, ſed de Eliacim. & Hieron ait eū perijſſe cū omnibus copijs in vltima captiuitate Babylonica, ſic refert nonnemo. Ego tamē id nō inuenio, nec ratio tēporis patitur, vt Eliacim tēpore acciderit captiuitas Babylonica, ſed Saraię Pōtificis: 4. Reg. 25. v. 18.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Vallis, &c. Chald. *Prophetia ſuper ciuitate quæ habitat in valle.* ſ. Ieruſalem, quæ valle circumdata. Visionis. i. prophetiæ.

2 Gladio. ſ. ſed fame.

3 Procvl fvgervnt. pro, cùm procul fugiſſent. ſcilicet deinde capti.

FILIÆ. Chald. *cætus*. 4

DOMINO. LXX. *à Domino*. Chald. *coram Domino*. SCRVTANS. ſ. hoſtis. MONTEM. i. Ieruſalem, vel prope ſ. ſtat hoſtis. 5

ÆLAM. i. Perſa. EQVITIS. i. equitantis. ſ. ſuper currum. PARIETEM. i. murum. 6

OPERIMENTVM. LXX. *porta*. VIDEBIS. i. inſpicies. ſ. an inde poſſis iuuari. DOMVS SALTVS. ſ. quam fecit Salomon. Vide 3. Reg 7. 8

CONGREGASTIS pro, congregabitis. ſ. ad bibendum in obſidione. 9

DOMOS. ſ. minùs neceſſarias, vt dirueretis ad muri refectionem. NVMERASTIS. præterita pro futuris. 10

AQVAM. ſ. excipiendam. PISCINÆ. iunge cum *muros*. QVI FECERAT. ſ. Deum omnium auctoré. EAM. ſ. aquam, vel Ieruſalem. DE LONGE. i. iam olim. iunge cum *operatorem*. VIDISTIS. i. conſideraſtis. 11

CALVITIVM. i. euulſionem capillorum, vel raſuram, qua vtebantur in mœſtitia Iudæi. LXX. *raſuram*. AD CINGVLVM SACCI. Chald. *ad cingendum ſaccos*. quaſi dicat, ad induendos & cingendos. 12

CRAS. i. citò. 13

DONEC. q. d. puniam, donec MORIAMINI. Chald. *moriamini morte ſecunda*. 14

TABERNACVLO. LXX. *paſtophorio*. i. cubiculo prope templum. 15

TV. ſ. agis? QVASI QVIS. Chald. & LXX. *quid tibi eſt?* TIBI HIC. i. in terra hac. TABERNACVLVM. ſ. vbi poſt mortem habites. 16

SVBLEVABIT. i. auferet. 17

CORONANS CORONABIT. i. cingens cinget. ERIT. ſ. ad nihilum redactus, vel ignominia, vt ſtatim additur. IGNOMINIA. Chald. *in ignominiam*. Alij, *ô ignominia*. fuit enim is proditor domini ſui. ſ. Regis. 18

CLAVEM, &c. q. d. auctoritatem in aula regia. SVPER HVMERVM. Chald. *in manu*. 22

PAXILLVM. pro, velut paxillum. ſ. firmiter. Chald. *præpoſitum*. LXX. *Principem*. FIDELI. i. firmo. ERIT IN SOLIVM, &c. q. d. nobilitabit paternam domum. 23

SVSPENDENT. Perſtat in metaphora paxilli, vnde pendent aliqua. VASORVM. i. inſtrumentorũ templi. 24

PAXILLVS. ſ. Sobna. Vide cap. 36. 25

CAPVT XXIII.

Tyri vaſtitas ad annos ſeptuaginta prædicitur propter eius ſuperbiam, & poſtea reſtituetur.

ONus Tyri. Vlulate naues maris: quia va- 1
ſtata eſt domus, vnde venire conſueue- A
rant: de Terra Cethim reuelatum eſt eis.
* Tacete qui habitatis in inſula: negotiatores 2
Sidonis transfretantes mare, repleuerunt te.
* In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis 3
fruges eius: & facta eſt negotiatio gentium.
* Erubeſce Sidon: ait enim mare, fortitudo ma- 4
ris, dicens: Non parturiui, & non peperi, &
non enutriui iuuenes, nec ad incrementum
perduxi virgines. * Cùm auditum fuerit in 5
Ægypto, dolebunt cùm audierint de Tyro:
* Tranſite maria, vlulate qui habitatis in inſu- 6
la: * Numquid non veſtra hæc eſt, quæ gloria- 7
batur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? du- B
cent eam pedes ſui longè ad peregrinandum.
* Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quondam 8
coronatam, cuius negotiatores principes, inſti-
tores eius inclyti terræ? * Dominus exerci- 9
tuum cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam
omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret
vniuerſos inclytos terræ. * Tranſi terram tuam 10
quaſi flumen filia maris, non eſt cingulum vltrà
tibi. * Manum ſuam extendit ſuper mare, con- 11
turbauit regna: Dominus mandauit aduerſus C
12 Chanaan, vt contereret fortes eius, * & dixit:
Non adijcies vltrà vt glorieris, calumniam ſuſ-
tinens virgo filia Sidonis: in Cethim con-
ſurgens transfreta, ibi quoque non erit requies
13 tibi. * Ecce terra Chaldæorum talis populus
non fuit, Aſſur fundauit eam: in captiuitatem
traduxerunt robuſtos eius, ſuffoderunt do-
14 mos eius, poſuerunt eam in ruinam. * Vlulate
naues maris, quia deuaſtata eſt fortitudo ve-
15 ſtra. * Et erit in die illa: In obliuione eris ô
Tyre ſeptuaginta annis, ſicut dies regis vnius:
poſt ſeptuaginta autem annos erit Tyro quaſi
16 canticum meretricis. * Sume citharam, cir-
D cui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: benè
cane, frequenta canticum, vt memoria tui
17 ſit. * Et erit poſt ſeptuaginta annos: Viſitabit
Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes
ſuas: & rurſum fornicabitur cum vniuerſis re-
18 gnis terræ ſuper faciem terræ. * Et erunt nego-
tiationes eius, & mercedes eius ſanctificatæ Do-
mino: non condentur, neque reponentur: quia
his, qui habitauerint coram Domino, erit ne-
gotiatio eius, vt manducent in ſaturitatem, &
veſtiantur vſque ad vetuſtatem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VLVLATE NAVES MARIS. Sic Chald. Sept. *naues Carthaginis*. Hebr. *naues Tharſis*. Tunetum Arabicè vocabatur *Tharſis*. Ioan. Leo in Deſcriptione Africæ, part. 5. Porrò Carthago, cui Tunetum erat vicina, Tyri colonia erat, & frequens inter vtramque vrbem commercium. QVIA VASTATA EST DOMVS. i. Tyrus erat vt domus & patria communis. VNDE VENIRE CONSVEVERANT. ſ. ire & redire Tyrum conſueuerunt, quaſi ad emporium nobiliſſimum Orientis. Hebr. *quia vaſtata eſt à domo à veniendo*. i. vt non ſit domus, & eò ire ampliùs non poſſint. DE TERRA CETHIM REVELATVM EST EIS. *Cethim* Macedones ſunt. 1. Machab. 1. v. 1. Alexander Macedo egreſſus dicitur de terra Cethim. *Reuelatum eſt*. i. prodijt id malum, ea clades. Chald. *de terra Cethim venerunt contra eam*. Sept. *de terra Cithiorum ducta eſt captiua*. Nempe verbum גלה *ghalah* non in ſignificatione reuelandi, ſed captiuandi acceperunt.

2 TACETE, præ timore ſ. Chald. *contriti ſunt*. Fortaſſis ea eſt vera ſignificatio vocis Hebr. *domu*. QVI HABITATIS IN INSVLA. Hebr. *habitantes in inſula*, habitatores inſulæ. Tyrus in inſula erat ex Q. Curtio. NEGOTIATORES SIDONIS. Hebr. *negotiator*, pro *negotiatores Sidonis*. REPLEVERVNT TE. Eæ vrbes erant vicinæ, & multi vtrimque ad alios ibant per mare. Id ſignificat TRANSFRETANTES MARE.

3 IN AQVIS MVLTIS SEMEN NILI. Quando inundat, fœcundat agros, & ſeminantur. MESSIS FLVMINIS. ſ. Nili. FRVGES EIVS. Hebr. *prouentus eius*. ſ. Tyrus alitur ex meſſe Ægypti, nec mirum. ET FACTA EST NEGOTIATIO GENTIVM. Nil mirum, ſi Ægyptus annonam deferat Tyrum, ad quam omnes gentes concurrunt.

4 ERVBESCE SIDON. ſ. quia Tyrum tueri non potuiſti. AIT ENIM MARE. i. maris ciuitas. ſ. Tyrus. FORTITVDO MARIS. eadem quæ munitiſſima erat & mari cincta. Quid dixit? NON PARTVRIVI. q. d. ac ſi nullos filios aut filias haberem, nullas miſiſſem ex me colonias, me cuncti in periculo deſeruerunt.

5 CVM AVDIERINT DE TYRO. Hebr. *ſecundùm auditum Tyri*. Duram loquendi formam benè noſter emolliuit. Ergo dolebunt Ægyptij, cùm audierint quid Tyro acciderit.

6 TRANSITE MARIA. Hebr. *tranſite Tharſis*. Sept. *abite Carthaginem*. nempe erat Tyri colonia. Ideò Tyrios prouocat, vt exciſa ſua vrbe eò migrent.

7 Nvmqvid non vestra hæc est. Alloquitur Carthaginem. An non veſtra hæc eſt mater, ſ. vt Tyrios accipiat? Hebr. *Numquid hæc veſtra læta* (ſ. quondam) *ex diebus antiquis antiquitas eius*. i. nobiliſſima ciuitas eſt. Dvcent eam. q. d. nihilominùs cogitur migrare procul, nihil ei ſua antiquitas prodeſt.

8 Qvis cogitavit. Hebr. *conſuluit*, decreuit tale ſuper Tyro. Qvondam coronatam. Hebr. non eſt *quondam*, ſed tantùm *coronantem*. ſ. aut ſuos habitatores, qui inſtar Regum erant, vt mox ait; aut ſe vrbium ſ. ſe Reginam ferebat. Cvivs negotiatores Principes, commercio opes parabantur. Id erat coronare ſuos.

9 Cogitavit hoc. conſultauit Deus. Vt detraheret. Hebr. *vt perderet faſtum omnem gloriæ* (eius) *& ignominioſos faceret omnes inclytos nobiles terræ*. ſ. illius vrbis.

10 Transi terram tvam. i. ciues tuos transfer. Qvasi flvmen. i. quaſi mare eſſet flumen, ne moras nectas. aut velociter, vt aquæ fluminis fuge. Filia maris. Hebr. *Tharſis*. i. ad filiam tuam, & coloniam Tharſis tranſi, nempe Carthaginem. *Filia*, pro *ad filiam*, vt Hebræus. Chald. etiam cùm vertit, *fuge in prouinciam maris*, vocem *filia*, pro qua *prouinciam* vertit, in accuſatiuo certè ponit. Noſtra litera per *filiam maris*, Tyrum intelligit, quæ mari eſt circumflua, & cui fugam ſuadet. Non est cingvlvm. i. vires tibi ad reſiſtendum non ſunt, fuga opus eſt.

11 Manvm svam extendit. ſcilicet Deus. Svper mare. i. contra mare & maritimos. Adversvs Chanaan. id eſt, non Tyro ſolùm, ſed vicinis Chananæorum vrbibus parat excidium. Aut Tyrus ipſa in Chanaan erat. Fortes eivs. aut *fortitudines eius*, vt conterat.

12 Non adicies vt glorieris, vt exultes. Calvmniam svstinens. Hebr. *oppreſſa*. Virgo. Sic vrbes vocantur, quòd cuſtodiantur vt virgines. Filia Sidonis. Fortè Tyrus Sidonis colonia erat, aut propter amicitiam id dicit. In Cethim consvrgens transfreta. pro, ſi ad Macedones ieceris, vt captiua requiem non habebis.

13 In captivitatem tradvxervnt robvstos eivs. i. non eſt mirum, ſi Tyrus eſt, quando Chaldæa ſeu Babylon id paſſa eſt ab Aſſyrijs, qui eam fundarant. Hebr. totus verſus: *Ecce terra Chaldæorum hic populus non fuit. Aſſur fundauit eam eis, qui in ſolitudine erant*, (nempe in tentorijs antè habitabant.) *Excitauit turres eius, extruxit palatia eius, poſuit in ruinam*. Ergo ſi Chaldæa à ſuo fundatore euerſa eſt, nil mirum, ſi Macedones Tyrum euerterunt.

14 Vlvlate naves maris. Hebr. *naues Tharſis*. Qvia devastata est fortitvdo vestra. i. Tyrus, vnde opes vobis.

15 Septvaginta annis. Tot anni fuere deſolationis Ieruſalem: Ierem. 25. v. 11. Sicvt dies regis vnivs. Tamdiu Reges viuunt, cùm affluant delicijs, & vitæ curam magnam gerant. Erit Tyro qvasi canticvm meretricis, quæ deſerta ab amatoribus, voce contenta canit, vt ad eam redeant. Sic Tyrus poſt illud tempus, poſt illos ſeptuaginta annos, negotiatores conuocauit. Hieronymus ex Hiſtorijs Græcorum & Phœnicum conſtare ait, tamdiu Tyrum iacuiſſe.

17 Et rvrsvm fornicabitvr. Ex opulentia, vitia & mala exiſtunt. aut fornicationem vocat ipſam negotiationem, quam cum regnis omnibus exercebit. Sept. *erit emporium*.

18 Et mercedes eivs. Hebr. *negotiatio eius*, *& merces eius*. Sanctificatæ. Deus proteget eam vrbem, & merces eius. Et vestiantvr vsqve ad vetvstatem. i. vſque ad ſenectutem. toto vitæ tempore Tyrij ex negotiatione victum & veſtitum habebunt. Hebr. *& ad operimentum vetus*. ſ. ad mutandum nouis veſtibus veſtimenta vetera. Hoc ad Chriſti tempus refertur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Maris. Hebr. *Tharſis*. Lxx. *Carthaginis*. quaſi dicat, lugeant negotiatores. Venite. ſ. onuſtæ mercibus. Cethim. i. Græcia, vel Italia, vel Cypro. Revelatvm est. ſ. eſſe deſtructam Tyrum. Eis. ſ. negotiatoribus.

2 Tacete. ſ. præ triſtitia. Insvla. Tyrus olim inſula erat. Replevervnt. ſ. opibus, vel mercibus.

3 Nili. ſ. iacitur. q. d. in irrigua terra. Flvminis. i. ex irrigatione Nili. Facta. ſ. Ægyptus aduecto frumento. Gentivm, adeoque Tyri.

4 Sidon. ſ. vnde Tyrij prodierunt, adeoque debueras defendere. Mare. i. Tyrus, quæ in mari. Non partvrivi. pro, vtinam numquam parturiiſſem. & ſic in ſequentibus.

6 Insvla. i. Tyro.

7 Nvmqvid, &c. vox condolentis, & Tyrios alloquentis. Longe. ſ. in Chaldæam.

8 Coronatam. q. d. velut Reginam vrbium finitimarum.

9 Gloriæ. ſ. Tyri. Terræ. ſ. Tyriorum.

10 Transi, &c. quaſi dicat, fuge aduentantem hoſtem. Qvasi flvmen. i. citò. Chald. *migra de terra tua. quaſi aqua fluminis*. Cingvlvm. i. fortitudo militum. olim milites accincti balteis.

11 Extendit. ſ. Deus. Chanaan. Tyrij Chananæi erant. vnde in Euangelio Chananæa dicitur mulier Syrophœniſſa.

12 Calvmniam svstinens. i. oppreſſa. ſ. nunc ab hoſtibus. Chald. & Lxx. *iniuriam facere ſolita*. Virgo. Sic vocantur in Prophetis Regna, quòd cuſtodiantur, vt ſolent virgines. Filia. Sic dicitur Tyrus, quòd ex Sidone orta. ſ. Sidoniorum colonia. Consvrgens, &c. pro, ſi conſurgens transfretes.

13 Talis. i. ſimilis Chaldæis. ſ. gloria & diuitiis. In captivitatem, &c. q. d. & tamen victus eſt, cùm tantus eſſet.

15 Sicvt dies regis. i. quantum ſolet viuere homo, etiam ſi Rex ſit. Meretricis. quaſi dicat, incipiet ad ſe allicere negotiatores, vt ſolet meretrix cantu amatores.

16 Svme, &c. deſcriptio morum meretricum.

17 Fornicabitvr. i. quæſtum faciet negotiando. perſtat in metaphora meretricis. Lxx *erit emporium*.

18 Sanctificatæ. i. conſecratæ. ſ. per eleemoſynam poſt conuerſionem ad fidem. Non condentvr, &c. i. in pauperes diſtribuentur. Habitaverint. pro, habitant. Chald. *miniſtrant*. Erit. i. ſeruiet. Vsqve ad vetvstatem. ſ. veſtibus quæ diu durent, vel vſque ad ſenectutem. i. tota vita.

CAPVT XXIV.

Mala quæ Dominus propter peccata vniuerſo orbi facturus eſt adiecta interim reliquiarum conſolatione: & quàm terribilis erit dies diuini iudicij.

1 ECce Dominus diſſipabit terram, & nuda-
A bit eam, & affliget faciem eius, & diſper-
2 get habitatores eius. * a Et erit ſicut populus, a Oſee 4. b. 8
ſic ſacerdos: & ſicut ſeruus, ſic dominus eius:
ſicut ancilla, ſic domina eius: ſicut emens, ſic
ille qui vendit: ſicut fœnerator, ſic is qui mu-
tuum accipit: ſicut qui repetit, ſic qui debet.
3 * Diſſipatione diſſipabitur terra, & direptione
prædabitur. Dominus enim locutus eſt ver-
4 bum hoc. * Luxit, & defluxit terra, & infirmata
eſt: defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi
5 terræ. * Et terra infecta eſt ab habitatoribus
ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt
6 ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum. * Pro-
B pter hoc maledictio vorabit terram, & pecca-
bunt habitatores eius: ideoque inſanient culto-

res eius, & relinquentur homines pauci.* Lu- 7
xit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemue-
runt omnes qui lætabantur corde. * Ceſſauit 8
gaudium tympanorum, quieuit ſonitus lætan-
tium, conticuit dulcedo citharæ.* Cum canti- 9
co non bibent vinum: amara erit potio biben-
tibus illam. * Attrita eſt ciuitas vanitatis, clauſa 10
eſt omnis domus nullo introeunte.* Clamor 11
erit ſuper vino in plateis: deſerta eſt omnis læti-
tia: translatum eſt gaudium terræ. * Relicta eſt 12
in vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas.
* Quia hæc erunt in medio terræ, in medio po- 13
pulorum: quomodo ſi paucæ oliuæ, quæ re-
manſerunt, excutiantur ex olea; & racemi, cùm
fuerit finita vindemia. * Hi leuabunt vocem 14
ſuam, atque laudabunt: cùm glorificatus fue- C
rit Dominus, hinnient de mari. * Propter hoc 15
in doctrinis glorificate Dominum; in inſulis
maris nomen Domini Dei Iſraël. * A finibus 16
terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti. Et dixi:
Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi,
væ mihi: præuaricantes præuaricati ſunt, & præ-
uaricatione tranſgreſſorum præuaricati ſunt.
* Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui ha- 17
[b] Ier. 48. 44 bitator es terræ.* Et erit: [b] Qui fugerit à voce 18
formidinis, cadet in foueam: & qui ſe explica-
uerit de fouea, tenebitur laqueo: quia catara-
ctæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur fun-
damenta terræ. * Confractione confringetur 19
terra, contritione conteretur terra, commo- D
tione commouebitur terra, * agitatione agita- 20
bitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi taber-
naculum vnius noctis: & grauabit eam ini-
quitas ſua, & corruet, & non adijciet vt reſur-
gat. * Et erit: In die illa viſitabit Dominus ſuper 21
militiam cæli in excelſo; & ſuper reges terræ,
qui ſunt ſuper terram. * Et congregabuntur in 22
congregatione vnius faſcis in lacum, & clau-
dentur ibi in carcere: & poſt multos dies viſi-
tabuntur. * Et erubeſcet luna, & confundetur 23
ſol, cùm regnauerit Dominus exercituum in
monte Sion, & in Ieruſalem, & in conſpectu
ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Ecce Dominvs dissipabit terram. Sept. *diſſipat orbem terræ.* Nimirum putarunt, quæ hoc capite continentur, dici contra totum orbem, quæ fuit Hieronymi ſententia. Alij contra Iudæam hæc dirigi credunt, & de captiuitate Babylonica eſſe ſermonem Hebr. *Ecce Dominus euacuat terram,* ſcilicet, habitatoribus. Nvdabit eam, aut *deſolabit eam,* ne ſcilicet habitetur. Et affliget faciem eivs, aut *peruertet faciem eius,* ſublatis ſ. omnibus, qui vitam habent.

2 Et erit sicvt popvlvs, sic sacerdos. Omnes patientur hanc calamitatem, nullo diſcrimine ſexus, aut conditionis.

3 Dissipatione dissipabitvr. Hebr. *euacuatione euacuabitur* terra.

4 Lvxit, et deflvxit. Chald. *luxit, & deſolata eſt.* pro, quia deſolata eſt. Hæc eſt luctus cauſa. Infirmata est altitvdo. id eſt ſublimes, proceres populi.

5 Et terra infecta est. ſcilicet peccatis. Chald & Sept. *peccauit.* Hebr. *terra impia erit.* Terra fructibus deſtituta videtur peccaſſe. videbitur peccaſſe, neque vllos profert fructus. Ab habitatoribvs svis. Hebr. *propter habitatores ſuos,* vt illi puniantur, quod magis declarant verba ſequentia: Qvia transgressi svnt leges, mvtavervnt ivs, ſeu *ſtatutum* ſeu *præceptum.* id חק *hok* ſignificat. Foedvs sempiternvm, quod ſemper ſeruare debebant, id ſunt tranſgreſſi.

6 Maledictio. Sic Sept. alij *periurium.* Vorabit terram. Propter peccata vaſtatur terra. Et peccabvnt habitatores eivs. Hebr. *deſolabuntur habitantes in ea.* Insanient cvltores eivs. Hebr. *areſcent habitatores terræ.*

9 Cvm cantico non bibent vinvm. Conuiuijs ſolent adhiberi cantica. Non erunt conuiuia. Amara erit potio. Hebr. *amara erit ſicera bibentibus illam.* Sicera omne genus potionis eſt, quæ inebriat præter vinum.

10 Attrita est civitas vanitatis. pro, quoniam attrita eſt ciuitas, & clauſa eſt omnis domus, propterea omne genus gaudij ceſſabit. Civitas vanitatis. pro, vanitati dedita. Nvllo introevnte, ita clauſa eſt, vt nullus intrare poſſit. Hebr. *ab intrando.* i. ne quis ingrediatur, clauſa eſt ciuitas.

11 Clamor erit svper vino, quia illis deeſt. Deserta est omnis lætitia. Hebr *obtenebrata eſt.*

12 In vrbe. i. in omni vrbe, aut in vrbe Ieroſolyma. Calamitas opprimet portas. Hebr. *ſolitudine percutietur porta.* Ad vrbis portas erat forum, & ciuium frequentia. Erit ergo ſolitudo, vbi erat frequentia.

13 In medio popvlorvm. i. in populis ita continget. Qvomodo si pavcæ oliva. Hebr. *ſicut excuſſio oliuæ.* ſ. quia paucæ oliuæ in arbore manent oliuitatis tempore. Et racemi. Hebr. *ſicut racemi parui, ſi fuerit finita vindemia.* ſic pauci ſ. homines in vrbibus manebunt.

14 Hi levabvnt vocem svam. ſ. qui remanſerint. Cvm glorificatvs fverit Dominvs. Hebr. *in gloria Domini.* i. propter gloriam Domini. Hinnient. Hebr. *exultabunt.* De mari. i. ab Occaſu: nam Occaſus *mare* vocatur. ſic Hebr. Schol. & Pagn. Sed quare ab Occaſu? Chald. *exultabunt ſicut exultauerunt in magnalibus, quæ facta ſunt eis in mari. De mari.* pro, ſicut de mari. ſ. olim exultauerunt in Ægypto.

15 In doctrinis glorificate Dominvm. i ſapienter. *Vrim, illuminationes* aliquando ſignificat: ideò Hieronymus dixit *in doctrinis.* Sed ſignificat etiam *valles.* Ergo glorificate Deum in vallibus, ibi plurimùm vrbes ſitæ erant. In insvlis. Quoniam de mari fecit mentionem, ad inſulas tranſit.

16 A finibvs terræ. Hebr. *ab ala terræ.* i. ab extremo terræ, per totum orbem. Avdivimvs gloriam ivsti. Chriſti ſ. gloriam vniuerſæ gentes celebrabunt. Secretvm mevm mihi. Alij, *macilentia mea mihi.* רזי *razi,* & *ſecretum* & *macilentiam* ſignificare poteſt. Si *macilentiam,* ſenſus erit: Perij miſer. Iſraëlitæ Chriſto non obedient, ſed præuaricabuntur potiùs. Si *ſecretum,* erit ſenſus: Ex illis canticis intellexi Chriſtum venturum. Chald. indicat, duo ſecreta Iſaiæ reuelata, vltionis ſ. contra impios, & ſalutis iuſtorum. Et prævaricatione transgressorvm, aut *præuaricatorum.* i. haud dubium Iſraëlitæ præuaricabuntur, non obedient legi, neque Chriſtum agnoſcent.

17 Formido. Non erit impune ea præuaricatio. Svper te. i. contra te ô Iſraël.

18 A voce formidinis. Hebr. *à voce timoris qui fugerit, cadet in foueam.* Chald. *a facie timoris.* Sept. *Et erit fugiens qui fugerit timorem.* Voces *a facie,* & *a voce* redundant. Qvia cataractæ de excelsis. i. feneſtræ de cælis apertæ ſunt. i. ira Dei parata eſt contra præuaricatores.

19 Contritione conteretvr terra. Hebr. *diſſipatione diſſipabitur.* hoc eſt, magna clades terræ imminet & orbi.

20 Sicvt ebrivs, ſine prudentia, ſine ſenſu erunt homines. Et afferetvr terra. Hebr. *agitabitur.* Qvasi tabernacvlvm vnivs noctis. Hebr. *quaſi augurium, quod breui diſſipatur.* Sed quia מלונה *meluna*

dedu-

deducitur à verbo לון *lun*, quod *pernoctare* ſignificat *nocte vna*, Hieronymus addidit, *vnius noctis*. cùm tamen ea voce *tugurium* promiſcuè ſignificetur. cap. 1. verſ.8. *Sicut tugurium in cucumerario*. eadem ibi dictio eſt.

21 VISITABIT DOMINVS SVPER MILITIAM CÆLI. id eſt, ſtellas affliget. vocat ſtellas Iſrael. ET SVPER REGES TERRÆ. i. ſuper alias gentes.

22 ET CONGREGABVNTVR IN CONGREGATIONE VNIVS FASCIS. i. ſimul omnes Reges conijcientur in lacum i. carcerem Hebr. *& congregabuntur congregatione vincti* (.i. ſicut vinctus congregatur, & includitur) *in puteum*. ſic carcerem vocat. ET POST MVLTOS DIES VISITABVNTVR. i. liberabuntur.

23 ET ERVBESCET LVNA i. luminaria cæli obſcurabuntur præ gloria Domini & Chriſti, cùm victis hoſtibus & vinctis regnauerit in Sion. ET IN CONSPECTV SENVM SVORVM FVERIT GLORIFICATVS. Hebr. *& coram ſenibus ſuis gloria*. i. coram primis Synagogæ & Eccleſiæ Principibus glorificabitur Chriſtus non occultè, ſed publicè.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TERRAM. Lxx. *totum terrarum orbem.* Quidam tamen Iudæam intelligunt. NVDABIT. ſ. habitatoribus.

2 POPVLVS. ſ. afflictus. FOENERATOR. ſ. mutuum dans.

3 PRÆDABITVR. ſ. à Domino.

4 LVXIT, &c. præterita pro futuris. DEFLVXIT. Chald. *deſolata eſt*. INFIRMATA. i. viribus deſtituta. Chald. *deſerta eſt*. ALTITVDO. Chald *fortitudo*.

5 INFECTA. ſ. peccatis. Chald. & Lxx. *peccauit*. AB. Chald. *ſub*. Lxx. *propter*. IVS i. Dei præcepta. SEMPITERNVM. perpetuò eis obſeruandum.

6 MALEDICTIO. i calamitas. ET PECCABVNT. Chald. *& deſolati ſunt*. Lxx. *quia peccauerunt*. INSANIENT. Chald. *conſumpti ſunt*. Lxx. *pauperes erunt*.

7 LVXIT. ſ. vino deficiente.

10 CIVITAS VANITATIS i. mundus.

11 VINO. ſ. deficiente.

13 HÆC ERVNT. Chald. *relinquentur ſoli iuſti*. EXCVTIANTVR. Chald. *poſt excuſſionem*.

14 HI. ſ. pauci reliqui. HINNIENT. i. vocem tollent. MARI. i inſulis, vel mundo.

15 DOCTRINIS. q. d. docti fidem. Chald. *lumine*.

16 LAVDES. Lxx. *miracula*. GLORIAM. pro, nempe gloriam. IVSTI. ſ. Chriſti. SECRETVM, &c. q. d. myſterium id magnum eſt, paucisque notum. Chald. *ſecretum, præmium iuſtorum monſtratum; ſecretum, vindicta impiorum reuelata eſt mihi. Væ eis qui vim faciunt.* PRÆVARICANTES. ſ. Iudæi, vel impij.

18 A VOCE FORMIDINIS. i. propter timorem. CADET, &c. per hæc ſignificatur nullum euaſurum. CATARACTÆ. Lxx. *feneſtræ*.

21 ILLA. ſ. iudicij. VISITABIT. ſ. puniens. MILITIAM, &c. i. excelſos quoſque, vel dæmones, qui olim Angeli.

22 IN CONGREGATIONE. i. inſtar. LACVM. ſ. inferni. VISITABVNTVR. ſ. die iudicij, anteà illic incluſi, nam corpore etiam deinde punientur. vel q. d. quantocumque tempore in inferno manſerint, ſemper tamen punientur, nullaque erit ſupplicij leuatio.

23 LVNA, ET .... SOL. Chald. *cultores lunæ, & ſolis*. IERVSALEM. ſ. cæleſti.

CAPVT XXV.

Propheta Deo gratias agit de operibus ſuis mirabilibus, & beneficijs populo ipſius in monte Sion præſtandis.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & 1
A confitebor nomini tuo: quoniam feciſti
mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.
2 * Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem
fortem in ruinam, domum alienorum: vt non
ſit ciuitas, & in ſempiternum non ædificetur.
3 * Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas
4 gentium robuſtarum timebit te. * Quia factus
es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione
ſua: ſpes à turbine, vmbraculum ab
æſtu. ſpiritus enim robuſtorum quaſi turbo im-
5 pellens parietem. * Sicut æſtus in ſiti, tumultum
B alienorum humiliabis: & quaſi calore ſub nube
torrente, propaginē fortium marceſcere facies.
6 * Et faciet Dominus exercituū omnibus populis
in monte hoc conuiuiū pinguium, conuiuium
vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ
7 defæcatæ. * Et præcipitabit in monte iſto faciem
C vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam
quam orditus eſt ſuper omnes nationes. * Præ-
8 cipitabit mortem in ſempiternum: [a] & auferet
Dominus Deus lacrymam ab omni facie, &
opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa ter-
9 ra: quia Dominus locutus eſt. * Et dicet in die
illa: Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum,
& ſaluabit nos: iſte Dominus, ſuſtinuimus eum,
exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius.
10 * Quia requieſcet manus Domini in monte
D iſto: & triturabitur Moab ſub eo, ſicuti teruntur
11 paleæ in plauſtro. * Et extendet manus ſuas
ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum: &
humiliabit gloriam eius cum alliſione manuum
12 eius. * Et munimenta ſublimium murorum tuorum
concident, & humiliabuntur, & detrahentur
in terram vſque ad puluerem.

[a] Apoc. 7. d 27. & 21. b. 4

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 COGITATIONES ANTIQVAS feciſti. Hebr *conſilia à longe* i. olim à Prophetis prædicta. FIDELES, AMEN. Hebr. *veritatem veritatem*. i. vera conſilia & firma vt eſſent, feciſti.

2 POSVISTI CIVITATEM IN TVMVLVM. ſ. Ieruſalem. VRBEM FORTEM, aut *munitam*. DOMVM ALIENORVM: VT NON SIT CIVITAS. Hebr. *palatium alienorum* (.i. hoſtium) *ex ciuitate*. Hoc eſt, feciſti, vt quæ erat antè ciuitas, verſa ſit in diuerſorium, ſeu arcem hoſtium. *Poſuiſti*. pro, pones.

3 LAVDABIT TE POPVLVS FORTIS. Hæc eſt Chriſti Eccleſia, quæ Deum veracem videns honorat & colit.

4 SPES A TVRBINE factus eſt Deus egeno, ſeu *tegmen à turbine*. *Turbinem* vocat malorū & afflictionem multitudinem. SPIRITVS. i. ira robuſtorum, nempe hoſtium. QVASI TVRBO IMPELLENS PARIETEM. Hebr. *quaſi turbo parietis*. Sed benè ſuppletur *impellens*. Ab hoc turbine tenues liberat Deus.

5 SICVT ÆSTVS IN SITI. Hebr. *ſicut æſtus in loco arido, ſiue ſiticuloſo*. ibi enim æſtus maximè moleſtus eſt. Ergo ſicut æſtus ijs locis maiores vires habet, ſic tu, ô Deus, hoſtium tumultum & ſuperbiam humiliabis. ET QVASI CALORE SVB NVBE TORRENTE. Hebr. *æſtus in vmbra nubis*. pro, ſicut æſtus in vmbra nubis. Sol inter nubes imbre grauidas vehementior eſt. Ergo ſicut ille æſtus herbis eſt noxius, ſic PROPAGINEM FORTIVM MARCESCERE FACIES. Hebr. *propago fortium* (filij ſuperborum) *humiliabitur*.

6 ET FACIET DOMINVS .... IN MONTE HOC. Superbis deiectis, Dominus conuiuio omnes gentes accipiet, cùm in Eccleſiam conuenient. CONVIVIVM VINDEMIÆ. i. vinum affatim erit. Hebr. *conuiuium fæcium*. i. vini veteris, quod fæces habet. VINDEMIÆ DEFÆCATÆ. Hebr. *fæcium purgatarum*. i. vini veteris & percolati.

7 ET PRÆCIPITABIT. Hebr. *& abſorbebit, ſeu rumpet*. FACIEM VINCVLI. id eſt, vinculum. *Faciem* redundat. COLLIGATI SVPER OMNES POPVLOS. i. quo vinculo ligati omnes tenebantur. id eſt, peccatum; quo vincti

omnes erant. Hebraica ſic alij vertunt: *Rumpet faciem operimenti operti ſuper omnes populos.* i. carceris, quo includebantur omnes. Ita ſententia non diſcrepabimus à Vulgata. ET TELAM QVAM ORDITVS EST. i. rete, quod omnibus à dæmone eſt impoſitum, rumpet ſcilicet. Hebr. *& velamen expanſum ſuper omnes gentes. Velamen* etiam pro reti pono, quod auibus imponitur, & ſuper eas extenditur.

PRÆCIPITABIT; abſorbebit. Sic Paulus citat 1. ad Corinth. 15. v. 54. MORTEM. Ad illam ea vincula & retia ferebant. Rumpit ergo illam, vt nos à morte liberet. ET AVFERET. Hebr. *abſterget*, aut *delebit* lacrymam. Non mortem, ſed & luctum tollet, ſublatis moleſtijs, quibus conciliatur. ET OPPROBRIVM, ex miſeria ſ. ſeruitute & captiuitate, auferet. 8

ET DICERET. ſ. fidelis quicumque. SVSTINVIMVS. pro, expectauimus, vt nos à malis liberaret. LÆTABIMVR IN SALVTARI EIVS. Hebr. *in ſalute eius*, quam ipſe nobis immeritis confert. 9

QVIA REQVIESCET MANVS DOMINI. Numen, poteſtas. IN MONTE ISTO. in Ieruſalem, quæ eſt Eccleſia. TRITVRABITVR MOAB SVB EO. i. in loco ſuo hoſtes triturabuntur, vbicúque illi fuerint. Per *Moab* hoſtes intelligit. SICVTI TERVNTVR PALEÆ IN PLAVSTRO. Sept. *ſicut calcant aream in curribus.* Nimirum pro מדמנה *madmenah*, vt nunc eſt. i. *ſterquilino*, Hieronymus & Sept. legerunt מרכבה *marchebah*. i. *currum*. quæ lectio commodior videbatur, & *tribulam*, ſeu *traham*, *currum* vocari putarunt. Alij iuxta lectionem alteram vertunt, *ſicut teruntur paleæ in ſterquilinio*. i. in illud proijciuntur tandem. 10

MANVS SVAS SVB EO. Hebr. *in medio eius*. ſ. Moab, extendet Deus manus ad puniendum. GLORIAM EIVS, aut *ſuperbiam eius.* CVM ALLISIONE MANVVM EIVS humiliabit. i. plauſu, plaudentibus qui ſupplicium viderint. Hebr. *cum cubitis manuum eius*, per quod brachia intelligit, & per brachia, robur. q. d. ſuperbiam & robur eius humiliabit. 11

ET DETRAHENTVR IN TERRAM VSQVE AD PVLVEREM. ſ. muri, ad terram proſternentur muri, arces, & munimenta tua, ô Moab. 12

EMANVELIS SA NOTATIONES.

COGITATIONES. Chald. & LXX. *conſilia.* FIDELES, AMEN. i. omnino veras. Chald. *opere confirmatas.* q. d. olim promiſſa præſtitiſti. LXX. *vera fiant.* i. confirmentur opere, ſeu exhibitione. 1

POSVISTI CIVITATEM IN TVMVLVM. i. diruiſti. VRBEM. ſ. Ieruſalem. ALIENORVM. ſ. à te, per iniquitatem Iudæorum vel Romanorum, nam facta eſt Ieruſalem arx Romanorum. NON ÆDIFICETVR. ſ. ſplendore antiquo. vel loquitur de mundi deſtructione in die iudicij. 2

FORTIS ſ. fide & operibus. LXX. *pauper.* GENTIVM. ſ. ad fidem conuerſarum. 3

TVRBINE. i. oppreſſione. ÆSTV. i. afflictione. ROBVSTORVM. ſ. opprimentium pauperes, & debiles. 4

SITI. i. loco arido. ſ. deprehenſos torquet. 5

HOC. ſ. Ieruſalem poſt Chriſti aduentum. poteſt & de cæleſti intelligi beatitudine. CONVIVIVM, &c. Metaphorica deſcriptio ſpiritualium deliciarum. 6

FACIEM VINCVLI. i. iniecta vincula. ſ. errorum & peccatorum. ORDITVS EST. ſ. diabolus. 7

PRÆCIPITABIT MORTEM IN SEMPITERNVM. LXX. *abſorbuit præualens mors.* pro, *abſorpta eſt*, vt Paulus citat 1. Cor. 15. quamquam Paulus videtur ſecutus Hebr. quæ verti poſſunt, *abſorbuit mortem, vincendo.* Poſſunt & LXX ſic intelligi, *Chriſti mors præualens abſorbuit.* ſ. mortem hominibus debitam. OPPROBRIVM. ſ. quo laborabat apud infideles. quaſi erraret fide; vel ſeruitutem diaboli. 8

DICET. ſ. populus fidelis. ISTE. ſ. Chriſtus. SVSTINVIMVS. i. expectauimus. SALVTARI. i. ſalute, vel ſaluatore. ſ. Ieſu. 9

10 MOAB. i. mundus, ſeu diabolus. ſ. delebuntur errores & peccata. IN. pro, ſub. PLAVSTRO. i. tribula, ſeu traha.

11 SVB EO. Hebr. *in medio eius.* Chald. *inter eos.* SICVT EXTENDIT, &c. q. d. porrecta vtraque manu puniet. MANVVM EIVS. i. ſuarum.

12 TVORVM. ſ. ô Moab.

CAPVT XXVI.

Canticum gratiarum actionis ob exaltationem iuſtorum & humiliationem impiorum, & de reſurrectione mortuorum.

1 IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra
A Iuda:
Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator, ponetur in ea murus & antemurale.
2 * Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.
3 * Vetus error abiit: ſeruabis pacem: pacem, quia in te ſperauimus.
4 * Speraſtis in Domino in ſæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.
5 * Quia incuruabit habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimem humiliabit.
Humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem.
6 * Conculcabit eam pes, pedes pauperis, greſſus egenorum.
7 * Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad
B ambulandum.
8 * Et in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ.
9 * Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te.
Cum feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis.
10 * Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini.
11 * Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hoſtes tuos deuoret.
12 * Domine dabis pacem nobis: omnia enim
C opera noſtra operatus es nobis.
13 * Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini abſque te, tantùm in te recordemur nominis tui.
14 * Morientes non viuant, gigantes non reſurgant: propterea viſitaſti & contriuiſti eos, & perdidiſti omnem memoriam eorum.
15 * Indulſiſti genti Domine, indulſiſti genti: numquid glorificatus es? elongaſti omnes terminos terræ.
16 * Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17 * Sicut quæ concipit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus à facie tua Domine.
18 * Concepimus, & quaſi parturiuimus, & pe-
D perimus ſpiritum: ſalutes non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores terræ.
19 * Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent: expergiſcimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.

* Vade

*Vade populus meus, intra in cubicula tua, 20
claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum
ad momentum, donec pertranſeat indignatio.
*ʰ Ecce enim Dominus egredietur de loco 21
ſuo, vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ con-
tra eum: & reuelabit terra ſanguinem ſuum, &
non operiet vltra interfectos ſuos.

ʰ Mich. 1. a. 3

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VRBS FORTITVDINIS NOSTRÆ. Hebr. *vrbs fortis nobis.* SION. Hebr. *Sion* non eſt, neque in Goth. neque in Regijs, neque in Sept. & Chald. neque in Hieronymi Commentarijs; ſed ſuppleri poteſt. SALVATOR, PONETVR IN EA. i. Chriſtus nobis muri inſtar erit. Hebr. *ſalutem ponet murus & antemurale.* i. eius munitio liberabit nos. Aut in accuſatiuo, *ſalutem ponet murum & antemurale.* ſ. obijciens hoſti, ne irrumpat.

2 APERITE PORTAS. Mutentur ciues; nam propter peccata priorum capta antè eſt ab hoſtibus Ea gens iuſta Chriſti cultores ſunt. Ingrediatur gens iuſta.

3 VETVS ERROR ABIIT. Ex Aquila id Hieronymus ſumpſit, qui ſic vertit: τὸ πλάνημα ἡμῶν ἐξήρηται .i. *error noſter ablatus eſt*, ſic etiam Symmachus. i. peccata, ob quæ ea vrbs exciſa eſt, ſequetur pax & tranquillitas. Hebr. *figmentum fultum.* i. decretum firmum eſt. SERVABIS. ſ. eam à malis. PACEM: PACEM. ſ. dabis illi vrbi, quia in te ſperauit, non in ſuis viribus, aut externis auxilijs.

4 SPERASTIS, aut *ſperate.* Sic Hebr. & Hieronymus in Comment. IN SÆCVLIS ÆTERNIS. ſ. in eo qui eſt in perpetuum. IN DOMINO DEO FORTI IN PERPETVVM. Hebr. *in Domino Deo petra* (fortitudo) *ſæculorum.* i. in omni tempore & ætate eſt Deus fortitudo.

5 INCVRVABIT. vel *humiliabit*, vt Sept. & Chald. HABITANTES IN EXCELSO, i. fortes, opulentos, proceres. CIVITATEM. i. Ieroſolymam deijciet. VSQVE AD PVLVEREM. i. ad terram illam proſtrabit.

6 CONCVLCABIT EAM. i. in ea habitabunt ſoli pauperes & egeni, qui ſoli in ea poſt excidium manebunt. Aut pauperes ſint Chriſtus & Apoſtoli.

7 RECTVS CALLIS IVSTI AD AMBVLANDVM. Hebr. *rectum callem iuſti diriges.* q.d. ſi ſublimes Deus euertit, iuſtos ſeruabit à malis.

8 ET IN SEMITA IVDICIORVM TVORVM DOMINE SVSTINVIMVS TE. i. quòd recta ſit ſemita tua, ratio agendi, in te ſperauimus. Hebr. *etiam ſemita iudiciorum tuorum, Domine.* ſ. recta eſt. *ſperauimus in te.* ſ. cùm mala nos premerent. IN DESIDERIO ANIMÆ. Nil aliud quàm te cupimus. Hebr. *ad nomen tuum, & ad memoriam tuam deſiderium animæ.* i. nihil aliud cupimus. Per *nomen* & *memoriam* Deum ipſum intellige.

9 ANIMA MEA DESIDERAVIT TE. Hebr. *anima mea deſiderauit te.* pro *deſiderauit.* SED ET SPIRITV MEO. Per *animam* & *ſpiritum* vires omnes intellige. IN PRÆCORDIIS MEIS. Hebr. *in medio mei.* i. intra me, non extrinſecus id dico, ſed ex toto corde. DE MANE VIGILABO AD TE, vt precibus vacem. Itaque ſignificat dies & noctes nihil aliud quàm Deum cupere. CVM FECERIS IVDICIA. Hoc iungit cum illo v. 8. *ſemita iudiciorum tuorum recta.* ſ. eſt

10 MISEREAMVR IMPIO, ET NON DISCET IVSTITIAM. pro, quòd non diſcat iuſtitiam facere. Eo ipſo miſerior eſt, & lacrymis dignus. Hebr. *miſericordia ſit impio.* (.i. væ impio) *non didicit iuſtitiam.* i. eò quòd iuſtitiam non facit, væ illi. IN TERRA SANCTORVM. Hebr. *in terra rectitudinum.* i. rectorum, peruersè egit. Malum eſt inter prauos peccare, peius inter bonos & ſanctos. ET NON VIDEBIT GLORIAM DOMINI, ſublimitatem, myſteria eius, & conſilia non intelliget.

11 EXALTETVR MANVS TVA. i. potentia tua, ne ſ. tua opera videant impij. VIDEANT, ET CONFVNDANTVR; aut *videbunt* (.i. ſi viderint) *erubeſcent.* ZELANTES POPVLI. *populi* in genitiuo. Hebr. *inuidia populi.* ſ. ob inuidiam, qua populo tuo inuidebunt videntes eius felicitatem. DEVORET, aut *deuorabit* hoſtes tuos ignis. dabunt pœnas.

12 DABIS PACEM NOBIS. pro, dato. Hebr. *diſpones pacem.* Per *pacem* bona omnia intelligit. OMNIA ENIM OPERA NOSTRA OPERATVS ES. i. ſicut alia opera & beneficia nobis præſtitiſti, ita hoc præſta.

13 POSSEDERVNT NOS DOMINI ABSQVE TE. i. etiam cùm poſſederunt nos domini alieni, cùm in captiuitate eramus. TANTVM IN TE. i. tantùm propter te. RECORDEMVR. recordati ſumus nominis tui.

14 MORIENTES NON VIVANT. Hebr. *mortui* (ſunt ſ. ij domini) *non viuent.* GIGANTES NON RESVRGANT. pro, non reſurgent. Chald. pro רפאים *rephaim*, *gigantes.* i. domini illi violenti. Alij *manes*, aut *extinctis* interpretantur, vt ſit repetitio eius quod dixit, *mortui non reſurgant.* PROPTEREA VISITASTI, pro, ſic factum eſt, vt cùm eos viſitaſti puniendo, perierunt tum ipſi, tum eorum memoria. q.d. non ſolùm ipſi non reſurgent, ſed ne memoria quidem eorum extabit.

15 INDVLSISTI GENTI. i. pepercisti eis. Num propterea te glorificarunt? q.d. minime. Solùm ea indulgentia fines terræ dilatati ſunt ob multitudinem. ſ. hominum. Hebraica aliter, quæ ſic verto: *Addidiſti gentem, Domine, addidiſti gentem* (.i. multiplicaſti) *glorificatus es. Elongaſti fines terræ.* i. imperij tui. ſ. ex quo tibi maior gloria.

16 IN ANGVSTIA REQVISIERVNT TE. Tot affecti beneficijs numquam ad te confugiunt, niſi malis coacti. IN TRIBVLATIONE MVRMVRIS DOCTRINA TVA EIS. .i. doctrina tua id proficiunt, vt rebus aduerſis murmurent. i. orent muſſitantes. Hebr. *effundunt murmur* (.i. preces ſummiſſa voce) *correctio tua eis.* i. quando illos corripis (*Correctio.* pro, in correctione. Hieronymus pro *correctione, doctrinam* poſuit.

17 SICVT QVÆ CONCIPIT. Dixerat rebus afflictis ad Deum concurrere, nunc explicat, quanta eſſet afflictio, nempe vt parturientis.

18 ET PEPERIMVS SPIRITVM. i. ventum, fruſtrà labor fuit & vanus. SALVTES NON FECIMVS IN TERRA. .i. non impetrauimus, vt liberares terram noſtram. IDEO NON CECIDERVNT. Hebr. *& non ceciderunt habitatores orbis.* i. gentes, quæ nos affligunt. hoſtes noſtri non ceciderunt.

19 VIVENT MORTVI TVI. i. iuſti, quantumuis nunc videantur oppreſſi malis. INTERFECTI MEI RESVRGENT. i. fideles, ciues mei, qui vt mortui ſunt. Hebr. *cadauer meum reſurgent,* i. ſicut cadauer meum reſurget, ſic illi reſurgent. LAVDATE. Deum ſ. QVI HABITATIS IN PVLVERE. i. mortui. QVIA ROS LVCIS. ſic Chald. benignitas tua, ô Deus, auroræ rori ſimilis eſt. Alij *ros olerum* vertunt; neque ſententia variat: *ros* enim oleribus vtilis eſt. Vox אורות *oroth*, & *lucem* & *olera* ſignificat. ET TERRAM GIGANTVM. Hîc eſt eadem vox, quæ v. 14. & ſignificat *gigantes*, hoſtes Iudæorum tyrannos, quos ad terram affliget Deus. Aut terram eorum vaſtabis.

20 VADE POPVLVS MEVS. Verba ſunt Prophetæ monentis ſuos, vt ſe in ſilentio teneant in tempeſtate, neque ſumant arma. DONEC PERTRANSEAT INDIGNATIO. Sic Hebr. Vatablus, *donec tranſeat indignatio tyrannorum.* Sept. *ira Domini.*

21 HABITATORIS. pro, habitatorum iniquitatem Deus viſitabit. ET REVELABIT TERRA SANGVINEM SVVM. .i. occiſos in ea. ET NON OPERIET VLTRA. Repetitio eſt. *Reuelabit* autem, vt vindicentur, & puniantur qui eos occiderunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN DIE ILLA. ſ. tempore Euangelij. CANTABITVR. ſ. à fidelibus. SALVATOR. ſ. eſt. q.d. Chriſtus eſt fortitudo noſtra. Chald & LXX. *ſalus.* PONETVR, &c. q.d. erunt tutiſſimi fideles in Eccleſia.

2 PORTAS. ſ. Eccleſiæ, vel cæli. VERITATEM. ſ. Euangelium.

IN SÆCVLIS,&c. pro, in ſæcula æterna.i.in perpe- 4
tuum. poteſt autem coniungi cum *ſperaſtis*, vel cum
Domino.

HABITANTES,&c. i. ſuperbos, vel Ieroſolymitanos. 5
CIVITATEM. ſ.Ieruſalem, vel Romam, vel mundum.

CONCVLCABIT.i.ſubijciet, vel contemnet. PAVPE- 6
RIS.ſ.Chriſti.& Apoſtolorum.

IN SEMITA,&c. q.d.dum nos punis, vel in rectitudi- 8
ne,ſeu iuſtitia. SVSTINVIMVS. i. expectauimus.ſ.vt
opem ferres ſeu liberares. MEMORIALE TVVM.i.tui
memoria, vel tuam noſtri memoriam. IN DESIDERIO
ANIMÆ.pro,deſiderauimus.

DESIDERAVIT.Lxx.*conſurgit ad*. TE.Chald.*orare* 9
te. CVM FECERIS, &c. i.cùm punieris peccatores.
Lxx.*quia lux præcepta tua ſuper terram.*

MISEREAMVR. ſ.expectando ad pœnitentiam. Vox 10
Dei. IN TERRA SANCTORVM,&c. q.d.habitans inter
iuſtos.Lxx.*tollatur impius,ne videat gloriam Domini.*

EXALTETVR,&c. q.d. oſtende tuam potentiam, vel 11
puni. NON VIDEANT.ſ.ad ſalutem,ſed confuſionem.
ZELANTES. i. inuidentes. ſ. Iudæi ſaluti gentium. vel,
zelantes non ſecundùm ſcientiam.

POSSEDERVNT,&c. Lxx. *poſſide nos Domine, extra* 13
te alium non ſcimus, inuocamus nomen tuum. DOMINI.
.ſ.dæmon, mundus,& caro. IN TE.ſ.confidimus.

MORIENTES. ſ. in peccatis. VIVVNT, pro, viuent. 14
ſ.cum iuſtis. GIGANTES. i. tyranni, ſeu oppreſſores
aliorum. RESVRGANT.pro,reſurgent.ſ.ad vitam æter-
nam.vide Pſal.1.

INDVLSISTI. ſ. remittendo peccata, vel non punien- 15
do. GLORIFICATVS ES?ſ. ab ingratis. ELONGASTI.
.i.produxiſti.q.d.dilataſti Eccleſiam.

MVRMVRIS. i.ingemiſcente.Chald.*tacitè*.Lxx.*par-* 16
ua. EIS.ſ.adhibetur, vel prodeſt.

A FACIE TVA. Chald. *quia peccauimus coram te.* 17
Lxx.*propter timorem tuum.*

SALVTES. i. opera ſalutis. CECIDERVNT. i. Deo ſe 18
humiliauerunt. vel, ideò à nobis ſuperari non potue-
runt.

TVI. i.propter te, vel in gratia tua. MEI.Vox Dei. 19
PVLVERE.i.humilitate. vel q.d.ſepulti. LVCIS.i.ma-
tutinus. Lxx.*ſanitatis ipſis eſt*. ROS TVVS.i gratia, vel
auxilium. GIGANTVM. i. improborum, ſeu violen-
torum.

CVBICVLA. i. ſepulchra: Hieron. epiſt.61.& Tertul. 20
lib.de Reſur.car. INDIGNATIO. ſ.Dei. vide locum ſi-
milem Iob 14.

EGREDIETVR. ſ.ad puniendum. q.d. manifeſtabit 21
ſuam potentiam. REVELABIT.i.manifeſtabit. SAN-
GVINEM,&c. Chald.*ſanguinem innocētem ſuper ſe effu-*
ſum.q.d apparebunt peccatores,& punientur à Deo.

CAPVT XXVII.

Punitio Leuiathan: paterna Domini correctio in filios Iſrael: ciuitas munita deſolabitur: filij Iſrael reuerſi ab Aſsyrijs & Ægypto adorabunt Dominum in Ieruſalem.

IN die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo 1
duro, & grandi,& forti, ſuper Leuiathan ſer- A
pentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem
tortuoſum,& occidet cetum,qui in mari eſt. *In 2
die illa vinea meri cantabit ei. * Ego Dominus, 3
qui ſeruo eam, repentè propinabo ei: ne forte
viſitetur contra eam, nocte & die ſeruo eam.
*Indignatio non eſt mihi: quis dabit me ſpi- 4
nam & veprem in prælio: gradiar ſuper eam, B
ſuccendam eam pariter? *An potiùs tenebit 5
fortitudinem meam,faciet pacem mihi, pacem
faciet mihi? *Qui ingrediuntur impetu ad Ia- 6
cob, florebit & germinabit Iſraël,& implebunt
faciem orbis ſemine. *Numquid iuxta plagam 7
percutientis ſe percuſſit eum? aut ſicut occidit
interfectos eius,ſic occiſus eſt? *In menſura con- 8
tra menſuram, cum abiecta fuerit, iudicabis
eam: meditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per diem
9 æſtus. * Idcircò ſuper hoc dimittetur iniquitas
C domui Iacob: & iſte omnis fructus vt aufera-
tur peccatum eius,cum poſuerit omnes lapides
altaris ſicut lapides cineris alliſos, non ſtabunt
10 luci & delubra. *Ciuitas enim munita deſolata
erit, ſpecioſa relinquetur, & dimittetur quaſi
deſertum: ibi paſcetur vitulus,& ibi accubabit,
11 & cōſumet ſummitates eius. *In ſiccitate meſſes
illius conterentur, mulieres venientes,& docen-
D tes eam: non eſt enim populus ſapiens,propter-
eà non miſerebitur eius, qui fecit eum; & qui
12 formauit eum, non parcet ei. *Et erit: In die illa
percutiet Dominus ab alueo fluminis vſque ad
torrentem Ægypti,& vos congregabimini vnus
13 & vnus filij Iſraël. *Et erit: In die illa clangetur
in tuba magna, & venient qui perditi fuerant
de Terra Aſſyriorum,& qui eiecti erant in Ter-
ra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte
ſancto in Ieruſalem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SVPER LEVIATHAN. Is cetus eſt, piſcis immanis. Et
per *Leuiathan* Regem Babylonium intelligit, aut
dæmonem. SERPENTEM VECTEM.i.oblongum. Qui-
dam *penetratorem* vertunt, quòd maria omnia percur-
rat. TORTVOSVM. ſe complicantem ob magnitudi-
nem. ET OCCIDET CETVM. Hebr. *draconem*. Sed is
eſt *cetus* ſeu *Leuiathan*.

2 VINEA MERI, aut *vini optimi*. CANTABIT EI. ſ.Deo
ob partam victoriam menſas quaſi in triumpho vino
onerabunt. Dicitur *vinea canere*, cùm homines canant
vino incaleſcentes. Hebr.*cantate ei* (affixum eſt femini-
num) ſ. vineæ, ipſam ob deiectos hoſtes celebrate.

3 SERVO EAM, cuſtodio eam ego Deus. Vos celebrate
vineam, ego etiam eam beneficijs cumulabo. REPEN-
TE PROPINABO EI. pro, colam. Hebr. *ad momenta fre-*
quenter irrigabo eam. Per *irrigationem* intellige cultu-
ram omnem. NE FORTE VISITETVR CONTRA EAM.
Hebr.*viſites contra eam*. i. hoſtis in eam irrumpat, no-
cte & die eam cuſtodio.

4 INDIGNATIO NON EST MIHI contra vineam. alioqui
ſupple. QVIS DABIT ME. i. mihi ſpinam & veprem.
IN PRÆLIO. pro, vt in bello fieri ſolet. SVCCENDAM
EAM PARITER. Hebr. *ſimul*. i.omnem vitem ijs ſpinis
iniecto igne incendam.

5 AN POTIVS TENEBIT. Hebr. *apprehendet fortitudi-*
nem meam. i. me timebit. faciet mecum pacem, ne
ſ.opus ſit illam incendere.

6 QVI INGREDIVNTVR IMPETV AD IACOB. i. qui in
eum populum irruunt, ſupple, intelligant, quod ſequi-
tur. Hebr. aliter: *Venient* (ſ.dies) *radices aget Iacob*.
SEMINE.fructu aut prouentu implebūt orbem. In alias
orbis partes fructus & fruges ob copiam mittent.

7 NVMQVID IVXTA PLAGAM PERCVTIENTIS SE. Hebr.
percutientis eum.i.aliquem. PERCVSSIT EVM? i. Iſraë-
lem Deus. AVT SICVT OCCIDIT INTERFECTOS EIVS.
Hebr. *Si ſicut occiſio interfectorum eius* (.i.alicuius) *occi-*
ſus eſt. q.d. Deus non vulnerat, aut occidit, vt alij, qui
non vt medeantur, neque cum modo id faciunt, ſed vt
noceant,& quantum poſſunt. Deus econtrariò.

8 IN MENSVRA CONTRA MENSVRAM. Et plagam &
vires percuſſi metitur. CVM ABIECTA FVERIT.i.Iſrael,
cùm eam punire voluerit. Hebr. *in dimittendo eam, cum*
eam a ſe eiecerit. IVDICABIS EAM.i.punies, in menſu-
ra ſ. Hebr. *litigabis cum ea*. i punies. *Fidelis Deus, qui*
non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. 1. ad
Cor.10. v.13. MEDITATVS EST IN SPIRITV. Sic
Chald. i. cogitat, quatenus punitio procedat. Hebr.
abijciet, remouebit in ſpiritu ſuo duro (.i. in ira.) PER
DIEM ÆSTVS. i. cùm iratus fuerit. Hebr. *in die Euri*.
.i.æſtus, eo vento flante concitatur æſtus. Ergo abijciet
populū cū iratus fuerit. ſ. in mēſura. Inde pendet oratio

IDCIR-

9 INDICIRCO SVPER HOC DIMITTETVR INIQVITAS. Si in menſura puniet, placabitur Deus, dimittet peccata Iacob. Quando: cùm templum reſtituent. i. redierit ad religionē. NON STABVNT LVCI ET DELVBRA (Hebr. *idola*) non ſtabunt, aut reſurgent. LAPIDES CINERIS ALLISOS Hebr. vt *lapides calcis confractos*. i. rudes, ex quibus fit calx, ponet lapides altaris, cùm illud reſtituet. Non volebat Deus altare extrui ex lapide ſecto. Eos *lapides cineris* noſter vocat, quoniam in cinerem redigi videntur, quando fit calx.

10 CIVITAS ENIM MVNITA DESOLATA ERIT. Quare opus eſt, vt altare extruatur? quia Ieruſalem iuxta vaticinia Prophetarum deſolabitur. SPECIOSA RELINQVETVR. Hebr. *habitaculum deſertum* aut *derelictum*. ſ. erit ſicut deſertum. Cedet in mapalia. Hieron. pro נוה *naue* legiſſe videtur נאוה *Naanah*. i. *pulchra, ſpecioſa* Aut vox *naueh* ambigua eſt. de quo Iob 5. v. 43. VITVLVS. i. vituli paſcentur ibi. ET CONSVMET SVMMITATES ILLIVS, comedet vitulus. Hebr. *ramos illius*. dumorum ſ. & arbuſtorum, quæ in ipſa ciuitate exciſa naſcentur.

11 IN SICCITATE. i. præ ſiccitate meſſes conterentur, non erunt fruges, fame laborabunt. MVLIERES VENIENTES, ET DOCENTES EAM. ſ. vrbem. In periculo ſolent mulieres prodire in publicum, & viris attonitis conſulere, quid facto opus ſit. Chald. *docebunt eos*. Vox מאירות *meiroth* poteſt ſignificare *illuminantes*. Id noſter & Chald. ſunt ſecuti. Poteſt etiam ſignificare *incendentes*, quod Hebræi & multi alij ſequuntur; eritque ſenſus: Ciuibus attonitis præ metu, hoſtes mulierum inſtar infirmi incendent vrbem. NON EST ENIM POPVLVS SAPIENS. neſcit quid facere debeat: ideò ea incurret mala, nec Deum habebit propitium.

12 IN DIE ILLA. i. alio tempore. PERCVTIET, ſiue *excutiet*. AB ALVEO FLVMINIS, Euphratis. VSQVE AD TORRENTEM ÆGYPTI. Nilum ſ. aut Rhinocoruram, quo Palæſtina ab Ægypto diuiditur. Quos excutiet? gentes ijs locis habitantes. VNVS ET VNVS. i. ſigillatim & pauci colligentur, vt ſ. in ſuas ſedes reſtituantur, vt mox dicit.

13 IN TVBA MAGNA, voce præconis & edicto Regio. QVI PERDITI FVERANT. i. captiui in Aſſyria venient. ET QVI EIECTI ERANT DE TERRA ÆGYPTI. Hebr. *qui pulſi erant in terram Aegypti*, venient in montem ſanctum in Ieruſalem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 GLADIO. i. potentia, vel verbo. LEVIATHAN LXX. *draconem*. ſ. diabolum. Not. dici *Leuiathan*, quia in mundo, velut in mari, cete, diſcurrit: SERPENTEM, ob venenum, & aſtutiam; VECTEM, ob vaſtitatem; TORTVOSVM, ob fraudes. Factum verò quod hic dicitur, per Chriſtum.

2 VINEA MERI. i. Eccleſia, in qua vinum gratiæ lætificans cor. CANTABIT EI. ſ. laudem Deo. Hebr. tamen *ei* eſt femineum. q. d. de ea. i. de te.

3 PROPINABO. ſ. gratiam, & auxilium porrigam. VISITETVR. ſ. ab hoſtibus, vel à me puniatur.

4 NON. pro, nónne. vel q. d. non ſoleo iraſci, niſi peccatores occaſionem dent. QVIS DABIT, &c. q. d. meretur quidem vinea punitionem ob peccata. IN PROELIO. i. velut prœliantem.

5 TENEBIT. ſ. conuerſa faciet, ne percutiam.

6 INGREDIVNTVR. ſ. Apoſtoli. IMPETV. ſ. ſpiritus. IACOB. i. Iſraelitis. SEMINE. ſ. verbi Dei.

7 SE. i. Deum. ſ. in ſuis. PERCVSSIT. ſ. Deus. EVM. ſ. populum Iudæorum. q. d. numquid eos puniuit, vt merebantur eorum peccata, quibus Deum offenderant, Chriſtum occidendo & ſanctos? OCCIDIT. ſ. populus Iudaicus. INTERFECTOS EIVS. i. propter Deum occiſos. ſ. Martyres.

8 IN MENSVRA, &c. q. d. erit cùm puniet Deus illum pro ratione peccatorum ſ. reſpondente pœnarum menſura menſuræ culpæ. ABIECTA. ſ. protius à Deo vinea. i. Iudæi. MEDITATVS EST. ſ. Deus. PER DIEM ÆSTVS. i. tempore punitionis ſ. à ſe faciendæ.

9 INDICIRCO. Redit ad illud, *Quis dabit mihi*, &c. SVPER HOC. Hebr. & Chald. *in hoc*. ſ. per prædicationem Euangelij, & Dei gratiam. CVM POSVERIT, &c. q. d. cùm idololatriam & errores deleuerit.

10 CIVITAS ſ. Ieruſalem. RELINQVETVR. i. deſeretur. SVMMITATES i. ramos. ſ. virgultorum naſcentium deſtructa ciuitate.

11 IN SICCITATE, &c. q. d. in penuria & vaſtitate affligentur feminæ, videntes eos adeò ſtultos, vt à feminis poſſint doceri. Quidam tamen CONTERENTVR ad ipſos referunt. ſed Hebr. eſt femineum. Alij legunt, *contereretur*. ſ. meſſis.

12 FLVMINIS. Chald. *Euphratis*. TORRENTEM ÆGYPTI. LXX. *Rhinocoluram*. Eſt id nomen oppidi, vbi torrens eodem nomine diuidit Palæſtinam ab Ægypto. VNVS ET VNVS. i. ſinguli, ſeu ſigillatim, vel ordine quiſque, vel pauci.

13 TVBA. ſ. prædicationis Euangelicæ. ASSYRIORVM, &c. Per Aſſyrios & Ægyptios intelliguntur Gentiles. MONTE. ſ. Eccleſia.

CAPVT XXVIII.

Superbis & ebrijs Iſraelitis comminatur Dominus eò quòd ſacerdotes vacent ebrietati, & principes irrideant verba & comminationes Prophetarum, ponentes mendacium ſpem ſuam: de lapide angulari in fundamentis Sion ponendo: de pœna illuſorum, & conſolatione paucorum bonorum.

1 VÆ coronæ ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flo-
A ri decidenti, gloriæ exultationis eius, qui
erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes à
2 vino. *Ecce validus & fortis Dominus, ſicut im-
petus grandinis; turbo confringens, ſicut impe-
tus aquarum multarum inundantium, & emiſ-
3 ſarum ſuper terram ſpatioſam. *Pedibus con-
culcabitur corona ſuperbiæ ebriorũ Ephraim.
4 *Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius,
B qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi
temporaneum ante maturitatem autumni:
quod cùm aſpexerit videns, ſtatim vt manu te-
5 nuerit, deuorabit illud. *In die illa erit Domi-
nus exercituum corona gloriæ, & ſertum exul-
6 tationis reſiduo populi ſui: *& ſpiritus iudicij
ſedenti ſuper iudicium, & fortitudo reuertenti-
7 bus de bello ad portam. *Verùm hi quoque
præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt:
ſacerdos & propheta neſcierunt præ ebrie-
tate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrie-
tate, neſcierunt videntem, ignorauerunt iudi-
8 cium. *Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomi-
tu ſordiumque, ita vt non eſſet vltrà locus.
9 *Quem docebit ſcientiam? & quem intellige-
C re faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos
10 ab vberibus. *Quia manda remanda, manda
remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta,
11 modicum ibi, modicum ibi. *a In loquela enim a 1. Cor. 14. d. 21
labij, & lingua altera loquetur ad populum
12 iſtum. *Cui dixit: Hæc eſt requies mea, reficite
laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & nolue-
13 runt audire. *Et erit eis verbum Domini: Man-
da remanda, manda remãda, expecta reexpecta,
expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi:
vt vadant, & cadant retrorſum, & conterantur,
14 & illaqueentur, & capiantur. *Propter hoc audi-
D te verbũ Domini viri illuſores, qui dominami-
ni ſuper populum meum, qui eſt in Ieruſalem.
15 *Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cum mor-
te, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum
inundans cùm tranſierit, non veniet ſuper nos:

quia

quia poſuimus mendacium ſpem noſtram, &
mendacio protecti ſumus. * Idcircò hæc dicit 16
a Pſal.117 a.22 Matth.21 d.42 Act.4.b.11 1.Pet.2. a.6 Rom.9. g.33 Dominus Deus: a Ecce ego mittam in funda-
mentis Sion lapidem, lapidem probatum, angu-
larem, pretioſum, in fundamento fundatum.
qui crediderit, non feſtinet. * Et ponam in pon- 17
dere iudicium, & iuſtitiam in menſura: & ſub-
uertet grando ſpem mendacij: & protectionem
aquæ inundabunt. * Et delebitur fœdus ve- 18
ſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum in- E
ferno non ſtabit: flagellum inundãs cùm tranſ-
ierit, eritis ei in conculcationem. * Quando- 19
cumque pertranſierit, tollet vos: quoniam ma-
nè diluculo pertranſibit in die & in nocte, &
tantummodò ſola vexatio intellectum dabit
auditui. * Coanguſtatum eſt enim ſtratum, ita 20
vt alter decidat: & pallium breue vtrumque
b 2.Reg.5. d.20 1.Par.14. a.11 c Ioſ.10. c.10 operire non poteſt. * b Sicut enim in monte di- 21
uiſionum ſtabit Dominus: c ſicut in valle, quæ
eſt in Gabaon, iraſcetur: vt faciat opus ſuum, F
alienum opus eius: vt operetur opus ſuum, per-
egrinum eſt opus eius ab eo. * Et nunc nolite 22
illudere, ne fortè conſtringantur vincula veſtra.
conſummationem enim & abbreuiationem
audiui à Domino Deo exercituum ſuper vni-
uerſam terram. * Auribus percipite, & audite 23
vocem meam, attendite, & audite eloquium
meum. * Numquid tota die arabit arans vt ſe- 24
rat, proſcindet & ſarriet humum ſuam? * Nón- 25
ne cùm adæquauerit faciem eius, ſeret gith, &
cyminum ſparget, & ponet triticum per ordi-
nem, & hordeum, & milium, & viciam in
finibus ſuis? * Et erudiet illum in iudicio: Deus 26
ſuus docebit illum. * Non enim in ſerris tritura- 27
bitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum G
circuibit: ſed in virga excutietur gith, & cymi-
num in baculo. * Panis autem comminuetur: 28
verùm non in perpetuum triturans triturabit il-
lum, neque vexabit eum rota plauſtri, nec vn-
gulis ſuis comminuet eum. * Et hoc à Domino 29
Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret con-
ſilium, & magnificaret iuſtitiam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ CORONÆ, quam Ieroboam arripuit è tribu Ephraim. EBRIIS EPHRAIM. i. væ Iſraelitis ebrijs & ſine ſenſu. ET FLORI DECIDENTI. i. cuius gloria & exultatio marceſcet, non ſecùs ac flos deciduus. Ad breue tempus de nouo regno ſunt lætati. IN VERTICE VALLIS PINGVISSIMÆ. Talis erat Samariæ ager, in cuius vertice ſeu capite erat ſita ea vrbs. Illa ſuperbiendi occaſio. ERRANTES A VINO. Hebr. *percuſſi vino*. i. haudquaquam ſui compotes.

2 ECCE VALIDVS ET FORTIS DOMINVS. Hebr. *Domini* in genitiuo. ſic Hieronymus in Comment. Nimirum Aſſyriorum Rex validus & fortis miniſter Domini. SICVT IMPETVS, aut *ſicut procella* grandinis. TVRBO CONFRINGENS. ſupple, Et ſicut turbo. Hebr. *turbo exciſionis*. i. ſicut turbo, qui euertit & confringit omnia. SICVT IMPETVS. ſeu procella. EMISSARVM SVPER TERRAM SPATIOSAM. ſ. aquarum. Hebr. *deijciet terram in manu*. i. in fortitudine. q. d. turbo & procella ſua vi vaſtabit terram.

3 PEDIBVS CONCVLCABITVR. ſ. ſic euertet Aſſyrius Iſraelem.

4 QVASI TEMPORANEVM. Hebr. *quaſi ficus præcox*. ANTE MATVRITATEM AVTVMNI. Hebr. *ante æſtatem*. Quam qui videt, feſtinat vt colligat, & vt habuerit in manu, cõtinuò deuorat. Sic cõtinget Iſraeli, citò peribit.

5 IN DIE ILLA. cùm decem tribus actæ fuerint in captiuitatem, honorabit Deus tribum Iuda.

6 ET SPIRITVS IVDICII SEDENTI SVPER IVDICIVM. i. ſedenti ſuper thronum iudicij. i. Ezechiæ. *dabit ſpiritum iudicij*. i. ſapientiam. Et fortitudinem dabit militibus de bello redeuntibus ad portam i. in vrbem.

7 VERVM HI QVOQVE. Inuehitur in tribum Iuda, quos ebrios eſſe ait, & præ ebrietate in omnibus errare. ET PRÆ EBRIETATE. Hebr. *& in ſicera*. pro. præ ſicera. NESCIERVNT VIDENTEM. i. neſcierunt Prophetam cui credere deberent. Hebr. *errauerunt in viſione*. i. prophetia, falſi prophetæ extiterunt. IGNORAVERVNT IVDICIVM. ſ. ſacerdotes, quod rectum erat neſciebãt. Hebr. *offenderunt in iudicio*. i. non rectè iudicauerũt in litibus.

8 OMNES ENIM MENSÆ REPLETÆ SVNT VOMITV. Dixerat eſſe ebrios: nunc addit, ebrios eſſe vſque ad vomitum crapulę. ITA VT NON ESSET VLTRA LOCVS. ſ. vomitu & ſordibus liber.

9 QVEM DOCEBIT. ſ. Doctor aut Deus. Ebrij doctrinæ non ſunt capaces. Reliquum eſt, vt ſolos infantes docere poſſint. ABLACTATOS A LACTE. In quo puerorum inſtitutio commendatur. Reipub. cùm inuerſa eſt, ſanandæ ea relinquitur ſpes.

10 QVIA MANDA REMANDA. Hebr. *quia præceptum ad præceptum, linea ad lineam*. q. d. Doctrina vt infantibus non infundenda vno impetu eſt, ſed inſtillanda ſenſim & paulatim; modicum nunc, deinde modicum aliud. Vberioris doctrinæ, neque infantes ob ætatem ſunt capaces, neque maiores propter ebrietatem. Id eſt, *manda remanda*. i. paulatim pueros inſtitue.

11 IN LOQVELA ENIM LABII. i. vt pueris loquetur labijs, non ſatis formatis vocibus. Hebr. *quia in blæſitatibus labij*. i. balbutiendo loquetur, ſic loquimur infantibus. ET LINGVA ALTERA. pro, & quaſi lingua altera. Multæ enim finguntur voces, cùm pueris loquimur.

12 CVI DIXIT. ſ. Propheta, aut Deus. HÆC EST REQVIES MEA. i. hoc me placabitis. Hebr. non eſt *mea*, ſed ſolùm *hæc eſt requies, hoc refrigerium*. ſ. vobis benè erit, ſi feceritis hoc quod mando, vt laſſum reficiatis illi benefaciendo. q. d. hoc modicum quaſi pueris præcepi.

13 ET ERIT EIS VERBVM DOMINI: MANDA. Doctrina Dei quaſi infantibus guttatim inſtillabitur. Quòd cùm nec ſic obediant, fiet VT VADANT, ET CADANT RETRORSVM, & quæ ſequuntur omnia.

14 QVI DOMINAMINI SVPER POPVLVM MEVM. i. eſtis proceres, aut tyrannide populum opprimitis. Audite. Dixiſtis enim:

15 PERCVSSIMVS FOEDVS. q. d. quid Prophetæ mortem minamini? eam contemnimus, eam amicam habemus fœdere cum ea facto. ET CVM INFERNO, aut *cum ſepulchro*. FECIMVS PACTVM. Hebr. *fecimus viſionem*. Sed *viſio* pro *pacto* ſumitur. ſic Pagn. aut pro *pace*, vt Chald. FLAGELLVM.... NON VENIET. ea quæ minaris, excidium non veniet ſuper nos. MENDACIVM, quod tu mendacium putas. i. idola, in ijs ſperamus. MENDACIO PROTECTI SVMVS. Hebr. *occultati ſumus*, ne ſ. flagellum nos inueniat. Hoc homines faciunt & dicunt. Quid Deus?

16 IDCIRCO. Non eſt cauſalis, ſed pro, attamen, ponitur. ECCE EGO MITTAM. offenſus quamuis, maiora conferam. LAPIDEM PROBATVM. Sept. *pretioſum*. Hebræi vocem *bohan* putant ſignificare *munitionis, turris*. Sed & *probatum* poteſt ſignificare à radice *bahan*, quod eſt *probare*, præſertim ſi mutatis punctis legamus *buhan*. ANGVLAREM. i. fortem, quo vterque paries nectitur. QVI CREDIDERIT, NON FESTINET, non enim videbit, quia non breui id fiet. Non ergo de Ezechia hoc intelligitur, qui iam regnabat, ſed de Chriſto, in quo Rabbini falluntur. Gotth. *qui crediderit in eum, non confundetur*. Sic Sept. pro [illegible] *iabus, feſtinet*, legerunt [illegible] *iabus, pudefiet*. Sic Paulus citat ad Rom. 9. v. 33.

17 ET PONAM IN PONDERE. i. faciam, vt in iudicijs iuſtitia dominetur, non fraus, aut pecunia. SVBVERTET GRANDO SPEM, tempeſtas, flagellum. SPEM MENDACII. Dixerat poſuiſſe mendacium ſpem ſuam. ET PROTECTIONEM. Hebr. *latebram*. Dixerant, *Mendacio protecti ſumus*, aut abſ-

con-

conditi ſumus. AQVÆ INVNDABVNT. pro, aquæ inundantes ſubuertent. i. hoſtes ſubuertent idola.

MANE DILVCVLO. i. improuiſò. Hebr. *in manè & 19
in manè. Mane*, pro, die. i. omnibus diebus pertranſibit flagellum. IN DIE ET IN NOCTE. i. non diebus ſolùm, ſed noctibus malum vigebit. SOLA VEXATIO DABIT INTELLECTVM. Malo coacti ſapitis, non aliter. AVDITVI. i. etiam audita ijs qui audierint, non ſolùm ijs qui patientur, dabit intellectum. Hebr. *tremor intelligere auditionem*. i. qui audierint, ad quos fama peruenerit, ij trement.

COANGVSTATVM EST ENIM. Duo Reges in modica 20
Prouincia eſſe non poſſunt, ideò Babylonij aduentu regnum Iuda ab eo occupabitur. ITA VT ALTER DECIDAT. Hebr. *ab extendendo ſe*. q.d. Vix poteſt, qui in eo ſtrato iacet, pedes extendere. ET PALLIVM BREVE. Hebr. *operimentum* (ſ. quo lectus tegitur) *anguſtum*. VTRVMQVE OPERIRE NON POTEST. Hebr. *a colligendo ſe*. ſ. vt ſub eo quis ſe componat. Quòd ſi vnum non capit, multò minùs plures. Ea bellorum cauſa.

SICVT ENIM IN MONTE DIVISIONVM. Is eſt *Baal 21
paraſim:* 2. Reg. 5. v. 20. vbi Dauid vicit Philiſthæos. SICVT IN VALLE, QVÆ EST IN GABAON, IRASCETVR. ibi Ioſue cecidit Amorrhæos: Ioſue 10. v. 10. Ergo adinſtar earum cladium Deus puniet vos. ALIENVM OPVS EIVS. Inuitus punit, qui ſua natura benignus eſt. VT OPERETVR. Repetitio. PEREGRINVM. i. opus puniendi illi eſt alienum, inſolitum.

VINCVLA VESTRA. i. ſupplicia maiora fiant, ſi illu- 22
ditis & ridetis quæ dico. ET ABBREVIATIONEM. i. breui & citò futuram conſummationem (i. excidium) Deus mihi dixit. Quidam vertunt, *conſummationem deciſam & definitam audiui*.

NVMQVID TOTA DIE. i. ſemper, omnibus diebus 24
arator arat. q.d. non ſemper arat. Sed poſtquam terram arauit, committit illi varia ſemina ordine & prudenter.

GITH. nigella, lolium, quo ruſtici pro pipere vtun- 25
tur. ET MILIVM, ET VICIAM. Hebraicè ſolùm pro his duobus ponitur כסמת *chuſemeth*. i. *far*, aut *ſpelta*.

ET ERVDIET ILLVM. docebit quid facere debeat. 26
IN IVDICIO. Hebr. *ad iudicium*. i. vt rectè faciat, Deus illum agricolam docebit. Omnes artes à Deo ſunt, etiam agricultura.

NON ENIM IN SERRIS, tribulis aut trahis. q.d. cùm 27
meſſes maturæ ſunt, non eodem modo ſegetes omnes triturat, ſed alia legumina virga decutit.

PANIS AVTEM. i. triticum tribula terit & hordeum. 28
Ex vtroq; enim panis fit. & ideò *panis* dixit, vt vtrumque comprehenderet. Hordeaceus panis in illis regionibus frequens eſt. NON IN PERPETVVM, vt non ſemper arat, ſic nec ſemper triturat, ſed ſuis temporibus, & vnumquodque vt oportet Sic Deus nec ſemper beneficia confert, nec ſemper punit, ſed ſuo tempore, & cum ratione.

ET HOC A DOMINO DEO. i. hoc etiam, triturandi 29
rationem Deus docuit. MAGNIFICARET IVSTITIAM. ſ. docendo omnes. Hebr. *eſſentiam ſeu ſapientiam ſuam voluit in hoc etiam magnificare*. i. magnam oſtendere Chald *ſapientiam*. Quid ſit תושיה *thuſijah* hic poſita, dictum eſt alio loco, Prouerb. 2. v. 7.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CORONÆ SVPERBIÆ. i. regno ſuperbo. ſ. Iſrael. 1
VERTICE. Hebr. & Lxx. *capite*. i. principio. ERRANTES A VINO. i. præ ebrietate. Lxx. *ebrij abſque vino*.

DOMINVS. Lxx. *furor Domini*. TVRBO. pro, ſicut 2
turbo.

PEDIBVS. ſ. Aſſyriorum. EBRIORVM. Chald. *inſi- 3
pientis principis*.

TEMPORANEVM. i. præcoqui fructus. Lxx. *præcox 4
ficus*. MATVRITATEM. ſ. aliorum fructuum. DEVORABIT. ſ. ſic Aſſyrij Iſraelem.

5 DOMINVS. Chald. *Chriſtus Dominus*.

6 SPIRITVS IVDICII. i. donum benè iudicandi ſ. à Domino dabitur. Chald. *in verbum veritatis*. ſ. erit Chriſtus. SEDENTI. ſ. Iudici, vel Regi. Quidam Ezechiam intelligunt. AD PORTAM. Chald. *in domum ſuam*. Quidam Ieruſalem intelligunt, Aſſyrijs ab Angelo occiſis.

7 VERVM, &c. Redit ad eos, de quibus dixit ſuprà. Notandum id in Prophetis, quòd ſæpè velut interpoſita longa parentheſi, ad ſuperiora redeunt, ita fiunt difficillimi intellectu. Quidam tamen id, vt & proximè dicta, ad duas tribus referunt. HI. ſ. Sacerdos & Propheta. q.d. non ſolùm populus. PRÆ VINO. i. vt ſolent ebrij. VIDENTEM. ſ. omnia Deum.

8 LOCVS. ſ. vacuus ſordibus. i. peccatis.

9 DOCEBIT. ſ. Deus. AVDITVM i. diſciplinam, quæ audiendo percipitur. LACTE. i. delicijs, ſeu vita imperfecta.

10 QVIA. ſ. dicunt iſti non credentes Dei verbis. MANDA, &c. q.d. toties promittit, & numquam præſtat, quamdiu expectabimus? MODICVM IBI. Lxx. *adhuc parum*. q.d. promittit paulò poſt ſe præſtiturum, & numquam præſtat.

11 IN LOQVELA, &c. q d. Ita non intelligunt, ac ſi Deus cum illis peregrino ſermone loqueretur, aut labijs malè proferentibus.

12 CVI DIXIT. i. cùm tamen ei apertè dixerit.

13 ET ERIT, &c. q.d. contemnent, & dicent more ſuo, *Manda*, &c. CAPIANTVR. ſ. ab hoſtibus, vel diaboli laqueis, vel Dei punitione.

15 FOEDVS. q. d. non timemus mortem. MENDACIVM. non ita illi dicunt, ſed ita interpretatur Propheta. ſ. fallacem eſſe illorum ſpem.

16 IDCIRCO. Continuatiua particula, non cauſatiua. q.d. attamen. SION. i. Eccleſiæ. LAPIDEM. ſ. Chriſtum. PROBATVM. Lxx. *electum*, ANGVLAREM. ſ. Iudæos & Gentiles copulantem. FVNDATVM. i. poſitum firmiter, vt totum pondus ſuſtineat. NON FESTINET. ſ. volens ſtatim exhiberi, ſed expectat patienter. Lxx. *non confundetur*.

17 IN PONDERE. i. moderatum, ſeu rectum. GRANDO. ſ. Euangelij vis, vel Romanus exercitus, vel Dei punitio. MENDACII. i. fallacem. PROTECTIONEM. ſ. iſtorum mendacem. AQVÆ ſ. doctrinæ Euangelicæ, vel milites Romani, vel Dei vindicta. INVNDABVNT. i. ſubuertent.

18 INVNDANS. i. vehemens, & ſubuertens.

19 MANE, &c. q.d. per totum diem & noctem. ſ. aſſiduè.

20 COANGVSTATVM, &c. q.d. redigemini, Deo puniente, in maximas anguſtias.

21 DIVISIONVM. Hebr. *perazim*. Alludit autem ad victoriam, de qua 2. Reg. 5. GABAON. Vide Ioſ. 10. OPVS SVVM. i. iuſtitiam, ſeu punitionem. ALIENVM, &c. q d. non proprium Dei punire, ſed miſereri, & parcere. illud velut ab eo alienum.

22 CONSTRINGANTVR, &c. q. d. duriùs puniamini. CONSVMMATIONEM. i. conſumptionem, ſeu deſtructionem. ABBREVIATIONEM. q.d. eamque breuî futuram.

24 NVMQVID TOTA, &c. ſignificat Deum, more agricolæ, omnia facere propter fructum. idque accommodatiſſimè. ſ. debitis modis, etſi varijs, homines tractantem.

25 GITH. Genus eſt ſeminis calidi, & nigri. vnde Græcè, μελάνθιον, vulgò *Nigella*.

26 IVDICIO. i. ſapienter agere.

27 SERRIS. i. dentata tribula.

28 PANIS. Chald. *frumentum*, ſ. tritici grana. COMMINVETVR. ſ. mola. COMMINVET EVM. ſ. ſed faciet tandem panem, quem comedat.

29 ET HOC, &c. q.d. hunc agendi modum Deus docuit homines, & ipſe ſeruat in operibus ſuis mirabili conſilio & iuſtitia. IVSTITIAM. Chald. *ſapientiam*.

CAPVT XXIX.

Obſidio & afflictio Ieruſalem, contritio gentium illam obſidentium: de libro ſignato, ac cæcitate Iudæorum: væ profundis corde denuntiatur: reliquias Iacob prædicit illuminandas, & ad Deum conuertendas.

VÆ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit 1
David: additus eſt annus ad annum: ſo- A
lemnitates euolutæ ſunt. * Et circumuallabo 2
Ariel, & erit triſtis & mœrens, & erit mihi quaſi
Ariel. *Et circumdabo quaſi ſphæram in circui- 3
tu tuo, & iaciam contra te aggerem, & muni-
menta ponam in obſidionem tuam. *Humilia- 4
beris, de terra loquêris, & de humo audietur
eloquium tuum: & erit quaſi pythonis de terra
vox tua, & de humo eloquium tuum muſſita-
bit. *Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ven- 5
tilantium te: & ſicut fauilla pertranſiens mul- B
titudo eorum, qui contra te præualuerunt:
*eritque repentè confeſtim. A Domino exerci- 6
tuum viſitabitur in tonitruo, & commotione
terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, &
flammæ ignis deuorantis. * Et erit ſicut ſom- 7
nium viſionis nocturnæ multitudo omnium
Gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, &
omnes qui militauerunt, & obſederunt, & præ-
ualuerunt aduerſus eam. *Et ſicut ſomniat eſu- 8
riens, & comedit, cùm autem fuerit experge- C
factus, vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat
ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefa-
ctus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt:
ſic erit multitudo omnium Gentium, quæ di-
micauerunt contra montem Sion. * Obſtupe- 9
ſcite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: in-
ebriamini, & non à vino: mouemini, & non
ab ebrietate. *Quoniam miſcuit vobis Domi- 10
nus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, D
prophetas & principes veſtros, qui vident viſio-
nes, operiet. *Et erit vobis viſio omnium ſicut 11
verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti
litteras, dicent: Lege iſtum: & reſponde-
bit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. * Et da- 12
bitur liber neſcienti litteras, diceturque ei: Le-
ge: & reſpondebit: Neſcio litteras. * Et dixit 13
(ⁿ Matth. 15. a. 8. Marc. 7. b. 6.) Dominus: ⁿ Eò quòd appropinquat populus iſte
ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me, cor au-
tem eius longè eſt à me, & timuerunt me
mandato hominum & doctrinis: *Ideò ecce 14
ego addam vt admirationem faciam populo E
(ⁿ 1. Cor. 1. c. 19.) huic miraculo grandi & ſtupendo: ⁿ peribit
enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus
(ⁿ Abd. 1. a. 8.) prudentium eius abſcondetur. *ⁿ Væ qui pro- 15
fundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis con-
ſilium: quorum ſunt in tenebris opera, & di-
cunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? * Per- 16
uerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum
contra figulum cogitet, & dicat opus factori
ſuo: Non feciſti me: & figmentum dicat ficto-
ri ſuo: Non intelligis. *Nonne adhuc in modi- 17
co & in breui conuertetur Libanus in charmel, F
& charmel in ſaltum reputabitur? * Et audient 18
in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris & ca-
ligine oculi cæcorum videbunt. *Et addent mi- 19
tes in Domino lætitiam, & pauperes homines in
ſancto Iſraël exultabunt: *quoniam defecit qui 20
præualebat, conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi
ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem:
21 * qui peccare faciebant homines in verbo, & ar-
G guentem in porta ſupplantabant, & declinaue-
22 runt fruſtrà à iuſto. *Propter hoc, hæc dicit Do-
minus ad domum Iacob, qui redemit Abra-
ham: Non modò confundetur Iacob, nec mo-
23 do vultus eius erubeſcet: *ſed cum viderit filios
ſuos, opera manuum mearum, in medio ſui
ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt
ſanctum Iacob, & Deum Iſraël prædicabunt:
24 *& ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſ-
ſitatores diſcent legem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ ARIEL. Chald. *Væ altare.* Sic *altare* vocatur Ezech. 43. v. 15. Vocatur autem *altare Ariel.* i. *leo Dei*, aut *leo fortis*, vel ab igne, qui leonis adinſtar ſemper in altari cubabat; aut ob pecudum multitudinem, quæ ibi conſumebantur. Ab altari Ieruſalem vocabatur *ciuitas Ariel.* i. ciuitas vbi altare erat. QVAM EXPVGNAVIT DAVID. Nota eſt hiſtoria. 2. Reg 5. & 1 Paral. 11. Sept. vt noſter, *expugnauit*. Chald. *in qua manſit Dauid.* Verbum חנה *hanah*, & *caſtrametari* ſignificat, & *manere*. Prior ſignificatio magis placet, & *caſtrametari* pro *expugnare* rectè ſumitur. ADDITVS EST ANNVS AD ANNVM. Hebr. *addite annum*, pro *additus eſt*, vt noſter dixit. SOLEMNITATES EVOLVTÆ SVNT. Quidam ſic Hebr. vertunt, *Agni iugulati ſunt.* Quod perinde eſt, nam in ſolemnitatibus agni iugulabantur. Significat ergo, aliquot annis & anniuerſarijs ſolemnitatibus decurſis, fore quæ prædicit.

2 ET CIRCVMVALLABO. Hebr. *coangustabo Ariel.* i. Ieruſalem. ET ERIT TRISTIS ET MOERENS. Hebr. *erit planctus ac luctus.* QVASI ARIEL. i. ſicut altare, circum quod multæ pecudes iugulatæ iacent, ſic circum vrbem multa cadauera.

3 ET CIRCVMDABO QVASI SPHÆRAM IN CIRCVITV TVO. Hebr. *& caſtrametabor pilam ſuper te.* i. inſtar pilæ & circulo caſtra hoſtium circum te erunt. IACIAM CONTRA TE AGGEREM, aut turrim ligneam vt. ſ. inde ciues vulnerentur, exerabo. ET MVNIMENTA PONAM IN OBSIDIONEM TVAM. Goth. commodiùs, *in obſidione tua.* Hebr. *& ponam ſuper te munitiones.* ſ. quando te obſedero.

4 DE TERRA LOQVERIS i. quaſi de ſub terra loquêris. Vox præ metu exilis erit. QVASI PYTHONIS. qui non loquuntur, ſed murmurant. DE TERRA. i. quaſi de ſub terra. DE HVMO. Hebr. *de puluere.* ſed *puluerem* pro *humo* ſumit. MVSSITABIT. Hebr. *garriet.* Vox erit non humanę ſimilis, ſed auium, exilis, tenuis.

5 VENTILANTIVM. Hebr. *alienorum*, ſeu *hoſtium tuorum.* FAVILLA PERTRANSIENS. Hebr. *gluma*, ſeu *puluis*, pro, ſicut gluma erunt hoſtes tui, tum ob multitudinem, tum quia citò deficient. Pſal. 1. v. 4. *Sed ſicut puluis, quem proijcit ventus.* ibi vox *moz* eſt, quæ etiam hîc ponitur. MVLTITVDO EORVM, QVI CONTRA TE PRÆVALVERVNT. Hebr. *multitudo fortium* i. militum. REPENTE CONFESTIM. Non ſignificat continuò hæc mala ventura; nam initio dixit, fore poſt aliquot annos: ſed improuiſò ventura, cùm minimè id cogitent.

6 VISITABITVR. i. punietur, Ieruſalem ſ. COMMOTIONE TERRÆ. Hebr. *concuſſione.* ſignificatque hoc malum inſtar procellæ & ignis fore, quæ cuncta conſumit.

7 ET ERIT SICVT SOMNIVM VISIONIS NOCTVRNÆ. Somniamus quæ fieri non poſſunt. Subito & præter ſpem venit ſomnium, & continuò diſparet: ſic tam multæ gentes conuenient contra Ieruſalem, vt vix credi poſſit, reque citò patrata euaneſcent. ET OMNES QVI MILITAVERVNT. Hebr. *oppugnauerunt eam.* ET

ET OBSEDERVNT, ET PRÆVALVERVNT. Hebr. *& mu-*
nitionem eius (ſcilicet oppugnauerunt) *& anguſtiantes*
eam. Sententia eadem & perſpicua.
ET SICVT SOMNIAT ESVRIENS. q.d. non Iudæi tan- 8
tùm ſomniabunt, ſed hoſtes, qui putantes prædâ ſe ex-
pleturos ſuam cupiditatem, contrà illis eueniet, ſpolia
vnius vrbis tam multis gentibus non ſufficient. LAS-
SVS ADHVC SITIT, qui ſomniat. Hebr. *laſſus, & anima*
eius deſiderat. ſ. potum. quod noſter vno verbo dixit,
ſitit. Porrò *anima* hic pro ſtomacho ſumitur, aut pro
ipſo homine qui eſurit & ſitit. Sic erit multitudo gen-
tium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.
OBSTVPESCITE. Sic Chald. Alij vertunt, *moramini*. 9
ſ. cogitantes vnde hoc malum vobis venit. FLV-
CTVATE, ET VACILLATE. Chald. *terremini,*
& admiramini. INEBRIAMINI, ET NON A VINO, ſed
ob ærumnæ magnitudinem ſenſibus deficite. MOVE-
MINI, vt ebrij mouentur. ET NON AB EBRIETATE.
Hebr. *& non a ſicera*. Hæc omnia ſignificant cladis
magnitudinem, qua mentes de ſuo ſtatu cadere poſſint.
Porrò codices Hebr. hoc loco variant, quia hæc verba
in imperatiuo ponunt, quod Hieronymus, Chald. &
Sept. ſunt ſecuti, alij in præterito indicatiui, *Obſtupue-*
runt, admirati ſunt, fluctuarunt. Vtroque modo mali
vis ſignificatur.
MISCVIT. id eſt, potauit, propinauit. SPIRITVM 10
SOPORIS, vt dormientium inſtar nihil prouideatis.
Thardemah, quod hoc loco ponitur, *grauem ſoporem*
ſignificat. QVI VIDENT VISIONES. Hebr. *Videntes*.
Ij ſunt Prophetæ. OPERIET. ſ. eorum oculos, vt non
videant quid fieri debeat.
VISIO OMNIVM. ſ. Prophetarum. SICVT VERBA 11
LIBRI SIGNATI. Non intelligetis quidquam eorum
quæ illi monuerunt. Hoc ſopor, hoc ebrietas facit.
Quidam vertunt, *& erit viſio omnis*.
ET TIMVERVNT ME MANDATO HOMINVM ET DO- 13
CTRINIS. Hebr. *& timor* (.i. religio) *eorum erga me man-*
datum hominum doctum. i. non vt ego iubeo me colunt,
ſed vt homines docent. Sept. *fruſtrà autem colunt me*
docentes præcepta hominum & doctrinas. quomodo lo-
cus hic citatur Matth. 15. v. 8.
PERIBIT ENIM SAPIENTIA A SAPIENTIBVS EIVS. 14
ſ. vt quod facto ſit opus non intelligant. Illi, homines
prætulerunt mihi: ego faciam vt illi in errorem eos
mittant, excæcabo eos.
VÆ QVI PROFVNDI ESTIS CORDE. Hebr. *væ qui pro-* 15
fundi ſunt a Domino. i. cum latere ſe putant. Quæ in
profundo ſunt non videmus. QVORVM SVNT IN TE-
NEBRIS OPERA. ſ. væ illis. Dei oculus omnia videt, &
per omnia permeat.
PERVERSA EST VESTRA HÆC COGITATIO. Hebr. 16
peruerſio veſtra. ſ. hæc eſt. QVASI LVTVM CONTRA
FIGVLVM COGITET. Hebr. *ſi* (pro, ſanè) *ſicut lutum fi-*
guli reputabitur. i. verè inſtar luti eſtis in manu figuli,
quod ſ. formare vt voluerit poterit. ET DICAT OPVS.
Hebr. *quia* (pro, numquid) *dicet opus factori ſuo*. NON
INTELLIGIS. Hebr. *non intellexit*. Ergo ſicut lutum fi-
gulo dicere non poteſt, Non intelligit quod facit; nec
homines Deum latêre poſſunt, vt eorum cogitationes
non intelligat.
CONVERTETVR LIBANVS IN CHARMEL. i. magna 17
rerum breuì cõmutatio erit. *Libanus*. i. diuites *in char-*
mel vertentur, id eſt, fient pauperes. ET CHARMEL IN
SALTVM REPVTABITVR? i. erunt diuites qui erant pau-
peres, vt ſaltus arboribus eſt plenus. Adhęc ſurdi au-
dient, cæci videbũt. Id continet verſus ſequens. Hiero-
nymus hic ait, duos Carmelos mõtes fuiſſe Alterum in
tribu Aſer prope Ptolemaidẽ, vbi Elias verſabatur, qui
fertilis erat, ac vini ferax. Alterum ad Auſtrum, vbi
Nabal Carmelus. Hunc montem ſterilem fuiſſe aiunt:
& de eo videtur loqui hìc Iſaias.
ET ADDENT MITES IN DOMINO LÆTITIAM. i. aucto- 19
re Domino addent ad lætitiam. Mites ſemper ſunt læ-
ti, tunc erunt lætiores.
DEFECIT QVI PRÆVALEBAT. Ea eſt lætitiæ cauſa 20
Hebr. *fortis, tyrannus*, qui ſ. opprimebat pauperes
SVCCISI SVNT OMNES QVI VIGILABANT SVPER INI-
QVITATEM. i. ad eam toto pectore ferebantur iniqui.
21 QVI PECCARE FACIEBANT HOMINES IN VERBO.
i. verba aliorum ſiniſtrè interpretabantur. ET AR-
GVENTEM IN PORTA i. litigantem, aut eos accuſantem
publicè, coram Iudicibus cum ſupplantabant Iudices
ad portas vrbis erant. SVPPLANTABANT, aut laqueis
implicabant: calumniâ ſe tuebantur. ET DECLINAVE-
RVNT FRVSTRA A IVSTO. i. cum oppreſſerunt. *Fruſtra*.
.i. ſine cauſa. Hebr. *& declinare faciunt in vanitate iu-*
ſtum. i. cum ob res vanas peruertunt. Ij omnes ſucci-
dentur, peribunt.
22 NON MODO CONFVNDETVR, aut, *non nunc pudeſiet*.
IACOB. i. populus Iudæorum. ERVBESCET. Hebr *non*
albeſcet. In timore facies albeſcit. Ergo non timebit
Timoris cauſam rebus mutatis ego remouebo.
23 SED CVM VIDERIT. Sic Sept. & Chald. Verùm
Hebr. non eſt *ſed*, & ſine illa planior oratio redditur.
Quando Iacob non confundetur? Cùm viderit filios
ſuos ad me conuerſos, ſanctificare nomen meum. i. me
ſanctum fateri. PRÆDICABVNT. Hebr. *timebunt*. ſic
Sept. Chald. *Deum Iſrael fortiſſimum dicent*. Kimhi
hoc ſecutus, explicat, *roborabunt* i. robuſtum dicent.
24 ET MVSSITATORES. Hebr. *murmurantes, ſuſurrones*.
ſ. qui vana eſſe dicebant hæc omnia, vt Chald. addit, ij.
DISCENT LEGEM, continebunt ſe in officio, ad legis pręſ-
ſcriptum viuent. Ij videbunt vera eſſe quæ dicimus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ARIEL. Chald *altare*. Quidam templum intelli-
gunt, vel Ieruſalem, quæ dicitur *Ariel*. i. *leo Dei*.
ob fortitudinem, vel Principatum. CIVITAS. Chald.
conſtructum in ciuitate. EXPVGNAVIT. Vide 1. Par. 11.
ADDITVS EST, &c. q.d. poſt aliquot annos ceſſabunt
feſti dies.
2 CIRCVMVALLABO. i. obſidebo. ſ. per Aſſyrios, vel
Romanos. QVASI ARIEL. i. vt leo, circa quem multa
cadauera. Chald. *vt altare circumdatum ſanguine victi-*
marum.
3 QVASI SPHÆRAM. i. vndique.
4 DE TERRA. ſ. deiecta, ſeu proſtrata. QVASI PYTHO-
NIS. i. ſubmiſſa.
5 SICVT PVLVIS, &c. i. innumera. VENTILANTIVM.
ſ. hoſtium. PERTRANSIENS. i. velociter. PRÆVALVE-
RVNT. pro, præualebunt.
6 VISITABITVR. i. punietur. ſ. ciuitas.
7 SICVT SOMNIVM, &c. q.d. non diu lætabuntur vi-
ctores.
9 OBSTVPESCITE. ſ. ô Iudæi increduli. q.d. ô ſtupidi,
fluctuantes, & ebrij, Deo ſic vos ob peccata puniente.
10 MISCVIT. ſ. vt ſolet qui potum temperat & propinat.
quamquam etiam *miſcere, propinare* ſignificat. vide ſup.
cap. 19. Chald *immiſit in vos*. LXX. *potauit vos*. SO-
PORIS. Chald. *erroris*. LXX. *compunctionis*. i. pertinaciæ
in malo defixæ, vt Græci interpretantur. OPERIET.
.i. faciet ne intelligantur, aut vt errent permittet.
13 APPROPINQVAT. ſ. mihi. ET TIMVERVNT, &c.
LXX. *fruſtra autem colunt me docentes præcepta homi-*
num & doctrinas. MANDATO HOMINVM. i. iuxta ho-
minum traditiones peruerſas. Vide Matth. 15.
14 ADMIRATIONEM. Chald. *percuſſionem*. PERI-
BIT, &c. LXX. *perdam ſapientiam ſapientum*.
15 ABSCONDATIS. i. abſcondi puteris.
16 NON INTELLIGIS. LXX. *non ſapienter me feciſti*.
Chald. *non intelligis me*.
17 LIBANVS IN CHARMEL. i. alta deprimẽtur, vel ſteriles
Gentiles fertiles fient. ET CHARMEL. i. ager fertilis.
ſ. olim Iudæi. IN SALTVM. ſ. infrugiferum. q.d. ſteriles
fient.
19 ADDENT. i. augebunt.
20 PRÆVALEBAT. ſ. diabolus. CONSVMMATVS EST.
Chald. *conſumptus eſt*. LXX. *periit*. ILLVSOR. ſ. dece-
ptor diabolus. Chald. *deprædator*. LXX. *ſuperbus*. SVPER
INIQVITATEM. i. vt iniquè agerent.

In porta i publicè, vel in iudicio, quod olim ad ci- 21
uitatis portam fiebat. Frvstra.i ſine cauſa.
Redemit. i. eripuit. ſ. à Chaldæis, vel idololatria. 22
Modo. i. nunc. Chald. *poſthac.*
Sed. ſ. lætabitur. 23
Mvssitatores. i. ſuſurrones. ſ. Iudæi contra Deum 24
ſoliti murmurare.

CAPVT XXX.

Comminatio aduerſus Iudæos, qui Domino inconſulto prementibus Aſſyrijs ad Ægyptios confugiebant: ipſis quoque prophetarum admonitiones audire nolentibus, ſed vana præſidia quærentibus, grauem denuntiat afflictionem: & quàm ſit Deus futurus benignus ad ipſum reuertentibus: & de magna reuertentium felicitate, ac iudicio impiorum.

VÆ filij deſertores, dicit Dominus, vt face- 1
retis conſilium, & non ex me: & ordiremi- A
ni telam, & non per ſpiritum meum, vt addere-
tis peccatum ſuper peccatum: * qui ambulatis 2
vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non in-
terrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine
Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ae-
gypti. * Et erit vobis fortitudo Pharaonis in con- 3
fuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignomi-
niam. * Erant enim in Tani principes tui, & nun- 4
tij tui vſque ad Hanes peruenerunt. * Omnes 5
confuſi ſunt ſuper populo, qui eis prodeſſe non
potuit: non fuerunt in auxilium & in aliquam
vtilitatem, ſed in cõfuſionem & in opprobrium.
* Onus iumentorum Auſtri. In terra tribulatio- 6
nis & anguſtiæ leæna, & leo ex eis, vipera, & re- B
gulus volans, portantes ſuper humeros iumen-
torum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelo-
rum theſauros ſuos, ad populum qui eis prodeſ-
ſe non poterit. * Aegyptus enim fruſtrà & vanè 7
auxiliabitur: ideò clamaui ſuper hoc: Superbia
tantùm eſt, quieſce. * Nunc ergo ingreſſus ſcribe 8
ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara il-
lud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſ-
que in æternum. * populus enim ad iracundiam 9
prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes
audire legem Dei. * Qui dicunt videntibus: No- 10
lite videre; & aſpicientibus: Nolite aſpicere no-
bis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placen-
tia, videte nobis errores. * Auferte à me viam, 11
declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra C
ſanctus Iſraël: * Propterea hæc dicit ſanctus Iſ- 12
raël: Pro eo quòd reprobaſtis verbum hoc, &
ſperaſtis in calumnia & in tumultu, & innixi
eſtis ſuper eo: * propterea erit vobis iniquitas 13
hæc ſicut interruptio cadens, & requiſita in mu-
ro excelſo, quoniam ſubitò, dum non ſperatur,
veniet contritio eius. * Et comminuetur ſicut 14
conteritur lagena figuli contritione perualida:
& non inuenietur de fragmentis eius teſta, in
qua portetur igniculus de incendio, aut hauria-
tur parum aquæ de fouea. * Quia hæc dicit Do- 15
minus Deus ſanctus Iſraël: Si reuertamini &
quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe erit for-
titudo veſtra. Et noluiſtis: * & dixiſtis: Nequa- 16
quã, ſed ad equos fugiemus: ideò fugietis. Et ſu- D
per veloces aſcendemus: ideò velociores erunt,
qui perſequentur vos. * Mille homines à facie 17
terroris vnius: & à facie terroris quinq; fugietis,
donec relinquamini quaſi malus nauis in ver-
tice montis, & quaſi ſignum ſuper collem. * Pro- 18
pterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri:
& ideò exaltabitur parcens vobis; quia Deus
iudicij Dominus: beati omnes qui expectant
19 eũ. * Populus enim Sion habitabit in Ieruſalem:
plorans nequaquam plorabis, miſerans miſere-
bitur tui: ad vocem clamoris tui ſtatim vt audie-
20 rit, reſpondebit tibi. * Et dabit vobis Dominus
E panem arctum, & aquam breuem: & non faciet
auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt ocu-
21 li tui videntes præceptorem tuum. * Et aures tuæ
audient verbũ poſt tergum monentis: Hæc eſt
via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad
22 dexterã, neq; ad ſiniſtram. * Et contaminabis la-
minas ſculptiliũ argenti tui, & veſtimentũ con-
flatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiã
23 menſtruatæ. Egredere, dices ei: * Et dabitur plu-
uia ſemini tuo, vbicumque ſeminaueris in terra:
& panis frugũ terræ erit vberrimus, & pinguis.
paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpa-
24 tiosè: * & tauri tui, & pulli aſinorum, qui operan-
tur terram, commiſtum migma comedent ſicut
25 in area ventilatum eſt. * Et erunt ſuper omnem
F montem excelſum, & ſuper omnem collem
eleuatum, riui currentium aquarum, in die in-
terfectionis multorum cùm ceciderint turres.
26 * Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit
ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die
qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, &
27 percuſſuram plagæ eius ſanauerit. * Ecce nomen
Domini venit de longinquo, ardens furor eius,
& grauis ad portandum: labia eius repleta ſunt
indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuo-
28 rãs. * Spiritus eius velut torrens inundans vſque
ad medium colli, ad perdendas gentes in nihi-
lum, & frænum erroris, quod erat in maxillis
29 populorum. * Canticum erit vobis ſicut nox
G ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis ſicut
qui pergit cum tibia, vt intret in montem Do-
30 mini ad fortem Iſraël. * Et auditam faciet Do-
minus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij
ſui oſtendet in comminatione furoris, & flam-
ma ignis deuorantis: allidet in turbine, & in la-
31 pide grandinis. * A voce enim Domini pauebit
32 Aſſur virga percuſſus. * Et erit tranſitus virgæ
fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſu-
per eum in tympanis & citharis: & in bellis præ-
33 cipuis expugnabit eos. * Præparata eſt enim ab
heri Topheth, à rege præparata, profunda, & di-
latata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa:
flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccen-
dens eam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ filii desertores. Sept. *apoſtatæ.* Chald. *tranſgreſſores.* Alij, *væ filijs declinantibus*, aut *rebellibus*. Loquitur contra Iudæos ad Ægyptiorum opem confugientes. Vt faceretis consilivm, et non ex me. i. non auctore & conſultore me id feciſtis. Et ordiremini telam. Hebr. *& operiremini operimento.* ſ. Ægypti protectione. Et non per spiritvm mevm. i. non ex mea voluntate, me conſulto.

2 Os mevm non interrogastis. i. reſponſum à me non quæſiſtis. In vmbra Ægypti confidiſtis. *vmbram* vocat auxilium, in quo fidebant.

3 In confvsionem. in pudorem erit vobis fortitudo Pharaonis.

4 In Tani principes tvi. i. fuerunt Iudæorum proceres miſſi ad petendum auxilia. Porrò *Tanis* & *Hanes* vrbes ſunt Ægypti. Legationis huius nulla

præterea in Sacris mentio. Sed certè contra Aſſyrios hæc auxilia petebantur, cùm Sennacherib obſedit Ieruſalem.

5 OMNES CONFVSI SVNT. Hebr. *omnis pudore affectus eſt*. ſ. populus Iudæorum.

6 ONVS IVMENTORVM AVSTRI. i. prophetia hæc eſt de beſtijs, quæ ſunt ad Auſtrum verſus Ægyptum, in quas incident Legati à Iudæis miſſi. *Iumenta* hîc pro feris accipit. Quæ ſunt illæ feræ? LEÆNA ET LEO. Sept. & Chald. *leo & catulus leonis*. i. leones ſeniores & iuniores. EX EIS, VIPERA. Sic diſtingue. i. præter eos vipera. ſibi erit. ET REGVLVS VOLANS. Hebr. *& ſerpens igneus volans*, ſupple, affligent, aut aggredientur Legatos eos. PORTANTES SVPER HVMEROS IVMENTORVM DIVITIAS SVAS. Hebr. *aſinorum*. AD POPVLVM. vt ſ. eos theſauros Regi Ægypti, & eius aulicis dent, qui vtilitatem nullam illis afferent.

7 AVXILIABITVR Ægyptus. i. conabitur auxiliari, ſed inanis conatus erit. IDEO CLAMAVI SVPER HOC. Hebr. *ad hanc*. i. ob hanc rem; quod noſter dixit *ſuper hoc*. SVPERBIA TANTVM EST, QVIESCE. רהב *rahab* eſt *fortitudo*, ſed benè pro *ſuperbia* ſumitur & *obſtinatione*. Ergo Hebr. ſic verto: *obſtinatio ipſis ſedere*, pro, ſede & quieſce, ne progrediaris vlteriùs in eo quod malè cœpiſti. Quidam vertunt: *Robur eorum* (ſ. i. Iudæorum) *ſedere*. i. manere in vrbe, neque ire in Ægyptum.

8 SCRIBE EI. Hieronymus in Comment. legit, *ſcribe eis*. SVPER BVXVM. Hebr. *ſuper tabulam, cum eis*. i. ipſis Iudæis videntibus. Teſtes illos adhibe. EXARA ILLVD, aut *illam*. ſ. prophetiam, quam renuntiaſti. IN TESTIMONIVM VSQVE IN ÆTERNVM. Sic Chald. & Pagn. Nimirum עד priori loco legerunt cum *Zere*, quo modo *teſtem*, ſeu *teſtimonium* ſignificat. Alij legentes cum *Pathah*, vt modò eſt in Biblijs, Hebr. ſic vertunt: *In æternum vſque in ſæculum*. ſ. ſeruetur quod ſcribis.

10 QVI DICVNT VIDENTIBVS. Prophetis. ET ASPICIENTIBVS. i. Prophetis loqui vetant. Malè ſe habent res, cùm Prophetis concionatoribus tollitur loquendi libertas. PLACENTIA, ſeu *blanda*. ERRORES, impoſturas, illuſiones loquimini nobis, non alia.

11 AVFERTE A ME VIAM, ſ. hanc, quam tenebatis, aduerſa dicendi. Hebr. *recedite de via*. ſ. recta. DECLINATE A ME SEMITAM. Hebr. *declinate à ſemita*. ſ. recta. CESSET A FACIE NOSTRA. i. ne toties inculcate nobis Dei nomen. Quid Deus?

12 PRO EO QVOD REPROBASTIS, aut *ſpreuiſtis*. VERBVM HOC. ſ. Prophetarum, quæ illi dixerunt. SPERASTIS IN CALVMNIA. Hebr. *in rapina*, ſeu *oppreſſione*. i. diuitijs fraude partis & violentia comprimitis Prophetas. ET IN TVMVLTV. Hebr. *in prauitate, & in ea confiditis*.

13 SICVT INTERRVPTIO erit vobis, ſeu ruptura. ET REQVISITA. i. manifeſta. Alij *tumor*, cùm ſ. paries prominet. DVM NON SPERATVR. Additum ab Interprete. Ergo ſicut ea muri pars repentè corruit, ſic vos.

14 LAGENA. Hebr. *nebel*, quæ vox ſæpè *vtrem*, ſed & aliquando *lagenam* ſignificat. Ergo vt lagena conteritur, ſic veſtra iniquitas conteretur. CONTRITIONE PRÆVALIDA. Hebr. *conterendo non parcet*. i. validè & violenter conteret. IGNICVLVS, ſeu *ignis pruna*. DE INCENDIO. id eſt, de foco, de camino, non portabitur in fragmẽtis lagenæ, in minutiſſima fragmenta cõteretur.

15 DICIT, ſeu *dixerat* Deus. SI REVERTAMINI, de via ſ. qua itis in Ægyptum, & quieſcatis in veſtra vrbe. IN SILENTIO. Hebr. *in quiete eritis ſalui*.

16 AD EQVOS FVGIEMVS. Hebr. *ſuper equos*. ſic Sept. & Chald. IDEO FVGIETIS. i. fiet, vt vos dicitis. ob hanc diffidentiam continget fuga. ET SVPER VELOCES. ſ. equos, aut camelos (ex eo à *dromo*. i. *curſu*, *dromedarios* vocatos) vt ſ. fugiamus, eos aſcendemus. IDEO, ob has voces, qui perſequentur vos, veloces erunt. ſ. magis quàm vos; quod noſter dixit, *velociores erunt*.

17 MILLE HOMINES. Hebr. *millenarius vnus*. ET A FACIE TERRORIS. Chald. & alij, *à facie increpationis*. Id ſignificat vox Hebr. גערה *ghuharah*. Sed *increpatio* pro minis & terrore ſumitur. Mille homines vnum, aut quinque ex hoſtibus fugient. DONEC RELINQVAMINI QVASI MALVS NAVIS, quem erigunt ſupra montis culmen, & in eo vexillum, ad quod ſeu nauigantes ſeu milites confugiunt. Et vt ij mali ſunt pauci, ita & vos. ET QVASI SIGNVM. Repetitio eſt, & explicatio eius quod dixerat.

18 PROPTEREA EXPECTAT DOMINVS. Sic Pagn. Verti etiam poteſt: *Propterea expectare iubet Dominus*. i. vetat ire in Ægyptum, & inde auxilia petere. *Propterea*. i. ne decidatis in ea mala quæ dixi. ET IDEO EXALTABITVR, vel *exaltabit ſe* Deus. ſ. occidendo Aſſyrios. PARCENS VOBIS. Hebr. *vt miſereatur veſtri*. QVIA DEVS IVDICII DOMINVS. i. iuſtus.

19 HABITABIT IN IERVSALEM, ſeu *ſedebit*. pro, ſi ſederit populus in Ieruſalem, vt illi præcipio, non plorabit malis oppreſſus. RESPONDEBIT TIBI. i. concedet quæ petieris Deus.

20 PANEM ARCTVM, ſeu *panem anguſtiæ* dabit Deus. ET AQVAM BREVEM, ſeu *aquas oppreſſionis*. Hoc fiet cùm ab Aſſyrijs obſidebitur. ET NON FACIET AVOLARE A TE VLTRA DOCTOREM TVVM. Hebr. *& non auolabit vltra doctor tuus*. *Doctor* hîc eſt Deus, aut Ezechias Rex, qui fortaſſis de fuga cogitabat, cùm vrbs obſideretur ab Aſſyrijs. Ideò ait, *non faciet vlterà auolare à te*. Quidam ſic vertit: *& non auolabit*, ſeu *elongabitur pluuia tua*. q. d. In ijs anguſtijs pluuiæ tamen copia erit. Vox מורה *moreh* ſignificat & *doctorem* & *pluuiam*. Variæ interpretationis ea occaſio. Præſtat tamen cum Vulgata, & pleriſque omnibus *doctorem* intelligere. PRÆCEPTOREM TVVM. Doctorem tuum videbis. i. eius opem præſtò eſſe in ijs anguſtijs experieris.

21 ET AVRES TVÆ AVDIENT VERBVM POST TERGVM MONENTIS. Hebr. *verbum de poſt te dicendo*. Dixerat, non defore illis doctorem. Modò ait, illum, ſ. Deum, aut Ezechiam locuturum à tergo. Quare à tergo? Fingit homines à Deo auerſos, aut etiam illum fugere, & Deum tamen fugientes docere. ET NON DECLINETIS, NEQVE AD DEXTERAM, NEQVE AD SINISTRAM. Sic Chald. Hebr. *quia declinatis ad dexteram, & quia ad ſiniſtram*, quod ſ. facere non debebatis. Idcircò viam vobis oſtendo. Via autem Lex eſt.

22 ET CONTAMINABIS LAMINAS. Hebr. *operimentum*. Hæc eſt doctoris doctrina, vt idola amouerent. ET VESTIMENTVM. Chald. *ornamentum*. ſ. idoli. SICVT IMMVNDITIAM MENSTRVATÆ. Hebr. *ſicut mẽſtruum*. EGREDERE, DICES EI. i. proijcies illud veſtimentũ idoli.

23 ET DABITVR PLVVIA. Hoc erit pietatis præmium PASCETVR IN POSSESSIONE TVA. Hebr. *paſcetur pecus tuum*. AGNVS SPATIOSE. Hebr. *in loco paſcuo* (id כר *char*. i. *campus* eſt) *lato* Quis paſcetur? pecus tuum.

24 COMMISTVM MIGMA comedent pulli. Pagn. *migma purum comedent*. *Migma*. i. farraginem, multa ſemina diuerſi generis & mixta. SICVT IN AREA VENTILATVM EST. Hebr. *quod ventilatur pala & ventilabro*.

25 RIVI CVRRENTIVM AQVARVM erunt ſuper montes. Sic Chald. Sept. *aqua pertranſiens*. Vatabl. *riui riui aquarum*. יבל *iebel* pro *riuo* ſumpſit, vt ponunt Dictionaria. Ego dicerem, *riui decurſus aquarum*, quod noſter alijs verbis dixit. Per riuos in montibus rerum copiam intelligit. Aut verè cùm multæ ſunt pluuiæ, in montibus noui fontes ſcaturiunt, qui aquæ currentes vocantur. IN DIE INTERFECTIONIS erunt ij riui. Vt bonis & Iudæis omnia feliciter cadent, ſic impios vindicabit Deus, ac Aſſyrios maximè vna nocte proſternet. CVM CECIDERINT TVRRES. i. diruentur illæ turres, quas Aſſyrij contra Ieruſalem excitauerunt. De illorum enim interfectione propriè agit.

26 ET ERIT LVX LVNÆ. Sic Iudæis videbitur aſtra lucere multò illuſtriùs quàm anteà, ob lætitiæ magnitudinè, ob Aſſyrios cæſos. In triſtitia ſtellæ obſcurari videntur, in lætitia fulgere maiori luce. IN DIE QVA ALLIGAVERIT DOMINVS VVLNVS. Hebr. *cõtritionẽ alligauerit*,

ſanauerit,cùm ſanauerit,erit ea lux & lætitia.

27 Ecce nomen Domini. Contra id quod exprobrarunt Legati Aſſyriorum: 4.Reg. 18. verſ.22. Venit de longinqvo .i.de cælo. Et gravis ad portandvm.Hebr.*& grauitas oneris*,pro,onus graue. Multis deſcribit iracundiam Dei.

28 Spiritvs eivs.i.ira eius,aut Angelus, quem mittet vt occidat Aſſyrios. Vsqve ad medivm colli, perueniet. ſ. *hasta que llegue a la boca*. Hebr. *vſque ad collum dimidiabit*.i.vſque ad *collum medium*,vt dixit Hieronymus. Ad perdendas gentes in nihilvm. .i.funditus, ita vt earum nihil maneat. Hebr. *ad ventilandum ventilatione vana*.ſ.quæ non fit ad purgandum grana, ſed ad proijciendum paleas. Et frænvm erroris, ſupple, vt frænum erro[ris] erit. Hebr.*frænum errare faciens erit*, ſ. ſpiritus eius. Fræno diriguntur equi,Deus autem errare faciet (permittendo) Gentes, quæ conuenerunt contra Ieruſalem.

29 Canticvm erit vobis. Reliquum eſt,vt eam lætitiam canticis celebretis. Sicvt nox,aut, ſicut in nocte. Sanctificatæ solemnitatis. Hebr.*ſanctificari*,pro,qua ſolet ſanctificari ſolemnitas. i. celebrari. Ad fortem. Hebr.*ad petram*. Sed *petra* pro Deo ſumitur,ſeu pro defenſore,præſidio. Canticum erit ſicut eius qui cum tibia intrat in templum.

30 Gloriam vocis svæ auditam faciet Deus. Quæ eſt vox Dei? Tonitrua,procella. Et terrorem brachii svi. Sept. *furorem*.Chald *fortitudinem*. Alij *deſcenſionem brachij*, à geſtu percutientis, qui brachium demittit. In comminatione. Hebr. *in ira furoris*. Allidet in tvrbine.Chald.*allisione*. Alij.*diſperſione & turbine*. In lapide grandinis. *Lapide*, pro,lapidibus. Qua nocte Aſſyrij ſunt occiſi, magna fuiſſe tempeſtas videtur ex hoc loco.

31 Pavebit Assvr. Hebr. *confringetur*. Sic Chald. Virga percvssvs.i.flagello Dei. Hebr. *virga percutiet*.ſ.illum Deus.

32 Transitvs virgæ fvndatvs. i.percuſſio virgæ erit ſtabilita à Deo, vt prohibere nemo poſſit. Reqviescere faciet. Non ad breue tempus percutiet, ſed quieſcet flagellum ſuper eum, ſ.Regem Aſſyrium. In varia mala præcipitabit. In tympanis. ſ. celebrantium eius cladem,vincet ſ.eum. In bellis præcipvis. i.ſine armis vincet, quæ victoria præcipua eſt. Hebr.*in bellis eleuationis, agitationis,pulſationis*. i, non armis, ſed pulſu tympanorum. Expvgnabit eos. ſeu *pugnabis cum illis*. Victoriæ genus maximè illuſtre.

33 Præparata est enim ab heri Topheth.Chald. *gehenna*.Ex 2.Regum 23. verſ.11. & Ierem.7.conſtat, *Topheth* fuiſſe montem, vbi Iudęi idolo Moloch filios immolabant,prope Ieruſalem, vbi erat vallis Hennom. Ea impietas fecit vt tartarus ſignificetur vocibus *Topheth*, & *Gehenna*,quæ idem eſt quod *vallis Hennom*. *Ge* enim *vallis* eſt. Ergo *Topheth*. i. tartarus,*ab heri*. .i.iam dudum parata eſt. Aſſyrij non hîc ſolùm, ſed in futura vita pœnas dabunt. A rege præparata, profvnda, et dilatata.i.Regis Aſſyrij prauis operibus id factum eſt. Hebr. *Regi parata eſt, profundam fecit,& dilatauit*.ſ.ipſe Rex, vt tot homines capiat,ipſum etiam qui breui eſt occiſus. Nvtrimenta eivs. Hebr.*pyra eius ignis & ligna*. Fortaſſis in eo ipſo monte Aſſyrij tendebant.Quorſum ignis & ligna? Vt cadauera cremarentur. Eam. i. *Topheth* aut *pyram* ſuccendit flatus Domini.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Desertores. Chald. *tranſgreſſores*.Lxx.*apoſtatæ*. Ex me.Chald.*ex verbo meo*. Lxx. *per me*. i. iuxta meam voluntatem.

2 Os mevm. Chald. *verba Prophetarum meorum*. Lxx. *me*. Vmbra.i.protectione.

4 Principes.ſ.legati. Tani. Hebr. *Zoan*,ſeu *Tſoan*, eſt enim צ prima littera. ciuitas eſt Ægypti, itemque *Hanes*,quæ Hebr. *Chanes*,per ח.

6 Onvs,&c. q.d. onuſta duxerunt iumenta ad Auſtrum.i.Ægyptum. In terra,&c. q.d. tranſierunt per deſertum,vbi magna rerum inopia. Ex eis.pro,in eis.ſ.locis degunt.Lxx.*inde*. Portantis. ſ.Legati per ea loca tranſibãt.Divitias.ſ.munera adRegẽ ægypti.

7 Svperbia.Lxx.*vana conſolatio*. Qviesce.q.d.deſine petere auxilium à ſuperbis Ægyptijs.

8 Ingressvs.ſ.ad populum. Scribe.ſ.prophetiam. Bvxvm i.buxeam tabulam.ſ.vt diu conſeruetur. Novissimo.Chald.*iudicij*.

9 Ad iracvndiam provocans.ſ.me. Chald.*rebellis*. Lxx.*incredulus*.

10 Videntibvs. Chald. & Lxx *Prophetis*. Videre. Chald. *prophetare*. Lxx. *annunciare nobis*. Aspicientibvs. Chald. *doctoribus*. Lxx. *viſiones videntibus*. Aspicere.Lxx.*loqui*.Chald.*docere*.

11 Avferte a me viam. Chald. *auertite nos à via recta*. Declinate,&c.repetitio. Sanctvs Israel. Chald.*verbum ſancti Iſrael*.

12 Calvmnia. Chald. & Lxx. *mendacio*. Et in tvmvltv.Chald.*& rapina*, Lxx.*& murmuraſtis*. Svper eo.ſ.mendacio,&c.

13 Et reqvisita.i.dum quis quærit ibi inniti, ſeu ſaluari. Eivs.ſ.muri.

14 Comminvetvr. ſ. ciuitas, per murum ſignificata. Et non invenietvr.pro,ita vt non inueniatur. Ignicvlvs.i.parum ignis.

15 Si revertamini,&c. Lxx. *cùm conuerſus ingemueris,tunc ſaluaberis*. Qviescatis.i.ceſſetis.ſ.à peccatis. Silentio. q.d. patientia. Spe.ſ.in Deum. Nolvistis.ſ.audire.

16 Fvgietis.ſ.hoſtes.

17 Qvinqve. i paucorum. Fvgietis. Lxx.*fugient multi*. Montis. ſ. fixus,quem nauigantes aſpiciant, vt rectum curſum teneant,ſic veſtræ calamitatis exemplo vitabunt pericula multi.vel in montem è naufragio eiectus.

18 Propterea.Lxx.*& rurſum*. Exaltabitvr. i.glorificabitur. Ivdicii i.iuſtus. Lxx. *Iudex*. Chald.*faciens iudicium*. Expectant evm. Chald. *ſperant in ſalutari eius*.

19 Popvlvs. Lxx. *populus ſanctus*. Sion.Chald.& Lxx.*in Sion*. In.Lxx.*&*. Plorabis.ſ.vt ſolent deſtituti. Miserebitvr.ſ.Deus.

20 Panem,&c. q.d. etſi ad tempus affliget, tamen non deſeret,ſed liberabit. Arctvm. Lxx. *tribulationis*. Brevem. Hebr.*afflictionis*. q.d. cibabit pane lacrymarum.i.tribulatione. Avolare,&c. q.d. numquam deerit qui te doceat,&c. vel,ſemper habebis Chriſtum docentem te per Scripturas,& ſuos miniſtros.

21 Monentis. ſ.quod ſequitur.

22 Contaminabis.i.conuertes in vſus profanos, per hęc intelligitur errorum & peccatorum abiectio. Egredere.q.d.Abi in malam crucem.

23 Plvvia,&c.per hæc intellige etiam ſpiritualia.

24 Migma. i. commiſtionem. ſ.multorum granorum. Lxx.*paleas mistas hordeo ventilato*.

25 Rivi,&c.q d.magna fertilitas. Mvltorvm.ſ.hoſtium. Tvrres. i.fortiſſimi quique.Chald.*principes*.

26 Lvx lvnæ,&c. q d.erit tunc maxima lætitia. Quidam tamen id referunt ad Beatorum ſtatum, quo cæli renouandi.

27 Nomen.i.Verbum.ſ.filius. De longinqvo. ſ. è cælo. Fvror.ſ.in hoſtes animæ ſpirituales. Labia. .i.prædicatio. Indignatione.ſ.contra peccata.

28 Spiritvs. i. indignatio. Gentes. i. Gentilium errores.

29 Vobis.ſ.liberatis,ſeu redemptis.

30 Gloriam vocis. pro, glorioſam vocem. In tvrbine pro,velut in turbine.

31 Assvr.i diabolus. Virga.ſ.Dei punitione.

32 Fvndatvs.i.firmus & fortis. In tympanis,&c. .i.cum ſumma piorum lætitia. Præcipvis. Chald. *fortibus*. Eos.ſ.hoſtes.

33 Ab heri i.anteà,ſeu olim. Topheth.i.*infernus*. Chald.*gehenna*.Not.*Topheth* locum eſſe prope Ieruſa-

lem in valle Hennom, vnde Gehennæ nomen: nam *Ge, vallis*, vbi parentes filios comburebant in honorem idolorum. Vide Ierem. 7. Significat autem in Scriptura *infernum*. REGE. ſ. Deo. LIGNA. ſ. ipſi damnati. Quidam ſulphur per *ligna* intelligunt, de quo Apoc. 14. & 20. & 21.

CAPVT XXXI.

Iudæos qui fiducia in Deum relicta, ad Aegyptios & humana confugiunt præſidia, prædicit conſumendos vnà cum ſuis auxiliarijs; reuertentes verò ad Dominum, virtute diuina liberandos.

VÆ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxi- 1
lium, in equis ſperantes, & habentes fidu- A
ciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt; & ſuper
equitibus, quia præualidi nimis: & non ſunt
confiſi ſuper ſanctum Iſraël, & Dominum
non requiſieruut. * Ipſe autem ſapiens adduxit 2
malum, & verba ſua non abſtulit: & conſurget B
contra domum peſſimorum, & contra auxi-
lium operantium iniquitatem. * Ægyptus, ho- 3
mo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non
ſpiritus: & Dominus inclinabit manum ſuam,
& corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur
auxilium, ſimulq; omnes conſumentur. * Quia 4
hæc dicit Dominus ad me: Quomodo ſi rugiat C
leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, &
cùm occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce
eorum non formidabit, & à multitudine eorum
non pauebit: ſic deſcendet Dominus exerci-
tuum vt prælietur ſuper montem Sion, & ſuper
collem eius. * Sicut aues volantes, ſic proteget 5
Dominus exercituum Ieruſalem, protegens &
liberans, tranſiens & ſaluans. * Conuertimini 6
ſicut in profundum receſſeratis filij Iſraël. * In 7
die enim illa abijciet vir idola argenti ſui, & D
idola auri ſui, quæ fecerunt vobis manus veſtræ
in peccatum. * Et cadet Aſſur in gladio non viri, 8
& gladius non hominis vorabit eum, & fugiet
non à facie gladij: & iuuenes eius vectigales
erunt: * & fortitudo eius à terrore tranſibit, & 9
pauebunt fugientes principes eius: dixit Domi-
nus; cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in
Ieruſalem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VÆ QVI DESCENDVNT IN ÆGYPTVM. Rurſus increpat eos, qui ex Ægypto auxilia petebant. NON SVNT CONFISI. Hebr. *non reſpexerunt*. SVPER SANCTVM ISRAEL. Hebr. *ad ſanctum Iſrael*. NON REQVISIERVNT. ſ. quid illi placeret. 1

IPSE AVTEM SAPIENS. ſ. eſt, vt vlciſci iniuriam poſſit. ADDVXIT MALVM. Hebr. *& adducet malum*. ſ. vindictam. VERBA SVA NON ABSTVLIT. i. vaticinia irrita eſſe non patietur. CONTRA DOMVM. i. domos peſſimorum, qui non obedierunt. ET CONTRA AVXILIVM. ſ. Ægyptiorum operantium iniquitatem. Illa auxilia perdet. 2

ET NON DEVS. Ægyptus non poteſt opem ferre, niſi Deus annuat. CARO, ET NON SPIRITVS. i. Angelus, qui perire & vulnerari non poteſt. DOMINVS INCLINABIT MANVM SVAM. ſ. ad percutiendum. 3

QVIA HÆC DICIT DOMINVS. Promittit nihilominùs Iudæis auxilium venturum. CVM OCCVRRERIT EI MVLTITVDO PASTORVM. ſ. leoni. Hebr. *contra quem conuocatur turba paſtorum*. *Paſtores* Chald. רבנן *rabanan*. Inde deduci videtur noſtris vox *rabadan*. NON FORMIDABIT. ſ. leo. Chald. *non contereiur*. Idque propriè ſignificat vox יֵחָת *iehath*. A MVLTITVDINE, ſiue *a tumultu* eorum. NON PAVEBIT. Hebr. *non humiliabitur leo*. 4

SICVT AVES VOLANTES. ſ. tuentur nidum & pullos ſuos. c. 10. verſ. 14 Aſſyrius minatur nidis gentium. Nunc Deus contrà pollicetur nidos ſeruaturum. PROTEGENS ET LIBERANS. Hebr. *protegendo & liberando, tranſeundo & ſeruando*. Hieronymus infinitiuos in participia vertit, & benè. 5

6 SICVT IN PROFVNDVM RECESSERATIS. conuertimini. Hebr. *in quem profundarunt defectionem filij Iſrael*. i. profunde receſſerunt. i. vehementer. Suſpicor tamen Hebraica aliter habuiſſe, & pro לַאֲשֶׁר *laaſer* legiſſe כַּאֲשֶׁר *chaaſer*. i. *ſicut*. Tum pro הֶעְמִיקוּ *hehmiku*. i. *profundarunt*, legiſſe תַּעְמִיקוּ *thahmiku*. i. *profundaſtis*. Eamque credo veram eſſe lectionem, & Hieron.

7 ABIICIET. ſeu *reprobabit*. VIR. i. vnuſquiſque, idola quæ feciſtis. IN PECCATVM. Hebr. *peccatum*. Sed bene ſuppletur *in*, vt ſuppleuit etiam Chald. Aut dic, *peccatum*. i. cognoſcetis fuiſſe peccatum, quod licere putabitis. Peccatum quiſque abijciet, nempe idola. Quid ex eo? Cadet Aſſur

8 IN GLADIO NON VIRI. Nimirum Angelus occidit Aſſyrios. ET IVVENES EIVS VECTIGALES ERVNT. i. captiui ſeruient. Chald. *in interitum erunt*. Alij *in liquefactionem erunt*, id eſt, metu liqueſcent. Vox מַס *mas* & *tributum* & *liquefactionem* ſignificat. Priorem ſignificat ionem Hieronymus eſt ſecutus. Ergo *in tributum erunt*. i. vectigales.

9 ET FORTITVDO EIVS A TERRORE TRANSIBIT. i. fortitudinem ignauia Aſſyrius mutabit præ metu. Hebr. (ad) *petram ſuam* (arcem) *præ metu tranſibit*. fugiet. ET PAVEBVNT FVGIENTES. Hebr. *à vexillo* (. i. ſicut à vexillo) *principes eius* (Aſſyrij) *pauebunt*. ſ. vt ſolent homines timere viſo hoſtilis exercitus vexillo. DIXIT DOMINVS, CVIVS IGNIS. ſ. ad incendendũ Aſſyrios. EST IN SION. hoc ad templum refertur & altare Ieroſolymitanum. Chald. *cuius ſplendor eſt in Sion facientibus legem, & caminus in Ieruſalem tranſgredientibus verbum eius*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 IPSE. ſ. Deus. SAPIENS. Chald. *in ſapientia ſua*. LXX. *ſapienter*. MALVM. i. calamitatem. ſ. ſuper Iudæos. ABSTVLIT. Chald. *fecit irrita*. LXX. *fruſtrabitur*. q. d. puniuit, vt prædixit. AVXILIVM, &c. LXX. *ſpẽ illorũ vanã*.

3 INCLINABIT. Chald. *leuabit*. LXX *inducet*.

4 PRÆLIETVR. ſ. contra hoſtes populi ſui.

5 VOLANTES. ſ. & pullos ſuos protegentes. vel q. d. citò ſubueniet. TRANSIENS. ſ. inter ſuos, more ducis.

8 NON VIRI. ſ. ſed Angeli. NON A FACIE GLADII. ſ. humani. Hebr. & Chald. *à facie gladij*. ſ. Angeli. VECTIGALES. Chald. *occiſi*. LXX. *victi*.

9 A TERRORE. i. ob terrorem. CVIVS IGNIS, &c. i. qui colitur ſacrificijs, quæ comburuntur in Sion. Poteſt etiam ad charitatem referri, qua in Eccleſia colitur. LXX. *beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Ieruſalẽ*.

CAPVT XXXII.

De rege ac principibus in iuſtitia regnaturis, & de populi ſubditi felicitate: ſtulto autem principi & opulentis mulieribus futura prædicitur calamitas: pacis quoque pulchritudo ac requies opulenta promittitur populo Dei.

1 ECce in iuſtitia regnabit rex, & principes in
2 iudicio præerunt. * Et erit vir ſicut qui abſ-
A conditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut
riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominen-
3 tis in terra deſerta. * Non caligabũt oculi viden-
tium, & aures audientium diligenter auſcul-
4 tabunt. * Et cor ſtultorum intelliget ſcien-
tiam, & lingua balborum velociter loquetur
5 & planè. * Non vocabitur vltrà is, qui inſi-
piens eſt, princeps: neque fraudulentus appella-
6 bitur maior: * ſtultus enim fatua loquetur, & cor
eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulatio-
B nem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, &
vacuam faciat animam eſurientis, & potum ſi-

tienti auferat. * Fraudulenti vaſa peſſima ſunt: 7
ipſe enim cogitationes concinnauit ad perden-
dos mites in ſermone mendaci,cùm loqueretur
pauper iudicium. *Princeps verò ea , quæ digna 8
ſunt principe, cogitabit , & ipſe ſuper duces ſta-
bit.* Mulieres opulentę ſurgite,& audite vocem 9
meam : filiæ confidentes percipite auribus elo-
quium meum. *Poſt dies enim & annum , vos 10
conturbabimini confidentes: conſummata eſt C
enim vindemia,collectio vltrà non veniet.*Ob- 11
ſtupeſcite opulentæ,conturbamini confidentes:
exuite vos, & confundimini , accingite lumbos
veſtros.*Super vbera plangite,ſuper regione de- 12
ſiderabili , ſuper vinea fertili. * Super humum 13
populi mei ſpinæ & vepres aſcendent : quantò
magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exul-
tantis? *Domus enim dimiſſa eſt,multitudo vr- 14
bis relicta eſt,tenebræ & palpatio factæ ſunt ſu-
per ſpeluncas vſque in æternum. Gaudium
onagrorum paſcua gregum , * donec effunda- 15
tur ſuper nos ſpiritus de excelſo : & erit deſer- D
tum in charmel,& charmel in ſaltum reputabi-
tur. * Et habitabit in ſolitudine iudicium,& iu- 16
ſtitia in charmel ſedebit. * Et erit opus iuſtitiæ 17
pax,& cultus iuſtitiæ ſilentium , & ſecuritas vſ-
que in ſempiternum. *Et ſedebit populus meus 18
in pulchritudine pacis , & in tabernaculis fidu-
ciæ , & in requie opulenta. *Grando autem in 19
deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur
ciuitas. *Beati,qui ſeminatis ſuper omnes aquas, 20
immittentes pedem bouis & aſini.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ECCE IN IVSTITIA. Hebr. *ad iuſtitiam*. iuſtè. *Lamed* iuncta nominibus vim aduerbij habet, *ad iuſtitiam*. pro, iuſtè. Ezechiæ regnum deſcribitur, & ſub eo typo regnum Chriſti. PRINCIPES IN IVDICIO PRÆERVNT. i. iuſtè. Non eſt ſatis Regem eſſe iuſtum, niſi miniſtri ſint probi.

2 ET ERIT VIR. ſ. Ezechias vir ille, aut *vir*. i. quiſque Principum. SICVT QVI ABSCONDITVR. Hebr. *ſicut latibulum venti*. pro, à vento. ET CELAT SE A TEMPESTATE. Hebr. *& latebra à tempeſtate*. ſeu *turbine*. Proteget omnes Ezechias, erit commune perfugium. SICVT RIVI AQVARVM IN SITI. Hebr. *in ſiccitate*. pro, in terra ſicca. in deſerto. ET VMBRA PETRÆ PROMINENTIS. Hebr. *petræ grauis*. i. vaſtæ rupis. IN TERRA DESERTA. ſiue *ſitiente*. Sic erit Ezechias vt latebra, vt riuus, vt vmbra.

3 NON CALIGABVNT. q.d. nullæ erunt tenebræ mœroris. Lux perſpicua, nulli tumultus, qui aures impediant, ſed trãquilla pax. Id ſignificat, *Aures auſcultabũt*.

4 COR STVLTORVM. Hebr. *cor feſtinantium*. Sed Feſtinant ſtulti: Prou. 19. v. 2. Chald. *cor inſipientium*. Sept. *cor infirmorum*. VELOCITER LOQVETVR ET PLANE. Hebr. *feſtinabit loqui nitida*. i. facundè. צחות *zahuth* Rabbinis *eloquentia* eſt.

5 IS, QVI INSIPIENS EST, PRINCEPS non vocabitur. Magna peruerſio eſt mutare nomina, vitijs affingere virtutum ſimilium voces. Id vitium corrigetur eo tempore Ezechiæ. Hebr. *Stultus non vocabitur liberalis*. *Stultus*. i. prodigus, qui ſua ſine iudicio effundit. NEQVE FRAVDVLENTVS APPELLABITVR MAIOR. Hebr. *neque tenax dicetur diues*. Auarus non ſibi diues eſt, ſed heredibus.

6 VT PERFICIAT SIMVLATIONEM, ſeu *hypocriſim*, ſeu *prauitatem*, vt eam ad effectum perducat iniquitatem faciet ſtultus. ET LOQVATVR AD DOMINVM FRAVDVLENTER. *Loquatur*. i. faciat contra Dominum fraudem. Hebr. *errorem*. ſic Chald. Quomodo errorem, aut fraudem? quia inopibus nihil dat, ac potiùs illis aufert quæ habent. Id eſt fraudem contra Deum nectere, & eſurientis animam euacuare.

7 FRAVDVLENTI, tenacis. VASA PESSIMA SVNT. i. menſuræ. ſic emungit pauperes. COGITATIONES CONCINNAVIT. Hebr. *verſutias conſuluit*. i. concinnauit. CVM LOQVERETVR PAVPER IVDICIVM. i. cùm iuſta peteret pauper, ille fraude illum peruertit. Hebraica poſſunt etiam ſic verti: *Et in loquendo pauperi in iudicio*. Ibi etiam ſuas nectit fraudes, vt illum ſpoliet, contra eum iudices pronuntient. Hæc tenax.

8 PRINCEPS VERO. Hebr. *liberalis liberalia conſulit*. vt ſ. alijs benefaciat. ET IPSE SVPER DVCES STABIT. i. miniſtros præſtabit ciuibus, bonos faciet. non ſolùm ipſe faciet quę Principem decent. Id ſonant Vulgatæ verba. Hebr. *& ipſe ſuper liberalia exurget*. i. propter ſuam munificentiam extolletur, celebrabitur.

9 MVLIERES OPVLENTÆ, audite. *Mulieres* vocat vrbes *filias* minora oppida. Porrò lætis triſtia miſcet, fore breuì annonæ inopiam.

10 POST DIES ENIM ET ANNVM. Hebr. *dies poſt annum*. i. dies aliquot ſupra annum. Quidam per *dies*, quando abſolutè ponitur, intelligunt annum; ac ſi diceret, anno poſt annum. i. aliquot annis ea afflictio erit. De quo 1. Reg. 27. v. 7. plura ſunt dicta. VOS CONTVRBABIMINI CONFIDENTES. i. qui nunc ſecuræ eſtis. CONSVMMATA EST ENIM VINDEMIA. Defecit ſiue propter hoſtes circumfuſos, ſiue ob malignitatem temporum. COLLECTIO. ſ. fructuum. VLTRA NON VENIET. Hebr. non eſt *vltrà*.

11 OBSTVPESCITE, timete. EXVITE VOS, ET CONFVNDIMINI. Hebr. *exue te, & nuda te*. ſingulare pro plurali. EXVITE VOS. ſ. pretioſis veſtibus. ACCINGITE LVMBOS VESTROS. ſ. ſaccis. Hebr. *accinge ſuper lumbos*. Sic fit rebus aſperis.

12 SVPER VBERA PLANGITE. i. ſuper infantes lactantes. Deerit illis alimentum. SVPER REGIONE DESIDERABILI. Hebr. *ſuper agros deſiderij*. i. qui erant amœni. VINEA FERTILI, ſeu *frugifera*.

13 QVANTO MAGIS. Hebr. *quin etiam*. SVPER OMNES DOMOS GAVDII. ſupple, erit planctus. De quo dixerat verſ. ſuperiori. *Super omnes domos gaudij*. i. in omnibus domibus, quæ gaudere ſolebant.

14 DOMVS ENIM. Hebr. *palatium dimiſſum eſt*. ſ. ſine habitatore. MVLTITVDO, ſeu *turba*. RELICTA EST, defecit, vrbe habitatoribus vacua. TENEBRÆ ET PALPATIO. Hebr. *arx & munitio*. Hieronymus ex Hebræorum ſententia affert duas turres fuiſſe Ieroſolymis. Altera עפל *Ophel*. i. *tenebra*, quòd propter ſublimitatem nubes attingeret. Altera בחן *Bahan*. i. *probatio & firmitas*, ſeu *inquiſitio*, quòd inde tamquam ex ſpecula ſubiecta contemplaretur. FACTÆ SVNT SVPER SPELVNCAS. Hebr. *fuerunt pro ſpeluncis*, ad quas ſ. ſe recipiebant, vel homines, vel greges. VSQVE IN ÆTERNVM, ſiue *vſque in ſeculum*: nam eam deſolationem perpetuam non fuiſſe, ſequens verſus oſtendit. *Donec*, &c. Hoc quo tempore contigit? fortè loquitur de excidio ſub Veſpaſiano. GAVDIVM ONAGRORVM. i. prope eas turres, aut arces, tum onagri, tum greges paſcebantur, vrbe ſ. deſerta.

15 DONEC EFFVNDATVR SVPER NOS SPIRITVS DE EXCELSO. ſ. Spiritus ſanctus, cuius aduentu omnia ſunt immutata. Aut *ſpiritus* pro *reſpiratione*, vt Chald. *donec veniat reſpiratio de cælo*, aut pro *voluntate*, *donec effundatur ſpiritus*. i. donec fuerit voluntas eius, qui eſt in cælo. ERIT DESERTVM IN CHARMEL. *Charmel* mons erat, ſed non è præcipuis, nam ſuperiùs dixit, quòd *Libanus verteretur in charmel*. i. deterior fiet. CHARMEL IN SALTVM. In ſaltu multæ ſunt arbores. Itaque vrbs deſerta habitabitur.

16 ET HABITABIT IN SOLITVDINE IVDICIVM. i. æquitas in Ieruſalem, quæ erat deſerta. Itaque per *ſolitudinem* & *Charmel* eam vrbem intelligit, quę perijt ob iniquitatem, rebus mutatis iuſtitiam colet.

17 ET ERIT OPVS. i. fructus iuſtitiæ. PAX. i. omnia bona. ET CVLTVS IVSTITIÆ. ſeu *opus*. i. fructus. Repetitio

SILEN-

SILENTIVM, ET SECVRITAS. Hebr. *requies & ſpes.* felices erunt Iudæi. VSQVE IN SEMPITERNVM, ſeu *ſæculum.*

ET SEDEBIT POPVLVS MEVS IN PVLCHRITV- 18
DINE PACIS. Alij vertunt, *in habitaculo pacis.* i. in pace. REQVIE OPVLENTA, ſeu *tranquilla.* Cum pace opes augentur quæ bello euertuntur.

GRANDO AVTEM IN DESCENSIONE SALTVS. i. non 19
fruges lædet, ſed cadet in ſaltu, vbi arbores frugiferæ non ſunt. i. malos punet, non bonos. ET HVMILITATE HVMILIABITVR CIVITAS. ſ. Ieruſalem, vbi multi mali erunt in quos tempeſtas deſæuiet, & quæ per *ſaltum* intelligitur.

BEATI, QVI SEMINATIS SVPER OMNES AQVAS. 20
i. in locis irriguis, humidis, ad quæ grando non perueniet. IN MITTENTES PEDEM BOVIS ET ASINI. ſ. In ſegetes, vt eas depaſcantur. Tanta copia & luxuries ſatorum erit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

REX. ſ. Chriſtus. PRINCIPES. ſ. Eccleſiæ Prælati. 1
VIR. i. quiſque piorum. ſ. tutus. SITI. pro, 2
ſiccitate. ſ. loco arido. Chald. *terra ſitiente.* q. d. nihil iuſtis deerit. ſ. rerum ad ſalutem neceſſariarum. VMBRA. pro, ſicut vmbra.

STVLTORVM. ſ. anteà. tales gentiles ante fidem. 4
PLANE. i. apertè.

NON VOCABITVR, &c. LXX. *non dicent vltrà ſtulto,* 5
vt princeps ſit. Chald. *non dicentur ampliùs impij, iuſti.* MAIOR. Chald. *fortis.*

STVLTVS ENIM, &c. q. d. apparebit enim ſtatim quis 6
ſtultus ſit. AD. i. contra. Chald. *ante.*

VASA. i. arma, ſeu inſtrumenta. Chald. *opera.* IVDI- 7
CIVM. i. iuſta, vel *in iudicio.* ſ. ſe defendens.

MVLIERES. i. vrbes. Chald. *prouinciæ.* FILIÆ. 9
Chald. *ciuitates.* CONFIDENTES. ſ. in diuitiis & potentia.

DIES ENIM ET ANNVM. i. aliquot annos. CON- 10
SVMMATA. i. conſumpta.

EXVITE. ſ. pretioſis veſtibus. ACCINGITE. ſ. ſaccis. 11

VBERA. ſ. lacte carentia. 12

SVPER HVMVM, &c. q. d. ſi iuſtos punire ſoleo, quid 13
fiet impiis?

SVPER SPELVNCAS. i. ad ſpeluncas confugientium, 14
vt lateant. IN ÆTERNVM. Chald. *ad tempus.* ſ. longũ. ONAGRORVM. ſ. qui illic paſcentur. PASCVA. pro, & paſcua.

EFFVNDATVR. ſ. tempore Euangelij. SPIRITVS. 15
Chald. *refrigeratio.* ERIT DESERTVM, &c. vide ſup. cap. 29.

SOLITVDINE. ſ. gentilitate, quæ anteà ſterilis, cùm 16
fuerit facta *charmel.* i. *fertilis.*

SILENTIVM. i. tranquillitas Chald. & LXX. *quies.* 17

GRANDO AVTEM, &c. q. d. punientur iniqui. IN 19
DESCENSIONE SALTVS. i. deſcendet in ſaltum. ſ. in homines incultis moribus. CIVITAS. ſ. Ieruſalem.

OMNES AQVAS. i. loco irrigua. ſ. ſpiritualiter. IM- 20
MITTENTES. ſ. eò. PEDEM, &c. Chald. *boues ad calcandum, & aſinos ad colligendum.* ſ. frumentum. Quidam per bouem Iudæum intelligunt, per aſinum Gentilem; quòd ille fuerit ſub iugo Legis, hic verò ſub idololatriæ ſtultitia.

CAPVT XXXIII.

Permixtim de deiectione Sennacherib loquitur, & Iudæorum liberatione ac diuina potentia exaltatione: inuehitur contra hypocritas: & quales eſſe debeant qui cum Domino habitaturi ſunt in excelſis: Ieruſalem vero habitatio erit opulenta, in qua magnificabitur Dominus, rex & legiſlator noſter.

1 VÆ qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis?
A & qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernêris? cùm
conſummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus deſieris contemnere, contem-
2 nêris. Domine miſerere noſtri: te enim expe-
ctauimus: eſto brachium noſtrum in mane, &
3 ſalus noſtra in tempore tribulationis. A voce
angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua
4 diſperſæ ſunt gentes. Et congregabuntur ſpo-
lia veſtra ſicut colligitur bruchus, velut cum
5 foſſæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus eſt
Dominus, quoniam habitauit in excelſo: im-
6 pleuit Sion iudicio & iuſtitia. Et erit fides in
temporibus tuis: diuitiæ ſalutis ſapientia & ſciē-
7 tia: timor Domini ipſe eſt theſaurus eius. Ec-
B ce videntes clamabunt foris, angeli pacis amare
8 flebunt. Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens
per ſemitam, irritum factum eſt pactum, proie-
9 cit ciuitates, non reputauit homines. Luxit, &
elanguit terra: confuſus eſt Libanus; & obſor-
duit, & factus eſt Saron ſicut deſertum: & con-
10 cuſſa eſt Baſan, & Carmelus. Nunc conſur-
gam, dicit Dominus: nunc exaltabor, nunc
11 ſubleuabor. Concipietis ardorem, parietis
ſtipulam: ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos.
12 Et erunt populi quaſi de incendio cinis, ſpinæ
13 congregatæ igni comburentur. Audite qui
longè eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini
14 fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion
peccatores, poſſedit tremor hypocritas. quis po-
terit habitare de vobis cum igne deuorante?
quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempi-
15 ternis? "Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur "Pſal. 14.
C veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, a. 2
& excutit manus ſuas ab omni munere, qui ob-
turat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit
16 oculos ſuos ne videat malum. Iſte in excelſis
habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius:
17 panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt. Re-
gem in decore ſuo videbunt oculi eius, cernent
18 terram de longè. Cor tuum meditabitur ti-
morem: "vbi eſt litteratus? vbi legis verba pon- "1 Cor. 1. c. 10
19 derans? vbi doctor paruulorum? Populum im-
pudentem non videbis, populum alti ſermonis:
ita vt non poſſis intelligere diſertitudinem lin-
20 guæ eius, in quo nulla eſt ſapientia. Reſpice
D Sion ciuitatem ſollemnitatis noſtræ: oculi tui
videbunt Ieruſalem, habitationem opulentam,
tabernaculum quod nequaquam transferri po-
terit: nec auferentur claui eius in ſempiternum,
21 & omnes funiculi eius non rumpentur: quia
ſolummodò ibi magnificus eſt Dominus no-
ſter: locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes:
non tranſibit per eum nauis remigum, neque
22 trieris magna tranſgredietur eum. Dominus
enim iudex noſter, Dominus legifer noſter,
23 Dominus rex noſter: ipſe ſaluabit nos. Laxati
ſunt funiculi tui, & non præualebunt: ſic erit
malus tuus vt dilatare ſignum non queas. Tunc
diuidentur ſpolia prædarum multarum: claudi
24 diripient rapinam. Nec dicet vicinus: Elangui:
populus qui habitat in ea, auferetur ab eo ini-
quitas.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ QVI PRÆDARIS. Contra Aſſyrios videntur hęc dici, aut contra diabolum. ET QVI SPERNIS, aut *prænaricaris.* id בגד *bagbad* propriè ſignificat. *Prænaricaris,* iniquè agis diripiendo Iudæam. NONNE ET IPSE SPERNERIS? Hebr. *& non ſunt prænaricati in te.* nullo ipſorum merito diripuiſti. CVM FATIGATVS DE-

DESIERIS CONTEMNERE. Hebr. *cùm deſieris præuaricari, præuaricabuntur in te.* Parta referes, diripieris Angelo vindice.

ESTO BRACHIVM NOSTRVM. i. robur. Hebr. *brachium eorum.* Sed tertia perſona ponitur pro prima 2
IN MANE. Hebr. *in auroris*. i. omnibus diebus, citò. Eſto Domine robur noſtrum.

A VOCE ANGELI. Hebr. *à voce ſtrepitus*, quem ſ. fe- 3
cit Angelus. FVGERVNT POPVLI. ſ. Aſſyrij. AB EXALTATIONE TVA. i. ob excelſam tuam potentiam.

SICVT COLLIGITVR BRVCHVS. Sept. *locuſta*. ne ſci- 4
licet vineis noceat. VELVT CVM FOSSÆ PLENÆ FVERINT DE EO. Hebraica ſic alij vertunt: *Sicut inceſſus locuſtarum incedens in eo.* In quo? גב *gheb* ſanè *locuſtam* & *foueam* ſignificat. Hieronymus hanc poſteriorem ſignificationem eſt ſecutus. Quo modo ſic Hebraica vertas: *Sicut congregatio foſſarum congregans in eo.* pro, ex eo. ſ. brucho. Duram loquendi formam emolliuit Hieronymus, retenta ſententia. Sanè cùm locuſtæ colliguntur, in foueis eas ſepeliunt. Colligentur ergo ſpolia Aſſyriorum, ſicut locuſtæ aut bruchus colliguntur, ea copia & facilitate.

IMPLEVIT SION IVDICIO Deus, vindicatis hoſtibus. 5

ET ERIT FIDES, aut *veritas*, aut *ſtabilitas*. i. firma fe- 6
licitas temporibus tuis erit, ô Sion. Aut apparebit veritas promiſſorum Dei. DIVITIÆ SALVTIS. Hebr. *robur ſalutum, ſapientia, & ſcientia.* Salus ex vera ſapientia & Dei cognitione. THESAVRVS EIVS. ſcilicet Dei, aut hominis, (relatiuum ſine antecedente) eſt timor Domini.

ECCE VIDENTES. id eſt, Prophetæ aut nuntij. Hebr. 7
nuntij eorum. ſ. Iudæorum miſſi de pace ad Aſſyrios. CLAMABVNT FORIS, non facta ſ. poteſtate Regem Aſſyrium conueniendi. ANGELI PACIS. i. nuntij pacis, pro, de pace miſſi. AMARE FLEBVNT, re infecta redeuntes.

DISSIPATÆ SVNT VIÆ. Hebr. *deſolatæ ſunt viæ.* 8
ſ. obſidionis tempore, nullus in vijs apparebit. CESSAVIT TRANSIENS. Repetitio & explicatio. IRRITVM FACTVM EST PACTVM. Hebr. *diſſipauit pactum.* ſ. Deus, quo promiſerat Iſraeli opem. PROIECIT CIVITATES, quaſi ad eum non pertinerent. Omnia hæc præterita pro futuris ſumantur. *Diſſipata ſunt*, pro, diſſipabuntur, & ſic de alijs.

LVXIT. Sic Sept. & Chald. Quidam: *corrupta eſt, &* 9
elanguit terra. CONFVSVS EST LIBANVS. Hebr. *erubuit*. ET OBSORDVIT. Hebr. *exciſus eſt*. ſpoliatus ſuis arboribus. CONCVSSA EST. ſiue *excuſſus eſt* Baſan. i. fructus decuſſi ſunt. BASAN erat regio fertilis. Summa, terræ facies. Obſidionis tempore ipſi etiam montes ſunt vaſtati.

CONCIPIETIS ARDOREM. Hebr. *quiſquilias*. PA- 11
RIETIS STIPVLAM. i. conſilijs veſtris, ô Iudæi, conſentanei exitus erunt, vani ſ. & nullius momenti. SPIRITVS VESTER. i. conſilia malè ſuccedent, vt ignis vorabit vos.

QVASI DE INCENDIO CINIS. Hebr. *incendia calcis.* 12
i. ſimiles lapidibus, quibus combuſtis fit calx, eritis. SPINÆ CONGREGATÆ. Hebr. *ſpinæ*. i. vt ſpinæ exciſæ, igne comburentur. Itaque populus propter obſidionis mala calci, ſeu cineri, & ſpinis combuſtis ſimilis erit.

HYPOCRITAS. ſeu impios inuaſit terror. QVIS 14
POTERIT HABITARE DE VOBIS. Hebr. *quis habitabit nobis* pro, ex nobis. CVM IGNE DEVORANTE? Sic vocat Aſſyrios. quis eorum impetum ferat? Aut ſic: *quis ſtabit pro nobis contra Aſſyrios ignis inſtar conſumentes omnia?* QVIS HABITABIT EX VOBIS. Hebr. *ex nobis.* CVM ARDORIBVS. Sic etiam Aſſyrios vocat, qui inſtar ignium inferni eſſent. Qui euadent?

ET LOQVITVR VERITATEM. Hebr. *rectitudines.* 15
QVI PROIICIT AVARITIAM EX CALVMNIA. Regia, *& calumniam*. Hebr. *reprobat auaritiam oppreſſionum.* i. opes ex rapinis. NE AVDIAT SANGVINEM. id eſt, cædibus non ſe admiſcet. conſulentibus vt ſit particeps, aures non præbet. NE VIDEAT MALVM, aſpectum etiam iniquitatis auerſatur. Denique qui eſt innocens,

16 ISTE IN EXCELSIS HABITABIT. Superior omni iniuria, ad eum procella non pertinget. MVNIMENTA SAXORVM. i. arces, quæ rupibus imponebantur. SVBLIMITAS EIVS. Sic plerique vertunt. q. d. eæ arces faciunt, vt in ſublimi ac tuto loco ſit. Ego dicerem, *perfugium eius:* nam מִשְׂגָּב *miſgbab*, *ſublimitatem* ſignificat & *perfugium*. PANIS EI DATVS EST, AQVÆ EIVS FIDELES. i. ſtabiles, in obſidione neque cibus illi deerit, neque potus.

17 REGEM IN DECORE SVO VIDEBVNT OCVLI EIVS. Ezechiam ſeu Chriſtum. In obſidione Rex erat ſqualidus, ea ſoluta reſumet regium apparatum. CERNENT TERRAM DE LONGE, ſeu *longinquam*, liberè peregrinari poteris, quò feret animus.

18 COR TVVM MEDITABITVR TIMOREM. id eſt, quod priùs meditabatur terrores, & dicebat, VBI EST LITTERATVS? Hebr. *vbi ſcriba*. ſ. tributorum rationem penes ſe habens. VBI LEGIS VERBA PONDERANS? Hebr. *vbi ponderans*. ſ. tributorum exactor. VBI DOCTOR PARVVLORVM? Hebr. *vbi ſcriba turrium* i. præfectus theſauris, qui erant in turribus. Hieronymus proculdubiò aliter hunc locum legit, quando pro *turribus paruulos* poſuit. Quorſum hæc tamen? vt in periculo neceſſaria illis pararent, pecunia in ſtipendium expediretur. Meditabitur id ante pulſos Aſſyrios. Sed pòſt.

19 POPVLVM IMPVDENTEM NON VIDEBIS. Sic Regia. Hebr. *robuſtum*. i. *barbarum*, vt Pagn. vertit. Barbari pollent viribus. POPVLVM ALTI SERMONIS. Hebr. *labij profundi*. i. loquentem lingua Barbara. i. Syriacè: 4. Reg. 18. v. 26. ita vt non poſſit intelligere. Hebr. *alti ſermonis ab audiendo*. i. ita vt non intelligas. DISERTITVDINEM. Hebr. *balbutientem linguam.* IN QVO NVLLA EST SAPIENTIA. Hebr. *non intelligentia*, id eſt, parum mente valens. Ergo ſignificat, ſoluta obſidione non fore ampliùs qui lingua Barbara loquatur.

20 RESPICE SION. O Sion, oculos conijce in Ieruſalem, vt videas eius felicitatem. CIVITATEM SOLEMNITATIS NOSTRÆ. Vbi feſta ſtatuta Lege celebrantur. OPVLENTAM, ſeu *tranquillam* ſublatis belli rumoribus. Vox Hebr. *ſaanam*, & *opulentam* & *tranquillam* ſignificat. TABERNACVLVM, quod non transferetur, videbis. Periphraſis eſt, ad ſignificandum vrbis & tabernaculi perpetuitatem. NEC AVFERENTVR CLAVI EIVS. Clauis & funiculis tabernaculum ſtabat. Sic templum vocat, cuius ſtabilitatem promittit. Non auferentur claui.

21 MAGNIFICVS EST DOMINVS. Solus ipſe dominabitur. LOCVS FLVVIORVM. i. Deus, erit inſtar loci, vbi ſunt flumina, qui expugnari non poteſt. RIVI LATISSIMI ET PATENTES. ſ. riuorum latorum manibus. i. locis. NON TRANSIBIT i. neque nauis parua actuaria, neque nauis maior tranſibit per eum locum, traijciet ea flumina. Denique nauigabilia non ſunt, quod locum munitiorem reddit.

23 LAXATI SVNT FVNICVLI TVI. ſ. ô Aſſur. Aſſyriorum cladem naufragio comparat. ET NON PRÆVALEBVNT. Hebr. *non erunt fortes*, vt ſ. tempeſtati reſiſtant. SIC ERIT MALVS TVVS, VT DILATARE (explicare) SIGNVM (i. velum) NON QVEAS. TVNC DIVIDENTVR SPOLIA, cùm nauis pregredi non poterit, & fracta fuerit. PRÆDARVM MVLTARVM. Hebr. *tunc diuident prædam.* Id ſignificat עַד *bad*, ſpolia multa. quæ tanta erunt, vt non ſolùm agiles, ſed claudi rapere ea poſſint. CLAVDI DIRIPIENT.

24 NEC DICET VICINVS. Hebr. *habitator*. ſ. Ieruſalem, ELANGVI. i. non poſſum prodire ad prædam. Omnes erunt fortes, quia ciuibus omnibus dimiſſa eſt iniquitas.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 QVI PRÆDARIS. Alloquitur Sennacherib, vel tyrannos.

TE ENIM &c. Lxx. *in te enim confidimus*. BRACHIVM. 2
.i.robur. MANE i.citò, vel quotidie. Chald. *omni die*.

VOCE.i.vi, ſeu ſtrepitu. ANGELI. ſ. qui exercitum 3
Sennacherib deleuit. EXALTATIONE. i. ſublimi potentia.

CONGREGABVNTVR.ſ.à Iudæis. VESTRA.ſ.ô Aſſyrij. BRVCHVS.Lxx *locuſta*. 4

QVONIAM, &c. Lxx. *qui habitat in cælis*. IVDICIO 5
ET IVSTITIA. Chald. *operantibus iudicium & iuſtitiam*.

ERIT FIDES. apparebit veritas. ſ. promiſſorum Dei. 6
Chald. *faciet Deus quod promiſit*. TVIS. ſ. ô Chriſte.
DIVITIÆ, &c. Lxx. *in theſauris ſalus noſtra, illic ſapientia, & ſcientia, & pietas in Dominum, hi ſunt theſauri iuſtitiæ*.

VIDENTES.ſ.Iudæi aliter ſuccedere quàm ſperabant. 7
FORIS. i. publicè. ANGELI PACIS. i. Legati miſſi ad pacem componendam cum Aſſyriis. FLEBVNT.ſ.non impetrata pace.

PACTVM. ſ. de pace, quam Iudæi optabant. PROIECIT.ſ.Deus, vel hoſtis. NON REPVTAVIT, i. nihili fecit. 8

TERRA. ſ. Iudææ. CONFVSVS. ſ. videns ſe cedris, 9
.i.ciuibus ſpoliatum, vel vaſis. LIBANVS.i.Ieruſalem, vel templum. Vide Ezech. 17 Zach. 11. SARON. Regio eſt Galilææ fertiliſſima.

EXALTABOR.i. glorificabor. ſ.oſtenſa mea potentia. 10

CONCIPIETIS. ſ. deliberatione. ARDOREM. ſ. iniquitatis. Chald. *cogitationes impietatis*. PARIETIS. ſ. executione. STIPVLAM. Chald. *opera mala*. ſ. fomenta ignis æterni. SPIRITVS VESTER i.veſtra conſilia. Lxx. *vana erit fortitudo ſpiritus veſtri*. VORABIT.i.perdet. 11

SPINÆ.pro, vt ſpinæ. 12

IN SION.i.Eccleſiæ lumine. HYPOCRITAS.Chald. 14
impios. Lxx *iniquos*.

VERITATEM.Chald. *recta*. AVARITIAM. Chald. 15
mammonam iniquitatis. EX CALVMNIA. Complut. *& calumniam*. Chald. *& rapinam*. Lxx. *& iniuſtitiam*. SANGVINEM. Chald. *effundentes ſanguinem innocentem*. Lxx. *iudicium ſanguinis*. ſ. iniquum. MALVM. Lxx. *iniquitatem*. Chald. *operantes iniquitatem*.

MVNIMENTA, &c. q. d. & loco tutiſſimo. PANIS. 16
Chald. *cibus ſufficiens*. FIDELES. i. non deficientes.
Chald. *permanentes*.

REGEM. i. Deum in cælo, vel in terra Chriſtum. 17
TERRAM DE LONGE. ſ. cæleſtem hereditatem hinc longè diſtantem, vel è cælo terram. Chald. *deſcendentes in terram Gehennæ*.

TIMOREM. id eſt, res timorem incutientes. VBI 18
EST, &c. q. d. requies qui te doceat, in magna Doctorum penuria. vel, quis te ſapientiam præter Deum poterit docere, & ducere tutò, aut liberare? vel, vbi Philoſophorum dogmata falſa poſt lucem Euangelij? Vide 1. Cor. 1. vbi Paulus hæc ad mundanam ſapientiam refert.

VIDEBIS.ſ.tempore gratiæ. ALTI.i.profundi & ob- 19
ſcuri. IN QVO, &c. ſ. in Gentilium eloquentia parum eſt ſapientiæ.

SION. i. Eccleſiam. vel, ô Eccleſia. IERVSALEM. 20
ſ. cæleſtem. CLAVI. His ſolent alligari funes tentoriorum. Lxx *paxilli*.

IBI.ſ.in Eccleſia. NAVIS.ſ.hoſtium. 21

TVI.ſ. ô hoſtis. DILATARE SIGNVM. Chald. *velum extendere*. 23

NEC DICET, &c. q. d. omnes erunt fortes ſpiritu. 24

CAPVT XXXIV

Acerba Dei vltio ſuper omnes gentes: Idumæa quoque contritio & perpetua vaſtitas prædicitur.

ACcedite Gentes, & audite, & populi atten- 1
dite: audiat terra, & plenitudo eius; orbis, A
& omne germen eius. * Quia indignatio Do- 2
mini ſuper omnes Gentes, & furor ſuper vni-
uerſam militiam eorum: interfecit eos, & dedit
3 eos in occiſionem. * Interfecti eorum proij-
cientur, & de cadaueribus eorum aſcendet fœ-
4 tor: tabeſcent montes à ſanguine eorum. * Et
tabeſcet omnis militia cælorum, & complica-
buntur ſicut liber cæli: & omnis militia eo-
rum deflue̱t, ſicut defluit folium de vinea & de
5 ficu. * Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius
meus: ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper
populum interfectionis meæ, ad iudicium.
6 * Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſ-
B ſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum, & hirco-
rum, de ſanguine medullatorum arietum: vi-
ctima enim Domini in Boſra, & interfectio
7 magna in terra Edom. * Et deſcendent vnicor-
nes cum eis, & tauri cum potentibus: inebria-
bitur terra eorum ſanguine, & humus eorum
8 adipe pinguium: * quia dies vltionis Domini,
9 annus retributionum iudicij Sion. * Et conuer-
tentur torrentes eius in picem, & humus eius in
ſulphur: & erit terra eius in picem ardentem.
10 * Nocte & die non extinguetur, in ſempiternum
C aſcendet fumus eius: à generatione in genera-
tionem deſolabitur, in ſæcula ſæculorum non
11 erit tranſiens per eam. * Et poſſidebunt illam
onocrotalus & ericius: ibis & coruus habita-
bunt in ea: & extendetur ſuper eam menſura,
vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum in
12 deſolationem. * Nobiles eius non erunt ibi: re-
gem potiùs inuocabunt, & omnes principes
13 eius erunt in nihilum. * Et orientur in domibus
eius ſpinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus
eius: & erit cubile draconum, & paſcua ſtru-
14 thionum. * Et occurrent dæmonia onocentau-
D ris, & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cu-
15 bauit lamia, & inuenit ſibi requiem. * Ibi habuit
foueam ericius, & enutriuit catulos, & circum-
fodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati
16 ſunt milui, alter ad alterum. * Requirite dili-
genter in libro Domini, & legite: vnum ex eis
non defuit, alter alterum non quæſiuit: quia
quod ex ore meo procedit, ille mandauit, &
17 ſpiritus eius ipſe congregauit ea. * Et ipſe miſit eis
ſortem, & manus eius diuiſit eam illis in menſu-
ram: vſque in æternum poſſidebunt eam, in ge-
nerationem & generationem habitabunt in ea.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ACCEDITE GENTES. Aut de extremo iudicio loquitur, vt ſentit Hieronymus, aut de Idumææ excidio. ET OMNE GERMEN EIVS audiat. Arboribus & herbis denuntiat vaſtitatem.

2 SVPER OMNES GENTES, contra omnes gentes. Vindicatis Aſſyrijs alias Gentes punire vult, in primis Idumæam. INTERFECIT EOS. pro, interficiet. Hebr. *diris eos deuouit*. diras in caput eorum deteſtatur.

3 INTERFECTI EORVM PROIICIENTVR. Sepulturæ honore carebunt. TABESCENT MONTES. Hebr. *liqueſcent*. i. lubrici erunt. pedem vix tutò pones præ ſanie in eis.

4 ET TABESCET OMNIS MILITIA CÆLORVM *Militia cæli* ſunt ſtellæ, quæ tabeſcent. i. obſcurabuntur; verè, ſi de extremo iudicio agitur, aut eſt hyperbole, propter cladis magnitudinem, de qua agit. ET COMPLICABVNTVR SICVT LIBER. Apocal. cap. 6. verſ. 14. *receſſit cælum ſicut liber inuolutus*. Complicabitur ergo. i. abſcondetur tenebris, ne videri poſſit, ſicut liber inuolutus legi non poteſt. *liber*. i. volumen, quod in orbem olim complicabatur. ET OMNIS MILITIA EORVM

DE-

DEFLVET. *Et ſtellæ cadent de cælo:* Matth. 24. v. 29. Sed & hoc aut de iudicio extremo intelligatur, aut ὑπερβολικῶς.

5 INEBRIATVS EST IN CÆLO GLADIVS MEVS. Sic in cælo decreui. ET SVPER POPVLVM. contra. INTERFECTIONIS MEÆ. Hebr. *d.ris deuoti.* AD IVDICIVM. i. vt fiat iudicium, & in eo puniantur ſontes.

6 AGNORVM ET HIRCORVM ſanguine implebitur gladius Domini. *Agni* populum ſignificant, *hirci* proceres, *arietes* magiſtratus. DE SANGVINE MEDVLLATORVM ARIETVM. Hebr. *de adipe renum arietum.* VICTIMA ENIM DOMINI. i. cædes magna erit. Id victimam vocat, vt ſequentia verba declarant. IN BOSRA. Vrbs erat Idumææ primaria. IN TERRA EDOM. i. Idumæa.

7 ET DESCENDENT VNICORNES. Reges ſ. cum ceteris deſcendent in ſepulchrum, occidentur. ET TAVRI CVM POTENTIBVS. Hebr. *& iuuenci cum fortibus.* i. tauris Chald. *dominatores cum ducibus.* ET HVMVS EORVM ADIPE PINGVIVM inebriabitur. Hebr. *puluis eorum adipe impinguabitur.* Sanguis occiſorum ſolet ſtercoris vice agros pingues reddere.

8 ANNVS RETRIBVTIONVM. ſ. quo retribuet eis pro meritis. IVDICII SION. Hebr. *ad litem Sion.* i. vt pro Sion litiget, eam vindicet.

9 ET ERIT TERRA EIVS IN PICEM ARDENTEM. i. combuſta erit inſtar picis ardentis terra. Idumæa.

10 A GENERATIONE IN GENERATIONEM. i. perpetuò deſolata erit ea terra.

11 ONOCROTALVS ET ERICIVS: IBIS. Pagn. *Pelicanus, & ericius, & noctua.* Chald. *cati, & ericij, & vlulæ.* Variæ interpretationis occaſio, excidiſſe in lingua Hebr. veram multarum vocum ſignificationem. Neque multùm refert, quando Prophetæ mens intelligitur, in ijs locis ſolùm verſari aues & animalia ſilueſtria. ET EXTENDETVR SVPER EAM MENSVRA. Hebr. *& extendet* (Deus) *regulam inanitatis.* i. non ad ædificandum, ſed vt diruatur. Per *regulam* induſtriam & artificium intellige. ET PERPENDICVLVM IN DESOLATIONEM. Hebr. *& lapides vanitatis.* Sed benè per *lapides* intelligas *perpendiculum*, ſed quo ſenſu ſuperiora. ſ. induſtria ad diruendum.

12 NOBILES EIVS NON ERVNT IBI. i. non ferēt opem. REGEM POTIVS INVOCABVNT. Hebr. *Regnum* (pro, *Regem*) *vocabunt.* ſ. nobiles populo dicent, vt à Rege petant opem. ET OMNES PRINCIPES EIVS ERVNT IN NIHILVM. opitulari non poterunt.

13 IN DOMIBVS. Hebr. *in palatijs.* CVBILE DRACONVM. Hebr. *habitatio draconum.* ET PASCVA STRVTHIONVM. Hebr. *& atrium filiarum* (pullorum) *ſtruthionis, aut vlulæ.* i. nidus.

14 ET OCCVRRENT DÆMONIA. Hebr. voces ציים & איים *Ziim* & *Iiim* non vno modo vertuntur à Hieronymo. Hîc *Ziiim, dæmonia* vertit pro *Iiim* dixit *onocentauris*, vt & Sept. Chald. *occurrent feræ catis.* Iſaiæ 13. verſ. 21. *Ziim, dracones* vertit Hieronymus, *Iiim, vlulas.* Ierem. 50. verſ. 39. pro *ziim, dracones* poſuit, pro *Iiim, faunos ficarios.* Goth. legunt ibi *fatuos ficarios.* Sept. vertunt in Ierem. loco, *phantaſmata in inſulis.* Chald. *occurrent cercopithecis* (i. ſimiæ caudatæ) *felibus.* Ego credam vtraque voce *incubos* ſignificari. Hiſp. *Duendes.* Hebr. ציים dicit eſſe beſtiam, quæ in deſerto verſatur, ſic dictam à ציה. i. *ſiccitate*, at איים putat eſſe feles ſilueſtres. ET PILOSVS CLAMABIT ALTER AD ALTERVM. Hebr. *piloſus clamabit ad ſocium ſuum.* Pagn. pro *piloſo, dæmonem* vertit, ſecutus Chald. Clamat autem ad ſocium, quia non vnus, ſed plures ibi verſabuntur. Quidam pro *piloſo, ſatyrum* ponunt. IBI CVBAVIT, quieuit, LAMIA, ſtriges in deſertis locis verſantur, ibique conuentus ſuos celebrare vulgi opinio eſt, *Brujas.*

15 IBI HABVIT FOVEAM ERICIVS. Sic Sept. & Chald. Alij, *nidificanit vultur.* ET ENVTRIVIT CATVLOS. Hebr. *peperit oua.* ET CIRCVMFODIT. Hebr. *& ſcidit.* ſ. oua fotu, vt pullos excluderet. ET FODIT IN VMBRA EIVS. ſ. pullos. IBI CONGREGATI SVNT MILVI, aut *vultures.* ALTER AD ALTERVM congregantur, vt mares feminas ineant. Hebr. *quiſque ad ſocium ſuum*, ne ſ. deſit genus.

16 VNVM EX EIS NON DEFVIT. ſ. ex ijs quæ ſum locutus, nihil defuit. ALTER ALTERVM NON QVÆSIVIT. Hebr. *vnumquodque ſocio ſuo non defuit.* i. ſimul omnia conſonant, nullum verbum ab alio diſcrepat. CONGREGAVIT EA ſpiritus Dei. i. fecit vt inter ſe reſponderent, eſſentque conſentanea omnia. Aut verſus hic intelligatur de ijs animalibus, quæ in Idumæa habitare dixit, nullum ex ijs defuiſſe, vnumquodque iunctum compari, vt ſemen propagarent. Deum denique congregaſſe ea.

17 MISIT EIS SORTEM. Quaſi miſſis ſortibus aſſignauit Idumæam illis animalibus, & quaſi hereditatem. IN MENSVRAM. Hebr. *in regula.* Metaphora ducitur ab ijs, qui hereditatem ſorte & menſura partiuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PLENITVDO. i. quidquid in ea eſt. LXX. *habitantes in ea.* GERMEN. Chald. *habitatores.* LXX. *populus.*

2 MILITIAM. i. exercitum. ſ. multitudinem. LXX. *numerum.* INTERFECIT, &c. præterita pro futuris.

3 TABESCENT. LXX. *rigabuntur.*

4 TABESCET, &c. Hyperbole, qua ſignificatur magna calamitas, & fortè dies iudicij, quo vel cæli poſſent per Dei indignatione diſſolui. MILITIA. LXX. *ſtellæ.* SICVT LIBER. i. volumen membranæ, quo ſolent Iudæi vti, complicaturque in orbem. DEFLVET. LXX. *cadet.* Vide Matth. 24.

5 INEBRIATVS. ſ. ſanguine, vel furore. GLADIVS. id eſt, vltio. INTERFECTIONIS MEÆ. i. à me interficiendum. LXX *perditionis.* Chald. *quem condemnaui.* AD IVDICIVM Chald. *in iudicio.* LXX. *cum iudicio.*

6 REPLETVS i. explicatio ſuperiorum. AGNORVM. i. plebis. HIRCORVM. i. principum. ARIETVM. i. potentum, & diuitum. VICTIMA. i. cædes. BOSRA. vrbs eſt primaria in Idumæa. videtur autem hîc ſignificari mundus, vel ſecundùm quoſdam Iudæa; de qua infrà.

7 DESCENDENT. ſ. in ſepulchrum vel infernum. VNICORNES. LXX. & Chald. *robuſti.* TAVRI CVM POTENTIBVS. Chald. *principes cum ducibus.* LXX. *tauri & arietes.*

8 IVDICII. Chald. *vltionis.* SION. i. iniuriarum factarum Eccleſiæ, vel Sion iudicium, intellige vaſtationem Ieruſalem factam à Romanis.

9 CONVERTENTVR, &c. q. d. reddetur Idumæa, vel Ieroſolyma ſterilis, vel potiùs mundanorum ſtudia euadent in ſupplicium æternum tandem.

10 NON EXTINGVETVR. ſ. ignis. IN SÆCVLA SÆCVLORVM. LXX. *in multum tempus.*

11 ONOCROTALVS. Chald. *catus.* LXX. *auis.* MENSVRA. Chald. *linea.* LXX *funiculus.*

12 INVOCABVNT. i. optabunt.

14 DÆMONIA. Chald. *feræ.* PILOSVS, &c Chald. *dæmones inter ſe colludent.* LAMIA. Chald. *noctua.*

15 * MILVI. LXX. *cerui.*

16 LIBRO DOMINI. i. quem ſcripſi à Deo reuelatum. EX EIS. ſ. quæ dixi. QVÆSIVIT. i. quaſi deeſſet. CONGREGAVIT. Chald. *congregabit.*

17 EIS. ſ. animalibus. MENSVRAM. Chald. *funiculo.* repetitio. EA. ſ. regione. Not. ſignificari per hæc, vel Idumææ, vel mundi deſolationem, vel Ieruſalem, vt ſuprà indicaui.

CAPVT XXXV.

De futura conſolatione, lætitia, ſecuritate, & felicitate perpetua eorum qui in Chriſtum ſunt credituri.

1 LÆtabitur deſerta & inuia, & exultabit ſoli-
2 tudo, & florebit quaſi lilium. * Germinans
A germinabit, & exultabit lætabunda & laudans:
gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli, &
B Saron, ipſi videbunt gloriam Domini, & deco-

rem

rem Dei noſtri. * Confortate manus diſſolu- 3
tas, & genua debilia roborate. * Dicite puſilla- 4
nimis: Confortamini, & nolite timere: ecce
Deus veſter vltionem adducet retributionis:
Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. * Tunc ape- 5
rientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum pa-
tebunt. * Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & 6
aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſæ ſunt in C
deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine. * Et quæ 7
erat arida, erit in ſtagnum, & ſitiens in fontes
aquarum. In cubilibus, in quibus priùs draco-
nes habitabant, orietur viror calami & iunci.
* Et erit ibi ſemita & via, & via ſancta vocabi- 8
tur: non tranſibit per eam pollutus, & hæc erit
vobis directa via, ita vt ſtulti non errent per
eam. * Non erit ibi leo, & mala beſtia non ad- 9
ſcendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambu- D
labunt qui liberati fuerint. * Et redempti à 10
Domino conuertentur, & venient in Sion
cum laude: & lætitia ſempiterna ſuper caput
eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fu-
giet dolor & gemitus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 LÆTABITVR DESERTA ET INVIA. Poſt Idumææ vaſtationem ſequitur Iudææ felicitas & tranquillitas: aut de Eccleſia agit & vocatione Gentium. Hebr. *lætabuntur deſertum & arida.* ſ. terra. QVASI LILIVM. Sic Chald. & Sept. Alij, *quaſi roſa*: nam vox חבצלת *habazeleth* id ſignificat. Cant. 2. verſ. 1. *Ego flos campi, & lilium conuallium*, pro *flore* ea vox eſt. id eſt, *roſa*.

2 GERMINANS GERMINABIT, aut *florens florebit*. multos flores edet ſolitudo. LÆTABVNDA ET LAVDANS. Hebr. *exultabit exultatione, & laudare.* pro, & laude. GLORIA LIBANI. Gloria Libani flores & arbores ſunt. DECOR CARMELI, ET SARON. Idem dixerim de Carmelo & Saron, famoſis eius regionis montibus. IPSI VIDEBVNT. ſ. populus fidelium gloriam Domini, videbunt victos hoſtes.

3 CONFORTATE MANVS. ſ. ob afflictiones priores debilitatos hac ſpe erigite, & confortate. Hic locus citatur ad Hebr. 12. v. 12.

4 DICITE PVSILLANIMIS. Chald. *feſtinis corde.* Pagn. *ſtultis.* nam ſtulti feſtinant. Hebr. *turbatis corde.* VLTIONEM ADDVCET. Hebr. *vltione*, (pro, cum vltione) *veniet.* RETRIBVTIONIS. ſ. diem. Hebr. *retributionem dei.* ſ. videbitis. ſic Hebr. & Pagn. IPSE VENIET, non mittet alios, vt anteà.

5 TVNC APERIENTVR OCVLI. Hoc à Chriſto factum eſt. Iudæi ad captiuitatem referunt, vbi erant cæcis, mutis, & claudis ſimiles; quibus malis liberati ſunt, cùm in patriam redierunt.

6 ET APERTA ERIT LINGVA MVTORVM. Hebr. *& laudabit lingua muti.* i. ſoluetur in loquelam. QVIA SCISSÆ SVNT IN DESERTO AQVÆ. id eſt, proruperunt. i. terra omnis plena erit Dei beneficijs & prodigijs.

7 ORIETVR VIROR, vbi dracones antè erant. Hebr. *herba*, ſine *orietur*, ſed benè ſuppletur. CALAMI ET IVNCI. Hæc non naſcuntur niſi in locis humidis. Significat ergo, in locis aridis, vbi dracones tantùm habitabant, fore aquarum copiam.

8 ERIT IBI SEMITA ET VIA. In locis inuijs & deſertis erit via. VIA SANCTA. quia per eam in templum ibatur, vbi nemo pollutus admittebatur. ET HÆC ERIT VOBIS DIRECTA VIA. Hebr. *& hæc erit illis ambulanti.* pro, ambulantibus via. i. erit via regia, per quam curſores incedent. STVLTI NON ERRENT. Tam plana, lata, & ſtrata erit, vt nemo poſſit errare, etiam imperiti rectà ibunt.

9 ET MALA BESTIA. iniqui & polluti non ibunt per eam viam. Hebr. *lædens* (inter) *beſtias.* i. feri, *non ibit per eam.* QVI LIBERATI FVERINT. Hebr. *redempti.* ſ. per Chriſtum. aut de captiuitate redeuntes ibunt per eam.

10 ET VENIENT IN SION CVM LAVDE. aut *cum iubilo.* OBTINEBVNT, ſeu *apprehendent* gaudium. erunt læti. DOLOR ET GEMITVS Sic Chald Sept *dolor, & triſtitia, & gemitus fugient*, ſ. inde. *Iagbon, dolorem & mærorem* ſignificat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DESERTA. ſ. gentilitas.

2 GERMINABIT. ſ. opera bona. GLORIA. i. pulchritudo. LIBANI. metaphoricè ſpiritualia ſignificantur. DECOR. id eſt, fertilitas. LXX. *honor.* GLORIAM, &c. explicatio præcedentium. DOMINI. ſ. Chriſti.

3 CONFORTATE. ſ. ô Prophetæ, vel Apoſtoli. GENVA. i. crura. Not. quòd Hebr. 12. citatur hic locus ſecundùm LXX. pænè iiſdem verbis.

4 ADDVCET. ſ. impiis. RETRIBVTIONIS ſ. retribuens eis quod merentur. DEVS IPSE. Hîc aperta Chriſti Diuinitas. IPSE. ſ. per ſe.

6 DESERTO. i. mundo, qui anteà velut deſertum. AQVÆ. ſ. gratiæ.

7 ARIDA. ſ. gentilitas. DRACONES. i. dæmones, & vitia. VIROR, &c. q. d. virtutes.

8 SEMITA. ſ. arcta via in cælum ducens. POLLVTVS. ſ. peccatis. STVLTI i. imperiti alioqui.

9 LEO, &c. per hæc vitioſi homines ſignificantur.

10 SION. id eſt, Eccleſiam. SEMPITERNA. Id in cælo.

CAPVT XXXVI.

Sennacherib captis ciuitatibus Iudæ munitis, mittit Rabſacen ad capiendam Ieruſalem, qui varijs in Ezechiam iactatis conuitijs & blaſphemijs in Deum, Ieroſolymitas ad deditionem exhortatur.

1 ET factum eſt in quartodecimo anno regis 4. Reg. 18. c. 13
A Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſy- 2. Par. 32. a. 1
riorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas, &
2 cepit eas. * Et miſit rex Aſſyriorum Rabſacen
de Lachis in Ieruſalem, ad regem Ezechiam
in manu graui, & ſtetit in aquæductu piſci-
3 næ ſuperioris in via Agri fullonis. * Et egreſ-
ſus eſt ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat
ſuper domum, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius
4 Aſaph à commentarijs. * Et dixit ad eos Rab-
ſaces: Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus,
rex Aſſyriorum: Quæ eſt iſta fiducia, qua con-
5 fidis? * aut quo conſilio vel fortitudine rebella-
re diſponis? ſuper quem habes fiduciam, quia
6 receſſiſti à me? * Ecce confidis ſuper baculum
B arundineum confractum iſtum, ſuper Ægy-
ptum: cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in
7 manum eius, & perforabit eam: ſic Pharao rex
Ægypti omnibus, qui confidunt in eo. * Quòd
ſi reſponderis mihi: In Domino Deo noſtro
confidimus: nónne ipſe eſt, cuius abſtulit Eze-
chias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Ieru-
8 ſalem: Coram altari iſto adorabitis? * Et nunc
trade te domino meo regi Aſſyriorum, & dabo
tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præ-
9 bere aſcenſores eorum. * Et quomodo ſuſtine-
bis faciem iudicis vnius loci ex ſeruis domini
mei minoribus? Quòd ſi confidis in Ægypto,
10 in quadrigis, & in equitibus: * & nunc num-
quid ſine Domino aſcendi ad terram iſtam, vt
C diſperderem eam? Dominus dixit ad me: Ad-
11 ſcende ſuper terram iſtam, & diſperde eam. * Et
dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabſa-

cen: Loquere ad ſeruos tuos Syra lingua: intel-
ligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in
auribus populi, qui eſt ſuper murum. * Et dixit 12
ad eos Rabſaces: Numquid ad dominum tuum
& ad te miſit me dominus meus, vt loquerer
omnia verba iſta; & non potiùs ad viros, qui ſe-
dent in muro, vt comedant ſtercora ſua, & bi-
bant vrinam pedum ſuorum vobiſcum? * Et ſte- 13
tit Rabſaces, & clamauit voce magna Iudaicè,
& dixit: Audite verba regis magni, regis Aſſy-
riorum. * Hæc dicit rex: Non ſeducat vos Eze- 14
chias, quia non poterit eruere vos. * Et non vo- 15
bis tribuat fiduciam Ezechias ſuper Domino,
dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non da-
bitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorum.
* Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex 16
Aſſyriorum: Facite mecum benedictionem, & D
egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque
vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam: &
bibite vnuſquiſque aquam ciſternæ ſuæ, * do- 17
nec veniam, & tollam vos ad terram, quæ eſt vt
terra veſtra, terram frumenti & vini, terram
panum & vinearum. * Nec conturbet vos Eze- 18
chias, dicens: Dominus liberabit nos. Num-
quid liberauerunt dij gentium vnuſquiſque ter-
ram ſuam de manu regis Aſſyriorum? * Vbi eſt 19
deus Emath, & Arphad? vbi eſt deus Sephar-
uaim? numquid liberauerunt Samariam de ma-
nu mea? * Quis eſt ex omnibus dijs terrarum 20
iſtarum, qui eruerit terram ſuam de manu
mea, vt eruat Dominus Ieruſalem de manu
mea? * Et ſiluerunt, & non reſponderunt ei ver- 21
bum. Mandauerat enim rex, dicens: Ne reſpon-
deatis ei. * Et ingreſſus eſt Eliacim filius Hel- 22
ciæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba, &
Ioahe filius Aſaph à commentarijs, ad Eze-
chiam ſciſſis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba
Rabſacis.

IO. MARIANÆ SCHOLIÆ.

1 ET FACTVM EST IN QVARTODECIMO. Proximis capitibus repetitur totidem ferè verbis, quod narratur 4. Reg. cap 18. 19. & 20. Quare præter ea quæ ibi ſunt dicta, pauca hoc loco adiungemus.

2 IN MANV GRAVI. Sic Hebr. i. cum manu valida Aſſyrius Sennacherib miſit Rabſacem. Quod Chald. dixit, *cum exercitu multo*, non ſolum miſit, aut cum paucis. ET STETIT IN AQVÆDVCTV. pro, *iuxta aquaductum*, vt noſter poſuit in libris Regum.

3 EGRESSVS EST AD EVM ELIACIM ..... QVI ERAT SVPER DOMVM. Sept. *magiſter aulæ*. Ego per *domum* templum intelligo; erat enim Eliacim Pontifex. ET SOBNA SCRIBA. i. Legiſperitus. A COMMENTARIIS. i. à ſecretis.

5 AVT QVO CONSILIO VEL FORTITVDINE REBELLARE DISPONIS? SVPER QVEM HABES FIDVCIAM, QVIA RECESSISTI A ME? In libris Regum ſic: *Forſitan iniſti conſilium, vt praepares te ad prælium, in quo confidis, vt audeas rebellare?* Hebr. *dixiſti tantùm verbo labiorum, conſilium & fortitudo ad bellum* (. ſ. mihi eſt) *nunc in quo confidis, quoniam rebellaſti in me?* Verba Rabſacis.

8 ET NVNC TRADE TE. Hebr. *& nunc pignore poſito contende*: duobus equorum millibus an aſcenſores dabis? NEC POTERIS EX TE PRÆBERE. Hebr. *ſi poteris dare tibi* (. i. ex te) *aſcenſores eorum*. Si, pro, *non*. Quòd ſi hoc facere non poteris,

9 ET QVOMODO SVSTINEBIS? Hebr. *quomodo conuertes*. ſ. in fugam. FACIEM IVDICIS VNIVS LOCI. In libris Regum: *Quomodo poteritis reſiſtere ante vnum ſatrapam de ſeruis domini mei?* פחת *pehath* propriè ducem ſignificat. noſter hìc *iudicem* poſuit, in lib. Reg. *ſatrapam*.

10 NVMQVID SINE DOMINO ASCENDI: nomen Dei ineffabile eſt hìc.

11 LOQVERE AD SERVOS TVOS SYRA LINGVA: INTELLIGIMVS ENIM. Hebr. *audimus*. ſed *audire*, pro *intelligere*.

12 BIBANT VRINAM PEDVM. Hebr. *aquam pedum*, quòd ad pedes cadat. eam bibant in obſidione.

16 FACITE MECVM BENEDICTIONEM. i. fœdus & pacem. ET BIBITE VNVSQVISQVE AQVAM CISTERNÆ SVÆ. Quidam vertunt, *putei ſui*. quòd ſ. in agro & in hortis puteos habebant, de quorum aqua obſeſſi bibere non poterant. Facto fœdere bibetis. ſed vox *bor*, quę hìc eſt, *ciſternam* potiùs ſignificat, non *puteum*.

17 TERRAM PANVM. Hebr. *panis*. i. frumentariam. eò ducam vos.

18 NEC CONTVRBET VOS EZECHIAS. Chald. & Sept. *ſeducat*. alij, *perſuadeat*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 LACHIS. Vrbis eſt nomen, quam obſederat. MANV GRAVI. Chald. *exercitu multo*. AGRI FVLLONIS. Chald. *vbi fullones extendunt pannos*.

3 SVPER DOMVM. LXX. *œconomus*. de hoc vide ſuprà cap. 22. Quidam domum Dei intelligunt; erat enim ſummus Pontifex. SCRIBA. i. doctor, ſeu Legiſperitus. A COMMENTARIIS. i. hiſtoriographus. Chald. *qui erat ſuper memorialia*. i. hiſtorias. Quidam Cancellarium interpretantur.

5 RECESSISTI. ſ. negando tributa.

6 SVPER ÆGYPTVM. pro, nempe ſuper Ægyptum.

7 CVIVS ABSTVLIT, &c. Malè interpretatur quod ille piè fecerat. euerterat ille idolorum altaria, & ea quę extra templum, vt in hoc ſolùm ſacrificaretur iuxta Dei præceptum. Vide 4. Reg. 18.

8 ET DABO. pro, ſi enim dedero tibi.

10 DOMINO. i. Dei voluntate. Not. quòd infideles Deum Iudæorum vocabant *Iehoua*. i. *Dominum*. ſ. vtebantur eodem nomine quo Iudæi, ſicut & Iudæi illorum Deos vocabant nominibus, quibus & ipſi, vt *Baal* quod *Dominum* ſignificat.

12 VRINAM PEDVM. Hebr. *aquam pedum*. i. vrinam. ſic enim appellant modeſtè, quòd ad pedes fluat. LXX. *vrinam ſuam*.

16 BENEDICTIONEM. Chald. *pacem*.

17 PANVM. Chald. *agrorum*. Not. hìc differentiam hiſtoriæ & prophetiæ. cùm enim hæc ſit obſcuriſſima, illa tota aperta; quanta enim facilitas huius capitis?

CAPVT XXXVII.

Conſternatus Ezechias propter blaſphemias tum Rabſacis tum Sennacherib, mittit ad Iſaiam vt Dominum deprecetur, qui ipſum confortans diuinum promittit auxilium: & caeſo per Angelum exercitu Sennacherib, etiam ipſe à filijs ſuis interimitur.

1 ET factum eſt, cùm audiſſet rex Ezechias, 4. Reg. 19. a. 1
A ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt
2 ſacco, & intrauit in domum Domini. * Et
miſit Eliacim, qui erat ſuper domum, & Sob-
nam ſcribam, & ſeniores de ſacerdotibus,
opertos ſaccis, ad Iſaiam filium Amos prophe-
3 tam, * & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias:
Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphe-
miæ, dies hæc: quia venerunt filij vſque ad
4 partum, & virtus non eſt pariendi. * Si quo
modo audiat Dominus Deus tuus verba Rab-
ſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus
ſuus ad blaſphemandum Deum viuentem,
& exprobrandum ſermonibus, quod audiuit
B Dominus Deus tuus: leua ergo orationem
5 pro reliquijs, quæ repertæ ſunt. * Et vene-

runt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam. * & dixit ad 6
eos Iſaias: Hæc dicetis domino veſtro: Hæc di-
cit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ
audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri regis
Aſſyriorum me. * Ecce ego dabo ei ſpiritum, & 7
audiet nuntium, & reuertetur ad terram ſuam,
& corruere eum faciam gladio in terra ſua. * Re- 8
uerſus eſt autem Rabſaces, & inuenit regem
Aſſyriorum prælianteṁ aduerſus Lobnam.
Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis,
* & audiuit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicen- 9
tes: Egreſſus eſt vt pugnet contra te. Quod
cùm audiſſet, miſit nuntios ad Ezechiam, di-
cens: * Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, lo- 10
quentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo
tu confidis, dicens: Non dabitur Ieruſalem in
manu regis Aſſyriorum. * Ecce tu audiſti om- 11
nia, quæ fecerunt reges Aſſyriorum omnibus C
terris, quas ſubuerterunt, & tu poteris liberari?
* Numquid eruerunt eos dij Gentium, quos 12
ſubuerterunt patres mei, Gozam, & Haram, &
Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar?
* Vbi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis 13
Sepharuaim, Ana, & Aua? * & tulit Ezechias 14
libros de manu nuntiorum, & legit eos, &
aſcendit in domum Domini, & expandit eos
Ezechias coram Domino. * Et orauit Ezechias 15
ad Dominum, dicens: * Domine exercituum 16
Deus Iſraël, qui ſedes ſuper cherubim: tu es
Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti
cælum & terram. * Inclina Domine aurem 17
tuã, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, D
& audi omnia verba Sennacherib quæ miſit ad
blaſphemandum Deum viuentem. * Verè enim 18
Domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum
terras, & regiones earum. * Et dederunt deos ea- 19
rum igni: non enim erant dij, ſed opera ma-
nuum hominum, lignum & lapis: & commi-
nuerunt eos. * Et nunc Domine Deus noſter 20
ſalua nos de manu eius: & cognoſcant omnia
regna terræ, quia tu es Dominus ſolus. * Et miſit 21
Iſaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc di-
cit Dominus Deus Iſraël: Pro quibus rogaſti
me de Sennacherib rege Aſſyriorum: * hoc eſt 22
verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper
eum: Deſpexit te, & ſubſannauit te virgo fi-
lia Sion: poſt te caput mouit filia Ieruſalem.
* Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & 23
ſuper quem exaltaſti vocem, & leuaſti altitu-
dinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſraël.
* In manu ſeruorum tuorum exprobraſti Do- 24
mino: & dixiſti: In multitudine quadrigarum E
mearum ego aſcendi altitudinem montium,
iuga Libani: & ſuccidam excelſa cedrorum
eius, & electas abietes illius, & introibo altitu-
dinem ſummitatis eius, ſaltum Carmeli eius.
* Ego fodi, & bibi aquã, & exiccaui veſtigio pe- 25
dis mei omnes riuos aggerũ. * Numquid non au- 26
diſti, quę olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego
plaſmaui illud: & nunc adduxi: & factum eſt in
eradicationem collium cõpugnantium, & ciui-
tatum munitarum. * Habitatores earum breuia- 27
ta manu contremuerunt, & confuſi ſunt: facti
ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ, &
herba tectorum, quæ exaruit antequam matu-
reſceret. * Habitationem tuam & egreſſum 28
F tuum, & introitum tuum cognoui, & inſaniam
29 tuam contra me. * Cum fureres aduerſum me,
ſuperbia tua aſcendit in aures meas: ponam er-
go circulum in naribus tuis, & frænum in labijs
tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti.
30 * Tibi autem hoc erit ſignum: Comede hoc an-
no quæ ſponte naſcuntur, & in anno ſecundo
pomis veſcere: in anno autem tertio ſeminate,
& metite, & plantate vineas, & comedite fru-
31 ctum earum. * Et mittet id, quod ſaluatum fue-
rit de domo Iuda, & quod reliquum eſt, radi-
32 cem deorſum, & faciet fructum ſurſum: * quia
de Ieruſalem exibunt reliquiæ, & ſaluatio de
monte Sion: zelus Domini exercituum faciet
33 iſtud. * Propterea hæc dicit Dominus de rege
G Aſſyriorum: Non intrabit ciuitatem hanc, &
non iaciet ibi ſagittam, & non occupabit eam
clypeus, & non mittet in circuitu eius agge-
34 rem. * In via qua venit, per eam reuertetur,
& ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Do-
35 minus: * & protegam ciuitatem iſtam, vt ſal-
uem eam propter me, & propter Dauid
36 ſeruum meum. * a Egreſſus eſt autem Angelus a 4. Reg. 19
Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum cen- g. 35
tum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt Tob. 1. d. 21
manè, & ecce omnes, cadauera mortuorum. Eccli. 48. d. 14
37 * Et egreſſus eſt, & abijt, & reuerſus eſt Senna- 2. Mach. 7.
cherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue. f. 41 1. Mach. 8.
38 * Et factum eſt, cùm adoraret in templo Neſ- e. 19
roch deum ſuum, Adramelech & Saraſar filij
eius percuſſerunt eum gladio: fugeruntque in
Terram Ararat, & regnauit Aſarhaddon filius
eius pro eo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OBVOLVTVS, *opertus.* ſic in libris Regum noſter; ſed perinde eſt.

3 ET BLASPHEMIÆ, ſeu *conuitij* eſt dies hęc.

4 LEVA ERGO ORATIONEM. pro, in oratione leua vocem, aut manus.

6 BLASPHEMAVERVNT PVERI REGIS ASSYRIORVM. .i. ſerui, qui *pueri* vocantur, quoniam ea ætas ad miniſtrandum eſt apta. Ergo ne cures verba ſeruorum Regis Aſſur.

7 DABO EI SPIRITVM. Hebr. *dabo in eo ſpiritum* .i. voluntatem redeundi in patriam, aut eundi obuiàm Regi Æthiopiæ. ET AVDIET NVNTIVM, &c. *Nuntium* in neutro genere. Hebr. *& audiet auditionem, & reuertetur in terram ſuam.*

11 QVAS SVBVERTERVNT Reges Aſſur, aut *vaſtauerunt*, vt in libris Regum, aut *exciderunt*, aut *diris deuouerunt*. Id propriè ſignificat verbum חרם *haram.*

13 REX VRBIS SEPHARVAIM vbi eſt? ſic Hebr. *Rex ciuitatis Sepharuaim.* Addit *ciuitatis*, quoniam præcipua erat inter eas, quas commemorat. Erat autem Aſſyriæ ciuitas.

14 ET TVLIT EZECHIAS LIBROS DE MANV NVNTIORVM. ſic Hebraicè, ſed *libri* pro *literis*, vt ipſe Hieronymus poſuit in lib. Reg. ET LEGIT EOS. Hebr. *eum.* ET EXPANDIT EOS. Hebr. *eum*, i. vnamquamque illarum epiſtolarum, aut *eam*, in qua maiora erant conuitia, expandit coram Domino.

19 ET COMMINVERVNT EOS. Hebr *perdiderunt.* ſic noſter in lib. Reg. ſ. eos deos & idola perdiderunt Reges Aſſur.

21 DE SENNACHERIB rogaſti me. *ſuper Sennacherib* in lib Reg. noſter. Hebr. *ad Sennacherib.* ſed *ad* ſumitur pro *ſuper*, aut *contra*. *ſuper*, pro *ad*. Verba Iſaiæ ad Ezechiam.

VIRGO FILIA SION. i. Ieruſalem. Vrbs virgo vocatur, quia cuſtoditur vt virgo. ſic etiam cap. 23. v. 12.

23 Altitvdinem ocvlorvm tvorvm? Aut ſic, *Leuaſti* (in) *altitudinem oculos tuos.* Hebr. non eſt regimen. Ita in lib. Reg. Hieronymus, *eleuaſti in excelſum oculos tuos.*

24 Ego ascendi altitvdinem montivm. Hæc eſt regio Iſrael ceteris ſublimior. *Syria* *Aran* Hebr. dicitur ab altitudine. Ivga Libani. Hebr. *latera Libani.* Altitvdinem svmmitatis eivs. Hebr. *altitudinem finis eius.* Saltvm Carmeli eivs. Videtur ex hoc Carmelus fuiſſe Libano iunctus. Aut *ſaltum Carmeli.* .i. ſaltum fertilem. Sæpè *Carmelus* pro loco fertili ſumitur.

25 Et bibi aqvam. in lib. Reg. *aquas alienas.* Rivos aggervm. Hebr. *riuos munitionis.* i. qui præſidium impoſitum habebant, eos ſiccaui. i. aliò diuerti. In libris Regum Hieronymus dixit, *aquas clauſas.*

26 Qvæ olim fecerim ei? Hebr. *Numquid audiſti à longe? illam feci*, pro, quid illi feci? Verba ſunt Dei. De quibus in lib. Reg. plura. In eradicationem collivm compvgnantivm. In libr. Reg. *collium pugnantium*, in Vulgat. & Gotth. i. in quibus arces & munitiones erant. Ergo illum Regem adduxi, vt eas arces euerteret.

27 Habitatores earvm breviata manv. i. remiſſi, imbecilli. Sept. *remiſſi manus.* Chald. *habitatorum eius virtus abbreuiata. Eius.* i. earum ciuitatum, de quibus eſt locutus. Et gramen pascvæ. Hebr. *viridis herba.* Anteqvam matvresceret. Hebr. *ante ſegetem.* i. citò perierunt. Tales fuerunt earum vrbium habitatores.

29 Ponam ergo circvlvm in naribvs tvis. Sic ducuntur bubali circulo in naribus inſerto. Alij, *ponam hamum in naribus.* i. te inſtar piſcis capiam, ô Aſſur.

30 Tibi avtem hoc erit signvm. ſ. Ezechia, quod nomen Interpres in lib. Regum addidit. Comede hoc anno qvæ sponte nascvntvr. Sic Hebr. In lib. Regum Hieronymus dixit, *quæ repereris.* i. quæ habes repoſita. Et in anno secvndo pomis vescere. Hebr. *deciduis.* ſ. quæ ex arboribus cadunt. Alij, *ijs quæ ex radicibus pullulant.* Denique propter obſidionem duobus annis ſementis non erit: ex eo annonæ penuria. Tolerate ergo patienter.

31 Et mittet id. Hebr. *& addet*, pro, mittet radicem. hoc eſt, & numero & felicitate creſcent, qui è tribu Iuda reliqui fuerint.

32 De Iervsalem exibvnt reliqviæ. Alijs Iudææ vrbibus vaſtatis, ex ſola Ieruſalem inſtaurabitur ea natio. Zelvs, amor incenſus Dei erga eam vrbem faciet hoc.

33 Et non occvpabit eam clypevs. i. milites.

34 In via. Sic Hebr. pro, per viam, qua venit, reuertetur, Aſſur ſ.

36 Et svrrexervnt, Iudæi ſ. Et ecce omnes. Hebr. *omnes ipſi.* ſ. Aſſyrij, perierant.

37 Et egressvs est. Hebr. *& profectus eſt Sennacherib.*

38 Cvm adoraret in templo Nesroch. Fortaſſis Mars erat; nam ea vox *vexillum* ſignificat. Fvgervntqve in terram Ararat. Chald. & Sept. *Armenia.* Occiſo Sennacherib, eò fugerunt eius filij.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Prophetam. Sic etiam Lxx. & Complut. & non, vt quidam legunt, *Propheta.*

3 Correptionis. ſ. qua à Deo corripimur. Chald. *opprobrij.* Venervnt filii, &c. q. d. accidit nobis dolor, qualis grauidæ, quæ non poteſt fœtum emittere. Filii. i. fœtus. Partvm. i. pariendi tempus, vel locum. Hebr. *vuluam.*

6 A facie verborvm. i. propter verba. Pveri. .i. famuli.

7 Spiritvm. ſ. voluntatem reuertendi in patriam.

9 Avdivit. pro, audiſſet.

14 Libros. i. litteras. Chald. *epiſtolas.*

22 Despexit. ſ. Sennacherib te, ô virgo. vel, virgo te, ô Sennacherib, ſecundùm quoſdam; quod mihi non probatur, etſi Hebr. videantur fauere. Virgo filia. Chald. *Regnum cætus.* ſ. ſolet Regnum cuſtodiri vt virgo. Quidam putant ita dici ob religionis integritatem. At ſolet Scriptura ſic vocare etiam Regnum Iſrael idololatria contaminatum. Capvt movit. eſt id irridentium. Filia Iervsalem. Chald. *popule qui habitas Ieruſalem.*

24 In manv. i. per miniſterium. Libani. i. Ieruſalem. Cedrorvm. per arbores homines intelliguntur. Saltvm. i. templum. Carmeli eivs. q. d. fertili loco ſitũ.

25 Fodi. ſ. puteos. Vestigio pedis. i. militibus me ſequentibus. Aggervm. i. munitos, vel inter aggeres fluentes.

26 Ei. ſ. Ieruſalem. Plasmavi illvd. Lxx. *decreui.* ſ. permittere quod nunc facis. Chald. *præparaui illud.* Compvgnantivm. i. mihi rebellantium per peccata.

27 Breviata manv. i. viribus deſtituti.

30 Tibi. ſ. ô Ezechia. Pomis. Chald. *renatis ex illis.* Lxx. *reliquijs.*

31 Et mittet, &c. q. d. roborabuntur, & creſcent more arborum.

32 Salvatio. pro, ſaluati. vel ſalutem intelligit mundo allatam inde per Apoſtolos. Zelvs. i. vehemens amor in ſuos.

36 Egressvs. ſ. è cælo vel vrbe quam tuebatur.

38 Ararat. Chald. & Lxx. *Armeniæ.*

CAPVT XXXVIII.

Ezechias à morte ſibi per Iſaiam comminata liberatus, ſigno in horologio Achaz accepto, & promiſſa de manu Aſſyriorum liberatione, additisque ei ad vitam quindecim annis, canticum hoc gratiarum actionis Deo cecinit.

1 IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad 4. Reg. 20.
A mortem: & introiuit ad eum Iſaias filius A- a.1 2. Par. 32.
mos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: f.49
Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non
2 viues. * Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad
3 parietem, & orauit ad Dominum, * & dixit:
Obſecro Domine, memento quæſo quomodo
ambulauerim coram te in veritate, & in corde
perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fece-
4 rim. Et fleuit Ezechias fletu magno. * Et factum
5 eſt verbum Domini ad Iſaiam, dicens: * Vade,
& dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus Da-
uid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi
lacrymas tuas: ecce ego adijciam ſuper dies
6 tuos quindecim annos: * & de manu regis Aſſy-
riorum eruã te, & ciuitatem iſtam, & protegam
7 eam. * Hoc autem tibi erit ſignum à Domino,
B quia faciet Dominus verbum hoc, quod locu-
8 tus eſt: * Ecce ego reuerti faciam vmbram linea-
rum, per quas deſcenderat in horologio Achaz
in ſole, retrorſum decem lineis. Et reuerſus eſt
ſol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.
9 * Scriptura Ezechiæ regis Iuda, cùm ægrotaſſet,
& conualuiſſet de infirmitate ſua.
10 * Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.
11 Quæſiui reſiduum annorum meorum. * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.
Non aſpiciam hominem vltrà, & habitatorem quietis.
12 * Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à
C me, quaſi tabernaculum paſtorum.
Præciſa eſt velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de manè vſque ad veſperam finies me.

* Spe-

13 * Sperabam vſque ad manè, quaſi leo ſic con-
triuit omnia oſſa mea:
14 De manè vſque ad veſperam finies me: * ſicut
pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt
columba.
Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpicientes in ex-
celſum.
Domine vim patior, reſponde pro me.
15 * Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi,
cùm ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos in ama-
ritudine animæ meæ.
16 * Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpi-
17 ritus mei, corripies me, & viuificabis me. * Ecce
in pace amaritudo mea amariſſima:
Tu autem eruiſti animam meam vt non
periret, proieciſti poſt tergum tuum omnia
peccata mea.
18 * Quia non infernus confitebitur tibi, neque
mors laudabit te: non expectabunt qui deſcen-
dunt in lacum, veritatem tuam.
19 * Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut &
ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem
tuam.
20 * Domine ſaluum me fac, & pſalmos noſtros
cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in do-
mo Domini.
21 * Et iuſſit Iſaias vt tollerent maſſam de ficis,
& cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.
22 * Et dixit Ezechias: Quod erit ſignum quia
aſcendam in domum Domini?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DISPONE DOMVI TVÆ. Hebr. *præcipe domui tuæ*. i. teſtamentum conde. Hieronymus in lib. Regum ſic dixit, ſ. *præcipe*. ſic Chald. Sept. *diſpone*.

8 REVERTI FACIAM VMBRAM LINEARVM. Hebr. *vmbram graduum*. ſic horologium vocatur, quòd vmbra ſingulis horis ſingulos gradus deſcenderet. Chald. *vmbram lapidis horarum*. IN HOROLOGIO ACHAZ. Sic vocabatur, quòd is Rex feciſſet illud. DECEM LINEIS. Hebr. *decem gradibus*.

9 SCRIPTVRA EZECHIÆ. ſ. precatio de ſcripto concepta hæc eſt. Canticum in actionem gratiarum ob conceſſam ex eo morbo ſanitatem. Sept. *Oratio Ezechiæ*. Hoc Canticum non eſt in libris Regum.

10 EGO DIXI. cogitaui, credidi. IN DIMIDIO. i. in media ætate moriar. Sept. *in excelſo*. Chald. *in mœrore*. alij, *in exciſione*, cùm dies mei præſcinderentur morte. ſ. immatura. VADAM AD PORTAS INFERI. i. ſepulchri. Moriar haud dubium. QVÆSIVI RESIDVVM ANNORVM MEORVM. i. deſideraui, ablati ſunt anni qui ſupererant. Hebr. *priuatus ſum reſiduo annorum meorum*. Verbum פקד *pakad* polyſemon eſt.

11 ET HABITATOREM QVIETIS non aſpiciam. Hebr. *habitatorem temporis*, id eſt, ſæculi. homines viuos non aſpiciam, non verſabor cum eis, cum mortuis agam. *Habitatorem quietis* vocauit eum, cui proſperè & ad votum res fluunt. Non videbo homines felices, aut *ſanctos*, vt Hieronymus explicat, neque cum eis agam.

12 GENERATIO MEA. Sept. *defeci a cognatione mea*. Ita *generationem* ſumit pro *cognatis*. Vox דור *dor* multa ſignificat. Ego ſic verto: *Peregrinatio mea receſſit*. *Peregrinatio* pro *vita*, nec diſcrepat Vulgata. CONVOLVTA EST A ME, aut *migrauit à me*. PRÆCISA EST VELVT A TEXENTE. Sic Chald. Hebr. *præcidi velut textor*. *Præcidi*, pro, *præciſa eſt*, *velut* (à) *texente*, qui ſolet telam, antequam ſit abſoluta, præſcindere. DVM ADHVC ORDIRER. i. initio vitæ, ſub ipſa principia. Hebr. *præ macie* aut *præ morbo ſuccidit me*. ea macies fuit cauſa telam præſcindendi. DE MANE VSQVE AD VESPERAM. Hebr. *de die vſque ad noctem finies me*. Morbus erat ita grauis, vt diem integrum victurum me non putarem.

13 SPERABAM VSQVE AD MANE. Hebr. *æquabam* (.i æquo animo ferebam, expectabam) *vſque ad manè*. .i. cùm intra primum diem me moriturum putaſſem, vixi tamen vſque ad initium ſequentis, ſed inter magnos cruciatus. id ſignificat quod addit: *Quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea*. DE MANE. Repetit quod dixerat, ſignificans eo etiam ſecundo die de vita deſperaſſe, ſe ad noctem victurum non putabat.

14 SICVT PVLLVS HIRVNDINIS. Hebr. *ſicut grus* (&) *hirundo*. aut *ſicut anſer* (&) *hirundo*. Poſſunt etiam Hebraica ſic verti, iunctis Aquilæ & Symmachi interpretationibus, quas Hieronymus affert, *ſicut equus clauſus*. hinnit enim, præſertim ſi pabulum deſit. Chald *ſicut hirundo capta garrit*. Ita עגר *haghar* ſignificabit *capere* aut *claudere*. Ergo *ſicut pullus hirundinis*, SIC CLAMABO. pro, clamabam, cùm ſ. is pullus in nido eſcam petit. Hebr *ſic garriebam*. i. gemebam. MEDITABOR VT COLVMBA. Hebr. *gemebam vt columba*. ATTENVATI SVNT OCVLI MEI, SVSPICIENTES IN EXCELSVM. Hebr. *eleuati erant oculi mei in excelſum*. è cælo tantùm opem expectabam. DOMINE VIM PATIOR. Hebr. *vim facit mihi* ſ. morbus. RESPONDE PRO ME. opem mihi ferto. Hebr. *quieſcere me fac*. ſ. ſedato morbo. Regia, *ſponde pro me*.

15 QVID DICAM, AVT QVID RESPONDEBIT MIHI. Hebr. *quid dicam, & dicet mihi*. ſ. Deus? pro, & quid dicet mihi? CVM IPSE FECERIT? i. Deus morbum miſerit. Hebr. *& ipſe fecit*. pro, cùm ipſe fecerit. RECOGITABO. i quæ deliqui, vt me pœniteat. Hebr *incedam omnibus annis meis in amaritudine animæ meæ*. ſ. quòd Deum mihi iratum ſentiam. ſententia non alia.

16 DOMINE SI SIC VIVITVR. i. ſi ea conditione viuimus, vt morbis obnoxij ſimus. ET IN TALIBVS. Repetitio. CORRIPIES ME, ET VIVIFICABIS ME. Reliquum eſt, vt poſtquam me afflixeris, rurſus liberes. Hebr. *Domine vltra ipſos* (.ſ. annos) *viuent* (ſ. te prorogante vitam, vt mecum feciſti) *& omnibus in ipſis vita ſpiritus mei* (mihi quoque id beneficium contuliſti) *ſanabis me, & viuificabis me*. pro, ſanando, & viuificando me. Dura locutio, noſtra planior.

17 IN PACE. id eſt, in flore ætatis. AMARITVDO MEA AMARISSIMA. i. morbus me oppreſſit. TV AVTEM ERVISTI ANIMAM MEAM. i. vitam meam. Hebr. *& inuoluiſti* (eruere) *animam meam*. VT NON PERIRET. Hebr. *è fouea corruptionis*. i è ſepulchro.

18 QVIA NON INFERNVS. q. d. ideò peperciſti mihi, vt te laudem: neque enim ſepulchrum. i. mortui te laudabunt. Dauid Pſal. 113. v. 17. *Non mortui laudabunt te, neque omnes qui deſcendunt in infernum*. NEQVE MORS LAVDABIT TE. i. mortui. Repetitio. IN LACVM. Hebr. *in puteum, in foueam*. id eſt, ſepulchrum qui deſcendunt. VERITATEM. promiſſionum ſcilicet tuarum non expectabunt.

19 CONFITEBITVR. id eſt, laudabit te viuens. PATER FILIIS ſi vixerit, mortuus non poterit filios inſtituere, neque ijs oſtendere veritatem tuam, promiſſorum tuorum fidem. Sept. pro, *veritate, iuſtitiam tuam*.

20 DOMINE SALVVM ME FAC. Sept. *Domine ſalutis meæ*. Hebr. *Domine ad ſaluandum me*. Sed infinitiuus pro imperatiuo ſumi poteſt, *ad ſaluandum*, pro, *ſalua*. aut ל ſit nota genitiui, & infinitiuus pro nomine, vt Sept. acceperunt. *Ad ſaluare*, pro *ſalutis meæ*.

21 SVPER VVLNVS. שחין *Sehin*, *vlcus ex calore* ſignificat, vti alio loco dictum eſt, Iob 2. verſ. 7. Fici quoque ſunt calidi. Eò miraculum maius, quò remedium ex ſe ineptius.

22 ET DIXIT EZECHIAS. pro, dixerat. Hi duo poſtremi verſus poni debent poſt verſum 6. vt conſtat ex lib. 4. Regum cap. 20. verſ. 7. & 8. Nec credere debemus, præter horologij ſignum iam poſitum nouum nunc ſignum Ezechiam petere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VSQVE AD MORTEM. i. letaliter. MORIERIS. Comminatio eſt, non abſoluta denuntiatio. 1

PARIETEM. Chald. *parietem domus ſanctuarij.* 2

IN VERITATE. i. ſincerè, non ſimulatè. 3

ACHAZ. Lxx. *patris tui.* LINEIS. Chald. *horis.* SOL. i. vmbra ſolis, vt ſuprà, vel ſol ipſe etiam regreſſus eſt. Vide 4. Reg. 20. 8

SCRIPTVRA. Lxx. *oratio.* ſ. conſcripta fuit. 9

DIXI. ſ. cùm ægrotarem. QVÆSIVI. i. optaui. Lxx. *relinquam.* 10

DOMINVM. i. Domini templum, vel opera. QVIETIS. i. cum quiete. 11

GENERATIO. i. vita. ſic enim vocatur vitæ vnius tempus. vel q. d. filiis careo. Lxx. *defeci à cognatione mea.* CONVOLVTA. i. ſublata. Lxx. *receſſit.* ORDIRER. i. texerer. SVCCIDIT. ſ. textor Deus. 12

AD MANE. i. diutiùs. ſ. me victurum. CONTRIVIT. ſ. Deus, vel morbus. 13

CLAMABO. pro, clamo, vel clamabam. MEDITABOR. i. gemo, vel gemebam. IN EXCELSVM. ſ. ad Deum. RESPONDE. q. d. defende me. Hebr. & Complut. *ſponde.* Chald. *fac quod oro.* 14

FECERIT. ſ. quæ patior. 15

SI SIC, &c. quaſi dicat, Si talis eſt humanæ vitæ conditio, vt corripias. i. caſtiges, & viuifices, ecce amara eſt. 16

INFERNVS. Chald. *qui habitant in inferno.* LACVM. Chald. *lacum perditionis.* VERITATEM TVAM. i. tuarum promiſſionum impletionem. Lxx. *miſericordiam tuam.* Chald. *ſalutare tuum.* 18

VERITATEM. Lxx. *iuſtitiam.* 19

IVSSIT. pro, iuſſerat anteà. CATAPLASMARENT. i. emplaſtrum imponerent. 21

DIXIT. pro, dixerat. DOMINI. ſ. & datum eſt id, de quo ſuprà. 22

CAPVT XXXIX.

Ezechias cùm miſſis à rege Babylonis nuntijs ſuos oſtendiſſet theſauros, ab Iſaia de futura eorum in Babylonem ablatione præmonetur.

4. Reg. 20. c. 12 IN tempore illo miſit Merodach Baladan, fi- 1
lius Baladan rex Babylonis, libros & mune- A
ra ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet
& conualuiſſet. * Lætatus eſt autem ſuper eis 2
Ezechias, & oſtendit eis cellam aromatum, &
argenti, & auri, & odoramentorum, & vn-
guenti optimi, & omnes apothecas ſupellecti-
lis ſuæ, & vniuerſa quæ inuenta ſunt in theſau- B
ris eius. Non fuit verbum quod non oſtende-
ret eis Ezechias in domo ſua, & in omni pote-
ſtate ſua. * Introiuit autem Iſaias propheta ad 3
Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt
viri iſti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Eze-
chias: De terra longinqua venerunt ad me, de
Babylone. * Et dixit: Quid viderunt in domo 4
tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea C
ſunt, viderunt: non fuit res, quam non oſten-
derim eis in theſauris meis. * Et dixit Iſaias 5
ad Ezechiam: Audi verbum Domini exerci-
tuum. * Ecce dies venient, & auferentur om- 6
nia, quæ in domo tua ſunt, & quæ theſauriza-
uerunt patres tui vſque in diem hanc, in Ba-
bylonem: non relinquetur quidquam, dicit D
Dominus. * Et de filijs tuis, qui exibunt de 7
te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi
in palatio regis Babylonis. * Et dixit Ezechias 8
ad Iſaiam: Bonum verbum Domini quod lo-
cutus eſt. Et dixit: Fiat tantùm pax & veritas
in diebus meis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 MISIT MERODACH. Hunc putant fuiſſe patrem Nabuchodonoſoris, eius qui Ieruſalem cepit. LIBROS ET MVNERA. Hebr. *libros & munus.* ſed per *libros* litteras intelligit. Chald & Sept. *epiſtolas.* ſic ipſe Hieronymus vertit in lib. Regum. Ergo Merodach miſit ad Ezechiam litteras cũ muneribus. Quid Ezechias?

2 OSTENDIT EIS. ſ. nuntijs, CELLAM AROMATVM. Sic Sept. Chald. *domum theſaurorum ſuorum.* Alij vertunt, *domum deſiderabilium ſuorũ.* i. vbi pretioſa quęque ſeruabantur. ET ODORAMENTORVM. Alij, *aromatum.* VNGVENTI OPTIMI. Hebr. *olei optimi.* ſ. balſami. ET OMNES APOTHECAS SVPELLECTILIS SVÆ. Hebr. *& omnem domum vaſorum ſuorum.* i. ſupellectilis IN OMNI POTESTATE SVA, ſeu *ditione ſua.* Hæc Ezechias Legatis oſtendit.

7 TOLLENT, de filijs tuis. In lib. Regum, *tollentur.* Gotth. ibi, *tollent.* ſic Hebr. in vtroque loco. ET ERVNT EVNVCHI. Sic Daniel & ſocij, vt putant Hebræi, fuerunt eunuchi. Chald. hîc & in libris Regum, *erunt Principes.* Nimirum ea voce *Principes* ſignificantur, vti dictum eſt Geneſ. 37. v. 36. tum miniſtri regij. Interpres Latinus pro *rabrabim* voce Chald. i. *Principes,* vertit hîc *nutritis,* ſed malè, vt conſtat ex Methurgeman Eliæ.

8 BONVM VERBVM DOMINI. ſermo Domini. Fiat quod ei placuerit. QVOD LOCVTVS EST. In lib Regum, *locutus es,* in ſecunda perſona. ſicque hîc eſt etiam in Hebr. VERITAS. ſ. eorum quæ Deus mihi promiſit, fiat. Et ſit pax in diebus meis. Malum quod nuntias, me viuo non veniat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LIBROS. Chald. & Lxx. *epiſtolas.*

2 VERBVM. i. res. Lxx. *aliquid.* POTESTATE. i. regno. Chald. *dominatione.*

5 EXERCITVVM. i. potentiſſimi.

7 FILIIS. i. poſteris.

8 BONVM. i. æquum. Chald. *rectum.* FIAT. ſ. precor. VERITAS. i. quod mihi Deus promiſit. Lxx. *iuſtitia.*

CAPVT XL.

Conſolatio & ſalus Ieruſalem per Chriſtum futura: Ioannis Baptiſtæ prædicatio: fragilitas hominis, & perpetuitas verbi diuini: Chriſti in carnem aduentus, ipſiuſque gloria, poteſtas & retributio palam annuntianda: contra idololatras Deum ſculptilibus aſſimulantes, incomparabilem Dei potentiam ac ſapientiam commendat: quodque ſperantes in Domino mutent fortitudinem.

1 COnſolamini, conſolamini popule meus,
2 dicit Deus veſter. * Loquimini ad cor Ie-
A ruſalem, & aduocate eam: quoniam comple-
ta eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius:
ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omni-
3 bus peccatis ſuis. * [a] Vox clamantis in deſerto: [a] Matth. 3. a. 3
Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine
4 ſemitas Dei noſtri. * Omnis vallis exaltabitur, Mar. 1. a. 3 Luc. 3. a. 4 Ioan. 1. c. 23
B & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt
5 praua in directa, & aſpera in vias planas. * Et
reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis
caro pariter quòd os Domini locutum eſt.
6 * Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clama-
bo? [b] Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius [b] Eccli. 14. c. 18 Iac. 1. b. 10 1. Pet. 1. d. 24
7 quaſi flos agri. * Exiccatum eſt fœnum, & ceci-
dit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Ve-
8 rè fœnum eſt populus: * exiccatum eſt fœnum,
& cecidit flos: Verbum autem Domini noſtri
9 manet in æternum. * Super montem excelſum
aſcende tu, qui euangelizas Sion: exalta in forti-
tudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem:
exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iuda: Ecce
10 Deus veſter: * ecce Dominus Deus in fortitudi-

ne

ne veniet, & brachium eius dominabitur: ecce C
merces eius cum eo, & opus illius coram illo.
Ioan. 10. b.11 * Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio 11
ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit,
Ezech. 34. f.25.& 37 f.24 fœtas ipſe portabit. * Quis menſus eſt pugillo 12
aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appen-
dit tribus digitis molem terræ, & librauit in
Rom. 11 d.34. 1.Cor.2. d.16 Sap.9.c.13 pondere montes, & colles in ſtatera? * Quis 13
adiuuit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius
eius fuit, & oſtendit illi? * Cum quo iniit conſi- 14
lium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam
iuſtitiæ, & erudiuit eum ſcientiam, & viam pru-
dentiæ oſtendit illi? * Ecce Gentes quaſi ſtilla ſi- 15
tulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ D
ſunt: ecce inſulæ quaſi puluis exiguus. * Et Li- 16
banus non ſufficiet ad ſuccendendum, & anima-
lia eius non ſufficient ad holocauſtum. * Omnes 17
gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, &
Act.17. f.29 quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. * Cui 18
ergo ſimilem feciſtis Deum? aut quam imagi-
nem ponetis ei? * Numquid ſculptile conflauit 19
faber? aut aurifex auro figurauit illud, & lami- E
nis argenteis argentarius? * Forte lignum & im- 20
putribile elegit: artifex ſapiens quærit quomo-
do ſtatuat ſimulachrum, quod non moueatur.
* Numquid non ſcitis? numquid non audiſtis? 21
numquid non annuntiatum eſt vobis ab initio?
numquid non intellexiſtis fundamenta terræ?
* Qui ſedet ſuper gyrum terræ, & habitatores 22
eius ſunt quaſi locuſtæ: qui extendit velut nihi-
lum cælos, & expandit eos ſicut tabernaculum
ad inhabitandum. * Qui dat ſecretorum ſcruta- 23
tores quaſi non ſint, iudices terræ velut inane
fecit: * & quidem neque plantatus, neque ſatus, 24
neque radicatus in terra truncus eorum: repen- F
tè flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſti-
pulam auferet eos. * Et cui aſſimilaſtis me, & 25
adæquaſtis, dicit ſanctus? * Leuate in excelſum 26
oculos veſtros, & videte quis creauit hæc: qui
educit in numero militiam eorum, & omnes ex
nomine vocat: præ multitudine fortitudinis &
roboris, virtutiſque eius, neque vnum reliquum
fuit. * Quare dicis Iacob, & loqueris Iſraël: Abſ- 27
condita eſt via mea à Domino, & à Deo meo G
iudicium meum tranſiuit. * Numquid neſcis, 28
aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus,
qui creauit terminos terræ: non deficiet, neque
laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius.
* Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, 29
fortitudinem & robur multiplicat. * Deficient 30
pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate
cadent. * Qui autem ſperant in Domino, muta- 31
bunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aqui-
læ, current & non laborabunt, ambulabunt &
non deficient.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CONSOLAMINI. De liberatione à captiuitate Babylonica, quam ſuperiori capite comminatus erat, nunc loquitur, tum de Chriſti aduentu & vocatione Gentium.

2 LOQVIMINI AD COR. i. blanda, conſolatoria. ET ADVOCATE EAM, ſeu *clamate ad eam.* MALITIA EIVS. Hebr. *militia eius.* i. tempus captiuitatis, afflictionis eius. ſic captiuitatem vocat, quòd laborioſa eſſet vt militia. *Malitia* etiam pro afflictione captiuitatis ſumi poteſt. DIMISSA EST INIQVITAS ILLIVS. i. pœna iniquitatis ſublata eſt. DVPLICIA. i. multa beneficia. PRO OMNIBVS PECCATIS SVIS. i. quamuis peccarit contra Deum.

3 VOX CLAMANTIS. ibi comma, quod accentus Hebr. oſtendit. IN DESERTO: PARATE VIAM DOMINI. id eſt, Chriſti venientis per deſertum peccatorum. Aut quà veniant Iudæi è captiuitate, ducente Deo per loca deſerta. Complanate eam. Id vt fiat,

4 OMNIS VALLIS, loca profunda exaltentur, terra impleatur, & loca excelſa deijciantur, vt via plana & facilis reddatur. ſic fit in Regum aduentu. EXALTABITVR. Sept. *implebitur.* ſic citatur Luc. 3. v. 4. PRAVA. i. curua dirigantur. ET ASPERA. Hebr. *excelſa in planitiem.* ſ. vertantur.

5 ET REVELABITVR GLORIA DOMINI. Ea gloria eſt, impleſſe quæ promiſit.

6 VOX DICENTIS: CLAMA. ſ. Angeli Dei iuſſu id mandantis Iſaiæ vt clamaret. QVID CLAMABO? Iſaiæ reſponſio. OMNIS CARO. Senſus eſt, omnia eſſe caduca, quod Deus promiſit firmum & ſtabile eſſe. non mutari eius decreta.

7 SPIRITVS DOMINI. Ventus vehemens flores decutit, ſiccat fœnum. Floribus & fœno eſt homo ſimilis.

9 SVPER MONTEM. Ieruſalem in monte ſita erat. Ergo ex eo monte euangelizare, ſiue annuntiare iubet, quę ſequuntur. TV, QVI EVANGELIZAS SION. ſ. Iſaiam iubet hæc annuntiare. Hebr. *quæ euangelizas Sion.* ſic *Sion* eſt in vocatiuo, illique mandatur, vt euangelizet alijs vrbibus. QVI EVANGELIZAS IERVSALEM. Simili modo Hebr. eſt, *quæ euangelizas (ô) Ieruſalem.* DIC CIVITATIBVS IVDA, ſiue tu Propheta, ſiue ipſa Ieruſalem alijs ciuitatibus nuntia. Quid nuntiabit? Venturum Dominum in fortitudine, ſiue vt redimat homines, ſiue vt liberet Iſraelitas.

10 DOMINABITVR. Hebr. adijcitur *ſibi*, ſed redundat, vt alijs locis, ex Hebr. linguæ proprietate. Benè Hieron. abſtulit. ECCE MERCES EIVS CVM EO. i. præſentem habet mercedem, non differet. ET OPVS ILLIVS. ſ. quod mandauit, præſens habet, vt operi mercedem exæquet.

11 IN BRACHIO SVO CONGREGABIT. i. feret ad caulam agnos ſuos. ET IN SINV SVO. Repetitio. FOETAS IPSE PORTABIT. ſ. humeris. Hebr. *leniter ducet.* Chriſti & Dei lenitatem & ſuauitatem erga ſuos commendat hac metaphora.

12 QVIS MENSVS EST PVGILLO AQVAS. Hic multa de Dei potentia & ſapientia dicit, vt oſtendat poſſe implere promiſſa, quod iam dixit; nihilque eum latere, quod deinde eſt dicturus. *Pugillum* hic pro vola ſumit, quæ eſt Hebræis minima menſura. Indicat Deum ſcire quot tales menſuras aquæ contineant. ET CÆLOS PALMO PONDERAVIT? Hebr. *direxit* ſeu *menſus eſt.* זרת *zereth*, *palmum maiorem* ſeu digitorum duodecim ſignificat. Deus ergo in numerato habet, quot palmis cælum extendatur. QVIS APPENDIT TRIBVS DIGITIS MOLEM TERRÆ. *Salis*, id eſt, *tertia*, menſuræ etiam nomen eſt, Pſal. 38. v. 6. quod Bathi tertiam contineat, nempe modium, ſextarios Romanos ſedecim. כל etiam *menſus eſt* ſignificat, à radice כול *Chul.* ſic ergo verto Hebr. *Quis menſus eſt menſura ſalis puluerem terræ.* i. ſcit quot modios contineat tota terræ moles? ET LIBRAVIT IN PONDERE MONTES. Sept. *ſtatuit*, Hebr. *appendit in ſtatera montes*, vel *amuſſi.* i. Romana, vulgò. ET COLLES IN STATERA? ſiue *in bilance.* Puto in his menſurarum nominibus ſpecies ſumi pro genere. i. *volam, palmum, modium* pro menſura in communi.

13 QVIS ADIVVIT SPIRITVM DOMINI? Hebr. *quis diſpoſuit mentem Domini?* quis eum docuit, quod mox repetit. Sept. *cognouit?* ſic citatur ad Roman. 11. v. 34. ET OSTENDIT ILLI? inſtituit eum.

14 SEMITAM IVSTITIÆ quis eum docuit? Hebr. *ſemitam iudicij.* Sed *iudicium* pro *iuſtitia*, aut pro rerum & orbis diſpoſitione. VIAM PRVDENTIÆ. Hebr. *intelligentiarum.* i. fecit illum intelligere ordinem, quem in operibus & in mundi fabrica deberet tenere.

15 GENTES QVASI STILLA SITVLÆ.i. quaſi gutta ex lebete cadens. ET QVASI MOMENTVM STATERÆ. *Momentum* eſt lingula ſtateræ, quæ facilè in vtramque partem vertitur. Hebr. *quaſi puluis minutus ſtateræ*, quo ſ. non mouetur ſtatera. ECCE INSVLÆ QVASI PVLVIS EXIGVVS. Hebr. *inſulas quaſi puluerem minutum proijciet*. i. transferet aliò. Quod ſæpè inſulis contingit, vt mari mergantur aliæ, rurſus aliæ emergant alijs locis. Vel *inſulæ* ſunt gentes remotæ, ad quas per mare ibatur.

16 ET LIBANVS NON SVFFICIET. Si quis pro dignitate Deo ſacrificare velit, neque Libani ligna ad ignem ſufficient, neque pecora, quæ in eo paſcuntur, ad mactandum.

17 OMNES GENTES QVASI NON SINT. Hebr. *omnes gentes quaſi non in conſpectu eius*. ET QVASI NIHILVM. Hebr. *præ nihilo* (ſ. minores ſunt) *& inanitas*. Huc tendunt omnia quæ dixit de Gentium vilitate, vt intelligatur earum comparatione maieſtas & gloria Dei.

18 CVI ERGO SIMILEM. q.d ſi Deus tantus eſt, vt cetera eius comparatione nihil ſint, nulla imago rei corporeæ illum exprimere poterit. Quid idola facitis?

19 AVRO FIGVRAVIT ILLVD. Hebr. *extendit illud*. Quæ fuſa ſunt, malleo extenduntur & perficiuntur. ET LAMINIS ARGENTEIS ARGENTARIVS? *Argentarius* pro aurifice, cùm alioqui *menſarium* ſignificet. Hebr. *catenas argenteas aurifex*. ſ. extendit, ad idoli nempe ornamentum.

20 FORTE LIGNVM ET IMPVTRIBILE. Hebr. *pauper* (in) *oblationem lignum* (quod) *non putreſcit*, eligit ſ. qui aurum argentumque non habet, is vt idolum offerat, lignum optimum elegit. ARTIFEX SAPIENS QVÆRIT. Hebr. *artificem ſapientem quærit ſibi* (ſ. is pauper) *ad ordinandum, ſculptile* (quod) *non moueatur*. i. iners, ſine anima & ſenſu.

21 FVNDAMENTA TERRÆ? i. quis iecit ea? Quomodo ergo illi idola inertia ſimilia ſint?

22 SEDET quaſi Dominus. QVASI LOCVSTÆ ſunt homines. i. quaſi nihil eius comparatione. QVI EXTENDIT VELVT NIHILVM CÆLOS. i. nullo labore extendit cælos. Hebr. *qui extendit velut cortinam tenuem cælos, & vt tabernaculum*. AD INHABITANDVM. pro, quod tabernaculum ad inhabitandum extenditur.

23 QVI DAT SECRETORVM SCRVTATORES QVASI NON SINT. i. diuinos. Hebr. *qui dat* (pro, redigit) *Principes & Reges in non*. i. nihilum. IVDICES TERRÆ VELVT INANE FECIT. i. pro nihilo eos æſtimat.

24 ET QVIDEM NEQVE PLANTATVS. pro, quaſi neque plantatus. ſ. homo. Hebr. *etiam neque plantati ſunt, neque ſati, neque radicauit in terra truncus eorum*. i. quaſi plantati non eſſent. REPENTE FLAVIT IN EOS Hebr. *etiam flauit in eos*. ſ. ventus, aut Deus, & areſecit.

25 ET CVI ASSIMILASTIS ME? Si ea ſum potentia, res aliæ inanes, quæ imago me exprimet? ET ADÆQVASTIS. Hebr. *& æquabor*. ſ. cui imagini.

26 QVI EDVCIT IN NVMERO. i. numeratas habet ſtellas. MILITIAM EORVM. Stellas *militiam* vocat. EORVM, aſtrorum. EX NOMINE VOCAT. Magnorum ducum eſt, ſuos milites ex nomine vocare. NEQVE VNVM RELIQVVM FVIT. Hebr. *vir*. i. quiſquam non deficit. Nullus ex ijs militibus & ſtellis ſigna deſerit, omnes obediunt.

27 IVDICIVM MEVM TRANSIVIT. ſ. ab oculis eius. non vidit Deus iudicium meum. i. meam iuſtitiam & probitatem. q.d: ſi ea maieſtate eſt Deus, ſi ea ſcientia, quare credis & dicis, tuas res illum latere?

29 ET HIS, QVI NON SVNT, FORTITVDINEM dat. Hebr *& quibus non ſunt vires, robur multiplicat*. Quomodo de eo dicis, cum latere tua?

30 DEFICIENT PVERI. Hebr. *laſſabuntur pueri* ſeu *adoleſcentes*. IN INFIRMITATE CADENT. Hebr. *cadendo cadent*. q.d. ij qui per ætatem robuſti ſunt, in labore deficient, quia in ſuis viribus confidunt. Vel, etiamſi illi cadant, pij robuſti erunt.

31 ASSVMENT PENNAS SICVT AQVILÆ. ſ. pij. Hebr *aſcendent alæ* (pro, alæ) *ſicut aquilæ*. Quæ aquilæ quolibet decennio ad radios ſolis calefactæ, ſeque deinde in mare mergẽtes, veteribus plumis nudantur, pro illis nouæ ſuccedunt. *Aſcendent*. i. naſcentur. AMBVLABVNT, ET NON DEFICIENT. Hebr. *& non erunt feſſi*, aut *non deficient præ laſſitudine*, qui ſperant in Domino, pij.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 AD COR. i. conſolatoria. MALITIA. i. afflictio. DVPLICIA. i. multa. ſ. bona. quidam tamen intelligunt dupliciter. i. grauiter punitam. PRO OMNIBVS, &c. q.d. cùm tamen digna non eſſet.

3 VOX, &c. Hæc de Ioanne Baptiſta intelliguntur. DOMINI. Chald. *Domino*. ſ. Chriſto venturo. RECTAS, &c. Lxx. *rectas facite ſemitas eius*, vt citatur ab Euangeliſtis. SOLITVDINE. i. mundo.

4 VALLIS. i. humiles. EXALTABITVR. Lxx. *implebitur*. ſ. Dei gratiis. MONS, &c. i. ſuperbi. PRAVA. i. diſtorta. q d. reformabuntur hominum mores.

5 GLORIA DOMINI. ſ. Chriſtus in carne apparebit. CARO. i. homo. PARITER. Lxx. *ſalutare Dei*. QVOD. Lxx. *quia*. LOCVTVM EST. i. ita futurum prædixit.

6 VOX. ſ. à me auditur. OMNIS CARO. Chald. *omnes impij*. GLORIA. Chald. *fortitudo*.

7 SPIRITVS. i. ventus. ſ. flante vento cadunt flores.

9 QVI. ſic etiam Chald. & Lxx. vt ad Prophetam referatur; at Hebr. *quæ*, vt referatur ad Sion, & Ieruſalem, vnde primùm orta prædicatio ſ. per Chriſtum & Apoſtolos.

10 DOMINVS DEVS. ſ. Chriſtus. MERCES. ſ. quam ſuis eſt daturus, ipſe enim merces. OPVS. ſ. de quo Ioan. 17. *Opus quod dediſti mihi, vt facerem*. CORAM ILLO. quaſi dicat, intendet operi ſibi commiſſo quàm diligentiſſimè.

11 IN BRACHIO. i. brachiis extenſis, vt ſolent paſtores. PORTABIT. Chald. *leniter ducet*. Lxx. *conſolabitur*.

12 QVIS, &c. q d. quis niſi Deus omnibus rebus menſuram & modum præſcripſit? & tamen tantus cùm ſit, pro homine homo fieri dignatus eſt. PVGILLO. pro, velut pugillo. Lxx. *manu*. PALMO PONDERAVIT. pro, velut palmo menſurauit. TRIBVS DIGITIS. ſ. trium perſonarum indiuiſo opere. Chald. *menſura*. Lxx. *pugillo*. LIBRAVIT. Lxx *ſtatuit*.

13 ADIVVIT. Lxx. *cognouit*. ſicut à Paulo citatur Rom. 11.

15 MOMENTVM. i. minimum quid. STATERÆ. i. bilancem facilè inclinans. Vide Sap. 11.

16 SVFFICIET. ſ. ad ignem ſacrificiorum, ſi pro dignitate agendum ſit.

18 FECISTIS. ſ. ô idola fabricantes. PONETIS. pro, poſuiſtis. q.d. itáne pro Deo adorare idola, quæ nihil habent cum Deo commune?

21 FVNDAMENTA TERRÆ. ſ. à Deo iacta. q. d. Nónne agnoſcitis Dei veri potentiam?

22 SEDET. i. præſidet. VELVT NIHILVM. i. facillimè. Lxx. *quaſi cameram*.

23 DAT. i. facit. SECRETORVM SCRVTATORES. i. Philoſophos. Lxx. *Principes*. INANE Chald. & Lxx. *nihil*.

24 NEC PLANTATVS, &c. i. ac ſi non eſſet plantatus, &c. TVRBO. i. tempeſtas.

25 ASSIMILASTIS, &c. q. d. Numquid mihi quidquam ſimile eſt, aut æquale?

26 NVMERO. ſcilicet, certo. MILITIAM. i. exercitum. Lxx. *ornatum*. ſ. ſtellas. OMNES. ſ. & cælos & ſtellas EX NOMINE VOCAT. i. plenè nouit, ſeu facit adeſſe vbi vult, vt ſolent domini ſeruos vocantes. RELIQVVM FVIT. i. defuit. Chald. *impeditum eſt ab ordine ſuo*.

27 ABSCONDITA, &c. i. ignotæ Deo res meæ. IVDICIVM. i. cauſa, vel mores. TRANSIVIT. i. erit ignotum. ſic dicimus, *præterit me*. i. ignoro.

29 NON SVNT. ſ. fortes. Lxx. *non dolentibus, mærorem*.

30 PVERI. Chald. *iuuenes* q.d. alioqui robuſti. ET LABORABVNT. pro, laborando. IN INFIRMITATE. i. præ debilitate. MVTABVNT. Chald *addent*.

31 PENNAS. i. alas. AQVILÆ. Hæc ſæpè pennarum mutatione iuueneſcit.

CA-

CAPVT XLI.

Diſceptat Dominus cum idololatris de potentia & varijs magnisque beneficijs populo Iudaico exhibitis: quibus ſuam comprobat potentiam & benignitatem erga homines: oſtendens ſimul & idolorum impotentiam, & idololatrarum vanitatem.

TAceant ad me inſulæ, & Gentes mutent 1
fortitudinem: accedant, & tunc loquan- A
tur, ſimul ad iudicium propinquemus. * Quis 2
ſuſcitauit ab Oriente iuſtum, vocauit eum vt
ſequeretur ſe? dabit in conſpectu eius Gentes,
& reges obtinebit: dabit quaſi puluerem gladio
eius, ſicut ſtipulam vento raptam arcui eius.
*Perſequetur eos, tranſibit in pace, ſemita in pe- 3
dibus eius non apparebit. * Quis hæc operatus 4
eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio?
Ego Dominus, "primus & nouiſſimus ego ſum.
*Viderunt inſulæ, & timuerunt, extrema terræ 5
obſtupuerunt, appropinquauerunt, & acceſſe- B
runt. *Vnuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & 6
fratri ſuo dicet: Confortare. * Confortauit fa- 7
ber ærarius percutiens malleo eum, qui cude-
bat tunc temporis, dicens: Glutino bonum eſt:
& confortauit eum clauis, vt non moueretur.
*Et tu Iſrael ſerue meus, Iacob quem elegi, ſe- 8
men Abraham amici mei: *in quo apprehendi 9
te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui
te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te, &
non abieci te. *Ne timeas, quia ego tecum ſum: 10
ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, C
& auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti
mei. *Ecce confundentur & erubeſcent omnes, 11
qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi non ſint,
& peribunt viri, qui contradicunt tibi. *Quæres 12
eos, & non inuenies, viros rebelles tuos: erunt
quaſi non ſint: & veluti conſumptio, homines
bellantes aduerſum te. * Quia ego Dominus 13
Deus tuus apprehendens manum tuam, di-
cenſque tibi: Ne timeas, ego adiuui te. * Noli 14
timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſraël: D
ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus: & re-
demptor tuus ſanctus Iſraël. *Ego poſui te quaſi 15
plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ſer-
rantia, triturabis montes, & comminues: &
colles quaſi puluerem pones. *Ventilabis eos, & 16
ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exul-
tabis in Domino, in ſancto Iſraël lætaberis.
*Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt: 17
lingua eorum ſiti aruit. Ergo Dominus exau-
diam eos, Deus Iſraël non derelinquam eos.
*Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in me- 18
dio camporum fontes: ponam deſertum in
ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos E
aquarum. * Dabo in ſolitudinem cedrum, & 19
ſpinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in
deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul: *Vt 20
videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant
pariter, quia manus Domini fecit hoc, & ſan-
ctus Iſraël creauit illud. *Propè facite iudicium 21
veſtrum, dicit Dominus, afferte: ſiquid fortè
habetis, dixit rex Iacob. *Accedant, & nuntient 22
nobis quæcumque ventura ſunt: priora quæ F
fuerunt nuntiate: & ponemus cor noſtrum, &
ſciemus nouiſſima eorum, & quæ ventura ſunt
indicate nobis. * Annuntiate quæ ventura ſunt 23
in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. be-
nè quoque aut malè, ſi poteſtis, facite: &
24 loquamur & videamus ſimul. *Ecce, vos eſtis
ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non
25 eſt: abominatio eſt qui elegit vos. * Suſcitaui
ab Aquilone, & veniet ab Ortu ſolis: voca-
bit nomen meum, & adducet magiſtratum
quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans hu-
26 mum. * Quis annuntiauit ab exordio vt ſcia-
G mus, & à principio vt dicamus: Iuſtus es?
non eſt neque annuntians, neque prædicens,
27 neque audiens ſermones veſtros. * Primus ad
Sion dicet: Ecce adſunt, & Ieruſalem euan-
28 geliſtam dabo. *Et vidi, & non erat neque ex
iſtis quiſquam qui iniret conſilium, & interro-
29 gatus reſponderet verbum. * Ecce omnes in-
iuſti, & vana opera eorum: ventus & inane ſi-
mulachra eorum.

*Iſ. 44. a. 6. & 48. b. 12. Apoc. 1. d. 18. & 22. d. 13.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 TACEANT AD ME INSVLÆ. Hebr. *tacete ad me inſulæ*, id eſt, me attentè audite. Per *inſulas* intelligit gentes remotas. Inuehiturque toto capite in idola: ſimul ſolatur ſuos. ET GENTES MVTENT FORTITVDINEM. i. vires colligant ad diſceptandum mecum. PROPINQVEMVS, aut accedamus ad litem.

2 AB ORIENTE IVSTVM. i. *Abraham.* quis adduxit? ſic Chald. Hebr. *iuſtitiam.* ſic Sept. ſed *iuſtitia* pro *iuſto* ſumitur antonomaſticè. VOCAVIT EVM VT SEQVERETVR SE? Hebr. *vocauit eum ad pedem ſuum*, .i. quocumque ibat Abraham, eius curam gerebat Deus. DABIT IN CONSPECTV EIVS GENTES. pro, dabat coram eo Gentes. i. eas illi ſubijciebat. ET REGES OBTINEBIT. pro, obtinebat. Hebr. *Regibus dominabatur.* DABIT. pro, dabat (eos) quaſi puluerem. GLADIO EIVS. aut *gladius eius. Gladium* in accuſatiuo ponit Pagn. ſed ſententia non conſtat. Tangit Abrahæ victoriam de quatuor Regibus, Geneſ. 14.

3 PERSEQVETVR EOS, perſequebatur eos. TRANSIBIT IN PACE. i. nullo nocumento accepto. SEMITA IN PEDIBVS EIVS NON APPAREBIT. i. repentè irruit in eos, nullo ſigno ſui aduentus. Hebr. *ſemita* (per quam) *pedibus ſuis non iuit.* i. via ſibi incognita antè, aut per viam inſolitam, non tritam, irruit in eos Reges.

4 VOCANS GENERATIONES AB EXORDIO? i. quis vocat generationes? i. gentes, à principio his fauens, illos euertens. PRIMVS ET NOVISSIMVS. i. æternus, ſine initio, ſine fine. Hebr. *ego Dominus, primus & cum poſtremis ego ſum.*

5 VIDERVNT INSVLÆ. i. gentes remotæ viderunt quæ fecit Abraham, & timuerunt. APPROPINQVAVERVNT, ET ACCESSERVNT. ſ. fœdus inierunt cum Abraham. Econtrariò alij ad idola ſe contulerunt. Hoc ſequentia ſignificant.

6 VNVSQVISQVE PROXIMO SVO AVXILIABITVR. ſcilicet contra Abraham conſpirarunt, ne illos ſubijceret. Vires inter ſe communicarunt priùs, deinde ad idola confugerunt, vt eos liberarent.

7 CONFORTAVIT FABER ÆRARIVS PERCVTIENS MALLEO. Locus planè difficilis. ſed *percutiens*. i. laborans malleo. quem confortauit? mox dicet. Hebr. *confortauit faber aurificem polientem malleo.* חרש *haras*, Græcè τέκτων, Latinè *faber*, *artificem* in communi ſignificant. Verùm ſubiecta materia exigit, vt hic faber ſit faber lignarius, qui idolo dolato ſollicitat aurificem, vt bracteas ad illud tegendum faciat. Quidam in ipſo textu ponunt, *faber lignarius*, ſed non oportebat. EVM, QVI CVDEBAT TVNC TEMPORIS. i. aurificem. Hebr. *cum percuſſione incudis.* i. polientem malleo ſupra incudem. DICENS: GLVTINO (.i. de glutino) BONVM EST. *Glutinum* pro iunctura. Hebr. *dicens iuncturæ* (pro, de iunctura) *Bona eſt*. i. bracteæ inter ſe benè

cohærent. Adhibuitq́ue clauos, ne bracteæ mouerentur.

ET TV ISRAEL. ſ. ne timeas, neque colas ea idola, 8
ſed me.

IN QVO APPREHENDI TE. Hebr. *qui apprehendi te ab* 9
extremis terræ. i. Vr Chaldæorum, aut Ægypto. ET A LONGINQVIS EIVS. Hebr. *& a Principibus eius*. ſ. terræ. Illis inuitis apprehendi te.

NE DECLINES. ne terrearis. ET SVSCEPIT TE DEXTE- 10
RA IVSTI MEI. Is eſt Chriſtus, aut Abraham. ſic eum v. 6. vocauit. Hebr. *ſuſtentaui te dextera iuſtitiæ meæ*. .i. mea fortitudine & iuſtitia. & præterita pro futuris ſumantur. *Confortaui*, pro confortabo.

ECCE CONFVNDENTVR. pudefient. QVI PVGNANT. 11
Hebr. *qui iraſcuntur in te, popule meus*. QVI CONTRADICVNT TIBI. Hebr. *viri litis tuæ*. i. qui litem tibi intentant, ij peribunt.

REBELLES TVOS. Hebr. *viros litis* aut *iurgij tui*. ET 12
VELVTI CONSVMPTIO. Hebr. *& veluti nihil*. HOMINES BELLANTES ADVERSVM TE. Hebr. *homines belli tui*. .i. contra te bellantes, ij conſumentur.

NOLI TIMERE VERMIS IACOB. *vermis*. i. abiecte. 14
Iacob eſt in genitiuo. q. d. fili abiecte Iacobi. QVI MORTVI ESTIS EX ISRAEL. i. mortuis ſimiles. Duæ dictiones Hebraicæ ſunt, מְתִים *methim* per *Zere*, & ſignificat *mortuos*. ſic Hieronymus legit. & מְתִם *methim* per *Sewa*, & ſignificat *homines* ſeu *mortales*. ſic nunc habent libri Hebraici. Si ſic legimus, vertendum, *homines Iſrael*. ſ. ne timeatis.

EGO POSVI TE QVASI PLAVSTRVM TRITVRANS. 15
Chald. *quaſi tribulam fortem*. *Plauſtrū* pro *tribula* poſuit noſter. ſic Hebr. חָרוּץ *harus* non ſumo pro *tribula*, ne ſit repetitio, ſed adiectiuè, pro *fortem*. NOVVM, HABENS ROSTRA SERRANTIA. Chald. *nouam*, *plenam dentibus*. id ſignificat *habentem ora*, vt eſt Hebr. QVASI PVLVEREM. ſicut glumam aut ſtipulam pones montes ſeu colles, quando ſ. eos triturabis, rediges in puluerem. Per *colles & montes* Principes intellige.

LÆTABERIS. Aut laudabis te, aut gloriaberis in Deo. 16

EGENI ET PAVPERES QVÆRVNT AQVAS. Hi ſunt 17
Iſraelitæ, qui rebus neceſſarijs carent, quas per aquas intelligit.

APERIAM IN SVPINIS COLLIBVS, in locis excelſis. 18
ET TERRAM INVIAM IN RIVOS AQVARVM. Hebr. *terram aridam in ſcaturigines aquarum*. Hæc Chriſti aduentu ſunt facta, vbique gratiæ riui & fontes.

CEDRVM, ET SPINAM. *Spina* genus cedri. Chald. 19
ſettim. ET LIGNVM OLIVÆ. Hebr. *lignum olei*. i. oliuam. Denique terra antè arboribus nuda, illas procreabit ob aquæ copiam.

PARITER. i. omnes intelligant Deum hoc feciſſe. 20

PROPE FACITE IVDICIVM VESTRVM. Hebr. *appro-* 21
pinquate litem veſtram. i. nunc eſt litigandi tempus, Iudicem habetis propitium. AFFERTE, SI QVID FORTE HABETIS. *Forte* pro nomine ſumere vellem, non pro aduerbio. Hebr. *afferte fortia veſtra*. i. neruos iuſtitiæ veſtræ explicate. Hęc Deus fecit, quid idola? ludicra eſſe docet.

ACCEDANT, ET NVNTIENT. explicent, diuinent idola. 22
PRIORA. i. antiqua, quæ non vidimus. QVÆ FVERVNT, aut *quæ fuerint*. ET SCIEMVS NOVISSIMA EORVM. i. euentus, quem finem habuerunt illa antiqua. ſic explico, ne ſit repetitio in verbis proximis. ET QVÆ VENTVRA SVNT. Hebr. *aut quæ ventura ſunt* indicate.

BENE QVOQVE AVT MALE, SI POTESTIS, FACITE. 23
.i. miracula, & ſciemus quia dij eſtis. ET LOQVAMVR, ET VIDEAMVS SIMVL. i. examinemus an hæc opera ſint miracula. Hebr. *& narrabimus & videbimus ſimul*. i. viſa alijs teſtificabimur.

ABOMINATIO EST. pro, abominationem facit. *Abomi-* 24
natio pro idololatria. QVI ELEGIT VOS, aut eligit vos quaſi deos.

SVSCITAVI AB AQVILONE. Hunc Cyrum eſſe vo- 25
lunt, qui ex Perſide contra Babylonios venit. Porrò Perſis comparatione Babylonis Aquilonaris eſt. VOCABIT. pro, inuocabit nomen meum, cognoſcet me. MAGISTRATVS. Hebr. *Principes*. ET VELVT PLASTES. figulus. CONCVLCANS HVMVM. Hebr. *lutum*, *argillam*. vt figulus argillam, ſic Cyrus conculcabit dynaſtas.

26 VT DICAMVS. Hebr. *& dicemus*. IVSTVS ES. ſ. tu qui talia annuntiaſti. SERMONES VESTROS, verba veſtra. ſed *verba* pro rebus. i. negotia veſtra, ô Iudæi, nullus annuntiauit, neque ex ore Vatis, aut idoli quiſquam audiuit.

27 PRIMVS AD SION DICET. Hebr. *primus Sioni* (.ſ. ego dico) *Ecce, ecce ipſa*. ſ. veniunt, quæ dixi. ECCE ADSVNT. i. præſtò ſunt, ſuoq́ue tempore Euangeliſtam .i. Prophetam dabo Ieroſolymæ, qui hęc nuntiet. *Euangeliſta* pro nuntio aut Vate. ET IERVSALEM EVANGELISTAM DABO. ſ. me dabo (pro, dedi) nuntium harum rerum Ieroſolymæ. Vulgatæ verba ad Deum, non ad Iſaiam referri debent.

28 ET VIDI. Hic verſus iungatur cum verſu 26. Dixit ibi, *non eſt annuntians, neque prædicens*; modò ait, ex omnibus illis ciuibus non eſſe qui conſilium daret, ac ne interrogatus quidem. ET INTERROGATVS. pro, neque qui rogatus reſponderet. negatio priùs poſita geminari debet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TACEANT AD ME. i. tacitè me audiant. Chald. *auſcultent verbum meum*. MVTENT FORTITVDINEM. q. d. roborentur, & diſceptent mecum. IVDICIVM. ſ. de hoc, quòd me relicto idola colunt.

2 IVSTVM. ſ. Abraham. DABIT. pro, dedit. ſic infrà. GENTES, &c. ſ. victoriam, de qua Gen. 14. OBTINEBIT. pro, obtinuit. Chald. *contriuit*. DABIT. pro, dedit. ſ. hoſtes.

3 SEMITA, &c. q. d. tam velociter, vt non tam ambulaſſe quàm volaſſe videatur.

4 VOCANS. ſ. creando. Chald. *ordinans*. GENERATIONES. i. homines. NOVISSIMVS. i. poſt omnia. ſ. æternus. vel q. d. principium omnium, & finis.

5 VIDERVNT. ſ. quæ feci. ACCESSERVNT. ſ. vt viderent opera mea.

6 VNVSQVISQVE, &c. q. d. & tamen in fabricando idola ſe mutuò adiuuant.

7 GLVTINO. i. re aliqua tenaci. ſ. alligare idoli partes. CONFORTAVIT. Chald. *fortificauit*.

9 IN QVO. Chald. & LXX. *quem*. EXTREMIS. ſ. Ægypto.

10 DECLINES. Chald. *frangaris*. LXX. *erres*. IVSTI MEI. .i. qua ſoleo iuſtos meos. LXX. *iuſta mea*. Chald. *veritatis*.

12 CONSVMPTIO. i. conſumpti. Chald. *nihilum*.

13 ADIVVI. pro, adiuuo.

14 VERMIS. i. abiecte. LXX. *paruule*. MORTVI. i. velut mortui.

15 PLAVSTRVM. i. traham, ſeu tribulam. ROSTRA. .i. dentes. MONTES. i. reges. COLLES. i principes.

17 EGENI. i. humiles. PAVPERES. ſ. ſpiritu. AQVAS. ſ. gratiæ, vel refrigerium. Chald. *doctrinam*.

18 COLLIBVS. i. locis aridis anteà. q. d. ex rudibus faciam doctos.

19 SPINAM. pro, ſpinum. genus eſt cedri. Chald. *ſettim*. Genus eſt cedri, cuius mentio frequens in Exodo. Not. per arbores ſignificari iuſtos.

20 HOC. LXX. & Complut. *hæc*. ſ. bona.

21 FACITE, &c. q. d. veſtram cauſam proferte, ô idololatræ. FORTE. i. validum argumentum.

22 NVNTIENT. ſ. idola, vel eorum prophetæ. EORVM. ſ. quæ futura ſunt.

24 OPVS VESTRVM, &c. q. d. nihil poteſtis. ABOMINATIO. pro, abominabilis. ELEGIT. ſ. vt coleret.

25 SVSCITAVI. ſ. Cyrum, qui Iudæos liberet. VENIET. pro, venient. ſ. alij. VOCABIT, &c. q. d. me agnoſcet. ADDVCIT. pro, cōculcabit. MAGISTRATVS. i. principes ſ. Babylonię. PLASTES. i. figulus. HVMVM. i. lutum.

26 QVIS. ſ. ex dijs gentium. ANNVNTIAVIT. ſ. ventu-

tura,

ta, vel ab exordio. i. ea quæ à principio. Et a principio. Repetitio. Ivstvs es. q. d. viciſti. Chald. & LXX. *verax es.* Sermones. ſ. futura prædicentes. vel q. d. loqui non poſſunt idola.

27 Primvs. ſ. à captiuitate rediens. Adsvnt. ſ. liberati. Evangelistam. i. læta annunciantem.

28 Istis. ſ. idolis, vel idololatris. Consilivm. ſ. ſanum. Verbvm. ſ. bonum.

CAPVT XLII.

Pater ſibi complacet in filio Chriſto, cuius virtutes & opera quæ facturus eſt, Propheta explicat, exhortans vniuerſas gentes ad laudem & gratiarum actionem: addit quoque, malos, idololatras & ingratos grauiter à Domino puniendos, plurimum conquerens de ingratitudine ſeruorum Dei.

Matth. 12. b. 18 ECce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus 1
meus, complacuit ſibi in illo anima mea: A
dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium Gen-
tibus proferet. *Non clamabit, neque accipiet 2
perſonam, nec audietur vox eius foris. *Cala- 3
mum quaſſatum non conteret, & linum fumi-
gans nō extinguet: in veritate educet iudicium.
*Non erit triſtis, neque turbulentus, donec po- 4
nat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expe-
ctabunt. *Hæc dicit Dominus Deus, creans cæ- 5
los, & extendens eos: firmans terram, & quæ
germinant ex ea: dans flatum populo, qui eſt ſu-
per eam, & ſpiritum calcantibus eam. *Ego Do- 6
minus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi ma- B
Inf. 49. b. 6 num tuam, & ſeruaui te. ª Et dedi te in fœdus
populi, in lucem Gentium: *Vt aperires oculos 7
cæcorum, & educeres de concluſione vinctum,
Inf. 48. b. 11 de domo carceris ſedentes in tenebris. *ª Ego 8
Dominus, hoc eſt nomē meum: gloriam meam
alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.
*Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quo- 9
que ego annuntio: antequam oriantur, audita
vobis faciam. *Cantate Domino canticum no- 10
uum, laus eius ab extremis terræ: qui deſcendi-
tis in mare, & plenitudo eius; inſulæ, & habita-
tores earum. *Subleuetur deſertum, & ciuitates 11
eius: in domibus habitabit Cedar: laudate ha-
bitatores Petræ, de vertice montium clama-
bunt. *Ponent Domino gloriam, & laudem eius 12
in inſulis nuntiabunt. *Dominus ſicut fortis 13
egredietur, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum:
vociferabitur, & clamabit: ſuper inimicos ſuos
confortabitur. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, 14
ſicut parturiens loquar: diſſipabo, & abſorbebo C
ſimul. *Deſertos faciam montes, & colles, & 15
omne gramen eorum exiccabo: & ponam flu-
mina in inſulas, & ſtagna arefaciam. *Et ducam 16
cæcos in viam, quam neſciunt; & in ſemitis, quas
ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam te-
nebras coram eis in lucem, & praua in recta: hæc
verba feci eis, & non dereliqui eos. *Conuerſi 17
ſunt retrorſum: confundantur confuſione qui
confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili: Vos
dij noſtri. *Surdi audite, & cæci intuemini ad vi- 18
dendum. *Quis cæcus, niſi ſeruus meus? & ſur- 19
dus, niſi ad quem nuntios meos miſi? quis cæcus,
niſi qui venūdatus eſt? & quis cæcus, niſi ſeruus
Domini? *Qui vides multa, nónne cuſtodies? 20
qui apertas habes aures, nónne audies? *Et Do- 21
minus voluit vt ſanctificaret eum, & magni-
ficaret legem, & extolleret. *Ipſe autem po- 22
pulus direptus, & vaſtatus: laqueus iuuenum
D omnes, & in domibus carcerum abſconditi
ſunt: facti ſunt in rapinam, nec eſt qui eruat; in
23 direptionem, nec eſt qui dicat: Redde. *Quis
eſt in vobis qui audiat hoc, attendat & auſcultet
24 futura? *Quis dedit in direptionem Iacob,
& Iſrael vaſtantibus? nónne Dominus ipſe,
cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius am-
25 bulare, & non audierunt legem eius. *Et effudit
ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte
bellum, & combuſſit eum in circuitu, & non
cognouit: & ſuccendit eum, & non intellexit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Ecce servvs mevs. *Seruus* eſt Chriſtus ſecundùm naturam aſſumptam, non tamen filius adoptiuus. Hoc caput de Chriſto eſt, vti ex Matthæo conſtat, cap. 12. v. 18. Verùm in Matth. *Ecce puer meus* dicitur, non *ſeruus meus*, vt eſt in Iſa. etiam Hebr. Sept. *puer meus.* Svscipiam evm. aut *innitar in eo*, vt ſ. herus ſeruo innititur, illi fidit. Ivdicivm Gentibvs. Euangelium, Legem gentibus, quas vocabit ad ſe, nuntiabit.

2 Non clamabit. non excitabit tumultum. Neqve accipiet personam. Chald. *nec vociferabitur.* Hebr. *non eleuabit.* ſ. vocem. Repetitio eſt, vt & verba quæ ſequuntur. Nec avdietvr vox eivs foris. Ratio agendi placida erit, præcipua benignitas.

3 Calamvm qvassatvm ..... et linvm fvmigans vocat plebeios & pauperes, quibus iniuriam non faciet. In iudicijs veritatem ſequetur, non gratiam aut dona. Et linvm. i. myxum.

4 Non erit tristis. Hebr. *non rugabit.* ſ. frontem, vt mœſti ſolent. Neqve tvrbvlentvs. Hebr. *& non curret.* Hoc eſt, neque remiſſus erit in agendo, neque feſtinus: mediam viam tenebit. Legem eivs insvlæ. i. gentes remotæ, expectabvnt. ſequentur. quas vocat *inſulas*, quoniam ad eas mari ibatur.

5 Firmans terram. Hebr. *expandens terram.* Sept. *firmauit terram*, Chald. *fundauit.* Dans flatvm. Sic Sept. Hebr. *animam* ſeu *mentem.* Et spiritvm. i. animam. Itaque dat hominibus vitam. id *flatus*, id *ſpiritus* ſignificat.

6 Vocavi te in ivstitia. pro, in iuſtitiam, vt eam mundo reſtitueres. Aut *in iuſtitia.* i. vt erat iuſtum, & tua merita exigebant Chald. *in veritate.* In foedvs popvli. ſ. Iudaici, vt illud impleres, & in lucem aliarum gentium te, ô Chriſte, vocaui.

7 De conclvsione. Hebr. *de carcere* educeres. Vinctvm. pro, vinctos. Sic erat genus humanum cæcum, & in tenebris carceris.

8 Ego Dominvs. Hic eſt nomen ineffabile Dei, quod ab exiſtendo deducitur, quòd quæ promiſit, omnia impleat. Hoc est nomen mevm. ſ. proprium & ſubſtantiale, alia appellatiua & accidentaria. Gloriam meam. Hanc gloriam & laudem. i. hoc nomen nulli, ac idolis præſertim non dabo.

9 Qvæ prima fvervnt. i. antiqua, præterita iam venerunt, iam exhibui. Nova qvoqve. i. futura annuntio. q. d. ex præteritis colligetis vera eſſe quæ de futuris dico, ex vtriſque mihi illud nomen conuenire.

10 Cantate Domino canticvm novvm, quia noua ſunt beneficia. Et plenitvdo eivs. i. omnes qui in mari verſantur, & qui terram habitant, Deum laudent.

11 Svblevetvr desertvm. Hebr. *leuent* (ſ. vocem) *deſertum & vrbes eius.* ſ. vocem in laudem Dei eleuent. In domibvs habitabit Cedar. pro, in domibus vbi habitabit Cedar. ſ. laudent Deum. *Domos* vocat mapalia. Hebr. *vici* (vbi) *habitat Cedar.* i. *Arabes*, vt Chald. *laudent.* Item villas vocat gurguſtia aut tentoria, vbi illi habitabant, Nomadum inſtar. Lavdate habitatores Petræ. i. qui in arcibus habitant, & in vertice montium, ij etiam Deum celebrent. Arces in rupibus ponebantur, & in montium cacumine.

Zelvm. Suſcitabit in ſuos amorem, in aduerſarios 13
vindictam. vtrumque *zelus* ſignificat. Clamabit.
יַצְרִיחַ *iazriah* ſignificat *clamabit vehementiſsime*. Sv-
per inimicos, aut *contra inimicos*.

Tacvi semper. Hebr. *tacui à ſæculo*. i. æternùm. ſiue 14
iam diu iram continui. Patiens fvi. Hebr. *continui*.
ſ. vocem aut iram. Non eſt ergo mirum, ſi poſt tam
longum ſilentium & diſſimulationem nunc clamabo
Ergo Sicvt partvriens loqvar. Hebr. *clamabo*.
Ingentes ſunt parturientis clamores. Dissipabo, ſeu
deſolabo. ſ. hoſtes. Et absorbebo simvl, perdam.

Desertos faciam, ſeu *vaſtabo*. vt Sept. Gra- 15
men, herbā ſeu fœnum. Et ponam flvmina in
insvlas. i. extenuabo. In æſtate in medijs fluminibus
apparent inſulæ, quæ hieme aquis tegebantur.

Et dvcam cæcos. Hæ ſunt gentes, quæ neſcientes 16
quid facerent, ad Euangelium Dei dono venerunt.

Conversi svnt retrorsvm. aut *conuertentur*. 17
Res illis in contrarium & vota cadent, qui idola co-
lunt. Suos dixit ſeruaturum ſuperiori verſu, nunc im-
pios ait ſecùs acturos.

Qvis cæcvs, nisi servvs mevs? Locus difficilis. 19
Hebr. à noſtra Vulgata diſcrepant multùm. Vulgatæ
ſenſus eſt: quis cæcus niſi populus hic? quem ſeruum
Dei vocat, quia talis eſſe debuit. Et quis ſurdus niſi is,
ad quem mitto nuntios? i. Prophetas, & non audit eos
populus. Qvi venvmdatvs est? Vocem מְשֻׁלָּם
meſulam pro *tradito* ſumpſit ſeu *venumdato*. ſ. in ma-
lum. i. nequitiæ ſeruus eſt. Hebraica ſic habent: *Quis
cæcus niſi ſeruus meus? & mutus ſicut nuntius meus*
quem) *miſi? Quis cæcus niſi perfectus, & cæcus ſicut
ſeruus Domini?* Nimirum Chriſtus, aut Iſaias. Hoc au-
tem dicit ex Iudæorum opinione, & verbis, non quòd
ita eſſet Vocauerat Iudæos ſurdos & mutos; illi reſpon-
dent, non ipſos tales eſſe, ſed Meſſiam, ſed Iſaiam. Me-
liùs noſtra.

Qvi vides mvlta, nonne cvstodies? pro, obſerua- 20
bis. Hebr. *videre multa* (pro, vides multa) *& non obſer-
uas*. Qvi apertas habes avres, nonne avdies?
Hebr. *aperire aures* (pro, aperis aures) *& non audis*.
q. d. perinde hoc eſt ac eſſe cæcum & mutum. Ne di-
cas, Multa video, aures habeo, & quidem apertas. Ina-
nis ea obiectio eſt.

Et Dominvs volvit, facere ſ. quæ dicta ſunt, bonis 21
fauere, punire malos. Vt sanctificaret evm. ſ. po-
pulum. Hebr. *propter iuſtitiam ſuam*. i. vt eam oſtende-
ret. Et magnificaret legem. ſ. cùm viderent ex
eius obſeruatione ſalutem. ex contemptu exitium ex-
tare. Chald. *magnificaret Legis factores*.

Direptvs, et vastatvs. ſiue *direptus & expila- 22
tus*. ſ. erit populus. Dabitur in prædam, quia Legem non
ſeruauit. Laqvevs ivvenvm omnes. i. corrumpit
hic populus iuniores. Hebr. *illaquea*, pro, illaqueabun-
tur *iuuenes*. Ducentur captiui. Quidam vertunt, *illa-
queabuntur in foraminibus*, ſeu *ſpeluncis* בַּחוּרִים *bahu-
rim*, quæ vox & *iuuenes* poteſt ſignificare, quod ſequi-
tur Chald *& in ſpeluncis*. Senſus eſt, fore vt populus
recludatur in ſpeluncis & in carceribus, vt capti ſolent
detrudi à victoribus. Nec est qvi dicat: Redde.
. i. qui opem ferat direptis non erit.

Et effvdit. pro, effundet. Præterita pro futuris ſu- 25
mantur. Forte bellvm. Hebr. *robur belli*. i. hoſtes
robuſtos. Non cognovit, non eſt conuerſus. ſ. po-
pulus. Et non intellexit. Hebr. *& non poſuit ſu-
per cor*. i. non reſipuit, aut non intellexit populus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Servvs mevs. Chald. *ſeruus meus Meſsias*. Com- 1
placvit, &c. q. d. eſt mihi chariſſimus. Anima.
Hieron. epiſt. 151. *Animæ* nomine, Dei ſignificatur
affectus. Spiritvm. Chald. *Spiritum ſanctum*. Iv-
dicivm. ſ. Dei, vel quod iuſtum eſt. Proferet.
Chald. *reuelabit*.

Clamabit. ſ. more perturbatorum. Foris. q. d. in 2
plateis. Aug. 20. Ciu. 1. ab his, qui foris ſunt, ab eius
corpore præciſi.

3 Linvm. i. myxum, ſeu ellychnium. Fvmigans.
ſ. pænè extincto lumine. Non extingvet. q. d. nemi-
nem lædet, quin etiam viliſſimos iuuabit, ſeu pænè de-
ficientes. Chald. per *calamum* manſuetos, per *linum*
pauperes intelligit. In veritate, &c. q. d. verè iudicabit.

4 Non erit, &c. q. d. magna animi quiete. ſ. nulla paſ-
ſione turbatus prædicabit. Ivdicivm. i. iuſtam & re-
ctam legem Euangelicam. Et legem, &c. Lxx. *& in
nomine eius gentes ſperabunt*, quomodo citatur Mat-
thæi 12. Insvlæ. i. remotiſſimi quique. Expe-
ctabvnt. ſ. cum deſiderio.

5 Flatvm. Chald. *ſpiramentum*.

6 Te. ſ. ô Chriſte. In ivstitia. i. cum iuſtitia. q. d. iu-
ſtum & iuſtificantem. Servavi, &c. Præt. pro fut. In
foedvs. ſ. feriendum cum tuo ſanguine. Popvli.
Lxx. *generis Iſrael*.

7 Conclvsione. i. carcere. ſ. peccatorum.

9 Fvervnt. ſ. à me prædicta. Nova. i. inuſitata &
mirabilia.

10 Novvm. q. d. nouis laudibus celebrate. Lavs eivs.
ſ. audiatur, vel canteur. Plenitvdo. Lxx. *nauigantes*.

11 Desertvm. i. mundus. Habitabit. pro, habitan-
tes. Cedar. Regio eſt Arabiæ. Petræ. i. rupium.
Quidam vrbis nomen putant. Vide ſup. cap. 16.

12 Ponent. Lxx *dabunt*.

13 Egredietvr. ſ. ad iudicandum. Zelvm. Chald.
iram. Vociferabitvr, &c. i. aget more irati. Con-
fortabitvr. i. præualebit.

14 Tacvi. i. iram continui. Dei verba ſunt. Apud Pro-
phetas frequens perſonæ mutatio. Semper. Lxx. *à
ſæculo*. q. d. diu. Sicvt partvriens. ſ. cū vi effundens
conceptam iram. Absorbebo. i. perdam. Chald.
conſumam.

16 Prava. i. diſtorta. Hæc verba. i. res has. Feci.
Præteritum pro futuro.

17 Conversi. ſ. impij fruſtrati ſpe.

18 Intvemini. Lxx. *reſpicite*. Ad videndvm. i. vt
videatis.

19 Venvmdatvs est. ſ. ſeruus peccati, vt qui venditur.
Lxx. *qui receſſit*.

20 Cvstodies. i. obſeruabis, ſeu attendes.

21 Sanctificaret evm. Chald. *iuſtificaret Iſrael*.
Legem. Chald. *legis factores*.

22 Ivvenvm. i. fortis. q. d. fortiter illaqueati. Chald.
iuuenes ſunt omnes. Dicat. ſ. raptori. Redde. ſ. quod
diripuiſti.

24 Cvi. i. contra quem.

25 Cognovit. i. reſipuit. Intellexit. Chald. *propo-
ſuit animo timorem eius*.

CAPVT XLIII.

Populum credentem ſecurum facit, eius ex vniuerſo orbe multiplicationem futuram promittens, cum enarratione præteritorum ac futurorum Dei erga populum ſuum beneficiorum, quibus ſe ſolum verum Deum eſſe comprobat: addita graui expoſtulatione aduerſus Iudæorum ingratitudinem.

1 ET nunc hæc dicit Dominus creans te Ia-
A cob, & formans te Iſraël: Noli timere, quia
redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu.
2 *Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumi-
na non operient te: cùm ambulaueris in igne,
non comburêris, & flamma non ardebit in te:
3 *Quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſraël
ſaluator tuus, dedi propitiationem tuam Ægy-
4 ptum, Aethiopiam & Saba pro te. *Ex quo ho-
norabilis factus es in oculis meis, & glorioſus:
ego dilexi te, & dabo homines pro te, & popu-
5 los pro anima tua. *Noli timere, quia ego tecum
ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab
6 Occidente congregabo te. *Dicam Aquiloni:
Da; & Auſtro: Noli prohibere: affer filios meos
de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

*Et omnem, qui inuocat nomen meum, in glo- 7
riam meam creaui eum, formaui eum, & feci
eum. * Educ foras populum cæcum, & oculos 8
habentem; ſurdum, & aures ei ſunt. *Omnes 9
gentes congregatæ ſunt ſimul, & collectæ ſunt B
tribus: quis in vobis annuntiet iſtud, & quæ pri-
ma ſunt audire nos faciet? dent teſtes eorum, iu-
ſtificentur, & audiant, & dicant: Verè. *Vos te- 10
ſtes mei, dicit Dominus, & ſeruus meus, quem
elegi: vt ſciatis, & credatis mihi, & intelligatis
quia ego ipſe ſum. Ante me non eſt formatus
Oſe.13. b.4 Deus, & poſt me non erit. *Ego ſum, ego ſum 11
Dominus, & non eſt abſque me ſaluator. *Ego 12
annuntiaui, & ſaluaui: auditum feci, & non
fuit in vobis alienus: vos teſtes mei, dicit Domi-
nus, & ego Deus. * Et ab initio ego ipſe, & non 13
eſt qui de manu mea eruat: operabor, & quis
auertet illud? *Hæc dicit Dominus redemptor 14
veſter, ſanctus Iſraël. Propter vos miſi in Baby-
lonem, & detraxi vectes vniuerſos, & Chaldæos
in nauibus ſuis gloriantes. *Ego Dominus ſan- 15
ctus veſter, creans Iſraël rex veſter. * Hæc dicit 16
Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis C
torrentibus ſemitam. *Qui eduxit quadrigam 17
& equum, agmen & robuſtum: ſimul obdor-
mierunt, nec reſurgent: contriti ſunt quaſi li-
num, & extincti ſunt. * Ne memineritis prio- 18
2. Cor 5. d.17 rum, & antiqua ne intueamini. *Ecce ego fa- 19
Apoc.21. b.5 cio noua, & nunc orientur, vtique cognoſcetis
ea: ponam in deſerto viam, & in inuio flumina.
*Glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtru- 20
thiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in
inuio, vt darem potum populo meo, electo meo.
*Populum iſtum formaui mihi, laudem meam 21
narrabit. *Non me inuocaſti Iacob, nec labora- 22
ſti in me Iſrael. * Non obtuliſti mihi arietem 23
holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti
me: non te ſeruire feci in oblatione, nec labo- D
rem tibi præbui in thure. *Non emiſti mihi ar- 24
gento calamum, & adipe victimarum tuarum
non inebriaſti me. Verumtamen ſeruire me fe-
ciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in
iniquitatibus tuis. *Ego ſum, ego ſum ipſe, qui 25
deleo iniquitates tuas propter me, & peccato-
rum tuorum non recordabor. * Reduc me in 26
memoriam, & iudicemur ſimul: narra ſi quid
habes vt iuſtificeris. *Pater tuus primus pecca- 27
uit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me. *Et 28
contaminaui principes ſanctos, dedi ad interne-
cionem Iacob, & Iſrael in blaſphemiam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET NVNC HÆC DICIT DOMINVS. Mala quæ populo minatus ſum, non erunt perpetua. Poſt illa ſuccedet quies & felicitas. REDEMI TE. i. liberabo te à malis. præteritum pro futuro. ET VOCAVI TE NOMINE TVO. Id amoris argumentum, cùm quis ſuo nomine vocat aliquem. Inde Nomenclatores Romæ. MEVS ES TV. ſ. ſeruus aut populus, ideò vt rem meam diligo.

3 DEDI PROPITIATIONEM TVAM. i. pretium pro te dedi Ægyptum, cùm mala quæ tu merebaris, in illas nationes verti. *Dedi*, pro, dabo. SABA ſcribitur per ס; non eſt ergo Saba Africę, ſed Aſiæ, vbi erant Sabæi in Arabia Felici. de quo Geneſ. 10. v. 7.

4 EX QVO HONORABILIS. i. quoniam pretioſus fuiſti coram me. ET GLORIOSVS. Hebr. *glorioſus es factus*. ET DABO HOMINES PRO TE. i. in alios mala & bella vertam, vt tu liber euadas; quod ſuperiori verſu dixerat. PRO ANIMA TVA. i. vita & incolumitate tua dabo homines.

5 AB ORIENTE, ex omnibus mundi plagis poſteros tuos congregabo & liberabo. Hoc Chriſti aduentu & benignitate eſt factum. Aut de reditu è Babylone loquitur, vti paulò pòſt.

7 ET OMNEM, QVI INVOCAT NOMEN MEVM. Sic Sept. Hebr. *omnis qui vocatus eſt nomine meo* i. qui meus eſt. IN GLORIAM MEAM CREAVI EVM. i. vt eo liberato glorioſius appaream.

8 EDVC FORAS. pro, educam, liberabo. POPVLVM CÆCVM. quamuis apertis oculis nihil videat, aut audiat populus hic. i. non agnoſcat mea beneficia, tamen eum liberare certum eſt.

9 OMNES GENTES CONGREGATÆ SVNT. pro, congregentur in vnum. TRIBVS. Hebr. *populi*. QVIS IN VOBIS ANNVNTIET ISTVD. q. d. an erit ex omnibus aliquis qui poſſit annuntiare quæ ego ventura dico? ET QVÆ PRIMA SVNT i. antiqua. par enim difficultas, vetera & futura nuntiare. Quòd ſi tentare audent, DENT TESTES. i. aliquo argumento declarent ſe vera dicere. IVSTIFICENTVR. i. iuſtos eos putabimus. ET AVDIANT, ET DICANT. VERE. pro, & de ijs quæ audient (à Deo) dicant verè, Hebr. *veritatem*. Illud *vere*, Regia iungunt cum ſequentibus: *Verè vos teſtes*.

10 VOS TESTES MEI. i. vos ſcitis me vera dicere. q. d. Si peto ab alijs teſtes, ego do etiam. ET SERVVS MEVS. Iſaias eſt. ſ. teſtis. ANTE ME NON EST FORMATVS DEVS. i. non eſt alius Deus, nec fuit ante me, nec poſt me erit. Quibuſdam durum videtur de Deo formationem dici, ita *formatus* ponunt in neutro genere, ſic: *Ante me*. i. priùs quàm ego conderem res, *non formatum Dei*. i. à Deo nihil formatum eſt: *& poſt me non erit*. Ego ſolus ſum rerum opifex. Hæc ſunt prima & vetera, quæ negauit poſſe aliquem nuntiare.

12 ET NON FVIT IN VOBIS ALIENVS. ſ. Deus. aut meliùs, non fuit ex vobis qui iſta neſciret.

13 AB INITIO. Sic Sept. Chald. *à ſæculo*. Hebr. *à die*. ſ. primo. EGO IPSE. pro, ego ſum. NON EST QVI DE MANV MEA ERVAT. Omnes ſubiectos habeo. OPERABOR. i. omnia opera ego facio, neque aliquis ea impedire poteſt.

14 PROPTER VOS, vt vos liberem. MISI IN BABYLONEM. pro, mittam. ſ. Cyrum. DETRAXI VECTES. pro, detraham. Alij vertunt, *fugitiuos*. id Sept. ſunt ſecuti. Vox בריחים pro ratione punctorum, & *vectes* ſignificat, & *fugitiuos*: ſi *vectes*, clara eſt ſententia; ſi *fugitiuos*, ſignificat Iudæos, quos fugitiuos. i. exules vocat, inde detracturum. Detraham etiam Chaldæos, eos agam in captiuitatem. IN NAVIBVS SVIS GLORIANTES. Multas cymbas in flumine Tigri & vicinis ſtagnis habebant Babylonij.

16 IN AQVIS TORRENTIBVS. Hebr. *vehementibus*. SEMITAM dedit. Hoc fecit, cùm eduxit Iſrael ex Ægypto.

17 QVI EDVXIT QVADRIGAM, fecit Deus exire quadrigas contra Iudæos, quando diſceſſerunt. CONTRITI SVNT QVASI LINVM. ſ. cùm maceratur in aqua, & poſteà ligno decutitur. Hebr. *extincti ſunt ſicut linum*, i. myxum lucernæ. ſic Sept. Periere omnes Ægyptij.

18 NE MEMINERITIS PRIORVM. Quid opus eſt vetera commemorare? noua nunc prodigia facturus ſum.

19 PONAM IN DESERTO VIAM. vt ſ. captiui redeuntes in patriam minùs laborent, eis complanabo viam, auferam difficultates. Id ſignificat *ponere in deſerto flumina*. Aut dic copioſos imbres miſiſſe, vnde flumina extitere.

20 GLORIFICABIT ME BESTIA AGRI. Beſtijs etiam vtilis fuit ea reductio, nam aquam vnde biberent, & ipſæ habuerunt. Mutis vocem tribuit. cùm lætæ ſunt beſtiæ, videntur Deum laudare bonorum largitorem.

21 POPVLVM ISTVM FORMAVI MIHI. Non mirum ſi illi benefacio; eſt populus meus. Hebr. ſic verto: *Dixerat*

poſuiſſe in deſerto flumina, vt potaret populum, nunc addit: *Populum iſtum* (quem) *formaui mihi* (vt) *laudem meam narrarent.* ſic connectitur hic verſus cum ſuperiori, ſic connectunt Sept.

22 NON ME INVOCASTI IACOB. q.d. Ego te formaui in laudem meam, vt me laudares; tu feciſti contrà, non me inuocaſti. NEC LABORASTI. Hebr. *quin potius te laſſaſti in me.* i. faſtidiſti me, & cultum meum. Aut ſic: *quin non laboraſti in me.* i. propter me nullum laborem ſuſcepiſti, vt negatio prior geminetur.

23 NON OBTVLISTI MIHI ARIETEM, aut *pecudem.* id ſignificat שֶׂה *ſeh.* ET VICTIMIS TVIS. ſignificat nulla Deo obtuliſſe ſacrificia, nulla munera. Quæ omnia ad Dei laudem pertinebant, ad quam celebrandam te formaram. NON TE SERVIRE FECI. pro, non ſeruiſti. ſ. in deſerto victimas non obtuliſti.

24 CALAMVM. ſ. odoratum, aromaticum, odoris cauſa non emiſti. Nec INEBRIASTI ME. Chald. *impinguaſti altare meum adipe.* Id *inebriare* vocat propter copiam adipis. VERVMTAMEN. ſeu *quin potiùs*, tua peccata mihi negotium & moleſtiam exhibuerunt. Loquitur more humano.

25 EGO SVM IPSE, QVI DELEO INIQVITATES TVAS. Tu mihi moleſtiam exhibuiſti, ego tamen tibi remitto peccata.

26 REDVC ME IN MEMORIAM. i. mihi. ſi quid contra hæc habes, ſi quid boni feciſti, id profer in medium, vt pro tribunali iuſtus eſſe iudiceris.

27 PATER TVVS PRIMVS. Non eſt quòd maiorum merita excuſes, nam Adam peccauit. ET INTERPRETES TVI. i. Principes. ſ. Patriarchæ illi etiam præuaricati ſunt.

28 CONTAMINAVI. ſeu *profanaui*, profanos eſſe oſtendi. PRINCIPES SANCTOS. Hebr. *Principes ſanctitatis.* .i. quos mihi conſecraram, Moyſem & Aaron, quos aditu Terræ promiſſę prohibui. DEDI AD INTERNECIONEM. Hebr. *dedi in anathema, denoui, occidi.* Quem? IACOB, magnam eius populi partem in deſerto occidi. IN BLASPHEMIAM, aut *opprobria.* i. ex quo factum, vt gentes conuitiarentur populo, quaſi non haberet Deum qui illum tueretur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IACOB. i. Eccleſia, ſeu popule fidelis. VOCAVI. ſ. vt ſolent domini ſeruos.

2 CVM TRANSIERIS, &c. q.d. in omnibus periculis te liberabo.

3 PROPITIATIONEM. i. redemptionem. q.d pro te perdidi multas gentes tibi aduerſantes. Chald. & Lxx. *commutationem.*

4 DABO. i. perdam. TE. ſ. ſeruando. ANIMA. i. vita. q.d. perdam vitæ tuę inſidiantes.

5 SEMEN TVVM. Chald. *filios tuos.*

6 PROHIBERE. Chald. *morari.* AFFER. i. reduc. p.d. reducendos curabo.

8 EDVC. Chald. & Lxx. *eduxi*, pro, adducam. ſ. ad lucem Euangelicam. ET OCVLOS, &c. q.d. oculos habet, ſed non videt; aures, & non audit.

9 CONGREGATÆ. ſ. in Eccleſiam ex omnibus mundi partibus. VOBIS. ſ. ô cultores idolorum. PRIMA. Lxx. *à principio.* q.d. mundi creationem, & quæ Dei reuelatione ſola poſſunt ſciri, vel primò ventura. IVSTIFICENTVR. i. cauſam ſuam iuſtificent. ſ. quòd veraces ſint dij eorum. VERE. Chald. & Lxx. *verum.* At Complut. cum ſequentibus iungit. q.d. Sanè vos, &c.

10 VOS. ſ. ô Apoſtoli. SERVVS MEVS. Chald. *ſeruus meus Chriſtus.* FORMATVS. Lxx. *alius.* Quidam legunt *formator.* ſ. rerum.

12 ANNVNTIAVI. ſ. futura. ALIENVS. i. alius. ſ. Deus, qui iſta faceret.

14 MISI. pro, mittam. ſ. Cyrum, vel Chriſtum. VECTES. i. impedimenta. CHALDÆOS. ſ. detraxi, ſeu perdidi. NAVIBVS. ſ. per Euphratem.

16 MARI. ſ. rubro. AQVIS. ſ. Iordanis. TORRENTIBVS. Hebr. Chald. & Lxx. *vehementibus.*

17 EDVXIT. i. fecit exire ex Ægypto. ſ. contra Hebræos. OBDORMIERVNT. ſ. ſubmerſi in Mari rubro. RESVRGENT. Chald. *ſurrexerunt.*

18 NE MEMINERITIS, &c. q.d. Atque vt antiqua omittamus.

19 NVNC. i. citò. DESERTO. i. gentilitate. VIAM. ſ. ſalutis. FLVMINA. i. copiam gratiarum.

20 BESTIA, &c. ſ. gentiles ante fidem, vt feræ.

21 FORMAVI MIHI. Chald. *præparaui cultui meo.*

22 NON ME, &c. q.d. non me coluiſti, vt debueras. IN ME. i. cauſa mea.

23 SERVIRE. ſ. graui ſeruitute, vel præt. pro fut. q.d. non à te poſt hac exigam ſacrificia iſta, ſed alia potiora.

24 ARGENTO. ſ. multo. CALAMVM. ſ. aromaticum. Lxx. *thymiama.* INEBRIASTI ME. Chald. *impinguaſti altare meum.* SERVIRE. i. induere formam ſerui, vel grauari, more ſeruorum. IN PECCATIS TVIS. i. ob peccata tua. LABOREM. ſ. Paſſionis, vel q.d. moleſtiam.

26 ME. ſ. quid tecum egerim. NARRA SI QVID HABES. Lxx. *dic tu iniquitates tuas primus.* IVSTIFICERIS. .i. cauſam tuam iuſtifices. q.d. te defendas.

27 PRIMVS. ſ. Adam. INTERPRETES. ſ. Moyſes & Aaron. Chald. *doctores.* Lxx. *principes.* IN ME. i. contra me.

28 CONTAMINAVI. i. oſtendi contaminatos peccato, & indignos, qui Terram promiſſam ingrederentur. DEDI. ſ. in deſerto. BLASPHEMIAM. Chald. & Lxx. *opprobrium.* ſ. hoſtium.

CAPVT XLIV.

Deus conſolatur populum ſuum, effuſurus ſuper eum ſpiritum ſuum, & aquas ſuper ſitientem: ipſe primus & nouiſſimus ac ſolus Deus, omnium creator ac moderator: idolorum quoque, artificum eorum ac idololatrarum magna vanitas, imò ſtupor apertè conuincitur: proinde ab idolis ad Deum, in cuius manu ſunt omnia, populus reuocatur.

1 ET nunc audi Iacob ſerue meus, & Iſraël
2 quem elegi: *Hæc dicit Dominus faciens & ^a Ier. 30. b. 10 & 46. g. 27
A formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere
ſerue meus Iacob, & rectiſſime, quem elegi.
3 *Effundam enim aquas ſuper ſitientem, &
fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritum meum
ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſu-
4 per ſtirpem tuam. *Et germinabunt inter her-
5 bas, quaſi ſalices iuxta præterfluentes aquas. *Iſte
dicet: Domini ego ſum: & ille vocabit in nomi-
ne Iacob: & hic ſcribet manu ſua: Domino: &
6 in nomine Iſrael aſſimilabitur. *^b Hæc dicit Do- ^b Sup. 41. b. 4
minus rex Iſrael, & redemptor eius Dominus Inf. 48.
exercituum: Ego primus, & ego nouiſſimus, & b. 12
7 abſque me non eſt Deus. *Quis ſimilis mei? vo- Apoc. 1. d. 18. & 22.
cet, & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex c. 13
quo conſtitui populum antiquum: ventura &
8 quæ futura ſunt annuntient eis. *Nolite timere,
neque conturbemini: ex tunc audire te feci, &
annuntiaui: vos eſtis teſtes mei. numquid eſt
Deus abſque me, & formator quem ego non
9 nouerim? *Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, &
B amantiſſima eorum non proderunt eis. ipſi ſunt
teſtes eorum, quia non vident, neque intelli-
10 gunt, vt confundantur. *Quis formauit Deum,
11 & ſculptile conflauit ad nihil vtile? *Ecce om-
nes participes eius confundentur: fabri enim
ſunt ex hominibus: conuenient omnes, ſtabunt
12 & pauebunt, & confundentur ſimul. *^c Faber ^c Sap. 13. c. 11
ferrarius lima operatus eſt: in prunis, & in mal-
leis formauit illud, & operatus eſt in brachio
fortitudinis ſuæ: eſuriet & deficiet, non bibet
13 aquam, & laſſeſcet. *Artifex lignarius extendit
normam, formauit illud in runcina: fecit illud
in angularibus, & in circino tornauit illud: &

fecit

fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominem
habitantem in domo. * Succidit cedros, tulit 14
ilicem,& quercum, quæ ſteterat inter ligna ſal-
tus: plantauit pinum,quam pluuia nutriuit. * Et 15
facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, C
& calefactus eſt: & ſuccendit, & coxit panes:
de reliquo autem operatus eſt deum, & adora-
uit: fecit ſculptile, & curuatus eſt ante illud.
* Medium eius combuſſit igni, & de medio 16
eius carnes comedit: coxit pulmentum, & ſa-
turatus eſt, & calefactus eſt, & dixit: Vah, ca-
lefactus ſum, vidi focum. * Reliquum autem 17
eius deum fecit & ſculptile ſibi: curuatur ante
illud, & adorat illud, & obſecrat, dicens: Li-
bera me, quia Deus meus es tu. * Neſcierunt, 18
neque intellexerunt: obliti enim ſunt ne vi-
deant oculi eorum, & ne intelligant corde ſuo.
* Non recogitant in mente ſua, neque cogno- 19
ſcunt, neque ſentiunt, vt dicant: Medietatem
eius combuſſi igni, & coxi ſuper carbones
eius panes: coxi carnes & comedi, & de reli-
quo eius idolum faciam? ante truncum ligni
procidam? * Pars eius cinis eſt: cor inſipiens 20
adorauit illud, & non liberabit animam ſuam,
neque dicet: Forte mendacium eſt in dexte- D
ra mea. * Memento horum Iacob, & Iſrael, 21
quoniam ſeruus meus es tu. formaui te, ſeruus
meus es tu Iſrael, ne obliuiſcaris mei. * De- 22
leui vt nubem iniquitates tuas, & quaſi nebu-
lam peccata tua: reuertere ad me, quoniam
redemi te. * Laudate cæli, quoniam miſericor- 23
diam fecit Dominus: iubilate extrema terræ,
reſonate montes laudationem, ſaltus & omne
lignum eius: quoniam redemit Dominus Ia-
cob, & Iſrael gloriabitur. * Hæc dicit Domi- 24
nus redemptor tuus, & formator tuus ex vte-
ro: Ego ſum Dominus, faciens omnia, exten-
dens cælos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus
mecum. * Irrita faciens ſigna diuinorum, & 25
ariolos in furorem vertens. Conuertens ſa-
pientes retrorſum: & ſcientiam eorum ſtul-
tam faciens. * Suſcitans verbum ſerui ſui, & 26
conſilium nuntiorum ſuorum complens. Qui
dico Ieruſalem: Habitaberis; & ciuitatibus
Iuda: Ædificabimini, & deſerta eius ſuſcita-
bo. * Qui dico profundo: Deſolare, & flumi- 27
na tua arefaciam. * Qui dico Cyro: Paſtor 28
meus es, & omnem voluntatem meam com-
plebis. Qui dico Ieruſalem: Ædificaberis; &
templo: Fundaberis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET NVNC AVDI IACOB. Rurſus conſolatur veros 1
Iſraelitas, & in idola inuehitur.

ET RECTISSIME, QVEM ELEGI. Chald. *& Iſrael,* 2
quem elegi. Rectum vocat *Iſrael,* quia Deum recto cultu colebat.

SVPER SITIENTEM. ſ. terram. SVPER SEMEN 3
TVVM. i. filios tuos, poſteros. SVPER STIRPEM TVAM. Hebr. *ſuper germina tua.* i. filios & poſteros effundam aquas & ſpiritum meum. Per *aquas & ſpiritum* intelligit dona cæleſtia, & opem, quam ſuis contulit Deus.

ET GERMINABVNT INTER HERBAS filij tui. i. ſic 4
inter herbas germinabunt, ſicut quod ſeminatur in locis herbidis. i. locis humidis & pinguibus; ibi enim herbæ & fœnum naſcuntur. Per *herbam* fœnum intellige. QVASI SALICES IVXTA PRÆTERFLVENTES AQVAS. Hebr. *iuxta riuos aquarum. Salices* ad riuos creſcunt.

5 ISTE DICET: DOMINI EGO SVM. Tanta erit felicitas Iſrael, vt externi certatim ſe Dei eſſe, & ex genere Iacob contendant. ET HIC SCRIBET MANV SVA: DOMINO. i. manu exteriùs notam feret ſcriptam, quæ id ſignificat ſe Domini eſſe. ET IN NOMINE ISRAEL ASSIMILABITVR, cognominabit. ſ. ſe. dicet ſe Iudæum eſſe. Sic felicibus contingit, multi ſe eſſe cognatos dicunt eorum.

7 VOCET. i. clara voce dicat, proteſtetur ſe eſſe Deum mihi ſimilem. ET ANNVNTIET. Hebr. *annuntiet illud,* quod ſ. iam præteriit. ET ORDINEM EXPONAT MIHI. Hebr. *exponat illud mihi.* EX QVO CONSTITVI POPVLVM ANTIQVVM. Hebr. *populum ſæculi.* i. ex quo tempore creaui homines, dicat quæ tunc contigere. Deinde etiam futura nuntiet. Quod ſi non poſſunt, quid ſe eſſe deos mentiuntur?

8 NOLITE TIMERE, NEQVE CONTVRBEMINI, neque paueatis. ſ. idola. EX TVNC AVDIRE TE FECI. .i. iam olim nuntiaui vobis tum præterita, tum futura. Vos id verum eſſe ſcitis, vobis teſtimonium dico, non eſſe Deum alium præter me. ET FORMATOR. .i. Deus. ſ. eſt alius? Hebr. *petra.* Sed per *petram* ſæpè Deum intelligit.

9 PLASTÆ IDOLI. i. formatores, artifices idoli nihil ſunt. ET AMANTISSIMA. i. idola non proderunt. IPSI SVNT TESTES EORVM. Ipſi falſi dei & idola teſtes ſunt, teſtantur ſe non eſſe deos, quia non vident, & non cognoſcunt quidquam. VT CONFVNDANTVR, pudefiant ſcilicet eorum cultores.

10 QVIS FORMAVIT DEVM. pro, formare audeat. ſ. niſi demens. CONFLAVIT. pro, conflare audeat.

11 ECCE OMNES PARTICIPES EIVS. Hebr. *ſocij eius.* ſ. formatoris idoli, aut idoli ipſius ſocij. i. cultores pudefient. FABRI ENIM SVNT EX HOMINIBVS. i. homines ſunt, non Angeli. ET PAVEBVNT, quaſi in idolo ſit numen. ET CONFVNDENTVR SIMVL. i. pudefient omnes videntes. ſ. ſe feciſſe rem inutilem.

12 FABER FERRARIVS. Ex materia & modo faciendi idolum, oſtendit non eſſe Deum. LIMA OPERATVS EST. ſ. idolum. Hebr. *ſecurim.* ſic Chald. alij *aſciam* aut *dolabram.* Denique ſecurim facit ferrarius, vt illa lignarius idolum fabricet. IN PRVNIS, ET IN MALLEIS FORMAVIT ILLVD. ſ. idolum. Alij, *formauit ſecurim, igne adhibito & malleo.* & per *ſecurim* intelligunt alia lignarij inſtrumenta. ESVRIET ET DEFICIET. i. etiam ſi eſuriat, & ſitiat, & laſſetur, non tamen deſiſtit ab opere.

13 EXTENDIT NORMAM. i. regulam. FORMAVIT ILLVD IN RVNCINA. Hebr. *formauit,* ſeu *deſignauit illud* (ſ. lignum) *in filo rubricato.* id vox *ſered* ſignificat. FECIT ILLVD IN ANGVLARIBVS. Hebr. *in aſciis,* ſeu *dolabris.* Hiſp. *el cepillo.* ET IN CIRCINO TORNAVIT ILLVD, figurauit illud. IMAGINEM VIRI. Hebr. *ficut imaginem viri.* QVASI SPECIOSVM HOMINEM. Hebr. *pulchritudinem hominis.* qui ſ. inter animantes longè pulcherrimus eſt. HABITANTEM IN DOMO. Hebr. *ad habitandum in domo.* i. ciuilis hominis adinſtar, qui in domo habitat. quod noſter dixit, non in agro, vbi facies coloratur, & de gratia perdit.

14 QVÆ STETERAT INTER LIGNA SALTVS. Hebr. *& roborauit ſibi in lignis ſaltus.* i. aliqua ex illis lignis accepit. PLANTAVIT PINVM. ſ. vt deinde ſuccideret eam ad faciendum idolum. Commemorat has arbores, quoniam ex illis dolari poteſt idolum.

15 ET FACTA EST HOMINIBVS IN FOCVM. ſ. pinus. Hebr. *& erit* (ſ. lignum) *homini ad comburendum.* Parte ligni ſe calefacit, parte coquit panem. i. panes. ex parte format deum, quem adoret. Irriſio eſt.

16 ET DE MEDIO EIVS CARNES COMEDIT. *Carnes,* ſupple, aſſas, aut elixas. COXIT PVLMENTVM. Hebr. *aſſat aſſaturam, & ſaturatus eſt.* Explicatio eius quod dixerat, *carnes comedit.* VIDI FOCVM. i. ſenſi, calefactus ſum. ſ. parte ligni quam combuſſit.

18 OBLITI ENIM SVNT. ab *obliuio* deducitur, non ab *obliuiſcor.* Hebr. *oblenit à videndo.* i. ne videant, quod opus eſt, fallaciam. Deus ſ. obleuit, excæcauit oculos.

Idolvm faciam ex ligni parte. Hebr. *in abominatio-* 19
nem faciam. ſed *abominatio* pro *idolo*. Ante trvn-
cvm. alij, *ramum* בול *bul* ſignificare putant. Pro-
cidam. Hebr. *me incuruabo*. ſ. vt adorem. Irriſio.

Pars eivs cinis est. Chald. *Ecce dimidium eius* 20
in cinerem redactum eſt. Ita videntur legiſſe Hebr.
רעה *rehah*. i. *ſocia eius*, ſiue *pars eius*, vt Geneſ. 15. v. 10.
Nunc mutatis punctis legunt רֹעֶה *rohe*. i. *paſcens*. hac
ſententia: *Paſcit cinerem cor inſipiens*. i. rem inutilem
facit. noſtra meliùs. Adoravit illvd. Hebr. *in-
clinauit ſe* (ad) *illud*. ſ. adorationis ritu. Forte, &c.
Hebr. *nónne mendacium eſt in dextera mea?* ſ. qua ido-
lum feci, quod mendacium eſt; aut *in dextera*, quo-
niam in adoratione manus ad os admouemus. De
quo plura in illa verba, *Si oſculatus ſum manum
meam*: Iob 31. verſ. 27.

Memento. Hæc cogita Iſrael, ne te impio cultu 21
polluas.

Vt nvbem. ſ. ventus aut Sol ita diſiicit nubem, vt 22
ne veſtigium quidem ſuperſit: ita ego peccata tua de-
leui. ad me reuertere.

Qvoniam misericordiam fecit Dominvs. 23
Vox *miſericordiam* Hebr. non eſt, ſed benè ſuppletur.
Supplent Sept. & Chald. *quia fecit Dominus ſalutem*.
Extrema terræ. Hebr. *inferiora terræ*. i. tu terra,
quæ in ima es, iubila. Et Israel gloriabitvr.
pro, *in Iſrael* (vt eſt Hebr. ſic Chald.) *glorìabitur Deus*.

Stabiliens terram. Hebr. *expandens terram ego* 24
ſum. Et nvllvs mecvm. Hebr. *& a mecum*. i. mea
potentia ſacta eſt nullo alio ſocio.

Divinorvm. ſigna irrita facio. Hebr. *mendacium*. 25
Convertens sapientes retrorsvm. Quomodo
vertat retrorſum, explicat mox. Et scientiam
eorvm stvltam faciens. i. oſtendens eos ſtulta &
falſa loqui.

Servi svi. ſ. Iſaiæ ſuſcitans verbum. Et deser- 26
ta eivs svscitabo. i. inhabitari faciam vrbes & op-
pida ante deſolata Iudææ.

Qvi dico profvndo: Desolare. i. Babylonis 27
profundis aquis ſiccitatem inducam. i. cladem ei vrbi
& genti.

Cyro. *Cyri* nomen hîc expreſſum fuit cauſa libe- 28
rationis populi è captiuitate Babylonica: Ioſephus
lib. 11. cap. 1. Pastor mevs es. Tu reges popu-
lum meum, tu Cyre. Complebis. Hebr. *complebit*.
In ea lingua ſæpè perſonæ mutantur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Rectissime. Chald. & Lxx. *Iſrael*. 2

Sitientem. i. aridam. ſ. gentilitatem. Semen 3
tvvm. Chald. *filios tuos*. Stirpem tvam. Chald. *fi-
lios filiorum tuorum*.

Inter. pro, vt inter. 4

Vocabit. ſ. ſe. q. d. dicet ſe Iſraelitam. i. Chriſtianum. 5
Domino. ſ. ſeruio. q. d. Domini ſum. Assimilabi-
tvr. i. cognominabitur. ſ. Iſraelita. i. Chriſtianus.

Absqve me. i. præter me. 6

Vocet. i. dicat clarè. Annvntiet. ſ. futura. Or- 7
dinem. ſ. futurorum. Antiqvvm. ſ. docui eum et-
iam de futuris. Dij ergo gentium ventura, &c.

Annvntiavi. ſ. futura. Testes. ſ. huius rei. 8
Qvem ego non noverim. ſ. nihil poſſe ſine me.
Chald. *cui à me non ſit data fortitudo*.

Amantissima. i. dilecta ſimulachra. Confvn- 9
dantvr. i. meritò confundi debeant.

Qvis. ſ. niſi demens aliquis. q. d. quæ inſania eſt 10
Deum formare?

Participes eivs. Chald. *cultores eorum*. Con- 11
fvndentvr. ſ. die iudicij, vel vbi errorem intellexe-
rint per Euangelium.

Rvncina. vulgò *planula* dicitur, qua fabri ta- 13
bulas læuigant. Chald. *perpendiculo*. Angvlari-
bvs. videtur ſignificari inſtrumentum triangulare fa-
brorum. Chald. *dolabra*. Tornavit. Chald. *formа-
uit*. Lxx. *regulauit*.

Vah. Lxx. *dulce mihi*. Focvm. Chald. *ignem*. 16

18 Obliti. i. illiti re aliqua viſum impediente. Chald.
obturati. Lxx. *obtenebrati*.

20 Liberabit. ſ. errore. Dextera. i. opera dexteræ.
ſ. idolo.

21 Servvs. ſ. iure creationis.

23 Fecit. ſ. redemptionem. Israel. Chald. *in Iſrael*.
Gloriabitvr. Chald. *laudabitur*. Lxx. *glorificabitur*.

25 Vertens. q. d. oſtendens eſſe inſanos. Conver-
tens, &c. q. d. faciens fruſtrari eorum opera. Stvl-
tam. ſ. apparere.

26 Svscitans. i. implens. Lxx. *ſtatuens*. Svscitabo.
Chald. *inſtaurabo*.

27 Profvndo. Chald. *Babyloni*. Lxx. *abyſſo*.

28 Pastor mevs es. q. d. tu reduces populum meum,
vt ſolet paſtor gregem. Chald. *dandum ei Regnum*.
Lxx. *vt ſapiat*.

CAPVT XLV.

Prophetia de Cyro & victoriis ipſi à Deo concedendis, cum increpatione quòd Deum in his non agnoſcat, cùm ipſe ſolus ſit Deus, omnium Dominus, cui nemo poteſt contradicere: prædicitur Chriſti natiuitas: & loquitur Propheta permixtim de Iudæorum per Cyrum liberatione, ac ſalute per Chriſtum futura: quòdq; ſolus Dominus ſit Deus, iuſtus & ſaluans, promiſſaq; complens.

1 A HÆc dicit Dominus chriſto meo Cyro,
cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam
ante faciem eius Gentes, & dorſa regum ver-
tam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non
2 claudentur. * Ego ante te ibo: & glorioſos ter-
ræ humiliabo: portas æreas conteram, & ve-
3 ctes ferreos confringam. * Et dabo tibi theſau-
ros abſconditos, & arcana ſecretorum: vt ſcias
quia ego Dominus, qui voco nomen tuum,
4 Deus Iſrael. * Propter ſeruum meum Iacob, &
Iſrael electum meum, & vocaui te nomine
5 tuo: aſſimilaui te, & non cognouiſti me. * Ego
Dominus, & non eſt amplius: extra me non eſt
6 Deus: accinxi te, & non cognouiſti me: * Vt
ſciant hi, qui ab ortu ſolis, & qui ab occidente,
quoniam abſque me non eſt. Ego Dominus,
7 & non eſt alter, * formans lucem, & creans
tenebras, faciens pacem, & creans malum:
8 ego Dominus faciens omnia hæc. * Rorate cæ-
B li deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur
terra, & germinet ſaluatorem: & iuſtitia oria-
9 tur ſimul: ego Dominus creaui eum. * Væ qui
contradicit fictori ſuo, teſta de Samiis terræ:
\" numquid dicet lutum figulo ſuo? Quid fa- \" Rom. 9. d. 20.
10 cis, & opus tuum abſque manibus eſt? * Væ Ierem. 18. a. 6
qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid
11 parturis? * Hæc dicit Dominus ſanctus Iſrael,
plaſtes eius: Ventura interrogate me, ſuper filios
meos, & ſuper opus manuum mearum man-
12 date mihi. * Ego feci terram, & hominem ſu-
per eam creaui ego: manus meæ tetenderunt
13 cælos, & omni militiæ eorum mandaui. * Ego
C ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, & omnes vias eius
dirigam: ipſe ædificabit ciuitatem meam, &
captiuitatem meam dimittet, non in pretio, ne-
que in muneribus, dicit Dominus Deus exer-
14 cituum. * Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti,
& negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſubli-
mes ad te tranſibunt, & tui erunt: Poſt te am-
bulabunt, vincti manicis pergent: & te adora-
bunt, teque deprecabuntur: Tantum in te eſt
15 Deus, & non eſt abſque te Deus. * Verè tu es
16 Deus abſconditus, Deus Iſrael ſaluator. * Con-
fuſi ſunt, & erubuerunt omnes: ſimul abierunt

in confuſionem fabricatores errorum. * Iſrael 17
ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna: non con-
fundemini, & non erubeſcetis vſque in ſæcu-
lum ſæculi. * Quia hæc dicit Dominus creans 18
cælos, ipſe Deus formans terram, & faciens
eam, ipſe plaſtes eius: non in vanum creauit
eam: vt habitaretur, formauit eam. ego Domi-
nus, & non eſt alius. * Non in abſcondito locu- 19
tus ſum in loco terræ tenebroſo: non dixi ſe-
mini Iacob: Fruſtrà quærite me. ego Domi-
nus loquens iuſtitiam, annuntians recta. * Con- 20
gregamini, & venite, & accedite ſimul qui ſal-
uati eſtis ex Gentibus: neſcierunt qui leuant
lignum ſculpturæ ſuæ, & rogant Deum non
ſaluantem. * Annuntiate, & venite, & conſilia- 21
mini ſimul: quis auditum fecit hoc ab initio, D
ex tunc prædixit illud? numquid non ego Do-
minus, & non eſt vltrà Deus abſque me? Deus
iuſtus, & ſaluans non eſt præter me. * Conuerti- 22
mini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ:
quia ego Deus, & non eſt alius. * In memetipſo 23
iuraui, egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum,
(Rom. 14. b. 11. Philip. 2. b. 10.)
& non reuertetur: * quia mihi curuabitur 24
omne genu, & iurabit omnis lingua. * Ergo in 25
Domino, dicet, meæ ſunt iuſtitiæ & imperium:
ad eum venient, & confundentur omnes qui
repugnant ei. * In Domino iuſtificabitur, & 26
laudabitur omne ſemen Iſrael.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 HÆC DICIT DOMINVS CHRISTO MEO, vncto meo, Regi meo. Reges vngebantur. De Cyro agit. CVIVS APPREHENDI DEXTERAM, VT SVBIICIAM, vel *ſternam*. ANTE FACIEM EIVS, ante eum, coram eo, aut *illis*. DORSA REGVM VERTAM. ſ. in fugam. Hebr. *lumbos Regum aperiam*. i. diſſoluam. ſ. præ metu.

2 ET GLORIOSOS TERRÆ HVMILIABO. Hebr. *& tortuoſa dirigam*. complanabo ſ. viam.

3 THESAVROS ABSCONDITOS dabo. Hebr. *theſauros tenebrarum*. i. occultos. ET ARCANA SECRETORVM. Repetitio. QVI VOCO NOMEN TVVM. Hebr. *qui voco (te) nomine tuo*. Id ſignum amoris eſt.

4 PROPTER SERVVM MEVM IACOB. q. d. tot in te beneficia confero, vt liberes populum meum. ASSIMILAVI TE. Hebr. *cognominaui te*, Regis, & Meſſiæ cognomina dedi. ET NON COGNOVISTI ME, non enim Cyrus coluit Deum.

5 ACCINXI TE. i. balteo militari te inſtruxi. Militem meum feci.

6 ABSQVE ME NON EST. Hebr. *abſque me nihil*. ſ. fit. Victoriarum Cyri ego ſum auctor, niſi mea ope tam magna præſtare non potuiſſet. Ego Dominus

7 FORMANS LVCEM. i. noctem & diem, vt in Geneſi. ET CREANS MALVM. i. bellum, ſic dictum, quoniam malorum omnium fons eſt. Vel malum pœnæ creans.

8 ET NVBES. Sic Sept. Hebr. *cæli*, aut *æthera*. PLVANT IVSTVM. Hebr. *pluant iuſtitiam*. pro, *iuſtum*. ET GERMINET SALVATOREM. Hebr. *germinent ſalutem*. ſ. cæli, atque ex iis cadat in terram; aut *germinent*, pro, *germinet terra*, vt noſter poſuit. ET IVSTITIA ORIATVR SIMVL. Hebr. *iuſtitiam germinare faciat*. terra ſ. CREAVI EVM, Chriſtum, de quo omnia hæc intelliguntur. Chald. *ego Dominus creans ea*. ſ. iuſtitiam & ſalutem.

9 VÆ QVI CONTRADICIT FICTORI SVO. Non *factori*. Hebr. *væ qui litigat cum fictore ſuo*. TESTA DE SAMIIS TERRÆ. i. talis eſt quaſi argilla. *Samia* pro teſteis vaſis ſumuntur, teſte Nonio Marcello, quòd ſ. in Samo fictilia nobiliſſima fierent. Senſus ergo erit: Teſta de teſtis terræ. ſ. litigat. Quid verò ſi חרש *barſes* legamus cum puncto *Iamin*, non cum *Smol*, vt modò eſt, dicamus: *Væ teſta litigantis cum figulis terræ*. Malè illi erit. ET OPVS TVVM ABSQVE MANIBVS EST. i. rude, vt manibus factum non videatur. Hebr. *& opus tuum non manus illud*. ſ. fecerunt. ל *Lamed* pro nota accuſatiui in לו *lo*. i. *illud*. Hoc teſta ſi dicit figulo, Rude opus feciſti, ſtultè loquitur; ſic qui Deum accuſant.

10 QVID GENERAS? q. d. neque filij cum parentibus litigare debent.

11 PLASTES. i. fictor ſum Iſraelis. INTERROGATE ME. pro, interrogatis. MANDATE MIHI. pro, mandatis. q. d. in hoc mecum litigatis.

12 MILITIÆ EORVM MANDAVI. i. ſolo iuſſu feci ſtellas. aut ſic, *mandaui*, pro, mando, impero militiæ cæli. Ita licet homines ſtultè faciant litigantes cum Deo, ipſe tamen rationem reddit, cur ſtulte faciant, quia ſ. cum omnipotente litigant.

13 EGO SVSCITAVI EVM AD IVSTITIAM. Ad Chriſtum reuertitur, ſiue ad Cyrum, quem vult iuſtitiam ſancire ſublata tyrannide.

14 LABOR ÆGYPTI ad te tranſibit, tibi dabitur. i. labore ab Ægyptiis parta. ET NEGOTIATIO ÆTHIOPIÆ. i. merces. ET SABAIM VIRI SVBLIMES. Sic Sept. Hebr. *viri menſuræ*. ſ. magnæ, aut qui menſuris vtuntur. Ideò dixit Chald. *viri negotiationis*. Mercatores potiſſimùm menſuris vtuntur. *Sabaim* per *Samech* ſcribitur. ſignificat Sabæos, qui erant in Arabia Felici. VINCTI MANICIS. aut *compedibus*. ET TE ADORABVNT quaſi Deum. TANTVM IN TE EST DEVS. Sic dicent illi de vero Deo Iudæorum, te ſolum vt Deum habebunt. Cap. 43. v. 3. dixerat Deus ſe pro Iſraele daturum Ægyptios, Æthiopes & Sabæos, ſeu Sabaim: nunc oſtendit id factum cùm Cyrus in eos verſis armis illos omnes ſibi ſubiecit.

15 DEVS ABSCONDITVS. Nempe lucem habitat inacceſſibilem. Hebr. *abſcondens ſe*. ſ. à malis. Hic Iſaias ſermonẽ vertit ad Deum verum. Qui abſconditus, & eius conſilia abſcondita latent, & rationes eorum quæ fecit.

16 OMNES. ſ. illæ gentes, quas ſubiugatas à Cyro dixit. FABRICATORES ERRORVM. Hebr. *artifices idolorum*. iſti pudefacti ſunt, cùm idola cultoribus ſuis opitulari non potuerunt.

17 IN DOMINO ſaluatus eſt Iſrael. i. per Dominum. SALVTE ÆTERNA. Sic Sept. & Chald. non loquitur ergo de liberatione per Cyrum, quæ non longi temporis fuit; ſed de liberatione per Chriſtum. Iudæi vt hoc euadant, dicunt, tunc Iudæos fuiſſe in perpetuum ab idololatria liberatos.

18 NON IN VANVM CREAVIT EAM. terram ſ. de cuius conditione loquitur. Hebr. *non Tohu creauit eam*. ſ. non vt eſſet chaos & vaſta. Memento ea voce Gen. 1. ſignificari *chaos*. Ergo vt inhabitaretur terram finxit. Ideò parcit hominibus, ne terra vaſtetur.

19 NON IN ABSCONDITO. Dixerat, Deum abſconditum; nunc ait, ſe palàm locutum. FRVSTRA, ſeu *in vanum*, vt Sept. & Chald. qui iungunt illud cum verbo *dixi*, non cum verbo *quærite*. Ergo non fruſtrà dixi, quærite me, ſed vt vobis. ſ. benefacerem. EGO DOMINVS LOQVENS IVSTITIAM. i. veritatem. Veræ ſunt promiſſiones meæ. Confidite, non fallam.

20 ET ACCEDITE. ſ. ad me. QVI SALVATI ESTIS, quos è captiuitate liberaui. ſic Sept. & Chald. Alij vertunt, *Accedite ad me abiecti gentium*. i. inter gentes. NESCIERVNT. ſ. me. Qui neſcierunt? QVI LEVANT LIGNVM. ſ. vt adoretur illud, ponunt in loco ſublimi. ſic inter nos eleuantur oſſa eorum qui cælo adſcribuntur.

21 ET CONSILIAMINI. i. communicatis inter vos conſiliis diſpicite, non ab alio quàm à me iam olim eſſe prædicta quæ ſunt futura, argumento me ſolum Deum eſſe. Ergo ad me conuertimini. ſic

22 ET SALVI ERITIS OMNES FINES TERRÆ. Omnes gentes inuitat ad ſalutem, quòd non contingat niſi per Chriſtum.

23 IN MEMETIPSO. i. per memetipſum iuraui. Egredietur de ore meo. IVSTITIÆ VERBVM. i. verbum iuſtum & verum. Hebr. non eſt regimen. ideò ſic verto, *iuſtitia verbum*. pro, in iuſtitia verbum non erit irritum. Sententia eadem.

Ergo, ſeu *verè*. In Domino. i. per Dominum, hoc eſt, per ſemetipſum iurans. Dicet. pro, dixit. Et imperium, ſeu *fortitudo* mea eſt, & iuſtitia. Ad eum venient. Hebr. *veniet*. pro, *venient*. *Ad eum*. i. ad me. mutat perſonas. Nimirum qui nunc ſunt rebelles, ad Deum tandem venient, conuertentur. Et confundentur, pudore ſuffuſi ob rebellionem & repugnantiam priorem. 25

Et laudabitur. Hebr. *laudabunt ſe*, glorificabunt ſe Iſraelitæ, cùm viderint Deum de omnibus gentibus triumphaſſe, ſubieciſſe omnes. 26

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Christo. i. vncto. q. d. Regi. Apprehendi. q. d. quem adiuui. præteritum pro futuro. Vertam. ſ. ante eum in fugam. 1

Gloriosos. ſ. principes. Æreas. i. fortes. 2

Arcana secretorum. Chald. *abſtruſas opes*. Voco. ſ. multò antè quàm ſis. 3

Assimilavi. ſ. paſtori. vel q. d. feci, vt eſſes figura & ſimilitudo Chriſti mundum è captiuitate liberaturi. Chald. *direxi*. Lxx. *ſuſcepi*. Hebr. *cognominaui*. 4

Amplivs. Chald. *alius*. Extra. i. præter. Accinxi. Chald. *adiuui*. Lxx. *confortaui*. 5

Creans. i. faciens. Malvm. i. bellum, ſeu calamitatem. 7

Rorate. ſ. miſſo Spiritu ſancto in Virginem, vel Chriſto in mundum. Ivstvm. ſ. Chriſtum. Oriatvr. ſ. per Chriſtum iuſtificamur. 8

Testa. pro, cùm ſit velut teſta. Samiis terræ. i. vaſis è terra. *Samia vaſa* vocantur à Samo inſula, vbi pulchra fiebant. Manibvs. i. artificio. 9

Qvid generas. i. cur me genuiſti? q. d. vt indignum eſt queri de parentibus, quòd genuerint; ita de Deo, qui fecerit. 10

Mihi. i. Prophetis meis. q. d. per eos me interrogate. 11

Manvs. i. virtus. Militiæ. Lxx. *ſtellis*. 12

Evm. ſ. Cyrum, vel Chriſtum. Ivstitiam. i. punitionem. ſ. Chaldæorum. vel, ſi ad Chriſtum referatur, iuſtificationem hominum. Ædificabit. i. permittet ædificari. ſ. Cyrus: vel Eccleſiam ædificabit. ſ. Chriſtus. In pretio. i. accepto pretio. q. d. gratis. 13

Labor. i. opes labore partæ. Sabaim. i. Sabæorum. Per hos populos Gentiles intelliguntur ad Chriſtum conuerſi. Svblimes. i. proceri. Vincti. pro, velut vincti. ſ. compulſi ſpiritu. Tantvm. Chald. *in veritate*. In te. ſ. ô Chriſte. Absqve. i. præter. Not. non eſſe vnam perſonam præter aliam Deum, quia vna ſola eſt Diuinitas. 14

Errorvm. Chald. *idolorum*. 16

Salvatvs est. pro, ſaluabitur. 17

Dixi. iungi poteſt cum *fruſtrà*. Ivstitiam. Chald. *veritatem*. 19

Levant. i. geſtant. ſ. humeris; vel ponunt loco edito. 20

Annvntiate. ſ. reliquis, vt veniant. Hoc. ſ. quod futurum eſt, ſeu quod ſuprà dixi. 21

In memetipso. i. per meipſum. Ivstitiæ. i. iuſtum. Non revertetvr. i. non erit irritum. 23

Ergo in Domino. pro, per Dominum. ſ. iurabit, non per idola. Hebr. tantùm *in Domino*. Dicet. pro, dicit. ſ. Dominus. Evm. ſ. Deum. 25

In Domino. i. per Dominum. Lavdabitvr. Chald. & Lxx. *gloriabitur*. 26

CAPVT XLVI.

Oſtenditur idolorum vanitas, & destructio ipſorum prædicitur: Iudas cum reliquiis Iſrael ad Deum reuocantur, oſtenſa Dei magna benignitate ad ipſos, addita graui increpatione ob ipſorum ingratitudinem & idololatriam: hortaturque vt ad ipſum qui ſolus omnia nouit & poteſt, reuertantur, ſalutem ipſis per filium promittens.

Confractus eſt Bel, contritus eſt Nabo: fa- 1
cta ſunt ſimulachra eorum beſtiis & iu- A
mentis, onera veſtra graui pondere vſque ad
2 laſſitudinem. * Contabuerunt, & contrita ſunt
ſimul: non potuerunt ſaluare portantem, &
3 anima eorum in captiuitatem ibit. * Audite
B me domus Iacob, & omne reſiduum domus
Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſta-
4 mini à mea vulua. * Vſque ad ſenectam ego
ipſe, & vſque ad canos ego portabo: ego feci,
5 & ego feram: ego portabo, & ſaluabo. * Cui aſ-
ſimilaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me,
6 & feciſtis ſimilem? * Qui confertis aurum de
ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis: conducentes
aurificem, vt faciat Deum: & proci-
7 dunt, & adorant. * ⁿ Portant illum in humeris ⁿ Bar. 6.
C geſtantes, & ponentes in loco ſuo: & ſtabit, ac c. 25.
de loco ſuo non mouebitur. ſed & cùm cla-
mauerint ad eum, non audiet: de tribulatione
8 non ſaluabit eos. * Mementote iſtud, & con-
9 fundamini: redite præuaricatores ad cor. * Re-
cordamini prioris ſæculi, quoniam ego ſum
Deus, & non eſt vltrà Deus, nec eſt ſimilis mei:
10 * Annuntians ab exordio nouiſſimum, & ab ini-
D tio quæ necdum facta ſunt, dicens: Conſilium
11 meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet: * Vo-
cans ab Oriente auem, & de terra longinqua
virum voluntatis meæ. & locutus ſum, & addu-
12 cam illud: creaui, & faciam illud. * Audite me
13 duro corde, qui longè eſtis à iuſtitia. * Propè
feci iuſtitiam meam, non elongabitur, & ſalus
mea non morabitur. Dabo in Sion ſalutem, &
in Iſrael gloriam meam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Contritvs est Nabo, aut corruit, aut incuruatus eſt. *Bel*, ſeu *Baal*, & *Nebo* erant idola Babylonis. Bestiis et ivmentis, onera vestra. ſ. à vobis impoſita iumentis, ſunt idolorum fragmenta, vt in Perſidem deferrentur, vrbe capta à Cyro. Gravi pondere. Hebr. *grauatis*. ſ. iumentis. *Pondere*, onere eo, vſque ad laſſitudinem. Indicat ea idola grauia eſſe, per irriſionem.

2 Contabvervnt, et contrita svnt simvl, ſeu *conſiderunt, & corruerunt*, aut *curuauerunt, & incuruauerunt ſe*. ſ. ea iumenta præ laſſitudine. Non potvervnt salvare portantem. ſ. idola. Hebr. *non potuerunt liberare onus*. fortaſſis ea idola in prædam in itinere ceſſerunt. Et anima eorvm in captivitatem ibit. *anima eorum*. i. idola ipſa. Audite vos Iſrael:

3 Qvi portamini a meo vtero. Hebr. *portamini ab vtero & à vulua*. i. à natiuitate veſtra geſto vos quaſi onus. Vulgata *matris vterum* vocat *Dei vterum*, quòd Deo auctore côcipiant & pariât. Sept. *ab infantia*.

4 Vsqve ad senectam. Per totam vitam curam veſtri geram. Ego feci. i. vos genui. Et ego feram. Non patiar, intellige, vt ſitis in prædam. Sed ego *geſtabo*, נשׂא *naſa* Hebr. Hæc ego feci. quid vos?

5 Cvi assimilastis me, idola feciſtis. Et fecistis similem? Hebr. *& aſſimilatus ſum cui*. ſ. qui faciunt idola, Deum illis aſſimilant, quia Dei nomine illa vocant.

6 Qvi confertis avrvm, aut vilipenditis, aut profunditis aurum de marſupio. Et argentvm statera ponderatis. Sic Sept. & Chald. Hebr. *in calamo*. ſed *calamus* eſt menſuræ genus, & hîc pro *ſtatera* ſumitur. ſignificat autem, illos, vt idolum faciant, aurum argentumque prodigere.

7 Portant illvm in hvmeris, neque enim mouere ſe poteſt. Et ponentes in loco svo. Hebr. *ponunt illum ſub ſe*. id eſt, in loco ſuo, vt dixit Hieronymus & Chald. Non avdiet. Hebr. *non reſpondebit*. Non salvabit eos. Hebr. *eum*, pro, *eos*. ſic Chald.

CONFVNDAMINI. Chald. *confortamini.* Hebr. *robo-* 8
rate vos. i. vos viros eſſe oſtendite contra hanc vani-
tatem. REDITE. Hebr. *reuocate*, præuaricatores ad
cor, vt ſ. peccare deſinant.

RECORDAMINI PRIORIS SÆCVLI. Hebr. *recordami-* 9
ni priorum à ſæculo. i. antiquorum à condito orbe. Ex
his intelligetis non eſſe alium Deum præter me.

VOCANS AB ORIENTE AVEM. ſic vocat Cyrum ob 11
velocitatem. VIRVM VOLVNTATIS MEÆ. Hebr. *con-*
ſilij mei. vt ſ. exequatur illud. ADDVCAM ILLVD.
ſ. conſilium. CREAVI. Hebr. *formaui.* i. apud me id
conſilium diſpoſui & conſtitui.

QVI LONGE ESTIS A IVSTITIA. i. eſtis iniqui & 12
duro corde. Audite.

PROPE FECI IVSTITIAM MEAM. i. Chriſtum, aut 13
decretum puniendi Babylonios citò veniet. ET SA-
LVS MEA. Decretum liberandi populum meum. ET
IN ISRAEL GLORIAM MEAM dabo. i. libertatem, quæ
eſt gloria mea, & de hoſtibus vindictam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CONFRACTVS EST. Chald. *incuruatus eſt.* Lxx. *ce-* 1
cidit. BEL. Idoli nomen. NABO. Lxx. *Da-*
gon. Vide 1. Reg. 5. IVMENTIS. ſ. portanda in Per-
ſidem, capta Babylonia. ONERA VESTRA. i. quæ vos
ſolebatis geſtare.

CONTABVERVNT. Chald. *præciſa ſunt.* EORVM. 2
ſ. qui ipſa colebant.

A MEO VTERO, &c. *Dei vterum*, intellige viſcera 3
miſericordiæ. VVLVA. i. vtero. Repetitio. Lxx *infantia.*

CANOS. i. ſenectam. Repetitio. q. d. per totam vi- 4
tam veſtram. PORTABO. Lxx. *ſuſtineo vos.* FERAM.
Lxx. *dimittam.* Chald. *dimittam peccata.* PORTABO.
Lxx. *ſuſcipiam.*

ASSIMILASTIS, &c. q. d. numquid aliquid mihi ſi- 5
mile eſt, quod pro Deo adoretis? Vide ſup. cap. 40.

CONFVNDAMINI. Lxx. *ingemiſcite.* Chald. *confor-* 8
tamini. REDITE, &c. Lxx. *pœnitentiam agite, reuer-*
timini corde.

VLTRA. i. præter me. 9

NOVISSIMVM. q. d. longè pòſt futura. 10

AVEM. ſ. Cyrum feſtinantem. MEÆ. ſ. executo- 11
rem in expugnanda Babylonia, & liberandis He-
bræis. ILLVD. ſ. quod promiſi. CREAVI. pro, crea-
bo Chald. *præparabo.*

DVRO CORDE. Lxx. *qui perdidiſtis cor.* 12

FECI. Chald. *eſt.* IVSTITIAM. ſ. Chriſtum. GLO- 13
RIAM. i. filium.

CAPVT XLVII.

Babylonis humiliatio ac contritio prædicitur, propter ipſius ſuperbiam, arrogantiam, & crudelitatem in Iudæos ſuos captiuos: & quia in maleficiis, auguribus, atque incantatoribus ſpem poſuit.

DEſcende, ſede in puluere virgo filia Ba- 1
bylon, ſede in terra: non eſt ſolium fi- A
liæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mol-
lis & tenera. * Tolle molam, & mole farinam: 2
denuda turpitudinem tuam, diſcooperi hume-
rum, reuela crura, tranſi flumina. * ⁿ Reuela- 3
bitur ignominia tua, & videbitur opprobrium
tuum: vltionem capiam, & non reſiſtet mihi
homo. * Redemptor noſter, Dominus exerci- 4
tuum nomen illius, ſanctus Iſrael. * Sede ta- 5
cens, & intra in tenebras filia Chaldæorum.
quia non vocaberis vltrà domina regnorum.
* Iratus ſum ſuper populum meum, contami- 6
naui hereditatem meam, & dedi eos in manu B
tua: non poſuiſti eis miſericordias: ſuper ſenem
aggrauaſti iugum tuum valdè. * Et dixiſti: In 7
ſempiternum ero domina: non poſuiſti hæc ſu-
per cor tuum, neque recordata es nouiſſimi tui.
* Et nunc audi hæc delicata, & habitans confi- 8
denter, quæ dicis in corde tuo: ⁿ Ego ſum, &
C non eſt præter me amplius: non ſedebo vidua,
9 & ignorabo ſterilitatem. * ⁿ Venient tibi duo
hæc ſubitò in die vna, ſterilitas & viduitas. vni-
uerſa venerunt ſuper te, propter multitudinem
maleficiorum tuorum, & propter duritiam in-
10 cantatorum tuorum vehementem. * Et fidu-
ciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: Non
eſt qui videat me. ſapientia tua & ſcientia tua
hæc decepit te. Et dixiſti in corde tuo: Ego
11 ſum, & præter me non eſt altera. * Veniet ſu-
D per te malum, & neſcies ortum eius: & irruet
ſuper te calamitas, quam non poteris expiare:
veniet ſuper te repentè miſeria, quam neſcies.
12 * Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitu-
dine maleficiorum tuorum, in quibus laboraſti
ab adoleſcentia tua, ſi forte quid proſit tibi,
13 aut ſi poſſis fieri fortior. * Defeciſti in multitu-
dine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſaluent te
augures cæli, qui contemplabantur ſidera, &
ſupputabant menſes, vt ex eis annuntiarent
14 ventura tibi. * Ecce facti ſunt quaſi ſtipula,
ignis combuſſit eos: non liberabunt animam
ſuam de manu flammæ: non ſunt prunæ, quibus
15 calefiant; nec focus, vt ſedeant ad eum. * Sic
facta ſunt tibi in quibuſcumq; laboraueras: ne-
gotiatores tui ab adoleſcentia tua, vnuſquiſque
in via ſua errauerunt: non eſt qui ſaluet te.

ⁿ Nah. 3. b. 5

ⁿ Apoc. 18. b. 7

ⁿ Infr. 51. f. 19

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DESCENDE, de tua magnitudine, ô Babylon. Im-
peratiua pro futuris. SEDE IN PVLVERE. lu-
gentium in morem. VIRGO. Sic eam vocat, quòd non-
dum eſſet expugnata & ſubdita. Aut ſic vrbes vocat ob
cuſtodiam, vt ſuperiùs eſt dictum. FILIA BABYLON.
congregatio Babylonis. NON EST SOLIVM, non eſt
vbi ſedeas, ſublatis omnibus præſidiis & ornamentis.
NON VOCABERIS MOLLIS ET TENERA. Nimirum
acta in captiuitatem, & in ſeruitutem data. Babylonis
excidium explicat.

2 TOLLE MOLAM. Accipe molam, ſeruæ adinſtar.
Ante inuentas molas fluminum, ſeruæ triticum mo-
lebant. Porrò inferior mola שֶׁכֶב cheſeb, ſuperior
רֶכֶב recheb vocatur. Hebr. vtraque רֵחַיִם rehaim, qua
voce hîc vtitur. Latinis *meta* vocatur inferior mola,
ſuperior *catillus.* DENVDA TVRPITVDINEM TVAM.
Hebr. *comam tuam*, qua feminæ maximè gloriantur. Et
in ſubiectionis ſignum ſic Chald *ſuſcipe ſubiectionem.*
Hieronymus eam denudationem comæ *turpitudinem*
vocauit. DISCOOPERI HVMERVM. Hebr. *pedem.*
REVELA CRVRA. Sic ſolent quæ veſtes lauant. Ita
quod ſequitur, TRANSI FLVMINA. pro, tranſi ad flu-
mina, vt ibi ſeruarum inſtar veſtes abluas.

3 REVELABITVR IGNOMINIA TVA, ſeu *verenda tua.*
i. te ſubigent homines nequam. ET NON RESISTET
MIHI HOMO. Hebr. *& non ſuſcipiam hominem.* i. pre-
ces pro te non accipiam. Hîc פגע *pahag* non ſignifi-
cat *occurrere*, vt ſolet, ſed *ſuſcipere.*

4 REDEMPTOR NOSTER. ſ. hæc faciet, ait Iſaias. cer-
tiſſima ſunt, Deus auctor eſt.

5 ET INTRA IN TENEBRAS. ſ. carceris. non ampliùs
Regina, ſed ſerua.

6 IRATVS SVM. Vltionis cauſa, quòd populum meum
male & crudeliter habuiſti.

7 IN SEMPITERNVM ERO DOMINA. Id dixiſti. Non
es verita rerum mutationem. NEQVE RECORDATA
ES NOVISSIMI TVI. Hebr *finis eius.* pro, *finis eorum*,
vt poſuit Chald. i. quem finem hæc omnia eſſent habi-
tura, non es recordata.

8 ET NON EST PRÆTER ME AMPLIVS. i. me melior
nulla ciuitas eſt. STERILITATEM, orbitatem ignora-
bo, filiis non priuabor.

9 Vniversa venervnt svper te. Hebr. *ſecundùm perfectionem ſuam.* i. plenè venerunt ſuper te viduitas & orbitas. Et propter dvritiam. Hebr. *propter robur.* i. multitudinem incantatorum. Vehementem. Hebr. *valde.* i. multitudinem nimiam. Illi te deceperunt.

10 Decipit te, aut te rebellare fecerunt. Non est altera. Hebr. *non eſt vltra.* i. me potior alia vrbs non eſt. Id Babylon dicebat.

11 Ortvm eivs. Hebr. *auroram eius.* ſed *aurora* pro *ortu* aut die. neſcies diem eius. i. quo die ſit venturum malum. Calamitas, ſeu *contritio.* Non poteris expiare. i. remouere eam. Miseria. Hebr. *deſolatio*, vaſtatio veniet repentè.

12 Sta cvm incantatoribvs tvis. Ironicè. pete ab incantatoribus opem. In qvibvs laborasti. i. negotium habuiſti à prima ætate, à principio, quibus operam dediſti. Si possis fieri fortior. ſi roboreris. ſ. vt his malis reſiſtas, illa auertas.

13 Defecisti. Hebr. *laboraſti.* Defatigata es, varia conſilia captando. Inter alios Aſtrologos conſuluiſti. illi te malis eripient. Svppvtabant menses. Hebr. *indicabant menſes.* ſ. quid in quoque menſe futurum eſſet ex lunæ inſpectione. Vt ex eis annvntiarent ventvra tibi. Sententiam Hieronymus expreſſit. alioqui Hebr. *ex* (iis) *quæ ventura eſſent ſuper te.* ſ. prædicebant.

14 Ecce facti svnt. Aſtrologi & incantatores perierunt omnes quaſi ſtipula igne combuſta. Animam svam, vitam ſuam non liberabunt. Non svnt prvnæ. Combuſta ſtipula nullas relinquit prunas, vt alia ligna; ſic ex horum interitu nulla vtilitas exiſtet. Qvibvs calefiant. alij ſ. homines. Hebr. *ad calefaciendum:* ſ. ſe, aut alios.

15 Sic facta svnt tibi in qvibvscvmqve laboraveras. i. omnia præſidia, quæ magno labore comparaſti, inutilia euaſerunt, non profuerunt. Negotiatores tvi (qui tecum fuerunt) ab adolescentia tva. Homines pecunioſi ſolent in rebus arctis Reipubl. opitulari. Vnvsqvisqve in via sva erravervnt. i. in negotiatione ſua. Hebr. *in tranſitu ſuo.* i. commutatione mercium, illi etiam errauerunt, non ſolùm incantatores & Aſtrologi. Ideò ad inopiam redacti non poſſunt opem ferre. Quidam pro, *in tranſitu ſuo*, vertunt, *in latere ſuo.* ſed ſententia multùm implicatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Descende, &c. imperatiua pro futuris. Virgo, &c. Chald. *regnum congregationis Babylonis.* ſ. Regna cuſtodiuntur, vt ſolent virgines. Tenera. Chald. *delicata.*

2 Tolle molam. q. d. ſeruies in piſtrino. olim ſerui molam vertebant, vt fit apud Mauros. Tvrpitvdinem tvam. Lxx. *operimentum tuum.* Hvmervm. Hebr. *plantam.* Transi, &c. q. d. vt poſſis ducta in captiuitatem flumina tranſire.

3 Ignominia. i. turpitudo. ſ. pudenda. Opprobrivm. i. quod videri probroſum eſt. Capiam. ſ. de te.

4 Redemptor. ſ. olim ex Ægypto, & deinde ex Babylone.

6 Contaminavi. i. veluti ſordidam tractaui, expellens è ſedibus ſuis. Chald. *profanaui.* ſ. mittens in profanam Babyloniam.

7 Hæc. ſ. tibi euentura, quæ nunc prædico. Novissimi tvi. ſ. eorum, quæ te tandem manebant.

8 Amplivs. Lxx. *alia.* Sterilitatem. i. orbitatem. ſic infrà proximè.

9 Venervnt. pro, venient. Dvritiam. Chald. & Lxx. *fortitudinem.* ſ. obſtinationem.

11 Ortvm. i. vnde, ſeu quando veniat. Expiare. i. effugere. Chald. *auferre.*

12 Sta, &c. ironicè.

14 Facti svnt. Præterita pro futuris. Non svnt, &c. q. d. ille ignis non erit, vt ſolet prunarum ad calefaciendum, ſed flammæ ad comburendum.

15 Facta svnt. pro, fient. Erravervnt. ſ. huc illuc fugientes.

CAPVT XLVIII.

Increpat Dominus hypocriſim, ingratitudinem ac duritiam Iudæorum; ſe, & non idola, annuntiaſſe futura & illa compleuiſſe oſtendens: propter nomen ſuum tamen parcet ipſis; & ita benignè eos ad ſe reuocat, probans ſe ſolum verum Deum, omnium conſcium, ſuique populi redemptorem ac gubernatorem: conquerens quoque de mandatorum ſuorum præuaricatione, quibus obſeruatis felices fuiſſent.

1 AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini
A nomine Iſrael, & de aquis Iuda exiſtis,
qui iuratis in nomine Domini, & Dei Iſrael recordamini
non in veritate, neque in iuſtitia.
2 * De ciuitate enim ſancta vocati ſunt, & ſuper
Deum Iſrael conſtabiliti ſunt: Dominus exer-
3 cituum nomen eius. * Priora ex tunc annun-
tiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea:
4 repentè operatus ſum, & venerunt. * Sciui enim
quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua,
5 & frons tua ærea. * Prædixi tibi ex tunc: ante-
quam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres:
Idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia mea &
6 conflatilia mandauerunt iſta. * Quæ audiſti, vi-
B de omnia: vos autem num annuntiaſtis? Au-
dita feci tibi noua ex tunc, & conſeruata ſunt
7 quæ neſcis: * nunc creata ſunt, & non ex tunc:
& ante diem, & non audiſti ea, ne forte dicas:
8 Ecce ego cognoui ea. * Neque audiſti, neque
cognouiſti, neque ex tunc aperta eſt auris tua:
ſcio enim quia præuaricans præuaricaberis, &
9 tranſgreſſorem ex vtero vocaui te. * Propter
nomen meum longè faciam furorem meum:
10 & laude mea infrænabo te, ne intereas. * Ecce
excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in
11 camino paupertatis. * Propter me, propter me
faciam, vt non blaſphemer: "& gloriam meam " Sup. 42.
12 alteri non dabo. * Audi me Iacob, & Iſrael b. 8
quem ego voco: " ego ipſe, ego primus, & ego " Sup. 41.
13 nouiſſimus. * Manus quoque mea fundauit ter- b. 4. & 44.
C ram, & dextera mea menſa eſt cælos: ego vo- a. 6
14 cabo eos, & ſtabunt ſimul. * Congregamini
omnes vos, & audite: quis de eis annuntiauit
hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem
ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chal-
15 dæis. * Ego ego locutus ſum, & vocaui eum:
16 adduxi eum, & directa eſt via eius. * Accedite
ad me, & audite hoc: non à principio in abſcon-
dito locutus ſum: ex tempore antequam fie-
ret, ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit
17 me, & ſpiritus eius. * Hæc dicit Dominus re-
demptor tuus ſanctus Iſrael: Ego Dominus
Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via,
18 qua ambulas. * Vtinam attendiſſes mandata
D mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iu-
19 ſtitia tua ſicut gurgites maris. * & fuiſſet quaſi
arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui vt lapilli
eius: non interiſſet, & non fuiſſet attritum no- Ierem. 32.
20 men eius à facie mea. * " Egredimini de Baby- a. 6
lone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis Exod. 17.
annuntiate: auditum facite hoc, & efferte il- b. 6
lud vſque ad extrema terræ. Dicite: " Rede- Num. 20.
b. 12

mit Dominus ſeruum ſuum Iacob. * Non ſi- 21
*Iuſ. 57. d. 11 tierunt in deſerto, cùm educeret eos: * aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ. * Non eſt pax impiis, dicit 22
Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AVDITE HÆC DOMVS IACOB. Redit ad increpandum filios Iſrael. QVI VOCAMINI NOMINE 1
ISRAEL. i. Iſraelitæ. ET DE AQVIS IVDA EXISTIS. i. de ſemine, quod *aquas* vocat. ET DEI ISRAEL RECORDAMINI. Hebr. *recordari facitis.* i. præ vobis fertis eſſe Dei populum.

2 DE CIVITATE ENIM SANCTA VOCATI SVNT. pro, vocati eſtis ciues Ieroſolymitani, mutat perſonas linguæ more. CONSTABILITI SVNT, ſeu *innixi ſunt,* innituntur. In ipſo Deo confidere ſe aiunt, ipſum habere patronum.

3 PRIORA. i. antiqua. EX TVNC. i. olim indicaui iam te admonui.

4 SCIVI, vel *ſcio.* QVIA DVRVS ES TV. q. d. argumento iam dicto oſtendi me eſſe Deum, propter duritiam & incredulitatem, ne idolis ea tribueres.

6 QVÆ AVDISTI, VIDE OMNIA. ſ. opere impleta. VOS AVTEM NVM ANNVNTIASTIS? ea ex reſponſis ſ. idolorum. AVDITA FECI TIBI NOVA EX TVNC. Quæ neſciebas, olim nuntiaui. Hebr. *ex nunc.* Olim prædixi quæ iam ſunt impleta, nunc alia noua dico. CONSERVATA SVNT QVÆ NESCIS. i. quæ in tempore venient, ea quæ non vides modò, neque noſti.

7 NVNC CREATA SVNT. pro, creabuntur, iam venient. ET NON EX TVNC. i. non olim. ET ANTE DIEM. ibi duo puncta. Significat autem, neque ex tunc, neque ante diem. i. olim non eſſe facta. ET NON AVDISTI EA. nempe, conſeruata & occulta.

8 NEQVE AVDISTI q. d. propter ſcelera tua nolui tibi arcana mea retegere. TRANSGRESSOREM EX VTERO VOCAVI TE. Hebr. *vocatus es tibi.* i. ab initio merito præuaricator vocatus.

9 PROPTER NOMEN MEVM. q. d. tu quidem mala mereris, ego tamen LONGE FACIAM, elongabo, differam iram & ſupplicia. ET LAVDE MEA. *& propter laudem meam.* ſic Hieronymus in Comment. vt *propter* repetatur. INFRÆNABO TE. ſ. vt me ſequaris quaſi iumentum. Alij vertunt *infrænabo* ſ. furorem, iram meam, *tibi.* i. tua cauſa. Ergo non ob merita tua, ſed propter nomen & laudem meam i. propter me continebo me, ne pœna meritis rependam.

10 ECCE EXCOXI TE. Hebr. *purgaui te.* SED NON QVASI ARGENTVM. i. leui afflictione non graui Hebr. *non in argento.* ſic Chald. Sept. *non propter argentum.* ſ. quod ex te lucrum caperem. Hieronymus *in* ſumpſit pro *quaſi.* Aut pro *Beth* legit *Caph,* quod magis puto, quia eæ literæ ſunt ſimillimæ. IN CAMINO PAVPERTATIS. Hebr. *afflictionis.* i. poſtquam te purgaui captiuitate, elegi te, vt te liberarem.

11 VT NON BLASPHEMER. Hebr. *quomodo enim polluetur.* ſ. nomen meum, ſi Gentes credent non poſſe liberare te. Quomodo id feram? nullo modo. ET GLORIAM MEAM (quod te liberauerim) ALTERI NON DABO. eam laudem mihi ſeruo.

12 QVEM EGO VOCO. ſ. nomine Iſraelis, & populum Dei, audi me. EGO IPSE. pro, ego ſum primus & nouiſſimus. ſ. æternus, numquam mutor.

13 DEXTERA MEA MENSA EST CÆLOS. adde, *palmo.* Id ſignificat nomen *tipchah,* à *tapah,* quod eſt *palmus minor* quatuor digitorum. EGO VOCABO EOS (cælos) ET STABVNT ſ. vt ſeruus præcipiam illis, præſto erunt, vt iuſſis meis obediant.

14 QVIS DE EIS. pro, de vobis, aut de Gentibus poterit prædicere excidium Babylonicum? DOMINVS DILEXIT EVM. Quem? Cyrum. Relatiuum ſine antecedenti. FACIET VOLVNTATEM SVAM. Hebr. *eius.* ſ. Domini faciet Cyrus. BRACHIVM SVVM. aut *eius.* ſ. Dei. IN CHALDÆIS, ſupple, faciet iudicium. Chald. *& fortitudinem brachij ſui reuelabit in Chaldæos.*

15 ET DIRIGETVR VIA EIVS. Hebr. *proſperabitur via eius.* ſ. Cyri.

16 ACCEDITE AD ME. Verba ſunt Prophetæ. NON A PRINCIPIO i. initio, non abſcondite, ſed palàm ſum locutus. EX TEMPORE ANTEQVAM FIERET. Hebr. *a tempore eſſe illud* i. antequam hæc contingerent. IBI ERAM. Hebr. *ibi ego.* ſ. annuntiaui hæc. ET NVNC DOMINVS. ſ. Deus me iterùm miſit, vt eadem nuntiem. ET SPIRITVS EIVS. & voluntas eius.

18 PAX TVA. i. felicitas tua eſſet copioſa inſtar fluminis. IVSTITIA TVA, probitas. SICVT GVRGITES MARIS. Hebr. *ſicut fluctus maris.* i. vt aquæ maris copioſæ, ſi me audiſſes.

19 ET STIRPS VTERI TVI ſentiet vt arena. Hebr. *germina viſcerum tuorum.* i. filij. Filiorum numerus in magnis beneficiis cenſetur. VT LAPILLI EIVS. ſ. arenæ, vt grani eius eſſet multitudo filiorum. NON INTERISSET, &c. Hebr. *non ſuccidetur, neque delebitur nomen eius.* Semper eum populum Iudæorum apud me retinuiſſem, ſemper illi fauiſſem, non eſſet captiuus quaſi amiſſo nomine. Aut *nomen* pro gloria & honore ſumatur.

20 FVGITE. i. velociter diſcedite è Babylone.

21 NON SITIERVNT. pro, non ſitient. De petra aquam excutiet, vt factum eſt olim, cùm populus exiit de Ægypto. Denique faciam vt iter proſperum ſit. Eo pertinent omnia quæ hic dicit.

22 NON EST PAX IMPIIS. q. d. Hæc beneficia piis dabuntur, non impiis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NOMINE ISRAEL i. Iſraelitæ. AQVIS. i. ſemine. q. d. de fonte Chald. *cognatione.* IN NOMINE. i. per nomen. IN. i. cùm.

2 DE CIVITATE, &c. i. Ieruſalem ciues. CONSTABILITI SVNT. Chald. *confidunt.*

4 DVRVS, &c. q. d. obſtinatus, ſuperbus, & impudens.

5 EX TVNC. i. multò antè.

6 OMNIA. ſ. impleta. ANNVNTIASTIS. i. diuulgaſtis. ſ. ad gloriam meam. vel q. d. ego prædixi, non vos. LXX. *cognouiſtis.* q. d. non cogitatis. CONSERVATA. ſ. apud me. q. d. ignota, ſeu occulta ſunt multa.

7 CREATA SVNT. ſ. quædam. EX TVNC. LXX. *olim.* ſ. tibi prædicta. ANTE DIEM. LXX. *prioribus diebus.*

8 AVDISTI. ſ. ea, vel præcepta mea, vt faceres. EX TVNC LXX. *a principio.* SCIO pro, ſciebam. EX VTERO i. iam inde à natiuitate

9 LAVDE, &c. Chald. *propter laudem meam ſuſtentabo te.* INFRÆNABO. i. retinebo, vt ſolet equus, ne præcipitet.

10 NON QVASI ARGENTVM. q. d. leuiter afflixi. pro, affligam. ELEGI. Chald. *probaui.*

11 BLASPHEMER. ſ. quaſi impotens, aut non verax. ALTERI. ſ. idolis q. d. non patiar coli pro diis.

12 VOCO q. d. cui nomen indidi Iſrael. LXX. NOVISSIMVS. LXX. *in ſempiternum.*

13 VOCABO. pro, vocaui. STABVNT. pro, ſteterunt. i. adfuerunt. Dixit, *& facta ſunt.*

14 DE EIS. ſ. diis Gentium. HÆC. ſ. quæ ego q. d. quis eorum poteſt dicere talia qualia ego? DILEXIT EVM. ſ. Iſraelem, vel Cyrum. SVAM. ſ. liberandi Iudæos. BRACHIVM i. fortitudinem. ſ. oſtendet.

15 DIRECTA. LXX *proſperata.*

16 ACCEDITE. Verba Chriſti, vel Iſaiæ. ABSCONDITO. ſ. palam locutus eſt Chriſtus in mundo, & Deus legem dedit in monte Sinai. EX TEMPORE, &c. q. d. antequam quidquam in tempore fieret, cum Deo eram cuncta componens. i. cum Pater. MISIT. ſ. Filius. ſecundum humanitatem.

17 EIVS. ſ. Iſraelis.

20 EFFERTE. i. diuulgate.

21 SITIERVNT. ſ. diu.

22 PAX. LXX. *gaudere.*

CAPVT XLIX.

Conſtituitur Chriſtus dux Gentium ac Iudæorum ſaluandorum, daturque in fœdus populi ex omni orbis parte vocandi: & oſtenſa magna felicitate credentium in Chriſtum, hortatur eos ad gratiarum actionem: benignè etiam conſolatur Sion quæ ſe à Deo deſertam conquerebatur, promittens eam toto orbe fore glorioſam, omnibus ad ipſam confluentibus, eiuſque contritis inimicis.

AVdite inſulæ, & attendite populi de lon- 1
gè: Dominus ab vtero vocauit me, de A
ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.
Infr. 51. c.16 * Et poſuit os meum quaſi gladium acutum: 2
in vmbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me
ſicut ſagittam electam: in pharetra ſua abſcon-
dit me. * Et dixit mihi: Seruus meus es tu Iſ- 3
rael, quia in te gloriabor. * Et ego dixi: In va- 4
cuum laboraui, ſine cauſa, & vanè fortitudi-
nem meam conſumpſi: ergo iudicium meum
cum Domino, & opus meum cum Deo meo.
* Et nunc dicit Dominus, formans me ex vte- 5
ro ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, &
Iſrael non congregabitur: & glorificatus ſum
in oculis Domini, & Deus meus factus eſt for- B
titudo mea. * Et dixit: Parum eſt vt ſis mihi 6
ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces
Sup.42. b.6 Iſrael conuertendas. * Ecce dedi te in lucem
Act. 13. g.47 Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum
terræ. * Hæc dicit Dominus redemptor Iſrael, 7
ſanctus eius, ad contemptibilem animam, ad
abominatam gentem, ad ſeruum dominorum:
Reges videbunt, & conſurgent principes, &
adorabunt propter Dominum, quia fidelis eſt,
2. Cor. 6. a.2 & ſanctum Iſrael qui elegit te. * Hæc dicit Do- 8
minus: In tempore placito exaudiui te, & in C
die ſalutis auxiliatus ſum tui: & ſeruaui te, &
dedi te in fœdus populi, vt ſuſcitares terram,
& poſſideres hereditates diſſipatas: * vt diceres 9
his, qui vincti ſunt: Exite; & his, qui in tene-
bris: Reuelamini. Super vias paſcentur, & in
Apoc.7. d.16 omnibus planis paſcua eorum. * Non eſurient, 10
neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol:
quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes
aquarum potabit eos. * Et ponam omnes mon- 11
tes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabun-
tur. * Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab 12
Aquilone & mari, & iſti de terra Auſtrali. D
* Laudate cæli, & exultet terra, iubilate mon- 13
tes laudem: quia conſolatus eſt Dominus po-
pulum ſuum, & pauperum ſuorum miſerebi-
tur. * Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, 14
& Dominus oblitus eſt mei. * Numquid obli- 15
uiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non mi-
ſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit,
ego tamen non obliuiſcar tui. * Ecce in mani- 16
bus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis
meis ſemper. * Venerũt ſtructores tui: deſtruen- 17
Infr.60. a.4 tes te & diſſipantes, à te exibunt. * Leua in 18
circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti con- E
gregati ſunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Do-
minus, quia omnibus his velut ornamento ve-
ſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa.
* Quia deſerta tua, & ſolitudines tuæ, & terra 19
ruinæ tuæ, nunc anguſta erunt præ habitatori-
bus, & longè fugabuntur qui abſorbebant te.
* Adhuc dicent in auribus tuis filiis ſterilitatis 20
tuæ: Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mi-
21 hi vt habitem. * Et dices in corde tuo: Quis
F genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens,
tranſmigrata, & captiua: & iſtos quis enutri-
22 uit? ego deſtituta & ſola: & iſti vbi erant? * Hæc
dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes
manum meam, & ad populos exaltabo ſignum
meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias
23 tuas ſuper humeros portabunt. * Et erunt re-
ges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu
G in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem
pedum tuorum lingent. Et ſcies quia ego Do-
minus, ſuper quo non confundentur qui expe-
24 ctant eum. * Numquid tolletur à forti præda?
aut quod captum fuerit à robuſto, ſaluum eſ-
25 ſe poterit? * Quia hæc dicit Dominus: Equi-
dem, & captiuitas à forti tolletur: & quod
ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur. Eos verò,
qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios
26 tuos ego ſaluabo. * Et cibabo hoſtes tuos car-
nibus ſuis: & quaſi muſto, ſanguine ſuo ine-
briabuntur: & ſciet omnis caro, quia ego Do-
minus ſaluans te, & redemptor tuus fortis
Iacob.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDITE INSVLÆ. Hoc caput de Chriſto intelligi, teſtimonia ex eo allata in Act. 2. ad Corinth. & Apoc. oſtendunt. ſed & de liberatione è captiuitate Babylonica pleraque dicuntur. DOMINVS AB VTERO. ſ. Virginis, Chriſtum, aut Iſaiam à conceptu. RECORDATVS EST NOMINIS MEI. Hebr. *memorauit nomen meum.* i. mihi nomen impoſuit, me nomine meo nominauit.

2 ET POSVIT OS MEVM QVASI GLADIVM. Sermo Dei eſt penetrabilior omni gladio ancipiti. IN VMBRA MANVS SVÆ. i. potentia, quam manus *vmbram* vocat. ſumpta ab iis metaphora, quæ contra ſolem manu velum prætendunt. SAGITTAM ELECTAM. Hebr. *terſam & acutam.* Gladio cominus pugnatur, ſagittis eminus. IN PHARETRA SVA ABSCONDIT ME. pro, repoſuit in pharetra, vt ſuo tempore meis verbis hoſtes feriat.

3 SERVVS MEVS ES TV ISRAEL. Chriſtus ſic vocatur, quòd ex ea gente eſſet. Iſaias etiam. QVIA. pro. certè. IN TE GLORIABOR. Heri gloria ſunt ſerui boni.

4 IN VACVVM LABORAVI. Inutiles fuerunt labores mei. Id Chriſtus aut Iſaias dicit, pauci mihi crediderunt. ERGO IVDICIVM MEVM CVM DOMINO. i. mercedem operis mei & laboris à Deo expectabo. Deo me & mea committo. ERGO. Hebr. *vere.*

5 ET ISRAEL NON CONGREGABITVR. i. non obediuit verbis meis. Pro לא i. *non*, quod eſt in textu, quod Hieronymus eſt ſecutus, in margine ponitur לו. i. *ipſi*, hac ſententia: *Iſrael ipſi.* ſ. Deo *congregabitur*, quod non eſſe Iudæorum commentum, Sept. & Chald. indicant, affirmatiuè locum vertentes, & ſine negatione. ET GLORIFICATVS, ſiue *honoratus* ſum. IN OCVLIS DOMINI, coram Domino. Honor in eo eſt, quòd me ad tantum opus elegit, populum conuertendi.

6 ET FÆCES ISRAEL CONVERTENDAS. Parum eſt vt id facias. Sept. *diſperſionem.* Chald. *captiuitatem Iſrael.* i. captiuos. Hebr. *ſeruatos* ſeu *reſiduos Iſrael conuertendos.* Eos, quia pauci & abiecti erant, Hieronymus vocat *fæces.* ECCE DEDI TE IN LVCEM GENTIVM, VT SIS SALVS MEA. i. ſalutem à me datam omnibus conferas. VSQVE AD EXTREMVM TERRÆ. Hoc non fecit Iſaias, ſed Chriſtus, & de Chriſto Iſaiæ verba vbique ſunt ſuſcepta.

7 AD SERVVM DOMINORVM. i. ad populum Iſrael, qui nunc ſeruit in captiuitate, quem contemptibilem animam vocat, quod contemptui eſſet inter gentes.

hæc Dominus dicit. ET CONSVRGENT PRINCIPES.
Sic ſolemus coram maioribus. ET ADORABVNT te,
quem contemnebant. Hoc etiam per Chriſtum eſt fa-
ctum, cùm eum & Apoſtolos, qui erant ex Iudæorum
gente, Reges ſuſceperunt, & venerati ſunt.

IN TEMPORE PLACITO. i. quod mihi placuit, quod 8
deſignaui & definiui. EXAVDIVI TE. pro, exaudiam
preces. ſ. tuas pro populo effuſas. IN DIE SALVTIS.
ſ. quo dare illi ſalutem conſtitui. ET DEDI TE IN
FOEDVS POPVLI. i. te arbitro fœdus cum populo iun-
gam. VT SVSCITARES TERRAM. vt ſuſcites, inſtau-
res, quæ nunc eſt vaſtata. ET POSSIDERES HERE-
DITATES DISSIPATAS, deſolatas. ſ. ab hoſtibus nuda-
tas incolis.

VT DICERES, vt dicas vinctis. i. qui captiui tenen- 9
tur, exite, iitis liberi. ET HIS, QVI IN TENEBRIS.
.i. in carcere. REVELAMINI, manifeſtate vos, prodite
in publicum. SVPER VIAS PASCENTVR. in viis. vbi-
que paſcua erunt. ET IN OMNIBVS PLANIS. Hebr
in verticibus, vbi non ſolent eſſe herbæ ob locorum
ariditatem, ibi paſcentur, rebus mutatis. De populo
vt de grege loquitur, quem in patriam reſtituet ſubla-
tis viæ difficultatibus.

REGET EOS. Hebr. *deducet eos*. POTABIT EOS. 10
Hebr. & Sept. *ducet*. Regia, *portabit*. ſ. Deus.

OMNES MONTES MEOS IN VIAM. i. complanabo 11
eos. ET SEMITÆ MEÆ. i. valles exaltabuntur, im-
plebuntur, vt via plana maneat. Omnis vallis im-
plebitur.

ECCE ISTI DE LONGE i. ab Ortu. quæ regiones lon- 12
giſſimè diſtant. ET MARI. i. ab Occaſu. DE TER-
RA AVSTRALI. Hebr. *de Sinais*. ſed mons Sina, & gens
ab eo dicta ad Auſtrum erat. Ergo ſignificat ab om-
nibus terræ plagis venturos ſiue Iudæos, ſiue in com-
mune fideles.

DIXIT SION. ſ. antè in afflictione poſita, Dereliquit 14
me Dominus.

IN MANIBVS MEIS DESCRIPSI TE. In annulo tuum 16
nomen inciſum gero. Quod amantium eſt. Si dicas,
quomodo ergo vrbs deſtructa iacet? Reſpondet: MV-
RI TVI CORAM OCVLIS MEIS. ſ. vt eos inſtaurem
ſemper cogito.

VENERVNT. pro, venient. STRVCTORES TVI, qui 17
muros ædificent tuos, præſtò erunt. DESTRVENTES
TE....EXIBVNT. i. procul recedent Babylonij, qui eos
muros euerterunt.

OMNES ISTI CONGREGATI SVNT. i. gentes variæ 18
ſe adiunxerunt Iudæis, cùm redierunt è captiuitate.
vel omnes gentes Chriſto. VENERVNT TIBI. id eſt, ad
te. ORNAMENTO VESTIERIS. Veſtis præclaræ inſtar
erunt tibi illæ gentes, quæ ad te confluent. ET CIR-
CVMDABIS TIBI EOS. Hebr. *ligabis*, ſcilicet vt monile
ſponſa. Tibi decori erunt.

DESERTA TVA. Tanta erit confluentium multitu- 19
do, vt deſerta tua & ſolitudines oppidaque euerſa im-
pleant, & anguſta omnia videbuntur, nec poterunt
tam multos capere. QVI ABSORBEBANT TE. i. ho-
ſtes tui procul abſiſtent.

FILII STERILITATIS TVÆ. i. adoptiui. Gentes, quæ 20
adiungent ſe, filios vocat ſterilitatis, quoniam ob ſte-
rilitatem ſolent filij adoptari. FAC SPATIVM MIHI.
Sic Chald. Sept. *fac locum mihi*. Hebr. *accede mihi*,
id eſt, cede mihi. ſ. locum, vbi habitem. Id gentes di-
cent aduentitiæ.

DICES IN CORDE TVO, oppreſſa quamuis & gra- 21
uata tanta multitudine, ore non audebis repugnare,
tantùm in corde tuo apud te *Dices*. i. cogitabis, vnde
mihi tam multi filij? NON PARIENS. Hebr. *ſolita-
ria*. ſ. effœta propter ætatem. EGO DESTITVTA ET
SOLA. Hebr. *captiua & remota*. ſ. à patria exul. ISTI
VBI ERANT? Hebr. *iſti vnde ipſi*. pro, ſunt? ſe capti-
uam & exulem vocat, quòd filij eſſent captiui & exu-
les. Propterea addit:

ECCE LEVABO AD GENTES MANVM. vt ſ. vocem 22
eas. SIGNVM MEVM, vexillum erigam, ad quod po-
puli vocati concurrant. FILIOS TVOS è captiuitate
& exilio portabunt. IN VLNIS, ſiue *in ſinu*, ſiue *in
brachio*, pro, in brachiis. id vox *hozen* ſignificat. ET
FILIAS TVAS SVPER HVMEROS PORTABVNT, ſeu
portabuntur filiæ ſuper humerum. i. in lecticis, quo-
niam teneriores ſunt, & ob honeſtatem.

23 ET REGINÆ NVTRICES TVÆ. Hebr. *lactatrices*.
ET PVLVEREM PEDVM TVORVM LINGENT, pedes
deoſculabuntur. NON CONFVNDENTVR. non pude-
fient expectantes me, opere implebo quæ promiſi
omnia.

24 QVOD CAPTVM FVERIT A ROBVSTO. Hebr. *etſi
captiuitas iuſti liberabitur*. i. quod in bello iuſto ca-
pitur? q. d. Hoc inter homines non fit, ego faciam
tamen.

25 SALVABITVR, liberabitur. EOS VERO, QVI IV-
DICAVERVNT TE, EGO IVDICABO. Hebr. *litem tuam
ego litigabo*.

26 CIBABO HOSTES TVOS. Hebr. *ſpoliantes, opprimen-
tes te*. CARNIBVS SVIS. i. ad ſummam inopiam re-
digam & famem. vel faciam, vt inter eos maxima ſit
laniena. Occident homines, aut ipſimet, aut hoſtes
magno numero. Id eſt deuorare carnes ſuas, & ſan-
guine ſuo inebriari.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AVDITE. Chald. *obedite*. VOCAVIT. ſ. nomine
IESV.

2 OS MEVM. Chald. *verba in ore meo*. GLADIVM.
ſ. verbum Dei penetrabilius omni gladio. SAGITTAM.
Gladio vicini cæduntur, ſagittâ remoti. ſ. prædicatum
eſt Iudæis & Gentibus. ABSCONDIT. ſ. quoad mit-
teret in mundum, continuit in ſinu Filium Pater.
Chryſoſt. In corporis pharetra abſcondita Diuinitas.

3 SERVVS. ſ. propter formam ſerui. ISRAEL. &
Chriſtus Iſraelita.

4 IN VACVVM. ſ. pauci Chriſto obediunt, paucique
ſaluantur. CONSVMPSI. ſ. moriendo. IVDICIVM.
.i. iuſtitia, ſeu meritum. CVM DOMINO. LXX. *apud
Dominum*. Chald. *manifeſtum coram Domino*. OPVS.
Chald. *merces operum meorum*. LXX. *labor*. CVM
DEO. Chald. & LXX. *coram Deo*.

5 NON Hebræi legunt *ei*, etſi Hebr. eſt *non*. dicunt
enim eſſe לא pro לו, vt interdum ſolet, & alibi no-
tauimus.

6 DIXIT. ſ. Deus. SVSCITANDAS. ſ. ad vitam gratiæ.
FÆCES. Chald. *captiuitatem*. LXX. *diſperſionem*.

7 SANCTVS. i. ſanctè colendus, & ſanctitatis au-
ctor. CONTEMPTIBILEM ANIMAM. ſ. mundi iudicio.
LXX. *deſpicientem animam ſuam*. ABOMINATAM
GENTEM. LXX. *qui abominationi habetur a gentibus*.
DOMINORVM. LXX. *principum*. VIDEBVNT. ſ. tuam
dignitatem. CONSVRGENT. i. aſſurgent. ſ. ho-
noris cauſa. ADORABVNT. ſ. te venerabuntur.
vel Chriſti Diuinitas intelligitur, ad quem hæc qui-
dam referunt.

8 PLACITO. i. beneplaciti, ſeu quo mihi placuit.
LXX. *opportuno*. Paulus 2. Corinth. 6. vertit *accepto*.
EXAVDIVI. pro, exaudiam. *Exauditus eſt pro ſua re-
uerentia*. FOEDVS. i. fœderis prædicationem, ſeu con-
firmationem, aut renouationem. SVSCITARES.
LXX. *conſtitueres*. ſ. bono ſtatu. TERRAM. i. homines
in terra habitantes. Chald. *iuſtos, qui iacent in puluere*.
DISSIPATAS. Chald. *deſolatas*. LXX. *deſertas*.

9 REVELAMINI. i. in lucem prodite, ſeu apparete.
SVPER. i. iuxta. ſ. conſpicuè. PLANIS. q. d. locis com-
modis.

11 IN VIAM. q. d. reddam planos, iuxta illud: *Et aſpe-
ras in vias planas*. SEMITÆ. ſ. depreſſæ. EXALTA-
BVNTVR. ſ. ad commoditatem viatorum. q. d. tollam
impedimenta ad me veniendi.

12 LONGE. i. Oriente. MARI. i. Occidente. AV-
STRALI. ſ. Meridie.

13 CONSOLATVS. ſ. miſſo Filio, vel adueniens Filius.

14 DIXIT. ſ. ante Chriſti aduentum, videns differri
tamdiu. SION. id eſt, fidelium congregatio, vel
Iudæi.

IN

In manibvs. pro, velut in manibus, ne poſſim 16
obliuiſci. Mvri. i. ciuitas. ſ. quam ſtatui defendere,
nempe Eccleſia.

Strvctores. i. qui te ædificent. ſ. Apoſtoli. Exi- 17
bvnt ſ. eiecti.

Vide. ſ. conuerſam gentilitatem. 18

Absorbebant. i. perdebant. 19

Sterilitatis. Chald. *tranſmigrationis.* 20

Signvm. i. vexillum. ſ. prædicationis Euangelicæ. 22
Portabvnt. Fit hoc Reliquiis Sanctorum.

Pvlverem pedvm, &c. q. d. ſeque ad pedes tuos 23
deiicient. Fit hoc, cùm Pontificis pedes fideles oſcu-
lantur. Vide inf. cap. 60.

Nvmqvid, &c. q. d. faciet Deus quod videtur im- 24
poſſibile. ſ. vt tollatur à diabolo præda.

Carnibvs svis. q. d. edent carnes proprias præ 26
fame. Caro. i. homo.

CAPVT L.

Non ex Dei impotentia, ſed propter ſuas iniquitates manet Synagoga repudiata, Chriſtum nolens recipere, qui nihil prætermiſit quod agendum fuerat vt ab ea reciperetur; imò illius amore ſeipſum in ignominioſas tradens afflictiones: ideoque Synagogam doloribus interituram denuntiat.

HÆc dicit Dominus: Quis eſt hic liber 1
repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? A
aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ec-
ce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſce-
leribus veſtris dimiſi matrem veſtram. * Quia 2
veni, & non erat vir: vocaui, & non erit qui au-
[n] Inf. 59. a. 1 diret. [n] numquid abbreuiata & paruula facta
eſt manus mea, vt non poſſim redimere? aut
non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce in B
increpatione mea deſertum faciam mare, po-
nam flumina in ſiccum: computreſcent piſces
ſine aqua, & morientur in ſiti. * Induam cæ- 3
los tenebris, & ſaccum ponam operimentum
eorum. * Dominus dedit mihi linguam erudi- 4
tam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt
verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem,
vt audiam quaſi magiſtrum. * Dominus Deus 5
aperuit mihi aurem, ego autem non contra-
[o] Matth. 26. g. 67 dico: retrorſum non abij. * [o] Corpus meum 6
dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: C
faciem meam non auerti ab increpantibus, &
conſpuentibus in me. * Dominus Deus auxi- 7
liator meus, ideò non ſum confuſus: ideò po-
ſui faciem meam vt petram duriſſimam, & ſcio
[p] Rom. 8. f. 33 quoniam non confundar. * [p] Iuxtà eſt qui iuſti- 8
ficat me, quis contradicet mihi? ſtemus ſimul,
quis eſt aduerſarius meus? accedat ad me. * Ec- 9
ce Dominus Deus auxiliator meus: quis eſt
qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſti-
mentum conterentur, tinea comedet eos.
* Quis ex vobis timens Dominum, audiens vo- 10
cem ſerui ſui? qui ambulauit in tenebris, & D
non eſt lumen ei, ſperet in nomine Domini,
& innitatur ſuper Deum ſuum. * Ecce vos om- 11
nes accendentes ignem, accincti flammis, am-
bulate in lumine ignis veſtri, & in flammis
quas ſuccendiſtis: de manu mea factum eſt hoc
vobis, in doloribus dormietis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Qvis est hic liber repvdii? Redit ad incre- 1
pandos Iudæos. Qvo dimisi eam? Videtur
Deus repudiaſſe Synagogam, cùm in Babylonem eſt
ducta. Avt qvis est creditor mevs. Hebr. *aut cui è creditoribus meis, cui vendidi vos?* Solebat debitor, cùm ſoluendo non erat, filios creditori vendere. Deus videtur Iudæos vendidiſſe, cùm in captiuitatem tradidit. Ecce in iniqvitatibvs. q. d. non meа debita fuerunt cauſa, ſed veſtra ſcelera.

2 Qvia veni. Sic Sept. Chald. *quare veni.* ita Hebr. pro certè veni. Et non erat vir. id eſt, quiſquam qui me reciperet. Qvi avdiret. Hebr. *qui reſponderet.* Per me non ſtetit quò minùs vos liberarem. Neque modò deſiſtam. Ecce in increpatione mea. id eſt, præcepto. Desertvm faciam mare. Hebr. *exſiccabo mare.* pro, exſiccaui. ſ. cùm populum ex Ægypto eduxi. Ponam flvmina in siccvm. Hebr. *ponam flumina (in) deſertum.* Quid ſi *in deſerto* dicamus, vt ſit antitheſis? *Ponam*, pro, poſui.

3 Indvam cælos tenebris. Hebr. *nigredine.* ſed *nigredo* pro *tenebris.* Hoc fecit in Ægypto. *Induam*, ergo pro indui. Et saccvm ponam. Sic nubes vocat, quo lugentium more cælum induitur. Quòd ſi illa feci, cur modò meos liberare non potero?

4 Dominvs dedit mihi lingvam ervditam. Hoc de Chriſto intelligi ſequentia oſtendunt. Hebræi de Iſaia dici putant. Vt sciam svstentare evm, qvi lassvs est verbo. Hebr. *vt ſciam opportune loqui laſſo verbum.* ſ. ad illum erigendum. Erigit mane, mane. Hebr. *excitat mane, mane.* id eſt, omnibus diebus me excitat Deus vt vos moneam. Vt avdiam qvasi magistrvm. Hebr. *vt audiam quaſi eruditis excitat aurem.* ſ. prophetis, quos docet quæ debeant dicere.

5 Non contradico. Hebr. *non rebellaui.* pro, non rebello. Retrorsvm non abii. facio quæ mihi præcipit Deus.

6 Dedi.... genas meas vellentibvs. ſupple, capillos, pilos barbæ. Faciem meam non averti. Hebr. *abſcondi.* Ab increpantibvs, et conspventibvs. Hebr. *ab ignominiis & ſputo.* Ex colloquio cum Deo eximia patientia ſecuta eſt in Iſaiæ animo. ſeu veriùs ad Chriſtum hæc omnia referantur.

7 Ideo non svm confvsvs, non erubui, non ſum pudore affectus. Ideo posvi faciem meam vt petram dvrissimam, ſilicem. Nullis opprobriis moueor. Non confvndar, pudeſiam. Non erit irrita ſpes & patientia mea, neque ſine fructu.

8 Ivxta est qvi ivstificat me, qui meam iuſtitiam tuetur, me eſſe iuſtum oſtendit. Qvis contradicet mihi? Hebr. *quis litigabit mecum?* Stemvs simvl. ſ. ad tribunal. Qvis est adversarivs mevs? Hebr. *quis (eſt) Dominus iudicij mei?* .i. caput in hac lite. Accedat, præſtò ſum.

9 Conterentvr, ſcilicet aduerſarij mei. Hebr. *veteraſcent.* Tinea comedet eos. id eſt, leuis calamitas illos proſternet, tineæ ad inſtar.

10 Servi svi? .i. ſerui vocem audiat Deus. Hic eſt Iſaias ipſe. Qvi ambvlavit in tenebris. pro, ambulat. premitur afflictione. Et non est lvmen ei. Repetitio. Per *tenebras* afflictionem intelligit. Is ſperet in Deo, illi opem feret, eruet à malis.

11 Ecce vos omnes accendentes ignem. Dixit, non eſſe lumen afflictis, modò eſſe quidem prauum ignem, & lucem impiis. Accincti flammis. Hebr. *accincti ſcintillis.* ſ. eſtis circumfuſi moleſtiis. Et in flammas qvas svccendistis. Hebr. *in ſcintillis.* Veſtra vos peccata premunt, luitis quod feciſtis. De manv mea. i. mea prouidentia eſt factum, vt peccator vratur ſua prauitate. Quod eſt ampliùs, In doloribvs dormietis. pro, moriemini. Dolor erit perpetuus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Matris. ſ. Synagogæ. In iniqvitatibvs vestris. Chald. *propter peccata veſtra.* Vendidi. ſ. diabolo. q. d. non ego vos vendidi prior, aut dimiſi, vt à me diſcedere coacti ſitis, ſed vos ipſi vltrò diſceſſiſtis à me per peccata deficientes. In sceleribvs. i. ob ſcelera. Dimisi. i. abieci tandem.

Vir. i. quiſquam. ſ. qui me reciperet. Increpatione. i. præcepto, ſeu ira. Desertum faciam. Chald. *ſiccabo*. q. d. poſſum ſiccare ſi velim.
Saccum. pro, velut ſaccum. 3
Sustentare, &c. Lxx. *quando oporteat loqui verbum*. Erigit. i. excitat. Mane. i. maturè, ſeu in vitæ principio. ſ. conceptione. vox Chriſti. vel *mane, mane*. i. quotidie. 4
Aperuit, &c. Chald. *miſit me ad prophetandum*. Abii. ſ. renuens. 5
Percutientibus. Lxx. *flagellis*. Vellentibus. Lxx. *alapis*. Increpantibus. i. calumniantibus. q. d. expoſitus fui Iudæorum calumniis. 6
Confusus. i. pudefactus. 7
Iustificat me. ſ. per gratiam. vel q. d. qui meam cauſam defendit, vt iuſtam. 8
Omnes. ſ. me condemnantes. vox Chriſti. Tinea. i. conſcientiæ vermis. 9
Servi. ſ. Chriſti ſecundùm humanitatem. 10
Ignem. ſ. cupiditatis, vel ſupplicij. Ambulate. pro, ambulabitis. Lumine. i. flamma. q. d. puniemini ſupplicio quod vobis per peccata acceriſtis. 11

CAPVT LI.

Exhortatur Sion exemplo Abrahæ; cui Deus promiſſa compleuit, vt & ipſa certò fidat ſe promiſſam à Deo conſolationem accepturam: de conſolatione, ſalute & magna felicitate Sion, hoc eſt Eccleſiæ, per Chriſtum futura. & de Lege Euangelica latè differit, ac de humiliatione hoſtium Eccleſiæ.

AVdite me qui ſequimini quod iuſtum eſt, 1
& quæritis Dominum: attendite ad pe- A
tram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de
qua præciſi eſtis. * Attendite ad Abraham pa- 2
trem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos:
quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & mul-
tiplicaui eum. * Conſolabitur ergo Dominus 3
Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius: & po- B
net deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem
eius quaſi hortum Domini. Gaudium & læti-
tia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox lau-
dis. * Attendite ad me popule meus, & tribus 4
mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium
meum in lucem populorum requieſcet. * Pro- 5
pè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus,
& brachia mea populos iudicabunt: me in-
ſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſti-
nebunt. * Leuate in cælum oculos veſtros, & 6
videte ſub terra deorſum: quia cæli ſicut fu-
mus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum at-
teretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt:
ⁿ Pſal. 36. c. 39 ⁿ Salus autem mea in ſempiternum erit, & iu- C
ſtitia mea non deficiet. * Audite me qui ſcitis 7
iuſtum, populus meus lex mea in corde eorum:
nolite timere opprobrium hominũ, & blaſphe-
mias eorum ne metuatis. * Sicut enim veſti- 8
mentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut la-
nam, ſic deuorabit eos tinea: Salus autem mea
in ſempiternum erit, & iuſtitia mea in gene-
rationes generationum.
* Conſurge, conſurge, induere fortitudinem 9
brachium Domini: conſurge ſicut in diebus
antiquis, in generationibus ſæculorum. Num-
quid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti
draconem?
ⁿ Exod. 14. c. 21 * ⁿ Numquid non tu ſiccaſti mare, aquam 10
abyſſi vehementis: qui poſuiſti profundum D
maris viam, vt tranſirent liberati?
* Et nunc qui redempti ſunt à Domino, re- 11
uertentur, & venient in Sion laudantes, & læ-
titia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium
& lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.
12 * Ego, ego ipſe conſolabor vos: quis tu vt ti-
meres ab homine mortali, & à filio hominis,
13 qui quaſi fœnum ita areſcet? * Et oblitus es
E Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fun-
dauit terram, & formidaſti iugiter tota die à
facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat
ad perdendum: vbi nunc eſt furor tribulan-
14 tis? * Citò veniet gradiens ad aperiendum, &
non interficiet vſque ad internecionem, nec
15 deficiet panis eius. * Ego autem ſum Dominus
Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt
fluctus eius: Dominus exercituum nomen
16 meum. * ⁿ Poſui verba mea in ore tuo, & in ⁿ Sup. 49. a. 2
F vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cæ-
los, & fundes terram: & dicas ad Sion: Popu-
17 lus meus es tu. * Eleuare, eleuare, conſurge Ie-
ruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem
iræ eius: vſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti,
18 & potaſti vſque ad fæces. * Non eſt qui ſuſten-
tet eam ex omnibus filiis, quos genuit: & non
eſt qui apprehendat manum eius ex omnibus
19 filiis, quos enutriuit. * ⁿ Duo ſunt quæ occurre- ⁿ Sup. 47. b. 9
runt tibi; quis contriſtabitur ſuper te? vaſtitas,
& contritio, & fames, & gladius; quis conſolabi-
20 tur te? * Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in ca-
G pite omnium viarum, ſicut oryx illaqueatus:
pleni indignatione Domini, increpatione Dei
21 tui. * Idcircò audi hoc paupercula, & ebria non
22 à vino. * Hæc dicit dominator tuus Dominus,
& Deus tuus, qui pugnabit pro populo ſuo: Ecce
tuli de manu tua calicem ſoporis, fundum cali-
cis indignationis meæ, non adiicies vt bibas il-
23 lum vltrà. * Et ponam illum in manu eorum, qui
te humiliauerunt, & dixerunt animę tuæ: Incur-
uare, vt tranſeamus: & poſuiſti vt terram cor-
pus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Audite me. Alloquitur Deus pios Iudæorum, quibus pollicetur ſe fore propitium ob merita patrum. Attendite ad petram vnde exciſi estis. i. lapicidinam. Ad cavernam laci. Hebr. *ad foramen putei*. ſic vocat muliebria. De qua præcisi estis. Hebr. *eruti eſtis*. Hoc eſt, maiores veſtros conſiderate, propter quos vobis benefacio. Attendite ergo ad Abraham, & ad Saram,

2 Quæ peperit vos. Hebr. *concepit vos*. Quia vnum vocavi eum. i. ex omnibus populis vnum ſelegi, cui benedicerem, & quem multiplicarem. Aut vnum Abrahamum elegi.

3 Consolabitur ergo Dominus. Hebr. *quia conſolabitur*. ſed *quia*, pro, certè: Ob merita patrum Deus conſolabitur Sion. Triſtitia in gaudium vertetur. Gratiarum actio, ſeu *confeſſio*, vt Sept. Vox *todah* vtrumque ſignificat.

4 Tribus mea. Hebr. *gens* ſeu *natio mea*. Quia lex a me exiet. pro, exiuit lex. i. promiſſio vos liberandi. Et iudicium meum. Ea promiſſio implebitur cunctis videntibus. Id ſignificat, In lucem populorum.

5 Prope est iustus meus. Hebr. *iuſtitia mea* ad implenda promiſſa. ſed *iuſtitia* ſumi poteſt pro *iuſto*. Is eſt Chriſtus, aut Cyrus. Salvator meus. Hebr. *ſalus mea*. Et brachia mea populos iudicabunt id eſt, mea potentia condemnabo, puniam populos vos opprimentes. Me insulæ expectabunt, vt illi etiam liberentur ab oppreſſione eorum populorum. Sustinebunt. pro, *expectabunt*, vt eſt Hebr. & *ſuſtinere* Latinis *expectare* eſt.

Sicvt

6 SICVT FVMVS LIQVESCENT. Hebr. *peribunt.* ATTERETVR terra. Hebr. *veteraſcet.* ET HABITATORES EIVS (terræ) SICVT HÆC INTERIBVNT. Hebr. *ſimiliter contererentur.* ET IVSTITIA MEA NON DEFICIET. Hebr. *non conteretur.* Sententia totius verſus eſt: *(Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt:* Matth. 24. verſ. 35.

7 QVI SCITIS IVSTVM. Hebr. *iuſtitiam.* i. qui ſcitis me ſtare promiſſis. POPVLVS MEVS. *Meus* non eſt Hebr. LEX MEA IN CORDE EORVM. i. ſi promiſſio mea ſit in corde veſtro, non erit quòd timeatis opprobria & conuitia putantium vos à me eſſe derelictos. Conſcientia veſtra & fides vos ſolabitur.

8 SICVT ENIM VT TIMENTVM. Repetit quod verſu 6. dixerat. SIC COMEDET EOS. ſ. cælos. VERMIS. Hebr. *tinea.* ET SICVT LANAM, SIC DEVORABIT EOS TINEA. Repetitio. עש *has* & סס *ſas* ſynonyma ſunt, vt Latinè *ſis* & *tinea* SALVS AVTEM MEA. i. etiamſi illi deficiant, ſalus & iuſtitia mea in æternum ſtabunt.

9 CONSVRGE, ſeu *excitare.* Verba Prophetæ ad Deum. BRACHIVM DOMINI. potentia. PERCVSSISTI SVPERBVM, ſeu *excidiſti.* Vox *rahab. ſuperbum* ſignificat. ſed multis locis ſumitur pro Ægypto, Pſalm. 87. & 89. ſic Pagn. vertit hoc loco, *Proſcindens ſuperbam Ægyptum.* ſicut per *draconem* mox intelligunt Pharaonem, illis verbis: VVLNERASTI DRACONEM; aut dolore affeciſti inſtar parturientis. Id ſignificat vox *meholeleth.*

10 VT TRANSIRENT LIBERATI? Hebr. *redempti.* ideò ſiccaſti mare.

11 ET NVNC. *Nunc* Hebr. non eſt, ſed ſic: *Et redempti domini reuertentur,* ſ. è captiuitate. LAVDANTES. Hebr. *in iubilo.* ET LÆTITIA SEMPITERNA SVPER CAPITA EORVM. i. in mente & in lingua erit lætitia.

12 QVI QVASI FOENVM ITA ARESCET homo. Hebr. *fœnum dabitur,* id eſt, quaſi fœnum erit. Vox *quaſi* ſuppleri debet. Supplent Sept. & Chald. Ne ergo hominem timeatis, ſed me.

13 ET OBLITVS ES DOMINI. Ea fuit cauſa timendi homines, Deum præ oculis non habere.

14 CITO VENIET. ſ. Deus. GRADIENS AD APERIENDVM. Anhelans ad aperiendum. ſ. carcerem. ET NON INTERFICIET VSQVE AD INTERNECIONEM. Hebr. *& non morietur in fouea,* id eſt, in carcere populus, שחת *ſahath* ſæpè pro *ſepulchro* ſumitur, nunc pro *carcere* ſumo. NEC DEFICIET PANIS EIVS. i. alimenta populi vincti. Non morietur in vinculis fame.

15 QVI CONTVRBO MARE. pro, conturbaui. Hebr. *diuido,* vt ſ. tranſirent filij Iſrael egreſſi de Ægypto. INTVMESCVNT FLVCTVS EIVS. Hebr. *intonuerunt præ impetu* ſ. retrocedendi.

16 POSVI VERBA MEA. Deus loquitur ad Prophetam, oſtenditque eſſe impleta quæ dixit cap. 49. initio: *Et poſuit os meum vt gladium acutum.* VT PLANTES CÆLOS. Hebr. *ad plantandum cælos.* Sic alij in prima perſona vertunt: *vt plantem cælos,* id eſt, *populum, de quo eſt dictum, quòd multiplicaretur ſicut ſtellæ cæli.* ſic Chald. ET FVNDES TERRAM. Hebr. *ad fundandum terram.* i. *populum, de quo eſt dictum, quòd multiplicaretur ſicut puluis terræ.* ET DICAS. Hebr. *& ad dicendum Sioni: Populus meus tu.* Ex his vides referre parum, vt eos infinitiuos aut gerundia per primam aut ſecundam perſonam vertas.

17 VSQVE AD FVNDVM CALICIS SOPORIS BIBISTI. i. venenatam potionem, quæ ſomnum conciliat. Hebr. *feces calicis venenum mortiferum bibiſti, expreſſiſti.* Vox תרעלה *tarhalah* id *venenum mortiferum* ſignificat. Noſter dixit: POTASTI VSQVE AD FÆCES. Sententia vna eſt, verba varia. Hoc contigit cùm Deus eam vrbem Ieruſalem. ſ. hoſtibus tradidit.

18 NON EST QVI SVSTENTET. Hebr. *qui ducat eam.* i. in ea calamitate nullus è filiis eius potuit illi auxiliari.

19 QVIS CONTRISTABITVR SVPER TE? aut *quis condolebit tibi,* aut *quis conſolabitur te.* Omnia hæc poteſt ſignificare verbum ינוד *ianud.* QVIS CONSOLABITVR TE? Sic Sept. Hebr. *quis conſolabor te,* pro, *conſolabitur.* prima perſona pro tertia.

20 FILII TVI PROIECTI SVNT. Hebr. *defecerunt.* ſ. præ fame. DORMIERVNT. Hebr. *iacuerunt occiſi.* IN CAPITE OMNIVM VIARVM. Hebr. *in capite omnium platearum.* ſ. in foro, palàm. SICVT ORYX ILLAQVEATVS. De *oryge* Deut. 14. verſ. 5. Alij, *ſicut bos ſilueſtris in reti.* Goth. *ſicut beſtia illaqueata.* Iacet enim mœſta quæcumque beſtia, cùm ſe è reti aut laqueo non poteſt explicare. Id ſignificat, PLENI INDIGNATIONE.

21 ET EBRIA. ſ. anguſtiis & malis. Solent enim dementare homines. NON A VINO.

22 QVI PVGNABIT PRO POPVLO SVO. Hebr. *litigabit (pro) populo ſuo Deus.* CALICEM SOPORIS. Hebr. *veneni mortiferi.* FVNDVM. Hebr. *faces calicis indignationis meæ non bibes amplius.* i. te à malis, quæ pertuliſti, liberabo.

23 ET PONAM ILLVM. Faciam, vt hoſtes tui bibant illum calicem. QVI TE HVMILIAVERVNT. Hebr. *contriſtauerunt.* ET DIXERVNT ANIMÆ TVÆ. i. tibi. INCVRVARE, VT TRANSEAMVS. Vox hoſtium. ET POSVISTI VT TERRAM, te incuruaſti, & abieciſti ad terram. ET QVASI VIAM, ſeu *plateam* pedibus tranſeuntium calcandam præbuiſti. Itaque abiecta & humiliata magnopere es, nunc vices mutabuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 QVOD IVSTVM EST. Chald. *veritatem.* PETRAM. ſic vocat Abraham ob fidei firmitatem. CAVERNAM LACI. i. Saræ vterum.

2 ATTENDITE. explicatio præcedentis. VNVM. i. cùm ſolus eſſet ſine prole. Chald. *ſolus erat in ſæculo.* ſ. quem vocarim. MVLTIPLICAVI. i. ditaui, ſeu dedi filios.

3 DELICIAS. Hebr. *Heden.* LXX. *Paradiſum.*

4 TRIBVS. i. gens. Chald. *congregatio.* LXX. *Reges.* LEX. ſ. Euangelica. IVDICIVM. i. doctrina. REQVIESCET. pro, faciet requieſcere, vel permanebit.

5 IVSTVS. ſ. Chriſtus. BRACHIA. i. vires, ſeu potentia. INSVLÆ. i. gentes. SVSTINEBVNT. i. expectabunt. LXX. *in brachium meum ſperabunt.*

6 LIQVESCENT. Chald. *tranſibunt.* ATTERETVR. Chald. & LXX. *veteraſcet.*

7 IVSTVM. i. iuſtitiam. Chald. *veritatem.* LXX. *iudicium.* BLASPHEMIAS. Chald. *ſuperbias.* LXX. *contemptum.*

8 VERMIS. ſ. conſcientiæ. TINEA. Repetitio.

9 CONSVRGE. ſ. ô Chriſte. LXX. *exurge Ieruſalem.* INDVERE, &c. q. d. oſtende te fortem. BRACHIVM. i. potentiam. vel, ô brachium. alloquitur enim Chriſtum, & verbis femininis, quia *brachium* Hebr. femineum. ANTIQVIS. ſ. oſtendiſti potentiam tuam. SÆCVLORVM. Chald. *quæ ab initio fuerunt.* SVPERBVM. ſ. diabolum, vel Pharaonem. Chald. *fortes.* DRACONEM. Chald. *Pharaonem, & exercitum eius.*

10 MARE. ſ. rubrum. LIBERATI. ſ. Hebræi ex Ægypto.

11 DOMINO. ſ. Chriſto. REVERTENTVR. ſ. ad Deum, à quo facti & redempti. SION. ſ. cæleſtem.

12 QVIS TV. pro, indignum vt tu.

13 EIVS. ſ. hoſtis.

14 VENIET. ſ. Chriſtus. APERIENDVM. ſ. ſalutis oſtium. NON INTERFICIET. ſ. non venit vt perdat, ſed vt ſaluet. PANIS EIVS. Chald. *cibaria iuſtorum.*

15 EGO AVTEM, &c. verba Patris ad Chriſtum. TVVS. ſ. quatenus homo es.

16 CÆLOS. i. cæleſtes viros. TERRAM. i. terræ habitatores. ſ. in Eccleſia, vel terram nouam. SION. i. Eccleſiam.

17 SOPORIS. i. ſtuporis. ſ. ſtuporem inducentis, ſeu ſoporem mortiferum. Chald. *maledictionis.* LXX. *furoris.*

19 FAMES, ET GLADIVS. Explicatio præcedentium.

20 ORYX. Animal eſt capræ ſimile. Chald. *lagunculæ confracta.* LXX. *beta ſemicocta.*

CAPVT LII.

Excitat Sion, hoc eſt, Chriſti eccleſiam ad conſolationem ob gratuitam ſui redemptionem: meminit deſcenſus Iſraël in Ægyptum, & iterationis ab Aſſur: prædicatores autem Euangelicæ pacis commendat, excitatque omnes ad laudem propter Chriſtum paratum omnibus ſaluatorem, & de ipſius exaltatione ac humiliatione, & fide Gentium in ipſum.

COnſurge, conſurge, induere fortitudine 1
tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ A
Ieruſalem, ciuitas ſancti: quia non adiciet vltra
vt pertranſeat per te incircumciſus & immun-
dus. *Excutere de puluere, conſurge, ſede Ieru- 2
ſalem: ſolue vincula colli tui captiua filia Sion.
*Quia hæc dicit Dominus: Gratis venumdati 3
eſtis, & ſine argento redimemini. *Quia hæc 4
dicit Dominus Deus: ᵃ In Ægyptum deſcendit B
populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi:
& Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum.
*Et numquid mihi eſt hic, dicit Dominus, quo- 5
niam ablatus eſt populus meus gratis: Domina-
tores eius inique agunt, dicit Dominus, ᵇ & iugi-
ter tota die nomen meum blaſphematur. *Pro- 6
pter hoc ſciet populus meus nomen meum in
die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce ad-
ſum. *ᶜ Quam pulchri ſuper montes pedes an- 7
nunciantis & prædicantis pacem; annunciantis
bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Re-
gnabit Deus tuus! *Vox ſpeculatorum tuorum: 8
leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia ocu- C
lo ad oculum videbunt cum conuerterit Do-
minus Sion. *Gaudete, & laudate ſimul deſerta 9
Ieruſalem: quia conſolatus eſt Dominus po-
pulum ſuum, redemit Ieruſalem. *Parauit Do- 10
minus brachium ſanctum ſuum in oculis om-
nium Gentium: ᵈ & videbunt omnes fines ter-
ræ ſalutare Dei noſtri. *Recedite, recedite, exite 11
inde, ᵉ pollutum nolite tangere: exite de medio
eius, mundamini qui fertis vaſa Domini. *Quo- 12
niam non in tumultu exibitis, nec in fuga pro- D
perabitis: præcedet enim vos Dominus, & con-
gregabit vos Deus Iſraël. *Ecce intelliget ſeruus 13
meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit
valde. *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic in- 14
glorius erit inter viros aſpectus eius, & forma
eius inter filios hominum. *Iſte aſperget gentes 15
multas, ſuper ipſum continebūt reges os ſuum:
ᶠ quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt,
& qui non audierunt, contemplati ſunt.

ᵃ Gen. 46. a. 6
ᵇ Ezec. 36. d. 24. Ier. 15. a. 10.
ᶜ Rom. 10. c. 1. Nah. 1. d. 15
ᵈ Pſal. 97. a. 3
ᵉ 2. Cor. 6. d. 17
ᶠ Rom. 15. d. 21

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INDVERE FORTITVDINE. i. ſume arma. VESTIMENTIS GLORIÆ TVÆ. i. veſtimentis feſtiuis. CIVITAS SANCTI. Hebr. *ſanctitatis*, pro, ſancta. NON ADICIET VLTRA VT PERTRANSEAT. Hebr. *vt veniat in te incircumciſus*, i. gentes tui non dominabuntur, vt hactenus fecerunt. Quod de Eccleſia magis eſt verum quàm de Ieruſalem.

EXCVTERE DE PVLVERE. Dixerat c. 26 v. 5. *Detrahet eam vſque ad puluerem*. Nunc contrà, *excutere de puluere*, i. excute puluerem. SEDE IERVSALEM. Dixerat de Babylone c. 47 v. 1 *Deſcende, ſede in puluere*, in terra, vt ſedent qui ſedem non habent, vbi ſedeant. Nunc ait de Iſraël: *Sede*, locum habes vbi ſedeas. *Surge* de terra, ſede in ſolio. SOLVE VINCVLA. Exue captiuitatem, qua teneris.

GRATIS VENVMDATI ESTIS. i. ſine pretio. ET SINE ARGENTO, ſine pretio, ſine pecunia. *Argenti* nomine in Hebr. lingua intelligitur pecunia. Ergo ſicut ſine labore, ſine cauſa, i. gratis capti eſtis, ita ſine cauſa liberamini, vel nullis datis donis.

4 VT COLONVS ESSET IBI, deſcendit populus in Ægyptum. Hebr. *vt peregrinaretur ibi*. Adde, & tamen eum ſeruire fecerunt. ET ASSVR. Per *Aſſur* Babylonios intelligit qui Aſſyrijs imperabant, & captiuarunt Iudæos poſtea. ABSQVE VLLA CAVSA. i. nullis iniurijs prouocatus. Id eſt quod dixit, *gratis venumdati eſtis*. CALVMNIATVS EST EVM. Hebr. *oppreſſit eum*, duxit in captiuitatem.

5 ET NVMQVID MIHI EST HIC. Regia, Louan. & Sept. *Et nunc quid*. Significat autem, Et nunc quid moror à liberando meos? QVONIAM ABLATVS EST POPVLVS MEVS GRATIS. ſuſtulit, i. eſt, vt eos liberem. Affert rationes ob quas debeat ſuos liberare. Prima, quoniam gratis ſine cauſa ſunt oppreſſi. Secunda, INIQVE AGVNT. Hebr. *vlulare faciunt*. i. eos tyrannide opprimunt. Id magis iræ prouocat. Præterea, quoniam NOMEN MEVM BLASPHEMATVR. Numen ſcilicet impios.

6 SCIET POPVLVS MEVS NOMEN MEVM. Quod nomen ſciam multa Dei ſunt nomina. Sciet ergo populus nomen, quod ab exiſtentia deducitur, quia impleo quæ promiſi. id eſt nomen ineffabile. QVI LOQVEBAR, ECCE ADSVM, vt ſ. faciam quæ dixi, præſto ſum.

7 QVAM PVLCHRI SVPER MONTES. Hoc eſt, feliciſſimum nuntium id erit, cum annuntiaueritur populum eſſe liberatum, aut Chriſtum veniſſe. Paulus ad Rom. 10 verſ. 15. de Euangelica prædicatione hæc verba affert. *Super montes*. In montibus ſita erat Ieruſalem, cui potiſſimum hæc nuntiabantur. PEDES ANNVNTIANTIS ET PRÆDICANTIS PACEM. Quia ex regione remota veniebant ij nuntij, laudat pedes.

8 VOX SPECVLATORVM TVORVM. ſ. audietur. Fingit in ſpeculis conſtitutos qui aduentum populi nuntiarent, poſtquam præmiſſi nuntij conceſſam libertatem affirmarunt, ac propediem venturos filios Iſrael. SIMVL LAVDABVNT. Hebr. *iubilabunt præ lætitia*. ſ. videntes ſuis oculis populum venientem.

9 GAVDETE, ET LAVDATE. Hebr. *clamate, iubilate*. DESERTA IERVSALEM. quia incolis replebimini & cultoribus ob multitudinem venientium.

10 PARAVIT. Hebr. *denudauit brachium*, more ſ. pugnantis. SALVTARE. Hebr. *ſalutem* Dei noſtri. i. felicitatem & bona quæ contulit populo ſuo, videbunt omnes.

11 RECEDITE. ſ. è captiuitate. POLLVTVM NOLITE TANGERE, ne ſ. polluamini, vt offerre Deo ſacrificia poſſitis, ac præſertim Leuitæ id præſtate. MVNDAMINI QVI FERTIS VASA DOMINI. i. Leuitæ.

12 QVONIAM NON IN TVMVLTV EXIBITIS. Hebr. *in feſtinatione*, vt olim ſ. prodierunt ex Ægypto feſtinantes. Porrò in feſtinatione multa perturbatè fiunt. NEC IN FVGA PROPERABITIS. Hebr. *& in fuga non abibitis*. i. inſtar fugientium, qui præ feſtinandi ſtudio ceteta nihil curant, per munda & polluta tranſeunt.

13 ECCE INTELLIGET. i. proſperabitur. Chald. *Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſias*. Sanè prudentia felicitas eſt mater, ſic Hebræi per intelligendi verbum proſperitatem ſignificant.

14 SICVT OBSTVPVERVNT, vel admira[illegible] multi videntes tuam humilitatem & afflictionem [illegible] ô Iſrael. Sic INGLORIVS ERIT INTER VIROS ASPECTVS [illegible] ſeruus. Hebr. ſic corrumpetur aſpectus eius (i. ſerui [illegible] Meſſiæ) præ viro. i. magis quàm alicui virorum aſ[illegible] tuis. q. d. ſicut tu in captiuitate eras deformis, ſic [illegible] Meſſias abiectus erit. Is populus ille Meſſiæ typus erat.

15 ISTE ASPERGET GENTES MVLTAS. [illegible] Hebr. *ſic aſperget gentes multas*. i. ſuo ſanguine mu[illegible] dubie. Vel liberabit & vendicabit gentes multas, & qua[illegible] rubrica aſperget, i. ſua nota ſignabit. CONTINEBVNT REGES OS ſuum. Non audebunt contra eum loqui. QVIA QVIBVS NON EST NARRATVM. Hebr. [illegible] ſic verò, quod non fuerat narratum ipſis, [illegible] viderunt. i. quod [illegible]

numquam audierant prodigia, viderunt. ET QVI NON AVDIERVNT, CONTEMPLATI SVNT. Hebr. *& quod non audierant intellexerunt*, ſeu *contemplati ſunt*, vt noſter dixit. Ea admirationis & ſilentij occaſio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

FORTITVDINE TVA. ſ. à Deo tibi data. *Induimini 'Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* VESTIMENTIS ſ. virtutibus ad Chriſtum excipiendum. GLORIÆ TVÆ. i. quæ te glorioſam reddunt, ſeu ornant. SANCTI. ſ. Dei vel templi. Chald. & LXX. *ſancta.* INCIRCVMCISVS. i. corde. q. d. infidelis, vel peccator. Aug. lib. cont. Donat. poſt collat. id intelligit de futura vita. Alij referunt ad liberationem à perſecutione infidelium. 1

SEDE. ſ. loco honeſto, quæ anteà in puluere. i. ſtatu peccati. VINCVLA. ſ. peccatorum. 2

GRATIS. i. ſine pecunia. vel q. d. vltrò vos dedidiſtis peccatis. REDIMEMINI ſ. è Babylone, vel ex peccato. 3

ASSVR. ſ. poſteà: vel potiùs pro Ægyptijs accipitur, qui ex Aſſyrijs oriundi. Vide Ezech. 31. & quidem, quid hìc attinebat ad Aſſyrios tranſire? Planè ſiquis vtrumque locum diligenter legat, videbit Aſſur pro Ægypti Rege accipi, quamquam cur ita vocetur non ſatis ſcio. CALVMNIATVS EST. Chald. *oppreſſit.* 4

NVMQVID MIHI, &c. q. d. quin libero. ſ. à peccato, vt olim ab Ægypto? GRATIS. Vide ſup. DOMINATORES. ſ. principes. ET IVGITER, &c. LXX. *propter vos nomen meum blaſphematur in gentibus ſemper.* 5

NOMEN MEVM. q. d. me agnoſcet. LOQVEBAR. ſ. per Prophetas. ADSVM. ſ. factus homo. 6

SVPER MONTES. Et Chriſtus in montibus aliquando docuit. SION. i. ô Sion. ſ. Eccleſia, vel potiùs Sioni, vt Hebr. indicatur. REGNABIT. Chald. *reuelatum eſt Regnum Dei tui.* 7

SPECVLATORVM. Chald. *gubernatorum.* LXX. *cuſtodum.* LEVAVERVNT VOCEM. LXX. *exaltata eſt.* OCVLO AD OCVLVM. Chald. *oculis ſuis.* VIDEBVNT. Chald. *videbunt magnalia Dei.* 8

DESERTA. ſ. aridæ anteà animæ. 9

PARAVIT. Chald. *reuelauit.* pro, reuelabit. LXX. *reuelabit.* BRACHIVM. i. potentiam, vel filium. OMNES FINES. q. d. totus orbis. 10

RECEDE. ſ. à peccatis, vel ſeruitute diaboli, vel commercio infidelium. Vide 2. Cor. 6. EIVS. ſ. Babylonis. i. mundi. MVNDAMINI. Chald. *electi eſtote.* LXX. *ſeparamini.* VASA. ſ. quibus in templo miniſtratur Deo. 11

IN TVMVLTV, &c. q. d. quieta erit per Chriſtum liberatio. FVGA. ſ. vt olim ex Ægypto. 12

INTELLIGET. i. prudenter aget. SERVVS MEVS. Chald. *ſeruus meus Chriſtus.* 13

OBSTVPVERVNT. ſ. viſis miraculis. INGLORIVS. i. contemptus. ſ. in paſſione. EIVS. Mutatio perſonæ, pro, tuus. 14

ASPERGET. ſ. aqua Baptiſmi, vel ſanguine. ſ. redemptione. Chald. *diſperget.* ſ. dilatans Eccleſiam. CONTINEBVNT. ſ. non malè loquentes de eo, vt anteà. NARRATVM. ſ. anteà. VIDERVNT. LXX. *videbunt.* ſ. Chriſti miracula. CONTEMPLATI SVNT. LXX. *intelligent.* ſ. gentes ad ſalutem pertinentia. 15

CAPVT LIII.

Non omnes Euangelij prædicationem ſuſcipiunt: prophetia de Chriſti natiuitate, & ignominioſa paſſione ac morte ipſius propter peccata noſtra: contemptui habitus eſt qui ſalutem nobis peperit: de manſuetudine & voluntaria ipſius oblatione: de gloria & exaltatione eius, credentiumque multitudine.

Ioan. 12. f.38 Rom. 16. d.16

QVis credidit auditui noſtro? & brachium 1
Domini cui reuelatum eſt? * Et aſcendet A
ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de ter- 2
ra ſitienti: non eſt ſpecies ei, neque decor: & vi-
dimus eum, & non erat aſpectus, & deſideraui-
3 mus eum: [n] Deſpectum, & nouiſſimum viro- *[n] Mat. 9. b.12*
rum, virum dolorum, & ſcientem infirmita-
tem: & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpe-
4 ctus, vnde nec reputauimus eum. * [o] Verè lan- *[o] Matth. 8. c.17*
B guores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe
portauit: & nos putauimus eum quaſi lepro-
5 ſum, & percuſſum à Deo & humiliatum. * [p] Ipſe *[p] 1. Cor. 15. a.3*
autem vulneratus eſt propter iniquitates no-
ſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſci-
plina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſa-
6 nati ſumus. * Omnes nos quaſi oues errauimus,
vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & poſuit
Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm.
7 * Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os
C ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & qua-
ſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, [q] & *[q] Matt. 26. f.63 Act. 8. f.32*
8 non aperiet os ſuum. * De anguſtia, & de iudicio
ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit?
quia abſciſſus eſt de terra viuentium: propter
9 ſcelus populi mei percuſſi eum. * Et dabit im-
pios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua:
[r] eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus *[r] 1. Pet. 2. d.22 1. Ioan. 3. a.5*
10 fuerit in ore eius. * Et Dominus voluit contere-
re eum in infirmitate: ſi poſuerit pro peccato
animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & vo-
11 luntas Domini in manu eius dirigetur. * Pro eo
D quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabi-
tur: in ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus
meus multos, & iniquitates eorum ipſe porta-
12 bit. * Ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium
diuidet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortem
animam ſuam, [s] & cùm ſceleratis reputatus eſt: *[s] Mar. 15. c.28 Luc. 22. d.37*
& ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſ-
ſoribus rogauit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVIS CREDIDIT AVDITVI NOSTRO? Sic Hebr. Sept. *Domine, quis credidit.* Sicque citatur hic locus Ioan 12. verſ 38. & ad Rom. 10. v. 16. *Credidit*, pro, credet. *Auditui noſtro*, aut ijs, quæ à nobis audierit; aut ijs, quæ ego à Prophetis audiui, & iam narrare volo. De Chriſti morte tota narratio eſt. ET BRACHIVM DOMINI. i. fortitudo, quæ in morte Chriſti maximè perſpicitur. CVI REVELATVM EST? Sic Sept. & Chald. Hebr. *ſuper quem reuelatum eſt.* i. in qua re potiſſimùm apparuit.

2 ET ASCENDET SICVT VIRGVLTVM CORAM EO. i. ipſo Deo vidente & diſſimulante, erit ſimilis virgulto & radici in terra ſitienti. i. arida; quod virgultum flaccidum exoritur & deforme. NON EST SPECIES EI. Hebr. *non eſt forma ei.* ſ. Chriſto. ET DESIDERAVIMVS EVM. Hebræi repetita præcedenti negatione explicant, *& non deſiderauimus eum*, non fuit gratus is aſpectus. Pagn. ſic, *vt deſideraremus illum cuperemus videre. Et* ſæpè ſumitur pro *vt.*

3 ET NOVISSIMVM VIRORVM. ſeu *abiectum inter viros.* ET SCIENTEM INFIRMITATEM, ſeu *ægritudinem.* ET QVASI ABSCONDITVS VVLTVS EIVS. Hebr. *& quaſi abſconſio vultus.* Quod duobus modis poteſt intelligi, vt ipſe abſconderet vultum præ pudore, vel, vt alij auerterent faciem, ne viderent eum.

4 VERE LANGVORES NOSTROS IPSE TVLIT. Sept. *ipſe peccata noſtra portat. Ferendi* & *portandi* voces non *ferre* tantùm, ſed etiam *auferre* ſignificant. Tertullianus 4. contra Marcion. Baſilius in Regulis breuioribus. Senſus erit: Pertulit dolores & lãguores noſtros, ſimulque illos abſtulit. Porrò locus hic Matth. 8. v. 17. adducitur, vt eſt in Hebr. non iuxta Sept. verſionem. ſignificat autẽ languores noſtros, non ſolùm animæ, ſed etiã corporis abſtuliſſe à nobis, & in ſe ſuſcepiſſe. QVASI LEPROSVM. Hebr. *nos putauimus eum plagatum.*

ET PERCVSSVM A DEO. ſ. ob ſua delicta. Tale eſt hominum iudicium.

5 DISCIPLINA PACIS NOSTRÆ. i. qua conſtat pax noſtra. Caſtigatus eſt, vt nos pacem haberemus. ET LIVORE EIVS SANATI SVMVS. Sic Sept. Hebr. *liuore eius ſanauimus.* pro, *ſanati ſumus.* Vocem נִרְפָּא *nirpa* ſumo in prima plurali coniugationis *Kal* in futuro, *ſanabimus*, pro *ſanati ſumus*. Futurum pro præterito.

6 QVASI OVES ERRAVIMVS. ſ. oues, aut pecudes ſine paſtore. VNVSQVISQVE IN VIAM SVAM DECLINAVIT: ſtudia, animi propenſionem. INIQVITATEM. .i. pœnam iniquitatis noſtræ poſuit in eo Deus.

7 OBLATVS EST, QVIA IPSE VOLVIT. Hebr. *oppreſſus eſt, & ipſe afflictus eſt.* SICVT OVIS, ſicut pecus. QVASI AGNVS. Hebr. *quaſi ouis.*

8 DE ANGVSTIA: ſ. carceris. Hebr. *de clauſura.* ET DE IVDICIO, quo ſ. pronuntiatum eſt contra eum. SVBLATVS EST de medio. q.d. Cùm primùm eſt captus, continuò iudicatus & occiſus eſt. Præcipitatum eſt iudicium. GENERATIONEM EIVS. Innumeros tamen ſectatores habebit poſt mortem. QVIA ABSCISSVS EST. .i. mortuus iniuſtè. PROPTER SCELVS. ſupple. & quia propter ſcelus alienum, id eſt, paſſus non propter ſua peccata, faciam ſ. vt nomen eius celebretur, multos ſectatores habeat.

9 ET DABIT IMPIOS PRO SEPVLTVRA. i. vindicabit morte impiorum. ET DIVITEM. pro, diuites. i. & procerum morte vindicabit iniquam eius mortem. Alij Hebr. ſic vertunt: *Dabit cum impijs ſepulchrum eius*: nam in Caluariæ monte mortuus eſt, vbi noxij. *Et cum diuite in morte eius*. quia in ſepulchro nouo quaſi diues eſt conditus. Hebr. Schol. aliter. Putat dici *cum impijs ſepulchrum eius*, quia vt illi, morietur ante tempus; & *cum diuite*. i. diuitibus, quibus diuitiæ ſæpè malo fuere. Itaque ante tempus vt illi, & violenter & fraude vt hi occidetur.

10 ET DOMINVS VOLVIT CONTERERE EVM. Hæc Deo auctore ſunt facta. VIDEBIT SEMEN LONGÆVVM. Hebr. *videbit ſemen* (quod) *prolongabit dies*. i. longæuú. Chald. *videbunt regnum Chriſti ſui.* ET VOLVNTAS DOMINI IN MANV EIVS. i. omnia illi proſperè cadent.

11 IN SCIENTIA SVA. i. ſapienter, non temerè & ſine delectu, iuſtificabit multos, dimiſſis peccatis, quæ ipſe portabit. Aut *ſcientia ſua*. i. ſui cognitione multos iuſtificabit, qui eum cognoſcent.

12 IDEO DISPERTIAM EI PLVRIMOS. Ecce quod dixit cap. ſuperiori v. 15. *iſte aſperget gentes multas*. ET FORTIVM DIVIDET SPOLIA, dæmonum. *Cùm fortis armatus*. TRADIDIT IN MORTEM, ſeu *effudit in mortem*. ANIMAM. i. vitam. REPVTATVS EST. cum ſceleratis. Hebr. *numeratus eſt.* ET PRO TRANSGRESSORIBVS ROGAVIT, cùm dixit: *Dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 QVIS. LXX. *Domine quis.* CREDIDIT. pro, credet. AVDITVI NOSTRO. i. auditis à nobis. q.d. prædicationi noſtræ. Chald. *nuntio noſtro.* BRACHIVM. i. filius, ſecundùm Aug. cont. ſerm. Arian. Not. quòd brachium eiuſdem eſt ſubſtantiæ cum pectore, vnde procedit, nec ab ea ſeparatur cùm porrigitur: ſic nec Filius miſſus in mundum à Patre ſeparatus, cui eſt conſubſtantialis.

2 VIRGVLTVM. ſ. è terra. i. Maria. EO. ſ. Deo. q.d. Deo faciente, vel approbante. SITIENTI. i. arida. ſ. virgine. SPECIES, &c. i. propter flagella, ſputa, & alapas, & patibuli iniurias. Hieron. ep. 140. ASPECTVS. i. forma, ſeu pulchritudo. DESIDERAVIMVS. ſ. pulchriorem apparere. q.d. non ſic tractari: vel pro, non deſiderauimus; vt ſubintelligatur negatio præcedens. q.d. non erat deſiderabilis. i. decorus. LXX. *nec decor.*

3 NOVISSIMVM. pro, velut nouiſſimum. i. abiectiſſimum. DOLORVM, &c. Chald. *doloribus & infirmitatibus expoſitus.* INFIRMITATEM. LXX. *infirmitatem ferre.* VVLTVS. ſ. in gloria, & ſplendore, qui eum decebat. EVM. ſ. eſſe qui erat.

4 LANGVORES. LXX. *peccata.* TVLIT. i. abſtulit. DOLORES. ſ. quos peccata noſtra merebantur. LXX. *pro nobis dolet.* Chald. *delicta noſtra propter eum dimittentur.* Nos. i. Iudæi. LEPROSVM. i. dignum qui expelleretur à conuerſatione, more leproſi. A DEO. ſ. ob peccata ſua.

5 ATTRITVS. LXX. *infirmatus.* DISCIPLINA, &c. q.d. caſtigatus eſt, vt nos pacem haberemus. Chald. *in doctrina eius multiplicabitur pax ſuper nos.* LIVORE. .i. plagis.

6 INIQVITATEM. Chald. *remiſſionem iniquitatum.*

8 DE ANGVSTIA, &c. q.d. & iniqua paſſione, & iudicio occiſus eſt. LXX. *in humilitate iudicium eius ſublatum eſt.* QVIA. pro, qui tamen. ABSCISSVS EST, &c. q.d. occidetur.

9 DABIT. Chald. *tradet in gehennam.* PRO SEPVLTVRA. q.d. eò quòd ipſum occiderunt iniquè. DIVITEM. .i. potentes. ſ. Pilatum, & Principes Sacerdotum.

10 PECCATO. ſ. expiando. SEMEN. ſ. filios ſpirituales. DIRIGETVR. i. implebitur, vel proſperabitur.

11 SCIENTIA SVA. i. ſui cognitione. ſ. fide, vel per ſapientiam ſuam. INIQVITATES. i. pœnam iniquitatum.

12 DISPERTIAM EI. ſ. iuxta illud, *Dabo tibi gentes*, &c. LXX. *poſſidebit.* FORTIVM. ſ. dæmonum. Vide Luc. 11.

CAPVT LIV.

Eccleſiam inuitat ad lætitiam quòd ex Gentibus futura ſit numeroſior quàm erat Synagoga, & per orbem propaganda, perpetua Dei protectione ſit in ſecuritate victura, veteris oblita calamitatis: quodque ex pretioſis ædificabitur lapidibus, in iuſtitia fundata: omneſque in ea docti erunt à Deo multitudine pacis fruituri.

1 LAuda ſterilis quæ non paris: decanta lau- *Luc. 23. d 29*
A dem, & hinni quæ non pariebas: quoniam *Gal. 4. d. 27*
multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet
2 virum, dicit Dominus. * Dilata locum tentorij
tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende,
ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos
3 tuos conſolida. * Ad dexteram enim & ad læ-
B uam penetrabis: & ſemen tuum Gentes here-
4 ditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. * Noli
timere, quia non confundêris, neque erubeſces:
non enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcentiæ
tuæ obliuiſcêris, & opprobrij viduitatis
5 tuæ non recordaberis amplius. * Quia domina-
C bitur tui qui fecit te, [a] Dominus exercituum *[a] Luc. 1. e. 32*
nomen eius: & redemptor tuus ſanctus Iſraël,
6 Deus omnis terræ vocabitur. * Quia vt mulie-
rem derelictam & mœrentem ſpiritu vocauit te
Dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam,
7 dixit Deus tuus. * Ad punctum in modico dere-
liqui te, & in miſerationibus magnis congre-
8 gabo te. * In momento indignationis abſcondi
D faciem meam parumper à te, & in miſericordia
ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redemptor
9 tuus Dominus. * [b] Sicut in diebus Noë iſtud *[b] Geneſ. 9. b. 15*
mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas Noë
vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi,
10 & non increpem te. * Montes enim commoue-
E buntur, & colles contremiſcent: miſericor-
dia autem mea non recedet à te, & fœdus
pacis meæ non mouebitur: dixit miſerator
11 tuus Dominus. * Paupercula, tempeſtate con-
uulſa, abſque vlla conſolatione. Ecce ego ſter-
nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in
12 ſapphiris; * & ponam iaſpidem propugnacula
F tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes
13 terminos tuos in lapides deſiderabiles: * [c] Vni- *[c] Ioan. 6. e. 45*
uerſos filios tuos doctos à Domino, & multitu-
14 dinem pacis filijs tuis. * Et in iuſtitia fundaberis:

recede procul à calumnia, quia non timebis; &
à pauore, quia non appropinquabit tibi. * Ecce 15
accola veniet, qui non erat mecum, aduena
quondam tuus adiungetur tibi. *Ecce ego crea- 16
ui fabrum ſufflantem in igne prunas, & profe- G
rentem vas in opus ſuum, & ego creaui interfe-
ctorem ad diſperdendum. *Omne vas, quod fi- 17
ctum eſt contra te, non dirigetur: & omnem
linguam reſiſtentem tibi in iudicio, iudicabis.
Hæc eſt hereditas ſeruorum Domini, & iuſtitia
eorum apud me, dicit Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

LAVDA STERILIS. Iubila ſterilis. Chald. *lauda Ieruſalem, quæ eras vt mulier ſterilis*. Ad Galat. 4. v. 27. *Lætare ſterilis quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis*. Sic Sept. DECANTA LAVDEM. Hebr. *exalta vocem in iubilo, & hinni*. QVÆ NON PARIEBAS. Chald. *quæ eras quaſi mulier, quæ non concepit*. QVONIAM MVLTI FILII. i. plures filij. Hebræi carent comparatiuo. DESERTÆ. i. viduæ, aut ſterilis. Eccleſiæ amplitudinem denuntiat. 1

DILATA LOCVM. ſ. vt tam multos filios tentorium capiat. PELLES TABERNACVLORVM TVORVM EXTENDE. Hebr. *cortinas extendant*. NE PARCAS. Hebr. *ne prohibeas*. LONGOS FAC FVNICVLOS TVOS. Funibus & clauis, ſeu paxillis erigebantur tentoria. 2

PENETRABIS, ſeu *irrumpes*, ſeu *dilataberis* ad dexteram & læuam. GENTES HEREDITABIT. pro, ſubijciet ſemen tuum. 3

NON CONFVNDERIS. i. non pudeſies. CONFVSIONIS ADOLESCENTIÆ TVÆ. ſ. obliuiſceris eius temporis, cùm eras ſterilis & vidua, quod erat tibi pudori & opprobrio. Ea ſterilitas fecunditate mutabitur. 4

QVIA DOMINABITVR TVI QVI FECIT TE. Hebr. *quia maritus tuus* (erit) *factor tuus*. Vide quanta felicitas. VOCABITVR. pro, vocatur. ſ. vir tuus. Maritus tuus Deus eſt vniuerſæ terræ. 5

VOCAVIT TE DOMINVS. ſ. in domum ſuam. ET VXOREM AB ADOLESCENTIA ABIECTAM. Hebr. *vxorem adoleſcentiæ*, quando à viro tuo Deo reprobata eras. ſ. te vocauit, & accepit. DIXIT DEVS TVVS. pro, & dixit Deus tuus. Quid dixit? nimirum quod ſequitur. 6

AD PVNCTVM IN MODICO. Hebr. *in momento paruo dereliqui te*. Breuis fuit repulſa, & repudij tempus exiguum, nunc te maioribus donis cumulabo, maiori amore complectar. CONGREGABO TE. i. reducam te. 7

IN MOMENTO INDIGNATIONIS. pro, breuis fuit indignatio, ob quam abſcondi faciem, vt ſolent irati. PARVMPER. Hebr. *momento*. ET IN MISERICORDIA SEMPITERNA MISERTVS SVM TVI. Hoc de Eccleſia intelligi debet, non de Synagoga. 8

SICVT IN DIEBVS NOE. Sic Chald. כִּי *Chi*, pro, *ſicut*, Iudic. 8. verſ. 16. מֵי *mei*, pro יְמֵי *iemei, aquæ*, pro *diebus*. Aliqui vertunt: *Quia aquæ Noe hoc mihi*. i. perpetua vt tunc erit reconciliatio. Sed Hieronymi interpretatio commodior eſt, quam ſequitur Pagn. CVI IVRAVI. Ergo ſicut tunc iuraui, ſic nunc, fore vt non ampliùs iraſcar tibi. 9

MONTES ENIM COMMOVEBVNTVR, ſeu *recedent*. COLLES CONTREMISCENT, ſeu *nutabunt*. q. d. ſi montes defecerint, & de loco receſſerint, miſericordia tamen mea ſtabilis permanebit & firma. *Cælum & terra tranſibunt*: Matth. 24. v. 35. 10

CONVVLSA. ſ. eras arboris inſtar, ſiue obruta iactata tempeſtate. At ego STERNAM PER ORDINEM. Hebr. *ſternam in margarita* (בַּפּוּךְ *bepuch*) *lapides tuos*. q. d. quando mea es vxor, domum tibi ædificabo. Ac primum pauimentum ex margaritis erit. ET FVNDABO TE IN SAPPHIRIS. i. fundamenta domus ex ſapphiris ponam. Per fundamenta parietes etiam intellige. 11

ET PONAM IASPIDEM PROPVGNACVLA TVA. Hebr. *& ponam carbunculum*, ſiue *cryſtallum feneſtras tuas*. 12 i. faciam eas ex eo lapide. Porrò feneſtræ hîc vocantur *ſimſoth*, quoniam per illas ſol intrat, qui Hebr. vocatur *ſemes*. ET PORTAS TVAS IN LAPIDES SCVLPTOS. Hebr. *& portas tuas in lapides Ekdah*. quem rubinum dicunt eſſe Hebræi. Neque de his vocibus oportet laborare, earum ſignificationes ignotæ ſunt. DESIDERABILES. i. pretioſis lapidibus agrum omnem ſternam. Aut agrorum limites pretioſi lapides erunt.

13 DOCTOS A DOMINO. ſ. ponam. i. omnes filij tui erunt ſapientes, ob fidem ſuſceptam, & eius myſteria, nullus inter vos inſipiens, vniuerſi felices & diuites. Id ſignificant illa verba: ET MVLTITVDINEM PACIS FILIIS TVIS. Pacem bona omnia comitantur.

14 ET IN IVSTITIA FVNDABERIS. ſeu *firmaberis*. Iuſtitiæ opera quæ facies, te ſtabilient. Iuſtitiâ regna ſtant, iniuriâ cadunt. RECEDE PROCVL A CALVMNIA. Ea eſt iuſtitiæ pars. Hebr. *procul eris ab oppreſſione*. nemo te opprimet. Is eſt iuſtitiæ fructus. QVIA NON TIMEBIS. Ne metus quidem oppreſſionis ſollicitabit. ET A PAVORE. Pagn. *à contritione*. Chald. *ab interitu*.

15 ECCE ACCOLA VENIET. Hebr. *ecce congregando congregabit*. (ſ. hoſtis milites) *non ex me*. i. non meo iuſſu. ADVENA QVONDAM. Hebr. *qui congregauerit tecum* (.i. in regione tua) *contra te, cadet*: nimirum vincetur. Aut accola & aduena tibi opem ferent.

16 CREAVI FABRVM. permiſi vt eſſet. VAS IN OPVS SVVM. i. bellicum inſtrumentum ſuo opere & labore confecit. CREAVI INTERFECTOREM. i. milites eſſe permiſi, quos interfectores vocant. q. d. volui vt eſſent arma & milites. Ego tamen ea dirigam.

17 OMNE VAS. i. bellicum inſtrumentum contra te factum. NON DIRIGETVR. Hebr. *non proſperabitur*. ET OMNEM LINGVAM RESISTENTEM TIBI. Hebr. *quæ inſurrexerit tecum*, i. contra te. IN IVDICIO, IVDICABIS. Hebr. *condemnabis*, impiam oſtendes. Itaque ſiue bello impetent te, arma inutilia reddentur: ſiue in iudicio contendent, in eo victoriam conſequêris. ET IVSTITIA EORVM. i. merces iuſtitiæ ſeruorum Dei, hæc eſt victoria de hoſtibus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LAVDA, &c. LXX. *lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis*. atque ita citatur Galat. 4. Alloquitur verò Eccleſiam ex Gentibus factam. STERILIS. ſ. Gentilitas ante fidem. HINNI. i. iubila, ſeu exulta. DESERTÆ. ſ. olim Gentilitatis. EIVS. ſ. Synagogæ. VIRVM. ſ. Deum, cui per fidem olim deſponſata.

2 PARCAS. i. ceſſes, ſeu negligas. CONSOLIDA. i. fortiter fige. metaphora à tendentibus tentoria.

3 AD DEXTERAM, &c. Chald. *ad Auſtrum, & inhabitabit Aquilonem*. SEMEN. i. filij. DESERTAS. ſ. fide olim. HEREDITABIT. i. poſſidebit.

4 CONFVSIONIS. ſ. de peccatis. VIDVITATIS. i. cùm ſine Deo eſſes, quem per peccata amiſeras.

5 DOMINABITVR TVI. q. d. obedies ei. VOCABITVR. i. agnoſcetur eſſe.

6 VOCAVIT. ſ. ad ſe. VXOREM. pro, velut vxorem. DIXIT. pro, dicit.

7 AD PVNCTVM IN MODICO. LXX. *tempore modico*.

8 IN MOMENTO INDIGNATIONIS. LXX. *in furore paruo*. MISERTVS SVM. LXX. *miſerebor*. DIXIT. pro, dicit.

9 ISTVD MIHI EST. i. accidit.

10 MONTES, &c. q. d. citiùs montes loco ſuo mouebuntur, quàm deſinam miſereri.

11 TEMPESTATE CONVVLSA. ſ. more arboris. Chald. *iniuria affecta*. LXX. *inſtabilis*.

12 SCVLPTOS. LXX. *cryſtalla*. DESIDERABILES. i. pretioſos. LXX. *electos*. ſignificantur per hæc virtutes, ſeu electorum perfectiones.

13 DOCTOS A DOMINO. Vide Ioan. 6. 1. Theſſ. 4. Aug. de Gratia Chriſti, cap. 12. & ſeq. Chald. *diſcentes legem Domini*. potiùs videtur fides intelligi, quæ do-

num Dei eſt, nec niſi Deo perſuadente ſuſcipitur.
RECEDE pro, recedas. CALVMNIA. i. oppreſſione. 14
LXX. *iniquo.* QVIA LXX. &c.
ACCOLA. LXX. *proſelyti.* ſ. ad fidem conuerſi. ME- 15
CVM. pro, meus. ſ. antea, cùm fide careret. ADVENA.
.i. peregrinus. ſ. gentilis.
CREAVI, &c. q. d. ego afflixi, ego eripiam. 16
OMNE VAS. Chald. *omnia arma.* FICTVM. Chald. 17
& LXX. *paratum.* DIRIGETVR. LXX. *proſperabitur.*
IVDICABIS. Chald & Complut. *condemnabis* LXX. *vin-
ces.* HÆC. i. talis. ſ. in pace & ſecuritate æterna.

C A P V T L V.

Omnes ad fidem vocans, promittit donorum ſpiritualium abundantiam: reuocantur à peccatis impij, cùm Dominus miſericors ſit & verax in promiſſis: de profectu prædicationis Euangelij & felicitate credentium.

Eccli. 51. d. 33

OMnes ſitientes venite ad aquas: & qui non 1
habetis argentú, properate, emite, & com- A
edite: venite, emite abſque argento, & abſque
vlla commutatione vinum & lac. *Quare ap- 2
penditis argentum non in panibus, & laborem
veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes
me, & comedite bonum, & delectabitur in
craſſitudine anima veſtra. *Inclinate aurem ve- 3
ſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima B
veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiter-
num, [n] miſericordias Dauid fideles. *Ecce te- 4
ſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem
Gentibus. *Ecce gentem, quam neſciebas, vo- 5
cabis: & Gentes, quæ te non cognouerunt, ad
te current, propter Dominum Deum tuum, &
ſanctum Iſraël, quia glorificauit te. *Quærite 6
Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum,
dú prope eſt. *Derelinquat impius viam ſuam, 7
& vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad
Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum
noſtrum: quoniam multus eſt ad ignoſcendum. C
*Non enim cogitationes meæ, cogitationes ve- 8
ſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Domi-
nus. *Quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exal- 9
tatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes
meæ à cogitationibus veſtris. *Et quomodo de- 10
ſcendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà non
reuertitur, ſed inebriat terrá, & infundit eam, &
germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, &
panem comedenti: *Sic erit verbum meum, 11
quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad
me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, &
proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *Quia in 12
lætitia egrediemini, & in pace deducemini:
montes & colles cantabunt coram vobis lau-
dem, & omnia ligna regionis plaudent manu.
*Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica cre- 13
ſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in
ſignum æternum, quod non auferetur.

[n] Act. 13. e. 34

IO. MARIANÆ SCHOLIA:

OMNES SITIENTES. Vt omnes malis oppreſſi ve- 1
niant ad Eccleſiam inuitat. Ibi fore requiem à
malis, ibi ſatietatem, & bona omnia prædicat. QVI
NON HABETIS ARGENTVM. i. pecuniam. Gratis hîc bo-
na dantur, nullius paupertas excluditur. EMITE. i. ac-
cipite: Quomodo emerent ſine pecunia? ET ABS-
QVE VLLA COMMVTATIONE. Hebr. *abſque
pretio.* VINVM ET LAC. Hebr. *halab & lac* ſignifi-
cat, & *adipem*, vt Sept. poſuere. Porrò per *adipem* quod
in quaque re eſt optimum, intelligunt. Ergo acci-
pite vinum in potum, & in alimenta cibos ſuauiſſi-
mos.
2 QVARE APPENDITIS. Vel *expenditis* argentum &
laborem in rebus nihili. i. peccatis, quæ ſatiare non poſ-
ſunt. ET DELECTABITVR IN CRASSITVDINE, ſeu *in
pinguedine* anima veſtra. Id lac eſt, ſeu adeps, de quo
dixit.
3 MISERICORDIAS DAVID FIDELES. i. ſtabiles,
firmas. Dabo vobis, quę illi veriſsimè ſum pollici-
tus. Nimirum de eius ſemine Chriſtum venturum.
Aut, ſicut promiſſa Dauidi facta certa fuerunt, ſic quæ
nunc vobis promitto. Sept. *Sancta Dauid fidelia.* ſic
Actor. 13. v. 34. hic locus citatur.
4 DEDI EVM. teſtem. ſ. Chriſtum Relatiuum ſine an-
tecedenti. AC PRÆCEPTOREM. Hebr. *præcipientem.*
nimirum Dominum & Regem. Aut per vocem *eum*,
Dauidem intelligamus, cuius vaticinia de Chriſto in
omnes gentes promulgata ſunt; eiſque præcipit, quid
agere debeant; ſuntque teſtes veritatis Dei.
5 ECCE GENTEM. Ad Eccleſiam refert ſermonem, ad
quam varias gentes venturas teſtatur, & incognitas.
6 QVÆRITE DOMINVM. Ad gentes vertit ſermonem,
quas hortatur, vt ad Deum veniant. DVM PROPE EST.
.i. propitius.
7 QVONIAM MVLTVS EST AD IGNO-
SCENDVM. Sic Chald. i. ſæpiùs ignoſcit quàm pu-
nit. Hebr. *multiplicabit ad ignoſcendum*, eadem ſi-
gnificatione. Aut *multus eſt.* i propenſus eſt ad igno-
ſcendum. In quo multi ſumus & frequenter, id ex ani-
mo facimus.
8 NON ENIM COGITATIONES MEÆ. Vos in vindictam
proni eſtis, ego ad indulgentiam.
9 QVIA. pro, certè. SICVT EXALTANTVR. i. ſublimio-
res terrá cæli ſunt. SIC.... VIÆ MEÆ. i opera, conſilia.
10 ET INFVNDIT EAM, terram imber. Hebr. *fecundat
eam*, generare facit eam.
11 SIC ERIT VERBVM MEVM. Quo promiſi liberatio-
nem vobis è captiuitate, vt accipiunt Hebręi; aut in
commune omnibus ſalutem per Chriſtum. NON
REVERTETVR AD ME VACVVM verbum meum. i. non
erit ſine effectu, vt pluuia in cælum. i. aërem, vnde ve-
nit, non redit ſine fructu.
12 QVIA. pro, certè. IN LÆTITIA EGREDIEMINI è
captiuitate. ET IN PACE DEDVCEMINI ſine vlla offen
ſione. MONTES ET COLLES CANTABVNT CORAM VO-
BIS LAVDEM. Hebr. *clamabunt iubilum. Coram vo-
bis.* i. ad veſtrum aduentum. Hyperbole.
13 PRO SALIVNCA. Alij ferè *pro ſpina alba.* De *ſaliunca*
multa Plinius lib. 21. cap. 7. quam quidam *lauandulam*
eſſe putant, *el eſpliego, o alhucema.* Explicat ergo, quare
montes exultare debeant, quia ſ. nouo decore & arbo-
ribus veſtientur, extirpatis ſpinis. ASCENDET ABIES.
creſcet, naſcetur. ET ERIT DOMINVS NOMINATVS.
Hebr. *& erit Domino in nomen & ſignum æternum.* i. erit
monimentum perpetuum tantæ rei. Trophæum erige-
tur quod perpetuò ſtabit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 OMNES. Hebr. *ó omnes.* SITIENTES. Chald. *diſcere
volentes.* AQVAS. ſ. doctrinæ & gratiæ. EMITE
.i. comparate, ſeu accipite. VINVM. ſ. lætificans cor.
LAC. ſ. purum, & dulcem cibum.
2 QVARE APPENDITIS, &c. q. d. cur ea ſectamini, quæ
mentem non poſſunt ſatiare?
3 FIDELES. i. ſtabiles. q d præſtabo certiſſimè promiſ-
ſam Dauid miſericordiam. LXX. *ſancta Dauid fidelia*,
ſicut citatur Act. 13.
4 TESTEM. ſ. meæ voluntatis. EVM ſ. Chriſtum.
5 QVAM NESCIEBAS. i. à te alienam. LXX. *neſcientem
te.* VOCABIS. ſ. ad fidem. Chriſtum alloquitur. DEVM
TVVM. ſ. quantum ad humanitatem.
6 PROPE EST. ſ. in terris conuerſans, vel dum tempus
eſt miſericordiæ.
7 MVLTVS. ſ. ſæpè multumque ignoſcens.
10 CÆLO. i. aëre. INFVNDIT i. perfundit.
12 EGREDIEMINI. ſ. de diaboli captiuitate. DEDV-

CEMINI. ſ. in beatitudinem. MANV. LXX. *ramis.* metaphoricè ſignificat ingentem bonorum lętitiam.

SALIVNCA. Herba eſt breuis. LXX. *ſtipite vili.* NOMINATVS. Chald & LXX. *in nomen &c.* q.d. celebritatem. SIGNVM. i. monimentum, vel victoriam. pro hac enim ſolent ſigna, ſeu monumenta ſtatui. Hieron. ad crucis ſignum refert. & quidem per hanc parta eſt victoria. 13

CAPVT LVI.

Omnes cuiuſuis gentis aut conditionis hortatur Dominus ad ſeruanda ſua præcepta: conſolatio eunuchorum iuſtorum: domus Dei, domus eſt orationis: grauis increpatio & comminatio aduerſus paſtores Ieruſalem: quos cæcos & canes mutos ac impudentes appellat.

Sap.1.a.1. HÆc dicit Dominus: Cuſtodite iudicium, 1
& facite iuſtitiam: quia iuxtà eſt ſalus mea A
vt veniat, & iuſtitia mea vt reueletur. * Beatus 2
vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui appre-
hendet iſtud: cuſtodiens ſabbatum ne polluat
illud, cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne
malum. * Et non dicat filius aduenæ, qui adhæ- 3
ret Domino, dicens: Separatione diuidet me B
Dominus à populo ſuo: Et nō dicat Eunuchus:
Ecce ego lignum aridum. * Quia hæc dicit Do- 4
minus Eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata
mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint
fœdus meum: * Dabo eis in domo mea, & in 5
muris meis locum, & nomen melius à filijs &
filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod
non peribit. * Et filios aduenæ, qui adhęrent 6
Domino, vt colant eum, & diligant nomen
eius, vt ſint in ſeruos: omnem cuſtodientem
ſabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus C
meum: * Adducam eos in montem ſanctum 7
meum, & lætificabo eos in domo orationis
meæ: holocauſta eorum, & victimæ eorum, pla-
cebunt mihi ſuper altari meo: " quia domus
mea, domus orationis vocabitur cunctis popu-
lis. * Ait Dominus Deus, qui congregat diſper- 8
ſos Iſrael: Adhuc congregabo ad eum congre-
gatos eius. * Omnes beſtiæ agri venite ad deuo- 9
randum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus. * Speculatores 10
eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti D
non valentes latrare, videntes vana, dormientes,
& amantes ſomnia. * Et canes impudentiſſimi 11
neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignoraue-
runt intelligentiam: omnes in viam ſuam decli-
nauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à
ſummo vſque ad nouiſſimum. * Venite, ſuma- 12
mus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut
hodie, ſic & cras, & multo amplius.

"Mat.21.b.13 Mar.11.c.17 Luc.19.g.46

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IVXTA EST SALVS MEA Chriſtus.

2 CVSTODIENS SABBATVM NE POLLVAT ILLVD aliquo opere ſeruili, erit beatus. Et per *ſabbatum* totam Legē intelligit. Quòd ſi aduena aut eunuchus dixerit:

3 SEPARATIONE DIVIDET ME. i. non me admittet ad ſuum cultum Deus, quòd non ſim ex Iudæorum ſanguine, aut quòd ſim eunuchus.

4 ET TENVERINT FOEDVS MEVM. i. ſi legem meam cuſtodierint, dabo eis

5 IN MVRIS MEIS LOCVM. Hebr. *manum*, pro, *loco*, & per *muros* ciuitatem intelligit, ciuitate donabo, ciuem faciam aduenam. ET NOMEN MELIVS A FILIIS ET FILIABVS. i. maiorem honorem quàm ſi eunuchi haberent multos filios.

6 IN DOMO ORATIONIS MEÆ. i. in templum admittam. QVIA DOMVS MEA, DOMVS ORATIONIS VOCABITVR CVNCTIS POPVLIS. i. omnes gentes in meum templum admittentur. Hoc Synagogæ tempore non eſt factum, ſed poſt Chriſtum Eccleſia omnes admittit, & pari honore proſequitur. *In Chriſto non eſt Gentilis & Iudæus, circumciſio & præputiū*: ad Coloſ. 3. v. 11.

8 CONGREGATOS EIVS. i. poſtquam Iſraelitas congregauerim qui *diſperſi ſunt*, aut *pulſi*, vt eſt in Hebr. congregabo etiam congregatos eius. i. eos qui ſe ex alienigenis adiunxere Iſraelitis, eos mea cura complectar, liberabo.

9 OMNES BESTIÆ. Inuehitur repentè in malos Præfectos, quorum ob incuriam populus in multa mala præcipitaret. Ac primùm feras prouocat, vt eos lacerēt.

10 SPECVLATORES, iudices ſ. aut falſi prophetæ. NESCIERVNT VNIVERSI. i. omnes ſunt ignari, imprudentes. CANES MVTI. i. vt canes muti non latrant contra vitia. VIDENTES VANA. Alij, *loquentes deliria inter dormiendum.* hoc eſt ſomniantes. Chald. *dormientes.* DORMIENTES. Hebr. *cubantes.* AMANTES SOMNIA. Hebr. *amantes dormire.* His omnibus verbis Præfectorum torporem & ignauiam accuſat. Voluptatibus mergi, nihil aliud curare.

11 ET CANES IMPVDENTISSIMI. Sic Sept. Chald. *robuſti animа.* ſic Hebr. Hic ego *animam* pro appetitu & fame ſumo. q.d. canes famelici. NESCIERVNT SATVRITATEM. i. numquam ſatiantur, neque deſiſtunt à comedendo. IPSI PASTORES IGNORAVERVNT INTELLIGENTIAM. i. ſunt ignari, neſciunt gregi præeſſe. OMNES IN VIAM SVAM DECLINAVERVNT. Hebr. *reſpexerunt in viam ſuam.* i. priuata commoda ſectantur. VNVSQVISQVE AD AVARITIAM SVAM. In omnibus lucrum captant. A SVMMO VSQVE AD NOVISSIMVM. i. omnes ſunt eius modi. Hebr. *ab extremo ſuo.* i. ab vno extremo, ſupple ad alterum, vt Hieronymus explicuit.

12 VENITE. Verba ſunt Præfectorum quibus inter ſe inuitant ad ganeas. IMPLEAMVR EBRIETATE. Hebr. *potemus ſiceram.* Sed pro *ſicera* ſæpè Hieronymus ponit *ebrietatem.* ERIT SICVT HODIE, SIC ET CRAS. Hebr. *erit ſicut hodie cras (&) maior, nimis valde.* i. omnibus diebus crapulam continuabimus, augebimus etiam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SALVS. pro, Saluator. ſ. Chriſtus. IVSTITIA. LXX. *miſericordia.*

2 Hoc. ſ. quod proximè dictum, vel quod ſequitur. APPREHENDET. LXX. *retinens.* POLLVAT. i. profanet. OMNE. pro, vllum.

3 DIVIDET. pro, diuiſit. EVNVCHVS. ſ. qui ſe ob regnum Dei caſtrauit, voluntariè continens.

4 VOLVI. ſ. conſilia. TENVERINT. i. ſeruauerint.

5 NOMEN. i. pręmium, ſeu gloriam quamdam excellentem. Vide Aug. c. 25. de Sanct. virg. A FILIIS, &c. i. quàm ſit habere filios, &c.

7 MONTEM. ſ. cælum. DOMO. ſ. Eccleſia. POPVLIS. LXX. *gentibus.* ſicut citatur Marc. 11. CVNCTIS. ſ. Eccleſia omnes amplectitur, vnde & Catholica dicta.

8 AD EVM. ſ. Iſraelem, vel Chriſtum. CONGREGATOS. ſ. Eccleſiam.

9 DEVORANDVM. ſ. impios. q.d. digni ſunt qui à feris deuorentur.

10 SPECVLATORES. ſ. pſeudoprophetæ. EIVS. ſ. congregationis impiæ. LATRARE. ſ. contra vitia.

11 SATVRITATEM. q.d. inſatiabiles.

12 VENITE. ſ. dicunt inuicem. EBRIETATE. Hebr. *ſicera.* MVLTO AMPLIVS. q.d. in dies peius.

CAPVT LVII.

Iuſtorum interitus, & futura ipſorum requies non intelligitur ab impijs, cum quibus Deus hic expoſtulat ſuper idololatria alijſque ipſorum ſceleribus, denuntians eos humiliandos: conuerſis autem pax & conſolatio promittitur, cum impij cor ſit tanquam mare feruens cui non eſt pax.

1 IVſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde
A ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur, quia

non eſt qui intelligat: à facie enim malitiæ col-
lectus eſt iuſtus. * Veniat pax, requieſcat in cu- 2
bili ſuo qui ambulauit in directione ſua. * Vos 3
autem accedite huc filij auguratricis; ſemen ad-
ulteri, & fornicariæ. * Super quem luſiſtis? ſuper 4
quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam? num-
quid non vos filij ſceleſti, ſemen mendax? * qui 5
conſolamini in diis ſubter omne lignum fron-
doſum, immolantes paruulos in torrentibus,
ſubter eminentes petras? * In partibus torrentis 6
pars tua, hæc eſt ſors tua: & ipſis effudiſti liba-
men, obtuliſti ſacrificium. numquid ſuper his
non indignabor? * Super montem excelſum & 7
ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcen- B
diſti vt immolares hoſtias. * Et poſt oſtium, & 8
retro poſtem poſuiſti memoriale tuum: quia
iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum:
dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus:
dilexiſti ſtratum eorũ manu aperta. * Et ornaſti 9
te regi vnguento, & multiplicaſti pigmenta tua.
Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es vſ-
que ad inferos. * In multitudine viæ tuæ labo- 10
raſti: non dixiſti: Quieſcam: vitam manus tuæ
inueniſti, propterea non rogaſti. * Pro quo ſo- 11
licita timuiſti, quia mentita es, & mei non es re- C
cordata, neque cogitaſti in corde tuo? quia ego
tacens, & quaſi non videns, & mei oblita
es. * Ego annuntiabo iuſtitiam tuam, & opera 12
tua non proderunt tibi. * Cùm clamaueris, libe- 13
rent te congregati tui, & omnes eos auferet ven-
tus, tollet aura: Qui autem fiduciam habet
mei, hereditabit terram, & poſſidebit montem
* Inf. 62. d. 10 ſanctum meum. * Et dicam: * Viam facite, præ- 14
bete iter, declinate de ſemita, auferte offendi-
cula de via populi mei. * Quia hæc dicit Excel- 15
ſus, & ſublimis habitans æternitatem: & ſan-
ctum nomen eius in excelſo & in ſancto ha-
bitans, & cum contrito & humili ſpiritu: vt
viuificet ſpiritum humilium, & viuificet D
cor contritorum. * Non enim in ſempiter- 16
num litigabo, neque vſque ad finem iraſcar:
quia ſpiritus à facie mea egredietur, & flatus
ego faciam. * Propter iniquitatem auaritię eius 17
iratus ſum, & percuſſi eum: abſcondi à te fa-
ciem meam, & indignatus ſum: & abijt vagus
in via cordis ſui. * Vias eius vidi, & ſanaui eum, 18
& reduxi eum, & reddidi conſolationes ipſi, &
lugentibus eius. * Creaui fructum labiorum pa- 19
cem, pacem ei, qui longè eſt, & qui propè,
dixit Dominus, & ſanaui eum. * Impij autem 20
quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt, &
* Sup. 48. d. 22 redundant fluctus eius in conculcationem & lu-
tũ. * * Non eſt pax impijs, dicit Dominus Deus. 21

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IVSTVS PERIT. Chald. *iuſti moriuntur*. ſingulare pro plurali q.d. non eſt mirum, ſi iniqui multi ſunt, & mali paſtores, quoniam qui iuſti ſunt, ij moriuntur. Quæ magna calamitas eſt, neque quiſquam id conſiderat. COLLIGVNTVR. Moriuntur qui deberent diu viuere. QVIA NON EST QVI INTELLIGAT. Hebr. *in non intelligente*. i. non eſt qui intelligat. Hieronymus pro *Beth*, legit *Caph*. ſic dixit, quia non eſt, cùm nulla reddatur cauſa. A FACIE ENIM MALITIÆ. i. ne mala quæ inſtant, videat, & patiatur. Aut ne mores ipſe mutet in peius. Quod de Enoch dicitur: *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius*: Sapien. 4. verſ. 11. Collectus eſt iuſtus.

2 VENIAT PAX. pro, in pace. Hebr. *veniet* (in) *pace*. ſ. morietur antequam res turbentur. Sept. *erit in pace ſepultura eius*. Chald. *ibunt in pace*. REQVIESCAT IN CVBILI SVO. Hebr. *requieſcent in cubilibus ſuis*. i. ſepulchris. Mutat numerum more eius linguæ. QVI AMBVLAVIT IN DIRECTIONE SVA, eam mercedem inculpatæ vitæ recipit. Chald. *qui operantur ſecundum legem*. Alij vertunt, *ambulans coram eo*. ſ. Deo. Verùm Hebr. vox נכחו *nechoho* poteſt *directionem* ſignificare, vt Hieronymus poſuit.

3 FILII AVGVRATRICIS. i. veneficæ. ET FORNICARIÆ. Hebr. & (eius quæ) *fornicata eſt*. Quod Hieronymus benè vertit. Iudæos increpat.

4 SVPER QVEM LVSISTIS? Hebr. *contra quem vos oblectaſtis?* Hoc de Deo intelligo, contra quem ſe illi homines cultu idolorum oblectabant. EIECISTIS LINGVAM. Hebr. *prolongaſtis linguam*. SEMEN MENDAX? i. filij nothi, adulterini.

5 QVI CONSOLAMINI. Alij vertunt, *qui incaleſcitis*. i. fornicamini. Cultum impium fornicationem vocat. Vox Hebr. poteſt deduci à נחם *naham*, quod eſt *conſolari*. Hoc Hieron. eſt ſecutus. Poteſt etiam deduci à חמם *haham*, quod *calefacere* ſignificat. Hoc Hebræi ſequuntur. In ſententia non diſcrepant. IN DIIS. Vox באלים *baelim* poteſt ſignificare, *in dijs*, quod Chald. & Sept. ſecuti ſunt, pro *dijs* ponentes *idola*. Poteſt etiam ſignificare *in quercubus*, apud quercus, vbi ſacrificabant, quod Hebræi ferè ſequuntur. IMMOLANTES PARVVLOS. Hebr. *filios*. SVBTER EMINENTES PETRAS. Hebr. *ſub ramis petrarum*. Sed *ramos* vocat rupium acumina, & quaſi dentes.

6 IN PARTIBVS TORRENTIS. i. in riuis torrentis pars tua. ibi ſacrificas, ibi epularis; nam in ſacrificijs epulabantur. Alij vertunt *in lenibus* (ſ. ſaxis) *torrentis pars tua*. Ibi ſedes, ibi ſacrificas, & epularis. Vox חלק *helek* cauſa variæ verſionis, ſignificat enim & *partem*, & *lenem eſſe*. Chald. *in lenibus locis ripa*, dixit. SVPER HIS NON INDIGNABOR? Hebr. *ſuper his conſolationem accipiam?* Eadem ſignificatio. q. d. Numquid hæc æquo animo feram?

7 CVBILE TVVM. Sic vocat altare, aut tentorium, in quo ſacrificantes quieſcebant. illud ſuper montem poſuiſti.

8 POST OSTIVM. ſ. domus tuæ. MEMORIALE TVVM. Chald. *memoriale idolorum tuorum poſuiſti*. i. imaginem, ſignum, quòd idola in memoriam reuocaret. Deus præcepit, vt memoriale ſuæ Legis portarent, hi contrà faciebant. Quidam pro *memoriali*, *ſuffimentum* vertunt. Vox *zichron* vtrumque ſignificat. QVIA IVXTA ME DISCOOPERVISTI. Hebr. *à me* (ſ. recedens) *reuelaſti*, ſ. pudenda. ET SVSCEPISTI ADVLTERVM. Hebr. *aſcendiſti*. ſ. in excelſa. DILATASTI CVBILE TVVM, vt capiat adulterum. ET PEPIGISTI CVM EIS FOEDVS. Hebr. non eſt *fœdus*, ſed benè ſuppletur. MANV APERTA. i. prorſus. Hebr. *manum vidiſti*. i. locum, vbi erat cubile eorum, hoc eſt, idola. Nam per metaphoram adulterij, cultum idolorum intelligit.

9 ET ORNASTI TE REGI VNGVENTO. Hebr. *progreſſa eſt ad Regem in vnguento*. i. ornatu meretricio, vt illi placeres. Porrò per Regem intelligunt Regem Aſſyriorum, propter ה emphaticum in *Pathab* ſubintellectum.

ET HVMILIATA ES VSQVE AD INFEROS, ſiue *ſepulchrum*. Quàm eſt illa fouea profunda, tantum te deieciſti. Videtur carpere quæ Ezechias fecit cum Rege Aſſyriorum 4. Regum 18. verſ. 14. tributum illi ſoluens.

10 IN MVLTITVDINE VIÆ TVÆ LABORASTI, cùm Legatos in Aſſyriam longinquam mitteres. NON DIXISTI: QVIESCAM. Hebr. *non dixiſti: Deſperatum eſt*, ſpes pacandi Aſſyrios te ſtimulabat, vt eum laborem ſubires. VITAM MANVS TVÆ INVENISTI, i. vitam tibi Aſſyrius conceſſit. *Vitam manus tuæ*. i. tuo labore & induſtria partam. PROPTEREA NON ROGASTI. ſ. *me*. ſic Sept. Hebr. *non languiſti*. i. longi itineris laborem non recuſaſti.

QVIA MENTITA ES. i. defeciſti à me, me dereliquiſti. QVIA EGO TACENS. ſ. ideò mentita es. Hebr. *An ego tacens*, pro, taceam? ET QVASI NON VIDENS. Hebr. *& a ſeculo*. ſ. perpetuò. ſ. tacebo? Apoſiopeſis. q. d. an non puniam aliquando te? ET MEI OBLITA ES. Hebr. *& me non timuiſti. Et*, pro, quia me non timuiſti, ideò te puniam. 11

EGO ANNVNTIABO IVSTITIAM TVAM. Ironia eſt. 12

CVM CLAMAVERIS in periculo. LIBERENT TE CONGREGATI TVI i. milites, quos vndique contraxiſti. TOLLET AVRA eos. Hebr. *tollet vanitas*, nihil proderunt. Cum pijs longè aliter me geram, liberabo eos. 13

ET DICAM. Chald. *& dicet*. Sept. *& dicent*. ſ. liberati. VIAM FACITE, PRÆBETE ITER. Hebr. *munite, munite*. DECLINATE DE SEMITA. Hebr. *complanate viam*. 14

NON .... LITIGABO. i. non ſemper puniam Iudæos. AD FINEM non iraſcar. Hebr. *perpetuo*. QVIA SPIRITVS A FACIE MEA EGREDIETVR. Hebr. *inanet*. ſ. corpus. Ego feci hominis ſpiritum. ET FLATVS EGO FACIAM. Hebr. *mentes ego feci*. ſ. vitam ego homini do; ideò eam ſeruare volo, liberare pios, ideò ignoſco. 16

ABSCONDI A TE FACIEM MEAM. Goth. *abſcondi ſine faciem meam*. ſic Vulg. Regia, ſed benè ſuppletur id. Hebr. *abſcondedo* (faciem) *& percuſſi eum*. ſ. populũ ET ABIIT VAGVS. Heb. *rebellis*. Supplicium illi nõ profuit. 17

CREAVI FRVCTVM LABIORVM. Fructus labiorum ſunt verba. Omne nouum creatura vocatur. Ergo, antè loquebar vltiones, nunc verbum nouum profero. Pacem, inquam, pacem omnibus, ſublata omni contentione & vindictæ ſtudio. Hoc cum pijs: nam impij alia conditione erunt, vt mare feruens. 19

REDVNDANT FLVCTVS EIVS. Hebr. *impellunt*. i. *faciunt*, vt Chald. exponit, *aquæ eius cœnum & lutum*. Ea eſt impij conditio, mentis inquietudo, opera fœda tandem. 20

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IVSTVS. i. Chriſtus, vel homines iuſti. RECOGITET. ſ. cauſam promiſſionis Dei. MISERICORDIÆ. i. pij. Lxx. *iuſti*. COLLIGVNTVR. ſ. ad patres. i. moriuntur. QVIA. Lxx. *&*. INTELLIGAT. Lxx. *conſideret*. ſ. cauſam. A FACIE, &c. Chald *propter malum, quod venturum eſt*. q. d. auferet eos hinc Deus, vt non videant mala. 1

VENIAT PAX. ſ. illi. ſ. dicit Deus. CVBILI. Lxx. *ſepultura*. DIRECTIONE. i. vitæ rectitudine. 2

AVGVRATRICIS. i. veneficæ. q. d. impij, ſeu ſceleſti. Lxx. *iniqui*. 3

SVPER. i. contra. SCELESTI. Lxx. *perditionis*. MENDAX. i. adulterinum Lxx *vile*. 4

CONSOLAMINI. i. delectamini. TORRENTIBVS. Lxx. *vallibus*. 5

PARS TVA. q d. diuitiæ & deliciæ tuæ, colere idola. 6

CVBILE. i. templum, vbi adulterium idololatriæ. 7

MEMORIALE. i. quod tibi in mentem reducat deos tuos. ſ. idola IVXTA ME. i. me vidente. DISCOOPERVISTI. ſ. turpitudinem tuam. ADVLTERVM. q. d. adulterata es cultu idolorum. DILATASTI, &c. q. d. cum multis es fornicata. ſ. colens multos deos. STRATVM. q. d. adulterari. MANV APERTA. i. palàm. *Manus* pro loco. 8

REGI. ſ. Aſſyriorum, vel Ægypti. VNGVENTO. q. d. more meretricis, vt ei placeres. LEGATOS. ſ. confidendo in hominibus. VSQVE AD INFEROS. ſ. viliſſimè, ſeu profundiſſimè. 9

LABORASTI. ſ. profecta ad petendum auxilium. QVIESCAM. Lxx. *deſinam*. Chald. *conuertar*. VITAM MANVS TVÆ. Chald *diuitias multas*. ſ. manuum labore partas. ROGASTI. Lxx. *rogaſti me*. 10

TIMVISTI? per interrogationem legendum. MENTITA. ſ. mihi fidem non ſeruans. TACENS. i. diſſimulans 11

IVSTITIAM. Ironicè. q. d. tua flagitia. 12

CONGREGATI. ſ. milites, vel Principes fœderati. AVRA Lxx. *tempeſtas*. MONTEM. ſ. cælum. 13

15 ÆTERNITATEM. Chald. *in cœlis*. Lxx *in æternum*. IN SANCTO HABITANS. Lxx. *in ſanctis requieſcens*.

16 LITIGABO. Chald. & Lxx. *vlciſcar*. VSQVE AD FINEM. i. ſemper. QVIA SPIRITVS &c. q. d. ego enim animas creo. EGREDIETVR pro, egreditur. FLATVS. i. animas. vide Auguſt. 7. de Gen. cap. 3 & 13. Ciuit. cap. 24. FACIAM. Hebr. Chald. & Lxx. *feci*. q. d. amo animas quas feci, ideoque ignoſco.

17 VAGVS. i. errans. Lxx *triſtis*.

18 CONSOLATIONES. Lxx. *conſolationem veram*. EIVS. Chald. *ſuper eum*.

19 LABIORVM. i confeſſionis peccatorum, vel laudis.

20 CONCVLCATIONEM. Chald. *cænum*. ſ. ſolent fluctus cœnum eijcere ad litus.

21 PAX. Lxx. *gaudere*.

CAPVT LVIII.

Reprehendit Iudæorum hypocriſim, oſtendens eorum ieiunium non eſſe Deo acceptabile: & quæ debeant illud comitari, quibus adhibitis multa præſtantur hominibus beneficia: quomodo debeat ſabbatum celebrari, abnegata propria voluntate, & quod ſit præmium ita celebrantium.

1 CLama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem
A tuam, & annuntia populo meo ſcelera eo-
2 rum, & domui Iacob peccata eorum. * Me
etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias
meas volunt: quaſi gens, quæ iuſtitiam fe-
cerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit: ro-
gant me iudicia iuſtitiæ: appropinquare Deo
3 volunt. * Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti:
humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce
in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, &
4 omnes debitores veſtros repetitis. * Ecce ad lites
B & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno
impiè. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc
diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter.
5 * [a] Numquid tale eſt ieiunium quod elegi, per
diem affligere hominem animam ſuam? num- [a] Zach. 7. b.5
quid contorquere quaſi circulum caput ſuum,
& ſaccum & cinerem ſternere? numquid iſtud
vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domi-
6 no? * Nónne hoc eſt magis ieiunium, quod e le-
gi? diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſci-
culos deprimentes; dimitte eos, qui confracti
7 ſunt, liberos, & omne onus dirumpe. * [b] Frange [b] Ezech. 18 b.16
C eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque in- Matth. 25. c.35
duc in domum tuam: cùm videris nudum,
8 operi eum, & carnẽ tuam ne deſpexeris. * Tunc
erumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas tua
citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia
9 tua, & gloria Domini colliget te. * Tunc inuo-
cabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet:
Ecce adſum, ſi abſtuleris de medio tui catenam,
& deſieris extendere digitum, & loqui quod
10 non prodeſt. * Cùm effuderis eſurienti animam
tuam, & animam afflictam repleueris, orietur
in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut
11 meridies. * Et requiem tibi dabit Dominus
D ſemper, & implebit ſplendoribus animam
tuam, & oſſa tua liberabit, & eris quaſi hortus
irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non defi-
12 cient aquæ. * [c] Et ædificabuntur in te deſerta ſæ- [c] Inf. 61. a.4
culorum: fundamenta generationis & genera-
tionis ſuſcitabis: & vocaberis ædificator ſepium,
13 auertens ſemitas in quietem. * Si auerteris à ſab-
bato pedem tuum, facere voluntatem tuam in
die ſancto meo, & vocaueris ſabbatum delica-

tum,

tum,& ſanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris ſermonem:
14 Tunc delectaberis ſuper Domino,& ſuſtollam te ſuper altitudines terræ,& cibabo te hereditate Iacob patris tui, os enim Domini locutú eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CLAMA, NE CESSES. Hebr. *clamato gutture, ne prohibeas*. ſ. clamorem, ne ceſſes. Hic Iſaias magis Concionatorem agit quàm Vatem. *Clamare in gutture* eſt ex præcordijs clamare magna voce. Sept. *clama in fortitudine*.

2 ME ENIM DE DIE IN DIEM. quotidie, omnibus diebus, QVÆRVNT. ſ. conſulunt me. ROGANT ME IVDICIA IVSTITIÆ. i. quid iuſtitiæ leges exigant. quaſi dicat, externo mei cultu oblectantur, cùm mentes prauæ ſint.

3 ECCE IN DIE IEIVNII VESTRI INVENITVR VOLVNTAS VESTRA Hebr. *inuenitis voluntatem*. i. facitis quod vultis, non quod Deo placet. Gorth. *inuenitur voluptas*. i. delicias in cibo capeſtis. Et quidem vox חפץ *hepetz*,& *voluptatem* & *voluntatem* ſignificat. ET OMNES DEBITORES VESTROS REPETITIS. Hebr. *labores veſtros exigitis*. *Labores* pro facultatibus, facultates exigitis, nempe, aliis creditas. OMNES DEBITORES. i. ſine delectu ſiue pauperes ſint ſiue diuites, repetitis.

4 ECCE AD LITES ET CONTENTIONES IEIVNATIS. Abſtinentia à cibo bilis exaſperatur, præſertim in domeſticos & familiares.

5 CONTORQVERE QVASI CIRCVLVM. Sic Chald. & Sept. Alij vertunt *iuncum*. Sed iuncus caput cùm demittit, rectus ſemper eſt. Et verò אגמן *agmon* non tantùm *iuncum*, ſed & *hamum* & *circulum* ſignificat, Iob 40. verſ. 21. ET SACCVM ET CINEREM STERNERE. ſ. ſibi qui ieiunat, vt de more lugentium ſit moerem. An hoc eſt ieiunium quod volui?

6 DISSOLVE COLLIGATIONES IMPIETATIS. i. rumpe ſyngraphas vſurarias. SOLVE FASCICVLOS DEPRIMENTES. Hebr. *faſciculos iugi*. i. graues. Iiſunt faſciculi literarum, quibus vſurarum rationes continentur. DIMITTE EOS, QVI CONFRACTI SVNT. i. pauperes, ijs debita remitte. ET OMNE ONVS. Hebr. *omne iugum*. i. debitum, quod quaſi iugum collo debitoris imponitur, rumpe.

7 ET CARNEM TVAM NE DESPEXERIS. Hebr. *& a carne tua ne te abſcondas*. i. ne diſſimules videre propinquorum indigentiam.

8 TVNC ERVMPET QVASI MANE, ſicut aurora. LVMEN TVVM, eris felix. Lumen in aurora gratius apparet, nempe poſt tenebras noctis. ET SANITAS TVA. felicitas. Repetitio. CITIVS ORIETVR Hebr. *cito germinabit*. GLORIA DOMINI COLLIGET TE. i. Dominus te colliget per mortem.

9 CATENAM. Hebr. *iugum*. ſ. fœneris, quo opprimis alios. ſ. ſuter, de quo iugo v. 6. ET DESIERIS EXTENDERE DIGITVM. ſ. vt promittas, vel aſſirmes quod non oportet. ET LOQVI QVOD NON PRODEST Hebr. *loqui mendacium*: idque erecto digito confirmare.

10 CVM EFFVDERIS ESVRIENTI ANIMAM TVAM. i. beneuolentiam tuam, ſi illum ex animo iuueris. ORIETVR IN TENEBRIS LVX TVA. i. afflictio proſperitate mutabitur,& quidem magna, qualis eſt lux in meridie.

11 ET REQVIEM TIBI DABIT DOMINVS Hebr. *ducet te Dominus ſemper, erit ductor tuus*. ET IMPLEBIT SPLENDORIBVS ANIMAM TVAM letis feliis. Hebr. *ſatiabit in ſiccitatibus* [illegible] Chald.) *animam tuam*. i. te, non de ſola anima. OSSA TVA LIBERABIT. Hebr. *proſperabit oſſa tua*. i. te ipſum, corpus tuum. CVIVS NON DEFICIENT AQVÆ. Hebr. *non mentientur aquæ*. i. non deficient fonti eius aquæ. Tali fonti ſimilis eris.

12 ET ÆDIFICABVNTVR IN TE DESERTA SÆCVLORVM. Nepotum copia tanta erit, vt necesse ſit deſerta ædificare, vbi habitent. *In te*. Hebr. *à te ædificabuntur*. *Deſerta ſæculorum* id eſt, quæ à multis ſæculis, aut ſemper deſerta fuerunt. FVNDAMENTA. i. vrbes euerſas, vbi fundamenta tantum & parietinæ ſuperſunt. GENERATIONIS ET GENERATIONIS. i. quæ per multas generationes & ſæcula ſic iacuerunt, eas tu te pones. ÆDIFICATOR SEPIVM. Hebr. *vocaberis ſepientis fracturam*. i. murorum extructor. *muros ſepes* vocat. AVERTENS SEMITAS IN QVIETEM Hebr. *reſtituens ſemitas ad habitandum*. Inſtaurans vrbibus ſemitæ inſtaurantur, quibus ad illas itur.

13 SI AVERTERIS A SABBATO PEDEM TVVM. i. ſi non feceris iter in ſabbato. FACERE VOLVNTATEM TVAM. i. ſi non feceris in ſabbato, quod tibi libitu erit, ſed quod Deo placet. ET VOCAVERIS SABBATVM DELICATVM Hebr. *vocaueris ſabbatum delicias*. i. totus in eo te oblectans. VIAS TVAS, voluntatem tuam non facis, opera tua; id via vocatur. *Vias meas annuntiabo tibi* Pſalm. 118. v. 26. ET NON INVENITVR VOLVNTAS TVA Repetitio. VT LOQVARIS SERMONEM. ſ. vanum Hebr. *& loqui verbum* pro,& non loqui verbum, vt negatio priùs poſita repetatur. Prohibet autem aut verba vana, aut litium & negotiorum verba. Chald. *verbum violentiæ*. Porrò per *ſabbatum* totam Legem intelligit, quam obſeruari vult.

14 TVNC DELECTABERIS SVPER DOMINO, vel *in Domino*, ipſe erit tibi gaudij cauſa, illi ſoli vacabis. ET SVSTOLLAM TE Hebr. *equitare te faciam*. SVPER ALTITVDINES TERRÆ nempe te in Iudæam reſtituam, quæ ſublimior eſt omnibus terris. Inde Syria vocatur *Aram*. i. *ſublimis*. ET CIBABO TE HEREDITATE. i. bonis hereditatis terræ patris tui Iacob cibabo te. Aut *ex hereditate patris tui cibabo te*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DE DIE IN DIEM i. quotidie. QVÆRVNT. i. conſulunt. VIAS i. leges. VOLVNT i. velle videntur. ROGANT,&c. q. d. velut mecum expoſtulant, exigentes ius, quod ſtatim explicat.

3 NON VIDES. i. videris neſcire, non enim exaudis. VOLVNTAS. i. non mea. q. d. facitis quod libet.

4 AD LITES. i. litigando. IMPIE. Lxx. *humilem*. IN EXCELSO. i. à me. CLAMOR. i. contentionum. vel quaſi dicat, vt vos exaudiam.

5 STERNERE. q. d. in ſacco & cinere iacere.

6 FASCICVLOS DEPRIMENTES. i. onera, quibus proximum opprimis. Lxx *obligationes violentarum commutationum*. i. de ſoluendis vſuris, & huiuſmodi. CONFRACTI SVNT. Chald. *qui patiuntur*. ONVS. Lxx. *ſcripturam iniquam*.

7 VAGOS. Lxx *ſine tecto*. CARNEM TVAM. Lxx. *Domeſticos ſeminis tui*.

8 MANE i. ſol manè. LVMEN i. proſperitas, vel mentis illuminatio. SANITAS. id eſt, liberatio. CITIVS. Lxx. cito. ANTEIBIT. i. in cælum eunten. IVSTITIA. i. operum, ſeu meritum. COLLIGET. i. ſuſcipiet. Lxx. circumdabit.

9 CATENAM. ſ. peccatorum. Chald. *corruptionem iudicij*. DIGITVM. ſ. minando, aut comminando. QVOD NON PRODEST. Chald. *verba rapinæ*. Lxx. *murmurationem*.

10 ANIMAM. i. viſcera miſericordiæ. REPLEVERIS. Lxx. *ſaturaueris*. TENEBRIS. i. calamitatibus. Lxx. [illegible] i. proſperitas.

11 LIBERABIT. Lxx. *impinguabit*. Chald. *corpus tuum viuificabit in vita æterna*.

12 DESERTA SÆCVLORVM. i. diu antea diruta & deſerta. GENERATIONIS ET GENERATIONIS. i. diutiſſimè duratura. Lxx. *ſempiterna*. SEPIVM. q. d. muniens vias. ſ. bono exemplo. Lxx. *maceriarum*. Chald. *via recta*. IN QVIETEM. q. d. faciens quietas vias. ſ. quies eſt in obſeruantia præceptorum Dei. Chald. *conuertens impios ad legem*. Hebr. *ad habitandum*. q. d. faciens viatores quieſcere in domibus ædificatis. q. d. in ſabbato non laboraueris.

13 AVERTERIS,&c. Vo-

VOLVNTATEM. i. negotia. DELICATVM. i. delicias. ſ. ceſſando à negotiis, & intendendo diuinis. GLORIOSVM. i. honore dignum. Chald. *honoraueris.* VIAS. LXX. *opera.* SERMONEM. ſ. qui non deceat. LXX. *verbum in ira.* Chald. *verbum violentiæ.*

14 ALTITVDINES. Chald. *munitiones.* LXX. *bona.* quaſi dicat, dabo cæleſtia.

CAPVT LIX.

Potens ac benignus eſt Deus ad ſaluandum Iudæos, ſed iniquitates eorum, quas Propheta perſequitur, impediunt ne exaudiantur ac ſaluentur: propter quas & confitentur ſe iuſtè à Deo deſertos, & excæcatos, affligi varijs malis: de furore Domini in malos, & benignitate erga pœnitentes.

[Num. 11. c.23 Sup. 50. a.2] ECce non eſt abbreuiata manus Domini vt 1
ſaluare nequeat, neque aggrauata eſt auris A
eius vt non exaudiat: * Sed iniquitates veſtræ di- 2
uiſerunt inter vos & Deum veſtrum, & peccata
veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne ex-
[Sup. 1. d.15] audiret. * Manus enim veſtræ pollutæ ſunt 3
ſanguine, & digiti veſtri iniquitate: labia ve-
ſtra locuta ſunt mendacium, & lingua veſtra
iniquitatem fatur. * Non eſt qui inuocet iuſti- 4
tiam, neque eſt qui iudicet verè: ſed confidunt
[Iob 15. d.35] in nihilo, & loquuntur vanitates: conceperunt
laborem, & pepererunt iniquitatem. * Oua aſpi- 5
dum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui
comederit de ouis eorum, morietur: & quod
confotum eſt, erumpet in regulum. * Telæ eo- 6
rum non erunt in veſtimentum, neque operien- B
tur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia,
[Prou. 1. b.16 Rom. 3. c.15] & opus iniquitatis in manibus eorum. * Pedes 7
eorum ad malum currunt, & feſtinant vt effun-
dant ſanguinem innocentem: cogitationes eo-
rum cogitationes inutiles: vaſtitas & contritio
in vijs eorum. * Viam pacis neſcierunt, & non 8
eſt iudicium in greſſibus eorum. ſemitæ eorum
incuruatæ ſunt eis: omnis qui calcat in eis, igno-
rat pacem. * Propter hoc elongatum eſt iudi- 9
cium à nobis, & non apprehendet nos iuſtitia:
expectauimus lucem, & ecce tenebræ; ſplendo-
rem, & in tenebris ambulauimus. * Palpauimus 10
ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis at-
trectauimus: impegimus meridie quaſi in tene-
bris, in caliginoſis quaſi mortui. * Rugiemus 11
quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes C
gememus. expectauimus iudicium, & non eſt:
ſalutem, & elongata eſt à nobis. * Multiplicatæ 12
ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & pec-
cata noſtra reſponderunt nobis. quia ſcelera no-
ſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognoui-
mus, * peccare & mentiri contra Dominum: & 13
auerſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei noſtri,
vt loqueremur calumniam & tranſgreſſionem:
concepimus, & locuti ſumus de corde verba
mendacij. * Et conuerſum eſt retrorſum iudi- 14
cium, & iuſtitia longè ſtetit: quia corruit in pla-
tea veritas, & æquitas non potuit ingredi. * Et 15
facta eſt veritas in obliuionem: & qui receſſit à
malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & ma-
lum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudi-
cium. * & vidit quia non eſt vir: & aporiatus eſt, 16
quia non eſt qui occurrat: & ſaluauit ſibi bra- D
[Epheſ. 6. c.17 1. Theſſ. 5. b.8] chium ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit
eum. * Indutus eſt iuſtitia vt lorica, & galea 17
ſalutis in capite eius: indutus eſt veſtimentis vl-
18 tionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. * Sicut
ad vindictam quaſi ad retributionem indigna-
tionis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis
19 ſuis: inſulis vicem reddet. * Et timebunt qui ab
Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu ſo-
lis, gloriam eius: cùm venerit quaſi fluuius vio-
20 lentus, quem ſpiritus Domini cogit: * & vene- [Rom. 11. d.26]
rit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniqui-
21 tate in Iacob, dicit Dominus: * Hoc fœdus
meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus,
qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo,
non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui,
& de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus,
amodò & vſque in ſempiternum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ECCE NON EST ABBREVIATA. Benè poteſt Deus præſtare quæ beneficia promittit. Quòd ſi non facit, ac contrà malis punit, veſtra id peccata merentur. NEQVE AGGRAVATA EST AVRIS. i. obſurduit, vt audire preces non poſſit.

3 MANVS ENIM VESTRÆ POLLVTÆ SVNT SANGVINE, quem fudiſtis. Hebr. *ſed manus veſtra.* DIGITI VESTRI INIQVITATE. i. manus vſque ad digitos omni ex parte delibutæ ſunt ſanguine.

4 NON EST QVI INVOCET IVSTITIAM. i. patrocinetur iuſtitiæ aduerſus eos, qui alios iniuſtè opprimunt. NEQVE EST QVI IVDICET VERE. Hebr. *& non eſt qui iudicetur in veritate*, aut *in fide.* i. Iudices prauè iudicant. SED CONFIDVNT. ſ. ij Iudices, aut omnis populus, confidunt in re vanâ. Quis ex eo fructus?

5 OVA ASPIDVM RVPERVNT. Per *oua aſpidum* res noxias, per *telas araneæ* res inutiles intelligit. ET QVOD CONFOTVM EST, vt gallina fouet oua, ex eo fomento regulus naſcetur. Hebr. *compreſſum frangetur* (in) *viperam.*

6 TELÆ EORVM. i. quæ faciunt, omnia erunt inutilia. OPERA INVTILIA. Hebr. *opera mendacij.* i. quæ videntur eſſe aliquid, & nihil ſunt. ET OPVS INIQVITATIS, ſeu *rapina*, ſeu *violentia* eſt in eorum manibus.

7 COGITATIONES INVTILES. vel *mendaces*, iniquæ. Id ſignificat *auen.* VASTITAS. Eò ſtudia eorum referuntur, vt vaſtent & diripiant alios.

8 NON EST IVDICIVM. i. iuſtitia. SEMITÆ EORVM INCVRVATÆ SVNT EIS. id eſt, in ſeipſis. Hebræus להם עקשו *ſis.* i. in ſeipſis. ſ. diſtortæ.

10 MERIDIE QVASI IN TENEBRIS. Hebr. *quaſi in crepuſculo.* ſ. veſpertino, per quod noctem intelligit. IN CALIGINOSIS QVASI MORTVI. Hebr. *in deſolatis quaſi mortui.* Sed per *deſolata* Hebræi intelligunt ſepulchra. Sic etiam Chald. Ergo in ſepulchris verſamur quaſi mortui; nihil ex ratione & prudentia facimus, vt mortui in ſepulchris.

11 RVGIEMVS, vel *rugiebamus*, malis ſ. oppreſſi, & in captiuitate. EXPECTAVIMVS IVDICIVM, vt ſ. Deus nos liberaret vindicatis hoſtibus.

12 ET PECCATA NOSTRA RESPONDERVNT NOBIS. Paria meritis retulimus; aut teſtimonium contra nos dicunt, accuſant nos. QVIA. pro, certè, SCELERA NOSTRA. i. pœnæ ſcelerum, NOBISCVM. Digna patimur. INIQVITATES NOSTRAS COGNOVIMVS. pro, cognoſcimus nos peccaſſe.

13 PECCARE ET MENTIRI. pro, peccauimus & mentiti ſumus contra Dominum. ET AVERSI SVMVS. Hebr. *retrocedere.* pro, retroceſſimus. NE IREMVS POST. Hebr. *de poſt Deum noſtrum*, ne ſ. eum ſequeremur. VT LOQVEREMVR. Hebr. *loqui*, pro, locuti ſumus calumniam. ET TRANSGRESSIONEM, ſeu *defectionem.* CONCEPIMVS, ET LOCVTI SVMVS. Hebr. *concipere & loqui.* DE CORDE, ſiue *ex corde*, ſeriò verba mendacij.

14 QVIA CORRVIT IN PLATEA. i. publicè, palàm. Hebr. *offendit in platea veritas*, non præualet INGREDI, ſeu *ambulare*, nimirum ex offenſione pedibus læſis non poteſt veritas.

VERI-

VERITAS IN OBLIVIONEM. Hebr. *& fuit veritas* 15
ſublata. i. homines veraces de medio ſublati ſunt. ET
QVI RECESSIT A MALO, PRÆDÆ PATVIT. Hebr.
deprædatus eſt.i.ſublatus de vita, ita vt non inueniatur.

QVIA NON EST VIR.i.quiſquam.ſ qui benè faciat, 16
aut oret. ET APORIATVS EST. Obſtupuit, Deus, ſeu
homo afflictus eſt, qui egebat auxilio. QVIA NON
EST QVI OCCVRRAT: ſeu *intercedat*, deprecetur. ET
SALVAVIT SIBI BRACHIVM SVVM. i. Deus decreuit
vindicare & punire homines, ſua potentia & iuſtitia.
Vindictam vocat ſalutem. Vox *ſibi* redundat.

ET OPERTVS EST, induit ſe. QVASI PALLIO ZE- 17
LI, ſeu *zelo*, aut *zelum induit*. i. indignationem.

SICVT AD VINDICTAM. Locus implicitus. Hebr. ſic 18
verto: *ſicut retributiones, ſic reddet iram hoſtibus ſuis*
(pro meritis cuiuſque reddet vindictam) *retributionem*
hoſtibus ſuis, inſulis retributionem reddet. Gentes remo-
tas, quoniam ad eas mari ibatur, vocat inſulas. Verba
Vulgatæ ad hunc ſenſum referantur.

QVASI FLVVIVS VIOLENTVS Sic Sept. צר *Zar* pro 19
adiectiuo ſumunt. Alij vertunt: *Cùm venerit quaſi flu-*
uius hoſtis. ſ. vt per eum Deus puniat peccata. QVEM
SPIRITVS DOMINI COGIT. i. impellit. Hebr. *ſpiritus*
Domini vexillum ponit in eo. ſ. ipſe ductor eſt & ante-
ſignanus hoſtilis exercitus. Hieronymi verba eamdem
ſententiam admittunt.

ET VENERIT. Repete, & cùm venerit Sioni redem- 20
ptor, & ijs qui ab iniquitate recedunt. ſ. timebũt gentes
Dominum. Hebr. *& veniet redemptor Sionis*. ſ. qui ab ijs
periculis liberet.

HOC FOEDVS MEVM. Hac conditione eos liberabo. 21
SPIRITVS MEVS, id eſt, voluntas mea, lex mea,
quam tibi dedi, non recedet à te vllo tempore. Hæc eſt
conditio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ABBREVIATA. i. debilitata. AGGRAVATA EST. 1
i. obſurduit.

DIVISERVNT. ſ. velut pariete interpoſito, quem de- 2
inde Chriſtus ſoluit. EXAVDIRET. LXX. *miſereatur*.

SANGVINE. i. homicidiis. Chald. *ſanguine inno-* 3
centum.

INVOCET IVSTITIAM. Chald. *oret in veritate*. LXX. *lo-* 4
quatur iuſta. NIHILO. Chald. & LXX. *vanitate*. LA-
BOREM. i. moleſtiam. ſ. proximi. LXX. *eadem*.

RVPERVNT. q. d. parant noxia, & plena veneno. TE- 5
LAS ARANEÆ. i. inutilia, ſeu non duratura.

INVTILES. Chald. *iniqua*. LXX. *ſtultorum*. 7

IVDICIVM. i. iuſtitia. INCVRVATÆ. id eſt, deprauatæ. 8
LXX. *peruerſa*. IGNORAT. i. non curat, negligit.

ELONGATVM, &c. q. d. longè receſſimus à iudicio & 9
iuſtitia. i. rebus iuſtis. Not. quòd poſſunt hæc omnia ad
Chriſti tempora referri. ſ. ad Iudæos, qui illum ſunt
perſecuti. LVCEM. i. proſperitatem.

MEDITANTES. i. cogitabundi. Hebr. *gemendo*. IV- 11
DICIVM. i. iuſtitiam. ſ. in hominibus, q. d. ne quiſquam
alij noceret.

RESPONDERVNT. Chald. *contra nos teſtificati ſunt*. 12
LXX. *reſtiterunt*. COGNOVIMVS. q. d. negare non poſ-
ſumus.

RETRORSVM q. d. receſſit, ſeu deſeruit nos. IVDI- 14
CIVM. i. recta viuendi ratio. INGREDI. ſ. ad nos, quia
nolebamus.

VIR. ſ. iuſtus, dignuſque viri nomine. APORIATVS 16
EST. ſ. qui indigebat auxilio. q. d. ad ſummam ino-
piam & anguſtiam redactus. SALVAVIT. ſ. inopem.
SIBI. abundat, more Hebraico. IVSTITIA. LXX. *miſe-*
ricordia. EVM. ſ. ope indigentem.

ZELI. i. indignationis. 17

QVASI. pro, & quaſi. VICISSITVDINEM. i. retri- 18
butionem. INSVLIS. pro, etiam inſulis. i. remotè habi-
tantibus.

SPIRITVS DOMINI. i. vehemens ventus. 19

SION. datiuus eſt. q. d. Eccleſiæ. ſ. in die iudicij. 20

IN TE. ſ. ô Chriſte. 21

CAPVT LX.

Eccleſia ad exultationem excitatur, quòd in ea Domini gloria reluceat, ad quam acceſſura ſunt plurimæ nationes, & quæ ad eam non venerint peribunt: in qua pax, iuſtitia & laus Dei inuenientur, ablata iniquitate: eritque Dominus ei in lucem ſempiternam & gloriam.

1 SVrge, illuminare Ieruſalem: quia venit lu-
A men tuum, & gloria Domini ſuper te orta
2 eſt. * Quia ecce tenebræ operient terram, &
caligo populos: ſuper te autem orietur Domi-
3 nus, & gloria eius in te videbitur. * Et ambula-
bunt Gentes in lumine tuo, & reges in ſplen-
4 dore ortus tui. * ª Leua in circuitu oculos tuos, ª Sup. 49. d.18
& vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt
tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de la-
5 tere ſurgent. * Tunc videbis, & afflues, & mira-
bitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa
fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium
6 venerit tibi. * Inundatio camelorum operiet te,
dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba
venient, aurum & thus deferentes, & laudem
7 Domino annuntiantes. * Omne pecus Cedar
B congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtra-
bunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo,
8 & domum maieſtatis meæ glorificabo. * Qui
ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ
9 ad feneſtras ſuas? * Me enim inſulæ expectant,
& naues maris in principio, vt adducam filios
tuos de longè; argentum eorum, & aurum eo-
rum cum eis, nomini Domini Dei tui, & ſancto
10 Iſrael, quia glorificauit te. * Et ædificabunt filij
peregrinorum muros tuos, & reges eorum mi-
niſtrabunt tibi: in indignatione enim mea per-
cuſſi te: & in reconciliatione mea miſertus ſum
11 tui. * ᵇ Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac ᵇ Apoc. 21. g. 25
nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitu-
12 do Gentium, & reges earum adducantur. * Gens
enim & regnum, quod non ſeruierit tibi, peri-
13 bit: & Gentes ſolitudine vaſtabuntur. * Gloria
C Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſi-
mul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ;
14 & locum pedum meorum glorificabo. * Et ve-
nient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt
te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum om-
nes qui detrahebant tibi, & vocabũt te Ciuitatẽ
15 Domini, Sion ſancti Iſrael. * Pro eo quòd fuiſti
derelicta, & odio habita, & non erat qui per te
tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum,
gaudium in generationem & generationem: &
16 * ſuges lac Gentium, & mamilla regum lactabe-
ris: & ſcies quia ego Dominus ſaluans te, & re-
17 demptor tuus fortis Iacob. * Pro ære afferam
D aurum, & pro ferro afferam argentum; & pro
lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam viſi-
tationem tuam pacem, & præpoſitos tuos iuſti-
18 tiam. * Non audietur vltrà iniquitas in terra tua,
vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupa-
bit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio.
19 * ᶜ Non erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per ᶜ Apoc. 21. g. 23. & 22 a. 5
diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit
tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus
20 tuus in gloriam tuam. * Non occidet vltrà ſol
tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi
Dominus in lucem ſempiternam, & comple-
21 buntur dies luctus tui. * Populus autem tuus

omnes iuſti, in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus
meæ ad glorificandum.* Minimus erit in mille, 22
& paruulus in gentem fortiſſimam: ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam iſtud.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ILLVMINARE, oblatam lucem ſuſcipe. Et per *lucem*, 1
ſalutem intelligit, quæ per Chriſtum eſt data. ET GLORIA DOMINI.i.opera eius glorioſa & admiranda. ORTA EST. pro, orietur continuò.

TENEBRÆ OPERIENT TERRAM, vt in Ægypto: ce- 2
teros res aduerſæ prement, tu Dei donis perfunderis.

ET AMBVLABVNT GENTES IN LVMINE TVO. Se 3
tibi adiungent.

Cum fueris felix, multos numerabis amicos.

Hebr. *ad lumen tuum.* ET REGES IN SPLENDORE ORTVS TVI. Hebr. *ad ſplendorem exorientem tibi.* Current Reges, vt eius felicitatis ſint participes.

OMNES ISTI CONGREGATI SVNT. ſ. filij, & filiæ. 4
FILII TVI DE LONGE VENIENT. ſ. ſuis pedibus. ET FILIÆ TVÆ DE LATERE SVRGENT. ſ. portabuntur brachijs & in ſinu aliorum. Hieronymus in Comment. & Regia, *ſugent*. Hebr. *ſuper latus nutrientur*. Chald. & Sept. *ſuper humeros*, aut *latera portabuntur*. quod ſcilicet dixerat cap. 49. verſ. 22. In ea varietate, Vulgatæ lectionem retineo: *De latere ſurgent*. i. venient, portabuntur: nam *ſugendi* aut *nutriendi* voces non video quomodo hîc locum habeant, vbi filios & filias ex varijs locis congregari ait: & credam verbum אמן *aman* inter alia *ſurgere* aut *portare* ſignificare, quantumuis Dictionaria ſileant.

TVNC VIDEBIS, ET AFFLVES. Chald. *& illuminaberis*. Pagn. *inundabis*. ET MIRABITVR. Pagn. *obſtupeſcet*. Chald. *timebis*. ne ſ. ea felicitas turbetur. QVANDO CONVERSA FVERIT AD TE MVLTITVDO MARIS. Hebr. *tumultus maris*. Prædicit, fore vt commercium ad Iudæos transferatur, ibique ſit emporium, ad quod mari mercatores conueniant. FORTITVDO GENTIVM. *Subſtantia, diuitiæ, merces*. id vox חיל *hail* ſignificat hoc loco, & *fortitudo* in Vulgata. 5

INVNDATIO CAMELORVM. i. multitudo camelorum. 6
q.d. non tantùm mari merces venient, ſed terra etiam camelis impoſitæ. Mercatores etiam dromedarijs vecti. Id eſt quod ait, DROMEDARII MADIAN ET EPHA; ijs in regionibus alebantur. Porrò *dromedarij*, cameli curſores ſunt. Hebr. pro *dromedarijs*, *pullos camelorum* exponunt; idque ſignificare vocem בִּכְרֵי *bichrah*. De quo non contendo. OMNES DE SABA VENIENT. ſ. omnes mercatores. Porrò Saba hîc per ש ſcribitur, quomodo ſolet Saba Æthiopiæ. ET LAVDEM DOMINO ANNVNTIANTES, ſiue quia conuertentur ad fidem, ſiue quia tanta frequentia cedet in laudem Dei. Hæc de Ieruſalem dicta, ad Eccleſiam referantur, cuius illa typus erat.

ARIETES NABAIOTH, pro, in arietibus Nabaioth 7
MINISTRABVNT TIBI. i. eos tibi offerent in ſacrificia. *Cedar* & *Nabaioth* Arabiæ regiones. SVPER PLACABILI ALTARI MEO. Hebr. *aſcendent ſuper beneplacitum altare meum*. i. mihi placebunt ea ſacrificia.

QVI SVNT ISTI. De nauibus loquitur, quas nubibus 8
ſimiles ait ob velocitatem. Columbas vocat nautas & vectores, qui in nauibus veniebant. AD FENESTRAS SVAS. ſ. columbarij.

ME ENIM INSVLÆ EXPECTANT. i. ad me reſpiciunt, 9
ex me lucra ſua captant. ET NAVES MARIS. Hebr. *naues Tharſis*. i. Carthaginis. Ex etiam ſunt naues maris. IN PRINCIPIO. Deeſt nota ſimilitudinis, Sicut in principio. i. ſicut olim veniebant ad me, ita nunc venire volunt. VT ADDVCAM. Sept. & Chald. *vt adducant* in tertia perſona, Hebr. *ad adducendum*. FILIOS TVOS DE LONGE. Erant per omnes terras diſſipati Iudæi, quo Deus in patriam reſtituere vult. ARGENTVM EORVM ET AVRVM EORVM CVM EIS. *Eorum*. i. filiorum, non venient inopes, ſed diuitijs onuſti. Aut *eorum* ſ. mercatorum, vt offerant illud Deo.

10 IN INDIGNATIONE. Hoc eſt, cùm eſſem iratus, ad tempus afflixi te: nunc rebus mutatis tibi fauebo.

11 ET APERIENTVR. Portæ ſemper patebunt, ſiue propter pacem, ſiue ob frequentiam aduenarum. VT AFFERATVR AD TE FORTITVDO GENTIVM ſubſtantia, opes. ET REGES EARVM ADDVCANTVR. i. veniant ipſi: tanta tui nominis celebritas erit.

12 ET GENTES. ſ. quæ non ſeruierint tibi, non ſe tibi ſubiecerint, vaſtando vaſtabuntur. Quod noſter dixit, SOLITVDINE VASTABVNTVR.

13 GLORIA LIBANI. Optimæ quæque trabes ad templi inſtaurationem. Quæ verò ſint illæ trabes & cædua materia, mox declarat. ABIES ET BVXVS. De nominibus harum arborum non oportet laborare. Chald. & Pagn. cum noſtro Interprete conſentiunt. Sept. *cupreſſum, pinum, & cedrum* ponunt. ET LOCVM PEDVM MEORVM GLORIFICABO. nouis ſ. ſtructuris. In templo habitare putabatur Deus, & pedes ſuper propitiatorium ponere.

14 CVRVI. i. demiſſo in terram vultu venient, qui HVMILIAVERVNT TE. Hebr. *afflixerunt te*. ſ. in captiuitate. ET ADORABVNT VESTIGIA. Sic Sept. Hebr. *& adorabunt ad plantas pedum tuorum*, aut *incuruabunt ſe ad plantas*. i. ad tuos pedes ſe abijcient. QVI DETRAHEBANT TIBI. Hebr. *ſpernentes te*.

15 PONAM TE IN SVPERBIAM; in gloriam, in celſitudinem, illuſtrem reddam. GAVDIVM. i. lętam in perpetuum efficiam in generationem & generationem.

16 SVGES LAC GENTIVM. i. diuitijs & bonis earum frueris. ET MAMILLA REGVM. In mamilla ſeu vbere eſt lac. Ergo Regum opes concedam, tibi cedent.

17 ET PONAM VISITATIONEM TVAM PACEM, pro, viſitatores, gubernatores pacificos tibi præficiam. ET PRÆPOSITOS TVOS. Hebr. *exactores tuos*. i. publicanos, qui ſolent eſſe iniqui, ponam IVSTITIAM. i. iuſtos.

18 ET OCCVPABIT SALVS MVROS TVOS. Hebr. *clamabis ſalutem* (è) *muris tuis*. Saluos fore, qui ad te ſe receperint. ET PORTAS TVAS LAVDATIO. pro, in portis tuis erit laus, iubilus, tripudia. Memento forum fuiſſe ad portas. Ergo feſtos dies ages, ſublato omni metu & tumultu bellico.

19 NON ERIT TIBI AMPLIVS SOL AD LVCENDVM. *Lucem* vocat lætitiam. Eam Sol non dabit, neque res aliæ: ſolus Deus erit cauſa lætitiæ tuæ, in nulla alia te oblectaberis. Ipſe erit lux tua. i. decor tuus. i. ipſe gloria tua. i. honos. Propter eum te honorabunt aliæ gentes.

20 ET LVNA TVA NON MINVETVR. Non patietur viciſſitudines quas ſolet, ſemper erit plena. Hebr. *non colligetur*, ſeneſcet, deficiet. ET COMPLEBVNTVR. i. finientur DIES LVCTVS TVI. Non lugebis ampliùs.

21 POPVLVS AVTEM TVVS OMNES IVSTI. ſ. erunt quippe? GERMEN PLANTATIONIS MEÆ, ſeu *virgultum plantationis meæ*. Opus manuum mearum. ſ. populus hic, quem ego plantaui & feci, iuſtus erit. AD GLORIFICANDVM. Hebr. *ad gloriam*. ſ. erit. ſ. glorioſus, illuſtris.

22 MINIMVS, paruus ERIT IN MILLE. i. Magna filiorum erit procreatio; è paruis & ignobilibus orientur mille. i. multi, & gens fortis. IN TEMPORE EIVS, in tempore ſuo faciam hæc. SVBITO FACIAM ISTVD. Hebr. *accelerabo iſtud*. Non tardabit hæc felicitas quam promitto, cùm tempus promiſſionum aduenerit, non procraſtinabo.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ILLVMINARE. Chald. & LXX. *illuminare Ieruſalem*. Hebr. deeſt *Ieruſalem*. LVMEN. ſ. Chriſtus, qui lux mundi, & Dei gloria.

2 ORIETVR. LXX. *apparebit*. GLORIA. ſ. per miracula.

3 TVO. ſ. ô Eccleſia. ORTVS TVI. pro, orto in te. Chald. & LXX. *tuo*.

4 DE LATERE SVRGENT. Quidam legunt, *ſugent*. Hebr. *iuxta latus nutrientur*. Chald. *ſuper latera por-*

[illegible] LXX. *[illegible]*

VIDEBIS. [illegible] AFFLVES. [illegible] gaudio. LXX *timebis.* MVLTITVDO Chald. & LXX *divitiæ.* FORTITVDO. i. reges & principes. Chald. *[illegible]*

INVNDATIO Chald. *turba.* LXX. *greges.* CAMELORVM. Chald. *Arabum.* OMNES. i. plurimi. Chald. *omnes in.*

CEDAR. Regio est Arabiæ, itemque *Nabaioth.* MINISTRABVNT id est, offerentur. Intellige vero per hæc conuersionem Gentium & sacrificia spiritualia. PLACABILE i. vbi placeat. MAIESTATIS. Chald. *laudis:* LXX *orationis.*

FENESTRAS. i. columbaria, q. d. suo quisque loco & gradu. Chald. *quæ reuertuntur ad columbaria sua.* Nos per nubium [illegible], & columbarium, significari velocitatem ad Ecclesiam venientium.

INSVLÆ. i. etiam remotissimæ gentes. IN PRINCIPIO. LXX. *in primis.* TYRI. i. [illegible]. CVM EIS. i. [illegible]. QVIA Chald. *quia.*

MVROS i. templa. RECONCILIATIONE Chald. *[illegible].* Hebr. *[illegible].* LXX. *misericordia.* MINISTRVM TVI LXX. *adstabunt.*

FORTITVDO. i. [illegible] quique. Chald. *diuitiæ.* GLORIA LIBANI. i. pulcherrima quæque. LOCVM PEDVM. i. Ecclesiam, in qua habito.

CVRVI i. humiles. LXX. *timentes.* HVMILIAVERVNT i. afflixerunt. [illegible] VESTIGIA, &c. q. d. ad pedes tuos se inclinabunt. Sic hoc Pagn. DITRAHENT TIBI LXX & Chald. *[illegible].*

NON ERAT. [illegible]. SVPERBIAM SÆCVLORVM. i. gloriam æternam. Chald. *gloriam [illegible]* LXX. *exultationem æternam.*

SVGES LAC GENTIVM. Chald. *[illegible] populorum.* MAMILLA, &c. LXX *diuitias Regum comedes.* FORTIS LXX. *Deus.*

PRO ÆRE, &c. q. d. pro paupertate succedent diuitiæ, pro afflictione lætitia, &c. PONAM, &c. LXX. *dabo principes tuos in pace, [illegible] & Episcopos tuos in iustitia* [illegible] præsidentes.

LAVDATIO i. laus Dei.

NON ERIT, &c. Hæc præcipuè ad cælestem beatitudinem referenda.

SOL i. prosperitas. MINVETVR. LXX *deficiet.* Chald. per *solem* regnum intelligit, per *lunam* gloriam. COMPLEBVNTVR [illegible].

TERRAM i. [illegible] cælum. AD GLORIFICANDVM i. cedet in gloriam.

MINIMVS i. parua familia. MILLE. i. referta plurimis fidelibus. PARVVLVS. i. parua domus. FORTISSIMAM LXX. *magnam.* EIVS. pro, suo.

C A P V T LXI.

Christi [illegible], & humani generis reparationem [illegible], prædicatione [illegible] gentes ad fidem conuertendas, [illegible] credentium & gloria [illegible].

Luc. 4. a. 18 SPiritus Domini super me, eò quod vnxerit
Dominus me: ad annunciandum mansue-
tis misit me, vt mederer contritis corde, & præ-
dicarem captiuis indulgentiam, & clausis aper-
tionem: * vt prædicarem annum placabilem
Matth. 5. a. 5 Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt con-
solarer omnes lugentes: * vt ponerem lugenti-
bus Sion, & darem eis coronam pro cinere,
oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spi-
ritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ,
Sup. 58. d. 12 plantatio Domini ad glorificandum. * Et ædifi-
cabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas eri-
gent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipa-
tas in generationem & generationem. * Et sta-
bunt alieni, & pascent pecora vestra: & filii pere-
grinorum, agricolæ & vinitores vestri erunt.
* Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini:
Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinē
Gentium comedetis, & in gloria earū superbie-
tis. * Pro cōfusione vestra duplici & rubore, lau-
C dabunt partem suam: propter hoc in terra sua
duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit
eis. * Quia ego Dominus diligens iudicium, &
odio habens rapinam in holocausto: & dabo
opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum fe-
riam eis. * Et scient in Gentibus semen eorum,
& germen eorum in medio populorum: om-
nes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti
sunt semen, cui benedixit Dominus. * Gaudens
gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in
Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, &
indumento iustitiæ circumdedit me, quasi
sponsum decoratum corona, & quasi sponsam
ornatam monilibus suis. * Sicut enim terra pro-
fert germen suum, & sicut hortus semen suum
germinat; sic Dominus Deus germinabit iusti-
tiam & laudem coram vniuersis Gentibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA

1 SPIRITVS DOMINI SVPER ME Hoc Christus de se explicat Lucæ 4. vers. 18. EO QVOD VNXERIT DOMINVS ME. Hebr. *ideo vnxit me.* Cum vnctione venit Spiritus. AD ANNVNTIANDVM MANSVETIS. Quare mansuetis? quia in tumultu verbum Dei non auditur. VT MEDERER. Hebr. *vt alligem*, s. vulnera: id est *mederi contritos corde.* ET PRÆDICAREM CAPTIVIS INDVLGENTIAM Hebr. *libertatem.* ET CLAVSIS APERTIONEM Hebr. *vinctis apertionem carceris.*

2 VT PRÆDICAREM ANNVM PLACABILEM DOMINO Hebr. *annum voluntatis Domini* i. quo Deus facit suam voluntatē vindicando iniquos. Aut *placabilē*. i. [illegible]. VT CONSOLARER OMNES LVGENTES. [illegible]. Solamen [illegible] est, iniquorum vindicta.

3 VT PONEREM LVGENTIBVS SION pro, in Sion. Quid poneret? quod sequitur. ET DAREM EIS CORONAM PRO CINERE. Sic Chald. alij *gloriam pro cinere*: id est, ornamentum. [illegible] Hebr. non est. OLEVM GAVDII. i. mentis gaudium. PALLIVM LAVDIS Hic [illegible] pro iubilo. Iubilo vt pallio operietur. ET VOCABVNTVR IN EA. Hebr. *vocabuntur* [illegible]. FORTES IVSTITIÆ, aut *arbores iustitiæ*, i. homines iusti. PLANTATIO DOMINI AD GLORIFICANDVM, nempe, manu ad gloriam [illegible], decora plantatio [illegible] Dei sic vocabitur.

4 ET ÆDIFICABVNT DESERTA A SÆCVLO. i. vbi nulla vnquam fuerunt ædificia, ibi vrbes construent pro [illegible] ET INSTAVRABVNT CIVITATES DESERTAS. Hebr. *desolatas, [illegible]*. DISSIPATAS IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM. [illegible]

5 ET STABVNT ALIENI. Alienigenæ vestri ministri [illegible]. Alia cura solum [illegible].

6 SACERDOTES DOMINI [illegible]. i. vocabimini Ministri Domini. [illegible] DICETVR VOBIS. [illegible] FORTITVDINEM GENTIVM COMEDETIS. [illegible] ET IN GLORIA [illegible] SVPERBIETIS Chald. *[illegible]* vocat gloriam gentium [illegible] *seu exultabitis.*

7 PRO CONFVSIONE [illegible] i. pudore. DVPLICI i. ingenti. ET RVBORE, LAVDABVNT PARTEM SVAM. Locus difficilis. Sic Hebr. [illegible] *pro ignominia* (ob quam, inimici [illegible]) *[illegible] partem suam* [illegible] *in terra sua hoc duplici* [illegible] *possidebunt*, [illegible] *Israelitæ*, [illegible] Gentium. Hæc refertur ad id quod dixerat: *Diuitias Gentium comedetis.*

8 IN HOLOCAVSTO. [illegible], etiam in holocausto, odi rapinam iniquorum, etiam [illegible] qui rapuit. [illegible] ET DABO OPVS EORVM i. [illegible]

ti eorum, iuſtorum ſ. In veritate, ſeu *in fide*, verè & fideliter, dabo quæ merentur.

9 Cvi benedixit Dominvs. i. magnis beneficijs affectus. Ex ijs donis cognoſcentur inter Gentes quaſi notis quibuſdam ſignati.

10 Gavdens gavdebo. Verba ſunt populi, cui Deus tanta beneficia contulit. Qvia indvit me vestimentis salvtis. i. ſalute, vt veſtimento. copioſam ſalutem contulit. Qvasi sponsvm decoratvm corona. Hebr. *quaſi ſponſus magnificat gloriam*. i. veſtes ſumit pretioſas nuptiarum tempore. Et qvasi sponsam ornatam monilibvs svis. Hebr. *quaſi ſponſa ornat vaſa ſua. Vaſa* pro monilibus. Hieronymus ſententiam expreſſit.

11 Devs germinabit ivstitiam. i. opera iuſta & laudabilia per ſuos faciet Deus coram omnibus. Is eſt ornatus populi, ea eſt Dei gloria, id germen, & ſemen.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Svper me. Vox Chriſti. Eo qvod. Lxx. *cuius cauſa*. Vnxerit. i. repleuit gratia. Ad annvntiandvm, &c. Lxx. *Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum, & vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis*, &c. Vide Lucæ 4. Indvlgentiam. Chald. *libertatem*. Clavsis. Chald. *vinctis*. Lxx. *cæcis*. Apertionem. ſ. carceris peccati. Lxx. *viſum*, ſeu *viſus reſtitutionem*.

2 Placabilem. i. reconciliationis. Domino. pro, Domini. Vltionis. ſ. in reprobos die iudicij. Deo nostro. pro, Dei noſtri.

3 Sion. i. Sionis, vel in Sion, vel Sionē q. d. ex deſiderio cæleſtis patriæ. Coronam pro cinere. i. gloriam pro abiectione. Olevm. q. d. perfuſionem. Pallivm lavdis. q. d. operiam, ſeu ornabo laude. Lxx. *habitum gloriæ*. Fortes. Chald. *principes*. Ivstitiæ. i. per iuſtitiā. Glorificandvm. ſ. Deū. Lxx. *gloriam*.

4 Deserta. ſ. Dei cultu. A sæcvlo. i. longo tēpore. In generationem et generationem. i. diutiſſimè.

5 Alieni. ſ. olim à fide. Pascent, &c. q. d. erunt prælati veſtri.

6 Vos. ſ. ô Apoſtoli, ſeu prælati. Fortitvdinem. Chald. *diuitias*. Svperbietis. i. eritis glorioſi. Chald. *lætabimini*. Lxx. *eritis admirabiles*.

7 Dvplici. i. magna. Partem. i. ſortem. ſ. miniſterium prælatorum, & gradum. Terra sva. i. cælo. Dvplicia. i. corporis & animæ bona, vel q. d. maxima.

8 Opvs. Chald. *mercedem operum*. In veritate. i. fideliter.

9 Scient. Chald. *magnificabitur*. Semen. i. filij. Germen. Chald & Lxx. *nepotes*.

10 Gavdens, &c. Vox Eccleſię. Ivstitiæ. Lxx. *lætitiæ*.

11 Germinabit. Chald. *reuelabit*. Lxx. *proferet*.

CAPVT LXII.

Propheta non ceſſat propter impios Chriſtum annuntiare, prophetans de Chriſti aduentu & conuerſione Gentium: de felicitate, gloria & exaltatione Eccleſiæ ex Dei gratuito beneplacito ergo ipſam: de prædicatoribus Eccleſiæ, & Euangelio per orbem diuulgando.

1 PRopter Sion non tacebo, & propter Ieruſa-
A lem non quieſcam, donec egrediatur vt
ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas
2 accendatur. * Et videbunt Gentes iuſtum tuum,
& cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nomina-
3 bit. * Et eris corona gloriæ in manu Domini, &
4 diadema regni in manu Dei tui. * Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur
B amplius Deſolata: ſed vocaberis Voluntas mea
in ea, & terra tua Inhabitata. quia complacuit
5 Domino in te: & terra tua inhabitabitur. * Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui. Et gaudebit ſponſus ſuper
6 ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. * Su-
C per muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non
tacebunt. Qui reminiſcimini Domini, ne ta-
7 ceatis, * & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat,
8 & donec ponat Ieruſalem laudem in terra. * Iurauit Dominus in dextera ſua, & in brachio
fortitudinis ſuæ: Si dedero triticum tuum vltrà
cibum inimicis tuis: & ſi biberint filij alieni vi-
9 num tuum, in quo laboraſti. * Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atrijs
10 ſanctis meis. * Tranſite, tranſite per portas, [a] præ- [a] Sup. 57. d. 15
D parate viam populo, planum facite iter, eligite
11 lapides, & eleuate ſignum ad Populos. * [b] Ecce [b] Mat. 21. a. 5 Zach. 9. b. 9
Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce ſaluator tuus venit: ecce mer-
12 ces eius cum eo; & opus eius coram illo. * Et vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis: Quæſita ciuitas, & non Derelicta.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PRopter Sion non tacebo. Sionis amor me loqui compellit. Non qviescam. i non deſiſtam à loquendo, id eſt, non ſilebo. Donec egrediatvr vt splendor ivstvs eivs. Hebr. *iuſtitia eius ſit vt ſplendor*, i. palàm manifeſtetur. Salvator eivs. Hebr. *ſalus eius*. Vt lampas accendatvr. Quæ lampas à longè videtur. ſic ſalus & liberatio populi omnibus Gentibus nota fiat.

2 Et videbvnt Gentes ivstvm tvvm. Hebr. *iuſtitiam tuam*. i. te iniuſtè premi omnes cognoſcant. Id eſt egredi, vt ſplendorem, iuſtitiam eius. Inclytvm tvvm videbunt Reges. Hebr. *gloriam tuam, diuitias, potentiam*. Et vocabitvr tibi nomen novvm. Quod ſit hoc nomen, verſ. 4. ponitur ſ. *Voluntas mea in ea*. Qvod os Domini nominabit, ſeu *declarabit*.

4 Et eris corona gloriæ in manv Domini. Corona non eſt in manu, ſed in capite. Significat fore, vt ſua manu Deus texat coronam pulcherrimam, quam capiti tuo imponat. *Eris* ergo *corona*. i. occaſio coronæ conficiendæ.

6 Sed vocaberis Volvntas mea in ea. i. mihi gratiſſima erit. Et terra tva Inhabitata. Hebr. *maritata* ſ. vocabitur. Sed benè Hieron. hoc retulit ad habitationem. Et terra tva inhabitabitvr, ſeu *maritabitur*.

5 Habitabit enim ivvenis. Sept. *ſicut habitans iuuenis*. Deeſt in noſtra editione nota ſimilitudinis, quam Chald. & Sept. ſupplent. Hebr. ſic verto: *Sicut iuuenis maritat virginem, filij tui maritant te*. i. in te habitant, & (ſicut) *gaudium ſponſi ſuper ſponſam, gaudebit ſuper te Deus tuus*. Senſus: Sicut ſponſus oblectatur cum ſponſa, ſic filij tui in te lætabuntur, & tecum lætabitur Deus. Ideò mirum non eſt, ſi tantis te donis cumulat.

6 Cvstodes. i. vigilias in mœnibus constitvi. pro, conſtituam diſponam, quæ nocte & die ſemper renuntiabunt quæ viderint, aut clamore mutuo, vt fit, ſe excitabunt. Per *cuſtodes* Prophetas & Sacerdotes intellige. Qvi reminiscimini Domini. Vertit ſermonem ad cuſtodias quas, quando à Deo ſunt conſtitutæ, eum ſemper reminiſci & ſolicitare precibus vult.

7 Et ne detis silentivm ei. i. ſolicitate eum aſſiduis precibus. Donec ponat Iervsalem lavdem in terra. i. faciat, vt omnes eam laudent, propter copiam bonorum, quæ in illam congeret Deus.

8 Ivravit Dominvs in dextera sva. i. per dexteram. Et in brachio. i. per brachium ſuū fortiſſimum. Si dedero triticvm tvvm. i. hoſtis contra te non prævalebit, non veſcetur tuo tritico. Quod in Eccleſiam conuenit, non in Synagogam, quam [illegible] oppreſſerunt. Vinvm tvvm. Hebr. *mu-*

ſtum

ſtum tuum. Sed *vinum* pro *muſto* omnes Interpretes ponunt. Fructus tuos hoſti non dabo. SI DEDERO. pro, non dabo.

ET QVI COMPORTANT. Hebr. *qui congregant,* 9
colligunt illud vinum. IN ATRIIS SANCTI MEIS, ſiue *in templo* bibent illud, cum poſt ſacrificia inſtruent conuiuia, ſiue in vrbe ſancta Ieruſalem, & in Eccleſia bibent, non rapiet hoſtis.

TRANSITE, TRANSITE PER PORTAS, vt obuiam 10
eatis venientibus ad Chriſtum. PRÆPARATE, &c. Hebr. *complanate,* ſeu *purgate viam populi,* pro *populo.* PLANVM FACITE ITER. Hebr. *munite, munite iter.* ELIGITE LAPIDES pro, legite, colligite, elapidate viam, ne ſit vbi pes offendat. ELEVATE SIGNVM AD POPVLOS. Vexillum ſuper populos. ſ. vt more militiæ ſciant vbique electi, quò debeant conuenire, quos duces itineris ſequi.

AVDITVM FECIT IN EXTREMIS TERRÆ. Quid 11
nuntiauit Deus? fore vt ex locis omnibus ſuos conuocaret. Itaque & ſublato vexillo, & præconis voce fideles vndique vocabit. SALVATOR TVVS. Hebr. *Salus tua.* i. Chriſtus. ECCE MERCES EIVS. id eſt, bona quæ conferet, præſtò ſunt. ET OPVS EIVS CORAM ILLO. i. merces operis ab eo præcepti, & propter Deum facti coram illo. i. cum illo. aut *opus* pro diuitijs, vt 1. Reg. 25. verſ. 2. Repetitio eſt.

VOCABERIS: QVÆSITA CIVITAS. Propter multos 12
& innúmeros, qui ad te confluent, ſic vocaberis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

TACEBO. i. ceſſabo. ſ. Deum orare, vel optare. IVSTVS. ſ. Chriſtus. 1

TVVM. ſ. ô Deus, vel potiùs, ô Eccleſia. eſt enim 2
Hebr. pronomen femineum, vt etiam ſuprà. Chald. & LXX. *iuſtitiam tuam.* INCLYTVM TVVM. Chald. & LXX. *gloriam tuam.* VOCABITVR. i. imponetur. NOVVM. ſ. Eccleſia Chriſti. NOMINABIT. i. declarabit.

CORONA, &c. q. d. pluſimi fies à Domino. 3

VOLVNTAS, &c. q. d. mihi gratiſſima. INHABITATA. ſ. à fidelibus. 4

HABITABIT ENIM. Chald. & LXX. *ſicut habitat.* 5
VIRGINE. i. ſponſa. ET HABITABVNT. Chald. & LXX. *ſic habitabunt.* ſ. cum magna lætitia. ET GAVDEBIT. Chald. & LXX. *& ſicut lætatur.* ET GAVDEBIT. LXX. *ſic lætabitur.*

CVSTODES. ſ. Angelos, vel Doctores, vel Paſtores. 6
TACEBVNT. i. ceſſabunt. ſ. cuſtodire, vel laudare Deum. TACEATIS. i. ceſſetis. ſ. recordari, vel laudare.

EI. i. eius laudibus, ſeu orationi ad Deum. IERVSALEM LAVDEM. i. Eccleſiam laudabilem. 7

IN DEXTERA. i. per dexteram. IN BRACHIO, &c. 8
LXX. *per fortitudinem brachij ſui.* SI DEDERO, &c q. d. non eritis vltrà ſub hoſtium poteſtate.

PER PORTAS. ſ. monendo ſingulos, vt ſe præparent. 10
POPVLO. ſ. ad Eccleſiam confluenti. ELIGITE. i. remouete, ſeu colligite. LXX. *eiicite de via.* SIGNVM. i. vexillum. ſ. Crucis prædicationem. POPVLOS. ſ. congregandos.

AVDITVM FECIT. i. faciet audiri, ſeu diuulgari. IN 11
EXTREMIS. LXX. *vſque ad extremum.* MERCES EIVS Chald. *merces facientibus verbum eius.* OPVS. i. præmium, vel opus redemptionis humanæ. CORAM ILLO. i. promptum, vel magnæ ei curæ.

EOS. ſ. fideles Chriſti. TV. ſ. ô Eccleſia. QVÆSITA. ſ. ad habitandum. 12

CAPVT LXIII.

Dicit ſe Dominus ſanguine aſperſum dum ſolus viciſſet hoſtes: Deus multa præſtitit Iſraelitis beneficia, ſed propter iniquitates ſuas ſunt ab eo derelicti: propheta autem miſerationum Domini memor, inuocat ipſius miſericordiam ſuper populum ſuum, quem à Deo deſertum conqueritur.

QVis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis ve- 1
ſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua, A
gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego,
qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad
2 ſaluandum.* ʺ Quare ergo rubrum eſt indu-
mentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcan- ʺ *Apoc. 19. c. 13*
3 tium in torculari?* Torcular calcaui ſolus, & de
Gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in fu-
rore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aſper-
ſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, &
4 omnia indumenta mea inquinaui.* ʺ Dies enim ʺ *Sup. 34. b. 8*
vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ
5 venit.* Circumſpexi, & non erat auxiliator:
quæſiui, & non fuit qui adiuuaret: & ſaluauit
mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa
6 auxiliata eſt mihi.* Et conculcaui populos in
B furore meo, & inebriaui eos in indignatione
7 mea, & detraxi in terram virtutem eorum.* Mi-
ſerationum Domini recordabor, laudem Do-
mini ſuper omnibus quæ reddidit nobis Do-
minus, & ſuper multitudinem bonorum do-
mui Iſraël, quæ largitus eſt eis ſecundùm in-
dulgentiam ſuam, & ſecundùm multitudinem
8 miſericordiarum ſuarum.* Et dixit: Verumta-
men populus meus eſt, filij non negantes: & fa-
9 ctus eſt eis ſaluator.* In omni tribulatione eo-
rum non eſt tribulatus, & angelus faciei eius
C ſaluauit eos: in dilectione ſua, & in indulgentia
ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit
10 eos cunctis diebus ſæculi.* Ipſi autem ad ira-
cundiam prouocauerunt, & afflixerunt ſpiri-
tum ſancti eius: & conuerſus eſt eis in inimi-
11 cum, & ipſe debellauit eos.* Et recordatus eſt
dierum ſæculi Moyſi, & populi ſui: ʺ Vbi eſt ʺ *Exod. 14. c. 29*
qui eduxit eos de mari cum paſtoribus gregis
ſui? vbi eſt qui poſuit in medio eius ſpiritum ſan-
12 cti ſui?* Qui eduxit ad dexteram Moyſen bra-
chio maieſtatis ſuæ, qui ſcidit aquas ante eos, vt
13 faceret ſibi nomen ſempiternum.* Qui eduxit
eos per abyſſos, quaſi equum in deſerto non im-
14 pingentem.* Quaſi animal in campo deſcen-
dens, ſpiritus Domini ductor eius fuit: ſic ad-
duxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen
15 gloriæ.* ʺ Attende de cælo, & vide de habitacu- ʺ *Deut. 26. d. 15*
D lo ſancto tuo, & gloriæ tuæ: vbi eſt zelus tuus, & *Baruch 2. d. 16*
fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum, &
miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt
16 ſe.* Tu enim pater noſter, & Abraham neſciuit
nos, & Iſraël ignorauit nos: tu Domine pater
noſter, redemptor noſter, à ſæculo nomen
17 tuum.* Quare errare nos feciſti Domine de
vijs tuis: induraſti cor noſtrum ne timeremus
te? conuertere propter ſeruos tuos, tribus here-
18 ditatis tuæ.* Quaſi nihilum poſſederunt popu-
lum ſanctum tuum: hoſtes noſtri conculcaue-
19 runt ſanctificationem tuam.* Facti ſumus quaſi
in principio, cùm non dominareris noſtri, ne-
que inuocaretur nomen tuum ſuper nos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVIS EST ISTE, QVI VENIT DE EDOM. Vox Angelorum. *Edom.* i. Idumæa. Sumitur pro mundo, quo victo Chriſtus aſcendit in cælum. TINCTIS VESTIBVS. Hebr. *ruber veſtibus.* ſ. ſanguine ſuo. DE BOSRA? *Boſra* erat Idumææ caput; ſed hic ſumitur pro Ieruſalem, vbi Chriſtus eſt paſſus. IN STOLA SVA. *Stola* pro natura humana. GRADIENS. i. diſcurrens (per populos) IN MVLTITVDINE VIRTVTIS SVÆ. Omnes ſ. debellans. Reſpondet Chriſtus. EGO QVI LOQVOR IVSTITIAM. id eſt, qui iuſtè eos

debello. ET PROPVGNATOR SVM AD SALVANDVM. Hebr. *magnus*, ſeu *Princeps*, *vt* (meos) *liberem*.

3 TORCVLAR CALCAVI SOLVS, ſ. mortis. ET DE GENTIBVS NON EST VIR MECVM. i. quiſquam, omnes me deſeruerunt. CALCAVI EOS. i. peccata. SANGVIS EORVM. i. peccatis debita ſupplicia ego pertuli.

4 DIES ENIM VLTIONIS IN CORDE MEO. i. Dies quo decreui in corde hoſtes vlciſci. ANNVS REDEMPTIONIS MEÆ VENIT. Sic Chald. & Sept. Pagn. *annus redemptorum meorum venit*. Parum refert. Sed varietatem puncta Hebr. fecerunt. Vbi nunc גאולי *redemptorum meorum*, olim legebatur גאולי *gheuli*. i. *redempti*, ſeu *redemptionis*, aut *retributionis meæ*. *Dies* & *annus* pro tempore. Ergo venit tempus, quo impios vlciſcar, pios redimam.

5 ET NON ERAT AVXILIATOR. Omnes me deſeruere. QVÆSIVI. Sept. *conſideraui*. Hebr. *admiratus ſum*. ſ. quòd nemo mihi præſtò eſſet. ET NON FVIT QVI ADIVVARET. Hebr. *qui fulciret*. ſed perinde eſt. ET SALVAVIT MIHI. pro, me. ET INDIGNATIO MEA. Aliquando deſperatio & furor in periculo victoriam parit.

6 ET INEBRIAVI EOS IN INDIGNATIONE MEA. ſ. hoſtes calice furoris mei. VIRTVTEM EORVM. i. robur detraxi in terram. Sept. *ſanguinem*. Vox *neZah* & *robur* & *ſanguinem* poteſt ſignificare. Sanè v. 3. pro eadé voce *ſanguinem* poſuimus. ſ. *Et aſperſus eſt ſanguis eorum*.

7 MISERATIONVM DOMINI RECORDABOR. Hebr. *miſerationes Domini memorabo*. Prophetæ verba ſunt commemorantis pluribus verbis in modum cantici, quæ Deus beneficia contulit. SVPER OMNIBVS. Hebr. *ſicut ſuper omnibus*. i. laudabo Deum pro hoc beneficio, vt pro alijs quæ nobis contulit. QVÆ LARGITVS EST EIS SECVNDVM INDVLGENTIAM SVAM. Hebr. *ſecundùm miſerationes ſuas*.

8 ET DIXIT. Deus ſ. Hic canticum incipit, ſuperior verſus titulus fuit. VERVMTAMEN. Verè, profectò populus meus hic eſt. FILII NON NEGANTES. Hebr. *filij non mentientur*. i. non ſpurij, qui facilè patres commutant.

9 IN OMNI TRIBVLATIONE EORVM NON EST TRIBVLATVS. Duplex lectio apud Hebr. altera cum negatione, vt eſt in Vulgata; quomodo ſic vertas: *In omni tribulatione eorum non tribulatio*. ſ. eis. Non deſperatunt. In Maſſoreth eſt altera lectio, dempta negatione, & pro לא ſubſtituto לו hoc ſenſu: *In omni afflictione eorum, ei* (ſ. Deo) *afflictio*. ſ. videbatur affligi. In Goth. detrahitur negatio: *In tribulatione eorum eſt tribulatus*. Contrà Sept. & Chald. cum negatione legerunt. ET ANGELVS FACIEI EIVS. i. ab eo miſſus, è numero eorum qui aſtant ei. CVNCTIS DIEBVS SÆCVLI. i. præteritis temporibus ſaluauit eos.

10 SPIRITVM SANCTI EIVS irritauerunt. Hebr. *ſpiritum ſanctitatis eius*. i. Spiritum ſanctum ſuum. DEBELLAVIT EOS Deus Hebr. *bellauit in eos*. ſ. cùm excitauit Gentes, quæ Iſraelitis bellum inferrent.

11 ET RECORDATVS EST. ſ. Iſraelis. QVI EDVXIT. Hebr. *aſcendere fecit eos de mari*. ſ. rubro. CVM PASTORIBVS GREGIS SVI. Fecit eos aſcendere de mari populum & duces. IN MEDIO EIVS. ſ. paſtoris, Moyſis poſuit SPIRITVM SANCTI SVI. pro, Spiritum ſanctum ſuum ſ. ſpiritum Prophetiæ Moyſi tribuit.

12 QVI EDVXIT. Hebr. *deduxit*. AD DEXTERAM MOYSEN. Hebr. *ad dexteram Moyſis*. i. ad virgam, quam dextra gerebat. BRACHIO, ſeu *brachium*. i. poſuit in ea virga fortitudinem maieſtatis ſuæ. VT FACERET. pro, qua re fecit ſibi nomen æternum.

13 QVASI EQVVM IN DESERTO NON IMPINGENTEM. Vbi nulli ſunt lapides, ad quos offendat. Deduxit ergo populum de mari ſine vllo offendiculo.

14 QVASI ANIMAL, aut iumentum. IN CAMPO. Hebr. *per vallem*. DESCENDENS. deſcendit ſ. lentè & pedetétim. SPIRITVS DOMINI DVCTOR EIVS FVIT. Heb. *deduxit illum*, ſ. populú, lété, ſine labore. SIC ADDVXISTI, deduxiſti populú. Vertit ad Deú ſermoné. VT FACERES, quo factú eſt tibi. NOMEN GLORIÆ. ſ. glorioſum.

15 ATTENDE, ſeu *reſpice*. DE CÆLO. ſ. afflictionem quam patimur. VBI EST ZELVS TVVS. i. amor vehemens in nos. MVLTITVDO VISCERVM TVORVM. i. amoris, benignitatis incenſæ. SVPER ME. Sic Chald. Hebr. *ad me*. pro, erga me. CONTINVERVNT SE. Chald. *confortatæ ſunt*. i. induratæ ſunt miſerationes tuæ? Ea eſt vis vocis *hithapeku*.

16 TV ENIM PATER NOSTER. q. d. pater non induratur erga filios. ABRAHAM NESCIVIT NOS. Etſi maiores noſtri obliti fuerint, tu tamen es noſter pater. A SÆCVLO NOMEN TVVM. Hoc ſ. patris & redemptoris nomen ab antiquo habes.

17 ERRARE NOS FECISTI, permiſiſti. CONVERTERE PROPTER SERVOS TVOS, TRIBVS HEREDITATIS TVÆ. i. propter tribus hereditatis tuæ conuertere. Coniunctio *propter* geminari debet ſic Sept.

18 QVASI NIHILVM POSSEDERVNT POPVLVM. ſ. contemplerút, quos captiuos tenebant. Hebr. *ad modicum* (tempus) *poſſederunt populus* ſ. hereditatem, quam dixit, breui tempore tenuerunt Iſraelitæ. HOSTES NOSTRI, illi omnia occuparút, & ſanctuarium conculcarút.

19 FACTI SVMVS QVASI IN PRINCIPIO. Ita nos deſeris, quomodo olim priuſquam nos eligeres in populum tuum. Hebr. longè aliter, *facti ſumus* (tui) *a ſæculo*. *Non es dominatus in eis*. ſ. hoſtibus. *Non inuocatum eſt nomen tuum ſuper illos*. Ergo nobis fauere debes vt tuis, hoſtes auerſari vt alienos &c.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 QVIS, &c. Vox Angelorum. EDOM. ſ. Idumæa. ſ. mundo, vel Iudæa. vel q. d. de ſanguine. i. paſſione. *Edom* enim *rubrum*. TINCTIS. i. ſanguine. BOSRA. Metropolis eſt Idumææ; hic autem accipitur pro Ieruſalem. (*Boſra* enim *munitio*, ſeu *munita*) vel pro *paſſione*. *Boſra* enim etiam *tribulatio*, & *vindemia*, cui Chriſti paſſio aſſimilata paulò inferiùs. STOLA. ſ. humanitate. LOQVOR. i. prædico, doceo.

3 TORCVLAR. ſ. paſſionis. GENTIBVS. ſ. hominibus. VIR. i. quiſquam. q. d. ego ſolus per paſſionem mundum liberaui, vel, ego ſolus hoſtes vici. id enim etiam in Scriptura eſt *calcare torcular*. ſ. hoſtes premere. EOS. ſ. hoſtes, peccata, & dæmones. IN FVRORE. i. valdè iratus. SANGVIS. i. peccata. q. d. paſſus ſum pro mundi peccatis, quæ ſuſcepi delenda.

4 VLTIONIS. ſ. contra peccata. IN CORDE MEO. i. animo meo ſtatutus olim.

5 MIHI. pro, me. vel abundat, & ſubauditur hîc & inf. *eos*, ſ. quos volui eripere; atque ita Chald. & LXX. Vide Pſal 97. INDIGNATIO. i. vlciſcendi ſtudium.

6 CONCVLCAVI. i. vici, & mihi ſubieci. ſ. expulſis erroribus. VIRTVTEM. i. robur. q. d. ſuperaui.

7 LAVDEM. ſ. cantabo, vel recordabor. INDVLGENTIAM. Chald. & LXX. *miſericordiam*. MISERICORDIARVM SVARVM. LXX. *iuſtitia ſua*.

8 VERVMTAMEN. i. vtique. NEGANTES. Chald. *mentientes*. q. d. fidem ſeruantes. EST. ſ. Deus.

9 IN OMNI. LXX. *ex omni*. ſ. iungunt cum ſuperioribus. NON EST TRIBVLATVS? per interrogationem legendú. q. d. nónne ita ſenſit eorum afflictiones, ac ſi propriæ eſſent? At LXX. ita legunt, vt ſenſus ſit, neminem pro ipſis tribulatum. i. paſſum, nec Angelum, aut alium quemquam, niſi Deum, ſaluaſſe eos: ſecundùm quam lectionem repetenda negatio ſic, *& non Angelus*. i. nec Angelus. FACIEI EIVS. i. ab eo miſſus. ſecundùm verò noſtram lectionem, Chriſtus intelligendus Angelus ſ. magni conſilij. PORTAVIT. LXX. *ſuſcepit*. Chald. *tulit*. ELEVAVIT. LXX. *exaltauit*. Chald. *ſuſtinuit*.

10 SANCTI. ſ. Moyſis. vel pro, ſanctitatis. LXX *ſanctum*.

11 RECORDATVS. ſ. Iſrael tandem aliquando. SVI. i. eius. VBI EST. Vox Iſraelis, vel Prophetæ. QVI EDVXIT, &c. LXX. *qui eduxit de terra paſtorem ouium*, quod citatur Hebr. 13. vbi pro *terra*, eſt, *mortuis*; pro *paſtorem*, *paſtorem magnum*. PASTORIBVS. ſ. Moyſe & Aaron. SANCTI SVI. ſ. Moyſis. Chald. *ſanctorum ſuorum*. LXX. *ſanctum*. Vide ſuprà.

In campo, pro, in campum [illegible] ſeu pede- 14
ſtrem.

Attende. ſ. ad afflictionem noſtram, & inopiam 15
Zelus [illegible] amor. Continvervnt [illegible]
tentes opem.

Nescivit pro, neſciet, q. d. non poteſt [illegible] Hie- 16
ron. *non habes pro [illegible], quia a te receſſimus.* Chald. *non*
[illegible] nos de Ægypto. Nomen tvvm. i. celebre.
Lxx. *nomen tuum ſuper nos.*

Fecisti [illegible] Tribvs pro, ob tribus. 17

[illegible] i. [illegible] Sanctificationem 18
i templum.

Neque invocabitvr &c. q. d. nec te agnoſcere- 19
mus, vel non diceremur populus tuus.

CAPVT LXIV.

Petit Propheta vt Deus nomen ſuum & potentiam inimi- cis nota faciat; ſed a quoque non [illegible] ſunt quæ Deum expectantibus præparata eſt, conſpicitur ac luget populi [illegible] iniquitates, [illegible], & exitium, orans pro liberatione.

Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes 1
a facie tua montes defluerent. * Sicut exu- A
ſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, vt no- 2
tum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie
tua gentes turbarentur. * Cum feceris mirabi- 3
lia, non ſuſtinebimus: deſcendiſti, & à facie tua
montes defluxerunt. * A ſæculo non audie- 4
runt, neque auribus perceperunt: oculus non vi- B
dit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectanti-
bus te. * Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam: 5
in vijs tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es,
& peccauimus: in ipſis fuimus ſemper, & ſalua-
bimur. * Et facti ſumus vt immundus omnes 6
nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſti-
tiæ noſtræ: & cecidimus quaſi folium vniuerſi,
& iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt C
nos. * Non eſt qui inuocet nomen tuum; qui 7
conſurgat, & teneat te: abſcondiſti faciem tuam
à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis no-
ſtræ. * Et nunc Domine, pater noſter es tu, nos 8
verò lutum: & fictor noſter tu, & opera ma-
nuum tuarum omnes nos. * Ne iraſcaris Do- 9
mine ſatis, & ne vltrà memineris iniquitatis no-
ſtræ: ecce reſpice, populus tuus omnes nos.
* Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion de- 10
ſerta facta eſt, Ieruſalem deſolata eſt. * Domus D
ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, vbi 11
laudauerunt te patres noſtri, facta eſt in exu-
ſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra
verſa ſunt in ruinas. * Numquid ſuper his con- 12
tinebis te Domine, tacebis, & affliges nos ve-
hementer?

1. Cor. 2. b. 9

[illegible] b. 9

IO. MARIANÆ SCHOLIA

Vtinam dirvmperes caelos. Optat Chriſti ad- 1
uentum, [illegible] vt Deus veniat, & [illegible] tempus.
A facie tva montes deflverent. igne de cœlo [illegible]

Sicvt exvstio ignis tabescerent. Vt tabeſce- 2
rent Hebr. non eſt hoc tantum, *ſicut exuſtio, [illegible]* [illegible] magni ignis, qualis [illegible] omnia li-
quefacit. Aquæ arderent igni. Hebr. *aquæ ebulli-*
rent [illegible] in tuo aduentu. Gentes tvr-
barentvr. Hebr. *tremerent.*

Cvm feceris mirabilia. Locus [illegible] Sic 3
verti: *In faciendo te [illegible] non expectabamus* [illegible]
[illegible] *montes defluxerunt* q. d. cum hoc
[illegible] deſcendiſti in montem Sinai, [illegible]
[illegible]

A saecvlo non avdiervnt. i. nunquam ſunt viſa 4
[illegible] Qvae præ-
parasti. Hebr. [illegible] cum [illegible]

[illegible] 4 [illegible] ſolum [illegible], & a prima [illegible] ad teſtiam. [illegible] Nec [illegible] neque [illegible] quæ Deus facit expectantibus eum. [illegible]

5 Occvrristi laetanti. [illegible] In viis tvis recordabvntvr tvi [illegible], propter tua opera & vias, aut in lege tua facientes eam. Ecce tv iratvs es, et peccavimvs. i. poſtquam peccauimus. *Et*, pro, poſt- quam, aut propterea. In ipsis fvimvs semper. In [illegible] Et salvabimvr, aut, *ſaluati ſu- mus*, futurum pro præterito.

6 Et facti svmvs vt immvndvs. Deus ſuperius dicta [illegible], nos contra polluti ſumus. Pan- nvs menstrvatae. Hebr. *[illegible] veſtis [illegible]*. Abstvlervnt nos. i. [illegible] & [illegible] iniquitates.

7 Qvi consvrgat. Hebr. [illegible] Et allisisti. Hebr. [illegible] In ma- nv iniqvitatis nostrae. In [illegible] i. pro- pter iniquitatem. Vox *manu* redundat.

9 Ne irascaris Domine satis. i. valde. Et ne vltra. Hebr. *& ne in perpetuum* [illegible] i. noſtræ. Respice [illegible]

10 Civitas sancti tvi. Hebr. *ciuitates ſanctitatis tuæ* i. [illegible], & quod [illegible] Facta est deserta. Hebr. *fa- cta ſunt [illegible]* Sion [illegible]

11 Domvs sanctificationis nostrae. Hebr. [illegible] i. ſancta, templum. Versa svnt in rvinas. Hebr. *facta ſunt in* [illegible]

12 Continebis. [illegible], ne [illegible] Chald. [illegible] Hebr. [illegible] Chald. [illegible] idem verbum [illegible] Ta- cebis [illegible] preces noſtras.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Deflverent. i. [illegible], ſeu deſtruerentur.
2 Exvstio ignis. i. vt [illegible] combuſta. [illegible] descenderent. i. diſſoluerentur. A facie. pro, & a facie. Tvrbarentvr. i. præ timore. Not. per hæc ſignificari deſiderium ingens Prophetæ, vt Deus oſtendat poten- tiam ſuam ſaluando genus humanum, deiecta diaboli poteſtate.
3 Feceris prodigia. ſ. olim in Sinai. Svstinebi- mvs. i. ferre poterimus, ſed diximus. [illegible] [illegible] Et quid ſi [illegible] Sinai. [illegible] Descendisti [illegible]
4 Absqve te. i. præter te.
5 Occvrristi. pro, occurres. Laetanti, et fa- cienti. [illegible] facienti. Vias i. mandata. Et peccavimvs. pro, quia peccauimus. [illegible] Et salvabimvr. pro, ſed ſaluabimur [illegible] ſecundum [illegible] tuam.
6 Omnis. loquitur in perſona malorum, ſecundum Hieron. Abstvlervnt. i. à via recta [illegible] In manv. i. cauſa.
7 Teneat. i. placet.
9 Satis. Chald. [illegible] ſupra modum. Lxx. [illegible]. Lxx. & nunc.
10 Sancti. pro, ſanctuarij, vel ſanctitatis.
11 Sanctificationis nostrae. Chald. [illegible] noſtræ.
12 Continebis. ſ. ne [illegible] opem feras, vel hoſtes [illegible]

CAPVT LXV.

Gentium conuerſio [illegible] Iudæorum propter [illegible] & ad idolatriam [illegible] [illegible] legem [illegible] ex [illegible] Dei [illegible] proſpera [illegible] Dei [illegible] benignitate [illegible] Propheta.

A Qvæſierunt me qui antè non interroga- 1 Rom. 10. d. 20
bant, inuenerunt qui non quæſierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego ad Gentem, quæ non [illegible]

Digitized by Google

inuocabat nomen meum. * Expandi manus 2
meas tota die ad populum incredulum,qui gra-
ditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.
*Populus qui ad iracundiam prouocat me an- 3
te faciem meam ſemper : qui immolant in hor-
tis,& ſacrificant ſuper lateres: * qui habitant in 4
ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt:
qui comedunt carnem ſuillam, & ius profanum
in vaſis eorum. * Qui dicunt,Recede à me,non 5
appropinques mihi, quia immundus es: iſti fu-
mus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.
*Ecce ſcriptum eſt coram me: non tacebo, ſed 6
reddam & retribuam in ſinum eorum * iniqui- 7
tates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum
ſimul, dicit Dominus,qui ſacrificauerunt ſuper
montes,& ſuper colles exprobrauerunt mihi,&
remetiar opus eorum primum in ſinu eorum. B
* Hæc dicit Dominus: Quomodo ſi inueniatur 8
granum in botro, & dicatur: Ne diſſipes illud,
quoniam benedictio eſt: ſic faciã propter ſeruos
meos,vt non diſperdam totũ.*Et educam de Ia- 9
cob ſemen, & de Iuda poſſidentem montes
meos: & hereditabunt eam electi mei, & ſerui
mei habitabunt ibi.*Et erunt campeſtria in cau- 10
las gregum, & vallis Achor in cubile armento-
rum, populo meo qui requiſierunt me.* Et vos, 11
qui dereliquiſtis Dominum, qui obliti eſtis
montem ſanctum meum, qui ponitis Fortunæ
menſam,& libatis ſuper eam. * Numerabo vos 12
in gladio, & omnes in cæde corruetis : [u] pro eo
quòd vocaui, & non reſpõdiſtis:locutus ſum,&
non audiſtis:& faciebatis malũ in oculis meis,&
quæ nolui elegiſtis.* Propter hoc hæc dicit Do- 13
minus Deus: Ecce ſerui mei comedent, & vos
eſurietis: Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis:
* Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confunde- 14
mini: Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatio- C
ne cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis,
& præ contritione ſpiritus vlulabitis. *Et dimit- 15
tetis nomen veſtrum in iùramentum electis
meis: & interficiet te Dominus Deus, & ſeruos
ſuos vocabit nomine alio. * In quo qui benedi- 16
ctus eſt ſuper terram,benedicetur in Deo amen:
& qui iurat in terra, iurabit in Deo amen:
quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores,
& quia abſconditæ ſunt ab oculis meis. * [x] Ec- 17
ce enim ego creo cælos nouos, & terram no-
uam, & non erunt in memoria priora, & non
aſcendent ſuper cor. * Sed gaudebitis & exul- 18
tabitis vſque in ſempiternum, in his quæ ego
creo: quia ecce ego creo Ieruſalem exultatio-
tionem, & populum eius gaudium. * Et exulta- 19
bo in Ieruſalem, & gaudebo in populo meo: & D
non audietur in eo vltrà vox fletus & vox cla-
moris. * Non erit ibi ampliùs infans dierum, & 20
ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniam puer
centum annorum morietur, & peccator cen-
tum annorum maledictus erit. * Et ædificabunt 21
domos, & habitabunt:& plantabunt vineas, &
comedent fructus earum. * Non ædificabunt, 22
& alius habitabit: non plantabunt, & alius
comedet:ſecundùm enim dies ligni, erunt dies
populi mei,& opera manuum eorum inuetera-
bunt: * electi mei non laborabunt fruſtra,neque 23
generabunt in conturbatione: quia ſemen be-
nedictorum Domini eſt,& nepotes eorum cum
24 eis. * [y] Eritque antequam clament, ego exau-
diam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.
25 * [z] Lupus & agnus paſcentur ſimul, leo & bos
comedent paleas: & ſerpenti puluis panis eius:
non nocebunt, neque occident in omni monte
ſancto meo, dicit Dominus.

[u] Prou. 1. c. 24. Ier. 7. c. 13. Inf. 66. b. 4

[x] Inf. 66. g. 22. Apoc. 21. a. 1

[y] Pſal. 31. b. 5

[z] Sup. 11. a. 6

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVÆSIERVNT ME De vocatione Gentium agit. QVI ANTE NON INTERROGABANT. i. conſulebant. Vox *ante* Hebr. non eſt, ſed ſuppletur. Supplet Chald. QVI NON QVÆSIERVNT ME. ſupple, ante. Non ſolebant me quærere. ECCE EGO. i. præſto ſum, vos exaudiam, vobis reſponſa dabo.

2 EXPANDI MANVS MEAS, vt amplecterer, acciperem. q.d. non miror, ſi alias gentes admitto, quando meus populus me repudiat. AD POPVLVM INCREDVLVM. Hebr *rebellem*, contumacem, declinantem. QVI GRADITVR IN VIA NON BONA POST COGITATIONES SVAS. ſupple, nempe poſt cogitationes. i. libita.

3 ANTE FACIEM MEAM. i. in oculis meis, me vidente. SACRIFICANT. Hebr. *adolent*, thurificant. SVPER LATERES. ſ. dum coquuntur lateres, vt benè res vertat, & lateres benè coquantur thus adolent idolis. Aut *ſacrificant ſuper lateres*. i. ſuper altaria è lateribus.

4 QVI HABITANT IN SEPVLCHRIS. Sedent, manent in ſepulchris, vt mortuos conſulant, ab ijs reſponſa quærant. ET IN DELVBRIS IDOLORVM, ſiue *in deſertis pernoctant*. Sic Pagn. vt videant ſ. ſtellas, & ex ijs coniectant futura. Sept *in ſpecubus dormiunt propter ſomnia.* ET IVS PROFANVM. ſupple, eſt in vaſis eorum. ſ. ex ſuilla. Qui dicunt:

5 RECEDE A ME. Hebr. *accede ad te*. i. à me recede, vt Hieronymus dixit. QVIA IMMVNDVS ES. Alij, *ſanctior te ſum*. Hebr. *ſanctus ſum te*. i. præ te, nempe qui ſuperbiunt. Et quidem verbum קדש *kadas* ambiguum eſt: & *ſanctum eſſe* ſignificat, & *immundum eſſe*. Priorem ſignificationem ſecuti ſunt alij: Hieronymus poſteriorem, nec incongruè. Ergo Hebr. *ſanctificaui te* perinde erit, atque *immundum te eſſe iudico, noſtro colloquio indignum.* ISTI FVMVS ERVNT. Qui eiuſmodi ſunt, eos puniam; vt ligna ſubiecto igne in fumum abeunt, ſic iſti nihil erunt. IN FVRORE MEO, qui vt ignis ſemper ardet, & conſumet eos.

6 ECCE SCRIPTVM EST. ſ. peccatum hoc. Non delebitur à memoria, vt ea quæ ſcribuntur. NON TACEBO. pro non diſſimulabo, aut non quieſcam, donec vlciſcar eorum peccata.

7 OPVS EORVM PRIMVM. i. antiquum & patrum, puniam. Nimirum maiorum peccata poſteros luere conſtituit. IN SINV EORVM. ſ. filiorum ponam.

8 QVOMODO SI INVENIATVR GRANVM IN BOTRO. Sept. *acinus*. Hebr. *muſtum in racemo*. NE DISSIPES ILLVD. Hebr. *ne corrumpas illum racemum*. ſ. calcando illum. QVONIAM BENEDICTIO EST. Hebr. *benedictio in eo*, id eſt, pulcher eſt. q.d. vt in vindemia quibuſdam racemis parcunt, ſic ego faciam. NON DISPERDAM TOTVM. Hebr. *non corrumpam omnes*. Aliquos mihi ſeruabo.

9 ET EDVCAM DE IACOB SEMEN. i. aliquos è poſteris. MONTES MEOS. ſ. montem Sion, vbi arx erat, & montem Moria, vbi templum, erunt qui poſſideant. HEREDITABVNT EAM. ſ. vrbem Ieruſalem.

10 ET ERVNT CAMPESTRIA. Sept. *ſilua*. Pagn. *planities*. Hebr. *erit Saron in caulam gregum*. Chald. *erit Saronitis manſio*. Itaque *Saron*, quod eſt in Hebr. ſumit pro monte eius nominis, vbi læta paſcua erant. ET VALLIS ACHOR. In valle herbæ luxuriant, armentis paſcua magis commoda. Iis in locis erunt caulæ & armenta, iis quos ſeruare vult.

11 QVI PONITIS FORTVNÆ MENSAM. Pagn. *militiæ cæli*. Et per *menſam* aut altare intelligit, aut conuiuia, quæ in honorem idolorum inſtruebant. In Luciano Hecates ſeu Lunæ cœna celebratur 1. Dialogo Mortuorũ. Apud alios menſa Solis famoſiſſima, vt Hieron.

ad

ad Paulinum ait, & Pomponius Mela lib. 3 .c.10. plura.cùm Spartianus Seuerum Imp.ad eum locum profectum ait rei fama permotum. ET LIBATIS SVPER EAM. Hebr. *& impletis Planetis libamen. Implere* eſt offerre ſeu ſacrificare.

12 NVMERABO VOS IN GLADIO. i. numeratos vos cædi tradam, vnus è vobis non effugiet.

14 CONFVNDEMINI, erubeſcetis. LAVDABVNT PRÆ EXVLTATIONE CORDIS. Hebr. *iubilabunt ſerui mei præ bonitate.* i.iucunditate cordis, quòd vos punierim.

15 IN IVRAMENTVM ELECTIS MEIS erit veſtrum nomen. Sic Chald. Sept. *in ſaturitatem.* Nimirum ש *Sin*, in voce *ſebuhah*, legerunt cum puncto *Smol.* Hebr. Schol. *in execrationem.* Sed eſt iuramentum execratiuum. quo hæ interpretationes in ſpeciem pugnantes conciliantur. Ergo erit nomen veſtrum in execrationem. Dicent enim: Sic faciat tibi Deus, vt illis fecit. Ierem. cap. 29. verſ. 22. magis declaratur hic modus execrationis, quando Achab & Sedeciam pſeudoprophetas fore execrationi denútiat. ET INTERFICIET TE. Hæc ſunt execrationis verba: Dicent. ſ. electi, interficiat te Dominus, ſicut ſ. interfecit eos homines impios. ET SERVOS SVOS VOCABIT NOMINE ALIO. ſ. nomen eorum non erit in execrationem, ſed in benedictionem.

16 IN QVO QVI BENEDICTVS EST SVPER TERRAM. *In quo.* ſ. nomine ſeruorum Dei benedicetur, qui in mundo benedictus fuerit. Hebraica ſic verto: *Quo.* pro, in quo, *ſe benedicens in terra ſe benedicet.* IN DEO AMEN. i. in Deo veritatis. Sept. *in Deo vero.* Chald. *in Deo viuo.* Vnde id? Vt ſenſus conſtet, ſuppleri debet coniunctio *&*, ſic: Se benedicet, & in Deo vero. Itaque in nomine ſeruorum Dei, & in Dei nomine ſe benedicet. IVRABIT IN DEO AMEN. Suppleo, qui iurauerit, iurabit in nomine iuſtorum, & in Deo vero. QVIA OBLIVIONI TRADITÆ SVNT ANGVSTIÆ PRIORES. Non eſt mirum, ſi meorum nomen ſic exalto: antiquam ſeueritatem benignitate mutaui; malorum, quæ intuli, non recordor. AB OCVLIS MEIS. ſic Hebr. non *noſtris*, abſconditæ ſunt anguſtiæ priores.

17 CREO CÆLOS NOVOS. i. noua rerum omnium facies erit. Lætis cuncta videntur pulchriora. PRIORA. i. antiqua, neque peccata, neque ſupplicia recordabor.

18 SED GAVDEBITIS ET EXVLTABITIS. Hebr. *quinimò gaudete & exultate.* pro *gaudebitis & exultabitis.* Imperatiuus pro futuro. IN HIS QVÆ EGO CREO. .i. propter ea quæ ego facio. Mea indulgentia erit gaudij materia. CREO IERVSALEM EXVLTATIONEM. id eſt, in Ieruſalem pono exultationem, & in populo eius gaudium. Faciam vt gaudeat.

19 ET EXVLTABO IN IERVSALEM. Ego quoque cum ceteris me lætum oſtendam. IN EO. ſ. populo. Hebr. *in ea.* ſ. Ieruſalem.

20 INFANS DIERVM. i. teneræ ætatis, non erit. QVI NON IMPLEAT DIES SVOS. Pueri & ſenes ad longæuam ætatem peruenient. ET PECCATOR CENTVM ANNORVM. Senex, qui abuſus ætate longæua peccarit infamis erit & maledictus.

22 SECVNDVM ENIM DIES LIGNI. i. arboris viuacis. ERVNT DIES POPVLI MEI. Vt ſciat quod fore Deus pollicetur, ſe non ædificaturum domum quam alius habitet, & plantaturum vineam quam alius vindemiet, vt contingit ijs, qui citò moriuntur. ET OPERA MANVVM EORVM. id, eſt quouſque vetera ſint opera, manebunt penes illos.

23 ELECTI MEI. Hebr. Sept. & Chald. iungunt cum præcedenti verbo. Sic Gouth. ſed legunt, *electis meis*, .i. cum electis meis. quæ lectio commodior eſt. *Opera ſua inueterabunt electis meis.* ſic Hieronymus in Comment. NON LABORABVNT FRVSTRA. Hebr. *in vanum.* NEQVE GENERABVNT IN CONTVRBATIONE, aut *in timore.* i. quos fore aliorum ſeruos, aut breui morituros filios timeant. ET NEPOTES EORVM CVM EIS. Hebr. *germina.* Sed per *germina, nepotes*, poſteros, & filios poſſumus intelligere. Itaque poſteri erunt cum eis, & ſoſpites eos habebunt, nullus caſus auferet.

25 LVPVS ET AGNVS. Repetit quæ dixerat cap. 11. verſ. 7. Quod referendum eſt ad pacem, qua viuent in Eccleſia gentes varij moribus & ingenio. Quòd ſi pax erit, nulla timoris & calamitatis occaſio electis manebit. LEO ET BOS COMEDENT PALEAS. i. leo vt bos comedet, & eo cibo ſatiatus non nocebit. ET SERPENTI PVLVIS PANIS EIVS. i. cibus eius. Puluere paſtus non mordebit, neque nocebit, non captabit prædam. NON NOCEBVNT. ſ. hæ feræ, quas dixit; nulli nocebunt in Eccleſia. Is eſt mons ſanctus Dei, quem ſic vocat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 QVÆSIERVNT. ſ. gentiles. INTERROGABANT. i. conſulebant. Lxx. totum locum ſic verterunt: *Apparui non quærentibus me, inuentus ſum à non interrogantibus me.* quod Rom. 10. citatur paulò aliter. EGO. ſ. adſum. Vox Chriſti.

2 POPVLVM. ſ. Iudaicum. INCREDVLVM, &c. Lxx. *non credentem, & contradicentem.* COGITATIONES SVAS. Lxx. *peccata ſua.*

3 LATERES. .i. altaria ex lateribus.

4 SEPVLCHRIS. ſ. vt à mortuis in ſomnis reſponſa accipiant. PROFANVM. i. carnium vetitarum.

5 DICVNT. ſ. alijs. IMMVNDVS ES. Chald. *purior te ſum.* Lxx. *mundus ſum.* IGNIS, &c. Chald. *vltio eorum erit in gehenna, vbi ignis*, &c.

6 SCRIPTVM. pro, velut ſcriptum. q.d. apertum, vel ſtatutum. TACEBO. i. diſſimulabo.

7 EXPROBRAVERVNT MIHI. i. me probro ſeu contumelia affecerunt. REMETIAR. Lxx. *reddam.* PRIMVM. i. priſtinum. IN SINV EORVM. Chald. *eis vltionem peccatorum ipſorum, & tradam morti ſecundæ corpora eorum.*

8 BENEDICTIO. pro, benedictum.

9 SEMEN. i. filios ſpirituales. MONTES. ſ. Ieruſalem, per quam Eccleſia intelligitur.

10 CAMPESTRIA, &c. q.d. dabo illis loca ampla & commoda.

11 FORTVNÆ. Chald. *idolis.* Lxx. *dæmoni.*

12 NVMERABO. i. numeratos tradam. ſ. nullo relicto. Lxx. *tradam.*

15 IN IVRAMENTVM. i. execrationem. ſ. dicent cùm iurabunt: Mihi contingat (niſi verum dico) quod Iudæis. Lxx. *in ſatietatem.* ſ. tædebit vos nominare. INTERFICIET. Chald. *interficiet morte ſecunda.* ALIO. ſ. Chriſtianos.

16 IN QVO. ſ. nomine, vel tempore. AMEN. Chald. *viuo.* Lxx. *vero.* MEIS. ſ. poterit quiſque eorum dicere.

17 SVPER COR. i. in cogitationem.

18 IERVSALEM. pro, ſuper Ieruſalem. POPVLVM. pro, ſuper populum.

19 IERVSALEM. ſ. cæleſti.

20 DIERVM. i. ætate. q.d. omnes erunt in cælo adulta & perfecta ætate. PVER CENTVM, &c. i. natus centum annos, ſi peccator ſit, morietur tandem, & erit maledictus. id autem dicit ad oſtendendam differentiam electorum & reproborum.

21 ÆDIFICABVNT. ſ. in hac vita. Intellige verò per hæc corporalia, res ſpirituales.

22 LIGNI. Chald. & Lxx. *ligni vitæ.* q. d. erunt diuturni, ſeu perpetui, aut felices. INVETERABVNT. i. diu durabunt.

23 IN CONTVRBATIONE. Chald. *ad mortem.* Lxx. *in maledictionem.*

25 LVPVS, &c. Significatur, homines alioqui contrarios moribus concordes futuros in Eccleſia, ijſdemque cibis ſpiritualibus & ritibus vſuros. SERPENTI. i. diabolo. PVLVIS. i. peccatores, ſeu reprobi.

CAPVT LXVI.

Dominus cæli & terræ non templum reſpicit, quod Iudæi pro loco quietis illi ædificare volebant, ſed ſpiritum humiliatum: reijciuntur veteris legis ſacrificia: Iudæorum aduerſus Chriſtum ipſiusque diſcipulos pervicacia puniendæ oſtenditur: de Chriſti natiuitate & Eccleſiæ fecunditate; cui vt omnes collætentur exhortatur, oſtendens beneficia quæ a Domino recipiet, & quale futurum ſit malorum iudicium, & quomodo per diſcipulorum Chriſti prædicationem Gentes conuertentur: de finali quoque retributione malorum & bonorum.

Act.7. f.49 HÆc dicit Dominus: Cælum ſedes mea, 1
terra autem ſcabellum pedum meorum: A
quæ eſt iſta Domus, quam ædificabitis mihi?
& quis eſt iſte locus quietis meæ? * Omnia hæc 2
manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus. ad quem autem reſpiciam, niſi ad
pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? * Qui immolat bouem, 3
quaſi qui interficiat virum: qui mactat pecus,
quaſi qui excerebret canem: qui offert oblatio- B
nem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui
recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo.
Hæc omnia elegerunt in vijs ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt. * Vn- 4
de & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: " quia vocaui, & non erat
qui reſponderet: locutus ſum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, &
quæ nolui elegerunt. * Audite verbum Domini, 5
qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres
veſtri odientes vos, & abijcientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra: ipſi autem confundentur.
* Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox 6
Domini reddentis retributionem inimicis ſuis. C
* Antequam parturiret, peperit: antequam veni- 7
ret partus eius, peperit maſculum. * Quis audi- 8
uit vmquam tale? & quis vidit huic ſimile?
numquid parturiet terra in die vna? aut parietur
gens ſimul, quia parturiuit & peperit Sion filios
ſuos? * Numquid ego, qui alios parere facio, ip- 9
ſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego, qui generationem ceteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus? * Lætamini cum Ieruſalem, & 10
exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete
cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam,
* vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolatio- 11
nis eius: vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab om- D
nimoda gloria eius. * Quia hæc dicit Dominus: 12
Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium
pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam
Gentium, quam ſugetis: ad vbera portabimini,
& ſuper genua blandientur vobis. * Quomodo 13
ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos,
& in Ieruſalem conſolabimini. * Videbitis, & 14
gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba
germinabunt: & cognoſcetur manus Domini
ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. * Quia 15
ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo E
quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem
ſuum, & increpationẽ ſuam in flãma ignis: * quia 16
in igne Dominus diiudicabit, & in gladio ſuo ad
omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti

Prou.1. c.24 Ier.7. c.13 Sup.65. b.12

17 à Domino, * qui ſanctificabantur, & mundos ſe
putabant in hortis poſt ianuam intrinſecus, qui
comedebant carnem ſuillam, & abominationẽ,
& murem: ſimul conſumentur, dicit Dominus.
18 * Ego autem opera eorum, & cogitationes eorũ,
F venio vt congregem cum omnibus gentibus &
linguis: & venient & videbunt gloriam meam.
19 * Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui
ſaluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam,
& Lydiam tendentes ſagittam; in Italiam &
Græciam, ad inſulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam.
20 Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus, * &
adducent omnes fratres veſtros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad
montem ſanctum meum Ieruſalem, dicit Do-
G minus, quomodo ſi inferant filij Iſraël munus
21 in vaſe mundo in domum Domini. * Et aſſumam ex eis in ſacerdotes, & leuitas, dicit Do-
22 minus: * " Quia ſicut cæli noui, & terra noua, Apoc.21. a.1
quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus:
23 ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. * Et
erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato:
veniet omnis caro vt adoret coram facie mea,
24 dicit Dominus. * Et egredientur, & videbunt
cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me:
" vermis eorum non morietur, & ignis eorum Mar.9. f.44
non extinguetur: & erunt vſque ad ſatietatem
viſionis omni carni.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CÆLVM SEDES MEA. Inuehitur Propheta in ſui temporis mores, ac Iudæos abducere conatur à cęrimonijs Legis & templo. QVÆ EST ISTA DOMVS. Hebr. *vbi iſta domus: & vbi iſte locus?* Meæ maieſtati vbi inuenietur locus idoneus?

2 OMNIA HÆC. i. cælum & terram ego feci. ET FACTA SVNT. ſ. verbo meo. neque tamen ea rerum magnificentia oblector. AD QVEM AVTEM RESPICIAM, NISI AD PAVPERCVLVM. Sept. *Super quem reſpiciam, niſi ſuper humilem?* Hieronymus *pauperculum* pro *humili* poſuit. Sententia eadem eſt. ſ. Magis oblector humilibus quàm alijs. ET CONTRITVM SPIRITV. Sept. *& quietum.* ϰ̀ ἡσύχιον. Sic Caſſianus lib. 12. Inſtit. c. 31. totum hunc locum citat: *Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem verba mea?* Quæ verba ex editione Vulgata antiqua citat Gregorius 5. Moral cap. 31. & ex illa manſere in vſu communi. de qua re plura in noſtra Diſputat. pro Editione Vulgata, cap. 18.

3 QVI IMMOLAT BOVEM, ſ. cùm ſit iniquus. QVASI QVI EXCEREBRET, ſeu *decerniceт*, CANEM, immundum animal, ſacrificio ineptũ. QVI RECORDATVR THVRIS. i. qui offert thus. Verbum זכר *zachar*, & *recordari* & *offerre* ſignificat. QVASI QVI BENEDICAT IDOLO און *auen*, & *idolum* ſignificare poteſt, & *iniquitatem*, ſeu *rapinam*, quod ſequitur Chald. Ergo *quaſi qui benedicat.* i. offerat munus ex rapina. HÆC OMNIA ELIGERVNT. His oblationibus me placare voluerunt, cùm eſſent contaminati peccatis, & anima eorum oblectaretur abominationibus.

4 ELIGAM ILLVSIONES EORVM. i. conſiderabo attentè eorũ peccata, vt ex eis ſumam pœnas. ET QVÆ TIMEBANT. ſ. gladium famem, peſtem adducam eis. ET QVÆ NOLVI ELEGERVNT. id eſt, quæ mihi grata non erant, ſed potiùs ea auerſabar.

5 FRATRES VESTRI. Hoſtes vocat *fratres*, & fortè ironicè dicitur. ET ABIICIENTES. i. qui expellunt vos, ducunt in captiuitatem. PROPTER NOMEN MEVM: quia me colitis. GLORIFICETVR DOMINVS. ſ. vo

libe-

liberando. ET VIDEBIMVS IN LÆTITIA VESTRA. pro, videamus lętitiam veſtram ob datam ſ. libertatem. Hactenus hoſtium verba. IPSI AVTEM CONFVNDENTVR. Supple, videbunt ipſi hoſtes & pudeſcent, cùm id acciderit præter eorum opinionem.

6 VOX POPVLI. Chald. *vox ſonitus*. Sept. *vox clamoris*. Hieronymus in Comment. *vox fremitus*: atque ita eſt Hebr. Ergo vox populi tumultuantis. DE CIVITATE, ſ. Ieruſalem. Sed quorſum hæ voces? Hebr. Schol. refert ad tempus Meſſiæ cùm populus egredietur in bellum contra Gog & Magog. Nugæ. Hieronymus ad obſidionem ſub Tito, cum populus trifariàm diuiſus tumultuabatur. Ego ad liberationem è captiuitate refero. Dixerant hoſtes, velle ſe eam liberationem videre. Nunc quaſi id contigiſſet, ait, voces auditas in vrbe & in templo, quaſi lætantium ob datam libertatem. VOX DOMINI REDDENTIS. i. Babylonios, qui Iudæos opprimebant, vindicantis. Addit, id gaudium fore repentè, & præter ſpem.

7 ANTEQVAM PARTVRIRET. Repentè veniet ea liberatio, quam partui mulieris comparat, qui repentè venit. PARTVS EIVS. Hebr. *dolor eius*. PEPERIT MASCVLVM. Maſculi ortu lætantur parentes. Sic eam lætitiam, maſculi exortui comparat.

8 NVMQVID PARTVRIET TERRA IN DIE VNA. i. fructus num repentè profert. Sic Sept. Hebr. *numquid parta eſt*. i. condita, *terra in die vna*. i. numquid repentè terra & orbis facta ſunt, vt hæc liberatio? Sententia Vulgatæ eadem. GENS SIMVL. i. vna natio hominum num repentè fit? q.d. minimè. Multo tempore è parentibus & poſteris exurgit natio quæque. Quomodo ergo repentè Sion peperit, acquiſiuit filios ſuos?

9 QVI ALIOS PARERE FACIO. Hebr. *ego frangens*, ſ. vuluam, quod fit in partu. Ergo ſi facio, vt mulier pariat, ego pariam data libertate. STERILIS ERO. Hebr. *claudar*. ſ. vt non poſſim parere.

10 QVI LVGETIS, ob eius afflictiones lugere ſolebatis. SVPER EAM. vel, propter eam nunc lætamini.

11 ET REPLEAMINI, ſatiemini. AB OMNIMODA GLORIA EIVS. Hebr. *ab ſplendore gloriæ eius*. Ea ſit cauſa ſatietatis & lætitiæ.

12 QVASI FLVVIVM PACIS. Hebr. *ſicut flumium pacem*. ſ. dabo. Per *pacem* intellige omnia bona. GLORIAM GENTIVM, diuitias, ornamenta. QVAM SVGETIS. Hebr. *& ſugetis*. i. participabitis, ea Gentium gloria. AD VBERA PORTABIMINI. Sic Chald. Hebr. *ſuper latus portabimini*. Sept. *paruuli eorum in humeris portabuntur*. BLANDIENTVR VOBIS. Hebr. *ſuper genua oblectabimini* Sic ſolent infantes imponere genibus, & cum eis ludere.

14 ET OSSA VESTRA QVASI HERBA GERMINABVNT, nempe gaudium & lætitiam. MANVS DOMINI. i. potentia, auxilium. SERVIS EIVS. Hebr. *cum ſeruis ſuis*.

16 ET MVLTIPLICABVNTVR INTERFECTI A DOMINO. Hebr. *interfecti Domini*. Qui ſunt hi interfecti? Per *interfectos* videtur intelligere damnatos, propter ea quæ inferiùs dicuntur.

17 QVI SANCTIFICABANTVR. Hebr. *qui ſe ſanctificant, & purificant*. IN HORTIS POST IANVAM INTRINSECVS. Hebr. *in hortis poſt vnam in medio*. Hebr. Schol. dicit eam *vnam*, eſſe piſcinam, quæ in medio horto erat, vt ſe ea aqua lotı ſe purificarent. Sept. *purificati in hortis & liminibus*. i. *in ianua*, vt noſter dixit. ET ABOMINATIONEM comedebant. i. cibos vetitos. ET MVREM. Per *murem* intelligit omnia immunda & fœda animalia. Hi ſunt, in quos Deus debebat deſæuire. Hi ſunt interfecti Domini.

18 EGO AVTEM OPERA EORVM. ſ. noui, nihil me latet, opera etiam in occulto facta; mentis cogitationes exploratas habeo. VENIO. Hebr. *venit* ſ. tempus: iam eſt maturum. VT CONGREGEM CVM OMNIBVS GENTIBVS. Hebr. *vt congregem omnes gentes*. ſ. in Eccleſiam. ET VENIENT ET VIDEBVNT GLORIAM MEAM ex gẽtes.

19 ET PONAM IN EIS SIGNVM. i. characterem inuram quibuſdam ex eis, ſ. pijs, ne interficiantur in ea rerum permixtione. EX EIS QVI SALVATI FVERINT i. mittam eos, qui euaſerint. IN MARE n ittam. *Tharſis*, Hebr. quæ hoc loco Carthago eſt, aut Tunetum. IN AFRICAM. Hebr. *Pul*. Sept. *Phud* legunt, quæ proculdubiò eſt *Phut*. Geneſ. 10. v. 6. i. Occidua Mauritania, vbi vrbs Phutenſis, hodie *Fez*. Hieronymus putauit ea voce ſignificari totam Africam à Libya vſque ad Mauritaniam, vbi eſt fluuius eo nomine. ET LYDIAM. in Aſia eſt, cuius colonia ſunt Hetruſci. TENDENTES SAGITTAM. Sic Hieronymus in Commentar. non *tenentes*, vt plerique codices male habent. Hebr. *tendentes arcum*. IN ITALIAM, ET GRÆCIAM. Hebr. *Tubal* & *Iauan*. Sed pro *Tubal*, *Hiſpania* fortè meliùs poneretur, quoniam eam *Tubal* condidit. Ij ſignati & miſſi in prouincias, ſunt Apoſtoli, quos in omnes gentes mittet Deus.

20 ET ADDVCENT OMNES FRATRES VESTROS. Iudæos diſperſos inter Gentes adducent in Eccleſiam. QVOMODO SI INFERANT. i. tam gratus mihi erit eorum aduentus, quàm munus quodcumque oblatum in vaſe mundo.

22 QVIA SICVT CÆLI NOVI. *Cælos nouos*, & *nouam terram* ad iudicij diem refert Petrus 2. Epiſt c. 3. v. 13. Erunt autem noui non ſecundùm ſubſtantiam, ſed propter nouam formam; quæ forma perpetuò ſtabit, non mutabitur Sic SEMEN VESTRVM. i. poſteri perpetuò ſtabunt, non deficiet Eccleſia. Nomen quoque veſtrum perpetuum erit. Semper erunt, & vocabuntur fideles.

23 ET ERIT MENSIS EX MENSE. Hebr. *& erit de menſe in menſem, & de ſabbato in ſabbatum eius*. i. omni tempore ſine intermiſſione. VENIET OMNIS CARO, VT ADORET. Hoc in Eccleſia eſt factum, ad quam omnes Gentes venere, & complebitur magis in futura vita, in patria.

24 CADAVERA VIRORVM, QVI PRÆVARICATI SVNT IN ME. Damnatos intelligo per *cadauera*. VERMIS EORVM. i. conſcientiæ morſus, aut quoniam in cadaueribus ſunt vermes, damnatorum cruciatus vermes vocauit. ET IGNIS EORVM. Verus ignis in inferno erit. ET ERVNT VSQVE AD SATIETATEM VISIONIS. Satiabitur omnis caro eo ſpectaculo. Hebr. *& erunt in opprobrium, ſeu nauſeam omni carni*. Omnes qui viderint, abominabuntur ea cadauera, propter tetrum odorem & ſaniem qua diffluent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SEDES. pro, velut ſedes. SCABELLVM. pro, velut ſcabellum. ſ. habitat Deus in iuſtis, conculcat impios. ÆDIFICABITIS. pro, ædificaſtis.

2 FACTA, i. opera, ſ. mea. PAVPERCVLVM, ET CONTRITVM SPIRITV. Lxx. *humilem & quietum*. TREMENTEM SERMONES MEOS. Chald. *mutantem ſe propter ſermonem meum*.

3 QVI IMMOLAT. ſ. in peccato. Lxx. *iniquus immolans*. THVRIS. ſ. vt offerat, vel q.d. qui in mei memoriam ſeu accepti beneficij, thus offert. QVI BENEDICAT IDOLO. Lxx. *blaſphemus*. OMNIA. ſ. mihi ingrata.

4 ILLVSIONES. i. peccata. ſ. quæ puniam. Chald. *interitum*.

5 GLORIFICETVR, &c. Ironia. q d. glorificetur ſanè Dominus, & appareat beneficentia eius in vos. IPSI. ſ. inimici veſtri.

6 POPVLI. ſ. timentis, & tumultuantis adueniente calamitate, cùm Deus puniet.

7 PARTVRIRET. ſ. Eccleſia, vel Maria. q.d. ante ſigna partus, derepentè pariet filium. PARTVS. Lxx. *dolor partus*. PEPERIT MASCVLVM. ſ. Chriſtum. Chald. *reuelabitur rex eius*.

8 PARTVRIET. i. pariet. ſ. omnes fructus, aut requirentes diuerſa tempora. SION. i. Eccleſia. ſ. eodem die plurimos.

9 PARIAM. ſ. per Eccleſiam.

10 LÆTAMINI CVM. Lxx. *lætare*.

12 DECLINABO. i. deriuabo. AD VBERA, &c. q d nutriemi-

triemini à diuitibus, & principibus, vt ſolent paruuli à
matribus.
IERVSALEM. i. Eccleſia militante, vel triumphante. 13
GERMINABVNT. i. reuiuiſcent. ſ. in reſurrectione. 14
VENIET. ſ. die iudicij QVADRIGÆ. i. Angeli, quo- 15
rum operâ vtetur. FVROREM. Chald. *maledictionem.*
INCREPATIONEM. i. punitionem.
GLADIO. i. iuſtitia puniente. CARNEM. i. hominem 16
IANVAM. ſ. domus, vel templi. ABOMINATIONEM. 17
.i. cibos vetitos, ſeu idolis immolatos.
OPERA. LXX. *nouis opera.* CVM OMNIBVS, &c. Hebr. 18
Chald. & LXX. *omnes gentes,* &c. GLORIAM. i. maie-
ſtatem. ſ. die iudicij.
SIGNVM. i. vexillum. ſ. Crucis, ſeu prædicationis. IN 19
MARE. Chald. *maritimas.* TENDENTES, &c. i. populos
vtentes ſagittis. GLORIAM. i. potentiam, ſeu miracula.

20 IN EQVIS, &c. q. d. commodè, & facilè. CARRVCIS.
Chald. *laudibus.* LXX. *vmbraculis.*
21 LEVITAS. i. diaconos, ſeu miniſtros Eccleſiæ. Di-
cit verò, ASSVMAM, quia non naſcuntur ex certa fami-
lia, vt in veteri Teſtamento.
22 FACIO, pro, faciam. NOMEN. ſ. filiorum Dei, ſeu ele-
ctorum, vel Beatorum.
23 MENSES, &c. q. d. perpetuæ Neomeniæ, & ſab-
bata. i. feſta. ſ. in cælo. EX. i. poſt. q. d. vnum aliud
ſequetur.
24 EGREDIENTVR. ſ. mente. CADAVERA. ſ. mortui ſunt
damnati morte ſecunda. VERMIS. Chald. *anima.*
ET ERVNT, &c. Chald. *& erunt impij iudicati in gehen-
na.* VSQVE AD SATIETATEM. i. faſtidium, vel abo-
minationem. Chald. *& dicent ſuper eos iuſti: Satis vidi-
mus.* CARNI. i. hominibus. ſ. ſanctis.

PROPHETIA IEREMIAE.

CAPVT PRIMVM.

Ieremias in ventre matris ſanctificatus, & tempore Ioſiæ regis Iuda miſſus à Domino ad prophetandum, cauſatur pueritiam, ſed doctus à Deo accipit robur inuincibile, iubeturque vaticinari deſtructionem Ieruſalem ſub nomine virgæ, & ollæ ſuccenſæ.

VERBA Ieremiæ filij Helciæ, 1
de ſacerdotibus qui fuerunt A
in Anathoth, in Terra Ben-
iamin. *Quod factum eſt 2
verbum Domini ad eum in
diebus Ioſiæ filij Amon regis
Iuda, in tertiodecimo anno
regni eius. *Et factum eſt in diebus Ioakim filij 3
Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad cõſummationem vn-
decimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſque
ad tranſmigrationem Ieruſalem, in menſe quin-
to. *Et factum eſt verbum Domini ad me, di- 4
cens: *Priuſquam te formarem in vtero, noui 5
te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, B
& prophetam in Gentibus dedi te. *Et dixi, 6
A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia
puer ego ſum. *Et dixit Dominus ad me: No- 7
li dicere: Puer ſum: quoniam ad omnia, quæ
mittam te, ibis: & vniuerſa, quæcumque man-
dauero tibi, loqueris. *Ne timeas à facie eorum: 8
quia tecum ego ſum, vt eruam te, dicit Domi-
nus. *Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit 9
os meum: & dixit Dominus ad me: Ecce dedi
verba mea in ore tuo: *ecce conſtitui te hodie 10
ſuper Gentes, & ſuper regna, "vt euellas, & de- C (" Inf. 18. a. 7)
ſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, &
plantes. *Et factum eſt verbum Domini ad 11
me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Et dixi:
Virgam vigilantem ego video. *Et dixit Domi- 12
nus ad me: Benè vidiſti, quia vigilabo ego ſu-
per verbo meo vt faciam illud. *Et factum eſt 13
verbum Domini ſecundò ad me, dicens: Quid
tu vides? Et dixi: Ollam ſuccenſam ego video,
& faciem eius à facie Aquilonis. *Et dixit Do- 14
minus ad me: "Ab Aquilone pandetur malum (" Inf 4. b. 6)
15 ſuper omnes habitatores terræ. *quia ecce ego
conuocabo omnes cognationes regnorum A-
quilonis, ait Dominus: & venient & ponent
vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum
Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in cir-
16 cuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. *Et loquar
iudicia mea cum eis, ſuper omnem malitiam
eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt
dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſua-
17 rum. *Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge,
& loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi.
Ne formides à facie eorum: nec enim timere
18 te faciam vultum eorum. *"Ego quippe dedi te (" Inf. 6. g. 27)
hodie in ciuitatem munitam, & in colum-
nam ferream, & in murum æreum, ſuper om-
nem terram, regibus Iuda, principibus eius, &
19 ſacerdotibus, & populo terræ. *Et bellabunt
aduerſum te, & non præualebunt: quia ego
tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBA IEREMIÆ. i. vaticinia FILII HELCIÆ. An hic *Helcias* fuit ſummus ſacerdos, qui ſub Ioſia Rege Iuda inuenit librum legis? 4. Reg. 22. v. 8. An alius ſacerdos eo nomine; quod verius videtur. QVI FVERVNT IN ANATHOTH. Ciuitas aut vicus ſacerdotalis. Ioſue 21. v. 18. quæ diſſita erat ab Ieruſalem tribus paſſuum millibus; Hieron. in Commẽt. Ibi ergo natus eſt Ieremias, ea erat eius patria. Aut ſic: *Qui erant in Anathoth.* i. ibi prædia habebant, etſi alibi habitarent. Id Chald. indicat, cùm ait: *Qui ſuſcepit hereditatem ſuam in Anathoth.*

2 QVOD FACTVM EST VERBVM. Quidam exponunt, *quod*, pro, quia, vt ſit redditio rationis, quare Propheta munere fungebatur. Sed non eſt opus eò confugere. Sed poſtquam dixit, hæc eſſe verba Ieremiæ, addit ea verba eſſe à Deo profecta. Neque mirum eſt in lingua Hebr. mutari plurale in ſingulare, *verba*, ſ. in *verbum*, & è contrario. Ac potiùs frequentiſsimum id eſt. IN DIEBVS IOSIÆ. E Regibus, ſub quibus prophetauit, colligitur, vno & quadraginta annis eo munere functũ in Iudæa. Iſidorus in Proœmus ſeptuaginta duobus annis & tribus menſibus prophetaſſe ait. Librarij error. Sed & in Ægypto aliquamdiu prophetauit poſt captam & euerſam Ieruſalem.

3 SEDECIÆ. Tres tantùm Reges nominat, Ioſiam ſ.

Ioakim, & Sedeciam; ſed & ſub Ioachaz & Ioachin
prophetauit. Qui Reges non numerãtur, quòd vtriuſq;
regnũ trimeſtre fuerit, non ampliùs. IN MENSE QVIN-
TO. Menſis hic quintus ſuit anni vndecimi Sedeciæ
Regis. Sed quoniam dixit, VSQVE AD CONSVMMATIO-
NEM VNDECIMI ANNI SEDECIÆ. i. finem anni Chald.
donec impletus eſt; cogimur quintum menſem anni dici
vſualis, in quo menſe quinto completus eſt annus vn-
decimus regni Sedeciæ. Sed rurſus, quoniã duplex erat
Hebræis initium anni, ſi à menſe *Tiſri* inchoëmus, erit
menſis *Seueth* Ianuario reſpondens; ſi à *Niſan*, erit
menſis *Ab*. i. Iulius. De hoc menſe quinto plura
4. Reg. 25. v. 8. Hucuſq; Procemiũ, deinde Prophetia.

PRIVSQVAM TE FORMAREM IN VTERO, NOVI TE. 5
Hebr. Schol. *magnificaui te*. Alij, *prædeſtinaui te ad mu-
nus Prophetæ*. SANCTIFICAVI TE. i. deleto originis
peccato te ſanctum feci. Hoc Iſidorus de Ortu & obi-
tu Patrum; at Auguſtinus epiſt. 57. & Hieronymus in
Comment. *ſanctificaui te*. i. deſignaui vt eſſes Prophe-
ta. i. ſegregaui à profanis hominibus, vt res ſanctæ &
Deo dicatæ ſolent à communibus ſegregari. Dicaui te
meis obſequijs. ET PROPHETAM IN GENTIBVS DE-
DI TE. vt illis annunties victoriam contra Iudæos, &
Ieroſolymæ excidium.

A, A, A. Hebr. vna dictio eſt אהה *Ahah*: interiectio 6
clamantis & dolentis. NESCIO LOQVI. Verba ſ. in-
crepationis. quæ vis vt dicam, propter ætatem loqui ne-
que ſcio, neque poſſum. Erat Ieremias, cùm cœpit pro-
phetare, valdè puer, fortaſſe annorum quindecim.

AD OMNIA. Sept. *ad omnes*. Chald *ad omnem locum*. 7
QVÆ MITTAM. quò mittam te, ibis.

NE TIMEAS A FACIE EORVM. i. ab eis. Vox *facies* 8
ſæpè redundat.

ET MISIT. ſ. Angelum, qui in forma humana appa- 9
ruit Ieremiæ, & in Dei nomine ei loquebatur; ideò ille
nomine quadrilitero eum vocat.

CONSTITVI, pro, conſtituo. VT EVELLAS. i. proſpe- 10
ra & aduerſa nunties. Quid tu vides Ieremia?

VIRGAM VIGILANTEM. Theodotion, *virgã amygda-* 11
li. *Amygdalus* inter arbores prima floret, & quaſi feſti-
nare videtur. Vt ergo indicaret breuî punitionem futu-
ram, oſtendit prophetæ virgam amygdali. Pulchra pa-
ronomaſia, cùm [illegible] Hebr. & *amygdalum* ſignificet, &
vigilantem, vt noſter poſuit. Eo argumento & oſtento
ſignificauit, ſe ad punitionem feſtinare, vt mox ait; id
enim eſt *vigilare*. Sept. *baculum nuceum* verterunt.
Chald. *Regem feſtinantem ad male faciendum* dixit.

BENE VIDISTI. i. viſio commoda fuit, & ad rem. 12
QVIA VIGILABO. Chald. *feſtinabo* ego ſuper verbo
meo, vt faciam illud. Rurſus, quid tu vides?

OLLAM SVCCENSAM. Hebr *feruentem*, *bullientem*. 13
Chald. *Regem feruentem*. ET FACIEM EIVS. i. id la-
tus, quo ignis inijcitur, verſus Aquilonem eſt. Ex ea
parte ſuccenditur. ſic Hebr. ſimpliciùs *facies* pro plaga,
verſus quam olla oſtenditur, eſt ad Aquilonis plagam.

AB AQVILONE. Babylon ad Aquilonem erat Iudææ.
Sed & aliæ Gentes magis Aquilonares cum Babylo- 15
nijs venerunt. PANDETVR. Chald. *incipiet inde origo
omnis mali*. Hebr. *aperietur*. Sed *aperiri* ſumi poteſt pro
incipere, & pro *pateſieri*, *pandi*, vt noſter dixit. SVPER
OMNES HABITATORES TERRÆ. ſ. Iudææ. quæ aliquan-
do *vniuerſa terra* dicitur, Matth. 27. v. 45. & propter
ה *He* demonſtratiuum. q. d. ſuper omnes habitatores
huius terræ.

ET PONENT VNVSQVISQVE SOLIVM SVVM IN 14
INTROITV PORTARVM. i. in portis. Ad portas erat fo-
rum & iudicia. Ergo Gentes ponent ſolium in portis
quaſi domini & Iudices.

ET LOQVAR IVDICIA MEA CVM EIS. ſ. Iudæis. 16
Loquar, pro, faciam. Sicut *verbum* pro *re* & *facto* ſæpè
ſumitur, ſic *loqui* pro *facere*. Aut *loquar*. i. oſtendam me
eos iuſtè punire. SVPER OMNEM MALITIAM. i. pro-
pter omnem malitiam. על *Hal* inter alia ſignificat *pro-
pter*. DERELIQVERVNT ME, ET LIBAVERVNT. Hebr.
thurificarunt dijs alienis.

17 ACCINGE LVMBOS TVOS i. diligentiam excita, ô
Ieremia. 3. Reg. 18. verſ. 46. Elias currebat accinctus
lumbis ante Achab. i. diligenter. NE FORMIDES A
FACIE EORVM. i. in eorum conſpectu ne paueas.
NEC ENIM TIMERE TE FACIAM. Alij vertunt, *ne
forte te conteram coram eis*. Sed פן *pen* aduerbium ali-
quando ſumitur pro *non*, vt hic Hieronymus & Sept.
ſumpſerunt. Ergo *non faciam te timere*. i. faciam vt
non timeas. VVLTVM EORVM. Hebr. *ad facies eo-
rum*. i. coram eis.

19 ET BELLABVNT, contradicent tibi, impugnabũt te
Reges & Principes. ET NON PRÆVALEBVNT contra
te. QVIA EGO TECVM SVM, tibi adero. VT LIBEREM
TE. ſ. à morte, ne te occidant, tecum ero, ô Ieremia.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FVERVNT. Lxx. *habitabat*. ANATHOTH.
Vicus eſt in Tribu Beniamin non longè ab
Ieruſalem. Vide Ioſ 21.

3 FACTVM EST. ſ. etiam. CONSVMMA-
TIONEM. ſ. magna ex parte, nempe menſem quintum,
vt ſtatim addit.

5 SANCTIFICAVI. ſ. prædeſtinaui ſanctificandum. ſic
Ioan. 11 dicuntur filij Dei, qui adhuc infideles. Aug.
epiſt. 57. Chald *paraui*. IN GENTIBVS. q. d. vt de gen-
tilium populis multa prædicas. Lxx. *in Gentes*. Chald.
propinantem calicem maledictionis in populis.

6 A, A, A. Hebr. *Ahah*.

8 A FACIE EORVM. i. ab eis.

9 DOMINVS. i. Angelus à Deo miſſus.

10 EVELLAS, &c. i. prædices à me ei euellenda, deſtruen-
da, &c.

11 VIRGAM VIGILANTEM. i. paratam percutere. Lxx.
baculum nuceum. Chald. *Regem feſtinantem ad male fa-
ciendum*.

12 VIGILABO. Chald. *feſtinabo*.

13 SVCCENSAM. i. bullientem Chald. *Regem feruentem
quaſi lebetem*. ET FACIEM &c. q. d. apparet autem ex
parte Aquilonis. Chald. *& vexillum exercitus eius ex
Aquilone veniens*.

14 AQVILONE. ſ. Chaldæa, quæ Aquilonaris reſpectu
Iudææ. PANDETVR. Chald. *venire incipiet*.

15 COGNATIONES. i familias. IVDA ſ. & Beniamin.

16 LOQVAR IVDICIA MEA i. expoſtulabo, vel oſten-
dam me iuſtè punire. Chald. *loquar vltionem iudicio-
rum meorum*.

17 NEC ENIM, &c. q. d. faciam enim ne timeas.

18 IN CIVITATEM, &c. pro, velut ciuitatem, &c.

CAPVT II.

Grauiter expoſtulat Dominus cum filijs Iſrael & Iuda, potiſſimùm cum paſtoribus ac Prophetis, quòd non reſpicientes accepta à Deo varia beneficia, eo qui fons eſt aquæ viuæ relicto, adorauerint idola, a quibus nihil boni expectare poterant: imò cùm toti eſſent in idololatria, rapinis & crudelitate, ſeſe iuſtificare nitebantur, & propterea deuaſtandos prædicit.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
2 cens: *Vade, & clama in auribus Ieruſalem,
A dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus ſum
tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charita-
tem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in
3 deſerto, in terra quæ non ſeminatur. * Sanctus
Iſrael Domino, primitiæ frugum eius: omnes,
qui deuorant eum, delinquunt: mala venient
4 ſuper eos, dicit Dominus. *Audite verbum Do-
mini domus Iacob, & omnes cognationes do-
5 mus Iſrael: *hæc dicit Dominus: "Quid inue- "*Mich. 6. a. 3*
nerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elon-
gauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanita-
6 tem, & vani facti ſunt? * Et non dixerunt: Vbi
B eſt Dominus, qui aſcendere nos fecit de Ter-
ra Ægypti: qui traduxit nos per deſertum, per

terram inhabitalem & inuiam, per terram ſitis,
& imaginem mortis, per terram, in qua non am-
bulauit vir, neque habitauit homo? *Et induxi 7
vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum
eius, & optima illius: & ingreſſi contaminaſtis
terram meam, & hereditatem meam poſuiſtis
in abominationem. *Sacerdotes non dixerunt: 8
Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt
me, & paſtores præuaricati ſunt in me: & pro-
phetæ prophetauerunt in Baal, & idola ſecuti
ſunt. *Propterea adhuc iudicio contendam vo- 9
biſcum, ait Dominus, & cum filijs veſtris diſce-
ptabo. *Tranſite ad inſulas Cethim, & videte: & 10
in Cedar mittite, & conſiderate vehementer: & C
videte ſi factum eſt huiuſcemodi. *Si mutauit 11
gens deos ſuos, & certè ipſi non ſunt dij: populus
verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum.
*Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius de- 12
ſolamini vehementer, dicit Dominus. *Duo 13
enim mala fecit populus meus: Me dereliquε-
runt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſter-
nas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non va-
lent aquas. *Numquid ſeruus eſt Iſrael, aut 14
vernaculus? quare ergo factus eſt in prędam?
*Super eum rugierunt leones, & dederunt vo- 15
cem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudi-
nem: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui
habitet in eis. *Filij quoq; Mempheos & Taph- 16
nes conſtuprauerunt te vſque ad verticem. D
*Numquid non iſtud factum eſt tibi, quia dere- 17
liquiſti Dominum Deum tuum eo tempore,
quo ducebat te per viam? *Et nunc quid tibi vis 18
in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? &
quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam
fluminis? *Arguet te malitia tua, & auerſio tua 19
increpabit te. Scito, & vide, quia malum & ama-
rum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum,
& non eſſe timorem mei apud te, dicit Domi-
nus Deus exercituum. *A ſęculo confregiſti iu- 20
gum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti: Non
ᵃInfr. 3. b. 6. Iſa 5. a. 1. ſeruiam. ᵃIn omni enim colle ſublimi, & ſub
omni ligno frondoſo, tu proſternebaris mere-
ᵇMat 21. d. 33 trix. *ᵇEgo autem plantaui te vineam electam, 21
omne ſemen verũ: quomodo ergo conuerſa es E
mihi in prauum vinea aliena? *Si laueris te nitro, 22
& multiplicaueris tibi herbam borith, maculata
es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus
Deus. *Quomodo dicis: Non ſum polluta, poſt 23
Baalim non ambulaui? vide vias tuas in conual-
le, ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias
ſuas. *Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſi- 24
derio animę ſuæ attraxit ventum amoris ſui:
nullus auertet eam: omnes qui quærunt eam,
non deficient: in menſtruis eius inuenient eam.
*Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuũ 25
à ſiti. Et dixiſti: Deſperaui, nequaquam faciam:
adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo.
*Quomodo confunditur fur quando depre- 26
henditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & F
reges eorum, principes, & ſacerdotes, & prophe-
tæ eorum, *dicentes ligno: Pater meus es tu; & 27
ᶜInf. 32. f. 33 lapidi: Tu me genuiſti. ᶜverterunt ad me ter-
gum, & non faciem: & in tempore afflictionis
ſuæ dicent: Surge, & libera nos. *Vbi ſunt dij 28
tui, quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in
ᵈInfr. 11. c. 13 tempore afflictionis tuæ: ᵈſecundum nume-

rum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iu-
29 da. *Quid vultis mecum iudicio contendere?
30 omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus. *Fru-
ſtrà percuſſi filios veſtros, diſciplinam non rece-
perunt: deuorauit gladius veſter prophetas ve-
31 ſtros, quaſi leo vaſtator *generatio veſtra. Vide-
te verbum Domini: Numquid ſolitudo factus
ſum Iſraeli, aut terra ſerotina? quare ergo dixit
populus meus: Receſſimus, non veniemus vl-
32 trà ad te? *Numquid obliuiſcetur virgo orna-
G menti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? po-
pulus verò meus oblitus eſt mei diebus innu-
33 meris. *Quid niteris bonam oſtendere viam
tuam ad quærendam dilectionem, quæ inſuper
34 & malitias tuas docuiſti vias tuas, *& in alis tuis
inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & in-
nocentum? non in foſſis inueni eos, ſed in om-
35 nibus quæ ſuprà memoraui. *Et dixiſti: Abſque
peccato & innocens ego ſum: & propterea
auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio
contendam tecum, eò quòd dixeris: Non pec-
36 caui. *Quàm vilis facta es nimis, iterans vias
tuas! & ab Ægypto confunderis, ſicut confu-
37 ſa es ab Aſſur. *Nam & ab iſta egredieris, & ma-
nus tuæ erunt ſuper caput tuum: quoniam ob-
triuit Dominus confidentiam tuam, & nihil
habebis proſperum in ea.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET FACTVM EST. Arguit populum Deus, quòd tot beneficijs affectus, ſe deſeruiſſet; hancque eſſe cauſam ait calamitatum, quas erat paſſus.

2 MISERANS ADOLESCENTIAM TVAM. Sic vocat tempus quo populus de Ægypto exijt. ET CHARITATEM DESPONSATIONIS TVÆ. i. amorem quo te dilexi, cùm te deſponſaui, recordatus ſum. Vocat *deſponſationem* legis dationem, tunc enim pacti ſunt fore Dei populũ. IN TERRA QVÆ NON SEMINATVR. i. vaſta, terra deſerta, rebus neceſſarijs indigenti. Ibi ſecuta es me, ô Ieruſalem. Id recordatus eſt, id magnifecit Deus, quòd in tantis difficultatibus ſe tamen ſequeretur ille populus in deſerto.

3 SANCTVS ISRAEL. Hebr. *ſanctitas* (erat) *Iſrael Domino*. tunc ſ. & vt primitiæ, quæ alienus non comedit, quippe Deo ſacra, nemo profanus ea impunè attingat, alioqui Deus vindex erit. MALA VENIENT SVPER EOS. ſ. qui Iſraelem afflixerint. Ergo Iſrael fuit primitiæ. i. primus populus à Deo electus. Deinde, niſi Deo concedente, ipſum affligere nefas fuit.

5 QVID ... INIQVITATIS, iniuſtitiæ, crudelitatis, inuenerunt patres veſtri in me? In quo eos præter fas læſi? ET AMBVLAVERVNT POST VANITATEM. Chald. *errauerunt poſt idola*. Eius mali quæ in me cauſa extitit?

6 ET NON DIXERVNT. i. non cogitarunt me duxiſſe eos PER TERRAM INHABITABILEM ET INVIAM. Hebr. *deſertam & deſolatam*. PER TERRAM SITIS. Hebr. *aridam*. ET IMAGINEM MORTIS. i. morti ſimilem, horridam. Hebr. *vmbram mortis*. VIR. i. quiſquam, nemo in ea terra habitat. Per id iter duxi vos.

7 IN TERRAM CARMELI. i. terram omni fertilitate conſpicuam. Id ſignificat ea vox, cùm eſt nomẽ appellatiuum, vt hic, & ſumitur pro tota Promiſſionis terra. Alioqui duo mõtes ſunt eo nomine: alter in tribu Aſer prope Ptolemaidem, & ad mare, vini ferax, vbi Elias verſabatur, 3. Reg. 18. Alter ad Auſtrum erat, vbi Nabal Carmelus; 1. Reg. 25. Hieronymus auctor Iſai. 29. & Amos 1. POSVISTIS IN ABOMINATIONEM. Idololatria polluiſtis meam hereditatem. Qui id fecerunt?

8 ET TENENTES LEGEM. Hi ſunt ſapientes, Scribæ. ET PASTORES. Hi ſunt Reges. PROPHETAVERVNT IN BAAL. Dicebant illis Prophetæ, Hæc dicit Baal, vt antè ſolebant dicere: Hæc dicit Dominus. Ideò

9 IVDICIO CONTENDAM & DISCEPTA:~ Hebr. vtrobique eſt *litigabo*. ſ.obiurgabo vos & filios veſtros.

10 TRANSITE AD INSVLAS CETHIM. Arguit Iſraelitas exemplo aliarum nationum, quæ deos ſuos colebât ſecùs quàm Iſrael. *Inſula* etiam *Cethim*, aut Cyprus eſt, vbi eo nomine ciuitas erat, Zenonis Stoicorum Principis patria, aut Italia. ſic Hieronymus. ſed & Græciæ inſulas poſſumus intelligere: nam Alexander Magnus de Cethim egreſſus dicitur 1. Mach. 1. v. 1. Denique Hebræi *inſulas* vocabant omnes Occiduas regiones, ad quas mari ibatur. CEDAR eſt Arabia, à Cedar dicta Iſmaelis filio. Et per Arabiam intelligit Orientales, vt per *inſulas Cethim* omnes Occiduas. q.d. in vniuerſum orbem mittite, qui id conſiderent quod dico.

11 MVTAVIT GLORIAM SVAM. i. num Deum ſuum mutauit populus, aut gens vlla? Rom. 1. v. 23. *Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei.* IN IDOLVM. Hebr. *in id quod non proderit*. ſic *idola* vocat hîc & v. 8. Ideò cæli obſtupeſcite,

12 ET PORTÆ EIVS. Hebr. *exhorreſcite*, aut *turbamini*. Hieronymus pro שערו legit haud dubium שעריה, pro *exhorreſcite*, legit *portæ eius*. DESOLAMINI. Sept. *inhorreſcite*, ſeu *exhorruit*. neque ij *portas* ponunt, vt neque Chald. Duo mala populus fecit:

13 ME DERELIQVERVNT FONTEM AQVÆ VIVÆ. i. ſemper fluentis. ſic veritatem vocat, at idola *ciſternas diſſipatas*. quæ ſ. nihil proſunt. QVÆ CONTINERE NON VALENT. Hebr. *quæ non continent* aquas.

14 NVMQVID SERVVS EST ISRAEL. q.d. cùm Iſraëlem habuerim vt filium, non vt ſeruum, quid cauſæ eſt, quòd in prædam eſt datus? Nempe eius ſcelera id fecerunt.

15 RVGIERVNT LEONES, ſeu *catuli leonum*. i. Reges feroces.

16 FILII QVOQVE MEMPHEOS. ſic Sept. & Chald. pro Hebr. voce *Noph* vertunt *Mempheos*, quæ *Memphis* & *Taphnis* erant duæ Ægypti vrbes præcipuæ, & à parte per Synecdochen totam Ægyptum intelligit, quæ vexauit etiam Iudæos. CONSTVPRAVERVNT TE. i. impio te cultu contaminarunt ab imo vſque ad ſummum. Hebr. *conquaſſarunt tibi verticem*. i. caput, cuius vulnera peiora ſunt. ſed Hieronymus pro ירעוך legit ידעוך. i. pro *conquaſſarunt*, *cognouerunt*; ideò vertit, *conſtuprauerunt te*. ſic Sept. *agnouerunt te*, vel *cognouerunt*.

17 QVO DVCEBAT TE PER VIAM. ſ. rectam & planam viam Legis ſuæ, & eum dereliquiſti.

18 QVID TIBI VIS IN VIA ÆGYPTI. Iudæi cùm premebantur ab Aſſyrijs, confugiebant ad Ægyptios, & econtrariò. Quod fore noxium denuntiat. VT BIBAS AQVAM TVRBIDAM? Hebr. *aquas Sihor*. i. Nili, ſic dicti ab aquarum nigredine. Semper fluit turbidus. VT BIBAS AQVAM FLVMINIS? i. Euphratis, quo ea regio alluitur.

19 ARGVET TE MALITIA TVA, corripiet te. Non proderunt ea præſidia, quia malitia tua contra te eſt. ET AVERSIO TVA à via recta, ſiue *rebellio tua*. ET NON ESSE TIMOREM MEI. ſ. non times me vlturum mala tua. Id malum tibi & amarum eſt.

20 A SÆCVLO. i. iam olim. CONFREGISTI IVGVM MEVM. Sept. *confregiſti iugum tuum*. Hebr. *confregi iugum tuum*. i. permiſi vt frangeres. ſententiam noſter expreſſit. RVPISTI VINCVLA MEA. Sept. *vincula tua*. Hebr. *rupi vincula tua*. *Iugum* & *vincula* Lex eſt, quæ & Dei iugum eſt & populi. In quo Legem ruperunt? IN OMNI .... COLLE SVBLIMI. Is erat Gentium ritus, in collibus & ſub arboribus colebant idola. Arbores excelſas & opacas quoddam in ſe habere numen putabant. TV PROSTERNEBARIS. Hebr. *vagabaris* meretrix, ab vno luco currens in alium, vt meretrix ab vno lupanari ad alterum. Quid rego? Poſui te

21 VINEAM ELECTAM. Hebr. *plantaui te ſorek*, ſic vocantur ſarmenta optimi generis. OMNE SEMEN VERVM. i. nullum ſarmentum adulterinum erat, omnia ex vero ſorek. QVOMODO ERGO CONVERSA ES MIHI IN PRAVVM VINEA ALIENA? Hebr. *Quomodo conuerſa eſt mihi* (in) *ſarmenta vitis aliena*? i. alterius generis adulterinæ. Quomodo ex antiquo degeneraſti?

22 SI LAVERIS TE NITRO. Per *nitrum*, quod ſalis inſtar eſt, & per *borith*, quæ herba Hiſpanis *ſoſa* vocatur, ſaponem intelligit, quem fruſtrà adhibueris. Maiores ſunt maculæ quàm vt elui ſapone poſſint. MACVLATA ES IN INIQVITATE. Hebr. *ſignata eſt iniquitas tua coram me*. numquam obliuiſcar; quod ſignamus, id ſeruare volumus. Vide vias tuas.

23 IN CONVALLE. i. lucis, vbi tuæ impietatis impreſſa veſtigia manent. CVRSOR LEVIS EXPLICANS VIAS SVAS. i. feſtinè currens vt tu. Hebr. *dromedaria leuis* (i. velox) *implicans vias ſuas*. Vox bi. brah ſignificat *camelum iuuenem*, qui initio circuire, & in gyrum currere ſolet. ſic tu curſu tuo & operibus parum proficis, parum progrederis, tuis excuſationibus magis implicaris.

24 ONAGER, aſinus ſilueſter. ATTRAXIT VENTVM AMORIS SVI. ex vento ſ. cognoſcit, vbi ſit aſina quam concupiſcit. NVLLVS AVERTET EAM. mutat genus, vt Hebr. etiam mutatur. ſed *eam*, pro, eum. nullus retinere poterit, quin feratur ad feminam. OMNES QVI QVÆRVNT EAM, NON DEFICIENT. i. non defatigabuntur, & laſſi deficient, continuò inuenient. ſ. apud feminam. At Hebr. *non laborabunt*. i. non ſument laborem vanum. IN MENSTRVIS EIVS. Chald. in *tempore ſuo* inuenient eam. i. poſtquam is ardor refrixerit, tunc capi poterit. Hebr. *in menſe ſuo*. Aiunt Hebræi quidam, onagrum vno menſe dormire, tunc capturæ eſſe opportunum Sed ad rem. Vt onager tunc retineri non poteſt, ſic nec tu ab idolorum cultu reuocari, aut ne ad exteras gentes confugias.

25 PROHIBE PEDEM TVVM A NVDITATE. i. ne tam longum iter ſuſcipias, vt auxilium ab Ægyptijs petas, vt calcei conterantur, aut guttur ſiti areſcat. ET DIXISTI: DESPERAVI, aut *Deſperatum eſt*. Non poſſum, ô Deus, tuis conſilijs obſequi. ADAMAVI QVIPPE ALIENOS, Aſſyrios, Ægyptios. Id dixiſti.

26 CONFVNDITVR. pudefit fur cùm comprehenditur; ſic tu ob idola quæ colis.

27 VERTERVNT AD ME TERGVM. Sic Sept. & Chald. Hebr. *ceruicem*. ſed perinde eſt. ET LIBERA NOS. Hebr. *ſalua nos*. ſic mihi dicent in labore.

28 VBI SVNT DII TVI. ſupple, dic, Vbi ſunt dij tui? SECVNDVM NVMERVM. Ac ſi dicat, ex tanto deorum numero ſaltem aliquis tibi adſit.

29 QVID VVLTIS MECVM IVDICIO CONTENDERE? Hebr. *vt quid litigatis mecum?* i. cur negatis quod verum eſt? DERELIQVISTIS ME. Hebr. *omnes vos præuaricati eſtis in me*, contra me.

30 DISCIPLINAM NON RECEPERVNT. Tentaui flagellis mederi veſtris malis, nihil profeci, peiores facti eſtis. Vſque eò vt in Prophetas, qui monebant ſalutaria, gladius veſter ſæuierit, non ſecùs ac leo vaſtator.

31 GENERATIO VESTRA. Hebr. *ô generatio vos*. Hiſp. *Canalla*. & eſt initium proximi verſûs. NVMQVID SOLITVDO. i. inutilis (vt eſt ſolitudo) factus ſum Iſraeli. AVT TERRA SEROTINA. Hebr. *caliginoſa*. i. vmbroſa, vbi ſ. nulli fructus proueniunt. Cùm contrà res habeat, ſemper vos protexi. QVARE ERGO DIXIT POPVLVS MEVS: RECESSIMVS. Chald. *Migrauimus*. Iam alios deos habemus, fixum eſt non ampliùs ad te reuerti. Verùm quoniam רדה *radah*, tum alia, ſed propriè *dominari* ſignificat, plerique vertunt רדנו *raddenu*, *dominamur*, paſſiuè. Iam alios dominos habemus, ſeu Reges, ſeu idola. Sept. pro *receſſimus*, addita negatione dixerunt, *non ſeruiemus*, *non ſubijciemur dominationi tuæ*, οὐ κυριευθησόμεθα, ſententia eadem in varia quamuis interpretatione.

32 FASCIÆ PECTORALIS SVÆ num ſponſa obliuiſci poteſt? ſic Sept. ſed Chald. *aut ſponſa ornatus ſui*,

aut ſuorum monilium. Id ſignificat vox *kiſurcha.* Pluris mulier monilia facit quàm vos me. Ea eſt huius loci mens.

QVID NITERIS BONAM OSTENDERE VIAM TVAM? 33
Hebr. *quorſum bonificas* aut *iurigas viam tuam?* AD QVÆRENDAM DILECTIONEM, ſ. meam gratiam, aut gentium, cum quibus cupis iungere fœdus. QVÆ INSVPER. Hebr. *ideo aut præterea etiam malitias docuiſti vias tuas.* i. quæ tu facis ea docuiſti eas gentes. Quæ ſunt illa quæ docuit? nimirum infantes idolis ſacrificare.

ET IN ALIS TVIS. i. in ora veſtis, quæ ſic vocatur, 14
quoniam ea tegitur homo vt alis auis. SANGVIS ANIMARVM. i. hominum. PAVPERVM ET INNOCENTIVM. Hi ſunt filij quos immolabant, Pſalmo 115. v. 37. NON IN FOSSIS INVENI EOS. Sic Sept. & Chald. i. non in ſepulchris. SED IN OMNIBVS his. i. in alis, in veſtibus. Sept. *non in foſſis inueni eos, ſed in omni quercu*, vbi ſ. eos mactabas. Vox אלה pro ratione punctorum & *quercum* ſignificat, & *hac.* vt modò eſt, verti debet, *ſed in omnibus his.* Hieronymus pro *his* poſuit QVÆ SVPRA MEMORAVI. Suſpicor lectionem Sept. *in omni quercu* eſſe legitimam. Quid enim diceret, *inueni in omnibus his*, cùm ſolùm dixerit, in alis inuentum ſanguinem.

ET DIXISTI Nihilominùs audes te innocentem prædicare. 35
Ideò diſceptare tecum volo, quia dixiſti, Non peccaui.

QVAM VILIS FACTA ES NIMIS. Vox תֵּזְלִי *thezli*, 36
iuxta Grammaticæ rationem deducitur ab אזל *azal*, quod *ire* ſignificat. Eritque ſenſus, quare ibis valdè. ſ. ad petendum auxilia, huc atque illuc. זול *Zul* ſignificat *vilem eſſe* & inde Hieronymus deduxit prædictam vocem. Verùm iuxta rationem Grammaticæ dici debuit תָּזִילִי. Sed ratio Grammaticæ apud Hebræos ſatis conſtans non eſt. tum Sept. eodem quò Hieronymus reſpexerunt, cùm vertunt, *Deſpexiſti valde.* ſ. te. ITERANS VIAS TVAS. ſæpè iter id repetens. Sed vt pudore affecta es ab Aſſyrijs, ſic ab Ægyptijs pudefies. Sæpè enim ad Aſſyrios mittere Iudæi, ſæpè ad Ægyptios ad iungenda fœdera; quod Prophetæ numquam probabant. Videbant nempe, Deo offenſo & irato, eam gentem non poſſe ſubſiſtere.

NAM ET AB ISTA EGREDIERIS. Hebr. *etiam ab hoc* 37
egredieris. i. ab Ægyptio Rege, quem poſtremò petis. ET MANVS TVÆ ERVNT SVPER CAPVT TVVM. Sic faciunt qui dolent. ſic Thamar ab Amnon violata, 2. Reg. 13. v. 19. OBTRIVIT. Hebr. *reprobauit* Dominus CONFIDENTIAM. Hebr. *cõfidentias.* i. ſpem, quam in Ægyptijs habes. Sept. *repulit Dominus ſpem tuam.* ET NIHIL HABEBIS PROSPERVM Hebr. *& non proſperaberis in eis.* ſ. confidentijs, non benè ſuccedent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DESPONSATIONIS. i. temporis, quo te in ſponſam 2
aſſumpſi. Chald. *patrum veſtrorum.*

SANCTVS. i. dedicatus. PRIMITIÆ. q. d. chari, vt 3
ſolent primi fructus. vel, primi Gentium fructus. ſoli enim Iudæi fideles, reliqui idololatræ.

COGNATIONIS. Lxx. *familiæ.* 4

VANITATEM. Chald. *idola.* 5

SITIS. i. aridam. Lxx. *ſine aqua.* IMAGINEM MOR- 6
TIS. i. horrorem incutientem. Lxx. *infructuoſam.* VIR. i. quiſquam.

CARMELI. i. fertilem. ABOMINATIONEM. Chald. 7
cultum idolorum.

IN ME. i. contra me. IN BAAL. i. ſub nomine Baal. 8

VESTRIS. Hebr. Chald. & Lxx. *filiorum veſtrorum.* 9

CETHIM. i. Græciæ, ſeu maris Mediterranei. CEDAR. 10
regio eſt Arabiæ.

GLORIAM. i. Deum, qui eſt mundi gloria, & in quo 11
ſolo gloriandum.

DESOLAMINI. i. more deſolatorum mœſtitiam indi- 12
cate. Lxx. *inhorreſcite.*

VIVÆ. i. perpetuò fluentis, ſeu vitam dantis. 13

SERVVS. ſ. emptitius. PRÆDAM. ſ. hoſtibus. 14

15 LEONES. Chald *Reges.*

16 FILII QVOQVE. q. d. Ægyptij. hæ enim ciuitates Ægypti. CONSTVPRAVERVNT. q. d. tecum fornicati ſunt. ſ. cultu idolorũ, qui dicitur in Scriptura fornicatio.

17 VIAM ſ. ſuorum mandatorum.

18 ÆGYPTI. ſ. petens inde auxilium. TVRBIDAM. ſ. Nili. Lxx. *Geon.* FLVMINIS. ſ. Euphratis.

19 AVERSIO. ſ. à via recta.

20 MERETRIX. ſ. per idololatriam.

21 OMNE pro, per omnia, ſeu omnino. VERVM. i. germanum, ſeu perfectum. PRAVVM. Lxx. *amaritudinem.* ALIENA. i. degenerans.

22 BORITH. ſ. qua fullones vtuntur.

23 CONVALLE. ſ. qua ibas ad idola. CVRSOR. pro, velut curſor.

24 ONAGER. Animal eſt velociſſimum ob facilitatem reſpirandi. VENTVM. ſ. ad reſpirandum. AMORIS SVI. i. optatum. AVERTET. ſ. à curſu. i. capiet. DEFICIENT. Lxx. *laborabunt.* ſ. quærendo. q. d. facilè inuenient. MENSTRVIS. i. peccatorum contaminatione.

25 NVDITATE. ſ. tranſeundo flumina, dum peregrè petis auxilium. Lxx. *via aſpera.* SITI. ſ. quæ ſolet contrahi longo itinere. ALIENOS. ſ. deos, vel populos.

30 DEVORAVIT, &c. q. d. occidiſtis.

31 VESTRA. ſ. talis eſt. SOLITVDO. ſ. vbi nihil eſt fructus aut conſolationis. SEROTINA. i. ſerò fructum ferens. Lxx. *ſiccaſcentium.*

33 DILECTIONEM. q. d. meam amicitiam. MALITIAS TVAS, &c. q. d. feciſti, vt peſſimæ eſſent viæ tuæ Chald. *mala docuiſti ex vijs tuis.* q. d. fuiſti exemplo peſſimo per peccata tua Lxx *nequiter egiſti, vt pollueres vias tuas.*

34 ALIS. i. veſtium oris. IN FOSSIS. q. d latenter peccantes, ſed palàm. IN OMNIBVS, &c. Lxx. *omni quercu.*

36 CONFVNDERIS. q. d. non poterit tibi opem ferre.

37 SVPER CAPVT. ſignum dolentis. OBTRIVIT. Lxx. *repulit.*

CAPVT III.

Deus incomparabili clementia populum ſuum ad ſe reuocat ab idololatria, in qua Iuda etiam Iſraelem exceſſit: promittens ſe aſſumpturum eos in filios, & veros paſtores eis daturum, vt Ieroſolymis in pace colant Dominum: de futura gloria & exaltatione Ieruſalem, ac Gentium ad eam congregatione, & de populi pœnitentia.

1 VVlgò dicitur: Si dimiſerit vir vxorem
A ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum
alterum: numquid reuertetur ad eam
vltrà? numquid non polluta & contaminata
erit mulier illa? tu autem fornicata es
cum amatoribus multis: tamen reuertere ad
me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.
2 * Leua oculos tuos in directum, & vide vbi
non proſtrata ſis: in vijs ſedebas, expectans
eos quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram
in fornicationibus tuis, & in malitijs
3 tuis. * Quam ob rem prohibitæ ſunt ſtillæ
pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit: frons
mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti
4 erubeſcere. * Ergo ſaltem amodò voca me:
Pater meus, dux virginitatis meæ tu es:
5 * Numquid iraſcêris in perpetuum, aut per-
B ſeuerabis in finem? Ecce locuta es, & feci-
6 ſti mala, & potuiſti. * Et dixit Dominus
ad me in diebus Ioſiæ regis: ⁿ Numquid
vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſraël? abiit
ſibimet ſuper omnem montem excelſum, &
ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt
7 ibi. * Et dixi, cùm feciſſet hæc omnia: Ad
me reuertere: & non eſt reuerſa. Et vidit

n Sup. 2. d. 20

præ-

prævaricatrix ſoror eius Iuda, * quia pro eo, 8
quod mœchata eſſet auerſatrix Iſraël, dimi-
ſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: &
non timuit prævaricatrix Iuda ſoror eius, C
ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa. * Et fa- 9
cilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram,
& mœchata eſt cum lapide & ligno. * Et in 10
omnibus his non eſt reuerſa ad me prævarica-
trix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in
mendacio, ait Dominus. * Et dixit Dominus 11
ad me: Iuſtificauit animam ſuam auerſatrix
Iſraël, comparatione prævaricatricis Iudæ.
* Vade, & clama ſermones iſtos contra Aquilo- 12
nem, & dices: Reuertere auerſatrix Iſraël, ait
Dominus, & non auertam faciem meam à D
vobis; quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus,
& non iraſcar in perpetuum. * Verumtamen 13
ſcito iniquitatem tuam, quia in Dominum
Deum tuum prævaricata es: & diſperſiſti vias
tuas alienis ſub omni ligno frondoſo, & vo-
cem meam non audiſti, ait Dominus. * Con- 14
uertimini filij reuertentes, dicit Dominus:
quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum
de ciuitate, & duos de cognatione, & intro-
ducam vos in Sion. * Et dabo vobis paſtores 15
iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia &
doctrina. * Cumque multiplicati fueritis, & 16
creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: E
non dicent vltrà: Arca teſtamenti Domini:
neque aſcendet ſuper cor, neque recorda-
buntur illius: nec viſitabitur, nec fiet vltrà.
* In tempore illo vocabunt Ieruſalem Solium 17
Domini: & congregabuntur ad eam omnes
Gentes in nomine Domini in Ieruſalem, &
non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui
peſſimi. * In diebus illis ibit domus Iuda ad 18
domum Iſraël, & venient ſimul de terra Aqui-
lonis, ad terram quam dedi patribus veſtris.
* Ego autem dixi: Quomodo ponam te in fi- 19
lios, & tribuam tibi terram deſiderabilem, he-
reditatem præclaram exercituum Gentium? F
Et dixi: Patrem vocabis me, & poſt me in-
gredi non ceſſabis. * Sed quomodo ſi contemnat 20
mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me do-
mus Iſraël, dicit Dominus. * Vox in vijs audi- 21
ta eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſraël: quo-
niam iniquam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt
Domini Dei ſui. * Conuertimini filij reuerten- 22
tes, & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce nos ve-
nimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter.
* Verè mendaces erant colles, & multitudo 23
montium: verè in Domino Deo noſtro ſalus G
Iſraël. * Confuſio comedit laborem patrum 24
noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eo-
rum, & armenta eorum, filios eorum, & filias
eorum. * Dormiemus in confuſione noſtra, & 25
operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domi-
no Deo noſtro peccauimus nos, & patres no-
ſtri, ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc:
& non audiuimus vocem Domini Dei noſtri.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VVLGO DICITVR. Hebr. *dicendo*, pro *dicitur*, 1
ſ. *vulgo* vt Hieronymus ſuppleuit. Quid dicitur?
Increpat populum Iſrael, ſimul ad pœnitentiam inui-
tat. CONTAMINATA ERIT MVLIER ILLA. ſ. repu-
diata quæ alij nupſit ſic Sept. Hebr. *an non polluendo,*
polluetur terra illa. Verùm quoniam per mulierem re-
pudiatam intelligit Iudæorum terram, perinde eſt di-
cere, *mulier illa*, & *terra illa*. neque maius myſterium
ſubeſt. TV AVTEM FORNICATA ES CVM AMATO-
RIBVS MVLTIS, ſeu *ſocijs*. Sept. *cum paſtoribus mul-*
tis. Vox רעים pro varietate punctorum cum *Zere*, *ſo-*
cios, cum *Holem* ſupra ר *paſtores* ſignificat. Neque verò
hæc fruſtrà dico & temerè.
2 LEVA OCVLOS TVOS IN DIRECTVM. Hebr. *in ex-*
celſa. ſ. colles, vbi ſacrificare eras ſolita. VBI NON
PROSTRATA SIS. Hebr. *vbi non ſis fornicata*. *Fornicatio-*
nem vocat impium cultum. IN VIIS SEDEBAS EXPE-
CTANS EOS. ſ. amatores. ſic ſolebant in triuijs meretri-
ces ſedere, vt Thamar Geneſ. 38. verſ. 14. Hebr. *in*
vijs ſedebas, ipſis ſ. parata obſequi. QVASI LATRO IN
SOLITVDINE. Hebr. *quaſi Arabs*. ſed illi *Arabes* latro-
nes erant. Tu ergo, vt illi, captas ſolitudines. Sanè in
deſertis ſacrificabant. ET POLLVISTI TERRAM. Sic
Sept. ſanè ob peccata, publica præſertim, terra pollui-
tur, & punitur. IN FORNICATIONIBVS EIVS. i. pro-
pter fornicationes tuas.
3 STILLÆ PLVVIARVM prohibitæ ſunt. Ea terræ pu-
nitio. Vox Hebr. ſignificat *pluuiam minutam*, *& quæ*
lentè decidit. ET SEROTINVS IMBER NON FVIT. ſ. quem
homines magnoperè cupiunt. Quidam putant per
ſtillas, pluuias autumnales ſignificari, per *imbrem ſero-*
tinum pluuias veris.
4 ERGO SALTEM AMODO VOCA ME. Hebr. *an non*
ex hoc vocabis me? DVX VIRGINITATIS. Hebr. *pueri-*
tiæ, adoleſcentiæ dux. i. maritus. Dicito: Tu mihi inſtar
patris es atque ſponſi.
5 NVMQVID IRASCERIS tu contra Deum. Hebr. *num*
ſeruabit. ſ. iram in perpetuum? De ſe loquitur Deus in
tertia perſona. AVT PERSEVERABIS IN FINEM? Hebr.
ſi cuſtodiet in perpetuum. ſ. iram. ET FECISTI MALA, ET
POTVISTI. ſ. facere mala. ſic Hebr. Chald. *& multipli-*
caſti mala. ſ. quantum potuiſti.
6 QVÆ FECERIT AVERSATRIX ISRAEL. Hebr. *re-*
bellis. ABIIT SIBIMET. Hebr. *abijt ipſa*. Loquitur
de decem tribubus, quas ob peccata rejecit Deus in ca-
ptiuitatem. neque tamen eo exemplo Iuda cautior eſt
facta.
7 ET VIDIT PRÆVARICATRIX SOROR EIVS IVDA,
ſoror Iſraelis. Quid vidit? quod ſequitur, me Iſrae-
lem propter eius peccata & contumaciam repudiaſſe.
8 QVIA PRO EO, QVOD MOECHATA ESSET. Hebr. *&*
vidi quod propter omnes cauſas, quibus fornicata eſt.
q. d. & ſanè eò quòd fornicata eſſet rebellis Iſrael. *Vide*
ſæpè Hebr. ſumitur pro *ecce*. ſic hoc loco *vidi* ſumo
pro *ſane*; & illud *propter omnes cauſas*, ſumo pro *eo*
quod fornicata eſt, vt Hieronymus poſuit.
9 ET FACILITATE FORNICATIONIS SVÆ. quia ſe omni-
bus paratam præbebat. CONTAMINAVIT TERRAM.
i. terra ſterilis eſt reddita, fructus non protulit.
10 SED IN MENDACIO. i. nihilominùs ſimulatè, non ex
corde me colebat Iuda.
11 IVSTIFICAVIT. i. iuſtior apparuit Iſrael ea, minor
eius noxa fuit. ANIMAM SVAM. i. ſeipſam iuſtifica-
uit. COMPARATIONE. Hebr. *præ prævaricatrice Iu-*
da. Magis quàm Iuda ſe iuſtificauit Iſrael.
12 CONTRA AQVILONEM clama, ſiue ad reliquias de-
cem tribuum quarum regio comparatione Ieruſalem
ad Septemtrionem erat. Aut ad ipſas tribus captiuas in
terra Medorum, iubet hæc dici. AVERSATRIX. Hebr.
rebellis, meſubab. ET NON AVERTAM FACIEM MEAM
A VOBIS. ô Iſrael. Hebr. *non conijciam faciem meam*.
i. iram meam. A VOBIS. Hebr. *in vos*. Sept. *non fir-*
mabo faciem meam ſuper vos. Sic ſolent irati. Chald. *non*
immittam furorem meum in vobis. Denique non iraſcar
vobis. QVIA SANCTVS. Hebr. *quia miſericors ego*.
13 ET DISPERSISTI VIAS TVAS ALIENIS. Diſcurriſti
in varias partes, vt idola coleres. Aut *vias*. i. pedes diua-
ricaſti ſub omni ligno, vt cum alienis fornicareris.
Ezech. 16. v. 25. *Diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti*.
ET VOCEM MEAM, verbum meum, ô Iuda, non audiſti.

14 Filii revertentes. ſ. ad malum. Hebr. *rebelles.* Ego vir veſter. Hebr. *ego deſponſaui vos.* ſum maritus veſter, alij adulteri. Sept. *Ego dominabor vobis.* Et assvmam vos vnvm de civitate. i. vbicumque diſperſi fueritis, & captiui, inde liberabo vos, & ducam in Sion, ſiue poſt captiuitatem Babylonicam Ieroſolymæ reſtituam, ſiue per Chriſtum in Eccleſiam.

16 Non dicent vltra: Arca testamenti. i. cærimoniæ Legis ceſſabunt, quas per *arcam* omnes intelligit. Aut ſi loquitur de liberatione è captiuitate Babylonica, non recordabuntur arcæ, quia in ſecundo templo non fuit, poſtquam illam Ieremias abſcondit: 2. Machab. 2. ſic ſentiunt Hebræi. Affert Galat. libr. 4. cap. 9. Colligitur etiam ex Ioſepho de Bello, libr. 6. cap. 6. & lib. 7. cap. 24 vbi neque inter ornamenta ſecundi templi, neque inter ea, quæ Veſpaſianus duxit in triumpho ſacrorum inſtrumenta, arcam numerat. Vidimus ſanè Romæ in D. Ioannis Laterani Arcam & virgam Moyſis, ſed inter incertæ fidei reliquias. Nec visitabitvr. ſ. vt inde ab arca petant reſponſa. Nec fiet vltra. ſ. alia arca ad eius inſtar non fiet. Sunt enim qui putant ad prioris arcæ ſimilitudinem aliam fuiſſe in ſecundo templo. Quod ſi per arcam cærimonias Legis intelligimus, ſignificat eas numquam redituras.

17 In nomine Domini congregabuntur omnes Gentes. Hebr. *ad nomen Domini*, vt illud inuocent gentes, & colant. Post pravitatem non vadent. Sept. & Chald. *poſt cogitationem.* Alij, *poſt obſtinationem.* Cordis svi pessimi. i. ad malum proni non vadent gentes.

18 Ad domvm Israel, ſiue *cum domo Iſrael.* De terra Aqvilonis, è Babylone, & è Medis. Nam cum tribu Iuda ex alijs tribubus multi venerunt Cyri indulgentia & literis inuitati, quas per omne imperium miſit: 1. Eſdræ. 1. v. 1. Venient ergo ad terram, Qvam dedi. Hebr. *in qua hereditaui patres veſtros.* ſic Sept.

19 Qvomodo ponam te in filios. i. meorum filiorũ in numero. Aut quomodo multiplicabo filios tuos? Filiorum procreatio pars felicitatis eſt Chald. *quomodo proſperabo te in filijs.* Hereditatem præclaram. צְבִי *zebi, deſiderium & decorem* ſignificat. Ergo quomodo tibi dabo hereditatem deſiderij. i. concupiſcibilem? Chald. *deſiderabilem*, aut *hereditatẽ* decoris. i. *præclaram*, vt Hieronymus, Exercitvvm gentivm? .i. quam cupiunt omnes gentes, aut quæ eximia inter omnes gentes eſt. Patrem vocabis me. q. d. ea lege hæc tibi bona tribuam, ſi me patrem vocaueris. Et post me ingredi non cessabis. Hebr. *& de poſt me non reuerteris.*

20 Sed qvomodo si contemnat. aut *præuaricetur.* vox בָּגְדָה *baghedah* vtrumque ſignificare poteſt. Sept. priorem ſignificationem ſunt ſecuti & Hieronymus, poſteriorem Chald. ſed Hebr. ſic verto: *Verè (vt) præuaricatur mulier ab amatore ſuo, ſic præuaricati eſtis in me domus Iſrael.* Particulam ſimilitudinis *vt*, aut *ſicut*, omnes ſupplent, alioqui ſententia non conſtaret. Et per *amatorem* poſſumus maritum intelligere.

21 Vox in viis avdita est. Hebr. *in excelſis.* tantus eſt ploratus, vt in montibus excelſis audiatur. Ploratvs et vlvlatvs. Hebr. *ploratus, precationes.* Tunc votorum locus, cùm ſpei nullus eſt. Filiorvm Israel. Iudæos omnes intelligo. Iniqvam fecervnt, ſeu *peruerterunt*, viam ſuam. Verùm quorſum [illegible] ploratus? vt indicet ſuperiores increpationes continuò profuiſſe. Aut certè malis quæ patiebantur coactos lacrymas fundere.

22 Filii revertentes. ſ. ad malum. Hebr. *filij rebelles.* Et sanabo. i. parcam. Aversiones. Hebr. *rebelliones.* Ecce nos. Oſtendit eos reſipuiſſe ad ea Dei verba, *Ecce nos venimus ad te.*

23 Vere mendaces erant colles. Hebr. *Verè ad mendacium a collibus.* i. falſò ab ijs ſperabamus ſalutem. Per *colles* & *montes* intelligit idola, quæ in illis colebantur.

24 Confvsio comedit. i. idololatria conſumpſit omnia, ſiue ob frequentia ſacrificia quæ idolis offerebant, filios etiam & filias; ſiue quia labores malè ſuccedebant, Deo irritato, gregum & filiorum procreatio non erat. Mutemus ergo, alioqui

25 Dormiemvs. i. moriemur in hac ignominia. Ea erit merces peccatorum noſtrorum contra Deum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Vvigo dicitvr. i. dici ſolet. Mvlier illa. Hebr. & Chald *terra iſta.* q. d. nónne eſtis contaminati peccatis? Lxx. *mulier illa.*

2 Directvm. Chald. *loca edita.* ſ. vbi idola coli ſolebant. Eos. ſ. amatores tuos. Latro. Chald. *Arabs.* Lxx. *cornix.* Fornicationibvs. i. idolorum cultu.

3 Serotinvs. i. tempore vens. Frons. Lxx *facies.*

4 Virginitatis. i. pueritiæ.

5 Irasceris. ſ. ô Domine. In finem. i. ſemper. Potvisti. i. præualuiſti.

6 Aversatrix. i. à Deo ſe auertens. Sibimet abundat, more Hebraico. ſic Italicè, *ſe n'ando.* Fornicata est. i. idola coluit.

10 In mendacio. i. ſimulatè.

11 Ivstificavit, &c. q. d. minùs peccauit comparatione Iudæ.

12 Aqvilonem. ſ. Iſrael erat ad Aquilonem reſpectu Iudæ. Sanctvs. Lxx. *miſericors.*

13 Dispersisti. i. expoliuiſti. Chald. *corrupiſti.* Lxx. *effudiſti.* Alienis. i. dijs.

14 Revertentes pro, recedentes. Lxx. *apoſtatæ.* Et dvos. ſ. pauci electi. Cognatione. i. familia. ſ. vna. ſenſus eſt, vnum vel duos de vna ciuitate, aut familia. Sion. i. Eccleſiam, vel cælum.

16 Arca testamenti. per hanc intelliguntur omnia legalia. Fiet. ſ. quidquam tale.

17 Iervsalem. i. Eccleſiam. Domini. ſ. Chriſti. Nomine. i. virtute, ſeu inuocatione.

18 Ad domvm. Chald. *cum domo.* Simvl. ſignificari videtur coniunctio Iudæorum & Gentilium in vnam fidem. Aqvilonis. i. Gentilitatis, vel Babylone.

19 Qvomodo. i. quàm præclarè. Exercitvvm. i. multitudinis Lxx. *Dei omnipotentis.* Ingredi i. incedere. q. d. me ſequi.

21 In viis. Hebr. *in excelſis.* Chald. *iuxta torrentes.* Lxx. *ex labijs.* Israel. ſ. in calamitatem incidentis, vel abducti in captiuitatem.

22 Revertentes. i. recedentes. Aversiones. Lxx. *contritiones.* Ecce. pro, dicite, ecce.

23 Mvltitvdo. Lxx. *fortitudo.*

24 Confvsio. i. res dignæ pudore. Comedit. Chald. & Lxx. *conſumpſit.* Laborem. i. bona labore parta.

25 Dormiemvs. Futura pro præteritis. q. d. iacebamus velut in lecto.

CAPVT IV.

Promittit Dominus veniam ſi ſe verè conuertant & corde circumcidant, comminando grauia mala ſi in malis perſiſtant: quapropter luget Propheta videns terram deuaſtandam, & in ſolitudinem redigendam, ita tamen vt non fiat conſummatio.

1 A SI reuerteris Iſrael, ait Dominus, ad me
conuertere: ſi abſtuleris oſtendicula tua à
2 facie mea, non commoueberis. Et iurabis: Vi-
uit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iu-
ſtitia: & benedicent eum Gentes, ipſumque
3 laudabunt. Hæc enim dicit Dominus viro
Iuda & Ieruſalem: Nouate vobis nouale, & Oſee 10. d 11
4 nolite ſerere ſuper ſpinas: circumcidimini Do-
mino, & auferre præputia cordium veſtrorum
viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne fortè
egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccen-
datur, & non ſit qui extinguat, propter mali-
5 tiam cogitationum veſtrarum. Annunciate
in Iuda, & in Ieruſalem auditum facite: lo-

quimini,

quimini, & canite tuba in terra: clamate forti- B
ter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur
ciuitates munitas, *leuate ſignum in Sion. Con- 6
Sup.1. c.14 ſortamini, nolite ſtare, ᵃquia malum ego addu-
co ab Aquilone, & contritionem magnam.
*Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo Gentium 7
ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat ter-
ram tuam in ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſta-
buntur, remanentes abſque habitatore. *Super 8
hoc accingite vos cilicijs, plangite & vlulate: C
quia non eſt auerſa ira furoris Domini à nobis.
*Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor 9
regis, & cor principum: & obſtupeſcent ſacer-
dotes, & prophetæ conſternabuntur. *Et dixi: 10
Heu, heu, heu Domine Deus, ergóne decepiſti
populum iſtum & Ieruſalem, dicens: Pax erit
vobis: & ecce peruenit gladius vſque ad ani-
mam? *In tempore illo dicetur populo huic & 11
Ieruſalem: Ventus vrens in vijs, quæ ſunt in de-
ſerto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum
& ad purgandum. *Spiritus plenus ex his veniet 12
mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis.
*Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas 13
currus eius: velociores aquilis equi illius: væ D
nobis quoniam vaſtati ſumus. *Laua à malitia 14
cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias: vſquequò
morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Vox 15
enim annuntiantis à Dan, & notum facientis
idolum de monte Ephraim. *Dicite gentibus: 16
Ecce auditum eſt in Ieruſalem cuſtodes venire
de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda
vocem ſuam. *Quaſi cuſtodes agrorum facti 17
ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam
Sap.1. a.3.b.5 prouocauit, dicit Dominus. *ᵇVia tuæ, & cogi- 18
tationes tuæ fecerunt hæc tibi: iſta malitia tua,
quia amara, quia tetigit cor tuum. *Ventrem 19
meum, ventrem meum doleo, ſenſus cordis E
mei turbati ſunt in me: non tacebo, quoniam
vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem
prælij. *Contritio ſuper contritionem vocata 20
eſt, & vaſtata eſt omnis terra: repentè vaſtata
ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ. *Vſ- 21
quequò videbo fugientem, audiam vocem buc-
cinæ? *Quia ſtultus populus meus me non cog- 22
nouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapien-
tes ſunt vt faciant mala, benè autem facere ne-
ſcierunt. *Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & 23
nihili; & cælos, & non erat lux in eis. *Vidi 24
montes, & ecce mouebantur: & omnes colles
conturbati ſunt. *Intuitus ſum, & non erat ho- 25
mo: & omne volatile cæli receſſit. *Aſpexi, & 26
ecce Carmelus deſertus: & omnes vrbes eius F
deſtructæ ſunt à facie Domini, & à facie iræ fu-
roris eius. *Hæc enim dicit Dominus: Deſerta 27
erit omnis terra, ſed tamen conſummationem
non faciam. *Lugebit terra, & mœrebunt cæli 28
deſuper: eò quòd locutus ſum, cogitaui, & non
pœnituit me, nec auerſus ſum ab eo. *A vocé 29
equitis & mittentis ſagittam, fugit omnis ciui- G
tas: ingreſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes:
vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt, & non habitat
in eis homo. *Tu autem vaſtata quid facies? 30
cùm veſtieris te coccino, cùm ornata fueris
monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos, fru-
ſtrà componeris; contempſerunt te amatores
tui, animam tuam quærent. *Vocem enim quaſi 31
parturientis audiui, anguſtias vt puerperæ:
Vox filiæ Sion intermorientis, expandentiſque
manus ſuas: væ mihi, quia defecit anima mea
propter interfectos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SI REVERTERIS. Goth. *ſi converteris.* Inuitat ad pœnitentiam, & prædicit excidium Ieruſalem. AD ME, iunge cum *ſi reverteris.* CONVERTERE. Hebr. explicat, *quieſces.* i. non ibis in captiuitatem. Sanè שוב *ſub* inter alia *quieſcere* ſignificat. SI ABSTVLERIS OFFENDICVLA. Hebr. *abominationes.* ſic Sept. & Chald. ſed per *offendicula* & *abominationes* intelligit idola. NON COMMOVEBERIS. i. non ibis captiua.

2 ET IVRABIS. Id erit ſignum abdicatæ idololatriæ, iurare per me. ET BENEDICENT. Hebr. *& benedicent ſe in eo gentes, & in eo laudabunt ſe.* ſ. tuo exemplo gentes nomen Dei inuocabunt, per eum ſe benedicent: Ita mihi Deus faciat. IPSVMQVE LAVDABVNT, ſed etiam laudabunt dicentes: Deus mihi in hac re fauit.

3 NOVATE VOBIS NOVALE. i. mores mutate, vitia euellite ea vocat *ſpinas.*

4 CIRCVMCIDIMINI DOMINO. i. vt vult Dominus. PROPTER MALITIAM COGITATIONVM VESTRARVM. Sept. *adinuentionum.* Chald. *operum veſtrorum,* ne ſ. indigner propter illas.

5 ANNVNTIATE. Quia conuerti noluerunt, denuntiat exitium. CLAMATE FORTITER. Sic Sept. Nimirum pro מלאו *malu* legerunt מאד *meod.* i. pro *implete,* vt nunc eſt, legerunt *valdè.* Hebr. *clamate, implete.* i. inflate tubam, vento implete, Kimhi & Pagn. *congregate.* ſ. populum, vt in munita loca ſe conferat. INGREDIAMVR CIVITATES MVNITAS. Propter hoſtes, qui omnia occupabunt, eas ingredimini.

6 LEVATE SIGNVM IN SION. Tubæ clangore, & vexillis explicatis inuocetur populus. CONFORTAMINI. Hebr. *fugite, migrate.* ſic Sept. & Chald. Nimirum vocem העיזו *haluzu,* non à עזז deducitur, quod *confortare* ſignificat, ſed à עוז *hauaz,* quod *fugere.* AB AQVILONE, à Babylone, & finitimis regionibus adduco malum, cladem.

7 LEO. Nabuchodonoſor. DE CVBILI SVO. Hebr. *umbraculo ſuo.* ET PRÆDO GENTIVM. Hebr. *maclator Gentium profectus eſt.* Noſter dixit, SE LEVAVIT.

8 SVPER HOC. i. propter hoc, על *hal, ſuper & propter* ſignificat, hanc ob rem. ACCINGITE VOS CILICIIS. Hebr *ſaccis.* Is erat lugentium mos, veſtes mutare. A NOBIS non eſt auerſa ira Dei. ſic Sept. & Chald. quidam *ab eo* vertunt, id eſt, à Deo. Deus non auertit iram, non ceſſauit iraſci.

9 PERIBIT COR REGIS. i. prudentia. ET PROPHETÆ CONSTERNABVNTVR. Sept. *admirabuntur.* Chald. *conturbabuntur,* videntes ſ. non euenire quæ ipſi vaticinati erant. Loquitur de falſis prophetis.

10 ET DIXI, ego Ieremias. HEV, HEV, HEV. In Hebræo vna eſt interiectio dolentis אהה *Ahah,* vt cap. 1. v. 1. ERGO NE DECEPISTI POPVLVM? permiſiſti decipi per falſos prophetas. VSQVE AD ANIMAM? vſque ad præcordia venit gladius.

11 VENTVS VRENS. Hebr. *ventus ſiccus.* Chald. *ventus meridianus.* Ego credam loqui de vento Aquilonari, qui ſiccus eſt, & quoniam hoſtes, quos per ventum intelligit, veniebant ab Aquilone. IN VIIS, QVÆ SVNT IN DESERTO ſ. is ventus flat. Hebr. (in) *excelſis, in deſerto.* In cacumine montium ventus eſt violentior, ſublatis impedimentis. VIÆ FILIÆ POPVLI MEI. i. in deſerto eius viæ ſunt quæ tendit Ieruſalem. NON AD VENTILANDVM. ſ. is ventus non erit, vt ventilet fruges, ſed vt ſubuertat omnia. Non erit vtilis ſed noxius & exitialis.

12 SPIRITVS PLENVS. i. ventus vehemens, violentus. EX HIS. ſ. locis excelſis, aut præ ijs ventis,

quibus areæ ventilantur. VENIET MIHI.i.contra me. Propheta totius populi perſonam ſuſtinet. Veniet contra populum Iſrael. Aut *veniet mihi.* i. in obſequium meum; ſi ſit Dei vox. ET NVNC EGO LOQVAR. Verba ſunt aut Prophetæ. *Nunc*, pro tunc, loquar iudicia, oſtendam eos iuſtè puniri. Aut ſint Dei verba eodem ſenſu. LOQVAR IVDICIA MEA. Non eſt Hebr. *mea*, ſed Sept. poſuerunt. ſ. vt indicarent, hæc verba Dei eſſe, non Ieremiæ.

13 ASCENDET. hoſtis repentè veniet vt nubes.

14 COGITATIONES NOXIÆ? Hebr. *cogitationes vanitatis tuæ*, aut *mendacij tui*, quouſque in te erunt? Fortaſſis *mendacium* vocat idola, quibus gens erat dedita.

15 VOX ENIM ANNVNTIANTIS. i. nuntius. A DAN. Terminus Terræ promiſſionis ad Septemtrionem. ET NOTVM FACIENTIS IDOLVM. i. idololatras appropinquare. Pro *idolo* Sept. *laborem* ponunt. ſ. nuntius de monte Ephraim profectus, nuntiabit laborem qui inſtat. Per *Dan* & *Ephraim* Babylonij venturi erant contra Ieruſalem, ideò has duas nominat.

16 DICITE GENTIBVS. i. de gentibus, aut propter gentes. ſ. quæ veniunt contra Ieruſalem. IN IERVSALEM. .i. contra Ieruſalem. CVSTODES VENIRE. Sic vocantur milites. & fortaſſis meliùs vertas *deſolatores*, nam נצר *nazar*, vnde *nozerim*, & *cuſtodire* ſignificat & *deſolare*. ET DARE .... VOCEM SVAM, armorum ſtrepitum & fragorem tota prouincia exaudiri. Id dicite, nuntiate.

17 QVASI CVSTODES AGRORVM. Qui ſ. nullum irrumpere ſinunt. ſic Babylonij obſidebunt Ieruſalem, non ſinent commeatum aut auxilia inuehi. SVPER EAM. pro, circum eam. ſ. Ieruſalem conſederunt.

18 COGITATIONES, ſiue *opera*, ſiue *adinuentiones* tuæ fuerunt huius mali cauſa. QVIA AMARA, QVIA TETIGIT COR malitia. Hebr. *quia peruenit vſque ad cor tuum*. Intimis medullis hauſiſti malitiam. ea calamitatis occaſio. Poſſumus etiam כי *chi*, *quia* pro *vere* ſumere. eritque ſenſus: Malitia tua verè amara, verè peruenit ad cor, fecit vt ex corde doleas hac oppreſſa clade.

19 VENTREM MEVM, VENTREM MEVM. Sic Sept. & Chald. Hebr. *viſcera mea, viſcera mea*. ſed perinde eſt. Verba ſunt Prophetæ dolentis ob excidium vrbis quod inſtabat. DOLEO. Ventrem doleo, & ſenſus doleo. Ij accuſatiui ab eo verbo reguntur. SENSVS CORDIS MEI. Sic Sept. Hebr. *parietes cordis mei*. i. præcordia, aut prudentiam, qua parietum inſtar fulcitur cor; aut conſtantiam, vt Chald. *ſuſtentatio*. TVRBATI SVNT IN ME. Hebr. *tumultuatur in cor meum*, ſeu *rugit*, vt Chald. Sept. & Theodot. μαιμάσσει dixerunt, quod verbum quid ſignificet Hieronymus ait ſe ignorare. Sed ex Suida μαιμάζω *turbo* ſignificat. vnde μαιμακτήριων Ianuarius menſis, quia turbidus. Ita in hoc à Vulgata Sept. non diſcrepant. AVDIVIT. Hebr. *audiſti* anima mea. quid? vocem buccinæ.

20 CONTRITIO SVPER CONTRITIONEM. i. non vna clades venit, ſed multiplex. VOCATA EST. i. adducta Deo auctore. Chald. *accidit*, nempe vocem נִקְרָא *nikra* deducit à קרה *karah*. i. *accidere*, mutato ה in א, quod ſæpè fit. Hoc ſequitur Hebr. Schol. נקרא עני מקר מעפי שהוא כאלף. i. *Nikra*, *contingere ſignificat*, *tametſi per Aleph*. TABERNACVLA MEA. Per *tabernacula* Iudæorum exercitum ſignificat, qui, vt fit, hoſti proceſſit obuiàm. PELLES MEÆ. Hebr. *cortina meæ*. ſed per *cortinas* & *pelles* tentoria bellica intelligit. Cant. 1. v. 5. *ſicut pelles Salomonis*. Ergo tabernacula vaſtata ſunt.

21 VSQVEQVO VIDEBO FVGIENTEM. Sept. *fugientes*. Reddit cauſam cur tabernacula ſunt capta, quia populus fugit. Hebr. *vſquequò videbo vexillum* (.ſ. hoſtium) *audiam vocem buccinæ*. i. quamdiu bellum erit & hoſtes in hac prouincia? Vox נס *nas* cum *Camez* ſignificat *fugientem*, cum *Zere*, *nes* ſignificat *vexillum*. ſed radix non eadem. Ea varietatis occaſio. Verba Prophetæ hactenus.

22 QVIA STVLTVS. Reſponſio Dei. Ideò venêre hæc mala, ideò durabunt, quoniam hic populus ſtultus eſt.

23 VACVA ERAT, ET NIHILI. Hebr. *Tohu vabohu*, *inanis & vacua terra*, vt Geneſ. 1. v. 2. vbi ſunt eædem voces. Cæli etiam ſine luce erunt. Denique omnia in antiquum chaos reducta videbuntur. Verba ſunt Prophetæ.

24 MOVEBANTVR. Hebr. *tremebant montes*. ET OMNES COLLES CONTVRBATI SVNT. Pagn. *deſtructi ſunt*. Hæc omnia per hyperbolem dicuntur.

26 CARMELVS DESERTVS. Hebr. *Carmelus deſertum*. .i ſicut deſertum. *Carmelus* hìc vt & c. 2. v. 7. non ſumitur pro monte Carmelo, ſed ſignificat locum amœnum & frugiferum, & hîc pro tota prouincia accipitur, quæ priùs fertilis, hoſtium incurſionibus ſimilis deſerto facta eſt. ET OMNES VRBES EIVS. ſ. Carmeli. Ex hoc vides quid per Carmelum intelligat. A FACIE DOMINI, ET A FACIE IRÆ FVRORIS EIVS. Poſterior pars eſt prioris explicatio. *A facie Domini* idem eſt quod *à facie furoris*. i. propter furorem & iram Domini deſtructæ ſunt.

27 CONSVMMATIONEM NON FACIAM. Aliqui quaſi ſemen remanebunt.

28 LVGEBIT TERRA. Hebr. *propter hoc lugebit terra*. ET MOEREBVNT CÆLI. Hebr. *nigreſcent cæli*, obducentur nubibus quaſi veſte lugubri. Proſopopœia eſt.

29 A VOCE EQVITIS. i. fama audita equitum venientium terrebit ciues. ET MITTENTIS SAGITTAM. Hebr. *mittentis arcu*. ſ. ſagittas. INGRESSI SVNT ARDVA. Vox Hebr. עב *hab*, & *nemora denſa* ſignificat, & *nubes*. Ergo ingreſſi ſunt fugientes nemora. Chald. *ſiluas*, Sept. *ſpeluncas*. Aut *ingreſſi ſunt nubes*. i. loca ſublimia inſtar nubium. Huc Hieronymus reſpexiſſe videtur, cùm *ardua* dixit; eritque hyperbole, vt notat Hebr.

30 QVID FACIES? quod tantis malis remedium? ET PINXERIS STIBIO. Hebr. *ſcideris*. ſed *ſcindere* eſt onerare ſtibio oculos. FRVSTRA COMPONERIS. Hebr. *fruſtrà te pulchram facies*, ornabis. AMATORES TVI. id eſt, externæ gentes, quas in auxilium vocaras, qui amicos ſe ſimulabāt, illi potiùs animam tuam quærunt. i. tuum exitium. q. d. tu muneribus, & diuitiarum atque ornatus oſtentatione voluiſti amicos tibi parare, verùm nihil id profuit.

31 VOCEM ENIM audiui. Deus, ſeu Propheta hæc dicit. ANGVSTIAS VT PVERPERÆ. Hebr. *vt primiparæ*, ij dolores vehementiores ſunt. INTERMORIENTIS VOX. Hebr. *Vox filiæ Sion*, *conqueritur*, aut *muſſitat* potiùs. .i. exilis eſt præ anguſtia vox. id ſignificat *vox intermorientis*. vix præ dolore gemere poteſt. PROPTER INTERFECTOS. Sic Sept. ſ. filios meos. Hebr. *propter interfectores*. ſic Chald. Summa, ſignificat & mala ea eſſe maxima, & dolores ob illa vehementiſſimos, quales ſunt parientis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 COMMOVEBERIS. i. turbaberis.

2 IN IVDICIO, ET IN IVSTITIA. i. pro re iuſta. EVM. ſ. Iſrael. i. fidelem populum.

3 NOVATE, &c. q. d. expurgate animum, vt poſſitis diuinum ſemen recipere.

4 DOMINO. i. vt vult Dominus, ſeu ad honorem Domini. PRÆPVTIA. i. peccata.

6 SIGNVM. i. vexillum, ſ. vt omnes intelligant bellum imminere, & ſe recipiant ad loca tuta. CONFORTAMINI. Hebr. *fugite*. Chald. *migrate*. LXX. *feſtinate*. AQVILONE. i. Chaldæa.

7 LEO. Chald. *Rex*. ſ. Nabuchodonoſor. PRÆDO GENTIVM. Chald. & LXX. *perdens Gentes*.

10 HEV, HEV, HEV. Hebr. *Ahah*. ERGONE. Hebr. *verè*. ſ. hominum iudicio. vel pro, verène. q. d. itáne. PAX, &c. Id intelligebatur, ſi Deo obedirent. ANIMAM. i. vitæ perditionem.

11 DESERTO, ſ. quod eſt inter Babylonem & Iudæam. VIÆ FILIÆ. i. ducentis ad filiam. ſ. Ieruſalem.

Pvrgandvm.ſubaudi,ſed ad perdendum.
Spiritvs.i.ventus.q.d.tempeſtas. His.ſ. Chal- 12
dæis. Mihi. i. obſequium meum. Vox Dei. Lo-
qvar ivdicia,&c.i.conuincam,iuſtè me punire.Eis
ſ.Iudæis.
Ascendet.Chald.*aſcendet Rex.* 13
Annvntiantis. ſ.calamitatem. Dan. ad Aquilo- 15
nem eſt. Idolvm. i. pœnam idololatriæ. Lxx. *dolo-*
rem. Hebr.*iniquitatem*.i.pœnam iniquitatis. De mon-
te.iungendum cum *facientis*.
Gentibvs.pro,de gentibus. ſ.aduentantibus. Cv- 16
stodes.Chald.*exercitus*.
Ista. ſ. eſt. q.d. horum cauſa eſt. Tetigit.i.af- 18
flixit.
Ventrem.i.interiora. 19
Vocata est. i.addita eſt.Chald.*accidit*. Pelles. 20
.i.tentoria.
Aspexi.ſ.prophetico ſpiritu. Terram. i. plebem. 23
Vacva erat, et nihili. Hebr. eædem voces, quas
Gen.1.vertit,*inanis & vacua*.Chald.etiam hîc, *deſer-*
ta & vacua. Cælos.i.principes.
Carmelvs.i.locus fertilis,& paſcuus. 26
Consvmmationem. i. conſumptionem. q.d. non 27
prorſus perdam.
Lvgebit.i.deſolabitur. Moerebvnt. Chald. & 28
Lxx.*contenebreſcent*. Locvtvs. i. comminatus. Eo.
ſ.quod de puniendo cogitaui.
Civitas. Lxx. *regio*. Ardva. Lxx. *ſpeluncas.* 29
Chald. *ſiluas*.
Cvm ornata,&c.i.etiam ſi orneris. Amatores. 30
.i.qui anteà amare & fauere videbantur. Animam.
.i.vitam.ſ.perdere.
Pverperæ Hebr.Chald.& Lxx.*primiperæ*.i.primò 31
parientis. Intermorientis. Lxx. *deficientis*. Ex-
pandentisqve.ſ.vt ſolent deſperantes. Væ.ſ.dicit.

CAPVT V.

Dominus in Ieruſalem quærit virum iuſtum, vt illi miſereatur: ſed tam plebs quam optimates in præuaricationibus ſuis & idololatria indurati ſunt & effuſi, ideò comminatur eis vaſtationem ab extraneo populo, eò quod cæci & ſurdi facti ſint, non tamen vſque ad conſummationem.

Circuite vias Ieruſalem,& aſpicite, & conſi- 1
derate, & quærite in plateis eius, an inue- A
niatis virum facientem iudicium,& quærentem
fidem: & propitius ero ei. * Quòd ſi etiam, Vi- 2
uit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt.
* Domine oculi tui reſpiciunt fidem: percuſſi- 3
ſti eos, & non doluerunt:attriuiſti eos,& renue-
runt accipere diſciplinam: indurauerunt facies
ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. * Ego 4
autem dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ig-
norantes viam Domini, iudicium Dei ſui. * Ibo 5
igitur ad optimates,& loquar eis: ipſi enim cog- B
nouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui. &
ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, rupe-
runt vincula. * Idcircò percuſſit eos leo de ſil- 6
ua, lupus ad veſperam vaſtauit eos, pardus vi-
gilans ſuper ciuitates eorum: omnis, qui egreſ-
ſus fuerit ex eis,capietur:quia multiplicatæ ſunt
præuaricationes eorũ, cõfortatæ ſunt auerſiones
eorum. * Super quo propitius tibi eſſe potero? 7
filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui
non ſunt dij: ſaturaui eos, & mœchati ſunt, &
in domo meretricis luxuriabantur. * Equi ama- 8
(n) Ezech.22 c.11 tores & emiſſarij facti ſunt: (n) Vnuſquiſque ad
vxorem proximi ſui hinniebat. * Numquid ſu- 9
per his non viſitabo, dicit Dominus? & in gen- C
te tali non vlciſcetur anima mea? * Aſcendite 10
muros eius, & diſſipate, conſummationem au-
tem nolite facere: auferte propagines eius, quia
11 non ſunt Domini. * Præuaricatione enim præ-
uaricata eſt in me domus Iſraël, & domus Iu-
12 da, ait Dominus. * Negauerunt Dominum, &
dixerunt: Non eſt ipſe: neque veniet ſuper nos
13 malum: gladium & famem non videbimus.
* Prophetæ fuerunt in ventum locuti,& reſpon-
14 ſum non fuit in eis:hæc ergo euenient illis. * Hæc
dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti
eſtis verbum iſtud: ecce ego do verba mea in
ore tuo in ignem,& populum iſtum in ligna, &
15 vorabit eos. * Ecce ego adducam ſuper vos gen-
D tem de longinquo domus Iſraël, ait Dominus;
gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem,
cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid lo-
16 quatur. * Pharetra eius quaſi ſepulchrum pa-
17 tens, vniuerſi fortes. * Et comedet ſegetes tuas,
& panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias
tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua:
comedet vineam tuam, & ficum tuam: & con-
teret vrbes munitas tuas; in quibus tu habes fi-
18 duciam, gladio. * Verumtamen in diebus illis,
ait Dominus, non faciam vos in conſummatio-
19 nem. * (n) Quòd ſi dixeritis: Quare fecit nobis (n) Infr.16. b.10
E Dominus Deus noſter hæc omnia? dices ad
eos: Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis deo alie-
no in terra veſtra,ſic ſeruietis alienis in terra non
20 veſtra. * Annuntiate hoc domui Iacob, & audi-
21 tum facite in Iuda, dicentes: * Audi popule ſtul-
te, qui non habes cor: qui habentes oculos,
22 non videtis; & aures, & non auditis. * Me ergo
non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non
dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari,
præceptum ſempiternum, quod non præteri-
bit: & commouebuntur,& non poterunt: & in-
tumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud:
23 * populo autem huic factum eſt cor incredulum
F & exaſperans, receſſerunt & abierunt. * Et non
24 dixerunt in corde ſuo: Metuamus Dominum
Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam tempo-
raneam & ſerotinam in tempore ſuo; plenitu-
25 dinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis. * Ini-
quitates veſtræ declinauerunt hæc: & peccata
26 veſtra prohibuerunt bonum à vobis: * Quia in-
uenti ſunt in populo meo impij inſidiantes qua-
ſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad ca-
27 piendos viros. * Sicut decipula plena auibus, ſic
domus eorum plenæ dolo: ideò magnificati
28 ſunt & ditati. * Incraſſati ſunt & impinguati: &
G præterierunt ſermones meos peſſimè. * (n) Cauſam (n) Iſa.1. f.23
viduæ non iudicauerunt, cauſam pupilli non di- Zach.7.10
rexerunt, & iudicium pauperum non iudicaue-
29 runt. * Numquid ſuper his non viſitabo, dicit
Dominus? aut ſuper gentem huiuſcemodi non
30 vlciſcetur anima mea? * Stupor & mirabilia fa-
31 cta ſunt in terra: * prophetæ prophetabant men-
dacium, & ſacerdotes applaudebant manibus
ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur
fiet in nouiſſimo eius?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Oſtendit ob varia peccata puniri populum. Idem facit proximo capite.
1 Circvite vias. Hebr. *ſcrutamini in plateis*. Et qværentem fidem.Hebr. *veritatem*.ſed per *veritatem* Hebræi *ſtabilitatem* intelligunt.Qui in dictis & factis ſit conſtans,non facilè moueatur. Et propitivs

ERO EI. ſcilicet vrbi, propter affixum femininum. Magna benignitas. Sodomæ vult parcere propter decem iuſtos, Geneſ. 18. verſ. 32. Nunc Ieruſalem propter vnum iuſtum .i. paucos. nam aliquem iuſtum ibi fuiſſe veriſimile eſt.

2 QVOD SI ETIAM, VIVIT DOMINVS, DIXERINT. q.d. at multi ſunt qui Deum colunt; nam dicunt, Viuit Dominus. ſed moribus diſcrepant. ET HOC FALSO IVRABVNT. Hebr. *ſanè in vanum* (mendaciter) *iurabunt*, pro, iurant, vt ſ. decipiant alios.

3 DOMINE OCVLI TVI RESPICIVNT FIDEM. Hebr. *oculi tui an non ad veritatem*. ſ. intenti ſunt? Tu noſti mentes hominum, & quoniam eos vidiſti non rectè agere, PERCVSSISTI EOS, ET NON DOLVERVNT .i. non pœnituerunt, non ſunt à malo conuerſi. ATTRIVISTI EOS. Hebr. *conſumpſiſti eos*. INDVRAVERVNT FACIES SVAS SVPRA PETRAM. id eſt, duriores petris fuerunt. *Os durum* Latinè *impudentia* dicitur.

4 FORSITAN PAVPERES SVNT. Sic Sept. Hebr. *verumtamen, ſanè tenues ſunt, qui ſunt praui*. Ibo ad optimates:

5 ET ECCE MAGIS HI SIMVL. Hebr. *verumtamen ipſi ſimul*. i. vnà cum pauperibus & plebe. CONFREGERVNT IVGVM. Per *iugum* Legem, per *vincula* Legis præcepta intellige.

6 LEO DE SILVA. Nabuchodonoſor leoni, lupo, & pardo comparatur. LVPVS AD VESPERAM. Noctu lupus prædatur. Vox Hebr. ערבות *haraboth*, *tenebras* ſignificat. Hoc Hieronymus eſt ſecutus, & Chald dixit, *lupi veſpertini*. ſignificat etiam *deſerta*, quod Hebræi ſequuntur. *Lupus è deſertis vaſtauit*, pro, vaſtabit *eos*. PARDVS VIGILANS. i. cuſtodiens. ſic Sept. *ſen: arans ſtans ſuper ciuitates* ſ. obſidens. Vox Hebr. שֹׁקֵד *ſokea*, & *vigilare* ſignificat & *ſtare*. AVERSIONES EORVM, ſeu *rebelliones* eorum roboratæ ſunt. Ea cladis cauſa.

7 SVPER QVO PROPITIVS. Hebr. *Ob hoc dimittam tibi?* q.d. minimè. ET IN DOMO MERETRICIS LVXVRIABANTVR. Hebr. *& domum meretricis catervatim ibant* aut *ſe congregabant*.

8 EQVI AMATORES ET EMISSARII, velut equi. Hebr. *equi paſti*, ſiue *armati manè*. Satietate excitatur libido, phaleris armati equi ferociores ſunt.

9 NON VISITABO. i. non puniam ſimilem licentiam?

10 ASCENDITE MVROS EIVS. Milites alloquitur. AVFERTE PROPAGINES EIVS. i. ramos eius. Dixerat, conſummationem non facite, ne euellatis radicitus. nunc ait, propagines ſeu ramos auferte, quia praui ſunt, non ſunt Domini Dei. Ciues qui nunc ex ea ſtirpe prodierunt, ac malos præſertim perdite. Chald. *palatia*. Sept. *ſuſtentacula* auferte, deſtruite.

12 NON EST IPSE. ſ. Deus non loquitur ipſe, non euenient quæ minatur.

13 PROPHETÆ FVERVNT IN VENTVM. i. vani. ſic populus dicebat, qui Deum negarant, prophetis detrahunt. LOCVTI non eſt Hebr. neque in Goth. neque requiritur. ET RESPONSVM NON FVIT IN EIS. Hebr. *verbum*. Deus per eos non eſt locutus. HÆC ERGO EVENIENT ILLIS. Deme *ergo*, nam Hebr. non eſt, eritque ſenſus: Verbum Dei non erat in eis, cùm dicebant, Sic fiet eis. Hæc illis euenient mala.

14 VERBA MEA IN ORE TVO IN IGNEM. i. inſtar ignis erit. os tuum, ô Ieremia, populum hunc quaſi ligna comburet. Id eſt vorare, ſeu comedere. ET VORABIT EOS. comburent verba tua.

15 ADDVCAM SVPER VOS, contra vos. GENTEM DE LONGINQVO, Chaldæos.

16 PHARETRA EIVS QVASI SEPVLCHRVM PATENS, apertum. Vt ſepulchrum multos conſumit, ſic ſagittis Chaldæorum multi cadent.

17 DEVORABIT FILIOS TVOS i. occidet. ET CONTERET VRBES, ſeu *depauperabit*. Chald. *deſtruet*. GLADIO. Hebr. *in gladio*. ſ. deſtruet.

19 ALIENIS ſ. dijs, idolis ſeruietis captiui, vt antè feciſtis in terra veſtra.

22 ARENAM TERMINVM MARI. Quid arena fragilius? quid mari violentius? Et tamen lege litoris coercet Deus mare, & quaſi clauſtris includit. Hinc & ex Iob 38. verſ. 10. colligunt quidam mare terra altius eſſe. Alioqui quod miraculum, non ſuperfundi terræ? De quo Eccleſiaſtæ 1. v. 7. alia.

23 COR INCREDVLVM ET EXASPERANS. Hebr. *cor contumax & rebelle*. Sept. *cor inobediens & incredulum*. Denique mare obedit, hi rebellant. Quantò melius eſſet timere Deum qui dat pluuiam

24 TEMPORANEAM ET SEROTINAM. id eſt, autumnalem pluuiam ad ſeminandum, & vernam, vt fruges mature ſcant. PLENITVDINEM ANNVÆ MESSIS. Sept. *tempus plenitudinis*. Ergo *plenitudinem* i. copioſas meſſes cuſtodit nobis. Hieronymus & Sept. vocem שבעות *ſchuboth* legerunt cum puncto *Sureq*, quomodo ſignificat *ſaturitatem* ſeu *plenitudinem*. Et fortan ea eſt vera lectio, idque tangit Hebr. Schol. מס' אותו מענין מלא *Sun. qui ſumunt in ſignificatione plenitudinis*. Sed vt nunc eſt cum *Iamin*, *hebdomadas* ſignificat: atque Hebr. ſic vertas: *Hebdomadas præceptorum meſſis cuſtodit nobis*. ſ. ne pluat, vt Hebræi intelligunt, quia tunc imber in ea regione noceret. & alludit ad ſeptem hebdomadas, quas meſſis tempore obſeruabant ex Legis præcepto poſt Paſcha: Exod. 34. v. 22. Leuit. 23. v. 15. Deut. 16. v. 9. At contrà ſunt in populo impij,

26 INSIDIANTES QVASI AVCVPES. Hebr. *aſpiciet ſicut qui ponit laqueos*. ſ. aues aſpicit. LAQVEOS PONENTES Hebr. *ponunt laqueum*, homines capiunt. Duriorem loquendi formam emolliuit Hieronymus ſententia conſeruata.

27 SICVT DECIPVLA. *Decipula* & *pedica* laqueum ſignificant, ſeu rete. Sept. *decipula* poſuerunt. Alioqui Hebr. *cauea plena aue*. i. auibus. ſic domus horum plenæ dolo. *Cauea*. i. *auiarium, vbi aues saginantur*, vt Chald. ſic iſtorum domus plenæ ſunt dolo. MAGNIFICATI SVNT ET DITATI. Quidam fraude ditantur, alijs innocentia egeſtatis cauſa eſt. ſed diuitiæ malè partæ, citò pereunt.

28 ET IMPINGVATI. Hebr. *nituerunt*, lauti facti ſunt. ET PRÆTERIERVNT SERMONES MEOS PESSIME. id eſt, præcepta violarunt. Hebr. *præterierunt verba mali*, in genitiuo. i. cum hominibus malè facientibus diſſimulant, prauorum numerus creſcet. CAVSAM VIDVÆ NON IVDICAVERVNT. Hebr. non eſt *viduæ*, hoc tantùm, *iudicium non iudicauerunt. iudicium pupilli*, appoſitiuè. NON DIREXERVNT iudicium pupilli. Hebr. *& proſperati ſunt*. Nihilominùs res illis ex voto fluunt.

29 NVMQVID. Hic verſus repetitio eſt v 9.

30 STVPOR. Chald. *admiratio*. i. res prodigioſa. ET MIRABILIA. Hebr. *fœditas*, turpitudo. ſic Chald. FACTA SVNT. Quæ ſunt ea mirabilia? Prophetę ſ. mendaces erant.

31 ET SACERDOTES APPLAVDEBANT MANIBVS SVIS. ſic Sept ſ. probabant dicta eorum. Hebr *ſacerdotes dominabantur per manus eorum*. i. auxilio prophetarum mendacium. Aut ſic: *Sacerdotes acceperunt* (munera) *per manus ſuas* i. manibus ſuis. Verbum רדה *radah*, & *dominari* ſignificat & *accipere*. IN NOVISSIMO EIVS? *Eius* Hebr. femininum eſt. Ergo, quid facietis in fine eius turpitudinis? Quam mercedem referet, quæ eſt operis extremum & nouiſſimum?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDICIVM. i. quod rectum eſt. QVÆRENTEM FIDEM. i. veritatis ſtudioſum, ſeu obſeruantem. PROPITIVS ERO. i. parcam: Auguſt. q 40. in Gen. exaggeratio eſt, ſignificans ne vnum quidem poſſe inueniri; non tamen quòd neceſſe ſit vbi tale quid reperietur, Dominum parcere. EI. ſ. Ieruſalem. eſt enim Hebr. femineum. Chald. & LXX *eis*. i. populo.

3 FIDEM i. veritatem, ſeu fidelitatem.

4 SVNT. i. tales.

5 IVGVM. i. et *iugum* & *vincula*, Dei præcepta in-

telliguntur, quæ homines in officio continent.

Leo. Chald. *exercitus vt leo.* Ad vesperam. Solet 6
lupus ad veſperam gregem inuadere. Chald. *veſpertinus.* Confortatæ i. roboratæ. Chald. *valida.*

Svper qvo. q. d. quo modo. 7

Eqvi. pro, velut equi. Emissarii. iungendum 8
cum *equi.*

Consvmmationem, &c. q. d. ne penitùs tamen de- 10
ſtruatis. Propagines. i. murorum ſummitates, ſeu minas. Chald. *palatia.* Lxx. *ſuſtentacula.*

Domvs Israel. i. decem tribus. Domvs Ivda. 11
.i. duæ tribus.

Prophetæ. Verba incredulorum. Responsvm. 13
ſ. Dei, ſeu verum. Hæc. ſ. dicta, vel dicenda ſtatim.

Do verba, &c. q. d. prædic eis punitionem, qua vt 14
igni conſumentur.

Qvasi sepvlcrrvm. i. interficiens. 16

Devorabit. Chald. *occidet.* 17

Non faciam, &c. i. non penitùs delebo. 18

Annvntiate. ſ. ò Prophetæ. 20

Dolebitis. ſ. pœnitentes. Chald. *contremiſcetis.* 22
Lxx. *formidabitis.* Potervnt. i. præualebunt.

Temporaneam. Lxx. *matutinam.* 24

Declinavervnt. i. auerterunt. 25

Decipvla. i. cauea. 27

Mirabilia. Lxx. *horribilia.* Chald *fœda.* 30

CAPVT VI.

Prædicitur calamitas ac vaſtitas Ieroſolymorum ab Aſſyrijs, eò quod contempſerint legem Domini, nec audire voluerint increpationes; ſed omnes, & potiſſimùm primates, Prophetæ ac ſacerdotes auaritiæ ac dolo ſtuduerint; ideoque & ipſos & eorum ſacrificia Deus abijcit: iubet ergo Propheta eos lugere, quoniam purgari conflatorio non potuerunt.

COnfortamini filij Beniamin in medio Ie- 1
ruſalem, & in Thecua clangite buccina, & A
ſuper Bethacarem leuate vexillum: quia malum viſum eſt ab Aquilone, & contritio magna.
* Specioſæ & delicatæ aſſimilaui filiam Sion. 2
* Ad eam venient paſtores, & greges eorum: 3
fixerunt in ea tentoria in circuitu: paſcet vnuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt. * Sanctifi- 4
cate ſuper eam bellum: conſurgite, & aſcendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi.
* Surgite, & aſcendamus in nocte, & diſſipemus 5
domos eius. * Quia hæc dicit Dominus exerci- 6
tuum: Cædite lignum eius, & fundite circa Ie- B
ruſalem aggerem: hæc eſt ciuitas viſitationis,
omnis calumnia in medio eius. * Sicut frigidam 7
fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam: iniquitas & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas &
plaga. * Erudire Ieruſalem, ne fortè recedat 8
anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam, terram inhabitabilem. * Hæc dicit Do- 9
minus exercituum: Vſque ad racemum colligent quaſi in vinea reliquias Iſraël: conuerte manum tuam quaſi vindemiator ad cartallum.
* Cui loquar? & quem conteſtabor vt audiat? 10
ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non
poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in C
opprobrium, & non ſuſcipient illud. * Idcir- 11
cò furore Domini plenus ſum, laborani ſuſtinens: effunde ſuper paruulum foris, & ſuper conſilium iuuenum ſimul: vir enim cum mu-
liere capietur, ſenex cum pleno dierum. * Et 12
tranſibunt domus eorum ad alteros, agri &
vxores pariter: quia extendam manum meam
13 ſuper habitantes terram, dicit Dominus. * A Iſa. 56. d.11
minore quippe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent: & à propheta vſque ad ſacerdotem Inf. 8. d.10
14 cuncti faciunt dolum. * Et cumbant contri-
D tionem filiæ populi mei cum ignominia, di-
15 centes, Pax, pax: & non erat pax. * Confuſi
ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potiùs confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. quam ob rem cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit
16 Dominus. * Hæc dicit Dominus: State ſuper
vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & Mat. 11. d.29
inuenietis refrigerium animabus veſtris. Et di-
17 xerunt: Non ambulabimus. * Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores. Audite vocem tubæ. Et
18 dixerunt: Non audiemus. * Ideò audite Gentes,
E & cognoſce congregatio, quanta ego faciam
19 eis. * Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper
populum iſtum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam
20 proiecerunt. * Vt quid mihi thus de Saba af- Iſai. 1. d.11
fertis, & calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocautomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi.
21 * Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo
F in populum iſtum ruinas, & ruent in eis patres
& filij ſimul, vicinus & proximus peribunt.
22 * Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit de
Terra Aquilonis, & gens magna conſurget à
23 finibus terræ. * Sagittam & ſcutum arripiet: crudelis eſt, & non miſerebitur. vox eius quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcendent, præparati quaſi vir ad prælium, aduerſum te filia Sion.
24 * Audiuimus famam eius, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehendit nos, dolores
25 vt parturientem. * Nolite exire ad agros, & in
via ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pa-
26 uor in circuitu. * Filia populi mei accingere ci-
G licio, & conſpergere cinere: luctum vnigeniti
fac tibi, planctum amarum, quia repentè veniet
27 vaſtator ſuper nos. * Probatorē dedi te in populo
meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eo-
28 rum. * Omnes iſti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuerſi cor-
29 rupti ſunt. * Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtrà conflauit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſum-
30 ptæ. * Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CONFORTAMINI. Vox העיזו *habizu* ſi puncta demas, & à עזז *hazaz* deduci poteſt, quod *confortare* ſignificat. & hoc ſecuti ſunt Hieronymus & Sept. & à עזז *hazaz*, quod *fugere & migrare* ſignificat. Hoc ſecutus eſt Chald. ſequuntur Hebræi. Ergo fugite. Filii Beniamin. Ieruſalem erat in tribu Beniamin. In medio Ievsalem. ſ. qui in ea vrbe habitatis, Hebr. *de medio Ieruſalem fugite.* ſ. vrbem relinquite. Quò fugient? Et in Thecva clangite bvccina. *Thecua* vicus erat duodecim millibus ab Ieruſalem, ad Auſtrum. Vnde mulier Thecuitis, quæ locuta eſt cum Dauide pro Abſalom 2. Reg 24. v. 1. Et svper Bethacarem. Vicus alter inter Ieruſalem & Thecua, ſignificat *domus vinearum*, quòd fortè multas vineas haberet. Levate vexillvm. Hebr *leuate eleuationem,*

nem. Quam alij ignem putant, quo ex ſpecula ſignificarent finitimis aduentum hoſtium. Alij putant eſſe turrim, quam in ijs vineis excitari iubet, vt ſe ad eam ruſtici reciperent. Sed præſtat *eleuationem*, *vexillum* cum Hieronymo intelligere, quod Chald. & Sept. ſunt ſecuti. Ergo in Thecua buccinam clangere vult, in Bethacarem vexilla explicari, vt hoſtium aduentus ſignificaretur, ſimul in ea loca, nempe munitiſſima ſe finitimi reciperent. VISVM EST. i. venit malum ab Aquilone.

SPECIOSÆ, ET DELICATÆ. נָוָה *nauah* quaſi נָאוָה 2
nauuah. i. *pulchra*. Indicat facilem captu Ieruſalem fore, ad primum hoſtium aduentum terreri, quia delicata erat.

PASTORES. Sic vocat hoſtium duces, ſicut *greges* 3
milites eorum. PASCET VNVSQVISQVE EOS, QVI SVB MANV SVA SVNT. Hebr. *paſcet quiſque manum ſuam* i. locum ſuum. Per *manum* ſæpè intelligitur locus. Ergo paſcet locum ſuum. i. quos penes ſe habebit ſuæ curæ commiſſos. Vel *manum ſuam*. i. ſuam cohortem, turmam quiſque dux paſcet.

SANCTIFICATE. i. parate, aut ſolemni ritu indicite 4
bellum. Ioel 1. v. 14. *ſanctificate ieiunium*. Verba ſunt hoſtium ſe mutuò hortantium ad bellum tanta cupiditate, vt illis breuis videatur dies, citò aduentare noctem. Id ſignificant verba ſequentia. SVPER EAM, contra eam. i. Ieruſalem, parate bellum.

CÆDITE LIGNVM EIVS, arbores, ſiluas, vt ex ijs 6
machinæ & vallum fiant. HÆC EST CIVITAS VISITATIONIS. i. quam Deus viſitat, vt puniat. Nec mirum. OMNIS CALVMNIA IN MEDIO EIVS. Hebr. *omnis ipſa oppreſſor in medio eius*. Sententiam poſuit Hieronymus.

SICVT FRIGIDAM. i. *vt in ciſterna eſt aqua frigida*, 7
ſic in Ieruſalem malitia. ſic Sept. nempe vocē הָקִיר deduxere à קָרַר *karar*, quod ſignificat *frigidum eſſe*. Hebr. deducit a קוּר *kur*, quod *ſcaturire* ſignificat, *ſicut ſcaturire facit puteus aquam ſuam*. Ergo vt in puteo ſcaturit aqua. i. non ſolùm eſt aqua præſens, ſed habet venam, vnde de nouo aquæ ſcateant: ſic in ea ciuitate ſemper eſt malitia, oppreſſio, violentia, infirmitas, ſeu ægritudo eorum qui patiuntur iniuriam; quia ineſt vena, vnde profluunt hæc mala, ſeu leges prauæ, ſeu capita infecta. CISTERNA, ſeu *puteus*. In textu בור i. *ciſterna* in Maſſoreth בִּיר *bair*. i. *puteus*. Sept. & Chald. *ciſternam* vertunt.

ERVDIRE, corrige, muta mores. Verba ſunt Dei. 8
NE FORTE RECEDAT ANIMA MEA. amor, cura mea ne abſcedat à te, ne te procùs abijciam.

VSQVE AD RACEMVM COLLIGENT. ſ. hoſtes. Hebr. 9
racemando racemabunt. i. botros, quos vindemiatores relinquunt, illos colligent, nemini parcent, ne infimis quidem. QVASI IN VINEA RELIQVIAS ISRAEL. id eſt, in plebem etiam ſæuient. CONVERTE MANVM TVAM. Dei verba, aut militum inter ſe. QVASI VINDEMIATOR AD CARTALLVM, vt illi botrum inuentum in caniſtrum mittant, ſic milites, ſi quos de plebe inuenerint, in ferrum & vincula. *Cartallum* vox Græca, pro *corbe*, *caniſtro*.

QVEM CONTESTABOR, *ſeu admonebo*. INCIR- 10
CVMCISÆ AVRES i. obturatæ. ET NON SVSCIPIENT ILLVD, ſeu *non delectantur in eo*. Verba Prophetæ, vt & ſequentia.

FVRORE DOMINI i. vehementi, aut *zelo Domini*, 11
plenus ſum. *Zelus domus tuæ comedit me*: Pſal. 68. v. 10 EFFVNDE SVPER PARVVLVM FORIS, zelum, iram effunde, o Deus. *Foris*. Hebr. *in platea*. Occidantur in viris plateis infantes, quoniam inutiles ſunt victoribus. ET SVPER CONSILIVM, concilium, cœtum. Sept. & Chald. *congregationem iuuenum*. ſic loquitur, quoniam veriſimile eſt, iuuenes conſpiraſſe ad defenſionem. Ergo in illos etiam effunde iram. Viri etiam & mulieres capiantur. Non erit diſcrimen ſexus aut ætatis. PLENO DIERVM, decrepito, nemini parcas.

SVPER HABITANTES, contra habitantes extendam 12
manum percutientis habitu, dicit Dominus.

13 FACIVNT DOLVM. Hebr. *mendacium*. Omnes ſunt ſimulatores, ideò puniam.

14 ET CVRABANT Prophetæ & ſacerdotes. CONTRITIONEM, vulnus. CVM IGNOMINIA. Hebr. *cum leuitate*. i. verbis mendacibus. Dixerat omnes eſſe mendaces.

15 CONFVSI SVNT. Digni confuſione erant & pudore, quando res aliter euenit. Id eſt, ABOMINATIONEM FECERVNT. Verùm illi vt effrontes erant, non erubuerunt. IN TEMPORE VISITATIONIS SVÆ CORRVENT. id eſt, quo puniam illos. *Viſitabo in virga iniquitates eorum*, Pſalm. 88. verſ. 33. viſitabo, puniam.

16 STATE SVPER VIAS. Sic priores & antiquas maiorum generationes vocat, quos Propheta imitari iubet. REFRIGERIVM, quietem, pacem ſic inuenietis.

17 SPECVLATORES. i. Prophetas conſtitui, qui ſemitas eas bonas monſtrarent. VOCEM TVBÆ. i. bellum denuntiatum. Neque voce Prophetarum, neque minis moti eſtis.

18 GENTES. i. externi audite. CONGREGATIO, Synagoga, Iudæi audite. QVANTA EGO FACIAM EIS, Hebr. *quæ in eis*. i. ſunt, nempe *peccata eorum*, vt Chald. explicat.

20 VT QVID MIHI THVS DE SABA: Hic *Saba* ſcribitur per ש *Sin*, mallem per *Samech*, vt ſignificetur Arabia Felix, vbi erant Sabæi, iuxta ea quæ ſunt dicta Gen. 10. v. 7. Verùm hæ duæ literæ facilè permutantur. ET CALAMVM SVAVE OLENTEM. Hebr. *calamum bonum*. i. aromaticum. fortaſſe erat cinnamomum; nam eſt odoris ſuauis: Dioſcorides lib. 1. cap. 13. Vt quid hæc mihi affertis?

21 ET RVENT IN EIS. ſ. ruinis. VICINVS ET PROXIMVS. Sic Sept. & Chald. Hebr. *vicinus & ſocius eius*. Hoc eſt, ea clades aduenas etiam inuoluet, aut etiam finitimos.

22 A FINIBVS TERRÆ. Sic Sept. & Chald. Hebr. à *Lateribus terræ*. i. à varijs terræ plagis & regionibus veniet gens. i. Babylonij.

23 SAGITTAM. Hebr. *arcum*. ET SCVTVM ARRIPIET. ſ. hoſtis. ſagittarij ſcutum non ferunt Hebr. pro *chidon*, pro quo noſter *ſcutum*, *lanceam* vertit, Sept. [illegible] ponunt. i. *iaculum*. Aut certè è militibus alij arcum geſtabant, alij ſcutum. PRÆPARATI. i. expediti, prompti vt viri bellicoſi. QVASI VIR, vt ſolent viri ad pugnam parari.

24 FAMAM EIVS. ſ. gentis, hoſtium audiuimus. Verba populi ſunt.

25 NOLITE EXIRE, Prophetæ verba. GLADIVS INIMICI. Omnia cæde & terroribus ſunt plena foris, limine vos continete.

26 ACCINGERE CILICIO. Hebr. *ſacco*. CONSPERGERE. Hebr. *inuolue te cinere*. ſ. ſubſtrati cineris in omnes te partes verte. LVCTVM VNIGENITI. i. quale fieri ſolet, cùm quis amiſit morte filium vnicum. PLANCTVM AMARVM. Expoſitio eſt eius quod dixerat, *luctum vnigeniti*, id eſt, planctum amarum. Hebr. *planctum amaritudinum*, id eſt, amariſſimum. SVPER NOS. Sic Hebr. Sept & Goth. *ſuper vos*, ſed falsò: *ſuper*. i. contra nos vaſtator veniet. Ea luctus cauſa.

27 PROBATOREM DEDI TE. Sic Sept. i. ſpeculatorem, vt explores & carpas mores populi. Quomodo verba ſunt Dei ad Prophetam. Hebr. *Arcem dedi te in populo meo*. Quomodo Prophetæ ad vrbem ſunt verba. Conſtitui te, vt inſtar arcis eſſes, ad quam ceteri confugerent, & munitionem. Tu tamen ſcies & probabis prima viam eorum hoſtium. i. vim. In te primùm irruent, vt ſublato capite, & capta arce, cetera cadant. Cauſa præcipua cladis, Principum nequitia.

28 PRINCIPES DECLINANTES. Sic Pagn. Alij, *Principes declinantium* propter regimen. AMBVLANTES FRAVDVLENTER Chald. *in dolo*. Hebr. *ambulantes* (in) *dilatione*, id eſt, amici ſuſurronum, quæ magna in Principibus labes eſt. ÆS ET FERRVM. id eſt, duri, præfracti. VNIVERSI CORRVPTI SVNT. Sic Sept. Hebr. *omnes ipſi corruptores ſunt*. ſic Chald. ſedent in cathedra

peſti-

peſtilentiæ, verbo & exemplo corrumpunt alios.

29 DEFECIT SVFFLATORIVM. Hebr. *combuſtus eſt follis.* q.d. non eſt quò ferrum & æs emolliatur, quales Principes eſſe dixit. IN IGNE CONSVMPTVM EST PLVMBVM. Sic vocat plebem, quæ in bello eſt conſumpta. FRVSTRA CONFLAVIT CONFLATOR. Hebr. *in vanum conflauit conflando.* non mutant mores. Quis eſt hic conflator? Deus aut Propheta. MALITIÆ ENIM EORVM. Hebr. *& mali non ſunt auulſi.* Igne belli & malorum purgandus erat populus, ſed ad conflandum Principes defecit follis, non admiſere increpationes. Populus in bello perijt. ſic mali euelli non potuerunt. Aut ſic, *Mali non ſunt auulſi.* i. non ſunt meliores facti.

10 ARGENTVM REPROBVM, adulterinum, admixtum alijs metallis. QVIA. כי *chi* pro, *ideo,* aut ita Dominus reprobauit eos. כי *chi* aliquando eſt confirmantis particula, non cauſalis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONFORTAMINI. ſ. ad fugam. Chald. *migrate.* IN MEDIO. Hebr. Chald. & Lxx *de medio.* THECVA. Vicus eſt in monte, 12. milliaribus ab Ieruſalem. CLANGITE. ſ. inuitantes alios ad fugam, ob hoſtium aduentum. BETHACAREM. Vicus eſt in monte ſitus.

2 ASSIMILAVI. ſ. olim cùm proſperè ageret.

3 PASTORES, ET GREGES. Chald. *Reges, & exercitus.*

4 SANCTIFICATE. Chald. *præparate.* Vox hoſtium. SVPER. Chald. *contra.* DIES. ſ. & non expugnauimus ciuitatem.

6 VISITATIONIS. i. punienda. Chald. *cuius peccata viſitantur.* Lxx. *mendax.* CALVMNIA. i. oppreſſio. ſ. pauperum. Chald. *violentia.*

7 SIC FRIGIDAM. ſ. calore virtutis extincto. VASTITAS. Lxx. *miſeria.* CORAM ME. Lxx. *coram ea.* INFIRMITAS. Lxx. *dolor.*

8 NE FORTE RECEDAT, &c. q.d. ne te prorſus abiiciam.

9 RACEMVM. ſ. relictum poſt vindemiam. q. d. nullus relinquetur immunis a calamitate. CONVERTE, &c. ſ. dicit miles alteri. CARTALLVM. i. caniſtrú. q.d. reple.

10 INCIRCVMCISÆ. Chald. *obturatæ.* IN. pro, velut.

11 DOMINI. i. maximo. LABORAVI, &c. q.d. ferre diutiùs non poſſum. Loquitur Deus more humano. EFFVNDE. Lxx. *effundam.* ſ. iram. CONSILIVM. Lxx. *congregationem, συναγωγήν.* PLENO DIERVM. i. decrepito.

14 CVM IGNOMINIA. i. ignominioſè. Chald. *mendaciter.*

16 REFRIGERIVM. Chald. *requiem.*

17 SPECVLATORES. Chald. *doctores.* CONGREGATIO. Chald. *cœtus Iſrael.*

19 TERRA. Chald. *terra Iſrael.* FRVCTVM COGITATIONVM. Chald. *retributionem operum.*

20 CALAMVM SVAVE OLENTEM. Lxx. *cinnamomum.*

23 VIR. Lxx. *ignis.*

25 PAVOR. Chald. *occidit.* Lxx. *habitat.*

26 FILIA. Chald. *cœtus.* VNIGENITI. i. velut mortuo vnigenito. VASTATOR. Lxx. *miſeria.*

27 TE. ſ. ô Propheta.

28 ÆS ET FERRVM. i. duriſſimi.

29 PLVMBVM. ſ. quod ſolet adhiberi in purgatione argenti. FRVSTRA, &c. q. d. perditur cum his opera, quia nolunt emendari.

CAPVT VII.

Quòd fruſtrà confidant in templo, peſſima perpetrantes, & Prophetas audire nolentes, ſicut & patres eorum: quapropter denuntiat templum abijciendum, & terram Iuda redigendam in ſolitudinem; nec profuturam orationem Ieremiæ pro illis, nec oblata ab eis ſacrificia, propter excelſa Topheth in valle filij Ennom, & multiplices ipſorum malitias.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à
2 Domino, dicens: *Sta in porta domus Do-
A mini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic: Audite
verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini
3 per portas has, vt adoretis Dominum. * Hæc di- "Infr. 26. d. 15
cit Dominus exercituum Deus Iſraël: " Bonas
facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo
4 vobiſcum in loco iſto. * Nolite confidere in ver-
bis mendacij, dicentes: Templum Domini, té-
5 plum Domini, téplum Domini eſt. * Quoniam
ſi bene direxeritis vias veſtras, & ſtudia veſtra: ſi
feceritis iudicium inter virum & proximú eius,
6 * aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis ca-
B lumniam, nec ſanguinem innocenté effuderitis
in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaue-
7 ritis in malum vobiſmetipſis: * habitabo vobiſ-
cum in loco iſto, in terra, quam dedi patribus
8 veſtris à ſæculo & vſque in ſæculum. * Ecce vos
confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui nó
9 proderunt vobis; * furari, occidere, adulterari,
iurare médaciter, libare Baalim, & ire poſt deos
10 alienos, quos ignoratis. * Et veniſtis, & ſtetiſtis
coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt
nomen meú, & dixiſtis: Liberati ſumus, eò quod
11 fecerimus omnes abominationes iſtas. * " Num- "Matt. 21. b. 13
quid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus Marc. 11. c. 17
iſta, in qua inuocatú eſt nomen meum in oculis
12 veſtris? ego, ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. * Ite Luc. 19. g. 46
ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen
meum à principio; & videte quæ fecerim ei
13 propter malitiam populi mei Iſraël: * & nunc,
C quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus:
& locutus ſum ad vos manè conſurgens, & lo-
quens, & non audiſtis: " & vocaui vos, & non re- "Prou. 1. c. 24
14 ſpondiſtis: * " Faciam domui huic, in qua inuo- Iſa. 65. b. 12
catum eſt nomen meum, & in qua vos habetis
fiduciam; & loco, quem dedi vobis & patribus "1 Reg 4. a. 2. b. 10
15 veſtris, ſicut feci Silo. * Et proijciam vos à facie
mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros, vniuer-
16 ſum ſemen Ephraim. * " Tu ergo noli orare pro "Inf. 14. b. 11
populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & ora-
tionem, & non obſiſtas mihi: quia non exau-
17 diam te. * Nónne vides quid iſti faciunt in ciui-
D tatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? * Filij colli-
18 gunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mu-
lieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas
reginæ cæli, & libent dijs alienis, & me ad ira-
19 cundiam prouocent. * Numquid me ad iracun-
diam prouocant, dicit Dominus? nónne ſemet-
20 ipſos in confuſionem vultus ſui? * Ideò hæc di-
cit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indigna-
tio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper vi-
ros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis
& ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non ex-
21 tinguetur. * Hæc dicit Dominus exercituum
E Deus Iſrael: Holocautomata veſtra addite vi-
22 ctimis veſtris, & comedite carnes. * Quia non
ſum locutus cum patribus veſtris, & non præce-
pi eis, in die qua eduxi eos de Terra Ægypti, de
23 verbo holocautomatum, & victimarum. * Sed
hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem
meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi po-
pulus: & ambulate in omni via, quam mandaui
24 vobis, vt benè ſit vobis. * Et non audierunt, nec
inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt in vo-
luntatibus, & in prauitate cordis ſui mali: facti-
25 que ſunt retrorſum, & non in ante, * à die qua
F egreſſi ſunt patres eorum de terra Ægypti, vſq;
ad diem hác. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos
prophetas per diem cóſurgens diluculo, & mit-
26 tens. * Et non audierunt me, nec inclinauerunt
aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam:

"&

ⁿInfr.26. c.12

"& peius operati ſunt, quàm patres eorum. *Et 27
loquêris ad eos omnia verba hæc,& non audiét
te: & vocabis eos,& non reſpondebunt tibi.*Et 28
dices ad eos: Hæc eſt gens, quæ non audiuit vo-
cem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam:
periit fides, & ablata eſt de ore eorum. *Tonde 29
capillum tuum, & proiice, & ſume in directum
planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit
generationẽ furoris ſui,* quia fecerunt filij Iuda 30
malum in oculis meis, dicit Dominus. Poſue-
rũt offendicula ſua in domo, in qua inuocatum
eſt nomen meum, vt polluerent eam: * & ædifi- 31
cauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij G
Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas
igni: quæ non præcepi, nec cogitaui in corde
meo. *Ideò ecce dies venient, dicit Dominus,& 32
non dicetur ampliùs, Topheth, & Vallis filij
Ennom: ſed Vallis interfectionis:& ſepelient in
Topheth, eò quòd non ſit locus. *Et erit morti- 33
cinũ populi huius in cibos volucribus cæli, &
beſtiis terræ, & non erit qui abigat. *" Et quie- 34
ſcere faciam de vrbibus Iuda,& de plateis Ieru-
ſalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem
ſponſi,& vocem ſponſæ: in deſolationem enim
erit terra.

ⁿEzech.26 c.13

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VERBVM. Arguit populum externis cærimonijs fi-
dentem, ſpreta interna pietate. 1

STA IN PORTA DOMVS DOMINI. Hæc erat porta 2
templi Orientalis, quæ aut ſola fuit in templo Salomo-
nis, aut præcipua inter alias; nam in ſecundo templo
ſeptẽ fuiſſe portas, conſtans Hebræorum ſententia eſt;
tres ad Auſtrũ, tres ad Septemtrionem, & Orientalem
in fronte operis. QVI INGREDIMINI PER PORTAS
HAS. Ex hoc colligunt, plures fuiſſe portas. Sed erant in
atrijs ſuæ portæ, in quæ populus ingrediebatur, non in
templum. Et fortaſſe de porta atrij præcipua loquitur.
Ergo agite, mutate mores.

ET HABITABO VOBISCVM. Hebr. *& habitare faciã vos* 3
in loco iſto. ſic Sept. & Chald. i. non ibitis in captiuitatẽ.

IN VERBIS MENDACII ne fidatis. Quæ falſi prophe- 4
tæ dicunt, vos propter profeſſionem templi ſaluos fo-
re. Per *templum* omnes legis cærimonias intellige.

BENE DIREXERITIS. Sic lege, non *benedixeritis*. Hoc 5
eſt, Si quod bonum eſt, ſectabitis.

NON FECERITIS CALVMNIAM. Hebr. *non oppreſſeri-* 6
tis aduenam pupillum, viduam.

HABITABO VOBISCVM. Hebr. *habitare faciam vos in* 7
loco iſto. ſic Sept. & Chald. IN TERRA, appoſitiuè. A
SÆCVLO ET VSQVE IN SÆCVLVM. ſ. habitare vos fa-
ciam perpetuò. Aut quam terram patribus dedi, vt eam
perpetuò poſsiderent. ſ. niſi per ipſos, aut ipſorum po-
ſteros ſtaret, in ea habitabunt.

IN SERMONIBVS MENDACII, in verbis pſeudopro- 8
phetarum fiditis.

FVRARI, OCCIDERE. Hebr. *an furando, occidendo*, & 9
quæ ſequuntur. ſ. putatis vos ſaluos fore, ſola templi
poſſeſſione, quod prophetæ falſi pollicentur.

ET VENISTIS. pro, & nihilominùs veniſtis, nihil ter- 10
riti ijs facinoribus veniſtis in domum meam. IN QVA
INVOCATVM EST NOMEN MEVM. Hebr. *qua vocatum*
eſt nomen meum ſuper ipſa. i. vocatur nomine meo, ſcili-
cet, domus Dei. EO QVOD FECERIMVS. pro, etiam
ſi fecerimus omnia hæc mala, veniſtis tamen.

NVMQVID ERGO SPELVNCA LATRONVM, ſeu *ef-* 11
fractorum eſt. vt ſ. ad eam domum quaſi ad aſylũ con-
fugiatis poſt ſcelera facta? IN QVA INVOCATVM EST.
i. quæ nomine meo vocatur, vt verſ. ſuperiori. IN OCV-
LIS VESTRIS; inoge cum *facta eſt*, ſ. veſtro iudicio eſt
ſpelunca: ſic vos putatis. Verùm non ita erit. EGO,
EGO SVM. ſ. Deus & vindex, neque teſtibus egeo, ego
ipſe vidi. Hebr. *etiam ego ecce vidi, dicit Dominus*. Ita-
que pronomen *ego* ſemel Hebr. ponitur, non ampliùs.

12 ITE AD LOCVM MEVM IN SILO. *Silo* erat in tribu
Ephraim, Ioſue 18. verſ. 1. & 9 Ibi fuit arca & taberna-
culum, donec iuſſu Dei Ieruſalem ſunt tranſlata. Ni-
hilominùs, quando decem tribus actæ ſunt in captiui-
tatem, Silo etiam euerſa eſt. Ergo ſi loci ſanctitas non
eſt tutata Silo, neque vos templi ſanctitas liberabit.
VBI HABITABIT. Hebr. *habitare feci*. ſic Sept. & Chald.
NOMEN MEVM. Chald. *maieſtatem meam*. in Silo ſ.

13 ET NVNC, QVIA FECISTIS OMNIA OPERA HÆC, fur-
ta, cædes, adulteria, verſ. 9. poſita. ET LOCVTVS SVM
per Prophetas, & non audiſtis.

15 VNIVERSVM SEMEN EPHRAIM. Per *Ephraim* intel-
ligit decem tribus, quoniam Ieroboam primus Rex Iſ-
rael fuit ex ea tribu. Ergo vt proieci Iſrael, proijciã vos.

16 NEC ASSVMAS PRO EIS LAVDEM. Hebr. *ne eleues*
pro eis clamorem. ET ORATIONEM. Non prohibetur
ſanctis orare pro peccatoribus, ſed pro obſtinatis. *Eſt*
peccatum ad mortem, 1. Ioan. 5. v. 16. ET NON OBSI-
STAS MIHI. Videntur ſancti vim facere Deo, Exod. 32.
v. 10. *Dimitte me*. Verùm Hebr. eſt, *ne intercedas*, aut vt
Chald. *ne depreceris apud me*. Quæ cauſa cladis?

18 FILII COLLIGVNT LIGNA. i. ſe omnes impio cultu
polluunt. CONSPERGVNT ADIPEM. Hebr. *ſubigunt*
maſſam mulieres. REGINÆ CÆLI. i. Lunæ, quæ ſic vo-
catur ob magnitudinem & ſplendorem, ſicut Sol eſt
Rex. Sept. *militia cæli*. ſic Hebr. Schol. qui tamen c. 44.
verſ. 17. per *Reginam cæli* ait Solem poſſe intelligi.
Chald. *ſtella cæli*. hoc ſequitur Pagn. Philaſter *Reginam*
cæli, Fortunã cæli eſſe ait. Quidam putãt in voce מלכת
melecheth deeſſe א, & vertendum *opere cæli*, quod cum
verſione Sept. conuenit, qui vertunt *militia cæli*.

19 NVMQVID ME AD IRACVNDIAM. Non mihi no-
cent, ſed ſibi. NONNE SEMETIPSOS. ſupple lædunt. IN
CONFVSIONEM, quod illis aliquando pudori erit. VVL-
TVS SVI. Pudor in facie maximè apparet.

20 CONFLATVR. Chald *reſidet furor meus*. Sept. *fundi-*
tur furor meus. ſic Hebr. *ſuper locum iſtum funditur*.

21 HOLOCAVTOMATA VESTRA ADDITE. Hæc per
ironiam dicuntur. Multiplicate holocauſta & victi-
mas, inſtruite conuiuia, quod in ſacrificijs fiebat: nihil
tamen vobis id proderit, dum mores non mutatis.

22 QVIA NON SVM LOCVTVS. Non id egi præcipuè
de holocauſtis: alioqui de ſacrificijs multa præcepit:
ſed bonos mores præcipuè curabat. DE VERBO HO-
LOCAVTOMATVM. i. de holocautomatis. Vox *verbum*
ſæpè redundat. ſic proximis verbis,

23 SED HOC VERBVM PRÆCEPI EIS. Sed hoc præ-
cepi eis.

24 SED ABIERVNT IN VOLVPTATIBVS. Alij, *in volun-*
tatibus. Hebr. *in conſilijs*. ſic Chald. ET IN PRAVITA-
TE. Hebr. *in duritie* aut *obſtinatione* cordis ſui. RE-
TRORSVM, ET NON IN ANTE. i. non profecerunt, ſed
peiores ſunt facti.

25 PER DIEM. i. *quotidie*, Chald. CONSVRGENS DILV-
CVLO. i. faciens vt Prophetæ diluculo id facerent, vos
monerent.

28 PERIIT FIDES, ſeu *veritas*. Neque in eorum ciuium
ore vmquam inuenitur.

29 TONDE CAPILLVM TVVM. Familiare eſt Prophetis,
non ſolùm verbis, ſed etiam factis nuntiare futura. Ex-
empla paſſim occurrunt. Nunc ergo Prophetæ manda-
tur caput tondere, vt ea cærimonia intelligatur à Deo
eum populum repudiari, quem per *capillos* ſignificat.
Hebr. *tonde nazareatum tuum*. Sed quoniam ritus Na-
zaræi præcipuè promiſſa coma celebrabatur, factum vt
promiſcuè per *nazareatum* coma intelligatur. ſicque
omnes hunc locum vertunt. ET SVME IN DIRECTVM
PLANCTVM. Hebr. *eleua ſuper excelſa planctum*. i. ita vt
in locis editis audiaris. ET RELIQVIT GENERATIONEM
FVRORIS SVI. i. homines, in quos eſt iratus, deſeruit.

20 POSVERVNT OFFENDICVLA SVA. Hebr. *abominatio-*
nes ſuas. IN DOMO, IN QVA INVOCATVM EST. Hebr.
in qua vocatum eſt nomen meum ſuper eam. i. vocatur
domus Dei. Ibi poſuerunt idola.

EXCEL-

Excelsa Topheth ædificarunt. i. templa idolo- 31
rum. Locus eſt prope Ieruſalem in valle Hinon, vnde dicta *Gehenna*. Ibi Angelus ſub Ezechia Rege occidit Aſſyrios. Iudæi, quaſi id non Deus, ſed Moloch feciſſet, templa & aras in eius honorem conſtruxere, vbi filios immolarent. In valle filii Ennom. Sic dicta, quòd aliquis eo nomine eam vallem poſſideret. Vox *Gehenna* ſignificat *vallem Ennom*.

Sed Vallis interfectionis vocabitur. ibi enim 32
innumeros Iudæos occiderunt Chaldæi. de quo Ezech. 6. v. 4. Sepelient in Topheth. In eum locum quaſi profanum proiicient cadauera. Eo quod non sit locus. ſ. commodior. Olim intra vrbes mortui non ſepeliebantur. Extra mœnia locus erat deſtinatus ſepulchris. Reges, ac præſertim Ioſias videtur eam vallem in eum vſum deſignaſſe, vt pollueretur, neque in ea ſacrificarent amplius.

Et erit morticinum. Ex interfectis multi inſe- 33
pulti iacebunt, præda auibus & feris. Et non erit qui abigat. Hebr. *exterreat aues & feras*.

In desolationem erit terra. ſic lege. ſic Hebr. 34
Sept. Chald. Hieronymus etiam ſic legit in Comment. non *in deſolatione*, vt plerique Codices habent; Regia etiam. q. d. ideò ibi lætitia non erit, quia terra & vrbes deſolatæ erunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Domvs. i. atrij templi. 2

Stvdia. Chald. *opera*. Habitabo vobis- 3
cvm. Chald. & Lxx. *habitare faciam vos*. & ſic infrà.

Est. ſ. ideoque nihil mali accidet nobis. 4

Bene direxeritis. i. rectas feceritis. 5

Calvmniam. Lxx. *oppreſſionem*. Chald. *vim*. Ma- 6
lvm. i. perniciem.

Fvrari. pro, cùm tamen non ceſſetis furari. 9

Invocatvm est. pro, ſolet inuocari. Liberati. 10
ſ. à malis. Eo qvod. ſ. pro, quamquam.

Ego, ego svm. Hebr. & Lxx. *ecce*. Vidi. ſ. quæ 11
feceritis, & cogitaueritis.

Mane. i. tempeſtiuè. ſ. non differens monitionem. 13
Consvrgens. i. more ſurgentis manè.

Semen Ephraim. i. decem tribus, quæ ſic dicuntur 15
ab Ieroboam Rege primo. qui de ea tribu.

Obsistas mihi. Chald. *depreceris pro eis*. Lxx. *ac-* 16
cedas ad me pro eis.

Adipem. Hebr. & Chald. *maſſam*. Lxx. *ſimilaginem*. 18
Reginæ. ſ. Lunæ. Chald *ſideri*. Lxx. *militia*.

Provocant. ſ. ſolùm. Nonne. ſ. etiam. Se- 19
metipsos. ſ. perdunt.

Conflatvr. Chald. *reſidet*. Lxx. *effunditur*. 20

Addite. pro, addite ſanè. q. d. nihil vobis proderunt. 21

In die. ſ. ſed poſteà. Verbo. i. re. Chald. *negotio*. 22

Retrorsvm. ſ. recedentes à mea voluntate, vt qui 24
terga vertunt.

Capillvm. ſ. in ſignum luctus. In directvm. 29
q. d. extende vocem, vt longè audiaris. Fvroris svi. i. cui iratus eſt.

Offendicvla. Hebr. Chald. & Lxx. *abomina-* 30
tiones.

Excelsa. Lxx. *altare*. Topheth. Locus eſt pro- 31
pe Ieruſalem, vbi Iudæi immolabant filios ſuos. Vide Iſaiæ 30.

Topheth. Lxx. *altare Topheth*. Locvs. ſ. alius ſe- 32
peliendi. vel q. d. adeò multi erunt, vt vix ſufficiat ſepeliendi locus.

CAPVT VIII.

Quia tam reges, optimates, ſacerdotes ac prophetæ, quàm reliquus populus ad idololatriam conuerſi ſunt: & non conſiderato Domini iudicio, omnes relicta veritate ſtuduerunt auaritiæ ac idololatriæ, & Dominum prouocantes noluerunt reſipiſcere; ideò ab hoſtibus crudeliſſimis affligentur.

1 IN illo tempore, ait Dominus: Eiicient oſ-
A ſa regum Iuda, & oſſa principum eius, &
oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa
eorum qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepul-
2 chris ſuis: * & expandent ea ad ſolem, & lu-
nam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt,
& quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulaue-
runt, & quæ quæſierunt, & adorauerunt: non
colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium
3 ſuper faciem terræ erunt. * Et eligent magis
mortem quàm vitam omnes qui reſidui fuerint
de cognatione hac peſſima in vniuerſis locis,
quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit Do-
4 minus exercituum. * Et dices ad eos: Hæc di-
B cit Dominus: Numquid qui cadit, non reſur-
5 get? & qui auerſus eſt, non reuertetur? * Quare
ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auer-
ſione contentioſa? Apprehenderunt menda-
6 cium, & noluerunt reuerti. * Attendi, & auſcul-
taui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus
eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo,
C dicens: Quid feci? omnes conuerſi ſunt ad
curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad
7 prælium. * Miluus in cælo cognouit tempus
ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia, cuſtodie-
runt tempus aduentus ſui: populus autem
8 meus non cognouit iudicium Domini. * Quo-
modo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Do-
mini nobiſcum eſt? verè mendacium operatus
9 eſt ſtylus mendax ſcribarum. * Confuſi ſunt ſa-
pientes, perterriti & capti ſunt: verbum enim
Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in
10 eis. * [a] Propterea dabo mulieres eorum exte- [a] *Iſa. 56. d. 11 Sup. 6. 4. 13*
D ris, agros eorum heredibus: quia à minimo
vſque ad maximum omnes auaritiam ſequun-
tur: à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti fa-
11 ciunt mendacium. * Et ſanabant contritio-
nem filiæ populi mei ad ignominiam, dicen-
12 tes: Pax, pax: cùm non eſſet pax. * Confuſi
ſunt, quia abominationem fecerunt: quinimò
confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere
neſcierunt: idcircò cadent inter corruentes, in
tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Domi-
13 nus. * Congregans congregabo eos, ait Domi-
E nus: non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus
in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ
14 prætergreſſa ſunt. * Quare ſedemus? conue-
nite, & ingrediamur ciuitatem munitam, &
ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere
nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis:
15 peccauimus enim Domino. * [b] Expectauimus [b] *Infr. 14. d. 19*
pacem, & non erat bonum; tempus medelæ,
16 & ecce formido. * A Dan auditus eſt fremitus
F equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum
eius commota eſt omnis terra. & venerunt, &
deuorauerunt terram, & plenitudinem eius;
17 vrbem, & habitatores eius. * Quia ecce ego
mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt
incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.
18 * dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum
19 mœrens. * Ecce vox clamoris filiæ populi mei
G de terra longinqua: Numquid Dominus non
eſt in Sion, aut rex eius non eſt in ea? Quare
ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſcul-
20 ptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis? * Tranſ-
iit meſſis, finita eſt æſtas; & nos ſaluati non
21 ſumus. * Super contritione filiæ populi mei
contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit

me. * Numquid reſina non eſt in Galaad ? aut 22
medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obdu-
cta cicatrix filiæ populi mei?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

EIICIENT OSSA REGVM IVDA. Quo tempore à 1
Chaldæis diripietur I.ruſalem, ſepulchra etiam
aperient Regum & Principum, ſiue ob auaritiam, vt ca-
piant ornamenta, cum quibus ſepeliri mos erat; ſiue ob
contemptum. Sic factum Baruch 2. habes, verſ. 24.
IN STERQVILINIVM erunt ea oſſa. Sic ſunt rerum 2
vices, ſic gloria ſuperior mutatur.
ET ELIGENT MAGIS MORTEM. Cum mortuis ſic 3
agetur, vt dictum eſt. Quid viui? peiori conditione
erunt. Vita morte durior. VNIVERSIS LOCIS, QVÆ
DERELICTA SVNT. Hebr. *in vniuerſis locis, qui reſi-
dui erunt*. Conſtructio inuerſa eſt, ſic ordina: Qui
reſidui fuerint in vniuerſis locis, ad quæ eieci eos, il-
li ſ. optabunt mortem.
NVMQVID QVI CADIT, NON RESVRGET? .i. non 4
reuertetur ad me non ſuſcipiam illum? an mali deſpe-
rata eſt curatio? Melioris fortunæ ſpem facit, ne pe-
nitùs deſperent. ET QVI AVERSVS EST, NON RE
VERTETVR. Hebr. *ſi reuertetur* (homo) *non reuertetur*
(Deus ab ira.) aut ſic: *ſi reuertetur* (ſ. homo à peccato,
& non reuertetur (idem homo ad Dei gratiam.)
QVARE ERGO AVERSVS EST POPVLVS. Hebr. *re-* 5
bellauit. AVERSIONE CONTENTIOSA? Hebr. *rebellione
forti*. APPREHENDERVNT MENDACIVM. Hebr. *do-
lum*. i. iniquitatem. q.d. ſi locus eſt miſericordiæ, quare
in malo obſtinarunt, neque reuerti volunt? Vox *appre-
henderunt* Hebr. ſignificat *fortiter apprehendere*.
QVOD BONVM EST. Hebr. *rectum*, nemo loquitur. 6
DICENS. Hebr. *dicendo*. QVID FECI? non agnoſcunt
culpam, quod eſſet ſalutis initium. CONVERSI SVNT
AD CVRSVM SVVM, ſequuntur impetum animi.
QVASI EQVVS IMPETV. Hebr. *quaſi equus inundans*
(.i. equus inſtar torrentis inundantis vadens) *ad bellum*.
Equi impetus magnus, nec minor torrentis.
MILVVS. חסידה *haſidah*, *ciconia* potiùs eſt, quæ 7
vox *miſericordem* ſignificat, quòd parentes ſenes alat
& portet. Vnde prouerbium Ἀντιπελαργεῖν, de iis qui
beneficis vicem rependunt. IN CÆLO. ſ. ex cæli
tempérie, aut *in cælo*. i. loco ſublimi, inde ciconia
odoratur frigus æſtumque. TEMPVS SVVM. Hebr.
tempora ſtatuta ſua. ET HIRVNDO. סיס *ſis* potiùs
ſignificat *gruem*. ET CICONIA. *Hirundo* aliis. ſic has
voces declarat Hebr. Schol. Senſus eſt: Illæ aues
cognoſcunt tempora, quando frigus venit, quando
æſtus, & ſic mutant loca ſuis temporibus: hic autem
populus periculum quod inſtat, non cognoſcit. IVDI-
CIVM. i. vltionem quæ imminet, non nouit hic populus.
QVOMODO DICITIS: SAPIENTES NOS SVMVS? 8
ſ. quando hæ aues prudentiores vobis ſunt. VERE
MENDACIVM. i. fruſtrà. OPERATVS EST STYLVS
MENDAX. i. fruſtrà in deſcribenda Lege laborarunt,
quãdo per eam nihilo facti eſtis ſapiẽtiores. שקר *ſeker*,
mendacium aliquando, ſed & *fruſtrà*, *gratiſve* ſigni-
ficat, vt hoc loco. STYLVS MENDAX, ſtylus vanus,
fruſtraneus.
CONFVSI SVNT SAPIENTES. i. pudore affecti ſunt, aut 9
afficientur, videntes ſ. malè procedere, quæ ipſi cogita-
rant. PERTERRITI ET CAPTI SVNT. conſternati ſunt,
ſuis ipſi conſiliis ſe implicarunt. PROIECERVNT.
Hebr. *reprobarunt*. ſ. Legem Dei, aut verbum, quod per
Prophetas Deus eſt locutus. ET SAPIENTIA NVLLA
EST IN EIS. Hebr. *& ſapientia quæ illis?* q. d. nulla.
AGROS EORVM HEREDIBVS. ſ. alienis, aut poſſeſ- 10
ſoribus, occupantibus eos dabo. Vox יורשים *ioreſim*,
& *heredes*, & *poſſeſſores*, ſeu *occupantes* ſignificat.
Aut hac forma loquendi minatur mortem, in qua
ſuccedunt heredes.
ET SANABANT. Hic verſus & proximus repetuntur 11
ex cap. 6. verſ. 14. & 15.
CONGREGANS CONGREGABO EOS. Vt ſ. à Chal- 13
dæis capiantur, faciam vt omnes ſe recipiant intra Ieru
ſalem, eius munitione confiſi. Verius, *conſumendo con-
ſumam eos*. *Congregare* pro *conſumere*. Oſeæ 4. verſ. 3.
NON EST VVA, erit fames. ET DEDI EIS QVÆ PRÆ-
TERGRESSA SVNT. i. fructus quos eis dedi, ad hoſtes
tranſibunt, ipſi iis fruentur. Hebr. *& dedi eis* (ſ. Legem
& præcepta) *& tranſgreſſi ſunt ea*. Hæc ſ. erit cauſa ob-
ſidionis & famis. Quomodo *&*, in iis verbis, *& dedi
eis*, ſumitur pro, quia. *Quia dedi eis præcepta*, neque ea
ſeruarunt, congregabo eos, & fame conficiam.
14 QVARE SEDEMVS? Ecce quomodo congregantur, ſe
hortantur, vt ad ciuitatem munitam confugiant, vt ſi-
mul omnes pereant. Eamus ergo, ET SILEAMVS IBI,
ſeu *quieſcamus*, à belli iniuriis ſic tuti erimus. SILERE
NOS FECIT, ſeu *quieſcere* nos fecit Deus Coniecit nos
in has anguſtias, vt in munitis vrbibus quieſcere ſit
opus. ET POTVM DEDIT NOBIS AQVAM FELLIS.
Hebr. *aquam venenatam*. ſic eas afflictiones vocat.
ראש *ros*, & *caput* ſignificat, & *venenum*, quoniam ſ. ex
capite aſpidis aut viperæ conficiebatur.
15 EXPECTAVIMVS PACEM, decepti ſ. à falſis prophe-
tis, qui dicebant, Pax, pax.
16 A DAN. Eà iter erat Chaldæis. auditus eſt fremitus.
A VOCE HINNITVVM, ſupple, equorum. PVGNATO-
RVM EIVS. Hebr. *fortium eius*. ſic milites vocat. *eius*.
ſ. Nabuchodonoſoris. Relatiuum ſine antecedenti.
COMMOTA EST. Hebr. *contremuit*. OMNIS TERRA,
omnis illa terra. ſ. Palæſtina, propter ה *He* demonſtra-
tiuum. ET DEVORAVERVNT, conſumpſerunt, aut
conſument. Præterita pro futuris. PLENITVDINEM
EIVS, fructus, greges, ſpolia.
17 MITTAM VOBIS SERPENTES. Hoſtes hi ſunt. NON
EST INCANTATIO, nulla arte ad miſericordiam fle-
ctentur.
18 DOLOR MEVS SVPER DOLOREM. Hebr. *confortatio
mea ſuper mærorem*. Quod Sponſa dixit cap. 2. verſ. 5.
Fulcite me floribus. Quærit Propheta leuamen aliquod
in tantis malis.
19 DE TERRA LONGINQVA. Hebr. *præ terra diſtantia-
rum*. i. longinqua. ſ. propter eos qui inde veniunt, cla-
mat populus: Cur hoſtis venit? NVMQVID DOMI-
NVS NON EST IN SION? Quaſi Deus non eſſet neque
Rex in Sion, ad deos & idola confugerunt. ET IN
VANITATIBVS ALIENIS? Hebr. *in vanitatibus alieni*.
ſ. dei. In idolis, quæ vocat *vanitates*, me irritauerunt.
Verba ſunt Prophetæ aut Dei.
20 TRANSIIT MESSIS. Inſultat populo, qui ab Ægypto
expectabat auxilium finita meſſe, qua ſolent homines
eſſe occupati.
21 CONTRITVS SVM, confractus propter afflictionem
populi. ET CONTRISTATVS. Hebr. *denigratus ſum*.
veſtem atram & lugubrem ſumpſi lugentium more.
22 NVMQVID RESINA. i. an non erant Prophetæ qui
mederentur noſtris malis? quare ad falſos aut deos aut
prophetas confugitis? aut etiam ad Ægyptios. IN GA-
LAAD. Tum locum nominat, quòd ibi Elias & alij Pro-
phetæ fuiſſent, 3. Reg. 17. v. 1. tum, quòd reſina abun-
daret, quæ vulneribus medetur. OBDVCTA CICA-
TRIX. Hebr. *non aſcendit ſanitas*. id eſt, ארוכה *aruchath*.
ſimilis loquendi forma 2. Paralip. 24. verſ. 13. &
Nehem. 4. verſ. 7. *Aſcendit*. i. ad effectum peruenit.
Hebr. ארכת ענין רפואה *Aruchath ſanitatem ſignificat*.
Sept. *quare non aucta eſt ſanitas filiæ populi mei*. Dici-
tur *aſcendere*, quoniam in vulneribus, cùm ſanantur,
cutis aſcendit. ſic cap. 46. verſ. 11.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PROPHETARVM. Chald. *pſeudoprophetarum*.
3 COGNATIONE. i. gente. LXX. *generatione*. DE-
RELICTA. ſ. ab hoſtibus loca, vel pro, qui, vel in qui-
bus derelicti ſunt. ſ. non cum aliis occiſi. Chald. *in
quibus remanſerint*.
5 CONTENTIOSA. i. pertinaci. LXX. *impudenti*. MEN-
DACIVM. i. iniquitatem, ſeu quod non decet, ſic infrà.
7 CÆLO. i. aëre. ADVENTVS. i. migrationis in alium
locum. NON COGNOVIT. Chald. *neſciunt facere*. IV-
DICIVM. i. præcepta, vel vltionem peccatorum.

Stylvs mendax. Chald. *calamus falſans ſcripturam.* Scribarvm. i. doctorum, qui Legem interpretabantur. 8

Perterriti. ſ. hoſtium aduentu. 9

Heredibvs. ſ. alienis. i. hoſtibus. Propheta. i. Legis interprete. Chald. *ſcriba.* 10

Sanabant. i. ſanare ſtudebant. Vide ſup. cap. 6. 11

Congregabo. ſ. ad cædem. Non est, &c. præſentia & præterita pro futuris. Et dedi. pro, quia dedi. ſ. præcepta. Prætergressa. pro, prætergreſſi. 13

Sileamvs. i. quieſcamus à tantis malis, in quibus hîc verſamur, vel ſedeamus mœſti & taciti. Lxx. *proiiciamur.* Silere nos fecit. i. mo[illegible] affecit. ſ. ſilent mœſti. Chald. *pudefecit nos.* [illegible]. *abiecit nos.* Fellis. Chald. *maledictionis.* 14

Bonvm. i. quidquam boni. Medelæ. Chald. *propitiationis.* Formido. Chald. *vindicta peccatorum.* 15

Dan. ſ. regione, per quam venit Nabuchodonoſor. Commota est. i. contremiſcet. 16

Serpentes. Chald. *populos occidentes, ſicut ſerpentes.* Regvlos. Lxx. *mortiferos.* Incantatio. q. d. non admittunt incantationem. ſignificantur Chaldæi Iudæam vaſtaturi. 17

Dolor, &c. Vox Prophetæ, vel Ieruſalem.

Filiæ. Chald. *cœtus.* De terra. i. ob exercitum de terra. vel q. d. exiſtentis in captiuitate. Rex eivs. Lxx. *medicus.* Vanitatibvs alienis. i. deorum alienorum. Chald. *cultu idolorum.* 19

Messis. Chald. *tempus.* Salvati. ſ. ope illorum, à quibus expectabamus. 20

Svper, &c. Vox Prophetæ. 21

Resina. Mitigat hæc dolorem, aſtringit vulnera, & cicatricem obducit. Galaad. abundat ea regio reſina & chirurgis. ponitur autem pro Ieruſalem. q. d. deſuntne hîc medicinæ, & medici? ſ. ſpirituales. Obdvcta cicatrix. i. curatum vulnus. 22

CAPVT IX.

Luget Propheta interficiendos de Iudæa: in nullo dicit eſſe fidendum, cum omnes doloſè incedant: & quia Iudæa vaſtanda eſt, vult omnes aſſumere luctum: in ſolo Deo eiuſque cognitione gloriandum, qui puniet tam Gentiles quàm filios Iſrael incircumciſos corde.

1 QVis dabit capiti meo aquam, & oculis
A meis fontem lacrymarum? & plorabo die
2 ac nocte interfectos filiæ populi mei. * Quis da-
bit me in ſolitudine diuerſorium viatorum, &
derelinquam populum meum, & recedam ab
eis? quia omnes adulteri ſunt, cœtus præuarica-
3 torum. * Et extenderunt linguam ſuam quaſi ar-
cum mendacij & non veritatis: confortati ſunt
in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, &
4 me non cognouerunt, dicit Dominus. * Vnuſ-
quiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni
B fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis fra-
ter ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus
5 fraudulenter incedet. * Et vir fratrem ſuum de-
ridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt
enim linguam ſuam loqui mendacium: vt ini-
6 què agerent, laborauerunt. * Habitatio tua in
medio doli: in dolo renuerunt ſcire me, dicit
7 Dominus. * Propterea hæc dicit Dominus exer-
cituum: Ecce ego conflabo, & probabo eos:
quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?
8 * [a] Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locu- [a] Pſal. 27. a. 3
C ta eſt: in ore ſuo pacem cum amico ſuo loqui-
9 tur, & occultè ponit ei inſidias. * Numquid ſuper
his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gente
10 huiuſmodi non vlciſcetur anima mea? * Super
montes aſſumam fletum ac lamentum, & ſuper
ſpecioſa deſerti planctum: quoniam incenſa
ſunt, eò quòd non ſit vir pertranſiens: & non
audierunt vocem poſſidentis: à volucre cæli
vſque ad pecora tranſmigrauerunt & receſſe-
11 runt. * Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, &
cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in de-
12 ſolationem, eò quòd non ſit habitator. * Quis
D eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem
verbum oris Domini fiat vt annuntiet iſtud,
quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertum,
13 eò quòd non ſit qui pertranſeat? * Et dixit Do-
minus: Quia dereliquerũt legem meam, quam
dedi eis, & non audierunt vocem meam, &
14 non ambulauerunt in ea: * & abierunt poſt pra-
uitatem cordis ſui, & poſt Baalim: quod didice-
15 runt à patribus ſuis. * Idcircò hæc dicit Domi-
nus exercituum Deus Iſrael: [a] Ecce ego cibabo [a] Infr. 23. c. 15.
E populum iſtum abſinthio, & potum dabo eis
16 aquam fellis. * Et diſpergam eos in Gentibus,
quas non nouerunt ipſi & patres eorum: &
mittam poſt eos gladium, donec conſumantur.
17 * Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael:
Contemplamini, & vocate lamentatrices, & ve-
niant: & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, &
18 properent: * feſtinent, & aſſumant ſuper nos
lamentum: deducant oculi noſtri lacrymas, &
19 palpebræ noſtræ defluant aquis. * Quia vox la-
mentationis audita eſt de Sion: Quomodo va-
ſtati ſumus & confuſi vehementer? quia dereli-
F quimus terram, quoniam deiecta ſunt taberna-
20 cula noſtra. * Audite ergo mulieres verbum
Domini: & aſſumant aures veſtræ ſermonem
oris eius: & docete filias veſtras lamentum, &
21 vnaquæque proximam ſuam planctum. * quia
aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa
eſt domos noſtras, diſperdere paruulos deforis,
22 iuuenes de plateis. * Loquere: Hæc dicit Do-
minus: Et cadet morticinum hominis quaſi
ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum
poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.
23 * Hæc dicit Dominus: [a] Non glorietur ſapiens [a] 1. Cor. 1. d. 31 2. Cor. 10. d. 17
G in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in for-
titudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis
24 ſuis: * ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire
& noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui fa-
cio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in
terrà: hæc enim placent mihi, ait Dominus.
25 * Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & viſita-
bo ſuper omnem qui circumciſum habet præ-
26 putium, * ſuper Ægyptum, & ſuper Iuda, &
ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper
Moab, & ſuper omnes qui attonſi ſunt in co-
mam, habitantes in deſerto: quia omnes gen-
tes habent præputium, omnis autem domus
Iſrael incircumciſi ſunt corde.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Qvis dabit capiti meo. Sic Sept. Alij, *quis dabit caput meum aquas, & oculos meos fontem.* i. vt totus in lacrymas ſoluar? Et plorabo die ac nocte interfectos. i. qui interficiendi ſunt. Filiæ. Chald. *cœtus populi mei.* Inſtans excidium hoc capite deplorat.

2 Qvis dabit me. Sept. *mihi.* In solitvdine diversorivm viatorvm. i. receſſum, vbi tantùm accedunt qui iter faciunt. Sept. *manſionem extremam.* i. locum valdè remotum. Pro ארחים *orchim.* i. *viatores*, legerunt ipſi ארכים *orechim.* i. *remotas.* Itaque à conuictu hominum ſecedere cupit, ne mala, ne peccata populi videat.

3 ET EXTENDERVNT. ſ. Iudæi, pro, tetenderunt. QVASI ARCVM MENDACII. Lingua, arcus eſt; verba mendacia, ſagittæ. Ita ſuppleo, quaſi arcum (verbis) mendacij. CONFORTATI SVNT. Quidam vitiis valent, & opes quærunt, vt alij virtutibus.

4 VNVSQVISQVE SE A PROXIMO SVO CVSTODIAT. Omnia plena dolis, nulla fides, *Non hoſpes ab hoſpite tutus*. Omnes inter ſe ſupplantant, decipiunt. FRAVDVLENTER INCEDET, doloſè agit.

5 ET VIR. pro & quiſque. FRATREM SVVM DERIDEBIT. Hebr. *decipiet*. DOCVERVNT ENIM LINGVAM SVAM. pro, aſſueſecerunt linguam ſuam mendacio. VT INIQVE AGERENT. Hebr. *iniquè agendo laborauerunt*. *Laſſati ſumus in via iniquitatis:* Sap. 5. verſ. 7. Nimirum iniquitatum multitudo eos defatigauit. Non minùs moleſtiæ vitium affert quàm virtus.

6 HABITATIO TVA IN MEDIO DOLI. i. populi doloſi, inter eos, ô Ieremia, habitas. IN DOLO RENVERVNT SCIRE ME. i. præ dolo, vt dolis vacarent, noluerunt me cognoſcere, quò ſ. liberiùs peccarent.

7 ECCE EGO CONFLABO. i. ad informe æs redigam. .i. vt ex eo metallo. ſ. vas aliud melius conficiam, deſtruam eos. ET PROBABO EOS igne afflictionis, quaſi metalla igne liquantur, ſecernitur quod impurum eſt. QVID ENIM ALIVD FACIAM? Tentaui alia remedia, non profeci: hoc reſtat. A FACIE. i. propter filiam populi mei, vt eam ſanem.

8 SAGITTA VVLNERANS. Sic Sept. Chald. *acuta*. vox Hebr. שוחט *ſchut* vtrumque ſignificat.

10 SVPER MONTES ASSVMAM FLETVM. Quia vaſtati ſunt. Verba Dei. ET SVPER SPECIOSA DESERTI. Chald. *ſuper habitacula deſerti*. Vox נאות *neoth* vtrumque ſignificare poteſt pro varia radice. Ergo *ſuper ſpecioſa deſerti* flebo, quoniam arbores ſunt præciſæ, aut *ſuper habitacula*. i. luſtra ferarum eis occiſis vacua. EO QVOD NON SIT VIR. pro, ita vt non ſit. Hebr. *vt non ſit quiſquam* (vir pro *quiſquam*) *pertranſiens*. Ita ſunt vaſtata. VOCEM POSSIDENTIS. ſ. paſtoris. Hebr. *pecoris*. non audierunt. Nulli ſunt greges neque armenta. A VOLVCRE CÆLI VSQVE AD PECORA. Nullæ ſunt arbores, vbi aues nidificent ideò abierunt. Pro *pecoribus* in Hebr. ſunt *iumenta*, & per *iumenta*, feras intelligo, quæ diſſipatis ſiluis abierunt.

11 IN ACERVOS ARENÆ dabo Ieruſalem. *Arenæ* Hebr. non eſt, ſed *dabo in aceruos*. Euerſis domibus, aceruí lapidum & ruderum manent. In iis aceruis erunt draconum latibula. Per *dracones*, lacertos, angues, & ſimilia intelligo.

12 QVARE.... EXVSTA SIT terra, aut deſolata. EO QVOD NON SIT. Hebr. *vt non ſit*, aut, *adeo vt non ſit qui pertranſeat*. Quare id contigit? ob Legem violatam.

13 ET NON AMBVLAVERVNT IN EA. ſ. Lege.

14 ET ABIERVNT POST PRAVITATEM. Hebr. *duritiem*, obſtinationem. DIDICERVNT A PATRIBVS SVIS. Hereditaria prauitas peſſima eſt.

15 ABSINTHIO cibabo populum. Quidam vertunt, *veneno*. Alij, *amaritudine*. Vocis לענה *labanah* ſignificatio non eſt nota. Retineo Hieronymi verſionem, quæ Chald. etiam eſt. Sept. pro *abſinthio* poſuerunt *anguſtiis:* ET POTVM Hebr. non eſt, neque in Gotth. hoc tantùm, *dabo eis aquam fellis*. Pro *fellis* in Hebr. *capitis*. .i. venenatam aquam. de qua re cap. 8. verſ. 14.

16 DONEC CONSVMANTVR. De ſingulis loquitur, non de toto genere, cuius reliquias & ſemen ſeruari vult, vt cap. cap. 4. verſ. 27. dixit, & cap. 5. verſ. 10.

17 CONTEMPLAMINI, conſiderate, prouidete. ET VOCATE LAMENTATRICES, præficas, quas in funere adhibebant. Huius populi funus ducitur, parate funeri neceſſaria. actum de illo eſt. QVÆ (lamentatrices) SAPIENTES SVNT, ea lamenta conficiendi, eas nænias.

18 DEDVCANT OCVLI NOSTRI LACRYMAS. Comitemur præficas veris lacrymis, earum fictis lamentis excitati.

19 QVIA VOX LAMENTATIONIS. Cauſæ plorandi: Quia plorat Ieruſalem. QVOMODO VASTATI SVMVS? Hæc dicit Ieruſalem. QVIA DERELIQVIMVS TERRAM. Secunda cauſa noſtri ploratus, quia in captiuitatem acti ſumus. Tertia, QVONIAM DEIECTA SVNT TABERNACVLA NOSTRA. Chald. *quia deſolata ſunt palatia noſtra*. Hebraica quidam ſic vertunt, *Quoniam eiecerunt* (nos è) *tabernaculis noſtris*. ſed meliùs, *quoniam deiecerunt tabernacula noſtra*. i. domos. quod Hieronymus paſſiuè dixit.

20 LAMENTVM. Sic vocat næniam & monodiam, quam mulieres doceri vult.

21 QVIA ASCENDIT MORS PER FENESTRAS. Verba monodiæ. Solét fures per feneſtras ingredi. Ergo mors irruit in domos noſtras inopinata, furtiua. DISPERDERE PARVVLOS DEFORIS. Hebr. *de platea*. IVVENES DE PLATEIS. Senſus eſt: Mors irruit in domos, vt poſtquam nos occiderit, in plateas egrediatur, ibi infantes & iuuenes perimat, qui raró domi ſunt, frequenter in plateis. Hoc eſt initium næniæ.

22 QVASI STERCVS, quo ſ. agri conſperguntur. ſic cadaueribus agri pleni erunt. ET QVASI FOENVM. ſic Sept Hebr. *quaſi manipulus* (ſ. meſſis) *poſt metentem*. Frequentes & multi ſunt ij manipuli. ſic cadauera. ET NON EST QVI COLLIGAT. i. ſepeliat, inhumata iacebunt.

23 NON GLORIETVR. Hebr. *non ſe laudet*, non ſperet vllis humanis viribus aut induſtria ab his malis liberari, cognitio & cultus Dei id præſtabunt.

25 ET VISITABO SVPER OMNEM QVI CIRCVMCISVM HABET PRÆPVTIVM. id eſt, ſuper eos qui cùm carne ſint circumciſi, corde incircumciſi ſunt. Hebr. *Viſitabo* (id eſt, puniam) *omnem circumciſum in præputio*.

26 SVPER ÆGYPTVM viſitabo. Hæ omnes gentes circumcidebantur. Ægyptij imitatione Iudæorum, Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, quia Iudæorum cognati: de quo Euſebius libr. 9. de Præp. c. 4. & Cyrillus contra Iulianum, lib. 9. & nos paulò plura Geneſ. 17. v. 25. QVI ATTONSI SVNT IN COMAM. Sic Chald. Sept. *attonſum circa faciem ſuam*. Hebr. *attonſi angulo*. ſed per *angulum* Hebræi etiam *comam* intelligunt, quoniam vſque ad aures tondebantur. Alij vertunt, *extremificatos* (in) *angulo*. ſ. orbis. Qui in extremis terræ finibus habitant, illos etiam viſitabo. Ego ſuſpicor verbis honeſtis ſignificare pudenda: ſicque verterem, *qui præciſi ſunt angulo*. i. membro virili. קצץ *kazaz* ſignificat *præſcindere*. Et *angulus* cum membro virili in eo conuenit quòd occultatur. Sanè non quadrat mentio de iis qui tondebant comam, vbi propriè de circumciſione & circumciſis gentibus agit. HABITANTES IN DESERTO. Per hos intelligo Arabes, ac præſertim Arabiam deſertam, qui etiam circumcidebantur. & iungo cum ſuperioribus verbis: *Qui præciſi ſunt angulo habitantes in deſerto*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET PLORABO. pro, vt plorem. FILIÆ. Chald. *cœtus*.

2 ME. ſ. reperire. LXX. *mihi*.

3 ARCVM. ſ. mittentem ſagittas, i. verba mendacia. CONFORTATI SVNT. i. præualuerunt, ſeu obdurati ſunt. EGRESSI. pro, progreſſi.

6 TVA. ſ. ô Ieremia. DOLI. i. doloſorum. IN DOLO. .i. præ dolo. vel legédum, *doli in dolo*. i. doloſiſſimorum.

7 CONFLABO. LXX. *igne examinabo*. FILIÆ. LXX. *malitiæ filiæ*. i. ob malitiam filiæ. Chald. *peccatorum cœtus*.

10 EO QVOD. pro, ita vt. ſic & inf. POSSIDENTIS. ſ. pecora. q. d. nemo erat. Chald. *pecoris*. q. d. nec pecora audiebantur. ſ. etiam ipſa capta ab hoſtibus.

14 BAALIM. LXX. *idola*.

17 SAPIENTES. i. peritæ lamentandi.

21 PER FENESTRAS. q. d. clauſis portis inuadet hoſtis per feneſtras.

22 FOENVM, &c. Chald. *manipulus poſt meſſorem*.

24 ME. Chald. *timorem mei*.

25 PRÆPVTIVM. ſ. peccati, nam omnes iſti qui numerantur, erant carne circumciſi.

26 IN COMAM. pro, coma. erat id fortè Arabum, ſeu Agarenorum, vt quidam aiunt.

CAPVT X.

Non eſt timenda cæleſtis conſtellatio, nec vaniſſima ac imbecillia idola: ſed Dominus qui ſolus eſt Deus, creator ac gubernator omnium, qui vaſtabit peccatores terræ: plangit ſuum malum Ieruſalem, & cùm hominis non ſit ſuas vias dirigere, orat Deum ne eos qui ipſum cognoſcunt, ad internecionem deleat. ſed in hoſtes potiùs Iudæorum ſuum effundat furorem.

AVdite verbum, quod locutus eſt Domi- 1
nus ſuper vos domus Iſrael. * Hæc di- 2
cit Dominus: Iuxta vias Gentium nolite diſce- A
re: & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent
Gentes: * quia leges populorum vanæ ſunt: 3
quia lignum de ſaltu præcidit opus manus arti-
Sup. 13. c.11. & 14. a.8 ficis in aſcia. * Argento & auro decorauit il- 4
lud: clauis & malleis compegit, vt non diſſolua-
tur. * In ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt, & 5
non loquentur: portata tollentur, quia incede-
re non valent. nolite ergo timere ea, quia nec
Mich. 7. d.18 malè poſſunt facere, nec benè. * Non eſt ſimi- 6
lis tui Domine: magnus es tu, & magnum no-
Apoc. 15. b.4 men tuum in fortitudine. * Quis non timebit 7
te, ô rex Gentium? tuum eſt enim decus: inter
cunctos ſapiẽtes Gentium, & in vniuerſis regnis
eorum nullus eſt ſimilis tui. * Pariter inſipien- 8
tes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eo-
rum lignum eſt. * Argentum inuolutum de 9
Tharſis affertur, & aurum de Ophaz: opus ar- B
tificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura
indumentum eorum. opus artificum vniuerſa
hæc. * Dominus autem Deus verus eſt: ipſe 10
Deus viuens, & rex ſempiternus. ab indigna-
tione eius commouebitur terra: & non ſuſti-
nebunt Gentes comminationem eius. * Sic 11
ergo dicetis eis: Dij, qui cælos & terram non
fecerunt, pereant de terra, & de his quæ ſub
Gen. 1. a.1. Infr. 51. b.15. cælo ſunt. * Qui facit terram in fortitudine 12
ſua, præparat orbem in ſapientia ſua, & pru-
dentia ſua extendit cælos. * Ad vocem ſuam 13
dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat
Pſal. 134. b.7 Infr. 51. b.16 nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in
pluuiam facit, & educit ventum de theſauris
ſuis. * Stultus factus eſt omnis homo à ſcien- 14
tia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quo- C
niam falſum eſt quod conflauit, & non eſt
ſpiritus in eis. * Vana ſunt, & opus riſu dignum: 15
in tempore viſitationis ſuæ peribunt. * Non 16
eſt his ſimilis pars Iacob: qui enim formauit
omnia, ipſe eſt: & Iſrael virga hereditatis
eius: Dominus exercituum nomen illi. * Con- 17
grega de terra confuſionem tuam, quæ habi-
tas in obſidione. * quia hæc dicit Dominus: 18
Ecce ego longè proiiciam habitatores terræ in
hac vice: & tribulabo eos ita vt inueniantur.
* Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima pla- 19
ga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas
mea eſt, & portabo illam. * Tabernaculum 20
meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei diru-
pti ſunt, filij mei exierunt à me, & non ſubſi- D
ſtunt: non eſt qui extendat vltrà tentorium
meum, & erigat pelles meas. * Quia ſtultè ege- 21
runt paſtores, & Dominum non quæſierunt:
propterea non intellexerunt, & omnis grex eo-
rum diſperſus eſt. * Vox auditionis ecce venit, 22
& commotio magna de terra Aquilonis: vt po-
nat ciuitates Iuda ſolitudinem, & habitaculum
23 draconum. * Scio Domine quia non eſt homi-
nis via eius: nec viri eſt vt ambulet, & dirigat
24 greſſus ſuos. * Corripe me Domine, verumta- *Pſal. 6. a.1*
men in iudicio; & non in furore tuo, ne fortè
25 ad nihilum redigas me. * Effunde indigna- *Pſal. 78. b.6*
tionem tuam ſuper Gentes, quæ non cogno-
uerunt te; & ſuper prouincias, quæ nomen
tuum non inuocauerunt: quia comederunt Ia-
cob, & deuorauerunt eum, & conſumpſerunt
illum, & decus eius diſſipauerunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 IVXTA VIAS GENTIVM. Sic Sept. Hebr. *ad vias Gentium*, id eſt, vias Gentium, mores earum. NOLITE DISCERE. *Diſcere* pro aſſueſieri, ſequi, imitari. ET A SIGNIS CÆLI. Hi ſunt mores Gentium: ſtellis omnia tribuunt, & fato, non Deo. Aſtrologiæ & idolorum vanitatem hoc cap. inſectatur.

3 QVIA LEGES POPVLORVM. Sic verto Hebr. certè inſtituta ſeu mores populorum vanitas ſunt. Quæ ſunt hæc inſtituta? Quòd ſtellas timent, & idola venerantur. LIGNVM DE SALTV PRÆCIDIT. Quis præcidit? artifex. IN ASCIA. id eſt, dolabra. Hiſp. *el cepillo, o el aʒuela, ò aſſegur*. Ea præcidit.

3 COMPEGIT. Hebr. *roborauit*, clauis. VT NON DISSOLVATVR. Hebr. *non cadat*. non enim per ſe ſtare poteſt, niſi clauis fulciatur,

5 IN SIMILITVDINEM PALMÆ. Hebr. *vt palma dura ſunt*. Id lignum eſt duriſſimum. ſolida ſunt. Alij vertunt: *ſicut palmæ æqualitas*, aut *rectitudo*. i. idola ſunt recta, aut æqualia. aut procera vt palma. Difficultas in voce מקשה *mikſah*, quid propriè ſignificet. Chald. *opere ductili eriguntur*. Sept. *argentum tornatile ſunt*, nulla de palma mentione. Ergo, idola vt palma ſunt, & tamen neque ſua firmitate, aut rectitudine, aut loqui poſſunt, aut ambulare. ET NON LOQVENTVR: PORTATA TOLLENTVR. Quales ergo dij?

6 NON EST SIMILIS TVI. Apoſtrophe ad Deum, qui diis aliis ſimilis non eſt. ET MAGNVM NOMEN TVVM IN FORTITVDINE. i. ob res fortiter à te geſtas.

7 TVVM EST ENIM DECVS. Hebr. *quia tibi conuenit*. ſ. *regnum*, vt Chald. ſupplet. ait enim, *quia tuum eſt regnum*, aut *decus*, vt Hieronymus ſuppleuit.

8 PARITER. Hebr. *in vno*. i. omnes ſimul. ET FATVI PROBABVNTVR. Sept. *ſunt*. ſic Hebr. DOCTRINA VANITATIS. i. argumentum, quo vanitas eorum intelligitur, eſt lignum, ex quo ſ. idola faciunt.

9 ARGENTVM INVOLVTVM. Hebr. *extenſum*. ſ. in laminas affertur. DE THARSIS. ſ. quò Rex Salomon ſuas claſſes mittebat: 3. Reg. 10. v. 22. ET AVRVM DE OPHAZ. Chald *de Ophir*. quò idem etiam ſuas claſſes mittebat, vt aurum inde deferrent. Plura de Tharſis & Ophir 3. Reg. 10. v. 22. & 2. Paralip. 3. v. 7. Quidam per *Ophaz* non locum, vnde afferebatur aurum intelligunt, ſed aurum obrizum puriſſimum, quod Hebr. vocatur פז *Paz*. Sed quoniam dicitur *aurum de Ophaz*, videtur potiùs eſſe loci nomen. OPVS ARTIFICIS, ET MANVS ÆRARII. i. fuſoris, aut, vt alij, *manus aurificis*. i. nihil in idolo eſt præter artificum induſtriam. Ergo ex ligno, argento, & auro, fit idolum. Quid veſtes? HYACINTHVS ET PVRPVRA. His ex velis fiũt idolorum veſtes. OPVS ARTIFICVM. Hebr. *opus ſapientum*. Sed per *ſapientes artifices* intelligi debent in arte periti.

10 COMMINATIONEM EIVS. ſ. Dei veri. Hebr. *iram eius*. Hic verſus in Sept. non eſt. Ergo ira Dei maior eſt quàm vt Gentes poſſint ſuſtinere.

11 SIC ERGO DICETIS IIS. *Ergo* non eſt Hebr. neque in Sept. neque in Chald. Totus verſus Chald. ſcriptus eſt, nimirum deſumptus ex epiſtola, quam Ieremias ſcripſit Iechoniæ, & aliis captiuis qui cum eo erant Babylone, vt eos auerteret ab idolis. ſic Chald. ait, ſic Hebr. Schol. cuius verba Latina facta ſubiicimus: *Epiſtolam miſit Ieremias Iechoniæ, & viris captiuitatis eius, vt reſponderent Chaldæis in lingua eorum, ſi*

dicerent ipſis, vt colerent idola. Ergo aliquid ſupplendum eſt, vt Chald. ſupplet: *Si dixerint vobis Chaldæi, Seruite idolis, ſic dicetis eis:* DII, QVI CÆLOS ET TERRAM NON FECERVNT. Optima reſponſio. ET DE HIS QVÆ SVB CÆLO SVNT. Hebr. *& de ſub cælis his*, pereant tales dij.

QVI FACIT TERRAM. Hic verſus iungitur cum decimo, nam ſuperior verſus inſertus eſt, vt eius epiſtolæ pars poneretur, alioqui neque cum ſuperiori verſu cohæret, neque cum hoc 12. 12

AD VOCEM SVAM DAT MVLTITVDINEM AQVARVM. Sentētiam expreſſit Hieronymus. Alioqui Hebr. *ad vocem dare ipſum* (.i. dat ipſe) *multitudinem aquarum. Vocem* vocat tonitrua, poſt quæ ſequitur pluuia. Pſal. 28. verſ. 3. *Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit.* ET ELEVAT NEBVLAS. Hebr. *vapores*. ſed *vapores* ſumuntur pro nubibus, quia ex illis concreſcunt. AB EXTREMITATIBVS TERRÆ. i. mari, qui eſt terræ terminus, & extremum. FVLGVRA IN PLVVIAM FECIT. i. ante pluuiam, vel in ſignum pluuiæ. ET EDVCIT VENTVM DE THESAVRIS SVIS Theſauri ſunt occulti, ſic origo, cauſa, & materia ventorum. Plinius non agnoſcit exhalationes, ſed ait ventos fieri ex motione aëris, vt fluctus ex aquæ motione: lib. 2. cap. 43. 13

STVLTVS FACTVS EST OMNIS HOMO A SCIENTIA. i. ob defectum ſcientiæ Chald. *neſcientes ſapientiam.* CONFVSVS EST. i. pudore affectus eſt. ARTIFEX OMNIS. Pro, צרף *Zoreph* verſ. 9. vertit *ararium*, hîc *artificem*, ſed verè eſt *fuſor*, aut *aurifex*. IN SCVLPTILI. Hebr. *ab ſculptili*. ſ. propter idolum quod fecit. QVONIAM FALSVM EST. Hebr. *mendacium*. .i. deus falſus. 14

ET OPVS RISV DIGNVM, aut errorum, falſum, aut fallens. VISITATIONIS SVÆ. i. punitionis. nam idola etiam ſunt contrita, certè à Ioſia, 4. Regum 23. v. 4. 15

NON EST HIS SIMILIS PARS IACOB. Hebr. *non* (eſt) *ſicut hæc pars Iacob.* i. non ſectatur idola. QVI ENIM FORMAVIT OMNIA, IPSE EST. ſ. Deus eius. ET ISRAEL VIRGA HEREDITATIS EIVS. i. hereditas eius. Vocat *hereditatem, virgam*, quoniam perticis diuidebant agros, Pſal. 73. verſ. 2. ſicut *funiculus* dicitur Pſal. 104. v. 11. quoniam funibus idem præſtabant. 16

CONGREGA DE TERRA CONFVSIONEM TVAM. .i. idola, vt cum illis fugias. Hebr. *merces tuas*, negotiationem tuam. Sept. *ὑπόστασιν, ſubſtantiam tuam.* IN OBSIDIONE. i. quæ iam obſidenda es. Hebr. *quæ habitas in loco munito.* q. d. nihil ea munitio proderit. fugâ tibi conſule, & rebus tuis. 17

LONGE PROIICIAM. Hebr. *funda proiiciam.* HABITATORES TERRÆ, huius ſ. ob ה *He* demonſtratiuum. IN HAC VICE. i. modò, citò. ITA VT INVENIANTVR. i. ita vt pereant. Sept. & Hieronymus in Comment. *ita vt inueniantur.* ſ. ita proiiciam, vt ſimul ſint, vt inueniantur, cùm eos liberare voluero. Et quidem literæ Hebr. mutatis punctis hanc verſionem admittunt, ſed cum punctis, quæ nunc habent ſic vertatur locus, *ita vt inueniant*, ſ. facta condigna, vt Chald. explicat. 18

VÆ MIHI SVPER CONTRITIONE MEA. Propheta loquitur, ſed nomine totius populi, cuius perſonam ſuſtinet. PESSIMA, dura, doloris plena. INFIRMITAS MEA EST. ſic Chald. Sept. *vulnus meum.* Ita in חלי *holi*, *Iod* affixum ſupprimitur. Eſt ergo *infirmitas mea.* i. mihi debita. 19

TABERNACVLVM. pro, tabernacula. i. domus euerſæ ſunt. FVNICVLI MEI. i. quibus tabernaculum continebatur. i. omnia præſidia perierunt. FILII MEI EXIERVNT, abierunt in captiuitatem, & perierunt, non ſubſiſtunt. NON EST qui has ruinas & domos euerſas inſtauret. ET ERIGAT PELLES MEAS. Hebr. *cortinas.* Sed per *cortinas & pelles* ipſa tentoria intelligit, quæ fiebant ex pellibus. 20

QVIA STVLTE EGERVNT PASTORES. Calamitatis ſacerdotes & proceres fuerunt cauſa ſtultè agentes, vt bruta. Ea eſt verbi Hebr. vis. NON INTELLEXERVNT. Chald. *non proſperabuntur.* Sanè *intelligendi* voce Hebræi *proſperari* ſignificant. Prudentia eſt felicitatis mater. 21

22 VOX AVDITIONIS. i. magna & clara, quæ vbique auditur. ET COMMOTIO. i. tumultus bellicus. DE TERRA AQVILONIS. Babylone.

23 QVIA NON EST HOMINIS VIA EIVS. i. ſine tua ope efficere nihil poſſumus, neque mederi malis. NEC VIRI EST VT AMBVLET. Hebr. *nec viri ambulantis*, ſupple, via ſua eſt, & vt dirigat greſſum ſuum, faciat quod factu opus eſt.

24 IN IVDICIO. ſ. corripe me. i. vt ferre poſſim, non ſit ſupplicium ſupra vires meas. ET NON IN FVRORE, qui in ira caſtigant, non tenent modum. NE FORTE AD NIHILVM. Hebr. *ne fortè diminuas me.* i. ad paucos redigas. Sept. *vt nos paucos facias.* Aut diminuas me, deleas me, ne ſim ampliùs populus.

25 EFFVNDE INDIGNATIONEM TVAM. Verba hæc inuenies Pſal. 78. verſ. 6. DECVS EIVS DISSIPAVERVNT. Hebr. *habitaculum eius deſolauerunt*, quod ad priuatas domus refert Chald. alij, ad templum Dei, Hieronymus vocem נוהו *nauehu* deduxit à נאוה *naauah, pulchrum eſſe*, non à נוה *nauah.* i. *habitare.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 SIGNIS. i. quæ Aſtrologi putant certa eſſe euentuum ſigna.

5 PALMÆ. ſ. arboris. q. d. procera.

7 DECVS. Chald. *regnum.*

8 PROBABVNTVR. ſ. eſſe, quandoquidem ſigna adorant.

9 INVOLVTVM. ſ. vt ſolent merces. THARSIS. q. d. per mare. Chald. *Africa.*

10 COMMINATIONEM. Chald. *iram.*

12 PRÆPARAT. Chald. *fundauit.* LXX. *erexit.*

13 IN PLVVIAM. pro, in pluuia. Chald. *tempore pluuiæ.*

14 A SCIENTIA. pro, in ſcientia. FALSVM. i. non verus deus.

16 VIRGA HEREDITATIS. pro, hereditas. Iudæi agros funibus & virgis metiebantur.

17 CONGREGA. ſ. ô Babylon, vel Ieruſalem, vel Iudæa. CONFVSIONEM. Chald. *mercimonia.* LXX. *ſubſtantiam.* OBSIDIONE. q. d. loco citò obſidendo. Chald. *ciuitatibus munitis.* LXX. *munitione.*

18 TERRÆ. ſ. Iudææ, vel Chaldææ. HAC VICE. Chald. *hoc tempore.* INVENIANTVR. ſ. ab hoſtibus. Chald. *recipiant retributionem peccatorum ſuorum.*

19 VÆ, &c. Vox populi. EGO AVTEM DIXI, poſtpoſitum fuit id, cùm eſſet in principio verſus ponendum. MEA. i. meritò mihi accidit.

20 TABERNACVLVM. ſ. Ieruſalem. FVNICVLI. ſ. reliquæ Iudææ ciuitates. SVBSISTVNT. i. ſunt, vel comparent. PELLES. ſ. tentoriorum. Chald. *cortinas.* Senſus eſt, Non eſt qui ædificet diruta.

21 PASTORES. Chald. *Reges.*

22 AQVILONIS. ſ. Chaldæa.

23 NEC VIRI, &c. explicatio præcedentis.

24 IN IVDICIO. i. moderatè.

25 DECVS. Chald. *habitacula.* LXX. *paſcua.*

CAPVT XI.

Quia maledicitur qui non audit nec ſeruat pactum Domini patribus datum, ideò præcipitur Prophetæ vt illud ſeruandum Iudæis prædicet, ſed fruſtrà, cùm magis ſequantur patrum ſuorum ſcelera, variamque idololatriam; idcirco inferet Dominus ineuitabilia in illos mala, nec proderunt eis idola, vel illorum oratio, neque quod priùs à Deo dilecti fuerint: refert praua Iudæorum ſtudia de ipſo ex terra delendo: ſed perdentur qui nolunt audire prophetiam in nomine Domini.

1 VErbum, quod factum eſt à Domino ad
2 Ieremiam, dicens: * Audite verba pacti
A huius, & loquimini ad viros Iuda, & habita-

rores Ieruſalem, * & dices ad eos: Hæc dicit 3
Dominus Deus Iſrael: Maledictus vir, qui non
audierit verba pacti huius, * quod præcepi pa- 4
tribus veſtris, in die qua eduxi eos de Terra
Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vo-
cem meam, & facite omnia quæ præcipio vo-
bis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis
in Deum: * vt ſuſcitem iuramentum, quod iu- 5
raui patribus veſtris, daturum me eis terram
fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et
reſpondi, & dixi: Amen Domine. * Et dixit 6
Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc
in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, dicens:
Audite verba pacti huius, & facite illa: * quia 7
conteſtans conteſtatus ſum patres veſtros, in
die qua eduxi eos de Terra Ægypti, vſque ad B
diem hanc: manè conſurgens conteſtatus ſum,
& dixi: Audite vocem meam: * & non audie- 8
runt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abie-
runt vnuſquiſque in prauitate cordis ſui mali:
& induxi ſuper eos omnia verba pacti huius,
quod præcepi vt facerent, & non fecerunt.
* Et dixit Dominus ad me: Inuenta eſt coniu- 9
ratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſa-
lem. * Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuo- 10
rum priores, qui noluerunt audire verba mea:
& hi ergo abierunt poſt deos alienos, vt ſerui-
rent eis: irritum fecerunt domus Iſrael & do-
mus Iuda pactum meum, quod pepigi cum
patribus eorum. * Quam ob rem hæc dicit 11
Dominus: Ecce ego inducam ſuper eos mala,
de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad
me, & non exaudiam eos. * Et ibunt ciuitates 12
Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabunt
ad deos, quibus libant, & non ſaluabunt eos
(a Sup. 2. f.28) in tempore afflictionis eorum. * a Secundùm 13
numerum enim ciuitatum tuarum, erant dij C
tui Iuda: & ſecundùm numerum viarum Ieru-
ſalem, poſuiſti aras confuſionis, aras ad liban-
(b Sup.7. e.16 Infr.14. b.11) dum Baalim. * b Tu ergo noli orare pro popu- 14
lo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & ora-
tionem: quia non exaudiam in tempore cla-
moris eorum ad me, in tempore afflictionis eo-
rum. * Quid eſt, quòd dilectus meus in domo 15
mea fecit ſcelera multa? numquid carnes ſan-
ctæ auferent à te malitias tuas, in quibus glo-
riata es? * Oliuam vberem, pulchram, fructife- 16
ram, ſpecioſam, vocauit Dominus nomen
tuum: ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis
in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. * Et Domi- 17
nus exercituum qui plantauit te, locutus eſt
ſuper te malum, pro malis domus Iſrael & do-
mus Iuda, quæ fecerunt ſibi ad irritandum
me, libantes Baalim. * Tu autem Domine de- 18
monſtraſti mihi, & cognoui: tunc oſtendiſti D
mihi ſtudia eorum. * Et ego quaſi agnus man- 19
ſuetus, qui portatur ad victimam: & non cog-
noui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, di-
centes: Mittamus lignum in panem eius, &
eradamus eum de terra viuentium, & nomen
(a Infr. 17. b.10.&20. e.12) eius non memoretur ampliùs. * a Tu autem 20
Domine ſabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas
renes & corda, videam vltionem tuam ex eis:
tibi enim reuelaui cauſam meam. * Propterea 21
hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui
quærunt animam tuam, & dicunt: Non pro-
phetabis in nomine Domini, & non morieris
22 in manibus noſtris. * Propterea hæc dicit Do-
minus exercituum: Ecce ego viſitabo ſuper
eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum
23 & filiæ eorum morientur in fame. * Et reli-
quiæ non erunt ex eis: inducam enim ma-
lum ſuper viros Anathoth, annum viſitatio-
nis eorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 AVDITE. pro, audi. Quæ præcedunt, & quæ ſe-
quuntur, oſtendunt, Deum cum Ieremia ſolo
loqui, ſed frequenter in Hebr. lingua & numeri &
perſonæ mutantur. Ergo *audite & loquimini*, pro, audi
& loquere.

3 QVI NON AVDIERIT. pro, obedierit, ſit male-
dictus.

4 DE FORNACE FERREA. i. ſeruitute duriſſima, ferri
inſtar. Verùm כור *cur*, pro qua voce noſter & alij
fornacem vertunt, propriè vas ſignificat, in quo li-
quantur metalla, *criſol*, quod hoc tempore è terra fit,
tunc fortè fiebat è ferro. Ergo liberaui eos à liquato-
rio ferreo. i. dura ſeruitute, vbi liquefiebant præ angu-
ſtia. DICENS. Hebr. *dicendo*. pro, & dixi.

5 VT SVSCITEM, ſeu *confirmem*. Verba ſunt Dei ad
eos quos eduxit de Ægypto. q. d. Volo implere quæ
antè promiſi patribus veſtris, niſi per vos ſteterit.
FLVENTEM LACTE ET MELLE, terram me daturum
iuraui. i. fertilem, & alioqui pecoris & apum magna
copia erat, vt in regione calida. SICVT EST DIES
HÆC. i. vt videtis me iam quod promiſi, quod iuraui,
opere implere. Hebr. *ſicut dies hic*, ſed perinde eſt.
ET RESPONDI, ET DIXI: AMEN DOMINE. i. ita fiet
vt iubes, præſtò ſum, denuntiabo quæ præcipis.

6 FORIS IERVSALEM. Sic Sept. Sed חוצות *huZoth*
magis ſignificat *plateas*. Ergo in plateis hæc denuntia
per compita. Chald. *in vicis*, Gotth. *in foribus*. ad por-
tas ciuitatis erat forum & mercatus. Ita *foris*, pro, in
foris, in ablatiuo plurali eſt.

7 QVIA CONTESTANS, CONTESTATVS SVM. Dili-
genter monui. VSQVE AD DIEM HANC. i. per om-
nes ætates. MANE CONSVRGENS, faciens conſurge-
re Prophetas cum luce.

8 IN PRAVITATE. Hebr. *in duritie*, ſiue obſtinatione
cordis ſui abierunt, eam ſunt ſecuti. ET INDVXI SV-
PER EOS OMNIA VERBA. Chald. *vltionem*, quam ſ. cùm
dedi Legem, multis verbis eram minatus.

9 INVENTA EST CONIVRATIO. Chald. *rebellio*. Qui
Ioſiæ operâ conuerſi erant ad Deum, eo mortuo rebel-
larunt, defecerunt, quaſi coniuratione facta.

10 IRRITVM FECERVNT, diſſipauerunt, violarunt pa-
ctum. QVOD PEPIGI. Hebr. *percuſſi*.

12 CLAMABVNT AD DEOS. Sic lege, non *ad eos*. Hebr.
ad deos clamabunt. Sic Sept. ſic Regia Vulgat. tum
Hieronymus in Comment. Culpa librariorum locus
eſt in pleriſque Codicibus vitiatus. QVIBVS LI-
BANT. Hebr. *thurificant*.

13 SECVNDVM NVMERVM VIARVM. Hebr. *platea-
rum*. ſed *via* & *platea* idem ſunt. Sept. & Chald. *via-
rum* dixerunt. Itaque per compita & vicos altaria Baal
erexiſti, quod pudet dicere. Id ſignificat, ARAS CON-
FVSIONIS.

14 TV ERGO. Repetit quæ dixerat cap. 7. verſ. 16. IN
TEMPORE AFFLICTIONIS EORVM. Sic Sept. & Chald.
Hebr. *pro afflictione ſua*. ſ. in tempore clamoris eorum
ad me pro afflictione ſua, non exaudiam. Nimirum
pro בעד Hieronymus & alij legerunt בעת *in tempore*
ſecundo loco. Vtra lectio verior, diuinare non eſt
opus, neque multùm refert.

15 QVID EST, QVOD DILECTVS MEVS. Hieronymus
eſt ſecutus Sept. verſionem. eſtque locus Latinè faci-
lis. Conqueritur Deus, quòd populus tantis malis fœ-
dus ad templum iret, & ibi multa ſcelera faceret.
Verùm Hebraica multum diſcrepant, quæ ſic verto &
explico cum Hebr. Schol. *Quid dilecto meo* (id eſt, tibi,

ô Propheta) *in domo mea* (quid pro vrbe precaris?)
facere ipſam (id eſt, cùm ipſa faciat) *abominationem*
multis (id eſt, cum multis, ſ. idolis) *& carnem ſanctam*
prætermittunt (.i. legitima ſacrificia) *deſuper te* (.i. quæ
tibi, ô Ieruſalem, præcepi) *quia malo tuo* (id eſt, cùm
malefeceris) *tunc exultas, lætaris. Lætantur cùm ma-*
lefecerint, Prouerb. 2. verſ. 13. A tertia perſona tranſit
repentè ad ſecundam, ſic ſolet alijs locis. Memento
ſuperiori verſu iuſſum Prophetæ ne oraret pro popu-
lo. Memento etiam verſ. 13. quid dixerit de idolo-
rum multitudine.

OLIVAM VBEREM. Hebr. *viridem, frondoſam*. Oli- 16
uæ folia numquam decidunt, ideò oliuæ comparat
populum bonis eius temporibus. AD VOCEM LO-
QVELÆ GRANDIS: ſic iunge propter Hebr. ſic in Re-
gijs. *Vocem grandem* vocat tonitruum, quod ſequitur
fulmen. COMBVSTA SVNT FRVTETA EIVS. Hebr
fracti ſunt rami eius altiſſimi. ſic fit cadente fulmine.
Et per *fulmen* & *tonitruum* metaphoricè intelligit
Chaldæorum copias. Per *ramos altos*, proceres, ca-
pita Iudæorum.

LOCVTVS EST SVPER TE MALVM. ſ. eius eſt lo- 17
quela grandis, quam dixit. LIBANTES. Hebr. *thuri-*
ficantes, adolentes aromata, ſed per thus totum ſacrifi-
cium intelligit, quod offerebant idolo. Ea iræ cauſa.

DEMONSTRASTI MIHI. Verba Ieremiæ, quibus ait, 18
Deum illi oſtendiſſe omnes Iudæorum machinationes.
Hieronymus in Comment. addit: *Conſenſus omnium*
Eccleſiarum eſt, ſub Ieremia perſona hæc à Chriſto dici,
qui technas Iudæorum contra ipſum benè cognouit.

QVASI AGNVS MANSVETVS. Hìc ſunt duæ vo- 19
ces. כֶּבֶשׂ *chebes* ſignificat *agnum anniculum*: אַלּוּף *aluph*
ſignificat aliquando *bouem*, ſic hìc quidam accipiunt,
quaſi agnus (&) *bos*, qui portatur ad victimam. Ali-
quando *ducem & Principem* ſignificat. Hebr. *altilem*
ſignificare hìc putat, quod Chald. dixit, *agnus electus*.
Fortaſſis noſter *manſuetum* pro *cicure* poſuit; tales
enim ſunt pecudes quæ domi ſaginantur. ET NON
COGNOVI. i. nihil dicens, quaſi non cognoſcerem quò
ducebar; ſic agni quieti eunt ad macellum. DICEN-
TES. Hebr. non eſt, neque in Goth. MITTAMVS.
Sic Sept. & Chald. Ita hi omnes pro נַשְׁחִיתָה *naſhithah*.
.i. *corrumpamus*, legerunt נַשְׁלִיחָה *naſlihah*, *mittamus*.
Aut quod verius puto, שחת non ſolùm *corrumpere*
ſignificat, ſed etiam *mittere* aut *ponere*, quod Dauid
Kimhi in hunc locum fatetur, cuius verba ſubijcere
non eſt viſum. Profectò id verbum in hac ſignifica-
tione inuenies Genel. 38. verſ. 9. & Prouerb. 28 v. 34.
LIGNVM IN PANEM EIVS. i. crucem in Chriſti cor-
pus, quod panis eſt verus, Ioan. 6. verſ. 51. ſic anti-
qui Patres locum explicant, Tertullianus, Lactantius,
Ambroſius, Cyprianus, Gregorius, Hieronymus in
Comment. Recentiores iuxta literam Hebr. de ipſo
Ieremia dictum putant. Hebr. *corrumpamus ligno in*
panem eius: ita vt præpoſitio ſit tranſpoſita. Et *panem*
pro *cibo* ſumunt, *lignum* pro *taxo*, quæ arbor vene-
nata eſt. Adeò vt *toxicum* quaſi *taxicum* dictum pu-
tent. Plinius lib. 16. cap. 10. Chald. dixit huc reſpi-
ciens, *mittamus venenum mortiferum in cibo eius*.
Sanè locus de Ieremia vt de typo intelligatur, & de
Chriſto præcipuè.

VIDEAM VLTIONEM TVAM. Hoc iuſtitiæ deſide- 20
rio dicit. Aut *videam*, pro, videbo. TIBI ENIM RE-
VELAVI CAVSAM MEAM. Ad tuum tribunal prouoco,
ibi me ſiſto.

AD VIROS ANATHOTH. Hæc dicit Deus. Erat Ie- 21
remiæ patria. Sui ciues illum præ alijs inſectabantur.
ET DICVNT: NON PROPHETABIS. ne prophetes. fu-
turum pro imperatiuo. Ne prophetes, ô Ieremia.

VISITABO, puniam. SVPER EOS. contra eos qui 22
id tibi dicunt.

ET RELIQVIÆ NON ERVNT, ne vnus quidem mor- 23
tem euadet. Alij quidem Iudæi non peribunt penitùs
cap. 4. verſ. 27. & cap. 5. verſ. 10. ſecùs viri Anathoth
maiores pœnas dabunt. ANNVM VISITATIONIS EO-
RVM. i. tempus punitionis eorum adducam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 AVDITE. ſ. ô Prophetæ. VERBA. i. condi-
tiones.
3 AVDIERIT. Chald. *confirmaueris*.
4 PRÆCEPI. ſ. obſeruandum. FORNACE FERREA.
.i. ſeruitute duriſſima.
5 SVSCITEM. Chald. *confirmem*. LXX. *ſtatuam*. EST
DIES HÆC. i. apparet hodie. AMEN. LXX. *fiat*. ſ. vt
dicis, ſeu vis.
6 VOCIFERARE. i. prædica. Chald. *propheti̇za*. LXX. *lege*.
FORIS. Chald. *in vicis*.
7 CONTESTANS, &c. i. monui teſtibus adhibitis, vel
(vt vulgò dicitur) proteſtatus ſum. MANE, &c. i. mo-
re tempeſtiuè ſurgentis.
8 VERBA. i. maledictiones adſcriptas pacto.
9 CONIVRATIO. pro, velut coniuratio. Chald. *re-*
bellio.
13 CONFVSIONIS. i. ignominioſas, & pudendas.
14 LAVDEM. Chald. & LXX. *deprecationem*.
16 VBEREM. Chald. & LXX. *vmbroſam*. VOCAVIT.
ſ. olim cùm ei ſeruires. FRVTETA. i. populi.
19 MANSVETVS. Chald. *electus*. LXX. *innocens*. Hebr.
bos. q. d. ſicut agnus, & ſicut bos. eſt enim *aluph*, quod
bouem ſignificat. PORTATVR. LXX. *ducitur*. NON
COGNOVI. ſ. antequam reuelares. LIGNVM. ſ. vene-
natum. Chald. *venenum mortiferum*. PANEM. i. ci-
bum. Tertull. *panem* interpretatur lib. 3. in Marc.
Chriſti corpus, quod dandum erat ſub ſpecie panis,
lignum verò crucem.
20 VIDEAM. Hebr. & Chald. *videbo*. CAVSAM. Chald.
iniuriam. LXX. *iuſtificationem*.
21 NON PROPHETABIS. i. ne prophetes. ſ. calamitates
vrbis.
23 ANNVM. LXX *in anno*.

CAPVT XII.

Miratur Propheta malorum proſperitatem, qui ta-
men parantur ad diem occiſionis, ſuntque terræ cau-
ſa luctus: hereditas aduerſata eſt Domino ſuo, &
paſtores demoliti ſunt vineam Domini, ideò traditur
in diſſipationem, cuius tamen rurſum miſerebitur
Dominus, vaſtatis ipſius inimicis.

1 IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem
A tecum: verumtamen iuſta loquar ad te:
ᵃ Quare via impiorum proſperatur: benè eſt ᵃ *Iob* 21. *a*. 7
omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt? *Hab*. 1. *d*. 13
2 ° Plantaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt,
& faciunt fructum: propè es tu ori eorum, &
3 longè à renibus eorum. ° Et tu Domine noſti
me, vidiſti me, & probaſti cor meum tecum:
congrega eos quaſi gregem ad victimam, &
4 ſanctifica eos in die occiſionis. ° Vſquequò lu-
gebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur,
propter malitiam habitantium in ea? conſum-
ptum eſt animal, & volucre, quoniam dixe-
5 runt: Non videbit nouiſſima noſtra. ° Si cum
peditibus currens laboraſti: quomodo conten-
dere poteris cum equis? cùm autem in terra
pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Ior-
6 danis? ° Nam & fratres tui, & domus patris tui,
B etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te, & cla-
mauerunt poſt te plena voce: ne credas eis
7 cùm locuti fuerint tibi bona. ° Reliqui domum
meam, dimiſi hereditatem meam: dedi dile-
ctam animam meam in manu inimicorum eius.
8 ° Facta eſt mihi hereditas mea quaſi leo in ſil-
ua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam.
9 ° Numquid auis diſcolor hereditas mea mihi?
numquid auis tincta per totum? venite, congre-
gamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuo-
randum.

randum. * Paſtores multi demoliti ſunt vineam 10
meam, conculcauerunt partem meam: dede- C
runt portionem meam deſiderabilem in deſer-
tum ſolitudinis. * Poſuerunt eam in diſſipatio- 11
nem, luxitque ſuper me: deſolatione deſolata
eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recogitet
corde. * Super omnes vias deſerti venerunt va- 12
ſtatores, quia gladius Domini deuorabit ab ex-
tremo terræ vſque ad extremum eius: non eſt
pax vniuerſæ carni. * Seminauerunt triticum, 13
& ſpinas meſſuerunt: hereditatem acceperunt,
& non eis proderit: confundemini à fructibus D
veſtris, propter iram furoris Domini. * Hæc 14
dicit Dominus aduerſum omnes vicinos meos
peſſimos, qui tangunt hereditatem, quam diſ-
tribui populo meo Iſrael: Ecce ego euellam
eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de
medio eorum. * Et cùm euulſero eos, conuer- 15
tar, & miſerebor eorum: & reducam eos, vi-
rum ad hereditatem ſuam, & virum in terram
ſuam. * Et erit: ſi eruditi didicerint vias populi 16
mei, vt iurent in nomine meo, Viuit Domi-
nus, ſicut docuerunt populum meum iurare
in Baal: ædificabuntur in medio populi mei.
* Quòd ſi non audierint, euellam gentem il- 17
lam euulſione & perditione, ait Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IVSTVS QVIDEM. Conqueritur iniquis proſperè cuncta ſuccedere; deinde minatur captiuitatem. SI DISPVTEM TECVM. i. etiamſi litigo tecum, fateor te iuſtum eſſe. IVSTA LOQVAR. Sept. *iudicia loquar ad te.* ſic Hebr. i. cupio tua iudicia noſſe, quorſum ea tendant. QVARE VIA IMPIORVM. Communis hæc eſt iuſtorum querimonia Dauidis Pſal. 72. verſ. 2. Iobi cap. 21. v. 7. Abac. cap. 1. v. 3. BENE EST, &c. Hebr. *pacem habent & quietem omnes præuaricantes præuaricatione.*

2 PLANTASTI EOS. i. ſtabiliſti. ET RADICEM MISERVNT, filiis & diuitiis, Iob 21. v. 7. ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis. PROPE ES TV. *Te & tuam legem in ore frequenter habent, ſed longe es ab eorum corde & renibus.* ſic Chald.

3 COR MEVM TECVM. i. erga te qua ſim mente noſti. CONGREGA EOS. Sic Sept. oues congregantur in ouile, cùm iugulandæ ſunt. Hebr. *eradica eos.* Radicem miſerunt, euelle eos. QVASI GREGEM AD VICTIMAM. Sic Sept. Hebr (ſint) *quaſi pecus ad occiſionem.* ET SANCTIFICA EOS. i. præpara. deſtina, quaſi ſigno impoſito ſegrega, anathema fac. Simile eſt illud, *Et pro illis ego ſanctifico me ipſum*, Ioann. 17. verſ. 19. IN DIE, ad diem occiſionis.

4 LVGEBIT TERRA. i. ſterilis erit, quæ ob peccata fructus ſolet non reddere. Animalia etiam & volucres defecerunt. QVONIAM DIXERVNT. Eò malitiæ ſunt progreſſi, vt diuinam prouidentiam de medio tollant, quod faciunt Athei.

5 SI CVM PEDITIBVS. Chald. *Hæc eſt reſponſio ad interrogationem Ieremiæ. Dixit ſe cupere iudicia Dei intelligere. Modo Deus ait, ſi cum peditibus currere non potuiſti.* i. humana & terreſtria intelligere, *quomodo cum equis curres?* .i. arcana mea aſſequèris? QVOMODO CONTENDERE POTERIS CVM EQVIS? Hebr. *quomodo miſces te?* ſed perinde eſt. CVM AVTEM IN TERRA PACIS SECVRVS FVERIS. Credo, ſupplendam negationem, non fueris ſecurus. Hebr. *& in terra pacis tu confidis*, ſupple, & inſidias extruxerunt. QVID FACIES IN SVPERBIA IORDANIS? .i. altiſſima mea conſilia ſcrutari quî poteris? Hæc eſt reſponſio. Simul eum admonet, quanto in periculo ſit futurus in vrbe Ieruſalem. Si enim ciues ſuos Anathothitas, quos pedites vocat, & terram pacis vincere non potuiſti; quomodo cum equis contendes, & cum Iordanis fluctibus? Sic Ieroſolymitas vocat.

6 PVGNAVERVNT. Hebr. *præuaricati ſunt in te* tui fratres, ô Ieremia. PLENA VOCE. Hebr. *implendo*, congregando. i. coitione contra te facta. BONA. .i. blanda cùm loquentur, ne credas.

7 RELIQVI DOMVM MEAM. Verba ſunt Dei de ſe ipſo. *Domum meam.* i. templum. HEREDITATEM MEAM. populum Iudaicum. DILECTAM ANIMAM MEAM, vrbem Ieruſalem. Hebr. *dilectionem animæ meæ.* i. dilectam meam.

8 QVASI LEO IN SILVA. i. non cicuratus, ſed agreſtis. Sic hic populus mihi, & contra me ferox eſt factus.

9 NVMQVID AVIS DISCOLOR. Loquitur de pauone, vt Hieronymus putat, quæ auis vario colore eſt, & ex eo ſuperba. Vox Hebr. צָבוּעַ *zabuah* non eſt ſatis nota. Pleriqne *tincta* vertunt, Hieronymus *diſcolor.* AVIS TINCTA PER TOTVM. Hebr. *circuitu ſuper eam.* ſ. tincta. Verùm, ſi *diſcolor* eſt, quomodo *tincta.* i. nigra per totum? Gothic. *diſtincta per totum.* Sicque Iſidorus legit 1. Contra Iudæos, cap. 9. Sic inuenimus in Codicibus antiquiſſimis, duobus Goth. & vno Hiſpal. quo tempore cum librum & alios Iſidori ex Regio præcepto caſtigauimus. Hoc veroſimilius eſt, quàm quod, neſcio qui, ad eum locum ex ſuo ſenſu poſuerunt. Sane Dauid Kimhi, auem dicit eſſe vario colore, quam aliæ aues oderunt, & eam impetunt. Sic populum Iudæorum ob pulchritudinem impugnari ab aliis gentibus. Verùm cùm auem eam non nominet, neque eius mentio alibi extet, facilè reiicitur, niſi fortaſſe bubonem intelligit, feralem auem, & malè ominatam, cui aliæ aues ſunt inimicæ. CONGREGAMINI OMNES BESTIÆ TERRÆ. Quid beſtiæ contra volucrem? Credam hoc loco חַיָּה *haiah* non *beſtias* ſignificare, ſed *aues*. Nimirum ea vox à vita deducta latiùs patet, quàm vt feras tantùm ſignificet. Ergo omnes nationes barbaras inuitat, vt in Iudæos irruant. Vulgata per *beſtias*, aues rapaces intelligit.

10 PASTORES MVLTI. Reges, ſacerdotes tanti mali cauſa fuerunt. Grauiſſimus eſt morbus, qui diffunditur à capite. PARTEM MEAM. Hereditatem. PORTIONEM MEAM. idem. DESIDERABILEM. Hebr. *deſiderij mei.*

11 POSVERVNT EAM IN DISSIPATIONEM. Hebr. *poſuit* (pro *poſuerunt*) *eam in deſolationem.* LVXITQVE SVPER ME, quaſi auctor ego Deus eſſem mali. QVI RECOGITET CORDE. Hebr. *ponat in corde.* ſ. legem Dei. Chald. *timeat me.* Ideo terra eſt deſolata.

12 VIAS DESERTI. Hebr. *Vìa ſublimia deſerti.* i. loca omnia munita & ardua occupabunt hoſtes, inde per omnes terræ huius partes ſe diffundet hoſtilis gladius, nullo dempto. Id ſignificat, NON EST PAX VNIVERSÆ CARNI. i. nulli.

13 SEMINAVERVNT TRITICVM. Meſſis ſementi non reſpondit. HEREDITATEM ACCEPERVNT, non inopes tantùm ea labes comprehendit, ſed eos, qui proprios agros, eoque benè eos colunt. Hebræi ſic vertunt, *ægrotarunt* (ſ. Prophetæ) *non profecerunt* (quia non profecerunt ſuis verbis.) CONFVNDEMINI. Hebr. *confuſi ſunt.* ſ. qui ſeminarunt, aut Prophetæ. A FRVCTIBVS VESTRIS, mutat perſonas. ſ. videntes meſſem labori non reſpondere. Vocem נִחְלוּ *nehlu* Hieronymus à נחל *nahal* deduxit. i. *hereditare*. Hebræi à חלה *halah.* i. *ægrotare*.

14 VICINOS MEOS. i. Chaldæos. Minatur illos Medis prædæ fore, atque ea occaſione ſe liberaturum populum. EVELLAM DE MEDIO EORVM. Iudæos, domum Iuda.

15 ET CVM EVVLSERO EOS, Iudæos. VIRVM. .i. vnumquemque reducam in hereditatem, & in terram ſuam.

16 SI ERVDITI DIDICERINT. Hebr. *ſi diſcendo didicerint.* i. ſi diligenter didicerint. Loquitur de Chaldæis,

qui

qui venerunt cum Iudæis, quando Cyrus eos libera-
uit: nam veniſſe, ex pluribus Iſaiæ locis conſtat, ac
nominatim cap. 49. v. 22. VIAS POPVLI MEI. i. mo
res & inſtituta. ÆDIFICABVNTVR. Chald. *ſtabilien-
tur*, aut filios & nepotes generabunt. Id eſt, *ædificare
domos*, forma loquendi trita.

QVOD SI NON AVDIERINT. Si ſecùs fecerint, mo- 17
resque priſtinos retinuerint, penitùs eos diſperdam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IVSTVS, &c. q. d. iuſtior es, quàm vt tecum diſpu- 1
tare debeam, proponam tamen quod me mouet de
tuis iudiciis. IVSTA. i. quæ videntur iuſtè proponi
poſſe. Hebr. & Lxx. & Complut. *iudicia*. Chald. *in-
terrogationem iudicij*.

PROFICIVNT, &c. Chald. *diuites facti ſunt, & ſub- 2
ſtantias poſſident*. Lxx. *filios generauerunt, & fecerunt
fructum*. RENIBVS. i. intimis. ſ. corde.

TECVM. i. apud te, vel quod tecum eſt. i. te amat & 3
colit. CONGREGA. pro, congregabis. q. d. ſuo eos
tempore punies. SANCTIFICA. Chald. *prepara*. IN
DIE OCCISIONIS. i. tempus, quo occidendi ſunt.

LVGEBIT. i. deſolata erit. QVONIAM DIXERVNT. 4
pro, cùm tamen dixerint. ſ. impij. NON VIDE-
BIT, &c. Chald. *non nouit finem noſtrum*. Lxx. *non
videbit Deus vias noſtras*. q. d. quid ſcit Deus, aut quid
curat quid de nobis futurum ſit? ſ. contempſerunt
minas Domini.

SI CVM PEDITIBVS, &c. q. d. ſi tibi ciues tui tam 5
moleſti ſunt, quantum erunt Ieroſolymitani? LABO-
RASTI. i. fatigatus es. SECVRVS. pro, vix ſecurus.
SVPERBIA. i. tumore. IORDANIS. i. Ieruſalem, vbi
fluctus ſuperbiæ.

BONA. i. blanda. 6

RELIQVI, &c. verba Dei, vel Prophetæ. DOMVM. 7
i. templum. DILECTAM ANIMAM. i. populum, velut
animam dilectum. vel, *animam meam*, pro, animæ
meæ. Chald. *populum mihi dilectum*.

ODIVI. Chald. *proieci*. 8

DISCOLOR. ſ. quam ideò aliæ perſequuntur. BE- 9
STIÆ. ſ. hoſtes.

PASTORES. Chald. *Reges*. PARTEM. Chald. *here- 10
ditatem*.

SVPER ME. i. contra me. ſ. conqueſta, vel ad me. 11
ſ. opem petens. Chald. *coram me*. Lxx. *propter me*.
RECOGITET CORDE. Chald. *timeat me*.

VNIVERSÆ. pro, vlli, more Hebr. 12

FRVCTIBVS. i. prouentibus. ſ. videntes deeſſe ob 13
peccata. Chald. *operibus*. Lxx. *gloria*.

VICINOS. ſ. Moabitas, Idumæos, &c. 14

VIRVM. i. vnumquemque. 15

AVDIERINT. Chald. *diſciplinam ſuſceperint*. 17
Lxx. *conuerſi fuerint*.

CAPVT XIII.

*Sicut lumbare Ieremiæ abſconditum in Euphrate com-
putruit: ſic Iudæa primùm Domino adhærens, propter
ſuperbiam & idololatriam ab ipſo abiicitur, omnesque
diſpergentur: reuocantur tamen à Prophetis, vt ſua pœ-
nitentia deuitent mala, alioqui Iudæus auferetur pro-
pter ſuas iniquitates, qui ad pœnitentiam nequit ad-
duci ob inueteratam in malis conſuetudinem: interpo-
nitur etiam Prophetæ commiſeratio.*

HÆc dicit Dominus ad me: Vade, & poſ- 1
ſide tibi lumbare lineum, & pones illud A
ſuper lumbos tuos, & in aquam non inferes il-
lud. * Et poſſedi lumbare iuxta verbum Domi- 2
ni, & poſui circa lumbos meos. * Et factus eſt 3
ſermo Domini ad me, ſecundò, dicens: * Tolle 4
lumbare, quod poſſediſti, quod eſt circa lumbos
tuos, & ſurgens vade ad Euphraten, & abſconde
ibi illud in foramine petræ. * Et abij, & abſcon- 5
di illud in Euphrate, ſicut præceperat mihi Do-
minus. * Et factum eſt poſt dies plurimos, dixit 6
Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten:
& tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt
7 abſconderes illud ibi. * Et abij ad Euphraten,
& fodi, & tuli lumbare de loco, vbi abſconde-
ram illud: & ecce computruerat lumbare, ita
8 vt nulli vſui aptum eſſet. * Et factum eſt verbum
9 Domini ad me, dicens: * Hæc dicit Dominus:
B Sic putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuper-
10 biam Ieruſalem multam: * Populum iſtum peſ-
ſimum, qui nolunt audire verba mea, & ambu-
lant in prauitate cordis ſui: abieruntque poſt
deos alienos vt ſeruirent eis, & adorarent eos:
& erunt ſicut lumbare iſtud, quod nulli vſui
11 aptum eſt. * Sicut enim adhæret lumbare ad
lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem do-
mum Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit Do-
minus: vt eſſent mihi in populum, & in nomen,
& in laudem, & in gloriam: & non audierunt.
12 * Dices ergo ad eos ſermonem iſtum: Hæc di-
cit Dominus Deus Iſrael: Omnis laguncula im-
plebitur vino. Et dicent ad te: Numquid igno-
ramus quia omnis laguncula implebitur vino?
13 * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego
implebo omnes habitatores terræ huius, & re-
ges qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper thronum
eius, & ſacerdotes, & prophetas, & omnes ha-
14 bitatores Ieruſalem, ebrietate: * & diſpergam
C eos virum à fratre ſuo, & patres & filios pari-
ter, ait Dominus: non parcam, & non conce-
dam: neque miſerebor vt non diſperdam eos.
15 * Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari,
16 quia Dominus locutus eſt. * Date Domino Deo
veſtro gloriam antequam contenebreſcat, &
antequam offendant pedes veſtri ad montes
caliginoſos: expectabitis lucem, & ponet eam
17 in vmbram mortis, & in caliginem. * Quòd
ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit
anima mea à facie ſuperbiæ: " plorans plora- "Thren. 1.
bit, & deducet oculus meus lacrymam, quia a. 2
18 captus eſt grex Domini. * Dic regi, & domina-
trici: Humiliamini, ſedete: quoniam deſcen-
19 dit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. * Ci-
uitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat:
tranſlata eſt omnis Iuda tranſmigratione perfe-
20 cta. * Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis
ab Aquilone: vbi eſt grex, qui datus eſt tibi,
21 pecus inclytum tuum? * Quid dices cùm viſi-
D tauerit te? tu enim docuiſti eos aduerſum te,
& erudiſti in caput tuum: numquid non do-
lores apprehendent te, quaſi mulierem partu-
22 rientem? * Quòd ſi dixeris in corde tuo: Quare
venerunt mihi hæc? " Propter multitudinem "Infr. 30
iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, c. 14
23 pollutæ ſunt plantæ tuæ. * Si mutare poteſt
Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates
ſuas: & vos poteritis benefacere, cùm didice-
24 ritis malum. * Et diſſeminabo eos quaſi ſtipu-
25 lam, quæ vento raptatur in deſerto. * Hæc ſors
tua, parsque menſuræ tuæ à me, dicit Domi-
nus, quia oblita es mei, & confiſa es in men-
26 dacio. * vnde & ego nudaui femora tua contra
27 faciem tuam, & apparuit ignominia tua, * adul-
teria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis
tuæ: ſuper colles in agro vidi abominationes
tuas. Væ tibi Ieruſalem, non mundaberis poſt
me: vſquequò adhuc?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET POSSIDE TIBI LVMBARE. Hebr. *eme tibi cingu-* 1
lum. LINEVM, quoniam non ſuper veſtes illud
gerere debebat, ſed ad cutem. ET IN AQVAM NON
INFERES ILLVD. vt ſordibus citò putreſcat. Similitu-
dine cinguli ſuper lumbos & ad carnem, populi olim
chariſſimi repudiationem ſignificat, & quod in Chal-
dæa computreſceret, quam alluit Euphrates.

VADE AD EVPHRATEN. Hieronymus Procemio 4
Comment. in Oſeam negat Ieremiam verè ad Eu-
phratem iuiſſe vrbe circumſeſſa, ſed in typo hæc in-
telligi, & per viſionem.

ITA VT NVLLI VSVI APTVM ESSET. Hebr. *non* 7
proſperabitur ad omnia. i. nulli rei proderit, quod Hie-
ronymus dixit, id lumbare corruptum eſſe penitùs.

ET AMBVLANT IN PRAVITATE. Hebr. *in obſtinatio-* 10
ne. Ideò erunt, vt lumbare id.

ET IN NOMEN. i. vocarentur populus Dei. ET 11
IN LAVDEM, ET IN GLORIAM. ſ. vt propter eos me
aliæ nationes laudarent. Ideò cum populum mihi ad-
iunxi.

OMNIS LAGVNCVLA. i. omnis homo inebria- 12
bitur. Vox נֶבֶל *nebel*, & *vtrem ex corio* ſæpiùs, ſicque
Chald. & Sept. pro *lagunculà* hîc *vtrem* ponunt, ſed
& aliquando ea vox *lagenam è terra* ſignificat. Porrò
ea locutione ebrios eos vocat, ſic nos *vtres* eos ho-
mines vocamus. NVMQVID IGNORAMVS.
Prophetæ ſcomma non intellexerunt. q. d. Quid noui
affers? an ad aliud lagena inſtituitur, quam vt vino
impleatur?

ECCE EGO. Explicat ænigma. QVI SEDENT DE 13
STIRPE DAVID. Hebr. *qui ſedent Dauidi* i. pro Dauide.
EBRIETATE. implebo eos, vt quaſi ebrij nihil proui-
dere poſſint, errent in conſiliis quæ capient.

ET DISPERGAM EOS, faciam vt inter ſe diſſideant, 14
non conſpirent in vnam ſententiam. Hebr. *colladam*
eos. i. faciam, vt diſcordes ſint. VIRVM A FRATRE
SVO. Alij vertunt, *quemque ad proximum ſuum.* Sed
meliùs Vulgata, vt ſignificet, ne inter fratres quidem
fore concordiam, quod mox dicit de patribus & filiis.
ET NON CONCEDAM. Hebr. *non indulgebo.* VT NON
DISPERDAM EOS. Hebr. *vt non corrumpam eos.*

NOLITE ELEVARI. i. ſuperbire, audite cum mode- 15
ſtia Dei verba.

DATE DOMINO DEO VESTRO GLORIAM. Dat Deo 16
gloriam, qui ſe reum, Deum iuſtum agnoſcit: Ioſ. 7.
verſ. 19. CONTENEBRESCAT. Hebr. *faciat tenebras.*
ſ. priuſquam mala inducat, quæ vocat *tenebras.* ET
ANTEQVAM OFFENDANT PEDES VESTRI AD MON-
TES CALIGINOSOS. Hebr. *ad montes crepuſculi.* i. in cre-
puſculo. ſ. noctis. q. d. antequam noctu fugiatis in
montes. IN VMBRAM MORTIS. i. lux mortis inſtar
erit, quia cum luce hoſtes vos capient, & occident.

QVOD SI HOC NON AVDIERITIS. Verba ſunt Pro- 17
phetæ dolentis ob interitum populi. IN ABSCONDI-
TO PLORABIT ANIMA MEA. i. feriò ergo plorabo.
Ploratus exterior aliquando eſt ſimulatus. A FACIE
SVPERBIÆ. i. propter ſuperbiam, quia non obeditis.
LACRYMAM. Prorumpet ploratus exteriùs, ex oculis
lacrymæ fluent.

DIC REGI, ET DOMINATRICI. ſ. Reginæ. Verba 18
ſunt Dei. Rex & Regina, Iechonias & eius mater ſunt,
vt Hieronymus vult, qui in Babylonem ducti ſunt,
cap. 29. verſ. 2. aut Sedecias & eius vxor. SEDETE,
quieſcite, ſilete. DE CAPITE VESTRO. Sic Sept. Hebr.
deſcendit principatus veſter. Chald. *migrauit gloria ve-*
ſtra. CORONA, appoſitiuè, Principatus. i. corona
gloriæ veſtræ ablata eſt.

CIVITATES AVSTRI. i. Iudææ, quæ erat ad Auſtrum 19
terræ Iſrael. CLAVSÆ SVNT. ſ. domus earum vrbium
ſunt clauſæ. i. inhabitatæ. Sic ſolent domus vacuæ
claudi. TRANSLATA EST OMNIS IVDA. Præterita pro
futuris. TRANSMIGRATIONE PERFECTA. i. tota, non
pauci, iuit in captiuitatem.

LEVATE OCVLOS VESTROS, ô Iudæi. QVI VE- 20
NITIS AB AQVILONE. ſ. è Legatione aliqua Babylo-
nem miſſa. Hebr. *videte venientes*, ſeu *qui veniunt* ab
Aquilone. ſ. hoſtes. ſic Chald. & Sept. VBI EST
GREX. Vrbi Ieruſalem loquitur, quaſi bello peracto:
Vbi eſt populus numeroſus, qui in te erat? PECVS.
Sept. & Chald. *oues gloriæ tuæ.* Hebr. *pecus* pro *pecu-*
des gloriæ tuæ. צֹאן *Zon*, *pecudem* ſignificat.

21 QVID DICES CVM VISITAVERIT TE? i. punierit,
aut Deus, aut Rex Babylonis. TV ENIM DOCVISTI
EOS, cùm theſauros oſtendiſti: Iſa. 39. verſ. 2. tunc
illis prædæ iniecta eſt cupiditas. ET ERVDISTI IN
CAPVT TVVM. Hebr. *duces* (ſ. erudiſti) *in caput.* ſup-
ple, tuum, *contra te*; aut *in caput*, vt vellent eſſe capi-
ta & Principes tui.

22 REVELATA SVNT VERECVNDIORA TVA. Hebr. *fim-*
briæ tuæ. Sed per *fimbrias* totam veſtem intelligit.
POLLVTÆ SVNT. Hebr. *detecta ſunt plantæ tuæ.* per
plantas pedes & crura intelligit. Depingit populum
quaſi meretricem ob impium cultum, ſimul habitum
deſcribit, quo itura eſt in captiuitatem, ſublatis veſti-
bus, detectis cruribus. Quod Iſaias fecit cap. 47. v. 2.
Denuda turpitudinem, reuela crura.

23 VARIETATES SVAS. Sic Sept. Hebr. *maculas ſuas.*
Pardi pellis notis eſt tota diſtincta. Ergo vt pardus non
deponit maculas, nec vos mores.

25 PARSQVE MENSVRÆ TVÆ A ME, erit hæc cala-
mitas. i. merces, quam à me expectare debes. ET
CONFISA ES IN MENDACIO. Sic idola ſæpè vocat:
Mentiuntur cùm dij vocantur.

26 FEMORA TVA. Hebr. *fimbrias tuas.* CONTRA FA-
CIEM TVAM, in oculis tuis. Vt maior ſit ignominia.
Aut *ſuper caput attollam veſtes*: nam Hebr. eſt *ſuper*
faciem tuam. ET APPARVIT IGNOMINIA TVA.
Quæ eſt hæc ignominia?

27 ADVLTERIA TVA, ET HINNITVS TVVS. i. verba
procacia. SCELVS FORNICATIONIS TVÆ. Hîc Hebr.
Græcè & Latinè eſt diſtinctio. Sequitur: SVPER COL-
LES IN AGRO. i. ibi idolis ſacrificabant. NON MVN-
DABERIS POST ME? VSQVEQVO ADHVC? Quid hoc?
Sept. eodem modo quo & Hieronymus pro *aharei.*
i. *poſt*, vt modò eſt, legerunt *aharai.* i. *poſt me.* Sed
ſublato pronomine *me*, ſenſus eſt planior. Hebr. *mun-*
daberis poſt: quando? i. *poſt longum tempus*, vt Chald.
explicat. Et videtur eſſe prouerbium contra eos, qui
moras nectunt, illud, Vſquequò adhuc. Vel dic, *mun-*
daberis poſt me. i. à me poſt longum tempus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 POSSIDE. Chald. *eme.* LVMBARE. i. baltheum,
ſeu cingulum. PONES, &c. Omnia hæc ſe-
cundùm quoſdam facta non re, ſed viſione. ſignifi-
cant autem captiuitatem Babylonicam. AQVAM. i. la-
uandi cauſa.

2 POSSEDI. Chald. *emi.*

9 SVPERBIAM. Chald. *fortitudinem.*

11 ET IN NOMEN. LXX *nominatum.* i. celebrem.

12 LAGVNCVLA. Hebr. Chald. & LXX. *vter.*

13 PROPHETAS. Chald. *pſeudoprophetas.* EBRIETATE.
i. cæcitate, vel tribulatione, quæ mentem obtundat.
Chald. *tribulatione.*

14 VIRVM A FRATRE. i. vnumquemque à proximo.
CONCEDAM. Chald. *clemens ero.*

15 ELEVARI. ſ. ſuperbia.

16 CONTENEBRESCAT. i. adueniat calamitas. CALI-
GINOSOS. i. tenebroſos. q. d. præcipitemini. vel Regio
Babylonis intelligitur, quæ aliàs dicitur mons caligi-
noſus. Vide Iſa. 13. PONET. ſ. Deus. IN VMBRAM
MORTIS. i. obſcuriſſimam.

17 HOC NON AVDIERITIS. Chald. *diſciplinam non*
ſuſceperitis. A FACIE. i. cauſa. GREX. i. populus.

18 DOMINATRICI. i. Reginæ. ſ. matri Regis Ioachim.
Chald. *vxori eius.*

19 AVSTRI. i. Iudææ, quæ Auſtralis eſt Chaldææ.

20 QVI VENITIS. Alia lectio, *qui veniunt.* Chald. &
LXX. *venientes.* ſ. eos, qui veniunt. TIBI. ſ. ô Iuda.
PECVS. i. populus.

Visitaverit. i. punierit. ſ. Deus. Docvisti. 21
ſ. oſtenſis theſauris, & familiaritate. Eos. ſ. hoſtes.
Qvasi mvlierem, &c. i. inopinatò.
Verecvndiora. i. pudenda. q. d. incidiſti in ſum- 22
mam ignominiam. Plantæ. i. pedes, ſeu crura.
q. d. violata es, more feminæ.
Femora tva. Chald. *confuſionem peccati tui.* Ap- 26
parvit. pro, apparebit.
Hinnitvs. ſ. ad libidinem, more equarum. In 27
agro. Lxx. *& in agris.* Post me. i. me ſequendo.
Vsqveqvo adhvc. ſ. talis eris, vel expectabo vt
emenderis?

CAPVT XIV.

Siccitas magna in terra Juda propter peccata populi, & orans Propheta pro eius liberatione & miſericordia, prohibetur à Domino pro ipſis orare: nec ſuſcipit Deus eorum ieiunia & victimas: propheta etiam illis ſecuritatem promittentes vnà cum ipſis peribunt: luget Ieremias mortuos gladio & fame, populique peccata confitens orat pro miſericordia.

QVod factum eſt verbum Domini ad Ie- 1
remiam de ſermonibus ſiccitatis. * Luxit 2
Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obſcura- A
tæ ſunt in terra, & clamor Ieruſalem aſcen-
dit. * Maiores miſerunt minores ſuos ad a- 3
quam: venerunt ad hauriendum, non inue-
nerunt aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua:
confuſi ſunt & afflicti, & operuerunt capita ſua.
* Propter terræ vaſtitatem, quia non venit plu- 4
uia in terram, confuſi ſunt agricolæ, operue-
runt capita ſua. * Nam & cerua in agro pe- 5
perit, & reliquit: quia non erat herba. * Et 6
onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum
quaſi dracones, defecerunt oculi eorum, quia
non erat herba. * Si iniquitates noſtræ reſpon- 7
derint nobis: Domine fac propter nomen
tuum, quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ,
tibi peccauimus. * Expectatio Iſrael, ſaluator 8
eius in tempore tribulationis: quare quaſi co- B
lonus futurus es in terra, & quaſi viator de-
clinans ad manendum? * Quare futurus es 9
velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſalua-
re? tu autem in nobis es Domine, & nomen
tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas
nos. * Hæc dicit Dominus populo huic, qui 10
dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, &
Domino non placuit: Nunc recordabitur ini-
quitatum eorum, & viſitabit peccata eorum.
[n Sup. 7. c. 16] * Et dixit Dominus ad me: n Noli orare pro po- 11
pulo iſto in bonum. * Cùm ieiunauerint, non 12
exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holo-
cautomata, & victimas, non ſuſcipiam ea: quo-
niam gladio, & fame, & peſte conſumam eos.
* Et dixi, Aaa, Domine Deus: Prophetæ di- 13
[n Infr. 23. d. 17] cunt eis: n Non videbitis gladium, & fames
non erit in vobis, ſed pacem veram dabit vobis
in loco iſto. * Et dixit Dominus ad me: Falsò 14
prophetæ vaticinantur in nomine meo: non C
miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus
ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinatio-
nem, & fraudulentiam, & ſeductionem cordis
ſui prophetant vobis. * Idcircò hæc dicit Do- 15
minus de prophetis, qui prophetant in nomi-
ne meo, quos ego non miſi, dicentes: Gladius
& fames non erit in terra hac: In gladio & fa-
me conſumentur prophetæ illi. * Et populi, 16
quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ieru-
ſalem præ fame & gladio, & non erit qui ſepe-
liat eos: ipſi & vxores eorum, filij & filiæ eorum:
17 & effundam ſuper eos malum ſuum. * Et di-
ces ad eos verbum iſtud: n Deducant oculi [n Threm. 1.
mei lacrymam per noctem & diem, & non ta- f. 16. & 2.
ceant: quoniam contritione magna contrita f. 18]
eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehe-
18 menter. * Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi
D gladio: & ſi introiero in ciuitatem, ecce atte-
nuati fame. Propheta quoque & ſacerdos abie-
19 runt in terram, quam ignorabant. * Numquid
proiiciens abieciſti Iudam? aut Sion abominata
eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, ita vt
nulla ſit ſanitas? n expectauimus pacem, & non [n Sup. 8.
eſt bonum; & tempus curationis, & ecce tur- c. 15]
20 batio. * Cognouimus Domine impietates no-
ſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia pec-
21 cauimus tibi. * Ne des nos in opprobrium pro-
pter nomen tuum, neque facias nobis contu-
meliam ſolij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum
22 facias fœdus tuum nobiſcum. * Numquid ſunt
in ſculptilibus Gentium qui pluant? aut cæli
poſſunt dare imbres? nónne tu es Dominus
Deus noſter, quem expectauimus? tu enim fe-
ciſti omnia hæc.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 De sermonibvs siccitatis. Sept. *de ſiccitate.* Chald. *de negotiis ſiccitatis.* Hebr. *de verbis prohibitionum.* Vox *verba* redundat. Perinde eſt, *de verbis prohibitionum*, ac *de prohibitionibus.* Quæ hæ prohibitiones? pluuiarum, vnde prouenit ſiccitas, vt Interpretes poſuerunt, non verba, ſed ſententiam reſpicientes. Sed quare numero multitudinis? quia multiplex prohibitio, pluuiarum, fontium, fructuum. Ergo Propheta hoc capite de ſiccitate agit, de fame, & bello quod imminebat. Verùm, an loquitur de tempore obſidionis? non puto: nam tunc fames non ob ſiccitatem prouenit, ſed aliunde: 4. Reg. 25. verſ. 3. Verùm verſ. 18. loqui videtur de obſidione.

2 Lvxit Ivdæa. Lugere videtur terra, cùm eſt ſicca & horrida. Et portæ eivs corrvervnt. Hebr. *deſolatæ ſunt.* Nulla ciuium in foro frequentia, quod erat ad vrbis portas; videbantur lugubri veſte indutæ. id ſignificat, Et obscvratæ svnt in terra. Hebr. *nigruerunt in terram.* ſ. *deiectæ*, vt Chald. explicat. Porta, niſi ſuper cardines ſuos ſit, deformis videtur.

3 Maiores miservnt minores svos. i. heri pueros, famulos. Venervnt ad havriendvm. Hebr. *ad foſſas.* Sept. *puteos.* Chald. *ciſternas.* גב *gheb* hæc omnia poteſt ſignificare, & Chald. pro *puteo* ſæpè vertit גובא *goba.* Et afflicti. pudore affecti, tam heri quàm famuli. Et opervervnt capita. mœroris argumentum.

4 Propter terræ vastitatem, qvia non venit plvvia. *Vaſtitatem* ex defectu pluuiæ. Confvsi svnt agricolæ. ſ. domi deſidentes, neque colentes agros. Ea illis pudoris cauſa.

5 Nam et cerva. Deſeruere feræ catulos, ob paſtus inopiam nullo in vberibus lacte. Quod de cerua ait, intellige de aliis animantibus.

6 Et onagri, aſini ſilueſtres. In rvpibvs, in locis arduis. Traxervnt ventvm, ſeu *hauſerunt.* Sitis id remedium. Qvasi dracones. Ob caloris vim egent multa refrigeratione dracones.

7 Responderint nobis. Chald. *teſtificatæ ſunt contra nos noſtræ iniquitates.* Sic Pagn. ex Hebræo. Apoſtrophe ad Deum. Aversiones nostræ. Hebr. *rebelliones noſtræ.* Nos peccaſſe fatemur, quod eſt ſalutis initium. Hoc eſt, non vt nos meremur facias nobis.

Expectatio Iſrael. i. ſpes noſtra tu es, in te confi- 8
dimus. Qvasi colonvs. i. mercenarius. Hebr. *quaſi
peregrinus.* In terra. ſcilicet hac, propter ה *He*
in priori *Camez* incluſum. Ad manendvm. Hebr.
ad pernoctandum, declinantes in diuerſorium. Ergo vt
peregrini & viatores quid agatur in hoſpitio nihil cu-
rant, ita tu videris quaſi peregrinus negligere hanc ter-
ram Iudæam, quaſi tua nihil interſit.

Velvt vir vagvs. i. qui nullibi conſiſtit, nullam 9
propriam domum habet, ſic tu videris eſſe. Hebr. *atto-
nitus*, aut *territus*, qui non audet. Vt fortis. i. vt mi-
les, qui cùm fortis videatur, amico opitulari non po-
teſt. Tv avtem in nobis es Domine, nobiſcum
habitas, non es peregrinus aut vagus. Et nomen
tvvm invocatvm est svper nos. Vocamur popu-
lus Dei. Ipſa appellatio curam noſtri tibi ingerat.

Qvi dilexit moveri pedes svos. ſ. ad idola iuit, 10
aut ad quærendam opem. Dei verba ſunt. Hebr. *ſic di-
lexit ſe, pedes ſuos non prohibuit.* Increpat quòd ad idola
iuerint, ſiue in Ægyptum ad petendum auxilia, de quo
Iſaiæ 30. verſ. 2.

In bonvm. Non ores, aut aliquid boni à me petas. 11
Sunt preces in malum, quibus vindicta petitur.

Preces eorvm. Hebr. *clamorem eorum non audiam.* 12
Non svscipiam ea. Hebr. *non placebunt ea*, aut non
volo ea ſacrificia.

A a a. Hebr. *Ahah*, vna dictio. Interiectio dolen- 13
tis. Pacem veram. Hebr. *pacem veritatis.* pro, in
veritate, verè dabit vobis. Hebr. *dabo vobis.* Loque-
bantur Dei nomine prophetæ falſi.

Et fravdvlentiam. Hebr. *& nihil*, ſeu *vanitatem.* 14
Et sedvctionem. Chald. *impietates cordis ſui loquun-
tur falſi prophetæ.* Hebr. *dolum cordis ſui*, pro, dolus.

Et popvli. Hebr. *& populus.* In viis, ſeu *in pla-* 16
teis Ieruſalem iacebunt. Et effvndam svper eos
malvm svvm. i. pœnas iniquitatis ſuæ.

Dedvcant ocvli mei lacrymam, ſeu *deducent.* 17
Mœroris vis ad oculos deſcēdet. quando vobis ſuade-
re non poſſum quod opus eſt, certè veſtram calamita-
tem deplorabo. Et non taceant. i. non ceſſent plo-
rare oculi. Contrita est. Ea fletus cauſa. Virgo
filia popvli mei. i. quæ puellæ inſtar ignorat quæ illi
imminent.

Si egressvs fvero ad agros, ecce occisi. De 18
tempore obſidionis hîc loquitur haud dubium. Pro-
pheta qvoqve. Sic Goth. & Hieronymus in Com-
ment. Alij, *propheta namque.* Hebr. *quia etiam prophe-
ta, etiam ſacerdos.* Abiervnt. Hebr. *circuierunt.* Sed
circuire, pro, ire. In terram, qvam ignorabant,
in captiuitatem.

Ne des nos in opprobrivm. Hebr. *ne iraſcaris* 21
propter nomen tuum. Neqve facias nobis con-
tvmeliam. Hebr. *non repellas ſolium gloriæ tuæ.* i. tem-
plum.

In scvlptilibvs ſúntne qui pluant? i. nihil ſunt 22
idola; ideò ad te confugimus. Hebr. *in vanitatibus.* Sed
vanitates vocat idola. Avt cæli possvnt dare
imbres? Non ſanè ſuis viribus. Vox רְבִיבִים *rebibim* ſi-
gnificat *imbres vehementes.* Tv enim fecisti om-
nia hæc, cælos ſ. & pluuias. Tu es omnium auctor, tu
opem ferre nobis potes.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Sermonibvs. i. re. Siccitatis. i. ſterilitatis ob de- 1
fectum imbris.

Portæ. i. vires. in portis enim vrbium robur. Ob- 2
scvratæ. i. mœſtitia, vel vilitate.

Capita. ſ. præ triſtitia, vel pudore. 3

Traxervnt. Chald. *biberunt.* Dracones, qui 6
ſ. ob caloris copiam indigent multa refrigeratione.
Ocvli ſ. quærendis paſcuis.

Responderint. ſ. teſtantes nos malos. Lxx. *reſtite-* 7
rint. Nobis. Chald. *contra nos.* Fac. ſ. clementer.
Tibi Chald. *coram te.*

Expectatio i. ſpes. Colonvs. Lxx. *aduena.* quaſi 8
dicat, qui nos non cures, aut à nobis negligaris. Ad
manendvm. ſ. more tranſeuntis aliò. poſſunt hæc ad
Chriſtum referri.

9 Vagvs. Lxx. *dormiens.* Fortis. q. d. cùm ſis for-
tis, videris tamen infirmus. Lxx *vir.* Qvi. pro, qui
tamen. Invocatvm est, &c. i. diceris Deus noſter.

10 Movere pedes. i. diſcurſare, quærendo hinc inde
opem.

13 A a a. Hebr. *Ahah.* Prophetæ. Chald. *pſeudo-
prophetæ.*

14 In nomine meo i. quaſi à me miſſi.

17 Taceant. i. ceſſent. Virgo filia. Chald. *regnum
cœtus.*

18 Abiervnt. ſ. captiui.

19 Bonvm. i. quidquam boni.

20 Tibi. Chald. & Lxx. *coram te.*

21 Neqve facias, &c. repetitio. Solii. Iunge cum
ſequentibus. Chald. tamen & Lxx. iungunt cum præ-
cedentibus. q. d. ne ſolio gloriæ tuæ dedecus inferas.

22 Imbres. Chald. *rores.* Hæc. ſ. quæ fiunt in mun-
do naturaliter, vel quæ patimur.

CAPVT XV.

*Nec Moyſi nec Samuelis precibus flectendum ſe dicit
Dominus, quin populum Ieruſalem tradat peſti, gladio,
fami, & captiuitati, quia caſtigatus non eſt emendatus:
conqueritur Propheta quod fuerit occaſio diſcordiæ,
rurſumque quòd annuntians verbum Dei paſſus ſit op-
probrium, cui Dominus promittit auxilium cum va-
ſtatione Iudæorum: promittit præterea & robur & li-
berationem, ac miſericordiam his qui ad ipſum ſe con-
uertent.*

1 ET dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes
A & Samuel coram me, non eſt anima mea ad
populum iſtum: eijce illos à facie mea, & egre-
2 diantur. Quòd ſi dixerint ad te: Quò egre-
diemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus:
Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gla- [Zach. 11. b 9]
dium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem:
3 & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et viſi-
tabo ſuper eos quattuor ſpecies, dicit Dominus:
Gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandū,
& volatilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum
4 & diſſipandum. & dabo eos in feruorem vni-
uerſis regnis terræ: propter Manaſſem filiū E- [4. Reg. 21 c. 11]
zechiæ regis Iuda, ſuper omnibus quæ fecit in
5 Ieruſalem. Quis enim miſerebitur tui Ieruſa-
lem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit
6 ad rogandum pro pace tua? Tu reliquiſti me,
dicit Dominus, retrorſum abijſti: & extendam
manum meam ſuper te, & interficiam te: labo-
7 raui rogans. Et diſpergam eos vētilabro in por-
B tis terræ: interfeci & diſperdidi populū meum,
8 & tamen à vijs ſuis non ſunt reuerſi. Multipli-
catæ ſunt mihi viduæ eius ſuper arenam maris:
induxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorē
meridie: miſi ſuper ciuitates repentè terrorem.
9 Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit ani- [1. Reg. 2. b 5]
ma eius: occidit ei ſol, cùm adhuc eſſet dies: [Amos 8. c. 9]
confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos eius in gla-
dium dabo in conſpectu inimicorum eorum,
10 ait Dominus. Væ mihi mater mea: quare ge-
nuiſti me, virum rixæ, virum diſcordiæ in vni-
uerſa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi
11 quiſquam: omnes maledicunt mihi. Dicit
C Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non
occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempo-
12 re tribulationis aduerſus inimicum. Num-
quid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, &
13 æs? Diuitias tuas & theſauros tuos in di-
reptionem dabo gratis, in omnibus peccatis

tuis, & in omnibus terminis tuis. * Et adducam 14
inimicos tuos de terra, quam neſcis: quia ignis
ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit.
* Tu ſcis Domine, recordare mei, & viſita me, 15
& tuere me ab his qui perſequuntur me, noli
in patientia tua ſuſcipere me: ſcito quoniam ſuſ-
tinui propter te opprobrium. * Inuenti ſunt ſer- 16
mones tui, & comedi eos, & factũ eſt mihi ver- D
bũ tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei:
quoniam inuocatum eſt nomẽ tuum ſuper me,
Domine Deus exercituũ. * [n] Non ſedi in concilio 17
ludentium, & gloriatus ſum à facie manus tuæ:
ſolus ſedebam, quoniam comminatione reple-
ſti me. * [n] Quare factus eſt dolor meus perpe- 18
tuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? fa-
cta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infide-
lium. * Propter hoc hæc dicit Dominus: Si con- 19
uertêris, conuertam te, & ante faciem meam
ſtabis: & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os
meum eris: conuertentur ipſi ad te, & tu non
conuertêris ad eos. * Et dabo te populo huic in 20
murum æreum, fortem: & bellabunt aduerſum
te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum
vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus. * Et 21
liberabo te de manu peſſimorum, & redimam
te de manu fortium.

[n] Pſal. 1. a 1. & 25. d. 4

[n] Inf. 30. c. 15

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SI STETERIT MOYSES ET SAMVEL. Sanctorum preces, quæ alioqui efficaces ſunt, propter obſtinationem populi non audiuntur. EIICE ILLOS. ſ. Iudæos, nuntia eijciendos. ET EGREDIANTVR. ſ. in captiuitatem eant. Caput hoc minis eſt plenum.

2 QVI AD MORTEM. Per *mortem* peſtem intelligit, per *gladium* mortem violentam. Ad ea mala ituros ait.

3 ET VISITABO SVPER EOS. i. immittam contra eos. QVATTVOR SPECIES. Hebr. *quattuor familias*. i. quattuor pœnarum genera, quæ mox ſubijcit. CANES AD LACERANDVM. Sic Sept. & Chald. Alij vertunt, *ad trahendum*. ſ. per terram. DISSIPANDVM, aut *corrumpendum*.

4 ET DABO EOS IN FERVOREM. Chald. *in commotionem*. i. admirationem. PROPTER MANASSEM. Regum peccata luunt populi. Chald. *quia non pœnituerunt, vt Manaſſes*. SVPER OMNIBVS. i. propter omnia quæ fecit.

5 AVT QVIS CONTRISTABITVR PRO TE? Hebr. *quis mouebit tibi*. ſ. caput, præ dolore. Quis condolebit tibi? Idem verbum נד *nud* ponitur Iob 2. v. 11. in ſignificatione condolendi, ſeu conſolandi.

6 LABORAVI ROGANS, te ſ. vt conuertaris. Hebr. *feſſus ſum pœnitendo*. i. parcendo tibi; quia id ſæpè iam feci.

7 VENTILABRO diſpergam eos. i. quaſi ventilabro fruges. IN PORTIS TERRÆ. i. in areis, quæ ſolent eſſe prope vrbes & oppida. Et per *areas* ipſas vrbes intelligit, vnde ciues diſperget. INTERFECI. Hebr. *orbaui*, & perdidi populum meum. A VIIS SVIS, à moribus ſuis non ſunt reuerſi.

8 MVLTIPLICATÆ SVNT MIHI. i. coram me. SVPER ARENAM. i. magis quàm arenam multiplicaui viduas, occiſis ſ. viris. INDVXI EIS SVPER MATREM ADOLESCENTIS. Chald. per *matrem* cœtum intelligit. *Adoleſcentis iuuenis* Hebr. pro, iuuenum. Ergo induxi eis ſuper iuuenes vrbis Ieruſalem (ea eſt mater, quam dixit) vaſtatorem. MERIDIE. id eſt, manifeſtè. Ea cauſa multitudinis viduarum, cædes iuuenum. MISI SVPER CIVITATES. Hebr. *miſi ſuper eam* (ſ. matrem) *ſubito ciuitatem* (ſ. deſolatam) *& terrores*. Quidam ſic, *miſi ſuper eam ſubito hoſtem, & terrores*. Vox ער *hir*, *hoſtem* aliquando ſignificat. Terrores autem dicit ſe mittere, vt facilè vincantur. Quidam etiam per vocem illam ער *tumultum* intelligunt. Mittam tumultum & terrores ſubitò.

9 QVÆ PEPERIT SEPTEM. i. multos, infirmata eſt. Ieroſolymæ nihil profuit filiorum multitudo. DEFECIT. Hebr. *doluit anima eius*. OCCIDIT EI SOL. Felicitas prior ærumnâ mutata eſt. CVM ADHVC ESSET DIES. i. in medio curſu felicitas defecit. CONFVSA EST, nihil proceſſit eorum quæ cogitauit. IN CONSPECTV, ante hoſtes eorum.

10 QVARE GENVISTI ME. De ſe loquitur Ieremias. VIRVM RIXÆ, VIRVM DISCORDIÆ. Hebr. *virum litis, virum contentionis*. ſic Chald. NON FOENERAVI. i. neque accepi fœnus, neque dedi: nemini iniuriam feci. Species pro genere, *fœnus*, pro, iniuria. Fœneratores ſolent eſſe odioſi. OMNES MALE DICVNT MIHI. Vox Hebr. *maledicere* & *contemnere* ſignificat. Verba Ieremiæ ſuam ſortem conquerentis.

11 SI NON. Supplendum aliquid, vt, Mentiar ſi non. Loquitur Deus. RELIQVIÆ TVÆ IN BONVM. Hebr. *reſiduum tuum*. i. finis benè ſuccedet. SI NON OCCVRRI, occurram, opem feram. Alij ſic, *niſi fecero cum inimico, vt te roget tempore afflictionis*, ambiat tuam amicitiam. ADVERSVS INIMICVM. ſ. occurram tibi. Hebr. *cum hoſte*. ſ. ſimul ac hoſtis veniet.

12 NVMQVID FOEDERABITVR FERRVM FERRO. id eſt, Chaldæi Iudæis non ſociabuntur. Vtrique duri vt ferrum, glutinari non poſſunt. Alij, *numquid franget ferrum ferrum*. i. Iudæi Chaldæos, quos vocat ferrum ab Aquilone, ET ÆS. i. ferrum chalybe temperatum. Aut ſic, *& æs* (fœderabitur) *æri*. Vocem ירע *iaroah* hi deducunt à רע *roah*, quod verbum inter alia *frangere* ſignificat, Hieronymus à רעה *rahah*. i. *paſcere* & *ſociare*.

13 GRATIS. i. ſine pretio, erunt in direptionem diuitiæ tuæ. Hebr. *non in pretio*. ſ. poteris eas redimere. IN OMNIBVS PECCATIS TVIS. i. propter omnia peccata tua, quæ feciſti. IN OMNIBVS TERMINIS TVIS. Aut regatur hoc à verbo, *in direptionem dabo diuitias in omnibus terminis tuis*. i. tota prouincia: idque propter tua peccata. Verùm vtroque modo coniunctio *&* redundat in illis verbis, *& in omnibus terminis tuis*. Aut ſic, *dabo diuitias in direptionem* (ſ. in te, ô Ieruſalem) *& in omnibus terminis tuis*.

14 ET ADDVCAM INIMICOS TVOS. Sept. *ſeruire te faciam*. Chald. *ſeruietis*. Nimirum pro העברתי *hahabarti*, vt nunc eſt, legerunt העבדתי *hahabadti*. i. pro *tranſire te faciam*, *ſeruire te faciam*, vnius literæ *Res* in *Daleth* permutatione, quæ ſimillimæ ſunt. Hiero. eam vocẽ Hebr. legit vt nunc eſt. Sed pro *adducam*, alij vertunt *transferam* (te) *ad hoſtes tuos* את *eth*, pro *ad*. DE TERRA, QVAM NESCIS. ſ. adducam inimicos. Hebr. *in terram, quam neſcis*. ſ. in Babylonem te transferam.

15 TV SCIS DOMINE, ſ. quæ patior. Verba ſunt Ieremiæ à Deo opem poſtulantis. VISITA ME. in bonum ſcilicet, faue mihi. TVERE ME. Hebr. *vindica me*. NOLI IN PATIENTIA TVA SVSCIPERE ME. Hebr. *ne in longitudine iræ tuæ ſuſcipias me*. i. ne differas opem ferre. *Suſcipere* ſæpè ſumitur pro, opem ferre, in Pſalmis præſertim.

16 INVENTI SVNT SERMONES TVI. pro, quando inuenti ſunt à me ſermones tui. Verba tua & præcepta erant mihi dulcia ſuper mel ori meo. QVONIAM INVOCATVM EST. i. quoniam tu es Deus meus, ego tuus ſum, & vocor. Patris & Domini verba filio ſunt grata.

17 IN CONCILIO LVDENTIVM, ſiue *in cœtu deriſorum*. ET GLORIATVS SVM, non gloriatus ſum. Repete negationem. Hebr. *nec exaltaui*. ſ. in eo cœtu. ſic Hebr. diſtinguunt. A FACIE MANVS TVÆ: SOLVS SEDEBAM. i. propter plagam, qua punis populum, loca ſolitaria captabam. QVONIAM COMMINATIONE REPLESTI ME. Hebr. *ira repleſti me*. *Ira*, pro, dolore. Regia Vulgata, *amaritudine repleſti me*. Aut certè ira contra eos, qui conuerti ad te noluerunt.

18 DESPERABILIS. Goth. *inſanabilis*. Alij, *doloris plena*. FACTA EST MIHI. ſ. plaga. Hebr. *eſſendo es mihi*. ſ. ô

Deus.

Deus. QVASI MENDACIVM. Hebr. *quaſi mendax.* AQVARVM INFIDELIVM. *Aquas mendaces & infideles* vocat, quę non ſemper fluunt. Ergo cùm ſperarem plagam curatum iri, ea ſpes me deſtituit, vt illæ aquæ. Aut ſi cum Deo loquatur, vt eſt Hebraicè, eodem modo ſpes de te concepta me fefellit, vt aquæ illæ. Hebr. *ſicut mendax*, pro, mendaces, *aquæ* (quæ) *fideles non ſunt.*

19 SI CONVERTERIS, CONVERTAM TE. Verba Dei ad populum ſub perſona Ieremiæ. *Conuertam te.* i. ſuſpiciam. ET SI SEPARAVERIS PRETIOSVM A VILI. i. de te quauis iudicaueris vt oportet, aut tuis verbis effeceris, vt illi ſordes abijciant. QVASI OS MEVM ERIS. .i. mihi charus & pretioſus inſtar oris. Aut ſic, *iuxta os meum* (.i. verbum meum) *eris.* Fient tibi, quæ prædixi & promiſi. Quæ ſunt illa? CONVERTENTVR IPSI AD TE. i. tibi ſubijcientur, non econtrariò.

20 FORTEM, aut *munitum* dabo te, ô Ieremia. efficiam, vt ſis huic populo quaſi murus. Viri ſancti in populo inſtar muri ænei & arcis ſunt.

21 DE MANV FORTIVM, ſeu *violentorum* te redimam. Sic Babylonios vocat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CORAM ME. ſ. orantes pro populo. EIICE. i. prædic eiiciendos. ſ. in exilium.

2 MORTEM. i. peſtem. ſ. ſunt deſtinati.

3 SPECIES. pro, ſpeciebus. i. generibus. ſ. flagellorum. Chald. *viſiones peſſimas.*

4 FERVOREM. LXX. *anguſtias.* Chald. *commotionem.* .i. vagando. SVPER. LXX. *pro.*

5 ROGANDVM PRO PACE TVA. Chald. *ſalutandum te.*

6 LABORAVI. i. fatigatus ſum. ROGANS. ſ. vt conuerteretur.

7 VENTILABRO. pro, veluti ventilabro. IN PORTIS. Chald. *per ciuitates.*

8 MIHI. Chald. *coram me.* MATREM ADOLESCENTIS. Chald. *cœtum adoleſcentium.* MERIDIE. i. palàm.

9 SEPTEM. i. plurimos. quaſi dicat, orbata Ieruſalem ciuibus. SOL. i. proſperitas. ſ. repentè adueniente calamitate.

10 VÆ. Vox Ieremiæ. RIXÆ. ſcilicet, expoſitum ob ea quæ prædico. DISCORDIÆ, id eſt, cui contradicitur. NON FOENERAVI. i. mutuum dedi. quaſi dicat, nihil mihi eſt cum quoquam negotij, vt litigare mecum debeat.

11 SI NON, &c. Verba Dei ad Ieremiam. quaſi dicat, omnino tibi in reliquam vitam fauebo. OCCVRRI. pro, occurram.

12 FERRVM. id eſt, arma Iudæorum. AB AQVILONE. ſcilicet, venienti, id eſt, armis Chaldæorum. Æs, ſ. æri.

13 GRATIS. i. ſine pretio. IN OMNIBVS PECCATIS. LXX. *propter omnia peccata.*

15 IN PATIENTIA. i. ſinendo me lædi ab hoſtibus. SCITO. pro, ſcis.

16 SVNT. ſcilicet, à me. COMEDI. id eſt, ſuſcepi. INVOCATVM EST. quaſi dicat, dico Propheta tuus, vel faues mihi.

17 SEDI. i. verſatus ſum. GLORIATVS SVM. LXX. *timui.* Chald. *nec ſum delectatus.* ſ. refert ad præcedentia, & repetit negationem. A FACIE, &c. i. propter prophetiam à te mihi datam. COMMINATIONE. ſ. in populum. LXX. & Complut. *amaritudine.*

18 DESPERABILIS. pro, velut deſperabilis. INFIDELIVM. Chald. *deficientium.* ſ. cùm deberent fluere.

19 CONVERTERIS. ſ. ad me, ô Ieremia. CONVERTAM. quaſi dicat, iuuabo. LXX. *reſtituam.* PRETIOSVM, &c. i. electos à reprobis. Chald. *Si reuocaueris impios, vt ſint iuſti.* QVASI OS, &c. Chald. *voluntatem verbi mei implebis.* AD TE. ſ. obediendo ibi. EOS. imitando illorum mores.

21 REDIMAM. LXX. *eruam.* FORTIVM. LXX. *peſtilentium.*

CAPVT XVI.

Prohibet Dominus ne Propheta vxorem ducat, denuntians Iudæos vario mortis genere interituros, ita vt mortui non ſepeliantur nec plangantur à viuis propter idololatriam patrum ac filiorum, & derelictam legem Domini: ſed poſtea per piſcatores ac venatores reducet eos Dominus in terram ſuam, in qua ipſi vna cum Gentibus confitebuntur Domino peccata ſua.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
2 cens: * Non accipies vxorem, & non erunt
3 tibi filij & filiæ in loco iſto. * Quia hæc dicit
A Dominus ſuper filios & filias, qui generantur in
loco iſto, & ſuper matres eorum, quę genuerunt
eos: & ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe
4 ſunt nati in terra hac: * Mortibus ægrotationum
morientur: non plangentur, & non ſepelientur,
in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt: &
gladio & fame conſumentur: & erit cadauer
eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtijs ter-
5 ræ. * Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris
domum conuiuij, neque vadas ad plangen-
dum; neque conſoleris eos: quia abſtuli pacem
meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericor-
6 diam & miſerationes. * Et morientur grandes
& parui in terra iſta: non ſepelientur neque
plangentur, & non ſe incident, neque calui-
7 tium fiet pro eis. * Et non frangent inter eos lu-
B genti panem ad conſolandum ſuper mortuo: &
non dabunt eis potum calicis ad conſolandum
8 ſuper patre ſuo & matre. * Et domum conuiuij
non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas
9 & bibas: * quia hæc dicit Dominus exercituum
Deus Iſraël: Ecce ego auferam de loco iſto in
oculis veſtris, & in diebus veſtris, vocem gaudij,
& vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſpon-
10 ſæ. * Et cùm annuntiaueris populo huic omnia
verba hæc, & dixerint tibi: " Quare locutus eſt " Sup. 7. f. 26
Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud?
quæ iniquitas noſtra? & quod peccatum no-
ſtrum, quod peccauimus Domino Deo noſtro?
11 * Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres
veſtri, ait Dominus: & abierunt poſt deos alie-
C nos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos: & me
dereliquerunt, & legem meam non cuſtodie-
12 runt. * Sed & vos peius operati eſtis, quàm pa-
tres veſtri: ecce enim ambulat vnuſquiſque poſt
prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat.
13 * Et eijciam vos de terra hac, in terram, quam
ignoratis vos, & patres veſtri: & ſeruietis ibi dijs
alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis re-
14 quiem. * Propterea ecce dies veniunt dicit
Dominus, & non dicetur vltrà: Viuit Domi-
nus, qui eduxit filios Iſraël de Terra Ægypti,
15 * ſed, Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de
Terra Aquilonis, & de vniuerſis terris, ad quas
eieci eos: & reducam eos in terram ſuam, quam
16 dedi patribus eorum. * Ecce ego mittam piſca-
D tores multos dicit Dominus, & piſcabuntur
eos: & poſt hæc mittam eis multos venato-
res, & venabuntur eos de omni monte, &
de omni colle, & de cauernis petrarum.
17 * Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: non
ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occul-
18 tata iniquitas eorum ab oculis meis. * Et reddam
primùm duplices iniquitates, & peccata eo-
rum: quia contaminauerunt terram meam in

morticinis idolorum ſuorum,& abominationi-
bus ſuis impleuerunt hereditatem meam.* Do- 19
mine fortitudo mea, & robur meum, & refu-
gium meum in die tribulationis: ad te Gentes
venient ab extremis terræ,& dicent: Verè men-
dacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem,
quæ eis non profuit.* Numquid faciet ſibi ho- 20
mo deos,& ipſi non ſunt dij?* Idcircò ecce ego 21
oſtendam eis per vicem hanc,oſtendam eis ma-
num meam, & virtutem meam: & ſcient quia
nomen mihi Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 NON ACCIPIES VXOREM. Hinc colligunt, Ieremiam virginem fuiſſe: nam ſi ante captiuitatem vxorem non habuit, multò minùs pòſt extorris & ſenex. Ita ſentiunt Ignatius ad Philadelphios, Hieron. Ierem. 25. & 1. contra Iouin. Iſidorus de Vita & obitu Sanctorum, cap. 38. ET NON ERVNT. pro, ſint tibi filij. Futurum pro imperatiuo. IN LOCO ISTO, in Iudæa, in Ieruſalem. Quia de patribus & filijs hæc dicit Dominus.

3 DE QVORVM STIRPE. Hebr. *ſuper* (.i.de) *patribus, qui generauerunt eos.* ſ. filios & filias, de quibus eſt locutus.

4 MORTIBVS ÆGROTATIONVM. i. omne genus morbis morientur. Chald. *morte ægrotationum famis.* NON PLANGENTVR, quia non erunt qui id faciant. Aut præficas non adhibebunt. Aut quia dolor, cùm eſt maximus, lacrymas ſiccat. Rectè Seneca Tragicus: *Quodque in extremis ſolet, periere lacrymæ.* IN STERQVILINIVM erunt. Chald. *in ſtercus diſperſum ſuper faciem terræ erunt.* i. eorum ſanie vt ſtercore agri impinguabuntur. Aut *in ſterquilinium erunt.* i. proijcientur in ſterquilinium. CADAVER. pro, cadauera eorum.

5 NE INGREDIARIS DOMVM CONVIVII, ſ. funebris. Solebant in defuncti domo inſtruere conuiuia, quæ *parentalia* vocabant, vt ait Hieronymus. Ad hęc conuiuia non vult Deus ire Prophetam, neque ſolari ſuperſtites paulò pòſt & ipſos interituros. Vox Hebr. מרזח *marzeah* propriè *luctum* ſignificat. ſed hîc ſumitur pro *conuiuio funebri.* ABSTVLI PACEM MEAM, nolo illis aliquod ſolamen relinquere. Id per *pacem, miſericordiam, & miſerationes* intelligit.

6 ET NON SE INCIDENT. Solebant Gentes in funere ſuorum facies incidere, comam tondere, quæ erat nobilitatis ſignum. Id Iudæis vetitum erat lege: Deuter. 14. verſ. 1. Quod tamen illi faciebant: ideò vetat Prophetam ijs vti cærimonijs. Aut potiùs in commune eos ritus non vſurpaturam gentem in ea atrocitate temporum prædicit.

7 ET NON FRANGENT INTER EOS LVGENTI PANEM. Sept. *& non frangetur panis.* Chald. *& non frangent eis,* *panem* ſupplet Interpres. Hebr. *non extendent eis.* Suſpicor ac verò certò credo olim Hebr. pro להם i. *ipſis* fuiſſe לחם .i. *panem.* Quæ lectio commodiſſima videtur, propter id quod ſequitur, *Et non dabunt eis potum calicis.* Verùm vt modo eſt Hebr. ſic ferè locum explicant, *Et non extendent eis.* i. in eorum gratiam qui lugent, non extendent. ſ. manus non complodent, quod lugentes faciunt, & conſolantes. LVGENTI PANEM AD CONSOLANDVM SVPER MORTVO. Hebr. non eſt *panem,* vt diximus, ſed hoc, *non extendent eis* (panem) *in luctu ad conſolandum eum* (eos) *ſuper mortuo.* ET NON DABVNT EIS POTVM Solebant in morte alicuius cibos & potum mortui filijs & propinquis amici mittere, vt ijs donis leuarent eorum dolorem. Quod charitatis officium in ea clade eſt intermiſſum. SVPER PATRE SVO. i. non ſolùm in funere aliorum propinquorum, ſed etiam patris & matris, cùm maximè id fieri oportebat.

8 ET DOMVM CONVIVII. i. non ſolùm conuiuium funebre vitare debes, ſed promiſcuè omnia conuiuia.

9 IN OCVLIS VESTRIS. Vobis viuentibus & videntibus auferam. VOCEM SPONSI. Hymenæos, ſiſtra, tripudia, in nuptijs conſuetam lætitiam auferam.

12 POST PRAVITATEM. Hebr. *poſt obſtinationem cordis ſui mali.* Hoc eſt, in malo obſtinarunt. Ea eſt cladis cauſa, idcircò mittam vos in captiuitatem.

13 ET SERVIETIS IBI DIIS ALIENIS. Chald. *ſeruietis populis colentibus idola.* QVI NON DABVNT VOBIS REQVIEM. ſ. ij populi. Hebr. *quia non dabo vobis miſericordiam.* Nimirum Hieronymus pro אתן *athen, dabo,* legit יתנו *iythenu, dabunt,* & pro חנינה *hanninah.* i. *miſericordiam,* legit הניחה *hanihah, requiem.* Quam veram puto eſſe lectionem: nam poſtquam dixit, eos die ac nocte ſeruituros, meliùs conuenit, *non dabunt requiem,* quàm *miſericordiam* Sept. *dabunt* legunt. Chald. etiam, quando dicit, *non erunt vobis miſericordes.*

14 ET NON DICETVR VLTRA. Triſtibus læta miſcet, ſpem liberationis ex captiuitate Babylonica. Simul indicat eam captiuitatem duriorem Ægyptiaca fore, quando eius memoriam delebit, argumento iuramenti, quo iam non iurabunt per Deum qui eos liberauit de Ægypto, ſed per Deum qui eos liberauit de Babylone.

16 MITTAM PISCATORES. Redit ad captiuitatem Iudæorum, foreque ait, vt nemo effugiat. Babylonij enim, vt piſcatores & venatores omnes receſſus ſcrutabuntur.

17 SVPER OMNES VIAS EORVM, quibus euadere tentabunt, eas vias obſtruam.

18 ET REDDAM PRIMVM. i. reddam in primis. DVPLICES INIQVITATES. i. peccata parentum & filiorum in filijs puniam. Vox *miſneh* poteſt ſignificare *ſecundo:* eritque ſenſus; Priùs ſeruitute Ægyptiaca puniui, nunc ſecundò Babylonica puniam. Poteſt etiam ſignificare *compenſationem* à שנה *ſanah,* quod eſt *commutare,* eritque ſenſus: *Reddam compenſationem iniquitates eorum.* ſic Hebræus. CONTAMINAVERVNT TERRAM MEAM IN MORTICINIS. Hebr. *in cadauere.* pro, cadaueribus hoſtiarum, quas obtulerunt idolis ſuis.

19 AD TE GENTES VENIENT, cùm Gentes ad fidem conuertentur. ET DICENT: VERE MENDACIVM. id eſt, deos mendaces, falſos, & vanos. POSSEDERVNT. Hebr. *hereditauerunt* patres noſtri. Id dicent gentes quæ venient.

21 PER VICEM HANC. i. nunc. OSTENDAM EIS. i. gentibus, cùm conuertentur. MANVM MEAM. .i. potentiam meam. Seu, Chriſtum oſtendam gentibus, qui eſt Dei manus & potentia: Hieron. VIRTVTEM MEAM. Repetitio. ET SCIENT QVIA NOMEN MIHI. Hebr. *nomen meum.* DOMINVS. i. *ego ſum Dominus,* vt ponunt Sept. qui ſ. poſſum facere quæ volo, & implere quæ promiſi. Aut ſic: Hîc ponitur nomen quadrilitterum ab exiſtendo deductum. Ergo, vt ſciant quia nomen meum eſt hoc, atque adeò quæ promiſi, quæ comminatus ſum, omnia exiſtere facio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 ISTO. ſ. Anathoth, vel Iudæa. Quidam putant id Prophetæ dictum in perſona aliorum. q. d. non eſt quòd quiſquam hîc vxorem ducat.

3 STIRPE. i. ſemine.

4 ÆGROTATIONVM. Chald. *ægrotationum famis.*

5 CONVIVII. ſ. quod fit in morte alicuius. MISERICORDIAM. pro, nempe miſericordiam.

6 INCIDENT. i. lacerabunt. ſ. alij pro eis. CALVITIVM. .i. capitis raſura.

13 REQVIEM. Chald. & LXX. *miſericordiam.* q. d. crudeliter ſeu durè tractabunt, aut non liberabunt.

16 PISCATORES. i. prædicatores, qui animas piſcantur & venantur. vel hoſtes, qui capiant & occidant.

18 PRIMVM. q. d. poſteà miſerebor. DVPLICES INIQVITATES. i. ſupplicium, pro inquitatibus duplicibus. .i. magnis. MORTICINIS. i. cadaueribus, immolatorum idolis. fortè filios intelligit.

19 VANITATEM. LXX. *idola.*

20 FACIET. i. decétne facere?

21 PER VICEM HANC. Chald. & LXX. *tempore hoc.* MANVM, &c. Chald. *vltionem meam, & plagam potentia mea.* ET VIRTVTEM. pro, id eſt virtutem.

CA-

CAPVT XVII.

Iudæi in peccato obſtinati, & ob id vaſtandi dicuntur: maledictus qui confidit in homine, & benedictus qui in Deo confidit: ſolus Deus ſcrutatur corda, & cuique reddit iuxta viam ſuam: petit Propheta à Deo, in quo ſpem habuit, liberari, & inimicos confundi: præcipit Deus de obſeruando ſabbato, vt omnia ſint ipſi Ieruſalem proſpera, quæ alioqui igne conſumetur.

PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in 1
vngue adamantino, exaratum ſuper latitu- A
dinem cordis eorum, & in cornibus ararum eo-
rum. * Cùm recordati fuerint filij eorum ara- 2
rum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumque
frondentium, in montibus excelſis, * ſacrifican- 3
tes in agro: fortitudinem tuam, & omnes the-
ſauros tuos in direptionem dabo, excelſa tua
propter peccata in vniuerſis finibus tuis. * Et re- 4
linquêris ſola ab hereditate tua, quam dedi tibi:
& ſeruire te faciam inimicis tuis in terra, quam
ignoras: quoniam ignem ſuccendiſti in furore
meo, vſque in æternum ardebit. * Hæc dicit 5
Isa.30.a.2 Dominus: [n] Maledictus homo, qui confidit in
homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à
Isa.31.a.1 Domino recedit cor eius. * [n] Erit enim quaſi 6
myricæ in deſerto, & non videbit cùm venerit
bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in
terra ſalſuginis, & inhabitabili. * Benedictus vir, 7
qui confidit in Domino, & erit Dominus fidu-
Psal.1.a.3 cia eius. * [n] Et erit quaſi lignum quod tranſplan- 8
tatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit B
radices ſuas: & non timebit cùm venerit æſtus.
Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccita-
tis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet
facere fructum. * Prauum eſt cor omnium, & 9
inſcrutabile: quis cognoſcet illud? * Ego Domi- 10
nus ſcrutans cor, & probans renes: qui do vni-
cuique iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adin-
Apoc.2.f.23 uentionum ſuarum. * [n] Perdix fouit quæ non 11
Psal.72.10 peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in di-
1.Reg.16.b.7 midio dierum ſuorum derelinquet eas, & in no-
uiſſimo ſuo erit inſipiens. * Solium gloriæ alti- 12
tudinis à principio, locus ſanctificationis no-
ſtræ. * Expectatio Iſraël Domine: omnes, qui 13
te derelinquunt, confundentur: recedentes à
te, in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt
venam aquarum viuentium Dominum. * Sana 14
me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſal- C
uus ero: quoniam laus mea tu es. * Ecce ipſi 15
dicunt ad me: Vbi eſt verbum Domini? veniat.
* Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequens: 16
& diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quod
egreſſum eſt de labijs meis, rectum in conſpectu
tuo fuit. * Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea 17
tu in die afflictionis. * Confundantur qui me
perſequuntur, & non confundar ego: paueant 18
illi, & non paueam ego: induc ſuper eos diem
afflictionis, & duplici contritione contere eos.
* Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & ſta in 19
porta filiorum populi, per quam ingrediuntur
reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis
Ieruſalem: * & dices ad eos: Audite verbum 20
Domini reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique
habitatores Ieruſalem, qui ingredimini per por-
tas iſtas. * Hæc dicit Dominus: Cuſtodite ani- 21
mas veſtras, & nolite portare pondera in die
ſabbati, nec inferatis per portas Ieruſalem. * Et 22
nolite eijcere onera de domibus veſtris in die D
ſabbati, & omne opus non facietis: ſanctificate
23 diem ſabbati, ſicut præcepi patribus veſtris. * Et
non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam:
ſed indurauerunt ceruicem ſuam, ne audirent
24 me, & ne acciperent diſciplinam. * Et erit: Si
audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis
onera per portas ciuitatis huius in die ſabbati: &
ſi ſanctificaueritis diem ſabbati, ne faciatis in eo
25 omne opus: * Ingredientur per portas ciuitatis
huius reges & principes, ſedentes ſuper ſolium
Dauid, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi
& principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ie-
ruſalem. & habitabitur ciuitas hæc in ſempiter-
26 num. * Et venient de ciuitatibus Iuda, & de cir-
cuitu Ieruſalem, & de Terra Beniamin, & de
campeſtribus, & de montuoſis, & ab Auſtro,
portantes holocauſtum, & victimam, & ſacrifi-
cium, & thus, & inferent oblationẽ in domum
27 Domini. * Si autem non audieritis me vt ſancti-
ficetis diem ſabbati, & ne portetis onus, & ne in-
feratis per portas Ieruſalem in die ſabbati: ſuc-
cendam ignem in portis eius, & deuorabit do-
mos Ieruſalem, & non extinguetur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PECCATVM IVDA. Poſtquam gentium vocationem attigit, reprobationis Iudæorum cauſam explicat, peccata grauia & indelebilia. STYLO FERREO IN VNGVE ADAMANTINO. *Vnguis* pro *tabula* ſumitur à Hieronymo, in qua ſcribitur ſtylo ferreo. Quidam *vnguem* pro graphio ſumunt, quo ſcribitur. & ſit repetitio, ſtylo ferreo & graphio adamantino. Vocis שמיר *ſamir*, pro qua ferè vertunt *adamantem*, ſignificatio ignota eſt etiam Hebræis, vt & alia lapidum nomina. Sed certè genus lapidis duriſſimi ſignificat. Thargum Ieroſ. pro ea voce *ſilicem* ſeu *petram* vertit. Sic affert Hebr. Schol. SVPER LATITVDINEM CORDIS EORVM. Hebr. *ſuper tabulam cordis eorum*. Sic Chald. & Sept. ET IN CORNIBVS ARARVM EORVM. ſ. vbi ipſi idolis ſacrificarunt, in earum ſummitate, vt ab omnibus videatur, deſcribetur peccatum. Summa, interiùs in conſcientia deſcriptum peccatum ait, vt ipſi negare non poſſint; & exteriùs, vt teſtibus conuincantur. Hi primi quattuor verſus in Sept. codicibus non ſunt. Hieronymus putat, in eo voluiſſe populo ſuo parcere, ne eorum peccata tam fœda viderentur. Auguſtinus lib. 13. contra Fauſtum, cap. 7. & 8. eos non affert. Verùm in Theodoreto Græcè extant, in Regijs etiam, & in Græco codice Vaticano. Vnde deſumpti, diuinare non attinet; fortaſſis ex aliqua aliorum Interpretum verſione.

2 CVM RECORDATI FVERINT FILII EORVM. Sic Sept. & Chald. Hebr. *vt recordari*, i. vt recordentur filij eorum. Volo aris inſcribi peccata, vt poſteri maiorũ exemplo cautiores euadant. LIGNORVMQVE FRONDENTIVM. Hebr. *iuxta lignum frondoſum* (.i. ligna) IN MONTIBVS EXCELSIS. Hebr. *ſuper colles excelſos*. Ibi [illegible] idolis excitabant, ibi vult monimentum ſuſceptæ [illegible]uitatis manere.

3 SACRIFICANTES IN AGRO. Hebr. *montane*. ſic vocat populum, quoniam in montibus idolis ſacrificabant. FORTITVDINEM TVAM. Chald. *ſubſtantiam*. Sept. *diuitias*. i. opes tuas in agro (ſic iungit Hebræus) & theſauros in prædam dabo, ô montane. Faciam, vt in agrum producantur, vbi inter milites ſpolia diuidantur. EXCELSA TVA PROPTER PECCATA. i. templa idolorum, vbi multæ diuitiæ erant, dabo in direptionem. Aut verò inuerſa conſtructione, *propter peccatum excelſorum tuorum* (.i. quæ in collibus commiſiſti) *dabo opes tuas in direptionem*. IN VNIVERSIS FINIBVS TVIS.

4 ET RELINQVERIS SOLA AB HEREDITATE TVA. Hebr. *& remiſſio erit in te ab hereditate*. i. relinques eam. IGNEM SVCCENDISTI, me ad iracundiam prouocaſti. VSQVE IN ÆTERNVM, ſiue *vſque in ſæculum* ardebit.

Maledictvs homo. Hoc dicit propter ſpem, 5
quam in Ægyptijs ponebant. Et ponit carnem
brachivm svvm.i. hominé præſidio ſibi fore putat.

Erit enim qvasi myricæ in deserto. Sic 6
Sept.& Chald. Arbor eſt ſatis nota, *tamarix* alio nomi-
ne,infrugifera, infauſta. Et quidem ſi ad aquas nutri-
tur, creſcit in magnam arborem. in Ægypto & Syria
etiam fert fructum: Plinius lib. 13. cap. 21. & lib. 24.
cap.9. Si verò in deſerto naſcitur, locisque aridis, hu-
milis manet & horrida. Ideò dixit: *Erit quaſi myricæ in
deſerto*: ſic qui recedit à Deo, non fert fructum, ſemper
eſt contemptibilis. Et non videbit cvm venerit
bonvm.i. pluuia ei non proderit, perinde erit ac ſi illam
non videret. Sed habitabit. Hebr. *& habitabit. &*
pro quia. Quare nihil ei prodeſt pluuia, quia habitat,
creſcit In siccitate, aut *locis exuſtis*. ſ. præ æſtu.
Quid iuſtus?

Erit qvasi lignvm. i. arbor. Qvod trans- 8
plantatvr. Hebr. *plantata arbor*. Sic erit iuſtus ei ar-
bori ſimilis. Ad hvmorem. Hebr. *iuxta riuum mit-
tit radices ſuas*. Et in tempore siccitatis. Hebr.
& in anno prohibitionis. ſ. pluuiarum, quod noſter dixit,
in tempore ſiccitatis fructum feret.

Pravvm est cor omnivm. Obiectioni reſpondet. 9
Quis poterit ſcire, in quo homo confidat? Hebr. *pra-
uum cor præ omnibus*. Hieronymus in Commentarijs:
prauum eſt cor omnium. Et inscrvtabile, ſiue *de-
ſperabile*, vt idem Hieronymus eo loco ait. Alij, *vali-
dum, durum*.

Adinventionvm svarvm. Studiorum ſuorum, & 10
morum: vt illi fuerint, talis merces erit, talis fructus.

Perdix fovit. pro, ſicut perdix fouit. Sept. ἐφώνησεν, 11
clamauit. ſicque locum citat Ambroſius epiſt. 48. Ni-
mirum vocem קרא quæ *perdicem* ſignificat, illi ſum-
pſerũt in ſignificatione clamandi. Sed vbi perdix, quam
addunt? Hebr. *perdix congregat* (ſ. oua) *quæ non peperit*.
Aiunt ex aliis nidis oua furari & fouere, pullos deinde
fugere ad veram matrem. Sic qui diuitias congeſſit.
Et non in ivdicio. i. iniuſtè. Amittet eas. In di-
midio diervm svorvm, antequam illis perfruatur,
hoſtis eas prædabitur. ſic tandem apparebit inſipientia
poſſidentis. Et in novissimo svo erit insipiens.
Aut ſic: *in media ætate morietur, & relinquet eas heredi*.
Sibi pauper dum vixit, heredi diues. Sic in morte in
nouiſſimo inſipiens iudicabitur. Græcum epigramma
ſic Latinis verbis ait:

Diues opum & parcus cùm ſis, mens indiga ſolùm eſt.
O heredi diues, pauper inopsque tibi.

Solivm gloriæ Epiphonema Prophetę ad Deum, 12
quem omnibus his epithetis onerat. Altitvdines
a principio. Hebr. non eſt regimen, *altitudo à princi-
pio*. aut *in excelſo* (in cælis) *à principio*. i. ab æterno. Sic
Chald. Indicat Propheta ſe neque fraude opes paraſſe,
neque in ijs ſpem habere, ſed in Deo.

Recedentes a te. Hebr. *recedentes à me*. Suſpicor 13
Hebraica eſſe vitiata: nam Propheta loquitur, non
Deus. In terra scribentvr. i. in terram cadent,
morientur, peribunt.

Vbi est verbvm Domini. ſ. quò minoris exci- 15
dium. Vox populi.

Et ego non svm tvrbatvs, non deſtiti à meo 16
munere, iuſſa tua ſequi. Hebr. *non elongaui à paſtore
poſt te*. i. non recuſaui eſſe paſtorem & prophetam tuo
nomine. Et diem hominis. Sic Sept. nimirum *Enos*
legerunt. i. *hominis*, vbi Hebræi legunt *Anus*. i. *malam
diem non deſideraui*. Sic Chald. ſ. excidium, quod an-
nuntio. Is dies poteſt etiam vocari *dies hominis*, quo-
niam homo per totam vitam laboribus vexatur. Re-
ctvm. i. verum. ſemper illis veritatem annuntiaui.

Confvndantvr. Illi potiùs, qui me fallacem pu- 18
tarunt, pudefiant, mendacij conuincantur, non ego. Et
dvplici contritione. i. multiplici, contere eos.

Et sta in porta .... per qvam ingrediventvr 19
reges Ivda. Fortaſſe prope Regiam erat aliqua vrbis
porta, Regia ex eo dicta, præcipua inter alias, vbi maxi
mus ciuium conuentus: nam fora ad vrbis portas erant
mercatus, Iudices; ibi Prophetam loqui iubet Deus.

21 Cvstodite animas vestras. Hebr. *cauete in ani-
mabus veſtris*. i. propter animas veſtras, quàm chara eſt
vobis vita veſtra.

25 Reges et Principes. ſ. dabo vobis Reges de domo
Dauid, ſeruaboque pactum, quod cum eo inij. In
cvrribvs et eqvis. i. pace florentes & copioſos fa-
ciam eos Reges.

26 Et venient. Vndique Iudæi confluent cum victi-
mis ad templũ, ſublato hoſtium timore. Et inferent
oblationem. Hebr. *& ferentes laudem in domo Domi-
ni*. Sed erat ſacrificium laudis & gratiarum actionis,
quod per laudem intelligit, ſi ſeruabitis Legẽ. ſin ſecùs,

27 Svccendam per Babylonios. Et devorabit.
ſ. ignis. i. conſumet. Domos. Hebr. *palatia*. Quod de
ſabbati obſeruatione ait, de vniuerſa Lege intelligo, da-
turum, quæ promittit, ſi eam obſeruarint; ſin minùs,
vindicaturum excidio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Stylo. q. d. indelebiliter. In vngve. i. cum digito.
Adamantino. q. d. fortiſſimè. Ararvm. ſ. in qui-
bus idolis ſacrificant.

2 Recordati. ſ. vt imitentur patres.

3 Sacrificantes in agro. Chald. *obeuleũ idolorum
in agro*. Fortitvdinem. Chal. *ſubſtantiã*. Lxx. *diuitias*.
Excelsa, &c. lege ſic, *propter excelſa tua, & peccata, &c.*

4 Ignem. i. calamitatem. ſ. peccatores ſibi adſciſcunt
pœnas ob peccata. In æternvm. i. diutiſſimè, vel
ſemper; ſi de inferno intelligatur.

5 Carnem, &c. *carnem* pro fragilitate humana poſuit,
brachium pro potentia: Aug. lib. de Grat. & lib. arb. c. 4.

6 Myricæ. vulgò *tamarice*.

8 Non erit sollicitvm. Lxx. *non timebit*.

9 Pravvm. Chald. *doloſum*. Lxx *profundum*.

10 Probans renes. i. examinans intima. Frvctvm.
.i. opera. Adinventionvm. i. cogitationum, ſeu ſtu-
diorum.

11 Perdix. pro, ſicut perdix. Fecit. pro, ſic fecit.
ſ. improbus. Non in ivdicio. i. iniuſte. Erit. i. ap-
parebit. Chald. *vocabitur*. Insipiens. Chald. *impius*.

12 Solivm gloriæ, &c. q. d. Deus excelſus habet ſo-
lium ſuum glorioſum in templo à multis ſæculis. Al-
titvdinis. Lxx. *exaltatum*. Sanctificationis no-
stræ. Chald. *ſanctuarij noſtri*.

13 Expectatio. id eſt, ſpes. In terra scribentvr.
q. d. non in cælo ſunt ſcripti. Chald. *cadent in gehennam*.

14 Lavs. Lxx. *gloriatio*. i. in quo glorior.

16 Diem Hominis. i. proſperitatem humanam. Chald.
diem malam. q. d. non eis optaui malum.

17 Formidini. q. d. fac ne timeam. Chald. *in interitum*.
q. d. ſerua me.

18 Indvc. pro, induces. Dvplici. i. graui. Conte-
re. pro, conteres.

19 Filiorvm popvli. i. popularium. ſic vocat portas
vrbis, quia illic frequens populus.

22 Eiicere. i. efferre.

25 Principes. ſ. è ſemine Dauid.

26 Oblationem. Chald. *ſacrificium confeſſionis*.
Lxx. *laudem*.

27 Domos. Chald. *palatia*.

CAPVT XVIII.

Exemplo figuli oſtendit Dominus in manu ſua eſſe domum Iſrael, vt iuxta ipſorum merita eis faciat, etiam ſi prius aliud ſe facturum dixerit: propter obſtinatam Iudæorum malitiam denuntiatur eis interitus: conſpiratio Iudæorum contra Ieremiam, ipſius quoque ad Deum lamentatio, & pœnarum quæ inimicos ſequentur denuntiatio.

1 VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam
2 à Domino, dicens: * Surge, & deſcende
3 in domum figuli, & ibi audies verba mea. * Et
A deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat
4 opus ſuper rotam. * Et diſſipatum eſt vas, quod

ipſe

ipſe faciebat è luto manibus ſuis: conuerſuſque
fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in ocu-
lis eius vt faceret. * Et factum eſt verbum Do- 5
mini ad me, dicens: * Numquid ſicut figulus 6
(Iſa.45.b.9. Rom.9.d.20) iſte, non potero vobis facere, domus Iſraël, ait
Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic
vos in manu mea, domus Iſraël. * Repentè lo- 7
quar aduerſum gentem & aduerſus regnum,
(Sup 1.b.10) vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam il-
lud. * Si pœnitentiam egerit gens illa à malo 8
ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agam &
ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt
facerem ei. * Et ſubitò loquar de gente & de 9
regno, vt ædificem & plantem illud. * Si fece- 10
rit malum in oculis meis, vt non audiat vocem B
meam: pœnitentiam agam ſuper bono, quod
locutus ſum vt facerem ei. * Nunc ergo dic viro 11
Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, dicens: Hæc
(Inf 25.b.5. & 35.c.12) dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos
malum, & cogito contra vos cogitationem:
(Ion.3.d.8) reuertatur vnuſquiſque à via ſua mala, & diri-
gite vias veſtras & ſtudia veſtra. * Qui di- 12
xerunt: Deſperauimus: poſt cogitationes enim
noſtras ibimus, & vnuſquiſque prauitatem
cordis ſui mali faciemus. * Ideò hæc dicit Do- 13
minus: Interrogate Gentes: Quis audiuit talia
horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël? * Num- 14
quid deficiet de petra agri nix Libani? aut euel- C
li poſſunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluen-
tes? * Quia oblitus eſt mei populus meus, fru- 15
ſtrà libantes, & impingentes in vijs ſuis, in ſe-
mitis ſæculi, vt ambularent per eas in itinere
(Inf.19.c.8. & 49.c.13. & 50.c.13) non trito: * vt fieret terra eorum in deſolatio- 16
nem, & in ſibilum ſempiternum: omnis qui
præterierit per eam obſtupeſcet, & mouebit ca-
put ſuum. * Sicut ventus vrens diſpergam eos 17
coram inimico: dorſum, & non faciem oſten-
dam eis in die perditionis eorum. * Et dixerunt: 18
Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogita-
tiones: non enim peribit lex à ſacerdote, neque
conſilium à ſapiente, nec ſermo à propheta: ve-
nite, & percutiamus eum lingua, & non atten-
damus ad vniuerſos ſermones eius. * Attende 19
Domine ad me, & audi vocem aduerſariorum
meorum. * Numquid redditur pro bono ma- 20
lum, quia foderunt foueam animæ meæ? Re- D
cordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt lo-
querer pro eis bonum, & auerterem indignatio-
nem tuam ab eis. * Propterea da filios eorum 21
in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant
vxores eorum abſque liberis, & viduæ: & viri
earum interficiantur morte: iuuenes eorum
confodiantur gladio in prælio. * Audiatur cla- 22
mor de domibus eorum: adduces enim ſuper
eos latronem repentè: quia foderunt foueam vt
caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus
meis. * Tu autem Domine ſcis omne conſilium 23
eorum aduerſum me in mortem: ne propitie-
ris iniquitati eorum, & peccatum eorum à fa-
cie tua non deleatur: fiant corruentes in con-
ſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 DESCENDE pro, vade. Ioan.4.v.49. *Deſcende priuſquam moriatur filius meus.* Ergo, vade in domum figuli.

3 FACIEBAT OPVS SVPER ROTAM. Sic Chald. Sept. *ſuper lapides*. Vox Hebr. decepit, quæ ſublatis punctis *lapides* ſignificare poteſt. Alij, *ſuper ſellam*.

4 VAS, QVOD IPSE FACIEBAT E LVTO. Sic Chald. Hebr. *ſicut lutum*. Sed ſuſpicor *Beth* mutatum in *Caph*, & olim Hebr. fuiſſe. *quod faciebat in luto*. i. ex luto. SICVT PLACVERAT. Hebr. *ſicut rectum fuit in oculis eius*. Vt illi eſt viſum, vt illi placuit, fecit vas.

7 REPENTE LOQVAR. i. ſententiam feram, cùm minimè cogitant. ADVERSVM GENTEM, non Iudæos tantùm, ſed quamcumque aliam gentem.

8 SI POENITENTIAM EGERIT. Hebr. *& conuertetur*. pro, ſi conuertetur. Sic Sept. & Chald. *&* pro *ſi*. A MALO SVO, QVOD LOCVTVS SVM. i. accuſaui in eis. AGAM ET EGO POENITENTIAM. Mutabo decretum eos puniendi, aut parcam eis.

9 ET SVBITO LOQVAR. pro, ſi ſubitò locutus fuero, vt genti alicui benefaciam, cùm ipſi minimè cogitant. *Loquar*. i. decreuero. Si illi deſciuerint, ego quoque decretum mutabo benefaciendi eis.

11 FINGO, inſtar figuli, de quo dixit, cogito, vt vos deſtruam. REVERTATVR. i. mutate tamen mores, & ego mutabo. DIRIGITE. Hebr. *bonas facite* vias veſtras.

12 DESPERAVIMVS. Vox populi. Hebr. *deſperatum eſt*, non poſſumus facere quæ præcipis, nulla veniæ ſpes. POST COGITATIONES ENIM NOSTRAS IBIMVS. Vitæ rationes priores ſequemur. PRAVITATEM. Hebr. *obſtinationem*. Quocumque cor noſtrum obſtinatum inclinauarit, id faciemus.

13 TALIA HORRIBILIA. Hebr. *quis audiuit, ſicut hanc turpitudinem* (quam) *fecit virgo Iſrael*? Virgo fuit quondam, nunc potiùs ſcortum.

14 NVMQVID DEFICIET DE PETRA AGRI NIX LIBANI? i. de rupibus Libani, quas rupes *petram agri* vocat, & fortaſſis ſic vulgò vocabantur. AVT EVELLI POSSVNT. Sic Hebr. i. prohiberi ne fluant. AQVÆ ERVMPENTES. Hebr. *aquæ alienigenæ*. i. venientes è longinquo. q.d. ſi in eo monte nix & aqua non deficit, neque in me veniæ locus. Cur ergo hi deſperant?

15 FRVSTRA LIBANTES, ſeu *adolentes*. Non eis proderunt ſacrificia, quæ offerunt mihi. ET IMPINGENTES. Hebr. *& impingere eos fecerunt* (ſ. falſi prophetæ) *in vijs ſuis*. i. ſtudijs, actionibus. IN SEMITIS SÆCVLI. i. antiquis. Ego dicerem *à ſemitis ſæculi*: nam Hebr. nulla eſt præpoſitio, & ſuppleri tamen aliqua debet. Sententia erit: Impingunt, aut impingere fecerunt in vijs ſuis, derelictis ſemitis antiquis Dei. ſ. mandatis. VT AMBVLARENT PER EAS. ſ. vias ſuas. Ego ſic verto: *vt ambularent ſemitas viæ non tritæ*. i. nouæ. Derelinquerent ſemitas antiquas, vt nouas imprimerent.

16 VT FIERET TERRA EORVM. i. Quo factum eſt, vt terra eorum deſolaretur. ET IN SIBILVM SEMPITERNVM. Hebr. *in ſibilos ſæculi*. i. longi temporis. Neque enim ea deſolatio fuit perpetua. Porrò *ſibilus* admirationis hic eſt & doloris ſignum. ET MOVEBIT CAPVT SVVM. Hoc etiam admirationis eſt & doloris. Solemus mouere caput, cùm admiramur, cùm dolemus. Quis mouebit caput? qui præterierit, viator.

17 SICVT VENTVS VRENS. Chald. *Orientalis*. Sicut is ventus, qui eſt vehemens, paleas diſpergit, ſic ego eos. DORSVM, ET NON FACIEM OSTENDAM EIS. Non ero eis propitius, ſicut qui præ ira auertit faciem ab aliquo. IN DIE PERDITIONIS. ſ. eræ ærumnæ, exitij eorum.

18 VENITE. Diligentiæ verbum eſt. ET COGITEMVS. i. conſpiremus in eum. NON ENIM PERIBIT. i. falſa nobis ſacerdotes, ſapientes, & prophetæ locuti ſunt, cùm contraria dixerunt ijs quæ Ieremias nuntiat. SERMO A PROPHETA. Hebr. *verbum*. ſ. prophetię non deerit. ET PERCVTIAMVS EVM LINGVA. calumnia opprimamus.

19 ADVERSARIORVM MEORVM. Hebr. *litigantium mecum* voces audi Domine.

20 FODERVNT FOVEAM ANIMÆ MEÆ. i. ſepulchrum vitę meæ. Volunt me occidere.

21 Et dedvc eos in manvs gladii. Hebr. *ſluere fac eos* (.i.eorum ſanguinem) *per manu gladij*. i per gladium. *manu* redundat. Absqve liberis. Hebr. *orba*. ſ. abſque liberis, vt noſter dixit, fiant vxores eorum.

22 Addvces latronem. Sept. *latrones*. i. milites. Hebr. *agmen, exercitum*. Chald. Foveam, ſepulchrum, in quod me mitterent, foderunt. Vindica.

23 Fiant corrventes. Hebr. *impingant*, ſeu *offendant*. In conspectv tvo. i. coram te. i. penitùs corruant. In tempore fvroris tvi abvtere eis. Pro, *abutere*, Hebr. *fac in eis*. i. eos puni in tempore, hoc eſt, ſicut in tempore furoris tui. vt ſoles facere cùm es iratus. Chald. *ſume vindictam ex eis in tempore vltionis furoris tui*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 Illvd. pro ex illo.

7 Repente. Chald. *tempore quodam*. Lxx. *tandem*. ſic & infrà.

8 Qvod locvtvs, &c. i. de quo reprehendi eam.

11 Fingo. i. formo. ſ. more figuli. Chald. *creo*.

12 Desperavimvs. q. d. actum eſt; nolumus vllo modo.

13 Virgo. Chald. *cœtus*.

14 Evelli. i. impediri, ne fluant.

15 Qvia oblitvs, &c. q. d. nulla res deficit à ſua natura, vnus eſt homo qui degenerat. Saecvli. i. diu ſibi vſitatis. Non trito. ſ. à ſanctis viris.

17 Dorsvm, &c. q. d. deſeram eos.

18 Lex. i. Legis interpretatio. ſ. etiamſi Ieremiam occidamus. Lingva. Chald. *falſis teſtimonijs*.

19 Vocem. i. calumniam.

20 Redditvr. i. reddi debet. Complut. *reddetur*. Foveam. ſ. more venatorum vt caderem. q. d. ſtruxerunt mihi inſidias vt occiderent.

21 Morte. i. peſte.

22 Latronem. Chald *exercitus*. ſ. per Romanos vaſtati. Caperent. Chald. *occiderent*.

23 A facie tva, &c. q. d. ſit coram te, vt punias. Abvtere eis. Hebr & Lxx. *fac in eis*. ſ. quod ſoles puniendo impios. Chald. *ſume vindictam ex eis*.

CAPVT XIX.

Ieremias per lagunculam terream quam fregit, oſtendit populum Ieruſalem perdendum gladio & fame in obſidione, in qua patres filios comedant, propter multiplicem ipſorum idololatriam & contemptum verbi Dei.

HÆc dicit Dominus: Vade, & accipe la- 1
gunculam figuli teſteam à ſenioribus A
populi, & à ſenioribus ſacerdotum: * Et egre- 2
dere ad vallem filij Ennom, quæ eſt iuxta in-
troitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba,
quæ ego loquar ad te. * Et dices: Audite ver- 3
bum Domini reges Iuda, & habitatores Ieruſa-
lem: hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſ-
raël: Ecce ego inducam afflictionem ſuper lo-
cum iſtum, ita vt omnis, qui audierit illam, tin-
niant aures eius: * Eò quòd dereliquerint me, & 4
alienum fecerint locum iſtum: & libauerunt in
eo dijs alienis, quos neſcierunt ipſi, & patres eo-
rum, & reges Iuda: & repleuerunt locum iſtum
ſanguine innocentum. * Et ædificauerunt excel- 5
ſa Baalim, ad comburendos filios ſuos igni in B
holocauſtum Baalim: quæ non præcepi, nec
locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.
* Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: 6
& non vocabitur ampliùs locus iſte, Topheth,
& Vallis filij Ennom, ſed Vallis occiſionis. * Et 7
diſſipabo conſilium Iuda & Ieruſalem in loco
iſto: & ſubuertam eos gladio in conſpectu ini-
micorum ſuorum, & in manu quærentium ani-
mas eorum: & dabo cadauera eorum, eſcam
8 volatilibus cæli, & beſtijs terræ. * [a] Et ponam ci- [a] Supr. 18. c. 16
uitatem hanc in ſtuporem, & in ſibilum: om- Infr. 49. c. 13. & 50 c. 13
nis, qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & ſibi-
9 labit ſuper vniuerſa plaga eius. * Et cibabo eos
C carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filiarum
ſuarum: & vnuſquiſque carnem amici ſui com-
edet in obſidione, & in anguſtia, in qua con-
cludent eos inimici eorum, & qui quærunt ani-
10 mas eorum. * Et conteres lagunculam in oculis
11 virorum, qui ibunt tecum. * Et dices ad eos:
Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conte-
ram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut
conteritur vas figuli, quod non poteſt vltrà in-
ſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eò quòd
12 non ſit alius locus ad ſepeliendum. * Sic faciam
loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius:
13 & ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth. * Et
D erunt domus Ieruſalem, & domus regum Iu-
da, ſicut locus Topheth, immundæ; omnes
domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt
omni militiæ cæli, & libauerunt libamina dijs
14 alienis. * Venit autem Ieremias de Topheth,
quò miſerat eum Dominus ad prophetandum,
& ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad om-
15 nem populum: * Hæc dicit Dominus exerci-
tuum Deus Iſraël: Ecce ego inducam ſuper ci-
uitatem hanc, & ſuper omnes vrbes eius, vniuer-
ſa mala, quæ locutus ſum aduerſum eam: quo-
niam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non au-
dirent ſermones meos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et accipe Sept. *poſſide*. Chald. *eme*. ſic Hebr. Lagvncvlam. Vox Hebr. *bakbuk* ſignificat *vas teſteum anguſti oris*, ſic dictum ab eo ſono, cum euacuatur. Figvli. pro, à figulo, eme à figulo. ſupplenda præpoſitio. A senioribvs, pro, è ſenioribus. ſ. duc tecum: nam v. 10. ait: *conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum*. Et alioqui quid ſenioribus, vt venderent lagunculam. Chald *tolles tecum de ſenioribus*.

2 Et egredere ad vallem filii Ennom. De hac valle cap. 7. verſ. 31. Ivxta introitvm portæ fictilis. Hebr. *quæ* (ad) *oſtium portæ fictilis*. Sic ea porta dicebatur, quòd ibi proijcerent fragmenta figuli, vt Romę eſt mons teſtaceus ad D. Pauli portam. Verùm Hebræi peritiores Portã Soli dici putant i. Orientalem: nam חֶרֶס *heres* certè *ſolem* ſignificat. Sept. *in veſtibulis portæ fictilis* dixerunt.

3 Tinniant avres eivs qui audierit, quæ facere volo. Sic Chald. & Sept. Alij *trement, obſtupeſcant* aures eius. Sed parum refert.

4 Et alienvm fecerint locvm istvm, profanando ſ. illum, & idolis conſecrando. Et libaverunt. ſeu *adoleuerunt* dijs alienis. Sangvine innocentvm, filiorum & filiarum, quos idolo ſacrificabant.

6 Sed Vallis occisionis vocabitur, non Topheth. Quia ibi à Babylonijs Iudæorum ſtrages eſt facta. De quo cap. 7. v. 32.

7 Et dissipabo. Subuertam conſilium, quo ab idolis eius loci opem ſibi pollicebantur. Hebr. *bakothi*. i. *euacuabo*. Paronomaſia huius verbi & *bakbuk*. i. *lagena*, verſ. 1.

8 Svper vniversa plaga eivs. Sic Sept. Goth. *ſuper omnes plagas eius*. Sic Hebr. & Chald. *ſuper*. i. propter plagas ſtupebunt qui tranſierint.

9 Et cibabo eos carnibvs filiorvm svorvm. Hebr. *comedere eos faciam*. Sic factum dicitur Thren. 2. v. 20. & c. 4. verſ. 10. *Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos*. Id etiam acciderat in obſidione Sa-

mariæ, 4. Reg. 6. verſ. 28. Tum poſteà accidit, cùm Romani Ieruſalem obſederunt: Ioſephus lib. 7. cap. 8. de Bello Iud. miſeriarum extremum.

Sicvt conteritvr. Sic Chald. & Sept. nam Hebr. 11
ſicut conterit (ſ. aliquis) *vas figuli.* Qvod non potest vltra instavrari. Hebr. *ſanari.* metaphoricè, pro, *inſtaurari.* Non poteſt quidem humanis viribus, alioqui Deo omnia ſunt facilia, vt Matth. 19. v. 26. Et ſanè Deum ſe liberaturum aliquando populum, ſæpè vidimus dixiſſe. In Iſaia eſt locus huic ſimilis cap. 30. v. 4. *Et comminuetur* (Ieruſalem) *ſicut conteritur lagena figuli contritione prævalida.* Et in Topheth sepelientvr. De hac re cap. 7. v. 32.

Sic faciam loco hvic. id eſt, vrbi Ieruſalem. 12
Sicvt Topheth. i. replebo etiam eam cadaueribus, & ex eo profanabo eam. Quod mox ait,

Et ervnt domvs Iervsalem ..... sicvt locvs 13
Topheth, immvndæ. Ecce ſuperioris verſus explicatio. Omnes domvs. Hebr. *ad omnes domus.* i. *propter omnes domus* vt Chald. vertit. In qvarvm domatibvs. i. tectis. Solebant ſuper tecta ſtellas adorare. Soph. 1. v. 4. & 5. *Qui adorant ſuper tecta militiam cæli.* Sacrificavervnt. Hebr. *adoleuerunt.* Omni militiæ cæli. i. ſtellis. Itaque propter domos, in quibus impio cultui vacarunt, profanat alias omnes domos. Cuncti puniuntur ciues, quoniam aut ipſi malum fecerunt, aut certè non prohibuerunt. Publica peccata communi ſupplicio puniuntur.

Indvravervnt cervicem svam. i. noluerunt 15
Legis iugum ſuſcipere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

A senioribvs. pro, de ſenioribus. ſ. duc tecum ali- 1
quos. Chald *tolles tecum de ſenioribus.*

Fictilis. i. vbi officinæ figulorum. Chald. *ſterquilinij.* 2
Not. quòd habebat varia nomina, etiam Orientalis dicebatur.

Tinniant. ſ. tremore concuſſæ. 3

Alienvm. i. profanum. Innocentvm. ſ. filio- 4
rum, quos dijs immolabant.

In cor mevm. q. d. ne cogitaui quidem. Chald. 5
nec volui.

Animas eorvm. Chald. *occidere eos.* 7

Sibilvm. ſ. aſpicientium, & admirantium. 8

Domatibvs. i. tectis. ſunt hæc in Palæſtina 13
plana.

Indvravervnt. i. indomitam reddiderunt. ſ. ne 15
iugum ſubirent. Avdirent, &c. Chald. *obedirent verbis meis.*

CAPVT XX.

Percuſſus Ieremias mittitur à Phaſſur in neruum, & ab eodem eductus vaticinatur illi tamquam pſeudopropheta & omnibus amicis eius, totique Iudææ captiuitatem Babylonicam: conqueritur ſe rideri & pati opprobrium ac perſecutionem ob verbum Domini, maledicitque diei natiuitatis ſuæ.

ET audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, 1
qui conſtitutus erat princeps in domo Do- A
mini, Ieremiam prophetantem ſermones iſtos.
*Et percuſſit Phaſſur Ieremiam prophetam, & 2
miſit eum in neruum, quod erat in porta Ben-
iamin ſuperiori, in domo Domini. *Cumque 3
illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Ieremiam
de neruo, & dixit ad eum Ieremias: Non Phaſ-
ſur vocauit Dominus nomen tuum, ſed pauo-
rem vndique. *Quia hæc dicit Dominus: Ec- 4
ce ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos
tuos: & corruent gladio inimicorum ſuorum,
& oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo
in manum regis Babylonis: & traducet eos in
Babylonem, & percutiet eos gladio. *Et dabo 5
B vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & om-
nem laborem eius, omneque pretium, & cun-
ctos theſauros regum Iuda dabo in manu ini-
micorum eorum: & diripient eos, & tollent,
6 & ducent in Babylonem. *Tu autem Phaſ-
ſur, & omnes habitatores domus tuæ, ibi-
tis in captiuitatem: & in Babylonem venies,
& ibi morieris, ibique ſepelieris tu, & om-
nes amici tui, quibus prophetaſti mendacium.
7 *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum:
fortior me fuiſti, & inualuiſti: factus ſum in
deriſum tota die, omnes ſubſannant me.
8 *Quia iam olim loquor, vociferans iniquita-
tem, & vaſtitatem clamito: & factus eſt mihi
ſermo Domini in opprobrium, & in deriſum
9 tota die. *Et dixi: Non recordabor eius, neque
loquar vltrà in nomine illius: & factus eſt in
corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in
oſſibus meis: & defeci, ferre non ſuſtinens.
10 *Audiui enim contumelias multorum, & ter-
C rorem in circuitu: Perſequimini, & perſequa-
mur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici
mei, & cuſtodientes latus meum: ſi quo modo
decipiatur, & præualeamus aduerſus eum, &
11 conſequamur vltionem ex eo. *Dominus au-
tem mecum eſt quaſi bellator fortis: idcircò
qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt:
confundentur vehementer, " quia non intel- "Infr. 23.
lexerunt opprobrium ſempiternum, quod g 40
12 numquam delebitur. *Et tu Domine exerci-
tuum " probator iuſti, qui vides renes & cor: "Sap 11.
videam quæſo vltionem tuam ex eis: tibi enim d.10. &
13 reuelaui cauſam meam. *Cantate Domino, 17. b.10.
laudate Dominum: quia liberauit animam
14 pauperis de manu malorum. * " Maledicta "Iob 3. a.2
dies, in qua natus ſum: dies, in qua peperit me
15 mater mea, non ſit benedicta. *Maledictus vir,
qui annuntiauit patri meo, dicens: Natus eſt ti-
bi puer maſculus: & quaſi gaudio lætificauit
16 eum. *Sit homo ille vt ſunt ciuitates, quas ſub-
uertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat
clamorem manè, & vlulatum in tempore me-
17 ridiano: *qui non me interfecit à vulua, vt fie-
ret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius
18 conceptus æternus. *Quare de vulua egreſſus
ſum, vt viderem laborem & dolorem, & con-
ſumerentur in confuſione dies mei?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Sacerdos Phaſſur. ſ. audiuit quæ dixit Ieremias: nam ſuperiori capite ſacerdotes vocarat, vt audirent quæ nuntiabat. Ex eo numero fuit Phaſſur. Princeps in domo Domini, poſt ſummum Sacerdotem. Ideò ad ſe pertinere putauit Ieremiæ voces compeſcere.

2 Et percvssit. ſ. verberauit Ieremiam. Et misit evm in nervvm. Inter inſtrumenta carceris neruus eſt, quo vinciuntur ceruix & pedes vinctorum. Alij in cippum putant miſſum, è duobus lignis factum, quo pedes conſtringuntur & caput. Chald. & Sept. *carcerem* vertunt, quos Pagn. ſequitur. Qvod erat, aut *qui erat.* Hieronymus *neruum carceris* neutrius generis fecit. In porta Beniamin svperiori. Sanctuarium vnam tantùm portam habebat verſus Orientem. Ita hæc porta ſuperior, aut vrbis erat, aut ſepti & atrij, quo templum cingebatur, dicta *ſuperior*, quòd aliæ inferiores eſſent. In domo Domini. Quoniam ea porta ſepti erat & atrij, quod *domus Domini* vocatur. Aut ſi erat vrbis porta *in domo Domini.* i. prope illam,

ibi carcer erat eo tempore ſatis notus, in quem Ieremias eſt miſſus.

Cvmqve illvxiſſet in craſtinvm. Hebr. *& fuit in craſtino.* Soluitur Ieremias, & Phaſſuri prædi- 3
cit cladem, quem hîc pro *Phaſſur pauorem* vocat. Sed pavorem vndiqve. Nominis mutatione illi & ſuis minatur Ieremias exitium & mala.

Vniverſam svbſtantiam civitatis hvivs 5
dabo hoſti. Hebr. *omne robur.* Sic vocat opes, quoniam tuentur hominem, inſtarque arcis ſunt. Laborem. i. labore partas. ſ. diuitias. Omneqve pretivm. i. *pretioſum*, vt vertit Pagn. Ergo ea Babylonij diripient.

Qvibvs prophetaſti mendacivm. Vnus è fal- 6
ſis prophetis fuit Phaſſur, ille cum alijs ibit Babylonē.

Sedvxiſti me Domine. Dolore percitus Ieremias, 7
de Deo conqueritur. Promiſerat illi Deus ſæpè, ſed & cap. 15. v. 21. ſe illi affore; nunc percuſſus, miſſus in carcerem, à populo deriſus, deceptum ſe eſſe dicit, falſum ſpe ſua. Fortior me fviſti, cùm inuito munus impoſuiſti prophetiæ. Sanè Deus non dixit, nihil eum paſſurum, ſed liberaturum promiſit, quod & ſuo tempore præſtitit.

Qvia iam olim loqvor. Hebr. *quia iam dudum*, 8
aut *in omni tempore*, ſemper, inceſſanter loquor, populus me ſubſannat. Vociferans iniqvitatem, et vaſtitatem. Iudæorum iniquitatem & pœnam, quæ conſequetur. ſ. vaſtitatem. Alij vertunt *oppreſſionem & vaſtitatem.*

Et dixi. i. ſi propoſui in corde meo, decreui ab 9
hoc munere prophetiæ ceſſare. Qvaſi ignis exæſtvans. Hebr. *ardens*, incenſus. Non me potui continere, neque exequi quod decreueram.

—— Quis enim celauerit ignem,
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo?

Et defeci. Hebr. *& laborans ſuſtinendo, & non potui.* ſ. me continere.

Avdivi enim. Reddit rationem, cur volebat de- 10
ſiſtere à prophetando. Contvmelias, aut *detractionem.* Et terrorem, quem mihi vndique intentabant. Sept. *audiui vituperium multorum congregatorum vndique.* Chald. *audiui verba multorum, qui congregantur in circuitu.* Vox מָגוֹר *maghor*, & *pauorem* & *ſocietatem* ſignificat, à verbo גור quod inter alia *congregare* ſignificat. Perſeqvimini, et perſeqvamvr evm, mutuò ſe contra me incitabant. Hebr. *annuntiate, & annuntiabimus.* Si quid dixerit contra vrbem, illud Regi aut Iudicibus nuntiabimus. Ab omnibvs viris. ſ. audiui contumelias. Hebr. *omnes viri pacis meæ.* i. mihi familiares. Et cvſtodientes latvs mevm. i. qui me comitabantur. Hebr. *cuſtodientes* (ſ. erant) *claudicationem meam.* i. ſi quo in verbo fallerer. Si qvo modo. Hebr. *ſi fortè decipiatur.* Et conseqvamvr. Hebr. *& capiamus* vltionem ex eo. ſ. eum falſi conuincentes.

Cadent. Hebr. *impingent.* Et infirmi ervnt, 11
non poterunt, non præualebunt. Qvia non intellexervnt. i. non egere prudenter. Chald. *quia non proſperabuntur*, non aſſequentur quod cupiunt. Verbo *intelligendi* Hebræi ſæpè *proſperitatem* ſignificant. Prudentia felicitatis eſt mater. Opprobrivm ſempiternvm. ſ. erit illis qui me impugnant. Qvod nvmqvam delebitvr. Hebr. *non tradetur oblimioni.*

Probator ivſti tu Deus es. i. expendens cuiuſ- 12
que merita. Tibi enim revelavi cavſam meam. Hebr. *litem meam.* Ad te prouoco, ad tua tribunalia me ſiſto.

Maledicta dies. Varios affectus exprimit Pro- 14
pheta. Iam Deum laudat ob ſpem, quam certò concepit vindictæ de inimicis. Rurſus, quaſi ex deſperatione natalem ſuum maledicit. Iob cap. 3. diei ſuæ maledicit, vt hic Ieremias. Sed id nihil eſt aliud quàm optare, vt is dies inter infelices numeretur & infauſtos, ad agendum ineptos, malè ominatus, maledictus ſit qui patri meo ortum meum nuntiauit.

15 Et qvaſi gavdio lætificavit evm. Hebr. (&) *lætificando lætificauit eum.* ſ. patrem meum de natiuitate mea.

16 Sit homo ille, vt svnt civitates, qvas svbvertit Dominvs. Quæ illius culpa, vt ſic eum hominem deteſtetur? Sanè deſperantis affectum induit, nec tam hominem execratur ex animo, quàm de ſuis malis dolet. Et non poenitvit evm. ſ. Deum, euerſas vrbes non reſtituit, non mutauit ſententiam. Avdiat clamorem. i. in periculo & metu dies & noctes verſetur homo ille.

17 Qvi. Sept. *quia.* ſic Goth. Vox Hebr. אֲשֶׁר *aſer* vtroque modo verti poteſt. Sit homo ille infelix, quia non me interfecit in vtero matris. Interfecit a vvlva. Sept. *in vulua.* ſ. exiſtentem, aut cùm primùm à vulua ſum egreſſus. Vt fieret mihi mater mea sepvlchrvm. Id oſtendit voluiſſe in vulua occidi. Et vvlva eivs. ſ. matris. Affixum eſt femininum Hebr. nec poteſt ſepulchrum referre, vt quidam putauit. Conceptvs æternvs. ſ. conceptus ſine partu perpetuò eſſem. In quo matri etiam mortem cupere videtur: neque enim aliter contingeret, vt perpetuò ibi maneret. Sic hæc, quæ patior vitarem.

18 Et conſvmerentvr in confvſione dies mei? i. in ignominia. Ignominioſè vitæ tempus non finirem (vt nunc fit) egreſſus de vulua.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Princeps. Chald. *princeps ſacerdotum.* i. ſummus ſacerdos.

2 Nervvm. Chald. & Lxx. *carcerem.* Domo. i. atrio templi.

3 Vocavit. pro, vocabit. ſ. poſthac. Pavorem vndiqve. Lxx. *migrantem.*

4 Pavorem. Chald. *interitum.* Lxx. *transmigrationem.*

5 Laborem. i. labore parta, ſeu in quibus laborauit. Pretivm. i. pretioſum.

7 Sedvxiſti. i. videris ſeduxiſſe, qui mihi promiſeris ſecuritatem. Invalviſti. ſ. contra me, permittendo tam multa pati.

8 Iam olim. i. iam dudum. Iniqvitatem. ſ. ciuitatis.

9 Dixi. i. propoſui, ſeu cogitaui. Non recordabor eivs i. mentionem non faciam Dei. Lxx. *non nominabo vltra nomen Domini.* Non svſtinens. ſ. tot mala, vel vim ignis illius. q. d. coactus ſum prophetare.

10 Avdivi, &c. redit ad ſuperiora. Ab omnibvs. ſ. illatum mihi terrorem. Pacifici. i. amici. ſcilicet anteà. Cvſtodientes. i. obſeruantes. Chald. *inſidiantes, vt maleſaciant mihi.* Decipiatvr. Chald. *erret.* ſ. Ieremias.

11 Non intellexervnt, adeóque non cauerunt.

12 Probator ivſti. Lxx. *probans iuſta.* Renes. i. interiora. Videam. Chald. *videbo.*

13 Pavperis i. meam.

14 Maledicta. i. infelix.

15 Maledictvs. q. d. infelix fuit illa annuntiatio.

16 Sit homo, &c. q. d. ſatius erat numquam fuiſſe talem nuntium. Non poenitvit evm. Chald. *non ſunt habitata.* Clamorem. ſ. hoſtium, vel ſuorum peremptium. eſt id per exaggerationem calamitatis dictum, & non odio aliquo aut ira. ſic Iob etiam loquitur. modus eſt quidam loquendi ad exprimendum dolorem. Mane. per *manè* & *meridiem* totus dies intelligitur.

17 A vvlva. ſ. egredientem. vel pro, in vulua. q. d. præſtitiſſet ſtatim me à Deo occidi. Æternvs. Lxx. *æterni.* q. d. numquam fuiſſem in hanc lucem editus. Chald. *eſſem quaſi non eſſem.* ſ. conceptus ſolùm, & non natus.

CAPVT XXI.

Reſpondet Ieremias nuntijs Sedeciæ regis ſuper obſidione regis Nabuchodonoſor, Iudam vaſtandum peſte, gladio, fame & captiuitate, ſoloſque eos victuros qui transfugerint ad Chaldæos: hortatur etiam vt faciant iudicium, ne indignatio Domini penitus ipſos conſumat.

VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à 1
Domino, quando miſit ad eum rex Sede- A
cias Phaſſur filium Melchiæ, & Sophoniam fi-
lium Maaſiæ ſacerdotem, dicens: * Interroga 2
pro nobis Dominum, quia Nabuchodonoſor
rex Babylonis prælıatur aduerſum nos: ſi forte
faciat Dominus nobiſcum ſecundùm omnia
mirabilia ſua, & recedat à nobis. * Et dixit Ie- 3
remias ad eos: Sic dicetis Sedeciæ: * Hæc dicit 4
Dominus Deus Iſraël: Ecce ego conuertam
vaſa belli, quæ in manibus veſtris ſunt, & qui-
bus vos pugnatis aduerſum regem Babylonis, &
Chaldæos, qui obſident vos in circuitu muro-
rum: & congregabo ea in medio ciuitatis hu-
ius. * Et debellabo ego vos in manu extenta, & 5
in brachio forti, & in furore, & in indignatione, B
& in ira grandi. * Et percutiam habitatores ci- 6
uitatis huius, homines & beſtiæ peſtilentia ma-
gna morientur. * Et poſt hæc ait Dominus: dabo 7
Sedeciam regem Iuda, & ſeruos eius, & popu-
lum eius, & qui derelicti ſunt in ciuitate hac à
peſte, & gladio, & fame, in manu Nabuchodo-
noſor regis Babylonis, & in manu inimicorum
eorum, & in manu quærentium animam eo-
rum, & percutiet eos in ore gladij, & non fle-
ctetur, neque parcet, nec miſerebitur. * Et ad 8
populum hunc dices: Hæc dicit Dominus: C
Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam
*Infr. 38. a. 2 mortis. * a Qui habitauerit in vrbe hac, morie- 9
tur gladio, & fame, & peſte: qui autem egreſſus
fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obſi-
dent vos, viuet, & erit ei anima ſua, quaſi ſpo-
lium. * Poſui enim faciem meam ſuper ciuita- 10
tem hanc in malum, & non in bonum, ait Do-
minus: in manu regis Babylonis dabitur, &
exuret eam igni. * Et domui regis Iuda: Audite 11
verbum Domini, * domus Dauid, hæc dicit 12
*Infr. 22. a. 3 Dominus: b Iudicate manè iudicium, & erui- D
te vi oppreſſum de manu calumniantis: ne for-
tè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuc-
cendatur, & non ſit qui extinguat, propter ma-
litiam ſtudiorum veſtrorum. * Ecce ego ad te 13
habitatricem vallis ſolidæ atque campeſtris, ait
Dominus: qui dicitis: Quis percutiet nos? &
quis ingredietur domos noſtras? * Et viſitabo ſu- 14
per vos iuxta fructum ſtudiorum veſtrorum, di-
cit Dominus: & ſuccendam ignem in ſaltu eius:
& deuorabit omnia in circuitu eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVANDO MISIT. Non ſeruatur ordo temporis in ijs Prophetijs. Sæpè narrantur priùs, quæ multo poſt tempore acciderunt. Et quidem quæ hoc cap. narrantur, poſt aduentum Babyloniorum geſta ſunt. Prędicit autem cladem vrbis, Regis, & agri Ieroſolymitani. PHASSVR. Hic non fuit, qui ſuperiori capite Ieremiam verberauit: is enim fuit filius Emmer, hic Melchiæ. ſic Hieronymus. Hunc miſit Rex ad Ieremiam dicens:

2 INTERROGA. Conſule. Chald. *ora*, ô Ieremia, pro nobis. QVIA NABVCHODONOSOR ..... PRÆLIATVR bellum gerit Nabuchodonoſor, aut parat contra nos SECVNDVM OMNIA MIRABILIA SVA faciat Deus; vt fecit contra Pharaonem, Exod. 14. & contra Sennacherib, 4 Reg. 19. ET RECEDAT A NOBIS. Sic Sept. & Chald. Hebr. *& aſcendat à nobis*. Sed *aſcendere*, pro diſcedere. Quid ad hæc Ieremias?

4 ECCE EGO CONVERTAM. ſ. in fugam. VASA BELLI, arma veſtra; ſed *arma* ſumit pro armatis militibus. IN CIRCVITV MVRORVM. Hebr. *extra murum*. ET CONGREGABO EA. Sic Chald. ſ. arma, milites. Faciam vt ſe prę metu intra mœnia contineant, nec audeant cum hoſte manus conſerere, irruptiones facere. Sept. *Congregabo eos*. ſ. Babylonios intra vrbem admittam ea capta. Vox Hebr. אֹתָם *otham* vtramque verſionem admittit; ſed prior magis placet.

5 ET DEBELLABO EGO VOS. Hebr. *& bellabo ego vobiſcum*. i. contra vos pro hoſte. IN MANV EXTENTA .i. magna vi, & impetu.

6 HOMINES ET BESTIÆ. Hebr. in accuſatiuo, *homines & beſtias*. ſ. percutiam. PESTILENTIA MAGNA. Famem peſtis ferè comitatur. Profani cibi morbos conciliant, tum tetro halitu corrumpitur aër. Id in obſidione fit.

7 ET QVI DERELICTI SVNT. Hebr. *qui reſidui fuerint*. IN ORE GLADII. pro, gladio percutiet Nabuchodonoſor. Vox *os* ſæpè redundat. NON FLECTETVR. ſ. vllis precibus, aut miſericordia. Hebr. *non ignoſcet*, & non parcet, & non miſerebitur.

9 ET ERIT EI ANIMA SVA, QVASI SPOLIVM. i. pro magno habebit, qui euaſerit è vobis, vitam ſeruaſſe. vt ſpolia de hoſtibus capta magni æſtimantur.

10 POSVI ENIM FACIEM MEAM. i. toruo aſpectu & oculis hanc vrbem aſpicio, vt eam deſtruam apud me conſtitui.

12 DOMVS DAVID. Loquitur populo, ſi fortè conuertantur. *Domus Dauid, & domus Regis*. quam dixit, eadem; erant enim ij Reges Dauid poſteri. Porrò Dauid meminit, quoniam iuſtiſſimus erat: 2. Reg. 8. verſ. 15. *Faciebat quoque Dauid iudicium*. IVDICATE MANE. .i. ſobriè, ante prandium; aut *manè*. i. diligenter; aut *manè*. i. citò, non differatis iudicium; aut *manè*. i. indeſinenter per totum diem, vt Moyſes Exod. 18. v. 13. Vide Dei benignitatem: damnatos quamuis ad mortem inuitat ad pœnitentiam, mutare id decretum cupiens. PROPTER MALITIAM STVDIORVM VESTRORVM. aut *ob malitiam operum veſtrorum*. ne fortè puniam vos.

13 ECCE EGO AD TE. Vertit ſermonem ad oppida, quæ in agro Ieruſalem erant, quibus excidium etiam minatur. HABITATRICEM VALLIS SOLIDÆ. Hebr. *habitatricem vallis petræ campeſtris*. In planitie erat arx aliqua, quam *petram* vocat, quia in rupe ſita. De illa finitimi multùm fidebant, quia inexpugnabilem credebant. QVI DICITIS: QVIS PERCVTIET NOS? Hebr. *quis confringet, conteret nos?* Sept. *quis terrebit nos?* Chald. *quis deſcendet contra nos?* erant in planitie, proptereà dicit, *deſcendet*. Verbum חתת *hathath* multa ſignificat, inde variæ verſiones.

14 ET VISITABO, puniam, nihilominùs non euadetis excidium commune, quia ijſdem peccatis obnoxij. ET SVCCENDAM IGNEM IN SALTV EIVS. Siluam vocat oppida & vrbes, quæ erant circum Ieruſalem, vt putat Chald. quia quaſi ſilua illam cingebant. ET DEVORABIT, conſumet ignis. OMNIA IN CIRCVITV EIVS. i. omnes fines eius ſiluæ, cui ignem ſubijciam, totam planitiem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PHASSVR. Alius eſt iſte ab illo, de quo ſuprà.

2 INTERROGA. Chald. *ora*. RECEDAT. ſ. Nabuchodonoſor.

3 CONVERTAM. ſ. in vos. vel q. d. ſic auertam ab hoſtibus, vt nihil contra eos poſſint. VASA. i. inſtrumenta. ſ. arma.

8 DO. i. propono. VIAM. i. rationem.

QVASI

QVASI SPOLIVM. ſ. de quo lætatur qui nactus eſt. 9
Chald. *in euaſionem.*
ET. ſ. dices. 11
MANE i. tempeſtiuè, & diligenter. 12
AD TE. Chald. *contra te mitto furorem meum.* SOLI- 13
DÆ. i. munitæ. ſ. montibus. Chald. *quæ habitas in fortitu-*
dine in ciuitatibus munitis.
IN SALTV. Chald. *in vrbibus.* ſ. Iudæam ſiluæ com- 14
parat.

CAPVT XXII.

Hortatur regem Iuda & populum eius vt faciant iudicium & iuſtitiam, quo omnia proſpere ipſis ſuccedant; alioqui erunt omnes in direptionem: quodque Sellum ſiue Ioakim filius Ioſiæ regis Iuda non ſit in Ieruſalem reuerſurus: increpat eos qui ex iniuſtitia ædificant, promittentes ſibi felicitatem patrum iuſtorum: vaticinatur aduerſus impium Ioakim filium Ioſiæ, quod ſepultura ſit cariturus, & huius filius impiiſſimus Iechonias cum matre ducendus in Babylonem, ibique moriturus.

HÆc dicit Dominus: Deſcende in domum 1
regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc, A
* & dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui 2
ſedes ſuper ſolium Dauid; tu & ſerui tui, & po-
pulus tuus, qui ingredimini per portas iſtas.
ᵃSap. 11. d. 14 * Hæc dicit Dominus: ᵃ Facite iudicium & 3
iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu
calumniatoris: & aduenam, & pupillum, &
viduam nolite contriſtare, neque opprimatis
iniquè: & ſanguinem innocentem ne effunda-
tis in loco iſto. * Si enim facientes feceritis ver- 4
bum iſtud: ingredientur per portas domus hu- B
ius, reges ſedentes de genere Dauid ſuper thro-
num eius, & aſcendentes currus & equos, ipſi
& ſerui, & populus eorum. * Quòd ſi non au- 5
dieritis verba hæc: in memetipſo iuraui, dicit
Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.
* Quia hæc dicit Dominus ſuper domum regis 6
Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: ſi non
poſuero te ſolitudinem, vrbes inhabitabiles.
* Et ſanctificabo ſuper te, interficientem virum, 7
& arma eius: & ſuccident electas cedros tuas,
& præcipitabunt in ignem. * Et pertranſibunt 8
gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet v- C
ᵇDeut. 29. d. 24. 3. Reg. 9. b. 8 nuſquiſque proximo ſuo: ᵇ Quare fecit Domi-
nus ſic ciuitati huic grandi? * Et reſpondebunt: 9
Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei
ſui, & adorauerint deos alienos, & ſeruierint
eis. * Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſu- 10
per eum fletu: plangite eum, qui egreditur:
quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram
natiuitatis ſuæ. * Quia hæc dicit Dominus ad 11
Sellum filium Ioſiæ regem Iuda, qui regnauit
pro Ioſia patre ſuo, qui egreſſus eſt de loco iſto:
Non reuertetur huc ampliùs: * ſed in loco, ad 12
quem tranſtuli eum, ibi morietur, & terram
iſtam non videbit ampliùs. * Væ qui ædificat 13
domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non D
in iudicio: amicum ſuum opprimet fruſtrà, &
mercedem eius non reddet ei. * Qui dicit: Ædi- 14
ficabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatio-
ſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia
cedrina, pingitque ſinopide. * Numquid regna- 15
bis, quoniam confers te cedro? pater tuus num-
quid non comedit & bibit, & fecit iudicium &
iuſtitiam tunc cum bene erat ei? * Iudicauit cau- 16
ſam pauperis & egeni in bonum ſuum: num-
quid non ideò quia cognouit me, dicit Domi-
17 nus? * Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad
ſanguinem innocentem fundendum, & ad ca-
18 lumniam, & ad curſum mali operis. * Propter-
E eà hæc dicit Dominus ad Ioakim filium Ioſiæ
regem Iuda: Non plangent eum: Væ frater &
væ ſoror: non concrepabunt ei: Væ Domine,
19 & væ inclyte. * Sepultura aſini ſepelietur, putre-
factus & proiectus extra portas Ieruſalem.
20 * Aſcende Libanum, & clama: & in Baſan
da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia
21 contriti ſunt omnes amatores tui. * Locutus ſum
ad te in abundantia tua; & dixiſti: Non audiam:
hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non au-
22 diſti vocem meam. * Omnes paſtores tuos pa-
F ſcet ventus, & amatores tui in captiuitatem
ibunt: & tunc confundêris, & erubeſces ab
23 omni malitia tua. * Quæ ſedes in Libano, & ni-
dificas in cedris, quomodo congemuiſti, cùm
veniſſent tibi dolores, quaſi dolores parturien-
24 tis? * Viuo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit
Iechonias filius Ioakim regis Iuda, annulus in
25 manu dextera mea, inde euellam eum. * Et da-
bo te in manu quærentium animam tuam, & in
manu quorum tu formidas faciem, & in manu
Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu
26 Chaldæorum. * Et mittam te, & matrem tuam
G quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati
27 non eſtis, ibique moriemini: * & in terram, ad
quam ipſi leuant animam ſuam vt reuertantur
28 illuc, non reuertentur. * Numquid vas fictile at-
que contritum vir iſte Iechonias? numquid vas
abſque omni voluptate? quare abiecti ſunt ipſe
& ſemen eius, & proiecti in terram, quam igno-
29 rauerunt? * Terra, terra, terra, audi ſermonem
30 Domini. * Hæc dicit Dominus: Scribe virum
iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non
proſperabitur: nec enim erit de ſemine eius vir,
qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem
habeat vltrà in Iuda.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 HÆC DICIT DOMINVS. Annuntiat Sedeciæ, quæ illi & Ioakim fratri & Ioachin filio euentura mala erant. DESCENDE. pro, vade. Sept. *vade & deſcende.*

2 PER PORTAS ISTAS. Portas vrbis deſignat, quæ propè erant, aut Regiæ portas.

3 DE MANV CALVMNIATORIS. Hebr. *de manu opprimentis innoxium liberate.* ET VIDVAM NOLITE CONTRISTARE. Hebr. *ne opprimatis.* NEQVE OPPRIMATIS INIQVE. Hebr. *rapiatis.* ſ. eorum bona. IN LOCO ISTO. in Regia, vbi iudicia erant.

4 REGES SEDENTES DE GENERE DAVID SVPER THRONVM EIVS ingredientur per has portas. Hebr. *Reges ſedentes Dauidis ſuper thronum eius.* Conſtructio inuerſa, pro, ſedentes ſuper thronum Dauid. ET ASCENDENTES CVRRVS ET EQVOS. i. pace & copijs florentes, ac veluti de hoſtibus acto triumpho. Similia verba cap. 17. v. 25. Quòd ſi non audieritis,

5 IN MEMETIPSO IVRAVI. Hebr. *in me*, forma iurandi, quod vulgò dicimus, *Sobre mi.* IVRAVI. pro, iuro. QVIA IN SOLITVDINEM. i. euertam hanc domum, neque inſtaurabitur.

6 GALAAD TV MIHI CAPVT LIBANI. i. ſicut vrbs Galaad eſt caput Libani. i. Amorrhæorum, quorum regio ad eum montem tendebatur. Supple, ſic tu Sion mons & Ieruſalem eſtis caput Iudeæ. SI NON POSVERO. Forma iurandi, & ſupplendum aliquid, vt: Malè mihi

ſit

ſi.,ſi non poſuero te deſertum ,quaſi deſertum & vrbes
non habitantur. i. quaſi vrbes, quæ non habitantur.
Hieronymus dixit : SI NON POSVERO TE SOLITVDI-
NEM, VRBES INHABITABILES. Poteſt etiam totum
hoc referri ad domum Regiam; aut, vt alij, ad tem-
plum, quæ vocet gentis caput & quibus minetur exci-
dium. *Vrbes inhabitabiles*, pro, quaſi vrbes inhabi-
tabiles.

ET SANCTIFICABO. i. præparabo, aut mea auctorita- 7
te deſtinabo. Sept. *inducam*. INTERFICIENTEM VI-
RVM. Hebr. *interfectores virum*, pro, interfectores vi-
ros. ET ARMA EIVS, pro, eorum. ET SVCCIDENT
ELECTAS CEDROS TVAS. i. nobilium ædes. Hebr.
electam (pro, electas) *cedros tuas*. Aut per *cedros* regiam
ipſam intelligit ex ea materia contectam, aut templum
eadem ratione.

NOLITE FLERE MORTVVM. Quia melior eſt eius 10
conditio, quàm eorum qui ibunt captiui. NEQVE
LVGEATIS SVPER EVM FLETV. Hebr. *neque moueamini*
ei, pro, neque conſoletis eum. ſ. cùm iam moritur.
Mouendi voce ſignificant Hebr. *conſolationem*, quo-
niam qui conſolantur, ſolent mouere caput, aut quia
ex diuerſis locis confluunt, vt id faciant. Vox *fletu*, aut
luctu, in Hebr. iungitur cum ſequenti verbo. Vbi nos
PLANGITE EVM. Hebr. *plangendo plangite abeuntem*.
ſ. in captiuitatem. i. vehementi planctu, veris lacrymis.

AD SELLVM FILIVM IOSIÆ. Quis ſit hîc Sel- 11
lum, magna quæſtio eſt, in qua conſtituere certi nihil
poſſum; aliorum placita referam. Sanè 1. Paral. 3.
verſ. 15. Ioſiæ Regis quatuor filij numerantur: Ioanan
primogenitus, qui 4. Reg. 23. v. 30. vocatur Ioachaz;
ſecundus, Ioakim; tertius, Sedecias; quartus, Sellum.
De hoc poſtremo Ieremiæ verba intelligere promptum
erat, nam nomen conſentit, ſed regnaſſe pro Ioſia non
inuenimus, vt hîc dicitur, illis verbis REGEM IVDA,
& fortaſſis regnauit alieno nomine, rerum potiente Ioa-
chin filio Ioakim propter infirmam eius ætatem, &
cum eo Babylonem abijſſe credam, neque ampliùs re-
dijſſe. Alij volunt, hunc *Sellum* eſſe ipſum Ioachin,
qui poſt patrem Ioakim tribus tantùm menſibus re-
gnauit: 4. Reg. 24. verſ. 8. atque hi nepotem pro filio
ſumunt, patrem pro auo. Quidam etiam hunc *Sellum*
credit eſſe Ioachaz, qui continuò à morte Ioſiæ patris
regnauit, & deiectus poſt tres menſes de Regno, ductus
eſt in Ægyptum à Nechao Rege: 4. Reg. 23. verſ. 33.
neque ampliùs redijt. Cui ſententiæ fauet quod Hie-
ronymus ait, Hebræos affirmare, omnes Ioſiæ filios
dictos *Sellum*. IOSIÆ REGEM IVDA. Sic Sept. Chald.
Regis. ſic Gotth. Hebr. vtroque modo verti poſſunt. Sed
ſi *Regis* dicas, Sellum eſſe Regem non dicitur, ſed Re-
gis Ioſiæ filium.

VÆ QVI ÆDIFICAT. Contra hunc Sellum loquitur, 13
& cauſam explicat eius ruinæ, quòd ſ. in iniuſtitia do-
mum amplam extruxerit alieno impendio & labore.
Sic faciunt tyranni. de quo Eccleſiaſtici 21. verſ. 9. &
Habac. 2. verſ. 9. AMICVM SVVM OPPRIMET. Gotth.
opprimit. FRVSTRA. i. ſine cauſa. Hebr. *in ſocio ſuo*
ſeruit gratis. i. operarijs non ſoluit mercedem. Quod
verba proxima magis declarant. ET MERCEDEM EIVS
NON REDDET EI. i. amici, operarij. Hebr. *opus eius*,
laborem non compenſat. ſ. data mercede.

DOMVM LATAM. Hebraicè, *domum menſurarum*. 14
ſ. magnarum. ET COENACVLA SPATIOSA. Hebr.
ventoſa. PINGITQVE SINOPIDE. i. rubrica, quæ apud
Sinopem optima eſt. Strab. lib. 12. Hebræi *minio* di-
cunt. Sept. & Chald. *Sinopide*.

NVMQVID REGNABIS, QVONIAM CONFERS TE CE- 15
DRO? i. in domo cedrina habitas. Num ea res tibi au-
ctoritatem conciliabit? Hebr. *quia miſces te cedro*. Idem
ſignificat. Atqui non ea re ſtabilitur regnũ, ſed iuſtitia.
PATER TVVS. ſ. Ioſias. COMEDIT ET BIBIT. pro, paci-
ficè regnauit. ET FECIT IVDICIVM, &c. Hebr. *& facien-*
do iudicium & iuſtitiam, tunc bonum ei ſ. fuit. q. d. non
palatia, ſed iuſtitia regna confirmat, affert felicitatem.
IN BONVM SVVM. quod benè illi vertit NVMQVID 16
NON IDEO. Hebr. *nónne hoc ſcire me*. i. colere. Is eſt cul-
tus meus, benefacere.

17 ET AD CALVMNIAM Hebr. *oppreſſionem*. ET AD CVR-
SVM MALI OPERIS. i. vt malè facias, id tibi curæ eſt, eò
toto impetu tendis Hebr. *& ad contritionem faciendam*.
ſic Pagn. & Hebr. cap. ſequenti pro eadem voce *meru-*
zach, *curſum* Pagn. vertit. Verùm Hebraicæ voces po-
lyſemæ pleræque ſunt. Sept. *ad homicidium*.

18 IOAKIM. Hic fuit ſecundus Ioſiæ filius, regnauit vſ-
que ad mortem vndecim annis, fuit iniquus; & fortaſ-
ſe is fuit, qui ædificandi morbo laborauit, & contra eum
etiam Propheta eſt ſuperiora locutus. VÆ FRATER ET
VÆ SOROR. ſ. non dicent in eius morte. Morte iniqui
Principis omnes potiùs lætantur, non dicent quæ in fu-
nere propinquorum dici ſolent. NON CONCREPABVNT
EI. Hebr. *non plorabunt*. non dicent, quę in Regum mor-
te dicuntur. ET VÆ INCLYTE. Hebr. *væ gloria eius*. i. re-
gno eius. Non dicent, Væ, quale regnum amiſimus!

19 SEPVLTVRA ASINI. ſ. proijcietur canibus. PV-
TREFACTVS, &c. Hebr. *tractus & proiectus vltra portas*
Ieruſalem. Sic contigiſſe indicio eſt, quòd de ſepulchro
eius Regis in lib. Reg. & Paralip. ſiletur, quod in alijs
Regibus non fit. Sic ait Hieronymus. Quod ſi ſepul-
chrum eius prope Ieruſalem extabat, vt Theodoretus
ait, poſteà fuit excitatum cenotaphium. Sic arbitror.

20 ASCENDE. ſ. ô Ieruſalem, quia verbum eſt fœmini-
num, & ex altiſſimis montibus, quales ſunt Libanus &
Baſan, pete auxilium. ET CLAMA AD TRANSEVNTES.
Hebr. *a lateribus*. i. vndique clama & dic, omnes amato-
res tuos eſſe contractos. ſ. idola, aut gentes, vnde auxilia
expectabas.

21 IN ABVNDANTIA TVA. cùm felix & quieta eras, lo-
cutus ſum, & non audiſti. HÆC EST VIA TVA. i. con-
ſuetudo. AB ADOLESCENTIA TVA. ab initio cùm te
eduxi de Ægypto. QVIA NON AVDISTI, pro, non
audire vocem meam eſt via tua.

22 OMNES PASTORES TVOS. Principes, Prophetas. PA-
SCET VENTVS. i. diſpergẽtur in omnes vẽtos, vt Chald.
explicat. Aut ſua ſe ſpe deceptos ſentient. Prou. 10. v. 4.
v. 4. *Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos*. ET AMA-
TORES TVI, ciues, milites auxiliares in captiuitatẽ ibũt.

23 QVÆ SEDES IN LIBANO, ET NIDIFICAS. i. ſecura agis,
vt qui eſt in monte ſublimi, & auis in arbore altiſſima
conſtituta nihil timent. QVOMODO CONGEMVISTI.
pro, *ingemiſces*, vt Sept. Hebr. *quàm gratioſa eris, cùm*
venerint dolores. Irriſio eſt. Hebr. Schol. *quæ gratia re-*
ſtat tibi ex ædificijs cedrinis. Sanè pro נחנתי *nihanthi*.
. i. *gratioſa eris*, vt nunc eſt, legerunt Sept. & Hierony-
mus נאנחתי *naanathi*, *ingemuiſti*, ſiue *ingemiſces*, quàm
ingemiſces? Quæ lectio commodior videtur.

24 IECHONIAS. Hic eſt alio nomine *Ioachin*, qui tribus
tantùm menſibus pro patre regnauit: 4. Reg. 24. v. 8.
ANNVLVS IN MANV DEXTERA MEA. tam charus & pre-
tioſus quàm eſt annulus. Hinc colligitur annulum in
dextera geri, non in ſiniſtra. Sic Epiſcopi, ſic qui de-
ſponſantur, in dextram inſeritur annulus. At in com-
muni vita in ſiniſtra geſtatur, ne ſ. dexteræ actiones im-
pediat. Quod ex Luciani patet Dialogo Nauigium, ſeu
Vota extrema. INDE EVELLAM EVM. Hebr. *euellam te*.
ſic Sept. & Chald. *Annulus*. Hebr. חותם *hotham*. i. *ſigil-*
lum, quòd in eum vſum ſigillandi ſeruiret.

26 ET MITTAM TE, ſeu *proijciam te*. ET MATREM
TVAM. Nota eſt hiſtoria 4. Reg. 24. v. 12. Nec in pa-
triam redibunt.

27 AD QVAM IPSI LEVANT ANIMAM SVAM. i. ad quam
redire cupiunt. quippe natale ſolum, & patriam Ieru-
ſalem, non redibunt.

28 NVMQVID VAS FICTILE. i. vt vas fictile. Hebr. *num*
idolum contemptum & confractum vir iſte Iechonias,
ſeu Ioachin. idolum ſ. quod contemnit cognita vanitate
quicumque. ABSQVE OMNI VOLVPTATE Hebr. *vas, in*
quo non eſt voluntas. i. non placet, nullius pretij. q. d. mi-
nimè, non erat minoris quàm alij Reges, nec minùs
opulentus & prudens: ſed ex Dei vindicta ipſe & filij
ſunt proiecti.

Terra, terra, terra. i. viri, qui in terra habi- 29
tatis.
Scribe. Hebr. *ſcribite*. ſ. vt rei tantæ memoria perpe- 30
tua ſit. Virum istum sterilem Hebr. *orbum*. ſic vo-
catur, cuius filij moriuntur in minori ætate. Filios quidẽ
Iechonias habuit, vt v. 28. indicatur, & de ſemine eius
venit Chriſtus haud dubium: verùm omnes in captiuitate mortui ſunt, nemo peruenit ad regnum. Id vocat eſſe orbum, ſceptri heredem non habere. Nec enim erit de semine eius vir. i. quiſquam. Hebr. *quia non proſperabitur de ſemine eius quiſquam, qui ſedeat in ſolio Dauid*. i. non perueniet ad eam felicitatem. His verbis explicat, quid eſt orbum eſſe. Noſter ſententiam benè expreſſit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Qui ingredimini. Hebr. Chald. & Lxx. *ingre-* 2
dientes. Istas. i. palatij regij.
Iudicium et iustitiam. i. iuſtum iudi- 3
cium.
Galaad, &c. i. ô Ieruſalem caput Iudææ. ſic ſolet 6
Scriptura alienis nominibus vocare alienatas à Deo vrbes.
Sanctificabo. Chald. *præparabo*. Lxx. *inducam*. 7
Super. i. contra. Electas cedros. i. magnificas domos. perſtat in metaphora Libani. Chald. *pulchritudinem fortium tuorum*.
Mortuum. ſ. quemquam, vel Ioachaz, qui in Ægy- 10
pto obierat. Egreditur. ſ. Sellum, de quo inf.
Ad Sellum. pro, de Sellum. i. Ioachin filio Ioakim 11
filij Ioſiæ: ita quidam. Alij, in quibus Hieronymus, Sedeciam intelligunt. Fit quidem 1. Par. 3. mentio Sellum quarti filij Ioſiæ, ſed ille non regnauit. Filium. i. nepotem, ſi Ioachin intelligatur.
Non in iudicio. i. iniquè, ſeu iniuſtè. repetitio. 13
Frustra. i. ſine cauſa. ſ. iniuſtè.
Sinopide. genus eſt rubricæ à Sinope vrbe 14
Ponti.
Cedro. i. cuiuis præſtanti Regi. Comedit, &c. 15
i. diu vixit. Tunc cum. Hebr. & Chald. *& tunc*.
In bonum suum. pro, eique tunc benè 16
erat.
Ioakim. de hoc intelligenda ſecundùm Hieron. 18
quæ hactenus reprehenſa ſunt. Væ frater, &c. voces plangentium mortuos. Concrepabunt ei. i. flentes. Lxx. *flebunt eum*. Chald. *plangent eum*.
Asini. i. vt ſolet aſinus. ſ. in ſterquilinio. ſ. in- 19
terfectus eſt à Nabuchodonoſor, & proiectus extra vrbem. Hieronymus ait occiſum à latrunculis. Vide 4. Reg. 24.
Libanum, &c. q. d. in loca edita, opem petens. ni- 20
hil enim proderit. Chald. *in domum ſanctuarij*. loquitur verò ad Ieruſalem. Amatores. ſ. à quibus opem exſpectabas.
In abundantia tua. i. proſperitate. Chald. *cùm* 21
ſederes tranquilla. Via. i. conſuetudo.
Pastores. Chald. *gubernatores*. Ventus. i. vana 22
ſpes. Chald. *diſpergentur in omnem ventum*. Ab omni. i. ob omnem.
Libano. ſ. domibus cedrinis. Chald. *in do-* 23
mo ſanctuarij. Nidificas in cedris. Chald. *in domo Regum patris ſilui tui*. Congemuisti, &c. præterita pro futuris. Chald. *quid facies, cùm venerint*, &c.
Iechonias. Hic dicitur in lib. Reg. & Par. *Ioachin*. 24
Ioakim ſcribitur Hebr. per p. Annulus. i. vt annulus. q. d. coniunctiſſimus & chariſſimus. Evellam. i. à me proijciam. ſ. ob eius ſcelera.
Terram. ſ. iſtam. Levant. i. leuabunt. q. d. opta- 27
bunt.
Numquid. pro, nónne. ſic inf. Vas. pro, vt vas. 28
ſic infrà.
Terra. ſ. Iſrael. 29
Sterilem. ſ. non relinquet filium ſucceſſorem in 30
Regno.

CAPVT XXIII.

Comminatur Dominus paſtoribus qui gregem diſpergunt ac lacerant, promittens ſe reducturum reliquias gregis ad locum ſuum, ac ſuſcitaturum paſtores & germen Dauid iuſtum, ſub quo magna fruentur felicitate: vaticinatur quoque pſeudoprophetis æternum opprobrium, qui populum decipiunt, volentes vt obliuiſcatur nominis Domini, & prophetant abſque Dei voluntate, ſermonem Domini Onus appellantes.

1 Væ paſtoribus, qui diſperdunt & dilacerant Ezech. 13.
A gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. * Ideò a.3. & 34
2 hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad paſtores, qui a.2
paſcunt populum meum: Vos diſperſiſtis gre-
gem meum, & eiecíſtis eos, & non viſitaſtis eos:
ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum
3 veſtrorum, ait Dominus. * Et ego congregabo
reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas
eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura ſua:
4 & creſcent & multiplicabuntur. * Et ſuſcitabo
ſuper eos paſtores, & paſcent eos: non formida-
bunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur
5 ex numero, dicit Dominus. * "Ecce dies veniunt, "Infr. 33.
dicit Dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iu- c.14
ſtum: & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iu- Iſa. 4. b.2. & 40. c.11
6 dicium & iuſtitiam in terra. * In diebus illis ſal- 45 b.8
uabitur Iuda, & Iſraël habitabit confidenter: & Ezech. 34. b.11
hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus Dan. 9.
7 iuſtus noſter. * Propter hoc ecce dies veniunt, g.24
B dicit Dominus, & non dicent vltrà: Viuit Do- Ioan. 2. g.45
minus, qui eduxit filios Iſrael de Terra Ægypti:
8 * Sed: "Viuit Dominus, qui eduxit & adduxit ſe- "Sup. 16.
men domus Iſraël de Terra Aquilonis, & de c.14
cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & ha- Deut. 33. d.28
9 bitabunt in terra ſua. * Ad prophetas: Contri-
tum eſt cor meum in medio mei, contremue-
rũt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius,
& quaſi homo madidus à vino, à facie Domini,
10 & à facie verborum ſanctorum eius. * Quia ad-
ulteris repleta eſt terra, quia à facie maledictio-
nis luxit terra, arefacta ſunt arua deſerti: factus
eſt curſus eorum malus, & fortitudo eorum diſ-
11 ſimilis. * Propheta namque & ſacerdos polluti
C ſunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait
12 Dominus. * Idcircò via eorum erit quaſi lubri-
cum in tenebris: impellentur enim, & corruent
in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſi-
13 tationis eorum, ait Dominus. * Et in prophetis
Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal,
14 & decipiebant populum meum Iſrael. * Et in
prophetis Ieruſalem vidi ſimilitudinem adulte-
rantium, & iter mendacij: & confortauerunt
manus peſſimorum, vt non conuerteretur v-
nuſquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes
15 vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomor-
rha. * Propterea hæc dicit Dominus exercituum
D ad prophetas: "Ecce ego cibabo eos abſinthio, "Supr. 9.
& potabo eos felle: à prophetis enim Ieruſa- c.15
16 lem, egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.
* Hæc dicit Dominus exercituum: "Nolite au- "Infr. 27.
dire verba prophetarum, qui prophetant vo- b.9. & 29
bis, & decipiunt vos: viſionem cordis ſui lo- b.8
17 quuntur, non de ore Domini. * Dicunt his,
qui blaſphemant me: Locutus eſt Dominus:
"Pax erit vobis: & omni qui ambulat in pra- "Supr. 5.
uitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper c.12. & 14 b.13.
18 vos malum. * Quis enim aſtuit in conſilio

Domini, & vidit, & audiuit ſermonem eius? quis
conſiderauit verbum illius & audiuit? *Ecce 19
Infr. 30. c. 24 turbo Dominicæ indignationis egredietur, &
tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum ve-
niet. *Non reuertetur furor Domini, vſque dum 20
faciat, & vſque dum compleat cogitationem E
cordis ſui: in nouiſſimis diebus intelligetis con-
ſilium eius. *Non mittebam prophetas, & ipſi 21
currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophe-
tabant. *Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota fe- 22
ciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vti-
que eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis
peſſimis. *Putaſne Deus è vicino ego ſum, dicit 23
Dominus? & non Deus de longe? *Si occultabi- 24
tur vir in abſconditis: & ego non videbo eum,
dicit Dominus? numquid non cælum & terram
ego impleo, dicit Dominus? *Audiui quæ di- 25
xerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo
mendacium, atque dicentes: Somniaui, ſomnia-
ui. *Vſquequò iſtud eſt in corde prophetarum 26
vaticinantium mendacium, & prophetantium F
ſeductiones cordis ſui? *Qui volunt facere vt 27
obliuiſcatur populus meus nominis mei propter
ſomnia eorum, quæ narrat vnuſquiſque ad
proximum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorum
nominis mei propter Baal. *Propheta, qui habet 28
ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermo-
nem meum, loquatur ſermonem meum verè:
quid paleis ad triticum, dicit Dominus? *Num- 29
quid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Do-
minus, & quaſi malleus conterens petrā? *Pro- 30
pterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui
furantur verba mea vnuſquiſque à proximo
ſuo. *Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui 31
aſſumunt linguas ſuas, & aiunt: Dicit Dominus.
*Ecce ego ad prophetas ſomniantes menda- 32
cium, ait Dominus, qui narrauerunt ea, & ſe-
duxerunt populum meum in mendacio ſuo, &
in miraculis ſuis: cum ego non miſiſſem eos, nec
mandaſſem eis, qui nihil profuerunt populo
huic, dicit Dominus. *Si igitur interrogauerit te 33
populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicens: G
Quod eſt onus Domini? dices ad eos: Vos eſtis
onus: proiiciam quippe vos, dicit Dominus. *Et 34
propheta, & ſacerdos, & populus qui dicit: Onus
Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper
domum eius. *Hæc dicetis 35
vnuſquiſque ad proximum, & ad fratrem ſuum:
Quid reſpondit Dominus? & quid locutus eſt
Dominus? *& onus Domini vltra non memo- 36
rabitur: quia onus erit vnicuique ſermo ſuus: &
peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exerci-
tuum Dei noſtri. *Hæc dices ad prophetam: 37
Quid reſpondit tibi Dominus? & quid locutus
eſt Dominus? *Si autem onus Domini dixeritis: 38
propter hoc hæc dicit Dominus: Quia dixiſtis
ſermonem iſtum: Onus Domini: & miſi ad vos,
dicens: Nolite dicere: Onus Domini: *Propterea 39
ecce ego tollam vos portans, & derelinquam
vos, & ciuitatem quam dedi vobis & patribus
Supr. 20. c. 11 veſtris, à facie mea. *Et dabo vos in oppro- 40
brium ſempiternum, & in ignominiam æter-
nam, quæ nunquam obliuione delebitur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET DILACERANT GREGEM. Hebraicè *diſpergunt*. Contra ſacerdotes & falſos prophetas [illegible]

[illegible] atque ex occaſione de Chriſto.

QVI PASCVNT i. regunt populum meum. VOS DI[illegible] [illegible] Vltra [illegible] eſt [illegible], vt populus [illegible] ſpiritualem [illegible] [illegible] vt [illegible] eſt [illegible] [illegible], vel his verbis, [illegible] dicit: ECCE EGO VISITABO SVPER VOS [illegible].

ET EGO [illegible] capiuitate [illegible] quam [illegible] ex [illegible] in [illegible]. AD RVRA SVA [illegible] Hebr. ad [illegible] [illegible] ſuas i. caulas. Sept. *ad paſcua [illegible] gre-* *ges* i. populum.

ET SVSCITABO i. conſtituam ſuper eos. PASTORES, Apoſtolos & Doctores. Incipit tranſire ad prophetiam de Chriſto. ET NVLLVS QVÆRETVR EX NVMERO. *Quia neminem non perdiderit* [illegible] Ioan. 17. verſ. 9. Hebr. & *nemo* [illegible] non deficient. Sept. *non requirentur*. Eodem omnia pertinent. [illegible] verbo multa & varia Hebræi ſignificant.

DIES VENIVNT. De Chriſti aduentu iam agit. DAVID. Hebr. *Dauidi*. *Lamed* eſt nota genitiui. Ergo Dauidi ex ſemine ſuſcitabo germen. GERMEN IVSTVM. Chald. *Meſſiam iuſtum*. ET SAPIENS ERIT. Hebr. & *intelliget* ſic Sept. Chald. *proſperabitur*. *Intelligendi* voce ſæpe *proſperitatem* ſignificant.

IN DIEBVS ILLIS. Hebr. *In diebus eius*, ſ. Chriſti ſic Sept. & Chald. QVOD VOCABVNT EVM. Sic Chald. Hebr. *vocabit eum* i. populus Iſraël. Sic Sept. DOMINVS. Nomen Hebraicè eſt ineffabile, quod ſoli Deo tribuitur, argumento Diuinitatis Chriſti. Quod & alibi reperitur. Exod. 17. v. 15. *Dominus exaltatio mea*, & *Ieruſalem*. Ezech. 48. v. 35. *Dominus ibi*. Et vtroque loco eſt nomen ineffabile: vt [illegible] quod vocetur eo nomine præter Deum verum, non [illegible].

PROPTER HOC. Repetit quod dixerat cap. 16. v. 14. & 15. Ita hoc verſu & penultimo morari non eſt opus.

AD PROPHETAS. Loquitur Ieremias de ſe. i. propter prophetas, ſ. falſos; CONTRITVM EST COR MEVM. A Chriſto & populo ſermonē vertit ad falſos prophetas præcipuos auctores malorum [illegible]. ET QVASI HOMO MADIDVS A VINO factus ſum. Hebr. *quaſi homo ſuper quem pertranſiuit vinum* i. cum ſuperauit. Sept. *captus à vino*. Chald. *ſuperatus à vino ſuo*. Eodem omnia ſpectant. A FACIE DOMINI. i. propter Dominum & verba eius, quæ [illegible] video.

QVIA ADVLTERIIS. Explicat commotionis ſuæ cauſas [illegible] adulteria multa. A FACIE MALEDICTIONIS i. propter maledictionem, contumelias in Deum iacta. Chald. *propter iuramentum falſum*. Id אלה *alah* ſignificat. LVXIT TERRA, i. ſterilitas facta eſt, tempore ſterilitatis lugere videtur. ARVA DESERTI. Sept. *paſcua*. Chald. *habitacula*. Hebr. *paſcua deſerti*. i. arbores ſunt arefactæ, quibus montium pulchritudo conſtat. ET VIA EORVM. [illegible] prophetarum, aut hominum. MALVS i. ad malum. [illegible] ſequuntur cap. 22. v. 17. eadem ferè verba ſunt. FORTITVDO EORVM DISSIMILIS. Hebr. *non recta*. Vires eorum & opes non tendunt ad bonum, ſed in malis operibus conſumuntur. Per *fortitudinem* rectè intelligas opes, quæ robur etiam vocantur.

PROPHETA NAMQVE ET SACERDOS. A propheta vſque ad ſacerdotem omnes. POLLVTI SVNT. Sic Sept. *contaminati ſunt*. In Hebr. *deliquerunt*, aut *hypocritæ* [illegible] [illegible] eorum. IN DOMO MEA & in templo, ſordes eorum [illegible] Iſ[illegible].

QVASI LVBRICVM IN TENEBRIS, erit via eorum. In lubricis loco pedes conſiſtere non poſſunt, in tenebris multo minus, quia non vident, neque [illegible] habeant, neque quâ parte progredi. Pſal. 34. v. 6. *Fiat via illorum tenebræ & lubricum*. ANNVM VISITATIONIS EORVM. tempus punitionis eorum [illegible]. Omnia [illegible]

ET IN PROPHETIS SAMARIÆ. [illegible] in [illegible] prophetis. PROPHETABANT IN BAAL, [illegible] dicentes, Hæc dicit Baal.

ET IN PROPHETIS IERVSALEM VIDI SIMILITVDINEM, [illegible] erant ſimiles prophetis Samariæ. Hebr. [illegible] i. idola coli [illegible] ſimilitudinem. ADVLTERANTIVM. i. [illegible]

Gotth. *adulterium.* ſic Hieronymus in Comment. *Adulterium* pro vero adulterio, & pro impio cultu ſumi poteſt. Hebr. *adulterare*, pro *adulterium.* ET ITER MENDACII. i. concurſum ad idola, quę *mendacium* & *vanitas* ſæpè vocantur. Hebr. *& ire in mendacio.* ET CONFORTAVERVNT MANVS PESSIMORVM, excuſantes eorum facta & probantes. VT NON CONVERTERETVR. Quo factum eſt, vt non conuerteretur. ET HABITATORES EIVS. ſ. Ieruſalem (Relatiuum ſine antecedenti) QVASI GOMORRHA.

15 ECCE EGO. De abſinthio & de felle repetit quæ dixit cap 9 v. 15. POLLVTIO, ſeu *iniquitas* egreſſa eſt à prophetis. SVPER OMNEM TERRAM. Omnes terræ habitatores eorum exemplo & verbis prouocati peccarunt.

16 ET DECIPIVNT VOS. Hebr. *vaneſcere faciunt vos.* Verbis vos deludunt vanis.

17 DICVNT. Hebr. *dicentes dicendo.* HIS, QVI BLASPHEMANT ME ſiue *ſpernunt me.* ET OMNI. Hebræi, *& omnis.* ſic Gotth. Verùm וכל ponitur pro ולכל. i. *& omnis*, pro *& omni.* ſic Hebræus, & alioqui ſi dicas *& omnis*, vnde regetur? QVI AMBVLAT IN PRAVITATE, in obſtinatione. Ijs fauſta ij prophetæ dixerunt.

18 QVIS ENIM AFFVIT. ſ. è falſis prophetis. IN CONSILIO. Hebr. *in ſecreto.* ſ. conſilio Dei. QVIS CONSIDERAVIT. Hebr. *attendit*, auſcultauit Dei verba.

19 ECCE. Cùm minimè cogitabunt, repentè. ET TEMPESTAS ERVMPENS. Hebr. *cadens.* VENIET. Hebr. *cadet.*

20 NON REVERTETVR, non deſiſtet, non ceſſabit furor Dei. ET VSQVE DVM COMPLEAT COGITATIONEM. Hebr. *ſtabiliat cogitationes.* INTELLIGETIS CONSILIVM EIVS. Hebr. *intelligetis in ea intelligentiam.* i. id quod dico, tandem, in nouiſſimis intelligetis.

22 IN CONSILIO MEO. Si ſtetiſſent hi prophetæ. i. in ſecreto meo. AVERTISSEM. Hebr. *auertiſſent.* ſic Chald. & Sept. tum Regia Vulgata. Signum eos non eſſe veros prophetas, quoniam populum ad meliorem viam conuertere non curabant, non increpabant eorum vitia, ſed illa potiùs laudabant. A COGITATIONIBVS. Hebr. *à malitia ſtudiorum*, ſeu *operum* ſuorum auertiſſent.

23 DEVS E VICINO EGO SVM. Putáſne me quæ propè ſunt tantùm cognoſcere, & non etiam quæ procul ſunt? Aut externa, & non etiam interna? Hi falſi prophetæ Deum latere eorum artes putabant, & quò tenderent ignorare: & videntur ſua ſomnia ſecretò narraſſe.

24 SI OCCVLTABITVR VIR. Nemo latêre poteſt, vbique ſum præſens, cælum & terram impleo. Duæ rationes ad probandum, nihil eum latêre. Altera, quia à cælis omnia videt, eſt Deus de longè. Altera, quia vbique præſens, quippe cælum & terram implet.

25 SOMNIAVI, SOMNIAVI. Eæ erant artes prophetarum illorum, cùm mendacij conuincebantur, ſomniaſſe ſe excuſabant.

26 VSQVEQVO ISTVD. i. quouſque vtentur his artibus ad tegendum mendacium? Quouſque in eo perſiſtent, vt mendacium vaticinentur. SEDVCTIONES CORDIS SVI. Hebr. *dolum.* His dolis & fraudibus populum decipient.

27 VT OBLIVISCATVR POPVLVS MEVS NOMINIS MEI. i. cultus. id agunt ij prophetæ. QVÆ NARRAT VNVSQVISQVE AD PROXIMVM SVVM. i. non palàm, ſed ſecretò.

28 NARRET SOMNIVM. i. vt ſomnium ſuum, non quaſi verbum meum. Et qui verbum meum accepit, LOQVATVR SERMONEM MEVM VERE. Hebr. *verbum meum veritas.* i. quod eſt veritas. QVID PALEIS AD TRITICVM. i. quid commune ſomnio cum verbo Dei?

29 QVASI IGNIS. Efficacia ſunt verba mea; magna pręſtant, non ſunt inania, vt ſomnia horum prophetarum. MALLEVS. ſ. magnus. id פַּטִּישׁ *patis* ſignificat. Hiſp. *almadana.* CONTERENS. Hebr. *comminuens petram*, ita vt fragmenta diſſiliant.

30 ECCE EGO. ſ. præſtò ſum, puniam. AD PROPHETAS, contra prophetas. QVI FVRANTVR VERBA MEA. imitantes veros Prophetas, ac dicentes: Hæc dicit Dominus. Aut quæ dicunt veri Prophetæ, pro ſuis venditant. A PROXIMO SVO, ſiue *à ſocio ſuo*, nimirum vero Propheta furantur.

31 QVI ASSVMVNT LINGVAS SVAS. i. dicta aliorum Prophetarum furantur, quod dixit verſu ſuperiori. Aut vt alij, *qui leniſicant linguam ſuam.* Blandè loquuntur ad decipiendum, idque nomine meo.

32 ET IN MIRACVLIS SVIS. ſ. prodigijs, quæ fingebant ſeduxerunt populum. Alij vertunt, *in vanitate ſua*, aut *in blanditijs ſuis.* QVI NIHIL PROFVERVNT. Ex fructibus cognoſcetis. Veri Prophetæ populi ſalutem quærunt, hi plauſum aut lucrum.

33 QVOD EST ONVS DOMINI? Id populus Ieremiæ dicebat. *Onus.* i. prophetia, quæ onus vocabatur, cùm grauia nuntiabantur. Irriſoriè id dicunt, vt c. 17. v. 15. *Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbum Domini? veniat.* VOS ESTIS ONVS. Sic Sept. & Hieronymus in Commentarijs. Hebr. *quod onus?* lege interrogatiuè, ſine pronomine *vobis*, quod nonnulli codices Latini addunt; quoniam Chaldæus vertit: *Talis eſt prophetia: Proijciam vos.* Loquitur Ieremias nomine Dei. Interpres noſter, Sept & Hieronymus legerunt, אתם המשא *athem maſa*, pro את מה משא *ath mah maſa* ijſdē literis. In qua lectione paranomaſia eſt, ab onere. i. prophetia, ad onus quod portatur. Ergo vos eſtis onus, proijciam, ſiue euellam vos. Vox *quippe* Hebr. non eſt.

34 QVI DICIT: ONVS DOMINI. i. irriſoriè ex te rogat, Quod eſt onus Domini? Aut fingit ſe eſſe prophetam, dicendo: *Onus Domini.* VISITABO. i. puniam.

35 QVID RESPONDIT DOMINVS. Sic in poſterum dicetis, vt irriſionem comprimat, non vult amplius dici, *Quod eſt onus Domini?* ſed, *Quid reſpondit Dominus?* Alia verba, eadem ſententia.

36 ET ONVS DOMINI VLTRA NON MEMORABITVR. Vt tollat irriſionem. ONVS ERIT. Malum ei erit, punietur. Altera paranomaſia, Latinè etiam expreſſa. Quia punietur, qui id verbum dixerit. ET PERVERTISTIS. Ecce cauſam eius verbi interdicti, quia peruertiſtis verba Dei, ea ſcilicet ad irriſionem vertentes. *Et*, pro, quia.

39 TOLLAM VOS PORTANS. ſ. captiuos faciam. Sept. *aſſumo vos.* Hebr. *obliuiſcar vos obliuiſcendo*, profunda ſ. obliuione. Vos noluiſtis obedire, ne eius verbi recordaremini Supplicium erit obliuio mea. Verbum נשיתי *naſithi*, Hieronymus & Sept. à נשא deduxerunt, quod eſt *tollere.* Alij à נשה quod eſt *obliuiſci.* ET DERELINQVAM VOS, ſiue *euellam vos.* Vox Hebr. vtrumque ſignificat. v. 33. Hieronym. pro eadem voce נטשתי *nataſthi*, poſuit *proijciam quippe vos.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PASTORIBVS. Chald. *gubernatoribus.* PASCVÆ MEÆ. i. quem paſco.

2 EIECISTIS. Chald. *vagari feciſtis.* VISITABO. i. puniam. STVDIORVM. i. operum.

3 EIECERO. Hebr. Chald. & LXX. *ejeci* ſeu *expuli.* RVRA. LXX. *paſcua.* Chald. *loca.*

4 PASTORES. ſ. Euangelicos. QVÆRETVR. i. deſiderabitur, ſeu deficiet.

7 DAVID. i. *Dauidi.* ſic enim Hebr. & LXX. q. d. id quod Dauidi promiſi, vel in domo Dauid. GERMEN. Chald. *Meſſiam.* LXX. *Orientem.* IVDICIVM ET IVSTITIAM. i. quod iuſtum eſt.

6 IVDA. i. duæ tribus. ISRAEL. i. decem tribus. DOMINVS. ſ. Chriſtus Deus. eſt enim Hebr. hîc *Iehoua*, quod ſoli Deo conuenit.

9 AD PROPHETAS. Chald. *propter pſeudoprophetas.* CONTRITVM. ſ. præ dolore. MEVM. vox Ieremiæ. A FACIE. i. propter. q. d. ob Domini præcepta & verba. ſ. quæ video contemni.

10 MALEDICTIONIS. i. calamitatis. Chald. *periurij.* LVXIT. i. deſolata eſt. MALVS. i. ad mala. DISSIMILIS. ſ. iuſtitiæ, ſeu Dei voluntati.

11 POLLVTI. ſ. peccatis.

Qvasi lvbricvm.q.d.cadent. 12
Samariæ.i.decem tribuum. Fatvitatem.ſ.nihil ſtultius idolorum cultu. Baal. Chald. *nomine idolorum.* 13
Similitvdinem advlterantivm.i.imitationem idololatrarum. ſ.Iſraëlitarum. 14
Prophetas. Chald. *pſeudoprophetas.* Terram. ſ.Iuda. 15
Blasphemant me. Chald. *irritant me.* Lxx. *abijciunt verbum meum.* 17
Qvis.ſ.ex iſtis. 18
Tvrbo.i.vehementia. Chald. *increpatio.* Lxx. *commotio.* 19
Avertissem. Hebr. Chald. Lxx. & Complut. *auertiſſent.* 22
Pvtasne.pro, an. Lxx.affirmatiuè legunt ſic, *Deus propinquus ego ſum, & non Deus de longe.* q.d. vbique adſum. E vicino. ſ.tempore. q.d. recens, vt idola, & non æternus? 23
Somniavi.i.vidi viſionem. 25
Narret somnivm.i.ſicut ſomnium,& non vt viſionem diuinam. Paleis ad triticvm.i.verbis iſtorum ad verba Dei? 28
Ignis.ſ.cui nihil poteſt reſiſtere,aut impedire. 29
Proximo. i.alijs Prophetis. ſ.veris, quorum deinde dicta falſis miſtis contaminant. 30
Miracvlis.Chald.*temeritate.*Lxx.*erroribus.* 32
Propheta.ſ.falſus.Chald.*ſcriba.* Onvs.i.prophetia de calamitate. Vos estis onvs. Hebr. *quod onus?* q.d.quid quæritis de onere? Chald. *Talis eſt prophetia.* ſ.quod ſequitur: *Proijciam,*&c. q.d.Hoc eſt onus, ſeu prophetia. 33
Dicit.ſ.velut per ludum. 34
Hæc dicetis.i.ſic interrogabitis. ſ. modeſtè & humiliter. 35
Onvs erit,&c. i.punietur ob talem loquendi modum. Et pervertistis.pro,quia peruertiſtis.i.mutaſtis.ſ.modum interrogandi à Deo præſcriptum. 36
Portans pro,tollendo q.d.omnino tollam. Derelinqvam.Chald.*proijciam.* 39

CAPVT XXIV.

Calathus bonarum ficuum deſignat captiuos in Babylonia Iudæos quos dicit Dominus ſe reducturum in terram ſuam,qui toto corde ad ipſum reuertentur : calathus autem malarum ficuum ſignificat eos qui manſerant Ieroſolymis,ac poſtea fugerant in Ægyptum,quos dicit ſe daturum in opprobrium & maledictionem.

OStendit mihi Dominus: & ecce duo cala- 1
thi pleni ficis, poſiti ante templum Domi- A
ni, poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor rex
Babylonis Iechoniam filium Ioakim regem Iuda,& principes eius, & fabrum, & incluſorem,
de Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem.
*Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt 2
ſolent ficus eſſe primi temporis: & calathus
vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi
non poterant, eò quòd eſſent malæ. * Et dixit 3
Dominus ad me: Quid tu vides Ieremia? Et B
dixi: Ficus, ficus bonas, bonas valdè, & malas,
malas valdè, quæ comedi non poſſunt, eò quòd
ſint malæ. * Et factum eſt verbum Domini ad 4
me, dicens: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: 5
Sicut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda, quam emiſi de loco iſto in Terram Chaldæorum, in bonum. *Et ponam ocu- 6
los meos ſuper eos ad placandum, & reducam C
eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non
deſtruam: & plantabo eos,& non euellam. *Et 7
dabo eis cor vt ſciant me, quia ego ſum Domi-
nus: "& erunt mihi in populum, & ego ero eis
in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde
8 ſuo. *"Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non
D ſunt, eò quòd ſint malæ: hæc dicit Dominus,
ſic dabo Sedeciam regem Iuda, & principes
eius, & reliquos de Ieruſalem, qui remanſerunt
in vrbe hac, & qui habitant in Terra Ægypti.
9 *Et dabo eos in vexationem, afflictionemque
omnibus regnis terræ; in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictio-
10 nem in vniuerſis locis, ad quæ eieci eos. *Et mittam in eis gladium, & famem, & peſtem, donec
conſumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

Supr. 22. d. 23 — *Infr. 29. d. 17*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OStendit mihi Dominvs. Duo calathi ficuum, ſeu caniſtra, ſignificant quid intereſſet inter Iechoniæ & Sedeciæ captiuitatem. Positi ante templvm, ſeu *parati.* i. venditioni expoſiti. Iechoniam. Hic alio nomine vocatur Ioachin: 4. Reg. 24. v. 6. Simul aduertè, quo tempore hæc viſio acciderit. ſ. poſt Iechoniam captum, & antequam caperetur Sedecias: ſic Hieron. Et inclvsorem. id vox Hebr. ſignificat. Sed quod eſſet incluſoris officium, non conſtat. Chald. *ianitores* vertit, quia ſ. portas claudunt. Hieron. *incluſores gemmarum* ait. Dauid Kimhi *conſiliarios*, & *ſapientes*, quòd ſ. conſilia celent, à ſecretis. Ergo poſt captum eum Regem & Principes, & incluſores, accidit hæc viſio.
2 Ficvs esse primi temporis: *præcoces* Latinè dicimus. Verùm eæ ficus non ſunt bonæ, ſed noxiæ adeò, vt ſues ijs abſtineant, cùm ficus alias auidè comedant. Verùm æſtimantur, quòd alijs maiores ſint, & quoniam ante fructus alios proueniunt.
5 Sic cognoscam transmigrationem Ivda. i. fauebo. *Amen dico vobis, neſcio vos*: Matth. 25. v. 12. In bonvm, vt eis benefaciam. Vocat Iechoniæ captiuitatem tranſmigrationem, quoniam ſe ipſi dediderunt: 4. Reg. 24. v. 12.
6 Ad placandvm. Hebr. *in bonum.* Repetitio eſt. Et redvcam eos. ſ. eorum poſteros. De Iechoniæ ſocijs & eorum nepotibus fuere qui rediere Ieruſalem, Sedeciæ ſocij penitùs periere, vt mox dicit v. 8. & 10. Et ædificabo eos. i. filios & poſteros eis dabo: Exod. 1. v. 21. *Quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.*
7 Vt sciant me. i. colant. In toto corde svo. Hoc poſt liberationem à captiuitate intelligi debet, aut de tempore Euangelij.
8 Qvi habitant in Terra Ægypti. Multi, ne ſe Babylonijs dederent, fugerunt in Ægyptum, quibus Ieremias malum denuntiat. Eos malis ficubus ſimiles fore ait, & ceteros cum Sedecia captos.
9 Et dabo eos in vexationem, afflictionemqve. Hebr. *in commotionem, & malum.* pro, & dabo eis commotionem (.i. inquietudinem) & malum in omnibus terræ regnis. Et in proverbivm. ſ. erunt. dicetur: Talis eſt miſer, vt Sedecias & ſocij. Et in maledictionem; nam in ira dicent: Sis miſerior Sedecia. Sept. pro illis verbis: *Dabo eos in vexationem afflictionemque,* vertunt: *Dabo eos in diſperſionem.* i. diſpergam eos per omnia regna terræ; quod fore aliquando, Deut. 28. v. 25. erat prædictum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FAbrvm. Chald. & Lxx. *artifices.* Inclvsorem. Chald. *ianitores.* Lxx. *vinctos.* quidam *gemmarum incluſores* intelligunt: alij, *caſtrametandi peritos.*
3 Ficvs bonas, &c. q.d. quæ bonæ, optimæ ſunt; quæ malæ, peſſimæ.
5 In bonvm. q.d. benè faciam.
6 Ad placandvm. Hebr. Chald. & Lxx. *in bonum.* Destrvam. i. ampliùs, vel ſimiliter.
8 Ægypti. ſ. eò fugerant quidam metu Chaldæorum.

VEXATIONEM. Chald. *commotionem*. LXX. *diſper-* 9
ſionem. OMNIBVS. pro, per omnia. certè id apparet
hodie, per omnes enim regiones diſperſi Iudæi. OPPROBRIVM. ſ. vt malè audiant, vel contemptibiles
ſint PARABOLAM. i. comparationem. ſ. dicent de calamitoſo, Miſerior eſt Iudæo. PROVERBIVM. Chald.
fabulam. ſ. de quorum omnes calamitate loquentur.
LXX. *odium*. MALEDICTIONEM. ſ. erunt omnibus execrationi: vel cùm mala imprecabuntur, dicent, Accidat tibi quod Iudæis. EIECI. pro, eiecero. LXX. *expellã*.
DE TERRA. ſ. expulſi. 10

CAPVT XXV.

Quia noluerunt audire Ieremiam nec reliquos Prophetas adhortantes ad pœnitentiam, prædicit excidium Ieroſolymorum, & captiuitatem ſeptuaginta annorum, ac deinde perditionem regum qui ipſos tenebant captiuos: quapropter iubetur Ieremias ciuitatibus Iuda ac ceteris regibus terrarum propinare calicem furoris Domini: v[...] nos quoque prænuntiat paſtoribus ac optimatibus.

VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam 1
de omni populo Iuda, in anno quarto Ioa- A
kim filij Ioſiæ regis Iuda, (ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis.)
*Quod locutus eſt Ieremias propheta ad om- 2
nem populum Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalem, dicens: *A tertio decimo anno 3
Ioſiæ filij Ammon regis Iuda vſque ad diem
hanc; iſte tertius & vigeſimus annus; factum
eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad
vos de nocte conſurgens, & loquens: & non audiſtis. *Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos 4
ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque: & non audiſtis, neque inclinaſtis aures ve-
ſtras vt audiretis, *cùm diceret, [a] Reuertimini 5
vnuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra, quam
dedit Dominus vobis, & patribus veſtris, à ſæ-
culo & vſque in ſæculum. * Et nolite ire poſt 6
deos alienos, vt ſeruiatis eis, adoretiſque eos: ne- B
que me ad iracundiam prouocetis in operibus
manuum veſtrarum, & non affligam vos. * Et 7
non audiſtis me, dicit Dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum
veſtrarum, in malum veſtrum. *Proptereà hæc 8
dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non
audiſtis verba mea: *ecce ego mittam, & aſſu- 9
mam vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis
ſeruum meum: & adducam eos ſuper terram
iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes
nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibi-
lum, & in ſolitudines ſempiternas. *Perdamque 10
ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem C
ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen
lucernæ. *[b] Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudi- 11
nem, & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes
iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. * Cum- 12
que impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo
ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam,
dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper
terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas. *Et adducam ſuper terram 13
illam omnia verba mea, quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto,
quæcumque prophetauit Ieremias aduerſum

[a] 4. Reg. 17. d. 13 Sap. 18. b. 11 Infr 35. c. 15

[b] Dan. 9. a. 2 Inf. 26. b. 6 2. Par. 36. d. 22 1. Eſdr. 1. a. 1

14 omnes gentes: *Quia ſeruierunt eis, cùm eſſent
gentes multæ, & reges magni: & reddam eis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm facta ma-
15 nuum ſuarum. *Quia ſic dicit Dominus exer-
D cituum Deus Iſraël: Sume calicem vini furoris
huius de manu mea: & propinabis de illo cun-
16 ctis gentibus, ad quas ego mittam te. *Et bibent,
& turbabuntur, & inſanient à facie gladij,
17 quem ego mittam inter eos. *Et accepi calicem
de manu Domini, & propinaui cunctis genti-
18 bus, ad quas miſit me Dominus: * Ieruſalem,
& ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius: vt darem eos in ſolitudinem, & in
ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem,
19 ſicut eſt dies iſta: * Pharaoni regi Ægypti, &
ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo
20 eius, * & vniuerſis generaliter: cunctis regibus
terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Phili-
ſthijm, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, &
21 reliquijs Azoti, *& Idumææ, & Moab, & filijs
22 Ammon: *Et cunctis regibus Tyri, & vniuerſis
regibus Sidonis: & regibus terræ inſularum, qui
23 ſunt trans mare: *Et Dedan, & Thema, & Buz,
24 & vniuerſis qui attonſi ſunt in comam: *Et cun-
ctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occi-
25 dentis, qui habitant in deſerto: * Et cunctis re-
E gibus Zambri, & cunctis regibus Elám, & cun-
26 ctis regibus Medorum: * cunctis quoque regibus Aquilonis de propè & de longè, vnicuique
contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ,
quæ ſuper faciem eius ſunt: & rex Seſach bibet
27 poſt eos. * & dices ad eos: Hæc dicit Dominus
exercituum Deus Iſraël: Bibite, & inebriamini,
& vomite: & cadite, neque ſurgatis à facie gla-
28 dij, quem ego mittam inter vos. * Cumque no-
F luerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exerci-
29 tuum: Bibentes bibetis: [c]*quia ecce in ciuitate, in
qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipiam
affligere, & vos quaſi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim
ego voco ſuper omnes habitatores terræ, dicit
30 Dominus exercituum. * Et tu prophetabis ad
eos omnia verba hæc, & dices ad illos: [d] Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto
ſuo dabit vocem ſuam: rugiens rugiet ſuper decorem ſuum: celeuma quaſi calcantium conci-
31 netur aduerſus omnes habitatores terræ. * Peruenit ſonitus vſque ad extrema terræ, quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipſe
cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit
32 Dominus. * Hæc dicit Dominus exercituum:
Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: &
turbo magnus egredietur à ſummitatibus terræ.
33 *Et erunt interfecti Domini in die illa à ſummo
G terræ vſque ad ſummum eius: non plangentur,
& non colligentur, neque ſepelientur: in ſter-
34 quilinium ſuper faciem terræ iacebunt. *Vlulate paſtores, & clamate; & aſpergite vos cinere
optimates gregis: quia completi ſunt dies ve-
ſtri, vt interficiamini, & diſſipationes veſtræ, &
35 cadetis quaſi vaſa pretioſa. *Et peribit fuga à pa-
36 ſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis. *Vox
clamoris paſtorum, & vlulatus optimatum gre-
37 gis: quia vaſtauit Dominus paſcua eorum. * Et
conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris
Domi-

[c] 1. Pet. 4. d. 17

[d] Ioel 3. d. 16 Amos 1. a. 2

38 Domini. * Dereliquit quaſi leo vmbraculum ſuum, quia facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Increpat populi duritiem, & confirmat quæ ſuperiùs ſunt dicta. ANNO QVARTO. Non ſeruant ordinem temporum hæ Prophetiæ. Superior Prophetia poſt Iechoniam captum dicta eſt, hæc anno quarto Ioakim eius patris, nimirum vigeſimotertio, ex quo Ieremias vaticinari cœpit, nam cœpit anno tertio decimo regni Ioſiæ, qui regnauit annos triginta & vnum. Ita Ioſiæ tempore annis nouemdecim prophetauit, quibus adde tres menſes Ioachaz, & quattuor annos Ioakim, efficies annos viginti tres, quo tempore hanc Prophetiam mox editam dicit. IPSE EST ANNVS PRIMVS NABVCHODONOSOR. Sic colligitur ex 4. Reg. 24. v. 12. cùm Ioachin filium huius Ioakim de regno deiecit, dicitur id factum anno octauo Nabuchodonoſor. Regnauit enim Ioakim vndecim annis, & Iochin eius filius tribus menſibus. Ita primus annus Nabuchodonoſor incadit in quartum Ioakim.

3 ISTE TERTIVS ET VIGESIMVS ANNVS; ex quo ſcilicet prophetare cœpit. DE NOCTE CONSVRGENS. Hebr. *manè conſurgere*, pro, conſurgens, hoc eſt diligenter & ſolicitè. Pro eadem voce proximo verſu Hieronymus poſuit, *conſurgens diluculo*, rectè.

5 COGITATIONIBVS. Hebr. *à ſtudijs*, operibus malis reuertimini. A SÆCVLO ET VSQVE IN SÆCVLVM. .i. ſemper habitabitis in terra, nullus vos inde eijciet.

6 IN OPERIBVS MANVVM VESTRARVM. i. idolis, quæ vos feciſtis, aut in operibus prauis, ne me prouocetis ad iram. ET NON AFFLIGAM VOS. Hebr. *non male faciam vobis*. i. puniam.

9 SERVVM MEVM aſſumam. i. miniſtrum meum Nabuchodonoſorem, ad puniendum vos. NATIONES, QVÆ IN CIRCVITV. Moabitas, Idumæos, Ammonitas, & fortaſſis Ægyptios. INTERFICIAM. Hebr. *delebo penitùs, faciam anathema*. IN STVPOREM ET IN SIBILVM. Alij admirabuntur, alij irridebunt. IN SOLITVDINES SEMPITERNAS ponam eos. i. diuturnas, annorum ſeptuaginta.

10 PERDAMQVE. i. auferam ex eis. VOCEM GAVDII, cantica, tripudia. VOCEM SPONSI. nullas celebrabunt nuptias. VOCEM MOLÆ. i. ſtrepitum molæ, aut molentis cantilenam. Cùm fiunt conuiuia, in molis domeſticis multa molunt, multas accendunt lucernas. Ergo cùm ait, ablaturum *vocem molæ, lumen lucernæ*, ſignificat nulla fore conuiuia. Chald. pro LVMEN LVCERNÆ ponit *vocem cantantium ad lumen lucernarum*.

11 SEPTVAGINTA ANNIS ſeruient Regi Babylonis. Vnde hi anni incipi debeant, magna quæſtio eſt. Sanè aut à quarto anno Ioakim, cùm hoc dictum eſt. fuit is annus primus Nabuchodonoſoris, v. 1. Aut ab anno vndecimo Sedeciæ, quando capta vrbe Iudæi in captiuitatem abiere. Aut à primo anno eiuſdem Sedeciæ, cùm Ioachin in Babylonem iuit, de quo cap. 29. verſ. 10. & Dan 9. verſ. 2.

12 VISITABO, puniam Regem Babylonis poſt eos annos.

13 OMNIA VERBA MEA, QVÆ LOCVTVS SVM. Siue per Ieremiam hic & cap. 51. ſiue per Iſaiam cap. 13. & 14. ADVERSVM OMNES GENTES. Iudæos ſ. & vicinas gentes, & Ægyptum; omnes eas plagas contra Babylonem conuertam. Multa Ieremias dicit contra omnia regna hoc cap. à verſ. 18.

14 QVIA SERVIERVNT EIS, ſ. Chaldæis. CVM ESSENT GENTES MVLTÆ. Sic Sept. Quia illos in eo bello gentes multæ ſunt comitatæ, Ieremias in eos prophetauit: Et ego illas puniam. Hebr. hunc ſenſum admittunt; ſed & verti ſic poſſunt: *Quia ſeruire fecerunt eis, etiam ipſas gentes multas. Eis*, pro, ſibi. i. Babylonij multas gentes ſubiugarunt. REDDAM EIS i. vicem rependam, faciam vt ipſi ſeruiant alijs. Chald. *quia etiam ipſos ad ſeruitutem adigent populi multi & Reges magni, & retribuam eis*. Placet vt huius loci ſententia ſit: Quæ coëgiſti gentes ſeruire tibi, ô Babylon, ipſa etiam ſeruies.

15 SVME CALICEM. Vſitata metaphora, per calicem ſignificandi iram Dei: Pſal. 74. v. 9. Iſai 51. v. 7. ET PROPINABIS, ſeu *bibere facies* cunctas Gentes, ad quas mittam te.

16 TVRBABVNTVR, ſeu *trement*, agitabuntur, vt ſolent ebrij. ET INSANIENT. Mota mente præ vino, nihil prouidere poterunt aduerſus mala illæ gentes.

18 IERVSALEM. Priùs Iudæis propinat, quia primi omnium ſunt puniti. SICVT EST DIES ISTA. i. ſicut contigiſſe videmus. Hoc ſpiritu Prophetiæ dicitur futurum quaſi iam factum. Aut cùm omnes Ieremiæ Prophetiæ, quæ ſolutæ ferebantur, in vnum corpus collatæ ſunt, à collectore additum id eſt. Deinde Ægypto propinat.

20 ET VNIVERSIS GENERALITER propinaui. Hebr. *omni mixtioni*. Sept. *alienigenis*. i. qui in Ægypto viuebant, permixti indigenis. Chald. *& omnibus Regibus finitimis*. Ego credā perinde eſſe, ac ſi diceret, & omni turbæ Regum & Regnorū ſequentium, quos multos commemorat. AVSITIDIS. Hebr. *Hus*, vbi ſ. Iob habitauit, ad Ortum Terræ ſanctæ. ET ASCALONI. Aſcalon, Gaza, Accaron, erant præcipuæ vrbes Philiſthinorum. ET RELIQVIIS AZOTI. Fortè fuerat deſtructa, ideò dicit *reliquijs*. Vrbs & ipſa præcipua Philiſthinorum.

22 ET REGIBVS TERRÆ INSVLARVM, QVI SVNT TRANS MARE. ſ. propinaui. Hebr. *in tranſitu maris*. i. in mari, vt Cyprus, Rhodus, Cyclades, quas Chaldæi occuparunt: Hieronymus.

23 QVI ATTONSI SVNT IN COMAM. Hebr. *& omnibus, qui in extremis ſunt angulis*. i. in extremis finibus. *Angulus* eſt pars vltima. Verùm de hac re cap. 9. v. 26. plura.

24 ARABIÆ. Multæ ſunt Arabiæ. REGIBVS OCCIDENTIS. Hebr. *Arabiæ, qui habitant in deſerto*. i. Arabiæ Deſertæ, qui viuunt in tentorijs, neque vllas habent vrbes. Chald. *qui habitant in tentorijs in deſerto*.

25 ZAMBRI, ET .... ELAM. Perſidis aut Arabiæ Deſertæ regionis: Hieronymus.

26 VNICVIQVE CONTRA FRATREM SVVM. Id ſ. faciet calix, vt frater in fratrem inſurgat, bella domeſtica exiſtant, quæ peſſima ſunt. SESACH. i. Babel. *Rex Babylonius*, ſic Chald. ſic Hieron. Gloſſa Lyrani. Idque fieri per אַתְבַּשׁ *Æthbas* dicit Kimhi in radice ששך, qui eſt modus per notas (cifras) ſcribendi, mutatis literis, prima in vltimam, ſecunda in pænultimam, ſic deinceps. Sunt & alij modi literas permutandi, pro 1, 13. pro 2, 14. qui modus אלבם *Albam* vocatur. Aut pro prima litera ponitur 9. pro 2, 8. & vocatur אטבח *Atbah*. Sed & inter Romanos fuit is vſus: Auguſtus ad filium pro prima litera, 2. ponebat, pro 2, 3. Iſidorus 1. Etym. c. 24. Iulius Cæſar pro 1, 4. Suetonius in eius Vita. Verùm cur pro Rege Babel, Seſach Ieremias poſuit tum hîc, tum cap. 51. initio? Nimirum, ne præualidum Regem, qui Iudæis imminebat, in ſuum caput irritaret. Sic Hieronymus, vt & Paulus 2. Theſſal. 2. v. 7. *Iam enim myſterium operatur iniquitatis, tantùm qui tenet, teneat*. Neronem nominare non eſt auſus, ne eum in ſe & pios omnes irritaret.

27 BIBITE, ET INEBRIAMINI. i. quouſque inebriemini. VOMITE, ET CADITE. Sic ſolent ebrij. Porrò ebrietatem vocat bellandi inter ſe inexplebilem cupiditatem, qua in præceps ferantur ſine ſpe vlla ſurgendi finita ebrietate. A FACIE GLADII. i. propter gladium. i. belli ardorem, quem immittet Deus. *Gladius* ipſe calix vocatur, propterea dicit, vt inebrientur à facie gladij.

28 BIBENTES BIBETIS. i. ſi ſponte nolueritis, inuiti hæc facietis & patiemini.

29 QVIA ECCE. Si vrbem, ſuper qua inuocatum eſt nomen meum. i. quæ Dei vrbs vocatur, primam affligo, quomodo vos euadetis? INCIPIAM AFFLIGERE. Hebr. *male facere*, punire. GLADIVM ENIM EGO VOCO. i. bellum concito.

30 RVGIET vt leo Deus. VOCEM SVAM. i. rugitum. SVPER DECOREM. i. contra Sion, quę eſt decor eius. Hebr *habitaculum eius*. i. templum. Vocem נָוֵהוּ *nauehu* Hieronymus ab alia radice deduxit, vt ſolet, Hebræi ab alia, ſ. *nauah*, quod eſt *habitare*. de quo cap. 10. verſ. 44. CELEVMA .... CONCINETVR. Canticum eſt, quo ſe laborantes, ſiue in torculari, ſiue remiges, mutuò incitant ad laborem. ADVERSVS OMNES. Hebr. *ad omnes habitatores terræ*. Mutuò ſe gentes incitant ad bellum, ſiue vt ipſæ ſumant arma contra alios, ſiue vt contra omnes gentes dimicent alij. Qui ſenſus commodior eſt, & cum Vulgata exprimit.

31 PERVENIT SONITVS. ſ. celeumatis. IVDICIVM. lis Domino in gentibus. i. CVM GENTIBVS. IVDICATVR IPSE. Hebr. *iudicatus*, eſt *Benoni Niphal* propter *Camez* ſub ſecunda. *Iudicatus*. i. condemnatus. CVM OMNI CARNE. i. ab omni carne, nullus eum colit, quaſi Deus non eſſet. TRADIDI. Hebr. *tradidit eos*. pro, tradet gladio eos.

32 ECCE AFFLICTIO. Hebr. *malum*. i. bellum. EGREDIETVR. Hebr. *excitabitur*. A SVMMITATIBVS TERRÆ. Hebr. *à lateribus*. i. finibus terræ. Vndique, & vbique.

33 INTERFECTI DOMINI, quos Dominus interficiet. A SVMMO TERRÆ. Hebr. *ab extremo terræ vſque ad extremum terræ erunt*. i. per totum orbem. IN STERQVILINIVM. De hoc cap. 16. v. 4. i. carebunt ſepultura.

34 ASPERGITE NOS CINERE. Hebr. *inuoluite vos cinere*. ET DISSIPATIONES VESTRÆ, ruinæ veſtræ completę, ſ. ſunt. ET EVADETIS QVASI VASA PRETIOSA. i. vos, qui fuiſtis vt vaſa pretioſa, cùm proſperi fuiſtis; nunc cadetis, & confringemini.

35 ET PERIBIT FVGA, non poterunt fugere paſtores. i. ſacerdotes & prophetæ; neque liberari optimates greges. i. Reges.

37 ET CONTICVERVNT. i. perierunt, vt cap. 49. verſ. 26. dicitur, *omnes viri prælij conticeſcent*. i. peribunt. Hebr. *ſucciſa ſunt*. ſeu *deſolata*, vt Chald. ARVA PACIS, ſiue *paſcua*, ſiue *habitacula*, aut *caula*, in quibus antè in pace & tranquillè paſcebatis gregem.

38 DERELIQVIT QVASI LEO, ſiue Deus dereliquit. VMBRACVLVM SVVM, ſiue *luſtrum*, ſiue *cubile*. Aut, ſicut cùm leo diſcedit, aliæ beſtiæ irruunt in eius cubile, & & id poſſident; ſic Deo deſerente templum, habitaculum ſuum, Gentes in Iudæam irruerunt. Aut ſic, quiſque Iudæorum deſeruit patriam deſolatam, vt leo incenſa ſilua deſerit luſtrum ſuum. A FACIE IRÆ COLVMBÆ. Alij vertunt *a facie iræ opprimentis*. Verum vt id ſignificet, legendum eſt *ioneh*, vt ſit *Benoni* coniugationis *Kal*. Modò autem *ionah* legitur cum *Camez*, quod neſcio an ea forma aliud ſignificet quàm *columbam*, per quam Regem Babel intelligunt, cuius furore deſolata eſt Iudæa, ſic dictum, quoniam Semiramidem, quæ condidit Babylonem, fingunt in morte verſam in columbam; ideò columbam vt deam Babylonij venerabantur, eiuſque imaginem in vexillis prætuliſſe credam, ac verò ea fuiſſe eius vrbis inſignia. Diodorus lib. 3. c. 5. Semiramidem in columbam verſam refert, & vt deam coli. Quod Aſcalonitas feciſſe, vnde origo Semiramidi, Euſebius ait de Præpar. Euang. lib. 8. c. 5. Sed & Lucianus de Dea Aſſyria, columbam ait Semiramidis ſignum eſſe. Sept. *a facie gladij magni* dixerunt. Chald. *a facie gladij inimici*. Nimirum pro חָרוֹן *haron*. i. *ira*, pro qua voce *gladium* vertunt (non pro *ionah*) ipſi legerunt חֶרֶב *hereb*. i. *gladius*. Aut *iram*, *gladium* dixerunt metaphoricè, quoniam idem præſtat, & pro *ioneh*. i. *opprimente*, *inimici*, aut *magni*. ſ. hominis, poſuerunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PRIMVS. Cœperat imperare tertio Ioakim.

3 DE NOCTE Hebr. Chald. & Lxx. *manè*, ſeu *diluculo*. q. d. tempeſtiuè. Not. hîc, quod Deus ſimiliter alibi de ſe dicit, eſſe intelligendum feciſſe per Prophetas.

4 DILVCVLO. i. maturè. ſuprà vertit, *de nocte*.

9 COGNATIONES. i. familias. SERVVM. ſ. ſeruientem mihi, qui per eum vos punio. SIBILVM. vide ſup. c. 19. SEMPITERNAS. i. diuturnas. durauit enim captiuitas ſeptuaginta annis. ſ. à decimonono Nabuchodonoſor. de quo vide 4. Reg. 25. 2. Par. 36. 1. Eſd. 1. vel à primo, qui fuit quartus Ioakim. Vide infrà. Not. verò hic tempus, quo eſt prędicta à Ieremia. ſ. anno quarto Ioakim, à quo ad Cyri primum quidam numerãt ſeptuaginta annos. ſic Nabuchodonoſor 45. Euilmerodach filius 23. Baltaſſar nepos 3 annis regnauit.

10 PERDAMQVE. i. auferam. VOCEM MOLÆ. ſ. terentis frumentum, vel condimenta. Intellige verò vel molæ ſtrepitum, vel vocem molam verſantis. Lxx. *odorem vnguenti*. LVMEN LVCERNÆ. Chald. *vocem cantantium ad lumen lucernarum*.

11 SEPTVAGINTA. ſ. vſque ad Cyrum.

12 SEMPITERNAS. i. diuturnas.

13 ILLAM. ſ. Chaldæorum.

14 QVIA SERVIERVNT, &c. pro, ſeruient. Hebr. & Chald. *quia ſeruient etiam ipſi gentibus multis, & Regibus magnis*.

15 SVME. ſ. factum id viſione. FVRORIS. i. indignationis, ſeu punitionis.

18 EST DIES ISTA. i. hodie apparet. Id additum à Ieremia poſt captiuitatem.

20 GENERALITER. Hebr. *promiſcuè*, ſeu *mistim*. Chald. *regibus finitimis*. AVSITIDIS. Hebr. Chald. & Lxx. *Hus*. ſ. de qua Iob 1. Hebr. עוץ.

22 MARE. i. littora maris. ſ. Mediterranei.

23 ATTONSI. Vide ſup. cap. 9.

24 ARABIÆ. ſ. Felicis. DESERTO. ſ. Arabiæ deſertæ.

25 ZAMBRI. Hebr. *Zimri*. Fortè ſunt quos Plin. lib. 6. cap. 28. *Zamarenos* vocat. eſt Arabiæ populus. ELAM in Perſia eſt vnde Elamitæ.

26 VNICVIQVE, &c. i. cuique ab alio. ſ. de propè, aut longè. q. d. omnibus, vt ſtatim ſequitur. SESACH. Chald. *Babylonis*. Not. Hieron. pro B & L. ſ. 2. & 12. littera à principio Alphabeti poſitas, S & C, quæ ſunt 2. & 12. à fine, dictumque pro *Babel*, *Seſach*. BIBET. ſ. erat à Perſis vincendus.

27 BIBITE, &c. fortè imperatiua pro futuris.

28 BIBENTES, &c. i. omnino, velitis nolitis, bibetis.

30 DECOREM. i. templum, vel vrbem vbi colitur. Chald *terram domus Maieſtatis ſuæ*. Lxx. *locum ſuum*. CELEVMA. ſ. vox militum ſe ad bellum inuicem hortantium.

31 SONITVS. Chald. *tumultus*. Lxx. *interitus*. IVDICIVM. i. diſceptatio. IVDICATVR. pro, in iudicium veniet. CARNE. i. homine. TRADIDI. pro, tradam.

32 SVMMITATIBVS. i. extremitatibus. fortè Italia intelligitur.

33 DOMINI. Chald. & Lxx. *à Domino*. SVMMO. i. extremo. IN STERQVILINIVM. Chald. *velut ſtercus*.

34 PASTORES. Chald. *Reges*. VESTRÆ. ſ. aduenerunt.

35 PERIBIT FVGA. ſ. non poterunt fugere.

37 CONTICVERVNT. ſ. mœſta, deſolata. PACIS. i. quæ anteà in pace agebant.

38 DERELIQVIT. ſ. Deus, qui vt leo templum tuebatur. Chald. *migrauit Rex ex arce ſua*. VMBRACVLVM. ſ. templum. COLVMBÆ. i. Dei alioqui mitiſſimi, vel Nabuchodonoſor, qui ſic vocatur ob celeritatem, & velut volatum ad cædem. Vide infrà cap. 46. 16. Chald. *inimici*. DOMINI. Hebr. & Chald. *eius*.

CAPVT XXVI.

Prophetans Ieremias excidium Ieroſolymorum niſi reſipiſcant, comprehenditur a ſacerdotibus & prophetis, ſed liberatur per principes ſeniores ne occidatur, prolatis exemplis Michææ & Vriæ prophetarum.

1 IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iù-
A da, factum eſt verbum iſtud à Domino, di-
2 cens: * Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus
Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de
quibus veniunt vt adorent in domo Domini,
vniuerſos ſermones, quos ego mandaui tibi vt
3 loquaris ad eos: noli ſubtrahere verbum, * ſi
fortè audiant & conuertantur vnuſquiſque à

via

via ſua mala: & pœniteat me mali, quod co-
gito facere eis propter malitiam ſtudiorum eo-
rum. * Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si 4
non audieritis me, vt ambuletis in lege mea, B
quam dedi vobis, * vt audiatis ſermones ſeruo- 5
rum meorum Prophetarum, quos ego miſi ad
vos de nocte conſurgens, & dirigens, & non au-
ᵃ 1. Reg. 4. a. 2. b. 10. diſtis: * ᵃ Dabo domum iſtam ſicut Silo, & vr- 6
bem hanc dabo in maledictionem cunctis
gentibus terræ. * Et audierunt ſacerdotes, & 7
prophetæ, & omnis populus, Ieremiam loquen-
tem verba hæc in domo Domini. * Cumque 8
compleſſet Ieremias, loquens omnia quæ præ-
ceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuer-
ſum populum, apprehenderunt eum ſacerdo-
tes, & prophetę, & omnis populus, dicens: Mor-
te moriatur. * Quare prophetauit in nomine 9
Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & C
vrbs iſta deſolabitur, eò quòd non ſit habita-
tor? Et congregatus eſt omnis populus aduerſus
Ieremiam in domo Domini. * Et audierunt 10
principes Iuda verba hæc: & aſcenderunt de
domo regis in domum Domini, & ſederunt in
introitu portæ domus Domini nouæ. * Et locu- 11
ti ſunt ſacerdotes & prophetæ ad principes, &
ad omnem populum, dicentes: Iudicium mor-
tis eſt viro huic: quia prophetauit aduerſus ciui-
tatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris. * Et 12
ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuer- D
ᵇ Sup. 25. a. 13 ſum populum, dicens: ᵇ Dominus miſit me, vt
prophetarem ad domum iſtam, & ad ciuitatem
ᶜ Sup. 7. a. 3 hanc, omnia verba quæ audiſtis. * ᶜ Nunc ergo 13
bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, &
audite vocem Domini Dei veſtri: & pœnite-
bit Dominum mali, quod locutus eſt aduer-
ſum vos. * Ego autem ecce in manibus veſtris 14
ſum: facite mihi quod bonum & rectum eſt in
oculis veſtris: * Verumtamen ſcitote & cogno- 15
ſcite, quòd ſi occideritis me, ſanguinem inno-
centem tradetis contra voſmetipſos, & contra
ciuitatem iſtam, & habitatores eius. in veritate E
enim miſit me Dominus ad vos, vt loqueter in
auribus veſtris omnia verba hæc. * Et dixerunt 16
principes, & omnis populus, ad ſacerdotes &
ad prophetas: Non eſt viro huic iudicium mor-
tis: quia in nomine Domini Dei noſtri locutus
eſt ad nos. * Surrexerunt ergo viri de ſenioribus 17
terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi,
loquentes: * Michæas de Moraſthi fuit pro- 18
pheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad
omnem populum Iuda, dicens: Hæc dicit Do-
ᵈ Mich. 3. d. 18 minus exercituum: ᵈ Sion quaſi ager arabitur: F
& Ieruſalem in aceruum lapidum erit: & mons
domus in excelſa ſiluarum. * Numquid morte 19
condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis
Iuda? numquid non timuerunt Dominum, &
deprecati ſunt faciem Domini: & pœnituit Do-
minum mali, quod locutus fuerat aduerſum
eos? Itaque nos facimus malum grande contra
animas noſtras. * Fuit quoque vir prophetans 20
in nomine Domini, Vrias filius Semei de Ca-
riathiarim: & prophetauit aduerſus ciuitatem
iſtam, & aduerſus terram hanc, iuxta omnia
verba Ieremiæ. * Et audiuit rex Ioakim, & om- 21
nes potentes, & principes eius, verba hæc: & G
quæſiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias,
& timuit, fugitque & ingreſſus eſt Ægyptum.
22 * Et miſit rex Ioakim viros in Ægyptum, Elna-
than filium Achobor, & viros cum eo in Ægy-
23 ptum. * Et eduxerunt Vriam de Ægypto: & ad-
duxerunt eum ad regem Ioakim, & percuſſit
eum gladio: & proiecit cadauer eius in ſepul-
24 chris vulgi ignobilis. * Igitur manus Ahicam fi-
lij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur
in manus populi, & interficerent eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN PRINCIPIO. Vaticinatur Ieremias contra Ieruſalem, eoque merito Iudæi volunt illum occidere.

2 AD OMNES CIVITATES i. loquere ad viros omnium ciuitatum venientes, vt adorent in Ieruſalem. NOLI SVBTRAHERE. Hebr. *ne diminuas verbum*. i. nihil prætermittas eorum quæ tibi mando.

3 SI FORTE .... POENITEAT ME. i. mutem ſententiam excidij, quam in illos protuli, ſi illi mores mutarint, & obedierint.

5 VT AVDIATIS. i. obediatis Prophetis, quos mitto. DE NOCTE CONSVRGENS, ET DIRIGENS. Hebr. *manè ſurgendo, & mittendo*. i. faciens vt Prophetæ manè eant ad vaticinandum, diligenterque id faciant. Deus dicitur conſurgere, quia Prophetæ id faciunt. Alioqui

6 SICVT SILO dabo domum iſtam. Vt eam vrbem, vbi fuit Arca, deſtruxi, ſic faciam huic templo. Repetit quæ dixit cap. 7. v. 12. ET VRBEM HANC DABO IN MALEDICTIONEM. Dicent enim, Sic fiat tibi vt Ieruſalem, deteſtantes in caput alicuius.

8 MORTE MORIATVR. Hebr. *moriendo morieris*. i. haud dubium morieris. Id ſacerdotes contra Ieremiam dicunt.

9 QVARE PROPHETAVIT. Hebr. *prophetaſti*. IN NOMINE DOMINI. i. fingens te à Deo miſſum. Dixiſti, Vrbs deſolabitur. EO QVOD NON SIT HABITATOR. i. ita vt non ſit habitator. Hebr. *a non habitatore*. i. ita vt non ſit habitator. Chald. *deſolabitur abſque habitatore*. Sept. *deſolabitur ab habitantibus*. ET CONGREGATVS EST OMNIS POPVLVS. Ecce tumultus popularis contra Ieremiam.

10 ET AVDIERVNT PRINCIPES. Veniunt ad ſedandum tumultum miſſi à Rege. ET SEDERVNT. i. conſtiterunt, vbi populus erat. Aut *ſederunt*, vt iudicarent Ieremiæ in cauſa, an eſſet morte dignus. IN INTROITV PORTÆ DOMVS DOMINI NOVÆ. Chald. *Orientalis*, ſic Kimhi. Sed quare vocaretur *noua*, non omnes conſentiunt, & Hebræi de Scribis, qui ad eam portam mores & ritus innouarent, neſcio quid comminiſcuntur. Ego credam ſic dictam, quoniam Ioathan multis annis poſt templi ædificationem extruxit. 4. Reg. 15. v. 35. *& ædificauit portam domus Domini ſublimiſſimam*.

11 IVDICIVM MORTIS EST VIRO HVIC. i. reus eſt mortis. Id ſacerdotes dicunt.

18 MICHÆAS DE MORASTHI. Michææ initio hoc eſt, eiuſque exemplo ſeniores volunt liberare Ieremiam. Erat de vico Moraſthi ad ortum Eleutheriopoleos. SION QVASI AGER. Hoc cap. 3. v. 12. eiuſdem Prophetæ extat. IN ACERVVM LAPIDVM ERIT. Vox *lapidum* Hebr. non eſt. Alij, *in deſolationem erit*. Vox Hebr עיים *hiim* vtrumque ſignificat, *aceruum* & *deſolationem*. ET MONS DOMVS. ſ. vbi templum erat. IN EXCELSA SILVARVM. i. quaſi colles ſiluarum. Plenus dumetis & arbuſtis.

19 ITAQVE NOS FACIMVS. Hebr. *& nos facimus malum grande*. Sic ſenes pro Ieremia.

20 VRIAS. Aliud exemplum priori contrarium. Huius nulla extat Prophetia. DE CARIATHIARIM. Vrbs in tribu Iuda, Ioſue 15. v. 9. Hæc verba aut ſacerdotum ſunt contra ea quæ ſeniores dixerant. q. d. ſi Ezechias pepercit Michææ, certè Ioakim occidit Vriam. Ego credam ſeniorum potiùs verba eſſe, vt duorum Regum exemplo, alterius iuſti, alterius iniqui, ſcirent quid facere deberent, & vtrum è duobus imitari,

Ivxta omnia verba Ieremiæ prophetauit ſ. Vrias. Non eodem tempore quo Ieremias, ſed antè Vrias nuntiauit atrocia, ſimilia ijs quæ dixit Ieremias.

Et edvxervnt Vriam de Ægypto, concedente ſ. Nechao Rege Ægypti, qui Ioakim Regem conſtiſtituerat: 4. Reg. 23. v. 33. In sepvlchris vvlgi ignobilis. Hebr. *ad ſepulchra filiorum*. i. non more aliorum Prophetarum, ſed vilibus exequijs loco ignobili ſepelierunt Vriam. 23

Igitvr manvs Ahicam. i. præſidium. Hebr. *verùm manus Ahicam*. q. d. in eo motu ope Ahicam euaſit Ieremias, ne interficeretur. 24

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Poeniteat me, &c. Chald. *auertar ego à malo.* Lxx *quieſcam à malis*. ſic inf. 3

De nocte. Lxx. *diluculo*, ſeu *manè*, atque ita etiam Hebr & Chald. Dirigens. Hebr. Chald. Lxx. *mittens*. 5

Silo. Vrbs erat in tribu Beniamin, vbi Arca diu fuit cum tabernaculo, eò trãſlata è Galgalis, ſed capta poſteà à Philiſthæis. Maledictionem. vide ſup. c. 24. 6

Prophetæ. Chald. *Scribæ*. Lxx. *pſeudopropheta*. ſic etiam inf. Domo. i. in atrio populi. 7

Eo qvod. pro, vt. 9

Ascendervnt. ſ. erat loco editiori. Domvs. i. atrij templi. Novæ. Chald. *Orientalis*. Vide 4. Reg. 15. fortè fuerat tunc inſtaurata. 10

Ivdicivm mortis, &c. i. dignus eſt morte. 11

Stvdia. Chald. & Lxx. *opera*. 13

Contra vosmetipsos. i. in veſtram perniciem. 15

In nomine Domini. i. à Domino miſſus. 16

Excelsa. Chald. *ſilentia*. Lxx. *nemus*. 18

Poenitvit. q. d. hactenus illud non fecit, at fecit poſtea redeunte populo ad peccata. 19

Fvit qvoqve, &c. Vox hoſtium Ieremiæ. 20

Ignobilis. quaſi dicat, non more Prophetarum ſepultus eſt. 23

Igitvr, &c. q. d. præualuit tamen Ahicam, qui ei fauebat. 24

CAPVT XXVII.

Vinculis ad varios reges miſſis, dicit illos, ſi ſeruire velint regi Babylonis eiusque poſteris, permanſuros in terra ſua; alioqui perituros gladio, fame, & peſte; inuehens in pſeudoprophetas qui aliud vaticinantur, fallentes populum: prædicit etiam ſacra vaſa quæ reliqua ſunt transferenda in Babylonem, & tandem referenda Ieroſolymam.

IN principio regni Ioakim filij Ioſiæ regis Iu- 1
da, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam à A
Domino, dicens: * Hæc dicit Dominus ad me: 2
Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in
collo tuo. * Et mittes eas ad regem Edom, & ad 3
regem Moab, & ad regem filiorum Ammon,
& ad regem Tyri, & ad regem Sidonis; in manu
nuntiorum, qui venerunt Ieruſalem ad Sedeciam
regem Iuda. * Et præcipies eis vt ad do- 4
minos ſuos loquantur: Hæc dicit Dominus
exercituum Deus Iſraël: Hæc dicetis ad dominos
veſtros: * Ego feci terram, & homines, 5
& iumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine
mea magna, & in brachio meo extento:
& dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.
* Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in 6
manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui B
mei: inſuper & beſtias agri dedi ei vt ſeruiant
illi. * Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & 7
filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius &
ipſius: & ſeruient ei gentes multæ, & reges
magni. * Gens autem & regnum, quod non 8
ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, &
quicumque non curuauerit collum ſuum ſub
iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in
peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait Domi-
9 nus, donec conſumam eos in manu eius. * a Vos a Sup. 23. d.16
ergo nolite audire prophetas veſtros, & diuinos, Infr. 29.
& ſomniatores, & augures, & maleficos, qui b.8
dicunt vobis: Non ſeruietis regi Babylonis.
10 * Quia mendacium prophetant vobis: vt longè
vos faciant de terra veſtra, & eijciant vos, &
11 pereatis. * Porrò gens, quæ ſubiecerit ceruicem
ſuam ſub iugo regis Babylonis, & ſeruierit ei;
dimittam eam in terra ſua, dicit Dominus: &
12 colet eam, & habitabit in ea. * Et ad Sedeciam
regem Iuda locutus ſum ſecundùm omnia ver-
C ba hæc, dicens: Subijcite colla veſtra ſub iugo
regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius, &
13 viuetis. * Quare moriemini tu & populus tuus
gladio, & fame, & peſte, ſicut locutus eſt Dominus
ad gentem, quæ ſeruire noluerit regi Ba-
14 bylonis? * Nolite audire verba prophetarum
dicentium vobis: Non ſeruietis regi Babylonis:
quia mendacium ipſi loquuntur vo-
15 bis. * a Quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi a Sup. 14.
prophetant in nomine meo mendaciter: vt eij- c.14. & 23
ciant vos, & pereatis tam vos, quàm prophetæ, a.21
16 qui vaticinantur vobis. * Et ad ſacerdotes, & ad Inf. 29. b.9
populum iſtum locutus ſum, dicens: Hæc dicit
Dominus: Nolite audire verba prophetarum
veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce
vaſa Domini reuertentur de Babylone nunc
citò, mendacium enim prophetant vobis.
17 * Nolite ergo audire eos, ſed ſeruite regi Babylonis,
vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in ſo-
18 litudinem? * Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum
D Domini in eis: occurrant Domino exercituum,
vt non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in
domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ie-
19 ruſalem, in Babylonem. * Quia hæc dicit Do-
minus exercituum a ad columnas, & ad mare, a 4. Reg.
& ad baſes, & ad reliqua vaſorum, quæ reman- 25. c. 13
20 ſerunt in ciuitate hac: * quæ non tulit Nabuchodonoſor
rex Babylonis, cùm transferret
Iechoniam filium Ioakim regem Iuda de Ieruſalem
in Babylonem, & omnes optimates Iuda
21 & Ieruſalem. * Quia hæc dicit Dominus exercituum
Deus Iſraël ad vaſa, quæ derelicta ſunt
in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ie-
22 ruſalem: * In Babylonem transferentur, & ibi
erunt vſque ad diem viſitationis ſuæ, dicit
Dominus, & afferri faciam ea, & reſtitui in loco
iſto.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 In principio regni Ioakim. Prædicit fore vt finitimæ gentes Regi Babylonis ſubdantur. Ceterùm, hic primus verſus in Sept. non eſt. In Regijs ſolùm inuenitur, neſcio vnde deſumptus. Hieron. eſſe putat finem ſuperioris capitis, vt ſcilicet finis eius principio reſpondeat. ſ. omnia, quæ illo cap. continentur, contigiſſe initio Regni Ioakim. Factvm est verbvm istvd. i. quæ ſuperiùs ſunt dicta. Dicens. i. cùm ad eum loqueretur Deus.

2 Fac tibi vincvla, et catenas. Chald. *& iuga*. Sept. *torques*. Hieronymus *botas* vocari ait, genus vinculi e ferro aut ligno, quo collum vinciebatur.

3 Ad Regem Edom mittes eas catenas. Hi Reges omnes finitimi Iudææ erant, & cognito Nabuchodoſoris aduentu, nuntios ad Sedeciam miſiſſe videntur,

vt ſe viribus coniunctis ad reſiſtendum compararent.
In manu nuntiorum. i. per manum nuntiorum.
Qui venerunt, aut *venient*. Hebr. *venientium*. Per
eos vincula mitti mandat, futuræ ſeruitutis argumentum.

Vt ad dominos ſuos loquantur. Hebr. *&* 4
præcipies eis, ad dominos ſuos dicens.i. Hæc illis mandata
ad dominos ſuos dabis.

Ego feci terram .... et dedi eam. pro, idcircò 5
dabo eam terram, quam feci, cui rectum fuit in oculis
meis.i.mihi eſt viſum.

Servi mei.i. meæ voluntatis adminiſtri Nabucho- 6
donoſoris in manum dabo.

Et filio eius.ſ.Euilmerodach. Et filio filii 7
eius.nepoti Baltaſſar, qui *filius eius*. ſ. Nabuchodonoſoris
vocatur, Baruch 1.v.11. Donec veniat tempus
terræ eius, cùm per Cyrum & Darium Babylon
punietur. Et ipsius. Chald.& Sept. *etiam ipſius*.
Additum ad maiorem aſſeuerationem. Aut *ipſius* referatur
ad Regem: *Donec tempus terræ eius, & ipſius* Regis
Babylonij.

Donec consumam eos in manu eius.i.per ma- 8
num eius.ſ.Regis Nabuchodonoſoris.

Vt longe vos faciant. *Vt* non cauſam, ſed euen- 10
tum ſignificat. ac ſi diceret: Quo fiet, vt longè faciant
vos. Et eiiciant vos. Hebr. *& eijciam*, primæ perſonæ.
ſic Sept. & Chald. ſed & illud, *longè faciant*.
Chald. *longe faciam*. Hebraica vtroque modo verti poſſunt.

Vt eiiciant vos. Hebr. *vt* (pro, quo fiet) *vt eij-* 15
ciam vos. ſic Chald. Contra hæc falſi prophetę dicebāt.

Ecce vasa Domini revertentur. Tranſtulerat
ea Nabuchodonoſor in Babylonem, vnà cum Rege
Ioachin, 4.Reg.24.v.13.

Vt vivatis. Hebr. *& viuetis*. ſed *&* benè poteſt 17
ſumi pro *vt*. Quare datur. Cur dabitur in ſolitudinem?
cur deſolabitur?

Occurrant. Sic Sept. i. reſiſtant precibus. Chald. 18
deprecentur, petant à Domino, vt certè vaſa alia maneant
in Ieruſalem. Petant id iſti prophetæ.

Ad columnas. pro, ſuper, vel, de columnis, & ſu- 19
per, vel de mari æneo.ſ. Hæc dicit Dominus.

Cum transferret. Hebr. *cùm tranſmigrare fecit*. 20
ſic Sept. & Chald. Optimates. ſ. tranſmigrare fecit.
Vox Hebr. חורים *horim* ſignificat *albos*. ſic Arabicè
Optimates, *Albi* vocantur, fortaſſis à lineo amictu,
quem geſtabant, vt inter nos Epiſcopi.

Ad vasa. ſuper vaſis, vel de vaſis, quæ manſerunt in 21
templo, & in Regia. Omnia ea vaſa ibunt Babylonem,
& ibi erunt. Hæc Ieremias.

Vsque ad diem visitationis suæ, vt eorum 22
vaſorum. Chald. *quò ſubibit memoria eorum in conſpectu
meo*. *Viſitare* pro *recordari* ſæpè ſumitur. Porrò in
bonam partem hic accipitur *viſitandi* vox.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Fac.ſ.tempore Sedeciæ. vide inf. & cap. ſeq. vel er- 1
ror eſt in cap. huius principio, vt notauit Hieron.
debet enim incipere inde, *Factum eſt verbum iſtud*, &c.
Reliqua coniungenda cum cap. præcedenti. Vincula.
ſ. quibus iuga boum ligari ſolent. Vidè cap. ſeq.
Catenas. Chald *iuga*. Lxx. *torques*.

Venerunt. pro, venient. Sedeciam. ſ. incitaturi 3
ad rebellionem contra Nabuchodonoſor.

Serviant. q.d. vt eis vtatur pro libito, velut rebus 6
ſuis.

Filio eius.ſ.Euilmerodach. Filio filii.ſ.Baltaſ- 7
ſar. Tempus.ſ.vltionis. Chald. *tempus interitus*.

Eius ſ. Nabuchodonoſor. Not. calamitates bello- 8
rum à Deo eſſe.

Prophetas. Chald & Lxx. *pſeudoprophetas*. 9

Faciant. Chald. *faciam*. Eiiciant q.d. cauſa ſint, 10
vt lōgè faciam & eiiciam. Hebr. Chald. & Lxx. *eiiciam*.

Eiiciant. Hebr. & Chald. *eiiciam*. ſed idem eſt ſen- 15
ſus, vt proximè notaui.

18 Occurrant. ſ. precibus flectentes ad miſericordiam.
Chald. *deprecentur*.

19 Ad. pro, de.

22 Visitationis suæ. Chald. *memoriæ eorum in conſpectu
Domini*.

CAPVT XXVIII.

*Hananias pſeudopropheta, ablatis de collo Ieremiæ catenis,
vaticinatur ſacra vaſa cum rege & captiuo populo
poſt biennium reducenda: ſed iubetur Ieremias contrarium
vaticinari, & mortem illi denuntiare, quæ iuxta
verbum Ieremiæ eodem anno ſecuta eſt.*

1 ET factum eſt in anno illo, in principio regni
A Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mēſe
quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta
de Gabaon, in domo Domini, coram ſa-
2 cerdotibus & omni populo, dicens: * Hæc dicit
Dominus exercituum Deus Iſraël: Contriui
3 iugum regis Babylonis. * Adhuc duo anni dierum,
& ego referri faciam ad locum iſtum omnia
vaſa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonoſor
rex Babylonis de loco iſto, & tranſtu-
4 lit ea in Babylonem. * Et Iechoniam filium
Ioakim regem Iuda, & omnem tranſmigrationem
Iuda, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego
conuertam ad locum iſtum, ait Dominus: con-
5 teram enim iugum regis Babylonis. * Et dixit
B Ieremias propheta ad Hananiam prophetam,
in oculis ſacerdotum, & in oculis omnis po-
6 puli, qui ſtabat in domo Domini. * & ait Ieremias
propheta: Amen, ſic faciat Dominus: ſuſcitet
Dominus verba tua, quæ prophetaſti: vt
referantur vaſa in domum Domini, & omnis
tranſmigratio de Babylone ad locum iſtum.
7 * Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor
in auribus tuis, & in auribus vniuerſi po-
8 puli: * Prophetæ, qui fuerunt ante me & ante te
ab initio, & prophetauerunt ſuper terras multas,
& ſuper regna magna, de prælio, & de affli-
9 ctione, & de fame. * Propheta, qui vaticinatus
C eſt pacem: cùm venerit verbum eius, ſcietur
10 propheta, quem miſit Dominus in veritate. * Et
tulit Hananias propheta catenam de collo Ie-
11 remiæ prophetæ, & confregit eam. * Et ait Hananias
in conſpectu omnis populi, dicens: Hæc
dicit Dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonoſor
regis Babylonis poſt duos annos
12 dierum de collo omnium gentium. * Et abijt
Ieremias propheta in viam ſuam. Et factum eſt
verbum Domini ad Ieremiam, poſtquam confregit
Hananias propheta catenam de collo Ie-
13 remiæ prophetæ, dicens: * Vade, & dices Hananiæ:
Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas
contriuiſti: & facies pro eis catenas ferreas.
14 * Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus
D Iſraël: Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum
Gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor
regi Babylonis, & ſeruient ei: inſu-
15 per & beſtias terræ dedi ei. * Et dixit Ieremias
propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania:
non miſit te Dominus, & tu confidere
16 feciſti populum iſtum in mendacio. * Idcircò
hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam te à facie
terræ: hoc anno morieris: aduerſum enim Do-
17 num locutus es. * Et mortuus eſt Hananias propheta
in anno illo, menſe ſeptimo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN ANNO ILLO, IN PRINCIPIO. ſ. quo Ieremias cœpit geſtare vincula, initio regni Sedeciæ. IN ANNO QVARTO. ſ. Sedeciæ. Modificatio eſt eius quod dixerat: *in principio regni Sedeciæ*. q. d. non omnino in principio fuit, erat enim iam annus quartus. Sed vocatur principium, quia vndecim annis regnauit. Hęc mihi expoſitio placet, quæ planiſſima eſt, & Hieronymi: aliæ violentæ videntur. Sed certè is annus Nabuchodonoſoris duodecimus fuit, ex 4. Reg. 24. verſ. 12. IN MENSE QVINTO. ſ. eius anni quarti. Aut ſi ad menſes anni currentis referatur, erit menſis *Scenet*, ſi à *Tizri* annus inchoëtur; aut menſis *Ab*, ſi à *Niſan*.

2 CONTRIVI. pro, conteram; aut conterere conſtitui. Verba Hananiæ falſi prophetæ ad Ieremiam.

3 ADHVC DVO ANNI DIERVM. i. integri, completi, aut diebus computatis, non à vero anni principio, ſed à die, quo hæc loquor.

4 ET OMNEM TRANSMIGRATIONEM IVDA. i. omnes, qui cum Iechonia abierunt, ego reducam.

6 AMEN. i. vtinam verum ſit quod dicis, ſicque faciat Deus. Ieremiæ verba ſunt.

7 IN AVRIBVS TVIS, te ſ. & vniuerſo populo audientibus, audi quæ dico.

8 PROPHETÆ. q. d. inter prophetas ſunt qui malum vaticinantur, ſunt qui bonum. AB INITIO. Hebr. *a ſæculo*. i. ab omni tempore. SVPER TERRAS vel *contra terras*. ET DE AFFLICTIONE, ET DE FAME. Hebr. *de malo & peſte*, ſupple, non ſemper id euenit, quia Deus miſericors, & mutat ſententiam.

9 PROPHETA, QVI VATICINATVS EST PACEM i. proſpera: ex euentu cognoſcitur, ſi verus eſt propheta, quia numquam ferè retractat Deus, quæ bona promiſit. q. d. tuum vaticinium ex eo quod iam eueniet, breui redarguetur.

10 CATENAM. Hebr. *iugum*. ET CONFREGIT, nimirum è ligno erat quod Ieremias geſtabat, & fregit Hananias.

12 ET ABIIT.... IN VIAM SVAM. Aliò diſceſſit Ieremias.

13 CATENAS LIGNEAS CONFREGISTI i. maiora euenient mala quàm prædixi, vt ferrum ligno durius eſt.

16 MITTAM TE A FACIE TERRÆ. i. occidam te, ô Hanania. *A facie terræ*. i. à terra. Vox *facies* ſæpè redundat.

17 MENSE SEPTIMO. Is eſt menſis aut *Niſan*, aut *Tizri*. Duplex enim erat Hebræis anni principium. Nec certò ſtatuere poſſumus, vnde Ieremias annum inchoaret: veriſimilius à *Niſan*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ILLO. pro, quodam. IN ANNO QVARTO. pro, nempe anno quarto. ſ. regni eius. PROPHETA. Chald. & Lxx. *pſeudopropheta*.

2 CONTRIVI. pro, conteram.

3 DIERVM. i. completi. Chald. *in fine duorum annorum*.

6 AMEN. quaſi dicat, vtinam ita ſit. SVSCITET. Chald. *confirmet*.

8 AB INITIO. ſ. prophetiæ. Hebr. Chald. & Lxx. à *ſæculo*. DE FAME. ſ. & ita euenit, vt prædixerunt. Hebr. Chald. & Lxx. *peſte*.

13 CATENAS LIGNEAS. Chald. *iuga lignea*. FACIES. i. facere te oportet. q. d. feres iugum ferreum.

14 IVGVM FERREVM. i. duram ſeruitutem. POSVI. Chald. *ponam*.

16 MITTAM. i. eiiciam.

CAPVT XXIX.

Captiuos Iudæos vaticinatur 70. annis in Babylone permanſuros, hortaturque vt illic multiplicari ſtudeant, & deinde reducentur: eos vero qui Ieroſolymis remanſerunt, gladio, fame & peſte dicit conſumendos: deinde mala vaticinatur aduerſus Achab, Sedeciam & Semeiam pſeudoprophetas, ſeducentes populum transmigrationis.

1 ET hæc ſunt verba libri, quem miſit Iere-
A miæs propheta de Ieruſalem ad reliquias ſeniorum tranſmigrationis, & ad ſacerdotes, & ad
prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem in Ba-
2 bylonem:, * poſtquam egreſſus eſt Iechonias
rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda &
3 Ieruſalem, & faber & incluſor de Ieruſalem: * in
manu Elaſa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos miſit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Babylonem, di-
4 cens: * Hæc dicit Dominus exercituum Deus
Iſraël omni tranſmigrationi, quam tranſtuli de
5 Ieruſalem in Babylonem: * Ædificate domos,
& habitate: & plantate hortos, & come-
6 dite fructum eorum. * Accipite vxores, & ge-
B nerate filios & filias: & date filijs veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite eſſe
7 pauci numero. * Et quærite pacem ciuitatis, ad
quam tranſmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.
8 * Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus
Iſraël: " Non vos ſeducant prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrûm, & diuini veſtri: & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomnia- "Supr. 14. c. 13. & 23. d. 16
9 tis: * quia falsò ipſi prophetant vobis in nomine
10 meo: & non miſi eos, dicit Dominus. * " Quia "Sup. 25. c. 12
C hæc dicit Dominus: Cùm cœperint imple- 2. Par. 36. d. 21
ri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: 1. Eſd. 1. a. 1
& ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bo-
11 num, vt reducam vos ad locum iſtum. * Ego Dan. 9. a. 2
enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.
12 * Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me,
13 & ego exaudiam vos. * Quæretis me, & inuenietis: cùm quæſieritis me in toto corde ve-
14 ſtro. * Et inueniar à vobis, ait Dominus: &
D reducam captiuitatem veſtram, & congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reuerti vos faciam de loco, ad quem tranſmigrare
15 vos feci. * Quia dixiſtis: Suſcitauit nobis Do-
16 minus Prophetas in Babylone. * Quia hæc
dicit Dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem.
17 * Hæc dicit Dominus exercituum: " Ecce mit- "Sup. 26. c. 10
tam in eos gladium, & famem, & peſtem: & ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi
18 non poſſunt, eò quòd peſſimæ ſint. * Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ; in maledictionem, & in ſtupo-
E rem, & in ſibilum, & in opprobrium cun-
19 ctis Gentibus, ad quas ego eieci eos: * eò
quòd non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens, & mittens: & non
20 audiſtis, dicit Dominus. * Vos ergo audite ver-
bum Domini, omnis tranſmigratio, quam
21 emiſi de Ieruſalem in Babylonem. * Hæc dicit
Dominus exercituum Deus Iſraël ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodo-

noſor regis Babylonis: & percutiet eos in ocu-
lis veſtris. * Et aſſumetur ex eis maledictio om- 22
ni tranſmigrationi Iuda, quæ eſt in Babylone,
dicentium: Ponat te Dominus ſicut Sedeciam,
& ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in
igne: * pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſraël, 23
& mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, F
& locuti ſunt verbum in nomine meo menda-
citer, quod non mandaui eis: ego ſum iudex &
teſtis, dicit Dominus. * Et ad Semeian Nehela- 24
miten dices: * Hæc dicit Dominus exercituum, 25
Deus Iſraël: Pro eo quòd miſiſti in nomine tuo
libros ad omnem populum, qui eſt in Ieruſa-
lem, & ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdo-
tem, & ad vniuerſos ſacerdotes, dicens: * Domi- 26
nus dedit te ſacerdotem pro Ioiade ſacerdote,
vt ſis dux in domo Domini ſuper omnem vi-
rum arreptitium & prophetantem, vt mittas
eum in neruum & in carcerem. * Et nunc quare 27
non increpaſti Ieremiam Anathothiten, qui
prophetat vobis? * Quia ſuper hoc miſit in Ba- 28
bylonem ad nos, dicens: Longum eſt: ædificate G
domos, & habitate: & plantate hortos, & com-
edite fructus eorum. * Legit ergo Sophonias ſa- 29
cerdos librum iſtum in auribus Ieremiæ pro-
phetæ. * Et factum eſt verbum Domini ad Ie- 30
remiam, dicens: * Mitte ad omnem tranſmi- 31
grationem, dicens: Hæc dicit Dominus ad Se-
meian Nehelamiten: Pro eo quòd propheta-
uit vobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit
vos confidere in mendacio: * idcircò hæc dicit 32
Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeian
Nehelamiten, & ſuper ſemen eius: non erit ei
vir ſedens in medio populi huius, & non vide-
bit bonum, quod ego faciam populo meo, ait
Dominus: quia præuaricationem locutus eſt
aduerſus Dominum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET HÆC SVNT VERBA. Mittit Ieremias epiſtolam ad 1
Iudæos, qui erant Babylone cum Iechonia Rege.
LIBRI. Sic Hebr. ſed *liber* pro epiſtola ſumitur. AD
RELIQVIAS. i. ad eos, qui nondum erant mortui.

POSTQVAM EGRESSVS EST IECHONIAS. ſ. ad Na- 2
buchodonoſor ſua ſponte: 4. Reg. 24. v. 12. ET DO-
MINA. ſ. Regina mater Regis. ET EVNVCHI. i. *opti-
mates*, vt Chald. *Eunuchi* enim vocantur Regis intimi
& aulici, de quo plura in Geneſ. 39. v. 1. ET INCLV-
SOR. Quid id ſignificet, cap. 24. v. 1. dictum eſt.

IN MANV ELASA. i. per manum, per *Elaſa*, vt vox 3
manus redundet. Ergo per Elaſa miſit Ieremias epiſto-
lam. QVOS MISIT SEDECIAS, nuntios vltrò citróque
commeaſſe veriſimile eſt, ſiue ſtante pace, ſiue poſt cor-
repta arma.

ÆDIFICATE. Diu eritis in Babylone. Quare non vt 5
hoſpites vos gerite, ſed vt incolæ, & ciues.

ET QVÆRITE PACEM, ne tumultus concitate. QVIA 7
IN PACE ILLIVS ERIT PAX VOBIS. i. benè & feliciter
agetis rebus in ea vrbe tranquillis, turbatæ vos prement.

AD SOMNIA VESTRA, quibus vos creditis. QVÆ 8
VOS SOMNIATIS; facitis ſomniare. *Benoni Hiphil*. Nem-
pe cùm ſomniatores conſulitis, & ab eis reſponſa peti-
tis. ne eis credite.

CVM COEPERINT IMPLERI. i. non ante ſeptuaginta 10
annos. VISITABO VOS i. *veſtri recordabor*, Chald. ET
SVSCITABO SVPER VOS, aut ſtabiliam. Complebo quæ
promiſi, vt reſtituam vos in locum hunc.

COGITATIONES PACIS, ET NON AFFLICTIONIS. Hebr. 11
& non ad malum. VT DEM VOBIS FINEM ET PA-
TIENTIAM. Hebr. *finem & ſpem*. i. mercedem quam ſpe-
ratis. Merces vocatur *finis*, quoniam eſt operis extre-
mum, qua ratione etiam ſæpè *calcaneum* vocatur. *Pa-
tientia* in Vulgata pro *expectatione* ſumitur, ſicut & *ſuſ-
tinere* ſeu *ſuſtentare*. pro *expectare* apud Latinos.

12 ET IBITIS. ſ. in via mea, in lege mea. Goth. *timebitis*,
ſed malè. Aut ſic, *Innocauitis me, & ibitis*, pro, vt eatis.
ſ. in veſtram patriam.

13 CVM QVÆSIERITIS ME. aut *quia quæretis me* in toto
corde veſtro.

15 QVIA DIXISTIS. Aliquid ſupplendum, vt, Hæc vo-
bis nuntiaui, quia vos prophetis veſtris nimiùm cre-
ditis.

16 QVIA HÆC DICIT DOMINVS. Quia ſ. talia dixiſtis,
Hæc dicit Dominus, contraria iis quæ prophetæ dicunt.
AD REGEM, QVI SEDET. i. Sedeciam. In Sept. deſunt
hæc, vſque ad verſum 21. vt Hieronymus etiam teſta-
tur. Verùm in Regiis & Complut. ea lacuna reſarcita
eſt, neſcio vnde.

18 ET DABO EOS IN VEXATIONEM. i. vt vbique vexen-
tur. Hebr. *in commotionem*. ſ. vt per omnia regna vagen-
tur, neque ſedem ſtabilem habeant. Id faciam, quia
Prophetas non audierunt, quos mitto.

19 DE NOCTE CONSVRGENS. Hebr. *manè conſurgens*.
.i. diligenter eos Prophetas mittens. ET NON AVDI-
STIS. Mutat perſonam. frequens id eſt.

20 AD ACHAB.... ET AD SEDECIAM hæc dicit Dominus.
Duo hi fuerunt falſi prophetæ in Babylone. Quidam
etiam fuiſſe hos ſenes aiunt, qui Suſannam accuſarunt.
ſed non placet. Hieronymus hanc Hebræorum tradi-
tionem neque probat, neque reiicit penitùs.

22 ET ASSVMETVR EX EIS MALEDICTIO. Satis perſpi-
cua hæc ſunt. ET SICVT ACHAB. Hoc nomen ponitur
hîc vna litera detracta, ſ. א. Secunda contemptus cauſa.
ſic Hebr. Schol. QVOS FRIXIT. Torruit, aut combuſ-
ſit hos duos pſeudoprophetas Rex Babylonis.

23 STVLTITIAM, ſeu *nefas* fecerunt illi duo. Sept. *iniqui-
tatem*. IN VXORES. Hebr. *cum vxoribus*. Ecce quam
ob cauſam quidam putarunt hos fuiſſe ſenes Suſan-
næ, quoniam hæc eis Daniel obiicit adulteria. EGO
SVM IVDEX ET TESTIS. Hebr. *ego noui & teſtor*. Quæ
meis oculis vidi, ea illis obiicio dicit Dominus.

24 ET AD SEMEIAN NEHELAMITEN ſic dictum à loco
& patria, vt quibuſdam videtur. alii *ſomniatorem* dici
putant; id enim ea vox *Nehelamites* ſignificat, quòd eſ-
ſet vnus è falſis prophetis, qui per ſomnia diuinabant.
DICES. non *dicens*.

25 LIBROS. i. litteras. Hic Semeias Babylone miſit lit-
teras ad ſacerdotes & populum Ieroſolymis contra Ie-
remiam. contra has litteras hoc loco loquitur Ieremias.

26 DOMINVS DEDIT TE SACERDOTEM. Non fuit So-
phonias, ad quē Semeias ſcripſit, ſummus ſacerdos, ſed
ſecundus poſt Saraiam Pontificem, 4. Reg. 25. verſ. 18.
& Ioſephus lib. 10. cap. 11. & fortaſſis eius vicarius.
PRO IOIADE SACERDOTE. Ioiada fuit ſacerdos ſum-
mus, & occidit Mathan ſacerdotem Baal, 4. Reg. 11.
verſ. 18. ideò eius exemplo incitat Sophoniam contra
Ieremiam. Quod autem ait: *Dedit te ſacerdotem pro Io-
iade ſacerdote*, non ad Pontificatum referri debet, ſed
ad poteſtatem iudicandi. VT SIS DVX. Hebr. *vt ſis
præfecti*, in plurali, pro, *præfectus*. ſic Sept. Chald. *prin-
ceps ſacerdotum*. ſ. ſecundus. ARREPTITIVM. Hebr.
furioſum, ſeu *ſtultum*, vt Chald. ſic Ieremiam ex con-
temptu vocat. ET PROPHETANTEM. Vis Hebr. verbi
eſt, *ſe prophetam venditantem*. VT MITTAS EVM IN NER-
VVM ET IN CARCEREM, ſeu *in cippum & manicas*. *Cippo*
caput pedeſque includebantur, *manicis* manus. ergo il-
lum in carcerē, & in vincula dato. צינוק כלי מסגר לידים
ſic R. Kimhi, *Zinok inſtrumentum clauſuræ manuum*.

27 QVI PROPHETAT VOBIS. Hebr. *ſe prophetam ven-
ditat*.

28 QVIA SVPER HOC. Non contentus vobis prophe-
taſſe, miſit Babylonem ad nos literas. Hebr. *quia
propterea*. ſcilicet, quòd illum non coërcuiſti, miſit ad
nos. DICENS: LONGVM EST. ſ. exilium, tranſmigratio
diuturna erit.

Librvm, epiſtolam Semeiæ legit Sophonias. In 29
avribvs Ieremiæ prophetæ. ipſo audiente, & fortaſſis palàm coram populo.

Mitte, ſ. literas, o Ieremia. Dei verba. Ad omnem 30
transmigrationem. i. Iudæos, qui iuerunt Babylonem cum Iechonia Rege.

Visitabo, puniam. Et svper semen eivs, filios 32
& poſteros. Non erit ei vir sedens. *Ei*, pro, ex eo. aut *ei* redundat, vt multa ſolent. *Sedens*, ſeu habitans. Delebitur eius genus. ſ. Semeiæ. Et non videbit bonvm. i. populi liberationem. Qvia prævaricationem locvtvs est. Hebr. *rebellionem*, aut *defectionem*, aut *deficiens*, ſupple, verbum à vero. nempe mendacium eſt locutus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Libri. i. epiſtolæ. Prophetas. Chald. *ſcribas*. 1
Lxx. *pſeudoprophetas*.

Domina. i. Regina. ſ. mater Regis. Faber, &c. Vi- 2
de cap. 24.

Prophetæ. Chald. & Lxx. *pſeudoprophetæ*. 8

In Babylone. i. in Regno Babyloniorum. tamdiu 10
enim ſolùm durauit Monarchia hæc. vide ſup. cap. 25. Septvaginta. vide ſup. cap. 25. Verbvm. i. promiſſionem.

Patientiam. i. quod patienter expectatis. Chald. 11
ſpem. i. quod ſperatis.

Ibitis. i. incedetis. ſ. in præceptis meis. vel, ibitis ad 12
orandum. Chald. *ſuſcipiam orationem veſtram*.

Svscitavit. Sic. Chald. Lxx. *conſtituit*. q. d. ne pu- 15
tetis miſſos à me eſſe prophetas, qui vos prædicunt citò eſſe redituros.

Regem. ſ. Sedeciam. 16

Eieci. pro, eiiciam. 18

De nocte. i. diluculo, ſeu manè. q. d. diligenter & 19
tempeſtiuè.

Frixit. i. combuſſit. 22

Stvltitiam. Chald. *ignominiam*. Lxx. *iniquitatem*. 23

Libros. i. litteras. Sacerdotem. ſ. ſummum. 25

Arreptitivm. i. furioſum. Chald. *ſtultum*. Lxx. *in-* 26
ſanientem. Prophetantem. ſ. falſa, ſeu inſana.

CAPVT XXX.

Vaticinatur Iudæis & filijs Iſrael reditum à graui captiuitate, in qua propter peccata ſua detinebantur; & quod poſt reditum ſeruituri ſint Domino, ac Dauid regi, quem ille ſuſcitabit eis in proſperitate & ſecuritate magna, deuaſtatis ipſorum inimicis.

1 HOc verbum, quod factum eſt ad Iere-
2 miam à Domino, dicens: * Hæc dicit Do-
A minus Deus Iſraël, dicens: Scribe tibi omnia
verba, quæ locutus ſum ad te, in libro. * Ecce
3 enim dies veniunt, dicit Dominus: & conuer-
tam conuerſionem populi mei Iſraël & Iuda, ait
Dominus: & conuertam eos ad terram, quam
dedi patribus eorum: & poſſidebunt eam. * Et
4 hæc verba, quæ locutus eſt Dominus ad Iſraël
& ad Iudam: * Quoniam hæc dicit Dominus:
5 Vocem terroris audiuimus: formido, & non eſt
pax. * Interrogate, & videte ſi generat maſculus:
6 quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lum-
bum ſuum, quaſi parturientis, & conuerſæ ſunt
vniuerſæ facies in auruginem? * [a] Væ, quia ma-
7 gna dies illa, nec eſt ſimilis eius: tempuſque tri-
bulationis eſt Iacob, & ex ipſo ſaluabitur. * Et
8 erit in die illa, ait Dominus exercituum: conte-
B ram iugum eius de collo tuo, & vincula eius di-
rumpam, & non dominabuntur ei ampliùs alie-
ni: * ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid
9 regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. * [b] Tu ergo ne ti-
10 meas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neque
paueas Iſraël: quia ecce ego ſaluabo te de terra
longinqua, & ſemen tuum de terra captiuitatis
eorum: & reuertetur Iacob, & quieſcet, & cun-
ctis affluet bonis, & non erit quem formidet:
11 * quoniam tecum ego ſum, ait Dominus, vt ſal-
uem te: faciam enim conſummationem in
cunctis Gentibus, in quibus diſperſi te: te autem
non faciam in conſummationem: ſed caſtigabo
12 te in iudicio, vt nō videaris tibi innoxius. * Quia
hęc dicit Dominus: Inſanabilis fractura tua, peſ-
13 ſima plaga tua. * Non eſt qui iudicet iudicium
C tuum ad alligandum: curationum vtilitas non
14 eſt tibi. * Omnes amatores tui obliti ſunt tui, te-
que non quærent: [a] plaga enim inimici percuſſi
te caſtigatione crudeli: propter multitudinem
iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua.
15 * Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabi-
lis eſt dolor tuus: propter multitudinem iniqui-
tatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hęc ti-
16 bi. * Propterea omnes, qui comedunt te, deuo-
rabuntur: & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem
ducentur: & qui te vaſtant, vaſtabuntur, cun-
17 ctoſque prædatores tuos dabo in prædam. * Ob-
ducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus
tuis ſanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam
vocauerunt te Sion: Hæc eſt, quæ non habebat
18 requirentem. * Hæc dicit Dominus: Ecce ego
D conuertam conuerſionem tabernaculorum Ia-
cob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur ci-
uitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem
19 ſuum fundabitur. * Et egredietur de eis laus,
voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non
minuentur: & glorificabo eos, & non attenua-
20 buntur. * Et erunt filij eius ſicut à principio, &
cœtus eius coram me permanebit: & viſitabo
21 aduerſum omnes qui tribulant eum. * Et erit
dux eius ex eo: & princeps de medio eius produ-
cetur: & applicabo eum, & accedet ad me.
quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum vt ap-
22 propinquet mihi, ait Dominus? * Et eritis mi-
23 hi in populum, & ego ero vobis in Deum. * Ec-
ce turbo Domini, furor egrediens, procella
24 ruens, in capite impiorum conquieſcet. * Non
auertet iram indignationis Dominus, donec fa-
ciat & compleat cogitationem cordis ſui: in no-
uiſſimo dierum intelligetis ea.

[a] Ioel. 2. a. 2. c. 11. Amos 5. c. 18. Soph. 1. d. 5.

[b] Iſa. 43. 1. & 44. a. 2. Luc. 1. g. 70.

[a] Supr. 23. d. 19.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Hoc verbvm. Ieremiæ mandat Deus, vt prophetias ſuas in librum conferat, ſimul de liberatione populi multa prædicit.

2 Scribe tibi. *Tibi* redundat. vel *tibi*, pro, tu; vt ſcilicet memoria diu harum rerum conſeruetur.

3 Et convertam conversionem. Hebr. *captiuitatem*. i. captiuos. Sept. & Chald. *tranſmigrationem*. Israel et Ivda. Ex hoc loco & ex Iſai. cap. 10. v. 22. colligitur, non ſolùm Iudam eſſe liberatam, ſed ex alijs tribubus aliquos in Samariam rediiſſe. Verùm reſtitutio tribus Iuda illuſtrior fuit. De Iſrael reductione mentio non extat. Aut hæc intelliguntur de tempore Chriſti, & de vocatione Gentium. Ad hæc verbum שבו *ſabtho* intranſitiuè ſumi poteſt hoc ſenſu, *Reuertar cum captiuis Iſrael & Iuda*. i. eos comitabor, eis adero: Hebr. Schol.

5 Vocem terroris avdivimvs. Vox Gentium tēpore Meſſiæ, vt D. Kimhi explicat, quare & reſtitutionē Iſrael, de qua verſ. ſuperiori, ad idem tempus referant neceſſe eſt. Ergo quare Iſrael ſaluabitur? Quia magna

cum potentia veniet Chriſtus ad liberandum ſuos. Aut intelligatur de Cyri aduentu in Babylonem, formidinem & terrorem Babylonijs incuſſum, vnde conſecuta eſt Iudæorum liberatio. FORMIDO, ET NON EST PAX Sic Sept. Chald. *terroris*. ſ. vocem audiuimus, in genitiuo. Hebr. vtroque modo verti poſſunt.

6 SI GENERAT MASCVLVS. Hebr. *ſi parit maſculus*. ſic Sept. & Chald. QVARE ERGO VIDI OMNIS VIRI MANVM SVPER LVMBVM SVVM, ad comprimendum ſ. dolorem. QVASI PARTVRIENTIS. Hebr. *parientis*. ſic Goth. ſic Sept. ET CONVERSÆ SVNT VNIVERSÆ FACIES IN AVRVGINEM? Sept. ἴκτερον, *pallorem, ictericia*. Significat Babyloniorum labores ob aduentum Cyri ſimiles parientis.

7 MAGNA DIES ILLA. De clade Babylonis intelligo. TEMPVSQVE TRIBVLATIONIS EST IACOB. Iudæi captiui eius cladis erunt participes, ſed ex ea tamen liberabuntur. EX IPSO. ſ. tempore ſaluabitur. ſic Sept. & Hieronymus in Comment. Alij *ex ipſa*. ſ. afflictione. ſic Hebr. & Chald. Verùm perinde eſt.

8 CONTERAM IVGVM EIVS. Cuius? Regis Babylonij. ET NON DOMINABVNTVR EI. Hebr. *& non ſeruient in eo* (.i. ex eo populo) *ampliùs alieni*. Mutat perſonas, & bis in hoc verſu ponitur relatiuum ſine antecedenti. Cui ſeruient ergo?

9 DAVID REGI SVO. Chald. *Chriſto*. qui Dauid vocatur, quia de ſemine eius, ſic Kimhi. QVEM SVSCITABO EIS. i. præficiam eis.

10 ET CVNCTIS AFFLVET BONIS. Hebr. *& pacatus erit*. Id ſignificat vox שאנן *ſaanan*. Hic verſus & ſequens deſunt in Sept. Complut. ſuppleuit eos ex Symmachi aut Theodotionis editione.

11 CONSVMMATIONEM. i. delebo penitùs eas gentes, te penitùs non delebo. IN IVDICIO. i. moderatè puniam te, vt poſſis ſuſtinere. VT NON VIDEARIS TIBI INNOXIVS. Sept. *mundans non mundabo te*. Chald. *perdendo non te perdam*. Verbum נקה *nakah*, & *ſuccidere* ſignificat, & *innoxium* ſiue *mundum eſſe*: Hieronymus hanc poſteriorem ſignificationem ſecutus eſt. Itaque *caſtigabo te, non penitus parcam quaſi mundus ſis*. Aut *caſtigabo, ſed non excindam prorſus*.

12 INSANABILIS FRACTVRA TVA. i. difficilis curationis, vt ſequens verſus declarat. Chald. & Pagn. *fortis eſt fractura tua, grauis plaga tua*. q.d. quare, ô Deus, me caſtigaſti? Quia peccata tua grauia ſunt, neque in ijs conniuere debebam; ideò te percuſſi grauiter quidem, ſed citra conſummationem.

13 NON EST QVI IVDICET IVDICIVM TVVM. i. qui cognoſcat morbum, & curet te, non eſt. AD ALLIGANDVM. Hebr. *ad ſanitatem*, vt illum ſanet. CVRATIONVM VTILITAS. Hebr. *medicina ſanitatis non ſunt tibi*. id eſt, quæ proſint, quod noſter alijs verbis dixit.

14 OMNES AMATORES TVI, ſiue idola, ſiue Ægyptij obliti ſunt tui. Quare? PLAGA ENIM INIMICI. i. graui, vt ſolet inimicus, grauiori quàm vt amatores te poſſent liberare. CASTIGATIONE CRVDELI: ſiue *crudelis*. ſ. hominis. Hebr. vtroque caſu verti poſſunt. Sept. in ablatiuo vertunt, *caſtigatione forti*, ſic Pagn. Chald. in genitiuo, *caſtigatione crudelium*. Repetitio eſt, nam dixerat, *plaga inimici percuſſi te*. DVRA FACTA SVNT. Hebr. *inualuerunt peccata tua*, ſiue *multiplicata ſunt*. ideò mirum non eſt, ſi caſtigatio fuit dura: & tamen minor ſemper quàm pro meritis & in iudicio, vt v. 11. dixit.

15 QVID CLAMAS. i. quid quereris. INSANABILIS EST DOLOR TVVS. Hic ponatur interrogationis nota. Quid quereris de contritione tua, & quòd dolor tuus ſit inſanabilis? ET PROPTER DVRA PECCATA TVA. Hebr. (& quia) *inualuerunt*, aut quia *multiplicata ſunt peccata tua*, feci tibi hæc.

16 PROPTEREA. pro, attamen. Etſi ego te punio, qui te affligunt, tamen non erunt immunes. ET QVI TE VASTANT, &c. Hebr. *qui deripiunt, in direptionem dabo*.

17 OBDVCAM ENIM CICATRICEM TIBI. Hebr. *aſcendere faciam ſanitatem tibi*. i. ad effectum perducam, ſanabo te. A VVLNERIBVS TVIS. Repetitio. SION HÆC EST, ſic diſtingue. ſic accentus Hebraici. QVÆ NON HABET REQVIRENTEM, aut non habet qui curet eam. Sic Gentes dicebant, videntes Iudæos tamdiu captiuos.

18 CONVERTAM CONVERSIONEM. Hebr. *conuertam captiuitatem*. Chald. & Sept. *tranſmigrationem* TABERNACVLORVM. pro, familiarum, quæ in captiuitate in tabernaculis viuebant. ET TECTIS. id eſt, domibus. Hebr. *& tentorijs eius miſerebor*. ſed benè *tentoria* pro domibus ſumuntur. IN EXCELSO SVO. id eſt, in monte vbi antè erat, ædificabitur vrbs. Hebr. *in cumulo ſuo*. eadem ſignificatio. ET TEMPLVM. Sic Sept. & Chald. Hebr. *palatium*. i. regia Dauid. IVXTA ORDINEM SVVM FVNDABITVR. i. vt antè erat. Hebr. *iuxta iudicium ſuum ſedebit*. i. extruetur ad normam debitam.

19 ET EGREDIETVR DE EIS. ſ. domibus, palatio, ſeu templo, laus. LVDENTIVM, ſiue *lætantium*. ET GLORIFICABO EOS. i. dabo eis diuitias & honorem. ET NON ATTENVABVNTVR, ſiue *minuentur*. detractis copijs.

20 ET ERVNT FILII EIVS SICVT A PRINCIPIO, ſicut olim. ſ. mihi chari filij eius. ſ. Iacob. PERMANEBIT IS populus. Sept. & Chald. *dirigetur*. ſic Hebr. ET VISITABO, puniam qui eos affligunt.

21 DVX EIVS, ſiue Princeps, ſiue inclytus erit de medio eius. ET PRINCEPS DE MEDIO EIVS. Hebr. *dominus eius*. ſ. *Chriſtus*, vt Chald. & Kimhi. *de medio eius egredietur*. Non obedient ampliùs externis. de ſua gente eis Regem dabo. ET APPLICABO EVM. ſ. ad me, ſicut pater filium ſuum. QVIS ENIM ISTE EST. i. quis alius præter Chriſtum erit, quem Regem volo genti dare? QVI APPLICET COR SVVM. Hebr *qui dilatet cor ſuum*, aut emolliat, vt accedat ad me quaſi filius, qui ſe vocet filium meum?

22 ET ERITIS MIHI IN POPVLVM. Hunc verſum in Hebræo non eſſe Hieronymus ait. At nunc eſt; nimirum Hieronymus alios codices Hebræos habuit.

23 PROCELLA RVENS. Hebr. *manens*, ſeu *imminens*. Chald. *collecta*. CONQVIESCET. aut *manebit*. ſ. furor Dei opprimet gentes, quæ vos modò premunt.

24 NON AVERTET. Hebr. *non reuertetur*. Totidem verba ſunt cap. 23. v. 20. præterquam in fine, vbi hîc dicitur, *in nouiſſimo dierum intelligetis ea*. Hebr. hîc eſt, *intelligetis in ea*. i. eam, ſupple intelligentiam. In c. 23. dicitur: *In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius*. Hebr. *ibi intelligetis in ea* (.i. eam) *intelligentiam*, בינה *binah*. hoc eſt, quid ſibi hæc velint quæ dico.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 CONVERSIONEM. Chald. & LXX. *tranſmigrationem*. ſ. abductos in Babylonem. ISRAEL. ſ. per Chriſtum. Nam ex captiuitate Aſſyriaca Iſrael numquam rediit. CONVERTAM. i. reducam.

5 AVDIVIMVS. LXX. *audietis*. Quidam hæc referunt ad Eccleſiæ tribulationes ſub tyrannis, vel Antichriſto.

6 GENERAT. Chald. *pariat*. LXX. *peperit*. AVRVGINEM. ſ. pallorem ex metu, ſeu dolore.

8 IVGVM. ſ. diaboli, vel te perſequentium. Alloquitur fideles. EIVS. ſ. hoſtis.

9 DAVID. Chald. *Chriſto filio Dauid*.

10 REVERTETVR. ſ. ad Eccleſiam.

11 CONSVMMATIONEM. q.d. penitùs perdam. IN IVDICIO. i. moderatè. Chald. *in iudicio miſericordiæ*.

12 INSANABILIS. Chald. *grauis*. FRACTVRA. i. tribulatio, ſeu calamitas. PESSIMA. LXX *plena doloris*.

13 IVDICIVM. i. cauſam. CVRATIONVM. i. vulnus curandi cauſa. VTILITAS. Chald. *medicina*.

14 INIMICI. i. vt ſolet inimicus. CRVDELI. i. vt ſolet crudelis hoſtis. DVRA FACTA. LXX. *multiplicata*. Chald. *roborata*.

15 CLAMAS. i. conquereris.

16 PROPTEREA. pro, attamen.

17 OBDVCAM. ſ. ſanatis vulneribus. Chald. *adducā ſanitatem tibi*. EIECTAM. i. velut à viro eiectam feminam. Chald. *vagam*. LXX *diſperſam*. HÆC EST. ſ. dixerunt.

CONVERSIONEM. vide ſup. TECTIS. Chald. *ciuita-* 18
tibus. CIVITAS. ſ. Eccleſia. Chald. *Ieruſalem.* EX-
CELSO. Chald. *loco.* ORDINEM. Chald. *decentiam.*
Hebr. & LXX *iudicium.* i. morem.
LVDENTIVM. Chald. *cantantium.* ATTENVABVN- 19
TVR Chald. *infirmabantur.*
A PRINCIPIO. LXX *prius.* 20
ET ERIT DVX, &c. ſ. Chriſtus. Chald. *& vngetur* 21
rex eorum ex illis, & Chriſtus de medio eorum reuelabi-
tur. EX EO. ſ. Iſrael.
ET ERITIS, &c. Hunc verſum negat Hieronymus 22
eſſe in Hebræo. at nunc eſt. Apparet illum alio fuiſſe
vſum textu, ac nunc eſt. quod valdè notandum, ne quis
miretur, ſi eius editio non per omnia conueniat cum
Hebraicis, quæ nunc extant.
CONQVIESCIT. Chald. *reſidebit.* 23
EA. ſ. quæ prædico. 24

CAPVT XXXI.

Dicit Dominus ſe reducturum populum Iſrael de capti-uitate, vt in affluentia bonorum ſeruiat Domino: iube-tur ergo Rachel non flere amplius filios ſuos: agnoſcit Iſrael ſe meritò caſtigatum, ideóque pœnitentiam agit: de nouitate qua femina circumdabit virum: vigilabit Dominus ad reducendum Iſrael: de vua acerba: de nouo pacto quod feriet Dominus cum domo Iſrael, nec abiiciet vnquam vniuerſum illius ſemen.

IN tempore illo, dicit Dominus: Ero Deus 1
vniuerſis cognationibus Iſraël, & ipſi erunt A
mihi in populum.* Hæc dicit Dominus: Inue- 2
nit gratiam in deſerto populus, qui remanſerat
à gladio: vadet ad requiem ſuam Iſraël.* Lon- 3
ge Dominus apparuit mihi. Et in charitate per-
petua dilexi te: ideò attraxi te, miſerans.* Rur- 4
ſumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſ-
raël: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egre-
dieris in choro ludentium.* Adhuc plantabis 5
vineas in mõtibus Samariæ: plantabunt plãtan-
tes, & donec tempus veniat, nõ vindemiabunt:
* quia erit dies, in qua clamabunt cuſtodes in 6
[a] Iſa. 2. a. 3 Mich. 4. a. 2 monte Ephraim: [a] Surgite, & aſcendamus in 7
Sion ad Dominum Deum noſtrum.* Quia hęc
dicit Dominus: Exultate in lætitia Iacob, &
hinnite contra caput Gentium: perſonate, &
canite, & dicite: Salua Domine populũ tuum,
reliquias Iſraël.* Ecce ego adducam eos de terra 8
Aquilonis, & congregabo eos ab extremis ter- B
ræ: inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans
& pariens ſimul, cœtus magnus reuertentium
huc.* In fletu venient, & in miſericordia redu- 9
cam eos: & adducã eos per torrentes aquarum
in via recta, & non impingent in ea: quia factus
ſum Iſraëli pater, & Ephraim primogenitus
meus eſt.* Audite verbum Domini Gentes, & 10
annuntiate in inſulis quæ procul ſunt, & dicite:
Qui diſperſit Iſraël, congregabit eum: & cuſto-
diet eum ſicut paſtor gregem ſuum.* Redemit 11
enim Dominus Iacob, & liberauit eum de ma-
nu potentioris.* Et venient, & laudabunt in 12
monte Sion: & confluent ad bona Domini, ſu-
per frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum
& armentorum: eritque anima eorum quaſi
hortus irriguus, & vltrà non eſurient.* Tunc læ- 13
tabitur virgo in choro, iuuenes, & ſenes ſimul: & C
conuertam luctum eorum in gaudium, & con-
ſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo.* Et ine- 14
briabo animam ſacerdotum pinguedine: & po-
pulus meus bonis meis adimplebitur, ait Do-
[b] Matth. 2. d. 18 minus.* Hæc dicit Dominus: [b] Vox in excelſo 15
audita eſt lamentationis, luctus, & fletus Ra-
chel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari
16 ſuper eis, quia non ſunt.* Hæc dicit Dominus:
Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacry-
mis: quia eſt merces operi tuo, ait Dominus: &
17 reuertentur de terra inimici.* Et eſt ſpes nouiſ-
ſimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij ad
18 terminos ſuos.* Audiens audiui Ephraim tranſ-
migrantem: Caſtigaſti me, & eruditus ſum,
quaſi iuuenculus indomitus: conuerte me, &
19 conuertar: quia tu Dominus Deus meus.* Poſt-
D quam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam: &
poſtquã oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum.
Confuſus ſum, & erubui, quoniam ſuſtinui op-
20 probrium adoleſcentiæ meæ.* Si filius honora-
bilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex
quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius.
Idcircò cõturbata ſunt viſcera mea ſuper eum:
21 miſerans miſerebor eius, ait Dominus.* Statue
tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines: dirige
cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti: re-
uertere virgo Iſraël, reuertere ad ciuitates tuas
22 iſtas.* Vſquequò delicijs diſſoluêris filia vaga?
quia creauit Dominus nouum ſuper terram:
23 FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM.* Hæc dicit
E Dominus exercituum Deus Iſraël: Adhuc di-
cent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus
eius, cùm conuertero captiuitatem eorum: Be-
nedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitiæ,
24 mons ſanctus: * & habitabunt in eo Iudas &
omnes ciuitates eius ſimul, agricolę & minantes
25 greges.* Quia inebriaui animam laſſam, & om-
26 nem animam eſurientem ſaturaui.* Ideò quaſi
de ſomno ſuſcitatus ſum: & vidi, & ſomnus
27 meus dulcis mihi.* Ecce dies veniunt, dicit Do-
minus: & ſeminabo domum Iſraël & domum
Iuda ſemine hominum, & ſemine iumẽtorum.
28 * Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & de-
molirer, & diſſiparem, & diſperderem, & affli-
gerem: ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem, &
29 plantem, ait Dominus.* In diebus illis non di-
cent vltrà: [c] Patres comederunt vuam acerbam, [c] Ezech. 18 a. 2
30 & dentes filiorum obſtupuerunt.* Sed vnuſ-
F quiſque in iniquitate ſua morietur: omnis ho-
mo, qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcẽt
31 dentes eius.* [d] Ecce dies venient, dicit Domi- [d] Hebr. 8. c. 8
nus: & feriam domui Iſraël & domui Iuda fœ-
32 dus nouum: * non ſecundùm pactum, quod
pepigi cum patribus eorum, in die qua appre-
hendi manum eorum, vt educerem eos de Ter-
ra Ægypti; pactum, quod irritum fecerunt, &
ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.
33 * Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo
Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus: [e] Dabo [e] Heb. 10. c. 16
legem meam in viſceribus eorum, & in corde
eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi
34 erunt mihi in populum.* Et non docebit vl-
trà vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum,
dicens: Cognoſce Dominum: omnes enim
cognoſcent me à minimo eorum vſque ad
maximum, ait Dominus: [f] quia propitiabor [f] Act. 10. g. 43
iniquitati eorum, & peccati eorum non memo-
35 rabor amplius.* Hæc dicit Dominus, qui dat
G ſolem in lumine diei, ordinem lunę & ſtellarum
in lumine noctis: qui turbat mare, & ſonant
fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.

* Si

36 ° Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Domi-
nus: tunc & ſemen Iſraël deficiet, vt non ſit
37 gens coram me cunctis diebus. ° Hæc dicit Do-
minus. Si menſurari potuerint cæli ſurſum, &
inueſtigari fundamenta terræ deorſum: & ego
abiiciam vniuerſum ſemen Iſraël, propter om-
38 nia quæ fecerunt, dicit Dominus. ° Ecce dies
veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas
Domino, à turre Hananeel vſque ad portam
39 anguli. ° Et exibit vltrà norma menſuræ in con-
ſpectu eius ſuper collem Gareb: & circuibit
40 Goatha, ° & omnem vallem cadauerum, & ci-
neris, & vniuerſam regionem mortis, vſque ad
torrentem Cedron, & vſque ad angulum portæ
equorum Orientalis, Sanctum Domini: non
euelletur, & non deſtruetur vltrà in perpetuum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN TEMPORE ILLO, cùm populum liberauero. cùm Chriſtus veniet. Perſtat in argumento capitis ſuperioris. Multa de Chriſto & de nouo Teſtamento.

2 INVENIT GRATIAM IN DESERTO POPVLVS. ſ. cùm educerem eos de Ægypto & eſſent in deſerto, eos curaui, cur non etiam modò faciam? QVI REMANSERAT A GLADIO. i. qui euaſerunt gladium Ægyptiorum & Amalecitarum gladio non ſunt occiſi. VADET, vt iret ad requiem Iſrael, Terræ ſ. promiſſæ. Hebr. ire, (pro, vt irem) *ad quieſcere faciendum ipſum Iſrael.*

3 LONGE DOMINVS APPARVIT MIHI. Verba ſunt populi. q. d. id longo antè tempore accidit, non eſt quòd vetera afferas. Reſpondet Dominus: ET IN CHARITATE PERPETVA. Is amor, ea cura non fuit ad tempus, ſed perpetua. IDEO ATTRAXI TE, MISERANS Hebr. *ideo attraxi te* (.i. ad te) *miſericordiam.* Ex ea charitate proceſſit, vt & tunc & nunc te benignè complectar.

4 ÆDIFICABO TE. i. reſtituam in priſtinum ſtatum. ET ÆDIFICABERIS. Repetitio tum ad aſſeuerationem ſpectat, tum ad certitudinem promiſſi. ORNABERIS TYMPANIS TVIS. Reſumes muſica inſtrumenta. Vnum inſtrumentum ſumit pro omnibus. ET EGREDIERIS IN CHORO LVDENTIVM, ſiue *ſaltantium*, quod fit cùm lætitia celebratur.

5 PLANTABIS VINEAS IN MONTIBVS SAMARIÆ. *In montibus*, quia Bacchus amat colles. *Samariæ.* id eſt, vniuerſæ terræ, aut quia decem tribus etiam reſtituentur Euangelij tempore, vt tribus Iuda. ET DONEC TEMPVS VENIAT, NON VINDEMIABVNT, nimirum vt in pace ſuo tempore erit vindemia; nam in bello ante tempus vindemiant metu hoſtium. Verbum חלל *halal*, Hieronymus ſumpſit in ſignificatione *expectandi.* *Plantabunt plantantes, & expectabunt.* ſ. tempus opportunum ad vindemiam. Verùm eam verbi ſignificationem non inuenio. Alij ergo vertunt, *& profanabunt.* .i. communes facient fructus, quod quinto demum anno fiebat, Leuit. 19. verſ. 23. & 24.

6 QVIA ERIT DIES, veniet tempus. CLAMABVNT CVSTODES. ſ. ſpeculatores conſtituti in ſpeculis. IN MONTE EPHRAIM. non *Samariæ*, vt quidam codices habent. ſed per ſpeculatores intellige ſacerdotes, prophetas. Quid dicent? SVRGITE ET ASCENDAMVS IN SION. i. cum tribu Iuda, à qua ſeiuncti eramus, iungamur. Quod factum eſt, cùm vtrique in eccleſiam venerunt.

7 EXVLTATE IN LÆTITIA IACOB. Hebr. *ad Iacob*, .i. ſuper Iacob, pro eo quod illi accidit. ET HINNITE, ſeu *exultate.* CONTRA CAPVT GENTIVM. Chald. *capite nudato in oculis gentium.* i. ſine vllo pudore. Hebr. *in capite gentium.* i. in oculis gentium. SALVA DOMINE POPVLVM TVVM. Hebr. *ſaluare Domine*, pro, ſaluauit Dominus. Infinitiuus pro præterito. Chald. *redemit.* Sept. *ſaluum fecit.*

8 DE TERRA AQVILONIS. Babylone. AB EXTREMIS TERRÆ. Hebr. *a lateribus terræ*, ſed *latera* pro finibus

INTER QVOS ERVNT CÆCVS ET CLAVDVS. i. omnes venient, nullus detrectabit iter.

9 IN FLETV VENIENT, præ lætitia flebunt. IN MISERICORDIA i. magna indulgentia & beneficijs afficiam, ne moleſtum iter ſit. Goth. *in precibus reducam.* Vox תחנה *thechinah deprecationē* quidē ſignificat, 3. Reg. 8. verſ. 54. ſed verior lectio *in miſericordia.* Sept. *in conſolatione.* Chald *in miſerationibus.* PER TORRENTES non patientur ſitim. ET NON IMPINGENT, elapidabo, ſternam viam. ET EPHRAIM PRIMOGENITVS MEVS. .i. decem tribus. Vides vocationem Gentium: nam ante eam numquam id contigit, vt tribus illæ liberarentur.

10 AVDITE VERBVM DOMINI. Euangelium, aut Cyri edictum audite. QVI DISPERSIT ISRAEL. Deus propter eius peccata diſperſit, nunc congregat.

11 DE MANV POTENTIORIS. Regis Babylonij liberabit.

12 ET LAVDABVNT IN MONTE SION. Hebr. *& cantabunt in excelſo Sion.* i. templo Sion, vt Chald. Sæpè *excelſum* pro templo ſumitur. ET CONFLVENT AD BONA DOMINI. Hebr. *confluent inſtar fluminis* (.i. innumeri feſtinabunt) *ad bonum Domini*, vt ſ. fruantur bonis, quæ larga manu concedet. Quæ ſunt illa bona? SVPER FRVMENTO. i. propter frumenti copiam, vini, olei, pecoris. ET VLTRA NON ESVRIENT. Sic Sept. Hebr. *& non addent ad dolorem amplius.* i. non dolebunt amplius. Chald. *& non addent, vt ſint vltra ſolliciti.* ſ. de his rebus, quia omnia ad votum ſuppeditabit Deus. Vox דאבה *daabah*, *dolorem* & *ſollicitudinem* ſignificat.

13 TVNC LÆTABITVR VIRGO IN CHORO. Choreas ducent, quod fit cùm gens eſt læta. A DOLORE SVO, aut *mærore*, vt Chald. lætificabo.

14 ET INEBRIABO, ſatiabo. ANIMAM, appetitum. SACERDOTVM PINGVEDINE: multæ tunc erunt victimæ. BONIS MEIS ADIMPLEBITVR populus. Hebr. *bono meo ſaturabitur*, ſic populo facile erit victimas offerre.

15 VOX IN EXCELSO AVDITA EST. Quorſum hic luctus? Nimirum verſ. 13. dixerat, *Conuertam luctum eorum in gaudium*, nunc qualis is luctus fuerit, declarat. In Matth. capite 2. verſ. 17. & 18. vbi hic locus citatur, pro *excelſo*, *Rama* ponitur, quaſi nomē proprium vrbis. ſic etiam hic Sept. Sanè *Rama* in tribu Beniamin erat prope Gabaon, Ioſue 18. v. 25 Ergo ſiue in vrbe *Rama*, ſiue in *excelſo*, vt longiùs audiretur, luctus auditus eſt. Quis luget? RACHEL PLORANTIS FILIOS SVOS. Hebr. *Rachel plorans*, ſeu *plorat ſuper* (propter) *filios ſuos.* ET NOLENTIS, ſeu *noluit*, renuit conſolari. QVIA NON SVNT. Hebr. *quia non eſt.* ſ. quiſquam eorum. *Rachel* erat mater Beniamin, *Rama* vrbs in ea tribu. ſic ſumitur pro mulieribus, quæ in tota ea tribu plorabant ſuorum filiorum captiuitatem, quando cum tribu Iuda Babylonē ducti ſunt. Ergo fletus fuit ob captiuitatem, quæ inſtabat. Præterea *Rachel* ſepulta fuit prope Bethleem, Geneſ. 35. verſ. 19. ſic vt hic introducitur plorare captiuitatem, & ſumitur pro mulieribus Beniaminitis, ſic in Matthæo ſumitur pro mulieribus Bethleemitis, quæ plorabant cædem innocentum. Fœcunda eſt diuina Scriptura, & iuxta hiſtoriam multa ſignificat: præterquam quòd in nouo Teſtamento ſæpè ex veteri citantur loca iuxta myſticas ſignificationes. Exempla paſſim occurrunt. Gautonus ex Iudaiſmo noſter, vir grauis, cùm Bethleem eſſet, in ſchedis veteribus ſic hunc locum legiſſe mihi dixit: *Vox in Rama* (ſiue in *excelſo*, in cælo) *audita eſt*, *Maria plorans filium ſuum: & noluit conſolari, quia non eſt*, vt ſcilicet Hebraicè legitur. Porrò pro *Rachele Mariam* ſubſtitui non eſt abſonum.

16 QVIESCAT VOX TVA. Hebr. *prohibe* (ô Rachel) *vocem tuam a fletu.* Noli ampliùs flere. QVIA EST MERCES OPERI TVO. i. fletui. Aſſecuta es quod cupiebas. ſ. populi libertatem. DE TERRA INIMICI. in genitiuo. i. Babylonij Regis reuertentur.

EST SPES NOVISSIMIS TVIS. Hebr. *in nouiſſimo tuo eſt ſpes.* i. tandem euenient quæ cupis. Chald. *& eſt ſpes.* ſi ſumatur, vt c. 29. v. [illegible] *ſpes* pro mercede *tuo.* Quid ſi *finis* pro

erit ſpes mercedis tuæ.i. ſperata merces. Quæ eſt illa
merces? REVERTENTVR FILII.

AVDIVI EPHRAIM TRANSMIGRANTEM. Hebr. 18
vagantem aut *plorantem*, vt Chald. & Sept. ſ.ex pœni-
tentia. CASTIGASTI ME, ET ERVDITVS SVM. Hebr.
caſtigaſti me, & caſtigatus ſum. id eſt, omnino reſipui.
QVASI IVVENCVLVS INDOMITVS. i.caſtigatus ſum,&
domitus.

CONVERTISTI ME.i. caſtigaſti me. PERCVSSI FE- 19
MVR MEVM præ dolore. SVSTINVI OPPROBRIVM.
.i.tuli,lui pœnas ob ea quæ iunior peccaram, cùm ſci-
licet eram indomitus. *Opprobrium* pro peccato, ſeu pœ-
na peccati.

SI FILIVS HONORABILIS. Hebr. *an filius pretioſus*. 20
PVER DELICATVS. Hebr. *filius deliciarum* (*puer* pro fi-
lio) *eſt mihi Ephraim*? q. d. omnino. QVIA EX QVO.
Hebr. *quia omni tempore,quo* LOCVTVS SVM DE EO.
.i.quoties de eo mentio incidit, non poſſum amplius
obliuiſci. ſic ſolemus erga ea quæ amamus. CONTVR-
BATA SVNT VISCERA MEA. Hebr. *ſonuerunt viſcera
mea*. i. cor mouetur & palpitat ex amoris ardore, & ex
dolore ob eius calamitatem.

STATVE TIBI SPECVLAM. Cùm in Babylonem ibis, 21
ſpeculas & ſigna relinque toto itinere; nam eadem via
reuerteris. Vox Hebr. *ziunim*, *ſtatuas* ſignificat, ſeu *la-
pides*, quibus olim itinera diſtinguebant. Iubet ergo
hos erigi lapides, vt cùm redeant, iter dignoſcant. PO-
NE TIBI AMARITVDINES. i. labores itineris conſidera,
vt in reditu neceſſaria prouideas. Vox *tamrurim* &
amaritudines ſignificat, vt verſ. 15. quam ſignificatio-
nem Hieronymus, Chald. & Sept. ſecuti ſunt. Significat
etiam *columnas*, quibus itinera ſignabant. Hoc Hebræi
ſequuntur. Ergo toto itinere ſigna relinque, quibus in
reditu dignoſcas viam. DIRIGE COR TVVM IN
VIAM RECTAM. i. attentè viam, quæ recta ſit, conſidera.
Hebr. *pone cor tuum ad ſtratam lapidibus viam* (qua)
ambulaſti, pro, ambulabis. Totam attentè conſidera.
REVERTERE. Via recta eſt, ſtrata, ſignata, quid in capti-
uitate moraris?

VSQVEQVO DELICIIS DISSOLVERIS. ne ſ. arripias 22
iter, laborem excuſans. Hebr. *vſquequo circuibis*, ſeu
vagaberis. FILIA VAGA? Hebr. *filia rebellis*. q. d. tem-
pus eſt vt quieſcas, & ſtabiles ſedes quæras. QVIA
CREAVIT. pro, creabit. DOMINVS NOVVM. q. d. feſti-
nare debes vt rem nouam & inauditam videas. Quæ il-
la eſt? FEMINA CIRCVMDABIT VIRVM. Virgo in
vtero habebit virum. ſ. ſapientia perfectum. Quem lo-
cum Hebræi antiqui quidem de Meſſia intellexerunt.
quos Galatin. affert lib. 7. de Arcanis, cap. 13. Recentio-
res autem Rabbini aliò conuertunt, ac tantùm ſignifica-
re volunt, gentem eam quæſituram Deum, quod no-
uum erit, non ſecùs ac ſi femina virum quærat, eumq;
ſollicitet. Fabulæ.

ADHVC DICENT VERBVM. Rurſus dicent, vti ante 23
captiuitatem ſolebant. Quid? BENEDICAT TIBI DO-
MINVS. Quod ſ. antè dicebant. PVLCHRITVDO IV-
STITIÆ. Hebr. *habitaculum iuſtitiæ*, MONS SANCTVS
.i. ô templum iuſtitię ſedes benedicat tibi Deus. Hiero-
nymus ferè pro *habitaculo* ponit *pulchritudinem*, quia
נוה *naueh* non deducit à נוה *nauah*, quod eſt *habitare*,
ſed à נאה *naah*, ſeu *naauah*, *pulchrum eſſe*.

ET HABITABVNT IN EO. ſ. monte. ET OMNES CIVI- 24
TATES. ſ. ex omnibus aliqui. vel *omnes ciuitates*, pro, *in
omnibus ciuitatibus habitabit Iuda*. ſic Hebr. AGRI-
COLÆ ET MINANTES GREGES. ſ. paſtores. omnibus erit
locus ad habitandum. Hebr. *agricolæ, &* (qui) *exeunt ad
gregem*. ſic locum ego verto, aliter Pagn.

INEBRIAVI. pro, inebriabo, ſatiabo. ANIMAM, ho- 25
minem. ESVRIENTEM. Hebr. *dolentem implebo*, pro
ſaturabo bonis, frumento, vino, & alijs.

IDEO QVASI DE SOMNO. Verba ſunt Prophetæ. ET 26
VIDI, oculis prophetię, magnaq; ex ijs quæ in ſomno vi-
di do Chriſto, & populi reditu, perfuſus ſum voluptate.

SEMINE HOMINVM, ET SEMINE IVMENTORVM, ſe- 27
minabo Iſrael. i. faciam, vt homines & iumenta numero
multiplicentur. Memento pecore conſtare copias eo
tempore. Ergo eos diuites & beatos præſtabo.

28 ET SICVT VIGILAVI. i. non minori eos diligentia
nunc reſtituam, quàm antè deieci.

29 PATRES COMEDERVNT VVAM ACERBAM. בסר *boſer*
omnes fructus immaturos ſignificat. Noſter *vua acer-
bam* potuit. Eratque prouerbium in ea gente, vt in
Ezech. 18. v. 2. quo ſignificabant filios pro parentum
peccatis puniri. Quod ſanè ſicutū eſt, vt corpore, quod à
parentibus acceperunt, non anima puniantur pro illis.

30 SED VNVSQVISQVE IN INIQVITATE SVA MORIE-
TVR. Videtur negare fore deinceps, vt filij pro parenti-
bus puniantur. Sed non ita eſt. Tantùm de hoc genere
punitionis loquitur. ſ. vt filij ducantur amplius, & totus
populus pro alienis peccatis in captiuitatem.

31 FOEDVS NOVVM feriam, nouum Teſtamentum, Le-
gem Euangelicam.

32 NON SECVNDVM PACTVM. In multis differt nouum
Teſtamentum à veteri. IRRITVM FECERVNT, viola-
runt Legem. ET EGO DOMINATVS SVM. pro, tametſi
ego eſſem eorum Dominus, & ex eo obſequi deberent.

33 DABO LEGEM MEAM IN VISCERIBVS EORVM. Sic
Chald. Hebr. *in medio eorum*. ſed in medio ſunt viſcera.
Lex vetus, quia carnalis, ſcripta in tabulis erat; Lex no-
ua, quia ſpiritualis, in corde. Sed quid eſt ſcribi in cor-
de? Propenſum cor per gratiam ad eius obſeruationem
efficere.

34 ET NON DOCEBIT VLTRA VIR PROXIMVM SVVM.
Auguſtinus de Spiritu & litera, cap. 24. in cælo hoc fore
ait. ſed de Chriſti tempore intelligatur. COGNOSCE
DOMINVM. i. cole Dominum, non opus habebunt hor-
tatore, vt id faciant. Cor, in quo ſcripta erit Lex, pro
doctore & pædagogo erit. loquitur de bonis, quibus
peccata ſunt dimiſſa. QVIA PROPITIABOR. Dimiſſis
peccatis ductum gratiæ ſequentur.

35 QVI DAT SOLEM IN LVMINE DIEI. Vt luceat per
diem, dat ſolem Deus. Hebr. *in lucem diei*. ORDINEM
LVNÆ. Hebr. *præcepta lunæ, & ſtellarum in lucem noctis*.
Iubet vt noctem illuminent, Geneſ. 1. verſ. 16. QVI
TVRBAT MARE. Chald. *increpat mare*, compeſcit, quie-
ſcere facit mare. Vox רגע *ragah*, & *ſcindere* ſignificat, &
ſedare. ET SONANT FLVCTVS EIVS. pro, cùm ſonant
fluctus eius, aut poſtquam ſonant.

36 SI DEFECERINT LEGES ISTÆ. ſ. ſoli & lunæ impoſi-
ta præcepta. TVNC ET SEMEN ISRAEL. i. vt illæ leges
erunt perpetuæ; ſic populus Iſrael perpetuò coram me
ſtabit. Pro *tunc*, Hebr. *etiam*. Ergo vt illa non deficient,
ſic nec populus Iſrael.

37 SI MENSVRARI POTVERINT. i. vt hæc fieri non poſ-
ſunt, cælos menſurari, ſic nec hic populus abijcietur.
PROPTER OMNIA QVÆ FECERVNT. Iam ſatis pœna-
rum de præteritis datum eſt. De alijs peccatis, quæ fa-
cturi erant, ac præſertim de morte Chriſti nihil dicit.
Fundamenta terræ vocat centrum (ſic puto) ad quod
peruenire nemo poterit, nec illud inueſtigare.

38 A TVRRE HANANEEL. In muro Ieruſalem erat ea
turris, de qua Eſdræ 2. cap. 3. v. 1. VSQVE AD POR-
TAM ANGVLI. Ea erat porta Beniamin in angulo ſita de
qua Zach. 14. verſ. 10. ſignificat autē fore vt is murus &
vrbs reædificetur tota, & amplioribus quā antè ſpatijs.

39 NORMA MENSVRÆ. ſ. exibit vrbis ambitus, & dila-
tabitur, vt comprehendat duos illos colles Gareb &
Goatha, latior ſ. quàm antè erit.

40 ET OMNEM VALLEM CADAVERVM. Sic dictā, quòd
in ea cadauera proijcerentur, aut vt Chald. quia ibi Aſ-
ſyriorum cædes eſt facta, 4. Reg. 19. v. 35. forſan vallis
Hinnom erat, quam vt profanarent, in eam proiece-
runt cadauera. de quo ſuperiùs cap. 7. v. 32. ET CINE-
RIS. Sic Hebr. Alij *cineres*. Aut idem locus erat, aut alius
ſic dictus, quòd in eum mitterent rudera, & ſimilia.
Aut *cineres* vocat ipſa cadauera. ET VNIVERSAM
REGIONEM MORTIS, locū ſupplicij, vbi erat patibulum.
Hebr. *planitiem* dicunt voce *haſedemoth* ſignificari, quā
intra vrbē includi dicit. VSQVE AD TORRENTEM CE-
DRON. Erat is torrēs extra portam Gregis, citra montem

oliua-

oliuarum vrbi ſubiectus ad Ortum, & à tenebris ſic dictus ob denſas arbores, quibus vtraque ripa veſtiebatur. PORTÆ EQVORVM ORIENTALIS. Chald *ſtadij Regis*, vbi ſ. equi regij exercebantur Orientem verſus. nam porta Ephraim, quam quidam eſſe hanc portam volunt, Aquilonaris erat. SANCTVM DOMINI. Sic interpunge, totum quod dixit, erit ſanctum Domino. NON EVELLETVR. i. intra vrbem includetur. Mœnia, portæ, viæ, denique loca publica ſancta & ſacra habebantur etiam iure Romano, neque ea attingere aut diruere fas erat. Hunc morem his verbis videtur innuere Numquam ea amplitudine murum Ieroſolymitanum fuiſſe puto, ſed ea loca ſuburbijs occupata vrbi annumerari. Aut Eccleſiæ amplitudo ſignificatur per hanc muri latitudinem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

COGNATIONIBVS. i. familiis. 1

GLADIO. i. perſecutioni Ægyptiorũ. q. d. quem eripui ex Ægypto. vel potiùs, gladio Dei, qui multos occidit in deſerto. VADIT. ſ. ducente Chriſto. ISRAEL. i. fidelis populus ex Iudæis & gentibus. 2

LONGE. Chald. *iam olim*. 3

VIRGO. Chald. *cœtus*. ſic inf. LVDENTIVM. Chald. *canentium*. Significatur per hæc lætitia ſpiritualis tempore Euangelij, & fertilitas. 4

VINEAS. i. eccleſias. SAMARIÆ. i. totius orbis, vel gentilitatis, quæ more Samariæ idola colebat. PLANTANTES. ſ. Apoſtolici viri. DONEC TEMPVS, &c. q. d. colligent ſuo tempore fructus, ſecundùm Legem ante annum quartum velci non licebat. Vide Leu. 19. 5

HINNITE. i. vociferamini iubilantes & laudantes. CONTRA CAPVT. i. ad præcipuos. Chald. *capite erunt coram oculis omnium populorum*. SALVA DOMINE. Chald. *redemit Dominus*. LXX. *ſaluauit Dominus*. 7

AQVILONIS. i. infidelitatis. CÆCVS, &c. q. d. omne hominum genus ad fidem vocabitur. 8

VENIENT. pro, abierunt. Chald. *migrarunt*. LXX. *egreſſi ſunt*. vel intellige, fleturos præ lætitia. AQVARVM. ſ. doctrinæ & gratiæ. PRIMOGENITVS. i. velut primogenitus charus. 9

REDEMIT, &c. præterita pro futuris. 11

SION. ſ. Eccleſia. SVPER FRVMENTO, &c. pro, nempe frumentum, &c. ſignificantur autem per hæc, bona ſpiritualia. 12

VIRGO. Chald. *cœtus Iſrael*. 13

PINGVEDINE. Chald. *delicijs*. ſ. ſpiritualibus. 14

EXCELSO. Hebr. & LXX. *Rama*. i. *excelſo*. RACHEL. i. Regio Bethleemitica, vbi Rachel ſepulta. FILIOS. ſ. abductos in captiuitatem, vel potiùs ab Herode occiſos. ſic enim Matth. interpretatur. Vbi videre eſt Scripturæ difficultatem. cui enim illa interpretatio in mentem veniſſet? SVNT. i. comparent, ſeu viuunt. 15

OPERI. i. tribulationi, labori, &c. q. d. remunerabo. INIMICI. ſ. diaboli. 16

TRANSMIGRATIONEM. LXX. *lamentantem*. Chald. *plorantem & gementem ob transmigrationem*. IVVENCVLVS INDOMITVS. Chald. *vitulus non aſſuetus iugo*. 18

OSTENDISTI. ſ. ſtatim quo eram ſine te. FEMVR. ſ. dolentium more. SVSTINVI OPPROBRIVM. i. dedi pœnas probroſæ vitæ. 19

SI. pro, ſanè. Chald. *ſicut*. HONORABILIS. Chald. & LXX. *dilectus*. DELICATVS. Chald. *amabilis*. EX QVO, &c. q. d. ex quo propoſui eum eligere, ſeu vocare, recordor eius. Chald. *ex quo poſui verba mea in corde eius*, &c. CONTVRBATA. Loquitur more humano. 20

SPECVLAM LXX. *ſpeculatores*. PONE, &c. Chald. *pone in amaritudine cor tuum*. 21

DELICIIS DISSOLVERIS. LXX. *conuerteris*. VAGA. LXX. *deſperata*. Chald. *auerſa*. CREAVIT. pro, creabit. NOVVM. i. inuſitatum & mirabile. FEMINA. ſ. virgo Maria. CIRCVMDABIT. ſ. vtero. VIRVM. ſ. iam inde à conceptione perfectum. 22

PVLCHRITVDO, &c. q. d. ô pulchra per iuſtitiam SANCTVS. pro, ſancte. ſ. ô Eccleſia. 23

25 INEBRIAVI. pro, inebriabo. i. replebo potu. Chald. *ſatiabo*. LASSAM. ſ. & ſitibundam. SATVRAVI. Chald. *implebo bono*.

26 IDEO. verba Ieremiæ exultantis

27 SEMINE, &c. q. d. doctrina omnibus accommodata. ſ. ſapientibus & inſipientibus.

28 VIGILAVI. Chald. *cogitaui*. VIGILABO. Chald. *lætabor*.

29 NON DICENT, &c. q. d. non reijcient culpam in alios, ſed ſeipſi accuſabunt. PATRES &c. Chald. *patres peccauerunt, & filij percuſſi ſunt*.

30 OMNIS HOMO, &c. explicatio præcedentis. q. d. qui peccauerit, ipſe punietur.

32 DOMINATVS SVM EORVM. ſ. puniendo. vel q. d. cùm tamen eſſem eorum Dominus. LXX *neglexi eos*.

33 ILLOS ſ. quos præfixi, vel veteris Teſtamenti.

34 DOCEBIT. ſ. in cælo. Aug de Spir. & lit. cap. 24.

35 IN LVMINE. pro, ad illuminationem. ORDINEM. Hebr. & Chald. *ſtatutum*. i. Legem.

36 DEFECERINT. ſ. durante mundi curſu. CORAM ME. Chald. *miniſtrans coram me*. i. mihi ſeruiens, ſeu ſacrificans. ſ. Miſſæ Sacrificium numquam deficiet.

38 A TVRRE, &c. Vide Zach. 14.

39 VLTRA NORMA. i. præterea filum. ſ. quo mēſurantur ædificia, ſeu diriguntur. Chald. *adhuc filum*. EIVS. ſ. portæ LXX. *coram ea*. GAREB, &c. loca ſunt vicina Ieruſalem, quæ per hæc ſignificatur amplianda. ſ. Eccleſia Chriſti intelligitur.

40 CADAVERVM. Chald. *vbi ceciderunt cadauera Aſſyriorum*. CINERIS. Sic Sept. AD TORRENTEM. i. vſque ad torrentem. SANCTVM. ſcilicet ſanctuarium. i. Eccleſia.

CAPVT XXXII.

Obſidente Nabuchodonoſor Ieruſalem, Ieremias in atrio carceris poſitus agrum in Anathoth iuſſu Domini emit à ſuo patruele, iubetque ſeruari librum emptionis: refert coram Domino beneficia Iſraelitis præſtita: Dominus dicit ſe traditurum ciuitatem cum populo regi Babylonis propter illorum idololatriam, ſed poſteà reuocaturum ipſos in Ieruſalem, ac percuſſurum cum eis nouum fœdus vt ſibi ex toto corde ſeruiant.

1 A VErbum, quod factum eſt ad Ieremiam à
Domino, in anno decimo Sedeciæ regis
Iuda: ipſe eſt annus decimus octauus Nabu-
2 chodonoſor. * Tunc exercitus regis Babylonis
obſidebat Ieruſalem: & Ieremias Propheta erat
clauſus in atrio carceris, qui erat in domo regis
3 Iuda. * Clauſerat enim eum Sedecias rex Iuda,
dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit
Dominus: Ecce ego dabo ciuitatem iſtam in
4 manus regis Babylonis, & capiet eam? * Et Se-
decias rex Iuda nō effugiet de manu Chaldæo-
rũ: ſed tradetur in manus regis Babylonis: & lo-
quetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos
5 illius videbunt. * Et in Babylonem ducet Sede-
ciam: & ibi erit donec viſitem eum, ait Domi-
nus. ſi autem dimicaueritis aduerſum Chal-
6 dæos, nihil proſperum habebitis. * Et dixit Ie-
remias: Factum eſt verbum Domini ad me,
7 dicens: * Ecce Hanameel filius Sellum patruelis
B tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum
meum, qui eſt in Anathoth: tibi enim compe-
8 tit ex propinquitate vt emas. * Et venit ad me
Hanameel filius patrui mei ſecundùm verbum
Domini ad veſtibulum carceris, & ait ad me:
Poſſide agrum meum, qui eſt in Anathoth in
terra Beniamin: quia tibi competit hereditas,
& tu propinquus es vt poſſideas. Intellexi au-
9 tem quòd verbum Domini eſſet. * Et emi agrum

ab Hanameel filio patrui mei, qui eſt in Ana-
thoth: & appendi ei argentum ſeptem ſtateres,
& decem argenteos. * Et ſcripſi in libro, & ſi- 10
gnaui, & adhibui teſtes: & appendi argentum in
ſtatera. * Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum, 11
& ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. * Et 12 F
dedi librum poſſeſſionis Baruch filio Neri filij
Maaſiæ, in oculis Hanameel patruelis mei, in
oculis teſtium, qui ſcripti erant in libro emptio-
nis, & in oculis omnium Iudæorum, qui ſede-
bant in atrio carceris. * Et præcepi Baruch co- 13
ram eis dicens: * Hæc dicit Dominus exerci- 14
tuum Deus Iſraël: Sume libros iſtos, librum C
emptionis hunc ſignatum, & librum hunc qui
apertus eſt: & pone illos in vaſe fictili, vt perma-
nere poſſint diebus multis. * Hæc enim dicit Do- 15
minus exercituum Deus Iſraël: Adhuc poſſi-
debuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta.
* Et oraui ad Dominum, poſtquam tradidi li- 16
brum poſſeſſionis Baruch filio Neri, dicens:
* Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu feciſti 17
cælum & terram in fortitudine tua magna, & in
brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne
[a] Exod. 34 a. 7 verbum: * [a] Qui facis miſericordiam in milli- 18
bus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum fi-
liorum eorum poſt eos: Fortiſſime, magne, &
potens, Dominus exercituum nomen tibi.
* Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogi- 19
tatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias fi-
liorum Adam, vt reddas vnicuique ſecundùm
vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum
eius. * Qui poſuiſti ſigna & portenta in Terra 20
Ægypti vſque ad diem hanc, & in Iſraël, & in
hominibus, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies
hæc. * Et eduxiſti populum tuum Iſraël de Ter- 21
ra Ægypti, in ſignis, & in portentis, & in manu D
robuſta, & in brachio extento, & in terrore
magno. * Et dediſti eis terram hanc, quam iura- 22
ſti patribus eorum vt dares eis terram fluentem
lacte & melle. * Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt 23
eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua
non ambulauerunt: omnia quæ mandaſti eis
vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis om-
nia mala hæc. * Ecce munitiones extructæ ſunt 24
aduerſum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data eſt
in manus Chaldæorum, qui præliantur aduer-
ſus eam, à facie gladij, & famis, & peſtilentiæ: &
quæcumque locutus es acciderunt, vt tu ipſe
cernis. * Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme 25
agrum argento, & adhibe teſtes: cùm vrbs da-
ta ſit in manus Chaldæorum? * Et factum eſt 26
verbum Domini ad Ieremiam, dicens: * Ecce 27
ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: numquid E
mihi difficile erit omne verbum? * Proptereà 28
hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam ciuita-
tem iſtam in manus Chaldæorum, & in ma-
nus regis Babylonis, & capient eam. * Et ve- 29
nient Chaldæi prælіantes aduerſum vrbem
hanc, & ſuccendent eam igni, & combu-
rent eam, & domos, in quarum domatibus ſa-
crificabant Baal, & libabant dijs alienis liba-
mina ad irritandum me. * Erant enim filij Iſraël, 30
& filij Iuda, iugiter facientes malum in oculis
meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſraël qui vſque
nunc exacerbant me in opere manuum ſua-
rum, dicit Dominus. * Quia in furore & in 31
indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à
die qua ædificauerunt eam, vſque ad diem
32 iſtam, qua auferetur de conſpectu meo. * Pro-
pter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda,
quam fecerunt ad iracundiam me prouocan-
tes, ipſi & reges eorum, principes eorum, &
ſacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri
33 Iuda, & habitatores Ieruſalem. * Et verterunt
ad me terga & non facies: cùm docerem eos
diluculo, & erudirem, & nollent audire vt ac-
34 ciperent diſciplinam. * [a] Et poſuerunt idola ſua [a] 4. Reg. 21
in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, a. 4
35 vt polluerent eam. * Et ædificauerunt excelſa
Baal, quæ ſunt in valle filij Ennom, vt initia-
rent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod
non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum vt
facerent abominationem hanc, & in peccatum
36 deducerent Iudam. * Et nunc propter iſta, hæc
dicit Dominus Deus Iſraël ad ciuitatem hanc,
de qua vos dicitis quòd tradetur in manus re-
gis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte.
37 * Ecce ego congregabo eos de vniuerſis ter-
ris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira
mea, & in indignatione grandi: & reducam
eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam
38 confidenter. * Et erunt mihi in populum, &
39 ego ero eis in Deum. * Et dabo eis cor vnum,
G & viam vnam, vt timeant me vniuerſis die-
bus: & benè ſit eis, & filijs eorum poſt eos.
40 * Et feriam eis pactum ſempiternum, & non de-
ſinam eis benefacere: & timorem meum dabo
41 in corde eorum vt non recedant à me. * Et læ-
tabor ſuper eis, cùm benè eis fecero: & plan-
tabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde
42 meo & in tota anima mea. * Quia hæc di-
cit Dominus: Sicut adduxi ſuper populum
iſtum omne malum hoc grande: ſic adducam
ſuper eos omne bonum, quod ego loquor ad
43 eos. * Et poſſidebuntur agri in terra iſta: de qua
vos dicitis quòd deſerta ſit, eò quòd non re-
manſerit homo & iumentum, & data ſit in
44 manus Chaldæorum. * Agri ementur pecunia,
& ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum,
& teſtis adhibebitur: in terra Beniamin, & in
circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ci-
uitatibus montanis, & in ciuitatibus campe-
ſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Auſtrum ſunt:
quia conuertam captiuitatem eorum, ait Do-
minus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Ieremias clauſus in carcere emit agrum in patria, argumento, fore vt poſt cladem res aliquando redirent ad priſtinum ſtatum.

2 ERAT CLAVSVS IN ATRIO CARCERIS. pro, in carcere atrij, ſ. regiæ, erat Ieremias.

3 QVARE VATICINARIS. Sedeciæ verba. Hæc prophetia, de qua hîc loquitur, ponitur cap. 34. v. 2. Neque enim ordo temporis in his prophetijs ſeruatur.

5 DONEC VISITEM EVM. ſ. Sedeciam. Chald. *recorder eius.* ſ. per mortem, quæ in calamitate melior eſt vita. Numquam è captiuitate redijt Sedecias. SI AVTEM DIMICAVERITIS. Sic Sept. כי pro *ſi*, aut pro, *cum*. Cùm pugnaueritis non proficietis.

7 PATRVELIS. Patrueles ſunt filij duorum fratrum. Ita Sellum fuit patruus Ieremiæ, Hanameel patruelis, vt textus ait. Hebr. *filius Sellum patrui tui.* דוד *Dod, patruum* ſignificat. ſic Chald. EME TIBI AGRVM. Leuitæ & ſacerdotes agros habebant.

8 Filivs patrvi mei. Ecce Sellum fuit patruus Ieremiæ. Secvndvm verbvm Domini. Vt mihi Dominus fore prædixerat, venit ad me Hanameel Posside. Hebr. *eme*. Et tv propinqvvs es. Hebr. *& tibi redemptio*. i. ius redemptionis conuenit. *Redemptores* vocabantur genere proximiores, qui in bona & matrimonium ſuorum propinquorum vocabantur; ipſorum etiam erat propinquis factam iniuriam iudicio vindicare:, bona emere cùm vendebantur. Vt possideas, vicinus.

9 Septem stateres. Hebr. *ſeptem ſiclos*. *Siclus* continebat obolos ſeu gheras viginti: Ezech. 45. verſ. 12. Et decem argenteos. Hebr. *& decem argenti*. Verùm quo pondere ij argentei erant? nam ferè quoties dicitur, decem aut viginti argenti, totidem ſiclos intelligunt, vt libr. de Ponder. & menſur. explicuimus cap. 6. Quod hîc locum non videtur habere propter ſeptem ſiclos qui præceſſerunt. Ego credam constructionem eſſe inuerſam, & ſic ordinandam, *Appendi ei argentum ſeptem & decem* (.i. ſeptemdecim) *ſiclos argenti*. Vile pretium, ſed conſidera hoſtem omnibus imminere, & Anathoth prope Ieruſalem fuiſſe. Chald. *ſeptem minas & decem ſiclos* poſuit, ſed procul à vero. Porrò *ſtater* Græcis quatuor drachmas continet, totidem *ſiclus*.

10 Et appendi argentvm in statera. Argentum non erat ſignatum, ſed rude; ſic appendebatur.

11 Librvm possessionis. Hebr. *venditionis*. & librum vocat chartam teſtato deſcriptam. Signatvm. Duo inſtrumenta fiebant, alterum ſignatum, vt ſeruaretur; alterum apertum, vt eſſet in promptu. Et stipvlationes, et rata. Hebr. *præceptum & ſtatuta*. Per quæ ego intelligo aut facultatem vendendi, aut conditiones venditionis, aut fidei iuſſionem, quam *rata* noſter dixit, & ſeparata charta continebantur. Et signa forinsecvs. id eſt, inſtrumentum ſigillo quidem munitum, ſed apertum. Hebr. *& apertum* ſcilicet librum. Itaque tres libri erant, duo emptionis, tertius facultatis vendendi.

12 Et dedi librvm possessionis Barvch, emptionis. Hanameel patrvelis mei. Hebr. *Hanameel* (h. ij) *patrui mei*. ſic Sept. & Chald. alijs quamuis verbis. Qui scripti erant. Hebr. *qui ſcripſerant*. Teſtes ſua nomina ſcribunt. Et in ocvlis omnivm, vt certius eſſet, redituras res in priſtinum ſtatum.

14 Et pone illos in vase fictili, ſeu *teſtaceo*. Et vide è tribus libris duos Baruch dediſſe, tertium nempe penes ſe retinuiſſe.

15 Adhvc, rurſus. Possidebvntvr. Hebr. *ementur*. Res redibunt in ſtatum priſtinum.

17 Hev, hev, hev, Domine Devs. Hebr. אֲהָהּ *Ahah*. pro qua voce ſolet Hieronymus vertere, *Aaa*, eſtque dolentis interiectio. Non erit tibi difficile. Hebr. *non mirificabitur*. Sept. & Chald. *non abſcondetur, non te latet*. Omne verbvm. res vlla.

19 Et incomprehensibilis cogitatv. Hebr. *magnus opere*. ſic Sept. & Chald. i. cuius opera magna ſunt, captum noſtrum ſuperant. quod dixit Hieronymus, *incomprehenſibilis cogitatu*. Et secvndvm frvctvm adinventionvm eivs. ſtudiorum, ſeu operum eius, cuique reddes.

20 Vsqve ad diem hanc. ſ. memoria eorum prodigiorum quæ feciſti, manet. Et in Israel, et in hominibvs. i. propter Iſrael, non in Ægypto tantùm, ſed in alijs gentibus prodigia feciſti. Sicvt est dies hæc. i. ſicut hodie etiam celebratur, ſeu apparet.

24 Mvnitiones. Hebr. *aggeres*, extructi ſunt contra ciuitatem. ſic Chald. A facie gladii. i. gladio, fame, & peſte Vox *à facie* ſæpè redundat. Porrò *à facie gladij* regitur aut à verbo *data eſt*, aut à verbo *præliantur*.

27 Difficile erit. Hebr. *mirificabitur*, vt verſ. 17. Sept. & Chald. *abſcondetur*. ſed noſtra verſio magis placet. q. d. An eſt aliquid ſupra vires meas? Dei verba.

29 Domatibvs, tectis. Sacrificabant. Hebr *adoleuerunt*, thurificarunt. Ea excidij cauſa.

30 Ab adolescentia sva. i. ex quo eos de Ægypto eduxi, fecere malum.

31 Qvia in fvrore. i. ſemper irritauit me, ſemper illi vrbi fui iratus. Qva afferetvr. Hebr. *ad auferendum eam à conſpectu meo*. i. ita factum eſt, vt auferatur ciuitas hæc à conſpectu meo.

33 Et verterunt ad me terga. i. diſceſſerunt à me. Dilvcvlo Hebr. *cum docerem eos mane ſurgendo*. i. diligenter.

34 Idola sva poſuerunt in templo, in domo mea. Hebr. *abominationes ſuas*. i. idola. In qva invocatvm est. Hebr. *in qua inuocatum eſt nomen meum ſuper eam*. i. vocatur domus Dei. Alludit ad factum Manaſſis, qui extruxit aras militiæ cæli in domo Domini, 4. Reg. 21. v. 5.

35 Excelsa Baal. Ædificarunt templa ſeu aras. *Baal* in genitiuo. Vt initiarent. Hebr *traducerent*. Sept. *offerrent*. Verè illis mactabant filios & filias, vt alio loco eſt dictum: Geneſ. 22. v 29. & 3. Reg. 11. verſ. 7. Quod quoniam immane erat, ait: Nec ascendit in cor mevm. talis ſ. immanitas numquam de ea cogitaui. In tribus locis hæc eadem ſententia ponitur, quamuis non prorſus eiſdem verbis, cap. 7. v. 31. cap. 19. v. 5. & hic.

36 Propter ista. i. nihilominùs congregabo vos, & reſtituam in libertatem, quaſi oblitus eorum quæ feciſtis. Cauſali præpoſitioni hîc locus non eſt. Qvod tradetvr, aut *traditur*. Exprimento didicerant ſe opinione falſos, cùm antè dicebant, non venturam eam vrbem in manus Regis Babylonij. In gladio. Ecce quod verſ. 24. dixit *à facie gladij*.

39 Et dabo eis cor vnvm, vt idem ſapiant, & dicant. Quod tempore Euangelij eſt factum. Et viam vnam. Ratio vitæ omnibus vna erit, ijdem ritus & mores.

40 Et feriam iis pactvm sempiternvm. Euangelium. Et non desinam eis benefacere. Hebr. *quod non conuertam poſt eos* (.i. ijs mortuis non mutabo) *ad benefaciendum eis*. i. in eorum gratiam faciam, vt pactum ſit perpetuum.

41 Et lætabor. i. libenter eis benefaciam. In veritate. i. gratia, non fictè, ſed ex animo reconciliata, omni offenſionis memoria deleta.

43 Et possidebvntvr. Chald. *& ementur agri*. Allûdit ad emptionem Ieremiæ. Res tranquillæ erunt.

44 Pecvnia ementur agri. Hebr. *argento*. ſed per *argentum* Hebræi *pecuniam* intelligunt. Et scribentvr in libro. Hebr. *ſcribere in libro, & ſignare, & teſtes adhibere*. ſed infinitiui per alia tempora explicari debent. Sept. per futurum, *ſcribes in libro*, aut fortaſſis per imperatiuum, de quo Pagn. in Inſtitution. libr. 3. cap. 10. *Scribe in libro emptiones, vt antè feciſti*. *Denique emptiones ratæ erunt*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Atrio carceris. pro, carcere atrij.

5 Visitem. Verbum ambiguum ad bonum & malum.

7 Agrvm. i. prędium. ſ. ædificium cum horto.

8 Posside. i. eme. eſt enim idem verbum Hebr. quod ſuprà vertit *eme*.

9 Stateres. Hebr. & Lxx. *ſiclos*. ſ. ſanctuarij, quorum quilibet quatuor denariorum ſeu drachmarum, profanus enim duarum. Chald. *minas*. Argenteos. Chald. *argenteos ſiclos*. ſ. appendit 17. ſtateres. paruum quidem pretium, ſed & prædium fortè exiguum. Adde, quòd tempore illo, quo captiuitas imminebat, vilia erant omnia.

10 Signavi. ſ. ſigillo publico.

11 Possessionis. pro, emptionis. ſic & inf. Stipvlationes. i. conditiones contractus. Rata. i. ratificationes. Signa forinsecvs. i. exemplum inſtrumenti apertum, vulgò *Copia*.

Pos-

Poſſidebvntvr. pro, ementur. ſic & inf. 15
Hev, hev, hev. Hebr. *Ahah.* vnica dictio! Extento. Hebr. & Lxx. *excelſo.* ſic & inf. Omne verbvm. i. quidquam. 17
Millibvs. ſ. poſterorum. 18
Incomprehensibilis cogitatv. Hebr. *multus operibus.* Lxx. *potens operibus.* Adinventionvm. i. conſiliorum, ſeu operum. 19
Hominibvs. ſ. reliquis. Est dies hæc. i. apparet hodie. 20
Terrore. Chald. & Lxx. *viſione.* i. reuelatione. ſ. facta Moyſi. 21
A facie. i. vi. 24
Data. i. iamiam danda. 25
Omne verbvm. i. aliquid. 27
Domatibvs. i. tectis. 29
Exacerbant. i. irritant, ſeu ad iracundiam prouocant. 30
In fvrore. i. furorem merita. 31
Prophetæ. Chald. *pſeudoprophetæ.* 32
Dilvcvlo. i. diligenter, & tempeſtiuè. ſ. per Prophetas. 33
Initiarent. Chald. *traducerent per ignem.* Lxx. *offerrent.* 35
Vos dicitis. Lxx. *tu dicis.* Tradetvr. Sic Sept. Alij *tradatur.* 36
Eieci. pro, eijciam. 37
Viam. i. rationem me colendi. 39
Plantabo. Chald. *ſtabiliam.* Veritate. Lxx *fide.* In toto, &c. q. d. omnino ex animo, ſeu amantiſſimè. 41
Dicitis. pro, dicetis non poſt multos dies. Lxx. *tu dicis.* 43
Convertam. i. reducam. 44

CAPVT XXXIII.

Promittit Dominus ſe dimiſſurum peccata populi ſui, & à captiuitate reducturum, multis beneficijs ſubſequentibus: germinauit Dauid germen iuſtitiæ faciens iuſtitiam & iudicium in terra, & firmiſſimum eſt pactum Domini cum Dauid & ſemine Iacob vehementer multiplicando.

ET factum eſt verbum Domini ad Iere- 1
miam ſecundò, cùm adhuc clauſus eſſet A
in atrio carceris, dicens: * Hæc dicit Dominus 2
qui facturus eſt, & formaturus illud, & para-
turus, Dominus nomen eius. * Clama ad me, 3
& exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, &
firma quæ neſcis. * Quia hæc dicit Dominus 4
Deus Iſraël ad domos vrbis huius, & ad do-
mos regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt, & ad mu-
nitiones, & ad gladium * venientium vt dimi- 5
cent cum Chaldæis, & impleant ea cadaueri-
bus hominum, quos percuſſi in furore meo &
in indignatione mea, abſcondens faciem meam
à ciuitate hac, propter omnem malitiam eo-
rum. * Ecce ego obducam eis cicatricem & 6
ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis de-
precationem pacis & veritatis. * Et conuer- 7
tam conuerſionem Iuda, & conuerſionem
Ieruſalem: & ædificabo eos ſicut à principio.
*Et emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in 8
qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis
iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt
mihi, & ſpreuerunt me. * Et erit mihi in no- 9
men, & in gaudium, & in laudem, & in exul- B
tationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint
omnia bona, quæ ego facturus ſum eis: & paue-
bunt, & turbabuntur in vniuerſis bonis, & in
omni pace, quam ego faciam eis. * Hæc dicit 10
Dominus: Adhuc audietur in loco iſto, (quem
vos dicitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit ho-
mo nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & fo-
ris Ieruſalem, quæ deſolatæ ſunt abſque homi-
ne, & abſque habitatore, & abſque pecore)
11 * vox gaudij & vox lætitiæ, vox ſponſi & vox
ſponſæ, vox dicentium: Confitemini Domino
exercituum, quoniam bonus Dominus, quo-
niam in æternum miſericordia eius: & portan-
tium vota in domum Domini: reducam enim
conuerſionem terræ ſicut à principio, dicit Do-
12 minus. * Hæc dicit Dominus exercituum: Ad-
huc erit in loco iſto deſerto abſque homine, &
abſque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius,
habitaculum paſtorum accubantium gregum.
13 * In ciuitatibus montuoſis, & in ciuitatibus
C campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad Au-
ſtrum ſunt; & in terra Beniamin, & in circui-
tu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda, adhuc
tranſibunt greges ad manum numerantis, ait
14 Dominus. * Ecce dies veniunt, dicit Domi-
nus: & ſuſcitabo verbum bonum, quod locu-
tus ſum ad domum Iſraël & ad domum Iuda.
15 *In diebus illis, & in tempore illo, germinare
faciam Dauid germen iuſtitiæ: & faciet iudi-
16 cium & iuſtitiam in terra. * In diebus illis ſal-
uabitur Iuda, & Ieruſalem habitabit confi-
denter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum,
17 Dominus iuſtus noſter. * Quia hæc dicit Do-
minus: Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat
18 ſuper thronum domus Iſraël. * Et de ſacerdoti-
bus & de Leuitis non interibit vir à facie mea,
qui offerat holocautomata, & incendat ſacrifi-
19 cium, & cædat victimas omnibus diebus. * Et
factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, di-
20 cens: * Hæc dicit Dominus: Si irritum poteſt
fieri pactum meum cum die, & pactum meum
cum nocte, vt non ſit dies & nox in tempore
21 ſuo: * Et pactum meum irritum eſſe poterit
D cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius
qui regnet in throno eius, & Leuitæ & Sa-
22 cerdotes miniſtri mei. * Sicuti enumerari non
poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arena maris: ſic
multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leui-
23 tas miniſtros meos. *Et factum eſt verbum Do-
24 mini ad Ieremiam, dicens: * Numquid non
vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens: Duæ
cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ
ſunt: & populum meum deſpexerunt, eò quòd
25 non ſit vltrà gens coram eis? *Hæc dicit Domi-
nus: Si pactum meum inter diem & noctem, &
26 leges cælo & terræ non poſui: *equidem & ſe-
men Iacob & Dauid ſerui mei proijciam, vt
non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis
Abraham, Iſaac, & Iacob: reducam enim con-
uerſionem eorum, & miſerebor eis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et factvm est. Iudæorum liberationem hoc capite rurſus prædicit, tum de Chriſto multa. Secvndo. poſtquam erat in carcere, vt mox dicit. Ait ergo Ieremias: Hæc dicit Dominus

2 Qvi factvrvs est. ſ. quæ iam dicam, liberaturus ſ. Hebr. *faciens illam.* i. magnificans vrbem Ieruſalem, de qua antè eſt locutus, *formans eam, & præparans eam.* ſic Kimhi. ſed articulus femininus poteſt eſſe pro neutro, vt reddatur ſenſus, quem Hieronymus expreſſit. *Formaturus illud.* ſ. verbum impleturus.

3 Clama ad me, precibus me ſollicita. Et firma.

Hebr. *ardua* difficilia, quæ ſunt ſupra captum tuum annuntiabo tibi.

AD DOMOS, ſuper domibus. i. de domibus. QVÆ 4
DESTRVCTÆ SVNT. i. deſtruentur. AD MVNITIONES, ET AD GLADIVM. Hebr. *ad aggeres, & gladiũ.* i. de aggeribus, & de gladio. Vtrimque aggeres extrui ſolent; ab hoſte, vt irrumpat, & conſcendat murum; ab obſeſſis, vt aditu prohibeant. Hæc omnia inutilia fore prædicit.

VENIENTIVM. Hæc dicit Dominus de domibus, ag- 5
geribus, & gladio *venientium*, aut eorum qui veniunt, VT DIMICENT. Hæc illis audacia malo erit. ET IMPLEANT EAS. ſ. domos. ſic fiet, vt domus cadaueribus impleantur, euertanturque.

OBDVCAM EIS CICATRICEM. Hebr. *aſcendere fa-* 6
ciam ei (.ſ. vrbi) *ſanitatem.* i. ſanabo, quod mox repetit. ET SANITATEM (.ſ. obducam, pro adducam) ET CVRABO EOS. Hebr. *& ſanans ſanabo eos.* ET REVELABO ILLIS. i. concedam. DEPRECATIONEM PACIS. i. pacem, quam deprecati ſunt. Hebr. *multitudinem pacis & veritatis.* multam pacem, multam veritatem. i. iuſtitiam. Pax & iuſtitia inter eos vigebunt.

CONVERSIONEM. Hebr. *captiuitatem conuertam.* ET 7
ÆDIFICABO EOS. i. ſtabiliam. SICVT A PRINCIPIO. cùm eos eduxi de Ægypto. Dimittam illis peccata, quibus

SPREVERVNT ME. Hebr. *prænaricati ſunt contra me.*

ET ERIT MIHI IN NOMEN. i. glorioſum. CVNCTIS 8
GENTIBVS TERRÆ. apud omnes gentes. ET PAVEBVNT, 9
ET TVRBABVNTVR. Hebr. *timebunt, & pauebunt.* ſ. eos. IN VNIVERSIS BONIS. Hebr. *propter omne bonum, & omnem pacem.* Ea illis gentibus timendi cauſa, bona & felicitas eorum, ſ. Iudæorum. *Pacis* nomine cuncta bona Hebræi intelligunt.

ADHVC AVDIETVR. Oratio pendens vſque ad ver- 10
ſum ſequentem. ET FORIS IERVSALEM. ſ. in oppidis ſuburbanis. Hebr. *in plateis Ieruſalem.* ſic Chald. Quid audietur?

VOX GAVDII. Omnia lætis vocibus & iubilo perſo- 11
nabunt. CONFITEMINI, laudate. q. d. audietur vox multorum venientium in templum cum hymnis & canticis. ET PORTANTIVM VOTA. Hebr. *laudem*, Sept. *dona.* Chald. *ſacrificium confeſſionis.* Erant ſacrificia in gratiarum actionem, quæ hoc loco *laudem*, ſeu *confeſſionem.* vocat. REDVCAM ENIM CONVERSIONEM. Hebr. *captiuitatem.* SICVT A PRINCIPIO, cùm eos de Ægypto liberaui.

HABITACVLVM PASTORVM. Hîc נוה deduxit Hie- 12
ronymus à *nauah*, quod eſt *habitare*, quod facere non ſolet. ACCVBANTIVM GREGVM. Hebr. *facientium accubare gregem.* ſic Sept. Hoc eſt, erunt rurſus in agris caulæ & mapalia, quod non contingit niſi tempore pacis.

AD MANVM NVMERANTIS. i. quotquot numerari 13
poterunt greges, tranſibunt Paſtores oues noctu manu numerant. Ad hunc morem alludit. Aut fortaſſe ſignificat fore, vt ex gregibus tributa Regibus ſoluantur: quod vt fiat, in loco anguſto tranſeuntes pecudes miniſtri regij manu numerant.

SVSCITABO. i. implebo quod promiſi, liberationem, 14
aut potiùs Chriſti aduentum vocat. VERBVM BONVM

GERMEN IVSTITIÆ. Chriſtum, vt cap. 23. verſ. 5. 15
Chald. *Chriſtum iuſtitiæ germinare faciam.*

QVOD VOCABVNT EVM. Sic Chald. Goth. *vocabit* 16
eum. Hebr. *vocabit eam.* ſed genera in Hebr. lingua facilè commutantur. Aut olim aliter legebant, argumento Chald. verſionis quæ habet *eum*: & quoniam repetuntur verba poſita cap. 23. Ergo vocabunt homines, ſeu vocabit Deus Meſſiam, germen de quo dixit. DOMINVS IVSTVS. Hebr. *Dominus iuſtitia noſtra.* Iudæi, vt hæc verba à Chriſto detorqueant, dicunt, ſic Ieruſalem à Deo vocari. ſ. *Dominus iuſtitia noſtra.* Pro *Dominus*, Hebr. eſt nomen ineffabile.

NON INTERIBIT. Hebr. *non excidetur Dauidi.* i. non 17
auferetur ſceptru de domo eius. Perpetuum erit Chriſti filij Dauid regnum. Lucæ 1. verſ. 33. *Et regni eius non erit finis.*

18 NON INTERIBIT. non excidetur, non deficiet. ſ. ſacerdos. Ecce ſacerdotium Euangelicum: nam ſacerdotes Leuitici, & eorum ſacrificia vbi? INCENDAT, adoleat, ſiue thurificet ſacrificium. CÆDAT VICTIMAS. Hebr. *faciat.* ſed *facere* pro *ſacrificare.* Non deerit qui hæc faciat.

20 SPIRITVM. hoc & ſequenti verſu ſignificat, tam firma fore quæ dixit de poſteris Dauid, & de ſacerdotibus, quàm ſunt firmæ leges diei & noctis, vt quæque veniat ſuo tempore.

22 SICVTI ENVMERARI. Hebr. *quia non numerabitur militia cælorum.* ſed אשר *aſer* ponitur pro כאשר *caaſer.* .i. *quia.* pro *ſicut.* ſic Hebr. Ergo ſicut ſtellæ numerari non poſſunt, ſic nec Dauid poſteri.

24 DVÆ COGNATIONES ..... ABIECTÆ SVNT. ſ. Dauid & Aaron, Regia & Sacerdotalis. DESPEXERVNT. ſ. alij populi, cùm eos videant carere Rege & ſacerdotibus. EO QVOD NON SIT, pro, ita vt nõ ſit VLTRA GENS CORAM EIS. Hebr. *abeſſe amplius gens coram eis*, id eſt, non ponunt nos in numero aliarum gentium, non videbimur illis coire in vnam populi formam. Id populus dicebat. Quid Deus?

25 SI .... NON POSVI. i. ſi firmas & perpetuas non feci leges diei ac noctis.

26 CONVERSIONEM, captiuitatem reducam. Ergo ſi leges diei & noctis, cælo & terræ poſitæ, vt ſeruent ordinem ſuum, moueri non poſſunt; ſic neque deerit è ſemine Iacob & Dauid, qui in eo populo ſit Princeps. Hebr. *dominetur.* ſed reducam eos, & miſerebor.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ATRIO CARCERIS. pro, carcere atrij. ſ. regij.
2 ISTVD ſ. quod prædicit. Hebr. *eam.* ſ. Ieruſalẽ, ſecundùm quoſdam, quãquam Hebr. femineum ſumitur interdum pro neutro, vt *hæc*, pro *id.* PARATVRVS. .i diſpoſiturus. LXX. totum locum ſic vertunt, *Faciens terram, & plaſmans eam, vt dirigat eam.*

5 FIRMA. Chald. *reſeruata.* i. occulta.

6 DEPRECATIONEM. i. quod petunt, ſeu optant. Chald. *portam pœnitentiæ.* Hebr. *abundantiam*, ſeu *multitudinem.* VERITATIS. ſ. datis his, quæ promiſi.

7 CONVERSIONEM. Chald. & LXX. *tranſmigrationem.* ſ. captiuitatem. A PRINCIPIO. LXX. *priùs.*

9 ERIT. ſ. Ieruſalem ſpiritualis. i. Eccleſia. IN NOMEN .i. nominata, ſeu celebris, vel in gloriam. PAVEBVNT. ſ. hoſtes eorum.

10 DICITIS. i. dicturi eſtis breui. FORIS. Hebr. & Chald. *in plateis.*

11 VOTA. Hebr. & Chald. *confeſſionem.* i. laudem. LXX. *dona.* CONVERSIONEM. i. captiuitatem. A PRINCIPIO. LXX. *prius.*

12 ACCVBANTIVM i. accubare facientium.

13 NVMERANTIS. Solet id veſperi fieri, reducto gregẽ ad caulas. intelliguntur verò per hæc officia paſtorum ſpiritualium. Chald. *adhuc diſcet populus per manum Meſſiæ.*

14 VERBVM BONVM. ſ. promiſſionem de Meſſia.

15 DAVID. i. Dauidi. GERMEN. Chald. *Chriſtum.*

17 DAVID. i. Chriſto, vel de ſtirpe Dauid. VIR. i. Chriſtus, vel fidelis ſucceſſor. THRONVM. ſ. Eccleſiam.

21 FILIVS. ſ. Chriſtus.

22 STELLÆ. Hebr. Chald. & LXX. *militia.*

24 HIC ſ. Babylonicus, ſeu Iudaicus. EO QVOD. pro, ita vt. GENS. q. d. alicuius momenti.

26 CONVERSIONEM. i. captiuitatem.

CAPVT XXXIV.

Prædicit Dominus ſe traditurum regem Sedeciam in manus regis Babylonis, vnà cum Ieruſalem, quam igni ſuccendent, eo quod pactum quod coram Domino pepigerant de dimittendis his liberis quos ex Hebræis ſibi in ſeruitutem ſubiecerant, non ſeruauerint.

1 A VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuerſaque

regna terræ, quæ erant ſub poteſtate manus eius,
& omnes populi bellabant contra Ieruſalem, &
contra omnes vrbes eius, dicens: *Hæc dicit Do- 2
minus Deus Iſraël: Vade, & loquere ad Sede-
ciam regem Iuda: & dices ad eum: Hæc dicit
Dominus: Ecce ego tradam ciuitatem hanc in
manus regis Babylonis, & ſuccendet eam igni.
*Et tu non effugies de manu eius: ſed compre- 3
henſione capieris, & in manu eius tradêris: &
oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os
eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem in-
troibis. *Attamen audi verbum Domini Sedecia 4
rex Iuda: Hæc dicit Dominus ad te: Non mo-
rieris in gladio, *ſed in pace morieris, & ſecun- 5
dùm combuſtiones patrum tuorum regũ prio-
rum qui fuerunt ante te, ſic comburent te: & væ
Domine, plangent te: quia verbum ego locutus
ſum, dicit Dominus. *Et locutus eſt Ieremias 6
propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuerſa B
verba hæc in Ieruſalem. *Et exercitus regis Ba- 7
bylonis pugnabat contra Ieruſalem, & contra
omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant, contra
Lachis, & contra Azecha: hæ enim ſupererant
de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. *Verbum, 8
quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, poſt-
quam percuſſit rex Sedecias fœdus cum omni
populo in Ieruſalem, prædicans: *Vt dimitteret 9
vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque an-
cillam ſuam, Hebræum & Hebræam, liberos:
& nequaquam dominarentur eis, id eſt, in Iu-
dæo & fratre ſuo. *Audierunt ergo omnes prin- 10
cipes & vniuerſus populus, qui inierant pactum
vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & v-
nuſquiſque ancillam ſuam liberos, & vltrà non
dominarentur eis: audierunt igitur, & dimiſe-
runt. *Et conuerſi ſunt deinceps: & retraxerunt 11
ſeruos & ancillas ſuas, quos dimiſerant liberos,
& ſubiugauerunt in famulos & famulas. *Et fa- 12
ctum eſt verbum Domini ad Ieremiam à Do-
mino, dicens: *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: 13
Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris, in die C
qua eduxi eos de Terra Ægypti, de domo ſerui-
tutis, dicens: *ᵃ Cùm completi fuerint ſeptem 14
anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum He-
bræum, qui venditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex an-
nis: & dimittes eum à te liberum: & non audie-
runt patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem
ſuam. *Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis 15
quod rectum eſt in oculis meis, vt prædicaretis
libertatem vnuſquiſque ad amicum ſuum: &
iniſtis pactum in cõſpectu meo, in domo, in qua
inuocatum eſt nomen meum ſuper eam. *Et re- 16
uerſi eſtis, & commaculaſtis nomen meum: &
reduxiſtis vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſ-
quiſque ancillam ſuam, quos dimiſeratis vt eſ-
ſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos
vt ſint vobis ſerui & ancillæ. *Proptereà hęc 17
dicit Dominus: Vos non audiſtis me, vt præ-
dicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo, & D
vnuſquiſque amico ſuo: ecce ego prædico
vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium,
ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in com-
motionem cunctis regnis terræ. *Et dabo viros, 18
qui præuaricantur fœdus meum, & non obſer-
uauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in
conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in

ᵃ Exod. 21. a. 2 Deut. 15. a. 12

duas partes, & tranſierunt inter diuiſiones eius:
19 *Principes Iuda & principes Ieruſalem, eunuchi
& ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſ-
20 ierunt inter diuiſiones vituli: *Et dabo eos in
manus inimicorum ſuorum, & in manus quæ-
rentium animam eorum: & erit morticinum
eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtijs terræ.
21 *Et Sedeciam regem Iuda, & principes eius, da-
bo in manus inimicorum ſuorum, & in manus
quærentium animas eorum, & in manus exer-
cituum regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis.
22 *Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam
eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduerſus
eam, & capient eam, & incendent igni: & ci-
uitates Iuda dabo in ſolitudinem, eò quòd non
ſit habitator.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Rurſus de Ieruſalem excidio, de Regis Sedeciæ captiuitate loquitur; prætereà de ſeruorum libertate

3 SED COMPREHENSIONE CAPIERIS, ô Sedecia Hebr. *capiendo capieris.* ET OCVLI TVI OCVLOS REGIS BABYLONIS VIDEBVNT. i. in conſpectum eius adducêris. ET BABYLONEM INTROIBIS, venies ô Sedecia.

5 SED IN PACE MORIERIS, non gladio, aut morte violenta. ET SECVNDVM COMBVSTIONES. Sic Sept. & Chald. Hebr. *in combuſtionibus.* Nimirum *Beth* olim erat vbi nunc *Caph*, quæ lectio eſt commodior. Verùm ij Reges non comburebantur, ſed aromatibus differti ſepeliebantur, 2. Paral 16. verſ 14. ſed & odores cremabant, vt corpus mortui ſuffirent. Id *combuſtiones* & *comburere* vocat. Itaque vbi nos, COMBVRENT TE. Hebr. *comburent tibi* Chald. *comburent ſuper te*, ſecundùm combuſtiones patrum tuorum Regum priorum. ET VÆ DOMINE. Næniæ & planctus ea verba pars ſunt. q. d. in tuo funere plangent.

7 VRBES MVNITÆ. i. ex munitis vrbibus eæ tantùm ſupererant, nec dum captæ, vt aliæ, casque Chaldæi impugnabant.

8 PERCVSSIT REX SEDECIAS FOEDVS. Non erat fœdus nouum de ſeruis liberandis, ſed veteris præcepti inſtauratio: Exod 21. v. 2. Deut. 15. v. 12. PRÆDICANS. Hebr. *prædicans eis* (ſic ſeruis & ancillis) *libertatem*, aut voce præconis denuntians.

9 HEBRÆVM. De ijs ſeruis Hebræis erat lex, non de alijs. NEQVAQVAM DOMINARENTVR EIS. Hebr. *& non ſeruire in eis*. i. ſeruituti non eos addicerent. Eadem verba proximo verſ. eodem modo explicanda. ID EST, IN IVDÆO ET FRATRE SVO. Hebr. *in Iudæo fratre ſuo vnuſquiſque.* i. vt nullus in ſeruitutem redigeret fratrem ſuum Iudæum.

11 ET CONVERSI SVNT, retractarunt quod fecerant. ſ. dantes ſeruis libertatem.

14 CVM COMPLETI FVERINT SEPTEM ANNI, DIMITTAT VNVSQVISQVE. Hebr. *à fine ſeptem annorum.* ſic Chald. ſic Deuter. 15. v. 1. Hebr. At id non fiebat in fine, ſed initio anni ſeptimi, ideò Sept. dixere: *Cùm completi fuerint ſex anni.* Verùm *finis* aliquando pro principio ſumitur apud Hebræos. nam cùm rei cuiuſque ſint duo extrema, vtrumque alterius comparatione finis vocatur. Ergo *à fine ſeptem annorum*, id eſt, ab initio. Quod verò noſter ait, *cùm completi fuerint*, non ad integritatem poſtremi anni refero, ſed ad annorum numerum, *cùm completi*, cùm numerati fuerint ſeptem anni. Lucæ 2. verſ. 21. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo*, id eſt, dies octauus venit.

15 ET CONVERSI ESTIS ad bonum prius. ſ. quando liberaſtis ſeruos fœdere facto in domo mea. IN QVA INVOCATVM. Hebr. *ſuper quam vocatum eſt nomen meum.* i. vocatur domus Dei.

16 ET REVERSI ESTIS ad malum. ſ. poſteà cùm factum retractaſtis. ET COMMACVLASTIS NOMEN MEVM. violato iuramento, quo initum pactum confirmaſtis.

Præ-

17 Prædico vobis libertatem. Dimittam vos, vt non ampliùs quaſi ſeruos meos vos defendam. Ad gladium. i. vos permittam in hæc mala incidere, & ſæuire contra vos. Et dabo vos in commotionem cunctis, præ admiratione tantæ cladis commouebuntur, aut præ timore, ne illis ſimilia contingant. Sept. *in diſperſionem*. i. diſpergam vos per omnia regna.

18 Et dabo viros. Hyperbaton. Vſque ad verſum tertium pendet ſententia. Et non obſeruauerunt. Chald. *non confirmarunt*, ſcilicet opere & exemplo. Hebr. *non ſtabiliuerunt*. Vitulum. pro, & vitulum. Inter diviſiones eius. Hebr. *inter partes eius*. Romani cæſa ſue confirmabant fœdera. vnde *percutere fœdus* dicitur. Hebræi diuiſa in duas partes victima, inter quas tranſibant qui iungebant fœdus. Geneſ. 15. verſu 17. *Lampas ignis tranſiens inter diuiſiones*, ſignificat Deum, vt confirmaret pactum cum Abraham, inter victimarum partes tranſire. ſed & inter gentes is ritus fuit. Dyctys de bello Troian. libro 1. *Chalcas*, ait, *porcum marem in medium forum afferri iubet, quem in duas partes exectum Orientis Occidentiſque diuiſit, atque ſingulos nudatis gladiis per medium tranſire iubet. Deinde mucronibus ſanguine eius oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem neceſſariis, inimicitias cum Priamo per religionem confirmant*. ſic hic dicit, inter duas vituli partes tranſiiſſe qui fœdus fecerunt de ſeruorum libertate, non verbis ſolùm, ſed & factis illud confirmantes. Qui illi fuerunt?

19 Principes....eunuchi. Chald. per *eunuchos* proceres intelligit. Sanè ea voce non ſolùm caſtratos, ſed aulicos intelligunt diuini libri, ſed Regis intimos.

20 Et erit morticinum, id eſt, cadauer hominis violenter occiſi, ſeu, vt Hieronymus Ezech. 4. *morticinum eſt, quod abſque effuſione ſanguinis moritur*. Quod neſcio an in Hebr. voce נבלה *nebelah*, & Græca θνησιμαῖον ſeruetur. Ac credam iis vocibus promiſcuè cadauer omne ſignificari. Ergo cadauer Iudæorum erit beſtiis eſca.

21 Qui receſſerunt a vobis. Hebr. *qui Babylonij aſcendunt à vobis*. ſ. ad tempus, vt Ægyptiis obuiàm irent, qui obſeſſis opitulatum veniebant, cap. 37. verſ. 4. illis vos tradam.

22 Præcipio. ſ. Chaldæis. Dicitur Deus præcipere quod permittit, 2. Regum 16. verſ. 10. Deus (ait Dauid) præcepit Semei vt maledicat mihi. Quid præcipit? Et reducam eos, vt capiant & euertant ciuitates. Eo quod non ſit habitator. Hebr. *abſque habitatore deſolabo eas vrbes, eò quòd* .i. ita vt *non ſit habitator*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 Combvrent te. i. in tui gratiam aromata Verti poterat, *comburent tibi*. id enim potiùs Hebr. indicant. Væ Domine. ſ. dicentes.

8 Prædicans. i. voce præconis denuntians.

14 Completi. pro, completi cœpti. Septem. Lxx. *ſex*. Et ſerviet. pro, ſeruiet enim.

15 In oculis meis. i. coram me, vel me approbante. Pactum. ſ. de dimittendis ſeruis. Super eam. i. in ea. abundat verò, more Hebræo.

16 Commaculaſtis. Chald. *violaſtis*. ſ. contemnentes meum præceptum.

17 Libertatem. Ironicè. Commotionem. ſ. capitis. i. deriſum. Lxx. *diſperſionem*.

18 Tranſierunt. ſ. velut dicentes, ita ſecemur, ſi fœdus violabimus.

19 Eunuchi. Chald. *principes*. Lxx. *dynaſtæ*. i. optimates, ſeu magiſtratus.

20 Quærentium. ſ. occidere. Animam. .i. vitam.

21 Receſſerunt. ſ. ab obſidione, quòd audiſſent aduentare Ægyptios in auxilium.

22 Eo quod. pro, ita vt.

CAPVT XXXV.

Exemplo obedientiæ Rechabitarum, præcepta patris ſui licet dura ſeruantium, expoſtulat Dominus de pertinaci Iudæorum inobedientia aduerſus ipſius præceptum: quapropter his prænuntiat, Dominus mala, illis autem bona.

1 Verbum, quod factum eſt ad Ieremiam
A à Domino, in diebus Ioakim filij Ioſiæ
2 regis Iuda, dicens: Vade ad domum Recha-
bitarum: & loquere eis, & introduces eos in
domum Domini, in vnam exedram theſau-
3 rorum, & dabis eis bibere vinum. Et aſſum-
pſi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ,
& fratres eius, & omnes filios eius, & vniuer-
4 ſam domum Rechabitarum: Et introduxi
eos in domum Domini ad gazophylacium fi-
liorum Hanan, filij Iegedeliæ hominis Dei,
quod erat iuxta gazophylacium principum, ſu-
per theſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat
5 cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filiis domus
Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices:
6 & dixi ad eos: Bibite vinum. Qui reſpon-
derunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab
B filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, di-
cens: Non bibetis vinum vos, & filij veſtri, vſ-
7 que in ſempiternum: & domum non ædifi-
cabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non
plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernacu-
lis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis
diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos
8 peregrinamini. Obediuimus ergo voci Iona-
dab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus
quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vi-
num cunctis diebus noſtris nos, & mulieres
9 noſtræ, filij, & filiæ noſtræ: & non ædifica-
remus domos ad habitandum: & vineam, &
10 agrum, & ſementem non habuimus: ſed ha-
bitauimus in tabernaculis, & obedientes fui-
mus, iuxta omnia, quæ præcepit nobis Iona-
11 dab pater noſter. Cùm autem aſcendiſſet
Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram no-
ſtram, diximus: Venite, & ingrediamur Ieru-
ſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à fa-
cie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſa-
12 lem. Et factum eſt verbum Domini ad Iere-
13 miam, dicens: Hæc dicit Dominus exerci-
C tuum Deus Iſrael: Vade, & dic viris Iuda, &
habitatoribus Ieruſalem: Numquid non reci-
pietis diſciplinam vt obediatis verbis meis, di-
14 cit Dominus? Præualuerunt ſermones Iona-
dab filij Rechab, quos præcepit filiis ſuis vt non
biberent vinum: & non biberunt vſque ad
diem hanc, quia obedierunt præcepto patris
ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de manè
conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi.
15 Miſique ad vos omnes ſeruos meos pro-
phetas, conſurgens diluculo, mittenſque &
dicens: Conuertimini vnuſquiſque à via ſua Sup. 18. b. 11. & 25. b. 5
peſſima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite
ſequi deos alienos, neque colatis eos: & ha-
bitabitis in terra, quam dedi vobis & patribus
veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram, neque
16 audiſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionadab
D filij Rechab præceptum patris ſui, quod præce-
perat eis: populus autem iſte non obediuit mi-
17 hi. Idcircò hæc dicit Dominus exercituum,

Deus Iſrael: Ecce ego adducam ſuper Iuda,
& ſuper omnes habitatores Ieruſalem, vniuer-
ſam afflictionem, quam locutus ſum aduer-
ſum illos: eò quòd locutus ſum ad illos, &
non audierunt: vocaui illos, & non reſponde-
runt mihi. * Domui autem Rechabitarum di- 18
xit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum
Deus Iſrael: Pro eo quòd obediſtis præcepto
Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia man-
data eius, & feciſtis vniuerſa, quæ præcepit vo-
bis: * Propterea hæc dicit Dominus exerci- 19
tuum Deus Iſrael: non deficiet vir de ſtirpe
Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo
cunctis diebus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Rechabitarum exemplo arguit Iudæorum inobedientiam, minatur excidium.

2 DOMVM RECHABITARVM, hoſpitium. non enim habitabant antè in vrbe, ſed propter bellum in eam ingreſſi erant, verſ. 11. Erant Rechabitæ poſteri Ionadab amici Iehu, 4. Regum 10. verſ. 5. Pater Ionadabi fuit Rechab, 1. Paral. 22. verſ. 55. vnde familiæ nomen. IN VNAM EXEDRAM. Multæ exedræ erant cuſtodiæ ſupellectili, templi deſtinatæ In earum vnam Rechabitas introducit Ieremias.

4 AD GAZOPHYLACIVM introduxit eos, ſiue exedram. IEGEDELLÆ HOMINIS DEI. Chald. *prophetæ.* ſic Hebræi. IVXTA GAZOPHYLACIVM PRINCIPVM, exedram Principum, vbi ſcilicet dona Principum ſeruabantur. SVPER THESAVRVM. Hebr. *ſuper exedram Maaſiæ.* Erant exedræ inferiores & ſuperiores ad vtrumque latus templi, eique adhærentes. QVI ERAT CVSTOS VESTIBVLI. סף *Saph* & limen ſignificat, quod ſecutus eſt Hieronymus, & *vaſa vinaria & domeſtica:* quam ſignificationem Hebræi hoc loco ſequuntur. Erat ergo Maaſias cuſtos liminis. i. ianitor, aut vaſorum templi.

6 NON BIBEMVS VINVM: QVIA IONADAB. Trecenti anni fluxerant circiter à Ionadab vſque ad Ioakim Regem, quo tempore Rechabitæ non biberant vinum.

7 ET DOMVM NON ÆDIFICABITIS. Si domos, vineas & ſegetes non habebant, vnde viuere debebant? Sanè ex pecore, ideò in tuguriis & caulis eos habitare vult. VT VIVATIS DIEBVS MVLTIS, non ſolùm propter obedientiam, ſed quia aquæ potus ſalutaris eſt: tum vita in agris nulla aëris infectione vt in vrbibus. ſic *villæ, hauoth* à vita vocantur Hebraicè. Denique labor paſtoritius vires exercet, nec exhaurit, vt in agricolis fit. IN QVA VOS PEREGRINAMINI. Erant è poſteris Iethro ſoceri Moyſis. quare non acceperant agros in Terra promiſſa, erantque vt peregrini in ea.

11 CVM AVTEM ASCENDISSET NABVCHODONOSOR. i. veniſſet. AD TERRAM NOSTRAM, vbi nos verſabamur. DIXIMVS. i. cogitauimus, viſum eſt nobis. A FACIE EXERCITVS. i. propter exercitum ingredi Ieruſalem.

14 PRÆVALVERVNT, &c. Hebr. *confirmata ſunt verba Ionadab.* DE MANE CONSVRGENS: i. diligenter ſum locutus. ſæpè hac forma loquendi vtitur. Illi obedierunt. vos non, etiamſi diligenter vos monui.

15 NEQVE COLATIS EOS. Hebr. *ad ſeruiendum eis,* vt ſeruiatis eis. ſ. diis alienis, idolis. Nolite ſequi deos alienos. Id monui.

16 FIRMAVERVNT. i. conſtanter ſeruarunt Rechabitæ præceptum patris ſui.

17 VNIVERSAM AFFLICTIONEM adducam. Hebr. *omne malum.* VOCAVI ILLOS, ET NON RESPONDERVNT MIHI. i. non obtemperarunt; ideò mala adducam.

19 NON DEFICIET. Hebr. *non excidetur,* pro, *non deficiet,* vt Chald. etiam & Sept. poſuerunt. DE STIRPE IONADAB. Hebr. *vir Ionadabo.* ſ. non deficiet. STANS IN CONSPECTV MEO. i. ſuperſtes.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 RECHABITARVM. Hi originem ducebant ab Hobab Moyſis ſocero. EXEDRAM THESAVRORVM. Chald. *gazophylacium.*

4 DOMVM. i. atrium templi. GAZOPHYLACIVM. ſuprà vertit *exedram.* LXX. *paſtophorium.* HOMINIS DEI. Chald. *Propheta Domini.* THESAVRVM. Chald. *gazophylacium.* Hebr. eadem vox quam vertit ſuprà *exedram & gazophylacium.* VESTIBVLI. LXX. *viæ.*

7 PEREGRINAMINI. ſ. erant peregrini, non Iſraelitæ. Chald. *habitatis.*

11 DIXIMVS. ſ. inter nos.

14 CONSVRGENS. i. ſurgere faciens Prophetas. q. d. maturè excitans.

16 FIRMAVERVNT. i. conſtanter obſeruarunt.

19 STANS, &c. q. d. ſeruiens mihi. Chald. *miniſtrans coram me.*

CAPVT XXXVI.

Iuſſu Domini mittit Ieremias incluſus carcere per Baruch librum comminationum, quem legat coram omni populo vt reſipiſcant: porro rex Ioakim ipſum igni conſumit, iubens Ieremiam & Baruch comprehendi, qui abſconditi erant: Ieremias autem iuſſu Domini iubet Baruch alium ſcribere, & Ioakim ac ſemen eius vna cum Ieruſalem prædicit perdendos.

1 A ET factum eſt in anno quarto Ioakim fi-
lij Ioſiæ regis Iuda: factum eſt verbum
2 hoc ad Ieremiam à Domino, dicens: * Tolle
volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba,
quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iu-
dam, & aduerſum omnes gentes, à die qua lo-
cutus ſum ad te, ex diebus Ioſiæ vſque ad diem
3 hanc: * Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa
mala, quæ ego cogito facere eis, reuertatur
vnuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero
4 iniquitati, & peccato eorum. * Vocauit ergo
Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Ba-
ruch ex ore Ieremiæ, omnes ſermones Domini
quos locutus eſt ad eum, in volumine libri:
5 * & præcepit Ieremias Baruch, dicens: Ego
clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domi-
6 ni. * Ingredere ergo tu, & lege de volumine, in
quo ſcripſiſti ex ore meo, verba Domini, au-
diente populo in domo Domini, in die ieiunij:
B inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt
7 de ciuitatibus ſuis, leges eis: * Si fortè cadat
oratio eorum in conſpectu Domini, & reuer-
tatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam
magnus furor & indignatio eſt, quam locu-
8 tus eſt Dominus aduerſus populum hunc. * Et
fecit Baruch filius Neriæ, iuxta omnia quæ
præceperat ei Ieremias propheta, legens ex
volumine ſermones Domini in domo Domi-
9 ni. * Factum eſt autem in anno quinto Ioa-
kim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe nono:
prædicauerunt ieiunium in conſpectu Domini
omni populo in Ieruſalem, & vniuerſæ mul-
titudini, quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda
10 in Ieruſalem. * Legitque Baruch ex volumi-
C ne ſermones Ieremiæ in domo Domini, in
gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in
veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ nouæ do-
11 mus Domini, audiente omni populo. * Cum-
que audiſſet Michæas filius Gamariæ filij
Saphan omnes ſermones Domini ex libro:
12 * deſcendit in domum regis ad gazophylacium
ſcribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant:

Eliſama

Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, &
Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Sa-
phan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi
principes. * Et nuntiauit eis Michæas omnia 13
verba, quæ audiuit legente Baruch ex volu-
mine in auribus populi. * Miſerunt itaque om- 14
nes principes ad Baruch, Iudi filium Natha-
niæ filij Selemiæ, filij Chuſi, dicentes: Volu-
men, ex quo legiſti audiente populo, ſume in
manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius
Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos.
* Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in au- 15
ribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum. D
* Igitur cùm audiſſent omnia verba, obſtupue- 16
runt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixe-
runt ad Baruch: Nuntiare debemus regi om-
nes ſermones iſtos. * Et interrogauerunt eum, 17
dicentes: Indica nobis quomodo ſcripſiſti
omnes ſermones iſtos ex ore eius. * Dixit au- 18
tem eis Baruch: Ex ore ſuo loquebatur quaſi
legens ad me omnes ſermones iſtos: & ego
ſcribebam in volumine atramento. * Et dixe- 19
runt principes ad Baruch: Vade, & abſcon-
dere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi ſitis. * Et 20
ingreſſi ſunt ad regem in atrium: porrò volu-
men commendauerunt in gazophylacio Eliſa-
mæ ſcribæ: & nuntiauerunt audiente rege om-
nes ſermones. * Miſitque rex Iudi vt ſumeret 21
volumen: qui tollens illud de gazophylacio E
Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & vniuer-
ſis principibus qui ſtabant circa regem. * Rex 22
autem ſedebat in domo hiemali in menſe no-
no: & poſita erat arula coram eo plena pru-
nis. * Cumque legiſſet Iudi tres pagellas vel 23
quattuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proie-
cit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec con-
ſumeretur omne volumen igni, qui erat in
arula. * Et non timuerunt, neque ſciderunt 24
veſtimenta ſua, rex & omnes ſerui eius, qui
audierunt vniuerſos ſermones iſtos. * Verum- 25
tamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias, con-
tradixerunt regi ne combureret librum: &
non audiuit eos. * Et præcepit rex Ieremiel 26
filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Sele- F
miæ filio Abdeel, vt comprehenderent Baruch
ſcribam, & Ieremiam prophetam: abſcondit
autem eos Dominus. * Et factum eſt verbum 27
Domini ad Ieremiam prophetam, poſtquam
combuſſerat rex volumen, & ſermones quos
ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: * Rur- 28
ſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo om-
nes ſermones priores, qui erant in primo volu-
mine, quod combuſſit Ioakim rex Iuda. * Et 29
ad Ioakim regem Iuda, dices: Hæc dicit Do-
minus: Tu combuſſiſti volumen illud, dicens:
Quare ſcripſiſti in eo annuntians: Feſtinus ve-
niet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc, &
ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum?
* Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim 30
regem Iuda: Non erit ex eo qui ſedeat ſuper G
ſolium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad
æſtum per diem, & ad gelu per noctem. * Et vi- 31
ſitabo contra eum, & contra ſemen eius, & con-
tra ſeruos eius, iniquitates ſuas; & adducam ſu-
per eos, & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſuper
viros Iuda, omne malum, quod locutus ſum ad
32 eos, & non audierunt. * Ieremias autem tulit
volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Ne-
riæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ
omnes ſermones libri, quem combuſſerat Ioa-
kim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt ſermo-
nes multò plures, quàm anteà fuerant.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et factvm est. Dictat Ieremias ſuas prophetias. Rex librum comburit, inſtaurat Ieremias illum.

2 Volvmen libri. Libri olim circulo complicabantur, qua forma hodie Iudæi Legem in ſuis Synagogis habent. Vnde *volumen* Latinis. Hebr. *meghilah* à *voluendo*. Ergo accipe volumen. i. membranam libri, vt ex ea facias ſcribendo librum. ſic Schol. Hebr. Ex diebvs Iosiæ locutus ſum ad te. ſ. ab anno tertiodecimo regni eius, cap. 1. verſ. 2.

4 Ex ore Ieremiæ. i. eo dictante ſcripſit Baruch.

5 Ego clavsvs svm, aut in carcere, ſeu cuſtodia libera, quando verſ. 19. Principes Baruch dicunt: *Abſcondere tu, & Ieremias*. Aut *clauſus*. i. limine ſe continebat ob valetudinem, aut vt odium populare vitaret.

6 In die ieivnii. Magnus tunc erat in templum concurſus. Vnde ſtationes apud nos diebus ieiunij. Leges eis. vel ea. ſ. verba Dei. ſic Chald. Sept. vt noſter, *leges eis*.

7 Si forte cadat oratio eorvm. i. ipſi procidant deprecantes coram Domino à malo conuerſi. Chald. *fortè acceptabilis erit deprecatio eorum coram Domino*. Sept. *fortaſſis cadet miſericordia eorum coram Domino*. i. eorum miſerabitur Deus. Vox Hebr. תְּחִנָּה *thechinnah, deprecationem* & *miſericordiam* ſignificat.

9 In mense nono. Si annum inchoamus à menſe *Tiſri*, vt inchoat Kalendarium Hebraicum, is menſis eſt *Sinan*, Maio reſpondens, quo tria ieiunia erant, diebus nempe 23. 25. & 27. Sed ieiunia voce præconis indicebantur, quò maior celebritas eſſet. Id ſignificat, Prædicavervnt ieivnivm. Quidam menſem hunc fuiſſe putant *Kiſleu* Nouembri reſpondentem, in quo nullum tunc ſtatutum ieiunium erat, ſed indictum eſt tunc à Principibus, vt iram Dei per eum modum placarent, & hoſtes tam vrbi imminentes auerterent. Hoc verius videtur, quia hiems erat, verſ. 22.

10 In gazophylacio legit, ſeu *exedra*, vt ſuperiori capite ſæpè. In introitv portæ novæ. Hebr. *ad ianuam portæ nouæ*. i. *Orientis*, vt Chald. Quæ quare *noua* diceretur, cap. 26. verſ. 10. explicatum eſt. Ergo Baruch legit librum in gazophylacio.

12 Ad gazophylacivm scribæ. Ad exedram eius, qui Regi erat à commentariis. Eò iuit Michæas delator. Numquam delatores deſunt, qui gratiam Principum per eum modum aucupentur. Peſſima ars, ſed multorum ſucceſſibus aucta.

14 Ivdi filivm. i. quemdam è tribu Iuda miſerunt Principes ad Baruch. ſic Hebr. Filii Chvsi. *Chuſi Æthiopem* ſignificat, ſed hic eſt nomen proprium,

16 Obstvpvervnt vnvsqvisqve ad proximvm svvm. i. ſe mutuò reſpiciebant præ timore. Metus incluſerat vocem.

18 Ex ore svo loqvebatvr qvasi legens. Hebr. *ex ore ſuo legebat ad me*. i. promptè dictabat, quaſi Ieremias ex libro ea verba legeret. Atramento. Solebant graphio ſcribere, vnde id nomen, aut plumbo. Ideò dicit quomodo Baruch ſcriberet quæ Ieremias dictabat.

20 In atrivm. ſ. regiæ ingreſſi ſunt Principes. Volvmen commendavervnt. Hebr. *viſitare fecerunt*. i. depoſuerunt. In gazophylacio, in exedra Eliſamæ ſcribæ. i. à commentariis. Ea erat exedra, vbi Michæas Principes inuenit, verſ. 12.

REX AVTEM SEDEBAT. ſ. Ioakim, ſeu *habi-* 22
tabat. IN DOMO HIEMALI. i. vbi per hiemem
habitare ſolebat. ARVLA. Sic Sept. i. prunatium.
PLENA PRVNIS. Hebr. *incenſa*. Explicat oppor-
tunitatem, quam Rex habuit ad comburendum li-
brum.

TRES PAGELLAS VEL QVATTVOR. Si vo- 23
lumen, quomodo pagellæ? Sed plicaturas vocat pa-
gellas. Hebr. *portas*, quia volumen claudebatur, vt
noſtri libri. VEL QVATTVOR. Hebr. *& quatuor*. ſic
Sept. ſed *&* pro *vel* ſumitur, vt & Chald. vertit.
SCIDIT ILLVD SCALPELLO. Sept. *nouacula*, gladiolo,
quo ſolent, qui ſcribunt, pennas adaptare. ET PRO-
IECIT. Sic Chald. Hebr. *& faciere proiicere*. i. facie-
bat proiicere. Neque enim vt lectæ ſunt quatuor pa-
ginæ, totus liber combuſtus eſt; ſed tunc cœpit, dein-
de, vt legebantur aliæ paginæ, ſcindebat eas, & mit-
tebat in ignem: Hebr Schol.

NEQVE SCIDERVNT VESTIMENTA SVA, vt ſole- 24
bant in rebus triſtibus. Poſteà tamen ob combuſtum
librum inſtituerunt ieiunium ſeptima die menſis
Kiſleu. Nimirum ea die id factum eſt.

CONTRADIXERVNT. Sic Sept. Hebr *interceſſerunt*, 25
ſeu *rogauerunt*, vt Chald. ſ. ne librum combureret
Rex ſed ille noluit, ac potiùs iuſſit

VT COMPREHENDERENT BARVCH. ſ. vt 26
in carcerem mitterent. ABSCONDIT AVTEM
EOS DOMINVS. Fortaſſis ἀορασίᾳ percuſſit mini-
ſtros illos, vt non agnoſcerent Prophetas. Vt Sodo-
mitæ non potuerunt ianuam Lot inuenire, eo genere
cæcitatis percuſſi, vt ait Auguſtinus.

FESTINVS VENIET. Hebr. *veniendo veniet* 29
Babylonius. i. certiſſimò veniet. ET IVMEN-
TVM? Per *iumenta*, greges & armenta intelligo, qui-
bus opes eorum hominum præcipuè conſtabant. Er-
go tum homines, tum opes eorum auferet Rex Ba-
bylonius.

NON ERIT EX EO QVI SEDEAT. ſ diu, 30
nam Ioachin filius Ioakim tribus tantùm menſibus
regnauit. PROIICIETVR AD ÆSTVM, ſepul-
tura aſini ſepelietur. Quod de eo Rege dixerat cap. 22.
verſ. 18. & 19.

ET VISITABO, puniam. 31

ADDITI SVNT SERMONES MVLTO PLV- 32
RES. Qui illi fuerint, clàm eſt, ſed certè acerbio-
ra quàm antè nuntiaſſe, credi debet, & ſcripſiſſe in
nouo libro.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VOLVMEN. ſ. membranam, in qua Hebræi ſua 2
ſcribebant, & deinde inuoluebant.

CLAVSVS. ſ. carcere. 5

IEIVNII. ſ. fuerat id indictum ob metum Chal- 6
dæorum.

CADAT. ſ. proſperè. Chald. *acceptabilis ſit*. 7

GAZOPHYLACIO. Lxx. *domo*. SCRIBÆ. ſ. regij. 10
i. Cancellarij. VESTIBVLO. Hebr. Chald. & Lxx. *atrio*.
NOVÆ. Chald. *Orientis primæ*.

GAZOPHYLACIVM. Lxx. *domum*. 12

VNVSQVISQVE AD PROXIMVM SVVM. i. omnes 16
inter ſe.

ET IEREMIAS. Apparet fuiſſe tunc liberatum 19
carcere.

ARVLA. i. focus editior. 22

SCIDIT. ſ. ille iubente Rege, vel Rex. SCALPELLO 23
SCRIBÆ. i. cultello pennario.

CONTRADIXERVNT REGI. Hebr. & Chald. *rogaue-* 25
runt Regem.

ABSCONDIT. Chald. *protexit*. 26

FESTINVS. Hebr. *veniendo*. i. omnino, ſeu cer- 29
tiſſimè.

SEDEAT. ſ. diu. Filius enim eius Ioachin ſolùm tri- 30
bus menſibus regnauit.

ET NON. pro, quia non. AVDIERVNT. Chald. *obe-* 31
dierunt.

CAPVT XXXVII.

Sedecias Iechoniæ ſuccedens petit pro ſe orare Ieremiam: qui, relictâ a Chaldæis Ieruſalem propter aduentum exercitus Pharaonis, prophetat Chaldæos redituros, & Ieruſalem exuſturos: ipſe quoque Ieremias vrbem egrediens, caſus in carcerem detruditur; vnde à Sedecia eductus, ſeruatur in veſtibulo carceris, aſſignata ipſi indies torta panis.

1 ET regnauit rex Sedecias filius Ioſiæ pro
A Iechonia filio Ioakim: quem conſtituit re-
gem Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra
2 Iuda. * Et non obediuit ipſe, & ſerui eius, & po-
pulus terræ, verbis Domini, quæ locutus eſt in
3 manu Ieremiæ prophetæ. * Et miſit rex Sede-
cias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam fi-
lium Maaſiæ ſacerdotem, ad Ieremiam pro-
phetam, dicens: Ora pro nobis Dominum
4 Deum noſtrum. * Ieremias autem liberè am-
bulabat in medio populi: non enim miſerant
eum in cuſtodiam carceris. Igitur exercitus
Pharaonis egreſſus eſt de Ægypto: & audien-
tes Chaldæi, qui obſidebant Ieruſalem, huiuſ-
5 cemodi nuntium, receſſerunt ab Ieruſalem. * Et
factum eſt verbum Domini ad Ieremiam pro-
6 phetam, dicens: * Hæc dicit Dominus Deus Iſ-
B rael: Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos ad me
interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui
egreſſus eſt vobis in auxilium, reuertetur in ter-
7 ram ſuam in Ægyptum. * & redient Chaldæi, &
bellabunt contra ciuitatem hanc: & capient
8 eam, & ſuccendent eam igni. * Hæc dicit Do-
minus: Nolite decipere animas veſtras, dicen-
tes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chal-
9 dæi; quia non abibunt. * Sed & ſi percuſſeritis
omnem exercitum Chaldæorum, qui prælian-
tur aduerſum vos, & derelicti fuerint ex eis ali-
qui vulnerati: ſinguli de tentorio ſuo conſur-
10 gent, & incendent ciuitatem hanc igni. * Ergo
cum receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Ie-
11 ruſalem propter exercitum Pharaonis, * egreſ-
ſus eſt Ieremias de Ieruſalem vt iret in Terram
Beniamin, & diuideret ibi poſſeſſionem in con-
12 ſpectu ciuium. * Cumque perueniſſet ad por-
C tam Beniamin, erat ibi cuſtos portæ per vices,
nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ, &
apprehendit Ieremiam prophetam, dicens:
13 Ad Chaldæos profugis. * Et reſpondit Iere-
mias: Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et
non audiuit eum: ſed comprehendit Ierias Ie-
14 remiam, & adduxit eum ad principes. * Quam
ob rem irati principes contra Ieremiam, cæſum
eum miſerunt in carcerem, qui erat in domo
Ionathan ſcribæ: ipſe enim præpoſitus erat
15 ſuper carcerem. * Itaque ingreſſus eſt Iere-
mias in domum laci & in ergaſtulum: & ſedit
16 ibi Ieremias diebus multis. * Mittens autem Se-
decias rex tulit eum: & interrogauit eum in do-
D mo ſua abſconditè, & dixit: Putáſne eſt ſermo
à Domino? Et dixit Ieremias: Eſt. & ait: In
17 manus regis Babylonis tradêris. * Et dixit Ie-
remias ad regem Sedeciam: Quid peccaui ti-
bi, & ſeruis tuis, & populo tuo, quia miſiſti me
18 in domum carceris? * Vbi ſunt prophetæ veſtri,
qui prophetabant vobis, & dicebant: Non ve-
niet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram
19 hanc? * Nunc ergo audi obſecro domine mi

rex:

rex: Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo:
& ne me remittas in domum Ionathan ſcri-
20 bæ, ne moriar ibi. * Præcepit ergo rex Sede-
cias vt traderetur Ieremias in veſtibulo carce-
ris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto
pulmento, donec conſumerentur omnes pa-
nes de ciuitate: & manſit Ieremias in veſtibu-
lo carceris.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Et regnavit rex Sedecias. Conſultus Iere- 1
mias, an Babylonij, qui ſoluta obſidione ibant
contra Ægyptios, redituri eſſent, reſpondet redituros.
Conijcitur in carcerem. Qvem. ſ. Sedeciam conſti-
tuit Regem Babylonius.

Libere ambvlabat. ſ. Ieremias. Hebr. *ingre-* 4
diens & egrediens in medio populi. perinde eſt, Hie-
ronymus ſententiam expreſſit. Non enim mise-
rant evm in cvstodiam carceris. Hebr. *do-*
mum carceris. Recesservnt Chaldæi. ſic Chald.
Hebr. *aſcenderunt ad Ieruſalem.* ſic Sept. ſed *aſcende-*
runt, pro abierunt. ſ. contra Ægyptios.

Et redient Chaldæi. pro, redibunt. 7

Nolite decipere animas vestras. i. vos ipſos. 8
Plerumque homines ſibi ipſis aſſentantur, credunt
quod cupiunt. Evntes abibvnt. i. omnino abibunt
Chaldæi. ſic Iudæi putabant.

Vvlnerati, tranſuerberati, transfixi, ſi aliqui 9
manſerint è Babylonijs. Verbum דקר *dakar*, *tranſ-*
uerberare ſignificat. Singvli. Hebr. *quiſque conſur-*
gent. Nam *quiſque* collectiuum eſt, & iungitur plu-
rali. Hyperbole. Conſurgent illi pauci, & comburent
Ieruſalem. Poſt hæc Ieremias vult in patriam ire.

Et divideret ibi possessionem in conspe- 11
ctv civivm. Hebr. *vt diuideret inde in medio po-*
puli. Quæ verba poſſunt intelligi, vt Hieronymus
expreſſit. Chald. *vt diuideret hereditatem filiis ſuis.*
At plerique è noſtris, & Hieronymus 1. contra Io-
uinianum, Ieremiam virginem faciunt. Alij, *vt di-*
uideret ſe inde. i. ſe ſubtraheret ab ea vrbe, vbi ma-
lè eius verba accipiebant. *In medio populi.* i. à medio
populi, vbi verſabatur, ſe ſubtraheret. Nec deſunt
qui verbum חלק *halak* ſumentes in ſignificatione *le-*
niendi explicent: Vt ſe inde (pro, ibi) in patria
oblectaret, laxaret animum. In medio populi. i. inter
ſuos, quippe & negotio & obſidionis malis oppido
feſſus erat.

Ad portam Beniamin. Sic dicta, quòd eà 13
iretur ad oppida tribus Beniamin. Cvstos portæ
per vices. Hebr. *dominus præfecturæ.* i. cuſtodiæ
eius portæ præfectus, dixit Ieremiæ. Profvgis, aut
dilaberis.

Ipse enim præpositvs erat svper carce- 14
rem. Hebr. *nam ipſam* (domum) *fecerant domum car-*
ceris. ſic Hebr. ſic Sept. & Chald. Itaque illud pro-
nomen אותו *othe* non referunt ad Ionathan, ſed ad do-
mum eius, quam in carcerem conformarant.

Ingressvs est Ieremias in domvm 15
laci. Hebr. *in domum putei.* Multi carceres forma
putei ſunt. Is puteus ciſterna erat. Hebr. *bor.* Et in
ergastvlvm. Hebr. *& in hoſpitia.* Chald. *& in me-*
dium tabernarum. Antè ibi tabernæ erant rerum ve-
nalium, aut hoſpitia: ſed mutato quamuis vſu, reti-
net nomen vetus. Sedit, ſiue *habitauit.* manſit ibi
diebus multis.

Est sermo a Domino? .i. num aliquid denuò 16
tibi de ſtatu rerum reuelauit? Id rogat Sedecias. Re-
ſpondet Ieremias:

Vbi svnt prophetæ vestri. q. d. veniant. Res 18
ipſa illos mendacij arguit.

Valeat deprecatio mea. Hebr. *cadat depreca-* 19
tio mea. ſine te exorari. Qua forma loquendi cap. ſu-
periori verſ. 7. vſus eſt. Et ne me remittas in
domvm Ionathan. Carcer is, vbi eatenus fuerat, ſæ-
uus erat, quippe forma & nomine puteus.

20 Præcepit ergo rex Sedecias vt tradere-
tvr. Hebr. *& commendauerunt*, ſiue *poſuerunt.* In
vestibvlo carceris. Kimhi, *in carcere, quod erat*
in veſtibulo. ſ. Regiæ. de quo cap. 32. verſ. 2. & cap. 33.
verſ. 1. quibus locis hoc ille modo explicat, & con-
ſtructionem inuerſam eſſe ait. Et daretvr ei
torta panis qvotidie, excepto pvlmento.
ſ. quod dabatur etiam illi. Hebr. *ex platea piſtorum.*
ſ. empta torta dabatur. Chald. *de vico piſtorum.* Sept. *de*
foris, vbi panes faciunt. nihil hi de pulmento. חוץ *huz*,
& *foris* ſignificat & *plateam.* אֹפֶה *opheh* etiam & *piſto-*
rem & *coctionem* ſignificat. Inde variæ interpretationis
occaſio. Ad hæc Hieronymus מחוץ *mihuz* putauit
ſignificare *præter.* Ita intellexit, *præter coctiones*, quod
explicuit illis verbis, *excepto pulmento.* ſ. iuſſit Rex vt
daretur torta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Qvem. ſ. Sedeciam.
2 In manv. i. opera. q. d. per Ieremiam.
11 Divideret. ſ. ſuis. Possessionem. Chald. *here-*
ditatem.
14 Scribæ. ſ. regij.
15 Laci. i. profundi loci, in quem vincti coniicieban-
tur. Ergastvlvm. Lxx. *vincula.*
16 Sermo. i. id quod prædicis.
20 Vestibvlo carceris. pro, carcere atrij. ſ. qui erat
in atrio Regiæ. Excepto pvlmento. i. quod ei præ-
tereà dabatur. Chald. *de vico piſtorum.* Lxx. *è loco*
vbi panes fiebant. Mansit. ſ. vſque ad vrbis ex-
pugnationem.

CAPVT XXXVIII.

Ieremias principibus à rege traditus mittitur in lacum
lutoſum: vnde iuſſu regis per Abdemelech eductus
in veſtibulum carceris, ſuadet regi vt egrediatur ad
Chaldæos, alioqui nec ipſe eos effugiet, & ciuitas ab
eis igne ſuccendetur: iubet quoque rex Ieremiæ vt
hoc colloquium ſeruet ſecretum.

1 AVdiuit autem Saphatias filius Mathan,
A & Gedelias filius Phaſſur, & Iuchal filius
Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones,
quos Ieremias loquebatur ad omnem popu-
2 lum, dicens: * Hæc dicit Dominus: ᵃ Quicum- ᵃ Sup. 21. a. 9.
que manſerit in ciuitate hac, morietur gla-
dio, & fame, & peſte: qui autem profugerit ad
Chaldæos, viuet, & erit anima eius ſoſpes &
3 viuens. * Hæc dicit Dominus: Tradendo tra-
detur ciuitas hæc in manu exercitus regis Ba-
4 bylonis, & capiet eam. * Et dixerunt principes
regi: Rogamus vt occidatur homo iſte: de in-
duſtria enim diſſoluit manus virorum bellan-
B tium, qui remanſerunt in ciuitate hac, & manus
vniuerſi populi, loquens ad eos iuxta verba
hæc: ſiquidem homo iſte non quærit pacem po-
5 pulo huic, ſed malum. * Et dixit rex Sedecias:
Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas
6 eſt regem vobis quidquam negare. * Tulerunt
ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum
Melchiæ filij Amelech, qui erat in veſtibulo
carceris: & ſubmiſerunt Ieremiam funibus in
lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum:
7 deſcendit itaque Ieremias in cœnum. * Au-
diuit autem Abdemelech Æthiops vir eunu-
chus, qui erat in domo regis quòd miſiſſent Ie-
remiam in lacum: porrò rex ſedebat in porta
8 Beniamin. * Et egreſſus eſt Abdemelech de
domo regis, & locutus eſt ad regem, dicens:
9 * Domine mi rex, malefecerunt viri iſti omnia
C quæcumque perpetrarunt contra Ieremiam
prophetam, mittentes eum in lacum vt moria-

tur ibi fame, non ſunt enim panes vltrà in ci-
uitate. * Præcepit itaque rex Abdemelech 10
Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta vi-
ros, & leua Ieremiam prophetam de lacu an-
tequam moriatur. * Aſſumptis ergo Abdeme- 11
lech ſecum viris, ingreſſus eſt domum regis,
quæ erat ſub cellario: & tulit inde veteres pan-
nos, & antiqua quæ computruerant, & ſubmi-
ſit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos.
* Dixitq́; Abdemelech Æthiops ad Ieremiam: 12
Pone veteres pannos, & hæc ſciſſa & putrida,
ſub cubitu manuum tuarum, & ſuper funes.
fecit ergo Ieremias ſic. * Et extraxerunt Iere- 13
miam funibus, & eduxerunt eum de lacu: D
manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris.
* Et miſit rex Sedecias, & tulit ad ſe Ieremiam 14
prophetam ad oſtium tertium, quod erat in
domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam: In-
terrogo ego te ſermonem, ne abſcondas à me
aliquid. * Dixit autem Ieremias ad Sedeciam: 15
Si annuntiauero tibi, numquid non interficies
me? & ſi conſilium dedero tibi, non me au-
dies. * Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, 16
dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam
hanc, ſi occidero te, & ſi tradidero te in ma-
nus virorum iſtorum, qui quærunt animam
tuam. * Et dixit Ieremias ad Sedeciam: Hæc 17
dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Si pro- E
fectus exieris ad principes regis Babylonis, vi-
uet anima tua, & ciuitas hæc non ſuccende-
tur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua. * Si 18
autem non exieris ad principes regis Babylo-
nis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæo-
rum, & ſuccendent eam igni: & tu non ef-
fugies de manu eorum. * Et dixit rex Sedecias 19
ad Ieremiam: Solicitus ſum propter Iudæos,
qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tra-
dar in manus eorum, & illudant mihi. * Re- 20
ſpondit autem Ieremias: Non te tradent. audi
quæſo vocem Domini, quam ego loquor ad te,
& benè tibi erit, & viuet anima tua. * Quòd 21
ſi nolueris egredi: iſte eſt ſermo, quem oſten- F
dit mihi Dominus: * Ecce omnes mulieres, 22
quæ remanſerunt in domo regis Iuda, educen-
tur ad principes regis Babylonis: & ipſæ dicent:
Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſum te
viri pacifici tui, demerſerunt in cœno & in lu-
brico pedes tuos, & receſſerunt à te. * Et omnes 23
vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos:
& non effugies manus eorum, ſed in manu regis
Babylonis capieris: & ciuitatem hanc combu-
ret igni. * Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam: 24
Nullus ſciat verba hæc, & non morieris. * Si au- 25
tem audierint principes quia locutus ſum te- G
cum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica
nobis quid locutus ſis cum rege, ne celes nos, &
non te interficiemus: & quid locutus eſt tecum
rex: * Dices ad eos: Proſtraui ego preces meas 26
coram rege, ne me reduci iuberet in domum
Ionathan, & ibi morerer. * Venerunt ergo om- 27
nes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt
eum: & locutus eſt eis, iuxta omnia verba quæ
præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil
enim fuerat auditum. * Manſit verò Ieremias in 28
veſtibulo carceris, vſq; ad diem quo capta eſt Ie-
ruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDIVIT. Ieremias à Principibus mittitur in lacum, inde eductus à Rege, in mitiorem carcerem transfertur.

2 ERIT ANIMA EIVS SOSPES. id eſt, vitam retinebit. Hebr. *& erit anima eius in ſpolium* (.i. in lucrum, id lucrabitur) *& viuet*, qui ſ. fugerit ad Chaldæos. Id dicebat Ieremias. Quid Principes? Petunt à Rege vt occidatur.

4 DE INDVSTRIA. Hebr. *quia propterea* (.i. per iſtum modum.) DISSOLVIT MANVS. i. debilitat Ieremias vires militum. NON QVÆRIT PACEM. i. bonum. Per pacem Hebræi intelligunt bonorum copiam, felicitatem. Quid Rex? Annuit.

5 NEC ENIM FAS EST REGEM VOBIS QVIDQVAM NEGARE. Hebr. *quia non Rex poteſt vobiſcum verbum.* id eſt, aliquid contra id quod vultis decernere.

6 IN LACVM. Hebr. *in puteum*, in quem funibus demittunt Prophetam. Puteus is ciſterna erat. id propriè בור *bor* ſignificat. QVI ERAT IN VESTIBVLO CARCERIS, aut *in carcere veſtibuli.* ſ. Regiæ, vt ſuperiori cap. verſ. 20. in eo etiam carcere erat puteus, in quem noxij præcipui mittebantur. DESCENDIT ITAQVE, &c. Hebr. *& ſubmerſus eſt Ieremias in luto.*

7 ABDEMELECH vox ſignificat *ſeruum Regis.* ſic Chald. *& audiuit ſeruus Regis.* i. aulicus. Sed plerique putant eſſe nomen proprium. EVNVCHVS. Aut quia caſtratus, aut *Princeps vnus ex optimatibus*, vt vertit Chald. Verùm de ea voce plura aliis locis. REX SEDEBAT. Sic omnes vertunt. ſed fortè verti poſſet, *habitabat in porta Beniamin.* nam ad portas ſolent eſſe arces, vbi Reges habitare poſſunt. Ergo Regi loquitur Abdemelech.

9 VT MORIATVR IBI. Hebr. *& morietur ſub ſe.* i. in loco illo, vbi poſitus eſt. *Sub ſe* Hebr. ſæpè ſignificat *in loco ſuo.* FAME. Hebr. *a facie famis.* i. propter famem. Quid Rex?

10 TOLLE TECVM. Hebr. *tolle in manu tua.* i. imperio. duc tu triginta viros.

11 DOMVM REGIS, QVÆ ERAT SVB CELLARIO. Domus Regis non erat ſub cellario: ergo ingreſſus eſt eam partem domus Regis, quæ erat ſub cellario, id eſt, prope cellarium. Hebr. apertiùs: *Ingreſſus eſt domum Regis ſub theſauro.* Fortè ſub eo loco, vbi theſaurus, locus erat ſubterraneus, in quem veſtes laceras proiiciebant. ſic Sept. *intrauit domum Regis ad ſubterraneum.*

12 SVB CVBITV MANVVM TVARVM. Hebr. *ſub axillis manuum tuarum*, id eſt, brachiorum tuorum. ET SVPER FVNES. Hebr. *& ſubter funibus.* ſed vtraque lectio conſona eſt: nam funes ſuper pannos erant, ſi corpus reſpicias; & ſub eis, ſi locum. Inter axillas & funes panni erant, ne à funibus Ieremias vexaretur.

14 AD OSTIVM TERTIVM, ſiue *introitum tertium.* Quod eſſet id oſtium, diuinare non attinet. Quidam putant illud fuiſſe, quod Regiæ oſtio reſpondebat, per quod Rex veniebat in templum. Sed quare *tertium* vocaretur, non explicant. Ego atrij alicuius oſtium crediderim: nam in Sanctuario vnum tantùm oſtium Orientem verſus fuiſſe crediderim. Rex rogat Ieremiam, vt futura nuntiet. Ille ſe excuſat.

15 SI ANNVNTIAVERO TIBI. pro, etiamſi annuntiauero tibi, an non interficies me? .i. vtique interficies.

16 QVI FECIT NOBIS ANIMAM HANC. i. dat nobis vitam & animam. Rex iurat non permiſſurum vt Ieremias occidatur.

17 VIVET ANIMA TVA. id eſt, tu viues. ET SALVVS ERIS TV. Hebr. *viues tu, & domus tua.* i. familia tua, ô Rex, ſi te tradideris Chaldæis.

19 SOLICITVS SVM. Hebr. *timeo Iudæos transfugas.* NE FORTE TRADAR IN MANVS EORVM. ſ. Iudæorum. ET ILLVDANT MIHI, me ſcilicet occidendo cum ignominia. Timeat multos, quem multi timent. & hunc Regem ſubditos exacerbaſſe tributis aut ſæuitia crediderim. Et eſt ignauia crudelis. Quid Ieremias?

Ecce omnes mvlieres. ſcilicet aut ex familia Re- 22
gis Ioachin, cùm iuit in Babylonem, aut ex tua fami-
lia. Qvæ remanservnt. pro, remanſerint. Edv-
centvr. Hebr. *educta ſunt.* pro, educentur ad Princi-
pes Babylonios, vt ſcilicet eis abutantur. Et ipsæ
dicent. Tu times opprobria virorum, quod peius
eſt, mulieres inſultabunt, & dicent: Sedvxervnt
te, fecerunt vt in varia mala præceps ires. Viri pa-
cifici tvi. Hebr. *viri pacis tuæ*, id eſt, tibi familia-
res intimi, aut qui tibi pacem pollicebantur, neque
venturos hoſtes, falſi prophetæ.

Et civitatem hanc combvret igni. ſcilicet 23
Rex Babylonius. Sept. & Chald. *Ciuitas hæc combu-
retur*. Nimirum pro תִּשְׂרֹף *thiſroph*, ipſi legerunt
תִּשָּׂרֵף *thiſareph.* i. *incendetur.* At vt nunc eſt, ſigni-
ficat *incendes.* ſ. tu, ô Rex, tua obſtinatione eris com-
buſtionis cauſa. ſic Hebræi explicant.

Verba hæc. ſ. quæ mihi dixiſti, nemo ſciat. Et 24
non morieris. q. d. ſi ſecùs feceris, & cuiquam
hæc reuelaueris, occidam te.

Prostravi ego preces meas. Hebr. *cadere ego* 26
feci precem meam. i. ad pedes Regis me precabundus
abieci. Orauit ne eum reduceret in domum Ionathan.
Et ibi morerer. Hebr. *ad moriendum ibi.* i. ex quo
mors mea ſequeretur, ſi me mitteret in domum Io-
nathan.

Et cessavervnt ab eo. ſ. Principes à Ieremia 27
rogare aliquid ampliùs. Hebr. *ſiluerunt ab eo.* ſed *ſile-
re* ſæpè pro *ceſſare* & *quieſcere* ſumitur. Thren. 2. v. 18.
Taceat pupilla oculi tui.

Vsqve ad diem qvo capta est. die nono men- 28
ſis quarti anni vndecimi Sedeciæ, cap. 29. v. 2. Et
factvm est vt caperetvr Iervsalem. Hebr. *&
factum eſt, cùm capta eſt Ieruſalem.* Quæ verba proxi-
mi capitis initium potiùs videntur. ſic Sept. *Et fa-
ctum eſt in anno nono.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Popvlvm. ſ. qui ad eum conueniebat in carcerem 1
publicum.

Principes. ſ. prædicti. 4

Fas est. Hebr. & Chald. *poſſum.* 5

Lacvm. i. foueam, ſeu antrum. Vestibvlo. Chald. 6
& LXX. *atrio.*

Cellario. Hebr. *theſauro.* 11

Manvvm. i. brachiorum. 12

Ostivm. ſ. atrij templi, per quod Rex ingredi 14
ſolebat.

Animam, &c. pro, animas noſtras. 16

Regis Ivda. ſ. Ioachin, qui & Iechonias. Di- 22
cent. ſ. tibi. q. d. mulieres te reprehendent. Paci-
fici. i. familiares. Coeno. Chald. *confuſione.*

Avditvm. ſ. de actis cum Rege. 27

CAPVT XXXIX.

*Ieruſalem à rege Babylonis capta, rex Sedecias fu-
giens capitur vnà cum principibus; cuius filij in con-
ſpectu ipſius trucidantur cum nobilibus, ipſeque exo-
culatur, ac vinctus in Babylonem ducitur: ſubuerſo
autem muro Ieruſalem, & palatio aliiſque domibus
igne ſuccenſis, pars vulgi transfertur in Babylonem,
& pars Ieroſolymis relinquitur; Ieremias verò de
carceris veſtibulo liber educitur.*

4. Reg 25. a. 1. Inf. 52. a. 4.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, menſe 1
decimo, venit Nabuchodonoſor rex Ba- A
bylonis, & omnis exercitus eius ad Ieruſalem,
& obſidebant eam. * Vndecimo autem anno 2
Sedeciæ, menſe quarto, quinta menſis, aperta
eſt ciuitas. * Et ingreſſi ſunt omnes principes re- 3
gis Babylonis, & ſederunt in porta media: Ne-
regel, Sereſer, Semegarnabu, Sarſachim,
Rabſares, Neregel, Sereſer, Rebmag, & omnes
reliqui principes regis Babylonis. * Cumque 4
vidiſſet eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri
bellatores, fugerunt: & egreſſi ſunt nocte de
ciuitate per viam horti regis, & per portam, quæ
erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viam
5 deſerti. * Perſecutus eſt autem eos exercitus
B Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam
in campo ſolitudinis Ierichontinæ, & captum
adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Ba-
bylonis in Reblatha, quæ eſt in Terra Emath:
6 & locutus eſt ad eum iudicia. * Et occidit rex
Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis
eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Baby-
7 lonis. * Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit
eum compedibus vt duceretur in Babylonem.
8 * Domum quoque regis, & domum vulgi ſuc-
cenderunt Chaldæi igni, & murum Ieruſalem
9 ſubuerterunt. * Et reliquias populi, qui reman-
ſerant in ciuitate, & perfugas, qui transfugerant
ad eum, & ſuperfluos vulgi, qui remanſerant,
tranſtulit Nabuzardan magiſter militum in Ba-
10 bylonem. * Et de plebe pauperum, qui nihil
C penitus habebant, dimiſit Nabuzardan magi-
ſter militum in Terra Iuda: & dedit eis vineas
11 & ciſternas in die illa. * Præceperat autem Na-
buchodonoſor rex Babylonis de Ieremia Na-
12 buzardan magiſtro militum, dicens: * Tolle il-
lum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilque
13 ei mali facias: ſed, vt voluerit, ſic facias ei. * Mi-
ſit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Na-
buſezban, & Rabſares, & Neregel, & Sereſer,
& Rebmag, & omnes optimates regis Babylo-
14 nis, * miſerunt, & tulerunt Ieremiam de veſti-
bulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio
Ahicam filij Saphan, vt intraret in domum, &
15 habitaret in populo. * Ad Ieremiam autem fa-
D ctus fuerat ſermo Domini, cùm clauſus eſſet
16 in veſtibulo carceris, dicens: * Vade, & dic
Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit Do-
minus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego in-
ducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc
in malum, & non in bonum: & erunt in con-
17 ſpectu tuo in die illa. * Et liberabo te in die illa,
ait Dominus: & non tradêris in manus viro-
18 rum, quos tu formidas: * Sed eruens liberabo
te, & gladio non cades: ſed erit tibi anima tua
in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait
Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Anno nono capitur Ieruſalem; Rex Sedecias fugit, comprehenſus priuatur luminibus, Ieremias liberatur. Anno nono Sedeciæ obſidetur Ieruſalem, capitur vndecimo.

2 Mense qvarto. Is eſt menſis *Tammuz*, Iunius. Qvinta mensis. lege, *nona menſis*, vt eſt Hebr. & vertunt Sept. & Chald. Tum 4. Regum 25. verſ. 2. ponitur *nona dies*. Ioſephus etiam lib. 10. Antiq. cap. 11. Prætereà in Complut. & Regiis, ſic in Vulgata locus eſt reſtitutus. Aperta est civitas. Hebr. *rupta eſt ciuitas.* i. murus ciuitatis lapidibus è tormentis miſſis proſtratus eſt.

3 Et sedervnt in porta media. Duobus muris cingebatur vrbs, occupata prima porta, peruenerant ad ſecundam, quæ *media* vocatur. quoniam erat inter primam portam & templum, quod arcis inſtar erat. ſic aiunt: *Sederunt* ergo, id eſt, occuparunt eam portam. Neregel, &c. Omnia hæc ſunt Principum nomina. ſed *Neregel* & *Sereſer* repetuntur: ſed ſunt eiſdem nominibus homines alij.

4 Fvgervnt: et egressi svnt nocte. defenſione

deſperata, cùm hoſtes ad interiora penetraſſent. Per
viam horti regis. Hortus ille inter duos muros
erat, vt & porta, per quam ſunt egreſſi. Ad viam
deserti, ſeu *per viam deſerti.* Sept. & Chald. *per*
viam campeſtrem. Vox ערבה *harabah* & *planitiem* &
deſertum ſignificat, aut potiùs *planitiem deſertam.*
Hebr Schol. Hieron. pro ea voçe verſ. proximo dixit,
in campo ſolitudinis.

In Reblatha. Seceſſerat Nabuchodonoſor eò, 5
neque interfuit, cùm Ieruſalem eſt capta. In Ter-
ra Emath *Emath* poſteà Antiochia dicta eſt, Syriæ
caput Romanorum tempore, Tacitus lib. 18. quæ ad
Orontem ſita eſt non procul Damaſco. Et locv-
tvs est ad evm ivdicia. Oſtendit in quibus pec-
caſſet. Tulit in eum ſententiam.

Nobiles Ivda. Hebr. *candidos.* i. nobiles, quia veſte 6
candida nobiles vtebantur.

Ervit oculos. Hebr. *excecauit.* ſic Sept. & Chald. 7
Compedibvs. Hebr. *vinxit eum æreis.* ſ. vinculis.
Sept. *compedibus* aiunt. Chald. *catenis.* ſ. æreis.

Domvm qvoqve regis incenderunt. Id proxi- 8
mo menſe eſt factum, 4. Reg. 25. v. 8. Et domvm
vvlgi. i. domos priuatas.

Et reliqvias popvli. Hebr. *reliquum populi,* 9
qui remanſerant in vrbe, ciues Ieroſolymitanos, qui
fame & gladio non perierant & perfugas. Et svper-
flvos vvlgi. Hebr. *& reliquum populi,* qvi reman-
serant. ſ. extra ciuitatem, omnes hos tranſtulit in Ba-
bylonem. Magister militvm. Sept. *coquorum.*
Pagn. *laniorum.* Iidem erant, nam coqui occidebant
pecudes. Verùm, quoniam milites hominum cædes fa-
ciunt, eodem nomine טַבָּח *tabah,* quod *laniones* ſigni-
ficat, etiam ipſi vocantur, ſic Hieronymus *Magiſter*
militum dixit. Aut regiæ culinæ fortè ille præerat, vnde
apud ſuum Principem & dignitas, & gratia.

Et dedit eis vineas. i. pauperibus. ſ. vt eas co- 10
lerent. Chald. *conſtituit eos vt eſſent vinitores & agri-*
colæ. Et cisternas. Hebr. *agros,* יגב *iegheb* eſt
ager. vnde יוגב *iogheb, agricola,* vt ipſe Hieronymus
vertit cap. 52. verſ. 16 Quid de Ieremia? Iubet Na-
buchodonoſor:

Tolle illvm de carcere. Et pone svper evm 12
ocvlos tvos. i. curam illius gere, benefac illi. Sed
vt volverit. Hebr. *vt loquetur ad te,* ſic facies
cum eo. Morem illi gere in quacumque re quam
petierit.

Vt intraret in domvm. Hebr. *vt deduceret Go-* 14
dolias eum in domum. ſ. ſuam. Hic Godolias ante ca-
ptam vrbem transfugerat ad Chaldæos quare relictus
eſt in Iudæa rebus præfectus pro Chaldæis. Et ha-
bitaret in popvlo. i. liberè iret quò vellet, neque
detineretur incluſus. Dixerat antè Ieremias Abdeme-
lech ex ore Dei:

Indvcam. Hebr. *induco ſermones meos ſuper ciui-* 16
tatem hanc in malum. ſic Sept. i. iam iam fiet. Et
ervnt in conspectv tvo. i. tu ipſe cla-
dem videbis.

Et liberabo te. Bonus Deus. continuò in hac vi- 17
ta compenſat benignitatem, quam Prophetæ exhibuit,
vt cap. 38. verſ. 7.

Sed erit tibi anima tva in salvtem. Hebr. 18
erit tibi anima (vita) *tua in ſpolium.* i. lucrum, eam
lucraberis, non ſecùs ac ſpolium, quod capitur à
militibus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Nono. Sic Hebr. Chald. & Lxx. 1
Aperta. Lxx. *diruta.* Chald. *perrupta.* 2
Dvos mvros. ſ. horti. Lxx. *murum, & antemurale.* 4
Locvtvs, &c. i. obiurgauit acriter. ſ. ob violatum 5
fœdus.
Compedibvs. Chald. *catenis æreis.* 7
Domvm vvlgi. Lxx. *domos populi.* 8
Svperflvos. i. reliquos. Remanserant. ſ. extra 9
ciuitatem. Magister. Chald. & Lxx. *princeps.*
Militvm. Hebr *coquorum,* ſeu *laniorum.* Lxx. *co-*
quorum. Chald. *occidentium.* ſ. milites, more coquo-
rum, ſeu laniorum occidunt.
10 Cisternas. Hebr. & Lxx. *agros.*
12 Pone, &c. q. d. faue illi, & benefac.
14 Vestibvlo. Lxx. *atrio.* ſ. ex carcere atrij. Godo-
liæ. Erat hic primarius vir, Iudæus, qui ad Chaldæos
ante captam vrbem transfugerat.
16 Ervnt. i. apparebunt. q. d. videbis oculis tuis.
18 Salvtem. Chald. *ereptionem.* Lxx. *lucrum.* Hebr.
ſpolium. q. d. in tua poteſtate, ſeu ſalua.

CAPVT XL.

Ieremiæ permittitur liberè habitare vbicumque volue-
rit: qui vnà cum diſperſis Iudæis venit ad Godoliam
præfectum reliquiis Iudæorum: qui Godoliæ audire
noluit Iohanan monentem ipſum de Iſmahel inten-
tante ei mortem.

1 SErmo, qui factus eſt ad Ieremiam à Do-
A mino, poſtquam dimiſſus eſt à Nabuzar-
dan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit
eum vinctum catenis in medio omnium, qui
migrabant de Ieruſalem & Iuda, & duceban-
2 tur in Babylonem. * Tollens ergo princeps mi-
litiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus Deus
tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum,
3 * & adduxit: & fecit Dominus ſicut locutus
eſt, quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vo-
4 cem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. * Nunc
ergo ecce ſolui te hodie de catenis, quæ ſunt
in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum
in Babylonem, veni; & ponam oculos meos
ſuper te: ſi autem diſplicet tibi venire mecum
in Babylonem, reſide: ecce omnis terra in con-
ſpectu tuo eſt: quod elegeris, & quò placuerit
5 tibi vt vadas, illuc perge. * Et mecum noli ve-
B nire: ſed habita apud Godoliam filium Ahi-
cam filij Saphan, quem præpoſuit rex Babylo-
nis ciuitatibus Iuda. habita ergo cum eo in
medio populi: vel quocumque placuerit tibi vt
vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ
6 cibaria, & munuſcula, & dimiſit eum. * Venit
autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam
in Maſphath, & habitauit cum eo in medio
7 populi, qui relictus fuerat in terra. * Cumque
audiſſent omnes principes exercitus, qui diſperſi
fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, quòd
præfeciſſet rex Babylonis Godoliam filium
Ahicam terræ, & quod commendaſſet ei viros,
& mulieres, & paruulos, & de pauperibus ter-
ræ, qui non fuerant tranſlati in Babylonem:
8 * Venerunt ad Godoliam in Maſphath: &
C Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan & Iona-
than filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth,
& filij Ophi, qui erant de Netophati, & Iezo-
9 nias filius Maachathi, ipſi & viri eorum. * Et 4. Reg. 25. f. 24
iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan,
& comitibus eorum, dicens: Nolite timere ſer-
uire Chaldæis, habitate in terra, & ſeruite regi
10 Babylonis, & benè erit vobis. * Ecce ego habi-
to in Maſphath, vt reſpódeam præcepto Chal-
dæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem
colligite vindemiam, & meſſem, & oleum, &
condite in vaſis veſtris, & manete in vrbibus
11 veſtris, quas tenetis. * Sed & omnes Iudæi, qui
erant in Moab, & in filiis Ammon, & in Idu-
mæa, & in vniuerſis regionibus, audito quòd
dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, &
quòd præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium

Ahicam filij Saphan: *reuerſi ſunt, inquam, 12
omnes Iudæi de vniuerſis locis, ad quæ profu-
gerant, & venerunt in terram Iuda ad Godo-
liam in Maſphath: & collegerunt vinum, &
meſſem multam nimis. *Iohanan autem filius 13
Caree, & omnes principes exercitus, qui diſperſi
fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam
in Maſphath. *Et dixerunt ei: Scito quòd Baalis 14
rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filium Na-
thaniæ percutere animam tuam. Et non cre-
didit eis Godolias filius Ahicam. *Iohanan au- 15
tem filius Caree dixit ad Godoliam ſeorſum in
Maſphath, loquens: Ibo, & percutiam Iſma-
hel filium Nathaniæ nullo ſciente, ne interfi-
ciat animam tuam, & diſſipentur omnes Iu-
dæi, qui congregati ſunt ad te, & peribunt reli-
quiæ Iuda. *Et ait Godolias filius Ahicam ad 16
Iohanan filium Caree: Noli facere verbum
hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SERMO, QVI FACTVS EST AD IEREMIAM. Hebr. *verbum*. Hæc prophetia continetur cap. 42. verſ. 7. Interim inſeruntur quædam hiſtorica. Atque in hoc capite refertur, Ieremiam fuiſſe liberatum, Godoliam rebus in Iudæa præfectum. DE RAMA. Vrbs in tribu Beniamin prope Gabaon, cap. 31. verſ. 15. Eò ſunt deducti, qui Babylonem ituri erant. VINCTVM CATENIS. Chald. *compedibus*. Sed quorſum catenæ & compedes ituris Babylonem? Vox Hebr. אזקים *azikim*, *manicas* ſignificat. Hebr. Schol. רְקִינוּ כבלים כעין טבעות שיאסרו בהם הידים *ſignificat inſtrumentum inſtar annulorum quo vinciuntur manus*. Sept. etiam χειροπέδαις dixere. i. *manicis*, tametſi Interpres Latinus vertit *compedibus*. Verùm, quomodo Ieremiæ iam liberato Regis præcepto cap. ſuperiori, verſ. 11. manicæ imponuntur. ſ. miniſtri per errorem id fecerunt, cùm iuſſum eſſet, vt Iudæi Babylonem ituri vincirentur.

3 ET FACTVS EST VOBIS SERMO HIC. i. verbum Dei in vobis impletum eſt. Verba Nabuzardan.

4 DE CATENIS ſolui te. ſic Chald. Sept. *de manicis*. Eadem vox eſt Græcè hic, & verſ. 1. ſed Latinus Interpres ibi *compedes*, hic *manicas* vertit meliùs, quod ſequentia verba declarant. QVÆ SVNT IN MANIBVS TVIS. Non ergo erant catenæ, non compedes, ſed manicæ. In Hebr. eadem vox *azikim*, quæ verſ. 1. ET PONAM OCVLOS MEOS. i. benefaciam tibi. RESIDE. Hebr. *ceſſa*. ne ſ. eas nobiſcum. ECCE OMNIS TERRA. Hebr. *terra hæc*, propter ה *He* emphaticum, coram te eſt, vt poſſis ad habitandum eam partem eligere quæ magis placuerit.

5 ET MECVM NOLI VENIRE. Hebr. *& adhuc ille non revertebatur*. Dubitabat quid facere deberet. Ideò addit Nabuzardan, Et reuertere ad Godoliam. i. age, reuertere. Hieronymus videtur Hebraica ſic legiſſe: וְעֹדֶנִּי לֹא שׁוּב וְשֵׁב i. *mecum ne venias*. *& habita*. Vocem שֵׁב *ſeb* deduxit à ישב *iaſab*, *habitare*. alij mutato puncto *zere* in *kibuz* à שוב *ſub*. i. *reuerti*. Vtra lectio præferri debeat, non ſatis conſtat. deſignaſſe occaſionem diſcriminis ſit ſatis. IN MEDIO POPVLI. i. liberè. CIBARIA, ET MVNVSCVLA. Sic Sept. Chald. *munera*, *& dona*. Vox vtraque Hebr. *munus* ſignificat, ſed duplicauit voces, ad indicandum duo Ieremiæ dediſſe Nabuzardan donorum genera. ſic Hebr. Schol.

6 IN MASPHATH venit Ieremias. Ciuitas in tribu Iuda, quam ædificauit Aſa Rex Iuda, 3 Regum 15 v. 22. eamque Godolias delegiſſe videtur, vbi habitaret.

7 CVMQVE AVDISSENT, &c. Hebr. *& audierunt omnes principes exercituum*. QVI DISPERSI FVERANT PER REGIONES. Hebr. *in agro*. i. in villis. q. d. multitudo eorum qui in agris viuebant, reſciuerunt Godoliam eſſe præfectum terræ: & quòd illi commendaſſet Nabuchodonoſor omnes qui remanſerant. Id illos ægrè habuit. Nouam eius felicitatem malignis animis ferebant. Vnde illum cædendi occaſio. Diſſimulant tamen.

8 VENERVNT AD GODOLIAM IN MASPHATH: ET ISMAHEL. pro, ſcilicet Iſmahel & alij, quos numerat, cum viris ſuis, qui ſ. eorum auſpicia ſequebantur.

9 ET IVRAVIT EIS GODOLIAS. Quid iurauit. Se illis præſtò fore. Verebatur ne tumultus concitarent. Suadet vt quietè viuant, colantque agros. Ego in Maſphath maneo,

10 VT RESPONDEAM PRÆCEPTO CHALDÆORVM. Hebr. *vt ſtem in conſpectu Chaldæorum*. ſ. vt reſiſtam, ne vobis noceant. aut vt pro cunctis intercedam, & illis ſatisfaciam. QVI MITTVNTVR AD NOS. Hebr. *qui venient ad nos*. ſ. ad exigenda tributa, aut vt aliquid præcipiant. ET MESSEM. Vox Hebr. *kaiz* ſignificat *æſtatem*. Ergo *colligite æſtatem*, id eſt, fructus qui ſiccantur, æſtiuos. Sept. *colligite fructus*. Chald. *caricas*, per vnum ceteros fructus intelligens, vuas, frumenta. QVAS TENETIS. Hebr. *quas vrbes apprehendiſtis*. i. elegiſtis ad habitandum, ibi manete.

11 ET IN FILIIS AMMON, non *in finibus*, ſed *in filiis*, id eſt, inter filios Ammon, qui erant Iudæi. AVDITO QVOD DEDISSET REX BABYLONIS RELIQVIAS IN IVDÆA, ſeu *reſiduum in Iuda*, id eſt, permiſiſſet, vt aliqui ex Iudæis habitarent in Iudæa. Belli metu multi Iudæi ad finitimas gentes aufugerant, qui nunc reuertuntur in patriam.

12 COLLEGERVNT.... MESSEM MVLTAM. Hebr. *æſtatem multam*. vt verſ. 10. Nos dicimus, *Hazer ſu Agoſto*. ſed ſignificatione minùs ampla quàm Hebræi, qui per *æſtatem* omnes fructus æſtiuos intelligunt.

13 QVI DISPERSI FVERANT IN REGIONIBVS. Hebr. *qui in agro*. ſ. erant. de quo verſ. 7. dixerunt Godoliæ: Iſmahel parat

14 PERCVTERE ANIMAM TVAM. id eſt, te occidere. Hebr. *ad percutiendum te* (in) *anima*, id eſt, vulnere letali. Percutere animam Iſmahel eſt miſſus à Rege Ammon, id eſt, occidere. Forma loquendi vſitata Deut. 19 v. 6. & cap. 27. v. 21. tum Ioſue 20. v. 3.

15 SEORSVM. Hebr. *ſecretò* dixit Iohanan. IBO. Hebr. *ibo nunc*. aut, *eam quæſo*. & interficiam Iſmahel.

16 NOLI FACERE VERBVM HOC. id eſt, rem hanc ne facias. Viri boni malum de alio non facilè credunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DOMINVS. Hebr. *Iehoua*, quo nomine etiam Gentiles Deum Iudæorum vocabant. id enim ei proprium. nam *Deus* commune omnibus diis.

3 FACTVS EST, &c. i. accidit vobis hoc.

4 SVNT. i. erant.

5 MVNVSCVLA. pro, munera.

11 DEDISSET.... RELIQVIAS. i. reliquiſſet aliquos.

16 VERBVM HOC. i. rem hanc.

CAPVT XLI.

Iſmahel dolo occidit Godoliam præfectum, cum Iudæis & Chaldæis qui cum eo erant in Maſphath, aliosque octoginta interimens, pepercit decem qui ſe theſauros habere dicebant: ac tandem veritus Iohanan ac principes bellatorum fugit cum octo viris, liberato populo quem ceperat captiuum: omnes autem qui reliqui ſunt, ſtatuunt fugere in Ægyptum à facie Chaldæorum.

1 ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit
A Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de
ſemine regali, & optimates regis, & decem
viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in
Maſphath: & comederunt ibi panes ſimul in
2 Maſphath. *Surrexit autem Iſmahel filius Na-
thaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & per-
cuſſerũt Godoliam filium Ahicam filij Saphan
gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat

rex

rex Babylonis terræ. * Omnes quoque Iudæos, 3
qui erant cum Godolia in Maſphath, & Chal-
dæos, qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores
percuſſit Iſmahel. * Secundo autem die poſt- 4
quam occiderat Godoliam, nullo adhuc ſcien-
te, * venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de 5
Samaria octoginta viri, raſi barba, & ſciſſis ve-
ſtibus, & ſquallentes: & munera & thus habe-
bant in manu, vt offerrent in domo Domini.
* Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in oc- 6
curſum eorum de Maſphath, incedens & plo- B
rans ibat: cum autem occurriſſet eis, dixit ad
eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam. * Qui 7
cùm veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit
eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium la-
ci, ipſe, & viri qui erant cum eo. * Decem au- 8
tem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad
Iſmahel: Noli [illegible] nos: quia habemus
theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei,
& mellis. Et ceſſauit, & non interfecit eos cum
fratribus ſuis. * Lacus autem, in quem proiece- 9
rat Iſmahel omnia cadauera virorum, quos per-
cuſſit propter Godoliam, ipſe eſt, quem fecit
rex Aſa propter Baaſa regem Iſrael: ipſum re-
pleuit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis. * Et ca- 10
ptiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, C
qui erant in Maſphath; filias regis, & vniuer-
ſum populum, qui remanſerat in Maſphath:
quos commendauerat Nabuzardan princeps
militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Iſ-
mahel filius Nathaniæ, & abiit vt tranſiret ad
filios Ammon. * Audiuit autem Iohanan fi- 11
lius Caree, & omnes principes bellatorum, qui
erant cum eo, omne malum, quod fecerat
Iſmahel filius Nathaniæ. * Et aſſumptis vni- 12
uerſis viris, profecti ſunt vt bellarent aduerſum
Iſmahel filium Nathaniæ, & inuenerunt eum
ad aquas multas, quæ ſunt in Gabaon. * Cum- 13
que vidiſſet omnis populus, qui erat cum Iſma-
hel, Iohanan filium Caree, & vniuerſos princi-
pes bellatorum, qui erant cum eo, lætati ſunt.
* Et reuerſus eſt omnis populus, quem ceperat 14
Iſmahel, in Maſphath: reuerſuſque abiit ad D
Iohanan filium Caree. * Iſmahel autem filius 15
Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Ioha-
nan, & abiit ad filios Ammon. * Tulit ergo 16
Iohanan filius Caree, & omnes principes bella-
torum, qui erant cum eo, vniuerſas reliquias
vulgi, quas reduxerat ab Iſmahel filio Natha-
niæ de Maſphath, poſtquam percuſſit Godo-
liam filium Ahicam; fortes viros ad prælium,
& mulieres, & pueros, & eunuchos, quos re-
duxerat de Gabaon. * Et abierunt, & ſederunt 17
peregrinantes in Chamaam, quæ eſt iuxta
Bethlehem, vt pergerent, & introirent Ægy-
ptum * à facie Chaldæorum: timebant enim 18
eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ
Godoliam filium Ahicam, quem præpoſuerat
rex Babylonis in Terra Iuda.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET FACTVM EST. Iſmahel occidit Godoliam. Iſmahelem fugat Iohanan. IN MENSE SEPTIMO. .i. *Tiʒri*, aut *Niſan*, iuxta duplex initium anni. DE SEMINI REGALI erat Iſmah I 1. de domo Dauid. Ea inuidiæ cauſa Iſmaheli, quòd ſe prætermiſſo, qui erat de ſemine regio, Godoliam genere imparem præfeciſſent. ET OPTIMATES REGIS. ſ. Sedeciæ, qui patriæ incendium & manus hoſtium euaſerant. ET COMEDERVNT IBI PANES. Hebr *panem*. Sed *panis* pro cibo, excepti ſunt conuiuio.

2 ET INTERFECERVNT EVM, QVEM PRÆFECERAT. Sic Sept. & Chald. Verùm Hebr. vox אשר *aſer* poteſt etiam ſignificare *quoniam*, vt reddatur cauſa cædis. quoniam præfecit eum Rex Babylonis. ſic ex Hebræis quidam. Iudæi tertia die menſis *Tiʒri* celebrant ieiunium ob occiſum Godoliam. Chald. *Hebræum*.

3 ET VIROS BELLATORES. Sic Sept. & Chald. Hebr. autem non eſt coniunctio *&*. Quoniam non occidit omnes Iudæos & Chaldæos, quia multos captiuos duxit, verſ. 10. ſed eos tantùm occidit, qui erant milites.

4 NVLLO ADHVC SCIENTE. ſ. ex externis. nam intra vrbem res tanta latêre qui poterat? Venerunt viri de Sichem.

5 RASI BARBA. Is erat lugentium habitus. Luctus autem propter vrbis & templi incendium. SQVALLENTES. Sept. *plangentes*. Hebr. *inciſi*. Solebant in luctu faciem incidere. ET MVNERA, ET THVS. Quorſum munera templo iam euerſo? Reſpondent Hebræi, eos, cùm è patria mouerunt, id ignoraſſe; in itinere clade cognita lugentium habitum ſumpſiſſe. Verùm, qui poterant ignorare quod ante duos menſes acciderat, nempe menſe quinto? Itaque potiùs puto in Maſphath altare ad tempus erectum, & templum, vt olim 1. Reg. 7. verſ. 5. atque ea munera ei templo deſtinaſſe.

6 INCEDENS ET PLORANS IBAT Iſmahel. Hebr. *incedens ire* (pro, ibat) *& flens*. pro, flebat. Simulato luctu, vt eos faciliùs deciperet.

7 CIRCA MEDIVM LACI. Hebr. *ad medium putei*, ſiue *ciſternæ*. i. prope ciſternam, quæ ad medium vrbis erat, quò eos deduxerat. Conſtructio inuerſa. IPSE interfecit eos, ſ. Iſmahel. ſic Goth. non *ipſi*, vt Louan.

8 THESAVROS. ſ. occultos, apothecas, horrea habemus. Belli metu annonam occultarant. Sic decem è Sichimitis dixerunt.

9 PROIECERAT, ſeu *proiecit*, vt Sept. & Chald. PROPTER GODOLIAM. Hebr. *in manu Godoliæ* i. propter Godoliam. ſic Chald. aut *manus* pro *loco*. In loco Godoliæ vbi ille erat, vt occiſus eſt. ſic Hebr. Schol. LACVS....IPSE EST, QVEM FECIT REX ASA. Geſſit quidem bella cum Baaſa Rege Iſrael, & muniuit Maſphath: 3 Reg. 15. verſ. 22. Tunc eam ciſternam fodiſſe credi debet, vt ciues aquam haberent.

10 FILIAS REGIS captiuas duxit Iſmahel. Cuius Regis? Sedeciæ puto. Eas Chaldæi reliquerunt, cùm nihil ab illis metuerent. Vides non omnes occiſos, qui erant in Maſphath, ſed milites tantùm.

11 ET OMNES PRINCIPES BELLATORVM. Hebr. *exercituum*. Ex communi incendio & duces ſupererant, & milites, præſertim in agris, prædonum inſtar. Ij iuerunt contra Iſmahel, qui erat

12 AD AQVAS MVLTAS. in loco paluſtri.

13 OMNIS POPVLVS eorum, quos captiuos ducebat de Maſphath.

15 FVGIT CVM OCTO VIRIS. Hebr. *euaſit in octo viris*. .i. cum octo viris euaſit Iſmahel.

16 DE MASPHATH, non inde eos reduxit Iohanan, ſed de Gabaon, vt mox dicit. Ergo *de Maſphath*, pro, qui erant de Maſphath. Aut poſtquam eos reduxit, inde de Maſphath duxit in Chamaam, vt verſ. proximo. FORTES VIROS AD PRÆLIVM. Hebr. *viros homines belli*. Sed גבר *gheber* non ſolùm *viros* ſignificat, ſed etiam *fortes*; quam ſignificationem noſter, Sept. & Chald. ſecuti ſunt. Vides Iſmahelem non occidiſſe omnes milites. Quod ergo dicitur verſ. 3. omnes occidiſſe, intellige plurimos. ET EVNVCHOS. Chald. *optimates* reduxit Iohanan.

17 ET SEDERVNT. Sic Sept. & Chald. Pagn vertit, *habitauerunt*. PEREGRINANTES IN CHAMAAM. Hebr. *in peregrinatione Chamaam*. Fuit *Chamaam* filiu

Berzellai Galaaditis. De quo 2.Reg 19.verſ.25. Is ſecutus eſt Dauidem, quando poſt cæſum Abſalom reſtitutus eſt in regnum. A quo prædia accepiſſe prope Bethlehem Dauidis patriam veriſimile eſt, quæ nunc vocat peregrinationem Chamaam. Poteſt etiam verti *in habitatione*, ſeu *poſſeſſione Chamaam*. Nam גור *gur*, à quo verbo גרות *gheruth* deducitur, non ſolùm *peregrinari*, ſed *habitare* ſignificat.

18 A facie Chaldæorvm. i. propter Chaldæos. Metuebant enim, ne illi propter indignationem etiam in innoxios ſæuirent. Ideò in Ægyptum ire volebant.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Regis. ſ. Ammonitarum, vel potiùs Iuda. Et decem. pro, nempe decem. vide 4. Reg. 25.

3 Erant. ſ. in eius domo.

4 Nvllo. ſ. incolarum Maſphath.

5 Venervnt. pro, veniebant. Rasi &c. ſ. quòd audiſſent in itinere euerſionem Ieruſalem, & templi, quò ferebant munera.

6 Plorans. i. fingens fletum ob eamdem calamitatem.

7 Laci. i. ciſternæ. LXX. *putei*. ſ. eos proiecit.

8 Fratribvs. i. reliquis ſociis.

9 Propter Baasa. Chald. *quando obſedit eum Baaſa*.

12 Ad aqvas mvltas. Chald. *iuxta piſcinam aquarum multarum*.

14 In Masphath. Hebr. & Chald. *de Maſphath*.

16 De Masphath. ſ. abductas ab Iſmahele. Gabaon. quò ſ. Iohanan eos priùs adduxerat.

CAPVT XLII.

Miſſus Ieremias ad orandum ac conſulendum Dominum pro reliquiis Iudæorum, reſpondet ipſos fore ſaluos ſi in Iudæa maneant: ſi autem in Ægyptum fugiant, dicit eos omnes gladio, fame, & peſte morituros.

1 ET acceſſerunt omnes principes bellato-
rum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias A
filius Oſaiæ, & reliquum vulgus à paruo vſque
2 ad magnum: * Dixeruntque ad Ieremiam pro-
phetam: Cadat oratio noſtra in conſpectu tuo:
& ora pro nobis ad Dominum Deum tuum,
pro vniuerſis reliquiis iſtis; quia derelicti ſu-
mus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos in-
3 tuentur: * Et annuntiet nobis Dominus Deus
tuus viam, per quam pergamus, & verbum,
4 quod faciamus. * Dixit autem ad eos Ieremias
propheta: Audiui: ecce ego oro ad Dominum
Deum veſtrum ſecundùm verba veſtra. omne
verbum, quodcumque reſponderit mihi, in-
5 dicabo vobis; nec celabo vos quidquam. * Et
illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dominus in-
ter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta om-
ne verbum, in quo miſerit te Dominus Deus
6 tuus ad nos, ſic faciemus. * Siue bonum eſt,
ſiue malum, voci Domini Dei noſtri, ad quem
mittimus te, obediemus: vt benè ſit nobis
cùm audierimus vocem Domini Dei noſtri.
7 * Cùm autem completi eſſent decem dies, fa-
8 ctum eſt verbum Domini ad Ieremiam. * Vo-
cauitque Iohanan filium Caree, & omnes prin- B
cipes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuer-
ſum populum à minimo vſque ad magnum.
9 * Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus Deus
Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerem
10 preces veſtras in conſpectu eius: * Si quieſcen-
tes manſeritis in terra hac, ædificabo vos, &
non deſtruam; plantabo, & non euellam: iam
enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis.
11 * Nolite timere à facie regis Babylonis, quem
vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, di-
cit Dominus: quia vobiſcum ſum ego, vt ſal-
12 uos vos faciam, & eruam de manu eius. * Et
dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri,
13 & habitare vos faciam in terra veſtra. * Si au-
C tem dixeritis vos: Non habitabimus in terra
iſta, nec audiemus vocem Domini Dei no-
14 ſtri, * dicentes: Nequaquam, ſed ad Terram
Ægypti pergemus: vbi non videbimus bel
lum, & clangorem tubæ non audiemus, & fa-
mem non ſuſtinebimus: & ibi habitabimus.
15 * Propter hoc nunc audite verbum Domini re-
liquiæ Iuda: Hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Iſrael: Si poſueritis faciem veſtram vt
ingrediamini Ægyptum, & intraueritis vt ibi
16 habitetis: * gladius, quem vos formidatis, ibi
comprehendet vos in Terra Ægypti: & fames,
pro qua eſtis ſoliciti, adhærebit vobis in Ægy-
17 pto, & ibi moriemini. * Omneſque viri, qui
poſuerunt faciem ſuam vt ingrediantur Ægy-
ptum, vt habitent ibi, moriemtur gladio, &
fame, & peſte: nullus de eis remanebit, nec
effugiet à facie mali, quod ego afferam ſu-
18 per eos. * Quia hæc dicit Dominus exerci-
tuum, Deus Iſrael: Sicut conflatus eſt furor
meus, & indignatio mea ſuper habitatores Ie-
D ruſalem: ſic conflabitur indignatio mea ſuper
vos, cùm ingreſſi fueritis Ægyptum, & eritis
in iuſiurandum, & in ſtuporem, & in maledi-
ctum, & in opprobrium: & nequaquam vl-
19 trà videbitis locum iſtum. * Verbum Domini
ſuper vos reliquiæ Iuda: Nolite intrare Ægy-
ptum: ſcientes ſcietis quia obteſtatus ſum vos
20 hodie, * quia decepiſtis animas veſtras: vos
enim miſiſtis me ad Dominum Deum no-
ſtrum dicentes: Ora pro nobis ad Dominum
Deum noſtrum, & iuxta omnia quæcumque
dixerit tibi Dominus Deus noſter, ſic annun-
21 tia nobis, & faciemus. * Et annuntiaui vobis
hodie, & non audiſtis vocem Domini Dei ve-
ſtri, ſuper vniuerſis pro quibus miſit me ad vos.
22 * Nunc ergo ſcientes ſcietis, quia gladio, & fa-
me, & peſte moriemini in loco, ad quem vo-
luiſtis intrare vt habitaretis ibi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et acces[se]rvnt. Conſultus Ieremias, ne Iudæi irent in Ægyptum ſuadet, illi nolunt obedire. Filivs Osaiæ. Alij *Ieſiæ*, vt Goth. Alij *Oſiæ*, ſed falsò.

2 Cadat oratio nostra. i. exaudi nos. Sic Ieremias verſ. 4. reſpondet.

4 Avdivi. i. exoratus ſum. Veſtras preces ſuſcepi. Deum conſulam, & renuntiabo vobis quodcumque Responderit mihi. Hebr. *reſponderit vobis*. ſic Chald.

5 Sit Dominvs inter nos testis. Forma iurandi multis etiam aliis locis. Geneſ. 31. verſ. 48. 1. Reg. 20. verſ. 23. Veritatis et fidei. Hebr. *in teſtem veritatis* (verum) *& fidelem*. Sic Chald. & Sept. niſi quod Sept. pro *vero* poſuere *iuſtum*. *In teſtem iuſtum & fidelem*. Si non ivxta omne verbvm. Aliquid ſupplendum, quoniam oratio eſt conciſa: vt, Malè ſit nobis. Pereamus, ſi non iuxta verbum tuum fecerimus. Id po[pu]lus dicit.

6 Sive bonvm est, sive malvm. Seu reſponſum fuerit gratum nobis, ſeu è contrario. Siue proſpera, ſiue aduerſa nuntiaueris.

7 Cvm avtem completi essent. Hebr. *& factum eſt à fine decem dierum*. Chald. & Sept. *poſt decem dies*.

Vt prosternerem preces vestras. Hebr. *vt cadere facerem deprecationem veſtram.* i. ſupplicitet offerrem Deo preces veſtras. Reſpondit Deus: 9

Si qvieſcentes manſeritis. Hebr. *ſi habitando habitaueritis*, aut ſi manendo manſeritis in terra hac. Ædificabo vos. Stabiliam, multiplicabo, filios procreabitis. Placatvs svm. Hebr. *quia pœnitentiam egi.* i. mutaui decretum, peperci, conſtitui non ſæuire ampliùs in vos. Similis forma loquendi cap. 18. v. 8 *Agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei.* 10

Et miſerebor veſtri, et habitare vos faciam. Sic Sept. Hebr. *miſerebitur* (Rex Babylonis) *veſtri, & reducet vos ad terram veſtram.* i. permittet vos manere in ea. Ergo ille faciet, & ego per eum faciam; miſerebitur ille, & ego miſerebor. Sic variæ lectiones conciliantur. Quòd ſi dixeritis, Non ita faciemus. 12

Nec avdiemvs. Hebr. *& non audire* (pro audiatis) *vocem Domini.* i. non obediatis ei voci. 13

Et famem non ſvſtinebimvs. Hebr. *& panem non eſuriemus.* ſ. manentes hîc. Sic Sept. Sanè in Ægypto copia frumenti eſt propter Nili incrementa. 14

Propter hoc nvnc. Chald. *& nunc igitur.* Sic Vatabl. Quo modo ſi Hebr. vertas, commodior redditur ſenſus. Si poſveritis. Hebr. *ponendo poſueritis.* i. omnino decreuiſtis. Faciem veſtram. Id auget etiam ſignificationem. q. d. ſi obfirmato animo decreuiſtis ire in Ægyptum, Vt ibi habitetis. Sic Sept. & Chald. Sed verti etiam poteſt, *vt peregrinemini ibi.* גור *ghur* & *peregrinari* & *habitare* ſignificat. 15

Et fames, pro qva eſtis ſoliciti. Sic Chald. Sept. *cuius vos curam habetis.* Hebr. *quam metuitis.* Adhærebit vobis. Hebr. *adhærebit poſt vos.* i. vos ſequetur malignitas annonæ, quocumque ibitis: etiam In Ægypto, frugum alioqui fertiliſſima, vos ſterilitas ſequetur. Ad hæc: qui iuerint in Ægyptum, 16

Vt habitent ibi, aut *peregrinentur*, vt verſ. 15. morientur gladio. 17

Conflatvs eſt. Hebr. *effuſus eſt.* Sept. *ſtillauit.* Chald. *reſedit furor meus.* i. non ad tempus breue, ſed ad longum afflixit. Habitatores Iervſalem. quorum vrbem euerti, eoſque in captiuitatem miſi, ſic vobis faciam. Et eritis in ivſivrandvm. Hebr. *in execrationem.* Dicent enim in cuius caput malum deteſtabuntur: Sic tibi accidat, vt Iudæis. 18

Verbvm Domini ſvper vos. ſ. hoc eſt, quod Deus vobis iubet. Hebr. *locutus eſt Dominus ſuper vos.* Sept. *quæ locutus eſt Dominus.* ſ. ſunt ſequentia. Vbi Hieronymus legit nomen, alij verbum legerunt. Ille דָּבָר *dabar*, alij דִּבֶּר *dibber* mutatis tantùm punctis. Sententia tamen eſt eadem. Scientes ſcietis. Hebr. *ſciendo ſcietis*, pro, ſcitote. Recordamini quod hodie teſtor vobis, 19

Qvia decepiſtis animas veſtras. Hebr. *in animabus veſtris.* *Anima* pro voluntate. Finxiſtis vos velle obedire, cùm corde aliud contineretis. Linguæ cor non reſpondit. Aut ſic, *decepiſtis* (ſ. me) *in animas veſtras.* i. contra vitam veſtram. In quo decepiſtis? Vos enim miſiſtis me. Quorſum me miſiſtis ad Deum, ſi vobis deliberatum erat ſecùs facere? 20

Scientes ſcietis. Hebr. *ſciendo ſcietis.* i. omnino ita fiet. In loco, ad qvem volviſtis. pro, vultis i. placet vobis intrare, ſeu *ire.* Vt habitaretis ibi, ſeu *peregrinaremini ibi*, fames erit & peſtis. 22

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Cadat. i. grata ſit. Chald. *ſit acceptabilis.* 2

Verbvm. i. rem. 3

Avdivi. pro, exaudiui, ſ. vos q d faciam, vel intellexi quid oporteat, faciam. Secvndvm verba veſtra. i. vt petitis. 4

Veritatis et fidei. Chald. *verus & fidelis.* Lxx. *iuſtus & fidelis.* q. d teſtamur Deum nos facturos, &c. 5

Bonvm. i. proſperum, ſeu iucundum. Malvm. i aduerſum, ſeu amarum.

Cvm avtem, &c. Hæc referuntur ad principium capitis 40. reliqua enim velut parentheſis ſunt. 7

10 Placatvs svm. Hebr. *pœnitet me.* Chald. *conuerſus ſum.*

15 Poſveritis faciem veſtram. i. firmiter ſtatueritis.

18 Conflatvs. i. effuſus, vt metalla conflata. Lxx. *ſtillauit.* Ivsivrandvm. i. execrationem. Lxx. *deſolationem.*

20 Decepiſtis. ſ. ſi intretis.

21 Et non avdiſtis. pro, ſi non audieritis.

CAPVT XLIII.

Reliquiæ Iudæorum non audientes Domini præceptum quod referebat Ieremias, proficiſcuntur vna cum Ieremia & Baruch in Ægyptum: vbi conſtitutus Ieremias vaticinatur regem Babylonis vaſtaturum Terram Ægypti cum idolis ſuis, eique dominaturum.

1 A Factum eſt autem, cùm compleſſet Iere-
mias loquens ad populum vniuerſos ſer-
mones Domini Dei eorum, pro quibus miſe-
rat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia
2 verba hæc: * dixit Azarias filius Oſaiæ, & Joha-
nan filius Caree, & omnes viri ſuperbi, dicentes
ad Ieremiam: Mendacium tu loqueris: non
miſit te Dominus Deus noſter, dicens: Ne in-
3 grediamini Ægyptum vt habitetis illic. * Sed
B Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, vt
tradat nos in manus Chaldæorum, vt interfi-
4 ciat nos, & traduci faciat in Babylonem. * Et
non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes
principes bellatorum, & vniuerſus populus, vo-
5 cem Domini, vt manerent in Terra Iuda. * Sed
tollens Iohanan filius Caree: & vniuerſi prin-
cipes bellatorum, vniuerſos reliquiarum Iuda,
qui reuerſi fuerant de cunctis Gentibus, ad
quas fuerant antè diſperſi, vt habitarent in Ter-
6 ra Iuda; * viros, & mulieres, & paruulos, & fi-
lias regis, & omnem animam, quam reliquerat
Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio
Ahicam filij Saphan, & Ieremiam prophetam,
7 & Baruch filium Neriæ. * Et ingreſſi ſunt Ter-
C ram Ægypti, quia non obedierunt voci Domi-
8 ni: & venerunt vſque ad Taphnis. * Et factus eſt
ſermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, di-
9 cens: * Sume lapides grandes in manu tua, &
abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro late-
ricio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cer-
10 nentibus viris Iudæis: * Et dices ad eos: Hæc di-
cit Dominus exercituum Deus Iſrael: Ecce ego
mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor regem
Babylonis ſeruum meum: & ponam thronum
eius ſuper lapides iſtos, quos abſcondi, & ſtatuet
11 ſolium ſuum ſuper eos. * Veniénſque percutiet
D Terram Ægypti; quos in mortem, in mortem;
& quos in captiuitatem, in captiuitatem; &
12 quos in gladium, in gladium. * Et ſuccendet
ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet
ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra
Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egre-
13 dietur inde in pace. * Et conteret ſtatuas do-
mus Solis, quæ ſunt in Terra Ægypti: & delu-
bra deorum Ægypti comburet igni.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Factvm eſt avtem. Ieremias accuſatur mendacij. Vadunt in Ægyptum, ibi vaticinatur, Regem Babylonis vaſtaturum Ægyptum. Omnia verba hæc. appoſitiuè. ſ. quæ dixit ſuperiori cap. Poſtquam Ieremias ea dixit.

Azarias filivs Osaiæ. non *Ioſie*, vt quidam co-
dices. Sic ſuperiori c. v. 1. Sed ibi *Iezonias* vocatur, hîc
Azarias. An erat binomius? Is ergo & ſocij Ieremiam 2
mentitum dicunt.

Sed Barvch .... incitat te. Procliue eſt, in mini- 3
ſtros culpam conjicere eorum quæ heri faciunt aut di-
cunt.

Et Ieremiam prophetam. Hoc regi poteſt à ver- 6
bo *tollens Iohanan*, ita vt Ieremiam inter alios duxerit in
Ægyptum; aut à verbo *reliquerat Nabuzardan cum
Godolia*, quomodo ponetur in ablatiuo, *& cum Ieremia*.
ſ. reliquit. Sic Hebræi conſtruunt, & Pagn.

Et venervnt vsqve ad Taphnis. Sic Sept. & 7
Chald. Hebr. *Tahpanhes*. Duplex *Taphnis* in Æ-
gypto, ſeu Tanis; altera non procul Memphi, altera
ad Nili oſtium Taniticum: Strabo lib. 17. Ad vtram
Iudæi venerint, non conſtat; credam tamen ad hanc po-
ſteriorem, quæ Iudææ vicinior erat. Aut ad priorem,
propter ea quæ proximo cap. dicuntur v. 1. Tunc Deus
iubet Ieremiæ, Sume lapides,

Et abscondes eos lapides. Sic omnes vertunt. טמן 9
Taman nihil aliud quàm *abſcondere* ſignificat. In
crypta. Hebr *in luto*. Qvæ est svb mvro lateri-
tio. Hebr *in laterariа fornace*, vbi coquuntur lateres.
Id ſignificat מלבן *malben*, à לְבֵנָה quod eſt *later*. Credo
eo loco fuiſſe veterem fornacem, & in ea tunc, vt fit, lu-
tum tantùm ſupereſſe. In qua iubet Deus poni lapides,
quaſi noui ædificij fundamenta, argumento venturum
Nabuchodonoſorem. In porta domvs Pharao-
nis. Ibi erat lateraria. Omnes Ægypti Reges ſic voca-
bantur. Is, de quo hîc loquitur, erat *Nechao*, de quo in
ſuperioribus frequens mentio. Hunc Herodotus lib. 2.
Necho vocat Aut erat *Apryes* eius nepos & ſucceſſor,
quem Ieremias proximo cap. v. 30. *Ephree* vocat.

Mittam contra Ægyptū. ſ. Babylonium. Servvm 10
mevm. i. miniſtrum meum. Et ponam thronvm
eivs svper lapides istos, qvos abscondi, abſcondi
iuſſi. Et statvet solivm. Hebr. *& extendet tento-
rium ſuum ſuper eos*. ſ. caſtrenſe tentorium. q. d. inferet
Ægypto bellum.

Qvos in mortem, in mortem. Alios occidet, alios 11
captiuos ducet, alios gladio perimet. Quoniam mortis
variæ ſunt formæ, quod in genere priùs dixit, *quos in
mortem in mortem*; deinde explicat in particulari.

Et captivos dvcet, aut deos ex auro & argento, 12
aut Ægyptios. Relatiuum ſine antecedenti. Et ami-
cietvr terra Ægypti. *Terra* in ablatiuo Hebr. *in-
duet terram Ægypti*. i. ſpolijs terræ Ægypti onerabi-
tur, & veſtibus. Sicvt amicitvr pastor pallio
svo. Hebr. *veſte ſua*. Vndique paſtor veſtes conqui-
rit, quibus aduerſus noctis frigus ſe tegat. Itaque
ſignificat ablaturum ſpolia. Et quoniam graue agmen
impedimentis periculo eſt proximum, addit, Et egre-
dietvr inde in pace. i. abſque vlla moleſtia peracto
bello redibit in patriam.

Conteret statvas domvs Solis. i. templi, in quo 13
ſolem colebant. Niſi fortè per *domum ſolis* intelligit
Heliopolim, quæ vox ſignificat *ſolis urbem*. Sic Sept.
conteret ſtatuas Heliopolis, quæ olim vocabatur On.
.i. *iniquitas*, quòd ſ. præ alijs vrbibus eſſet idolorum
cultui dedita. de quo Geneſ. 41. v. 50. Thebas Ægypti
hanc quidam eſſe putant.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Svperbi. Chald. *impij*. 1

Taphnis. Sic & Lxx. At Hebr. & Chald. *Tach-* 7
panches. Pſal. 77. Hebr. dicitur *Tſoan*. Chald. & Lxx.
Tanes.

Crypta, qvæ est, &c. Lxx. *in veſtibulis in porta*, &c. 9
Chald. *in iunctura ædificij, quæ eſt in porta*, &c.

Solivm. Chald. *tentorium*. Lxx. *arma*. 10

Amicietvr. &c. q. d ita ſe veſtiet opibus Ægypti, vt 12
ſolet quis pallio aliquo, aliquò abiturus. Lxx. *& ſcruta-
bitur terram Aegypti, ſicut pediculis purgat paſtor ve-
ſtimentum ſuum*.

Domvs Solis. Lxx. *Heliopoleos*. 13

CAPVT XLIV.

Iudæi in Aegypto reprehenſi à Ieremia ſuper idololatria, obſtinate reſpondent vna cum multitudine mulierum ſe permanſuros in idololatria inueterata: quos Ieremias prædicit vniuerſos gladio & fame conſumendos. Regem quoque Aegypti tradendum in manus inimicorum ſuorum, ac terram Aegypti prorſus vaſtandam.

1 A VErbum, quod factum eſt per Ieremiam ad
omnes Iudæos, qui habitabant in Terra
Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis,
& in Memphis, & in Terra Phatures, dicens:
2 *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël:
Vos vidiſtis omne malum iſtud, quod adduxi
ſuper Ieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iuda: &
ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in eis habi-
3 tator: *Propter malitiam, quam fecerunt vt me
ad iracundiam prouocarent, & irent vt ſacrifica-
rent, & colerent deos alienos, quos neſciebant
4 & illi, & vos, & patres veſtri. * Et miſi ad vos
omnes ſeruos meos prophetas, de nocte conſur-
gens, mittenſque & dicens: Nolite facere ver-
bum abominationis huiuſcemodi, quam odiui.
5 * Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem
ſuam, vt conuerterentur à malis ſuis, & non ſa-
6 crificarent dijs alienis. *Et conflata eſt indigna-
B tio mea & furor meus, & ſuccenſa eſt in ciuita-
tibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & verſæ ſunt
in ſolitudinem & vaſtitatem ſecundùm diem
7 hanc. *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum
Deus Iſraël: Quare vos facitis malum grande
hoc contra animas veſtras, vt intereat ex vobis
vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iu-
dæ, nec relinquatur vobis quidquam reſiduum:
8 *Prouocantes me in operibus manuum veſtra-
rum, ſacrificando dijs alienis in Terra Ægypti,
in quam ingreſſi eſtis vt habitetis ibi: & diſper-
eatis, & ſitis in maledictionem, & in opprobrium
9 cunctis gentibus terræ? * Numquid obliti eſtis
mala patrum veſtrorum, & mala regum Iuda,
& mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala
vxorum veſtrarum, quę fecerunt in Terra Iuda,
10 & in regionibus Ieruſalem? *Non ſunt munda-
ti vſque ad diem hanc: & non timuerunt, & non
ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis
meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus
11 veſtris. * Ideò hæc dicit Dominus exercituum
C Deus Iſraël: *Ecce ego ponam faciem meam in Amos. 9.
vobis in malum: & diſperdam omnem Iudam. b. 4
12 *Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt fa-
cies ſuas vt ingrederentur Terram Ægypti, &
habitarent ibi: & conſumentur omnes in Terra
Ægypti: cadent in gladio & in fame: & conſu-
mentur à minimo vſque ad maximum, in gla-
dio & in fame morientur: & erunt in iuſiuran-
dum, & in miraculum, & in maledictionem, &
13 in opprobrium. * Et viſitabo ſuper habitatores
Terræ Ægypti, ſicut viſitaui ſuper Ieruſalem, in
14 gladio, & fame, & peſte. * Et non erit qui effu-
giat, & ſit reſiduus de reliquijs Iudæorum, qui
vadunt vt peregrinentur in Terra Aegypti: &
D reuertantur in Terram Iuda, ad quam ipſi ele-
uant animas ſuas vt reuertantur, & habitent
15 ibi: non reuertentur niſi qui fugerint. *Reſpon-
derunt autem Ieremiæ omnes viri, ſcientes
quòd ſacrificarent vxores eorum dijs alienis, &
vniuerſæ mulieres, quarum ſtabat multitudo

grandis, & omnis populus habitantium in Ter-
ra Ægypti in Phatures, dicentes: * Sermonem, 16
quem locutus es ad nos in nomine Domini,
non audiemus ex te: * ſed facientes faciemus 17
omne verbum quod egredietur de ore noſtro,
vt ſacrificemus reginæ cæli, & libemus ei liba-
mina, ſicut fecimus nos, & patres noſtri, reges
noſtri, & principes noſtri, in vrbibus Iuda, & in
plateis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, &
benè nobis erat, malumque non vidimus. * Ex eo 18
autē tempore, quo ceſſauimus ſacrificare reginæ
cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus,
& gladio & fame conſumpti ſumus. * Quòd ſi 19
nos ſacrificamus reginæ cæli, & libamus ei liba- E
mina: numquid ſine viris noſtris fecimus ei pla-
centas ad colendum eam, & libandum ei liba-
mina? * Et dixit Ieremias ad omnem populum, 20
aduerſum viros, & aduerſum mulieres, & ad-
uerſum vniuerſam plebem, qui reſponderant ei
verbum, dicens: * Numquid non ſacrificium, 21
quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda, & in pla-
teis Ieruſalem, vos & patres veſtri, reges veſtri,
& principes veſtri, & populus terræ, horum re-
cordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor
eius? * Et non poterat Dominus vltrà portare 22
propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & pro-
pter abominationes, quas feciſtis: & facta eſt
terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, &
in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut
eſt dies hæc. * Propterea quòd ſacrificaueritis 23
idolis, & peccaueritis Domino, & non audieri-
tis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, &
in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcircò
euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc. F
* Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & 24
ad vniuerſas mulieres: Audite verbum Domi-
ni omnis Iuda, qui eſtis in Terra Ægypti: * Hæc 25
inquit Dominus exercituum Deus Iſraël, di-
cens: Vos, & vxores veſtræ, locuti eſtis ore ve-
ſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes: Fa-
ciamus vota noſtra, quæ vouimus, vt ſacrifice-
mus reginæ cæli, & libemus ei libamina. imple-
ſtis vota veſtra, & opereper petraſtis ea. * Ideò au- 26
dite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis
in Terra Aegypti: Ecce ego iuraui in nomine
meo magno, ait Dominus: quia nequaquam
vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis vi-
ri Iudæi, dicentis: Viuit Dominus Deus in om-
ni Terra Aegypti. * Ecce ego vigilabo ſuper eos 27
in malum, & non in bonum: & conſumentur G
omnes viri Iuda, qui ſunt in Terra Ægypti, gla-
dio & fame, donec penitùs conſumantur. * Et 28
qui fugerint gladium, reuertentur de Terra Æ-
gypti in Terram Iuda viri pauci: & ſcient om-
nes reliquiæ Iuda ingredientium Terram Æ-
gypti, vt habitent ibi, cuius ſermo complea-
tur, meus, an illorum. * Et hoc vobis ſignum, 29
ait Dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in lo-
co iſto: vt ſciatis quia verè complebuntur ſer-
mones mei contra vos in malum. * Hæc dicit 30
Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem
Ephree regem Ægypti in manu inimicorum
eius, & in manu quærentium animam illius:
ſicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu
Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui,
& quærentis animam eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Monet Iudæos, ne colant Ægyptiorum deos. Mulieres negant ſe obtemperaturas eius verbis. Ergo factum eſt verbum ſuper habitantes IN MAGDALO. Iudæi per vicina loca Memphi & Thanai ſe diuiſerant. IN MEMPHIS. Hebr. *in Noph.* Sed *Memphis* Hebr. vocatur *Noph*: atque ita vertunt Sept. & Chald. Quid dixit? Vidiſtis exitium, quod feci ob malitiam veſtram.

3 VT ME AD IRACVNDIAM PROVOCARENT. *Vt* non dicit cauſam, ſed euentum. Quo factum eſt, vt me irritarent. VT SACRIFICARENT. Hebr. *adolerent*, ſeu *ſuffirent*.

4 DE NOCTE CONSVRGENS, miſi Prophetas conſurgere faciens. Hebr. *mane ſurgendo, & mittendo.* i. diligenter id feci. Quod vt faciamus manè ſurgimus, vtique id magno ſtudio facimus. NOLITE FACERE VERBVM ABOMINATIONIS HVIVSCEMODI. Sic Gotth. i. rem hanc abominabilem. Porrò idolorum cultus Hebr. *abominatio* vocatur. Exod. c. 8. v. 26. *abominationes Ægyptiorum ſacrificabimus*, i. quæ ipſi vt deos colunt.

6 ET CONFLATA EST. Hebr. *effuſa eſt* indignatio mea. Chald. *manſit indignatio.* ET IN PLATEIS IERVSALEM. .i. in medio Ieruſalem effudi iram. SECVNDVM DIEM HANC. i. vt in præſenti accidiſſe videtis. Quare vos ſimilia facitis?

7 CONTRA ANIMAS VESTRAS. i. quod vobis exitiale erit. VT INTEREAT. Hebr. *ad exſcindendum.* i. ex quo fiet, vt exſcindam omnes vos, nullo ætatis aut ſexus diſcrimine, atque ita vt nullus ſuperſtes maneat.

9 NVMQVID OBLITI ESTIS. An non videtis, quæ mala fecerunt patres veſtri? num eorum exemplo meliores eſtis facti? ET MALA VXORVM EIVS. Sic Hebr. pro, cuiuſque eorum. Chald. *vxorum eorum.* ſic Vulg. Regia. Sept. *vxorum veſtrarum.* ET IN REGIONIBVS IERVSALEM? Hebr. *in plateis Ieruſalem*, in compitis, palàm fecerunt ea mala.

10 NON SVNT MVNDATI. i. non mutarunt, non ſunt facti meliores. Hebr. *non ſunt contriti.* i. non pœnituit eos. Sept. & Chald. *non ceſſauerunt.* Suſpicor in Lexicis multas vocum ſignificationes prætermitti, vt in verbo דכא *dacha*, quod hîc eſt. Verſiones omnes hoc loco eòdem redeunt. Non ſeruarunt legem, quam DEDI CORAM VOBIS. Hebr. *ad conſpectum veſtrum, ad facies veſtras.* i. vobis. Vox *facies* ſæpè redundat.

11 PONAM FACIEM MEAM. i. toruis oculis vos aſpiciam, irato vultu. Sic Amos 9. v. 4. & alijs locis.

12 QVI POSVERVNT FACIES SVAS. i. obſtinato animo ire in Ægyptum voluerunt. ET ERVNT IN IVSIVRANDVM. Hebr. *in execrationem.* Sed eſt iuramentū execratorium. Itaque dicent: Niſi ita eſt, Deus mihi faciat, vt fecit Iudæis. IN MIRACVLVM. Hebr. *in ſtuporem.*

13 ET VISITABO, puniam. HABITATORES TERRÆ ÆGYPTI. ſ. Iudæos, non erunt meliori conditione quàm ciues Ieruſalem.

14 ET REVERTANTVR IN TERRAM IVDA. pro, *vt reuertantur.* Sic Sept. & Chald. Ergo non erit qui effugiat, ita vt poſſit reuerti in patriam, AD QVAM IPSI ELEVANT ANIMAS. i. quod maximè cupiunt. NISI QVI FVGERINT. Hebr. *niſi euaſores.* ſ. qui Babylonem abierunt. Nam de ijs qui iuerunt in Ægyptum, dixit, neminem euaſurum. Aut certè ex ijs pauci euadent, ſed euadent tamen aliqui, vt v. 28. dicitur: & cùm dicit omnes perituros, intellige, fermè omnes.

15 QVOD SACRIFICARENT, ſeu *adolerent*, ſuffirent vxores idolis.

17 VERBVM QVOD EGREDIETVR DE ORE NOSTRO. .i. quod nobis placuerit; aut vota, quæ ore nuncupauimus, faciemus. REGINÆ CÆLI. Quid hoc ſit, c. 7. dictum eſt verſ. 18. ET BENE NOBIS ERAT. Hebr. *& fuimus boni*, pro, in bonis; fuimus in pace, & felices: rerum copiam habuimus.

19 QVOD SI NOS SACRIFICAMVS, adolemus. Mulieres loquuntur, & quidem in Hebr. genere maſculino, fortè vt doceat eas viris ſuis dominari. NVMQVID

SINE

ſINE VIRIS NOSTRIS, non arbitrio noſtro, ſed ijs hortantibus facta ſunt, quæ fecimus. PLACENTAS. Sic Sept. & Chald. AD COLENDVM EAM. Hebr. *idolo illi.* ſic Chald. D. Kimhi hic explicat *ad lætitiam eius.* i. *vt eam coleremus*, vt poſuit Hieronymus. At in lib. Radicum *ad faciendum ei ſimulacra.* Verùm vt hæc expoſitio conſtet, vox כַּוָּנִים *cauanim* non debet ſignificare *placentas*, ſed *effigies*, quas faciebant, vt Reginam cæli colerent.

ET IN PLATEIS. palàm abſque vllo timore ſacrificaſtis dijs alienis. HORVM. ſ. ſacrificiorum. RECORDATVS EST DOMINVS, cùm puniuit vos & patres veſtros. ET ASCENDIT SVPER COR EIVS. pro, aſcenderunt. Illi venere in mentem, atque ob eam cauſam vos puniuit. 21

ET NON POTERAT DOMINVS VLTRA PORTARE. Humano more loquitur. Significat peccata importabilia ex ſe eſſe. ET PROPTER ABOMINATIONES. i. cultum idolorum. Ideò terra veſtra eſt deſolata, EO QVOD NON SIT. pro, ita vt non ſit habitator. Hebr. *abſque habitatore.* Vſque adeò deſolata eſt terra. 22

LOCVTI ESTIS. Hebr. *& locutæ eſtis.* pro, ſicut locutæ eſtis. Dirigit ſermonem ad mulieres, quoniam illę præcipuè mali auctores erant. ET MANIBVS VESTRIS IMPLESTIS. pro, ſic manibus veſtris impleſtis. Dixiſtis, FACIAMVS VOTA NOSTRA. Hebr. *faciendo faciemus.* i. omnino faciemus. IMPLESTIS, executi eſtis. Hebr. *confirmando confirmaſtis vota veſtra.* OPERE PERPETRASTIS EA. Hebr. *faciendo feciſtis vota veſtra.* Sententiam Hieronymus expreſſit. ſ. Quod locuti eſtis, impleſtis; vota quæ vouiſtis Reginæ cæli, ea executi eſtis. 25

ECCE EGO IVRAVI. pro, iuro. IN NOMINE MEO MAGNO. Id eſt nomen ineffabile, quadrili*terum. QVIA NEQVAQVAM. Hebr. *ſi erit ampliùs nomen meum inuocatum. Si*, pro, non. VIVIT DOMINVS. i. non ampliùs quiſquam iurabit per nomen meum, quia ſ. omnes Iudæi peribunt. Poteſt etiam referri ad verbum Prophetiæ, vt neget fore in Ægypto Prophetas, quia & illi dicebant: *Viuit Dominus*, cùm aliquid affirmabant. Sic Hebr. Schol. 26

VIGILABO. i. diligentiam adhibebo, vt illis malè faciam, donec conſumantur omnes Iudæi, qui ſunt in Ægypto. 27

QVI FVGERINT. Hebr. *euaſores gladij.* VIRI PAVCI. Hebr. *viri numeri.* i. pauci. Forma loquendi Hebræis vſitata. 28

QVOD VISITEM. *Viſitare* in malam partem, ſ. quòd vos perditurus ſim. VERE COMPLEBVNTVR. Hebr. *confirmando confirmabuntur verba mea.* i. omnino fiet vt vobis dixi. 29

TRADAM PHARAONEM EPHREE. *Pharao* eſt nomen commune illis Regibus, *Ephree* nomen proprium. Ab Herodoto lib. 2. *Apryes* vocatur. Hebr. חָפְרַע *Hophrah* voce non omnino diſſimili. Quod autem Hebræi quidam per exallagem literarum, & metatheſin hanc vocem in *Pharaonem* transformant, vt fabulas reijcimus. Ac ne admittimus, quod Chald. aut *claudum*, vt Regia habent, aut *fractum*, vt alij codices, vertit, vt ſit cognomen eius Regis, non nomen, & quadam paronomaſia ludat in ijs vocibus, quaſi diceret *Pharaonem Hophrah* .i. Pharaonem non Regem validum, ſed claudum aut fractum, tradam hoſtibus. Commentum attigiſſe ſit ſatis. Chald. Thren. 1. v. 18. hunc *Ephree*, ſeu claudum ait fuiſſe, qui Ioſiam Regem occidit, neſcio quàm verè. Is Nechao potiùs fuit: 4 Reg. 23. v. 29. 30

EMANVELIS SA NOTATIONES.

NESCIEBANT. ſ. anteà pro dijs non habebant, vel deos eſſe numquam cognouerant: quod enim non eſt, ſciri non poteſt. 3

DE NOCTE. Hebr. Chald. & Lxx. *manè*, ſeu *diluculo*. 4
VERBVM. i. rem.

CONFLATA. Vide ſup. cap. 42. IN PLATEIS. Chald. 6
in vicis. Lxx. *extra.* VASTITATEM. i. deſolationem. SECVNDVM DIEM HANC. i. vt apparet hodie.

9 IN REGIONIBVS. Chald. *in vicis.* Lxx *extra.*

10 SVNT MVNDATI. Chald. & Lxx. *ceſſarunt.*

12 IVSIVRANDVM. i. execrationem. MIRACVLVM. Chald. *vaſtitatem.* Lxx. *perditionem.*

14 FVGERINT. ſ. anteà.

15 STABAT. i. erat, vel fortè tum ſtabat.

17 VERBVM. i. rem. EGREDIETVR DE ORE NOSTRO. i. volemus. vbi nota, os pro voluntate accipi. Vide Deut. 8. REGINÆ CÆLI. i. lunæ. Quidam tamen ſolem intelligunt, qui Hebraicè eſt feminini generis. Chald. *ſideri cæli.* IN PLATEIS. Vide ſup.

19 QVOD SI, &c. Vox feminarum. NVMQVID, &c. q. d. imitamur viros noſtros. FECIMVS. Sic Lxx. Chald. *facimus.*

21 IN PLATEIS. Vide ſup.

22 ET NON POTERAT, &c. Chald. *& non placuit Domino: vltra remittere.* EST DIES HÆC. i. apparet hodie.

23 TESTIMONIIS. Ita vocantur Dei præcepta, quòd eius voluntatem teſtentur.

26 IN NOMINE. i. per nomen. q. d. per me ipſum. NEQVAQVAM, &c. q. d. non patiar, vt vltrà per Deum iurent, ſunt enim indigni.

27 VIGILABO. Chald. *viſitabo.*

30 EPHREE. Pharaonis eſt nomen proprium, vel cognomen. Chald. *claudum.*

CAPVT XLV.

Deus per Ieremiam arguit Baruch, quòd quereretur ſe dolorem habere, & non requiem; cui tamen in ceterorum vaſtatione pollicetur ſecuritatem.

1 VErbum, quod locutus eſt Ieremias prophe-
A ta ad Baruch filium Neriæ, cùm ſcripſiſſet
verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto
2 Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, dicens: *Hæc dicit
3 Dominus Deus Iſraël ad te Baruch: * Dixiſti:
Væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus
dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo,
4 & requiem non inueni. * Hæc dicit Dominus:
B Sic dices ad eum: Ecce quos ædificaui, ego de-
ſtruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuerſam
5 terram hanc. * Et tu quæris tibi grandia? noli
quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper
omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi ani-
mam tuam in ſalutem, in omnibus locis, ad
quæcumque perrexeris.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Non ſeruatur ordo hiſtoriæ & temporis. Quæ hîc de Baruch narrantur, decem & octo annis contigerunt ante Ieruſalem excidium. VERBA HÆC. Ego dicerem, *verba illa*, vt referatur ad ea quæ c. 36. dicta ſunt, & quæ Baruch ſcripſit. Nam אֵלֶּה *eleh* non ſolùm *hæc* ſignificat, ſed *iſta*, ſed *illa*. ANNO QVARTO IOAKIM. Regnauit is vndecim annis, & Sedecias alijs vndecim. Ita decem & octo annis antequam Ieruſalem caperetur, hæc contigerunt. Quid Baruch ait?

3 VÆ MISERO MIHI. Hebr. *væ nunc mihi.* Malè mecum agitur. DOLOREM DOLORI MEO. Hebr. *mærorem dolori meo.* i. multiplici me afflictione oppreſſit Deus; ſuper populi calamitatem ego etiam in vitæ periculo verſor. c. 36. v. 26. quærebant eum in carcerem mittere. ET REQVIEM NON INVENI. Verba Baruch, continua eſt afflictio, nullæ induciæ. Chald. *& prophetiam non inueni.* Vnde plerique Hebræi per *requiem*, *prophetiam* intelligunt, quia ſæpè de Prophetis dicitur, *requieſcere ſuper eos Spiritum Domini*; 4. Reg. 2. v. 15. & Iſai. 11. v. 2. quem Spiritum cupiuiſſe Baruch putant, nec eatenus aſſecutum.

4 ECCE QVOS ÆDIFICAVI. Ieremiæ verba ad Baruch, ſeu Dei. Vides me iratum in populum, quem ædificaui, & plantaui, in eum animaduertere, & tu tibi læta quæris. ET VNIVERSAM TERRAM HANC. *Et*, pro, id eſt. *Terram hanc deſtruo* i. deſtruam.

5 Et tv qværis tibi grandia? nimirum requiem
à malis. Hebræi per *grandia* Prophetiæ ſpiritum intel-
ligunt: iuxta illud 4. Reg. 8. v. 4. *Narra mihi omnia ma-
gnalia quæ fecit Eliſeus.* i. omnia vaticinia, vt illi intelli-
gunt. Verùm hæc mihi violenta videntur. Addvcam
malvm svper omnem carnem. i. ſuper omnes Iu-
dæos. Et dabo tibi animam tvam in salvtem.
Sic Chald. Ac ſi diceret, pro magno putare debes, in
tanta aliorum clade vitam incolumem ſeruare. Hebr.
Dabo tibi animam tuam in ſpolium. i. *lucrum*, vt Sept. Id
in lucro debes ponere, neque altiora quærere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 Grandia. q. d. quietem, ſeu proſperitatem. Salv-
tem. q. d. ſaluam. Hebr. *ſpolium.* LXX. *lucrum.*

CAPVT XLVI.

*Dominus per Ieremiam Pharaoni & Ægypto prænun-
tiat deſolationem, quam inducet Nabuchodonoſor; Iu-
dæis autem & filijs Iſrael conſolationem tandem ac li-
berationem; vniuerſis vero Gentibus ad quas Deus illos
eiecerat, vaſtationem.*

1 Qvod factum eſt verbum Domini ad Iere-
A miam prophetam contra Gentes, * ad
2 Ægyptum, aduerſum exercitum Pharaonis
Nechao regis Ægypti, qui erat iuxta fluuium
Euphraten in Charcamis, quem percuſſit Na-
buchodonoſor rex Babylonis, in quarto anno
3 Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda. * Præparate ſcu-
4 tum, & clypeum, & procedite ad bellum. * Iun-
gite equos, & aſcendite equites: ſtate in galeis,
5 polite lanceas, induite vos loricis. * Quid igitur?
vidi ipſos pauidos, & terga vertentes, fortes eo-
rum cæſos: fugerunt conciti, nec reſpexerunt:
6 terror vndique, ait Dominus. * Non fugiat ve-
B lox, nec ſaluari ſe putet fortis: Ad Aquilonem
iuxta flumen Euphraten victi ſunt, & ruerunt.
7 * Quis eſt iſte, qui quaſi flumen aſcendit: &
veluti fluuiorum, intumeſcunt gurgites eius?
8 * Aegyptus, fluminis inſtar aſcendit, & velut flu-
mina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Aſcen-
dens operiam terram: perdam ciuitatem, & ha-
9 bitatores eius. * Aſcendite equos, & exultate in
curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Li-
byes tenentes ſcutum, & Lydij arripientes & ia-
10 cientes ſagittas. * Dies autem ille Domini Dei
exercituum, dies vltionis, vt ſumat vindictam
C de inimicis ſuis: deuorabit gladius, & ſaturabi-
tur, & inebriabitur ſanguine eorum: victima
enim Domini Dei exercituum in Terra Aqui-
11 lonis iuxta flumen Euphraten. * Aſcende in Ga-
laad, & tolle reſinam, virgo filia Aegypti: fru-
ſtrà multiplicas medicamina, ſanitas non erit
12 tibi. * Audierunt gentes ignominiam tuam, &
vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impe-
git in fortem, & ambo pariter conciderunt.
13 * Verbum quod locutus eſt Dominus ad Iere-
miam prophetam, ſuper eo quòd venturus eſſet
Nabuchodonoſor rex Babylonis & percuſſu-
14 rus Terram Ægypti. * Annuntiate Ægypto, &
D auditum facite in Magdalo, & reſonet in Mem-
phis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te:
quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum
15 tuum ſunt. * Quare computruit fortis tuus? non
16 ſtetit, quoniam Dominus ſubuertit eum. * Mul-
tiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum
ſuum: & dicent: Surge, & reuertamur ad po-
pulum noſtrum, & ad terram natiuitatis no-
17 ſtræ, à facie gladij columbæ. * Vocate nomen
Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit
18 tempus. * Viuo ego (inquit rex, Dominus exer-
E cituum nomen eius) quoniam ſicut Thabor in
montibus, & ſicut Carmelus in mari, veniet.
19 * Vaſa transmigrationis fac tibi habitatrix filia
Ægypti: quia Memphis in ſolitudinem erit, &
20 deſeretur, & inhabitabilis erit. * Vitula elegans
atque formoſa Ægyptus: ſtimulator ab Aqui-
21 lone veniet ei. * Mercenarij quoque eius, qui
verſabantur in medio eius, quaſi vituli ſaginati
verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare potue-
runt: quia dies interfectionis eorum venit ſu-
22 per eos, tempus viſitationis eorum. * Vox eius
quaſi æris ſonabit: quoniam cum exercitu pro-
F perabunt, & cum ſecuribus venient ei, quaſi cæ-
23 dentes ligna. * Succiderunt ſaltum eius, ait Do-
minus, qui ſupputari non poteſt: multiplicati
24 ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus. * Cõ-
fuſa eſt filia Aegypti, & tradita in manus populi
25 Aquilonis. * Dixit Dominus exercituum Deus
Iſrael: Ecce ego viſitabo ſuper tumultum A-
lexandriæ, & ſuper Pharaonem, & ſuper Aegy-
ptum, & ſuper deos eius, & ſuper reges eius, &
ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui confidunt
26 in eo. * Et dabo eos in manus quærentium ani-
G mam eorum, & in manus Nabuchodonoſor
regis Babylonis, & in manus ſeruorum eius: &
poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait
27 Dominus. * [a] Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, [a] Iſa. 43. a. 1. & 44. a. 2.
& ne paueas Iſraël: quia ecce ego ſaluum te fa-
ciam de longinquo, & ſemen tuum de terra ca-
ptiuitatis tuæ: & reuertetur Iacob, & requieſcet,
& proſperabitur: & non erit qui exterreat eum.
28 * Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait Domi-
nus: quia tecum ego ſum, quia ego conſumam
cunctas gentes, ad quas eieci te: te verò non
conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi
innocenti parcam tibi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Qvod factvm est verbvm. Contra Ægyptios
vaticinatur, ſolatur Iudæos. Contra gentes.
ſ. nouem, contra quas deinceps vaticinatur, cùm ad Dei
curam omnes pertineant, monet omnes.

2 Ad Ægyptvm. Aliquid ſuppleri debet: vt, Principiò
ad Ægyptum ſermo eſt. Adversvm exercitvm
Pharaonis. Continuat titulum Prophetiæ. Nechao.
Hic non eſt Ephree, de quo c. 44. v. 30. neq; ratio tem-
poris conſentit, nam quę hìc dicuntur, geſta ſunt quarto
anno Ioakim Regis. i. octauodecimo ante euerſam Ie-
ruſalem, illa poſt euerſam aliquot annis. In Charca-
mis. Vrbs erat Syriæ prope Euphratem, quam vt obſi-
deret, venit Nechao iuſſu Dei, 2. Paral. 35. verſ. 20. Io-
ſias, qui tunc regnabat, vt gratificaretur Aſſyrijs, pro-
ceſſit illi obuiàm, & ab eo occiſus eſt. Nechao poſt Ioſiæ
mortem videtur rediſſe in patriam, & Ioakim Rege
repetiſſe eam obſidionem. De qua expeditione nunc
agitur.

3 Præparate scvtvm. Hîc incipit Prophetia. At-
que hæc aut Ægyptijs dicuntur, vt forti animo bellum
capeſſant; aut Chaldæis, vt hoſti reſiſtant.

4 Ivngite eqvos, vt currus trahãt. Hebr. *ligate equos.*
.i. fræna illis iniĳcite; vt ſeſſores admittant. Loricis,
alio nomine, *maculis ferreis* induite. quæ vox thoracem
ex annulis confectum ferreis ſignificat.

5 Qvid igitvr? vidi ipsos pavidos.
Hebr. *quare vidi ipſos pauidos?* Cùm ſint ſtrenuè ar-
mati, quid timidi ſunt? Et terga verten-
tes. Hebr. *fugientes retrorſum.* ſ. metu Nabucho-
donoſoris, aut *ſe conuertentes retrò.* Fvgervnt
conciti. Hebr. *fuga fugerunt.* i. velociter. Nec

RESPEXERVNT, ne facies quidem verterunt ad hoſtes, præ metu ſ. & feſtinatione. Hæc omnia ſub illa interrogatione ſunt & ab illa reguntur, QVARE VIDI?

6 NON FVGIAT. pro, non fugiet. AD AQVILONEM. Syria Ægypto ad plagam Aquilonis iacet. IVXTA FLVMEN. Hebr. *ad manum* (.i. ripam *fluminis Euphratis*. Ibi prælium eſt commiſſum. VICTI SVNT, ET RVERVNT. ſ. Ægyptij. Hebr. *offenderunt, & ceciderunt*. Sic ſolent fugientes.

7 QVIS EST ISTE, per irriſionem hæc dicuntur. Cùm ea ſint multitudine, vt quaſi flumina terras tegant, cùm intumeſcunt, tamen victi ſunt. GVRGITES EIVS? Hebr. *velut flumina præcipitant aquæ eorum, cum impetu mouentur*. Reſponſio.

8 ÆGYPTVS, ij ſunt, qui tanto impetu feruntur. ET VELVT FLVMINA MOVEBVNTVR FLVCTVS EIVS. Hebr. *aquæ eius*. PERDAM CIVITATEM. ſ. Charcamis, de qua lis erat.

9 ASCENDITE EQVOS, aut, *aſcendant equi*, vt Chald. ET EXVLTATE IN CVRRIBVS. Hebr. *inſaniant currus*. i. velociter & in gyrum currant, vt inſani. LIBYES. Hebr. *Phuth*. i. Phuthenſes, Mauritani. LYDII. Sunt in Aſia minori, Cariæ & Phrygiæ contermini: Strabo libro 13. Plinius libro 5. c. 29. Poſteri Miſraim: Geneſ. 10. v. 13. ideò Ægyptijs, qui & Miſraim, fauent in bello. ARRIPIENTES ET IACIENTES SAGITTAS. Hebr. *apprehendentes, & tendentes arcum*. Erant periti ſagittarij. Omnia hæc ironicè dicuntur.

10 DIES AVTEM ILLE DOMINI. *Dies Domini* dicitur, omnis, in quo oſtendit potentiam ſuam. SANGVINE EORVM, inebriabitur gladius. ſ. Ægyptiorum. VICTIMA. i. cædes, laniena, quam victimam vocat, quia Deo auctore & vindice.

11 ASCENDE IN GALAAD. Pro, etiamſi aſcendas in Galaad, & inde medicamenta afferas, vulneribus mederi non poteris. *Galaad* Galilææ regio vltra Iordanem, Medicis & medicamentis abundabat, c. 8. v. 22. ET TOLLE RESINAM. Id ſignificat צרי *zori*, non balſamum: nam balſamum ſolùm proueniebat in agro Iericho. *Reſina*, vulneribus optimum remedium. VIRGO FILIA ÆGYPTI. Sic eam vocat, quòd nondũ eſſet ab hoſtibus ſubiugata. SANITAS NON ERIT TIBI. תעלה *thehalah* eſt *ſanitas* ab aſcendendo, quòd in vulneribus, cùm ſanantur, cutis aſcendat.

12 REPLEVIT TERRAM vlulatus ob cladem. Hebr. *terram hanc*, ſ. propter ה *He* quod præponitur. aut ſit hyperbole, ſi *terra* ſumatur pro toto orbe. QVIA FORTIS IMPEGIT. Tanta erit feſtinatio fugiendi, vt milites alij alios proculcent. Per *fortem*, militem intelligo.

13 VERBVM. Hactenus de victoria Chaldæorum contra Ægyptios ad vrbem Charcamis; nunc de aduentu eorum in Ægyptum, quod longo pòſt tempore accidit. SVPER EO QVOD VENTVRVS ESSET. Hebr. *aduenire Nabuchodonoſor*. i. ſuper aduẽtu Nabuchodonoſoris.

14 IN MAGDALO. Per quatuor vrbes, quas nominat, totam Ægyptũ intelligit. QVÆ PER CIRCVITVM. i. agros vaſtabit, diripiet vicos.

15 COMPVTRVIT. Pagn. *propulſatus eſt*. Chald. *quare contriti ſunt*. Ego verterem: *quare madefacti ſunt fortes tui*. i. milites quaſi cadente pluuia inutiles ſunt facti. Sic Hebr. Schol. in Hebr. cum verbo ſingulari iungitur nomen plurale. Ex Interpretibus alij verbum mutant in plurale, alij nomen in ſingulare. SVBVERTIT EVM. ſeu *impulit eum*. ſ. Ægyptium.

16 MVLTIPLICAVIT RVENTES, ſ. Deus. Hîc etiam ſignificat fore effuſam fugam, vt alij alios proſternant. GLADII COLVMBÆ. De hac re c. 25. v. 38. plura habes, quæ vt hoc loco repetantur, non eſt opus.

17 VOCATE NOMEN PHARAONIS REGIS ÆGYPTI. Hîc comma. Nomen autem ſit hoc totum, TVMVLTVM ADDVXIT TEMPVS. Hebr. *clamate ibi. Pharao Rex Ægypti tumultum* (ſic vocat, quòd ſecum innumeras gentes traheret) *tranſire fecit tempus ſtatutum*. i. tempus cõfligendi idoneum abire ſiuit, aut vt Hebræus, Chaldæis tempus dedit, vt ſe ad bellum compararent, quos in ſuo regno aggredi ſatius erat. Hieronymus pro שם *Sam*. i. *ibi*, legit שם *Sem*. i. *nomen*. Ea varietatis occaſio ex parte.

18 SICVT THABOR IN MONTIBVS. Pharao tempus abire ſiuit, quoniam venturos Chaldæos non putabat, nunc Deus venturos iurat. Sicut Thabor venationi ferarum eſt aptus, ſic Ægyptios venabitur Nabuchodonoſor. ET SICVT CARMELVS IN MARI. i. vt ligna Carmeli mari veliunt, ſic Ægyptios in captiuitatem aget. Sic Hebræus. Carmelus ad mare erat, c. 2. v. 7.

19 VASA TRANSMIGRATIONIS i. itineri neceſſaria para HABITATRIX. i. quæ ſecura nunc & confidenter habitas, aut ſedes. MEMPHIS. Caput regni, pro tota Ægypto. ET DESERETVR, ET INHABITABILIS ERIT. Hebr. *deſolabitur abſque habitatore*. i. ita vt non ſit qui in ea habitet.

20 VITVLA ELEGANS. i. ſicut vitula. STIMVLATOR. Hoſtis ab Aquilone veniet. Hebr. *exciſio*, ſiue *iugulatio*. VENIET EI. Hebr. *veniet, veniet*. i. certiſſimò veniet ab Aquilone, qui eam vitulam iugulet, aut *ſtimulet*. ſ. à ſuis paſcuis expellat.

21 MERCENARII QVOQVE EIVS. De militibus Ægyptijs v. 13. dixit inutiles fore, nunc de ære conductis ait, eos voluptatibus emollitos nihilo fore meliores. QVASI VITVLI SAGINATI. Eos etiam ait hoſti terga daturos, ſicut de indigenis dixerat. QVIA DIES INTERFECTIONIS Hebr. *dies calamitatis eorum*. ſ. à Deo deſtinatus eorum ruinæ & exitio.

22 VOX EIVS QVASI ÆRIS SONABIT. Hebr. *quaſi ſerpentis ibit*. Sic Chald. & Sept. Nimirum pro נחש *nahas*. i. *ſerpente*, Hieronymus legit נחשת *neh ſeth*. i. *æs*. quæ lectio commodior videtur, vt clamor Ægypti comparetur æri, quod pulſum procul auditur magis quàm ſerpentis ſibilus. Sic æris ſono cordis motum comparat c. 48. v. 36. *Cor meum ad Moab quaſi tibia æris reſonabit*. 1. Cor. 13. v. 1. *factus ſum velut æs ſonans*. QVONIAM CVM EXERCITV ibunt Chaldæi, & quaſi lignatores ſuccident ligna.

23 SALTVM EIVS. Per *ſaltum* ſeu *ſiluam* homines intelligit, aut optimates quos ſucciderunt. i. ſuccident Chaldæi. QVI SVPPVTARI NON POTEST. ſ. exercitus, de quo dixit v. ſuperiori. Hebr. *quia non inueſtigabitur*, ſeu *supputabitur*, vt Sept. ponunt. Reddit rationẽ quare Chaldæi exſcindere Ægyptum potuere, quia erant innumeri.

25 VISITABO, puniam. SVPER TVMVLTVM. i. multitudinem. אמון pro המון *Amon* pro *Hamon*, *Aleph* & *He* ſunt literæ permutabiles. Quidam, vt Sept. vocem *Amon* putarunt eſſe nomen Regis Alexandriæ, qui erat Pharaoni vectigalis. Chald. *tumultũ* vertit. ALEXANDRIÆ. Hebr. *viſito ſuper multitudinem de No*. ſed ea vrbs Hebr. *No* vocabatur, quæ poſteà ab Alexandro Magno inſtaurata Alexandriæ nomen accepit. ET SVPER PHARAONEM. Quare *Pharaonem* bis ponit? Fortaſſe, quoniam duos Pharaones ea calamitas inuoluit, Nechao, cùm in Charcamis eſt victus, & Ephree in Aegypto.

26 ET IN MANVS NABVCHODONOSOR dabo eos: &, pro, id eſt. Nabuchodonoſor enim & ſerui eius, quærebant animam Aegyptiorum. HABITABITVR. ſ. poſt quadraginta annos exilij, vt ait Ezech. c. 29. à v. 11.

27 ET TV. Quia de liberatione Aegyptiorum locutus eſt, vertit ſermonem ad Iſraelitas, ac ſi diceret: Si illos liberabo, multò magis te, qui es ſeruus meus. DE LONGINQVO. i. remotis locis, vbi exulas te liberabo. ET PROSPERABITVR Iacob. Hebr. *pacatus erit abundans*. Sept. *dormiet*. Chald. *habitabunt confidenter*. Significatio verbi שאנן *ſaanan* non eſt ſatis nota.

28 CONSVMAM. Delebo alias gentes, te non delebo penitùs. Sic promiſit c. 4. v. 27. & cap. 5. v. 10. & 18. SED CASTIGABO TE IN IVDICIO. i. moderatè, vt pater, non vt hoſtis. Vox *iudicium*, cùm furori opponitur id ſignificat. NEC QVASI INNOCENTI. Hebr. *& abſoluendo non abſoluam te*, ſ. abſq; correptione. Caſtigabo te, vt dixit, ſed leniter. Chald. *& conſumendo non conſumam te*. Verbum נקה *nakah*, & *exſcindere* & *innocentem eſſe* ſignificat. Hoc poſterius Hieronymus eſt ſecutus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IVNGITE.ſ.curribus falcatis. 4

VIDI.ſ.prophetico ſpiritu. 5

CIVITATEM.i.Charcamis.Chald.*ciuitates.* 8

VICTIMA.Chald.*occiſio.*LXX.*ſacrificium.* 10

VIRGO FILIA. Chald. *regnum cœtus.* SANITAS,&c. 11
q. d.plaga tua incurabilis.

FORTIS.ſ.miles. 12

MEMPHIS.Hebr. *Noph.* PRÆPARA.ſ.ad excipien- 14
dum Chaldæorum exercitum. PER CIRCVITVM. .i.vicinas regiones,ſeu vrbes.

COMPVTRVIT.Chald. *contritus eſt.*LXX.*fugit.* 15

MVLTIPLICAVIT. ſ.Dominus.COLVMBÆ.i.exerci- 16
tus velocis, vel geſtantis in vexillo columbæ ſignum. Chald.*inimici.*LXX.*Graci.*

TVMVLTVS,&c.q d.tumultuabitur,& ſuperabitur, 17
ſeu belli tumultum experietur. ADDVXIT. ſ. contra eum.

IN MONTIBVS.ſ.eſt. IN MARI.i.prope mare. VE- 18
NIET.ſ.quod prædixi.Chald.*veniet interitus eius.*

VASA.i.inſtrumenta. FILIA.Chald.*cœtus.* 19

VITVLA,pro,velut vitula. STIMVLATOR.ſ. qui ad 20
fugam impellat.Chald.*populi interficientes.*

MERCENARII.ſ.milites.Chald.*principes.* 21

EIVS. ſ. Ægypti. ÆRIS. Chald. *ſerpentis ſibi-* 22
lantis.

SVPPVTARI. ſ. exercitus Chaldæorum, vel populus 23
Ægypti,qui hîc ſaltus dicitur.

TVMVLTVM.i.populum tumultuoſum,vel multitu- 25
dinem.

LONGINQVO.ſ.reducens. 27

IN IVDICIO. i. moderatè. Chald. *in iudicio miſeri-* 28
cordiæ.

CAPVT XLVII.

Vaſtatio prædicitur Palæſthinorum,Tyri,Sidonis,Gazæ, & Aſcalonis.

QVod factum eſt verbum Domini ad Iere- 1
miam prophetam contra Palæſthinos,an- A
tequam percuteret Pharao Gazam: *Hæc dicit 2
Dominus: Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone,
& erunt quaſi torrens inundans,& operient ter-
ram & plenitudinem eius,vrbem & habitatores
eius,clamabunt homines, & vlulabunt omnes
habitatores terræ, *à ſtrepitu pompæ armorum, 3
& bellatorum eius, à commotione quadriga- B
rum eius, & multitudine rotarum illius. Non
reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis *pro 4
aduentu diei, in quo vaſtabuntur omnes Phili- C
ſthijm,& diſſipabitur Tyrus,& Sidon cum om-
nibus reliquis auxilijs ſuis. depopulatus eſt enim
Dominus Palæſthinos, reliquias inſulæ Cappa-
dociæ.*Venit caluitium ſuper Gazam:conticuit 5
Aſcalon, & reliquiæ vallis earum: vſquequò
concidêris? *O mucro Domini vſquequò 6
non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, re- D
frigerare,& ſile.*Quomodo quieſcet, cùm Do- 7
minus præceperit ei aduerſus Aſcalonem,& ad-
uerſus maritimas eius regiones, ibique con-
dixerit illi?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVOD FACTVM EST VERBVM. Philiſthinorum excidium hoc capite continetur. CONTRA PALÆSTHINOS. Sept.*ſuper Philiſthijm.* Hebr.*ad Philiſthijm.* Sed *ad* ſumitur pro *contra.* ſic Chald. ANTEQVAM PERCVTERET PHARAO GAZAM. Hoc factum dicunt, cùm Ægyptij venerunt opitulatum Iudæis cap. 37.v.4. & Chaldæi ſoluta obſidione eis proceſſerunt obuiàm, tunc Ægyptij in reditu Gazam ſubuerterunt, præcipuam Philiſthinorum vrbem. Sequitur Philiſthinorum clades per Chaldæos.

2 ECCE AQVÆ ASCENDVNT.i.præualent,intumeſcunt. Per *aquas* intelligit copias Chaldæorum,quia multæ & validæ,vt ſunt aquæ inundantes. Sic etiam Iſai.8. v.7. & 17.v.13. Eſtque elegans metaphora. ET PLENITVDINEM EIVS.i.agros inundabunt. VRBEM. pro,vrbes, & habitatores earum. CLAMABVNT HOMINES. Hebr. *clamabunt homo.* pro, homines. VLVLABVNT. Hebr. *vlulabit omnis habitator*, pro, *vlulabunt*, vt Sept.verterunt.

3 A STREPITV. Hebr.*à voce ſtrepitus.*Sed *vox* redundat. Ergo *ab ſtrepitu.* i. propter ſtrepitum. POMPÆ ARMORVM,ET BELLATORVM EIVS.ſ.Aquilonis.Hebr. *vngularum fortium eius.* i. equorum fortium. Eorum ſtrepitus,quem pedibus facient, hoſtes terrebit. NON RESPEXERVNT PATRES FILIOS. Metus miſericordiam non recipit. Ergo illo metu exanimati,ne filios quidem curabunt. MANIBVS DISSOLVTIS. Hebr. *præ remiſſione manuum.* i. virium. Nullæ vires ad reſiſtendum erunt. Sic Hebr. ordinatur hic locus, vt illud, *Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis*, ſit pars verſ. tertij, non quarti, vt quidam Vulgatæ codices habent, Reg Louan.Rom.Sed parum refert.

4 PRO ADVENTV DIEI. Hebr. *propter diem*, vel *in die, qui venit.*ſ.accident omnia,quæ dicta ſunt. ET DISSIPABITVR. Hebr. *ad ſcindendum* (ſ. eo die, qui veniet) Tyrum & Sidonem. Vicinæ eæ vrbes erant, & amicæ inter ſe, tum Palæſtinis auxilia miſerant, ideò addit: CVM OMNIBVS RELIQVIS AVXILIIS SVIS. ſ.quæ miſerunt. Hebr. *omnem reliquum auxiliatorem.* Itaque & duæ illæ vrbes exſcindentur,& ſi quæ aliæ auxilia miſerunt. RELIQVIAS INSVLÆ CAPPADOCIÆ vaſtabit Deus vnà cum Philiſthæis. Cappadociam inſulam vocat,quia maritima, & quoniam ad eam mari ibatur. Communem originem habuerunt Cappadoces & Philiſthæi. Geneſ.10.v.14. De quibus egreſſi ſunt Philiſthijm & Caphtorim.i.Cappadoces. Illi originis memores videntur vires hoc in periculo communicaſſe.

5 VENIT CALVITIVM. i. luctus. Solebant in luctu comam ponere. CONTICVIT ASCALON. Alij vertunt, *excisa eſt.* דמה *Damah* & *tacere* & *excidere* ſignificat. Ergo conticuit Aſcalon,ita vt memoria eius non ſuperſit. Erat vrbs præcipua Philiſthinorum,ſed in tribu Iuda ſita. Ioſephus 5. Antiquitatum cap.2. RELIQVIÆ VALLIS EARVM.i.Gazæ, & Aſcalonis vici omnes, qui in valle erant, exciſi ſunt. VSQVEQVO CONCIDERIS? .i. lugebis. In luctu ſolebant facies concidere. Ergo, vſquequò lugebis?i.diu id facies.

6 O MVCRO. Exclamat Propheta,videns carnificinam. Rogat Deum,vt ceſſet. REFRIGERARE. Hebr.*quieſce.* SILE.i.ceſſa.

7 QVOMODO QVIESCET. Reſpondet ſibi Propheta, diuinum præceptum vrgere. Hebr.*quieſces*,pro,quieſcet. IBIQVE CONDIXERIT ILLI? Hebr. *ibi conſtituit eo.* i.tempus deſignauit,quo mucro ſeu gladius graſſari debeat. Quod decretum mutari non poteſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 AQVÆ ASCENDVNT. Chald. *populi venient.* PLENITVDINEM. i. habitatores. VRBEM, &c. explicatio præcedentis.

3 A STREPITV.i. præ ſtrepitu. MANIBVS DISSOLVTIS.i.præ manuum diſſolutione.

4 PRO ADVENTV DIEI. Chald *propter diem venturum.* INSVLÆ.Chald.*inſularij.* CAPPADOCIÆ. Venerunt Cappadoces auxilio Palęſtinis,& cum eis victi ſunt.

5 CALVITIVM.i.ſpoliatio, vel ſigna mœſtitiæ. Chald. *vindicta.* CONTICVIT.ſ.præ mœrore. CONCIDERIS. .i.laniabis te. ſ. præ luctu. LXX *concides.* & iungunt ſequentibus.

6 REFRIGERARE. ſ. ab ardore cædendi. SILE. .i.quieſce.

7 CONDIXERIT ILLI.i.præceperit.ſ.vt graſſetur.Chald. *præparauerit eum.*

C A-

CAPVT XLVIII.

Prædicit Dominus vaſtationem Moab & omnium vrbium eius, ſed in nouiſſimis diebus captiuitatem ipſorum relaxandam: maledictus dicitur faciens opus Domini fraudulenter, & gladium ſuum à ſanguine prohibens.

AD Moab hæc dicit Dominus exercituum 1
Deus Iſraël: Væ ſuper Nabo, quoniam A
vaſtata eſt, & confuſa: capta eſt Cariathaim:
confuſa eſt fortis, & tremuit.* Non eſt vltrà ex- 2
ultatio in Moab contra Heſebon: cogitaue-
runt malum. Venite, & diſperdamus eam de
gente. ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te
gladius.* Vox clamoris de Oronaim: vaſtitas, 3
& contritio magna.* Contrita eſt Moab: an- 4
nuntiate clamorem paruulis eius.* Per aſcen- 5
ſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quo-
niam in deſcenſu Oronaim hoſtes vlulatum
contritionis audierunt:* Fugite, ſaluate animas 6
ª Sup. 17. a. 7 veſtras: & eritis quaſi myricæ in deſerto.* ª Pro 7
eo enim quòd habuiſti fiduciam in munitioni-
bus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capieris:
& ibit Chamos in tranſmigrationem, ſacerdo-
tes eius, & principes eius ſimul.* Et veniet præ- 8
do ad omnem vrbem, & vrbs nulla ſaluabitur: B
& peribunt valles, & diſſipabuntur campeſtria:
quoniam dixit Dominus:* Date florem Moab, 9
quia florens egredietur: & ciuitates eius deſertæ
erunt, & inhabitabiles.* Maledictus, qui facit 10
opus Domini fraudulenter: & maledictus, qui
prohibet gladium ſuũ à ſanguine.* Fertilis fuit 11
Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in fæci-
bus ſuis: nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in
tranſmigrationem non abijt: idcircò permanſit
guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immuta-
tus.* Proptereà ecce dies veniunt, dicit Domi- 12
nus: & mittam ei ordinatores, & ſtratores lan-
guncularum, & ſternent eum, & vaſa eius ex-
haurient, & lagunculas eorum collident.* Et 13
ª 4. Reg. 12. g. 16 confundetur Moab à Chamos, ª ſicut confuſa
eſt domus Iſraël à Bethel, in qua habebat fidu-
ª Iſa. 16. b. 6 ciam.* Quomodo dicitis: ª Fortes ſumus, & 14
viri robuſti ad præliandum?* Vaſtata eſt Moab, 15
& ciuitates illius ſucciderunt: & electi iuuenes C
eius deſcenderunt in occiſionem: ait rex, Do-
minus exercituum nomen eius.* Propè eſt in- 16
teritus Moab vt veniat: & malum eius veloci-
ter accurret nimis.* Conſolamini eum omnes, 17
qui eſtis in circuitu eius; & vniuerſi, qui ſcitis
nomen eius, dicite: Quomodo confracta eſt
virga fortis, baculus glorioſus?* Deſcende de 18
gloria, & ſede in ſiti, habitatio filiæ Dibon: quo-
niam vaſtator Moab aſcendit ad te, diſſipauit
munitiones tuas.* In via ſta, & proſpice habita- 19
tio Aroër: interroga fugientem: & ei qui euaſit,
dic: Quid accidit?* Confuſus eſt Moab, quo- 20
niam victus eſt: vlulate, & clamate, annuntia-
te in Arnon, quoniam vaſtata eſt Moab.* Et iu- 21
dicium venit ad terram campeſtrem; ſuper He-
lon, & ſuper Iaſa, & ſuper Mephaath,* & ſuper 22
Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper domum De-
blathaim,* & ſuper Cariathaim, & ſuper Beth- 23
gamul, & ſuper Bethmaon,* & ſuper Carioth, 24
& ſuper Boſra; & ſuper omnes ciuitates terræ D
Moab, quæ longè, & quæ propè ſunt.* Abſciſ- 25
ſum eſt cornu Moab, & brachium eius contri-
26 tum eſt, ait Dominus.* Inebriate eum, quo-
niam contra Dominum erectus eſt: & allidet
manum Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum
27 etiam ipſe.* Fuit enim in deriſum tibi Iſraël,
quaſi inter fures reperiſſes eum: propter verba
ergo tua quæ aduerſum illum locutus es, capti-
28 uus ducêris.* Relinquite ciuitates, & habitate in
petra, habitatores Moab: & eſtote quaſi co-
lumba nidificans in ſummo ore foraminis.
29 * Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt
valdè; ſublimitatem eius, & arrogantiam, & ſu-
30 perbiam, & altitudinem cordis eius.* Ego ſcio,
E ait Dominus, iactantiam eius: & quòd non ſit
iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod pote-
31 rat conata ſit facere.* Ideò ſuper Moab eiu-
labo, & ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros
32 muri fictilis lamentantes.* De planctu Iazer
plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ
tranſierunt mare, vſque ad mare Iazer perue-
nerunt ſuper meſſem tuam, & vindemiam
33 tuam, prædo irruit.* ª Ablata eſt lætitia & ex- ª Iſa. 16. c. 10
ultatio de Carmelo, & de Terra Moab, & vi-
num de torcularibus ſuſtuli: nequaquam cal-
34 cator vuæ ſolitum celeuma cantabit.* De cla-
more Heſebon vſque Eleale, & Iaſa, dederunt
vocem ſuam; à Segor vſque ad Oronaim vitula
conternante: aquæ quoque Nemrim peſſimæ
35 erunt.* Et auferam de Moab, ait Dominus, of-
F ferentem in excelſis, & ſacrificantem diis eius.
36 * Proptereà cor meum ad Moab quaſi tibiæ re-
ſonabit: & cor meum ad viros muri fictilis da-
bit ſonitum tibiarum: quia plus fecit quàm po-
37 tuit, idcircò perierunt.* ª Omne enim caput ª Iſa. 15. a. 2
caluitium, & omnis barba raſa erit: in cunctis Ezech. 7.
manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cili- e. 18
38 cium.* Super omnia tecta Moab, & in plateis
eius, omnis planctus: quoniam contriui Moab
39 ſicut vas inutile, ait Dominus.* Quomodo vi-
cta eſt, & vlulauerunt? quomodo deiecit cerui-
cem Moab, & confuſus eſt? Eritque Moab in
deriſum, & in exemplum omnibus in circuitu
40 ſuo.* Hæc dicit Dominus: Ecce quaſi aquila
41 volabit, & extendet alas ſuas ad Moab.* Capta
G eſt Carioth, & munitiones comprehenſæ ſunt:
& erit cor fortium Moab in die illa, ſicut cor
42 mulieris parturientis.* Et ceſſabit Moab eſſe
populus: quoniam contra Dominum gloriatus
43 eſt.* Pauor, & fouea, & laqueus ſuper te ô ha-
44 bitator Moab, dicit Dominus.* ª Qui fugerit à ª Iſa. 24.
facie pauoris, cadet in foueam: & qui conſcen- c. 18
derit de fouea, capietur à laqueo: adducam enim
ſuper Moab annum viſitationis eorum, ait Do-
45 minus.* In vmbra Heſebon ſteterunt de la-
queo fugientes: quia ignis egreſſus eſt de Heſe-
bon, & flamma de medio Seon, & deuorabit
partem Moab, & verticem filiorum tumultus.
46 * Væ tibi Moab, periiſti popule Chamos: quia
comprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in capti-
47 uitatem.* Et conuertam captiuitatem Moab
in nouiſſimis diebus, ait Dominus. Hucuſque
iudicia Moab.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AD MOAB. Moab excidium prædicit, vt titulus Prophetiæ indicat. *Ad Moab*, vt Iſai. cap. 15. v. 1. *Onus Moab*. VÆ SVPER NABO. Vrbs Moabitarum,

Iſai. 15. v. 2. vbi ait *ſuper Nabo, & ſuper Medaba Moab*
vlulauit. Et confvsa, pudefacta, quia ſ. ignominio-
sè capta eſt. Capta est Cariathaim. Alia vrbs
Moab. Confvsa est fortis. i. quamuis fortis vi-
deretur, cum ignominia capta eſt Cariathaim. Hebr.
pudore affecta eſt ciuitas. Id ſignificat *Miſgbab.* i. *ciuitas.*
Sept. *fortitudo.* Chald. *domus fiduciæ.* Sed quocumque
modo vertas, ad Cariathaim referenda ſunt.

Non est vltra exvltatio. Hebr. *laus.* Con- 2
tra Hesebon. Sept. *in Heſebon.* ſic Hebr. Erat ea ciui-
tas Moab, Iſai. 15. v. 4. cuius munitionem illi lauda-
bant, & de ea gloriabantur. Verùm, vt conſtet Vulgatæ
interpretatio, ſ. *contra Heſebon* iungatur cum verbo, *co-*
gitauerunt malum. ſ. hoſtes. Ergo silens contice-
sces. i. quieſce, ne mouearis, quia malum tibi imminet.
Hebr. *Madmau ſile,* nomen vrbis Moab, fortaſſe quæ
ab Iſaia *Medaba* vocatur. Seqvetvrqve te gla-
divs. Hebr. *poſt te ibit gladius.* Coniunctio *que* ſenten-
tiam implicat. Quæ coniunctio Hebr. non eſt.

Vox clamoris, ſupple, audietur. De Oronaim. 3
Hæc eſt ciuitas Moab: Iſai. 15. verſ. 5. In Hebræo eſt
vox hæc in duali, quoniam duplex erat, ſuperior & in-
ferior. ſic Hebræi. Vastitas. pro, quoniam vaſtitas,
& contritio magna; ideò vox clamoris erit. Quid cla-
mabunt?

Contrita est Moab. Hoc clamant. Annvn- 4
tiate paruulis, vt clamorem ingeminent, prompta
ætas ad lacrymas. Hebr. *audire facient clamorem paruu-*
li eius. Ij ſunt qui vocem extollent. Chald. *annunciaue-*
runt clamorem dominatores eius. id eſt, proceres etiam
vlulabunt.

Per ascensionem enim Lvith. כִּי *quia,* aut *enim,* 5
ſumo pro, ſanè; non eſt enim cuius rei reddatur cauſa.
Luith aut arx eſt, quò ſe ciues Oronaim flentes recepe-
runt, aut mons. Qvoniam, pro, ſanè, in descensv
Oronaim. i. in ipſa Oronaim, quæ in valle erat, vlu-
latum, quem ob contritionem & excidium vrbis fu-
gientes edebant, ipſi hoſtes audierunt, quia validus erat.

Fvgite. Prophetæ verba ad fugam hortantis. Et 6
eritis qvasi myricæ. i. quamuis ſitis ſolitarij & mi-
ſeri, vt myricæ quæ in locis aridis naſcuntur. De hac
arbore plura cap. 17. verſ. 6.

In mvnitionibvs tvis. Hebr. *in operibus tuis.* i. ar- 7
mentis & gregibus, quibus antiquorum opes conſta-
bant. Vulgo *bazienda* vocatur. ſic 1. Reg. 25. verſ. 2. vbi
& poſſeſſio eius in Carmelo. Hebr. *& opus eius in Carme-*
lo. Hoc ſequentia magis confirmant. Et in thesav-
ris tvis. Habuiſti fiduciam in operibus tuis & the-
ſauris. Chamos, præcipuum idolum Moabitarum,
quem Bacchum credunt, ille ibit captiuus, deferent
Chaldæi, non propter numen, ſed propter aurum.

Qvoniam dixit Dominvs. Sic Chald. Sept. *ſicut* 8
dixit Dominus. ſic Hebr. Sed אֲשֶׁר *aſer,* pro כַּאֲשֶׁר *caaſer,*
.i. *ſicut,* ſumi debet: Hebr. Schol.

Date florem Moab. ſ. vt ſertis redimito capite 9
exeat. Hebr. *date alas Moab,* quia volando egredietur.
.i. celeriter fugiet. Et civitates. pro, ciuitates autem
deſolatæ erunt, & abſque habitatore.

Maledictvs. Verba Prophetæ ad Chaldæos hor- 10
tantis ad cædem Moabitarum. Qvi facit opvs
Domini. Sic vocat eam cædem, quia Dei iuſſu. Frav-
dvlenter. i. deſidioſè. Sept. *negligenter.*

Fertilis fvit Moab, pacatus, diues. Reqvievit 11
in fæcibvs svis. Ex vino ſumpta metaphora, quod
cùm in nouum dolium transfertur, commodius fit;
cùm manet in fæcibus, peius. Sic Moab quieuit in ſuis
diuitijs, quod illi malo fuit. Gvstvs eivs in eo.
ſ. prauus guſtus, & ſapor, & odor manſit in eo. i. vitia, &
mala priora.

Ordinatores, et stratores. Sic vocat, qui vina 12
è dolio in dolium transfundunt. Hebr. *transmigratores,*
& facient transmigrare eum, ſ. Moab. Et vasa eivs
exhavrient. ſ. vt alia impleant. Et lagvnculas
eorvm collident. *Cados & dolia fictilia* (id etiam *na-*
bli vox ſignificat, non tantùm *vtres*) frangent, in quibus
vinum priùs erat, quaſi inutilia. Intelligit autem per la-
gunculas, domos & vrbes, quas euertent hoſtes.

13 Et confvndetvr Moab a Chamos. i. fallet eum
ſpes, quam in Chamos poſuerat, quod pudori erit, vt
Iſraelitas, inquit, decepit ſpes poſita in vitulo, quem
Ieroboam poſuit in Bethel: 3. Reg. 12. v. 29.

15 Et civitates illivs svcciderunt, non *ſuccen-*
derunt, vt Louan. neque *aſcenderunt,* vt Regia. Hebr. *&*
ciuitates (pro, ciuitatum multitudo) *defecit.* Chald. *de-*
ſolatæ ſunt. Sept. *perijt ciuitas.* Ait Rex. Deum hoc
nomine vocat, quoniam de transferendo Regno agit.
Ipſe enim Rex Regum eſt, & transferre Regna poteſt
de gente in gentem: Eccleſiaſtici 10. v. 8.

16 Interitvs Moab. Hebr. *calamitas Moab propè eſt.*
Consolamini. Hebr. *commouem ni.* Sic condolen-
17 tes, & conſolantes ſolent mouere caput. Qvi estis,
ad quorum notitiam ea clades veniet. Virga for-
tis. i. Regnum validum, quomodo eſt contractum?

18 Descende. pro, deſcendes, deijcieris. De glo-
ria, opibus ſpoliaberis. Et sede in siti. i. in locis
aridis, in deſerto ſedebis. Habitatio filiæ Dibon.
Dibon ciuitas Moab: Iſai. 15. verſ. 2. & 9. *Filiæ* oppida
vocantur, præſertim quæ alijs vrbibus ſunt ſubiecta.
Hebr. *quæ habitas filiam Dibon.* i. ciues Dibon. Vasta-
tor Moab. *Moab* in genitiuo, aſcendet & diſſipabit.

19 Habitatio Aroer. Hebr. *quæ habitas Aroer.* Vrbs
eſt Moab in ripa Arnon: Ioſue 12. verſ. 2. Eſt & alia eo
nomine prope Damaſcum, de qua Iſai. 17. v. 2. Vtra-
que id nomen à myricis ſortita videtur, quarum ij
agri erant feraces. עַרְעָר *barbar* eſt *myrica.* Vrbs
illa ערוער *baroher* Hebr. vocatur. Ergo ſta in via, rerum
ſtatum à fugientibus roga. Et ei qvi evasit, aut *quæ*
euaſit. Hebr. in genere fœminino eſt. Roga ergo ex fu-
gitiuis viris & mulieribus quid acciderit. Reſpondent,

20 Confvsvs est Moab, ignominioſè cecidit. Vi-
ctvs est. Hebr. *confractus eſt.* In Arnon. i. in re-
gione, quam Arnon alluit. Aut fortè *Arnon* hîc nomen
eſt vrbis eo nomine.

21 Et ivdicivm venit. i. punitio. Svper Helon.
Nomina ſequuntur multarũ vrbium Moab, quas belli
flamma afflixit.

22 Et svper domvm Deblathaim. Poterat dicere
ſuper Bethdeblathaim, (totum nomen eſt proprium)
vt mox dicit ſuper *Bethgamul,* & *Bethmaon.*

25 Abscissvm est cornv Moab. i. regnum. Chald.
pro, *cornu, regnum* ponit. *Cornu* in beſtia eſt ſupra alia
membra, ſic Reges ſupra ſubditos. Apocal. 17. verſ. 12.
Decem cornua decem Reges ſunt. Et brachivm eivs.
.i. proceres qui ſunt velut brachia Regis; per quos ope-
rantur, contriti ſunt.

26 Inebriate evm, calice furoris Domini, vt attonitus
neſciat quid faciat. Qvoniam contra Dominvm.
Chald. *contra populum Domini.* Erectvs est. Hebr.
magnificauit. i. ſuperbiuit, ineptè locutus eſt. Et al-
lidet manvm. Sic ſolent ebrij manus complodere.
Hebr. *volutabit ſe in vomitu ſuo.* Ebrij vomunt crapulã,
deinde ad terram decidunt, & ſordibus fœdantur. Et
erit in derisvm etiam ipse. Non ſolùm patietur
malũ, ſed etiam riſum mouebit. Tunc vicem exoluet.

27 Fvit enim in derisvm, tibi (ô Moab) Iſrael, cùm
ſ. captiua ibat. Hebr. *& ſi non* (pro annon) *deriſui fuit ti-*
bi Iſrael? Si irriſiſti, irrideris. Qvasi inter fvres.
Hebr. *ſi inter fures inuentus eſt?* ſ. Iſrael. q.d. minimè.
Fures conuitio proſequitur populus. Propter verba
ergo tva. Hebr. *quia ex quo verba tua in eum.* i. ex quo,
eum Iſrael conuitiatus es. Captivvs dvceris. Chald.
transmigrabitis. Hebr. *commouiſti te.* ſ. irridendo moui-
ſti caput. Sic Hebræus. q.d. quod maleficium in Iſrael
inueniſti, quod probrum, vt eum irrideres, & contra
eum loquereris?

28 In petra. i. in arcibus, quæ rupibus imponeban-
tur, habitate. In svmmo ore foraminis. Hebr.
in lateribus oris foueæ. i. in ſummis ſciſſuris rupium, quò
tutior ſit, nidum ibi columba ponit, ſic vos in loca mu-
nita vos recipite.

30 Ego ſcio .... iactantiam eius. ſ. Moab. Hebr. *indignationem eius*. i. tumorem cordis, qui ex ſuperbia venit. Et qvod non ſit ivxta eam (iactantiam) virtvs eius. Hebr. non vno modo vertunt. Ego ſic, *& non ſicut nugæ eius, non ſic faciunt*. Facta verbis non reſpondent. Id alijs verbis dixit Hieron. Nec ivxta qvod poterat, conata ſit facere. i. non ſe ſuis viribus metitur. Hebr. hoc non eſt, illud tantùm quod poſuimus, Hieronymus pluribus verbis paraphraſtis inſtar id extendit. In Iſai. cap. 16. verſ. 6. inuenies eadem ferè verba de Moab, quæ hîc Ieremias.

31 Eivlabo. Verba ſunt Prophetæ. Ad viros mvri fictilis. i. qui lateritijs muris ſe cingebant. Sept. & Hebræi vocem *Kirberes* intactam relinquunt, quaſi nomen vrbis Moab ſic dictæ, quòd fortè fictiles ex lateribus muros haberet. Lamentantes. ſ. ob ſuam cladem ad eos eiulabo. Hebr. *gemet*, pro, gement. Aut fortè *gemet*, pro, gemam. ſcilicet ob ea mala, quæ illis ciuibus euenere.

32 De planctv Iazer. Locus eſt difficilis, variæ interpretationes. Sanè *Iazer* & *Sabama* duæ vrbes Moab erant. Locum ſic ego interpretor: quo planctu Iazer ploraui, eodem te Sabama plorabo. quam vineam vocat, quoniam familiare eſt, vrbes vineas, ciues vites vocare. Propagines tvæ transiervnt mare. Hæc ſunt verba monodiæ ſiue luctus ſuper Iazer. Ergo tam eras opulenta & frequens, vt colonias aut merces vltra mare mitteres. Vsqve ad mare Iazer (.i. propagines Iazer) pervenervnt. Svper messem tvam. Hebr. *ſuper æſtatem tuam*, id eſt, fructus æſtatis prædo irruit. Omnia ſunt verba monodiæ, quæ ſuper Sabama vult repetere, quoniam ſimilis illi clades imminebat quæ Iazer.

33 Ablata est lætitia. ſ. meſſis & vindemiæ ab hoſte occupatæ. De Carmelo. Hîc *Carmelus* non montem eo nomine, ſed locum amœnum, opacum, frugiferum ſignificat. Solitvm celevma. *Celeuma* eſt cantio, qua ſe ſimul laborantes excitant ad laborem, à κελεύω. i. *iubeo*, quòd vno inchoante ſocij reſpondent. Hebr. *non calcabit* (calcator eum) *celeumate*. *Celeuma non celeuma* (erit,) ſed planctus ſ. potiùs pro celeumate. Sic locum intelligo.

34 De clamore Hesebon. i. clamor Heſebon venit vſque ad Eleale, & Iaſa. aut ſic: *propter clamorem Heſebon* (qui venit) *vſque ad Eleale & Iaſa*. Dedervnt vocem svam. ſ. illæ ipſæ percitæ eo clamore. A Segor vsqve ad Oronaim. ſ. clamor venit. Omnes ſunt vrbes Moab. Vitvla conternante. Sic lege, non *conſternante*. i. vitula trima, pingui, & pulchra, quales ſunt vitulæ ea ætate. Ponitur in ablatiuo, vt iungatur cum *Segor*, quam ſic Iſaias vocat cap. 15. v. 5. vnde hæc Ieremias videtur mutuatus. Regia *vitulam conternantem* habêt, quomodo iungitur cum *ad Oronaim*. Sed in Iſaia iungitur cum *Segor*, ideò prior lectio eſt melior. Porrò *conternante* vox barbara eſt ab Hieronymo conficta ad vocis Hebr. *ſeliſiiah* vim exprimendam. Aqvæ qvoqve Nemrim. Nomen fluminis. Pessimæ ervnt. i. turbidæ. Hebr. *in deſolationes*. i. *deſerta erunt*, vt Iſai. c. 15. v. 6. *Deſerta*, quia non erunt qui ad eas habitent.

35 Et avferam idola. ſ. ſacrificia & ſacerdotes auferam.

36 Ad Moab .... resonabit. i. propter Moab gemet cor meum, clamabit. Verba ſunt Prophetæ miſerantis. Ad viros mvri fictilis. Hebr. *Kirberes* eſt nomen proprium vrbis. Hieronymus hîc, & verſ. 31. & Iſai. 16. verſ. 7. & 11. vbi hæc ferè Ieremiæ verba ſunt, ſemper vocem interpretatur, quaſi nomen appellatiuum ſit. Qvia plvs fecit qvam potvit. i. ſupra vires eſt conata. Hebr. *ideò reſiduum* (.i. diuitiæ, quas) *fecit, perierunt*. Sic Sept. & Chald. Sed Hieronymi verſionem verba Hebraica non reſpuunt, ſi benè inſpiciantur.

37 Calvitivm. Deſcribit luctum Moab. Barba rasa. ſeu *diminuta, ablata*. In cvnctis manibvs colligatio, Vincula, vt ducantur in captiuitatem Hebr. *inciſiones*: in luctu ſolebant corpus incidere. Dicit *in manibus*, quia manibus eas faciebant, aut quia manus & brachia potiſſimùm incidebant. Cilicivm. Hebr. *ſaccus*.

38 Svper omnia tecta Moab. i. in omnibus domibus & plateis, omnia planctu plena erunt. Sicvt vas invtile. Sic Sept. Hebr. *ſicut vas, in quo non eſt: voluntas*. ſ. quia inutile, contriui Moab.

39 Qvomodo victa est. Hebr. *contrita eſt*. Et vlvlavervnt? Vox *&* non eſt Hebr. ea ſublata commodior ſenſus erit. *Vlulauerunt*, ſiue vlulabunt Moabitæ dicentes: Quomodo contrita eſt. ſ. Moab. Qvomodo deiecit cervicem, quæ erat vt vitula triennis. Hebr. *quomodo vertit ceruicem*. i. fugit. Et in exemplvm erit Moab. Hebr. *in terrorem*. i. in exemplum terroris. Cuncti timebunt, ne illis paria contingant.

40 Ecce qvasi aqvila volabit. i. hoſtis, qui aquilæ comparatur, quoniam velociſſima eſt, & raptu viuit. Et extendet alas svas. i. *exercitus ſuos*. ſic Chald.

41 Capta est Carioth. Sic Sept. Ita *Carioth* faciunt nomen proprium. Verùm quoniam articulus ה *Ha* non iungitur nominibus proprijs, alij *vrbes* vertunt. *Capta eſt* (pro, captæ ſunt) *vrbes*. Fortivm Moab. i. militum. Sicvt cor mvlieris partvrientis. Hebr. *ſicut cor mulieris anguſtiata*. ſ. *doloribus partus*. vt Sept. & Chald. explicant.

42 Et cessabit Moab esse popvlvs. Hebr. *& diſperdetur Moab à populo*. i. vt non ſit populus. In vnam reipub. formam non coibit. Qvoniam contra Dominvm. i. populum Domini. Gloriatvs est. Hebr. *magnificauit*. i. verba ſuperba iactauit.

43 Pavor, et fovea, et laqvevs svper te. Tria periculorum genera pro omnibus. Hebr. *Pahad, pahath, path. timor, fouea, laqueus*. Elegans paranomaſia.

44 A facie pavoris. i. qui propter pauorem fugerit, cadet in foueam. Addvcam enim svper Moab. Hebr. *adducam enim ſuper eam, ſuper Moab*. Multa in Hebr. lingua redundant, quæ omitti potuerant. Sed & repetitio poteſt indicare decreti firmitatem.

45 In vmbra Hesebon. Eò confugerunt qui euaſerant, eius copijs & munitione confiſi. De laqveo fvgientes. Hebr. *de fortitudine fugientes*. ſ. hoſtium, pro כח *coah*, vt modò eſt, Hieronymus legit haud dubium פח *pah*. Verùm Sept. & Chald. vt modò eſt Hebr. legiſſe videntur. Sept. *ab exercitu fugiẽtes*. Chald. *abbreuiata eſt virtus eorum, fugerunt*. Qvia. pro, ſanè, aut pro, ſed. Ignis egressvs est de Hesebon. ſ. hoſtes ea capta vrbe in omnes tum ciues tum aduenas inſtar ignis ſæuierunt. Et flamma de medio Seon. Lege *Sebon*, quæ eſt ciuitas Moab, non *Sion*, aut *Seon*. Numer. 21. verſ. 28. ad quem locum hîc Ieremias alludit, dicitur: *Ignis egreſſus eſt ex Heſebon, & flamma de oppido Sebon*. Ergo, quod tunc accidit, ait in hoc bello accidiſſe etiam. Et devorabit partem Moab. Hebr. *angulum Moab*. i. totam vſque ad extremos fines. Et verticem filiorvm tvmvltvs. i. eorum qui tumultuantur, neque ſe victori ſubijciunt.

46 Periisti popvle Chamos. Sic vocat Moab, quoniam idolum Chamos colebant. Qvia comprehensi svnt filii tvi, comprehendentur, ibunt in captiuitatem. Toto hoc capite præterita pro futuris ſumi debent.

47 Et convertam captivitatem Moab. Quando? Fortè cùm Cyrus Iudæos liberauit, multi ex ea gente in patriam redierunt. Hvc vsqve ivdicia Moab. i. ſententia; decretum à Deo contra Moab, & vindicta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Ad Moab. i. de Moabitis.

2 Cogitavervnt. ſ. hoſtes. De gente. i. ne ſit gens. Conticesces. ſ. mœſta.

3 Vox. ſ. audietur. Oronaim. duale eſt. q. d. ex vtraque *Oron*, ſeu *Choron*. ſ. ſuperiore, & inferiore.

4 Ascendet. ſ. fugiens. Contritionis. i. vaſtatorum à ſe.

Myricæ. ſ. humiles. Chald. *morantes in tentoriis.* Lxx. *aſinus ſilueſter.* 6

Habviſti. ſ. ô Moab. Chamos. Idolum Moabitarum.

Date florem. i. vocate ſanè floridam. Chald. *auferte coronam à Moab.* Lxx. *date ſigna ipſi Moab.* 9

Fravdvlenter. Lxx. *negligenter.* Prohibet. ſ. cùm Dominus cædere iubet. explicatio præcedentis. Intellige verò id de verbo Dei præcipuè, quo interficienda peccata: quod notent Concionatores, ne aliud agant. 10

Fæcibvs svis. Chald. *ſubſtantiis.* Lxx. *gloriæ.* Transfvsvs. Perſtat in vini metaphora, quod in fæcibus conſeruatur. Vase. Chald. *loco.* In transmigrationem. Explicatio metaphoræ. Gvstvs. i. ſapor. q.d. gloria & ſplendor. Odor. i. fama. 11

Sternent. i. deiicient. 12

A Chamos. i. ſpe poſita in idolo ſuo. Bethel. i. idolis Bethel. 13

Consolamini. Ironicè. Qvi scitis, &c. i. qui eum noſtis. ſ. populum Moabitarum. 17

Siti. i. loco arido. ſ. puluere, vel deſiderio. ſ. ob rerum penuriam. Habitatio filiæ. Chald. *regnum cætus.* 18

Ivdicivm. ſ. Dei. Chald. *vindicta.* 21

Cornv. i. potentia. Chald. *Regnum.* 25

Inebriate. ſ. Dei ira, ſeu vltione. Allidet. i. complodet. ſ. more ebrij poſt vomitum. 26

Fvit enim in derisvm tibi. i. deriſiſti. Israel. ſ. cùm captiuus duceretur. Evm. ſ. Iſraelem. 27

Eam. ſ. iactantiam. q.d. plus ſe iactat, quàm poſſit. 30

Mvri fictilis. Nomen vrbis. Hebr. *Kir Cheres.* 31

De planctv. i. ſimili planctu. Lxx. *quaſi planctum.* Iazer. ſ. vaſtatæ. Propagines. i. ciues. Pervenervnt. ſ. ſolùm, & non tranſierunt. Lxx. *attigerunt.* 32

Carmelo. i. agro fertili. Celevma. canticum eſt nautarum, & vuas calcantium, à κελεύω, *iubeo*, quòd vno iubente ceteri cantu reſpondeant & opere. 33

De clamore, &c. q. d. fugientes de Heſebon continuabunt clamorem vſque Eleale, &c. Ad Oronaim. ſ. clamabunt. Consternante. i. trima. quaſi dicat, olim pulchra & opulenta vrbe. Pessimæ. i. inutiles. ſ. deſertæ. Chald. *in deſolationem.* Lxx. *in combuſtionem.* 34

Tibiæ. ſ. in luctu adhibitæ. Loquitur verò in perſona Moabitarum. 36

Omne enim, &c. Deſcriptio ſtatus luctuoſi. 37

Qvomodo, &c. vox lamentantium. Exemplvm. ſ. vindictæ Dei. 39

Volabit. ſ. exercitus hoſtilis. 40

Partvrientis. q.d. dolens & tremens. 41

A facie. i. cauſa. 44

Qvia. pro, verùm. q.d. non diu ibi tuti. Verticem. i. præcipuos, ſeu capita. Tvmvltvs. i. tumultuantium. Chald. *turba.* 45

Chamos. ſ. cultor. 46

Convertam. ſ. per Apoſtolos. Ivdicia. ſ. Dei. q.d. vindicta. 47

CAPVT XLIX.

Deſolatio Ammon, Idumææ, Damaſci, Cedar, regnorumque Aſor & Ælam prænuntiatur: captiuitas autem filiorum Ammon ac Ælam tandem ſoluenda.

AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: 1
A Numquid non filij ſunt Iſrael? aut heres
non eſt ei? Cur igitur hereditate poſſedit Melchom,
Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit?
* Ideò ecce dies veniunt, dicit Domi- 2
nus: & auditum faciam, ſuper Rabbath filiorum
Ammon fremitum prælij, & erit in tumulum
diſſipata, filiæque eius igni ſuccendentur,
& poſſidebit Iſraël poſſeſſores ſuos, ait Dominus.
* Vlula Heſebon, quoniam vaſtata eſt Hai. 3
clamate filij Rabbath; accingite vos cilicijs:
plangite & circuite per ſepes: quoniam Melchom
in tranſmigrationem ducetur, ſacerdotes
4 eius & principes eius ſimul. * Quid gloriaris in
vallibus? defluxit vallis tua, filia delicata, quæ
confidebas in theſauris tuis, & dicebas: Quis
5 veniet ad me? * Ecce ego inducam ſuper te ter-
B rorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus
qui ſunt in circuitu tuo: & diſpergemini
ſinguli à conſpectu veſtro, nec erit qui congre-
6 get fugientes. * Et poſt hæc reuerti faciam capti-
7 uos filiorum Ammon, ait Dominus. * Ad Idumæam.
Hæc dicit Dominus exercituum: Numquid
non vltrà eſt ſapientia in Theman? Perijt
conſilium à filijs, inutilis facta eſt ſapientia eo-
8 rum. * Fugite & terga vertite, deſcendite in
voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem
Eſau adduxi ſuper eum, tempus viſita-
9 tionis eius. * Si vindemiatores veniſſent ſuper
te, non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte,
10 rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. * Ego verò diſ-
cooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari
non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius, & fra-
11 tres eius, & vicini eius, & non erit. * Relinque pu-
C pillos tuos: ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ
12 in me ſperabunt. * Quia hæc dicit Dominus:
Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem,
bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinquêris?
non eris innocens, ſed bibens bibes.
13 * Quia per memetipſum iuraui, dicit Dominus,
quòd in ſolitudinem, & in opprobrium, & in
deſertum, & in maledictionem erit Boſra: &
omnes ciuitates eius erunt in ſolitudines ſempi-
14 ternas. * [a] Auditum audiui à Domino, & lega- [a] Abd. 1. a. 1
tus ad Gentes miſſus eſt: Congregamini, & venite
contra eam, & conſurgamus in prælium:
15 * Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, con-
16 temptibilem inter homines. * Arrogantia tua
decepit te, & ſuperbia cordis tui: qui habitas in
D cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem
collis. [b] cùm exaltaueris quaſi aquila ni- [b] Abd. 1. a. 4
dum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.
17 * Et erit Idumæa deſerta: omnis qui tranſibit
per eam, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes pla-
18 gas eius. * [c] Sicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Go- [c] Gen. 19. e. 20
morrha, & vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit
ibi vir, & non incolet eam filius homi-
19 nis. * Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis
ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubitò
currere faciam eum ad illam: & quis erit electus,
quem præponam ei? quis enim ſimilis
mei? & quis ſuſtinebit me? [d] & quis eſt iſte pa- [d] Iob 41. a. 1
20 ſtor, qui reſiſtat vultui meo? * Propterea audite
conſilium Domini, quod inijt de Edom; & cogitationes
eius, quas cogitauit de habitatoribus
Theman: Si non deiecerint eos paruuli gregis,
niſi diſſipauerint cum eis habitaculum eorum.
21 * A voce ruinæ eorum cómota eſt terra: clamor
22 in mari rubro auditus eſt vocis eius. * Ecce quaſi
E aquila aſcendet, & auolabit: & expandet alas
ſuas ſuper Boſran: & erit cor fortium Idumææ
23 in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. * Ad
Damaſcum: Confuſa eſt Emath, & Arphad:
quia auditum peſſimum audierunt, turbati ſunt
in mari: præ ſolicitudine quieſcere non potuit.
24 * Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam,
tremor apprehendit eam: anguſtia & dolores

tenuerunt eam quaſi parturientem. * Quomodo 25
dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem
lætitiæ! * Ideò cadent iuuenes eius in plateis 26
eius: & omnes viri prælij conticeſcent in die il-
la, ait Dominus exercituum. * Et ſuccendam 27
ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia
Benadad. * Ad Cedar, & ad regna Aſor, quæ 28
percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis. Hæc F
dicit Dominus: Surgite, & aſcendite ad Cedar,
& vaſtate filios Orientis. * Tabernacula eorum, 29
& greges eorum capient: pelles eorum, & om-
nia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi:
& vocabunt ſuper eos formidinem in circuitu.
* Fugite, abite vehementer, in voraginibus ſe- 30
dete, qui habitatis Aſor, ait Dominus: inijt enim
contra vos Nabuchodonoſor rex Babylonis
conſilium, & cogitauit aduerſum vos cogita-
tiones. * Conſurgite, & aſcendite ad gentem 31
quietam, & habitantem confidenter, ait Domi-
nus: non oſtia, nec vectes eis: ſoli habitant. * Et 32
erunt cameli eorum in direptionem, & multi-
tudo iumentorum in prædam: & diſpergam eos
in omnem ventum, qui ſunt attonſi in comam:
& ex omni confinio eorum adducam interitum
ſuper eos, ait Dominus. * Et erit Aſor in habita- 33
culum draconum, deſerta vſque in æternum:
non manebit ibi vir, nec incolet eam filius ho-
minis. * Quod factum eſt verbum Domini ad 34
Ieremiam prophetam aduerſus Ælam, in prin- G
cipio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens: * Hæc di- 35
cit Dominus exercituum: Ecce ego confrin-
gam arcum Ælam, & ſummam fortitudinem
eorum. * Et inducam ſuper Ælam quattuor 36
ventos à quattuor plagis cæli: & ventilabo eos
in omnes ventos iſtos: & non erit gens, ad quam
non perueniant profugi Ælam. * Et pauere fa- 37
ciam Ælam coram inimicis ſuis, & in conſpectu
quærentium animam eorum: & adducam ſuper
eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: &
mittam poſt eos gladium donec conſumam
eos. * Et ponam ſolium meum in Ælam, & per- 38
dam inde reges & principes, ait Dominus. * In 39
nouiſſimis autem diebus reuerti faciam capti-
uos Ælam, dicit Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Qvinque Prophetiæ hoc capite continentur contra totidem gentes. De tempore, quo ſunt dictæ, laborare non eſt opus.

Ad filios Ammon. Titulus Prophetiæ. Erant Ammonitæ poſteri Lot, Geneſ. 19. verſ. 37. ſicut & Moabitæ. Illis vicina erat tribus Gad, quæ cùm in captiuitatem abijſſet cum reliquo Iſraele, Ammonitæ eius vrbes & agros occuparunt, quaſi vacuos, aut propinquitatis iure. Quod factum hic accuſat Propheta. Melchom, idolum Ammonitarum, alio nomine *Moloch*, quia Saturnus creditur. Per *Melchom* autem Ammonitas intelligit, qui eum colebant. Chald. vertit *Rex eorum*, quare poſſedit Rex Ammonitarum Gad. 1

Et avditvm faciam. audire faciam fremitum belli. Svper Rabbath. Sic Sept. ſiue *in Rabbath*. Ciuitas Ammonitarum. Et erit in tvmvlvm. non *in tumultum*. Sed vt vrbes euerſę in lapidum & ruderum aceruos rediguntur. Dissipata. Hebr. *deſolationis*. i. deſolata. Filiæqve eivs. Sic villas & vicos vrbi ſubiectas vocant. Et possidebit Israel, eorum ditio Iſraelitis cedet. Quod quo tempore ſit factum, non conſtat. 2

Vlvla Hesebon. Vrbs Moabitarum, ſed vicina Moabitis. Vlula ergo, quoniam ſimilis clades ei, quam pertulit Hai vrbs Ammonitarum tibi imminet. Filiæ Rabbath. Villæ & vici. Et circvite per sepes, aut *oberrate per ſepes*. captate latebras in vinearum & hortorum ſepibus. Melchom. Quod de Chamos dixit cap. 48. verſ. 7. ibit in captiuitatem non propter numen, ſed aurum. 3

4 Qvid gloriaris in vallibvs? Quia irriguæ & fertiles. Deflvxit vallis tva. pro, *valles*; defluxit fertilitas, abijt, aut defluxit occiſorum ſanguine. Filia delicata. Hebr. *filia rebellis*. Vrbem, *filiam* vocat, vt ſolet alijs locis virginem vocare. Qvæ confidebas in thesavris. Per theſauros, horrea, apothecas intelligo, vt cap. 41. verſ. 8. Et dicebas: non eſt Hebr. ſed benè ſuppletur, vt & Sept. & Chald. ſupplent. *Dicebas; Quis veniet ad me?*

5 Terrorem inducam. ſ. bellicum; milites terribiles. Ab omnibvs qvi svnt in circvitv tvo. finitimæ gentes in te conſpirabunt. Hebr. *ex omnibus circuitibus tuis*. Quod intelligi poteſt, vt diximus, aut quod ex omnibus lateribus tuis ingruet bellum. Singvli a conspectv vestro. i. à patria veſtra. Hebr. *quiſque ad facies ſuas*. i. per diuerſa loca diſpergemini.

6 Et post hæc reverti faciam. Quod de Moabitis etiam dixit cap. ſuperiori v. 47. Quando? Chriſti tempore. At id beneficium commune eſt omnibus.

7 Ad Idvmæam. Titulus Prophetiæ. In Theman. Vrbs Idumææ præcipua, vnde belli & pacis leges prodibant, dicta ſic à Theman nepote Eſau, Geneſ. 36. v. 15. Periit consilivm a filiis. ſ. Theman à ciuibus. Sept. *ab intelligentibus*. q. d. *perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentū reprobabo*: Iſai. 29. verſ. 14. Vox Hebr. בנים *banim* & *filios* & *intelligentes* ſignificat. Invtilis. Hebr. *computruit ſapientia eorum*. Neſciunt quò ſe vertant, quid faciant.

8 Et terga vertite. Hebr. *conuertimini*. ſ. in fugam. Descendite in voraginem. Hebr. *profundate ad habitandum*. i. vos in ſpeluncas abdite. Habitatores Dedan. Vrbs erat Idumææ. Qvoniam perditionem Esav addvxi. Sic vocat Idumæos, quoniam Eſau fuit eorum Princeps & auctor: Geneſ. 25. v. 30.

9 Si vindemiatores venissent svper te. Hebr. *tibi*, loquitur de ijs qui alienas vineas vindemiant. Non reliqvissent racemvm. ſ. ſponte ſua. Omnia raperent. Qvod svfficeret sibi. Hebr. *vaſtarent ſufficientiam ſuam*. i. omnia quæ poſſent, & libêret.

10 Ego vero. Hebr. *quia ego*. q. d. ſic fiet cum Idumęis, quia ego reuelabo hoſtibus omnia quæ habent, vt nihil eos lateat. Semen eivs. ipſi & poſteri peribunt. Et non erit. Non ampliùs erit Edom, penitùs delebitur. Sept. & Kimhi illud *& non erit* iungunt cum ſequentibus. Kimhi ſic, *& non erit*, (ſ. qui dicat) *relinque pupillos*. Sic Sept. *& non eſt, relinqui orphanum tuum, vt viuat*. Ego quidem de ordine verſuum nihil muto, ſed ſequentia aliter explico.

11 Relinqve pvpillos svos. Dixerat, hoſtes fore vt prædones vaſtaturos omnia. Excipit nunc ab ea vniuerſitate pupillos & viduas. *Relinque*. i. excipe pupillos. Deus miſerorum eſt pater, in ira etiam eos tuetur.

12 Ecce qvibvs non erat ivdicivm. i. æquum non erat comparatione veſtri. Cap. 26. v. 11. *Iudicium mortis eſt viro huic*. i. mori æquum eſt. Vt biberent calicem. ſ. iræ Dei. Et tv qvasi innocens liberando liberaberis? Hebr. i. pro tua innocentia pronuntiabitur? Bibes haud dubium calicem.

13 Bosra. Erat vrbs Idumææ Princeps, ſumitur pro tota Idumæa. Ideò additur, *omnes ciuitates eius*. ſ. Idumęæ. Ervnt in solitvdines sempiternas, numquam reædificabuntur. Porrò *Boſra*, *arcem & munitionem* ſignificat, quòd ſ. ea vrbs munitiſſima eſſet.

14 Et legatvs ad gentes missvs est. Proſopopœia eſt. Per *Legatum Dei* decretum intellige concitandi contra Idumæam alias gentes. Et consvrgamvs. Hebr. *conſurgite*.

15 Parvvlvm, abiectum, contemptibilem te, ô Edom, feci, vt mox addit.

ARROGANTIA TVA. Vox Hebr. *tiphlaz thecha* ſigni- 16
ficat *terrorem*. ſ. quem finitimis inieciſti, decepit te. Significat etiam *idolum*, in quo ſ. fidebas, decepit te, & ex eo ſuperbia cordis. IN CAVERNIS PETRÆ, aut *in ſciſſuris*. Hebr. *in cacuminibus petræ*. i. in rupibus, quibus arces imponebant. Ergo qui habitas in arcibus eoque tibi videris tutus. Id magis declarat. ET APPREHENDERE NITERIS ALTITVDINEM COLLIS. ſ. in ſummo colle arce impoſita. QVASI AQVILA altiſſimè volat, & in locis arduis ponit nidum. Totus hic locus fermè iiſdem verbis eſt in Abdia. INDE DETRAHAM TE. ex iis arcibus.

ET SIBILABIT. Ex admiratione, aut ex contemptu ſi- 17
bilabit viator.

ECCE QVASI LEO ASCENDET. ſ. hoſtis. DE SVPER- 19
BIA IORDANIS. i. de ſiluis, quæ ad Iordanem ſunt denſæ & proceræ propter humorem, eas vocat *ſuperbiam Iordanis*. Ergo hoſtis erit vt leo, non cicur, ſed ferox ex ſiluis. AD PVLCHRITVDINEM ROBVSTAM. Hebr. *ad habitaculum robuſtum*. ſic Idumæam vocat. Iam monui ſæpè, Hieronymum pro *habitaculo* ponere *pulchritudinem*, & quam ob cauſam. QVIA SVBITO CVRRERE FACIAM EVM. ſ. leonem. Hic leo ex Abdia verſ. 18. eſt Iudaicus populus, qui liber à captiuitate vaſtauit Idumæam. Chald. *quia momento adducam eos*. ET QVIS ERIT ELECTVS? Quem illis ducem ad reſiſtendum præficiam? q. d. nullus erit. ET QVIS SVSTINEBIT ME. Hebr. *quis conſtituet mihi tempus*, ſcilicet, ad confligendum mecum. Quis mihi diem dicet? ET QVIS EST ISTE PASTOR. i. Rex. *Paſtoris* nomine ſæpè Reges vocantur in Sacris & profanis litteris. QVI RESISTAT VVLTVI MEO? Hebr. *qui ſtet coram me*.

THEMAN. Sic Idumæa vocatur à Theman filio Eli- 20
phaz nepote Eſau, Geneſ. 36. verſ. 15. Erat & ciuitas eo nomine verſ. 7. SI NON. Forma iurandi, per apoſiopeſim, vt, Mihi non credatur, ſi non. DEIECERINT EOS PARVVLI GREGIS, id eſt, pueri paſtores. Sic Iudæos vocat, quia ex Iacob minori fratre progeniti. Pro *deiecerint*, alij vertunt *traxerint*. Vtroque modo ſignificat fore, vt Idumæos vincant. NISI DISSIPAVERINT. Hebr. *niſi deſolauerit* (pro *deſolauerint*) *cum eis habitacula*. i. tuguria. Proſequitur paſtorum metaphoram, & per *tuguria* ſeu *habitacula* domos & vrbes intelligit.

A VOCE RVINÆ. i. præ fragore cadentium do- 21
morum. COMMOTA, ſeu *tremuit* terra illa. CLAMOR IN MARI RVBRO. Idumæa mari illi vicina erat. VOCIS EIVS. Hebr. *vox eius*. ſic Chald. ſ. audita eſt. Per *vocem* ſtrepitum, fragorem intellige.

QVASI AQVILA ASCENDET. ſ. hoſtis. EX PANDET- 22
DET ALAS, copias. SVPER BOSRAN, ſeu *contra Boſran*. Illam obſidebit caſtris iuxtà poſitis. MVLIERIS PARTVRIENTIS. Hebr. *mulieris afflictæ*, ſcilicet doloribus partus. Sic ſcilicet erit cor Idumææ.

AD DAMASCVM. Nouæ & tertiæ Propheticæ titulus. 23
CONFVSA EST EMATH, ET ARPHAD. pudore affectæ. Duæ vrbes Syriæ Damaſco vicinæ, præſertim Emath, quæ poſteà Antiochia dicta eſt. Caput tunc Syriæ Damaſcus. Iſai. 7. v. 8. *Caput Syriæ Damaſcus*. Romanorum tempore Antiochia Syriæ fuit caput: Tacitus lib. 14. QVIA AVDITVM PESSIMVM. ſ. hoſtes contra Syriam venire. TVRBATI SVNT IN MARI. Hebr. *liquefacti ſunt*, aut *diſſoluti ſunt*. Fortè in nauali pugna victi erant. Aut *in mari laborabit*, pro, ſicut in mari, nauſea ſ. vectores laborant. ſic Chald. PRÆ SOLICITVDINE. Hebr. non eſt *præ*, neque in Goth. ſed in ablatiuo tamen poni, verbum (*potuit*, aut *poterit*) maſculini generis oſtendit. NON POTVIT, pro, non potuere illæ vrbes præ ſolicitudine quieſcere.

TREMOR APPREHENDIT EVM. Tremit tota præ 24
metu.

QVOMODO DERELIQVERVNT. ſ. à ciuibus, non eam 25
ſunt tutati. Hebr. *quomodo non eſt derelicta*. i. quomodo ei vrbi non pepercit belli flamma. Verba ſunt aut Prophetæ, aut Damaſcenorum.

16 IDEO. ſ. quia Syri confidunt in ea. CADENT IVVENES. i. milites, qui ferè ea ætate leguntur. ET OMNES VIRI PRÆLII, item milites. CONTICESCENT, ſiue *exſcindentur*. *peribunt*. ſic Sept. & Chald. Verbum דמם *damam ſilere* & *exſcindere* ſignificat. Sed & *conticeſcent* ſignificare poteſt *peribunt*, ita vt nulla eorum mentio aut memoria extet.

27 IN MVRO DAMASCI. pro, intra murum. ET DEVORABIT MOENIA BENADAD. fortaſſe legi debet *mœniana*, quia Hebr. eſt *palatia Benadad*. *Benadad* fuit Rex Syriæ, 3. Regum 15. verſ. 18. & alter, 4. Regum 13. v. 24. Intra Damaſcum erat palatium a Rege eo nomine extructum, quod *palatium*, ſeu *palatia Benadad* vocabatur.

28 AD CEDAR. Nouæ Propheticæ titulus. *Cedar* fuit ſecundus Iſmaelis filius: Geneſ. 25. v. 3. Ab eo gens *Cedar* dicta in Arabia, quæ Nomadum inſtar in tabernaculis viuebat. Cant. 1. v. 5. *quaſi tabernacula Cedar*. Hi ſolito inſtar finitimos odio Iudæis erant infenſi. ASOR, vrbs præcipua Chanaan: Iudic. 4. v. 2. Ergo Prophetia contra Cedar, & contra Chanaan eſt. SVRGITE. Chaldæis loquitur, quos excitat contra Cedar. ET VASTATE FILIOS ORIENTIS. Arabia Iudææ ad Ortum eſt.

29 TABERNACVLA EORVM. In iis habitabant illæ gentes. ET GREGES, paſtores erant. PELLES. Hebr. *cortinas*, quæ *pelles* vocantur Cant. 1. v. 5. *Sicut pelles Salomonis*, quoniam è pellibus fiebant. Porrò *cortinæ* pro tentoriis ſumuntur, vt ſit repetitio; aut per *tabernacula* tuguria intelligit ex ramalibus facta, per *cortinas* tentoria è pellibus. VASA, ſupellectilem. omnia hæc hoſtes tollent. Præterea vocabunt FORMIDINEM. i. milites formidabiles vndique contra eos conuocabunt. Hactenus contra Cedar, mox contra Aſor.

30 ABITE VEHEMENTER. i. procul. IN VORAGINIBVS SEDETE Hebr. *profundate ad habitandum*. i. latebras ſubterraneas captate.

31 CONSVRGITE, ò Chaldæi. NON OSTIA, NEC VECTES EIS. In oppidis apertis habitant nullis muris cincti, nullæ vrbium portæ, nulli vectes quibus portę clauduntur, nullas auxiliares copias habent. SOLI HABITANT, quippe nihil ſibi timent Aſoritæ, de quibus loquitur. Opportuni hoſtium iniuriæ ſunt.

32 MVLTITVDO IVMENTORVM. Hebr. *multitudo pecudum*, ſeu *gregum*. id ſignificat מקנה *mikneh*. ET DISPERGAM EOS IN OMNEM VENTVM, in omnes orbis plagas. QVI SVNT ATTONSI IN COMAM. ſ. Aſoritæ ſunt vſque ad aures attonſi, vt nunc gentes quædam. Hebr. *extremos anguli*. i. faciam vt eant ad extremas orbis partes. *Angulus* pro, fine Hanc formam loquendi habes cap. 9. v. 26. & cap. 25. v. 23. & ibi plura.

34 ADVERSVS ÆLAM. *Ælam* Perſis eſt, aut pars Perſidis, de qua Act. 2. v. 9. & Ioſeph. lib. 1. Antiq. cap 14. ſic dicta ab Ælam filio Sem.

35 ECCE EGO CONFRINGAM ARCVM ÆLAM. Erant peritiſſimi ſagittarij. ET SVMMAM FORTITVDINEM EORVM. non *ſummam*, vt quidam codices; quoniam Hebr. eſt, *Principium* (vt Sept. ſeu *caput*, vt Chald.) *fortitudinis eorum*. ſ. qui arcus eſt præcipua corũ fortitudo.

36 QVATVOR VENTOS. i. hoſtes ab omnibus plagis in eos inducam, qui IN OMNES VENTOS. i. oras, eos diſpergent.

38 ET PONAM SOLIVM MEVM IN ÆLAM. i. alium eis Regem præficiam, cuius ſolium ſuum vocat, quoniam ab ipſo Deo conſtitutum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AD FILIOS. i. de filiis, vel contra filios. ISRAEL. i. Iſraeli. MELCHOM. i. *Rex eorum*. ſ. Ammonitarum, vel idolum quod ſic vocabatur. ſic & inf. GAD. i. regionem tribus Gad, quæ vltra Iordanem. EIVS. ſ. Melchom. EIVS. ſ. Gad.

2 TVMVLVM DISSIPATA. Chald. *aceruum deſolationis*. FILIÆ. i. ſubdita oppida, ſeu villæ.

3 HAI. ſ. tibi vicina. FILIÆ. i. villę.

Deflvxit. Chald. *deſolata eſt.* Filia delicata. 4
Chald. *regnum inſipiens.*
Ab omnibvs. pro, in omnibus. ſ. locis. A conspe- 5
ctv vestro. i. ab inuicem.
Faciam. ſ. per Euangelij prædicationem. 6
Theman. i. Idumæa: à Theman filio Eliphaz filij 7
Eſau. Filiis. Lxx. *prudentibus.*
Voraginem. i. foſſas. ſ. ad latendum. 8
Non. Chald. *num.* Racemvm. per interrogatio- 9
nem. q. d. aliquem reliquiſſent, at hoſtes tui nihil relin-
quent. Rapvissent. ſ. tantum.
Non erit. ſ. dicere quod ſequitur. 10
Non erat. ſ. hominum opinione. Ivdicivm. id eſt, 12
æquum, ſeu iuſtum. q. d. qui non videbantur mereri
ſupplicium. Lxx. *lex.*
Sempiternas. i. diuturnas. 13
Eam. ſ. Boſra. Consvrgamvs. Chald. & Lxx. 14
ſurgite.
Parvvlvm. i. abiectum. Chald. *infirmum.* Te. ſ. ô 15
popule Idumæorum.
Apprehendere. i. tenere. 16
Ascendet. ſ. Nabuchodonoſor. Svperbia. i. tu- 19
more. Iordanis. ſ. illac tranſiturus erat contra Idu-
mæos. Robvstam. ſ. Idumæorum. Præponam
ei? ſ. dando victoriam contra eam. Pastor. Chald.
Rex.
Parvvli gregis. i. viliſſimi quique exercitus Chal- 20
dæorum. Nisi. affirmat, more Hebr.
Eivs. ſ. Idumææ. 21
Ascendet. ſ. exercitus. 22
Avditvm. i. nuntium, ſeu rumorem. In mari. pro, 23
velut in mari. ſ. iactati.
Benadad. nomen Regis Syriæ. 27
Regna. i. ditionem. Asor. nomen vrbis. Orien- 28
tis. ſ. Arabes Orientales.
Formidinem. i. milites timorem incutientes. 29
Lxx. *perditionem.*
Fvgite. ſ. ſi poteſtis. Ironicè. 30
Ostia. ſ. quia nullum timent. 31
Attonsi. Vide ſup. cap. 9. Confinio. Lxx. *parte.* 32
Chald. *latere.*
Ælam. i. Perſiam, ſeu Perſiæ certam regionem, di- 34
ctam ſic ab Ælam filio Sem.
Svmmam fortitvdinem. Chald. *caput roboris.* 35
Ventos. Chald. *regna.* 36
Solivm mevm. q. d. ſubiiciam mihi. 38
Reverti. ſ. ad fidem Euangelicam. 39

CAPVT L.

Babylon quæ in captiuitate affligit filios Iſrael, his in terram ſuam feliciter reductis, penitùs vaſtabitur à regibus Aquilonis.

VErbum, quod locutus eſt Dominus de Ba- 1
bylone, & de terra Chaldæorum, in manu A
Ieremiæ prophetæ. * Annuntiate in Gentibus, 2
& auditum facite: leuate ſignum, prædicate,
& nolite celare: dicite: Capta eſt Babylon,
confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa
ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idola eorum.
* Quoniam aſcendit contra eam gens ab Aqui- 3
lone, quæ ponet terram eius in ſolitudinem: &
non erit qui habitet in ea ab homine vſque ad
pecus: & moti ſunt, & abierunt. * In diebus illis, 4
& in tempore illo, ait Dominus: venient filij Iſ-
raël, ipſi & filij Iuda ſimul: ambulantes & flen-
tes properabunt, & Dominum Deum ſuum
quærent. * In Sion interrogabunt viam, huc fa- 5
cies eorum. Venient, & apponentur ad Domi-
num fœdere ſempiterno, quod nulla obliuione
delebitur. * Grex perditus factus eſt populus 6
meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, fece-
runtque vagari in montibus: de monte in col-
7 lem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui. * Om-
B nes, qui inuenerunt, comederunt eos: & hoſtes
eorum dixerunt: Non peccauimus: pro eo
quòd peccauerunt Domino decori iuſtitiæ, &
8 expectationi patrum eorum Domino. * Rece-
dite de medio Babylonis, & de terra Chaldæo-
rum egredimini: & eſtote quaſi hœdi ante
9 gregem. * Quoniam ecce ego ſuſcito, & ad-
ducam in Babylonem congregationem Gen-
tium magnarum de terra Aquilonis: & præpa-
rabuntur aduerſus eam, & inde capietur: ſa-
gitta eius, quaſi viri fortis interfectoris, non
10 reuertetur vacua. * Et erit Chaldæa in præ-
dam: omnes vaſtantes eam replebuntur, ait Do-
11 minus. * Quoniam exultatis, & magna lo-
quimini, diripientes hereditatem meam: quo-
niam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, &
12 mugiſtis ſicut tauri. * Confuſa eſt mater ve-
ſtra nimis, & adæquata pulueri, quæ genuit
vos: ecce nouiſſima erit in Gentibus, deſerta,
13 inuia, & arens. * Ab ira Domini non habitabi-
tur, ſed redigetur tota in ſolitudinem: omnis,
qui tranſibit per Babylonem, ſtupebit, & ſibi-
14 labit ſuper vniuerſis plagis eius. * Præparamini
C contra Babylonem per circuitum omnes qui
tenditis arcum; debellate eam, non parcatis ia-
15 culis: quia Domino peccauit. * Clamate aduer-
ſus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fun-
damenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quo-
niam vltio Domini eſt: vltionem accipite de
16 ea; ſicut fecit, facite ei. * Diſperdite ſatorem de
Babylone, & tenentem falcem in tempore
meſſis: à facie gladij columbæ vnuſquiſque ad
populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad ter-
17 ram ſuam fugient. * Grex diſperſus Iſraël, leo-
nes eiecerunt eum: primus comedit eum rex
Aſſur: iſte nouiſſimus exoſſauit eum, Nabu-
18 chodonoſor rex Babylonis. * Propterea hæc di-
cit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego
D viſitabo regem Babylonis, & terram eius, ſicut
19 viſitaui regem Aſſur: * & reducam Iſraël ad ha-
bitaculum ſuum: & paſcetur Carmelum &
Baſan, & in monte Ephraim & Galaad ſatu-
20 rabitur anima eius. * In diebus illis, & in tem-
pore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Iſ-
rael, & non erit; & peccatum Iuda, & non in-
uenietur: quoniam propitius ero eis, quos re-
21 liquero. * Super terram dominantium aſcende,
& ſuper habitatores eius viſita, diſſipa, & inter-
fice quæ poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac iux-
22 ta omnia quæ præcepi tibi. * Vox belli in terra,
23 & contritio magna. * Quomodo confractus eſt,
& contritus malleus vniuerſæ terræ? quomo-
do verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus?
24 * Illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſcie-
bas: inuenta es & apprehenſa: quoniam Domi-
25 num prouocaſti. * Aperuit Dominus theſaurum
ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ, quoniam opus eſt
Domino Deo exercituum in terra Chaldæorũ.
26 * Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt
E exeant qui conculcent eam: tollite de via lapi-
des, & redigite in aceruos, & interficite eam: nec
27 ſit quidquã reliquum. * Diſſipate vniuerſos for-
tes eius, deſcendant in occiſionem: væ eis, quia
venit dies eorum, tempus viſitationis eorum.

* Vox fugientium, & eorum qui euaſerunt de 28
terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltio-
nem Domini Dei noſtri, vltionem templi
eius. * Annuntiate in Babylonem plurimis, 29
omnibus qui tendunt arcum: conſiſtite áduer-
ſus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite
ei ſecundùm opus ſuum: iuxta omnia quæ fe-
cit, facite illi: quia contra Dominum erecta eſt,
aduerſum ſanctum Iſraël. * Idcircò cadent iu- 30
uenes eius in plateis eius: & omnes viri bellato-
res eius conticeſcent in die illa, ait Dominus.
* Ecce ego ad te ſuperbe, dicit Dominus Deus 31
exercituum: quia venit dies tuus, tempus viſita-
tionis tuæ. * Et cadet ſuperbus, & corruet, & non 32
erit qui ſuſcitet eum: & ſuccendam ignem in vr-
bibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.
* Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam 33
ſuſtinent filij Iſraël, & filij Iuda ſimul: omnes, F
qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.
* Redemptor eorum fortis, Dominus exerci- 34
tuum nomen eius, iudicio defendet cauſam eo-
rum, vt exterreat terram, & commoueat habi-
tatores Babylonis. * Gladius ad Chaldæos, ait 35
Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad
principes, & ad ſapientes eius. * Gladius ad di- 36
uinos eius, qui ſtulti erunt: gladius ad fortes il-
lius, qui timebunt. * Gladius ad equos eius, & 37
ad currus eius, & ad omne vulgus, quod eſt in
medio eius: & erunt quaſi mulieres: gladius ad
theſauros eius, qui diripientur. * Siccitas ſuper 38
aquas eius erit, & areſcent: quia terra ſculpti-
lium eſt, & in portentis gloriantur. * Proptereà 39
habitabunt dracones cum faunis ficarijs: & ha-
bitabunt in ea ſtruthiones: & non inhabitabitur
vltrà vſque in ſempiternum, nec extruetur vſ-
que ad generationem & generationem. * [n]Sicut 40
ſubuertit Dominus Sodomam & Gomor-
rham, & vicinas eius, ait Dominus: non habi-
tabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.
* Ecce populus venit ab Aquilone, & gens ma- 41
gna, & reges multi conſurgent à finibus terræ. G
* Arcum & ſcutum apprehendent: crudeles 42
ſunt & immiſericordes: vox eorum quaſi mare
ſonabit: & ſuper equos aſcendent, ſicut vir pa-
ratus ad prælium contra te filia Babylon. * Au- 43
diuit rex Babylonis famam eorum, & diſſolutæ
ſunt manus eius: anguſtia apprehendit eum,
dolor quaſi parturientem. * Ecce quaſi leo 44
aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudi-
nem robuſtam: quia ſubitò currere faciam eum
ad illam: & quis erit electus, quem præponam
ei? quis eſt enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit
me? [n] & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui
meo? * Proptereà audite conſilium Domini, 45
quod mente concepit aduerſum Babylonem;
& cogitationes eius, quas cogitauit ſuper terram
Chaldæorum: Niſi detraxerint eos paruuli
gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habi-
taculum eorum. * A voce captiuitatis Babylo- 46
nis commota eſt terra, & clamor inter Gentes
auditus eſt.

[n] *Gen. 19. c. 24*

[n] *Iob 41.*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VERBVM. Hoc capite & ſequenti contra Chaldæos vaticinatur & de Iſraelitis quædam permiſcet. IN MANV IEREMIÆ PROPHETÆ. i. per manum Ieremiæ, per Ieremiam eſt Deus locutus. Vox *manus* ſæpè redundat.

2 ANNVNTIATE IN GENTIBVS. Verba ſunt Prophetæ omnes hortantis, vt cladis Babylonicæ famam diſpergant inter gentes, in quibus illi latè dominabantur, neque ſine inuidia. LEVATE SIGNVM, ſ. lætitiæ, feſta fronde & floribus ornate domos. Explicate militaria ſigna, vt fit in lætitia populari. CONFVSVS EST, id eſt, pudore affectus BEL, idolum Babylonis. VICTVS EST MERODACH. Hebr. *fractus eſt Merodach*, nomen alterius idoli. CONFVSA SVNT SCVLPTILIA EIVS. Hebr. *dolores eorum*. Sic idola vocantur à dolore, quem colentibus faciunt. SVPERATA SVNT IDOLA EORVM. Hebr. *fracta*. Sept. *tradita ſunt*, capta ab hoſtibus. Verùm vt ea interpretatio conſtet, vocem חתו *hathu*, oportet mutatis punctis deducere, non à חתת *hathath*, vt Hebræi deducunt, ſed à חתה *hathah*, quod eſt *capere*. Chald. per *idola* intelligit colentes ea. Pudore affectus eſt Bel. i. colentes Bel, ſeu Baal; & ſic de alijs.

3 AB AQVILONE. Medi & Perſæ Babylonis ad Aquilonem ſunt. AB HOMINE VSQVE AD PECVS. Hebr. *vſque ad iumentum*. Sed benè vox ea pro pecore & gregibus ſumi ſolet. ET MOTI SVNT, ET ABIERVNT. Homines & pecora in captiuitatem abierunt. Sic Hebraici accentus diſtinguunt, pręterquam quòd coniunctio *&* prior Hebr. non eſt: qua ſublata, conſtructio planior redditur.

4 FILII ISRAEL, IPSI ET FILII IVDA SIMVL. i. inter ipſos reconciliata gratia, veteri ſimultate ſublata. AMBVLANTES ET FLENTES. ſ. præ gaudio. 1. Eſdræ 3. v. 12. Iudæi viſa templi inſtauratione fleuiſſe præ gaudio dicuntur.

5 IN SION INTERROGABVNT VIAM. ſ. quæ via ducat in Sion. HVC FACIES EORVM. i. illuc rectà ibunt in Sion ſ. VENIENT, ET APPONENTVR. Hebr. *venerunt, & adhæſerunt*. pro, venient, & adhærebunt Domino. FOEDERE SEMPITERNO. Hoc fœdus ad Eccleſiæ & Euangelij tempus refertur.

6 PASTORES. Reges, ſacerdotes, pſeudopropherę, ſeduxerunt populum. FECERVNTQVE VAGARI IN MONTIBVS. id eſt, per prouincias captiuitatis tempore vagos, & ſine lare diſperſi fecerunt. OBLITI SVNT CVBILIS SVI. ſ. greges caulæ obliti ſunt. Perſtat in metaphora. *Cubile* ſeu *caulam* vocat Sion.

7 OMNES, QVI INVENERVNT, COMEDERVNT EOS, facti ſunt in prædam omnibus gentibus. ET HOSTES EORVM DIXERVNT: NON PECCAVIMVS. quia ſ. in eo miniſtri ſumus diuinæ vindictæ. DECORI IVSTITIÆ, pro, decoræ iuſtitiæ peccauerunt. Hebr. *habitaculo iuſtitiæ*. i. vbi iuſtitia habitat, aut à quo vt habitaculo protegebantur. ET EXPECTATIONI. i. in quo patres eorum ſperabant, & confidebant. ſ. Deo.

8 RECEDITE, ô popule meus. QVASI HOEDI ANTE GREGEM. Hebr. *quaſi hirci*. i. vt illi præcedunt, ſic vos feſtinate, pleno gradu diſcedite.

9 DE TERRA AQVILONIS. Medos & Perſas adduco. ET PRÆPARABVNTVR. Hebr. *præparabunt ei*. ſ. prælium, vt Chald. aut aciem diſponent. ET INDE. pro, & ab illis capietur. SAGITTA EIVS. Hebr. *ſagitta eius*. ſ. congregationis gentium. QVASI VIRI FORTIS INTERFECTORIS. Hebr. *fortis orbantis*. ſ. cæſo hoſte. Sept. *pugnatoris prudentis*: nimirum vocem משכיל *maſchil* legerunt cum puncto *Smol*, ſententia eadem eſt. Sagittę non mittentur fruſtrà.

10 REPLEBVNTVR. i. *ſaturabuntur*, vt eſt Hebr. præda erit copioſa, nempe ex vrbe aliarum gentium ſpolijs ditiſſima.

11 EXVLTATIS, pro, exultaſtis, & magna ac ſuperba locuti eſtis, cùm meam hereditatem diripuiſtis. EFFVSI ESTIS. Hebr. *multiplicaſtis*, ſ. carnes, ſaginati eſtis. SICVT VITVLI SVPER HERBAM. ſ. cùm herbam depaſcitur. ET MVGISTIS. צהל *zahal*, *hinnire* ſignificat: atque ita vertit Chald. *hinnitis*. Verùm, quod eſt hinnitus in equo, id eſt in tauro mugitus. SICVT TAVRI. Sic Sept. Chald. *ſicut fortes*. Vox Hebr. אבירים *abirim*,

fortes ſignificat; ſed ſumitur etiam pro tauris.
MATER VESTRA Babylon. ET ADÆQVATA PVL- 12
VERI. Sept. *erubuit*, vt eſt Hebr. Hieronymus pro
ח *Heth* habuit ע *Haim* legitque עפרח vbi modo חפרה
NOVISSIMA ERIT. Sic Sept. Chald. *finis populorum*, id
eſt, poſtrema. DESERTA, INVIA, ET ARENS. Hebr. *de-*
ſertum, arida, & deſiccata erit Babylon.
AB IRA DOMINI. i. propter iram Domini. ET SI- 13
BILABIT viator ex admiratione, aut contemptu. Ea-
dem verba cap. 49. v. 17.
PRÆPARAMINI. Hebr. *parate*, ô Medi. PER CIR- 14
CVITVM. Hebr. *circuitum*, aut *circuitu*. i. obſidete eam.
DEBELLATE EAM. *Iacite in eam* ſic Chald. ſ. ſagittas, la-
pides. NON PARCATIS IACVLIS. Hebr. *non parcatis*
ſuper ſagittam. i. quot poteritis iacite, ſumptus & labor
caſſus non erit.
CLAMATE ADVERSVS EAM. Sic diſtingue verba 15
hæc. Hebr. *clamate ſuper eam circuitu*. i. vndique. ſic
fit in pugna. Sept. *plaudite ſuper eam*. ſ. quaſi victoria
iam parta; quod magis ſequentia declarant. DEDIT
MANVM. i. victam ſe fatetur. CECIDERVNT. pro, quo-
niam ceciderunt fundamenta actis cuniculis. Muri
ſunt euerſi. Canite ergo quaſi victores pæana.
DISPERDITE SATOREM. Hebr. *exſcindite ſatorem*. 16
Multi è finitimis veniebant vt colerent agros, meterent
ſegetes; hos omnes redire in patriam vaſtatis Babylonis
agris iubet. A FACIE GLADII COLVMBÆ. De hac re
diximus cap. 25. v. 38. Verùm eo & alijs locis Babylo-
nium columbam vocat, hîc Cyrum, qui Babylonem
expugnauit; credo quia & Medi & Perſæ Semirami-
dem colebant vt deam, & columbam inſigne in vexil-
lis geſtabant.
GREX DISPERSVS ISRAEL. Hebr. *pecus*, ſiue *agnus*, id 17
ſignificat שה *ſeh*. LEONES. Hi fuerunt Aſſyrius, qui
decem tribus egit in captiuitatem: 4. Reg. 18. verſ. 11. &
Babylonius, qui duas alias tribus cepit: 4. Reg. 25. v. 9.
EXOSSAVIT EVM. i. oſſa confregit. Oſſa erant templum
& vrbs Ieruſalem. Ita Aſſyrius carnes comedit pecoris,
Babylonius oſſa confregit.
SICVT VISITAVI REGEM ASSVR, cùm Sardanapa- 18
lus Aſſyriorum Rex vltimus ab Arbace Medo fuit vi-
ta & imperio ſpoliatus: Diodor. lib. 3. cap. 7.
ET PASCETVR CARMELVM. ſ. Iſrael, poſtquam re- 19
dierit. Non lege *Carmelus*. Hoc eſt, gregibus Carme-
lum & Baſan montes nobiliſſimos occupabit. IN MON-
TE EPHRAIM ET GALAAD, alij duo montes nobiles.
SATVRABITVR ANIMA EIVS. i. fames explebitur, vel
eorum, de quibus vt de gregibus loquitur, vel gregum
quos alent.
QVÆRETVR INIQVITAS. Etiamſi quæratur, non in- 20
uenietur, quia ego parcam. QVOS RELIQVERO, qui è
captiuitate remanſerint, eis propitius ero.
SVPER TERRAM, ſeu *contra terram*. DOMINAN- 21
TIVM. i. Babyloniorum, qui latè dominantur. Hebr. *re-*
bellionum. i. rebellem Deo. ſ. vocem מרתים *merathaim*,
Hieronymus à מרא *mara*, ſeu מרה *mara* deduxit, quod
Chald. *Dominus* eſt. Sept. à מרר *marar*. i. *amarum eſſe*.
Verterunt enim, *ſuper terram amarè aſcende*, id eſt,
amaro animo, voluntate lædendi. ASCENDE, ô Cy-
re. QVÆ POST EOS SVNT. Hebr. *poſt eos*, id eos
fugientes, aut poſteros eorum, vt penitus deleantur.
MALLEVS VNIVERSÆ TERRÆ. Rex Babylonis, 23
qui mallei inſtar opprimebat omnes. IN GENTIBVS,
inter gentes.
ET NESCIEBAS. repentè, cùm minimè id cogitabas. 24
QVONIAM DOMINVM PROVOCASTI. Hebr. *in Domi-*
num litigaſti, ei rebellis extitiſti.
THESAVRVM SVVM, aperuit Deus armamenta- 25
rium. VASA IRÆ SVÆ, arma ſua, cædem, peſtem,
famem. QVONIAM OPVS EST DOMINO, habet ne-
gotium in terra Chaldæorum.
VENITE AD EAM AB EXTREMIS FINI- 26
BVS. Hebr. *venite ei a fine*. id eſt, quia venit eius finis.
Hebr. Schol. ſic Sept. *quoniam venerunt tempora eius*.
APERITE. ſcilicet, vrbium portas, vt citò milites
egrediantur. TOLLITE DE VIA LAPIDES, ne ſcilicet
offendant, qui contra Babylonem eunt. ET REDIGI-
TE IN ACERVOS, vt ſint ſigna viæ, ne aberrent.
Hebr. *aperite horrea eius*; vt ſcilicet diripiatis ea.
Conculcate eam ſicut aceruos. i. triturate quaſi aceruos
ſegetum in area.
27 DISSIPATE VNIVERSOS FORTES EIVS. Hebr. *occi-*
dite omnes vitulos eius. ſ. milites, aut Proceres. DESCEN-
DANT IN OCCISIONEM quaſi victimæ. ſic cap. 48. v. 25.
Electi iuuenes eius deſcenderunt in occiſionem. *Deſcende-*
re, pro, ire.
28 VOX FVGIENTIVM. ſ. Iudæorum. Ante Cyri edi-
ctum fugiſſe aliquos Iudæos, atque nuntiaſſe in Iudæa
Babylonis cladem, eſt veriſimile.
29 ANNVNTIATE, pro, conuocate, congregate contra
Babel. PLVRIMIS. Sic Sept. & Chald. Vox *rabim*
& *plures* ſignificat, & *iaculatores*, qua in ſignifica-
tione Hebræi ſumunt eam vocem, *Annuntiate iacula-*
toribus. OMNIBVS QVI TENDVNT ARCVM. ſ. annun-
tiate. Hebr. *Omnes tendentes arcum caſtra ponite contra*
eam (in) circuitu. Quod noſter dixit: CONSISTITE
ADVERSVS EAM PER GYRVM, obſidete. SECVN-
DVM OPVS SVVM: vt ipſa alijs fecit. QVIA CON-
TRA DOMINVM ERECTA EST. Hebr. *ſuperbijt*. SAN-
CTVM ISRAEL. i. Deum Iſraëlis. Verba ſunt Prophetæ
Duces excitantis contra Babel.
30 IDCIRCO. Repetitio eſt v. 26. cap. 49.
31 ECCE EGO AD TE. ſ. venio, vt de te pœnas ſumam:
Regem Babylonis alloquitur.
33 CALVMNIAM SVSTINENT FILII ISRAEL. Hebr. *op-*
preſſi ſunt. QVI CEPERVNT EOS, captiuantes eos.
TENENT fortiter, tenent eos violenter.
34 REDEMPTOR EORVM FORTIS id eſt, fortior illis.
IVDICIO DEFENDET. Hebr. *litigando litigabit litem eo-*
rum. i. patrocinabitur eis. VT EXTERREAT TERRAM.
ſ. Babel. Hebr. *vt quieſcere faciat terram*, quam Chal-
dæi turbabant. Sept. *vt liberet terram*. ET COMMO-
VEAT HABITATORES BABYLONIS, ſeu *conturbet*, vt ipſi
alias gentes turbabant.
35 GLADIVS AD CHALDÆOS, contra Chaldæos, con-
tra habitatores, contra Principes & ſapientes eius. *Ad*,
pro, contra.
36 GLADIVS AD DIVINOS EIVS. Id eſt, contra diui-
nos. Hebr. *ad mendaces, nugatores*. Sic *diuini* vocantur
ob eorum nugas. Sicque Sept. & Chald. *diuinos*
vertunt. QVI STVLTI ERVNT. ſ. diuini. i. eorum
ſtultitia conſpicua erit. GLADIVS AD FORTES IL-
LIVS, QVI TIMEBVNT. Hebr. *& confringentur fortes*.
Omnibus necem minatur.
37 ET AD OMNE VVLGVS. Hebr. *ad omnem mix-*
tionem, per quam Hieronymus, Sept. & Chald. vul-
gus intelligunt, quoniam ex varijs conſtat generi-
bus. Hebr. *mercatores*, quoniam merces commutant
& miſcent. ET ERVNT QVASI MVLIERES. Imbel-
les ſ. & ſine viribus.
38 SICCITAS SVPER AQVAS EIVS ERIT. Hebr. eſt
pulchra paranomaſia inter חֶרֶב *hereb*. i. *gladium*, de
quo hactenus, & חֹרֶב *horeb*. i. *ſiccitatem*. ET IN POR-
TENTIS GLORIANTVR. Hebr. *in ſimulacris, in idolis*.
GLORIANTVR. Sic Sept. & Chald. At Pagn. *inſaniunt*.
Vox Hebr. vtrumque ſignificare poteſt. Sententia non
diſcrepat.
39 PROPTEREA HABITABVNT DRACONES CVM FAV-
NIS FICARIIS. De vocibus ציים & איים multa dixi-
mus Iſai. 34. verſ. 14. quomodo Hieronymus non
40 vno modo, ſed varijs eas voces interpretatur. At no-
bis tunc viſum eſt vtraque voce *incubos* ſeu *lemu-*
res ſignificari. Modò addo homines etiam ſilueſtres,
quos Satyros ſeu Faunos vocabant, qualis Antonio
apparuit in deſerto, cùm ſanctum Paulum iret inui-
ſum. Verùm, an dici debeant *fauni ficarij*, an *fatui*
ficarij magna quæſtio eſt. Goth hoc loco *fatuis ficarijs*
habent, ſic Regia, & Louan. Sanè *lemures*, Italicè &
Gallicè *fatui* vocantur lingua vulgari. *Sicarij* à ſicci-
tate dici videntur, quòd locis aridis tum homines

ſiluestres verſantur, tum dæmones, iuxta illud Matth.12.v.43. *ambulat per loca arida.* Verùm *incubos, faunos ficarios* vocat Iſidor.8. Etymol.cap.vlt. & Paul. Diac.ſiue Eutrop.lib.12. *faunos ficarios* vocat ſiluestres homines, ſic fortaſſis dictos, quod ficubus veſcerentur ſponte natis in ficetis ſiluestribus. Quam lectionem prætulerunt hoc loco, qui Romæ Biblia caſtigarunt. Seruius Æneid.6. in illud, *Caſtraque Inuui,* ait: *Inuuus, Pan, Ephialtes, Incubus, Faunus, Fatuellus, idem.* Noſtris *Duende, Traſgo:* neque nos quidquam mutamus. STRVTHIONES ibi habitabunt. Chald. *filiæ ſtruthionum.* Sept. *filiæ Sirenum.* Quidam vertunt *filiæ vlulæ.* Hiſp. *autillo.* NEC EXTRVETVR. Hebr. *incoletur.*

SICVT SVBVERTIT. Repetitur v.18.cap.49. 40
ECCE POPVLVS VENIT AB AQVILONE. Medi & Per- 41
ſæ. A FINIBVS. Hebr. *à lateribus.* Sed *latera* pro *finibus* ſæpè.

ET SCVTVM. Sic Chald. Sept. *iacula.* Hebræus ait 42
vocem כידון *chidon* ſignificare *lanceam,* alij *ſagittam.* Quid enim ſagittario cum ſcuto, quid cum lancea? Ita verſionem Sept. probo.

AVDIVIT. pro, cùm audierit Rex Babylonis. ET 43
DISSOLVTÆ SVNT. pro, diſſoluentur præ metu manus. Tres reliqui verſus repetunt quæ contra Idumæos dicuntur cap.49. à v.19. vſque ad 22.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN MANV. i. opera. 1
ANNVNTIATE. ſ. ô Prophetæ. AVDITVM. pro, 2
audiri. SIGNVM. i. vexillum. ſ. in ſignum victoriæ. BEL. nomen idoli. itemque MERODACH, per quæ duo reliqua intelliguntur. Chald. *confuſi ſunt cultores Bel, & confracti cultores Merodach.* CONFVSA. ſ. quia non potuerunt defendere.

AQVILONE. ſ. Perſide. 3
FLENTES. ſ. præ lætitia, Euangelij tempore. id enim 4
hîc præcipuè nuntiatur, cuius tamen rei figura reditus Iuda, & aliquorum ex Iſrael, à captiuitate Babylonica.

IN SION. ſ. ducentem. 5
PASTORES. Chald. *Reges,* TRANSIERVNT. ſ. er- 6
rantes.

COMEDERVNT. Chald. *diripuerunt.* Lxx. *conſumpſe-* 7
runt. NON PECCAVIMVS. ſ. opprimendo. DECORI IVSTITIÆ. i. ornanti eos iuſtitia. EXPECTATIONI. i. ſpei. ſ. in quo ſperabant.

QVASI HOEDI. ſ. læti, & ſubſilientes præ gaudio. 8
MAGNARVM. i. fortium. Chald. *multarum.* 9
REPLEBVNTVR. ſ. ſpolijs. 10
MAGNA LOQVIMINI. Lxx. *gloriamini.* EFFVSI 11
ESTIS. Lxx. *laſciuiſtis.* Chald. *exultatis.* MVGISTIS. Lxx. *cornu petiſtis.*

MATER. ſ. Reſpublica, ſeu ciuitas. NOVISSIMA. 12
i. contemptiſſima.

AB IRA. i. præ ira, vel ob iram. 13
DOMINI. i. contra Dominum. 14
CLAMATE. ſ. oppugnantes. VBIQVE. Hebr. & Chald. 15
per circuitum. & iungitur cum *clamate.* DEDIT MANVM. ſ. vt ſolent victi. q. d. victa eſt. FECIT. ſ. aliis à ſe debellatis.

SATOREM, &c. q. d. etiam agricolas. COLVMBÆ. 16
i. velocis exercitus. Chald. *inimici.* Lxx. *Græci.* Vide ſup. cap.46. verſ.16. CONVERTETVR. ſ. ex agris fugiens.

LEONES. Chald. *Reges.* ſ. hoſtium. ASSVR. ſ. qui ab- 17
duxit decem tribus. EXOSSAVIT. Chald. *conſumpſit.*

VISITABO. ſ. puniens. REGEM ASSVR. ſ. Senna- 18
cherib.

CARMELVM, &c. Chald. & Lxx. *in Carmelo & Ba-* 19
ſan. q. d. in locis fertilibus & pinguibus.

DIEBVS. ſ. Euangelici ſtatus. Mira in Prophetis 20
tranſitio à figuris ad figurata. NON ERIT. ſ. quia per Chriſtum remiſſa.

DOMINANTIVM. ſ. Chaldæorum. ASCENDE. ſ. ô Da- 21
ri, vel Cyre. QVÆ POST EOS SVNT. Chald. *reliquias eorum.*

22 TERRA. ſ. Chaldæorum.
23 MALLEVS. i. Rex Babyloniæ, ſecundùm Chald. IN GENTIBVS. i. in Gentes.
24 ILLAQVEAVI. Chald. *venatus ſum.* Verba Dei vel Darij. NESCIEBAS. ſ. id tibi euenturum.
25 VASA. ſ. arma Perſarum & Medorum. DOMINO. pro, Domini.
26 APERITE. i. expedite viam. EXEANT. ſ. è difficultate viarum. q. d. facilè incedant.
27 VISITATIONIS. Lxx. *vltionis.* ſic & inf.
28 FVGIENTIVM. ſ. Iudæorum.
29 IN BABYLONEM. i. contra Babylonem. OMNIBVS. pro, nempe omnibus.
30 CONTICESCENT. Chald. *conterentur.* Lxx. *proijcientur.*
31 SVPERBE. Chald. *Rex impie.*
33 CALVMNIAM. Chald. & Lxx. *vim.* TENENT. Chald. *violenter tenent.*
34 DEFENDET. Chald. *vindicabit.* EXTERREAT TERRAM. Chald. *conterat impios terræ.*
35 GLADIVS. ſ. veniet.
36 STVLTI ERVNT. Chald. *inſanient.*
37 QVASI MVLIERES. Chald. *infirmi vt mulieres.*
38 AQVAS. ſ. Euphratis, qui fuit ab hoſtibus diuiſus in multos riuulos, vt poſſet tranſiri. PORTENTIS. Chald. *idolis.*
39 FAVNIS FICARIIS. Forte dæmones intelliguntur ſpecie ficariorum apparentes. Hebr. *vlulis,* ſeu *noctuis.* Chald. *felibus.* SEMPITERNVM. i. tempus longiſſimum.
41 AQVILONE. i. Perſia & Media.
42 FILIA. Chald. *cætus.*
44 ECCE, &c. Vide ſup. cap.49.

CAPVT LI.

Mala à regibus Medorum Babyloni imminentia prædicuntur.

1 HÆc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo
A ſuper Babylonem & ſuper habitatores
eius, qui cor ſuum leuauerunt contra me, quaſi
2 ventum peſtilentem. * Et mittam in Babylo-
nem ventilatores, & ventilabunt eam & demo-
lientur terram eius: quoniam venerunt ſuper
3 eam vndique in die afflictionis eius. * Non ten-
dat qui tendit arcum ſuum, & non aſcendat lo-
ricatus, nolite parcere iuuenibus eius, interficite
4 omnem militiam eius. * Et cadent interfecti in
terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus
5 eius. * Quoniam non fuit viduatus Iſraël &
Iuda à Deo ſuo Domino exercituum: terra
autem eorum repleta eſt delicto à ſancto Iſraël.
6 * Fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſ-
quiſque animam ſuam: nolite tacere ſuper ini-
quitatem eius: quoniam tempus vltionis eſt à
7 Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei. * Ca-
lix aureus Babylon in manu Domini, inebrians
omnem terram: de vino eius biberunt Gen-
8 tes, & ideò commotæ ſunt. * [a] Subitò cecidit [a] Iſa.21.9 Apoc.14.8
Babylon, & contrita eſt: vlulate ſuper eam, tol-
lite reſinam ad dolorem eius, ſi fortè ſanetur.
9 * Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata,
derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in
terram ſuam: quoniam peruenit vſque ad cæ-
los iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad
10 nubes. * Protulit Dominus iuſtitias noſtras:
B venite, & narremus in Sion opus Domini
11 Dei noſtri. * Acuite ſagittas, implete phare-
tras: ſuſcitauit Dominus ſpiritum regum Me-
dorum: & contra Babylonem mens eius eſt vt
perdat eam, quoniam vltio Domini eſt, vltio
tem-

templi ſui.* Super muros Babylonis leuate ſi- 12
gnum, augete cuſtodiam: leuate cuſtodes, præ-
parate inſidias: quia cogitauit Dominus, & fe-
cit quæcumque locutus eſt contra habitatores
Babylonis.* Quæ habitas ſuper aquas multas, 13
locuples in theſauris, venit finis tuus pedalis præ-
Amos 6. c.7 ciſionis tuæ.* Iurauit Dominus exercituum 14
per animam ſuam: Quoniam replebo te ho-
minibus quaſi brucho, & ſuper te celeuma can-
Gen. 1. a.1 tabitur.* Qui fecit terram in fortitudine ſua, 15
præparauit orbem in ſapientia ſua, & prudentia
ſua extendit cælos.* Dante eo vocem, multipli- 16
cantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extre-
mo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & produxit
ventum de theſauris ſuis.* Stultus factus eſt 17
omnis homo à ſcientia: confuſus eſt omnis con-
flator in ſculptili. quia mendax eſt conflatio eo-
rum; nec eſt ſpiritus in eis.* Vana ſunt opera, & 18
riſu digna, in tempore viſitationis ſuæ peribunt.
* Non ſicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit om- 19
nia ipſe eſt, & Iſraël ſceptrum hereditatis eius: C
Dominus exercituum nomen eius.* Collidis tu 20
mihi vaſa belli, & ego collidam in te Gentes, &
diſperdam in te regna:* & collidam in te equum 21
& equitem eius: & collidam in te currum &
aſcenſorem eius:* & collidam in te virũ & mu- 22
lierem: & collidam in te ſenem & puerum: &
collidam in te iuuenem & virginem:* & colli- 23
dam in te paſtorem & gregem eius: & collidam
in te agricolam & iugales eius: & collidam in te
duces & magiſtratus.* Et reddam Babyloni, & 24
cunctis habitatoribus Chaldææ, omne malum
ſuum, quod fecerunt in Sion, in oculis veſtris,
ait Dominus.* Ecce ego ad te mons peſtifer, ait 25
Dominus, qui corrumpis vniuerſam terram: &
extendam manum meam ſuper te, & euoluam
te de petris, & dabo te in montem combuſtio-
nis.* Et non tollent de te lapidem in angulum, 26
& lapidem in fundamenta, ſed perditus in æter-
num eris, ait Dominus.* Leuate ſignum in ter- 27
ra: clangite buccina in Gentibus, ſanctificate
ſuper eam Gentes: annuntiate contra illam re-
gibus Ararat, Menni, & Aſcenez: numerate
contra eam Taphſar, adducite equum quaſi
bruchum aculeatum.* Sanctificate contra eam 28
Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuerſos
magiſtratus eius, cunctámque terram poteſta-
tis eius.* Et commouebitur terra, & conturba- 29
bitur: quia euigilabit contra Babylonem cogi- D
tatio Domini, vt ponat Terram Babylonis de-
ſertam & inhabitabilem.* Ceſſauerunt fortes 30
Babylonis à prælio, habitauerunt in præſidijs:
deuoratum eſt robur eorum, & facti ſunt quaſi
mulieres: incenſa ſunt tabernacula eius, contriti
ſunt vectes eius.* Currens obuiàm currenti ve- 31
niet: & nuntius obuius nuntianti: vt annuntiet
regi Babylonis, quia capta eſt ciuitas eius à ſum-
mo vſque ad ſummum:* & vada præoccupata 32
ſunt, & paludes incenſæ ſunt igni, & viri bella-
tores conturbati ſunt.* Quia hæc dicit Domi- 33
nus exercituum, Deus Iſraël: Filia Babylonis
quaſi area, tempus trituræ eius: adhuc modi-
cum, & veniet tempus meſſionis eius.* Come- 34
dit me, deuorauit me Nabuchodonoſor rex
Babylonis: reddidit me quaſi vas inane, abſor-
buit me quaſi draco, repleuit ventrem ſuum te-
35 neritudine mea, & eiecit me.* Iniquitas aduer-
ſum me, & caro mea ſuper Babylonem, dicit
habitatio Sion: & ſanguis meus ſuper habitato-
36 res Chaldææ, dicit Ieruſalem.* Proptereà hæc
dicit Dominus: Ecce ego iudicabo cauſam
tuam, & vlciſcar vltionem tuam, & deſertum
37 faciam mare eius, & ſiccabo venam eius.* Et
erit Babylon in tumulos, habitatio draconum,
ſtupor, & ſibilus, eò quòd non ſit habitator.
38 * Simul vt leones rugient, excutient comas
39 veluti catuli leonum.* In calore eorum ponam
potus eorum, & inebriabo eos, vt ſopiantur, &
dormiant ſomnum ſempiternum, & non con-
40 ſurgant, dicit Dominus.* Deducam eos quaſi
E agnos ad victimam, & quaſi arietes cum hœdis.
41 * Quomodo capta eſt Seſach, & comprehenſa
eſt inclyta vniuerſæ terræ? quomodo facta eſt
42 in ſtuporem Babylon inter Gentes?* Aſcendit
ſuper Babylonem mare, multitudine fluctuum
43 eius operta eſt.* Factæ ſunt ciuitates eius in ſtu-
porem, terra inhabitabilis & deſerta, terra in
qua nullus habitet, nec tranſeat per eam filius
44 hominis.* Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, &
eijciam quod abſorbuerat de ore eius, & non
confluent ad eum vltrà Gentes, ſiquidem &
45 murus Babylonis corruet.* Egredimini de me-
dio eius populus meus: vt ſaluet vnuſquiſque
46 animam ſuam ab ira furoris Domini.* Et ne
fortè molleſcat cor veſtrum, & timeatis audi-
tum, qui audietur in terra: & veniet in anno au-
ditio, & poſt hunc annum auditio; & iniquitas
in terra, & dominator ſuper dominatorem.
47 * Proptereà ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper
ſculptilia Babylonis: & omnis terra eius con-
fundetur, & vniuerſi interfecti eius cadent in
48 medio eius.* Et laudabunt ſuper Babylonem
cæli & terra, & omnia quæ in eis ſunt: quia ab
Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.
49 * Et quomodo fecit Babylon vt caderent occiſi
in Iſraël: ſic de Babylone cadent occiſi in vni-
50 uerſa terra.* Qui fugiſtis gladium, venite, noli-
F te ſtare: recordamini procul Domini, & Ieru-
51 ſalem aſcendat ſuper cor veſtrum.* Confuſi
ſumus, quoniam audiuimus opprobrium: ope-
ruit ignominia facies noſtras: quia venerunt alie-
52 ni ſuper ſanctificationem domus Domini.* Pro-
ptereà ecce dies veniunt, ait Dominus: & vi-
ſitabo ſuper ſculptilia eius, & in omni terra
53 eius mugiet vulneratus.* Si aſcenderit Babylon
in cælum, & firmauerit in excelſo robur ſuum:
à me venient vaſtatores eius, ait Dominus.
54 * Vox clamoris de Babylone, & contritio ma-
55 gna de Terra Chaldæorum:* quoniam vaſta-
uit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vo-
cem magnam: & ſonabunt fluctus eorum qua-
ſi aquæ multæ: dedit ſonitum vox eorum:
56 * Quia venit ſuper eam, id eſt ſuper Babylo-
nem, prædo, & apprehenſi ſunt fortes eius, &
emarcuit arcus eorum, quia fortis vltor Domi-
57 nus reddens retribuet.* Et inebriabo principes
eius, & ſapientes eius, & duces eius, & magiſtra-
tus eius, & fortes eius: & dormient ſomnum
ſempiternum, & non expergiſcentur, ait rex,
58 Dominus exercituum nomen eius.* Hæc di-
G cit Dominus exercituum: Murus Babylonis
ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & por-

tæ eius excelſæ igni comburentur, & labores
populorum ad nihilum, & gentium in ignem
erunt, & diſperibunt. * Verbum, quod præcepit 59
Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maa-
ſiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylo-
nem, in anno quarto regni eius: Saraias autem
erat princeps prophetiæ. * Et ſcripſit Ieremias 60
omne malum, quod venturum erat ſuper Ba-
bylonem, in libro vno: omnia verba hæc, quæ
ſcripta ſunt contra Babylonem. * Et dixit Iere- 61
mias ad Saraiam: Cùm veneris in Babylonem,
& videris, & legeris omnia verba hæc, * dices: 62
Domine tu locutus es contra locum iſtum vt
diſperderes eum: ne ſit qui in eo habitet ab ho-
mine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo.
* Cumque compleueris legere librum iſtum, li- 63
gabis ad eum lapidem, & proijcies illum in me-
dium Euphraten: * & dices: Sic ſubmergetur 64
Babylon, & non conſurget à facie afflictionis,
quam ego adduco ſuper eam, & diſſoluetur.
Hucuſque verba Ieremiæ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SVPER HABITATORES EIVS, QVI COR SVVM LEVAVERVNT CONTRA ME. Hebr. ſic verto: *Super habitatores* (eius qui) *cor leuant contra me.* Hoc ipſum ſecutus eſt Hieronymus, qui meliùs ceteris locum vertit. Quòd ſi Hebraica verba inuerſa videantur, ſcire oportet, illis quinque litteris לב קמי *leb kamai, cor leuantes in me*, Chaldæos ſignificari, כשדים per אתבש modum litteris permutatis per notas ſcribendi. Sic ſentiunt omnes Hebræi. D. Kimhi lib. Radicum, radice קום *kum.* Sed & Sept. vertentes *ſuper habitantes Chaldæos*, & Chald. *ſuper habitatores terræ Chaldæorum.* Ita pro illis verbis, *Qui cor ſuum leuauerunt contra me*, illis omiſſis, *Chaldæos* poſuerunt. Quòd ſi constructio perturbata videtur Hebr. mirari nemo debet; Propheta enim verba ita poſuit, vt notis deſeruirent. Quòd ſi quis roget, cur per notas Chaldæos nominauit? Ne ſ. rerum dominos irritaret, ſi eorum nomen toties exprimeret, in quos vaticinabatur. De his notis plura cap. 25. verſ. 26. QVASI VENTVM PESTILENTEM? Hebr. *ventum corrumpentem.* ſ. Aquilonem, qui omnia ſubuertit. ſ. Medos & Perſas ſuſcitabo contra Chaldæos.

3 VENTILATORES. Vento ſtante ventilantur areæ. ET DEMOLIENTVR. Hebr. *euacuabunt terram.* ſ. habitatoribus, quos in area diſpergent vt paleas. QVONIAM VENERVNT. Hebr. *fuerunt ſuper eam ex circuitu.* i. VNDIQVE, vt noſter dixit.

3 NON TENDAT. pro, non tendet ſagittarius arcum. ſ. Chaldæi non reſiſtent. ET NON ASCENDAT, non aſcendet loricatus. Heb. pro אל *al.* i. *non.* vt Chald. & Hieronymus legerunt, habent אל *el.* i. *ad tendentem* (dico) *tendat arcum, & ad* (eum qui) *aſcendit loricatus, & non parcat iuuenibus.* Conſtructio eſt valdè implicata, planior verſio noſtra. MILITIAM EIVS. i. interficite milites. q. d. populo parcite.

4 ET VVLNERATI cadent. Hebr. *& confoſſi.* IN REGIONIBVS EIVS. Hebr. *in plateis eius.* ſ. Babylonis, aut terræ Chaldæorum.

5 QVONIAM NON FVIT VIDVATVS ISRAEL. Deus maritus Iſrael non eſt mortuus, non penitùs deſtituit eum. TERRA AVTEM. Sic verto כי *chi. Quando terra eorum* (Iudæa) *repleta eſt delicto.* A SANCTO ISRAEL. i. contra Sanctum Iſrael, contra Deum. Non eſt ergo mirum, ſi tunc Iudæos, & punit nunc oppreſſores Iſrael. Aut ſic, *a Sancto Iſrael*, ſupple, receſſerunt. Hoc fuit delictum, quo terra eſt repleta.

6 FVGITE. Aut Chaldæis loquitur, aut Iſraelitis, vt de communi incendio fugâ ſe eripiant. NOLITE TACERE. i. ne ceſſetis à fuga, ne diſſimuletis. SVPER INIQVITATEM EIVS. propter iniquitaté eius fugite. Hebr. *ne excidamini in iniquitate eius.* i. ſimul cum illis pereatis. Sic Sept. & Chald. דמם *damam* & *tacere* ſignificat & *exſcindere.* VICISSITVDINEM, retributionem Deus retribuit.

7 CALIX AVREVS. Sic Babylon vocatur, ſiue propter diuitias, ſiue quia vinum purum auro eſt ſimile. Ergo Babylon erat vt calix plenus irâ Dei, de quo gentes biberunt, & inebriatæ ſunt. multis modis afflictæ. COMMOTÆ SVNT. Hebr. *inſanierunt*, vt ſolent ebrij.

8 SVBITO CECIDIT. ſ. & ipſa ſuo vino ebria, & quoniam ex caſu vulnus accepit. TOLLITE RESINAM. Ironicè dictum: etiamſi tollatis, non ſanabitur. quod de Ægypto dixit cap. 46. v. 11.

9 CVRAVIMVS. Reſpondent ij, quibus dixerat, *tollite reſinam.* Ij ſunt milites auxiliares, quibus vt eam defenderent commendarat. Curauimus, fecimus quod potuimus; reuertamur in patriam, quando ſpes nulla eſt. QVONIAM PERVENIT VSQVE AD CÆLOS IVDICIVM EIVS. id eſt, punitio eius. Cælitus à Deo impugnatur, cui reſiſtere non poſſumus. VSQVE AD NVBES. Sept. *vſque ad aſtra.* Chald. *vſque ad cælos cælorum.* vt ſit repetitio. שחקים *ſchakim* & *nubes* & *æthera* ſignificat.

10 PROTVLIT DOMINVS. i. oſtendit iniuſtè nos à Chaldæis opprimi. Iudæi loquuntur. Quos Deus iuſtè Chaldæis tradidit, illi abuſi ſunt conceſſa poteſtate, eos opprimentes plus iuſto. OPVS DOMINI. narremus Babylonem euerſam.

11 ACVITE, aut *tergite*, ô Medi, ſagittas. IMPLETE PHARETRAS. Sic Sept. & Chald. alij vertunt *ſcuta.* Sed quid eſt *implere ſcuta?* Credo שלטים *ſclatim* hoc loco *pharetras* ſignificare, vt maximè Dictionaria ſileant. MENS EIVS, cogitatio eius eſt, vt perdat eam vrbem.

12 SVPER MVROS. i. contra muros leuate vexillum, vt milites ad illud conueniant. AVGETE CVSTODIAM. Hebr. *roborate cuſtodiam*, ne quis ex obſeſſis euadat, aut ne repentè vos aggrediantur. LEVATE CVSTODES. Hebr. *ſtatuite cuſtodes.* Repetitio eſt. ET FECIT. pro, & faciet quæ locutus eſt Dominus.

13 QVÆ HABITAS SVPER AQVAS MVLTAS. Euphratis aquis alluebatur Babylon. VENIT FINIS TVVS PEDALIS PRÆCISIONIS TVÆ. Hebr. *venit finis cubitus oppreſſionis tuæ. Cubitus* pro menſura. Ergo venit menſura. i. tempus à Deo deſcriptum, quo opprimi debeas. Hieronymus per *pedalem præciſionem* idem ſignificare voluit.

14 PER ANIMAM SVAM. i. iurauit Deus per ſeipſum. QVONIAM. Hebr. *niſi.* Eſtque forma iurandi, qua ſupplendum eſt aliquid. REPLEBO TE HOMINIBVS. i. hoſtibus. CELEVMA. Sicut torcularia calcantes, ſe hoſtes mutuò contra te incitabunt.

15 QVI FECIT TERRAM IN FORTITVDINE SVA. *Fortitudine ſua*, ſua potentia. q. d. qui hæc fecit terram & orbem, Babylonem vtique euertere poterit.

16 DANTE EO VOCEM. Poſt tonitrua ſequitur pluuia. IN CÆLO, in aëre. Quæ ſequuntur vſque ad verſ. 20. repetitio ſunt eorum quæ dixit cap. 10. v. 14. 15. 16.

20 COLLIDIS TV MIHI VASA BELLI. q. d. vt tu alias gentes confregiſti, quæ *vaſa belli* vocat, ita ego gentes quæ in te ſunt, ô Babylon, confringam, & tua Regna diſperdam. Hebr. *malleus tu mihi, vaſa belli; & confregi per te gentes, & corrupi per te regna.* ſ. mutando Reges, & deſtituendo eos.

21 ET COLLIDAM IN TE, aut *confregi per te.* Hic verſus, & duo ſequentes, aut de ſtrage quam Chaldæi antè fecerunt, intelligi poſſunt, & ſic per præteritum legi debent, vt eſt in Hebr. & illud *in te.* i. per te: aut de ſtrage quam ipſi Babylonij paſſi ſunt; & hoc modo præterita pro futuris ſumantur, vt ferè Interpretes vertunt, & illud *in te*, vt ſonat. Qui ſenſus commodior eſt.

23 ET IVGALES EIVS. Hebr. *iugum*, aut *iuga eius.* i. par boum, quibus arat agricola, vnà cum eo collidam. Sic Iob 1. v. 3. eadem voce vſus dixit, *quingenta iuga boum.*

24 ET REDDAM, poſtquam per eos contudero Iudæos, de ijs etiam debitas pœnas ſumam. Eæ ſunt rerú viciſſitudines. IN OCVLIS VESTRIS. vobis vidétibus, ô Iudæi.

25 MONS PESTIFER. Hebr. *corrūpens*. Vocat montem, quia Babylon erat munita vt mons, alioqui Babylon in plano erat. QVI CORRVMPIS, omnia ſubuertis EVOLVAM TE DE PETRIS. Turres vocat rupes, quoniam vt rupibus mons munitur, ſic turribus vrbs. Ergo inde te deducam. ET DABO TE IN MONTEM COMBVSTIONIS. .i. comburam te, vt ſolent comburi montes.

26 ET NON TOLLENT. Ita comburentur lapides, vt nulli ſuperſint, quibus aut angulus vinciatur aut fundamenta ponantur. Qui lapides maiores eſſe ſolent, & per eos lapides Principes intelligi poſſunt. SED PERDITVS IN ÆTERNVM ERIS. Hebr. *quia deſolationes ſaeculi* (.i. perpetuæ) *eris*.

27 LEVATE SIGNVM IN TERRA. i. vbique vexilla explicate ad conuocandum milites. SANCTIFICATE SVPER EAM GENTES. i. contra eam deſtinate, aut *præparate populos*, vt ponit Chald. Sanctificandi ſignificatio multiplex eſt. REGIBVS ARARAT nuntiate. Hebr. *regnis Ararat*. i. Armeniæ. MENNI, pars Armeniæ. ET ASCENEZ, Germaniæ. Sic modò Germanos vocant Hebræi. TAPHSAR. Hebr. *Principes, duces*. Hieronymus credit eſſe proprium nomen alicuius gentis. ADDVCITE. Hebr *aſcendere facite*. ſic Sept. & Chald. ADDVCITE EQVVM QVASI BRVCHVM ACVLEATVM. Hebr. *horripilantem, equum horripilantem*. i. fortem, & multum inſtar bruchi.

28 SANCTIFICATE, deſtinate, præparate. POTESTATIS EIVS, imperij eius. Mediæ ſ. gentes ſanctificate contra Babylonem.

29 ET COMMOVEBITVR TERRA, ET CONTVRBABITVR. Hebr. *contremiſcet, & dolebit*. QVIA EVIGILABIT. Hebr. *ſtabilita eſt cogitationes Domini*, pro, ſtabilitæ ſunt, vt ponat eam DESERTAM ET INHABITABILEM. Hebr. *in deſolationem, ſine habitatore*.

30 HABITAVERVNT IN PRÆSIDIIS. i hoſti obuiàm prodire non audent. DEVORATVM. Hebr. *elanguit robur eorum*. INCENSA SVNT. Hebr. *incenderunt*, ipſi præ deſperatione, aut hoſtes tabernacula incenderunt.

31 CVRRENS OBVIAM CVRRENTI VENIET. i. curſor poſt curſorem, & nuntius poſt nuntium. i. frequentes nuntij ibunt ad Regem nuntiatum vrbem eſſe captam. A SVMMO VSQVE AD SVMMVM. ſ. totam. Hebr. *à fine*. .i. extremam partẽ eſſe captam. Sic Sept. Rex intra vrbẽ erat. Homines diſpoſiti, qui nuntiarent quæ fiebant.

32 ET PALVDES INCENSÆ. i. arundines, quæ ad paludes creſcunt. אגמים *Aghamim* & *paludes* ſignificat, & *iuncos*, ſeu *arundines*. Verùm quid id nuntiabant, quaſi magna iactura eſſet. R. Ionah per eam vocem *munitiones*, arces intelligit: quoniam in lingua Arabica, quæ filia eſt Hebraicæ, *munitio* vocatur אגם *Agam*. CONTVRBATI SVNT. Sic Chald. aut *territi ſunt*.

33 FILIA BABYLONIS. Babylon. TEMPVS TRITVRÆ EIVS venit. *Trituram* & *meſſionem* vocat eius vrbis excidium.

34 DEVORAVIT ME. Hebr. *contriuit*, ſeu *conſumpſit me*. Verba ſunt populi Iudaici. QVASI VAS INANE, quia omnes meas copias diripuit. VENTREM SVVM TENERITVDINE MEA impleuit. Hebr. *deliciis meis*. i. domum & theſauros impleuit rebus meis pretioſis. ET EIECIT ME. in captiuitatem expulit.

35 INIQVITAS ADVERSVM ME. i. qua Babylon contra me eſt vſa, Hebr. *violentia mea, mihi illata*. ET CARO MEA. i. meorum ciuium ſanguis clamat. SVPER BABYLONEM, contra Babylonem.

36 IVDICABO CAVSAM TVAM ego Deus. Hebr. *litigabo litem tuam*, ô Sion, i. patrocinabor tibi. MARE EIVS. Sic vocat bonorum copiam. *Venam* vocat vectigalia, quæ multis imperabat. Et mare & venam ſiccabo.

37 Hic verſus ſæpè ſuperiùs eſt poſitus c. 25. v. 9 & 18. c. 29. v. 18. & c. 49. v. 17.

38 VT LEONES RVGIENT. aut Chaldæi præ dolore, aut Medi præ ferocia. EXCVTIENT COMAS. Hebr. *rugient*. Chald. *attollent vocem ſuam*.

39 IN CALORE EORVM PONAM POTVS EORVM. Hebr. *conuiuia eorum*. i. faciam vt incaleſcant vino vſque ad ebrietatem. VT SOPIANTVR. Hebr. *exultent*, ſic ſolent ebrij. ET DORMIANT. ſic ebrij ſolent dormire. Verùm ſic ebrios occidet hoſtis. & ſomnus erit perpetuus. ET DORMIANT SOMNVM SEMPITERNVM, ET NON CONSVRGANT. Hebr. *non euigilent*. Hoc quidam referunt ad Baltaſſaris conuiuium, Dan. 5. v. 1. nam & ciues exemplo Regis funereis epulis ſe largiùs inuitaſſe credi debet.

40 AD VICTIMAM, ad macellum, ſeu occiſionem ducam eos. CVM HOEDIS. Hebr. *cum hircis*, vt illæ animantes neſciunt quò eant, ſic Chaldæos ebrios opprimet hoſtis.

41 QVOMODO CAPTA EST SESACH. i. Babel. De hac nota c. 25. v. 26. INCLYTA VNIVERSÆ TERRÆ? Hebr. *laus: vniuerſæ terræ*. Sept. *gloria*. Chald *Deus*. Prophetæ hæc ſunt verba.

42 MARE aſcendit. Sic vocat Medorum copias, ob multitudinem.

43 TERRA INHABITABILIS ET DESERTA. Hebr. *arida & deſolata facta eſt*.

44 ET VISITABO, exſcindam BEL præcipuum Babylonis idolum. EIICIAM QVOD ABSORBVERAT. Hebr. *producam*. ſ. dona quæ illi obtulerant. SI QVIDEM. Hebr. *etiam murus Babylonis cadet*. Nulla eſt cauſæ redditio, illud tantùm ſignificat, & idolum & murum caſura. Aut reddatur cauſa cur gentes non veniant ad idolum, quia murus & vrbs euertentur.

46 ET NE FORTE MOLLESCAT. Ne vos Iſraelitæ rumores conturbent, qui varij venient, & ſingulis annis noui. IN ANNO. i. anno primo veniet AVDITIO. i. rumor belli. ET POST HVNC ANNVM AVDITIO. i. anno ſecundo. Hoc eſt, nuntij alij ſuper alios venient belli, quod contra Babylonem paratur, ne his nuntijs terreamini. Chald. pro, *auditione, nuntium* vertit. ET INIQVITAS IN TERRA. Hebr. *rapina*. Chald. *raptores*. Sept. *miſeria & iniuſtitia*. Poſt rumores ſ. diripietur Babylon. *Iniquitas* in Vulg. pro, pœna iniquitatis. ET DOMINATOR SVPER DOMINATOREM. *Super*, pro, contra. Rex Medus contra Babylonium veniet.

47 PROPTEREA. ſ. ob iniuſtitiam & iniquitatem. ET VISITABO SVPER SCVLPTILIA. Quid ſculptilia meruerũt? Verùm ex praua religione omnia alia vitia oriuntur. CONFVNDETVR. Babylon pudore afficietur. Victa ab hoſtibus ignominioſè.

48 ET LAVDABVNT .... CÆLI ET TERRA. Hebr. *exultabunt*, lætabuntur omnes Babylonis ruina, omnes offenderat. PRÆDONES, ſeu *vaſtatores*. Medi ſ. & Perſæ gentes Aquilonares venient.

49 ET QVOMODO FECIT BABYLON. Hebr. *etiam Babel* (fecit) *vt caderent occiſi Iſrael*, etiam propter Babel ceciderunt occiſi vniuerſæ terræ. Itaque non eſt mirum, ſi cuncti lætantur de clade eius, quæ cunctos vaſtauit. Hieronymi comparatio perſpicua eſt: vt Babel occidit Iſraëlitas, ſic fore, vt per vniuerſas Prouincias, ad quas captiui ibunt, Babylonij occidantur.

50 QVI FVGISTIS GLADIVM. O Iſraelitæ, quibus gladius Nabuchodonoſor pepercit, redite in patriam. RECORDAMINI PROCVL. Hebr. *à longinquo*. i. poſt longum tempus, poſt ſeptuaginta annos, DOMINI, ET IERVSALEM, vt eum colere in ſuo templo, & redire in veſtram vrbem cupiatis.

51 CONFVSI SVMVS, pudore affecti. Iudæorum reſponſio eſt. QVONIAM AVDIVIMVS OPPROBRIVM Chaldæorum. ſ. contra Deum, & eius templum. OPERVIT IGNOMINIA. Repetitio. SVPER SANCTIFICATIONEM. Hebr. *ſuper ſanctuaria* pro, ſuper ſanctuarium. Nimirum templum profanarunt. Reſpondet Deus:

52 MVGIET. Hebr. *gemet*. ſ. Babylon.

53 ET FIRMAVERIT IN EXCELSO. i. etiamſi in cælo arcem extruat. A ME. i. meo iuſſu, me auctore venient, qui eam vaſtent. ſ. Babylonem.

54 VOX CLAMORIS. ſ. audietur de Babylone.

55 ET PERDIDIT EX EA VOCEM MAGNAM Deus. .i. magnum ſtrepitum perdidit, qualis eſt in frequenti populo. ea deſolata nullus ſtrepitus erit. FLVCTVS

EORVM. i. gemitus ſonabunt, cùm Babylonij occidentur.

PRÆDO. Hebr. *vaſtator venit contra eam.* ET APPREHENSI. Capti ſunt fortes eius. i. milites. ET EMARCVIT. Hebr. *confractus eſt arcus.* QVIA FORTIS. Hebr. *quia Deus retributionum Dominus reddendo reddet.* אל *Ael, Deum* & *fortem* ſignificat. Chald. & Sept. *Deus* aut *Dominus* dixere, Hieronymus *fortis.* 56

ET INEBRIABO PRINCIPES vino furoris mei, vt quaſi ebrij neſciant quid facto opus ſit. 57

SVFFOSSIONE SVFFODIETVR murus. ſic Chald. & 58
Sept. Hebr. *confringendo confringetur.* ET LABORES POPVLORVM AD NIHILVM. Sic tyranni ſolent ſumptu & labore ſubditorum munire arces. Ergo labores populorum ipſos muros vocat. ET GENTIVM. ſ. labores igne peribunt. Repetitio. Hebr. *& laborabunt populi in vanum.* ſ. volentes ignem extinguere. Et gentes in igne (. ſ. extinguendo) & laſſabuntur. ſ. in vanum, nihil efficient.

SARAIÆ. Fuit ſummus ſacerdos, 4. Regum 25. v. 18. 59
& Ierem. 52. v. 24. Illi Propheta loquitur. CVM PERGERET CVM SEDECIA. Sedecias quarto anno Regni ſui iuit Babylonem, vt ſalutaret eum Regem Saraia comite. Sept. *quando iuit à Sedecia.* Chald. *quando pergeret in legatione Sedeciæ*, quaſi Rex non iuerit, ſed pro ſe miſerit Saraiam. Verùm Hebraica repugnant, vbi dicitur, *cùm iret cum Sedecia.* Tum Seder Holam Regem iuiſſe ait. SARAIAS AVTEM ERAT PRINCEPS PROPHETIÆ. Hebr. *Princeps quietis* Sed quoniam per quietem Deus loquebatur Prophetis, pro *quietis*, poſuit *prophetiæ.* Alij volunt ſignificari, eſſe Regis intimum, in quo Rex acquieſcebat, & qui cum Rege ibat, quoties laxaret animum. Alij, *Princeps cubiculi*, in quo Rex quieſcebat. Quid ſi dicamus pro מנוחה *menuhah.* i. *quietis*, legendum כהונה *chehunah.* i. *ſacerdotij?* Nam olim codices variaſſe ex Sept. & Chald. colligitur, qui vertunt, *Princeps donorum*, qui ſ. munera Regi allata accipiebat, aut per quem regia munera mittebantur, argumento eos pro מנוחה *menuhah* legiſſe מנחה *minhah.* i. *donum.* Quod ego non referrem ad dona regia, ſed ad oblationes templi, quaſi diceret, Princeps oblationum & ſacrificiorum, id eſt, ſummus ſacerdos.

ET VT SIT PERPETVA SOLITVDO. Chald. *vt perpetua* 62
ſit vaſtitas. Hebr. *quia ſolitudines perpetua erit.* ſ. Babylon.

ET NON CONSVRGET. i. non reædificabitur, aut non 64
reſtituetur in priſtinam dignitatem. A FACIE AFFLICTIONIS. i. propter affl ctioné. Hebr. *à facie mali*, quod ego adduco ſuper eam. i. à malo, à clade non reſurget. ET DISSOLVETVR. Hebr. *& deficient.* ſ. Babylonij, actum erit de illis, ſic Chald. & Sept. HVCVSQVE VERBA IEREMIÆ. ſ. de Babylone. Fuit longa prophetia, ideò concludit eam his verbis, quæ titulo eius reſpondent poſito c. 50. v. 1. ſic etiam c. 48. verſ. 47. dixit: *Hucuſque iudicia Moab.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VENTILATORES, &c. Chald. *direptores, qui diripiant eam.* VENERVNT. pro, venient. 1

NON TENDAT, &c. q. d. fruſtrà quis conabitur defendere. 3

REGIONIBVS. Hebr. *plateis.* Chald. *vicis.* 4

VIDVATVS. i. deſertus. Chald. *derelictus.* TERRA 5
AVTEM pro, quamquam terra. q. d. etſi grauiter peccarint. A SANCTO. ſ. recedendo. vel pro, contra ſanctum.

TACERE. i. diſſimulare, vel ceſſare. ſ. à fuga. Chald. 6
occidi.

AVREVS. i. excellens. ſ. grauitate ſupplicij, quod per 7
Babylonios exercuit. COMMOTÆ. Chald. *conturbata.*

CVRAVIMVS, &c. vox Angelorum cuſtodum, vel 9
Prophetarum. vel ſenſus eſt, Actum eſt de ea, nemo poteſt defendere. IVDICIVM. i. punitio iuſtè inflicta, vel meritum peccatorum. NVBES. q. d. altiſſimè. repetitio. Chald. *cælos cælorum.* LXX. *aſtra.*

10 PROTVLIT. Chald. *reuelauit.* IVSTITIAS, &c. q. d. defendit cauſam noſtram, & liberauit nos.

11 TEMPLI SVI. ſ. incenſi à Chaldæis.

12 LEVATE. ſ. ô Perſæ & Medi. SIGNVM. i. vexillum in ſignum victoriæ. LEVATE. Chald. *ſuſcitate.* LXX. *proficite.*

13 SVPER. i. iuxta. AQVAS. ſ. Euphratis. PEDALIS. i determinatus more menſuræ. PRÆCISIONIS. i. interitus.

14 ANIMAM. i. vitam, q. d. per ſeipſum. HOMINIBVS. Chald. *exercitibus.* BRVCHO. LXX. *locuſtis.* CELEVMA. i. vox hoſtium ſe inuicem ad bellum hortantium, ſeu exultantium.

15 PRÆPARAVIT. Hebr. *firmauit.* Chald. *fundauit.*

16 DANTE, &c. i. iubente. PLVVIAM. pro, pluuia. q. d. tempore pluuiæ.

17 A SCIENTIA. i. præ ſcientia. ſ. Dei, vel pro, in ſcientia ſ. ſua.

19 SICVT HÆC. Chald. & LXX. *talis* ſ. vt idola. PARS. i. hereditas. SCEPTRVM. Hebr. *virga.* Chald. *portio.* EIVS. ſ. Dei. Nempe fideles ſunt velut hereditas Dei, & Deus ipſorum hereditas.

20 TV. ſ. ô Babylon. MIHI. i. contra me. VASA. i. inſtrumenta.

23 IVGALES. i. boues. Chald. *par boum.*

25 AD TE. i. contra te. ſ. agam. MONS. ſic dicitur ob ſuperbiam. Chald. *ciuitas.* CORRVMPIS. i. perdis. PETRIS. q. d. munitionibus tuis. perſtat enim in metaphora montis.

26 NON TOLLENT, &c. q. d. perdam te prorſus, & reddam inutilem. LAPIDEM, &c. Chald. *Regem in Regnum, & Principem in Principatum.*

27 SANCTIFICATE SVPER EAM. Chald. *preparate contra eam.* ſic & inf. ARARAT. i. Armeniæ maioris. MENNI. i. Armeniæ inferioris. ASCENEZ. i. Scythiæ. TAPHSAR. Chald. *populos bellatores.* LXX. *iaculationes.* BRVCHVM. Genus eſt locuſtæ. LXX. *locuſtam.* ACVLEATVM. Chald. *inflammatum.*

30 QVASI MVLIERES. ſ. infirmi, ſeu debiles.

31 CVRRENS, &c. q. d. concurrent ſimul multi nuntij. SVMMO. i. extremo.

32 PALVDES. ſ. carecta, ſeu arundines Euphratis.

33 TRITVRÆ. i. oppreſſionis.

34 TENERITVDINE MEA. LXX. *delicijs meis.* EIECIT. i. expulit è regione mea.

35 INIQVITAS. ſ. Babylonis. CARO MEA. i. mei ciues, oppreſſi. SVPER. i. contra. ſ. queritur. SANGVIS. i. effuſus ab illis.

36 MARE. ſ. Euphratem, vel abundantiam.

37 TVMVLOS ſ. lapidum.

38 RVGIENT. ſ. Chaldæi præ ira, aut dolore.

39 IN CALORE. i. dum vino incaluerint. Vide Dan. 5. PONAM, &c. q. d. potabo calice punitionis. ſ.

41 SESACH. i. Babylon. Vide ſup. cap. 25. IN STVPOREM. ſ. videbatur non poſſe vmquam expugnari.

42 MARE. i. grandis exercitus.

44 ABSORBVERAT. i. rapuerat. ſ. de Ieruſalem.

46 IN TERRA. ſ. Chaldæa. ANNO. ſ. primo. AVDITIO. i. rumor belli. POST HVNC ANNVM. i anno ſecundo. INIQVITAS. i. violentia. ſ. anno tertio Baltaſſar capta Babylon. ET DOMINATOR, &c. q. d. Rex Regem ſuperabit.

48 LAVDABVNT. ſ. Deum. LXX. *exultabunt.*

49 TERRA. ſ. Chaldææ.

50 PROCVL. ſ. ex Chaldæa, quę procul à Ieruſalem. DOMINI. pro, templi, vel cultus Domini. ſ. qui in Ieruſalem fieri ſolebat.

51 CONFVSI, &c. vox Iudæorum.

52 MVGIET. i. gemet. ſ. moriens. Chald. *proiicietur.* LXX. *cadet.*

53 * SI ASCENDERIT, &c. i. ſi altiſſimas turres & muros ædificet. A ME. ſ. miſſi.

55 MAGNAM. ſ. multorum ciuium, quia occidentur omnes. EORVM. ſ. hoſtium, vel Chaldæorum. q. d. qui olim ſonabant vt fluctus, &c.

Inebriabo.ſ.calice iræ meæ,ſeu punitionis. Dor- 57
mient,&c. Chald. *morientur morte ſecunda.*
Popvlorvm. ſ. Chaldæorum ſe defendere conan- 58
tium. Ad nihilvm.ſ.proderit. Gentivm.ſ.labores.
Repetitio.
Cvm Sedecia. ſ. inuiſente Nabuchodonoſor. 59
Chald. *in legatione Sedeciæ.* Lxx. *à Sedecia* ſ.miſſus.
Prophetiæ.i.interpretationis.q.d.legationis, vel eius
prophetiæ quam ei Ieremias commendauit. Chald. &
Lxx. *munerum*.ſ.quæ ferebat.
Verba.Chald. *prophetia verborum.* 64

CAPVT LII.

Præcedentium repetitio, nempe quòd Ieruſalem à Nabuchodonoſor obſeſſa poſt biennium capitur, & Sedecias rex Iuda fugiens reducitur: filijsq; eius coram ipſo trucidatis vna cum Principibus Iuda, exoculatus ac vinctus ducitur in Babylonem: & incenſo templo & palatio cæteriſque domibus, transferuntur omnes in Babylonem præter paucos vinitores & agricolas: ſimiliter & vaſa templi, inter quæ deſcribuntur duæ æreæ columnæ: & numerus Iudæorum in Babylonem diuerſis temporibus tranſlatorum, ubi Rex Ioachin poſt 37 annos de carcere eductus extollitur.

4.Reg.24.d.18 2.Par.36.b.13
Filius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm 1
regnare cœpiſſet: & vndecim annis regna- A
uit in Ieruſalem, & nomen matris eius Amital,
filia Ieremiæ de Lobna. *Et fecit malum in ocu- 2
lis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioakim.
* Quoniam furor Domini erat in Ieruſalem & 3
in Iuda, vſquequò proijceret eos à facie ſua: &
ⁿSup 39.a.1 4 Reg.25.a.1
receſſit Sedecias à rege Babylonis. *ⁿ Factum 4
eſt autem in anno nono regni eius, in menſe de-
cimo, decima menſis: Venit Nabuchodonoſor
rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius, ad-
uerſus Ieruſalem, & obſederunt eam, & ædifi-
cauerunt contra eam munitiones in circuitu.
*Et fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum an- 5
num regis Sedeciæ. *Menſe autem quarto, nona 6
menſis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant B
alimenta populo terræ. *Et dirupta eſt ciuitas, & 7
omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque
de ciuitate nocte, per viam portæ, quæ eſt inter
duros muros, & ducit ad hortum regis (Chal-
dæis obſidentibus vrbem in gyro) & abierunt
per viam, quæ ducit in eremum. *Perſecutus eſt 8
autem Chaldæorum exercitus regem: & appre-
henderunt Sedeciam in deſerto, quod eſt iuxta
Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo.
*Cumque comprehendiſſent regem, adduxe- 9
runt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ
eſt in terra Emath: & locutus eſt ad eum iudi-
cia. *Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in 10
oculis eius: ſed & omnes principes Iuda occidit
in Reblatha. *Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit 11
eum compedibus, & adduxit eum rex Babylo- C
nis in Babylonem, & poſuit eum in domo car-
ceris vſque ad diem mortis eius. * In menſe au- 12
tem quinto, decima menſis, ipſe eſt annus no-
nusdecimus Nabuchodonoſor regis Babylo-
nis: venit Nabuzardan princeps militiæ, qui ſta-
bat coram rege Babylonis in Ieruſalem. *Et in- 13
cendit domum Domini, & domum regis, &
omnes domos Ieruſalem, & omnem domum
magnam igni combuſſit. *Et totum murum Ie- 14
ruſalem per circuitum deſtruxit, cunctus exer-
citus Chaldæorum, qui erat cum magiſtro mi-
litiæ. * De pauperibus autem populi, & de reli- 15
quo vulgo, quod remanſerat in ciuitate, & de
perfugis, qui transfugerant ad regem Babylonis,
& ceteros de multitudine, tranſtulit Nabuzar-
16 dan princeps militiæ. *De pauperibus verò terræ
reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinito-
17 res, & agricolas. *Columnas quoque æreas, quæ
erát in domo Domini, & baſes, & mare æneum,
quod erat in domo Domini, confregerunt
Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Baby-
18 lonem. *Et lebetes, & creagras, & pſalteria, &
D phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea, quæ
19 in miniſterio fuerant, tulerunt: & *hydrias, &
thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candela-
bra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, au-
rea; & quotquot argentea, argētea, tulit magiſter
20 militiæ: * & columnas duas, & mare vnum, &
vitulos duodecim æreos, qui erant ſub baſibus,
quas fecerat rex Salomon in domo Domini:
non erat pondus æris omnium horum vaſo-
21 rum. *De columnis autem, decem & octo cu-
biti altitudinis erant in columna vna, & funicu-
lus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò
groſſitudo eius quattuor digitorum, & intrinſe-
22 cus caua erat. *Et capitella ſuper vtramque ærea:
E altitudo capitelli vnius quinque cubitorum: &
retiacula, & malogranata ſuper coronam in cir-
cuitu, omnia ærea. Similiter columnæ ſecundæ,
23 & malogranata. * Et fuerunt malogranata no-
nagintaſex dependentia: & omnia malograna-
24 ta centum, retiaculis circumdabantur. *Et tulit
magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum,
& Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres
25 cuſtodes veſtibuli. * Et de ciuitate tulit eunu-
chum vnum, qui erat præpoſitus ſuper viros bel-
latores: & ſeptem viros de his, qui videbant fa-
F ciem regis, qui inuenti ſunt in ciuitate: & ſcri-
bam principem militum, qui probabat tyrones:
& ſexaginta viros de populo terræ, qui inuenti
26 ſunt in medio ciuitatis. *Tulit autem eos Na-
buzardan magiſter militiæ, & duxit eos ad re-
27 gem Babylonis in Reblatha. * Et percuſſit eos
rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in
terra Emath: & tranſlatus eſt Iuda de terra ſua.
28 *Iſte eſt populus, quem tranſtulit Nabuchodo-
noſor: In anno ſeptimo, Iudæos tria millia, &
29 viginti tres: *In anno octauodecimo Nabucho-
donoſor, de Ieruſalem animas octingentas tri-
30 ginta duas: * In anno vigeſimotertio Nabu-
chodonoſor, tranſtulit Nabuzardan magiſter
militiæ animas Iudæorum ſeptingentas quadra-
ginta quinque. omnes ergo animæ, quattuor
31 millia ſexcentę. * Et factum eſt in trigeſimo-
G ſeptimo anno tranſmigrationis Ioachin regis
Iuda, duodecimo menſe, vigeſimaquinta men-
ſis, eleuauit Euilmerodach rex Babylonis ipſo
anno regni ſui, caput Ioachin regis Iuda, &
32 eduxit eum de domo carceris. * Et locutus eſt
cum eo bona, & poſuit thronum eius ſuper
thronos regum, qui erant poſt ſe in Babylone.
33 *Et mutauit veſtimenta carceris eius, & come-
debat panem coram eo ſemper cunctis diebus
34 vitæ ſuæ. *& cibaria eius, cibaria perpetua da-
bantur ei à rege Babylonis, ſtatuta per ſingulos
dies, vſque ad diem mortis ſuæ, cunctis diebus
vitæ eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HOc capite nulla Prophetia continetur, ſed repetitur
totidem fermè verbis finis libri quarti Regum.
ex eo loco petatur huius explicatio.

Filivs viginti et vnivs anni erat Sedecias. 1
Sic Hebræi dicunt, quod nos, *natus viginti & vnum
annos erat*. Filia Ieremiæ, non Prophetæ, ſed alterius
filia erat mater Sedeciæ. De Lobna. Ciuitas ſacerdo-
tum erat, Ioſ. 21. v. 13. vnde Sedeciæ mater.

Et non erant alimenta. Hebr. *panis*. ſic etiam 6
4. Reg. 25. v. 3. ſed *panis* pro *alimentis*.

Et dirvpta est civitas rupto muro, aditu patefa- 7
cto. Dvcit in eremvm. In lib. Reg *ad campeſtria ſo-
litudinis*. Hebraica vtroque loco eodem modo, & vtro-
que modo verti poſſunt עֲרָבָה *Harabah*. Per eam viam
Rex & milites fugerunt.

In deserto. In lib. Reg. *in planitie*. Vox eadem 8
Hebr. *planitiem* & *deſertum* ſignificat, vti iam dixi.

Sed et omnes principes Ivda occidit. Hoc non 10
eſt in lib Regum.

Compedibvs. In lib Reg. *catenis*. Varietas in verſio- 11
ne eſt. vox Hebr. vtrobique eadem *nehuſtaim*. Et
posvit evm in domo carceris. ſ. Sedeciam. Hoc non
eſt in libr. Regum.

Qvi stabat Sic Hebr. i. *ſeruus Regis erat*, vt eſt in 12
lib. Regum, etiam Hebr. ſ. Nabuzardan. Is venit Ieru-
ſalem, & incendit eam.

Domvm magnam. i. palatijs etiam non pepercit 13
Nabuzardan.

Transtvlit. Hebr. *egit in captiuitatem* vulgus Iu- 15
dæorum.

Et vitvlos dvodecim. Hoc non eſt in libro Re- 20
gum. Porrò de ſingulis vaſorum nominibus non opor-
tet laborare.

Et fvnicvlvs dvodecim cvbitorvm. i. periphe- 21
ria ſeu craſſities columnarum erat ea menſura, quam
funiculus duodecim cubitorum complectebatur. Aut
potiùs *funiculum* vocat columnæ extremum, limbum,
quod inſtar funiculi prominebat, *el borde*, vt 3. Reg. 7.
verſ. 41.

Malogranata nonaginta sex dependentia. 23
Hebr. *ad ventum*. i. ad latus. In ſingulis columnis erant
ducenta malogranata ad duo latera, 3. Reg. 7. v. 41. ex
ijs centum nonaginta ſex viſebantur; ideò ea priùs com-
memorat, quatuor latebant.

Et tres cvstodes vestibvli. In lib. Reg. *tres iani-* 24
tores. alij *liminis cuſtodes*, alij *vaſorum*, Hebr. ait, vocem
סף *ſaph* ſignificare omnia vaſa templi.

Et scribam. In libr. Reg. *Sopher*, quaſi eſſet nomen 25
viri, aut officij. Eius ſcribæ erat, numerum militum &
ſumptus militares deſcribere. Qvi probabat ty-
rones. Hebr. *populum terræ*. Eos in cohortes & turmas
diuidebat, eoſque militiam docebat. Eum cum alijs de-
duxit Nabuzardan in Reblatha.

In anno septimo, Ivdæos tria millia. Hæc fuit 28
ſecunda captiuitas. Alia captiuitas præceſſit, de qua
4. Reg. 24. v. 1. 2. Paral. 36 v. 6. Daniel. 1. v. 1. verùm
de ea non meminit, quia breui Ioakim Rex, qui ca-
ptus erat, in Regnum rediit.

31 Ipso anno regni svi. Adde, primo (ex 4. Reg. 25.
verſ. 27.) anno quo regnare cœpit Euilmerodach, Ioa-
chin Regem eduxit e carcere.

32 Qvi erant post se Hebr. *cum eo*. ſic Sept. & Chald.
ſic etiam in lib. Reg. Hieronym. pro אִתּוֹ *itho*, *cum eo*,
videtur hîc legiſſe אַחֲרוֹ *atharo*, *poſt eum*.

Quæ hîc ſuperſunt explicanda, ex lib. Regum pe-
tantur. Finis lib. 4 Regum & hoc caput mirè conſen-
tiunt; argumento, libros Regum tertium & quartum,
auctorem habere Ieremiam, quod cum alijs R. Iſaac
Harama affirmat Præfatione in Canticum canticorum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CAput hoc quidam dicunt à Baruch additum, &
quidem à Ieremia hæc eadem ſcripta ſup. cap. 39.

2 In ocvlis. Chald. *coràm*. q. d. Deo vidente, & impro-
bante.

3 Qvoniam. Chald. *& ideò*.

7 Dirvpta. ſ. à Chaldæis. Viam portæ. Quidam
cuniculum putant ſignificari. Dvos mvros. Lxx. *mu-
rum, & antemurale*.

9 Reblatha, quæ poſteà dicta Antiochia, ſecundùm
Hieronymum. Locvtvs, &c. i. obiurgauit grauiter
reddita cauſa.

11 Compedibvs. Chald. *catenis æreis*.

12 Stabat. i. ſtare ſolebat.

16 Reliqvit. ſ. aliquos.

18 Creagras. i. foci inſtrumenta, ſeu coquinæ. ſ. dum
conquebantur carnes ſacrificiorum. Mortariola.
Chald. *cochlearia*.

19 Qvotqvot, &c i. tam aurea, quàm argentea.

20 Non erat: pro, immenſum erat.

21 De. pro, in.

23 Dependentia. Chald. *in latere vno*. Lxx. *vna pars*,
ſ. omnia. Erant plura, nempe centum, ſed latebant ali-
qua aſpicientes columnam. ſ. quæ retrò erant. Cen-
tvm. ſ. in vno ordine. erant autem ordines duo. Vi-
de 3. Reg 7.

24 Primvm. ſ. ſummum. Secvndvm. ſ. vicarium
ſummi.

25 Videbant faciem. i. erant familiares.

28 Septimo. Quidam putant eſſe errorem in numeris,
& legendum pro *ſeptimo*, *primo*, pro 18, 8. pro 23, 19. vt
patet ex 4. Reg. 24. & 25. & 2. Paral. 36. Ego id non au-
ſim dicere, potiùs dicerem de alijs hîc tranſlationibus
agi quàm 4. Reg.

30 Qvatvor millia, &c. Aliter 4. Reg. 24. ſed illic
etiam vulgus numeratur, hîc ſolùm principes viri.

31 Vigesimaqvinta. ſ. decreuit, fecit verò 27. vt dici-
tur 4. Reg. 25. Elevavit. q. d. honorauit. ſ. calami-
toſi ſunt capite demiſſo. Anno. ſ. primo.

32 Bona. q. d. conſolatus eſt eum amicè collocutus.
Regvm. ſ. captiuorum.

33 Coram eo. i. in eius aula.

THRENI,

IDEST

LAMENTATIONES

IEREMIAE PROPHETAE.

Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſraël, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit:

CAPVT PRIMVM.

ALEPH.

QVOMODO ſedet ſola ciuitas 1
plena populo: facta eſt quaſi A
vidua domina Gentium:
princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

BETH.

*[m] Plorans plorauit in no- 2
cte, & lacrymæ eius in maxillis eius: non eſt
qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:
omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt
ei inimici.

[m] Ier. 13. a 1

GHIMEL.

*Migrauit Iudas propter afflictionem, & mul- 3
titudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec
inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

DALETH.

* Viæ Sion lugent, eò quòd non ſint qui ve- 4
niant ad ſollemnitatem: omnes portæ eius de- B
ſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius
ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

HE.

* Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius 5
locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV.

*Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius: 6
facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

ZAIN.

*Recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis 7
ſuæ, & præuaricationis omnium deſiderabilium C
ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius.

HETH.

* Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea 8
inſtabilis facta eſt: omnes, qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum.

TETH.

9 *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt
finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens
D conſolatorem: vide Domine afflictionem
meam, quoniam erectus eſt inimicus.

IOD.

10 *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in eccleſiam tuam.

CAPH.

11 *Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. vide Domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis.

LAMED.

12 *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

MEM.

13 *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, &
E erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam.

NVN.

14 * Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.

SAMECH.

15 * Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

AIN.

16 *[n] Idcircò ego plorans, & oculus meus dedu-
F cens aquas: quia longè factus eſt à me conſolator, conuertens animam meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

[n] Ier. 14. c. 17

PHE.

17 *Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

SADE.

18 * Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH.

C o p h.

*Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: 19
G ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti
ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi vt refocillarent
animam ſuam.

R e s.

*Vide Domine quoniam tribulor, conturba- 20
tus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum. foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.

S i n.

* Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt 21
qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.

T h a v.

* Ingrediatur omne malum eorum coram te: 22
& vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Avctor *huius libri Ieremias. Titulus Hebraicè quidem* איכה Æcha, *à prima libri voce, ſicut & quinque libri Moyſis à prima ſinguli voce vocantur. Apud Rabbinos vulgò* קינות Kinoth. *i.* Lamentationes *vocatur, vt à Græcis* Θρῆνοι, Planctus, *à Latinis* Lamentationes. *De argumento non vna opinio eſt. Ioſiæ Regis mortem deplorari quidam putant. Ioſephus l. 10. c. 6.* Ieremias etiam Propheta epicedium ei *(Ioſiæ)* ſcripſit, quod nunc quoque extat. *Hieronymus hoc ſequitur Zachar. 12. v. 11. tum Sixtus Senenſis lib. 2. Biblioth. in Ieremia hoc ſentit. Nec dubium eſt, Ieremiam in Ioſiæ morte lugubre carmen ſcripſiſſe, ex 2. Paralip. c. 35. verſ. 25. Verùm, an id carmen ſit quod Lamentationibus continetur, non ſatis conſtat. Plerique tum Græci tum Latini putant, Ieruſalem vrbis excidium, & gentis captiuitatem hoc libro defleri. Quod verum eſſe, Proœmium huius libri declarat, ex Sept. quidem ſumptum, ſed poſitum in omnibus Vulgatæ codicibus:* Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, *& quæ ſequuntur. Mihi præ ceteris placet Hieronymi ſententia in Proœmio ad Comment. has Lamentationes de excidio vrbis eſſe, ſed & de Ioſiæ morte. Quod dictum ſic intelligo: Ieremiam monodiam de Ioſiæ morte priùs ſcripſiſſe; deinde ad exciſam vrbem eam vertiſſe, multis denuò carminibus locupletatam. Sanè multa hic dicuntur, quæ vtrique malo conueniunt, vt locis quibuſdam indicabimus. Verùm quæ propriè de Ioſia dicantur, diuinare non licet, cùm vetus illa monodia nouæ inſerta ſit, & in illa incluſa. Ratio ſcribendi carmine eſt per Alphabeti Hebr. literas, quod à Græcis* ἀκροστιχίς *vocatur. Quatuor Alphabeta ſunt. Duo priora carmine Sapphico conſtant; tertium trimetris, quartum Sapphico. ſic Hieronymus in hoc Proœmio, & ex eo Iſidorus l. 6. Etymol. cap. 2. In quo non exactam rationem eorum carminum requiras, nec quantitatem, ac ne numerum quidem ſyllabarum, ſed imaginem quamdam. Ita hic liber, vt alij quidam ex Sacris, carmine conſtat. De carminis lege diuinare non eſt opus, antiquitas oculis quaſi velum quoddam opponitur.*

1 Qvomodo. Vox admirantis & dolentis. Sedet sola, ſine habitatoribus. Plena popvlo. i. paulò antè frequentiſſima. Facta est qvasi vidva. *Quaſi* non ſimilitudinem dicit, ſed veritatem, vt alijs locis. Ergo vidua fuit ſuo populo deſtituta, qui mariti inſtar erat. Domina Gentivm. i. *magnifica inter Gentes*, vt Chald. Id hoc loco ſignificat vox רבתי *Rabbathi*, non vt priori loco poſita, quæ *plena* ibi ſignificat. ſic Hebr. Quomodo vitatur repetitio, quæ alioqui eſſet, ſi verteremus pro *domina gentium*, *plena in gentibus*, vt eſt Hebr. i. ciuibus plena, quos gentes vocat hic quidam volunt. Princeps provinciarvm. i. quæ alijs prouincijs imperabat. Facta est svb tribvto. Hebr. *in tributum*. i. tributaria, Chaldæis. Eæ ſunt rerum vices. ſic locus intelligitur, ſi de excidio explicatur. ſi de Ioſiæ caſu, paulò aliter. Sedet sola, quia ſublato marito vxor ſola manet, vt maximè habitet in frequentiſſima domo; ſic Ieruſalem, quamuis plena populo eſſet, mortuo Ioſia ſola manet. Facta eſt vidua inclyta inter gentes. Quò in maiori felicitate, eò grauior caſus. Princeps inter prouincias facta eſt tributaria. Quod 3. Reg. 23. v. 35. factum eſt, cùm Ioakim Rex aurum & argentum à populis exegit, quod Pharao imperarat.

2 Plorans ploravit in nocte. Sic ſolent viduæ per noctem magis ſentire ſuam ſolitudinem, eamque copioſiùs deflere. Ex omnibvs charis eivs. i. confœderatis, nullus illi adeſt:

Cum fueris felix, multos numerabis amicos.

Spreverunt eam omnes amici: ſic Sept. alij *deceperunt*. Non ſatis fuit illis eam non conſolari, deceperunt eã, non implẽtes quę promiſerãt, & in hoſtes verſi ſunt.

Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Hęc de Ioſia & de excidio vrbis peræquè poſſunt intelligi.

3 Migravit Ivdas. Iudæi ante vrbis euerſionem abierant ad gentes finitimas à ſuis Regibus dura ſeruitute oppreſſi, & tributis feſſi, quæ, vt in exigua prouincia, grauiſſima imponebantur: ſed ibi etiam malè habuerunt, haud minora paſſi mala. ſic inter anguſtias ſunt comprehenſi, neſcientes quò irent. Vbique timor & mala. Erant vt qui in ſemita anguſta inter ſepes comprehenduntur, fugæ facultate ſublata. Id ſignificat מצרים *meZarim, loca ſepta & arcta*, ſeu *macerias*, quæ noſter angvstias vocauit.

4 Viæ Sion lvgent. Quæcumque ornamento ſuo carent, lugere videntur. Porrò viarum ornamentum, commeantium multitudo eſt. Ioſia mortuo, metu Ægyptiorum, vrbe capta, Chaldæorum metu pleroſque formidaſſe ire Ieruſalem credam. Eam viarum infrequentiam, præſertim quo tempore feſta recurrebant, & præceptum templum inuiſendi, Propheta deplorat. Virgines eivs sqvalidæ. Hebr. *dolentes* ſeu *afflictæ*.

5 Hostes eivs in capite. Sept. *in caput*. Chald. *in Principes*. Seruitus omnis turpis, ſed hoſti ſeruire grauiſſimum. Locvpletati svnt. ſ. vrbis ſpolijs. Hebr. *proſperati ſunt inimici eius*. Qvia Dominvs locvtvs est, decreuit. Hebr. *afflixit eam*. הוגה *bogah* à יגה *iaghah* deducunt. i. *affligere*, non à הגה *bagah*. i. *loqui*, vt Hieronymus deduxit. Parvvli eivs, nulla ætatis miſericordia, vt pecudes pedibus ibant, ſubſequente à tergo hoſte. Id ſignificat, Ante faciem tribvlantis.

6 Omnis decor eivs. ij ſunt ciues, ac proceres præſertim. Velvt arietes. איל *Aial* pro ratione punctorum *arietem* & *ceruum* ſignificat. Sept. *arietes* dixerunt, Chald. *ceruos*, atque id ſignificat ea vox, vt nunc Hebr. eſt punctata. Vtroque modo idem ſenſus, vt *cerui*, aut *arietes*. Non invenientes pascva. i. fame confecti, ſine viribus ſunt cerui, nec poſſunt fugere. ſic Principes fugere non potuerunt, cum Sedecia Rege capti, & retracti vt pecudes, hoſte ponè ſubſequente.

7 Recordata est. In mentem reuocauit tum aduerſa tempora, tum proſpera, vt ea comparatione patienter calamitatem præſentem toleraret. Aut ſic: Recordata est Iervsalem dierum, pro, in diebus afflictionis

ET PRÆVARICATIONIS. Hebr. *& paupertatis*. Recordata inquam eſt temporum antiquorum, quibus ad votum cuncta fluebant; qua memoria calamitas grauior apparebat. Graue miſeris infortunij genus, fuiſſe aliquando felices. CVM CADERET. Qui erant ij dies afflictionis? cùm ſ. caderet populus hoſtis gladio. ET DERISERVNT SABBATA EIVS. In captiuitate videntes Iudæos ſeptimam temporis partem feriari, ridebant. Quod inter Romanos fecit Seneca, teſte Auguſtino, quaſi ſeptimam temporis partem ineptè perderent Sabbati obſeruatione. Aut per *ſabbata* omnem Legem intellige, quam gentes irridebant.

8 INSTABILIS FACTA EST. Hebr. *in commotionem fuit*, aut quoniam in diuerſa Regna diſperſa, aut quoniam Gentes aliæ mouebant capita ſuper Iudæos ex contemptu, aut admiratione tantæ cladis. QVIA VIDERVNT IGNOMINIAM EIVS. ſic Sept. Hebr. *turpitudinem*, aut *nuditatem eius*. quaſi ſi feminæ nudæ muliebria viderent; id vox Hebr. propriè ſignificat. Ipſa præ pudore CONVERSA EST RETRORSVM.

9 SORDES EIVS IN PEDIBVS EIVS. pro, ad pedes eius. Hebr. *in fimbriis eius*. q. d. tanta erat turpitudo, vt ad fimbrias menſtrua caderent. NEC RECORDATA EST FINIS SVI. numquam fore putauit, vt tanta eius ignominia eſſet. DEPOSITA EST VEHEMENTER. Hebr. *deſcendit* (in) *mirabilibus*. i. mirabiliter, ſubitò, præter opinionem. VIDE DOMINE. Apoſtrophe Iudaicæ gentis ad Deum. ERECTVS EST. Hebr. *magnificauit ſe hoſtis*, ſpoliis meis locupletatus eſt.

10 MANVM SVAM, ſpoliis meis ſe magnificauit. QVIA VIDIT GENTES. *Quia*. pro, ſanè Gentes irrumperunt in templum, vt illud diriperent. Aut ſic: Quare Deus permiſit, vt Gentes diriperent vrbem; quia ipſa vidente contra Dei præceptum Gentes variæ ingreſſæ fuerant in ſanctuarium.

11 DEDERVNT PRETIOSA QVÆQVE. Hebr. *deſiderabilia ſua*. Non vrbis & templi direptio ſatis fuit; miſit etiam hoſtis manum ad omnia deſiderabilia, ſed & ciues ſponte ea cibis mutarunt ob famis ſæuitiam. VIDE DOMINE ET CONSIDERA, QVONIAM FACTA SVM VILIS. Nimirum rebus omnibus pretioſis ſpoliata.

12 O VOS OMNES. Hebr. *non vobis*. ſ. hæc contingant. Ita liberi ſitis ab his malis. forma adiurandi. Chald. *Adiuro vos omnes tranſeuntes per viam, declinate*. Hieronymus verbis mutatis ſententiam expreſſit. ATTENDITE, ET VIDETE. Hebr. *aſpicite & videte*. VINDEMIAVIT ME. ſ. Deus. nullum ornamentum reliquit, vt vindemiator omnes racemos aufert. Hebr. *ſi eſt dolor ſicut dolor meus, qui factus eſt mihi*. Sept. *ſicut dolor meus qui factus eſt mihi*. Hieronymus putauit עלל *balal* ſignificare *vindemiare*, neq; ab re, cùm עוללות *boleloth* racemos ſignificet. Dictionaria ſilent. ac id verbum in ſignificatione *faciendi* ponunt. quod Sept. & Hebræi ſequuntur, pro, *vindemiauit me*, ponentes *qui factus eſt mihi*, ſ. dolor. VT LOCVTVS EST DOMINVS. Hebr. *quoniam afflixit me Dominus*. Hieronymus vocem *hoghah* deduxit à *haghah*, quam alij à *iaghah* deducunt, de quo verſ. 5. dictum eſt.

13 DE EXCELSO. i. de cælo, ex diuino decreto. MISIT. Deus ſ. IGNEM IN OSSIBVS MEIS. *Oſſa* vocat templum, arces, mœnia, quibus vt oſſibus vrbs fulciebatur. ET ERVDIVIT ME. ſ. malis. Sept. *& deduxit illum*. ſ. ignem. Hebr. *& dominatus eſt ei*. ſ. quodque oſſium conſumpſit. Vocem וירדנה *iirdenah* non vno modo legerunt Interpretes. Hieronymus à ירה *iarah* deduxit. i. *docere*. Sept. à ירד *iarad*. i. *deſcendere*. Hebræi à רדה *radah*. i. *dominari*. CONVERTIT ME RETRORSVM. ſ. captam reti fecit, vt hoſtes me à fuga retraherent, & vnde fugeram, eò redirem.

14 VIGILAVIT. i. citò venit, feſtinauit. IVGVM INIQVITATVM. i. pœnæ debitæ iugi ad inſtar graues. IN MANV EIVS. i. manu Dei conuolutæ ſunt ſeu implexæ. ſ. iniquitates, quas iugi funiculis comparat. Ipſe Deus iugum compoſuit, & meæ ceruici impoſuit. Hebr. *ligatum eſt iugum in manu eius*. i. manu eius, Deus ipſe iugum aptauit manu ſua. Implexæ ſunt. ſ. iniquitates aſcenderunt ſuper collum INFIRMATA EST VIRTVS MEA. Hebr. actiuè, *corruere fecit* (ſ. iugum ſuo pondere) *fortitudinem meam*, ſuſtinere non potui. DEDIT ME DOMINVS IN MANV, &c. Hebr. *in manus* (ſ. hoſtium) *non potero ſurgere*. i. ab aliis liberari.

15 ABSTVLIT, &c. Hebr. *calcauit fortes meos*. Vt vindemiator vuas. DE MEDIO MEI. Sic Sept. Hebr. *in medio mei*. in plateis vrbis. VOCAVIT ADVERSVM ME TEMPVS. Hebr. *vocauit*. pro, indixit contra me feſtum. ſic מועד *mohed* hoc loco interpretor: Quaſi in die feſto, & magna celebritate & frequentia contriuit, calcauit ELECTOS MEOS, ſeu *iuuenes meos*, milites meos. TORCVLAR CALCAVIT, cùm ſ. meos iuuenes occidit, quaſi in torculari racemos premeret.

16 ET OCVLVS MEVS. Hebr. *oculus meus, oculus meus*, lacrymis ſ. manat. Geminatio exaggerat. QVIA LONGE FACTVS EST A ME CONSOLATOR, CONVERTENS, ſeu *refocillans* (vt verſ. 11. vertit idem verbum *meſib*) ANIMAM MEAM. ſolebat Deus me refocillare. FILII MEI PERDITI. Hebr. *deſolati*. i. perierunt.

17 EXPANDIT SION MANVS SVAS. Sic fit in magno dolore. IN CIRCVITV EIVS HOSTES EIVS. ſ. eſſent in circuitu eius, mandauit Deus vt eam obſiderent. QVASI POLLVTA MENSTRVIS facta eſt Ieruſalem. ſic Sept. & Chald. per abominabilem aut eiectam, vt eſt in Hebr. menſtruatam intellexerunt, quam ſ. omnes auerſantur.

18 QVIA OS EIVS AD IRACVNDIAM PROVOCAVI. Hebr. *os eius rebellaui*, non obediui iis quæ mandauit. Chald. hæc Ioſiæ Regis verba putat, qui Deo non obediuit vetanti, ne contra Ægyptios pugnaret. Sed verius eſt, verba Ieruſalem eſſe propter id quod addit, *Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem*.

19 CONSVMPTI SVNT, ſeu *expirarunt* fame ſ. QVIA QVÆSIERVNT CIBVM. ſupple, neque inuenerunt, quo reficerent animam. i. vitam ſuſtentarent.

20 VIDE DOMINE, opem fer. CONTVRBATVS EST VENTER MEVS, viſcera mea. QVONIAM AMARITVDINE PLENA SVM. Sept. *amaricans amaricaui*. Hebr. *rebellando rebellaui*. ſic Chald. FORIS INTERFICIT GLADIVS. Hebr. *orbat gladius*. ET DOMI MORS SIMILIS EST. Hebr. *domi ſicut mors*. i. vita morte eſt peior. tot mala vndique nos premunt. Itaque neque egredi domo licet, neque manere intra eam.

21 OMNES INIMICI MEI AVDIERVNT. i. amici non me conſolantur, inimici caſu meo lætantur. QVONIAM TV FECISTI. Videntes me abs te puniri. ADDVXISTI DIEM CONSOLATIONIS. Hebr. *adduxiſti* (pro, adduces) *diem* (quem) *vocaſti* (.i. deſignaſti) *& erunt vt ego*. Nimirum tempora & vices mutabuntur, pro lætitia mœror erit & anguſtia hoſtibus. ET FIENT SIMILES MEI. Regia, *fiant*.

22 OMNE MALVM. i. peccatorum quæ fecère recordare, vt ea punias. VINDEMIA EOS. Hebr. *fac eis vt feciſti mihi*. De hac re & verbo עלל *ba'al* plura verſ. 12. MVLTI ENIM. q. d. iuſtum eſt vt hoc impetrem, quoniam gemitus mei multi ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

THRENI. i. *Lamentationes*. Lxx addunt, poſt captiuitatem Iſraelis & deſolationem Ieruſalem planxiſſe Ieremiam, & dixiſſe quod ſequitur.

1 PLENA. ſ. olim. VIDVA. q. d. deſolata. DOMINA GENTIVM. ſ. multarum, quæ ei tributa pendebant, vt Ammonitæ, Moabitæ. Lxx. *multiplicata in Gentibus*. ſ. anteà.

2 CHARIS EIVS. Lxx. *diligentibus eam*. AMICI. i. qui amici videbantur. ſ. fœderati populi.

3 AFFLICTIONEM, &c. q. d. quia affligebat innocentes, & ſeruire faciebat. vel q. d. cum magna afflictione & ſeruitute migrauit. Quidam tamen afflictionis & ſeruitutis nomine peccatum intelligunt. ſ. quòd affli-

ctionem animæ afferat, & ſeruitutem. ſic interdum
etiam amaritudo vocatur.

LVGENT. i. videntur lugere. ſ. deſertæ prorſus. 4
SOLLEMNITATEM. i. feſta celebranda in templo.

IN CAPITE. i. domini, ſeu ſuperiores. SVPER. i. con- 5
tra. ſ. afflixit eam, vt eſt Hebr. & in LXX.

FILIA SION. i. Ieruſalem, quæ arci Sion ſubiecta. 6
Chald. *cœtus Sion*. SVBSEQVENTIS. i. abducentis.
Hebr. & Chald & LXX. *perſequentis*.

AFFLICTIONIS. ſ. quam patiebatur propter præuari- 7
cationes ſuas. PRÆVARICATIONIS. i. peccatorum,
vel punitionis ob præuaricationem; ſic ſolet Scriptura
iniquitatem vocare *pœnam iniquitatis*. CVM CADE-
RET. iunge cum *recordata eſt*. SABBATA. i. feſta.
ſ. Dei cultum. Chald. *ceſſationem honorum*. LXX. *tranſ-
migrationem*.

PECCATVM. Chald. *peccatum grande*. INSTABILIS. 8
LXX. *in commotionem*. ſ. mota loco per captiuitatem.
RETRORSVM. ſ. præ pudore. q. d. erubuit. ſolent eru
beſcentes faciem auertere.

SORDES. Chald. *immunditia menſtrui, à qua non eſt* 9
mundata. ſ. peccata. IN PEDIBVS. pro, ante pedes.
Hebr. *in fimbriis*. LXX. *ad pedes*. q. d. apparent eiu peo-
cata, planè vt celare non poſſit. NEC RECORDA-
TA, &c. q. d. cùm ante oculos haberet peccata, non
tamen cogitauit, quid ſibi tandem ob ea euenturum
eſſet. DEPOSITA. i. deiecta. ERECTVS. i. elatus ſu-
perbia. LXX. *præualuit*.

QVIA. pro, etenim. GENTES. ſ. Ammonitas & 10
Moabitas. ECCLESIAM. i. congregationem. ſ. ne affi
nitatem contraherent, aut ciuitatis iura.

PRETIOSA. Hebr. eſt idem verbum, quod ſuprà ver- 11
tit *deſiderabilia*.

VINDEMIAVIT. i. abſtulit ciues meos. ſ. hoſtis, vel 12
Deus.

IGNEM. i. punitionem conſumentem. ERVDIVIT. 13
i. caſtigauit RETRORSVM. q. d. à felicitate in cala-
mitatem: vel, fecit vt terga verterem hoſtibus.

VIGILAVIT. ſ. Deus. IVGVM. pro, ſuper iugum. 14
q. d. vt puniret iniquitates, quibus me ſubieceram.
CONVOLVTÆ. ſ. iniquitates. i. iniquitatis ſupplicium.

MAGNIFICOS i. præcipuos. Chald. & LXX. *fortes*. 15
TEMPVS. ſ. deſtinatum punitioni. TORCVLAR. ſ. tri-
bulationum. VIRGINI. i. Regno, quod more virgi
ni cuſtodiri ſolet. FILIÆ. i. populi, ſeu populo. vt
ſit appoſitio. IVDA. nomine *Iuda* intelligitur etiam
Beniamin.

CONVERTENS. i. reducens. ſ. ad ſtatum lætitiæ. 16
Chald. *ſuſtentans*.

MANVS. ſ. vt ſolent qui opem petunt. Chald. *ma-* 17
nus præ anguſtia, more parturientis. QVASI POL-
LVTA. &c. q. d. abominabilis.

OS. i. faciem. 18

VOCAVI. ſ. in auxilium. AMICOS. ſ. Ægyptios, 19
quos putabam amicè adiuturos. CIBVM. ſ. & non
inuenerunt.

VENTER. i mens, ſeu interiora. SIMILIS EST. 20
i ſimiliter interficit: *mortem* autem Chald. *famem* in-
telligit.

AVDIERVNT. Chald. *audierunt nationes*. FECISTI. 21
i. puniſti. CONSOLATIONIS. ſ. ipſorum. Chald. *vl-
tionis*. FIENT. pro. & tamen fient. Complut. *fiant*.

VINDEMIASTI. LXX. *vindemiauerunt*. 22

CAPVT II.

ALEPH.

QVomodo obtexit caligine in furore ſuo 1
Dominus filiam Sion: proiecit de cælo A
in terram inclytam Iſrael, & non eſt recorda-
tus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui.

BETH.

* Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia 2
ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo muni-
tiones virginis Iuda, & deiecit in terram: pol-
luit regnum, & principes eius.

GHIMEL.

3 * Confregit in ira furoris ſui omne cornu
Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à fa-
cie inimici: & ſuccendit in Iacob quaſi ignem
flammæ deuorantis in gyro.

DALETH.

4 * Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, fir-
B mauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & occi-
dit omne quod pulchrum erat viſu in taber-
naculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indigna-
tionem ſuam.

HE.

5 * Factus eſt Dominus velut inimicus: præci-
pitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius:
diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia
Iuda humiliatum & humiliatam.

VAV.

6 * Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum,
demolitus eſt tabernaculum ſuum: obliuioni
tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, & ſab-
batum; & in opprobrium, & in indignationem
furoris ſui, regem, & ſacerdotem.

ZAIN.

7 * Repulit Dominus altare ſuum, maledixit
C ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici
muros turrium eius: vocem dederunt in domo
Domini, ſicut in die ſollemni.

HETH.

8 * Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ
Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auer-
tit manum ſuam à perditione: luxitque ante-
murale, & murus pariter diſſipatus eſt.

TETH.

9 * Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit,
& contriuit vectes eius; regem eius & principes
eius in Gentibus: non eſt lex, & prophetæ eius
non inuenerunt viſionem à Domino.

IOD.

10 * Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ
Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accin-
cti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua
virgines Ieruſalem.

CAPH.

11 * Defecerunt præ lacrymis oculi mei, contur-
D bata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur
meum ſuper contritione filiæ populi mei, cùm
deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

LAMED.

12 * Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum &
vinum? cùm deficerent quaſi vulnerati in pla-
teis ciuitatis: cùm exhalarent animas ſuas in ſi-
nu matrum ſuarum.

MEM.

13 * Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te,
filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor
te, virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare
contritio tua: quis medebitur tibi?

NVN.

14 * Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta,
E nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœ-
nitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſ-
ſumptiones falſas, & eiectiones.

SAMECH.

15 * Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſ-
euntes per viam: ſibilauerunt, & mouerunt
caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem: Hæccine

eſt

eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium
vniuerſæ terræ?

PHE.

* Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes ini- 16
mici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus,
& dixerunt: Deuorabimus: en iſta eſt dies, F
quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

AIN.

[a] Leu. 26. b.16 Deut. 28. d.15 Ier. 14. e.17

* [a] Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit 17
ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus
antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætifi-
cauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu
hoſtium tuorum.

SADE.

[b] Sup. 1. f.16

* Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper 18
muros filiæ Sion: [b] Deduc quaſi torrentem la-
crymas, per diem & noctem: non des requiem
tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

COPH.

* Conſurge, lauda in nocte, in principio vigi- 19
liarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante
conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas
pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt
in fame in capite omnium compitorum.

RES.

* Vide Domine, & conſidera quem vinde- 20
miaueris ita: ergóne comedent mulieres fru- G
ctum ſuum, paruulos ad menſuram palmæ?
ſi occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos, &
propheta?

SIN.

* Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: vir- 21
gines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gla-
dio: interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti,
nec miſertus es.

THAV.

* Vocaſti quaſi ad diem ſollemnem, qui ter- 22
rerent me de circuitu, & non fuit in die fu-
roris Domini qui effugeret, & relinqueretur:
quos educaui, & enutriui, inimicus meus con-
ſumpſit eos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

OBTEXIT CALIGINE, obſcurauit, ignobilem red- 1
didit. FILIAM SION. Ieruſalem ad eum montem ſitam, illique vt matri ſubditam. Chald. *cœtum*. DE CÆLO. i. de altiſſimo dignitatis gradu in ſummam miſeriam deiecit. INCLYTAM. Hebr. *Deus Iſrael*, quæ ſ. aliis vrbibus decus afferebat. SCABELLI. i. templi, non eſt recordatus. quod ſic vocatur 1. Paralip. 28. verſ. 2. Pſal. 98. verſ. 5.

PRÆCIPITAVIT. Sic Sept. Hebr. *deglutiuit*, perdi- 2
dit. OMNIA SPECIOSA. Sic Sept. Chald. *ornamentum*. Hebræi *domus* explicant, quibus Deus non pepercit. Vocem נאות *neoth* nimirum à נוה *nauah*. i. *habitare* deducunt. Hieronymus ab אוה *auah*. i. *deſiderare*, vel à נאה *naah*, *pulchrum eſſe*. Ergo non pepercit ornamentis filiæ Sion, ne munitionibus quidem, vt mox dicit. Quæ ſunt munitiones, quæ ornamenta? Reges & Principes. QVOS POLLVIT, ſuo ipſorum fœdauit ſanguine. Hæc & pleraque quæ hîc dicuntur, de Ioſiæ morte poſſunt intelligi.

OMNE CORNV. i. robur confregit. Chald. *gloriam* 3
Iſrael. Nimirum קרן *keren* & *cornu* & *ſplendorem* ſignificat. de quo Exod. 34. verſ. 29. Neque abhorret ab hoc loco ea ſplendoris ſignificatio. AVERTIT RETRORSVM DEXTERAM SVAM. Dicerem, *dexteram eius*. ſ. populi, vt Sept. Græcè & Chaldaicè. Chald dixerunt, quòd Latini vtrobique interpretes verſionem Græcæ & Chaldaicæ mutarunt in ſuam. Sanè cùm dixerit Deum debilitaſſe robur in Iſrael, oſtendit in quo, ſ. in fuga à facie hoſtis, qua dexteras armatas quamuis, retrò Deus verti fecit. ET SVCCENDIT, omnia quaſi ignis vaſtauit hoſtis. IN GYRO. Hebr. *circuitu*, vbique.

4 FIRMAVIT. Hebr. *ſtetit dextera eius quaſi inimici*. ſ. Dei. ET OCCIDIT OMNE QVOD PVLCHRVM, iuuenes ſpecioſos. Aut *occidit*, pro, perdidit quidquid pulchrum erat, domos, iumenta, homines.

5 PRÆCIPITAVIT. Hebr. *perdidit*. MOENIA EIVS. *palatia* Chald. ſic Hebr. DISSIPAVIT, deſtruxit. HVMILIATVM ET HVMILIATAM. Sic Sept. i. fecit vt omnes miſeri eſſent. Hebr. *& multiplicauit in filia Iuda lamentationem & luctum*. ſic Chald.

6 ET DISSIPAVIT, ſeu *tranſtulit*. QVASI HORTVM. pro, quaſi in horto. TENTORIVM SVVM, aut *eius*. ſ. horti. Quàm facilè ea tuguria diſſipantur, tam facilè Deus Sion diſſipauit, aut tranſtulit. TABERNACVLVM SVVM. Hebr. *cœtum ſuum*, ſeu *congregationem ſuam*. ſic templum, ſeu *tabernaculum*, vt Hieronymus dixit, vocat, quoniam in eo congregabantur. Ergo vt hortenſe gurguſtium, templum Deus corrupit. OBLIVIONI TRADIDIT, fecit, vt homines obliuiſcerentur feſtiuitatum, vrbe à ciuibus deſerta. ET IN OPPROBRIVM. Goth. *in opprobrio, & indignatione. opprobrium* pro ira. Hebr. *in ira furoris ſui ſpreuit Regem & ſacerdotem*.

7 REPVLIT. Hebr. *elongauit*. MALEDIXIT SANCTIFICATIONI SVÆ. Hebr. *repulit ex animo ſanctuarium ſuum*. MVROS TVRRIVM. Sic Sept. & Chald. Hebr. *muros palatiorum*, ſeu *muros (&) palatia eius*. VOCEM DEDERVNT. Chaldæi capto templo.

8 TETENDIT FVNICVLVM SVVM. Hebr. *regulam*. Tunc non ſolùm ad regulam ædificabant, ſed & deſtruebant. ET NON AVERTIT. i. non retraxit manum à perdendo. LVXITQVE ANTEMVRALE. Hebr. *deſolauit (Deus) antemurale*.

9 IN GENTIBVS. ſ. fuerunt Reges & Principes inter Gentes. NON EST LEX. Nulla ibi obſeruatio Legis, nulli Prophetæ, qui ex ore Dei admonerent, quid facto opus eſſet.

10 SEDERVNT IN TERRA. Hæc ſolent facere qui lugent. ABIECERVNT IN TERRAM. Virgines extento collo incedere ſolitæ, oculos ad terram verterunt, præ mœrore & anguſtia.

11 EFFVSVM EST IN TERRA IECVR MEVM. i. viſcera. Dirumpor dolore. Hyperbole. CVM DEFICERET. ſ. expiraret præ fame paruulus.

12 QVASI VVLNERATI, aut morientes ex vulnere. CVM EXHALARENT. Hebr. *effunderent* animam ſuam in ſinu matrum. i. in earum complexu expirarent.

13 CVI COMPARABO TE? Hebr. *quid teſtificabor tibi*. i. quod exemplum afferam, quo tuam calamitatem declarem? MAGNA EST ENIM VELVT MARE CONTRITIO TVA. i. mari ſimilis eſt magnitudine & fluctibus.

14 PROPHETÆ TVI. ſ. falſi. VIDERVNT, vaticinati ſunt. *Prophetæ* Videntes vocantur. ET STVLTA, ſeu *inſulſa*, ſine ſale & ſapore. VT TE AD POENITENTIAM PROVOCARENT. Hebr. *ad conuertendum conuerſionem tuam*. Vel *ad conuertendum auerſionem tuam*, vt te à malo conuerterent, non aperuerunt tuam iniquitatem. Sept. *captiuitatem tuam*. Vox שבותך *ſebuthecha* hæc omnia poteſt ſignificare. ASSVMPTIONES. i. prophetias mendaces viderunt tibi. Chald. *prophetiam vanam*. Prophetia משא *maſa* vocatur. i. *onus*, ſeu *aſſumptio*, quæ vox Hebr. hîc eſt, ſed præſertim ſignificat *prophetiam quæ triſtis eſt*, tum prophetiæ aliæ eo nomine aliquando vocantur. ET EIECTIONES, fingebant aliquando triſtia, vt adulatores reprehendunt, quibus adulantur, ne ſemper ad gratiam loqui videantur, vt Plutarchus ait de Diſcrimine adulatoris, & amici. Chald. *verba erroris prophetarunt tibi*.

15 HÆCCINE EST VRBS, DICENTES. ſ. viatores dicebant. Hebr. *Haccine eſt vrbs, quam dixerunt. ſ. muiero eſſe perfecti decoris*. ſic Chald.

16 Apervervnt. Non ſolùm tranſeuntes aperuerunt os ſuum, ſed hoſtes: illi ex admiratione, hoſtes vt te dilacerarent. Devorabimvs. pro, deuoremus, perdamus. En ista est dies. Hebr. *ſane hæc eſt dies, quam expectabamus.*

17 Qvem præceperat Prophetis, vt annuntiarent, ſermonem impleuit. Cornv, robur. Chald. *gloriam* hoſtium tuorum exaltauit.

18 Cor eorvm. ſ. Iudæorum, cùm obſeſſi erant, clamarunt. Svper mvros. i. pro muris, ne euerterentur. Hebr. *ô mure filia Sion.* *Murus* pro vrbe. Dedvc qvasi torrentem, plora copioſè. Non des reqviem tibi, ô Ieruſalem, vel, ô mure, ne deſiſte à fletu. Neqve taceat. *Tacere* pro *ceſſare.* Pvpilla ocvli tvi. Hebr. *filia oculi tui.* ſic vocatur *oculus* ab imagine puellæ, quæ in ea apparet. Alio nomine אישון *iſon* ab איש *is.* κόρη Græcè, Latinè *pupilla*, ob eamdem cauſam.

19 Lavda, aut clama. In principio vigiliarvm. Dixerat per diem & noctem plorandum; nunc addit, ab initio noctis lacrymis & precibus vacandum. Pro anima parvvlorvm tvorvm. pro vita, ne plures paruuli fame pereant. Vbi? In capite. i. in medio omnium platearum.

20 Qvem vindemiaveris ita. Hebr. *cui feceris ſic.* Vide Ergo ne. Hebr. *ſi comedent mulieres fructum ſuum.* Parvvlos ad mensvram palmæ? aut *palmi*, qui טפח Hebr. dicitur. ſ. palmus minor quatuor digitorum. nam palmus maior *Zereth* dictus *palma* vocatur, vt nos diximus de Pond. & menſ. cap. 19. Hebr. *paruulos educationum.* i. quos matres teneros & exiguos educant. Id ſignificat טִפֻּחִים *tipuhim.* Sept. *titilantes.* Chald. *deſiderabiles.* Hieron. à טפח *topah.* .i. *palmo* deduxit. quaſi palmares.

21 Iacvervnt mortui ſ. Foris. Hebr. (in) *plateis.* Percvssisti. Hebr. *iugulaſti* pueros & ſenes.

22 Vocasti, conuocaſti. Qvi terrerent me. Hebr. *terrores meos.* i. hoſtes terribiles. De circvitv. i. vndique. Qvos edvcavi. Ecce verbum טִפַּחְתִּי *tipahthi* ponit in ſignificatione *educandi*, quod idem verſ. 20. potuit facere. Ergo quos educaui, inimicus conſumpſit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Filiam. Chald. *cœtum.* De cælo in terram. .i. à ſumma felicitate in extremam calamitatem. Inclytam. Hebr. *decorem.* Chald. *pulchritudinem.* Lxx. *gloriam.* Scabelli. i. ſanctuarij, vbi propitiatorium, quaſi Dei ſcabellum.

2 Virginis. Chald. *cœtus.* Lxx. *filiæ.* Pollvit. i. profanauit. ſ. tradendo gentilibus, ſeu proiecit vt rem pollutam. i. immundam.

3 Cornv. i. robur. Chald. *gloriam.* Dexteram. ſ. ne ferret opem. A facie. i. in conſpectu. Ignem flammæ. pro, flammam ignis. In gyro. i. vndique.

5 Hvmiliatvm, &c. q. d. & viros & feminas calamitatibus.

6 Dissipavit. Chald. *eradicauit.* Tentorivm. ſ. templum. Oblivioni tradidit. i. fecit omnino ceſſare, vt quæ obliuioni traduntur. In opprobrivm. ſ. expoſuit.

7 Maledixit. i. veluti maledictam tractauit. ſ. perdens. Sanctificationi. i. ſanctuario, ſeu templo. Dedervnt. ſ. hoſtes. Sicvt. ſ. ſolet. q. d. exultanter.

8 Fvnicvlvm. i. menſuram. ſ. vaſtationis. Lvxitqve. ſ. ſuam ruinam. q. d. corruit.

9 Regem. pro, nempe Regem. eſt enim explicatio præcedentis metaphoræ. In Gentibvs. i. inter Gentes. Lex. i. obſeruatio cærimoniarum in Dei cultu. Prophetæ, &c. q. d. defecit magna ex parte prophetia ob populi peccata.

10 Sedervnt, &c. Deſcribit geſtus lugentium.

11 Effvsvm, &c. Hyperbole. Iecvr. i. viſcera, ſeu interiora. Svper. pro, ob.

12 Triticvm et vinvm. i. cibus & potus. Vvlnerati. Chald. *occiſi gladio.*

13 Exæqvabo. i. æquiparabo. q. d. quis vnquam tantam vidit calamitatem? Consolabor. i. ſimili exemplo. Mare. Chald. *fluctus maris in tempeſtate.*

14 Prophetæ. Chald. *pſeudopropheta.* Assvmptiones. i. prophetias, quibus ſolent auditores aſſumi, ſeu ſubleuari & erigi in ſpem. Et eiectiones. q. d. non erant ſubleuationes, ſed deiectiones, te enim prorſus deiecerunt illorum mendacia. ſcio aliter locum poſſe explicari ad veritatem Hebr. quod & docti norunt. ſ. prophetaſſe iſtos falſas hoſtium calamitates & expulſiones.

17 Præceperat. i. inter præcepta poſuerat, prædicens ſe non obedientes puniturum. Vide Leuit. 16. Deut. 28. & 32.

18 Clamavit. ſ. orans Deum, vt miſereretur. Eorvm. ſ. Iudæorum. Svper. i. ob. q. d. videns dirutos muros. Dedvc. ſ. ô filia Sion. Vox Prophetæ. Reqviem. q. d. ne ceſſa. Chald. *conſolationem.*

19 Lavda. Chald. *attende lectioni.* Lxx. *meditare.* Cor tvvm. Chald. *peruerſitatem cordis tui.*

20 Svvm. Lxx. *ventris ſui.* ſ. filios. Ad mensvram palmæ. q. d. minimos. Si occiditvr. pro, decérne vt occidatur? Chald. id intelligit dictum ex perſona Domini, velut reſpondentis ad ſuperiorem querimoniam. q. d. & quod vos feciſtis, vt occideretis in templo Zachariam Sacerdotem & Prophetam, decuitne?

CAPVT III.

ALEPH.

1 A Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.

ALEPH.

2 Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3 Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.

BETH.

4 Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit oſſa mea.

BETH.

5 Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.

BETH.

6 In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.

GHIMEL.

7 Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.

GHIMEL.

8 Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam.

GHIMEL.

9 B Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit.

DALETH.

10 Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis.

DALETH.

11 Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam.

DALETH.

12 Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

HE.

13 Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.

HE.

14 Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die.

HE.

ᵇ Repleuit me amaritudinibus, inebriauit 15
me abſinthio.

VAV.

ᵇ Et fregit ad numerum dentes meos, ciba- 16
uit me cinere.

VAV.

* Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus 17
ſum bonorum.

VAV.

* Et dixi: Periit finis meus, & ſpes mea à 18
Domino.

ZAIN. C

* Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis 19
meæ, abſinthij, & fellis.

ZAIN.

* Memoria memor ero, & tabeſcet in me 20
anima mea.

ZAIN.

* Hæc recolens in corde meo, ideò ſperabo. 21

HETH.

* Miſericordiæ Domini quia non ſumus con- 22
ſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

HETH.

* Noui diluculo, multa eſt fides tua. 23

HETH.

* Pars mea Dominus, dixit anima mea: pro- 24
pterea expectabo eum.

TETH.

* Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, 25
animæ quærenti illum.

TETH.

* Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalu- 26
tare Dei.

TETH.

* Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab 27
adoleſcentia ſua. D

IOD.

* Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit 28
ſuper ſe.

IOD.

* Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. 29

IOD.

* Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur 30
opprobriis.

CAPH.

* Quia non repellet in ſempiternum Do- 31
minus.

CAPH.

* Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundùm 32
multitudinem miſericordiarum ſuarum.

CAPH.

* Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abie- 33
cit filios hominum.

LAMED.

* Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vin- 34
ctos terræ.

LAMED.

* Vt declinaret iudicium viri in conſpectu 35
vultus Altiſſimi.

LAMED.

* Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, 36
Dominus ignorauit. E

MEM.

[a] *Amos 3. b.6*

* [a] Quis eſt iſte, qui dixit vt fieret, Domino 37
non iubente?

MEM.

38 * Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala
nec bona?

MEM.

39 * Quid murmurauit homo viuens, vir pro
peccatis ſuis?

NVN.

40 * Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & re-
uertamur ad Dominum.

NVN.

41 * Leuemus corda noſtra cum manibus ad
Dominum in cælos.

NVN.

42 * Nos iniquè egimus, & ad iracundiam pro-
uocauimus: idcircò tu inexorabilis es.

SAMECH.

43 * Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occi-
diſti, nec pepercisti.

SAMECH.

44 * Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat ora-
tio.

SAMECH.

45 * Eradicationem, & abiectionem poſuiſti me
F in medio populorum.

PHE.

46 * Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes ini-
mici.

PHE.

47 * Fortitudo & laqueus facta eſt nobis vatici-
natio, & contritio.

PHE.

48 * Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus,
in contritione filiæ populi mei.

AIN.

49 * Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eò quòd
non eſſet requies.

AIN.

50 * Donec reſpiceret & videret Dominus de
cælis.

AIN.

51 * Oculus meus deprædatus eſt animam meam
in cunctis filiabus vrbis meæ.

SADE.

52 * Venatione ceperunt me quaſi auem inimici
mei gratis.

SADE.

53 * Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt
lapidem ſuper me.

SADE.

54 * Inundauerunt aquæ ſuper caput meum:
dixi: Perij.

COPH.

55 * Inuocaui nomen tuum Domine de lacu
nouiſſimo.

COPH.

56 * Vocem meam audiſti: ne auertas aurem
G tuam à ſingultu meo, & clamoribus.

COPH.

57 * Appropinquaſti in die, quando inuocaui te:
dixiſti: Ne timeas.

RES.

58 * Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, re-
demptor vitæ meæ.

RES.

59 * Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduer-
ſum me: iudica iudicium meum.

RES.

• Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me. 60

SIN.

• Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduerſum me; 61

SIN.

• Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die. 62

SIN.

• Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide; ego ſum pſalmus eorum. 63

THAV.

• Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum ſuarum. 64

THAV.

• Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. 65

THAV.

• Perſequêris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine. 66

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

EGO VIR. Videtur Ieremias, cùm eſſet in carcere, 1
hoc Alphabetum de ſeipſo ſcripſiſſe, deinde iunxiſſe cum iis quæ de excidio Ieruſalem & Ioſiæ Regis morte ſcripſit. VIDENS, expertus. PAVPERTATEM MEAM. Sept. *paupertatem*, ſine *meam*. Hebr. *afflictionem*. ſic Chald. IN VIRGA. i. punitione. INDIGNATIONIS EIVS. ſ. Dei. Relatiuum ſine antecedenti.

ME MINAVIT. i. deduxit. IN TENEBRAS, num- 2
quam reſpirationem à malis. i. *lucem* conceſſit.

TANTVM. pro, quin potiùs. IN ME VERTIT. 3
Hebr. *in me* (pro, contra me) *verſus eſt*. ET CONVERTIT MANVM, alapis me cædens, & ictus ingeminans, vt cum pueris fieri ſolet. TOTA DIE. ſemper.

VETVSTAM FECIT. Ictus me ſenem fecerunt. 4

ÆDIFICAVIT IN GYRO MEO. Hebr. *ædificauit con-* 5
tra me, vt fit in vrbe obſeſſa. ſic me vallauit vndique labore. Quod ſequentia declarant. CIRCVMDEDIT ME FELLE ET LABORE. *Fel* pro veneno, verti etiam poteſt, *circumdedit caput, & labore*. ſ. circumdedit. Sept. *circumdedit caput meum, & laborauit*. ראש *ros* & *caput* & *venenum* ſignificat.

IN TENEBROSIS. In carcere ſ. vt in ſepulchro mor- 6
tuos, collocauit me.

CIRCVMÆDIFICAVIT, ſepiuit me. i. clauſit, vt egre- 7
di & euadere non poſſem. AGGRAVAVIT COMPEDEM MEVM. pro, aggrauauit me compede. i. compedibus. Vincula adiunxit.

CVM CLAMAVERO. pro, cùm clamabam. EXCLV- 8
SIT. Hebr. *clauſit*. ſ. aures ad orationem meam.

CONCLVSIT VIAS MEAS, quaſi viam erecto per me- 9
dium muro impediſſet, quaſi ſemitas peruertiſſet, corrupiſſet, ſic euadere non potero.

ET CONFREGIT ME. Hebr. *ſuccidit minutatim*. 11
DESOLATAM. Sic Sept. ſeu *deſolatum*, vt eſt Hebr. in genere maſculino שׁוֹמֵם *ſomem*, & ſic verti debet, ſi de ſe Ieremias loquitur. Chald. *in deſolationem*.

MISIT IN RENIBVS MEIS. Grauiſſimus eſt renum 13
dolor. FILIAS PHARETRÆ SVÆ. ſ. ſagittas, *filias* dictas *pharetræ*, quia in ea continentur. ſic *filius horrei* frumentum vocatur. Chæremon flores vocauit nunc veris nunc prati filios in Athenæo lib. 13. Δειπνοσοφιστῶν.

OMNI POPVLO MEO. aut *omnibus populis meis* fa- 14
ctus ſum in deriſum. Chald. vertit, *omnibus diſſipatoribus populi mei*.

REPLEVIT ME. Hebr. *ſaturauit me amaritu-* 15
dinibus.

ET FREGIT AD NVMERVM. Hebr. *fregit lapillo* (pro 16
lapillis) *dentes meos*. Dabantur Ieremiæ panes ſubacti arena. de quo pane Prouerb. 20. v. 17. plura. Id eſt *panis lapidoſus* apud Senecam de Beneficiis lib. 2. cap. 7. contra eos qui data beneficia exprobrant. Hieronymus pro *lapillo*, *numerum* poſuit, quoniam lapillis numerabant. CIBAVIT ME CINERE. Sic Sept. *cinerem* etiam cum farina miſcebant. Hebr. *operuit me*, aut *verſauit me in cinere*. vox כפשׁ *chaphas* hoc loco tantùm inuenitur, eius ſignificatio ſi ignoratur mirum non eſt. Chald. *humiliauit me in cinere*: Hieronymi verſio melior.

17 ET REPVLSA EST. Hebr. *elongata eſt à pace*. (.i. bonis) anima mea.

18 PERIIT FINIS MEVS. i. ſæculum, ætas mea. Chald. *fortitudo mea*. ſic ferè Hebr. hoc eſt, nullum supereſt præſidium.

19 PAVPERTATIS, ET TRANSGRESSIONIS MEÆ. Hebr. *afflictionis meæ & tenuitatis recordare*.

20 MEMORIA MEMOR ERO. ſ. afflictionis huius. Hebr. *recordando recordaberis, & humiliabitur*, pro, quòd humiliata eſt anima mea. Dixerat verſ. ſuperiori, *Recordare afflictionis meæ*.

21 HÆC RECOLENS. ſ. quòd mei recordaberis. IDEO SPERABO. ſ. me liberandum.

22 QVIA NON SVMVS CONSVMPTI. Dei benignitate id factum eſt, alioqui exitium penitùs atque omnes merebamur.

23 NOVI DILVCVLO. Sic Hieronymus in Comment. Hebraica tamen exigunt vt legatur, *Noua in matutinis*. i. nouæ miſericordiæ diebus omnibus exiſtunt. Sept. *noua in diluculo*. Chald. *noua miracula*. Pagn. *noua ſunt quolibet manè miſericordia*.

24 PARS MEA, portio mea eſt Dominus. DIXIT, cogitauit id anima mea.

26 PRÆSTOLARI CVM SILENTIO. Hebr. *bonum eſt* (quòd) *expectet*, & (ſit) *ſilens*, *ſalutem Dei*. Deus ſilentio colitur: quare Harpocrates in templis pingebatur digito labiis impoſito. Plura Politianus in Miſcellaneis, cap. 83.

27 CVM PORTAVERIT IVGVM. i. obedierit Legi. AB ADOLESCENTIA SVA. Hebr. *à pueritiis*, bonum eſt ei.

28 ET TACEBIT, quietus erit & patiens. QVIA LEVAVIT SVPER SE. non *ſe ſuper ſe*, vt Caſſianus legit Collat. 18. cap. 6. ſed iugum humeris tacitus imponet.

29 PONET IN PVLVERE. i. ſe humiliabit. Supplicantis more in terram ſe abiiciet, *terram linget*, Pſal. 71. v. 9. SI FORTE SIT SPES per eum modum Deum placandi & propitiandi.

32 QVIA SI ABIECIT. Hebr. *ſi dolore affecit*, miſerebitur. Tempora mutantur.

33 NON ENIM HVMILIAVIT EX CORDE SVO. Hebr. *non afflixit ſponte, & volens*, ſed peccatis impulſus. ET ABIECIT. ſ. ſponte. Hebr. *dolore affecit*. Non gaudet malis noſtris. Non ergo afflixit nos ſponte:

34 VT CONTERERET. pro, conterat Deus, aut tyrannus Deo diſſimulante, de vtroque enim tres hi verſus intelligi poſſunt. VINCTOS TERRÆ, mortales. Hic velut in carcere ſumus.

35 IN CONSPECTV VVLTVS ALTISSIMI. i. ſuo, ſi de Deo locus intelligitur.

36 DOMINVS IGNORAVIT. pro, quaſi Dominus id non videret, ſi de tyranno agatur. ſi de Deo, ſic: Dominus non vidit. i. quaſi ipſe non videret quod iuſtum eſt & æquum, ſic quidam peruertunt iudicium.

37 VT FIERET. Hebr. *& erit* (aliquid quod) *Dominus non iuſſit?* q. d. Malè tyrannus dixit, Dominus ignorauit.

38 EX ORE ALTISSIMI. Repete: *Quis eſt iſte qui dixit, Ex ore*. i. voluntate Dei non procedere proſpera, aut aduerſa, ſed caſu ferri omnia?

39 QVID MVRMVRAVIT? ſi ex Dei voluntate omnia veniunt, quid homo murmurat, cùm pro ſuis peccatis affligitur? Hebr. *quid ſe affligit homo viuens?* q. d. Si Deus non curat noſtra, non eſt quare de peccatis doleamus. Verùm hæ nugæ ſunt.

40 SCRVTEMVR VIAS NOSTRAS, conſcientiam examinemus potiùs.

42 ET AD IRACVNDIAM PROVOCAVIMVS. Hebr. *rebellauimus*. IDCIRCO TV INEXORABILIS ES. Hebr. *tu non pepercisti, non diſſimulaſti*.

OPE-

OPERVISTI IN FVRORE. ſ. aures. ET PERCVS- 41
SISTI NOS. Hebr. *perſecutus es nos.*

OPPOSVISTI NVBEM TIBI. Hebr. *operuiſti nube te,* 44
ne traniſeat oratio. Repetitio.

ERADICATIONEM. Hebr. *nauſeam*, ſeu *lutum*, po- 45
ſuiſti me, ſeu ſtercus, ſordes.

FORMIDO ET LAQVEVS. Hebr. *formido & fouea.* 47
VATICINATIO. ſ. quod contra nos Prophetæ dixerunt.
Hebr. *vaſtatio.* Si Ieremias de ſe loquitur, ſenſus erit,
Vaticinandi officium nihil aliud mihi attulit quàm formidinem, laqueum, contritionem.

DIVISIONES. Hebr. *riui aquarum deſcendit* (pro, 48
deſcenderunt ex) *oculo meo.*

OCVLVS MEVS AFFLICTVS EST. Hebr. *defluxit.* 49
NEC TACVIT. i. nec ceſſauit à lacrymis. EO QVOD
NON ESSET REQVIES. Hebr. *ita vt non eſſet requies.*
ſ. à fletu.

OCVLVS MEVS DEPRÆDATVS EST. Hebr *fecit animæ meæ* (ſ. dolorem.) IN CVNCTIS FILIABVS VRBIS 51
MEÆ. i. propter filias. ſ. vicos, propter ea quæ ſunt
paſſi. Hebr. *præ cunctis filiabus.* i. mulieribus vrbis
meæ. maior quàm illarum dolor meus fuit. Itaque per
filias aut vicos, aut mulieres intellige. Hieronymus
עלל *halal* ſemper in ſignificatione *vindemiandi* aut
prædandi ſumit.

GRATIS. i. ſine cauſa, cùm eos non læſerim, me ce- 52
perunt, me venati ſunt.

LAPSA EST IN LACVM VITA MEA. i. ego ipſe. 53
Hebr. *ſucciderunt in ciſternam vitam meam.* Me occiderunt, quantum in illis fuit. Loquitur de tempore
quo in puteum eſt proiectus, cap. 38. verſ. 6. POSVERVNT. Hebr. *iecerunt lapidem in me.* i. SVPER ME,
quo ſ. putei os occluſerunt.

INVNDAVERVNT AQVÆ. In puteo non erat aqua, 54
ſed cœnum, in quod miſerunt Ieremiam. Id cœnum
aquas vocat.

DE LACV NOVISSIMO. Hebr. *de lacu infimo* inuo- 55
caui Deum.

VOCEM MEAM AVDISTI: NE AVERTAS. Hæc erat 56
vox Ieremiæ & oratio. dixit, *vocem meam audiſti:* vox
fuit, *Ne auertas.* A SINGVLTV MEO. Hebr. *ad reſpirationem*, vt poſſim reſpirare, ne auertas à clamore
meo aurem.

FVROREM. Hebr. *vindictam eorum vidiſti*, quam 60
ſ. de me volebant ſumere.

SESSIONEM EORVM, ET RESVRRECTIONEM, om- 63
nia quæ faciunt, Pſal. 138. verſ. 2. *Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* PSALMVS EORVM. i. cantio ego ſum. De me rhythmos componunt,
& cantant. Id pro argumento habent.

SCVTVM CORDIS. i. tegumentum dabis, aut 65
dato, ne ſ. percipiant ſalutaria. Chald. *contritionem.*
.i. dolorem cordis. Vox מגנה *meghinah* vtrumque
ſignificat. LABOREM TVVM dabis eis. ſ. quo
ſoles malos punire. ſic Sept. & Chald. Alij, *maledictionem tuam eis.* i. eis maledices, quo fiet, vt ſalutaria
non percipiant.

SVB CÆLIS. Hebr. *de ſub cælis* conteres. i. tolle 66
eos de medio, non viuant, Domine.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

EGO. Vox vel Prophetæ, vel Iudæi cuiuſque; ſic 1
quæ ſequuntur: VIDENS. q. d. qui experior.
PAVPERTATEM. Chald. *afflictionem.*

MINAVIT. i. duxit. TENEBRAS. i. calamitatem. 2
LVCEM. i. proſperitatem.

TANTVM. Chald. & LXX. *verumtamen.* VERTIT, 3
ET CONVERTIT. ſ. iterando flagella. TOTA DIE.
.i. ſemper, ſeu aſſiduè.

VETVSTAM. i. vetuſtæ ſimilem. ſ. ob verbera. 4

ÆDIFICAVIT. ſ. more hoſtis propugnacula. FELLE. 5
.i. amaritudine.

TENEBROSIS. i. calamitatibus, vel carcerem intelli- 6
ge, ſi ad Ieremiam referatur. SEMPITERNOS. i. in
perpetuum. Chald. *abeuntes in adhuc ſæculum.*

CIRCVMÆDIFICAVIT. ſ. difficultates. 7

8 CLAMAVERO, &c. pro, clamarem, & rogarem.
EXCLVSIT. ſ. non admittit.

9 CONCLVSIT. ſ. ne poſſem euadere. LAPIDIBVS. pro
velut lapidibus. SVBVERTIT. ſ. ne poſſem ambulare.
LXX. *conturbauit.*

10 VRSVS. pro, velut vrſus.

11 DESOLATAM. vox ciuitatis.

13 IN RENIBVS. i. in interiora. FILIAS. i. ſagittas.

14 FACTVS, &c. Vox Ieremiæ. CANTICVM. i. fabula
& ludus. q. d. etiam canendo irrident me.

16 AD NVMERVM. q. d. velut ſingulos numerans, dum
frangeret. Chald. *lapidibus.* LXX. *lapillo*, quod quidam referunt ad panem durum, ſeu terra miſtum.
Vide Prouerb. 20.

17 REPVLSA. LXX. *expulſa*, A PACE. i. proſperitate.
OBLITVS. q. d. deſperaui conſecutionem. Hæc populi vox. BONORVM. ſ. priſtinorum. q. d. antiquæ
felicitatis.

18 FINIS. ſ. ille, quem ſperabam. i. ſucceſſus bonus.
Chald. *fortitudo.* LXX. *victoria.* SPES MEA. i. quod
ſperabam.

19 PAVPERTATIS. Chald. *afflictionis.* TRANSGRESSIONIS. i. abundantiæ. ſ. malorum quæ patior, quod
ſequentibus verbis explicatur. Alibi vocat Scriptura
ſupergreſſionem. Supergreſſa ſunt, inquit, *caput meum.*
metaphora à cumuli altitudine, vel aquæ egreſſæ alueum. Chald. *amaritudinis.* LXX. *perſecutionis.*

20 MEMORIA &c. q. d. ego quidem qui obliuiſci non
poſſum, dum recordor, tabeſco præ mœrore.

21 HÆC. ſ. quæ ſequuntur de Dei miſericordia. SPERABO. LXX. *ſuſtinebo.* Chald. *expectabo.*

23 NOVI. ſ. quod ſequitur. LXX. *noua.* ſ. miſericordiæ
Dei apparent. Chald. *noua miracula.* DILVCVLO.
q. d. quotidie, ſeu tempeſtiuè. FIDES. i. veritas in
promiſſis. Deum enim alloquitur.

25 BONVS. i. benignus.

26 SILENTIO. i. quiete.

28 SVPER SE. ſ. iugum Domini.

29 PONET, &c. q. d. ſe humiliabit. SIT SPES. i. eueniat quod ſperat.

30 DABIT, &c. q. d. feret etiam verbera, & contumelias. SATVRABITVR, &c. q. d. feret etiam maximam
copiam opprobriorum.

32 ET MISEREBITVR. pro, tamen miſerebitur.

33 EX CORDE. i. quaſi delectetur calamitatibus. proprium enim ei miſereri, & parcere. Chald. intelligit,
quia ſe homines non ex corde humiliarunt, punitos
eſſe à Deo.

34 VINCTOS TERRÆ. pro, terræ alligatos. i. terrenos.
q. d. homines Deus non conterit quaſi ea re delectetur.

35 DECLINARET, &c. q. d. peruerteret cauſam iuſtam,
iniquè iudicando. ALTISSIMI. i. ſui.

36 IGNORAVIT. ſ. prædicta. q. d. non facit nec probat.
ſed iuſtè iudicat, adeoque punit, quia id merentur
peccata.

37 DIXIT, &c. i. cogitauit apud ſe, accidere quidquam
aduerſi ſine Dei voluntate. VT FIERET. pro, fieri
aliquid.

38 EX ORE, &c. Verba impij. *Ore* verò i. præcepto, ſeu
voluntate. q. d. errat, qui putat ſine Dei voluntate accidere aduerſa, aut proſpera.

39 MVRMVRAVIT. pro, murmurat. PRO PECCATIS.
.i. excuſans peccata.

40 SCRVTEMVR. ſ. potiùs.

42 INEXORABILIS ES. i. non vis eripere nos.

43 OPERVISTI IN FVRORE. pro, furore obruiſti. ſ. flagellis.

44 NVBEM. pro, velut nubem. ſ. impedimentum.

45 ERADICATIONEM, &c. pro, eradicatam & abiectam. APERVERVNT. ſ. velut deuorare cupientes.
Vide ſup. cap. 2.

47 FACTA EST. i. euenit. VATICINATIO. ſ. quod prædictum per Prophetas. ſ. euenit. Hebr. *vaſtatio.* Chald.
tremor, ſeu *terror.*

48 DIVISIONES. i. effuſiones. IN CONTRITIONE. i. ob
contritionem.

49 Tacvit. i. ceſſauit, ſeu quieuit. Reqvies. Chald. *conſolatio.*
51 Deprædatvs est. i. conſumpſit. ſ. fletu. In cvnctis. i. pro cunctis. q. d. flentem populi calamitatem. Filiabvs. i. villis ſubiectis, vel feminis.
52 Gratis. i. ſine cauſa.
53 In lacvm. Vide Ierem. 37.
54 Aqvæ. ſ. tribulationum, vel cœnum intelligit, in quo erat merſus. Dixi: Perii. i. cogitaui actum eſſe de me.
55 Novissimo. Lxx. *infimo.* q. d. ex profundo lacu, ſeu fouea.
59 Ivdicivm. i. cauſam.
61 Opprobrivm. ſ. quo me affecerunt.
62 Mihi. i. contra me.
63 Sessionem, &c. q. d. ſiue ſedeant, ſiue ſurgant, me irrident. Psalmvs. i. fabula, & ludus.
65 Scvtvm. i. tegumentum, quo ſ. cor tegatur, & opprimatur. Chald. *contritionem.* Tvvm. i. quo ſoles punire malos. Svb cælis. i. tollendo ex hac vita.

CAPVT IV.

Aleph.

Qvomodo obſcuratum eſt aurum, muta- 1
tus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapi- A
des ſanctuarij in capite omnium platearum?

Beth.

* Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: 2
quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus
manuum figuli?

Ghimel.

* Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lacta- 3
uerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis,
quaſi ſtruthio in deſerto.

Daleth.

* Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in 4
ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui
frangeret eis.

He.

* Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in 5
viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati
ſunt ſtercora.

Vav.

* Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi 6
a Gen. 19. c. 24 mei peccato Sodomorum, a quæ ſubuerſa eſt
in momento, & non ceperunt in ea manus.

Zain.

* Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores 7
lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro B
pulchriores.

Heth.

* Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, 8
& non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eo-
rum oſſibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

Teth.

* Meliùs fuit occiſis gladio, quàm interfe- 9
ctis fame: quoniam iſti extabuerunt conſum-
pti à ſterilitate terræ.

Iod.

* Manus mulierum miſericordium coxerunt 10
filios ſuos: facti ſunt cibus earum, in contri-
tione filiæ populi mei.

Caph.

* Compleuit Dominus furorem ſuum, effu- 11
dit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem
in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

Lamed.

* Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi 12
habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis
& inimicus per portas Ieruſalem:

Mem.

13 * Propter peccata prophetarum eius, & iniqui-
C tates ſacerdotum eius, qui effuderunt in me-
dio eius ſanguinem iuſtorum.

Nvn.

14 * Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt in
ſanguine: cumque non poſſent, tenuerunt la-
cinias ſuas.

Samech.

15 * Recedite polluti, clamauerunt eis: rece-
dite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt,
& commoti dixerunt inter Gentes: Non ad-
det vltrà vt habitet in eis.

Phe.

16 * Facies Domini diuiſit eos, non addet vt re-
ſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt,
neque ſenum miſerti ſunt.

Ain.

17 * Cùm adhuc ſubſiſteremus, defecerunt ocu-
li noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm
reſpiceremus attenti ad gentem, quæ ſaluare
non poterat.

Sade.

18 * Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere
D platearum noſtrarum, appropinquauit finis
noſter: completi ſunt dies noſtri, quia venit
finis noſter.

Coph.

19 * Velociores fuerunt perſecutores noſtri aqui-
lis cæli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in de-
ſerto inſidiati ſunt nobis.

Res.

20 * Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus ca-
ptus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In
vmbra tua viuemus in Gentibus.

Sin.

21 * Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in
Terra Hus: ad te quoque perueniet calix, ine-
briaberis, atque nudaberis.

Thav.

22 * Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non
addet vltrà vt tranſmigret te: viſitauit iniqui-
tatem tuam filia Edom, diſcooperuit pecca-
ta tua.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Qvomodo obscvratvm est avrvm? i. diſparuit, ſublatum eſt. Redit ad vrbis & templi excidium, ſiue etiam ad Ioſiam. Mvtatvs est color optimvs. Hebr. *mutatum eſt aurum optimum.* Id ſignificat כֶּתֶם *chethem*, non quodcumque aurum, ſed optimum. Quo cùm templi parietes eſſent inducti, Hieronymus dixit, *color.* Chald. *ſplendor palatij.* Ergo mutatum eſt aurum. i. ſublatum. Lapides sanctvarii ſunt diſperſi. Chald. *margarita.* Hebr. Schol. *lapides pretioſi.* In capite omnivm platearvm? ſ. venales expoſiti. Sanè lapides ædificij quorſum in tot partes portarentur vrbe euerſa, neque nouis ædificiis excitaris?

2 Et amicti avro primo. פָּז *paz*, *aurum obrizum* ſignificat, ideò dixit *primo.* Ergo *amicti auro.* i. elegantes, ornati, ciues, filij Sion. Hebr. *comparati auro*, *ſimiles auro*, quomodo ſunt abiecti

3 Sed et lamiæ. Hieronymus in Comment. *beſtiæ erant facie humana, corpore beſtiali.* Sept. *dracones.* ſic Hebr. Nvdavervnt mammam, filios vt nutriant. Filia popvli mei crvdelis, qvasi strvthio.

Dicitur

Dicitur oua relinquere, neque ea fouere, Iob 39. v. 17.
Alioqui ex Hebr. plerique *vlulam* interpretantur, ſic
dictum ab vlulatu. Hiſp. *autillo*. quæ & ipſa aliarum
auium oua rapit, & ſua ſubſtituit, fouendi ea, & nu-
triendi pullos laborem recuſans. Sept. *ſtruthio* poſue-
runt. Ergo ſtruthioni ſimilis eſt hæc vrbs.

PARVVLI PETIERVNT PANEM, ET NON ERAT 4
QVI FRANGERET EIS, aut *venderet eis*. שבר *ſabar*
vtrumque ſignificat, Prouerb. cap. 11. verſ. 26.

INTERIERVNT IN VIIS. Hebr. *in plateis*. ſ. præ fame 5
perierunt. QVI NVTRIEBANTVR IN CROCEIS. fortè
legendum, *in coccis*, vt Græcè eſt in Sept. nam vox
Hebr. *vermem* ſeu *coccum* ſignificat. Croceus color
vilis eſt. AMPLEXATI SVNT STERCORA. i. in ſterqui-
liniis iacebant, aut ſordidas veſtes geſtabant.

INIQVITAS. i. iniquitatis pœna maior eſt quàm So- 6
domæ. Quare? quia NON CEPERVNT IN EA MA-
NVS. i. non venerunt ad manus Sodomitæ cum hoſte.
Hebræi ſic: *non caſtrametata ſunt contra eam manus
hoſtium*. i. copiæ.

CANDIDIORES. Hebr. *mundiores* niue Nazaræi. 7
RVBICVNDIORES EBORE ANTIQVO. Verùm quid ebo-
ri antiquo cum rubore? Ergo *ebore antiquo*. i. quod
olim tingebant purpura. Homerus Iliad. δ.

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

Veluti, quando aliqua mulier ebur purpura infecerit.
Quod Virgilius imitatus Æneid. 12. dixit:

— ſanguineo veluti violauerit oſtro
Siquis ebur. —

Cauſam ita faciendi Ouidius quodam loco ait, quo-
niam eboris candor tempore pallore mutatur, 2. Eleg.
Eleg. 5. Id ne contingeret, oſtrum adhibebant ſan-
guineum. ſanguineum inquam, quoniam purpura
multiplici colore eſt. Vitruu. lib. 7. cap. 13. Hebr. *ru-
bicundiores corpore gemmis*. ſ. carbunculo. Pagn *rubi-
cundiores aſpectu præ gemmis*. Hieronymus ſententiam
loci reſpexit, non verba. Calliſtus 11. Homilia 1. de
Iacobo Apoſtolo, *ebur* pro ipſo elephante accipit,
quem ait in ſenectute rubeſcere. Sanè vt elephas ſigni-
ficat ebur, ita ebur voluit ipſe ſumi pro eo animali.
SAPPHIRO PVLCHRIORES. Hebr. *ſapphir exciſio eo-
rum*. Tam erant pulchri, vt ex ſapphiro exciſi vide-
rentur: Hebr. Schol.

SVPER CARBONES denigratæ ſunt facies. Hebr. *præ* 8
nigredine. ſic Chald. Ex eo factum vt in publico eos
non agnoſcerent, macies faciebat. Quod ait: NON
SVNT COGNITI IN PLATEIS.

EXTABVERVNT. Hebr. *defluxerunt*. i. ſanguis eo- 9
rum defluxit. CONSVMPTI, confoſſi, fames gladij
inſtar fuit. A STERILITATE TERRÆ. Hebr. *a fructi-
bus agri*. i. à defectu fructuum. *Caro mea immutata eſt
propter oleum*. i. ob defectum olei, Pſal 108. verſ. 24.

ERRAVERVNT CÆCI. Locus difficilis. ego ſic ex- 14
plico: Plateæ ita redundabant ſanguine, vt cæci, quippe
non videntes, ſe polluerent eo ſanguine. CVMQVE
NON POSSENT. ſ. tergere ſanguinem. Hebr. *in non po-
tuerunt*. i. cùm non poſſent. TENVERVNT LACINIAS
SVAS. Hebr. *tetigerunt veſtes ſuas*, iis ſe mundarunt.

RECEDITE POLLVTI. ſ. ſanguine fluentes. Voces po- 15
puli ad vulneratos. NOLITE TANGERE. ſ. alios, ne eos
polluatis. IVRGATI QVIPPE SVNT. Hebr. *auolarant,
moti ſunt*. ſ. ij vulnerati. NON ADDET VLTRA VT
HABITET IN EIS. ſ. Deus, non erit illis propitius. Hebr.
non addent, vt habitent. i. ceteri Iudæi non ſequentur,
non diu manebunt in patria, in captiuitatem ibunt.
ſic dicunt vulnerati ſeu capti.

FACIES DOMINI, ita. DIVISIT EOS, diſſipabit 16
eos inter gentes. FACIES SACERDOTVM NON ERV-
BVERVNT. Ea eſt cladis cauſa. Hebr. *non ſuſceperunt*.
Eorum verba ſ. non audierunt.

CVM ADHVC SVBSISTEREMVS. Hebr. *hac-* 17
tenus nobis. DEFECERVNT OCVLI NOSTRI AD AV-
XILIVM. ſ. Ægyptiorum, aut aliarum gentium. VA-
NVM. Hebr. *vanitatem*. i. vanum. CVM RESPICERE-
MVS ATTENTI. Hebr. *in ſpeculatione noſtra reſpeximus
ad gentem* (quæ) *non ſaluat*.

18 LVBRICAVERVNT. etiam intra vrbem tuti non era-
mus. Hebr. *venati ſunt veſtigia noſtra ab eundo in pla-
teis noſtris*. Intra vrbem poſuerunt inſidias nobis, parte
ciuium ſubornata. APPROPINQVAVIT FINIS NO-
STER. Vrbis in partes diuiſæ interitus vicinus eſt.

20 SPIRITVS ORIS NOSTRI. Hoc de Ioſia an de Sede-
cia Regibus intelligatur, magna quæſtio eſt. Multi
ex Hebræis cum R. Selomo de Ioſia accipiunt, ſicut
& toto capite monodiam contineri putant, quam in
eius obitu Ieremias decantauit. Sanè laudes, quæ hîc
ponuntur, magis in eum conueniunt, quàm in Sede-
ciam, de quo alij hæc dici putant. Sed ſingula videa-
mus. SPIRITVS ORIS NOSTRI, quoniam vt aëre vi-
uimus, ſic eius vita. CHRISTVS DOMINVS. Hebr.
Chriſtus Domini, quoniam eſt in regimine. Hiero-
nymus hæc verba de Chriſto intellexit, propterea
dixit, *Chriſtus Dominus*: nam pro *Dominus* eſt no-
men Dei quadriliterum. CAPTVS EST IN PECCATIS
NOSTRIS. i. victus, ſi de Ioſia intelligatur. Alioqui Se-
decias verè captus eſt. CVI DIXIMVS. pro, de quo
diximus. IN GENTIBVS. i. contra Gentes nos tuebi-
tur. Sanè, vt maximè locus de alterutro ex his Regibus
accipiatur, magnopere in Chriſtum Dei Filium om-
nia conueniunt. Ita Chald. dixit, *Rex Meſſias, qui erat
dilectus nobis, ſicut ſpiraculum ſpiritus vitæ*.

21 GAVDE, ET LÆTARE FILIA EDOM. Ironia eſt.
IN TERRA HVS. Patria Iob erat in Idumæa. NV-
DABERIS. ſic ſolent ebrij. ſic eſt Hebr. Alij vertunt,
euomes. ſ. crapulam. vtroque modo ſignificat, igno-
minioſa eris.

22 COMPLETA EST INIQVITAS TVA. i. pœna iniqui-
tatis completa eſt, filia Sion; ſatis pœnarum datum
eſt. Non ampliùs. i. aliis temporibus non ibis in ca-
ptiuitatem. At tu FILIA EDOM, Idumæa, VISITA-
VIT. pro, viſitabit, puniet iniquitatem tuam Deus.
DISCOOPERVIT PECCATA TVA. pro, diſcooperiet.
i. ignominiam teteget, vti ebriis contingit. Alludit
ad verſum ſuperiorem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AVRVM. i. principes. COLOR. ſ. proſperitas.
LAPIDES, &c. ſ. Sacerdotes & Leuitæ.

2 REPVTATI, &c. i. tractati, vt vaſa fictilia. ſ. vili-
penſi, vel contriti.

3 LAMIÆ. Feræ genus in Africa, ſimile draconi.
Hebr. & Chald. & Lxx. *dracones*. q. d. etiam dracones
filios ſuos alunt lacte proprio, quod Ieruſalem non
facit, id quod crudele videri poſſit. STRVTHIO. qui
oua deſerit. Vide Iob 39.

4 SITI. ſ. lactis.

5 CROCEIS. i. purpura. Hebr. & Lxx. *coccino*. vnde
quidam legendum putant *cocceis*. i. coccineis. ſ. veſti-
bus. STERCORA. q. d. luto volutati & inquinati ſunt.

6 MAIOR EFFECTA. i. grauiùs punita, veluti ſi maior
eſſet, vel INIQVITAS. i. iniquitatis pœna, more Scri-
pturæ. CEPERVNT. i. inceperunt. ſ. oppugnare.
q. d. ſubitò ſubmerſa eſt, non diu fatigata obſidione,
vt Ieruſalem. Lxx. *laborauerunt*.

7 EBORE ANTIQVO. ſ. eſt id aliquantùm rubrum.
Hebr. *gemmis*, ſeu *margaritis*. ſ. rubris.

8 COGNITI. ſ. quòd eſſent valdè mutati forma, ſeu
vultu. PLATEIS. Lxx. *viis*.

9 A STERILITATE. i. ob ſterilitatem.

10 MISERICORDIVM. ſ. alioqui. CONTRITIONE. i. ca-
lamitate. Chald. *tempore excidij*.

11 IGNEM. pro, velut ignem. ſ. punitionem.

12 TERRÆ. ſ. Iudææ. ORBIS. ſ. terræ ditionis Iudæ.
vel q. d. nullus vnquam credidiſſet, &c.

14 CÆCI. pro, velut cæci, & inopes conſilij. SAN-
GVINE. ſ. à ſe effuſo, vel à Chaldæis occiſorum.
NON POSSENT. Aliquid ſubintelligendum. ſ. ſurgere,
aut ambulare. Chald. addit, *videre*. Hieron. *incedere*,
in Commentario. nam in textu legit ſolùm, *non poſ-
ſent*. SVAS. pro, ipſorum. ſ. hominum quorum
opem implorabant.

15 CLAMAVERVNT. ſ. illi, quorum opem petebant.

Tangere. ſ. veſtes noſtras. Ivrgati. ſ. inter ſe Iudæi. Commoti. ſ. loco ſuo pulſi. Dixervnt. pro, dictum eſt. Habitet. ſ. Deus, vel priſtina felicitas, & ſtatus.

Facies Domini. i. iratus vultus. Divisit. i. à ſe 16
expulit.

Svbsisteremvs. ſ. expectantes opem ab Ægy- 17
ptiis. vel dum adhuc res noſtræ conſiſterent, nec eſſent collapſæ.

Lvbricavervnt, &c. q. d. nihil firmum fuit no- 18
bis, ſed omnia lubrica. Finis noster. repetit, more dolentium.

Spiritvs oris nostri. pro, viuificator noſter, 20
ſeu per quem reſpiramus. Chald. *Rex Meſſias, qui nobis dilectus ſicut ſpiritus vitæ, qui eſt in naribus.* Oris. Lxx. *facies*, ſeu *vultus*. Dominvs. ita etiam Lxx. & quidem Hebr. eſt nomen *Iehoua* proprium Dei. In peccatis. i. ob peccata. Diximvs. id in perſona iuſtorum. omnes enim per Chriſtum iuſtificati, eique acceptam referunt vitam animæ. In Gentibvs. Chald. *inter populos*. q. d. ſine te nulla eſt vſquam vita.

Gavde. pro, gaude ſanè nunc. Hvs. hinc 21
(niſi duæ ſint Hus) apparet Iob fuiſſe Idumæum. Vide Iob 1.

Iniqvitas. i. pœna iniquitatis. id referendum ad 22
tempus quo liberati per Chriſtum Iudæi. Transmigret. i. migrare faciat captiuam. ſ. Deus, vel quiſquam. Filia. i. ô filia. Discoopervit. ſ. Deus. Peccata tva. Id ſup. intellexit dicens, *nudaberis*. ſ. apparebit turpitudo tua.

ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPVT V.

Recordare Domine quid ac- 1
ciderit nobis: intuere, & reſpice A
opprobrium noſtrum. * Hereditas 2
noſtra verſa eſt ad alienos, domus
noſtræ ad extraneos. * Pupilli fa- 3
cti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi vi-
duæ. * Aquam noſtram pecunia bibimus: li- 4
gna noſtra pretio comparauimus. * Ceruicibus 5
noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies. B
* Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis vt ſatu- 6
raremur pane. * Patres noſtri peccauerunt, & 7
non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
* Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redi- 8
meret de manu eorum. * In animabus noſtris 9
afferebamus panem nobis, à facie gladij in de-
ſerto. * Pellis noſtra, quaſi clibanus exuſta eſt à 10
facie tempeſtatum famis. * Mulieres in Sion 11
humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda.
* Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum 12
non erubuerunt. * Adoleſcentibus impudi- 13
cè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt. C
* Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro 14
pſallentium. * Defecit gaudium cordis noſtri: 15
verſus eſt in luctum chorus noſter. * Cecidit co- 16
rona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus.
* Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum, 17
ideò contenebrati ſunt oculi noſtri. * Propter 18
montem Sion quia diſperiit, vulpes ambulaue-
runt in eo. * Tu autem Domine in æternum 19
permanebis, ſolium tuum in generationem & D
generationem. * Quare in perpetuum obli- 20
uiſceris noſtri? derelinques nos in longitudine
21 dierum? * Conuerte nos Domine ad te, & con-
uertemur: innoua dies noſtros, ſicut à princi-
22 pio. * Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es con-
tra nos vehementer.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Oratio Ieremiæ. Hoc Hebr. non eſt, Sept. adiecerunt. Soluta oratio eſt, non carmen.

3 Pvpilli facti svmvs. Chald. *ſimiles pupillis, qui non habent patres, matres noſtræ quaſi viduæ.*

4 Aqvam nostram, ſcilicet quæ communis eſt omnium, pecvnia bibimvs. Hoc in obſidione Ieruſalem accidit, aut Babylone in captiuitate. Ligna. Siluæ debent eſſe communes, certè aliquæ per oppida, vnde incolæ lignentur. Comparavimvs. Hebr. *venerunt*. ſ. ad nos.

5 Cervicibvs nostris minabamvr. i. ducebamur onuſtis ceruicibus. *Mino, ducere* ſignificat, atque in ea ſignificatione poſitum eſt cap. 3. verſ. 2. Hebr. *ſuper ceruice noſtra perſecutionem paſſi ſumus.* i. nobis vt baiulis vtebantur, neque laſſis dabatur reſpiratio.

6 Ægypto dedimvs manvm, ſupplices extendimus manus, vt annonam darent, qua obſeſſi carebamus. Aut fœdus cum illis fecimus famis malo coacti.

7 Patres nostri.....non svnt, non viuunt, immunes euaſerunt. Et nos iniqvitates. i. pœnas iniquitatum quaſi onus portauimus. Filij ſæpè pro patribus corpore puniuntur.

8 Servi dominati svnt nostri. ſ. qui ſerui eſſe debebant, obſcuri, ignobiles.

9 In animabvs nostris, cum vitæ periculo frumentatum ibamus. A facie gladii. i. propter gladium & milites qui in deserto. i. per agros verſabantur.

10 Exvsta est. Hebr. *incaluit*, ſeu *denigrata eſt pellis noſtra.* A facie tempestatvm famis, propter tempeſtates. i. anguſtias famis. Alij, *propter exæſtuationes famis.*

11 Hvmiliavervnt. Hoſtes compreſſerunt mulieres.

12 Principes manv svspensi svnt. Hebr. *manu eorum.* ſ. hoſtium. *ſuſpenſi ſunt.* i. occiſi. ſic Sept. & Chald.

13 Adolescentibvs impvdice. Hebr. *iuuenes ad molendum tulerunt.* i. fecerunt vt molas manu verſarent. dederunt eos in piſtrinum. Verùm טחן *tahan*, vnde noſtris *tahona*, & *molere* ſignificat, & *coire*, quod Hieronymus eſt ſecutus. Et pveri in ligno corrvervnt. Chald. *in patibulo ligneo corruerunt.* fortaſſe, qui eam impudicitiam auerſabantur, eos dabant in patibula.

14 De portis. i. in foro non ſunt ampliùs viſi ſenes, neque iuuenes choreas ducere.

16 Cecidit corona. Regnum noſtrum ad Chaldæos tranſiit.

18 Propter montem Sion. Cauſa noſtri mœroris hæc eſt, ita Ieruſalem eſſe deſertam, ciuibus vacuam, vt in ea vulpes verſentur. Per vulpes, alias feras intellige.

21 Converte nos. Ad conuerſionem peccatoris, gratia & liberum arbitrium concurrunt, ſed gratia præcedit. Innova. i. deterſa offenſione nobis benefac, vti olim ſolebas.

22 Sed proiiciens repvlisti nos, &c. כי אם *chi im*, *quaſi ſi repellendo repuleris nos.* Chald. *quamuis deteſtatione deteſtatus es nos, iratus es contra nos iam plus ſatis.* q. d. ſatis pœnarum datum eſt: ceſſato. Ea huius loci explicatio præ ceteris placet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Opprobrivm. ſ. quo afficimur à Gentibus.
3 Pvpilli. pro, veluti pupilli.
4 Nostram. i. nobis neceſſariam, vel aliàs noſtram, ſed captam ab hoſtibus.
5 Minabamvr. pro, trahebamur.

6 Dedimvs manvm. ſ. ſupplicantes, vel fœdus faciẽtes.
7 Iniqvitates. i. iniquitatum pœnam.
8 Servi. ſ. olim noſtri, vt Idumæi, Moabitæ &c.
9 In animabvs nostris. i. cum vitæ noſtræ periculo.
A facie gladii. i. propter hoſtes gladiis inſequentes.
10 A facie, &c. i. ob calamitoſam famem.
11 Hvmiliavervnt. ſ. violantes.
12 Manv. ſ. hoſtium.
13 Impvdice abvsi svnt. Hebr. & Chald. *molere fecerunt*. ſ. in piſtrino. In ligno. i. ſub lignorum pondere, quæ ferre cogebantur, aut voluendo molam manubrio. Chald. *in patibulo*.
14 Portis. i. iudicijs, quæ in portis vrbium ſiebant.
15 Chorvs. ſ. pſallentium.
16 Corona. i. diadema. ſ. regnum.
17 Contenebrati. ſ. præ fletu.
18 Montem. ſ. vbi templum. q. d. ob dirutum templum.
21 Converte nos. Neceſſitas gratiæ Dei. Sicvt a principio. i. vt olim felices erant.
22 Vehementer. q. d. ſufficere poſſet iam tanta punitio peccatorum noſtrorum.

PROPHETIA BARVCH.

CAPVT PRIMVM.

Iudæi à Babylone mittunt ad eos qui erant in Ieruſalem librum Baruch, vna cum collectis pecuniis, vt oblatis holocauſtis orent pro ipſis, & pro Nabuchodonoſor, filioque eius Baltaſſar, ac confitentur peccata ſua.

ET hæc verba libri, quæ 1
ſcripſit Baruch filius Neriæ, A
filij Maaſiæ, filij Sedeciæ, fi-
lij Sedei, filij Helciæ, in Ba-
bylonia, * in anno quinto, in 2
ſeptimo die menſis, in tem-
pore quo ceperunt Chaldæi
Ieruſalem, & ſuccenderunt eam igni. * Et le- 3
git Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ
filij Ioakim regis Iuda, & ad aures vniuerſi po-
puli venientis ad librum, * & ad aures poten- 4
tium filiorum regum, & ad aures presbytero-
rum, & ad aures populi, à minimo vſque ad
maximum eorum omnium habitantium in Ba-
bylonia, ad flumen Sodi. * Qui audientes plo- 5
rabant, & ieiunabant, & orabant in conſpectu
Domini. * Et collegerunt pecuniam ſecundùm 6
quod potuit vniuſcuiuſque manus, * & miſe- 7
runt in Ieruſalem ad Ioakim filium Helciæ fi- B
lij Salom Sacerdotem, & ad Sacerdotes, & ad
omnem populum, qui inuenti ſunt cum eo in
Ieruſalem: * cùm acciperet vaſa templi Domi- 8
ni, quæ ablata fuerant de templo, reuocare in
Terram Iuda decima die menſis Siuan, vaſa ar-
gentea, quæ fecit Sedecias filius Ioſiæ rex Iuda,
* poſteaquam cepiſſet Nabuchodonoſor rex 9
Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos
potentes, & populum terræ, ab Ieruſalem, &
duxit eos vinctos in Babylonem. * Et dixerunt: 10
Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emi-
te holocautomata, & thus, & facite manna, &
offerte pro peccato ad aram Domini Dei no-
ſtri: * & orate pro vita Nabuchodonoſor regis 11
Babylonis, & pro vita Baltaſſar filij eius, vt ſint
dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram: * & vt 12
det Dominus virtutem nobis, & illuminet ocu-
los noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabucho-
donoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Bal- C
taſſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus,
& inueniamus gratiam in conſpectu eorum.
13 * Et pro nobiſipſis orate ad Dominum Deum
noſtrum: quia peccauimus Domino Deo no-
ſtro, & non eſt auerſus furor eius à nobis vſque
14 in hunc diem. * Et legite librum iſtum, quem
miſimus ad vos recitari in templo Domini, in
15 die ſollemni, & in die opportuno: * [a] & dicetis: [a] Inf. 2. b. 6
Domino Deo noſtro iuſtitia, nobis autem con-
fuſio faciei noſtræ: ſicut eſt dies hæc omni Iuda,
16 & habitantibus in Ieruſalem, * Regibus noſtris,
& principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, &
17 prophetis noſtris, & patribus noſtris. * [b] Pecca- [b] Dan. 9. a. 5
uimus ante Dominum Deum noſtrum, & non
18 credidimus, diffidentes in eum: * & non fuimus
D ſubiectibiles illi, & non audiuimus vocem Do-
mini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis
19 eius, quæ dedit nobis. * A die, qua eduxit patres
noſtros de Terra Ægypti, vſque ad diem hanc,
eramus incredibiles ad Dominum Deum no-
ſtrum: & diſſipati receſſimus, ne audiremus vo-
20 cem ipſius. * [c] Et adhæſerunt nobis multa ma- [c] Deut. 28. b. 15
la, & maledictiones, quæ conſtituit Dominus
Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit patres noſtros de
Terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac
21 & mel, ſicut hodierna die. * Et non audiuimus
vocem Domini Dei noſtri ſecundùm omnia
22 verba prophetarum, quos miſit ad nos: * & abi-
uimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri ma-
ligni, operari diis alienis, facientes mala ante
oculos Domini Dei noſtri.

Typographus Lectori S.

NEQVID *in hac noſtra* SACRORVM BIBLIORVM *editione, cum perpetuis duorum Societatis* IESV *Theologorum* SCHOLIIS *&* NOTATIONIBVS, *meritò requiras; quæ Eximius* P. MARIANA, *per grauiorem ætatem variaſq; occupationes, in* BARVCH *Prophetam Scholia omiſerat, me rogante, atq; ipſo etiam* MARIANA *volente,* PETRVS LANSSELIVS *ex eadem Societate ſuppleuit: cuius item Scholia ſunt (etſi nomen haud præferant) in ſex poſteriora Capita* ESTHER, *& tria* DANIELIS. *Vale beneuole Lector, & doctiſsimi Patris laborem libens amplectere, & meum tibi ſeruiendi ſtudium agnoſce.*

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

MAGNA eſt inter Commentatores diſputatio de auctore libri Baruch. Multi cenſent eſſe Ieremiam, nec pauciores definiunt eſſe Baruch. Qui Ieremiæ attribuunt, fatentur ſcriptum quidem eſſe à Baruch, (ſicuti expreſſè affirmat Scriptura;) ſed dictatum à Ieremia. Huic ſententiæ fauent Primò, quotquot referunt teſtimonia ex hoc libro, tamquam ex Ieremia, nempe Clemens Alexandrinus, qui 1. lib. Pædag. cap. 10. ſub nomine Ieremiæ adfert illa verba: *Audi Iſrael mandata vitæ.* ea tamen habentur cap. 3. Baruch. Similiter Hilarius lib. 5. de Trinitate, & Baſilius contra Eunomium, atque Gregorius Nazianzenus Oratione 4. de Theologia, & 49. de Fide, attribuunt Ieremiæ, quæ in hoc eodem tertio reperiuntur capite. Ambroſius etiam libro de Pœnitentia, cap. 8. tamquam ex Ieremia refert illa verba quinti capitis Baruch: *Exue te Ieruſalem ſtola luctus*, &c. Idem etiam Ambroſius lib. 1. de Fide ad Gratianum, cap. 2. & lib. 3. Hexaëmeron, cap. 14. & Sermone 18. ſuper Pſalmum 118. profert ex cap. 3. Baruch: *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum.* atque ex cap. 4. *Exui me ſtola pacis.* &c. vtrumque tamen teſtimonium Ieremiæ adſcribit. Similiter citant alij multi; ſicuti Sixtus Pontifex in epiſtola 1. Theodoretus in Dialogo *Immutabilis*. Caſſiodorus in Pſ. 81. Idacius Clarus, Ioannes Maxentius, Ildefonſus. Vide Canum lib. 2. de Locis, cap. 11. Secundò, Efficaciùs & clariùs hanc ſententiam propugnant Athanaſius, Euſebius, Theodoretus, qui aſſerunt, ideò hunc librum inſcribi Baruch, quia quæ Ieremias dictauerat in libro à ſe deſcripto captiuis apud Babylonem, Baruch recitauit. Adde, quòd Auctores Sacrorum librorum; in eorum ſcriptione, non dicantur ſcribere librum, aut ſermones libri; ſed potiùs quæ audierunt vel viderunt ipſi, ſicut cùm dicitur, *Viſio Iſaiæ*, vel *Verba Ieremiæ:* at in hôc libro tantùm dicitur, *Verba libri quæ ſcripſit Baruch.* ergo non auctor, ſed tantùm eius ſcriptor fuit Baruch.

Pro altera ſententia faciunt Primò, Athanaſius Quæſtione 36. ad Antiochum, & bis in epiſtola de Nicæna Synodo, & Sermone 3. contra Arrianos, Hieronymus in Præfatione Ieremiæ, S. Orcſieſis, quem adfero cap. 3. verſ. 9. Cyrillus lib. 10. in Iulianum, Lyranus, Dionyſius Carthuſ. expreſsè docent huius libri Auctorem eſſe Baruch. Secundò, Quia non aliunde conſtat reliquos Prophetas eſſe auctores ſuorum librorum, niſi quia nomen præfigitur in librorum titulo: ſed nomen Baruch in titulo præfigitur; ergo ſine cauſa negatur eſſe auctorem illius.

Pro declaratione huius diſputationis obſeruandum eſt, librum Baruch continere capita omnino ſex. De ſexto, cùm ſit epiſtola Ieremiæ, conſtat dictatum fuiſſe à Ieremia, & ſolummodò exſcriptum à Baruch: de ceteris quinque capitibus, quibus explicatur ſtudium populi captiui ad placandum Deum, eius ſalutaris admonitio & iucunda promiſſio, inſtituta eſt diſputatio. Argumenta vtrimque probabilia allata fuere, mihi tamen probabilius videtur, Baruch ſcriptorem & auctorem iſtorum quinque capitum fuiſſe, Primò: Quia iſte liber abſolutè inſcribitur Baruch, & eo nomine à Concilio Florentino & Tridentino inter Canonicos appellatur; libri verò non deſumunt nomen à deſcriptore ſeu librario; ſed ab auctore & dictatore ſententiarum quæ in eis continentur; alioquin Prophetia Ieremiæ, & Lamentationes deberent etiam attribui Baruch, quia illas deſcripſit. Secundò: Diſcrimen ſemper fuit manifeſtum inter librum Ieremiæ & librum Baruch, quia illi ſemper fuerunt recepti in Canone, hic autem neque ab Hebræis receptus, ſicuti conſtat ex S. Hieronymo, neque habetur in Canone Librorum ſacrorum edito à Concilio Carthaginenſi V. Tertiò: Ieremias obierat quando Baruch librum ſuum compoſuit. nam Ieremias lapidibus à ſuis ciuibus obrutus occubuit, quia ſuis ac vniuerſæ Ægypto cladem minabatur, quæ mox euenit per Nabuchodonoſorem. ita Tertullianus in Scorpiaco, Epiphanius de Vita & morte Prophetarum, S. Hieronymus in Prologo Ieremiæ, & alij. Baruch autem ſcripſit librum ſuum anno quinto poſt dictam captiuitatem, ſicuti patet ex capite 1. verſu 1. & 2. *Et hæc verba libri quæ ſcripſit Baruch, in anno quinto, in die ſeptima menſis, in tempore, quo ceperunt Chaldæi Ieruſalem.*

Scio aliquos reſpondere eum ſcripſiſſe in Ægypto, viuente Ieremia, & poſteà illo mortuo iterùm illum reſcripſiſſe in Babylone, & ibi legiſſe. Sed vellem adferri antiquum vel probatum Auctorem qui duplicis huius ſcriptionis meminerit, aut intelligere in quo loco Scripturæ fundamentum ſuum collocare poſſint: ſicuti quòd dicunt Baruch quidem viuente Ieremia non ſcripſiſſe, ſed tantùm memoriæ ſuæ infixiſſe, & poſteà in Babylone ſcripſiſſe, nullo teſtimonio nititur.

Quod ad teſtimonia Patrum qui librum hunc Ieremiæ attribuunt attinet, Dico Primò, multos etiam Patres ſententiæ noſtræ fauere, ſicuti antè demonſtrauimus. Secundò, Nullus negat Eccleſiaſticum editum eſſe à Ieſu Sirach, & tamen à multis Patribus citatur vt Salomonis, quià in libro Eccleſiaſtici multæ ſunt ſententiæ Salomonis. Sic quia Baruch aliquot ſententias Ieremiæ compilauit, quales videntur eſſe illæ de Incarnatione Filij Dei, *Poſt hæc in terris viſus eſt*, &c. ideò Ieremiæ tribuerunt. Tertiò, Conſtat Baruch fuiſſe diſcipulum Ieremiæ. ſolent verò frequenter dicta diſcipuli tribui magiſtro, quia ex illo tamquam tradux ex flumine promanarunt, idcircò librum Baruch Ieremiæ inſcripſerunt.

Quidam ex recentioribus opponit, Baruch non dixiſſe in principio libri, *Verba Baruch*, ſicut ait Ieremias, *Verba Ieremiæ*; ſed poſuit, *Et hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch.* ergo tantùm deſcripſit, non verò compoſuit.

Reſpondeo, Librum Ieremiæ, tantus quantus eſt, ſolùm eſſe Ieremiæ, at in libro Baruch partem poſtremam ſeu caput ſextum eſſe Ieremiæ. quare non debuit abſolutè præfigere in titulo, *Verba Baruch.* Inſolens autem eſt, duorum Auctorum nomina vni eidemq; libro præponere. Adde, Baruch totum librum ſcripſiſſe, ideoque verè ſcripſiſſe, *Verba libri quæ ſcripſit Baruch*; humilitatis autem gratia tacuiſſe ſibi reuelationem à Deo factam eorum quæ primis quinque capitibus complexus eſt, ſicuti S. Ioannes Euangeliſta ſubticuit ſuam perſonam, dum dixit: *Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat IESVS, & ſcripſit hæc.*

Conſtituto, Baruch eſſe libri hunc auctorem, fortaſſis à me exigetur, vt quis qualiſve fuerit Baruch declarem.

Dico igitur, Baruch nobilem fuiſſe, patet ex cap. 51. Ieremiæ verſ. 59. vbi Saraias frater Baruch appellatur à Septuaginta *ἄρχων δώρων, princeps munerum*, quemadmodum habet etiam Chaldaica Paraphraſis, ac ſi diceretur, cùm quis vellet munera quædam Regi offerre, Saraias excipiebat ea, & Regi tradebat. quod officium præ ſe fert nobilitatem & magnam cum Rege familiaritatem. Præterea, Baruch in principio libri ſui non tantùm patrem ſuum, ſed etiam auum, proauum, abauum & atauum recenſet: non eſt igitur nouus homo. & Ioſephus meritò dicit eum eſſe *ἐξ ἐπισήμου σφόδρα οἰκίας, valde inſigni familia.* Olympiodorus in Catena aſſerit Baruch habuiſſe *προγόνους ἀξιολόγους, progenitores honore dignos.* quos omnes Prophetas fuiſſe exiſtimat Liranus, *quod ſecundum regulam Hebræorum, quando in principio alicuius Prophetæ ponitur nomen patris eius aut aui, & ſic aſcendendo, per hoc datur intelligi, quòd ſpiritum propheticum habuerunt.* Fuit itaque Baruch nobilis & Propheta, ſed antequam ſpiritu Prophetiæ donaretur, fuit ſcriba Ieremiæ, vt apparet cap 36. v. 27. & Ioſephus vocat eum *μαθητὴν τῇ πατρίῳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον, diſcipulum* [Ieremiæ] *in patria lingua excellenter eruditum.* R. Salomon & R David in Commentariis ad cap. 45. Ierem. verſ. 3. docent Baruch apud Deum conqueſtum, quòd tamdiu mini-

ſtrans

ſtrans Ieremiæ, adhuc non recepiſſet ſpiritum Prophetiæ, vti recepit Ioſue miniſter Moyſis, & Eliſæus miniſter Eliæ. Quæ ſententia etſi placeat Vatablo, neq; improbabilis Lirano videatur; quia tamen ambitionem aliquam in Baruch viro ſancto deſignat, nullo modo mihi probatur: quandoquidem ex ſapientia, humilitate, patientia Ieremiæ præceptoris eius, cuius laborum & tribulationum particeps fuit, facile ſit conijcere, Baruch ſapientem, humilem, patientem fuiſſe. Veriſimile eſt, Baruch Prophetiam ſuam conſcripſiſſe eo tempore quo liber Tobiæ ſcriptus fuit: id ex eius hiſtoria colligitur, ideoque ab aliquibus poſt illum collocatur.

1 ET HÆC VERBA LIBRI. Coniunctionem *&* Liranus putauit copulare hunc librum cum verbis Ieremiæ, quæ Baruch ex eius ore excepit, & eius nomine inſcripſit. Quidam exiſtimant indicare connexionem horum verborum cum iis quæ Baruch animo volutabat. Probabile mihi videtur, hac coniunctione cum titulo libri huius copulata, ſignificari diſtinctionem Prophetiæ Baruch à Prophetia Ieremiæ: etſi enim vtraque ab eodem Propheta Baruch deſcripta fuerit, duæ tamen diuerſæ cenſendæ ſunt, quandoquidem Baruch hanc cui nomen ſuum præfixit, non ſolùm literis mandarit, verùm etiam à Spiritu ſancto edoctus compoſuerit; alteram verò Ieremia dictante exarauit. Qui literæ ו *Vau* vſum in lingua ſacra obſeruarunt, meminerint eam non tantùm eſſe copulatiuam, ſed etiam disiunctiuam, aduerſatiuam, cauſalem, ordinatiuam, inchoatiuam, completiuam. Hoc in loco initialem, copulatiuam, & cauſalem eſſe exiſtimo: copulatiuam, reſpectu tituli; & cauſalem, quia reddit rationem cur hæc Prophetia nomine Baruch inſigniatur, nimirum quia illam ſcripſit & compoſuit. Vel *& hæc verba libri,* poteſt explicari, Certè hæc verba libri, &c. Initialem verò, quia ſic vſitatum Scriptoribus ſacris. FILIVS NERIÆ. S. Hieronymus in cap. 32. Ieremiæ: *Baruch in lingua noſtra Benedictus dicitur: qui erat filius Neri, qui interpretatur Lucerna mea, dicente Propheta: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis ardens. Ner quoq; pater Baruch filius Maaſia, id eſt, Factura & operis Domini.* FILII SEDEI. Sept. υἱοῦ Ἀσαδίε, *filij Aſodiæ.* radix eſt שָׁדַד *ſadad.* i. *vaſtauit*, inde שַׁדַּי *ſaddai.* i. *Omnipotens.* vnum ex nominibus Dei, quòd eadem potentia qua cuncta creauit, eadem omnia in nihilum redigere poſſit. Vel potiùs dicendum, eſſe nomen compoſitum ex litera ש quæ ponitur pro אֲשֶׁר *aſer.* i. *qui.* & דַּי *dai.* i. *ſufficientia.* q. d. qui ſibi ſufficit, αὐτάρκης, ἱκανός. Liberum igitur vel præfigere literam *a*, ſicuti Sept. fecerunt: vel illam omittere, ſicuti Vulgata & Latini Codices omiſerunt. IN BABYLONIA. Ex Ægypto, quò Baruch profectus fuerat cum Ieremia; poſt cuius martyrium (fuit enim in vrbe Taphnis à ſuis gentilibus lapidibus obrutus) in Babyloniam contendit, vt captiuis aliquam adferret conſolationem: tum etiam quia Ieremias cap. 43. prædixerat Ægypti vaſtationem.

2 IN ANNO QVINTO. Hic locus Chronologos in varias diſtraxit ſententias, quarum duæ præcipuæ. Vna, quæ eſt Theodoreti, Hugonis, Lirani, & aliorum, aſſerit, ſignificari annum quintum à conflagratione Ieruſalem per Chaldæos: quia enim hoc excidium celebre fuit, in eo Iudæi nouam Æram auſpicati fuere, quam ſeruarunt ad poſteriorem deſtructionem vrbis Ieruſalem per Titum, poſt quam, hac Æra relicta, alteram conſtituerunt. Itaque ſecundùm hanc ſententiam, Baruch anno quinto poſt incenſam à Chaldæis Ieruſalem, librum ſuum ſcripſit, eodem die & menſe quo ciuitas conflagrarat. Altera, quæ eſt Vatabli & quorumdam ſententia, negat nouam Æram inſtitutam, ſed exiſtimat innui tempus quo Iechonias Babylonem ductus eſt, ſeu quintum annum ab eius captiuitate, & ſex annis antequam vrbs & templum euerterentur cùm templum & altare adhuc ſtarent. Prior ſententia magis arridet, quia ipſemet Baruch eam inſinuat cap. 2. verſ. 2. & 3. *Facta ſunt in Ieruſalem mala, quæ non ſunt facta ſub cælo vt manducaret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ.* Hoc autem contigit in obſidione & excidio Ieruſalem, non antè. Rurſum verſ. 26. luget excidium templi, quod ſimul cum vrbe euerſum fuit.

3 AD AVRES IECHONIÆ. Licet Iechonias, qui 4. Reg. c. 24. v. 12. Ierem. 27. v. 20. dicitur *Ioachin*, captiuus detineretur in Babylone; attamen quia ſponte ſe Nabuchodonoſori tradiderat, in libera agebat cuſtodia; ideoque facilis fuit ad eum acceſſus, & reliqui Iudæi liberè eum accedebant, & ipſe aërem haurire extra ciuitatem permittebatur, præſertim hoc tempore, anno ſcilicet captiuitatis decimo ſexto, dum ipſis permiſſum fuit habitare ad flumen Sodi: quare mirum non eſt, quod verſ. 3. & 4. dicitur: *Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioakim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librum, & ad aures potentium filiorum Regum,* &c. Itaque probabile, Iechoniam cum ſua cuſtodia ad locum lectioni iſtius libri ſeu Epiſtolæ deputatum ſe contuliſſe, ibique coram maxima Iudæorum frequentia Baruch librum ſuum legiſſe, maximumque in animis auditorum motum concitaſſe, patet ex verſ. 5. ad finem capitis. Liberâ Iechoniæ poſitâ cuſtodiâ, facilis eſt explicatio cap. 25. verſ. 27. lib. 4. Reg. vbi habetur: *Subleuauit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioachin regis Iuda de carcere*, ſi per carcerem intelligas liberam cuſtodiam, cuius exemplum reperies in Actis Apoſtolorum, c. 28. v. 16. *Permiſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite.* Et verſ. 30. *Manſit autem biennio toto in ſuo conducto, & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei.*

4 AD FLVMEN SODI. Conſtat apud omnes, Euphratem in plurimos diſtractum riuos, & vnum ex eis fuiſſe *Chobar*, quem Strabo & Ptolomæus vocant Χαβώῤῥαν, alij Χαβωραν, Ἀβόῤῥαν, Ἀβόραν. Dictio Chaldaica ܟܒܘܪܐ *Chobore* eſt *fouea*, ac ſi Chobar reſpectu Euphratis, cuius διῶρυξ erat, tantùm foſſa fuiſſet. Notandum tamen eſt, in Ezechiele ſcribi כְּבָר *cebar*; quare dicendum videtur, eos qui ſcribunt Ἀβόῤῥαν, Ἀβόραν deriuaſſe à חָבָר *chabar*, quia litera ח *ch* ſæpè per *a* exprimitur; alios verò deduxiſſe à כָּבָר *chabar*, quia ita ſcribitur in Ezechiele. quæ dictio non eſt quidem in vſu apud Hebræos in *Kal*, ſed tantùm in *Hiphil*, & ſignificat *multiplicauit*, inde כַּבִּיר *cabbir*, *multus, copioſus, potens.* Apud Arabes frequentior eſt verbi huius vſus كبر *cabara*, ſignificat *creſcere, inualeſcere*, itaque *Chobar* nomen accepit ab aquarum copia, quam ex Euphrate accipit. Plinius lib. 6. c. 26. *Armalcharem* appellat, quod, inquit, ſignificat *regium flumen.* Vnde patet, ſcribendum fuiſſe *Naharmalca*, dictione compoſita ex נָהָר *nahar, flumen*, & מֶלֶךְ *melec, rex*, vel מַלְכָּה *malca, regina.* Regium flumen vocabatur, quia iuſſu Regis (fortaſſe Cyri) perfectum fuit, ſicuti Oroſius lib. 2. c. 6. refert. *Cyrum Babyloniam petentem totis copiis perpeti anno Gyndem fluuium, ſecunda poſt Euphratem magnitudinis per magnas conciſum deductumque foſſas in* CCCCLX. *alueos comminuiſſe.* Herodotus, ex quo Oroſius hauſit, tantùm 360. alueos numerat, ſeu τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα διώρυχας: quare ſcribendum in Oroſio CCCLX. Polychronius in Catena in Ezechielem notauit, Iudæis ſeorſim à ciuibus ſecus flumen Chobar domicilium aſſignatum, iiſque tamquam mancipiis curam hortorum regiorum & munitionum quæ extruebantur demandatam. Si verſum tertium & quartum huius capitis perpendamus, aduertemus omnes Iudæos habitaſſe iuxta flumen Sodi; quapropter exiſtimo vel *Sodi* & *Chobar* eſſe diuerſa nomina eiuſdem fluminis: vel potiùs *Sodi* eſſe diuerſum à *Chobar*, quandoquidem ex Pſalmo 136. conſtet, Iudæos ſuper flumina Babylonis ſediſſe. i. iuxta diuerſos fluuios ex Euphrate deductos ædes habuiſſe: atque *Sodi* vocem Chaldaicam ſignificare *proiectionem*, quòd ſcilicet in eius alueum aquam ſuam Eu-

phrates eiiciat. ܨܕܐ *ſedo* ſignificat *proiecit, præcipitauit*. inde Syri ſeu Chaldæi appellant lancearios ܣܕܐܝ ܒܝܡܝܢܐ *ſadsie beiamino*. i. *iaculatores in dextra*. Quidam deducunt à זוד *zud, ſuperbus*, & exiſtimant eumdem cum Euphrate, quem vocari volunt *Sods*, quia ſuperbus, & caput ſuper alios attollit.

5 Qvi avdientes. Hoc verbum in Græco quidem omittitur, ſed noſter Interpres ad maiorem explicationem poſuit. Adde, verſu 3. & 4. repeti quinies verbum *ad aures*, quod idem valet ac *audientes*. ſic etiam phraſim Atticam καὶ ηὔχοντο εὐχάς. i. *& orabant orationes*, more Latino reddidit, *& orabant*. altera dictione neglecta, quam tamen Iacobi 5. v. 17. expreſſit.

6 Vnivscvivsqve manvs. Hebraiſmus, ſicuti Leuit. 5. verſ. 11. *Quòd ſi non quiuerit manus eius duos offerre turtures*. vbi *manus* ponitur pro facultate μετωνυμικῶς.

7 Ad Ioakim. Pecunia ad Ioakim dirigitur, quia tum temporis erat ſummus ſacerdos in Ieruſalem, ſicut fuerat eius pater Helcias, 4. Reg. 22. v. 4. Ad sacerdotes. Qui remanſerant in Ieruſalem, vel ex Ægypto metuentes eius vaſtationem à Ieremia prædictam, quando Baruch Babylonem petebat, ſe Ieroſolymam contulerunt.

8 Cvm acciperet vasa templi Domini. Duplex eſt huius loci expoſitio. Quidam cenſent Sedeciam rediturum in Ieruſalem, feciſſe vaſa argentea pro aureis quæ Nabuchodonoſor exportarat, vt ea ſecum ad templi miniſterium in Ieruſalem comportaret, ſenſumque horum verborum eſſe: Cùm accepiſſet iam ipſe Ioakim ſacerdos (quem putant cum Sedecia Babylone abiiſſe) vaſa, quæ de templo ſublata fuerant, reportanda in Ieruſalem. Alij exiſtimant hæc verba intelligenda de Baruch; & de vaſis argenteis quidem, ſed à Sedecia ante captiuitatem Ieroſolymis pro aureis ſubſtitutis, (ſicuti Roboam filius Salomonis fecit ſcuta ærea pro aureis à Salomone patre ſuo acceptis, ſed à Seſac Rege Ægypti ſublatis) quæ ſimul cum Sedecia in Babylonem abducta fuerant, vbi Baruch hæc ipſa vaſa, quæ ditiores Iudæi à Chaldæis pretio redemerant, ab ipſis accepit, & tamquam huius negotij director eadem in Ieruſalem ad Ioakim ſummum ſacerdotem remiſit. Itaque ſenſus eſt: Cùm Baruch accepiſſet vaſa argentea domus Domini reducenda (ἀποστρέψαι) in terram Iuda. Poſterior hæc expoſitio præferenda, quandoquidem conſtet ex verſu præcedenti, pecuniam collectam miſſam fuiſſe ad Ioakim in Ieruſalem, ideoque eum in Babylone tum temporis non fuiſſe: ſimul autem cum pecunia, ipſa vaſa tranſmiſſa fuere; vt iſtâ pecuniâ, ſicuti verſ. 10. habetur, Ioakim & ſacerdotes Ieroſolymis neceſſaria holocautomata & thus emerent, & facerent manna, quandoquidem vaſa ad iſtos vſus mitterentur; quapropter videtur partem deſiderij & voti Ieremiæ completam nunc fuiſſe. ita enim cap. 28. v. 6. loquitur aduerſus pſeudoprophetam Hananiam: *Amen, ſic faciat Dominus: ſuſcitet Dominus verba tua, quæ prophetaſti; vt referantur vaſa in domum Domini, & omnis tranſmigratio de Babylone ad locum iſtum*, ſ. Ieruſalem. Hananias prædixerat, ſacra vaſa cum Rege & captiuo populo poſt biennium reducenda: Ieremias illud ipſum optat, etſi credat non futurum poſt biennium, ſed ſicuti cap. 27. v. 22. prædixerat. *Et ibi erunt vſque ad diem viſitationis ſuæ, dicit Dominus, & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto*. Dies viſitationis declaratur cap. 29, 10. *Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum*. Mensis Sivan. *Siuan* eſt menſis Hebræorum tertius in ordine ſacro, principium enim ſumitur à Martio, Maio noſtro reſpondens. Eſther 8, 9. *Erat autem tempus tertij menſis, qui appellatur Siban*. Puto ſcribendum *Siuan*, quemadmodum hîc habetur. Chaldaicè ſcribitur ܣܝܘܢ *Siuan* per ܘ, *u*, non per ܒ, *b*, eius die ſexto Iudæi celebrant חַג הַשָּׁבֻעוֹת *hag haſbuoth*, *feſtum hebdomadum* ſeu Pentecoſten. Heſychius edit. Aldi, 1514. Σιβανίτης μηνὸς Χαλδαίων τὸ πάνυ * μον μήνα. Editio Florentina anni 1520. habet τὸ πάνυ * μον. Sperabam ex Suida, præſertim ex Varino Heſychij compilatore, medicinam vulneri, quod aſteriſcus indicabat facere; ſed aduerti illum ſequentem dictionem Σιπαλός ex Heſychio tranſcripſiſſe, hanc verò omiſiſſe: itaque ipſemet clinici medici vices obibo. Corrigo τὸ πάνημον μῆνα. Plutarchus dicit, Macedones ſic appellare Iulium menſem, Demoſthenes autem Auguſtum menſem; qui menſes nimis diſtant à Maio, quem Chaldæi *Siuan* dicunt, vt hanc noſtram correctionem, etſi probabilem ob literarum affinitatem, ſtabiliamus: alteram igitur, forſan aliquibus firmiorem, ſubſtituemus; nimirum, ſcribendum eſſe τὸ πανημέριον μηνῶν, *principium*, ſeu *primum menſium*. Ratio eſt, quòd Iunius, cuius principio reſpondet *Siuan*, eſt primus menſium Atticorum, & anni initium, ſicuti ex Dionyſio Halicarnaſſeo patet, ideoque à ſacrificiis maioribus quæ tum fiebant, & *hecatombæ* dicebantur, ἑκατομβαιών appellatus eſt. ſicuti aliis de cauſis vocatus eſt κρόνιος ἑκατόμβαιος, ὅλιος, λώιος. Dixi πανημέριον ſignificare *principium*, quia ipſe Heſychius hanc dictionem ita exponit contra omnium Lexicographorum conſuetudinem; illi enim explicant *perdius*, *per totum diem*; expoſitionem verò Heſychij tacent, quæ ſic ſe habet: Πανημέριος· οὐχ ὁ δι' ὅλης ἡμέρας, ἀλλ' ὁ ἀφ' ὅ τις ἂν ἄρξηται μέρους, ὁ καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καταχρηστικῶς. quæ ita Latinè reddo: Πανημέριος [eſt] *non qui per totum diem, ſed illa pars à qua quis inceperit: vel etiam per abuſum* [ſignificat] *per totum diem*. Addit, *per abuſum*; quia exiſtimat propriè *per totum diem* dici πανήμερος. nam ſuperiùs habet, πανήμερος, δι' ὅλης ἡμέρας. certum tamen eſt, πανημέριος ſignificare apud alios Auctores *per totum diem*, ſeu *perdius*. Homerus Iliados τ. πανημέριος πολεμίζει, *per totum diem pugnat*. ſic Heſiodus in Aſpide, & Herodotus lib. 1. vſurpant.

9 Et cvnctos potentes. Græcè, καὶ τοὺς δεσμώτας, καὶ τοὺς δυνατούς. *Et vinctos, & potentes*. Videtur etiam ſcribendum in Vulgata, *& vinctos*. Facilis fuit literarum commutatio.

10 Holocavtomata. Græcè poſt *holocautomata*, ſtatim ſubiungitur, καὶ περὶ ἁμαρτίας, *& pro peccato*, quod in Vulgata in fine verſus ponitur. Facite manna. *Manna* poteſt deduci à Chaldæo ܡܢܐ *mena*. i. *numerauit*, inde ܡܢܬܐ *mnotha*. i. *pars*. ſed meliùs deducitur à מִנְחָה *mincha*, quam dictionem etiam Chaldæi vſurpant, & ſignificat *oblationem*. Sept. ſcribunt μάννα, & μαναά. S. Hieronymus cap. 17. Ierem. *Et ſacrificium, pro quo Sept. ipſum verbum Hebraicum poſuere מנחה, quod peſſima conſuetudine, imò ſcriptorum negligentia, Manna in noſtris libris legitur*. Vult igitur ſanctus Doctor vbique ſcribi *manaa*: & ſanè Sept. communiter ita ſcripſerunt. Si proprietatem huius dictionis perpendamus, dicendum eſt Hebr. Chald. Arab. ſignificare donum quodcumque & cuiuis oblatum, ſicuti patet ex 1. Reg. 10. v. 27. vbi dicitur de filiis Belial, *& non attulerunt ei* [Sauli] *munera*. Hebr. מִנְחָה *mincha*. Eodem modo ſumitur 2. Reg. 8, 2. Geneſ. 32, 13. & alibi. Accipitur autem pro munere quod Deo offertur, ſed diuerſimodè. Aliquando enim ſignificat oblationem ſimilæ ſeu farinæ tritici puriſſimæ cum oleo & thure; aliquando frumentum quod igni torrebatur. quinque huius oblationis ſpecies Leuitici ſecundo capite referuntur, & ritus offerendi Leuitici ſeptimo deſcribitur. Aliquando deſignat ſacrificium iuge, quod quotidie, & quidem veſperi cùm ſol declinare inciperet, hoc eſt, circa tertiam pomeridianam, offerebatur: Exodi 29, 39. Pſal. 140, 2. *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*. Vide Danielis 9, 21. 1. Eſd. 9, 5. 3. Reg. 18, 29, 36. Actorum 3, 1. & 10, 30. Denique ſacrificium illud iuge quod manè fiebat, etiam *mincha* appellatur 4. Reg. 3. 20. & Num. 28, 8. Ad aram Domini Dei nostri.

Olym-

Olympiodorus in Catena Græca: Εἰ καὶ κατεσκαμμένος ἦν ὁ ναὸς, ἀλλ' ἐν τῷ τόπῳ ἔθυον· οὐ γὰρ ἦν ἐξὸν ἀλλαχοῦ, εἰ μὴ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν. *Licet templum ſolo erat æquatum, tamen eo in loco ſacrificabant; haud enim alibi fas erat quàm Ieroſolymis victimas offerre.* Itaque Iudæi templo à Chaldæis exuſto, & altari euerſo, in ruinis erexerunt altare vile, ſubitaneum, & nullius pretij, ſi conferatur cum præcedenti, vel ſubſequenti quod Eſdras, poteſtate à Rege accepta, excitauit, vt haberent publicum ſuæ religionis exercitium, perinde ac habuerunt altare, antequam ædificatum eſſet templum & tabernaculum, vt patet Exodi 24. 4.

ORATE PRO VITA NABVCHODONOSOR. Illud in 11
mandatis à Deo acceperant Ieremiæ 29, 7. *Quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.* Ex pacifico enim Nabuchodonoſoris ſtatu dependebat pax terræ Babylonicæ; & per conſequens, pax Iudæorum. Ita Lyranus. Incertus Auctor in Catena Græca: Πέμψαντες δῶρα Θεῷ, τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ Μαναὰ, καὶ τὴν τῶν βασιλέων αἰτοῦσιν ἐκταθῆναι ζωήν. τοῦτο δὲ καὶ Παῦλος νομοθετεῖ, καί τοι τῶν ἐπ' αὐτοῦ κρατούντων γνώμαν ἐχθρὰν τοῖς εὐσεβέσι τολμώντων. *Dona Deo mittentes, hoc enim Manaa ſignificat; Regum quoque vitam produci petunt. Hoc vero etiam Paulus fieri mandat, etſi qui ſua ætate rerum potiebantur animo eſſent in pios offenſo.* Olympiodorus: Θεὸς ἦν ὁ προστάξας αὐτοῖς εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῶν Βαβυλωνίων, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἠρεμήσωσιν. *Deus erat qui orare præceperat illis pro pace Babyloniorum, vt & ipſi quiete viuerent.* ET PRO VITA BALTHASAR. Vel hic *Balthaſar* fuit filius primogenitus, qui ante patrem ſuum Nabuchodonoſorem obierit, & Euilmerodach fratrem ſuum regni heredem & patris ſucceſſorem reliquerit, ſicuti ex 4. Reg. vltimo, 27. conſtat: vel Euilmerodach etiam appellatus fuit Balthaſar, quandoquidem vltimus fuerit Rex Chaldæorum, ſub quo capta eſt Babylon. S. Hieronymus ad caput 5. Danielis me aliam in ſententiam perducit, nimirum Balthaſarem abnepotem fuiſſe Nabuchodonoſoris: idcircò eius verba proferam, & explicabo; ſic igitur ſe habent: *Sciendum eſt, non hunc eſſe filium Nabuchodonoſor, vt vulgò legentes arbitrantur; ſed iuxta Beroſum, qui Chaldaam ſcripſit Hiſtoriam, & Ioſephum, qui Beroſum ſequitur, poſt Nabuchodonoſor, qui regnauit annis quadraginta tribus, ſucceſſiſſe in Regnum eius filium, qui vocabatur Euilmerodach: de quo ſcribit Ieremias, quòd in primo anno Regni ſui leuauerit caput Ioachim Regis Iuda, & eduxerit eum de domo carceris. Refert idem Ioſephus, quòd poſt mortem Euilmerodach, in Regnum patris ſucceſſerit filius eius Negliſar, poſt quem rurſum filius eius Laboſordach: quo mortuo Balthaſar filius eius Regnum tenuerit, quem nunc Scriptura commemorat: quo interfecto à Dario Rege Medorum (qui Cyri Regis Perſarum auunculus fuit) & Cyro Perſa (quæ duo Regna Iſaias aſcenſorem bigæ, cameli & aſini vocat) deſtructum eſſe imperium Chaldæorum. Quod quidem & Xenophon in Cyri Maioris ſcribit infantia, & Pompeius Trogus, & multi alij, qui barbaras ſcripſere Hiſtorias.* Et paucis interiectis, addit: *Quòd autem Balthaſaris patrem Nabuchodonoſor vocat, non facit errorem ſcientibus ſanctæ Scripturæ conſuetudinem, quæ patres, omnes proauos & maiores vocantur.* Ad maiorem horum explicationem, Argumenta in contrarium allata diſſoluam.

Primum eſt. Danielem in Chronicis Regum Babyloniorum, poſt geſta Nabuchodonoſoris tranſiſſe ſtatim ad Balthaſarem; ergo hic ei proximè ſucceſſit.

Reſpondeo, Danielem ſtatim poſt Nabuchodonoſorem tranſiſſe ad Balthaſarem, non quòd ei *dyiàms* ſeu proximè in Regno ſucceſſerit; ſed quia eius ſuperbiam ſectabatur, patet ex verſu 22. *Tu quoque filius eius* (.i. abnepos eius) *non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc omnia.* nimirum Nabuchodonoſorem abauum tuum depoſitum fuiſſe de ſolio Regni ſui, & à filiis hominum eiectum, quando eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam. Scriptura verò nullam mentionem facit ſuperbiæ Euilmerodach, neque Negliſari aut Laboſordach ab aliquo Hiſtorico ſuperbiæ nota inuritur.

Secundum, Quia Daniel ſemper eum vocat filium Nabuchodonoſoris, ergo non eſt nepos aut abnepos.

Reſpondeo, S. Hieronymum hanc difficultatem anteà diſſoluiſſe, & 2. Reg. 9, 7. Dauid vocat Saulem patrem Miphiboſeth: conſtat autem fuiſſe auum, erat enim pater Ionathæ, cuius filius fuit Miphiboſeth.

Tertium, Quia à Ieremia c. 50, 2. *Balthaſar* vocatur *Merodach:* qui idem videtur eſſe cum *Euilmerodach.*

Reſpondeo, *Merodach* in Ieremia eſſe nomen idoli, ſicuti alterum quod præcedit *Bel.*

Quartum, Quia non potuerunt eſſe tot generationes tam paucis, puta 34. annis: tot enim tantùm interfluxerunt à morte Nabuchodonoſoris vſque ad mortem Balthaſaris.

Reſpondeo Primò, *Nabuchodonoſorem* filium ſeu *Magnum* regnaſſe cum patre ſuo annis 13. & poſt patrem 30. ſeu in vniuerſum annis 43. Beroſus aſſerit illum obiiſſe anno 44. ſcilicet inchoato, ab expeditione ſua; quia complectitur annos 13. expeditionis, qua miſſus à patre cum poteſtate & regio nomine, cuius octauo Iechoniam captiuum abduxit, quo tempore incepit captiuitas 70. annorum, quæ finita eſt poſt mortem Balthaſaris, ſeu primo anno Cyri. Secundò, Dico plures annos interceſſiſſe inter mortem Nabuchodonoſoris & Balthaſaris: nam Nabuchodonoſor obiit anno 34. captiuitatis. Quod probatur, quia quarto anno ante patris ſui obitum Iechoniam captiuum abduxit, & Tyrum expugnauit, poſteà ſolus regnauit annis 30. reliquis 36. poſteri eius Euilmerodach, Negliſar, Laboſordach, & Balthaſar ordine imperarunt. Quàm diuturnum fuerit cuiuſque imperium, necdum Chronologi definierunt. Tertiò, Nego debuiſſe tot generationes 34. annis extitiſſe: cur enim nequiuit Nabuchodonoſor in tam diuturno imperio ſuo nepotem ſuum in iuuenili ætate conſpicere? Præterea, quid incommodi, aſſerere nepotem iſtum in ſpatio annorum 36. (tot enim à morte Nabuchodonoſoris aui eius ad Balthaſaris mortem & captiuitatis liberationem numeramus) filium & nepotem pariter habuiſſe?

Quod ad nominis Balthaſaris etymologiam attinet, notandum eſt, pro varietate deductionis diuerſimode ſcribi. quidam enim ſcribunt *Balſaſar*, alij *Baltaſar*, alij *Balthaſar*, alij *Baltaſſar*, alij *Belſchazar:* alij dicunt *Balſaſar* eſſe nomen Danieli impoſitum, ſed *Baltaſar* eſſe nomen Regis. Sept. ſemper ſcribunt Βαλτάσαρ. Hebræi nomen Regis ſcribunt בֵּלְשַׁאצַּר *Balſaſar*, & nomen Prophetæ בֵּלְטְשַׁאצַּר *Beletſaſar*. Ex diuerſimoda compoſitione, multiplex interpretatio conſecuta eſt. In libello de Nominibus Hebraicis, &c. explicatur *Balſaſar*, *Non portans anguſtiam*, vel *non theſaurizans:* aut ex Syro & Hebræo, *ſcrutator theſauri. Baltaſſar* autem, *abſcondite theſaurizans*, ſiue *in malleatore theſaurizans*, vel *occulte portans anguſtiam.* S. Hieronymus de Nominibus Hebraicis: *Balthaſar, capillus capitis.* Beda addit: *vel abſorbens diuitias.* Pagninus: *Belteſaſar*, hoc eſt, *in acumine theſauri*, vel *theſaurus;* vel *acumine theſaurizauit. Balſaſar, non ferens anguſtiam*, vel *ſcrutator theſauri.* Ratio harum interpretationum eſt, quia בַּל *bal* ſignificat *non*, & נָשָׂא *naſa*, *tulit:* vnde per aphæreſin, & quia verbum defectiuum eſt *pe nun*, fit *ſa.* Præterea צַר *ſar* eſt *anguſtia.* אָצַר *aſar* ſignificat *repoſuit in theſauris.* בָּלַט *balat* eſt *abſcondite*, quia לוּט *lout* eius radix ſignificat *abſcondit.* לָטַשׁ *lataſ* ſignificat *acuit, poliuit.* Syriacum ܒܠܫ *belas*, *inueſtigare, perſcrutari.*

Facile erit aduertere, ſignificationes allatas ex his dictionibus emanaſſe, niſi quòd obſcurum ſit quid S. Hieronymum mouerit ad interpretandum *Balthaſar, capillus capitis*, quandoquidem nulla dictio Hebraica aut Chaldaica, ex qua *Balthaſar* formatur, *capillum* aut *caput* ſignificet. Idem dici poteſt de interpretatione Bedæ, *abſorbens diuitias.* Scio aliquos aſſerere, S. Hieronymum auctorem quidem eſſe libelli

de Locis & Nominibus Hebraicis ; ſed negare, omnes, & ſingulas interpretationes quæ ibi adferuntur eſſe illius, quin potiùs multas eſſe intruſas, inter quas fortaſſis hanc etiam accenſebunt. ego verò exiſtimo genuinam eſſe. At S. Hieronymum frequenter interpretari dictiones Hebræas, non attendendo ad literas, quibus dictio illa communiter Hebraicè ſcribitur (idem ſentiendum de Græcis) ſed aliquando Philonis aut Euſebij interpretem agere, aliquando verò dictiones componere ex memoria, non ſe aſtringendo ad literas quibus ordinariè ſcribuntur; aliquando metaphoricè exponere, ſicuti in hac dictione *Balthaſar*, *caput* ſumitur pro Principe, aut Domino. Dicitur autem *Princeps*, *Dominus*, *caput*, בַּעַל *baal* & *bal* per συναίρεσιν: & ſi ſermo ſit de muliere, dicitur בַּעֲלַת *baalath*, aut *balth*. *capillus* verò dicitur שֵׂעָר *ſear* aut *ſaar* & *ſar*. Recta igitur eſt S. Hieronymi interpretatio, nec illo indigna. Eam myſticè exponit Richardus de S. Victore, lib. 9. de Securitate conſcientiæ, cap. 34. *Interpretatur etiam Baltaſſar, capillus capitis, & dicitur Daniel Baltaſſar iuxta nomen Dei ſui, deſignans Chriſtum, cui conuenit dici capillus capitis, ſecundùm quod procedit à Patre; & ſecundùm nomen eius dicitur Baltaſſar, quia à Chriſto & per Chriſtum obtinemus vt meritò filij Dei dici debeamus. Deſignat etiam Baltaſſar, mentis deuotionem: quæ capillus capitis dicitur, quia per ipſam mens ad omnem ſubtilitatem acuitur.* Beda verò deduxit à בָּלַע *bala*, *abſorpſit*, & עָשַׁר *baſar*, *ditatus fuit*, vnde עֹשֶׁר *boſer*, *diuitiæ*.

Quotquot hactenus attuli interpretationes, tolerari poſſunt; ſed alia eſt quæ omnibus iſtis præferenda eſt: nimirum, componi ex בֵּל *Bel*, quod idoli Babylonici eſt nomen, & contractum eſt ex בַּעַל *bebal* eliſo ע, ſicuti ſæpè fit, quemadmodum apparet in *Simon* ex שִׁמְעוֹן *Simhon*, & aliis. etſi Deus Tyriorum propriè ſit *Baal*, ex quo *Hannibal*, *Aſdrubal*, & Deus Babyloniorum ſit *Bel*. vtrumque tamen confundunt Poëtæ Græci & Latini. Ergo *Baltaſar* componitur ex בֵּל *Bel* idoli nomine, quod etiam Heroum nominibus inſerebatur, ſicuti apud Hebræos veri Dei nomen in Ioſue, Ioſedec, & infinitis aliis. altera pars compoſitionis eſt אֵשׁ *es*, *ignis*, & צַר *ſar*, quod ſicuti *Bel* nominibus magnatum apud Chaldæos inſeritur, vt patet in Nabuchodonoſor & aliis. ſignificat vel *rupem*, quia Rex inſtar rupis ſubditos ſuos tueri debet; vel *formam*, quia exemplo ſuo debet populum ſuum formare; vel *collum*, quia medius inter Deum, qui eſt caput creaturarum, & ſubditos ſuos, in quos bona quæ à Deo accipit deriuare debet. R. Saadia dicit integrè ſcribendum fuiſſe בֵּלְטְשַׁאצַּר *Belteſaſar*. i. *Bel aſſeruat theſaurum*, quod nomen Danieli à Rege tributum fuit; ſed ait literam ט *t* omiſſam fuiſſe in nomine Regis, & *Balſaſar* vocatum fuiſſe, quia non טְשָׁה *teſa*. i. *recondidit & aſſeruauit*: ſed בְּלַשׁ אוֹצַר *belas otſar*, *ſcrutatus eſt & produxit theſaurum domus Dei*. Sed Septuaginta videntur tantùm vno modo legiſſe, ideòque ſemper ſcribunt Βαλτάσαρ, ſiue de Rege, ſiue de Propheta ſit ſermo. Quapropter diſtinctionem illam Maſoritis attribuendam, mihi perſuadeo, nec idcircò in Vulgata diuerſimodè ſcribendum, quod ab aliis factum animaduerto. SICVT DIES CÆLI. Olympiodorus in Catena: ἵνα ὦσιν πολυχρόνιοι, ἢ ἵνα κατ' εὐσέβειαν ζῶσιν. *Vt longæui forent, vel vt ſecundùm pietatem vitam ducerent.* Prouerbialis eſt locutio, alibi etiam vſurpata, vt Pſalmo 88, 30. *Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli.* Deuter. 11, 21. *Quamdiu cælum imminet terræ.* Sic Seneca in Oedipo:

Lucida dum current annoſi ſidera mundi.

Notum eſt Poëtas Græcos & Latinos vario modo loquendi exprimere *ſemper* & *numquam*: ab exemplis abſtineo, vt breuis ſim. ſufficiat dixiſſe hac locutione apprecari Regibus vitam diuturnam, conſtantem, tranquillam, piam, feliciſſimam, vno verbo, cæleſtem.

12 ET VT DET DOMINVS VIRTVTEM. Græcè, Καὶ δώσει Κύριος ἰσχὺν ἡμῖν. *Et dabit Dominus fortitudinem nobis*, ad tolerandas ærumnas captiuitatis. ET ILLVMINET OCVLOS NOSTROS. Græcè, καὶ φωτιεῖ, *& illuminabit oculos noſtros*. (eodem modo in futuro ponitur, *viuamus*, *ſeruiamus*, *inueniamus* in hoc verſu) petunt lumen à Deo, ſiue ad cognoſcendum quæ ipſis facienda ſint, quæve fugienda; ſiue vt eos lætitiâ perfundat: lux enim ſymbolum eſt & cauſa lætitiæ, ſicut tenebræ triſtitiæ. & ſic ait Iob 17, 12. *Poſt tenebras ſpero lucem.* & 18, 5. *Nonne lux impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius? Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur.* SVB VMBRA. i. ſub tutela, præſidio, ac beneuolentia. Apud Danielem regnum Nabuchodonoſoris comparatur arbori ingenti, ſub cuius vmbra multa animalia degunt. i. cuius fauore, ſubditi tranquillitate & proſperitate fruuntur. ET SERVIAMVS EIS. Non orant vt Nabuchodonoſori & Baltaſſari ſeruiant, maluiſſent enim libertate donari; ſed cupiunt potiùs illis ſeruire, quàm aliis crudelioribus & impientioribus.

14 ET IN DIE OPPORTVNO. Græcè, καὶ ἐν ἡμέραις καιροῦ. *& in diebus temporis opportuni*. i. diebus ſtatis ſeu indictis & conſtitutis ad orandum, ac Deum publicè colendum. Solebant enim Iudæi ter in anno Ieroſolymam proficiſci: ad Paſcha celebrandum, in menſe Niſan ſeu in Martio: ad Pentecoſten ſeu Feſtum Septimanarum, in Maio: ad feſtum Tabernaculorum, in Septembri. Illa feſta propriè appellantur מוֹעֵד *moed*, quia tempus certum, & locum peculiarem deſignatum habent. Cetera feſta *in die opportuno*, ſeu ἐν ἡμέραις καιροῦ, *in diebus temporis opportuni* celebrantur, & vbiuis locorum obſeruari poterant, vt initium anni, Kalendæ, Feſtum meſſis & collectionis, Tertius annus & Septimus qui erat remiſſionis ſeu ceſſationis terræ, Feſtum dedicationis, & quædam alia. Incertus in Catena: Αἰτοῦσι τὸ πεμφθεῖσαν ἐπιστολὴν τὴν ἀνάγνωσιν ἐν ἑορτῇ ἡμέρᾳ τοῖς ἐπισήμοις ἀπαιτοῦσι. *Petunt miſſæ epiſtolæ lectionem die feſto fieri viris inſignibus depoſcentibus.*

15 DOMINO DEO NOSTRO IVSTITIA. Hinc incipit liber Baruch, anteà enim à verſu 10. fuit epiſtola Iudæorum in Babylone captiuorum ad ſuos contribules in Ieruſalem; à primo autem verſu ad decimum, quis Libri huius ſit Auctor, & quàm vtilis ſit eius lectio declaratur. Porrò à verſu 15. & per totum caput 2. vſque ad verſum 8. capitis tertij, eſt oratio humilis, & multis rationibus impellens ad miſericordiam. Sumpſit hinc orationis ſuæ formam Daniel capite 9. verſu 7. ad 20. Olympiodorus: Κατὰ τὸ τῷ δικαίῳ λέγει καὶ Θεὸς ἐτιμωρήσατο καὶ ἡμεῖς ἐν αἰσχύνῃ ἐσμὲν σήμερον ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντες δικαίως. *Iure optimo & Deus puniuit, & nos in confuſione ſumus hodie captiuitatem iuſte ſuſtinentes.*

17 PECCAVIMVS. Græcè, ὅτι ἡμάρτομεν, *quia peccauimus*.

17 DIFFIDENTES IN EVM: ET NON FVIMVS SVBIE-

18 CTIBILES ILLI. Hæc Græcè non leguntur.

19 ET DISSIPATI RECESSIMVS, NE AVDIREMVS VOCEM IPSIVS. Græcè, Καὶ ἐσχεδιάζομεν πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. *Et vagabamur, ne audiremus vocem ipſius.* σχεδιάζειν & σπουδάζειν opponuntur, ſicuti apud Latinos, *leuiter ac negligenter aliquid tractare*, & *ſeriò ac cum ſtudio agere*. Olympiodorus exponit, προεφασιζόμεθα, αἰτίας ἀναπλάττοντες. *prætexebamus, cauſas confingentes.* ſcilicet, ne audiremus vocem ipſius. Theodoretus, τὸ δὲ ἐσχεδιάζομεν, id eſt, *leues eramus*, poſuit pro ἐπενοοῦμεν, hoc eſt, *excogitabamus* peccatorum genera. Tales vocat etiam beatus Paulus *inuentores malorum*. Ita apud Hebræos opponuntur קָלַל *kalal* & כָּבַד *cabad*, quorum prius redditur ab Interpretibus Græcis ἐσχεδίασα, *leuiter feci*. ταχὺ ποιῶ, *velociter facio*. quæ apprimè conueniunt explicationi τοῦ σχεδιάζειν apud Heſychium: Σχεδιάζει, ἐγγίζει, ἐκ παρατυχόντος ἢ ἑτοίμου λέγει. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ταχέως ποιεῖν. Σχεδιάζειν *ſignificat appropinquare, ſubitò ex parato dicere. Dicitur etiam pro velociter facere*. Σχέδιον ἀτελές. i. *vile*. ſic קָלַל *kalal* exponitur οὐδέν εἰμι, *nihil ſum*. εἰς οὐδὲν γίνομαι, *in nihilum redigor*. μικρὸς, *paruus*. σχολάζω, *vacuus*.

Et adhæſervnt. id eſt, propterea adhæſerunt; 10
nam & reſpondet Hebræo ו *Vau*, quod ſæpe cauſale
eſt. Danielis 9, 11. *& ſtillauit ſuper nos maledictio.*
prima dictio וַתִּתַּךְ *vattittac* habet *Vau* cauſale, & ra-
dicem נָתַךְ *nathac*, quæ redditur à Græcis *στάζω*, *ſtillo*;
χωνεύω, *conflo*; *τήκω*, *liqueſco*: quibus dictionibus quæ-
dam conglutinatio, aut intima penetratio ſignificatur.
Sic etiam per *adhæſerunt* inſinuat Propheta calamita-
tes tenaciter affligentes, à quibus nullus facilè ſe ex-
pediat, ſicuti Ieremiæ 42, 16. *Gladius, quem vos for-
midatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti; & fa-
mes, pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit vobis in Ægypto,
& ibi moriemini.* Qvæ constitvit Domi-
nvs Moysi. Quæ Dominus nobis per Moyſen
comminatus eſt, Deut. 8, 19. & 27, 14. & 28, 59.

Et non avdivimvs. *Et* ponitur pro, quia, tamen; 21
ſicut *Vau* apud Hebræos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Barvch ſolet à Conciliis & Patribus
nomine Ieremiæ comprehendi.

Babylonia. ſ. quò ſe contulerat ex 1
Ægypto poſt Ieremiæ mortem.

Qvinto. ſ. captiuitatis. Mensis. ſ. primi. In tem- 2
pore. pro, à tempore.

Filiorvm. Græc. & *filiorum*. 4

Revocare. pro, reſtituenda. Sivan. reſpondet 8
partim Maio, partim Iunio.

Dvxit. pro, duxiſſet. 9

Manna. pro, *minchah*. i. *munus*. ſ. cibarium ſacrifi- 10
cium. Aram. Apparet ſacerdotes, qui ſe receperant
in Ieruſalem, altare aliquod feciſſe.

Balthasar. Non ſucceſſit iſte patri, ſed alter 11
nomine *Euilmerodach*. niſi forte is etiam *Balthaſar*
vocabatur. Vide Dan. 5. Sicvt dies cæli.
i. diuturni.

Die opportvno. i. cùm opportunum fuerit. 14

Ivstitia. ſ. tribuenda. q. d. vt iuſtus celebran- 15
dus. Confvsio. ſ. conuenit. Est dies hæc. i. ap-
paret hodie.

Credidimvs. ſ. verbis eius. id non quadrat in 17
Prophetas & iuſtos reliquos, ſed in malos ſolos. In
evm. pro, ei.

Svbiectibiles. i. ſubiecti. 18

Incredibiles. i. increduli, ſeu rebelles. Dissi- 19
pati. i. ſeparati, ſeu diuiſi. ſ. à Deo. Græc. *celeriter*,
ſeu *inconſideratè*.

Constitvit, &c. i. per Moyſen propoſuit. Vide 20
Deut. 28. Die. ſ. apparet.

Operari. i. ſacrificare: & id ſolum malorum fuit. 22

CAPVT II.

Iudæi in captiuitate confitentur propter peccata ſua contigiſſe ſibi mala quæ Deus per Prophetas ſuos fuerat comminatus: fuſis ergo precibus petunt miſericordiam, quam per Moyſen fuerat pollicitus ſe reſipiſcentibus daturum.

Propter quod ſtatuit Dominus Deus no- 1
ſter verbum ſuum, quod locutus eſt ad A
nos, & ad iudices noſtros, qui iudicauerunt Iſ-
rael, & ad reges noſtros, & ad principes no-
ſtros, & ad omnem Iſrael, & Iuda: * vt addu- 2
ceret Dominus ſuper nos mala magna, quæ non
ſunt facta ſub cælo, quemadmodum facta ſunt
in Ieruſalem, " ſecundum quæ ſcripta ſunt in "Deut. 28 f. 53
lege Moyſi, * vt manducaret homo carnes filij 3
ſui, & carnes filiæ ſuæ. * Et dedit eos ſub ma- 4
nu regum omnium, qui ſunt in circuitu no-
ſtro, in improperium, & in deſolationem in om-
nibus populis, in quibus nos diſperſit Dominus.
* Et facti ſumus ſubtus, & non ſupra: quia pec- 5
cauimus Domino Deo noſtro, non obaudien-
do voci ipſius. * " Domino Deo noſtro iuſtitia: 6 "Sup. 1. c. 15

B nobis autem, & patribus noſtris confuſio fa-
7 ciei, ſicut eſt dies hæc. * Quia locutus eſt Do-
minus ſuper nos omnia mala hæc, quæ vene-
8 runt ſuper nos: * & non ſumus deprecati fa-
ciem Domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſ-
9 quiſque noſtrùm à viis noſtris peſſimis. * Et
vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea ſu-
per nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus
10 operibus ſuis, quæ mandauit nobis: * & non
audiuimus vocem ipſius vt iremus in præceptis
Domini, quæ dedit ante faciem noſtram.
11 * " Et nunc Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti "Dan. 9. d. 15
C populum tuum de Terra Ægypti in manu va-
lida, & in ſignis, & in prodigiis, & in virtute tua
magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi no-
12 men ſicut eſt dies iſte: * peccauimus, impie egi-
mus, iniquè geſſimus, Domine Deus noſter, in
13 omnibus iuſtitiis tuis. * Auertatur ira tua à no-
bis: quia derelicti ſumus pauci inter gentes,
14 vbi diſperſiſti nos. * Exaudi Domine preces no-
ſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter
te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem
15 eorum, qui nos abduxerunt: * vt ſciat omnis
terra quia tu es Dominus Deus noſter, & quia
nomen tuum inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſu-
16 per genus ipſius. * " Reſpice Domine de domo "Deut. 26. d. 15
ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & Iſa. 63. d. 15
17 exaudi nos. * " Aperi oculos tuos, & vide: " quia "Iſa. 64. c. 9
D non mortui, qui ſunt in inferno, quorum ſpi-
ritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt ho- "Pſal. 113. d. 17
18 norem & iuſtificationem Domino: * ſed ani-
ma, quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, &
incedit curua, & infirma, & oculi deficientes,
& anima eſuriens dat tibi gloriam & iuſtitiam
19 Domino. * Quia non ſecundùm iuſtitias pa-
trum noſtrorum nos fundimus preces, & peti-
mus miſericordiam ante conſpectum tuum,
20 Domine Deus noſter: * ſed quia miſiſti iram
tuam, & furorem tuum ſuper nos, ſicut locu-
tus es in manu puerorum tuorum propheta-
21 rum, dicens: * Sic dicit Dominus: Inclinate hu-
E merum veſtrum, & ceruicem veſtram, & opera
facite regi Babylonis: & ſedebitis in terra, quam
22 dedi patribus veſtris. * Quòd ſi non audieritis
vocem Domini Dei veſtri operari regi Baby-
loniæ: defectionem veſtram faciam de ciuita-
23 tibus Iuda, & à foris Ieruſalem, * & auferam
à vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij,
& vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, & erit om-
nis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus eam.
24 * Et non audierunt vocem tuam, vt opera-
rentur regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua,
quæ locutus es in manibus puerorum tuorum
prophetarum, " vt transferrentur oſſa regum
noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de loco
25 ſuo: * & ecce proiecta ſunt in calore ſolis, & in
gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus peſſi-
26 mis, in fame & in gladio, & in emiſſione. * Et
F poſuiſti templum, in quo inuocatum eſt nomen
tuum in ipſo, ſicut hæc dies, propter iniquita-
27 tem domus Iſrael, & domus Iuda. * Et feciſti
in nobis Domine Deus noſter ſecundùm om-
nem bonitatem tuam, & ſecundùm omnem
28 miſerationem tuam illam magnam: * Sicut lo-
cutus es in manu pueri tui Moyſi, in die qua
præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filiis

a Leu. 26. b. 14. Deut. 28. b. 15.

Iſrael, ᵃ dicens: ᵇ Si non audieritis vocem 29
meam, multitudo hæc magna conuertetur in
minimam inter Gentes, quò ego eos diſper-
gam: * quia ſcio quòd me non audiet populus. 30
populus eſt enim dura ceruice: & conuertetur
ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ: * & ſcient 31
quia ego ſum Dominus Deus eorum, & dabo G
eis cor, & intelligent; aures, & audient. * Et 32
laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, & me-
mores erunt nominis mei. * Et auertent ſe à 33
dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis: quia
reminiſcentur viam patrum ſuorum qui pecca-
uerunt in me. * Et reuocabo illos in terram, 34
quam iuraui patribus eorum, Abraham, Iſaac,
& Iacob, & dominabuntur eis: & multiplica-
bo eos, & non minorabuntur. * Et ſtatuam il- 35
lis teſtamentum alterum ſempiternum, vt ſim
illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum:
& non mouebo ampliùs populum meum, filios
Iſrael, à terra quam dedi illis.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

1 PROPTER QVOD STATVIT. Græcè, *καὶ ἔστησε*, *& ſtatuit*. ſed idem eſt ſenſus; *καὶ* enim reſpondet *vau* cauſali, vt dixi cap. 1, 20, 21. Notandum verò eſt, *ſtatuit* ſignificare hoc loco *ſtare fecit*, *ſtabiliuit*, *excitauit*, ſicuti apud Daniel. c. 9, 12. *& ſtatuit ſermones ſuos*. i. ipſo euentu confirmauit. reſpondet Hebræo קום *koum*, quod in *Piel* ſeu verbo actiuo קִיֵּם *kijem* ſignificat *erexit*, *ſtabiliuit*, ſicuti in *Hiphil* ſeu altera verbi actiui forma הֵקִים *hekim*. ideò Septuaginta reddunt *ἐγείρω excito*, *ἐξεγείρω ſuſcito*, *κυρόω confirmo*, *πιστόω fidele præſto*, &c.

2 IN LEGE MOYSI. i. ſimilia illis quæ Moyſes comminatus eſt legis præuaricatoribus. Deut. 27. & 28, 53. *Et comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus*. Iudæos carnes filiorum & filiarum comediſſe in obſidione Ieroſolymitana, patet ex Thren. 2, 20. & cap. 4, 10. Et quamuis libro 4. Reg. c. 25. & 2. Paralip. c. 36. vbi agitur de obſidione Ieruſalem per Nabuchodonoſorem, nulla tantæ famis ſit memoria, *tamen credendum eſt*, ait Lyranus, *hoc factum fuiſſe, vt dicit hic Propheta Baruch* [addo, & anteà eius præceptor in Threnis] *quia non omnia ſunt in illis libris ſcripta*. Vnde corrigendus Vatablus, qui negat vllam eſſe in Scriptura huius tantæ atrocitatis mentionem.

4 ET DEDIT EOS SVB MANV. id eſt, ſubiecit eos omnibus Regibus vicinis: modò enim ab Ægyptiis, modò ab Aſſyriis, modò à Chaldæis, modò à Syris ſub iugum mittebantur. IN IMPROPERIVM, ET IN DESOLATIONEM. Græcè, *εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ εἰς ἄβατον. in improperium, & in inuium*. idem eſt ſenſus, quia in deſolatione ſeu vaſtatione nullus aditus receſſuſque hominibus relictus eſt. IN QVIBVS NOS DISPERSIT DOMINVS. i. quò. eſt Hebraiſmus, expreſſus in Dan. 9, 7. *His qui propè ſunt, & his qui procul in vniuerſis terris*, אֲשֶׁר הִדַּחְתָּם שָׁם *aſer hiddachtam ſam*, *ad quas eiecisti eos* [illuc.] Aduerbium hoc omiſit Vulgata. Sept. habent *ἐκεῖ*. ſic etiam habent hic, & verſ. 13.

5 ET FACTI SVMVS SVBTVS. Deut. 28, 13. *Conſtituet te Dominus in caput, & non in caudam; & eris ſemper ſuprà, & non ſubter; ſi tamen audieris mandata Domini*. i. ſemper eris dominus, & numquam ſeruus. ergo Baruch ſimili phraſi indicat, Iudæos è ſumma Regni dignitate, quam conſecuti erant tempore Ioſue, Dauidis, Salomonis, delapſos eſſe propter peccata ſua in abiectiſſimam ſeruitutem.

7 QVIA LOCVTVS EST. Verum quidem eſt, omnes Græcos Codices habere *ἃ ἐλάλησε*, *quæ locutus eſt*. tamen dicendum eſt, vel *ἃ* relatiuum poſitum eſſe pro coniunctione *ὅτι*, *quia*, ſicuti apud Hebræos אֲשֶׁר *aſer* eſt relatiuum, & nihilominùs frequenter ſumitur pro coniunctionibus *vt*, *quia*, *ſi*, *cum*, *&*, *quando*: vel Interpretem noſtrum legiſſe *ὅτι*, & ſanè clarior erit connexio. q. d. ideò nobis & patribus noſtris confuſio faciei, & Deo iuſtitia: quia etſi Deus nobis omnia mala hæc comminatus fuerit per Moyſen & Prophetas, tamen non ſumus deprecati faciem eius vt reuerteremur à viis noſtris peſſimis.

9 ET VIGILAVIT DOMINVS. Theodoretus: *Euigilationem Dei vocat vindictam, nam Scriptura diuinæ mos eſt, longanimitatem eius appellare ſomnum*. Similis Hebraiſmus Ierem. 1, 12. & 31, 28. & 43, 27. & Danielis 9, 14. vnde hæc ſententia ſumpta eſt.

10 QVÆ DEDIT ANTE FACIEM NOSTRAM. Hebraiſmus ſignificans, vel quæ noſtræ libertati reliquit; vel potiùs communis & familiaris modus loquendi, ſignificans Deum ita clarè & manifeſtè præcepta ſua nobis propoſuiſſe, vt nullam poſſimus ignorantiam prætexere.

11 ET FECISTI TIBI NOMEN. id eſt, per prodigia facta in eductione populi ex Ægypto, & deductione per deſertum, gloria tua totum orbem peruagata eſt. Olympiodorus: *Κατὰ τὰ διηνεκῆ σου θαυμάσια. τῷ γὰρ προφήτῃ καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις οὐ διαλιμπάνει θαυματουργῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἀεὶ θαυμαστὸς παρ' αὐτοῖς. εἰ μὴ ποιήσῃ σημεῖα οὐ θαυμάζεται*. quæ verba ſic verto & expleo: *Iuxta continua mirabilia tua. apud Prophetam enim & omnes Sanctos non deſinit mira operans Deus, ſed ſemper apud illos mirabilis: niſi ſigna fecerit, admirationi non eſt*. ſc. *παρ' ἄλλοις, apud alios*. id eſt, Deus apud vulgus tantùm admirationi eſt; cùm ſigna oſtendit; ſed apud viros ſanctos ſemper eſt admirationi, etſi prodigium aliquod nouum non exhibeat; quia omnia eius opera ſunt admiranda, ipſeque in illis conſeruandis & producendis maximè admirandus, propter ſuam infinitam potentiam, bonitatem, ſapientiam quæ in ipſis elucent. Interpres ſic verterat: *Per ea quæ continenter patraſti mirabilia: in gratiam enim Prophetæ & Sanctorum omnium Deus non deſinit mira efficere, ſed ſemper in ipſis mirabilis eſt: niſi oſtendat ſigna, admirationi non eſt*.

12 IN OMNIBVS IVSTITIIS TVIS. Græcè, *ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαιώμασί σου*. Mandata Dei vocantur *iuſtitiæ*, quia præſcribunt id quod iuſtum eſt, & quia eorum obſeruatione homines iuſtificantur, iuxta S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 12. ſeu *δικαιοῦνται*; cuius dictionis proprietatem appoſitè ad noſtram mentem explicat Ariſtoteles, dum dicit: *Ἀδύνατον ἀδικεῖσθαι μὴ ἀδικοῦντος, δικαιοῦσθαι μὴ δικαιοπραγοῦντος: Fieri nequit aliquem iniuriam accipere, niſi aliquis eam inferat; neque aliquem id quod iuſtum eſt accipere, niſi aliquis id quod æquum eſt agat*. Breuitati ſtudeo, alioquin pluribus euincerem, hæreticos fruſtrà reprehendere Interpretem noſtrum, quòd *δικαιώματα*, & ſimilia reddat *iuſtitiæ*.

16 RESPICE DOMINE DE DOMO SANCTA TVA. Incertus in Catena: *Τὸν ναὸν φησὶ τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἐν ᾧ μόνῳ Θεὸς ἐπεφαίνετο. ἀνθρωπίνως εἶπεν, ὡς τοῦ Θεοῦ τοὺς ἁμαρτάνοντας οὐ βλέποντος: Templum dicit Ieroſolymitanum, in quo ſolo Deus apparebat. Humano more locutus eſt, veluti Deo peccatores non inſpiciente*. Iudæi ad templum conuerſi orabant, vt patet Dan. 6. 10.

17 APERI OCVLOS TVOS. Theodoretus: *Solent moleſtiâ aliquâ affecti claudere oculos, ſtatim vt conſpecti fuerint illi, qui iniuriam fecerunt: & pupillas oculorum auertere, dum ij qui iniuriâ eos affecerunt, precantur. Hæc igitur poſuerunt, humano more loquentes. Numen enim diuinum non eſt comprehenſibile*. QVIA NON MORTVI, QVI SVNT IN INFERNO. id eſt, neque illi qui ſunt in gehenna æterna, neque qui ſunt in temporanea ſeu purgatorio, neque qui ſunt in limbo, glorificabunt & iuſtum prædicabunt Dominum, ore ſcilicet ac lingua, quia corpore carent; aut cùm quotidie nouum à Deo non accipiant beneficium, non prouocantur ad gratiarum actiones, ſicuti viuentes qui quotidie plurima recipiunt beneficia.

Sed anima, qvæ tristis est. Græcè, ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἡ λυπουμένη ἐπὶ τὸ μέγεθος, ὃ βαδίζει κύπτον καὶ ἀσθενοῦν. Editio Romana: *Sed anima quæ triſtatur in magnitudinem, qui incedit curuus & infirmus.* In notis ſignificatur deeſſe τὸ πνεῦμα *ſpiritus*, ante relatiuum ὃ. Olympiodorus: Οἱ μεγάλα φορτία βαστάζοντες, ἀσθενοῦντες κύπτουσι. ψυχὴ οὖν φησὶν ἡ διὰ τὰς ἁμαρτίας κακουμένη, καὶ μέγεθος ἔχουσα λύπης, κύπτουσα καὶ ἀσθενοῦσα ὁμολογεῖ): *Qui magna portant onera, non ſuſtinentes curuantur: anima igitur inquit, quæ iniquitatibus affligitur, & magnitudinem triſtitiæ habet; curuata & infirma confitetur.* Hanc Olympiodori expoſitionem adduxi, quòd exiſtimarem lucem adferre ad explicationem textus τοῦ ὃ. quem aliqui deprauatum cenſet: aut μέγεθος *magnitudinem* referunt ad ſtaturam corporis ingentis, quod debilitatum & incuruum inceſſum habet. Alij ex Theodoreto adiiciunt πνεῦμα: ego cum Olympiodoro ſentio μέγεθος *magnitudinem* non referri ad corporis molem, ſed ad peccatorum grauitatem, quæ animam deprimit & incuruat; atque ad humilem peccatorum cognitionem flectit. Theodoretus habet quidem πνεῦμα *ſpiritus*, ſed poſuit pro *anima*; ſic enim loquitur: *Spiritus curuus & infirmus, oculi deficientes, & anima eſuriens, dabunt tibi gloriam & iuſtitiam, Domine.* Quæ verba ſi cum Vulgata conferas, ſtatim aduertes, *ſpiritum* pro *anima* poſitum: quare nequit coniungi cum ὃ tamquam aliud ab *anima* orationis membrum; ac ſi primum protenderetur vſque ad μέγεθος, & τὸ πνεῦμα inchoaret ſecundum: quod velle debent, qui aſſerunt πνεῦμα deſiderari, & reddunt relatiuum ὃ *qui*, veluti ad illud pertinens, vt integra ſit oratio: *Sed anima quæ triſtatur in magnitudinem, ſpiritus qui incedit curuus.* Alij denique putant in Græco ſcribendum, ἣ βαδίζει κύπτουσα καὶ ἀσθενοῦσα, quia Vulgata videtur ſic legiſſe, habet enim; *& incedit curua & infirma.* Nimia fit in textu Græco mutatio, vt hanc lectionem probare queam. Dico igitur, Vulgatam legiſſe vt modò habetur, niſi quod pro ὃ, ſcriptum fuerit ᾧ, retineo κύπτον & ἀσθενοῦν; ſed plurali Græca explicanda ſunt aduerbialiter, quare ita vertendum exiſtimo: *Sed anima quæ triſtatur ſuper magnitudine, quâ incedit curuè & infirmè.* i. propter quam incedit curua & infirma. Qui Canones Græcæ Grammaticæ conſulent, vltrò huic ſententiæ acquieſcent, quare pluribus abſtineo. Ocvli deficientes. Olympiodorus: Εἴτε αἰσθητῶς διὰ τὰς συμφοράς, εἴτε καὶ ἐκ τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας ἀμαυρούμενοι. *ſiue ſenſibiliter propter calamitates [lacrymis exeduntur] ſiue etiam ex ſpirituali contemplatione [oculi mentis] offuſcantur.* Et anima esvriens. *Anima* ponitur pro toto homine; ſicuti frequenter in Scriptura ſumitur. 18

Inclinate hvmervm vestrvm. Vide 21
Ierem. 27, 8. 11, 12. ex quibus Baruch ſententiam concinnauit, verba non appendit.

Defectionem vestram. Vide Ierem. cap. 7, 34. 22
16, 9. 25, 10. & 27, 8. Et a foris Iervsalem. Ita vocat ſuburbana Ieroſolymæ, vicoſque & ciuitates illi ſubiectas.

Vt transferrentvr. Olympiodorus: Εἰς δεῖγμα 24
τῆς μελλούσης κρίσεως, μετὰ τελευτὴν τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐτιμωροῦντο: *In ſignum futuri iudicij poſt mortem oſſa eorum puniebantur.* Chaldæi vt theſauros è ſepulchris Iudæorum eruerent, cadauera effodiebant, & ſub dio aëris iniuriis exponebant. Vide Ierem. 8, 1. & 2. Hanc expoſitionem confirmat Incertus, vel potiùs Theodoretus, quem ille expilare ſolet: Οὐ μόνον ἡμεῖς οἱ ζῶντες παρεδόθημεν δουλείᾳ, ἀλλὰ καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν οἱ τάφοι, καὶ μὴν καὶ τῶν βασιλέων ἀνεσκάφησαν ἐκ βάθρων, ὡς τὰ ἐκείνων ὀστᾶ ὕπαιθρα ῥιφῆναι καὶ ταῖς ἐναντίαις τοῦ ἀέρος μεταβολαῖς διαφθαρῆναι. *Non ſolum nos qui viuimus ſerui ſumus traditi ſumus, ſed & patrum noſtrorum ſepulchra, quinimo etiam Regum ex foſſis extracta ſunt, vt illorum oſſa ſub dio proiecta fuerint, & contrariis aëris mutationibus ad corruptionem expoſita.*

Et in emissione. Ierem. 34, 17. *Propterea hæc di-* 25
cit Dominus: Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo: ecce ego prædico vobis, &c.

26 Et posvisti. Hunc verſum confer cum Ieremia c. 7. 10. *Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis,* &c. Conſule inſuper cap. 25, 29. & cap. 32, 34.

27 Secvndvm omnem bonitatem tvam. Græcè eſt ἐπιείκειαν, de qua Ariſtoteles in Ethicis lib. 5. c. 14. per totum, in quo ſubtiliter ex more diſtinguit ἐπιείκειαν & δικαιοσύνην, cuius diſputationis ſumma eſt, ἐπιείκειαν eſſe Iuris legitimi correctionem ſeu moderationem, quà aliquid ei deeſt, proptereà quòd generaliter loquitur, quare licet illud facere, quod Legiſlator permitteret ſi adeſſet; vel quod ſtatuiſſet ſi illud præſciuiſſet: iſque ἐπιεικὴς dicitur, qui Legem non extremè vrget. Vide infrà ad caput 3. v. 1. teſtimonium Gellij de Chilone. Incertus vel Theodoretus: Καὶ ταῦτα μέντοι οὐ πρὸς ἀξίαν τῆς ἡμετέρας ἀσεβείας ἐπήγαγες, ἀλλὰ κεράσας φιλανθρωπίᾳ τὸ δίκαιον: *Et hæc quidem merito impietatis noſtræ nequaquam digna inmiſiſti. ſed temperaſti iuſtitiam cum beneuolentia erga homines.*

29 Mvltitvdo hæc magna. Græcè, ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη ἡ πολλὴ αὕτη. *turba magna multa hæc.* Incertus: Ὅτι ὁ νόμος ἐδίδοτο, φωναί, καὶ κτύποι, καὶ ἀστραπαὶ ἐγένοντο, ταῦτα λέγει βόμβησιν: *Quando lex ferebatur voces, & ſtrepitus, & fulgura fuerunt. hæc appellat* βόμβησιν, *turbam ſeu fremitum.* Homerus & Poëtæ ſæpiſſimè comparant multitudinem hominum cum examine apum, quod *bombare, bombitare, bombizare* dicimus, cùm ſonum emittit. Vide Deut. 28, 62.

35 Et statvam illis testamentvm alterum sempiternvm. Hæc ex Ieremia ſumpta ſunt cap. 31, 31, 32. Teſtamentum hoc, eſt illud quod nobiſcum Chriſtus iniuit; illud enim ſolum eſt ſempiternum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Statvit. i. executus eſt.
4 Eos. ſ. de quibus ſup. Manv. i. poteſtate.
6 Ivstitia. Vide ſup. cap. 1. Est dies hæc. i. apparet hodie.
8 Vt reverteremvr. i. animo reuertendi.
9 Vigilavit. ſ. qui videbatur dormire.
10 Ante faciem nostram. i. palàm. nec enim poſſumus excuſare ignorantiam.
12 Ivstitiis. i. præceptis.
13 Invocatvm, &c. q. d. quòd Iſraël te coluit, & nos eius poſteri.
16 Domo. ſ. cælo.
17 Inferno. i. ſepulchro. Spiritvs. i. anima. Ivstificationem. i. iuſtitiam q. d. te iuſtum prædicabunt.
18 Infirma. i. agnoſcens ſuam infirmitatem. vel, ex caſtigatione corporis debilis. Esvriens. ſ. iuſtitiam, vel abſtinentia ſe macerans.
20 Pverorvm. i. ſeruorum.
21 Opera facite. i. ſeruite.
22 Defectionem, &c. q. d. faciam vos deficere.
23 Ab inhabitantibvs. i. ob defectum inhabitantium.
25 Emissione. i. exilio.
26 Hæc dies. i. apparet hodie. ſ. deſtructum.
27 Fecisti. pro, facies.
35 Altervm. Id planè pertinet ad Teſtamentum nouum. ſ. Legis Euangelicæ. nam etiam ſempiternum dicitur, & additur, non mouendum loco ampliùs populum. certè enim Iudaicus per Romanos poſteà valdè motus eſt, Deo puniente.

CAPVT III.

Perſeuerant confiteri peccata ſua & patrum ſuorum, obſecrantes Deum pro miſericordia: Iſrael in captiuitatem ductus eſt, eo quod dereliquerit viam ſapientiæ quæ non inuenitur à potentibus, diuitibus, aut gigantibus. ſed populo Iſrael tradita fuerat à Deo, cui omnes ſuæ creaturæ obediunt: additurque de Chriſti aduentu in carnem.

1 ET nunc Domine omnipotens, Deus Iſ-
A rael, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius

clamat ad te: * audi Domine, & miſerere, 2
quia Deus es miſericors, & miſerere noſtri:
quia peccauimus ante te. * Quia tu ſedes in 3
ſempiternum, & nos peribimus in æuum? * Do- 4
mine omnipotens, Deus Iſrael, audi nunc ora-
tionem mortuorum Iſrael, & filiorum ipſo-
rum, qui peccauerunt ante te, & non audie-
runt vocem Domini Dei ſui, & agglutinata
ſunt nobis mala. * Noli meminiſſe iniquita- 5
tum patrum noſtrorum, ſed memento manus
tuæ, & nominis tui in tempore iſto: * quia tu 6
es Dominus Deus noſter, & laudabimus te
Domine: * quia propter hoc dediſti timorem 7
tuum in cordibus noſtris, & vt inuocemus no-
men tuum, & laudemus te in captiuitate no-
ſtra, quia conuertimur ab iniquitate patrum
noſtrorum, qui peccauerunt ante te. * Et ec- 8
ce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua
nos diſperſiſti in improperium, & in maledi- B
ctum, & in peccatum, ſecundum omnes ini-
quitates patrum noſtrorum, qui receſſerunt à
te Domine Deus noſter. * Audi Iſrael man- 9
data vitæ: auribus percipe, vt ſcias pruden-
tiam. * Quid eſt Iſrael quòd in terra inimico- 10
rum es? * inueteraſti in terra aliena, coinqui- 11
natus es cum mortuis: deputatus es cum de-
ſcendentibus in infernum. * Dereliquiſti fon- 12
tem ſapientiæ. * nam ſi in via Dei ambulaſſes, 13
habitaſſes vtique in pace ſempiterna. * Diſce 14
vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intel-
lectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ
& victus, vbi ſit lumen oculorum, & pax.
* Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in 15
theſauros eius? * Vbi ſunt principes Gen- 16
tium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ
ſunt ſuper terram? * qui in auibus cæli ludunt, 17
* qui argentum theſaurizant, & aurum, in 18
quo confidunt homines, & non eſt finis ac-
quiſitionis eorum? qui argentum fabricant &
ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum?
* exterminati ſunt, & ad inferos deſcende- 19
runt, & alij loco eorum ſurrexerunt. * Iuue- 20
nes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper C
terram: viam autem diſciplinæ ignorauerunt,
* neque intellexerunt ſemitas eius, neque filij 21
eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum lon-
gè facta eſt: * non eſt audita in Terra Cha- 22
naan, neque viſa eſt in Theman. * Filij quo- 23
que Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de
terra eſt, negotiatores Merrhæ, & Theman,
& fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & in-
telligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt,
neque commemorati ſunt ſemitas eius. * O Iſ- 24
rael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens
locus poſſeſſionis eius! * Magnus eſt, & non 25
habet finem; excelſus & immenſus. * Ibi fue- 26
runt gigantes nominati illi, qui ab initio fue-
runt, ſtatura magna, ſcientes bellum. * Non 27
hos elegit Dominus, neque viam diſciplinæ
inuenerunt: propterea perierunt. * Et quoniam 28
non habuerunt ſapientiam, interierunt pro-
pter ſuam inſipientiam. * Quis aſcendit in 29
cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nu- D
bibus? * Quis transfretauit mare, & inuenit 30
illam? & attulit illam ſuper aurum electum?
* Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui 31
32 exquirat ſemitas eius: * ſed qui ſcit vniuerſa,
nouit eam, & adinuenit eam prudentia ſua:
qui præparauit terram in æterno tempore, &
repleuit eam pecudibus, & quadrupedibus:
33 * qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud,
34 & obedit illi in tremore. * Stellæ autem dede-
runt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt:
35 * vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxe-
36 runt ei cum iucunditate, qui fecit illas. * Hic
eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad-
37 uerſus eum. * Hic adinuenit omnem viam di-
ſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, &
38 Iſrael dilecto ſuo. * Poſt hæc in terris viſus eſt, &
cum hominibus conuerſatus eſt.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

1 ET NVNC. Græcus hæc omiſit. ET SPIRITVS ANXIVS. S. Athanaſius in Epiſtola ad Serapionem hunc locum refert, poſtquam regulas certas præſcripſit ad dignoſcendum, num Scriptura de Spiritu ſancto vero Deo loquatur, eaſque diuerſis Scripturæ teſtimoniis confirmaſſet, concludit & quærit ab iis qui negabant Spiritum ſanctum eſſe Deum: *Ecce quomodo Spiritus ſanctus in vniuerſa Scriptura certis notis deſcribitur; quid igitur tale in Propheta* [Amos c. 4. verſ. vlt.] *conſpexiſtis? ſiquidem* πνεῦμα, *i. ſpiritus, apud Prophetam, ne articulum quidem ſibi adiunctum habet, vt vel inde occaſionem captaretis* [opinandi agit de Spiritu ſancto, quem nos Deum confitemur.] ἀλλ' αὐτοὶ ἐτολμήσατε πρότους ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν, καὶ εἰπεῖν τὸ λεγόμενον κτίζεσθαι πνεῦμα αὐτὸ εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Verum ſine adiectione ſeu abſolutè ponitur: auſi tamen eſtis rationes vobis comminiſci & dicere, Spiritum qui* [in Amos] *creari dicitur, eſſe Spiritum ſanctum: quamuis poſſetis ex viris eruditis differentias ſpirituum cognoſcere. Dicitur enim etiam hominis Spiritus:* Ὁ Βαροὺχ δεχόμενος φησί. Ψυχὴ ἐν στενοῖς καὶ πνεῦμα ἀκηδιῶν ἐκέκραγε [γρ. ἐξέκραγε ἢ κέκραγε] πρὸς σέ. *Baruch orans dicit. Anima in anguſtiis & ſpiritus anxiatus clamat ad te.* Hactenus S. Athanaſius. Quod ad vocem *anxius* aut ἀκηδιῶν attinet, notandum eſt, his vocibus explicari dictionem Hebræum עטף *ataph*, quæ propriè ſignificat *operiri, obrui*, ſed per metaphoram ſignificat ingenti mœrore & calamitate obrui, & deficere viribus animæ & corporis. Septuaginta reddunt: ἀκηδιάζω, *anxius ſum*; ὀλιγοψυχέω, *exanimis prope fio*; ἐκλείπω, *deficio*. Vulgatus Latinus Interpres ab ἀκηδία, vnde manat ἀκηδιάζω, formauit verbum *acedior*. Eccleſiaſtici c. 6. v. 26. *Subiice humerum tuum* [ſapientiæ] *& ne acedieris vinculis eius.* Græcus loco *acedieris* habet προσοχθίσῃς, vel vt Romana, προσοχθίσῃς, *indignè feras*, tamen Interpres Romanus vertit *acedieris*. ſic cap. 22. v. 16. *Deflecte ab illo* [ſtulto] *& inuenies requiem, & non acediaberis in ſtultitia illius.* Græcè, καὶ μὴ ἀκηδιάσῃς. cuius dictionis propria notio eſt duplex, quando componitur ex α στερητικῷ, ſeu *priuatiuo*, ſignificat *negligens fio*, ſeu *mœrore, cura, ſolicitudine careo.* κῆδος enim explicatur *cura, mœror*: ſi verò componatur ex α ἐπιτατικῷ, ſeu *intenſiuo*, ſignificat *magna cura, magno mœrore afficior.* Exiſtimo *acediari* in Eccleſiaſtico cap. 6. explicandum *mœrore afficiaris*, ſeu *grauiter feras*, quod propriè eſt προσοχθίσῃς, in cap. 22. eodem modo ſumitur. Nunc originationem dictionis *anxius*, quam Vulgata pro ἀκηδιῶν poſuit perpendamus. Notum eſt, *angere* fuiſſe olim in vſu. Diomedes: *Angere propriè ſignificat præfocare, ſiue ſtrangulare, vnde & Angina dicta eſt.* Notum etiam eſt, illud deduci à Græco ἄγχω, quod non tantùm ſignificat *fauces conſtringo*, ſed *quouis modo premo, coerceo.* Ita vſurpauit Gellius: *Chilo præſtabilis homo ſapientia, quonam vſque debuerit contra legem contraque ius pro amico progredi, dubitauit: eaque res in fine quoque vitæ ipſo animum anxit. Anxius* autem ab *ango* ſeu ἄγχω dimanauit. Huius ſignificationem explanat Cicero 4. Tuſculan. *Dicimus grauedinoſos*

dinoſos quoſdam torminoſos, non quia ſemper ſint, ſed quia ſæpe ſint: alij ad metum, alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in alijs anxietas, vnde anxij: in alijs iracundia dicitur, quæ ab ira differt: eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum, vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando; neque anxij ſemper anguntur.

3 QVIA TV SEDES. id eſt, permanes. Hebraiſmus. יֹשֵׁב *iaſab*, *ſedet*, accipitur pro עָמַד *amad*, *permanſit*, *perſtitit*. Vide S. Dionyſium de Diuinis nominibus, cap. 9. in quo ſubtiliter & eleganter de Diuino ſtatu & motu docet. Manum abſtineo, ne longior fiam.

4 AVDI NVNC ORATIONEM MORTVORVM. Triplex huius loci explanatio. Prima: Audi orationem ſanctorum Patriarcharum & Prophetarum, qui dum viuerent, pro poſteris ſuis orabant, & iam mortui adhuc orant pro illis in limbo. Sic Iudas Machabæus Ieremiam iam vita functum pro populi ſalute deprecantem vidit: 2. Machab. 15, 14. Secunda: Audi orationem eorum qui proximè & nuper obierunt, qui etſi peccauerint, tamen pœnitentes deceſſerunt. vt idem ſit mortuorum Iſrael, & filiorum ipſorum, id eſt, eorum qui peccauerunt, ſicut ex Græco patet, τῶν ἁμαρτανόντων. Tertia: Audi orationem noſtram, qui adeò affligimur vt ſimiles mortuis ſimus, & coinquinati cum mortuis iudicemur. vide verſ. 11. Quartam ſuppeditat Olympiodorus: Τεθνηκότων φησί, τῶν ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν γενομένων διὰ τὴν ἁμαρτίαν: *Mortuorum, ait, eorum, in quos ſententia lata eſt propter peccatum, vel eorum qui propter peccatum à iuſtis Iſraelitis diuiſi ſunt*, ſeu *qui propter peccatum negantur eſſe veri Iſraelitæ*. Ἀπόφασις pro *diuiſione* ſumitur à Themiſtio. Διαίρεσις, inquit, ἔοικεν ἡ ἀπόφασις, συνθέσει δὲ ἡ κατάφασις. *Diuiſioni comparatur* ἀπόφασις, *compoſitioni verò* κατάφασις. Ariſtoteles 3. Metaphyſ. Οὐσίας στέρησις ἀπόφασίς ἐστιν ἀπό τινος ὡρισμένου γένους. *Eſſentiæ priuatio, diuiſio eſt ab aliquo definito genere* [ſubſtantiæ.] Diuiſio autem & negatio hic pro eodem ſumuntur. S. Dionyſius docet τὴν καταφατικὴν θεολογίαν, eſſe *ſermonem aliquid Deo attribuentem*. Contrà verò τὴν ἀποφατικὴν. *ſermonem aliquid à Deo remouentem*. Vide De Myſtica Theologia cap. 3. 4. 5. Quarta hæc interpretatio ceteris præferenda videtur, tum quia ſecundam & tertiam includit; tum quia meliùs cum ſequentibus cohæret: comprehendit enim ſimul ſuperſtites qui hanc orationem pronuntiant, & maiores eorum, qui omnes ob peccata ſua indigni cenſentur vt exaudiantur à Deo Iſrael; quandoquidem opera Iacob, qui à Deo appellatus eſt Iſrael, & ſuper quem nomen Dei inuocatum fuit [cap. 2. verſ. 15.] non ſectentur. quapropter adduci nequeo vt idem membrum exiſtimem, *Mortuorum Iſrael & filiorum ipſorum qui peccauerunt ante te*, ſicuti ſecunda ſententia ſupponebat: ſed duo diſtincta, priori defuncti, poſteriori ſuperſtites, eorum poſteri complectuntur. Quia cogitatio ac recordatio peccatorum à Patribus commiſſorum adiuncta ad propria peccata plurimum valet ad veniæ remiſſionem. Vide Danielem cap. 9, 5. &c.

QVIA CONVERTIMVR. Græcè: ὅτι ἀπεστρέψαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν πᾶσαν ἀδικίαν πατέρων ἡμῶν τῶν ἡμαρτηκότων ἐναντίον σου. *Quia auertimus à corde noſtro omnem iniquitatem patrum noſtrorum qui peccauerunt ante te*. Quidam legunt ἐπὶ καρδίαν, & vertunt, *Vt qui patrum noſtrorum qui coram te peccauerunt, omnem iniuſtitiam in memoriam & cogitationem noſtram reduximus*. Alij, *Quia renouauimus*, vel *quia imitati ſumus iniquitatem patrum noſtrorum*. Alius vertit: *Quia redieramus ad ingenium noſtrum* [& ad] *omnem iniquitatem patrum noſtrorum qui peccauerunt coram te*. Prima traductio tenenda, eamque expoſcit noſtra Vulgata editio Latina, aliæ vitioſa lectione nituntur. Vitioſam dico Primò, quia Codex Vaticanus & alij melioris notæ illam reiiciunt. Secundò quia ἀποστρέφω numquam coniungitur apud probatos Auctores cum præpoſitione ἐπὶ, ſed genitiuum ſolum habet, vel præpoſitionem ἀπὸ, aut πρὸς cum accuſatiuo. Tertiò *conuertimur* in Vulgata Latina idem eſt, quod *conuertimus cor ab iniquitate*, idque in idem recidit cum *auertimus à corde iniquitatem*, ſicuti Græcè habetur. Quartò, ἀόριστος ſeu indefinitum tempus, pro præſenti quandoque vſurpatur, quod hic factum. Quintò, dictio ὅτι, *quia*, non reddit cauſam cur à Deo multi pœnis perterriti eſſent Iudæi: ſed oſtendit quare laudare debeant in captiuitate Dominum. nimirum quia Deum timentes peccata ſua deſeruerunt.

9 AVDI ISRAEL. S. Oreſieſis monachus Regulas de Inſtitutis Monaſticis, quas S. Hieronymus *Librum diuino conditum ſale* appellat, ab hoc verſu exorditur, in quo & ſequentibus vſque ad 16. paululùm à Vulgatæ textu diſcedit, poſteà argumentum huius libri adducit, quæ ſic ſe habent verſ. 9. *Audi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, & intellige prudentiam*. 10. *Quid eſt Iſrael quoniam in terra inimicorum es?* 11. *Inueteraſti in terra aliena, commaculatus es cum mortuis, comparatus cum his qui in inferno ſunt*. 12. *Et dereliquiſti fontem ſapientiæ*. 13. *Per viam Dei ſi ambulaſſes, forſitan habitareris in pace*. 14. *Diſce* [ergo, ait] *vbi eſt prudentia tua, vbi eſt fortitudo gloriæ atque virtutis, vbi eſt intelligentia, vbi eſt lux oculorum, & pax*. 15. *Quis inuenit locum eius? & quis ingreſſus eſt ad theſauros illius? Hæc loquebatur Baruch, propter eos qui in terram Babylonis & inimicorum ſuorum ducti ſunt in captiuitatem, quia noluerunt Prophetarum ſuſcipere mandata, & obliti ſunt legis Dei, quæ data eſt per Moyſen. Idcircò induxit Deus ſuper eos pœnas atque ſupplicia, & captiuitatis ſubdidit iugo. Erudiens ergo eos vt ſuos, & quaſi pater filios emendans, nolenſque perire correctos, ſed ſaluare cupiens per pœnitentiam*.

10 QVID EST ISRAEL. Hunc verſum S. Cyrillus Alexandrinus de Feſtis Paſchalibus Homil. 21. circa medium adfert, vt Iudæorum peruicaciam contundat. Græcolatinè referam, vt meliùs S. Patris ſententiam percipias; eam enim Interpres minimè aſſecutus eſt. Poſtquam protuliſſet teſtimonium Iſa. 35, 5. de cæcis, ſurdis, claudis, mutis per Chriſtum ſanitati reſtituendis, compellat Iudæos, dicens: Οὐκ ἐπὶ τῇ τοῦ Ἐμμανουὴλ παρουσίᾳ ἐλπίζειν ἀεὶ θέλεις, καὶ προσδοκᾷν ἅπερ ἐπιτελεσθέντα τεθέασαι; οὐδέν σε τῶν ἐπιτελεσθέντων εἰς πληροφορίαν ἄγει τοῦ θαύματος, ἀλλὰ κρύπτειν θέλεις τὰ πᾶσι διεγνωσμένα; μύεις τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ τὰς ἀκοὰς κεκλεισμένας φυλάττεις τῆς Χριστοῦ θαυματουργίας; ἔχεις τοίνυν ἀξίαν τῶν σαυτοῦ πλημμελημάτων ἀντίδοσιν. οὐκ ἔτι γὰρ παρὰ σοὶ τὰ σύμβολα τῆς εὐσεβείας, οὐ πόλις, οὐχ ἑορτὴ θυσία, πανταχοῦ δὲ τῆς οἰκουμένης διασπαρεὶς ῥεμβόμενος, ἀκούσῃ δὲ καὶ παρά τινος ὀνειδίζοντος τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν ᾑρημένοις ἐκεῖνο τὸ τῷ Βαρούχ προηγγελμένον· Τί ἐστιν Ἰσραὴλ ὅτι ἐν γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ; ἐπαλαιώθης ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, συνεμιάνθης τοῖς νεκροῖς, προσελογίσθης μετὰ τῶν εἰς ᾅδου. ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας. Quæ ita verto: *Num in Emmanuelis præſentia vis ſemper ſperare? atque expectare quæ perfecta vidiſti? Nihil te patratorum* [à Chriſto] *in perſuaſionem miraculi* [quod Iſaias prædixerat] *ducit, ſed occultare cupis quæ omnibus peruota? conniues oculis, & aures occluſas Chriſti prodigiis cuſtodis? habes igitur dignam tuorum peccatorum retributionem. non ampliùs enim apud te inſignia pietatis, non ciuitas, non ſolemne ſacrificium, vbique autem terrarum palabundus diſperſus es. Audies verò etiam ab aliquo exprobrante illis qui ſibi recta ſapere aſſumunt, illud à Baruch prænuntiatum: Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorum es, inueteraſti in terra aliena, coinquinatus cum mortuis, deputatus es cum iis qui in inferno. dereliquiſti fontem ſapientiæ*. Præcipua Interpretis errata ſunt: *Nihil te eorum quæ geſta ſunt ſumma admiratione percellit*. Et, *Audies igitur à quopiam eorum qui rectos gerunt ſenſus*. Denique, *Contabuiſti cum mortuis*.

Nota, S. Athanaſium in epiſtola ad Serapionem hoc teſtimonium Baruch contraxiſſe. ita enim refert: Καὶ πάλιν ἐν τῷ Βαρούχ· Τί ἐστιν Ἰσραὴλ ὅτι ἐν γῇ τῶν ἐχθρῶν

ἐγκατέλιπες

ἐγκαταλείποντες τὴν πηγὴν τῆς σοφίας; *Et rurſus in Baruch: Quid eſt Iſrael, quòd in terra inimicorum dereliquiſti fontem ſapientiæ?* quia tantùm intendebat confirmare ex hoc loco, Deum Patrem vocari fontem, ideò cetera prætermiſit. Et Oratione tertia contra Arianos (vbi ab Interprete malè vertitur.) Ἰουδαῖοι μὲν τούτων [Ἀρειανῶν] ἀρνησάμενοι τὸν Υἱὸν οὐκ ἔχουσιν οὐδὲ τὸν Πατέρα. καταλείψαντες καὶ [ἄλλ. γὰρ] τὴν πηγὴν τῆς σοφίας, ὡς ὀνειδίζων αὐτοὺς εἶπεν ὁ Βαρούχ, ἀπέβαλον ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης σοφίαν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, λέγοντες· Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν ἔχουσι τῆς ἀρνήσεως τὰ ἐπίχειρα τῆς [χ. τὰς] ἐπιτιμίας· ἀπώλεσαν γὰρ σὺν τῇ πόλει καὶ τὸν λογισμόν· οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι λοιπὸν καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πλήρωμα τοῦ μυστηρίου, φημὶ δὲ τὸ βάπτισμα· εἰς γὰρ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δίδοται ἡ τελείωσις. Quæ ita verto: *Iudæi vna cum his* [*Arianis*] *Filium abnegantes, ne Patrem quidem habent. Poſtquam enim fontem Sapientiæ dereliquerunt, ſicut eis exprobrans dixit Baruch, abiecerunt quoque à ſe Sapientiam ex hoc* [fonte promanantem] *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, dicentes, Non habemus regem niſi Cæſarem. Iudæi quidem habent abnegationis præmium, caſtigationes; perdiderunt enim cum ciuitate ipſam quoque rationem: hi autem* [Ariani] *periculum incurrunt in poſterum etiam circa plenitudinem Sacramenti, dico autem Baptiſmum: nam ſacramentum in nomine Patris & Filij confertur.* Interpres hallucinatus videtur maximè in ſequentibus: *Obturantes enim fontem, vt illis exprobrat Baruch.* Et, *Pro iſta inficiatione egregium ſuperpendium anilitatumque ſuæ pœnæ adiecerunt.*

INVETERASTI. Iacobus Cappellus hæreticus reii- 11
cit librum Baruch, quòd poſt vndecimum annum à captiuitate Iechoniæ, & 19. à captiuitate Ioakim, dicat Iſraelem inueteraſſe in terra aliena. Mirum eſt, virum qui cognitionem linguæ Hebraicæ iactitat, rudem adeò eſſe, vt neſciat dictiones עָתַק *atak*, נָבֵל *nabel*, בָּלָה *bala*, יָשַׁן *iaſan*. quarum aliquam Baruch vſurpauit, variis in locis verti à Septuaginta παλαιοῦμαι, *inueteraſco*: ſed ſæpiùs μεταφορικῶς ſumi in Scriptura, ſicuti apud Cæſarem ipſum *inuetero*. dicit enim lib. 1. de Bello ciuili: *Inueterauit in locis miles*. pro, diu remanſit. Sanè ſi Cappellus ad 11. aut 19. annos moleſtias captiuitatis toleraſſet, puto quòd de *inueteratione* conquereretur. Adde, ſqualorem, triſtitiam, & alia captiuitatis incommoda, canitiem præmaturam adferre. Cetera eiuſdem argumenta, aut potiùs blaſphemias in ſanctum Prophetam omitto, quia indigna quæ refellantur. quis enim ferat debacchantem in Prophetam, quia dicit cap. 1. verſ. 5. ſe legiſſe librum ſuum ad aures Iechoniæ & vniuerſi populi, quòd ſit crimen læſæ maieſtatis, collectas facere in ſubſidium aduerſariorum Regis. Illud ſæpè factitatum à Caluinianis in Gallia contra Regem ſuum, negare non poteſt: ne fratrum ſuorum factum approbare videatur, affingit Prophetæ quod improbet, ſicuti quòd rebellis fuerit erga Regem Babyloniorum.

VBI SIT VIRTVS. i. fortitudo. Græcè, ἰσχύς. ET 14
VICTVS. Græcè, καὶ ζωή. Rectè Interpres noſter vertit ζωὴ, *victus*, etſi communiter ſignificet *vitam*, quia Homerus eodem modo accepit in Iliade, ζωὴν ἰδάσαντο, *cibum diuiſerunt*, & præceſſerat μακροβίωσις *longæuitas vitæ*, quæ à ζωὴ pro *vita* ſumptum vix differret. Adde, apud Hebræos חַיָּה *chaja* ſignificare & *vitam* & *victum*. quare Sept. reddunt βρωτὸν, *comeſtibile*; ψυχὴ, *anima*; πνεῦμα, *ſpiritus*; ζῶον, *animal viuum*. Nota effectus ſapientiæ, pacem ſempiternam, prudentiam & fortitudinem, rerum agendarum intelligentiam, longæuitatem, neceſſaria ad victum.

QVIS INVENIT LOCVM EIVS? ſcilicet ſapientiæ. 15
Iob cap. 38, 36. *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam, vel quis dedit gallo intelligentiam?*

VBI SVNT PRINCIPES GENTIVM. Clemens Alexan- 16
drinus lib. 2. Pædag. cap. 3. hunc verſum cum 4. ſequentibus adfert, tacito Prophetæ nomine; vbi cùm eruditè, iuxta conſuetudinem ſuam, mores inſtituat, & aliquantulùm à textu Romano diſcedat, huc transferendum iudicaui; attamen ne longior ſim Latinè tantùm referam; poſteà errores Interpretis & textuum diſcrepantias indicabo. Sic igitur ait: *Sequere Deum nudus ab arrogantia, nudus à pompa momentanea, quod tuum eſt, quod bonum eſt, quod ſolum auferri nequit, in Deum fidem, in paſſum confeſſionem, beneficentiam in homines poſſidens; quæ quidem eſt poſſeſſio pretioſiſſima. Ego autem laudo etiam Platonem, qui lege latâ apertè decreuit, quòd neque vt opes aureas & argenteas habeas laborare oportet, neque vas inutile, quod non cum vſu neceſſario moderatum quoque ſit, vt ſit idem ad multa accommodatum: multiplex autem & varia poſſeſſio tollatur. Pulcherrimè itaque alicubi dicit diuina Scriptura, ad eos qui ſunt ſui amantes & arrogantes pertinens: Vbi ſunt principes Gentium, & qui dominantur beſtiis, quæ ſunt ſuper terram? qui in auibus cæli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum & aurum fabricant, & ſolliciti ſunt? nec eſt inuentio operum illorum. Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt.* Interpres corrigendus potiſſimùm, Primò, omiſit μόνον. Secundò, διατιθεμένην, vertit *verba dirigens*. Tertiò, ἔργον, vertit *verborum*. Quod ad textum attinet, verſum 17. producit ad medium decimi octaui. & pro καὶ τὸ ἀργύριον, habet οἱ τὸ ἀργύριον. pro οἱ γὰρ τὸ ἀργύριον, habet οἱ τὸ ἀργύριόν τε, καὶ τὸ χρυσίον.

17 QVI IN AVIBVS CÆLI LVDVNT. Olympiodorus: *Auguria obſeruantes; quandoquidem ſapientia eorum terrena eſt, animalis, & diabolica.*

18 QVI ARGENTVM FABRICANT. Olympiodorus: *Qui argentum per varias perſonas ſibi colligunt*, id eſt, quibuſuis modis & artibus corradunt, ſiue ſuum conflando, ſiue alienum exigendo.

19 EXTERMINATI SVNT. Theodoretus: *Illi etiam inquit, traditi ſunt corruptioni; & qui deſcenderunt ex illis, ſunt quidem connumerati cum viuentibus, eiuſdemque luminis ſenſibilis ſplendorem participarunt; non tamen adepti ſunt radium intellectus & notitiæ diuinæ.* AD INFEROS DESCENDERVNT. ſicuti Baltaſſar, Iſaiæ 14, 4. Dan. c. 5. Rex Tyri, Ezech. c. 28. Pharao, Exodi 14. & alter Pharao, Ezech. c. 29.

22 IN TERRA CHANAAN. Chananæa regio nomen accepit à *Chanaan* filio Cham; qui ab auo ſuo Noë maledictus eſt. quo nomine etiam dicta fuit, poſtquam ab Iſraelitis occupata fuit, etiam tempore Iſaiæ. Vide cap. 19, 18. & 23, 11. & Ezechielis c. 16, 3. ibi tamen Phœnices eo nomine intelliguntur. Sic in Euangelio eadem mulier appellatur *Chananæa* & *Syrophœniſſa*. *Chanaan* explicatur *Mercator*, *contritus*, *rectè reſpondens*, *rectè affligens*, *quaſi commouens*. Rationem exiſtimo, quia verbum כָּנַע *canah* in paſſiuo ſignificat *curuatur*, & per metaphoram, *humiliatus*, *contritus*. Quia autem incolæ terræ Chanaan ob maris viciniam mercaturæ dediti fuerunt, כְּנַעַן *Cenaan* pro *mercatore* vſurpatur. Iſaiæ 23, 8. Zachar. 14, 21. Alij componunt ex כֵּן *cen*. i. *rectè*, & עָנָה *hana*. i. *reſpondit*, quod in *Piel* ſeu actiuo ſignificat, *afflixit*. Alij componunt ex כ *Caph* ſimilitudinis. i. *quaſi*, & נוּעַ *nona*. i. *mouit*. & S. Hieronymus de Nominibus Hebraicis, *Chanaan* σάλος, hoc eſt, *motus eorum*, vel *negotiator*, vel *humilis*. itaque addit poſt נוּעַ *nona* affixum tertiæ perſonæ, quod indicatur per ן *Nun* in fine. De his agemus ex inſtituto in Libello de Nominibus Hebraicis, Chald. &c. quem Deo volente poſteà habebis, eum conſule, ſi plura deſideres. Hoc vnum omittere nequeo, Chaldæos ſeu Phœnices à ſapientia benè audiuiſſe, & primos literarum inuentores creditos. Lucanus lib. 3.

Phœnices primi (famæ ſi creditur) auſi
Manſuram rudibus vocem formare figuris.

Euſebius libro 1. de Præparat. 7. eruditiſſimè explicat Phœnicum Theologiam, quem legiſſe operæpretium erit. Olympiodorus: *Parum indicans ſuos* [Iudæi] *his Gentilibus qui legem non audierunt, illi qui ſolam literam legis ſecuti ſunt: videntes enim non vident, &*

audientes non audiunt. Hanc expoſitionem confirmat S. Hieronymus in caput 17. Ezech. vbi docet, *Chanaam* ſignificare *Gentilitatem*. NEQVE VISA EST IN THEMAN. Erat metropolis Idumææ, quæ à *Theman* filio Eliphaz ex Ada vxore, nomen accepit. per ſynecdochen totam Idumæam intelligit. q. d. Etſi Chananæi & Themanitæ habeantur ſapientiſſimi in cognitione rerum naturalium, tamen veram ſapientiam ignorarunt; illa enim non à terra, ſed è cælo accipitur, quia *deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum:* Iacobi 1, 17. Nota hîc antiquitatem Academiarum. *Theman* fuit Academia Idumææ, & *Thecua* Chananææ. S. Gregorius 3. Moral. 18. & 7. 17. *Theman interpretatur Auſter, & deſignat feruorem hæreticorum, quo appetunt ſapere pluſquam oportet.* Apud illos igitur non eſt quærenda ſapientia. Varias dictionis *Theman* interpretationes, vt breuior ſim, in Libellum noſtrum de Nominibus Propriis reiicio.

23 FILII QVOQVE AGAR. *Qui quaſi filij Abrahæ ſapientiam venditabant:* Theodoretus. Recenſet Chananæos, Idumæos, & Iſmaëlitas qui gloriabantur de ſapientia. *Theman* enim eſt Idumæa; *Agar* autem, mater Iſmaëlis. Hos vocat fabulatores, quia parabolicè diſputare conſueuerunt. Veruntamen neque hi viam ſapientiæ agnouerunt, vtpote qui numquam impietati ſeruire deſierunt. Ex Incerto, quem Theodoreti compilatorem dixi, ſupple in Theodoreti Codice poſt *fabulatores, ἢ διὰ τὴν μυθώδη θεογονίαν, ἤ, vel ob fabuloſam Deorum fictionem, vel*. Vide S. Bonauenturam Sermone 1. Dominicæ 3. Aduentus, Damaſcenum lib. 3. Parall. cap. 64. Petrum Damiani lib. 6. Epiſtolarum, Epiſtola 9. ad Bonifacium; qui pulcherrimam inſtituunt comparationem inter ſæcularem prudentiam & ſpiritualem ſapientiam. NEGOTIATORES MERRHÆ. Fortè *Merrha* eſt *Maara Sidoniorum*, de qua Ioſue c. 13, 4. vbi pro *& Maara Sidoniorum*, Hebræus habet וּמְעָרָה אֲשֶׁר לַצִּידֹנִים *umara aſer Laſidonim*, *Et prata quæ Sidoniis*. Alij, *& Magora quod eſt Sidoniorum*. Alij, *& ſpelunca quæ eſt Sidoniis*. Alij, *& Sidonius receſſus*. Alij, *& Megarah, quæ eſt Sidoniorum*. Sept. ἀπὸ Γάζης, καὶ Σιδῶνος, *à Gaza, & Sidonij*. Chaldæus, וּמְעַרְתָּא דְבֵי צִידוֹנָאֵי *umarta decal Sidonae, & ſpelunca omnium Sidoniorum*. Duo in hac interpretationum & lectionum varietate quærenda videntur. Vnum, vnde tanta diuerſitas: alterum, an *Merrha* meliùs cum *Maara* conueniat, quàm *Marom*. Vtrumque eò lubentiùs diſcutiam, quòd needum ab alio examinatum credam. Quod ad Primum attinet, ſciendum, *Maara*, ſi ab עָרָה *ara*, *nudari* deducatur, ſignificat *ſpeluncam*, quia eſt locus nudus & quaſi euacuatus. Si ab עָרָה *ara.i. viriditas*, ſumitur pro *pratis, planitie*. Sic vſurpauit Chaldæus Iudicum 20, 33. ſi à רָעָה *raa*. i. *paſcere*, ſignificat *paſcua:* & quia idem verbum per metaphoram ſignificat *conſociare, amicum ſe præbere*, vſurpatur quoque pro *vicinia*, ſeu *locis circumiacentibus*. De ſcriptionis varietate, dicere ſufficiat, literam ע aliquando vocali aliqua exprimi, ſicuti hîc in *Maara*; aliquando per *g* indicari, vnde quidam ſcribit *Magora*, putatque *Maaram* eſſe *Magoram* fluuium in ora Libano ſubiecta inter Sidonem & Berythum. adfert Plinium lib. 5. cap. 20. Quod ad Secundum quæſitum ſpectat, num *Merrha* ſit *Maara*, an *Marom*, Dico, probabilius eſſe, *Merrham* & *Maaram* eumdem locum deſignare. Primò, quia *Merrha* eſt vicinior Sidoniis, ſicuti ex tabula Adrichomij patet, qui per antonomaſiam *negotiatores* hic vocantur. Secundò, *Maara*, teſte Adrichomio, poſtea *cauea Tyri* dicta eſt: ſpelunca inexpugnabilis, atque Chriſtianorum municipium in Sidonienſi territorio, quod anno poſt Chriſtum natum 1167. præſidiarij milites pecunia corrupti Saracenis tradiderunt: Tyr. 19. Bell. ſacr. 11. Vnde conicio, Sidonios mercatores eò theſauros ſuos tamquam in locum munitum tranſportare ſolitos. Tertiò, *Merom*, ſeu *Merrom*, quæ hodie *Aquæ Maron* vocantur, lacus eſt nullo mercimonio celebris, ſed tantùm quia propter ſiluam, ad quam feræ propter herbarum copiam ſe conferunt, Regibus ac Principibus gratam præbet venationem. Itaque non conuenit cum *Merrha*, quamuis propter ſcripturam Græcam Μεῤῥὰν, qua *Merrha* indicatur, & quòd ſita ſit in terra Chanaan, ſicuti ex cap. 11. Ioſue patet, probabilius ſit accipi poſſe pro *Merrha* potiùs quàm *Meromi*, quæ longiùs à Sidoniis diſtat, neq; ob negotiationem aut ſapientiam celebratur. Quartò, ad maiorem literarum affinitatem inter *Maara* & *Merrha*, quandoquidem locum eumdem denotent, puto ſcribendum eſſe *Meera*. Ratio eſt, quòd ע etiam per *e* exprimatur, & facilè ſit *r* pro *e* legiſſe. Adde, perrarò poni Daghes forte in ר *Res*. itaque *r* non fuit geminandum. Diſputationi huic finem imponam, ſi priùs cauſam, cur Septuaginta habeant ἀπὸ Γάζης loco *Maara*, attulero. Arias & quidam alij exiſtimant eos legiſſe מעזה pro מערה quòd literæ *r* & *z* apud Hebræos non ita diſſimilem figuram ſortiantur. Ego exiſtimo illos legiſſe, ſicuti modò habetur, ſed *Gazam* & *Maaram* pro eodem accepiſſe, quandoquidem *Gaza* fuerit limes Chananææ, de qua ibi agebatur, & reſpectu Iudææ ad Meridiem ſita. Adde, *Maara* pro nomine proprio alibi non vſurpari, quare prudenter eam per nomen notiſſimum interpretati fuere. itaque dicendum eſt, illos literam מ *m*, accepiſſe pro præpoſitione מִן *min*, ἀπὸ, *de*. & עָרָה *ara*, quod alibi pro nomine proprio non occurrit, per Γάζη *Gaza* expreſſiſſe.

24 O ISRAEL, QVAM MAGNA EST DOMVS DEI. S. Ambroſius lib. 1. de Cain & Abel cap. 5. videtur accipere vel de cælo aut Paradiſo, vel potiùs de Eccleſia; nam poſt aliqua de Eccleſiæ conuiuio dicit: *Succede ergo in hoc conuiuium. an metuis, ne anguſtior domus, & breuis conuiuij locus te comprimat? O Iſrael, quam magna eſt*, [&c. vſque, *non hos elegit Deus*.] *Et meritò non elegit, quia prælium, non pacem ſciebant*. [ſcilicet vel Angeli apoſtatæ, vel primi parentes, vel hæreſiarchæ] *& ideò tu pacem diſce vt eligaris à Deo*. Ceterùm idem S. Doctor lib. 6. Hexaëm. 8. per *domum Dei* intelligit mundum iſtum vniuerſum. S. Damaſcenus lib. 2. Parall. c. 4. explicat de Templo Dei, ſed lib. 1. Parall. c. 82. ſumpſit de mundo hoc vniuerſo. Olympiodorus de Eccleſia exponit: *Eccleſia & myſterij ratio; quia nunc ex parte cognoſcimus, cognitioque necdum perfecta eſt*. Locum *verò pietatem appellat:* ingentem *verò* [dicit] *propter augmentum quod ſemper in melius fit*. Poſſeſſionis, *quoniam cæleſtis Regis myſteria continet*. Gigantes. *de dæmonibus loquitur, qui ab initio vnà cum Angelis enumerati, propria temeritate à cæleſti culmine deturbati ſunt*. Nominati *autem, quia de illis prænuntiatum fuerat*. Statura magna, *tamquam faſtuoſi*. ſcientes bellum, *indigni enim pace Chriſti, bellum exercuerunt & dæmones & hæretici*.

25 MAGNVS EST. S. Dionyſius Areopagita lib. de Diuinis Nominibus, pluribus in locis diuinè nos docet, quomodo Dei locus ſit immenſus, præcipuè cap. 9. in quod vide S. Maximi Scholia à nobis Latinè reddita. Et c. 3. præſcribit modum quo ad Deum accedamus, *Etſi enim*, ait, *Deus omnibus præſens adſit, non tamen ei præſentia ſunt omnia*.

26 GIGANTES. Vide Geneſ. 6, 4. Hebræi vocant גִּבּוֹר *gibbor*, נְפִילִים *nephilim*, עֲנָק *anak*, רְפָאִים *rephaim*, quas Septuaginta reddunt per γίγας *gigas*. quia ſcilicet Scriptura per iſtas dictiones Gigantes deſignat: etſi diuerſa ratio ſit nominum, quam Interpretes exprimere non debent, ſed Scholiaſtis explicandas relinquunt. quia Baruch videtur alludere ad c. 6. Geneſ. vbi pro *Gigas* Hebraicè habetur נְפִילִים *nephilim*, ſatis fuit indicaſſe interpretationem ibi allatam. Tamen, quia etiam reſpexiſſe videtur ad Numer. 13. v. 33, 34. vbi dictio *anak* habetur, quam Septuaginta ſæpè γίγας reddunt; de illa breuiter dico, deduci ab עֲנָק *anak*, *torques, collum*, quia torque ornabatur; forſaſſis vbi nomen illi impoſitum, quòd torquem alteri poſt pugnam detraxerit, ſicuti Cicerò 3. Officiorum de Man-

lio. *Qui ad Anienem Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit.* Vide Gellium lib. 9. cap. 13.

NON NOS ELEGIT DOMINVS. Hoc eſt 27
quod ait Moyſes Deuter. 4, 37. & cap. 7, 6. Incertus: *Vos igitur Gentibus antepoſiti fuiſtis, qui Legem & Prophetiam accepiſtis.* Tandem etiam ad eos incarnatus aduenit. hoc enim per conſequentia verba [verſ. 36.] ſignificat.

QVIS ASCENDIT. Hæc ſententia deſumpta eſt ex 29
Deuteronomio cap. 30, 12. ad alium vſum accommodata, & quodammodò contrarium. Ceterùm, non ſunt contrariæ: nam Moyſes dicit Legem facilem, quia gratia Dei, quæ ſemper parata eſt, nobis eam, alioqui difficilem, faciliimam reddit. ideò Chriſtus Matth. 11. verſ. 30. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* & 1. Ioan. 5, 3. *Mandata eius grauia non ſunt.* Errant igitur hæretici, aſſerentes mandata Dei impoſſibilia.

QVIS TRANSFRETAVIT. Olympiodorus: *Dominus* 30
qui dixit, [Ioan. 16, 13.] *Confidite, ego vici mundum; ſolus enim ipſe tranſnauit peccatum; illud verò, Inuenit illam, eſt ac ſi diceret: Oſtende nobis quomodo inueniamus illam: quoniam ſapientia omne pretium ſuperat: myſtico vero ſenſu, Aurum electum eſt fides, per quam Filium cognoſcimus.* In textu Græco ſubintelligenda præpoſitio, aut comparandi particula, quæ in Hebræo per מִן *min* inſinuatur.

NON EST QVI POSSIT SCIRE VIAS EIVS. Olym- 31
piodorus: *Si quis enim aliquid noſſe videtur, nondum nouit, vti noſſe oportet.*

SED QVI SCIT VNIVERSA. Olympiodorus: *Solus* 32
namque Pater Filium nouit; patefecit vero illum & nobis per ſapiens incarnationis myſterium. Vera igitur ſapientia à ſolo Deo communicatur. De modo communicationis conſule S. Dionyſium Areopagitam in epiſtola 9. ad Titum, & variis locis quæ in eius Indice ſuggeſſi. REPLEVIT EAM PECVDIBVS. Olympiodorus: *Probos namque & improbos ad nuptias Dominus conuocauit. iumenta vero eos ait, qui antea iumentis inſipientibus comparati ſunt.*

QVI EMITTIT LVMEN. Incertus ſeu Theodoretus: 33
Omnia, inquit, factori obediunt, cuſtodias autem ſtellarum vocat tempora: ſtato enim tempore vnaquæque oritur, vel cuiuſque earum velut corpus & ſedem luminis. Stellæ, inſtar militum, obediunt Deo imperatori ſuo; ideò ſtellarum multitudo paſſim in Scriptura appellatur *militia cæli:* Deuter. 17, 3. & 4. Reg. 17, 16. & 21, 3. Iſaiæ 24, 21. Ierem. 19, 13. ideò dicit *in cuſtodiis ſuis,* quod militare verbum eſt. ſicuti apud Hebræos אַשְׁמוּרָה *aſmura, cuſtodia, vigilia.* Notum eſt, noctem apud Romanos in quatuor vigilias diuiſam, quarum ſingulæ ternas durarent horas. quam diuiſionem tempore Chriſti à Iudæis obſeruatam, patet ex cap. 13. S. Marci v. 35. cùm anteà tantùm tres haberent vigilias, quarum ſingulæ quatuor horas complectebantur. Primæ fit mentio cap. 2. Lamentat. v. 9. Secundæ, ſeu Mediæ, Iudicum cap. 7. v. 19. Tertiæ, ſeu Matutinæ, Exodi cap. 13. verſ. 24.

HIC EST DEVS NOSTER. Teſtimonium eſt lucu- 36
lentum Incarnationis Verbi in his tribus verſibus, ideò ſancti Patres frequenter eo vtuntur. ſicut Cyprianus lib. 2. Teſtim. aduerſus Iudæos. Hilarius lib. 4. & 5. de Trinitate. Baſilius Magnus lib. 4. contra Eunomium. Gregorius Nazianzenus Orat. 4. de Theologia. Ambroſius lib. 1. de Fide, cap. 2. & Bernardus Serm. 53. in Cantica. Denique, vt plurimos omittam, Petrus Cluniacenſis Tractatu contra Iudæos, cap. 2. ſutiliſſimè exponit. idem ſubtiliſſimè præſtiterunt Etherius & Beatus libro primo de Adoptione Chriſti Filij Dei, in Bibliotheca SS. Patrum editionis Colonienſis.

CONVERSATVS EST. S. Athanaſius refertur 38
ad hunc locum in Catena Græca; ſed tacetur vbi illa dixerit. Ea reperi in fine Orationis de Humana natura ſuſcepta, & aduerti Auctorem Catenæ quædam mutaſſe, ideò ipſiſſima S. Athanaſij verba adferre volui. Poſtquam igitur hæc verba Scripturæ Arianis oppoſuiſſet, ipſos interrogat: *Quando vero cum hominibus conuerſatus eſt? niſi cum genitus, ſicuti illi ex muliere, & æquè ac ipſi infantulus fuit, incrementaque ac alimenta æquè ac illi ſumpſit.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 IN ÆVVM? q. d. in perpetuúmne deſeres nos? Græc. ἐ αἰῶνα, quod proximè vertit *in ſempiternum.*

4 MORTVORVM. Sanctos, qui è vita diſceſſerant, intelligit.

5 MANVS. i. potentiæ. NOMINIS. ſ. miſericordis & benigni.

6 LAVDABIMVS. ſ. liberati agemus gratias.

7 ET VT. Græc. ὅτι.

8 PECCATVM. i. pœnam peccati. Græc. *debitum.* SECVNDVM OMNES. i. prout merentur omnes.

11 INVETERASTI. i. conſenuiſti. CVM MORTVIS. pro, velut ſi iam cum mortuis eſſes, vt ſtatim explicat. q. d. perinde ſordes, vt ſi eſſes mortuus. DEPVTATVS. pro, reputatus, ſeu adnumeratus.

14 VICTVS. Græc. *vitæ.*

15 EIVS. ſ. ſapientiæ, ſeu diſciplinæ. Vide inf.

17 LVDVNT. i. delectantur. Fortè venationem intelligit (& hîc & ſup.) ferarum.

18 INVENTIO. ſ. numeri. vel q. d. perierunt eorum opera.

19 EXTERMINATI SVNT. i. perierunt, è mundo ſublati.

20 LVMEN. ſ. lucem hanc ſolis, ſed non diuinam.

22 THEMAN. eſt Idumææ ciuitas.

23 MERRHÆ, nomen regionis. FABVLATORES. i. fabularum interpretes. COMMEMORATI. i. recordati.

26 IBI. ſ. in mundo, vel locis ſupradictis. SCIENTES BELLVM. i. bellicoſi.

29 NVBIBVS. i. cælo. repetitio.

30 SVPER. i. pretioſiorem quàm.

31 POSSIT. ſ. niſi duce Deo.

32 ADINVENIT. i. fecit inueniri. PRVDENTIA. i. ſapientia. PRÆPARAVIT. i. ſtabiliuit. TEMPORE. ſ. duraturam.

33 IN TREMORE. i. ſtatim, more ſerui timentis herum.

34 CVSTODIIS. i. ſtationibus. metaphora à militibus. dicuntur enim ſtellæ *militia cæli.* LÆTATÆ SVNT. pro, lætificarunt homines. ſ. luce ſua, vel hilares & promptas ſe exhibuerunt ad Dei imperium.

35 EI. i. ad eius obſequium. CVM IVCVNDITATE. i. hilaritatem præſeferentes luce.

36 ÆSTIMABITVR. i. vllo erit in pretio. ADVERSVS EVM. i. cum eo collatus.

37 VIAM. i. rationem. ſ. ſcientiæ Dei inuentum, & donum. ipſo enim donante ab hominibus inuentæ. IACOB. i. populo Iſraëlitico, vt ſtatim explicat, vel patriarcha intelligitur. PVERO. i. ſeruo.

38 VISVS. ſ. factus homo, qui anteà, & ſemper Deus.

CAPVT IV.

Ieruſalem ſuam luget deſolationem, hortaturque filios ſuos vt forti ſint animo: nam ſicut propter ipſorum peccata Deus eos tradidit aduerſariis, ita eis liberatis puniet hoſtes ipſorum.

1 HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ
A eſt in æternum: omnes qui tenent eam,
peruenient ad vitam; qui autem dereliquerunt
2 eam, in mortem. *Conuertere Iacob, & ap-
prehende eam, ambula per viam ad ſplendo-
3 rem eius contra lumen eius. *Ne tradas alteri
gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alie-
4 næ. *Beati ſumus Iſrael: quia quæ Deo pla-
5 cent, manifeſta ſunt nobis. *Animæquior

eſto

eſto populus Dei, memorabilis Iſrael: * venum- 6
dati eſtis Gentibus non in perditionem: ſed
propter quod in ira ad iracundiam prouoca-
ſtis Deum, traditi eſtis aduerſariis. * Exacerba- 7
ſtis enim eum qui fecit vos, Deum æternum, B
immolantes dæmoniis, & non Deo. * Obliti 8
enim eſtis Deum, qui nutriuit vos, & contri-
ſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem. * Vidit 9
enim iracundiam à Deo venientem vobis, &
dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mi-
hi Deus luctum magnum: * Vidi enim capti- 10
uitatem populi mei, filiorum meorum, & filia-
rum, quam ſuperduxit illis æternus. * Nutriui 11
enim illos cum iucunditate: dimiſi autem il-
los cum fletu & luctu. * Nemo gaudeat ſuper 12
me viduam, & deſolatam: à multis derelicta
ſum propter peccata filiorum meorum, quia
declinauerunt à lege Dei. * Iuſtitias autem ip- 13
ſius neſcierunt, nec ambulauerunt per vias C
mandatorum Dei, neque per ſemitas verita-
tis eius cum iuſtitia ingreſſi ſunt. * Veniant 14
confines Sion, & memorentur captiuitatem
filiorum, & filiarum mearum, quam ſuper-
duxit illis æternus. * Adduxit enim ſuper illos 15
gentem de longinquo, gentem improbam, &
alterius linguæ: * qui non ſunt reueriti ſenem, 16
neque puerorum miſerti ſunt, & abduxerunt
dilectos viduæ, & à filiis vnicam deſolaue-
runt. * Ego autem quid poſſum adiuuare vos? 17
* Qui enim adduxit ſuper vos mala, ipſe vos 18
eripiet de manibus inimicorum veſtrorum.
* Ambulate filij, ambulate: ego enim dereli- 19
cta ſum ſola. * Exui me ſtola pacis, indui au- 20
tem me ſacco obſecrationis, & clamabo ad D
Altiſſimum in diebus meis. * Animæquiores 21
eſtote filij, clamate ad Dominum, & eripiet
vos de manu principum inimicorum. * Ego 22
enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram: &
venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſericor-
dia, quæ veniet vobis ab æterno ſalutari no-
ſtro. * Emiſi enim vos cum luctu & ploratu: 23
reducet autem vos mihi Dominus cum gau-
dio & iucunditate in ſempiternum. * Sicut 24
enim viderunt vicinæ Sion captiuitatem ve- E
ſtram à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſa-
lutem veſtram à Deo, quæ ſuperueniet vobis
cum honore magno, & ſplendore æterno. * Fi- 25
lij patienter ſuſtinete iram, quæ ſuperuenit vo-
bis: perſecutus eſt enim te inimicus tuus, ſed
citò videbis perditionem ipſius: & ſuper ceruí-
ces ipſius aſcendes. * Delicati mei ambulaue- 26
runt vias aſperas: ducti ſunt enim vt grex di-
reptus ab inimicis. * Animæquiores eſtote fi- 27
lij, & proclamate ad Dominum: erit enim me-
moria veſtra ab eo qui duxit vos. * Sicut enim 28
fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo: decies tan-
tum iterùm conuertentes requiretis eum. * Qui 29
enim induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet F
vobis ſempiternam iucunditatem cum ſalute
veſtra. * Animæquior eſto Ieruſalem, exhorta- 30
tur enim te, qui te nominauit. * Nocentes 31
peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati
ſunt in tua ruina, punientur. * ciuitates, quibus 32
ſeruierunt filij tui, punientur; & quæ accepit
filios tuos. * Sicut enim gauiſa eſt in tua rui- 33
na, & læta eſt in caſu tuo, ſic contriſtabitur
34 in ſua deſolatione. * Et amputabitur exultatio
multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in
35 luctum. * Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno
G in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmo-
36 niis in multitudine temporis. * Circumſpice Ie-
ruſalem ad Orientem, & vide iucunditatem à
37 Deo tibi venientem. * Ecce enim veniunt filij
tui, quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti ab
Oriente vſque ad Occidentem, in verbo ſancti
gaudentes in honorem Dei.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

1 HIC LIBER MANDATORVM DEI. id eſt Sapientia, quam à Deo ſolo accipiendam docuit, eſt liber mandatorum Dei. ET LEX, QVÆ EST IN ÆTERNVM. Theodoretus & Olympiodorus in Catena exiſtimant per *Librum* & *Legem* ſignificari doctrinam Euangelicam, quia vetus Teſtamentum finem habuit, illa verò in æternum perſiſtet. ideò Olympiodorus accommodat omnia quæ hic dicuntur Apoſtolis & Chriſti diſcipulis. Verum, dicendum eſt, ſenſum litteralem huius loci eſſe de Lege Moyſaica, quæ à Iudæis tum temporis erat obſeruanda, & quoad moralia præcepta eſt æterna, & obſeruatores ſuos ad vitam æternam perducebat, iuxta dicta cap. 2. v. 12. ex S. Thoma: etiam quoad cæremonialia, æterna dici poteſt, ſi eorum finem ſpectemus, nimirum ritus in Sacramentis & aliis Eccleſiaſticis exercitiis, in æternum duraturos præſignificare.

2 CONTRA LVMEN EIVS. Græcè, κατέναντι, quod quidem communiter vertitur *contra*, ſed clarius redderetur *è regione*, ſeu *iuxta præcedens*, *lumen eius*, vti ſequitur.

3 GLORIAM TVAM. Per *gloriam* qui ſiam accipiunt veri Dei cultum, in quo vera Iudæorum gloria: alij, Dei Legem; quia propter eam erant Iudæi apud Gentes glorioſi: alij, eorum Eccleſiam, ſacerdotium, &c. quibus glorioſus erat populus Dei. Ego exiſtimo ſignificari legem à Deo per Moyſem acceptam: illa enim ſapientiam diuinam, de qua hactenus egit, complectebatur, & ipſis, non autem principibus Gentium neque gigantibus, ſicuti dixit cap. 3. v. 16, 26. velut poſteris Iacob (vti habes verſ. 37.) tradita fuit. In ea verò lege Summi Pontificis auctoritas & auguſta maieſtas declaratur, Sacerdotum & Leuitarum munia præſcribuntur, & beneuolentia diuina omnibus obſeruantibus promittitur. Deut. 4. verſ. 7. *Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris*, aiebat Moyſes. Rectè igitur *gloria* & *dignitas* appellatur. *Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat cærimonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros?* dicebat Moyſes Deuter. 4, 8. Itaque monentur, caueant ne peccatis ſuis à Deo reijciantur, & ad alios lex iſta transferatur: etſi enim captiui Chaldæis ſubiecti ſint, tamdiu tamen quàm legem iſtam obſeruabunt, gloriam ſuam & dignitatem retinebunt, & ſpem liberationis obtinebunt, quia Deum placabunt, qui eos Gentibus tradidit, ſed non vt penitùs perderet & aboleret.

5 MEMORABILIS ISRAEL. Græcè, μνημόσυνον, *memoriale*, id eſt, in quo memoria populi Iſrael conſeruatur: nam ſi penitùs periiſſet, memoria Iſraelis prorſus abolita fuiſſet. itaque illud Iſaiæ 1, 9. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*, locum hic obtinet.

6 VENVMDATI ESTIS GENTIBVS NON IN PERDITIONEM. id eſt, Chaldæi vos in ſeruitutem redactos pro lubitu vendiderunt, ſed ita tamen vt memoria veſtri conſeruaretur; ſic enim præcepit Dominus Deus Gentibus, Ierem. 5, 10. *Aſcendite muros eius, & diſſipate: conſummationem autem nolite facere.*

8 QVI NVTRIVIT VOS. Græcè in editione Aldina, τὸν ποιήσαντα ὑμᾶς, *qui fecit vos*. In Bibliis Regiis, τὸν γεννήσαντα ὑμᾶς, *qui genuit vos*. ſed in editione Romana

Sixti V. τὸν ϑρέψαντα ὑμᾶς, *qui nutriuit vos*. neque alia in Manuſcriptis Vaticanis lectio reperta, quantum ex Notationibus colligere licet. Fortaſſis diuerſitas lectionis orta eſt, quòd in omnibus exemplaribus poſteà ſubſequatur de ciuitate Ieruſalem, τὴν ἐκϑρέψασαν ὑμᾶς, *nutricem veſtram:* & iterùm verſ. 11. ἐξέθρεψα γὰρ αὐτοὺς, *enutriui enim illos:* ideò exiſtimarunt librarij ſcribendum fuiſſe, dum de Deo ſermo habebatur, vel φύσαντα, vel ποιήσαντα; præſertim cùm Deuteronomij 32. quò Baruch reſpexiſſe videtur, extet τὸν γεννήσαντα, quod idem cum φύσαντα aut ποιήσαντα. Certum eſt, Interpretem antiquum legiſſe ϑρέψαντα, ſicuti editio Sixtina poſteà confirmauit, & illud eſt quod Deus queritur apud Iſaiam cap. 1, 2. *Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me*. vbi quidem pro Hebraico גִּדַּלְתִּי *giddalti*, *enutriui* vel *magnificaui*, Septuaginta habent ἐγέννησα, *genui*, & quidem ſimiliter omnes editiones: tamen, ſicuti monet S. Hieronymus, Symmachus & Theodotio verterunt *enutriui*, id eſt, ἐξέθρεψα. Exiſtimo Septuaginta, qui alibi reddiderunt גדל *gadal*, τρέφω, ἐκτρέφω, σωματοποιέω, ὑψόω, αὐξάνω, μεγαλύνω, ἐκτρέφω, μεγαλύνω, quæ omnia nutritionem & educationem deſignant, hic vertiſſe γεννάω, propter ſequens verbum ὕψωσα *exaltaui*, quod acceperunt aliquando pro *enutriui*, itaque ne idem repeterent, poſuerunt ἐγέννησα loco ἐξέθρεψα. NVTRICEM VESTRAM IERVSALEM. id eſt, Synagogam, ſeu Eccleſiam veſtram, quæ vos in fide & cultu diuino per Prophetas educauerat. peccatis veſtris contriſtauiſtis, quia punitionem vobis imminentem per Prophetas oculos ſuos vidit, & vos monuit vt reſipiſceretis; ſed contempſiſtis, ideò tamquam mater filiis orbata luget.

9 CONFINES. Olympiodorus: *Vicinas vocat ad incitandum luctum, vt eas exemplo* [ſuo] *cautiores reddat*. Eſt autem genus orationis ἠθικὸν καὶ παθητικὸν ad pium dolorem populo commouendum adaptatum. Pro *confines*, Græcè πάροικοι, de qua dictione ita Budæus in Annotat. poſterior. in Pandectas: Πάροικοι *ſunt accolæ: quare qui fanum aliquod accolunt, paræci dicti ſunt, eiuſdem ſcilicet fani conſortes; & paræcia accolarum conuentus & accolatus, ſacraque vicinia; nam* πάροικοι *etiam ei* περίοικοι, *id eſt, vicini*. Hæc ille. Si verò vſum huius dictionis apud Septuaginta conſideremus, aduertemus, *paræcos* denotare illos qui vicini ſunt, ſiue ſint aduenæ, ſiue ſint incolæ, ſiue eamdem religionem ſiue diuerſam profiteantur. Illud manifeſtum euadit ex dictionibus Hebraicis, quas Septuaginta per πάροικος, παροικία exponunt. vt ſunt נגר *nagad*, שוב *ſub*, גלה *gala*, גור *gor*, שכן *ſacan*, ישב *iaſab*, גוי *goi*, גדוד *gedud*, טפף *tephaph*, בית *baith*, quarum ſignificationes diſcutere nimis longum eſſet, indicaſſe ſatis erit, vt Lexica conſulat quiſquis voluerit. Nec tamen omittendum eſt, aliquos παροχίας & parochias, πάροχος & πάροικος pro eodem ſumere: ſed certum eſſe multùm diſcrepare, ſicuti ex ἔχω, ὄχος, & οἶκος, ex quibus dictiones iſtæ componuntur, clarum eſt. Adde, nullibi in Scriptura reperiri πάροχος, παροχία, etſi frequenter legatur πάροικος, παροικία.

12 NEMO GAVDEAT SVPER ME VIDVAM. Forma orationis ἀποτρεπτικὴ, qua voluptatem improborum ſuæ calamitati inſultantium deprecatur & auertit. Olympiodorus: *Appellat verò ſe viduam, vti diuina cura orbatam. Vidua verò propriè Synagoga tunc vocata fuit, cùm in ſponſum ſuum Chriſtum debacchata, derelicta fuit*. Interpres vertit ἐξυβρίσασα *debacchata*, hìc tamen potiùs ſignificat *iniurioſa fuit*, fidem coniugalem violando. q. d. tunc Chriſtus Synagogam repudiauit, cùm illa ſponſo vero contempto, ſe alteri per idololatriam & peccata adiunxit.

15 ADDVXIT ENIM SVPER ILLOS GENTEM. Olympiodorus: *Dicitur ipſe adducere, eò quòd Deo non permittente nihil fiat*. Immò dici poteſt, Deum propriè adduxiſſe, quia hìc agitur de pœna peccati, quam Deus per ſe infligit: Iſa. 14. GENTEM IMPROBAM. Olympiodorus: *Primùm Babylonicam, poſtremò Romanam*. Græcè, ἔθνος ἀναιδὲς, *gentem impudentem*. id eſt, quæ nullius ætatis, dignitatis rationem habebit, ſed omnem pudorem exuit, ſicuti ex verſu ſequenti conſtat. Nonius: *Pudet, verecundia eſt; piget, pœnitentia*.

16 ET ABDVXERVNT. Monent quidam Interpretes non eſſe legendum *adduxerunt*, vt habent Plantiniani. Sufficiebat dixiſſe alteram lectionem correctam: & meritò, quia Græcè ἀπήγαγον. Plantiniani enim Vulgatam ſemper excuderunt, quam Romanus Pontifex approbauit. quare modò cùm eius iuſſu Vulgata emendata ſit, & ab erroribus quibuſdam qui ſenſim irrepſerant expurgata, Plantiniani eam vnicam ediderunt, & porrò recudent, donec alia eiuſdem Summi Pontificis mandato ipſis edenda tradatur.

19 AMBVLATE FILII. S. Ambroſius Serm. 18. in Pſalm. 118. in principio, quatuor verſus ſequentes ita refert: *Ite, proficiſcimini filij, ego enim derelicta ſum deſerta. 20. Exui me ſtola pacis, indui autem ſtolam precationis meæ, & clamabo ad Excelſum in diebus meis. 21. Animo æquo eſtote filij, clamate ad Deum, & extrahet vos de manu principum inimicorum. 22. Ego enim ſperaui in illo æterno ſalutem veſtram*. Facile erit ex collatione verſuum iſtorum cum Vulgata obſeruare, ſanctos Patres frequenter verba Scripturæ recitare ex memoria, ideoque verba aliquantulùm immutare; quare iudicio magno vtendum in definienda germana ſacræ Scripturæ lectione, eamque potiùs ex variis Bibliorum codicibus inter ſe conuenientibus ſtabiliendam, quàm ex ſanctorum Patrum Operibus; quia illi ſæpè ad ſententiam attendunt, minùs de verbis ſolliciti, & modò Latinam ex Græco, modò eamdem ex Hebræo verſam proferunt.

20 EXVI ME STOLA. *Stola*, inquit Iſidorus lib. 19. cap. 25. *matronale operimentum, quod cooperto capite & ſcapula, à dextro latere in læuum humerum mittitur. Stola autem Græcè vocatur, quod ſuperemittatur*. Horatius:

Ad talos demiſſa ſtola & circumdata palla.

Stola igitur pallæ ſuberat, & ſtolæ ſupparus, ac deniq; intra tunicas omnes induſium. Verum quidem eſt, *ſtolam* pro veſte muliebri communiter ſumi; tamen etiam viris apud Medos communis erat, & Vulgata iiſdem ſimiliter tribuit. INDVI AVTEM ME SACCO. *Stolæ* opponitur *ſaccus*, veſtis vilis, denſa & dura, inſigne temporis calamitoſi indumentum, eo enim vtebantur in pœnitentia, ſupplicatione, ſeruitute. ideò dicit Ieruſalem, ſe exutam ſtola pacis, & indutam ſacco obſecrationis, clamaturam ad Altiſſimum. *Stola* deriuatur à Græco στέλλομαι, *induo*; & *ſaccus* ab Hebræo שק *ſak*, quæ poſteà in omni lingua retenta fuit; nam Syri & Chaldæi ܣܩܐ *ſaka* dicunt. Arabes diuerſis quidem dictionibus exprimunt *ſaccum*, tamen nulla ex illis affinitatem habet cum Hebræo שק *ſak*, quod valdè miratus fui, quandoquidem illa opinio inualuerit, reperiri in omni idiomate veſtigium iſtius dictionis *ſak*. & benè: Græci enim dicunt σάκκος, Latini *ſaccus*, Itali *ſacco*, Hiſpani *ſaco*, Galli *ſac*, Germani *ſack*, Angli *ſacke*, Dani *ſaeck*, Poloni *zako*. Quis igitur credat, Arabes, qui Hebræis & Chaldæis ſeu Aſſyriis viciniores quàm ſint ceteræ Septentrionales, Occidentales, Auſtrales nationes, nullum eius dictionis in ſuo idiomate conſeruaſſe veſtigium. Quapropter adyta linguæ iſtius penetranda exiſtimaui, & penitiſſimè perſcrutari tentaui; quem laborem ſubiui, vt ſimul oſtenderem vtilitatem linguæ Arabicæ, ad quam excolendam Diplomate ſuo Paulus V. viros doctos hortatur, ſicuti ante ipſum fecerat Clemens V. in Concilio Vienneſi. Primùm igitur accuratè inquiſiui, quot modis Arabes rem per ſaccum ſignificatam appellarent; poſteà rationem nominis perpendi, denique conſideraui num in radicibus ex analogia dictionem aliquam *ſacco* affinem eruere poſſem: tandem, vti ſpero, vſurpare mihi licuit,

cuit, i. ὑφαντὰ, ὕφασμα. Dico igitur, Arabes appellare *ſaccum* duodecim his nominibus:

صرة محلاة حرطه مسح وعا
جراب مزود هميان كيس
عدل زق سكار ❖

Singula ordine perpendamus. Prima appellatio eſt *ſarraton*, quòd ſaccus, ne quid effluat, conſtringatur. Secunda, *muchlaton*, quia ſaccus inanis eſt & vacuus, niſi cùm aliquid ei imponitur. Tertia, *charita*, quia ſaccus dum plenus & probè eſt ſaburratus, teres rotunduſque videtur. Quarta, *maſchon*, quia ſaccus menſuram certam continet. Hinc credo apud Nicandrum, aſſerente Heſychio, μάσκος κώδιον [ſcribo κώδιον] δέρμα Νίκανδρος. id eſt, *Nicander vſurpat μάσκος pro pelle ouina*. Fortaſſis opinabatur rationem nominis eſſe, quòd viatores noctu ſaccos ad quietem ſibi ſubſternerent, originemque dictionis à κεῖμαι, *iaceo* deducebat. Quinta, *weabon*, quia in ſacco reconduntur, quæ in itinere conferuntur. Sexta, *garabon* [quæ dictio perperàm expreſſa fuit in Pentaglotto Schindleri Lexico literis hiſce Hebraicis גראר. ſcribendum erat גראב] quia ſaccus communiter ex corio conficiebatur; quapropter erit burſa, vel *Cōrycus*, ſaccus quo pugiles in vmbratili certamine decertabant. *Garab* enim ſignificat *experiri vires alterius dimicando, concertando*. Septima, *mezudon*, quia in ſacco cibus ad viam neceſſarius reponitur. Schindlerus iterùm corrigendus venit: ſcribendum enim מזודא non מזורא, cùm radix ſit manifeſtè זאד vel זוד. Octaua, *hamian*. Hanc adiunxi, ne Lector in eumdem errorem cum Schindlero inducatur; ille enim falſus eſt in dictione המיאן tum in ſcriptura, tum in explicatione; ſcribendum enim erat ex Arabico המינא, & explicandum non *ſaccus*, ſed *balteus*: nam apud Chaldæos & Syros (à quibus Arabes acceperunt) ܗܡܝܢܐ *hemian*, non ſignificat *ſaccum*, ſed *balteum*. & Ioſephus lib. 3. Antiq. cap. 8. de zona ſacerdotali agens, ita loquitur: *Quam Moyſes nominauit Abaneth, nos vocabulo à Babyloniis mutuato Emian dicimus: ſic enim illi nominant*. Nona, *ciſon*, quòd ſaccus certam & definitam portionem complectatur. Decima, *idal*, quòd ſaccis æqualitas menſuræ & portionis cuique tribuatur. Hîc quoque lapſus fuit Schindlerus; confundit enim עדל & עׂדל, diuerſa tamen ſignificant; nam עדל valet *declinare, æquare*: עׂדל verò ſignificat *corripere, arguere, caſtigare*. Excuſari tamen poterit, ſi interpretemur de ſacco pœnitentium, illo enim peccata caſtigabantur. Vndecima, *Zek*, quòd per ſaccum vinum & liquores colentur; ſic Græci dicunt σακκίζειν, σακκελίζειν, & Latini vſurpant verbum *ſacco*. i. per ſaccum colo. Duodecima, *ſacaron*, quæ à Lexicographis quidem omiſſa, ſed frequenter in Scriptura reperitur, poniturque pro Hebræo אמתחת *amtachat*. i. *ſaccus*, quòd expandatur. Credo Arabes hac voce *ſaccum* expreſſiſſe, vel quia ſacco pleno gratias datori agimus, eiuſque liberalitatem prædicamus; vel quia homo cibo fartus & ſaburratus, ſaccum turgidum præ ſe fert. Hactenus de Arabicis, apud quos aliquod etiam veſtigium dictionis שק *ſak* extare demonſtrare volui, vt vulgarem opinionem de voce *ſak* ab omnibus Gentibus vſurpata in præcipuis ſaltem linguis confirmarem. Ad Æthiopes & Indos tranſeo, qui etſi charactere diuerſo ab Hebræis vtantur, & ſcribant ac legant à ſiniſtra ſicut Græci & Latini; eorum tamen dictiones ſunt Hebraicæ aut Chaldaicæ. quare *ſaccum* dicunt ሠቅ *ſak*: nam Pſalmo 28, verſ. 14. pro *ſaccum meum*, dicunt ሠቅየ *ſaki*, vbi Hebræus שקי *ſaki*. Armeni, qui etiam à ſiniſtra ſcribunt ac legunt, & linguam conflatam habent ex dictionibus Hebraicis, Chaldaicis, Arabicis, Græcis, appellarint *ſaccum*, ՍԱԿ *ſac*, aut *ſak*. Ægyptij, Samaritani, Phœnices ſcripſiſſent ΥW *ſak*. idioma enim commune habebant cum Hebræis, ſed characteres diuerſos. De ceteris linguis, cùm ſint harum traduces, idem ferri poteſt iudicium: nimirum aliquod dictionis שק *ſak* aut *ſac* conſeruaſſe monimentum.

22 SPERAVI IN ÆTERNVM. Græcè, ἤλπισα δὲ τῷ αἰωνίῳ, *ſperans in Æterno*, ſcilicet Deo. quare videtur ſcribendum in Vulgata noſtra *in Æternum* litera maiuſcula, ſicuti *Sanctus, Altiſſimus* quandoque ſcribuntur, quando Deum deſignant, ne *æternum* de tempore & non de Deo, ſicuti debet, intelligatur. GAVDIVM A SANCTO. id eſt, Deo. ſæpè enim in Scriptura nomen *Sanctus* abſolutè poſitum accipitur pro Deo ſicuti Iob 6, 10. *Nec contradicam ſermonibus Sancti*. Iſaiæ 6, 3. Seraphini accinunt Deo *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. *Sanctus* Hebraicè dicitur קדוש *Cados*. קדש *Cadas* eſt dictio quæ apud Hebræos oppoſitas producit ſignificationes, veluti *ſanctum eſſe*, & *impurum eſſe*, inde in Vocabulario veteri *Cadeſa, ſcortum*. S. Ambroſius Exhortat. ad Virgines, contrarium dicit: *Cades innupta eſt, quæ eſt ſancta corpore & ſpiritu, & Domino ſe dicauit, quæ reliquit parentes, & non facit voluntatem eorum, qui ſolent dicere, Debet nobis filia nepotes. Cades eſt, quæ filios neſcit*. Idem obſeruaui apud Hebræos in סכן *ſacan*: eſt enim *prodeſſe*, & *ad paupertatem redigi*. רגע *raga*, eſt *moueri ſubitò*, & *quieſcere*. חסב *chaſab*, *conſecrare*, *execrari*. תעב *taab*, *optare*, *abominari*. דשן *deſen*, *pinguedo*, *cinis*. עטר *atar*, *aperire*, *claudere*. גאל *gaal*, *appropinquare*, *elongare*. שרש *ſaras*, *radicare*, *eradicare*. בוא *bo*, *venire*, *abire*. דעך *dabac*, *extinguere*, *ardere*. תמם *tamam*, *perficere*, *deſtruere*. Quinctilianus lib. 1. Inſtit. Orat. cap. 10. idem in Latinis notat: *Etiamne*, inquit, *à contrariis aliqua ſinamus trahi, vt lucus, quia vmbra opacus parum luceat; & ludus, quia ſit longiſſimè à luſu; & Dis, quia minimè diues*. Olympiodorus *gaudium* interpretatur redemptionem per Chriſtum factam. vtraque liberatio à captiuitate, ſ. Chaldaica, ſenſu literali; & diabolica, ſenſu myſtico intelligi poteſt, & quæ ſequuntur vtrique accommodari poſſunt.

24 CVM HONORE MAGNO. Olympiodorus: *Redemptio enim facta per Chriſtum illuſtrius reddidit genus noſtrum, quàm eſſet ab initio conditum*.

25 PERDITIONEM IPSIVS. Olympiodorus: *Quæ per pretioſam crucem diabolo contigit*. ET SVPER CERVICES IPSIVS ASCENDES. Olympiodorus: *Ecce enim ait*, [Lucæ 10, 19.] *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici*. Ceruicem alicuius conculcare, eſt victorem, Dominum eſſe, plenamque poteſtatem in victum habere; vt quemadmodum dominus ſeruum ceruicoſum, refractarium, qui ceruicem erigebat, ceruicem incuruare & terram intueri & oſculari cogat, ſic victor victum terram mordere compellit, apud Homerum & Poëtas. nec deſunt exempla in Scriptura. Iſaias cap. 26. verſ. 6. *Conculcabit eam pes, pedes pauperis, greſſus egenorum*.

26 DELICATI MEI. Olympiodorus: Οἱ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς δημιουργίαν τρυφεροὶ καὶ ἁπαλοὶ γενόμενοι, τὰς ἀνωμάλους καὶ τραχείας ὁδοὺς ἐπορεύθησαν. verto: *Qui in prima creatione delicati & coloris viridi* [in Adamo ob iuſtitiam originalem] *fuerunt, inæquales aſperaſque vias* [ob peccatum originale & actuale] *ambulauerunt*. Interpres verterat: *Qui olim creati fuerant delicati & molles, inæquales aſperaſque vias ambulauerunt*.

28 DECIES TANTVM ITERVM. Rationem huius dicti affert S. Thomas in cap. 6. Epiſtolæ ad Romanos, vbi Apoſtolus huc reſpexiſſe videtur, dum explicat iſta verba, *Humanum dico*, &c. *Dicit autem*, inquit S. Doctor, *hoc eſſe humanum, quia ſecundùm rectum iudicium exigeretur, vt homo multo plus ſeruiret iuſtitiæ, quàm antea ſeruierit peccato. Baruch 4. Sicut fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum*. Cuius dicti rationem afferri inquit ab ipſo Apoſtolo, præferendo ſtatum gratiæ ſtatui culpæ. Si enim plura nobis bona ex iuſtitia proueniunt quàm ex culpa, magis debemus inſiſtere ad

ſeruiendum iuſtitiæ, quàm ſtuduerimus ad ſeruiendum peccato.

Exhortatvr enim te. Græcè in editione Romana, Complutenſi, Regia Plantini, ἐπιπαλῶσί σε, *conſolabitur te.* Aldina, ἐπιπαλεῖ σε, ſic etiam Wecheliana; quomodo Vulgatam legiſſe autumo. S. Auguſtinus in Pſalmum 118. explicans παρακαλῶ, quod communiter ibi redditur, *conſolatus ſum,* ita loquitur; *Vel ſicut alij Codices habent, Et exhortatus ſum, id eſt, exhortationem accepi: vtrumq; enim potuit interpretari de verbo Græco* παρακαλῶ. Quapropter *exhortatus eſt,* exhortationem dat. neſcio cur Interpres ἐκ ὁ expoſuerit hîc παρακαλεῖ, *conſolabitur*; quandoquidem in Scriptura ſæpiùs ſignificet *exhortari.* Qvi te nominavit. id eſt, qui tibi iſtud nomen impoſuit, cùm anteà *Salem* & *Iebus* appellareris. Secundò, Theodoretus: *Qui te præ cunctis ciuitatibus in honore habuit.* Tertiò, Olympiodorus: *Deus Verbum, qui pro nobis incarnatus eſt, qui ſponſam ſuam vocare Eccleſiam dignatus eſt.* Quartò, qui te nominauit nomine nouo, *ciuitatem Domini, Sion ſancti Iſrael,* vt Iſaiæ 60,14. Quintò, & optimè, qui te nomine tuo compellat, exhortatur te vt confidas in eius benignitate: fiet enim vt reducat te in priſtinam felicitatem; aduerſarios autem tuos peſſumdet; vti præclarè prædixit Iſaias c.17. c.18.c.19. & Ieremias c.46.c.47.c.48.c.49.c.50.

Gavdimonivm eivs. *Gaudimonium* idem quod 34
gaudium; terminatio enim diuerſa non mutat ſignificationem, ſicuti *teſtimonium*, idem quod *teſtatio.* niſi dicamus, particulam *monium* denotare *durationem*, à Græco μένειν, *manere.* nam *patrimonium, matrimonium, vadimonium, ſanctimonium,* durationem includunt; ſignificant enim bona poſt patrem, matrem relicta, & in poſteris manentia, fideiuſſionem, & ſanctitatem conſtantem iuramento aut promiſſione confirmatam. *Gaudimonium* igitur hic fortaſſis eſt *gaudium manens & perdurans.* q. d. ſicuti Chaldæi annis aliquot exultarunt, captiuis & gementibus Iudæis; ita viciſſim ipſi, Chaldæis (ſicut hic prædicitur) in ſeruitutem redactis gaudebunt, dum à Cyro in patriam ſuam, cum facultate reſtaurandi templum & ciuitatem remittentur. Græcè, χαρμοσύνη, *exultatio*, pro eodem ſumuntur. immò Feſtus ait, *Gaudium* ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν *dictum.* Et Iulius Scaliger Exercitat. 317, 2. *Gaudium eſt voluptas, faciens effuſis ſpiritibus animum ſe efferentem.* Græca omnino origo eſt, ſiue γαυχάω velit quis, ſiue malit γαυριάω. ita *exultatio* eſt *gaudium geſtuoſum,* γάνυσθαι & ἀγαλλιάζειν. Dicerem ego eſſe ab Hebræo חָדָה *chada.* i. *gaudeo.* inde γάθωμαι. Heſychius, γάθεσθαι, ἥδεσθαι, γάθεται, ἀγάλλεται. γαθία, χαρά, *gaudium.* ab eodem חָדָה *chada* eſt γηθέω. Heſychius γηθεῖν, χαίρειν, *gaudere*; γηθέοντες, χαίροντες, *gaudentes.*

Ignis.... ab æterno. Deus, qui ſolus eſt æternus, 35
igne Babylonem comburet, ſicuti ipſi Ieruſalem combuſſerunt. Iſaias cap. 13,19. *Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham.* id eſt, incendetur. A dæmoniis. Vide Scholia P. Marianæ ad cap. 34. Iſaiæ, & ad cap. 50. Ieremiæ.

Ad Orientem. Babylon quidem eſt ad Septem- 36
trionem Iudææ; ſed Perſia, Media, & regio Babylonica erant ad Orientem: quare oculos conuertit ad Orientem, vt filios ſuos reduces cum gaudio contempletur.

In verbo sancti. id eſt, Dei. Theodoretus: *Non* 37
enim propriis viribus ſuperauerunt hoſtes; ſed qui tradidit eos Deus, reſtituit libertatem. Irenæus lib. 5. Aduerſus hæreſes cap. 35. accommodat verſum hunc & præcedentem temporibus poſt Antichriſti perſecutiones in hunc modum: *Circumſpice ad Orientem Ieruſalem, & vide lætitiam, quæ adueniat tibi ab ipſo Deo. Ecce venient filij tui, quos emiſiſti, venient collecti ab Oriente vſque ad Occidentem, verbo illius Sancti gaudentes ea, quæ à Deo tuo eſt, claritate.* *Sanctus* abſolutè dicitur Deus, vti dixi verſ. 22. ergo *in verbo ſancti* eſt, iuxta promiſſum Dei per Prophetas præannuntiatum, vt per Iſaiam cap. 49. verſ. 12. Ierem. cap. 30. verſ. 31. & reipſa præſtitum, cùm eius iuſſu Cyrus Iudæos remiſit in patriam, quod prædixerat Iſaias cap. 45. verſ. 1. Eſdras autem rem peractam narrat cap. 2. verſ. 66. & cap. 5. verſ. 2. ideò gaudent ob gloriam quam Deus illis contulit (ita explico *gaudentes in honorem* (vel vt Sept. *honore*) *Dei*) dum illos qui exierant pedibus ducti ab inimicis, adduxit in patriam portatos in honore ſicut filios regni. Capite ſequenti verſ. 5. habetur *gaudentes Dei memoria.* Accipio pro eodem; nam Deum recordari alicuius, eſt ei benefacere, & à miſeria liberare, luctumque in gaudium commutare, atque ex conſideratione beneficij excitare ſui in homine recordationem, quæ omnem excludit mœrorem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 In æternvm. ſ. duratura, vel in æternam vitam ducens.

2 Contra. pro, coram, ſeu ad.

3 Ne tradas, &c. q. d. ne te ſubiicias cuiquam præter Dei voluntatem, huic enim obedire gloria tua eſt, & dignitas. ſ. ſeruire Deo, regnare eſt. vel, ne cultum Deo debitum, alij tribuas.

5 Animæqvior esto. i. bono eſto animo. Græc. *confide.* Memorabilis. Græc. *memoriale,* ſeu *monimentum.* ſ. in quo ſeruatur memoria Iſraelis. i. Iacob. vel q. d. inſignis, dignuſque memoria.

6 Propter. pro, propterea.

9 Iracvndiam. i. vltionem. Confines. i. vicini. Vide inf. vbi vertit *vicinos.*

10 Svperdvxit. i. ſuper eos induxit.

13 Ivstitias. i. præcepta.

14 Memorentvr. i. recordentur. q. d. cogitent.

16 Dilectos. ſ. filios. A filiis. pro, priuatam filiis. Vnicam. i. ſolam relictam. Desolavervnt. i. deſtituerunt prorſus.

20 Pacis. i. proſperitatis.

21 Animæqviores estote. Græc. *confidite.*

22 Speravi. pro, ſpero. In æternvm. Græc. *in æterno.* ſ. Deo. ſic enim ſolet vocare Deum. Svper misericordia. i. ob miſericordiam.

24 Vicinæ. ſ. gentes. Suprà idem verbum Græcum vertit *confines.* Æterno. Græc. τῷ αἰωνίῳ, *æterni.* ſ. Dei.

25 Iram. i. punitionem. Ascendes. q. d. calcabis.

27 Ab eo. pro, apud eum. ſ. Deum.

28 Reqviretis. pro, requirite.

30 Exhortatvr. Græc. *conſolabitur.* ἐπιπαλέσει. Nominavit. i. ex nomine nouit. ſ. familiariter. vel, fecit nominatam. i. celebrem.

35 Ignis. i. punitio. Æterno. i. Deo. Longitvrnis diebvs. pro, multos dies. In mvltitvdine, &c. pro, diutiſſimè.

37 Vsqve ad Occidentem. i. & etiam ex Occidente. q. d. ex omni orbis parte. Id præcipuè ad Euangelij tempus & Chriſtianos pertinet. Sancti. Græc. τοῦ ἁγίου, *ſancti.* ſ. Dei.

CAPVT V.

Iubetur Ieruſalem luctum exuere, eò quòd filij eius cum ignominia ducti in captiuitatem, cum gloria ſint ad eam reducendi.

1 EXue te Ieruſalem ſtola luctus, & vexatio-
A nis tuæ: & indue te decore, & honore eius,
2 quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ gloriæ. * Cir-
cumdabit te Deus diploide iuſtitiæ, & impo-
3 net mitram capiti honoris æterni. * Deus enim
oſtendet ſplendorem ſuum in te, omni qui
4 ſub cælo eſt. * Nominabitur enim tibi no-
B men tuum à Deo in ſempiternum: Pax iuſti-
5 tiæ, & honor pietatis. * Exurge Ieruſalem, &
ſta in excelſo: ª & circumſpice ad Orientem, ª Sup. 4.36
& vide collectos filios tuos ab oriente ſole vſque
ad Occidentem, in verbo ſancti gaudentes

Dei memoria. * Exierunt enim abs te pedibus 6
ducti ab inimicis: adducet autem illos Do- C
minus ad te portatos in honore ſicut filios re-
gni. * Conſtituit enim Deus humiliare omnem 7
montem excelſum, & rupes perennes, & con-
ualles replere in æqualitatem terræ: vt ambu-
let Iſrael diligenter in honorem Dei. * Obum- 8
brauerunt autem & ſiluæ; & omne lignum D
ſuauitatis, Iſrael ex mandato Dei. * Adducet 9
enim Deus Iſrael cum iucunditate in lumine
maieſtatis ſuæ, cum miſericordia, & iuſtitia,
quæ eſt ex ipſo.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

1 STOLA LVCTVS. *Stola*, vti diximus cap. 4. verſ. 20. cùm propriè ſumitur, veſtem talarem lætitiæ conuenientem ſignificat; hic igitur κατὰ χρηστικῶς accipitur, ſeu ſecundum originem potius (quia στέλλομαι eſt *induor* quacumque veſte) quam ſecundum vſum Auctorum, pro veſte pretioſa & feſtiua. DECORE, ET HONORE EIVS, &c. Sept. paucioribus rem exprimunt: *Decore gloriæ quæ à Deo in ſempiternum*.

2 CIRCVMDABIT TE....ET IMPONET. Sept. *Circumdabit te.... & imponet*. DIPLOIDE. Vulgata duobus in locis dictionem iſtam vſurpauit. Alter locus eſt Pſalmo 108. vbi pro *diploide*, Hebr. מְעִיל *mehil*. Chald. מְעִילָא *mehila*. Arab. الردا *alredaon*, Æthiop. ኣጽፋ *atſfha*. Græc. διπλοΐδα. Singula ſtrictim tangam. Dico igitur, מְעִיל *mehil* eſſe veſtem quæ ſuper alias veſtes induebatur. Ratio eſt, quia deducitur à radice עָלָה *halah*, quaſi מַעַל *mahal*, *ac ſuper*, quia veſtis hæc ceteris imponebatur. Sept. vertunt ποδήρη, ἐπενδύτην, διπλοΐδα, στολὴν, ἱμάτιον, χιτῶνα, ὑποδύτην, μίτραν. quæ voces deſignant aliquam, ſit verbo venia, ſuperioritatem, ſicuti ipſa dictio Latina *veſtis*, quæ à Græco ἐσθὴς, quia ſupra corpus mittitur ſeu ponitur, nomen accepit; ἕω enim valet *mitto*. ſola dictio ὑποδύτης, quæ veſtem inferiorem & interiorem denotat, videtur huic explicationi repugnare. facilis eſt conciliatio. Dicendum enim, מְעִיל *mehil* dici ſubuculam & veſtem interiorem vel inferiorem, reſpectu *Ephod*, quæ erat extima & ſuprema veſtis; reſpectu autem tunicæ byſſinæ qua primùm induebatur Pontifex, eſſe veſtem ſuperiorem. Si quis tamen cum quibuſdam aliis velit deducere à מָעַל *mahal*, i. *præuaricari*, hanc ei ſuggero rationem, quòd Adam poſt præuaricationem veſte vſus fuerit, vt turpitudinem, quam in membrorum rebellione aduertebat, tegeret. Arabicum الردا *alredaon*, deduco à radice ردد *radada*, *reddo*, *redono*. vel ردى *rada*, *amicio*. vnde ردا *radi*, vel *redaon*, *pallium*, & cum articulo *alradi*, *arradi*, *alredaon*, vel *arredaon*. Æthiopicum ኣጽፋ *atſfha*, deduco ab Hebræo צָפָה *tſapha*, quod in *Piel* ſignificat *texit*, *operuit*. vnde צִפּוּי *tsippui*, *operimentum*. Poteſt etiam deduci à צוּף *tſoph*, *ſuperfluxit*, ſicuti Græcum χιτὼν, quia ob laxitatem fluere & ſupra corpus diffundi videtur. Græcum διπλοΐδα, quo Latini etiam vtuntur, Heſychius explicat διπλοΐδα χλανίδα ἐν τῷ φορεῖν, *duplicatam lænam dum geſtatur*. quæ verba ſic interpretor, vt velit διπλοΐδα veſtem eſſe amplam & ſolliculam, cuius partium anteriorum vna alteri ſuperponitur, quando induta ſiue pro calore augendo, ſiue ad expeditiorem corporis motum. quare parum intereſt, ſiue ſit veſtis vnius ſimplicis panni, ſiue duplicis; ſufficit enim illam duplicari in ipſa geſtatione: conuenit igitur omni veſti ſolidi, quæ duplicari poſſit, ſiue ſit pallium, ſiue toga, ſiue læna, ſiue chlamys. Hæc attuli, vt oſtenderem non eſſe neceſſarium, reſtringere *diploidem* ad veſtem ſacerdotalem, aut militarem, neque ad lænam, *quæ* (Varrone teſte, *duarum togarum inſtar*, & ſecundùm Seruium, *eſt propriè toga duplex*, & *amictus auguralis*; ſed modò ſacerdotalem, modò militarem, modò communem eſſe, prout oratio poſtulabit; tantùm requiri vt induta duplicari poſſit. Hoc loco ſignificat veſtem ſacerdotalem, non muliebrem, quia Deus alloquitur Ieruſalem tamquam recepturam ornamenta ſacerdotalia. Per *diploidem* inſinuat ſuperhumerale corporis ornamentum, ſicut per *mitram* capitis ornamentum. Dicit *diploide iuſtitiæ*, quia per Ieruſalem non tantùm intelligitur Synagoga Iudæorum, ſed etiam Eccleſia Chriſtianorum. Vtramque verò circumdedit diploide iuſtitiæ, id eſt, meritis paſſionis Chriſti, quibus non ſolùm peccata deleta fuere, ſed omnes virtutes collatæ, quibus tamquam diploide & mitra decorata fuit, & gloria æterna, quæ hic aliquoties promittitur eidem comparata. Ratio quare minùs probem *diploidem* & *mitram* accipi pro ornatu muliebri, eſt, quod illi ipſi qui ita ſentiunt, dicunt, hoc capite continuari ſuperiorem exhortationem, & tamen verſum 30. & ſequentes capitis præcedentis accommodant Ieruſalem tamquam Eccleſiæ vel ciuitati. Κυρίως itaque dicendum videtur, Prophetam prædicere Eccleſiæ decorem, reſtituta ipſi à Deo dignitate priſtina, quam obtinebat cùm templum & vera in eo religio floreret, imò Deum ipſi dignitatem illam adaucturum, & perpetuam ſtabiliturum; quod ſane luculenter præſtitit, dando ipſi Pontificem, qui æternum pro illa offert ſacrificium, & apparet vultui Dei, vt mundet ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Theodoretus meam confirmat ſententiam. dicit enim: *Induit, eam habitu ſacerdotali. in mitra enim inerat lamina aurea, in qua inſcriptum erat nomen Dei* [*pax iuſtitiæ, & honor pietatis.*] Et Incertus: *Reſumes priùs tuum ſacerdotium*. ET IMPONET MITRAM CAPITI. Explicata proprietate dictionis *diploidis*, quam oſtendi eſſe veſtem ſacerdotalem, non autem tantum muliebrem; aggredior interpretationem dictionis *mitra*, quam aliqui hic tegumentum capitis mulieris ſeu calanticam exponunt, ideoque Ieruſalem tamquam mulieri attributam volunt. Paucis rem longam expediam: *Mitra*, *Cidaris*, *Tiara* in Scriptura Græca & Latina pro eodem capitis tegumento ſumuntur. Biblia Hebræa pro iſtis dictionibus, habent פְּאֵר *peer*. rad. פָּאַר *peer*, *decorauit*, quod mitra eximium ſit capitis ornamentum. Iſaiæ 6. v. 10. pro μίτρᾳ, Aquila, Symmachus, Theodot. habent κίδαριν, *coronam*. צָנִיף *ſaniph*. rad. צָנַף *tſanaph*, *inuoluit*, *circumdat*. quia mitra caput circumdat. סַרְוַח *ſarnach*. rad. סָרַח *ſarach*, *luxuriat*, *extendit ſe*, *ſuperfluit*, quia de mitra (teſte Seruio in 4. Æneidos) *pendebat buccarum tegimen*, ſuperfluum ſcilicet capitis tegumentum. Et Ioſephus lib. 3. Antiq. Iud. cap. 8. agens de Pontificis habitu, dicit: *Super caput autem geſtat pileum non faſtigiatum, neque totum caput comprehendentem, ſed paulo plus quam medium. hic vocatus maſnaemphthes* [corrigo *miſnephethes* à Chaldæo מִצְנֶפֶת *miſnepheth*. addita terminatione Græca ης.] Interpretem in ſequentibus aberrantem ita reduco: *Eſt autem talis apparatu, vt corona videatur, vitta ex textura linea craſſa effecta. etenim cum variis adſumentis diſtinguatur, ſæpè conſuitur*, &c. Et ibidem: *Porrò pileo quali ceteri ſacerdotes vtebatur, ſuper quem extabat alius conſutilis ex hyacintho variatus; hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua pullulat calyculus aureus: ex hoc* [hyacintho] *confecta eſt corona ab occipitio ad vtrumque tempus longa, nam frontem* ἐσθλὰς *ſic enim dicatur calyx, non ambiebat. Eſt autem faſcia aurea, quæ ſacris characteribus Dei nomen inciſum habebat*. Appellatur etiam מִגְבָּעָה *migbaha*. rad. גָּבַע *gabah*, *collis*, *tumulus*, quòd ſit mitra tumuli in quo caput tumuletur ſeu recondatur. Falluntur enim qui mitram ſimilem tiaris Turcicis, quas *Torbant* dicimus, exiſtimant, aut potiùs mitras Epiſcoporum iſto nomine ſignificari quam Cardinalium galeros volunt. Audiant S. Hieronymum epiſtola 128. ad Fabiolam: *Quartum genus eſt veſtimenti, rotundum pileolum, quale pictum in Vlyſſe conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit*

diuiſa, & pars vna ponatur in capite, non habet acumen in ſummo. Sept. Ezech. 26. v. 16. pro מְעִיל *mehil* poſuerunt *μίτρας*. Vulgata, *exuuias* attenderunt illi ad radicem עָלָה *hala*, quia ſ. mitra ſupra caput ponebatur, ideò fortaſſis aliqui Codices Græci addunt, ἀπὸ τῶν κεφαλῶν, *de capitibus*: ſed non fuit neceſſe, quandoquidem dici poſſit *μίτρας* poſuiſſe, quia ſequebatur, καὶ τὸν ἱματισμὸν τὸν ποικίλον ἀπ' αὐτῶν ἐκδύσονται. Vulgata, *& veſtimenta ſua varia abiicient.* Voluerunt igitur priùs ſignificari ornamenta capitis, & poſteà totius corporis ab eis abiicienda.

Hactenus de Hebraicis dictionibus in quibus oſtendi, *Mitram* apud Hebræos non fuiſſe tegumentum capitis muliebris, idem in Græcis & Latinis præſtandum Μίτρα apud Euſtathium Ο'δυσ. κ. Οὐκ ἀεὶ πολεμικὸν ὅπλον δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔνδυμα κεφαλῆς, *non ſemper inſtrumentum militare, ſed aliquid quod capiti circumponitur ſignificat*. Et Ι'λιάδ. δ. poſtquam explicaſſet *μίτραν* eſſe cingulum militare addit: Σημείωσαι δὲ, ὅτι μίτρα [illegible] *Notā autem, mitram poſt Homeri tempora dici de vitta capitis, ſeu vt vulgariter loquar, de faſcia.* Adfert exempla ex Euripide & Herodoto: deducit à μίτος, *filum*, quaſi μιτόεργον ex filis contexta. Ι'λιάδ. π. dicit *μίτραν* eſſe *cingulum*, & multos rectè interpretari *coronam*. De κίδαρις dicit Ι'λιάδ. γ. aliquos opinari, Homerum tantùm ſemel iſta dictione vſum, atque eſſe εἶδος πίλου, *genus pilei*. Heſychius dicit eſſe *pileum regium*, quem etiam τιάραν; nonnulli verò κίταριν. aut ἱερεῖον [*mitram* ſeu *mitram*] quod ferunt ſacerdotes. Τιάρα non extat quantum memini apud Euſtathium, Heſychius dicit eſſe κυρβασίαν, ſeu *erectam mitram*, qua ſoli Reges apud Perſas vtebantur. Duces verò inclinatam geſtabant. Quidquid ceteri Græci de his dictionibus adſerunt, in his tetigimus; alia breuitas excludit, ſicuti earum originationem ab Hebræis deduci מִיתְר *methar*, כֶּתֶר *cether*, תּוֹר *thor*. & quædam alia recondita: ſufficiat probaſſe, *mitram* neque apud Hebræos, neque apud Græcos (ex quibus Latini acceperunt, & quorum vſum Scriptura vſurpauit) reſtringi ad veſtem muliebrem profanam, ſed conuenire Ieruſalem tamquam typo Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, Pontificis ſupremi, ideoque veſtes non Regiæ, ſed Pontificiæ ei attribuendæ. Olympiodorus *mitram* interpretatur *crucem Chriſti, quæ in fronte credentium imprimitur; vel & ipſum Dominum, caput quippe Eccleſiæ Chriſtus.*

Devs enim ostendet. Sept. addunt, τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ, *vniuerſis* ſeu *omni quæ ſub cælo.* Baruch Ieruſalem tamquam Chriſti Pontificis ſummi ſponſam alloquitur, alludit enim ad Iſaiæ 60. verſ. 2. & 3. *Super te orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur; & ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* 3

Pax ivstitiæ. Theodoretus: *Hæc autem nomina nunc habet: propterea concurrunt ad eam cuncti. Saluatoris enim paſſio reddidit eam ſplendidam & illuſtrem.* Incertus: *Hæc ſunt noua Ieruſalem nota. Iuſtitia verò appoſuit; nam quia eſt & peccatorum pax ſecundum Dauidem* [Pſal. 27. v. 3.] *ideò & Saluator ait* [Ioan. 14. v. 27.] *Pacem meam do vobis.* 4

Vsqve ad Occidentem. Sept. *ab occaſu ſolis vſque ad ortum.* Theodoretus: *Sciendum eſt, redeuntibus illis, qui erant in Babylone, tamquam pace gentis præſtita, vniuerſos etiam eſſe eos, qui aufugerant tempore belli, & deuenerant ad partes Auſtrales & Occidentales. ideò meminit etiam redeuntium ab Occidente.* 5 In verbo sancti gavdentes Dei memoria. Irenæus lib. 5. Aduerſus hæreſes, cap. 35. ita profert: *Verbo illius Sancti gaudentes ipſam Dei recordationem.* Vide verſ. 22. & 37. capitis præcedentis. Aliqui coniungunt *in verbo* cum *gaudentes*. alij referunt ad *collectos*. vtraque ſententia probabilis videtur.

6 Pedibvs dvcti. Olympiodorus: *Pedibus ire, ad luctum pertinet, vt oſtendit Dauid Abſalonem fugiens: & ſanè lacrymis digna gerebant, qui dæmonibus inſeruiebant, & variis eorum deſideriis ducebantur.* Sicvt filios. Sept. *ſicut ſolium*, ὡς θρόνον. Codices alij, Ald. Complut. Reg. Wech. ὡς υἱοὺς, *ſicut filios*. quare puto librarij errorem, qui propter ſequens τῆς βασιλείας, *regni*, legendum exiſtimauit *ſolium*, θρόνον.

7 Omnem montem. Theodoretus intelligit *Babylonios, qui videbantur eſſe ſimiles montibus excelſis.* Olympiodorus omnia myſticè explicat, per *montem*, *omnem altitudinem extollentem ſe contra Dei cognitionem: per rupes, dæmones qui nobis ab antiquo ſæculo bellum inferunt: per valles, animas olim terrenaſque animas bonis operibus repleri ſublatis ſcandalis.* Et rvpes. Sept. καὶ θῖνας, *& cumulos* Conueniunt: quia ſicuti *rupes* à *rumpo* deducitur, ſicuti Græcum ῥὼξ à ῥήσσω. quia etſi percutiatur à fluctibus, non facilè rumpitur; ſic θὶν à θείνω deriuatur, & ſignificat *littus, cumulus, ripa*, quia à ventis littora & ripæ percutiuntur, & arenæ congeruntur.

8 Obvmbravervnt. Sept. edit. Romanæ, ἐσκίασαν, *obumbrauerunt*. alij Codices ἐσκίρτησαν, *exultauerunt*. ſicuti Pſal. 113. verſ. 4. *Montes exultauerunt.* Prior lectio tenenda, quia conformis omnibus Codicibus Latinis. & S. Irenæus loco ſuprà allato habet: *Vmbracula autem intexuerunt ſilua.* Incertus accommodat Apoſtolis; ait enim: *Qui fideles obumbrant ſuis doctrinis, ne affligantur à ſpiritali æſtu.* Adde, per *obumbrauerunt* inſinuari nubem opacam, quæ Iſraelitis ex Ægypto redeuntibus in deſerto aduerſus ſolis ardorem commodum iter præbuit.

9 In lvmine. Sicuti vmbram ſiluarum & arborum comparaui cum nube opaca, ita *lumen maieſtatis* comparandum exiſtimo cum columna ignis quæ Iſraelitarum caſtra in deſerto illuminabat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Aeterni. i. Dei, vt patet ex Græco, τοῦ δόξης τοῦ αἰωνίου.

3 Qvi. Græc. *omni quæ*. ſ. terræ.

4 A Deo. ſ. datum. q. d. conſequêris honorem ſummum. Pax, &c. id eſt, nomen, de quo proximè. Ivstitiæ. ſ. præmium, & finis. Pietatis. ſ. in Deum. ſ. præmium.

5 Vsqve ad, &c. Vide ſup. cap 4. Sancti. ſ. Dei.

6 Pedibvs. i. pedeſtres. In honore. Græc. *cum gloria*. ſic inf.

7 Hvmiliare, &c. q. d. tollere omnia impedimenta viæ. ſ. ſpiritualis. Huc enim hæc præcipuè pertinent. Diligenter. Græc. *ſecurè*.

8 Obvmbravervnt. pro, obumbrabunt. Svavitatis. pro, ſuaue. ſ. odoriferum. q. d. omnia iuſtis ſeruient, viamque ad Deum ſuauem facient.

9 Ex ipso. i. Dei donum eſt.

CAPVT VI.

Iudæos apud Babylonios captiuos vaticinatur Ieremias poſt ſeptem generationes liberandos: hortaturque vt ſibi caueant ab illorum idololatria, oſtendens à plurimis effectibus imbecillia eſſe idola, penituſque ſenſu carentia, ac vaniſſima.

A EXemplar epiſtolæ, quam miſit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annuntiaret illis ſecundùm quod præceptum eſt illi à Deo.
1 [a] Propter peccata, quæ peccaſtis ante — [a] Ierem. 25. b. 9
Deum, abducemini in Babyloniam captiui à
2 Nabuchodonoſor rege Babyloniorum. Ingreſſi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vſque ad genera-
3 tiones ſeptem: poſt hoc autem educam vos inde cum pace. [b] Nunc autem videbitis in Ba- — [b] Iſa. 44. b. 10
bylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos,
4 & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum Gentibus. Videte ergo ne & vos ſimiles

efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus
vos capiat in ipſis. * Viſa itaque turba de re- 5
tro, & ab ante, adorantes, dicite in cordibus
veſtris: Te oportet adorari Domine. * Ange- 6
lus enim meus vobiſcum eſt: ipſe autem ex-
quiram animas veſtras. * Nam lingua ipſorum 7
polita à fabro, ipſa etiam inaurata & inargen-
tata, falſa ſunt, & non poſſunt loqui. * Et ſic- 8
ut virgini amanti ornamenta; ita accepto au-
ro fabricati ſunt. * Coronas certè aureas ha- 9
bent ſuper capita ſua dij illorum: vnde ſub-
trahunt ſacerdotes ab eis aurum, & argentum,
& erogant illud in ſemetipſos. * Dant autem 10
& ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: &
iterum cum receperint illud à meretricibus,
ornant deos ſuos. * Hi autem non liberantur 11
ab ærugine & tinea. * Opertis autem illis veſte 12
purpurea, extergunt faciem ipſorum propter B
puluerem domus, qui eſt plurimus inter eos.
* Sceptrum autem habet vt homo, ſicut iudex 13
regionis, qui in ſe peccantem non interficit.
* Habet etiam in manu gladium, & ſecurim; 14
ſe autem de bello, & à latronibus non liberat.
Vnde vobis notum ſit quia non ſunt dij. * Non 15
ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis
confractum inutile efficitur, tales ſunt & dij il-
lorum. * Conſtitutis illis in domo, oculi eorum 16
pleni ſunt puluere à pedibus introëuntium.
* Et ſicut alicui qui regem offendit, circumſe- 17
ptæ ſunt ianuæ; aut ſicut ad ſepulchrum ad-
ductum mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia
clauſuris & ſeris, ne à latronibus expolientur.
* Lucernas accendunt illis, & quidem multas, 18
ex quibus nullam videre poſſunt: ſunt autem
ſicut trabes in domo. * Corda verò eorum di- 19
cunt elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dum
comedunt eos, & veſtimentum ipſorum, &
non ſentiunt. * Nigræ fiunt facies eorum à fu- 20
mo, qui in domo fit. * Supra corpus eorum, & 21
ſupra caput eorum volant noctuæ, & hirundi-
nes, & aues etiam ſimiliter & cattæ. * Vnde 22
ſciatis quia non ſunt dij: Ne ergo timueritis
eos. * Aurum etiam quod habent, ad ſpeciem 23
eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginem, non ful- C
gebunt: neque enim dum conflarentur, ſentie-
* Iſa. 46. b. 6 bant. * Ex omni pretio empta ſunt, in qui- 24
bus ſpiritus non ineſt ipſis. * Sine pedibus in 25
humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem
ſuam hominibus. Confundantur etiam qui
colunt ea. * Propterea ſi ceciderint in terram, 26
à ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis
eum ſtatuerit rectum, per ſemetipſum ſtabit,
ſed ſicut mortuis munera eorum illis appo-
nentur. * Hoſtias illorum vendunt ſacerdotes 27
ipſorum, & abutuntur: ſimiliter & mulieres
eorum decerpentes, neque infirmo, neque men-
dicanti aliquid impertiunt; * de ſacrificiis eo- 28
rum fœtæ & menſtruatæ contingunt. Scien-
tes itaque ex his quia non ſunt dij, ne timea-
tis eos. * Vnde enim vocantur dij? Quia mu- 29
lieres apponunt diis argenteis, & aureis, & li-
gneis: * & in domibus eorum ſacerdotes ſe- 30
dent, habentes tunicas ſciſſas, & capita, & bar-
bam raſam, quorum capita nuda ſunt. * Ru- 31
giunt autem clamantes contra deos ſuos, ſic-
ut in cœna mortui. * Veſtimenta eorum au- 32
ferunt ſacerdotes, & veſtiunt vxores ſuas, & fi-
33 lios ſuos. * Neque ſiquid mali patiuntur ab ali-
D quo, neque ſiquid boni, poterunt retribuere:
neque regem conſtituere poſſunt, neque au-
34 ferre. * Similiter neque dare diuitias poſſunt,
neque malum retribuere. Siquis illis votum
vouerit, & non reddiderit; neque hoc requi-
35 runt. * Hominem à morte non liberant, neque
36 infirmum à potentiori eripiunt. * Hominem
cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate
37 hominem non liberabunt. * Viduæ non miſe-
38 rebuntur, neque orphanis benefacient. * La-
pidibus de monte ſimiles ſunt dij illorum, li-
gnei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui au-
39 tem colunt ea, confundentur. * Quomodo er-
go æſtimandum eſt, aut dicendum, illos eſſe
40 deos? * Adhuc enim ipſis Chaldæis non ho-
norantibus ea: qui cùm audierint mutum non
poſſe loqui, offerunt illud ad Bel, poſtulantes
41 ab eo loqui: * quaſi poſſint ſentire qui non
habent motum, & ipſi cùm intellexerint, re-
linquent ea: ſenſum enim non habent ipſi dij
42 illorum. * Mulieres autem circumdatæ funi-
bus in viis ſedent, ſuccendentes oſſa oliuarum.
43 * Cùm autem aliqua ex ipſis attracta ab ali-
E quo tranſeunte dormierit cum eo, proximæ
ſuæ exprobrat quòd ea non ſit digna habita,
44 ſicut ipſa, neque funis eius diruptus ſit. * Om-
nia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomo-
do æſtimandum aut dicendum eſt, illos eſſe
45 deos? * A fabris autem, & ab aurificibus facta
ſunt. Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt
46 eſſe ſacerdotes. * Artifices etiam ipſi, qui ea fa-
ciunt, non ſunt multi temporis. Numquid er-
go poſſunt ea quæ fabricata ſunt ab ipſis eſſe
47 dij? * Reliquerunt autem falſa, & opprobrium
48 poſteà futuris. * Nam cùm ſuperuenerit illis
prælium, & mala; cogitant ſacerdotes apud
49 ſe, vbi ſe abſcondant cum illis. * Quomodo
ergo ſentiri debeant quoniam dij ſunt, qui nec
de bello ſe liberant, neque de malis ſe eripiunt?
50 * Nam cùm ſint lignea, inaurata, & inargen-
tata, ſcietur poſteà quia falſa ſunt, ab vniuerſis
Gentibus & regibus: quæ manifeſta ſunt quia
non ſunt dij, ſed opera manuum hominum,
51 & nullum Dei opus cum illis. * Vnde ergo no-
tum eſt, quia non ſunt dij, ſed opera manuum
hominum, & nullum Dei opus in ipſis eſt?
52 * Regem regioni non ſuſcitant, neque pluuiam
53 hominibus dabunt. * Iudicium quoque non
F diſcernent, neque regiones liberabunt ab in-
iuria: quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ inter
54 medium cæli & terræ. * Etenim cùm inciderit
ignis in domum deorum ligneorum, argenteo-
rum, & aureorum, ſacerdotes quidem ipſorum
fugient, & liberabuntur: ipſi verò ſicut trabes
55 in medio comburentur. * Regi autem, & bel-
lo non reſiſtent. Quomodo ergo æſtimandum
56 eſt, aut recipiendum quia dij ſunt? * Non à fu-
ribus, neque à latronibus ſe liberabunt dij li-
gnei, & lapidei, & inaurati, & inargentati: qui-
57 bus hi qui fortiores ſunt, * aurum, & argen-
tum, & veſtimentum, quo operti ſunt, auſe-
rent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent.
58 * Itaque melius eſt eſſe regem oſtentantem vir-
tutem ſuam; aut vas in domo vtile, in quo glo-

nabitur qui poſſidet illud; vel oſtium in do-
mo, quod cuſtodit quæ in ipſa ſunt; quàm
falſi dij. * Sol quidem, & luna, ac ſidera cùm 59
ſint ſplendida, & emiſſa ad vtilitates, obau-
diunt. * Similiter & fulgur cùm apparuerit, 60
perſpicuum eſt: idipſum autem & ſpiritus in
omni regione ſpirat. * Et nubes, quibus cùm 61
imperatum fuerit à Deo perambulare vniuer-
ſum orbem, perficiunt quod imperatum eſt
eis. * Ignis etiam miſſus deſuper vt conſumat 62
montes, & ſiluas, facit quod præceptum eſt ei. G
Hæc autem neque ſpeciebus, neque virtutibus
vni eorum ſimilia ſunt. * Vnde neque exiſti- 63
mandum eſt, neque dicendum, illos eſſe deos,
quando non poſſunt neque iudicium iudicare,
neque quidquam facere hominibus. * Scientes 64
itaque quia non ſunt dij, ne ergo timueritis
eos. * Neque enim regibus maledicent, neque 65
benedicent. * Signa etiam in cælo Gentibus 66
non oſtendunt, neque vt ſol lucebunt, neque
illuminabunt vt luna. * Beſtiæ meliores ſunt 67
illis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac
prodeſſe ſibi. * Nullo itaque modo nobis eſt 68
manifeſtum quia ſunt dij: propter quod ne ti-
meatis eos. * Nam ſicut in cucumerario for- 69
mido nihil cuſtodit: ita ſunt dij illorum lignei,
& argentei, & inaurati. * Eodem modo & in 70
horto ſpina alba, ſupra quam omnis auis ſe-
det. Similiter & mortuo proiecto in tenebris,
ſimiles ſunt dij illorum lignei, & inaurati, &
inargentati. * A purpura quoque & murice, 71
quæ ſupra illos tineant, ſcietis itaque quia non
ſunt dij. Ipſi etiam poſtremò comeduntur, &
erunt opprobrium in regione. * Melior eſt ho- 72
mo iuſtus, qui non habet ſimulachra: nam
erit longè ab opprobriis.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

QVAM MISIT IEREMIAS. Hinc confirmatur quod dixi in Præfatione, Baruch auctorem eſſe & compoſuiſſe quinque capita, ſextum verò excepiſſe, dictante Ieremia; ideò ad maiorem diſtinctionem in editione Sept. Romana, Baruch collocatur ante Threnos Ieremiæ, ſed hoc caput ponitur immediatè poſt ipſos Threnos, quòd eidem Auctori cum Threnis tribuendum ſit. Improbabile mihi videtur, quod aliquis nuperorum Interpretum aſſerit, Baruch poſſe cenſeri auctorem non tantùm huius capitis, ſed totius Prophetiæ Ieremiæ, quia integram deſcripſit. Sicuti inquit reprehendi non debet, qui S. Lucam, quòd Euangelium S. Pauli deſcripſerit; & Platonem, quòd plurima à Socrate præceptore ſuo excepta euulgarit, auctorem Euangelij & Dialogi affirmaret; atque viciſſim S. Paulum auctorem Euangelij S. Lucæ, & Socratem Dialogi Platonis definiret. Quæ ſententia mihi non probatur. Primò, Quia inde ſequeretur, S. Lucam non fuiſſe Euangeliſtam, quandoquidem Euangelium non compoſuerit, ſed S. Paulo nomen iſtud tribuendum, ſicuti Epiſtola ad Romanos, quam Tertius deſcripſit, S. Paulo adſcribenda, non Tertio. Secundò, S. Lucas in Præfatione ſui Euangelij dicit: *Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt*. Certum eſt autem, S. Paulum ab initio non vidiſſe quæ Chriſtus faciebat & docebat: quare de aliis Apoſtolis intelligendum. Dicendum igitur, S. Lucam ſuum Euangelium à S. Paulo accepiſſe, ſicuti S. Marcus à S. Petro: nimirum ex præceptoris ſui doctrina & concionibus compoſuiſſe. Primò enim didicerat ab Apoſtolis qui initio Chriſtum viderant, myſteria Chriſti conceptionis, natiuitatis, & infantiæ; ſed præcipuè à B. Virgine Dei genitrice Maria, quia nemo ſicut ipſa interfuit ab initio myſteriis Chriſti. Poſteà verò adhæſit S. Paulo, qui pleniùs illum inſtruxit, dum ipſum in comitem indiuiduum ſuæ peregrinationis ſuſcepit, cuius poſteà hortatu Euangelium ex omnibus quæ audiuerat, Spiritu ſancto dirigente compoſuit. quare ſicuti S. Lucas auctor eſt Euangelij ſui, ſic etiam Baruch auctor dicendus quinque capitum quæ compoſuit: & quemadmodum Tertius, etſi Epiſtolam ad Romanos (ſicuti ex cap. 16. patet) ſcripſerit, eius tamen auctor non eſt dicendus. Sic neque Baruch epiſtolæ Ieremiæ, neque eiuſdem Prophetiæ auctor cenſendus. Tertiò, Si Plato ſolus amanuenſis partes in Dialogo Socratis ſuſtinuiſſet, immeritò auctor eius haberetur; ſed quandoquidem pauca axiomata Socratis præceptoris ſui eleganti proprioque ſtylo dilatarit, iure merito auctor iudicandus, ſicuti qui Chreiam aliquam exornat, etſi ſententiam ab alio acceperit, Chreiam tamen compoſuiſſe cenſetur. AD ABDVCENDOS. Hinc patet epiſtolam hanc dictatam à Ieremia in Ægypto, paulò ante mortem. Cùm enim ſibi moriendum cognouiſſet, præceptumque illi à Deo fuiſſet, ſignificare populo eum in Babylonem abducendum, expertuſque fuiſſet populi aures veritati obſtructas, voluit Prophetiam hanc & monita adiuncta poſt mortem ſuam à diſcipulo ſuo & ſcriba Baruch referri, vt populus maiorem eius monitis fidem adhiberet, cùm Prophetiam de captiuitate veram experiretur. Vide Ioſephum lib. 10. Antiq. cap. 11.

1 PROPTER PECCATA. Iudæi in Ægypto grauiter peccarunt, quòd Ieremiam vera prædicentem & comminantem occiderint; deinde (ſicuti ex cap. 44. Ierem. patet) quia idola coluerunt.

2 GENERATIONES SEPTEM. Quia *generatio* & *γενεὰ* nullum certum tempus deſignant, ideò Interpretes diuerſimodè hunc locum exponunt. Aliqui enim dicunt, nullum definitum poni tempus, quia *ſeptem* ponitur pro *multis*, ſicut *ſepties* pro *ſæpè*, & *generatio*, quemadmodum Hebraicum דור *dor*, ſignificat diuerſum tempus pro rerum natura: nam quoties notabilis in natura alicuius fit mutatio, noua numeratur generatio; ideò in equis, quia magna obſeruatur ſingulis annis mutatio, ponitur pro vno anno, Virgil. 3. Georg.

At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare
Compoſitis. ———

Sic in homine pro ſeptennio, vt docet Cenſorinus de Die natali, & Clemens Alexandr. ex Hermippo lib. 6. Stromat. Idcircò aliquis cenſet ſignificari 49. annos captiuitatis, quibus Iudæi ex Ægypto à Nabuchodonoſore abducti, Babylone hæſerunt; detrahendi enim ſunt ex annis 70. captiuitatis, anni 24. quibus in Ægypto commorati fuerunt, ſeu 19. qui interceſſerunt inter quartum Ioakim & vltimum Sedeciæ, & quinque anni ab euerſa ciuitate, tum enim Nabuchodonoſor Ægyptum ſubiugauit, & Iudæos inde abduxit. Varro vult *generationem* complecti annos 30 quia ea ætate homo idoneus eſt generationi. Sic Neſtor apud Homerum dicitur vixiſſe tres ætates, id eſt, 90. annos. Alij ex S. Auguſtino in Pſal. 104. definiunt annos 15. quia tum homo potens eſt ad generandum. Alij inde colligunt poſſe pro ſpatio decem annorum ſumi quia Achaz decennis genuit Ezechiam, & ſignificari per ſeptem generationes, annos 70. captiuitatis Iudaicæ, ab anno 11. Ioakim ad annum primum Cyri. Huic ſententiæ adſtipulatur Olympiodorus, dum monet lectorem ſuum: *Nota generationem eſſe illi decem annorum ſpatium*. Breuitatis ſtudio omittam reliquas dictionis *generatio* acceptiones. verſ. 9. apud S. Hieronymum in Pſal. 107. pro 42. annis: apud S. Auguſt. q. 50. pro ſucceſſione, nulla habita annorum ratione, ſicuti in Euangeliis ſumitur. Sententiæ quæ ad ſeptimum aut decimum quartum annum reſtringunt, ingenioſæ & nouæ videntur, ſed magnas inuoluunt difficultates; Primò, Quia in Scriptura nullibi *generatio* pro ſeptennio accipitur, neque pro aliquo certo annorum numero, quamuis apud alios Auctores in

ſurpetur. Secundò, Verum quidem eſt, Prophetam dicere, *eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, vſque ad generationes ſeptem*; quibus verbis videtur ſolùm agere de captiuitate Babylonica, ſicuti particula *ibi* oſtendit; in Babylone autem non remanſerint annos ſeptuaginta, ſed tantùm quadraginta nouem, qui ſeptem generationibus reſpondent: ſed dicendum eſt, illud, *vſque ad generationes ſeptem*, explicandum eſſe de captiuitate ibi toleranda iis qui ex Ægypto abducendi erant à Chaldæis, donec illi ſeptuaginta anni effluxerint, quibus captiuitatem duraturam prædixerat cap. 25. verſ. 11. *Et ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Et cap. 29. verſ. 10. *Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos.* Itaque certum mihi videtur, Prophetam confirmare in hac epiſtola ſuam de ſeptuaginta annis captiuitatis Prophetiam, & modò prædicere, eos reliquos annos qui deſiderantur ad ſeptuaginta, Babylone completuros, tamen eamdem omnibus ordine præfigere ætatem quatuordecim annorum, atque maturam generandi facultatem, parum probatur. Tertiò, In Scriptura quidem *generatio*, quando numerus certus apponitur, communiter ſumitur pro genitis ſeu poſteris, ſicut tertia, quarta, quinta, decima, ſignificat tertium, quartum, quintum, decimum à primo auctore iſtius familiæ, de qua agitur: quare hìc cenſeo Prophetam prædicere captiuitatem ſoluendam, cùm ſeptimus ſucceſſiuè ſeu trinepos genitus fuerit. Sic explico; Prima generatio refert filios eorum quibus hæc prædicebat; ſecunda, horum filios; tertia, nepotes; quarta, abnepotes; quinta, atnepotes; ſexta, diſnepotes; ſeptima, trinepotes. qui poſteà ſequuntur dicuntur minores; vt qui ſupra tritauum, maiores dicuntur. Quandoquidem hac ratione generationes ſeptem enumerentur, & quidem diſtinctè & ſecundùm phraſim Scripturæ, nec vllum incommodum oriatur, ſi dicatur, ſpatio ſeptuaginta annorum ſeptem generationes ſucceſſiuè produxiſſe. Quid enim vetat aſſerere, primo anno captiuitatis genitos fuiſſe nepotes, ſeu inchoari tertiam generationem? anno decimooctauo abnepotes, ſeu quartam generationem; anno trigeſimoſexto atnepotes, ſeu quintam generationem; anno quinquageſimo diſnepotes, quos Græci dicunt *ἀντιγόνους*, ſeu *ſextam generationem*; denique anno ſeptuageſimo trinepotes, *τριτέγγονοι*, *ſeptimam generationem*. In hanc ſententiam, etſi nouam, valdè propendeo, quia in aliis variæ occurrunt difficultates, hìc nulla mihi occurrit.

ET LAPIDEOS. Græcus omiſit, neque Tertul- 3
lianus legit, ſicuti poſteà referam; neque deorum lapideorum fit mentio in vniuerſa Scriptura, excepto Daniel. cap. 5. quare credo eſſe gloſſema. IN HVMERIS PORTARI. Dedit rationem cap. 10. verſ. 5. *Portata tollentur, quia incedere non valent.* Vide Iſaiam cap. 46. verſ. 1, 2. OSTENTANTES METVM GENTIBVS. *Metus* ſignificat *religionem* apud Virgilium lib. 7. Æneid.

— *multoſque metu ſeruata per annos.*

vbi Seruius: *Ex metu nata religio.*

SIMILES EFFICIAMINI FACTIS ALIENIS. Græcè, 4
ἀφομοιωθέντες τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε, *aſſimilati alienigenis aſſimilemini.* Exiſtimo ſupplendum in Græco, quod Vulgata expreſſit, *factis*, *τοῖς ἔργοις*, & hunc eſſe ſenſum: Cauete ne conuerſatio cum alienis ſeu alienigenis, quæ vos illis ſimiles in multis efficiet, in eamdem etiam cum ipſis inducat religionem, facta ſeu ritus, quos in cultu deorum ſuorum exercent, imitando, reuerentiam idolis exhibendo. Itaque *ſimiles* coniungendum cùm *alienis*, & *factis* eſt ablatiuus modi, quemadmodum loquuntur Grammatici. ET METVATIS ET METVS VOS CAPIAT. Græcè omittitur *& metuatis*, & videtur gloſſema à librario additum; & Tertullianus in Scorpiaco, cap. 8. vbi aliquot verſus huius capitis refert, omiſit.

ADORANTES. Græcè, *προσκυνοῦντας αὐτὰ*, *adorantes* 5
ipſa. ſ. idola. Noſter, ait quidam non legit *αὐτὰ*, quare *adorantes* retulit ad Iudæos, non ad Chaldæos. Ego potiùs exiſtimo ſcribendum eſſe in Vulgata *adorante* pro *adorantes*, quia *viſa turba adorante*, idem eſt cum *videntes turbam adorantes*, ſeu *ἰδόντες ὄχλον προσκυνοῦντας*. Ponitur *adorantes* in plurali, quia coniungitur cum nomine collectiuo *turbam*. Hac poſita lectione, pronomen *αὐτὰ* ſubauditur. Adde, *adorantes* non poſſe connecti cum *dicite in cordibus veſtris*, quia eſt accuſatiui caſus in Græco. Tertullianus loco indicato ſic hos verſus refert: *Et nunc videbitis Deos Babyloniorum aureos, & argenteos, & ligneos portari ſuper humeros, oſtentantes nationibus timorem. Cauete igitur, ne & vos conſimiles ſitis allophylis, & timore capiamini, dum aſpicitis turbas adorantes retrò eos, & ante: ſed dicite in animo veſtro, Te Domine adorare debemus.* Cyprianus de Oratione Dominica ſic poſtrema refert: *In ſenſu autem tibi debet adorari Deus.* Iulius Firmicus de Erroribus profanarum religionum, cap. 29. *Dicite autem in corde veſtro, Tibi oportet adorare Domine.* Coniicio diuerſitatem iſtam, *tibi adorari*, *te adorare*, *tibi adorare*, natam eſſe ex varietate Codicum Græcorum; nam editio Romana habet *σοὶ προσκυνεῖν*, *tibi adorare*; Complutenſis, *σὲ προσκυνεῖν*, *te adorare*, quia *προσκυνῶ* in Scriptura vtrumque caſum admittit. quandoquidem *προσκυνεῖν* non ſit paſſiuum, propendeo vt legatur *adorare*, non *adorari*.

6 ANGELVS ENIM. q. d. non eſt quòd Chaldæos timeatis, ſi me ſolùm adoretis, quia Angelum dabo vobis *ὑπερμάχον*, qui omnia aduerſa repellat, & illorum mortem quos occumbere permiſero, vlciſcatur. Alludit ad Angelum qui Iudæos ex Ægypto reduxit, Exod. 33. verſ. 2. & ad Pſalmum 9. v. 13.

8 AMANTI ORNAMENTA. Sicut puella nubilis ornatus amans magno ſtudio exornatur armillis, torquibus, periſcelidibus, vt procorum oculos alliciat, ſic Chaldæi idolis ſuis ornaméta ex auro & argento apponunt. ſed adeò imbecilli ſunt dij ipſorum, vt nequeant ſe tueri contra ſacerdotum rapinas & libidinem, atque adeò ſunt *φιλόκαλοι*, ſeu pulchri videri ſtudent, vt cum meretricibus deſultoriè ſeu alternatim ornamenta commutent. De vanitate & cultu idolorum eruditè diſputant Clemens Alexandrinus, Origenes contrà Celſum, Theodoretus de Græcorum affectionibus, & alij, ſed præcipuè Metaphraſtes in Actis Martyrum.

10 DANT AVTEM, &c. Græcè, *Dabunt autem de ois etiam meretricibus quæ ſub tecto. Ornantque eos, quaſi homines, veſtimentis deos argenteos, & deos aureos & ligneos.* Iulius Firmicus loco indicato, à verſu ſexto ita refert: *Angelus autem meus vobiſcum eſt, legem autem exquiram ab animabus veſtris. Lingua eorum polita fabro; ipſa etiam inaurata, & inargentata, falſa ſunt, & non poſſunt loqui: & ſicut virgini, hortatu amantis, accepto auro fabricati ſunt coronas ſupra capita deorum ſuorum. Eſt autem quando ſubtrahent ſacerdotes à diis ſuis aurum & argentum, & erogabunt illud in ſemetipſos, dabunt etiam ex ipſo & proſtitutis meretricibus, ornabuntque illos vt homines veſtimentis, deos argenteos, & aureos, & ligneos.* Clarum eſt, Interpretem noſtrum aliqua addidiſſe ad maiorem explicationem vanitatis idolorum, & auaritiæ ac libidinis ſacerdotum ipſorum, ſicuti apparet ex collatione textus Græci cum eius interpretatione. Si plura huius argumenti deſideres, conſule Ezech. cap. 16. verſ. 8. Ierem cap. 10. Iſaiæ cap. 44. & cap. 65. De proſtibulis & lupanaribus circa templa conſtitutis, notum eſt ex Scriptura & profanis Auctoribus. Vide Herodotum in Clio, Iuuenalem Satyra 9.

11 AB ÆRVGINE ET TINEA. Idola ex auro & argento, & lapide, ærugine corroduntur; quæ autem ex ligno, à tinea exeduntur. In Scriptura autem tantùm Iſaiæ cap. 5. *βρῶμα*. & Ezech. cap. 24. *ἰὸς* eodem ſenſu quo hìc accipiuntur.

13 SCEPTRVM AVTEM HABET. Eſt enallage numeri: anteà enim de idolis in plurali locutus fuit, nunc in ſingulari de iiſdem loquitur. *Sceptrum* à *σκήπτομαι*, *innitor*, deducitur. Euſtath. *Iliad.* 6. docet, *ſceptrum* non ſolùm Regibus, ſed etiam Iudicibus conuenire.

uenite. σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θείου ἐστὶ σύμβολον. Ego credo σκήπτομαι formatum eſſe ab Hebræo שבט, *baculus, qui naſcitur ex arbore* aut *radice arboris*; & quia tribus ex vno patre tamquam baculus ex vna arbore prodit, ideò שבט *ſcebet* appellatur. Septuaginta vertunt ῥάβδος, σκῆπτρον, φυλὴ, βακτηρία, μάστιξ, ἀρχων, ζυγὸς, κρίτης, id eſt, *index*. ſic Chaldæus dixit שפט, à *iudicando*, *ſcephat*. Vide Gen. 49. verſ. 10. & ſanè *ſceptrum* magis conuenit Regi tamquam Iudici, quàm bellatori, ideò Homerus & Poetæ Ioui veluti omnium Iudici tribuunt. Reges in cauſis diiudicandis, & feriendis fœderibus baculum cui innitebantur erigebant, & ſola eius erectio vim ſacramenti obtinebat. patet ex Ariſtotele Politic. 7. Apud Ægyptios ſceptrum Regium parte ſuperiori decorabatur ciconiarum capitibus, vngulæ hippopotami ex inferiori parte dependebant, quo hieroglyphico pietatem commendabant, & impietatem condemnabant. Exiſtimo, idolum cum ſceptro fuiſſe ſimulacrum Iouis, ille enim Rex hominum deorumque credebatur, & ab illo Reges σκηπτοῦχοι *ſceptrigeri* dicti ſunt. ſic per idolum cui gladius & ſecuris in manu, intelligo ſimulacrum Martis, deum belli, quem Poetæ βροτολοιγὸν *homicidam* indigitant, & nomen Græcum Ἄρης, vnde Latinum *Mars*, deducitur ab Hebræo ערר *arar, deſtruxit, diruit*, aut ערה *ara, denudauit, euacuauit*, aut ערץ *arats, concuſſit cum terrore*, quæ omnia Marti gladio & ſecuri armato conueniunt.

16 Constitvtis illis in domo. Videtur alludere ad deos Penates, quorum nomine Seruius intelligit omnes deos qui domi coluntur. Virgil. 1. Æneid.

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere Penates.

Gloſſar. *Penates*, πατρῷοι θεοὶ, κατοικίδιοι. De Penatibus & Laribus vide Varronem lib. 16. Rerum diuinarum, Apul. de Deo Socratis, Ciceronem 2. de Natura deorum, Feſtum, Macrobium Saturn. lib. 3. 4. vbi varias adfert ſententias ex Nigidio, Caſſio Hemina, Hygino. Arnobius lib. 3. Aduerſus Gentes, poſtquam varias retulit de diis Penatibus & Laribus opiniones, demum ſic concludit: *Ita labant ſententiæ, alteraque opinio ab altera conuellitur, vt aut nihil ex omnibus verum ſit; aut ſi ab aliquo dicitur, tot rerum diuerſitatibus neſciatur.* S. Hieronymus in cap. 57. Iſaiæ: *Nullus fuit locus, qui non idololatriæ ſordibus inquinatus ſit, in tantum, vt poſt fores domorum idola ponerent, quos domeſticos appellant Lares.*

17 Ad sepvlchrvm. Alludit ad conſuetudinem Gentilium & Iudæorum, qui cum pretioſis veſtibus, armis, inſtrumentis cadauera humare ſolebant, ideoque cuſtodes adhibebantur, ne à latronibus ſpoliarentur. Vide Ioſephum de ſepulchro Dauidis, lib. 7. Antiq. cap. vltimo; Sozomenum in Hiſtoria Eccleſ. lib. 9. cap. 17. de Zachariæ Prophetæ; Sigebertum in Chronico, anno 821. de S. Cæciliæ, & Baronium in Notis ad diem 22. Nouembris. Qui plura de hoc argumento deſiderat, conſulat Poetarum Commentatores, præcipuè Homeri & Virgilij, vt ceteros omittam Auctores tum ſacros tum profanos ex quibus plura congeſſi in Aduerſariis, quæ breuitatis ſtudio omittenda iudicaui.

19 Corda vero eorvm. Quædam idola erant interiùs terrea, vel lignea, etſi exteriùs eſſent aurea, argentea, ænea, quare ſerpentes facilè poterant illorum corda ſeu interiora comedere. Per serpentes intellige vermes qui ex corruptione naſcebantur in ipſis idolis. Aliquis Commentatorum exiſtimat Prophetam alludere ad ſuperſtitionem Babyloniorum erga ſerpentes, qui credebant in medio idolorum illos eſſe concluſos. Confirmat ſuam ſententiam; quia Propheta non dicit cor idolorum lingere ſeu comedere ſerpentes; ſed ita à vulgo Babyloniorum exiſtimari. id enim, inquit, valet illud *dicunt*, nempe, Babylonij qui certè potiùs dicerent deos ſuos à ſerpentibus qui intus viuebant animari, quàm cum maximo ipſorum ludibrio, cos à tineis rodi. Hæc ſententia ſubtilis quidem eſt & erudita, quia antiquitatis cognitionem includit; ſed huic loco minùs congruere videtur. Phraſis enim Græca non reſtringit τὸ *dicunt* ad Babylonios Gentiles, ſed deſignat communem hominum opinionem & ſenſum: quia Propheta vt Iudæos à cultu idolorum auocet, docet omnis generis idola vana eſſe & omnes qui ea colunt amentes eſſe; quia verò ad Iudæos Babylone plurimis annis inter Gentiles commoraturos ſcribebat, illa quæ omnibus idolis vbique terrarum conueniunt (eadem enim etiam Babyloniorum eſt conditio) enarrat; inter alia adfert idola à vermibus corrodi. Probat; *Dicunt* (ſeu *dicitur*, eſt enim impersonale) & dicent, quotquot veritatis amantes, ea proferre volunt, quæ oculis in idolis antiquis & carioſis vſurparunt. Si tamen aliquis velit hanc ſententiam tueri propter ſuperſtitionem Gentilium erga ſerpentes, cuius meminerunt Euſebius lib. de Præparat. Euang. Iuſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, & plures alij; hac via progrederer, Gentiles quidem dicere, ſerpentes ſeu vermes in ſignum venerationis abblandiri diis, eorum ſimulachra elingendo, tum alluderetur ad ſimulachrum vel Bacchi, vel Apollinis, vel Æſculapij: ſed iis reſpondendum, ſerpentes elingendo non læuigare idola, quod demulcentis eſſet, ſed penitùs conſumere, quod deorum imbecillitatem, qui eos excutere nequeunt; aut ἀναισθησίαν, qui ſe comedi non ſentiunt, demonſtrat. Hac quidem ratione facilis eſt huius verſus connexio; cenſeo tamen probabilius eſſe, dicere, Prophetam loqui de vermiculis (non de ſerpentibus quos pro diis colebant Gentiles) ſicuti verſ. 11. de *ærugine & tinea*. nam ſerpentes propriè dicti terram quidem comedunt, ſed non veſtimentum; & ſerpentes propriè dicti naſcuntur ex maſculi & feminæ complexu, non ex terra, quod hìc dicitur. Circa textum Græcum obſeruandum, malè ſcribi in variis Codicibus: Primò, ἐκλείχοντες pro ἐκλείχουσι. & λείχω deduci ab Hebr. לחך *lachac* aut לקח *lakach*, aut לקק *lakak*, ſicuti ex literis & ſignificatione patet. Secundò, videri omiſſum eſſe vnum ἀπὸ, quia alterum ſequebatur; ſic igitur ſcribendum ἐκλείχουσι ἀπὸ τῶν ἀπὸ γῆς ἑρπετῶν. Vtrumque Interpres noſter legiſſe videtur, quia poſterius expreſſit per præpoſitionem *de*, & prius inſinuat, dum paſſiuam conſtructionem in actiuam conuertit. nam καὶ *vide* vertendum *elingi a ſerpentibus*, non *elingere ſerpentes*.

21 Et cattæ. Iulius Firmicus omiſit. Græcè, καὶ αἱ αἴλουροι. Vitiosè habent multi Codices ἴλουροι. Latinè ſcribitur *catti* & *catæ*. Gellius lib. 10. cap. 25. ponit *cattas* inter nauium appellationes, fortaſſis quia apud Arabes biremis, dromo vocatur قيطون *kitaton*, à radice قطع *kataa*, quia velociter ſecat mare. Græci ſequioris ætatis dicunt eſſe machinæ genus. Certum eſt, hoc loco ſignificare felem feminam. Scholiaſtes Callimachi Hymno in Cererem, αἴλουρον, ait, ἰδιωτικῶς vocari κάττον, *propriè & vulgariter appellari cattum*. ſcribitur etiam κάτος. Arabes videntur huius dictionis auctores: appellant enim felem, قط *kitton*. fortaſſis quia caudam criſpat & contorquet. قطقط *katata*, ſignificat *criſpare*, *contorquere*.

24 Ex omni pretio. q. d. maximo pretio idola comparantur, tum propter materiam ex qua conſtant, aurum, argentum, & alia pretioſa; ſiue ob raritatem, ſiue ob nobilitatem. Vide Clementem Alexandrinum in Protrept. tum quia communem & priuatam felicitatem in eis collocabant, ſicuti compertum eſt Palladium cariſſimo pretio à Romanis comparatum. Vide Commentarios noſtri De la Cerda in 2. Æneid. vbi accuratè & fusè argumentum iſtud explicatum reperies. In qvibvs spiritvs non inest ipsis. Græcè, *in quibus non eſt ſpiritus*. Quandoquidem manifeſtus ſit in Vulgata Hebraiſmus, cuius nullum in Græcis Codicibus veſtigium, videtur Interpres ex He-

bræo tranſtuliſſe. Apud Græcos quidem ſæpè videre eſt pronomen ἀυτοῖς περιττὸν ſeu redundare, verùm hic locum habuiſſe minimè videtur.

Per semetipsvm stabit. Græcè, *per ſeipſum mouebitur: neque ſi inclinatum fuerit, dirigetur*. Aduerte hic quoque enallagen numeri à plurali ad ſingularem. 26

Sed sicvt mortvis mvnera eorvm illis apponentvr. Complutenſis, *Sed ſicut mortuis humeri illis apponentur*. Sic etiam quidam Codices manuſcripti & typis excuſi legunt *humeri*, pro *munera*. Verùm lectio iſta reiicienda eſt: quamuis enim δῶρον valeat *palmum*, ſicuti ex Plinio, Vitruuio, & aliis conſtat; inde tamen non efficitur, hoc loco ita vertendum fuiſſe. ſed quandoquidem Plinius dicat lib. 35. cap. 14. *Græci antiqui δῶρον palmum vocabant: & ideo δῶρα munera, quia manu darentur*; debuiſſet Pagninus potiùs *munera* vertiſſe quàm *humeri*, tum quòd Scriptura numquam δῶρον pro *palmo* vſurpet, tum quòd δῶρον apud nullum Auctorem *humerum* ſignificet. Præterea, verbum παρατίθεται, ſicuti legunt Sept. aut παρατίθενται, ſicut habent quidam Codices, ſatis indicabat ſermonem eſſe de oblationibus; alioquin dictum fuiſſet ὑποτίθεται, aut ὑποτίθενται: humeri enim mortuis efferendis ſupponuntur. Exiſtimo Pagninum potiùs attendiſſe ad illa præcedentia, *in humeris portantur*, quàm quod indicaret δῶρον *palmum* aut *humerum* (ſicuti aliquis ex Commentatoribus opinatur, nec improbat) ſignificare, & noluiſſe lectionem quam in Codicibus quibus vtebatur reperit, mutare. Liranus enim etiam ita legit & explicat *fulcimenta aliena quibus ſuſtentantur*. Sed quandoquidem Codices melioris notæ habeant *munera*, & δῶρον nihil aliud in Scriptura ſignificet quàm *munus*, altera lectio benè reiecta fuit. Alludit ad munera pretioſa, quæ in funere Magnatum parentes & amici conferebant, atque in illorum ſepulchris includebant. Vide verſ. 17. Comparat deos Babyloniorum mortuis, quia neutri beneficium rependere, aut donaria conſeruare queunt; nam, vt ſequitur, *hoſtias ſuorum vendunt ſacerdotes ipſorum*, &c.

Mvlieres eorvm decerpentes. Græcè, *mulieres de eis condientes*. Videtur aliquid in vtroque textu ſupplendum. In Latino ſubaudiri exiſtimo hoſtias, condientes, atque ita integrandum eſſe, *Mulieres* [hoſtias] *eorum decerpentes* [condiunt;] vt ſit ſenſus: Mulieres diuidunt hoſtias quas à ſacerdotibus vel acceperunt, ſi de vxoribus eorum intelligatur, ſicuti dictio Græca permittit, & verſ. 32. inſinuat: vel emerunt, & partem earum ſtatim comedunt; alteram verò partem condiunt, vt poſteà illa veſci queant: ſicque pauperibus nihil elargiuntur. In Græco, Γυναῖκες ἀπ' αὐτῶν ταριχεύουσαι, (ſubaudiri videtur, μέρος) ἀπολαύουσαι, ταριχεύουσι μέρος. *Mulieres de eis* [hoſtiis i. partem] *decerpentes, comedunt, partem condiunt*. 27

Foetæ et menstrvatæ. Græcè Rom. ἀποκαθημένη καὶ λεχώς, *menſtruata & puerpera*. Complut. ἀποκαθημένη καὶ λόγῳ. *menſtruata & ſermone*. Aldina, ἀποκαθημένη καὶ λεχοῖ. Baſileenſis, ἀποκαθημέναι καὶ λεχῶν, *menſtruata & cubilia*. Ex his omnibus ſola prima probanda eſt: ſed Librarij error expurgandus; ſcribendum enim λεχώ. Heſychius, λεχὼ προσφάτως τεκοῦσα .i. λεχώ, *recenter enixa*. quæ dictio alibi in Scriptura non extat. Altera verò, ἀποκαθημένη ſemper redditur *menſtruata*, & reſpondet dictionibus Hebraicis טְמֵאָה *temea*, quia eſt polluta & immunda; דָּוָה *daua*, quia debilis, languida, nauſeabunda; נִדָּה *nidda*, quia ob immunditiem ſeparata; עִדִּים *iddim*, Iſa. 64. v. 6. quam dictionem Theodot. retinuit, expreſſo y per γ, ſicuti frequenter fit. habet igitur γαδδείμ. Symmachus κυουσῶν, *parientium*. Aquila, μαρτυριῶν, *teſtimoniorum*. Explicat S. Hieronymus in Comment. *quando ſanguis in primo coitu maritali virginis approbatur*. De his plura in Iſaia: ſatis ſit indicaſſe, ἀποκαθημένη reſpondere Latino *menſtruata*, ideoque ordinem permutatum fuiſſe ab Interprete noſtro; nam *fœta* reſpondet dictioni λεχώ, quæ in Græcis ponitur ſecundo loco: quæ dictio *partu ſolutas & ab onere vteri leuatas* ſignificat. Apud Plinium lib. 8. cap. 42. *Hippomanes, quod ſtatim edito partu deuorat fœta*. Et Virgilius 3. Georg fœtas vocat, quæ fœtum enixæ; eaſque prohibet mulgeri, ne alimentum fœtui deſit. Verùm frequentiùs ſignificat *grauidam, & quæ vterum gerit*. Vtraque ſignificatio ex Scriptura probari poteſt. Sept. enim pro *fœta* dicunt θηλάζουσα, *lactans*; λοχεύεται, *fœtatur*; vel potiùs *parturit*; πρωτοτοκοῦσα, *primum enixa*; ἐν γαστρὶ ἔχουσα, *prægnans*, ſeu *vterum geſtans*. & pro *fœtoſæ*, πολυτόκα *multiparæ*. Ex quibus patet, Primò, *fœta* in Scriptura ſignificare *grauidam*, & *enixam*. Secundò, quandoquidem, vti dixi, *menſtruata* reſpondeat Græco ἀποκαθημένη, & omnis menſtruata à templo arceretur, ſiue profluuium pateretur ante conceptum fœtum, ſiue poſt editum; nullibi verò in Scriptura mulier grauida prohibeatur templum ingredi: quia ſanguinem menſtruum non egerit, ſed in fœtus formationem & alimentum impendit, ideoque non habetur pro immunda. Exiſtimo *fœtam* hoc loco accipiendam pro *puerperam*, ſeu *fœtum enixam*; & *menſtruatam* ſumendum pro ea quæ menſtruis laborat antequam conceperit: alioquin non differrent *menſtruata* & *fœta*. Adde, Prophetam aſpexiſſe ad Leuit. 12. verſ. 4. vbi agitur de fœtæ ſeu puerperæ purgatione, & Leuit. 15. vbi agitur de menſtruoſæ ſeparatione. *Mulier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur*. In magna apud Iudæos erant abominatione menſtruatæ, idcircò Propheta vt ſuos ab idolis auertat, indicat ea à menſtruatis contingi. 28

29 Mvlieres apponvnt. Duplex huius ſententiæ explicatio. Vna, quòd mulieres ſtultæ apponendo eſcas & anathemata ſuis idolis, colunt ea pro diis. Altera, quòd mulieres apponendo idolis ludicra quædam ſigna à ſe efficta, veluti ſunt puppæ, & turpium rerum indecoræ imagines, ſeu femineis ea exornando deliciis tamquam deos colunt. Olympiodorus tertiam ſuggerit, dicit enim: *Nota, mulieribus interdictum ſacra facere*. Quibus verbis in eam adductus ſum ſententiam, vt exiſtimem, Prophetam pergere in confirmando idolorum vanitatem, docendo quàm indigna patiantur à ſacerdotibus & mulieribus, ſiue ipſorum vxores intelligantur, ſiue aliorum: dixerat enim v. 27. ſacerdotes deorum hoſtias vendere & abuti, mulieres verò partem hoſtiarum comedere, partem condire & adſeruare. verſ. 28. mulieres menſtruo infectas idola contingere. verſ. 29. tertium adducit mulierum peccatum ſeu in deos opprobrium, nimirum, quòd etſi mulieribus omnibus, quamuis puriſſimis, interdictum ſit ſacrificare, his tamen diis mulieres, & quidem menſtruatæ, non tantùm appropinquant vt aliquid per ſacerdotes offerant, ſed non verentur propriis manibus, quamuis impuriſſimis, ſacrificare. verſ. 30. redit ad mores & actiones ſacerdotum.

30 Habentes tvnicas scissas, et capita. Quàm diuerſis moribus & geſtibus vtantur ſacerdotes Iudæorum ab his, manifeſtum eſt ex præceptis quæ Deus ſacerdotibus ſuis dedit, Leuit. 10. v. 6. *Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere*. Vide 19. verſ. 27. & 21. v. 5. & 10. vide inſuper Ezech. 44. v. 20.

31 Rvgivnt. Vide 3. Reg. cap. 18. v. 27. *Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur*. Contra deos. id eſt, ante deos. Græcè, ἐναντίον, *ante*. Sicvt in coena mortvi. Vide Ierem. cap. 16. Ezech. 24. Ioſephum lib. 2. de Bello, cap. 1. Notum eſt, in funere præficas mulieres lacrymas ac gemitus artificioſos vendidiſſe. & menſam parentalem, ad quam parentes & amici conuocabantur, in vſu fuiſſe, de qua Homerus Iliad. 18. Virgil. Æneid. 11. S. Epiphanius in Ancorato.

33 Neqve regem constitvere. Illud enim vero Deo proprium, ſicuti docet Iob cap. 12. verſ. 18. & Daniel. 4. verſ. 14. *Dominatur Excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud*. Nota, Prophetam anteà demonſtraſſe deorum vanitatem, quia

opera

opera & induſtria hominum exorti & effecti. A verſu 27. idem confirmat altero argumento, nimirum, quòd omni facultate atque poteſtate deſtituantur, cùm nequeant beneficia aut conferre, aut remunerari, neque iniurias propulſare & punire poſſint.

34 NEQVE DARE DIVITIAS. Græci addunt, *neque æs.*

40 ADHVC ENIM IPSIS CHALDÆIS. q. d. ipſi Chaldæi ignominiam deorum ſuorum produnt; dum enim mutum illis ſanandum offerentes, nihil impetrare valent, fateri coguntur deorum ſuorum imbecillitatem; quare ipſos deſpiciunt & relinquunt. Aliqua mihi videntur in Latina & Græca editione conſideranda. Primò, in Latina videtur ſcribendum *illum* pro *illud*, quia refertur ad *mutum*, ſicque poſteà reperi in codice M.S. Moreti, & in Bibliis Benedicti Pariſiis anno 1573. editis. altera tamen lectio confirmatur ab Olympiodoro; dicit enim, *Mutum vocat idolum ſine voce.* Secundò, Græca variant, nam Romana habent, ἔτι δὲ καὶ αὐτῶν τῶν Χαλδαίων ἀτιμαζόντων αὐτά; οἱ ὅταν ἴδωσιν ἐνεὸν, [Aldina & Baſileenſ. ἐνεόν.] μὴ δυνάμενον λαλῆσαι, προσενεγκάμενοι τὸν Βῆλον, ἀξιοῦσι φωνῆσαι, ὡς δυνατοῦ ὄντος αὐτοῦ αἰσθέσθαι, [Complut. εἶναι.] καὶ οὐ δύνανται αὐτοὶ νοήσαντες καταλιπεῖν αὐτά, αἴσθησιν γὰρ οὐκ ἔχουσιν. Tertiò, Græca valdè differunt à Latinis, ita enim ſonant: *Adhuc autem & ipſis Chaldæis inhonorantibus ea? qui cum viderint mutum non poſſe loqui, offerentes, Belum poſtulant loqui:* verſ. 41. *Quaſi potens ipſe ſit ſentire. Et non poſſunt ipſi intelligentes, relinquere ea: ſenſum enim non habent.* Complut. *Quaſi potente exiſtente illo eſſe.* Quartò, Conciliari poſſe videntur, Primò, ſi dicatur, ἴδωσιν vertendum fuiſſe *cognouerint*. Vulgata enim vertit *audierint*, quia cognitio viſu vel auditu acquiritur, & *video* ponitur aliquando pro *audio*; ſicuti Exod. 20. verſ. 18. *Populus videbat voces.* i. audiebat. Secundò, ſcribendo, *offerunt illum ad Bel, poſtulantes ab eo loqui*; tum enim ſola interpunctio mutatur. Tertiò, dicendo Græca verſ. 41. referre ad dictionem *Bel*, Vulgatam verò ad dictionem *deos*, aut *ea*, ſ. idola. Quartò, Vulgatam explicationis gratiâ addidiſſe, *qui non habent motum.* Quibus verbis *Bel* etiam includit. q. d. etſi Belus maximus atque ſummus ſit ipſorum deus; tamen ſicuti ceteri dij ſenſu caret, neque ſupplicum preces audit, neque muto, quem minores dij curare nequiuerunt, ſermonem reſtituet, quandoquidem ipſemet omni ſenſu priuatus ſit. Dici etiam poteſt, Chaldæos idolum cuiuſdam ex minoribus diis offerre Belo, vt ab illo tamquam ſupremo deorum facultatem & poteſtatem loquendi. hoc eſt, quæſitis reſpondendi (ſicuti Belus ſeu Iupiter, diabolo per eius idolum loquente, oracula edebat) acciperet. Confirmatur hæc ſententia iſtis verbis Prophetæ Habacuc cap. 2. verſ. 18. *Quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulachra muta.* verſ. 19. *Væ qui dicit ligno: Expergiſcere; Surge, lapidi tacenti: numquid ipſe docere poterit?* Quintò, illa contrarietas quæ apparet, & admittitur ab Interpretibus, inter Græca & Latina in iſtis verbis, *Et ipſi cum intellexerint, relinquent ea.* atque, *Et non poſſunt ipſi intelligentes, relinquere ea.* tolli videtur, ſi dicatur, Latina legenda eſſe per interrogationem; tum enim reſponſio negatiua includitur, quæ expreſsè ponitur in Græcis. Sic Prophetia Michææ cap. 5. verſ. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda*, vt conueniat cum verbis S. Matthæi, *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda*, legenda eſt per interrogationem, etſi in Hebræo nullum eius ſignum appareat, quia illi iſto ſigno careat. Eodem modo locus Iſaiæ legitur interrogatiuè Actorum cap. 7. verſ. 50. quamuis in Iſaia affirmatiuè pronuntietur. Quare ex contextu orationis colligendum eſt, quando interrogatione vtendum ſit; ſicuti idem vſu venit, cùm ſermo ironicè explicandus eſt: quamuis enim nullum certum ſit ironiæ ſignum, tamen dum illam oratio exigit, vſurpamus, ſicuti Geneſ. 3. verſ. 22. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* Sextò, *ipſi dij illorum*, ab omnibus Græcis omittuntur, & fortaſſis in Latinis à Librariis intruſa ſunt, quia credebant præcedentia, *ſenſum enim non habent*, referri ad deos; quod verum eſſet, ſi interrogatio non includeretur, quæ exigit vt de Chaldæis cultoribus deorum intelligantur: qui etſi percipiant idolorum ſuorum vanitatem, ita tamen addicti ſunt idololatriæ, vt communi ſenſu deſtituti videantur; ſicuti indies euenit illis qui paſſione abrepti, aut nimio erga creaturas affectu correpti, ſyntereſi fruſtrà obnitente & reuocante, felicitatem æternam temporanea voluptate illecti cum pœnis æternis commutant.

42 CIRCVMDATÆ FVNIBVS IN VIIS SEDENT. Hic locus, cùm difficillimus iudicetur, varias habuit explicationes. Quidam cenſent ſignificari funes, quibus mulieres peccati alicuius conſciæ ſeipſas in punitionem conſtringebant, donec aliquis illas ſolueret, eiſque poſt concubitum abire liceret. Alij volunt ex Herodoto lib. 1. ſeu in Clio, & Strabone lib. 11. & 16. Curtio lib. 5. Iuſtino lib. 18. S. Auguſtino lib. 4. de Ciuitate Dei, cap. 10. Prophetam alludere ad conſuetudinem Babyloniorum, Phœnicum, Cypriorum, quà virgines ante nuptias, immò omnes eorum mulieres obſtringebantur ſemel ſaltem ad templum Veneris deſidere, & ſuam pudicitiam exponere, pretiumq; pro ea acceptum Veneri conſecrare, ideoque plurima erant iuxta templum Veneris diuerticula funiculis diſtincta. Ne autem propter deformitatem diutiùs ibi deſidere cogerentur, quòd nullus funem diſſolueret, pretiumque pro concubitu Veneri offerendum daret; ſolebant variis veneficiis & philtris tranſeuntes allicere, inter alia, oliuarum etiam oſſa cremare, quorum cineribus amaſios conſpergebant; ſicuti ex Theocrito in Pharmaceutria patet. Alij per *funes* intelligunt ſerta de iunceis & floribus contexta, quibus iſtæ proſtitutæ capita cingebant. Alij denique per *funes* accipiunt zonam qua corpus vinciebant, & ſignificabant ſe virgines, & Veneris religione ac amore captas detineri. idem faciebant coniugatæ quæ ſe Veneri dicabant, & pretium pudicitiæ offerebant. Omnes quidem hæ ſententiæ ad veritatem tendunt & accedunt, ſed nulla earum contingit. Non Prima, quia ſine ratione & ſine priſcorum auctoritate profertur. Neque Secunda, quia ex ipſo Herodoto, quem columnam ſuæ ſententiæ ſubiiciunt, patet, funes minimè diſrumpi ab eis qui meretriculas iſtas adibant, quod tamen de ſuis ait hîc Baruch. Præterea, tantùm vulgares mulieres conſidebant in χωρισταῖς διεξόδοις, nam ditiores ſeparatim habitabant, ſicuti ex Herodoto patet, qui ſatis obſcurè loquitur de diſcrimine locorum & mulierum; quapropter nullum ex ipſo certum adferri poteſt pro iſta ſententia argumentum. Neque Tertia, quia etſi hæ proſtitutæ tempora ſua cinxerint thominge, ſicuti habet Strabo, vel corollis ſecundùm Herodotum; de illis tamen non agit Baruch, quia περιθέμεναι, vel potiùs περιθέμεναι, *circumponentes*, non reſtringitur ad caput, niſi aliquid adiiciatur quod illud exigat, v. g. cidaris, aut aliquod aliud capitis ornamentum. Sic Strabo, quia vſurpabat θώμιγγα, pro corollis, quas apud Herodotum legerat, generalem eius ſignificationem de quouis fune reſtrinxit per verbum ἐστέφει, *coronata eſt*, ad corollas. Præterea neque thominx, neque corollæ iſtæ frangebantur, quod de funibus affirmat Baruch. Neque Quarta, quia σχοινίον, aut *funes* apud nullum Auctorem, quantum memini, accipitur pro zona quam mulieres à partu Iunoni conſecrabant. Neque mihi probatur, aſſerere funes illos fuiſſe ex iunco, vt vox Græca indicat, meretriculas ex iunco fucum facere ſolitas & σχοινοτενεῖν, ideoque *ſchœniculas* à priſcis Latinis dictas. Præterea, tali præcinctione artem ſuam profiteri, & facilitatem ſoluendæ, ſeu potiùs frangendæ zonæ oſtendere conſueuiſſe; & quiſquilias minutas iunci, quæ ad præcinctionem ineptæ erant, aut ex iunco in funem contorto deciderant, ante templum, Herodoto teſte, combuſſiſſe. Paucis reſpondeo, nullam extare memoriam

apud Auctores alicuius pretij, familiare fuiſſe meretricibus faſcias, periſcelidas, torques, armillas, & ſimilia ornamenta conficere ex iunco, niſi fortaſſis de pauperculis inter ſiluas commorantibus, de quibus hic non agitur: viros doctos dubitare, num ſcribendum ſit *ſchœnicula*, an *ſcœnicula*, an *ſcœnicolæ*, quæ modò examinare non vacat. Herodotus de iunco tacet. Exiſtimo Olympiodorum proximè ad veram difficultatis huius interpretationem acceſſiſſe. *Funes*, inquit, *vocat cingula; ſolas enim obſcœnas corporis partes tegentes, cætera nudabant ad alliciendos amatores.* Cenſeo itaque Prophetam ſignificare mulieres Babylonias Veneris cultum præcipuè promouere quemadmodum verſ. 13. 14. 19. docuerat viros Iouem, & Martem, & Mercurium aut Æſculapium coluiſſe; in iſtum finem ſacerdotes dabant illis aurum & argentum, ſicuti ex verſ. 9. & 10. conſtat, vt ſe exornarent, & poſteà pretium quod ab amatoribus ſuis acceperint, idolo conſecrarent. Iam verò explicat ritum, quo Venerem colebant nimirum ſedentes in viis quæ ad templum Veneris ducunt, alliciunt illos qui tranſeunt ad turpem ſecum mixtionem. quod vt faciliùs conſequantur, maximam ſui corporis partem denudant, quam exornant & prætexunt catenis, monilibus, annulis, armillis, periſcelidibus, mitris, redimiculis, ſtrophio, torquibus, vittis, zonis, inſtitis, prætextis, & ſimilibus, quæ recenſet Clemens Alexandrinus libro 2. Pædag. quæ omnia per *funes* intelligi poſſunt, per quos cutis ſuæ nitorem, & colorem multiplici arte comparatum oſtentabant. Multis in hanc ſententiam adducor argumentis. Primò, quia hæc interpretatio conformis eſt verbis Iſaiæ cap. 3. verſ. 16. vſque ad finem capitis, vbi prædicit curioſam laſciuiam filiarum Sion puniendam. Quid enim aliud, per, *& torques, & monilia, & armillas, & mitras, & periſcelidas, & murenulas, & vittas, zona* ſignificatur, quàm diuerſa funium genera, ex byſſo, auro, argento, gemmis confecta & contexta? Secundò, dictiones Hebraicæ, pro quibus Septuaginta reddiderunt σχοινίον. *funis*, plurimùm hanc ſententiam confirmant. חֶבֶל *chebel* enim ſignificat quod ligat & conſtringit, ſiue propriè, ſiue metaphoricè, ſiue in bono, ſiue in malo: ideò redditur à Septuaginta frequentiſſimè σχοινίον & σχοίνισμα. *funiculus*. Aliquando exprimitur per ἐνεχύρασμα, *pignus*; χορός, *chorus*; κλῆρος, *poſſeſſio*; σειρά, *catena*; περίχωρος, *confinis*; ὠδίν, *dolor*; φορβαία, *capiſtrum*; διαφθορά, *interitus*; διάλυσις, *diſſolutio*. Ipſa radix חָבַל *chabal* apud Hebræos, & apud Arabes حبل ſignificat *concipere, impregnari*, quæ complexum perſonarum & conſtrictionem, quam mulierculæ iſtæ funibus ſuis intendebant, præſupponunt. Altera dictio eſt מֵיתָר *methar*, qua excellentia aliqua, & abundantia ac ſuperfluitas indicatur, ſicuti ex ſignificatione radicis patet. Tertia eſt מַלְּחִים *melachim*, quæ commixtionem, coniunctionem includit, ideoque benè conuenit huic noſtræ explicationi, qua volumus intelligi funes pretioſos, byſſo, auro, gemmis, contextos & diſtinctos. Tertiò, hæc ſententia exprimit mores laſciuarum muliercularum, quos ſacri & profani Auctores referunt, præcipuè Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. Ariſtophanes & Plautus, vt ceteros omittam, ne Scholia in Commentarios conuertam. Quartò, nullæ obiectiones contra alias ſententias allatæ locum hîc habent, neque quid opponatur video. itaque alteram huius verſus partem aggredior. SVCCENDENTES OSSA OLIVARVM. Græcè, θυμιῶσαι τὰ πίτυρα, *adolentes furfura*. Puto ſcribendum *furfures*; etſi multi exiſtiment valdè diſcrepare inter ſe *furfures* & *oſſa oliuarum*, ideoque Nouatores omnes à Vulgata diſcedant, ponendo *furfures*. ego tamen credo hoc loco idem ſignificare, nimirum *furfures* accipiendos de oſſibus oliuarum contuſis. ſicuti patet ex Theocrito, apud quem πίτυρα diſtinguuntur ab ἄλφιτα. ἄλφιτα enim ponit pro mola ſeu farina cum ſale mixta, quæ igne toſta, & quaſi in puluerem redacta à Theſtyli venefica ſpargebatur, quæ deinde dicit, νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα, *nunc nucleos oliuæ comburam* & redigam in furfures vel cineres. Quandoquidem Theſtylis agnoſcat ſe didiciſſe autem φίλτρα conficiendi ab Aſſyrio hoſpite, qui, ſicuti explicat Scholiaſtes, habitat inter fluuios Tigrin & Euphratem, hoc eſt, in Babylonia; videtur mihi clarum, Prophetam de eadem arte amatoria loqui, & in vno philtro omnia complecti. apud Theocritum autem πίτυρα ſignificare *oſſa* ſeu *nucleos oliuarum*, ſicuti Vulgata habet, probatur. Primò, quia ſi pro furfuribus acciperetur, tum Theocritus ſecundò idem repeteret; nam teſte Euſtathio β. ῥαψῳδ. τῆς Ὀδυσ. poſt tempora Homeri, Ἐπεὶ πρώτιστον ἄλφιτον ἢ καὶ πίτυρον τὸ ἄλειτον τέθεικε, διὰ τὸ ἀλφιτῶδες εἶναι, ὃ ἔστιν εὑρισκόμενον παρὰ πτωχοῖς δι' εὐτέλειαν. *Vſurpant* ἄλφιτον *pro farina hordeacea aut furfuribus, quia* ἄλφιτον *facile propter vilitatem à pauperibus inuenitur.* Secundò, Conſtat ex Athenæo libro 2. oliuas quaſdam vocari θλαστὰς *contuſas*, quas Aurelianus *fractas* vocat, & Philemon πιτυρίδας appellat *oliuas furfuraceas*, Didymus δρυπεπεῖς *oliuas*, accipit pro iis quæ maturæ torculari ſubiiciendæ ſunt, vt expreſſis fiant στέμφυλα *fraces*. Apud Varronem lib. 6. de Lingua Latina, *Epityrum eſt vocabulum cibi, cuius meminit Plautus in Milite glorioſo.* Aliqui dictum volunt, quòd fieret ex pityrodi oliua confricta, quaſi ἐπιπίτυρον, & exiſtimant ἐπίτυρα apud Heſychium exponentem τὰ ἐκπιάσματα ἐλαιῶν, *expreſſiones oliuarum* ſeu *fraces*, ſcribendum ἐπίτυρα. Neutrum commentum placet, quia ἐπίτυρον nomen habet à τυρὸς *caſeus*, quòd caſeo accederet, & ἐπίτυρα deducitur à τρίβω, vnde ſuperiùs diximus oliuas quaſdam appellari θλαστὰς, quas alij vocant τετριμμένας. Columella libro 12. cap. 50. vocat nucleos oliuarum *ſampſas*, aut *ſamſas*, aut *ſanſas*; ita enim diuerſimodè ſcribitur. Vetus Lexicon σίμψα *ſanſa*. fortaſſis à σήθω deducitur, & ſcribendum σῆθον, quia calcatur oliua vt ſanſa exprimatur. Olympiodorus cenſet oſſa oliuarum combuſta fuiſſe vel in honorem Veneris, ἢ τῷ [illegible], explico, aut alterius numinis, quod amorem impurum ciere poteſt, ſicut lenones faciunt. Addit: Ἴσως δὲ εἰς καθαρμὸν τοῦτο ἐποίουν αἱ δυστυχεῖς. ſcribo αἱ, & verto: *Forte etiam ad purificationem miſeræ hoc agebant.* Strabo de Aſſyriis agens libro 16. aliquam huic ſententiæ præbet lucem, dicit enim: ὁσάκις δ' ἂν μιχθῶσιν ἀλλήλοις ἐπιθυμιῶντες, ἐξανίσταται ἑκάτερος χωρίς· ὄρθρου δὲ λούονται, πρὶν ἀγγείου τινὸς ἅψασθαι· ὥσπερ γὰρ ἀπὸ νεκροῦ τὸ λουτρὸν ἐν ἔθει ἐστίν, οὕτω καὶ ἀπὸ συνουσίας. Quæ ſic reddenda erant: *Quoties commixti fuerint, poſtquam ſuffierint* [*oſſa oliuarum ſuccenderint*] *vterque ſeorſum ſurgit. Manè verò priuſquam vas aliquod contingant lauantur, perinde enim lauacrum eis in more eſt à coitu, atque à cadaueris* [*contactu.*] Herodotus quoque lib. 1. hanc interpretationem fulcire videtur, dum ita de Babyloniis mulieribus loquitur: Ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία. *Poſtremo vbi iam congreſſa fuerit, rite factis deæ ſacris, domum reuertitur.* Prior tamen interpretatio magis mihi arridet, quia perfectiùs exponit meretricularum artes; nam cremando oliuarum oſſa, duritiem amaſiorum frangere & incantare ſtudebant, & ex obſcœno falſorum deorum cultu idolorum vanitatem Propheta demonſtrat; verus enim Deus caſtitatem à ſuis cultoribus exigit, & victimis puriſſimis ac thymiamate odoratiſſimo gaudet.

41 SACERDOTES. Græcè, τεχνῖται, *artifices*. Aliqui ita conciliant, *ſacerdotes* dici *artifices*, quia curabant idola fieri, vel ipſi ea faciebant: antequam enim illorum voluntas aut manus acceſſiſſet, truncus aut ſaxum non magis aptus erat vt eſſet Iupiter quàm Mars, Bacchus quàm Silenus. Vide Iſaiam cap. 44. verſ. 14. & Horatium lib. 1. Satyra 8.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cùm faber incertus, ſcamnum faceretne Priapum,
Maluit eſſe deum. deus inde ego furum, auiumque
Maxima formido.

Caſſiodorus in Pſal. 113. *Pudor eſt dicere ſimulachra ab illo coli, cuius ipſe auctor potuit inueniri. aut quid*

metalli valeat præſtare: qui niſi voluiſſet homo, idolum non potuiſſet exiſtere? Sic & Ieremias tota deliramenta pulchra definitione concluſit, dicens: Nihil aliud erit niſi quod volunt eſſe aurifices. Sequitur verſionem Sept. Scribendum igitur *erunt* pro *erit*, & *artifices* pro *aurifices*, ſicuti in multis Codicibus Latinis in ſequenti verſu vitioſè habetur *aurifices* pro *artifices*; nam Græcè eſt *οἱ κατασκευάζοντες, fabricantes*. Hæc quidem conſociandi ratio probabilis videtur; verùm exiſtimo potiùs dicendum eſſe, τεχνῖται ſignificare *artifices* quidem, ſed doli & impoſtores, ſicut τέχνη ponitur pro *dolo* & *mala arte* apud Homerum Odyſſ. θ. & paſſim apud Auctores ſacros & profanos, ſicuti Latinè dicitur, *Sic ars deluditur arte*. Τεχνῖται vſurpatur frequenter pro *hiſtrionibus*, *ſophiſtis*, quorum in decipiendo præcipuum erat ſtudium. Vnde apud Plutarchum, Οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. & Διονυσοκόλακες apud Ariſtotelem τεχνῖται appellantur, quia paraſiti dolis pleni Sacerdotes autem decipiebant populum, affingendo idolis quæ volebant nomina, & plurima de illis falſa mentiebantur, vt ex eorum cultu & adoratione maius lucrum compararent.

NVMQVID ERGO POSSVNT EA QVÆ FABRICA- 46
TA SVNT AB IPSIS ESSE DII? Sept. *quomodo igitur futura ſunt quæ ab illis fabricata?* ceteri Codices addunt εἶναι θεοί, *eſſe dij*. Omiſſionem illam exortam credo, quòd Librarius vim verborum Græcorum non perciperet; videtur enim exiſtimaſſe, μέλλει ſignificare hoc loco *futura ſunt*, & ſubaudiendum fuiſſe πολυχρόνια *multi temporis*, ſicuti præceſſerat de artificibus πολυχρονίοις. ſed manifeſtus eſt error. Græca igitur ſic vertenda erant: Πῶς γε δὴ μέλλει τὰ ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα. *Quomodò igitur debent quæ ab illis ſunt fabricata*, εἶναι θεοί, *eſſe dij?* vel. *Quomodo igitur quæ ab illis fabricata, erunt dij?* nullum puto dubitaturum, qui vſum verbi μέλλει nouerit, de quo fusè Budæus. Patet etiam ex ſequenti verſu, *reliquerunt autem falſa*. Græcè, κατέλιπον γὰρ ψευδῆ, *reliquerunt enim falſa*, id eſt, artifices iſti qui non fuerunt multi temporis, reliquerunt pòſt mortem ſuam idola, quæ ſunt res vanæ & fallaces.

QVOMODO ERGO SENTIRI DEBEANT QVONIAM 49
DII SVNT. Græcè, Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν αἰσθέσθαι, ὅτι οὐκ εἰσὶν θεοί. *Quomodo ergo non eſt ſentire, quia non ſunt dij.* Hinc perſpicuum eſt, Vulgatam ex Græco non ex Hebræo verſam eſſe, ſed Interpretem noſtrum duplicem negationem in vnam affirmationem eodem ſenſu conuertiſſe, & αἰσθέσθαι in paſſiua ſignificatione accepiſſe.

VNIVERSIS GENTIBVS. Videtur prædicere, Gentes 50
ex verbo Dei atque Euangelio cognituras idolorum ſuorum vanitatem, & vnius Dei, quem Iudæi adorabant, veritatem. Pſalmo 85. verſ. 9. *Omnes gentes quaſcumque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.* verſ. 10. *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.*

VNDE ERGO NOTVM EST, &c. Græcè, Τίνι οὖν 51
γνωστέον ἐστὶν, ὅτι οὐκ εἰσὶν θεοί. *Quo ergo cognoſcendum eſt, quia non ſunt dij?* In Complutenſi τίνι redditur *cui*; & ab aliquibus explicatur, *quis tam hebes eſt, vt debeat doceri idola non eſſe deos?* Sed dicendum cum Vulgata, eſſe à τί, non à τίς; ideoque vertendum *vnde*, aut *quo*. i. ex qua re, vel per quam rem. Videtur Vulgata legiſſe γνωστόν, pro γνωστέον. in idem recidit. Obſeruandum autem eſt, reliqua huius verſus abeſſe ab omnibus Græcis, quare videntur tamquam ex præcedenti verſu repetita à Librariis omiſſa, vel ab Interprete ad maiorem lucem & emphaſim iterùm dicta; nec refert anteà haberi *opus cum ipſis*, hîc autem *opus in ipſis*, quia aliqui Codices editi legunt vtrobique *in ipſis*, & ita expreſsè habet Manuſcriptum exemplar Moreti.

REGEM REGIONI. Græcè, χώρας, *regionis*. Opponit 52
Propheta dignitatem, potentiam, prudentiam, protectionem veri Dei, vilitati, imbecillitati, inſipientiæ & vanitati falſorum deorum. Dignitas eius & maieſtas elucet in conſtituendo regionibus Regem, ſicuti præſtitit in præficiendo Saulem, Dauidem, duodecim tribubus populi Iudaici. Potentia eius manifeſta fuit, cum precibus Eliæ pluuiam conceſſit, 3. Reg. cap. 18. verſ. 1 *Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.* quam fruſtrà 450. Prophetæ à deo ſuo Baal per triennium expetebant. Prudentia illuxit in dirimendo litem Aaronis contra Core, Dathan, & Abiron, Numer. 16. & aliàs ſæpè. Protectio eius innotuit in eductione populi ſui ex Ægypto, deductione per mare & deſertum, ſubiiciendo ei tot Gentes & regiones. Nota, dictionem *regiones* deſiderari in Græcis Codicibus; Firmicum & aliquot Codices excuſos, atque Manuſcriptum Moreti habere *regionem*. Exiſtimo Prophetam alludere ad c. 18. & 19. lib. 4. Regum, vbi narratur quomodo Deus liberauerit Ieruſalem, & totam regionem, ab iniuria & blaſphemiis Sennacherib, occiſis vna nocte ab Angelo in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millibus. Nota ſecundò, Græcos Codices variare; editio Romana habet, κρίσιν τε οὐ μὴ διακρίνωσιν ἑαυτῶν. *Iudicium quoque non diſcernent ſuiipſorum.* Complut. αὐτῶν, *ipſorum*, refert ad homines, quia præceſſerat *hominibus*. Vtraque lectio probanda videtur; quia Propheta oſtendit, idola neque ſeipſa neque cultores ſuos tueri poſſe, aut vllam iniuriam propulſare, ſed ſimul cum ſuis cultoribus, opprobria, iniurias ſuſtinere, & dum regio aliqua vaſtatur, pariter cum illa gladio aut igne perire. Rationem adfert, quam verſu ſequenti explicabo.

53 SICVT CORNICVLÆ. Iulius Firmicus hæc
omiſit, in omnibus tamen Codicibus Græcis & Latinis reperiuntur. Ex diuerſis proprietatibus cornicularum interpretationes diuerſæ à diuerſis adferuntur. Aliqui enim dicunt, corniculas, quamuis ceterarum auium putentur eſſe duces, tamen quia ignauè volant, facilè lædi, & hoſti cedere; ſic idola, etiamſi dij putentur, poſſe tamen à quouis frangi & dirui. Alij, corniculas præter crocitationem (faſtus & tumoris hieroglyphicum) nihil habere; ſic idola nihil præter ſuperbum cultum habere, & ſuorum ſacerdotum faſtuoſam & ſuperciliosam laudationem. illi enim de ſuis idolis, *ſublatis in altum humeris* (verbis S. Hieronymi vtar) *& intra ſe neſcio quid cornicantes, ſtupentibuſque in terram oculis tumentia verba trutinabantur, admiranda de ſuis idolis effutientes.* Alij adaptant corniculæ alienis plumis exornatæ, quæ ab aliis auibus receptæ, eam nudam relinquunt. ſic idola, ſi forma & ornamentis, quibus tamquam puppæ ab artificibus & mulieribus condecorabantur, exuantur, remanebant, quod priùs erant, lignum aut ſaxum, & quidem rude & informe. Quare vocula mutata, commodè Horatianum illud notiſſimum aptabitur carmen:

Nam cùm fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum,
Furtiuis nudata coloribus. ——

Alij denique pro certo exiſtimant, Prophetam alludere ad artes diuinatrices Gentilium inter quos excellebant Chaldæi; qui obſeruabant volatus & clamores cornicularum, vt futura præſagirent. Idcircò antiqui, dum auguria captant, ſæpè cornicum meminerunt. Virgilius Ecloga 1.

Sæpe ſiniſtra cauâ prædixit ab ilice cornix.

Horat. lib. 3. Carm. Ode 27.

Teque nec læuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.

Quantum autem fidei tribueretur cornicis crocitationi, colligitur ex Cicerone, qui libro 2. Academ Quæſtion. tam certum dicit quibuſdam videri quod cecinit cornix, quàm lucere diem. *Non*, inquit, *magis aſſentiuntur neque approbant lucere nunc, quam cùm cornix cecinerit, tunc aliquid eam aut iubere aut vetare.* Omitto alia teſtimonia quæ adferuntur ab iis qui de Auibus & Hieroglyphicis diſſerunt. De illa diuinatione ita loquitur S. Iſidorus lib. 12. Orig. cap. 27. *Cornix annoſa auis apud Latinos Græco nomine appellatur. Quam aiunt augures hominum curas*

ſigni-

ſignificationibus augere, inſidiarum vias monſtrare, futura prædicere. Magnum nefas hæc credere, vt Deus conſilia ſua cornicibus mandet. Itaque Propheta docet non maiorem adhibendam fidem idolis, ſi quid ex illorum victimis, earumque geſtu & motu ſacerdotes prædicerent, quàm corniculæ quæ in aëre crocitat, cuius vox inanis, & augurium fallax. Breuitatis mihi propoſitæ memor, nolo immorari in pondere ſententiarum iſtarum trutinando; ſufficiat dixiſſe, mihi videri perſpicuam eſſe Prophetæ mentem atque ex ipſo orationis contextu elucere. nimirum ſicuti anteà verſ. 21. dixerat: *Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aues etiam ſimiliter & catta.* & idcircò concludit verſ. 22. *Vnde ſciatis quia non ſunt dij. Ne ergo timueritis eos.* Ita hoc loco dicit: *Quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ inter medium cæli & terræ.* id eſt, idola non ſunt dij, quia nequeunt à ſe abigere aues, ſed earum ſordibus conſpurcantur: & ſi aliquid prædicere videntur, ſiue de Rege conſtituendo, ſiue de pluuia futura, ſiue de lite dirimenda, ſiue de regione liberanda à bello aut peſte, non magis ſciunt quid dicant quàm corniculæ ſupra eorum capita crocitantes. Non credo Prophetam alludere ad vim fatidicam, quam Gentiles cornicibus tribuebant; neque ex aliquo Scripturæ loco probari poſſe, Chaldæos ex cornicum crocitatione aut volatu præſagium petiuiſſe. Corniculas frequentaſſe templa, experientia docet; & noctua, cuius oua ſorbere ſolent, ſatis probat, dum par pari referre ſtudet, ac norunt eruditi, Græcos exiſtimaſſe, cornicem abiectam & repulſam à Palladis templo, quòd meditationum peruigilio infeſta ſit, & mentis agitationem interpellet obturbetque garrulitate ſua. quamuis Lucretius lib. 6. de Natura rerum aliter ſentiat, & tribuat naturæ loci in quo arx Palladis ſita, quam alijs examinandam relinquo. Græcorum ſententia confirmari videtur hoc Prouerbio Arabico:

فتكلّم باللّيل حيث ليس طير الليل

Phatakallam billali chatſo laſa tarellali.

Loquere in nocte, vbi non [eſt] *auis nocturna.*

Thomas Erpenius in Notis ad hoc Prouerbium fatetur ſe non ſatis ſcire quid intelligatur per *auem nocturnam*, ideoque ipſum Prouerbium ſibi eſſe obſcurius. Mihi clarum videtur ſignificari per *auem nocturnam* corniculam, quæ, vti Græci opinantur, garrulitate ſua nocturnam meditationem perturbat; & auctor Prouerbij, dum monet occultandum arcanum & dignitatem à turba idiotarum & ſtultorum, ſatis oſtendit, idiotas & ſtultos ſtatim eloqui & effutire quod audiuerunt, garrulitate ſua ſapientum conſilia detegere, & illis quandoque magnum periculum creare.

Et lapidei. Græci omittunt, ſicuti verſ. 3. & 38. 56
atque ipſa Vulgata omiſit verſ. 69, 70.

In qvo gloriabitvr. Sept. *in quo vſum habebit.* Codices aliqui habent, ἐφ' ᾧ χρήσεται. alij, ἐφ' ὃ 58
χρήσεται. Apud nullum Auctorem ſacrum aut profanum reperire eſt χρᾶσθαι pro *vtor* cum præpoſitione ἐπὶ, illa tamen in omnibus Codicibus Græcis extat, quare Interpres noſter rectè vertit *gloriabitur*. nam καυχῶμαι, *glorior*, iſtam præpoſitionem admittit; χρᾶσθαι verò teſte Heſychio, ſignificat etiam *gloriari*. quæ ſignificatio Theſaurum Stephani locupletare debet. ita Heſychius. χρῆζε, καυχᾶται, ἀφέλει, συμφέρει, χρησμὸν χρῆσαι. id eſt, χρῆζε ſignificat *gloriari, facere, vtile eſſe, oraculum conſulere.* Poſt illa verba, Qvi possidet illvd, omnes Codices Græci adiiciunt, ὦ οἱ ψευδεῖς θεοί, *quia n falſi dij.* quomodo etiam habet Moreti Manuſcriptus liber. & fortaſſis omiſſa ſunt à Librario, quia ſtatim iterùm ſubſequebantur. Omnes Græci Codices addunt in fine huius commatis, *& lignea columna in regiis quam falſi dij.*

60 Spiritvs in omni regione spirat. Idacius Clarus lib. 3. Aduerſus Varimundum, aliquot verſus ſequentes profert, ſed tali ratione, vt, quod anteà etiam monui, facilè appareat, illum ex memoria non ex libro pronunciaſſe, ita enim habet: *Spiritus in omni regione ſpirat in nubibus, cui cum imperatum fuerit perambulare per totum orbem, perficit quod imperatum eſt. Fulgura etiam deſuper miſſa, vt comburrant montes & ſiluas, faciunt quod præceptum eſt. Hæc autem neque in ſpecie, neque in virtute ſiu vni ſimilant: vnde neque exiſtimandum eſt, neque dicendum eſt illos deos, cùm non poſſint neque iudicium indicare, neque hominibus benefacere, quia non ſunt dij.*

62 Hæc avtem neqve specieb vs. Olympiodorus in Catena Vaticana: *Idola*, inquit, *neque ſplendent, vt ſol & luna; neque actiua ſunt, vt ignis & ventus. Quod ſi hac ſpecie & virtute incomparabiliter illis præſtantia dij non ſunt, quomodo ipſa pro dijs habenda ſunt?*

66 Signa etiam. Vide Ierem. cap. 10. verſ. 2, 3, 4.

69 Formido. Olympiodorus: *Græco ſermone probaſcania & eerambela dici ſolent, quæ præfigunt agrorum cuſtodes ad deterrendas aues, ſine homines, quæ etiam μορμολύκεια, terricula vocantur.* Hæc ipſiſſima verba referuntur in Notis ad editionem Romanam τῶν ὁ præmiſſo Scholion. quare videtur Olympiodorus inde hauſiſſe. Suſpicor enim Scholion illud antiquum eſſe, & margini Bibliorum adſcriptum, dum loca quædam obſcuriora occurrebant. Vide Horat. lib. 1. Satyr. 8. de Priapo, quem ſuperiùs ad verſ. 45. attulimus.

— *Deus inde ego furum, auiumque*
Maxima formido.

Formido apud profanos eſt etiam linea venatoria, cuius funiculis intextæ erant auium pinnæ ad feras terrendas & coërcendas, vt in retia adigerentur. De qua Oppianus libro 4. Halieut. dum explicat modum quo cerui à venatoribus capiuntur, ita canit:

— Ἐν ξυλόχοισιν ἐρίπνοι ἀγρευτῆρες
Εἷλον ἀναλκείης ἐλαφον ἰωχμῷ τέχνῃ,
Μηρίνθῳ σίλαντες ὅπως δρυὸς ἀμφὶ δὲ κάρην
Ὀρνίθων δήσαντο νεά πτερά. τοὶ δ' ἐρωῶσι
Ἠλέμενοι θάμβος κενὸν φέβον, οὐδὲ πελάσσαι
Μαλθακίοις πτερύγεσιν ἀτυζόμεναι μεμάασιν,
Εἰσόκε θηρητῆρες ἐπαΐξαντες ἕλωσι.

— *In ſiluis montani venatores*
Ceperunt imbellem ceruum feliciter venanti arte,
Poſtquam linea coronaſſent totum quercetum, circum autem lentum
Auium ligaſſent veloces pennas. hi verò videntes
Incaſsùm trepidant vano metu, neque propinquare
Fruſtra alis territa audent,
Donec venatores poſtquam irruerint [eas] *ceperint.*

Epictetus alludit ad hanc formidinem, apud Arrianum 11. Diſſert. c. 1. Eius verba referam, quòd videam à viro eximio atque de politioribus literis optimè merito in Commentariis ad Senecam haud rectè interpuncta, atque ideò minùs intellecta. Sic igitur ſe habent: Λοιπὸν ἡμεῖς τί τῶν ἐλάφων πάσχομεν, ὅτι φεύγουσιν ἐρχόμεναι αἱ ἔλαφοι τὰ πτερά, ποῦ στρέφονται; καὶ ἐπὶ τίνα ἀναχωροῦσιν ὡς ἀσφαλῆ; πρὸς τὰ δίκτυα. καὶ οὕτως ἀπόλλυνται, ἐναλλάξασαι τὰ φοβερὰ καὶ τὰ θαρραλέα. Atque ita vertenda erant: *Ceterùm, nos idem quod cerui facimus, dum exterriti fugiunt pennas quò ſe vertunt? & ad quanam ſecedunt, quaſi ſecura? ad ipſa retia, atque ita pereunt, permutantes timenda non timendis.* En alteram interpretationem, vt vtramque committas: *Ceterùm, nos idem quod cerui facimus, qui dum exterriti fugiunt pennas, aliò ſe vertunt, & quaſi ad ſecura loca in ipſa retia concedunt, atque ita pereunt, permutantes timenda non timendis.* Anſam huic lapſui præbuit parum conſiderata vis dictionis ποῦ, quæ per interrogationem interpretanda fuit, ſicuti ex ſequentibus patet: Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποῦ χρώμεθα τῷ φόβῳ; πρὸς τὰ ἀπροαίρετα. ἐν τίσι πάλιν θαρροῦντες ἀναστρεφόμεθα ὡς οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ; ἐν τοῖς προαιρετικοῖς. *Sic & nos vbi timemus?* in

in iis quæ noſtri arbitrij non ſunt. Contrà, quibus in rebus ita nobis fidimus, quaſi nihil ſit periculi? in iis quæ noſtræ poteſtati parent. Ex accentu quoque manifeſtum eſt, πῦ non eſſe ἀόριστον, ſeu pro *alicubi*, vel δυνατικῶς, ſeu pro *fortaſſis* acceptum, quandoquidem circumflexo notetur. ſed has minutias, ſine quibus tamen magna perfectionem non obtinent, Grammaticis relinquamus. Verba autem Senecæ lib. de Clementia, cap. 12. ſic ſe habent: *Temperatus timor cohibet animos; aſſiduus verò & acer, & extrema admonens, in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri ſuadet. Sic feras lineis & pinnâ clauſas contineas, eaſdem à tergo eques telis inceſſat: tentabunt fugam, per ipſa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem. Acerrima virtus eſt, quam vltima neceſſitas extundit.* Idem lib. 2. de Ira, cap. 12. cauſam appellationis exponit hiſce verbis: *Nec ideò iram magnam quiſquam putet, quia formidini eſt: quoniam quædam etiam contemptiſſima timentur: venena, & oſſa mortifera, & morſus. Nec eſt mirum, cùm maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, & in inſidias agat: ab ipſo effectu dicta formido. Vanis enim vana terrori ſunt.* Eamdem appellationis cauſam adfert Nemeſianus lib. Cyneg.

Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quæ poſſit, volucreſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non vna ex alite pennas.
Namque vrſos, magnoſque ſues, ceruoſq́; fugaces
Terrificant, linique vetant tranſcendere ſeptum.

Et mvrice. Græcè, καὶ τ μαρμάρῳ. ideò aliqui 71
exiſtimarunt legendum in Vulgata, *et marmore*. Falluntur: errorem illos dedoceat Heſychius; dicit enim: Μαρμάροις, αἱ τῷ ἐρυθρῷ χρώματι βεβαμμέναι. i. *rubro colore tincta*. Μαρμάρεον [ſcribe μαρμάρεον] λευκὸν, λαμπρὸν ἄνθος. i. μαρμάρεον, *candidus & ſplendicans flos*. Μαρμαίροντα λάμποντα. i. μαρμαίροντα ſignificat *ſplendentem*. ex quibus patet, μάρμαρος non tantùm ſignificare *marmor*, & ſecundùm Heſychium, λευκὸν λίθον, *album lapidem*. atque apud Septuaginta πάριον. i. *lapidem Parium*, quem Hebræi vocant שש *ſes*, quòd colore ſimilis ſit byſſo ſubtiliſſimæ & candidiſſimæ: ſed etiam colorem purpuræ quidem ſimilem in rubedine, ſed qui maiorem habeat fulgorem, ideoque à purpura diſtingui. Prophetam verò agere de veſte murice infecta, non autem de marmore, patet ex dictione *tineant*, Græcè, σητόβρωτος, *putreſcente*: tinea enim & putredo veſtes non marmora occupant. Videtur etiam dici *tineant*, quia in Gloſſ. Cyri *Tiniatum* σητόβρωτον. i. à tinea cæſum & vitiatum. Iſidorus lib. 12. cap. 5. docet, tineam nomen accepiſſe, *quòd teneat & vſque inſideat, quò erodat*. *Murex* enim eſt piſcis marinus, ex concharum genere, cuius ſucco purpura tingitur. Martialis lib. 13.

Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas
Induis, & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus.

Purpura cùm Regum ſit, per eam indicari Regnum Gentiles credebant: immò, ſi aliquid purpurei coloris naſceretur, Regnum præſagiri cenſebant. Vide Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 7. ſic Imperium prædictum Albino apud Capitolinum; & Maximino, Antonio Getæ apud Spartianum; Diadumeno & Alexandro Seuero apud Lampridium; Aureliano apud Vopiſcum. Scriptores ſacri hæc omnia in fabulis numerant. Tertullianus lib. de Habitu mul. *Non placet Deo, quod non ipſe produxit, niſi ſi non potuit purpureas & aerinas oues naſci iubere. ſi potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, vtique non licet fingi.* Vide Cyprian. de Diſcip. & habitu virg. Vocatur *conchylium* per excellentiam. Gloſſ. *Murices*, κόγχαι, κογχύλια. Ideò & metonymicè pro ipſa purpura ponitur. & quia vertigo conchæ in acutum tendit, ideò & acutas quaſdam res ſignificat. Seruius Æneid. 5. ad illud, *Acuto in murice remi*, exponit, *ſaxi cacumine eminente*. Iſidorus lib. 16. cap. 3. *Murices petra in littore ſimiles muricibus viuis, acutiſſima, & nauibus pernicioſa.* Ita & *triboli*, *murices* dicuntur, hoc eſt, machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quamcumque partem incubuerint, vnam, aut plures aculeos infeſtos protendunt. Valerius Maximus lib. 3. *Suadentibus quibuſdam, vt circa mœnia vrbis, quam obſideret, ferreos murices ſpargeret, ne ſubitis eruptione hoſtes impetum in præſidia noſtra facere poſſent*, &c. Ingenioſa & lepida eſt alluſio Stratonici inter κήρυξ *præconem*, & κῆρυξ *tribolum*. ea extat apud Athenæum lib. 8. Paucis narrationem conſtringam, & quibuſdam locis medicinam faciam. Stratonicus igitur cùm Abdera profectus ad certamen illic ſtatutum, aduerteret ciues ſingulos ſuum κεκτημένον κήρυκα, *poſſidere præconem*, qui nouilunium pro lubitu ciuis qui proprio ſumptu certamen exhibebat, annuntiaret, atque præcones numero ferè ſuperare ciues, ſummis vnguibus pedetentim defixis in terram oculis per ciuitatem incedebat: hoſpitum verò aliquo eum interrogante, quis morbus ſubitaneus pedes occupaſſet, hoc, inquit, τοῖς ὅλοις μὲν ὑγιαίνω, *prorſus quidem valeo*. ſeu *integris*, ſ. pedibus, *quidem valeo*. (Caſaubonus haud rectè corrigit τοῖς κώλοις, quia etſi κῶλον *membrum* & *pedem* ſignificet, tamen cùm ea lectio nullo firmetur Codice, temeritatis eſt propria auctoritate communem, & quidem meliorem, immutare) *& quouis aſſentatore ad cœnam celeriùs excurro; anxius tamen ſum, & omnino metuo, μή ποτ᾽ ἐμβὰς κήρυκι, τὸν πόδ᾽ ἀναπείρω, ne calcando τ κήρυκα*, *præconem* explico, ob nimiam ſ. præconum in ciuitate frequentiam, *pedem transfixero*, ſ. *tribolo*, quia κῆρυξ *præconem* & *tribolum* ſignificat. Notetur obiter, virtutem illam celebratam Scriptoribus de Echeneide piſciculo, alio nomine *Remora*, conuenire etiam generi cuipiam *muricum* & concharum. Plin. lib. 9. cap. 25. ait ex Muciano, *muricem eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro; ſed ſimplice, concha vtroque latere ſeſe colligente, quibus inhærentibus, plenam ventis ſtetiſſe nauem, portantem nuntios à Periandro, vt caſtrarentur nobiles pueri: conchaſque quæ id præſtiterint, apud Gnidiorum Venerem coli.* idem confirmat libro 31. cap. 1. Scitis itaqve qvia. Maior erit connexio ſi legatur *vtique*, vel *ſcietiſque*. tum enim connectentur præcedentia, & hîc explebuntur. Vel dicendum *itaque* ſumi pro *vtique*. Græcè, *ſcietis quia*.

Hîc finis eſto, ad maiorem vtinam Dei gloriam, cui ſoli ſtudia mea dedicata, conſecrata volo. Tu verò, ὦ Θεοτόκε παρθενοπαρθένη, Te αἰτιατὸν, καὶ τὴν τ πρωτοτύπων ἀρχὴν præbe, ſicuti Te πάροχον eorum quæ hic rectè pronuntiata cenſebuntur agnoſco, ſemperque profitebor.

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.

Tempus & locus quibus Ezechieli oſtenſæ ſunt viſiones Dei: nempe in medio ignis ſimilitudo quattuor animalium quæ deſcribuntur, ſimiliter & rotarum, firmamenti, throni, & hominis in throno ſedentis igne circumdati.

ET factum eſt in trigeſimo 1
anno, in quarto, in quinta A
menſis, cùm eſſem in medio
captiuorum [a] iuxta fluuium
Chobar, aperti ſunt cæli, &
vidi viſiones Dei. * In quinta 2
menſis, ipſe eſt annus quin-
tus tranſmigrationis regis Ioachin, * factum eſt 3
verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi ſa-
cerdotem in terra Chaldæorum, ſecus flumen
Chobar: & facta eſt ſuper eum ibi manus Do-
mini. * Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat 4
ab Aquilone; & nubes magna, & ignis inuol- B
uens, & ſplendor in circuitu eius: & de medio
eius quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis:
* & in medio eius ſimilitudo quattuor anima- 5
lium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo homi-
nis in eis. * Quattuor facies vni, & quattuor pen- 6
næ vni. * Pedes eorum pedes recti, & planta pe- 7
dis eorum quaſi planta pedis vituli, & ſcintillæ
quaſi aſpectus æris candentis. * Et manus homi- 8
nis ſub pennis eorum in quattuor partibus: & fa-
cies & pennas per quattuor partes habebant.
* Iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alte- 9
rum. non reuertebantur cùm incederent: ſed C
vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.
* Similitudo autem vultus eorum: facies homi- 10
nis, & facies leonis à dextris ipſorum quattuor;
facies autem bouis, à ſiniſtris ipſorum quattuor,
& facies aquilæ deſuper ipſorum quattuor. * Fa- 11
cies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper:
duæ pennæ ſingulorum iungebantur, & duæ te-
gebant corpora eorum: * & vnumquodque eo- 12
rum coram facie ſua ambulabat: vbi erat impe-
tus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuerteban-
tur cùm ambularent. * Et ſimilitudo anima- 13
lium, aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ar- D
dentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc
erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplen-
dor ignis, & de igne fulgur egrediens. * Et ani- 14
malia ibant & reuertebantur, in ſimilitudinem
fulguris coruſcantis. * Cumq; aſpicerem anima- 15
lia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta anima-
lia, habens quattuor facies. * & aſpectus rota- 16
rum, & opus earum, quaſi viſio maris: & vna ſi-
militudo ipſarum quattuor: & aſpectus earum
& opera, quaſi ſit rota in medio rotæ. * Per 17
quattuor partes earum euntes ibant, & non re-
uertebantur cùm ambularent. * Statura quoq; 18
erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus: & E
[b] totum corpus oculis plenum in circuitu ipſa-
19 rum quattuor. * Cumque ambularent animalia,
ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cùm ele-
uarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul
20 & rotæ. * Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte
ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur, ſequentes
21 eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. * Cum
euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cum
eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, ſe-
22 quentes ea: quia ſpiritus vitæ erat in rotis. * Et
F ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti,
quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſu-
23 per capita eorum deſuper. * Sub firmamento
autem pennæ eorum rectæ alterius ad alteram:
vnumquodq; duabus alis velabat corpus ſuum,
24 & alterum ſimiliter velabatur. * Et audiebam ſo-
num alarum, quaſi ſonum aquarum multarum,
quaſi ſonum ſublimis Dei: cùm ambularent
quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonus caſtro-
rum. cumque ſtarent, demittebantur pennæ eo-
25 rum. * Nam cùm fieret vox ſuper firmamen-
G tum, quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, &
26 ſubmittebant alas ſuas. * Et ſuper firmamen-
tum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi
aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: &
ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi
27 aſpectus hominis deſuper. * Et vidi quaſi ſpe-
ciem electri, velut aſpectum ignis, intrinſecus
eius per circuitum: à lumbis eius & deſuper, &
à lumbis eius vſque deorſum, vidi quaſi ſpe-
28 ciem ignis ſplendentis in circuitu. * Velut aſpe-
ctum arcus cùm fuerit in nube in die pluuiæ.
hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

[a] Inf. 3. f.23. 12. d.20

[b] Inf.10. d.12

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVIS *Libri Auctor? Ioſephus lib.* 10. *Antiquit. cap.* 6. *& Zonaras libro* 1. *Annalium aiunt, Ezechielem duos Libros de Captiuitate Babylonica ſcripſiſſe, ex iis viros Synagogæ hunc Librum conflaſſe. Sanè Iſidorus lib.* 6. *Etymolog. cap.* 2. *&* 1. *de Officiis, cap.* 12. *conſtanter aſſeuerat, hunc Librum à viris Synagogæ compoſitum. ſic etiam ſentit R. Iſaac Harama Præfatione in Cantica. Ego ſic interpretor, Ezechielem quidem ſua vaticinia ſcripſiſſe, vt & Ieremias; alios in Librum contuliſſe, atque in capita diſtinxiſſe. Babylone quidem prophetauit, quo tempore in Iudæa Ieremias; nam eò cum Iechonia Rege iuiſſe, cum Hieronymo in Prologo conſtans omnium ſententia eſt. ſic Iſidorus de Ortu & obitu Patrum, cap.* 39. *Sermo planus eſt, & dictio facilis. myſteria recondita, præſertim initio & in fine, tantiſq; impedita difficultatibus, vt teſte Hieronymo in Proœmio ad Comment. inter Iudæos obſeruaretur, vt minor triginta annis legere non permitteretur initium Geneſis, Canticum Canticorum, principium & finem huius Prophetiæ.*

1 ET FACTVM EST. Hebraici ſermonis proprietas eſt, vt à coniunctione & inchoët narrationem vt liber Ioſue, Iudicum, & alij multi argumento ſunt, ab ea inchoantes. Gregorius iungi verba ait Prophetæ internæ viſioni. Quod non reiicio, præſertim cùm ex Auguſtino in Pſal. 4. id deſumptum ſit. IN TRIGESIMO ANNO. Hieronymus in Prologo, eius ætatis annum fuiſſe trigeſimum interpretatur; Sequitur Gregorius hîc Homil. 2. & Iſidorus in libr. Prooem. niſi quòd ibi pro *trigeſimo* ponitur *trigeſimoquinto* vitio, quod nos etiam fugit, cùm eum librum caſtigauimus. Seder Holam, Chald. hîc, Hieronymus in Comment. correcta priori ſententia, hunc annum numerant ab octauodecimo Ioſiæ Regis, cùm liber Legis ab Helcia Pontifice inuentus eſt, & populus cum Deo fœdus iniit: inde enim ad quintum annum tranſmigrationis Ioachin ſiue Iechoniæ Regis, triginta anni præcisè fluxerunt. Alij eum annum Iubilei eſſe malunt. Profectò Seder Holam in medio Iubilei, hoc eſt, anno vigeſimo quinto, Iechoniam captum ait. His annis ſi quinque alios tranſmigrationis addas, triginta prorſus inuenies. Adde ex Seder Holam, *Zuta*. i. *breui*, Ieruſalem fuiſſe captam, iuxta Hebraicam computationem anno ab orbe condito 3336. vnde ſi detrahas ſex annos, qui fluxerunt ab anno quinto tranſmigrationis Iechoniæ, vſque ad vndecimum Sedeciæ, cùm vrbs eſt capta, manebunt 3330. anni. hoc eſt, Iubilei ſexageſimi ſeptimi annus trigeſimus. nam quolibet quinquageſimo aut centeſimo anno, Iubileus claudebatur. Euſebius in Chron. ſic ait: *Anno Abraham quinquageſimo*. Et ſanè Iubilei anni celebres erant, cùm res omnes & poſſeſſiones ad priſtinum ſtatum redirent, eoſque in hiſtoria & actis annotari veriſimile eſt. Ita hæc aut ſuperior ſententia placebat. Nam quòd quidam à regno Nabul Aſſar, qui fuit pater Nabuchodonoſoris, eos annos computat, in eo deceptus eſt, quòd tribuit illi annos nouemdecim Imperij, cùm Ioſephus ex Beroſo 1. contra Apionem tribuat annos viginti nouem, & in Antiquit. lib. 10. cap. 11. tribuit vnum & viginti. Quibus ſi tredecim annos Nabuchodonoſoris addas, qui in quinto tranſmigrationis Ioachin numerantur ex 4. Reg. 2. v. 12. plures quàm triginta annos efficies. Neque magis placet quod Theodoretus ait hunc eſſe annum trigeſimum captiuitatis; cuius initium ſumit ab Holdæ vaticinio 4. Reg. 22. verſ. 16. nempe Ioſiæ anno octauodecimo. Nam præter quam quòd in ſecundam ſententiam hoc coincidit, non eſt quòd annos captiuitatis magis ab Holdæ vaticinio inchoëmus, quàm ab aliis vaticiniis, quæ multa de re eadem anteà & poſteà extiterunt. IN QVARTO. Sic Hebr. ſubintelligitur *menſe*. quod Sept. expreſſere, & in Goth. Hic autem menſis, ſi annum inchoëmus à *Tizri*, erit *Thebet* Ianuario reſpondens, quod Hieronymus hîc ſequitur: ſi inchoëmus à *Niſan*, erit menſis *Thamuz* Iunio reſpondens, quod Chaldæus ſequitur, & verius videtur; quando inferiùs cap. 29. verſ. 1. Hieronymus ipſe menſem decimum ait eſſe *Thebet*, nempe initio anni ſumpto à menſe *Niſan*. IVXTA FLVVIVM CHOBAR. Riuus hic ab Euphrate diductus non procul Babylone, de quo Plinius lib. 6. cap. 26. à Ptolemæo *Chaborras* vocatur; Strabo, *Aborram*. Ad eum fluuium Iudæi ſedes habuerunt. APERTI SVNT CÆLI. *Cælum* pro aëre. Hiatus in eo apparuit. ET VIDI VISIONES DEI. .i. magnas, admirabiles. *Dei* adiectione Hebraica lingua auget rei coniunctæ ſignificationem.

2 TRANSMIGRATIONIS. Sic vocat captiuitatem Regis Ioachin, quoniam ſponte ſe Babylonio tradidit. IOACHIN. Alio nomine eſt *Iechonias*.

3 FILIVM BVZI. Sacerdos erat Ezechiel, ſicut Ieremias. Pater eius Buzi, patria Sarita: Iſidorus de Ortu & obitu, cap. 39. SECVS FLVMEN, prope flumen. ET FACTA EST SVPER EVM IBI MANVS DOMINI. Chald. *ſpiritus prophetiæ*. Addunt Hebræi, ea voce ſignificari Prophetiæ ſpiritum vehementem & validum.

4 ET VIDI. Mutat perſonam, quod familiare eſt in Diuinis libris. ET ECCE VENTVS TVRBINIS. i. tempeſtuoſus. AB AQVILONE. i. vehemens, quales ſunt venti Aquilonares. Aut *à Chaldæa*, quæ Iudææ ad Aquilonem eſt. Argumentum viſionis huius, ac verò totius Prophetiæ, magnam à Babylone inſtare Iudæis tempeſtatem. ET IGNIS INVOLVENS. Chald *inflammatus*. ſic Hebr. Schol. Ita verbum לקח *lakah* ſumunt in ſignificatione *inflammandi*. Sept *fulgurans*. QVASI SPECIES ELECTRI. Sic Sept. & Chald. ſed eſt *electrum* ſuccinum, & eſt *electrum* metallum, quod fit ex auro, mixta quinta argenti parte: Plin. lib. 33. cap. 4. & de eo hîc loquitur, quoniam eximio colore & ſplendore eſt. Hebræi per vocem חשמל *haſmal*, quæ hîc ponitur, putant ſignificari *Angelum, qui in medio igne apparuit*, ſic dictum, quòd ſileat, & loquatur. *haſah, ſilere; malel, loqui* ſignificant. Pagn. in Inſtit. lib. 3. c. 1. *In Deo, & de Deo, alia ſilenda, alia dicenda*. Verùm cùm ea vox hoc tantùm loco inueniatur, & cap. 8. verſ. 2. eius ſignificatio ignota eſt Hebræis ipſis; & præſtat ſuperiorem ſententiam ſequi, quam ne ipſi quidem Hebræi reiiciunt: fatentur enim ea voce colorem ſignificari poſſe, ignis ſplendori ſimilem.

5 ET IN MEDIO EIVS. ſ. ignis, propter affixum femininum. SIMILITVDO QVATTVOR ANIMALIVM. Chald. *quatuor creaturarum*. Sanè חיות *haioth*, quod à *vita* deducitur, hoc loco non poteſt ſignificare *bruta*, cùm addat: SIMILITVDO HOMINIS IN EIS. .i. faciem humanam habebant ex quatuor creaturæ, ſiue animantes.

6 QVATTVOR FACIES VNI. Sic Sept. & Chald. ego vocem לאחת *leahath* vellem vertere *in vnum*. .i. ſimul erant quatuor facies, non plures. Aut ſic, *cuiuſque Cherubini caput quatuor facies habebat*, ad quatuor latera ſ. inſtar Iani bifrontis; atque hoc, vt ſine conuerſione capitis in omnes partes mouerentur. ita facies erant ſexdecim. Diſplicet enim, quod quidam ad quatuor & ſexaginta facies multiplicant, inter quos eſt Chald. alas 256. Ego & facies ponere vellem & alas ſedecim. QVATTVOR PENNÆ VNI. Hebr. *quatuor alæ vnicuique eorum*. ſ. animalium. לאחת להם: ita non eſt mirum, ſi eamdem vocem alio modo vertimus loco priori, alio poſteriori; præſertim cùm poſteriori pronomen addatur, quod priori loco non eſt. Locum difficilem vt explanemus, mirum non eſt, ſi nouam ſemitam imprimamus.

7 PEDES EORVM PEDES RECTI. i. crura. Sept. σκέλη, *tibiæ*. quæ *recta* vocantur, aut quia vertebras non habebant, vt cameli, aut quia humana crura, quæ recta ſunt, non inclinata & flexa ad ventrem, vt iumentorum. QVASI PLANTA PEDIS VITVLI. Sept. *pennati pedes eorum*. Chald. & Aquila, vt refert Hieronymus, *quaſi plantæ pedis rotundi*. Chald. *quaſi plantæ pedum rotundorum*. Hi omnes Hebraica habuerunt aliter quàm nunc ſunt. Certè mutatis punctis עֵגֶל *heghel*, *vitulum*, עָגֹל *haghol*, *rotundum* ſignificat. Itaque pedes in vngulam bifidam vitulorum inſtar, aut in globum deſinebant, quò ſ. ſine conuerſione in omnes partes mouerentur, quod videtur Prophetæ fuiſſe propoſitum indicare. ET SCINTILLÆ. Hebr. *ſcintillantes*. ſ. pedes aut facies. ÆRIS CANDENTIS. Sic Chald. Sept. *fulgurans*. ſuſpicor id ſignificare vocem קָלָל *kalal*, pro qua alij vertunt *politi*, quaſi aſpectus æris terſi. Verùm æs terſum fulget quidem, non ſcintillat tamen.

8 ET MANVS. Sicut per *pedes* crura intelleximus, ſic modò per *manus* brachia. IN QVATTVOR PARTIBVS. Hebr. *quatuor quadraturis*. Chald. *ad quatuor latera earum*. ſ. alarum, aut potiùs eorum animalium. .i. ad quatuor latera currus, vbi ea animalia erant. Metonymia, *latera animalium* pro lateribus currus. ET FACIES ET PENNAS PER QVATTVOR PARTES HABEBANT. Hebr. *& facies eorum, & alæ eorum in quatuor ipſis*. ſ. quatuor animalia, de quibus dixit, facies omnia & alas habebant quatuor, manus totidem, omnes ſedecim alæ erant, ſedecim manus, facies ſedecim.

IVNCTÆQVE ERANT PENNÆ EORVM ALTERIVS 9
AD ALTERVM. clariùs, *altera ad alteram*, vt Sept. Hebr. *quæque ad ſororem ſuam*. Itaque non vnius animalis alæ erant iunctæ alis alterius animantis, ſed alæ cuiuſque animantis inter ſe iunctæ erant. NON REVERTEBANTVR. i. non in gyrum mouebantur, ſed rectà incedebant ad locum, qui erat è regione animalium. Aut, non flectebant caput, non aſpiciebant retrò. Aut potiùs, *non reuertebantur*. i. currus non vertebatur in caput, quoniam ex omni parte & rotæ & Cherubim mouebantur.

SIMILITVDO AVTEM VVLTVS EORVM. *Vultus* in 10
genitiuo eſt, vt & Hebraicè. FACIES HOMINIS, ET FACIES LEONIS. Verſ. 5. dixit ſimilitudinem hominis eſſe in quatuor animalibus: quomodo ergo hic facies alias introducit? Reſpondent, facies quidem omnes humanas eſſe, ceterùm tres ferinum aliquid repræſentare, leonis, bouis, & aquilæ. Quod mihi non diſplicet, ne cogamur multiplicare facies, præſertim cùm cap. 10. verſ. 14. vbi hæc viſio repetitur, *facies bouis* omittatur, & pro ea ponatur *facies hominis*, aut *facies Cherub*. A DEXTRIS IPSORVM QVATTVOR. *Dextrum* & *ſiniſtrum* hic ſumitur aut currus comparatione, aut ipſorum animalium inter ſe. Itaque ad dextram currus, facies hominis & leonis erant; à ſiniſtris, bouis & aquilæ. ET FACIES AQVILÆ DESVPER. Sic Hieronymus in Commentariis, argumento eam eſſe veram Vulgatæ lectionem. At Hebr. non eſt *deſuper*, neque in Sept. aut Chald. In Vulgata etiam Regia id eſt ſublatum. Senſus ergo eſt: Facies aquilæ ipſorum quatuor. ſ. à ſiniſtris erat; repeti enim id debet. Ego *deſuper* non pro *ſupra* ſumo, ſed pro *inſuper*, *præterea*.

FACIES EORVM. Hoc non eſt in Sept. & ſanè vide- 11
tur ſenſum implicare. Ita D. Kimhi iis verbis putat quaſi Epilogum contineri, quaſi dicat: Facies eorum ita habebant, vt dictum eſt. ET PENNÆ EORVM EXTENTÆ DESVPER. ſ. ad volandum. DVÆ PENNÆ SINGVLORVM IVNGEBANTVR. ſ. inter ſe, vt verſ. 9. aut alis alterius animalis. nam cùm eſſent expanſæ alæ, inter ſe contingebant, vti alæ Cherubim in propitiatorio. Aliæ duæ ad tegendum corpus complicabantur.

CORAM FACIE SVA AMBVLABAT. i. rectà ibat, quò 12
facies verſa erat. VBI ERAT IMPETVS SPIRITVS. Hebr. *vbi ſpiritus ad eundum, ibant*. i. quocumque voluntas ferret. Chald. *quò volebant ire, ibant*.

ET SIMILITVDO ANIMALIVM. i. color ignitus erat 13
animalibus. HÆC ERAT VISIO. Hebr. *ipſe* (ſ. *ignis*, vt Chald.) *diſcurrebat in medio animalium. Et ſplendor ignis* (non erat obſcurus) *& de igne fulgur*, pro, fulgura.

IBANT ET REVERTEBANTVR. i. in quamcumque 14
partem diſcurrebant rectà, non tamen flectebant caput, vt verſ. 9. dixit.

ROTA VNA SVPER TERRAM. i. humilior ceteris 15
rotis. IVXTA ANIMALIA, HABENS QVATTVOR FACIES. pro, habentia quatuor facies. Itaque non rota habebat quatuor facies, ſed ipſa animalia. Sept. *adhærens animalibus quatuor*. De faciebus nulla mentio. Hebr. *iuxta animalia ad quatuor facies eius*. pro, eorum. i. habentia quatuor facies.

ET ASPECTVS ROTARVM. i. color. ET OPVS EA- 16
RVM, materia. QVASI VISIO MARIS. Hebr. *quaſi aſpectus Tharſis*. i. lapidis ſic dicti. Hieronymus pro ea voce, capite 10. v. 9. vertit *chryſolithum*. Kimhi *hyacinthum* putat, qui eſt coloris violacei, marino ſimilis. Sept. & Chald. vocem *Tharſis* intactam reliquerunt. ET OPERA. i. forma. QVASI SIT ROTA IN MEDIO ROTÆ. *Rotam in medio* modiolum putant, vnde radij ad canthum, qui exterior rota eſt, progrediuntur. Quidam rotas ſphæricas fuiſſe putant ex duobus circulis ſe ſecantibus ad angulos rectos, vti in ſphæra coluri. Ego globos iudico, qui intra capſam circuli forma ſine axe vllo mouebantur, & quidem in omnes partes. Podagricis ſellæ ſic fiunt. Alioqui in omnes partes & quatuor cæli plagas ſine conuerſione moueri currus non poſſet.

PER QVATTVOR PARTES. i. latera. in quoque late- 17
re ſua rota erat, imò duæ rotæ in vno latere. Sed vocat *quatuor partes*, aut latera, quatuor loca, vbi rotæ erant. ET NON REVERTEBANTVR. Quod de animalibus dixerat verſ. 9. & 12. repetit de rotis. Itaque non flectebantur vt alij currus, ſed cùm reuerti volebant, ſine vlla inflexione rotæ priores poſteriores fiebant, & eodem modo ad latera.

18 STATVRA QVOQVE. Hebr. *& dorſa earum, & altitudo eis*. ſ. erat magna. ET HORRIBILIS ASPECTVS. Hebr. *& timor eis*. i. altitudo tanta erat, vt timorem incuteret. ET TOTVM CORPVS. Hebr. *& dorſa earum*. i. canthi oculis pleni erant, ſeu peripheria.

20 QVOCVMQVE IBAT SPIRITVS. Hebr. *quocumque erat ſpiritus*. i. voluntas, quocumque volebant. ILLVC EVNTE SPIRITV. Hebr. *ibant, quò ſpiritus* (voluntas) *ad eundum*. SEQVENTES EVM. Hebr. *è regione ipſorum*. ſ. animalium. i. verſus eam partem, quò illa ibant. SPIRITVS ENIM VITÆ. Sic Sept. Hebr. *ſpiritus enim animalis*, pro, animalium. ERAT IN ROTIS. i. idem quod illa volebant, ſiue quia animatæ, vt Hieronymus voluit, ſiue per proſopopœiam, rebus inanimis tribuit voluntatem.

21 SEQVENTES EA. Hebr. *è regione ipſorum*. i. poſt ipſa animalia ibant rotæ, vt verſ. ſuperiori. SPIRITVS VITÆ, ſiue *ſpiritus animalis*. ſic verſ. ſuperiori.

22 ET SIMILITVDO. Conſtructio inuerſa. ſic ordina: *& ſimilitudo firmamenti ſuper capita eorum*. HORRIBILIS. i. magni cryſtalli. Quæ magna ſunt, eadem horrorem incutiunt.

23 RECTÆ ALTERIVS AD ALTERVM. Clariùs, *altera ad alteram*. i. vna ala cum ſocia & compari rectà extendebatur. ET ALTERVM SIMILITER VELABATVR. ſ. quoduis animalium duabus alis corpus tegebat.

24 ET AVDIEBAM SONVM ALARVM, QVASI SONVM. Hebr. *quaſi vocem*. ſed *vox* pro *ſono*. QVASI SONVM SVBLIMIS DEI. Hebr. *quaſi vocem omnipotentis*. ſ. cùm locutus eſt in monte Sinai voce magna: Deut. 5. v. 22. ſic Hebr. Schol. Aut *vocem omnipotentis* vocat tonitruum, cui ſonus alarum ſimilis erat. QVASI SONVS ERAT MVLTITVDINIS. Hebr. *vox loquelæ*. i. cùm ea animalia loquebantur. ſ. Dei laudes, vt Chald. ait, ea vox erat vt ſonus caſtrorum. i. magna, concitata. Hieronymus pro הֲמֻלָּה *hamulah*. i. *loquela*, legit הָמוֹן *hamon*. i. *multitudo*. Hic ſonus erat, cùm ambulabant aut loquebantur animalia; nam cùm ceſſabant, ſonus etiam ceſſabat. Id ſignificat, CVMQVE STARENT, DEMITTEBANTVR PENNÆ EORVM. Verùm qua occaſione ceſſabant?

25 NAM CVM FIERET VOX SVPER FIRMAMENTVM. cùm Deus loquebatur, animalia ceſſabant. Hebr. *& erat vox ſuper firmamentum, quod* (erat) *ſuper capita eorum, & inſtando ea ſubmittebant alas ſuas*. i. ſimul ſtabant & quieſcebant, ſimul alas remittebant. Hieronymus ſententiam expreſſit.

26 QVASI ASPECTVS LAPIDIS SAPPHIRI. Declarat vbi Deus ſederet, erat ſapphirus, qui coloris cæleſtis eſt, & quidem in throni modum conformatus, & ſuper thronum hominis aſpectus. i. imago ſuper thronum ſedens.

27 ET VIDI QVASI SPECIEM ELECTRI. Rurſus vt verſ. 4. ponit vocem חשמל *haſmal*. VELVT ASPECTVM IGNIS. Electrum, præſertim candens, colore ignis eſt. INTRINSECVS EIVS. i. intra thronum, vbi ea hominis ſpecies ſedebat. Affixum femininum, thronum refert, quod Hebr. generis feminini eſt. A LVMBIS EIVS. Itaque pars ſuperior hominis, coloris electri & ignis erat: pars inferior, ignis colorem & ſplendorem referebat tantùm, non etiam electri. IGNIS SPLENDENTIS IN CIRCVITV. Hebr. *ſicut aſpectus ignis, & ſplendor ei in circuitu*.

28 VELVT ASPECTVM ARCVS. ſ. vidi. Goth. *velut aſpectus*. ſic Chald. Sept. *viſio*. ſ. is ſplendor qui ſpectrum ambiebat, ſimilis iridi erat. Quæ iris totum hominem & thronum ambiebat, ſicut & ſplendor tum electri, tum ignis. Quem ſplendorem iridis forma eſſe ait Apoc. 4. verſ. 3. *& iris erat in circuitu ſedis*. Summâ, hoc capite videt Propheta, & deſcribit currum,

qui in quatuor plagas mouetur ſine vlla conuerſione; ideò rota in medio rotæ, qua forma explicuimus; ideò ſingulis animalibus quatuor facies, alæ totidem; ideò crura illis recta ſine vertebris, & pedes rotundi ſiue vituli. ſic antè & retrò, & ad vtrumque latus facie & corpore non conuerſi mouebantur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ET abundat, more Hebræo. TRIGESIMO. 1
Chald. *trigeſimo ab inuento libro Legis, tempore Ioſiæ Regis.* Quidam de ætate intelligunt Ezechielis, alij à Iubileo proximo. Ego potiùs dicerem intelligi à capto Ioachin, cum quo Ezechiel abductus; ſenſumque eſſe, vſque ad illum annum habuiſſe ſe viſiones, quarum primam receperit, ceteras poſteà. Quæ verò fuerit viſio anni 30. in quarto menſe, non dicit hîc. Tantùm ait ſe habuiſſe viſionem, deinde tranſit ad annum quintum capti Ioachin, dicturus cap. 8. de ſexto, & de aliis deinceps. Vide cap. 40. QVARTO. ſ. menſe. QVINTA. ſ. die. DEI. i. diuinas.

MANVS. i. vis, ſeu ſpiritus. Chald. *ſpiritus pro-* 3
phetiæ.

TVRBINIS. i. tempeſtuoſus, ſeu vehemens. IN- 4
VOLVENS. ſ. ſe. Chald. *inflammatus.* LXX. *fulgurans.*

EIVS. ſ. ignis. ASPECTVS. i. apparentia, ſeu forma. 5
SIMILITVDO. ſ. facie.

VNI. pro, vnicuique. 6

PEDES RECTI. i. crura ſine poplitibus, ſeu curuatu- 7
ris. SCINTILLÆ. ſ. quas eminebant.

MANVS. i. brachia. PARTIBVS. i. lateribus, erant 8
enim quatuor per quatuor latera animalium facies. PARTES. ſ. antè, retrò, dextrorſum, ſiniſtrorſum.

IVNCTÆQVE, &c. ſ. erant ante Prophetam ordine 9
omnia in recta linea, contingentia ſe pennis, vt ſolent quatuor homines manibus ſe coniungere, facie omnes aliquem vnum in locum conuerſi. ANTE FACIEM. i. rectà antrorſum.

HOMINIS. ſ. antè. IPSORVM. i. cuiuſque. AQVI- 10
LÆ. ſ. retrò oppoſita faciei hominis. DESVPER. ſ. eleuatior ceteris: quamquam hoc verbum non eſt Hebr. Chald. in LXX. aut in Complut.

FACIES EORVM. ſ. tales erant. DESVPER. ſ. more 11
auis ſe ad volatum componentis. IVNGEBANTVR. i. vnà erant extenſæ ad volatum. Chald. *directæ erant è regione altera alterius.*

CORAM FACIE. i. antrorſum rectà. SPIRITVS. 12
ſ. impellentis.

HÆC ERAT. ſ. quæ ſequitur, ſplendor ignis, &c. 13

REVERTEBANTVR. ſ. confecto itinere ad quod 14
impellebantur. antè enim, vt dictum ſuprà, non reuertebantur.

IVXTA. ſ. infrà. ſua enim cuique rota erat ſubiecta. 15
QVATTVOR FACIES. ſ. quatuor erant rotæ.

ASPECTVS. i. apparentia. MARIS. q. d. cæruleo co- 16
lore, ſeu cæleſti. VNA SIMILITVDO, &c. i. per omnia erant ſimiles rotæ. IN MEDIO ROTÆ. ſ. coniunctæ erant, ſeque inuicem ſecantes ad angulos ſphærales, vel quæque (vt quidam aiunt) duos habebat circulos ſe interſecantes. Vide cap. 10.

PER QVATTVOR, &c. ſ. quæque ſequebatur ſuum 17
animal, cui ſubiecta. ſignificant verò volubilem populum, qui ſequi debet prælatos. Hi verò per animalia ſignificantur. ſ. oportet eſſe *homines.* i. humanos; *leones.* i. fortes; *vitulos.* i. mortificatos, ſeu laborioſos; *aquilas.* i. contemplatiuos.

STATVRA. i. ſummæ partes. ſ. æquales inter ſe erant 18
flexus rotæ ſuperiores. Hebr. Chald. & LXX. *dorſa,* ſeu *terga.* ALTITVDO. i. proceritas.

EVNTIBVS. ſ. animalibus. 21

HORRIBILIS. i. valdè ſplendentis. Chald. *fortiſ-* 22
ſimi.

RECTÆ, &c. Chald. *directæ vna è regione alterius.* 23
ſ. more auium ſe ad volatum parantium. SIMILITER. ſ. alis duabus.

24 SVBLIMIS DEI. Hebr. Chald. & LXX. *omnipotentis.* q. d. vehementiſſimum, quæ enim magna, ſolet Scriptura *Dei* dicere, vt *Dei montes, cedros,* &c.

26 HOMINIS. ſ. Chriſti.

27 ELECTRI. Hoc colore erat qui ſedebat. ſ. Chriſtus duplici natura. INTRINSECVS. i. in medio. PER CIRCVITVM. i. vndique. q. d. totum illum locum occupabat ignis ſplendens.

28 ASPECTVM. i. colorem, ſeu apparentiam. Not. per *quatuor animalia* ſignificari quatuor Euangeliſtas, qui per omnia ſimiles & concordes, quorum quiſque facie hominis, & aquilæ, & vituli, & leonis, quia Chriſti humanitatem, Diuinitatem, paſſionem, & reſurrectionem deſcribit, idque Dei ſpiritu mouente. *Rotæ* autem *quatuor*, mundi quatuor partes, quæ ſunt Euangelicam prædicationem ſecutæ. Colores deinde, cæleſtis & igneus, cæleſtia omnia & charitatis plena demonſtrant; itemque, per charitatem in cælum iri: *pennæ*, contemplatio; *manus*, actio. *Ante*, quod hîc apparet. ſ. Chriſtus homo; *retrò*, quod in futurum expectatur. ſ. Diuinitatis viſio. *Siniſtra*, quòd paſſus, vt vitulus immolatus; *dextra*, quòd vt leo fortiter reſurrexit: nam & animalia Chriſtum ſignificant. Vide Apocal. 4.

CAPVT II.

Roboratur Propheta exterritus, vt intrepidè arguat rebelles filios Iſrael, ſi quo modo tandem ab inueteratis peccatis reſipiſcant, & iubetur comedere librum ſcriptum intus & foris, in quo erant lamentationes, & carmen, & væ.

1 HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.
A & vidi, & cecidi in faciem meam, &
audiui vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili
hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar te-
2 cum. * Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquam
locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes
3 meos: & audiui loquentem ad me, * & dicen-
B tem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael,
ad Gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me:
ipſi & patres eorum præuaricati ſunt pactum
4 meum vſque ad diem hanc. * Et filij dura fa-
cie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mit-
to te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus
5 Deus: * Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè
quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt: &
ſcient quia propheta fuerit in medio eorum.
6 * Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque
C ſermones eorum metuas: quoniam increduli
& ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpioni-
bus habitas. verba eorum ne timeas, & vultus
eorum ne formides, quia domus exaſperans
7 eſt. * Loquêris ergo verba mea ad eos, ſi fortè
audiant, & quieſcant: quoniam irritatores ſunt.
8 * Tu autem fili hominis audi quæcumque lo-
D quor ad te: & noli eſſe exaſperans, ſicut do-
mus exaſperatrix eſt: aperi os tuum & com-
9 ede quæcumque ego do tibi. * Et vidi, & ecce
manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus li-
ber: & expandit illum coram me, [a] qui erat [a] Apoc. 5. a. 1
ſcriptus intus & foris: & ſcriptæ erant in eo la-
mentationes, & carmen, & væ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SVperiori viſione confirmatus mittitur Vates ad prophetandum populo rebelli.

1 HÆC VISIO SIMILITVDINIS GLORIÆ. ſ. quam explicuit cap. ſuperiori, nihil aliud quàm gloriam Dei imagine repræſentabat. Currus, animalia, ſplendor, ſedes, ea omnia Dei maieſtatis imago quædam erant. ET VIDI, ET CECIDI. i. vt vidi, præ timore exanimis

in terram decidi. IN FACIEM MEAM. Id ad reuerentiam ſpectat, quod adorantis habitu cadit. ET AVDIVI VOCEM LOQVENTIS. Sic Sept. & Chald. Hebraica verti eodem modo poſſunt, aut *vocem loquentem*. FILI HOMINIS. i. homo. Monet conditionis, ne viſione ſuperbiat; & vocat *filium Adam*. quia ea vox *hominem plebeium* ſignificat, è terra nempe factum, terræ filium. STA SVPER PEDES TVOS. i. ad te redi, vires reſume priores, vt percipias quæ ſum dicturus.

2 ET INGRESSVS EST IN ME SPIRITVS. i. priſtinas vires recepi, aut diuinus ſpiritus me afflauit. Quid dixit?

3 MITTO EGO TE. i. decreui mittere. ſic multa in Sacris: Exod. 5. v. 10. *Non do vobis paleas*. i. decreui non dare. Luc. 1. v. 34. *Quoniam virum non cognoſco*. i. decreui non cognoſcere. AD GENTES. Ad populum Iſrael mittebat, quem *Gentes* vocat, aut quòd multarum ritu Gentium idola varia colebant, alij alia; aut quoniam multæ tribus, multæque familiæ in eo populo erant. ſic Hebr. APOSTATRICES, ſeu *rebelles*, quæ rebellarunt in me. IPSI ET PATRES EORVM PRÆVARICATI SVNT PACTVM MEVM. Hebr. *peccauerunt in me*. ſic Sept. Chald. *tranſgreſſi ſunt verbum meum*. q. d. non recens noxa eſt, hereditate iniquitatem à maioribus habuerunt. Graue id malum. VSQVE AD DIEM HANC. Hebr. *vſque ad corpus diei huius peccarunt*.

4 ET FILII. i. ij homines patribus ſimiles ſunt. DVRA FACIE. i. impudentes. ET INDOMABILI CORDE. Hebr. *duri corde*. i. obſtinati in malo. Aut ſic: Cùm filij à maioribus iniquitatem acceperint, ſic facie & corde indurauerunt, vt emolliri & in melius tranſire vix poſſint. Verba hæc, *& filij dura facie, & indomabili corde, ad quos ego mitto te*, teſte Hieronymo in Sept. non erant, ſic ablata ſunt in Rom. ſed in Regiis adiecta, fortaſſis ex Theodot. & quibuſdam aliis Sept. Codicibus. ET DICES AD EOS: HÆC DICIT DOMINVS DEVS. i. loquêris vt alij Prophetæ, qui ſic ſua vaticinia inchoabant. Aut te ex hoc Prophetam & vicarium meum conſtituo, vt meo nomine loquaris.

5 ET SI FORTE QVIESCANT. Hebr. *& ſi ceſſent*. ſ. ab audiendo. i. nolint audire. ſic Hebr. cum quo quadrat quod ſequitur, QVONIAM DOMVS EXASPERANS EST, ſeu *domus rebellis*. Ideò mirum non eſt, ſi non audient. Chald. & Sept. *ſi ceſſent a peccatis. ſi reſipiſcant*. Hoc Hieronymus ſequitur; ait enim, *ſi forte audiant, & agant pænitentiam*. ſ. eorum quæ commiſerunt, & quieſcant à peccatis quæ fecerunt; quia domus hactenus rebellis eſt. ET SCIENT QVIA PROPHETA. Sanè, ſi non conuertentur, illud continget, vt ſciant copiam ſe habere Prophetæ, quo erunt inexcuſabiles. *Et ſcient*, pro, & tamen, aut, ſaltem ſcient.

6 QVONIAM INCREDVLI. Hebr. *renuentes*, ſeu *rebelles*. ET SVBVERSORES. Hebr. *& ſpinæ*. i. homines ſpinoſi ſunt tecum. ET CVM SCORPIONIBVS. Sic Sept & Chald. Hebræi putant vocem עקרבים *hakrabim* ſignificare ſpinarum quoddam genus. Quoad ſententiam non intereſt; ſignificat enim, eos homines peſſimos eſſe. Verùm ex eo potiùs ſequi videtur, Prophetam timere debuiſſe. Quomodo ergo ait, *Ne timeas eos, quoniam increduli* ſeu *rebelles ſunt?* Nodus hic dupliciter ſoluitur; aut ſupplendo aliquid, ſ. non audient te, quia increduli ſunt; aut dicamus, prauos homines timendos non eſſe, quoniam vires eorum imbecilles ſunt, *ſtercus & vermis*, 1. Machab. 2. verſ. 62. Denique *quoniam* pro *quamuis* ſumatur. Exod. 34. verſ. 9. *Obſecro vt gradiaris nobiſcum; populus enim duræ ceruicis eſt*: vbi quidam vertunt, *Gradiaris nobiſcum, tametſi populus duræ ceruicis ſit*. Cauſalis pro aduerſatiua, כי pro אפלכי, *chi* pro *aphalchi*. i. *quia* pro *quamuis*. ET VVLTVS EORVM. i. iram ne formides. QVIA DOMVS EXASPERANS EST, ſeu *rebellis*. Vox *quia*, pro, quamuis.

7 SI FORTE AVDIANT, ET QVIESCANT. Hebr. *ſi audiant, & ſi ceſſent*. Repetit verba poſita in v. 5. neque noua expoſitione opus habent. QVONIAM IRRITATORES SVNT. Hebr. *quoniam rebellis*. ſ. domus ſunt.

8 NOLI ESSE EXASPERANS. Hebr. *non ſis rebellis*, ſi ire nolueris, ſicut domus rebellis. i. populo ne ſis ſimilis, ad quem mitteris.

9 IN QVA ERAT INVOLVTVS LIBER. Hebr. *volumen libri*. Olim libri in gyrum complicabantur, inde dictum *volumen* pro *libro*. ſed quia ſunt alia volumina, addidit *volumen libri*. SCRIPTVS INTVS ET FORIS. Hebr. *ante & retro*, ſeu *in fronte & a tergo*. libri *frontem* vocat, quæ pars eſt è regione ſcribentis, *tergum*, aduerſam partem chartæ ſeu membranæ. Indicat autem multa eo libro contineri, quæ Propheta enuntiare debebat. ET SCRIPTÆ. Gotth. *& ſcripta*. ET CARMEN. Gotth. *carmen*, ſine &. Sept. *& carmen*. Chald. *& gemitus*. vox הגה *hegheh* deducitur à verbo *haghah*, quod *loqui* & *meditari* ſignificat. ſed Hebræi voce *heghah* putant gemitum ſignificari. Ex quo indicatur, eo libro aduerſa omnia contineri, nihil lætum. ET VÆ. ſic Hebr. & Sept. Chald. *& mœror*. Eum librum Propheta comedere iubetur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LOQVENTIS. ſ. cuiuſdam. Angelus erat Deum repræſentans. FILI HOMINIS. i. homo. ita vocat, vt conditionis ſuæ memor, non extollatur ob viſiones.

2 INGRESSVS EST. LXX. *venit*. SPIRITVS ſ. meus qui præ timore defecerat, vel Dei. ſ. gratia, & vis.

3 GENTES. i. Iudaicum populum conſtantem variis hominibus. APOSTATRICES. LXX. *irritantes me*. RECESSERVNT A ME. LXX. *irritarunt me*.

4 DVRA FACIE. i. impudentes, ſeu obſtinati. INDOMABILI Hebr. Chald. & Sept. *duro* quamquam Hieron. negat eſſe quidquam ferè huius verſus apud LXX. At nunc eſt. Atque id dictum ſit in vniuerſum, ne quis miretur me citare etiam alibi, quod Hieron. negat eſſe Hebr. aut in LXX. nunc enim eſt. cito ego quæ legi.

5 QVIESCANT. Chald. *deſinant peccare*. LXX. *timeant*. SCIENT. q. d. tamen ſcient, &c. nec poterunt ignorantiam excuſare. vel pro, ſciant. PROPHETA. ſ. à Deo miſſus ad ipſorum ſalutem.

6 INCREDVLI. LXX. *inſanientes*. SVBVERSORES. Hebr. verti poteſt *ſpinæ*. pro, velut ſpinæ. Chald. *duri*. LXX. *congregabuntur in circuitu*. TECVM. i. erga te. Chald. & LXX. *contra te*. ET CVM. pro, nam cùm. EXASPERANS. Chald. *rebellis*, ſeu *contumax*. LXX. *irritans*. ſ. me. ſic ſup. & inf.

9 MISSA. LXX. *extenſa*. INVOLVTVS. ſ. complicata membrana, more Hebræorum. ſignificabatur autem occultatio myſteriorum. INTVS. i. ſenſu myſtico. FORIS. i. litterali. LAMENTATIONES. ſ. ſuper pœnitentibus. CARMEN. ſ. iuſtorum laus. VÆ. ſ. ſuper impœnitentibus. Vide Hieron. epiſt. 46. & 48. *In ſcripturis*, inquit, *pœnitens plangitur; iuſtus canitur, maledicitur deſperans*. *Carmen*. Hebr. & Chald. *gemitus*. *Væ*. Chald. *mœror*.

CAPVT III.

Comeſto libro datur Propheta facies adamantina, vt intrepide arguat duriſſimos filios Iſrael in tranſmigratione conſtitutos: miſſus autem conſtituitur ſpeculator, qui ſi viſum imminens malum non annuntiauerit, eius qui perit reus efficitur; ſi autem annuntiauerit, animam ſuam liberat, etiam ſi alius pereat: deinde campum ingreſſus, viſaque ibi gloria Domini iubetur in domo ſua includi, tamquam vinctus ac mutus.

1 ET dixit ad me: Fili hominis quodcum-
A que inueneris comede: comede volumen
2 iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael. * Et
aperui os meum, & cibauit me volumine il-
3 lo: * & dixit ad me: Fili hominis venter tuus
comedet, & viſcera tua complebuntur volu-
mine iſto, quod ego do tibi. a Et comedi illud: a Apoc. 10. d. 9. 10.
4 & factum eſt in ore meo ſicut mel dulce. * Et
dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Iſ-

ra el, & loquêris verba mea ad eos. * Non enim 5
ad populum profundi ſermonis & ignotæ lin-
guæ tu mitteris, ad domum Iſrael: * neque 6
ad populos multos profundi ſermonis, &
ignotæ linguæ, quorum non poſſis audire ſer-
mones: & ſi ad illos mittereris, ipſi audirent
te. * Domus autem Iſrael nolunt audire te: 7
quia nolunt audire me. omnis quippe domus B
Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde. * Ecce 8
dedi faciem tuam valentiorem faciebus eo-
rum, & frontem tuam duriorem frontibus eo-
rum. * Vt adamantem, & vt ſilicem dedi fa- 9
ciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à fa-
cie eorum: quia domus exaſperans eſt. * Et 10
dixit ad me: Fili hominis, omnes ſermones
meos, quos ego loquor ad te, aſſume in corde
tuo, & auribus tuis audi: * Et vade ingredere ad 11
tranſmigrationem, ad filios populi tui, & lo- C
quêris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus
Deus: ſi fortè audiant, & quieſcant. * Et aſſum- 12
pſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem com-
motionis magnæ: Benedicta gloria Domini de
loco ſuo; * & vocem alarum animalium percu- 13
tientium alteram ad alteram, & vocem rota-
rum ſequentium animalia, & vocem commo-
tionis magnæ. * Spiritus quoque leuauit me, & 14
aſſumpſit me; & abij amarus in indignatione D
ſpiritus mei: manus enim Domini erat mecum,
confortans me. * Et veni ad tranſmigrationem, 15
ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habi-
tabant iuxta flumen Chobar, & ſedi vbi illi
ſedebant: & manſi ibi ſeptem diebus mœrens
in medio eorum. * Cùm autem pertranſiſſent 16
ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad
ⁿ *Inf.* 33. b. 7 me, dicens: * ⁿ Fili hominis ſpeculatorem dedi 17
te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum,
& annuntiabis eis ex me. * Si dicente me ad 18
impium: Morte morieris: non annuntiaueris
ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua E
impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua
morietur, ſanguinem autem eius de manu
tua requiram. * Si autem tu annuntiaueris im- 19
pio, & ille non fuerit conuerſus ab impieta-
te ſua, & à via ſua impia: ipſe quidem in ini-
quitate ſua morietur, tu autem animam tuam
liberaſti. * Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia 20
ſua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offen-
diculum coram eo, ipſe morietur, quia non
annuntiaſti ei: in peccato ſuo morietur, &
non erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fe-
cit: ſanguinem verò eius de manu tua requi-
ram. * Si autem tu annuntiaueris iuſto vt non 21
peccet iuſtus, & ille non peccauerit: viuens F
viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam
liberaſti. * Et facta eſt ſuper me manus Do- 22
mini, & dixit ad me: Surgens egredere in cam-
pum, & ibi loquar tecum. * Et ſurgens egreſ- 23
ſus ſum in campum: & ecce ibi gloria Domi-
ⁿ *Sup.* 1. a. 3 ni ſtabat quaſi gloria, quam vidi ⁿ iuxta flu-
uium Chobar: & cecidi in faciem meam. * Et 24
ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſu-
per pedes meos: & locutus eſt mihi, & dixit
ad me: Ingredere, & includere in medio do- G
mus tuæ. * Et tu fili hominis, ecce data ſunt 25
ſuper te vincula, & ligabunt te in eis: & non
egredieris de medio eorum. * Et linguam tuam 26
adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec
quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt.
27 * Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os
tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus
Deus: Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quie-
ſcat: quia domus exaſperans eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Libro comeſto, ad prophetandum mittitur Ezechiel.

1 Et dixit ad me, nempe Deus, aut Angelus, qui manum extẽdit, & librum obtulit. Quid dixit? Comede.

2 Et cibavit me volumine illo. Hæc per viſionem imaginariam geſta ſunt, non verè, ſicut reliqua quæ ſequuntur ad finem cap. 11.

3 Et viscera tva complebvntvr. Hebr. *complebis* aut *comple*. Hoc eſt, in memoria reconde quæ libro continentur, aſſiduè ea meditare, ne excidant; non ore tantùm, ſed ventre, & intimis viſceribus ea reconde. Sicvt mel dvlce in ore fuit. Sic Sept. & Chald. Hebr. *ſicut mel ad dulcedinem*, ſed perinde eſt. Indicat autem, viros ſanctos vindicta peccatorum lætari. Similia Ierem. 15. verſ. 16. & Apocal. 10. verſ. 9. inuenies. Aut certè verba Dei quæcumque meditatione decocta ſuauiſſima ſunt. Quod iubeo, facile eſt. non enim mitto te ad populum

5 Profvndi sermonis. i. difficilis. Hebr. *profundos labij*. i. profundi ſermonis. Et ignotæ lingvæ. Hebr. *& graues lingua*. i. quorum lingua ſit difficilis. Nempe non ad gentem barbaram mitteris, ſed ad gentem tuam, cui tecum communis eſt ſermo.

6 Et si ad illos mittereris. Hebr. *ſi non ad eos mitterem te, ipſi audirent te*. Forma iurandi. q. d. Diſpeream, ſi te ad illos mitterem, niſi audirent te. Non tamen hi te audient, quia

7 Domvs Israel attrita fronte est, et dvro corde. Hebr. *fortes fronte, & duri corde*. ſed Hieronymus ſententiam expreſſit. Sept. *contentioſi & duri corde*. Chald. *impudẽtes facie & duro corde*. Sed ego dedi

8 Faciem tvam valentiorem faciebvs eorvm. Hebr. *faciem tuam fortem contra faciem eorum, & frontem tuam fortem contra frontem eorum*. *Contra*. i. præ facie, & præ fronte illorum.

9 Vt adamantem, et vt silicem, &c. Hebr. *ſicut adamantem, fortem præ petra dedi frontem tuam*. Ne timeas eos, neqve metvas a facie eorvm, qvia domvs exasperans est. Hebr. *quia domus rebellis eſt*. ſed *quia*, ſume pro, tametſi, vt & cap. ſuperiori v. 6. ſic Hebr. Schol. ſic concionatores eſſe debent adamante gemma duriſſima fortiores, neque metuere quemquam, ſed vitâ potius officium habere.

11 Ad transmigrationem, ſeu *ad captiuitatem* ingredere, vt Sept. i. *ad filios captiuitatis*, ſeu *tranſmigrationis*, vt Chald. nempe ad captiuos. Si forte avdiant, et qviescant. Sept. *ſi fortè audiant, ſi fortè quieſcant*. Hebr. *ſi audiant, & ſi ceſſent*. De quo diximus cap. 2. verſ. 5.

12 Et assvmpsit me spiritvs, ſiue flatus, & ventus eum rapuit, ſiue Angelus, ſiue vt Hieronymus, ſpiritus ipſe Prophetæ & voluntas eum rapuit, & deduxit ad captiuos. Vocem commotionis. i. vocem commotionis magnæ audiui, ſupple, dicentem, Benedicta gloria Domini de loco svo. ſ. recedit. In quo templi excidium prædicitur.

13 Et vocem alarvm. ſ. audiui. Primi capitis viſio repetitur, denuò currum & animalia videt Propheta. Percvtientivm alteram ad alteram. Hebr. *oſculantium cuiuſque ad ſororem ſuam*. i. inter ſe contingentes alas, nempe volantium habitu ſe contingebant. Et vocem rotarvm seqventivm animalia. Hebr. *& vocem rotarum contra ea*. ſ. animalia. ſed Hieronymus ſententiam expreſſit. Et vocem commotionis magnæ. q. d. itaque commotio & ſtrepitus erat magnus.

14 Spiritvs qvoqve levavit me. Quis ſpiritus?

de quo v. 12. ET ABII AMARVS, quòd ſ. hæc omnia
gentis excidium portenderent. MANVS ENIM DO-
MINI. Hebr. *& manus Domini ſuper me fortis*, quæ me
adigebat vt facerem quæ inuitus faciebam & triſtis.

ET VENI AD TRANSMIGRATIONEM. i. filios capti- 15
uitatis, populum captiuum. AD ACERVVM NOVA-
RVM FRVGVM. Hebr. Schol. eſſe ait loci nomen, vbi
captiui habitabant, & quò Propheta venit. Alij ad tem-
pus referunt, quo Propheta venit, nempe menſe *Abib*.
i. *nouarum ſpicarum*, Exod 13. v. 4. qui menſis alio no-
mine vocatur *Niſan* primus anni Hebraici menſis, quo
in Palæſtina demetunt ſegetes, Martio ſeu Aprili no-
ſtro. Ergo eo menſe iuit ad captiuos Propheta, quo de-
meſſæ ſegetes in aceruos redigebantur. Porrò *Ab* quin-
tus menſis Hebræis eſt, *Abib* primus, ne te vocum
decipiat ſimilitudo. ET MANSI IBI SEPTEM DIE-
BVS MOERENS, ſeu *attonitus*, ſeu *admirans*, ob Dei
ſ. iudicia & ſupplicia ventura.

SPECVLATOREM DEDI TE. E ſpecula ſolent ſpecu- 17
latores hoſtium aduentum denuntiare; ſic Propheta,
quæ à Deo accepit ventura, populo nuntiare debet.
Toto hoc capite pro annuntiandi voce, quam Hierony-
mus poſuit, Hebr. *monendi* verbum eſt. Chald. *doctorem*
conſtituiſſe. ſed perinde eſt. DOMVI ISRAEL. Goth. *do-*
mus Iſrael. ſed Hebr. Chald. & Sept. reclamant, quæ ha-
bent *domui Iſrael* ſed ל *Lamed* nota genitiui eſſe poteſt.

SI DICENTE ME AD IMPIVM. Hebr. *cum dixero* 18
impio. ſ. per te, te internuntio. Vult Prophetam fungi
officio ſuo admonendi prauos, vt maximè non proficiat.
MORTE MORIERIS i. omnino morieris. Geminatio af-
fert aſſeuerationem. SANGVINEM AVTEM EIVS. i. ti-
bi imputabitur eius exitium, niſi annuntiaueris.

PONAM OFFENDICVLVM CORAM EO. Hebr. *& da-* 20
bo offendiculum coram eo. pro, & ſi dedero offendicu-
lum, permittens ſ. occaſionem peccandi. Neque enim
iuſtus temerè à iuſtitia recedit, occaſio aliqua impulit.
ET NON ERVNT IN MEMORIA IVSTITIÆ EIVS. i. ope-
ra bona. Nulla eorum ratio habebitur.

ET FACTA EST SVPER ME MANVS DOMINI. i. ſpi- 22
ritus Prophetiæ inuaſit me. ET DIXIT AD ME: SVR-
GENS. Hebr *ſurge, egredere*. ſic Chald. & Sept. IN CAM-
PVM, aut *in vallem*. vbi ſ. Babylon ſita erat. Propheta
metuebat populum monere, quamuis Deo tot verbis
ſecùs monente, ideò ad ſuum tribunal producit eum,
vt maiori metu pellat minorem, clauum clauo.

ET ECCE IBI GLORIA DOMINI. Sic vocat currum, 23
& animalia, & reliqua quæ in eo ſpectro viſa ſunt, quo-
niam iis Dei maieſtas & tribunal repræſentabatur.

ET INGRESSVS EST IN ME SPIRITVS. ſ. meus, redij 24
in me. Aut *ſpiritus* ſit Angelus, quoniam addit, *locu-*
tus eſt mihi. INGREDERE. q. d. nunc non eſt opportu-
num vt loquaris, limine te contine, quouſque tibi di-
cam vt loquaris, domum tuam te recipe.

ECCE DATA SVNT SVPER TE VINCVLA. Domeſti- 25
ci te quaſi amentem ligabunt, ne in publicum prodeas.
ET LIGABVNT TE IN EIS. i. eis. Porrò pro *vinculis*.
Hebr. *funes* ſunt, *qui triplices texuntur*. ET NON
EGREDIERIS DE MEDIO EORVM, *domeſticorum*. ſic
Sept. hoc eſt, te domi continebunt. Hebr *non egredie-*
ris in medium eorum. ſic Chald. i. populi in medium
non prodibis. Regia Vulgata, *non egredieris in medio*
eorum. ſic Louan. ſ. in medio populi.

ET LINGVAM TVAM, nempe ſublato ad tempus 26
Prophetiæ ſpiritu, eris quaſi mutus, neque obiurgare
aut arguere quemquam poteris; idque ob populi pec-
cata continget. QVIA DOMVS EXASPERANS EST.
Hebr. *quia domus rebellis eſt*.

ET QVI QVIESCIT, QVIESCAT. Hebr. *qui ceſſat,* 27
ceſſet. i. qui non vult audire, faciat vt libet, cuiuſque
arbitrio id permittitur. Nec mirum, ſi non audient,
QVIA DOMVS EXASPERANS EST.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INVENIERIS. pro, inuenis. Chald. *datur tibi*.
3 VENTER i. mens, ſeu interiora. LXX. *os*. DVLCE.
ſ. dulce Deum noſſe & prædicare.

ET IGNOTÆ, &c. explicatio præcedentis. AD DO-
MVM. pro, ſed ad domum.

6 AVDIRE. i. intelligere.

7 OMNIS. pro, ferè omnis, alioqui enim multi inter
illos boni. Vide cap. 9. ATTRITA FRONTE. Chald.
impudentis faciei. LXX. *contentioſi*.

9 EST. pro, ſit. ſic ſup. & inf. vbi eadem verba.

11 TRANSMIGRATIONEM. i. captiuos. HÆC. ſ. quæ
præcepi vt illis diceres. ſic ſuprà in ſimili locutione
ſubintellige. QVIESCANT. Chald. *deſinant peccare*.

12 BENEDICTA, &c. Hæc erat vox. DE LOCO SVO,
ſ. diſcedet, nempe è templo. vel pro, in loco ſuo. ſ. cæ-
lo. q. d. benedicatur ab Angelis. ſic dictum: *Gloria in*
Altiſſimis Deo, Luc. 2.

13 VOCEM. i. ſtrepitum. ſ. audiui.

14 AMARVS. LXX. *ſublimis*, ſeu *ſuſpenſo animo*. INDI-
GNATIONE. LXX. *impetu*. ENIM. pro, autem.

15 ACERVVM, &c. nomen loci ſecundùm quoſdam.
Hebr. *Tel Abib*. SEDI, &c. facta hæc omnia non re,
ſed viſione, vſque ad finem cap. 11. ſecundùm quoſ-
dam. MOERENS. Chald. *tacens*. Hebr. *admirans*, ſeu
ſtupens. LXX. *conuerſans*.

17 SPECVLATOREM. ſ. vt moneas adeſſe hoſtem. EX
ME. i. meo nomine.

18 IN INIQVITATE. i. ob iniquitatem. SANGVINEM.
i. mortem. REQVIRAM. ſ. te puniens.

19 IMPIO. LXX. *iniquo*. ſic & inf.

20 PONAM OFFENDICVLVM. i. permittam incidere in
periculum mortis.

25 DATA SVNT. pro, dabuntur. i. iniicientur. LIGA-
BVNT. ſ. Iudæi, vel domeſtici. q. d. curabis te ligan-
dum à tuis. IN EIS. pro, cum eis. DE MEDIO.
q. d. non poteris in publicum prodire, & cum illis
conuerſari. LXX. *de medio*. q. d. teneberis illis vinculis.

27 FVERO. ſ. iterùm. AVDIAT. Chald *ſuſcipiat diſci-*
plinam. QVIESCIT. ſ. à malis. LXX. *qui incredulus eſt,*
incredulus ſit. Aquila (vt refert Hieron.) ſic vertit: *qui*
audit, audietur; qui relinquit, relinquetur.

CAPVT IV.

Iubetur Propheta figurare obſidionem Ieruſalem, ac dormire ſuper latus ſiniſtrum 390. diebus, ſuper dextrum verò 40. ac vilem cibum & fœdè confectum ſibi præparare: quibus deſignet calamitatem filiorum Iſrael, obſidionem & afflictionem habitantium Ieroſolymis.

1 A ET tu fili hominis ſume tibi laterem, &
pones eum coram te: & deſcribes in eo ci-
2 uitatem Ieruſalem. * Et ordinabis aduerſus eam
obſidionem, & ædificabis munitiones, & com-
portabis aggerem, & dabis contra eam caſtra,
3 & pones arietes in gyro. * Et tu ſume tibi ſar-
taginem ferream, & pones eam in murum
ferreum inter te, & inter ciuitatem: & obfir-
mabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidio-
nem, & circumdabis eam: ſignum eſt domui
4 Iſrael. * Et tu dormies ſuper latus tuum ſini-
ſtrum, & pones iniquitates domus Iſrael ſu-
per eo, numero dierum quibus dormies ſuper
5 illud, & aſſumes iniquitatem eorum. * Ego
B autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, nu-
mero dierum trecentos & nonaginta dies: &
6 portabis iniquitatem domus Iſrael. * Et cùm
compleueris hæc, dormies ſuper latus tuum
dexterum ſecundò: & [a] aſſumes iniquitatem [a] Num. 14. f. 34
domus Iuda quadraginta diebus. diem pro an-
7 no, diem, inquam, pro anno dedi tibi. * Et
ad obſidionem Ieruſalem conuertes faciem
tuam, & brachium tuum erit extentum: &
8 prophetabis aduerſus eam. * Ecce circumdedi
te vinculis: & non te conuertes à latere tuo
in latus aliud, donec compleas dies obſidionis

tuæ.

tuæ. * Et tu ſume tibi frumentum, & hor-
deum, & fabam; & lentem, & milium, & vi-
ciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi
panes numero dierum quibus dormies ſuper
latus tuum: trecentis & nonaginta diebus com-
edes illud. * Cibus autem tuus quo veſcêris, 10
erit in pondere viginti ſtateres in die: à tempo- C
re vſque ad tempus comedes illud. * Et aquam 11
in menſura bibes, ſextam partem hin: à tem-
pore vſque ad tempus bibes illud. * Et quaſi 12
ſubcinericium hordeaceum comedes illud: &
ſtercore, quod egreditur de homine, operies il-
lud in oculis eorum. * Et dixit Dominus: Sic 13
comedent filij Iſrael [n] panem ſuum pollutum
inter Gentes, ad quas eiciam eos. * Et dixi: 14
A a a, Domine Deus, ecce anima mea non eſt
polluta; & morticinum, & laceratum à beſtiis
non comedi ab infantia mea vſque nunc, & non
eſt ingreſſa in os meum omnis caro immunda. D
* Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum 15
pro ſtercoribus humanis: & facies panem tuum
in eo. * Et dixit ad me: Fili hominis: [n] Ecce ego 16
conteram baculum panis in Ieruſalem: & com-
edent panem in pondere, & in ſolicitudine: &
aquam in menſura, & in anguſtia bibent: * Vt 17
deficientibus pane & aqua, corruat vnuſquiſ-
que ad fratrem ſuum: & contabeſcant in ini-
quitatibus ſuis.

[n] *Oſe. 9. a. 3*

[n] *Inf. 5. d. 16. & 14. d. 13.*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DEſcribit Propheta in latere obſidionem Ieruſalem, & dormit in vtrumque latus.

1 SVME TIBI LATEREM. Sic Hebr. & Sept. Chald. *lapidem*. ſed in latere, quia mollior, meliùs imprimuntur deſcriptionis lineæ.

2 ET ORDINABIS ADVERSVS EAM OBSIDIONEM. Hebr. *pones*. i. figurabis eo in latere quæ in obſidione contingunt. Quæ ſunt illa? ÆDIFICABIS MVNITIONES. Vox Hebr. דיק *daiek*, *turrim ligneam* ſignificat. Ergo *ædificabis turrim*. i. turres, ſuper eam, ſiue contra eam. ET COMPORTABIS AGGEREM. Hebr. *fundes aggerem*. Hebr. implebis foſſas vrbis terra in cumulum, qui altior muro ciuitatis ſit. ET DABIS CONTRA EAM CASTRA, figurabis tentoria, & militum ordines. ET PONES ARIETES. Chald. *duces*, qui per metaphoram vocantur arietes. Aut machinæ eo nomine ſint, ad quatiendum muros.

3 ET TV SVME TIBI SARTAGINEM FERREAM. *Sartago ferrea* murum Ieruſalem ſignificat, qui fortis erat ferri inſtar, & euertetur obſidentium contentione & viribus. Id ſignificat. ET OBFIRMABIS FACIEM TVAM AD EAM. nam Propheta ſuſtinet perſonam obſidentis. ET CIRCVMDABIS EAM, ſiue *obſidebis*, ſiue *coarctabis eam*. SIGNVM EST DOMVI ISRAEL. i. hæc omnia obſidionem ſignificant vrbis Ieruſalem.

4 ET TV DORMIES SVPER LATVS. Hebr. *cuba*, *iace ſuper latus tuum ſiniſtrum*. Addit *ſiniſtrum*, quoniam Samaria, cuius calamitatem prædicit, ad ſiniſtram Ieruſalem eſt verſis ad ortum ſolis. ſic cap. 16. verſ. 46. *Soror tua maior, Samaria, ipſa, & filiæ eius, quæ habitant ad ſiniſtram tuam.* ET PONES INIQVITATES. i. pœnas iniquitatum. DOMVS ISRAEL SVPER EO. ſ. humero. ET ASSVMES INIQVITATEM EORVM. Hebr. *tolles*. ſed *tollendi* vox, & *ferre* ſeu *ſuſtinere* ſignificat, & *auferre*, vt Tertullianus ait 4. contra Marcion. & Baſilius in Reg. breuiorib. verùm hîc in priori ſignificatione ſumitur, non in poſteriori; nam Propheta non abſtulit calamitatem Iſrael, ſed pro ea, & ad illam ſignificandam tamdiu in latus iacere præcipitur.

5 EGO AVTEM DEDI TIBI ANNOS INIQVITATIS EORVM. i. pœnæ pro iniquitate tot annis erunt, quot diebus tu iacebis. Sept. *dedi tibi duas iniquitates eorum.* Chald. *dedi tibi pro vno die in peccatis eorum.* de annis nihil. Nimirum vocem שְׁנֵי *ſenei* pro *binario* ſumpſerunt, non pro *annis*, vti debuerunt. TRECENTOS ET NONAGINTA DIES. Sic Chald. & Sept. in Regiis quidem; nam in Rom. ſic totus locus habet: *Et pones iniquitates domus Iſrael iuxta numerum dierum centum & quinquaginta, quas dormies in ipſo* (ſ. latere) *& ſumes iniquitates eo numero dierum centum nonaginta.* Quid hoc? verùm Hieronymus ait cum Hebraicis in numero dierum conſentire Aquilam, Symmachum, Theodotionem, & Sept. codices incorruptos. Ita miror Romanos hunc locum non caſtigaſſe. Ergo Propheta iacet diebus trecentis nonaginta: Iſraelis ſupplicium tot annis eſt continuatum. Sed an Propheta verè iacuerit & dormierit tot diebus? Non puto. per viſionem hæc omnia geſta arbitror. Deinde is annorum numerus vnde inchoatur, & vbi deſinit? Hieronymus à regno Phacee inchoat, cùm venit Theglathphalaſar Rex Aſſur, & multos Iſraelitas in captiuitatem abegit: 4. Reg. 15. verſ. 27. Finit autem in Artaxerxe, qui dictus eſt Mnemon, & filius Darij Nothi fuit, qui ab Hebræis vocatur Aſſuerus, maritus Eſther, & Iſraëlitis plenam libertatem dedit. Hoc ſequamur, dum via commodior non ſe oſtendit locum aliter explicandi planè difficilem.

6 DORMIES SVPER LATVS TVVM DEXTERVM SECVNDO, ſeu *cubabis*. ASSVMES INIQVITATEM DOMVS IVDA, ſeu *portabis*. lues pœnas pro iniquitate domus Iuda. QVADRAGINTA DIEBVS. DIEM PRO ANNO. Hos quadraginta annos idem Hieronymus inchoat à captiuitate Iechoniæ, 4. Reg. 24. verſ. 15. nam pòſt regnauit Sedecias, cuius anno vndecimo capta eſt Ieruſalem. Porrò Cyrus anno primo Regni ſui, deſolationis templi trigeſimo, Iudæis libertatem dedit, & facultatem in patriam redeundi.

7 AD OBSIDIONEM IERVSALEM CONVERTES. Hebr. *ordinabis faciem tuam*, ſiue *obfirmabis*. vultu oſtendes obſidendam. BRACHIVM TVVM ERIT EXTENTVM. Hebr. *nudatum*, ſic multæ gentes pugnant. Ergo vt vultu ita brachio futuram eius obſidionem indicabis. ET PROPHETABIS ADVERSVS EAM. i. geſtu & voce eius cladem indicabis.

8 ECCE CIRCVMDEDI TE VINCVLIS. Ecce vincula, de quibus dixit capite ſuperiori verſ. 25. fore, vt in domo ſua vinculis conſtringeretur. DONEC COMPLEAS DIES OBSIDIONIS TVÆ. Sept. συγκλεισμοῦ σου, *incluſionis tuæ*, atque ita Hieronymus in Comment. vertit vocem illam. Hebr. olim erat *obſidionum tuarum*, vt colligitur ex Hebr. Schol. cuius rei indicium eſt Segol poſitum ſub ר in מְצוּרֶךָ *meZurecha*. Qui ait dici *obſidionum*, quoniam duæ erant obſidiones, Samariæ & Ieruſalem; atque ita vterque dierum numerus referri non debet, prior ad dies, quibus obſeſſa eſt Ieruſalem; poſterior ad dies, quibus direpta eſt & incenſa, vt quidam faciunt: ſed prior numerus indicat annos, quibus Samaria & Iſraelitæ ſunt oppreſſi; poſterior annos, quibus Iudæi ſunt vexati, & pœnas dederunt, nihil aliud, vti ſuperiùs eſt dictum.

9 ET TV SVME TIBI FRVMENTVM, ET HORDEVM. In obſidione ex omni frumento & leguminibus panes conficiunt. VICIAM. Hebr. *ſpeltam*. ſic Chald. Sept. *ſiliginem*, *candeal*, non benè. FACIES TIBI PANES. Vna vice omnes, aut deinceps, & vt fames monuerit. Memento hæc per viſionem geri.

10 VIGINTI STATERES, cibus tuus erit. Hebr. *ſiclus*. Sed *ſiclus* Hebræis, & *ſtater* Græcis quatuor drachmas continet, dimidiam vnciam. In obſidione ſolet panis exiguo pondere dari. Id indicatur, fore in obſidione annonæ anguſtiam. Decem vnciæ panis Prophetæ diebus ſingulis dantur. A TEMPORE VSQVE AD TEMPVS. i. ſemel in die, non quoties libuerit, comedes.

11 ET AQVAM IN MENSVRA. i. non quantum volueris. SEXTAM PARTEM HIN. *Hin* duos choas Atticos capit: Ioſephus lib 3. Antiq. cap. 10. Hieronymus addit hîc: *Quos* (choas ſ.) *nos ſextarios Italicos poſſumus*

appellare, ſic dabatur tertia pars ſextarij. i. vnciæ vix ſeptem: exiguus potus, & verè *hin* capit duodecim ſextarios Hebraicos, ſeu *loghin*: *log* vncias vix quatuordecim continet. Ita dabantur duo loghin. i. ſextarius Italicus cum dimidio ferè. De quo plura de Pond. & menſ. c. 14. Sic etiam potus erat exiguus ſatis.

12 ET QVASI SVBCINERICIVM HORDEACEVM. Quid de ſpelta, faba, milio? certè ex ijs etiam Propheta confecturus panes erat; ſed inſipidos, qualis eſt panis ex hordeo ſubcinericius. Ita illi pani ſimiles erant, quibus ille veſci debebat, & per *panem hordeaceum* panes etiam ex ijs leguminibus intelliguntur. Et peiores, quoniam ſtercore humano coqui volebat. OPERIES ILLVD ſtercore. Sic Sept. Hebr. *coques illum panem.* Solent in obſidione ob lignorum penuriam in alimentum ignis ſtercora adhibere. IN OCVLIS EORVM. ſ. captiuorum, vt ſciant, quo pane veſci debeant in obſidione Ieroſolymitana, & prætereà in captiuitate poſiti, vt proximo verſ. ait. VBI FILII ISRAEL pro decem tribubus ſume, aut pro vniuerſo populo, tam Iudæis quàm Iſraelitis, vtrique in captiuitate, fœda in cibum vertent.

14 A A A. Hebr. vna dictio eſt, אהה *Ahah*, dolentis interiectio, quam noſter in tres vbique diuidit. ECCE ANIMA MEA NON EST POLLVTA. Poteſt hoc loco *anima* ſumi pro corpore, neque enim anima cibo polluitur. CARO IMMVNDA. Sept. *profana*. Chald. *abominabilis non eſt ingreſſa in os meum*.

15 FIMVM BOVM. Graue videbatur, ſtercus humanum adhibere; ſic ad Prophetæ nauſeam mitigat decretum, & pro eo ſtercore bouinum fimum ſubſtituit, quo in multis regionibus pro lignis vtuntur. ET FACIES PANEM TVVM IN EO. i. coques, vt verſ. 12. dictum eſt.

16 CONTERAM BACVLVM PANIS. Sic *panem* vocat, quoniam eo vt baculo fulcitur homo, qui baculus frangitur, cùm annonæ penuria eſt. IN IERVSALEM. ſ. cum obſidebitur. ET IN SOLITVDINE, ſeu *pauore* comedent; vt Pagninus vertit. ET IN ANGVSTIA, ſeu *ſtupore*. ſ. ob circumfuſos hoſtes, & mortis metum.

17 CORRVAT VNVSQVISQVE AD FRATREM SVVM. pro, eat. ſ. vt opem petat. Hebr. *& obſtupeſcent vir & frater eius*, neſcientes ſ. quid conſilij inter ſe capiant. ET CONTABESCANT. Hebr. *liqueſiet*. i. peribunt. IN INIQVITATIBVS SVIS. i. ob iniquitates ſuas.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CORAM TE. ſ. vt ſolet charta, in qua ſcribendum.

2 ARIETES. Chald. *duces*.

3 SARTAGINEM. Tales Iudæi, ſ. ferrei, & denigrati peccatis. ET ERIT, &c. i. & obſidebis eam. SIGNVM. ſ. quòd ſit diruenda vnà cum templo.

4 ET PONES, &c. q. d. vt feras pœnam debitam iniquitatibus ſic iacendo. ISRAEL. i. decem tribuum.

5 ANNOS INIQVITATIS. Videtur ſignificari Deus tot annis tuliſſe illorum peccata.

6 QVADRAGINTA. Tot annis peccatum eſt grauiſſimè tempore Manaſſe.

7 PROPHETABIS. ſ. prædicens deſtructionem.

8 OBSIDIONIS. i. repræſentationis quod obſideas.

9 VICIAM. LXX *ſiliginem*. LATVS. ſ. ſiniſtrum. Planè videntur iſta facta ſola viſione, non re ipſa.

10 STATERES. i. ſicli. quòd ſi communes ſeu vulgares, efficiebant omnes 40. drachmas, ſ. vix ſemilibram; nam libra, vnciæ 12. vncia, drachmæ 8. ſi verò templi 80. ſ. vix libram. A TEMPORE, &c. i. certo cuiuſque diei tempore. ſ. meridie, vel veſperi.

11 HIN. Menſura eſt liquidorum, continens quantum oua 72. quorum ſexta pars 12. Significatur autem per hoc magna cibi & potus penuria futura in obſidione Ieruſalem.

12 HORDEACEVM. ſ. panem. ILLVD. ſ. cibum, de quo ſup. OPERIES. ſ. ad coquendum. ſignificatur futura etiam penuria lignorum.

13 POLLVTVM. i. immundũ, & velut coctum ſtercore.

14 A A A. Hebraicè, *Ahah*, vnica dictio. ECCE ANIMA, &c. q. d. numquam me profano cibo contaminaui, quo modo iſto iam me inquinabo?

15 FACIES. i. coques.

16 BACVLVM. Chald. *ſuſtentaculum*. LXX. *firmamentum*. SOLICITVDINE LXX. *indigentia*

17 AD FRATREM SVVM. i. cum fratre ſuo. IN INIQVITATIBVS. i. propter iniquitates.

CAPVT V.

Per detonſos capitis & barbæ Prophetæ pilos iuſſu Domini, varieque conſumptos, deſignantur Iudæi, propter ſua peccata fame & gladio conſumendi; ſic vt patres filios, & filij patres comedant; reliqui vero in captiuitatem ducendi, vbi ſint opprobrium ac ſtupori Gentibus, quarum ſuperarunt ſcelera.

1 ET tu fili hominis ſume tibi gladium acu-
A tum, radentem pilos: & aſſumes eum, & du-
ces per caput tuum, & per barbam tuam: & aſ-
ſumes tibi ſtateram ponderis, & diuides eos.
2 *Tertiam partem igni combures in medio ciui-
tatis, iuxta completionem dierum obſidionis: &
aſſumes tertiam partem, & concides gladio in
circuitu eius: tertiam verò aliam diſperges in
3 ventum, & gladium nudabo poſt eos. *Et ſumes
inde paruum numerum: & ligabis eos in ſum-
4 mitate pallij tui. *Et ex eis rurſum tolles, & pro-
ijcies eos in medio ignis, & combures eos igni:
& ex eo egredietur ignis in omnem domum Iſ-
5 rael. *Hæc dicit Dominus Deus: Iſta eſt Ieruſa-
lem, in medio Gentium poſui eam, & in circui-
6 tu eius terras. *Et contempſit iudicia mea, vt
B plus eſſet impia quàm Gentes; & præcepta mea,
vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius ſunt. iudi-
cia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis
7 non ambulauerunt. *Idcircò hæc dicit Domi-
nus Deus: Quia ſuperaſtis Gentes, quæ in cir-
cuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non am-
bulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iu-
dicia Gentium, quę in circuitu veſtro ſunt, non
8 eſtis operati; *Ideò hæc dicit Dominus Deus:
Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui
9 iudicia in oculis Gentium, *& faciam in te quod
non feci, & quibus ſimilia vltrà non faciam,
10 propter omnes abominationes tuas. *Ideò pa-
tres comedent filios in medio tui, & filij come-
dent patres ſuos, & faciam in te iudicia, & venti-
labo vniuerſas reliquias tuas in omnem ven-
11 tum. *Idcircò viuo ego, dicit Dominus Deus:
C Niſi pro eo quòd ſanctum meum violaſti in
omnibus offenſionibus tuis, & in cunctis abo-
minationibus tuis: ego quoque confringam, &
non parcet oculus meus, & non miſerebor.
12 *Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſu-
metur in medio tui: & tertia pars tui in gladio
cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam
in omnem ventum diſpergam, & gladium eua-
13 ginabo poſt eos. *Et complebo furorem meum,
& requieſcere faciam indignationem meam in
eis, & conſolabor: & ſcient quia ego Dominus
locutus ſum in zelo meo, cùm impleuero indi-
14 gnationem meam in eis. *Et dabo te in deſer-
tum & in opprobrium Gentibus, quæ in circui-
D tu tuo ſunt, in conſpectu omnis prætereuntis.
15 *Et eris opprobrium, & blaſphemia, exem-
plum, & ſtupor in Gentibus quæ in circuitu

tuo ſunt, cùm fecero in te iudicia in furore, &
in indignatione, & in increpationibus iræ. 16 *Ego
Dominus locutus ſum: Quando miſero ſagit-
tas famis peſſimas in eos, quæ erunt mortiferæ,
& quas mittam vt diſperdam vos: & famem
congregabo ſuper vos, & [a] conteram in vobis
a cap.4. d.16 Inf.14. d.13 baculum panis. 17 *Et immittam in vos famem, &
beſtias peſſimas vſq; ad internecionem: & peſti-
lentia, & ſanguis tranſibunt per te, & gladium
inducam ſuper te: ego Dominus locutus ſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PEſtem, gladium, & captiuitatem prædicit populo,
capillorum ex [illegible]
GLADIVM ACVTVM RADENTEM PILOS. Hebr. *nona-* 1
culam tonſorum ſume. ſic Chald. Sept. *gladium acutum
magis quam nouacula tonſoris.* ET ASSVMES TIBI STA-
TERAM PONDERIS, ſeu *bilances ponderis*. i. iuſtas, quæ in
neutram partem inclinent. *Statera* ſeruit, vt capilli in
partes pondere diuidantur. *Nouacula* ira Dei eſt, *ſta-
tera* decretum eius.
IN MEDIO CIVITATIS. ſ. Ieruſalem combures tertiam 2
capillorum partem, aut *in medio ciuitatis*, quam in late-
re deſcripſiſti. *Ignis* peſtem ſignificat, qua perierunt
ciues Ieruſalem. IVXTA COMPLETIONEM DIERVM
OBSIDIONIS. i. id facies, poſtquam compleueris dies,
quibus cubare debes in latus dextrum, quibus mala
obſidionis Ieruſalem ſignificantur. IN CIRCVITV
EIVS. i. vrbis. Intra eam combures tertiam partem, &
tertiam circum eamdem concides, argumento cædis
futuræ in agro Ieruſalem, & in vicinis oppidis. DI-
SPERGES IN VENTVM tertiam capillorum partem. *In
ventum*, ſupple, omnem, ex v. 12. i. in omnes plagas,
quas ventum vocat, quoniam ex ijs flant quatuor ven-
ti. ET GLADIVM NVDABO POST EOS, ſeu *euaginabo*.
Qui in omnes terras captiui ducentur Iudæi, ij non
erunt quieti, in eos ſæuiet gladius.
ET SVMES INDE PARVVM NVMERVM. Ij ſunt, qui 3
ex captiuitate redierunt dimiſſi à Cyro, & alijs Perſa-
rum Regibus. ET LIGABIS EOS IN SVMMITATE PALLII
TVI. Hebr. *in alis tuis*. Sept. *in pallio tuo*. Chald. *in ex-
tremitate pallij tui*. Itaque alas pro pallio ſumunt.
ET PROIICIES EOS IN MEDIO IGNIS. Ne illi quidem, 4
qui è captiuitate redierunt, diu manſerunt incolumes,
propter bella quæ concitata ſunt in ea gente, tum do-
meſtica, tum externa, quibus tota prouincia eſt impli-
cita. Id ſignificant ea verba ET EX EO (ſ. igne) EGRE-
DIETVR IGNIS IN OMNEM DOMVM ISRAEL. i. in om-
nem prouinciam, quàm latè patet. Quæ autem fuerint
hæc bella, diuinare non eſt opus; ſiue quæ ante Ma-
chabæos, ſiue quæ ab eis geſta ſunt, ſiue quæ à Roma-
nis illata.
IN MEDIO GENTIVM POSVI EAM. Sic eam vrbem 5
Ieruſalem vocat *vmbilicum terræ*. c. 38. v. 12. eſt enim
ſita in medio orbe ſublimior ceteris regionibus, quod
nomen *Aram*. i. *Syriæ* declarat, ſic dictæ à celſitudine.
Porrò in Syriæ ſupremo loco ſita eſt Ieruſalem, quò
ſ. aër purior ingenia præſtantiora proferret, eſſetque
veluti magiſtra aliarum gentium. Inde certè literæ pro-
dierunt, vti initio Geneſis eſt dictum. ET IN CIRCVITV
EIVS TERRAS, quaſi ancillas & diſcipulas poſui.
ET CONTEMPSIT. Hebr. *& mutauit iudicia mea in* 6
impietatem præ gentibus. Iudicia leges vocat.
QVIA SVPERASTIS GENTES. Hebr. *propter mul-* 7
tiplicare vos præ gentibus. ſupple, peccata. ſic Chald.
Pro eo quod peccaſtis magis quam populi. Hæc verior
loci expoſitio, quàm illæ quas alij afferunt varias, no-
ſtræ verſioni conſentanea. ET IVXTA IVDICIA GEN-
TIVM, QVÆ IN CIRCVITV VESTRO SVNT, NON ESTIS
OPERATI. Hæc verba repetuntur cap. 11. verſ. 12. ſed
ſublata negatione. Ideò quidam hoc eam loco ex-
punxerunt & in multis codicibus non eſt. Verùm quia
in omnibus linguis eſt, in Vaticana etiam & Hierony-
mi Comment. eam retinemus. Senſuſque loci erit:
Quia gentes imitati non eſtis in conſtantia quidem re-
tinendi deos ſuos, vt Ierem. 2. v. 10. & 11. propterea di-
gni malo eſtis, quod mox ſubijcitur.
8 FACIAM IN MEDIO TVI. i. palàm. IVDICIA. i. pro-
digia, quibus vos puniam. IN OCVLIS GENTIVM, quia
peiores illis eſtis.
9 PROPTER OMNES ABOMINATIONES TVAS. Hæc tibi
euenient propter abominationes tuas, ob impium cul-
tum, quem exercuiſti.
10 IDEO PATRES COMEDENT FILIOS. Hæc ſunt iudicia
& prodigia. Et quidem matres id feciſſe in obſi-
dione Babylonica, dicitur Lament. c. 4. v. 10. Idemque
contigiſſe, cùm à Tito vrbs illa obſeſſa eſt, Ioſephus
eſt teſtis lib. 7. c. 8. de Bello Iudaico. Porrò patres idem
feciſſe, qui duriores ſunt, ex hoc loco colligitur. Filios
quoque idem erga patres perpetraſſe credendum, quo-
niam minor eſt amor filiorum erga parentes, quàm è
conuerſo, vt Ariſtoteles & D. Thomas teſtantur. IN
OMNEM VENTVM. i. in omnes orbis plagas captiuos
mittam eos, qui mortem euaſerint.
11 VIVO EGO. Forma iurandi. NISI. Hebr. *ſi non*. Sed
perinde eſt. i. Non viuam, niſi confregero pactum
quod pepigi tecum. SANCTVM MEVM VIOLASTI.
Hebr. & Chald. *ſanctuarium meum*. IN OMNIBVS OF-
FENSIONIBVS. Chald. *immunditijs*. Pagn. *contamina-
tionibus*. Sic & mox *abominationes* vocat idola, quæ in
templum intulerunt: Ierem. 32. verſ. 34. EGO QVOQVE
CONFRINGAM. ſ. pactum, quod promiſi. Hebr. *mi-
nuam tuam*. i. gloriam, vt tu polluiſti me, vt ſis vilis co-
ram gentibus.
12 TERTIAM VERO PARTEM. Repetit & explicat quod
de capillis trifariàm diuiſis dixit v. 2. IN CIRCVITV
TVO. i. in agro ſuburbano ibi deſæuiet gladius. Ergo
tertia pars peſte & fame peribit in vrbe, tertia gladio in
agro, tertia captiua erit.
13 ET COMPLEBO, ſatiabo, FVROREM MEVM. ſ. ſumpto
ſupplicio. Sic quieſcet indignatio, ſic conſolabor. Lo-
quitur more hominum, qui oblectantur ſumpta de ho-
ſte vindicta. ET SCIENT. Ex ſupplicio ſumpto cogno-
ſcent, me eſſe, qui futuram vltionē illis IN ZELO MEO.
i. indignabundus prædixi, neque eſſe in eo mentitum.
14 ET DABO TE IN DESERTVM, ſiue *in ſolitudinem*, vt
Chal. occiſis & abactis ciuibus in ſolitudinē redigēris.
15 ET ERIS OPPROBRIVM ET BLASPHEMIA. Hebr. *op-
probrium & conuitium*, ſeu *contemptus*. Te conuitijs &
contumelijs petent. Hebr. *caſtigatio*, ſeu *documentum*,
quò homines intelligant. ſ. quam ſit grauis ira Dei.
16 EGO DOMINVS LOCVTVS SVM. Nihil certius. SA-
GITTAS FAMIS. i. famem mittam, quæ ſagittæ inſtar in-
terimit. ET FAMEM CONGREGABO. Sic Sept. Chald.
& famem adijciam, ſiue *augebo*. Faciam, vt indies fa-
mes creſcat, & ſit grauior. ET CONTERAM IN VOBIS.
Goth. *vobis*, ſic Hebr. BACVLVM. Sept. *firmamentum*.
Chald. *ſuſtentaculum* panis. eadem phraſis c. 4. v. 16.
17 ET BESTIAS PESSIMAS, vt leones, vrſos immittam.
VSQVE AD INTERNECIONEM. Hebr. *& orbabunt te*.
Chald. *abſque liberis te facient*. ſ. beſtiæ illæ. ET PESTI-
LENTIA, ET SANGVIS, peſtis & bellū. TRANSIBVNT PER
TE. i. graſſabūtur. Pſ. 87. v. 17. *In me tranſierunt iræ tuæ*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DVCES. i. curabis ducendum per aliquem.
2 CIVITATIS. ſ. depictæ in latere. *Iuxta comple-
tionem*. i. poſt expletos. OBSIDIONIS. i. quibus iacens
repræſentabis obſidionis miſeriā. EIVS. i. vrbis. Nota,
primam partem ſignificare iuxta vrbem interfectos;
ſecundam, extra; tertiam, fugientes, vel in captiuitatem
abductos. NVDABO. q. d. perſequar,
3 INDE. i. ex tertia parte vltima. SVMMITATE. i. extre-
mitate. ſ. ora.
4 EGREDIETVR. i. egreſſurus ſignificatur. IGNIS. Si-
gnificatur nequitia abductorum in Babylonem.
5 TERRAS. i. gentium regiones. explicatio præcedētis.
6 IVDICIA. i. præcepta. LXX. *iuſtificationes*. ſic & inf.
PRÆCEPTA. Hebr. *ſtatuta*. LXX. *legitima*. ſic & inf.
7 SVPERASTIS. ſ. peccando. IVXTA IVDICIA. i. mores.
ſ. bonos.

ſ. bonos moraliter, vel q.d. illi ſuos deos non reliquerunt, vos me reliquiſtis.

AD TE. ſ. iratus veniam. IVDICIA. q.d. puniam te. 8

QVOD. Lxx. Complut. *quæ*. i. qualia. NON FECI. ſ. hactenus. 9

VENTVM. i. mundi partem. apparet id nunc, vbi enim non ſunt Iudæi? 10

NISI, &c. Modus iurandi. q.d. Niſi fecero, non habear verax, aut ſimile quid. SANCTVM. Chald. *ſanctuarium*. 11

EVAGINABO. q.d. perſequar, & affligam. 12

CONSOLABOR. ſ. more irati poſt vltionem. Chald. *finiam*. 13

BLASPHEMIA. i. conuitium. INCREPATIONIBVS. Lxx. *vltione*. 15

SAGITTAS FAMIS. ſ. locuſtas, frugum rubiginem, &c. BACVLVM. Chald. *ſuſtentaculum*. Lxx. *firmamentum*. 16

SANGVIS. i. cædes. 17

CAPVT VI.

Propter multiplicem idololatriam filiorum Iſrael, prædicuntur eorum vrbes & excelſa diſſipanda, & qui peſtem, gladium & famem euaſerint, diſpergendi inter Gentes, vbi malis preſſi, conuertentur ad Dominum.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
*Fili hominis pone faciem tuam ad mon- 2
tes Iſraël, & prophetabis ad eos, *& dices: ᵃMō- A
tes Iſrael audite verbum Domini Dei: Hæc di- 3
cit Dominus Deus montibus, & collibus, rupi-
bus, & vallibus: Ecce ego inducam ſuper vos
gladium, & diſperdam excelſa veſtra, *& demo- 4
liar aras veſtras, & confringentur ſimulachra
veſtra: & deijciam interfectos veſtros ante ido-
la veſtra. *Et dabo cadauera filiorum Iſrael ante 5
faciem ſimulachrorum veſtrorum: & diſpergam
oſſa veſtra circum aras veſtras, *in omnibus ha- 6
bitationibus veſtris. Vrbes deſertæ erunt, & ex- B
celſa demolientur, & diſſipabuntur: & interi-
bunt aræ veſtræ, & confringentur, & ceſſabunt
idola veſtra, & conterentur delubra veſtra, &
delebuntur opera veſtra. *Et cadet interfectus 7
in medio veſtri: & ſcietis quia ego ſum Domi-
nus. *Et relinquam in vobis eos, qui fugerint 8
gladium in Gentibus, cùm diſperſero vos in ter-
ris. *Et recordabuntur mei liberati veſtri in 9
Gentibus, ad quas captiui ducti ſunt: quia con- C
triui cor eorum fornicans, & recedens à me; &
oculos eorum fornicantis poſt idola ſua: & diſ-
plicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerunt in
vniuerſis abominationibus ſuis. *Et ſcient, quia 10
ego Dominus non fruſtrà locutus ſum, vt face-
rem eis malū hoc. *Hæc dicit Dominus Deus: 11
Percute manum tuam, & allide pedem tuum, &
dic: Heu, ad omnes abominationes malorum
domus Iſraël, quia gladio, fame, & peſte ruituri
ſunt. *Qui longè eſt, peſte morietur: qui autem 12
propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit, &
obſeſſus, fame morietur: & complebo indigna-
tionem meam in eis. *Et ſcietis quia ego Domi- 13
nus, cùm fuerint interfecti veſtri in medio ido- D
lorum veſtrorum, in circuitu ararum veſtra-
rum, in omni colle excelſo, & in cunctis ſummi-
tatibus montium, & ſubtus omne lignum ne-
moroſum, & ſubtus vniuerſam quercum fron-
doſam, locum vbi accenderunt thura redolen-
tia vniuerſis idolis ſuis. *Et extendam manum 14
meam ſuper eos: & faciam terram deſolatam &
deſtitutam, à deſerto Deblatha, in omnibus ha-
bitationibus eorū: & ſcient quia ego Dominus.

ᵃ Infr. 36. a. 2

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IVdæis peſtem & famem prædicit propter impium idolorum cultum.

2 PONE FACIEM. Sept. *firma faciem*. i. audacter loquere, ne metuas. AD MONTES ISRAEL. Non de decem tribubus loquitur, quæ iam captiuæ erant, ſed de vniuerſo Iudæorum populo.

3 AVDITE. Rebus inanimis ſenſum tribuit. Proſopopœia, frequens id eſt in Sacris literis. RVPIBVS. hæc dicit Dominus. Sic Sept. Chald. *torrentibus* ſeu *riuis*. idque vox Hebr. ſignificat. Porrò ijs locis loquitur Deus, quia in eis colebant idola, in montibus, in collibus, ad torrentes, & in vallibus. GLADIVM. i. bellum inducam. EXCELSA VESTRA diſperdam. ſic templa ſeu aras idolorum vocat.

4 SIMVLVCHRA VESTRA. Vox חמנים *hamanim* à *calore* deducta, certè, quid ſignificet, non conſtat. Sept. & Chald. *delubra* vertunt, quæ CONFRINGENTVR. i. diruentur. Alij idola putant lignea in honorem Solis conſtituta: nam Sol חַמָּה *hamah*, à *calore* vocatur. Hieronymus *ſimulachra* hîc poſuit. Quidam *lucos* putant ſic dici, quia erant calidi. i. aprici. INTERFECTOS VESTROS. i. ciues veſtros interfectos proijciam ante idola; ea erit cultus merces. Simul eis cadaueribus polluam eas aras & templa. In veteri Lege loca ſacra mortuorum corporibus & oſſibus polluebantur.

6 IN OMNIBVS HABITATIONIBVS VESTRIS. Hoc in noſtra Vulgata iungitur cum illis verbis, *circum aras veſtras*, vt ſit finis verſus ſuperioris. Hebr. iungitur cum illis, *vrbes deſertæ erunt*, ſcilicet, in omnibus regionibus, vbi habitabitis, vrbes deſertæ erunt. ET DISSIPABVNTVR. Hebr. *ita vt deſtruantur, & deſolentur altaria veſtra*. q.d. tanta erit in vrbibus ſolitudo, vt templa ipſa, quæ ſolent eſſe firmiſſima, cum ſuis idolis corruant. CONTERENTVR DELVBRA VESTRA. Hebr. *exſcindentur; hamanim*, vbi Hieronymus, qui v. 4. pro ea voce *ſimulachra* vertit, hic *delubra* ponit, vt Sept. & Chald. OPERA VESTRA. ſ. ædificia præ ſolitudine corruent.

7 ET CADET INTERFECTVS. pro, interfecti. IN MEDIO VESTRI. Chald. *inter vos*. i. è veſtro numero & gente multi peribunt. ET SCIETIS QVIA EGO SVM DOMINVS. Hîc eſt nomen quadriliterum, ab exiſtendo dictum, quòd Deus exiſtere faciat quod vult, & quod prædicit; quippe in eius verbis nulla eſt vanitas.

8 ET RELINQVAM. i. non omnes cadent gladio. Aliqui remanebunt, ſed inter gentes captiui. Hebr. *& relinquam, vt ſint vobis liberi à gladio in gentibus*. IN VOBIS, pro, ex vobis.

9 LIBERATI VESTRI. Qui ex vobis euaſerint, mei recordabuntur in captiuitate. QVIA CONTRIVI, ſeu *confregi* per pœnitentiam cor eorum. FORNICANS, ET RECEDENS A ME. Quod fornicari ſolebat. Per fornicationem, impium cultum intelligit. ET DISPLICEBVNT, ſeu *dolebunt*. Sept. *& plangent*. Chald. *& gement*. Verbum קוט *kot*, *diſplicere* & *dolere* ſignificat. de quo Iob 10. verſ. 1. Pagn. *& exſcindentur*. SIBIMET. ſ. diſplicebunt. Hebr. *in facie ſua*. ſ. præ pudore & timore dolebunt. SVPER MALIS, propter mala quæ fecerunt.

10 NON FRVSTRA LOCVTVS SVM. i. non ſine cauſa malum prædixi, ſed vt eos ad me reuocarem per pœnitentiam.

11 PERCVTE MANVM TVAM. Gotth. *manu tua*. ſic Hebr. Percute ergo manu, ſiue manum alteram, ſiue femur. ET ALLIDE PEDEM TVVM. Doloris argumentum id eſt. Hebr. *extende pede tuo*. Quando pede percutimus aliquid, illud extendimus. Ergo *extendere*, pro *percutere* ſumitur, ſiue *allidere*, vt vertit etiam Chald. ET DIC: HEV, AD OMNES. i. *propter omnes* abominationes. ſic Sept. Itaque אֶל *El*, pro עַל *hal*. i. *ad*, pro *propter*. MALORVM, ſeu *malas*, vt Chald.

12 ET OBSESSVS. Sic Sept & Chald. Alij vertunt: *Qui relictus fuerit, & ſeruatus*. Hebr. Schol. נצור *nazur*

hîc p ſitum, ſi à *nazar* deducitur, ſignificat *cuſtoditus*,
ſi à *zur. obſeſſus*, ſed certè is fame morietur.
INTERFECTI VESTRI. Hebr. *interfecti eorum*. in me- 13
dio idolorum eorum, in circuitu ararum eorum erunt.
ET SVBTVS VNIVERSAM QVERCVM FRONDOSAM, ſiue
opacam, ſiue *implicatam* erunt interfecti.
A DESERTO DEBLATHA. Hoc deſertum eſt *Reblatha* 14
in finibus Emath, quæ Emath hodie vocatur Epipha-
nia Syriæ, vt ait Hieronymus, & quò ductus eſt Sede-
cias ad Nabuchodonoſor, cùm in fuga eſt captus: Iere-
miæ 39. v. 5 & 4. Reg. 25. verſ. 6. vt communis ſenten-
tia eſt. Teſtes Hieronymus & Kimhi in hunc locum.
Nec mirum, cùm ד & ר Daleth & Res literæ ſimilli-
mæ ſint, vnam pro altera ſubſtitui, neque vno modo
ſcribi in locis omnibus. Eſt autem Emath in extrema
Palæſtina, Antiochia, aut illi vicina, quo indicatur, ma-
la quæ hîc denuntiantur, per omnem prouinciam per-
uaſiſſe, nullo loco immuni relicto.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

RVPIBVS. Chald. *riuis*. 3
VESTRA. ſ. ô filij Iſrael. Mutatio perſonæ fre- 5
quens in Scriptura.
OPERA. ſ. idola, & delubra. 6
IN VOBIS. pro, ex vobis. IN GENTIBVS. i. inter gen- 8
tes. TERRIS. Chald. *prouincijs*. LXX. *regionibus*.
PERCVTE. ſ. femur. ALLIDE. ſ. ad terram. ſigna 11
hæc dolentis, ſeu indignantis. AD. i. ſuper, vel propter.
MALORVM i. ſcelerum. Chald. *malas* .i. peſſimas.
LONGE. ſ. ab hoſte. RELICTVS. ſ. à peſte & gladio. 12
A DESERTO. ſ. vſque ad Ieruſalem. DEBLATHA. di- 14
citur etiam *Reblatha*. eſt in terra Emath. putatur à qui-
buſdam eſſe Antiochia.

CAPVT VII.

*Denuntiat Propheta totius terræ Iudæ extremam & in-
euitabilem vaſtationem proximè imminere propter
ipſorum ſcelera.*

ET factus eſt ſermo Domini ad me dicẽs: *Et 1
tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus 2
terræ Iſraël: Finis venit, venit finis ſuper quat- A
tuor plagas terræ. *Nunc finis ſuper te, & immit- 3
tam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta
vias tuas: & ponam contra te omnes abomina-
tiones tuas. *Et non parcet oculus meus ſuper 4
te, & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper
te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: &
ſcietis quia ego Dominus. *Hæc dicit Dominus 5
Deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit. *finis ve- B
nit, venit finis, euigilauit aduerſum te: ecce venit. 6
*Venit contritio ſuper te, qui habitas in terra: 7
venit tempus, propè eſt dies occiſionis, & non
gloriæ montium. *Nunc de propinquo effun- 8
dam iram meam ſuper te, & complebo furorem
meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, &
imponam tibi omnia ſcelera tua: *Et non parcet 9
oculus meus, nec miſerebor, ſed vias tuas impo- C
nam tibi, & abominationes tuæ in medio tui
erunt: & ſcietis quia ego ſum Dominus percu-
tiens. *Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contri- 10
tio, floruit virga, germinauit ſuperbia: *iniqui- 11
tas ſurrexit in virga impietatis; non ex eis, &
non ex populo, neque ex ſonitu eorum: & non
erit requies in eis. *Venit tempus, appropinqua- 12
uit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit,
non lugeat: quia ira ſuper omnem populum
eius. *Quia qui vendit, ad id quod vendidit, 13
non reuertetur, & adhuc in viuentibus vita eo-
rum. viſio enim ad omnem multitudinem eius
non regredietur: & vir in iniquitate vitæ ſuæ
non confortabitur. *Canite tuba, præparentur 14
omnes, & non eſt qui vadat ad prælium: ira
15 enim mea ſuper vniuerſum populum eius. *Gla-
dius foris, & peſtis & fames intrinſecus: qui in
agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, pe-
16 ſtilentia & fame deuorabuntur. *Et ſaluabuntur
qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quaſi
columbæ conuallium omnes trepidi, vnuſquiſ-
17 que in iniquitate ſua. *Omnes manus diſſoluen-
18 tur, & omnia genua fluent aquis. *a Et accingent
E ſe cilicijs, & operiet eos formido, & in omni fa-
cie confuſio, & in vniuerſis capitibus eorum
19 caluitium. *Argentum eorum foras proijcietur,
& aurum eorum in ſterquilinium erit. Argen-
tum eorum, & aurum eorum non valebit libe-
rare eos in die furoris Domini. Animam ſuam
non ſaturabunt, & ventres eorum non imple-
buntur: quia ſcandalum iniquitatis eorum fa-
20 ctum eſt. *Et ornamentum monilium ſuorum
F in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abomina-
tionum ſuarum & ſimulachrorum fecerunt ex
eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam:
21 *& dabo illud in manus alienorum ad diripien-
dum, & impijs terræ in prædam, & contamina-
22 bunt illud. *Et auertam faciem meam ab eis, &
violabunt arcanum meum: & introibunt in il-
23 lud emiſſarij, & contaminabunt illud. *Fac con-
cluſionem: quoniam terra plena eſt iudicio ſan-
24 guinum, & ciuitas plena iniquitate. *Et addu-
G cam peſſimos de Gentibus, & poſſidebunt do-
mos eorum: & quieſcere faciam ſuperbiam po-
25 tentium, & poſſidebunt ſanctuaria eorum. *An-
guſtia ſuperueniente, requirent pacem, & non
26 erit. *Conturbatio ſuper conturbationem ve-
niet, & auditus ſuper auditum: & quærent vi-
ſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote,
27 & conſilium à ſenioribus. *Rex lugebit, & prin-
ceps induetur mœrore, & manus populi terræ
conturbabuntur. Secundùm viam eorum fa-
ciam eis, & ſecundùm iudicia eorum iudicabo
eos: & ſcient quia ego Dominus.

a Iſa. 15. a 2. Ier. 48. f. 37. Prou. 11. a. 4. Sophon. 1. d 18. Eccl. 5. c. 10. 13

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 RVrſus Iudæis minatur exitium.
ET TV. ſ. audi quæ dicam. SVPER QVATVOR
PLAGAS. Hebr. *alas*. ſic Sept. Chald. *ventos*. ſed perinde
eſt. TERRÆ. ſ. huius Iudææ. *Terra* abſolutè poſita, aut
adiecto *omnis*, ſæpè ſumitur pro ſola Iudæa. Iſai. 25.
v. 4. *Luxit, & defluxit terra*. Matth. 27. v. 45. *Tenebræ
factæ ſunt ſuper vniuerſam terram*. Ergo ſuper quatuor
plagas venit finis.
3 NVNC FINIS SVPER TE. i. breui tibi veniet exitium.
Hæc poſt Iechoniam captum anno omnino quinto, ex
1. cap. v. 1. ſunt dicta: cuius captiuitatis anno nono Ie-
ruſalem eſt obſeſſa, capta vndecimo. Inſtabat ergo cla-
des. ET IVDICABO TE IVXTA VIAS TVAS. i. pro meri-
tis puniam. ET PONAM CONTRA TE. Hebr. *& dabo
contra te* (aut *ſuper te*, vt Chald) OMNES ABOMINA-
TIONES TVAS. i. ſupplicia à te exigam, quæ merentur
tua delicta.
4 ET NON PARCET OCVLVS MEVS, non erit veniæ locus.
Venia oculis tribuitur, quia cordis ianuæ, quia lacry-
mas mittunt indices benignitatis, & in ventre matris
genibus adhærent, quæ ſupplices tangunt, ob commu-
nionem quam genua cum oculis habent. ſic Iſidor. lib.
Differ. 2. Seruius 3. Æneid. in illud:

*——Et genua amplexus, genibuſque volutans
Hærebat.——*

ait genua miſericordiæ eſſe conſecrata. Idem de ocu-
lis dicito. VIAS TVAS PONAM SVPER TE. Lues pœnas
tuorum peccatorum. ET ABOMINATIONES TVÆ IN ME-
DIO TVI ERVNT. Eas ſ. publicè & palàm puniam. Aut

ante oculos tuos ponam ſumptâ pœnâ, quoniam eo-
rum videris oblita.
AFFLICTIO VNA, &c. i. perfecta, neque alia opus 5
erit. Hebr. *malum vnum, malum ecce venit.* Chald.
malum poſt malum venit. i. mala ita erunt connexa, vt
finis vnius ſit alterius initium. Nimirum pro אחת
abath, ipſe legit אחר *abar.* i. *poſteà.* Verùm codices
Hebræi & Græci reclamant, qui omnes *vnà* legunt,
non *poſt.*
FINIS VENIT. i. exitium propè eſt. EVIGILAVIT. 6
ſ. finis ſurrexit, experrectus eſt. q.d. iam veniet: iter
arripuit, vt citò veniat more viatorum, qui vt eui-
gilent, ſe itineri accingunt. Summo manè euigilauit vt
veniat.
VENIT CONTRITIO. Hieronymus in Commentarijs 7
contractio, non *contritio*. *Contractio.* i. obſidio & capti-
uitas contracta eſt, breui veniet. Sept. πλοκή. i. *com-
plicatio*: eadem ſententia. Hebr. צפירה *Zephira.*
.i. *corona matutina*, à *Zaphar*, quod c[...]ane *ſurge-
re.* Ergo *corona matutina veniet.* i. feſtin[...]it Rex Ba-
bylonis. Huc reſpexit Chald. cùm dixit: *Reuelatum
eſt tibi regnum.* Pagn. vertit, *ſententia matutina.* i. ve-
lox ſententia damnationis. ſ. in te venit. Summa, ma-
lum & clades tibi imminet. PROPE EST DIES OCCI-
SIONIS. Hebr. *dies tumultus.* ſic Chald. ET NON
GLORIÆ MONTIVM. Hebr. *& non echo montium.*
q.d. tumultus ille & clamor non erit fictus, vt voces,
quas reddunt montes ex repercuſſu humanæ vocis.
Hieronymus vocem הד *hed*, non à הדד *hadad* de-
duxit, ſed à הוד *hod.* i. *decor & pulchritudo.* Aut di-
camus eam vocem *celeuma* ſignificare. Ergo erit dies
tumultus, non celeuma vindemiantium in montibus.
.i. lætitia, exultatio. Atque eò referri poteſt *gloria mon-
tium*, quam Hieronymus ponit, nec ſolus Hieronymus,
ſed Theodotio, & R. Iona.
DE PROPINQVO. i. citò. IMPONAM TIBI 8
OMNIA SCELERA TVA. Hebr. *dabo ſuper te*,
aut *contra te omnes abominationes tuas.* i. pœnas abo-
minationum à te exigam. Repètit quod v. 3. dixerat.
EGRESSA EST CONTRITIO. Lege ex Hieronymo, 10
contractio. i. decretum eſt, vt breui veniat clades,
ſiue ſententia, ſiue corona matutina. Vox *zephirah*
poſita verſ. 7. hîc repetitur. FLORVIT VIRGA. Flores
fructus ſequitur. Fructus virgæ, eſt verberatio; virga,
Nabuchodonoſor, quem hic *virgam florentem* vo-
cat: Ierem. 1. verſ. 11. *virgam vigilantem* eadem ſi-
gnificatione. Præſtò eius punitio erat. GERMINAVIT
SVPERBIA, aut veſtra, ob quam verberibus digni eſtis;
aut Babylonij Regis, qua in vos deſæuiet. Ierem. 50.
v. 31. *Ecce ego ad te ſuperbe.* Babylonicum Regem allo-
quitur.
INIQVITAS SVRREXIT IN VIRGA. Hebr. *in vir-* 11
gam. Ex ea radice prouenit flagellum, quo impietas
punitur. NON EX EIS, ſcilicet quiſquam impunitus
manebit. ET NON EX POPVLO. Hebr. *non ex mul-
titudine*, ſeu *ex opibus eorum*, ſcilicet quidquam relin-
quetur. NEQVE EX SONITV EORVM, ſeu *tumultu
eorum.* ſic multitudinem vocat. Alij vertunt, *non ex
illis illis*, vt geminatio indicet, neque opes eorum, ne-
que filios remanſuros. NON ERIT REQVIES. Hebr.
lamentum. Sic Ierem. 16. verſ. 4. & cap. 25. v. 33. *non
plangentur.* Siue quòd non erunt reſidui, qui mor-
tuos lugeant; ſiue quia, vt ille ait, *Quodque in ex-
tremis ſolet, periere lacrymæ.* Hieron. pro נה *noa.*
.i. *lamentio*, legit נוח *noah.* i. *requies.* Sept. נוי *naueh*:
nam vertunt, *non erit pulchritudo in eis.*
QVI EMIT, NON LÆTETVR, quia non diu re 12
empta fruetur. Neque qui vendit lugeat, quia etiam-
ſi non venderet, breui erat amiſſurus rem vendi-
tam. IRA SVPER OMNEM POPVLVM EIVS. ſ. terræ,
propter pronomen femininum. Verti etiam poteſt,
ira Dei ſuper omnes diuitias eius. omnia peribunt,
nemò ſua diu poſſidebit. Vox המון *hamon*, non ſolùm
turbam & populum, ſed & *diuitias* ſignificat.
NON REVERTETVR, in anno Iubilei ad veteres 13
poſſeſſiones: Leuit. 25. quia omnes erunt captiui.
ET ADHVC IN VIVENTIBVS. Etiamſi viuant, reſti-
tui in ſuas opes non poterunt, ſi vita eorum produ-
catur. VISIO ENIM AD OMNEM MVLTITVDINEM
EIVS. ſ. terræ. Prophetia hæc ad omnes pertinet. Ver-
ti etiam poteſt, *viſio contra omnes opes eius.* nam hîc
eſt vox *hamon*, de qua verſ. 12. Non eſt ergo mi-
rum, ſi opes pereunt, quia contra eas viſio loqui-
tur. NON REGREDIETVR. i. viſio non erit
irrita.
14 CANITE TVBA. Nulla in veſtris viribus erit ſpes;
etiamſi infletur tuba, & cetera ad bellum ſint parata,
nullus egredietur contra hoſtes, metus cunctos debili-
tabit ex ira mea ſuper populum. Hic *hamon* pro *turba*
ſumitur.
15 ET FAMES INTRINSECVS. i. intra vrbem.
16 SALVABVNTVR, QVI FVGERINT EX EIS.
Hebr. *liberabuntur qui euaſerint.* i. pauci euadent
cladem. ET ERVNT IN MONTIBVS QVASI COLVM-
BÆ CONVALLIVM. Columbæ è vallibus, vbi ver-
ſantur, ob metum fugiunt ad montes. OMNES TRE-
PIDI. Hebr. *gementes.* ſic Chald. ſ. columbarum mo-
re. IN INIQVITATE SVA. i. propter iniquitatem quiſ-
que timebit.
17 OMNES MANVS DISSOLVENTVR, ſeu *debilitabun-
tur.* ſ. præ metu. ET OMNIA GENVA FLVENT AQVIS.
Sic Sept. Chald. *polluentur humore.* i. præ metu lo-
tium reddent. Hebraica ſic verti poſſunt: *Genua ibunt
aquas.* i. vt aquæ dilabentur, trement. Sic Hebr. Schol.
ex Kimhi.
18 ET ACCINGENT SE CILICIIS. Lugentium veſtes &
habitum aſſument. Id totus verſus ſignificat. ET OPE-
RIET EOS FORMIDO. Præ ſe ferent in facie metum &
pudorem. CALVITIVM in capitibus erit. In rebus
aſperis caput & barbam radebant, Iſai. 15. verſ. 2. cum
multis alijs locis.
19 FORAS PROIICIETVR. Hebr. *in plateas proijcient.*
ſcilicet præ feſtinatione argentum proijcient. IN
STERQVILINIVM erit aurum. Hebr. *in elongatio-
nem.* Procul à ſe aurum remouebunt. Sept. & Chald.
contemptui erit. nam pretio ſe redimere non poterunt,
vt mox ſubdit: vt quid ergo aurum & argentum?
ANIMAM SVAM NON SATVRABVNT. *Anima*, pro,
appetitu. Nempe fames premet eos. QVIA SCANDA-
LVM. Hebr. *offendiculum*, ſeu *ruina* iniquitatis eorum
fuit. i. hæc mala contingent propter eorum iniqui-
tatem.
20 ET ORNAMENTVM MONILIVM SVORVM. Reddit
rationem, quare aurum proijci fecerit; quoniam ex
eo facta monilia eos in ſuperbiam erigebant, & quo-
niam ex eo fecerunt idola. DEDI EIS ILLVD IN IM-
MVNDITIAM. *in ſterquilinium* dixit verſ. 19. vbi ea-
dem vox נדה *niddah* eſt. Hebr. ſic: *Gloriam ornamenti
eius in excellentiam poſuit illud* (ſ. Deus templum fe-
cit pulcherrimum) *& imagines abominationum ſua-
rum, contaminationum ſuarum fecerunt in eo.* Ita-
que conqueritur Deus; quòd inuectis idolis ex au-
ro templum polluiſſent. Similis ſententia eſt verſ. 11.
caput. 5. & in Ieremiæ cap. 7. verſ. 30. & cap. 32.
verſ. 34.
21 ET DABO ILLVD, templum ſ. in prædam. ET CON-
TAMINABVNT ILLVD. Vos polluiſtis illud, ego faciam
vt magis polluatur.
22 ARCANVM MEVM, adytum templi & oraculum,
quod Hebræi *Dabir* vocant. ET INTROIBVNT IN
ILLVD EMISSARII, ſeu *latrones*, ſeu *effractores.*
23 FAC CONCLVSIONEM. i. ſumma explica mala,
quæ Iudæis venient. Hieronymus ſic explicat. Hebr.
fac catenam iudicio. ſ. captiuitatis, quæ vrget. Sic Ie-
remias iubetur facere catenas ligneas cap. 27. fer-
reas cap. 28. Poſſet & *concluſio* ſumi pro *vinculis*, vt
verſio noſtra cum Hebr. conſentiat. QVONIAM TER-
RA PLENA EST IVDICIO SANGVINVM. i. cædibus. Ea
cladis cauſa.
24 PESSIMOS DE GENTIBVS. Hebr. *peſſimos Gen-*

tiuos adducam.i.peſſimas gentes : nimirum Chaldæos. Possidebvnt sanctvaria eorvm. Hebr. *pollnentur*.ſic Sept.& Chald.Dicit autem *ſanctuaria*,quia tres erant templi partes,Oraculum,Sanctuarium, Atrium.

Angvstia svpervenienti. Hebr. *præciſio venit*. ſic Chald. i.clades quam prædico. Reqvirent pacem.i.malo remedium in anguſtia. 25

Contvrbatio svper contvrbationem.Chald. *contritio ſuper contritionem*. Sept. *væ ſuper væ*. Eadem ſententia,qua explicatur quid ſit illa præciſio ſeu anguſtia,quam dixit. Avditvs svper avditvm. i.nuntij plures alij poſt alios,hoſtium ſ. aduentum nuntiantes. Qværent visionem. pro, requirent, deſiderabunt, non erit Prophetia, qua moneantur quid facere debeant. Et lex peribit a sacerdote.vel quia non erit, vel quia neſciet quid in Lege contineatur. Magnum populi ſupplicium,ſacerdotes ignari. 26

Rex lvgebit. Nullum afferent Rex & Principes remedium præter lacrymas. Et princeps indvetvr moerore,ſeu *ſtupore*. Contvrbabvntvr, ſeu *terrebuntur manus*, inutiles populi manus præ metu reddentur. Secvndvm viam. i. mores, merita eorum faciam eis. Et secvndvm ivdicia eorvm. i.*inſtituta eorum*. ſic Chald. ſ. vt opera eorum merentur ſic faciam.Repetitio eſt. Aut dic, Vt illi iudicarunt alios, ſic ego eos iudicabo ſeuerè & grauiter. ſ. *Qua menſura menſi fueritis*,&c. 27

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Tv. ſ. audi. Plagas. Chald. *ventos*. Terræ. ſ.Iudææ vndequaque vaſtandæ. 2

Svper te. ſ.ô terra. Ponam contra te. Chald. *dabo ſuper te*.q.d.puniam te ob peccata tua. 3

Vias. i. pœnam viarum.ſ.peccatorum. Chald. *peccatum viarum*. Abominationes. i.pœna abominationum. 4

Afflictio. Hebr.& Lxx. *malitia*. i. malum. ſ.afflictio,ſeu calamitas. Afflictio. ſ. altera. Chald. *malum poſt malum*. 5

Evigilavit.ſ.Deus.Lxx.*ſurrexit*. 6

Contritio. i.afflictio, ſeu deſtructio. Hieron.*contractio* legit (niſi mendum eſt) in Commentario. fortè *confractio* legendum. Terra. ſ. Iuda. Gloriæ. i.lætitiæ. Montivm. ſ.Iudææ,quæ montoſa. Chald. *nec licebit in montium vertices euadere*. 7

Scelera.i.ſcelerum pœnam. 8

Imponam. vide ſup. 9

Dies. Chald.*dies vltionis*. Egressa. i. parata. vel pro, egredietur.ſ.contra te. Virga. i.baculus, quo es cædenda. q.d.adeſt, ſeu propè eſt. Germinavit svperbia. Chald. *apparuit impius*. ſ.Rex ille, qui te deſtruet,paratus eſt. 10

Iniqvitas,&c.q.d.iam eſt paratus Nabuchodonoſor iniquus & impius, quo vos velut virga ſum flagellaturus, vel veſtra iniquitas in cauſa eſt cur puniamini virga vlciſcente impietatem. Non ex eis. ſ.erit quiſquam qui euadat flagellum. Ex sonitv. i.ſtrepitu,faſtu.q.d.nihil relinquetur impunitum. 11

Tempvs. ſ.vltionis. Lvgeat.i.doleat,quia ſ.etiamſi non vendidiſſet,perditurus erat. 12

Non revertetvr. ſ. anno Iubilei. Adhvc in viventibvs,&c.i.etiam ſi euſque viuat. Chald. *dum ipſi viuunt*. Visio. i.prophetica comminatio. Non egredietvr. i. non vacua redibit,ſed implebitur. vel q.d.non conuertetur à peccatis ſuis. Chald.*non eſt conuerſa ad pœnitentiam*. Confortabitvr. i. proſperabitur, ſeu liberabitur. Chald. *apprehendet pœnitentiam*. 13

Canite,&c q.d.canite ſanè,vt præparentur,nemo erit qui poſſit vrbem tueri, ſed omnes animum deſpondebunt. 14

Intrinsecvs.i.intra vrbem. 15

Trepidi. Chald.*gementes*. In iniqvitate. i.ob iniquitatem. 16

17 Aqvis.ſ.ſudore,vel vrina ex timore.

18 Calvitivm. i. raſura,quæ ſolet adhiberi in calamitatibus.

19 Proiicietvr. ſ. tamquam inutile perituris. Erit. i. eijcietur. vel q.d. non pluris fiet, quàm ſterquilinium. Animam. i. appetitum. Scandalvm iniqvitatis. i. ruina ob iniquitatem. Lxx. *cruciatus iniquitatum*.

20 Abominationvm. i. idolorum. In immvnditiam.i. vt profanetur à Gentilibus,vel vt proijciatur & contemnatur, ſicut ſolet res immunda. Chald. *in contemptum*.

21 Contaminabvnt.i.profanabunt.

22 Violabvnt. i. profanabunt. ſ. gentes. Arcanvm. i. ſanctuarium. Emissarii. i. emiſſi milites. Chald.*impij*.

23 Conclvsionem.Chald.*catenam*.ſ.in ſignum quòd ligabuntur. Ivdicio sangvinvm. i.peccatis morte dignis.Chald.*peccatis homicidij*.

24 Possidebvnt. Chald. & Lxx.*profanabunt*. Sanctvaria.ſ.erat in templo Sanctum ſanctorum, Sanctum,& Atrium ſacerdotum.

26 Avditvs.i.rumor de hoſtibus.Lxx.*nuntius*. Lex. i.legis interpretatio. Chald.*doctrina*.

27 Secvndvm viam. i. promeritis. Secvndvm ivdicia. repetitio præcedentis. Ivdicabo. i. puniam.

CAPVT VIII.

Ezechiel poſt viſam Dei ſimilitudinem, ſpiritu raptus in Ieruſalem, videt peſſimas Iudæorum idololatrias ſub varijs figuris : quare dicit Dominus ſe eis non parciturum, nec orationes exauditurum.

1 ET factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe,
A in quinta menſis : ego ſedebam in domo
mea,& ſenes Iuda ſedebant coram me, & ceci-
2 dit ibi ſuper me manus Domini Dei. Et vidi,&
ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu
lumborum eius, & deorſum,ignis : & à lumbis
eius,& ſurſum,quaſi aſpectus ſplendoris,vt viſio
3 electri. [a]Et emiſſa ſimilitudo manus apprehen- [a] Dan. 14. f. 35
B dit me in cincinno capitis mei : & eleuauit me
ſpiritus inter terram & cælum:& adduxit me in
Ieruſalem in viſione Dei, iuxta oſtium interius,
quod reſpiciebat ad Aquilonem, vbi erat ſtatu-
tum idolum zeli ad prouocandam æmulatio-
4 nem. Et ecce ibi gloria Dei Iſrael, ſecundùm
5 viſionem quam videram in campo. Et dixit
C ad me : Fili hominis, leua oculos tuos ad viam
Aquilonis.Et leuaui oculos meos ad viam Aqui-
lonis : & ecce ab Aquilone portæ altaris,idolum
6 zeli in ipſo introitu. Et dixit ad me : Fili homi-
nis,putaſne,vides tu quid iſti faciunt, abomina-
tiones magnas, quas domus Iſraël facit hîc, vt
procul recedam à ſanctuario meo ? & adhuc
7 conuerſus videbis abominationes maiores. Et
introduxit me ad oſtium atrij:& vidi,& ecce fo-
8 ramen vnum in pariete. Et dixit ad me : Fili
D hominis fode parietem. Et cùm fodiſſem pa-
9 rietem, apparuit oſtium vnum. Et dixit ad
me : Ingredere, & vide abominationes peſ-
10 ſimas, quas iſti faciunt hîc. Et ingreſſus vidi,
& ecce omnis ſimilitudo reptilium & ani-
malium, abominatio, & vniuerſa idola do-
mus Iſrael depicta erant in pariete in circuitu
11 per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus
domus Iſraël, & Iezonias filius Saphan ſta-
bat in medio eorum, ſtantium ante picturas:
E & vnuſquiſque habebat thuribulum in ma-

nu

nu ſua: & vapor nebulæ de thure conſurgebat.
* Et dixit ad me: Certè vides fili hominis quæ 12
ſeniores domus Iſraël faciunt in tenebris, vnuſ-
quiſque in abſcondito cubiculi ſui: dicunt enim:
Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus
terram. * Et dixit ad me: Adhuc conuerſus vi- 13
debis abominationes maiores, quas iſti faciunt.
* Et introduxit me per oſtium portæ domus 14
Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem: & F
ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adoni-
dem. * Et dixit ad me: Certè vidiſti fili homi- 15
nis: adhuc conuerſus videbis abominationes
maiores his. * Et introduxit me in atrium do- 16
mus Domini interius: & ecce in oſtio templi
Domini inter veſtibulum & altare, quaſi vigin-
tiquinque viri, dorſa habentes contra templum
Domini, & facies ad Orientem: & adorabant
ad ortum Solis. * Et dixit ad me: Certè vidiſti 17
fili hominis: numquid leue eſt hoc domui Iuda, G
vt facerent abominationes iſtas, quas fecerunt
hîc: quia replentes terram iniquitate conuerſi
ſunt ad irritandum me? & ecce applicant ra-
mum ad nares ſuas. * Ergo & ego faciam in fu- 18
rore: non parcet oculus meus, nec miſerebor, &
cùm clamauerint ad aures meas voce magna,
non exaudiam eos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Rapitur Propheta Ieruſalem, & in templo videt varias abominationes fieri.

1 Anno sexto tranſmigrationis Iechoniæ. Anno quinto vidit Dei gloriam iuxta flumen Chobar, poſt annum & duos menſes, hoc eſt, poſt dies 444. ſi annus fuit emboliſmalis, vt quidam putant, & certa ratione ex Cyclo Hebraico colligitur. nimirum exactis iam diebus 430. quibus in vtrumque latus iacuit, cap. 4. v. 4. quo tempore nullam viſionem habuit. In sexto mense. Hebr. *in ſexto.* ſic Chald. ſed Sept. *in ſexto menſe* habent, vt in noſtra Vulgata. Porrò hic menſis eſt *Elul* Auguſto noſtro reſpondens. Et cecidit ibi svper me manvs Domini Dei. Prophetiæ ſpiritus fortis quidem & vehemens, vocatur *manus Domini*: Hebræus.

2 Qvasi aspectvs ignis. Videt rurſus, quod cap. 1. Ab aspectv lvmborvm eivs. i. *à lumbis*, vt Sept. poſuerunt. Inferiora erant vt ignis, ſuperiora electri ſpeciem referebant. Repetit quod cap. 1. v. 27. dictum eſt. Vt visio electri. Hebr. *ſicut aſpectus Haſmal.* De qua voce, quid ſignificet, cap. 1. v. 4. diximus.

3 Et emissa similitvdo manvs. Hebr. *& emiſit ſimilitudinem manus.* Quis emiſit? qui habebat ſpeciem electri. Et elevavit me spiritvs. i. Angelus. In visione Dei, ſeu *in viſionibus Dei*, magnis ſ. & mirabilibus. Aut *in viſione Dei.* i. cogitatione, non re facta illa tranſlatio; ſecùs quàm Habacuc, cùm ad Danielem iuit, Dan. 14. verſ. 35. Sic nonnemo. Ivxta ostivm interivs. Chald. *introitum portæ interioris.* Sept. *veſtibulum portæ interioris.* Hebræi ſic explicant, *ad introitum portæ interioris,* ſcilicet atrij. Itaque nolunt eſſe portam interiorem, ſed atrium ſic dictum, quoniam ſoli ſacerdotes eò ingrediebantur, in atrium exterius populus. De interiori, 3. Reg. 6. v. 36. de exteriori, 2. Paral. 4. verſ. 9. Porrò in atrio interiori plures portæ erant: vna ad Aquilonem ad dextram ingredientium, Vbi erat statvtvm idolvm zeli, ſic dictum; quia Deum ad zelum & indignationem prouocabat. Ad provocandam æmvlationem. Hebr *zelare faciens.* ſ. Deum.

4 Qvam videram in campo (cap. 3. verſ. 22.) viſionem ſ.

5 Ab Aqvilone portæ altaris Hebr. *ab Aquilone ad portam altaris.* Fortaſſis altare ſacrificiorum, quod erat in introitu tabernaculi, ſeu atrij, ad Aquilonem erat; ideò porta illa Aquilonaris, altaris porta vocatur.

6 Pvtasne, vides tv. Putas te videre omnes populi abominationes? Non ita eſt; plures & maiores videbis. Vt procvl recedam. Hebr. *ad elongandum à ſanctuario meo.* ſ. aut ipſi ab eo recedant, quod Sept. ſecuti ſunt; aut vt ego ipſe recedam ab hoc ſanctuario, tot ſceleribus offenſus. Hoc Hieronymus & alij ferè ſequuntur.

7 Ad ostivm atrii. Priùs acceſſerat iuxta oſtium, poſitus tamen in atrio exteriori: nunc ingreditur oſtium illud.

10 Depicta erant in pariete in circvitv per totvm. Sic Sept. Hebr. *ſtatuta,* ſiue *ſculpta erant in pariete circumcircum idola.*

11 Et Iezonias filivs Saphan. An hic eſt Sophonias ſummi Sacerdotis vicarius, Ierem. 29. v. 25? Verùm is filius erat Maaſiæ, non Saphan. Stantivm ante pictvras. Hebr. *ante ipſa.* ſ. idola. *Stare* adorationis habitus eſt. Lucæ 18. v. 11. *Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat.* Et vapor nebvlæ, ſeu *denſitas nebulæ* ſurgebat. Chald. *& columna nubis.* ſ. è thuribulis eorum ſeptuaginta ſeniorum.

12 Certè vides. Hebr. *nonne vides?* quid iſti faciunt in tenebris? nam per diem in cultu templi Deum colere videbantur. In abscondito cvbicvli svi. ſ. colunt idola ſeniores. Chald. *in cubiculo domus lectuli ſui.* Hebr. *in conclauibus picturæ ſuæ.* i. pictis. Nimirum pro משכיתו *maſchitho.* i. *picturæ ſuæ,* legerunt Chald. & Hieronymus משכבו *miſchabo.* i. *ſtrati ſui.* Verùm quomodo in cubilis ſeu lecti ſeu pictis conclauibus colebant idola, cùm in templo facerent? Nimirum in templo exedræ erant, vbi miniſtri dormiebant, ad quas oſtio in pariete aperto penetrauit Propheta. Ibi ſenes noctu colebant idola. Dereliqvit Dominvs terram. Id dicebant ſeniores. Eò progreditur impietas, vt Dei prouidentiam neget.

14 Et introdvxit me, vel *deduxit me.* Propheta ingreſſus in exedras, vbi ſenes idola colebant, reducitur ad templi ſeu atrij portam Aquilonarem, vbi priùs fuerat. Ibi (ex altera parte) Mvlieres sedebant. *Sedere* habitus eſt dolentis. Thren. 1. verſ. 1. *Quomodo ſedet ſola ciuitas.* Plangentes Adonidem. Alij omnes, *plangentes Thammuz,* nomen idoli, quod planctu colebatur, aut hominis mortui, aut beſtiæ quam colebant. Sic Hebr. Schol. Solus Hieronymus vertit *Adonidem*, quoniam *Thammuz* menſis noſtro Iunio reſpondet, quo menſe ab apro Adonis amaſius Veneris eſt occiſus, & Græci mortem eius lugebant quotannis, putauit eum cultum tranſijſſe ad Iudæos, & *Thammuz*, *Adonidem* eſſe. Et in Theodoreto hoc loco inuenio: *Thammuz ſecundùm Græcam linguam Adonis eſt.*

16 In atrivm domvs Domini interivs me introduxit. Hoc erat atrium Leuitarum, vbi altare æneum erat, & intra quod ſoli ſacerdotes & Leuitæ ingrediebantur. Inter vestibvlvm et altare. *Veſtibulum* ante frontem ſanctuarij extabat, & in eo præcipua ſanctuarij porta ad Ortum verſa. Inter hanc portam & altare erant vigintiquinque viri circiter, quos ſacerdotes aut Leuitas fuiſſe credi poteſt, quoniam in eum locum ij ſoli ingrediebantur. Contra templvm Domini. Sic vocat ſanctuarium, vbi erat Arca. Et facies ad Orientem. Memento templum Iudæorum occaſum Solis ſpectare, portam præcipuam Solis ortum. Ad eam ergo ij viri reſpiciebant, dorſo ad Arcam conuerſo. Et adorabant ad ortvm Solis. i. *Solem orientem*, vt vertunt Sept. quod nefas erat, Deuter. 4. v. 19. Quæ adoratio inter gentes frequens erat, ideò templa eorum ad Ortum conuerſa erant. Vitru. lib. 4. cap. 3. Ab ijs olim accepere Chriſtiani, non vt illos imitarentur, ſed vt Iudæorum morem mutarent. Sanè ex antiquis templis haud facilè inuenias, quod non ſit ad Ortum conuerſum.

17 Conversi svnt, vel *vertentes terga mihi,* aut ad-

dentes ad mala quæ faciunt, ſeu iterantes. AD IRRITANDVM ME. Ex quo ſequitur, vt irritent me, ita mea ſit maior. ECCE APPLICANT RAMVM AD NARES SVAS. Is erat ritus adorandi idola, ramum quaſi idoli contactu ſacrum naribus admouere, vt & manum propriam adorantes deoſculabantur, Iob 31. v. 26. Cuius arboris ramus eſſet, diuinare non eſt opus. Hieronymus *palma* ait. Aut fortè, quod nonnemo ait, *ramus* ſumitur pro manu, qua ad os admota & ad nares, fiebat adoratio. Verùm hic locus vnus ex decem & nouem eſt, quos olim Iudæi mutarunt, vt affert Galat. lib. 1. Contra Iudæos, cap. 8. quam ipſi *Tikunſophrim* vocant. i. *correctionem Scribarum.* Atque olim, pro *nares ſuas*, legi affirmant Hebræi *nares meas.* Quod cùm non cohæreret: *applicant ramum ad nares meas*, aiunt vocem זמורה *Zemorah*, pro qua Hieronymus vertit *ramum*, ſignificare potiùs hoc loco *fætorem*, hoc ſenſu: *Applicant*, ſeu *mittunt fætorem ad nares meas.* ſ. crepitu ventris, nempe, dorſo ad me conuerſo. Ingeniolum commentum, quàm aptum, iudicent alij. Verſiones alias huius loci congerere non eſt viſum.

ET EGO FACIAM IN FVRORE. i. ſeuerè puniam 18
illos. NON PARCET OCVLVS MEVS. De hac phraſi plura cap. 7. verſ. 4.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SEXTO. ſ. à capto Ioachin, ſeu Iechoniæ. vide ſup. c. 1. 1
quo magis in mea illa opinione confirmor. SEXTO MENSE. ſ. Auguſto. MANVS. i. operatio, ſeu vis. ſ. prophetandi. Chald. *ſpiritus prophetiæ à Domino.*

SIMILITVDO. LXX. *ſimilitudo viri.* i. imago hominis. 2
ASPECTVS. i. ſpecies, ſeu forma.

IN CINCINNO. Chald. *capillis.* DEI. i. diuina, ſeu à 3
Deo. INTERIVS. i. interioris atrij templi. IDOLVM. ſ. Baal. AD PROVOCANDAM. explicat verbum *zeli.* ÆMVLATIONEM. i. zelum Dei, ſeu iram & indignationem. eſt enim zelotes, adeoque non ferens adorari præter ſe alienos deos.

IBI. ſ. apparuit mihi. VIDERAM. ſ. ſup. cap. 1. & 3. 4

PORTÆ ALTARIS. ſic dicta ab altari idoli. 5

PVTASNE. pro, nónne. CONVERSVS. ſ. aliò. 6

ATRII. ſ. ſacerdotum. PARIETE. ſ. cellulæ cuiuſ- 7
dam prope portam.

APPARVIT. ſ. factum ex ipſo foramine. 8

ET VNIVERSA. explicatio præcedentium. PARIE- 10
TE. ſ. illius cellæ.

CVBICVLI. ſ. cellæ illius, vel cuiuſque domum, aut 12
conſcientiam ſignificat per illam cellam figuratam. TERRAM. ſ. Iſrael. vel q d. mortalia non curat.

DOMVS. i. atrij. ADONIDEM. ſ. Veneris amaſium. 14
Hebr. Chald. & LXX. *Thammuz.* i. Iunium. ſ. menſem, quo ille mortuus eſt, & plangi ſolebat, pro illo poſuerunt.

INTERIVS. ſ. ſacerdotum. ALTARE. ſ. holocauſti. 16

LEVE. ſ. peccatum. RAMVM. ſ. quo idola tetigerant. 17
Erat id genus quoddam adorationis. Chald. *adducunt confuſionem ad facies ſuas.* i. faciunt rem dignam confuſione.

FACIAM. ſ. illis quod merentur. 18

CAPVT IX.

Apparentes ſex viri iubentur omnes in Ieruſalem trucidare, qui à viro lineis veſtito non ſunt ſigno thau notati: quo facto Dominus exclamanti Propheta reſpondet id futurum exigentibus ipſorum criminibus.

1 ET clamauit in auribus meis voce magna,
A dicens: Appropinquauerunt viſitationes
vrbis, & vnuſquiſque vas interfectionis habet
in manu ſua. * Et ecce ſex viri veniebant de via
2 portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem:
& vniuſcuiuſque vas interitus in manu eius: vir
quoque vnus in medio eorum veſtitus erat
lineis, & atramentarium ſcriptoris ad renes
eius: & ingreſſi ſunt, & ſteterunt iuxta altare
3 æreum: * Et gloria Domini Iſraël aſſumpta eſt
B de cherub, quæ erat ſuper eum ad limen domus:
& vocauit virum, qui indutus erat lineis,
& atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis
4 ſuis. * Et dixit Dominus ad eum: Tranſi
per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: ᵃ & ᵃ Exod. 12. c 7 Apoc. 7. a. 3
ſigna thau ſuper frontes virorum gementium,
& dolentium ſuper cunctis abominationibus,
5 quæ fiunt in medio eius. * Et illis dixit, audiente
me: Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, &
percutite: non parcat oculus veſter, neque miſe-
6 reamini. * Senem, adoleſcentulum, & virgi-
nem, paruulum, & mulieres, interficite vſque
C ad internecionem: omnem autem, ſuper quem
videritis thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo
incipite. Cœperunt ergo à viris ſenioribus, qui
7 erant ante faciem domus. * Et dixit ad eos:
Contaminate domum, & implete atria interfe-
ctis: egredimini. Et egreſſi ſunt, & percutie-
8 bant eos qui erant in ciuitate. * Et cæde com-
pleta, remanſi ego: ruique ſuper faciem meam,
& clamans aio: Heu, heu, heu Domine Deus:
ergóne diſperdes omnes reliquias Iſraël, effun-
9 dens furorem tuum ſuper Ieruſalem? * Et dixit
D ad me: Iniquitas domus Iſraël & Iuda, magna
eſt nimis valdè, & repleta eſt terra ſanguinibus,
& ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim:
Dereliquit Dominus terram, & Dominus non
videt. * Igitur & meus non parcet oculus, ne-
10 que miſerebor: viam eorum ſuper caput eo-
rum reddam. * Et ecce vir, qui erat indutus
11 lineis, qui habebat atramentarium in dorſo
ſuo, reſpondit verbum, dicens: Feci ſicut præ-
cepiſti mihi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SIgnantur in fronte, qui à cæde ſunt liberandi.

1 ET CLAMAVIT Deus, aut Angelus. IN AVRIBVS MEIS, me audiente. VOCE MAGNA. Hebr. verti etiam poſſunt, *clamauit* (pro, inſonuit:) *in auribus meis vox magna.* VISITATIONES VRBIS. Quidam vertunt, *præfecti.* i. hoſtes & duces appropinquarunt, qui vrbe potiri debent. Sed meliùs *viſitationes vrbis.* i. ſupplicia. quæ luere debet, appropinquarunt. Sept. *Appropinquauit vindicta vrbis.* ET VNVSQVISQVE, pro, in quorum, in cuiuſque manu ſunt arma. Dixerat *viſitationes,* & nunc dicit *vnuſquiſque*, ſupple eorum qui viſitare debent. VAS INTERFECTIONIS HABET. Vas vocat inſtrumenta bellica gladium, lanceam, ſagittas.

2 SEX VIRI VENIEBANT. Ierem. cap. 39. v. 3. Seu duces Nabuchodonoſoris Ieruſalem occupaſſe ait, ſingulorum nominibus expreſſis. Hos nunc videt Ezechiel. DE VIA PORTÆ SVPERIORIS. Hæc porta, aut vrbis erat ad Aquilonem conuerſa, vnde clades ventura erat, Ierem. 1. verſ. 14. aut ipſius templi porta. VAS INTERITVS in cuiuſque manu. Sept. *exterminationis.* Chald. *vas diſperſionis.* VIR QVOQVE in medio eorum. Angelus hic fuit, vt veſtis candida, & ſignandi electos officium indicat, Apocal. 7. v. 7. Angelus ſignat in fronte electos à Deo. ATRAMENTARIVM. Sic Chald. At Hebr. Schol. *capſam* ſignificari voce קסת *keſeth* ait, in qua eſt atramentum, calami, & charta. *Pugillares* nos dicimus, Hiſp. *eſcriuania.* AD RENES EIVS. i. è zona appenſum.

3 ET GLORIA DOMINI. i. Deus ipſe, qui ſedebat ſuper Cherubim. DE CHERVB. i. Cherubinis relictis iuit ad limen portæ, quaſi vellet è templo diſcedere, aut *gloria Domini* ſit, quam Ezechiel vidit, Angelum electri ſplendore, qui eum in templum deduxerat, & dum is videbat quæ commemorata ſunt, inter Cherubim

reſe-

reſederat. In lvmbis svis habebat atramentarium. Quos *renes* dixit ſuperiori verſu, hic vocat *lumbos*. Hebr. eadem vtrobique vox.

In medio Iervsalem tranſi, ſiue *per medium Ieruſalem*, vt Chald. & Pagn. Hebr. *in medio vrbis, in medio Ieruſalem*, ſed *in* ſumitur pro *per*. Et signa thav. Vox *Thau, ſignum* ſignificat. ſic Sept. *da ſignum ſuper frontes*. ſ. ſignum, quod volueris, imprime. Item eſt vltima littera Hebraici Alphabeti, quam imprimi frontibus electorum vult. Ita alij Interpretes vertunt *ſigna Thau*. Sed quare potiùs *Thau* quàm aliquam aliam litteram? Multa Origenes & Hieronymus, ſed præcipua ratio, quoniam forma crucis erat, vt ſignificaretur, ſalutem non conſtare niſi per crucem. Et quidem T Græcorum, crucis figura eſt. quin à Græcis crucem ipſam Tau vocari Lucianus ait in Iudicio vocali. Idem de *Thau* Hebraica affirmat Hieronymus in antiquo Alphabeto Hebraico fuiſſe crucis forma, quo Samaritani vtebantur, priuſquam Eſdras illud mutaret eo, quo nunc vtuntur Hebræi, quod Hieronymus feciſſe ait Prologo in lib. Regum. Ex quo colligo, Alphabetum antiquum, quod adiecit Arias ad calcem libri de Siclo, non eſſe germanum, cùm crucis in eo nulla figura extſtet. Patres antiqui conſtanter crucis figuram impreſſam frontibus indicant. Origenes Hom. 8. in Ezech. Iſidorus in Allegor. cap. 25. Seuerus Sulpicius lib. 3. tum Apocal. 7. verſ. 2. *Et vidi Angelum habentem ſignum Dei viui*, id ſignum crucem & Thau eſſe putant, quam impreſſit frontibus eorum, quos à clade eripuit. Gementivm, et dolentivm. ſ. frontes ſigna, ſeu gementium & clamantium. Vult Deus, vt non ſolùm peccata aliena diſpliceant, ſed vt contra illa clamemus. Eos tantùm ſignari vult. 4

Et illis dixit, ſex viris. ſ. quorum in manibus vaſa interfectionis erant. 5

A sanctvario meo incipite. i. à ſacerdotibus, quorum eſt grauior noxa, eos primùm occidite. A viris senioribvs, cœperunt nempe ab illis quinque & viginti, qui verſi erant ad Solis ortum. Vides eos ſacerdotes fuiſſe, quando ad præceptum, vt inciperent à ſanctuario, incipiunt ab illis. 6

Contaminate domvm. i. implete templum cadaueribus. Et implete atria interfectis. Multa erant atria, interius & exterius, virorum & mulierum. 7

Remansi ego. Hoc non eſt in Sept. Theodotion tamen id ponit. Non dicit autem, *remanſi ego ſolus*, nam ſignati omnes manſerunt; ſed, *manſi ego*, me non percuſſerunt illi viri: aut q. d. pro magno haberi debet, me in tanta lanıena exanimatum non eſſe. Hev, hev, hev. Hebr. vna eſt interiectio, אהה *ahah*. Effvndens fvrorem i. ergóne toto impetu punies, conſumes in eos omnia ſupplicia? Deus Prophetæ reſpondet: Repleta eſt terra 8

Sangvinibvs. Chald. *homicidijs* repleta eſt terra. Aversione Hebr. *peruerſo*. ſ. iudicio. Chald. *peruerſione iudicij*. Vnde iura petebantur, ibi in Ieruſalem viget iudicij peruerſitas. Ambitus & pecunia valent, non æquitas. Dixervnt enim: Dereliqvit Dominvs terram. i. noſtra non curat, vt cap. 8. verſ. 12. dictum erat. Id impij dicebant. 9

Viam eorvm svper capvt eorvm reddam. i. pro meritis pœnas exigam. 10

Qvi habebat atramentarivm in dorso svo. Pro eadem voce Hebr. v. 2. poſuit *renes*. v. 3. *lumbos*, hic *dorſum*: eòdem tamen ſpectant omnia, thecam illam appenſam geſtaſſe. Porrò vox מתנים *mothnaim* propriè *lumbos* ſignificat, vt Sept. his omnibus locis poſuerunt; Chald. etiam. Ergo vir ille dixit Deo: Feci sicvt præcepisti mihi. Sic Sept. & Chald. ſic Hebr. vt nunc eſt; ſed iuxta librum Maſſoreth, *Feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi*, ſcilicet, Thau in frontibus gementium impreſſi. Nihil omiſi eorum quæ mandaſti. Pagn. ſequitur lectionem Maſſoreth, ſed parum refert. 11

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Clamavit. ſ. is de quo ſuprà. In avribvs meis. i. me audiente. vide Inf. Vnvsqvisqve. ſ. hoſtium, ſeu interfectorum. Vas. i. inſtrumentum. ſ. militare, ſeu bellicum. q. d. arma.

2 Portæ. ſ. atrij. Svperioris. erat ad dexteram ingredientibus templum, & putant quidam dictam *ſuperiorem*, quòd eſſet inter Orientalem portam & Aquilonarem, vel quòd erat editior altera Aquilonari infimi atrij populi; duo enim populi atria. Aqvilonem. ſ. vnde hoſtes venturi. Vnvs. Videtur iſte ſeptimus eſſe. Lineis. i. linea veſte. Lxx. *talari veſte*. Atramentarivm scriptoris. Lxx. *zona ſapphiri*. Altare. ſ. holocauſti.

3 Assvmpta. i. ſublata. Lxx *aſcendit*. Chald ait receſſiſſe e *ſanctis ſanctorum*. Ad limen. Lxx. *ſub dio*. ſcilicet prope limen conſtitit illa imago anteà viſa Prophetæ.

4 Thav. i. *ſignum*. Lxx. *ſignum*. Quidam putant ipſam litteræ figuram intelligi, quæ ſecundùm Hieron. olim antiquis ſ. Hebræorum litteris ſic ſcribebatur, T, vt Græci & Latini ſcribunt.

5 Illis. ſ. ſex. Avdiente me. Hebr. *in auribus meis*. Quod ideò noto, vt intelligatur, Hieronymum interdum verba, vt ſuprà; interdum ſenſum tranſtuliſſe, vt nunc. Percvtite. Significatur, vel quod illi merentur, vel quod poſteà a Chaldæis erant paſſuri, aut à Romanis.

6 Sanctvario i. templo. q. d. à Sacerdotibus & Leuitis. Domvs. i. templi. ſ. in atrio. Contaminate, &c. Lxx *contaminaſtis domum, & impleſtis*, &c.

8 Hev, hev, hev. Hebr. *Ahah*, vnica dictio. Lxx. *heu me*.

9 Sangvinibvs. i homicidiis, vel peccatis dignis morte. Chald. *homicidiis*. Aversione ſ. à Deo. Chald. *peruerſione iudicij*. Lxx. *iniquitate, & immunditia*. Videt. i. curat.

10 Viam. Chald. *vltionem viarum*.

11 Ecce. i. his geſtis. Dorso svo. Chald. *lumbis ſuis*.

CAPVT X.

Iubetur vir lineis veſtitus accipere prunas ignis de medio rotarum, quæ ſunt ſubtus cherubim, & ſuper ciuitatem effundere: deſcribitur viſio Dei, cherubim, & quatuor rotarum.

1 A ET vidi, & ecce in firmamento, quod erat
ſuper caput cherubim, quaſi lapis ſapphi-
rus, quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij, apparuit
2 ſuper ea. * Et dixit ad virum, qui indutus erat
lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ
ſunt ſubtus cherubim, & imple manum tuam
prunis ignis, quæ ſunt inter cherubim, & ef-
funde ſuper ciuitatem. Ingreſſuſque eſt in con-
3 ſpectu meo: * cherubim autem ſtabant à dex-
tris domus cùm ingrederetur vir, & nubes im-
4 pleuit atrium interius. * Et eleuata eſt gloria
Domini deſuper cherub ad limen domus: & re-
pleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt
5 ſplendore gloriæ Domini. * Et ſonitus alarum
cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius,
6 quaſi vox Dei omnipotentis loquentis. * Cum-
B que præcepiſſet viro, qui indutus erat lineis, di-
cens: Sume ignem de medio rotarum, quæ ſunt
inter cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotam.
7 * Et extendit cherub manum de medio cheru-
bim, ad ignem, qui erat inter cherubim: &
ſumpſit, & dedit in manus eius, qui indutus erat
8 lineis: qui accipiens egreſſus eſt. * Et apparuit in
cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus
9 pennas eorum. * & vidi, & ecce quattuor rotæ

iuxta

iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum,
& rota alia iuxta cherub vnum: ſpecies autem
rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſolithi. * & 10
aſpectus earum ſimilitudo vna quattuor: quaſi
ſit rota in medio rotæ. * Cumque ambularent, in 11
quattuor partes gradiebantur: & non reuerte-
bantur ambulantes, ſed ad locum, ad quem ire
declinabat quæ prima erat, ſequebantur & ce-
teræ, nec conuertebantur. * Et omne corpus ea- 12
rum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli, ple- C
na erant oculis, in circuitu quattuor rotarum.
* Et rotas iſtas vocauit volubiles, audiente me. 13
* Quattuor autem facies habebat vnum: facies 14
vna, facies cherub: & facies ſecũda, facies homi-
nis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies
aquilę. * Et eleuata ſunt cherubim: ipſum eſt ani- 15
mal, quod viderã iuxta fluuium Chobar. * Cum- 16
que ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ
iuxta ea: & cùm eleuarent cherubim alas ſuas
vt exaltarentur de terra, non reſidebant rotæ,
ſed & ipſæ iuxtà erant. * Stantibus illis, ſtabant: 17
& cum eleuatis eleuabantur. ſpiritus enim vitæ
erat in eis. * Et egreſſa eſt gloria Domini à limi- 18
ne templi: & ſtetit ſuper cherubim. * Et eleuan- D
tia cherubim alas ſuas, exaltata ſunt à terra co- 19
ram me: & illis egredientibus, rotæ quoque ſub-
ſecutæ ſunt: & ſtetit in introitu portæ domus
Domini orientalis: & gloria Dei Iſraël erat ſu-
per ea. * Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter 20
[a] Sup. 1. a.1.3 Deum Iſraël [a] iuxta fluuium Chobar: & intel-
lexi quia cherubim eſſent. * Quattuor vultus 21
vni, & quattuor alæ vni: & ſimilitudo ma-
nus hominis ſub alis eorum. * Et ſimilitudo 22
vultuum eorum, ipſi vultus quos videram iuxta
fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus
ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIdet Ezechiel rurſus currum & gloriam, quam cap. 1. vidit.

IN FIRMAMENTO. Cæli ſpecies erat ſuper currum, 1
ibi ſapphiri ſpecies, color cæruleus cæleſti ſimilis. Eratque ſapphirus conformatus in throni ſimilitudinem, de quo 1. cap. v. 26. niſi quòd ibi additur eſſe quaſi aſpectum hominis, ſ. ſedentis. quod ſuppleri tamen hic debet, propter ea quæ mox ſequuntur.

ET DIXIT. ſ. qui in throno ſedebat, viro qui frontes 2
ſignauit: INGREDERE IN MEDIO ROTARVM, QVÆ SVNT SVBTVS CHERVBIM. Rotæ ſubiectæ Cherubinis erant, & Cherubini vt aurigæ currus. ET IMPLE MANVM TVAM PRVNIS IGNIS. Vrbis incendium ea viſio portendebat, ex Dei voluntate & eius iuſſu perfectam. QVÆ SVNT INTER CHERVBIM. Ignis in medio curru erat.

CHERVBIM AVTEM STABANT A DEXTRIS DOMVS. 3
Per *domum*, ſanctuarium intelligit, intra quod quadriga erat ad Meridiem, quæ pars dextra Arcæ comparatione erat. ATRIVM INTERIVS. Atrium Leuitarum, vbi Leuitæ & ſacerdotes eſſe ſolebant.

ET ELEVATA EST. Diſceſſit à curru myſtico. Non 4
agit de propitiatorio, nec de Cherubinis qui ibi erant. GLORIA DOMINI. i. ille qui ſedebat in throno, Deus ipſe. Porrò eo moto ex ſuo loco, nubes ſanctuarium compleuit, ſplendor limen, quod atrium vocat, vbi gloria Domini, & Deus relicto curru conſtitit.

SONITVS ALARVM. Hebr. *vox alarum*. Sed *vox* pro 5
ſonitu, & ſtridore. QVASI VOX DEI OMNIPOTENTIS LOQVENTIS. Hebr. *cùm loquitur ipſe*. i. tonat. Vocem enim Dei, tonitruum vocat. Pſal. 28. v. 3. *Vox Domini ſuper aquas*. De hoc alarum ſtridore plura cap. 1. v. 24. quem ſono aquarum multarum, & caſtrorum ſono ſimilem fuiſſe dixit.

8 SIMILITVDO MANVS. De hoc cap. 1. v. 8. plura.

9 LAPIDIS CHRYSOLITHI. De hoc lapide cap. 1. v. 16. Hebr. Schol *hyacinthi* explicat.

10 SIMILITVDO VNA QVATTVOR. quattuor illis rotis vna ſimilitudo. i. ſimiles omnes erant. ROTA IN MEDIO ROTÆ. De hac re cap. 1. v. 16.

11 IN QVATTVOR PARTES. Non vt noſtri currus, qui ex vna parte mouentur, & ſi aliò tendere velint, in eam partem iugum conuertunt. Contrà currus ille in omne latus mouebatur, & curſum ſine vlla conuerſione mutabat. Id ſignificant verba illa, SED AD LOCVM, AD QVEM IRE DECLINABAT, QVÆ PRIMA ERAT. i. ex omni latere rotæ aliæ ſequebantur illam, quæ in eo latere prima erat. Suſpicor, quod ſuperiùs tetigi, rotas, vt eo modo mouerentur, non planas, vt curules, ſed globi forma fuiſſe. Alioqui non mouerentur in omnes partes, tum ſine axe intra capſam cauam eius formæ, vt ſic moueri poſſent.

12 ET OMNE CORPVS EARVM. Hebr. *omnis caro earum*, ſ. rotarum, ſiue *eorum* ſ. Cherubinorum. De quibus agi hoc loco puto: nam *carni* quid commercij cum rotis? Ergo quòd de rotis dixerat 1. cap. v. 18. eſſe oculis plenas nunc ad Cherubinos & rotas extendit. *Caro* pro *corpore*, vt Hieronymus poſuit. ET COLLA. Hebr. *& terga*. ET CIRCVLI. i. canthi. Hebr. *& rotæ*. hæc omnia plena erant oculis, in circuitu quattuor ipſarum rotarum.

13 ET ROTAS ISTAS VOCAVIT VOLVBILES. Sic Sept. & Chald. Vocantur autem *volubiles*, quoniam in omnes partes vertebantur. Quidam ſic locum explicant: *Clamatum eſt* (ab aliquo) *ô rota*, (hoc vel illud fac.) Sic etiam benè. Rotas iſtas vocauit *galgal*. i. *cælum*, quoniam Dei gloriam eæ rotæ referebant. Vox גלגל *galgal* inter alia *ſphæram* & *cælum* ſignificat.

14 QVATTVOR AVTEM FACIES HABEBAT VNVM. Hebr. *quattuor facies vni*. Quod plerique explicant, vnicuique animali quattuor facies eſſe. FACIES CHERVB. Vbi *facies bouis* poſita 1. cap. verſ. 10. hic ponitur, *facies Cherub*. Nimirum quòd ibi diximus, facies quattuor humanas eſſe, ſed quid bouinum, leoninum, aquilinum repræſentaſſe; id vt indicaret, hic faciem bouis prætermiſit.

15 IPSVM EST ANIMAL. pro, ipſa ſunt animalia quæ videram iuxta fluuium Chobar.

16 IVXTA EA. vel *iuxta eos*. ſ. Cherubinos, ibant rotæ. ſic Pagn. NON RESIDEBANT. Hieronymus in Comment. *non reſidebant*. i. *morabantur*. Hebr. *non reuertebantur*. nempe rotæ à Cherubinis non ſeparabantur, non recedebant, ſed illos ſequebantur quocumque irent.

17 STANTIBVS ILLIS, STABANT. i. cùm illi quieſcebant, rotæ etiam non mouebantur. SPIRITVS ENIM VITÆ. ſic Sept. Hebr. *ſpiritus animalis in ipſis*. ſ. rotis erat. De quo cap. 1. v. 20.

18 EGRESSA EST. i. diſceſſit gloria Domini à limine templi, quò iuerat relicto curru, v. 4. & rurſus currum & Cherubinos repetijt.

19 ET ELEVANTIA CHERVBIM. Hebr. *& eleuauerunt Cherubini alas ſuas*. Priùs gloria Domini relicto curru acceſſit ad limen, nunc cum curru & Cherubinis acceſſit ad portam Orientalem.

20 IPSVM EST ANIMAL, QVOD VIDI. pro, animalia. SVBTER DEVM. ſ. qui ſedebat in curru. ET INTELLEXI. Antè non cognouerat eos Angelos eſſe, nunc cognoſcit. Aut ſic *intellexi* cùm primùm id ſpectrum vidi iuxta fluuium Chobar, eos eſſe Cherubinos.

21 QVATTVOR VVLTVS. Hebr. *quattuor quattuor*. ſic Hieronymus in Comment. & Regia, ſic Chald. Goth. *quattuor per quattuor*. Quid hoc? Nimirum quattuor facies per quattuor latera capitis. Ergo *quattuor quattuor*. i. quaterni vultus. VNI. pro, vnicuique. Quid ſi ego לאחד *leechad* verterem *in vnum*. i. ſimul? ne opus ſit animalia ſeu facies multiplicare. Sed vide quæ cap. 1.

ſunt

ſunt dicta v 6. QVATTVOR ALÆ VNI. pro, cuique. Sic vocem לְאֶחָד *leehad* hoc loco accipio. Itaque quoduis animal faciem vnam, ſed quattuor alas habebat. Sed meliùs quæ 1. c. ſunt dicta, cuique animali quattuor tum facies tum alas fuiſſe.

ET INTVITVS. i. aſpectus, ſimilitudo. ET IMPE- 22
TVS SINGVLORVM. Hebr. *& ipſi quiſque.* ANTE FACIEM SVAM, aut *contra faciem ſuam*; rectà progrediebantur, non erat obliquus curſus, non vertebant caput in alias partes. ANTE FACIEM SVAM INGREDI. Hebr. *ingrediebantur.* Gotth. etiam pro *ingredi* habet *ingrediebantur.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CHERVBIM. i. animalium, de quibus cap. 1. QVA- 1
SI SPECIES SIMILITVDINIS. i. ſimilitudo. EA. ſ. firmamentum, & Cherubim.

DIXIT. ſ. qui ſedebat in throno. 2

A DEXTRIS. Chald. *ad Auſtralem partem.* DOMVS. 3
i. templi. INTERIVS. ſ. Sacerdotum.

ELEVATA, &c. Vide ſup. cap. 9. 4

EXTERIVS. ſ. populi. LOQVENTIS. ſ. olim in Sinai. 5
Hebr. & Chald. *cum loquitur.* i. loqui ſolet.

CHERVB ſ. vnus. 7

VISIO i. ſpecies. CHRYSOLITHI. Hebr. *Tarſis.* 9
LXX. *carbunculi.*

ASPECTVS. i. ſpecies. SIMILITVDO, &c. q. d. erant 10
omnes ſimillimæ.

PARTES. Chald *latera ſua.* ſ. antrorſum omnia per 11
quattuor ſua latera anteriora. vel, potiùs omnia mouebantur in omnem partem. ſ. etiam retrorſum, ſiniſtrorſum, & dextrorſum.

COLLA. Chald. & LXX. *dorſa.* ſ. rotarum: i. ſummita- 12
tes, vel colla animalium. CIRCVLI. LXX. *rota.* Quidam putant quamque conſtitutam duobus circulis ſe interſecantibus.

VOLVBILES. Quidam vertunt, *ò rota.* voluntque ali- 13
quid eis fuiſſe præceptum, quod hic omittatur.

VNVM pro, vnumquodque. CHERVB. ſuprà dixit 14
bouis. vnde apparet Cherubim vultu fuiſſe bouis; vel, hîc vultum mutaſſe. Communis quidem eſt ſententia, Cherubim vultus eſſe pueris ſimiles. ſ. ita fuiſſe olim depictos.

IPSVM, &c. pro, ipſa ſunt animalia. Chald. *ipſa ſunt* 15
creaturæ. ſic etiam inf.

CHERVBIM. ſ. de quibus proximè. 18

ELEVANTIA. *Cherubim* eſt quidem maſculinum 19
Hebr at LXX. neutra faciunt. Id ergo ſecutus eſt Hieron. STETIT LXX. *ſteterunt.* ſ. Cherubim.

QVATTVOR VVLTVS. Hebr. *quattuor quattuor.* pro, 21
in ipſis quattuor, quattuor, &c.

INTVITVS. i. ſpecies. ſ. erat, qualem anteà videram. 22
ſuprà vertit ſæpè *aſpectus.* IMPETVS. i. inceſſus: ſ. erat. ANTE FACIEM. i. antrorſum. INGREDI. i. ambulare.

CAPVT XI.

Aduerſus Iezoniam & Pheltiam qui dicebant, peſſimum tractantes conſilium, Nónne dudum ædificatæ ſunt domus? hæc eſt lebes, nos autem carnes; vaticinatur illos & quotquot nolunt reſipiſcere puniendos: & prophetante Ezechiele mortuus eſt Pheltias: reliquias autem Iſrael dicit ſe reducturum in terram ipſorum, & daturum eis cor carneum, vt colant ac timeant Dominum.

ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me 1
ad portam domus Domini Orientalem, quæ A
reſpicit ad ſolis ortum: & ecce in introitu
portæ vigintiquinque viri: & vidi in medio eo-
rum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium
Banaiæ, principes populi. * Dixitque ad me: 2
Fili hominis, hi ſunt viri, qui cogitant iniquita-
tem, & tractant conſilium peſſimum in vrbe
iſta, * dicentes: Nónne dudum ædificatæ ſunt 3
4 domus? hæc eſt lebes, nos autem carnes. * Id-
circò vaticinare de eis, vaticinare fili hominis:
5 * Et irruit in me ſpiritus Domini, & dixit ad
me: Loquere: Hæc dicit Dominus: Sic locuti
eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri
6 ego noui. * Plurimos occidiſtis in vrbe hac, &
7 impleſtis vias eius interfectis. * Propterea hæc
B dicit Dominus Deus: Interfecti veſtri, quos
poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc
8 eſt lebes: & educam vos de medio eius. * Gla-
dium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos,
9 ait Dominus Deus. * Et eiiciam vos de medio
eius, daboque vos in manu hoſtium, & faciam
10 in vobis iudicia. * Gladio cadetis: in finibus Iſ-
rael iudicabo vos, & ſcietis quia ego Dominus.
11 * Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non
eritis in medio eius in carnes: in finibus Iſrael
12 iudicabo vos. * Et ſcietis quia ego Dominus:
quia in præceptis meis non ambulaſtis, & iudi-
cia mea non feciſtis, ſed iuxta iudicia Gentium,
13 quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati. * Et
factum eſt, cùm prophetarem, Pheltias filius
Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in faciem meam
clamans voce magna, & dixi: Heu, heu, heu
Domine Deus: conſummationem tu facis re-
14 liquiarum Iſrael? * Et factum eſt verbum Do-
15 mini ad me dicens: * Fili hominis, fratres tui,
C fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus
Iſrael, vniuerſi, quibus dixerunt habitatores Ie-
ruſalem: Longè recedite à Domino, nobis da-
16 ta eſt terra in poſſeſſionem. * Propterea hæc di-
cit Dominus Deus, quia longè feci eos in Gen-
tibus, & quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſan-
ctificationem modicam in terris, ad quas ve-
17 nerunt. * Propterea loquere: Hæc dicit Domi-
nus Deus: Congregabo vos de populis, & adu-
nabo de terris, in quibus diſperſi eſtis, daboque
18 vobis humum Iſrael. * Et ingredientur illuc, &
auferent omnes offenſiones, cunctaſque abo-
19 minationes eius de illa. * [a] Et dabo eis cor [a] *Ier. 32. f. 31 Infr. 36. f. 26*
D vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceri-
bus eorum: & auferam cor lapideum de carne
20 eorum, & dabo eis cor carneum: * Vt in præce-
ptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant,
faciantque ea: & ſint mihi in populum, & ego
21 ſim eis in Deum. * Quorum cor poſt offendi-
cula & abominationes ſuas ambulat, horum
viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus
22 Deus. * Et eleuauerunt cherubim alas ſuas, &
rotæ cum eis: & gloria Dei Iſrael erat ſuper
23 ea. * Et aſcendit gloria Domini de medio ciui-
tatis, ſtetitque ſuper montem, qui eſt ad Orien-
24 tem vrbis. * Et ſpiritus leuauit me, adduxitque
in Chaldæam ad transmigrationem, in viſio-
ne, in ſpiritu Dei: & ſublata eſt à me viſio,
25 quam videram. * Et locutus ſum ad tranſmi-
grationem omnia verba Domini, quæ oſtende-
rat mihi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CONtra eos qui negabant, Iudæos in captiuitatem ituros.

1 ELEVAVIT ME. Repetitio viſionis eſt, quam poſuit cap. 8. verſ. 16. viros quinque & viginti dorſa habuiſſe verſa ad ſanctuarium. Inter eos modò ait fuiſſe duos populi Principes, IEZONIAM FILIVM AZVR. Hic non eſt *Iezonias*, de quo c. 8. v. 11. nam is erat filius Saphan.

Princeps alter Pheltias filius Banaiæ. Grauiſſimus eſt morbus, qui deriuatur à capite.

3 Nonne dvdvm. Hebr. *non in propinquo* (ſ. vrbis euerſio, quam Prophetæ prædicunt) *ædificare domos*, pro, ædificate domos; infinitiuum pro imperatiuo. quaſi dicat, Securi agite, non venient ea mala. Hæc est lebes. *Hæc*.i. vrbs inſtar lebetis eſt. Vt carnes in eo coquuntur, ſic nos intra patriam mori æquum eſt, ſi quid aduerſi accidat. Regia, *hic eſt lebes*. Verba pſeudoprophetarum. Quid Deus?

5 Cogitationes veſtras noui. Hebr. *aſcenſiones cordis veſtri agnoui illud cor*. Sed *aſcenſiones* pro *cogitationibus* ſumuntur.

7 Interfecti vestri. Quod illi dixerant, in contrarium vertit. Dicitis vos eſſe carnes, quæ in lebete manere debent. Non vos eſtis carnes, quæ in vrbe manebunt; ſed ij, quos vos interfeciſtis. Vos autem è lebete detracti in captiuitatem ibitis.

8 Gladivm metvistis. q. d. non metuiſtis captiuitatem, ſed gladium & bellum à Babylonijs. At ego vtrumque inducam.

9 De medio eivs. ſ. lebetis, eijciam vos, & dabo In manv hostivm. Hebr. *in manu alienorum*. Et faciam in vobis ivdicia. i. pro meritis vos puniam.

10 Gladio cadetis, quem ſ. timebatis. In finibvs Israel. ſcilicet in Reblatha, quæ in fine terræ Iſrael ſita erat, vbi Nabuchodonoſor Sedeciam captum orbauit, & filios eius occidit: 4. Reg. 25. v. 6. Ibi ivdicabo. id eſt, puniam vos. Non moriemini intra Ieruſalem, vt putabatis.

13 Pheltias filivs Banaiæ. Hic erat inter viros viginti quinque qui Ieroſolymitanos dementabant, ſed dolet de eius morte, quoniam idem exitium inſtare ceteris cogitabat. Hev, hev, hev. Hebr. vna vox. *Ahah*, *heu*. Consvmmationem tv facis? Interrogatiuè legatur, vt eſt in Rom. etiam ſi Hebr. & Græcè nulla ſit interrogationis nota, eaque in Vulgata Regia omiſſa eſt.

15 Fratres tvi. pro, fratribus tuis, quibus habitatores Ieruſalem dixerunt: Longe recedite a Domino i. à templo. Mihi loqui videtur de ijs, qui cum Iechonia fuerunt in captiuitatem, cum quibus erat Ezechiel, & quos conſolari vult.

16 Propterea hæc dicit Dominvs. ſ. illis fratribus tuis. Ero eis in sanctificationem modicam. Hebr. *in ſanctuarium modicum*, i. ad breue tempus; ero eis inſtar tépli, exaudiam eorum preces, illiſque propitius ero, non ſecùs atque ijs qui in Ieruſalem manſerunt, illiſque captiuitatem exprobrant. Aut vt Chald. *dabo illis ſynagogas, quæ erunt modicum ſanctuarium, & ſecundum locum obtinent poſt templum*.

17 Loqvere, ijs nimirum, qui in captiuitate erant: Triſtia antè prædixit habitatoribus Ieruſalem, nunc læta captiuis.

18 Ingredientvr illvc. Mutat ſecundam in tertiam perſonam. Omnes offensiones, ſeu *contaminationes*. ſ. idola auferent. Abominationes. idola. repetitio. Eivs. ſ. terræ, in quam ingredientur, & quam daturus illis ſum, Terræ ſanctæ ſ.

19 Cor vnvm. Me ſolum colent; nunc cor multiplex habent, me ſimul & idola colentes. Aut *cor vnum*. i. inter ipſos concordes erunt, idem ſapient. *Multitudinis credentium erat cor vnum*, Act. 4. v. 31. Sept. *dabo eis cor alterum*, pro אחד *achad*, legerunt אחר *achar*, nimirum *dabo eis cor alterum*. i. cor nouum, quod mox ait, Et spiritvm novvm. Fortaſſis lectio Sept. verior eſt: nam c. 36. v. 25. vbi hæc promiſſio repetitur, ſolùm ait: *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum*. Dabo eis cor carnevm. Explicatio eſt ſpiritus noui. q. d. non ampliùs duri eritis, ſed molles, obedientes. Quod tunc quidem cœptum, & in Euangelio completum eſt.

21 Qvorvm cor. Hebr. *& ad cor* (eorum qui poſt) *contaminationes & abominationes ſuas ambulant*. id eſt, eorum qui idola ſectantur. Horvm viam i. eos pro meritis puniam.

23 Ascendit gloria Domini. Ea erat ſplendor & Dei imago in throno ſedentis. Stetitqve svper montem, qvi est ad Orientem. Chald. explicat montem Oliueti fuiſſe, qui erat ad Ortum Ieruſalem. Conſentiunt alij Expoſitores. Porrò ibi conſtitit, vt inde tota ſpecies euaneſceret.

24 In visione, in spiritv Dei. ſ. redij in Chaldæam. Ezechiel in Chaldæa erat, neque corpore iuit Ieruſalem. Tantùm ſpectra fuere, quibus ire eò & redire videbatur. Id ſignificat redijſſe *in viſione*, in ſpiritu, non reuerà.

25 Ad transmigrationem. i. captiuos, qui in Babylone erant, me adduxit ſpiritus. i. videbatur adducere. Pro *transmigratione* Sept. *captiuitatem* ponunt: quod quidam alij ſequuntur. Sed perinde eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Domvs. i. atrij templi.

3 Dvdvm. LXX. *recenter*. q. d. non ita dudum aucta eſt ciuitas ædibus, diu mancbit intacta ab hoſtibus. Alij multò aliter ex Hebræo vertunt. ſ. *non eſt prope*. ſcilicet vrbis vaſtatio, *ædificemus ergo domos*. Hæc. ſcilicet vrbs. Lebes, &c. q. d. ſumus in vrbe, vt in olla carnes, nec exibimus dum vixerimus, vt nec carnes ex olla quamdiu coquuntur.

7 Hi svnt carnes. q. d. de iis potiùs dici poteſt quòd ſint carnes. ſ. à vobis occiſæ, vt quæ ad coquendum & edendum parantur.

9 Ivdicia. i. vltionem.

10 Finibvs. i. Reblatha, vbi Nabuchodonoſor principes occidit, & Sedeciam excæcauit. Ivdicabo. Chald. *vlciſcar*.

11 In lebetem. ſ. vt dicitis.

12 Ivdicia gentivm. i. gentium mores.

13 Consvmmationem. i. conſumptionem.

15 Fratres tvi, fratres tvi, &c. i. fratres tui, néper & fratres, & viri, &c. Recedite, &c. q. d. recedite ſanè vos ex vrbe, qui vos dediſtis Babyloniis ex Ieremiæ conſilio. nos in ea manebimus.

16 Eos. i. fratres & reliquos, de quibus proximè. Feci. i. abegi. In sanctificationem modicam. i. ero eis loco templi ad modicum tempus. ſ. quo erunt diſperſi, & exaudiam vt ſolebam in ſanctuario.

17 Hvmvm Israel. ſ. Eccleſiam, quæ terra ſpiritualis Iſrael.

18 Offensiones. i. peccata. Abominationes. ſ. idolorum cultum.

19 Lapidevm. i. durum. Carnevm. Chald. *timens me*. Aug. 18. cont. Fauſt. *lapideum* intelligit ſine ſenſu, *carneum* cum ſenſu. ſ. rerum diuinarum.

21 Ponam. i. reddam. q. d. puniam eos pro ſuis peccatis.

23 Montem. Chald. *montem Oliueti*.

24 Addvxitqve. pro, reduxit. Transmigrationem. i. captiuos.

CAPVT XII.

Ezechiel ſuis factis portendit futuram Ieruſalem & Regis ipſius captiuitatem, reliquis gladio, peſte & fame in Ieruſalem conſumptis: oſtendit etiam viſionem Prophetarum non caſſam futuram, nec in longum differendam.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 * Fili hominis in medio domus exaſperan-
A tis tu habitas: qui oculos habent ad videndum,
& non vident: & aures ad audiendum, & non
3 audiunt: quia domus exaſperans eſt. * Tu er-
go fili hominis, fac tibi vaſa transmigratio-
nis, & transmigrabis per diem coram eis:
transmigrabis autem de loco tuo ad locum
alterum, in conſpectu eorum, ſi fortè aſpi-
4 ciant: quia domus exaſperans eſt. * Et efferes
B foras vaſa tua quaſi vaſa transmigrantis per
diem in conſpectu eorum: tu autem egredie-
ris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans.

* Ante oculos eorum perfode tibi parietem : & 5
egredieris per eum. * In conſpectu eorum in 6
humeris portaberis, in caligine efferêris: faciem
tuam velabis, & non videbis terram : quia por-
tentum dedi te domui Iſraël. * Feci ergo ſicut 7
præceperat mihi Dominus : vaſa mea protuli
quaſi vaſa transmigrantis per diem : & veſpere
perfodi mihi parietem manu : & in caligine C
egreſſus ſum , in humeris portatus in conſpectu
eorum. * Et factus eſt ſermo Domini manè ad 8
me, dicens: * Fili hominis, numquid non dixe- 9
runt ad te domus Iſraël , domus exaſperans:
Quid tu facis? * Dic ad eos : Hæc dicit Domi- 10
nus Deus: Super ducem onus iſtud ; qui eſt in
Ieruſalem, & ſuper omnem domum Iſraël, quæ
eſt in medio eorum. * Dic : Ego portentum ve- 11
ſtrum: quomodo feci , ſic fiet illis. in tranſmi-
grationem, & in captiuitatem ibunt. * Et dux, 12
qui eſt in medio eorum, in humeris portabitur,
in caligine egredietur : parietem perfodient vt
educant eum : facies eius operietur vt non vi- D
deat oculo terram. * " Et extendam rete meum 13
ſuper eum , & capietur in ſagena mea: & addu-
cam eum in Babylonem in terram Chaldæo-
rum : & ipſam non videbit, ibique morietur.
* Et omnes qui circa eum ſunt , præſidium eius, 14
& agmina eius , diſpergam in omnem ventum:
& gladium euaginabo poſt eos. * Et ſcient quia 15
ego Dominus , quando diſperſero illos in Gen-
tibus, & diſſeminauero eos in terris. * Et relin- 16
quam ex eis viros paucos , à gladio, & fame, &
peſtilentia: vt enarrent omnia ſcelera eorum in
Gentibus, ad quas ingredientur : & ſcient quia E
ego Dominus. * Et factus eſt ſermo Domini ad 17
me, dicens: * Fili hominis, panem tuum in con- 18
turbatione comede: ſed & aquam tuam in fe-
ſtinatione & mœrore bibe. * Et dices ad popu- 19
lum terræ : Hæc dicit Dominus Deus ad eos,
qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael: Pa-
nem ſuum in ſolicitudine comedent , & aquam
ſuam in deſolatione bibent : vt deſoletur terra
à multitudine ſua, propter iniquitatem omnium
qui habitant in ea. * Et ciuitates, quæ nunc habi- 20
tantur, deſolatę erunt, terraque deſerta: & ſcietis F
quia ego Dominus. * Et factus eſt ſermo Domi- 21
ni ad me, dicens: * Fili hominis, quod eſt pro- 22
uerbium iſtud vobis in terra Iſrael , dicentium:
In longum differentur dies, & peribit omnis vi-
ſio? * Ideò dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: 23
Quieſcere faciam prouerbium iſtud, neque
vulgò dicetur vltrà in Iſrael : & loquere ad eos
quòd appropinquauerint dies , & ſermo omnis
viſionis. * Non enim erit vltrà omnis viſio caſ- 24
ſa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum
Iſrael. * Quia ego Dominus loquar : & quod- 25
cumque locutus fuero verbum , fiet, & non G
prolongabitur ampliùs : ſed in diebus veſtris
domus exaſperans loquar verbum , & faciam
illud, dicit Dominus Deus. * Et factus eſt ſermo 26
Domini ad me, dicens: * Fili hominis, ecce do- 27
mus Iſrael dicentium: Viſio, quam hic videt , in
dies multos : & in tempora longa iſte prophe-
tat. * Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus 28
Deus : Non prolongabitur vltrà omnis ſermo
meus: verbum, quod locutus fuero , complebi-
tur, dicit Dominus Deus.

" *Infr. 17. f. 20*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SEdeciæ captiuitatem , & famem breuî fore prædicit.

2 EXASPERANS, ſeu *rebellis* domus & gens eſt. Neque
vident, neque audiunt ſalutaria.
3 FAC TIBI .i. para. VASA TRANSMIGRATIONIS .i. ea
inſtrumenta, quibus viatori opus eſt, baculum, peram,
ſcyphum, lagenam. Aut *fac tibi vaſa tranſmigrationis*.
.i. collige ſarcinas, quod *conuaſare* Latinè dicimus.
TRANSMIGRABIS PER DIEM. *per diem* quidem, ſed *ve-
ſpere*, vt eſt in proximo verſu.
4 EFFERES FORAS VASA TVA .i. ſarcinas pręmitte PER
DIEM .i. manè, tu autem veſpere migrabis. vt ſolent qui
iter arripiunt, præmiſſis impedimentis ſe in viam adul-
to iam die dare.
5 PERFODE TIBI PARIETEM. Perfoſſò pariete domus
egredi vult, vt indicet Sedeciæ Regis fugam , quæ
fuit per hortum Regis : 4. Reg. 25. verſ. 4. nem-
pe ad eam partem perfoſſo vrbis muro. Per portas
enim exire qui poſſent, Chaldæis omni ex parte cir-
cumfuſis?
6 IN HVMERIS PORTABERIS. Sic Sept. at Hebr. *in
humeris portabis*. ſic Chald. ſic Hieronymus in Com-
ment. Portabis ergo pallium, vt ſolent qui pedibus
iter faciunt, humero veſtem tollere, quod indicat Sede-
ciam fugiſſe pedibus : nam ad eam fugam repræſen-
tandam , hæc omnia referuntur. Aut ſi legamus *porta-
beris*, ſignificabit, eum Regem in ſella à lecticarijs
geſtatum. quem ſenſum vox Hebr. admittit, ſublatis
punctis. IN CALIGINE EFFERERIS. Hebr. *efferes*, ſeu
potiùs *egredieris*, vt Pagn. vertit. & Sept. habent. Vt
veſperè egrederetur iuſſit v. 4. ſed inter ſalutantium vo-
ces conſumpto veſpere, ſe ſub noctem in viam dat.
Quo ſignificat, Sedeciæ fugam noctu fore. FACIEM
TVAM VELABIS præ pudore fugæ. Sic Sedeciam ob-
uoluto capite exijſſe veriſimile eſt, tum præ pudore,
tum ne agnoſceretur. Ita obuoluto capite terram vide-
re non poterat, quod mox ait, PORTENTVM DEDI
TE. id eſt, ſignum volo te eſſe eorum quæ in vrbe fu-
tura ſunt.
7 PERFODI MIHI PARIETEM MANV, non vectibus,
aut ferramentis, ne ſtrepitus audiretur. IN HVMERIS
PORTATVS. Hebr. *ſuper humerum leuaui*. ſic Chald.
ſcilicet pallium, aut ſarcinulam Hieronymus, *in hume-
ris portans*, indicio, verſionem noſtram ſinceram, Hie-
ronymi non eſſe, ſed habere è veteri quædam admix-
ta, & ex Sept. qui hoc loco habent, *ſuper humeros aſ-
ſumptus ſum*.
8 MANE .i. die poſtero locutus eſt ad me Dominus.
10 SVPER DVCEM. ſic Chald. nam præpoſitio *ſuper*, re-
ctè in Hebr. contextu ſuppletur, vt & Hieronymus
ſuppleuit. Hebr. *ducis prophetia hæc*. Per *ducem* autem
Sedeciam intellige. ONVS ISTVD. Chald. *prophetia
hæc*. משא, *maſa*. id eſt *onus*, *prophetiam* ſignificat, præ-
ſertim cùm triſtia nuntiat. Ergo *ſuper ducem*, vel contra
ducem, & populum qui eſt in Ieruſalem , hęc prophe-
tia triſtis dirigitur. SVPER OMNEM DOMVM ISRAEL.
Sic vocat omnes qui erant in Ieruſalem, ex quacumque
tribu eſſent.
11 EGO PORTENTVM VESTRVM, id eſt , ſignum ſum
eorum quæ futura in vobis ſunt. SIC FIET ILLIS.
id eſt vobis. Mutat repentè perſonam. IN TRANSMI-
GRATIONEM, ET IN CAPTIVITATEM IBVNT. Iecho-
nias tranſmigrauit, qui ſponte ſe Babylonio dedidit:
4. Reg. 24. verſ. 15. Sedecias captus eſt. Quod diſcri-
men Sept. hoc loco ſeruant, qui alioqui ſæpè pro
tranſmigratione ſolent ponere *captiuitatem*. Aut fortè
repetitio eſt illud; *In tranſmigrationem, & in captiuita-
tem ibunt*; nam Iechonias iam iuerat Babylonem , quo
hæc tempore dicta ſunt.
12 IN HVMERIS PORTABITVR. Sic Sept. & Hierony-
mus in Comment. in hoc ſecutus Sept. fortè, quia
indignum iudicauit, vt Rex etiam in fuga hume-
ris portaret aliquid. Rectè, niſi facta Prophetæ ſi-

gnificarent quæ Rex erat facturus. Hebr. *ſuper humero portabit* ſ. veſtem, quò velociùs fugiat. In caligine egredietur. Hebr. *in caligine, & egredietur.* pro, & egredietur in caligine. Parietem perfodient. ſ. famuli, murum, & horti parietem. Vt educant eum. Hebr. *vt educant Regem per eum.* ſ. parietem perforatum. Chald. *vt educant illum per eum.* Facies eius operietur. Hebr. *faciem ſuam operiet.* ſic Sept. & Chald. Vt non videat. i. vſque adeò operiet, vt terram videre non poſſit.

Rete mevm. Vt fera indagine in deſerto captus eſt. 13
Sagena. genus retis eſt. Ipsam non videbit Babylonem, quia captus oculis in Reblatha. In hoc vaticinio quia pugnantia dici videbantur, Sedecias falſum putauit, vt ait Ioſephus lib. 10. cap. 10.

Et gladivm evaginabo post eos. in captiui- 14
tate ferro occidentur.

Viros pavcos. Hebr. *viros numeri.* ſ. paucos relin- 16
quam, vt Chald. Vt enarrent, vt gentes ſciant, cognitis eorum ſceleribus ſeu abominationibus, me iuſtè in eos ſæuijſſe.

Panem tvvm in contvrbatione comede, ſeu 18
tremore. In festinatione et moerore bibe, ſeu *in commotione, & ſolicitudine*, ſeu *tremore.* Timens ſ. ne panis & aqua deficiat. quod fit in obſidione. Comede ergo & bibe parum, de futura penuria ſolicitus. Simul populo dices:

Panem svvm in solicitvdine comedent, ſeu 19
tremore. In desolatione. Chald. *in ſtupore.* Omnia hæc verba ſolicitudinem & metum de futura fame ſignificant. Vt desoletvr terra. Sic Sept. & Chald. Sed *vt* ſignificare euentum poteſt. q. d fiet enim vt terra deſoletur. A mvltitvdine sva. ciuibus fame extinctis vaſtetur. Hebr. *à plenitudine ſua.* i. frugum vbertate deſtituatur, vnde conſequetur fames. Siue *plenitudinem* pro *multitudine* ciuium ſume, vt Hieronymus fecit.

Qvod est proverbivm istvd? ſiue *parabola*, vt 22
Sept. In longvm. Aut numquam, aut ſerò euenient mala, quæ Prophetæ minantur. Id populus dicebat. Deus contrà:

Sermo omnis visionis propè eſt, ſeu *verbum*, vt 23
Hebr. Sept. *tempus omnis viſionis*, ſeu *appropinquauerunt dies, & ſermo omnis prophetia*, vt poſuit Chald.

Non enim erit vltra, ſeu *ampliùs.* Visio cas- 24
sa, ſeu *vana.* Divinatio ambigva. Sic loquebantur falſi prophetæ verbis ambiguis, quæ in varios ſenſus trahi poterant. Hebr. *diuinatio blanda*, ſeu *blandientis.* i. non erunt prophetæ, qui populi auribus blandiantur. Itaque non ſinam vt falſi vlli prophetæ ſint.

Qvia ego Dominvs loqvar. Ego inſpirabo Pro- 25
phetas. In diebvs vestris, antequam moriamini, euenient quæ per Prophetas loquar.

Qvod locvtvs fvero, complebitvr. Hebr. *fiet* 28
ſuo ſ. tempore, neque prolongabitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Domvs exasperantis. Chald. *populi contuma-* 2
cis. Exasperans. i. me ad iracundiam prouocans.

Vasa transmigrationis. i. inſtrumenta, quibus 3
vti ſolent qui migrant. Aspiciant. i. conſiderent ſ. & conuertantur.

Vasa tva. i. ſupellectilem. 4

Parietem. ſ. domus. 5

Portaberis. Id hic & infrà ex Lxx. ſumptum eſt; 6
nam Hieron. vertit *portabis.* ſ. ſarcinulas. Portentvm. Chald. *ſignum.* ſ. figuram, ſeu typum futurorum.

Mane. i. poſtridie. 8

Nvmqvid, &c. Chald. *ſi dixerint ad te*, &c. 9

Dvcem. ſ. regem. Onvs. i. funeſta prophetia. Eo- 10
rvm. Chald. *eius.*

Parietem. ſ. horti. Operietvr. ſ. cæcitate. 12

Ventvm. i. partem orbis. 14

Dominvs. ſ. iuſtus malorum vltor. 15

18 Contvrbatione. Chald. *tremore.* Lxx. *dolore.* Festinatione et moerore. Chald. *deſolatione & ſtupore.* Lxx. *tormento & anxietate.*

19 Solicitvdine. Chald. *tremore.* Lxx. *indigentia.* Desolatione. Chald. *ſtupore.* Lxx. *interitu*, ſeu *deſtructione.* Vt desoletvr. pro, &, ſeu, quia deſolabitur. Mvltitvdine. ſ. populi deſerta.

22 In longvm, &c. q. d. omnes prophetiæ ſunt de rebus multò pòſt futuris. Peribit. i. irrita erit. ſ. quantum ad nos, quorum tempore illa non erunt. Chald. *ceſſabit.*

23 Sermo. i. prędictio. Lxx. *tempus.*

24 Omnes. i. vlla. Cassa. Chald. & Lxx. *falſa.* Ambigva. Chald. *mendax.*

28 Vltra. i. longè. Complebitvr. ſ. citò.

CAPVT XIII.

Minatur Dominus pſeudoprophetis ex ſuo cerebro diuinantibus, populumque ſeducentibus, falſam promittendo pacem, & parietem luto abſque paleis liniendo; ſimiliter & filiabus Iſrael de corde ſuo prophetantibus, & puluillos ſub omni cubito conſuentibus.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 * Fili hominis, vaticinare ad prophetas Iſ-
A raël, qui prophetant: & dices prophetantibus de
3 corde ſuo: Audite verbum Domini: * Hæc di-
cit Dominus Deus: [a] Væ prophetis inſipienti- [a] Ier. 31. a.1
bus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vi- Infr. 14.
4 dent. * Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui c.9. & 34.
5 Iſraël erant. * Non aſcendiſtis ex aduerſo, ne- a.2
que oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt
6 ſtaretis in prælio in die Domini. * Vident vana,
& diuinant mendacium, dicentes: Ait Domi-
nus: cùm Dominus non miſerit eos: & perſe-
7 uerauerunt confirmare ſermonem. * Numquid
non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem
mendacem locuti eſtis? & dicitis, Ait Domi-
8 nus; cùm ego non ſim locutus. * Propterea hæc
dicit Dominus Deus: Quia locuti eſtis vana, &
vidiſtis mendacium: ideò ecce ego ad vos, dicit
9 Dominus Deus: * Et erit manus mea ſuper pro-
B phetas, qui vident vana, & diuinant menda-
cium: in conſilio populi mei non erunt, & in
ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in
terram Iſrael ingredientur: & ſcietis quia ego
10 Dominus Deus: * Eò quòd deceperint popu-
lum meum, dicentes: Pax, & non eſt pax: &
ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant
11 eum luto abſque paleis. * Dic ad eos, qui li-
niunt abſque temperatura, quòd caſurus ſit: erit
enim imber inundans, & dabo lapides præ-
grandes deſuper irruentes, & ventum procellæ
12 diſſipantem. * Siquidem ecce cecidit paries:
numquid non dicetur vobis: Vbi eſt litura,
13 quam liniſtis? * Propterea hæc dicit Dominus
Deus: Et erumpere faciam ſpiritum tempeſta-
tum in indignatione mea, & imber inundans in
furore meo erit: & lapides grandes in ira in con-
14 ſumptionem. * Et deſtruam parietem, quem
C liniſtis abſque temperamento: & adæquabo
eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius:
& cadet, & conſumetur in medio eius: & ſcietis
15 quia ego ſum Dominus. * Et complebo indi-
gnationem meam in pariete, & in his qui li-
niunt eum abſque temperamento, dicamque
vobis: Non eſt paries, & non ſunt qui liniunt
16 eum. * Prophetæ Iſrael, qui prophetant ad Ie-
ruſalem, & vident ei viſionem pacis; & non eſt
17 pax, ait Dominus Deus. * Et tu fili hominis,

pone

pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ
prophetant de corde ſuo: & vaticinare ſuper
eas, * & dic: Hæc dicit Dominus Deus: * Væ 18
quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito ma-
nus: & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ
ætatis ad capiendas animas: & cum caperent
animas populi mei, viuificabant animas eo-
rum. * Et violabant me ad populum meum, 19
propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt
interficerent animas, quæ non moriuntur, &
viuificarent animas, quæ non viuunt, mentien-
tes populo meo credenti mendaciis. * Propter 20
hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad D
puluillos veſtros, quibus vos capitis animas vo-
lantes: & dirumpam eos de brachiis veſtris: &
dimittam animas, quas vos capitis, animas ad
volandum. * Et dirumpam ceruicalia veſtra, & 21
liberabo populum meum de manu veſtra, ne-
que erunt vltrà in manibus veſtris ad prædan-
dum: & ſcietis quia ego Dominus. * Pro eo 22
quòd mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter,
quem ego non contriſtaui: & confortaſtis ma-
nus impij, vt non reuerteretur à via ſua mala, &
viueret: * proptereà vana non videbitis, & diuina- 23
tiones non diuinabitis ampliùs, & eruam popu-
lum meum de manu veſtra: & ſcietis quia ego
Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Contra pſeudoprophetas vaticinatur, eosque negat
ampliùs fore.

DE CORDE SVO. Quæ ipſi fingunt, neque Deus in- 2
ſpirat, ea nuntiant.

QVI SEQVVNTVR SPIRITVM SVVM. i. ſuam volun- 3
tatem, non Dei. ET NIHIL VIDENT. pro, loquuntur
quæ non viderunt.

QVASI VVLPES IN DESERTIS. Sic Chald. & Sept. 4
Vulpes in deſertis locis agunt, neque ad rem vllam ſunt
vtiles, ſed ſemper malè faciunt, ſic pſeudoprophetæ.
Symmachus & Theodotion: *ſicut vulpes in parietinis.*
ex Hebræis, *ſicut vulpes in maceriis*. ſ. vinearum, inde
demoliuntur vites: Cant. 2. v. 15. Tales pſeudoprophe-
tæ ſunt populo exitiales.

NON ASCENDISTIS EX ADVERSO. Hebr. *non aſcendi-* 5
ſtis in rupturas. ſ. muri, vt obſiſteretis hoſtibus. Mutat
perſonam, à tertia tranſit ad ſecundam. NEQVE OP-
POSVISTIS MVRVM. Hebr. *neque ſepiuiſtis ſepem*. i. muri
rupturas non refeciſtis. VT STARETIS IN PRÆLIO.
Ac ne in aciem prodijſtis. IN DIE DOMINI. Chald.
in die furoris Domini. Veri Prophetæ ſuis precibus ſe-
dabant Dei iram: Exod. 32. v. 11. & Num. 16. v. 48. Ie-
rem. 7. verſ. 16. Vos autem pſeudoprophetæ ad nihil
vtiles eſtis, vulpium inſtar. Metaphora prælij eos eſſe
inutiles prorſus indicat.

DICENTES: AIT DOMINVS. Nimirum veros prophe- 6
tas imitantur. Qua imitatione ſ. PERSEVERAVERVNT
CONFIRMARE SERMONEM. Sept. *cœperunt confirmare
ſermonem*. Hebr. omiſſis alijs verſionibus, ego ſic verto:
ויחלו *vihalu*, *ſperauerunt confirmare ſermonem*. ſ. ea
quæ dicebant. Radix eſt יחל *iahal*, & vox יחלו *ihalu* eſt
in coniugatione *Piel*. Firmiter ergo ſperauerunt, quod
Hieronymus dixit, *Perſeuerauerunt confirmare*. ſ. di-
cendo: *Ait Dominus*.

ECCE EGO AD VOS. ſ. venio vt vos puniam. Vel *ad* 8
vos. i. contra vos, vt explicat Hebræus, ero vobis ad-
uerſarius.

ERIT MANVS MEA SVPER. Hebr. *ad prophetas*. Sed 9
ad ſumitur pro *ſuper*; vt Chald. vel pro *contra*, vt
verſ. ſuperiori. IN CONSILIO POPVLI MEI. Hebr. *in
ſecreto*. i. non erunt participes bonorum, quæ populo
meo ſeruo. ſ. liberationis. IN SCRIPTVRA DOMVS Is-
RAEL NON SCRIBENTVR. ſ. in catalogo eorum, qui re-
dituri ſunt in Iudæam. De quo catalogo. 1. Eſdræ cap. 2.
NEC IN TERRAM ISRAEL INGREDIENTVR. Expoſitio
eorũ quæ dixerat non fore participes ſecreti, neque ſcri-
bendos in ſcriptura Iſrael. SCIETIS QVIA EGO DOMI-
NVS DEVS. Hebr. *ego Adonai Elohim*. Pro nomine Te-
tragrammaton, legitur Hebr. *Adonai* ferè, quia ipſum
eſt ineffabile; ſed cùm *Adonai* præcedit, vt hîc, pro eo
legitur *Elohim*, quod ſubiecta puncta indicant. Sept.
Adonai Dominus dixere.

10 EO QVOD. Hebr. *pro eo, & pro eo*. Geminatio delicti &
pœnæ magnitudinem indicat. IPSE ÆDIFICABAT
PARIETEM, nempe populus cogitabat præſidia aduer-
ſus mala imminentia. ILLI AVTEM, falſi prophetæ ea
probabant, quæ populus ſtultè cogitabat. LINIEBANT
EVM LVTO ABSQVE PALEIS. Sic Chald. Hebr. *inſulſo*.
תפל *taphel* id ſignificat quod ſaporem non habet, *in-
ſulſo* ſ. luto, ſeu tectorio. Sept. *ipſi liniunt eum ſtultitia*.
Paleæ luto miſcentur, vt fortius reddatur.

11 LINIVNT ABSQVE TEMPERATVRA Pro qua voce ſu-
periori verſ. poſuit *luto abſque paleis*, hîc vertit *abſque
temperatura*. Eadem in vtroque ſententia. Cadet ergo
is paries, quia erit IMBER INVNDANS. Is eſt exercitus
Chaldæorum. ſic Ierem. 47. v. 2. ijdem comparantur
torrenti inundanti. DABO LAPIDES PRÆGRANDES.
Hebr. *lapides elgabis*, pro qua voce Hieronymus ſemper
vertit *lapides magnos*, vt verſ. 13. & cap. 38. verſ. 22. ſic
Sept. Hebræi putant eſſe grandinem, non quamuis, ſed
quæ eſt ex magnis lapidibus. Et quidem vox illa *elgabis*,
à *gabis* deriuatur, quæ *gemmam* ſignificat, Iob 28. v. 18.
Quam gemmam? non explicant. Credam *cryſtallum*
eſſe; quo nomine *grando* ſignificatur Pſal. 147. verſ. 17.
mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas. Ergo dabo lapides
cryſtalli. i. grandinis. Sept. Græcè, τοὺς λίθους τοὺς πετροβό-
λους haben: *petrobolos lapides*. ſ. qui tormento mittuntur.
Sic legit Optatus lib. 3. *lapides petrobolos*. Chald. etiam
Chaldaicè ſolùm habet *lapides elgabis*. Interpres ver-
tit, *lapides grandes*.

12 CECIDIT PARIES. i. ſecuritas & præſidia, quæ cogi-
tabatis, vana erunt. DICETVR VOBIS, ab hoſtibus.
ſ. irridendo. VBI EST LITVRA? quid profuit?

13 ET ERVMPERE FACIAM. ſ. vt murus, ſeu paries pro-
ſternatur. SPIRITVM, ventum.

14 ADÆQVABO EVM TERRÆ. Hebr. *pertingere faciam
eum ad terram*. ET REVELABITVR FVNDAMENTVM
EIVS, ſeu *diſcooperietur*. ſ. euertam vſque ad fundamen-
ta. ET CONSVMETVR IN MEDIO EIVS. ſ. gens con-
ſumetur. Hebr. *conſumemini*. ſic Chald. & Sept. Quod
autem ait, *in medio eius*, pronomen eſt feminini generis,
vt indicet, in medio vrbis Ieruſalem, quam per parie-
tem intelligit, fore cædem.

15 NON EST PARIES. Quia euerſus, & occiſi qui li-
niunt. ſ. falſi prophetæ. Irriſio eſt, & inſultatio Dei con-
tra eum populum.

16 PROPHETÆ ISRAEL. Iunge cum ſuperiori verſu,
Non ſunt qui liniunt prophetæ. ſ. Iſrael.

17 PONE FACIEM TVAM. i. liberè loquere, aut certè ſer-
monem contra prophetiſſas, quæ commenta ſua quaſi
Dei verba populo annuntiant, conuerte.

18 QVÆ CONSVVNT. Sic Hebr. & Sept. & Chald. cum
Hieron. in Comment. & Regia. non *qui*; manifeſtè
enim de feminis loquitur, & ait: CONSVVNT PVL-
VILLOS, ſeu *ceruicalia*, vt Sept. SVB OMNI CVBITO
MANVS. Hebr. *ſuper omnes iuncturas* (ſeu *axillas*) *ma-
nuum*. ſic Chald. Sed *ſuper* hîc ſumitur pro ad. *ad axil-
las faciunt ceruicalia*. i. blanda loquuntur. Quod de
viris intellexit per *lituram parietis*, idem de feminis
per *ceruicalia* intelligit, quibus cum voluptate incu-
bamus. CERVICALIA SVB CAPITE VNIVERSÆ Æ-
TATIS. Sept. *velamina ad caput vniuerſæ ætatis*. Chald.
& faciunt ceruicalia ad caput vniuerſæ ſtaturæ. Hebr.
faciunt hammiſpahoth (i. *velamina*, ſeu *ceruicalia*) *ſuper*,
(pro, ad) *caput vniuerſæ ſtaturæ*, id eſt, *ætatis*, vt noſter
poſuit. ſ. vt ijs velaminibus tecti, aut ceruicalibus ſup-
poſitis, ſuauiter dormiant. Vtraque metaphora blanda

reſponſa ſignificat. AD CAPIENDAS ANIMAS. ſcilicet
ſpe falſa pacis. ET CVM CAPERENT, cùm fallerent
ea ſpe, dicebant ſe animas viuificare, vitam promitten-
tes. Hebr. *num venabuntur animas populi mei, & animas*
vobis (pro, vos) *viuificabitis?* q. d. minimè. Capient qui-
dem, allicient verbis blandis; ſed vitam dare non pote-
runt.

VIOLABANT ME. Hebr. *profanaſtis me*, mendacij me 19
arguiſtis: nam quos ego victuros dixi, ſ. Chaldæos, eos
vos morituros denuntiaſtis; & econtrariò, Iudæis vi-
tam promiſiſtis & incolumitatem, quos ego morti ad-
dixeram. Ego contrà puluillos auferam,

QVIBVS VOS CAPITIS ANIMAS VOLANTES. Hebr. 20
vt volent. ſ. à veſtris laqueis eas liberabo, ſublatis ve-
ſtris puluillis. i. fraudibus, quibus animas ligatis. DE
BRACHIIS VESTRIS. i. de illorum quos decepiſtis bra-
chijs. Mutat, vt ſolet, perſonas. ANIMAS AD VOLAN-
DVM. Eamdem vocem Hieronymus priùs vertit *vo-*
lantes, nunc *ad volandum*, quæ aptior interpretatio eſt.
ſignificatque, animas à veſtris artibus & dolis libera-
bo. Quod verſus proximus 21. magis declarat. Dirum-
pam ceruicalia, & liberabo populum.

PRO EO QVOD. Maxima peruerſio, cùm falſi pro- 22
phetæ aut propheteſſæ ſuis verbis iuſtos affligunt, ſub-
leuant impios, eiſque fauent.

VANA NON VIDEBITIS. Quia occidam vos; & lo- 23
quitur de feminis, vt Hebr. verba, *videbitis, diuinabitis*,
& pronomen *veſtra*, oſtendunt, omnia generis femi-
nini.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PROPHETAS. Chald. *pſeudoprophetas*. 2
SPIRITVM SVVM. i. ſuas phantaſias. Chald. *co-* 3
gitationes cordis ſui.

VVLPES. ſ. doloſi, & latentes. 4

EX ADVERSO. ſ. hoſtium, vel iniquitatum. q. d. non 5
defendiſtis populum, neque correxiſtis. Alloquitur
pſeudoprophetas. MVRVM. i. defenſionem. DO-
MINI. Chald. *furoris Domini*. ſ. cùm Deus per Chal-
dæos puniret. q. d. nihil populum iuuiſtis.

SERMONEM. ſ. falſum, ſeu mendacem. 6

CASSAM. Chald. & LXX. *falſam*. 7

VANA. Chald. *falſa*. VIDISTIS. Chald. *docuiſtis*. 8
AD VOS. Chald. *mittam iram meam in vos*.

MANVS. i. percuſſio. VIDENT VANA. Chald. pro- 9
phetant falſa. DIVINANT. Chald. *docent*. CONSI-
LIO. alij, *concilio*. i. cœtu. Chald. *ſecreto bono*. LXX. *diſci-*
plina, ſeu *inſtitutione*. SCRIPTVRA. Chald. *ſcriptura*
vitæ æternæ. ſ. libro vitæ. TERRAM. ſ. viuentium. DO-
MINVS DEVS. Hebr. *Adonai Iehoua*. i. *Dominus Domi-*
nus. ſed quia *Iehoua* eſt Dei nomen proprium, rectè ver-
ſum, *Dominus Deus*. atque id dictum ſit in omnia ſimi-
lia loca. LXX. *Adonai Dominus*.

IPSE. pro, vnus ex ipſis. PARIETEM. i. falſam pro- 10
phetiam, vel doctrinam. LINIEBANT. ſ. iuuabant
comprobantes. PALEIS. ſ. quibus lutum teneretur, &
ſolidaretur. q. d. inani applauſu.

TEMPERATVRA. ſ. miſtione luti & palearum. quaſi 11
dicat, non ſolidè.

SPIRITVM TEMPESTATVM. i. ventum vehementem. 13
Chald. *Regem fortem*.

NON EST, &c. q. d. corruit & paries, & ædificatores. 15
ſ. Prophetæ, vt ſtatim dicitur. i. pſeudoprophetæ.

FILIAS. i. feminas, vel viros feminis ſimiles leuitate 17
& mollitie.

MANVS. i. brachij. CAPIENDAS. i. decipiendas, ſeu 18
venandas. VIVIFICABANT. i. promittebant vitam &
ſalutem.

VIOLABANT ME. i. profanabant nomen meum, ſcili- 19
cet, prædicentes falſa meo nomine. PROPTER PV-
GILLVM, &c. i. ob exiguam mercedem. INTERFICE-
RENT. i. prædicerent interitum.

VOLANTES. q. d. vt ſolent aues ab aucupibus. EOS. 20
ſ. puluillos. i. deceptionum inſtrumenta. AD VOLAN-
DVM. quaſi dicat, in libertatem more auis è laqueo
ereptæ.

23 VANA. Chald. & LXX. *falſa*. VIDEBITIS. Chald.
prophetabitis.

CAPVT XIV.

Comminatur Dominus idololatris qui veniunt ad prophetas, vt per eos conſulant Dominum, dicens ſe illos perditurum, & prophetas decepturum, vt reſpondeant iuxta illorum iniquitates: Noe autem, Danielem & Iob ſua iuſtitia liberaturos ſe tantum & non impios de fame, malis beſtiis, gladio & peſte, quæ in populum peccatorem immittet Dominus: additur etiam conſolatio reliquiarum Iſrael.

1 ET venerunt ad me viri ſeniorum Iſraël, &
2 ſederunt coram me. * Et factus eſt ſermo
3 Domini ad me, dicens: * Fili hominis, viri iſti
A poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis,
& ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra
faciem ſuam, numquid interrogatus reſponde-
4 bo eis? * Propter hoc loquere eis, & dices ad eos:
Hæc dicit Dominus Deus: Homo homo de
B domo Iſraël, qui poſuerit immunditias ſuas in
corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatue-
rit contra faciem ſuam, & venerit ad prophe-
tam interrogans per eum me: ego Dominus
reſpondebo ei in multitudine immunditiarum
5 ſuarum: * vt capiatur domus Iſraël in corde
ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis.
6 * Propterea dic ad domum Iſraël: Hæc dicit
Dominus Deus: Conuertimini, & recedite ab
idolis veſtris, & ab vniuerſis cõtaminationibus
7 veſtris auertite facies veſtras. * Quia homo ho-
mo de domo Iſraël, & de proſelytis quicumque
aduena fuerit in Iſraël, ſi alienatus fuerit à me, &
poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum
iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, &
venerit ad prophetam vt interroget per eum
8 me: ego Dominus reſpondebo ei per me. * Et
C ponam faciem meam ſuper hominem illum, &
faciam eum in exemplum, & in prouerbium, &
diſperdam eum de medio populi mei: & ſcietis
9 quia ego Dominus. * [a] Et propheta cùm erra- [a] *Supr. 13.*
uerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus *a.3*
decepi prophetam illum: & extendam manum
meam ſuper illum, & delebo eum de medio
10 populi mei Iſraël. * Et portabunt iniquitatem
ſuam: iuxta iniquitatem interrogantis, ſic ini-
11 quitas prophetæ erit: * vt non erret vltrà domus
Iſraël à me, neque polluatur in vniuerſis præ-
uaricationibus ſuis: ſed ſint mihi in populum,
& ego ſim eis in Deum, ait Dominus exerci-
12 tuum. * Et factus eſt ſermo Domini ad me, di-
13 cens: * Fili hominis, terra cùm peccauerit mi-
D hi, vt præuaricetur præuaricans, extendam ma-
num meam ſuper eam, & [b] conteram virgam [b] *Sup. 4.*
panis eius: & immittam in eam famem, & in- *d. 15. & 5.*
14 terficiam de ea hominem, & iumentum. * Et *d. 16*
ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noë, Da-
niel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt ani-
15 mas ſuas, ait Dominus exercituum. * Quòd
E ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram
vt vaſtem eam; & fuerit inuia, eò quòd non
16 ſit pertranſiens propter beſtias: * Tres viri
iſti ſi fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus
Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt:
ſed ipſi ſoli liberabuntur, terra autem deſolabi-
17 tur. * Vel ſi gladium induxero ſuper terram il-
lam, & dixero gladio: Tranſi per terram: & in-

terfe-

terfecero de ea hominem,& iumentum:*& tres 18
viri iſti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit
Dominus Deus, non liberabunt filios, neque
filias: ſed ipſi ſoli liberabuntur.* Si autem & 19
peſtilentiam immiſero ſuper terram illam,& ef- F
fudero indignationem meam ſuper eam in ſan-
guine, vt auferam ex ea hominem, & iumen-
tum:* Et Noë, & Daniel, & Iob fuerint in 20
medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus,
quia filium & filiam non liberabunt: ſed ipſi
iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas.* Quoniam 21
hæc dicit Dominus Deus: Quòd & ſi quat-
tuor iudicia mea peſſima, gladium, & famem,
ac beſtias malas, & peſtilentiam, immiſero in
Ieruſalem, vt interficiam de ea hominem, &
pecus:* tamen relinquetur in ea ſaluatio edu- 22
centium filios, & filias: ecce ipſi ingredientur ad G
vos, & videbitis viam eorum, & adinuentiones
eorum, & conſolabimini ſuper malo, quod in-
duxi in Ieruſalem, in omnibus quæ importaui
ſuper eam.* Et conſolabuntur vos, cùm videri- 23
tis viam eorum, & adinuentiones eorum: &
cognoſcetis quòd non fruſtrà fecerim omnia,
quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PRopter peccata populi Deus aduerſa prædicit, & falſos prophetas eſſe patitur.

1 VENERVNT AD ME VIRI, ad conſulendum Deum per Prophetam. VIRI SENIORVM. i. è ſenioribus, vel ſenibus. Deus non reſpondet, quia poſuerunt

3 IMMVNDITIAS. Hebr. *idola poſuerunt in cordibus ſuis*, illis afficiuntur. ET SCANDALVM, ſeu offendiculum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam. i. eam præteferunt, ea gloriantur. NVMQVID INTERROGATVS. Hebr. *num reſpondebo, reſpondebo eis.* q. d. minimè, non merentur reſponſum. Geminatio verbi maiorem exaggerationem affert.

4 HOMO HOMO. i. omnis homo, quicumque. Geminatio æquipollet vniuerſitati. RESPONDEBO EI. ſecùs quàm vult. IN MVLTITVDINE. i. vt merentur idola, quæ colit. Hebr. in Maſſoreth, *reſpondebo ei venienti in multitudine idolorum ſuorum* .i. verum reſpondebo, quamuis veniat idolis fœdatus. hunc ſenſum ſequitur Chald. ſic enim ait: *Reſpondebo ei in verbo meo, quamuis implicitus ſit multitudine cultus idolorum ſuorum.* Sed prior ſenſus magis placet.

5 VT CAPIATVR DOMVS ISRAEL IN CORDE SVO. Sic fiet me non reſpondente, vt Iſrael capiatur, decipiatur in corde ſuo. i. ab idolis, quæ in corde gerunt, & quorum reſponſa ſequentur, à me reiecti.

6 CONVERTIMINI: ET RECEDITE AB IDOLIS. Hebr. *conuertimini & conuertite.* ſ. alios. AB VNIVERSIS CONTAMINATIONIBVS. Hebr. *ab abominationibus*, id eſt, idolis. Repetitio. AVERTITE FACIES VESTRAS. Dixerat poſuiſſe offendiculum (.i. idola) contra faciem ſuam, modò iubet ea remouere.

7 DE PROSELYTIS QVICVMQVE ADVENA FVERIT. Hebr. *& de peregrinis, qui peregrinantur in Iſrael.* Non vult idololatras tolerari, etiamſi ſint peregrini & externi. ET VENERIT AD PROPHETAM VT INTERROGET PER EVM ME. Hebr. *vt inquirat eum in me.* i. de me. RESPONDEBO EI PER ME. Hebr. *in me*, id eſt, de me. Hoc eſt, *decipiam illum*, vt ait v. 9. *aut puniam*, vt videtur dicere verſ. ſequenti. Kimhi ſic, *vt interroget eum propter me*, vt ſ. concedam illi quod cupit. *Ego reſpondebo ei propter me.* i. vt me dignum eſt. Verùm hæc non ſatis cohærent.

8 PONAM FACIEM MEAM SVPER HOMINEM ILLVM. ſ. proſelytum, toruo oculo aſpiciam. IN EXEMPLVM, ET IN PROVERBIVM. Hebr. *in ſignum & in prouerbia faciam illum.* Cuncti illum ſpectabunt, & cuncti de illo loquentur, faciam vt eius calamitas prouerbio vulgari celebretur.

9 PROPHETA CVM ERRAVERIT. ſ. falſus; nam veri non errant. EGO DOMINVS DECEPI ſ. permittendo, vt mendacij ſpiritus illum decipiat, vt 3. Reg. cap. 22. verſ. 20.

10 PORTABVNT INIQVITATEM. i. pœnam iniquitatis, punientur tam deceptus quàm decipiens; nam propter iniquitatem conſulentis Propheta errare permittitur.

11 VT NON ERRET Iſrael, eo ſupplicio cautior redditus, ſublatiſque ijs prophetis populus non ampliùs errabit.

13 TERRA, habitatores terræ cùm peccauerint. VT PRÆVARICETVR. Hebr. *præuaricando præuaricationem*, geminatio auget. CONTERAM VIRGAM PANIS. *Panem, baculum* vocat, quia eo, vt baculo, vita ſuſtentatur.

14 SI FVERINT TRES VIRI ISTI. Nominat Noë, Danielem, & Iob, duas ob cauſas, & quia non potuerat Noë à diluuio alios liberare, Iob filios à morte, Daniel populum à captiuitate. Deinde, quia ipſi in ijs malis manſerunt incolumes.

15 BESTIAS. ſi induxero in terram. Hebr. *beſtiam.* Sed ſingulare pro plurali. VT VASTEM EAM. Hebr. *& orbauerit*, pro, orbauerint eam. ET FVERIT INVIA. Hebr. *deſolata.*

16 VIVO EGO, DICIT DOMINVS DEVS, QVIA NEC FILIOS. Hebr. *ſi filios & filias liberabunt.* pro, non liberabunt.

19 IN SANGVINE. Chald. *in occiſione.* Si occidendo homines & iumenta, effudero indignationem meam, illi tres viri nec filios nec filias liberabunt.

21 QVATTVOR IVDICIA MEA. i. quattuor ſuppliciorum genera, ſi ea immiſero in Ieruſalem.

22 RELINQVETVR IN EA SALVATIO, ſiue *euaſio*; non omnes peribunt. EDVCENTIVM FILIOS, ET FILIAS. Hebr. *eductorum filiorum & filiarum.* Dixerat filios & filias perituros, nunc ait ex eis euaſuros aliquos. INGREDIENTVR, ſiue *egredientur* AD VOS, in captiuitatem ſ. in qua vos eſtis. Alloquitur enim captiuos, qui cum Iechonia Babylonem iuerant. ET VIDEBITIS VIAM EORVM. i. cognitis eorum moribus, cognoſcetis me iuſtè eos puniuiſſe. ET CONSOLABIMINI. i. æquiori animo feretis excidium Ieroſolymitanum.

23 CONSOLABVNTVR VOS. Repetitio eſt alijs verbis ſuperioris ſententiæ. Conſolabuntur vos non ipſi verbis, ſed eorum opera mala ſolatio vobis erunt, ex ijs cognito, me nihil iniquè feciſſe.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 IMMVNDITIAS. Chald. *culpam idolorum.* q. d. ſunt ex animo idololatræ. ET SCANDALVM, &c. repetitio, more Scripturæ. CONTRA FACIEM SVAM. i. ante ſe. RESPONDEBO. ſ. quod optant.

4 HOMO HOMO. i. quicumque. IN MVLTITVDINE. pro merito multitudinis.

5 CAPIATVR. i. appareat quid ſ. voluat in corde. vel, decipiatur ob malitiam cordis, &c.

7 PER ME. Chald. *in verbo meo.*

8 EXEMPLVM. ſ. diuinæ vltionis. PROVERBIVM. i. fabulam.

9 PROPHETA. i. qui putatur Propheta. DECEPI. i. decipi permiſi. ET EXTENDAM, &c. q. d. illum nihilominùs puniam.

10 PORTABVNT. ſ. dando pœnas. IVXTA INIQVITATEM, &c. id eſt, vterque pro ſuo peccato punietur. *iniquitas*, pro pœna iniquitatis, more Scripturæ. vel, iniquè reſpondebit iniquè interroganti, vt coniungatur cum ſuperioribus.

11 NON ERRET. ſ. videns puniri errantes. A ME. ſ. recedendo. VNIVERSIS. pro, *vllis.* Hebr.

13 MIHI. i. contra me. VIRGAM. i. baculum. ſ. ſuſtentaculum. LXX. *firmamentum.*

19 SANGVINE. i. cæde.

21 IVDICIA i. flagella. PESSIMA. i. acerbiſſima.

EDVCENTIVM. ſ. in captiuitatem. VIAM. i. mores, 22
ob quos puniti à me alij, ſed ipſi ex miſericordia ſeruati. CONSOLABIMINI ſcilicet acquieſcendo meis iudiciis. LXX. *pœnitebit vos.*

CONSOLABVNTVR. i. afferent conſolationis materiam, dum ſ. cogitabitis meam clementiam, & ipſorum ſalutem. 23

CAPVT XV.

Sicut lignum de vite præciſum ſoli ſeruit igni, ita Iudæos ob inueterata peccata cum Ieruſalem prædicit exurendos.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
* Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex 2
omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter li- A
gna ſiluarum? * Numquid tolletur de ea li- 3
gnum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxil-
lus, vt dependeat in eo quodcumque vás? * Ecce 4
igni datum eſt in eſcam: vtramque partem eius
conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in
fauillam: numquid vtile erit ad opus? * Etiam 5
cùm eſſet integrum, non erat aptum ad opus:
quantò magis cùm illud ignis deuorauerit, & B
combuſſerit, nihil ex eo fiet operis? * Propter- 6
eà hæc dicit Dominus Deus: Quomodo li-
gnum vitis inter ligna ſiluarum, quod dedi igni
ad deuorandum, ſic tradam habitatores Ieru-
ſalem. * Et ponam faciem meam in eos: de igne 7
egredientur, & ignis conſumet eos: & ſcietis
quia ego Dominus, cùm poſuero faciem meam
in eos, * & dedero terram inuiam, & deſolatam: 8
eò quòd præuaricatores extiterint, dicit Domi-
nus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VItis ſimilitudine docet Iudæos igni eſſe tradẽdos. 2
QVID FIET DE LIGNO VITIS. Hebr. *quid erit de ligno vitis.* ſ. infrugiferæ. EX OMNIBVS LIGNIS. Sic Sept. & Chald. Quidam vertunt, *præ omni ligno.* Sed quorſum hîc comparatio? NEMORVM, &c. Hebr. *palmitis, qui eſt inter ligna ſilua.* i. quid viti fiet, quid eius ſarmentis? *Lignum* pro arbore, & vitis ex Plinio inter arbores ponitur lib. 14. cap. 1.

VT FIAT OPVS. ſ. ſtatua, contignatio, aſſeres. PAXILLVS. E paxillis in pariete confixis ſolebant Hebræi ſuſpendere veſtes & vaſa, ſeu inſtrumenta alia. Negat ex vite aut opus, aut paxillum fore, quòd ſolida ſatis non ſit. Plinius tamen lib 14. cap. 1. ait in vrbe Populonia ſignum Iouis è vite extare multis ſæculis incorruptum, multaque alia opera è vite facta affert. Additque, *neque eſt vlla ligno æternior natura.* Verùm is Auctor de vitibus ſilueſtribus loquitur, de domeſticis noſter, quæ niſi fructum ferant, in ignem tantùm ſunt vtiles. *Vas* pro inſtrumento & ſupellectile ponitur. Apta vitis & populi comparatio eſt, quoniam ſæpè Deus eum populũ vineam vocat: Iſai. 5. v. 14. Ierem. 2. v. 21. 3

VTRAMQVE PARTEM. Hebr. *vtrãque extremitatem.* 4
REDACTA EST IN FAVILLAM. Hebr. *exuſta eſt.* q. d. vndè concipit ignem, tota comburitur, non vt alia ligna, quorum pars manet vt titiones. NVMQVID VTILE ERIT AD OPVS. q. d. minimè, quò ad ignem eſt aptior, ad opus inutilior, præſertim poſtquam igne combuſta eſt.

PONAM FACIEM MEAM contra ciues Ieruſalem, 7
toruo vultu eos aſpiciam. DE IGNE EGREDIENTVR. Sic Sept. pro, ſi de igne egredientur, in alium ignem conijciam. i. finita vna calamitate in aliam mittam, non erit requies. Alludit ad id quod dixerat, vitem igne conſumi. *Ignem* autem vocat afflictionem. Hebr. *de igne egreſſi ſunt.* Chaldæus ad legem id refert quam de medio ignis acceperunt, quam quia violarunt, mittentur in ignem, id eſt, gentibus fortibus inſtar ignis tradentur.

8 TERRAM INVIAM ET DESOLATAM ponam. Hebr. *terram deſolatam,* ſeu *in deſolationem.* vt Sept. & Chald. EO QVOD PRÆVARICATORES EXTITERINT. Hebr. *eo quod præuaricati ſunt præuaricationem.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 PARTEM. Chald. *extremitatem.*
6 DEDI. i. dare ſoleo.
7 FACIEM. Chald. *viſionem.* DE IGNE, &c. q. d. ex vna calamitate ad aliam tranſibunt. POSVERO FACIEM, &c. i. puniero eos.

CAPVT XVI.

Ieruſalem priùs abiectiſſima, mirum in modum à Deo exaltata, oſtendit ingratitudinem varia idololatria, in qua & Samariam & Sodomam ſuperauit: idcircò tradet eam Dominus in vaſtationem & in ignominiam omnibus gentibus; ſeruabit tamen pactum reliquiis ſuis.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 * Fili hominis, notas fac Ieruſalem abomi-
3 nationes ſuas: * & dices: Hæc dicit Dominus
A Deus Ieruſalem: Radix tua, & generatio tua de
Terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, &
4 mater tua Cethæa. * Et quando nata es, in die
ortus tui, non eſt præciſus vmbilicus tuus, &
aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec
5 inuoluta pannis. * Non pepercit ſuper te ocu-
lus vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed
proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione
6 animæ tuæ, in die qua nata es. * Tranſiens au-
tem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo. &
dixi tibi cùm eſſes in ſanguine tuo: Viue. dixi,
7 inquam, tibi: In ſanguine tuo viue. * Multipli-
catam quaſi germen agri dedi te: & multiplica-
ta es, & grandis effecta, & ingreſſa es, & peruc-
niſti ad mundum muliebrem: vbera tua intu-
muerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nu-
8 da, & confuſione plena. * Et tranſiui per te, &
vidi te: & ecce tempus tuum, tempus aman-
tium: & expandi amictum meum ſuper te, &
operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & in-
greſſus ſum pactum tecum (ait Dominus Deus)
9 & facta es mihi. * Et laui te aqua, & emundaui
10 ſanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo. * Et ve-
ſtiui te diſcoloribus, & calceaui te ianthino: &
11 cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. * Et ornaui
B te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis,
12 & torquem circa collum tuum. * Et dedi inau-
rem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, &
13 coronam decoris in capite tuo. * Et ornata es
auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymi-
to, & multicoloribus: ſimilam, & mel, &
oleum comediſti, & decora facta es vehemen-
14 ter nimis: & profeciſti in regnum. * Et egreſ-
ſum eſt nomen tuum in Gentes propter ſpe-
ciem tuam: quia perfecta eras in decore meo,
quem poſueram ſuper te, dicit Dominus Deus.
15 * Et habens fiduciam in pulchritudine tua,
fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti
fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius
16 fieres. * Et ſumens de veſtimentis tuis, feciſti
tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata
es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neque fu-
17 turum eſt. * Et tuliſti vaſa decoris tui de au-
ro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi:
& feciſti tibi imagines maſculinas, & forni-

cata es in eis. ˙Et ſumpſiſti veſtimenta tua mul- 18
ticoloria, & operuiſti illas: & oleum meum, &
thymiama meum poſuiſti coram eis. ˙Et pa- 19
nem meum, quem dedi tibi, ſimilam, & oleum,
& mel, quibus enutriui te, poſuiſti in conſpectu
eorum in odorem ſuauitatis, & factum eſt, ait
Dominus Deus. ˙Et tuliſti filios tuos, & filias 20
tuas, quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad C
deuorandum. Numquid parua eſt fornicatio
tua? ˙Immolaſti filios meos, & dediſti, illos con- 21
ſecrans, eis. ˙Et poſt omnes abominationes tuas,
& fornicationes, non es recordata dierum ado- 22
leſcentiæ tuæ, quando eras nuda, & confuſione
plena, conculcata in ſanguine tuo. ˙Et acci- 23
dit poſt omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait 24
Dominus Deus) ˙& ædificaſti tibi lupanar, &
feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. ˙Ad 25
omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutio-
nis tuæ: & abominabilem feciſti decoré tuum:
& diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & mul-
tiplicaſti fornicationes tuas. ˙Et fornicata es 26
cum filijs Ægypti vicinis tuis magnarum car-
nium: & multiplicaſti fornicationem tuam ad
irritandum me. ˙Ecce ego extendam manum 27
meam ſuper te, & auferã iuſtificationem tuam:
& dabo te in animas odientium te filiarum
Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcele-
rata. ˙Et fornicata es in filijs Aſſyriorum, eò 28
quòd necdum fueris expleta: & poſtquam for-
nicata es, nec ſic es ſatiata. ˙Et multiplicaſti for- 29
nicationem tuam in Terra Chanaan cum Chal-
dæis: & nec ſic ſatiata es. ˙In quo mundabo cor 30
tuum, ait Dominus Deus, cùm facias omnia hæc
opera mulieris meretricis, & procacis? ˙Quia fa- 31
bricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & ex- D
celſum tuum feciſti in omni platea: nec facta es
quaſi meretrix faſtidio augens pretium, ˙ſed 32
quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum
inducit alienos. ˙Omnibus meretricibus dan- 33
tur mercedes: tu autem dediſti mercedes cun-
ctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt in-
trarent ad te vndique ad fornicandum tecum.
˙Factumque eſt in te contra conſuetudinem 34
mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non
erit fornicatio: in eo enim quòd dediſti merce-
des, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te
contrarium. ˙Propterea meretrix audi verbum 35
Domini. ˙Hæc dicit Dominus Deus: Quia effu- 36
ſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua
in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos, &
ſuper idola abominationum tuarum in ſangui-
ne filiorum tuorum, quos dediſti eis: ˙Ecce ego 37
congregabo omnes amatores tuos, quibus com-
miſta es; & omnes quos dilexiſti, cum vniuerſis
quos oderas: & congregabo eos ſuper te vndi-
que, & nudabo ignominiam tuam coram eis, &
[n] Infr. 23. b.10 videbunt omnem turpitudinem tuam. ˙[n] Et iu- 38
dicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium
ſanguinem: & dabo te in ſanguinem furoris & E
zeli. ˙Et dabo te in manus eorum, & deſtruent 39
lupanar tuum: & demolientur proſtibulum
tuum: & denudabunt te veſtimentis tuis, & au-
ferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nu-
dam, plenamque ignominia: ˙& adducent ſuper 40
[o] 4.Reg.25 a.9 te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, &
trucidabunt te gladijs ſuis. ˙[o] Et comburent do- 41
mos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis
mulierum plurimarum: & deſines fornicari, &
42 mercedes vltrà non dabis. ˙Et requieſcet indi-
gnatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, &
43 quieſcam, nec iraſcar ampliùs. ˙Eò quòd non
fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, &
prouocaſti me in omnibus his: quapropter &
ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus
Deus, & non feci iuxta ſcelera tua in omnibus
44 abominationibus tuis. ˙Ecce omnis, qui dicit
vulgò prouerbium, in te aſſumet illud, dicens:
45 Sicut mater, ita & filia eius. ˙Filia matris tuæ es
tu, quæ proiecit virum ſuum, & filios ſuos: &
ſoror ſororum tuarum es tu, quæ proiecerunt
viros ſuos, & filios ſuos: mater veſtra Cethæa,
46 & pater veſter Amorrhæus. ˙Et ſoror tua maior,
Samaria, ipſa & filiæ eius, quæ habitant ad ſini-
ſtram tuam: ſoror autem tua minor te, quæ ha-
47 bitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. ˙Sed
F nec in vijs earum ambulaſti, neque ſecundùm
ſcelera earum feciſti pauxillum minus: pænè
48 ſceleratiora feciſti illis in omnibus vijs tuis. ˙Vi-
uo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit So-
doma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu,
49 & filiæ tuæ. ˙[p] Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ [p] Gen.19. c.24
ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundan-
tia, & otium ipſius, & filiarum eius: & manum
50 egeno & pauperi non porrigebant. ˙Et eleuatæ
ſunt, & fecerunt abominationes coram me: &
51 abſtuli eas ſicut vidiſti. ˙Et Samaria dimidium
peccatorum tuorum non peccauit: ſed viciſti
eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in
omnibus abominationibus tuis, quas operata es.
52 ˙Ergo & tu porta cõfuſionem tuam, quæ viciſti
ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratiùs agens ab
eis: iuſtificatæ ſunt enim à te: ergo & tu con-
fundere, & porta ignominiam tuam, quæ iuſti-
53 caſti ſorores tuas. ˙Et conuertam reſtituens eas
conuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, &
conuerſione Samariæ, & filiarum eius: & con-
54 uertam reuerſionem tuam in medio earum, ˙vt
portes ignominiam tuam, & confundaris in
55 omnibus, quæ feciſti conſolans eas. ˙Et ſoror
G tua Sodoma, & filiæ eius reuertentur ad antiqui-
tatem ſuam: & Samaria, & filiæ eius reuerten-
tur ad antiquitatem ſuam: & tu, & filiæ tuæ,
56 reuertemini ad antiquitatem veſtram. ˙Non
fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo,
57 in die ſuperbiæ tuæ, ˙antequam reuelaretur ma-
litia tua: ſicut hoc tempore in opprobrium filia-
rum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filia-
rum Palæſtinarum, quæ ambiunt te per gyrum.
58 ˙ſcelus tuum, & ignominiam tuam tu portaſti,
59 ait Dominus Deus. ˙Quia hæc dicit Dominus
Deus: Et faciam tibi, ſicut deſpexiſti iuramen-
60 tum, vt irritum faceres pactum: ˙& recordabor
ego pacti mei tecum in diebus adoleſcentiæ
61 tuæ: & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum. ˙Et
recordaberis viarum tuarum, & confunderis:
cùm receperis ſorores tuas te maiores cum mi-
62 noribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed non
63 ex pacto tuo. ˙Et ſuſcitabo ego pactum meum
tecum: & ſcies quia ego Dominus, ˙vt recorde-
ris, & confundaris, & non ſit tibi vltrà aperire
os præ confuſione tua, cùm placatus tibi fuero
in omnibus quæ feciſti, ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

BEneficijs acceptis Ieruſalem non reſpondere ait. Minatur exitium,& mutanti meliora pollicetur.

Et dices.cui? Ieruſalem,nempe per literas;nam erat 3
in Chaldæa. Radix tva. Sic Sept. Chald. *habitatio tua*,ſeu *peregrinatio tua*. ſed melius *radix*. Ignobilitatem obijcit, vt puer Daniel cap. 13. verſ. 56. ſeniori ait: *Semen Chanaan, & non Iuda*. Generatio tva de terra Chanaan,ſeu *natales tui*,ad eamdem ignobilitatem hoc ſpectat,quam obijcit, quia maiorum inſtituta imitantur. q.d. ea peruerſitas veſtra eſt, vt non videamini ex Abrahamo orti,ſed è Chananæis. Mater tva Cethæa. Quæ hæc gens ſit, Hieronymus non explicat non alij.

Et qvando nata es. Neque filia legitima es,ſed 4
furto concepta. & expoſita, vt filij meretricum ; aut ex adulterio,cum quibus non fit quod cum alijs ; nam nec vocatur obſtetrix , neque vmbilicus præſcinditur. Non es lota in salvtem. Sic Sept. Chald. *ad munditiam*,alij *ad lenimen*,vt caro mollior ſit. Nec sale salita. Hieronymus: *ſolent infantium corpora ab obſtetricibus ſale aſpergi,vt ſint ſolidiora, & conſtringantur*. Soleatque ad retinendum ſalem pannos & faſcias adijcere. quod mox ait, Nec involvta pannis.

Non pepercit svper te ocvlvs. i.nemo fuit , qui 5
tui miſertus , eas obſeruantias & ritus faceret. Sed proiecta es svper faciem terræ. Hebr. *ſuper faciem agri* , id eſt, in agrum. In abiectione animæ, id eſt, vitæ; quòd de tua vita nihil curarent, ac te potiùs mortuam vellent.

Transiens avtem per te. Hebr. *& tranſiui iuxta* 6
te i.caſu in te incidi. More humano loquitur. Sangvine tvo,quem ſ.è ventre matris traxeras, in eo ſanguine volutabis. Vive,dixi. i.feci,vt viueres, quantumuis ſanguine fœdata,nihil eo ſpectaculo & fœditate motus,nutrici te tradidi.

Mvltiplicatam qvasi germen agri dedi te. 7
Hebr. *decem millia,vt germen agri* , hoc eſt innumeram multitudinem habuiſti , quot ſunt in agro herbæ. Verùm cùm de pulchritudine agat , qua illectus eam de ſponſauit ſibi , quid attinebat de multitudine agri? Quorum *decem millia?* Ideò רבב *rabab* in ſignificatione *multiplicandi*,vt Hieronymus & Sept. accipio,ſeu potius *creſcendi* , & mutatis punctis רְבָבָה in רִבָבָה ſic locum verto: *creuit, procreuiſti,vt germen agri dedi te*. i.inſtar ſcribæ multiplicaſti, creuiſti , quæ paucis diebus multùm creſcit. Et mvltiplicata es & creuiſti. Et grandis effecta. Ter idem repetit, quoniam proceritas multum ad pulchritudinem facit. Et ingressa es, et pervenisti ad mvndvm mvliebrem. Hebr. *& perueniſti ad ornamenta ornamentorum*. hoc eſt,idonea eras,vt te ornamētis omnibus decorarē, armillis , inauribus , torque. Vbera tva intvmvervnt. Hebr. *parata ſunt*,ſeu *formata*. i. intumuerunt. Hoc fit in pubertate. Pilvs tvvs germinavit. ſ.circa pudenda. pubes fit anno quartodecimo in viris , in feminis duodecimo. Et eras nvda. ſ.ob paupertatem,nec ornamenta nec veſtes habebas.

Et transivi per te. Vel *iuxta te*,vt verſ.6. Ecce 8
tempvs tvvm, tempvs amantivm. Hebr. *amorum*, id eſt, viro & nuptijs matura eras. Et expandi amictvm mevm. Hebr. *alam meam*,id eſt, te in meam tutelam accepi,aut vt alij,neſcio quàm verè, *tecum concubui*. Sic Ruth 3. verſ. 9. *Expande pallium*(alam) *tuum ſuper famulam tuam*. Et ivravi, te fore meam ſponſam , idque pepigi. Ingressvs svm pactvm tecvm. Et facta es mihi. i. mea facta es, mea vxor.

Lavi te, eluuiem ſordium abſterſi,& ſanguinis ma- 9
culas,quæ ſupererant.

Vestivi te discoloribvs. רִקְמָה *rikmah* , *veſte acu* 10
picta, opere plumario, veſte Phrygia. Inde noſtris , *recamado*. Calceavi te ianthino. i. pellibus & calceis eo colore. ſ.cæruleo. Sic Sept.& alij ferè Græci Interpretes,vt Hieronymus aſſert. Hebræi תחש *thahas* , *taxum* putant, cuius pelle tabernaculum tectum eſt , & ex ea calcei fiebant ob duritiem.& maculis erat diſtincta:neque enim pilos tergebant , quod noſtri coriarij faciunt. Indvi te svbtilibvs. Sic Sept. Hebr. *operui te ſerico*.

11 Ornavi te ornamento. multiplici ſ.quæ mox ſigillatim explicat.

12 Dedi inavrem svper os tvvm. Hebraica Pagn.& Vatablus ſic vertunt : *dedi circulum ſuper nares tuas*, *& inaures ſuper aures tuas*. Ita נזם *nezem* , quod alijs locis *inaurem* ſignificat , hîc volunt *circulum* ſignificare, quem feminæ è fronte pendentem ſupra nares geſtabant. Quid ſi *perſpicilia* intelligamus,quæ feminæ quaſi ornatum geſtarent?

13 Polymito. i.diuerſi coloris. Hebr. *ſerico veſtita es*. Mvlticoloribvs. Hebr. *rikmah*. i. *acu picta*, vt v. 10. Profecisti in regnvm. Hebr. *proſpere egiſti vſque ad regnum*. q. d. tua pulchritudine factum eſt, vt te ſponſam meam & Reginam fecerim.

14 Egressvm est nomen tvvm. Peruenit fama tua ad gentes. In decore meo. id eſt, ornatu,quem dedi. Tu eras pulchra,ſed acceſſit ornatus, quo pulchrior es facta. Superioribus verſibus indicat, Deum è ſordibus Ægypti populum eruiſſe, multiſque eum donis cumulaſſe,quibus ille malè vſus eſt.

15 Fornicata es. Vox fornicationis de populo dicta, impium cultum ſignificat. In nomine tvo. Hebr. *contra nomen tuum*. i. quid fama loqueretur non curans. Vt eivs fieres. ſ. concubina cuiuſuis tranſeuntis. Hebr. *ei erat* , pro, eras, tertia perſona pro ſecunda. Chald. pro לו legit לא i. *non* , vertit enim, *Quod non decebat te ita facere*.

16 Fecisti tibi excelsa. ſ. idolorum aras tuis veſtibus ornaſti. *Facere*, pro , ornare. Hinc inde consvta. Sept. *conſuta idola*. Itaque pro *excelſis* ponunt *idola*. ſ.imagines veſtitas. quod non diſplicet ; quoniam de veſtimentis facta dixit. Hebr. *multicoloria*. Chald. *cooperta polymitis*. i. verſicoloribus. Fornicata es svper eis. Sic Sept. & Chald. ſed *ſuper*, pro , in eis, vel, cum eis.

17 Vasa decoris tuliſti. ſ. ornamenta,monilia. Et ex eis Imagines mascvlinas feciſti, vt Priapi , vt te ſ. eo ſpectaculo oblectares. Fornicata es in eis , eas coluiſti.

18 Vestimenta tva mvlticoloria. Hebr. *rikmah, acu picta*. Et opervisti illas. ſ. imagines.

19 Similam, et olevm , et mel. Seruius 7. Æneid. in illud, *Inſtituuntq; dapes. Liba*, inquit, *ſunt placentæ de farre, melle , & oleo ſacris apta. Iis colebant idola*. Posvisti. Ego dedi tibi ea in alimentum , tu idolis obtuliſti. Et factvm est, negare id non potes.

20 Generasti mihi, nimirum filias, vt vxor viro. Ad devorandvm, vt igne conſumerentur, ſ. idolis oblatæ. Sic faciebant 4 Reg. 16. verſ. 3 & cap. 17. verſ. 17. Nvmqvid parva. Hebr. *num paruum è fornicationibus*. q. d. Summa hæc erat impietas , ſcelus omnium grauiſſimum.

21 Illos consecrans eis. Hebr. *in traijciendo eos illis*. ſ. filios idolis.

23 Et accidit post omnem malitiam tvam. Oratio imperfecta, quæ abſoluitur verſ. ſequenti (Væ,væ tibi, ait Dominvs Devs) per parentheſim. Quæ verba olim Vulgata editio non habuit, vt Hieronymus ait, atque adeò nec Sept. vt modò in Rom. Biblijs Sept non ſunt ; ſed ex Theodotione in vet. Vulgatam & in Sept. tranſtulerunt,vt modò ſunt in Reg. Sept.

24 Ædificasti tibi lvpanar, et fecisti tibi prostibvlvm. Chald. *aras*, & *excelſa*. Idque voces Hebr. ſignificant. Sed quoniam in ijs fornicabantur impio cultu , vocat ea Hieronymus *lupanaria* & *proſtibula*. Sept. οἴκημα, quod Polychronius ait ſignificare πορνεῖον. i. *domum vbi meretrices viuunt*. aut ſic programma ſiue ſignum , titulus poſitus in fronte proſtibuli. In cvnctis plateis, publicè more meretricum , quibus ſuprema voluptas eſt, ſuas fœditates publicare , vt Tacitus ait lib. 11.

25 AD OMNE CAPVT VIÆ. i in biuio, vbi meretrices ſedere ſolebant. vt Thamar Geneſ. 38. v. 14. SIGNVM PROSTITVTIONIS TVÆ poſuiſti. vt ſ. eo ſigno vocares tranſeuntes. Hebr. *ad omne caput viæ ædificaſti excelſum tuum.* ſic Chald. i. aram idoli. ET ABOMINABILEM FECISTI DECOREM TVVM. Chald. *profanaſti.* DIVISISTI PEDES, ſeu *aperuiſti*, ſeu *diuaricaſti*. quod fit in fornicatione. Verbo honeſto turpitudinem tegit.

26 FORNICATA ES CVM FILIIS ÆGYPTI ..... MAGNARVM CARNIVM. i quia Ægyptij virilia maiora quàm alij habent, & per *virilia* intellige *idola*, quibus Ægyptij præ ceteris dediti erant. Cum illis es fornicata.

27 EXTENDAM MANVM MEAM, vt te puniam. AVFERAM IVSTIFICATIONEM TVAM. i. pactum meum, quo iuſtificabaris. Sept. *legitima tua.* Hebr. *pactum tuum*, quod ſ. mihi tecum eſt. Quidam explicant, auferam pactum, cibum & demenſum, quod dare ſolebam, ſimilam, mel, oleum. DABO TE IN ANIMAS. i. deſideria. FILIARVM PALÆSTINARVM. i. vrbium Philiſthæorum, aut oppidorum. QVÆ ERVBESCVNT. i. te meliores ſunt. Aut pudet eas tuorum ſcelerum, quamuis ſint iniquæ.

29 IN TERRA CHANAAN. i. Chananæos & Chaldæos in cultu idolorum es imitata, cum ijs es fornicata.

30 IN QVO MVNDABO COR TVVM? i. te innocentem iudicabo, vt Hieronymus explicat. Sept. *quid faciam cordi tuo?* Chald. *quam fortis eſt malitia cordis tui?* Hebr. *quàm infirmum eſt cor tuum?* MERETRICIS, ET PROCACIS. Hebr. *meretricis & dominantis* i. liberæ, vagæ, nullius imperio ſubiectæ opera facis.

31 LVPANAR. Hebr. *excelſum*, aram idoli. Vide v. 24. NEC FACTA ES QVASI MERETRIX FASTIDIO AVGENS PRETIVM. Tu non es ſ. talis, vt meretrices, quæ pretium captant. Hebr. *irridendo*. pro irridens *mercedem*. Nempe irridet ſeu faſtidit quod offertur, vt plus amator tribuat. Sept. *congregans mercedes.* Chald. *vtilitatem capiens ex mercede.* Eodem ſpectant omnia, eſſe meretricem gratuitam, ac potiùs dare ipſam amatoribus dona, vt ait v. 33.

32 SED QVASI MVLIER ADVLTERA. Hebr. *mulier adultera.* i. tu es. QVÆ SVPER VIRVM SVVM. Hebr. *pro viro ſuo inducit*, ſeu *accipit* ALIENOS ſ. non quærens mercedem, quia non eget, ſed libidinis cauſa.

34 ET POST TE NON ERIT FORNICATIO. i. fornicatrix. Chald. addit, *quæ fornicetur ſicut tu.* ſ. quæ amatoribus det.

36 QVIA EFFVSVM EST ÆS TVVM. i. pecunia in amatores. Sic Sept. Sed nouus modus loquẽdi, vt in Sacris *æris* nomine pecunia intelligatur, quæ argentũ potiùs vbiq; vocatur. Ideò alij vertunt, *effuſa eſt inferior pars tua.* i. pudenda. Chald. *confuſio tua.* Pagn. *turpitudo tua.* ſic Hebræi. Nimirum vox Hebr. *nehoſeth* ſignificat *æs*, quod Hieronymus ſequitur, & *partem inferiorem*, ſeu *pudenda*. Tum quod addit ſtatim, *& reuelata eſt ignominia tua.* ſit repetitio. SVPER AMATORES, vel *propter amatores*, aut *cum amatoribus.* ET SVPER IDOLA, propter idola. IN SANGVINE FILIORVM, propter ſanguinem, ob hæc omnia delicta, ſ. puniam te.

37 NVDABO IGNOMINIAM TVAM. Vt te amici & inimici irrideant, Ægyptij & Aſſyrij, ſeu Chaldæi. Hoc accidit, cùm capta Ieruſalem eſt, & templum incenſum.

38 IVDICIIS ADVLTERARVM. i. puniam vt adulteram, & parricidam filiorum. DABO TE IN SANGVINEM FVRORIS. i. crudeli mortis genere. ET ZELI, id eſt, vt ſolent zelotypi vxores adulteras necare.

39 DESTRVENT LVPANAR. Hebr. *aram & excelſa.* De quo plura v. 24. AVFERENT VASA DECORIS. i. ornamenta, per quæ opes intelligit, quas Chaldæi diripuerunt.

40 ADDVCENT SVPER TE MVLTITVDINEM. Hebr. *congregationem.* i. exercitum. LAPIDABVNT TE. Alludit ad pœnam adulterarum, quas lapidibus obruere ſolebant.

41 IN OCVLIS MVLIERVM. Alludit ad conſuetudinem puniendi adulteras coram alijs mulieribus, vt eo ſupplicio viſo cautiores euaderent.

42 REQVIESCET, &c. Hebr. *quieſcere faciam indignationem* tuo ſ. malo ſatiatus. ET AVFERETVR ZELVS. Satiata indignatione, te ampliùs non puniam.

43 ET NON FECI IVXTA SCELERA TVA, non puniui pro meritis. ſic Sept. & Hebraicè, vt in Biblijs ſcribitur. Verùm iuxta emendationem Malloreth, ſenſus eſt: *Et non feciſti cogitationem ſuper omnibus abominationibus*, nempe, vt ſ. *ab illis recederes.* Sic explicat Chald.

44 SICVT MATER, ITA ET FILIA EIVS. Mater fuit Chaldæa, vnde Abraham exiuit. Vtraque idolis dedita.

45 FILIA MATRIS TVÆ. i. illi ſimilis. SOROR SORORVM TVARVM. Hebr. *Soror ſororis tuæ*, pro *ſororum tuarum*, vt poſuit Hieronymus, & rectè, quoniam plures ſorores mox nominat. MATER VESTRA CETHÆA. Moribus, non ſanguine. An hæc Græcia. i. *Cethim.* 1. Mach. 1. verſ. 1.

46 SOROR TVA MAIOR SAMARIA. *Samaria* erat caput regni Iſraelitici, & in eo decẽ tribus erant, ſic erat maior numero. SODOMA ſoror erat moribus, minor, quia minùs frequens. Porrò ad Ortum conuerſis Samaria ad ſiniſtram Ieruſalem erat, Sodoma ad dextram, vt hîc dicitur. ET FILIÆ EIVS. Samariæ filias, minora oppida & vrbes vocat.

47 PAVXILLVM MINVS non feciſti. Non minus aliquid quàm Samaria & Sodoma peccaſti. Sic Sept. illud *paulò minùs*, vt Hieronymus cum ſuperioribus iungunt, Hebræi cum ſequentibus, ſic: *ſicut parum parum, & corrupiſti præ illis omnes vias tuas.* Verùm noſtra meliùs connectuntur quàm Hebraica.

49 SVPERBIA, SATVRITAS PANIS pro, ſuperbia ex ſaturitate panis, Sodomæ mali cauſa fuit, *& abundantia otij.* ſic Hebr. vbi nos, ET ABVNDANTIA ET OTIVM. Otium multorum malorum eſt fons. MANVM EGENO, &c. Hebr. *manum egeni & pauperi non confortabat.* ſ. aliquid dando. Sept. *manum mendici & pauperis non adiuuabant.*

50 ELEVATÆ SVNT. Sodoma & oppida ei ſubiecta ſuperbierunt. CORAM ME, in oculis meis, me vidente.

51 IVSTIFICASTI. i. iuſtiores oſtendiſti eſſe eas maiora peccando, quàm ſorores tuæ.

52 VICISTI SORORES TVAS, quando grauiùs peccaſti. Victoriæ id genus eſt, ſed infame. Hebr. *indicaſti ſororem tuam in peccatis tuis.* i. illam condemnaſti olim, nunc in malo ſuperior illa euaſiſti, quod noſter dixit, *Viciſti ſorores tuas.* Chald. *deprecata es ſorores tuas.* Quid hoc? פלל *Palal*, *indicare* & *precari* ſignificat. Alij explicant: *Indicaſti meritò Samariam duci captiuam.* Verùm cum hac expoſitione non ſatis conuenit quod addit, *in peccatis tuis.* SCELERATIVS AGENS AB EIS. i. præ eis. IVSTIFICATÆ SVNT ENIM A TE. i. præ te iuſtiores ſunt, minùs peccarunt.

53 ET CONVERTAM RESTITVENS EAS, &c. Hebr. *& conuertam captiuitatem earum, captiuitatem Sodomæ & filiarum eius, & captiuitatem Samariæ & filiarum eius.* Verùm Sodomam liberare quî potuit iam combuſtam? Per *Sodomam* vicinas eo tractu gentes intelligo, aut prauos, qui ad Euangelium venerunt. ET CONVERTAM REVERSIONEM TVAM IN MEDIO EARVM. Hebr. *& captiuitatem captiuitatum tuarum in medio earum.* i. cum eis te etiam liberabo à tuis captiuitatibus: multæ enim captiuitates fuere, ac nominatim Iechoniæ & Sedeciæ. Quo tempore finitimæ gentes in captiuitatem abierunt, & cum illis Iudæi.

54 VT PORTES IGNOMINIAM. Ea ſpe modò patienter feres mala, quæ premunt. CONSOLANS EAS. Tuo malo conſolabuntur, quia miſeris ſolatium eſt, malorum habere ſocios.

55 REVERTENTVR AD ANTIQVITATEM SVAM, ſiue *ad principium ſuum*, vt Chald. & Sept. nempe in priores opes & ſtatum priſtinum reſtituentur.

56 NON FVIT AVTEM SODOMA SOROR TVA AVDI-

TA,

TA, cùm proſperè ageres, & ex eo in ſuperbiam elata, non meminiſti caſus Sodomæ, vt eius exemplo eſſes cautior, & te contineres à malo.

ANTEQVAM REVELARETVR MALITIA TVA, ex 57
ſupplicio ſ. & captiuitate, non meminiſti Sodomæ ante id tempus. SICVT HOC TEMPORE. Hebr. *ſicut tempore opprobrij filiarum.* Non quod ipſæ ſunt paſſæ, ſed quo te illæ affecerunt videntes cladem tuam. QVÆ AMBIVNT TE PER GYRVM. Sic Sept. Hebr. *quæ te vndique contemnunt*, aut *deprædantur*. Vox Hebr. שאטות *ſatoth* vtrumque poteſt ſignificare; ſ. *contemnere* & *deprædari*: atque id eſt opprobrium quod dixit.

TV PORTASTI. pro, portabis ſcelus tuum & abomi- 58
nationem (pro quo noſter *ignominiam*) i. dabis debitas pœnas.

ET FACIAM TIBI. *Et* redundat. Ergo faciam tibi, 59
pœnas ſumam, quòd iuramentum contempſeris, & pactum infregeris quod inter nos erat.

ET RECORDABOR. Id tu merita es, vt pœnas de te 60
ſumam. Ego tamen demum antiqui fœderis recordabor, vt ſecundùm illud tibi benè faciam.

ET RECORDABERIS VIARVM TVARVM. i. malorum 61
quæ feciſti. CVM RECEPERIS SORORES. i. Sodomam & Samariam tibi ſubiecero. quod ad tempus Eccleſiæ, & vocationem Gentium referri debet. SED NON EX PACTO TVO. Chald. *cùm tamen tu non feceris legem.* q. d. non ob merita tua id faciam, non ideò quia pactum ſeruaris, quod iniſti mecum.

ET SVSCITABO, ſeu *ſtabiliam*. Tu pactum tuum non 62
ſeruaſti, ego tamen pactum, quod olim pepigi, ſtabiliam.

NON SIT TIBI VLTRA APERIRE OS, non audebis 63
ampliùs conqueri de me tot beneficijs deuincta nullo tuo merito.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

RADIX, &c. q.d. videris nata ex Chananæis & 3
Amorrhæis, &c. vel talis eras cùm te primùm vocaui.

NON EST, &c. q.d. non eſt tibi adhibita cura, quæ ſo- 4
let recèns natis, ſed te reperi prorſus deſtitutam. SALVTEM, ſ. lauatur fœtus, vt componantur membra incurua ex vtero. SALE. qui adhibetur vmbilici vulneri, itemque fœtui ſiccando. PANNIS. i. faſcijs.

PEPERCIT. i. miſertus eſt. OCVLVS. ſ. cuiuſquam. 5
ANIMÆ. i. vitæ.

SANGVINE. ſ. qui cum fœtu egreditur. q. d. reperi te 6
ſordidam.

MVLTIPLICATAM. ſ. viribus, opibus, dignitati- 7
bus, &c. INGRESSA. i. progreſſa. MVNDVM. i. ornatum. PILVS. ſ. pudendorum.

ET TRANSIVI. pro, cùm tranſirem. AMANTIVM. 8
q.d. nubendi. ſolent enim nubiles amare adoleſcentes. IGNOMINIAM. i. nuditatem. IVRAVI. ſ. vt fit in ſponſalitijs. INGRESSVS SVM. i. pepigi. MIHI. ſ. ſponſa.

LAVI. ſ. à peccatis. OLEO. ſ. miſericordiæ. 9

DISCOLORIBVS. ſ. pulchris veſtibus ſacerdotalibus, 10
vbi varij colores. IANTHINO. Chald. *pretioſis calceamentis.* SVBTILIBVS. ſ. ſerico.

MANIBVS. i. brachijs. 11

INAVREM. i circulum aureum inauri ſimilem. OS. 12
.i. vultum, vel nares. his enim etiam in Oriente aurum apponitur. ſ. ex fronte pendens & naribus imminens. Lxx. *naſum.* DECORIS. i. pulcherrimam.

SIMILAM, &c. Chald. *manna ſimilæ ſimile, melli, &* 13
oleo. PROFECISTI IN REGNVM. i. regnaſti.

NOMEN. i. fama. 14

IN NOMINE TVO. i. cùm tam celebris eſſes. Chald. 15
ob nomen tuum. i. elata. FIERES. ſ. velut concubina.

EXCELSA. Lxx. *idola.* CONSVTA. Chald. *operta po-* 16
lymitis. ſ. conſutis inter ſe, vt ſolent cortinæ. FACTVM. ſ. vmquam. q.d. grauiſſimè.

VASA DECORIS. i. ornamenta pulchra. FORNICA- 17
TA. ſ. colendo eas. ſolet enim Scriptura idololatriam *fornicationem* vocare.

19 FACTVM EST. ſ. ita vt dico. q. d. non potes horum quidquam negare.

20 MIHI. ſ. mea virtute, mihique debitos. DEVORANDVM. ſ. igni. q. d. in holocauſtum.

22 ADOLESCENTIÆ. ſ. in Ægypto.

23 ACCIDIT. ſ. quod ſtatim dicetur. VÆ, &c. id per parentheſim. Chald. *væ tibi, quia peccaſti; væ tibi, quia non es conuerſa.*

25 SIGNVM. ſ. altare, vel delubrum. PEDES. i. crura. OMNI TRANSEVNTI. q. d. omnia idola coluiſti tibi nota.

26 CVM FILIIS, &c. ſ. illos imitata, vel illis coniuncta amicitia. CARNIVM. Sic modeſtè vocat genitalia, ſed ſimul pudefacit, perſiſtens in metaphora fornicationis.

27 IVSTIFICATIONEM. i. templum, & cultum, ſeu leges. Lxx. *legitima tua.* q. d. ritus & cærimonias. FILIARVM. .i. vrbium, vel gentium. ERVBESCVNT. q. d. etiam idololatras pudet tuorum ſcelerum, adeò ſunt immania. Chald. *ad quas ſi miſiſſem Prophetas meos, erubeſcerent: tu autem non es conuerſa a via tua ſcelerata.*

28 IN FILIIS. pro, cum filijs.

30 IN QVO, &c. Chald. *quàm fortis malitia cordis tui.* Lxx. *quid faciam cordi tuo?*

31 FASTIDIO. ſ. minoris pretij. q. d. non aliter acquietura.

32 SVPER. i. præter.

34 FORNICATIO. ſ. talis. CONTRARIVM. ſ. ei quod faciunt meretrices.

36 EFFVSVM. ſ. prodigè. SVPER. Chald. *poſt.* Lxx. *ad.* SVPER IDOLA. Chald. *in omnibus idololatrijs.* IN SANGVINE. Chald. & Lxx. *& in ſanguine.* i. cæde. DEDISTI. Chald. *immolaſti.*

38 SANGVINEM. i. cædem. ZELI. q. d. vt ſolent zelotypi occidere vxores in adulterio deprehenſas.

40 MVLTITVDINEM. ſ. hoſtium. Chald. *exercitum.* LAPIDIBVS. ſ. vt adulteram.

41 MVLIERVM. i. gentium.

42 REQVIESCET. ſ. ſumpta vindicta. ZELVS. i. zelotypia, ſeu amor. IRASCAR. i. puniam. q. d. abijciam in totum curam tui. Lxx. *non ero ſolicitus vltrà.*

43 DEDI. pro, dabo. i puniam. IVXTA SCELERA. i. quantum merebantur peccata tua.

46 FILIÆ EIVS. i. ei ſubiectæ vrbes. SINISTRAM. ſ. aſpiciendo ad Orientem.

49 PANIS. i. ciborum. ABVNDANTIA. ſ. rerum, ſeu deliciarum. FILIARVM. Chald. *villarum.*

51 IVSTIFICASTI. i. oſtendiſti te iuſtiores eſſe, ſeu minùs iniquas.

52 AB EIS. i. quàm eæ. A TE. i. præ te. ſ. comparatione tui.

53 CONVERTAM, &c. Ironicè. q. d. ita illarum miſerebor, vt Sodomæ miſertus ſum. REVERSIONEM pro, *conuerſionem*, vt ſup. eſt enim idem verbum Hebr. q. d. ita eas conuertam, ſ. ad proſperitatem, vt conuerti Sodomam & Samariam. IN MEDIO. i. inſtar. q. d. velut in medio.

54 CONSOLANS. ſ. ſolatium eſt miſeris ſocios habere malorum.

55 ET SOROR, &c. & id ironicè. q. d. ita tu reuerteris ad antiquam proſperitatem, vt illæ. AD ANTIQVITATEM SVAM. Chald. *ad principium ſuum.* Lxx. *ſicut fuerunt à principio.*

56 AVDITA, &c. i. non meminiſti vmquam punitionis eius.

57 REVELARETVR. ſ. per punitionem. OPPROBRIVM. ſ. quo nunc es tu illis. ſic Pſal. 78. *Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris.*

58 SCELVS TVVM. i. pœnam ſceleris.

59 SICVT DESPEXISTI. q. d. puniam ſicut mereris.

60 SEMPITERNVM. ſ. numquam mutandum. Id ad Chriſti tempus referendum.

61 MAIORES. Lxx. *ſeniores.* MINORIBVS. Lxx. *iunioribus.* Intellige ſignificari omnes nationes, & quæ Iudæis priores in mundo, & poſteriores, ſeu ſecundùm Chald.

prouincias Iudææ maiores , & minores. vel alludit ad illud quod ſuprà dixit, Samariam eſſe ſororem maiorem. ſ.numero, Sodomam verò minorem. Ex pacto tvo. i. vi Legis veteris, ſed Chriſti meritis. Chald. *cum tamen non feceris legem.* q.d. non ex merito tuo.

CAPVT XVII.

Per parabolam de duabus aquilis, & plantata ac creſcente vinea quæ non proſperabitur , declaratur quod rex Babylonis tranſlato in Babylonem rege Ioakim , conſtituet pro eo regem Sedeciam ; qui relicto fœdere cum Nabuchodonoſor inito, ad regem Ægypti transfugit: quapropter à Domino tradetur in manus Nabuchodonoſor, & ductus in Babylonem morietur ibi : Dominus autem ſublimi humiliato exaltabit humilem.

ET factum eſt verbum Domini ad me , di- 1
cens : * Fili hominis propone ænigma , & 2
narra parabolam ad domum Iſraël , * & dices: A
Hæc dicit Dominus Deus : * Aquila grandis 3
magnarum alarum, longo membrorum ductu,
plena plumis , & varietate , venit ad Libanum,
& tulit medullam cedri. * Summitatem fron- 4
dium eius auulſit : & tranſportauit eam in Terram Chanaan , in vrbe negotiatorum poſuit il-
lam. * Et tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in 5
terra pro ſemine , vt firmaret radicem ſuper
aquas multas : in ſuperficie poſuit illud. * Cum- 6
que germinaſſet, creuit in vineam latiorem hu- B
mili ſtatura, reſpicientibus ramis eius ad eam: &
radices eius ſub illa erant. facta eſt ergo vinea, &
fructificauit in palmites, & emiſit propagines.
* Et facta eſt aquila altera grandis , magnis alis, 7
multiſque plumis : & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos extendit
ad illam , vt irrigaret eam de areolis germinis C
ſui. * In terra bona ſuper aquas multas plantata 8
eſt : vt faciat frondes , & portet fructum , vt ſit
in vineam grandem. * Dic : Hæc dicit Domi- 9
nus Deus : Ergóne proſperabitur ? nónne radices eius euellet , & fructus eius diſtringet, & ſiccabit omnes palmites germinis eius , & areſcet:
& non in brachio grandi, neque in populo mul-
to , vt euelleret eam radicitus ? * Ecce plantata 10
eſt : ergóne proſperabitur ? nónne cùm tetigerit
eam ventus vrens ſiccabitur, & in areis germinis
ſui areſcet ? * Et factum eſt verbum Domini ad 11
me , dicens : * Dic ad domum exaſperantem: 12
Neſcitis quid iſta ſignificent ? Dic : Ecce venit D
rex Babylonis in Ieruſalem : & aſſumet regem,
& principes eius , & adducet eos ad ſemetipſum
in Babylonem. * Et tollet de ſemine regni, feriet- 13
que cum eo fœdus : & ab eo accipiet iuſiurandum. ſed & fortes terræ tollet , * vt ſit regnum 14
humile , & non eleuetur , ſed cuſtodiat pactum
eius, & ſeruet illud. * Qui recedens ab eo miſit 15
nuntios ad Ægyptum, vt daret ſibi equos, & populum multum. Numquid proſperabitur , vel
conſequetur ſalutem qui fecit hæc ? & qui diſ-
ſoluit pactum , numquid effugiet ? * Viuo ego, 16
dicit Dominus Deus : quoniam in loco regis,
qui conſtituit eum regem, cuius fecit irritum iu-
ramentum , & ſoluit pactum, quod habebat E
cum eo, in medio Babylonis morietur. * Et non 17
in exercitu grandi , neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium : in iactu aggeris , & in extructione vallorum , vt interficiat
animas multas. * Spreuerat enim iuramentum 18
vt ſolueret fœdus , & ecce dedit manum ſuam:
19 & cum omnia hæc fecerit , non effugiet. * Pro-
F pterea hæc dicit Dominus Deus: Viuo ego, quoniam iuramentum quod ſpreuit, & fœdus quod
20 præuaricatus eſt, ponam in caput eius. [a] Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea : & adducam eum in Babylonem , & iudicabo eum ibi, in præuaricatio-
21 ne qua deſpexit me. * Et omnes profugi eius
cum vniuerſo agmine ſuo, gladio cadent: reſidui
autem in omnem ventum diſpergentur: & ſcie-
22 tis quia ego Dominus locutus ſum. * Hæc dicit
Dominus Deus : Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis , & ponam : de vertice ramorum
eius tenerum diſtringam , & plantabo ſuper
23 montem excelſum & eminentem. * In monte
G ſublimi Iſraël plantabo illud, & erumpet in germen , & faciet fructum , & erit in cedrum magnam : & habitabunt ſub ea omnes volucres, &
vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius
24 nidificabit. * Et ſcient omnia ligna regionis,
quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime,
& exaltaui lignum humile : & ſiccaui lignum
viride , & frondere feci lignum aridum. Ego
Dominus locutus ſum , & feci.

[a] Supr. 12. d. 13 Infr. 32. a. 3

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DVarum aquilarum parabola, Iechoniæ & Sedeciæ prædicit captiuitatem.

2 Propone ænigma. *Ænigma* verbú eſt obſcurum, in quo vna res per alteram intelligitur. Narra parabolam. Ea eſt vnius rei ad alteram ſimilitudo & comparatio.

3 Aqvila grandis, Nabuchodonoſor. Magnarvm alarvm. Eæ ſunt copiæ militares. Longo membrorvm dvctv. Sic Sept. Chald. *longa membris*. Alij vertunt, *longis pennis.* Verùm אבר *aber* non ſolùm *pennam*, ſed *membrum* ſignificat, præcipuè *pudendum* apud Rabbinos. Plena plvmis. Ad veſtes refero pretioſas , quoniam addit, Et varietate. Hebr. *rikmah* acu picta. ſed quoniam eæ veſtes ſunt variæ, ea voce *varietatem* intelligit. ſ. colorum , varijs coloribus nitet. Ad Libanvm. Sic vocat Ieruſalem, propter eius montis præſtantiam. Et tvlit medvllam cedri. Sept. *tulit electas cedros.* Chald. *propaginem cedri.* Hebræi ferè *ſummitatem*, ſed quouis modo Iechoniam & Principes intelligit, quos Babylonius captiuos duxit.

4 Svmmitatem frondivm. Vox Hebr. *ramos teneros* ſignificat, quos *frondes* Hieronymus dixit, ſurculos & ſtolones, vt alijs locis inſereret. In Terram Chanaan. Sic Babylonem vocat, emporium frequens. Et verè *Chanaan* , *negotiationem* ſignificat. Quod magis verba proxima declarant. In vrbe negotiatorvm. Ea eſt Babylon.

5 Tvlit de semine terræ. Capto Iechonia , Sedeciam eius patruum Regem conſtituit , non aliunde Regem attulit. Posvit illvd in terra pro semine. Hebr. *& poſuit illud in agro ſeminis.* Sept. *in agro ſeminabili.* Chald. *in agro apto ſementi.* i. fertili & culto. Vt firmaret radicem svper aqvas mvltas. Hebr. *tulit* (illud) *iuxta aquas multas.* In svperficie posvit illvd. Non fuit firmum Sedeciæ regnum. Hebr. (vt) *ſalicem poſuit illud.* Salices iuxta aquas plantantur. Sed quam arborem poſuit? vitem , vt ſequentia declarant , & Chald. cùm ait , *vitem plantatam poſuit illud.* Ergo vitem plantauit, ſed iuxta aquas, vt ſalices.

6 In vineam latiorem hvmili statvra. Hebr. *fuit in vineam luxuriantem humilis ſtaturæ.* i. humile quidem Sedeciæ regnum, ſublatis Principibus cum Iechonia, vt v. 14. dicitur, ſed proſperum initio. Respicientibvs ramis eivs ad eam. i. curuis ramis , & ad

ter-

terram reflexis, fructus ſ. pondere. ET RADICES EIVS
SVB ILLA ERANT. Non mirum ſi luxuriabat, ſi ramos
incuruos habuit; nam radices ſub ſe habuit. ſ. profun-
das. Aut ſic meliùs: *humilis ſtatura*, quoniam vites in
ſe ſtant, ſine adminiculo arborum, aut lignorum. Re-
ſpiciunt rami ad vitem, cùm intorti panguntur, & ſine
calce. ex Plinio lib. 17. cap. 21. & radices ſub ſe habet,
cùm intorti palmites radices agunt. Quæ ratio eſt breui
vineam dilatandi, & multiplicandi vites.

AQVILA ALTERA. Sic Sept. & Chald. Hebr. *aquila* 7
vna. Nimirum pro אחד *chad* i. *vna*, olim legebatur
אחר *aher*, *altera*. Hic fuit Rex Ægypti. ECCE VINEA
ISTA. i. gens Iudæorum. MITTENS RADICES SVAS.
Hebr. *incuruauit radices ſuas ad eam*. *Radices* vocat le-
gatos quos Sedecias miſit in Ægyptum, Ierem. 2. v. 18.
ad petendam opem. Memento, arbores incuruare ra-
dices verſus aquam, & Ægyptum exundare aquis. DE
AREOLIS GERMINIS SVI, ſiue *plantationis ſuæ*. i. aquam
concederet, qua plantas ipſa & ſata rigabat. ſed per
aquam milites intelligit, quos mitti ad ſe poſtulabat.

IN TERRA BONA plantata eſt. Hic eſt Sedecias. SV- 8
PER AQVAS MVLTAS. Quomodo ergo ab Ægypto pe-
tit aquas? ſed petit aquas. i. milites, quæ ex ſe aquas
.i. fertile ſolum habebat. VT SIT IN VINEAM GRAN-
DEM, ſeu *magnificam vineam*, ſeu *fortem*, vt Chald. Iu-
dæi ſe munire volunt Ægypti ope.

RADICES EIVS EVELLET. Quis? prior aquila Na- 9
buchodonoſor. ET NON IN BRACHIO GRANDI.
ſ. Nabuchodonoſor veniet, vt euellat hanc vineam.
Alij referunt ad Ægypti Regem, qui opitulatum venit
cum exiguis copijs. Alij ad Sedeciam, qui ad ſe tuen-
dum non multos habuit milites. Ego de Babylonio in-
telligo, qui vineam euulſit, exiguis comitatus copijs.

CVM TETIGERIT EAM VENTVS VRENS, SICCABITVR. 10
Sic Sept. & Chald. Hebr. *ventus Orientalis*, qui
vrit ſ. & noxius eſt. Porrò Babylon ad Ortum ſita eſt.

DIC AD DOMVM EXASPERANTEM. Hebr. *rebellem*. 12
ASSVMET REGEM. ſ. Iechoniam Babylonius. ſ. ænigma-
tis v. 3. & 4. propoſiti hæc eſt explicatio.

TOLLET DE SEMINE REGNI. Sedeciam ſ. Regem 13
conſtituet, de quo verſ. 5. FORTES TERRÆ TOLLET.
Hebr. *arietes*. ſed per *arietes duces*, vt Sept. & *Principes*,
vt Chald. intelligit, qui cum Iechonia Babylonem miſ-
ſi ſunt, 4. Regum 24 v. 15.

VT SIT REGNVM HVMILE. Sublatis Principibus, 14
Sedeciæ regnum humile manſit. Quod de vinea dixit
v. 6. humili ſtatura fuiſſe.

VIVO EGO, DICIT DOMINVS DEVS: QVONIAM. Heb. 16
Viuo ego, ſi non. Forma iurandi. q.d. Non viuam, niſi
fecero quæ ſequuntur. ſic Sept. & Chald. IN LOCO
REGIS, in patria, in vrbe Babylonij morietur Sedecias.

ET NON IN EXERCITV GRANDI. Non afferet magnas 17
copias Ægypti Rex, vt Iudæis opituletur. CONTRA
EVM. Sic Sept. & Chald. ſ. Babylonium. Hebr. *cum eo
faciet prælium*. Sed perinde eſt. IN IACTV AGGERIS.
ſ. erit bellum, non aliter quàm obſidendo vrbem, non
venient ad manus, vt iuſto prælio dimicent. & in ea ta-
men obſidione multi peribunt. VT INTERFICIAT
ANIMAS MVLTAS i. multos homines.

ET ECCE DEDIT MANVM SVAM. ſ. Ægyptio Sede- 18
cias, vt Chald. explicat. Cum eo pepigit, poſtquam
fœdus cum Babylonio factum rupit.

VIVO EGO, QVONIAM. Hebr. *Viuo ego, ſi non*. for- 19
ma iurandi, vt verſ. 16. IVRAMENTVM. Hebr. *iura-
mentum meum, & fœdus meum*. ſic Sept. & Chald. Quòd
Deus qui loquitur, eo modo vocat, quia eius nomine &
religione eſt confirmatum. PONAM IN CAPVT EIVS
fœdus i. pœnas ob id ſumam.

EXPANDAM SVPER EVM RETE. *Rete* ſuum Deus 20
vocat Babylonias copias, quibus cincti Iudæi vt inda-
gine ſunt. IN PRÆVARICATIONE, &c. Hebr. *& iudi-
cabor ibi cum eo de præuaricatione ſua qua præuaricatus
eſt in me*. i. puniam ob præuaricationem, vel litigabo
cum eo de præuaricatione.

CVM VNIVERSO AGMINE SVO Hebr. *in omnibus alis* 21
ſuis. i. cohortibus, gladio cadent Iudæi.

22 DE MEDVLLA, ſeu *de ſummitate* cedri, vt verſ. 3. DE
VERTICE RAMORVM. Vox Hebr. *ramos teneros* ſigni-
ficat. Ergo de ramis teneris, de nouis germinibus ſu-
mam tenerum ramum. ſ. ſurculum. DISTRINGAM.
.i. præſcindam. SVPER MONTEM EXCELSVM. ſ. in Ie-
ruſalem. Hunc *ramum* putant Hebræi fuiſſe Zoroba-
bel, qui ex regio ſanguine fuit, nos Chriſtum, ob ea quæ
ſequuntur. Sub ea arbore omnes volucres habitaturas.
.i. omnes gentes, quod in Zorobabel non conuenit.

23 SVB VMBRA FRONDIVM EIVS NIDIFICABIT vola-
tile. Hebr. *ſub vmbra ramorum eius habitabunt*, pro, ha-
bitabit Sept. *requieſcet*.

24 OMNIA LIGNA REGIONIS, ſeu *agri*. i. omnes gentes
etiam barbaræ ſcient me humiliaſſe. LIGNVM SVBLI-
ME. Is eſt Sedecias. EXALTAVI LIGNVM HVMILE, id
eſt Chriſtum. FRONDERE FECI. Hebr. *germinare fe-
ci*. vt Sept. ſeu *florere feci*, vt Pagn. Verbum פרח *parah*
vtrumque, *germinare* & *florere* ſignificat. LOCVTVS
SVM, ET FECI. pro, & faciam quæ loquor.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 AENIGMA. i. obſcurum ſermonem.
3 AQVILA. ſ. Nabuchodonoſor, cuius alæ, poten-
tia & opes. PLVMIS. LXX. *vnguibus*. LIBANVM. i. Ie-
ruſalem. MEDVLLAM. Chald. *propaginem*. LXX. *ele-
cta*. ſ. præcipua quæque.

4 SVMMITATEM, &c ſ. Ioachin. CHANAAN. i. nego-
tiatorum, vt ſtatim explicat. ſ. Chaldæorum, qui erant
celebres eo tempore mercatores. NEGOTIATORVM.
LXX. *murata*. ſ. Babylone.

5 TVLIT. ſ. Sedeciam. POSVIT. ſ. loco Iechoniæ. A-
QVAS. i. populos. SVPERFICIE. ſ. terræ. q.d. in Ieruſa-
lem, vel non valdè firmo imperio.

6 LATIOREM. LXX. *infirmam*. Chald. *fortem*. RESPI-
CIENTIBVS. Chald. *incuruatis*. ſ. populo ſubdito. AD
EAM. ſ. vitem, vel aquilam.

7 ALTERA. ſ. Rex Ægypti. MITTENS, &c. i. confi-
dens auxilio Pharaonis. IRRIGARET. i. tueretur con-
tra æſtum. i. iram Nabuchodonoſor. DE AREOLIS, &c.
q.d. ex Ægypto.

9 EVELLET. ſ. aquila prior. DISTRINGET. i. decerpet,
ſeu perdet. NON IN BRACHIO. &c. q.d. nec ad id opus
erit magnis viribus.

12 REGEM. ſ. Iechoniam.

13 TOLLET. ſ. Sedeciam regem conſtituet.

17 CONTRA EVM. ſ. Nabuchodonoſor. Promiſerat
quidem multa ſe facturum, ſed non fecit, nec bellum
geſſit.

18 SPREVERAT. ſ. Sedecias. FOEDVS. ſ. initum cum
Nabuchodonoſor. DEDIT, &c. i. iniji fœdus cum
Pharaone.

19 PONAM, &c. q.d. vlciſcar.

20 PRÆVARICATIONE i. ob præuaricationem.

21 VENTVM. i. mundi partem.

22 DE MEDVLLA, &c. i. de ſemine regio. TENERVM.
Chald. *infantem*. ſ. Chriſtum. DISTRINGAM. LXX.
auferam. MONTEM. ſ. Eccleſiam. ET EMINENTEM.
LXX. *& ſuſpendam illud*. Id quod ad Chriſti crucem
quidam referunt.

23 VOLVCRES. Chald. *iuſti*. VOLATILE. Chald. *man-
ſueti*. VMBRA. i. protectione.

24 LIGNA, &c. i. ſentes, vel homines. SVBLIME. ſ. Se-
deciam, vel Iudæos. HVMILE. ſ. Zorobabel, vel Chri-
ſtum. VIRIDE. ſ. Synagogam. ARIDVM. ſ. Gentiles.

CAPVT XVIII.

*Reiecta Iudæorum parabola dicit quod filius non porta-
bit iniquitatem patris, nec contra, ſed quiſque ſuam
ipſius portabit: quòd ſi impius pœnitentiam agat ſalua-
bitur: iuſtus verò ſi ſuam deſerat iuſtitiam, damnabi-
tur: hortatur ergo Dominus ad pœnitentiam & cordis
innouationem.*

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 Quid eſt quòd inter vos parabolam verti-

tis in prouerbium iſtud in terra Iſraël, dicen- A
[Ier.31. e.29] tes: "Patres comederunt vuam acerbam, &
dentes filiorum obſtupeſcunt? * Viuo ego, di- 3
cit Dominus Deus, ſi erit vltrà vobis parabo-
la hæc in prouerbium in Iſraël. * Ecce omnes 4
animæ, meæ ſunt: vt anima patris, ita & ani-
ma filij mea eſt: anima, quæ peccauerit, ip-
ſa morietur. * Et vir ſi fuerit iuſtus, & fece- 5
rit iudicium & iuſtitiam; * in montibus non 6
comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad ido- B
la domus Iſrael: & vxorem proximi ſui non
violauerit, & ad mulierem menſtruatam non
acceſſerit: * & hominem non contriſtauerit: 7
pignus debitori reddiderit, per vim nihil ra-
[Iſa.58. b.7] puerit: "panem ſuum eſurienti dederit, &
nudum operuerit veſtimento: * ad vſuram 8
[Matth.25 e.35] non commodauerit, & ampliùs non accepe-
rit: ab iniquitate auerterit manum ſuam, &
iudicium verum fecerit inter virum & virum:
* in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea 9
cuſtodierit vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt,
vita viuet, ait Dominus Deus. * Quòd ſi ge- 10
nuerit filium latronem effundentem ſangui- C
nem, & fecerit vnum de iſtis: * & hæc qui- 11
dem omnia non facientem, ſed in montibus
comedentem, & vxorem proximi ſui polluen-
tem: * egenum & pauperem contriſtantem, 12
rapientem rapinas, pignus non reddentem, &
ad idola leuantem oculos ſuos, abominatio-
nem facientem: * ad vſuram dantem, & am- 13
pliùs accipientem: numquid viuet? non viuet.
cùm vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte
morietur, ſanguis eius in ipſo erit. * Quòd ſi 14
genuerit filium, qui videns omnia peccata pa-
tris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſi-
mile eis: * ſuper montes non comederit, & ocu- 15
los ſuos non leuauerit ad idola domus Iſraël, &
vxorem proximi ſui non violauerit: * & virum 16
non contriſtauerit, pignus non retinuerit, & D
rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti
dederit, & nudum operuerit veſtimento: * à 17
pauperis iniuria auerterit manum ſuam, vſu-
ram & ſuperabundantiam non acceperit, iudi-
cia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit:
hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed
vita viuet. * Pater eius quia calumniatus eſt, & 18
vim fecit fratri, & malum operatus eſt in me-
dio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate
ſua. * Et dicitis: Quare non portauit filius ini- 19
quitatem patris? Videlicet, quia filius iudi-
cium & iuſtitiam operatus eſt, omnia præce-
pta mea cuſtodiuit, & fecit illa, viuet vita.
[Deut.24. c.16 4.Reg.14. b.6 2.Par.25. b.4] * "Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: fi- 20
lius non portabit iniquitatem patris, & pater E
non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti
ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper
eum. * Si autem impius egerit pœnitentiam 21
ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt,
& cuſtodierit omnia præcepta mea, & fece-
rit iudicium & iuſtitiam: vita viuet, & non
morietur. * Omnium iniquitatum eius, quas 22
operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua,
[Pſal.29. a.4 Infr.33. c.11] quam operatus eſt, viuet. * "Numquid vo- 23
luntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus
Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, &
viuat? * Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, 24
& fecerit iniquitatem ſecundùm omnes abo-
minationes, quas operari ſolet impius, num-
F quid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat,
non recordabuntur: in præuaricatione, qua
præuaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod pec-
25 cauit, in ipſis morietur. * Et dixiſtis: Non eſt
æqua via Domini. Audite ergo domus Iſraël:
Numquid via mea non eſt æqua, & non
26 magis viæ veſtræ prauæ ſunt? * Cùm enim
auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit ini-
quitatem, morietur in eis: in iniuſtitia, quam
27 operatus eſt, morietur. * Et cùm auerterit ſe
impius ab impietate ſua, quam operatus eſt,
& fecerit iudicium & iuſtitiam: ipſe animam
28 ſuam viuificabit. * Conſiderans enim, & auer-
tens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas ope-
29 ratus eſt, vita viuet, & non morietur. * Et
G dicunt filij Iſraël: Non eſt æqua via Domini.
Numquid viæ meæ non ſunt æquæ, domus
30 Iſraël, & non magis viæ veſtræ prauæ? * Idcircò
vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo do-
mus Iſraël, ait Dominus Deus. * Conuertimi- [Mat.3. a.2]
ni, & agite pœnitentiam ab omnibus iniqui-
tatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam ini-
31 quitas. * Proijcite à vobis omnes præuaricatio-
nes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & faci-
te vobis cor nouum, & ſpiritum nouum: &
32 quare moriemini domus Iſrael? * "Quia no- [Supr.18. Infr.33. c.11]
lo mortem morientis, dicit Dominus Deus, re-
uertimini, & viuite.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVemque pro ſuis meritis aut præmia ferre, aut puniri.

2 QVID EST, QVOD INTER VOS PARABOLAM VERTITIS IN PROVERBIVM. Hebr. *Quid vobis, vos parabolizantes parabolam.* IN TERRA ISRAEL. Sic Sept. Chald. *de terra Iſrael.* Hebr. *ſuper terra Iſrael.* i. de eius excidio, & malis. Ea euenire dicitis non ob veſtra peccata, ſed parentum.

3 SI ERIT. i. iuro quòd non erit. PARABOLA HÆC. Hebr. *ſi erit vltrà parabolizare parabolam hanc in Iſrael.*

4 OMNES ANIMÆ, MEÆ SVNT i. omnes homines in mea ſunt poteſtate. Itaque Deus non punit filios ob peccata parentum, quod verum eſt quoad animam, quam pater non genuit; alioqui quoad corpus, quod à patre habent, ſæpè filij in Diuinis libris pro patribus puniuntur, iuxta illud Exod. 20. v.5. *Puniens peccata patrum in filijs vſque ad tertiam & quartam generationem.* Sed hîc excidium Ieroſolymitanum profitetur non venturum ob maiorum peccata, ſatis peccatorum habere filios, vt ea clade propterea puniantur. Quid de iuſtis?

6 IN MONTIBVS NON COMEDERIT. Idolis in montibus ſacrificabant, vnde eorum aræ *excelſa* vocantur: peracto ſacrificio conuiuia inſtaurabant quæ pij homines vitabant. OCVLOS SVOS NON LEVAVERIT AD IDOLA, vt ſ. ea colat, aut ab eis opem petat. Pſal. 120. verſ.1. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* NON VIOLAVERIT, ſeu *polluerit* vxorem alienam. MENSTRVATAM NON ACCESSERIT, ſeu *elongatam.* Chald *immundam.* Auguſtinus epiſt. 16. inter vltimas, negat, præceptum de menſtruata eſſe ex illis, quæ figuratè accipiuntur.

7 ET HOMINEM. i. quemquam. *Homo* pro *quiſque* ſæpè ſumitur in Hebr. lingua. NON CONTRISTAVERIT, ſeu *oppreſſerit.*

8 AD VSVRAM. Hebraicè, *ad vſuram illam.* ſic Schol. Hebr. propter ה *He* demonſtratiuum incluſum in *Pathah* poſita ſub *Beth*: hoc eſt, vſuram lege

prohibitam, nam erat conceſſa quæ cum Gentibus exercebatur: Deut. 28. v. 12. Acutè hoc, an ad rem, neſcio. ET AMPLIVS NON ACCEPERIT, ratione ſ. mutui. Ad hæc ſi quis legem cuſtodierit.

VT FACIAT VERITATEM. Per *veritatem* ſæpè *æquitas & iuſtitia* intelligitur in Sacris. VITA VIVET. certiſſimò viuet, non morietur ob aliena peccata. Verùm ſi quis genuerit filium 9

LATRONEM, ſeu *effractorem* genuerit. ſ. qui veritatem tranſgrediebatur, Chald. *impium*. Sept. *peſtilentem*. VNVM DE ISTIS. i. malis à me commemoratis fecerit. 10

HÆC QVIDEM OMNIA NON FACIENTEM. ſ. bona quæ verſ. 7. ſunt poſita. Aut ſic, ſi filius non fuerit latro, aut homicida; ſed fuerit idololatra, aut adulter, aut fecerit alia mala quæ ſubijcit, morietur. POLLVENTEM. Eadem Hebr. dictio eſt, pro qua verſ. 6. Hieronymus *violauerit*, poſuit, vxorem proximi. 11

CONTRISTANTEM, ſeu *opprimentem* egenum. Vox Hebr. הונה *honeh* propriè ſignificat eum qui alienas diuitias occupat, ſiue per vim, ſiue munera accipiendo: Hebr. Schol. 12

SANGVIS EIVS IN IPSO ERIT. i. mortis reus erit: aut pœnas dabit ſanguinis, quem effudit. Contrà, ſi quis probum filium genuerit, qui 13

SVPERABVNDANTIAM. i aliquid vltra ſortem non acceperit. NON MORIETVR IN INIQVITATE PATRIS SVI. i. propter iniquitatem. VITA VIVET, certiſſimò viuet. 17

ECCE MORTVVS EST. pro, morietur in iniquitate ſua pater qui malum fecerit. præteritum pro futuro. 18

ET DICITIS. i. quòd ſi dicatis, Cur filius iniquitatem patris non portat? Nempe quia iuſtus ipſe eſt, neque eſt patrem in malo imitatus. 19

IVSTITIA IVSTI SVPER EVM ERIT. Iuſtus præmium iuſtitiæ, impius iniquitatis pœnas referent. 20

SI AVTEM IMPIVS EGERIT POENITENTIAM. Hebr. *cùm diſceſſerit ab omnibus peccatis ſuis impius*. 21

NON RECORDABOR. Hebr. *non recordabuntur illi*, paſſiuè vt verſ. 24. *illi*. i. contra eum. 22

NVMQVID VOLVNTATIS MEÆ EST. Hebr. *num volendo volo mortem impij*. *Deus mortem non fecit*, Sap. 1. v. 13. 23

ET DIXISTIS. pro, quòd ſi dixeritis, non eſt æqua via Domini. 25

ET DICVNT. Hebr. *& dixerunt*, pro, quòd ſi dixerint, vt v. 19. & 25. Quid dixerint? *Non eſt æqua via Domini*. Quid Deus? 29

CONVERTIMINI, ET AGITE POENITENTIAM. Hebr. *conuertimini*, *& conuertite*. ſ. alios fratres veſtros, vti illos prauo exemplo & verbis in malum induxiſtis. ET NON ERIT VOBIS IN RVINAM INIQVITAS, ſiue *offendiculum*. Non erit vobis mortis cauſa veſtra iniquitas. 30

QVARE MORIEMINI? Cur ſponte veſtra ad mortem curritis? nam voluntatis meæ non eſt vt moriamini. 31

REVERTIMINI. Hebr. *conuertite*, ſeu *reuerti facite*. ſ. alios. Verùm Chald. & Sept *conuertimini* habent, & coniugatio *Hiphil* erit pro *Kal*. 32

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PARABOLAM, &c. Hebr. *parabolizatis parabolam iſtam in terra*, &c. i. vtimini hac parabola, ſeu prouerbio. PATRES, &c. q.d. nos patimur propter peccata parentum noſtrorum. Chald. *patres peccauerunt, & filij percutiuntur*. 2

SI ERIT, &c. q.d. non vtemini vltrà tali parabola, ſeu prouerbio. 3

MEÆ. i. à me creatæ. 4

COMEDERIT. ſ. idolothyta. ſic & inf. 6

CONTRISTAVERIT. Chald. & LXX. *oppreſſerit*. 7

VERITATEM i. quod rectum eſt. 6

LATRONEM. Chald. *impium*. LXX. *peſtilentem*. FECERIT. ſ. filius. ISTIS. ſ. peccatis. 10

11 OMNIA. ſ. ſupradicta bona. ET VXOREM. *&* pro *vel*; ſic & in ſeq. dixit, *ſi vel in vno illorum peccauerit*.

12 ABOMINATIONEM. LXX *iniquitatem*. i. accedendo ad menſtruatam. id enim ſuprà poſuit.

13 MORTE, &c. i. occidetur. ſ. per ſententiam iudicis. SANGVIS. Chald. *reatus mortis*.

17 SVPERABVNDANTIAM. i. aliquid ſupra ſortem, quæ vulgò *capitale* dicitur.

20 ANIMA. i. homo. NON PORTABIT, &c. Chald. *non punietur ob peccatum patris*. Nota hic, neminem à Deo puniri ob parentum peccata, ſed puniri tamen aliquando patres in filijs & nepotibus, vt alibi dicit Scriptura. Vide Exod. 20. SVPER EVM. q.d. ſecundùm eam iudicabitur.

22 NON RECORDABOR. ſ. vt condemnem. IN IVSTITIA. i. propter iuſtitiam. VIVET. ſ. hic, & in futuro.

24 NON RECORDABVNTVR. ſ. vt pro ijs remuneretur æterna vita. IN PRÆVARICATIONE. i. ob præuaricationem. IN IPSIS. i. propter ipſa.

25 ÆQVA. i. recta.

27 VIVIFICABIT. LXX. *cuſtodiet*.

30 IDCIRCO. ſ. quia iuſtus ſum. RVINAM. ſ. perniciem.

31 NOVVM. Chald. *timens*. SPIRITVM NOVVM. Chald. *ſpiritum timoris*. MORIEMINI. i. facitis digna morte, ſeu condemnatione?

CAPVT XIX.

Parabola leæna & leunculorum deſignat captiuitatem regum Ioachaz & Ioakim: item præteritam ciuitatis Ieruſalem felicitatem deſcribit, præſentemque calamitatem, ſub parabola vineæ.

1 ET tu aſſume planctum ſuper principes
2 Iſraël, * & dices: Quare mater tua leæ-
A na inter leones cubauit, in medio leunculo-
3 rum enutriuit catulos ſuos? * Et eduxit vnum
de leunculis ſuis, & leo factus eſt: & didi-
cit capere prædam, hominemque comedere.
4 * Et audierunt de eo Gentes, & non abſque
vulneribus ſuis ceperunt eum: & addu-
xerunt eum in catenis in Terram Ægypti.
5 * Quæ cùm vidiſſet quoniam infirmata eſt,
B & perijt expectatio eius: tulit vnum de leun-
6 culis ſuis, leonem conſtituit eum. * Qui in-
cedebat inter leones, & factus eſt leo: & di-
dicit prædam capere, & homines deuorare:
7 * Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in
deſertum adducere: & deſolata eſt terra, &
8 plenitudo eius, à voce rugitus illius. * Et con-
uenerunt aduerſus eum Gentes vndique de
prouincijs; & expanderunt ſuper eum rete
9 ſuum, in vulneribus earum captus eſt. * Et
C miſerunt eum in caueam, in catenis addu-
xerunt eum ad regem Babylonis: miſerunt-
que eum in carcerem, ne audiretur vox eius
10 vltrà ſuper montes Iſrael. * Mater tua quaſi vi-
nea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt:
fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis
11 multis. * Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſce-
D ptra dominantium, & exaltata eſt ſtatura eius
inter frondes: & vidit altitudinem ſuam in
12 multitudine palmitum ſuorum. * Et euulſa
eſt in ira, in terramque proiecta, [h] & ventus
vrens ſiccauit fructum eius: marcuerunt, & [h] Oſee 13. d. 15
arefactæ ſunt virgæ roboris eius: ignis comê-
13 dit eam. * Et nunc tranſplantata eſt in deſer-
14 tum; in terra inuia & ſitienti. * Et egreſ-
ſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fru-
ctum eius comedit: & non fuit in ea vir-

ga for-

ga fortis,ſceptrum dominantium. Planctus eſt, & erit in planctum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DVorum Regum captiuitatem deſcribit duplici metaphora,leonum & vineæ.

1 ASSVME PLANCTVM. *lamentationem, monodiam, lugubre carmen.* id ſignificat קינה *kinah*. ſic eo nomine vulgò ab Hebræis vocantur Ieremiæ Lamentationes. SVPER PRINCIPES. i eorum calamitatem deplora, Regum maximè.

2 QVARE MATER TVA. Quomodo eſt factum, vt mater tua (. i. cuiuſque veſtrûm, ô ciues) mater, inquam, tua Ieruſalem, ex leonum. i. Regum concubitu, tot filios leunculos genuerit. IN MEDIO LEVNCVLORVM,inter leones. ENVTRIVIT. Sic Chald. aut *multiplicauit*,vt Sept.multos catulos protulit.

3 ET EDVXIT VNVM, ſiue *educauit*. DE LEVNCVLIS SVIS. Hebr. *exexit vnum de catulis ſuis*. i. Regem eum conſtituit. Hic fuit Ioachaz filius Ioſiæ. quæ eſt omnium Expoſitorum ſententia, quem mortuo patre Regem populus iuſſit, 4.Reg.23. verſ.30. DIDICIT CAPERE PRÆDAM. ſiue quia vitæ & necis habuit poteſtatem, nempe Rex; ſiue quia crudelis fuit. Sanè fuit impius,4.Regum 23.verſ.31.

4 ET AVDIERVNT DE EO GENTES. Quæ Gentes? Ægyptij. ET NON ABSQVE VVLNERIBVS SVIS. Sept. *in corruptione eorum*.i.multis vulneratis, quod dixit Hieronymus. Alioqui Hebr.*in fouea eorum*. i.quam ipſi Ægyptij parauerant: in quo morem tangit eas feras capiendi,vti Hieronymus in Comment.fatetur,ſicque in Hebræo legi.Ergo ſic captum & vinctum duxerunt in Ægyptum.

5 QVÆ CVM VIDISSET. ſ. Ieruſalem. QVONIAM INFIRMATA EST. Vocem נוחלה *nohalah*, non à יחל *iahal*. i. *expectare* deduxit Hieronymus, ſed à חלה *halah*. i. *infirmari*. quod Chald. feciſſe videtur, cùm vertit: *Quia ceſſauit, & perijt expectatio eius*. i. multo tempore, quo ille regnauit, cùm parum profeciſſet. DE LEVNCVLIS SVIS. Hebr.*de catulis ſuis*.Sic Sept. tulit vnum,& conſtituit eum Regem.

6 INCEDEBAT INTER LEONES. i. Rex factus eſt ſimilis alijs Regibus. Quis hic Rex fuerit, magna quæſtio eſt: plerique Iechoniam putant, Hieronymus & Theodoretus, quoniam in Babylonem iuit. Verùm ea ætate (erat puer) & tribus menſibus, ex quanto tempore regnauit, quomodo potuit eas cædes & mala facere, quæ hîc commemorantur? Ideò quidam putant, Ioakim eius patrem, qui vndecim annis regnauit, & ductus eſt Babylonem, 2. Paral. 36. verſ.6. Verùm hæc captiuitas perpetua non fuit, imò Babylonem non peruenit, in ipſo itinere extinctus; aut certè è captiuitate redijt, quando ſepultura aſini ſepultus eſt, proiectus extra portas Ieruſalem:Ierem.22. verſ.19. Hîc autem dicitur non ampliùs auditam eius vocem in montibus Iſrael, verſ.9. Quid verò ſi Sedeciam hunc Regem credamus, in quem omnia, quæ hîc dicuntur, ſatis conueniunt. De quo in aquilis cap.17. loquitur verſ.19. cur in leonum parabola idem non intelligamus?

7 DIDICIT VIDVAS FACERE. Chald. *deſolauit palatia eius*. nimirum pro *almenothau* legit *armenothau*. & verbum ידע *iadah*, quod *ſcire* ſignificat, aliquando ſignificat *conterere*: Iſa. 53. v.3. Hebr. *nouit viduas eius*. Quod Hebræi quidam explicant, coiuit cum viduis eius. i. quas ipſe fecit. Sed commodior eſt Hieronymi ſenſus, *nouit viduas eius*. pro, eorum hominum quos interfecit, vt ſuperiori verſ.dixit. Nouit terram viduis implere. A VOCE RVGITVS deſolata eſt terra. i. propter vocem omnes præ metu ſuas vrbes deſerebant.

8 CONVENERVNT. ſ. Chaldæi, qui alias nationes ſecum trahebant. Hebr. *& dederunt* (.ſ.vocem, clamauerunt) *contra eum gentes, ſublato clamore irruerunt*. RETE SVVM, copias ſuas. IN VVLNERIBVS EARVM, quæ ex Gentes leoni inflixerunt, captus eſt. Sept. *in corruptione eorum*.Hebr. *in fouea eorum*. De quo v.4.

9 MISERVNT EVM IN CAVEAM, ſiue *in carcerem*. IN CARCEREM, ſeu *in munitiones*, in arcem aliquam. NE AVDIRETVR VOX EIVS. i. rugitus in montibus Iſrael,vbi graſſari antè ſolebat.

10 MATER TVA. Secunda pars capitis, qua Ieruſalem viti comparat. Ergo mater tua; ô Princeps; nam ad Principes loquitur. IN SANGVINE TVO. Quidam vertunt, *in ſimilitudinem tuam*. i. ſicut tu, ô Princeps, ita Ieruſalem iuxta aquas plantata eſt, bonis omnibus fruitur. Sed meliùs *in ſanguine tuo*, vt eſt Hebr. i. ex regio ſanguine, vt plantata iuxta aquas, multos filios protulit. Quid ſi *ſanguinem* pro *letamine* ſumamus, quo fecundantur plantæ. Ergo ſtercore & aquis nihil mirum ſi fructum multum protulit. *Sanguine tuo*, quem Princeps aut ciuium, in quos graſſabaris, aut hoſtium fudiſti, eo impinguata es. FRONDES EIVS CREVERVNT, ſeu *rami*, ענף *hanaph*, *ramum*, ſed præſertim longum ſignificat Hebr.

11 VIRGÆ SOLIDÆ IN SCEPTRA. i. multi Reges ex Ieruſalem prodierunt. INTER FRONDES. Hebr. *inter ramos denſiores exaltata eſt ſtatura eius*. i. inter eos Reges & ſceptra ea. ſ. Ieruſalem creuit opibus & dignitate. ET VIDIT ALTITVDINEM SVAM, multis Regum filijs procreatis ſublimis euaſit.

12 EVVLSA EST IN IRA. ſ. Dei ob eius peccata. VENTVS VRENS. Hebr. *Orientalis*, ex Babylone, quæ ad Ortum ſita eſt. MARCVERVNT. Hebr. *confractæ ſunt*. VIRGÆ ROBORIS. ſceptra & Reges arefacti ſunt.

14 EGRESSVS EST IGNIS. Hic fuit Sedecias, qui inſtar ignis omnia conſumpſit. DE VIRGA. i. ſceptro, cùm eſſet Rex. NON FVIT IN EA VIRGA FORTIS. poſt eum non fuit alius Rex. PLANCTVS EST. hoc eſt, lamentatio hæc eſt, quam mihi vt aſſumerem, præcepit Deus. ſic v.1. quam veræ lacrymæ conſequentur. Id ſignificat, ET ERIT IN PLANCTVM.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 MATER. ſ. Synagoga, vel Ieruſalem. LEÆNA. pro, velut leæna. ſ. fortis, & confidens. LEONES. ſ. viros fortes, ſeu rapaces, & oppreſſores.

3 VNVM. ſ. Ioachaz fratrem Ioakim. LEVNCVLIS. .i.Principibus. COMEDERE. Chald. *occidere*. ſic inf. LEO.i.Rex.

4 NON ABSQVE, &c. Hebr. *fouea*. Chald. *in reti ipſarum captus eſt*.

5 VNVM. ſ. Ioakim.

7 VIDVAS FACERE. ſ. ciuitates hominibus, vel feminas. ſ. occiſis viris. EORVM. ſ. hominum. PLENITVDO. i. quidquid in ea erat. A VOCE, &c. i.ob ſæuitiam eius.

8 VVLNERIBVS. Hebr. *fouea*. Chald. *reti*.

9 CARCEREM. inde tamen eductus, & in Ieruſalem reductus, in ea occiſus. quidam tamen id de Ioachin intelligunt.

10 IN SANGVINE TVO. i. ob regiam ſtirpem, ſeu nobilitatem. Lxx. *quaſi flos mali granati*. SVPER. i. prope. AQVAM. q.d. loco optimo. AQVIS. i. populis, vel rerum copia.

11 VIRGÆ, &c. q.d. multos habuit Reges. SOLIDÆ. Lxx *fortes*.

12 IRA. ſcilicet Dei. VENTVS. ſ. Chaldæorum exercitus. IGNIS. i. calamitas. Chald. *populi fortes, vt ignis*.

13 IN DESERTVM. pro, velut in deſertum.

14 IGNIS. i. perditio. VIRGA. ſ. Sedecia, ob cuius ſcelera deſtructa eſt. NON FVIT, &c. q. d. nec relictus eſt regni ſucceſſor. PLANCTVS EST. i. prophetia lamentationis. ERIT IN PLANCTVM. i. incidet in magnam miſeriam. ſ. Ieruſalem, ſeu Synagoga.

CAPVT XX.

Dominus negat ſe filijs Iſraël reſponſurum, quia & in Ægypto & in deſerto & in terra promiſſionis præuaricati ſunt ipſius mandata, & idola coluerunt, quibus ſæpe comminatus eſt mala, ſed pepercit ne nomen eius blaſphemaretur inter Gentes: nunc autem poſt hæc omnia dicit ſe eos reuocaturum ad terram ſuam, in qua ſibi ſeruiant: iubet etiam prophetare contra ſaltum meridianum.

ET factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in 1
decima menſis: venerunt viri de ſenioribus A
Iſraël, vt interrogarent Dominum, & ſederunt
coram me. *Et factus eſt ſermo Domini ad me, 2
dicens: *Fili hominis loquere ſenioribus Iſraël, 3
& dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:
Numquid ad interrogandum me vos veniſtis?
viuo ego quia non reſpondebo vobis, ait Dominus
Deus. *Si iudicas eos, ſi iudicas fili hominis, 4
abominationes patrum eorum oſtende eis. *Et 5
dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: in die,
qua elegi Iſraël, & leuaui manum meam pro
ſtirpe domus Iacob, & apparui eis in Terra Ægypti,
& leuaui manum meam pro eis, dicens:
Ego Dominus Deus veſter: *in die illa leuaui 6
manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra
Ægypti, in Terram, quam prouideram eis,
fluentem lacte & melle: quæ eſt egregia inter
omnes terras. *Et dixi ad eos: Vnuſquiſque of- 7
fenſiones oculorum ſuorum abijciat, & in idolis
Ægypti nolite pollui: ego Dominus Deus
veſter. *Et irritauerunt me, nolueruntque me 8
audire: vnuſquiſque abominationes oculorum B
ſuorum non proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt:
& dixi vt effunderem indignationem
meam ſuper eos, & implerem iram meam in
eis, in medio Terræ Ægypti. *Et feci propter 9
nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus,
in quarum medio erant, & inter quas apparui
eis vt educerem eos de terra Ægypti. *Eieci 10
ergo eos de Terra Ægypti, & eduxi eos in deſertum.
*ᵃEt dedi eis præcepta mea, & iudicia mea 11
oſtendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. *ᵇInſuper 12
& ſabbata mea dedi eis, vt eſſent ſignum
inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus
ſanctificans eos. *Et irritauerunt me domus Iſ- 13
raël in deſerto, in præceptis meis non ambulauerunt,
& iudicia mea proiecerunt, quæ faciens
homo viuet in eis: & ſabbata mea violauerunt
vehementer: dixi ergo vt effunderem furorem
meum ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos.
*Et feci propter nomen meum, ne violaretur co- 14
ram Gentibus, de quibus eieci eos in conſpectu
earum. *Ego igitur leuaui manum meam ſuper 15
eos in deſerto, ne inducerem eos in Terram, C
quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam
terrarum omnium: *Quia iudicia mea 16
proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt,
& ſabbata mea violauerunt: poſt idola
enim cor eorum gradiebatur. *Et pepercit ocu- 17
lus meus ſuper eos vt non interficerem eos: nec
conſumpſi eos in deſerto. *Dixi autem ad filios 18
eorum in ſolitudine: In præceptis patrum veſtrorum
nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis,
nec in idolis eorum polluamini. *Ego 19
Dominus Deus veſter: in præceptis meis ambulate,

ᵃ *Leu.18. a.5 Rom.10. a.5*
ᵇ *Exod.20. b.8.& 31. c.13 Deut.5. b.12*

20 iudicia mea cuſtodite, & facite ea: *Et
ſabbata mea ſanctificate, vt ſint ſignum inter
me & vos, & ſciatis quia ego ſum Dominus
21 Deus veſter. *Et exacerbauerunt me filij: in
præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia
mea non cuſtodierunt vt facerent ea: quæ cùm
D fecerit homo, viuet in eis: & ſabbata mea
violauerunt: & comminatus ſum vt effunderem
furorem meum ſuper eos, & implerem
22 iram meam in eis in deſerto. *Auerti autem manum
meam, & feci propter nomen meum, vt
non violaretur coram Gentibus, de quibus
23 eieci eos in oculis earum. *Iterùm leuaui manum
meam in eos in ſolitudine, vt diſpergerem
illos in nationes, & ventilarem in terras:
24 *eò quòd iudicia mea non feciſſent, & præcepta
mea reprobaſſent, & ſabbata mea violaſſent,
& poſt idola patrum ſuorum fuiſſent oculi eo-
25 rum. *Ergo & ego dedi eis præcepta non bona,
26 & iudicia in quibus non viuent. *Et pollui eos
in muneribus ſuis, cùm offerrent omne quod
aperit vuluam, propter delicta ſua: & ſcient
27 quia ego Dominus. *Quamobrem loquere ad
domum Iſraël, fili hominis, & dices ad eos:
Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc & in hoc
blaſphemauerunt me patres veſtri, cùm ſpre-
28 uiſſent me contemnentes: *& induxiſſem eos
in Terram, ſuper quam leuaui manum meam
vt darem eis: viderunt omnem collem excelſum,
& omne lignum nemoroſum, & immolauerunt
ibi victimas ſuas: & dederunt ibi irrita-
E tionem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem
29 ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. *Et
dixi ad eos: Quid eſt excelſum, ad quod vos
ingredimini? & vocatum eſt nomen eius Ex-
30 celſum vſque ad hanc diem. *Propterea dic ad
domum Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus:
Certè in via patrum veſtrorum vos polluimini,
& poſt offendicula eorum vos fornicamini:
31 *& in oblatione donorum veſtrorum, cùm traducitis
filios veſtros per ignem, vos polluimini
in omnibus idolis veſtris vſque hodie: & ego
reſpondebo vobis domus Iſraël? Viuo ego, dicit
Dominus Deus, quia non reſpondebo vo-
32 bis. *Neque cogitatio mentis veſtræ fiet, dicentium:
Erimus ſicut Gentes, & ſicut cognatio-
33 nes terræ, vt colamus ligna & lapides. *Viuo
ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu
forti, & in brachio extento, & in furore effuſo
34 regnabo ſuper vos. *Et educam vos de populis:
& congregabo vos de terris, in quibus diſperſi
eſtis, in manu valida, & in brachio extento, &
35 in furore effuſo regnabo ſuper vos. *Et adducam
vos in deſertum populorum, & iudicabor
36 vobiſcum ibi facie ad faciem. *Sicut iudicio
F contendi aduerſum patres veſtros in deſerto
Terræ Ægypti, ſic iudicabo vos, dicit Dominus
37 Deus. *Et ſubijciam vos ſceptro meo, & indu-
38 cam vos in vinculis fœderis. *Et eligam de vobis
tranſgreſſores, & impios, & de terra incolatus
eorum educam eos, & in terram Iſraël non in-
39 gredientur: & ſcietis quia ego Dominus. *Et vos
domus Iſraël, Hæc dicit Dominus Deus: Singuli
poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis.
Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen
meũ ſanctum pollueritis vltrà in muneribus ve-

ſtris,

ſtris, & in idolis veſtris: * in monte ſancto meo, 40
in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi
ſeruiet mihi omnis domus Iſraël; omnes, in-
quam, in terra, in qua placebunt mihi, & ibi
quæram primitias veſtras, & initium decima-
rum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus
veſtris. * In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, 41
cùm eduxero vos de populis, & congregauero
vos de terris, in quas diſperſi eſtis, & ſanctifica-
bor in vobis in oculis nationum. * Et ſcietis quia 42
ego Dominus, cùm induxero vos ad terram G
Iſraël, in Terram, pro qua leuaui manum
meam, vt darem eam patribus veſtris. * Et re- 43
cordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium
ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis:
& diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in om-
nibus malitijs veſtris, quas feciſtis. * Et ſcietis 44
quia ego Dominus, cùm benefecero vobis
propter nomen meum, & non ſecundùm vias
veſtras malas, neque ſecundùm ſcelera veſtra
peſſima domus Iſraël, ait Dominus Deus. * Et 45
factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Fili 46
hominis, pone faciem tuam contra viam Au-
ſtri, & ſtilla ad Aphricum, & propheta ad ſal-
tum agri meridiani. * Et dices ſaltui meridiano: 47
Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego ſuccendam in te ignem, &
comburam in te omne lignum viride, & omne
lignum aridum: non extinguetur flamma ſuc-
cenſionis: & comburetur in ea omnis facies
ab Auſtro vſque ad Aquilonem. * Et videbit 48
vniuerſa caro, quia ego Dominus ſuccendi
eam, nec extinguetur. * Et dixi: A a a, Domine 49
Deus: ipſi dicunt de me: Numquid non per
parabolas loquitur iſte?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NOn reſpondet Deus Iudæis per Prophetam conſultus. Beneficia collata commemorat, & ſupplicia minatur.

1 ANNO SEPTIMO, certè tranſmigrationis Iechoniæ, de qua agit, cùm deſignat tempora, vt cap. 1. & cap. 8. IN QVINTO. ſ. menſe, vt Sept. exprimunt, & Gotth. Hebræi in menſium numero eam vocem ſupprimunt, vt eſt in noſtra Vulgata. IN DECIMA MENSIS. Ita hæc viſio poſt viſionem cap. 8. accidit, decurſis vndecim menſibus & quinque diebus. Illa anno ſexto, menſe ſexto, die quinta: hæc anno ſeptimo, menſe quinto, die decimo. Porrò is menſis *Ab* vocatur, & Iulio noſtro reſpondet.

3 VOS. emphaticum eſt. q. d. vos ſceleſti & onuſti peccatis, veniſtis ad conſulendum.

4 SI IVDICAS, &c. Hebr. *an iudicabis eos, an iudicabis.* ô propheta. Chald. *an argues.* i. num audebis arguere eos? ABOMINATIONES PATRVM. q. d. altiùs ſumpto principio, patrum iniquitates commemora.

5 LEVAVI MANVM MEAM. i. iuraui. Solent homines, cùm iurant, manum leuare. PRO STIRPE DOMVS IACOB. Hebr. *ſemini domus Iacob.* ET LEVAVI MANVM MEAM PRO EIS. Hebr. *leuaui manum meam eis.* Repetit autem iuraſſe ad maiorem aſſeuerationem. DICENS: EGO DOMINVS DEVS VESTER. Hoc eſt quod iurauit, fore illorum Dominum & Deum.

6 IN DIE ILLA, cùm iuraui, me fore vobis Deum, iuraui etiam me educturum vos de Ægypto, & ducturum in Terram, QVÆ EST EGREGIA INTER OMNES TERRAS. Hebr. *decor*, ſeu *ornamentum in omnibus terris eſt Terra promiſſionis.*

7 ET DIXI AD EOS: VNVSQVISQVE OFFENSIONES OCVLORVM SVORVM. Hebr. *contaminationes oculorum ſuarum* abijciat. i. idola. Quæ ſic vocat, quoniam ſpecie & ornatu ad cultum impium videntes prouocant.

8 ET DIXI. Cogitaui eos penitùs delere in Ægypto. Id eſt quod ait, *vt effunderem indignationem meam ſuper eos*, quia ibi idola colebant.

9 ET FECI. Hoc iungitur cum illis verbis, *et educerem eos de terra Ægypti. Et feci*, pro, verumtamen feci, & eduxi eos. VT NON VIOLARETVR. Sic Sept. & Chald. aut *ne profanaretur*, aut *ne pollueretur* nomen meum. Dedi eis præcepta, poſtquam eduxi eos.

11 QVÆ FACIENS HOMO, VIVET IN EIS. i. ſoſpes erit, euadet mala & mortem. Leuit. 18. v. 5. & ad Rom. 10. v. 5. hæc eadem afferuntur verba.

12 SABBATA MEA DEDI EIS, vt ſ. in ijs diebus me colerent. VT ESSENT SIGNVM. i. & ex eo cognoſceretur me eſſe Deum eorum, & ſanctificare eos. i. à malis liberare.

13 ET IRRITAVERVNT ME. Hebr. *& rebellauerunt in me.*

14 ET FECI. Quid feci? quod v. 17. ait: *& pepercit oculus meus.* eóuſque pendet oratio. DE QVIBVS EIECI EOS, *aut eduxi eos.* IN CONSPECTV EARVM. i. ijs gentibus videntibus, & coram eis nolui punire rebelles, ne nomen meum profanaretur, quaſi non poſſem præſtare quæ promiſi.

15 LEVAVI MANVM MEAM. iuraui fore, vt non ingrederentur in terram promiſſam. Pſal. 94. v. 11. *Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt.*

17 ET PEPERCIT OCVLVS MEVS. i. miſertus ſum. Oculis miſericordia tribuitur, quia lacrymarum ſedes ſunt. Aut *oculus meus.* i. voluntas mea, vt Hebr. Schol.

18 DIXI AVTEM AD FILIOS EORVM. Agit de filijs eorum qui in deſerto obierunt; aitque eos patribus nihilo meliores extitiſſe.

22 AVERTI AVTEM MANVM MEAM. i. retraxi, ne percuterem, idque feci propter nomen meum. Repetit verba v. 9. & 14. poſita.

23 ITERVM LEVAVI MANVM MEAM. Hebr. *etiam ego leuaui* ſed *etiam* pro *iterum*, vel pro *&*, vt Sept. Ergo leuaui manum, iuraui fore vt aliquando diſpergerem eos inter gentes. Quare? quia præcepta non ſeruaſſent, ſed

24 FVISSENT OCVLI EORVM. i. voluntas, cupiditas fuiſſet poſt idola patrum ſuorum.

25 DEDI EIS PRÆCEPTA NON BONA, legem ſacrificiorum datam populo, non quòd grata Deo eſſent, ſed ob duritiem cordis & ne irent ad idola, contendit Iuſtinus contra Tryphonem, ex hoc loco, & Pſal. 49. verſ. 8. & Amos 5. v. 22. Tum Ieremiæ verba affert, neſcio quo loco: *Colligite veſtras carnes, & hoſtias vaſq; edite: quandoquidem maioribus veſtris non dedi præceptum de hoſtijs & libationibus, quo die eduxi eos de Ægypto.* Idem Auguſtinus docet Tract. 12. in Ioannem, ſacrificia illi populo data pro corde lapideo, ne irent ad idola. Ergo fuere *præcepta non bona.* i. ex ſe non grata Deo, atque adeò per quæ non iuſtificarentur. Hieronymus hîc *dedi*, pro, permiſi facere inter gentes, quæ vellent, & eorum inſtituta ſequi. Hoc ipſum Chald. ſequitur.

26 ET POLLVI EOS. i. quaſi pollutos repuli à me, pollutos iudicaui eos & eorum munera. CVM OFFERRENT. Hebr. *tranſire facerent.* OMNE QVOD APERIT VVLVAM. i. primogenita. PROPTER DELICTA SVA. i. offerrent primogenita. Aut quaſi pollutos repuli à me propter delicta. Itaque ritus illi mihi non placuerunt.

27 ADHVC ET IN HOC. Non ſolùm in deſerto peccauerunt, ſed etiam poſtquam ingreſſi ſunt in Terram promiſſam. CVM SPREVISSENT ME CONTEMNENTES. Hebr. *cùm præuaricando præuaricati eſſent in me.* Geminatio ſignificationem auget.

28 VIDERVNT OMNEM COLLEM EXCELSVM, ET OMNE LIGNVM NEMOROSVM. Sic Sept. Chald. pro *nemoroſo*, *viridem* vertit. Pagn. *denſum.* Ijs locis & arboribus, quæ præ ceteris erant inſignes, aliquid diuinitatis ineſſe putabant Gentes, ideò ibi idolis ſacrificabant. IRRITATIONEM OBLATIONIS SVÆ. i. oblationem, qua me irritarent, idolis obtulerunt.

QVID EST EXCELSVM. Altare idolorum vocabatur 29
excelſum, ſiue quia in collibus erigebatur, ſiue quia ad
illud per gradus aſcendebatur, contrà quàm ad altare
Dei. Ergo initio per Prophetas ſ. dixit illis, Vt quid vos
itis ad excelſum. ET VOCATVM EST. Vnde factum, vt
promiſcuè altare idoli ſic vocetur. Ea eſt origo & cau-
ſa vocis.

POST OFFENDICVLA. Hebr. *poſt contaminationes*. ſic 30
idola ſæpè vocat. Vos fornicamini, ideò non reſpondebo
vobis.

NEQVE COGITATIO MENTIS VESTRÆ FIET. Hebr. 32
& quod aſcendit ſuper ſpiritum veſtrum non erit. Quæ
eſt ea cogitatio, qua dicitis, VT COLAMVS LIGNA. ſ. im-
punè, vt gentes non videmus propterea puniri.

ET EDVCAM VOS DE POPVLIS. Vos vultis inter 34
gentes & earum ritu viuere; ego id non permittam, ſed
educam vos, & quod magnum beneficium erat, in ſup-
plicium conuertetur.

IN DESERTVM POPVLORVM, vbi non ſunt populi. 35
ET IVDICABOR. i. diſceptabo vobiſcum, aut *vltionem
ſumam de vobis*. ſic Chald. FACIE AD FACIEM. i. ſine
arbitris, ne populi vindictam videntes lætentur, & no-
men meum vituperent. Illud Exod. 33. v. 11. vbi Deum
dicitur cum Moyſe loqui conſueuiſſe facie ad faciem,
ſic accipiatur, ſine teſtibus, ſolus cum ſolo.

ET SVBIICIAM VOS SCEPTRO MEO. Hebr. *& tranſire* 37
faciam vos ſub virga. metaphora à paſtoribus ſumpta,
qui virgâ oues ſubijciunt. ET INDVCAM VOS IN
VINCVLIS FOEDERIS. i. nouo fœdere & perpetuo vin-
ciam vos. Quod ad Euangelium referri debet.

ET ELIGAM. Sic Sept. Chald. *& ſeparabo*, remouebo 38
ex veſtro numero impios. ET IN TERRAM ISRAEL
NON INGREDIENTVR. Hebr. *non veniet*. ſed ſingulare
pro plurali.

AMBVLATE, ET SERVITE EIS. ſ. idolis. Non eſt præce- 39
ptum, ſed ironicè dictum. ſic Hebr. QVOD SI ET IN
HOC NON AVDIERITIS ME. Hebr. *& poſtquam vos non
auditis me*. ſ. ite, idola colite. Symmachus apud Hiero-
nymum: *Ite, & idola colite, ſiquidem non auditis me*. ET
NOMEN MEVM SANCTVM. Hebr. *& nomen ſanctum
meum ne polluatis*. i. ite ad idola, & ne ampliùs polluatis
meum nomen, me malè colendo. Hieronymus alium
ſenſum eſt ſecutus, vt ex eius verſione patet, neque eget
expoſitione. ſ. Ite poſt idola, & ſi hoc non placet, ſed
pergitis polluere nomen meum, erunt alij, qui ritè &
benè colant.

IN MONTE SANCTO MEO. Hebr. *quia in monte ſancto* 40
meo. ſic Sept. q. d. Ne polluatis nomen meum me ma-
lè colendo; non enim deerunt boni cultores, qui me co-
lant in monte ſancto meo. i. templo Sion, ſiue in Eccle-
ſia. PRIMITIAS VESTRAS. Hebr. *oblationes veſtras*.
ET INITIVM DECIMARVM VESTRARVM. Hebr. *pri-
mitias munerum veſtrorum*. Summa, tunc erunt mihi
grata ſacrificia, quæ modò ſunt ingrata.

IN ODOREM SVAVITATIS SVSCIPIAM VOS. Sic Sept. 41
Hebr. *in odorem quietis complectar vos*. ET SANCTIFI-
CABOR IN VOBIS. Omnes nationes cùm viderint me
libetaſſe vos, iuſtum me & ſanctum prædicabunt.

VIARVM VESTRARVM. i. morum recordabimini. ET 43
OMNIVM SCELERVM VESTRORVM. Chald. *operum*.
Sept. *adinuentionum*. ET DISPLICEBITIS VOBIS. i. pœ-
nitebimini, abominabimini vitam priorem. IN CON-
SPECTV VESTRO. i. vobiſmet iudicibus, vita prior tur-
pis & abominanda videbitur. Hebræi: *& excidemini in
conſpectu veſtro*. i. dignos vos iudicabitis morte. קוט
kot quibuſdam *abominari*, alijs *exſcindere* ſignificat.
de quo Iob 10. v. 1. priorem ſignificationem ſequitur
Hieronymus, poſteriorem Hebræi. Chald. *& gemetis
videntes mala quæ feciſtis*. Sept. *percutietis facies veſtras*.

CVM BENEFECERO VOBIS. Hebr. *cum fecero vobiſcum*. 44
ſ. quæ promiſi. NEQVE SECVNDVM SCELERA VESTRA,
ſiue *opera*, ſiue *adinuentiones veſtras*, vt v. ſuperiori.

PONE FACIEM TVAM. i. conſtanter loquere. CON- 46
TRA VIAM AVSTRI. Propheta erat in Chaldæa, eius
comparatione Iudæa ad Auſtrum. ET STILLA AD
APHRICVM. Stilla quaſi imber. i. vaticinare ad Meri-
diem. דרון *Daron, Meridies* eſt. Locutio pluuiæ ſimilis
eſt. ET PROPHETA AD SALTVM AGRI MERIDIA-
NI. Sic Iudæam & Ieruſalem vocat, quia vt in ſaltu
variæ arbores, ſic in ea vrbe boni & mali homines.

47 OMNE LIGNVM VIRIDE, bonos & malos combu-
ram. FLAMMA SVCCENSIONIS. Hebr. *flamma quæ
flammæ*. ſ. ſuccedat. Multæ flammæ excitabuntur. OM-
NIS FACIES. i. omnis homo comburetur, tota vrbe à
Meridie ad Aquilonem. Agit de incendio Ieroſolymi-
tano, 4. Reg. 25. verſ. 9. Ierem. 52. verſ. 13. Aut præ
macie facies combuſtæ videbuntur, vt apud Iſa. c. 13.
v. 8. *facies combuſtæ vultus eorum*.

48 QVIA EGO DOMINVS. Cognoſcent, me eam vrbem
incendiſſe, tum quia id prædixi, tum quia ignis extin-
gui non poterit. non ergo caſu id fiet.

49 A A A. Hebr. vna vox eſt, *Ahah*, interiectio dolentis.
DICVNT. i. ſolent dicere, DE ME: NVMQVID NON PER
PARABOLAS. Hebr. *parabolizat parabolas hic*. i. obſcu-
rè loquitur, aut potiùs delirat. Somnia illis videntur
quæ dico.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SEPTIMO. ſ. capti Iechoniæ.
3 NVMQVID. i. itane. NON RESPONDEBO. ſ. quod
vultis, vel quidquam.

4 IVDICAS. i. condemnas, ſeu arguis.

5 LEVAVI MANVM. i. iuraui, vel potentiam
oſtendi.

7 OFFENSIONES. Chald. & LXX. *abominationes*. i. ido-
la, vel ſcelera. OCVLORVM SVORVM. Chald. *a con-
ſpectu ſuo*.

8 DIXI. i. ſtatui, vel cogitaui. q. d. dignos iudicaui
ſupplicio.

9 FECI. i. abſtinui à punitione. ſic inf. vide verſ. 22.
VIOLARETVR. i. malè audiret, quaſi non potuiſſem li-
berare.

11 VIVET. Chald. *viuet vita æterna*. ſ. ſi debitè ſer-
uentur.

12 SIGNVM. ſ. religionis, ſeu pacti, vel amoris mei er-
ga eos.

13 IVDICIA. i. leges. LXX. *iuſtificationes*.

17 INTERFICEREM. ſ. omnes.

18 PATRVM VESTRORVM. i. quæ obſeruant patres ve-
ſtri. IVDICIA. i. mores, ſeu leges. ſ. quas ſeruant iniquas.

20 SANCTIFICATE. i. ſanctè colite.

23 LEVAVI, &c. q. d. minatus ſum, ſeu ſtatui facere, om-
nino facturus, niſi Moyſis oratio impediſſet.

25 ERGO. pro, ergóne. q. d. itáne erant præcepta non bo-
na, vt contemnenda ab eis eſſent?

26 ET POLLVI, &c. q. d. Itáne munera, quæ iuſſi offerri
pro peccatis, polluta erant, vt mihi offerre non debue-
rint, ſed idolis potiùs? OFFERRENT. i. offerre iuberen-
tur. ET SCIENT. pro, vt ſcirent. DOMINVS. ſ. ſeruans eos.

27 IN HOC. ſ. quod ſequitur. BLASPHEMAVERVNT.
Chald. & LXX. *irritarunt*.

28 IRRITATIONEM. ſ. qua me irritabant. LXX. *furorem*.

29 QVID EST, &c. q. d. quis vos docuit iſta? EXCEL-
SVM. Hoc nomine ſignificabant loca edita, vbi idola
colebant, ſeu altaria illic conſtructa. VOCATVM. ſ. ab
illis.

30 POST. i. ſequentes. OFFENDICVLA. vide ſup.

31 RESPONDEBO. pro, vt reſpondeam?

33 EFFVSO. ſ. in vos per flagella.

35 DESERTVM. ſ. quod eſt inter Iudæam & Chaldæam.
POPVLORVM. ſ. pertinent deſerta ad vicinos populos.
vel q. d. vbi non ſunt homines. IVDICABOR. i. expoſtu-
labo, vel puniam. Chald. *vindictam de vobis ſumam*.

37 VINCVLIS. pro, vincula. q. d. cogam ſtare pacto.

39 AMBVLATE. pro, ambulate ſanè. q. d. facite quod lu-
bet, non impunè feretis. IDOLIS VESTRIS. ſ. puniam
vos, vel conuertam tamen vos.

40 DOMVS ISRAEL. i. Eccleſia Chriſti. INITIVM.
LXX. *primitias*. DECIMARVM. Chald. *ciborum*. LXX. *ſe-
parationum*. i. rerum quas mihi offerendas ſepara-

bitis.

bitis. Sanctificationibus. i. ſacris.
41 Sanctificabor. i. ſanctè colar.
46 Stilla. i. vaticinare. ſ. effundendo verba, more plu-
uiæ. Chald. *doce.* Lxx. *aſpice.* Saltum. ſ. Ieruſalem
plenam ciuibus, vt ſaltus arboribus frugiferis & infru-
giferis, ſeu viridibus & aridis. ſ. bonis & malis. Me-
ridiani. ſ. ad Auſtrum eſt Ieruſalẽ reſpectu Chaldęę.
47 Facies. i. homo. Ab Avstro, &c. i. à Iudæa in
Chaldæam ducti captiui.
48 Nec extingvetvr. i. extingui poterit ab aliquo.
49 A a a. Hebr. *Ahah.* vnica dictio. Dicvnt. i. ſolent
dicere. Per parabolas. quaſi dicat, ita obſcurè, vt
non intelligamus.

CAPVT XXI.

Vaticinatur horrendum ac multiplicem gladium venturum ſuper Ieruſalem, & ſuper filios Ammon, à rege Babylonis; qui tandem etiam in terra ſua iudicandus eſt, penituſque diſſipandus.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
* Fili hominis pone faciem tuam ad Ieruſa- 2
lem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra A
humum Iſrael: * Et dices terræ Iſrael: Hæc di- 3
cit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eijciam
gladium meum de vagina ſua, & occidam in te
iuſtum & impium. * Pro eo autem quòd occidi 4
in te iuſtum & impium, idcircò egredietur gla-
dius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab
Auſtro vſque ad Aquilonem: * Vt ſciat omnis 5
caro quia ego Dominus eduxi gladium meum
de vagina ſua irreuocabilem. * Et tu fili homi- 6
nis ingemiſce in contritione lumborum, & in
amaritudinibus ingemiſce coram eis. * Cum- 7
que dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro B
auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, &
diſſoluentur vniuerſę manus, & infirmabitur
omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ:
ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. * Et factus 8
eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Fili hominis 9
propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus:
Loquere: Gladius, gladius exacutus eſt, & li-
matus. * Vt cædat victimas, exacutus eſt: vt 10
ſplendeat, limatus eſt: qui moues ſceptrum filij
mei, ſuccidiſti omne lignum. * Et dedi eum ad 11
leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus
eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu in-
terficientis. * Clama, & vlula fili hominis, quia 12
hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis du- C
cibus Iſrael qui fugerant: gladio traditi ſunt cum
populo meo, idcircò plaude ſuper femur, * quia 13
probatus eſt: & hoc, cùm ſceptrum ſubuerterit,
& non erit, dicit Dominus Deus. * Tu ergo fili 14
hominis propheta, & percute manu ad manum,
& duplicetur gladius, ac triplicetur gladius in-
terfectorum: hic eſt gladius occiſionis magnæ,
qui obſtupeſcere eos facit, * & corde tabeſcere, 15
& multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum D
dedi conturbationem gladij acuti, & limati ad
fulgendum, amicti ad cædem. * Exacuere, vade 16
ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram, quocumque fa-
ciei tuæ eſt appetitus. * Quin & ego plaudam 17
manu ad manum, & implebo indignationem
meam, ego Dominus locutus ſum. * Et factus 18
eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Et tu fili ho- 19
minis pone tibi duas vias, vt veniat gladius re-
gis Babylonis: de terra vna egredientur ambæ:
& manu capiet coniecturam, in capite viæ ciui-
tatis coniiciet. * Viam pones vt veniat gladius 20
E ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in
21 Ieruſalem munitiſſimam. * Stetit enim rex Ba-
bylonis in biuio, in capite duarum viarum, diui-
nationem quærens, commiſcens ſagittas: inter-
22 rogauit idola, exta conſuluit. * Ad dexteram
eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat
arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in
vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt com-
23 portet aggerem, vt ædificet munitiones. * Erit-
que quaſi conſulens fruſtrà oraculum in oculis
eorum, & ſabbatorum otium imitans: ipſe au-
24 tem recordabitur iniquitatis ad capiẽdum. * Id-
F circò hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd re-
cordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præ-
uaricationes veſtras, & apparuerunt peccata ve-
ſtra in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo, in-
25 quã, quòd recordati eſtis, manu capiemini. * Tu
autẽ profane, impie dux Iſrael, cuius venit dies
26 in tempore iniquitatis præfinita: * Hæc dicit Do-
minus Deus: Aufer cidarim, tolle coronam,
nónne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit, &
27 ſublimem humiliauit? * Iniquitatem, iniquita-
tem, iniquitatem ponam eam: & hoc non fa-
ctum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, &
28 tradam ei. * Et tu fili hominis propheta, & dic:
G Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, &
ad opprobrium eorum, & dices: Mucro, mucro,
euagina te ad occidendum, lima te vt interfi-
29 cias, & fulgeas, * cùm tibi viderentur vana, &
diuinarentur mendacia: vt dareris ſuper colla
vulneratorum impiorum, quorum venit dies in
30 tempore iniquitatis præfinita. * Reuertere ad
vaginam tuam, in loco in quo creatus es, in terra
31 natiuitatis tuæ iudicabo te, * & effundam ſuper
te indignationem meam: in igne furoris mei
ſufflabo in te, daboque te in manus hominum
32 inſipientium, & fabricantium interitum. * Igni
eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ,
obliuioni tradêris: quia ego Dominus locu-
tus ſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

GLadium Iudæis minatur; contra Ammonitas deinde, & contra Nabuchodonoſorem vaticinatur.

2 Pone faciem tvam ad Ierusalem, et stilla. De hoc cap. ſuperiori v. 46. Ad sanctvaria, ſiue *contra ſanctuaria.* Sic Templum vocat, quòd plures partes haberet, adytum, templum, vbi erat menſa & candelabrum, & porticum, ſeu atria.

3 Ecce ego ad te. ſ. venio. Et eiiciam gladium, ſiue *educam. Gladium* vocat Nabuchodonoſorem, *vaginam* Babylonem; ſeu *gladius* ſit ira Dei, *vagina* eius decretum, aut benignitas. Et occidam in te iustum et impium. Graue decretum, & in ſpeciem contrarium ijs quæ dicta ſunt c. 18. v. 30. Idcircò Sept. *Delebo ex te impium & iniquum.* Verùm cum impijs iuſtos perire vſitatum eſt, Pſal. 78. verſ. 2. Pereunt quoad corpus, mors tamen illis inſtar coronæ eſt.

4 Pro eo avtem qvod occidi. Quando ira tam eſt vehemens, vt ne iuſtis quidem parcat, non ſe intra Ieruſalem continebit, ſed totam Iudæam peruagabitur, ab Auſtro vſque ad Aquilonem. Ad omnem carnem, contra omnem hominem, cuncti gladio peribunt.

5 Irrevocabilem. Hebr. *non reuertetur ampliùs.* id eſt, non ceſſabit laniena & gladius, niſi omnibus interfectis.

6 In contritione lvmborvm, donec ilia rumpantur, ingemiſce. Et in amaritvdinibvs ingemisce, ô Ezechiel, id eſt amarè, dolenter. Coram eis. Hebr. *in oculis eorum*, palàm, non in conclaui.

PRO AVDITV. propter auditum. i. id quod à Deo audiui. QVIA VENIT. ſ. quod audiui. ET TABESCET. Hebr. *liqueſcet omne cor.* DISSOLVENTVR. Hebr. *debilitabuntur* omnes manus, vires amittent. ET PER CVNCTA GENVA FLVENT AQVÆ. Hebr. *& cuncta genua ibunt aquæ.* i. vt aquæ, trepidabunt vt aquæ, ſic Chald. *cuncta genua*, id eſt, per cuncta genua *ibunt genua*. Sept. *omnia femora polluentur humore.* id eſt, præ metu lotium reddetur, & diffluet inter genua. De hac re cap. 7. verſ. 17.

GLADIVS, GLADIVS. Geminatio aſſeuerationem affert. EXACVTVS EST, ET LIMATVS, ſeu *acutus & terſus.* Non erit hebes, ſed ita vt facilè occidat. 9

VT CÆDAT VICTIMAS. Sept. *vt iugulet iugulationem.* Chald. *vt occidat occiſionem.* Geminatio, quæ Hebr. etiam eſt, ſignificationem auget, fore magnam cædem. VT SPLENDEAT, LIMATVS EST. ſ. vt terreat ſuo ſplendore, aut vt lætificet. QVI MOVES SCEPTRVM FILII MEI. i. aufers regnum Iuda. Deus gladium alloquitur. SVCCIDISTI OMNE LIGNVM. i. omnes homines, omnes Iudæos interfeciſti pro, interficies. Hæc plana ſunt, Hebraica implicata: *Quomodo gaudebimus, ſceptrum filij mei ſpernente omne lignum.* Verba Ieruſalem ſunt recuſantis lætari in ea gladij luce, cùm Regem, quem filium ſuum vocat, euertat, & omne lignum ſpernat, ſeu interficiat omnes homines. 10

ET DEDI ego Deus. Hebr. *& dedit.* ſic Sept. ſed intereſt nihil, per primam aut tertiam perſonam loquatur. AD LEVIGANDVM. i. leuigatum, terſum. Sept. *paratum.* VT SIT IN MANV INTERFICIENTIS. Cùm ingruit bellum, & gladium ex armamentario ſumpturus eſt miles, tunc acuitur & expolitur, alio tempore negligitur. 11

QVIA HIC FACTVS EST. Hic gladius exacutus eſt & terſus. IN POPVLO MEO. i. contra populum meum, & duces qui fugerunt. ſ. cum Sedecia. q. d. nemini parcet, plebem & nobilitatem ſubuertet. Hebr. pro *qui fugerunt*, habet, *terrores ſuper gladio fuerunt populo meo.* PLAVDE SVPER FEMVR, ò Propheta. i. percute femur dolentis in morem. Ierem. 31. v. 19. *Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum.* 12

QVIA PROBATVS EST. Gladius eductus eſt de vagina, vt acies eius probaretur, præſertim cùm ſceptrum (Iuda) ſubuerterit, ita vt ampliùs non ſit. Magnum hoc argumentum ſuæ probationis. Hebr. *quia probatio* (erit gladij) *& quid ſi etiam ſceptrum abijciens, non erit,* ſcilicet ſceptrum. Hoc modo ſi Hebraica vertantur, cum Hieronymi verſione conſentiunt. q. d. Tum alijs bellis gladius hic probatus eſt, tum bello Ieroſolymitano, in quo Regem & Regnum illud ſubuertit. 13

ET PERCVTE MANV AD MANVM. Hebr. *manum ad manum.* ſic Chald. nempe dolentis in morem. ET DVPLICETVR GLADIVS, AC TRIPLICETVR. Hebr. *duplicetur gladius tertiò.* i. non vna, ſed multæ erunt ſtrages. Per *gladium* Nabuchodonoſorem intelligit. Ita Hieronymus his verbis triplicem eius aduentum in Iudæam ſignificari putat, cùm Ioakim Regem vectigalem fecit, cùm Iechoniam captum duxit, cùm Sedeciam cepit 4. Reg. 24. & 25. GLADIVS INTERFECTORVM. i. quo multi interficientur. OCCISIONIS MAGNÆ. Repetitio. Hebr. *occiſi magni.* i. occiſorum magnorum. ſ. quo non plebs modò, ſed duces peribunt, vt verſ. 12. QVI OBSTVPESCERE EOS FACIT. Sic Sept. Chald. *qui contremiſcere faciet eos.* Nimirum pro חֹדֶרֶת *bodereth*, legerunt litteris tranſpoſitis חֶרֶדֶת *heredeth*. Hebræi *conclaue* intelligunt hoc ſenſu: Gladius occiſi magni in conclaui penetrans, id eſt, non parcens ne iis quidem, qui ſe limine continent, bellum auerſantes. 14

ET CORDE TABESCERE faciet. Hebr. *vt liqueſieri faciat cor.* ET MVLTIPLICAT RVINAS. Hebr. *offendicula*, vt ſ. vbique corruant gladio interfecti. DEDI CONTVRBATIONEM, ſeu *timorem* GLADII. Quia vbique cædes graſſabitur. Et per portas, ædium priuatas portas intelligo. ACVTI ET LIMATI AD FVLGENDVM. quò 15

ſ. terrorem incutiat. Hebr. *heu facti ad ſplendorem*, id eſt, ſplendentis. AMICTI AD CÆDEM, ſeu *inuoluti.* i. in balteo poſiti, vt gladij ante pugnam geruntur, amicti ſub pallio, inuoluti & ſuſpenſi è militari balteo.

16 EXACVERE, ò gladie, ſic Sept. Chald. *euaginare.* Hebr. *vnite.* i. te collige & compara ò miles. Sanè vocem התאחדי *hithahadi*, Hieron. & Sept. à radice חדד *hadad.* i. *acuere* deduxerunt. VADE AD DEXTERAM, SIVE AD SINISTRAM. i. locis omnibus, vbi libuerit, graſſare. Hebr. *vni te, pone te ad dexteram, pone te ad ſiniſtram, quo facies tuæ paratæ erunt.* Hebræi putant hoc loco præcipi gladio, vt vno tantùm loco conſiſtat, *Vni te*, neque in omni regione graſſetur. Verùm prior expoſitio magis placet. Illud addo, hæc verba Dei ad gladium eſſe per apoſtrophen.

17 PLAVDAM MANV AD MANVM. Sic Sept. Hebr. *percutiam manum ad manum*, aut dolentis in morem; non enim Deus lætatur in malis quæ infert; aut vlciſcentis & lætantis vltione. Itaque & tu percuties manum ad manum, ſed dolendo, & ego percutiam quaſi vindicta lætus. Id indicant verba proxima, ET IMPLEBO INDIGNATIONEM MEAM.

19 PONE TIBI DVAS VIAS. i. deſcribe eas, vt capite 4. deſcripſit Ieruſalem. VT VENIAT GLADIVS, id eſt, quibus Babylone profectus Rex ille poteſt venire. DE TERRA VNA EGREDIENTVR AMBÆ. ſ. duæ illæ viæ egredientur è Babylone. ET MANV CAPIET CONIECTVRAM. Hebr. *& manum elige.* i. deſigna in quam partem ire debeat is Rex. Poteſt *manus* pro loco ſumi. i. in quem locum ſit iturus. IN CAPITE VIÆ. i. in biuio. CONIICIET. Hebr. *elige.*

20 VIAM PONES. i. altera via ducat Rabbath metropolim Ammonitarum, altera Ieruſalem vrbem munitiſſimam.

21 STETIT ENIM REX BABYLONIS, explicatio duorum verſuum ſuperiorum. IN BIVIO. Hebr. *in matre viæ.* id eſt biuium. IN CAPITE DVARVM VIARVM. id eſt, in biuio. Repetitio. COMMISCENS SAGITTAS. Chald. *eiaculatus eſt ſagittas.* Pagn. *terſit ſagittas.* Quocumque modo, ad diuinationem refertur, quam coniectis in vrnam & mixtis ſagittis captabant. aut eiaculatis, vt vbi caderent, illac eundum intelligerent. *Tergere ſagittas*, quod Pagnin poſuit, quorſum ad diuinandum? ad feriendum potiùs.

22 AD DEXTERAM EIVS. i. ſors & diuinatio fuit vt ad dextram iret, vbi erat Ieruſalem. ARIETES. Chald. *duces.* vox כרים *charim* vtrumque ſignificare poteſt. Ex quoniam rurſus & mox ponitur, loco altero, ſ. priori *duces* ſignificari putant. VT PONAT ARIETES CONTRA PORTAS, ſ. ad euertendum eas ea machina, quæ *aries* vocatur. VT ÆDIFICET MVNITIONES. Vox Hebr. *daeck turrim ligneam* ſignificat. Ergo vt ædificet turrim. i. turres ligneas.

23 ERITQVE QVASI CONSVLENS FRVSTRA. Sic Iudæi credent, non venturum contra eos, neque veram & ſeriam diuinationem eſſe. SABBATORVM OTIVM IMITANS. i. quaſi feriatus, nihil agens. ſ. Nabuchodonoſor. ſic Iudæi credent. Hebr. *iuramenta iuramentorum.* i. ob iuramenta id putabant, quibus fœdus inter Chaldæos & Iudæos erat firmatum. Alij vertunt *hebdomades hebdomadarum*, quod Sept. & Chald. ſecuti ſunt. Verùm ſententia per ſe obſcura magis intricatur. IPSE AVTEM RECORDABITVR INIQVITATIS. Nabuchodonoſor nihilominùs memor fœderis à Sedecia violati capiet eam vrbem.

24 PRO EO QVOD RECORDATI ESTIS. i. ob peccata quæ vos feciſſe ſcitis, & recordamini, capiemini. Hebr. *propter recordari vos.* i. vt recordemini iniquitatis veſtræ, & vt reuelentur præuaricationes veſtræ, vt videatis peccata veſtra, & eorum recordemini, manu capiemini, q. d. modò iniquitates veſtras non agnoſcitis, pœna oculos aperiet. COGITATIONIBVS. Chald. *in operibus.* Sept. *in adinuentionibus* APPARVERVNT PECCATA VESTRA. Aut peccata quæ in adinuentionibus commiſiſtis apparuerunt.

TV AVTEM PROFANE. Sic Sept. Hebr. *occiſe*. Chald. *reus mortis*. De Sedecia intelligit. IN TEMPORE INIQVITATIS PRÆFINITA dies venit. Hebr. *in tempore iniquitatis finis*. i. dies vltima temporis & iniquitatis tuæ venit. quod noſter dixit, *dies in tempore iniquitatis præfinita venit*. 25

AVFER CIDARIM. *Cidaris* pro diademate. nam hoc loco de cidari ſummi ſacerdotis non agit. TOLLE CORONAM. Repetitio eſt. NONNE HÆC EST. i. hæc corona nihil egit iuſtè; eum qui humiliari debebat, erexit, & è contrario. Id Sedecias fecit. Quidam hoc referunt ad manum Nabuchodonoſoris, de qua v. 24. q. d. nónne hæc eſt manus, quæ ſublimes humiliauit, vt Sedeciam; & alios ignobiles, vt Godoliam, ſubleuauit? ſic ſunt rerum & belli vices. 26

INIQVITATEM, INIQVITATEM, INIQVITATEM. Sept. in Regijs Græcè bis id habent, vt Hieronymi tempore, in Romanis Græcis ter, vt nos habemus. Hebr. *diſtortam, diſtortam, diſtortam ponam eam*. ſ. coronam, vt poſt Sedeciam ſ. nullius capiti conueniat. ſic *iniquitatem* in noſtra Vulgata ſumo pro, iniquam, ineptam ſ. oſtendam eſſe coronam. ET HOC NON FACTVM EST. vt ſ. tollatur cidaris de capite Sedeciæ. Hebr. *etiam hæc non erit*. ſ. nullus eam ſuo capiti imponet coronam. DONEC VENIRET CVIVS EST IVDICIVM. ſ. Nabuchodonoſor, qui hoc exequetur; aut potiùs, donec veniat Chriſtus, qui ſuo capiti imponat eam coronam, cui ſeruatur regnum. Nam alij, vt Hircanus & Herodes, non iure, ſed per vim regnum obtinuerunt. ſic Hieronymus. 27

AD FILIOS AMMON. Contra illos vertit ſermonem, quoniam conuiciati ſunt tum decem tribus, tum Iudæos, cùm in captiuitatem agerentur. id eſt quod ſequitur: ET AD OPPROBRIVM EORVM, quo Iſraelitas & Iudæos ſunt inſectati. MVCRO, MVCRO. i. gladius. EVAGINA TE. Hebr. *mucro apertus*. ſed gladius apertus dicitur, quando vaginâ nudatur. LIMA TE. Hebr. *terſus ad conſumendum, & vt fulgeat*. i. maiorem terrorem incutiat. 28

CVM TIBI VIDERENTVR VANA, quæ dicebantur tibi de Chaldæorum contra te aduentu. ET DIVINARENTVR MENDACIA, ab ariolis ſecuritatem promittentibus. Quo factum eſt, VT DARERIS SVPER COLLA. i. cum collis vulneratorum. ſ. eadem ſors eſſet tibi, quæ Iudæis vulneratis & iniquis, eorum exemplo perires. PRÆFINITA. Hebr. *finis venit in tempore* (ſ. i. temporis) *iniquitatis*. De quo v. 25. 29

REVERTERE AD VAGINAM TVAM. Sic Sept. quaſi loquatur Regi Babylonis. q. d. Ceſſet laniena. In patria tua, vbi natus es, vbi habitas, iudicabo te. puniam te. Hebr. *reduc* (השב imperatiuus *hiphil*) *ad vaginam ſuam*. ſ. gladium. Multi interrogatiuè vertunt: *Num reducam in vaginam ſuam*. ſ. gladium, quem in Ammonitas diſtrinxi? q. d. Non faciam. ſed non placet. aptior eſt Hieronymi interpretatio. NATIVITATIS TVÆ. Hebr. *manſionis* ſeu *habitationis tuæ*, iudicabo te, ibi te puniam. 30

SVFFLABO IN TE, ô Nabuchodonoſor. i. ignem ampliùs flatu accendam. DABOQVE TE IN MANVS HOMINVM INSIPIENTIVM, tales ſunt milites. ET FABRICANTIVM INTERITVM, qui cædibus & ſanguine gaudent. Hebr. *artificum interitus*. 31

IGNI ERIS CIBVS, igne & gladio peribis, atque ita vt nulla tui memoria ſuperſit. IN MEDIO TERRÆ. i. in terra fundetur ſanguis, morte violenta peribis. 32

EMANVELIS SA NOTATIONES.

STILLA. Vide ſuprà cap. 20. SANCTVARIA. id eſt, templum. 2

GLADIVM. ſ. exercitum Chaldæorum. IVSTVM ET IMPIVM. i. omnes. 3

PRO EO AVTEM, &c. q. d. ſi meos ſic punio, quantò magis alios? 4

IRREVOCABILEM. ſ. ante completam punitionem. 5

IN CONTRITIONE, &c. i. vt ſolent quibus dolent lumbi. IN AMARITVDINIBVS. i. amarè. LXX. *in doloribus*. 6

7 AVDITV. i. rumore de calamitate Ieroſolymitana. INFIRMABITVR. Chald. *obſcurabitur*. LXX. *exanimabitur*. FLVENT. ſ. præ ſudore, vel lotio. VENIT. ſ. calamitas, vel exercitus.

9 LIMATVS. i. terſus.

10 SPLENDEAT, adeóque terreat. MOVES. ſ. loco. q. d. deſtruis regnum populi mei. SVCCIDISTI. pro, ſuccides. ſ. ô gladie.

11 AD LEVIGANDVM. pro, leuigatum. LXX. *paratum*. MANV. ſ. hoſtis.

12 FACTVS EST. pro fiet. id eſt, exeretur ad punitionem. PLAVDE. ſ. more dolentium.

13 PROBATVS. ſ. gladius. ET HOC. ſ. apparebit. LXX. *& quid*. ſ. erit. SCEPTRVM. ſ. Iuda. NON ERIT. ſ. ſceptrum. q. d. deficiet regnum Iuda.

14 PERCVTE, &c. ſ. in ſignum doloris, vel indignationis tuæ. DVPLICETVR, &c. q. d. multipliciter interficiat.

15 AMICTI. ſ. manu tenentis capulum. Chald. *acuti*.

16 APPETITVS. i. impetus. q. d. in quamcumque partem voles. pro, volueris, qui te vibrat.

19 PONE. i. deſigna. VNA. ſ. Chaldæa. CAPIET. ſcilicet Chaldæus. CAPITE. ſ. vbi vna via ſe in duas diuidit.

20 VIAM. ſ. vnam. AD IVDAM. ſ. alteram viam ducentem.

21 COMMISCENS. ſ. more ſortibus vtentium: vel frequenter iaciens in altum, vt videat in vtram partem cadant.

22 APERIAT OS. i. clamet.

23 OTIVM. q. d. videbitur Iudæis res otioſa, & ſine periculo. INIQVITATIS. i. violati fœderis per Sedeciam. CAPIENDVM. ſ. Ieruſalem.

24 RECORDATI ESTIS. q. d. ita apparuerunt, vt coacti ſitis aduertere, & recordari. vel, feciſtis venire in memoriam hoſtibus. REVELASTIS. i. feciſtis apparere. COGITATIONIBVS. LXX. *adinuentionibus*, ſeu *ſtudiis*. MANV. ſ. Chaldæorum.

25 DVX. Chald. *princeps*. Sedeciam intelligit. INIQVITATIS. ſ. puniendæ.

26 CIDARIM. ſ. Pontificis. CORONAM. ſ. Regis. quaſi dicat, auferetur & ſacerdotium, & regnum. HVMILEM. ſ. Ioachin, qui poſteà reſtitutus. SVBLIMEM. ſ. Sedeciam.

27 INIQVITATEM. i. pœnam iniquitatis, vel ob iniquitatem. PONAM. i. deponam, vel vlciſcar. VENIRET. ſ. Nabuchodonoſor. IVDICIVM. i. facere vindictam. TRADAM. ſ. Iudæam, vel iudicium.

28 OPPROBRIVM. ſ. quo affecerunt Iudæos. vel idola intelligit.

29 VIDERENTVR. ſ. à tuis vatibus. MENDACIA. ſ. proſperitas, cùm ſis puniendus. DARERIS. i. proiiceréris.

30 REVERTERE. ſ. ô Chaldæe, qui es velut gladius. IN LOCO. pro. ſ. in locum.

31 INSIPIENTIVM. Chald. *impiorum*.

32 ERIT. ſ. effuſus.

CAPVT XXII.

Varia narrat ſcelera Ieroſolymis perpetrata, propter quæ dicit ſe ſuper eos effuſurum indignationem ſuam: narratque ſcelera ſacerdotum, principum, pſeudoprophetarum ac populi terræ, vt nullus inuentus ſit qui pro auertendo furore Domini ſe opponeret.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
2 cens: *Et tu fili hominis nónne iudicas, nón-
A ne iudicas ciuitatem ſanguinum? *& oſtendes
3 ei omnes abominationes ſuas, & dices: Hæc di-
cit Dominus Deus: Ciuitas effundens ſangui-
nem in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ
fecit idola contra ſemetipſam, vt pollueretur.
4 * In ſanguine tuo, qui à te effuſus eſt, deliquiſti:
& in idolis tuis, quæ feciſti, polluta es: & appro-
pinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus

anno-

annorum tuorum: propterea dedi te oppro-
brium Gentibus, & irriſionem vniuerſis terris. 5
* Quæ iuxtà ſunt, & quæ procul à te, triumpha-
bunt de te: ſordida, nobilis, grandis interitu.
* Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo 6
fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem.* Pa- 7
trem & matrem contumeliis affecerunt in te, B
aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupil-
lum & viduam contriſtauerunt apud te: * San- 8
ctuaria mea ſpreuiſti, & ſabbata mea polluiſti.
* Viri detractores fuerunt in te ad effundendum 9
ſanguinem, & ſuper montes comederunt in te,
ſcelus operati ſunt in medio tui. * Verecundiora 10
patris diſcooperuerunt in te, immunditiam
Ier. 5. c. 8 menſtruatæ humiliauerunt in te: * Et vnuſ- 11
quiſque in vxorem proximi ſui operatus eſt abo-
minationem, & ſocer nurum ſuam polluit ne-
fariè, frater ſororem ſuam filiam patris ſui op-
preſſit in te. * Munera acceperunt apud te ad 12
effundendum ſanguinem: vſuram & ſuper- C
abundantiam accepiſti, & auarè proximos tuos
calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus
Deus. * Ecce comploſi manus meas ſuper aua- 13
ritiam tuam, quam feciſti; & ſuper ſanguinem,
qui effuſus eſt in medio tui. * Numquid ſuſti- 14
nebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ,
in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus
locutus ſum, & faciam. * Et diſpergam te in na-
tiones, & ventilabo te in terras, & deficere fa- 15
ciam immunditiam tuam à te. * Et poſſidebo 16
te in conſpectu Gentium: & ſcies quia ego Do-
minus. * Et factum eſt verbum Domini ad me, 17
dicens: * Fili hominis, verſa eſt mihi domus Iſ- 18
raël in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, &
ferrum, & plumbum in medio fornacis: ſcoria D
argenti facti ſunt. * Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus: Eò quòd verſi eſtis omnes in ſco- 19
riam, propterea ecce ego congregabo vos in
medio Ieruſalem, * congregatione argenti, & 20
æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio for-
nacis: vt ſuccendam in ea ignem ad conflan-
dum. ſic congregabo in furore meo, & in ira
mea, & requieſcam: & conflabo vos. * Et con- 21
gregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris E
mei, & conflabimini in medio eius. * Vt confla- 22
tur argentum in medio fornacis, ſic eritis in
medio eius: & ſcietis quia ego Dominus, cùm
effuderim indignationem meam ſuper vos. * Et 23
factum eſt verbum Domini ad me, dicens: * Fili 24
hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non
complutâ in die furoris. * Coniuratio prophe- 25
tarum in medio eius, ſicut leo rugiens, rapienſ-
que prædam, animas deuorauerunt, opes &
pretium acceperunt, viduas eius multiplicaue-
runt in medio illius. * Sacerdotes eius contem- 26
pſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria F
mea: inter ſanctum & profanum non habue-
runt diſtantiam: & inter pollutum & mundum
non intellexerunt: & à ſabbatis meis auerterunt
oculos ſuos, & coinquinabar in medio eorum.
Mich. 3. d. 11 Soph. 3. a. 3 * Principes eius in medio illius, quaſi lupi ra- 27
pientes prædam ad effundendum ſanguinem,
& ad perdendas animas, & auarè ad ſectanda
lucra. * Prophetæ autem eius liniebant eos abſ- 28
que temperamento, videntes vana, & diuinan- G
tes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Domi-

29 nus Deus, cùm Dominus non ſit locutus. * Po-
puli terræ calumniabantur calumniam; & ra-
piebant violenter: egenum & pauperem affige-
bant, & aduenam opprimebant calumnia abſq;
30 iudicio. * Et quæſiui de eis virum, qui interpo-
neret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro
31 terra, ne diſſiparem eam: & non inueni. * Et effu-
di ſuper eos indignationem meam, in igne iræ
meæ conſumpſi eos: viam eorum in caput eo-
rum reddidi, ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ACcuſat delicta Ieruſalem & Iudæorum.
2 NONNE IVDICAS. i. arguis, ô Propheta, accuſas? CIVITATEM SANGVINVM. i. in qua multus ſanguis effunditur, multa homicidia exiſtunt.

3 CIVITAS EFFVNDENS SANGVINEM. ſ. eſt iſta, ſic fiet. VT VENIAT TEMPVS EIVS. Effuſio ſanguinis faciat, vt feſtinet tempus deſolationis eius. ET QVÆ FECIT IDOLA CONTRA SEMETIPSAM, in ſuam perniciem. Chald. *in medio eius*, intra eam. Vt quomodo dixit, *effundens ſanguinem in medio ſui*, ſic de idolis dicatur feciſſe ea intra ſe עליה *haleha*, vt pollueretur eorum cultu.

4 IN SANGVINE TVO. i. propter ſanguinem quem effudiſti. ET IN IDOLIS TVIS, propter idola tua. ET APPROPINQVARE FECISTI DIES TVOS. i. punitionis. ET ADDVXISTI TEMPVS. Sic Sept. Hebr. *& veniſti vſque ad annos tuos.* pro עד *had, vſque*, Hieronymus & Sept. legerunt עת *heth.* i. *tempus*. Sententia non diſcrepat. Annos ſuos vocat tempus punitionis. DEDI TE. pro, dabo te opprobrium.

5 QVÆ IVXTA SVNT. tam vicinæ gentes quàm remotæ. TRIVMPHABVNT DE TE. Hebr. *irridebunt te.* SORDIDA, NOBILIS ſ. ô ſordida moribus, nobilis ſcelere. Hebr. *polluta nominis*. i. malæ famæ. GRANDIS INTERITV. Hebr. *multa* ſeu *magna contritione*. i. cuius contritio & interitus magnus eſt.

6 SINGVLI IN BRACHIO SVO. id eſt, Principes, vt cuiuſque erat potentia, ſanguinem aliorum effuderunt in te.

7 CONTRISTAVERVNT. Sic Chald. Hebr *oppreſſerunt* ſic Sept. ſeu bonis ſpoliarunt pupillum. Id vox Hebr. *bonu*, propriè ſignificat.

9 VIRI DETRACTORES, ſeu *viri fraudes*, fraudulenti, falſi teſtes fuerunt in te. AD EFFVNDENDVM SANGVINEM, ſuis falſis delationibus. SVPER MONTES COMEDERVNT. ſ. ſacrificia idolorum, quæ offerebantur in montibus.

10 VERECVNDIORA PATRIS. Hebr. *turpitudinem patris*. i. verenda matris, Leuit. 18. v. 8. i. filij cum matribus concubuerunt. DISCOOPERVERVNT. Hebr. *diſcooperuit*, ſed ſingulare pro plurali. IMMVNDITIAM MENSTRVATÆ. Hebr. *immundam menſtruo oppreſſerunt in te*, ſiue *humiliauerunt*, vt noſter habet, Sept. & Chald. De qua menſtruata cap. 18. verſ. 6.

11 NEFARIE. Hebr. *in ſcelere*. OPPRESSIT, ſeu *humiliauit* frater ſororem, vt Sept. & Chald. nam Hebr. idem verbum eſt quod verſ. ſuperiori, vbi Hieronymus vertit, *humiliauerunt*.

12 MVNERA ACCEPERVNT contra innocentes, vt eorum funderent ſanguinem. SVPERABVNDANTIAM, idem eſt quod vſura, quòd vltra ſortem accipitur. ET AVARE PROXIMOS TVOS CALVMNIABARIS. Hebr. *& appetebas* (res) *proximorum tuorum fraude*, ſeu *violenter*.

13 COMPLOSI MANVS MEAS. Hebr. *percuſſi manum meam* ſ. ex dolore.

14 NVMQVID SVSTINEBIT. Hebr. *ſtabit*. i. conſiſtere poterit cor tuum, aut ſuſtinere mala quæ ego inferam. Aut manus tuæ ea poterunt auertere. IN DIEBVS. *Dies* pro malis & punitione, vt v. 4. Aut *in diebus*, pro, dies ſuſtinere poteris. ſ. punitionis.

15 DEFICERE FACIAM IMMVNDITIAM TVAM. Chald.

conſummabo, hoc eſt, ſupplicijs purgabo *ſordes tuas.*

16 Et possidebo te. Sic Sept. pro נחלת *nihalth*, legerunt נחלתי *nahalthi*, à verbo נחל *nahal.* i. *hereditare*, Hebræi deducunt à חלל *halal.* i. *polluere*, contaminaberis. ſic Aquila & Theodotion, vt affert Hieronymus, niſi quòd in prima perſona dixerunt, *contaminabo te*, Chald. in prima perſona dixit, *ſanctificabo te.* Putauit verbum *halal* eſſe ambiguæ ſignificationis, vt *benedicere* Hebræis, Latinis *ſacer.* Pagninus Hieron. ſequitur. Ergo poſſidebo, ſeu hereditabo te in gentibus, te puniet ſi curam geram, quaſi ſis mea hereditas & poſſeſſio.

18 In medio fornacis, כור *cur*, *liquatorium* potiùs ſignificat, vti alio loco dictum eſt, *Criſol.* ergo cùm Iſraël eſſet vt metalla alicuius pretij, in ſcoriam verſa eſt, ſuis vitijs inutilis eſt facta.

19 Congregabo vos in medio Ierusalem. ſ. vt in liquatorium miſſi, remota ſcoria ad puritaté redigamini.

20 Congregatione argenti, vt ſolent metalla in conflatorium conijci. Et requiescam. i. non ampliùs vos puniam ſcoria reiecta, aut potiùs requieſcet furor meus, poſtquam vos in ignem coniecero, vt puniam. Et conflabo vos. i. poſtquam conflauero vos, tunc quieſcam ſumptâ vindictâ.

24 Dic ei, Ieroſolymæ. Terra immunda. Hebr. *non purificata.* ſ. aquis. *non rigata*, vt Sept. poſuerunt. Non compluta. ſ. bonis operibus, vt iram auertat in die furoris.

25 Conivratio prophetarum. Chald. *turba ſcribarum*; nam videtur hîc agere de iudicibus propriè, nam de Prophetis rurſus agit verſ. 28. Verùm quoniam Hebr. etiam eſt *coniuratio prophetarum*, dicamus falſos prophetas in veros inſtar leonum deſæuijſſe. Animas devoraverunt, id eſt, occiderunt homines Opes et pretium. Hoc Iudicibus magis conuenit munera accipientibus; ſed & prophetæ vt placentia loquerentur, accipiebant ea. Vidvas eius. ſ. vrbis, occiſis maritis multiplicauerunt. Id dixit c. 12. verſ. 7.

26 Sacerdotes eius. Omnium ordinum vitia accuſat. Contempserunt legem meam. Sic Sept. & Pagn. Chald. *rapuerunt legem meam.* ſ. ab oculis populi abſtulerunt, cùm eos non docuerunt legem. Et a sabbatis meis averterunt oculos suos. i. neglexerunt obſeruare Sabbatum. Aut cùm populus id violaret, diſſimularunt ſe videre. Hebr. *& a ſabbatis meis abſconderunt oculos ſuos.* Quid Principes? Vt lupi rapiunt, occidunt.

27 Et avare ad sectanda lucra. Hebr. *vt cupiant concupiſcentiam.* i. captent lucra, ideò fundunt ſanguinem, vt eorum bona occupent. Chald. *vt accipiant mammona iniquitatis.* ſic ſæpe dona vocat, quibus corrumpûtur Iudices. Inde explicari illud poteſt Lucæ 16. v. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* ſ. dando pauperibus, vt vobis faueant in futurum.

28 Liniebant eos (ſ. Principes) absque temperamento. Hebr. *inſulſo.* ſ. luto. quod ſupra cap. 13. v. 10. dixit, *luto abſque paleis.* Hebr. vox *inſulſum, ineptum* ſignificat. ſ. lutum abſque firmitate, ſiue quòd paleæ deſint, ſiue quòd benè ſubactum non ſit. q. d. iubebant homines eſſe ſecuros Prophetæ.

29 Populi terræ. Hactenus de Principibus, nunc de vulgo agit. Calvmniabantur calvmniam. Hebr. *opprimebant oppreſſione*, id eſt, vehementer, quiſque ſocium opprimebat. Rapiebant violenter. Hebr. *rapiebant rapinam.* Et pauperem affligebant. Hebr. *opprimebant, bonis ſpoliabant.* Absque iudicio id eſt, per calumniam, vt Hieroymus dixit, non iuſte, aut abſque iudicio, quòd in vrbe non eſſet iudicium, vis & fraus dominaretur. ſic Hebr.

30 Et quæsivi de eis virum qui interponeret sepem. i. preces opponeret, ne nocerem populo, vt Aaron Num. 16. verſ. 48. & Moyſes Exod. 32. Et staret oppositus. Hebr. *& ſtaret in ruptura*, more ſ. militum, qui ſi rumpatur murus, eò accurrunt, & ſuorum corporum obiectu hoſtium impetum ſuſtinent. Nullus fuit qui id faceret.

31 Effudi, pro, effundam indignationem meam. Viam eorum in caput eorum reddidi. i. reddam, pro meritis eos puniam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Ivdicas. i. arguis, ſeu condemnas. q. d. argue, increpa. Sangvinum. Chald. *in cuius medio effunditur ſanguis.*

3 Tempus. ſ. punitionis. Contra semetipsam. i. in perniciem.

4 Tuos. Chald. *interitus tui.* Annorum. ſ. quibus eris in captiuitate. Dedi. pro, dabo.

5 Nobilis, &c. i. nobilitate flagitijs & calamitatibus.

6 Brachio svo. Chald. *fortitudine ſua.*

7 Contristaverunt. Lxx. *oppreſſerunt.*

10 Verecundiora. ſ. pudenda vxoris. Vide Leuit. 18. q. d. habuerunt rem cum nouercis. Immunditiam, &c. q. d. itemque cum menſtruata.

12 Avare. i. cauſa auaritiæ. ſ. ad ſpoliandum.

13 Complosi. ſ. more irati, & punire volentis.

14 Sustinebit. i. ferre poterit flagella. Prævalebunt. i. poterunt ſe defendere. Diebus. ſ. calamitoſis.

16 Possidebo. i. ſubiugabo, vtarque in te iure domini in ſeruum.

20 Congregatione, &c. i. vt ſolet congregari argentum, &c. Conflandum. i. liquefaciendum.

24 Ei. ſ. vrbi, vel regioni. Compluta. q. d. rigata, ſeu lota. Furoris. ſ. Dei. q. d. Deo iraſcente.

25 Prophetarum. ſ. falſorum. Chald. *ſcribarum* Lxx. *ducum.* Pretium. i. pretioſa. Chald. *gloriam.* Lxx *honores.* Multiplicaverunt. ſ. occiſis viris.

26 Intellexerunt. Lxx. *diſtinxerunt.* Coinquinabar. i. profanè tractabar. Chald. *profanabatur voluntas mea.*

28 Liniebant, &c. i. agebant, vt qui linit ſine temperamento. ſ. agit mala fide. Temperamento. i. miſtura palearum ad operis firmitatem. q. d. iubebant homines eſſe ſecuros & benè ſperare.

29 Ivdicio. i. cauſa ſeu iuſtitia.

30 Sepem. i. orationem ad me placandum. Chald. *opera bona.* De illis loquitur, quos reprehendit, alioqui erat Ieremias & Baruch, & alij quidam boni.

31 Effudi, &c. præterita pro futuris.

CAPVT XXIII.

Sub figura multiplicium ſtuprorum duarum meretricum Oollæ & Oolibæ, ac punitionis earum, oſtendit Dominus variam idololatriam Samariæ & Ieruſalem, propter quam tradendi ſunt in opprobrium Gentibus, quarum ſunt idololatriam imitati.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris
3 vnius fuerunt, & fornicatæ ſunt in Ægypto, in
A adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt: ibi ſubacta ſunt
vbera earum, & fractæ ſunt mammæ puberta-
4 tis earum. Nomina autem earum, Oolla maior, & Ooliba ſoror eius minor: & habui eas, &
pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina,
5 Samaria Oolla, & Ieruſalem Ooliba. Fornicata eſt igitur ſuper me Oolla, & inſaniuit in
6 amatores ſuos, in Aſſyrios propinquantes, veſtitos hyacintho, principes, & magiſtratus, iuuenes cupidinis, vniuerſos equites, aſcenſores
7 equorum. Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos
electos, filios Aſſyriorum vniuerſos: & in omnibus in quos inſaniuit, in immunditiis eorum
8 polluta eſt. Inſuper & fornicationes ſuas, quas
B habuerat in Ægypto, non reliquit: nam & illi
dormierunt cum ea in adoleſcentia eius, & illi
confregerunt vbera pubertatis eius, & effude-

runt fornicationem ſuam ſuper eam.* Propter- 9
eà tradidi eam in manus amatorum ſuorum,
in manus filiorum Aſſur, ſuper quorum inſani-
Supr. 16. d. 38. uit libidine.* Ipſi diſcooperuerunt ignomi- 10
niam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipſam
occiderunt gladio: & factæ ſunt famoſæ mulie-
res, & iudicia perpetrauerunt in ea.* Quòd cùm 11
vidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquam illa inſani-
uit libidine: & fornicationem ſuam ſuper forni-
cationem ſororis ſuæ * ad filios Aſſyriorum 12
præbuit impudenter, ducibus & magiſtratibus
ad ſe venientibus, indutis veſte varia, equitibus
qui vectabantur equis, & adoleſcentibus forma
cunctis egregia.* Et vidi quòd polluta eſſet via 13
vna ambarum.* Et auxit fornicationes ſuas: 14
cumque vidiſſet viros depictos in pariete, ima- C
gines Chaldæorum expreſſas coloribus,* & ac- 15
cinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capiti-
bus eorum, formam ducum omnium, ſimilitu-
dinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæo-
rum, in qua orti ſunt,* inſaniuit ſuper eos con- 16
cupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuntios
ad eos in Chaldæam.* Cumque veniſſent ad 17
eam filij Babylonis ad cubile mammarum, pol-
luerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, &
ſaturata eſt anima eius ab illis.* Denudauit quo- 18
que fornicationes ſuas, & diſcooperuit ignomi-
niam ſuam: & receſſit anima mea ab ea, ſicut
receſſerat anima mea à ſorore eius.* Multipli- 19
cauit enim fornicationes ſuas, recordans dies
adoleſcentiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra
Ægypti.* Et inſaniuit libidine ſuper concubi- 20
tum eorum, quorum carnes ſunt vt carnes aſi-
norum: & ſicut fluxus equorum, fluxus eorum. D
* Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quando 21
ſubacta ſunt in Ægypto vbera tua, & confractæ
ſunt mammæ pubertatis tuæ.* Propterea Ooli- 22
ba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuſcita-
bo omnes amatores tuos contra te, de quibus
ſatiata eſt anima tua: & congregabo eos aduer-
ſum te in circuitu;* Filios Babylonis, & vni- 23
uerſos Chaldæos, nobiles, tyrannoſque & prin-
cipes, omnes filios Aſſyriorum, iuuenes forma
egregia, duces & magiſtratus vniuerſos, princi-
pes principum, & nominatos aſcenſores equo-
rum:* & venient ſuper te inſtructi curru & rota, 24
multitudo populorum: lorica, & clypeo, & ga-
lea armabuntur contra te vndique: & dabo co-
ram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis ſuis.
* Et ponam zelum meum in te, quem exercent 25
tecum in furore: naſum tuum, & aures tuas præ-
cident: & quæ remanſerint, gladio concident:
ipſi filios tuos, & filias tuas capient; & nouiſſi-
mum tuum deuorabitur igni.* Et denudabunt 26
te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ.
* Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te, & 27
fornicationem tuam de Terra Ægypti: nec le- E
uabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recor-
daberis amplius.* Quia hæc dicit Dominus 28
Deus: Ecce ego tradam te in manus eorum,
quos odiſti; in manus, de quibus ſatiata eſt ani-
ma tua.* Et agent tecum in odio, & tollent om- 29
nes labores tuos, & dimittent te nudam, &
ignominia plenam, & reuelabitur ignominia
fornicationum tuarum, ſcelus tuum, & fornica-
tiones tuæ.* Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es 30
poſt Gentes, inter quas polluta es in idolis ea-
31 rum:* in via ſororis tuæ ambulaſti, & dabo ca-
32 licem eius in manu tua.* Hæc dicit Dominus
Deus: Calicem ſororis tuæ bibes profundum &
latum: eris in deriſum, & in ſubſannationem,
33 quæ eſt capaciſſima.* Ebrietate, & dolore reple-
beris: calice mœroris, & triſtitiæ, calice ſororis
34 tuæ Samariæ.* Et bibes illum, & epotabis vſ-
que ad fæces, & fragmenta eius deuorabis; &
vbera tua lacerabis: quia ego locutus ſum, ait
35 Dominus Deus.* Propterea hæc dicit Domi-
nus Deus: Quia oblita es mei, & proiecisti me
poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum,
36 & fornicationes tuas.* Et ait Dominus ad me,
F dicens: Fili hominis numquid iudicas Oollam,
& Oolibam, & annuntias eis ſcelera earum?
37 * Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus
earum, & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt: inſuper
& filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt
38 eis ad deuorandum.* Sed & hoc fecerunt mihi:
Polluerunt ſanctuarium meum in die illa, &
39 ſabbata mea profanauerunt.* Cumque immo-
larent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur
ſanctuarium meum in die illa vt polluerent il-
lud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.
40 * Miſerunt ad viros venientes de longè, ad quos
nuntium miſerant: itaque ecce venerunt: qui-
bus te lauiſti, & circumliniſti ſtibio oculos
41 tuos, & ornata es mundo muliebri.* Sediſti in
lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante
te: thymiama meum, & vnguentum meum po-
42 ſuiſti ſuper eam.* Et vox multitudinis exultan-
tis erat in ea: & in viris, qui de multitudine ho-
minum adducebantur, & veniebant de deſer-
to, poſuerunt armillas in manibus eorum, &
43 coronas ſpecioſas in capitibus eorum.* Et dixi
G ei, quæ attrita eſt in adulteriis: Nunc fornicabi-
44 tur in fornicatione ſua etiam hæc.* Et ingreſſi
ſunt ad eam quaſi ad mulierem meretricem: ſic
ingrediebantur ad Oollam & Oolibam, mulie-
45 res nefarias.* Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt
eas iudicio adulterarum, & iudicio effunden-
tium ſanguinem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis
46 in manibus earum.* Hæc enim dicit Dominus
Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade
47 eas in tumultum, & in rapinam:* Et lapidentur
lapidibus populorum, & confodiantur gladiis
eorum: filios & filias earum interficient, & do-
48 mos earum igne ſuccendent.* Et auferam ſce-
lus de terra, & diſcent omnes mulieres ne fa-
49 ciant ſecundùm ſcelus earum.* Et dabunt ſce-
lus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum ve-
ſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego Domi-
nus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DVarum meretricum parabola Samariæ & Ieruſalem impietatem accuſat.

2 DVÆ MVLIERES, Samaria & Ieruſalem. FILIÆ MATRIS VNIVS, ex vno ſanguine, & eiſdem parentibus genitæ.

3 FORNICATÆ SVNT, idola coluerunt, cùm eſſent tribu omnes in Ægypto. SVBACTA SVNT VBERA, ſiue *compreſſa* ſiue *fracta*. Virgines habent vbera ſolida, corruptæ flaccida. Sept. *ceciderunt vbera earum*. ET FRACTÆ SVNT MAMMÆ. Hebr. *fecerunt*. ſ. Ægyptij *mammas*. ſ. fecerunt vt intumeſcerent, impræguarunt

eas. ſed & עשה *haſ.ah*, *frangere & comprimere* ſignificat. Sept. *deuirginata ſunt*.

OOLLA MAIOR, quod ſignificat *habitaculum ſuum*, quia decem tribus ipſæ ſibi templum fecerunt, non Deus. & vocatur *maior*, quia plures erant. OOLIBA vocatur Iuda. i. *tabernaculum meum*, quia Iuda templum retinuit. SOROR EIVS MINOR. Hebr. non eſt vox *minor*, neque in Chald. Vulgata Regia, neque in Comment. Hieron. ET HABVI. ſ. vxores meæ nihilominùs fuerunt, nam erant Dei populus, etiam poſtquam in Ægypto fornicatæ ſunt. ET PEPERERVNT FILIOS, numero creuerunt. 4

FORNICATA EST IGITVR SVPER ME. Hebr. *ſub me*. pro me, qui maritus eram, adulterum ſuppoſuit. OOLLA. i. Samaria. ET INSANIVIT. Hebr. *adhæſit*. Sept. *coniuncta eſt amatoribus ſuis*. IN ASSYRIOS PROPINQVANTES. id eſt, moribus ſimiles, aut confœderatos, vt libro 4. Regum cap. 15. verſ. 9. legimus, Manahem dediſſe Phul Aſſyrio mille talenta argenti, vt ei opitularetur. Itaque Samaria non ſolùm in Ægypto fornicata eſt, ſed cum Aſſyrijs. 5

IVVENES CVPIDINIS. i. pulchros, amabiles. ſ. amauit. 6

ET DEDIT FORNICATIONES SVAS SVPER EOS. *Super*, pro, cum eis fornicata eſt. IN QVOS INSANIVIT. Hebr. *quibus adhæſit*. IN IMMVNDITIIS. Hebr. *in idolis eorum polluta eſt*. *Idola* Hieron. *immunditias* vocauit. 7

ET FORNICATIONES SVAS QVAS HABVERAT IN ÆGYPTO. i. idola quæ ibi coluit, non reliquit, poſtquam accepit alia ab Aſſyrijs. CONFREGERVNT VBERA, ſeu *fecerunt*, vt v. 3. ET EFFVDERVNT FORNICATIONEM, fornicati ſunt cum illa, docuerunt impium cultum. 8

PROPTEREA. Iuſtè factum eſt, vt quos amauit Samaria, ab ijs puniretur. SVPER QVORVM INSANIVIT, ſeu *quibus adhæſit*. 9

DISCOOPERVERVNT IGNOMINIAM EIVS. Hebr. *turpitudinem eius*. i. muliebria diſcooperuerunt, concubuere cum ea. ET FACTÆ SVNT FAMOSÆ MVLIERES. i. nobiles ſcelere eæ duæ ſorores fuere. Hebr. *& fuit nomen mulieribus*. ſ. malum. ceteræ mulieres, ſeu illæ duæ, de quibus agit, famoſæ factæ ſunt ob adulteria, ſic Sept. *& facta eſt locutio in mulieres*. i. malè audierunt. Chald. *factum eſt nomen prouincijs*. i. malè audiuit inter alias gentes. Itaque per *mulieres*, *prouincias* intelligit. ET IVDICIA PERPETRAVERVNT IN EA. ſ. Aſſyrij vt Dei miniſtri. 10

PLVSQVAM ILLA INSANIVIT LIBIDINE, ſoror ſcilicet Ooliba. Hebr. *corrupit adhæſionem*, ſeu *amorem ſuum præ illa*. id eſt, auxit amorem in Aſſyrios magis quàm illa. ET FORNICATIONEM. ſ. corrupit, auxit præ fornicatione ſororis ſuæ. 11

PRÆBVIT IMPVDENTER. Hebr. *adhæſit*, ſ[illegible] *amauit*. AD SE VENIENTIBVS. קרובים *kerubim*. Pro hac voce verſ. 5. vertit *appropinquantes*, hîc *venientibus*. Sed placet vt confœderatos vtroque loco intelligamus. INDVTIS VESTE VARIA. Hebr. מכלול *michlol*. i. *perfecte*. ſ. veſte pretioſa. ADOLESCENTIBVS. Hebr. *adoleſcentibus cupidinis*. i. pulchris ſe præbuit. 12

VIDI QVOD POLLVTA ESSET. ſ. Ooliba. Hîc eſt accentus *Athnah* Hebr. qui diſtinguit, vt apud nos comma. Sequitur: VIA VNA AMBARVM. ſ. vtriuſque ſororis turpitudo par fuit. 13

ET AVXIT FORNICATIONES SVAS. non ſolùm eſt ſororem imitata, ſed peior facta eſt illa. CVMQVE VIDISSET. pro, nam cùm vidiſſet imagines. EXPRESSAS COLORIBVS. Chald. & Sept. *depictos coloribus*, ſ. Aſſyrios. Hebr. *minio*, ſic Hebr. Schol. 14

ET ACCINCTOS. Deſcribit quo habitu eſſent picti. FORMAM DVCVM. i. ſinguli veluti duces & proceres videbantur. Hebr. *tertiarij*. ſ. tertio à Rege gradu. Hi erant Dynaſtæ; nam ſacerdotes ſecundum locum obtinebant. FILIORVM BABYLONIS, TERRÆQVE CHALDÆORVM. Hebr. *ſimilitudo filiorum Babylonis, Chaldæorum terra natiuitatis eorum*. Itaque non erat picta terra, vt noſter videtur dicere, ſed ij picti ſimiles erant natis Babylone in terra Chaldæorum. 15

16 INSANIVIT SVPER EOS, ſeu *adamauit eos*. CONCVPISCENTIA. Hebr. *aſpectu oculorum ſuorum*. Ex ſolo aſpectu imaginum accenſa eſt libido. Pingit Iudam vt mulierem valdè libidinoſam, quæ cùm Chaldæos non vidiſſet, cœpit ex ſola pictura & fama deperire eos.

17 AD CVBILE MAMMARVM. i. amatorium, polluerunt eam. Hebr. *ad cubile amorum*, vbi ſ. amplexibus vacabant, ad lupanar. ſic delubra vocat, vbi edocti à Chald. Iudæi idola colebant. דודים *dodim* Hieronymus, *vbera* vertit, vt Cantic. 1. v. 2. alij *amores*. ET SATVRATA EST ANIMA, id eſt, libido, cupiditas. Hebr. *& diſceſſit anima eius ab eis*. ſic Sept. In quo tangere videtur rebellionem Ioakim Regis, 4. Reg 24. verſ. 1. aut Sedeciæ paulò pòſt. Et ſanè ex ſatietate rebellio illa euenire potuit: qua ratione verſio noſtra cum Hebr. conciliabitur. Chald. *donec deteſtata eſt eos anima eius*.

18 DENVDAVIT, publicè idola coluit. IGNOMINIAM SVAM. Hebr. *turpitudinem*, *verenda*. ET RECESSIT ANIMA MEA. Hebr. idem verbum תקע *thekab*, pro quo Hieronymus verſ. ſuperiori vertit, *ſatiata eſt*.

19 RECORDANS, tranſitiuè. i. receſſi ab ea, quoniam in memoriam reuocauit mihi Ægypti fornicationes, vt vtraſque punirem.

20 INSANIVIT LIBIDINE. Hebr. *adamauit*. SVPER CONCVBITVM EORVM. ſ. Chaldæorum, vt Sept. nam etſi mentionem fecit de Ægyptijs, ad Chaldæos tamen redit. Hebr. *adamauit ſeruos eorum*. ſic Pagn. & Hebr. Schol. q. d. ita erat impudica, vt non ſolùm heris miſceri vellet, ſed eorum ſeruis. QVORVM CARNES. id eſt, eſt, membrum virile, quaſi aſinorum, qui inter alia iumenta proportione maius id membrum habent. ET SICVT FLVXVS EQVORVM. Equi multum ſemen emittunt.

21 ET VISITASTI. Chald. *recordata es eorum*. ſ. quæ in Ægypto feciſti. *Viſitare* Hebr. multa ſignificat. QVANDO SVBACTA SVNT, vel *fracta*, vel *facta*. i. intumuerunt vbera, vt verſ. 3. ET CONFRACTÆ SVNT MAMMÆ. Repetitio. Hebr. *propter vbera adoleſcentiæ tuæ*. i. loco vberum, quæ integra habebas vt virgo, confracta deinde habuiſti. Hebræi explicant, *propter compreſſionem vberum*. hoc eſt, vbera ſubacta ſunt ipſa vberum compreſſione.

22 PROPTEREA, ob hæc tua ſcelera & impudicitiam. ſ. idola quæ colis, faciam vt amatores tui Chaldæi in te irruant. DE QVIBVS SATIATA EST ANIMA TVA. Hebr. *à quibus diſceſſit anima tua*. ſ. præ ſatietate, vt v. 17.

23 FILIOS BABYLONIS, explicat ſigillatim quos debeat congregare contra Iudam. NOBILES, TYRANNOSQVE ET PRINCIPES. Pagn *præfectum, Principem, & ducem*. ſed ſingulare pro plurali. Sept. voces Hebr. *Pakud*, & *Soah*, & *Koah*, nomina propria putarunt virorum eſſe, Chald gentilitia. verterunt enim, *Pecodaitas*, *Soaitas*, *Koaitas*. IVVENES FORMA EGREGIA. Hebr. *iuuenes deſiderij*, id eſt, amabiles. DVCES ET MAGISTRATVS, ſeu *duces & proceres*. PRINCIPES PRINCIPVM. Hebr. *tertiarios*, id eſt, qui à Rege tertium locum obtinebant. De hoc verſ. 15. ET NOMINATOS. i. nobiles. Hebr. *vocatos*, ſcilicet, ad regni negotia, conſiliarios. ASCENSORES EQVORVM. i. equites omnes non ex plebe promiſcua.

24 ET VENIENT SVPER TE, ſeu *contra te*, Hebr. INSTRVCTI CVRRV ET ROTA. Hebr. *in rheda*, *curru & rota*. id eſt, non ſolùm in equis venient, ſed in curribus. Vox הצן *hoz.en* nota non eſt. Alij in genere *arma* ſignificari putant. Sept. *cum armis*, *curribus & rotis*. ſic Chald. Alij *brachium* ſignificare volunt. Venient ad te in brachio, id eſt, robore. LORICA. Hebr. *ſcuto*. Sept *thoraces & clypeos ponent contra te*. VNDIQVE. Hebr. *circuitu*, id eſt, circum te, obſidebunt te. ET DABO CORAM EIS IVDICIVM, id eſt, ijs videntibus puniam ego te. ET IVDICABVNT TE. i. huius mei iudicij ipſi erunt executores.

25 ET PONAM ZELVM MEVM. id eſt, iram effundam. QVEM EXERCENT. pro, exercebunt. ſcilicet Chaldæi.

Hebr. *& facient tecum*. ſ. vindictam. NASVM TVVM, ET AVRES TVAS PRÆCIDENT. Sic lenones irati cum meretricibus faciunt. ſed per *naſum* Regem intellige, qui eminet; per *aures* ſacerdotes, qui Dei reſponſa audiunt. ET QVÆ REMANSERINT. Hebr. *nouiſſimum tuum*, id eſt, populus gladio cadet, aut etiam igne. ET NOVISSIMVM TVVM DEVORABITVR IGNI. Hieronymus pro אחרית *abarith* poſito bis, priori loco vertit, *quæ remanſerint*, poſteriori *nouiſſimum*.

ET DENVDABVNT TE, veſtes detrahent. & per ve- 26
ſtes, bona omnia intellige. VASA GLORIÆ TVÆ. ſeu *pulchritudinis*. id eſt, omnia ornamenta tollent.

ET REQVIESCERE FACIAM, auferam ſcelus tuum, 27
poſtquam his malis caſtigauero. ET FORNICATIONEM TVAM DE TERRA ÆGYPTI. *quam habebas cùm eras in Ægypto*, vt Chald. NEC LEVABIS OCVLOS, vt colas. AD EOS. ſ. deos Ægypti. Relatiuum ſine antecedenti.

QVOS ODISTI. ſ. Chaldæorum, quos priùs amaſti, 28
deinde odiſti. in eorum manus te tradam, & in manus eorum, quibus SATIATA EST ANIMA TVA. *Anima* pro libidine. Hebr. *à quibus diſceſſit anima tua*, rupto fœdere ſ. De hoc verſ. 17. & 22.

IN ODIO, hoſtiliter. LABORES TVOS. i. opes tol- 29
lent, quæ laboribus comparantur. ET IGNOMINIA PLENAM dimittent te. Hebr. *diſcoopertam*. ET REVELABITVR IGNOMINIA FORNICATIONVM TVARVM. Hebr. *turpitudo* (.i. pudenda) *fornicationum tuarum, quibus fornicata es*.

FECERVNT HÆC TIBI. Hebr. *facere hæc tibi*. i. id tibi 30
contigit. POST GENTES. Chald. *ſequens Gentes*. earum exemplo fornicata es.

IN VIA SORORIS TVÆ Samariæ ambulaſti. CA- 31
LICEM EIVS tibi dabo: iiſdem, quibus illam, pœnis afficiam.

QVÆ EST CAPACISSIMA, pro, capaciſſimus eſt ca- 32
lix. Hebr. *magnus ad continendum* i. multum vini capit. ideò eo hauſto ebria deriſui eris, & ſubſannaberis. Sept. *qui eſt ſuperabundans*. כוס *Cos*. i. *calix*, Hebr. generis feminini eſt. Ierem. 51. verſ. 5. & Pſalm. 22. verſ. 5. *calix meus inebrians*.

EBRIETATE. Ecce ſubſannationis cauſa. ET DOLO- 33
RE REPLEBERIS. non eſt ebrietas quæ lætificet. MOERORIS, ET TRISTITIÆ. Hebr. *calix ſtuporis & deſolationis*.

ET EPOTABIS VSQVE AD FÆCES. Hebr. *exprimes*. 34
q.d. nihil relinques. DEVORABIS. i. lambes fragmenta. Hebr. *franges*. quaſi vino exhauſto calix ſit inutilis. VBERA TVA LACERABIS. Hebr. *euelles*. i. pectus præ mœrore tundes.

POST CORPVS TVVM. i. poſt tergum Proiecisti me. 35
ſic proiicimus quæ obliuiſci volumus. PORTA SCELVS TVVM. i. pœnam ſceleris & fornicationum.

NVMQVID IVDICAS. Quin iudicas, ô Propheta, id 36
eſt, condemnas has ſorores? ſic iudicandi vox ſumitur cap. 20. v. 4. cap. 22. v. 2.

ET SANGVIS IN MANIBVS EARVM. Hoc eſt adulte- 37
rium, cædes innocentium, & cultus idolorum. AD DEVORANDVM obtulerunt filios. Hebr. *traduxerunt eos in cibum*. ſ. ignis. *combuſſerunt filios*. ſic Hebr.

IN DIE ILLA, qua filios obtulerunt idolis, templum 38
profanarunt, illud adeuntes, & Sabbata illa cuſtodientes, ſimulantes religionem veram. Quod magis declarat verſ. ſequens.

ETIAM HÆC FECERVNT IN MEDIO DOMVS MEÆ. 39
Hebr. *ſic fecerunt*. ſ. obtulerunt filios idolis, aut adeundo poſt illud ſacrificium, templum profanarunt illud.

MISERVNT epiſtolas aut dona. AD VIROS VENIEN- 40
TES DE LONGE. ſ. Aſſyrios, Chaldæos & Ægyptios vltrò per nuntios vocaſti, vt fornicareris cum eis. Quibus vt magis placeres, te vt meretrices lauaſti & ornâſti, כחלת *cabalth, coloraſti ſtibio*. Inde alcohol Hiſpanis.

SEDISTI IN LECTO, lectum ornaſti, vbi cubares cum 41
eis. ET MENSA ORNATA EST, diſpoſita, ſeu instructa omni ciborum genere, vt illos ſ. conuiuio exciperes. Et quoniam odores ſolent adhiberi lecto & menſæ, tu odores mihi ſacros turpitudini ſeruire feciſti.

42 ET VOX MVLTITVDINIS EXVLTANTIS. Hebr. *multitudinis pacificæ*. i. lætæ, nullæ rixæ erant, omnes læti vt in conuiuiis. Sept. *vocem harmoniæ reſonabant*. ET IN VIRIS. Hebr. *ad viros*, pro, cum viris multitudo hominum venientium Sabæorum de deſerto. i. viros illos amatores multi Sabæi comitabantur, qui in deſertis viuunt. Pro *Sabæis* Sept. *ebrios* poſuerunt. quaſi ebriorum multitudo eos amatores ſequeretur. Hieronymus VENIEBANT dixit. nimirum pro סובאים *ſobaim* legit סבאים *ſebaim*. qui venerunt de deſerto, id eſt, è proximis agris & villis confluxere ad conuiuii famam. Alii ſanè aliis modis legerunt, neque vt nunc legitur in libris Hebraicis. Ea obſcuritatis occaſio. IN MANIBVS EORVM poſuerunt armillas. Hebr. *earum*. Solent amatores armillas & ſerta meretricibus dare. Verùm Sept. & Chald. vt Hieronymus, *eorum* dixerunt, genere maſculino; quaſi meretrices armillas & coronas amatoribus darent.

43 ET DIXI EI, QVÆ ATTRITA EST IN ADVLTERIIS. Hebr. *inueteratæ adulteriis*. NVNC FORNICABITVR. Hebr. *nunc deſinet à fornicationibus ſuis*. nimirum ſatiata turpitudine. Quod eſt in Vulgata, *nunc fornicabitur*, ſcilicet tantùm, non ampliùs. ETIAM HÆC. Chald. ſupplet *non eſt conuerſa*, vt ſit apoſiopeſis. & ſume ſingulare pro plurali, quia loquitur de duabus ſororibus.

44 ET INGRESSI SVNT. q.d. non deſtiterunt, ſed in fornicatione perſtiterunt.

45 VIRI ERGO IVSTI SVNT. Hebr. *& viri iuſti ipſi iudicabunt*, id eſt, omnes iuſti, has ſorores & homicidii & adulterii condemnabunt.

46 ADDVC, imperatiuus, id eſt, Quod viri iuſti facerent, ego faciam. *Adduc*, pro, adducam contra eas multitudinem hoſtium. העלה *halalch* & imperatiuus eſſe poteſt, vt Hieronymus putauit, & infinitiuus, qui per primam perſonam reddatur.

47 ET LAPIDENTVR LAPIDIBVS POPVLORVM, qui eas obſidebunt, & baliſtis iacient, aut fundis lapides in eas.

48 ET AVFERAM SCELVS DE TERRA. ſcilicet exemplo punitionis huius cautiores reddentur homines. Aut *auferam ſcelus*, id eſt, ſceleratos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DVÆ. ſ. Iſrael & Iuda. MATRIS. ſ. Synagogæ, vel Saræ.

3 FORNICATÆ. ſ. cultu idolorum. SVBACTA. LXX. *collapſa*. ſ. virginum erecta ſunt, violatarum laxa. PVBERTATIS. Hebr. *virginitatis*. ſic & inf.

4 OOLLA. i. *tabernaculum eius*. Hebr. *Abolah*. MAIOR. ſcil. numero, nempe Iſrael. OOLIBA, id eſt, *tabernaculum meum in ea*. Hebr. *Abolibah*. MINOR. non eſt Hebr. nec in Complut. ſed in LXX. Intelligitur verò Iuda, quæ minor numero quàm Iſrael. EAS. ſcilicet vxores.

5 SVPER ME. i. cōtra me, qui eram vir eius. Chald. *à cultu meo*. LXX *ame*. PROPINQVANTES. Chald. *vicinos ſibi*.

6 CVPIDINIS. i. expetibiles.

7 SVPER EOS. i. cum eis. ELECTOS. pro, nempe electos. IMMVNDITIIS. Chald. *cultu idolorum*.

8 ILLI. ſ. Ægyptii. DORMIERVNT, &c. q.d. docuerunt eam cultum idolorum. FORNICATIONEM. i. cultum idolorum. Chald. *idola*.

10 IGNOMINIAM. Chald. *nuditatem*. ſ. pudenda. FAMOSÆ. i. nobilitatæ flagitiis. plurale pro ſingulari. vel q.d. vt famoſæ mulieres. IVDICIA. LXX. *vltiones*.

11 SVAM. ſ. augens.

12 PRÆBVIT. ſ. ſe, vel fornicationem.

17 MAMMARVM. i. amatorium. verti poterat ex Hebr. *amorum*. ET SATVRATA. i. ſatiata. ſ. fornicatione idololatriæ. Chald *donec deteſtata eſt eos anima eius*.

20 QVORVM CARNES, &c. per hæc ſignificat metaphoricè maximam idololatriam.

21 VISITASTI. i. repetiſti. Chald. *recordata es*.

24 IVDICIVM. Chald. *vltionem*. IVDICABVNT. Chald. *vlciſcentur*. IVDICIIS. Chald. *legibus*.

Zelvm.i.indignationem.Chald. *vltionem.* In te. 25
.i.contra te. Exercent. pro, exercebunt. In fv-
rore.i.iratè. Nasvm,&c.quaſi dicat, reddent te tur-
piſſimam. Novissimvm.i.plebs infima, vel poſtre-
mò relicti.

Vasa.i. inſtrumenta. Gloriæ. fortè templum in- 26
telligit.

Reqviescere.i. ceſſare. De terra. ſ. allatam. 27
Eos.ſ.deos.

De qvibvs satiata.Chald. *quos deteſtata.* 28

Fecervnt.pro,facient. 30

Calicem.i.ſupplicium. Eivs.i.quo punita eſt. 31

Profvndvm et latvm. i. grauiſſimum ſuppli- 32
cium. Qvæ est capacissima. i. maximam. vel
pro,capaciſſimus ſ.calix,qui Hebr.eſt feminei generis.

Fragmenta.ſ. teſtas vaſis. q. d. prorſus totum cali- 34
cem. Lacerabis.ſ.præ mœrore.

Corpvs.i.tergum. Scelvs.i.ſceleris pœnam. 35

Nvmqvid,&c.quaſi dicat, nóane æquum eſt, iu- 36
guas,&c.

Sangvis.ſ.iniquè ab eis effuſus. Devorandvm. 37
.i.comburendum.

Mihi.i. contra me. Pollvervnt. ſ. peccatis, vel 38
ſtatuis idolorum.

Hæc.i.quod ſequitur.vel q.d. tantum ſcelus. ſ. pro- 39
ximè dictum.

Ad qvos nvntivm miserant. Chald. *miſſo nun-* 40
tio ad eos.ſ.Chaldæos vel Sabæos.

Deserto. ſ. Arabiæ. Eorvm. Hebr. *earum.* 42

Attrita.i.aſſueta. Chald. *inueterata.* 43

Viri,&c.q. d. faciam vt ſint qui talia iuſtè puniant. 45
Ivsti. ſ. quantum ad vltionem iuſtam, alioqui enim
erant idololatræ Chaldæi. Quidam tamen ad perſonas
diuinas referunt.

Mvltitvdinem.Chald. *exercitum.* Tvmvltvm. 46
Chald *interitum*

Mvlieres.i.gentes.Chald. *prouinciæ.* 48

Scelvs.i. ſceleris pœnam. Peccata. i. pœnam 49
peccatorum. Idolorvm.i.cultus idolorum.

C A P V T X X I V.

Sub figura ollæ, electioribus carnium partibus ac oſſibus plenæ, ignique admota, & ſub figura mortis vxoris Ezechielis, pro qua iuſſus eſt nullum facere luctum, ſignificat Dominus domum Iſrael in exitium tradendam, filioſque eius trucidandos, nullo ſequente luctu præ animi ſtupore.

ET factum eſt verbum Domini ad me,in an- 1
no nono, in menſe decimo, decima die A
menſis, dicens: * Fili hominis ſcribe tibi no- 2
men diei huius, in qua confirmatus eſt rex Ba-
bylonis aduerſum Ieruſalem hodie.* Et dices 3
per prouerbium ad domum irritatricem para-
bolam,& loquêris ad eos: Hæc dicit Dominus
Deus: Pone ollam;pone, inquã, & mitte in eam
aquam. * Congere fruſta eius in eam, omnem 4
partem bonam, femur & armum, electa & oſ-
ſibus plena. * Pinguiſſimum pecus aſſume, com- 5
pone quoque ſtrues oſſium ſub ea:efferbuit co- B
ctio eius, & diſcocta ſunt oſſa illius in medio
eius. * Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ 6
ciuitati ſanguinum, ollæ, cuius rubigo in ea eſt,
& rubigo eius non exiuit de ea: per partes &
per partes ſuas eiice eam, non cecidit ſuper eam
ſors. * Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſuper 7
limpidiſſimam petram effudit illum: nõ effudit
illum ſuper terram vt poſſit operiri puluere. * Vt 8
ſuperinducerem indignationem meam, & vin-
dictã vlciſcerer: dedi ſanguinẽ eius ſuper petram C
limpidiſſimam ne operiretur. * Propterea hæc 9
dicit Dominus Deus: ᵃ Væ ciuitati ſanguinum,

ᵃ Nah. 3. a. 1 Hab. 2. c. 12

10 cuius ego grandem faciam pyram. * Congere
oſſa, quæ igne ſuccendam: conſumentur car-
nes, & coquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa
11 tabeſcent. * Pone quoque eam ſuper prunas va-
cuam, vt incaleſcat, & liquefiat æs eius: & con-
fletur in medio eius inquinamentum eius, &
12 conſumatur rubigo eius: * multo labore ſuda-
tum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo
13 eius, neque per ignem. * Immunditia tua
D execrabilis: quia mundare te volui, & non es
mundata à ſordibus tuis: ſed nec mundaberis
priùs, donec quieſcere faciam indignationem
14 meam in te. * Ego Dominus locutus ſum: Ve-
niet, & faciam: non tranſeam, nec parcam, nec
placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentio-
15 nes tuas iudicabo te, dicit Dominus. * Et factum
16 eſt verbum Domini ad me, dicens: * Fili homi-
nis, ecce ego tollo a te deſiderabile oculorum
tuorum in plaga: & non planges, neque plora-
17 bis, neque fluent lacrymæ tuæ. * Ingemiſce ta-
cens, mortuorum luctum non facies: corona tua
E circumligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt
in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec ci-
18 bos lugentium comedes. * Locutus ſum ergo
ad populum manè, & mortua eſt vxor mea ve-
19 ſpere: feciq́ue mane ſicut præceperat mihi. * Et
dixit ad me populus: Quare non indicas nobis,
20 quid iſta ſignificent, quæ tu facis? * Et dixi ad
eos: Sermo Domini factus eſt ad me, dicens:
21 * Loquere domui Iſraël: Hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego polluam ſanctuarium meum,
ſuperbiam imperij veſtri, & deſiderabile oculo-
F rum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima ve-
ſtra, filij veſtri, & filiæ veſtræ, quas reliquiſtis,
22 gladio cadent. * Et facietis ſicut feci: Ora ami-
ctu non velabitis, & cibos lugentium non com-
23 edetis. * Coronas habebitis in capitibus veſtris,
& calceamenta in pedibus: non plangetis neque
flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, &
24 vnuſquiſque gemet ad fratrem ſuum. * Eritq́ue
G Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia, quæ
fecit, facietis cùm venerit iſtud: & ſcietis quia
25 ego Dominus Deus. * Et tu fili hominis, ecce in
die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, &
gaudium dignitatis, & deſiderium oculorum
eorum, ſuper quo requieſcunt animæ eorum,
26 filios & filias eorum: * In die illa cùm venerit
27 fugiens ad te, vt annuntiet tibi: * In die, inquam,
illa aperietur os tuum cum eo qui fugit: & lo-
quêris, & non ſilebis vltrà: eriſq́ue eis in por-
tentum, & ſcietis quia ego Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

OLlæ bullientis parabola vrbis Ieruſalem cladem prædicit.

1 In anno nono captiuitatis Iechoniæ, qui regni Sedeciæ fuit etiam annus nonus. Quo anno menſe decimo, decima die menſis Nabuchodonoſor Ieruſalem venit, & obſedit eam: 4. Regum 25. verſ. 1. Qui dies & menſis hîc etiam deſignatur.

2 Scribe tibi nomen diei hvivs. Nota hunc diem, vt Iudæi, qui ſunt in captiuitate, videant vera te dicere, quando tanto locorum interuallo deſignaſti diem, qua Ieruſalem eſt obſeſſa. Hebr. *ſcribe nomen diei, corpus diei*, id eſt, omnes eius circumſtantias. Aut potiùs *horam diei* vocat *corpus*, aut *articulum*, vt in ſimili vertit Geneſ. 7. verſ. 13. Confirmatvs est

Rex Babylonis decreuit impugnare Ieruſalem. Hebr. *appropinquauit*, ſeu *obſedit*. Hodie. Hebr. *in corpore huius diei*.i.certa eius diei hora decreuit.

3 Et dices per proverbivm. Hebr. & *paraboliza*. Ad domvm irritatricem. Hebr. *rebellem*. Pone ollam, ſcilicet ſupra, vel ad ignem. Hæc eſt parabola. Factis loquitur Deus, non ſolùm verbis.

4 Congere frvsta eivs.i.carnium partes, quæ ollæ fruſta vocantur, quoniam in ea coqui debent. Electa et ossibvs plena. ſcilicet quæ fruſta oſſibus plena eſſe ſolent. Hebr. *electione oſſium* (pro electis, id eſt, ſemotis oſſibus) *imple*. ſic Sept. mitte crus & armum *ἐκσεσαρκισμένα ἀπὸ τῶν ὀστῶν*, *excarnata oſſibus*. .i.demptis oſſibus.

5 Pingvissimvm. Hebr. *electionem*, pro electum pecus aſſume, vt ſ.carnes ſint meliores, quæ in ollam mittes. Compone qvoqve. Hebr. *ſuccende oſſa ſub ea*, vt ſ. vice lignorum ſint. In quo occiſorum multitudinem deſignat. Efferbvit coctio eivs. Hebr. *ebulli ebullitiones eius*. Et discocta svnt. ſic Hebr. ſed *diſcocta ſunt*, pro, coquantur oſſa in medio eius. Quæ oſſa? nam oſſa dixit fuiſſe detracta. Sed nimirum, etiamſi maiora oſſa detrahant; aliqua tamen in olla manent, quę coqui vult. i. multum ignem & continuum adhiberi, quo vel oſſa ipſa coqui poſſint.

6 Væ civitati sangvinvm. Incipit explicare parabolam. Cvivs rvbigo in ea est. Sic Sept. & Chald. alij, *ſpuma in ea eſt*. Sed ſiue *rubiginem* ſiue *ſpumam* dixeris, ſignificat ſordes non depuliſſe igne quamuis multo admoto. Per partes, et per partes svas eiice eam, ſcilicet rubiginem. Hebr. *per fruſta & fruſta eduxit eam*. הוציאה *hoziah* non pono in imperatiuo, ſed in præterito, vt Sept. Itaque ſignificat carnium fruſta infecta ea ſpuma prodijſſe; quòd ſolet contingere, quando ſpuma tempeſtiuè non eſt detracta. & ſignificat, ciues cum ſuis vitijs iuiſſe in captiuitatem nihilo meliores factos. Non cecidit svper eam sors. ſcilicet quæ fruſta priùs ex olla exirent, id eſt, ex Ieruſalem, quam olla ſignificat, vt irent in captiuitatem, aut occiderentur, ſed hoſtium arbitrio res tota peracta eſt.

7 Sangvis enim eivs. Non mirum ſi punitur exilio & cæde, quando ſanguis, quem effudit, in medio eius eſt, id eſt, manifeſta homicidia. Svper limpidissimam petram, ſeu *ſublimem*, eſt ſanguis effuſus iniuſtè. In oculis meis & cunctorum ſunt peccata, vltionemque petunt. non eſt ibi terra in petra, qua fuſus ſanguis operiri poſſit.

8 Sangvinem eivs. i. ab ea effuſum dedi ſuper petram.

9 Grandem efficiam pyram. Vt Ieruſalem multum ſanguinem fudit, ſic ego in ea magnum incendium excitabo. Alludit ad templi incendium.

10 Congere ossa, vt ſint vice lignorum. Hebr. *multiplica ligna*. ſic Sept. Qvæ igne svccendam. Hebr. *ſuccende ignem*, ſcilicet ijs lignis. Consvmentvr carnes. Hebr. *conſume carnes*, quæ ſcilicet ſunt in olla: ita coque vt conſumantur. Coqvetvr vniversa compositio. Hebr. *condi condimentum*, id eſt, aromata adhibe, & miſce in olla, quod fit poſtremò, cùm carnes ſunt coctæ. Et ossa tabescent. Hebr. *oſſa incendantur*, ſcilicet quæ ſub olla ſunt, v. 5. Significat autem fore, vt populus & proceres (ij ſunt carnes & oſſa) igne conſumantur.

11 Pone qvoqve eam. Poſt coctas & detractas carnes, ſupereſt vt olla mundetur, quod in igne fieri vult, vbi æs eius liqueſiat. Hebr. *comburatur*. Sept. *φρυγῇ ὁ χαλκὸς*, *frigatur æs*. id eſt, incaleſcat. Confletvr in medio eivs. Hebr. *fundetur in medio eius inquinamentum eius*, id eſt, pinguedo & ſordes igne liqueſcant. Rvbigo eivs, ſeu *ſpuma eius*, quæ ollæ adhæſit, nec prodijt cum carnibus & fruſtis, ea igne abſumatur. Significat, non homines tantùm perituros, ſed ipſam etiam vrbem, quæ per *ollam* ſignificatur.

12 Mvlto labore svdatvm est. Hebr. *mendacijs laborauit*, id eſt, inaniter. Multum laborem ſumpſit, vt ſe purgaret, neque profecit. Et non exivit de ea nimia rvbigo eivs, ſeu *ſpuma*, non eſt ſordibus mundata. Neqve per ignem. Hebr. *in igne* (conſumetur) *ſpuma eius*. Hieronymus negationem priùs poſitam geminauit. Rectè, quoniam iam illa olla igni erat admota, neque ſordes tamen depoſuit.

13 Immvnditia tva execrabilis. Hebr. *in immunditia tua ſcelus*, id eſt, ſceleſta eſt immunditia tua execrabilis, magna, quando ne igne quidem es mundata. Sed nec mvndaberis privs, donec qviescere faciam. id eſt, omnia ſupplicia te puniendo conſumpſero, effudero omnem iram meam, ac ſic quieſcam.

14 Veniet, ſcilicet quod dixi; aut *veniet*, ſcilicet tempus. Non transeam, aut *non deſiſtam*, non retrocedam. Nec placabor. Hebr. & *non pænitebit me*. Ivdicabo te. Sic Sept. Hebr. *iudicabunt*. i. hoſtes punient te iuxta opera.

16 Desiderabile ocvlorvm tvorvm. i. quo viſo delectaris maximè, id tollam. In plaga. i. cùm plagam inffligam, quam comminatus ſum. Et non planges. Magnus dolor lacrymas detinet, & ſiccat.

17 Ingemisce tacens. Sic Sept. i. intra te geme. Hebr. *à gemendo tace*. i. ne gemas. Nec amictv ora velabis. Hebr. & *non inuolues labium ſuperius*, id eſt, ne faciem operias, vt faciunt lugentes. Nec cibos lvgentivm comedes. Sept. *panem virorum non comedes*. ſic Hebr. ſed ſupple *lugentium*, vt Pagn. Hoc eſt, nec conuiuia celebrabis, quod in funere faciebant; Ierem. 16. v. 5.

18 Mortva est vxor mea. Id erat *deſiderabile oculorum*, quod dixit verſ. 16. Feciqve mane. i. die poſtero, vt Deus præcepit, feci, non planxi, nec mœroris ſignum dedi. Verba Prophetæ. mox Deus loquitur.

21 Pollvam sanctvarivm per Chaldæos. Svperbiam imperii vestri. Hebr. *ſuperbiam fortitudinis veſtræ*. In quo templo veſtra eſt fortitudo. Desiderabile ocvlorvm. Per mortem vxoris Prophetæ ſignificauit excidium templi. ideò vt illam vocauit, *deſiderabile oculorum*, ſic templum. Svper qvo pavet anima vestra, ne ſ. exſcindatur. Hebr. *indulgentiam animæ veſtræ*, id eſt, quod maximè amatis. Aut iungatur cum ſequentibus, ſic; *indulgentia animæ veſtræ*. .i. amor, *filij & filiæ gladio cadent*. ſic Sept. & Chald. ſed & littera noſtra hunc ſenſum recipit: Filij & filię (quod timetis) gladio cadent. Qvas reliqvistis, ſcilicet in vrbe, vt procul eſſent à periculo. vel quas ſuſcepiſtis, genuiſtis. עזב *Hazab* multa ſignificat, inter alia *ædificare*.

22 Et facietis sicvt feci. i. non lugebitis, neque veſtem lugubrem ſumetis. Non eſt præceptum, ſed prædictio futuri ob mali magnitudinem.

23 Coronas habebitis, ſimulabitis lætitiam, quod in planctu eſt grauiſſimum. In iniqvitatibvs, ob iniquitates veſtras tabeſcetis ſilentio. Gemet ad fratrem svvm. pro, cum fratre ſuo ſecretò. ſ. non palàm vnuſquiſque gemet.

24 In portentvm. i. in ſignum erit Ezechiel. Quod ipſe fecit in vxoris morte, vos in clade vrbis facietis. Cvm venerit istvd, quod Ezechiel venturum prædixit.

25 Tollam ab eis fortitvdinem .i. templum. omnia hæc templi epitheta ſunt, neque Hebraica diſcrepant. Svper qvo reqviescvnt. Hebr. *eleuationem animæ eorum*. i. quod deſiderant, ad quod oculos leuant, id tollam. & poteſt illud deſiderium & eleuationem animarum iungi cum filijs & filiabus, vt v. 21. *Tollam deſiderium eorum filios & filias*.

26 Cvm venerit fvgiens. Hebr. *qui euaſerit*. Vt annvntiet tibi. Hebr. *ad auditum aurium*. i. vt te audiente narret excidium. Memento Ezechielem eſſe in Chaldæa, & ad eum venire aliquos ex ijs qui euaſerunt ex vrbe Ieruſalem.

27 Aperietvr os tvvm. Maiori quàm antè libertate loquêris, videns impleta quæ prædixiſti. Cvm eo qvi fvgit. Hebr. *cum eo qui euaſit*, ex

aduentu cius ſumpta occaſione. Et non silebis vltra. Hebr. *non eris mutus amplius.* Erisqve eis in portentvm. i. ſignum. Intelligent quæ feciſti omnia ſignificaſſe, & portendiſſe ea quæ iam euenerunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Nono. ſ. capti Iechoniæ. Vide cap. 33. 1
Nomen. ſ. quota ſit dies. Confirmatvs. 2
.i. roboratus. Hodie. ſ. die decima (de qua ſup.) obſidebatur.

Per proverbivm. i. parabolicè. Irritatricem. 3
.i. me irritantem:

Frvsta. ſ. carnis. ſignificantur varij ſtatus homi- 4
num velut coquendi calamitatis igne. Electa. pro, & electa quæque. Ossibvs plena. intelliguntur viri fortes. Lxx. *excarnata ab oſſibus.* ſ. oſſa non intra ollam ponenda erant, ſed ſubtus, vt infrà indicatur.

Pingvissimvm, &c. q. d. aſſume illa, quæ dixi ex pe- 5
core pinguiſſimo. Svb ea. ſ. olla. Quidam tamen intelligunt ponenda intra ollam ſub reliquis partibus. Efferbvit, &c. pro, efferueat, & diſcoquantur, &c. Discocta. i. valdè cocta.

Rvbigo. Quidam ſpumam intelligunt. ſed vide infrà, 6
vbi de vacuæ rubigine dicitur. Per partes, &c. q. d. vnum poſt alium perde. ſ. ò hoſtis. Non cecidit, &c. q. d. ſine vllo delectu.

Eivs. i. ab ea effuſus. Svper limpidissimam. 7
q. d. loco aperto, & non occultè peccauit, ſed palàm & præmeditatè.

Dedi, &c. q. d. & ego etiam apertè puniam. 8

Rvbigo. i. malitia. Chald. *peccata.* 11

Nimia rvbigo. Chald. *operantes malum.* 12

Privs, donec. pro, priuſquam. 13

Veniet. ſ. quod dixi. Transeam. i. prætermittam 14
quod dixi. Lxx. *differam.*

Tollo. ſ. per mortem. Desiderabile, &c. i. rem 16
tibi chariſſimam. ſ. vxorem. Plagam. Chald. *peſte.*

Mortvorvm. ſ. clamore & eiulatu. Corona. 17
.i. tiara, ſeu vitta, qua caput tegere ſolebat. lugebant enim mortuos aperto capite, & nudis pedibus. Chald. *frontalia.* Lxx *comas.* ſ. ſolebant radere aut tondere caput lugentes. ſic etiam infrà. Velabis. ſ. more lugentium.

Locvtvs. ſ. quid mihi accidere deberet. Fecique 18
mane. i. poſtridie. Præceperat. ſ. de non lugendo, &c.

Pollvam. id eſt, profanari à Chaldæis permit- 21
tam. Svperbiam. i. de quo ſuperbitis. Chald. *gloriam.* Imperii. Chald. & Lxx. *fortitudinis.* Pavet. i. timet, ne amittat.

Coronas. vide ſuprà. Ad fratrem. ſ. conuerſus. 23
Chald. *ſuper fratrem.*

Portentvm. Chald. *ſignum.* ſ. futurorum. 24

Annvntiet. ſ. quæ acciderint Ieruſalem. 26

Silebis, ſed ſ. argues audacter eorum peccata. 27

CAPVT XXV.

Regionibus Ammon, Moab, Idumaæ, & Palæſtinæ minatur Dominus exitium, eò quòd filios Iſrael afflixerint, & de ipſorum afflictione exultauerint.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
* Fili hominis pone faciem tuam contra fi- 2
lios Ammon, & prophetabis de eis.* Et dices fi- 3
liis Ammon: Audite verbum Domini Dei: A
Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd dixi-
ſti: Euge, euge ſuper ſanctuarium meum, quia
pollutum eſt; & ſuper terram Iſrael, quoniam
deſolata eſt; & ſuper domum Iuda, quoniam
ducti ſunt in captiuitatem: * Idcircò ego tra- 4
dam te filiis Orientalibus in hereditatem, &
collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te
tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas: & ipſi
bibent lac tuum.* Daboque Rabbath in habi- 5
B taculum camelorum, & filios Ammon in cubi-
6 le pecorum: & ſcietis quia ego Dominus.* Quia
hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quòd plauſiſti
manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto
7 affectu ſuper terram Iſraël:* Idcircò ecce ego
extendam manum meam ſuper te, & tradam
te in direptionem Gentium, & interficiam te
de populis, & perdam de terris, & conteram: &
8 ſcies quia ego Dominus. * Hæc dicit Domi-
nus Deus: Pro eo quòd dixerunt Moab &
Seir: Ecce ſicut omnes Gentes, domus Iuda:
9 * Idcircò ecce ego aperiam humerum Moab
de ciuitatibus, de ciuitatibus, inquam, eius, &
C de finibus eius, inclytas terræ Bethieſimoth
10 & Beelmeon & Cariathaim, * filiis Orientis
cum filiis Ammon, & dabo eam in hereditatem:
tem: vt non ſit vltrà memoria filiorum Am-
11 mon in Gentibus.* Et in Moab faciam iudicia:
12 & ſcient quia ego Dominus.* Hæc dicit Do-
minus Deus: Pro eo quòd fecit Idumæa vl-
tionem vt ſe vindicaret de filiis Iuda, pecca-
uitque delinquens, & vindictam expetiuit de
13 eis; * Idcircò hæc dicit Dominus Deus: Ex-
tendam manum meam ſuper Idumæam, & au-
feram de ea hominem & iumentum, & faciam
eam deſertam ab Auſtro: & qui ſunt in De-
14 dan, gladio cadent.* Et dabo vltionem meam
ſuper Idumæam per manum populi mei Iſraël:
& facient in Edom iuxta iram meam, & furo-
D rem meum: & ſcient vindictam meam, dicit
15 Dominus Deus. * Hæc dicit Dominus Deus:
Pro eo quòd fecerunt Palæſtini vindictam, &
vlti ſe ſunt toto animo, interficientes, & implen-
16 tes inimicitias veteres: * propterea hæc dicit
Dominus Deus: Ecce ego extendam manum
meam ſuper Palæſtinos, & interficiam interfe-
ctores, & perdam reliquias maritimę regionis:
17 * faciamque in eis vltiones magnas arguens in
furore: & ſcient quia ego Dominus, cùm dede-
ro vindictam meam ſuper eos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

COntra Ammonitas & alias gentes inuehitur, quoniam in calamitate Iudæorum lætati ſunt.

2 Pone faciem tvam, conſtanter loquere. Contra filios. Hebr. *ad filios Ammon.* ſed *ad*, pro *contra.* Et prophetabis de eis. Hebr. *ſuper*, vel *contra eos.*

3 Dixisti: Evge, evge. Hebr. *euge* ſemel ponitur tantùm. i. *gauiſi eſtis*, vt Sept. vertunt. Svper ter ponitur in hoc verſu, pro *ad*, quod Hebr. eſt. ſ. *ad ſanctuarium, ad terram Iſrael, ad domum Iuda.*

4 Tradam te filiis Orientalibvs. Hi ſunt aut Chaldæi, vt Hieronymus vult; aut Arabes, vt Theodoretus. Et collocabvnt cavlas svas. Hoc Arabum eſt, qui paſtores erant. Chald. *palatia ſua.* hoc magis conuenit in Chaldæos. Tentoria sva. Sept. *tabernacula.* Chald. *habitacula.* Ipsi comedent frvges tvas. Hebr. *fructus tuos.* Et ipsi bibent lac tvvm. Arabes camelorum lacte in potum vtuntur.

5 Daboqve Rabbath. Metropolis Ammonitarum. In habitacvlvm camelorvm. i. in ſtabula camelorum. Et filios Ammon. i. reliquam regionem faciam, vt in caulas ſeu paſcua pecorum ſeruiant. Sept. *ouium*, ſed meliùs *pecorum* aut *gregum*, vt Hieron. & Chald. Id enim צאן *zon* ſignificat propriè.

6 Plavsisti manv, præ lætitia ſ. nam in dolore etiam manum & pedem percutimus, cap. 6. v. 11. & cap. 22. v. 14. Et percvssisti pede. Hebr. *extendiſti pede.* quia qui terram pede percutiunt, eam extendunt. Ex toto affectv. Hebr. *in omni contemptu, in animo.* id eſt, contemnens ex animo terram Iſrael.

In direptionem, ſiue *in prædam*, dabo vt te diripiant. Interficiam te de popvlis. Hebr. *ſuccidam te*, faciam vt non ſis ampliùs in numero populorum. Et perdam de terris. i. non ampliùs inter prouincias numeraberis. 7

Moab et Seir. Relictis Ammonitis contra Moabitas & Idumæos inuehitur, quia in calamitate Iudæorum ipſi etiam gauiſi ſunt. Ecce sicvt omnes Gentes. Nil præcipuum habent Iudæi præ alijs, nec Deus illis magis fauet. Id dixerunt Moab & Seir. 8

Aperiam hvmervm. i. vrbes munitiſſimas proſternam. De civitatibvs. i. inter ciuitates, & in finibus eius, in tota ditione præcipuas percutiam. Inclytas terræ. Hebr. *ornatam terræ*. ſ. Moabitarum. Quæ ſunt eæ vrbes? Bethiesimoth. Vrbes illæ tres, quas nominat, munitiſſimæ erant. 9

Filiis Orientis. ſ. aperiam humerum, dabo ciuitates quas dixi. Sept. *filios Orientis*. ſ. adducam contra filios Ammon, vt eſt. Hebr. quod conſequentibus magis conuenit. ſed eſt repetitio eorum quæ ſuperiùs dixit. Et dabo eam. ſ. Gentem. Relatiuum ſine antecedenti Vt non sit vltra. quod dixit verſ. 7. ita hoc verſu non contra Moabitas loquitur, ſed contra Ammonitas. 10

Fecit Idvmæa vltionem. Fugientes ad ſe Iudęos, cùm Iudæa vaſtaretur à Chaldæis, Idumæi occiderunt, Abdiæ verſ. 14. ſed & alijs temporibus illos vexarunt. Et vindictam expetivit de eis. Quis? Iuda Sept. *vlti ſunt vltionem ab eis*. Chald *ſumpſerunt vindictam ex eis*. Hebr. *vindicabuntur ab eis*. נקמו nikemu eſt in coniugatione *Niphal*. Pęrinde ergo eſt ac ſi diceret, Vindicta exercebitur in eis, ſcilicet Idumæis. Ego eos vlciſcar, puniam. ſic Hebr. Schol. 12

Ab Avstro. Sic Chald. Sept. *de Theman*, ſcilicet occidentur. quaſi ſit vrbis nomen ſic dictæ à Theman filio Eliphaz filij Eſau, Geneſ. 36. verſ. 15. Verùm quoniam ea vox *Auſtrum* ſignificat, quidam non putarunt eſſe nomen proprium. Et ſanè videntur *Theman* & *Dedan* (de qua mox) fuiſſe præcipuas vrbes in Idumæa, & in duobus eius extremis. Itaque ſignificat omnem Idumæam vaſtandam. 13

Per manvm popvli mei. Poſt reditum è captiuitate Iudæi Idumæos vlti ſunt. de quo Abdiæ verſ. 17. & 18. Et scient vindictam meam. Cognoſcent ipſi vindictam eſſe meam ob ea quæ fecerunt. vel *ſcient*. i. experientur vindictam. 14

Pro eo qvod fecervnt Palæstini. Inuehitur in Philiſthæos. Toto animo. Hebr. *in contemptu, in animo*. De quo verſ. 6. Et implentes inimicitias veteres Hebr. *ad corrumpendum* (ob) *inimicitias æternas*. Chald. *ad diſperdendum propter inimicitiam antiquam*. Sept. *vt delerent: ſque in æternum*. Nimirum voluerunt penitùs & à ſtirpe Iudæos exſcindere. 15

Et interficiam interfectores. Sic Aquila, Symmachus & Theodotion, vt Hieron. ait. Hebræi *Cerethæos* (pro quo alij *interfectores*) putant eſſe gentem, quæ inter Philiſthæos ad mare habitabat, & erat maximè nobilis. Huc Sept. reſpexerunt, cùm *Cretenſes* verterunt. & puto legendum non κρήτας ſed χερήτας, tametſi is error Hieronymi tempore inoleuerat. Reliqvias maritimæ regionis. Hebr. *perdam reliquum portus maris*. vbi ſ. Cerethæi fuſi erant. 16

Argvens in fvrore. Hebr. *in increpationibus iræ*. i. cum increpationibus & verbis iratis. Ad ſupplicia. verba aſpera addam, grauiter vlciſcar. 17

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Pollvtvm. i. profanatum. ſ. à Chaldæis. 3
Orientalibvs. ſ. Chaldæis. Cavlas. Chald. *palatia*. Lxx. *tentoria*. 4

Rabbath. ſ. Philadelphiam Syriæ, ſecundùm quoſdam. 5

Omnes gentes. q. d. nihil habent præ ceteris egregium. ſed ſimiliter obnoxij calamitatibus, & Chaldæis ſubiecti. 8

9 Aperiam hvmervm. Chald. *côteram fortitudinem*.
10 Filiis Orientis. ſ. dabo eas. Filiis. i. populo. Eam. ſ. terram.
16 Interfectores. Hebr. *Kerethim*, quo nomine vocantur qui 2. Reg. 8. *Cerethi* dicuntur. vide ibi. Quidam putant *Cerethæos* fuiſſe nobilem quamdam Philiſthinorum familiam. Lxx. hic *Cretenſes* vertunt, ſed quos intelligant, incertum.

CAPVT XXVI.

Tyri inclytæ vrbis prædicit Dominus euerſionem, eò quòd ſuper vaſtatione Ieruſalem exultauerit.

1 ET factum eſt in vndecimo anno, prima
A menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, di-
2 cens: * Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus
de Ieruſalem: Euge confractæ ſunt portæ po-
pulorum, conuerſa eſt ad me: implebor, de-
3 ſerta eſt. * Propterea hæc dicit Dominus Deus:
Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ad
te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans.
4 * Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent tur-
res eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo
5 eam in limpidiſſimam petram. * Siccatio ſage-
narum erit in medio maris, quia ego locutus
ſum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem
6 Gentibus. * Filiæ quoque eius, quæ ſunt in agro,
gladio interficientur: & ſcient quia ego Domi-
7 nus. * Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem
Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum
equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, popu-
8 loque magno. * Filias tuas, quæ ſunt in agro,
B gladio interficiet: & circumdabit te munitioni-
bus, & comportabit aggerem in gyro: & eleua-
9 bit contra te clypeum. * Et vineas, & arietes
temperabit in muros tuos, & turres tuas de-
10 ſtruet in armatura ſua. * Inundatione equorum
eius operiet te puluis eorum: à ſonitu equitum,
& rotarum, & curruum, mouebuntur muri tui,
cùm ingreſſus fuerit portas tuas quaſi per in-
11 troitum vrbis diſſipatæ. * Vngulis equorum ſuo-
rum conculcabit omnes plateas tuas: populum
tuum gladio cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in
12 terram corruent. * Vaſtabunt opes tuas, diri-
pient negotiationes tuas: & deſtruent muros
tuos, & domos tuas præclaras ſubuertent: & la-
pides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in
13 medio aquarum ponent. * [a] Et quieſcere faciam [a] Ier. 7.
C multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus 8. 34
14 cithararum tuarum non audietur amplius. * Et
dabo te in limpidiſſimam petram, ſiccatio ſage-
narum eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego lo-
15 cutus ſum, ait Dominus Deus. * Hæc dicit
Dominus Deus Tyro: Numquid non à ſonitu
ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum,
cùm occiſi fuerint in medio tui, commouebun-
16 tur inſulæ? * Et deſcendent de ſedibus ſuis om-
nes principes maris: & auferent exuuias ſuas, &
veſtimenta ſua varia abiicient, & induentur ſtu-
pore: in terra ſedebunt, & attoniti ſuper repenti-
17 no caſu tuo admirabuntur. * Et aſſumentes ſu-
per te lamentum, dicent tibi: Quomodo peri-
ſti, quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuiſti
fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos for-
18 midabant vniuerſi? * Nunc ſtupebunt naues in
D die pauoris tui: & turbabuntur inſulæ in mari,

eò

cò quòd nullus egrediatur ex te. * Quia hæc di- 19
cit Dominus Deus : Cùm dedero te vrbem
deſolatam, ſicut ciuitates quæ non habitantur:
& adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint
te aquæ multæ : * Et detraxero te cum his qui 20
deſcendunt in lacum ad populum ſempiter-
num, & collocauero te in terra nouiſſima ſicut
ſolitudines veteres, cum his qui deducuntur in
lacum, vt non habiteris: porrò cùm dedero glo-
riam in terra viuentium, * in nihilum redigam 21
te, & non eris, & requiſita non inuenieris vltrà
in ſempiternum, dicit Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HOc & duobus proximis capitibus Tyri excidium prædicit, vt Iſa. cap. 23. & Ierem. cap. 27. & 47. tum Amos cap. 1.

IN VNDECIMO ANNO captiuitatis Iechoniæ & regni Sedeciæ. PRIMA MENSIS. Non dicit quoto menſe, fortaſſis primi anni die prima. 1

EVGE. Semel hîc ponit, cap. ſup. verſ. 3. bis; vbi eadem ferè verba de Ammonitis, Hebr. vtrobique ſemel. PORTÆ POPVLORVM. id eſt, ad quas populi omnes confluebant, confractæ ſunt. Sic Tyrus dicebat. Erat Ieruſalem emporium frequens. CONVERSA EST AD ME. ſ. negotiatio, mercatorum frequentia ad me transferetur. IMPLEBOR. ſ. copijs quæ ad ipſam ibant. DESERTA EST. id eſt, quando Ieruſalem deſerta manet. 2

ASCENDERE FACIAM AD TE GENTES MVLTAS. Chaldæos verſ. 7. SICVT ASCENDIT. Hebr. *ſicut aſcendere facit mare fluctus ſuos.* hoc eſt, militares copias. Hoc dicit Deus. 3

ET RADAM PVLVEREM, ſiue *auferam.* Tyrus erat in rupe extructa, terram aliunde comportabant. LIMPIDISSIMAM PETRAM. Sept. *nitidiſſimam*, Chald. *in politiem petræ.* Hebræi *in cacumen petræ*, quòd צחיח zechiah dictum putant ab *ariditate.* Sed & צח zah, *mundum & nitidum* ſignificat. Ergo, ſublata terra, rupes, vt priùs erat, nuda manebit. 4

SICCATIO SAGENARVM. i. non ampliùs ciues ibi erunt, ſed piſcatores eo loco retia ſua ſiccabunt. Hebr. *extenſio retium*, vt cap. 47. v. 10. ſ. extendent retia ad piſcandum. IN MEDIO MARIS. quia inſula erat. 5

FILIÆ QVOQVE EIVS. Villæ, minora oppida ſic ſæpè in Sacris vocantur. QVÆ SVNT IN AGRO. i. in territorio Tyri. 6

AB AQVILONE adducam Regem Babylonis. Babylon Tyri comparatione Aquilonaris erat. REGEM REGVM, quia multos Reges ſubditos habuit, multos captiuos, 4. Reg. 25. v. 28. Et quidem Nabuchodonoſorem Tyrum obſedîſſe Ioſephus affert 1. Contra Apionem, & in Antiquit. lib. 16. cap. 11. quatuor fermè annos in ea obſidione conſumpſiſſe ait. Verùm ex hoc loco captam conſtat ab eo & euerſam. ſecùs quàm in hiſtoria diximus lib. 1. cap. 17. ſecuti Florianum lib. 2. c. 21. & quoniam Ioſephus obſeſſam dicit, captam non dicit. 7

CIRCVMDABIT TE MVNITIONIBVS. דיק Daiek propriè *ligneas turres* ſignificat. ELEVABIT CONTRA TE CLYPEVM. *Clypei* nomine alia arma intelligit, aut *elevabit clypeum.* i. clypeos, vt teſtudine facta milites ad muros accedant. 8

ET VINEAS, ET ARIETES. *Vineæ* tabulata ſunt rotis impoſita, quibus teguntur milites, ſunt muſculi & plutei. Sed plutei minores, muſculi aliquantò maiores, vineæ maximæ. *Arietes* ſunt trabes ex alijs trabibus ſuſpenſæ, capite ferreo, quibus muri quatiuntur. Chald. *ictum tormentorum ſuorum dabit contra muros tuos.* ARMATVRA SVA. Hebr. *gladijs ſuis:* ſed vt *clypeum* verſ. 8. ſumpſit pro omni armorum genere, hic per *gladium* arma offenſiua intelligit, malleos, lapides, & alia.

INVNDATIONE EQVORVM. Hebr. *præ multitudine equorum.* ſic Sept. Tot erunt equi, vt puluis ab eis excitatus te operire videatur. MOVEBVNTVR MVRI TVI. Solent tremere ædificia, cùm currus prætereunt. VRBIS DISSIPATÆ, ſeu *dirupta.* q. d. nemine prohibente intra vrbem irrumpent. 10

11 STATVÆ TVÆ NOBILES. Hebr. *ſtatuæ fortitudinis tuæ.* i. viris fortibus poſitæ. Sept. *ſubſtantiam fortitudinis tuæ.* i. quæ bona fortitudine acquiſiuiſti. IN TERRAM CORRVENT Hebr. *corruet.* pro *corruent.* Sept. *deducet.* Chald. *collidet.* ſ. Rex Chaldæus.

12 VASTABVNT OPES TVAS. Hebr. *diripient.* NEGOTIATIONES TVAS. i. merces. Erat Tyrus emporium nobile. DOMOS TVAS PRÆCLARAS. Hebr. *domos deſiderij tui.* i. pulchras ſubuertent. ET PVLVEREM TVVM. i. rudera euerſarum domorum in mare mittent. id ſignificat, IN MEDIO AQVARVM PONENT.

13 ET QVIESCERE FACIAM, auferam omne lætitiæ genus, cantica, citharas.

14 ET DABO TE. Repetit quæ verſ. 4 & 5. dixerat. NEC ÆDIFICABERIS VLTRA, qua priùs amplitudine & magnificentia. Alioqui ſub Alexandro ſtabat.

16 ET DESCENDENT DE SEDIBVS SVIS, vt ſedeant in terra lugentium more. OMNES PRINCIPES MARIS. i. ciues Tyri, aut aliarum inſularum. Dixerat, *commouebuntur inſulæ.* ſ. præ dolore; nunc addit, earum proceres in terra ſeſſuros. EXVVIAS SVAS. Hebr. *pallia*, quibus vtebantur, deponent. VESTIMENTA SVA VARIA. Hebr. *acu picta. Rikmatham.* ET INDVENTVR STVPORE. i. veſte lugubri, quaſi ſtupentes præ dolore indui ſolent. ET ATTONITI SVPER REPENTINO CASV TVO. Hebr. *& trement per momenta*, ſupple, *interitum ſuum*, vt vertit Chald. ADMIRABVNTVR. Hebr. *admirabuntur ſuper te.* i. caſum tuum, nempe proceres.

17 QVÆ HABITAS IN MARI. Hebr. *habitans à maribus:* ſ. cincta vndique mari. Chald. *in medio maris.* CVM HABITATORIBVS TVIS. ſ. perijſti.

18 STVPEBVNT NAVES. Hebr. *inſulæ.* Sic Sept. Chald. *ſuburbia.* Pro אין ein, Hieron. legit אניות onis, quæ videtur commoda lectio. nam ſtatim ſequitur, *Turbabuntur inſulæ.* & ipſe Hieronymus in Comment. ſic ait, *Pauebunt ſuper te inſulæ*, & vt melius in Hebraico habetur, *naues.* IN DIE PAVORIS TVI. Hebr. *ruinæ tuæ.* EO QVOD NVLLVS EGREDIATVR EX TE. ſ. quòd ſis deſerta. Hebr. *ab exitu tuo.* i. præ tuo exitu inſulæ, ad quas ibis in captiuitatem, turbabuntur.

20 ET DETRAXERO TE CVM HIS QVI DESCENDVNT IN LACVM. Hebr. *in puteum traxero te.* ſed *puteus* pro ſepulchro. AD POPVLVM SEMPITERNVM. Hebr. *ad populum ſæculi.* i. qui à ſæculo mortui ſunt. i. iam olim mortui. Hieronymus *populum ſempiternum* dixit, quia ibi perpetuò manebimus. IN TERRA NOVISSIMA. Hebr. *inferiori.* i. in ſepulchro te collocauero. SICVT SOLITVDINES VETERES. i. eris vt ſolitudo, vbi nullus habitat. Hebr. *in ſolitudinibus à ſæculo.* ſed Sept. & Chald. pro *in*, *ſicut* etiam habent, nimirum pro *Beth* legerunt *Caph.* PORRO CVM DEDERO GLORIAM IN TERRA VIVENTIVM. Hieronymus iungit hæc verba cum verſu ſequenti, & meliùs id cohæret. ſic iungit Vulg. Regia, Hebr. cum ſuperioribus: *Dabo gloriam in terra viuentium*, ſ. cùm te puniero, quomodo dictum iam eſt, innoteſcet gloria mea vbique inter eos qui viuent.

21 IN NIHILVM REDIGAM TE. Hebr. *in conſummationes dabo te*, ſeu *terrores.* Terrebit omnes caſus tuus. Aut conturbabo te, ad omnia pauebis. IN SEMPITERNVM, ſiue *in ſæculum*, vt *olam longum tempus* ſignificet. Hieronymus cap. 29. ait, ſeptuaginta annis Tyrum deſolatam fuiſſe, ex Iſai. 23. v. 15. vbi id dicitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VNDECIMO. ſ. capti Iechoniæ.
2 POPVLORVM. i. ad quas populi multi confluebant. CONVERSA. ſ. illa populi frequentia & negotiatio.
4 RADAM. i. verram. DABO EAM, &c. q. d. faciam, vt in ea relinquatur ſola rupes.

Erit. ſ.ipſa q.d.expandentur in ea retia ad ſolem, vt 5
ſolet in deſerto loco.
Filiæ.i.villæ ei ſubiectę in continenti. 6
Regum. ſ.ei ſubiectorum. vel q.d. potentiſſimum 7
Vineas. genus eſt inſtrumenti bellici. Chald. *tor-* 9
mentorum percuſſiones.
Nobiles.i.elegantes.Chald.*fortes.* 11
Vltra.ſ.qualis nunces. 14
Exvvias. Hebr. & Chald. *pallia.* Lxx. *coronas,*ſeu 16
diademata.
Pavoris.Chald.& Lxx.*ruinę.* 18
Abyssvm.Chald.*exercitum.* Aqvæ.i.calamitates, 19
vel milites. Chald. *populi.*
Lacvm.i.foueam.ſ.ſepulchrum. Sempiternvm. 20
.i. iamdudum mortuum, ſeu à multis ſæculis, vel in
multa ſæcula.vel intelligit damnatos ad inferni ſuppli-
cia. Novissima, Chald. *infima.* Lxx. *profunda.*
q.d. terræ viſceribus, vel inferno. Sicvt solitvdi-
nes,&c.ſ.eris.Gloriam,&c.q.d.cùm reſtituero Ieru-
ſalem,vel manifeſtauero in mundo potentiam meam.
Chald.*gaudium in terra Iſrael dabo.*

CAPVT XXVII.

Tyri vrbis maritimæ ac opulentiſſimæ ruina defletur, enarratis mercibus quæ a quaque regione ad eam deferri ſolent.

ET factum eſt verbum Domini ad me, di- 1
cens: *Tu ergo fili hominis aſſume ſuper 2
Tyrum lamentum: *Et dices Tyro, quæ habi- 3
tat in introitu maris, negotiationi populorum A
ad inſulas multas: Hæc dicit Dominus Deus:
O Tyre,tu dixiſti: Perfecti decoris ego ſum,*& 4
in corde maris ſita. Finitimi tui,qui te ædificaue-
runt, impleuerunt decorem tuum:*abietibus de 5
Sanir extruxerũt te cum omnibus tabulatis ma-
ris: cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi
malum. *Quercus de Baſan dolauerũt in remos 6
tuos: & tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore In-
dico, & prætoriola de inſulis Italiæ. * Byſſus 7
varia de Ægypto texta eſt tibi in velum vt po- B
neretur in malo: hyacinthus & purpura de in-
ſulis Eliſa facta ſunt operimentum tuum. *Ha- 8
bitatores Sidonis & Aradij fuerunt remiges tui:
ſapientes tui, Tyre, facti ſunt gubernatores tui.
*Senes Giblij, & prudentes eius, habuerunt 9
nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ:
omnes naues maris,& nautæ earum, fuerunt in
populo negotiationis tuæ. *Perſæ, & Lydij, & 10
Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui:
clypeum, & galeam ſuſpenderunt in te pro or-
natu tuo. * Filij Aradij cum exercitu tuo erant 11
ſuper muros tuos in circuitu: ſed & Pigmæi,
qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpen-
derunt in muris tuis per gyrum: ipſi compleue-
runt pulchritudinem tuam. * Carthaginenſes 12
negotiatores tui, à multitudine cunctarum di- C
uitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumboque
repleuerunt nundinas tuas. *Græcia, Thubal,& 13
Moſoch, ipſi inſtitores tui: mancipia, & vaſa
ærea aduexerunt populo tuo. *De domo Tho- 14
gorma, equos, & equites, & mulos adduxe-
runt ad forum tuum. *Filij Dedan negotiatores 15
tui: inſulæ multæ, negotiatio manus tuæ: den-
tes eburneos & hebeninos commutauerunt in
pretio tuo. *Syrus negotiator tuus propter mul- 16
titudinem operum tuorum, gemmam, & pur-
puram, & ſcutulata, & byſſum, & ſericum, &
chodchod propoſuerunt in mercatu tuo. *Iuda 17
D & terra Iſraël ipſi inſtitores tui in frumento pri-
mo, balſamum, & mel, & oleum, & reſinam
18 propoſuerunt in nundinis tuis. * Damaſcenus
negotiator tuus in multitudine operum tuo-
rum, in multitudine diuerſarum opum, in vino
19 pingui, in lanis coloris optimi. *Dan, & Græ-
cia,& Moſel, in nundinis tuis propoſuerunt fer-
rum fabrefactum: ſtacte & calamus in negotia-
20 tione tua. *Dedan inſtitores tui in tapetibus ad
21 ſedendum. *Arabia, & vniuerſi principes Ce-
dar, ipſi negotiatores manus tuæ: cum agnis,&
arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores
22 tui. *Venditores Saba, & Reema, ipſi negotia-
E tores tui: cum vniuerſis primis aromatibus, &
lapide pretioſo, & auro, quod propoſuerunt in
23 mercatu tuo. *Haran, & Chene,& Eden, nego-
tiatores tui: Saba, Aſſur, & Chelmad, vendi-
24 tores tui. *ipſi negotiatores tui multifariàm in-
uolucris hyacinthi,& polymitorum, gazarum-
que pretioſarum, quæ obuolutæ & aſtrictæ
erant funibus: cedros quoque habebant in ne-
25 gotiationibus tuis. *Naues maris, principes tui
in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata
26 nimis in corde maris. * In aquis multis ad-
duxerunt te remiges tui: ventus Auſter contri-
27 uit te in corde maris. * Diuitiæ tuæ, & theſauri
F tui, & multiplex inſtrumentum tuum, nautæ
tui & gubernatores tui, qui tenebant ſupelle-
ctilem tuam, & populo tuo præerant: viri quo-
que bellatores tui,qui erant in te, cum vniuerſa
multitudine tua, quæ eſt in medio tui: cadent
28 in corde maris in die ruinæ tuæ. * A ſonitu cla-
moris gubernatorum tuorum conturbabuntur
29 claſſes: * Et deſcendent de nauibus ſuis omnes
qui tenebant remum: nautæ & vniuerſi guber-
30 natores maris in terra ſtabunt: * & eiulabunt
ſuper te voce magna, & clamabunt amarè: &
ſuperiacient puluerem capitibus ſuis, & cinere
31 conſpergentur. *Et radent ſuper te caluitium,
& accingentur cilicijs: & plorabunt te in ama-
32 ritudine animæ ploratu amariſſimo. * Et aſſu-
G ment ſuper te carmen lugubre, & plangent te:
Quæ eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio
33 maris? *Quæ in exitu negotiationum tuarum
de mari impleſti populos multos: in multitudi-
ne diuitiarum tuarum, & populorum tuorum,
34 ditaſti reges terræ. * Nunc contrita es à mari,
in profundis aquarum opes tuæ, & omnis mul-
titudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt.
35 *Vniuerſi habitatores inſularum obſtupuerunt
ſuper te: & reges earum omnes tempeſtate per-
36 culſi mutauerunt vultus.*Negotiatores populo-
rum ſibilauerunt ſuper te: ad nihilum deducta
es, & non eris vſque in perpetuum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVàm multæ gentes Tyrum confluerent, quanta eius gloria eſſet.

3 Et dices Tyro, qvæ habitat in introitv maris. Hebr. *in oſtijs maris,* aut *iuxta maris ſinus.* Negotiationi. Hebr. *negotiatrici populorum.* i. quæ cum multis populis habes commercia, & cum multis inſulis. Dixisti: Perfecti decoris ego svm, nihil mihi ad felicitatem deeſt.

4 In corde maris sita. Hebr. *in corde maris termini tui.* i. ſitus in medio maris. Erat eo tempore inſula. Finitimi tvi. Hebr. *in corde maris termini tui.* ſic accen-

tus

tuis Hebr. diſtinguunt. ſic Sept. & Chald. ſolus Hieronymus pro *termini*, poſuit *ſinitimi*, & iunxit cum ſequentibus. QVI TE ÆDIFICAVERVNT. ad ſitus nobilitatem exquiſita ædificia adiecerunt. Sept. *Beelim filij tui pulchritudinem tibi appoſuerunt.* ſic in Rom. legitur, ſic legebatur tempore Hieronymi. Nimirum pro גבוליך *ghebulecha.* i. *termini tui*, legerunt Βεελιμ, quaſi nomen gentis. Pro, *ædificauerunt te* בנו לך *banu lach*, legerunt בני לך *benei lach*, *filij tui*. In Regijs locus eſt mutatus in Sept. ſed vitio.

5 ABIETIBVS DE SANIR. *Sanir* mons eſt, alio nomine *Hermon* dictus, & *Sarion.* CVM OMNIBVS TABVLATIS MARIS. Hebr. *cum omnibus tabulis*, ſiue *maris*, id eſt, tabulæ tuæ erant omnes abiegnæ. VT FACERENT TIBI MALVM. *Malum* è cedro erat. loquitur de Tyri ſtructura, quaſi de nauis, quia in mari erat, & multas habebat naues.

6 QVERCVS. Alij *vlmos, pinus, caſtaneas.* DE BASAN. Locus in tribu Manaſſe nemoribus inſignis. Ergo ex ijs arboribus remos fecerunt. ET TRANSTRA TVA FECERVNT TIBI EX EBORE INDICO. *Tranſtra* ſunt remigum ſedilia. Hebr. *tabulas tuas fecerunt* (ex) *ebore*, nempe ſedilia ebore inſerto ornarunt. ET PRÆTORIOLA, id eſt, cellas. Sept. *domos ſilueſtres.* Chald. *coopertoria.* Hebr. *filia Aſſurim.* i. cœtus artificum ex Aſſyria fecerunt ex ebore tabulas. DE INSVLIS ITALIÆ. Chald. *de inſulis Apuliæ.* ſ. allato ebore. Hebr. *de inſulis Cethim.* Ego *Cethim* Græciam potiùs intelligo, quando 1. Machab. 1. verſ. 1. Alexander Magnus dicitur egreſſus de terra Cethim. ſed parum refert. Per *Cethim* multi Italiam intelligunt.

7 BYSSVS VARIA. Hebr. *byſſus acu picta, opere Phrygio.* VT PONERETVR IN MALO. Hebr. *vt eſſet tibi in ſignum.* ſic Chald. ſed *ſignum* pro vexillo, quod quoniam in malo explicatur, Hieronymus addidit illud, *vt poneretur in malo.* DE INSVLIS ELISA. Chald. *Italiæ.* Theodoretus *Græcia.* OPERIMENTVM, quo ſ. nauis tegitur contra æſtum & frigus ex hyacintho & purpura erat.

8 ARADII, ex Arad Amorrhæorum vrbe: Num. 21. v. 1. Iudic. 1. v. 16. GVBERNATORES TVI, ſeu *nautæ.* q. d. externis vteris ad minora miniſteria; nautas, nauarchos ex te habes.

9 SENES GIBLII, ex Gebal Syriæ vrbe, de qua Pſal. 82. v. 8. *Gebal, & Ammon.* HABVERVNT NAVTAS. Hebr. *fuerunt in te roborantes fracturam tuam.* Erant fabri lignarij, aut lapicidæ. ideò adhibebantur ad reficiendas naues, ſeu muros, cùm rupti erant. OMNES NAVES MARIS. Tranſit ad alium Tyri ornatum, nempe, Gentium omnium concurſum. FVERVNT IN POPVLO NEGOTIATIONIS TVÆ. Hebr. *fuerunt in te ad negotiandum negotiationem tuam.* id eſt, ad commercium tecum faciendum conuenerunt.

10 PERSÆ. Agit de militibus, quos ex alijs gentibus alebat, Perſas, Lydios, Libyes, ſiue Mauros Phutenſes. PRO ORNATV TVO. Hebr. *ipſi dederunt decorem tuum.* .i. erant ornamento tempore pacis, qui in bello præſidio fuerunt.

11 ARADII. Inſula in litore Phœnicis, cui eſt vicinum oppidum Antaradum: Hieronymus. ERANT SVPER MVROS TVOS. ſ. præſidiarij milites. SED ET PIGMÆI. Aquila ſic. Symmachus, *Medi:* Sept. *cuſtodes*; Theodotion, *Gamadim*, vocem ipſam Hebraicam retinuit: hæc Hieronymus. Vnde conſtat in Regijs, cùm Græcè habent: *Sed & Medi in turribus tuis*, id non ex Sept. ſumpſiſſe, ſed ex Symmacho. Meliùs Romana editio, *cuſtodes in turribus tuis*, nulla Medorum mentione. Hieronymum ſequuntur Hebræi expoſitores *Pigmæi* exponentes. Verùm quorſum Pigmæi inter milites? Hieronymus ait ſic dictos quaſi bellatores ἀπὸ τῆς πυγμῆς. i. *pugna.* Rectè, ſi Græcam vocem reſpicias tantùm. De voce Hebr. *Gamadim* quid facias, cui id etymon non congruit? Ego ſuſpicor, quoniam *gomed*, *cubitum* ſignificat, putaſſe *Gamadim* ſignificare *homines cubitales.* i. *Pigmæos*, quos Plin. lib. 7. cap. 2. ternorum dodrantum. i. palmorum maiorum facit. Ac credam potiùs verbum *Gamad* ſignificare *cuſtodire*, quod Sept. ſunt ſecuti. Aut *Pigmæi in turribus tuis*, ſint bellaces, milites præſidiarij, & *gamad* ſit *bellare.* Quo modo verſio noſtra conſtat. Chald. *Cappadoces* vertit. PHARETRAS SVAS. Hebr. *ſcuta ſua.* Chald. *clypeos ſuos* dixit. Sept. *pharetras ſuſpenderunt in muris tuis.*

12 CARTHAGINENSES. Nunc agit de ijs gentibus, quæ ad commercia confluebant Tyrum. Hebr. *Tharſis negotiatrix tua.* Olim *Tunetum* Carthagini vicina *Tharſis* Arabicè vocabatur: Leo in deſcriptione Africæ, part. 5. Sept. Καρχηδόνιοι dixerunt, id eſt, *Carthaginenſes*, vt eſt in Rom. nō Καλχηδόνιοι, vt eſt in Regijs. Sanè Carthagini cum Tyro, vnde ortum habuit, frequens commercium fuit. Itaque vt alijs locis *Tharſis* alia ſignificet, hoc puto *Carthaginem* prorſus ſignificare.

13 THVBAL. Hiſpania ſic dicta à primo fundatore. ET MOSOCH. Cappadocia ſic dicta à *Moſoch* filio Iapheth: Geneſ. 10. v. 2. IPSI INSTITORES TVI, mercatores tui. MANCIPIA. Hebr. *in anima hominis.* i. homines adduxerunt. POPVLO TVO. Hebr. *in nundinis tuis.*

14 DE DOMO THOGORMA. i. de gente Thogorma. *Thogorma* filius Gomer: Gen. 10. v. 3. à quo Tygranæi, qui à Græcis Phryges vocantur, teſte Ioſepho. EQVITES. i. mancipia equis impoſita. AD FORVM TVVM. Hebr. *nundinas tuas* adduxerunt.

15 FILII DEDAN. Idumææ ciuitas erat *Dedan* cap. 25. verſ. 13. NEGOTIATIO MANVS TVÆ. *Manus* pro loco, negotiatio loci tui. i. tua. ET HEBENINOS. הובנים *hobenim*, alij *hebenum* intelligunt, alij *pauones*, vt & Chald. COMMVTAVERVNT IN PRETIO TVO. Hebr. *adduxerunt donum tibi.* ſic Chald.

16 SYRVS. Hi veniebant vt emerent, & venderent. Emebant opera in Tyro facta, vendebant GEMMAM. Hebr. נפך *nephech.* ſ. *carbunculum*, vt alijs locis vertit Hieronymus, aut lapillus niger eſt, vt Kimhi putat. ET SCVTVLATA, ſquamatas veſtes. Hebr. *acu pictam veſtem.* Sic Chald. ET SERICVM. Hebr. ראמות *ramoth*, quid ſignificet, non conſtat. eam & *chodchod*, quæ mox ſequitur, gemmarum genera eſſe ait Hebræus, nihil aliud. Verum pro *chodchod* Hieronymus Iſai. 24. v. 12. *iaſpidem* poſuit.

17 IN FRVMENTO PRIMO. i. inſigni. Hebr. *in frumentis Minith.* frumenti præcipui id nomen erat, id Iſraelitæ afferebant ad mercatum. BALSAMVM. Hebr. vocem *panah* plerique Interpretes intactam reliquerunt. Hieronymus *balſamum* putauit, tum Chald. & R. Ioſeph.

18 IN MVLTITVDINE OPERVM TVORVM. Res apud te factas vt emat, venit Damaſcus. IN MVLTITVDINE DIVERSARVM OPVM. Hebr. *ex omni ſubſtantia*, ſ. ad te affert, nominatim. IN VINO PINGVI. Chald. *in vino dulci condito.* Hebr. *in vino Helbon.* ſic Sept. Erat vinetum nobile in agro Damaſceno. ſic Kimhi. IN LANIS COLORIS OPTIMI. Hebr. *lana alba.* Eam Damaſceni & vinum afferebant.

19 DAN. Vrbs extrema in Iſrael verſus Aquilonem, Terræ ſanctæ ex ea parte terminus. ET MOSEL. Hebr. Schol. *vaga*, vt ſit Græciæ adiectiuum. *Græcia vaga*, quæ per varias Gentes vagatur. Sed ſic coniunctio & expungi debet, nec eſt Hebr. FERRVM FABREFACTVM. i. non rude, ſed in varia ferramenta conformatum affert. STACTE ET CALAMVS. Sic Chald. Alij pro *ſtacte*, *caſiam* ponunt. Porrò *calamus*, *canela* eſt, aut calamus aromaticus Dioſcoridis lib. 1. c. 17.

20 IN TAPETIBVS AD SEDENDVM. Hebr. *in veſtibus ingenuitatis* (.i. pretioſis) *ad equitandum.* Hoc eſt phaleris, aut ephippijs, ad ſedendum in equis. Id affert Dedan ad mercatum.

21 CEDAR. Arabiæ regio, à Cedar Iſmaelis filio ſic dicta: Hieron. MANVS TVÆ. *Manus* pro loco, vt v. 15. qui prope te greges alunt. VENERVNT AD TE. Hebr. *in ipſis.* ſ. gregibus, NEGOTIATORES TVI. i. tecum negotiantur. Porrò Arabes paſtores erant.

22 VENDITORES SABA. Mercatores Saba. An hæc Saba Arabiæ erat, vnde Sabæi; an Æthiopiæ? nam per ש *Sin*

ſcribitur. Et Reema. Arabiæ Felicis vrbs. Sed Hieronymus vbi ſit ignorat, neque alibi eius mentio extat.

23 Haran. Meſopotamia, quæ & *Charran*, Geneſ. 11. v. 32. & 12. v. 15. Et Chene. An hæc *Chanaan*, vt Sept poſuerunt? Et Eden. Regio vbi olim paradiſus in Palæſtina, vt arbitror, de qua Geneſ. 4. verſ. 16. Venditores, mercatores, negotiatores. Porrò Chelmad, quæ gens eſſet, clam eſt.

24 Multifariam Hebr. *in omni genere mercium*. Involucris hyacinthi. Hebr. *in pallijs hyacinthi*. *Chelumei* id ſignificat. Sept. vocem Hebraicam reliquerunt, pro qua in Regijs Interpres poſuit *volucribus*, quorſum? Quæ obvolutæ. Hebr. *& in capſis veſtium pretioſarum* (id ſignificat *beromim*) *quæ funibus ligatæ erant*. Cedros quoque. Alij *torques*, vt Pagn. Hebr. Schol. dici ארזים *arusim* putat, quaſi חרוזים *haruzim*. i. *torques*.

25 Naves maris. Hebr. *naues Tharſis*. ſ. Carthaginis, vt v. 12. Principes tui. *Tui*, in genitiuo. i. inter omnes naues, quæ ad te veniunt, Carthaginenſes tenent principatum. Et repleta es diuitijs. In corde maris, quæ ſita es in medio maris, nempe, inſula.

26 In aquis multis adduxerunt te remiges tui. Sic Sept. Chald. *direptores tui*. i. Chaldæi, *te ſubmerſerunt*. quos *remiges* vocare poſſunt, quia domini, agentes nauim quò volunt. Ventus Auster. Sic Sept. Hebr. *Orientalis*. ſic Chald. vocat ventum Orientalem Nabuchodonoſor, quia Babylon ad Ortum eſt.

27 Divitiæ tuæ. Hactenus Tyri ornamenta & frequentiam commemorauit, vt quod nunc facit, explicaret. ſ. ea omnia ea cadente ſimul peritura. Et thesauri tui. Hebr. *merces*, ſeu *nundinæ tuæ*. Et multiplex instrumentum tuum. Hebr. *negotiatio tua*. Qui tenebant supellectilem. Hebr. *inſtauratores fiſſurarum*. latomi, lignarij. Denique *Gebalij*, de quibus v. 9. Et populo tuo præerant. Hebr. *negotiatores negotiationis tuæ*. ſ. mercatores, de quibus egit. Hi & milites tui tecum in mare proijcientur. i. peribunt.

28 A sonitu. i. propter ſonitum, Gubernatorum, ſiue *nautarum*, vt vertit Pagn. Sed naucleri ijdem nautæ, & nauis gubernatores ſunt. Ergo propter ſonitum gubernatorum, cùm ſ. peribunt, vt fit in naufragio. Conturbabuntur classes, quæ ſ. in mari erunt. Hebr. *commouebuntur ſuburbia*, ſeu *villæ*. ſic Chald. i. procul audietur clamor pereuntium.

29 Et descendent de navibus suis. ne ſ. pereant ſimul cum nauibus, quæ mergentur omnes.

30 Et superiacient pulverem. more lugentium. Et cinere conspergentur, aut *ſe inuoluent*.

31 Radent super te. Hebr. *decaluabunt ſuper te caluitium*, radent ſ. comam.

32 Carmen lugubre, næniam, monodiam, epicedium canent. Quæ est, ut Tyrus, quæ vrbs tam calamitoſa, vt Tyrus. Quæ obmutuit. Sic Sept. i. exciſa penitùs eſt, vt ne memoria eius extet. Quo modo loquendi vtitur Iſai. 15. v. 1. & Ierem. cap. 25. v. 37. *Conticuerunt arua pacis*. Hebr. *quis vt Tyrus ſic exciſa in medio maris* Nimirum tria verba ſunt affinia, דמם *dum*, *exſcindere*, דמם *damam*, *tacere*, דמה *damah*, *ſimilem eſſe*. Ea fuit variæ interpretationis occaſio.

33 In exitu negotiationum tuarum. Pro, quando egrediebantur merces tuæ. De mari. hoc eſt, per mare. Implesti. Hebr. *ſatiaſti* populos. Et populorum tuorum. Hebr. *negotiatorum*, ſeu *negotiationum tuarum* multitudine, ditasti reges. ſ. portorijs, vectigalibus.

34 Nunc contrita es Sic Sept. & Chald. Hebr. *tempore contrita es*. Verùm vbi nunc eſt עת *heth*. i. *tempus*, olim proculdubiò legebatur עתה *hathah*. i. *nunc*. A mari. i. in mari. Opes tuæ. Hebr. *negotiatio tua*.

35 Tempestate perculsi. Hebr. *timore timuerunt omnes habitatores inſularum*. i. valdè timuerunt inſulæ, ne idem eis accideret ſ. Mutaverunt vultus. ſeu turbauerunt vultus. Chald. *maculatæque ſunt facies eorum*. ſ. palluerunt præ metu.

36 Negotiatores populorum. Hebr. *in populis*. Sibilaverunt. Vel ex admiratione, vel ex irriſione; nam felicitatem ſequitur inuidia. Ad nihilum deducta es. Vox Hebr. בלהות *balahoth*, *conſummationes*, aut *terrores* ſignificat. Ergo in terrores fuiſti, pro, eris. Exemplo tuæ cladis alij terrebuntur. De hoc cap. 26. v. 21. vbi eſt vox eadem *balahoth*, & pro ea Hieronymus poſuit, *in nihilum*. Sed perinde eſt *in nihilum* & *in terrores deduci*, nempe exſcindendam ſignificat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 Negotiationi, &c. Chald. *quæ ſuppeditat negotiationem populis, & inſulis multis*. Lxx. *emporio populorum ab inſulis multis*.

4 Corde. i. medio. Finitimi. pro, termini tui. ſ. in mari ſunt. vel q. d. vicini tui. Impleverunt, &c. q. d. pulcherrimam te fecerunt.

5 Tabulatis maris. i. pontibus, vel nauibus. Malum. ſ. nauis.

6 Ebore. ſ. cælata ebore. Prætoriola. Chald. *cooperatoria in modum theatri*. Insulis Italiæ. Chald. *prouinciæ Apuliæ*.

7 Varia. ſ. texta opere plumario, ſeu phrygionico. De insulis Elisa. Chald. *ac prouincia Italiæ*.

8 Aradii. Hebr. *Aruad*, inſula eſt prope Tyrum.

9 Giblii. Hebr. *Gebal*. Quidam *Biblij* legunt à *Biblo* ciuitate Phœniciæ prope Berytum, non longe à Tyro & Sidone. Habuerunt. pro, exhibuerunt, vel procurarunt.

11 Pigmæi. Chald. *Cappadoces*. Lxx. *Medi*.

13 Thubal, et Mosoch. i. Hiſpani, & Cappadoces.

14 Domo Thogorma. Chald. *prouincia Germaniæ*. Quidam Phrygiam, ſeu Turciam interpretantur.

15 Dedan vrbs eſt Idumææ. Lxx. *Rhodiorum*. Negotiatio manus tuæ. i. rerum mercaturam exercuerunt. Hebeninos. i. ligna hebenina. Chald. *pauones*.

16 Operum. Chald. *diuitiarum*. Lxx. *mercatus*. Scutulata. Chald. *acu picta*. Chodchod. genus eſt lapidis pretioſi Chald. *lapides pretioſos*.

17 Primo. i. optimo, ſeu præcipuo.

18 Pingui Chald. *dulci condito*.

19 Stacte. & hæc myrrha eſt. Calamus. ſ. aromaticus, vulgò *cannella*. Negotiatione tua. Chald. *nundinis tuis*.

20 Tapetibus ad sedendum. Chald. *veſtibus pretioſis ad equitatum*. Lxx. *iumentis electis ad currus*.

23 Haran, et Chene. Chald. *Charræi*, & *Canæi*. Lxx *Charran*, & *Chana*. Chelmad. Chald. *Media*.

24 Multifariam. Chald. *in omnis generis rebus eximijs*. Involucris. Chald. *pallijs*. Cedros. i. naues ex cedro.

25 Principes tui. ſ. ducebant.

26 Aquis pro, aquas. ſ. calamitatum. Remiges. i. gubernatores vrbis perſiſtit in metaphora nauis.

27 Divitiæ tuæ. ſ. diripientur. vel iunge cum *cadent*. Tenebant. pro, qui tenebant.

31 Radent. pro, radendo caput, facient.

32 Ut Tyrus. i. vrbs Tyro ſimilis. Obmutuit. i. perdidit & vocem & vitam.

34 A mari. Lxx. *in mari*. Chald. *quæ habitabas in mari*.

35 Tempestate. i. tua calamitate.

36 Sibilaverunt. ſ. ſtupentes. Perpetuum. i. longum tempus. Lxx. *annos*, vt dicitur Iſa. 23. vel q. d. numquam ad priſtinum ſtatum redibis.

CAPVT XXVIII.

Ruina regis Tyri, maxima gloria priùs exaltati, ob nimiam ipſius ſuperbiam aliaſque iniquitates: ſimiliter & vaſtatio Sidonis ac reductio filiorum Iſrael in terram ſuam, vaſtatis ipſorum inimicis.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2 Fili hominis, dic principi Tyri: Hęc dicit
A Dominus Deus: Eò quòd eleuatum eſt cor

tuum,

tuum, & dixiſti: Deus ego ſum, & in cathedra
Dei ſedi in corde maris: cùm ſis homo, & non
Deus, & dediſti cor tuum quaſi cor Dei. *Ecce 3
ſapientior es tu Daniele: omne ſecretum non
eſt abſconditum à te. *In ſapientia & prudentia 4
tua feciſti tibi fortitudinem: & acquiſiſti aurum
& argentum in theſauris tuis. *In multitudine 5
ſapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplica- B
ſti tibi fortitudinem: & eleuatum eſt cor tuum
in robore tuo. *Propterea hæc dicit Dominus 6
Deus: Eò quòd eleuatum eſt cor tuum quaſi
cor Dei: *idcircò ecce ego adducam ſuper te 7
alienos, robuſtiſſimos Gentium: & nudabunt
gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ
tuæ, & polluent decorem tuum. *Interficient, 8
& detrahent te: & morieris in interitu occiſo-
rum in corde maris. *Numquid dicens loquê- 9
ris: Deus ego ſum, coram interficientibus te:
cùm ſis homo, & non Deus, in manu occiden-
tium te? *Morte incircumciſorum morieris in 10
manu alienorum: quia ego locutus ſum, ait C
Dominus Deus. *Et factus eſt ſermo Domini 11
ad me, dicens: Fili hominis leua planctum ſu-
per regem Tyri: *& dices ei: Hæc dicit Domi- 12
nus Deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus
ſapientia, & perfectus decore, *in delicijs paradiſi 13
Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum
tuum: ſardius, topazius, & iaſpis, chryſoli-
thus, & onyx, & berillus, ſapphirus, & carbun- D
culus, & ſmaragdus: aurum opus decoris tui:
& foramina tua in die, qua conditus es, præpa-
rata ſunt. *Tu cherub extentus, & protegens, 14
& poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapi-
dum ignitorum ambulaſti. *Perfectus in vijs 15
tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt ini-
quitas in te. *In multitudine negotiationis tuæ 16
repleta ſunt interiora tua iniquitate, & pecca-
ſti: & eieci te de monte Dei, & perdidi te, ô
cherub protegens, de medio lapidum ignito-
rum. *Et eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: 17
perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in ter-
ram proieci te: ante faciem regum dedi te vt E
cernerent te. *In multitudine iniquitatum tua- 18
rum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluiſti
ſanctificationem tuam: producam ergo ignem
de medio tui, qui comedat te, & dabo te in ci-
nerem ſuper terram in conſpectu omnium vi-
dentium te. *Omnes, qui viderint te in Genti- 19
bus, obſtupeſcent ſuper te: nihili factus es, &
non eris in perpetuum. *Et factus eſt ſermo Do- 20
mini ad me, dicens: *Fili hominis pone faciem 21
tuam contra Sidonem: & prophetabis de ea,
*& dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego 22
ad te Sidon, & glorificabor in medio tui: & F
ſcient quia ego Dominus, cùm fecero in ea iu-
dicia, & ſanctificatus fuero in ea. *Et immittam 23
ei peſtilentiam, & ſanguinem in plateis eius: &
corruent interfecti in medio eius gladio per cir-
cuitum: & ſcient quia ego Dominus. *Et non 24
erit vltrà domui Iſraël offendiculum amaritu-
dinis, & ſpina dolorem inferens vndique per
circuitum eorum, qui aduerſantur eis: & ſcient
quia ego Dominus Deus. *Hæc dicit Dominus 25
Deus: Quando congregauero domum Iſraël G
de populis, in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor
in eis coram Gentibus: & habitabunt in terra
26 ſua, quam dedi ſeruo meo Iacob. *Et habita-
bunt in ea ſecuri: & ædificabunt domos, &
plantabunt vineas, & habitabunt confidenter,
cùm fecero iudicia in omnibus qui aduerſantur
eis per circuitum: & ſcient quia ego Dominus
Deus eorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INuehitur in Regem Tyri, & in Sidonem.

2 Eo qvod elevatvm est cor tvvm. Sententia ſuſpenſa vſque ad v. 7. Et dixisti: Devs ego svm. i. ſicut Deus ſum. In corde maris. in loco mari circumfluo, eoque munitiſſimo ſedeo. Dedisti cor tvvm qvasi cor Dei. i. elatos ſpiritus geſſiſti.

3 Ecce sapientior es tv Daniele. Ironicè. Magna erat Danielis à ſapientia fama.

4 In sapientia. pro, ſapientia. Fecisti tibi fortitvdinem. חיל *Haul* hoc loco *opes & ſubſtantiam* ſignificat. Sic Chald. quod verba ſequentia magis declarant. Et acqvisisti avrvm et argentvm. Opes à Deo dantur, non induſtriâ. Hæc interrogatiuè legantur; aut ſi aſſertiuè, ex eius Regis opinione dicta intelligantur.

6 Mvltiplicasti tibi fortitvdinem. חיל *Haul* repetitur, quæ vox ſi pro *operibus* ſumitur, erit repetitio eius quod dixit ſuperiori v. Chald. pro *exercitu* ſumit, *multiplicaſti exercitum, & eleuatum eſt cor tuum in exercitu*, ob exercitum. Vox illa & *opes* & *exercitum* ſignificat.

7 Alienos, barbaros adducam ſuper te. Svper pvlchritvdinem, contra pulchritudinem tuam. ſ. vt euertant quidquid in te pulchrum eſt, & ſapienter factum. Decorem tvvm. Hebr. *ſplendorem tuum*. i. quidquid in te ſplendet, id polluent.

8 Interficient, et detrahent te. Hebr. *in foueam*, aut *interitum deducent te*. i. occident te. Quo mortis genere. Et morieris in interitv. Hebr. *morieris mortibus occiſi in medio maris*. i. merſus.

9 Nvmqvid dicens loqveris. Hebr. *an dicendo dices*, te eſſe Deum. Coram interficientibvs te, cùm te occident. In manv occidentivm te. i. cùm veneris in eorum manus, ſcies te eſſe hominem, non Deum.

10 Morte incircvmcisorvm. i. *impiorum*, morieris. ſic Chald. ſ. qui incircumciſi ſunt corde. i. morte crudeli.

11 Leva planctvm, ſeu *ſume lamentationem*, compone monodiam. Tv signacvlvm similitvdinis. Sic Sept. Hoc eſt perfectio imaginis regiæ. In te eſt quidquid in Rege deſideratur. Hebr. *tu ſigillans imaginem*, aut vt alij, *ſigillans numerum*. i. tu es numeris omnibus abſolutus, perfecta imago Regis.

13 In deliciis paradisi Dei fvisti. Sic Sept. *Eden* vox Hebr. pro *delicijs* ſumitur. q. d. nihil tibi ad felicitatem defuit, quaſi in Dei paradiſo hortoque eſſes. Omnis lapis pretiosvs. Veſtes tuæ gemmis omnifariàm diſtinctæ erant. Sardivs, topazivs. De his nominibus lapidum non laboro, pleriſque veræ ſignificationes interciderunt. Avrvm opvs decoris tvi. Hebr. *aurum opus*, ibi diſtinctio. i. hi lapides *auro* erant *incluſi*, vt Chald. ait. Pro *decoris tui*, Hebr. *tympana tua*. Foramina tva. i. fiſtulæ ſic dictæ, quia foraminibus plenæ. Ergo tympana & fiſtulæ omnia lætitiæ inſtrumenta ab ortu tuo præſtò fuerunt, vt tibi plauderent, tuum natalem celebrarent.

14 Tv cherub. i. ſimilis Cherubinis ſcientia & pulchritudine. Extentvs, et protegens. Hebr. *unctus*. ſ. in Regem. ſic Sept. *& protegens*. ſ. populum tuum. Alludit ad Cherubinos templi, qui alis tegebant propitiatorium. Hieronymus pro ממשח *mimſah*. i. *unctio*. legit ממסך *mimſach* i. *extentus*. ſ. vt Cherubini alas extentas habebant. In monte sancto Dei. ſ. vt Cherubinos in monte Sion. Ita te in Tyro monte ſimili monti Sion ob munitionem. Ergo poſui te in monte ſimili monti ſancto. Memento Tyrum in rupe ſitam. In

MEDIO LAPIDVM IGNITORVM.i.pretioſorum,qui à fulgore igniti videbantur. Alludit ad geminas,quæ in ſanctuario erant, vbi Cherubim.

15 PERFECTVS IN VIIS TVIS.i.operibus,feliciter omnia procedebant. DONEC INVENTA EST INIQVITAS IN TE. Quæ iniquitas? Superbia,qua ſe Deum,aut Deo ſimilem putauit.

16 IN MVLTITVDINE, ob multitudinem negotiationis. .i.multitudine mercatorum, qui peregrinis moribus ciues inficiunt, effecit, vt interiora viſcera, cor tuum impleretur iniquitate. ET EIECI TE. Hebr. *profanabo te.* cùm antè eſſes in monte ſancto,inde te mouebo, ne ſis Cherub protegens, neque in medio lapidum ignitorum verſeris.

17 ET ELEVATVM EST COR TVVM IN DECORE TVO, ob decorem. PERDIDISTI SAPIENTIAM TVAM. Superbia te de mentis gradu deiecit. ANTE FACIEM REGVM DEDI TE,VT CERNERENT TE ſ.vt tuam ignominiam & ærumnam viderent. Tu te eleuaſti, ego in terram deijciam,idque palàm coram Regibus alijs,quò ignominia ſit maior. *Vt cernerent te*, poteſt ſumi in ſignificatione contemptus, vt Pſal.21.v.18 *Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me*, id eſt, ſpreuerunt me: Hebr.Schol.

18 POLLVISTI SANCTIFICATIONEM TVAM. Hebr. *ſanctuarium tuum*,in quo ſ.te conſtituerant,vt Cherub.ſic Tyrum vocat. PRODVCAM ERGO IGNEM DE MEDIO TVI,vt domus igne intra ſe excitato comburitur. Iniquitas tua inſtar ignis erit. IN CONSPECTV OMNIVM. .i.palàm,manifeſtè.

19 NIHILI FACTVS ES. Hebr. *terrores eris.* De hoc c.26. v.21 & c.27.v.36.

21 PONE FACIEM TVAM. i. inuehere contra Sidonem, idque magno animo.

22 ECCE EGO AD TE venio, aut loquor. CVM FECERO IN EA.i.in te. Mutat perſonam, vt alijs locis frequenter.

23 ET SANGVINEM.i. gladium mittam. Alij peſte morientur, alij gladio. IN PLATEIS EIVS. Hoc iungo cum peſte & cum ſanguine. Mittam peſtem & gladium in plateis eius. GLADIO PER CIRCVITVM. Hebr. *cadent interfecti in medio eius,in gladio ſuper eam* (.i.qui ſuper eam veniet) *ex circuitu*.i. *vndique*, vt Pagn. aut à finitimis,illi ſæuient in eam vrbem.

24 OFFENDICVLVM AMARITVDINIS non erit ampliùs Iſraeli. ſic Sept.i.amarum offendiculum. Hebr. *ſpina pungens.* ET SPINA DOLOREM INFERENS. Sidonem Iſraelis ſpinã vocat, quia vicina erat, & ſæpè de finibus dimicabant. VNDIQVE PER CIRCVITVM EORVM.i.ex cunctis finibus ſpinæ extirpabuntur, domitis finitimis gentibus. QVI ADVERSANTVR EIS. Hebr. *qui contemnunt eos* ſ. Iſraelitas.

25 SANCTIFICABOR IN EIS. Omnes me ſanctum iudicabunt. IN EIS.i. propter eos, quòd eos liberauerim. Cùm illos puniero,qui

26 ADVERSANTVR EIS. Hebr. *qui ſpreuerunt eos*, Iſraelitas ſ.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DIXISTI. i. cogitaſti. DEVS. i. velut Deus. SEDI. pro,ſedeo.

3 ECCE. Ironicè. Lxx. *numquid.*

4 IN. Lxx. *numquid tu.* FORTITVDINEM. Chald. *dites ſes.*

5 IN. Lxx. *aut in.* FORTITVDINEM. Chald. *exercitus.* ROBORE.i.opibus. Chald. *copijs.*

7 POLLVENT. Chald *diſſipabunt*. Lxx. *ſternent.*

8 DETRAHENT. ſ.in foueam.

10 INCIRCVMCISORVM.i.infidelium. Chald. *impiorum.* ſ.qualem impij merentur. ALIENORVM. i. extraneorum,ſeu inimicorum.

12 SIGNACVLVM SIMILITVDINIS.i ſignata ſeu expreſſa ſimilitudo. ſ. Dei. Hæc ad diabolum diriguntur.

13 LAPIS, &c. per hæc intelliguntur ornamenta ſpiritualia Angelorum ante caſum. OPVS DECORIS.i.pulchritudinis ornamenta. FORAMINA. i.auri, quibus gemmæ incluſæ. quidam tibias intelligunt.

14 EXTENTVS. ſ.alis ſapientiæ. PROTEGENS. ſ. inferiores illuminans, vel tegens arcã Teſtamenti.q.d. repræſentatus per Cherubim templi. LAPIDVM.i. Angelorũ.

16 NEGOTIATIONIS. ſ. mentis cogitationum. PERDIDI.i. proieci.

17 IN DECORE.i.ob decorem.

18 POLLVISTI. i. contaminaſti. SANCTIFICATIONEM. .i.ſanctitatem. IN CINEREM. i.contemptibiliſſimum.

19 NON ERIS. ſ.qualis eras.

22 SANCTIFICATVS. i. glorificatus per opera iuſtitiæ vlciſcentis.

23 SANGVINEM.i.cædem.

24 AMARITVDINIS.i.affligens,& contriſtans.

26 SECVRI. ſ.ab hoſtibus,& moleſtijs.

CAPVT XXIX.

Aduerſus regem Aegypti,ac regnum eius, in ſolitudinem redigendum, poſt 40. tamen annos reuocandum, licet non ad priſtinam gloriam. Terra Aegypti datur Nabuchodonoſor, eo quòd cum ſuo exercitu laborauerit deuaſtando Tyrum.

1 IN anno decimo, decimo menſe, vndecima
A die menſis, factum eſt verbum Domini ad
2 me, dicens: *Fili hominis pone faciem tuam
contra Pharaonem regem Ægypti, & prophe-
3 tabis de eo, & de Ægypto vniuerſa: *Loquere,
& dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum,& dicis: Meus
4 eſt fluuius, & ego feci memetipſum. *Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo
piſces fluminum tuorum ſquamis tuis:& extraham te de medio fluminum tuorum,& vniuerſi
5 piſces tui ſquamis tuis adhærebunt. *Et proij-
B ciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis
tui:ſuper faciem terræ cades,non colligeris, neque congregaberis: beſtijs terræ, & volatilibus
6 cæli,dedi te ad deuorandum: *Et ſcient omnes
habitatores Ægypti quia ego Dominus: *pro eo *Iſa.36.a.6
quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſraël.
7 *Quando apprehenderunt te manu, & confractus es,& laceraſti omnem humerum eorum:&
innitentibus eis ſuper te,comminutus es, & diſ-
8 ſoluiſti omnes renes eorum. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam ſuper te
gladium: & interficiam de te hominem, & iu-
9 mentum. *Et erit Terra Ægypti in deſertum, &
in ſolitudinem:& ſcient quia ego Dominus: pro
eo quòd dixeris: Fluuius meus eſt, & ego feci
10 eum. *Idcircò ecce ego ad te, & ad flumina tua:
daboque Terram Ægypti in ſolitudines, gladio
diſſipatam, à turre Syenes, vſque ad terminos
11 Æthiopiæ. *Non pertranſibit eam pes hominis,
C neque pes iumenti gradietur in ea: & non habi-
12 tabitur quadraginta annis. *Daboque Terram
Ægypti deſertam in medio terrarum deſertarum, & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum,& erunt deſolatæ quadraginta annis: &
diſpergam Ægyptios in nationes, & ventilabo
13 eos in terras. *Quia hæc dicit Dominus Deus:
Poſt finem quadraginta annorum congregabo
Ægyptum de populis,in quibus diſperſi fuerãt.
14 *Et reducam captiuitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis
15 ſuæ:& erunt ibi in regnum humile: *inter cetera
regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà
ſuper nationes, & imminuam eos ne imperent
16 Gentibus. *Neque erunt vltrà domui Iſraël in
D confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant,&

ſequátur eos: & ſcient quia ego Dominus Deus.
Et factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno, in 17
primo, in vna menſis: factum eſt verbum Do-
mini ad me, dicens: Fili hominis, Nabucho- 18
donoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum
ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum: omne
caput decaluatum, & omnis humerus depilatus
eſt: & merces non eſt reddita ei, neque exerci-
tui eius, de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi
aduerſus eam. Propterea hæc dicit Dominus 19
Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem
Babylonis in Terra Aegypti: & accipiet multi-
tudinem eius, & deprædabitur manubias eius,
& diripiet ſpolia eius: & erit merces exercitui
illius, & operi, quo ſeruiuit aduerſus eam: dedi 20
ei Terram Aegypti, pro eo quòd laborauerit
mihi, ait Dominus Deus. In die illo pullulabit 21
cornu domui Iſrael, & tibi dabo apertum os in
medio eorum: & ſcient quia ego Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVatuor proxima capita continent vaticinium contra Ægyptum.

IN ANNO DECIMO captiuitatis Iechoniæ, & regni 1
Sedeciæ. Non ſeruatur ordo temporis; nam c. 26. prophetia contra Tyrum anno vndecimo fuiſſe dicitur. Mutati ordinis plures rationes ſunt, illa præcipua, quòd Tyrus priùs eſt euerſa quàm Ægyptus. DECIMO MENSE. Is eſt *Tebet*, noſtro Decembri aut Ianuario reſpondens. VNDECIMA DIE MENSIS. Hebr. *duodecima*. ſic Chald. & Regia Vulg. Sept. *vna menſis*.

PONE FACIEM TVAM. Conuerte ſermonem, ſeu li- 2
berè loquere contra Pharaonem & Ægyptum.

DRACO MAGNE. Genus eſt piſcis magni, fortè croco- 3
dilus frequens in Nilo, cui ſimilem Pharaonem facit. QVI CVBAS IN MEDIO FLVMINVM TVORVM. Sic Sept. Hebr. *ſuorum*, vt Chald. Nilus vnus fluuius eſt, ſed plures ex eo riui diducuntur, quos flumina vocat. EGO FECI MEMETIPSVM. ſ. dicis, magnum me feci Regem. Aut *feci me*, pro, *feci mihi* vt Kimhi explicat.. ego Nilum in plures riuos diduxi ad irrigandum.

ET PONAM FRÆNVM. Sic Sept. Hebr. *hamum*, quo 4
ſ. Pharao, quem piſcem dixit, capiatur. Is hamus Babylonius fuit. ET AGGLVTINABO PISCES. i. ſimul tecum ſubditi & proceres, quaſi minores piſces capientur.

ET PROIICIAM TE IN DESERTVM. in Chaldæam, quæ 5
præ Ægypto arida eſt; & vt piſcis ex aqua deiectus ibi morieris, neque ſepelieris. DEDI TE AD DEVORANDVM. Hebr. *in cibum* beſtijs & auibus.

PRO EO QVOD FVISTI. Hebr. *fuerunt*. ſ. Ægyptij. BA- 6
CVLVS ARVNDINEVS, cui ſ. qui innititur, perforat manum: Iſai. 36. v. 6. Sic Aegyptij non profuerunt Iudæis, vt ex fœdere debebant, ſed nocuerunt. Ea noxa punitur.

QVANDO APPREHENDERVNT TE. i. ope tua vti vo- 7
luerunt Iudæi. ET LACERASTI OMNEM HVMERVM. *Humerus* pro brachio, & manu, quam aſſulæ arundinis vulnerarunt. ET DISSOLVISTI OMNES RENES EORVM Qui laborant renibus, baculo egent; eo ſublato, malè renes habent. Id ſignificat *diſſolui*. Hebr. *ſtare feciſti omnes renes eorum*. i. non potuerunt ſe commouere. Per *renes* ſeu lumbos, vires intelligit, quibus præualere non potuerunt, externo deſtituti præſidio.

FLVVIVS MEVS EST. verſ. 3. id dixit. ET EGO FECI 9
EVM. Hebr. *ego feci*. ſ. me, aut mihi, vt v. 3. explicatum eſt. Sept. *& ego feci illa*. ſ. flumina.

ECCE EGO AD TE. ſ. venio. IN SOLITVDINES, GLA- 10
DIO DISSIPATAM. Hebr. *in deſerta ſolitudinis & deſolationis dabo*. ſ. Aegyptum. ſic Chald *gladij* nulla mentio. A TVRRE SYENES. Hebr. *à turre Seneneh*. *Syene* principium Aegypti inter Mare rubrum & Nilum. Solinus cap. 35. ibi Nili cataractæ. VSQVE AD TERMINOS ÆTHIOPIÆ. *Aethiopia* inde incipit ad fines Ægypti inter Meridiem & Occaſum. Significat ergo fore, vt tota Ægyptus vaſtetur.

12 IN MEDIO TERRARVM DESERTARVM. i. erit vna ex eo numero, ex illis. ET ERVNT DESOLATÆ. Sept. *deſolatio*. Chald *in deſolationem* ſ. erunt vrbes Ægypti. QVADRAGINTA ANNIS. minor noxa, non eſſe opitulatos Iudæis, minor pœna.

14 CAPTIVITATEM. i. captiuos reducam. ET COLLOCABO EOS IN TERRA PHATHVRES. Hebr. *reducam eos*. *Phathures* erat vrbs Ægypti: Ierem. 44. v. 1. Sed à parte totum. metonymia. q. d. reducam eos in Ægyptum. ET ERVNT IBI IN REGNVM HVMILE, numquam ea potentia, qua antè fuit.

16 NEQVE ERVNT VLTRA DOMVI ISRAEL IN CONFIDENTIA. Non confident in eis, vt antè, quoniam exigua erunt potentia. DOCENTES INIQVITATEM. Ob familiarem conſuetudinem docebant Iudæos praua. Hebr. *recordantem iniquitatem*, nempe Iſraeli. ſ. ſcelus, quod Iudæi fecerunt, cùm Ægyptios contra Dei & Prophetarum monita in auxilium aduocarunt. Sept. מזכיר *mazchir*, *recordantem* in accuſatiuo interpretantur. Sed vnde regitur? *Recordantis* iungitur cum *domus*, VT FVGIANT. ſ. Iudæi in Aegyptum, quod nefas etiam fuit. Hebr. *ad reſpiciendum ipſos* (Iudæos) *poſt illos*. ſ. Aegyptios. Hæc fuit iniquitas, reſpicere Aegyptios, ab eis opem præſtolari.

17 IN VIGESIMO ET SEPTIMO ANNO captiuitatis Iechoniæ. Sedecias non regnauit tot annis. Ergo poſt eius captiuitatem hoc vaticinium contigit. IN PRIMO. ſ. menſe. IN VNA MENSIS. i. prima menſis die. *Vnus* pro *primus* frequenter in Sacris. Sept. *vna menſis primi*. ſic in Rom. nam Regia *nona* (die) *menſis primi*, vitioſè haud dubium in Sept. habent.

18 SERVITVTE MAGNA fecit Nabuchodonoſor exercitum ſeruire. Nimirum cùm machinas Tyro admouere non poſſet, quòd cincta mari eſſet, milites iuſſit lapidibus & terra fretum implere. ſic Hieronymus in Comment. & ex inſula facta eſt pæninſula. OMNE CAPVT DECALVATVM, ET OMNIS HVMERVS DEPILATVS EST. ſ. portando lapides & cophinos. ſic Sept. & Chald. Ego vocem ממרטה *merutah* verterem *decorticatus*, quia humerus non depilatur. ſic Hebr. ET MERCES NON EST REDDITA EI. ſ. pro labore contra Tyrum. ſic Aegyptum pro mercede Chaldæis tradit Deus Nabuchodonoſori.

19 DABO NABVCHODONOSOR. In datiuo *Nabuchodonoſori Regi Babylonis terram Aegypti dabo*, ſic Hebr. Chald. Sept. MVLTITVDINEM. ducet captiuam. MANVBIAS. *Manubiæ* eſt pecunia redacta ex præda hoſtili vendita. Hebr. *tolles opes eius*.

20 ET OPERI. ſ. propter opus. ADVERSVS EAM. ſ. quod fecit contra Tyrum, dedi ei terram Aegypti. Vides opera infidelium Deum remunerari: Hieronymus.

21 PVLLVLABIT CORNV. i. robur. Regnum in die illa reſtitueretur. ſ. Iſraeli. ET TIBI DABO APERTVM OS, vt liberè loquaris, conciliata apud eos auctoritate ex fide eorum, quæ ventura annuntiaſti.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DECIMO. ſ. captiuitatis Iechoniæ. VNDECIMA. LXX. *vna*.

3 AD TE pro, tibi. ſ. faciam quæ ſequuntur. DRACO. i. cete. MEMETIPSVM. ſ. regem. vel q. d. qui ita ſuperbis, quaſi teipſe feciſſes.

4 FRÆNVM. Hebr. & Chald. *hamum*. PISCES. i. populum, ſeu Aegyptios.

5 COLLIGERIS. ſ. ex ea diſperſione.

6 BACVLVS, &c. i. infirmum præſidium. ſ. contra Chaldæos.

7 APPREHENDERVNT. ſ. Iudæi. q. d. confiſi ſunt tuo auxilio. EORVM. ſ. cadentium.

9 FLVVIVS. ſ. Nilus. Chald. *Regnum meum eſt, & ego ſubiugaui illud*.

FLVMINA.i.Nili riuos. VSQVE AD TERMINOS. pro, 10
à terminis.ibi enim Syene.vel *vſque*,pro,nempe vſque.

PHATHVRES.Metropolis Ægypti erat. 14

FVGIANT.alludit ad factum Sedeciæ, qui fœdus ini- 16
tum cum Chaldæis violauit.

VIGESIMO,&c. Vide c.1. quid dixerim. Illud enim 17
mihi etiam ex hoc loco videtur confirmári poſſe. VNA.
.i.prima.

DECALVATVM. ſ.ex geſtatione galearum, vel oneri- 18
bus. MIHI. Not. ſeruientes regi fideliter in bello
iuſto Deo ſeruire,etſi id non cogitét.placent enim Deo
honeſta & iuſta.

ET OPERI.LXX.*pro miniſterio*. EAM.ſ.Tyrum.Hinc 20
apparet iam fuiſſe impletum quod Deus ſuprà mina-
tus fuerat Tyro.

ILLO.ſ.liberationis Iſrael. CORNV.i.robur & digni- 21
tas. APERTVM OS. i. loquendi libertatem. vel, ſi ad
Chriſtum referatur(nam Ezechiel non vidit reditum
à Babylonia)ſignificat tunc credendas & intelligendas
prophetias, vel illa die. ſ. punitorum Aegyptiorum,
quod non multò pòſt factum.

CAPVT XXX.

Omnes vrbes Ægypti per regem Babylonis vaſtabuntur.

ET factum eſt verbum Domini ad me, di- 1
cens: *Fili hominis propheta, & dic: Hæc 2
dicit Dominus Deus: Vlulate, væ, væ diei: A
*quia iuxtà eſt dies, & appropinquat dies Do- 3
mini: dies nubis, tempus Gentium erit. *Et 4
veniet gladius in Ægyptum: & erit pauor in
Æthiopia, cùm ceciderint vulnerati in Ægy-
pto,& ablata fuerit multitudo illius, & deſtru-
cta fundamenta eius. *Æthiopia, & Libya, & 5
Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, &
filij terræ fœderis,cum eis gladio cadent. *Hæc 6
dicit Dominus Deus: Et corruent fulcientes B
Ægyptum,& deſtruetur ſuperbia imperij eius:à
turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus
Deus exercituum. *& diſſipabuntur in medio 7
terrarum deſolatarum, & vrbes eius in medio
ciuitatum deſertarum erunt.*Et ſcient quia ego 8
Dominus: cùm dedero ignem in Ægypto, &
attriti fuerint omnes auxiliatores eius. *In die 9
illa egredientur nuntij à facie mea in trieribus,
ad conterendam Æthiopiæ confidentiam, &
erit pauor in eis in die Ægypti, quia abſque du-
bio veniet.*Hæc dicit Dominus Deus: Ceſſare 10
faciam multitudinem Ægypti in manu Nabu- C
chodonoſor regis Babylonis. *Ipſe & populus 11
eius cum eo, fortiſſimi Gentium, adducentur
ad diſperdendam terram: & euaginabunt gla-
dios ſuos ſuper Ægyptum:& implebunt terram
interfectis. *Et faciam alueos fluminum aridos, 12
& tradam terram in manus peſſimorum: & diſ-
ſipabo terram & plenitudinem eius manu
alienorum, ego Dominus locutus ſum. *ⁿ Hæc 13
dicit Dominus Deus: Et diſperdam ſimula- D
chra, & ceſſare faciam idola de Memphis: &
dux de Terra Ægypti non erit ampliùs:& dabo
terrorem in Terra Ægypti. *Et diſperdam ter- 14
ram Phathures, & dabo ignem in Taphnis: &
faciam iudicia in Alexandria. *Et effundam in- 15
dignationem meam ſuper Peluſium robur Æ-
gypti,& interficiam multitudinem Alexandriæ,
*& dabo ignem in Ægypto: quaſi parturiens 16
dolebit Peluſium, & Alexandria erit diſſipata,
& in Memphis anguſtiæ quotidianæ. *Iuuenes 17
Heliopoleos & Bubaſti gladio cadent, & ipſæ E

ⁿZach.13.a.2

18 captiuæ ducentur. *Et in Taphnis nigreſcet
dies,cùm contriuero ibi ſceptra Ægypti, & de-
fecerit in ea ſuperbia potentiæ eius: ipſam nu-
bes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem
19 ducentur. *Et iudicia faciam in Ægypto: &
20 ſcient quia ego Dominus. *Et factum eſt in vn-
decimo anno,in primo menſe, in ſeptima men-
ſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:
21 *Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægy-
F pti confregi: & ecce non eſt obuolutum vt re-
ſtitueretur ei ſanitas, vt ligaretur pannis, & fa-
ſciaretur linteolis,vt recepto robore poſſet tene-
22 re gladium. *Propterea hæc dicit Dominus
Deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Ægy-
pti, & comminuam brachium eius forte, ſed
confractum: & deijciam gladium de manu
23 eius: *& diſpergam Ægyptum in Gentibus, &
24 ventilabo eos in terris. *Et confortabo brachia
G regis Babylonis, daboque gladium meum in
manu eius: & confringam brachia Pharaonis,
& gement gemitibus interfecti coram facie
25 eius. *Et confortabo brachia regis Babylonis,
& brachia Pharaonis concident: & ſcient
quia ego Dominus, cùm dedero gladium
meum in manu regis Babylonis, & extenderit
26 eum ſuper Terram Aegypti. *Et diſpergam
Ægyptum in nationes, & ventilabo eos in ter-
ras,& ſcient quia ego Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AEgypti vaſtationem plangit, & alia mala ei ventura prædicit.

2 VLVLATE,ô Ægyptij. Dicite: VÆ,VÆ DIEI. i.ô diem infauſtum,quo vaſtati ſumus. Hebr. vnum *va* eſt, non duo. Sept. *ô, ô, dies*.

3 DIES DOMINI.i.dies vltionis. DIES NVBIS, obſcura,triſtis. TEMPVS GENTIVM ERIT. Chaldæorum, quo ſ. facient quidquid voluerint. Sed quare eos vocat Gentes magis quàm Ægyptios? quia feri magis erant.

4 ET ERIT PAVOR, aut *dolor* IN ÆTHIOPIA. Vicinæ gentes,quas per Æthiopam intelligit, ob Aegypti cladem pauebunt, aut dolebunt? ET ABLATA FVERIT MVLTITVDO, ducta in captiuitatem. CHVB gladio cadet. Symmachus *Arabiam* dixit teſte Hieronymo. Ptolemæus inter Arabes *Cobios* ponit. ET FILII TERRÆ FOEDERIS. pro, quibus cum terra Aegypti fœdus eſt,in eos omnes deſæuiet gladius.

6 FVLCIENTES AEGYPTVM. Quæ illi opitulari ſolebant. ET DESTRVETVR SVPERBIA IMPERII EIVS. Hebr. *ſuperbia fortitudinis eius*. A TVRRE SYENES. de Syene cap.29.v.10.

7 IN MEDIO TERRARVM DESOLATARVM, in numero. ſ.numerabitur inter regiones & terras deſolatas.

8 CVM DEDERO IGNEM,faciam vt Ægyptus comburatur. Aut per *ignem* omne calamitatis genus intelligit.

9 NVNTII A FACIE MEA. i. me volente milites ibunt, IN TRIERIBVS.i.in triremibus.ſ.mari ibunt. Sept. *egredientur nuntij à facie mea in Sim* (.i. contra Sim) *feſtinantes*. Vrbis nomen, non eſt tamen *Sais*, de qua verſ.15.quia *Sais* per ס hæc per צ Hebr. ſcribitur. Ergo pro *trieribus* Hebr. צים *Zim*. Sept. vocem Hebraicam nomen proprium putarunt. AD CONTERENDAM ÆTHIOPIÆ CONFIDENTIAM. Hebr. *ad terrefaciendum Æthiopiæ ſpem*. Sic Sept. Chald. *ad terrendum Aethiopiam,quæ habitat confidenter*. ſic Pagn. vertit Hebr. ET ERIT PAVOR IN EIS, ſeu *dolor*. IN DIE AEGYPTI,non felicitatis eius,ſed cladis. QVIA ABSQVE DVBIO VENIET. Hebr. *quia ecce venit*. Sic Sept. & Chald. i.citò venit dies illa, aut dolor, propter verbum : *enit*, generis feminini: nam יום *iom*. i. *dies*, maſculini generis eſt.

Cessare faciam mvltitvdinem, quia ducam eos 10
in captiuitatem, & vacua terra manebit. Vox *hamon* &
multitudinem ſignificat, quod Hieronymus ſequitur; &
tumultum, quod Chald. Ergo *ceſſare faciam tumultum*,
ex concurſu ſ. mercatorum. In manv. id eſt, per ma-
num Nabuchodonoſoris, eius operâ.

Alveos flvminvm. Hebr. *riuos ſiccitatem faciam*. 12
i. ſiccos. Militum multitudo eos bibendo exſiccabit.
Sic 4. Reg. 19. v. 24. gloriatur Sennacherib. Aut per *ri-
uos*, opes intelligit, quas ſiccabit. i. diripiet. Et tra-
dam. Hebr. *vendam* terram. In manvs pessimo-
rvm. i. eorum, quibus vendent Chaldæi. In emptori-
bus non probitas, ſed pretium conſideratur. Alieno-
rvm. i. barbarorum.

Idola de Memphis diſperdam. Vrbs Ægypti nobi- 13
liſſima ad Nili oſtia, vbi nunc *Cairus*. Hebr. *Noph*. Et
dvx de terra Ægypti non erit amplivs. Externi
dominabuntur, præerunt. Magnum genus infelicitatis.

Phathvres. De hac c. 29. v. 14. In Taphnis. Sept. 14
& Chald. *Tanes*. Hebr. *Zohan*. Et faciam ivdicia,
puniam. In Alexandria. Sic Chald. Sed ſic vo-
catur per anticipationem; nam ſic eſt dicta ab Alexan-
dro Magno. Hebr. *No*. Sept. *Dioſpolim* dixere. i. *Io-
uis vrbem*.

Svper Pelvsivm. Sic Chald. Hebr. *ſuper Sin*. Sept. 15
Sain. *Peluſium* nunc *Suez* vocatur, olim *Aſiongaber*,
portus maris Rubri. Aut potiùs *Peluſium* & *Sais* ad duo
Nili oſtia ſitæ erant; nam inter oſtia Nili Peluſiacum &
Saiticum numerantur. Vtrumque ad mare noſtrum. Ita
Sais aut *Peluſium* erat, aut illi vicina. Vocatur autem ro-
bur Ægypti, quia præcipua ciuitas, & portu munita *Pe-
luſium* clauem Ægypti vocat Suidas. Nunc *Damiata*
eſſe creditur., olim *Helíopolis*. i. *ſolis ciuitas*. De *Saitis*
Lactantius meminit lib. 1. cap. 6. Et interficiam
mvltitvdinem Alexandriæ. Sic Chald. Hebr.
No. Sept. *Memphis*.

Qvasi partvriens dolebit. Hebr. *dolendo dolebit* 16
Sis. Angvstiæ qvotidianæ erunt. Hebr. *anguſtiæ
per diem*. Non vt fures per noctem hoſtes graſſabun-
tur, ſed palàm in luce.

Heliopoleos. Hebr. *On*. i. *iniquitas*. Bvbasti. 17
Hebr. *Pibeſeth*. *Bubaſtum* ad oſtium Nili primum &
Orientale erat prope Peluſium. Et ipsæ. ſ. vrbes
ibunt in captiuitatem.

Nigrescet dies. obſcurabitur præ triſtitia. Cvm 18
contrivero ibi sceptra Aegypti. Sic Sept.
Hebr. *vectes*, quos ceruici ſ. gentium quaſi domini im-
ponebant. Ipsam nvbes operiet. i. triſtitia, mala. Fi-
liæ. i. villæ in captiuitatem ducentur. *Filias* vocat vil-
las, & minora oppida ſubdita vrbi.

In vndecimo anno captiuitatis Iechoniæ. Non ſer- 20
uant hæ Prophetiæ ordinem temporis. Iungit autem
hæc cum ijs, quæ anno 27. vidit, quia confirmant quæ
dixerat de Aegypti vaſtatione. In primo mense.
Sic Sept. Hebr. & Chald *in primo*. ſic Goth. Sed benè
ſuppletur *menſe*.

Confregi. Hoc accidit, cùm Nechao pugnauit in 21
Charcamis cum Rege Babylonio, & victus eſt: 2. Para-
lip. c. 35. v. 20. & 4. Reg. c. 24. v. 7. Nam quæ obtinebat
à flue Aegypti vſque ad Euphratem amiſit, neque ea
plaga vmquam ſanata eſt. Id ſignificant verba ſequen-
tia; Et ecce non est obvolvtvm, vt restitvere-
tvr ei sanitas. ſ. brachium Pharaonis, quod confre-
gi, non eſt obuolutum.

Et comminvam brachivm eivs forte, sed con- 22
fractvm. Sic Sept. Hebr. *confringam brachia eius for-
te & confractam*. ſ. vtrumque. Hoc eſt, qui priùs amiſit
quæ extra Ægyptum poſſidebat, nunc ipſam Ægyptum
auferam ei. Ea ſunt duo brachia.

Daboqve gladivm mevm. Vocat *ſuum*, quia Baby- 24
lonius Rex miniſter Dei erat. Gement. Hebr *gemet*.
ſ. Pharao. Gemitibvs interfecti, vt ſolet interfectus
gemere. Coram facie eivs. i. Babylonij, gemet Pha-
rao coram eo, oblitus regiæ dignitatis. Metus & dolor
decore potentior.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Væ diei. i. ô diem infelicem. Lxx. *ô ô dies*. Chald.
va ob diem.
3 Nvbis. i. turbulentus. Gentivm. ſ. perdendarum.
4 Gladivs. ſ. Chaldæorum. Æthiopia. ſ. vicina
Ægypto.
5 Lydi. Fortè venerant ad opem ferendam Ægyptijs.
Omne reliqvvm vvlgvs. Chald. *omnes coincidentes*. Chvb. i. Arabes. Fœderis. i. confœderatæ.
6 A tvrre pro, vſque ad turrim. Ea. ſ. Ægypto.
7 In medio. i. inſtar. vel ſignificat vicina etiam diſ-
ſipanda.
9 Trieribvs. i. triremibus, ſeu nauibus. Chald *legio-
nibus*. Die. ſ. calamitatis. Veniet. ſ. calamitas.
12 Aridos. ſ. vt poſsint tranſire milites Alienorvm.
Chald *impiorum*.
13 Memphis. vulgò *Cairum* dicitur.
17 Ipsæ. Lxx. *mulieres*. fortè intelliguntur vrbes ipſæ.
18 Nvbes. ſ. calamitatum obſcuritas. Chald. *velut mili-
tum nubes*.
20 Vndecimo. ſ. capti Iechoniæ.
21 Brachivm. Chald. *fortitudinem*.
22 Brachivm eivs forte. Chald. *principes fortiſſi-
mos*. Confractvm. pro, confringendum.

CAPVT XXXI.

Sublimitatem regis Pharaonis cum Aſſur comparat, & vtriuſque ſimilem prædicit interitum.

1 ET factum eſt in anno vndecimo, tertio
A menſe, vna menſis, factum eſt verbum Do-
2 mini ad me, dicens: *Fili hominis dic Pharaoni
regi Ægypti, & populo eius: Cui ſimilis factus es
3 in magnitudine tua? *Ecce Aſſur quaſi cedrus in
Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoro-
ſus, excelſuſq; altitudine, & inter condenſas
4 frondes eleuatum eſt cacumen eius. *Aquæ nu-
trierunt illum, abyſſus exaltauit illum: flumina
eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos
5 ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. *Propter-
B eà eleuata eſt altitudo eius ſuper omnia ligna re-
gionis: & multiplicata ſunt arbuſta eius, & ele-
6 uati ſunt rami eius præ aquis multis. *Cumque
extendiſſet vmbram ſuam, in ramis eius fece-
runt nidos omnia volatilia cæli, & ſub frondi-
bus eius genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum, &
ſub vmbraculo illius habitabat cœtus Gentium
7 plurimarum. *Eratq; pulcherrimus in magnitu-
dine ſua, & in dilatatione arbuſtorum ſuorum:
8 erat enim radix illius iuxta aquas multas. *Cedri
C non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes
non adæquauerunt ſummitatem eius, & plata-
ni non fuerunt æquæ frondibus illius: omne
lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, &
9 pulchritudini eius. *Quoniam ſpecioſum feci
eum, & multis condenſiſq; frondibus: & æmu-
lata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant
10 in paradiſo Dei. *Propterea hæc dicit Dominus
D Deus: Pro eo quòd ſublimatus eſt in altitudine,
& dedit ſummitatem ſuam virentem atque cō-
denſam, & eleuatum eſt cor eius in altitudine
11 ſua: *Tradidi eum in manu fortiſſimi Gentium,
faciens faciet ei: iuxta impietatem eius eieci
12 eum. *Et ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi
nationum, & proijcient eum ſuper montes, & in
cunctis conuallibus corruent rami eius, & con-
fringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus
terræ: & recedent de vmbraculo eius omnes
13 populi terræ, & relinquent eum. *In ruina
E eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in
ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtiæ regionis.

14 *Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine
ſua omnia ligna aquarum, nec ponent ſublimi-
tatem ſuam inter nemoroſa atque frondoſa, nec
ſtabunt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigan-
tur aquis: quia omnes traditi ſunt in mortem
ad terram vltimam, in medio filiorum homi-
15 num, ad eos qui deſcendunt in lacum. * Hæc
dicit Dominus Deus: In die quando deſcendi F
ad inferos, induxi luctum, operui eum abyſſo:
& prohibui flumina eius, & coërcui aquas mul-
tas: contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, & om-
16 nia ligna agri concuſſa ſunt. * A ſonitu ruinæ
eius commoui Gentes, cùm deducerem eum
ad infernum cum his qui deſcendebant in la-
cum: & conſolata ſunt in terra infima omnia
ligna voluptatis egregia atque præclara in Li-
17 bano, vniuerſa quæ irrigabantur aquis. * Nam
& ipſi cum eo deſcendent in infernum ad in- G
terfectos gladio: & brachium vniuſcuiuſque
ſedebit ſub vmbraculo eius in medio natio-
18 num. *Cui aſſimilatus es ô inclyte atque ſubli-
mis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es
cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in
medio incircumciſorum dormies, cum eis qui
interfecti ſunt gladio: ipſe eſt Pharao, & omnis
multitudo eius, dicit Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Regis Aſſyriorum gloriam deſcribit, quam cum Pharaonis gloria confert.

1 IN ANNO VNDECIMO captiuitatis Iechoniæ. TERTIO MENSE. Sic Sept. Hebr. Chald. & in Goth. *tertio*, ſine *menſe*. Is autem menſis eſt *Sinan* noſtro Maio reſpondens. VNA MENSIS. i. prima menſis die.

2 CVI SIMILIS FACTVS ES, ô Pharao. q.d. nemini, aut certè Regi Aſſyriorum.

3 QVASI CEDRVS. Regẽ Aſſyriorum cedro comparat, quæ inter alias arbores eſt pulcherrima. PVLCHER RAMIS, ſeu *frondibus*. ET FRONDIBVS NEMOROSVS. Hebr. *ramis inumbrans*.

4 AQVÆ NVTRIERVNT ILLVM. opes, copiæ, quæ affatim ſuppetebant. ABYSSVS. Iuxtà habebat lacum profundum, ne aqua in æſtate exſiccaretur. FLVMINA EIVS. ſ. abyſſi, & laci. MANABANT IN CIRCVITV RADICVM EIVS. Hebr. *ibant in circuitu plantationis eius*. i. arborum, quæ prope abyſſum erant plantatæ. Vocem *eius* refero ad abyſſum, propter affixum femininum. ET RIVOS SVOS EMISIT. ſ. abyſſus. AD VNIVERSA LIGNA REGIONIS. Hebr. *agri*, diducta per aquæductus aqua rigabat alias arbores. Significat autem Aſſyrio tantas eſſe copias, vt alijs regnis ſufficerent.

5 ALTITVDO EIVS. Hebr. *ſtatura eleuata eſt*. SVPER OMNIA LIGNA REGIONIS. Hebr. *agri*. ARBVSTA EIVS. Hebr. *rami eius*. ſic Sept. multiplicati ſunt. i. extenſi ſunt. ET ELEVATI SVNT. Hebr. *dilatati ſunt* rami eius. Significat autem Aſſyrium alijs Regibus maiorem fuiſſe, & imperium (ramos) ad nationes alias extẽdiſſe.

6 CVMQVE EXTENDISSET VMBRAM SVAM. Hoc Hebr. & Græcè iungitur cum ſuperioribus, nec eſt vox *vmbram*, ſed ſic: *dilatati ſunt rami eius in emittendo ipſum*. i. cùm ramos produceret & extenderet. Verùm Hieronymi diſtinctio commodior eſt, & vocem *vmbram* ſupplere non eſt abſonum. IN RAMIS EIVS FECERVNT NIDOS aues. Aſſyrius omnes protegebat, ad eum vndique confluebant.

7 ERATQVE PVLCHERRIMVS. *Cedrus* Hebr. eſt generis maſculini, ob id, & quoniam per *cedrum* Aſſyrius ſignificatur, Hieronymus in eo genere reliquit. ET IN DILATATIONE ARBVSTORVM TVORVM. Hebr. *ramorum ſuorum*. ſic Sept.

8 CEDRI NON FVERVNT ALTIORES ILLO. Hebr. *non obſcurarunt*, ſeu *operuerunt*. Denique cedri aliæ illa non fuerunt altiores, vt Hieronymus dixit. IN PARADISO DEI, quem initio plantauit. Aut in horto quouis amœniſſimo. Id ſignificat *paradiſus Dei*. Vox etiam *Dei* auget ſignificationem, vt *mons Dei*. ABIETES NON ADAQVAVERVNT. Hebr. *abietes non fuerunt ſimiles ramis eius*. PLATANI. Hebræi ferè *caſtaneas* vertunt, pro ערמנים *harmonim*. NON FVERVNT AEQVÆ FRONDIBVS ILLIVS. Hebr. *non fuerunt, vt rami eius*. i. ramis non fuere ſimiles. ET PVLCHRITVDINI EIVS. Hebr. *in pulchritudine eius*.

9 QVONIAM. Hebr. non eſt, ſed benè poteſt ſuppleri. FRONDIBVS. Hebr. *ramis*. ET AEMVLATA SVNT EVM. pro, inuiderunt. OMNIA LIGNA VOLVPTATIS. Hebr. *ligna Eden*. Vides hic loqui de paradiſo Geneſ. quod & v. 8. puto dicendum.

10 IN ALTITVDINE, ſiue *in ſtatura* ſublimatus eſt. ET DEDIT SVMMITATEM SVAM VIRENTEM ATQVE CONDENSAM. Hebr. *dedit ſummitatem ſuam inter condenſa*. Sept. *inter nubes*. Nimirum pro עבתים *habothim*, legerunt עננים *hanothim* i. *nubes*. Quæ fortè lectio commodior eſt. quid enim eſt, *dedit ſummitatem ſuam inter condenſa*?

11 TRADIDI EVM IN MANV FORTISSIMI GENTIVM. Sic Chaldæorum Regem vocat, à quibus Aſſyriorum imperium euerſum eſt. FACIENS FACIET. i. quod voluerit ad faciet. EIECI EVM. ſ. Aſſyrium.

12 ET SVCCIDENT EVM. Perſeuerat in metaphora de cedro. ET CRVDELISSIMI NATIONVM. Hebr. *robuſti gentium* ſ. Chaldæi. ET PROIICIENT EVM SVPER MONTES. Venti, aut ferro proſtratæ arbores in montibus iacent. ET CONFRINGENTVR ARBVSTA EIVS. Hebr. *rami eius*. IN VNIVERSIS RVPIBVS TERRÆ. Hebr. *torrentibus terra illius*, propter ה *He* demonſtratiuum. Per *ramos*, populos Aſſyrio ſubditos intelligit, qui in omnes partes diſpergentur. Sed & externi, qui ſub vmbram illius confugerant, eum relinquent, ab eo diſcedent. Id ſignificant verba poſtrema, ET RECEDENT.

13 IN RVINA EIVS. i. cadauere eius. HABITAVERVNT, ſederunt, ſeu vt Sept. *quieuerunt*, pro, quieſcent. VOLATILIA CÆLI, quæ ſ. carne veſcuntur. ET IN RAMIS EIVS FVERVNT. pro, erunt. VNIVERSÆ BESTIÆ REGIONIS? Hebr. *beſtiæ agri*. ſ. in luſtra ferarum ij rami cadent. Aut potiùs per *ramos* membra cadaueris intelligit, quæ beſtijs in eſcam cedent.

14 QVAM OB REM NON ELEVABVNTVR. Sept. *vt non exaltentur*. ſic Hebr. Hoc eſt, exemplo hoc Reges alij modeſtiam diſcent. IN ALTITVDINE SVA, ſeu *ſtatura ſua*. OMNIA LIGNA AQVARVM. Reges, qui multas copias & opes habent. INTER NEMOROSA. Sept. *in medio nubium*. De quo v. 10. NEC STABVNT IN SVBLIMITATE SVA. i. non confident. Hebr. *non ſtabunt vlmi eorum in ſublimitate ſua*. QVÆ IRRIGANTVR AQVIS. Hebr. *quæ bibunt aquas*. Sed perinde eſt. AD TERRAM VLTIMAM. Hebr. *ad terram inferiorem*. i. ſepulchrum, traditi ſunt. IN MEDIO FILIORVM HOMINVM. i. vt alij homines. AD EOS QVI DESCENDVNT IN LACVM. *Ad eos*, redundat etiam Hebr. Senſus eſt, vt alij homines, qui deſcendunt in lacum. Hebr. *puteum*. i. ſepulchrum; ita etiam omnes Reges traditi ſunt in mortem.

15 DESCENDIT AD INFEROS, obijt Aſſyrius. INDVXI LVCTVM. Hebr. *lugere feci*. OPERVI EVM ABYSSO. Hebr. *operui ſuper eum abyſſum*. ſ. veſte pulla. Abyſſo radices eius cedri rigabantur. Porrò lugere abyſſum eſt ſiccari, quod ſequentia magis declarant. ET PROHIBVI FLVMINA EIVS, ne ſ. fluerent. CONTRISTATVS EST SVPER EVM LIBANVS. Hebr. *nigreſcere feci*. i. atra veſte indui. Quare Libanus? quia in eo monte creuit cedrus verſ. 3. & per *Libanum* intelligit eius Aſſyrij regnum. OMNIA LIGNA AGRI, omnes Reges, aut etiam priuati. CONCVSSA SVNT. ſ. timore. Hebr. *exanimata ſunt*, deliquium paſſa ſunt.

16 A SONITV, propter ſonitum eius ruinæ COMMOVI GENTES. i. miratæ ſũt. ET CONSOLATA SVNT IN TERRA INFIMA. i. in ſepulchro lætati ſunt Reges alij, qui priùs

obierant

bierunt, vtrique tantum Regem obijſſe viderent. Per arbores Libani, quæ irrigabantur, aut bibebant aquas, Reges intelligit.

DESCENDENT. Hebr. *deſcenderunt*. Sic Sept. & Chald. narr. loquitur de ijs, qui iam erant mortui. ET BRACHIVM VNIVSCVIVSQVE SEDEBIT. pro, ſedebat. Tuta erat eorum potentia ſub vmbra eius. Hebr. *& brachium eius ſederunt ſub vmbra eius inter gentes*. Brachium Aſſyrij vocat Reges, qui ei auxilio erant. Aliquid ſupplendum: Deſcenderunt in infernum Reges, & brachium eius (qui) ſederunt ſub vmbra eius; & qui illi opitulati ſunt, & eius protectione & fœdere inter gentes tuti delituerunt, ij deſcenderunt in ſepulchrum. 17

CVI ASSIMILATVS ES, ô Aſſyrie. INTER LIGNA VOLVPTATIS. Hebr. *inter ligna Eden*. i. *paradiſi*. cui Regi gloria & magnitudine comparabo te? IPSE EST PHARAO. Dixerat v. 2. de Pharaone, *Cui ſimilis factus es:* Dixit ſimilem eſſe Aſſyrio, & hac de cauſa eius gloriam & exitum explicuit. Nunc concludit, Aſſyrium Pharaoni ſimilem eſſe, tum opibus, tum triſti caſu. 18

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VNDECIMO. ſ. capti Iechoniæ. VNA. i. prima. 1
MAGNITVDINE. Chald. *fortitudine*. LXX. *celſitudine*. 2

ASSVR. alij putant ſignificari Regem Aſſyriorum. Ego Pharaonem puto, ſeu Ægypti Regem; ſic enim etiam vocatur Iſa. 52. fortè quod Ægyptij ex Aſſyrijs oriundi. certè ad finem capitis dicitur, *Ipſe eſt Pharao*. 3

AQVÆ. Alludit ad aquas Nili. ſignificatur verò copia diuitiarum & militum, magnaque ditio etiam longè protenſa. EIVS. ſ. abyſſi. EMISIT. ſ. illa abyſſus opum. LIGNA. i. homines. REGIONIS. ſ. Ægypti, ſeu ſibi ſubiectæ. 4

ARBVSTA. Chald. *exercitus*. 5

VOLATILIA, &c. per hæc ſignificatur concurſus multus populi per mare & terram, in Ægyptum, cauſa negotiandi. 6

CEDRI, &c. Vel hyperbole eſt, vel intelligitur illum ſuperbe ſic putaſſe. ſ. neminem ſibi parem. quamquam hæc ad Luciferum præcipuè videantur referenda, qui putatur fuiſſe ſupremus Angelorum. 8

ÆMVLATA SVNT, &c. q. d. poterant inuidere ei quæcumque in mundo pulchra. VOLVPTATIS. Hebr. *Heden*. ſic infrà. 9

EVM. ſ. Pharaonem. FORTISSIMI. ſ. Nabuchodonoſor. EI. ſ. quod meretur. 11

ALIENI. i. externi populi, ſeu milites. 12

RVINA. q. d. trunco humi iacente. perſtat enim in metaphora arboris. 13

VLTIMAM. i. profundam. ſ. ſepulchrum, vel infernum. LACVM. i. ſepulchrum. Chald. *lacum domus perditionis*. ſ. infernum. 14

INDVXI LVCTVM. ſ. ei, vel eius regioni. Chald. *luxerunt eum*. ABYSSO. ſ. calamitatis, ſeu ſupplicij. Chald. *tribulatione*. LIBANVS. i. regio Ægypti, vbi creuerat, vt in Libano cedri. 15

CONSOLATA SVNT. ſ. eum. LXX. *conſolabantur eum*. INFIMA. ſ. poſitum. q. d. deiectum, & punitum. 16

NAM ET. pro, ſed &, Hebr. *etiam*. AD INTERFECTOS. Chald. *cum interfectis*. SEDEBIT. pro, qui ſedebat. 17

INCIRCVMCISORVM. Chald. *peccatorum*. IPSE EST PHARAO, &c. q. d. quæ hactenus dicta ſunt, de Pharaone & eius populo intelliguntur. 18

CAPVT XXXII.

Pharao quantumuis ſublimis, conterendus eſt à rege Babylonis: cuius vaſtatione plurimi reges obſtupeſcent, pluresque nationes cum eo in abyſſum detrahentur.

1 ET factum eſt, duodecimo anno, in menſe
A duodecimo, in vna menſis, factum eſt ver-
2 bum Domini ad me, dicens: *Fili hominis aſſu-
me lamentum ſuper Pharaonem regem Ægy-
pti, & dices ad eum: Leoni Gentium aſſimila-
tus es, & draconi qui eſt in mari: & ventilabas
cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas
pedibus tuis, & conculcabas flumina earum.
3 *Propterea hæc dicit Dominus Deus: *Expan- [Sup. 12. d. 13. & 17. f. 20]
dam ſuper te rete meum in multitudine popu-
lorum multorum, & extraham te in ſagena
4 mea. *Et proijciam te in terram, ſuper faciem
agri abijciam te: & habitare faciam ſuper te
omnia volatilia cæli, & ſaturabo de te beſtias
5 vniuerſæ terræ. *Et dabo carnes tuas ſuper mon-
6 tes, & implebo colles tuos ſanie tua. *Et irrigabo
B terram fœtore ſanguinis tui ſuper montes, &
7 valles implebuntur ex te. *Et operiam, cum [Iſa. 13. b. 19]
extinctus fueris, cælum, & nigreſcere faciam
ſtellas eius: ſolem nube tegam, & luna non da- [Ioel 2. b. 10 & 3. c. 15.]
8 bit lumen ſuum. *Omnia luminaria cæli mœ- [Matth. 24. c. 29]
rere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper ter-
ram tuam, dicit Dominus Deus, cùm ceciderint
vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.
9 *Et irritabo cor populorum multorum, cùm in-
duxero contritionem tuam in Gentibus ſuper
10 terras quas neſcis. *Et ſtupeſcere faciam ſuper te
populos multos: & reges eorum horrore nimio
formidabunt ſuper te, cùm volare cœperit gla-
dius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent
repente ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ.
11 *Quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis
12 Babylonis veniet tibi, *in gladijs fortium deij-
C ciam multitudinem tuam: inexpugnabiles *om-
nes Gentes hæ: & vaſtabunt ſuperbiam Ægy-
13 pti, & diſſipabitur multitudo eius. *Et perdam
omnia iumenta eius, quæ erant ſuper aquas plu-
rimas: & non conturbabit eas pes hominis vl-
trà, neque vngula iumentorum turbabit eas.
14 *Tunc puriſſimas reddam aquas eorum, & flu-
mina eorum quaſi oleum adducam, ait Do-
15 minus Deus: *Cùm dedero Terram Ægypti
deſolatam: deſeretur autem terra à plenitudine
ſua, quando percuſſero omnes habitatores eius:
16 & ſcient quia ego Dominus. *Planctus eſt, &
plangent eum: filiæ Gentium plangent eum: ſu-
D per Ægyptum, & ſuper multitudinem eius plan-
17 gent eum, ait Dominus Deus. *Et factum eſt in
duodecimo anno, in quintadecima menſis, fa-
18 ctum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Fili
hominis cane lugubre ſuper multitudinem
Ægypti: & detrahe eam ipſam, & filias Gen-
tium robuſtarum, ad terram vltimam, cum his
19 qui deſcendunt in lacum. *Quo pulchrior es?
20 deſcende, & dormi cum incircumciſis. *In me-
dio interfectorum gladio cadent: gladius datus
eſt, attraxerunt eam, & omnes populos eius.
21 *Loquentur ei potentiſſimi robuſtorum de me-
dio inferni, qui cum auxiliatoribus eius deſcen-
derunt, & dormierunt incircumciſi, interfecti
22 gladio. *Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius:
E in circuitu illius ſepulchra eius: omnes interfe-
23 cti, & qui ceciderunt gladio. *Quorum data
ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci: & facta eſt
multitudo eius per gyrum ſepulchri eius: vni-
uerſi interfecti, cadenteſque gladio, qui dede-
rant quondam formidinem in terra viuentium.
24 *Ibi Ælam, & omnes multitudo eius per gy-
rum ſepulchri ſui, omnes hi interfecti, ruenteſ-
que gladio: qui deſcenderunt incircumciſi ad

terram vltimam: qui poſuerunt terrorem ſuum
in terra viuentium, & portauerunt ignomi-
niam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum.
*In medio interfectorum poſuerunt cubile eius 25
in vniuerſis populis eius: in circuitu eius ſepul-
chrum illius: omnes hi incircumciſi, interfecti-
que gladio. dederunt enim terrorem ſuum in F
terra viuentium, & portauerunt ignominiam
ſuam cum his qui deſcendunt in lacum: in
medio interfectorum poſiti ſunt. *Ibi Mo- 26
ſoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in
circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi in-
circumciſi, interfectique & cadentes gladio:
quia dederunt formidinem ſuam in terra viuen-
tium. *Et non dormient cum fortibus, cadenti- 27
buſque & incircumciſis, qui deſcenderunt ad
infernum cum armis ſuis, & poſuerunt gla-
dios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniqui-
tates eorum in oſſibus eorum: quia terror for-
tium facti ſunt in terra viuentium. *Et tu ergo 28
in medio incircumciſorum contereris, & dor-
mies cum interfectis gladio. *Ibi Idumæa, & 29
reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt
cum exercitu ſuo cum interfectis gladio: & G
qui cum incircumciſis dormierunt, & cum
his qui deſcendunt in lacum. *Ibi principes 30
Aquilonis omnes, & vniuerſi venatores: qui
deducti ſunt cum interfectis, pauentes, & in
ſua fortitudine confuſi: qui dormierunt incir-
cumciſi cum interfectis gladio, & portauerunt
confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt
in lacum. *Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt 31
ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta
eſt gladio; Pharao, & omnis exercitus eius, ait
Dominus Deus: *quia dedi terrorem meum 32
in terra viuentium, & dormiuit in medio incir-
cumciſorum cum interfectis gladio; Pharao, &
omnis multitudo eius; ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NÆnia in Pharaonis interitu.

1 DVODECIMO ANNO captiuitatis Iechoniæ. IN MENSE DVODECIMO, præter morem Hebraicè etiam *menſis* vox exprimitur. IN VNA MENSIS, pro, in prima die menſis. Porrò menſis duodecimus eſt *Adar*, Februario reſpondens.

2 LEONI GENTIVM ASSIMVLATVS ES. Hebr. *catulo leonis*. i. qualis leo eſt inter beſtias, talis tu eras inter gentes. ET DRACONI. ſ. balænæ. ET VENTILABAS CORNV IN FLVMINIBVS EIVS. Sic Sept. Hebr. non eſt *cornu*, ſed ſic: *Et educebas flumina*. ſ. naribus emittebas aquas inſtar fluminis, ſic faciunt balænæ. FLVMINA EARVM. Hebr. & in Gotth. *eorum*. i. Gentium. גוי *Goi*. i. *gens* Hebr. eſt maſculinum. Conturbabat autem aquas, & conculcabat, quia omnia bellis miſcebat.

3 EXPANDAM, ô leo, ô balæna, rete. IN MVLTITVDINE POPVLORVM. Multi ſolent ad capiendam balænam aut leonem conuenire. Sed ea multitudo erit Chaldæorum, & eorum qui cum eis venient.

ET PROIICIAM TE IN TERRAM. Sic ſolent piſces, vt moriantur. ET HABITARE FACIAM. Inſidere ſuper cadauer tuum, vt ſolent aues ad cadauer accurrere. ſic cap. 31. v. 13.

5 COLLES TVOS. Hebr. *valles* ſine *tuos*. ſic Sept. SANIE TVA. Sept. *ſanguine tuo*. Hebr. *celſitudine tua*. i. tuo exercitu cæſo, in quo eſt tua celſitudo. aut vt R. Iona, *eiectione tua*: nam רמה *ramah*, *eiicere* ſignificat. i. cadaueribus tuis valles implebo.

6 IRRIGABO TERRAM FOETORE. i. fœtido ſanguine tuo. Hebr. *rigabo terram natantem* (quæ priùs natabat aquis) *tuam ex ſanguine tuo vſque ad montes*. i. non planа ſolùm, ſed montes natabunt ſanguine. ET VALLES. Sic Sept. Hebr. & Chald. *riui*, *torrentes*. IMPLEBVNTVR EX TE. i. tuo ſanguine. Hyperbolicè omnia.

7 ET OPERIAM .... CÆLVM. ſ. tenebris, quaſi veſte lugubri. ET NIGRESCERE FACIAM, obſcurabo ſtellas; mœrorem omnia oſtendent.

8 MOERERE FACIAM. Hebr. *nigreſcere faciam*, obtenebreſcent luminaria.

9 IRRITABO. Sic Sept. Hebr. *iraſci faciam* nimirum contra Chaldæos, qui te vaſtarunt. CVM INDVXERO CONTRITIONEM TVAM. i. famam contritionis & cladis tuæ. SVPER TERRAS QVAS NESCIS. i. ad terras remotas.

10 SVPER TE, propter te, tui caſus exemplo obſtupeſcent alij. CVM VOLARE COEPERIT GLADIVS MEVS, aut fulgurare, cùm gladium meũ diſtrinxero aduerſus eos. Chaldæi enim Ægypto euerſa in alias nationes irruent. REPENTE. Hebr. *per momenta obſtupeſcent*. SINGVLI PRO ANIMA SVA. i. vita. Hebr. *in anima ſua*. i. ex corde, ſerio. Aut metuentes, ne occidantur, obſtupeſcent.

11 VENIET TIBI gladius. ad Ægyptum redit relictis alijs gentibus.

12 IN GLADIIS FORTIVM. ſ. Chaldæorum deijciam te. INEXPVGNABILES OMNES GENTES HÆ. Hebr. *fortiſſimi gentium omnes illi*. ſ. ſunt Chaldæi. SVPERBIAM, opes, gloriam Ægypti vaſtabunt Chaldæi.

13 SVPER AQVAS PLVRIMAS. i. iuxta aquas multas, ibi paſcebantur iumenta, quæ perdam. ET NON CONTVRBABIT. Sic Chald. Hebr. *calcabit eas aquas*. Nemo hauriet inde aquas. TVRBABIT EAS, ſeu *calcabit*, quia nulla iumenta erunt quæ bibant ex ijs aquis.

14 TVNC PVRISSIMAS REDDAM, quia non erit qui turbet, aut conculcet. Hebr. *profundas reddam*. i. quietas & limpidas, vt ſolent eſſe aquæ profundæ. QVASI OLEVM ADDVCAM. Hebr. *quaſi oleum ire faciam*. i. nitidas & ſplendidas.

15 DESERETVR AVTEM TERRA. Hebr. *& terra deſerta erit*. A PLENITVDINE SVA. ſ. hominibus & iumentis, quæ eam implent, ſpoliata.

16 PLANCTVS EST. Dixit v. 2. vt aſſumeret lamentum, monodiam conficeret ſuper Pharaonem; nunc ait, Lamentatio eſt. i. materia lamentationis ſunt mala quæ dixi. PLANGENT EVM. Hebr. *eam*. ſ. Ægyptum. Porrò in imperatiuo verbum eſt, *Plangite eam*. FILIÆ GENTIVM. i. vrbes Gentium, aut *villæ*, vt Chald. *plangent*; quia hæ cantilenæ lugubres in agris magis quàm in vrbe decantantur.

17 IN DVODECIMO ANNO. Eodem ſ. quo ſuperior viſio. IN QVINTADECIMA MENSIS. ſ. duodecimi, vt v. 1. factum eſt verbum. Quod?

18 CANE LVGVBRE. Hebr. *geme*, vlula. ET DETRAHE IPSAM. Hebr. *deſcendere fac eum*. ſ. Regem, *ipſam*. ſ. Ægyptum. ET FILIAS GENTIVM ROBVSTARVM, ſiue *illuſtrium*. AD TERRAM VLTIMAM. Hebr. *infimam*. i. ſepulchrum. IN LACVM, ſeu *puteum*. i. ſepulchrum. Ergo *deſcendere fac*. i. denuntia fore vt deſcendant, moriantur.

19 QVO PVLCHRIOR. ô Rex, ſeu ô Ægypte. De vtroque intelligi poteſt. ET DORMI CVM INCIRCVMCISIS, cum impijs ſ. qui Deum non timent, neque eos ipſe tuetur.

20 IN MEDIO INTERFECTORVM. i. inter interfectos gladio cadent, mors violenta erit. GLADIVS DATVS EST, vt liberè volitet. Hebr. *gladio data eſt*, pro, dabitur *Aegyptus*. ATTRAXERVNT EAM. ſ. in ſepulchrum & mortem, vt v. 18.

21 LOQVENTVR EI. ſ. gratulabundi. Quod dixit de Aſſyrio c. 31. v. 16. hîc repetit fore, vt viri fortiſſimi in inferno de Pharaonis interitu gaudeant. DORMIERVNT INCIRCVMCISI, &c. pro, *cum incircumciſis interfectis gladio*. ſic Sept. Pagn. & Vatabl. nempe quod dixit v. 19. & c. 31. verſ. 18.

22 IBI ASSVR. Cap. 31. v. 3. dixerat, Aſſyrium eſſe ſimilem Pharaoni, nunc ait in inferno, ſeu ſepulchro (quò ſ. Pharao iuit) eſſe Aſſyrium cum ſuis, & prope

cum

eum ſepulchra illorum, omneſque gladio perijſſe.

23 DATA SVNT. i. poſita ſunt ſepulchra. IN NOVISSIMIS LACI. Hebr. *in lateribus laci. Lacum* ſeu *puteum* vocat Aſſyrij Regis ſepulchrum. De quo verſu ſuperiori, ſepulchra multitudinis eſſe in circuitu Regis; nunc alijs verbis idem repetit, ad latera regij ſepulchri eſſe ſepultos, eius milites omnes gladio interfectos, qui in hac vita alijs terrori fuerunt.

24 IBI ÆLAM. i. Rex Ælam, de quo idem dicit, quòd de Aſſyrio omnem multitudinem ſepultam circum eius Regis ſepulchrum omnes incircumciſos & gladio peremptos. PORTAVERVNT IGNOMINIAM SVAM. Victi fortaſſe in aliquo prælio & interfecti, vt alij qui in ſepulchrum deſcendunt.

25 POSVERVNT. ſ. hoſtes, aut miniſtri eius Regis. CVBILE EIVS. *Eius* in Hebr. eſt generis feminini, ſed parum ſeruantur genera. Ergo *cubile*. i. ſepulchrum eius Regis, poſuerunt in medio interfectorum. IN CIRCVITV EIVS SEPVLCHRVM ILLIVS. pro, *ſepulchra illorum*. ſ. interfectorum. Singulare pro plurali. ſic Chald. Ergo Regis ſepulchrum in medio, circùm, militum ſepulchra. INCIRCVMCISI, impij, onuſti peccatis. Præputium in quaque re vocatur quod ſuperfluit, & reijci debet. POSITI SVNT. Hebr. *poſitus*, aut *datus eſt*. Sed ſingulare pro plurali, vt Chald. aut loquitur de Rege ſolùm.

26 MOSOCH. i. Rex Cappadocum. ET THVBAL. Rex Hiſpaniæ. De quibus dicit, quod de alijs Regibus & militibus eorum dixerat, circum eorum ſepulchra, eorum milites eſſe ſepultos.

27 ET NON DORMIENT CVM FORTIBVS. ſ. Cappadoces & Hiſpani non ſunt mortui in bello, vt viri fortes, nec dormient cum incircumciſis occiſi gladio. QVI DESCENDERVNT AD INFERNVM CVM ARMIS SVIS. Armatos ſepeliunt mortes, vt indicent vſque ad mortem arma geſſiſſe, cum gladijs, quos capitibus ſupponunt. Porrò *infernus* pro ſepulchro ſumitur. ET FVERVNT INIQVITATES. i. quamuis praui, fortes tamen erant. ſ. illi incircumciſi, qui fortes erant, & vt fortes occubuerunt. ſ. illi milites, ſecùs Moſoch & Thubal.

28 ET TV ERGO. ſ. Pharao, inter incircumciſos peribis, & dormies cum interfectis. id eſt, non vt Moſoch & Thubal.

30 IBI PRINCIPES AQVILONIS OMNES. Tyrij & Sidonij. qui Ægypti comparatione Aquilonares ſunt. ET VNIVERSI VENATORES. Hebr. *& omnes Sidonij*. ſic Chald. PAVENTES. Hebr. *in timore ſuo, à fortitudine ſua pudefacti*. Ob metum animis conceptum non ſe fortes exhibuerunt, vt ſolebant. ſ. victi ſunt. INCIRCVMCISI. Quid ſi dicamus, cum incircumciſis interfectis gladio, dormierunt, vt verſ. 21? CONFVSIONEM. ſiue *ignominiam* portauerunt. ſ. victi, vt verſ. 24. vbi eſt eadem vox כלמה *chelimah*. i. *ignominia*.

31 VIDIT. Videbit eos Pharao. ſ. cùm deſcendet in lacum, & conſolabitur ſe tam multos malorum habere ſocios.

32 QVIA DEDI TERROREM MEVM. pro, dabo. Faciam vt omnes gentes Pharaonis ob cladem terreantur. DORMIVIT. pro, dormiet cum in circumciſis. Hactenus nænia, ſeu lamentatio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DVODECIMO. ſ. capti Iechoniæ. ſ. paulò poſt euerſam Ieruſalem.

2 GENTIVM. i. inter Gentes verſanti. DRACONI. i. ceto. VENTILABAS CORNV. ſ. more tauri. q. d. abutebaris potentia in tua ditione. AQVAS. i. populos. FLVMINA. i. regiones. EARVM. ſ. Gentium. LXX *tua*.

4 IN TERRAM. ſ. inſepultum. SVPER TE. i. tuum, & tuorum cadauera.

6 EX TE. i. ſanguine tuo.

7 OPERIAM, &c. q. d. ſequetur magna in tuo regno mæſtitia. ſ. luce ſignificare ſolet Scriptura proſperitatem & lætitiam. contraria verò obſcuritate & tenebris.

8 SVPER TE. i. propter te.

9 IRRITABO. i. faciam vt iraſcantur tibi. CONTRITIONEM. LXX *captiuitatem*.

10 SVPER FACIES. i. ante facies. ſ. ipſis videntibus te cædi. PRO ANIMA SVA. i. timentes vitæ ſuæ.

12 SVPERBIAM. i. opes, gloriam, & dignitatem.

13 ERANT SVPER. i. paſcebantur iuxta.

14 QVASI OLEVM. i. quietas & puras.

15 PLENITVDINE. i. habitatoribus.

16 EST. pro, erit. EVM. Hebr. *eam*. ſ. Ægyptum. FILIÆ. Chald. *villæ*. ſic & inf.

18 DETRAHE. i. prædic detrahendam. VLTIMAM. id eſt, infimam. ſ. ſepulchri. LACVM. i. ſepulchrum. Erant ſepulchra velut ciſternæ, vt etiam nunc fit in quibuſdam Eccleſiis.

19 QVO. id eſt, quonam. q. d. cui te, ô Ægypte, præfers? PVLCHRIOR Chald. *potentior*. INCIRCVMCISIS. Chald. *peccatoribus*. ſic & inf.

20 ATTRAXERVNT. ſ. ad mortem. EAM. ſ. Ægyptum.

21 LOQVENTVR, &c. q. d. conuerſabitur illic cum ſui ſimilibus.

22 IBI. ſ. in ſepulchro vel potiùs inferno.

23 DATA. i. poſita. VIVENTIVM. i. fidelium. Chald. *Iſrael*. ſic & inf.

24 SVI. i. eius. PORTAVERVNT, &c. i. dederunt vitæ ignominioſæ pœnas.

25 ILLIVS. ſ. populi.

26 MOSOCH. i. Cappadoces. THVBAL. i. Iberi, ſeu Hiſpani. Quidam tamen Italos intelligunt. ILLIVS. i. multitudinis.

27 CVM ARMIS SVIS, &c. q. d. in lecto ſeu domi ſuæ, naturali morte. ET FVERVNT, &c. q. d. eorum oſſa propter illorum peccata proiicientur inſepulta.

28 TV. ſ. ô Pharao.

30 AQVILONIS. ſ. Aſſyrij, & Chaldæi. VENATORES. Hebr. & Chald. *Sidonij*.

32 DEDI. ſ. per eos. q. d. ego ſum vſus eorum miniſterio contra Iſrael, ſed illi abuſi potentia ſua.

CAPVT XXXIII.

Si ſpeculator viſum imminens malum non annuntiauerit, reus erit per euntium: quod ſi annuntiauerit, ſolus is qui ſibi non cauit reus erit. Iuſtus quoque ſi ſuam deſerat iuſtitiam, damnabitur; & impius ſi conuertatur, ſaluabitur. Nec confidant de terra ſibi data in promiſſionem, quoniam propter ſuas iniquitates perdentur, & terra in ſolitudinem redigetur.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
2 cens: * Fili hominis loquere ad filios popu-
A li tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero ſu-
per eam gladium, & tulerit populus terræ vi-
rum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit
3 eum ſuper ſe ſpeculatorem: * & ille viderit gla-
dium venientem ſuper terram, & cecinerit buc-
4 cina, & annuntiauerit populo: * Audiens autem,
quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe ob-
ſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum:
5 ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. * Sonum
buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis
eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam
6 ſuam ſaluabit. * Quòd ſi ſpeculator viderit gla-
B dium venientem, & non inſonuerit buccina: &
populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius,
& tulerit de eis animam: ille quidem in iniqui-
tate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de
7 manu ſpeculatoris requiram. * [a] Et tu fili homi- [a] Sup. 3. d. 17
nis, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: audiens
ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex
8 me. * Si me dicente ad impium: Impie, morte
morieris: non fueris locutus vt ſe cuſtodiat im-
pius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua mo-
rietur, ſanguinem autem eius de manu tua re-

 quiram.

quitam.* Si autem annuntiante te ad impium 9
vt à viis ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus
à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò
tu animam tuam liberaſti.* Tu ergo fili homi- 10
nis dic ad domum Iſraël: Sic locuti eſtis, dicen- C
tes: Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper
nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo
Sup. 18. g. 24 ergo viuere poterimus?* Dic ad eos: Viuo ego, 11
dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, ſed
vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Con-
uertimini, conuertimini à viis veſtris peſſimis: &
quare moriemini domus Iſraël?* Tu itaque fili 12
hominis dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti non
liberabit eum in quacumque die peccauerit: &
impietas impij non nocebit ei, in quacumque
die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus
non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacumque
die peccauerit.* Etiam ſi dixero iuſto quòd vita 13
viuat, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquita-
tem: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, &
in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa mo-
rietur.* Si autem dixero impio: Morte morie- 14
ris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, fece- D
ritque iudicium & iuſtitiam,* & pignus reſti- 15
tuerit ille impius, rapinamque reddiderit, in
mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quid-
quam iniuſtum: vita viuet, & non morietur.
* Omnia peccata eius, quæ peccauit, non impu- 16
tabuntur ei: iudicium & iuſtitiam fecit, vita vi-
uet.* Et dixerunt filij populi tui: Non eſt æqui 17
ponderis via Domini: & ipſorum via iniuſta eſt.
Cùm enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, fece- 18
ritque iniquitates, morietur in eis.* Et cùm re- 19
ceſſerit impius ab impietate ſua, feceritque iu-
Sup. 18. g. 25 dicium & iuſtitiam, viuet in eis.* Et dicitis: 20
Non eſt recta via Domini. Vnumquemque iux-
ta vias ſuas iudicabo de vobis, domus Iſrael.* Et 21
factum eſt in duodecimo anno, in decimo men- E
ſe, in quinta menſis transmigrationis noſtrę, ve-
nit ad me qui fugerat de Ieruſalem, dicens: Va-
ſtata eſt ciuitas.* Manus autem Domini facta 22
fuerat ad me veſpere, antequam veniret qui fu-
gerat: aperuitque os meum donec veniret ad
me manè, & aperto ore meo non ſilui ampliùs.
* Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: 23
* Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper 24
humum Iſrael, loquentes aiunt: Vnus erat A-
braham, & hereditate poſſedit terram: nos au-
tem multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſ-
ſionem.* Idcircò dices ad eos: Hæc dicit Do- 25
minus Deus: Qui in ſanguine comeditis, & F
oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras, &
ſanguinem funditis: numquid terram heredita-
te poſſidebitis?* Stetiſtis in gladiis veſtris, feci- 26
ſtis abominationes, & vnuſquiſque vxorem pro-
ximi ſui polluit: & terram hereditate poſſide-
bitis?* Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus 27
Deus: Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant,
gladio cadent: & qui in agro eſt, beſtiis tradetur
ad deuorandum: qui autem in præſidiis & ſpe-
luncis ſunt, peſte morientur.* Et dabo terram 28
in ſolitudinem, & in deſertum, & deficiet ſuper-
ba fortitudo eius: & deſolabuntur montes Iſ-
raël, eò quòd nullus ſit qui per eos tranſeat.* Et 29
ſcient quia ego Dominus, cùm dedero terram
eorum deſolatam & deſertam, propter vniuer-
30 ſas abominationes ſuas, quas operati ſunt.* Et
G tu fili hominis: filij populi tui, qui loquuntur de
te iuxta muros, & in oſtijs domorum, & dicunt
vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum lo-
quentes: Venite, & audiamus quis ſit ſermo
31 egrediens à Domino.* Et veniunt ad te, quaſi ſi
ingrediatur populus, & ſedent coram te popu-
lus meus: & audiunt ſermones tuos, & non fa-
ciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt il-
32 los, & auaritiam ſuam ſequitur cor eorum.* Et es
eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulcique
ſono canitur: & audiunt verba tua, & non fa-
33 ciunt ea.* Et cùm venerit quod prædictum eſt
(ecce enim venit) tunc ſcient quòd prophetes
fuerit inter eos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MOnet Deus Prophetam, vt populo denuntiet omnia quæ viderit.

2 AD FILIOS POPVLI TVI, ad populares, ciues tuos loquere. TERRA CVM INDVXERO. Latinè ſic, *Cum induxero ſuper terram gladium.* i. bellum. DE NOVISSIMIS SVIS, de plebe. Sept. *de ſuis.* Chald. *de medio ſui.* Hebr. *de finibus ſuis*, è ſuorum ſ. numero conſtituerit ſpeculatorem aliquem.

3 ET ILLE VIDERIT GLADIVM VENIENTEM. i. hoſtes, & cecinerit buccina.

4 AVDIENS AVTEM, QVISQVIS ILLE EST. pro, ſiquis audierit ſonum tubæ. ET NON SE OBSERVAVERIT, non ſibi cauerit. SVPER CAPVT EIVS ERIT, ipſe ſuæ mortis reus erit & cauſa, alium accuſare non poterit. Idem ſignificat verſ. proximo. *Sanguis eius in ipſo erit.* Quòd ſi ſpeculator non inſonuerit, & gladius

6 TVLERIT DE EIS ANIMAM. i. & gladius occiderit aliquem, ille quidem ſcelerum pœnas morte dedit, & tamen ſpeculator reus erit.

7 SPECVLATOREM DEDI TE. Explicat quorſum id potuerit exemplum. ANNVNTIABIS EIS EX ME, meis verbis, meo nomine.

10 SIC LOCVTI ESTIS. Sic Sept. & Chald. Sed quoniam *Chen*, aliquando ſignificat *rectè*, vt Numer. 27 verſ. 5. vbi nos, *iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad:* ideò hoc loco quidam vertunt, *Rectè locuti eſtis, cùm dicitis: Iniquitates noſtræ ſuper nos ſunt*, ſeu *contra nos.* ET IN IPSIS NOS TABESCIMVS, ſeu *liqueſcimus*, diſſoluimur.

11 NOLO MORTEM, voluntate antecedenti. ET QVARE MORIEMINI. Vos ipſi mortis veſtræ eſtis cauſa, quia conuerti non vultis. Per nos ſtat, quominùs ſalus detur. Ita ſi impius conuerſus fuerit, viuet.

15 ET PIGNVS RESTITVERIT. ſ. quod violenter à paupere accepit. Pauca opera iuſtitiæ pro omnibus ponit, IN MANDATIS VITÆ. pro, denique in mandatis vitæ ambulauerit. Ea ſumma iuſtitiæ eſt.

16 NON IMPVTABVNTVR EI. Hebr. *non recordabuntur peccata eius*, paſſiuè.

17 NON EST ÆQVI PONDERIS. Hebr. *non eſt æqua via Domini.* Sept. *non recta via Domini.* Sic populus. Reſponſio: ET IPSORVM VIA INIVSTA EST. Ipſi potiùs ſunt iniuſti, non via mea.

20 IVDICABO DE VOBIS. Hebr. *iudicabo vos.* *Vnuſquiſque* (quæ vox præceſſit) eſt nomen collectiuum, & poteſt cum plurali iungi, vt hic fit.

21 IN D[VO]DECIMO ANNO, captiuitatis Iechoniæ. Id ſignificat quod addit, *Transmigrationis noſtræ*: nam Ezechiel tum puer iuit cum Iechonia in Chaldæam. IN DECIMO MENSE. Sic Sept. Hebr. & Chald. *in decimo*, ſed intelligitur *menſe.* VENIT AD ME, QVI FVGERAT. Hebr. *qui euaſerat* de Ieruſalem.

22 MANVS AVTEM DOMINI. i. ſpiritus prophetiæ me inuaſit. VESPERE, pridie eius diei, quo venit qui euaſerat, APERVITQVE OS MEVM, dedit loquendi libertatem, vt cap. 24. verſ. 27. & cap. 29. v. 21. Aut fecit, vt ſemper prophetarem, non ſilerem. DONEC VENIRET

AD ME MANE, qui euaſerat. ET APERTO ORE, non per interualla, vt antè, ſed continuo prophetaui ſermone. Extremæ miſeriæ loquendi libertatem dare ſolent.

QVI HABITANT IN RVINOSIS HIS. Hebr *qui habitant in ſolitudinibus iſtis.* ſic Chald. i. qui remanſerunt in Ieruſalem iam vaſtata, ſibi in ea promittunt quietem hoc argumento: Vni Abraham data eſt terra iure hereditario, magis dabitur nobis, qui multi ſumus. IN POSSESSIONEM, ſiue *hereditatem*, vt ſ. perpetuò eam retineamus. 24

QVI IN SANGVINE COMEDITIS. Hebr. *ſuper ſanguinem.* i. *innocentem*, vt Chald. cùm illum effuderitis, non curatis, ad prandium itis. Vel *ſuper ſanguinem.* i. *cum ſanguine*: Pagn. ſ. carnes cum ſanguine comeditis, quod lege vetitum eſt. ET OCVLOS VESTROS LEVATIS, vt ſ. adoretis. AD IMMVNDITIAS VESTRAS. i. idola, quæ *ſordes* Hebr. vocantur, quoniam cultores inficiunt. ET SANGVINEM FVNDITIS. Ne ſit repetitio illud, *In ſanguine comeditis*, explicant illud de ijs, qui cum ſanguine comedebant carnes. 25

STETISTIS IN GLADIIS. *Fidiſtis in ijs*, vt Chald. Alij, *parati eratis in gladijs ad effundendum ſanguinem.* FECISTIS ABOMINATIONES. ſ. cum vxoribus alienis, vt mox explicat. 26

QVI IN RVINOSIS. Hebr. *in ſolitudinibus* habitant, vt v. 24. GLADIO CADENT, non erunt tuti, qui manent in ruinis Ieruſalem. Hebr. eſt paronomaſia. חֳרָבוֹת *haraboth* & חֶרֶב *hereb*, quæ Latinè exprimi non poteſt. 27

DEFICIET SVPERBA FORTITVDO EIVS. Hebr. *ſuperbia fortitudinis eius.* ſ. ne ampliùs viribus ſuis fidant. EO QVOD. pro, ita vt nullus per eos montes tranſeat. Hebr. *a non tranſeunte.* i. vt nullus tranſeat. Vertit mox ſermonem ad Prophetam, quem populus irridebat. 28

QVI LOQVVNTVR DE TE. Hebr. *in te.* i. *murmurant*, vt Chald. Loquendi verbum cùm conſtruitur cum *Beth*, *obloqui* ſignificat, aut potiùs *irridere*: Hebr. Schol. IVXTA MVROS, ET IN OSTIIS. ſ. in circulis, in ſuis conuenticulis. VENITE, ET AVDIAMVS. Ea eſt irriſio. q. d. Audiamus huius Ezechielis nugas. Verba ſunt Dei ad Ezechielem. 30

QVASI SI INGREDIATVR POPVLVS. i. cateruatim veniunt ad te. QVIA IN CANTICVM. Hebr. *quia irriſionem in ore ſuo faciunt.* Irrident quæ dicis. Alij, *cantiones amatorias faciunt.* ſ. componunt carmina de ijs quæ dicis, vt ſolent qui amant. Ij ſunt qui AVARITIAM SVAM, non veritatem ſectantur, ſed ſua lucra. 31

ET ES EIS QVASI CARMEN MVSICVM. Sept. *vox pſalterij.* Chald. *cantio organorum.* Alij, *cantio amatoria.* q. d. oblectantur cùm te audiunt, ac ſi carmina & cantionem audirent; ceterùm nihil faciunt eorum quæ dicis. 32

CVM AVTEM VENERIT QVOD PRÆDICTVM EST. Hebr. *& cùm venerit illud.* ſ. quod tu dicis. ECCE ENIM VENIT. Verba ſunt Dei. propè eſt vt illud veniat. Tunc ex euentu cognoſcent fuiſſe inter eos Prophetam. 33

EMANVELIS SA NOTATIONES.

GLADIVM. i. hoſtes. DE NOVISSIMIS SVIS. i. infimis. Chald. *de medio ſui.* 2

OBSERVAVERIT. i. cauerit ſibi. SANGVIS, &c. quaſi dicat, ipſe ſibi eſt cauſa mortis. 4

IN IPSO ERIT. i. ipſi imputabitur mors ſua. ſcilicet ſi occidatur. 5

ANIMAM. i. aliquem. IN INIQVITATE. i. ob iniquitatem. REQVIRAM. quaſi dicat, illum puniam vt homicidam. 6

DICENTE. ſ. per te. 8

SVPER NOS SVNT. q. d. grauant nos. 10

VIVERE IN IVSTITIA SVA. Lxx *ſaluari.* 12

VIVAT. Hebr. Chald. & Lxx. *viuet.* q. d. ſaluabitur. 13

RESTITVERIT. ſ. pauperi. VITÆ. i. ad vitam ducentibus. ſ. æternam. 15

ÆQVI PONDERIS. i. æqua. Lxx. *recta.* ET IPSORVM. pro, immò ipſorum. INIVSTA. Chald. & Lxx. *non recta.* 17

18 IN EIS. i. propter eas.

22 DONEC. pro, cum. NON SILVI. q. d. liberè locutus ſum, vt qui prædixiſſem, quæ videbant impleta ipſi.

24 RVINOSIS. i. deſolatis locis. HIS pro, illis. VNVS. ſ. Dei cultor. POSSESSIONEM. ſ. perpetuam.

25 IN SANGVINE. i. cum ſanguine. ſ. contra legem. IMMVNDITIAS. ſ. idola. Chald. *cultum idolorum.*

26 IN GLADIIS. i. cum gladiis. ſ. ad effundendum ſanguinem.

27 CADENT. id Godoliæ accidit.

31 QVASI SI &c. i. multi ſimul. Chald *vt ſolent diſcipuli.* CANTICVM. q. d. contemnunt, ſeu rident.

CAPVT XXXIV.

Ex manibus paſtorum, qui neglecto grege tantum quæ ſua ſunt quærunt, dicit Dominus ſe oues ſuas liberaturum: quodque eas in iudicio paſcet, ſuſcitaturus ſuper eas ſeruum ſuum Dauid, ſub quo in omni terræ vbertate ſecurè paſcantur: oſtenditque gregem ſuum eſſe populum Iſraël, & ſe Deum ipſorum.

1 ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
2 cens: Fili hominis propheta de paſtoribus
A Iſraël: propheta, & dices paſtoribus: Hæc dicit
Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſraël, qui Ier. 23. a. 1
paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtori- Sup. 13. a. 3
3 bus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis ope-
riebamini; & quod craſſum erat occidebatis:
4 gregem autem meum non paſcebatis. Quod
infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægro-
tum non ſanaſtis, quod confractum eſt non al-
ligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, &
quod perierat non quæſiſtis: ſed cum auſterita-
5 te imperabatis eis, & cum potentia. Et diſper-
ſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor: &
factæ ſunt in deuorationem omnium beſtia-
6 rum agri, & diſperſæ ſunt. Errauerunt greges
B mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle
excelſo: & ſuper omnem faciem terræ diſperſi
ſunt greges mei, & non erat qui requireret, non
7 erat, inquam, qui requireret. Propterea paſto-
8 res audite verbum Domini: Viuo ego, dicit
Dominus Deus: quia pro eo quòd facti ſunt
greges mei in rapinam, & oues meæ in deuora-
tionem omnium beſtiarum agri, eò quòd non
eſſet paſtor: neque enim quæſierunt paſtores
mei gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſe-
9 metipſos, & greges meos non paſcebant: pro-
10 pterea paſtores audite verbum Domini: Hæc
C dicit Dominus Deus: Ecce ego ipſe ſuper pa-
ſtores requiram gregem meum de manu eo-
rum, & ceſſare faciam eos vt vltrà non paſcant
gregem, nec paſcant ampliùs paſtores ſemetip-
ſos: & liberabo gregem meum de ore eorum, &
11 non erit vltrà eis in eſcam. Quia hæc dicit Do-
minus Deus: Ecce ego ipſe requiram oues meas,
12 & viſitabo eas. Sicut viſitat paſtor gregem
ſuum, in die quando fuerit in medio ouium
ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, &
liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſper-
13 ſæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam
D eas de populis, & congregabo eas de terris, & in-
ducam eas in terram ſuam: & paſcam eas in
montibus Iſraël, in riuis, & in cunctis ſedibus
14 terræ. In paſcuis vberrimis paſcam eas, & in
montibus excelſis Iſraël erunt paſcua earum: ibi
requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis
15 pinguibus paſcentur ſuper montes Iſraël. Ego
paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam,

dicit Dominus Deus. * Quod perierat requi- 16
ram,& quod abiectum erat reducam, & quod
confractum fuerat alligabo, & quod infirmum
fuerat conſolidabo,& quod pingue & forte cu-
ſtodiam:& paſcam illas in iudicio. * Vos autem 17
greges mei, hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego
iudico inter pecus & pecus, arietum & hirco-
rum. * Nonne ſatis vobis erat paſcua bona de- 18
paſci? inſuper & reliquias paſcuarum veſtrarum E
conculcaſtis pedibus veſtris: & cùm puriſſi-
mam aquam biberetis, reliquam pedibus ve-
ſtris turbabatis. * Et oues meæ his, quæ concul- 19
cata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur: &
quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant.
* Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: 20
Ecce ego ipſe iudico inter pecus pingue, & ma-
cilentum: * pro eo quòd lateribus & humeris 21
impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis
omnia infirma pecora, donec diſpergerentur fo-
ras: * ſaluabo gregem meum,& non erit vltra in 22
rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. * ᵃ Et 23
SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, F
qui paſcat eas, ſeruum meum Dauid: ipſe pa-
ſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. * Ego autem 24
Dominus ero eis in Deum: & ſeruus meus Da-
uid princeps in medio eorum: ego Dominus
locutus ſum. * Et faciam cum eis pactum pacis, 25
& ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra: &
qui habitant in deſerto, ſecuri dormient in ſal-
tibus. * Et ponam eos in circuitu collis mei be- 26
nedictionem: & deducam imbrem in tempore
ſuo: pluuiæ benedictionis erunt. * Et dabit li- 27
gnum agri fructum ſuum, & terra dabit ger- G
men ſuum, & erunt in terra ſua abſque timore:
& ſcient quia ego Dominus, cùm contriuero
catenas iugi eorum, & eruero eos de manu im-
perantium ſibi. * Et non erunt vltrà in rapinam 28
in Gentibus; neque beſtiæ terræ deuorabunt
eos: ſed habitabunt confidenter abſque vllo
terrore. * Et ſuſcitabo eis germen nominatum: 29
& non erunt vltrà imminuti fame in terra, ne-
que portabunt vltrà opprobrium gentium. * Et 30
ſcient quia ego Dominus Deus eorum cum eis,
& ipſi populus meus domus Iſraël: ait Dominus
Deus. * ᵇ Vos autem greges mei, greges paſcuæ 31
meæ, homines eſtis: & ego Dominus Deus ve-
ſter, dicit Dominus Deus.

ᵃ Ioan. 1. g. 45. & 10. b. 11. Iſa. 40. c. 18. Ioan. 9. g. 24. Oſee 3. b. 5.

ᵇ Ioan. 10. b. 11.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ACcuſat paſtores Iſrael, & Chriſti veri paſtoris aduentum promittit.

Qvi pascebant semetipsos. Aut *pauerunt*, ſuam 2
ſ. vtilitatem captantes, non gregis commiſſi.

Lac comedebatis. חלב *halab* pro ratione puncto- 3
rum & *lac*, & *adipem* ſignificat. Vtroque modo idem ſenſus. Gregis prouentu, lacte lana, carnibus fruebamini. Occidebatis. Hebr. *ſacrificabatis*. Sed *ſacrificare*, *occidere* eſt. Gregem. Sept. *oues*. Verùm צאן *zon gregem*, *pecus*, rarò *oues* tantùm ſignificat, aut *capras*.

Qvod infirmvm. Hebr. *infirmas*, ſupple, oues. Sic 4
quæ ſequuntur ſed numero ſingulari: *ægrotam*, *confractam*. pro, ægrotas, confractas. Qvod abiectvm est. Hebr. *expulſam*, ſiue *errantem*, vt Sept. & Chald. non reduxiſtis. Qvod perierat, comeſtum à lupis non quæſiſtis antequam periret; aut cùm neſciretur vbi eſſet, non quæſiuiſtis. Sed cvm avsteritate. cum violentia. Et cvm potentia, cum ferocia, tyrannice imperabatis.

8 Oves meæ. Hebr. *grex*, ſeu *greges mei* צאני *zoni*, quia deuoratæ ſunt.

10 Ecce ego ipse. ſ. venio aut loquor. Svper pastores. Hebr. *ad paſtores*, pro, contra paſtores. De manv eorvm, eos ad rationes vocabo. Vt vltra non pascant, id illis munus detraham. De ore eorvm. i. ingluuie, ne quod craſſum fuerit, occidant, & ex eo veſcantur, gregem liberabo.

11 Ecce ego ipse, non alijs delegabo eam curam. Reqviram oves meas, gregem. Et visitabo eas. Hebr. *quæram*. Hoc cap. ſæpe repetitione eſt vſus, quò mali magnitudinem exaggeraret.

12 Sicvt visitat pastor. Hebr. *quærit*. In die qvando fverit. i. cum ad caulas veniens inuenit oues diſperſas, ſeu *gregem*, cum quo, quoniam nomen collectiuum, iungit plurale, *diſſipatarum*. Sic visitabo. Hebr. *ſic quæram gregem meum*. In die nvbis et caliginis. i. tempore captiuitatis.

13 Et indvcam eas in terram svam. i. in patriam ſuam, vnde fuerant eiecti ob paſtorum culpam. In montibvs Israel, in rivis, hoc eſt vbique, in locis omnibus liberè paſcentur. Et in cvnctis sedibvs terræ. Hebr. *habitationibus* (vt Chald. & Sept.) *terræ iſtius*. i. Iſraeliticæ, propter ה *He* demonſtratiuum, *paſcam*. i. eas. Poteſt hoc etiam de Gentium vocatione intelligi & liberatione à captiuitate diaboli.

14 Ervnt pascva in montibus Iſrael. Sept. *ouilia*. Hebr. *erit caula*. Earvm. Hebr. *eorum*. ſic Goth. eorum. i. gregum. Ibi reqviescent in herbis virentibvs. Hebr. *ibi requieſcent in caula bona*. In herbis paſcuntur greges, in caula quieſcunt.

16 Qvod abiectvm erat. De hoc v. 4. nam hic ferè repetitur quod ibi dictum erat, vt oſtendat Deus ſe facturum, quod paſtores non fecerunt. Pingve et forte cvstodiam. Sic Sept. Hebr. *diſperdam*. Sic Chald. *conſumam*. i. iugulabo, vt in familiæ eſcam cedat, aut extenuabo detracto pabulo, ne adeps exitio ſit; aut per *pingue* potentes intelligit, qui violenter alios opprimunt, pro אשמיד *aſmid*, *diſperdam*, vt nunc eſt, Hieronymus & Sept. legerunt *aſmir*, *cuſtodiam*. Littera vna in aliam ſimillimam eſt mutata. Pascam illas in ivdicio, ſingulis dabo quod illis erit vtile.

17 Inter pecvs et pecvs, iudico ſic melius quàm *inter ouem & ouem*, vt Sept. Id ſignificat שה *ſeh*. *agnum* & *hœdum*, cùm ſunt teneri. Arietvm et hircorvm, ſeu *arietes & hircos*. Goth. *arietem & hircum*. Explicatio eius quod dixit, *paſcam illas in iudicio*. Alijs locis paſcuntur arietes, alijs hirci.

18 Nonne satis. Hircos alloquitur, & eorum nomine diuites & potentes. Cvm pvrissimam aqvam biberetis. Sic Sept. Hebr. *profundam*. ſed *profunda*, limpida eſt, reliquam conculcaſtis.

19 Et oves meæ, ſiue *grex meus*. Hebr. *Zoni*. ſed per *gregem* bene hic intelliguntur oues, vt ab hœdis diſtinguantur; quos accuſat paſcua & aquas conculcare, vnde oues paſcantur & bibant. Qvæ pedes vestri tvrbaverant. Hebr. *conculcationem* (quaſi cœnum) *pedum veſtrorum bibunt oues*.

20 Ivdico inter pecvs pingve, vt ſ. pingue diſperdam, macilentum foueam.

21 Lateribvs et hvmeris. i. viribus veſtris. Impingebatis. Hebr. *expuliſtis*, ô hirci. Ventilabatis. Hebr. *cornu petiſtis*, donec infirmiores è grege eijceretis, vos diuites eos qui erant pauperes. Omnia infirma. Hebr. in genere feminino, quoniam de grege & ouibus loquitur.

23 Pastorem vnvm ſuſcitabo. hic eſt Chriſtus. Multi antè paſtores erant, non profuit multitudo: Ierem. 12. verſ. 10. Nunc vnus paſtor erit. i. paſtorum Princeps. Servvm mevm David. Sic Chriſtus vocatur filius Dauid hoc & multis locis, de quo Auguſtinus de Octo Dulcidij quæſt. quæſt. 5. Ad Hebr. 7. verſ. 23. in veteri Teſtamento plures fuiſſe ſacerdotes ait, at in Nouo vnum. i. Chriſtum, non quòd alij ſacerdotes non ſint, ſed quòd ipſe Princeps, quippe viuens in æternum; ſe-

cùs in veteri Teſtamento, vbi multi Principes ſacerdotum erant, quia morte prohibebantur permanere.

ET SERVVS MEVS DAVID. i. Chriſtus. Ecce *ſeruus* 24
vocatur, quà ſ. eſt homo.

ET FACIAM CVM EIS. Hebr. *eis.* ſic Gotth. ſic Sept. 25
& Chald. PACTVM PACIS. Sic Euangelium, quoniam Chriſtus omnia pacificauit: ad Coloſ. 1. verſ. 20. ET CESSARE FACIAM BESTIAS. Lupos, qui lacerant gregem, gentes inimicas mihi ſubijciam, non ampliùs in gregem irruent. Porrò ſublatis beſtijs etiam in deſerto ſecuri erunt.

PONAM EOS IN CIRCVITV COLLIS MEI BENEDI- 26
CTIONEM. i. faciam, vt gentes beatos prædicent eos, qui habitauerint in colle meo. Hebr. *ponam eos, & circuitus collis mei benedictionem.* pro, in benedictionem. Faciam, vt non ipſi tantùm, ſed vicinæ gentes felices ſint. PLVVIÆ BENEDICTIONIS ERVNT. i. copioſæ, vtiles, non noxiæ.

ET TERRA DABIT GERMEN SVVM. Hebr. *fructum* 27
ſuum. CVM CONTRIVERO CATENAS. Sic Sept. alij *vectes*, aut *vincula.* IMPERANTIVM SIBI. Hebr. *facientium ſeruire in eis.* i. ſibi.

GERMEN NOMINATVM. Hebr. *plantam in nomen.* 29
i. nobilem, quæ ſit frugifera, ſuſcitabo, cuius fructus famem depellat. ET NON ERVNT VLTRA IMMINVTI FAME. Hebr. *non erunt vltra conſumpti fame.* Planta illa eos alet. Id germen & planta Chriſtus eſt: Iſai. 11. verſ. 1. Ierem. 23. v. 5.

HOMINES ESTIS. q. d. Hactenus gregis nomine, non 31
de pecudibus ſum locutus, ſed de hominibus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CONSOLIDASTIS. Chald. & Lxx. *confortaſtis.* AB- 4
IECTVM. Chald & Lxx. *errans.* POTENTIA. i. ſæuitia. q. d. tyrannicè.

PASTOR. ſ. ſuum officium faciens. 5

SVPER PASTORES, &c. Chald. *ſuper gubernatores* 10
mittam furorem meum.

NVBIS ET CALIGINIS. i. calamitoſo. 12

RIVIS. Lxx. *vallibus.* SEDIBVS. Chald. & Lxx. *ha-* 13
bitationibus.

IN IVDICIO. i. vt par eſt. 16

IVDICO. i. diſcerno, ſeu cauſas iudico. INTER PE- 17
CVS, &c. Chald. *inter virum & virum, peccatores & impios.*

NONNE, &c. Hæc ad gregem, de quo proximè. ſ. ad 18
malos dicuntur.

PECVS PINGVE, &c. Chald. *virum diuitem & paupe-* 20
rem. Lxx. *ouem fortem & infirmam.*

IMPINGEBATIS. i. impellebatis. ſ. pauperes. 21

DAVID. i. Chriſtum, cuius Dauid figura. 23

LOCVTVS SVM, adeoque ita fiet. 24

BESTIAS, &c. ſ. dæmonum poteſtatem, & malorum. 25
SECVRI, &c. q. d. erit pax inter fideles, & tuta ab iniuriis vita.

COLLIS. ſ. Eccleſiæ. Lxx. *montis.* Chald. *ſanctuarij.* 26
BENEDICTIONEM. Chald. *& erunt benedicti.* BENEDICTIONIS. i. fructiferæ, & non nociuæ.

EORVM. ſ. pecorum. i. fidelium Chriſti ouium. 27

GERMEN NOMINATVM. i. celebrem plantam. ſ. Chri- 29
ſtum, vel populum Chriſtianum. Chald. *plantationem permanentem.* Lxx. *plantam pacis.* IMMINVTI. i. conſumpti. Lxx. *pereuntes.* GENTIVM. i. à Gentibus.

HOMINES. q. d. quæ dixi pecora, homines ſunt. 37
Chald. *domus Iſrael.*

CAPVT XXXV.

Montis Seir ſiue Idumæorum futura vaſtatio, eò quòd populum Dei afflixerint.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
* Fili hominis pone faciem tuam aduerſum 2
montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi: A
* Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te 3
mons Seir, & extendam manum meam ſuper
4 te, & dabo te deſolatum atque deſertum. * Vr-
bes tuas demoliar, & tu deſertus eris: & ſcies
5 quia ego Dominus. * Eò quòd fueris inimicus
B ſempiternus, & concluſeris filios Iſraël in ma-
nus gladij in tempore afflictionis eorum, in
6 tempore iniquitatis extremæ. * Propterea viuo
ego, dicit Dominus Deus: quoniam ſanguini
tradam te, & ſanguis te perſequetur: & cùm
7 ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te. * Et
dabo montem Seir deſolatum atque deſertum:
8 & auferam de eo euntem, & redeuntem. * Et
implebo montes eius occiſorum ſuorum: in
collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torren-
9 tibus interfecti gladio cadent. * In ſolitudines
C ſempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non ha-
bitabuntur: & ſcietis quia ego Dominus Deus.
10 * Eò quòd dixeris: Duæ gentes, & duæ terræ
meæ erunt, & hereditate poſſidebo eas: cùm
11 Dominus eſſet ibi: * Propterea viuo ego, dicit
Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, &
ſecundùm zelum tuum, quem feciſti odio ha-
bens eos: & notus efficiar per eos cùm te iudi-
12 cauero. * Et ſcies quia ego Dominus audiui vni-
uerſa opprobria tua, quæ locutus es de monti-
D bus Iſrael, dicens: Deſerti, nobis ad deuoran-
13 dum dati ſunt. * Et inſurrexiſtis ſuper me ore
veſtro, & derogaſtis aduerſum me verba veſtra:
14 ego audiui. * Hæc dicit Dominus Deus: Lætan-
te vniuerſa terra, in ſolitudinem te redigam.
15 * Sicuti gauiſus es ſuper hereditatem domus Iſ-
raël, eò quòd fuerit diſſipata, ſic faciam tibi:
diſſipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: &
ſcient quia ego Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INuehitur in Idumæos, qui Iudæorum clade ſunt lætati, vt cap. 25. dixit.

2 PONE FACIEM TVAM i. conuerte ſermonem, aut liberè loquere. ADVERSVM MONTEM SEIR, à parte totam Idumæam.

3 ECCE EGO AD TE, loquor ſ. aut venio. MONS SEIR. i. *piloſus*, ſic dictus ab Eſau gentis auctore, qui piloſus erat. ET EXTENDAM MANVM MEAM, ad puniendum. SVPER TE, aut contra te.

5 EO QVOD FVERIS INIMICVS SEMPITERNVS. Hebr. *quia fuit tibi inimicitia holan,* id eſt, *perpetua.* ſ. cum populo meo. ET CONCLVSERIS. Chald. *tradidiſti filios Iſrael in manus occidentium gladio.* Hebr. *effudiſti filios Iſrael* (.i. eorum ſanguinem) *in manum gladij.* Occiderunt Iudæos ad eos poſt euerſam Ieruſalem confugientes, vt c. 25. verſ. 12. dicitur, & in Abdia verſ. 14. IN TEMPORE INIQVITATIS EXTREMÆ. i. calamitatis. Iudæos oppreſſiſti. Sæpè *iniquitas* pro pœna ſumitur. Hebr. *in tempore iniquitatis finis.* Conſtructio inuerſa, pro, *in tempore finis iniquitatis. Finem*, retributionem vocat, vt & *calcaneum*, quoniam eſt vltimum in opere.

6 SANGVINI TRADAM TE. Hebr. *ſanguini faciam te.* i. te cædi parabo, quod noſter alijs verbis dixit. ET SANGVIS TE PERSEQVETVR. ſ. quem effudiſti; aut vt alij, *ſanguis.* i. effuſores ſanguinis te perſequentur. ET CVM SANGVINEM ODERIS. Hebr. *Si non* (forma iurandi. i. certiſſimè) *ſanguinem odiſti* (ſ. eorum quos occidiſti) *ſanguis te perſequetur.*

7 ET AVFERAM. Hebr. *ſuccidam* euntem & redeuntem. Occidam omnes qui in eo monte verſantur, omnes Idumæos.

8 IN COLLIBVS TVIS. Mutat repentè perſonam, & à tertia tranſit ad ſecundam. Is eſt linguæ Hebr. mos.

9 ET CIVITATES TVÆ NON HABITABVNTVR. Sic Sept. & Chald. ſecuti ſ. lectionem, quæ eſt intra Hebr.

textum;alioqui iuxta lectionem 'Maſſoreth verti debet, *non reuertentur*. ſ. in priſtinum ſtatum.

Dvæ gentes meæ ervnt. Duæ illæ gentes, quas 10
Idumæi ſuas fore dicebant, ſunt Iſrael & Iuda: nam
poſtquam in captiuitatem tum Iſraelitæ tum Iudæi
ſunt abducti, vicinæ gentes in eas regiones irruerunt.
De quo Ierem. 49. v. 1. Cvm Dominvs esset ibi.
Eius diuinitas & protectio erat ibi propter templum,
quaſi domicilium Dei. q. d. Erras, ſi aliquid Deo nolente te facturum putas.

Ivxta iram tvam. Puniam te, vt ira tua in Iudæos 11
meretur. Et notvs efficiar per eos. i. cùm eos
Iudæos ſ. vlciſcar. & te puniam, maior mihi gloria erit.

Insvrrexistis. Hebr. *magnificaſtis contra me in ore* 13
veſtro. i. ſuperba locuti eſtis. Derogastis. i. malè locuti
eſtis. Sept. *clamaſtis* (ſ. vſque ad faſtidium & nauſeam)
contra me verba veſtra.

Lætante vniversa terra. Omnes gentes de 14
tua ruina lætabuntur. Hebr. ſic, *lætari vniuerſa terra*
(pro, ſic lætabitur vniuerſa terra) *cum te: aſtauero*, ſupple,
ſicut tu lætatus es. Suſpicor Hieronymum pro
כשמחת *chiſmoah*. i. *ſicut lætari*, vt nunc eſt. legiſſe בשמחת
biſmoah. i. *in lætari*, ſeu *lætante* vniuerſa terra, te vaſtabo.
nempe habuit *Beth* pro *Caph*, quæ ſunt litteræ ſimillimæ,
& ſublata nota comparationis, planior redditur
locus. Sed ea tamen nota ſimilitudinis *Chen*, aut
Caph cùm geminatur, altero loco ſignificat *ſicut*, altero
ſic. Vt: *ſicut populus, ſic ſacerdos*: Iſai. 24. verſ. 2. quod &
proximo verſu fit.

Sicvti gavisvs es. Gaudium gaudio penſatur. Tu 15
ruina Iſraël es lætatus, aliæ etiam gentes tuo excidio
ſunt lætatæ. Sic faciam tibi. Quid faciet? *Diſſipabo te*,
ſeu dissipatvs eris mons Seir. In hoc ſimilitudo
hæc poſtrema poſita eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Ad te. Chald. *mitto furorem meum ſuper te.* 3
Iniqvitatis. i. calamitatis. Chald. *retributionis* 5
peccatorum. ſ. cùm à Chaldæis obſiderentur; his
enim ſe adiunxerant Idumæi.

Sangvini. i. cædi. Sangvis. Chald. *occidens gladio*. 6
Sangvinem. i. conſanguineos. ſ. Iudæos. Sangvis.
Chald. *effundens ſanguinem.*

Sempiternas. i. diuturnas. 9

Dvæ ſ. Iſrael & Iuda. Dominvs. ſ. quem timere 10
debueras & reuereri.

Ivxta iram tvam i. prout meretur ira tua. Lxx. *ſecundùm* 11
inimicitiam tuam. Zelvm. i. æmulationem.
Chald. *æmulationem.* Ivdicavero i. puniero.

Svper. i. contra. Derogastis. Lxx. *vociferati eſtis.* 13
Chald. *multiplicaſtis.*

CAPVT XXXVI.

Quia populus Dei erat in opprobrium Gentibus, eò quòd propter ſua peccata diſperſi eſſent in captiuitatem, dicit Dominus, non propter illum, ſed propter ſe reducturum eum in terram ſuam; quòdque ſuper ipſum effundet aquam mundam, faciens eum in ſuis præceptis ambulare, magnaque frui felicitate.

TV autem fili hominis propheta ſuper mon- 1 [a] Sup. 6. a. 3
tes Iſraël, & dices: [a] Montes Iſrael audite A
verbum Domini: * Hæc dicit Dominus Deus: 2
Eò quòd dixerit inimicus de vobis: Euge, altitu-
dines ſempiternæ in hereditatem datæ ſunt no-
bis: * Propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit 3
Dominus Deus: Pro eo quòd deſolati eſtis, &
conculcati per circuitum, & facti in heredita-
tem reliquis Gentibus, & aſcendiſtis ſuper la-
bium linguæ, & opprobrium populi: * propter- 4
eà montes Iſraël audite verbum Domini Dei:
Hæc dicit Dominus Deus montibus, & colli-
bus, torrentibus, vallibuſque, & deſertis, parie-
tinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ ſunt,
& ſubſannatæ à reliquis Gentibus per circui-
5 tum. * Propterea hæc dicit Dominus Deus:
B Quoniam in igne zeli mei locutus ſum de reli-
quis Gentibus, & de Idumæa vniuerſa, quæ de-
derunt terram meam ſibi in hereditatem cum
gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt
6 eam vt vaſtarent: * idcircò vaticinare ſuper hu-
mum Iſrael, & dices montibus & collibus, iu-
gis & vallibus: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce
ego in zelo meo, & in furore meo locutus ſum,
eò quòd confuſionem gentium ſuſtinueritis.
7 * Idcircò hæc dicit Dominus Deus: Ego leuaui
manum meam, vt Gentes, quæ in circuitu ve-
8 ſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portent. * Vos
autem montes Iſrael ramos veſtros germinetis,
& fructum veſtrum afferatis populo meo Iſ-
9 raël: propè enim eſt vt veniat: * Quia ecce ego
ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & ac-
10 cipietis ſementem. * Et multiplicabo in vobis
C homines, omnemque domum Iſrael: & habi-
tabuntur ciuitates, & ruinoſa inſtaurabuntur.
11 * Et replebo vos hominibus, & iumentis: &
multiplicabuntur, & creſcent: & habitare vos
faciam ſicut à principio, boniſque donabo ma-
ioribus, quàm habuiſtis ab initio: & ſcietis quia
12 ego Dominus. * Et adducam ſuper vos homi-
nes, populum meum Iſrael, & hereditate poſſi-
debunt te: & eris eis in hereditatem, & non ad-
13 des vltrà vt abſque eis ſis. * Hæc dicit Dominus
Deus: Pro eo quòd dicunt de vobis: Deuoratrix
14 hominum es, & ſuffocans gentem tuam: * Pro-
pterea homines non comedes ampliùs, & gen-
tem tuam non necabis vltrà, ait Dominus
15 Deus: * Nec auditam faciam in te ampliùs con-
D fuſionem Gentium, & opprobrium populo-
rum nequaquam portabis, & gentem tuam non
16 amittes ampliùs, ait Dominus Deus. * Et fa-
17 ctum eſt verbum Domini ad me, dicens: * Fili
hominis, domus Iſrael habitauerunt in humo
ſua, & polluerunt eam in vijs ſuis, & in ſtudijs
ſuis; iuxta immunditiam menſtruatæ facta eſt
18 via eorum coram me. * Et effudi indignationem
meam ſuper eos pro ſanguine, quem fuderunt
ſuper terram, & in idolis ſuis polluerunt eam.
19 * Et diſperſi eos in Gentes, & ventilati ſunt in
terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eo-
20 rum iudicaui eos. * [b] Et ingreſſi ſunt ad Gen- [b] Iſa. 52. b. 5
tes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen
ſanctum meum, cùm diceretur de eis: Populus Rom. 2. d. 24
21 Domini iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. * Et
E peperci nomini ſancto meo, quod polluerat
domus Iſrael in Gentibus, ad quas ingreſſi ſunt.
22 * Idcircò dices domui Iſrael: Hæc dicit Domi-
nus Deus: Non propter vos ego faciam, domus
Iſraël, ſed propter nomen ſanctum meum,
quod polluiſtis in Gentibus, ad quas intraſtis.
23 * Et ſanctificabo nomen meum magnum, quod
pollutum eſt inter Gentes, quod polluiſtis in
medio earum: vt ſciant Gentes quia ego Domi-
nus, ait Dominus exercituum, cùm ſanctifica-
24 tus fuero in vobis coram eis. * Tollam quippe
vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuer-
ſis terris, & adducam vos in terram veſtram.
25 * Et effundam ſuper vos aquam mundam, &
mundabimini ab omnibus inquinamentis ve-

ſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.
ⁿ Sup.11. d.19 * ⁿ Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum no- 26
uum ponam in medio veſtri: & auferam cor la-
pideum de carne veſtra, & dabo vobis cor car-
neum. * Et ſpiritum meum ponam in medio 27
veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambule- F
tis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. * Et 28
habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris:
& eritis mihi in populum, & ego ero vobis in
Deum. * Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquina- 29
mentis veſtris: & vocabo frumentum, & multi-
plicabo illud, & non imponam vobis famem.
* Et multiplicabo fructum ligni, & genimina 30
agri, vt non portetis vltrà opprobrium famis in
Gentibus. * Et recordabimini viarum veſtra- 31
rum peſſimarum, ſtudiorumque non bono-
rum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ,
& ſcelera veſtra. * Non propter vos ego faciam, 32
ait Dominus Deus, notum ſit vobis: confundi- G
mini, & erubeſcite ſuper vijs veſtris, domus Iſ-
rael. * Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua 33
mundauero vos ex omnibus iniquitatibus ve-
ſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtaurauero
ruinoſa, * & terra deſerta fuerit exculta, quæ 34
quondam erat deſolata in oculis omnis viato-
ris, * dicent: Terra illa inculta, facta eſt vt hortus 35
voluptatis: & ciuitates deſertæ, & deſtitutæ at-
que ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. * Et ſcient Gen- 36
tes quæcumque derelictæ fuerint in circuitu ve-
ſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plan-
tauique inculta, ego Dominus locutus ſim, &
fecerim. * Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in 37
hoc inuenient me domus Iſrael, vt faciam eis:
Multiplicabo eos ſicut gregem hominum, * vt 38
gregem ſanctum, vt gregem Ieruſalem in ſol-
lemnitatibus eius: Sic erunt ciuitates deſertæ,
plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego
Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Vaticinatur fore, vt Iudæi è captiuitate liberentur, & per Chriſtum Gentes.

Propheta ſuper montes, ſeu *ad montes*. Porrò 1
per *montes* totam regionem Iſrael intelligit.

Euge. Vox lætantis inimici. Quid dicit? Altitu- 2
dines ſempiternæ. i. montes Iſrael. Hebr. *excelſa ſæculi*. i. mundi, quoniam ea regio ceteris excelſior eſt, quod nomen *Aram*. i. *Syria* indicat, ſic dictæ ab altitudine. Quid ſi dicamus *excelſa ſæculi*. i. in ſæculum, iure perpetuo. In hereditatem datæ ſunt nobis. Idumæi, & Moabitæ, & Ammonitæ, quos vocat inimicos, propinqui Iudæorum erant. Iudæis ſublatis in eorum hereditatem ſuccedere volebant.

Et conculcati. Hebr. *& abſorbuerunt vos per cir-* 3
cuitum. i. vicinæ Gentes deuorarunt, conſumpſerunt vos, ò montes. Aſcendiſtis ſuper labium, nouus loquendi modus. pro, dediſtis ſermonem gentibus, ô montes, de vobis locuti ſunt alij, & de veſtra calamitate. Et opprobrium. ſ. fuiſtis. De hoc Ierem. 24. v. 9.

Et deſertis, parietinis, hæc dicit Deus. *Parieti-* 4
næ, ſunt muri, qui manent euerſo ædificio. Hebr. *deſertis, deſolatis*.

Quoniam, pro, certiſſimè. Sept. *profectò*. Hebr. *ſi* 5
non, forma iurantis. Iuro me in igne. id eſt, iracundia & zelo locutus ſum de gentibus. ſ. malè: idque exequar. Quæ dederunt. id eſt, deſtinarunt terram meam. ſcilicet Iſrael ſibi in hereditatem. Et ex animo. Hebr. *in contemptu animæ* ſcilicet contemnentes eam. Et eiecerunt eam vt vaſtarent. id eſt, dedêre in prædam. Hebr. *propter eiectionem eius in prædam*. ſcilicet contempſerunt eam, quòd viderent datam eſſe in prædam.

6 Idcirco. Repetit quod verſ. 4 dixerat. Eo quod confuſionem. Hebr. *eò quod ignominiam*, contumelias gentium portaſtis, commutabo rationem.

7 Ego levavi manum meam, iuraui. Vt gentes. Hebr. *ſi non Gentes*. Alia iurandi forma. Confuſionem ſuam portent, ignominiam ſuam. In eas retorquetur, quod de vobis dixerunt.

8 Prope enim eſt vt veniat. Hebr. *appropinquauerunt* (pro, appropinquabunt) *vt veniant*, ſ. è captiuitate filij Iſrael.

9 Ecce ego ſ. veniam, non iratus, ſed benignus. Et convertar. Hebr. *reſpiciam vos*. Et arabimini. Hebr. *colemini*. Sic Chald. *colemini, & ſeminabimini*. ſcilicet montes, de quibus agit. Sept. *arabimini, & ſeminabimini*, pro quo Hieronymus, et accipietis ſementem.

10 Et ruinoſa inſtaurabuntur. Hebr. *deſerta ædificabuntur*. ſ. vbi antè nulla erant ædificia.

11 Et creſcent. ſ. numero, fructificabunt. Sicut a principio, cùm eduxi vos de Ægypto, aut priuſquam iretis in captiuitatem.

12 Adducam ſuper vos, ô montes: nam ad eos loquitur. Poſſidebunt te. Mutat numerum, pro, quemque veſtrûm homines poſſidebunt. Et non addes vltra, vt abſque eis ſis. Hebr. *vt eis* (ſcilicet hominibus) *orberis*, non eris ampliùs ſine hominibus & cultoribus.

13 Devoratrix. Loquitur de terra Iſrael, & proptereà mutat genus. Et videtur ſignificare, quod exploratores dixerunt Num. 13. v. 33. *Hæc terra deuorat habitatores ſuos*. i. graui cælo eſt, ne ſuis quidem parcit, nedum externis. Hoc inquit vulgò dici. Suffocans, orbans Gentes tuas. ſ. peſte.

14 Non comedes. i. conſumes, occides gentem tuam. Non necabis. Hebr. *non orbabis*. ſic Sept. & Chald. *non abſque liberis facies*. Cælum non erit graue, nec inſalubre.

15 Et gentem tuam non amittes. Verbum כשל *chaſal*, quod Hieron. ſumpſit v. 13. in ſignificatione *ſuffocandi*, aut *necãdi*; hîc ſumit in ſignificatione *amittendi*, cùm propriè *orbare* ſignificet. Itaque Hebr. ſic verte: *non ampliùs gentẽ tuã orbabis*. ſic Chald. & Sept. Sed *orbabis* ſumo pro, orbaberis, nõ ſpoliaberis habitatoribus.

17 In viis ſuis polluerunt hanc terram filij Iſrael, id eſt, moribus ſuis. Et in ſtudiis ſuis. Chald. *in operibus ſuis*, aut *adinuentionibus ſuis*, vt ſolet Hieronymus vocem Hebr. quæ hîc eſt, vertere. Quod facit etiam v. 19. Iuxta immunditiam menſtruatæ. id eſt, ſimilis menſtruatæ, quam vir aueſatur; ſic ego hanc gentem Iſrael ſ. exhorrui.

18 Pro ſanguine. i. propter ſanguinem, quem fuderunt. Et in idolis. ſupple, & quia idolis ſuis polluerunt eam, impio ſ. cultu.

20 Et polluerunt nomen, occaſionem præbuerunt infamandi me, quaſi non poſſem meos liberare. Populus Domini iſte eſt. Ironia eſt, & interrogatiuè legendum, vt Chald. ſic Hebr. ſic Gentes de Iudæis dicebant. Et de terra eius. ſ. *Dei*, vt Chald. aut de terra ipſius Dei egreſſi ſunt? Quomodo ſi eſt populus Dei, egreſſi ſunt de eius terra?

21 Et peperci, parcam nomini. Hebr. *propter nomen ſanctum meum parcam*. ſ. genti, ne ſ. ampliùs polluatur nomen meum. Quod verſus proximus magis declarat. *Aut parcam nomini*. i. non permittam ampliùs pollui.

23 Et ſanctificabo nomen. i. ab ignominia & probris Gentium liberabo. In vobis coram eis. Hebr. *coram vobis*, ſed vitioſè. Chald. & Sept. *coram eis*.

25 Et effundam ſuper vos aquam. Hebr. & Sept. *aſpergam*. Chald. *dimittam peccata veſtra*. Ita noſtri hunc locum ad Baptiſmi aquam vertunt ſatis commodè. Sed & ſic exponi poteſt: Eluuie & ſordibus, quibus in captiuitate fœdati eſtis, vos abluam aqua munda. Faciam vt malis præteritis finis ſit.

IDOLIS VESTRIS MVNDABO VOS. Faciam ne ampliùs ea colatis, ea demoliar.

COR NOVVM, ET SPIRITVM NOVVM. De Spiritu 26
ſancto, qui in Baptiſmo datur, vt Actor. 2. verſ. 18. Petrus Ioëlis ſimilia verba cap. 2. verſ. 28. de Spiritu ſancto accepit. Aut per *cor & ſpiritum* voluntatem intelligit, quam fore nouam promittit. IN MEDIO VESTRI, in viſceribus veſtris. COR LAPIDEVM. i. *impium* auferam, vt Chald. quod inſtar lapidis durum eſt, & pro illo cor carneum, molle, & obediens certè ſubſtituam.

ET VOCABO FRVMENTVM. i. copioſè largiar. *Vocabo*, quia Deus omnia verbo facit. ET MVLTIPLICABO ILLVD. Faciam, vt quod ſeminatis, proueniat multiplex. NON IMPONAM VOBIS FAMEM. Hebr. *Non dabo vobis famem*. i. non erit annonæ anguſtia.

ET GENIMINA AGRI. Sept. & Chald. *germina*. Hebr. 29
fructum, ſeu *prouentum multiplicabo ligni*. i. arborum. OPPROBRIVM FAMIS auferam, Gentes non dabunt probro, veſtram regionem eſſe ſterilem.

STVDIORVMQVE ſeu *operum* veſtrorum recordabi- 30
mini. ET DISPLICEBVNT VOBIS. Hebr. *& abominabimini in conſpectu veſtro*. i. vos ipſi veſtra ſcelera.

NOTVM SIT VOBIS. Conſtructio eſt inuerſa, ſic or- 31
dina: Notum ſit vobis, me hæc bona conferre vobis, non ob veſtra merita, ſed propter nomen meum, vt verſ. 22.

RVINOSA. Hebr. *ſolitudines, deſerta*, vt verſ. 10. 32
cùm inſtaurauero, tunc dicent. Oratio pendet. Hyperbaton.

QVÆ QVONDAM. Hebr. *pro eo quòd fuit deſolata*. 34
Mutabuntur vices. IN OCVLIS. ſ. fuit deſerta, aut coletur in conſpectu. OMNIS VIATORIS. Hebr. *omnis tranſeuntis*. Tunc dicent: Terra illa facta eſt

HORTVS VOLVPTATIS. Hebr. *hortus Eden*. ET CI- 35
VITATES DESERTÆ, ET DESTITVTÆ, ATQVE SVPPOSSÆ. Hebr. *deſolata, & diruta*. MVNITÆ SEDERVNT. i. tutæ erunt. Chald. *inhabitantur*. Verbum ישב *ſaſab*, *ſedere* & *habitare* ſignificat.

ET SCIENT GENTES QVÆCVMQVE DERELICTÆ 36
FVERINT. ſ. Idumæi, Tyrij, & aliæ Gentes, qui ex ijs ſupererunt: nam à cap. 25. vſque ad 29. eas delendas prædixit. DISSIPATA, diruta. INCVLTA, deſolata, deſerta plantaui, ædificaui illa. Id illæ Gentes ſcient.

INVENIENT ME. Hebr. *quærar à domo Iſrael*. i. ero il- 37
lis in hoc propitius. MVLTIPLICABO EOS, SICVT GREGEM HOMINVM. i. ita homines multiplicabo, ac ſi greges eſſent. Clariùs Sept. *multiplicabo ſicut oues homines*. Hebr. *multiplicabo eos, vt gregem homo*. ſ. multiplicat. Poteſt etiam verti, *vt gregem homines*, & *vt gregem hominum multiplicabo*. Quia ea lingua caſus non habet.

VT GREGEM SANCTVM. ſ. multiplicabo eos. *Gregem* 38
ſanctum vocat pecudes, quæ ſtatutis temporibus & in ſolemnitatibus anniuerſarijs magno numero offerebantur in Ieruſalem, vt in templo mactarentur: ſic ciuitates, quæ priùs deſertæ erant, hominum gregibus. id eſt, multitudine implebuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INIMICVS. ſ. Idumæus. ALTITVDINES. i. montes. 2
SEMPITERNÆ. i. quæ ab initio mundi fuere, vel ſemper duraturæ.

ASCENDISTIS, &c. q. d. fuiſtis fabula populi. OP- 3
PROBRIVM. ſ. facti eſtis.

PARIETINIS. i. locis deſolatis, ſeu dirutis. 4

ZELI. Chald. *vltionis*. LXX. *furoris*. quaſi dicat, valdè 5
iratus. DEDERVNT. i. vſurparunt. Chald. *poſuerunt*. EX ANIMO. Chald. *inſultatione animi*. EIECERVNT. ſ. habitatores, vel deſpexerunt.

ZELO. Chald *indignatione*. CONFVSIONEM. LXX. *op-* 6
probrium.

LEVAVI, &c. i. iuraui. CONFVSIONEM. LXX. *igno-* 7
miniam q. d dabunt pœnas illati opprobrij Iſraeli.

RAMOS. ſ. arborum. VENIAT. id eſt, redeat ad vos. 8
Chald. *veniat dies redemptionis*.

9 AD VOS. Chald. *apparebo ſuper vos*. CONVERTAR. ſ. per miſericordiam.

11 MAIORIBVS. ſ. tempore Chriſti.

13 DEVORATRIX, &c. q. d. perdis habitatores tuos.

14 NON COMEDES, &c. q. d. non poterit id iam dici, quia viuent diu in te.

15 AVDITAM FACIAM. id eſt, audiri permittam. CONFVSIONEM. LXX. *ignominiam*. PORTABIS, &c. i. patieris.

17 POLLVERVNT. i. contaminarunt. ſ. peccatis.

20 POLLVERVNT. i. dederunt Gentibus anſam blaſphemandi. DICERETVR. ſ. per irriſionem. q. d. Habent deum qui eos non poterit defendere.

21 PEPERCI, &c. quaſi dicat, habui rationem honoris mei.

23 SANCTIFICABO. id eſt, glorificabo. SANCTIFICATVS. ſcilicet, oſtenſa mea iuſtitia per punitionem, & miſericordia per liberationem. CORAM EIS. ſic Chald. & LXX. & Complut. At Hebr. *coram vobis*, errore ſcilicet ſcriptoris.

25 AQVAM. ſ. gratiæ, vel Baptiſmi.

26 COR NOVVM. Chald. *cor timens*. LAPIDEVM. id eſt, durum. Chald. *impium*. CARNEVM. i. molle, docile, ſeu, vt Auguſt. interpretatur, *obediens*. Chald. *timens me, vt faciat voluntatem meam*.

29 VOCABO. Chald *benedicam*.

30 LIGNI. i. arborum. IN GENTIBVS. i. apud Gentes. Chald. *inter populos*.

33 INSTAVRAVERO, &c. per hæc præcipuè intelliguntur ſpiritualia.

35 VOLVPTATIS. Hebr. *Heden*. SEDERVNT. Chald. *inhabitantur*. LXX. *apparuerunt*.

36 DERELICTÆ FVERINT. Chald. *remanſerint*.

37 FACIAM. ſ. quod ſequitur. SICVT GREGEM, &c. q. d. vt ſolet grex pecorum multiplicari, ſic multiplicabo homines.

38 SOLEMNITATIBVS. ſ. in quibus magnus pecorum grex ad ſacrificia, & hominum multitudo ad celebrationem congregatur.

CAPVT XXXVII.

In figura aridorum oſſium reuiuiſcentium, deſignat filios Iſrael qui de omni proſperitate deſperant, reducendos in terram ſuam: & per duo ligna coniuncta ſignificat vnum fore regnum Iuda & Iſrael, qui ſub vno rege ac paſtore Dauid obſeruaturi ſint mandata Domini, qui cum ipſis pactum feriet ſempiternum.

1 FActa eſt ſuper me manus Domini, & edu-
A xit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in
2 medio campi, qui erat plenus oſſibus: * Et cir-
cumduxit me per ea in gyro: erant autem mul-
ta valdè ſuper faciem campi, ſiccaque vehe-
3 menter. * Et dixit ad me: Fili hominis putáſne
viuent oſſa iſta? Et dixi: Domine Deus, tu no-
4 ſti. * Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis:
& dices eis: Oſſa arida audite verbum Domi-
5 ni. * Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his: Ecce
6 ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. * Et
B dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam
ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cu-
tem: & dabo vobis ſpiritum, & viuetis, & ſcietis
7 quia ego Dominus. * Et prophetaui ſicut præce-
perat mihi: factus eſt autem ſonitus, prophe-
tante me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſ-
ſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam ſuam.
8 * Et vidi, & ecce ſuper ea nerui & carnes aſcen-
derunt: & extenta eſt in eis cutis deſuper, &
9 ſpiritum non habebant. * Et dixit ad me: Vati-
C cinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, &
dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Deus:
A quattuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla

ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant. * Et pro- 10
phetaui ſicut præceperat mihi:& ingreſſus eſt in
ea ſpiritus, & vixerunt: ſteteruntque ſuper pe-
des ſuos exercitus grandis nimis valdè. * Et di- 11
xit ad me: Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa, do-
mus Iſrael eſt: ipſi dicunt: Aruerunt oſſa no-
ſtra, & perijt ſpes noſtra,& abſciſſi ſumus.*Pro- 12
pterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit
Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos ve- D
ſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, po-
pulus meus:& inducam vos in terram Iſrael.*Et 13
ſcietis quia ego Dominus, cùm aperuero ſepul-
chra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris,
popule meus: * Et dedero ſpiritum meum in 14
vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſu-
per humum veſtram: & ſcietis quia ego Domi-
nus locutus ſum,& feci,ait Dominus Deus.* Et 15
factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: * Et tu 16
fili hominis ſume tibi lignum vnum: & ſcribe
ſuper illud: Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum
eius:& tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper il-
lud: Ioſeph ligno Ephraim,& cunctæ domui Iſ- E
rael, ſociorumque eius. * Et adiunge illa, vnum 17
ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in v-
nionem in manu tua. * Cùm autem dixerint ad 18
te filij populi tui loquentes: Nónne indicas no-
bis quid in his tibi velis? * loquèris ad eos: Hæc 19
dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam li-
gnum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim, &
tribus Iſrael, quæ ſunt ei adiunctæ: & dabo eas
pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum
vnum: & erunt vnum in manu eius. * Erunt au- 20
tem ligna, ſuper quæ ſcripſeris in manu tua, in
oculis eorum. * Et dices ad eos: Hæc dicit Do- 21
minus Deus: Ecce ego aſſumam filios Iſrael de
medio nationum, ad quas abierunt: & congre- F
gabo eos vndique, & adducam eos ad humum
ſuam. * [n]Et faciam eos in gentem vnam in ter- 22
ra in montibus Iſrael, & rex vnus erit omnibus
imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec
diuidentur ampliùs in duo regna. * Neque pol- 23
luentur vltrà in idolis ſuis, & abominationibus
ſuis, & cũctis iniquitatibus ſuis: & ſaluos eos fa-
ciam de vniuerſis ſedibus,in quibus peccauerũt,
& emũdabo eos:& erũt mihi populus,& ego ero
eis Deus.* [n]Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, 24
& paſtor vnus erit omnium eorum: in iudicijs G
meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient,
& faciẽt ea.* Et habitabunt ſuper terram,quam 25
dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerunt pa-
tres veſtri: & habitabunt ſuper eam ipſi, & filij
eorum, & filij filiorum eorum, vſque in ſempi-
ternum: & Dauid ſeruus meus princeps eorum
in perpetuum. * [n]Et percutiam illis fœdus pa- 26
cis, pactum ſempiternum erit eis: & fundabo
eos, & multiplicabo, & dabo ſanctificationem
meam in medio eorum in perpetuum. * Et erit 27
tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus,&
ipſi erunt mihi populus.* Et ſcient Gentes quia 28
ego Dominus ſanctificator Iſrael, cùm fuerit
ſanctificatio mea in medio eorũ in perpetuum.

[n] *Ioan.* 10. *b.*16

[n] *Sup.* 34. *f.*23 *Ioan.* 1. *g.*45 *Iſa.*40. *c.*11 *Ier.*23. *a.*5 *Dan.*9. *g.*24

[n] *Ioan.* 12. *e.*14 *Pſal.* 109. *b.*4. & 106 *a.*2

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CAptiuitatis finem denuntiat, Iſraelis & Iudæ reconciliationem.

1 MANVS DOMINI. Chald. *ſpiritus prophetiæ.* qui cùm eſt vehemens, vocatur *manus Domini*, vti locis alijs obſeruamus. EDVXIT ME IN SPIRITV DOMINI. id eſt, ſpiritu prophetiæ. Non iuit in campum illum corpore. viſio fuit.

2 ET CIRCVMDVXIT ME PER EA IN GYRO. Hebr. *circum circum.* id eſt, per omnes partes duxit, vbi erant illa oſſa.

3 PVTASNE VIVENT OSSA ISTA? Non de vltima reſurrectione rogat; ſed an tunc victura eſſent.

5 SPIRITVM, animam, introducam, *ſpiraculum vitæ:* Geneſ. 2. v. 7. in oſſa ſ.

6 NERVOS. In formatione fetus, primi ſunt nerui, ideò primo loco ponuntur. SVPEREXTENDAM IN VOBIS CVTEM. Hebr. *operiam vos cute.*

7 FACTVS EST AVTEM SONITVS. Strepitus oſſium inter ſe concurrentium. PROPHETANTE ME. Nondum verba finieram, & oſſa obedierunt. ET ECCE COMMOTIO, ſtrepitus, quem dixit oſſium. VNVMQVODQVE AD IVNCTVRAM SVAM. Hebr. *os ad os eius.* ad id quod in corporis fabrica illi iunctum erat, acceſſerunt.

9 A QVATTVOR VENTIS. id eſt, à quattuor plagis, VENI. ſ. venite. Loquitur de anima, ac ſi ventus eſſet, quia ſine reſpiratione non viuimus. ET INSVFFLA. Sic Sept. ſeu *inſpira*, vt Geneſ. 2. verſ. 7. *& ſpirauit in faciem eius*, vbi idem Hebr. verbum eſt, quod hic ponitur נפה *napah, ſpirare.*

11 OSSA HÆC VNIVERSA, DOMVS ISRAEL EST. Comma poſt *oſſa hæc.* Sic diſtinguunt accentus Hebr. id eſt, hæc oſſa ſignificant omnem domum Iſrael: nam vt illa Dei ex voluntate reuixere præter ſpem, ſic Iſraelitæ, qui ſe mortuos putant, liberabuntur. ARVERVNT OSSA NOSTRA. Id Iſraelitæ dicunt: Iam diu eſt, ex quo mortui ſumus, eoque reſtitutio difficilior. ET ABSCISSI SVMVS, ſcilicet radicitus, vt arbores. Non agit hic quidem de futura mortuorum reſurrectione. Quid Deus?

12 ET EDVCAM VOS DE SEPVLCHRIS VESTRIS. *Sepulchra & tumulos*, captiuitatem vocat.

14 SPIRITVM MEVM. id eſt, vitam dabo, quam *ſuam* vocat, quia ipſe dat; aut *intellectum dabo*, vt Hebr. Schol. quò ſciatis me eſſe Deum.* ET REQVIESCERE VOS FACIAM, dabo vobis ſedes quietas, ne quis inde vos moueat.

16 SVME TIBI LIGNVM. Chald. *tabulam.* Sept. *virgam.* i. ſceptrum. ET SCRIBE SVPER ILLVD, ſupple lignum, Iudæ & filiorum. ſcilicet hoc eſt. SOCIORVM EIVS. Sic Hebr. in Maſſoreth, ſed in textu, *filiorum Iſrael ſocij eius* (in genitiuo *ſocij.*) Quia in diuiſione regni vna tribus Beniamin manſit cum tribu Iuda. Deinde in ligno altero ſcribe, IOSEPH LIGNO EPHRAIM. Alij in accuſatiuo, aut nominatiuo, vt Regia, Louan. & Sept. id eſt, lignum & ſceptrum Ioſephi hoc eſt & Ephraim. Nominat ſigillatim *Ioſeph & Ephraim*, quoniam Ieroboam, qui diuiſit regnum, erat ex ea tribu Ephraim. ET CVNCTÆ DOMVI ISRAEL, aut *cunctæ domus Iſrael.* ſcilicet ſcribe nomen. ל ſumo vt notam genitiui toto verſu. SOCIORVMQVE EIVS. in Hebr. non eſt *que* coniunctio, ſed hoc, *domus Iſrael ſocij eius*, vt eſt in textu; aut vt in Maſſoreth, *ſociorum eius*, Itaque in vno ſceptro vult ſcribi *ſceptrum Iudæ & Beniamin*, in altero *ſceptrum Ioſeph, Ephraim, & Iſrael.* id eſt, nouem tribuum.

17 ET ADIVNGE ILLA. Nouæ parabolæ eſt explicatio, fore vt quomodo duo illa ſceptra in manu Prophetæ iunguntur in vnum, ſic duo illa regna vniantur, quod per Chriſtum eſt factum, non ante. ET ERVNT IN VNIONEM. Hebr. *in vna* pro *in vnum*, vt Chald. vertit.

19 ASSVMAM, ſiue *aſſumo.* LIGNVM IOSEPH. ſceptrum. QVOD EST IN MANV EPHRAIM, quia Ieroboam ex tribu Ephraim id ſceptrum tenuit. Sed vocatur *ſceptrum Ioſeph* à digniore, & quia Ephraimi pater fuit. ET TRIBVS ISRAEL, in accuſatiuo plurali tâ aſſumam tribus Iſrael. i. nouem alias tribus. QVÆ SVNT EI ADIVNCTÆ. Hebr. *ſocias eius.* ſ. Ephraim. IN MANV EIVS.

ſ. *Iuda*, vt Sept. manus iungent poſita ſimultate. Hebr.
in manu mea. Chald. *coram me*, me auctore & architecto
huius vnionis.
Et faciam eos in gentem vnam, in vnam Chri- 22
ſti Eccleſiam. In montibvs Israel. i. in regione il-
la promiſſa, per quam ſignificatur eadem Eccleſia.
De vniversis sedibvs ſaluabo eos, ſeu *habitatio-* 23
nibus, vt Chald. in quibus peccauerunt illecti exemplo,
& moribus earum gentium, vbi habitabant.
Et servvs mevs David. Hebr. Schol. 24
המלך המשיח יקרא שמו דוד שהיה מזרע דוד i. *Rex Meſ-*
ſias vocatur nomen eius Dauid, quia fuit ex ſemine Da-
uid. Ecce Iudæi fatentur per *Dauid* Meſſiam. i. Chri-
ſtum intelligi. de quo plura cap 34. v. 23. Et pastor
vnvs. Is etiam Chriſtus, qui de ſe dicit Ioan. 10. v. 15.
Ego ſum paſtor bonus.
Terram, qvam dedi servo meo, habitabunt. i. in 25
Eccleſia habitabunt, quam terra promiſſa ſignificabat.
Et David servvs mevs. id eſt, Chriſtus. Prin-
ceps eorvm in perpetvvm, quia *regni eius non erit*
finis: Luc. 1. v. 23.
Foedvs pacis. Hoc eſt nouum Teſtamentum. 26
Fvndabo eos. Hebr. *dabo eis*. ſ. benedictionem. Sic
Chald. *benedicam eis*. Aut *dabo eis*. ſ. terram. Et dabo
sanctificationem meam. Hebr. *ſanctuarium meum*.
.i. templum meum ponam in medio eorum, vt olim
Ieroſolymis fuit. Quod verſus ſequens magis explicat.
Tabernacvlvm mevm in eis. Ipſi erunt tem- 27
plum meum. Vel *templum*, id eſt, templa Chriſtiana
erunt in eis.
Ego Dominvs sanctificator ſum. ſ. per gra- 28
tiam Sacramentorum. Cvm fverit sanctifica-
tio mea. Hebr. *ſanctuarium meum*. Per quod Sacra-
menta etiam intelligi poſſunt, per quæ ſanctificat nos;
aut etiam templa Chriſtiana, in quibus ſanctificamur;
vt ſit ſingulare pro plurali. In perpetvvm. Regni
Chriſti perpetuitas.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Manvs. Chald. *ſpiritus prophetia*. In spiritv. 1
.i. per viſionem, ſeu virtutem ſpiritus.
Ecce ego ſignificatur & Iudæorum liberatio, & 5
corporum futura reſumptio.
Spiritvm. ſ. vitalem. 8
Spiritvs. ſ. viuificans. 9
Periit, &c. explicatio præcedentis proximè. Spes. 11
ſcilicet, in patriam reuertendi. Abscissi svmvs.
Chald. *perimus*.
Sepvlchris. i. carceribus. ſcilicet, ſeruitute, & capti- 12
uitate.
Lignvm Chal. *tabulam*. Lxx. *virgam*. Sociorvm. 16
ſ. illorum, qui de Beniamin & Leui. Chald. *fratrum*.
Ligno Ephraim. Chald. *qui eſt tribus Ephraim*. So-
ciorvmqve. Chald *fratrumque*.
In lignvm vnvm. i. coniuncta. In vnionem. 17
.i. vnita ſ. tempore Chriſti. Itemque per eos ſignificati
Iudæi, & Gentes.
In manv Ephraim. Id dicitur, quia primus Rex 19
Ieroboam fuit ex tribu Ephraim, & ferè per Reges è tri-
bu Ephraim, gubernatæ ſemper decem tribus Iſrael.
Chald. *quæ eſt tribus Ephraim*. In manv eivs. Hebr.
in manu mea. Lxx. *in manu Iuda*.
Rex vnvs. ſ. Chriſtus. 22
Sedibvs. Lxx. *iniquitatibus*. 23
David. i. Chriſtus. Ivdiciis. ſ. præceptis. 24
Sanctificationem. Chald. *ſanctuarium*. ſ. Eccle- 26
ſiam.
In perpetvvm. ſ. in æterna vita, & beata. 28

CAPVT XXXVIII.

Habitantibus poſt reductam captiuitatem ſecurè filijs Iſ-
rael in oppidis ſuis, adducet Dominus in nouiſſimis die-
bus contra eos Gog cum ingenti exercitu: ſed & hunc
cum ſuo exercitu multis cladibus poſtea conſumet.

Infr 39. a.1 — Apoc. 20. c.8

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 1
2 * Fili hominis, pone faciem tuam contra
A Gog, terram Magog, principem capitis Mo-
3 ſoch & Thubal: & vaticinare de eo, * & dices
ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad
te Gog principem capitis Moſoch & Thubal,
4 * & circumagam te, & ponam frænum in ma-
xillis tuis: & educam te, & omnem exercitum
tuum, equos & equites veſtitos loricis vniuer-
ſos, multitudinem magnam, haſtam & cly-
5 peum arripientium & gladium. * Perſæ, Æthio-
B pes, & Libyes cum eis, omnes ſcutati & galea-
6 ti. * Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus
Thogorma, latera Aquilonis, & totum robur
7 eius, populique multi tecum. * Præpara, & in-
ſtrue te, & omnem multitudinem tuam, quæ
coaceruata eſt ad te: & eſto eis in præceptum.
8 * Poſt dies multos viſitaberis: in nouiſſimo an-
norum venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gla-
dio, & congregata eſt de populis multis ad
montes Iſrael, qui fuerunt deſerti iugiter: hæc
de populis educta eſt, & habitabunt in ea con-
9 fidenter vniuerſi. * Aſcendens autem quaſi tem-
C peſtas venies, & quaſi nubes, vt operias terram
tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum.
10 * Hæc dicit Dominus Deus: In die illa aſcen-
dent ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis co-
11 gitationem peſſimam: * & dices: Aſcendam ad
terram abſque muro: veniam ad quieſcentes,
habitanteſque securè: hi omnes habitant ſine
12 muro, vectes & portæ non ſunt eis: * Vt diri-
D pias ſpolia, & inuadas prædam, vt inferas ma-
num tuam ſuper eos, qui deſerti fuerant, & poſt-
eà reſtituti, & ſuper populum, qui eſt congre-
gatus ex Gentibus, qui poſſidere cœpit, & eſſe
13 habitator vmbilici terræ. * Saba, & Dedan, &
negotiatores Tharſis, & omnes leones eius di-
cent tibi: Numquid ad ſumenda ſpolia tu ve-
nis? ecce ad diripiendam prædam congregaſti
multitudinem tuam, vt tollas argentum, &
aurum, & auferas ſupellectilem, atque ſub-
14 ſtantiam, & diripias manubias infinitas. * Pro-
ptereà vaticinare fili hominis, & dices ad Gog:
E Hæc dicit Dominus Deus: Numquid non in
die illo, cùm habitauerit populus meus Iſrael
15 confidenter, ſcies? * Et venies de loco tuo à la-
teribus Aquilonis tu, & populi multi tecum,
aſcenſores equorum vniuerſi, cœtus magnus,
16 & exercitus vehemens. * Et aſcendes ſuper po-
pulum meum Iſrael quaſi nubes, vt operias
terram. In nouiſſimis diebus eris, & adducam
te ſuper terram meam: vt ſciant Gentes me,
cùm ſanctificatus fuero in te in oculis eorum,
17 ô Gog. * Hæc dicit Dominus Deus: Tu ergo il-
F le es, de quo locutus ſum in diebus antiquis, in
manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael,
qui prophetauerunt in diebus illorum tempo-
18 rum, vt adducerent te ſuper eos. * Et erit in die
illa, in die aduentus Gog ſuper terram Iſrael,
ait Dominus Deus, aſcendet indignatio mea in
19 furore meo. * Et in zelo meo, in igne iræ meæ
locutus ſum. Quia in die illa erit commotio
20 magna ſuper terram Iſrael: * & [a] commouebun- a Mat. 24. c.29 Luc. 21. c.26
tur à facie mea piſces maris, & volucres cæli, &
beſtiæ agri, & omne reptile quod mouetur ſu-
per humum, cunctique homines qui ſunt
ſuper faciem terræ: & ſubuertentur montes,
& cadent ſepes, & omnis murus corruet in ter-
ram.

ram. * Et conuocabo aduerſus eum in cunctis 21
montibus meis gladium, ait Dominus Deus: G
gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirige-
tur. * Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, & im- 22
bre vehementi, & lapidibus immenſis: ignem
& ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exerci-
tum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum
eo. * Et magnificabor, & ſanctificabor: & notus 23
ero in oculis multarum gentium, & ſcient quia
ego Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DVobus his capitibus agit de bello Gog & Magog contra populum Dei.

2 CONTRA GOG, TERRAM MAGOG. Sept. *& terram Magog.* Ego in genitiuo mallem, *contra Gog terræ Magog.* *Gog*, Regis nomen; *Magog*, vrbis. PRINCIPEM CAPITIS. Sic eſt Hebr. ſic Sept. Chald. *Principem ſummum.* Ita legit Hebr. *Principem & caput*, vt Vatabl. vertit, ſublato regimine. MOSOCH ET THVBAL ſ. Principem, plerique Cappadoces & Iberos eſſe dicunt, Ioſephum ſecuti l. 1. c. 7. Iberos inquam ad Pontum Euxinum (ſic puto) non Hiſpanos. Itaque Gog præter vrbem Magog duas illas gentes, quamuis locis remotas, ſubiectas habuit. Quis *Gog* eſſet, quid *Magog*, ſtatuere difficillimum. Variæ ſententię quaſi nebulam obijciunt oculis. Plerique Scythas putant, ad Caucaſum montem latè fuſos. Sic Iudæi ſentiunt, teſte Hieronymo, & ex noſtris Iudaizantes. Alij Gothos credunt, vt Ambroſ. lib. 2 de Fide, cap. 4. quod Hieron. refellit in Proœm. lib. 11. in hunc Prophetam. Alij Getas, & Maſſagetas: Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. cap. 11. Verùm Ambroſium & Auguſtinum in eam opinionem nominum ſimilitudo miſit, coniectura ſæpè fallax. Plinius lib. 5. cap. 23. ait, Cœleſyriæ vrbem, Bambycem, ſeu Hierapolim à Syris vocari Magog. Addunt alij, hanc eſſe Edeſſam, Meſopotamiæ vrbem. Ortelius in Theſauro Geogr. Bella frequentia Iſraelitis cum Syris vicinis & Aquilonaribus fuiſſe, notum eſt. Sic Syriæ Regem, aut partis eius vocari *Gog* puto, *Magog* Syriam. Solet autem ex finitimorum bellis odium naſci, atque ex eo odio fieri, vt gentis finitimæ nomine hoſtes in commune vocentur. Pœnos vocamus fœdifragos, Longobardos Belgæ fœneratores, vitio gentis illi obnoxiæ nomen imponitur. ſic in præſenti Itaque Apocalypſ. 20. verſ. 7. *Gog & Magog* pro Eccleſiæ hoſtibus ſumit, qui ſub finem mundi, iuncti Antichriſto, pios vexabunt. In Ezech. verò & bella cum Syris deſcribi, quæ iam geſta erant, aut deinde fore prędicit; tum in genere bella impiorum vaticinatur contra Chriſti Eccleſiam, ſub Syrorum figura. Et quidem conſonum eſt, vt qui contra Tyrum, Sidonem, Idumæos, Ammonitas, Ægyptios vaticinatus erat, gentes Iſraeli finitimas, Syros non omitteret, vnde maiores iniuriæ extabant.

4 ET CIRCVMAGAM TE. Sic Sept. alij *conteram te.* PONAM FRÆNVM. Sic Sept. Hebr. *ponam hamum*, metaphora diuerſa, ſenſus idem. Fræno equi circumaguntur, hamo è mari extrahuntur piſces. Item verbum שבב *ſabab*, pro quo Hieronymus poſuit *circumagam*, ſignificare etiam poteſt *extraham*, quod magis declarat verbum ſequens, *educam te.* VESTITOS LORICIS. Sic Sept. Hebr. *veſtitos perfectè*, id eſt, omni armorum genere. HASTAM. צנה *Zinah*, alij *ſcutum* putant. Sed quoniam vox CLYPEVM ſequitur, Hieronymus *haſtam* poſuit. Pſalm. ſanè 5. v. 13. *Scuto bonæ voluntatis coronaſti eum.* pro *ſcuto*, Hebr. ea vox eſt.

5 ET LIBYES, ſeu *Mauri.* Hebr. *Phut*, *Phutenſes.* Mauritaniæ Tingitanæ vrbs præcipua.

6 GOMER. Galatæ, ex Ioſepho, ex Gomer filio Iapheth: Geneſis 10. verſ. 2. THOGORMA. Phryges, cap. 27. verſ. 14. Chald *prouincia Germaniæ.* LATERA AQVILONIS, appoſitiuè. q. d. quæ gentes ad Aquilonem ſunt, nempe, comparatione Ieruſalem. Chald. *fines Aquilonis.* TECVM, in genere feminino. Hebr. cùm de Gog Rege loquatur, aut fortè loquitur de Magog vrbe. Eſt autem *vrbs* Hebr. generis feminini. Itaque tecum alias gentes congregabo.

7 PRÆPARA te & tuos. Ironia eſt. ET ESTO EIS IN PRÆCEPTVM Eſto illis dux. Hebraicè, *eſto illis in cuſtodiam.* Sic Sept. & Chald. ſ. vt tu illos cuſtodias, aut illi te. Ironia etiam.

8 POST DIES MVLTOS VISITABERIS. id eſt, tui memoria erit, vt puniaris in fine mundi, poſt mille annos, vt dicitur Apocalyp. 20. verſ. 7. vbi finitus numerus pro infinito. AD TERRAM. pro, ad habitantes in terra. ſ. tanct i, venies, vt bellum eis inferas. QVÆ REVERSA EST. Idem verbum Hebr. quod verſ. 4. vbi vertit Hieronymus *circumagam te.* Pagn. *quæ contrita eſt.* ſed Chald. *reuerſa eſt.* A GLADIO, è Babylone, vbi perimebantur gladio. AD MONTES ISRAEL *Montes*, pro tota regione. QVI FVERVNT DESERTI IVGITER, totis ſeptuaginta annis: Ierem. 25. verſ. 12. Hebr. *fuerunt deſerti ſemper.* Sed *ſemper*, pro, diu: atque ita Chaldæi Latinus Interpres pro תדירא *thedida*, quod Chald. eſt *ſemper*, ipſe vertit *iugiter.*

9 QVASI TEMPESTAS VENIES, id eſt, turbo violentus & repentinus. ET QVASI NVBES, per *nubem*, militum multitudinem; per *tempeſtatem*, eorum impetum exprimit.

10 ASCENDENT SERMONES, ſeu *verba.* i. cogitabis COGITATIONEM PESSIMAM, perfidam, ſeu falſam. Quæ eſt illa cogitatio?

11 ASCENDAM AD TERRAM ABSQVE MVRO. Hebr. *ad terram villarum.* Diſperſi per agros habitant, nullis muris muniti. AD QVIESCENTES, id eſt, imbelles, inermes. Eò certior victoriæ ſpes.

12 VT INFERAS MANVM TVAM. Hebr. *ad adducendum manum tuam* (. i. *copias*, vt Chald.) *ſuper deſerta habitata.* i. quæ fuerunt antè deſerta, & poſtmodum habitata ſunt. QVI POSSIDERE COEPIT. Hebr. *facientem* (populum) *pecus & ſubſtantiam* i. attentum ad rem familiarem, remotum à cogitatione belli, contra eos venies. HABITATOR VMBILICI TERRÆ, id eſt, terræ promiſſæ, quæ in orbis medio eſt, vt vmbilicus in corpore. Sic Verrina 6. Enna Siciliæ vmbilicus vocatur, quòd in media inſula ſita eſſet. Ideò Iudæi à metu belli magis ſecuri eſſe videbantur.

13 SABA, per ש ſcribitur: nimirum *Saba Æthiopia*, vt in Geneſi diximus, aut *Sabæi*, qui ſunt in Arabia Felici. ET DEDAN. id eſt, Idumæa: nam Dedan eſt Idumææ vrbs, cap. 25. verſ. 13. ET NEGOTIATORES THARSIS. id eſt, *Carthaginus*, vt Sept. ET OMNES LEONES EIVS. ſcilicet Tharſis. *leones* vocat Reges & Principes. DICENT TIBI. ſ. quæ ſequuntur. ET AVFERAS SVPELLECTILEM, num hac de cauſa veniſti, vt opes Iudæorum diripias? Pro *ſupellectile* Hebr. *greges.* id eſt, מקנה *mikneh.* Sed quorſum hæc dicunt? fortè, vt ſe illis ſocios adiungerent prædæ.

14 SCIES. ſcilicet populum meum ſecurè habitare, eoque iniuriæ & prædæ eſſe opportunum.

15 A LATERIBVS AQVILONIS TV. Chald. *de finibus Aquilonis venies.* Hinc Scytham fuiſſe *Gog* confirmant. Sed Magog & Cœleſyria Aquilonaris erat Ieruſalem collata.

16 ET ADDVCAM TE. Ego tibi eam mentem inijciam, aut permittam vt gentes cognoſcant me eſſe Deum. CVM SANCTIFICATVS FVERO, cùm me iuſtum & ſanctum oſtendero te occidendo.

17 TV ERGO ILLE ES. num tu es de quo locutus ſum? IN MANV SERVORVM. i. per ſeruos meos Prophetas. IN DIEBVS ILLORVM TEMPORVM Hebraicè *in diebus, illis annis*, pro *in diebus illis & annis*, vt Sept. aut *in diebus illorum annorum*, vt Pagn. quamuis Hebr. non ſit regimen. Summa, ante multos annos locutus ſum, quod dixit antè, *in diebus antiquis.* Qui ſunt prophetæ, qui de Gog ſunt locuti, & per quos locutus eſt? Non omnia vaticinia ſunt ſcripta. Sanè Iere. 1. v. 14. dicitur, *Ab Aquilone pandetur omne malum.* Verùm is vnus eſt Propheta, neque ante multos annos vaticinatus eſt.

Indignatio mea in fvrore meo. Hebr. *indi-* 18
gnatio mea in naſo meo. Contra quos? an contra Gog, an
contra Iſraelitas? Non explicat.

Qvia in die illa. Hebr. *ſi non in die illa.* Forma iu- 19
randi. Commotio magna, ſeu *trepidatio magna,*
omnes ſibi timebunt.

A facie mea. id eſt, propter me. Pisces maris 20
commouebuntur, hyperbole. Et cadent sepes.
Hebr. *gradus.* Chald. *turres.* i. munitiones, quas per *ſe-*
pes Hieronymus intellexit.

Et convocabo. concitabo gladios omnis regionis, 21
quam per *montes* intelligit. Adversvs evm. ſ. Gog. &
quod erit maius malum, ipſi hoſtes inter ſe ſæuient, ſe-
que mutuò occident, vt Philiſthæi, 1. Reg. 14. verſ. 20.
Id ſignificat Gladivs vnivscvivsqve in fra-
trem svvm dirigetvr.

Ivdicabo evm, puniam peſte, gladio, turbine. Hebr. 22
Iudicabor. i. litigabo, iudicio contendam. Victum, peſte
& gladio puniam. Lapidibvs immensis. Hebr. *la-*
pidibus elgabis, id eſt, *grandinis,* vt vertunt Sept. De quo
cap. 13. v. 11. & 12.

Et magnificabor, et sanctificabor. Sic Sept. 23
Hebr. *& magnificabo me, & ſanctificabo me,* ea ſ. vindicta.
Ita Chald Chaldaicè; nam Interpres eius non id conſi-
derauit. Admonuiſſe ſat eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Gog. i. Antichriſtum. Magog. i. exercitus Anti- 2
chriſti, qui maximè conſtabit Scythis. ſ. Turcis,
Tartaris, &c. *Magog* à quo Scythæ, filius Iapheth:
Gen. 10. ab eo etiam terra dicta *Magog.* Vide Ioſeph.
lib. 1. cap. 11. Principem capitis. Chald. *princi-*
pem ſummum. Mosoch. i. Cappadocum, vel Moſco-
uitarum. Thvbal. i. Iberiæ. ſ. Aquilonaris quæ iuxta
Pontum. Quidam *Gog* Gothos putant, qui Hiſpaniam
& Italiam ſubiugarunt, magnamque Aſiæ & Africæ
partem.

Edvcam. ſ. quò voluero. vel, è terra tua. Vide in- 4
frà cap. 39.

Gomer. i. Galatæ. Domvs Thogorma. Chald. 6
prouincia Germaniæ.

Præpara. ſ. ad bellum. In præceptvm. q. d. præ- 7
cipe. Chald. & Lxx. *in cuſtodiam.*

Visitaberis. i. punieris à Deo. Novissimo. ſ. pro- 8
pe diem iudicij. Chald. *fine.* Terram. ſ. Eccleſiam.
Gladio. i. perſecutionibus, quas fuerat antè paſſa.

Absqve mvro. i. non munitam. ſ. Eccleſiam, quæ 11
non ſe muris & vectibus defendit.

Vmbilici terræ. ſ. Iudææ, quæ in mundi medio 12
ſita.

Tharsis. Chald. *maris.* Lxx. *Carthaginis.* Leones. 13
Chald. *Reges.*

Sciès. Chald. *ſcies vltionem potentia tua.* Lxx. *con-* 14
ſurges. ſ. contra eum.

Svper. i. contra. Eris. ſ. talis. Lxx. *erit.* ſ. id. San- 16
ctificatvs. i. glorificatus. ſ. te puniendo.

Zelo. Chald. *vindicta.* Commotio. i. turbatio, vel 19
terræmotus.

Pisces, &c. Hyperbole eſt, ad ſignificandam calami- 20
tatis vehementiam. Sepes. Chald. *turres.*

Evm. ſ. Gog. 21

Ivdicabo. i. puniam. Sangvine. i. cæde. Im- 22
mensis. Chald. & Lxx. *grandinis.*

Sanctificabor. id eſt, glorificabor. Notvs ero. 23
Chald. *manifeſtabo potentiam meam.*

CAPVT XXXIX.

Adducet Dominus Gog contra Iſrael, ſed ipſum cum toto eius exercitu ibi perdet; in cuius ſepultura ſeptem menſibus occupabuntur ad mundandam terram: Dominus filios Iſrael propter peccata ipſorum tradidit in captiuitatem, ſed reducet eos in terram ſuam ad nominis ſui glorificationem.

TV autem fili hominis vaticinare aduerſum 1
A Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus:
Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Mo-
2 ſoch & Thubal: * & circumagam te, & educam
te, & aſcendere te faciam de lateribus Aquilo-
3 nis: & adducam te ſuper montes Iſraël. * Et per-
cutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſa-
4 gittas tuas de manu dextera tua deijciam. * Su-
per montes Iſrael cades tu, & omnia agmina
tua, & populi tui, qui ſunt tecum: feris, auibus,
omnique volatili, & beſtijs terræ, dedi te ad de-
5 uorandum. * Super faciem agri cades: quia ego
6 locutus ſum, ait Dominus Deus. * Et immittam
B ignem in Magog, & in his qui habitant in inſu-
lis confidenter: & ſcient quia ego Dominus.
7 * Et nomen ſanctum meum notum faciam in
medio populi mei Iſrael, & non polluam no-
men ſanctum meum ampliùs: & ſcient Gentes
8 Quia ego Dominus ſanctus Iſrael. * Ecce venit,
& factum eſt, ait Dominus Deus: hæc eſt dies,
9 de qua locutus ſum. * Et egredientur habitato-
res de ciuitatibus Iſrael, & ſuccendent, & com-
burent arma, clypeum, & haſtas, arcum, & ſa-
gittas, & baculos manuum, & contos: & ſuc-
10 cendent ea igni ſeptem annis. * Et non por-
C tabunt ligna de regionibus, neque ſuccident
de ſaltibus: quoniam arma ſuccendent igni,
& deprædabuntur eos, quibus prædæ fue-
rant, & diripient vaſtatores ſuos, ait Domi-
11 nus Deus. * Et erit in die illa: dabo Gog lo-
cum nominatum ſepulchrum in Iſrael: vallem
viatorum ad Orientem maris, quæ obſtupeſcere
faciet prætereuntes: & ſepelient ibi Gog, & om-
nem multitudinem eius, & vocabitur vallis
12 multitudinis Gog. * Et ſepelient eos domus Iſ-
13 rael, vt mundent terram ſeptem menſibus. * Se-
peliet autem eum omnis populus terræ, & erit
eis nominata dies, in qua glorificatus ſum, ait
14 Dominus Deus. * Et viros iugiter conſtituent
D luſtrantes terram, qui ſepeliant & requirant eos
qui remanſerant ſuper faciem terræ, vt emun-
dent eam: poſt menſes autem ſeptem quærere
15 incipient. * Et circuibunt peragrantes terram:
cumque viderint os hominis, ſtatuent iuxta il-
lud titulum, donec ſepeliant illud pollinctores
16 in valle multitudinis Gog. * Nomen autem ci-
17 uitatis Amona, & mundabunt terram. * Tu er-
go fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic
E omni volucri, & vniuerſis auibus, cunctiſque
beſtijs agri: Conuenite, properate, concurrite
vndique ad victimam meam, quam ego immo-
lo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſ-
raël, vt comedatis carnem, & bibatis ſangui-
18 nem. * Carnes fortium comedetis, & ſangui-
nem principum terræ bibetis: arietum, & agno-
rum, & hircorum, taurorumque & altilium, &
19 pinguium omnium. * Et comedetis adipem in
ſaturitatem, & bibetis ſanguinē in ebrietatem,
20 de victima, quam ego immolabo vobis: * & ſa-
turabimini ſuper menſam meam de equo, &
equite forti, & de vniuerſis viris bellatori-
21 bus, ait Dominus Deus. * Et ponam gloriam
meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes
iudicium meum, quod fecerim, & manum
22 meam, quam poſuerim ſuper eos. * Et ſcient
F domus Iſrael, quia ego Dominus Deus eo-
23 rum, à die illa, & deinceps. * Et ſcient Gen-
tes quoniam in iniquitate ſua capta ſit do-

mus

mus Iſrael, eò quòd dereliquerint me, & abſ-
conderim faciem meam ab eis: & tradiderim
eos in manu hoſtium, & ceciderint in gladio
vniuerſi. *Iuxta immunditiam eorum & ſcelus 24
feci eis,& abſcondi faciem meam ab illis. *Pro- 25
pterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc redu-
cam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis
domus Iſraël: & aſſumam zelum pro nomine
ſancto meo. *Et portabunt confuſionem ſuam, 26
& omnem præuaricationem, qua præuaricati G
ſunt in me, cùm habitauerint in terra ſua con-
fidenter neminem formidantes, *& reduxero 27
eos de populis, & congregauero de terris inimi-
corum ſuorum, & ſanctificatus fuero in eis, in
*Sup.26. c.33 oculis gentium plurimarum. *ⁿ Et ſcient quia 28
ego Dominus Deus eorum, eò quòd tranſtule-
rim eos in nationes, & congregauerim eos ſuper
terram ſuam, & non dereliquerim quemquam
ex eis ibi. *Et non abſcondã vltrà faciem meam 29
ab eis, eò quòd effuderim ſpiritum meum ſuper
omnem domum Iſraël, ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ECCE EGO SVPER TE. Hebr. *ad te.* pro, contra te. 1
PRINCIPEM CAPITIS. De hoc cap. ſuperiori verſ. 2.
CIRCVMAGAM TE, ibidem v. 4. ET EDVCAM TE. 2
Vox ששאתיך *ſiſethicha*, quid ſignificet, non cõſtat. Qui-
dam *ſextabo te.* i. tuorum ſextam partem occidam, aut
relinquam partem ſextam. Quidam *ſex ſupplicijs te
ſubijciam*, quæ ſunt poſita cap 38. v. 22. Et ea hîc inge-
rit Nicephorus libro 14. c. 38. & Ambroſius 2. de Fide,
extremo, neſcio vnde. Quidam *occidam te*. Chald. *ſedu-
cam te.* Quid ſequamur in tanta varietate?
ET PERCVTIAM ARCVM TVVM, multiplici ictu fa- 3
ciam, vt arcus de manu cadat. Sept. *& perdam arcum
tuum*. Chald. *& proijciam arcum tuum*. Per *arcum &
ſagittas* alia etiam arma intelligit.
SVPER MONTES ISRAEL CADES TV, quos prædari 4
volebas. OMNIQVE VOLATILI. Hebr. *volucri, aui
omnis alæ*. i. habenti alas, alatæ dedi te in eſcam.
IGNEM IN MAGOG, ſedem regni Gog. non ſolùm eum 6
occidam, ſed & regnum eius vaſtabo. IN INSVLIS.
Propè in mari Mediterraneo erant inſulæ eius imperio
ſubditæ, in quas ignis etiam deſæuiet. Et per *ignem* in-
tellige aut verum ignem, aut belli flammam.
ET NON POLLVAM NOMEN, non patiar pollui, vt fie- 7
bat, cùm gentes viderent Dei populum tam diu in ca-
ptiuitate deſtitutum.
ECCE VENIT, in præterito Hebr. & Græcè. ET FA- 8
CTVM EST. i. propè iam eſt quod dico, tam certum, ac ſi
factum iam eſſet.
ET HASTAS, ſeu *ſcuta*, vt cap. 18. verſ. 4. ET CON- 9
TOS, lanceas. Id ſignificat רמח *romah*. ſic Sept. & Chald.
ET SVCCENDENT EA IGNI SEPTEM ANNIS. pro, multo
tempore. Eſt & hyperbole, ad ſignificandam inſignem
victoriam, quam pij de Gog reportabunt.
ET NON PORTABVNT LIGNA, DE REGIONIBVS. Hebr. 10
de agro. Non erit opus ijs lignis ad ignem, haſtæ erunt
ignis alimentum.
LOCVM NOMINATVM. Sic Sept. Chald. *locum aptum,* 11
nominatum. i. celebrem ob eam victoriam. Hebr. *locum
ibi ſepulchri dabo* Gog in terra Iſrael. Nimirum pro
ſam i. *ibi*, vt nunc eſt, Hieronymus & Sept. legerunt
ſem, i. *nomen nominatum*. VALLEM VIATORVM, ibi ſe-
pelietur. Hebr. *vallem tranſeuntium*, per quam multi
tranſeunt, quò clades nobilior ſit. AD ORIENTEM
MARIS. i. ad mare Orientale. ſ. *Geneſareth*, vt Chald
explicat, alio nomine *mare Tiberiadis*. Lacus eſt, ſed
mare vocatur. QVÆ OBSTVPESCERE. Hebr. *obturare*
faciet. ſ. nares tranſeuntium præ tetro odore. VOCA-
BITVR, non excitabunt ſepulchra, ſed tota vallis & erit
& vocabitur. VALLIS MVLTITVDINIS GOG. ſ. in qua
iacet Gog exercitus.
12 SEPTEM MENSIBVS. i. multo tempore mundabunt
terram.
13 ET ERIT EIS NOMINATA DIES. Hebr. *in nomen*. i. in-
ſignis, ſeu feſta dies, ad memoriam tam celebris victo-
riæ, erit Iudæis.
14 ET VIROS IVGITER. Benè pro תמיד *thamid* poſuit
iugiter. Hebr. *& viros iugiter ſeparabunt tranſeuntes
per terram*. Conſtructio inuerſa, pro, *ſeparabunt* (ſ. Iſ-
raelitæ) *viros iugiter tranſeuntes*. i. deſignabunt qui ter-
ram purgent. POST MENSES AVTEM SEPTEM QVÆ-
RERE INCIPIENT. Nimirum poſtquam populus ſeptem
menſibus ſepelierit Gog & eius milites, quærent alios
occiſos. ſic Chald. Verùm longa ea mora cùm videre-
tur ad inuiſendam regionem, & ſepeliendos mortuos,
Hebraica, quæ ſic habent, *A fine ſeptem menſium inqui-
rent*. Hebræi explicant, finitis ſeptem menſibus inqui-
rere deſinent. Inquiſitio tenebit ſeptem menſibus.
15 OS. pro, *oſſa hominis*, vt Chald. i. cadauer vbi vide-
rint, ibi ſtatuent. TITVLVM. ſic Sept. Sed quoniam *ti-
tulus* eſt ſtatua, meliùs dicas *ſignum*: id ſignificat ציון
Zion, congeſtis ſ. lapidibus locum ſignabunt, donec ſe-
peliant illud POLLINCTORES. i. qui ſepeliunt. IN
VALLE, in ea valle vult oſſa alijs locis diſperſa ſepeliri.
16 AMONA, vt vallis vocatur multitudinis Gog, ſic vrbs
illi finitima vocetur *Hamonah*. i. *multitudo*. Quæ au-
tem ea ciuitas eſſet, non explicant; quidam Ieruſalem
putant ab eo euentu, mutato nomine. Sept. pro *Hamo-
nah* πολυάνδριον. i. *cœmeterium* vertunt. Chald *ibi quoque
proijcientur occiſi Romæ ciuitatis*. Certè pro שם legit שם.
Deinde tangit opinionem Iudæorum, per *Gog & Ma-
gog* Romam intelligentium. Interpres Chaldaicus non
benè hunc locum Latinè vertit, cùm dixit: *Ibi quoque
proijcientur occiſi excelſæ ciuitatis*.
17 DIC OMNI VOLVCRI, ET VNIVERSIS AVIBVS. Hebr.
omni aui omnis alæ. i. habenti alas, alatę, vt v. 4. CONCVR-
RITE VNDIQVE AD VICTIMAM MEAM Sic hoſtium la-
nienam vocat. Sic Iſai. 36. verſ. 6. & Ierem. 46. v. 10.
Quorum cadauera aues & feræ comedent.
18 ET ALTILIVM, ET PINGVIVM OMNIVM, ô aues com-
edetis carnes. Sept. *vituli impinguati omnes*. Hebr. *bu-
balorum*, ſeu *pinguium Baſan*. *Baſan* regio erat lætiſſi-
mis paſcuis. מריא *meri*, aut *bubalum* ſignificat, aut *pin-
gue*. *Altile* idem quod ſaginatum, impinguatum: Hie-
ron. pro *Baſan, pinguium* poſuit, vt Sept. Porrò per
hæc animalia Duces & Principes in exercitu Gog in-
telligit. pingues & delicatos.
20 ET SATVRABIMINI SVPER MENSAM MEAM, ô aues &
feræ. Vocat eam vallem, vbi Gog cum ſuis cadet, *men-
ſam meam*.
21 ET PONAM GLORIAM MEAM IN GENTIBVS. id eſt, eis
oſtendam. ET MANVM MEAM. i. lanienam à me
factam.
23 ET SCIENT GENTES. Non imbecillitate factum vt
mei irent in captiuitatem, ſed ob eorum ſcelera id fa-
ctum; quando reſtitutos vltus de hoſtibus ſum.
24 FECI EIS, aut *cum eis*, vt eſt Hebr. vt tunc illi mere-
bantur.
25 ET ASSVMAM ZELVM, ne ſ. nomen meum ampliùs
polluatur inter Gentes.
26 ET PORTABVNT. ſ. Iudæi, pro, recordabuntur, ferent
ante oculos. CONFVSIONEM SVAM. Hebr. *ignominiam
ſuam*, quam paſſi ſunt in captiuitate. ſ. NEMINEM FOR-
MIDANTES. Hebr. *& non exterrens*. ſ. erit, poſtquam eos
reduxero.
27 ET SANCTIFICATVS FVERO. i. id fiet, cùm me ſan-
ctum oſtendero, populo liberato.
28 ET NON DERELIQVERIM QVEMQVAM EX EIS IBI.
ſ. volentem in patriam redire; alioqui non paucos inter
gentes manſiſſe, veriſimile eſt. Neque ampliùs eos de-
ſeram, eò quòd ſuper eos
29 EFFVDERIM SPIRITVM MEVM. Poteſt hoc de Spiritu
ſancto intelligi, *quem effudit in nos abundè*: ad Titum 3.
verſ. 6. Poteſt etiam per *ſpiritum* intelligi voluntas, vt

32 aſcendebatur per eam. * Et introduxit me in
atrium interius per viam Orientalem: & men-
ſus eſt portam ſecundùm menſuras ſuperiores.
33 *Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibu-
lum eius, ſicut ſuprà: & feneſtras eius, & ve-
ſtibula eius in circuitu, longitudine quinqua-
ginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque
34 cubitorum. *Et veſtibulum eius, id eſt atrij ex-
terioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc &
35 inde: & in octo gradibus aſcenſus eius. *Et in-
troduxit me ad portam, quæ reſpiciebat ad A-
quilonem: & menſus eſt ſecundùm menſuras
36 ſuperiores. *Thalamum eius, & frontem eius,
& veſtibulum eius, & feneſtras eius per circui-
tum, longitudine quinquaginta cubitorum, &
37 latitudine vigintiquinque cubitorum. *Et veſti-
bulũ eius reſpiciebat ad atrium exterius: & cæ-
latura palmarum in fronte eius hinc & inde: &
38 in octo gradibus aſcenſus eius. * Et per ſingula
F gazophylacia oſtium in frontibus portarum: ibi
39 lauabant holocauſtum. *Et in veſtibulo portæ,
duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immo-
letur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, &
40 pro delicto. *Et ad latus exterius, quod aſcendit
ad oſtium portæ, quæ pergit ad Aquilonem,
duæ menſæ: & ad latus alterum ante veſtibu-
41 lum portæ, duæ menſæ. *Quattuor menſę hinc,
& quattuor menſæ inde: per latera portæ octo
42 menſæ erant, ſuper quas immolabant. * Quat-
tuor autem menſæ ad holocauſtum, de lapidi-
bus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius
& dimidij: & latitudine cubiti vnius & di-
midij: & altitudine cubiti vnius: ſuper quas
ponant vaſa, in quibus immolatur holocau-
43 ſtum, & victima. * Et labia earum palmi vnius,
reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper menſas
44 autem carnes oblationis. *Et extra portam inte-
riorem, gazophylacia cantorum in atrio interio-
ri, quod erat in latere portæ reſpicientis ad A-
G quilonem: & facies eorum contra viam Auſtra-
lem vna ex latere portæ Orientalis, quæ reſpi-
45 ciebat ad viam Aquilonis. *Et dixit ad me: Hoc
eſt gazophylacium, quod reſpicit viam Meri-
dianam; ſacerdotum erit, qui excubant in cu-
46 ſtodijs templi. *Porrò gazophylacium, quod re-
ſpicit ad viam Aquilonis, ſacerdotum erit, qui
excubant ad miniſterium altaris. iſti ſunt filij
Sadoc, qui accedunt de filijs Leui ad Domi-
47 num vt miniſtrent ei. *Et menſus eſt atrium lon-
gitudine centum cubitorum, & latitudine cen-
tum cubitorum per quadrum: & altare ante
48 faciem templi. *Et introduxit me in veſtibulum
templi: & menſus eſt veſtibulum quinque cu-
bitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudi
nem portæ trium cubitorum hinc, & trium cu-
49 bitorum inde. * Longitudinem autem veſtibuli
viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cu-
bitorum, & octo gradibus aſcendebatur ad
eam. Et columnæ erant in frontibus; vna hinc,
& altera inde.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

POSTREMA *Ezechielis viſio in templi fabrica conſumitur, omnium planè difficillima, vt inter noctis tenebras hallucinari lector videatur. hoc & antiquis Patribus contigit. De quo magna quæſtio eſt, an cum Salomonis fabrica conſentiat. Quidam aiunt, & conſentaneum eſt, Prophetam euerſi templi formam ad poſteros voluiſſe transmitti, ne rei tantæ memoria diuturnitate obliteraretur. Alij Zorobabelis fabricam deſcribi potiùs contendunt: nam cùm de reditu à captiuitate ageret, & de templi inſtauratione, formam deſcripſit, quam poſteà ſequerentur. Hieronymus in Comment. vtramque refellit hoc argumento: Quoniam Ezechielis templum Salomonis anguſtius eſt, Zorobabelis templo multò maius; vt qui prius templum viderant, cum eiulatu teſtati ſunt. Gregorius Homil. 13. in Ezechielem, quæ eſt quarta Sententia, difficultate deterritus negauit, quæ hic dicuntur, iuxta literam intelligenda, ſed ad altiores & myſticas ſignificationes reuocanda, præſertim cùm pugnantia dici videantur. Inter has ſententias quid ſequeremur incerti, Salomonis templi formam adhibere viſum eſt, vt ex ea, quæ Propheta dicit obſcurè de ſua fabrica, meliùs perciperemus. Ex ea collatione ſuſpicabar, Ezechielis fabricam nouam eſſe, ſed ad inſtar templi à Salomone constructi. Similis ergo hæc fabrica eſt, non eadem; quod ex ijs, quæ ſigillatim dicemus, meliùs intelligetur. Verùm templi totius formam ante oculos ponamus.*

Templi deſcriptio.

M*VLtas templum Salomonis, ſiue Ezechielis, partes habuit. Peribolus primùm ſex cubitorum altitudinis, cap. 40. verſ. 5. totam fabricam ambiebat. Quæ longitudine eſſet, non ſatis conſtat. Cap. 42. extremo, cuilibet lateri & coſtæ quingẽtos calamos dat, cubitos tria millia. Ita totus peribolus patebat cubitos duodecim millia, aut ampliùs. Ingens ſumma, neque conſentiens cum reliquis templi partibus. Sic quidam quingentos calamos, quos is locus tribuere videtur ſingulis lateribus, deſignare potiùs totum ambitum putant. Sanè v. 16. & 17. dicitur, quingentos calamos eſſe per circuitum, aut per gyrum, quod ſuppleri debet duobus proximis verſibus. Neque diſplicet commentum. Inter peribolum & atria quod ſpatium eſſet non exprimitur. calamos ſeptem, cubitos quadraginta duos quidam deſignant, quod ex longitudine colligunt tum periboli, tum muri atria ambientis. Verius credam, non ſatis eam latitudinem à peribolo ſeu lorica ad atrij parietem conſtare. Sequebatur atrium Gentium, ſeu Profanum, ſic dictum, quoniam Gentibus ad illud aditus patebat. De quo dubium eſt, an totam reliquam fabricam complecteretur, an ſolùm ad frontem ædificij porrigeretur. Sanè ſuas porticus habebat, quando Ioan. 10. & Act. 5. vocatur porticus Salomonis. De menſura eius non laboro, quando neque in Ezechiele exprimitur, & Apocal. 11. v. 2. iubetur Angelo, ne illud metiatur. Ex atrio Gentium aſcendebatur, & quidem per ſeptem gradus, cap. 40. verſ. 22. ad portam Orientalem atrij exterioris. Occurrebat in ipſo aditu veſtibulum cum ternis thalamis ſeu cubiculis ab vtroque latere, latos ſingulos & longos ſex cubitos. Cauum veſtibuli erat latum cubitos decem, longum quinquaginta. Porrò veſtibula eadem forma & menſura ſex erant: tria atrij exterioris ad Ortum Septemtrionem & Auſtrum, totidem atrij in-*

terioris

terioris ad eaſdem cæli plagas. Ad Occaſum nulla porta aut veſtibulum erat. Ex ea porta & veſtibulo ibatur ad atrium exterius, quod Atriũ maius & Atrium Iſrael vocabatur. Quod in ſeptem areas diuiſum erat, ſingulas centum cubitorum quoquo verſus. Tres ad latus Septemtrionale erant, tres ad Auſtrũ, & media porta Orientali coniuncta. Areæ omnes ſuas porticus ex omni parte habebant columnis ſuſpenſas & peruias inter ſe, quinquaginta cubitos latas. Super porticus erant gazophylacia ad varios templi vſus, & quidem ternis tabulatis ſublata. Sic quodlibet huius atrij latus quingentos cubitos patebat, quibus addas licet vtrinſque extremi parietis, quibus claudebatur, latitudinem. In hoc atrium Iudæi ingrediebantur, viri & mulieres locis diſiuncti: nam erat Atrium mulierum areæ tres, vt puto; quæ veſtibulo ad Ortum iuncta erat, & quæ ad vtrumque latus. Poſt atrium exterius ſequebatur interius, quod & Leuitarum vocabatur, quòd in illud templi miniſtri tantùm Sacerdotes & Leuitæ ingrederentur. Area vna erat par alijs è regione Sanctuarij, & ipſa porticibus circumdata tribus ex partibus, nam ad Occaſum, Sanctuarium & eius porticus erat. In ea area, Altare ſacrificiorum, & Mare æneum viſebantur. Sequebatur Sanctuarium ipſum, ſeu templum intrinſecus, longum cubitos ſexaginta, latum viginti. Par altitudo interiùs, nam exteriùs multò erat ſublimius, cœnatione impoſita, & exedris triplici ordine adiunctis. Quod diuidebatur in duas partes. Adytus, ſeu Sancta ſanctorum, quoquo verſus viginti cubitorum erat, vbi Arca, Propitiatorium & Cherubim erant. In reliquo Sanctuario Altare thymiamatum, Menſa propoſitionis ad læuam Arcæ & Propitiatorij, ad dextram & Auſtrum, Candelabrum. Sanctuarij porta ad Ortum erat addita portico decem cubitos lata, longa triginta, ſuper quam turris extructa erat cubitorum centum & viginti, 2. Paral. 3. verſ. 4. Ex alijs tribus partibus templo coniunctæ erant exedræ triplices, infimæ, mediæ, et ſupremæ, in quouis ordine triginta, vt Ioſephus ait lib. 8. Antiquit. cap. 2. ita exedræ omnes erant nonaginta numero, infimæ anguſtiores, quæ ſuperiùs erant latiores. Hactenus octo areas deſignauimus, ſeptem atrij exterioris, octauam interioris. Sed & nonam oportet adiicere ſuis porticibus incluſam ad tres cæli plagas, Occaſum, Auſtrum, & Septemtrionem. In cuius medio Sanctuarium cum ſuis appendicibus ſurgebat. Erat fortaſſe & peribolus cingens Sanctuarium. Ad angulos tam atrij interioris quàm exterioris, culinæ erant, vbi coquebantur carnes ſacrificiorum, Ezechiel. c. 46. v. 20. & 23. ſingulæ cum ſuis atriolis, como patios. *De quibus omnibus ſigillatim plura in contextus explicatione. Fabricam vniuerſam deſcribere hoc loco leuiter, ſatis habui, vt quæ dicentur, meliùs percipiantur.*

IN VIGESIMO QVINTO ANNO tranſmigrationis. ſ. Iechoniæ. Anno quinto eius tranſmigrationis cœpit 1
Ezechiel prophetare, c. 1. verſ. 1. Ergo hæc viſio poſt viginti annos contigit, paucis minùs diebus, vt Hieronymus accuratè computat. TRANSMIGRATIONIS NOSTRÆ. Iuit cum Iechonia Ezechiel in Chaldæam. Porrò vocat *tranſmigrationem*, quoniam Iechonias ſponte ſe dedidit. IN EXORDIO ANNI. Hebr. *In capite anni.* בראש השנה. In Kalendario Hebraico eo prorſus nomine vocatur primus dies menſis *Tiſri*, qui alioqui eſt ſeptimus menſis à *Niſan*, qui quoad feſta eſt primus anni menſis. ideò Hieronymus eo menſe hæc contigiſſe putat. Conſentiunt Hebræi, qui Iubilei initio hæc facta credunt. De quo plura cap. 1. v. 1. Iubileus autem à *Tiſri* menſe antiquo anni initio inchoabatur. DECIMA MENSIS. ſ. *Tiſri*. Dies is erat expiationis, vt Hieronymus verè ait. PERCVSSA EST CIVITAS. i. capta, vaſtata. IN IPSA HAC DIE. Hebr. *in corpore diei eius*. i. in articulo, in hora aut tempore eius diei. *ipſa die*, vt Hieronymus hìc poſuit. Conſentiunt Sept. & Chald. MANVS DOMINI. ſic viſio inſignis vocatur. Itaque hæc viſio accidit quo die Ieruſalem eſt capta.

2 IN VISIONIBVS DEI. Non venit Ezechiel corpore in Ieruſalem, ſed per viſionem. Porrò *viſiones Dei* vocantur. i. excellentes præ ceteris. Et in plurali loquitur, quoniam vna viſio multarum inſtar fuit, multa capita habuit. ET DIMISIT ME SVPER MONTEM EXCELSVM NIMIS. Montem Sion ſic vocat, aut montem Moria, vbi templum erat. SVPER QVEM ERAT QVASI ÆDIFICIVM CIVITATIS. Erat enim ea, proptereà dicit *quaſi*, & quoniam per viſionem hæc geſta ſunt. VERGENTIS AD AVSTRVM. Babylonis comparatione, aut montis Sion, qui erat ad Occaſum Septemtrionemque. Vrbs ad Meridiem & Ortum tendebatur.

3 SPECIES, color quaſi æris ſplendentis erat eius viri quem vidit. ET FVNICVLVS LINEVS, vt ſolent architecti habere ad metiendum ſimul cum menſura lignea, quam *calamum* vocat. Hebr. קנה *kaneh*, vnde noſtris *Caña*. Quid ille vir dixit Ezechieli?

4 VIDE OCVLIS. i. obſerua diligenter ſingula, quoniam ea referre debes alijs.

5 ET ECCE MVRVS. Hic erat peribolus, de quo 1. Machab. 14. v. 48. Latinè *lorica*, qua totum templi ædificium, quod *domum* vocat, cingebatur. Hiſp. *antepecho*. SEX CVBITORVM, ET PALMO. Palmus minor quatuor digitorum. Hebr. טפח *tophah*, Græcè, παλαιστὴ, quam vocem Sept. hìc ponunt. nam eſt palmus digitorum duodecim. Hebr. *zereth*. Græcè, σπιθαμή. Hebr. *calamus menſuræ ſex cubitorum in cubito, & palmo*. Quibus verbis quidam ſignificari volunt, eos cubitos eſſe ſacros ſexpalmorum. ſ. cùm communis & popularis apud illos (nam communis noſter 24. digitos continet) eſſet quinque palmorum, digitorum viginti. Ita iuxta hæc palmus non ſex cubitis adijci debet, ſed cuilibet cubito, vt ex communi fiat ſacer. De quo plura lib. de Pond. & menſ. cap. 18. Hieronymus & alij ſex cubitis vnum palmum adijciunt. neque multùm intereſt. LATITVDINEM ÆDIFICII. Peribolum vocat ædificium, qui ſex cubitos latus, & totidem altus erat.

6 ET VENIT AD PORTAM. Non ad illam vbi erat v. 3. quæ erat periboli porta, & totius ædificij; ſed ad alteram, quæ erat atrij exterioris, ſiue Iſraelis, & Orientem reſpiciebat. In templo Salomonis poſt peribolum erat atrium Gentium, ſic dictum, quòd ad illud cunctis pateret aditus, porticibus cinctum omni ex parte, *qui porticus Salomonis* etiam vocatur Ioan. 10. Act. 5. Verùm eo prætermiſſo, quoniam id metiri nolebat, (vt & Apocal. 11. v. 2. iubetur alteri Angelo, *ne metiaris illud*,) vlteriùs ad portam atrij exterioris procedit, quo atrio tribus ex partibus cingebatur Sanctuarium. Porrò omittendi menſuram atrij Gentium cauſa fuit, vt indicaretur, Gentes innumeras in Eccleſiam venturas. ET ASCENDIT PER GRADVS EIVS. Quot ij gradus eſſent, non explicat. Sept. *ſeptem* addiderunt. Credo ex v. 22. vbi id dicitur. Sed ſanè cùm ædificium in monte accliui eſſet, per partes ſingulas aſcendebatur, donec ad Sanctuarij ſitum ſublimiorem ceteris perueniebatur. LIMEN PORTÆ, ſupple, vnum סף *ſaph*. Sept. vocant θεὲ. vnde id? Sed tamen vox Hebr. & *limen inferius*, & *ſuperliminare*, & *vtrumque poſtem* ſignificat. Hebræi *poſtes* putant. Hebr. ſic ordino: *Menſus eſt poſtem* (vnũ) *calamus vnus latitudo eius poſtem vnum* (.i. alterum) *calamus vnus latitudo*. De vtroque enim poſte, & ſic meliùs intelligitur. Ergo latitudo erat, quanta muri ſex cubi-

torum.

bitorum. De longitudine ſiue altitudine nihil.

7 ET THALAMVM, ſeu *conclaue* latum & longum vno calamo. Memento, quod de Pond. & menſ. cap. 18. diximus, menſuras interuallorum Hebraicas noſtris triente eſſe maiores, ne cubicula exigua videantur. ET INTER THALAMOS, QVINQVE CVBITOS. i. paries quinque cubitorum, vt Chald. ait, erat inter vnum & alterum thalamum.

8 ET LIMEN PORTÆ. Hìc *limen* non pro poſte accipio, ſed pro limine, quod ſubijcitur pedibus, & erat veſtibulum, quod intra portam erat, vnius calami; vt intelligas, latitudini poſtium liminis longitudinem reſpondere. Hebraicè ſequitur, quod Hieronymus non vertit: *Et menſus eſt veſtibulum portæ intrinſecus calamo vno.* Interuallum inter duos poſtes, quod eſt in ianua ſub fornice, *veſtibulum* vocat, aitq́; eſſe vnius thalami, ſ. quoad longitudinem, nam de latitudine in poſtibus erat dictum, eſſe etiam calami vnius.

9 OCTO CVBITORVM. Agit de eodem interuallo ſub fornice, cuius frons interior octo cubitorum erat, additis ad ſpatium duobus poſtibus, ſeu columnis, ſingulis vnius cubiti.

10 TRES HINC. Porta ad Ortum erat, ad dextram eius. .i. Septemtrionem, tres thalami, ad Auſtrum totidem ordine ad Occaſum porrecti. ET MENSVRA VNA FRONTIVM. Sic Chald. Hebr. *poſtium*, aut *ſemicolumnarum*, quibus ornabantur thalami, erat vna menſura.

11 ET MENSVS EST LATITVDINEM LIMINIS PORTÆ. ſ. vſque ad angulos veſtibuli ſpatium intra thalamos erat cubitorum decem. Portæ altitudo à limine ad fornicem tredecim cubitorum, quam altitudinem vocat longitudinem.

12 ET MARGINEM. Hebr. *terminum*. ſ. podium, *El eſcalon*, cubiculis iunctum cubiti vnius. ET CVBITVS VNVS FINIS VTRIMQVE. Hebr. *& cubitus vnus terminus*, hinc ſupple & inde. Hoc eſt podium ad thalamos latum & altum vno cubito.

13 PORTAM A TECTO THALAMI. Porta erat lata decem cubitos, v. 11. thalamus ſex. ita duo thalami faciunt cubitos duodecim; adde parietes in fronte vtriuſque thalami cubiti & dimidij ſingulos, inuenies latitudinem veſtibuli cum thalamis eſſe cubitorum viginti qninque. OSTIVM CONTRA OSTIVM. Oſtia thalamorum inter ſe oppoſita erant. ſic fit in fabricis pulchris.

14 ET FECIT FRONTES. Hebr. *poſtes*. PER SEXAGINTA CVBITOS. Hoc non refero ad longitudinem poſtium, quia nimia videtur; ſed ad vtrumque latus veſtibuli, quod erat inter thalamos. Itaque per triginta cubitos ex vna parte, & totidem ex altera, erant poſtes ad veſtibuli ornatum. Porrò is numerus ſic colligitur: Tres thalami efficiebant cubitos decem & octo, duo parietes inter thalamos quinque cubitorum, efficiunt decem; adijce ad angulos, poſtes duos vnius cubiti ſingulos, ſic triginta cubiti conſtabunt in vno latere longitudinis. Ita veſtibulum latum erat cubitos viginti quinque, longum triginta. Quod ſequitur, ET AD FRONTEM ATRIVM PORTÆ VNDIQVE. Hebr. *& ad poſtem* (. i. poſtes) *atrium portæ per circuitum*. i. ij poſtes erant circum atrium ſeu veſtibulum portæ, quod ſ. à porta porrigebatur vſque ad porticum & ingreſſum atrij exterioris.

15 ET ANTE FACIEM PORTÆ, &c. Hebr. *& ſuper faciem* (.i. à facie) *portæ introitus* (.i. primæ) *vſque ad faciem veſtibuli portæ interioris quinquaginta cubiti*. Veſtibuli duæ erant portæ, prior, per quam aſcendebatur ex atrio Gentium; poſterior, per quam in Atrium exterius ingrediebantur. Vtraque facies veſtibuli, quæ licet vnius calami eſſent, vt de priori porta eſt dictum v. 6. adiectis tamen gradibus & ornamentis decem cubitorum erant, quibus ſi adijcias triginta cubitos, quàm erat longum veſtibulum, efficies quinquaginta cubitos. Itaque veſtibulum cum vtraque porta tam longum erat, quàm porticus erant latæ, cubitos quinquaginta.

16 ET FENESTRAS OBLIQVAS. Hebr. *clauſas*. i. intus anguſtæ, foris latiores, vt Kimhi. *Sæteras*. ET IN FRONTIBVS EORVM. Hebr. *in poſtibus eorum*. Poſtes ijs feneſtellis terminabantur. IN VESTIBVLIS. Multa erant veſtibula in ea fabrica, quæ omnia ad accipiendum lumen eas circum feneſtellas habebant. ET ANTE FRONTES. Hebr. *& ad poſtem*. i. ad omnem poſtem palmæ. ſ. inciſæ. Eæ palmæ duæ erant tantùm in ſingulis poſtibus, ex v. 26.

17 AD ATRIVM EXTERIVS. Hoc Atrium vocatur maius, quoniam populo vniuerſo ſeruiebat: 3. Reg. 7. v. 12. Vocatur etiam Atrium Iſrael diuiſum in ſeptem areas; hanc, in quam eſt primus ingreſſus; & ſex alias, tres ad Meridiem, totidem ad Septemtrionem, porticibus diſtinctas & peruias omnes. Porrò prima hæc pars Atrium mulierum vocabatur. Aut fortè atrium mulierum tres areas complectebatur, hanc mediam, & quæ erant ad duo eius latera. Erant autem circum illud triginta gazophylacia, ſeu exedræ, quæ miniſtris templi ſeruiebant. ET PAVIMENTVM STRATVM LAPIDE. רצפה *Rizphah* nō ſignificat *pauimentum* tantùm, vt pleriſque vertunt, ſed *pauimentum ſtratum lapide* עצת חאב נים vt explicat Hebr. Schol.

18 ET PAVIMENTVM IN FRONTE PORTARVM. Hebr. *in latere portarum*. ſic Chald. i. pauimentum non in area tota erat, ſed ad latus portarum, quæ duæ erant, vt v. 15. quinquaginta cubitos diſtantes, quanta erat porticus atrij latitudo. Ergo ſignificat, non areas fuiſſe ſtratas, ſed porticus. Id ſignificat INFERIVS. i. ſub ipſis porticibus.

19 PORTÆ INFERIORIS. Sic vocat portam ſecundam veſtibuli, quoniam Atrium interius erat ſublimius, & ad illud per gradus aſcendebatur. Ergo area ab ea porta vſque ad frontem extrinſecam Atrij interioris patebat centum cubitis quoquouerſus. Id ſignificat, AD ORIENTEM, ET AD AQVILONEM. i. ab Occaſu ad Orientem, & à Meridie ad Aquilonem. Par enim menſura erat.

20 VIAM AQVILONIS. Tres portæ erant Atrij exterioris; Orientalis, quæ erat præcipua, Aquilonaris, & Auſtralis. Modò ait, portæ Aquilonaris ſtructuram & menſuras ab Orientali non diſcrepare.

22 ET SEPTEM GRADVVM. Hoc non explicarat in porta Orientali, quòd ſeptem gradibus ad eam aſcenderetur; ſolùm dicit v. 6. quòd ad portam Orientalem aſcendebatur. ET VESTIBVLVM, ſiue *veſtibula*. loquitur de vtraque porta, Orientali & Aquilonari. ANTE EAM. Hebr. *ante eas portas*. i. *intra*, vt Sept. qui poſuerunt, *& ælamoth intrinſecus*. i. veſtibula intrinſecus erant. ſ. ea veſtibula interualla erant inter thalamos.

23 ET PORTA ATRII INTERIORIS. ſ. Aquilonaris. erat è regione portæ Aquilonaris. ſ. atrij exterioris. ET ORIENTALEM. pro, ſicut Orientali atrij interioris reſpondebat porta Orientalis atrij exterioris. *Et*, pro, ſicut: Iob 5. v. 7. *homo natus ad laborem, &* (ſicut) *auis ad volandum*. Porrò inter oppoſitas duas portas, centum cubitorum area erat.

24 IVXTA MENSVRAS SVPERIORES. Hebr. *iuxta menſuras has*. i. iam dictas. Agit de porta Auſtrali atrij exterioris, quam dicit cum alijs duabus conuenire.

28 AD PORTAM AVSTRALEM introduxit me. ſ. atrij interioris, nempe quæ erat è regione portæ Auſtralis atrij exterioris, quam poſtremò erat menſus. Et nota, in vtroque atrio, exteriori & interiori, tres tantùm portas ponere; nam ad Occaſum nulla porta erat.

29 THALAMVM EIVS. Hebr. *thalamos eius*, vt Sept. τὰ θεὲ, & Chald. Noſter *thalamum* dixit, pro thalamos, ſingulare pro plurali.

30 ET VESTIBVLVM PER GYRVM. Hoc loco אלמות *elamoth* aliqui putant non ſignificare *veſtibula*, ſed *poſtes*. Quippe ea vox polyſema eſt, & inter alia *poſtes* ſignificat. Ergo ij poſtes, quibus veſtibulum cingebatur, longi. i. alti erant, cubitos vigintiquinque, lati quinque cubitos.

31 ET VESTIBVLVM. Sept. & Chald. *veſtibula*. ſed plurale pro ſingulari. EIVS. ſ. portæ, aut atrij interioris erat. AD ATRIVM EXTERIVS. pro, ad atrij exterioris formam. Similis fabrica, pares menſuræ erant veſtibuli

interioris & exterioris. IN FRONTE. Hebr. *ad poſtes eius palmæ.* ET OCTO GRADVS ERANT. Ad portas atrij exterioris ſeptem gradibus, ad interioris, vbi erant Leuitæ, octo aſcendebatur gradibus.

PER VIAM ORIENTALEM. Hebr. *via Orientis.* i. de- 32
duxit me ad portam, quæ via Orientis eſt. i. Orientalis in atrio interiori.

THALAMVM EIVS, ET FRONTEM EIVS. Hebr. *thala-* 33
mos eius & poſtes eius. Simile veſtibulum atrij interioris erat veſtibulis exterioris.

VESTIBVLVM EIVS, ID EST ATRII EXTERIORIS. Hoc 34
eſt, tale eſt atrij exterioris. Hebr. *& veſtibula* (pro, veſtibulum) *eius ad atrium exterius.* i. ad formam veſtibuli portæ atrij exterioris. IN FRONTE EIVS. Hebr. *in poſtibus eius* erant palmæ.

THALAMVM EIVS, ET FRONTEM EIVS. Hebr. *thala-* 36
mos eius, & poſtes eius. Omnia erant in atrij interioris portis, vt in portis atrij exterioris. Id hic verſus ſignificat.

ET VESTIBVLVM EIVS RESPICIEBAT. Hebr. *veſtibu-* 37
lum eius ad atrium exterius. De quo v. 31. & 34. nam eadem Hebr. verba ſunt.

ET PER SINGVLA GAZOPHYLACIA. Per *gaZophylacia* 38
quidam intelligunt *thalamos*, qui in veſtibulo erant, vt Sept. Hebr. *cubiculum, & porta eius in poſtibus portarum,* (pro, iuxta portas.) *Cubiculũ*, pro, ſingula cubicula. Singulare pro plurali. Itaque hoc loco declarat, quis thalamorum vſus eſſet, nimirum vt ad eorum oſtia lauarentur holocauſta.

ET IN VESTIBVLO PORTÆ. ſ. Aquilonaris, vt proximo 39
verſu, & quoniam ad Aquilonem hoſtiæ mactabantur. VT IMMOLETVR. Hebr. *mactetur.* PRO PECCATO, ET PRO DELICTO. Quomodo hæc differunt? Sept. *quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia.* erant enim ſacrificia pro ignorantia: Leuit. 4. Num. 15. v. 22.

ET AD LATVS EXTERIVS. Veſtibulum anguſtum erat 40
pro hoſtiarum multitudine, quatuor ergo aliæ menſæ binæ ex vtroque latere erant. ſ. porticu. QVOD ASCENDIT AD OSTIVM. Hebr. *ad aſcenſum oſtij portæ Aquilonaris.*

PER LATERA PORTÆ. Hebr. *ad latus.* pro, ad latera. 41
ſ. exteriora & interiora. Intra veſtibulum quatuor menſæ erant, totidem extra.

QVATVOR AVTEM MENSÆ. Sic Hebr. Loquitur au- 42
tem de externis, & idem de internis intelligit. Quare Sept. vt vtraſque comprehenderent, *octo menſæ* dixerunt. DE LAPIDIBVS QVADRIS, aut *dolatis* erant illæ menſæ. PONANT VASA. ſ. cultros, lebetes, & alia inſtrumenta, quæ *vaſa* vocantur. IN QVIBVS, aut *quibus*, vt eſt Hebr. at Chald. & Sept. *in quibus* habent. In quibus ſ. immolatur holocauſtum, ea vaſa ſupra menſas ponantur.

ET LABIA EARVM PALMI VNIVS. i. quatuor digito- 43
rum. Chald. *vncinos* vertit. Kimhi *tripodes.* ſed hoc reijcitur, quoniam quatuor digitorum eſſe tripodes non poſſunt. Vox שפתים *ſepathaim* in cauſa eſt; nam cum *Smol* ſignificat *labia*, cum *Iamin*, *vncinos*, vnde aiunt carnes ſuſpendi ſolitas: cum *Smol* Hieronymus legit, neque ſolus, ſed & Sept. nempe labia, ſ. menſarum erant palmi vnius. REFLEXA INTRINSECVS. Hebr. *preparata.* ſ. labia intrinſecus. i. conuerſa. Aut præparati erant vncini intra domum, ſeu exedram.

ET EXTRA PORTAM INTERIOREM. In 44
quolibet veſtibulo erant duæ portæ. Egreſſis ergo portam interiorem occurrebant ex vtroque latere atrij interioris gazophylacia ſeu cubicula cantorum. QVOD ERAT IN LATERE. i. verſus portam Aquilonarem. CONTRA VIAM AVSTRALEM. Horum cubiculorum, quæ ex vtroque latere portæ Aquilonaris erant, oſtia verſus Auſtrum habebant. VNA, ſeu *vnum.* EX LATERE PORTÆ ORIENTALIS. i. vnum ex his cubiculis erat in porta Orientali. QVÆ RESPICIEBAT AD VIAM AQVILONIS. Ingreſſis portam Orientalem duo latera occurrebant, alterum ad Aquilonem vergebat, & in hoc erat cubiculum de quo loquitur: in altero, quod ad Auſtrum vergebat, erat cubiculum alterum, de quo hic ſilet, ſed agit de eo verſ. ſequenti.

45 HOC EST GAZOPHYLACIVM. Si tolleretur *eſt*, ſenſus eſſet planior; nam ſequitur, SACERDOTVM ERIT, vt tollunt Chald. & Sept. Neque Hebr. eſt. Ergo cubiculum alterius lateris non cantorum erit, ſed ſacerdotum.

46 AD VIAM AQVILONIS. Redit ad cubiculum, de quo v. 44. dixit, Aquilonem verſus eſſe. FILII SADOC, poſteri Sadoc, qui fuit primus Pontifex in templo Salomonis. QVI ACCEDVNT. i. miniſtrant. Erant præcipui inter ſacerdotes altaris miniſterio deſtinati; alij ſacerdotes templum cuſtodiebant.

47 ATRIVM. ſ. interius Leuitarum, quod vnam aream habuit modò, ſed porticibus cinctam latitudine & longitudine centum cubitorum. ET ALTARE ANTE FACIEM TEMPLI. *Templum* vocat ſanctuariũ, extra quod ad ianuam erat Altare ſacrificiorum, aut in media atrij area.

48 ET INTRODVXIT ME IN VESTIBVLVM TEMPLI. Per hoc *veſtibulum* intelligo porticum quæ erat ante templum 3. Reg 6. v. 3. ET MENSVS EST VESTIBVLVM. Hebr. *menſus eſt poſtes veſtibuli.* i. portæ, aut totius porticus poſtes, quibus portæ fornix impoſita erat, ſinguli quinque cubitorum latitudinis erant. Porrò ianuæ duæ erant, ſiue portæ, quibus porticus ea claudebatur, ſingulæ trium cubitorum latitudinis. ſic cauum ianuæ erat ſex cubitorum. Ita porta quà in porticum ingrediebantur cùm poſtibus ſedecim cubitos continebat.

49 LONGITVDINEM AVTEM VESTIBVLI VIGINTI CVBITORVM. Sic erat porticus ante templum, 3. Reg 6. v. 3. ſed ibi porticum ait latam decem cubitos eſſe, hic vndecim, fortè limen portæ eius porticus adijcit. ET OCTO GRADIBVS. Sept. *decem.* Hebr. hoc tantùm, *per gradus aſcendebatur ad illud.* ſ. veſtibulum. ſic vbi Hieronymus dixit, AD EAM, ſupple, portam, aut porticum aſcendebatur; Regia *ad eum* habent, vitioſè haud dubium. ET COLVMNÆ ERANT IN FRONTIBVS. Hebr. *ad poſtes*, iuxta poſtes. De ijs duabus columnis 3. Reg. 7. v. 15. Altera *Iachin* vacabatur, altera *BooZ*: ibid. v. 21.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NOSTRÆ. ſ. cum Iechonia. PERCVSSA. ſ. Sedecia capto. ILLVD. ſ. in Iudæam, vel in Ieruſalem.

2 IN VISIONIBVS q. d. in ſpiritu, ſeu per viſionẽ. MONTEM. ſ. Sion. QVASI. ſ. ita apparebat, cùm alioqui eſſet diruta.

3 VIR. ſ. Angelus, qui repræſentabat Chriſtum Eccleſiæ ædificatorem. CALAMVS MENSVRÆ. pro, menſura calami. i. arundinis. PORTA. ſ. ædificij ciuitatis, ſeu templi.

5 DOMVS. ſ. templi. PALMO. pro, palmi. continet autem *palmus* quatuor digitos coniunctos extenſæ manus. ÆDIFICII. ſ. muri. CALAMO VNO. i. eadem menſura. ſ. tanta erat altitudo, quanta latitudo, immò quanta etiam longitudo ſecundùm LXX.

6 ASCENDIT. ſ. ad portam muri. ID EST, LIMEN VNVM. Lege, *& limen vnum.* i. limẽ alterum. & ſic legit Chald. ſ. duo limina ſunt, inferius & ſuperius, quod dicitur *ſuperliminare.* quidam tamen duos poſtes intelligunt. IN LATITVDINE. ſ. quanta erat muri latitudo.

7 THALAMVM. i. exedram, ſeu cubiculum. QVINQVE. ſ. diſtantiæ. Tanta enim erat vnius parietis inter thalamos.

8 LIMEN PORTÆ, &c. ſ. portæ veſtibuli, quod erat ante portam Orientalem. INTRINSECVS. ſ. eius parietis craſſitiem, ſeu latitudinem.

9 VESTIBVLVM. ſ. ſecundùm latitudinem, ſeu altitudinem. FRONTEM. i. poſtem. ſ. quiſque erat vnius cubiti latitudinis. INTRINSECVS. ſ. non vt ſolent veſtibula extra portam.

10 FRONTIVM. i. poſtium.

11 PORTÆ. ſ. Orientalis.

12 FINIS. i. terminus. VTRIMQVE. ſ. ex vtraque parte thalami. SEX. ſ. vnuſquiſque.

TECTO. ſ. fine parietis. LXX. *muro*. AD TECTVM. ſ. ex altera parte quantum ad latitudinem. OSTIVM CONTRA OSTIVM. ſ. portæ. Erant ita diſpoſitæ ordine recto, vt qui per vnam aſpiceret, per omnes viſum tranſmitteret. Vel ſignificat, thalamorum (quorum tres, alios tres reſpiciebant) oſtia ſimiliter ex oppoſito eſſe poſita. 13

FRONTES. ſ. thalamorum. FRONTEM. ſ. cuiuſque. 14

ANTE FACIEM, &c. Hîc neceſſe habeo veniam precari; quippe multa præteribo, in his 9. capitibus contentus pauca quædam ſolùm notaſſe. Fateor ingenuè me non intelligere quid hæc ſibi velint, mirorque ſi quiſquam intelligat. det Lector meæ inſcitiæ quæſo veniam. 15

OBLIQVAS. Chald. *obturatas*. LXX. *abſconditas*. ſ. ex vna parte latas, ex altera ſtrictas. PORTAM. LXX. *portam atrij*. ANTE FRONTES, &c. Chald. *ſuper frontes, capitella*. LXX. *ſuper frontes palmæ, hinc & inde*. 16

EXTERIVS. ſ. populi, nam priora de atrio ſacerdotum dicta, in quo thalami ſeu exedræ. Quidam tamen aliter ſentiunt. ſ. priora dicta de atrio immundorum, quod erat extimum omnium. LXX. *interius*. 17

IN FRONTE. Chald. *in latere*. 18

SCVLPTVRÆ. Chald. *capitella*. LXX. *palmæ*. 22

DELICTO. LXX *ignorantia*. 39

VASA. i. inſtrumenta. 42

CAPVT XLI.

Diſpoſitio readificandi templi iuxta partes ſingulas.

ET introduxit me in templum, & menſus 1
eſt frontes, ſex cubitos latitudinis hinc, & A
ſex cubitos inde, latitudinem tabernaculi.
*Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & 2
latera portæ, quinque cubitis hinc, & quin-
que cubitis inde: & menſus eſt longitudinem
eius quadraginta cubitorum, & latitudinem
viginti cubitorum. * Et introgreſſus intrinſe- 3
cus menſus eſt in fronte portæ duos cubitos: &
portam, ſex cubitorum: & latitudinem portæ,
ſeptem cubitorum. * Et menſus eſt longitudi- 4
nem eius viginti cubitorum, & latitudinem
eius viginti cubitorum, ante faciem templi: &
dixit ad me: Hoc eſt ſanctum ſanctorum. * Et 5
menſus eſt parietem domus ſex cubitorum: &
latitudinem lateris quattuor cubitorum vndi-
que per circuitum domus. * Latera autem, la- 6
tus ad latus, bis triginta tria: & erant emi-
nentia, quæ ingrederentur per parietem do-
mus, in lateribus per circuitum, vt contine-
rent, & non attingerent parietem templi. * Et 7
platea erat in rotundum, aſcendens ſurſum
per cochleam, & in cœnaculum templi de- B
ferebat per gyrum: idcircò latius erat templum
in ſuperioribus: & ſic de inferioribus aſcende-
batur ad ſuperiora in medium. * Et vidi in do- 8
mo altitudinem per circuitum, fundata late-
ra ad menſuram calami ſex cubitorum ſpatio:
* & latitudinem per parietem lateris forinſecus 9
quinque cubitorum: & erat interior domus in
lateribus domus. * Et inter gazophylacia lati- 10
tudinem viginti cubitorum in circuitu domus
vndique, * & oſtium lateris ad orationem: 11
oſtium vnum ad viam Aquilonis, & oſtium
vnum ad viam Auſtralem: & latitudinem loci
ad orationem, quinque cubitorum in circuitu.
* Et ædificium, quod erat ſeparatum, verſum- 12
que ad viam reſpicientem ad mare, latitudinis
ſeptuaginta cubitorum. paries autem ædificij,
quinque cubitorum latitudinis per circuitum:
13 & longitudo eius nonaginta cubitorum. * Et
C menſus eſt domus longitudinem, centum cu-
bitorum: & quod ſeparatum erat ædificium,
& parietes eius, longitudinis centum cubito-
14 rum. * Latitudo autem ante faciem domus,
& eius quod erat ſeparatum contra Orientem,
15 centum cubitorum. * Et menſus eſt longitu-
dinem ædificij contra faciem eius, quod erat
ſeparatum ad dorſum: ethecas ex vtraque
parte centum cubitorum: & templum inte-
16 rius, & veſtibula atrij. * Limina, & feneſtras
obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes,
contra vniuſcuiuſque limen, ſtratumque ligno
per gyrum in circuitu: terra autem vſque ad fe-
17 neſtras, & feneſtræ clauſæ ſuper oſtia. * Et vſ-
que ad domum interiorem, & forinſecus per
omnem parietem in circuitu intrinſecus, & fo-
18 rinſecus, ad menſuram. * Et fabrefacta cheru-
bim & palmæ: & palma inter cherub & che-
19 rub, duaſque facies habebat cherub. * Faciem
hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem
leonis iuxta palmam ex alia parte, expreſſam
20 per omnem domum in circuitu. * De terra
D vſque ad ſuperiora portæ, cherubim & palmæ
21 cælatæ erant in pariete templi. * Limen qua-
drangulum, & facies ſanctuarij, aſpectus con-
22 tra aſpectum. * Altaris lignei trium cubitorum
altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum:
& anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius
lignei. Et locutus eſt ad me: Hæc eſt menſa co-
23 ram Domino. * Et duo oſtia erant in templo, &
24 in ſanctuario. * Et in duobus oſtijs ex vtraque
parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inuicem pli-
cabantur: bina enim oſtia erant ex vtraque par-
25 te oſtiorum. * Et cælata erant in ipſis oſtijs tem-
pli cherubim, & ſculpturæ palmarum, ſicut in
parietibus quoque expreſſæ erant: quam ob rem
& groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte forin-
26 ſecus. * Super quæ feneſtræ obliquæ, & ſimili-
tudo palmarum hinc atque inde in humerulis
veſtibuli, ſecundùm latera domus, latitudi-
nemque parietum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SAnctuarium, partes eius, & inſtrumenta deſcribit.

1 ET INTRODVXIT ME IN TEMPLVM, in ſanctuarium, quod *baſilica, aula*, & *templum* vocatur. FRONTES. Hebr. *poſtes*. ſ. portæ. quibus ſuperliminare imponitur, erantque lati ſex cubitos, quanta erat muri latitudo. LATITVDINEM TABERNACVLI. i. muri, qui ambiebat tabernaculum, pro, iuxta latitudinem muri erant poſtes.

2 ET LATERA PORTÆ. i. quod à porta ad angulos erat interuallum, vtrimque quinque cubiti, qui cum decem portæ cubitis efficiunt viginti, quæ eſt tabernaculi latitudo. MENSVS EST LONGITVDINEM EIVS. ſ. ſanctuarij. QVADRAGINTA CVBITORVM, dempto ſ. adyto. nam totum tabernaculum ſexaginta cubitos longum erat.

3 ET INTROGRESSVS INTRINSECVS in adytum, ſeu Sancta ſanctorum. IN FRONTE PORTÆ DVOS CVBITOS. Hebr *menſus eſt poſtem portæ duobus cubitis*. ea erat parietis, in quo porta erat, craſſitudo. Porrò porta ſex cubitorum erat, à porta ad angulos vtrimque ſeptem cubiti, qui efficiunt omnes viginti cubitos, quanta erat adyti latitudo, vt mox dicit. ET LATITVDINEM PORTÆ. pro, & latitudinem à porta. ſ. ad angulos ſeptem cubitorum.

4 VIGINTI CVBITORVM. Adytus quadratus erat.

ANTE FACIEM TEMPLI. Chald. *ante templum.* Hebr.
ad facies templi. i. vt facies templi & frons erat viginti
cubitorum, ſic adytus quoquouerſus.

PARIETEM DOMVS SEX CVBITORVM. Paries cin- 5
gens tabernaculum ea latitudine erat, ex verſ. 1. ET
LATITVDINEM LATERIS. צלע *zelab*, quod *coſtam* &
latus ſolet ſignificare, quid hic ſignificet, non ſatis
conſtat. Chald. *tabulatum* ponit. Hebr. Schol. *tha-
lamum*, ſeu *cubiculum*. Erant circum tabernaculum
tres ordines cubiculorum. Ergo de primo ordine lo-
qui putant; ſicque vocari tum hîc, tum 3. Reg. 6. v. 5.
eaque cubicula primi ordinis eſſe lata quatuor cubitos.
Verùm 3. Reg. 6. v. 6. dicitur eſſe quinque cubitorum,
media ſex, ſuprema ſeptem.

LATERA AVTEM, LATVS AD LATVS. i. cubicu- 6
la inter ſe iuncta erant. BIS TRIGINTA TRIA. Pro
פעמים *pehamim*, Hieronymus vertit *bis*, alij *pedes*,
quaſi ea cubicula triginta trium pedum eſſent omnia.
Verùm Angelus per pedes non metitur. Ego puto
vices ſignificare. q. d. triginta tribus vicibus erant ea
cubicula. i. *triginta tria erant*, vt Sept. & Chald. po-
ſuere. Qui addit, vndena cubicula ſeu tabulata in
ſingulis ordinibus eſſe. Neque menſura perturbet:
nam lata quatuor cubitos dicit, de longitudine ni-
hil. Ego octo cubitos longa puto, vt cum parietibus
medijs tabernaculum tribus ex partibus cingerent.
nam ad Ortum, vbi porticus, cubicula nulla erant.
Ioſephus lib. 3. Antiquit. cap. 2. in quouis ordine
ait triginta cubicula fuiſſe, quinos cubitos longa &
lata. Ita nonaginta omnia erant. Fortaſſis ſic Hebr.
litera ordinetur: *& cubicula cubiculum ad cubiculum
tres* (.ſ. ordines) *& triginta vices* (.i. triginta cubicu-
la) *latitudinis.* Cubiculorum menſuram conciliare
quis poſſit? cùm Ezech. quatuor cubitos dicat, Ioſ. &
Reg. liber quinque. ſed fabrica hæc antiquæ ſimilis
erat, non eadem, vt dixi. ERANT EMINENTIA.
Hebr. *veniebant* (cubicula) *in pariete, qui erat do-
mui & cubiculis in gyro, vt apprehenderent* (tra-
bium capita) *& non apprehenderent in pariete domus.*
Significat, murum ſuperiùs coarctari, vt in podio re-
licto exteriùs trabes niterentur, neque murum fodere
eſſet neceſſe.

ET PLATEA ERAT IN ROTVNDVM. Obſcurus eſt 7
verſus. ſed in eo id indicatur, quod 3. Reg 6. verſ. 8.
clariùs dicitur ſic: *Oſtium lateris medij in pariete erat
domus dextra, & per cochleam aſcendebant in medium
cœnaculum, & à medio in tertium.* Hebraica huius
loci ſic verto: *Dilatabat ſe* (ſuperiora latiora erant,
quia paries ſuperiùs ſe conſtringebat) *& circuibatur
ſuperiùs ſuperiùs ad cubicula* (.i. per cochleam ad ea ad-
ſcendebatur) *quia circumdata domus* (cubiculis) *ſupe-
riùs ſuperiùs per gyrum* (ea erat neceſſitas aſcendendi)
propter latitudinem domus ſuperiùs (ideò dilatabant
ſe.) *& ſic inferiùs, ſive ab inferiori aſcendebat ſu-
periùs ad medium.* Conſtructio inuerſa, pro, *aſcen-
debat* (quiuis) *ab inferiori ad medium* (&) *ſuperius.*
Per *domum* ſanctuarium intellige, cui ea cubicula ad-
hærebant.

IN DOMO ALTITVDINEM. Vidi & conſideraui al- 8
titudinem ſtructuræ, quia pro altitudine debent eſſe
fundamenta. FVNDATA LATERA. Hebr. *fun-
damenta cubiculorum.* AD MENSVRAM CALAMI.
Hebr. *pleno calamo.* SEX CVBITORVM SPATIO. Sic
Chald. Sept. *diſtantia* Hebr. אצילה *aZilah*, quæ vox
& *cubitum* ſignificat & *magnum*. Ergo pleno calamo
magno erant fundamenta. q. d. nihilominùs amplius
potiùs quàm minus.

PER PARIETEM LATERIS. Hebr. *per parietem cu- 9
biculi* (pro, cubiculorum) *exteriùs quinque cubito-
rum.* Ita paries exterior cubiculorum tam latus fermè
erat, quàm templi, vno cubito minùs. ET ERAT IN-
TERIOR DOMVS. Hebr. *& quod relictum domus cubi-
culorum, quod intrinſecus* ſ. erat. Quod intelligi po-
teſt de cubiculis, fuiſſe quinque cubitorum, aut de pa-
riete, qui cubicula diuidebat.

10 ET INTER GAZOPHYLACIA, ſeu *cubicula*, quæ
templum ambiebant, inter ſe diſtabant viginti cubi-
tos, quanta ſcilicet erat templi latitudo.

11 OSTIVM LATERIS AD ORATIONEM. Hebr. *oſtium
cubiculi ad quietem.* Mihi videntur hîc deſignari duæ
exedræ, quæ erant ex vtroque porticus latere extremo,
vbi quieſcebant qui ad orandum veniebant. Eæ duæ
exedræ, vna ad Aquilonem vergebat, altera ad Au-
ſtrum. portæ ad Ortum erant. latæ exedræ cubitos
quinque. IN CIRCVITV. i. quoquoverſus. latitudo
longitudini par. Eæ duæ exedræ longæ & latæ erant
quinque cubitos.

12 ET ÆDIFICIVM QVOD ERAT SEPARATVM, nem-
pe Sanctuarium ab atrijs, & alijs circùm ſtructuris
ſeiunctum erat. AD VIAM RESPICIENTEM AD MA-
RE. i. ad Occaſum verſum erat tergum. LATITVDI-
NIS SEPTVAGINTA CVBITORVM. Hos cubitos colli-
ges, ſi ſexaginta cubitis, quanta erat interiùs longi-
tudo templi, adijcias duos parietes, ſingulos quinque
cubitorum. LONGITVDO EIVS NONAGINTA CVBI-
TORVM. Minor longitudo templi latitudo vocatur,
ſed cubitorum nonaginta. Vt efficias hunc numerum,
adde exedras quinque cubitorum, & murum earum,
parem deinde porticum latam pedes decem.

13 LONGITVDINEM CENTVM CVBITORVM. Quid ſi
per *longitudinem*, altitudinem totius ædificij intelligas
cum cœnaculo, quod erat ſupra templum laquearí-
bus & tecto? Erat quidem centum & viginti cubitos
templum altum. Verùm id de turri tantum intelligi-
tur, quæ ſupra porticum erat? QVOD SEPARATVM.
Ea longitudo templi erat, quod ſeparatum ædificium
vocat, & parietum eius. Aut dic peribolum circum
templum erectum ea longitudine fuiſſe, tametſi
in eo hoc templum cum Salomonis templo non con-
ueniat. Quomodo verſus ſequens explicari poteſt
de periboli pariete verſus Orientem patere cubitos
centum. Aut de atrio Leuitarum, quod à fronte ſan-
ctuarij erat.

15 ET MENSVS EST LONGITVDINEM. Peribolus ad
Occaſum templi pari longitudine erat. ETHECAS. Vox
Chaldaica, ſignificans *cubicula*, quæ templo adhære-
bant, & omnia cum templo, & porticu, quam vocat
veſtibula atrij, eo peribolo erant incluſa, qui centum
cubitis ad Occaſum tendebatur.

16 LIMINA, ET FENESTRAS OBLIQVAS, ſeu *clauſas*,
vt cap. 40. v. 16. ET ETHECAS, cubicula PER TRES
PARTES: nam ad Ortum nulla cubicula erant. CON-
TRA VNIVSCVIVSQVE LIMEN. ſ. cubiculum limini &
portæ ſuæ reſpondebat, quæ in medio cubiculi erat.
STRATVMQVE LIGNO. quodque cubiculum tabulis te-
ctum erat. TERRA AVTEM. pro, è terra vſque ad
feneſtras tectum tabulis erat. ET FENESTRÆ CLAV-
SÆ. i. obliquæ, ſeu copertæ etiam tabulis. Hîc eſt
Hebr. finis verſus. Hieronymus SVPER OSTIA fa-
cit finem verſus. *Feneſtra clauſa ſuper oſtia.* Indicat
feneſtras ſuper oſtia collocatas.

17 VSQVE AD DOMVM INTERIOREM. Hebr. *vſque
ſuper portam, & vſque ad domum.* Significat ea cubi-
cula tecta tabulis non ſolùm vſque ad feneſtras, ſed
vſque ad ſuperiora, & vſque ad parietem templi inte-
riùs & exteriùs. AD MENSVRAM. i. eleganter &
affabrè.

18 ET FABREFACTA. Hebr. *& factus* (paries. i. orna-
tus) *Cherubinis, & palmis.* videtur loqui de parietibus
cubiculorum. Aut potiùs de templi parietibus.

19 FACIEM HOMINIS. In templo Salomonis non habe-
bant Cherubini faciem leonis, vt hîc dicitur, *& faciem
leonis iuxta palmam.*

20 IN PARIETE TEMPLI. pro, ſicut in pariete
templi, vt Hebr. Schol. nimirum ſi loquatur de cu-
biculis vt v. 18. eſt indicatum, erant ſ. Cherubini, &
palmæ.

21 LIMEN QVADRANGVLVM. Hebr. *templi poſtis
quadratus.* nempe poſtes, qui ad templi ianuam
erant. ET FACIES SANCTVARII ASPECTVS CONTRA

ASPECTVM. Hebr. *aſpectus ſicut aſpectus*. i. facies ſanctuarij alijs portis atriorum ſimilis erat, pari ſymmetria.

ALTARIS LIGNEI. Hoc erat altare incenſi ad portam adyti. 22 ET LONGITVDO EIVS, ET PARIETES EIVS. Omittit altitudinem hoc ſecundo loco, ſed ſuppleri debet, vt intelligas totum altare eſſe ligneum.

ET DVO OSTIA, geminæ fores in templo, & in Sancto ſanctorum, quod *ſanctuarium* hîc vocat. 23

ET IN DVOBVS OSTIIS. Fores erant bifariàm diuiſæ, in 24 partem ſuperiorem; quæ ſola vt feneſtra aperitur, & in partem inferiorem. *Puerta ventana*

ET GROSSIORA ERANT LIGNA. עב *Hab*, & *trabem* 25 ſignificat. ita Chald. *& trabs lignea ſuper faciem veſtibuli*. ſignificat etiam *craſſum*. hoc ſecutus eſt Hieronymus, qui dixit, extrinſecùs ligna craſſa erant, qua parte ſ. cælaturæ erant in ianuis.

IN HVMERVLIS. i. in lateribus veſtibuli erant illæ 26 feneſtræ & palmæ. *Chetheph* vox Hebr. *humerum*, *latus* & *angulum* ſignificat. Ergo à porta vtrimque ad angulos porticus, erant palmæ & feneſtræ. Sanè ob ambientes cellulas, nulla ex parte Sanctuarium lumen accipere poterat niſi per ianuam, & feneſtras ſub porticu. LATERA DOMVS. Per *domum* templum intelligit, per cuius latera feneſtræ & palmæ erant. LATITVDINEMQVE PARIETVM. Hebr. *& trabium*. ſ. latera, ſiue trabes erant per latera domus, ſimul cum feneſtris. Voces Hebraicæ caſus non habent, ideò varias expoſitiones admittunt. Per *veſtibulum*, porticum intellige, quæ erat ante templum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

FRONTES. Chald. *poſtes*. i. quod ſuper poſtes. ſ. quantum erat ſuperliminare. 1 LATITVDINEM. q.d. idque ſecundùm latitudinem templi.

LATITVDO. ſ. quantum ad ſpatium vacuum. 2 LATERA. ſ. à poſtibus ad finem vſque parietis vtrimque. VIGINTI. ſ. 10. vacui oſtij, totidem parietum proximorum, ſupernè verò item 20. ſed ſuperliminare 12. capiebat, nam poſtis quiſque vnius cubiti.

DVOS CVBITOS. ſ. quiſque poſtis vnius cubiti. 3 SEX. ſ. quantum ad vacuum. SEPTEM. ſ. hinc inde à poſte ad angulum, ita fiunt 20. nam 14. pleni, & 6. vacui.

ANTE FACIEM. i. qua parte templum reſpicit. 4

PARIETEM. ſ. quantum ad altitudinem. 5 DOMVS. i. templi. LATERIS. Chald. *tabulati*. ſ. erant tabulata circa templum, incipiebant autem, vt videtur, poſt ſex cubitos ab imo.

LATERA AVTEM, &c. Chald. *Tabulata autem, tabulatum ſuper tabulatum triginta tria, vndena per ordinem, defixa parieti per circuitum, vt capita trabium requieſcerent ſuper illud quod eminebat, nec trabes penetrarent per parietem domus.* 6 Quod ego ita intelligo, fuiſſe deambulatoria affixa templo extrinſecus per tres ordines, quorum quiſque 11. habebat tabulata. ſ. ad Auſtrum 4. & totidem ad Septemtrionem, ad Occidentem verò 3. ad Orientem enim nullum, quòd eſſet illic ingreſſus templi. extabat verò è pariete tantùm vt ſufficeret trabibus ſuſtinendis ex ea parte, nam ex altera columnis, vt puto, nitebantur, quibus tabulata ipſa diſtinguebantur, alioquin vnum erat continuum in quoque ordine. BIS. i. vnum ſuper alterum. TRIGINTATRIA. ſcilicet, tot erant latera, ſeu tabulata, vt ſuprà dixi.

PLATEA. i. via. 7 COENACVLVM. i. ſuperiora. LATIVS. ſ. muri erant anguſtiores in parte ſuperiori, vt fit. IN MEDIVM. Chald. *per medium*.

SPATIO. ſ. inter tres ordines tabulati. 8

QVINQVE. ſuprà dixit *quatuor*, ſed nunc 9 comprehendit etiam partem extantem parietis, quod indicant illa verba: *Et erat interior*, &c. q.d. vnus cubitus. ſ. interior erat intra templi parietem.

GAZOPHYLACIA. Chald. *exedras*. 10 Quidam putant fuiſſe templo affixa. ego puto fuiſſe prope atrij parietes. DOMVS. ſ. erat templum in medio atrij Atrium verò id circumdabant reliqua atria. ſ. atrium mundorum, & immundorum.

11 OSTIVM. q. d. erantque duæ portæ, vnde poſſet ab orantibus templum videri. ſ. ad Aquilonem, & Auſtrum, ſpatij quæque cubitorum quinque. Quidam putant fuiſſe in ipſo templo.

12 AD MARE. Chald. *ad Occidentem*.

13 DOMVS. LXX. *è regione domus*, ſeu *contra domum* .i. templum. ET QVOD. pro, id eſt quod. CENTVM. ſ. includit nunc murorum etiam craſſitudinem, alioqui ſuprà dixerat 90. erat enim craſſus, ſeu latus cubitos quinque, adeoque in duobus angulis longitudinis decem.

14 CENTVM. ſ. latior erat ad Orientem, quàm ad Occidentem.

15 DORSVM. Chald. *poſteriora eius*. ETHECAS. i. *gazophylacia*, ſeu *exedras*. Hieronymus interpretatur *ſolaria*, quæ de cœnaculorum parietibus eminent, ſeu *mæniana*. vulgò *parapetti*, ſeu *loggie*, aut *poggiuoli*.

16 TERRA AVTEM. Chald. *idque à ſolo*. LXX. *à pauimento*.

21 LIMEN QVADRANGVLVM. Chald. *limina templi quadrata*. ASPECTVS CONTRA ASPECTVM. Chald. *ſicut aſpectus gloriæ*.

23 IN TEMPLO. ſcilicet, vnum. SANCTVARIVM. ſ. alterum.

24 OSTIOLA. i. valuæ, ſeu fores. Vide 3. Reg. 6.

25 FORINSECVS. ſ. ob cælaturas.

26 SECVNDVM LATERA. explicatio præcedentis.

CAPVT XLII.

De gazophylacijs, ceteriſque quæ ad ſacrorum vſum pertinent readificandis.

1 ET eduxit me in atrium exterius per viam
A ducentem ad Aquilonem, & introduxit
me in gazophylacium, quod erat contra ſe-
paratum ædificium, & contra ædem vergen-
2 tem ad Aquilonem. * In facie longitudinis
centum cubitos oſtij Aquilonis: & latitudi-
3 nis quinquaginta cubitos, * contra viginti
cubitos atrij interioris, & contra pauimen-
tum ſtratum lapide atrij exterioris, vbi erat
4 porticus iuncta porticui triplici. * Et ante ga-
zophylacia deambulatio decem cubitorum la-
titudinis, ad interiora reſpiciens viæ cubiti v-
5 nius. Et oſtia eorum ad Aquilonem: * Vbi
erant gazophylacia in ſuperioribus humilio-
ra: quia ſupportabant porticus, quæ ex illis
eminebant de inferioribus, & de medijs ædi-
6 ficij. * Triſtega enim erant, & non habebant
B columnas, ſicut erant columnæ atriorum:
propterea eminebant de inferioribus, & de
7 medijs à terra cubitis quinquaginta. * Et pe-
ribolus exterior ſecundùm gazophylacia, quæ
erant in via atrij exterioris ante gazophylacia:
8 longitudo eius quinquaginta cubitorum. * Quia
longitudo erat gazophylaciorum atrij exterio-
ris, quinquaginta cubitorum: & longitudo an-
9 te faciem templi, centum cubitorum. * Et
erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab
Oriente ingredientium in ea de atrio exte-
10 riori. * In latitudine periboli atrij, quod erat
contra viam Orientalem, in faciem ædificij ſe-
perati, & erant ante ædificium gazophylacia.
11 * Et via ante faciem eorum, iuxta ſimilitudinem
gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis:

dùm longitudinem eorum , ſic & latitudo C
eorum : & omnis introitus eorum , & ſimili-
tudines , & oſtia eorum. * ſecundùm oſtia ga- 12
zophylaciorum , quæ erant in via reſpiciente ad
Notum : oſtium in capite viæ : quę via erat
ante veſtibulum ſeparatum per viam Orien-
talem ingredientibus. * Et dixit ad me : Ga- 13
zophylacia Aquilonis , & gazophylacia Au-
ſtri , quæ ſunt ante ædificium ſeparatum : hæc
ſunt gazophylacia ſancta : in quibus veſcuntur
ſacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in
ſancta ſanctorum : ibi ponent ſancta ſancto-
rum, & oblationem pro peccato, & pro delicto:
locus enim ſanctus eſt. * Cùm autem ingreſſi 14
fuerint ſacerdotes , non egredientur de ſanctis
in atrium exterius : & ibi reponent veſtimenta
ſua, in quibus miniſtrant , quia ſancta ſunt : ve-
ſtienturque veſtimentis alijs , & ſic procedent
ad populum. * Cumque compleſſet menſuras 15
domus interioris , eduxit me per viam portæ, D
quæ reſpiciebat ad viam Orientalem : & men-
ſus eſt eam vndique per circuitum. * Menſus eſt 16
autem contra ventum Orientalem calamo
menſuræ , quingentos calamos in calamo men-
ſuræ per circuitum. * Et menſus eſt contra ven- 17
tum Aquilonis quingentos calamos in calamo
menſuræ per gyrum. * Et ad ventum Auſtra- 18
lem menſus eſt quingentos calamos in calamo
menſuræ per circuitum. * Et ad ventum Occi- 19
dentalem menſus eſt quingentos calamos in
calamo menſuræ. * Per quattuor ventos menſus 20
eſt murum eius vndique per circuitum , longi-
tudinem quingentorum cubitorum , & latitu-
dinem quingentorum cubitorum , diuidentem
inter ſanctuarium & vulgi locum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ATria, & porticus templi , & peribolum metitur. Hoc caput eſt omnium difficillimum.

1 Atrivm exterivs. i. Iſrael, quod erat primum poſt atrium Gentium. In gazorhylacivm. pro, in gazophylacia. Separatvm ædificivm. Sic templum vocat cap 41. v. 12. Ergo è regione templi ad latus Septemtrionale erant gazophylacia, ad quæ Propheta eſt ingreſſus. Vergentem , ſeu *vergens.* ſ. gazophylacium. Hebr. *quod* (erat) *contra ædificium* (ædem noſter) *ad Aquilonem.* i. ad latus templi Aquilonare.

2 In facie. Hebr. *ad faciem longitudo centum cubitorum.* Oſtii Aqvilonis. pro , ad oſtium Aquilonis. Loquitur de porticu, cui gazophylacia erant impoſita, quæ centum cubitos erat longa , quanta erat longitudo eius areæ, & quinquaginta cubitos porticus erat lata.

3 Contra viginti cvbitos atrii interioris. Area atrij exterioris ad portam Septemtrionalem cincta porticibus erat vt aliæ: ex ijs porticibus vna ad Ortum vergebat, altera ad Occaſum. Porrò circum templum platea erat cum ſuo peribolo, lata cubitos viginti. In atrio exteriori pauimentum ſub porticibus , vt cap. 40. verſ. 18. Gazophylacia poſita ſupra porticus, interiùs habebant id pauimentum , ad latus templi aream iam dictam. Nimirum erant poſita ſupra porticum Occiduam, & ſupra Auſtralem ea gazophylacia, ad quæ Propheta eſt introductus. Id his ſignis poſitis ſignificare voluit. Porticvs ivncta porticvi triplici. Porticus mediæ inter atriorum areas triuio porticuum iunctæ erant , nempe porticus duplex atrij interioris cum porticu atrij exterioris media iungebantur vna. Alij pro *porticu, angulum* ponunt , vt Chald. alij *cubiculum.* ſicque Hebraica vertunt , *cubiculum contra faciem cubiculi in tribus.* i. tria erant, vnum ſupra aliud.

4 Decem cvbitorvm. Porticus erant latæ cubitos quinquaginta. Ita præter gazophylacia id ſpatium manere potuit , vt ambulacrum, per quod ad gazophylacia ibatur. Ad interiora reſpiciens , ſcilicet ambulacrum, per quod in interiora cubicula ingrediebantur. Viæ cvbiti vnivs, aut *via:* & per *viam,* loricam intelligo , *antepecho,* cubiti altitudine, aut latitudine. Et oſtia eorvm ad Aqvilonem. Hoc oſtendit , ſupra porticum Auſtralem hæc gazophylacia eſſe porrecta , alioqui ianuæ non ad Septemtrionem conuerſæ eſſent , ſed ad Ortum aut alias plagas.

5 Vbi erant gazophylacia in svperioribvs hvmiliora. Chald. *ſtrictiora* ſeu *anguſtiora, erant ſuperiora gazophylacia.* Qvia ſvppertabant porticvs. Hebr. *quia comedebant cubicula ex ipſis, ex infimis & medijs. Comedebant.* i. retrahebantur, minora erant ſuperiora.

6 Triſtega. i. triplicata, tribus tabulatis ſublata, Et non habebant colvmnas , ob id alia arte firmanda erant gazophylacia. Eminebant. Hebr. *relinquebantur* , *anguſtiora erant, media infimis , vtriſque ſuprema.* Cvbitis qvinqvaginta. Hoc neque Hebr. eſt, neque Chald. neque Græcè.

7 Peribolvs. Hunc v. 4. *viam* vocauit. In via atrii exterioris. i. quæ gazophylacia erant in atrio exteriori. Qvinqvaginta cvbitorvm. Sic gazophylacia protendebantur. ſic v. proximo. Itaque gazophylacia ſupra porticus ad quinquaginta cubitos extendebantur, neque totam porticum occupabant.

8 Et longitvdo ante faciem templi. i. area, quæ ante templum erat, duplo erat maior gazophylaciorum ſpatio.

9 Svbter gazophylacia. Indicat eos qui veniebant à porta Orientali atrij exterioris, ſub porticu veniſſe, quia ibi erant ſcalæ, quibus aſcendebatur ad gazophylacia. Et fortaſſis ea porticus clauſa erat , & ad eam aditus patebat per portam Orientalem.

10 In latitvdine periboli. i. in ambitu areæ, atrij exterioris Orientalis; erant etiam gazophylacia iam dictis ſimilia.

11 Sic et latitvdo eorvm. ſ. prioribus pares erant longitudine & latitudine. Et ſimilitvdines. Hebr. *& omnes introitus eorum iuxta formas illorum. Introitus* vocatur deambulacrum, verſ. 4.

12 In via reſpiciente ad Notvm. i. ventum & plagam Auſtralem. Gazophylacia ad Notum ſimilis ceteris ait. Oſtivm in capite viæ. nimirum ea gazophylacia erant ſupra porticum eius areæ Septemtrionalem, vnde ad Orientalem portā via recta erat. Hebr. *oſtium in capite viæ , viæ parietis recti verſus Orientem venientibus.* De veſtibulo ſeparato, quod Hieronymus ponit, Hebr. nulla mentio.

13 Ante ædificivm ſeparatvm. i. templum. Ponent ſancta ſanctorvm. i. panes propoſitionis , aut carnes victimarum ponent in ijs gazophylacijs.

14 Cvm avtem ingreſſi fverint ſacerdotes. ſ. in gazophylacia. Non egredientvr , ſacris veſtibus induti. Et ibi. pro, ſed ibi deponent. Et ſic procedent ad popvlvm. Hebr. *& accedent ad veſtes populi.* ſ. vt tangant eas.

16 Qvingentos calamos. ſ. quodlibet latus ea menſura erat. Ex hoc colligitur, peribolum , quem metitur, continere duodecim millia cubitos. quòd ſi ſingulis calamis palmum adijcias , erunt cubiti 12333⅓. vti Hieronymus computat. Magnum planè interuallum , neque de Salomonis templo credibile. In calamo menſvræ. i. vero & legitimo , aut legali , vt à vulgari diſtinguatur , qui minor erat , vti lib. de Pond. & menſ. diximus , cap. 18. Per circvitvm. Ex hoc, & eo quod verſ. proximo dicit, *per gyrum* , colligat aliquis , quingentos calamos quos ponit , non ad ſingula latera, ſed ad totum ambitum templi referendos. q. d. Verſus Ortum menſus eſt

quin-

quingentos calamos. i. partem quingentorum, qui erant per circuitum. Quod ſi placet in duobus verſ. 18. & 19. oportebit ſupplere, certè in Hebræo, illud *per circuitum.* ſicque templi ambitus continebit tria millia cubitos, quod verius puto.

Qvingentorvm cvbitorvm. Hebr. & Chald. *quingentorum* tantùm, certè *calamorum*, vt ait Hieronymus in Comment. ſed Sept. mutarunt hoc & ſuperioribus verſ. & pro *calamis*, *cubitos* poſuere, cùm menſura calamorum tot videretur longiſſima. Hieronymus fatetur etiam *cubitos* hic poſuiſſe ex celeritate dictandi. Longitvdinem .... et latitvdinem. Intellige iuxta ea quæ dixi v. 16. vtrumque, ſ. latitudinem & longitudinem, eos quingentos calamos continere, non cubitos, vt Hieronymus fatetur in eo ſe erraſſe. Dividentem inter sanctvarivm et vvlgi locvm. Hebr. *ad diuidendum inter ſanctuarium & profanum. Sanctuarium* vocat omnes templi partes, etiam peribolum; *profanum* reliquam vrbem. Fortaſſis Ezechiel ea menſura ingenti indicare voluit, non agere de templo Salomonis, ſed aliam formam illi quidem ſimilem, ceterùm multò latiorem & auguſtiorem, deſcribere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Gazophylacivm. i. exedram, ſeu cubiculum. 1
PeriboLvs. Chald *paries.* 7
Ponent sancta sanctorvm. i. carnes ſacrificiorum oblatorum. 13
Ibi. Vide ſuprà. Ignoſcat mihi Lector, ſi non interpretor quæ non intelligo reliqua multa, & in hoc capite, & ſequentibus. 14

CAPVT XLIII.

Gloria Domini apparente audit Propheta quod filij Iſrael non ampliùs polluent nomen Domini, & quæ ſint menſuræ altaris, ac ſacrificia ad ipſum ſeptem diebus expiandum.

ET duxit me ad portam, quæ reſpiciebat ad 1
viam Orientalem. * Et ecce gloria Dei Iſ- 2
rael ingrediebatur per viam Orientalem: & vox A
erat ei quaſi vox aquarum multarum, & terra
a Sup. 9. a. 1 ſplendebat à maieſtate eius. * a Et vidi viſionem, 3
ſecundùm ſpeciem, quam videram, quando venit vt diſperderet ciuitatem: & ſpecies ſecun-
b Sup. 1. a. 1 dùm aſpectum, b quem videram iuxta fluuium
Chobar: & cecidi ſuper faciem meam. * Et ma- 4
ieſtas Domini ingreſſa eſt templum per viam
portæ, quæ reſpiciebat ad Orientē. * Et eleuauit 5
me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius:
& ecce repleta erat gloria Domini domus. * Et 6
audiui loquentem ad me de domo, & vir qui
ſtabat iuxta me, * dixit ad me: Fili hominis, lo- 7
cus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meo- B
rum, vbi habito in medio filiorum Iſrael in
æternum: & non polluent vltrà domus Iſrael
nomen ſanctum meum, ipſi & reges eorum in
fornicationibus ſuis, & in ruinis regum ſuo-
rum, & in excelſis. * Qui fabricati ſunt limen 8
ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta
poſtes meos: & murus erat inter me & eos: &
polluerunt nomen ſanctum meum in abominationibus, quas fecerunt: propter quod con-
ſumpſi eos in ira mea. * Nunc ergo repellant 9
procul fornicationem ſuam, & ruinas regum C
ſuorum à me: & habitabo in medio eorum
ſemper. * Tu autem fili hominis oſtende domui 10
Iſrael templum, & confundantur ab iniquitati-
bus ſuis, & metiantur fabricam: * & erubeſcant 11
ex omnibus quæ fecerunt: Figuram domus, &
fabricæ eius exitus, & introitus, & omnem deſcriptionem eius, & vniuerſa præcepta eius,
cunctumque ordinem eius, & omnes leges
eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum:
vt cuſtodiant omnes deſcriptiones eius, & præ-
12 cepta illius, & faciant ea. * Iſta eſt lex domus in
ſummitate montis: Omnis finis eius in circuitu, ſanctum ſanctorum eſt: hæc eſt ergo
13 lex domus. * Iſtæ autem menſuræ altaris in cu-
D bito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum: in ſinu eius erat cubitus & cubitus in
latitudine, & definitio eius vſque ad labium
eius, & in circuitu, palmus vnus. hęc quoque
14 erat foſſa altaris. * Et de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti, & latitudo
cubiti vnius: & à crepidine minore vſque ad
crepidinem maiorem quattuor cubiti, & lati-
15 tudo cubiti vnius. * Ipſe autem Ariel quattuor cubitorum: & ab Ariel vſque ad ſurſum,
16 cornua quattuor. * Et Ariel duodecim cubito-
E rum in longitudine per duodecim cubitos lati-
17 tudinis: quadrangulatum æquis lateribus. * Et
crepido quattuordecim cubitorum longitudinis, per quattuordecim cubitos latitudinis in
quattuor angulis eius: & corona in circuitu
eius dimidij cubiti, & ſinus eius vnius cubiti
per circuitum: gradus autem eius verſi ad
18 Orientem. * Et dixit ad me: Fili hominis, hęc
dicit Dominus Deus: Hi ſunt ritus altaris, in
quacumque die fuerit fabricatum; vt offeratur
ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanguis.
19 * Et dabis Sacerdotibus, & Leuitis, qui ſunt
F de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de ar-
20 mento pro peccato. * Et aſſumens de ſanguine
eius, pones ſuper quattuor cornua eius, &
ſuper quattuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu: & mundabis illud, & ex-
21 piabis. * Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit
pro peccato: & combures eum in ſeparato lo-
22 co domus extra ſanctuarium. * Et in die ſecunda offeres hircum caprarum immaculatum pro
peccato: & expiabunt altare, ſicut expiauerunt
23 in vitulo. * Cumque compleueris expians illud,
G offeres vitulum de armento immaculatum, &
24 arietem de grege immaculatum. * Et offeres
eos in conſpectu Domini: & mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent eos holocauſtum
25 Domino. * Septem diebus facies hircum pro
peccato quotidie: & vitulum de armento, &
arietem de pecoribus, immaculatos offerent.
26 * Septem diebus expiabunt altare, & munda-
27 bunt illud: & implebunt manum eius. * Expletis autem diebus, in die octaua & vltrà, facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra,
& quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis,
ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

GLoria Domini redit in templum, vnde diſceſſerat.

1 Et dvxit me ad portam. ſ. templi & atrij exterioris, quæ ad Ortum erat.

2 Gloria Dei. Deus ipſe, ſed in ea maieſtate & ſplendore, quem vidit capitib. 1. 8. & 10. Qvasi vox aqvarvm mvltarvm. Cherubim cùm volabant, ſimilem ſonum edebant, cap. 1. verſ. 14.

ET TERRA SPLENDEBAT A MAIESTATE EIVS, à gloria eius ſ. Dei. eius ſplendore terra quaſi ſolis luce illuſtrabatur.

3 QVANDO VENIT. Hebr. *quando veni*, vt perderem ciuitatem. i. *ruinam eius prophetarem*, vt Chald. explicat, quam ſpeciem tunc, eamdem nunc vidi. ET CECIDI, conſternatus eo ſplendore & gloria.

4 QVI RESPICIEBAT AD ORIENTEM. Ea erat recta via, qua ibatur ad templum: nam porta templi ad Ortum erat. Nimirum Deus ambages non quærit, rectà ingreditur.

5 ET ELEVAVIT ME, nam ceciderat, erexit eum. SPIRITVS. Hæc omnia non ſunt geſta reverà, ſed per viſionem. Id indicat vox *ſpiritus*. ſ. propheticus. DOMVS. i. templum gloria Domini eſt repletum, cui atrium interius proximum erat, ideò in illud introducitur Ezechiel.

6 ET AVDIVI ſ. Deum mihi è templo loquentem. ET VIR QVI STABAT, *qui* redundat, neque Hebr. eſt, neque Chald. neque Græcè, & ſine illo ſenſus planior. *vir ſtabat iuxta me*, ſcilicet architectus, qui templum eſt menſus.

7 LOCVS SOLII MEI, ſcilicet erit, aut eſt hic. Sept. *vidiſti locum ſolij mei*. Putarunt *locum* eſſe in accuſatiuo, propter את *ath* Hebraicum. verùm non ſemper ea eſt nota accuſatiui. VBI HABITO, habitabo. ET NON POLLVENT VLTRA. Templum Ieroſolymitanum ſæpè pollutum eſt, loquitur ergo de cæleſti, vt Hieronymus vocat. IN FORNICATIONIBVS SVIS. ſic idolorum cultum vocat. ET IN RVINIS REGVM SVORVM. Sept. *homicidijs*. Solebant Iudæi Reges aut duces ſuos occidere. Hebr *in cadaueribus Regum ſuorum*. Aut eorum cædem & ruinam deſignat. Aut quoniam prope templum ſepeliebantur, cùm extra vrbem deberent. ſic templum & vrbs ijs ſepulchris polluebatur. Quod non fore ampliùs ait.

8 QVI FABRICATI SVNT LIMEN SVVM. Domos ſuas in loco ſacro ſtruxere, quod erat nefas. Aut cùm prope templum habitarent, vno muro diſcreti, cautiores eſſe debebant: nam quæ domi faciebant, intra templum perpetrare videbantur.

9 NVNC ERGO, cû habuerint cor nouum. REPELLANT PROCVL FORNICATIONEM, aut repellent. A ME. i. à templo meo. SEMPER. Hebr. *in ſæculum*, ſeu *in æternum*.

10 OSTENDE DOMVI ISRAEL TEMPLVM, id eſt, amplitudinem, quam deſignaui. ET METIANTVR FABRICAM, ſeu exemplar, quod ſcilicet tibi oſtendi, vt vereantur eam maieſtatem polluere.

11 ET ERVBESCANT. Heb. *& ſi erubuerint ob ea quæ fecerunt*, explica illis templi formam, quam ædificare conſtituo. ET VNIVERSA PRÆCEPTA EIVS, ritus ſacrificiorum oſtende eis. ET SCRIBES. Non verbis ſolùm id explica, ſed de ſcripto, quò meliùs percipiantur omnia, & memoria ſit diuturna. VT CVSTODIANT. Hebr. *& cuſtodient*. ſ. in corde. Quòd ſi cuſtodierint, faciēt ea.

12 ISTA EST LEX, id eſt, deſcriptio. IN SVMMITATE MONTIS. Hic eſt ſitus templi. in faſtigio montis eſt poſitum. Totum id ſpatium peribolo comprehenſum eſt ſanctum, dicatum Deo.

13 IN CVBITO VERISSIMO. i. non vulgari, qui quinque palmorum erat, ſed legali, qui eum cubitum & palmum continebat. hoc eſt, ſex palmos, digitos viginti quatuor. Hebr. *in cubito, cubito & palmo*. i. vt Chald. *in cubito, qui habet cubitum & palmum*. ſic etiam noſter. IN SINV EIVS ERAT CVBITVS. *Sinum* fundamentum vocat. ſic Chald. quod ſit reliqua fabrica latius & vt ſinus. Ergo fundamentum vnius cubiti erat, ſcilicet altaris. ET CVBITVS IN LATITVDINE, id eſt, parietes altaris vnum cubitum lati erant. ET DEFINITIO. Hebr. *terminus*. extrema circum ora vnius palmi, ſcilicet maioris duodecim. Hebr. זרת *zereth*, Græcè σπιθαμή quod idem eſt. FOSSA ALTARIS. Hebr. *altitudo altaris*, id eſt, fundamenti altaris. Chald. *hæc erat compoſitio altaris*. Rectè ſane ſi גב gab inuenirem pro *compoſitione* ſumi. Sept. & Pagn. *Hæc eſt altitudo altaris*.

14 ET DE SINV TERRÆ. id eſt, de terra. VSQVE AD CREPIDINEM NOVISSIMAM. Hebr. *inferiorem*. Erant duæ crepidines, *pennæ*, vox עזרה *hazarah*, *ſeptum* ſignificat ſeu *atrium*, 2. Paral. 4. v. 9. ſic dictum, quòd iuuet id quod ſepitur, arcens fures. Inde *crepidines* ſic vocantur, quoniam inſtar ſepti ſunt, ſiue quia iuuant ſacerdotem, vt ad altare ſummum pertingat. CREPIDINEM MAIOREM. Superiorem crepidinem *maiorem* vocat, quia latior erat. QVATVOR CVBITI, ſcilicet altitudinis. ET LATITVDO CVBITI VNIVS, ſcilicet ea menſura crepido ſuperior ab inferiori retrahebatur. Verùm ſi eæ crepidines erant, per gradus ad altare aſcendebatur, contra legem Exod. 20. verſ. 26. Id arguit, hanc fabricam non conuenire prorſus cum templo Salomonis, præſertim cùm v. 17. dicatur, *Gradus autem eius* (ſ. altaris) *verſi ad Orientem*. Per eos gradus ad crepidines & ad altare aſcendebatur.

15 ARIEL. Chald. *altare*. ſed quare *Ariel* vocatur. i. *leo Dei*, ſcilicet quia inſtar leonis hoſtias vorabat. CORNVA QVATVOR, ſcilicet in ſummo altari ad quatuor angulos erant quatuor cornua.

16 PER DVODECIM CVBITOS. Hebr. *in duodecim cubitis latitudinis*. ſ. erat longum duodecim cubitos. Par longitudo & latitudo. Ambitus cubitorum quadraginta octo. ÆQVIS LATERIBVS. Hebr. *quatuor quadratis eius*. Hieronymus ſententiam expreſſit.

17 IN QVATVOR ANGVLIS EIVS, ſiue *lateribus*, vt verſ. ſuperiori vertit, quod eſt Hebr. *quatuor quadratis*. loquitur de crepidine ſuperiori, nam inferior longior neceſſariò erat. ET CORONA. Chald. *clauſura*. Hebr. *terminus* ſeu *limbus* dimidij cubiti. Ita circum altare crepido cubitum & dimidium proferebatur. Hunc limbum Sept. *giſos* vocant. ſic puto. i. ſuggrundia. ET SINVS EIVS. Quid hoc? forte crepido, vt altare id fundamentum habuit. De quo v. 13. ſic Chald. *fundamentum eius erat vnius cubiti per circuitum*. Vno cubito latius fundamentum erat crepidine.

18 HI SVNT RITVS. Hebr. *ſtatuta*. i. forma, qua altare fieri debet. hæ menſuræ.

19 ET DABIS SACERDOTIBVS. ſ. altare in eorum poteſtatem contrades. DE SEMINE SADOC, ij erant præcipui ſacerdotes, qui erant poſteri Sadoc primi Pontificis in templo Salomonis. QVI ACCEDVNT. i. miniſtrant mihi. AT OFFERANT MIHI VITVLVM DE ARMENTO. Hebr. *vitulum filium bouis*. vnum ſacrificium pro omnibus ponit.

20 SVPER QVATVOR CORNVA EIVS. Is erat ritus vitulum ſacrificandi, Exod. 29. v. 12. ET SVPER CORONAM, limbum, marginem, vt v. 17. ET MVNDABIS ILLVD. ſic ſanctificabitur altare ſanguine hoſtiæ.

21 COMBVRES. Hebr. *comburent*. ſ. ſacerdotes vitulum. ſ. IN SEPARATO LOCO DOMVS. i. templi, videtur ea combuſtio fieri in aliqua parte templi. מפקד *miphkad* non ſignificat *præceptum*, vt plerique vertunt, nec *locum aptum*, ſeu *deſignatum domus*, vt Chald. & alij; nec *locum ſeparatum domus*, vt Hieronymus & Sept. ſed *extra*. ſ. domum, vt Hebr. Schol. Quod verba ſequentia magis declarant. EXTRA SANCTVARIVM, combures extra domum, extra ſanctuarium, ſiue etiam extra caſtra, ad Hebr. 13. verſ. 11. Leuit. 4. verſ. 12.

23 CVMQVE COMPLEVERIS. cùm altaris expiationem abſolueris. DE ARMENTO. Hebr. *vitulum filium bouis* offeres.

25 FACIES. *Facere*, pro *ſacrificare*. ſic etiam Latinè. OFFERENT. Hebr. *facient*. ſic etiam v. 27. *facient ſacerdotes* . i. offerent.

26 ET IMPLEBVNT MANVM EIVS. Hebr. in Maſſoreth *manus eius*. i. offeres pro altaris expiatione munera & hoſtias. Qui initiabantur, ſeu conſecrabantur, eorum manus implebantur, offerebant munera. Loquendi eam formam in hominibus frequentem, Exod. 28. verſ. 41. & cap. 29. v. 9. & 35. tranſtulit ad altare. Aut *implere manum*, ſit *conſecrare*. *Implebunt manum*. i. conſecrabunt altare.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

GLORIA DEI. i. quiddam gloriam Dei repræſentans. ERAT EI. Chald. *benedicentium nomen eius.* MAIESTATE. Chald. *ſplendore gloriæ.* 2

VENIT. Hebr. & Lxx. *veni.* Chald. *prophetaui.* Vide ſuprà cap. 9. 3

INTERIVS. ſ. erat Ezechiel ſacerdos. 5

QVI STABAT. Hebr. Chald. & Lxx. *ſtabat.* q. d. & erat quidam apud me. 6

DIXIT. ſ. Deus. LOCVS. ſ. hic eſt. FORNICATIONIBVS. Chald. *idolis.* RVINIS. Chald. *cadaueribus*, ſcilicet prope templum ſepultis, quod non licebat. Lxx. *homicidiis.* ſ. à Regibus perpetratis. 7

PRÆCEPTA. i. ratione ædificij. CVSTODIANT. quomodo, aut quando, valdè obſcurum etiam nunc. fortè tunc apertum, declarante Propheta. 11

LEX. i. ratio ædificandæ. MONTIS. ſ. Sion. SANCTVM SANCTORVM. i. ſacroſanctum. q. d. totus mons ſacroſanctus. 12

VERISSIMO. ſ. ſacro. CVBITVM. ſ. vulgarem. SINV. i. medio. CVBITVS. ſ. eminentia quædam cubitalis altitudine & latitudine, ſeu potiùs depreſſio in modum foſſæ. vt poſteà dicitur. ſ. in quam ligna inijciebantur. DEFINITIO, &c. Chald. *clauſura eius ſuper labium.* ſcilicet circumdabatur velut corona altitudinis palmi. 13

SINV. Chald. *fundamento.* 14

ARIEL. i. altare. ſic dictum fortè, quòd more leonis deuoraret victimas. *Ariel* enim q. *leo Dei.* VSQVE AD SVRSVM. q. d. in altum erecta, vel ſuprà locata. 15

FACIES. i. offeres. 50

IMPLEBVNT MANVM EIVS. i. conſecrabunt illud. *Implere manum*, vocat Scriptura *conſecrare*, quòd ſacerdotum, cùm conſecrabantur, manus implerentur. ſcilicet victimis quas offerrent. Lxx. *manus eorum.* ſcilicet ſacerdotum. 2

FACIENT. i. offerent, ſeu ſacrificabunt. 27

CAPVT XLIV.

Porta ſanctuarij clauſa, qua ſolus Deus ingreditur: incircumciſi carne & corde non ingredientur ſanctuarium, nec Leuitæ qui idola ſecuti ſunt, ſed hi miniſtri domus erunt: filij autem Sadoc ſacerdotes ingredientur, & horum leges ponuntur.

ET conuertit me ad viam portæ ſanctuarij 1
exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem: & A
erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta 2
hæc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſ-
ibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael
ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa * principi. 3
Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem
coram Domino: per viam portæ veſtibuli in-
gredietur, & per viam eius egredietur. * Et addu- 4
xit me per viam portæ Aquilonis in conſpectu B
domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Domini
domum Domini: & cecidi in faciem meam.
* Et dixit ad me Dominus: Fili hominis pone 5
cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis au-
di omnia, quæ ego loquor ad te de vniuerſis cæ-
rimonijs domus Domini, & de cunctis legibus
eius: & pones cor tuum in vijs templi per om-
nes exitus ſanctuarij. * Et dices ad exaſperan- 6
tem me domum Iſrael: Hæc dicit Dominus
Deus: Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra do-
mus Iſrael: * eò quòd inducitis filios alienos in- 7
circumciſos corde, & incircumciſos carne, vt
ſint in ſanctuario meo, & polluant domum
meam: & offertis panes meos, adipem, & ſan-
guinem: & diſſoluitis pactum meum in omni-
bus ſceleribus veſtris. * Et non ſeruaſtis præcepta 8
C ſanctuarij mei: & poſuiſtis cuſtodes obſerua-
tionum mearum in ſanctuario meo vobiſmet-
9 ipſis. * Hæc dicit Dominus Deus: Omnis alie-
nigena incircumciſus corde, & incircumciſus
carne, non ingredietur ſanctuarium meum, om-
nis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael.
10 * Sed & Leuitæ, qui longe receſſerunt a me in
errore filiorum Iſrael, & errauerunt à me poſt
idola ſua, & portauerunt iniquitatem ſuam:
11 * erunt in ſanctuario meo æditui, & ianitores
portarum domus, & miniſtri domus: ipſi mà-
ctabunt holocauſta, & victimas populi: & ipſi
ſtabunt in conſpectu eorum, vt miniſtrent eis.
12 * Pro eo quòd miniſtrauerunt illis in conſpectu
D idolorum ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael in
offendiculum iniquitatis: idcircò leuaui ma-
num meam ſuper eos, ait Dominus Deus, &
13 portabunt iniquitatem ſuam: * & non appro-
pinquabunt ad me vt ſacerdotio fungantur mi-
hi, neque accedēt ad omne ſanctuarium meum
iuxta ſancta ſanctorum: ſed portabunt confu-
14 ſionem ſuam, & ſcelera ſua quæ fecerunt. * Et
dabo eos ianitores domus in omni miniſterio
15 eius, & in vniuerſis quæ fient in ea. * Sacerdotes
autem & Leuitæ filij Sadoc, qui cuſtodierunt
cærimonias ſanctuarij mei, cùm errarent filij Iſ-
rael à me, ipſi accedent ad me vt miniſtrent mi-
hi: & ſtabunt in conſpectu meo vt offerant mi-
E hi adipem, & ſanguinem, ait Dominus Deus.
16 * Ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi
accedent ad menſam meam vt miniſtrent mi-
17 hi, & cuſtodiant cærimonias meas. * Cumque
ingredientur portas atrij interioris, veſtibus li-
neis induentur: nec aſcēdet ſuper eos quidquam
laneum, quando miniſtrant in portis atrij inte-
18 rioris & intrinſecus. * Vittæ lineæ erunt in capi-
tibus eorum, & feminalia linea erunt in lum-
19 bis eorum, & non accingentur in ſudore. * Cum-
que egredientur atrium exterius ad populum,
F exuent ſe veſtimentis ſuis, in quibus miniſtra-
uerant, & reponent ea in gazophylacio ſan-
ctuarij, & veſtient ſe veſtimentis alijs: & non
20 ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis. * Ca-
put autem ſuum non radent, neque comam nu-
21 trient: ſed tondentes attondent capita ſua. * Et
vinum non bibet omnis ſacerdos quando in-
22 greſſurus eſt atrium interius. * [a] Et viduam & [a] *Leuit.* 21. c. 14
repudiatam non accipient vxores, ſed virgines
de ſemine domus Iſrael: ſed & viduam, quæ fue-
23 rit vidua à ſacerdote, accipient. * Et populum
meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pol-
lutum, & inter mundum & immundum oſten-
24 dent eis. * Et cùm fuerit controuerſia, ſtabunt
in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, &
præcepta mea in omnibus ſollemnitatibus meis
25 cuſtodient, & Sabbata mea ſanctificabunt. * Et
ad mortuum hominem non ingredientur, ne
polluantur, niſi ad patrem & matrem, & filium
& filiam, & fratrem & ſororem, quæ alterum
G virum non habuerit: in quibus contaminabun-
26 tur. * Et poſtquam fuerit emundatus, ſeptem
27 dies numerabuntur ei. * Et in die introitus ſui in
ſanctuarium ad atrium interius, vt miniſtret mi-
hi in ſanctuario, offeret pro peccato ſuo, ait Do- [b] *Deut.* 18. a. 1
28 minus Deus. * [b] Non erit autem eis hereditas, *Num.* 18. c. 20
ego hereditas eorum: & poſſeſſionem non da-

bitis eis in Iſrael, ego enim poſſeſſio eorum. Vi- 29
ctimam & pro peccato & pro delicto ipſi come-
dent: & omne votum in Iſrael ipſorum erit.
Exod 32. d.29 Et primitiua omnium primogenitorum, & 30
omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur,
ſacerdotum erunt: & primitiua ciborum veſtro-
rum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictio-
Leuit. 22. b.8 nem domui tuæ. Omne morticinum, & ca- 31
ptum à beſtia de auibus & de pecoribus non
comedent ſacerdotes.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Videt iterùm gloriam Dei in templo, & ſacerdotibus leges deſcribit.

1 Et convertit me. Ille architectus qui menſus eſt templum cap. 40. verſ. 3. Ad viam portæ. ad portam, aut verſus portam. Sanctuarii exterioris, id eſt, atrij exterioris. quod ſanctuarium vocat, quia pars eſt templi. Per eam ingreſſa fuerat gloria Domini, c. 43. verſ. 2.

2 Eritque clausa Principi. i. illi ſoli ſeruabitur. Hieron. vocem *Principi* iungit cum ſuperiori verſu: ait enim, *Erit clauſa Principi*. Hebr. cum ſequenti. *Princeps. ſ. erit*, vt Chald. ſupplet. Soli Principi deſeruiet.

3 Sedebit, non ingredietur ad interiora, ſed ibi conſiſtet Princeps. Vt comedat panem. i. partes hoſtiarum, quas extra templum comedere nefas erat. ibi conuiuia inſtruet peracto ſacrificio. Per viam portæ vestibuli. ſ. primam veſtibuli portam ingredietur, & in ipſo veſtibulo conſiſtet, cap. 46. v. 12. Principi, cùm ſacrificium offerebat, porta Orientalis aperiebatur. ſ. atrij exterioris, de qua agimus.

4 Per viam portæ Aquilonis. i. ad portam Aquilonarem eiuſdem atrij exterioris adduxit me Angelus. Per quam, quia aperta erat, vidit Ezechiel gloriam Dei, quæ domum Domini, hoc eſt, templum ipſum impleuerat.

5 Pone cor tuum, id eſt, diligenter aduerte. In viis templi. Hebr. *ad ingreſſum eius, & in omnibus exitibus ſanctuarij*. Omnia conſiderabis. vt populo, Leuitis, & alijs ſuas ſedes in templo deſignes.

6 Et dices ad exasperantem. Hebr. *rebellem domum Iſrael*. ſed pro *rebellis* ſemper Hieron. ponit *exaſperantem*. in eo Sept. ſecutus. Sufficiant vobis. Hebr. *multum vobis*. i. ſatis vobis ſit *ſufficiant*, vt Chald. & Sept. veſtra ſcelera, quibus templum contaminaſtis, vt quid alienigenas in illud inducitis? vel, *ſufficiant*, non peccetis ampliùs.

7 Eo quod inducitis Hebr. *in inducendo*. Filios alienos. ſ. vt ſint idolorum cultores, quæ inuexerunt in templum, & ſimul eorum ſacerdotes. Aut filios alienigenas introire in templum permittitis contra legem, Leuit. 22. v. 25. Deuter. 23. v. 3. Et offertis panes meos. Hebr. *cùm offertis panem meum, adipem, & ſanguinem*, id eſt, victimas de alienigenarum manibus acceptas, in eo polluitis domum meam. Dissolvitis. Hebr. *diſſoluunt*, pro *diſſoluitis*. Sept. *& præteritis teſtamentum*. id eſt, *pactum*, vt eſt Hebr. & *pactum* pro, lege.

8 Et non servastis præcepta, &c. quibus alienigenæ arcentur. Hebr. *& non cuſtodiſtis cuſtodiam ſanctuarij mei*, ne ſ. alienigenæ ingrederentur. Et posuistis custodes observationum. Hebr. *poſuiſtis cuſtodes cuſtodiæ meæ in ſanctuario meo vobis*. i. non quos oportebat, ſed qui vobis placebant. Hieronymus pro *cuſtodia* vertit *præcepta*, & *obſeruationes*, quod ex parte Sept. fecerunt.

9 Omnis filius alienus. Hebr. *omnis filius alienigena non intrabit in ſanctuarium meum, ad omnes filios alienigenas*. id eſt, *ex omnibus filijs alienigenis, qui ſunt in medio filiorum Iſrael*. ſic Chald. quòd ſi qui erant ex Gentibus in eo populo, non ingrediebantur, multò minùs qui aliunde veniebant.

10 Sed et Levitæ. Leuitas, qui idola coluerunt de gradu deijci mandat. Erraverunt a me. id eſt, diſceſſerunt à me. Portaverunt, aut *portabunt*. ſcilicet, ducti ſunt, aut ducentur in captiuitatem ob flagitia ſua. Iniquitatem suam, id eſt, iniquitatis pœnam portabunt.

11 Æditui. Hebr. *miniſtrantes*. ſ. vt externi & laici erunt Leuitæ illi qui receſſerunt à me. Ianitores. Hebr. *præfecti portis domus*. i. templi. i. *ianitores*, vt Hieronymus dixit. Mactabunt. Populo etiam miniſtrabunt, cùm hoſtias offerent. ſ. quaſi laniones erunt.

12 Offendiculum iniquitatis, facti ſunt ij Leuitæ, nempe ad iniquitatem populum prouocabant. Levavi manum meam, aut vt iurarem, Deut. 32. v. 40. aut potiùs vt eos percutiam. ſic *leuare manum* ſumitur cap. 20. v. 23. Super eos, vel *contra eos*.

13 Vt sacerdotio fungantur mihi, non appropinquabunt, non erunt ſacerdotes, neque facient quæ ſunt ſacerdotum. Neque accedent ad omne sanctuarium meum. Hebr. *vt accedant ad omnes ſanctificationes meas*. id eſt, non accedent ad ea facienda, quæ in miniſtro ſanctitatem requirunt. Iuxta sancta sanctorum. i. in templum non ingredientur, vt alij ſacerdotes, neque thus offerent, neque panes propoſitionis ponent. Et scelera sua. i. pœnam ſcelerum portabunt.

14 Ianitores. Hebr. *cuſtodes cuſtodiæ*. i. præficiam eos templi cuſtodiæ (ſ. atrijs) & operibus quæ in eo fient, à lignarijs, cæmentarijs, & alijs.

15 Sacerdotes autem et Levitæ filii Sadoc. Hebr. *Leuitæ filij Sadoc*. Verùm circulus inter lineas in Biblijs Hebr. poſitus indicat deeſſe aliquid, nempe *ſacerdotes*, quæ vox in Chald. & Sept. eſt, vt Hieronymus poſuit. Sæpè codices Hebræi ex noſtris ſunt caſtigandi.

16 Ad mensam meam accedent. Chald. *vt panes propoſitionis ponant*. Et custodiant cærimonias meas. Hebr. *cuſtodient cuſtodiam meam*. Verùm hoc iam erat delegatum alijs Leuitis defectoribus, verſ. 14. Sanè, ibi tamen de cuſtodia loquitur exteriori atriorum: hîc de ſanctuarij cuſtodia. Sic illam *cuſtodiam domus* vocauit, hanc *cuſtodiam meam*.

17 Atrii interioris. Per hoc *atrium* quidam adytum intelligunt, in quem ſolus ſummus ſacerdos ingrediebatur, idque ſemel in anno, lineis veſtitus: Leuit. 16. v. 4. Ego ſimpliciùs atrium Leuitarum intelligo, vt vox ſonat, in quo ſacerdotes: & in ſanctuario verſari in linea veſte vult, quam *Ephod* eſſe puto, & cum feminalibus lineis, vt mox dicit.

18 Et non accingentur in sudore. pro, in labore. *non ſtrictè & violenter*, vt Sept. Alij, *non in loco ſudoris*. i. in axillis, aut pudendis, quæ citò ſudant; ſed circa pectus & *cor*. vt Chald. accingentur.

19 Cumque egredientur. Hoc idem præcipitur cap. 42. v. 12. Atrium exterius. Vides in atrio interiori verſari Leuitas in veſte ſacra, v. 17. Et non sanctificabunt populum, quia tangentes veſtes ſacras, ſanctificari eo attactu putabantur. Meliùs Chald. *non miſcebantur populo in veſtibus ſuis*. id eſt, ſacris. קדש *kedes* ſignificat inter alia *miſcere*. vnde קְדֵשָׁה. id eſt, *ſcortum*. Quæ ſignificatio paucis eſt [illegible].

20 Neque comam nutrient. Sic Chald. Hebr. *comam non mittent*, pro, demittent. Eadem ſignificatio.

24 Stabunt in iudiciis meis. Hebr. *ſtabunt ad iudicandum in iudicijs meis*. i. ipſi ſacerdotes erunt iudices, aut ſic iudicabunt iuxta iudicia & leges meas, non ex ſuo capite. In omnibus solemnitatibus meis, ſiue *omnibus ſtatutis temporibus*. Quæuis lex ſuo tempore ſeruetur. מועד *moed*, & *feſtum* ſignificat, & *tempus certum & ſtatutum*.

25 Quæ alterum virum non habuerit. i. quæ bis non nupſerit, aut numquam, quia Hebr. *quæ non fuit viro*. id eſt, *virgo eſt*. ſic Sept. & Chald. Quod clariùs dicitur Leuit. 21. verſ. 2. Itaque ſacerdotibus permittebatur intereſſe ſororis virginis funeri.

In

IN QVIBVS CONTAMINABVNTVR. i. funeri intereſſe poterunt. & loquitur de minoribus ſacerdotibus, ſecùs de ſummo ſacerdote, Leuit. 21. v. 10. quem nulli funeri intereſſe vult.

26 FVERIT EMVNDATVS. i. peracto funere eo, cui intereſſe poteſt ſacerdos, ſeparatus à mortuo, ſeptem diebus proximis ad templum accedere, & in eo miniſtrare non poterit. Itaque ſeptem diebus expiari debebat.

27 OFFERET PRO PECCATO SVO. Quid? ſimilæ decimam Ephi: Leuit. 6. v. 20.

28 NON ERIT AVTEM EIS HEREDITAS. Hebr. *& erit eis in hereditatem*. ſ. ſacerdotium. ſic Sept. & Chald. & Vulgata Regia. Hieronymus cum negatione legit, vt Deuter. 18. verſ. 1. & Numer. 18. verſ. 20. legitur. Quod videtur magis conuenire cum ijs quæ ſequuntur. ſ. *Ego hereditas eorum:* (ideò alia hereditate opus non habent) *& poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael, ego enim poſſeſſio eorum*.

29 VICTIMAM. Hebr. *munus*, ſiue *oblationem*, ſcilicet omnem comedent. ET PRO PECCATO. Hebr. *& peccatum*, pro, hoſtiam pro peccato. ET OMNE VOTVM. Hebr. *anathema*. i. Deo conſecratum.

30 ET PRIMITIVA OMNIVM PRIMOGENITORVM. Hebr. *primitiæ omnium primitiuorum*. omnis ſcilicet fructus, nempe primi fructus ipſorum erunt. ET OMNIA LIBAMENTA. Hebr. *omnes oblationes, ex omnibus oblationibus veſtris*. i. quas vos offertis, vt poſuit Hieronymus. PRIMITIVA CIBORVM. Hebr. *primitias maſſarum*. Cùm panes coquebant, volebat primitias offerri. VT REPONAT. Quis? ſacerdos. nam Deus loquitur. Hebr. *ad reponendum* quod ad Deum etiam referri poteſt. vt ego reponam. BENEDICTIONEM. i. rerum omnium copiam domui eius qui offert. Quod Deo offertur, inſtar ſeminis eſt.

31 OMNE MORTICINVM. Quod Leuit. 5. verſ. 2. & 11. verſ. 12. erat omnibus interdictum, ne morticinum comederent, hîc ſacerdotibus ſigillatim interdicitur. ET CAPTVM A BESTIA. Hebr. *& raptum*, ſupple, à beſtia, ſiue ab aue rapaci. ET DE PECORIBVS, ſeu *iumentis*, aut potiùs *de quadrupedibus* raptum non comedent. Id hoc loco *behemah* ſignificat, ſcilicet *quadrupedes*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 EXTERIORIS. ſ. atrij.

2 INGRESSVS EST. Vide principium cap. præcedentis.

3 PRINCIPI. id eſt ad vſum ſolius principis, vt cum præcedentibus iungatur; alioqui Hebr. & Chal. principium eſt tertij verſus. Chald. *Principi erit*. ſ. aperta. q. d. ſoli Regi aperietur. Vide cap. 46. PANEM. i. cibum. ſ. partem hoſtiarum. PORTÆ VESTIBVLI. pro, veſtibuli portæ. ſ. Orientalis.

7 PANES MEOS. Chald. *oblationem meam*. ADIPEM. Lxx. *& adipem*. DISSOLVITIS. ſ. offerendo cum tantis peccatis.

8 VOBISMETIPSIS. i. in veſtram vtilitatem, non in gloriam meam.

10 LEVITÆ. i. qui de tribu Leui. ſ. ſacerdotes. PORTAVERVNT. pro, portabunt. Chald. & Lxx. *ſuſcipient*. ſic inf. q. d. dabunt pœnas iniquitatis.

11 ÆDITVI, &c. q. d. non fungentur officio ſacerdotum, vt infrà explicat. IN CONSPECTV EORVM. Lxx. *ante populum*. EIS. i. pro eis, ſ. populo.

14 MINISTERIO. ſ. Leuitarum, & non ſacerdotum.

15 ERRARENT. ſ. per idololatriam.

19 MENSAM. ſ. panum propoſitionis.

18 VITTÆ. Chald. *tiara*. Lxx. *Cidares*. IN SVDORE. i. qui dum laborant, adeoque ſudant. Lxx. *violenter*. q. d. aſtrictè, ſed laxè. Chald. *ad lumbos, ſed ad cor*. q. d. circa pectus.

19 GAZOPHYLACIO. Lxx. *exedris*. SANCTIFICABVNT. id eſt, tangent. Chald. *commiſcebuntur cum populo*.

20 NON RADENT. id prohibitum tunc, quia in vſu apud ſacerdotes idolorum. Vide Baruch 6. alioquin licitum. vide Num. 6. Ezec. 5. Act. 21. & Ambr. epiſt. 36.

23 POLLVTVM. Chald. *profanum*.

24 SANCTIFICABVNT. ſanctè obſeruabunt, & obſeruari curabunt.

25 ALTERVM abundat loquitur enim de virgine.

26 SEPTEM. ſ. alij à prioribus.

29 DELICTO. Lxx. *ignorantia*.

30 PRIMITIVO, &c. i. primogenita. REPONAT. ſ. Deus, vel ſacerdos per preces & ſacrificia. DOMVI TVÆ. i. familiæ.

31 MORTICINVM. i. ſua ſponte mortuum. CAPTVM. Chald. *laceratum*.

CAPVT XLV.

In terræ diuiſione, ſeparatis Domino primitijs, aſſignanda eſt certa portio ſacerdotibus, Leuitis, ciuitati ac principi: ſeruandaq; æquitas in ponderibus, menſuris, primitijs & ſacrificijs: quæ ſacrificia offerentur primo ac ſeptimo die primi menſis, & in ſollemnitatibus Paſchæ ac Tabernaculorum.

1 CVmque cœperitis terram diuidere ſortitò,
A ſeparate primitias Domino, ſanctificatum
de terra, longitudine vigintiquinque millia, &
latitudine decem millia: ſanctificatum erit in
2 omni termino eius per circuitum. * Et erit ex
omni parte ſanctificatum quingentos per quin-
gentos, quadrifariàm per circuitum: & quin-
quaginta cubitis in ſuburbana eius per gyrum.
3 * Et à menſura iſta menſurabis longitudinem
B vigintiquinque millium, & latitudinem decem
millium, & in ipſo erit templum, ſanctum-
4 que ſanctorum. * Sanctificatum de terra erit
ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij, qui accedunt
ad miniſterium Domini: & erit eis locus in do-
5 mos, & in ſanctuarium ſanctitatis. * Vigintiquin-
que autem millia longitudinis, & decem millia
latitudinis erunt Leuitis, qui miniſtrant domui:
6 ipſi poſſidebunt viginti gazophylacia. * Et poſ-
ſeſſionem ciuitatis dabitis quinque millia lati-
tudinis, & longitudinis vigintiquinque millia,
ſecundùm ſeparationem ſanctuarij, omni do-
7 mui Iſrael. * Principi quoque hinc & inde in ſe-
C parationem ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciui-
tatis, contra faciem ſeparationis ſanctuarij, &
contra faciem poſſeſſionis vrbis: à latere Maris
vſque ad Mare, & à latere Orientis vſque ad O-
rientem: Longitudinis autem iuxta vnamquã-
que partem à termino Occidentali vſque ad
8 terminum Orientalem. * De terra erit ei poſ-
ſeſſio in Iſrael: & non depopulabuntur vltrà
D principes populum meum: ſed terram dabunt
9 domui Iſrael ſecundùm tribus eorum. * Hæc di-
cit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Iſ-
rael: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudi-
cium & iuſtitiam facite, ſeparate confinia ve-
10 ſtra à populo meo, ait Dominus Deus. * Statera
iuſta, & ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis.
11 * Ephi & batus æqualia, & vnius menſuræ erunt:
vt capiat decimam partem cori batus, & deci-
mam partem cori ephi: iuxta menſuram cori
12 erit æqua libratio eorum. * a Siclus autem vigin- a Exod. 30. b. 11
ti obolos habet. Porrò viginti ſicli, & viginti- Leuit. 27. c. 25
quinque ſicli, & quindecim ſicli, mnam fa- Num. 3. f. 47
13 ciunt. * Et hæ ſunt primitiæ, quas tolletis: ſex-
E tam partem ephi de coro frumenti, & ſex-
14 tam partem ephi de coro hordei. * Menſura
quoque olei, batus olei, decima pars cori eſt: &

decem

decem bati corum faciunt: quia decem bati im-
plent corum. * Et arietem vnum de grege du- 15
centorum, de his quæ nutriunt Iſraël in ſacrifi-
cium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad ex-
piandum pro eis, ait Dominus Deus. * Omnis 16
populus terræ tenebitur primitijs his principi in
Iſrael. * Et ſuper principem erunt holocauſta, & 17
ſacrificium, & libamina in ſollemnitatibus, & in
Calendis, & in Sabbatis, & in vniuerſis ſollem- F
nitatibus domus Iſraël: ipſe faciet pro peccato
ſacrificium, & holocauſtum, & pacifica ad ex-
piandum pro domo Iſrael. * Hæc dicit Domi- 18
nus Deus: In primo menſe, vna menſis, ſumes
vitulum de armento immaculatum, & expiabis
ſanctuarium. * Et tollet ſacerdos de ſanguine 19
quod erit pro peccato: & ponet in poſtibus do-
mus, & in quattuor angulis crepidinis altaris, &
in poſtibus portæ atrij interioris. * Et ſic facies in 20
ſeptima menſis, pro vnoquoque qui ignorauit,
& errore deceptus eſt, & expiabis pro domo. * In 21
primo menſe, quartadecima die menſis, erit G
vobis Paſchæ ſollemnitas: ſeptem diebus azy-
ma comedentur. * Et faciet princeps in die illa 22
pro ſe, & pro vniuerſo populo terræ, vitulum
pro peccato. * Et in ſeptem dierum ſollemnita- 23
te faciet holocauſtum Domino ſeptem vitulos,
& ſeptem arietes immaculatos quotidie ſeptem
diebus: & pro peccato hircum caprarum quoti-
die. * Et ſacrificium ephi per vitulum, & ephi 24
per arietem faciet: & olei hin per ſingula ephi.
* Septimo menſe, quintadecima die menſis in 25
ſollemnitate, faciet ſicut ſuprà dicta ſunt per ſe-
ptem dies; tam pro peccato, quàm pro holo-
cauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TErræ Iſraeliticæ diuiſio. De menſuris, de ſacrificijs.

1 Cvmqve coeperitis terram dividere sortito. Vox *ſortitò*, Hebr. non eſt, neque in Sept. aut Chald. Hoc tantùm, *cùm diuiſeritis terram in hereditatem*. Verùm quoniam Ioſue terram ſortitò diuiſit, Ioſu. 14. v. 2. & quoniam hereditates ſic diuidi ſolent, loco *hereditatis* Hieronymus *ſortitò* poſuit. Separate primitias. Hebr. *offeretis oblationem* Domino. Sanctificatvm. Hebr. *ſanctitatem*. i. vt ſanctificetur & dedicetur Deo pars terræ quam ſeparabitis. Viginti qvinqve millia, aut cubitorum, aut calamorum, non enim explicat. calamorum potiùs. Porrò longitudo huius ſpatij non ab Ortu ad Occaſum ſumitur, vt quidam dicunt; ſed vt in tota prouincia à Meridie ad Septemtrionem, quod ex cap. 48. verſ. 10. manifeſtum eſt: ſed parum refert, quia ſpatium eſt quadratum. Sanctificatvm erit in omni termino. i. per gyrum & omni ex parte, non vt templum, ſed vt ſacerdotum ſit. Iam ex hac diuiſione, quæ numquam eſt facta, collige, fabricam templi, & hæc omnia ſpectra fuiſſe menti oblata.

2 Et erit ex omni parte sanctificatvm. Hebr. *erit ex hoc ad ſanctitatem*. id eſt, ex agro & ſpatio poſito ſumes portionem, vt ibi templum extruatur. Qvingentos, &c. Hebr. *quingentos in quingentis quadratum per gyrum*. i. ex quouis latere ex quattuor, quingentos habebit. ſ. calamos, vt cap. 42. v. 16. Et qvinqvaginta cvbitis in svbvrbana eivs. i. pomœrium templi, vbi nulla erunt ædificia, quinquaginta cubitos occupabit. Inde ſacerdotum domicilia in eo ſpatio deſignato.

3 Et a mensvra ista. i. ab his quingentis calamis, vbi templum erit, & cum eis numerabis illa viginti quinque millia calamos ſuperiùs poſita. Et in ipso erit templvm, in eo ſpatio templum extruetur.

4 Sanctificatvm. i. Hoc ſpatium, quod ſanctum eſt, ſacerdotum domicilio deſtinatur, & templo, quod in eius parte extruetur. Et in sanctvarivm sanctitatis. Hebr. *& in ſanctuarium in ſanctuarium*. i. in locum, vbi ſanctuarium ædificabitur. *Sanctuarium* priori loco ſumo pro loco & area ſanctuarij & templi, poſteriori pro atrijs & peribolo.

5 Viginti qvinqve avtem millia. Nouum ſpatium Leuitis deſignat, par ei quod ſacerdotibus deſignauit. Viginti gazophylacia poſſidebunt. i. ex ijs quæ in templo erant numero nonaginta, ſic putant. Ex ijs viginti poſſidebunt Leuitæ.

6 Et possessionem civitatis. Dimidio minorem quàm Leuitis dat reliquæ ciuitati aream. Nimirum vult eſſe vrbem ſacerdotalem, & præter miniſtros paucos in ea habitare. Secvndvm separationem sanctvarii. Sic Chald. Hebr. *contra oblationem ſanctitatis*. i. contra terram pro ſacerdotibus oblatam v. 1 vult è regione ſacerdotum poni alia ciuium domicilia. Omni domvi Israel. i. ciuibus aliis.

7 Principi qvoqve. Vult Principi terræ portionem deſignari. Hinc et inde. ad latera portionum aliarum, quas iam deſignauit. In separationem. Hebr. *ad oblationem ſanctitatis*. id eſt, iuxta eam, de qua verſ. 1. In possessionem. Hebr. *ad poſſeſſionem ciuitatis*. id eſt, iuxta eam portionem, de qua verſ. 6. Contra faciem separationis, ſeu *oblationis*. è regione eius terræ, quæ deſtinata eſt ſacerdotibus, quam ſanctam vocat. A latere maris vsqve ad mare, aut *verſus mare*. & per *mare*, Occaſum intelligit Chald. Vsqve ad Orientem, ſiue *verſus Orientem*. Longitvdinis, &c. Hebr. *& longitudo contra*, ſiue è regione *vnius è partibus a termino Occiduo vſque ad terminum Orientalem*, id eſt, tam latè porrigitur, quàm quæuis ex ijs partibus prioribus, nempe viginti quinque millia. De latitudine nihil dicit. Meliùs quæ ſit portio Principis, explicatur cap. 48. verſ. 21.

8 De terra erit ei possessio. id eſt, ideò tam longa terra ei datur, vt ex ea viuat, neque tributis gentem opprimat. Sed terram dabvnt domvi Israel, qui diuident, reliquam terram inter tribus diuident.

9 Svfficiat. Hebr. *multum vobis*. i. ſatis hactenus rapinarum ſufficiat, deſiſtite, ô Principes, à rapinis. Separate confinia, ne in alienos fines irruatis. Hebr. *tollite exactiones*. Sept. *oppreſſiones*. Chald. *offendicula*. Eodem omnia redeunt, ne tributis gentem vexarent.

10 Statera ivsta. Commendat Principibus, ne pro libito pondera mutent. Olim hac de cauſa pondera & menſuræ in ſanctiſſimis templis ſeruabantur. de quo diximus lib. de Ponder & menſ. cap. 24.

11 Ephi et batvs. Æquales hæ menſuræ ſunt, continent modios Italicos tres, corus triginta modios, modius duos celemines noſtros. Æqva libratio, ſiue *directio eius*, pro, eorum. *Ephi* menſura aridorum eſt, *Batus* liquorum.

12 Siclvs avtem viginti obolos habet. Hebr. *gheras*. Porrò *ghera* obolo maior eſt quinta eius parte. Porro viginti sicli. Mina ſexaginta ſiclos habuit, drachmas 240. vncias triginta. Sed quare minam in tres partes diuiſit? Quia minora pondera erant alia in vſu, ſingula ſingulos eos ſiclorum numeros habentia, vt Kimhi ait.

13 Et hæ svnt primitiæ. Sic Sept. vt comprimat ſacerdotum auaritiam, modum primitijs imponit, cori partem ſexageſimam ſolui mandans. Hebr. *Hæc oblatio, quam offeretis ſextam ephi, qui corum tritici aut hordei habes, id offeras, non amplius*. Conſulit offerentium tenuitati. Porrò quod de tritico ait & hordeo, intellige de alijs frumenti generibus & leguminibus.

14 Batvs olei, decima pars cori est. Hæc obſcura ſunt. Videntur ſignificare, batum olei eſſe offerendum. Hebraica aliter, quæ ſic verto, *Bati olei decima bati ex coro ſcilicet offeratur*, nempe cori centeſima. Me-

mento præceptum, vt ſimila conſperſa oleo offerretur,
Leuit. 2. verſ. 5.

Arietem. Sept. ouem. Chald. agnum. Pagn. agnam. 15
Quid שׂה ſeh propriè ſignificet, non eſt ſatis notum.
De iis qvæ nvtrivnt. Hebr. de pinguibus Iſrael. ſic
Chald. nam pinguiora offerre lex erat, Numer. 18.
verſ. 29. Itaque ex ducentis pecudibus vnam mactari
mandat, non plures. In quo tenuitati ciuium conſultum
puto, ſimul auaritiæ ſacerdotum.

Tenebitvr primitiis his. Hebr. omnis populus 16
terræ (Iudææ) erunt (pro, facient) oblationem hanc Prin-
cipi in Iſrael, id eſt, propter Principem, vt ſcilicet ſoſpes
ſit: Hebr. Schol. Itaque ouis illius oblationem educen-
tis pro Principe fieri vult. Aut ſic, ea ouis detur Princi-
pi, vt ipſe ſuſcipiat curam ſacrificiorum, de quibus
mox. Porrò Princeps aut Rex eſſe poteſt, aut ſacerdo-
tum Princeps.

Et svper Principem ervnt holocavsta. Ad 17
eius curam ea ſacrificia ſpectabunt, vt ſuo ea ſumptu
faciat.

In primo mense. Niſan, Martio. Vna mensis, 18
id eſt, prima menſis die. Vitvlvm de armento.
Hebr. vitulum filium bouis offeres, ô Princeps.

In postibvs domvs, i. templi. Crepidinis. De 19
crepidine cap. 43. v. 14. Atrii interioris, vbi ſa-
cerdotes erant & altare.

Pro vnoqvoqve. Prima die vult expiari tem- 20
plum, ſeptima per ignorantiam peccantes & templum.

Et faciet. pro, ſacrificabit Princeps vitulum pro 22
peccato.

Qvotidie. Septem vitulos, & ſeptem arietes vult 23
offerri ſingulis iis diebus Paſchę, & hircum vnum.

Sacrificivm, ſeu oblationem ephi (ſimilæ) cum ſin- 24
gulis vitulis, & cum ſingulis arietibus. Et olei hin.
Hin capit duodecim loghim, ſeu ſextarios Hebraicos,
qui faciunt octo ſextarios Romanos. Ephi capiebat
48. ſextarios Romanos. Ita oleum ſexta pars ſimilæ erat.

Septimo mense. Tiſri is erat ſeu September. 25
Qvintadecima die. Feſtum tabernaculorum erat.
In sacrificio. Hebr. in oblatione. ſ. ephi, offeret cum
ſingulis hoſtiis. Et in oleo, hin offeret pro ſingulis
ephi, & pro ſingulis hoſtiis, vt v. 24. Sed quare de hoc
Feſto ſigillatim agit? fortaſſis negligebatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Sortito. Chald. & Hieron. in poſſeſſionem. Hebr. & 1
Lxx. in hereditatem. Sanctificatvm. i. Deo di-
catum. Millia. ſ. calamorum, ſeu cubitorum.

Qvingentos, &c. i. in omnem partem cubiti quin- 2
genti. Svbvrbana. Chald. & Lxx. ſpatium.

A mensvra. i. fine huius menſurati ſpatii. 3

Sanctvarivm. i. templum. ſ. ædificandum. 4

Gazophylacia. i. cellæ, ſeu cubicula. 5

Domvi. i. tribui. ſ. habitaturæ Ieroſolymis. 6

De terra. Chald. hac terra. 8

Svfficiat. ſ. quod feciſtis hactenus. q. d. ceſſate poſt 9
hæc à ſimilibus, vel ſufficiat dicta portio. q. d. eſtote ea
contenti.

Ephi, aridorum eſt menſura. Batvs, liquidorum, 10
per has autem menſuras reliquæ intelligendæ.

Ivxta mensvram, &c. q. d. exigentur ad rationem 11
cori, qui Hebr. chomer.

Viginti obolos. Hinc colligunt quidam, ſiclum 12
communem (de hoc enim hìc agi) & ſanctuarii eum-
dem fuiſſe; nam de illo idem dicitur Exod. 30. Vi-
ginti sicli, &c. q. d. ſicli ſexaginta. Mnam. ſ. profa-
nam; nam ſacra maior erat.

Tolletis. ſ. in templi dedicatione. 13

Dvcentorvm. q. d. ex ducentis vnum. His qvæ 15
nvtrivnt. Chald. pinguibus.

Principi ſ. Regi danda à populo; ille autem curare 16
debebat vt Deo offerrentur. Vel Pontificem intelligit
nomine Principis.

Et svper, &c. Chald. ad Principem pertinebit dare 17
holocauſta, &c. Vniversis. pro, vniuerſis denique

Faciet. i. curabit offerri: niſi fortè Principem intelli-
gat ſacerdotum.

18 Vna. i. prima. Expiabis. ſ. ô Pontifex.

22 Faciet. i. offeret.

24 Sacrificivm. ſ. cibarium. Chald. in munus. Hebr
dicitur, minchah. Per vitvlvm. i. ad vnumquem-
que vitulum. Chald. in bouem.

25 Solemnitate. ſ. tabernaculorum.

CAPVT XLVI.

*Porta ſolis Sabbatis ac Calendis aperienda, & quæ holo-
cauſta his diebus offeret Princeps, quave porta ipſe aut
populus templum ingredietur, vel egredietur: de ſpon-
taneo & quotidiano Principis holocauſto: de ipſius dono
filiis aut ſeruis dato: loca in quibus ſacerdotes coquant
ſacrificia, & miniſtri victimas populi.*

1 HÆc dicit Dominus Deus: Porta atrij in-
A terioris, quæ reſpicit ad Orientem, erit
clauſa ſex diebus, in quibus opus ſit: die autem
Sabbati aperietur, ſed & in die Calendarum
2 aperietur. * Et intrabit princeps per viam veſti-
buli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ: &
facient ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifi-
ca eius: & adorabit ſuper limen portæ, & egre-
dietur: porta autem non claudetur vſque ad ve-
3 ſperam. * Et adorabit populus terræ ad oſtium
portæ illius in Sabbatis, & in Calendis, coram
4 Domino. * Holocauſtum autem hoc offeret
B princeps Domino, in die Sabbati ſex agnos im-
5 maculatos, & arietem immaculatum. * Et ſacri-
ficium ephi per arietem: in agnis autem ſacrifi-
cium quod dederit manus eius: & olei hin per
6 ſingula ephi. * In die autem Calendarum vitu-
lum de armento immaculatum: & ſex agni &
7 arietes immaculati erunt. * Et ephi per vitulum,
ephi quoque per arietem faciet ſacrificium: de
agnis autem, ſicut inuenerit manus eius: & olei
8 hin per ſingula ephi. * Cùmque ingreſſurus eſt
C princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur,
9 & per eamdem viam exeat. * Et cùm intrabit
populus terræ in conſpectu Domini in ſol-
lemnitatibus: qui ingreditur per portam Aqui-
lonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ
Meridianæ: porrò qui ingreditur per viam por-
tæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ A-
quilonis: non reuertetur per viam portæ, per
quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredie-
10 tur. * Princeps autem in medio eorum cum in-
gredientibus ingredietur, & cum egredientibus
11 egredietur. * Et in nundinis, & in ſollemnitati-
D bus erit ſacrificium ephi per vitulum, & ephi
per arietem: agnis autem erit ſacrificium ſicut
inuenerit manus eius: & olei hin per ſingula
12 ephi. * Cùm autem fecerit princeps ſpontaneum
holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino,
aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientem, &
faciet holocauſtum ſuum, & pacifica ſua, ſicut
fieri ſolet in die ſabbati: & egredietur, claude-
13 turque porta poſtquam exierit. * Et agnum
eiuſdem anni immaculatum faciet holocau-
ſtum quotidie Domino: ſemper manè faciet il-
14 lud. * Et faciet ſacrificium ſuper eo cata mane
E mane ſextam partem ephi, & de oleo tertiam
partem hin, vt miſceatur ſimilæ: ſacrificium
Domino legitimum, iuge atque perpetuum.
15 * Faciet agnum, & ſacrificium, & oleum cata
16 mane mane: holocauſtum ſempiternum. * Hæc

dicit Dominus Deus: Si dederit princeps do-
num alicui de filijs ſuis: hereditas eius, filiorum
ſuorum erit, poſſidebunt eam hereditarie. * Si 17
autem dederit legatum de hereditate ſua vni F
ſeruorum ſuorum, erit illius vſque ad annum
remiſſionis, & reuertetur ad principem: here-
ditas autem eius, filijs eius erit. * Et non acci- 18
piet princeps de hereditate populi per violen-
tiam, & de poſſeſſione eorum: ſed de poſſeſſio-
ne ſua hereditatem dabit filijs ſuis: vt non di-
ſpergatur populus meus vnuſquiſque à poſſeſ-
ſione ſua. * Et introduxit me per ingreſſum, qui 19
erat ex latere portæ, in gazophylacia ſanctuarij
ad ſacerdotes, quæ reſpiciebant ad Aquilonem:
& erat ibi locus vergens ad Occidentem. * Et 20
dixit ad me: Iſte eſt locus vbi coquent ſacerdo- G
tes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent ſa-
crificium, vt non efferant in atrium exterius, &
ſanctificetur populus. * Et eduxit me in atrium 21
exterius, & circumduxit me per quattuor an-
gulos atrij: & ecce atriolum erat in angulo atrij,
atriola ſingula per angulos atrij. * In quattuor 22
angulis atrij atriola diſpoſita, quadraginta cu-
bitorum per longum, & triginta per latum:
menſuræ vnius quattuor erant. * Et paries per 23
circuitum ambiens quattuor atriola: & culinæ
fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum. * Et 24
dixit ad me: Hæc eſt domus culinarum in qua
coquent miniſtri domus Domini victimas po-
puli.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ALia ſacrificiorum genera explicat.

1 PORTÆ ATRII INTERIORIS. ſ. Sacerdotum & Leuitarum, quod erat ante templum. ERIT CLAVSA SEX DIEBVS, IN QVIBVS OPVS FIT. i. negotioſis, non feriatis diebus. Ergo eius atrij porta Orientalis ſex diebus clauſa erit.

2 ET INTRABIT PRINCEPS PER VIAM VESTIBVLI PORTÆ DEFORIS. i. atrij exterioris, quam fore clauſam niſi Principi dixit cap. 44. verſ. 2. IN LIMINE PORTÆ. Hebr. *ad poſtem portæ*. ſ. atrij interioris. Ita Principem non vult ingredi atrium ſacerdotum, nec ijs miſceri, ſed conſiſtere in veſtibulo atrij interioris, dum ſacrificium peragitur, & epulari in veſtibulo exteriori, c. 44. verſ. 3. ET FACIENT, ſacrificabunt ſacerdotes hoſtias Principis.

3 AD OSTIVM PORTÆ. ſ. atrij interioris. Rex erit in limine, populus extra portam.

5 ET SACRIFICIVM. Semper Hieronymus pro מנחה *minhah*, ponit *ſacrificium*, ſecutus in eo Sept. cùm potiùs *munus* aut *oblationem* ſignificet. Ergo cum ariete ephi ſimilæ offeret. QVOD DEDERIT MANVS EIVS. i. quod voluerit, aut potuerit. Itaque cum ſingulis agnis quantum ſimilæ offerri debeat, nihil præſcribit, illud modò ſeruetur, vt ephi ſimilæ adijciatur hin olei.

6 DE ARMENTO Hebr. *vitulum filium bouis*, pro, vitulos. IMMACVLATVM. Hebr. *immaculatos*, vt indicet duos vitulos in Kalendis offerri, Numer. 28 verſ. 11. Ibi quoque ſeptem agnos mactari præcipitur, hic ſex. Fortaſſis hæc lex moderatio alterius eſt.

7 FACIET SACRIFICIVM. Rurſus pro *oblatione*, *ſacrificium* ponit, vt verſ. 5.

8 PER VIAM VESTIBVLI. ſ. exterioris atrij, cuius porta Orientalis clauſa erat, & ſoli Principi patebat. Ergo per eam ingredi & egredi debebat Princeps, populus per alias portas, vt mox dicet.

9 QVI INGREDITVR PER PORTAM AQVILONIS. Hoc præcipit, vt per portam Aquilonarem ingrediatur populus, & per Auſtralem egrediatur, ne ſi per eamdem portam egrederentur, in alios ingredientes incurrerent. Vult etiam vt ad vtramque portam concurſus ſit, non tantùm ad eam quæ commodior erat, quippe populi domicilijs vicinior, nempe Aquilonaris porta.

10 IN MEDIO EORVM erit Princeps, quia ad portam atrij Orientalis erat Princeps, quæ ex vtraque parte habebat areas atrij exterioris, vbi erat populus. ſed quoad tempus ingredi & egredi vult, cùm populus, non tamen per eamdem portam. EGREDIETVR. ſ. Princeps. Hebr. *egredientur*. ſed plurale pro ſingulari, vt Sept. & Chald. poſuerunt in ſingulari.

11 ET IN NVNDINIS, ET IN SOLLEMNITATIBVS. Hebr. & Chald. *in feſtiuitatibus & ſolemnitatibus*. Porrò quomodo חג *hag* & מועד *mohed* voces Hebraicæ differant, non eſt ſatis notum. SACRIFICIVM, oblatio ephi.

12 PRINCEPS SPONTANEVM HOLOCAVSTVM. Etiamſi feſtus dies non ſit, vult vt porta Orientalis, quam clauſam dixit, Principi aperiatur, cùm voluerit extraordinarium ſacrificium offerre.

14 SACRIFICIVM. Sic Sept. pro *minhah*, id eſt, *oblatione*. CATA MANE MANE. i. *ſingulis diebus manè*. Hieronymus in Comment. *mane mane*, ſine *cata*, quam præpoſitionem quis inſeruerit, incertum. Hiſpaniſmus videtur; dicimus enim, *Cada mañana*.

16 HEREDITAS EIVS, &c. Hebr. *hereditas eius hereditas filiorum erit*. Hoc eſt, quod Princeps filio alicui dederit, eius & filiorum erit perpetuò. Sept. *ſi dederit filijs ex hereditate ſua*. i. ſi ex bonis regalibus dederit. HEREDITARIE. i. perpetuò poſſidebunt. Hebr. *in hereditatem*.

17 LEGATVM. Hebr. *donum*. AD ANNVM REMISSIONIS. i. iubilei, cùm res redeunt ad priſtinos dominos, Leuit. 25. verſ. 13. HEREDITAS AVTEM EIVS. Hebr. *verumtamen hereditas eius filiorum eius* (i. data eis) *eorum erit*. Itaque legata ſeruis non vult eſſe perpetua, filijs data contrà.

18 PER VIOLENTIAM. Sept. *vt opprimat eos*. Chald. *vt rapiat per violentiam*. ſ. hereditatem populi Princeps non rapiet.

19 EX LATERE PORTÆ. ſ. atrij interioris. IN GAZOPHYLACIA SANCTVARII me introduxit. i. quæ erant prope ſanctuarium. AD SACERDOTES, vbi ſacerdotes erant, nempe in atrio interiori. QVÆ RESPICIEBANT AD AQVILONEM, ad dextram ingredientibus portam. ET ERAT IBI LOCVS VERGENS AD OCCIDENTEM. Hebr. *in latere eorum* (gazophylaciorum): *verſus mare*, ſed *mare* pro Occaſu. In parte Aquilonari erant duo anguli, alter ad Ortum, alter ad Occaſum, & de hoc loquitur. Chald. *in fine eorum ad Occaſum*.

20 VBI COQVENT. Ibi erant culinæ in eo angulo Occidentali atrij interioris. PRO PECCATO, ET PRO DELICTO. ſ. hoſtias. SACRIFICIVM. Hic Hebr. eſt *minhah*, & videtur hoc loco *ſacrificium* ſignificare. Pro *delicto* Sept. vt ſuperiùs *ignorantiam* poſuere. ET SANCTIFICETVR POPVLVS. ſ. attactu earum carnium. Chald. *ne commiſceantur cum populo*. De quo cap. 44. verſ. 19.

21 ATRIVM EXTERIVS, nimirum in eo aliæ culinæ erant, ſingulæ in ſingulis angulis, vbi per Leuitas aliæ victimæ, præter illas quæ pro peccato erant, coquebantur. Sanè populi victimæ, v. 24.

22 DISPOSITA. Alij *ligata* vertunt. Chald. *coniuncta*, non inter ſe, nam anguli diſtabant; ſed cum angulo atrij maioris ſingula atriola culinarum erant coniuncta. QVADRAGINTA CVBITORVM. Vox *cubitorum* Hebr. non eſt, benè tamen ſuppletur. ſic ſupplent Sept. & Chald. MENSVRÆ VNIVS QVATTVOR ERANT. ſ. atriola. Hebr. *menſura vna quattuor ipſis angularibus*. ſed vox *angularibus* redundat. Id indicant puncta Hebr. ſuperpoſita ei voci *mehukzaboth*.

23 ET PARIES PER CIRCVITVM. Cuique atriolo erat ſuus paries, non vnus omnium. ſic locum intelligo. SVBTER PORTICVS. Hebr. *ſubter parietes per gyrum*. ſic Chald. Vides plures fuiſſe parietes. ſignificat autem, culinas ad terram fuiſſe, non ſuper tabulata.

24 HÆC EST DOMVS CVLINARVM. Hebr. *iſta* (in plurali) *domus* (in ſingulari) Sept. vtrumque in plurali poſuerunt.

ſuerunt.ſic Hebr. Schol. Hieronymus in ſingulari. ſed verè plures domus erant, & plura atriola. VICTIMAS POPVLI coquent ibi. Credo, victimas Principis, & alias victimas ſolemnes coqui ſolitas in atrio ſacerdotum, vbi aliæ culinæ erant, vt verſ. 20. eſt dictum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INTERIORIS. ſ. ſacerdotum. 1
DEFORIS. Chald. *exterioris*. 2
QVOD DEDERIT, &c. i. iuxta facultatem ſuam. 5
NVNDINIS Chald *feſtiuitatibus*. 11
FECERIT. Fortè loquitur de profeſtis diebus. 12
CATA MANE MANE. i. ſingulis diebus manè. Hebr. Chald. & LXX. *mane manè*. 14
REMISSIONIS. Chald. *iubilei*. 17
SACRIFICIVM. ſ. cibarium. Hebraicè, *minchah*. EFFERANT IN ATRIVM EXTERIVS. ſcilicet populi. ET SANCTIFICETVR, &c. Chald. *ne commiſceantur cum populo*. 20
POPVLI. i. pro populo oblatas; nam ſuprà de victimis oblatis pro ſacerdotibus. 24

CAPVT XLVII.

Aquæ ſubter limen domus egredientes, & in latus templi dextrum deſcendentes, efficiuntur torrens qui tandem non poteſt tranſuadari, & ſanat omnia ad quæ peruigerit, habens piſces & arbores fructiferas: terminus Terræ ſanctæ, quæ duodecim tribubus Iſrael & aduenis diuidenda eſt.

1 ET conuertit me ad portam domus, & ecce
A aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad
Orientem: facies enim domus reſpiciebat ad
Orientem: aquæ autem deſcendebant in latus
templi dextrum ad Meridiem altaris. * Et edu- 2
xit me per viam portæ Aquilonis, & conuer-
tit me ad viam foras portam exteriorem, viam
quæ reſpiciebat ad Orientem: & ecce aquæ re-
dundantes à latere dextro. * Cùm egrederetur 3
vir ad Orientem, qui habebat funiculum in ma-
nu ſua, & menſus eſt mille cubitos: & traduxit
me per aquam vſque ad talos. * Rurſumque 4
menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſ-
que ad genua: * & menſus eſt mille, & traduxit 5
me per aquam vſque ad renes. Et menſus eſt
mille, torrentem, quem non potui pertranſ-
ire: quoniam intumuerant aquæ profundi tor-
rentis, qui non poteſt tranſuadari. * Et dixit 6
ad me: Certè vidiſti fili hominis. Et eduxit B
me, & conuertit ad ripam torrentis. * Cum- 7
que me conuertiſſem, ecce in ripa torrentis
ligna multa nimis ex vtraque parte. * Et ait ad 8
me: Aquæ iſtæ, quæ egrediuntur ad tumu-
los ſabuli Orientalis, & deſcendunt ad pla-
na deſerti, intrabunt mare, & exibunt, & ſana-
buntur aquæ. * Et omnis anima viuens, quæ 9
ſerpit, quocumque venerit torrens, viuet: &
erunt piſces multi ſatis poſtquam venerint illuc
aquæ iſtæ, & ſanabuntur & viuent omnia, ad
quæ venerit torrens. * Et ſtabunt ſuper illas 10
piſcatores, ab Engaddi vſque ad Engallim
ſiccatio ſagenarum erit: plurimæ ſpecies erunt
piſcium eius, ſicut piſces maris magni, multitu-
dinis nimiæ: * in littoribus autem eius, & in pa- 11
luſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas da-
buntur. * Et ſuper torrentem orietur in ripis 12
eius ex vtraque parte omne lignum pomife-
rum: non deſluet folium ex eo, & non defi- C
ciet fructus eius: per ſingulos menſes afferet
primitiua, quia aquæ eius de ſanctuario egre-
diuntur: & erunt fructus eius in cibum, & fo-
13 lia eius ad medicinam. * Hæc dicit Dominus
Deus: Hic eſt terminus, in quo poſſidebitis ter-
ram in duodecim tribubus Iſrael: quia Ioſeph
14 duplicem funiculum habet. * Poſſidebitis au-
tem eam ſinguli æquè vt frater ſuus; ſuper
quam leuaui manum meam vt darem patri-
bus veſtris: & cadet terra hæc vobis in poſſeſ-
15 ſionem. * Hic eſt autem terminus terræ: ad pla-
gam Septemtrionalem, à mari magno via
16 Hethalon, venientibus Sedada, * Emath, Be-
rotha, Sabarim, quæ eſt inter terminum Da-
maſci & confinium Emath, domus Tichon,
17 quæ eſt iuxta terminum Auran. * Et erit ter-
minus à Mari vſque ad atrium Enon termi-
nus Damaſci, & ab Aquilone ad Aquilonem:
18 terminus Emath plaga Septemtrionalis. * Por-
rò plaga Orientalis de medio Auran, & de me-
D dio Damaſci, & de medio Galaad, & de me-
dio terræ Iſrael, Iordanis diſterminans ad ma-
re Orientale, metiemini etiam plagam Orien-
19 talem. * Plaga autem auſtralis meridiana, à
Thamar vſque ad aquas contradictionis Ca-
des: & torrens vſque ad mare magnum: &
20 hæc eſt plaga ad Meridiem auſtralis. * Et pla-
ga Maris, mare magnum à confinio per di-
rectum, donec venias Emath: hæc eſt plaga
21 Maris. * Et diuidetis terram iſtam vobis per
22 tribus Iſrael: * & mittetis eam in heredita-
tem vobis, & aduenis, qui acceſſerint ad vos,
qui genuerint filios in medio veſtrûm: & erunt
vobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael: vobiſ-
cum diuident poſſeſſionem in medio tribuum
23 Iſrael. * In tribu autem quacumq; fuerit aduena,
ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AQuæ de templo egrediuntur. Regio inter tribus diuiditur.

1 ET CONVERTIT ME AD PORTAM DOMVS. id eſt, templi, & ſanctuarij. AQVÆ EGREDIEBANTVR SVBTER LIMEN. Vox *miphtan* ſignificat *limen inferius*, quod calcamus. AD ORIENTEM. Vna porta erat in templo, eáque ad Orientem, vt & frons templi. AQVÆ. Significant hæ aquæ Baptiſmi aquas, de quibus cap. 36. verſ. 25. & Zachar. 14. verſ. 8. IN LATVS TEMPLI DEXTRVM. Egredientibus templum Meridies erat ad dextram, & pars altaris Meridionalis: nam altare portæ templi obiectum erat.

2 PER VIAM PORTÆ AQVILONIS. i. eduxit me per portam Aquilonarem. ſ. atrij exterioris. Aquæ fluebant ad Meridiem, ne in eas incurreret, ipſe ad Aquilonem flexus, facto circuitu vadit ad portam Orientalem, quæ clauſa erat. FORAS PORTAM EXTERIOREM. i. atrij exterioris, quam egreſſus eſt, vt iret ad Orientalem portam. ECCE AQVÆ REDVNDANTES, ſiue *egredientes* verſus Meridiem. Ea neceſſitas ad Aquilonem declinandi.

3 AD ORIENTEM. Chald. *ex Oriente*, id eſt, ex parte Orientali egreſſus vir ille, qui me ducebat. QVI HABEBAT FVNICVLVM. Hebr. *linea in manu eius*. ſed *linea* etiam Latinis *filum* & *funiculum* ſignificat. Erat autem funiculus lineus, de quo cap 40. v. 3.

5 TORRENTEM. pro, ecce torrentem, quem non potui tranſire. PROFVNDI TORRENTIS. Hebr. *aquæ natationis*. i. quæ vadari pedibus non poterant, ſed natando, nam intumuerant.

6 CERTE VIDISTI. Hebr. *an vidiſti*. i. conſideraſti ſigillatim & attentè omnia hæc.

7 LIGNA MVLTA. Arbores multæ vtramque ripam veſtiebant, locus erat amœnus.

8 AD TVMVLOS SABVLI ORIENTALIS aquæ egrediuntur. Hebr. *ad Galilæam Orientalem*. ſic Sept. Porrò ad eam plagã Orientis Galilæa eſt & mare Galilææ, ſiue Tiberiadis. ET DESCENDVNT AD PLANA DESERTI. Hebr. *ad planitiem*. Quæ eſt hæc planities, ſ. qua itur ad mare Tiberiadis, in quod aquarum pars decurrit. INTRABVNT MARE. Hebr. *intrabunt mare ad mare*. hoc eſt, verſus Occidentem. nam *mare* in Sacris ſæpè *Occidens* ſignificat. Itaque *mare* prius ipſum *mare Mediterraneum* ſignificat, poſterius *Occaſum*. Aiunt aquas templi bifariàm diuiſas, partem ad Ortum, partem ad Occaſum, in duo illa maria fluxiſſe. EXIBVNT. pro, ibunt, ſcilicet in mare. Hebr. *educentur*. ET SANABVNTVR AQVÆ. id eſt, quæ ſalſæ erant, dulceſcent. Verùm quæ aquæ? non credo aquas templi, nam dulces erant, quando arbores nutriebant. Sed aquæ vtriuſque maris dulceſcent mixtione huius aquæ. Significat autem aqua doctrinam Euangelij, quæ egreſſa è templo in omnes partes ſe diffundet, & omnia ſanabit. De his duobus riuis aquæ loquitur Zachar. cap. 18. verſ. 8.

9 QVÆ SERPIT שרץ *Sarac* & de reptilibus terræ dicitur, quæ ſerpunt; & de piſcibus, qui natant. de quibus hic ait, eam aquam piſcium feracem fore. ſic Euangelij doctrina.

10 SVPER ILLAS. ſ. aquas. Hebr. *ſuper illum*. ſ. torrentem. PISCATORES. Hi Doctores ſunt. AB ENGADDI. Pagus eſt prope Iericho. *In vineis Engaddi*: Cant. 1. v. 14. prope mare Tiberiadis. ENGALLIM. Quis hic locus ſit clàm eſt. videtur fuiſſe ad littus Mediterranei maris, in quod pars aquæ defluxit. SICCATIO. Hebr. *extenſio ſagenarum & retium*. ſ. ad piſcandum. PLVRIMÆ SPECIES ERVNT. Hebr. *ad genus*. i. ſecundùm omnia genera, *quæ ſunt in mari magno*. i. Mediterraneo. ſic illud vocat comparatione maris Tiberiadis. PISCIVM EIVS. Hebr. *erit piſcis* (pro, piſces) *eorum*. ſ. piſcatorum, quos illi capiunt, piſces omne genus erunt. Sententiam ſatis commodè expreſſit Hieronymus.

11 IN LITTORIBVS AVTEM EIVS. ſ. maris. Hebr. *in cœnoſis*. Chald. *in piſcinis*. Ego dicerem, *in æſtuarijs & paludibus*. NON SANABVNTVR. i. non fient dulces, vt in illis locis ſalinæ exiſtant; ſale enim vita humana opus habet. Significat autem, Euangelij doctrinâ non omnes ſanandos, fore aliquos prauos, vt probos exerceant.

12 PER SINGVLOS MENSES. Sic Chald. Hebr. *in menſes*. ſed benè ſuppletur *ſingulos*. Arbores quæ ad ripam ſunt, ferent fructus ſingulis menſibus. Similia de fluuio aquæ viuæ, Apocal. 22. verſ. 1. & 2. AFFERET PRIMITIVA. Sic Sept. *primitiua dabit*. i. primos fructus, qui ſunt gratiſſimi, anteuertet alias arbores. Chald. *faciet fructum*. Hebr. *maturabit*. ſ. nouos fructus. Hyperbole.

13 HIC EST TERMINVS, terræ ſ. quem iam ſubijciam. IN DVODECIM TRIBVBVS. Dicat aliquis: Vndecim erant, quia tribus Leui partem non habuit. Reſpondet: QVIA IOSEPH DVPLICEM FVNICVLVM HABET. Hebr. *Ioſeph funiculi*, pro, cum Ioſeph funiculis. Chald. *Ioſeph accipiet duas portiones*. Nimirum Paral. lib. 1. c. 5. verſ. 1. ius primogeniti ablatum Ruben, datum eſt Ioſeph. Primogeniti ex paterna hereditate duas portiones obtinebant. ſic filijs Ioſeph Ioſue 17. verſ. 17. duæ terræ partes ſunt datæ, & duas conſtituerunt tribus Ephraim & Manaſſe. Porrò *funiculus* hereditas vocatur, quia funiculis diuidebatur.

14 SINGVLI ÆQVE VT FRATER SVVS. id eſt, in æquas partes diuidetis. Secùs in Ioſue, nam tunc maiori tribui plus terræ datum, nunc æqualitatem inuehit. Et credam eam æqualitatem non inter tribus eſſe, quia eſſet iniquum; ſed inter ſingulos. nam Hebr. ſic eſt, *& poſſidebitis eam quiſque, vt frater eius*. LEVAVI MANVM MEAM, iuraui. ET CADET TERRA HÆC. ſ. ſorte. Id ſignificat נפל *naphal*. ea eſt eius verbi vis. *Cadet ſorte terra hæc in poſſeſſionem*.

15 HIC EST AVTEM TERMINVS TERRÆ. pro, hi ſunt termini terræ: A MARI MAGNO. Linea ducta à mari, Mediterraneo per Hethalon vſque Sedada conſtituit terminum Septemtrionalem. Hæ duæ vrbes erant in tribu Dan. & de Sedada mentio extat Num. 34. v. 8.

16 EMATH. Hæc eſt Antiochia ad Orontem, vicina Damaſco. Porrò hæ omnes vrbes erant ad plagam Septemtrionalem. SABARIM. Hæc erat Damaſcum inter & Emath. DOMVS TICHON. Sept. *atria Tichon*. Chald. *piſcina Agbatica*. Sed præſtat vt ſit nomen proprium vrbis *Hazerhathichon*. quod ſi vertas; dices, *atrium Tichon*. Quæ vrbs aut locus erat in termino Auran, aut illi vicina.

17 ET ERIT TERMINVS A MARI VSQVE, &c. Hebr. non eſt *vſque*, ſed ſic: *& erit terminus a mari Hazer Enon*. id eſt, ab eo loco aut vrbe, qui eſt in littore maris, & in agro Damaſci incipit linea Septemtrionalis, de qua verſ. 15. ET AB AQVILONE AD AQVILONEM. Hebr. *& Aquilo Aquilo*. id eſt, alia Septemtrionalia loca eum terminum conſtituunt. TERMINVS EMATH. Hebr. *& terminus Emath, & plaga Septemtrionalis*, pro, plagam Septemtrionalem conſtituit.

18 DE MEDIO AVRAN. Hebr. *de inter Auran, & Damaſcum, & Galaad*. quaſi dicat, linea Orientalis procurrit præter aut inter Auram, Damaſcum, Galaad & partem terræ Iſraelis. IORDANIS DISTERMINANS. Hebr. *Iordanis à termino*. id eſt, ea linea, iſque terminus peruenit ad Iordanem vſque ad mare Orientale. id eſt, mare Tiberiadis, aut mare Mortuum, quæ ad Ortum ſunt. METIEMINI ETIAM PLAGAM ORIENTALEM. i. ea linea ſic ducta eam plagã conſtituit.

19 AVSTRALIS MERIDIANA. Repetitio. A THAMAR id eſt, à Iericho, quæ *vrbs palmarum* vocabatur. *Thamar, palma* eſt. VSQVE AD AQVAS id eſt, deſertum Sin, vbi erat Cades, & vbi iurgatus eſt populus propter aquæ penuriam, Numer. 20. verſ. 1. ET TORRENS. Hic torrens eſt Ægypti iuxta vrbem Rhinocoruram, vt Hieronymus ait, influens in mare Mediterraneum. ET HÆC EST PLAGA AD MERIDIEM. Hebr. *& plagam Meridionalem*, id eſt, ij termini plagam Meridionalem conſtituunt.

20 ET PLAGA MARIS. i. Occidua. Mare noſtrum Occaſum vocant, quia ea parte eſt. A CONFINIO PER DIRECTVM. Hebr. *à termino* (ſ. maris Iudaici) *vſque ad è regione Emath*. id eſt, vſque ad littus, quod obiectum eſt Emath. PLAGA MARIS. i. Occidua.

22 ET MITTETIS EAM. Hebr. *cadere facietis eam*. ſcilicet ſorte, vt Sept. *aut ſortiemini*, vt Pagn. VOBIS, ET ADVENIS. Quando hæc, niſi ad tempus Euangelij referas. DIVIDENT. Hebr. *cadere facient*. ſ. ſorte. Itaque peregrinos qui genuiſſent filios, in diuiſione terræ æquari Iſraelitis vult, idque in quauis tribu, vbi

23 FVERIT ADVENA. Sic Chald. Hebr. *habitauerit*, aut *peregrinabitur aduena*. גור *ghur*. & *peregrinari* ſignificat, & *habitare*. Ergo in ſingulis tribubus aduenas habere poſſeſſiones vult.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONVERTIT. id eſt, fecit reuerti. DOMVS. id eſt, templi. AQVÆ. Significatur doctrinæ copia, & gratiarum.

2 PORTÆ. ſcilicet atrij ſacerdotum. DEXTRO. ſcilicet templi.

8 TVMVLOS, &c. Chald. *tractum Orientalem*. LXX. *Galilæam Orientalem*. MARE. ſcilicet mortuum. SANABVNTVR. id eſt, fient ex amaris dulces. LXX. *ſanabunt*.

10 SICCATIO. ſ. ad ſolem extenſarum.

11 LITTORIBVS. Chald. *piſcinis*. IN SALINAS, &c. Significatur reproborum damnatio.

13 FVNICVLVM. i. partem.

16 DOMVS TICHON. Hebr. *chaſer Tichon*. LXX. *atria Thichon*.

17 MARI. ſ. magno.

18 ORIENTALE. ſ. mortuum.

22 ADVENIS. LXX. *proſelytis*.

CA-

CAPVT XLVIII.

Diuiſio Terræ ſanctæ in duodecim tribus: vbi ſunt primitiæ & ſanctuarium: locus Sacerdotum ac Leuitarum: menſura ciuitatis in quadro cum ſuburbanis: poſſeſſio Principis: & duodecim portæ ciuitatis iuxta duodecim tribus.

ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis 1
iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, A
atrium Enan terminus Damaſci ad Aquilonem
iuxta viam Emath. Et erit ei plaga Orientalis
Mare, Dan vna. * Et ſuper terminum Dan, à pla- 2
ga Orientali vſque ad plagam Maris, Aſer vna:
* & ſuper terminum Aſer, à plaga Orientali vſ- 3
que ad plagam Maris, Nephthali vna. * Et ſuper 4
terminum Nephthali, à plaga Orientali vſque
ad plagam Maris, Manaſſe vna. * Et ſuper ter- 5
minum Manaſſe, à plaga Oriẽtali vſque ad pla-
gam Maris, Ephraim vna. * Et ſuper terminum 6
Ephraim, à plaga Orientali vſque ad plagam
Maris, Ruben vna. * Et ſuper terminum Ruben, 7
à plaga Orientali vſque ad plagam Maris, Iuda
vna. * Et ſuper terminum Iuda, à plaga Orientali 8
vſque ad plagã Maris, erunt primitiæ, quas ſepa-
rabitis, vigintiquinq; millibus latitudinis & lon-
gitudinis, ſicuti ſingulæ partes à plaga Orientali
vſque ad plagam Maris: & erit ſanctuarium in
medio eius. * Primitiæ, quas ſeparabitis Domi- 9
no: longitudo vigintiquinque millibus, & lati-
tudo decem millibus. * Hæ autem erunt primi- 10
tiæ ſanctuarij ſacerdotum: ad Aquilonem lon- B
gitudinis vigintiquinque millia, & ad Mare lati-
tudinis decem millia, ſed & ad Orientem latitu-
dinis decem millia, & ad Meridiem lõgitudinis
vigintiquinque millia: & erit ſanctuarium Do-
mini in medio eius. * Sacerdotibus ſanctuarium 11
erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt cærimonias
meas, & non errauerunt cùm errarent filij Iſ-
rael, ſicut errauerunt & Leuitæ. * Et erunt eis 12
primitiæ de primitiis terræ ſanctum ſanctorum,
iuxta terminum Leuitarũ. * Sed & Leuitis ſimi- 13
liter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque
millia longitudinis, & latitudinis decem millia.
Omnis longitudo viginti & quinque millium,
& latitudo decem millium. * Et non venumda- 14
bunt ex eo, neque mutabunt, neque transferen-
tur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Domi-
no. * Quinque millia autẽ quæ ſuperſunt in lati- 15
tudine per vigintiquinque millia, profana erunt
vrbis in habitaculum, & in ſuburbana: & erit ci-
uitas in medio eius. * Et hæ menſuræ eius: ad pla- 16
gam Septemtrionalem quingenta & quattuor
millia: & ad plagam Meridianam, quingenta &
quattuor millia: & ad plagam Orientalẽ, quin-
genta & quattuor millia: & ad plagam Occidẽ-
talem, quingenta & quattuor millia. * Erunt au- 17
tem ſuburbana ciuitatis ad Aquilonem ducenta C
quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quin-
quaginta, & ad Orientem ducenta quinquagin-
ta, & ad Mare ducenta quinquaginta. * Quod 18
autẽ reliquum fuerit in longitudine ſecundùm
primitias ſanctuarij, decem millia in Orientem,
& decem millia in Occidentem, erunt ſicut pri-
mitiæ ſanctuarij: & erunt fruges eius in panes his
qui ſeruiunt ciuitati. * Seruientes autem ciuitati, 19
operabuntur ex omnibus tribubus Iſrael. * Om- 20
nes primitiæ vingintiquinque millium, per vi-
gintiquinque millia in quadrum, ſeparabuntur
in primitias ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuita-
21 tis. * Quod autem reliquum fuerit, principis erit
ex omni parte primitiarum ſanctuarij, & poſſeſ-
ſionis ciuitatis e regione vigintiquinque millium
primitiarum vſque ad terminum Orientalem:
ſed & ad Mare, è regione vigintiquinque mil-
lium vſque ad terminum maris, ſimiliter in par-
tibus principis erit: & erunt primitiæ ſanctuarij,
22 & ſanctuarium templi in medio eius. * De poſ-
ſeſſione autem Leuitarum, & de poſſeſſione ci-
uitatis in medio partium principis: erit inter
terminum Iuda, & inter terminum Beniamin,
23 & ad principem pertinebit. * Et reliquis tribu-
bus: A plaga Orientali vſque ad plagam Occi-
24 dentalem, Beniamin vna. * Et contra terminum
D Beniamin, à plaga Orientali vſque ad plagam
25 Occidẽtalem, Simeon vna. * Et ſuper terminum
Simeonis, a plaga Orientali vſque ad plagam
26 Occidentalem, Iſſachar vna. * Et ſuper termi-
num Iſſachar, à plaga Orientali vſque ad pla-
27 gam Occidentalem, Zabulon vna. * Et ſuper ter-
minum Zabulon, à plaga Orientali vſque ad
28 plagam Maris, Gad vna. * Et ſuper terminum
Gad, ad plagam Auſtri in Meridie: & erit finis
de Thamar vſq; ad aquas cõtradictionis Cades,
29 hereditas contra mare magnum. * Hæc eſt terra,
quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael: & hæ
30 partitiones earum, ait Dominus Deus. * Et hi
egreſſus ciuitatis: A plaga Septemtrionali quin-
31 gentos & quattuor millia menſurabis. * Et por-
tæ ciuitatis ex nominibus tribuum Iſrael, portæ
tres à Septemtrione, porta Ruben vna, porta
32 Iuda vna, porta Leui vna. * Et ad plagam Orien-
talem, quingentos & quattuor millia: & portæ
tres, porta Ioſeph vna, porta Beniamin vna, por-
33 ta Dan vna. * Et ad plagam Meridianam, quin-
gentos & quattuor millia metieris: & portæ tres,
porta Simeonis vna, porta Iſſachar vna, porta
34 Zabulon vna. * Et ad plagam Occidentalem,
quingentos & quattuor millia, & portæ eorum
tres, porta Gad vna, porta Aſer vna, porta
35 Nephthali vna. * Per circuitum, decem & octo
millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus
ibidem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DIuidit terram inter tribus. Principi & ſacerdotibus portiones deſignat.

1 ET HAC NOMINA TRIBVVM. Nomina tribuum & portionum terræ quæ ſingulis dantur. A FINIBVS AQVILONIS. Hîc incipe, quod accentus Hebr. indicat. Ergo *à finibus Aquilonis*. id eſt, ab Aquilone. Superiori cap. verſ. 16. & 17. deſignauit fines Terræ ſanctæ ad Septemtrionem, & quomodo linea à mari, vbi eſt Hazer Enon, ducta per Hethalon vſque Sedada, & per fines Damaſci & Emath, cõſtituit eum terminum. Hoc ipſum alijs verbis hic repetit. IVXTA VIAM. Hebr. *ad manum viæ* id eſt, per viam Hethalon. ATRIVM ENAN, ſeu *Hazer Enan*, vt cap. 47. verſ. 17. IVXTA VIAM EMATH. Hebr. *ad manum Emath* id eſt, viæ Emath, hoc eſt, per viam Emath. ET ERIT EI PLAGA ORIENTALIS MARE. Hebr. *& erit ei.* ſcilicet tribui Dan, *plaga Oriens mare.* id eſt, ab Oriente ad mare: nam mare ad Ortum non eſt, vt noſtra verſio indicat. Chald. *à plaga Orientali in Occidentem.* DAN VNA. ſcilicet tribus, ea occupat agrum ijs finibus iam dictis comprehenſum.

2 Et super terminum Dan. pro, *iuxta terminum Dan*, vt Chald. Poſt Dan à linea Orientali (quam deſcripſit cap. 47. v. 18.) vſque ad mare. i. Occaſum, excurrit tribus Aſer. Aser vna. ſ. tribus. vna è duodecim eſt.

7 Ivda vna. Septem tribus numerauit verſus Septemtrionem, *Dan, Aſer, Nephthalim, Manaſſe, Ephraim, Ruben, Iuda*. An quo ordine in Ioſue à cap. 15? non videtur. Hæc enim non reuerà, ſed per viſionem Ezechieli ſunt oſtenſa.

8 Et svper terminvm Ivda, iuxta terminum Iuda, proximè poſt eam tribum. A plaga Orientali vsqve ad plagam maris. i. Occaſum. Videtur terra, quam Sacerdotibus, Leuitis, & ciuibus Ieroſolymitanis deſignat, totam latitudinem regionis occupare. Ervnt primitiæ, ſeu *oblatio*. Vigintiqvinqve millibvs latitvdinis et longitvdinis. Ita quoquouerſus par erat ſpatium; nam ſingulæ partes longæ erant vigintiquinque millia calamos. Latæ ſacerdotum decem millia, Leuitarum totidem, populi quinque millia. Sic latitudo erat vigintiquinque millium, quanta erat longitudo.

9 Separabitis Domino. Hebr. *offeretis Domino*. loquitur de parte ſacerdotum, in qua quia templum erat, peculiariter ait Domino oblatam.

10 Primitiæ sanctvarii. Hebr. *oblatio ſanctitatis* (.i. ſancta) *ſacerdotibus*. Ad Aqvilonem longitvdinis. Hebr. non eſt *longitudinis*, neque Sept. neque Chald. habent, ſed hoc tantùm, *Ad Aquilonem vigintiquinque millia*, ſed benè ſuppletur. Et ex eo colligc, quod cap. 45. v. 1. diximus, longitudinem terræ oblatæ ſumi à Meridie ad Aquilonem. Vigintiqvinqve millia. Num *calami*, aut *cubiti*? Hieronymus *calamos* ſupplet his locis, vbi hæc *millia* in contextu ponuntur, in ſuis Commentarijs. Id ſequamur. Tametſi ampliſſima ſpatia videntur mihi, & quæ tota promiſſionis terra ſua latitudine vix capiat.

11 Sacerdotibvs sanctvarivm, filijs Sadoc dabitur. in eorum erit poteſtate. Hebr. *ſacerdotibus ſanctificato*, pro, *ſanctificatis*, vt Sept. & Chald. ſ. erit hæc portio terræ ex filijs Sadoc.

12 Primitiæ de primitiis. Hebr. *oblatum de oblatione erit ſacerdotibus*. Ex illa communi oblatione terræ, pars illa ad ſacerdotes ſpectabit. Sanctvm sanctorvm. Hoc eſt, ſancta præ alijs partibus.

13 Omnis longitvdo, quoquouerſus, ſiue ad Septemtrionem, ſiue ad Meridiem, tam ſacerdotum, quàm Leuitarum & populi, erit vigintiquinque millia.

14 Primitiæ terræ. Sic Hebraicè. Vocat *primitias*, quod alijs locis *oblationem*, quas vendi non vult.

15 Per vigintiqvinqve millia. Sept. *in quinque & viginti millibus*. ſ. latitudinis, quam v. 8 dixit eſſe vigintiquinque millium. Ex quibus ſi demas decem millia, quæ dantur ſacerdotibus, & totidem Leuitis, ſuperſunt quinque millia quæ dantur ciuibus, & in eo ſpatio ciuitas & ſuburbia erunt. Profana ervnt. ſ. illa quinque millia quæ ciuibus dantur, profana ſunt aliarum partium comparatione; alioqui tota vrbs ſancta erat cum alijs comparata. Porrò totum hoc ſpatium non occupabant ædificia, ſed agri & prædia ciuium inerant, ſicut in partibus ſacerdotum & Leuitarum.

16 Qvingenta et qvattvor millia. Hoc eſt, *quattuor millia & quingenta*, vt Chald. Alioqui, cùm de calamis agatur, amplitudo vrbis immenſa eſſet. Verùm conuerſa ad hunc modum conſtructione, ambitus vrbis continebat decem & octo millia calamos, vt ex contextu conſtat: nam cuilibet lateri dat calamos 4500. & verſ. 35. ambitus ciuitatis eſſe dicitur decem & octo millium.

17 Svbvrbana. Seu ſuburbia intellige; ſeu, vt Hebræi volunt, pomœrium circum mœnia, quod neque ædificabatur, neque arabatur. Id dicunt מגרש *migras* ſignificare. Ducentos quinque calamos ex omni parte, ſiue ſuburbia, ſiue pomœrium extendi vult. Ad mare. i. ad Occaſum.

18 Secvndvm primitias sanctvarii. Hebr. *e regione oblationis ſanctitatis*. i. portionis ſacerdotum & Leuitarum. Decem millia in Orientem. Hinc colligunt, longitudinem ſumi ab Ortu ad Occaſum; & fortaſſe verum eſt. Sed cùm area eſſet quadrata verſ. 8. facilè longitudo pro latitudine ſumi poteſt, & econtrariò. Ervnt sicvt primitiæ sanctvarii. Hebr. *erunt è regione oblationis ſanctitatis*. i. ſacerdotum & Leuitarum. His qvi servivnt civitati. Siue Magiſtratus intelligamus, ſiue ciues omnes, in quorum alimenta cedere vult quæ ex ijs ciuium agris colligentur, non aliò portari, aut verti in alios vſus. Ij autem ciues, aut miniſtri, erunt ex omnibus tribubus; nam eam vrbem vult eſſe patriam communem. Et quæ ex ijs duabus agri portionibus ad Ortum & Occaſum prouenient, vult cedere in eorum alimenta. Et quidem duæ illæ portiones latæ decem millia, quàm longæ eſſent, non explicatur. Puto extendi, quantum illa terra ſancta. ſ. vigintiquinque millia.

20 Omnes primitiæ. Hebr. *omnis oblatio*. Separabvntvr. Hebr. *offeretis*. In primitias sanctvarii. Hebr. *oblationem ſanctitatis*. i. ſanctam. Sic vocat totum ſpatium, quia Ieruſalem tota ſancta erat, comparatione reliquæ regionis. Et in possessionem civitatis, vt ibi extruatur, & inde alatur. Id ſit eius territorium.

21 Principis erit. Principi portionem tribuit, ſed quàm latam, nec hîc definit, neque cap. 45. v. 7. Videtur autem illi tribuere, quod ſupererat poſt ſpatium vigintiquinque millium vſque ad lineam Orientalem regionis ex vna parte, & vſque ad Occidentalē lineam & mare ex altera parte. Ita vigintiquinque millia occupabat, quantum id ſpatium oblatum longitudine, ſed quàm latum id eſſet, non explicat: ſuſpicor eſſe vigintiquinque millium, quantum à Meridie ad Septemtrionem patebat terra ſacerdotibus & Leuitis deſignata verſ. 10. Primitiæ. Oblatio ſancta & templum erant in medio eius, quod dabatur Principi. Itaque ex vniuerſa regione portionem ab Ortu & Occaſu ſecat: media templo, ſacerdotibus, Leuitis, & ciuibus Ieroſolymitanis dantur; extrema ad vtrumque latus Principi.

22 De possessione avtem. pro, poſſeſſio Leuitarum. In medio partivm Principis. ſ. erit. Quo id modo, iam dictum eſt. Porrò totum id ſpatium ſacerdotum, Leuitarum, vrbis, & Principis ad Septemtrionem habebit tribum Iuda, ad Auſtrum tribum Beniamin.

23 Et reliqvis tribvbvs. Numerat quinq; alias tribus, *Beniamin, Simeon, Iſſachar, Zabulon, & Gad*. Quas omnes mihi videtur ponere ad Auſtrum vrbis Ieruſalē.

24 Contra terminvm. Hebr. *ſuper*, pro, iuxta terminum Beniamin, erit tribus Simeon.

25 Et svper. pro, iuxta terminum Simeon. Sic alijs verſibus qui ſequuntur.

28 Et erit finis, ſeu *terminus* non tribus Gad, ſed totius regionis ad Auſtrum. De Thamar. i. Iericho. vſque ad Aquas contradictionis & Cades, de quo c. 47. v. 19. Hereditas. i. terra reliqua vſque ad Mare magnum i. Occiduum, vbi finitur hoc latus Auſtrale.

30 Egressvs civitatis. i. latera ciuitatis. Singula quattuor millia & quingentos calamos habent, vt v. 16. dixit. Hîc tantùm latus Septemtrionale vrbis memorat cum ſua menſura, ſed mox alia latera addit.

31 Et portæ civitatis ex nominibvs. Goth. *in nominibus*. Tribvvm Israel. Sic Ieruſalem, quam vidit Ioannes Apocal. 21. v. 12. habebat inſcripta in duodecim portis nomina duodecim tribuum.

32 Porta Ioseph vna. Duas tribus, Ephraim & Manaſſe, in vnam iungit, vt Leui locus relinquatur in portarum vrbis nominibus.

35 Decem et octo millia. Is eſt ambitus vrbis: nam latus quodlibet continet 4500. ex v. 16. ea quater ducta eum numerum faciunt. Dominvs ibidem, aut *ibi*. Hîc eſt nomen quadrilitterum; quo volunt Iudæi infringere, quod de Meſſia dicitur, Deum eſſe, ex illis verbis: *Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter*: Ierem. 33. verſ. 16. vbi idem nomen eſt.

Verùm

Verùm intereſt, hominem ſic vocari, & de loco dici, Dominum ibi eſſe. Itaque hoc capite præter terræ portiones tribubus deſignatas, portionem viginti quinque millium quoquouerſus dari mandat ſacerdotibus, templo, Leuitis, & ciuibus alijs. Adiungit ad Ortum & Occaſum vtrinque decem millia, vnde vrbis miniſtri alantur eius quã deſignat. Quod reliquum fuerit è tota latitudine Terræ ſanctæ ad Ortum & Occaſum, reſpondens viginti quinque millibus ſacerdotum & Leuitarum, Principi datur. Illud etiam aduerte, tribum Leui non miſceri alijs tribubus vt anteà, ſed ei diſcretam ſedem deſignari, illa nempe viginti quinque millia quæ ſacerdotibus & Leuitis dari mandat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MARE. Chald. *in Occidentem.* LXX. *vſque ad mare.* 1
VNA. ſ. portio.
ET SVPER. Chald. *& iuxta.* 3
PRIMITIÆ. ſ. pars terræ Deo offerenda. SEPARA- 8
BITIS. ſ. in Dei honorem, ſeu cultum. MILLIBVS. ſ. cubitorum, vel calamorum.
12 PRIMITIIS. ſ. oblatione Deo facta. SANCTVM SANCTORVM. ſ. ſacroſanctum. ſ. Deo dicata.
35 CIVITATIS. ſ. Eccleſiæ. Præterij, Lector (vt vides) multa, vel quòd non intelligerẽ, vel quòd non putarem operæ pretium ea declarare, quæ nullũ eſſent vſum habitura. Planè ſunt hæc ob ſummam obſcuritatem ita deſerta ab omnibus, vt vix quiſquam hinc aliquid citet, niſi fortè quædã non admodum intellectu difficilia, eaque ſenſu potiùs myſtico quàm litterali. Quòd ſi cui tantum eſt ingenij, vt ſe putet poſſe penetrare, legat ſanè quæ Doctores aliqui in hæc ſcripſerunt; addat, ſi placet, de ſuo quæ videbuntur. Credo, vbi omnes vires intenderit, ſolam referet mentis defatigationem. Ego de me illud poſſum dicere, quod de ſe Ezechiel cap. 47. *Torrentem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſuadari.*

PROPHETIA DANIELIS.

CAPVT PRIMVM.

Daniel, Ananias, Miſael & Azarias in captiuitate eliguntur, vt docti linguam Chaldæorum aſtarent Regi: mutatiſque ipſorum nominibus, obtinent à præpoſito eunuchorũ vt ſolis veſcantur leguminibus, aquam bibentes: quo facto, facies ipſorum corpulentiores erant quam illorum qui cibo Regio veſcebantur: quibus Deus ſapientiam dedit, & Danieli præterea intelligentiam ſomniorũ.

ANNO tertio regni Ioakim re- 1
gis Iuda, venit Nabuchodo- A
noſor rex Babylonis in Ieru-
ſalẽ, & obſedit eam: * & tra- 2
didit Dominus in manu eius
Ioakim regẽ Iuda, & partem
vaſorũ domus Dei: & aſpor-
tauit ea in terram Sennaar in domum dei ſui, &
vaſa intulit in domũ Theſauri dei ſui. * Et ait rex 3
Aſphenez præpoſito Eunuchorũ, vt introduce-
ret de filijs Iſrael, & de ſemine regio & tyranno-
rum, * pueros, in quibus nulla eſſet macula, de- 4
coros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos
ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare
in palatio regis, vt doceret eos litteras, & linguam
Chaldæorum. * Et conſtituit eis rex annonam 5
per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde
bibebat ipſe, vt enutriti tribus annis, poſteà ſta-
rent in conſpectu regis. * Fuerunt ergo inter eos 6
de filijs Iuda, Daniel, Ananias, Miſaël, & Aza- B
rias. * Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorum, 7
nomina; Danieli, Baltaſſar; Ananiæ, Sidrach;
Miſaëli, Miſach; & Azariæ, Abdenago. * Pro- 8
poſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollue-
retur de menſa regis, neque de vino potus eius: &
rogauit eunuchorum præpoſitum ne contami-
naretur. * Dedit autem Deus Danieli gratiam & 9
miſericordiam in conſpectu principis eunu-
chorum. * Et ait princeps eunuchorum ad Da- 10
nielem: Timeo ego dominum meum regem,
qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi vi-
derit vultus veſtros macilentiores præ ceteris
adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis
caput meum regi. * Et dixit Daniel ad Malaſar, 11
quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper
C Danielem, Ananiam, Miſaëlem, & Azariam:
12 * Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem,
& dentur nobis legumina ad veſcendũ, & aqua
13 ad bibendũ: * & contemplare vultus noſtros, &
vultus puerorũ qui veſcuntur cibo regio: & ſicut
14 videris, facies cũ ſeruis tuis. * Qui, audito ſermo-
15 ne huiuſcemodi, tentauit eos diebus decẽ. * Poſt
dies autem decẽ, apparuerũt vultus eorum me-
liores & corpulentiores præ omnibus pueris, qui
16 veſcebantur cibo regio. * Porrò Malaſar tollebat
cibaria & vinum potus eorũ: dabatque eis legu-
17 mina. * Pueris autẽ his dedit Deus ſcientiam &
D diſciplinam, in omni libro & ſapientia: Danieli
autem intelligentiam omnium viſionũ & ſom-
18 niorum. * Completis itaque diebus, poſt quos
dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos
præpoſitus eunuchorum in conſpectu Nabu-
19 chodonoſor. * Cumq; eis locutus fuiſſet rex, non
ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel, Ana-
nias, Miſaël, & Azarias: & ſteterunt in conſpe-
20 ctu Regis. * Et omne verbum ſapientiæ & intel-
lectus, quod ſciſcitatus eſt ab eis Rex, inuenit in
eis decuplum, ſuper cunctos ariolos & magos,
21 qui erant in vniuerſo regno eius. * [n] Fuit autem Inf. 6.
Daniel vſque ad annum primum Cyri regis. 28

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVIS *huius libri auctor? Iſidor. 6. Etym. c. 2. & 1. de Offic. c. 11 à viris ſapiẽtibus conſcriptum affirmat, vt & Ezechielis librum. Idem ait R. Iſaac Harama Præfatione in Cant. hunc librũ à viris Synagogæ fuiſſe compoſitum. Nos, quod de Ezechiele diximus, Danielem credimus ſua vaticinia mãdaſſe litteris. Ea in ordinem qui nunc eſt, alium quẽpiam redegiſſe. Porphyrius à Daniele ſcriptum hunc librũ negat, ſed tẽpore Antiochi Epiphanis, cuius bella narrantur, à quopiam alio non futura ſed iam facta. Quæ mera calumnia eſt. Illud conſtat, quod & Hieronymus ait in Prologo, ab Hebræis hunc librũ non poni inter Propheticos, ſed inter Hagiographa, quæ ipſi*

כתובים Chethubim *vocant. Vetus enim Teſtamentum trifariàm diuidunt, in* Legem, Prophetas, *&* Hagiographa. *Duplex eius rei ratio redditur. Prima, quòd alij, vt Iſaias, erant profeſſione Prophetæ, diſcreti à populo, vt inter nos Monachi. At* Daniel *fuit Princeps*, Moyſes *populi Dux*, Dauid *Rex. Ideò horum libri inter Prophetas non ponuntur. Item Dauid Kimhi (quæ eſt altera ratio) in Præf. Pſalmorum diſtinguit inter* Prophetiam *&* Spiritum ſanctum. Illam contingere alienatis ſenſibus, hunc integris. Prophetæ priori modo; Moyſes, Dauid, Daniel poſteriori modo ſunt locuti. ſ. in Spiritu ſancto. *ſic ille. Sed & Suſannæ hiſtoriam, Canticum trium puerorũ, Belis & draconis narrationẽ Hebræi reyciunt, &, teſte Hieronymo, fabulas vocant, quaſi mendacio confictá. Reſiſtit Hieronymus in Apologia cõtra Ruffinum lib. 2. reſiſtunt alij Patres; reſiſtit Eccleſia, quæ has narrationes vt authenticas habet. Quæ diſputatio quoniam vulgaris eſt, & à multis agitata, hoc loco prætermittitur. Fuit* Daniel *è tribu Iuda, natus in oppido Bethoron, è ſanguine Principum, quod ex cap. 1. v. 3. ſatis intelligitur. Iſidorus de Ortu & obitu Patrum, è Regio genere ait. Ioſephus lib. 10. cap. 11. cognatum Sedeciæ Regis facit. In Babylonem puer iuit inter alios captiuos Ioakim Regis comes, eius qui alio nomine* Eliacim *vocatus eſt. Hoc (ſ. hunc Regem ductum in Chaldæam) ex Iſidoro colligitur, & ex initio huius libri, ex 4. Reg. 24. v. 1. ſed expreſſiùs ex 2. Paralip. 36. verſ. 6. vbi de hoc Rege dicitur,* Et vinctum catenis duxit in Babylonem. *Itaque hic Rex non ſolùm eſt captus, ſed & in Babylonem iuit, cum eo Daniel, octo annis antequam Ioachin ſeu Iechonias caperetur, & cum eo Ezechiel iret in Chaldæam. De Danielis virtutibus, prudentia, eruditione multa dicuntur, & meritò; illud maximè, quòd Ezechiel viuentem tribus locis celebrat: cap. 14. verſ. 14. & 20. Noë & Iob, quos ab innocentia laudat, tertium Danielem adiungit, & c. 28. v. 3. eius ſapientiam in prouerbium abijſſe indicat; ac vulgò dici,* Sapientior Daniele. *Ioſephus loco ſuperiori eum & ſocios caſtratos ait. Caſtimoniam laudant alij, & vixiſſe ſine vxore, neque ſe fœdaſſe femineo vmquam amplexu. Nam quod Ezechiel cap. 14. v. 20. negat, Noë, Danielem, & Iob filium & filiam liberaturos in ea clade quam minatur, quod duobus cõueniebat, quaſi de tribus pronuntiauit per figuram, quam σύλληψιν Græci vocant. Chaldaicam Paraphraſim Danielis non habemus, quòd magna Danielis pars Chaldaicè ſit ſcripta. Græca verſio ex Sept. non eſt, ſed ex Theodotione, vt Hieronymus monuit tum in Prologo, tum in Comment. Proœmio.*

1 ANNO TERTIO REGNI IOAKIM. Hic fuit Ioſiæ filius, cognomento *Eliacim*, qui annis vndecim regnauit. Ei ſucceſſit Ioachin eius filius, cognomento Iechonias, qui regnauit tribus menſibus non ampliùs. Verùm quomodo tunc Nabuchodonoſor venit contra Ieruſalem, qui quarto eius regni anno cœpit regnare, Ierem. 25. v. 1. Multi multa dicunt, nodus tamen facilè ſoluitur ex ipſis Ieremiæ verbis: non enim ait, cœpiſſe regnare anno quarto Ioakim; ſed quartum eum annum eſſe primum Nabuchodonoſoris. Cœpit ergo regnare anno tertio, & ſub initia regni ſui venit in Iudæam. Sed primi anni magna pars ad quartum regni Ioakim annum peruenit.

2 ET TRADIDIT DOMINVS. Ex Dei vindicta factum eſt. Neque verò ſolùm Ioakim traditus eſt, ſed ductus in Babylonem: 2. Paral. 36. v. 6. & cum eo iuit Daniel, & multi alij. Porrò breuî fœdere facto, in Iudæam rediit cum ſuis. Pauci Babylone manſerunt, vt Daniel & ſocij, quippe in Regiam Nabuchodonoſoris familiam adſcripti. Hanc ob cauſam Ierem. 52. verſ. 28. vbi captiuitates Iudæorum numerantur, huius captiuitatis nulla fit mentio, ſed prima ponitur Iechoniæ captiuitas facta anno ſeptimo regni Nabuchodonoſoris. ET PARTEM VASORVM, non omnia abſtulit: nam id factum eſt Sedecia Rege, quo tempore Nabuzardan omnia compilauit. ET ASPORTAVIT EA. Sic Sept. Vatabl. vertit *eos*. ſ. homines; relatiuum ſine antecedenti. Sed melius eſt, vt ad vaſa referatur. quorſum enim homines captiui deferrentur in templum Babylonium? Quod autem ſequitur, ET VASA INTVLIT, explicatio eſt, quare in templum adducta ſunt vaſa, nempe, vt in theſauro eius ſeruarentur.

3 ASPHENEZ PRÆPOSITO EVNVCHORVM. Ij Reges eunuchis aulæ miniſtris vtebantur. Ex eo, & quoniam eunuchorum principi cura Danielis eſt data, credunt hos pueros eunuchos fuiſſe. Quæ eſt Hebræorum ſententia cum Ioſepho, teſte Hieronymo, nec ipſe refellit. In quo Iſaiæ vaticinium completum aiunt, cap. 39. v. 7. *De filijs tuis tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* DE FILIIS ISRAEL. i. de Iudæis. Hic *Iſrael* non ſumitur pro decem tribubus, ſed pro omni Iudæorum genere. ET DE SEMINE REGIO. Hinc colligunt, Danielem è regio genere fuiſſe. ET TYRANNORVM. Sic Sept. vox Hebr. פרתמים *Parthem*, *Principes*, aut *Duces* ſignificat, vt Hebræi volunt. Quod ſi ita eſt, ſolùm efficitur, Danielem è Regio ſanguine fuiſſe, aut certè Principum.

4 PVEROS. Qua ætate Daniel & ſocij fuerint, non conſtat. Pueros ætate ea vox conuincit, & ילד *ieled*, illi reſpondens Hebr. quam non inuenio pro *ſeruis* poni, vt נער *nahar*, quæ *pueros* & *ſeruos* ſignificat. Sanè ætate tenera eſſe Rex vult, vt moribus eius aulæ magis imbuerentur. Sed quomodo ait, ET ERVDITOS OMNI SAPIENTIA. i. ingenio præditos & acumine, vt eam addiſcerent? Aut *ſapientia* pro moribus aulicis hîc ſumatur. alioqui per ætatem artes didiciſſe quî poſſent? Aut, qui poſtquam eſſent eruditi, poſt tam longum tempus introducentur ad Regem. QVI POSSENT STARE. Hebr. *in quibus vires ad ſtandum.* i. qui valerent pedibus conſiſtere, non expuerent, non ſternutarent, ſed vt Regios miniſtros decet. Itaque ſint ſui corporis compotes.

6 FVERVNT ERGO INTER EOS. In numero eorum, qui in aulam adſcripti ſunt, fuerunt hi quattuor; nam plures eis fuiſſe ex his verbis colligitur.

7 ET IMPOSVIT. Præpoſitus eunuchorum mutauit nomina, pro Hebraicis Chaldaica ſubſtituens, fortaſſe conſulto Rege; tametſi id non dicitur. Mutandi nomina ea præcipua cauſa, vt cum nominibus nouos animos ſumerent.

8 PROPOSVIT. Cibos Regios auerſatur, quòd lege prohibita, aut idolis oblata comederent, aut carnes cum ſanguine, quod Iudæis nefas erat. Ergo propoſuit Daniel, ne pollueretur de menſa Regis.

10 PRÆ CETERIS ADOLESCENTIBVS COÆVIS VESTRIS. Hebr. *præ pueris, qui iuxta imaginem veſtram.* i. vobis ſimilibus, ſi macilentos vos Rex viderit. CONDEMNABITIS, eritis cauſa, vt me Rex condemnet.

11 AD MALASAR. Repulſus ab Aſphenez, non deſiſtit; adit minorem præpoſitum, & cum eo conſtituit, vt experiretur diebus decem.

17 PVERIS AVTEM HIS DEDIT DEVS Hebr. additur, *quattuor ipſis.* IN OMNI LIBRO. Omnes characteres nouerant, & artes omnes diuino dono. Id per *ſapientiam* intelligo. DANIELI. Præ ceteris Daniel dono prophetiæ pollebat. Id ſignificat, *intelligentia viſionum, & ſomniorum.*

20 INVENIT IN EIS DECVPLVM. Hebr. *decem ma-*

nibus, aut *manus*. i. partes. Sept *decuplicatos*. Ergo Rex inuenit hos pueros multo ſapientiores. SVPER CVNCTOS ARIOLOS ET MAGOS. Theod. *& incantatores & magos*. Hebr. ait, voces Hebraicas ſignificare *præſtigiatores & aſtrologos*. ſ. iudiciarios.

FVIT AVTEM DANIEL VSQVE AD ANNVM PRI- 21
MVM CYRI REGIS. Non ſignificat, non amplius vixiſſe, ſed in Babylone habitaſſe, ijsque Regibus miniſtraſſe, quamdiu Babylonicum Imperium ſtetit. Anno tertio Cyri vaticinatum Danielem c. 10. v. 1. dicitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DANIEL. Vbi Græca editio, Theodotionis eſt ſecundùm Hieronymum, non LXX. Itaque nos pro LXX. apponemus Græc.

IOACHIM. ſ. filij Ioſiæ, & patris Ioachin, 1
ſeu Iechoniæ.

PRÆPOSITO, &c. vulgò dicitur *Magiſter domus*. 3
Hiſpanicè, *Maior domo*. TYRANNORVM. i. Principum.

MACVLA. i. corporis vitium. ERVDITOS, &c. ſ. erant 4
ad Regem introducendi, vbi fuiſſent eruditi, &c. POSSENT STARE. i. idonei eſſent ad aſſiſtendum, ſeu miniſtrandum.

ANNONAM. i. cibum, ſeu victum. 5

INTER EOS. Indicat non fuiſſe de ſemine Regio; vel 6
q. d. erant in eorum numero etiam hi, tamquam. ſ. ex Regio ſemine.

GRATIAM, &c. i. vt eſſet gratioſus & charus. 9

CONDEMNABITIS, &c. i. eritis mihi cauſa perniciei. 10

MALASAR. ſ. qui Præpoſiti reſponſum retulerat. 11

TENTA NOS. i. fac periculum. LEGVMINA. Græc. 12
ſemina terræ.

VIDERIS. ſ. vultus noſtros ſe habere. FACIES. pro, 13
fac.

TOLLEBAT. ſ. ſibi. 16

DISCIPLINAM. Græc. *prudentiam*. LIBRO. Græc. 17
litteratura.

STETERVNT. i. miniſtrarunt. 19

INTELLECTVS. Græc. *ſcientiæ*. DECVPLVM. i. valdè 20
multùm. ARIOLOS. Græc. *incantatores*.

FVIT. ſ. in Palatio. vel pro, vixit. 21

CAPVT II.

Cùm ſapientes Chaldæi ſomnium Nabuchodonoſor coniectare non potentes, iuberentur omnes interimi, oranti Danieli reuelatum eſt myſterium, qui Regi aperit ſomnium ipſius de magna quadam ſtatua, eiusque declarationem de quattuor Regnis: quo facto Nabuchodonoſor Danielem adorauit, & hoſtias ac incenſum illi præcepit offerri, confitens Dominum Deum, & exaltans Danielem.

IN anno ſecúdo regni Nabuchodonoſor, vidit 1
Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus A
eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo.
*Præcepit autem rex, vt conuocarentur arioli, 2
& magi, & malefici, & Chaldæi, vt indicarent
regi ſomnia ſua: qui cùm veniſſent, ſteterunt
corá rege. *Et dixit ad eos rex: Vidi ſomnium; 3
& mente confuſus ignoro quid viderim. *Re- 4
ſponderuntque Chaldæi regi Syriacè: Rex in
ſempiternū viue: dic ſomnium ſeruis tuis, & in-
terpretationem eius indicabimus. *Et reſpon- 5
dens rex ait Chaldæis: Sermo receſſit à me: niſi
indicaueritis mihi ſomnium, & coniecturam
eius, peribitis vos, & domus veſtræ publica-
buntur. *Si autem ſomnium, & coniecturam 6
eius narraueritis, præmia, & dona, & hono-
rem multum accipietis à me: ſomnium igitur,
& interpretationem eius indicate mihi. *Re- 7
ſponderunt ſecundò, atque dixerunt: Rex ſom- B
nium dicat ſeruis ſuis, & interpretationem illius
8 indicabimus. *Reſpondit rex, & ait: Certè no-
ui quòd tempus redimitis, ſcientes quod receſ-
9 ſerit à me ſermo. *Si ergo ſomnium non indi-
caueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quòd
interpretationem quoque fallacem & dece-
ptione plenam compoſueritis, vt loquami-
ni mihi donec tempus pertranſeat. Som-
nium itaque dicite mihi, vt ſciam quòd in-
terpretationem quoque eius veram loquamini.
10 *Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege,
dixerunt: Non eſt homo ſuper terram, qui
ſermonem tuum, rex, poſſit implere: ſed
neque regum quiſquam magnus & potens ver-
bum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni ariolo, &
11 mago, & Chaldæo. *Sermo enim, quem tu
quæris, rex, grauis eſt: nec reperietur quiſ-
quam, qui indicet illum in conſpectu regis: ex-
ceptis dijs, quorum non eſt cum hominibus
12 conuerſatio. *Quo audito, rex in furore & in
ira magna præcepit, vt perirent omnes ſapien-
13 tes Babylonis. *Et egreſſa ſententia, ſapientes
interficiebantur: quærebanturque Daniel &
14 ſocij eius, vt perirent. *Tunc Daniel requiſiuit
C de lege atque ſententia, ab Arioch principe
militiæ regis, qui egreſſus fuerat ad interficien-
15 dos ſapientes Babylonis. *Et interrogauit eum,
qui à rege poteſtatem acceperat, quam ob cau-
ſam tam crudelis ſententia à facie regis eſſet
egreſſa. Cùm ergo rem indicaſſet Arioch Da-
16 nieli, *Daniel ingreſſus rogauit regem, vt tem-
pus daret ſibi ad ſolutionem indicandam regi.
17 *Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiæque &
Miſaëli & Azariæ ſocijs ſuis indicauit nego-
18 tium: *vt quærerent miſericordiam à facie Dei
cæli ſuper ſacramento iſto, & non perirent Da-
niel & ſocij eius cum ceteris ſapientibus Baby-
19 lonis. *Tunc Danieli myſterium per viſionem
nocte reuelatum eſt: & benedixit Daniel
20 Deum cæli, *& locutus ait: Sit nomen Domi-
ni benedictum à ſæculo & vſque in ſæculum:
21 quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. *Et ipſe
mutat tempora, & ætates: transfert regna, atque
conſtituit: dat ſapientiam ſapientibus, & ſcien-
22 tiam intelligentibus diſciplinam. *Ipſe reuelat
D profunda, & abſcondita, & nouit in tenebris
23 conſtituta: & lux cum eo eſt. *Tibi Deus pa-
trum noſtrorum confiteor, teque laudo: quia
ſapientiam & fortitudinē dediſti mihi: & nunc
oſtendiſti mihi quæ rogauimus te, quia ſermo-
24 nem regis aperuiſti nobis. *Poſt hæc Daniel
ingreſſus ad Arioch, quem conſtituerat rex vt
perderet ſapientes Babylonis, ſic ei locutus eſt:
Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in
conſpectu regis, & ſolutionem regi narrabo.
25 *Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem
ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de filijs
tranſmigrationis Iuda, qui ſolutionem regi an-
26 nuntiet. *Reſpondit rex, & dixit Danieli, cuius
nomen erat Baltaſſar: Putáſne verè potes mihi
indicare ſomnium, quod vidi, & interpretatio-
27 nem eius? *Et reſpondens Daniel coram rege,
ait: Myſterium, quod rex interrogat, ſapientes,
magi, arioli, & aruſpices nequeunt indicare re-
28 gi. *Sed eſt Deus in cælo reuelans myſteria, qui
indicauit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ven-

tura ſunt in nouiſſimis temporibus. Somnium
tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo huiuſ-
cemodi ſunt: *Tu rex cogitare cœpiſti in ſtrato 29
tuo, quid eſſet futurum poſt hæc: & qui reue-
lat myſteria, oſtendit tibi quæ ventura ſunt.
*Mihi quoque non in ſapientia, quæ eſt in me 30
plus quàm in cunctis viuentibus, ſacramentum
hoc reuelatum eſt: ſed vt interpretatio regi ma-
nifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires.
*Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna gran- 31
dis: ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat
contra te, & intuitus eius erat terribilis. *Huius 32
ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem
& brachia de argento, porrò venter & femora
ex ære. *tibiæ autem ferreæ, pedum quædam 33
pars erat ferrea, quædam autem fictilis. *Vide- 34
bas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine
manibus: & percuſſit ſtatuam in pedibus eius
ferreis & fictilibus, & comminuit eos. *Tunc 35
contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum,
& aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ
areæ, quæ rapta ſunt vento: nulluſque locus in-
uentus eſt eis: lapis autem, qui percuſſerat ſta-
tuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vni-
uerſam terram. *hoc eſt ſomnium: Interpreta- 36
tionem quoque eius dicemus coram te, rex. F
*Tu rex regum es: & Deus cæli, regnum, & for- 37
titudinem, & imperium, & gloriam dedit ti-
bi: *& omnia in quibus habitant filij homi- 38
num, & beſtiæ agri: volucres quoque cæli de-
dit in manu tua, & ſub ditione tua vniuerſa
conſtituit: tu es ergo caput aureum. *Et poſt te 39
conſurget regnum aliud minus te argenteum:
& regnum tertium aliud æreum, quod impera-
bit vniuerſæ terræ. *Et regnum quartum erit 40
velut ferrum. quomodo ferrum comminuit &
domat omnia, ſic comminuet & conteret om-
nia hęc. *Porrò quia vidiſti pedum, & digito- 41
rum partem teſtę figuli, & partem ferream:
regnum diuiſum erit, quod tamen de plantario
ferri orietur, ſecundùm quod vidiſti ferrum mi-
ſtum teſtæ ex luto. *Et digitos pedum ex parte 42
ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit
ſolidum, & ex parte contritum. *Quod autem 43
vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſce-
buntur quidem humano ſemine, ſed non adhę-
rebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt te-
ſtæ. *In diebus autem regnorum illorum, ſuſci- 44
tabit Deus cæli regnum, quod in æternum non G
diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non
tradetur: comminuet autem, & conſumet vni-
uerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum.
*Secundùm quod vidiſti, quod de monte ab- 45
ſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit te-
ſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum,
Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt
poſteà. & verum eſt ſomnium, & fidelis inter-
pretatio eius. *Tunc rex Nabuchodonoſor ce- 46
cidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit, &
hoſtias & incenſum præcepit vt ſacrificarent ei.
*Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus ve- 47
ſter Deus deorum eſt, & Dominus regum, &
reuelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire
hoc ſacramentum. *Tunc rex Danielem in 48
ſublime extulit, & munera multa & magna
dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper om-
nes prouincias Babylonis, & præfectum magi-
ſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis.
49 *Daniel autem poſtulauit à rege; & conſtituit
ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago: ipſe autem Daniel erat in
foribus regis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Daniel ſomnium Nabuchodonoſoris recenſet, & interpretatur.

1 In anno secundo. Anno primo Nabuchodonoſoris Daniel Babylonem iuit, cap. 1. verſ. 1. Tribus annis detinentur, antequam is & ſocij ad Regem ingrederentur, v. 5. Quomodo ergo ſomnium interpretatur anno ſecundo? Placet quod Hieronymus ait ex Ioſepho lib. 10. cap. 11. hoc ſomnium vidiſſe ſecundo anno, ex quo Ægyptum vaſtauit; tunc enim Ægypto & multis alijs gentibus domitis, Monarchiam tenere cœpit. Seder Holam hunc annum ait à capta Ieruſalem & exciſo templo numerari. Aut dic, anno ſecundo regni ſomniaſſe, ſed multo tempore conſumpto in magorum inquiſitione & cæde, tandem tertio aut quarto anno Danielem acceſſiſſe ad interpretandum. Et ſunt Regum actiones tardæ, neque breui expediuntur. Somnium eius fugit ab eo. Theod. *ſomnus eius fuit ab eo*. i. procul. id verbum נהיתה *nihiethah* ſignificat propriè. Sed Hebræi aiunt ſignificare, *ſomnus fractus eſt ab eo*. ſ. præ metu dormire non potuit ampliùs.

2 Arioli, et magi. Quid voces Hebraicæ ſignificent, cap. 1. verſ. 20. dictum. Malefici. Sic Sept. Sed quorſum *malefici* ad ſomnij interpretationem? Alij מכשפים *mechaſephim*, *præſtigiatores* putant, ego *diuinos* dicerem, qui ſ. ventura prædicunt aut occulta. Vocati hi ſunt, vt Regi indicarent. Et ij etiam *malefici* dici poſſunt. Somnia sva. In vno ſomnio multa continebantur, ideò *ſomnia* vocat.

3 Vidi somnivm. Hebr. *ſomnium ſomniaui*. Et mente confvsvs ignoro. Hebr. *& conterritus*, aut *turbatus eſt ſpiritus meus ad ſciendum ſomnium*. i. præ turbatione, ſomnij meminiſſe ampliùs non potui.

4 Syriace Regi reſpondent arioli. Quaſi reddat rationem, cur Chaldaicè ſcribat quæ ſequuntur, vſque ad initium cap. 8. nempe, quòd arioli ea lingua cum Rege loquerentur. Quidam Regem ſuſpicantur obliuionem ſimulaſſe, vt ex eo cognoſceret, vera ipſos dicere, ſi ſomnium, quale eſſet, explicarent.

5 Sermo recessit a me. i. rei quam ſomniaui oblitus ſum. Et conjectvram eivs, interpretationem eius, niſi indicatis, Peribitis vos. Chald. *in fruſta concidemini membratim*. Crudeli morte vos perimam. Et domvs vestræ pvblicabvntvr. Theodot. *diripientur*. Chald *in ſterquilinium erunt*. ſic Elias in Meturgheman. i proſternentur in terram, in rudera vertentur. Sed quoniam נולי *neual* aliquando non *ſordes* ſed *emere* ſignificat, Hieronymi interpretatio defendi meritò poteſt, vt ſignificet: *Domus veſtra emptioni exponentur*, quod eſt *publicari*.

8 Certe novi qvod tempvs redimitis. Sic Theodot. Hoc eſt, tempus extrahitis, & moras captatis, dum ego alijs curis diſtrictus, hanc omittam & obliuioni tradam.

9 Vna est de vobis sententia. Chal. *lex, decretum*. ſ. mortis, & publicationis bonorum. Qvod pro, quoniam. Chald. *& ſermonem mendacem*. pro, quia ſermonem mendacem. Composveritis. Chald. *paraſtis*, pro, paratis. Donec tempvs pertransfeat, ſeu *mutetur*. Expectatis dum morâ res mutentur, ne mendacij pœnas detis. Supereſt, vt ſomnium, quod fuerit, diuinetis, vt ſic intelligam veſtram interpretationē eſſe veram.

10 Verbvm hvivscemodi. id eſt, rem ſciſcitatur Rex aliquis ab ariolis. Dij tantùm poterunt facere quod petis.

11 Qvorvm non est cvm hominibvs conversatio Non poſſumus deos adire, & ex ijs ſom-

nium quod fuerit rogare. Chald. *quorum habitatio cum carne non eſt.*

QVÆREBANTVRQVE DANIEL. Non conſuluerat 13
eos Rex, quia diuinos non putabat; carnifices autem
voluerunt eos occidere, quia ſapientes habebantur.
quos omnes, non tantùm diuinos, iuſſerat Rex occidi,
in ira non ſatis compos ſui, & cum noxijs inuoluens in-
noxios. Daniel rogat cur

TAM CRVDELIS SENTENTIA eſſet egreſſa. Græc. *im-* 15
pudens. Chald *feſtinans*. Reges non debent præcipitare
ſententiam, ſed maturè & lentè procedere.

SVPER SACRAMENTO ISTO. Chald. *ſuper ſecreto.* 18
Græcè, *ſuper myſterio*, vt Deus ſ. aperiret eis ſomnium
illud, ne Regis ſæuitia perirent. Id Daniel & ſocij à Deo
petunt.

PER VISIONEM NOCTE. i. per ſomnium reuelatum eſt 19
Danieli, quod fuiſſet Regis ſomnium, & quid por-
tenderet.

SAPIENTIA ET FORTITVDO Dei ſunt. *Sapientia*, vt 20
reuelet arcana; *fortitudo*, vt faciat quæ reuelat homini-
bus. Quod verſ. proximus magis declarat, cùm ait: *Et
ipſe mutat tempora.*

TIBI DEVS PATRVM NOSTRORVM. Græcè *patrum* 23
meorum. Chald. *patris mei*. CONFITEOR, TEQVE LAV-
DO. Repetitio eſt; nam *confiteri*, *laudare* eſt. QVIA SA-
PIENTIAM ET FORTITVDINEM DEDISTI MIHI. *Sapien-
tiam*, vt arcana ſcirem; *fortitudinem*, vt Regis decreto
auderem me opponere.

INVENI HOMINEM. Arioch non ſciebat Danielem 25
v. 16. adijſſe Regem, & tempus petijſſe, vt Regi ſom-
nium explicaret.

MAGI, ARIOLI. De his ſuperiùs diximus v. 2. ARV- 27
SPICES. Sic Græcè; at vox Chald. גזרין *ghazerin*, *diui-
nos* potiùs ſignificat, vt Hebr. Schol. ait.

REVELANS MYSTERIA, arcana, ſecreta. Id Deus 28
facit.

TV REX COGITARE COEPISTI, vel ante ſomnum, aut 29
dormiens cœpiſti ſomniare: nam verſ. proximo *ſomnia*,
cogitationes vocat.

TV REX VIDEBAS, videre videbaris. ECCE QVASI 31
STATVA. Chald. & Græcè, *Ecce imago*. STATVRA SVB-
LIMIS. Græc. *facies eius eleuata*. Chald. *ſplendor eius
magnus*, propter aurum ſ. & argentum, & æs, quibus
conſtabat ſtatua. CONTRA TE, ſeu *coram te*, vt Goth.
& Græc. INTVITVS, ſeu *forma*, ſeu *viſio*, vt eſt Græcè,
eius erat terribilis.

QVÆDAM PARS ERAT FERREA. Chald. *ex ipſis de* 33
ferro, & ex ipſis de teſta. Non quòd ferrum luto mixtum
fuerit, ſed quòd pedum pars & calcaneum ex ferro
fuerit, pars extrema ex argilla, digiti alij è ferro, alij è
luto.

ABSCISSVS EST. Hic eſt Chriſtus, qui SINE MANI- 34
BVS. i. viri opera, venit de cælo, & creuit in montem,
cùm eius imperio ſe ſubdidit orbis.

REDACTA QVASI IN FAVILLAM ÆSTIVÆ AREÆ 35
ſtatuæ metalla. Chald. *& fuerunt ſicut gluma* (paleæ te-
nues) *ex areis æſtatis*. i. in æſtate. QVÆ RAPTA SVNT
VENTO. i. penitùs euanuerunt pulueris inſtar.

FORTITVDINEM, ET IMPERIVM, ET GLORIAM DEDIT 37
TIBI Deus ſ. Chald *fortitudinem & robur.*

TV ES ERGO CAPVT AVREVM. Primum locum Im- 38
perio Babylonico, ſeu Aſſyriorum tribuit, non ſolùm
quia inter quatuor Imperia, de quibus ait, antiquius
alijs fuit, ſed dignitate ceteris maius. Diutiùs ſtetit,
quot anni à Nino fundatore vſque ad Sardanapalum
trigeſimum ab illo, & deinde vſque ad Baltaſſar. Ma-
iori ditione fuit; quippe Nabuchodonoſor, qui in eo
Imperio & Babylonico ſucceſſit, Hiſpaniam ſubegit, &
in Africa vrbem præcipuam (Carthaginem puto) vt
Ioſephus tradit lib. 10. cap. 11. extremo. Copijs vicit
alios, cùm ex ſola Hiſpania eo tempore ſectuis auri &
argenti ditiſſima, immenſos theſauros congerere potuit.
Ita non mirum, ſi auro comparatur, quod primum lo-
cum obtinet inter metalla.

REGNVM ALIVD MINVS TE. i. minus tuo regno. nam 39
Cyrus, qui Babylonicum Imperium euertit numquam
ditionem ſuam in fines orbis terræ protulit, & breui id
Imperium in Cambyſe Cyri filio & alijs degenerauit,
neque trecentis annis ſtetit. ET REGNVM TERTIVM
ALIVD ÆREVM. Hoc eſt Macedonum Imperium, quod
tertio loco ponit, non tempore ſolùm, ſed dignitate, vt
æs inter metalla. Nam etſi Alexander latiſſimè Impe-
rium & vſque ad Indos protulerit; quare ait, QVOD
IMPERABIT VNIVERSÆ TERRÆ. i. magnæ eius parti:
breui tamen eo extincto in plures partes deſilijt. Quare
non eſt mirum, ſi tertius ei locus datur.

40 ERIT VELVT FERRVM. Chald. & Græcè *forte velut
ferrum.* Hoc quartum Imperium eſt Romanorum, ce-
teris validius, vt ferrum alijs metallis eſt durius. Ita
non metalli ignobilitatem conſiderat, ſed fortitudinem,
qua ratione Romanorum Imperium alijs præſtan-
tius fuit.

41 DIGITORVM PARTEM TESTÆ FIGVLI, non *teſtam
figuli*, vt habent Regia. REGNVM DIVISVM ERIT.
i. partim debile in extrema eius parte, partim forte: nam
ex poſtremis Imperatoribus quidam inertes, alij vali-
di fuerunt. DE PLANTARIO FERRI ORIETVR. i. *de
planta*, Chald. at Græcè *de radice ferri erit*. Itaque pe-
dum plantæ ferreæ erunt, ſuperior pars & digiti partim
ferrei, partim lutei. In quo ſignificat, Imperium quidem
forte eſſe, Imperatores iam bonos iam malos. SECVN-
DVM QVOD VIDISTI. Ideò vidiſti ferrum luto mixtum.
Hoc ſignificat.

42 CONTRITVM, confractum, debile ex parte id Impe-
rium erit. Porrò Imperium pro Imperatoribus ſumitur.
Imperium ſemper amplum fuit & magnum, Imperato-
res alternabant inter bonum & malum. Quo id tempo-
re, iam explicamus.

43 COMMISCEBVNTVR QVIDEM HVMANO SEMINE.
Hoc eſt, illi Imperatores varia inter ſe fœdera iungent,
& affinitatibus firmabunt inter ſe, vt mutua ſocietate
fortiores euadant: neque proficient tamen. Et fœdera
firma non erunt, vt ferrum luto non iungitur. Hoc de
Conſtantini tempore intelligi poteſt, cùm Chriſti Re-
gnum præualere cœpit, Romano debilitato. Multi tunc
Cæſares extitere, ab ijs Imperatoribus facti, varij con-
ſortes Imperij. Multa inter eos coniugia: Conſtantius
Conſtantini Magni pater Theodoram duxit priui-
gnam Maximiani; Conſtantinus ipſe, Fauſtam eiuſdem
filiam: Conſtantia Conſtantini ſoror Licinio Cæſari
data eſt. Alia prętereà connubia facta. Videbant illi Im-
perium in præceps ire, cauſam ignorabant. Aduerſus id
malum præſidia vndique conquirebant.

44 IN DIEBVS AVTEM REGNORVM ILLORVM. Chald.
& Gręcè, *& in diebus Regum illorum*. ſ. de quibus dixit,
partem debiles fore, partem fortes: ſuſcitabit Deus re-
gnú aliud, quod NON DISSIPABITVR, aut *non corrum-
petur.* ALTERI POPVLO NON TRADETVR. i. non muta-
bitur, vt ſuperiora Regna. Babylonicum Perſis eſt da-
tum, Perſicum Græcis. Non ita in hoc Chriſti regno
erit, nulla gens alia illud euertet, ſed contrà COMMI-
NVET ..... ET CONSVMET VNIVERSA REGNA HÆC. In
Romano Imperio, quod cetera euertit, omnia regna ſu-
periora proſtrata ſunt. Et quidem regnum Chriſti ſpi-
rituale eſt, non terrenum, ſed vt ſuum curſum Eccleſia
teneret & Euangelium, vt Romanum Imperium euer-
teretur erat neceſſe, ne tyrannide Eccleſiam opprime-
ret, & Romanos Pontifices ſibi ſubijceret.

46 TVNC REX NABVCHODONOSOR ..... DANIELEM
ADORAVIT. Porphyrius Danielem accuſat, quaſi hono-
rem Deo debitum non recuſaſſet. Verùm admiſiſſe non
dicitur, & facta Sanctorum accuſare non eſt æquum,
ſed benignè interpretari. Adiecit Rex:

47 DEVS VESTER DEVS DEORVM EST. i. præcipuus &
maximus inter deos. ET REVELANS MYSTERIA ar-
cana. HOC SACRAMENTVM. Hoc arcanum quia ape-
rire potuiſti.

48 ET MVNERA MVLTA ET MAGNA DEDIT EI. Non
ait ea Danielem admiſiſſe. Certè cap. 5. v. 17 recuſat a
Baltaſſare oblata.

Et constitvit svper opera. ſeu adminiſtratione 49
& procuratione conſtituit Danielis ſocios Rex. Itaque
Rex Danielem prouincijs præfecit & Magiſtratibus.
Ille eam curam in ſocios tres transfert, Rege tamen
conſulto, vt apud Regem ipſe maneret, & frequens in
aula eſſet. Id ſignificat: Ipse avtem Daniel erat in
foribvs Regis. i. in palatio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Secvndo. Hinc apparet non eſſe iſtum Nabucho- 1
donoſor, de quo ſuprà, ſed alium. Quidam di-
cunt, *ſecundo*, non regni, ſed Monarchiæ. Fvgit. i. ex-
cidet memoria.

Arioli. Græc. *incantatores*. Hieron. *Arioli di-* 2
cuntur qui verbis agant; Malefici, qui rebus, vt victi-
mis; Magi, qui philoſophantur. Chaldæi. Hieron.
Puto ſignificari Genethliacos, qui vulgò Mathematici
vocantur.

Syriace ſ. lingua Chaldaica. Rex. hactenus Da- 4
niel Hebraicè ſcripſit; hinc ad cap. 8. vſque, Chaldaicè.

Coniectvram. i. *interpretationem*, vt poſteà vertit 5
eamdem vocem Chaldæam, & ſuprà etiam. Pvbli-
cabvntvr. i. *confiſcabuntur*, vt vulgò dicitur. Græc.
diripientur. Chald. *redigentur in ſterquilinium*. q. d. di-
ruentur.

Tempvs redimitis. i. commoditate temporis vti- 8
mini ſ. moras trahitis ad euadendum. Sermo. i. res
ipſa.

Vna est de vobis sententia, qvod, &c. q. d. cer- 9
tum eſt quòd, &c. Græc. *ſi id quod*, &c. Interpreta-
tionem. Græc. *verbum*. q. d. quòd iſtam excuſationem
finxeritis ad me decipiendum, &c. Loqvamini mihi.
i. me verbis detineatis.

Sermonem, &c. i. præceptum facere, vel potiùs 10
quod proponis explicare. id enim magis indicant
Chald. & Græca. Verbvm. i. rem.

Sermo. i. res. Gravis. i. difficilis. Conversa- 11
tio. Græc. *habitatio*.

Perirent. i. interficerentur. 12

Sacramento. i. arcano. Græc. *myſterio*. 18

Mysterivm. Suprà eamdem vocem vertit *ſacra-* 19
mentum.

Et scientiam. iunge cum præcedentibus. Di- 21
sciplinam. Græc. *intellectum*. ſeu *intelligentiam*.

Fortitvdinem. i. vires. ſ. ad rem tantam. Sermo- 23
nem. i. rem, ſeu negotium.

Transmigrationis. Græc. *captiuitatis*. 25

Pvtasne. pro, numquid. 26

Capitis. ſ. in capite eſt imaginatio. 28

Post hæc. ſ. tempora. 29

In sapientia. i. per ſapientiam. 30

Contra. i. ante. Intvitvs. i. aſpectus, ſeu ſpecies. 31

Manibvs. i. opera humana. Significatur verò Chri- 34
ſtus de Virgine conceptus, qui mundi errores & pecca-
ta deſtruxit, in quo velut ſtatuæ aurum, Imperium Ba-
bylonicum, argentum Perſicum, æs Macedonicum
ſeu Græcum, ferrum Romanum, quod ad extremum
valdè debile, & velut teſtaceum.

Rapta svnt. pro, rapi ſolent, dum ventilatur meſ- 35
ſis. Implevit. ſ. doctrina ſua & potentia Chriſtus.

Dedit. ſ. dat Deus regna & potentiam etiam malis. 37

Omnia. i. plurima. 38

Divisvm. ſ. differens viribus, vt ſtatim explicat. 41

Contritvm. i. fragile, ſeu facile contritu. 42

Ex lvto. pro, luteæ. Hvmano semine. i. genera- 43
tione. ſ. ſuccedent alij alijs. Non adhærebvnt.
ſ. amicitia, vel q. d. diſſimiles erunt inter ſe viribus: po-
ſteriores enim debiliores multò.

Svscitabit. i. excitabit. Regnvm. ſ. Chriſti. 44
Consvmet. ſ. non homines, ſed vitia.

Fidelis. i. vera, certa. 45

Adoravit. ſ. vt Dei veri ſeruum, eique charum. ſic 46
nos Sanctos etiam adoramus. ſ. propter Deum.

In svblime extvlit. Græc. *magnificauit*. 48

Foribvs. Græc. *atrio*. q. d. in palatio. 49

CAPVT III.

Ananias, Miſael, & Azarias, nolentes adorare ſtatuam quam rex Nabuchodonoſor erexerat, ligati mittuntur in fornacem ignis ardentis, in quo illaſi manentes confitentur Domino, quòd propter peccata ſua gentis, paterentur afflictiones: & petentes eius miſericordiam, exhortantur omnem creaturam ad benedicendum Dominum: quod Nabuchodonoſor animaduertens obſtupuit, & illis de fornace egreſſis benedicit Deum ipſorum, iubens vt occidatur quiſquis ipſum blaſphemauerit.

1 NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam au-
A ream, altitudine cubitorum ſexaginta,
latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eam in cam-
2 po Dura prouinciæ Babylonis. *Itaque Nabu-
chodonoſor rex miſit ad congregandos ſatra-
pas, magiſtratus, & iudices, duces, & tyrannos,
& præfectos, omneſque principes regionum, vt
conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam
3 erexerat Nabuchodonoſor rex. *Tunc congre-
gati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & iudices, duces,
& tyranni, & optimates qui erant in poteſtati-
bus conſtituti, & vniuerſi principes regionum,
vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam
erexerat Nabuchodonoſor rex. ſtabant autem
in conſpectu ſtatuæ, quam poſuerat Nabucho-
4 donoſor rex: *& præco clamabat valenter:
5 Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis: *In
hora, qua audieritis ſonitum tubæ, & fiſtulæ, &
citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, &
vniuerſi generis muſicorum, cadentes adorate
ſtatuam auream, quam conſtituit Nabucho-
6 donoſor rex. *Si quis autem non proſtratus ado-
rauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis
7 ardentis. *Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt
omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ,
ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, & omnis
generis muſicorum: cadentes omnes populi,
tribus, & linguæ, adorauerunt ſtatuam au-
ream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor
8 rex. *Statimque in ipſo tempore accedentes vi-
9 ri Chaldæi accuſauerunt Iudæos: *dixeruntque
Nabuchodonoſor regi: Rex in æternum viue:
*tu rex poſuiſti decretum, vt omnis homo, qui
10 audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſam-
bucę, & pſalterij, & ſymphoniæ, & vniuerſi ge-
neris muſicorum, proſternat ſe, & adoret ſta-
11 tuam auream: * ſi quis autem non procidens
adorauerit, mittatur in fornacem ignis arden-
12 tis. *Sunt ergo viri Iudæi, quos conſtituiſti ſuper
B opera regionis Babylonis, Sidrach, Miſach, &
Abdenago: viri iſti contempſerunt, rex, decre-
tum tuum; deos tuos non colunt, & ſtatuam
13 auream, quam erexiſti, non adorant. *Tunc Na-
buchodonoſor in furore & in ira præcepit, vt
adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago:
qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis.
14 * Pronuntianſque Nabuchodonoſor rex, ait
eis: Veréne Sidrach, Miſach, & Abdenago, deos
meos non colitis, & ſtatuam auream, quam
15 conſtitui, non adoratis? *Nunc ergo ſi eſtis pa-
rati, quacumque hora audieritis ſonitum tubæ,
fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſym-
phoniæ, omniſque generis muſicorum, proſter-
nite vos, & adorate ſtatuam quam feci: quòd ſi
non adoraueritis, eadem hora mittemini in

forna-

fornacem ignis ardentis : & quis eſt Deus, qui
eripiet vos de manu mea ? * Reſpondentes Si- 16
drach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi
Nabuchodonoſor : Non oportet nos de hac
re reſpondere tibi. * Ecce enim Deus noſter, 17
quem colimus, poteſt eripere nos de camino
ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare.
*Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos 18
tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam
erexiſti, non adoramus. *Tunc Nabuchodo- 19
noſor repletus eſt furore : & aſpectus faciei il-
lius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, &
Abdenago, & præcepit vt ſuccenderetur for-
nax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat.
*Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit, vt li- 20
gatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago,
mitterent eos in fornacem ignis ardentis. *Et 21
confeſtim viri illi vincti, cum braccis ſuis, & C
tiaris, & calceamentis, & veſtibus, miſſi ſunt in
medium fornacis ignis ardentis, *nam iuſſio re- 22
gis vrgebat : fornax autem ſuccenſa erat nimis.
Porrò viros illos, qui miſerant Sidrach, Miſach,
& Abdenago, interfecit flamma ignis. *Viri au- 23
tem hi tres, id eſt, Sidrach, Miſach, & Abdena-
go, ceciderunt in medio camino ignis ardentis,
colligati.

Quæ ſequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

* Et ambulabant in medio flammæ laudan- 24
tes Deum, & benedicentes Domino.
*Stans autem Azarias orauit ſic, aperienſque 25
os ſuum in medio ignis, ait:
* Benedictus es Domine Deus patrum no- 26
ſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen
tuum in ſæcula : *quia iuſtus es in omnibus quæ 27
feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ
tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. * Iudi- 28
cia enim vera feciſti, iuxta omnia quæ indu-
xiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam pa-
trum noſtrorum Ieruſalem : quia in veritate,
& in iudicio, induxiſti omnia hæc propter
peccata noſtra. * Peccauimus enim, & iniquè 29
egimus recedentes à te : & deliquimus in om- 30
nibus : * & præcepta tua non audiuimus, nec
obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas
nobis vt benè nobis eſſet. * omnia ergo, quæ 31
induxiſti ſuper nos, & vniuerſa, quæ feciſti no-
bis, in vero iudicio feciſti : * & tradidiſti nos in 32
manibus inimicorum noſtrorum iniquorum, &
peſſimorum, præuaricatorumque, & regi iniuſto
& peſſimo vltra omnem terram. * Et nunc non 33
poſſumus aperire os : confuſio & opprobrium
facti ſumus ſeruis tuis, & his qui colunt te. *Ne, 34
quæſumus, tradas nos in perpetuum propter D
nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum
tuum : *neque auferas miſericordiam tuam à 35
nobis, propter Abraham dilectum tuum, &
Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctum tuum:
*quibus locutus es pollicens quòd multiplicares 36
ſemen eorum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam
quæ eſt in littore maris : * quia Domine immi- 37
nuti ſumus plus quàm omnes gentes, ſumúſque
humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata
noſtra. *Et non eſt in tempore hoc princeps, & 38
dux, & propheta, neque holocauſtum, neque
ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum,
neque locus primitiarum coram te, * vt poſſi- 39
mus inuenire miſericordiam tuam : ſed in ani-
mo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.
40 *Sicut in holocauſto arietum, & taurorum, &
ſicut in millibus agnorum pinguium : ſic fiat ſa-
crificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt
placeat tibi : quoniam non eſt confuſio confi
41 dentibus in te. * Et nunc ſequimur te in toto
corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.
42 *Ne confundas nos : ſed fac nobiſcum iuxta
manſuetudinem tuam, & ſecundùm multitudi-
43 nem miſericordiæ tuæ. *Et erue nos in mirabili-
bus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine:
44 *& confundantur omnes, qui oſtendunt ſeruis
tuis mala, confundantur in omni potentia tua,
45 & robur eorum conteratur : *& ſciant quia tu es
Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem
46 terrarũ. *Et non ceſſabant qui miſerãt eos mini-
ſtri regis ſuccendere fornacem, naphtha, & ſtup-
47 pa, & pice, & malleolis, *& effundebatur flam-
ma ſuper fornacem cubitis quadragintanouem:
48 *& erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacẽ
49 de Chaldæis. *Angelus autem Domini deſcen-
E dit cum Azaria, & ſocijs eius, in fornacem : &
50 excuſſit flammam ignis de fornace, *& fecit me-
dium fornacis quaſi ventum roris flantem, &
non tetigit eos omnino ignis, neque contriſta-
uit, nec quidquam moleſtiæ intulit.
51 *Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, &
glorificabant, & benedicebant Deum in forna-
ce, dicentes:
52 *Benedictus es Domine Deus patrum noſtro-
rum : & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexalta-
tus in ſæcula. & benedictum nomen gloriæ tuæ
ſanctum : & laudabile, & ſuperexaltatum in om-
nibus ſæculis.
53 *Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ : &
ſuperlaudabilis, & ſuperglorioſus in ſæcula.
54 * Benedictus es in throno regni tui : & ſuper-
laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.
55 *Benedictus es, qui intueris abyſſos, & ſedes
ſuper cherubim : & laudabilis, & ſuperexaltatus
in ſæcula.
56 *Benedictus es in firmamento cæli : & lauda-
bilis & glorioſus in ſæcula.
57 * Benedicite omnia opera Domini Domino:
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
58 *Benedicite Angeli Domini Domino : lauda-
te & ſuperexaltate eum in ſæcula.
59 * a Benedicite cæli Domino : laudate & ſu- a Pſ. 148.
perexaltate eum in ſæcula. 4.
60 * Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos
ſunt, Domino : laudate & ſuperexaltate eum in
ſæcula.
61 *Benedicite omnes virtutes Domini Domi-
no : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
62 *Benedicite ſol & luna Domino : laudate &
ſuperexaltate eum in ſæcula.
63 *Benedicite ſtellæ cæli Domino : laudate &
ſuperexaltate eum in ſæcula.
64 *Benedicite omnis imber & ros Domino : lau-
date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
65 *Benedicite omnes ſpiritus Dei Domino : lau-
date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
66 *Benedicite ignis & æſtus Domino : laudate
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
67 * Benedicite frigus & æſtus Domino : lau-

date

date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite rores & pruina Domino: laudate 68
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite gelu & frigus Domino:laudate & 69
ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite glacies & niues Domino:laudate 70
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite noctes & dies Domino : laudate 71
& ſuperexaltate eum in ſæcula. F
*Benedicite lux & tenebræ Domino : laudate 72
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite fulgura & nubes Domino : lau- 73
date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicat terra Dominum: laudet & ſuper- 74
exaltet eum in ſæcula.
*Benedicite montes & colles Domino : lau- 75
date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite vniuerſa germinantia in terra 76
Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæ-
cula.
*Benedicite fontes Domino : laudate & ſu- 77
perexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite maria & flumina Domino: lau- 78
date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in 79
aquis, Domino : laudate & ſuperexaltate eum
in ſæcula.
*Benedicite omnes volucres cæli Domino: 80
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino: 81
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite filij hominum Domino : laudate 82
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicat Iſrael Dominum : laudet & ſu- 83
perexaltet eum in ſæcula.
*Benedicite ſacerdotes Domini Domino: 84
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite ſerui Domini Domino : laudate 85
& ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Do- 86
mino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite ſancti & humiles corde Domino: 87
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
*Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino: 88
laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Quia eruit nos de inferno, & ſaluos fecit de
manu mortis, & liberauit nos de medio arden-
tis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
*Confitemini Domino, quoniam bonus; 89
quoniam in ſæculum miſericordia eius.
*Benedicite omnes religioſi Domino Deo 90
deorum : laudate & confitemini ei, quia in om-
nia ſæcula miſericordia eius.

Huc uſque in Hebræo non habetur, & quæ poſuimus, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

*Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & 91
ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis: Nón- G
ne tres viros miſimus in medium ignis compe-
ditos? Qui reſpondentes regi, dixerunt: Verè
rex. *Reſpondit, & ait: Ecce ego video quat- 92
tuor viros ſolutos, & ambulantes in medio
ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies
quarti ſimilis filio Dei. *Tunc acceſſit Nabu- 93
chodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis,
& ait: Sidrach, Miſach, & Abdenago, ſerui Dei
excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi
ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio
94 ignis. *Et congregati ſatrapæ, & magiſtratus, &
iudices, & potentes regis, contemplabantur vi-
ros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet
ignis in corporibus eorum, & capillus capitis
eorum non eſſet aduſtus, & ſarabala eorum non
fuiſſent immutata, & odor ignis non tranſiſſet
95 per eos. *Et erumpens Nabuchodonoſor, ait:
Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Mi-
ſach, & Abdenago, qui miſit angelum ſuum, &
eruit ſeruos ſuos, qui crediderunt in eum: &
verbum regis immutauerunt, & tradiderunt
corpora ſua ne ſeruirent, & ne adorarent om-
96 nem deum, excepto Deo ſuo. *A me ergo poſi-
tum eſt hoc decretum, vt omnis populus, tri-
bus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blaſ-
phemiam contra Deum Sidrach, Miſach, &
Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur:
neque enim eſt alius Deus, qui poſſit ita ſaluare.
97 *Tunc rex promouit Sidrach, Miſach, & Abde-
98 nago, in prouincia Babylonis. *NABVCHODO-
NOSOR rex, omnibus populis, gentibus, & lin-
guis, qui habitant in vniuerſa terra, pax vobis
99 multiplicetur. *Signa, & mirabilia fecit apud
me Deus excelſus. Placuit ergo mihi prædica-
100 re *ſigna eius, quia magna ſunt; & mirabilia
eius, quia fortia: & regnum eius regnum ſempi-
ternum, & [a] poteſtas eius in generationem & [a] Infr. 4. g. 11. & 7. d. 14.
generationem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NAbuchodonoſor ſtatuam auream facit, eámque adorari ab omnibus ſancit.

1 STATVAM AVREAM. non auratam. ALTITVDINE CVBITORVM SEXAGINTA, ingentem coloſſum, turris inſtar. Rhodi coloſſus fuit ſeptuaginta cubitorum, ſed ex ære, vnum è ſeptem orbis miraculum. Sed in hac ſtatua vide huius Regis copias, & iure per caput aureum alterius ſtatuæ deſignari. LATITVDINE CVBITORVM SEX, aut craſſitie, vt corpori humano proportione reſponderet craſſo decimam longitudinis partem, nempe à pectore ad tergum, lato ſextam, à latere in in latus. De quo plura in Noë arca. Suſpicor vocem פְּתָיֵהּ *pethaieh*, non *latitudinem*, ſed etiam *craſſitiem* ſignificare. De tempore, quo erecta ſit, certi nihil poteſt ſtatui. Hieronymus ſibi eam ſtatuiſſe ſtatuam putat, vt in ea quaſi Deus coleretur. Idem putat Theodoretus. Aut fortaſſis alicui ſuorum deorum. Cuius ſuaſu [f] Satraparum putant, vt tribus pueris, penes quos prouinciæ adminiſtratio erat, inſidias ſtruerent, vt cap. 6. ſimili arte Danielem opprimere voluerunt v. 4.

2 AD CONGREGANDOS SATRAPAS, miſit Rex. Voces Chaldaicæ quid propriè ſignificent, ignotum eſt. Varios dignitatis gradus procul dubio ſignificant. Id Hieronymus ſecutus, poſuit nomina varia. Id etiam fecit Græcus. Pagn. præter duo priora nomina, pro quibus *Principes magnos & Pontifices* poſuit, reliqua intacta reliquit. AD DEDICATIONEM. Solebant non templa ſolùm, ſed & ſtatuas dedicare. Dedicatio autem erat primus vſus rei ad finem ipſi deſtinatum, ſed cum quadam ſolemnitate. Sic vineæ, ſic domus dedicabantur in veteri Teſtamento.

3 QVAM POSVERAT NABVCHODONOSOR REX. Vox *Rex* non eſt Chald. neque Græcè.

4 CLAMABAT VALENTER. Chald. *in fortitudine*. i. contenta voce, vt omnes audirent, clamabat præco. Vt cùm audirent ſonitum

5 TVBÆ, ET FISTVLÆ. Varia ſunt inſtrumenta muſica, alia ſpiritu, alia digitis ſonantia; ſed quibus è noſtris ſingulæ voces reſpondeant, clàm eſt. Per affinia Hieronymus & alij reddiderunt. CADENTES ADORATE. Chald. *cadetis, & genuflectetis*.

7 Post hæc. Chald. *propter hoc*. ſ. mandatum, omnes adorarunt ſtatuam.

8 Statimque. Chald. *propter hoc in ipſo tempore*. i. inde ſumpta occaſione accuſarunt Iudæos ſ. tres Danielis ſocios. Verùm quare ij venerunt ad dedicationem? fortaſſe imperium detrectare non potuerunt, aut ſuam in religione conſtantiam prodere voluerunt. Quare Danielem non accuſarunt? quia maiori auctoritate apud Regem, & gratia ad populum erat, quàm vt eum tentare auderent. Quid dicunt?

12 Svnt ergo. Goth. *ſunt autem*. Chald. & Græc. *ſunt viri Iud. s.* Qvos constitvisti svper opera regionis, ſeu *adminiſtrationem*. q.d. obliti ſuæ conditionis, & benignitatis tuæ erga illos, tuum decretum violarunt. Rex ad illos tres:

15 Si estis parati. ſupple, euadetis ſupplicium, modò adoretis ſtatuam.

16 Non oportet nos de hac re respondere tibi. i. deliberatione non eſt opus. Chald. *non curamus nos reſpondere tibi*.

17 Liberare. Chald. & Græc. *liberabit nos Deus*. Spem certam oſtendunt ſe habere.

18 Qvod si nolverit. Chald. & Græc. *& ſi non*, ſupple, voluerit. De potentia, certum eſt poſſe; ſi non liberauerit, voluntati tribuatur.

19 Svper Sidrach, aut, *contra Sidrach*, iratus Rex.

21 Cvm braccis svis. Vox Chald. סרבל *ſarbal*, *femoralia* ſignificat, vt Hieronymus in Comment. ait. Græcè, *cum ſarabalis ſuis*. Inde fortaſſis *zaraguelles* Hiſpanis. Et tiaris. i. pileis, quibus ad certam formam Chaldæi vtuntur, fortè *turbantes*. Et calceamentis. Græcè, *& ocreis*. Et vestibvs. Itaque vt erant veſtiti, miſſi ſunt in ignem. Quò maius miraculum extitit, ne veſtibus quidem combuſtis euaſiſſe.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

25 Stans avtem Azarias. Huic *Azariæ* poſteà impoſitum eſt nomen *Abdenago*, quo nomine appellatur, quando cum Chaldæis ſermo conſeritur; quia Chaldæi indignum putabant pueros Regis antiquis, ſeu ijs quæ ante captiuitatem ipſis impoſita à parentibus fuiſſent, nominibus compellare: hîc verò, quia cum Chaldæis non agitur, Hebraicum profertur nomen, quo præſens Dei auxilium affuturum ſignificabatur. *Azarias* enim valet *auxilium Dei*.

26 Et lavdabile. Sept. *καὶ αἰνετὸς, & laudabilis*. reſpexerunt ad Κύριε, *Domine*. Theodotion autem retulit ad ὄνομα, *nomen*, ideóque poſuit αἰνετὸν, *laudabile*.

27 Nobis. Sept. omiſerunt. aliquam tamen emphaſim includit, & cordis contriti affectum indicat, qui in ſequentibus pertexitur. Vera. Sept. *ἀλήθεια, veritas*.

32 Nostrorvm Sept. omiſerunt. Et pessimorvm, prævaricatorvmqve. Sept. *καὶ ἐχθίστων ἀποστατῶν, & peſſimorum præuaricatorum*, vertunt alij *infeſtiſſimorum desertorum*. i. qui vero Deo relicto, ad impium idolorum cultum defeciuerunt. Si vſum dictionum Latinarum *peſſimorum præuaricatorum* perpendamus, aduertemus cum Græcis conuenire. *peſſimus* enim hîc ſumi videtur pro plurima mala ſeu tormenta infligente; ideoque vel odium ſuum exercente, vel alienum prouocante. Hinc factum eſt verbum *peſſimo*, quo Vulgata vtitur Eccleſiaſtici 36, 11. *qui peſſimant plebem tuam, inueniant perditionem*, & c. 38, 22. *& huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis*. vbi in Græco eſt *κακοῦν, affligere*. De crudelitate Chaldæorum erga captiuos Iudæos vide Thren. cap. 5. quare *peſſimorum* conuenit cum Græco ἐχθίστων *infenſiſſimorum, maximè exoſorum*. Altera dictio *præuaricatorũ* etiam reſpondet dictioni Græcæ ἀποστατῶν *deſertorum*: *præuaricari* enim propriè dicitur de eo qui nimiùm in alteram partem deflectit, & tribuitur cauſarum patronis. Vlpianus Digeſt. lib. 47. tit. 15. L. 1. *Præuaricator eſt quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait; nam qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit.* Feſtus à prætergrediendo deducit, *præuaricat, diuaricat, varicat, ἀμφιβαίνει, διαβαδίζει: præuaricatio, παράβασις, ἀπόστασις*. Itaque ſi *præuaricatio* ſit ἀπόστασις, etiam *præuaricator* dicendus ἀποστάτης, ſicuti Interpres noſter reddidit. Pessimo vltra omnem terram. Similibus verè verbis vſi fuere SS. Iuuentius & Maximianus milites Chriſtiani de Iuliano Apoſtata: *O Deus, tradidiſti nos regi iniquo, qui te deſeruit ſupra omnes gentes terræ*. Vide Theodoretum lib. 3. Hiſtor. c. 14.

33 Et nvnc non possvmvs aperire os. Clauditur os vel metu, vel pudore. Vtraque cauſa locum habuit in Iudæis captiuis: nam dominorum crudelitatem veriti, ſuam deplorare coram illis miſeriam non audebant: ſed noctu aut ſolitarij gemitus ſuos emittebant: ideò Thren. c. 1. dicitur: *Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius*. Seneca lib. 4. Controu. 1. cenſet aliquod miſeris eſſe leuamen, ſi calamitatem ſuam lugere permittantur. *Nulla*, inquit, *flendi maior eſt cauſa, quàm flere non poſſe. Et quædam in ipſis malis miſerorum voluptas: & omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamentum; ibi me flere prohibes, vbi crudeliter ipſe non fleres. Cùm miſerrimum ſit flere, quàm infelix ſum, cui neque hoc quidem licet.* Hoc loco ſilentij cauſa pudori & cõfuſioni tribuenda, quia Chaldæi obijciebant reliquis Iudæis captiuis, quòd in eligendo Deo quem colerent, vehementer erraſſent, quandoquidem cultores ſuos tutare nequiret; illos enim in captiuitatem abduci permiſit, & in ignem conijci cremandos ſiuit. Ezechiel de Chaldæis blaſphemantibus ita loquitur c. 36. v. 20. *Ingreſſi ſunt ad Gentes, ad quas introierunt* [captiui] *& polluerunt nomen ſanctum meum cùm diceretur de eis: Populus Domini iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt.* Cùm igitur Azarias ſæpiùs tales blaſphemias audijſſet, honoris Dei ſtudioſus, videtur hîc & v. 43. alludere ad Pſalmum 113. vbi Dauid de diuina gloria potiùs quàm de propria ſolicitus, canit: *Non nobis, Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam, ſuper miſericordia tua & veritate tua; ne quando dicant Gentes: Vbi eſt Deus eorum.*

34 In perpetvvm. Græcè, *εἰς τέλος, in finem*. Vulgata Hebraiſmum expreſſit. Vide quæ dicta ſunt ad titulum Pſalmi quarti.

36 Pollicens Sept. omiſerunt. Complut. Ald. Baſil. habent λέγων, *dicens*.

38 Et non est in tempore hoc princeps. Erat quidem tunc temporis princeps & dux Iechonias, fuit enim Nabuchodonoſori ſuperſtes; Prophetæ quoque aliquot viuebant, Daniel, Ezechiel, Zacharias, Aggæus & Malachias. Neque defuerunt in exilio ſacerdotes, immò ſacerdos magnus tum præſidebat aut Ioſedec, aut Ieſus eius filius, quibus victima & incenſum præſtò erant. Rectè tamen dicitur deſiderari Principem, Prophetam, ſacerdotes, ſacrificium; quia nulli pro dignitate & conſuetudine munere ſuo fungi poterant. Rex enim & Magnates ſplendore ſuo & poteſtate priuati: Prophetæ liberè loqui aut cum dignitate nequibant; illis enim neque fides neque honor tribuebatur. Templum exciſum erat, & pauciſſimi ſuperſtites erãt qui legitimè & ſanctè in euerſo templo offerre poſſent, ſicuti in eo viri de Sichem thus obtulerunt Ierem. 41. & alij Eſdræ 1. c. 3. quia tamen rariſſimè & tenuiſſimè offerebatur, abſolutè dicit Azarias neque holocauſtum eſſe, neque ſacrificium, neque locum primitiarum. quapropter loco veri ſacrificij expiatorij ignorantiæ & peccati, quod extra templum aut templi ruinas offerri debebat, in alieno loco pro ſacrificijs lacrymas & cordis contriti cruciamenta offert, rogatque vt vim ſacrificij & holocauſti obtineant.

40 In millibvs agnorvm. Sept. & reliqui codices Græci, *ἐν μυριάσιν*. Μυριὰς autem in Scriptura variè accipitur, ſæpè enim *decem millia* ſignificat, aliquando redditur *mille*, aliquando magnam ſed indefinitam deſignat multitudinem, quomodo hoc loco explicandum videtur. Leuitici 26. v. 8. *centum de vobis decem millia* [perſequentur] Græcè, *μυριάδας*. Genef. 24

verſ.60. *creſcas in mille millia*, χιλιάδων μυριάδων. Numer. 10. v. 36. *Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael*, χιλιάδας μυριάδας. PLACEAT TIBI. Sept. Καὶ ἐκτελέσαι ὄπισθέν σου, *& perficiatur poſt te*. Complut. καὶ ἐκτελέσθαι ὄπισθέν σου. *& impleatur poſt te*. Aldus ſecutus eſt Sept. etiã Baſileenſis, ſed huius Interpres vertit, *& perficietur coram te*. Hæc ratio affertur in Vatabl. Cõmentarijs à R. Stephano deprauatis. *Aſſentior Theodoro Bezæ, qui exiſtimat legẽdum ἔμπροσθέν σου, ante* aut *coram te*. editione Wecheliana nomen Bezæ deletum, ſed habetur, *docto cuidam*. pudebat enim illos impiæ & ſacrilegæ temeritatis, qua contra omnium codicum fidem, antiquam & genuinam lectionem reiectam, & nouam intruſam videbant; ne tamen malam Geneuenſium gratiam inirent, eum doctum appellarunt. Vnde apparet, quæ fides adhibenda ſit Biblijs hæreticorum, quandoquidem illa pro lubitu ſuo fingant atque refingant. In Notis ad editionem Sept. Rom. dicitur, ἐκτελέσαι valere idem quod ἐκτελέσθω, ſicuti in alijs codicibus legitur. credo intelligi de manuſcriptis codicibus: nam typis editi habent aut ἐκτελέσαι, aut ἐκτελέσθαι. Dicendum eſt, Vulgatam Hebraiſmum expreſſiſſe; nam *perficere poſt aliquem*, eſt *alicui obtemperare & placere*. ſicuti patet ex Numer. c. 14 v. 24. vbi in Hebr. legitur de Chaleb, וַיְמַלֵּא אַחֲרָי *vaimalle acharai*, *& impleuit* [ſeu *perfecit*] *poſt me*. i. mihi obtemperauit, atque idcircò placuit. & c. 32. v. 12. כִּי מִלְאוּ אַחֲרֵי יְהוָה *ci milu acharei Iehoua*, *quia impleuerunt poſt Dominum*. Vulgata, *ſi impleuerunt voluntatem meam*. Verum quidem eſt, in Græco eſſe verbum ἀκολουθέω, quod ſignificat *ſequor*; ſed manifeſtum eſt, accipi metaphoricè pro *obtempero*, *perficio voluntatem imperantis*. Itaque Azarias dum orat, *Sic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi*, ſiue καὶ ἐκτελέσει ὄπισθέν σου, *& perficiatur poſt te*; deſiderat ſacrificium ſuum adimpleri ſeu perfici ſecũdùm Dei voluntatẽ & beneplacitum, quemadmodum Deus gratum habuit in templo Ieroſolymitano holocauſtum arietum, & ſacrificium plurimorum agnorum pinguium. Quod ad dictionem ἐκτελέσαι attinet, eam paſſiuè explicari poſſe non exiſtimo, ſed arbitror ſcriptum fuiſſe ἐκτελέσεως, ex quo librarij quidam effinxerunt ἐκτελέσθαι, quòd neſcirent aoriſtum primum Verbi medij paſſiuè ſumi, quod tamen plurimis exemplis conſtare poteſt, & abundè probatur à Budæo in Commentarijs vtriuſque linguæ. Si aliquis velit interpretari ἐκτελέσεως aut ἐκτελέσθαι *offerri*, non reluctabor, quia apud S. Dionyſium τὸν πάνυ μέγαν Areopagitam & ceteros ſanctos Patres in iſta ſignificatione accipi, certum eſt. neque inde aliquid contra meam expoſitionem affertur; quia tum ſenſus erit: *Sic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt offeratur poſt te*. id eſt, ſecundùm voluntatem tuam, ſiue *vt placeat tibi*, quomodo habet Vulgata.

43 ET ERVE NOS. Explico: Perge nos eruere. Scripturæ enim conſuetudo eſt, vna temporis differentia permãſionem & durationem actionis aut rei ſignificare. ſic Pſalmo 1. *Non abijt, non ſtetit, non ſedit*. i. numquã abijt, ſtetit, ſedit. & Ioannis 1. *In principio erat Verbum*. i. ſemper erat. atque Zachariæ 1. *Conuertimini ad me*. i. numquam à me auertimini; anteà enim conuerti cœperant: nam 24. menſis ſexti ingreſſi ſunt & faciebant opus in domo Domini. Vide Riberam noſtrum. Quapropter parum mihi arridet ſententia illa quæ docet, Azariam, cùm adhuc incertus eſſet an ex flammis eripiendus eſſet nec ne, idcircò petere vt à flammis liberetur. quis enim credat, illum in medio flammarum fornacis adeò accenſæ colligatum, potuiſſe ad Deum longam illam confeſſionem ſuam dirigere à verſ. 26. ad v. 49. niſi ab igne illæſus fuiſſet. Dicendum itaque, illum quidem de Dei protectione certum fuiſſe, ſed petere vt eam continuet; atque Deum hacce ſerui ſui fiducia excitatum, Angelũ, qui anteà non apparebat ipſis demonſtraſſe, & vltra conſeruationem ab igne, *ventum roris flantem* addidiſſe, ſicuti habetur v. 50. tum Azariam in gratiarum actionẽ hymnũ cum ſocijs Deo decantaſſe. Hac ſententia admiſſa, nulla erit ordinis verſuum perturbatio quã alij inducunt; cenſent enim poſt verſum 23. collocandum 28. & reliquos ordine ſequentes vſque ad 50. deinde inſerendos v. 24. 25. & poſteà v. 50 ſubijciendum.

44 IN OMNI POTENTIA TVA. Sept. Ἀπὸ πάσης τῆς δυναστείας, *ab omni potentia*. ita Complut. ſed Aldina habet, ἀπὸ πάσης δυνάμεως καὶ δυναστείας. ſic etiam habet Baſileenſis, & tamen Interpres vertit *ab omni potentia*, cùm dicendum fuiſſet *ab omni virtute & potentia*. Aliqui codices addunt cum Vulgata pronomen σου, *tua*, quod etiam reperitur apud S. Hieronymum: & in vtriſque Manuſcriptis Biblijs Moreti: plures tamen codices omittunt, neque retinendum videtur, quia ſermo eſt de potentia aduerſariorum, non de omnipotentia diuina; ſequitur enim: *& robur eorum conteratur*.

45 SVPER ORBEM TERRARVM. Sept. addunt *vniuerſum*. Idem reperitur in ceteris codicibus Græcis, omnes tamen Latini omittunt.

46 NAPHTHA. De naphtha admiranda reperies apud Plinium lib. 2. c. 105. S. Ambroſium lib. de Noë, Ammianum lib. 23. Procopium Goth. lib. 4. Dioſcoridem lib. 1. c. 81. Strabonem lib. 15. S. Hieronymum hoc loco; Tacitum lib. 5. Hiſtor. Plutarchum in Alexand. Cidinum in Deſcript. Conſtantinop. Xiphilinum lib. 35. Ex quibus Auctoribus diſcimus, naphtham eſſe genus fomitis, quod ſecundùm aliquos eſt bitumen liquidum & petroleum, magnam cum igne habens cognationem. Secundùm alios eſt oſſa oliuarum quæ proijciuntur cum amurca areſacta, vnde vetus Vocabul. hos verſus exhibet:

Ignem napta fouet, manatque bituminis inſtar,
Oſſa per hanc olei reparata vocantur amurca.

Beniamin in Itinerario p. 22. edit. Plãtinianæ: *Eodem loco* [Puteolis] *fons ſcaturit, in quo bitumen inuenitur, Petroleum vulgo dictum, quod ex aquis, quibus innatat, collectum ad medicinæ vſus reponitur*. Copiosè circa Babylonem & Suſidem naphthã reperiri, veteres prodiderunt. Poſidonius ſcribit, naphtham candidam & nigrã, geminis fontibus in Babylonio agro emergere: candidã, liquidum appellat ſulphur, ignes ab eo contrahi docet: nigram, quod liquidum appellat bitumẽ, olei vice in lucernis ſubſeruire affirmat. S. Ambr. loco citato exiſtimat dictionem eſſe Græcam, παρὰ τὸ συνάπτειν, inquit, *quod diſiuncta connectat nexuque conſtringat indiſſolubili, vt naturali vnitate ſibi credas conuenire*. Probabilius videtur eſſe origine Chaldaicam נַפְטָא *naphta*, vnde נַפְטָי *naphtai*, *vendens petroleum*. Arabes frequenter eadem dictione vtuntur, pro nitro & puluere tormentario. STVPPA. *Quod proximum* (inquit Plinius lib. 19 c. 1.) *cortici* [lini] *fuit, ſtuppa appellatur, deterioris lini lucernarum fere luminibus aptior*. Originẽ à Græcis habet, à dictione στύφω *ſtipo*, quod foramina & rimæ ſtuppâ ſtiparentur & obturarentur. à Græcis dicitur στυππεῖον, στυππίον, στύππη vel στύπη, ex quo manifeſtè *ſtuppa* deſcendit. Vir quidam doctus exiſtimat, ſtuppam non fuiſſe à pice ſeparatam, quia ob leuitatem ſolitaria conijci & ſpargi nequiret vltra vnius paſſus ſpatium, cùm tamen Virgilius lib. 8. Æneid. canat,

Stuppea flamma manu, teliſque volatile ferrum
Spargitur. ———

Credo equidem in bello iacula & tela ſtuppâ pice illitâ inuoluta fuiſſe, eaque accenſa in hoſtes coniecta: ſed hic, cùm miniſtri vicini eſſent fornaci, & inſtrumentis ferreis ſtuppam, picem, naphtham ei imponere poſſent, nihil eſt cur ſtuppam cum pice coniunctam ex loco diſſito in fornacem coniectam dicatur, quandoquidem ſeparatim ponantur. ET MALLEOLIS. Iſidor. lib. 18. c. 5. *Eſt malleolus nouellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatus ob ſimilitudinem rei, quòd in ea parte qua deciditur, ex veteri ſarmento prominens, vtrumque malleoli ſpeciem præbeat*. itaque ratio nominis eſt, quia capitatus inſtar mallei. De alijs malleolis quorũ in bello vſus erat, vide Feſtum. Nonium c. 18. Vegetium lib. 4. Ammianum l. 23. apud quos ſumuntur pro faſcibus ex quacumque materia quæ facilè ignem concipiat.

hic verò ex dictione Græca κληματὶς patet ſignificare *ſarmenta vitis.* nam κλῆμα eſt *palmes.* & Heſychius: Κληματίδες δὲ τῶν κλημάτων δέσμαι, *faſces palmitum è vite exciſorum.*

47 SVPER FORNACEM. Certum eſt, præpoſitionem *ſuper* interdum idem valere quod *iuxta*, adeò quidam vir doctus cenſet hoc loco *ſuper* ſignificare *circum*: quia alioquin flamma ex fornace erumpens, ſi tantùm ſurſum exiliſſet, & non effuſa fuiſſet in latus, non occidiſſet eos qui iuxta fornacem erant è Chaldæis. Quæ interpretatio etſi noua, probabilitate carere non videtur. Si tamen ignis erumpentis conditionem conſideremus, probabiliùs dicetur, ignem primùm magna vi per os fornacis ab Angelo eiectum, locum ſibi naturalem ſeu ſupernum petiiſſe, & ad cubitos 49. ſupra os fornacis aſcendiſſe; deinde ab aëre repercuſſum ac circa fornacem diffuſum, incendiſſe Chaldæos qui iuxta fornacem conſiſtebant, ſiue vt illam accenderent, ſiue vt perfectiùs tres pueros in eam coniectos intuerentur.

51 TVNC HI TRES, QVASI EX VNO ORE LAVDABANT. Dubitatur num hoc Canticum nunc primùm in fornace compoſitum fuerit ex afflatu Spiritus ſancti, vel certè ab alijs antè compoſitum, ab ipſis in gratiarum actionem decantatum fuerit. Polychronius ad verba quæ inferiùs ſequuntur; *Benedicite omnia opera*, hæc ſcribit: *Sciendum eſt, hunc hymnum non haberi in Hebraicis aut Syriacis libris: fertur autem ex ijs quæ dicta ſunt, à quibuſdam poſtea compoſitum eſſe.* Ille itaque mihi docere videtur, Hymnum illum incerti eſſe Auctoris, & tempore tribus pueris poſteriori, ex verſibus præcedentibus, hoc eſt à verſ. 52. ad 57. pertextum fuiſſe, & ſigillatim magis creaturas ad Dei laudes prouocatas. Quidam ex nuperis Commentatoribus contrarium exiſtimat, nimirum Canticum illud iam antè à Iudæis cantari ſolitum in gratiarum actionibus, ſicut à nobis plerumque fit, dum cantamus illud Auguſtini atque Ambroſij Canticum, *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur.* Probat ſuam ſententiam Primò, quia multa extabant apud Hebræos Cantica, quæ planè iacerent in obliuione, niſi à quibuſdam certis in locis eſſent repetita. Sic Iſaias duo Cantica refert, ſeu vnius Cantici duas partes, c. 5. & c. 27, 2. quæ ab alio fuere compoſita. Idemq; cenſet dici poſſe de Cantico quod c. 12. apud eumdem adfertur. Secundò, quia Iudæi habebant ſolemne & quaſi legitimum Cãticum ad agendas gratias. Probat ex Pſal. 117. vel 136. quos partim Eſdr 1. c. 3, 11. & 2. Paral. 5, 13 cecinerunt Iudæi. Tertiò, quia videntur Iudæi habuiſſe olim alia Cãtica, quæ in agendis gratijs in templo concinerent, quale videtur quod nunc pueri in fornace modulati ſunt quaſi ex vno ore, id eſt iiſdem verbis, iiſdem numeris, eodem concentu, quia illud memoriter tenebant, alioquin miraculum ſine neceſſitate effingendum erit. Adde, illos alios verſus cecinisſe, qui ab Eccleſia in trium puerorum Hymno omittuntur, & quorum aliqui illi tempori atque ſtatui, in quo tunc erat res Iudaica, opportuni non erant; nam fit mentio templi quod tunc euerſum erat. Quartò, quia dicitur *Canticum trium puerorum*, non quòd illud compoſuerint, ſed quia illud cecinerunt & ab illis acceptum Daniel in librum ſuum retulit. Sic canticum dicimus eſſe Iſaiæ, cùm tamen conſtat, priùs ab ipſius patrueli eſſe cantatum: & verba capitis vltimi Prouerbiorum nemo negat eſſe Salomonis quia ab illo conſcripta; cùm tamen præcepta quędam ſint à matre Salomoni tradita, vt titulus ipſe capitis non obſcurè docet. Hæc ſententia multum quidem veriſimilitudinis habere videtur, atque alteri præferenda; tamen quia noua, neque rationes eas adfert, quæ ſententiam communem euertant, non omnino admittendam exiſtimo: ſed credo Hymnum illum compoſitum fuiſſe à tribus pueris in fornace ex afflatu Spiritus ſancti. S. Chryſoſtomus Sermone de Tribus pueris, poſtquam elegantiſſimè oſtendit quomodo ſingula horum puerorum membra, ob peculiares ſingulorum membrorum operâ præſtitas virtutes, ab igne, qui Chaldæos vicinos combuſſit, illæſa perſtiterint, à nobis ſtare videtur, quando dicit: Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀγγελικὸν χορὸν ἀληθῶς συνεστήσαντο, καὶ τὸν Θεὸν ὕμνουν οἱ τρισμακάριοι παῖδες καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν, τήν τε ὑπερκόσμιον, καὶ τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς θεωρουμένην, εἰς ἕνα χορὸν ὑμνῳδίας συνήγαγον. Verto: *Hinc poſtea angelicam choream veriſſimè conſtituerunt, Deumq; beatiſſimi pueri decantarunt, & omnem creaturam, tum eam quæ ſupra mundum ſita eſt, tum eam quæ oculis cernitur, ad vnum chorum decantationis hymni congregarunt.* Quibus ſanè verbis docere videtur, hoc Canticum ab ipſis tribus pueris in ipſa fornace compoſitum fuiſſe. Sed argumentum validius ex ipſamet Scriptura eruitur: nam inferiùs v. 88. *Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino*, &c. quem verſum exponens S. Chryſoſtomus in Sermone nominato, quærit, Cur, quandoquidem hi tres pueri comprehenſi fuerint in ordinibus creaturarum ad Dei laudes per hoc Canticum excitatis, ſiquidem ipſi erant *filij Iſrael*, erant *ſerui Domini*, erant *ſancti & humiles corde*, ſibi ipſis dixerint, *Benedicite Domino.* Reſpondet, cautam fuiſſe, ne ob miraculum quod contigerat, dum illi in medio fornacis adeò accenſæ illæſi ignem conculcarunt, aliqui ex Chaldæis ipſos deos appellare auderẽt, quinimò adorare potiùs quàm ignem, quo ſuperiores euaſerant. Idcirco, inquit, κηρύττουσι τὴν ἑαυτῶν δουλείαν, καὶ ὁμολογοῦσι τὴν προσκύνησιν λέγοντες· Εὐλογεῖτε Ἀνανία, &c. *accuſant ſuam ſeruitutem, & confitentur adorationem; dicentes: Benedicite Anania*, &c. Qui integrum huius ſancti Patris ac Doctoris de tribus pueris Sermonem conſideratu, aduertet illum interpretationem ſuam ex præſente rerum ſtatu, id eſt Chaldęorum idololatria, & trium puerorum fortitudine, ac grati in Deum animi ſignificatione confirmare. Eadem fuit S. Hieronymi & Auguſtini ſententia. Exiſtimo igitur, ex ſola verſuum inter ſe connexione, manifeſtum eſſe, tres pueros in ipſa fornace Hymnum hunc ἐνχαριστικὸν compoſuiſſe; etſi pluribus alijs rationibus idem euinci poſſit, nimirum ex communi Eccleſiæ ſenſu, & Doctorum opinione. Non ibo tamen inficias, hemiſtichia aliqua ex Pſalmis accepta; ſed numquam mihi perſuadebo, alium eſſe Cantici totius Auctorem præter illos tres pueros: quia etſi concedatur, Iudęos quędam habuiſſe Cantica, quæ in Scriptura minimè extant; & quemadmodum plurimæ Proſæ & Sequentię, necnon Hymni in quibuſdam Diœceſibus & particularibus Parochijs leguntur atque concinuntur, quæ in Officio Romano ſeu generali precum ordine ac penſo vel omiſſi vel deleti fuere; ſic etiam crediderim vſitatos fuiſſe apud Iudæos Hymnos aliquos vel ad Deum placandum, vel ad eius beneuolentiam promerendam, vel ad gratias pro beneficio aliquo referendas directos, qui in ſacra Scriptura non reperiuntur. Ita S. Matthæus c. 26, 30. de Chriſti & Apoſtolorum à Cœna ad hortum Oliueti abitu loquens, ait: *Et hymno dicto, exierunt.* vbi alludit ad Hymnum poſt cibum ſumptum cum modulatione pronuntiari ſolitum, ſicuti dictio *Hymnus* indicare videtur. Quis autem ille fuerit Hymnus, dubitatur, neque huius loci eſt eum indagare, neque breuitas mihi propoſita permittit pluribus hanc quæſtionem euentilare, & rationes alterius ſententiæ ſigillatim eneruare: quare paucis expediam, aſſerendo, nulli conſtare, Canticũ, cuius meminit Iſaias c. 5. & 27. non eſſe ipſius, neq; dictiones, *templum, Cherubim*, intelligendas de templo Ieroſolymitano, & non potiùs de cæleſti. Quod ad caput vltimum Prouerbiorum Salomonis attinet, complectitur quidem præcepta matris eius, ſed Salomoni tribuendum; quia dubitatur num per *matrem* accipienda ſit *ſapientia*, quæ erat ei loco matris; an verò ea quę ipſum genuit, & ipſe illa præcepta verbis ſuis digeſſit, atque numeris deuinxit.

52 BENEDICTVS ES DOMINE. Ex Græco εὐλογητὸς patet, *benedictus* non ſignificare idem quod *benedictum fuiſſe*, ſed *dignum eſſe qui benedicatur*: quia verbalia in τος paſſiuè ſine vlla temporis differentia explicanda ſunt;

ſic ὁρατὸς à Cicerone redditur *aſpectabilis*, αἰσθητὸς à Lu-
cretio *ſenſilis*. & in hoc verſu αἰνετὸς *laudabilis* ab In-
terprete noſtro. Itaque *benedictus* idem quod *benedicti-
bilis*; ſicut *inacceſſus* eſt *inacceſſibilis*; *inexhauſtus*, *invi-
ctus*, qui exhauriri, vinci nequit. ET GLORIOSVS. Vni-
uerſi codices Græci omittunt, ſed duo Manuſcripta
Moreti habent, & variæ editiones Latinæ, immò &
S. Hieronymus, retinuerunt, fortaſſis inuenerunt ἔνδο-
ξος, ſicuti in verſu ſequenti eſt ὑπερένδοξος *ſuperglorio-
ſus*. ET LAVDABILE. Græcè, καὶ ὑπεραινετὸν, & *ſuper-
laudabile*.

IN TEMPLO SANCTO GLORIÆ. Græcè, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας 53
δόξης, *in templo ſanctæ gloriæ*. Omnes codices Latini &
Græci eamdem ſeruant lectionem. Parum intereſt: nam
templum ſiue terreſtre ſiue cæleſte ſanctitatem ſuam
deſumit à Dei gloria quæ omnia ſanctificat. Probabi-
lius mihi videtur, ſcriptum fuiſſe in Latinis *ſanctæ*,
quàm in Græcis τῷ ἁγίῳ τῆς δόξης, quia minor eſt muta-
tio, ideoque faciliùs committitur.

ET SEDES SVPER CHERVBIM. Græcè, καθήμενος ἐπὶ τῶν 55
χερουβὶμ, *ſedens ſuper Cherubim*. Exiſtimo hîc ſpectari
non Arcam, vbi Deus ſedere inter alas Cherubim pu-
tabatur; ſed cælum ipſum, vbi Deus equitare ſeu ſede-
re ſuper Cherubim tamquam inferioribus dicitur:
magis enim declarat, Deum abditiſſima quæque intue-
ri, ſi credatur ex ſupremo cælo profundiſſimam abyſ-
ſum perſpicere, quàm ſi ex templo Ieroſolymitano, à
quo abyſſi ſeu ſinus maris profundiſſimi parum di-
ſtabant.

BENEDICITE AQVÆ OMNES, QVÆ SVPER CÆLOS 60
SVNT. Sept. Εὐλογεῖτε ὕδατα καὶ πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ,
Benedicite aquæ & omnia quæ ſuper cælum ſunt. Ceteri
codices, nempe Complut. Reg. Ald. Baſileen. Wechel.
omittunt τὰ, ſicut Latini. parum refert ſiue omittatur
ſiue admittatur, modò ita vertatur, *Benedicite aquæ etiã
omnes quæ ſuper cælum ſunt*. πάντα enim pertinet ad ὕδα-
τα. De aquis ſuper cælos vide Geneſ. c. 1. v. 6.

BENEDICITE OMNES VIRTVTES. Sept. *Benedicat* 61
omnis virtus. Verùm Complut. Ald. Reg. Baſileen.
Wech. legunt cum Vulgata in plurali numero. Eadem
eſt diuerſitas & concordia v. 64. *Benedicite omnis im-
ber*. nam Sept. habent *benedicat*, ceteri *Benedicite*.
S. Chryſoſtomus ſecutus eſt lectionem Septuaginta.

BENEDICITE OMNES SPIRITVS DEI DOMINI. Sept. 65
& alij Græci, etiam S. Chryſoſtomus, omittunt *Dei*.

BENEDICITE RORES ET PRVINA DOMINO, &c. Sept. 68
hunc verſ. omiſerunt, atque etiam Chryſoſtomus: ſed
habetur in Complut. Ald. Reg. Baſileenſ. Wech. No-
ta, apud omnes legi πάχνη, *pruina*.

BENEDICITE GELV. Eadem eſt huius verſus cum 69
præcedenti ratio.

BENEDICAT ISRAEL. Sept. legunt integrum verſum 83
in plurali, etiam S. Chryſoſtomus, Complut. Reg. ſed
Ald. Baſileenſ. Wech. legunt in ſingulari cum Latinis
codicibus.

DOMINI. Omittunt Sept. etiam in ſequenti verſu, 84
ſed puto addendum, quandoquidem S. Chryſoſto-
mus & ceteræ editiones Græcæ habeant.

DE MEDIO ARDENTIS FLAMMÆ. Sept. addunt *forna-* 88
cis, ſic etiam alij codices Græci.

ET. Omittitur à Græcis. 90

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET AIT OPTIMATIBVS SVIS. Ijs nimirum, qui illos 91
accuſarant.

ET SPECIES QVARTI SIMILIS FILIO DEI. Dei filium 92
in veteri Teſtamento apparuiſſe ſæpè Patribus, & ficta
ſpecie ſe ad vera certamina exercuiſſe, multi ex anti-
quis Patribus ſenſerunt, cum Iacobo luctatum, Moyſi
in rubo apparuiſſe. Is ergo quartus cum tribus pueris
apparuit, ideò *ſimilis filio Dei* dicitur. Aut certè ſit An-
gelus aliquis, vt Hieronymus ſentit.

ET CONGREGATI SATRAPÆ. vt miraculum manife- 94
ſtius fieret. Tria autem aut quatuor mirabilia explicat:
Ignem corpora non læſiſſe, Capillos non eſſe aduſtos,
Saraballa. i. braccas aut femoralia mutata non eſſe. i. il-
læſa manſiſſe. Solebant femoralia linea eſſe, quæ veſtis
ignem facilè concipit. ET ODOR IGNIS NON TRANSIS-
SET PER EOS. i. ne ſentiebatur in eis vllus odor ignis.
quo indicat, alias veſtes illæſas etiam prodiſſe.

95 ET ERVMPENS NABVCHODONOSOR, AIT Chald. *re-
ſpondit Nabuchodonoſor*. i. dixit, locutus eſt. BENEDI-
CTVS DEVS EORVM ... QVI MISIT ANGELVM SVVM.
Quem ſimilem filio Dei dixit verſ. 92. nunc *Angelum*
vocat, ſiue quia verè Angelus, ſiue quia Dei filius An-
gelus etiam vocatur. ET ERVIT SERVOS SVOS, QVI
CREDIDERVNT. *qui ſperauerunt*, aut *roborati ſunt in eo*,
vt Chald. eſt. Græc. *confiderunt in eo*. ET VERBVM RE-
GIS IMMVTAVERVNT. i. violarunt Regis mandatum, vt
Dei ſui legem ſeruarent.

96 BLASPHEMIAM qui locutus fuerit contra Deum. Sic
Græcè. Chald. *errorem, ſtultitiam*. DISPEREAT. Chald.
(in) *fruſta fiat*. ET DOMVS EIVS VASTETVR. Græc. *&
domus eorum in direptionem*. ſ. erunt. Chald. *ſit in ſter-
quilinium*. i. euertatur. De quo ſuperiori cap. v. 5. vbi
Hieronymus dixit, *domus veſtræ publicabuntur*. Hîc
vbi idem verbum eſt, ait: *& domus eius vaſtetur*.

97 PROMOVIT SIDRACH. Sic Græc. i. in priſtinam di-
gnitatem reſtituit tres illos, aut ad maiores honores
euexit. Chald. *proſperare fecit*, magnificauit.

98 NABVCHODONOSOR REX. Non videntur hæc verba
cohærere cum ſuperioribus, ſed ſupplendum eſt ali-
quid, vt: Hæc epiſtola miſſa eſt. Nabuchodonoſor Rex.

99 SIGNA, ET MIRABILIA FECIT. Chald. & Græc. *quæ
fecit*. PLACVIT ERGO. Chald. *rectum coram me*. PRÆ-
DICARE, ſeu *narrare*, *indicare*. Græc. *Placuit coram me
commemorare*.

100 SIGNA EIVS. Sic Chald. MIRABILIA EIVS, QVIA
FORTIA. i. quia eius fortitudinẽ & potentiam teſtãtur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 EREXERAT. ſ. vt in ea ipſe adoraretur, ſecundùm
Hieronymum. Vide inf.

7 OMNES. ſ. qui aderant.

9 IN ÆTERNVM. i. diutiſſimè.

14 ET STATVAM. Hinc apparet, ſe etiam voluiſſe adora-
ri in ſtatua. Vide tamen infrà.

16 RESPONDERE. ſ. verbis. q. d. opere ipſo reſpondebi-
mus. ſ. conſtantia fidei noſtræ; vel, Deus pro nobis re-
ſpondebit.

18 DEOS TVOS. Hîc potiùs indicatur ſtatuam fuiſſe ido-
li Belis. vide Hieron. Habac. 1. qui ita videtur ſentire.
vbi tamen etiam dicit fuiſſe ipſius Nabuchodonoſor
volentis adorari. ſ. ſolet diuerſas referre ſententias in
ſuis Commentarijs.

21 BRACCIS. Græc. *ſarabalis*. Vox eſt Chaldæa. ſignifi-
cans, ſecundùm Hieron. & *crura*, & *braccas*. Hiſpani-
cè, *ſaraguellas*. TIARIS. Pilei genus eſt, quo Perſæ &
Chaldæi vtuntur, ſecundùm Hieronymum.

27 VERA. i. perfecta.

28 VERA. i. iuſta. IVXTA OMNIA. i. in omnibus. IN
VERITATE, ET IN IVDICIO. i. iuſto iudicio.

29 PECCAVIMVS. Loquitur in perſona populi ſecun-
dùm Hieronymum.

32 VLTRA OMNEM TERRAM. i. omnium Regum terræ;
vel, in omni terra.

33 CONFVSIO. ſ. pudet illos noſtri. OPPROBRIVM.
ſ. exprobrantur eis noſtra peccata.

34 TRADAS. ſ. gentibus, vel calamitati. IN PERPETVVM.
Græc. *in finem*, quod Hebraica phraſi idem ſignificat.
TESTAMENTVM. i. pactum.

37 HVMILES. i. abiecti.

38 PRIMITIARVM. ſ. offerendarum.

44 OSTENDVNT, &c. i. affligunt ſeruos tuos. IN OM-
NI POTENTIA. i. per omnipotentiam.

46 NAPHTHA, genus eſt fomitis, *ignis* ſecundùm Hie-
ron. ſed cuiuſmodi ſit, non explicat. Alij bituminis
genus aiunt, quod flammam mirè corripiat. MALLEO-
LIS. i. ſarmentis.

50 RORIS. pro, roſcidum.

52 GLORIÆ. i. glorioſum.

88 INFERNO. i. ſepulchro, ſ. à morte.

RELIGIOSI. i. Dei cultores. 90
FILIO DEI. i. Angelo. 92
SARABALA. i. braccæ. 94
VERBVM. i. præceptum. IMMVTAVERVNT. ſ. aliter 95
facientes quàm volebat. OMNEM. i. vllum.
VASTETVR. Græc. *diripiatur.* 96
PROMOVIT. i. reſtituit in priſtinam dignitatem. 97
NABVCHODONOSOR, &c. Pertinent hæc ad cap. ſe- 98
quens. MVLTIPLICETVR. i. augeatur.
SIGNA. ſ. digna quæ prædicentur. 99
FORTIA. i. ex maxima virtute profecta. IN GENERA- 100
TIONEM, &c. i. perpetua.

CAPVT IV.

Somnium regis Nabuchodonoſor de excelſa arbore præciſa ſolus Daniel interpretatur, quod ipſe Regno pulſus ad ſeptem annos cum beſtijs ageret: hortatur igitur vt eleemoſynis ſua redimat peccata: ſed completur nihilominus ſomnium propter illius ſuperbiam, donec Deum cæli recognoſcit; & tunc in ſuum Regnum reſtituitur.

EGo Nabuchodonoſor quietus eram in do- 1
mo mea, & florens in palatio meo: * ſom- 2
nium vidi, quod perterruit me: & cogitationes A
meæ in ſtrato meo, & viſiones capitis mei, con-
turbauerunt me. * Et per me propoſitum eſt de- 3
cretum vt introducerentur in conſpectu meo
cuncti ſapientes Babylonis, & vt ſolutionem
ſomnij indicarent mihi. * Tunc ingrediebantur 4
arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices, & ſomnium
narraui in conſpectu eorum: & ſolutionem eius
non indicauerunt mihi: * donec collega ingreſ- 5
ſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen
Baltaſſar ſecundùm nomen Dei mei, qui habet
ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: &
ſomnium coram ipſo locutus ſum. * Baltaſſar 6
princeps ariolorum, quoniam ego ſcio quòd ſpi-
ritum ſanctorum deorum habeas in te, & omne
ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones
ſomniorum meorum, quas vidi, & ſolutionem
earum narra. * Viſio capitis mei in cubili meo: 7
Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & alti- B
tudo eius nimia. * Magna arbor, & fortis: & 8
proceritas eius contingens cælum: aſpectus illius
erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. * Folia 9
eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & eſca
vniuerſorum in ea. ſubter eam habitabant ani-
malia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur
volucres cæli: & ex ea veſcebatur omnis caro.
* Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum 10
meum, & ecce vigil & ſanctus de cælo deſcen-
dit. * Clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arbo- 11
rem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius,
& diſpergite fructus eius: fugiant beſtiæ quæ
ſubter eam ſunt, & volucres de ramis eius. * Ve- 12
rumtamen germen radicum eius in terra ſinite,
& alligetur vinculo ferreo & æreo, in herbis
quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur, & cum feris
pars eius in herba terræ. * Cor eius ab humano 13
commutetur, & cor feræ detur ei: & ſeptem C
tempora mutentur ſuper eum. * In ſententia vi- 14
gilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum, & pe-
titio: donec cognoſcant viuentes, quoniam do-
minatur Excelſus in regno hominum; & cui-
cumque voluerit, dabit illud, & humillimum
hominem conſtituet ſuper eum. * Hoc ſomnium 15
vidi ego Nabuchodonoſor rex: tu ergo Baltaſſar
interpretationem narra feſtinus: quia omnes
ſapientes regni mei non queunt ſolutionem edi-
cere mihi: tu autem potes, quia ſpiritus deorum
16 ſanctorum in te eſt. * Tunc Daniel, cuius nomen
Baltaſſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus co-
gitare quaſi vna hora: & cogitationes eius con-
turbabant eum. Reſpondens autem rex ait:
Baltaſſar, ſomnium & interpretatio eius non
conturbent te. Reſpondit Baltaſſar, & dixit:
Domine mi, ſomnium his qui te oderunt, & in-
17 terpretatio eius hoſtibus tuis ſit. * Arborē quam
vidiſti ſublimem atque robuſtam, cuius altitu-
D do pertingit ad cælum, & aſpectus illius in om-
18 nem terram: * & rami eius pulcherrimi, & fru-
ctus eius nimius, & eſca omnium in ea, ſubter
eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis eius
19 commorantes aues cæli: * Tu es rex, qui magni-
ficatus es, & inualuiſti: & magnitudo tua creuit,
& peruenit vſque ad cælum, & poteſtas tua in
20 terminos vniuerſæ terræ. * Quòd autem vidit
rex vigilem & ſanctum deſcendere de cælo, &
dicere: Succidite arborem, & diſſipate illam, at-
tamen germen radicum eius in terra dimittite,
& vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore
cæli cōſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius,
donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum:
21 * Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ
E peruenit ſuper dominum meum regem: * Eii-
22 cient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſque
erit habitatio tua, & [n] fœnum vt bos comedes, [n] Infr. v. 30.
& rore cæli infundēris: ſeptem quoque tempora f 22
mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd domi-
netur Excelſus ſuper regnum hominum, & cui-
23 cumque voluerit, det illud. * Quòd autem præ-
cepit vt relinqueretur germen radicum eius, id
eſt arboris: regnum tuum tibi manebit, poſtquā
24 cognoueris poteſtatem eſſe cæleſtem. * Quam
ob rem rex conſilium meum placeat tibi, [n] & [n] Eccl. 3.
peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates d. 33
tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet
25 delictis tuis. * Omnia hæc venerunt ſuper Na-
26 buchodonoſor regem. * Poſt finem menſium
duodecim, in aula Babylonis deambulabat.
27 * Reſponditq; rex, & ait: Nónne hæc eſt Baby-
F lon magna, quam ego ædificaui in domū regni,
in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris
28 mei? * Cumq; ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox
de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex:
29 Regnum tuum tranſibit à te, * & ab hominibus
eiicient te, & cū beſtijs & feris erit habitatio tua:
fœnum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora
mutabūtur ſuper te, donec ſcias quòd domine-
tur Excelſus in regno hominum, & cuicumque
30 voluerit, det illud. * Eadem hora ſermo cōpletus
eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus
abiectus eſt, & fœnū vt bos comēdit, & rore cæ-
li corpus eius infectum eſt: donec capilli eius in
ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues
31 eius quaſi auium. * Igitur poſt finem dierum, ego
Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum le-
G uaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & Altiſ-
ſimo benedixi, & viuentem in ſempiternū lau-
daui, & glorificaui: [n] quia poteſtas eius poteſtas [n] Sup. 3.
ſempiterna, & regnum eius in generationem & g. 100
32 generationē. * Et omnes habitatores terræ apud
eum in nihilum reputati ſunt: iuxta voluntatem
enim ſuam facit tam in virtutibus cæli quàm in
habitatoribus terræ: & non eſt qui reſiſtat ma-

nui eius,& dicat ei: Quare feciſti? *In ipſo tem- 33
pore ſenſus meus reuerſus eſt ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni: & figura mea reuerſa eſt ad me: & optimates mei, & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutus ſum: & magnificentia amplior
addita eſt mihi. *Nunc igitur ego Nabuchodo- 34
noſor laudo, & magnifico, & glorifico regem cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradiẽtes in ſuperbia poteſt humiliare.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ALiud ſomnium Nabuchodonoſoris, quod ſolus Daniel interpretatur.

EGO NABVCHODONOSOR. Ex abrupto incipit, neque 1
ſuo Daniel, ſed Regis nomine hiſtoriam refert. Nimirum varijs temporibus Daniel hæc vaticinia ſcripſit, vt res ſe dabant, neque ſuo nomine omnia. Qui ea in vnum volumen contulit, ea reliquit vt inuenit, neque ſatis ordinem temporum ſeruauit, quo ſingula contigerunt. QVIETVS ERAM IN DOMO, ſeu *pacificus*, cùm bonis omnibus abundarem. q.d. non ex moleſtia aliqua, aut atra bile hoc triſte ſomnium venit; omnia domi erant quieta & læta ad votum fiebant.

ET VISIONES CAPITIS MEI. In capite ſunt cogitatiua 2
& imaginatiua, vbi ſomnia formãtur. Porrò *viſiones* & *cogitationes* numero multitudinis ait, quia in vno ſomnio multa vidit.

ARIOLI, MAGI. De his vocibus c.1.v.20. ARVSPI- 4
CES. De hac voce cap.2.verſ.27. Ergo arioli ſomnium non ſunt interpretati.

DONEC COLLEGA. Sic Aquila, Symmachus, Theo- 5
dotion, vt ait Hieronymus. Chald. *& donec poſtremò venit coram me Daniel.* ſed coniunctio *&* redundat, & Græcè eſt detracta. Tum pro *ahoren.* i. *poſtremo*, vt nunc eſt, Hieronymus & alij legerunt *aboden.* i. *ſocius*, ab עבד *abad.* i. *venire.* BALTASSAR SECVNDVM NOMEN DEI MEI. Id nomen *Baltaſſar*, *Beli theſaurum* ſignificat. Bel autem Chaldæorum Deus erat. QVI HABET SPIRITVM DEORVM SANCTORVM. Multos eſſe credebat deos, Danielis ſapientiam humana maiorem.

BALTASSAR PRINCEPS ARIOLORVM. Ex hoc loco 6
videtur, vocem חרטמיא *hortamuia* non ita propriè ſignificare *praſtigiatores*, neque *incantatores*, neque *ariolos.* quæ enim laus eſſet, inter eos tenere primum locum? Sed *vates*, aut *aſtrologos.* Ita *ariolos* ſume pro *aſtrologis.*

VISIO. Chald. *viſiones.* ſ. hæ fuerunt. IN MEDIO TER- 7
RÆ. i. in medio agri, aut in medio orbis, vt indicet, ſe orbis Dominum eſſe. Quod fuit ſomnium?

MAGNA ARBOR, ET FORTIS. Vt ilex, aut quercus, aut 8
robur, ſic dicta à robore. ASPECTVS ILLIVS. Græcè *latitudo eius.* Chald. *rami illius.* ſic Hebr. ſignificat autem Imperium illud ad cælum pertingere, latitudinem ad fines terræ. Hyperbole.

FOLIA EIVS. Sic Græc. non *rami.* ET ESCA VNIVER- 9
SORVM. i. hominum & beſtiarum. Ex huius Imperij opibus omnes viuunt. HABITABANT. Chald. *inumbrantur omnes beſtiæ agri ſub ea.* CONVERSABANTVR VOLVCRES CÆLI. Chald. *habitabant.* VESCEBATVR OMNIS CARO. Homines, iumenta, aues ex ea arbore veſcebantur.

VIDEBAM IN VISIONE. Chald. *in viſionibus capitis* 10
mei. VIGIL. Sic Angelus vocatur, quia ſemper vigilat, nunquam dormit, & quia vigilat & cuſtodit nos, vt vigiliæ vrbem.

CLAMAVIT FORTITER, in virtute, vehementer. 11
Quid clamauit? *Succidite arborem.* FVGIANT BESTIÆ, ſeu *vagentur*, deſcendant ab arbore aues.

GERMEN RADICVM EIVS IN TERRA SINITE. Sic 12
Græc. at Chald. *radicem radicum eius.* i. vnam è radicibus, vt ſ. arbor reſtitui poſſit. Ea radix ipſe Nabuchodonoſor eſt. ET ALLIGETVR VINCVLO. i. fortiter & decreto ſtabili, quod non mutabitur. IN HERBIS QVÆ FORIS SVNT. Chald. *in fœno agri.* i. in agro fœni. Conſtructio inuerſa. ET CVM FERIS PARS EIVS. i. cibus eius ſit cum beſtijs. IN HERBA TERRÆ Chald. *in fœno terræ.* i. fœno paſcatur.

13 COR EIVS AB HVMANO COMMVTETVR, fiat inſanus,
& quaſi beſtia. ET SEPTEM TEMPORA. Septem anni. *Tempus* pro anno, vt c.12.v.7. MVTENTVR. i. tranſeant: Hebr. Schol.

14 IN SENTENTIA VIGILVM. i. Angelorum. Quod An-
geli annuntiant, decretum Dei eſt. ET SERMO SANCTORVM, ET PETITIO. Chald *& in ſermone ſanctorum petitio.* i. quod ſancti Angeli loquuntur, petitio eſt, quia ipſi vindictam contra prauos petunt. DONEC COGNOSCANT VIVENTES. Græc. *vt cognoſcant viuentes.* i. homines, ſic etiam Chald. Quid cognoſcant? Deo ſubijci hominum Regna.

15 FESTINVS. i. citò, quamprimùm explica ſomnium.
Hæc vox Chaldaice non eſt, neque Græcè. i. *feſtinus*, & ſine ea ſententia conſtat.

16 COEPIT INTRA SEMETIPSVM TACITVS COGITARE.
Chald. *obſtupuit* quaſi hora vna Daniel. Deinde ait: Arborem quam vidiſti

17 SVBLIMEM. Chald. *magnam.* Græc. *magnificam.* ET
ASPECTVS ILLIVS. Græcè, *latitudo eius.* Chald. *rami eius.* In omnem terram. ſ. extendebantur. Quod audiſti:

10 CVM FERIS SIT PABVLVM EIVS. Chald. *cum beſtijs*
agri pars eius. Sed benè per *partem* pabulum, ſeu cibum intelligimus.

21 HÆC EST INTERPRETATIO, &c. Chald. *Hæc inter-*
pretatio, ò Rex, & decretum Altiſſimi, quod venit ſuper dominum meum Regem. i. ad te pertinet, de te loquitur decretum illud.

23 VT RELINQVERETVR GERMEN RADICVM EIVS, ID
EST ARBORIS. Chald. *rad cum eius arboris.* POTESTATEM ESSE CÆLESTEM. Chald. *poſtquam cognoueris quod dominentur cæli, regnum tibi manebit.*

24 PECCATA TVA ELEEMOSYNIS REDIME. Sic Græc.
Chald. *peccata tua iuſtitia redime.* Sed *iuſtitia* pro *eleemoſyna* ſæpè ſumitur. Matth.6.v.1. vbi nos: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Græcè, *ne eleemoſynam veſtram.* Sanè hic agi de eleemoſyna, proxima verba declarant. ET INIQVITATES TVAS MISERICORDIIS PAVPERVM. i. benignitate in illos. FORSITAN IGNOSCET. Chaldaica bifariàm verti poſſunt. *Forte erit ſanitas delicto tuo.* aut ſic: *Forte erit elongatio pacis tuæ* Sed omnia eòdem redeunt. ארכה *Archah* & *ſanitatem* & *elongationem* ſignificare poteſt. Quid Rex?

27 NONNE HÆC EST BABYLON MAGNA, QVAM EGO
ÆDIFICAVI? muniui, ornaui, amplificaui. De quo Ioſephus lib.10.cap.11. IN DOMVM REGNI, vt eſſet Regum ſedes & Regni. IN ROBORE FORTITVDINIS MEI. pro, *in robore manuum mearum*, Hebr.

28 TIBI DICITVR. Chald. *vox ruit de cælo tibi dicentium*
(ſ. Angelorum:) *O Nabuchodonoſor, Regnum receſſit à te.*

30 ET EX HOMINIBVS ABIECTVS EST. Emota mente aut
ipſe in ſiluas fugit, aut à ſuis eiectus eſt, quòd Regem inſanum non ferrent. FOENVM VT BOS. In ea inſania herbis victitauit. CORPVS EIVS INFECTVM EST, *tinctum*, vt verſ.12. aut *conſperſum eſt rore*, vt v.20. quibus locis idem verbum Chald. ponitur יצטבע *iſtabah*, hoc eſt, *ſub dio vixit*, vt ſolent feræ. CAPILLI EIVS IN SIMILITVDINEM AQVILARVM. Chald. *capillus eius vt aquilarum* (alæ ſ.) *creuit.* ET VNGVES EIVS QVASI AVIVM, rapacium ſ. In eo ſtatu ſeptem temporibus, id eſt, annis durauit, vt verſ.13. eſt dictum.

31 POST FINEM DIERVM. Aliquãdo, poſt longum tem-
pus. OCVLOS MEOS AD CÆLVM LEVAVI, ſibi redditus erat. Sic ait: ET SENSVS MEVS REDDITVS EST MIHI. amentia depoſita.

32 IN VIRTVTIBVS CÆLI. Chald. *in exercitu cæli.* ſ. fecit
Deus quod voluit; nam partem deturbauit inde. ET NON EST QVI RESISTAT MANVI EIVS. Sic Græc.

Chald. *non eſt qui percutiat manum eius.* Dicat ei, qvare fecisti? Chald. *quid feciſti?* Quid mirum, ſi me deiecit?

33 Sensvs mevs reversvs est. Græc. *mens mea.* Chald. *cognitio mea.* Perveni ad Regnum. Vox *perueni* non eſt Chald ſed benè ſuppletur, aut *perueni*, aut *reuerſus ſum*, ex verbo quod proximè præceſſit. Et figvra mea. Chald. *ſplendor meus*, color, pulchritudo; neque enim in beſtiæ formam mutatus erat, vt quidam putarunt. Optimates, quem ob amentiam expulerant, reſtitutum quærunt, & in Regnum reponunt.

34 Viæ eivs. ſ. Dei, rectæ ſunt Goth. *via eius.* Sic puto vocem Chald. ארחתה *orchathe* eſſe in ſingulari. Ivdicia. i. iuſta eſt eius via, opera, ratio agendi. Huius hiſtoriæ nulla mentio apud profanos Scriptores extat, quæ tamen nobiliſſima fuit. Verùm de Chaldæis pauciſſima habemus; & multi libri temporis iniuria haud dubium perierunt. In Luciano Dialogo Charon, ſeu Contemplantes, inuenio Cambyſem Cyri filium poſt multa præpoſterè facta, in Libya & Æthiopia occiſo Api inſanum factum obijſſe. An hic fuit Nabuchodoſor? aut quod vni accidit, in alterum fama tranſtulit?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Qvietvs. Græc. *abundans.* ſ. proſperè agens. Palatio. Græc. *throno.*

3 Solvtionem. i. interpretationem.

5 Collega. i. particeps Imperij. Chald. *tandem.* Græc. nihil eſt eius loco. Hieron. tamen ait, Aquilam, Symm. & Theodot. *collegã* vertiſſe. Secvndvm nomen, &c. dicebatur enim *Baltaſar*, ſeu *Beltſaſar*, vt Chald. à *Bal*, ſeu *Bel* deo Babyloniorum & Sidoniorum, qui in Scriptura dicitur *Baal.* Deorvm sanctorvm. Græc. *Dei ſanctum.* ſic & infrà.

6 Princeps. ſ. Rex eum præpoſuerat incantatoribus. Impossibile ſ. explicare.

7 Visio. ſ. talis erat.

8 Aspectvs. i. videbatur protendi. Græc. *latitudo.*

9 Nimivs. i. copioſus. Vniversorvm. ſ. animantium. vide inf. Bestiæ. i. feræ. Caro. i. homo.

10 Vigil. i. Angelus. ſ. vigilant ſemper Angeli. Et sanctvs. Explicatio præcedentis.

11 Germen. i. ſtirpem. Foris. ſ. in agro. ſ. verſetur. Rore, &c. q. d. ſub dio agat. Pars. i. victus inf. vertit *pabulum.*

13 Cor feræ, &c. q. d. fiat amens. Tempora. i. anni.

14 Decretvm. ſ. Deo iubente. Sanctorvm. ſ. Angelorum. Et petitio. q. d. Sancti id petierunt à Deo, vt fieret. Græc. *interrogatio.* Vide hinc an 1. Pet. 3. *interrogatio* poſſit intelligi *petitio.* Excelsvs. i. Deus.

16 Somnivm his. q. d. tale quid accidat his.

19 Vsqve ad cælvm. i. altiſſimè. Vniversæ. Hyperbole.

20 Pabvlvm. Chald. & Græc *pars.*

21 Svper i. contra.

22 Ferisqve. pro, feris. Græc. *agreſtibus.* ſic inf. Not. quòd ex amentia putabat ſe feram, eoque cum feris habitabat. Foenvm. i. herbas.

23 Cælestem. i. Dei in cælo habitantis.

24 Peccata. i. punitionem peccatorum. Eleemosynis. Chald. *iuſtitia.* ſ. ſumitur pro eleemoſyna, vt Matth. 6. Ignoscet, &c. q. d. mitiùs tecum aget. Chald. *prolongabitur pax tua.* i. proſperitas.

26 Dvodecim. ſ. à ſomnio. fortè ob eleemoſynas tamdiu dilata punitio.

27 Respondit qve. pro, locutus eſt. Gloria decoris mei. Græc. *honorem gloriæ meæ.*

28 Rvit. i. delapſa eſt. Græc. *facta eſt.*

30 Capilli. pro, pili. Aqvilarvm. Græc. *leonum* Hyperbole eſt. quaſi dicat, totus repletus eſt oblongo pilo.

31 Dierum. ſ. à Deo præſcriptorum. Sensvs. id eſt, mens.

32 In nihilvm. Græc. *quaſi nihil.* Virtvtibvs. Græc. *virtute.* i. exercitu. ſ. Angelis, ſeu ſtellis. Resistat, &c. Chald. *percutiat manum eius.* Qvare fecisti. q. d. nemo poteſt impedire.

33 Perveni. id eſt redij. Figvra. Græc. *forma.* ſ. erat anteà deformis. Magnificentia. id eſt, maieſtas.

34 Vera. i. perfecta. Ivdicia. i. iuſtæ.

CAPVT V.

Poſtquam Baltaſſar in conuiuio bibit cum ſuis, ex vaſis templi Domini, laudando idola ſua, vidit digitos in pariete ſcribentes: quam ſcripturam ſolus Daniel legere potuit & interpretari, nempe quod quia ſecutus ipſum Nabuchodonoſor eleuauerat cor ſuum contra Deum laudans idola, ſimiliter auferetur ei Regnum: honorato igitur Daniele, ac Rege ea nocte interempto, ſucceſſit Darius Medus.

1 BAltaſſar rex fecit grande conuiuium opti-
A matibus ſuis mille: & vnuſquiſque ſecun-
2 dum ſuam bibebat ætatem. * Præcepit ergo
iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea &
argentea, quæ aſportauerat Nabuchodono-
ſor pater eius de templo, quod fuit in Ieru-
ſalem, vt biberent in eis rex & optimates
3 eius, vxoreſque eius, & concubinæ. * Tunc
allata ſunt vaſa aurea, & argentea, quæ aſpor-
tauerat de templo, quod fuerat in Ieruſalem:
& biberunt in eis rex & optimates eius, vxo-
4 res & concubinæ illius. * Bibebant vinum, &
laudabant deos ſuos aureos, & argenteos,
5 æreos, ferreos, ligneoſque & lapideos. * In
eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus
hominis ſcribentis contra candelabrum in ſu-
B perficie parietis aulæ regiæ: & rex aſpiciebat ar-
6 ticulos manus ſcribentis. * Tunc facies regis
commutata eſt, & cogitationes eius contur-
babant eum: & compages renum eius ſolueban-
tur, & genua eius ad ſeinuicem collidebantur.
7 * Exclamauit itaque rex fortiter, vt introdu-
cerent magos, Chaldæos, & aruſpices. Et
proloquens rex ait ſapientibus Babylonis: Qui-
cumque legerit ſcripturam hanc, & interpre-
tationem eius manifeſtam mihi fecerit, purpu-
ra veſtietur, & torquem auream habebit in
8 collo, & tertius in regno meo erit. * Tunc in-
greſſi omnes ſapientes regis, non potuerunt
nec ſcripturam legere, nec interpretationem
9 indicare regi. * Vnde rex Baltaſſar ſatis contur-
batus eſt, & vultus illius immutatus eſt: ſed &
10 optimates eius turbabantur. * Regina autem,
C pro re quæ acciderat regi, & optimatibus eius,
domum conuiuij ingreſſa eſt: & proloquens ait:
Rex in æternum viue: non te conturbent co-
gitationes tuæ, neque facies tua immutetur.
11 * Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum deorum ſan-
ctorum habet in ſe: & in diebus patris tui ſcien-
tia & ſapientia inuentæ ſunt in eo: nam & rex
Nabuchodonoſor pater tuus, principem ma-
gorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruſpi-
cum conſtituit eum, pater, inquam, tuus, ô
12 rex: * quia ſpiritus amplior, & prudentia, in-
telligentiaque & interpretatio ſomniorum, &
oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum, in-
uentæ ſunt in eo, hoc eſt in Daniele: cui
rex poſuit nomen Baltaſſar. nunc itaque Da-
niel vocetur, & interpretationem narrabit.

13 * Igitur introductus eſt Daniel coram rege. Ad
quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis ca-
D ptiuitatis Iudæ, quem adduxit pater meus rex
14 de Iudæa? * Audiui de te, quoniam ſpiritũ deo-
rum habeas: & ſcientia intelligentiaque ac ſa-
15 pientia ampliores inuentæ ſunt in te. * Et nunc
introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes ma-
gi, vt ſcripturam hanc legerent, & interpreta-
tionem eius indicarent mihi: & nequiuerunt
16 ſenſum huius ſermonis edicere. * Porrò ego au-
diui de te, quòd poſſis obſcura interpretari, & li-
gata diſſoluere: ſi ergo vales ſcripturam legere,
& interpretationem eius indicare mihi, purpu-
ra veſtieris, & torquem auream circa collum
tuum habebis, & tertius in regno meo princeps
17 eris. * Ad quæ reſpondens Daniel, ait coram re-
E ge: Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ al-
teri da: ſcripturam autem legam tibi, rex, & in-
18 terpretationem eius oſtendam tibi. * O rex,
Deus Altiſſimus, regnum & magnificentiam,
gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor
19 patri tuo. * Et propter magnificentiam quam
dederat ei, vniuerſi populi, tribus, & linguæ, tre-
mebant & metuebant eum: quos volebat, in-
terficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos
volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat.
20 * Quando autem eleuatum eſt cor eius, & ſpiri-
tus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſi-
tus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt:
21 *ⁿ & à filiis hominum eiectus eſt, ſed & cor eius (ⁿ Supr. 4. 6.21)
cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat
F habitatio eius: fœnum quoque vt bos comede-
bat, & rore cæli corpus eius infectum eſt, donec
cognoſceret quòd poteſtatem haberet Altiſſi-
mus in regno hominum: & quemcumque vo-
22 luerit, ſuſcitabit ſuper illud. * Tu quoque filius
eius Baltaſſar, non humiliaſti cor tuum, cùm
23 ſcires hæc omnia: * ſed aduerſum Dominato-
rem cæli eleuatus es: & vaſa domus eius allata
ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & vxores
tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis:
deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, fer-
reos, ligneoſque & lapideos, qui non vident,
neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porrò
Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, &
24 omnes vias tuas, non glorificaſti. * Idcircò ab
eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hoc,
25 quod exaratum eſt. * Hæc eſt autem ſcriptura,
G quæ digeſta eſt: MANE, THECEL, PHARES. * Et
26 hæc eſt interpretatio ſermonis. MANE: nume-
rauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.
27 * THECEL: appenſus es in ſtatera, & inuentus es
28 minus habens. * PHARES: diuiſum eſt regnum
29 tuum, & datum eſt Medis & Perſis. * Tunc iu-
bente rege indutus eſt Daniel purpura, & cir-
cumdata eſt torques aurea collo eius: & prædi-
catum eſt de eo quòd haberet poteſtatem ter-
30 tius in regno ſuo. * Eadem nocte interfectus eſt
31 Baltaſſar rex Chaldæus. * Et Darius Medus ſuc-
ceſſit in regnum annos natus ſexagintaduos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

BAltaſſar vaſa Ieroſolymitani templi profanat, Regnoque deijcitur.

1 BALTASAR. Sic Græc. Chald. *Balſaſar*, eodem modo v. 22. Hic aut Nabuchodonoſoris filius fuit, vt hoc cap. dici videtur v. 2. 11. 12. & 13. Hieronymus nepotem putat ex filio Euilmerodach, de quo lib. 4 Reg. 25. verſ. 27. Ioſephus lib. 10. cap. 12. poſt Nabuchodonoſorem, & Euilmerodach eius filium, numerat Niglisar nepotem, Laboſardach pronepotem Nabuchodonoſoris, ac demum abnepotem Baltaſſar. Alij aliter docent. Sed hæ præcipuæ opiniones, è quibus lector eligat quam voluerit. Nec moueat quòd Daniel Nabuchodonoſorem Baltaſſaris patrem dicat; nam maiores ſæpè patres vocantur. De conuiuij cauſa non oportet laborare. Obſeſſa vrbe à Cyro, & periculo proxima, quotidie ſe funereis epulis inuitaſſe puto. Sed poſtremi conuiuij fit mētio, propter vaſa profanata, & vrbis excidium. FECIT GRANDE CONVIVIVM OPTIMATIBVS SVIS MILLE. Græc. *optimatibus viris chiliarchis*. id eſt, mille militum præfectis. ET VNVSQVISQVE SECVNDVM SVAM BIBEBAT ÆTATEM. *Bibebat*. i. diſcumbebat. Iuniores maioribus loco cedebant, neque alia dignitatis ratio habebatur. Chald. *& coram mille vinum bibens*, pro, bibebat. ſ. Rex vnus ex diſcumbentibus erat. Placet tamen Græca diſtinctio, *& coram mille vinum* i. vini affatim ſuppetebat omnibus; & per *vinum* epulas etiam intelligo. Sequitur Græcè, *bibens Baltaſſar*, id eſt, cùm bibiſſet, cùm temulentus eſſet.

2 PRÆCIPIT ERGO IAM TEMVLENTVS. Chald. *Baltaſſar dixit in guſtu vini*, ſine *ergo*. Sic Græc. Hoc eſt, cùm vino hilarior eſſet. VT AFFERRENTVR VASA; ita præcepit. VT BIBERENT. Chald. *& biberunt*, ſeu *& bibant Rex & optimates*. ſic Græcè. Sed benè Hieronymus *&* ſumpſit pro *vt*: nondum enim vaſa erant allata. Ergo mandauit afferri, vt in eis biberent. Nabuchodonoſor ea vaſa non eſt auſus violare, ſed in templo Dei ſui illa depoſuit.

3 VASA AVREA, ET ARGENTEA. Sic Græc. & Chald. *vaſa aurea* tantùm eſt, vt & in Vulgata Regia.

4 ET LAVDABANT DEOS SVOS, quod ſ. tot illis victorias dediſſent & ſpolia. Vinum exhilarat, & prorumpit in iubilum.

5 APPARVERVNT DIGITI. Græc. & Chald. *exierunt*. IN SVPERFICIE PARIETIS AVLÆ REGIÆ. Chald. *ſuper calce*, ſeu *tectorio conclauis regij*. ſ. vbi Rex epulabatur. REX ASPICIEBAT ARTICVLOS MANVS. Chald. *palmam*, ſeu *volam manus*, quæ ſcribebat.

6 FACIES REGIS, ſeu *ſplendor*, color immutatus eſt. In metu id fit. ET COMPAGES RENVM. Chald. *ligamina lumbi eius*. i. nerui lumborum ſoluebantur, & genua collidebantur. Ingens metus.

7 MAGOS, CHALDÆOS, ET ARVSPICES iuſſit Rex introduci. De his vocibus ſuperiùs. QVICVMQVE LEGERIT SCRIPTVRAM HANC. Non fuit imaginaria ſcriptura, ſed vera & permanens. PVRPVRA VESTIETVR. Regij ornatus ij erant. IN COLLO. Gotth. *in collo ſuo torquem*. ſ. habebit. Sic Chald. & Græcè. ET TERTIVS, ſ. poſt Regem & Reginam, aut poſt Regem & ſacerdotes, quibus proximus poſt Regem locus erat.

8 NON POTVERVNT NEC SCRIPTVRAM LEGERE, & tamen Chald. verba erant, v. 25. ſed per notas inſolētes, aut capita dictionum, aut per אתבש *Athbas*, de quo alio loco, Ierem. 25. v. 26. Ideo magi legere non potuerunt.

9 TVRBABANTVR, ſeu *perplexi erant* optimates, neſcientes quid conſilij caperent, quidve facerent.

10 REGINA AVTEM. Non vxor Regis; nam vxores in conuiuio erant, v. 2. ſed mater Regis, aut auia, quæ Reginæ nomen obtinebat. PRO RE, QVÆ ACCIDERAT. Chald. *propter verba Regis*. Sed *verbum* pro *re*. Hoc eſt, de Rege ſolicita. Quid dixit? Eſt vir in quo

11 SCIENTIA ET SAPIENTIA INVENTÆ. Chald. *illuminatio, & intelligentia, & ſapientia, ſicut ſapientia Dei inuenta ſunt in eo*. ſ. Daniele. PRINCIPEM MAGORVM. Vt ipſe de illorum prædictionibus iudicaret, erat magis præfectus à Nabuchodonoſore.

12 ET OSTENSIO SECRETORVM. Chald *declaratio ænigmatum*. AC SOLVTIO LIGATORVM. Hoc eſt, ſolutio eorum quæ obſcura & impedita ſunt, in eo ſunt, ipſe hæc præſtare poteſt. q. d. vt vno verbo dicam, dubia

&

& obſcura omnia explicat. Cvi Rex posvit nomen. Eunuchorum præpoſitus impoſuit cap. 1. v. 7. ſed iuſſu Regis. Vocatur Daniel, & ad eum Rex:

Tv es Daniel? Ne eum quidem agnoſcit, quem 13
Nabuchodonoſor tantis honoribus auxerat. Gratiâ aulæ nihil fallacius.

Sensvm hvivs sermonis. Chald. *interpretationem* 15
verbi (.i. rei huius) *indicare non potuere magi*.

Et dona domvs tvæ. Sic Græc. at Chald. *& dona* 17
tua, ſine *domus*. Vocem נבזביתך *nebosbeiathach*, Hieronymus & Theodot. in duas diuiſerant, cùm Chaldæis vnica ſit tantum. Sententia eadem.

Qvando .... obfirmatvs est ad svperbiam. 20
nempe, cùm dixit cap. 4. v. 27. *Nónne hæc eſt Babylon, ciuitas magna, quam ego ædificaui?* Loquitur de Nabuchodonoſor.

Sed et cor eivs cvm bestiis positvm est. id 21
eſt, amés, & beſtijs ſimilis eſt factus. Cap. 4. v. 13. dixit: *cor eius ab humano commutetur*. Et rore cæli corpvs eivs infectvm est, inſperſum. De hoc c. 4. v. 30. Svscitabit svper illvd. Chald. *conſtituet in eo* Græc. *cui viſum fuerit, dabit illud*. ſ. Regnum.

Neqve sentivnt. Chald. *non cognoſcunt*, carent in- 23
tellectu. ſ. idola. Qvi habet flatvm tvvm. Græc. *cuius ſpiritus tuus eſt*, ſeu anima, ſeu mens. Id ſignificat נשמתך *niſmatch*, & *neſamah* Hebraicum. In manv svâ. id eſt, qui te occidere & viuificare poteſt, eum non glorificaſti, ſed idola.

Idcirco Chald. *tunc à conſpectu eius*. ſ. Dei. Mis- 24
svs est articvlvs. Chald. *palma manus*. Hæc eſt ſcriptura.

Mane, Thecel, Phares. Chald. *Mane, Mane,* 25
Thekel, Vpareſi. Geminatio primæ vocis ſolùm deſignat, Deum diligenter numeraſſe tempus, quod excidio eius regni deſignarat, & Prophetæ prædixerat. Ergo ea verba ſignificant, *Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud*, finis regni tui præſtò eſt. Daniel paraphraſticè exponit ea tria verba, pleraque de ſuo adijciens, quaſi interpres & Propheta. Alioqui tria illa verba hoc tantùm ſignificant; *numerauit, appendit, diuiſit*. q. d. vitam tuam appenſam habet, annos numeratos. Id eſt, fatum. De appenſione fatorum Hectoris, Iliad. 22. Turni Æneid. 12.

Et inventvs es minvs habens. Cuius nam rei 27
minus habuit? ſ. meritorum, vt Rex ſis; aut temporis, vt diutiùs in Regno maneas.

Divisvm est regnvm tvvm. ſ. inter Medos & Per- 28
ſas, vt mox ait. Vox *Pareſin* ſignificat *diuidentes, diuiſerunt*, quam Daniel in explicatione in paſſiuum vertit: *Diuiſum eſt*. Quid Rex? Stat promiſſis. Daniel fit

Tertivs in regno svo. Sic Græc. at Chald. *in Re-* 29
gno. Munera oblata initio recuſauit Daniel, nunc peracta interpretatione, cùm ſuſpicio mendacij aut adulationis nulla erat, data admittit. Vide etiam regiam fidem, promiſſis ſtat, quamuis aduerſa ſunt ei denūtiata.

Eadem nocte. Herodotus lib. 1. & Xenophon l. 7. 30
de Cyropædia, Babylonem noctu captam, vino merſis ciuibus aiunt. Iſaias cap. 21. v. 5. ad idem alludit, cùm ait: *Pone menſam, contemplare in ſpecula comedentes & bibentes: ſurgite Principes*.

Et Darivs Medvs. Cyrus etiam aderat; ſed ætati 31
defertur, & propinquitati, vt Hieron. ait: & à Medis bellum eſt ortum, vt Herodotus ait. Cyrus Dario auunculo auxiliaris cum Perſarum copijs. Annos natvs. Chald. *iam annorum ſexaginta duorum erat*. ſ. Darius. Qui tamen à Xenophonte Cyaxares vocatur, nec Babylonis expugnationi interfuiſſe ait.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Baltassar Chal. *Balſaſar*. Quidam putant nepo- 1
tem Nabuchodonoſoris ex filio Euilmerodach; at alibi filius dicitur. vide inf. & Baruch 1. Ioſephus (vt refert Hieron.) pronepotem dicit fuiſſe ipſius Euilmerodachis, quod magis crediderim, putarimque habuiſſe Nabuchodonoſorem filium etiam alium qui dicebatur *Balthaſar*. de quo Baruch 1. vel fortè ipſe Euilmerodach, Balthaſar etiam vocabatur. Grandi convivivm. Chald. *panem multum*. Mille. Græc. *Chiliarchus* ſ. præfectis militum ſ. plurimorum. Bibebat. ſ. à Rege inuitatus ad potum.

2 Pater. i. auus, ſeu potiùs abauus. vide ſup.

5 Contra. i. è regione. Candelabrvm. Græc. *lampadem*.

6 Collidebantvr. ſ. præ tremore.

7 Tertivs. ſ. vnus è tribus qui præcipui in Regno, & *Triſtatæ* dicebantur, ſecundum Hieronymum.

8 Legere. Apparet fuiſſe ſcriptam peregrinis litteris, certè Chaldæis ipſis ignotis.

10 Regina. ſ. mater, vel auia.

11 Deorvm sanctorvm. Græc. *Dei ſancti*.

12 Ligatorvm. i. explicatu difficilium.

21 Cvm bestiis. i. beſtiale, ſeu tale vt cum feris libenter verſaretur. Foenvm. i. herbas.

23 Flatvm. i. ſpiritum vitalem.

26 Complevit. i. finem ei impoſuit.

27 Minvs. ſ. probitatis, quàm par eſt.

28 Divisvm. ſ. à te. i. ſeparatum, ſeu ablatum.

30 Interfectvs ſ. à ſuis, vt quidam dicunt.

31 Darivs. Non fit mentio Cyri, quia Darius eius erat auunculus, cuius ob id ratio habita.

CAPVT VI.

Daniel ſupra ſatrapas Regni conſtituitur, & accuſatus, quòd Regis edictum non ſeruaſſet, quia Deum cæli orabat, miſſus eſt in lacum leonum; ſequentique die illæſus eductus, immiſſis ac ſubitò dilaniatis eius accuſatoribus: quo remotus Rex, in ſuis prouinciis Deum eius timendum præcepit.

1 PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſa-
A trapas centum viginti, vt eſſent in toto re-
2 gno ſuo. * Et ſuper eos principes tres, ex quibus
Daniel vnus erat: vt ſatrapæ illis redderent ra-
3 tionem, & rex non ſuſtineret moleſtiam. * Igitur
Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas:
4 quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. * Porrò rex
cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum:
vnde principes & ſatrapæ quærebant occaſioné
vt inuenirent Danieli ex latere regis: nullamq́;
cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt, eò
quòd fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſpicio non
5 inueniretur in eo. * Dixerunt ergo viri illi: Non
B inueniemus Danieli huic aliquam occaſionem,
6 niſi fortè in lege Dei ſui. * Tunc principes & ſa-
trapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei:
7 Dari rex in æternum viue: * conſilium inierunt
omnes principes regni tui, magiſtratus, & ſatra-
pæ, ſenatores, & iudices, vt decretum imperato-
rium exeat, & edictū: Vt omnis qui petierit ali-
quam petitioné à quocumque deo & homine,
vſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in la-
8 cum leonum. * Nunc itaque rex confirma ſen-
tentiam, & ſcribe decretum: vt non immutetur
quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præua-
9 ricari cuiquam liceat. * Porrò rex Darius propo-
10 ſuit edictum, & ſtatuit. * Quod cùm Daniel
C cóperiſſet, id eſt, conſtitutá legem, ingreſſus eſt
domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo
ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die
flectebat genua ſua, & adorabat, confitebatur-
que coram Deo ſuo, ſicut & antè facere con-
11 ſueuerat. * Viri ergo illi curioſiùs inquirentes,
inuenerunt Danielem orantem & obſecran-
12 tem Deum ſuum. * Et accedentes locuti ſunt
regi ſuper edicto: Rex, numquid non con-

ſtituiſti,

ſtituiſti, vt omnis homo, qui rogaret quem-
quam de diis & hominibus, vſque ad dies trigin- D
ta, niſi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad
quos reſpondens rex, ait: Verus eſt ſermo, iux-
ta decretum Medorum atque Perſarum, quod
præuaricari non licet.* Tunc reſpondentes dixe- 13
runt coram rege: Daniel de filiis captiuitatis Iu-
da, non curauit de lege tua, & de edicto quod
conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat
obſecratione ſua.* Quod verbum cùm audiſſet 14
rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit
cor vt liberaret eum, & vſque ad occaſum ſolis
laborabat vt erueret illum.* Viri autem illi intel- 15
ligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex
Medorum atque Perſarum eſt, vt omne decre-
tum, quod conſtituerit rex, non liceat immuta-
ri.* Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielẽ, 16
& miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque E
rex Danieli: Deus tuus, quem colis ſemper, ipſe
liberabit te.* Allatuſq; eſt lapis vnus, & poſitus 17
eſt ſuper os laci: quẽ obſignauit rex annulo ſuo,
& annulo optimatum ſuorum, nequid fieret
contra Danielem.* Et abiit rex in domũ ſuam, 18
& dormiuit incœnatus, cibique non ſunt allati
corã eo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo.* Tunc 19
rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacũ
leonum perrexit:* appropinquanſque lacui, Da- 20
nielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus
eſt eum: Daniel ſerue Dei viuentis, Deus tuus,
cui tu ſeruis ſemper, putáſne valuit te liberare à
leonibus?* Et Daniel regi reſpondens ait: Rex 21
[n 1. Mac. 2. f. 60] in æternum viue:* ⁿDeus meus miſit angelum 22
ſuum, & concluſit ora leonum, & nõ nocuerunt F
mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me:
ſed & coram te, rex, delictum non feci.* Tunc 23
vehementer rex gauiſus eſt ſuper eo, & Danie-
lem præcepit educi de lacu: eductuſque eſt Da-
niel de lacu, & nulla læſio inuenta eſt in eo, quia
credidit Deo ſuo.* Iubente autem rege, adducti 24
ſunt viri illi, qui accuſauerant Danielem: & in
lacum leonum miſſi ſunt, ipſi, & filij, & vxores
eorum: & non peruenerunt vſque ad pauimen-
tum laci, donec arriperent eos leones, & omnia
oſſa eorum comminuerunt.* Tunc Darius rex 25
ſcripſit vniuerſis populis, tribubus, & linguis, ha- G
bitantibus in vniuerſa terra: Pax vobis multi-
plicetur.* A me conſtitutum eſt decretum, vt in 26
vniuerſo imperio & regno meo, tremiſcant &
paueant Deum Danielis. Ipſe eſt enim Deus vi-
uens, & æternus in ſæcula: & regnum eius non
diſſipabitur, & poteſtas eius vſque in æternum.
*Ipſe liberator, atque ſaluator, faciens ſigna, & 27
mirabilia in cęlo & in terra: qui liberauit Danie-
[n Sup. 1. d. 21] lem de lacu leonũ.* ⁿPorrò Daniel perſeuerauit 28
vſque ad regnum Darij, regnumque Cyri Perſæ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DAniel mittitur in lacũ leonum. Euadit illuſtrior.
PLACVIT DARIO, ei ſ. qui Babylonem capit. 1
Chald. *pulchrum fuit coram Dario.* ET CONSTITVIT
SVPER REGNVM SATRAPAS, ſeu *præfectos*, ſeu *conſilia-
rios*. IN TOTO REGNO SVO. Sic Græc. Chald. *in toto
regno*. Varios conuentus inſtituiſſe credo, in quos hos
centum viginti Iudices diſtribuit, ad quos cauſæ defer-
rentur.

ET SVPER EOS PRINCIPES TRES, ſeu *præſides*, vt alij 2
vertunt. DANIEL VNVS ERAT. Quid ſi *vnus primum*
ſignificet, vt alijs locis? vt Daniel intelligatur inter tres
præſides primum locum tenuiſſe. Quæ inuidiæ cauſa
extitit. VT SATRAPÆ ILLIS REDDERENT RATIO-
NEM. Hebr. Schol. *conſilium*: nam illi centum & viginti
conſiliarij erant, tres rerum ſummi præfecti. ET REX
NON SVSTINERET MOLESTIAM. Græc. *ne Rex fatigare-
tur*. Chald. *vt Rex non ſuſtineret damnum*. Sed *moleſtia*,
damnum eſt. Aut fortè ſignificat tot iudices & præſides
conſtitutos, ne fraudibus & rapinis eſſet locus, aut ne
fiſcum defraudarent. Ex hoc loco, & Ioſeph. l. 10. c. 12.
colligunt, Danielẽ in Mediam cum Dario fuiſſe. Et vi-
de Darij prudentiam: Regis quamuis victi miniſtros
retinet, atque idem credam feciſſe de aulicis. Errant qui
Imperio ad eos tranſlato mutatione gaudẽt miniſtrorũ.

3 IGITVR DANIEL. Chald. *tunc Daniel*. SVPERA-
BAT, melior & prudentior erat, atque ex eo maiori in
gloria quàm alij præfecti. QVIA SPIRITVS DEI.
Chald. & Græc. *quia ſpiritus amplior erat in eo*. Idem
ſignificat *ſpiritus Dei*. i. magnus. Fortè *ſpiritus* hic pro
ingenio & prudentia ſumitur.

4 PORRO REX. Chald. & *Rex cogitabat conſtituere*.
pro ideò Rex. SVPER OMNE REGNVM, vt ſolus ipſe
Daniel rebus præeſſet, ſocijs amotis. DANIELE EX
LATERE REGIS i. ex parte Regis. ſ. Reip. malè admini-
ſtratæ, fraudatæ regiæ pecuniæ. CAVSAM ET SVSPI-
CIONEM. Chald. *occaſionem & corruptelam*, ſeu *macu-
lam* quærebant ſatrapæ contra Danielem. CVLPA ET
SVSPICIO. Chal. *error & corruptela*, nõ inueniebatur in eo.

5 NISI FORTE IN LEGE DEI SVI. Cùm in alijs non
inueniamus occaſionem contra eum, in lege Dei ſui
tendamus laqueos, eam arripiamus occaſionem.

6 SVRRIPVERVNT REGI. i. dolosè ſuggeſſerunt Regi.
Græc. *aſtiterunt Regi*. Chald. *congregati ſunt ad Regem*.
Agmine facto irrumpunt, vt facilius ſuaderent.

7 CONSILIVM INIERVNT. decreuerunt. VT DECRE-
TVM IMPERATORIVM EXEAT ET EDICTVM. Chald. *ad
ſtatuendum ſtatutum Regis, & roborandum prohibitione*,
vt ſ. intra triginta dies nemo petat, niſi à te. Qui ſecùs,
mittatur IN LACVM LEONVM. Chald. *in puteum*. Sed
Hieronymus pro *puteo* ſemper *lacum* ponit. Elias in
Meturgheman ait גוב *gub* (ſic ille ſcribit) ſignificare *pu-
teum*. Hebr בור *bor*. Statue etiam,

8 VT NON IMMVTETVR. In eo parant inſidias. QVOD
STATVTVM EST A MEDIS. Chald. *ſicut lex Medorum
& Perſarum* (eſt) *quod non tranſgreditur*. ſ. quod ſe-
mel fuerit ſancitum.

10 QVOD CVM DANIEL. Non id ex contemptu fecit,
ſed quoniam aliquãdo fidem profiteri palàm debemus,
nec ſatis eſt eam corde retinere. CONTRA IERVSALEM.
Quod Salomon iuſſerat 3. Reg. 8. verſ. 44. TRIBVS
TEMPORIBVS, manè ſ. in meridie, & veſpere, ſic credi
poteſt, orabat.

11 VIRI ERGO ILLI CVRIOSIVS INQVIRENTES. Chald.
congregati ſunt, vt v. 6. vt ſ. inito inter ſe conſilio, Danie-
lem obſeruarent, an verum eſſet quod fama ferebat.
Comperto, Regem adeunt, & facti decreti admonent.

12 VERVS EST SERMO. Verum eſt quod dicitis, ait
Rex; ſupple, lex, quam dicitis, eſt conſtituta, quam iuxta
Medorum legem violari & mutare non licet. Neſcie-
bat Rex, eas inſidias Danieli parari. Ob id illi, non no-
minato Daniele, in genere rogant Regem.

13 NON CVRAVIT DE LEGE TVA. Chald. *non poſuit ſuper
te, ò Rex, guſtum* (tibi obſequi, & placere non vult, &
ſuper (contra) *prohibitionem quam ſignaſti*. OBSECRA-
TIONE SVA, more ſuo, ritu ſuo orat tribus temporibus.

14 POSVIT COR. בל *Bal* pro לב *leb*. i. *corde*, literis per-
mutatis, aut vt alij, *bal* pro *ad liberandum*. *Poſuit* (ſ. cor)
ad liberandũ eum. Sic Elias in ſuo Meturgheman. LA-
BORABAT. Chald. *conabatur Danielem*. Vides aſtũ, quo
Regem deceperunt. Ingenioſa malitia & inuidia eſt.

15 INTELLIGENTES REGEM. Chald. *cõgregati ſunt*, quaſi
manu facta adierunt Regem, vt multitudine, quod
nefas erat, impetrarent. SCITO REX ſ. quod tu ipſe es
confeſſus, Legem Medorum & Perſarum mutari non
poſſe. Puteus obſignatur, in quem Daniel eſt miſſus.

Ne qvid fieret contra Danielem. Græc. *vt non mutaretur res in Daniele.* Chald. *vt non mutaretur voluntas in Daniele.* Voluntas tum Regis ad eum liberandum, tum Principum ad eum occidendum alio mortis genere. Ideò vtraque ſigilla adhibentur, quoniam Rex Proceres ſuſpectos habebat, illi Regem. Multa prætermiſſa arbitror; nam inaudita cauſa Danielem damnatum non puto, quando tres eius ſocij in ſimili cauſa, & vocati fuerint, & auditi, cap. 3. v. 13.

Valvit te liberare. pro, voluit liberare Deus tuus; nam de potentia quare dubitaſſet eius, quem Deum viuentem dixit, & de quo v. 16. *Deus tuus, quem colis ſemper, ipſe liberabit te.* 20

Qvia coram eo ivstitia inventa est in me. Loquitur de iuſtitia generali, qua verè iuſtus erat coram Deo. Rumpantur quamuis hæretici; eſt in homine iuſtitia. Sed et coram te, Rex, delictvm, ſeu *corruptelam*; nihil contra te deliqui, neque attactu regiæ pecuniæ, neque alia fraude. Quòd ſi legem tuam violaui, non malo animo feci, ſed ex religione. Itaque his verbis loquitur de iuſtitia particulari. In hac cauſa immunis ſum; quod obijcitur, in eo contra te non peccaui 22

Rex gavisvs est svper eo. ſ. quod acciderat, propterea gauiſus eſt. Qvia credidit. ſ. Daniel Deo ſuo. Fides cauſa liberationis fuit non ſola, nam iuſtitiam priùs dixit in eo fuiſſe; ſed tribuitur illi, quoniam prima cauſa extitit; ſicut ad Hebr. 11. v. 33. *Sancti per fidem vicerunt regna.* i. reges, *obturauerunt ora leonum*, & quæ ſequuntur. 23

Ivbente avtem Rege. Pœna talionis exercetur iuſtiſſimè. Illud crudele & barbarum, quòd filij & vxores leonibus ſunt obiecti. Licet quidem filios pro parentibus iuſtè puniri corpore, & Deum ſæpè propter peccata parentum filios occidiſſe non ignoramus, vt in diluuio & in Sodomis. Verùm ipſe vitæ eſt Dominus. Reges leuiori ſupplicio filios ob delicta parentum poſſunt, vt Legibus ſtatutū eſt, L. Quiſquis. C. Ad Legem Iuliam. punire, occidere poſſe non puto. Ioſephus lib. 10. cap. 11. ait accuſatores excuſaſſe, leones ſatiatos Danieli non nocuiſſe: Regem eorum periculo eos mentiri conuincere voluiſſe, & quidem carnium affatim illis priùs dato. Fabulæ. 24

Tribvbvs. Chald. *gentibus* ſcripſit Rex. Lingvis. i. nationibus. Sic ſæpè ſuperiùs. Vocat autem eo nomine nationes, quoniam quæque natio ſuam linguam habet. In vniversa terra. Se totius orbis dominos prædicabant ij Reges. 25

Tremiscant et paveant. i. colant. Religio timor quidam eſt, aut ex timore. An Darius eam ſuſceperit religionem, problema eſt. Non dissipabitvr regnum Dei, aut non corrumpetur. Vsqve in æternvm. Græc. & Chald. *vſque in finem.* i. ſine fine. 26

Daniel persevravit. Chald. *proſperè egit*, in magno fuit honore. Vsqve ad regnvm Darii, regnvmqve Cyri Persæ. i. donec Darius & Cyrus regnarunt, ſiue *vſque ad regnum.* i. vſque ad finem regni. Chald. & Græc. *in regno Darij, & in regno Cyri Perſæ.* Darius poſt captam Babylonem vno anno regnauit. Sic Daniel ad Cyri regnum peruenit, ſub quo ruſus periculum adijt, & leonibus iterùm obiectus eſt. 28

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Latere. i. parte. q. d. in re aliqua ad regni gubernationem pertinente. Svspicionem. i. rem, ob quam de ipſo poſſet oriri mala ſuſpicio. q. d. culpam. Omnis. i. vlla. 4

Svrripvervnt. pro, ſuggeſſerunt. Græc. *aſtiterunt.* 6

Lacvm. i. foueam. 7

Contra. i. verſus. 10

Vervs est sermo i ſic eſt. 12

Sva. q. d. vt ſolebat anteà. 13

Posvit cor Græc. *contendit.* 14

Regem. i. Regis voluntatem. 15

Pvtasne. i. numquid. 20

Credidit. i. confiſus fuit, ſeu fuit fidelis. 23

24 Donec. pro, priuſquam.

28 Persevravit. ſ. in dignitate Græc. *proſperatus eſt.* Vsqve ad regnvm. i. quamdiu regnarunt. Græc. *in Regno.*

CAPVT VII.

Viſio Danielis de quattuor beſtijs quattuor Regna deſignantibus: de antiquo dierum & throno eius ac miniſtris, quo iudicante perierunt beſtiæ: ad hunc accedens filius hominis accipit poteſtatem æternam & incorruptibile regnum: declarantur Regna per beſtias deſignata, & maximè quæ per quartam beſtiam & eius cornua deſignentur, quæ regnabit vſque ad tempus & tempora & dimidium temporis.

1 A ANno primo Baltaſſar regis Babylonis, Daniel ſomnium vidit: viſio autem capitis
eius in cubili ſuo: & ſomnium ſcribens, breui
ſermone comprehendit: ſummatimque per-
2 ſtringens, ait: *Videbam in viſione mea nocte,
& ecce quattuor venti cæli pugnabant in mari
3 magno. *Et quattuor beſtiæ grandes aſcende-
4 bant de mari diuerſæ inter ſe. *Prima quaſi leæ-
na, & alas habebat aquilæ: aſpiciebam donec
euulſæ ſunt alæ eius, & ſublata eſt de terra, &
ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor hominis
5 datum eſt ei. *Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in
B parte ſtetit: & tres ordines erant in ore eius, & in
dentibus eius, & ſic dicebant ei: Surge, comede
6 carnes plurimas. *Poſt hæc aſpiciebam, & ecce
alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis,
quattuor ſuper ſe, & quattuor capita erant in be-
7 ſtia, & poteſtas data eſt ei. *Poſt hæc aſpiciebam
in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis,
atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos
habebat magnos, comedens atq; comminuens,
& reliqua pedibus ſuis conculcans: diſſimilis au-
tem erat ceteris beſtijs, quas videram ante eam,
8 & habebat cornua decem: *Conſiderabam
C cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt
de medio eorum: & tria de cornibus primis
euulſa ſunt à facie eius: & ecce oculi, quaſi ocu-
li hominis erant in cornu iſto, & os loquens in-
9 gentia. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, &
antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius can-
didum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi la-
na munda: thronus eius flammæ ignis: rotæ eius
10 ignis accenſus. *[a] Fluuius igneus, rapiduſque a Apoc. 5. d. 11
egrediebatur à facie eius. millia millium mini-
ſtrabant ei, & decies millies centena millia aſ-
ſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.
11 *Aſpiciebam propter vocem ſermonum gran-
D dium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quo-
niam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus
eius, & traditum eſſet ad comburendum igni:
12 *aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet pote-
ſtas, & tempora vitæ conſtituta eſſent eis vſque
13 ad tempus & tempus. *Aſpiciebam ergo in vi-
ſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi fi-
lius hominis veniebat, & vſque ad antiquum
dierum peruenit: & in conſpectu eius obtule-
14 runt eum. *Et dedit ei poteſtatem, & honorem,
& regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ
ipſi ſeruient: [b] poteſtas eius, poteſtas æterna, b Luc. 1. c. 32
quæ non auferetur: & regnum eius, quod non Mich. 4. c. 7
15 corrumpetur. *Horruit ſpiritus meus, ego Da-
E niel territus ſum in his, & viſiones capitis Sap. 3.
16 mei conturbauerunt me. *Acceſſi ad vnum d. 10

de

de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo
de omnibus his. Qui dixit mihi interpretatio-
nem ſermonum, & docuit me: * Hæ quattuor 17
beſtiæ magnæ, quattuor ſunt regna, quæ con-
ſurgent de terra. * Suſcipient autem regnum 18
ſancti Dei altiſſimi: & obtinebunt regnum vſ-
que in ſæculum, & ſæculum ſæculorum. * Poſt 19
hoc volui diligenter diſcere de beſtia quarta,
quæ erat diſſimilis valdè ab omnibus, & terri-
bilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: come-
debat, & comminuebat, & reliqua pedibus
ſuis conculcabat: * & de cornibus decem, quæ 20
habebat in capite: & de alio, quod ortum fue-
rat, ante quod ceciderant tria cornua: & de
cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens
grandia, & maius erat ceteris. * Aſpiciebam, & 21
ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſan- F
ctos, & præualebat eis, * donec venit antiquus 22
dierum, & iudicium dedit ſanctis Excelſi, &
tempus aduenit, & regnum obtinuerunt ſan-
cti. * Et ſic ait: Beſtia quarta, regnum quartum 23
erit in terra, quod maius erit omnibus regnis,
& deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit,
& comminuet eam. * Porrò cornua decem 24
ipſius regni, decem reges erunt: & alius conſur-
get poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, &
tres reges humiliabit. * Et ſermones contra Ex- 25
celſum loquetur, & ſanctos Altiſſimi conteret:
& putabit quòd poſſit mutare tempora, & le- G
ges, & tradentur in manu eius vſque ad tem-
pus, & tempora, & dimidium temporis. * Et iu- 26
dicium ſedebit, vt auferatur potentia, & conte-
ratur, & diſpereat vſque in finem. * Regnum 27
autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt
ſubter omne cælum, detur populo ſanctorum
Altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiter-
num eſt, & omnes reges ſeruient ei, & obe-
dient. * Hucuſque finis verbi. Ego Daniel mul- 28
tùm cogitationibus meis conturbabar, & facies
mea mutata eſt in me: verbum autem in corde
meo conſeruaui.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIdet Daniel quattuor beſtias, quibus ſignificabantur quattuor Regna.

1 ANNO PRIMO BALTASSAR. Quæ hoc & proximo capite continentur, priùs acciderunt, quàm ea quæ duobus ſuperioribus capitibus narrantur. Collector horum vaticiniorum id fecit, qui rationem temporis non ſeruauit. ET SOMNIVM SCRIBENS, BREVI. Chald. *tunc ſomnium ſcripſit, caput verborum dixit.* id eſt, ſummatim & breuì. SVMMATIMQVE PERSTRINGENS
2 AIT: VIDEBAM. Chald. *reſpondit* (id eſt, cœpit loqui) *Daniel, & dixit: Videbam in viſionibus meis.* id eſt, vna viſionum mearum hæc fuit, ſiue *videbam in viſione mea*, vt Latina, Græca, & ex Chaldaicis quædam exemplaria habent. QVATTVOR VENTI CÆLI PVGNABANT IN MARI MAGNO. Sic mare Mediterraneum vocatur, maris Tiberiadis comparatione. Quid *quattuor* illi *venti?* Angelos aut bonos, aut malos ſignificari volunt: bonos, quia protegunt prouincias, & inter ſe hac de cauſa aduerſantur; malos, quia mare. i. mundum turbant. Sed præſtat, vt per *quattuor ventos* quattuor Regna, vt per quattuor beſtias, intelligamus: aut nihil ſignificent præter tempeſtates & viſionis præambulum. Videt etiam quattuor beſtias.

4 PRIMA QVASI LEÆNA. Sic Græc. Chald. *prima* (beſtia) *quaſi leo.* ET ALAS HABEBAT AQVILÆ. Per *leonem*, fortitudinem, ferocitatem; per *alas*, celeritatem agendi intellige. Quæ in Babylonios Reges conueniunt, ac præcipuè Nabuchodonoſorem. DONEC EVVLSÆ SVNT ALÆ. id eſt, regia poteſtas eſt ablata aut Nabuchodonoſori, cùm amens factus regno pulſus eſt; aut Baltaſſari, cùm eo occiſo regnum ad Medos tranſijt. ET SVBLATA EST DE TERRA, per mortem, aut exilium. ET SVPER PEDES QVASI HOMO. Si de Nabuchodonoſore intelligitur, ſignificat, ex ferino more & paſtu ſibi redditum, & mentem reſtitutam. Si de Baltaſſare, ſignificat, detracta ferocitate priore, ad humanam imbecillitatem rediſſe. Et quidem per *leonem* Babylonium Imperium ſignificari, omnes conſentiunt, quia vt leo inter animalia primatum tenet, ſic illud Imperium inter alia primum eſt, non ſolùm tempore, ſed potentia & opibus, quod ſtatua aurea, quam conflauit, ſatis declarat.

5 BESTIA ALIA SIMILIS VRSO. Hoc eſt Perſarum Regnum. IN PARTE STETIT, ſeu *in latere.* quia ſ. non totum Regnum Babylonicum obtinuit, non Hiſpaniam, Africam, Ægyptum. ET TRES ORDINES ERANT IN ORE EIVS. Græc. *latera.* alij *coſta.* hoc eſt tria Regna poſſidebit, Babylonis, Perſarum, Medorum; eos quaſi tres bolos in ore habuit. COMEDE CARNES PLVRIMAS. multas prouincias ſubijce, magna hoſtium laniena facta. Id beſtiæ dicebatur.

6 ET ECCE ALIA QVASI PARDVS. Græcorum Imperium eſt. ET ALAS HABEBAT QVASI AVIS, QVATTVOR. Celeritatem Alexandri Magni eæ alæ ſignificant, qui ſex annis orbem ſubegit, & ad Indos penetrauit: ſic Hieronymus. QVATTVOR CAPITA, quattuor duces, qui poſt eius mortem, diuiſo Imperio, ſucceſſerunt, Ptolemæus, Philippus, Seleucus, Antigonus. POTESTAS DATA EST EI. i. à Deo, non ſuis viribus res tantas perfecit, ſed ex Dei voluntate. Ioſephus lib. 11. cap. 6. ait, hanc Prophetiam Danielis à Iudęorum Pontifice Alexandro oſtenſam, ei animos addidiſſe.

7 IN VISIONE NOCTIS. Chald. *in viſionibus noctis.* Quod v. 2. in genere dixit, hic repetit in quarta beſtia. DENTES FERREOS habebat quarta beſtia, vt omnia comminuat. RELIQVA PEDIBVS SVIS CONCVLCANS. Vaſtabat omnia, etiam vnde illi vtilitas nulla. DISSIMILIS. Non eam nominat, cui erat ſimilis, vt magis ferociam eius oſtendat. ET HABEBAT CORNVA DECEM. Hæc cornua decem Reges ſunt, vt v. 24. dicit Angelus: Beſtia autem quarta Romanum Imperium ſignificat, quod alijs fortius erit.

8 ET ECCE CORNV ALIVD. ſ. vndecimum. Hic fuit Domitianus, quem decem Imperatores præceſſerunt: Auguſtus, Tiberius, Caius, Claudius, Domitius, Galba, Otho, Vitellius, Veſpaſianus, Titus. ET TRIA DE CORNIBVS PRIMIS EVVLSA SVNT A FACIE EIVS, ſiue *ante eum*, priuſquam ipſe imperaret. Hæc tria cornua fuerunt, Galba, Otho, Vitellius; tragici Imperatores, & ferro omnes perempti, priuſquam Veſpaſianus Imperium cum filijs Tito & Domitiano obtineret. Id ſignificat *euelli*, per vim imperium extorquere. OCVLI, QVASI OCVLI HOMINIS. Per *oculos*, faciem intellige, quam hominis ſolùm habebat, cetera brutum aut fera. ET OS LOQVENS INGENTIA. ſiue quia ſe, vt Deum adorari voluit, vt Tranquillus ait cap. 13. ſiue quia bellum in Chriſtum concitauit, ac verò Philoſophos omnes Romà expulit, ne quid vſquam honeſtum occurreret, vt Tacitus ait in Vita Agricolæ, initio. Peſſimus omnium Imperator, Nerone nequior.

9 ASPICIEBAM. Pulchra hypotypoſis, qua pingit iudicium inſtitutum contra beſtiam quartam ob ſcelera aliorum Regum, ſed præſertim Domitiani. THRONI POSITI SVNT, vbi Iudices ſederent. ET ANTIQVVS DIERVM. i. Pater, ſenis figura, eum Iudicem ſupremum pingit in hoc iudicio, Filium, quem vocat filium hominis verſ. 13. pingit quaſi litigantem. VESTIMENTVM EIVS CANDIDVM. Quomodo Græci Iouem pingerent, affert Euſebius 3. de Præparat. cap. 3. Quod ſi verbis Patrem pingere liceat, cur non penicillo: In quo erraſſe quoſdam video cum Durando 3. diſt. 9. quæſt. 2.

Nau-

Nauſeam in Catech. & Aialam in Trad. neque in Septima Synodo ea pictura Patris quaſi tenis reprobatur. Quòd ſi Patrem pingere fas eſt, licebit & duas alias perſonas Trinitatis pingere. THRONVS EIVS FLAMMÆ IGNIS: ROTÆ EIVS, throni ſcilicet. Porrò ignis ſpecies iracundiam Iudicis ſignificat, vt quod ſequitur,

10 FLVVIVS IGNEVS, RAPIDVSQVE. Chald. *fluuius igneus trahebatur,* egrediebaturque à facie eius. MILLIA MILLIVM. Numerus certus pro incerto & ingenti. ET DECIES MILLIES CENTENA MILLIA. Numerus immenſus: nam ſi ter millies ſignificat ſeptem milliones cum dimidio, quid hic numerus continebit? Græcè, *decies centena millia:* nempe, quod dixerat *mille millia,* vt ſit repetitio. Chald. *myrias myr.adum,* id eſt, decem millia decem millium, quod Græcus dicit, *dec.es centena millia;* hoc eſt, millio. Porrò miniſtrantes & aſſiſtentes ijdem Angeli ſunt. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus,* ad Hebr. 1. verſ. 14. ET LIBRI APERTI SVNT, acta & crimina beſtiæ ſunt lecta.

11 PROPTER VOCEM. Beſtia quarta. ſ. Romanum Imperium damnatum eſt vt periret, tum propter alia peccata aliorum Regum, tum præſertim ob Domitiani ſuperbiam.

12 ABLATA ESSET POTESTAS. Aliarum beſtiarum condemnatio tolerabilior fuit, tantùm vt poteſtas auferretur, neque continuò, ſed poſt tempus aliquod. Id ſignificat, VSQVE AD TEMPVS ET TEMPVS, non ſtatim executioni eſt mandata ſententia. Aut ſignificat, Regna illa perpetua non fore, vt Chriſti.

13 IN VISIONE NOCTIS. Chald. *in viſionibus.* CVM NVBIBVS CÆLI. Id ad maieſtatem ſpectat, nubibus vehi, ſicut in poſtremo iudicio venturus eſt: Matth. 24. verſ. 64. QVASI FILIVS HOMINIS. Nondum homo factus, ſpectrum tantùm erat. Aut *quaſi* non ſimilitudinem aliquando, ſed veritatem ſignificat: Ioan. 1. v. 14. *Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* OBTVLERVNT EVM. Angeli, qui eum comitabantur, Patri obtulerunt.

14 ET DEDIT EI POTESTATEM. Venit, vt Regnum à beſtijs occupatum iniuria ſibi aſſereret. Porrò Pater & Iudex ſecundùm eius merita pronuntiauit. Ecce quare hoc iudicium adſcribitur Patri, quia Filius inducitur quaſi cauſam ſuam agens.

15 HORRVIT. Chald. *exciſus eſt* ſpiritus meus. TERRITVS SVM IN HIS. Ego Daniel territus ſum. Chald. *territus ſum in medio vaginæ.* i. intra me. Corpus eſt quaſi vagina animæ.

16 ACCESSI AD VNVM DE ASSISTENTIBVS, ſ. Angelis. QVI DIXIT, &c. Chald. *& dixit mihi, & in interpretatione n ſermonum* (rerum) *docuit me.*

17 QVATVOR SVNT REGNA. Chald. *Reges,* pro, Regna; vt eſt etiam Græcè.

18 SVSCIPIENT AVTEM REGNVM SANCTI DEI ALTISSIMI. *Sancti,* in nominatiuo. *Dei* additum ab Interprete; neque eſt Græcè. *Altiſſimi,* in genitiuo. Chald *altiſſimorum.* ſed plurale pro ſingulari. Verùm, quando ij Regnum accipient? Certè, quando Chriſtus, eius comites & miniſtri. Porrò regnum hoc perpetuum erit.

19 DILIGENTER DISCERE. Chald. *tunc volui veritatem,* ſcilicet, diſcere de beſtia quarta. DENTES ET VNGVES EIVS FERREI. Chald. *dentes eius ferrei, & vngues eius æris.*

20 ET DE CORNV ILLO. Videtur de alio cornu loqui, quod maius ceteris dicit. Sed ego puto eſſe idem quod v. 8 *paruulum* dicitur ob ætatem, hîc magnum, ob ſæuitiam. ſ. Domitianum. Chald. *& cornu illud, & oculi ei, Et* vtroque loco redundat. Atque Græcus expunxit, *cornu illud, cuius oculi,* vtrobique ſine *&*.

21 ADVERSVS SANCTOS. Quidam pro cornu hoc Antichriſtum intelligunt. Ego Domitianum puto, qui bellum in Chriſtum concitauit.

22 DONEC VENIT. ſ. ad iudicium, de quo verſ. 9. IVDICIVM DEDIT SANCTIS. id eſt, ſecundùm eos pronuntiauit. Quod factum eſt, quando Chriſto Regnum dedit verſ. 14. ET TEMPVS ADVENIT, quod ſ. Deus conſtituerat.

24 ET TRES REGES HVMILIABIT. nempe, Domitiani pater Veſpaſianus, vt regnaret, tres illi priores Reges, Galba, Otho, Vitellius, paucis menſibus cùm imperaſſent, ferro omnes ſublati ſunt. Porrò de Veſpaſiani & filiorum Imperio, quaſi de vno Imperio aliquando loquitur.

25 ET SERMONES CONTRA EXCELSVM LOQVETVR. ſ. Domitianus. Chald. *ad latus Excelſi.* i. verſus eum, contra eum. ET PVTABIT, QVOD POSSIT MVTARE TEMPORA, ET LEGES. i. inuertere omnia, & permutare mores & leges, ac nominatim Legem Euangelicam opprimere tentabit. ET TRADENTVR IN MANV EIVS. ſ. ſancti, quos dixit contriturum. VSQVE AD TEMPVS, ET TEMPORA; ET DIMIDIVM TEMPORIS. id eſt, tribus annis cum dimidio hæc perſecutio & afflictio ſtabit, nempe diebus mille ducentis nonaginta, vt dicitur cap. 12. verſ. 11. & in Apocalyp. cap. 12. verſ. 6. mulierem fugiſſe in ſolitudinem per dies mille ducentos ſexaginta, & cap. 13. verſ. 5. datum eſſe ei os loquens magna menſes quadraginta duos, nimirum tres annos & dimidium. Domitianus quindecim annis imperauit; ſed bellum in noſtros breue fuiſſe, in noſtris ſchedis inuenio; ſed quamdiu tenuit, his locis dici puto. nam Danielem & Ioannem contra Domitianum, & de eo tempore ſcripſiſſe puto, vti paulò pòſt magis explicabitur.

26 ET IVDICIVM SEDEBIT. i. Iudex, vt verſ. 9 Tamdiu hæc mala tenebunt, donec Iudex ſuo tempore ſedeat, & fiat re, quod nunc in ſpectro eſt factum; & propterea dixit ſuperiùs, *Antiquus dierum ſedit.* VT AVFERATVR POTENTIA, &c. Chald. *& auferant potentiam, & conterant, & perdant vſque in finem,* in æternum.

27 SVBTER OMNE CÆLVM. Non ſolùm in cælo Chriſtus & Sancti eius Regnum obtinebunt, ſed etiam in terra, licet regnum ſpirituale ſit, ſed vt ſtabiliatur, euerſis alijs Imperijs temporalibus.

28 HVCVSQVE FINIS VERBI. i. hactenus viſio, quæ me ſolicitum habuit, atque adeò vt vultus meus mutaretur. VERBVM AVTEM. id eſt, rem hanc in corde meo ſeruaui, mandaui memoriæ viſionem hanc vniuerſam. Non ignoro à pleriſque hanc Prophetiam de Antichriſto explicari, in quem conueniunt omnia, quæ in ea obſcurè dicuntur. Verùm, cùm de Romano Imperio agat, quod à multis ſæculis deletum penitùs eſt, quomodo repentè ad Antichriſtum tranſeatur, non ſatis aſſequor. Ego Ioannem in Apocal. cap. 17. hanc Danielis Prophetiam explicaſſe arbitror, paucis mutatis. Videt beſtiam coccineam, cui inſidebat meretrix verſ. 3. habentem capita ſeptem, & cornua decem. Et quidem de vrbe Roma agere, & eius Imperio, ipſemet explicat verſ. 9. vbi ait: *Septem capita ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet.* Præterea de Domitiano agere indicat, quòd ſub eius Imperio Apocalypſim haud dubium ſcripſit. Porrò ſeptem illa capita, ſeptem Reges eſſe ait, quinque cecidiſſe, & vnum tunc eſſe: id eſt, ſextum. Is fuit Domitianus, à Galba ſumpto principio, qui poſt Cæſares primus imperauit, & Imperium tunc diſſipari cœpit. Septimus fuit Nerua, de quo ait verſ. 10. breue tempus imperaſſe. Addit mox octauum, id eſt, Traianum, quem *beſtiam* vocat, propter bellum quod in Chriſtum concitauit. Præterea de illo duo ait, ſcilicet, *quæ erat, & non eſt.* id eſt, erat in viuis, ſed nondum erat Imperator, cùm id Ioannes ſcriberet. Deinde, *& ipſa octaua eſt, & de ſeptem eſt,* quia ſ. Neruæ adoptione imperauit, & ſimul cum eo, ideò inter ſeptem Reges numeratur, qui per ſeptem beſtiæ capita deſignantur. In decem cornibus à Daniele diſcrepat: nam Daniel decē Reges ſignificare dixit, ſed qui ordine in Imperio ſucceſſerint, vt ſuperiùs eſt dictum v. 24. Ioannes per decem cornua decem etiam Reges deſignari ait cap. 17. v. 12. ſed qui vna hora accipient poteſtatem. ſ. tyranni, qui Valeriano & Gallieno Imperatoribus triginta extiterunt, quos per

decem intelligit, numerus certus pro incerto; aut præcipui inter eos fuere decem. Hi vnum conſilium habent, occupandi ſ. Imperium. Sed eos tandem beſtia. i. Romana vrbs & Imperium oppreſſit. *Hi cum Agno pugnabunt*, verſ. 14. omnes fuere Chriſti hoſtes. De ijs agit, quoniam eorum tyrannide laceratum Imperium, & viribus debilitatum eſt; creuit malum, cùm Conſtantinus ad Græcos Imperium tranſtulit, magis etiam ſub Honorio, cùm Roma à Gothis capta eſt. Iiſdem gradibus Chriſti regnum dilatatum & confirmatum eſt; de quo Regno Daniel & Ioannes agunt, & de beſtiæ caſu. i. Imperij Romani ruina.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MARI. Per *mare* mundus intelligitur, per *ventos* 2
Angeli præſides beſtiarum. id eſt, Regnorum.
QVATTVOR. ſ. Babylonici, Perſici, Græci, Romani.
pugna verò erat contra angelos malos, vel inter ſe illi
ſimilis. de qua inf. cap. 10.

LEÆNA. ſ. ob fortitudinem & libidinem. ALAS. 4
velocitatem in victoriis. EVVLSÆ, &c. q. d. ſuperata,
ſublatumque ei Imperium. QVASI HOMO. ſ. debilis.
COR HOMINIS ſ. ſuam agnoſcentis infirmitatem, cùm
anteà more feræ ageret & ſæuiret.

IN PARTE. i. ſeorſum. Chald. *ad latus vnum*. Græc. *in* 5
partem vnam. ſ. ad ſuam ditionem Perſa Babyloniam
adiunxit. Vel ſignificatur, vnamquáque beſtiam fuiſſe
ſuo loco ab aliis ſeparatam in ea viſione, vel Perſas &
Medos non læſiſſe Iudæos, vt ceteræ beſtiæ. TRES
ORDINES. ſ. dentium, nempe erant ſimul coniuncta Regna
Babylonis, Perſiæ & Mediæ. COMEDE, &c. id eſt,
perde plurimos homines.

PARDVS. ſ. Alexander, qui varius vitiis & victoriis. 6
ALAS ſ. velociſſimus in victoriis. CAPITA. ſ. ſucceſſores,
Philippus, Antigonus, Ptolemæus, Seleucus; vel
duces, quorum opera vtebatur.

QVARTA. ſ. Romanum Imperium. CORNVA DE- 7
CEM. i. plurima Regna, in quæ diuiſum.

PARVVLVM. ſ. in principio Turca, vel Antichriſtus. 8
TRIA. ſ. Æthiopiæ, Aegypti, & Africæ. OCVLI. ſ. ſagacitas.
INGENTIA. i. ſuperba.

ANTIQVVS. i. æternus. ſ. Pater. CANDIDVM. ſ. puri- 9
tate vel luce. IGNIS. ſ. ob vim & lucem. ROTÆ. ſ. ſolij.

MILLIA, &c. q. d. innumeri. IVDICIVM. pro, iu- 10
dex. ſ. Chriſtus. LIBRI. ſ. conſcientiarum, ſeu, cordium,
vbi (Deus bone) quàm multa ſcripta in quibuſdam
bona, in aliis mala.

ASPICIEBAM. ſ. quò tandem res euaderet. BESTIA. 11
ſ. quarta, ſeu Antichriſtus.

ALIARVM. ſ. trium. VITÆ. ſ. quantum eſſent illa 12
Imperia duratura. TEMPVS ET TEMPVS. i. ſuum cuique
tempus.

OBTVLERVNT EVM. i. multis comitantibus eſt præ- 13
ſentatus.

CONSVRGENT. i. excitabuntur. primum quidem iam 17
erat excitatum.

SVSCIPIENT. ſ. tandem, REGNVM. ſ. Chriſti. SAN- 18
CTI. ſ. electi.

ET DE CORNV. pro, nempe de cornu. GRANDIA. 20
ſ. blaſphemias. vide Apoc. 13.

ALIVS. ſ. Antichriſtus. 24

TEMPORA. ſ. feſta Chriſtianorum, & ritus ſacros. 25
LEGES. ſ. Chriſti. TRADENTVR. ſ. ſancti cruciandi.
TEMPVS. i. annum. TEMPORA. i. duos annos. TEMPORIS.
i. anni. vide Apoc. 12. & 13. vbi dies 1260. qui
42. menſes efficiunt. ſ. tres annos & dimidium. ſ. tamdiu
permittenda Antichriſto poteſtas.

IVDICIVM. id eſt, iudex. ſcilicet Chriſtus. POTEN- 26
TIA. ſcilicet, Antichriſti. VSQVE IN FINEM. id eſt, in
perpetuum.

ALTISSIMI. i. Dei. ſ. Chriſti. 27

VERBI. ſ. Angeli. VERBVM. i. rem totam, ſeu An- 28
geli ſermones.

Hactenus Chaldaicè. Reliqua Hebraicè à Daniele
ſcripta.

CAPVT VIII.

Viſio de ariete duorum cornuum, & hirco vnius ac poſtmodum quattuor cornuum, qui deuicit arietem: quorum ille regem Medorum ac Perſarum deſignat, hic autem regem Græcorum: additur prophetia de rege impudente, ipſiuſque tyrannide, dolo & ſuperbia, qui ſine manu contereretur.

1 ANno tertio regni Baltaſſar regis, viſio ap-
A paruit mihi. Ego Daniel, poſt id quod vi-
2 deram in principio, * vidi in viſione mea, cum
eſſem in Suſis caſtro, quod eſt in Aelam regio-
ne: vidi autem in viſione eſſe me ſuper portam
3 Vlai. * Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries
vnus ſtabat ante paludẽ, habens cornua excelſa,
& vnum excelſius altero atq; ſuccreſcens. Poſt-
4 eà * vidi arietem cornibus ventilantem contra
Occidentem, & contra Aquilonem, & contra
Meridiem, & omnes beſtiæ non poterant reſi-
ſtere ei, neque liberari de manu eius: fecitq; ſe-
cundum voluntatem ſuam, & magnificatus eſt.
5 * Et ego intelligebam: ecce autẽ hircus caprarũ
B veniebat ab Occidente ſuper faciem totius ter-
ræ, & non tangebat terram: porrò hircus habe-
6 bat cornu inſigne inter oculos ſuos. * Et venit vſ-
que ad arietem illum cornutum, quem videram
ſtantem ante portam, & cucurrit ad eum in im-
7 petu fortitudinis ſuæ. * Cumque appropinquaſ-
C ſet prope arietẽ, efferatus eſt in eum, & percuſ-
ſit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non
poterat aries reſiſtere ei: cumque eum miſiſſet
in terram, conculcauit, & nemo quibat libera-
8 re arietẽ de manu eius. * Hircus autem caprarũ
magnus factus eſt nimis: cumq; creuiſſet, fractũ
eſt cornu magnũ, & orta ſunt quattuor cornua
9 ſubter illud per quattuor ventos cæli. * De vno
autẽ ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum:
& factum eſt grande contra Meridiem, & con-
10 tra Orientem, & contra fortitudinem. * Et ma-
gnificatum eſt vſque ad fortitudinẽ cæli: & de-
iecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcauit
11 eas. * Et vſque ad principem fortitudinis magni-
D ficatum eſt: & ab eo tulit iuge ſacrificium, & de-
12 iecit locum ſanctificationis eius. * Robur autem
datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter
peccata: & proſternetur veritas in terra, & fa-
13 ciet, & proſperabitur. * Et audiui vnum de ſan-
ctis loquẽtem: & dixit vnus ſanctus alteri neſcio
cui loquẽti: Vſquequò viſio, & iuge ſacrificium,
& peccatum deſolationis, quæ facta eſt: & ſan-
14 ctuarium, & fortitudo conculcabitur? * Et dixit
ei: Vſque ad veſperam & manè, dies duo millia
15 trecenti: & mundabitur ſanctuarium. * Factum
E eſt autẽ cùm viderem ego Daniel viſionem, &
quærerẽ intelligentiam: ecce ſtetit in conſpectu
16 meo quaſi ſpecies viri. * Et audiui vocẽ viri inter
Vlai: & clamauit, & ait: Gabriel fac intelligere
17 iſtum viſionem. * Et venit, & ſtetit iuxtà vbi ego
ſtabam: cumque veniſſet, pauens corrui in fa-
ciem meam, & ait ad me: Intellige fili hominis,
quoniam in tempore finis complebitur viſio.
18 * Cumque loqueretur ad me, collapſus ſum
pronus in terram: & tetigit me, & ſtatuit me in
19 gradu meo, * dixitque mihi: Ego oſtendam tibi
F quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis:
20 quoniam habet tempus finem ſuum. * Aries,
quem vidiſti habere cornua, rex Medorum eſt

atque Perſarum. * Porrò hircus caprarum, rex
Græcorum eſt, & cornu grande, quod erat
inter oculos eius, ipſe eſt rex primus. * Quòd au- 22
tem fracto illo ſurrexerunt quattuor pro eo:
quattuor reges de gente eius conſurgent, ſed
non in fortitudine eius. * Et poſt regnum eo- 23
rum, cùm creuerint iniquitates, conſurget rex
impudens facie, & intelligens propoſitiones. * & 24
roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus
ſuis: & ſuprà quàm credi poteſt, vniuerſa vaſta-
bit, & proſperabitur, & faciet. Et interficiet ro-
buſtos, & populum ſanctorum * ſecundùm vo- 25
luntatem ſuam, & dirigetur dolus in manu eius:
& cor ſuum magnificabit, & in copia rerum G
omnium occidet plurimos: & contra princi-
pem principum conſurget, & ſine manu conte-
retur. * Et viſio veſpere & mane, quæ dicta eſt, 26
vera eſt: tu ergo viſionem ſigna, quia poſt mul-
tos dies erit. * Et ego Daniel langui, & ægrotaui 27
per dies: cumque ſurrexiſſem, faciebam opera
regis, & ſtupebam ad viſionem, & non erat qui
interpretaretur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ALiarum beſtiarum viſio, ſed quæ eòdem pertinet, ad Romani Imperij euerſionem & ruinam indicandam.

1 ANNO TERTIO. Ad linguam Hebraicam redit, qui ſuperiora Chaldaicè ſcripſerat. Porrò tertius annus Baltaſſaris eius Imperij vltimus fuit; nam tres tantùm annos regnaſſe, communis ſententia eſt. Ioſephus tamen illi lib. 10. c. 12 ſeptemdecim annos tribuit. EGO DANIEL, &c. Hebr. *Ego Daniel. poſt quam viſa eſt mihi in principio* i. poſt viſionem, quæ mihi Danieli in principio apparuit. ſcilicet primo anno Baltaſſaris, de quo ſuperiori cap.

2 IN SVSIS. Sic Goth. ſic Græc. at Hebr. *in Suſan*. ſed perinde eſt. CASTRO. Sic Græc. alij vertunt *metropoli regia*. Quid vox הבירה *habirah* ſignificet, non eſt notum. IN ÆLAM. Prouincia Perſidis, quæ dicta eſt *Suſiana*, & *Elymais*. REGIONE. Goth. *ciuitate* מדינה *medinah*, *regionem* & *vrbem* ſignificat. SVPER PORTAM VLAI. Græc. *ſuper portam atrij*. *Vlam* ſæpè in Ezech. *atrium* ſignificat. Græcus *Vlai*. quod hic ponitur, putauit idem eſſe, quod *Vlam*. Hieronymus putauit אובל *vbal*, quod hîc in Hebr. eſt, *portam* ſignificare, in eo Græcum ſecutus; at *Vlai* eſſe proprium nomen portæ eius vrbis. ſic dixit: *Super* (iuxta) *portam Vlai*. Plerique *vbal*, *flumen* ſignificare putant in genere; *Vlai* eſſe nomen eius fluuij. Fauet Plinius lib. 6. cap. 27. *Suſa, regia Perſarum, in qua Eulæus circuit arcem*. Ergo iuxta illum fluuium Daniel vidit hoc ſpectrum, vt Ezechiel iuxta fluuium Chobar currum vidit, & gloriam Dei. Aquarum murmur gratum poëtis, vatibus gratum. Sanè Suſis Daniel non fuit reuerà, ſed per viſionem; vt Ezechiel ſpiritu non corpore Ieruſalem iuit cap. 8. verſ. 3. Vigente Babylonio, quomodo Daniel in Perſidem ire poterat?

3 ANTE PALVDEM ſtabat aries. *Vbal*, pro qua voce *portam* poſuit verſ. ſuperiori, hic *paludem* interpretatur. Græc. *ſtans ante Vbal*. Ego *iuxta fluuium* dicerem. HABENS CORNVA EXCELSA. ſ. aries. ET VNVM EXCELSIVS ALTERO ATQVE SVCCRESCENS. ſ. cornu maius cornu altero. Hebr. additur *in nouiſſimo, in extremo*. id eſt, cuſpide eminebat. Hieronymus illud *in extremo* iunxit cum ſequenti verſu, & loco eius poſuit POSTEA. Porro duo cornua Darius Medus & Cyrus Perſa fuiſſe videntur Fuit Cyrus Dario maior opibus.

4 VIDI ARIETEM CORNIBVS VENTILANTEM. Hebr. & Græc. *cornu petentem*. CONTRA OCCIDENTEM. Tres plagas nominat, contra quas bellum Cyrus geſſit. Ortum non nominat, quia ad eam plagam Medi & Perſæ erant, primum eius Imperium. NON POTERANT RESISTERE EI. Hebr. *non ſtabant coram eo aliæ beſtiæ*. NEQVE LIBERARI. Hebr. *& non liberans de manu eius*; non erat qui alias beſtias liberare poſſet.

5 INTELLIGEBAM, ſeu *perpendebam*. ſ. hæc. NON TANGEBAT TERRAM hircus. Summa velocitas fuit Alexandri, qui per hircum deſignatur. CORNV INSIGNE. id eſt, magnum, ſeu perplexum, vt Iſai. 21. verſ. 2. vbi eadem vox חזות *hazuth*, quæ hîc ponitur. INTER OCVLOS SVOS, in fronte. In hoc ferocia notatur; nam quæ vnum cornu habent, ſunt ferociſſima, rhinoceros, vnicornis.

6 ANTE PORTAM. Hebr. *ante fluuium Vlam ſtare*. IN IMPETV. Hebr. *in ira fortitudinis ſuæ*. i. vehementi, incurrit in arietem hircus.

EFFERATVS EST. Sic Græc. at Hebr. *excanduit*, ira commotus eſt. RESISTERE EI. Hebr. *ſtare ante eum* aries non poterat. i. Perſarum Rex.

8 MAGNVS FACTVS EST. Alludere videtur ad cognomen *Magni*, quod Alexander habuit. CVMQVE CREVISSET. Hebr. *cum roboratum eſſet*, ſ. cùm ad ſummum perueniſſet, tunc eſt contractum cornu. Obijt enim ætatis anno trigeſimoſecundo, confectis magnis rebus. ET ORTA SVNT QVATTVOR CORNVA SVBTER ILLVD. Hebr. *& creuerunt inſigne* (pro, inſignia) *quattuor ſub eo*. i. pro eo. Succeſſerunt ei quattuor Reges, Imperio diuiſo, Seleucus, Philippus, Antigonus Ptolemæus qui ad quattuor orbis plagas prouincias tenuerunt Id ſignificat, PER QVATTVOR VENTOS CÆLI.

9 CORNV VNVM. Hic fuit Antiochus Epiphanes, Seleuci filius, octauus Syriæ Rex, qui diu obſes Romæ, inde fugiens, & Demetrio maiore fratre pulſo, regnum obtinuit paternum, ſed & alijs prouincijs bellum intulit. De quo 1. Machab. c. 6. & lib. 2. cap. 5. & 9. tum Ioſephus plura. MODICVM. Hebr. *paruum*, tale fuit initio cùm Româ fugit. CONTRA MERIDIEM, ſeu *ad Meridiem*; cum Ægypto bellum geſſit, ET CONTRA ORIENTEM. In Perſidem arma intulit. ET CONTRA FORTITVDINEM. Sic vocat terram Iſrael, quòd diuino præſidio eſſet munita. Hebr. *contra deſiderium*. id eſt, terram deſiderabilem. Sic vocat Iudæam, quòd præcipua inter alias prouincias eſſet. Quidam pro *deſiderio, ornatum* vertunt, eadem cauſa. Græc. *Occidentem* vertit: nam Iudæa ad Occidentem erat, comparatione Babylonis, vbi Seleucus propriè regnauit. Itaque Antiochus contra Aegyptios, Perſas, & Iudæos multa bella geſſit.

10 VSQVE AD FORTITVDINEM CÆLI. Græc. *vſque ad militiam cæli*. Hebr. *exercitum cæli*. Sic Iudæorum copias vocat, quod cæleſti præſidio munitæ eſſent. DEIECIT DE FORTITVDINE, de eo exercitu multos peremit viros præclaros, quos ſtellas etiam vocat. ET CONCVLCAVIT EAS. Subiecit eas ſtellas pedibus ſuis, & Imperio.

11 ET VSQVE AD PRINCIPEM FORTITVDINIS. Hebr. *Principem exercitus*. Deo ipſi bellum indixit, cui abſtulit iuge ſacrificium & ſanctuarium eius, cùm Iouis Olympij idolum in templo collocauit. 2. Machab. 6. v. 2.

12 ROBVR AVTEM DATVM EST EI. i. potuit iuge ſacrificium auferre propter populi peccata. Hebr. *exercitus datus eſt ei*. ſ. Iudæorum exercitum vicit. CONTRA IVGE SACRIFICIVM, vt ſ. ad tempus illud auferret. PROSTERNETVR VERITAS. i. lex, quam penitùs abolere tentauit. aut *veritas*. i. verus Dei cultus. ET FACIET. ſ. hæc, & ad exitum perducet.

13 VNVM DE SANCTIS. ſ. Angelis audiui. ALTERI NESCIO CVI LOQVENTI. Dicere *loquens*. *Dixit vnus de ſanctis, neſcio cui loquens*. i. ad quemdam, quem ſuo nomine non nominat. Id eſt Hebr. פלמוני *palmoni*, quam vocem Græcus intactam reliquit, cum dicere poſſet τῷ δεῖνα Nos *fulano* dicimus, cùm alicuius mentio incidit, quem ſuo nomine nominare non volumus. Legit autem Græcus pro *palmoni*, *phelmuni*, vt & Hieronymus, argumento, olim Hebraicæ Grammaticæ regulas non eas fuiſſe, quæ

hodie traduntur. VSQVEQVO VISIO, ET IVGE SACRIFICIVM. ſ. ceſſabunt. Id dixit Angelus. ET PECCATVM DESOLATIONIS. ſ. vſquequo durabit deſolatio ob peccatum facta. QVÆ FACTA EST: ET SANCTVARIVM, ET FORTITVDO CONCVLCABITVR. Hebr. *dare* (pro, ad dandum) *ſanctuarium, & exercitum in*) *conculcationem.* ſic Hebræus. *Exercitum* Iudæorum copias, aut potiùs populum vocat.

14 VSQVE AD VESPERAM ET MANE, DIES. Hebr. non eſt vox *dies*, ſed Hieronymus Græcum ſecutus addidit benè. Porro *veſpera* & *mane* meminit, vt intelligas ſingulos dies integros eſſe, quos à veſpera Hebræi inchoant, ideò primo loco veſpera ponitur. DIES DVO MILLIA TRECENTI. Ij dies efficiunt annos ſex, menſes tres, dies viginti. ET MVNDABITVR SANCTVARIVM. Hebr. *iuſtificabitur*, locus difficilis. Videtur enim à profanatione templi vſque ad purificationem eos dies numerare. Ioſephus triennium intercesſiſſe præcisè ait lib. 12. cap. 11. Atque idem videtur dici 1. Machab. 1. v. 57. violatum templum anno centeſimo quadrageſimoquinto, & expiatum centeſimo quadrageſimo octauo à Iuda Machabæo, c. 4. v. 52. Hieronymus in Comment. ſex vaſtitatis annos ponit, & prophanatum templum anno centeſimo quadrageſimotertio, qui 1. Machab. cap. 1. v. 21. dicitur, Antiochum, victa Ægypto, anno centeſimo quadrageſimotertio aſcendiſſe in Iſrael. Verùm nec ſic efficiuntur ſex anni, ſed quinque præcisè, quando quo die violatum eſt, eodem illud Iudas expiauit. Præterea quid facias de tribus menſibus & diebus viginti, qui vltra ſex annos in eo dierum numero continentur? Hac territi difficultate plerique hunc locum ad Antichriſtum ablegant, vt Hieronymus ait. Verùm non placet, quia eum vltra tres annos cum dimidio non regnaturum communis ſententia eſt. Ac credam, cum dierum numerũ extendi non ſolùm ad expiationem templi, ſed ad munitionem & muros, quos Iudas addidit 1. Machab. 4. v. 60. vt templum ab incurſionibus impiorum tutum eſſet. Aut verò ad Antiochi mortem tempus extenditur, quæ fuit anno centeſimo quadrageſimo nono, lib. 1. Machab. cap. v. 16. ſed oportet inchoare ab anno centeſimo quadrageſimotertio cum Hieronymo. Id indicare videtur v. 26. Ita hoc dierum numero deſignatur tempus quo Antiochus vixit ex quo contra Iſraelitas venit.

STETIT IN CONSPECTV MEO QVASI SPECIES VIRI. 15
Angelus humana ſpecie. Quis is? Quid iuuat diuinare? Forte fuit Michael Eccleſiæ Princeps, vt Hieronymus innuit.

VOCEM VIRI. Huius, quem vidit. INTER VLAI, 16
Ad portam ſic dictam, aut ad fluminis Vlæi ripam. GABRIEL. Magnus erat, qui Gabrieli præcipere audet. Et rectè Gabrieli id demandatur, quoniam de Regnorum tranſlatione agebatur, quod fit Dei virtute & fortitudine. Id ſignificat Gabrielis nomen. Ergo Gabriel explica hanc viſionem.

IN TEMPORE FINIS COMPLEBITVR VISIO. i. ſuo 17
tempore, definito tempore erit. Hebr. *ad tempus finis viſio* quæ verba explicari poſſunt, vt Hieronymus intellexit. Tum ſic, *viſionis tempus, & finis iam eſt.* Si opponas, id accidiſſe, quod hic dicitur, poſt quadringentos annos: dicam, coram Deo breue id tempus eſſe. Dicam, de fine captiuitatis agere, vt v. 19. qui propè erat.

COLLAPSVS SVM. Aut bis cecidit, aut repetitio eſt 18
prioris caſus verſ. 17. IN GRADV MEO. Græc. *ſuper pedes*

IN NOVISSIMO MALEDICTIONIS, tunc dicam quæ 19
futura ſunt. Hebr. *in fine iræ.* q. d. iam ira Dei ad finem venit, captiuitas citò finietur. HABET TEMPVS FINEM SVVM. Hebr. *quia tempori deſignato finis.* i. inſtat captiuitatis finis.

REX MEDORVM EST ATQVE PERSARVM. ſ. eſt 20
aries quem vidiſti. Duo Reges, Darius & Cyrus.

QVATTVOR REGES. Sic Græc. Hebr. *quatuor re-* 22
gna. DE GENTE EIVS. Hebr. *de gente.* i. omnes Græci non propinqui, ſed è gentis & exercitus Principibus.

NON IN FORTITVDINE EIVS. q. d. Non ſuis viribus vincent Iudæos, ſed ob eorum peccata. Aut ſic: Alexandro pares viribus non erunt.

23 ET POST REGNVM EORVM. Hebr. *in fine regni eorum.* i. poſt illos quattuor Reges, qui ſucceſſere Alexandro. CVM CREVERINT INIQVITATES. Hebr. *cum conſummati fuerint iniqui.* i. creuerit. ſ. eorum numerus. CONSVRGET REX IMPVDENS FACIE. Sic Græc. At Hebr. *fortis faciẽ.* Sed perinde eſt. ET INTELLIGENS PROPOSITIONES. Hebr. *ænigmata.* i. verſutus, callidus. Antiochus ſ. Epiphanes.

24 NON IN VIRIBVS SVIS. ſed Dei permiſſu, peccatis exigentibus. SVPRA QVAM CREDI POTEST, VNIVERSA VASTABIT. Hebr. *& mirabilia vaſtabit.* i. templum, quod mirabile erat. INTERFICIET ROBVSTOS. Hebr. *corrumpet robuſtos.* i. Principes populi, ſeu eorum domos euertet.

25 SECVNDVM VOLVNTATEM SVAM. Hoc Hieronymus iungit cum ſuperioribus: *Interficiet robuſtos, & populum ſanctorum vt voluerit.* Hebræi cum ſequentibus ſic: *Et ſecundum intellectum ſuum, & proſperabitur* (& redundat) *dolus in manu eius.* i. fraudes ſuccedent, vt ipſe diſpoſuerit. ET IN COPIA RERVM, & in pace (i. non ſolum in bello) interficiet multos. CONTRA PRINCIPEM PRINCIPVM. Contra Deum, illi bellum indicet, & eius legi templum euertet. ET SINE MANV CONTERETVR. ſ. à Deo: nam ex morbo periit inſanabili, 2 Machab. 9. verſ. 5.

26 ET VISIO VESPERE. in genitiuo, vt eſt Hebr. licet Latini codices & Græci reclament. Indicat autem morte Antiochi completum tempus & dies, quos verſ. 14 eadem loquendi forma deſignarat. VISIONEM SIGNA. Hebr. *claude.* ſed perinde eſt. POST MVLTOS DIES. nimirum poſt quadringentos annos Antiochus obiit, à tempore huius viſionis.

27 ÆGROTAVI PER DIES, aliquot dies. ET NON ERAT QVI INTERPRETARETVR. Fortè aliis narrabat quod viderat, ſuppreſſa interpretatione. Hebr. *& non* (erat) *intelligens.* i. nemini explicabam, quid ſcilicet vidiſſem, & quæ morbi eſſet cauſa.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN PRINCIPIO. ſ. primo anno Regni.

2 SVSIS. Metropolis eſt regionis Elamiticæ. vocatur autem *caſtrum*, quia fortiſſima. Quidam tamen pro *caſtro* vertunt *regiam*, vel *metropolim.* ÆLAM. Inde Elamitæ. dicta etiam *Elemais*, & *Suſiana.* REGIONE. Hebr. *prouincia.* VLAI. nomen portæ. fortè ab Eulæo fluuio præterlabente.

3 ARIES. ſ. Darius vltimus Perſarum rex. Quidam tamen putant Darium primum, Cyri auunculum. PALVDEM. Suprà vertit *portam.* Alij *flumen* vertunt, ſeu *riuum.* EXCELSIVS. ſ. Regnum Perſicum Medico.

4 ARIETEM. ſ. illum. vel, ſi ille eſt Darius Medus, iſte intelligitur alter. ſ. vltimus Perſarum Rex. MAGNIFICATVS EST. i. magnus euaſit.

5 INTELLIGEBAM. i. conſiderabam. HIRCVS ſ. Alexander Macedo. CAPRARVM. ſ. filius. NON TANGEBAT, &c. q. d. idque velociſſimè. CORNV. i. robur.

8 CORNVA. i. Regna Aſiæ, cui imperauit Antigonus; Macedoniæ, cui Philippus, qui & Aridæus; Syriæ, cui Seleucus; Ægypti, cui Ptolemæus. VENTOS. i. plagas.

9 CORNV. ſ. Antiochus Epiphanes, qui fuerat Romæ obſes. FORTITVDINEM. Græc. *Occidentem.* Hebr. *gloriam* ſeu *decus.* ſ. Iudæam Deum colentem.

10 FORTITVDINEM CÆLI. q. d. vehementer. Hebr. & Græc. *exercitum cæli.* i. *Dei populum*, vt quidam interpretantur. DEIECIT. ſ. aliquos FORTITVDINE. ſ. proximè dicta. STELLIS. i. ſanctis viris, ſeu Dei cultoribus.

11 PRINCIPEM. ſ. Deum, in cuius templo poſuit Iouis ſtatuam. MAGNIFICATVM EST. i. ſe extulit. IVGE. ſ. quotidie ſacrificabatur, manè & veſperi.

12 PECCATA. ſ. populi. VERITAS. Græc. *iuſtitia.* Fortè iuſti intelliguntur, quos eſt perſecutus. FACIET. ſ. mala, vt optat. PROSPERABITVR. i. ſuccedet ei quod vult.

Sanctis.i. Angelis. Alteri nescio cvi. Hebr. 13
palmoni. i. certo cuidam. Græc. *phelmuni*. Hiſpani di-
cunt *fulano*. ſ. cùm de aliquo loquuntur, cuius nomen
tacent. Visio. i. quod per viſionem iſtam ſignificatur.
Sacrificivm. ſ. auferendum. Peccatvm. i. ſcelus
tantum. ſ. durabit? Facta est. pro, facienda eſt. For-
titvdo. Græc. *exercitus*. ſ. Dei populus.

Vesperam et mane. id eſt, diei naturalis ſpatium. 14
Dies dvo millia trecenti. ſ. annos 6. menſes 4.
dies 20. Mvndabitvr. ſ. per Iudam Machabæum.
Sanctvarivm. i. templum.

Vlai. Vide ſuprà. 16

Tempore finis. i. finito tempore præſcripto. Græc. 17
temporis fine.

In gradv meo. Græc. *ſuper pedes*. 18

Novissimo. i. fine. Maledictionis. i. calamita- 19
tis. Græc. *ira*. ſ. Dei punitionis.

Rex primvs. i. Regni potentia inſignis. 21

In fortitvdine eivs. i. pares ei fortitudine. 22

Rex. ſ. Antichriſtus. Propositiones. Hebr. *ænig-* 23
mata. Græc. *problemata*. q.d. acutus & aſtutus, ſeque
venditans vt Prophetam.

*Svis. ſed ſ. Deo permittente. Faciet. ſ. mala. 24

Dirigetvr. i. ſuccedet ei. Magnificabit. i. ſu- 25
perbia efferetur. Principem. ſ. Deum. Sine manv.
ſ. hominum, ſed Dei.

Vespere et mane. i. in qua dicebatur de veſpere 26
& manè. vide ſup. Signa. i. tege ſeu occulta. q. d. res
eſt arcana.

Langvi. i. animo defeci. Interpretaretvr. ſ. quę 27
in viſione non intelligebam. Græc. *intelligeret*.

CAPVT IX.

Poſt orationem Danielis, qua confitetur Iudæos propter ſua & patrum peccata veniſſe in magnam afflictionem, petens Dei miſericordiam erga populum ſuum, fit ipſi reuelatio de 70. hebdomadibus vſque ad vnctionem Sancti ſanctorum, & de Chriſti morte, populoque eius perdendo, & abominatione deſolationis in templo.

IN anno primo Darij filij Aſſueri de ſemine 1
Medorum, qui imperauit ſuper regnũ Chal- A
dæorum: * Anno vno regni eius, ego Daniel in- 2
tellexi in libris [a] numerum annorum, de quo
factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam prophe-
tam, vt complerentur deſolationis Ieruſalem
ſeptuaginta anni. * Et poſui faciem meã ad Do- 3
minum Deum meum rogare & deprecari in ie-
iuniis, ſacco, & cinere. * Et oraui Dominum 4
Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi: [b] Obſe-
cro Domine Deus magne & terribilis, cuſto-
diens pactum & miſericordiam diligentibus te,
& cuſtodientibus mandata tua. * [c] Peccauimus, 5
iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſſi-
mus: & declinauimus à mandatis tuis, ac iudi-
ciis. * Non obediuimus ſeruis tuis prophetis, qui 6
locuti ſunt in nomine tuo regibus noſtris, prin- B
cipibus noſtris, patribus noſtris, omnique popu-
lo terræ. * Tibi Domine iuſtitia: nobis autẽ con- 7
fuſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda, & habita-
toribus Ieruſalem, & omni Iſrael, his qui propè
ſunt, & his qui procul, in vniuerſis terris ad
quas eieciſti eos, propter iniquitates eorum, in
quibus peccauerunt in te. * Domine nobis con- 8
fuſio faciei, regibus noſtris, principibus noſtris,
& patribus noſtris, qui peccauerũt. * Tibi autem 9
Domino Deo noſtro miſericordia, & propitia-
tio, quia receſſimus à te: * & non audiuimus vo- 10
cem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in le-
ge eius, quam poſuit nobis per ſeruos ſuos pro-
phetas. * Et omnis Iſrael præuaricati ſunt legem 11
tuam, & declinauerunt ne audirent vocẽ tuam, C

[a] Ierem. 25. c. 11 & 29. c. 10
[b] 2. Eſd. 1. b. 5
[c] Baruc. 1. c. 17

& ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio
quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei, qui
12 peccauimus ei. * Et ſtatuit ſermones ſuos, quo
locutus eſt ſuper nos, & ſuper principes noſtros
qui iudicauerunt nos, vt ſuperinduceret in no
magnum malum, quale numquam fuit ſub om
ni cælo, ſecundùm quod factum eſt in Ieruſalẽ
13 * " Sicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, omne ma
lum hoc venit ſuper nos: & non rogauimus fa
ciem tuam Domine Deus noſter, vt reuertere
mur ab iniquitatibus noſtris, & cogitaremus ve
14 ritatem tuam. * Et vigilauit Dominus ſuper ma
D litiam, & adduxit eam ſuper nos: iuſtus Domi
nus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, qu
15 fecit: non enim audiuimus vocem eius. * " Et nũ
Domine Deus noſter, " qui eduxiſti populum
tuum de Terra Ægypti in manu forti, & feciſ
tibi nomen ſecundùm diem hanc: peccauimu
16 iniquitatẽ fecimus, * Domine in omnem iuſt
tiam tuam: auertatur obſecro ira tua, & furo
tuus, à ciuitate tua Ieruſalem, & monte ſanct
tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitate
patrum noſtrorum, Ieruſalẽ & populus tuus i
opprobrium ſunt omnibus per circuitum no
17 ſtrum. * Nunc ergo exaudi Deus noſter oratio
E nem ſerui tui, & preces eius: & oſtende facien
tuam ſuper ſanctuarium tuum, quod deſertum
18 eſt propter temetipſum. * Inclina Deus meu
aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vid
deſolationem noſtram, & ciuitatẽ, ſuper quam
inuocatũ eſt nomen tuum: neque enim in iuſti
ficationibus noſtris proſternimus preces ante fa
ciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multi
19 * Exaudi Domine, placare Domine: attende &
fac: ne moreris propter temetipſum Deus meu
quia nomen tuum inuocatũ eſt ſuper ciuitatem
20 & ſuper populum tuum. * Cumq; adhuc loque
rer, & orarem, & confiterer peccata mea, & pec
F cata populi mei Iſrael, & proſternerem prece
meas in cõſpectu Dei mei, pro mõte ſancto De
21 mei: * Adhuc me loquente in oratione, ecce vi
Gabriel, quem videram in viſione à principio
citò volans tetigit me in tempore ſacrificij ve
22 ſpertini. * Et docuit me, & locutus eſt mihi, di
xitque: Daniel nunc egreſſus ſum vt docerem
23 te, & intelligeres. * Ab exordio precum tuarum
egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem
tibi, quia vir deſideriorum es: tu ergo animad
24 uerte ſermonem, & intellige viſionem. * " Se
ptuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſupe
populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam
vt conſummetur præuaricatio, & finem accipia
peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatu
iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & pro
25 phetia, & vngatur Sanctus ſanctorum. * Scito er
G go, & animaduerte: Ab exitu ſermonis, vt ite
rùm ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum
ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomade
ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur pla
26 tea, & muri in anguſtia temporum. * Et poſt
hebdomades ſexaginta duas occidetur Chri
ſtus: & non erit eius populus, qui eum negaturu
eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit po
pulus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas
27 & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. * Confir
mabit autem pactum multis hebdomada vna

& in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

POſt ſeptuaginta hebdomadas, annos 490. Chriſtum venturum, & occidendum ait Gabriel Angelus Danieli.

IN ANNO PRIMO DARII FILII ASSVERI. Tres fue- 1
re Darij inſignes. Hic qui cum Cyro Babylonem cepit, à Græcis *Cyaxares* dictus, & eius pater Aſtyages, quem Daniel *Aſſuerum* vocat. Alter Hyſtaſpis filius, Cyri nepos, qui templi fabricam impeditam perfici mandauit, Eſdræ 1. cap. 6. verſ. 6. Tertius, qui ab Alexandro victus eſt. DE SEMINE MEDORVM. nam alij Darij de ſemine Perſarum fuere.

ANNO VNO. i. primo. Is annus Cyri etiam primus, 2
qui cum auunculo regnabat: ſed ſeniori defertur; & quoniam eius nomine bellum contra Babylonios eſt geſtum, Cyrus auxiliaris venit. INTELLEXI pro, conſideraui, inquiſiui numerum annorum. DE QVO FACTVS EST SERMO DOMINI AD IEREMIAM. Bis in Ieremia fit mentio ſeptuaginta annorum: ſemel c. 25. v. 11. vbi ait: *Seruient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis*, ijs completis viſitaturum ſuper Regem Babylonis, & deleturum id Imperium. Iterum c. 29. v. 10. ait: *Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtum.* Hi anni ſunt ſeruitutis & captiuitatis, qui deſierunt primo Cyri anno: Eſdræ lib. 1. cap. 1. verſ. 1. cœperunt anno primo Nabuchodonoſor, cùm Regē Ioakim captiuauit: 4. Reg. 24. v. 1. Qui anni ſic numerantur ex Seder Holam: Nabuchodonoſor regnauit annis quadraginta quinque, Euilmerodach viginti tres non integros, Baltaſſar tres; qui omnes efficiunt annos ſeptuaginta. Sunt præterea anni ſeptuaginta deſolationis, qui cœperunt cum templi excidio, implentur ſecundo Darij Hyſtaſpis anno, vt Zacharias ait cap. 1. verſ. 12. *Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.* Qui anni ſic numerantur: Templi poſt excidium, Nabuchodonoſor regnat annis viginti ſex: nam eius anno nono decimo capta eſt vrbs, 4. Reg. 25. v. 8. Euilmerodach annis viginti tres, Baltaſſar tribus annis. ſic filij Iſrael manſere Babylone poſt exciſum templum annis quinquaginta duobus: Cyrus deinde regnauit tribus annis, Aſſuerus ſeu Cambyſes quattuordecim, quibus adiunge duos annos Darij non integros, ſic efficies annos ſeptuaginta. Scio alios in Regum numero, qui inter Nabuchodonoſorem & Baltaſſarem imperarunt, diſcrepare, ac ne in annis conſentire, quibus ſinguli Reges imperarunt. Nos in tanta varietate Hebræos ſumus ſecuti. Porrò de vtris annis, captiuitatis an deſolationis, Daniel hîc loquatur, ſtatuere non eſt facilé, nam ipſe deſolationis annos vocat. Verùm cùm ij anni primo anno Cyri ſeu Darij Medi non ſint impleti, putabit alius de captiuitatis annis loqui, qui tunc impleti ſunt, & vocari deſolationis, quoniam toto eo captiuitatis tempore, prouincia fuit habitatoribus deſolata, vaſtati agri.

ET POSVI FACIEM MEAM, conuerti me verſus Ie- 3
ruſalem, vt cap. 6. v. 10. ROGARE ET DEPRECARI. Hebr. *ad quærendum orationem & deprecationes.* i. vt vacarem orationi. IN IEIVNIIS, SACCO, ET CINERE. Ij ſunt orationis comites optimi,

CONFESSVS SVM. Confiteri & laudare, & pec- 4
cata aperire, hæc Deum placant. CVSTODIENS PACTVM ET MISERICORDIAM. *Pactum* iuſtitia eſt, quam cum *miſericordia* iungit, quia in Dei operibus vtrumque iungitur; & pactum vocat promiſſionem à Deo factam de populi liberatione. DILIGENTIBVS TE. Hebr. *diligentibus eum*. i. te, vt Hieronymus poſuit; nam cum Deo ipſo loquitur.

RECESSIMVS. Hebr. *rebellauimus.* DECLINAVI- 5
MVS. Hebr. *receſſio, ſeu rebellio* (eſt) *à mandatis tuis.* סור *Sor*. i. *rebellio*, hic nomen eſt: Hebr. Schol.

7 SICVT EST HODIE. Hebr. *ſicut dies hic*. i. vti experimento conſtat, vt res ipſa monſtrat. HIS QVI PROPE. Omnibus eſt confuſio, vbicumque terrarum ſint.

9 TIBI AVTEM. Nos peccauimus, tuæ partes ſunt miſereri. QVIA RECESSIMVS A TE. Hebr. *rebellauimus in te*. Nec audiuimus legem,

10 QVAM POSVIT NOBIS. Hebr. *quam dedit ante faciem noſtram* per ſeruos ſuos. Moyſes Legem dedit, Prophetę explicarunt. Aut *legem* vocat vaticinia & præcepta Prophetarum.

11 STILLAVIT, ſeu *effuſa eſt* ſuper nos maledictio. ET DETESTATIO. Hebr. & Græc. *iuramentum*. ſed eſt iuramentum deteſtatorium. Porrò alludit ad Moyſis execrationes. Leuit. 26. v. 16. Deuter. 27. verſ. 14.

12 ET STATVIT. i. re exhibuit verba ſua. SVPER NOS. Hoc regitur à verbo *ſtatuit*, non à *locutus eſt*. SVPER PRINCIPES NOSTROS. Hebr. *iudices noſtros*. ſic Principes vocat.

13 VT REVERTEREMVR AB INIQVITATIBVS. Ecce orationis fructum.

14 ET VIGILAVIT DOMINVS, ſeu *feſtinauit*, vt amygdalus, quæ citò flores emittit. ſic Ierem. 1. verſ. 11. *Virgam vigilantem ego video.* alij *virgam amygdalinam.* Thren. 1. v. 14. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum.* id eſt, feſtinauit captiuitas. Ea eſt vis verbi שקד *ſhakad*, *vigilare* & *feſtinare* ſignificat, ad inſtar amygdali. E contrariò *morus* Latinis à *mora* dicitur, quia ſerò germinat. SVPER MALITIAM. i. pœnam malitiæ citò adduxit, vt caſtigati conuerteremur.

15 QVI EDVXISTI POPVLVM. Antiquum beneficium proponit, vt nouum impetret. ET FECISTI TIBI NOMEN. Ex eo glorioſus effectus es. SECVNDVM DIEM HANC. Hebr. *ſicut dies hic*, vt verſ. 7. vti res ipſa docet. PECCAVIMVS. Oratio conciſa; ſupplendum, libera nos, vt parem gloriam conſequaris. Fatemur peccaſſe nos,

16 DOMINE IN OMNEM IVSTITIAM TVAM. Græc. *in omni miſericordia tua*. Hebr. *ſecundùm omnes iuſtitias tuas*. id eſt, pro tua iuſtitia, non pro meritis noſtris auertetur ira tua. Vbi nunc ככל *checol*, Hieronymus & Græcus legerunt *becol*. Sed locus Hebr. planior eſt, & placet, vt *iuſtitia* pro *miſericordia* ſumatur, vt alijs ſæpè locis: nam peccator non iuſtitiam implorare debet, ſed miſericordiam. A MONTE SANCTO TVO. i. à templo, auertatur ira tua.

17 OSTENDE FACIEM TVAM. Hebr. *illuſtra faciem tuam*. benignis oculis templum reſpice. PROPTER TEMETIPSVM. ſ. hoc fac. Hebr. *propter Dominum*. id eſt, propter te.

18 NEQVE ENIM IN IVSTIFICATIONIBVS. Hebr. *iuſtitijs noſtris*. PROSTERNIMVS, ſeu *mittimus* preces.

19 NE MORERIS. Indicat annos ſeptuaginta eſſe tranſactos. QVIA NOMEN TVVM INVOCATVM EST. id eſt, tua eſt ciuitas, tuus eſt populus. non aliena curabis, ſed tuam poſſeſſionem. Id verſu ſuperiori dictum eamdem vim habet.

21 VIR GABRIEL. *Virum* vocat, quia viri ſpecie ſe oſtendit. QVEM VIDERAM IN VISIONE A PRINCIPIO, in prima viſione qua quattuor beſtias vidit, c. 7. verſ. 15 ibi nomen ſuppreſſit, hîc explicat. CITO VOLANS. Hebr. *volans volatu*. Hieron. geminationis vim expreſſit. IN TEMPORE SACRIFICII VESPERTINI. i. ſub veſperam. Et dixit: Veni

22 VT DOCEREM TE, ET INTELLIGERES. Hebr. *vt docerem te intelligentiam*. hoc eſt, myſterium indicarem tibi.

23 AB EXORDIO PRECVM TVARVM EGRESSVS EST SERMO. i. hæc legatio decreta eſt. Aut Cyrus cogitauit templum conſtruere, ex quo primù orare cœpiſti. VIR DESIDERIORVM. Hebr. non eſt vox *vir*, ſed omnes ſupplent. Significat autem, Deum audiſſe eius preces, & eam legationem decreuiſſe, quoniam Daniel populi ſalutem magnopere expetebat. ANIMADVERTE. Excitat attentionem. q. d. De re magna ſermo erit, audi attentè.

Septvaginta hebdomades. In diuinis libris ſunt 24
hebdomades dierum, Dan. 10. v. 2. *Ego Daniel lugebam*
trium hebdomadarum diebus, ſunt hebdomades anno-
rum, Leuit. 25. v. 5. *Numerabis quoque tibi ſeptem heb-*
domadas annorum. Hæ Danielis ſeptuaginta hebdoma-
des dierum eſſe non poſſunt, nam breui tempore tam
multa quæ hîc continentur, perfecta non ſunt. reſtat vt
ſint hebdomades annorum, efficientes annos 490. Qui
anni vnde inchoari debent, magna quæſtio eſt. Certè
ab exitu ſermonis, vt iterũ ædificetur Ieruſalem. Quando
is exitus fuit? Quidam, cùm Ieremias cap 29. verſ. 10.
fore dixit, vt Deus populum viſitaret, & in ſuas ſedes
reſtitueret. Quod ex cap. 28. verſ. 1. colligunt quarto
Sedeciæ anno contigiſſe. Hoc Galatinus ſequitur lib. 4.
contra Iudæos, cap. 15. annorum & Regum rationem
ab Hebræis poſitam ſecutus, quæ breuiſſima eſt. Nam
Græcorum ratio, quæ multò longior eſt, cogit alios ab
anno vigeſimo Artaxerxis Longimani inchoare, cùm
Nehemiam miſit cum facultate Ieruſalem conſtruen-
di, Nehem. 2. v. 1. Nos mediam viam tenentes, exitum
verbi hoc Danielis vaticinium putamus, quod primo
Darij Medi anno contigit, & fine captiuitatis. Inde vſ-
que ad Chriſti mortem numeramus annos 483. heb-
domades ſexaginta nouem, correctis Hebræorum &
Græcorum rationibus, ratione quam hoc loco ſigilla-
tim explicare non eſt opus. Nunc ad ſingula verba ac-
cedamus. Septvaginta hebdomades, anni 490.
Abbreviatæ svnt. Græc. *conciſæ ſunt*. Hebr. נחתך
nechthach, præciſum eſt, pro, præciſæ ſunt. Vult præciſè
tempus definire rerum, quæ futuræ erant maximæ.
Deleatvr iniqvitas. Hebr. *expietur iniquitas*.
Addvcatvr ivstitia sempiterna. ſ. per Chriſtum.
Impleatvr visio, et prophetia. Hebr. *ſignetur*
viſio & propheta. pro, prophetia. Quæ viui non ſunt,
ſigillantur & recluduntur. Chriſti aduentu Prophetiæ
ceſſarunt. *Lex & Propheta vſque ad Ioannem*: Luc. 16.
verſ. 16. Et vngatvr Sanctvs sanctorvm. Hebr.
ſanctitas ſanctitatum. pro, *Sanctus ſanctorum*, vt Hie-
ronymus & Græc. poſuerunt. Is autem quis niſi Chri-
ſtus eſt?

Scito ergo. Repetit idem alio modo & verbis, vt 25
magis memoriæ imprimatur. Ab exitv sermonis.
.i. à primo Cyri anno, cùm is rerum potitus, Babylone
templum & vrbem per edictum inſtaurari permiſit.
Nam, etſi de templo fit mentio in edicto Cyri, idem de
vrbe conceſſum non dubito. Vsqve ad Christvm
dvcem. ſic Græc. Alij: *vſque ad Chriſtum præcipuum*
& excellentiſſimum. Quis autem hic niſi verus Meſ-
ſias? Hebræi recentiores aliò detorquent. Verùm
Moyſes Hadarſan, & Moyſes Gerund. tum liber, cui
titulus, *Reuelatio ſecretorum*, de vero Meſſia totum
hunc locum intelligunt. Hebdomades septem. Non
temerè ſeptuaginta hebdomades in quatuor partes di-
uidit, vt Euſebius conſiderat lib 8. Demonſtr Euang.
ſed vt ſingulis rebus, quas deſignat, ſua tempora diſtri-
buat. Et rvrsvm ædificabitvr platea. Per *pla-*
team templum intelligit, quod intra ſeptem hebdoma-
das, annos quadraginta nouem extructum eſt. quod
mirificè conuenit cum illis verbis Ioan. cap. 2. v. 20.
Quadraginta ſex annis ædificatum eſt templum hoc. nam
à primo Cyri anno ad ſecundum Darij, quo tempore
ad intermiſſum opus redierunt, anni fluxerunt quadra-
ginta ſex. verùm fabrica quarto pòſt anno abſoluta eſt:
Eſdræ lib. 1. cap. 6. v. 15. ſic fit vt ſeptem hebdomades
in ſtructura templi ſint finitæ, & alioqui quadraginta
ſex annis tantùm tenuit ædificatio, quia à primo Cyri
edicto, quarto anno fabrica cœpit, 1. Eſdræ 3. v. 8. Duos
annos in itinere conſumpſere Iudæi, cùm è captiuitate
redierunt; & duo alij abierunt, vt ibi dicitur, priuſ-
quam operi manum admouerent. Et mvri, ſeu *foſ-*
ſa. In angvstia, propter hoſtes circumfuſos, qui
opus impediebant.

Et post hebdomades sexaginta dvas occide- 26
tvr Christvs. Nempe ante vltimam hebdomàdam,
in fine ſexageſimæ nonæ. Et non erit eivs popv-
lvs. Hebr. *& non ei*. ſ. erit, qui opem ferat. Hierony-
mus alia verba addidit de ſuo. ſ. *populus, qui eum nega-*
turus eſt. Et civitatem et sanctvarivm dissi-
pabit. Hebr. *deſtruet populus ducis venturi.* Hic fu
Titus, in quo omnes conuenire video. Verùm ei exc
dio tempus non deſignat, quod accidit poſt Chriſ
mortem annis quadraginta. Ceterùm, quia ob Chriſ
mortem id accidit, poſuit id excidium continuò po
Chriſti mortem.

27 Confirmabit avtem pactvm. i. Euangelium
Mvltis hebdomada vna. i. vltima. Multi ad Chr
ſtum ſeptem annis ab eius morte conuerſi ſunt. I
dimidio hebdomadis. Tunc inuectæ ſunt in vrbe
Tiberij imagines. Ioſephus lib. 2. de Bello Iudaic
cap. 8. quas vocat *abominationem* i. idololatriam. Por
ijs imaginibus vrbe polluta, nefas putarunt ſacrificar
& defecit hoſtia, & ſacrificium. Aut ſint Caij Imp. im
gines, quas in templum inuexit anno Chriſti trigeſim
nono. ſic Euſebius in Chron. hoc eſt, intra vltima
hebdomadam. Et erit in templo abominat
desolationis. Hebr. *& propter alam abominationu*
(.i. propter abominationes) *deſolator*. i. deſolatio. h
eſt templum tandem deſolabitur. Et vsqve a
consvmmationem. i. ea deſolatio perpetua erit Heb
vſque ad conſummationem & præciſam (& redunda
diffundetur ſuper (templum) *deſolator*. Verba implic
ta Hieronymus ſententiam poſuit; appendit verba, ne
numerauit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Assveri, qui & Aſtyages.
2 Vno. i. primo. Libris. ſ. ſacris, vt Ierem.
& 25.
3 Faciem. ſ. verſus Ieruſalem, vt ſolebat.
4 Confessvs. ſ. peccata mea, & populi. Cvstodie
tibvs. ſ. hæc pacti conditio.
7 Tibi. ſ. tribuenda, vel conuenit. Est. i. apparet.
9 Qvia recessimvs. iungendum cum *nobis confuſ*
11 Stillavit. Græc. *venit*. Detestatio. i. execrati
Moysi. ſ. Deut. 27.
12 Statvit. i. confirmauit implendo. ſ. Deus. Ivd
caverVnt. i. gubernarunt ius dicendo. Nvmqva
Hyperbole.
13 Reverteremvr. i. recederemus; ſeu conuerter
mur. q. d. agendo pœnitentiam. Veritatem. ſ. ve
borum, quibus minabaris.
14 Vigilavit. ſ. videtur Deus dormire cùm non p
nit. Malitiam. i. afflictionem ſ. inferendam.
15 Secvndvm diem hanc. i. ſicut appar
hodie.
16 In omnem, &c. Græc. *in omni miſericordia tua.*
18 Prosternimvs. i. proni fundimus.
19 Attende. ſ. orationi meæ. Fac. ſ. quod oro. I
vocatvm. ſ. dicitur ciuitas & populus Domini.
21 A principio. i. in præcedente viſione.
22 Egressvs. ſ. à facie Domini. Doceremm. ſ. qu
optas.
23 Sermo. i. Dei præceptum. ſ. vt ad te venirem. D
siderioRvm. ſ. bonorum. vel q. d. Deo charus. *Res d*
ſiderij vocat Scriptura, quæ amantur, & ſunt in pretio
Visionem. i. quod te videre facio.
24 Abbreviatæ. i. definitæ. Prævaricatio. ſ. mu
di, vt ſtatim explicat. Ivstitia. ſ. per Chriſtum, q
eſt etiam *iuſtitia*, ſecundùm Paulum. Propheti
q. d. impleantur omnes viſiones & prophetiæ de Ch
ſto. Vngatvr ſ. Spiritu ſancto, factus homo.
25 Exitv. ſ. à quarto Sedeciæ anno, qui fuit 12. Nab
chodonoſor, qui poſteà imperauit 34. (anni enim ei
Imperij omnes 45.) Euilmerodach autem 23 Balt
ſar 3. Darius Medus 2. Cyrus 4. Templi inſtauratio
duratio 466. vnde ſi auferas 42 ſ. à Chriſti morte vſq
ad deſtructionem templi. fiunt 490. ſ. ſeptuaginta he
domadæ annorum; nam 70. ſepties, 490. Ad Chri
stvm, qui in vltima occiſus eſt. Platea, et mvr
ſ. Ieruſalem. Angvstia. ſ. reædificata eſt ab Adr

no, ſed non fuit ea proſperitas Iudæorum, quæ olim.

Sexaginta dvas. ſ. & ſeptem, nempe poſt 69. nam 26
hebdomada 70. paſſus. Popvlvs, qvi evm negatvrvs est. Totum id additum ab Interprete explicationis cauſa. Popvlvs. ſ. Romanus. Dvce. ſ. Tito. Statvta. ſ. à Dei iuſtitia.

Pactvm. ſ. Teſtamentum nouum, ſeu Legem Euan- 27
gelicam. Mvltis. ſ. hominibus. vel per multa ſigna & opera. Vna. ſ. vltima. Hostia, &c. ſ. ſacrificia Legis veteris, quæ Chriſto paſſo abrogata. Sacrificivm. ſ. cibarium, quod Hebr. *minchah*. Abominatio, &c. ſ. Romanus exercitus, qui templum profanauit. Vsqve ad consvmmationem. i. perfectionem. q. d. erit maxima. Et finem. q. d. erit perpetua, ſeu diuturna.

CAPVT X.

Vbi ſe afflixiſſet Daniel, videt virum lineis veſtitum qui hic deſcribitur, & territus ac tremens confortatur ſemel & iterum de reſiſtente Principe Regni Perſarum, de Principe Græcorum, & de Michaele principe Iudæorum qui ſolus auxiliatur.

ANno tertio Cyri regis Perſarum, verbum 1
reuelatum eſt Danieli cognomento Bal- A
taſſar, & verbum verum, & fortitudo magna:
intellexitque ſermonem: intelligentia enim eſt
opus in viſione. * In diebus illis ego Daniel lu- 2
gebam trium hebdomadarum diebus, * panem 3
deſiderabilem non comedi, & caro & vinum
non introierunt in os meum, ſed neque vnguen-
to vnctus ſum: donec complerentur trium heb-
domadarum dies. * Die autem vigeſima & 4
quarta menſis primi, eram iuxta fluuium ma-
gnum, qui eſt Tigris. * Et leuaui oculos meos, & 5
vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius
accincti auro obrizo: * & corpus eius quaſi 6
chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulgu-
ris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia
eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi
ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius
vt vox multitudinis. * Vidi autem ego Daniel 7
ſolus viſionem: porrò viri, qui erant mecum, B
non viderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos,
& fugerunt in abſconditum. * Ego autem reli- 8
ctus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non
remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea
immutata eſt in me, & emarcui, nec ha-
bui quidquam virium. * Et audiui vocem ſer- 9
monum eius: & audiens iacebam conſternatus
ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat
terræ. * Et ecce manus tetigit me, & erexit me 10
ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum
mearum. * Et dixit ad me: Daniel vir deſide- 11
riorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, &
ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te.
Cumque dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti
tremens. * Et ait ad me: Noli metuere Daniel: 12
quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad in- C
telligendum vt te affligeres in conſpectu Dei
tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni pro-
pter ſermones tuos. * Princeps autem regni Per- 13
ſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: &
ecce Michaël vnus de principibus primis venit
in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta
regem Perſarum. * Veni autem vt docerem te 14
quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis die-
bus, quoniam adhuc viſio in dies. * Cumque lo- 15
queretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vul-
16 tum meum ad terram, & tacui. * Et ecce quaſi
ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & ape-
riens os meum locutus ſum, & dixi ad eum qui
ſtabat contra me: Domine mi, in viſione tua
diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me
17 remanſit virium. * Et quomodo poterit ſeruus
D Domini mei loqui cum Domino meo? nihil
enim in me remanſit virium, ſed & halitus
18 meus intercluditur. * Rurſum ergo tetigit me
19 quaſi viſio hominis, & confortauit me, * &
dixit: Noli timere vir deſideriorum: pax tibi:
confortare, & eſto robuſtus. Cumque loquere-
tur mecum, conualui, & dixi: Loquere Do-
20 mine mi, quia confortaſti me. * Et ait: Num-
quid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar
vt prælier aduerſum principem Perſarum. cùm
ego egrederer, apparuit princeps Græcorum
21 veniens. * Verumtamen annunciabo tibi quod
expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt
adiutor meus in omnibus his, niſi Michaël
princeps veſter.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIſionem aperit, quam Angelus poſtremis capitibus interpretatur.

1 Anno tertio Cyri. Cap. 1. v. 21. *Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri Regis*. verùm ibi non dicit vſque ad eum annum tantùm fuiſſe. Porrò eius anni meminit, quoniam in eo libertas Iudæis eſt data. Aut fortaſſis is annus tertius eſt, ſi computemus duos annos priores, quibus vnà cum Dario auunculo regnauit. eſt autem primus, ex quo ſolus regnare cœpit. Verbvm. i. res, negotium. Verbvm vervm. Hebr. *veritas verbi*. i. verbum, & viſio vera fuit. Et fortitvdo magna. i. viſio erat terribilis. Hebraica vox צָבָא *zaba, tempus & exercitum* ſignificat. Ex eo quidam vertunt: *Tempus magnum hoc eſt, longo poſt tempore implebitur*. alij: *exercitus magnus*. ſ. Angelorum multitudo affuit. ſed cùm Hieronymus Græca vertit, *fortitudo magna*, argumento, ea voce id etiam ſignificari. Intellexitqve. pro, vidit eam viſionem, non in ſomnis, ſed vigil. Intelligentia enim est opvs. Hebr. *intelligentia ei in viſione*. i. *data eſt*, vt Græc. poſuit. Interpretatio ab Angelo data eſt eius viſionis quam vidit.

2 Lvgebam. Quare? certè quòd templi ſtructura impedita eſſet, aut quia ex Iudæis multi nollent in patriam redire. Hoc eſt viſionis præludium.

3 Panem desiderabilem non comedi. i. delicatum, candidum; ſed ſecundum, communem.

4 Mensis primi. i. *Niſan*, qui Martio reſpondet, die vigeſima quarta. Eram ivxta flvvivm magnvm. Hebr. *manum fluuij*. i. ripam. *iuxta fluuium*, vt noſter dixit. Eratque ibi aut corpore, quod magis puto, aut in viſione.

5 Et ecce vir. Angelum *virum* vocat, quia forma viri apparuit. Lineis, veſte candida nimirum. Renes, ſeu *lumbi* accincti. Avro obrizo. Hebr. *auro ophaz*, hoc eſt, puriſſimo. Id ſignificat *aurum obrizum*.

6 Et corpvs eivs qvasi chrysolithvs. Hebr. *ſicut Tharſis*. Gemma coloris hyacinthi, ſic Hebr. i. violacei, & cæleſtis. Species fvlgvris. Splendorem ex interuallo emittebat, ſed breuem, qualis eſt fulguris. Qvæ deorsvm, tibiæ, crura. Qvasi species æris candentis, ſeu *fulgentis*, vt Græc. ſeu *politi*, vt Hebr. eſt. Vt vox mvltitvdinis, turbæ. ſ. vehemens & confuſa. ſic erat vox eius.

7 Vidi avtem ego Daniel solvs. Non ergo dormiens, ſed cum ſocijs erat. Simile Paulo accidit Act. 9. v. 7.

8 Et species mea. Hebr. *decor*, pulchritudo mea conuerſa eſt. Et emarcvi. Hebr. *in corruptionem*.

ſ. cor-

ſ. corruptus eſt decor.

9 IACEBAM CONSTERNATVS. Hebr. *& ego eram ſoporatus*. i. exanimatus.

10 MANVS .... EREXIT ME. Hebr. *mouit me*. SVPER ARTICVLOS MANVVM MEARVM. Hebr. *ſuper palmas manuum mearum*. Non ergo erat erectus, ſed incumbens genibus & manibus, nondum integras vires receperat.

11 STA IN GRADV TVO. Græc. *in ſtatione tua*. i. qui genibus & manibus innitebaris, ſta pedibus tuis. STETI TREMENS. In pedes erexi me, ſed cum timore.

12 NOLI METVERE. Non durus nuntius venio, ſed lætus. POSVISTI COR TVVM AD INTELLIGENDVM. Quid? nempe quod Angelus poſteà dicit de templi ædificatione, de Iudæorum rebus & bellis. ET EGO VENI PROPTER SERMONES TVOS. i. propter preces tuas.

13 PRINCEPS AVTEM REGNI PERSARVM. Occurrit tacitæ obiectioni. Si ex die primo auditæ ſunt preces meæ, quomodo non veniſti citiùs? Quia Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus. Is Princeps, aut Rex ipſe fuit cui mutata priori voluntate Angelus ſuggeſtione ſua ſuadere eo tempore non poterat, vt ad priora vota recurreret. Aut fuit Angelus Perſidis Præſes, vt Hieronymus ſentit, & Gregorius 17 Moral. cap. 7. cui diſceſſus Iudæorum diſplicebat, aut quia non ſatis pœnarum dederát, aut quia per eos Perſæ ſalutaria addiſcebant; Regique ſuggerebat, ne eos abire pateretur. Vt ſinguli homines ſuos Angelos habent, ſic prouinciæ. ET ECCE MICHAEL VNVS DE PRINCIPIBVS, è præcipuis Angelis, venit, & eo adiutore perſuaſum eſt Regi quod cupiebas. ET EGO REMANSI IBI. ſ. ſolus, ante Michaelis aduentum, eaque fuit moræ cauſa. Ita cum Angelo Perſarum aliarum prouinciarum Angeli conueniſſe videntur. IVXTA REGEM PERSARVM. Hebr. *iuxta Reges Perſarum*. Cyrum Reges vocat, ob multa Regna quæ poſſidebat: aut de eo & Cambyſe filio loquitur, qui Iudæis non erat affectus, eò erat difficilius obtinere quod cupiebat Daniel.

14 IN NOVISSIMIS DIEBVS, poſt Chriſti aduentum, aut vſque ad illum. Denique futuris temporibus. ADHVC VISIO IN DIES. i. tua hæc viſio in longum tempus extendetur.

15 DEIECI VVLTVM MEVM IN TERRAM. Priùs in terram ceciderit, v. 9. nunc præ reuerentia ſedato metu oculos demittit. ET TACVI. Hebr. *obmutui*. non poteram loqui.

16 SIMILITVDO FILII HOMINIS. Hebr. *quaſi ſimilitudo filiorum hominis*. Ipſemet Angelus, quem Daniel ex tactu cognouit non eſſe hominem, ſed hominis formam. TETIGIT LABIA MEA. ne ampliùs mutus eſſem. ET DIXI AD EVM QVI STABAT CONTRA ME, aut *coram me*, vt Græcè. DOMINE MI. Ecce, qui labia tetigit, cum Dominum vocat. DISSOLVTÆ SVNT COMPAGES MEÆ. i. nerui. Hebr. *conuerſi ſunt dolores mei*. i. dolui. Græc. *conuerſa ſunt interiora mea*. i. turbata ſunt viſcera.

17 HALITVS MEVS INTERCLVDITVR. Græc. *halitus non eſt relictus in me. Halitus*, id eſt, anima ſeu mens, נשמה neſamah, hoc eſt, *exanimatus ſum*.

18 QVASI VISIO HOMINIS. ſeu *ſpecies & ſpectrum* hominis, Angelus tetigit me. Quid dixit?

19 PAX TIBI. id eſt, nihil mali timeas. Iudæi putabant, ſi Deum aut Angelum viderent, continuò perituros; Iudic. 13. verſ. 21. Eum metum depellit.

20 QVARE VENERIM AD TE? ſ. vt interpretarer viſionem. quod deinde proximis capitibus facit. ET NVNC REVERTAR poſt interpretationem. VT PRÆLIER, vt contra Perſarum Principem Angelum dimicem, ſuggerendo Regi contraria. PRINCEPS GRÆCORVM VENIENS. Quorſum? vt cum Principe Perſarum iungeretur. ſic Theodoretus. Et per *Principem & Angelum Græcorum* intellige aliarum prouinciarum Præſides, qui omnes liberationi Iudæorum aduerſabantur Græcorum imprimis, quoniam ad Græcos id tranſiturum Imperium ſciebat. Caſſianus Coll. 8. cap. 13. Perſarum & Græcorum Angelos putat eſſe cacodęmones.

21 ANNVNTIABO TIBI QVOD EXPRESSVM EST IN SCRIPTVRA VERITATIS. i. ſcriptura vera. Hæc autem ſcriptura eſt Prophetarum vaticinia. Aut decretum Dei de ijs quæ futura erant. quod vocat *ſcripturam*, non quia ſcriptum erat, ſed quia decreta ſcribi ſolent. MICHAEL PRINCEPS VESTER. i. Synagogæ. quòd ſi eius cuſtos fuit, Eccleſiæ etiam, quæ Synagogæ ſucceſſit, & vna eademque cum Eccleſia eſt. Ille ſolus eſt adiutor meus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET VERBVM, &c. q. d. res quædam plena veritate, & Dei virtute. quamquam Hebr. pro *fortitudine* eſt *militia*, ſeu *exercitus*. ſignificatur ergo, viſionem eſſe de bellis. Vide cap. 11.

2 ILLIS. ſ. tertio Cyri anno. LVGEBAM. ſ. ob populi peccata.

3 DESIDERABILEM. Græc. *deſideriorum*. i. pretioſos ſeu delicatos cibos.

4 PRIMI. ſ. qui dicitur *Niſan*, reſpondetque Martio vel Aprili.

5 VIR. i. Angelus viri ſpecie. AVRO. i. zona aurea. OBRIZO Hebr. & Græc. *Ophaz*.

6 CHRYSOLITHVS Hebr. & Græc. *Tharſis*. ſ. cæruleus, ſeu cęleſtis. Significatur immortalitas, ſicut auro charitas. FVLGVRIS. ſignificatur gloria. LAMPAS. ſignificatur claritas intellectus. ÆRIS. ſignificatur fortitudo. MVLTITVDINIS. ſignificatur copia ſcientiæ, ſeu docendi vis.

7 TERROR. ſ. ex præſentia Angeli. fortè vocem audiuerat.

8 GRANDEM. i. excellentem. EMARCVI. i. deſeci, vt ſtatim explicatur.

10 ARTICVLOS. Hebr. *palmas*. ſ. genibus nitebatur & manibus, vt ſurgeret.

11 DESIDERIORVM. i. Deo charus. vide ſup. IN GRADV TVO. i. rectus, vt anteà. Græc. *ſtatu tuo*. AD TE. i. vt tecum loquar.

12 INTELLIGENDVM. ſ. Dei voluntatem de ſtatu populi Iudaici. VT TE AFFLIGERES. pro, te affligendo. ſ. per abſtinentiam. SERMONES. i. orationem. ſ. exauditam.

13 PRINCEPS. i. Angelus præfectus. RESTITIT. ſ. agens apud Deum oratione, ne Iudæi omnes diſcederent è Babylone, ne Gentiles illi deſererentur ab ijs qui ad Dei fidem eos poſſent conuertere. Ita ferè Doctores. Mihi planè mirabilis videtur, & intellectu difficillima iſta Angelorum inter ſe pugna. REMANSI. ſ. tamdiu impeditus. Græc. *reliqui illum*. REGEM. Græc. *Principem*. i. Præfectum. ſ. Angelum.

14 VISIO. i. viſione ſignificatum. IN DIES. ſ. plurimos implenda eſt.

16 SIMILITVDO, &c. i. quidam homini ſimilis. CONTRA. i. coram, ſeu è regione.

17 INTERCLVDITVR. Græc. *non eſt relictus in me*.

18 QVASI VISIO HOMINIS. i. qui videbatur eſſe homo. ſ. Angelus hominis ſpecie.

19 PAX TIBI. i. eſto bono animo.

20 NVMQVID. pro, tam, ſeu, numquid non? Apparet enim ei explicaſſe quod habebat in mandatis, ſed ſcriptum non eſt. alioqui quæ eſt viſio, de qua in principio capitis? aut quid noui attulit iſte Angelus, ſi nihil prætereà dixit? Quamquam reſponderi poteſt, explicaſſe in ſequenti capite: eſt enim eadem viſio ſecundùm quoſdam, quod mihi probatur, etſi Hieronymus negat. PRÆLIER. Quis hoc intelligat? CVM EGO, &c. & id qui intelligit explicet. Quidam putant ſignificari vbi pugnauerit contra Angelum Præfectum Perſis, reſtare ſibi pugnam contra Græcorum præfectum, ad quos tandem transferendum erat Imperium. At quam pugnam? mirum ſi poteſt ab homine intelligi quidquid eſt in Scriptura.

21 ANNVNTIABO. ſ. priuſquam à te diſcedam. SCRIPTVRA VERITATIS. i. Dei prouidentia. q. d. in Dei libro qui ipſe eſt. NEMO EST. ſ. a Deo mihi aſſignatus.

C A-

CAPVT XI.

Vaticinium de regibus Perſarum & rege Græcorum: de bellis ac inſidijs inter reges Auſtri & Aquilonis, & de rege qui Deum deorum non reputabit, ſed plurima aduerſus ipſum loquetur, & quæ prouinciæ ab illo euadent, quibuſue dominabitur.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſta- 1
bam vt confortaretur, & roboraretur. * Et 2
nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc A
tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabi-
tur opibus nimijs ſuper omnes: & cùm inua-
luerit diuitijs ſuis, concitabit omnes aduerſum
regnum Græciæ. *Surget verò rex fortis, & do- 3
minabitur poteſtate multa, & faciet quod pla-
cuerit ei. * Et cùm ſteterit, conteretur regnum 4
eius, & diuidetur in quattuor ventos cæli; ſed
non in poſteros eius, neque ſecundùm poten-
tiam illius, qua dominatus eſt. lacerabitur enim
regnum eius etiam in externos, exceptis his. *Et 5
confortabitur rex Auſtri: & de principibus eius
præualebit ſuper eum, & dominabitur ditione:
multa enim dominatio eius. * Et poſt finem an- 6
norum fœderabuntur: filiaque regis Auſtri ve-
niet ad regem Aquilonis facere amicitiam, &
non obtinebit fortitudinem brachij, nec ſtabit
ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt
eam, adoleſcentes eius, & qui confortabant
eam in temporibus. *Et ſtabit de germine radi- 7
cum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & B
ingredietur prouinciam regis Aquilonis: &
abutetur eis, & obtinebit. *Inſuper & deos eo- 8
rum, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa argen-
ti & auri, captiua ducet in Ægyptum: ipſe præ-
ualebit aduerſus regem Aquilonis. * Et intrabit 9
in regnum rex Auſtri, & reuertetur ad terram
ſuam. *Filij autem eius prouocabuntur, & con- 10
gregabunt multitudinem exercituum plurimo-
rum: & veniet properans, & inundans: & re-
uertetur, & concitabitur, & congredietur cum
robore eius. *Et prouocatus rex Auſtri egredie- 11
tur, & pugnabit aduerſus regem Aquilonis, &
præparabit multitudinem nimiam, & dabitur
multitudo in manu eius. * Et capiet multitudi- 12
nem, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa C
millia, ſed non præualebit. *Conuertetur enim 13
rex Aquilonis, & præparabit multitudinem
multò maiorem quàm priùs: & in fine tempo-
rum annorumque, veniet properans cum exer-
Iſai.19. c.16 citu magnô, & opibus nimijs. [a] Et in tempori- 14
bus illis multi conſurgent aduerſus regem Au-
ſtri: filij quoque præuaricatorum populi tui ex-
tollentur vt impleant viſionem, & corruent.
*Et veniet rex Aquilonis, & comportabit agge- 15
rem, & capiet vrbes munitiſſimas: & brachia
Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi
eius ad reſiſtendum, & non erit fortitudo. * Et 16
faciet veniens ſuper eum iuxta placitum ſuum,
& non erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit
in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. *Et 17
ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vni-
uerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: &
filiam feminarum dabit ei, vt euertat illud: &
non ſtabit, nec illius erit. * Et conuertet faciem 18
ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare fa-
ciet principem opprobrij ſui, & opprobrium
19 eius conuertetur in eum. * Et conuertet faciem
D ſuam ad imperium terræ ſuæ, & impinget, &
20 corruet, & non inuenietur. *Et ſtabit in loco
eius viliſſimus, & indignus decore regio: & in
paucis diebus conteretur, non in furore, nec in
21 prælio. *Et ſtabit in loco eius deſpectus, & non
tribuetur ei honor regius: & veniet clàm, & ob-
22 tinebit regnum in fraudulentia. * Et brachia
pugnantis expugnabuntur à facie eius, & con-
23 terentur: inſuper & dux fœderis. * Et poſt ami-
citias, cum eo faciet dolum: & aſcendet, & ſu-
24 perabit in modico populo. * Et abundantes &
vberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fe-
cerunt patres eius, & patres patrum eius: rapi-
nas, & prædam, & diuitias eorum diſſipabit, &
contra firmiſſimas cogitationes inibit: & hoc
25 vſque ad tempus. * Et concitabitur fortitudo
eius, & cor eius aduerſum regem Auſtri in exer-
citu magno: & rex Auſtri prouocabitur ad
bellum multis auxilijs, & fortibus nimis: & non
ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia.
26 *Et comedentes panem cum eo, conterent il-
E lum, exercituſque eius opprimetur: & cadent
27 interfecti plurimi. *Duorum quoque regum cor
erit vt malefaciant, & ad menſam vnam men-
dacium loquentur, & non proficient: quia ad-
28 huc finis in aliud tempus. * Et reuertetur in ter-
ram ſuam cum opibus multis: & cor eius ad-
uerſum teſtamentum ſanctum, & faciet, &
29 reuertetur in terram ſuam. * Statuto tempore
reuertetur, & veniet ad Auſtrum: & non erit
30 priori ſimile nouiſſimum. * Et venient ſuper
eum Trieres & Romani: & percutietur, & re-
uertetur, & indignabitur contra teſtamentum
ſanctuarij, & faciet: reuerteturque & cogitabit
aduerſum eos, qui dereliquerunt teſtamentum
31 ſanctuarij. * Et brachia ex eo ſtabunt, & pol-
luent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iu-
ge ſacrificium: & dabunt abominationem in
32 deſolationem. *Et impij in teſtamentum ſimu-
F labunt fraudulenter: populus autem ſciens
33 Deum ſuum, obtinebit, & faciet. * Et docti in
populo docebunt plurimos: & ruent in gladio,
& in flamma, & in captiuitate, & in rapina die-
34 rum. *Cumque corruerint, ſubleuabuntur au-
xilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi frau-
35 dulenter. * Et de eruditis ruent, vt conflentur, &
eligantur, & dealbentur vſque ad tempus præfi-
36 nitum: quia adhuc aliud tempus erit. *Et faciet
iuxta voluntatem ſuam rex, & eleuabitur, &
magnificabitur aduerſus omnem deum: & ad-
uerſus Deum deorum loquetur magnifica, &
dirigetur, donec compleatur iracundia: perpe-
37 trata quippe eſt definitio. * Et Deum patrum
ſuorum non reputabit: & erit in concupiſcentiis
feminarum, nec quemquam deorum curabit:
38 quia aduerſum vniuerſa conſurget. *Deum au-
tem Maozim in loco ſuo venerabitur: & Deum,
quem ignorauerunt patres eius, colet auro, &
argento, & lapide pretioſo, rebuſque pretioſis.
39 *Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno,
G quem cognouit, & multiplicabit gloriam, &
dabit eis poteſtatem in multis, & terram diuidet
40 gratuitò. * Et in tempore præfinito prælabitur
aduerſus eum rex Auſtri, & quaſi tempeſtas ve-
niet contra illum rex Aquilonis, in curribus, &

in equitibus, & in claſſe magna, & ingredietur
terras, & conteret & pertranſiet. *Et introibit in 41
terram glorioſam, & multæ corruent: hæ au-
tem ſolæ ſaluabuntur de manu eius, Edom, &
Moab, & principium filiorum Ammon. *Et 42
mittet manum ſuam in terras: & terra Ægypti
non effugiet. *Et dominabitur theſaurorum 43
auri & argenti, & in omnibus pretioſis Ægypti:
per Libyam quoque & Æthiopiam tranſibit.
*Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aqui- 44
lone: & veniet in multitudine magna vt conte-
rat & interficiat plurimos. *Et figet tabernacu- 45
lum ſuum Apadno inter maria, ſuper montem
inclytum & ſanctum: & veniet vſque ad ſum-
mitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MVlta Angelus Iudæis futura & euentura prædicit.

Ego avtem. Quis hic? non Daniel, ſed Angelus, 1
qui fine capitis ſuperioris loqui cœperat. Stabam vt confortaretvr, et roboraretvr. Hebr. *ad confortandum & roborandum*, ſcilicet Michaelem, qui ſubſidio venerat mihi.

Veritatem annvntiabo tibi. Futura ſcire cu- 2
piebas, ego ea tibi annuntiabo. Ecce adhvc. id eſt, poſt eum qui modo regnat. ſ. Cyrum. Tres Reges stabvnt. Hi fuerunt Cambyſes Cyri filius, Darius Hyſtaſpis, Smerdes. Et qvartvs ditabitvr. Hic fuit Xerxes, de quo Iuſtinus libr. 2. tantas copias contra Græciam collegiſſe ait, vt flumina ſiccare dicerentur. Porro in tanta multitudine opes regias ſuperfuiſſe. Fuit ergo ditiſſimus.

Svrget vero Rex fortis. Hic fuit Alexander 3
Macedo, non continuò poſt Xerxem; neque enim omnes Perſarum Reges numerat: ſed præcipua, quæ per interualla contigerunt, qualis fuit Xerxis expeditio nobiliſſima, & Alexandri Magni res geſtæ. Et fortaſſis, quoniam ex bello Xerxis odium in Perſas Græciæ inualuit & contemptus, idque Alexandrum incitauit, vt bellum in eos ſumeret.

Cvm steterit. i. cùm ad ſummum peruenerit. 4
Conteretvr. i. repentè in fragmenta diſſiliet, vt vas confractum. In qvatvor ventos cæli. i. plagas cæli diuidetur, quattuor regna pro vno erunt. Ex quo intelligitur, haud dubiùm de Alexandro hęc dici. Ptolemæus Lagi filius Ægyptum obtinuit ad Meridiem, Syriam & Babylonem & Pontum ad Septemtrionem Seleucus, Antigonus ad Ortum, Philippus Aridæus ad Occaſum Macedoniæ imperauit. Non in posteros eivs. i. filios. non reliquit Alexander filijs ſuis regnum; nec qui ſucceſſerunt, parem cum illo potentiam habuerunt. Exceptis his. i. præter hos quatuor, qui præcipui erunt, ad alios etiam Regni eius pars perueniet; multi enim alij præter eos quatuor Regnũ Alexandri in partes diuiſum occuparũt, vt Iuſtinus lib. 13. teſtatur, & Q. Curtius.

Confortabitvr Rex Avstri. Ptolemæus Lagi 5
filius multas prouincias ad Ægyptum adiunxit, vt Hieronymus ait. Et de Principibvs eivs. ſupple, vnus, qui fuit Antiochus, Soter Seleuci filius, vnus de Principibus Alexandri. Prævalebit svper evm. i. Ptolemæum bello illato vincet. Hebr. *& præualebit*. ſed & redundat, ſicque Græc. & ab Hieronymo ſublata eſt. Dominabitvr ditione. Hebr. *dominabitur dominatu*. i. multùm dominabitur. ſ. Antiochus, vt proxima verba declarant.

Et post finem annorvm. Multis decurſis annis, 6
poſt multum tempus. Foederabvntvr. Hebr. *ſociabuntur* Græc *commiſcebuntur*. i. affinitatem iungent. Filia qve. Hæc eſt Berenice, filia Ptolemæi Philadelphi, quæ nupſit Antiocho, cui cognomẽ Theos. i. Deus. & fuit tertius Syriæ Rex. ſic Hieronymus. Veniet, vt nubat. Facere amicitiam. Hebr. *rectitudines* i. pacem æquis conditionibus. Id ſignificat vox *meſarim*. Et non obtinebit fortitvdinem brachii, ſeu *brachium*. Non erit ſatis fortis ea affinitas vt pax componatur. Nec stabit semen eivs. non ſuſcipiet filios, aut occidentur. Iuſtin. lib 27. occiſam à Seleuco ait Berenicem nouercam, & paruulum filium Berenices & Antiochi. Et tradetvr ipsa. occidetur. Adolescentes eivs. Hebr. *puer eius*. pro, pueri eius, famuli, aut filius. Et qvi confortabant eam in temporibvs. ſ. familiares, qui multo tempore cum ea fuerant. Hebr. Schol. hoc de diuinis intelligit & vatibus, qui meliora tempora promittebant. Hebr. *conſortans eam*. Quod Hieronymus intelligit de Antiocho, qui quamuis gratia cum priore vxore Laodice conciliata, Berenicem confortabat multo tempore. ſed Antiochus à Laodice occiſus veneno eſt; Berenice, filius, & aſſeclæ à Seleuco Antiochi filio.

7 De germine radicvm eivs plantatio. Hebr. *& ſtabit e germine radicum eius baſis eius*. ſ. germinis. ſ. Ptolemæus Euergetes Philadelphi filius, qui vt Berenices ſororis necem vindicaret, venit cum copijs in Syriam. Et ingredietvr provinciam. Hebr. *præſidium*. i. præſidia & arces. Regis Aqvilonis. Syria ad Aquilonem Ægypti comparatione eſt. Et abvtetvr eis. Hebr. *& faciet in eis*. ſ. pro voluntate. Relatiuum *in eis*, præſidia refert. Et obtinebit. Hebr. *& inualeſcet*, hoc eſt, victor euadet.

8 Et scvlptilia. Græc. *conflatilia*. Alij vertunt *deos eius cum Principibus ducet captiuos*. Ipse prævalebit adversvm Regem Aqvilonis. Hebr. *ipſe annis ſtabit à Rege Aquilonis*. i. in Aquilone diu ſine bello regnabit, in Aquilone Rex erit.

10 Filii avtem eivs. Cuius? Regis Aquilonis, de quo v. 7. & de ijs agere ex proximo v. perſpicitur. Iam hi filij Seleuci Callinici fuere Seleucus Ceraunus & Antiochus, Magnus deinde dictus, qui Ptolemæum Philopatorẽ bello vexarunt. Et veniet properans. Hebr. *& veniens veniet* ſic Græc. Verùm quare numerum mutat pluralem in ſingularem? Quia nimirum è duobus fratribus, Seleuco initio belli extincto, ſolus Antiochus id geſſit. Concitabitvr, et congredietvr cvm robore eivs, Hebr. *ingredietur vſque ad munitionem eius*. i. arces Aegypti occupabit. De hoc bello Iuſtinus lib. 29. & 30.

11 Et provocatvs. Hebr. *& exacerbabitur Rex Auſtri*. Dabitvr mvltitvdo. ſ. hoſtium in manu eius. ſ. Ptolemæus Philopator, ſanè vincet illos.

12 Capiet mvltitvdinem. Sic Græc. Hebr. hoc admittunt, ſ. *multos capiet in ſeruos*. Alij vertunt, *extolletur multitudo*. ſ. poſt victoriam. Ruinæ id eſt initium. Et exaltabitvr cor eivs. Regis aut multitudinis cor eleuabitur. Et deiiciet mvlta millia. Sic Græc. ſed Hebr. *decem millia*. numerus certus pro incerto. Sed non prævalebit. Hebr. *non roborabitur*. nam fœdere facto, ab armis diſceſſit Philopator: Iuſtinus lib. 30.

13 Convertetvr enim Rex Aqvilonis. Antiochus idem, qui Magnus eſt dictus, ſextus Syriæ Rex. In fine temporvm, annorvmqve. i. poſt multum tempus. Nam Philopatore mortuo, cùm filium quinquennem reliquiſſet, qui fuit Ptolemæus Epiphanes, Antiochus eam belli inferendi Ægyptijs occaſionem arripuit, multaque illis quæ in Syria occupauerant abſtulit. De hoc bello Iuſtinus lib. 30. & 31. tum Ioſephus lib. 12. cap. 3.

14 Mvlti consvrgent adversvs Regem Avstri. Antiochus Syriæ & Philippus Macedo fœdere inter ſe facto Ægyptum inuaſere. Filii qvoqve prævaricatorvm, ſeu *violentorum*. Ij ſunt, qui duce Onia Oniæ Pontificis filio in Aegyptum euntes, Ptolemæi Epiphanis permiſſu, Heliopoli templum extruxere ad inſtar Ieroſolymitani. Vt impleant visionem. Ea viſio eſt Iſaiæ cap. 19. v. 19. *In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti*. Is fuit prætextus, vt id vati-

cinium implerent. ET CORRVENT, ſiue *occidentur*. Hebr. Schol. ait, id hoc loco ſignificare כשל *Caſal*. præſertum in coniugatione *Niphal*.

15 ET VENIET REX AQVILONIS, Antiochus Magnus. COMPORTABIT AGGEREM. i. obſidebit. ſ. vrbes Hebr *effundet aggerem*. ET BRACHIA AVSTRI. duces, milites, munitiones. NON SVSTINEBVNT, non ſtabunt. *Et populus electorum eius, & non fortitudo ad ſtandum*. ſic Hebr. Hieronymus quædam addidit, aut mutauit, non malè.

16 ET STABIT IN TERRA INCLYTA, Antiochus ſ. Hebr. *in terra deſiderabili*. ſic Iudæam vocat, quòd alijs terris eſſet præſtantior. ſic eam vocauit cap. 8. v. 9. ET CONSVMETVR, ſeu *deficiet* IN MANV EIVS. vexabit eam. Antiochus, victo Scopa Ægyptio duce, Iudæam occupauit Ioſephus: lib. 12. cap. 3.

17 ET PONET FACIEM SVAM, curabit Antiochus Magnus, de quo loquitur. VT VENIAT AD TENENDVM VNIVERSVM REGNVM EIVS. Hebr. *ad ingrediendum in fortitudine omne regnum eius*. ET RECTA FACIET CVM EO. i. fœdus æquis conditionibus faciet cum Aegyptio. ET FILIAM FEMINARVM. i. pulcherrimam dabit ei. Hæc eſt Cleopatra Antiochi filia, quæ nupſit Ptolemæo Epiphani. VT EVERTAT ILLVD. ſ. Regnum. Hebr. *vt corrumpat illud*. ſ. Regnum. Affixum femininum, vt *regnum* Hebr. nam per eam generum occidere cogitabat. ſed contrà accidit. Id eſt quod addit, ET NON STABIT, NEC ILLIVS ERIT. ſ. Regnum. Filia viro potiùs quàm patri fauit. De hac re Ioſephus lib. 12. cap. 3.

18 ET CAPIET MVLTAS inſulas. Rhodum, Samum, aliaſque multas inſulas cepit Antiochus, vt Hieronymus ait. ET CESSARE FACIET PRINCIPEM OPPROBRII SVI. Hic fuit Mathathias, aut Iudas filius eius, 1. Machab. 2. v. 1. quem *Principem opprobrij* vocat, quia contra eum rebellauit, eumque ceſſare fecit. i. quieſcere à bello, quia Antiocho alijs bellis diſtricto, Iudas reſpirandi & colligendi vires tempus habuit. OPPROBRIVM EIVS CONVERTETVR IN EVM. Hebr. *ne probrum ſuum inferat ei*, i. ne Iudæos & ducem eorum vexare poſſit. Hoc magis placet, quàm ſi Scipionem Naſicam *opprobrij Principem* dicamus, qui Antiochum victum Regno fermè toto ſpoliauit. Quem Naſicam, vt alij explicant, ceſſare fecit, pace cum eo facta, ſed ignominioſa; vnde probrum in Antiochum redijt.

19 AD IMPERIVM TERRÆ SVÆ. Hebr. *ad munitiones*, ſeu *arces* ſe conuertet. ſ. vt eas expugnet & recipiat, quas Iudas Machabæus illi abſtulerat. ET NON INVENIETVR. quia turbæ concurſu cum ſuis perijt in templo Dindymæi Iouis, quod ſpoliare volebat, vt Iuſtinus ait libro 32. Ioſephus paulò aliter eius mortem explicat lib. 12. cap. 13.

20 ET STABIT IN LOCO EIVS VILISSIMVS. Hic fuit Seleucus Philopator, Antiochi Magni filius. Hebr. *& ſtabit ſuper baſim eius* (.i. loco eius) *tranſire faciens exactorem gloriæ Regni*. i. pecuniarum. tributis gentem grauabit. Hic eſt qui miſit Heliodorum ad ſpoliandum templum Ieroſolymitanum, 2. Machab. 3. An hic Heliodorus fuit, qui ipſum Seleucum occidit, vt ait Appianus in Syriaco? ET IN PAVCIS DIEBVS CONTERETVR. Duodecim annos dicunt regnaſſe. Ego ex hoc loco exiguo regnaſſe tempore puto. NON IN FVRORE, NEC IN PRÆLIO. Non in furore militari, ſed domi, aut veneno, vt quidam putant. Iners fuit & vilis Seleucus hic.

21 ET STABIT IN LOCO EIVS DESPECTVS. Hic eſt Antiochus Epiphanes, qui Romæ obſes, audita patris morte, & Seleuci fratris inertia, Româ fugit, & fratre ſuperato regnum obtinuit. ET NON TRIBVETVR EI HONOR REGIVS. Quia non erat legitimus heres, multi eius imperium detrectabant. ET VENIET CLAM. Hebr. *dolo* aut *quiete*. IN FRAVDVLENTIA. Hebr. *blanditijs*.

22 ET BRACHIA PVGNANTIS EXPVGNABVNTVR. Hebr. *brachia inundatione inundabuntur*. ſ. hoſtium vires ſuperabit. INSVPER ET DVX FOEDERIS. Hic eſt Iudas Machabæus, fœderis cum Deo initi dux, quem Antiochus fraudibus ſuperauit. Sic Hieronymus & Hebræi, à quibus temerè non recedo.

23 ET POST AMICITIAS, CVM EO FACIET DOLVM. Cum Iuda Nicanor Antiochi dux doloſe conciliatur, 1. Machab. 7. v. 29. ET ASCENDET, ET SVPERABIT IN MODICO POPVLO, 1. Machab. 9. v. 6. pauci cum Iuda remanſerunt, & ſic ab Alcimo victus eſt. Quod fecit Antiochus per duces, ipſi tribuitur.

24 ET ABVNDANTES ET VBERES VRBES. Antiochus ſ. Hebr. *in quietem & pinguia prouinciæ ingredietur*: .i. optima quæque Iudææ occupabit. DISSIPABIT. Hebr. *diſperdet* aut *diuidet*. CONTRA FIRMISSIMAS; ibi comma. Hebr. *contra munitiones cogitabit*. Captis locis pinguibus, tentauit arces capere. ET HOC VSQVE AD TEMPVS. Aliquanto tempore hæc calamitas tenebit, dum ſe contra Ægyptum comparat.

25 CONCITABITVR, Iudæa ſubacta Ægyptum inuadet. Hebr. *concitabit fortitudinem ſuam, & cor ſuum aduerſum Regem Auſtri*. Is eſt Ptolemæus Philometor, quem pater puerum ſub populi Romani tutela reliquit. Eum auunculus Antiochus inuaſit, priùs fraude, deinde aperto bello. Matrem ille Cleopatram occidit, Philometor per antiphraſim eſt dictus. MVLTIS AVXILIIS. Cum exercitu magno & forti valdè bellum geret Ptolemæus. ET NON STABVNT. Hebr. *non ſtabit*, ſ. Ptolemæus. QVIA INIBVNT ADVERSVS. Hebr. *quia cogitabunt contra eum cogitationes*. Aut ſui proditoriè, aut hoſtes fraudulenter.

26 COMEDENTES. Hebr. *comedentes buccellam cibi eius*. ſ. domeſtici proditores exiſtent contra Ægypti Regem. OPPRIMETVR. Hebr. *inundabitur* ſ. exercitus Ægyptiorum.

27 COR ERIT VT MALEFACIANT. Alter alteri malum parabit. AD MENSAM VNAM. Forſaſſis numquam ſimul comederunt Antiochus & Ptolemæus, ſed ſimulatione amicitiæ inter ſe decipere conabuntur. Id ſignificat Ad vnam menſam accumbere. NON PROFICIENT. Hebr. *non proſperabitur*. ſ. neuter efficiet quod cupit. ſ. alterius Regnum occupare. QVIA ADHVC FINIS IN ALIVD TEMPVS, quia id nondum maturum eſt. Hebr. *quia adhuc finis in tempus certum*.

28 CVM OPIBVS MVLTIS. Ex Ægypti & Iudææ præda, captis opibus Antiochus redibit in patriam. ET COR EIVS ADVERSVM TESTAMENTVM SANCTVM. Contra Ieruſalem, vbi Dei teſtamentum eſt; aut contra Legem Iudæorum, quam euertere conabitur. ET FACIET. .i. voti compos erit.

29 STATVTO TEMPORE. i. proximo anno ad bellum Ægypti reuertetur. ſed ſucceſſus non erit idem. Metu Romanorum re infecta deſtitit: Iuſtinus lib. 34.

30 VENIENT SVPER EVM, contra eum. TRIERES ET ROMANI. Hebr. *naues Chitim*, hoc eſt, Italiæ, nempe Legati nauibus vecti. PERCVTIETVR. metu ſ. Hebr. *dolebit*, debilitabitur. INDIGNABITVR CONTRA TESTAMENTVM. Quoties ex Ægypto redibat, in Iudæa ſtrages faciebat: 1 Machab. 1. v 22. & 25. ET COGITABIT ADVERSVM EOS. Malos etiam & Legis deſertores vexabit, ac ſigillatim Iaſonem Oniæ Pontificis fratrē, qui cùm à Lege defeciſſet, & gymnaſium adinſtar Græcorum Ieroſolymis extruxiſſet, 1. Machab. 5. v. 12. fugere tandem coactus eſt, omnibus & Antiocho ipſi inuiſus, cui placere voluerat, 2. Machab. 5. v. 8.

31 ET BRACHIA EX EO STABVNT fortes è Iudæis ſe Antiocho illi iungent, illi fauebunt. SANCTVARIVM FORTITVDINIS. i. tremendum. ET DABVNT ABOMINATIONEM IN DESOLATIONEM. *Abominationem*. i. idolum. *In deſolationem*. Hebr. *vaſtantem*, deſolantem. ſic idolum vocat, quoniam deſolationis templi id præludium & argumentum erat. Porrò id Antiochum feciſſe 2. Machab. 6. verſ. 1. conſtat, vocaſſe templum Ieroſolymitanum Iouis Olympij, nempe eo idolo ibi poſito.

32 ET IMPII IN TESTAMENTVM SIMVLABVNT. i. ab eo teſtamento recedent, vt 1. Machab. 1. v. 12. factum dicitur. Hebr. *& præuaricatores teſtamenti polluet blanditijs*. ſ. Antiochus ipſe. POPVLVS AVTEM SCIENS

Devm svvm, obtinebit, et faciet. Græc. *prævalebunt, & facient. Vincent* (boni, *tyrannum*, *t* otiſ *compotes erunt*. ſic Hebr. *Populus* eſt nomen collectiuum, &
cum verbo ſingulari & plurali iungi poteſt.

Et docti in popvlo docebvnt plvrimos. Multi 33
eos, qui rebellabunt, ſequentur. Et rvent in gladio. multa propterea patientur. Et in rapina dierum. Sic Græc. ſed quoniam Hebr. non eſt regimen,
commodè vertas, *rapina diebus*. ſ. *multis*, vt additur in
Maſſoreth. Itaque rapina, captiuitas, cædes multo tempore tenebunt.

Cvmqve corrverint. Facili momento qui ceciderint, & ſe contaminauerint, reſurgent, vti operâ Machabæorum eſt factum. Fravdvlenter, bonis ap- 34
plicabuntur. Hebr. *blanditijs*. ſic Græc. i. illis blandientur multi, quod eſt ficte & fraudulenter conuerti.

Et de ervditis rvent. E bonis etiam cadent ali- 35
qui. quod erit ad aliorum probationem. Vt conflentvr quaſi in igne, qui perſeuerauerint. Eligantvr.
Hebr. *mundentur & dealbentur*. ſ. electi. Vsqve ad tempvs præfinitvm. Hebr. *vſque ad tempus finis*.
Qvia adhvc alivd tempvs erit. Quia adhuc tempus deſignatum, nempe *dies duo millia trecenti*, cap. 8.
v. 14. qui fluxerunt, ex quo Antiochus Epiphanes in Iudæam venit, vſque ad eius mortem.

Et faciet ivxta volvntatem svam Rex. Repe- 36
tit quod de Antiocho Epiphane dixit cap. 8. v. 24.
& 25. Adversvs omnem Devm. Fortaſſis ſe vt
Deum adorari voluit. Dirigetvr. Hebr. *proſperabitur*. Donec compleatvr iracvndia. ſ. Dei contra eum. Perpetrata qvippe est definitio.
Hebr. *quia deciſio facta eſt*. i. decretum ſtabilitum eſt
contra eum.

Et Devm patrvm svorvm non repvtabit. 37
Hebr. & Græc. *non intelliget*. An atheum illum facit,
quæ ſecta omni tempore viguit? An indicat Deum verum, quem maiores muneribus miſſis coluerunt, ab eo
impugnatum? quod Hugo Cardinalis ait. Et erit in concvpiscentiis feminarvm. i. mulieroſus, libidini
deditus. Hebr. *& ſuper deſiderium feminarum, & ſuper omnem deum non intelliget*. hoc eſt, illis addictus non
erit, quippe vxorem non duxit. ſic Hebr. Schol. quod
neſcio an ſit verum. Qvæ adversvm vniversa,
aut *ſuper omnes* (. ſ. deos) consvrget. Græc. *magnificabitur*. i. nec deos nec homines curabit.

Devm avtem Maozim. Locus difficilis. quare ve- 38
teres poſtremam huius cap. partem ad Antichriſtum
ablegarunt, vt Hieronymus ait. Sed nihil prohibet de
Antiocho etiam hæc explicare. *Deus Maozim* idem
valet, quod *Deus fortitudinum*, vt Aquila vertit, teſte
Hieronymo, quem poſſumus aut Martem intelligere bellis præſidem, aut Iouem Olympium. cuius ſtatuam in templo Ieroſolymitano poſuit, vt verſ. 31.
& 2. Machab. 6. verſ. 2. dicitur. Loco svo, ſeu *eius*,
ſ. Dei patrum ſuorum hunc reponet. Ita ex omni Græcorum vanitate eum retinuit ſolum, & coluit auro &
argento, Rebvsqve pretiosis. Hebr. *deſiderabilibus*. Verùm quomodo ait. cum deum ignoraſſe patres
eius? nempe eo nomine, aut eo ritu, quæ Antiochus excogitauit, neque Martem, neque Iouem maiores coluerunt.

Et faciet vt mvniat Maozim. Hebr. & *faciet* 39
munitiones Maozim, id eſt, templa. Cvm deo alieno, qvem cognovit. ſ. iunget in eodem templo cum
Deo Iudæorum ſuum illum deum. *Templum, munitiones* vocat. Et mvltiplicabit gloriam, faciet vt
multi eos colant. Et dabit eis potestatem in mvltis. Magnam ditionem ei templo quaſi dotem attribuet. Et terram dividet gratvito. Hebr. diuidet pretio. Hoc eſt, terram templo datam diſtribuet inter ciues, ſed impoſito vectigali, vnde viuant ſacricolæ.

Et in tempore præfinito. Hebr. *& in tempore fi-* 40
nis. i. ſub finem vitæ Antiochi. Præliabitvr. Hebr.
cornupetet ſecum eo Rex Auſtri. ſ. Ptolemęus Philometor. Rex Aqvilonis. contra eum veniet Antiochus.
Et conteret. ſ. Regem Auſtri. Hebr. *mundabit*. An de
hac expeditione loquitur 1. Mach. c. 1. v. 18. In hiſtorijs aliis de ea nihil certi. Porphyrius apud Hieronymū
hic ait vndecimo Regni Antiochi Epiphanis anno hoc
bellum geſtum eſſe.

41 Et introibit in terram gloriosam. Hebr. *decoram* ſeu *deſiderabilem*, ſic Iudæam vocat. In quam, vt
ſolebat, irruit Antiochus ex Ægypto rediens. Mvltæ corrvent. ſ. vrbes multas capiet. Et principivm filiorvm Ammon ſaluabitur. i. partem Ammonitarum reliquit intactam. fortaſſe illæ gentes continuò imperata fecerunt.

42 Et mittet manvm svam. i. ſubijciet multas prouincias, ipſam quoque Ægyptum, 1. Machab. 1. v. 17.

43 Et dominabitvr thesavrorvm. Hebr. *dominabitur in abſconditis*. ſed *abſcondita* pro *theſauris*, quia
abſconduntur. Pretiosis, deſiderabilibus Ægypti.
ſ. dominabitur. Per Libyam qvoqve et Æthiopiam transibit. Hebr. *& Libya & Æthiopia* (. ſ. pretioſis rebus earum regionum dominabitur) *in greſſibus ſuis*, aut potiùs *in munitionibus ſuis*, vt eſt Græc. & Hebraica conſentient per mutationem literarum צ *Zade*
in ס *Samech*. vbique arces conſtituet, vt eas gentes ſubditas habeat. Pro *miZhadau* ſubſtitue *mijhadau*. i. pro
greſſibus, munitiones.

44 Et fama tvrbabit evm, ſeu *rumores*, quaſi ab Oriente & Aquilone bellum inſtet pro Iudæa, vt eam ab
eius tyrannide eripiant. Quare compulſus arma induet, & multos perimet.

45 Tabernacvlvm svvm. Hebr. *tabernacula*. Apadno. Quid hoc? Alij volunt eſſe nomen proprium loci,
vbi caſtra Antiochus poſuit. Plures *palatium* ſignificare
credunt, *figet tabernacula palatij ſui*. ſic regium tentorium vocat. Hebr. Schol. putat, ea voce *linum* ſignificari, hoc ſenſu, *figet tabernacula lini ſui*. i. linea. ex linteis
tentoria fiunt. Inter maria, Mediterraneū & Mortuum, vbi eſt Ieruſalem. Svper montem inclytvm et sanctvm. Hebr. *ad montem decoris ſanctitatis*. i. decorum & ſanctū. Is eſt mons Sion. Et nemo avxiliabitvr ei. In eo bello, quod inferet Ieruſalem & Iudææ, omnes Antiochum illum deſtituent. De ſucceſſu
belli nihil; videtur indicare, aduerſum Antiocho fuiſſe.
ſed & pleraque huius cap. de Antichriſto plerique Expoſitores intelligunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Ego. Verba Angeli; id enim magis probo. Confortaretvr. ſ. Darius. q. d. iuui etiam ego illum,
vt qui Iudæis faueret pluſquam Babylonij Reges.

2 Stabvnt. ſ. poſt Cyrum. Qvartvs. ſ. Xerxes, qui
bellum Græcis intulit innumerabili exercitu.

3 Svrget. ſ. multò pòſt. Rex. ſ. Alexander Magnus.

4 Cvm. pro, poſtquam. Ventos. i. partes ſeu plagas.
His. ſ. quatuor. Nam præter Philippum eius fratrem,
Seleucum, Antigonum, & Ptolemæum, partem eius
Imperij tenuerunt Lyſimachus & alij quidam.

5 Avstri. i. Ægypti. ſ. Ptolemæus Philadelphus.
Eivs. ſ. Alexandri. Prævalebit. ſ. Antiochus
Theos. Svper evm. ſ. Ptolemæum.

6 Annorvm. ſ. aliquorum. Filiaqve. ſ. Berenice,
quæ data in vxorem Antiocho. Semen. i. filia. occiſa
enim à priori vxore Antiochi Laodice, quæ in gratiam
cum viro redierat. Tradetvr. ſ. morti. Temporibvs. ſ. illis.

7 Plantatio. ſ. frater eius Ptolemæus Euergetes.
Eis. pro, ea.

8 Regem. ſ. Seleucum Callinicum filium Antiochi.

9 Regnvm. ſ. Seleuci.

10 Filii. ſ. Antiochus Magnus & Seleucus Ceraunius. Eivs. ſ. Seleuci Callinici. Provocabvntvr. i. irritabuntur. Veniet. ſ. Antiochus Magnus.
Revertetvr. ſ. ad Regnum Syriæ occupatum à
Rege Ægypti. Eivs. ſ. Ptolemæi Philopatoris, filij
Euergetis.

11 Mvltitvdo. i. Antiochi exercitus.

Non prævalebit. fugit enim Antiochus,& iterùm 12
fortiter pugnauit.
In fine,&c i.poſt aliquot annos. 13
Filii qvoqve prævaricatorvm.i. præuaricato- 14
res, ſic *filij hominum*. i. homines. Græc. *filij peſtilentium*. Extollentvr. ſ.contra Dei voluntatem. Visionem. ſ.Iſaiæ,cap.19. Corrvent. ſ.vbi in Ægy-
pto habitaſſent,& templum conſtruxiſſent,tandem de- 15
ſtructi ſunt vrbe vaſtata.
Brachia. i. vires, ſeu duces. Avstri. ſ.Regis Ægypti Ptolemæi Epiphanis,filij Philopatoris.
Faciet. ſ.Antiochus. Inclyta. ſ. Iudæa. 16
Eivs. ſ. Ptolemæi. Recta.i.fœdus æquis condi- 17
tionibus. Filiam. ſ. Cleopatram Antiochi filiam. Feminarvm. i. pulcherrimam. Illvd. ſ. Regnum Ægypti. Compl. *illum*. ſ.Ptolemæum. Stabit. ſ. tale conſilium. i.non ſuccedet ei dolus.
Principem. Græc. *Principes*. ſ.quos ditione priua- 18
bit. Opprobrii svi. i. quibus conuitiabatur vt hoſtibus, vel quos probroſè tractauit.
Corrvet. ſ.in Elymaide victus à Perſis. 19
Vilissimvs. ſ. Seleucus Philopator eius filius. Fv- 20
rore. ſ.belli. In prælio. explicatio præcedentis.
Despectvs. ſ. Antiochus Epiphanes frater eius, qui 21
Regnum inuaſit fraudato nepote Seleuco filio fratris. Sed nota, quòd de hoc dicta, præcipuè de Antichriſto intelligenda ſunt.
Brachia pvgnantis. i. vires Ptolemæi Philome- 22
toris, eiuſque nepotis ex ſorore Cleopatra. Dvx foederis. ſ. Ptolemæus.
Svperabit. ſ. Ægyptum. In modico, &c. i.cum 23
paruo exercitu.
Firmissimas. ſ.vrbes. Tempvs. ſ.commodum in- 24
uadendi, vel à Deo permiſſum, vt de Antichriſto intelligatur, quem Hieron. cum alijs ait Iudæum futurum, & de Babylonia venturum.
Avstri. ſ. Ægypti. Evm. ſ.Regem Ægypti. 25
Comedentes,&c.ſ.aulici,ſeu domeſtici. 26
Dvorvm. ſ. Aquilonis & Auſtri. Finis. ſ.negotij. 27
Testamentvm sanctvm.i. Iudæam, vbi Dei leges 28
& cultus. Faciet. ſ. mala.
Simile. i.nihil faciet, impedientibus Romanis. 29
Svper. i.contra. Trieres. ſ. triremes, ſeu naues. 30
Sanctvarii. Græc. *ſanctum*. ſic & inf. Faciet. ſ.quod cogitauit. Dereliqvervnt,&c. ſ.ob peccata ſua puniti Iudæi.
Brachia. i.milites, ſeu duces. Stabvnt. ſ.in præ- 31
ſidium Ieruſalem. Græc. *ſurgent*. Fortitvdinis. i.potentis Dei. Abominationem. i. idolum Iouis, quod poſuerunt in templo. In desolationem. pro, in loco deſolato.
In testamentvm. i.fœdus. Obtinebit. pro, re- 32
tinebit ſ. Dei cultum. Faciet. ſ.Dei voluntatem.
Diervm. i.longi temporis. 33
Avxilio ſ. Machabæorum. 34
Rvent. ſ.aliqui. Conflentvr. ſ. electi more auri 35
in fornace. ſubaudi, permittet Deus illam perſecutionem. Alivd. ſ.proſperitatis.
Rex. ſ. Antiochus, ſeu Antichriſtus. Magnifica. 36
i.ſuperba. Dirigetvr. i.proſperabitur. Iracvndia. ſ.Dei contra populi ſui peccata. Perpetrata. i. facta. q.d. Ita Deus decreuit.
Repvtabit. i.curabit. 37
Maozim. i. *fortitudinum*. ſ.cui acceptas feret vires 38
ſuas, intellige diabolum, quem Antichriſtus occultè adorabit. nam apertè ſe Deum dicet.
Maozim. i. *fortitudines*. ſ. caſtella fortia. Cvm 39
deo,&c. i.vbi reponat deum ſuum. ſ. diabolum. Eis. ſ. ſectatoribus ſuis.
Avstri. i.Ægypti. redit ad figuram. Aqvilonis. 40
ſ. Antiochus.
Gloriosam. ſ. Iudæã. Principivm. Gr. *principatus*. 41
Fama. i.rumor. ſ. de hoſtibus contra ipſum venien- 44
tibus.
Apadno. i.ſolium ſuum. Maria. ſ. Mortuum, & 45
Mediterraneum. Inclytvm. ſ. Ieruſalem, vel Oliueti. Avxiliabitvr. ſ.dum eum Deus interficiet.

CAPVT XII.

Poſt magnam afflictionem tandem ſaluabuntur reliquiæ Iudæorum, & ex mortuis quidam reſurgent ad vitam, & quidam ad opprobrium; docti vero ac doctores fulgebunt: de duobus ad ripas fluminis ſtantibus, & viro lineis veſtito, qui temporis aperit determinationem: & de completione huius prophetiæ poſt ſtatutum tempus.

1 IN tempore autem illo conſurget Michael
A princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui:
& veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo
gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud.
Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, om-
2 nis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. * Et
multi de his qui dormiunt in terræ puluere, eui-
gilabunt: [a] alij in vitam æternam, & alij in [a]Matt.25.
3 opprobrium vt videant ſemper. * Qui autem d.46
docti fuerint, [b] fulgebunt quaſi ſplendor firma- [b]Cap.3.
menti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, b 7
4 quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. * Tu autem
B Daniel claude ſermones, & ſigna librum, vſque
ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, &
5 multiplex erit ſcientia. * Et vidi ego Daniel, &
ecce quaſi duo alij ſtabant: vnus hinc ſuper ri-
pam fluminis, & alius inde ex altera ripa flumi-
6 nis. * Et dixi viro, qui erat indutus lineis, qui ſta-
bat ſuper aquas fluminis: Vſquequò finis ho-
7 rum mirabilium? * Et audiui virum, qui indu-
C tus erat lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis,
[a] cùm eleuaſſet dexteram & ſiniſtram ſuam in [a]Apoc.10
cælum, & iuraſſet per viuentem in æternum, a.5
quia in tempus, & tempora, & dimidium tem-
poris. Et cùm completa fuerit diſperſio manus
8 populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc. * Et
ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine
9 mi, quid erit poſt hæc? * Et ait: Vade Daniel,
quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones, vſque ad
10 præfinitum tempus. * Eligentur, & dealbabun-
D tur, & quaſi ignis probabuntur multi: & impiè
agent impij, neque intelligent omnes impij,
11 porrò docti intelligent. * Et à tempore cùm ab-
latum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit
abominatio in deſolationem, dies mille ducen-
12 ti nonaginta. * Beatus, qui exſpectat, & perue-
nit vſq; ad dies mille trecentos trigintaquinque.
13 * Tu autem vade ad præfinitum: & requieſces,
& ſtabis in ſorte tua in finem dierum.

Hucuſque Danielem in Hebræo volumine legimus. Quæ ſequuntur vſque ad finem libri, de Theodotionis editione tranſlata ſunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HOc caput de Antichriſto intelligitur, quia obſcurum, & quia Antiochus figura eius erat.

1 Consvrget Michael. Hebr. *ſtabit*. Et veniet tempvs,&c. Hebr. *erit tempus anguſtiæ, quod non fuit*. Ab eo. ſ.tempore, ab initio mundi. In libro. ſ.prædeſtinationis. Ipſa *prædeſtinatio, liber* vocatur, Apoc. 20. v.15. Itaque tempus illud duriſſimum erit, nec ſaluabitur, niſi qui fuerit ſcriptus in eo libro.

2 Et mvlti. i.omnes mortui reſurgent. Alii in opprobrivm vt videant semper. Hebr. *in contemptum perpetuum*. ſ.reſurgent. Quidam nolunt hæc intelligi de reſurrectione mortuorum, ſed de plebeijs & terræ filijs, qui vt ſunt vices belli, alij diuitias conſequentur & honores, alij contemptui erunt. Sed quomodo ij in vitam æternam euigilabunt?

QVI AVTEM DOCTI FVERINT in lege. Aut *docentes.* 3
vox Hebr. vtroque modo verti poteſt. Græc. *intelligentes.* FIRMAMENTI, cæli. illuſtres inſtar cæli erunt. ET QVI AD IVSTITIAM ERVDIVNT. Hebr. *iuſtificantes multos.* IN PERPETVAS ÆTERNITATES. Hebr. *in æternum & vltra.* i. ſemper erunt & fulgebunt.

CLAVDE. Quia obſcura ſunt quæ dicuntur. VSQVE 4
AD TEMPVS STATVTVM. Hebr. *vſque ad tempus finis.* ſ. ſtatuti. PLVRIMI PERTRANSIBVNT. Hebr. *diſcurrent.* hoc eſt, inueſtigabunt quæ hîc dicuntur. ET MVLTIPLEX ERIT SCIENTIA. i. alij alio modo explicabunt, multæ erunt expoſitiones.

DVO ALII. ſ. Angeli, præter illum qui erat veſtitus 5
lineis, c. 10. v. 5 Hi ſtabant in vtraque ripa, ille primus in medio flumine. Fluuius erat Tigris; duo Angeli, Perſarum atque Græcorum. vtrumq; Hieronymus ait.

ET DIXI VIRO. Angelô in ſpecie & forma viri. VS- 6
QVEQVO FINIS? i. quando hæc contingent?

IN TEMPVS, ET TEMPORA, ET DIMIDIVM TEMPORIS. 7
Hoc eſt, tres annos & dimidium hæc Antichriſti perſecutio tenebit, vt veterum omnium ſententia eſt. Tamdiu Antiochi vexatio inualuit, de quo c. 7. v. 25. ET CVM COMPLETA FVERIT DISPERSIO. ſ. Eccleſiæ. Iuſti enim in montes fugient. MANVS POPVLI SANCTI. i. exercitus populi ſancti, hoc eſt, iuſtorum, tunc hæc, quæ vidiſti, complebuntur.

QVID ERIT POST HÆC? Hebr. *quis harum rerum fi-* 8
nis? ſic Græc. quod v. 6. dixit, *vſque finis horum mirabilium?*

VSQVE AD PRÆFINITVM TEMPVS. Hebr. *vſque ad* 9
tempus finis. Perinde eſt.

ELIGENTVR. Hebr. *mundabuntur* & dealbabuntur 10
multi. ET QVASI IGNIS PROBABVNTVR. Mallem *quaſi igne.* aut ſic, *quaſi ignis ardore probabuntur multi.* Hebr. *& conflabuntur multi.* Quaſi metalla ſ. in igne, ſic iuſti in illis afflictionibus purgabuntur, dealbabuntur, conflabuntur, nulla ſupererit ſcoria.

ABOMINATIO IN DESOLATIONEM. Hebr. *abominatio* 11
deſolans, aut *deſolationis.* hoc eſt, ex quo idolum fuerit in templo poſitum vſque ad finem anguſtiæ, erunt tres anni cum dimidio. Id faciunt dies 1290. paucis minùs diebus. Repetit quod v. 7. dixit. Item quod de Antiochi in Iudæos bello dixerat, c. 7. v. 25.

DIES MILLE TRECENTOS TRIGINTAQVINQVE. Bea- 12
tum dicit, qui tunc vixerit, quoniam ſedata calamitate dierum 1290. per reliquos dies quadraginta quinque omnia iam dicta completa, & Eccleſiam pacatam videbit. ſed quare pacis tam paucos dies addiderit, clàm eſt.

VADE AD PRÆFINITVM. Hebr. *vade* (pro, vades) *ad* 13
finem. Hoc eſt, moriere ô Daniel. ET REQVIESCES, in morte. ET STABIS IN SORTE TVA. ſ. iuſtorum ſortem & præmia conſequêris. IN FINEM DIERVM. i. ſuo tempore morieris. Indicat eum moriturum, priuſquam compleantûr quæ ſcire cupiebat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ILLO. ſ. Antichriſti. CONSVRGET. ſ. ad defenſionem 1
electorum. vide Apoc. 12. STAT. ſ. vt adiuuet. q. d. qui tutelaris eſt. TEMPVS. ſ. tribulationis.

MVLTI. i. omnes. vide Ioan. 5. VT VIDEANT SEM- 2
PER. i. experiantur ſupplicia. Græc. *& confuſionem æternam.* Hebr. *& contemptum æternum.*

CLAVDE, &c. q. d. erunt hæc clauſa, & velut ſigillo 4
obſignata. STATVTVM. ſ. à Deo, quo aduenîente intelligentur. Græc. *conſummationis.* MVLTIPLEX ERIT. i. multiplicabitur. SCIENTIA. ſ. rerum ſacrarum.

DVO. ſ. Angelus Perſiæ & Græciæ. FLVMINIS. 5
ſ. Tigris.

DIXI. Sic Græc. & Hieron. At Hebr. & Compl. 6
dixit. ſ. alter illorum.

IN TEMPVS, &c. id eſt, per annum, & duos annos, & 7
dimidium anni. ſ. durabit perſecutio Antichriſti. MANVS. i. roboris, ſeu multitudinis.

INTELLIGENT. i. ſapient. ſ. quod oportet. 10

ABOMINATIO i. idolum, ſeu idololatria. IN DESO- 11
LATIONEM. Græc. *deſolationis.* ſ. tempore. DIES, &c. ſ. tres annos cum dimidio, vt ſuprà dixit.

12 TRECENTOS, &c. Adduntur aliquot ſuperioribus, quia poſt tribulationem erit quies aliquandiu (vide Matth. 24) & poſteà Chriſtus veniet ad iudicium coronaturos eouſque perſeuerantes.

13 VADE. q. d. morieris ante hæc. PRÆFINITVM. ſ. locum. Hebr. *ad finem.* q. d. perſeuera in bono. Græc. *ad complementum conſummationis.* i. ad perfectionem. STABIS. Græc. *ſurges.* SORTE TVA. ſ. Abrahæ ſinu. IN FINEM, &c. ſ. vſque ad reſurrectionem mortuorum.

CAPVT XIII.

Caſtiſſimam Suſannam impudici presbyteri, cùm eius concubitu frui non poſſent, falsò adulterij accuſant: ſed cùm ad mortem duceretur, orantem exaudiuit Deus, & per puerum Danielem proprio ore conuictos ſenes, iure talionis populus interimit.

1 ET erat vir habitans in Babylone, & nomen
2 eius Ioakim: * Et accepit vxorem nomine
A Suſannam, filiam Helciæ, pulchram nimis,
3 & timentem Deum: * parentes enim illius,
cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſe-
4 cundùm legem Moyſi. * Erat autem Ioakim
diues valde, & erat ei pomarium vicinum do-
mui ſuæ: & ad ipſum confluebant Iudæi, eò
5 quòd eſſet honorabilior omnium. * Et conſti-
tuti ſunt de populo duo ſenes iudices in illo an-
no: de quibus locutus eſt Dominus: Quia
egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus
6 iudicibus, qui videbantur regere populum. * Iſti
frequentabant domum Ioakim, & veniebant
7 ad eos omnes qui habebant iudicia. * Cùm au-
tem populus reuertiſſet per meridiem, ingre-
diebatur Suſanna, & deambulabat in pomario
8 viri ſui. * Et videbant eam ſenes quotidie ingre-
dientem, & deambulantem: & exarſerunt in
9 concupiſcentiam eius: * & euerterunt ſenſum
ſuum, & declinauerunt oculos ſuos vt non vi-
derent cælum, neque recordarentur iudiciorum
10 iuſtorum. * Erant ergo ambo vulnerati amore
B eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem
11 ſuum: * erubeſcebant enim indicare ſibi concu-
piſcentiam ſuam, volentes concumbere cum
12 ea: * & obſeruabant quotidie ſolicitiùs videre
13 eam. Dixitque alter ad alterum: * Eamus do-
mum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſ-
14 ſerunt à ſe. * Cumque reuertiſſent, venerunt
in vnum: & ſciſcitantes ab inuicem cauſam,
confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc
in communi ſtatuerunt tempus, quando eam
15 poſſent inuenire ſolam. * Factum eſt autem,
cùm obſeruarent diem aptum, ingreſſa eſt ali-
quando ſicut heri & nudiuſtertius, cum dua-
bus ſolis puellis, voluitque lauari in pomario:
16 æſtus quippe erat: * & non erat ibi quiſquam,
præter duos ſenes abſconditos, & contemplan-
17 tes eam. * Dixit ergo puellis: Afferte mihi
oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite,
18 vt lauer. * Et fecerunt ſicut præceperat: clauſe-
runtque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per po-
ſticum, vt afferrent quæ iuſſerat: neſciebant-
19 que ſenes intus eſſe abſconditos. * Cùm au-
C tem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſe-
20 nes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: * Ecce
oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt,
& nos in concupiſcentia tui ſumus: quam ob

rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.
* quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimo- 21
nium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc
cauſam emiſeris puellas à te. * Ingemuit Suſan- 22
na, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim
hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero,
non effugiam manus veſtras. * Sed melius eſt 23
mihi abſque opere incidere in manus veſtras,
quàm peccare in conſpectu Domini. * Et excla- 24
mauit voce magna Suſanna: exclamauerunt
autem & ſenes aduerſus eam. * Et cucurrit vnus 25
ad oſtia pomarij, & aperuit. * Cùm ergo audiſ- 26
ſent clamorem famuli domus in pomario,
irruerunt per poſticum vt viderent quidnam
eſſet. * Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, eru- 27
buerunt ſerui vehementer: quia numquam di-
ctus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et D
facta eſt dies craſtina. * Cumque veniſſet popu- 28
lus ad Ioakim virum eius, venerunt & duo pre-
ſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Su-
ſannam, vt interficerent eam. * Et dixerunt co- 29
ram populo: Mittite ad Suſannam filiam Hel-
ciæ vxorem Ioakim. Et ſtatim miſerunt. * Et 30
venit cum parentibus, & filijs, & vniuerſis cog-
natis ſuis. * Porrò Suſanna erat delicata nimis, 31
& pulchra ſpecie. * At iniqui illi iuſſerunt vt 32
diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic
ſatiarentur decore eius. * Flebant igitur ſui, & 33
omnes qui nouerant eam. * Conſurgentes au- 34
tem duo presbyteri in medio populi, poſuerunt
manus ſuas ſuper caput eius. * Quæ flens ſuſpe- 35
xit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam ha-
bens in Domino. * Et dixerunt presbyteri: Cùm 36
deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt
hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia poma-
rij, & dimiſit à ſe puellas. * Venitque ad eam 37
adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit
cum ea. * Porrò nos cùm eſſemus in angulo po- 38
marij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos,
& vidimus eos pariter commiſceri. * Et illum 39
quidem non quiuimus comprehendere, quia
fortior nobis erat, & apertis oſtijs exiliuit: * hanc 40
autem cùm apprehendiſſemus, interrogaui- E
mus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indi-
care nobis: huius rei teſtes ſumus. * Credidit 41
eis multitudo, quaſi ſenibus & iudicibus po-
puli, & condemnauerunt eam ad mortem. * Ex- 42
clamauit autem voce magna Suſanna, & dixit:
Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor,
qui noſti omnia antequam fiant, * tu ſcis quo- 43
niam falſum teſtimonium tulerunt contra me:
& ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ
iſti malitioſè compoſuerunt aduerſum me. * Ex- 44
audiuit autem Dominus vocem eius. * Cum- 45
que duceretur ad mortem, ſuſcitauit Domi-
nus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius
nomen Daniel: * Et exclamauit voce magna: 46
Mundus ego ſum à ſanguine huius. * Et con- 47
uerſus omnis populus ad eum, dixit: Quis eſt
iſte ſermo, quem tu locutus es? * Qui cum ſta- 48
ret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Iſrael, non
iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcen-
tes, condemnaſtis filiam Iſrael? * Reuertimini 49
ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti
ſunt aduerſus eam. * Reuerſus eſt ergo populus 50
cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes: Veni, & F
ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia
51 tibi Deus dedit honorem ſenectutis. * Et dixit
ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem pro-
52 cul, & diiudicabo eos. * Cùm ergo diuiſi eſſent
alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad
eum: Inueterate dierum malorum, nunc vene-
53 runt peccata tua, quæ operabaris prius; * iudi-
cans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, &
dimittens noxios, dicente Domino: [u] Innocen- u Exod. 23. a. 4
54 tem & iuſtum non interficies. * Nunc ergo ſi
vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos col-
55 loquentes ſibi. Qui ait: Sub ſchino. * Dixit au-
tem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum:
Ecce enim Angelus Dei accepta ſententia ab
56 eo, ſcindet te medium. * Et, amoto eo, iuſſit
venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, &
non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia
57 ſubuertit cor tuum: * ſic faciebatis filiabus Iſ-
rael, & illæ timentes loquebantur vobis: ſed fi-
lia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.
58 * Nunc ergo dic mihi, ſub qua arbore compre-
henderis eos loquentes ſibi. Qui ait: Sub pri-
59 no. * Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus
G es & tu in caput tuum: manet enim Angelus
Domini, gladium habens, vt ſecet te medium,
60 & interficiat vos. * Exclamauit itaque omnis
cœtus voce magna, & benedixerunt Deum,
61 qui ſaluat ſperantes in ſe. * Et conſurrexerunt
aduerſus duos presbyteros (conuicerat enim
eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimo-
nium) feceruntque eis ſicut male egerant ad-
62 uerſus proximum, * [n] vt facerent ſecundum n Deut. 9. d. 19
legem Moyſi: & interfecerunt eos, & ſaluatus
63 eſt ſanguis innoxius in die illa. * Helcias autem
& vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Su-
ſanna, cum Ioakim marito eius, & cognatis om-
nibus, quia non eſſet inuenta in ea res turpis.
64 * Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu
65 populi, à die illa, & deinceps. * Et rex Aſtyages
appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus
Perſes regnum eius.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

APud omnes in confeſſo eſt, Eccleſiam in hiſce duobus poſtremis Danielis capitibus, quemadmodum in maiori parte capitis tertij, Theodotionis editionem vſurpare; ſed nullus, quantum noui, rationem adfert, cur Septuaginta Interpretum tranſlatio, quæ ſemper primas obtinuit, nunc reiecta, aut ſaltem ceteris poſtpoſita videatur. Ad huius quæſtionis explicationem, commodum mihi viſum eſt mentem S. Hieronymi exquirere; ea enim probè intellecta, facilis erit ſolutio. Itaque dico, S. Hieronymum lib. 2. Apologiæ aduerſus Ruffinum aſſerere, Eccleſiam tranſlationem Theodotionis, & non Septuaginta admiſiſſe: quod ſic accipiendú cenſeo, vt eum de tranſlatione Septuaginta corrupta, non autem integra & perfecta, loqui exiſtimandum ſit; nam ſicuti ibidem Chromatium compellans profitetur: *Si Septuaginta Interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret; ſuperfluè me, mi Chromati, Epiſcoporum ſanctiſſime atque doctiſſime compelleres, vt tibi Hebræa volumina Latino ſermone transferrem. quod enim ſemel aures hominum occupauerat, & naſcentis Eccleſiæ roborauerat fidem, iuſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari. nunc verò, cum pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque tranſlatio corrupta ſit atque violata; noſtri arbitrij putas, aut ex pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus*

in veteri opere cudere, illudentibuſque Iudæis cornicum, vt dicitur, oculos configere. Quapropter dico, Eccleſiam non reijcere verſionem Septuaginta Danielis, ſi correcta & emendata proferatur; ideoque cùm Romana editio talis habenda ſit, illam ſuſcipiendam eſſe conſequens videtur. Cenſeo igitur Theodotionis verſionem, ex qua hactenus Eccleſia deſumpſit ac retinet ea quæ in hiſce duobus poſtremis capitibus continentur, pro authentica & canonica accipiendam; etiam ceteris libris Scripturæ auctor *Indicans hereticus*, vt loquitur S. Hieronymus, deprehendatur. Eamdem porro Theodotionis verſionem in hiſce duobus capitibus, & in parte Cantici trium puerorum arbitror maioris eſſe auctoritatis quàm ſit editio Septuaginta in iiſdem locis, quandoquidem in Concilio Tridentino ſolam Vulgatam Latinam pro Canonica Scriptura admittendam eſſe definiatur; hæc autem pars tranſlationis Theodotionis, eius nomine præfixo velut genuinum Vulgatæ Latinæ membrum ab Eccleſia per Concilium approbatur. Præter definitionem Tridentini Concilij, authentica & Canonica auctoritas horum duorum poſtremorum capitum confirmatur, quia hiſtoria Suſannæ tota integra legitur in Miſſa Sabbati ante Dominicam quartam Quadrageſimæ, & docent eam eſſe Scripturam ſacram S. Ignatius in Epiſtola ad Magneſianos, Tertullianus libro de Corona militis, Cyprianus lib. de Diſciplina & de Bono pudicitiæ, & lib. de Singularitate Clericorum, & epiſt. 40. Chryſoſtomus Homilia de Suſanna, Ambroſius lib. 3. de Spiritu ſancto, c. 7. Origenes Homilia in Leuiticum, & Epiſtola ad Iulium Africanum, Auguſtinus Tractatu 36. in Ioannem, & Sermone 118. & 242. Hiſtoria draconis interfecti legitur in Miſſa Feriæ tertiæ poſt Dominicam quintam Quadrageſimæ, atque eam pro ſacra Scriptura habét Cyprianus varijs in locis, de Oratione Dominica, de Opere & eleemoſyna, Epiſt. 56. & Athanaſius in Synopſi, c. 22. & plures alij. Quapropter contra obiectiones cuiuſque hæretici dixiſſe ſufficiat, quod olim S. Hieronymus Proœmio in Danielem agens de Porphyrio: *Eius impugnatio, teſtimonium eſt veritatis.* Ad obiectiones Catholicorum ſatis erit exhibere Concilij Tridentini canonem, qui poſt eorum tempora decretus fuit; ſingulorum autem Argumentórum ſolutiones Scholiorum iure omitto. Itaque aggredior collationem Latini & Græci textus, & breuem difficultatum quæ occurrent explanationem.

Et erat vir. Nota, hanc hiſtoriam Suſannæ, 1
conſtituere apud Septuaginta primum caput Danielis, & in quibuſdam codicibus inſcribi Δανιὴλ, in quibuſdam Σωσάννα, ac denique in alijs Δικάσματα Δανιὴλ, *Iudicium Danielis*. haud rectè enim ſcribitur in editione Romana Græca in Notationibus ad c. 1. *Διακρίσεις*, *iudicia*, quia vnicum fuit Danielis iudicium. Hiſtoria Suſannæ accidiſſe videtur ſub ipſum captiuitatis initium, quando primùm à Nabuchodonoſore victus & captus Ioachim.

Nomine Svsannam. Quemadmodum *Eſther* 2
vocata fuit *Ediſſa*. i. *pulchra*, ſeu inſtar myrti nitido & vernanti prædita colore, (הדס *hadas* eſt *myrtus*.) ſic fortaſſis hoc nomen *Suſanna* originem duxit à colore lilium aut marmor Parium referente. שושן *ſuſan* eſt *lilium*, & שש *ſes* eſt *marmor Parium*: Vel quia virgo iſta pulchritudine ſua amorem & animi oblectationem procreabat. ששון *ſaſon* eſt *animi & cordis oblectatio*. Vel denique, quia vt dicitur v. 56. *ſpecies* [eius] *decepit* duos iſtos ſenes qui illam falſò accuſarunt, quia נשא *ſiſſa* ſignificat *ſeduxit, circumegit*. Vide Ezech. 39. v. 2. Pvlchram nimis et timentem Devm. Septuag. Ald. Baſil. Wechel. καλὴ σφόδρα, καὶ φοβουμένη τὸν κύριον, *pulchra nimis, & timens Dominum*. quia referunt ad præcedentes nominatiuos. Theodotion, quem editio Complutenſis & Regia ſequuntur, habuiſſe videtur καλὴν σφόδρα, καὶ φοβουμένην τὸν Κύριον, quomodo Vulgatam legiſſe apparet.

Divis valde. Manifeſtum eſt, Nabuchodono- 4
ſorem, cùm primùm Iudæam ſubiugaſſet, fœduſque cum Iudæis iniiſſet, viros primarios veluti obſides ſecum abduxiſſe; probabile autem eſt, eum illos non vt hoſtes, ſed tamquam amicos clementer & liberaliter fouiſſe: quandoquidem tres ex ipſis pueros in aulam ſuam admiſerit, illiſque conſtituerit *annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe*. Mirum itaque videri non debet, ſi domum inſignem cum pomario atque alijs ſplendidæ domus ornamentis tradiderit Ioakimo Suſannæ marito: quandoquidem *eſſet honorabilior omnium*. ſ. Iudæorum, in cuius ædibus Iudæi cauſas ſuas coram Iudicibus nationis ſuæ tractare permittebantur, ſicuti ipſis legibus ſuis viuere licitum erat; quia paruo labore debellati, & conditiones datas fideliter conſeruabant. Adde, quod poſtea, cùm Romanis ſubiecti fuere (etſi conſtaret illos ſæpiùs contra Reges Chaldæos & Græcos rebellaſſe) ſua habuerint iudicia, quæ de religione ac patrijs legibus definirent. Patet ex Actor. c. 18, 14. Vide Scholia noſtra in cap. 1. Baruch.

5 De qvibvs locvtvs est Dominvs Dubium eſt, num reſpiciat ad Ierem. c. 29. v. 21. vbi de duobus iudicibus Achab & Sedecia hi ſimilia dicuntur: *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne: pro eo quod fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.* Video pleroſq; tribuere Origeni & S. Hieron. eamdem cū doctoribus Hebræis huius loci explicationē, nimirum Danielem loqui de Achab & Sedecia: ſed cùm accuratè perpendi verba S. Hieronymi, aduerti, neque Origenem neque ipſum ex propria locutos ſententia. Verba eius ad hunc Danielis locum proferam, & quod in illis omiſſum videtur, ſupplebo. ſic igitur ſe habent: *Referebat Hebræos iſtos eſſe Achab & Sedeciam, de quibus ſcribit Ieremias: Faciat te Dominus ſicut Achab & Sedeciam, quos frixit rex Babylonis in igne, propter iniquitatem quam fecerant in Iſrael, & adulterarant vxores ciuium ſuorum.* Obſeruo primò, Dictionem *referebat* reſpicere Origenem, nam de illo paulo antè dixit; *cuius hæc verba ſunt, quæ locis ſuis ſubnotabis*. Secundò, Integrandam ſic videri ſententiam: *Referebat Hebræos docere, duos ſenes iſtos eſſe Achab*, &c. Ratio, quia nullibi præceſſit in textu Danielis de Hebræis mentio, ſed de duobus ſenibus hic tractatur; præterea in Commentarijs ad c. 29. Ieremiæ ita loquitur S. Hieronymus: *Aiunt Hebræi hos eſſe presbyteros, qui fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati vxores ciuium ſuorum: quorum vni loquitur Daniel: Inueterate dierum malorum*, &c. Tertiò, Nullum poſſe aſſerere, Origenem & S. Hieron. idem cum Hebræis ſenſiſſe; quandoquidem dictiones *referebat* & *aiunt* alienam indicent ſententiam. Quid porrò veroſimilius ſit in hac diſputatione, num duo ſenes hi ſint Achab & Sedecias, an potiùs alij, breuitatis ſtudio diſquirere nolo; ſed paucis dico, mihi videri non eſſe Achab & Sedeciā, quia hi frixi fuerunt, iſti lapidati, & quidem diuerſo tempore: nam lapidati fuerunt à populo primo anno captiuitatis, & alij frixi igne iuſſu regis anno vt minimùm octauo, ſicuti patet ex interſtitio à quarto anno Ioakim, cùm Daniel abductus in captiuitatem, ad primum annum Iechoniæ, quo Ieremias de Achab & Sedecia prophetabat. Addo, incertum eſſe, num eodem anno an longè poſteà Prophetia iſta Ieremiæ expleta fuerit, quare plures anni interceſſiſſent, neque tum Daniel puer iunior appellari potuiſſet, ſicuti appellatur v. 45. Exiſtimo etiam illa verba, *de quibus locutus eſt Dominus*, ad nullum certum Prophetam aut locum Scripturæ, qui modò extet, pertinere; ſed reſpicere Prophetam aut Scripturam quę tum exiſtebat & legebatur. Vide Actor. 20. Ioan. 11. Ezech. 38.

11 Indicare sibi. Pronomen *ſibi* in Græcis codicibus deſideratur, fortaſſis quia præceſſit, καὶ οὐκ ἀνήγγειλαν ἀλλήλοις. quod Vulgata reddidit, *nec indicauerunt ſibi inuicem* Probabile eſt, ἀλλήλοις culpa librariorum omiſſum, reſtituendum eſſe; quandoquidem Latini codices

omnes habeant, & ſententiæ præcedentis ἀνακολουθία καὶ ἀνταπόδοσις videatur.

12 Et obſervabant. Græcè, καὶ παρετηροῦσαν. Ne aliqui dictionem iſtam habeant de mendo ſuſpectam, monendi videtur ἀγραμμάτοις παισὶ, nō tantùm Bœotios & Chalcidenſes æquare tertiam præteriti imperfecti pluralis numeri primæ, in verbis barytonis, v.g. ἐτύπτοσαν pro ἔτυπτον, vt ſit ἐτυπτόσαμεν primæ perſonæ ἐτύπτομεν: verùm etiam idem locum habere in verbis circumflexis, vt ἐφιλοῦσαν pro ἐφίλουν, ſic παρετηροῦσαν pro παρετήρουν, quod frequens apud hos Septuag. Interpretes occurrit.

14 In commvni. S. Hieronymus legit in commune, ſic etiam Liranus, atque Manuſcripti codices Moreti, varijque typis editi libri. ſed parum intereſt; eadem enim eſt ſententia.

15 Ingressa est aliqvando sicvt heri et nvdivstertivs. S. Hieronymus in textu ſuo hæc attexit: *Vel ſecundum Lxx. Et ecce Suſanna inambulabat iuxta conſuetudinem.* & in margine ita monet: *Quem locum, inquit, de Lxx. editione nunc poſui: quo dicto Origenes oſtendit, cetera ſe non iuxta Lxx. Interpretes diſſeruiſſe.* Aduertendum igitur eſt, manifeſtum hinc deduci argumentum, editionem Græcam Danielis, quæ Romæ prodijt iuſſu Sixti V. non eſſe Septuaginta Interpretum, ſed quædam ex Theodotione illi inſerta fuiſſe, ideoque prudenter in Præfatione editionis Græcæ ad Lectorem, dictum fuiſſe, *Nam in libris Prophetarum, qui maximè in hoc exemplari (vno excepto Daniele) puram Septuaginta editionem reſipiunt,* &c. Sed miror in Notationibus ad Danielem, hanc S. Hieronymi obſeruationem omiſſam; & nullam lectionis varietatem adferri, quandoquidem codices aliqui habeant, εἰσῆλθέ ποτε καθὼς χθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας. ſic Vulgata Latina legiſſe videtur, & in editione Græca Sixtina habetur. alij omittunt ποτὲ. ſicut Ald. Baſileenſ. Wech. alij εἰσῆλθεν ἡ Σωσάννα καθὼς χθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας. ita Complut. & Regia, atque Commel. neque tamen aliqua ex iſtis conuenit cum editione Septuag. quam Origenes profert. eam huiuſmodi fuiſſe exiſtimo: καὶ ἰδοὺ ἡ Σωσάννα περιεπάτει κατὰ τὸ ἔθος. talibus enim dictionibus alibi vtuntur.

17 Et smigmata. Græci variant. Romana, καὶ σμήγματα. Ald. Baſileen. Comm. Wechel. καὶ σμῆγμα. Compl. & Reg. καὶ σμίγμα. Neſcio quomodo Marius Victorius in Notis ad Commentarios S. Hieronymi aſſerere audeat, Theodotionem habuiſſe in ſingulari σμῆγμα, quādoquidem nullus antiquorum dixerit, & Vulgata, quæ hîc Theodotionem ſecuta, habeat in plurali. Hæc dictio etiam reperitur 2. c. Eſther in Græcis, quam Vulgata ibi vertit *mundum muliebrem.* & omnes Græci, excepto Compl. & Reg. habent σμῆγμα, non σμίγμα. Et ſanè, quamuis dici poſſet deduci à μίγνυμι, *miſceo*, quia *ſmigma* eſt aliquid mixtum & compoſitum ad mundandam & detergendā cutem, probabilius tamen eſt, ſcribēdum σμῆγμα, à verbo σμήχω, *auſtergo.* Gloſſ. Phil. σμήχω, *lomento. i. lomento purgo. lomentum* verò vel *lumentum*, deriuatur ab antiquo *luo, lauo.* inde σμῆγμα, *lomentum*, ſeu quidquid purgat: quamuis poſteà reſtrictum fuerit ad puluerem quo cutis detergatur, nitrum, aphronitrum, ſalem, mel, ſalis florem, cimoliam, lomentum fabarum, fermentum hordeaceæ farinæ, furfures, pumicem. Vnde Gloſſ. Cyr. σμήκτης, *pumicator.* Quandoquidem aliqua ex his non ſint mixta aut compoſita ex varijs patet *ſmigma* potiùs deducendum à σμήχω, *tergo*, quàm à μίγνυμι, *miſceo*. Adde, dictionem תַּמְרוּק *tamruk* in Eſther c. 2. deſcendere à מרק *marak*, *abſterſit, defricuit.* De vnctionibus in balneis adhiberi ſolitis, ſtrigilum munere & ſimilibus, conſule Athenæum, & Commentatores in Perſium, Iuuenalem, vt ſacros omittam Clementē Alexandrinum lib. 3. στρωμ. cap. 5. 9. S. Hieronymum 1. tom. & 4. ad cap. 23. Ieremiæ, vbi ſic loquitur: *Contemplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes ſalutem, gulæ ſe tradant & delicijs: veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco fragrent, vnguentis varijs delibuti quærant corporum pulchritudinem. ſemel enim futura non ſperant, neque credunt in reſurrectionem. quod cùm ſermone non pandant, oſtendunt operibus; ſi enim crederent, iſta non facerent.*

18 Qvæ ivsserat. Græci addunt αὐταῖς, *eis.* ſed Latini vnanimiter omittunt, ſicut econtrariò Græci omiſerunt dictionem *intus*, quæ in Latinis reperitur.

20 Assentire nobis. Græcè, συγκατάθου ἡμῖν. haud rectè vertitur in Compl. & Reg. *concumbe nobiſcum.* meliùs in Romana, *aſſentire nobis.* Cicero in Lucullo: *Nunc de aſſenſione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus.*

23 Sed melivs est mihi. Græci variant. editio Rom. αἱρετώτερόν μοί ἐστι. Ald. Compl. Reg. Baſileen. Commel. Wech. legunt, αἱρετόν μοί ἐστι. ſic etiam S. Chryſoſt. in Sermone de Suſanna. Ex S. Hieronymi obſeruatione colligere poſſumus, Theodotionem habuiſſe αἱρετὸν, non αἱρετώτερον, ſic enim loquitur: *In Græco non habet αἱρετώτερον, id eſt melius: ſed αἱρετὸν, quod bonum interpretari poſſumus.* In ſequentibus eſt aliqua difficultas: quæ cùm Vulgatæ officere videatur, mirandum eſt, à nullo, quod ſciam, explicatam; tentabo igitur eam enodare. Ita proſequitur aut Origenes aut S. Hieronymus eius Interpres: *Vnde eleganter non dixit: Melius mihi incidere in manus iniquorum presbyterorum, quàm peccare in conſpectu Domini: ne videretur comparatione peccati, quod erat bonum, hoc appellare melius. Sed bonum eſt, inquit, mihi non facere malum, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini. Non ergo per comparationem legendum eſt: Melius mihi eſt incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini ſed abſolutè: Bonum mihi eſt non facere malum, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini.* Vides, Lector, te moneri, non legendum eſſe ſicut modò habes in Vulgata, *Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Verùm legendum eſſe, *Bonum mihi eſt non facere malum, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini.* Dico igitur perpaucis, ſi ſententiam vtramque penitiùs inſpiciamus, aduertemus ſenſu cōuenire. nam vtraque vult, Suſannam ſtatuere non aſſentiri ſenum libidini, ne Deum offenderet, quamuis ſciret ſe ab illis falſò accuſandam, & innocentem condemnandam. Sed quia aliqui arbitrabantur Suſannam non timore Dei & amore caſtitatis coniugalis ita reſpondiſſe & ſtatuiſſe, verùm tantummodò quia illis conſentiendo à Deo puniretur, reluctando mortem vel infamiam incurreret, quibus tamquam malis vtrimque conſtricta (vita enim aut honore priuari, malum exiſtimabat) conſultum magis cenſuit, vita & honore temporaneis priuari, quàm æternis: ac ſi minùs fugeret peccatum propter pœnam quàm propter fœditatem & prohibitionem. Ideò S. Hieronymus dicit illam abſolutè locutam fuiſſe ſine vlla comparatione, quaſi rationem aliquam bonitatis in vita aut honore conſtitueret, cui tamen præferendam iudicaret bonitatem virtutis. Hanc eſſe S. Hieronymi aut Origenis mentem, mihi perſuadeo, & genuinam expoſitionem iſtorum verborum, *ne videretur comparatione peccati, quod erat bonum, hoc appellare melius.* potiùs quàm illum voluiſſe Suſannam, ſecundùm aliquos, aliquam bonitatem in peccato collocaſſe, cui tamen bonitatem virtutis oppoſitæ præferendam crederet. Cenſent enim aliqui, Suſannam in tanto periculo infamiæ mortis potuiſſe permittere in ſe ſenum libidinem, modò interno actu in eam non conſenſiſſet; quia maius bonum eſt fama ac vita, quàm pudicitia, ideoque non fuiſſe obligatam exclamare. Verùm hæc ſententia etſi probabilis ſit inter Scholaſticos, non placet tamen Origeni neque S. Hieronymo, ſicuti ex ſequentibus eius verbis patet: *Qui ad ſummitatem perfectæ virtutis venerit, numquam dicit ſibi imminere diſcrimen, ſi adulterorum manus non effugerit, dicentium: Aſſentire nobis,* &c. *Humana quippe fragilitatis eſt, mor-*

tem

temtimere, quæ infertur pro iuſtitia. Antequam finem
huic explicationi imponam, ſignificandum iudicaui,
aliquid omiſſum videri in prioribus verbis S. Hiero-
nymi; nimirum poſt iſta, *iniquorum presbyterorum*, po-
nendum eſſe *abſque opere*; idemque faciendum poſt
illa, *in manus veſtras.*
Exclamavervnt. Græcè, ἐβόησαν, *clamauerunt.* 24
Forſan legẽdum, ſicuti antea ἀνεβόησαν, *exclamauerunt.*
ita etiam legit S. Chryſoſt. ſed S. Hieronymus legit
clamauerunt, parum refert. Et senes. Græci addunt,
οἱ δύο, *duo.* ſic etiam legit S. Chryſoſtomus.
Qvidnam esset. Græcè Sept. τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ, 26
quidnam accidiſſet ei. Ald. Compl. Reg. Wechel. præpo-
nunt articulum τί, *quid.*
Et statim miservnt. Græcè, οἱ δὲ ἀπέστειλαν, *illi* 29
vero miſerunt. itaque dictio *ſtatim* ab Interprete noſtro
addita eſt, quia in ſequenti verſu, *& venit*, includeba-
tur, atque expreſſa, crudelem ſenum nequitiam indica-
bat, qui adeo eius condemnationem vrgebant, ne ipſo-
rum dolus mora aliqua interpoſita in ſuſpicionem ve-
niret. vel potiùs, vt eò citiùs Suſannæ pulchritudinem
intuerentur, atque, ſicuti habetur v. 32. *vt vel ſic ſatia-*
rentur decore eius.
Cvm parentibvs. Conſtat apud Romanos moris 30
fuiſſe, parentes, amicos adeſſe deſtinato ad mortem, vel
vt deprecarentur, vel potiùs vt iſta ratione amorẽ ſuum
declararent. Vide Liuium lib. 6. de Manlij ſupplicio
agentem, vbi tamquam rem inſolitam obſeruat, nullum
parentum eius aut amicorum adfuiſſe: & Ciceronem
in Oratione pro Sextio, in qua dicit non ſolùm paren-
tes & amicos, *ſed & bonos omnes priuato conſenſu, &*
vniuerſum Senatum publico conſilio mutaſſe veſtem.
quæ quidem nunc mutatio non deprecationis cauſa eſt
facta, ſed luctus.
Manvs svas. Græci omittunt *ſuas.* ſed appoſitum 34
eſt, quia ſenes iſti cùm eſſent teſtes, vti credebatur, cri-
minis Suſannæ, tenebantur ex præcepto Leuit. 24. v. 14.
dato, manus capiti eius imponere, quod promptè fece-
runt, vt propiùs ad eam accedendo, meliùs eius pul-
chritudinem contemplarentur, quam in iſtum finem
diſcooperiri iuſſerant verſ. 32. Vel illa manuum impo-
ſitione ſignificabatur, reum eſſe capitali ſupplicio in-
ſtar anathematis & piacularis victimæ afficiendum.
Vide Leuit. c. 1. v. 4. & 24. cap. 16. v. 21. atque Deuter.
cap. 17. verſ. 7.
Soli. Extat etiam in omnibus Græcis, quare haud 36
rectè omiſſum fuit ab Interprete editionis Romanæ
Septuag. cùm in textu Græco eiuſdem editionis ha-
beatur μόνων. *A ſe* in nullo codice Græco reperitur, ad-
ditum igitur ab Interprete claritatis ergô.
Qvod vervm est. Græci codices quotquot ex- 48
ſtant, habent τὸ σαφὲς, *quod manifeſtum.* quare dicendum
eſt, vel Theodotionem habuiſſe τὸ ἀληθὲς, vel potiùs In-
terpretem accepiſſe σαφὲς pro *verum*, ſicuti apud Thu-
cydidem lib. 1. τῶν γενομένων τὸ σαφὲς, *rerum geſtarum veri-*
tas: atque apud Homerum σάφα εἰπεῖν, *vere dicere.*
Locvti svnt. Græci addunt οὗτοι, *iſti.* 49
Reversvs est ergo popvlvs. Iam enim popu- 50
lus egredi cœperat extra ciuitatem, vt Suſannam adul-
terij, ſicuti arbitrabantur, ream lapidibus obruerent.
Svb schino. Ex alluſione vocum σχῖνον & σχίζειν, πρῖνον 54
& πρίζειν, aliqui concludere voluerunt hanc hiſtoriam
Suſannæ non fuiſſe ſcriptam Hebraicè aut Chaldaicè:
ſed reſpondendum cum Origene in epiſtola ad Afri-
canum, Danielem non dixiſſe *ilicem & lentiſcum*: ſed
aliquid nobis ignotum, cui tamen ſecundùm proprie-
tatem linguæ Hebraicæ vel Chaldaicæ aliquod verbum
ſecandi reſponderet: Interpretem verò Græcum non
recenſuiſſe ad verbum, ſed ad ſenſum, & vt ſeruaret
alluſionem, accepiſſe alias arbores ſimiles, quibus in
Græco reſponderet verbum *ſcindendi.* Potuit itaque
Hebraicè eſſe pro σχῖνος תִּרְזָה *tirza.* i. *cupreſſus*, & pro
πρῖνος אֵלָה *ela.* i. *quercus.* Alluſio poteſt eſſe, quia אָלָה
ala ſignificat *imprecari*, & רָזָה *raza* eſt *extenuare*: qua-
re illi qui dixerat אֵלָה, dixit Daniel, Adeſt Angelus qui
te diris deuoueat, & alteri adeſſe Angelũ qui eum ex-
ſiccaret ſeu ſubita tabe conficeret, id eſt qui vtrumque
pœna debita afficeret. Vel dicendum eſt, nihil obſtare
veritati hiſtoriæ, quod aliqua cum alluſione dicantur
in vno idiomate, quæ in altero non reperiebatur; ſed ſa-
tis eſſe, ſi res eadem narretur.
55 Ab eo. Græcè, παρὰ τοῦ Θεοῦ, *à Deo.*
58 Svb prino. Vide verſ. 54.
60 Omnis coetvs. S. Hieronymus habet, *omnis ſyna-*
goga. in idem recidit.
63 Devm deeſt in Sept. ſed in alijs habetur τὸν Θεὸν, &
credo ibi culpâ librarij omiſſum *cognatis omnibus.* ita
plerique Græci. Septuaginta, αὐτῶν *ſuis.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 Pomarivm. i. hortus. Græc. *paradiſus.* Honora-
bilior omnivm. Græciſmus.
5 Illo anno. ſ. quo hæc hiſtoria accidit. Locvtvs.
ſ. per Prophetas.
6 Ivdicia. i. lites.
9 Evertervnt. i. peruerterunt. Sensvm. i. mentem.
Viderent cælvm. i. Deum cogitarent. Ivdicio-
rvm ivstorvm. i. iuſti & recti.
13 A se. i. alter ab altero.
14 Venervnt in vnvm i. reperti ſunt ſimul.
17 Smigmata. Græc. *ſmigma.* i. ſaponẽ, vel quid ſimile.
22 Mors ſ. animæ.
23 Melivs. Græc. *eligibile.* Opere. ſ. peccati.
27 Locvti svnt. ſ. calumniam quam parauerant.
39 Ostiis. Forte poſticum intelligunt.
45 Svscitavit. i. excitauit. Pveri. Apparet hæc mul-
tò ante Cyri Imperium accidiſſe, quo tempore Daniel
ſenex erat. Ivnioris. i. paruæ ætatis. q. d. adoleſcentis.
46 Mvndvs, &c. q. d. non approbo id iudicium, quo iſta
ad mortem eſt damnata.
50 Honorem. i. auctoritatem, ſeu iudicium, aut ſa-
pientiam.
52 Dierum malorvm. i. in multis malis. Vene-
rvnt. pro, venient. ſ. in lucem.
54 Colloqventes sibi. Græc. *conuerſantes inuicem.*
ſic & inf. Schino. i. lentiſco.
55 In capvt tvvm. i. in tui perniciem. Scindet.
Græc. σχίσει. alludit ad vocem σχῖνος.
57 Loqvebantvr vobis. Græc. *conuerſabantur vobiſ-*
cum. i. rem habebant. Svstinvit. i. tulit.
58 Prino. Ilex eſt, vel arbor ſimilis.
59 Vt secet. Græc. πρίσαι. alludit ad vocem πρῖνος, quę
cauſa fuit quibuſdam negandi hæc eſſe canonica, quòd
ille, quippe Hebr. aut Chald. loquens, non potuerit
vti his alluſionibus. Sed hi probare priùs deberent, ni-
hil eſſe in illa lingua ſimile; certè in Latina eſt: potuit
enim dicere ſi Latinè egiſſet, de lentiſco, Lentè non mo-
rieris, ſed ſubitò; de ilice, Ilicò peribis. Cur ergo ne ge-
mus ſimile quid fuiſſe in ſermone, quo eſt vſus? quod
deinde Interpres Græcus Græcè eſt imitatus, vt poſſet
intelligi.
61 Proximvm. Scilicet voce hac ſignificatur vter-
que ſexus.
65 Astyages. ſ. cuius tempore id accidit, multis antè
annis quàm Cyrus Babyloniam expugnaret. Quidam
tamen putant id pertinere ad ſequens caput.

CAPVT XIV.

Fraudes ſacerdotum idoli Bel, qui appoſitos illi cibos oc-
cultè auferebant, Regi per Danielem detecta ſunt: ipſiſ-
que interemptis, idolum vnà cum templo ſuo euerſum
eſt: ſimiliter & draconem quem colebant Babylonij, in-
iecta in os maſſa ex pice, adipe & pilis confecta, Daniel
interfecit: quapropter inſtantibus Babylonijs miſſus
eſt in lacum leonum illæſuſque ſeruatus, allato etiam illi
per Prophetam Habacuc prandio ex Iudæa: quod vi-
dens Rex, aduerſarijs illius à leonibus in momento de-
uoratis, iubet omnes timere Deum Danielis.

1 ERat autem Daniel conuiua regis, & honora-
2 tus ſuper omnes amicos eius. Erat quoque

idolum apud Babylonios nomine Bel: & im-
pendebantur in eo per dies ſingulos ſimilæ ar-
tabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique
3 amphoræ ſex.* Rex quoque colebat eum, &
ibat per ſingulos dies adorare eum: porrò Da-
niel adorabat Deum ſuum. Dixitque ei rex:
4 Quare non adoras Bel?* Qui reſpondens ait ei:
Quia non colo idola manufacta, ſed viuentem
Deum, qui creauit cælum & terram, & habet
5 poteſtatem omnis carnis.* Et dixit rex ad eum:
Non videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? An non
6 vides quanta comedat & bibat quotidie?* Et ait
B Daniel arridens: Ne erres rex, iſte enim intrin-
ſecus luteus eſt, & forinſecus æreus, neque com-
7 edit aliquando.* Et iratus rex vocauit ſacerdo-
tes eius, & ait eis: Niſi dixeritis mihi, quis eſt
8 qui comedat impenſas has, moriemini.* Si au-
tem oſtenderitis, quoniam Bel comedat hæc,
morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et
dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum.
9 *Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta, exce-
ptis vxoribus, & paruulis, & filiis. Et venit rex
10 G cum Daniele in templum Bel.* Et dixerunt ſa-
cerdotes Bel: Ecce nos egredimur foras: & tu
rex pone eſcas, & vinum miſce, & claude
11 oſtium, & ſigna annulo tuo:* & cùm ingreſſus
C fueris manè, niſi inueneris omnia comeſta à
Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus
12 eſt aduerſum nos.* Contemnebant autem, quia
fecerant ſub menſa abſconditum introitum, &
per illum ingrediebantur ſemper, & deuorabant
13 ea.* Factum eſt igitur poſtquam egreſſi ſunt il-
li, rex poſuit cibos ante Bel: præcepit Daniel
pueris ſuis, & attulerunt cinerem, & cribrauit
per totum templum coram rege: & egreſſi clau-
ſerunt oſtium: & ſignantes annulo regis abie-
14 runt.* Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte
iuxta conſuetudinem ſuam, & vxores, & filij
eorum: & comederunt omnia, & biberunt.
15 *Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel
16 cum eo.* Et ait rex: Saluáne ſunt ſignacula, Da-
17 niel? Qui reſpondit: Salua, rex.* Statimque
D cùm aperuiſſet oſtium, intuitus rex menſam,
exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non
18 eſt apud te dolus quiſquam.* Et riſit Daniel: &
tenuit regem ne ingrederetur intrò: & dixit:
Ecce pauimentum; animaduerte cuius veſtigia
19 ſint hæc.* Et dixit rex: Video veſtigia virorum,
& mulierum, & infantium. Et iratus eſt rex.
20 *Tunc apprehendit ſacerdotes, & vxores, & fi-
lios eorum: & oſtenderunt ei abſcondita oſtio-
la, per quæ ingrediebantur, & conſumebant quę
21 erant ſuper menſam.* Occidit ergo illos rex, &
tradidit Bel in poteſtatem Danielis: qui ſubuer-
22 tit eum, & templum eius.* Et erat draco magnus
23 in loco illo, & colebant eum Babylonij.* Et di-
xit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere
quia iſte non ſit Deus viuens: adora ergo eum.
24 *Dixitque Daniel: Dominum Deum meum
E adoro: quia ipſe eſt Deus viuens: iſte autem non
25 eſt Deus viuens.* Tu autem rex da mihi pote-
ſtatem, & interficiam draconem abſque gladio
26 & fuſte. Et ait rex: Do tibi.* Tulit ergo Daniel
picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fe-
citque maſſas, & dedit in os draconis, & diru-
ptus eſt draco. Et dixit: Ecce quem colebatis.

27 *Quod cum audiſſent Babylonij, indignati
ſunt vehementer: & congregati aduerſum re-
gem, dixerunt: Iudæus factus eſt rex: Bel de-
28 ſtruxit, draconem interfecit, & ſacerdotes oc-
cidit.* Et dixerunt cum veniſſent ad regem:
Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus
29 te, & domum tuam.* Vidit ergo rex quòd ir-
F ruerent in eum vehementer: & neceſſitate com-
30 pulſus tradidit eis Danielem.* Qui miſerunt
eum in lacum leonum, & erat ibi diebus ſex.
31 *Porrò in lacu erant leones ſeptem, & daban-
tur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: &
tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danie-
32 lem.* Erat autem Habacuc propheta in Iudæa,
& ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes
in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſori-
33 bus.* Dixitque Angelus Domini ad Habacuc:
Fer prandium, quod habes, in Babylonem Da-
34 nieli, qui eſt in lacu leonum.* Et dixit Ha-
bacuc: Domine, Babylonem non vidi, & la-
35 cum neſcio.* a Et apprendit eum Angelus Do- a Ezech. 8.
mini in vertice eius, & portauit eum capillo ca- a. 3
G pitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſupra la-
36 cum in impetu ſpiritus ſui.* Et clamauit Haba-
cuc, dicens: Daniel ſerue Dei, tolle prandium,
37 quod miſit tibi Deus.* Et ait Daniel: Recorda-
tus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes
38 te.* Surgenſque Daniel comedit. Porrò Ange-
lus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in lo-
39 co ſuo.* Venit ergo rex die ſeptimo vt lugeret
Danielem: & venit ad lacum, & introſpexit, &
40 ecce Daniel ſedens in medio leonum.* Et excla-
mauit voce magna rex, dicens: Magnus es Do-
mine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu
41 leonum.* Porrò illos, qui perditionis eius cauſa
fuerant, intromiſit in lacum, & deuorati ſunt
42 in momento coram eo.* Tunc rex ait: Paueant
omnes habitantes in vniuerſa terra Deum Da-
nielis: quia ipſe eſt ſaluator, faciens ſigna & mi-
rabilia in terra: qui liberauit Danielem de lacu
leonum.

PETRI LANSSELII SCHOLIA.

Diuerſum eſt huius capitis initium apud Græcos & Latinos. Græci enim, & quidem omnes, auſpicantur illud ab illis, *Et rex Aſtyages appoſitus*. quæ apud Latinos pleroſque finiunt caput præcedens. S. Hieronymus Græcos ſequitur. Manuſcripta Biblia Moreti addunt capiti præcedenti, *Erat autem Daniel*, quæ modò in Vulgata primum verſum hîc cõſtituunt. Exiſtimo diuiſionem Græcorum & S. Hieronymi tenendam eſſe. ita Liranus, Hugo, Dionyſius Carthuſianus, Torniellus, Pererius, Sanctius, Cornelius, & alij. S Irenæus lib. 4. Aduerſus Hæreſes, cap. 11. Athanaſius in Synopſi cenſent hanc hiſtoriam accidiſſe ſub Cyro, quare etiam hanc diuiſionem ſecuti videntur. Et ſanè, quis inficiabitur, hiſtoriam Suſannæ plurimis annis præceſſiſſe Regnum Aſtyagis? quandoquidem conſtet Danielem fuiſſe puerum quando Suſannam abſoluit, hic verò prouectæ ætatis atque in maximo apud Regem loco habeatur; Aſtyages autem nihil pertineat ad Suſannæ hiſtoriam (ſiquidem diu poſtea regnare cœpit) atque etiam alibi in Scriptura nonnulla confuſo ordine temporum collocentur (ſicuti patet in Eſther, Machabæis, & quibuſdam alijs) cenſeo iſtam clauſulam c. 13. *Et rex Aſtyages* aliam ſedem obtinere debere. Quidam volunt cõſtitui in fine capitis noni vel in exordio decimi: Theodoret. in fine c. 12. ego vero Græcos & S. Hieronymum ſequor, atque primum cap. 14. verſum eſſe credo. Eſt igitur veluti titulus chronologicus hiſtoriæ

ſequentis, quæ contigit tempore Cyri: ſicuti verba illa, *& ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius*, demonſtrant. Multi laborant in huius loci explicatione; quidam enim cenſent hanc hiſtoriam accidiſſe poſtquam Cyrus Babylonios ſubiugaſſet. eorum rationes pro opportunitate in verſibus ſequentibus adferentur & diſſoluentur. Quidam volunt Cyrum nullo modo ad hanc hiſtoriam pertinere, ſed hunc verſum transferendum ad cap. 9. aut 10. atque Danielem tempore Euilmerodach draconem interfeciſſe. Iam oſtendi, verſum illum initio cap. 14. collocandum, & Cyrum ad hæc tempora pertingere, ita probo: Hiſtorici omnes fidē faciunt, Aſtyagem fuiſſe patrem Darij & matris Cyri, eumque à Cyro bello victum regno vtroque Medorum & Perſarum ſpoliatum, ſed Cyri clementia viuere permiſſum cum filio Dario, atque ijs à Cyro ad vitam regnum Medorum conceſſum, qui Perſarum regnūm ſibi aſſumpſit. illo autem tempore Babylone imperabat Euilmerodach, atque ille eſt cui Daniel Beli vanitatem eiuſque ſacerdotum impoſturam detexit. Hæc ſententia in decurſu capitis abundè firmabitur, quare pluribus abſtinebo.

CONVIVA. id eſt, contubernalis, familiaris ac pernecesſarius. Vnde colligitur, Danielem tunc fuiſſe virilis ac potiùs ſenilis ætatis, quia ob prudentiam ſuam, talem apud Euilmerodach, ſicuti anteà apud eius patrem Nabuchodonoſor, honorem obtinebat, eiuſque conſilio maxima quæque negotia perficiebantur. 1

ARTABÆ. Conſtat apud omnes, *artabam* eſſe nomen menſuræ, & quidem Ægyptiacæ, Perſicæ; ſed non conuenit inter Auctores quantum *artaba* caperet. Vide Vilalpandum noſtrum in Ezechielem, qui accuratè hac de re diſputat. paucis expedio: Artaba Ægyptia ſeu Perſica, de qua nunc ſermo eſt, apud Septuaginta Interpretes Iſaiæ c. 5 & Herodotum in Clio, medimnum vnū cum ſex chœnicibus continet. Nota, in Herodoto librarij errorem à Vilalpando correctum, nimirum Γ ſcriptum eſſe pro ς. i. *tria* pro *ſex*. S. Hieronymus aliter ſentire videtur ad c. 5. Iſaiæ. vbi ſic loquitur: *Lxx. verterunt ἀρτάβας ἓξ, quæ menſura Ægyptiaca eſt, & facit modios viginti.* atque ad c. 11. Danielis; *& frumenti artabas (quæ menſura tres modios & tertiam modij partem habet) quinquies & decies centena millia.* Aliqui exiſtimarunt S. Hieronymum ſibi in his duobus locis diſſentire: qui ſanè iniuriam haud leuem doctiſſimo & ſanctiſſimo Patri faciunt, neq; eius verba perpendunt. Docet igitur, priori loco, ſex artabas conficere 20. modios, quia, vti monet loco poſteriori, ſingulæ artabæ continent tres modios & tertiam modij partem. quis verò adeò imperitus Arithmeticæ, vt neſciat tria ſex conficere octodecim, & ſex tertias modij conficere duos integros modios. De *artabæ* origine, & quid propriè ſignificet, ex ipſis fontibus eruemus in Libro de Nominibus Hebraicis, &c. quem σὺν Θεῷ aliquando edemus. hoc modò in anteceſſum habeto, *artaba* poſſe deduci ab Arabico اردبن *ardabon*, vel à ربيب *ratib*. rationem ibi adferemus. diem præſtare conabimur in explicatione dictionis *amphora*. Quare ſi diligentia noſtra abuti velis, eum Librum comparabis. 2

REX QVOQVE COLEBAT EVM. Hinc etiam confirmatur, per *Regem* intelligendum eſſe Euilmerodach, non autem Cyrum, quia Perſæ, ex quibus Cyrus, non colebant Bel, ſed Solem: immò Xerxes ſepulchrum Beli deſtruxit, teſte Strabone lib. 16. Scio aliquos reſpondere; inter Deos fuiſſe quoſdam nationum aliquarum proprios, alios eſſe nationibus omnibus communes. Conſtat enim Palæſtinos coluiſſe Dagon, Ammonitas Moloch, Moabitas Chamos, Sidonios Aſtarthen Ægyptios verò coluiſſe talpas, feles veſpertiliones, cercopithecos, porrum verò & cepe in præcipuo fuiſſe honore apud Peluſiotas, ſanctus ſcribit Hieronymus. Apud omnes autem nationes pro dijs habiti Iupiter, Mars, Apollo, Minerua, Saturnus, quem eumdem eſſe cum Bel docet S. Hieronymus in cap. 46. Iſaiæ. Itaque cenſent Cyrum etiam coluiſſe Bel. Nolo ire inficias, Iouem atque Bel ſeu Saturnum, quin immò ipſos duodecim deos à Perſis aliquando adoratos: ſed probandum eſſet, illud tempore Cyri aut anteà factitatum. credo enim, certum eſſe, Perſas ſolùm Mithram ſeu Solem coluiſſe, antequam ab illis Gentibus ſubiugati fuiſſent quæ ceteros deos colebant: quare cùm necdum fuerint ſubacti à Græcis aut Romanis, apud quos ſerpens in honore fuit, manifeſtum videtur illos draconi nullos diuinos honores tribuiſſe, quod à Babyloniorum Rege hic factum. 3

6 ARRIDENS. Græci omnes γελάσας, *ridens*.

9 ET PARVVLIS, ET FILIIS. Græci omnes omittunt *& paruulis*. etiam ab ipſa Vulgata v. 14. omittitur. & v. 19. vbi Græci habent *paruulorum*, tantùm eſt dictio *infantium*. attamen apud S. Hieronymū & in omnibus Latinis codicibus reperiuntur. fortaſſis apud Theodotionem erat καὶ νηπίων, quia Interpres noſter ſolet vertere νήπια, *paruulos*. & Septuaginta habuerint τέκνων; poſteà vtraque dictio coniuncta fuerit.

13 REX POSVIT. Græci omnes præmittunt καὶ *&*, ſicque habent S. Hieronymus, Liranus; duó Manuſcripta Moreti, variæque editiones Latinæ. Dominus Lucas Brugenſis exiſtimat omiſſum fuiſſe à Correctoribus Romanis claritatis cauſā. ET CRIBRAVIT PER TOTVM TEMPLVM CORAM REGE. Græcè in editione Romana, καὶ κατέσεισαν ὅλον τὸν ναὸν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως μόνου, *& decuſſerunt totum templum coram rege ſolo.* Aldina, Complut. & ceteræ editiones legunt, καὶ κατέστρωσαν, *& ſtrauerunt*. Complut. omittit μόνου, *ſolo*. ceteræ habent. Credo Theodotionem habuiſſe κατέσησαν. Σήθω pro *cribrare* vſurpatur, ſicut σήθω, vnde σῆστρον ſignificat *cribrum*. Heſych. Σῆστρα κόσκινα ἢ κύμβαλα: *Seſtra ſunt cribra aut crepitacula.* quæ in ſacris Iſidis adhibebantur, & ab Ouidio *tinnula* appellantur. Vtrique inſtrumento à concuſſione nomen impoſitum. *cribrum* enim agitabatur vt ſordes ſecernerentur; ideoque apud Heſych. Σήσων, ἄγγος κεραμεοῦν, ἐν ᾧ τοὺς κυάμους φρύγουσι. *Siſon, i. as teſtaceum, in quo fabas torrent.* (quæ dictio fugit H. Stephanum) vas ſcilicet perforatum erat inſtar cribri, vt commodiùs fabæ torrerentur, & concuſſione purgarentur. Exiſtimo igitur, verba Græca ipſorum Septuaginta Interpretum verti potuiſſe, *& concuſſerunt* ſeu *cribrarunt per totum templum.* Præpoſitio κατὰ coniungitur cum nominibus. q. d. καὶ ἔσεισαν καθ' ὅλον τὸν ναόν. Hunc modum loquendi frequentem eſſe apud Auctores in vtraque lingua, probare ſuperfluum.

22 IN LOCO ILLO. Sept. Rom. omiſerunt: ſed Ald. Complut. & alij habent.

23 ECCE NVNC NON POTES DICERE. Græc. *Numquid & hunc dices æreum eſſe? ecce viuit, & comedit, & bibit: non potes dicere.* in ſequentibus conueniunt.

26 ET DIRVPTVS EST. Græci quidam præponunt, καὶ φαγὼν, *& comedens*. i. poſtquam comedit.

28 ALIOQVIN INTERFICIEMVS TE. Hinc quoque probatur, Regem hunc non fuiſſe Cyrum. quomodo enim Babylonij, prorſus ab ipſo ſubacti, ſuaque Monarchia deleta, auſi fuiſſent tanto Monarchæ talia minari.

36 SERVI DEI. Græci repetunt, *Daniel, Daniel.* S. Hieronymus Græcos ſecutus. ſed alij codices Latini etiam Manuſcripti Moreti Vulgatam confirmant. videntur tamen ex cap. 6. verſ. 20. inſerta. ſicuti verſ. poſtremus, qui in omnibus Græcis deſideratur, tranſlatus videtur ex cap. 6. verſ. 26. & 27.

39 IN MEDIO LEONVM. Græci omiſerunt, omiſit & S. Hieronymus; ceteri habent claritatis causâ. Nota, Danielem ſecundò fuiſſe coniectum in lacu leonum; primò, propter orationem, iuſſu Darij, c. 6. & tunc vnica fuit tantùm nocte in lacu; poſteà verò, propter interfectum draconem, & tunc ſeptem diebus incolumis inter leones vixit; ſicuti hic narratur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ERAT. ſ. multò poſt hiſtoriam præcedentem. CONVIVA. i. familiaris. REGIS. ſ. Cyri.

Artabæ. Dicitur vnaqueque continere ſextarios 72. 2
Amphoræ. Græc. *metreta*.
Carnis. i. viuentis. 4
In Bel i. contra Bel. 8
Misce. i. infunde. ſ. in vaſa vide Prou. 9. 10
Mulierum, ſcilicet nudis pedibus fuerant omnes ingreſſi. 19

31 Corpora. i. cadauera, fortè damnatorum.
32 Pulmentum. i pultem. Alveolo. i. vaſculo.
34 Non vidi. pro, numquam vidi.
35 Capillo. i. per capillos. Græc. *comas*. Spiritus sui. ſ. Angeli, vel Habacuc.
37 Diligentes Græc. *quærentes*.
41 In momento. Græc. *ſtatim*.

PROPHETIA OSEE.

CAPUT PRIMUM.

Quo tempore Oſee prophetauerit, qui iuſſus fornicariam accipere vxorem, duos filios vnamque filiam ex ea generauit: quibus nomina iubetur imponere iuxta effectus quos Dominus in populo ſuo decreuerat inducere: de Gentium conuerſione, & futuro eodem capite filiorum Iudæ & Iſrael.

Verbum Domini, quod fa- 1
ctum eſt ad Oſee filium Bee- A
ri, in diebus Oziæ, Ioathan,
Achaz, Ezechiæ, regum Iu-
da, & in diebus Ieroboam fi-
lij Ioas regis Iſrael. * Princi- 2
pium loquendi Domino in
Oſee: & dixit Dominus ad Oſee: Vade, ſume
tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios for-
nicationum: quia fornicans fornicabitur terra à B
Domino. * Et abijt, & accepit Gomer filiam 3
Debelaim; & concepit, & peperit ei filium. * Et 4
dixit Dominus ad eum: Voca nomen eius Iez-
rahel: quoniam adhuc modicum, & viſitabo
ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu, &
quieſcere faciam regnum domus Iſrael. * Et in 5
illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel.
* Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit 6
ei: Voca nomen eius Abſque miſericordia: quia
non addam vltrà miſereri domui Iſrael, ſed ob-
liuione obliuiſcar eorum. * Et domui Iuda mi- 7
ſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo: & C
non ſaluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, &
in equis, & in equitibus. * Et ablactauit eam, 8
quæ erat Abſque miſericordia. Et concepit, &
peperit filium. * Et dixit: Voca nomen eius: Non 9
populus meus: quia vos non populus meus, D
& ego non ero veſter. * Et erit numerus filio- 10
rum Iſrael quaſi arena maris, quæ ſine menſura
Rom. 9. c. 16 eſt, & non numerabitur. a Et erit in loco vbi di-
cetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis:
Filij Dei viuentis. * Et congregabuntur filij Iu- 11
da, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibimet caput
vnum, & aſcendent de terra: quia magnus dies
Iezrahel.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Oseas *inter Prophetas minores primo loco ponitur, qui ſic ordinantur:* Oſeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias: *qui ordo Hieronymi tempore erat, vt conſtat tum ex alijs locis, tum ex eius Epiſtola ad Paulinum; tum Hebræi eumdem ordinem ſeruant; vt mirer Hieronymum Prologo in duodecim Prophetas negare apud Hebræos eumdem eſſe ordinem, qui apud nos. Locum eſſe vitiatum, conuincit Prœmium Comment. in Ioël, & credam in Prologo pro* apud Hebræos, *legendum* apud Græcos, *nam Græci in ordine horum Prophetarum diſcrepant à nobis. ſic numerant:* Oſeas, Amos, Michæas, Ioël, Abdias, Ionas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. *Fuit autem* Oſeas *quo tempore Iſaias ſub Ozia Rege, Ioatham & Ezechia, de tribu Iſſachar ortus in Belemoth. Porrò hoc vaticinium contra decem tribus dirigitur, priùs quàm in Aſſyrios ducerentur, ea captiuitate iam proxima.*

1 Verbum Domini. Prophetia à Deo inſpirata. Sermo quem Deus habuit ad Oſeam. In diebus Oziæ. Qua patria? Hebræi Ieroſolyma putant, quia nulla alia hìc deſignatur. ſed ea regula mox in Ioel fallit. Porrò *Ozias*, *Azarias* etiam vocatur 4. Reg. 15. v. 1.

2 Principium loquendi. Chald. & Sept. *principium ſermonis Domini*. i. cùm primùm Deus Oſeæ locutus eſt, dixit. Similis loquendi forma illis Geneſ. verbis: *In principio creauit*, pro, in principio creandi, initio cùm Deus crearet cælum & terram. Hebr. eſt, *initium locutus eſt*. pro, initium loquendi, ſeu ſermonis Domini. Præteritum pro infinitiuo ſeu gerundio. In Osee. non ad Oſeam, quia non propter ipſum, ſed *in Oſee*. i. per Oſeam ad alios. Et dixit. *Et* redundat, ſiue inceptiua particula eſt, vt alijs locis. Et dixit Dominus ad Osee. Huçuſque Prœmium Vaticinij huius. Vade, sume tibi vxorem fornicationum. id eſt, fornicariam. Genitiuus pro adiectiuo, vt Prou. vlt. v. 10. *Mulierem fortem*. Hebr. *fortitudinis*. Et fac. Vox *fac* Hebr. non eſt, neque Græcè, neq; in Vulg. Regia, neque Goth. ſed tantùm, *& filios fornicationum* ſ. ſume. i. gigne. Sed quare filios ex matrimonio vocat filios fornicationum? Nempe matris exemplo & ipſi fornicati ſunt. Aut potiùs *filios fornicationum*. i. fornicariæ? q. d. gigne ex ea vxore fornicaria filios. Ergo ſume *filios fornicationum*. i. ex vxore fornicationum & fornicaria. Hieronymus: *Idcircò fornicationum vocati ſunt filij, quòd ſunt de meretrice generati*. Verùm an fornicariam duxerit verè Oſeas, magna quæſtio eſt. Hebræi ferè cum Chaldæo hæc ad typum referunt, quod Hieronymus ſequitur, & multi confirmat. Reſiſtunt alij numero & auctoritate non impares. Vtrumuis ſequi liberũ eſt Lectori. Argumenta in vtrãque partẽ inuicta non ſunt. Quia fornicans fornicabitur. Geminatio auget ſignificationem, vt alijs locis. Ergo, idcircò te volo fornicatrix iungi, vt per eam ſignificentur populi fornicationes, id eſt, impius cultus. *Fornicabitur*, pro, fornicata eſt. iam enim impio cultu ſe contaminarant. Terra. ſcilicet hæc Iſrael, decem tribus; quod ה *He* demonſtratiuum Hebraicè

indi-

indicat. A Domino. Hebraicè *de poſt Dominum*,
id eſt, relicto Deo & eius lege fornicati ſunt.

Et abiit. Viſus eſt ſibi iuiſſe in ea viſione. Aut ſi 3
verè iuit, vide promptam obedientiam. Accepit
Gomer. Hoc argumento confirmant, verè Oſeam ac-
cepiſſe fornicariam, quoniam eius & filiorum nomina
exprimuntur, quod in parabolis & narrationibus fictis
non fit. Quæ eſt ſententia multorum Patrum. Alij ficta
nomina putant, & *Gomer* ſignificare *conſumptionem*,
cui proxima ea gens erat. *Debelaim, palatas caricarum
duas*. ſcilicet, corpus & animam, quæ peritura erant;
aut Iezrahel & Samariam eius Regni duo capita com-
muni clade interitura. Et peperit ei filivm. ſic
Hebr. Sept. *peperit filium*, ſine *ei*, vt Goth. legitur.

Iezrahel. Vrbis nomen, quæ altera metropolis 4
erat Regni Iſrael, & ſignificat *ſemen Dei*. Visitabo.
Sept. *ἐκδικήσω*, *vlciſcar, puniam*. Sangvinem Iezra-
hel svper domvm Iehv. non *Iuda*, vt eſt in Sept.
librariorum vitio. Verùm quis eſt iſte *ſanguis*, ſeu *ſan-
guines Iezrahel?* Iehu in valle Iezrahel occidit Achab
& Iezabel, quoniam ibi ipſi Naboth occiderant, 3. Re-
gum 21. ſed quia in eius impietate Iehu & poſteri per-
ſtiterunt, quaſi non Dei iuſſu, ſed malè fecerint, vindi-
cat Deus Achab ſanguinem. Aut per *ſanguines Iezra-
hel* ſcelera eius gentis intellige, quæ vindicat Deus. ſic
Ezech. 3. verſ. 18. & Ierem. 2. verſ. 34. *iniquitas*, *ſanguis*
vocatur. Et qviescere faciam, *ceſſare faciam*, vt
Chald. delebo ſ. id Regnum, quod breui factum eſt.
Priùs poſteris Iehu ablatum eſt id Regnum, poſtmo-
dum penitùs concidit.

Conteram arcvm Israel. Per *arcum* robur & 5
bellica omnia inſtrumenta intellige. In ea valle Iezra-
hel, quæ lautiſſima eſt, vt Hieronymus ait, ab Aſſyrijs
victæ ſunt decem tribus.

Absqve misericordia. Ex hoc colligas, nomina 6
hæc omnia eſſe conficta. Significat autem decem tri-
buum captiuitatem fore perpetuam, ſecùs quàm Iudæ
captiuitatem. Sed oblivione. Sic Pagn. nimirum
verbum נשא *naſa* ſumpſerunt, quaſi eſſet נשה *naſah*,
quod *obliuiſci* ſignificat. ſic quidam vertunt, *tollendo
tollam eos*. Sententia non diſcrepat. Eòdem ſpectat ver-
ſio Sept. *auerſans auerſabor eos*. Significat etiam id ver-
bum *auferre* Hoc ſecutus Chald. vertit, *Si conuerſi
fuerint. dimittendo dimittam eis*.

Et domvi Ivda miserebor. Non captiuauit Iu- 7
dam Salmanaſar Aſſyrius, cùm decem tribus captiua-
uit, 4. Regum 17. Et salvabo eos in Domino. id
eſt, per miraculum. Nimirum Sennacherib Aſſyrij co-
pias deleuit, 4. Regum 19. verſ. 35. nocte vna Angelus
Dei. eò reſpicit Propheta. Et in bello. Chald. *in
bellatoribus non ſaluabo eos, ſed potiùs diminuam*. ſ. id fa-
ciam.

Et ablactavit eam. Toto tempore, quo matres 8
lactabant filios, viri ab earum amplexibus abſtinebant,
poſteà inſtaurato conuiuio redibant; quod in Abraham
vides Geneſ. 21. v. 8.

Non popvlvs mevs. ſ. populum decem tribuum 9
in perpetuum repudiabo, ideò filius alter vocatur *Non
populus meus*.

Et erit nvmervs. Abdicato eo populo, maior 10
populus Deo adiungetur. nam pro decem tribubus
ſuccedent omnes gentes, in quas Oſeas mentis oculos
conijcit. Sanè de Gentium vocatione locum hunc in-
telligi, ex Paulo colligitur ad Rom. 9. v. 26. Vbi di-
cetvr eis: Non popvlvs mevs vos. pro, *dictum eſt eis*,
vt Sept. vertunt, aut *de eis*. In eodem loco, vnde eiectus
eſt Iſrael, ibi ſuccedent filij Dei ad fidem conuerſi.

Filii Ivda, et filii Israel. *Filij Iuda*. i. Iudæi. 11
Filij Iſrael. i. Gentes: Auguſt. 22. contra Fauſtum c. 89.
Pariter, ſeu ſimul iuncti. Et ponent sibimet
capvt vnvm, Chriſtum. Ad Epheſ. 1. v. 22. *Et ipſum
dedit caput ſuper omnem Eccleſiam*. Chald. *conſtituent
ſibi Principem vnum de domo Dauid*. Et ascendent
de terra. Chald. *de terra tranſmigrationis ſuæ*. non
ampliùs à diabolo captiui tenebuntur. Qvia ma-
gnvs dies Iezrahel. In valle Iezrahel ab Aſſyriis vi-
cti ſunt Iſraelitæ, mox in captiuitatem acti; in eorum lo-
cum Gentes ſubſtitutæ: quod magnum planè & mira-
bile fuit. Aut *Iezrahel* ſit ipſe Iſrael nouus ex Gentibus,
cuius conuerſionis dies magnus & mirabilis fuit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Oseas fuit ferè æqualis Iſaiæ, Ioël, Abdiæ, A-
mos, Ionæ & Michææ. ſ. eodem ferè tẽpore
hi omnes prophetarunt. Oſeas, ſecundùm
quoſdam, fuit Ieroſolymitanus. Alij tamen
aliter ſentiunt. vide Epiph. lib. de Prophet. vita. Pro-
phetauit autem de Iuda & de Iſrael.

1 Beeri. Quidam putant, cùm Prophetæ pater aut
auus nominatur, etiam hos Prophetas intelligendos;
quod alij negant, & meritò. Oziæ, qui & *Azarias*.
Ioathan, &c. Quid horum cuius regis tempore dixe-
rit, incertum. Ieroboam. Regnauit huius tempore
Ozias. ſ. cœpit anno huius 27. Additur ergo, vt ſciatur
quo tempore prophetauerit. ſ. non longè à principio
Regni Oziæ.

2 Principivm, &c. q. d. primum, quod ei dixit, eſt
quod ſequitur. Loqvendi Domino. Chald. &
Lxx. *verbi Domini*. In Osee. Lxx. *ad Oſeam*. For-
nicationvm. i. valdè fornicationibus deditam. ſ. vo-
lebat Deus ſignificari idololatriæ Iſrael aſſiduitatem.
Filios fornicationvm. ſ. qui ſignificent fornicatio-
nem filiorum Iſrael. Fornicans fornicabitvr.
.i. valdè dedita erit idololatriæ.

3 Abiit. Quidam hæc & ſimilia Prophetarum geſta,
vt Iſaiæ, Ieremiæ, & Ezechielis quædam, quæ aut tur-
pia videntur, aut impoſſibilia, ſolo ſpiritu facta putant.
Alij facta eſſe reuerà, nec eſſe quidquam turpe aut im-
poſſibile quod Deus præcipiat, & quidem hîc fuiſſe
meretricem coniunctam legitimo matrimonio, quod
certè honeſtum.

4 Adhvc modicvm. i. paulò pòſt. ſ. poſt aliquot an-
nos factum id. Visitabo, &c. i. vlciſcar ſanguinem
effuſum à Iehu in Iezrahel; etſi enim illud fieri Deus
voluit, ſed ille ſecundùm quoſdam animo dominandi
fecit, & non parendi Deo. At 4. Reg. 10. apparet pla-
cuiſſe factum Deo. quare potiùs ſenſus eſt, *ſanguinem*
.i. peccata (quæ *ſanguines* vocantur in Scriptura, quaſi
homicidia. ſ. animæ, & hîc Hebr. *ſanguines*.) *Iezrahel*
autem pro Iſrael ſumitur, cuius erat metropolis. ſicut
etiam inf. cap. 2. Iezrahel. Lxx. *Iſrael*. Qvi-
escere. i. ceſſare. ſ. mittendo captiuos in Aſſyriam.

5 Arcvm. i. vires. Chald *fortitudinem bellatorum*. ſ. Iſ-
raelitæ arcu præcipuè valebant in prœliis. In valle.
Apparet hic fuiſſe factum prœlium cum Aſſyriis, vel
Iezrahel. vt ſuprà pro, Iſrael.

6 Misereri. Lxx. *diligere*. ſ. numquam rediere ex ca-
ptiuitate, (etſi id quidam putent) niſi fortè pauci cum
duabus tribubus ex Babylone redeuntibus. Quidam
tamen putant ſolos rediiſſe, qui anteà cum Iuda habi-
tabant, fugientes idololatriam Iſrael. Vide 2. Par. 11.
& 15. & 30. & Ioſeph. 8. Antiq. cap. 3. qui poſteà creue-
runt vehementer numero. Oblivione oblivisçar
eorvm. i. penitùs obliuiſcar. Lxx. *aduerſando aduerſa-
bor eis*.

7 Salvabo. ſ. à Sennacherib liberabo primùm, dein-
de à captiuitate Babylonica. In Domino. i. ope Do-
mini q. d. mea virtute.

8 Ablactavit. ſignificatur priuandus Iſrael Dei la-
cte, i. gratia & conſolatione.

9 Dixit. ſ. Dominus. Non popvlvs, &c. q. d. deſe-
ram vos omnino. Apparet id nunc in Iudæis omnibus,
nedum in decem tribubus adhuc captiuis.

10 Israel. ſ. ſecundùm ſpiritum. Tranſit enim Pro-
pheta ad Chriſtianos, qui pænè infiniti ab eo præuide-
bantur. vide Rom. 9. 1. Pet. 2. q. d. deſerentur à Deo Iſ-
raelitæ ſecundùm carnem, ſed eorum loco ſuccedent
alij ſecundùm ſpiritum. Nvmerabitvr. i. poteſt nu-
merari. ſ. arena. Dicetvr. Lxx. dictum eſt, quo modo
à Paulo citatur Rom. 9.

11 Congregabuntur. ſ. in nouam fidem & Eccleſiam. Ivda. Per *Iudam* Iudæi, per *Iſrael* Gentiles conuerſi intelliguntur. Ascendent de terra. i. creſcent, ſeu in ſuperna tollentur. Magnus dies. i. celeberrimum tempus. Iezrahel. i. *ſemmus Dei*. i. filiorum Dei, cùm iuſtificantur & tandem glorificantur.

CAPVT II.

Minatur Dominus Iſraeli tamquam vxori adulteræ repudium, & ſepit vias eius ſpinis, vt ad virum ſuum reuertatur: cumque non aduertat à quo habeat bonorum abundantiam, ablaturum ſe ab ea dicit cuncta in quibus delectatur: ſicque ipſum tandem ad ſe reducturum, magnaq; felicitate donaturum: & de Gentium vocatione.

Dicite fratribus veſtris: Populus meus; & 1
ſorori veſtræ, Miſericordiam conſecuta. A
* Iudicate matrem veſtram, iudicate: quoniam 2
ipſa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat
fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de
medio vberum ſuorum. * Ne fortè expoliem 3
eam nudam, & ſtatuam eam ſecundùm diem
natiuitatis ſuæ: & ponam eam quaſi ſolitudinem,
& ſtatuam eam velut terram inuiam, &
interficiam eam ſiti. * Et filiorum illius non mi- 4
ſerebor: quoniam filij fornicationum ſunt.
* quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt 5
quæ concepit eos: quia dixit: Vadam poſt amatores
meos, qui dant panes mihi, & aquas meas,
lanam meam, & linum meum, oleum meum,
& potum meum. * Propter hoc ecce ego ſepiam 6
viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſe-
mitas ſuas non inueniet. * Et ſequetur amatores 7
ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, B
& non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar
ad virum meum priorem: quia benè mihi
erat tunc magis quàm nunc. * Et hæc neſciuit, 8
quia ego dedi ei frumentum, & vinum, &
oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum,
quæ fecerunt Baal. * Idcircò conuertar, & ſu- 9
mam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum
meum in tempore ſuo, & liberabo lanam
meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam
eius. * Et nunc reuelabo ſtultitiam eius 10
in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam
de manu mea: * & ceſſare faciam omne gau- 11
dium eius, ſollemnitatem eius, neomeniam eius,
ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius. * Et 12
corrumpam vineam eius, & ficum eius: de qui- C
bus dixit: Mercedes hæ, meæ ſunt, quas dederunt
mihi amatores mei: & ponam eam in ſaltum,
& comedet eam beſtia agri. * Et viſitabo 13
ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum,
& ornabatur inaure ſua, & monili ſuo, &
ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur,
dicit Dominus. * Propter hoc, ecce ego lactabo 14
eam, & ducã eam in ſolitudinẽ: & loquar ad cor
eius. * Et dabo ei vinitores eius ex eodẽ loco, & 15
vallem Achor ad aperiendam ſpem: & canet ibi
iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis
ſuæ de terra Ægypti. * Et erit in die illa, ait 16
Dominus: vocabit me: Vir meus: & non vocabit
me vltrà, Baali. * Et auferam nomina Baa- 17
lim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis
eorum. * Et percutiam cum eis fœdus in die 18
illa, cum beſtia agri, & cum volucre cæli, & D
cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum
conteram de terra: & dormire eos faciam
19 fiducialiter. * Et ſponſabo te mihi in ſempiternum:
& ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio,
20 & in miſericordia, & in miſerationibus. * Et
ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Do-
21 minus. * Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus,
exaudiam cælos, & illi exaudient ter-
22 ram. * Et terra exaudiet triticum, & vinum, &
23 oleum: & hæc exaudient Iezrahel. * Et ſeminabo
eam mihi in terra, & miſerebor eius, quæ fuit
24 Abſque miſericordia. * ª Et dicam non populo
meo: Populus meus es tu: & ipſe dicet: Deus ª *Rom. 9. f. 25 1. Pet. 2. b. 10*
meus es tu.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Dicite fratribus vestris. ſ. ijs qui ex Gentibus conuertentur, dicite, ô vos Iudæi, populum meum eos eſſe. Superiori cap. verſ. 9. dixerat, Iſraelitas Dei populum non eſſe; nunc ait Gentes eſſe ſeu fore Dei populum. Et sorori vestræ. Sic Sept. Hebraica verti poſſunt, *ſororibus veſtris*, propter *Iod* poſitum ante affixum אחותיכם *abotbechem*. ſed deeſt *Iod* alterum; nam legi debet אחיותיכם *abotbechem*, vt ſit in plurali. Tum Geneſ. 34. verſ. 14. vbi nos, *non poſſumus dare ſororem noſtram viro incircumciſo*, Hebr. eſt ea vox cũ *Iod* ante affixum. Ac præſertim cùm vnica filia fuerit Oseæ, ad quã hîc alludit, meliùs conuertitur, *ſorori veſtræ*. Idque etiam indicat adiectiuum, quod ſequitur, *Miſericordiam conſecuta*. Ergo vt decem tribus vocantur *Non miſericordiam conſecuta*, ſic econtrariò gentes in earum locum ſuffectæ, vocantur *Miſericordiam conſecuta*.

2 Ivdicate matrem vestram. Hebr. & Sept. *litigate cum matre veſtra*, aut *arguite*, increpate. *matrem* vocat Synagogam & decem tribus; filios, ſingulos ex eo cœtu. Hortatur vt alij alios moneant officij & pietatis. Ipsa non vxor mea; propter impium cultum, eoque increpatione digna eſt. Avferat fornicationes svas. Per *fornicationes* & *adulteria vberum* ornatũ intelligit & monilia, quibus ad ſtupra prouocabat, meretricis inſtar. A facie sva, id eſt, quæ palàm geſtat, impudenter, in oculis omnium.

3 Ne fortè expoliem eam. i. auferam ornatum meretricium, inſuper & veſtes alias, vt ſit omnibus contemptui, vt ſolet eſſe deſertum. Et statvam eam velvt terram inviam, ſeu *aridam ſine aqua*, vt Sept. Et interficiam eam siti. Repetitio. id eſt, erit vt terra ſiticuloſa, quam omnes ſpernunt.

4 Qvoniam filii fornicationvm svnt. i. fornicariæ, mulieris fornicationum. Per *fornicationes* ſemper cultum idolorum intelligit.

5 Confvsa est. pudefacta eſt. Qvia dixit, ſeu *dixit enim*. Amatores meos. Sic idola vocat, aut etiam Gentes, Aſſyrios & Ægyptios, vnde opem expectabat. Qvi dant panes mihi. Sept. *panes meos*. Hebr. *panem meum*. Sic Goth. nempe victum, alimenta. Lanam meam, et linvm mevm. id eſt, veſtem laneam & lineam. Et potvm mevm, ſeu *potiones*, *pocula mea*, per quæ conuiuia intelligit, quæ Græc. & Hebr. à bibendo dicuntur. q. d. Tu vis ire poſt amatores tuos, ego

6 Sepiam viam tvam spinis. Multis te implicabo difficultatibus, ne poſſis eò ire.

8 Et argentvm mvltiplicavi ei, et avrvm qvæ fecervnt Baal. Hebr. *argentum multiplicaui ei, & aurum fecerunt Baal*. Sed benè ſuppletur relatiuum *quæ*, & ſic cohæret ſententia. *Baal* aut idolorum nomen commune à Belo Babylonico Rege, quem illi conſecrarunt; aut Saturnus, vt ait Euſebius 9. de Præparat. Euangel. cap. 4. & Hieronymus Iſaiæ 46. initio; aut Iupiter, vt Auguſtinus quæſt. 16. in libro Iudicum.

9 Convertar, contraria ratione agam. Et svmam frvmentvm. id eſt, auferam. Dona Dei ferè non cognoſcimus, niſi cùm auferuntur. Liberabo, ſeu *auferam*, vt Sept. Vox Hebr. & *liberare* & *auferre* ſignificat.

cat. Porrò dona indignis data, captiua videntur teneri,
atque extra locum ſuum. QVÆ OPERIEBANT IGNO-
MINIAM EIVS. Hebr. *auferam lanam meam & linum
meum ad cooperiendam*, pro, quę dedi ad cooperiendam.
ſic Hebr. IGNOMINIAM. Vatabl. *nuditatem* vertit,
ego *pudenda* verterem. עֶרְוָה *hervah*, id propriè ſignifi-
cat. De quo Leuit. 18. verſ. 15.

REVELABO STVLTITIAM. Chald. *ignominiam*. Sept. 10
immunditiam, alius *vilitatem*. ego *pudenda* verto. *Na-
blath fœditatem* ſignificat. ET VIR NON ERVET. *Vir*,
pro, *quiſquam*, ſic Sept. *& nullus liberabit eam*, ſic Chal.

ET CESSARE FACIAM OMNE GAVDIVM EIVS. Quod 11
gaudium captiuæ & exuli? SOLLEMNITATEM EIVS,
diem lætum & feſtum. Hieronymus *Paſcha*, *Penteco-
ſtes*, *Tabernaculorum*. NEOMENIAM EIVS, primus
cuiuſque menſis dies erat Iudæis feſtus, qui Hebr.
menſis vocatur. ET OMNIA FESTA TEMPORA EIVS.
Quod per partes dixerat, hic vno verbo comprehendit,
& repetit. Omnia ceſſare faciam.

ET CORRVMPAM VINEAM, ſeu *vitem*, pro, vites & 12
ficus. non fructum auferam ſolum, ſed prædia etiam &
arbores vaſtabo. ET PONAM EAM IN SALTVM.
Hebr. & Sept. *ponam ea*, & comedet ea beſtia agri. ſic
etiam Chald. *ea*. ſ. vitem & ficum ponam in ſaltum.

ET VISITABO, puniam. DIES BAALIM. i. ob tem- 13
pus quo idola coluit, puniam. Pœnas dabit eorum quæ
tunc patrauit.

PROPTER HOC. i. tantæ calamitatis miſertus. LA- 14
CTABO EAM. Hebr. & Sept. *seducta eam*, pro, ſeducam,
blandis verbis pelliciam, ſuadebo illi quod facere
debeat. ET DVCAM EAM IN SOLITVDINEM. ſeiun-
gam ab amatoribus. LOQVAR AD COR EIVS. id eſt,
blanda loquar, poſita priori leuitate. Hoc de Euange-
lij tempore intellige.

VINITORES EIVS EX EODEM LOCO. Chald. *guberna-* 15
tores. ſ. Apoſtolos & concionatores dabo ex gente ſua
Iudæis. Alij Hebraica ſic vertunt, *& dabo ei vineas eius
inde*. i. reſtituam vineas & prædia quæ corrupi, in eo-
dem loco vbi eas corrupi. ET VALLEM ACHOR AD
APERIENDAM SPEM. Hebr. *& vallem Achor ad oſtium
ſpei*. i. initium, vt ea valle tradita incipiat benè ſperare.
Achor eſt *turbatio*. ſic vocata eſt vallis, vbi occiſus eſt
Achan, Ioſ. 7. verſ. vlt. & ad id factum alludit. Sed hic
vallem IeZrabel vocat *vallem Achor*, quoniam ibi Iſ-
rael eſt turbatus. Ergo dabo eam vallem, in oſtium ſpei
conuertam, eam turbationem in ſpem melioris tempo-
ris mutabo: Hebr. Scholiaſt. Aut ſic, eam vallem vobis
reſtituam, vt ex eo incipiatis benè in futurum ſperare.
ET CANET IBI IVXTA DIES IVVENTVTIS SVÆ. Alludit
ad canticum Moyſis, Exod. 15. Id fuit iuuentutis tem-
pus illi populo, cum primùm aſcendit de terra Ægypti
liber ab ea captiuitate.

NON VOCABIT ME VLTRA BAALI. i. *maritus*, aut 16
dominus meus. *Baal* eſt *dominus*: vnde quia maritus vxo-
ri dominatur, vocatur *Baal*. Ergo ſublata timoris voce,
vocabit me amoris vocabulo, non imperij. Aut vt Hie-
ronymus, quoniam ea voce *idolum* etiam vocatur, vult
eius vſurpatione abſtinere. *Ab omni ſpecie mala abſti-
nete*. Hic poſterior ſenſus cum verſ. ſeq. magis couenit.

AVFERAM NOMINA BAALIM. Ne nominari quidem 17
idola vult, neque in genere nomine *Baal*, neque ſigilla-
tim alijs vocibus, vt *Chamos*. ideò numero multitudi-
nis ait, *auferam nomina Baalim*.

ET PERCVTIAM CVM EIS FOEDVS. Hieron. in Com- 18
ment. *percutiā eis fœdus*. ſic Goth. Hebr. Chald. Grçc.
quod Iſai. 11. v. 6. dicitur, *habitabit lupus cum agno*. Hoc
eſt, faciam vt beſtiæ illis ſint pacatæ, non illis no-
ceant. Per *beſtias* tyrannos, per *volucres* ſuperbos,
per *reptile* malignos intellige. ET ARCVM, ET GLA-
DIVM, ET BELLVM. i. *bellatores, milites*, vt Chald. CON-
TERAM, amouebo, erit ſumma pax. DORMIRE EOS FA-
CIAM FIDVCIALITER. i. ſecurè, quietè. nullus terror erit.

SPONSABO TE MIHI IN SEMPITERNVM. Fœdus erit 19
æternū, non vt percuſſum cum Synagogæ. IN IVSTI-
TIA, ET IVDICIO. Verè faciam quæ promitto. IN MI-
SERICORDIA, ET IN MISERATIONIBVS. Alia gratuita
dona adijciam. *Iuſtitia* & *iudicium* idem ſunt, vt & *mi-
ſericordia* & *miſerationes*. ſed geminatio auget ſignifi-
cationem.

20 SPONSABO TE MIHI IN FIDE. i. nullam aliam pro te
ſubſtituam. Non erit coniugium ſimulatum, ſed ve-
rum. *Sponſationis* vox amorem caſtum & ardentem de-
ſignat.

21 EXAVDIAM. In annonæ anguſtia homines
videntur à ſegetibus & vineis & oliuetis alimenta pete-
re, illa à terra humorem, quo vegetentur; terra à cælo
imbres; cælum à Deo pluuiæ facultatem. Id exprimunt
hi duo verſus, fore vt ſit annonæ copia.

22 HÆC EXAVDIENT IEZRAHEL. Hic *IeZrabel* ſumitur
pro nouo Iſrael, cui beneficia etiam corporalia & co-
piam bonorum Deus tribuet.

23 ET SEMINABO EAM. Alludit ad nomen *IeZrabel*,
quod ſignificat *ſemen Dei*. Ergo nouum Iſrael per terras
ſeminauit, cùm Apoſtolos per orbem dimiſit. Tunc
Iſrael vetus non conſecutus in ſe miſericordiam, in
nouo Iſraele eſt eam conſecutus. & factus Dei populus,
quem antè abdicarat; vti in Oſeæ filijs ſignificatum
eſt. De quo ſup. cap.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DICITE. ſ. ô fideles. Chald. *dicite ô Propheta*. FRA-
TRIBVS VESTRIS. i. Iſraeli, & Gentilitati, per Oſeę
filios ſignificatis. SORORI. Alludit ad filiam Oſeę. per
quam itidem ſignificabantur Iſraelitæ, & Gentes. For-
tè verò per tres, ob Iudam, Iſrael, & Gentes; per femi-
nam autem, quia nomen vni femininum. ſ. *Non miſeri-
cordia*, ſeu *Immiſericordia*.

2 IVDICATE. i. increpate. ſ. ô fideles. MATREM. ſ. Syn-
agogam. NON VXOR. i. non ſe vt vxorē gerit, ſed vt
adulterā. NON VIR. q. d. nec ego ei præſtabo quæ ſolet
vir fideli vxori. FORNICATIONIS. ſ. peccata, vel idolorū
cultum. Chald. *opera mala*. A FACIE SVA. Chald. *a con-
ſpectu ſuo*. VBERVM SVORVM. i. ſui corporis. q. d. à ſe.
vtitur autem ea voce, perſiſtens in adulterij metaphora;
alioqui de idololatria loquens. Chald. *ciuitatis ſuæ*.

3 EXPOLIEM. ſ. donis meis. NATIVITATIS. i. *antequam
acceſſiſſet ad Dei cultū*, ſecundū Chald. Vide Ezech. 16.
INVIAM. LXX. *ſine aqua*. Chald. *deſertam*. SITI. i. deſide-
rio rerum, quas non poterit obtinere, & præcipuè (quā
omnes optāt) felicitatis, cuius ſoli iuſti compotes fiunt.

4 FILII FORNICATIONVM. Chald. *idololatra*.

5 QVIA FORNICATA, &c. q. d. etiā mater idola coluit,
ſuntque eam filij imitati. ſ. plebs imitata Principes &
ſeniores, vel maiores ſuos. CONFVSA EST. i. fecit digna
cōfuſione. i. pudore. AMATORES. ſ. deos, vel populos.
quorum idola colebat. DANT PANES MIHI ET AQVAS.
. i. cibum & potum. LANAM MEAM, ET LINVM. i. la-
neas veſtes, & lineas. Chald. *veſtimenta ſericea & byſſi-
na*. LXX. *veſtimenta & linteamina*. OLEVM MEVM, &c.
Chald. *& omnia alimenta mea*. LXX. *oleum meum, &
quæcumque mihi conueniunt*.

6 SEPIAM, &c. q. d. impediam, ne poſſis egredi. ſ. obſi-
dione, tribulationibus, &c.

7 SEQVETVR. ſ. deſiderio. APPREHENDET. i. aſſe-
quetur. VIRVM MEVM. ſ. deum. Faciunt id nunc qui-
dam Iudæorum, facient plures in fine ſæculi.

8 NESCIVIT. i. non aduertit. QVÆ FECERVNT BAAL.
Chald. *ex quo fecerunt idola*. *Baal* deus Babyloniorum
& Sidoniorum. ſic dicebatur fortè à Belo patre Nini,
qui pro deo cultus eſt, voce paulùm mutata. Quidam
Iouem dicunt ſic vocatum, & Iunonem *Aſtarthe*, de
qua Iudic. 2. Vide Auguſt. q. 16. in Iudic. Dicitur autem
Baalim & *Aſtaroth* plurali numero, ob varia ſimula-
chra. ſic etiam additur à loco, *Phegor*, à muſcis, *Zebub*,
& eiuſmodi alia. ſunt qui dicant ſumi interdum pro
quouis idolo. *Baal* enim בַּעַל *dominus* ſeu *patronus*.

9 CONVERTAR, &c. pro, reuertar, &c. ſic vulgari lin-
gua dicimus, *Tornero à pigliare*. LIBERABO. ſ. velut
iniquè poſſeſſa. LXX. *auferam*. IGNOMINIAM. Hebr.
nuditatem. ſ. quam videri turpe eſt & ignominioſum.

11 Nvnc i. breui. Stvltitiam. ſ. quæ tantum beneſactorem deſeruerit & offenderit. Chald. *ignominiam*. Lxx. *immunditiem*. Vir. i. quiſquam.

12 Corrvmpam. i. perdam. ſ. per hoſtes. Eam. Hebr. Chald. & Lxx. *ea*. ſ. proximè dicta. In saltvm. quaſi dicat, reddam incultam, & feris expoſitam. Lxx. *in teſtimonium*. Bestia. ſ. hoſtes; perſtat enim in metaphora ſaltus.

13 Visitabo. Lxx. *vleiſcar*. Dies Baalim. i. tempora, quibus idola coluit. Inavre, &c. per hæc reliqua intellige, quibus ornabantur in ſolemnitatibus idolorum. Meminit autem ornatus meretricij, perſiſtens in metaphora, qua cœpit.

14 Propter hoc i. quia tam grauiter laborat. Lactabo i. ſuadebo, alliciam, & velut decipiam. id enim etiam ſignificat *lactare*. Lxx. *decipiam*. ſic etiam Hebr. Vide Prou. 1. & 16. in eadem ſignificatione. videtur quædam deceptio, cùm quis alterius perſuaſione à priori ſententia dimouetur. factum id maximè prædicatione Euangelica. Dvcam, &c. q. d. faciam vt olim cùm ex Ægypto eduxi in deſertum, miracula & mirè protegam. Lxx. *ponam illam quaſi deſertam*. ſ. ſegregatam à peccatis, & eorum occaſionibus. Ad cor. i. blanda, & conſolatoria.

15 Vinitores. ſ. Apoſtolos & prædicatores. Chald. *gubernatores eius*. Ex eodem loco. ſ. ex Iudæa. q. d. ex eadem gente, ſicut olim Moyſen & Aaron. At Iſa. 61. dicuntur fore peregrini. ſ. dilatata Eccleſia per Gentes. Vallem. Achor, &c. q. d. vt olim poſt turbationem illam, de qua Ioſ. 7. per Achan factam, ſecuta ſunt proſpera punito illo in valle Achor; ita hic fiet: poſt aduerſa dabo ſpem magnam bonorum. ſ. per tribulationes habetur ſpes. Vide Rom. 5. Ad aperiendam spem. Chald. *ad delicias animæ*. Lxx. *ad aperiendam intelligentiam eius*. ſ. per aduerſa eruditur anima, & deuenit ad conſolationem. Canet. Alludit ad canticum Moyſis poſt tranſitum maris. Lxx. *humiliabitur*.

16 Baali. Etſi iſta voce vterentur vxores ad viros (eſt enim q. d. *vir mi*, ſeu *domine mi*) tamen ob ſimilitudinem cum nomine idoli nolebat Deus eius vſum.

17 Baalim. i. idolorum, quæ ſic vocabantur, quaſi *domini* ſeu *patroni*, vt ſuprà dixi.

18 Cvm eis. Hebr. Chald. & Lxx. *eis*. q. d. faciam, vt omnia (etiam feræ) ſint eis amica, & veluti fœderata, nihilque noceat. Vide Iſa. 11. de habitatione lupi cum agno, &c. Id factum lege Euangelica manſuefactis hominum animis. Terra. ſ. eorum.

19 Sponsabo. Chald. *ſtabiliam*. In ivstitia. i. per iuſtitiam, ſ. ipſa iuſtificatio eſt quædam ſponſatio. Ivdicio. ſ. per pœnitentiam, qua ſe homo accuſat & punit. In misericordia. ſ. ex hac procedit prima iuſtificatio ſine meritis hominis. Et in miserationibvs. Significat hæc adiectio maximam miſericordiam.

20 Fide. ſ. hæc fundamentum ſeu initium iuſtificationis. Qvia ego Dominvs. Chald. *timete à facie Domini*.

21 Exavdiam cælos, &c. q. d. dabo aëri copiam imbrium, & ille terræ, & hæc populo meo copioſum reddet fructum. dicitur verò per proſopopœiam, more Scripturæ, ad maiorem rei expreſſionem.

22 Exavdient Iezrahel. Chald. *ſatisfacient populo meo*. Lxx. vt ſup. *Iſrael*, etiam hoc loco.

23 In terra. Lxx. *ſuper terram*. ſ. dilatata per orbem Eccleſia velut ſeminatis vbique fidelibus. Et miserebor, &c. Lxx. *& diligam Non dilectam*. & ſic citatur Rom. 9.

CAPVT III.

Rurſum iubetur Propheta diligere adulteram, quæ tamen multis diebus illum expectet, quia filios Iſrael multis diebus ſine rege & ſacrificio ſedentes, tandem ad Dominum dicit reuerſuros.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & 1
diliges mulierem dilectam amico & adul- A
teram: ſicut diligit Dominus filios Iſrael, & ipſi
reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia
2 vuarum. * Et fodi eam mihi quindecim argen-
3 teis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. * Et
B dixi ad eam: Dies multos expectabis me: non
fornicaberis, & non eris viro: ſed ego expecta-
4 bo te. * quia dies multos ſedebunt filij Iſraël ſi-
ne rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine
5 altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. * " & "Ezech. 34 c. 23
poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Do-
minum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum:
& pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius,
in nouiſſimo dierum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Dilige mvlierem dilectam amico. An hæc eadem, quam priùs duxit, quæ fuerit adulterata poſt Oſeæ coniugium, an altera, parum intereſt. Sanè nupta erat, aut fuerat, quando *adultera* vocatur. Sicvt diligit Dominvs. Hoc fit vt ſignificetur, Deum Synagogam diligere, etiamſi vt adultera reſpiciat deos alienos. Diligvnt vinacia vvarvm. Eæ ſunt vuæ poſt expreſſum vinum. In quo docet adulteros eſſe, & ebrietate fœdos, qua libido accenditur. Hebr. *diligunt dolia*, ſeu *lagenas vuarum*. i. vini, eadem ebrietatis ſignificatione.

2 Et fodi eam mihi. Sept. *conduxi*. Chald. *emi*. ſic Hebr. כרה *charah*, *fodere* & *emere* ſignificat. Hieronymus priorem ſignificationem ſecutus eſt, poſteriorem alij. In quo vetus nuptiarum ritus tangitur, quo ſe coniuges mutuò coëmebant, vti Iſidorus ait 5. Etymol. cap. 24. Qvindecim argenteis. Hebr. *quindecim argenti*. In quo potuiſſet addere, *quindecim argenti ſiclis*, vt alijs locis Interpres facit. de quo diximus libro de Pond. & menſ. cap. 6. Coro hordei. *Corus* continet decem ephi, Ezech. 45. verſ. 11. modios triginta, vt hic & alijs locis Hieronymus conſtanter docet, ſata totidem. de quo eo Libello cap. 10. Et dimidio coro. Hebr. *lethech*, quod eſt *cori dimidium*. Itaque coro vno & dimidio hordei deſponſauit eam adulteram, ſiue Deus, ad quem Hieronymus hæc verba refert; ſiue Propheta, vt Vatablus, quod magis puto, ſed vt typus Dei; qui bona temporalia, ſed non multa, quaſi dotem ei populo dedit.

3 Expectabis me. Hebr. *ſedebis mihi*, id eſt, vocaberis vxor mea. ſic Hebr. Schol. Non fornicaberis. id eſt, non coles, idola, neque ad virum alium accedes. non coles deos alienos. Sed et ego expectabo te, ſ. Oſeas, ſed ſuſtinet Dei perſonam. *Expectabo* ſcilicet extremo tempore conuertaris. Hebr. *& etiam ego ad te*. Hebræi geminata negatione explicant: Neque ego ad te. ſ. ingrediar. ſola vt vidua eris; vt ſignificetur ea ſolitudine ſtatus populi Iudaici, quem mox explicat.

4 Qvia dies mvltos sedebvnt. Idem verbum ישב, *Iaſab*, pro quo *expectabis* vertit v. 3. hic ponit in ſignificatione *ſedendi*; explicatque Propheta ſtatum, in quo poſt Chriſtum Iudæi manent; neque Deum colentes, quia ſine templo; neque idola, vt antè. Sine altari. Sic Sept. nempe templo carent? Hebr. *ſine ſtatua*. Leuit. 26. verſ. 1. *non facietis ſculptile, nec titulos erigetis*. *Titulos*, id eſt, ſtatuas. quomodo ergo nunc in parte calamitatis ponit, quòd careant ſtatua. Nimirum *ſtatuam* pro idolo ponit, cui hoc tempore Iudæi non ſunt dediti. Et sine ephod. *Ephod*, vt Hieronymus ait, eſt indumentum ſacerdotale, quod à Sept. in Exodo & Leuitico ἐπωμὶς vocatur. i. *ſuperhumerale*. Erat autem duplex *Ephod*, ex purpura & hyacintho, quod ſolus ſummus ſacerdos geſtabat; & lineum, quod Leuitæ. Theraphim. Erant imagines forma humana, qualis fuit ſtatua, quam Michol in lecto poſuit pro Dauide, 1. Reg. 19. verſ. 13. vbi pro *ſtatua*, quam noſter poſuit, Hebr. eſt *theraphim*. ſed quoniam eæ plerumque imagines reſponſa reddebant, ad cultum idolorum pertinebant. ſic Iudic. 17. v. 5. pro ea voce Hieronymus vertit *idola*. Hoc tamen dumtaxat loco putat per *theraphim* ſignificari Cherubim & Seraphim

poſitos

poſitos in templo. Putat enim, quæ hic dicuntur, omnia ad cultum Dei pertinere, quo carent Iudæi. Ego per *ſacrificium* & *ephod* cultum Dei intelligo, per *ſtatuam* & *theraphim* idola.

Et David Regem ſuum quærent poſt hæc. Chald. *Meſſiæ filio David Regi ſuo obedient.* Et paverunt ad Dominum. i. colent Dominũ. Religio timoris, pars eſt, vel ex timore procedit. Et ad bonum eius. i. reuertentur, vt eius bonis fruantur in fine temporum. 5

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Adhuc &c. Intelligi datur Oſeæ vxorem adulterium commiſiſſe, Deumque iubere ne dimittat, ſed amanter retineat. Vel de alia ſermo eſt. q. d. dilige illam adulteram, etſi digna non eſt amore. Amico. ſ. adultero, vel *viro ſuo*, vt intelligit Chald. Filios Iſrael. ſ. omnes tribus. Reſpiciunt. Chald. *conuertuntur.* Vinacia. i. folliculos, qui manent expreſſa vua. q. d. vana & inutilia, in quibus nihil ſucci, ſeu boni, quod poteſt ad idola ipſa referri, vel alia, quæ malè amabant relicto Deo. 1

Fodi. i. *emi.* Id enim *fodere* etiam ſignificat, vt Gen. 50. quia verbum Hebr. vtrumq; ſignificat. ſ. כרה Chald. *redemi*, vt ſit vox Dei. Lxx. *conduxi*. Alij ad Prophetam referunt. Videtur ergo de alia muliere, & non Gomer ſermo eſſe, cui Oſeas id pretij dederit, tantùm ne adulteraretur ampliùs. Quidam tamen putant duxiſſe in vxorem à viro repudiatam. Argenteis. ſ. ſiclis. Coro. &c. ſ. quadraginta quinque modijs. *corus* enim, qui & *chomer*, triginta modij. Per hæc ſignificantur à Deo Iudæis bona quidam temporalia interim. quid enim aliud nunc habent? & pauca habent, & cum labore. 2

Dixi. Verba Prophetæ, ſeu Dei potiùs. Expectabis. Certè expectant Meſſiam, in eo quidem errantes, quòd putant nondum veniſſe. Fornicaberis. i. idola coles, & id ſeruant. Viro. ſ. alteri iuncta. colunt quidem Deum, quamquam vano cultu. Expectabo. ſ. conuertentur tandem Iudæi. 3

Quia, &c. explicatio præcedentium. Sedebunt. Solet id verbum ferè de mœſtis & deſolatis dici, adeoque vt viduis. Rege. Chald. *rege de domo David.* Ephod. i. veſte ſacerdotali. Lxx. *ſacerdotio*. Theraphim. i. ſimulachris, ſeu idolis. Lxx. *manifeſtatione*, vt ſcilicet alludatur ad Vrim, quod erat in Ephod. Chald. *reſponſa dante.* ſ. oraculis Dei. 4

Post hæc. ſ. in fine ſæculi. David. Chald. *Chriſtum filium David.* Vide Ezech. 34. & 37. Pavebunt, &c. ſignificatur reuerentia ad Chriſtum. Chald. *ſtudebunt cultui Domini.* Bonum. i. beneficij, & gloriam, & bonitatem ſeu miſericordiam. Novissimo, &c. ſ. tempore Antichriſti, quo plurimi Iudæi conuertendi, non enim omnes. 5

CAPVT IV.

Minatur terra Iſrael, propter multa populi peccata, qui & ſcientiam repulit, & idololatriæ fuit deditus: dicit ſe relicturum Iſrael in peccatis ſuis, cupiens ne Iuda ipſum imitetur.

Audite verbum Domini filij Iſrael, quia 1
iudicium Domino cum habitatoribus A
terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſeri-
cordia, & non eſt ſcientia Dei in terra.* Maledi- 2
ctum, & mendacium, & homicidium, & fur-
tum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis
ſanguinem tetigit.* Propter hoc lugebit terra, & 3
infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia
agri, & in volucre cæli: ſed & piſces maris cõgre-
gabuntur.* Verumtamen vnuſquiſque non iu- 4
dicet: & non arguatur vir: populus enim tuus,
ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti.* Et corrues 5
hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte B
tacere feci matrem tuam.* Conticuit populus 6
meus, eò quod non habuerit ſcientiam: quia tu
ſcientiam repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fun-
garis mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar fi-
liorum tuorum & ego.* Secundum multitudi-
nem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorũ
8 in ignominiam commutabo.* Peccata populi
mei comedent, & ad iniquitatẽ eorum ſubleua-
9 bunt animas eorum.* Et erit ſicut populus, ſic
ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias eius, & co-
10 gitationes eius reddam ei.* Et comedent, & non
C ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt:
quoniam Dominũ dereliquerunt in non cuſto-
11 diendo.* Fornicatio, & vinũ, & ebrietas auferũt
12 cor.* Populus meus in ligno ſuo interrogauit, &
baculus eius annuntiauit ei: ſpiritus enim forni-
cationum decepit eos, & fornicati ſunt a Deo
13 ſuo.* Super capita montium ſacrificabant, &
ſuper colles accendebant thymiama; ſubtus
quercum, & populũ, & terebinthum, quia bona
erat vmbra eius: ideò fornicabuntur filiæ veſtræ,
14 & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.* Non viſitabo
D ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ, & ſu-
per ſponſas veſtras cùm adulterauerunt: quo-
niam ipſi cum meretricibus conuerſabantur,
& cum effeminatis ſacrificabant, & populus
15 non intelligens vapulabit.* Si fornicaris tu Iſ-
rael, non delinquat ſaltem Iuda: & nolite in-
gredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Betha-
16 uen, neque iuraueritis: Viuit Dominus.* Quo-
niam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael:
nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum in
17 latitudine.* Particeps idolorum Ephraim, di-
18 mitte eum.* Separatum eſt conuiuium eorum,
fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt afferre
19 ignominiam protectores eius.* Ligauit eum ſpi-
ritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificijs ſuis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Audite. Ad decem tribus loquitur. Earum peccata accuſat, vt videant meritò Deum in illas iraſci. Iudicium, lis, expoſtulatio eſt Domino. Cum habitatoribus terræ huius, propter *hæ* demonſtratiuum. ſ. terræ Iſrael. Non est enim veritas. ſæpè per *veritatem* iuſtitia intelligitur, præſertim cùm iungitur cum *miſericordia*.

2 Inundaverunt. Hebr. *ruperunt*. ſ. ſepem. Peccata inſtar diluuij inundantis operuerunt omnia. Alij *ruperunt*. ſ. ſepem, legem Dei, ſic ſine modo peccant. Sanguis, &c. cædes multæ ſunt, & ſanguis ſupra ſanguinem cadit, vt riuum efficere videatur.

3 Propter hoc lugebit. Sic Sept. Chald. *vaſtabitur terra* Hoc Hebræi ſequuntur. אבל *Abal*, & *lugere*, & *deſolari* ſignificat. Et infirmabitur, ſeu *peribit*. ſuccidetur omnis qui habitat in ea. Sententia non diſcrepat. In bestia agri. ſic Hebr. pro, *cum beſtia agri infirmabitur homo*, ſic Sept. *in*, pro *cum*. Congregabuntur. Sept. *deficient congregari* ſeu *colligi*, pro perire. ſic Ierem 8. verſ. 13. *Congregans congregabo eos*, pro, *conſumendo conſumam eos*, vt Pagn. vertit.

4 Vnusquisque. Hebr. *vir* pro *quiſque*. Non iudicet. Hebr. *non litiget*. Et non arguatur vir. Hebraica paſſiuè legi poſſunt demptis punctis; ſed vt nunc ſunt, verti debent, *& non arguat virum. i. quemque*, vt Sept poſuerunt. Sententia eadem. Nemo alium increpet, quoniam ſ. nihil proficiet, curatio deſperata eſt. Populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Hebr. *ſicut qui increpant ſacerdotem*. In quo & leuitas & contumacia populi notari poteſt, qui ſacerdoti non obediat: & prauitas ſacerdotis, qui populo ſit ſimilis, & ab eo argui mereatur. Hoc ſecuti Sept. dixerunt: *Populus meus quaſi ſacerdos, cui contradicitur.*

5 ET CORRVES HODIE. i. breui in captiuitatem ibis. Sept. *corrues per diem* i. in meridie, in media luce. Quæ expoſitio placet, propter antitheſim quæ ſequitur. PROPHETA TECVM. i. ſacerdos, de quo dixit eſſe populo ſimilem. NOCTE. Hebr. iungitur cum *corruet propheta nocte*. Chald. *quaſi in nocte*. ſ. vt ij corruunt, qui in tenebris ambulant; ita tu & propheta corrueris, in die tu, ille noctu. Viri ſacri cùm peccant, tenebras captant. TACERE FECI MATREM TVAM. i. Synagogam, quæ eſt vt mater ſingulorum. Feci, vt aduerteret ſe digna ſupplicio commiſiſſe. Alij vertút, *excidi matrem tuam*, pro *excindam*. דמה *damah*, & *ſilere* ſignificat & *exſcindere*. ſed & *aſſimilare*, quod ſecuti Sept. dixere: *Nocti aſſimilaui matrem tuam*. Aut ſic: *Nocte tacere feci matrem tuam*. i. in captiuitate ſiluit præ anguſtia. Siluit & legis obſeruatio: Hieronymus.

6 CONTICVIT, ſeu *excisus eſt* POPVLVS MEVS. Idem eſt verbum, eadem interpretationum varietas quæ ſuperiori verſu. *Conticuit*. i. confuſus eſt. EO QVOD NON HABVERIT SCIENTIAM. ſ. Dei. REPELLAM TE, NE SACERDOTIO FVNGARIS MIHI. Sacerdotes indocti & ignari eſſe non debent.

7 SECVNDVM MVLTITVDINEM. Quò plures ſunt, plura peccarunt. GLORIAM. Gloriabantur ſe eſſe innumeros: eos ad paucos redigam. Ea eſt ignominia quam minatur.

8 PECCATA. id eſt, hoſtias pro peccato comedunt, ijs veſcuntur. ſ. ſacerdotes. SVBLEVABANT ANIMAS EORVM. Sic Sept. prouocant populum, vt peccet. Hebr. *ſubleuant animam ſuam*. Lucro inhiant, cupiunt plura peccari, vt plures hoſtiæ ſint. *Subleuabant*, pro *ſubleuant*.

9 ET ERIT SICVT POPVLVS, SIC SACERDOS. quod dixit iam verſ. 4. ET VISITABO SVPER EVM. ſ. populum, aut ſacerdotem, aut vtrumque relatiuum referri poteſt.

10 ET NON SATVRABVNTVR. aut famis ob morbum qui vigebit, aut ob ciborum leuitatem. FORNICATI SVNT, pro, fornicabuntur. ET NON CESSAVERVNT. Hebr. *& non multiplicabuntur*. i. *ex vxoribus non recipient filios*. ſic Chald. Ita *fornicari* ſumitur pro coire. IN NON CVSTODIENDO. pro, nō cuſtodientes. ſ. legem.

11 FORNICATIO. Nimius Veneris vſus & vinum eos dementabunt. Hoc malum accedet ad alia. AVFERVNT. pro auferent. Hebr. *auferet* Goth. *aufert*. ET EBRIETAS Hebr. *muſtum*. quod fortiùs inebriat. Ideò Hieronymus & Sept. pro *muſto ebrietatem* poſuere. Verùm Sept. longe alio ſenſu, nam ſic vertunt: *fornicationem, & vinum, & ebrietatem ſuſcepit cor*.

12 IN LIGNO SVO INTERROGAVIT. Siue quia idola, quæ conſulit, lignea ſunt; ſiue ob diuinationem per baculum, quem inter manus mutantes, iuxta eam manum, à qua cadebat, fieri aut non fieri, de quo dubitabant, decernebant. Similis erat diuinatio per ſagittas, *Belomantia* ex eo dicta, de qua Hieronymus Ezech. 21. verſ. 21. SPIRITVS ENIM FORNICATIONVM DECEPIT EOS. Cultus idolorum, aut falſi prophetæ ſic vocantur.

13 SVPER CAPITA MONTIVM. Ibi idolis erigebant altaria, & arbores inſignes captabant ad id faciendū, quaſi ibi quædam diuinitas eſſet. De quo Seneca lib. 5 epiſt. 41. & multa Conciliorum decreta extant, quę id fieri prohibent in Burch. Decret. lib. 10. initio. QVERCVM. Alij, *caſtaneam*. ET TEREBINTHVM, vnde *terebinthina Cornicabra* noſtris, vt Lacuna ait in Dioſcoridem. quia quæ Plinius de *terebintho* ait, omnia in arbuſtum illud conueniunt. Hebr. Schol. אֵלָה *elah* hîc poſitum, pro quo noſter *terebinthum*, vlmum putat. IDEO FORNICABVNTVR, idola colent. ET SPONSÆ. Sic Sept. & Pagn. Chald. *nurus veſtræ adulteræ erunt*. impium cultum ſuſcipient, & colent ſub ijs arboribus.

14 NON VISITABO SVPER FILIAS, non curabo, quia viri etiam ſcortatores ſunt. QVONIAM IPSI CVM MERETRICIBVS CONVERSABANTVR. Hebr. *diuident*. ſ. quia vxores à ſuis viris ſeiungunt. aut vt alij, *muli adinſtar laſciuiunt*. פרד *Parad* à *pared* deducunt, quod *mulum* ſignificat. Impium cultum hîc etiam *fornicationem* vocat. ET CVM EFFEMINATIS. Hebr. *cum ſcortis ſacrificabant*. VAPVLABIT. Hebr. *corruet populus*. Delirant ſacerdotes, plectitur populus.

15 NOLITE INGREDI IN GALGALA. Ibi idola liberiùs colebantur. ET NE ASCENDERITIS IN BETHAVEN. i. *domus iniquitatis*. ſic vocabatur *Bethel* propter vitulum ibi erectum. NEQVE IVRAVERITIS: VIVIT DOMINVS. ſ. Ne iuretis per idola, eis nomen & honorem Deo debitum (nempe ineffabile) tribuentes, quod hîc ponitur Hebr. Aut ſic; Nolo vt per me ampliùs iuretis.

16 VACCA LASCIVIENS Iſrael, ſeu *rebellis*, ſeu *declinans*. NVNC PASCET. pro, alioqui paniſſet eos Dominus, ſicut agnum in latitudine. i. indulgenter.

17 EPHRAIM. Vna erat è decem tribubus, & præcipua in idolorum cultu. Ex ea fuit Ieroboam mali princeps, auctor. DIMITTE EVM, ne increpes eum. nihil enim proficies. Oſeas ad Iudam loquitur. Aut, fuge eum, ô Iuda; nihil tibi cum illo commune: Hieronymus.

18 SEPARATVM EST CONVIVIVM EORVM i. contaminata ſunt eorum conuiuia, quę ſ. in ſacrificijs faciebant. Hebr. *computruit potus eorum*, id eſt, conuiuium, ſacrificium. סור *Sur* cùm locis alijs *recedere* ſignificet, hoc putant ſignificare *computreſcere*. Chald. ſanè ferè vocem *computreſcendi* Hebraicam per verbum סרי *ſeres* explicat, vt ait Elias in Methurgheman, radice באש *Baas*. Sunt ergo putrida eorum (Ephraim) conuiuia & ſacrificia. FORNICATIONE colunt idola. ea eſt cauſa quòd ſint putrida. DILEXERVNT AFFERRE. id eſt, munera Principes, quæ eſt alia corruptela & ignominia. Hebr. *dilexerunt* (munera) *afferte* (munera) *ignominiam* (ſuam) *clypei eius* (Ephraim) *clypei*, id eſt, Principes. noſter, *protectores*, ſcilicet *dilexerunt ignominiam*, munera.

19 LIGAVIT EVM SPIRITVS IN ALIS SVIS. Locus difficilis. Varietas expoſitionum id indicat. Plerique venti alis ligatos Ephraimitas putant, vt celeriter quaſi ventus eant in captiuitatem. Nec mirum eſt, vento alas aſſingi. Pſalmo 17. verſ. 11. *qui ambulat ſuper pennas ventorum*. & quidem צרר *Zarar*, *ligare* ſignificat, ſed & *anguſtia afficere* ſignificat. Porrò כנף *chanaph* non *alam* ſolum ſignificat, ſed & *veſtem, oram veſtis*. ſicque hoc loco ſumi putat Hebr. Schol. Quod ſi ſequimur, poſſumus locum ſic explicare: *Affligit ventus eam in veſtibus ſuis*. i. prauitas, quam intra ſe concepit inſtar venti intra viſcera; illam torquet, & in hæc mala præcipitat. CONFVNDENTVR, pudefient, videntes ſcilicet ſuis ſacrificijs, quæ idolis obtulerunt, nihil profeciſſe.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDICIVM. Chald. *diſceptatio*. VERITAS. i. fides promiſſorum, ſeu dictorum. SCIENTIA. Chald. *timor*. ſ. ſcientia Dei intelligitur Deo obedientium. Vide 1. Ioan. 2.

2 MALEDICTVM. i. maledicentia, & conuitium. Chald. *periurium*. INVNDAVERVNT. i. abundarunt. ET SANGVIS, &c. Chald. *& aggregant peccata peccatis*. ſ. vnum aliud excipit. *Sanguinem* vocat Scriptura & *homicidium*, & *peccatum*, quo anima occiditur.

3 LVGEBIT. Chald. *vaſtabuntur*. INFIRMABITVR. Chald. *delebitur*. IN BESTIA. pro, cum beſtia. quaſi dicat, etiam feræ peribunt. Chald. *à beſtia*. CONGREGABVNTVR. ſ. mortui. LXX. *deficient*.

4 NON ARGVATVR, &c. q. d. perditur opera admonēdo. VIR. i. quiſque. ſ. iſtorū. LXX. *non arguat quiſquam*. CONTRADICVNT. q. d. non ſolùm reprehendi nolunt, ſed etiam contradicunt ſuperioribus & doctoribus.

5 CORRVES. ſ. in ſummam calamitatem. videtur captiuitatem ſignificare. HODIE. quaſi dicat, citò. PROPHETA. Chald. *pſeudopropheta*. NOCTE. ſ. calamitatis. Chald. *tanquam in nocte*. ſ. coniungit cum præcedentibus. TACERE. ſ. præ confuſione. Chald. *confuſione induam congregationem veſtram*. LXX. *nocti aſſimilaui matrem veſtram*. FECI. pro, faciam. MATREM.

.i. Synagogam.i. multitudinē, vel principes & ſeniores.
CONTICVIT. ſ. confuſus. Chald. *inſipiens factus eſt.* 6
TV. ſ. ô ſacerdotum congregatio. SCIENTIAM. i. Dei
cognitionem. Chald. *Dei timorem.* OBLIVISCAR, &c.
Chald. *repellam filios tuos.*

SECVNDVM MVLTITVDINEM, &c. i. quò plures fue- 7
runt, plus peccarunt, & grauiùs.

PECCATA. i. oblata pro peccatis à populo. COMI- 8
DENT. pro, comedere ſolent. AD INIQVITATEM. ſ. fo-
uendam, ſeu diſſimulandam. SVBLEVABVNT. i. ſo-
lent animum dare. ſ. laudando, vel non obiurgando.
Lxx. *accipient*. q. d. accipiunt perſonam, ne ſ. amittant
oblationes: ita in peccatis populus fouetur.

ET ERIT. ſ. punitus, vt ſtatim explicatur. VIAS. 9
.i. opera. q. d. reddam quod merentur. COGITATIO-
NES. i. quæ malè cogitauit, ſeu deſignauit.

COMEDENT, &c. i. ſe dedunt voluptatibus, ſeu gulę, 10
nec ſatiantur. ſ. voluptas non ſatiat. FORNICATI. ſ. ido-
lolatria, vel libidine. CESSAVERVNT Lxx. *dirigentur*.
.i. rectè agent. ſ. relicto vitio. CVSTODIENDO. ſ. eius
præcepta.

ET EBRIETAS. pro, id eſt ebrietas. AVFERVNT COR. 11
.i. mentem. Chald. *in errorem inducunt.*

IN LIGNO. pro, lignum. i. idolum. BACVLVS. 12
ſ. per baculos, ſeu virgas diuinabant idololatræ. Vide
Ezech. 21. ANNVNTIAVIT. ſ. futura, ſeu quæ volebat
ſcire. SPIRITVS. i. animi ardor. vel dæmonem intelli-
git, qui ad fornicationem incitat, ſeu idololatriam.

FORNICABVNTVR. ſ. me permittente in pœnam ve- 13
ſtrorum peccatorum.

VISITABO. i. puniam. ſ. cohibendo, vel non ſic graui- 14
ter, vt vos. QVONIAM IPSI &c. q. d. quia vos datis il-
lis exemplum, eoque grauiùs peccatis. EFFEMINA-
TIS. i. ſcortis maſculis. vel ſacerdotes Priapi intelligun-
tur, qui erant veluti feminæ mollitie & geſtibus. VA-
PVLABIT. i. pœnas dabit.

GALGALA. ſ. ad colendum idola. ibi enim colebantur. 15
BETHAVEN. i. *domum iniquitatis*, ſeu *vanitatis*. ſic dice-
batur Bethel ob idola. Chald. *Bethel*. Erat autem du-
plex. Altera in ſorte Ephraim, quæ & *Luza*, vbi idolum
poſuit Ieroboam. ſ. vitulum aureum. Altera in Benia-
min. Vide Ioſ. 16. & 18. Erat & *Bethauen* quædam pro-
pe Bethel, de qua Ioſ. 7. NEQVE IVRAVERITIS, &c.
q. d. Nolo per me ampliùs iuretis, quòd ſitis idolo-
latræ.

LASCIVIENS. i. œſtro percita, iugoque excuſſo fu- 16
giens. Chald. *recalcitrans*. DECLINAVIT. i. receſſit,
ſeu aufugit. Chald. *rebellauit*. NVNC. id eſt breuî.
AGNVM. ſ. qui ducitur nō reſiſtendo, vel q. d. vt agnum
mactandum, qui liberè ſinitur paſci. IN LATITVDI-
NE. ſ. regione Medorum, in quam abducetur captiua.

EPHRAIM. i. decem tribus. DIMITTE EVM. ſ. ô Iu- 17
da. Chald. *dereliquerunt ſuam religionem*. Lxx. *poſue-
runt ſibi ſcandala*.

SEPARATVM EST. pro, ſit ſeparatum à te, vel longè eſt 18
Dei cultu. Chald. *ex rapina eſt*. AFFERRE IGNOMI-
NIAM. i. ignominioſa facere. PROTECTORES. ſ. Princi-
pes & Sacerdotes. Chald. *Proceres*.

LIGAVIT. pro, ligabit. SPIRITVS. i. ventus. q. d. ci- 19
tò volabunt aliò captiui. A SACRIFICIIS. i. ob ſacrifi-
cia. ſ. idolis facta.

CAPVT V.

*Minatur Dominus ſe puniturum Iſrael propter pecca-
ta ſua, ſimiliter & Iudam: nec proderit humanum au-
xilium, cùm Dominus eis aduerſetur.*

AVdite hoc ſacerdotes, & attendite domus 1
Iſraël, & domus regis auſcultate: quia vo- A
bis iudicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis
ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor.
* Et victimas declinaſtis in profundum: & ego 2
eruditor omnium eorum. * Ego ſcio Ephraim, & 3
Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nunc for-
nicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael.
4 * Non dabunt cogitationes ſuas vt reuertantur
B ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in
medio eorum, & Dominum non cognouerunt.
5 * Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius:
& Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet
6 etiam Iudas cum eis. * In gregibus ſuis, & in ar-
mentis ſuis, vadent ad quærendum Dominum,
7 & non inuenient: ablatus eſt ab eis. * In Domi-
num præuaricati ſunt, quia filios alienos genue-
runt: nunc deuorabit eos menſis cum partibus
8 ſuis. * Clangite buccina in Gabaa, tuba in Ra-
C ma: vlulate in Bethauen, poſt tergum tuum
9 Beniamin. * Ephraim in deſolatione erit in die
correptionis: in tribubus Iſrael oſtendi fidem.
10 * Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes ter-
minum: ſuper eos effundam quaſi aquam iram
11 meam. * Calumniam patiens eſt Ephraim, fra-
ctus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes.
12 * Et ego quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo
13 domui Iuda. * Et vidit Ephraim languorem
D ſuum, & Iuda vinculum ſuum: & abijt Ephraim
ad Aſſur, & miſit ad regem Vltorem: & ipſe
non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vo-
14 bis vinculum. * Quoniam ego quaſi leæna Eph-
raim, & quaſi catulus leonis domui Iuda: ego
ego capiam, & vadam: tollam, & non eſt qui
15 eruat. * Vadens reuertar ad locum meum: donec
deficiatis, & quæratis faciem meam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDITE HOC SACERDOTES. Pergit explicare, me-
ritò punire decem tribus. Earum ſacerdotes ſic
vocat, quamuis legitimi ſacerdotes non eſſent, ex ſtir-
pe Aaron. VOBIS IVDICIVM EST. i. contra vos lo-
quor, vos condemnare volo. LAQVEVS FACTI ESTIS
SPECVLATIONI. *Pro officio ſpeculandi & regendi popu-
lum, laqueus facti eſtis.* ſic Hieronymus. ſed & Sept.
ſpeculationi pro *Mizphah* poſuere, Hebræi *Mizphah*
& *Thabor* duos altiſſimos montes eſſe putant in terra
Iſrael, vbi venatores retia tendebant, quibus ſacerdo-
tes eos & Principes ſimiles eſſe ait, prædam captantes,
nihil aliud. Hebr. ſic *laqueus fuiſtis in Mizphah, & re-
te expanſum ſuper Thabor.*

2 ET VICTIMAS DECLINASTIS IN PROFVNDVM. Vi-
ctimas offerendo profundi facti eſtis. i. callidè cogita-
ſtis victimas offerre idolis, ne videremini cultum Dei
penitùs deſeruiſſe. Homines callidos *profundos* voca-
mus. Hebr. *& iugulando declinantes profundauerunt.*
Aut ſic, *ad iugulandum* (innocentes) *declinantes* (à via
recta) *profundauerunt* (ſ. laqueos, quibus caperent in-
nocentes.) ſic Hebr. ET EGO ERVDITOR. Hebr. *ego
correctio* (.i. vir correctionis eruditor) *omnibus illis*. i. mi-
hi incumbit increpare quæ fiunt omnia.

3 EGO SCIO EPHRAIM. id eſt, ſcio quo animo Iero-
boam ex tribu Ephraim excitarit idola. FORNICATVS
EST EPHRAIM, impio ſe cultu polluit.

4 NON DABVNT COGITATIONES. ſic Sept. & Chald.
non miſſa facient opera ſua, ſeu *ſtudia*. *Dare* ſæpè in Sà-
cris pro *ſinere* ponitur. Ergo non relinquent cogitatiō-
nes aut opera priora, vt reuertantur ad Deum. Nec mi-
rum. SPIRITVS FORNICATIONVM. hoc eſt, impij cul-
tus amor, eſt in corde eorum.

5 ET RESPONDEBIT ARROGANTIA, ſeu *ſuperbia*. Paria
meritis feret. IN FACIE EIVS. publicè, ipſo vidente &
cognoſcente. Pagn. vertit, *teſtificabitur ſuperbia Iſrael*,
.i. contra eum palàm teſtimonium feret, iuſtè puniri.
RVET ETIAM IVDAS. Et ipſe pœnas dabit, quippe noxę
particeps ſeu diſſimulatione, ſeu quia quidam è Iuda
ibant ad vitulos; ſeu ob occupatam terram Iſrael v. 10.

6 IN GREGIBVS SVIS quærent Deum. Credent Deum
placari externis ſacrificijs. ABLATVS EST AB EIS, ſeu
declinauit, ſeu *ſubtraxit ſe ab eis* Deus.

FILIOS ALIENOS GENVERVNT. ſcilicet ex alienigenis genitos, aut idololatras. DEVORABIT EOS MENSIS. quolibet menſe irruet hoſtis, & vaſtabit partes, id eſt, prædia eorum. Aut menſe à Deo definito vaſtabitur regio & Ieruſalem, & templum incendetur, ipſi ibunt in captiuitatem. Is fuit menſis *Ab*, Auguſto aut Iulio reſpondens. ſic Hebr. Sed vnde id? nempe ex Kalendario Hebræo, & 4. Reg. 25. v. 8. Aut *menſis*. i. breui. Explicatio vocis, *nunc*; dixit enim, *nunc deuorabit eos menſis*. 7

CLANGITE BVCCINA. Iam hoſtes adſunt, veſtros ad bellum tubis conuocate. IN GABAA. *Gabaa* & *Rama* vrbes Iſrael. VLVLATE IN BETHAVEN, hoc eſt, Bethel. *Vlulate*, quia maior eius noxa, maius periculum. Alij vertunt, *Clangite in Bethauen*. POST TERGVM TVVM BENIAMIN. Cladis cauſa, templi contemptus poſiti in tribu Beniamin. ſic Chald. aut ſit monitio Beniamitis, quibus Bethel proxima erat. Tunc tua res agitur. 8

IN DIE CORREPTIONIS. i. ſupplicij, cladis. OSTENDI FIDEM. Impleui quod promiſi, me veracem monſtraui. 9

ASSVMENTES TERMINVM. Poſt captiuitatem decem tribuum vacuam regionem tribus Iuda occupare voluit. Id vindicat Deus. 10

CALVMNIAM PATIENS EST EPHRAIM. i. malum, cladem. Hebr. *oppreſſus eſt Ephraim*. FRACTVS IVDICIO eſt, Dei ſ. aut Aſſyriorum, vt Hieronymus. POST SORDES. i. idola iuit. Sept. *poſt vana* i. idola. Chald. *poſt mammona iniquitatis*. i. munera accepit, quæ *ſordes* ſunt, & vocantur. Hebr. *qui voluit*, ſeu *cœpit ire poſt præceptum*. ſ. Ieroboami vitulos conſecrantis. Nimirum vbi nunc eſt צו *Zau*. i. *præceptum*, Hieronymus Sept. & Chal. legerunt שוא *zoau*. i. *ſordes*. Quæ lectio multò commodior eſt. Gotth. *poſt ſordem*. ſic Hieronymus in Comment. ſed *ſordes* caret ſingulari. 11

ET QVASI PVTREDO DOMVI IVDA ero. illam etiam puniam. Porrò vox רקב *rakab*, quæ Hebr. eſt, non *putredinem* promiſcuè, ſed *cariem*, vermé ligna arrodentem ſignificat; noſtris *carcoma*. Hoc Hebr. Schol. & Hieronymus id tangit in Comment. imò apertè dicit: *Tinea*, עש *has*, *veſtes*, *caries ligna rodit*. 12

ET VIDIT EPHRAIM LANGVOREM SVVM, captiuitatis tempus inſtare, neque vires habere ad reſiſtendum. VINCVLVM SVVM. Sept. & Chald. *dolorem ſuum*. Hebr. *plagam ſuam*. *Plagam*, *vinculum* vocat, quia eam ligant medentes. Hebr. Schol. ET ABIIT EPHRAIM AD ASSVR, periculo nimirum propinquior. Verùm non ad Deum, ſed ad humanam opem confugit. AD REGEM VLTOREM. Sic *Regem* eum vocat, quia ad eum omnes confugiebant, vt eos vlciſceretur. Miſit pòſt etiam Iuda & Rex Achaz ad eum, 4. Regum 16. v. 7. Hebræi *Iareb*, pro qua voce noſter *vltorem* poſuit, vrbis nomen in Aſſyria putant, in qua ille Rex imperabat. Hoc ſecuti Sept. *Ierim* poſuere, corrupta voce. Chald. *vt aduentaret vltum eos*, vocem nempe eam in vltionis ſignificatione ſumpſit, vt noſter. NEC SOLVERE POTERIT A VOBIS VINCVLVM. id eſt, *ſanare plagam*, vt eſt Hebr. quæ cùm ſanatur, vincula ſoluuntur, quibus erat ligata. 13

EGO QVASI LEÆNA. Sic Chald. Sept. *vt panthera*. Pagn. *vt leo*. ſ. ſenex, Id ſignificat *ſabal*. ſed leæna crudelior eſt leone. Eò Hieronymus reſpexit. ET QVASI CATVLVS LEONIS. Leunculus iunior. Id eſt כפיר *caphir*. q. d. nemo poterit de manu mea eos liberare, fruſtrà quærunt ſubſidia. VADAM. ſ. ad prædam. 14

AD LOCVM MEVM. Vt leones ſatiati præda ad luſtra ſua redeunt, ſic ego quieſcam, nec vobis opem feram, donec malis edocti ad meam opem tandem recurratis. 15

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SACERDOTES. Videtur de Iuda loqui. quòd ſi de Iſrael loquitur, intellige ſacerdotes, qui ita vocabantur; non enim erant, cùm non eſſent de familia Aaron. IVDICIVM. i. condemnatio. ſ. adeſt, vel q. d. ad vos pertinet iudicium, quod tamen peruertitis. LAQVEVS. i. ſcandalum. ſ. exemplo & ſuaſione idololatriæ. SPECVLATIONI. i. ijs, qui veſtræ ſpeculationi ſeu curæ ſunt commiſſi. Chald. *doctoribus veſtris*. ſ. Prophetis, quos occidere ſolebant. EXPANSVM. ſ. ad capiendum aues. i. animas. THABOR. Mons in Galilæa qui à Græcis dicitur *Itabyricum*, altiſſimus & in vertice maxima planitie. Chald. *montem excelſum*. 1

2 DECLINASTIS. ſ. offerre in Ieruſalem, ne populus rediret ad Regem Iuda; vel declinando à Deo idolis obtuliſtis. IN PROFVNDVM. i. valdè, ſeu vehementer. Chald. *ſacrificant idolis largiſſime*. ERVDITOR. i. caſtigator. q. d. puniam, vel, cùm tamen ſæpè eos de eo corripuerim.

3 ISRAEL. repetitio. QVIA NVNC, &c. q. d. video quid nunc agat.

5 RESPONDEBIT. ſ. dabit pœnas, quæ meritò reſpondent culpæ. ARROGANTIA. LXX. *iniuria*. IN FACIE EIVS. Chald. *ipſis videntibus*. IN INIQVITATE. i. ob iniquitatẽ. IVDAS. ſ. poſteà & ipſe ductus in captiuitatẽ.

6 IN GREGIBVS, &c. q. d. poſiti in calamitate, quærent Deum per ſacrificia. ABLATVS EST. Chald. *ſubtraxit ſe*. LXX. *declinauit*.

7 PRÆVARICATI SVNT. LXX. *Dominum dereliquerunt*. ALIENOS. ſ. à Dei cultu. Chald. *ex filiabus gentium*. NVNC. i. paulò pòſt. DEVORABIT. ſ. hoſtis. MENSIS. Chald. *per ſingulos menſes*, ſ. ſubinde vaſtabuntur. PARTIBVS. i. ſubſtantia, ſeu poſſeſſionibus.

8 CLANGITE, &c. q. d. en adſunt hoſtes, conuocate veſtros ad prœlium. GABAA, & hæc. Et *Rama* in tribu Beniamin. ſunt autẽ vicinæ inter ſe, & tribus Beniamin vicina eſt Ephraim. LXX. pro *Gabaa*, *colles*, pro *Rama*, *excelſa* vertunt, nam id ſignificant Hebr. Videntur autem admoneri duæ tribus, dum viderint capi Iſrael ab Aſſyrijs. TVBA. ſ. ærea, nam *buccina* cornea. VLVLATE. ſ. vt fieri ſolet in rebus deſperatis. POST TERGVM. ſ. eſt hoſtis, vel Bethauen, quæ illi à tergo reſpectu Ieruſalem.

9 IN DESOLATIONE ERIT. i. vaſtabitur. CORREPTIONIS. i. punitionis. OSTENDI FIDEM. i. oſtendam vera me prædixiſſe.

10 ASSVMENTES. LXX. *transferentes*. Chald. *mutantes*. TERMINVM. ſ. vicini, vt ſibi aſſumant partem alieni. Significat verò tranſgreſſionem legis Dei, & in veritum progreſſum per idololatriam & peccata alia. QVASI AQVAM. ſ. cum impetu ruentem.

11 PATIENS EST. pro, patietur. q. d. opprimetur ab hoſtibus, & iniurijs afficietur. FRACTVS IVDICIO. i. nemine iudicante, & illum eripiente, vel q. d. Dei iudicio punitus. SORDES i. idola. Chald. *mammonam iniquitatis*. LXX. *vana*. ſ. idola.

12 QVASI TINEA, &c. q. d. perdam omnino, etſi paulatim dans locum pœnitentiæ. PVTREDO. i. caries, qua ligna conſumuntur.

13 LANGVOREM. i. afflictionem. VINCVLVM. i. laborem. Chald. & LXX. *dolorem*. ſ. ligatur anima re moleſta. MISIT. ſ. Iudas. REGEM. ſ. Aſſur. VLTOREM. i. vindicem. q. d. vt ſe iuuaret contra aliorum hoſtium iniurias. Vide 4. Reg. 15. & 16. SANARE. i. liberare omnino, nam tandem expugnati ducemini in captiuitatem.

14 LEÆNA. LXX. *panthera*. vtraque eſt ferociſſima. CATVLVS LEONIS. LXX. *leo*.

15 LOCVM MEVM. q. d. deſeram vos. vel ad Chriſti refertur aſcenſionem. Chald. *in habitaculum meum cæleſte*. QVÆRATIS. ſ. oppreſſi malis.

CAPVT VI.

Reuerſi in tribulatione ad Dominum, magna fiducia ſalutem ſibi ab eo promittunt: expoſtulat Dominus cum Iſrael & Iuda, quod neque beneficijs, neque Prophetarũ comminationibus ab idololatria alijſque iniquitatibus ſint reuocati, cùm præferat miſericordiam ſacrificio.

1 IN tribulatione ſua manè conſurgent ad me:
A Venite, & reuertamur ad Dominum:
2 * quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & cu-
3 rabit nos. * a Viuificabit nos poſt duos dies: in
dic

a 1. Cor. 15. a. 3

die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpe-
ctu eius. Sciemus, ſequemurque vt cognoſca- B
mus Dominum: quaſi diluculum præparatus
eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis
temporaneus, & ſerotinus terræ. * Quid faciam 4
tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericor-
dia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros ma- C
nè pertranſiens. * Propter hoc dolaui in prophe- 5
tis, occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua
a 1.Reg.15. c.22 Eccl.4. d.17 Matth.9. b.13.& 12. a.7 quaſi lux egredientur. * a Quia miſericordiam 6
volui, & non ſacrificium; & ſcientiam Dei, pluſ-
quam holocauſta. * Ipſi autem ſicut Adam tráſ- 7
greſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me.
* Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplanta- 8
ta ſanguine. * Et quaſi fauces virorum latronum, 9
particeps ſacerdotum, in via interficientium D
pergentes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt.
* In domo Iſraël vidi horrendum: ibi fornicatio- 10
nes Ephraim: contaminatus eſt Iſraël. * Sed & 11
Iuda pone meſſem tibi, cùm conuertero capti-
uitatem populi mei.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN TRIBVLATIONE SVA MANE CONSVRGENT. i. diligenter quærent me. Hebraicè his verbis clauditur caput ſuperius. Getth. *mane conſurgant*.

2 CEPIT. id eſt, captiuauit nos, ſeu rapuit Deus ipſe. Hebr. *rapuit*. & Sept. ſic in codicibus Rom. & Regijs; alij codices πέπαικε, *vulnerauit*, vt in Hieronymi Comment. habet textus Sept. Chald. *ipſe percuſſit nos*. PERCVTIET. pro, percuſſit. Repetitio.

3 VIVIFICABIT NOS POST DVOS DIES. i. breui. poſt duos aut tres dies nos eripiet à malis. Aut biduum ad mortem Chriſti referatur, triduum ad reſurrectionem, quibus diebus & viuificauit & ſuſcitauit nos; ſed ἀλληγορικῶς. IN CONSPECTV EIVS, ſiue *coram eo*, vt Sept. i. verè. SCIEMVS, SEQVEMVRQVE. Priùs ſcire, deinde ſequi. 1. Paral. 28 verſ. 9. *Scito Deum patris tui, & ſerui ei*. VT COGNOSCAMVS. i. colamus Dominum. QVASI DILVCVLVM, aut *aurora*. vt ea lux eſt gratiſſima, ſic aduentus eius ad ſanandum nos ſalutaris erit. Iſidorus lib. 1. contra Iudæos cap. 54. citat, *quaſi diluculo præparatus eſt*, ſicut in Getth. Biblijs legitur. Nempe probare vult, Chriſtum ſub auroram ſurrexiſſe. Quam lectionem Hebraica vox שַׁחַר *ſahar* admittit, reijcit Græca ὄρθρος poſita in nominatiuo. De quo in eum Iſidori locum paulò plura diximus. ET VENIET QVASI IMBER NOBIS TEMPORANEVS, ET SEROTINVS. Hebr. *ſerotinus, & temporaneus. Temporaneus* eſt imber autumni, *ſerotinus*, veris. Vterque gratus & commodus. Ioel. 2. v. 23. plura.

4 MISERICORDIA VESTRA, qua vobis opitulari decreueram, citò tranſit, vt nubes, vt ros manè ſic Hieronymus. Aut miſericordia veſtra erga alios, qua ſanare vulnera poteratis, non eſt ſtabilis.

5 DOLAVI IN PROPHETIS. Occidi prophetas falſos, quia mali cauſa erant. Idque feci VERBIS. i. iuſſu meo. id præcepi. ſic Hieronymus. Aut ſic, *dolaui vos per prophetas veros*. i. monui ſalutaria, & vt miſericordes eſſetis, & permiſi vt à vobis occiderentur ob verba mea, quæ vobis annuntiabant. ET IVDICIA TVA. hoc eſt, ſupplicium tuum inſtar lucis iuſtum eſſe patebit, quando vt te ſanarem, multùm laboraui.

6 QVIA MISERICORDIAM VOLVI, ET NON SACRIFICIVM. i. *plus quam ſacrificium* (vt Chald.) *volo tui miſereri*. Hoc mihi magis placet, quàm victimæ quas offertis. ſic Hieronymus. Aut hoc modo: Vos putatis hoſtijs me placare: ego miſericordiam veſtram erga alios magis cupio. Quæ expoſitio magis conuenit cum verbis ſequentibus: ET SCIENTIAM DEI, PLVSQVAM HOLOCAVSTVM. Chald. *obſeruationem legis Dei*.

7 SICVT ADAM. ſ. primus peccauit. Aut *ſicut homo præuaricans teſtamentum*, aut *pactum*, vt Sept. vt *Adam* ſit nomen appellatiuum. nempe ſicut ſolent homines inter ſe rumpere fœdus, ſeu teſtamentum, ſic illi ruperunt legem. IBI PRÆVARICATI SVNT. *Ibi*, hoc eſt, in terra ſua, in Bethel.

8 GALAAD. Vrbs in regno decem tribuum Galilææ vltra Iordanem, vbi dimidia tribus Manaſſe: Ioſue 17. v. 6. OPERANTIVM IDOLVM. Hebr. *iniquitatem*. Sept. *vana*. ſed *vana* & *iniquitas*, *idolum* ſignificant. SVPPLANTATA SANGVINE. Hebr. *polluta ſanguine*, aut hoſtiarum, aut hominum. Itaque & impio cultu & cædibus fœda eſt.

9 ET QVASI FAVCES VIRORVM LATRONVM. Quæ ſ. ſitiunt ſanguinem, ſic eſt Galaad. Hebr. *& ſicut expectant virum latrones*. Hieronymus pro כְּחַכֵּי *chebachcei* legit כְּחִכִּי *chebichi*, *ſicut palatum*, aut *fauces*, *viri*, pro *virorum*. PARTICEPS SACERDOTVM. ſ. Galaad eſt adiutrix ſacerdotum, adiuuat eos. Hebr. *ſocietas ſacerdotum*. ſ. eſt. IN VIA INTERFICIENTIVM PERGENTES DE SICHEM. Hebr. (in) *via interficiunt* (euntes) *in Sichem*. nempe ij ſacerdotes euntes Sichimam, vt inde Ieruſalem irent ad templum, interficiebant. Porrò vox שִׁכְמָה *Sechmah* non ſolùm Hieronymus ſed Sept. pro *Sichem* ſumpſerunt, quæ alio nomine *Sichar* eſt dicta, & poſteà *Neapolis*, vt Hieronymus hìc ait. Altera *Sichem* erat in monte Ephraim. Alij eam vocem pro *humero* ſumunt, ſic: *occidunt humero*, hoc eſt, conſenſu vno. Quos, aut quare? nõ explicat iuxta hunc ſenſũ. ſed ſolùm Galaad & ſacerdotes ſanguinem fundere ait. QVIA SCELVS OPERATI SVNT. *Quia*, pro, ſanè, vt alijs multis locis, nam cauſalis hìc locum non habet.

10 VIDI HORRENDVM, ſeu *turpitudinem*, *abominationem*. IBI. ſ. in Bethel. IBI FORNICATIONES. impius cultus idolorum.

11 SED ET IVDA PONE MESSEM TIBI, ſeu *pone ramum*, *plantam tibi*, vt eſt Hebr. *Pone tibi*, pro, poſuit ſibi. i. particeps fuit mali, impium cultum iuuit, illumque exercuit. CVM CONVERTERO, cùm cogitarem conuertere captiuitatem populi. i. decem tribuum. Aut *conuertere*, pro, auertere (nondum captæ erant.) Iuda id ſua impietate impediuit. שׁוּב *Sub*, & *conuertere* & *auertere* ſignificat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MANE. i. maturè, diligenter, quàm primùm. VENITE. ſ. dicent alij alijs.

2 CEPIT. pro, rapuit. Chald *percuſſit*. PERCVTIET. pro, percuſſit, vel q. d. etiam ſi percuſſit.

3 POST DVOS, &c. q. d. citò, vel tertio, vt ſequitur. TERTIA. ſ. tertia Chriſtus reſurrexit. Chald. *reſurrectionis mortuorum*. Videtur ad hunc locum Paulus alluſiſſe 1. Cor. 15. Quidam diem primam intelligunt legis naturalis, ſecundam ſcriptæ, tertiam Euangelicæ. Vel primam, 14. lunæ; ſecundam, qua paſſus viuificauit nos; tertiam, qua per reſurrectionem fecit, vt reſurgamus cum illo. IN CONSPECTV EIVS. i. ipſo fauente, vel ipſi placentes. SCIEMVS. ſ. per fidem. COGNOSCAMVS. ſ. per ſpeciẽ, vel hìc magis magiſque. DILVCVLVM. ſ. fugans tenebras. EGRESSVS EIVS. i. Chriſti natiuitas, ſeu aduentus. IMBER. ſ. fecundans animas. TEMPORANEVS. ſ. autumni. SEROTINVS. ſ. veris.

4 QVID FACIAM. ſ. vltra id quod feci, quaſi dicat, quid non feci, vt ad me redires? VESTRA. i. qua volo in vos vti. NVBES. ſ. citò tranſit, quia peccatis veſtris impeditis, vel qua vtimini in alios. ſ. beneficentia. q. d. parum durat per auaritiam impedita. MANE. LXX. *matutinus*.

5 DOLAVI IN PROPHETIS. i. per Prophetas corripui velut ictibus frequentibus pulſans, & polire ſtudens. Chald. *monui per Prophetas*. OCCIDI. i. pænè enecaui Prophetas ipſos, toties mittens, & cogens ſolicitè monere. ET IVDICIA, &c. q. d. Itaque manifeſtum erit, quàm iuſtè te condemnem, ſeu puniam, qui toties monitus non reſipueris, vel apertè te puniam. ſ. toto mundo ſpectante.

6 ET NON. pro, non ſolùm. Chald. *magis quàm*. q. d. non mihi placent veſtra ſacrificia, quia deeſt vobis miſeri-

cornua, quam maximè requiro. SCIENTIAM DEI. Chald. *obſeruationem legis Dei.*

SICVT ADAM. ſ. olim in Paradiſo. IBI. i. in tranſ- 7
grediendo pactum. vel in terra vbi eos poſui, ſicut olim Adam in Paradiſo. Chald. *in terra quam dedi eis.* IN ME. i contra me.

GALAAD Eſt in tribu Gad attributa ſacerdotibus. di- 8
cta etiam *Ramoth Galaad* & *Ramatha*. Vide Ioſephum 9. Antiq c. 4. OPERANTIVM. i. fabricantium. & colentium. IDOLVM. pro idola. LXX. *vana*. Chald. *violentiam*. SVPPLANTATA SANGVINE. i. ob ſanguinem à ſe iniquè effuſum, deijcietur, vt ſolent ſupplantari, Chald. *effundent ſanguinem innocentem.*

FAVCES. i. ſitientes ſanguinem. SACERDOTVM. 9
ſ. idolorum. PERGENTES. ſ. Ieruſalem adorandi cauſa, quos idcircò ſacerdotes curabant in via interfici, ad quod Galaaditarum opera vtebantur. QVIA SCELVS, &c. q. d. quod grande ſcelus eſt, vel, quia ea ratione impiè cogitarunt Dei cultum tollere.

HORRENDVM. ſ. quod ſequitur. 10

PONE MESSEM TIBI. q. d. para te, nam etiam tu metê- 11
ris ab hoſtibus. CVM CONVERTERO, &c. ſ. tum ceſſabit punitio per hoſtes. Vel ſenſus eſt: O Iuda, non priùs meſſem pones. i. potieris abundantia rerum; quàm conuertero te, tum verò benè tibi erit.

CAPVT VII.

Cùm ſanaturus eſſet Dominus Iſrael, obſtiterunt iniquitates eorum: conſentientes enim regum ſuorum malitiæ, omnes in idololatriam vehementer exarſerunt: Dominoque relicto, conuerſi ad Ægypti auxilium, tranſlati ſunt in Aſſyrios.

CVm ſanare vellem Iſraël, reuelata eſt ini- 1
quitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia A
operati ſunt mendacium: & fur ingreſſus eſt
ſpolians, latrunculus foris. * Et ne fortè dicant 2
in cordibus ſuis, omnem malitiam eorum me
recordatum: nunc circumdederunt eos adin-
uentiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt. * In 3
malitia ſua lætificauerunt regem: & in menda-
cijs ſuis principes. * Omnes adulterantes, quaſi 4
clibanus ſuccenſus à coquente: quieuit paululum
ciuitas à commiſtione fermenti, donec fermen-
tetur totum. * Dies regis noſtri: cœperũt prin- 5
cipes furere à vino: extendit manum ſuam cum B
illuſoribus. * Quia applicuerunt quaſi clibanum 6
cor ſuum, cùm inſidiaretur eis: tota nocte dor-
miuit coquens eos, manè ipſe ſuccenſus quaſi
ignis flammæ. * Omnes calefacti ſunt quaſi cli- 7
banus, & deuorauerunt iudices ſuos: omnes re-
ges eorum ceciderunt: non eſt qui clamet in eis
ad me. * Ephraim in populis ipſe commiſceba- 8
tur: Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui
non reuerſatur. * Comederunt alieni robur eius, 9
& ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſunt in eo, & C
ipſe ignorauit. * Et humiliabitur ſuperbia Iſraël 10
in facie eius: nec reuerſi ſunt ad Dominũ Deum
ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his.
* Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta 11
non habens cor: Ægyptum inuocabant, ad Aſ-
ſyrios abierunt. * Et cùm profecti fuerint, expan- 12
dam ſuper eos rete meum: quaſi volucrem cæli
detraham eos, cædam eos ſecundùm auditio-
nem cœtus eorum. * Væ eis, quoniam receſſe- 13
runt à me: vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in D
me: & ego redemi eos: & ipſi locuti ſunt contra
me mendacia. * Et non clamauerunt ad me in 14
corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſuper
triticum & vinum ruminabant, receſſerunt à
me. * Et ego erudiui eos, & confortaui brachia 15
16 eorum: & in me cogitauerunt malitiam. * Re-
uerſi ſunt vt eſſent abſque iugo: facti ſunt quaſi
arcus doloſus: cadent in gladio principes eo-
rum, à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eo-
rum in Terra Ægypti.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CVM SANARE VELLEM ISRAEL. Ea gens ab antiquo cultui idolorum erat dedita. Cùm Deus ei malo vellet occurrere, Ieroboam de tribu Ephraim extitit, qui vitulos excitauit. Conſecuta eſt Samaria eius regni caput. OPERATI SVNT MENDACIVM. i. idolum, vt Hieronymus explicat. Aut veritatem, rectum iter deſeruerunt. ET FVR INGRESSVS EST SPOLIANS. Sic Ieroboamum vocari putat Hieronymus. LATRVNCVLVS FORIS. Eſt etiam graſſator in agris. Chald. hæc refert ad eam gentem Iſrael, vbi fures noctu in domibus furabantur, interdiu in deſerto graſſabantur. Hebr. *fur venit, ſpoliauit latro foris.* vbique inſultus ſ.

2 ET NE FORTE DICANT, ne querantur, me antiqua & maiora peccata punire. Sanè praua opera eos in præſenti ſepiunt, idque me vidente, in oculis meis. ADINVENTIONES SVÆ. ſtudia, aut opera. ſ. praua. corã me fecerũt.

3 IN MALITIA SVA LÆTIFICAVERVNT REGEM. Genus obſequij eſt, vitia Principum imitari. Regi Ieroboamo & Principibus aſſenſi ſunt ad impium cultum prouocantibus. MENDACIIS. Sic impium cultum vocat. ijs Principes lætificarunt.

4 OMNES ADVLTERANTES, dediti idolis. QVASI CLIBANVS SVCCENSVS A COQVENTE: ſeu *piſtore*. Magno id feruore faciunt. QVIEVIT PAVLVLVM CIVITAS A COMMISTIONE FERMENTI. Hebr. *quieuit excitans* (qui ſuccendit clibanum) *à ſubigendo paſtam, donec fermentetur ipſa.* מְעִיר *Mehir* ſumo non pro vrbe, ſed vt Benoni *excitans*. Significat autem, Ieroboam non vi adegiſſe populum ad impium cultum, ſed arte, ſuſtinendo donec corrumperetur penitùs, vt maſſa fermento, & ſponte aſſenſum præſtaret. Sic Hieronymus, neque Hebraica diſcrepant.

5 DIES REGIS NOSTRI. Vox populi adulantis Regi Ieroboam. Hic eſt dies feſtus noſtri Regis, ab eo reſtitutus. Principes etiam conuiuia inſtruxerũt, vino largiùs indulgentes. Rex etiam his adulationibus ſe oblectauit. Sic Hieronymus. Sæpius Reges adulatio quàm hoſtis euertit. Hebr. *die Regis noſtri* (natali ſ. aut delati regni) *egrotarunt Principes vtre vini* (. ſ. exhauſto) *extendit manum ſuam* (Rex) *illuſoribus*. Placuit illi adulatio. Sententia à Vulgata non diſcrepat.

6 QVIA APPLICVERVNT QVASI CLIBANVM. Principes, aut etiam populus ſe faciles corruptioni præbuerunt, impij cultus flammam cordibus acceperunt. CVM INSIDIARETVR EIS. Rex doloſè ageret. TOTA NOCTE DORMIVIT, ſecurus ſ. de ſucceſſu, dum gentem irretiret. MANE IPSE SVCCENSVS. i. poſteà poſita perſona, crudelem ſe in reſiſtentes exhibuit, ad vim eſt conuerſus.

7 DEVORAVERVNT IVDICES SVOS. Corruptus populus in eamdẽ corruptelã Iudices cõſequentes & Reges pertraxerũt, nullo relicto, qui Deũ inuocaret & coleret.

8 IPSE COMMISCEBATVR. Ephraim ſ. Per *Ephraim* decem tribus intelligit, quę cõmiſcebantur populis, Gentibus impijs, imitando eorum ritus & mores. FACTVS EST SVBCINERICIVS PANIS, fœdus ſ. & vilis, præſertim cùm non reuerſatus ab altera tantùm parte coquitur.

9 COMEDERVNT ALIENI ROBVR EIVS. ſ. eæ Gentes, quibus miſcebatur, *robur*. i. opes conſumpſerunt: neque enim amicitia gratuita erat. ET CANI EFFVSI, ſeu canities ſparſa eſt in eo. Senex eſt factus, morti vicinus. i. captiuitati. Neque id tamen ipſe aduertit. Clades improuiſo veniet. Hoc ſignificat, ET IPSE IGNORAVIT.

10 ET HVMILIABITVR. Sic Sept. & Chald. Alij, *reſpondebit*, alij, *teſtificabitur*. עָנָה *Hanah* multa ſignificat, nos Hieronymum ſequimur. IN FACIE EIVS. ipſo vidente, palàm. Modò non videt periculum, poſteà videbit cladem & malum.

COLVM-

COLVMBA SEDVCTA. Columba redit domum continuò, vnde abſtulerunt pullos. Sic Ephraim recurrit ad eorum opem qui mala intulerũt, Ægyptios & Aſſyrios: 4. Reg. 15. & 17. NON HABENS COR. i. prudentiam, mentem, intellectum non habet. 11

ET CVM PROFECTI FVERINT. ſ. ad eas Gentes. EXPANDAM SVPER EOS RETE MEVM, Aſſyrios, qui eos vt volucres in terram deijciant. CÆDAM EOS; ſeu caſtigabo eos. SECVNDVM AVDITIONEM. i. iuxta ea quæ comminatus ſum eorum patribus, Deut. 27. & 28. 12

EGO REDEMI EOS. Sæpè eos liberaui. Ipſi ſalutem acceptam retulerunt idolis, mendaces in eo contra Deum. 13

ET NON CLAMAVERVNT AD ME, à me opem in angustia non petierunt. SED VLVLABANT IN CVBILIBVS SVIS. i. idola inuocabant occulte. Carmina in idolorum honorem vocat *vlulatum* Hieronymus. SVPER TRITICVM ET VINVM RVMINABANT. ſ. vt iumenta non agnoſcentes à me triticum & vinum. Hebr. *congregabantur, quaſi pompa inſtituta, vt fit, ad petendum fructuum copiam. Mei nulla cura receſſerunt, ſeu rebellauerunt in me* Chald. *præ vbertate tritici & vini, quæ collegerunt, rebellauerunt in me.* Itaque ſic legit & intellex. e. Hebr. *propter frumentum, & vinum* (quæ) *collegerunt, rebellauerunt.* Ex copia nata eſt contumacia. 14

ET EGO ERVDIVI EOS. Docui à me bona procedere. ET CONFORTAVI. Dedi fructus, quos cupiebant, illi me e contrario contempſerunt. 15

REVERSI SVNT, VT ESSENT ABSQVE IVGO. Facti ſunt indomiti, in malo obſtinati. Hebr. *reuerſi ſunt non ad Altiſsimum.* עַל *Hal* pro עֶלְיוֹן *Helion*, argumento *Cametz* poſito ſub ע. Hieronymus eam vocẽ per *Holem* legit, quomodo *iugum* ſignificat. QVASI ARCVS DOLOSVS. non attingit ſcopum, ferit quem nõ eſt opus. ſic illi irritantur in Deum. Sed furor linguæ illis inſtar gladij erit, quo cadent. ſ. ob blaſphemias in me iactas. ISTA SVBSANNATIO EORVM IN TERRA ÆGYPTI. Sic in Ægypto me ſubſannabant, & idola colebant. Non eſt nouum quod faciunt. 16

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MENDACIVM. i. iniquitatem. q. d. cùm vellem ſanare, ſeu (vt ait Chald.) *exquirerem*, apparuit iniquitas eius populi. ET FVR, &c. q. d. & domi furta exercent, & foris. Chald. *& domi furantur & foris graſſantur.* Vel ſenſus eſt: Et ſpoliabuntur à ſuis, & ab hoſtibus. hi enim ſolent in Scriptura vocari *latrunculi*, vt 4. Reg. 13. & 24. Et quidem *milites* olim Latinè *latrones* dicebantur, vel à λατρεύειν. i. *ſeruiendo ob ſtipendium*; vel quia ſolent latronum more graſſari, & ex inſidijs aggredi latronum more, qui à latendo fortè dicti 1

OMNEM. ſ. veterem. q. d. Deus nos punit ob vetera peccata. NVNC, &c. q. d. etiam nunc peccant grauiter, & multa. ADINVENTIONES. i. ſtudia mala, ſeu opera. CORAM FACIE MEA. i. me vidente. 2

REGEM. ſ. Ieroboam, & reliquos volentes idola coli. MENDACIIS. i. iniquitatibus. Repetitio. 3

ADVLTERANTES ſ. per idololatriam. QVASI CLIBANVS. i. ardentiſſimè. QVIEVIT, &c. q. d. vt addito fermento expectatur dum tota maſſa inficiatur, ſic illi videbantur aliquando Deum colere, at interim fermentabatur in eorum cordibus idololatria, totique corrupti ſunt. 4

DIES. pro, in diebus. Chald. *die quo conſtitutus Rex.* ſ. Ieroboam. FVRERE A VINO. i. velut ebrij agere. EXTENDIT. ſ. Rex. MANVM. q. d. cœpit idola colere. ILLVSORIBVS. LXX. *peſtilentibus.* id enim ſignificat vox Hebræa, vt Pſal. 1. vide etiam Prou. 3. 2. Pet. 3. 5

APPLICVERVNT. ſ. ſubditi. INSIDIARETVR. ſ. vellet per fraudem inducere in idololatriam. TOTA NOCTE, &c perſtat in metaphora clibani. q. d. Fecit, vt qui totam noctem panes coquit. At, inquit, dormiuit. id perinde eſt, ac ſi diceret, Eius ſomnus non alius fuit quàm coquere. ſic ſolet quis dicere, Meus cibus eſt id facere. COQVENS. ſ. perſuadens idololatriam. Loquitur de Ieroboam. SVCCENSVS. ſ. ardore idololatriæ. vel clibanus intelligitur: ſed & is cor ſignificat. IGNIS FLAMMÆ. pro, flamma ignis. 6

7 DEVORAVERVNT. i. perdiderunt. ſ. dum eis in malo obſequuntur. IVDICES. i. principes, ſeu ſuperiores. CECIDERVNT. ſ. per peccatum. CLAMET. q. d. qui me inuocet vt Deum ſuum.

8 IN POPVLIS, &c. q. d. Gentium mores imitabatur, quaſi ex ipſis eſſet, vel ſe miſcuit Gentilibus fœdere, eſtque illos imitatus. NON REVERSATVR, adeoque paulatim conſumitur.

9 ALIENI. i. hoſtes. ſ. Aſſyrij, vel impij, qui cultum idolorum perſuaſerunt. is enim eorum robur ſpirituale perdidit. NESCIVIT. i. non aduertit, ſeu cauſam non cogitauit. CANI EFFVSI, &c. q. d. etiam morti propinquus non reſipiſcit, nec *periculum cogitat.* IGNORAVIT. Chald. *neſciuit timere me.*

10 IN FACIE EIVS. Chald. *ipſo cernente.* LXX. *in faciem eius.* q. d. cum ſummo pudore & dedecore.

11 COLVMBA. ſ. hæc facilè decipitur, quia ſimplex, non ſagax. COR. i. mentem, ſeu intelligentiam. ABIERVNT. ſ. opem petentes. Vide 4. Reg. 15. vel pro, abibunt. q. d. tamen in Aſſyriam captiui migrabunt.

12 CVM PROFECTI FVERINT. ſ. in Ægyptum, auxilium petentes. Chald. *quocumque ierint.* RETE. ſ. exercitum Aſſyriorum. Vide 4. Reg. 17. DETRAHAM. i. cadere faciam in rete. SECVNDVM AVDITIONEM, &c. i. ſicut olim audiuit Synagoga à Moyſe puniendos ſi peccarent. Vide Deut. 27. & 28. Vel ſecundùm quod poſtulat clamor peccatorum ad me, vt puniam.

13 REDEMI. ſ. ex Ægypti ſeruitute. MENDACIA. ſ. cùm dixerunt Exod. 32. *Hi ſunt dij tui,* &c. & Pſalm. 77. *Nunquid Deus parare poterit menſam,* &c. vel. q. d. *Operati ſunt contra me iniquitatem.*

14 VLVLABANT. ſ. idola inuocantes. vel q. d. eiulabant malis preſſi, neſcientes à me opem petere. RVMINABANT. q. d. abundabant rerum copia, quam dederam, eaque vt beſtiæ fruebantur, datorem non agnoſcentes.

15 ERVDIVI. ſ. per legem. BRACHIA. i. vires. ſ. contra hoſtes. IN ME. i. contra me. MALITIAM. Chald. & LXX. *mala.*

16 REVERSI. ſ. ad ingenium, ſeu priſtinos mores. Chald. *auerſi.* IVGO. Chald. *lege.* DOLOSVS. ſ. qui frangitur, vel aliò quàm velles ſagittam iacit, denique non ſeruit ſagittarij voluntati. A FVRORE. ſ. ob furorem. quanta enim inſania vocare lignum deum ſuum? Chald. *ob prauitatem.* ISTA SVBSANNATIO, &c. q. d. ſic me deriſerunt, ſeu contempſerunt, cùm eſſent in Ægypto. ſ. redeunt ad antiquos patrum ſuorum mores. Chald. *iſta erant opera eorum dum eſſent in terra Ægypti.*

CAPVT VIII.

Samariam prædicit cum vitulo ſuo deſtruendam per Nabuchodonoſor, propter idololatriam; nec ipſorum hoſtias ſuſcipientur: ciuitates autem Iuda etiam concremabuntur.

1 IN gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper do-
A mum Domini: pro eo quod tranſgreſſi ſunt
fœdus meum, & legem meam præuaricati ſunt.
2 *Me inuocabunt: Deus meus cognouimus te
3 Iſrael. *Proiecit Iſrael bonum, inimicus perſe-
4 quetur eum. *Ipſi regnauerunt, & non ex me:
principes extiterunt, & non cognoui: argentum
ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, vt in-
5 terirent: *proiectus eſt vitulus tuus Samaria,
B iratus eſt furor meus in eos. vſquequò non pote-
6 runt emundari? *Quia ex Iſrael & ipſe eſt: arti-
fex fecit illum, & non eſt Deus: quoniam in
7 aranearũ telas erit vitulus Samariæ. *Quia ven-
tum ſeminabunt, & turbinem metent: culmus
ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam:

quod & ſi fecerit, alieni comedent eam. *Deuo- 8
ratus eſt Iſraël : nunc factus eſt in nationibus
quaſi vas immundum. * Quia ipſi aſcenderunt 9
ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi: Ephraim mune- C
ra dederunt amatoribus. * Sed & cum mercede 10
conduxerint nationes, nunc congregabo eos: &
quieſcent paulisper ab onere regis, & princi-
pum. *Quia multiplicauit Ephraim altaria ad 11
peccandum: factæ ſunt ei aræ in delictum. *Scri- 12
bam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ
computatæ ſunt. * Hoſtias offerent, immola- 13
bunt carnes, & comedent, & Dominus non D
ſuſcipiet eas : nunc recordabitur iniquitatis eo-
rum, & viſitabit peccata eorum : ipſi in Ægy-
ptum cõuertentur. *Et oblitus eſt Iſrael factoris 14
ſui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit
vrbes munitas : & mittam ignem in ciuitates
eius, & deuorabit ædes illius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN GVTTVRE TVO SIT TVBA. Vt te & tuos compares 1
ad reſiſtendum. QVASI AQVILA. ſ. venit hoſtis
Nabuchodonoſor. SVPER, vel *contra* DOMVM DEI,
vt eam euertat. PRO EO QVOD TRANSGRESSI SVNT.
Hæc eſt cauſa mali, Legis tranſgreſſio. Hoc ad Iudam,
mox ad decem tribus.

ME INVOCABVNT. i. inuocare debuerunt, ac dicere, 2
Nouimus te, tui ſumus. ISRAEL. i. Iſraelitæ. Iunge cum
inuocabunt. Me Iſrael inuocare debuit, ſeu *ad me cla-
mare*, vt eſt Hebr.

PROIECIT ISRAEL BONVM. i. me, legem meam, non 3
eſt mirum, ſi dat pœnas. Hebr. *elongauit*, ſeu *dereliquit
bonum*.

REGNAVERVNT. Hebr. *regnare fecerunt*. Regem 4
conſtituerunt non ex voluntate mea. PRINCIPES EX-
TITERVNT. Hebr. *Principem conſtituerunt*. i. Ieroboam,
quem non noui. i. non ei faui, non probaui. Quid ex
eo? ARGENTVM SVVM. Ex argento & auro fecerunt
idola. *dolores* Hebr. ſed perinde eſt.) Vnde eorum in-
teritus & excidio eſt conſecuta. Quid amplius?

PROIECTVS EST VITVLVS TVVS SAMARIA, ſiue 5
elongatus eſt. Aſſyrius vitulos eos conflauit, & aurum
ſibi ſumpſit. Præteritum pro futuro. IN EOS, ſiue vi-
tulos, ſiue Iſraelitas, vt Hieronymus, iratus eſt furor
meus. VSQVEQVO NON POTERVNT EMVNDARI?
Hebr. *vſquequo non poterunt innocentiam*. ſ. cuſtodire.

EX ISRAEL ET IPSE EST. ſ. vitulus eſt hominum & 6
artificum opus, non mirum ſi perit. Cum cælo vertun-
tur humana, orta occidũt. Aut, vt Hieronymus, non ex
alijs Gentibus ſumptus eſt vitulus, vt alij dij, Baal,
Chamos, ſed Iſraelis inuentum eſt. ET NON EST DEVS.
Sic Sept. Hebr. *& non Deus ipſe. ipſe pro eſt*. IN ARA-
NEARVM TELAS ERIT Hieronymus, *vt araneæ rum fila
diſſoluetur in ventum*. Aut araneæ in ipſo nidos & telas
facient. Hebr. *fragmenta erit vitulus Samariæ*, contin-
getur ab Aſſyrijs.

VENTVM SEMINABVNT. Rem inutilem facient vitu- 7
los excitantes. ET TVRBINEM METENT, inutilem ſi-
mul & noxium. Is erit fructus, ſementi ſeges reſpon-
det. CVLMVS STANS NON EST IN EO Sequitur meta-
phoram ſementis. In ea ſemente culmus. i. palea non
erit. Hebr. *culmus non faciet germen*. i. ſpicam. GER-
MEN NON FACIET FARINAM. i. ſpica, ſi quæ fuerit, in
farinam non redigetur.

DEVORATVS EST ISRAEL. conſumptæ opes, dum fi- 8
nitimos conciliare tentat. QVASI VAS IMMVNDVM.
Hebr. *vas in quo non eſt voluntas*. i. non placet. Contem-
nitur Iſrael a nationibus, quibus placere voluit.

ASCENDERVNT AD ASSVR. Vt opem ab eo pete- 9
rent. ONAGER SOLITARIVS. Feræ ſolitariæ verſan-
tur, ſecus quam aliæ imbecilliores animantes. Ergo
ſoli relicti ſunt alienatis alijs Gentibus & deſeren-
tibus. MVNERA DEDERVNT AMATORIBVS. Hebr.
mercede conduxerunt amatores. contra quàm meretri-
ces, quæ mercedem accipiunt ab amatoribus. In quo
Iſraelis vilitas notatur. Et ſanè pecunia non benè pa-
rantur amici, probitate potius & officio.

10 NVNC CONGREGABO EOS, ſiue eas Gentes, quas con-
duxerunt pecuniâ. *Nunc*. i. breui congregabo contra
eos. ET QVIESCENT PAVLISPER. i. exhauſtis anteà &
vicinis hoſtibus tributa aliquamdiu non imperabunt
Rex & Principes Iſraeli. Hebr. & *dolebunt aliquantum*.
ſiue *incipient aliquantum* (conqueri) *propter onus Regis
(&) Principum*. Neque enim bellum ſine tributis &
pecunia defendi poterit. Sed quare dicit, *dolebunt ali-
quantum*? quia alia erunt maiora mala.

12 SCRIBAM EI MVLTIPLICES. Vocem רבו *rube* pro
multis, aut *multiplicibus* ſumpſere Sept. & Chald. cum
Hieronymo: at Hebræi pro *honorabilibus*, *Scribam ei
honorabilia legis meæ*. i. venerabiles leges. *Scribam*, pro,
ſcripſi. QVÆ VELVT ALIENÆ COMPVTATÆ SVNT,
quaſi ad eos non pertinerent, ſed alijs Gentibus latæ
eſſent, ſic eas non curarunt.

13 HOSTIAS OFFERENT. Hebr. *hoſtias donorum meo-
rum*. i. ex ijs, quæ ego dedi, immolabunt carnes. i. pecu-
des. ET COMEDENT. i. non vt me colant, ſed vt ipſi
epulentur; quare Deus non ſuſcipiet eas, ſed potiùs re-
cordabitur, & puniet eorum peccata. ſic Hieronymus.
IPSI IN ÆGYPTVM CONVERTENTVR, ſeu *reuertentur
in Ægyptum* auxilia poſtulantes, aut eorum deos co-
lentes. ſic Hieronymus. Aut quia reverà vaſtata regio-
ne ab Aſſyrijs, multi Iſraelitæ in Ægyptum fugerunt:
Oſeæ 9. v. 6. quæ magna punitio fuit.

14 ÆDIFICAVIT DELVBRA, ſiue in Ægypto, ſiue in ſua
regione dijs alienis. ET IVDAS MVLTIPLICAVIT VR-
BES MVNITAS. Iuda, permota clade decem tribuum, ar-
ces conſtruxit, quibus ſe tueretur; ad Deum & probita-
tem non confugit. Eas Deus igne conſumet. ET DE-
VORABIT ÆDES ILLIVS. ſ. Iudæ, *palatia eius*, Hebr. ſic
Chald. quæ & ipſa inſtar arcium erant, ignis vorabit.
Sept. *fundamenta*. Vnde?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 GVTTVRE. pro, ore. q.d. clara voce prædic eis ca-
ptiuitatem. QVASI AQVILA. ſ. hoſtis aduenit.
SVPER. i. contra. DOMVM. i. templum.

2 INVOCABVNT. ſ. in calamitate. DEVS MEVS, &c.
vox inuocantium. ISRAEL. i. nos Iſraelitæ.

3 BONVM. ſ. Deum, vel bonitatem i. iuſtitiam, ſeu vir-
tutem.

4 EX ME. i. ſecundùm voluntatem meam. COGNO-
VI. i. approbaui. ſ. quia malè regebant, aut iniquè re-
gnum occuparant Chald. *ex voluntate mea*.

5 PROIECTVS EST. pro, proijcietur. ſ. ab hoſtibus. VI-
TVLVS ſ. quem adoras. IN EOS. i. contra eos. NON
POTERVNT, &c. q.d. quamdiu durabit iſta ſe emendan-
di difficultas?

6 EX ISRAEL. i. Iſraelis opus, ſeu inuentum. IPSE.
ſ. vitulus. q.d. adeòne eſſe amentes, vt non aduertant ſe
adorare quod ipſi fecerint? IN ARANEARVM TELAS.
.i. inutile, & non valens defendere ſe adorantes.

7 QVIA VENTVM, &c. q.d. fruſtrà laborabunt, vt ſi
ventum ſeminarent. TVRBINEM. i. calamitatem.
CVLMVS. ſ. ſpicam ſuſtinens. GERMEN. i. ſpica.

8 DEVORATVS EST. pro, deuorabitur ſ. ab hoſtibus.
FACTVS EST. pro, fiet. IMMVNDVM. ſ. quo vrina &
ſordes excipiuntur. Chald & LXX. *inutile*.

9 ASCENDERVNT. pro, aſcendent. ſ. captiui. ONAGER.
pro, vt onager. ſ. ſolutus, ſeu vagans pro ſuo arbitrio.
SOLITARIVS SIBI. pro, ſibi relictus. AMATORIBVS.
ſ. populis, quorum deos colebant, aut ope vtebantur.

10 CONDVXERINT. ſ. opem laturos contra hoſtes. CON-
GREGABO. ſ. tradendos Aſſyrijs. QVIESCENT, &c.
q.d. negabunt tributa Regi Aſſyriorum, id quod eis
perniciem afferet. Vide 4. Reg. 17.

11 ALTARIA. ſ. idolorum.

12 SCRIBAM. pro, ſcripſeram. MVLTIPLICES. ſ. mul-
ta dedit præcepta. ALIENÆ. i. ad ſe non pertinentes.

13 HOSTIAS Etiam Deo immolabant, itaque dicun-

tur ei iudicare 3. Reg. 18. NVNC. i. breuì. VISITABIT. i. puniet. ſ. Deus. CONVERTENTVR. ſ. opem petentes, ſed fruſtrà. vel loquitur de quibuſdam, qui in Ægyptum fugerunt. Vide c. 9.

DELVBRA. i. templa idolorum. CIVITATES EIVS. i. Iſraelis. ÆDES ILLIVS. i. Iuda. ita enim diſtinguit 4
Hieron. & fauent Hebr. Vide 4 Reg. 25.

CAPVT IX.

Dominus in populum Iſrael famem & captiuitatem propter ipſius peccata immittet: nec grata ipſi erunt eorum ſacrificia: & quia in peccatis perſeuerant, perpetuò exules à Domino permanebunt, vagi inter nationes.

NOli lætari Iſraël, noli exultare ſicut popu- 1
li: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti A
mercedem ſuper omnes areas tritici. *Area & 2
torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis.
*Non habitabunt in terra Domini: reuerſus eſt 3
Ephraim in Ægyptum, & in Aſſyrijs pollutum
comedit. *Non libabunt Domino vinum, & 4
non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis
lugentium. omnes, qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipſorum,
non intrabit in domum Domini. *Quid facie- 5
tis in die ſollemni, in die feſtiuitatis Domini?
*Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate: Ægyptus 6
congregabit eos, Memphis ſepeliet eos: deſide- B
rabile argentum eorum vrtica hereditabit, lappa in tabernaculis eorum. *Venerunt dies viſi- 7
tationis, venerunt dies retributionis: ſcitote Iſraël ſtultum prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ,
& multitudinẽ amentiæ. *Speculator Ephraim 8
cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus
eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei
ᵐ Iudic. 19. eius. *ᵐ Profundè peccauerunt, ſicut in diebus 9
Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & viſi- C
tabit peccata eorum. *Quaſi vuas in deſerto, in- 10
ueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea
quę dilexerunt. *Ephraim quaſi auis auolauit, 11
gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu.
*Quòd & ſi enutrierint filios ſuos, abſque libe- 12
ris eos faciam in hominibus: ſed & væ eis cùm
receſſero ab eis. *Ephraim, vt vidi, Tyrus erat 13
fundata in pulchritudine: & Ephraim educet
ad interfectorem filios ſuos. *Da eis Domine. 14
Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, &
ⁿ 1. Reg. 8. vbera arentia. *ⁿ Omnes nequitiæ eorum in 15
Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum, de domo mea
eiiciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes. *Percuſſus eſt 16
Ephraim, radix eorum exſiccata eſt: fructum
nequaquam facient. Quòd & ſi genuerint, interficiam amantiſſima vteri eorum. *Abijciet 17
eos Deus meus, quia non audierunt eum: &
erunt vagi in nationibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOLI LÆTARI ISRAEL. Non eſt quòd læteris, vt faciunt alij populi, cùm fructus colligunt, celeuma canentes. QVIA FORNICATVS ES, idola coluiſti. DILEXISTI MERCEDEM, vt meretrix. Illud, SVPER OMNES AREAS, iungo cum illo *ſicut populi*. Poteſt & iungi cum *dilexiſti mercedes*, hoc ſenſu; In locis omnibus & agris fornicatus es, idola coluiſti; quare lætari non debes vt alij.

2 AREA ET TORCVLAR. Fructuum ſpes fallet eos, ſterilitas erit. ET VINVM MENTIETVR EIS, fructus labori & ſpei non reſpondebit.

3 NON HABITABVNT. Non ſolùm patientur famem, ſed & à patria exulabunt; pars in Ægyptum ibit, pars in Aſſyrios, vbi lege vetita comedent, aut præ fame, aut coacti à dominis.

4 NON LIBABVNT, non offerent hoſtias, neque in eis poculis indulgebunt. NON PLACEBVNT EI. Hebr. *non dulceſcent ei hoſtiæ eorum*. QVASI PANIS LVGENTIVM. Omnia, quæ in domo mortui erant, polluta erant: Numer. 19. QVIA PANIS EORVM ANIMÆ IPSORVM, NON INTRABIT. i. pro anima ipſorum, pro expiatione animæ oblatus non admittetur in domum Dei, ac ſi panis pollutus eſſet. *Quia*, pro, certè.

5 QVID FACIETIS IN DIE SOLLEMNI. q. d. nulla ſtatis diebus ſacrificia offeretis, nulla in Feſtis lege conſtitutis.

6 PROFECTI SVNT A VASTITATE: pro, ibunt. ſ. vagi, vaſtata ab hoſte terra, aut præ vaſtitate famis. CONGREGABIT. Accipiet eos Ægyptus. MEMPHIS. Hebr. *Moph*, pro *Noph*, vt ait Hebr. Schol. *Noph* autẽ *Memphis* eſt ſic Chald. DESIDERABILE ARGENTVM. Hebr. *deſiderium argenti eorum*. i. domos magnificas multo argento extructas. VRTICA HEREDITABIT. aut poſſidebit ea. LAPPA. Hebr. חוח *hoah*, genus ſpinę. Quæ vaſtatis & deſertis domibus in ijs naſcentur.

7 VENERVNT DIES VISITATIONIS. i. vindictæ. SCITOTE ISRAEL. Hebr. *ſcient Iſrael*. STVLTVM PROPHETAM. ſ. fuiſſe, qui illis proſpera dixit. VIRVM SPIRITVALEM. ſ. fuiſſe, ſpiritus eſt ventus, virum ventoſum. i. inflatum, loquitur de falſis prophetis. PROPTER MVLTITVDINEM INIQVITATIS TVÆ. Ideò dantur falſi prophetæ. ET MVLTITVDINEM AMENTIÆ. ſ. tuæ. Hebr. *& multum odium*. ſ. Dei contra te, aut tuum contra tuos ciues, dantur illi prophetæ.

8 SPECVLATOR EPHRAIM CVM DEO MEO. ſ. qui debebat eſſe ſpeculator populo, & ex Deo prædicere vera, is factus eſt propheta mendax. LAQVEVS RVINÆ. Hebr *laqueus aucupis*, ſeu *irretiens in vijs omnibus*. Sic ſolent in ſemitis tendere laqueos. INSANIA IN DOMO DEI EIVS. In Bethel erat inſania, inſana ij prophetæ loquebantur. Hebr. *odium in domo Dei ſui*. ſ. ex eo conſequebatur Dei veri odium.

9 PROFVNDE PECCAVERVNT. Hebr. *profundauerunt, corruperunt*. i. profundos & occultos poſuerũt laqueos ad corrumpendum. Pſal. 63. verſ 6. *narrauerunt, vt abſconderent laqueos*. SICVT IN DIEBVS GABAA. cùm violata eſt vxor Leuitę, Iudic. 19. v. 25. talis earum tribuum laniena, qualis tunc fuit. RECORDABITVR. ſ. Deus, INIQVITATIS EORVM.

10 QVASI VVAS IN DESERTO. Gratiſſimi fuerunt mihi patres Iſrael, vt ſunt vuæ, cùm in ſolitudine inueniuntur. QVASI PRIMA POMA. ficus præcoces. Cyrillus 3. contra Iulian. extremo, legit *fructum præcocem*. Sept. *ſicut ficum in ficu temporaneam*. IN CACVMINE EIVS, ſeu *in principio eius*, cùm primùm maturerunt. ראש *Ros, principium* eſt. ſic Chald. IPSI AVTEM. i. filij eorum iuerunt ad Beelphegor idolum Moabitarum Num. 25. verſ. 3. ET ABALIENATI SVNT. ſeu *ſeparati ſunt*. IN CONFVSIONEM euntes ad idola. *Confuſio* pro idolo. ET FACTI SVNT ABOMINABILES, &c. Hebr. *& fuerunt abominationes, ſicut amor eorũ*. ſ. quo ego ſtudio eos amabam propter patres, tali idola ſunt complexi.

11 EPHRAIM QVASI AVIS. *Quaſi auis*, ibi comma. AVOLAVIT GLORIA EORVM. i. filij perierunt, pars in partu, pars in vtero, pars in ipſa conceptione antequam fœtus formetur; ergo ſicut auis è nido fugit, nec apparet, ſic eorum filij.

12 ABSQVE LIBERIS EOS FACIAM. Hebr. *orbabo eos*. IN HOMINIBVS: ne filij ſint inter homines. VÆ EIS, CVM RECESSERO AB EIS. Sept. *væ eis, caro*

mea ex eis. ἡ σάρξ μου ἐξ αὐτῶν. Sic Theodot. Et ſanè hunc eſſe vnum è quindecim locis, quos Iudæi ante Chriſtum mutauerunt, conſtans Hebræorum opinio eſt, & R. Salomo id affirmat Mal. 1. tum Galatinus lib. 1. cap. 8. Ea correctio vocatur *Tikum Sophrim*, correctio Scribarum, facta fortaſſis Eſdræ tempore in congregatione, quam Magnam vocant. Quæ lectio Incarnationi fauet, quo tempore Oſeas prædicit, maiora mala paſſuros, quia Chriſtum hominem factum carne ab eis ſumpta non acceperunt. Quòd ſi cui noſtra lectio magis placet, non morabor, modò id ſciat, Hebr. in voce בשׂור *beſur* ש *Sin* poſitam pro ס *Samech*, quæ ſunt literæ ſono affines. Alioqui *recedendi* ſignificatio non conſtabit, ſed potiùs *caro*, aut *incarnatio* ſignificabitur.

Ephraim. O *Ephraim* in vocatiuo. Et vidi, Tyrvs erat fvndata in pvlchritvdine. Hebr. *ſicut vidi Tyrum plantatam in habitaculo.* i. frequentem ciuibus, ſupple, & deſtructa eſt. Sic vidi Ephraim educere ad interfectorem filios. i. ad bellum, & in bello occidi illos. Vidit vtrumque propheticæ ſpiritu. Hieronymus ſæpè נָוָה *nauah*, quod eſt *habitare*, ſumit pro נָאָה *naanah*, quod eſt *pulchrum eſſe*. 13

Da eis. pro, dabis. Vvlvam sine liberis. Hebr. *vuluam orbantem.* i. quæ non concipiat. Et vbera arentia. Si conceperit, non poſſit filios lactare. Id eſſet melius quàm filios interfici. 14

Omnes neqvitiæ eorvm in Galgal. *Galgal* ciuitas prope Iericho in tribu Beniamin: Ioſ. 14. v. 20. Ibi Saul in Regem vnctus contra Dei voluntatem, qui Regem populo dari nolebat. Inde in alia mala præcipitarunt, & Deo exoſi eſſe cœperunt, propter adinuentiones ſuas. i. opera & ſtudia praua. Omnes principes eorvm recedentes, ſeu *inobedientes*, vt Sept. ſeu *rebelles*, vt Chald. 15

Percvssvs est Ephraim. pro, percutietur. Radix eorvm exsiccata est. aruit. Radice exſiccata, vt arbor, fructum non ferent, filios non generabunt. Si genverint, interficiam amantissima vteri eorvm. i. filios. 16

Qvia non avdiervnt, obedierunt. Ervnt vagi, captiui ſ. ducentur. 17

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Sicvt popvli, ſ. ſolent, qui Deum numquam nouerunt, adeoque neſciunt quàm grauiter peccent, quæque illos ſupplicia maneant. Mercedem. ſ. meretriciam ab idolis, cum quibus fornicabaris. Svper. i. propter. quaſi dicat, expectando ab eis frumenti copiam. 1

Area, &c. quaſi dicat, puniam egeſtate. Mentietvr. i. deficiet. ſ. non reſpondebit expectationi eorum. 2

Habitabvnt. ſ. diu. Domini. i. à Domino data. Reversvs est. ſ. pars eò fugit, ceteris abductis in Aſſyriam; vel q. d. rediit ad mores, quos olim habuit in Ægypto. Chald. *reuertetur.* In Assyriis. i. inter Aſſyrios. Comedit. pro, comedet. ſ. cibos lege vetitos. 3

Vinvm ſ. quod ei placeat. Et non. pro, quia non. Placebvnt. ſ. ipſi. Panis lvgentivm. i. immundus. ſ. ex contactu immundi. Vide Num. 19. Omnes, qvi, &c. pro, quem quicumque comedit contaminatur. Animæ ipsorvm. i. ipſis. q. d. ſibi potiùs faciunt ſacrificia, vt epulentur; quàm mihi, vt ſeruiant. Non intrabit. q. d. panis ille non ab illis mittitur ad templum Dei, ſed in ſua regione offerunt idolis, aut Deo, cùm tamen ille iuſſerit deferri ad templum. 4

Sollemni. i. cùm aderunt feſta, nec poteritis captiui ad templum ire, vel die captiuitatis, qui eſt velut feſtus Deo punienti & velut hoſtias mactanti. Vide Iſa. 34. 5

Profecti svnt. pro, proficiſcentur. ſ. fugientes. Memphis. olim Ægypti metropolis, dicitur nunc *Cairo*. Argentvm. i. ædes multa ædificatæ pecunia. Vrtica. ſ. in eis dirutis naſcens. Lappa. i. herbæ ſpinoſæ. Lxx *ſpinæ*. *Lappa* propriè eſt herba floſculum habens plenum aculeis, qui iniectus in veſtem tenaciter adhæret; quo ludo ſolent pueri delectari. 6

7 Venervnt. i. propè adſunt. Visitationis. i. punitionis. Scitote. pro, ſcito. Israel. i. ô Iſrael. quidam tamen in accuſatiuo legunt. Prophetam. ſ. qui tibi proſpera prædicabat euentura. Spiritvalem. i. qui Dei ſpiritum ſe habere mentiebatur. Amentiæ. ſ. hæc tibi calamitas accidit.

8 Cvm Deo meo propheta. i. qui debuerat ſecundùm Deum prophetare, & vera docere. Insania. ſ. apparet q. d. nihil aliud, quam inſaniunt iſti dum colunt idola.

9 Profvnde. i. vehementer. Gabaa. Vide Iudic. 19. & 20.

10 Qvasi vvas, &c. q. d. fuit mihi chariſſimus, vt ſolent in deſerto repertæ vuæ, &c. Prima, &c. i. præcoces ficus. Beelphegor. ſ. idolum Moabitarum. Vide Num. 25. Confvsionem. i. pudendo idoli cultu, erat Priapi ſimulachrum.

11 Avolavit. pro, auolabit iungitur cum *gloria*. ſ. gloriabantur quòd multi eſſent: at peribunt etiam in partu & vtero multi. vel q. d. receſſit à me iam inde à puero, vt vel in vtero videantur filii imbibiſſe parentum impietatem.

12 Faciam. ſ. filios interficiendo. In hominibvs. i. inter homines. Cvm recessero. ſ. deſerens eos. Lxx. *Caro mea ex eis.*

13 Tyrvs. pro, velut Tyrus. poteſt & *vt* coniungi cum *Tyro*, & legi *vidi*, per parentheſim. Chald. *Pax erat Tyro in proſperitate, cum legem ſeruaret.* In pvlchritvdine. i. pulcherrimè, ſeu loco optimo. Edvcet. ſ. ad bellum.

14 Da. pro, dabis. ſ. quod merentur. ſic infrà.

15 Galgal. ſ. ibi cultus idolorum. Qvia. pro, idcircò. Exosos habvi. Chald. *execratus ſum.* Lxx. *odi.* Adinventionvm. i. ſtudiorum, ſeu operum. Domo mea. i. habitaculis quæ dederam. Diligam. ſ. reducendo è captiuitate. Recedentes. ſ. à me, ſeu à recto Chald. *rebelles.* Lxx. *inobedientes.*

16 Percvssvs, &c. præterita pro futura. Amantissima, &c. i. filios chariſſimos.

CAPVT X.

Propter idololatriam Iſrael traditur Aſſyriis: & cùm à Domino reuocati ad iuſtitiam, pergant ſequi vias ſuas, omnes eorum munitiones vaſtabuntur.

1 Vitis frondoſa Iſraël, fructus adæquatus eſt
A ei: ſecundùm multitudinem fructus ſui
multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ ſuæ
2 exuberauit ſimulachris. * Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt: ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum.
3 chra eorum, depopulabitur aras eorum. * Quia
nunc dicent: Non eſt rex nobis: non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis?
4 * Loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis
fœdus: & germinabit quaſi amaritudo iudicium
5 ſuper ſulcos agri. * Vaccas Bethauen coluerunt
B habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eum populus eius, & æditui eius ſuper eum exultaue-
6 runt in gloria eius, quia migrauit ab eo. * Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori: confuſio Ephraim capiet, & confundetur
7 Iſrael in voluntate ſua. * Tranſire fecit Samaria
regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.
8 * Et diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſrael:
C lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, &
dicent montibus: [a] Operite nos; & collibus: [a] *Iſa. 2. d. 19*
9 Cadite ſuper nos. * [b] Ex diebus Gabaa, peccauit *Apoc. 6. d. 16*
Iſrael, ibi ſteterunt: non comprehendet eos in *Luc. 23. d. 30*
10 Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis. * Iuxta deſiderium meum corripiam eos: congregabuntur ſu- [b] *Iud. 20*

per

per eos populi, cùm corripientur propter duas
iniquitates ſuas. * Ephraim vitula docta di- 11
ligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchri-
tudinem colli eius: aſcendam ſuper Ephraim,
arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob.
[n] Ier.4.a.3 *[n] Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore 12
miſericordiæ, innouate vobis nouale: tempus
autem requirendi Dominum, cum venerit qui D
docebit vos iuſtitiam. * Araſtis impietatem, 13
iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem
mendacij: quia confiſus es in vijs tuis, in mul-
titudine fortium tuorum. * Conſurget tumultus 14
in populo tuo: & omnes munitiones tuæ va-
ſtabuntur, ſicut vaſtatus eſt Salmana à domo
[n] Iudic.8. e.21 eius [n] qui iudicauit Baal in die prælij, matre ſu-
per filios alliſa. * Sic fecit vobis Bethel, à facie 15
malitiæ nequitiarum veſtrarum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VITIS FRONDOSA. Sic Sept. εὐκληματοῦσα. i. *bonos ferens pampinos.* Hebr. *vitis vacua.* Chald. *vitis vaſtata.* Verùm quæ pugnare videntur, conciliat Hieronymus priori expoſitione, vt ſit *vitis frondoſa*, quæ luxuriat in folia & pampinos, nihil prætereà. FRVCTVS ADÆQVATVS EST EI. i. eſt fructus, qualis in vite frondoſa. Hebr. *fructum ponet ſib.*? Sic Vatabl. q. d. minimè. Hebr. Schol. *fructus vaneſcet ei.* i. mentietur. ישנה *teſaneh* deducit à שוא *ſau.* i. *vanitate.* SECVNDVM MVLTITVDINEM FRVCTVS SVI. Quòd ſi copiam habuerit fructuũ, ijs abutitur ad impium cultum. EXVBERAVIT SIMVLACHRIS. Hebr. *benefecerunt ſtatuas.* i. excitarunt illas. Quid ſi in datiuo legas, *benefecerunt ſtatuis*, vt Chald. i. illas coluerunt, illis obtulerunt hoſtias ex ijs fructibus.

2 DIVISVM EST COR EORVM, ſeiunctum à Deo, & à Lege; ideò peribunt, peribunt aræ & ſtatuæ, ſiue idola.

3 NON EST REX NOBIS. Aduerſus ea mala & cladem nullum in Rege auxilium habebunt. Abiecto timore Dei, eoque irritato, quàm opem Rex afferet?

4 LOQVIMINI VERBA VISIONIS. Agite, fidite falſis prophetis, aut inter vos inite fœdus. nihil id proderit ſ. Hebr. *locuti ſunt verba iurando mendaciter, percutiendo fœdus.* ſ. cum alijs Gentibus, vt opem ferant, in periculo fœdus facient addito iuramento, non ex animo. nihil id proderit. ET GERMINABIT QVASI AMARITVDO. Hebr. *quaſi venenum.* i. herbæ noxiæ, quæ multùm creſcunt. IVDICIVM. i. punitio. SVPER SVLCOS. Hebr. *liras*, ſeu *porcas.* תְּלָם *thelem*, quæ vox hîc ponitur, eſt quod eminet in ſulco, & *lira*, ſeu *porca* vocatur. גדוד *ghedud*, *ſulcus*, pars depreſſa, in quam aqua decurrit. Ergo ex ijs vaticinijs referetis amaritudines, nihil aliud, ſeu herbas amaras.

5 VACCAS BETHAVEN. Sic vitulos, quos colebant, vocat per irriſionem. In *Bethauen.* i. Bethel, vnus tantùm erat vitulus, ſed plurale pro ſingulari. COLVERVNT. Hebr. *timuerunt* Sed *timor* pro *cultu.* Chald. *venerati ſunt.* QVIA LVXIT SVPER EVM. Quando vitulus eſt ſublatus, populus luxit, pro, lugebit. ÆDITVI EIVS. Hebr. *ſacerdotes eius*, & propriè *Chamar* ſignificat *ſacerdotem Baal.* Illi etiam luxerunt. SVPER EVM EXVLTAVERVNT, ſupple, qui ſuper eum exultauerunt, cùm eſſet in ſua gloria & honore. QVIA MIGRAVIT AB EO ſ. gloria prior à vitulo migrauit: aut ſic, Migrauit vitulus ab eo populo, ductus eſt captiuus. Sic meliùs ſequentia cohærent.

6 DELATVS EST. ſ. vitulus. REGI VLTORI. Hebr. *Regi Iareb*, quæ erat præcipua ciuitas in Aſſyria, ſumitur pro tota Aſſyria. CONFVSIO EPHRAIM, pudor Ephraim occupabit, fuit enim eius dedecus, ac totius Iſrael, eorum Deum captiuum duci. IN VOLVNTATE SVA. Hebr. *a conſilio ſuo.* i. propter conſilium & voluntatem. ſ. eum Deum colendi, confundetur.

7 TRANSIRE FECIT SAMARIA REGEM SVVM. Hebr. *exciſus eſt* (in) *Samaria Rex eius.* Idem *tranſire* ſignificat. QVASI SPVMAM. Sic Chald. Quidam, *vt corticem*, ſeu *ſuber* ſuper faciem aquæ. קצף *Kezeph* vtrumque ſignificat, *ſpumam*, & *corticem.*

8 EXCELSA. i. altaria. IDOLI. Hebr. *Auen.* i. Bethauen, Bethel. LAPPA ET TRIBVLVS, ſpinæ & dumi ea altaria operient. ET DICENT MONTIBVS. ſ. Iſraelitæ præ magnitudine mali mortem optabunt. *Dicent montibus: Operite nos.*

9 EX DIEBVS GABAA, PECCAVIT. Hebr. *peccaſti.* Id peccatum vindicatur modò. Vindicaſti iniuriam Leuitæ factam, meam iniuriam non vindicaſti, quando idola in domo Michæ reliquiſti: Iudic. 17. verſ. 19. ſic Hieronymus. IBI STETERVNT. in parentibus filij, eos ſunt imitati: aut vt Hieronymus, *ceſſauerunt ambulare in vijs Domini*, idola colere cœperunt. NON COMPREHENDET EOS IN GABAA. Sic putarunt Iſraelitæ, non fore contra eos bellum ſimile ei quod fuit in Gabaa, contra filios iniquitatis. ſic Hebr. Schol. IN GABAA. pro, vt in Gabaa.

10 IVXTA DESIDERIVM MEVM CORRIPIAM EOS. Id cupio, id habeo in votis, vt eos puniam. Vt id faciam, congregabo ſuper eos, ſiue contra eos populos. CVM CORRIPIENTVR. pro, tunc corripientur. PROPTER DVAS INIQVITATES SVAS. ſ. quia me dereliquerunt, & ſecuti ſunt idola. Quidam vertunt Hebraica: *Cùm ligauero eos ad duos oculos eorum*; & per *oculos*, *ſulcos* intelligunt, vt Chald. Hoc eſt, cùm ligáuero eos binos, vt ſolent iuuenci ad arandum in ſulcis. Illi autem duo, ſunt Iſrael & Iuda; cùm illi iunxerint fœdera, ego puniam eos. Verùm hæc dura & implicita ſunt. Præſtat prior expoſitio, quæ Hieronymi eſt, & aliorum Patrum. Sed & Hebræorum, quando pro עינתם *benoth.* i. *oculis*, ſubſtituunt in Maſſoreth עונתם *benoth.* i. *iniquitates.*

11 EPHRAIM VITVLA DOCTA. i. aſſueta impio cultui. Vitulæ recurrere ſolent ad areas, vbi copioſè in tritura paſtæ ſunt. TRANSIVI SVPER PVLCHRITVDINEM, eius ſuperbiam domui. Quomodo? ASCENDAM. Hebr. *equitare faciam Ephraim*, pro, feci; quando Ieroboam ex ea tribu illis Regem dedi, vt eos ſubigeret. ARABIT IVDAS. imitabitur Iſraelem in cultu idolorum, aut deſiſtet ab idolis exemplo calamitatis Iſraelis edocta; quod factum eſt Ezechia Rege. CONFRINGET SIBI SVLCOS. Hebr. *agricolabit.* IACOB. i. decem tribus ab Ezechia inuitatæ ſe Deo ſubijcient.

12 SEMINATE VOBIS IN IVSTITIA. i. iuſtitiam colite erga alios, & inter vos. ET METITE IN ORE MISERICORDIÆ. i. miſericordiam à Deo expectate. Vox *in ore* redundat. Chald. & Sept. omittunt. INNOVATE VOBIS. i. mentem parate ad ſemen accipiendum. CVM VENERIT QVI DOCEBIT VOS. Hebr. *donec veniat, & doceat iuſtitiam vos.* ſ. Deus ipſe factus homo, Chriſtus.

13 ARASTIS IMPIETATEM. i. ſeminaſtis. Sementi meſſis conſentanea. COMEDISTIS FRVGEM MENDACII. i. fructus eſt mentitus, nihil percepiſtis ex veſtro labore. IN VIIS TVIS. i. in conſilijs tuis fidiſti, non in me, ſed in tuis viribus & militibus. IN MVLTITVDINE FORTIVM TVORVM. i. militum fidiſti.

14 CONSVRGET TVMVLTVS, bellum concitabitur. IN POPVLO TVO. i. contra populum tuum. SICVT VASTATVS EST SALMANA. Hebr. *ſecundum vaſtationem Salmana*; non qua ipſe vaſtauit, ſed paſſiuè, qua vaſtatus eſt. erat Rex Madian, Iudic. 8. v. 5. A DOMO EIVS QVI IVDICAVIT BAAL. Sic Gotth. non *vindicauit*, vt habent Regia, & Hieronymus in Comment. Loquitur de Gedeon, qui Iudic. 6. diruit aram Baal, & conquerentibus ciuibus atque expoſtulantibus dixit v. 28. *Vindicet ſe Baal.* vnde vocatus eſt *Ierobaal.* i. *vindex Baal.* Iudicauit ergo Baal, cùm aram euertit. Pòſt cap. 8. Iudicum cepit Gedeon & occidit Salmana. Hebr. *hic ſecundùm vaſtationem Salmana* (à) *domo Arbel.* Sed *Arbel* pro *Ierobaal* ſumunt Sept. *Ergo à domo Arbel vaſtatus eſt Salmana.* IN DIE PRÆLII,

MATRE SVPER FILIOS ALLISA. Quis alliſit? Sept. *Salmana de domo Ierobaam*, lege *Ierobaal*. Id Hieronymus ſequitur, adducto loco ex 1. Regum, quaſi ex lib. Iudic. memoriæ lapſu. Poteſt etiam de Gedeone intelligi, qui in prælio occiderit matres & filios. ſ. qui caſtra Madianitarum ſequebantur.

15 SIC FECIT VOBIS BETHEL. ſ. Deus, aut hoſtis. Aſſyrius ſimilem cladem inferet tibi, ô Bethel, illi quam Salmana pertulit. A FACIE. i. propter malitiam veſtram.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FRONDOSA. i. palmitibus abundans. ADÆQVATVS. i. reſpondens palmitum multitudini. LXX. *abundans*. SECVNDVM MVLTITVDINEM, &c. q. d. abuſus rerum copia à me data, idola coluit; vel quò plures erant homines, plura idolis altaria extruxerunt. ſ. multiplicato populo aucta peccata.

2 DIVISVM. i. ſeparatum. ſ. à me, vel q. d. Alij alia idola colunt, nec inter illos cõuenit, tanta eſt idolorum multitudo. Chald. *diuiſum a lege*. CONFRINGET. ſ. Deus per hoſtes ipſorum.

3 NVNC. i. breui. REX. ſ. qui poſſit ab hoſte defendere. TIMEMVS. Chald. & LXX. *timuimus*.

4 LOQVIMINI, &c. Ironia. q. d. iactate ſanè verba pſeudoprophetarum, qui vobis proſpera fore prædicunt. FERIETIS. pro, ferite. q. d. ferite ſanè mendacijs pſeudoprophetarum. AMARITVDO. i. herbæ amaræ & noxiæ. IVDICIVM. i. ſupplicium. q. d. abundanter pœnas dabitis. SVLCOS. i. vias veſtras. ſ. mores ſtudioſe ad malum compoſitos. metaphora à ſulcis, vbi herbæ malæ copioſè proueniunt.

5 VACCAS. ſ. vitulos à Ieroboam poſitos. Apparet coluiſſe vaccas more Ægyptiorũ. vide 3. Reg. 12. BETHAVEN. ſ. Bethel. vide ſup. cap. 4. LVXIT. pro, lugebit. EVM. ſ. vitulum. q. d. propter eum, quia auferetur ab hoſtibus. ET ÆDITVI, &c. q. d. de quo olim ſacerdotes tantopere exultarunt cùm coleretur à populo. MIGRAVIT. pro, migrabit. ſ. gloria illa tempore captiuitatis.

6 DELATVS EST. pro, deferetur. ſ. vitulus, vel Iſrael. VLTORI. ſ. quo Deus vtetur ad vltionem, vel à quo Iſrael olim opem expectabat contra hoſtes. IN VOLVNTATE SVA. i. votis ſuis, ſcilicet fruſtratus, vel ob voluntatem ſuam qua idola coluit, Deumque offendit.

7 TRANSIRE FECIT. i. citò perire. ſ. ob idololatriam.

8 PECCATVM. i. per quæ, ſeu in quibus peccabat. LAPPA. Chald. & LXX. *ſpina*. vide ſup. cap. 9. DICENT. ſ. oppreſſi calamitate, & deſperantes.

9 EX DIEBVS GABAA. ſ. tempore, quo accidit quod dicitur Iudic. 19. quo etiam idola quidam colebant, vt dicitur Iudic. 17. & 18. LXX. *ex quo colles*. q. d. ab antiquiſſimo tempore. IBI STETERVNT. i. in ijs peccatis perſtiterunt. IN GABAA. pro, vt in Gabaa. q. d. grauiori prælio expugnabuntur, quàm illud fuit contra Beniamin. INIQVITATES. i. iniquos. ſ. qui abuſi vxore Leuitæ.

10 DVAS. ſ. Iſrael & Iudæ. vterque enim idola coluit. vel *duas* dicit, ob cultum idolorum, & peſſimos mores.

11 DOCTA. ſ. aſſuefacta. q. d. aſſueti ſunt idololatriæ, more beſtiarum ſeruientes. TRANSIVI. LXX. *veniam*. ſ. puniens vel domans per Aſſyrios. PVLCHRITVDINEM. i. ſuperbiam ſeu contumaciam. ASCENDAM. ſ. vt ſolet ſuper equum. q. d. ſubiugabo. ARABIT. ſ. ſeruiet Babylonijs, more iumentorum. IACOB. ſ. Iſraeli. ſ. ſeruiet ſimiliter Aſſyrijs, vel hæc referenda ad tempus conuerſionis & fidei in Chriſtum.

12 IN IVSTITIA. i. opera iuſtitiæ. METITE. pro, metetis. IN ORE. i. ſecundùm os. pro, ſecundùm rationem. MISERICORDIÆ. ſ. qua vſi fueritis. q. d. ſicut ſeminaueritis, ſic metetis. ſumitur autem *miſericordia* pro, beneficentia, more Scripturæ. NOVALE. ſ. auulſis ſpinis. Nouale enim eſt ager nunc primùm proſciſſus. LXX. *illuminate vobis lumen ſcientiæ*. TEMPVS. ſcilicet tunc maximè erit. VENERIT. ſcilicet Chriſtus.

13 IMPIETATEM. i. per impietatem, ſeu impiè. MENDACII. i. iniquitatis. VIIS. i. operibus. LXX. *curribus*. FORTIVM. ſ. militum.

14 TVMVLTVS. ſ. hoſtium. LXX. *perditio*. EIVS. ſ. Gedeonis. vide Iudic. 8. MATRE, &c. id apparet accidiſſe in exercitu Salmana.

15 FECIT. i. faciet. q. d. ſic patiemini, ob idola culta in Bethel. A FACIE. i. propter. NEQVITIARVM. i. nequiſſimæ.

CAPVT XI.

Beneficijs oſtendit Dominus ſe diligere populum Iſrael: ſed propter illius ſcelera tradidit eum Aſſyrijs: attamen propter ſuam miſericordiam reducet eos vt in terra ſua ſeruiant Domino, vnà cum Gentibus ad Deum conuerſis.

1 SIcut manè tranſijt, pertranſijt rex Iſrael.
A Quia puer Iſrael, & dilexi eum: & [a]ex Æ- [a] *Matth. 2. c. 15*
2 gypto vocaui filium meum. *Vocauerunt eos,
ſic abierunt à facie eorum: Baalim immola-
3 bant, & ſimulachris ſacrificabant. *Et ego quaſi
nutricius Ephraim, portabam eos in brachijs
4 meis: & neſcierunt quòd curarem eos. *In funi-
B culis Adam traham eos, in vinculis charitatis: &
ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eo-
5 rum: & declinaui ad eum vt veſceretur. *Non
reuertetur in Terram Ægypti, & Aſſur ipſe rex
6 eius: quoniam noluerunt conuerti. *Cœpit gla-
dius in ciuitatibus eius, & conſumet electos
7 eius, & comedet capita eorum. *Et populus
meus pendebit ad reditum meum: iugum au-
tem imponetur eis ſimul, quod non auferetur.
8 *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſ-
C rael? quomodo dabo te ſicut Adama, ponam
te vt Seboim? Conuerſum eſt in me cor meum,
9 pariter conturbata eſt pœnitudo mea. *Non fa-
ciam furorem iræ meæ: non conuertar vt diſ-
perdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non
homo: in medio tui ſanctus, & non ingrediar
10 ciuitatem. *Poſt Dominum ambulabunt, quaſi
D leo rugiet: quia ipſe rugiet, & formidabunt filij
11 maris. *Et auolabunt quaſi auis ex Ægypto, &
quaſi columba de terra Aſſyriorum: & collo-
12 cabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus. *Cir-
cumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo
domus Iſrael: Iudas autem teſtis deſcendit cum
Deo, & cum ſanctis fidelis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SICVT MANE. i. ſubitò. Hebr. *in manè*. i. initio Regni Oſee. TRANSIIT. Hebr. *exſcindendo exciſus eſt Rex Iſrael* Oſee. ſ. initio regni ſui: 4. Reg. 17. verſ. 4. QVIA PVER ISRAEL. Hinc Hebræi inchoant caput 11. & meritò, verbis prioribus concludunt caput 10. Ergo *quia puer*. i. *quando erat puer Iſrael*. ſic Chald. q. d. primis temporibus dilexi Iſrael. *Et* coniunctio redundat in ijs verbis, *& dilexi eum*. EX ÆGYPTO VOCAVI FILIVM MEVM. i. eduxi Iſraelem ex Ægypto. Sept. *ex Ægypto vocaui filios eius*. Matth. c. 2. verſ. 15. citat ea verba de Chriſti infantis reditu ex Ægypto: ſed τυπικῶς, vt plerique volunt. Nos pro editione Vulgata c. 5. confirmamus hiſtoricè de reditu Iudæorum ex Ægypto, & de reditu Chriſti intelligi. De qua re Galatinus plura lib 8. cap. 4. Sanè ab Apoſtolis quædam ex Hebraico citari, quæ in Sept. non ſunt,

ex

ex hoc loco & alijs contendit Hieronymus Præfatione in Pentateuchum.

VOCAVERVNT EOS Prophetæ ad Dei cultum. SIC ABIERVNT. pro, econtrariò, aut tantò magis diſceſſerũt ab eis. ET SIMVLACHRIS SACRIFICABANT. Hebr. ſculptilibus adoleuerunt. Numer. 25. loquitur de tempore, quo Iſrael ex Ægypto exiuit. 2

QVASI NVTRITIVS EPHRAIM. Hebr. & ego aſſueſeci (.i. ambulare feci) Ephraim (Iudæos) portare. pro, portabam eos. Vox, quaſi nutritius addita eſt ab Interprete. NESCIERVNT QVOD CVRAREM EOS. operibus mea beneficia neſcire oſtenderunt. 3

IN FVNICVLIS ADAM TRAHAM EOS. vt ſolent trahi homines, blandè; non vt belluæ, violenter; ſed benignitate & amore. Adam nomen appellatiuum. ſic Louan. ſcribunt per a paruum. QVASI EXALTANS IVGVM. i. detrahens iugum, vt cum iumentis facimus, vt quieſcant. SVPER MAXILLAS EORVM. i. quod iugũ eſt ſuper maxillas. i. ſuper caput eorum. Nec id ſolùm, ſed pabulum præbemus illis, hoc ſignificat, DECLINAVI AD EVM (pabulum) VT VESCERETVR: Hebr. & declinabo ad eum cibum, pro, declinaui. 4

NON REVERTETVR. Non debuit reuerti in Ægyptum, vt inde opem peteret. Sed quia contrà fecit ASSVR IPSE REX EIVS, eum ſubiugauit, 4 Regum 17. verſ. 4. NOLVERVNT CONVERTI. ſ. ad me. 5

COEPIT GLADIVS. Hebr. manebit. Chald. verſabitur. ET CONSVMET ELECTOS EIVS. ſ. gladius Aſſur. Chald. fortes eius. Hebr. membra, ſeu ramos eius i. filios eius, qui ſunt vt rami in arbore. ET COMEDET CAPITA EORVM. i. proceres conſumet, vt Chald. Hebr. comedet in conſilijs. i. propter conſilia ſua vaſtabitur. Sept. comedens de cogitationibus ſuis. 6

PENDEBIT AD REDITVM MEVM. Hebr. populus meus ſuſpenſus (afflictus) propter rebellionem meam. i. à me. IVGVM AVTEM. ſ. captiuitatis, ſeruitutis, imponetur eis, QVOD NON AVFERETVR. Hebr. & ad altiſſimum vocabunt eum (Prophetæ) ſimul non exaltauit. ſ. caput, hoc eſt, ne vnus quidem caput extulit vt audiret. Hieronymus legit hol. i. iugum, vbi nunc eſt hal, id eſt, altiſſimus. Sed Hieronymi lectio eſt commodior. 7

QVOMODO DABO TE EPHRAIM. Quo pacto te tractabo? PROTEGAM TE ISRAEL? Hebr. tradam te. ſ. hoſtibus? SICVT ADAMA, PONAM TE. i. non tibi parcam; ſed potiùs puniam, vt Adama, & Seboim, quæ fuerunt ſociæ Sodomæ & Gomorrhæ. Sed quoniam id durum erat, corrigit dicens: CONVERSVM EST IN ME COR MEVM, muto ſententiam. CONTVRBATA EST POENITVDO MEA. Hebr. commota ſunt ſeu incaluerunt pœnitentiæ meæ. Pœnitet me decreti. Loquitur more humano. 8

DEVS EGO, ET NON HOMO. Deus benignus non vult mortem, homo vltor crudelis. IN MEDIO TVI SANCTVS. i. ego aut Chriſtus non te deſeram. NON INGREDIAR CIVITATEM. ſ. aliam te, ò Ieruſalem deſerta. ſic Chald. Sept. quoniam ego Deus, & non homo in te ſanctus, hoc eſt, Propheta non erit in te, qui vindictam petat, & dura nuntiet, & non ingrediar in ciuitatem. ſ. vt puniam. Accentus Hebraici eodem modo hæc verba connectunt, neque id diſplicet. 9

POST DOMINVM AMBVLABVNT, tempora Euangelij. QVASI LEO RVGIET. ſ. Deus, ſuos vindicabit. FORMIDABVNT FILII MARIS. Hebr. filij à mari. Mare pro Occidente, vt Chald. & alijs locis ſæpè per mare, Occidens intelligitur. Verùm qui hi Occidentales? An Romani? Contra hos rugiet Chriſtus, & euertet eorum Imperium, vt Eccleſiæ conſtituat. 10

ET AVOLABVNT. Sept & Chald. venient. Hebr. timebunt. Sed ſuſpicor pro יחרדו schareda, olim fuiſſe ירדו iaredu, venient. Ergo veri Iſraelitæ eo tempore venient liberi ex Ægypto & Aſſyria, vt veniunt aues, cùm repetunt nidos. ET COLLOCABO EOS IN DOMIBVS SVIS. reſtituam in patrias ſedes. 11

CIRCVMDEDIT ME IN NEGATIONE, ſeu in mendacio. Vox כחש chahas vtrumque ſignificat. Senſus idem. 12 q. d. non miremini ſi in præſenti affligo decem tribus, quia negarunt me, coluerunt mendacium i. idola. IVDAS AVTEM TESTIS DESCENDIT. i. Deum eſt ſecuta, & teſtis eſt iniquitatis Ephraim. Hebr. Iudas autem dominatur cum Deo. i. Dei ope ſua retinet. רוד Rod, dominari ſignificat, ירד iarad, deſcendere; vnde Hieronymus vocem רד rad deduxit. Itaque alia conditio erit tribus Iuda. Eò referuntur quæ dicit, CVM SANCTIS FIDELIS. ſ. eſt Iuda. i. cũ Deo ſancto. Sed enuntiat in plurali aut ob myſterium Trinitatis, aut quia plura Dei nomina in plurali enuntiantur. Hic verſ. in quibuſdam Hebraicis codicibus eſt initium cap. 12.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SICVT MANE. i. citò. TRANSIIT, &c. q. d. parum durabit regnum Iſraelis. PVER, &c. q. d. cùm eſſet velut in pueritia. ſ. in Ægypto inciperet multiplicari. Chald. quando puer erat Iſrael, &c. FILIVM MEVM. ſic vocat, quòd haberet pro filio, eoque chariſſimo, eum populum. vnde & Exod. 4. primogenitum vocat. Matth. 2. refertur ad Chriſtum ſeu in allegorico, & ſecundùm quoſdam etiam litterali. vocatus eſt autem per Moyſen, & inde eductus Iſrael. LXX. filios eius. Chald. filios eos. q. d. habui pro filijs.

2 VOCAVERVNT. ſ. Moyſes & Aaron, vel Prophetæ. SIC ABIERVNT, &c. q. d. non tamen obedierunt, ſed verterunt terga. BAALIM. i. idolis. vide Exod. 32. Num. 25.

3 NVTRITIVS. pro, velut nutrix. PORTABAM, &c. q. d. ita defendebam, vt qui paruulum geſtat in brachiis, ne lædatur. Vide Deut. 1. & 32. NESCIERVNT. i. non aduerterunt, aut non curarunt. ſ. beneficium non agnouerunt.

4 ADAM. i. hominis. ſ. quibus ſolent homines ligari, nempè amore & beneficijs. TRAHAM. pro, trahebam. Chald. traxi. IN VINCVLIS, &c. explicatio præcedentis. ERO, pro, fui. EXALTANS, &c. q. d. vt agricola qui iugum aufert, vt boues quieſcant. ſ. ſinebat per deſertum quieſcere; non ſemper iter agere. SVPER MAXILLAS. ſ. pendens capiſtrum etiam auferens. DECLINAVI. i. demiſi. ſ. è cælo manna.

5 NON REVERTETVR, &c. q. d non ſeruiet quidem iterùm Ægyptijs, ſed ſeruiet Aſſyrijs.

6 COEPIT, &c. ſ. cœperunt paulatim veſtari ab Aſſyrijs. ELECTOS. i. fortes. COMEDET. i. perdet, ſeu interficiet. ideò ſolet Scriptura dicere in ore gladij. ſ. deuorat. CAPITA. i. primates. Chald. proceres.

7 PENDEBIT, &c. q. d. exſpectabit vt eos liberem, qui velut recedens deſeruerim. SIMVL. q. d. omnibus, ſeu & Iſraeli, & etiam Iudæ poſteà.

8 QVOMODO DABO, &c. q. d. quid de te faciam? PROTEGAM. pro, protegámne. q. d. an dignus es quem defendam? SICVT ADAMA. ſ. deſtruxi cùm euerterem Sodomam. per interrogationem legendum. q. d. Nónne mereris ſimilem illis vrbibus euerſionem? CONVERSVM EST, &c. q. d. tamen mutabo ſententiam, ſi tu mutes mores. CONTVRBATA, &c. i. velut pœnitens conturbabor affectu. q. d. vtar miſericordia. niſi fortè hæc omnia per interrogationem legenda ſint. q. d. An mutabo ſententiam more hominis pœnitentis? an non exequar punitionem quam ſtatui, & non perdam Ephraim, qui Deus ſim iuſtus, & potens, &c. Quidam tamen ad affectum pietatis referunt, vt cœpi explicare.

9 CONVERTAR. i. permittam, ſeu ſinam. LXX. derelinquam. DEVS. ſ. clemens, qui facilè flectar; vel iuſtus, qui puniam; & potens, cui nemo reſiſtat. SANCTVS. ſ. quem ſanctè colere debueras. NON INGREDIAR, &c. q. d. num me quis impediet, ne ciuitatem ingrediar, & te puniam? Scio alios multò aliter explicare, ſed cur ita non poſſit etiam explicari, non video.

10 POST DOMINVM. ſ. Chriſtum. id enim videtur ad ea tempora referendum. RVGIET. ſ. contra impios in iudicio, vel contra peccatores prædicatione.

ſ. magna vi. Filii maris. i. remotiſſimi quique, vt ſolent eſſe Inſulani, qui niſi per mare adiri nõ poſſunt, ad quos prædicatio Euangelij perueniet: vel mundani; *mare* enim *mundum* ſolet ſignificare.

Avolabvnt. ſ. ad prædicationem Euangelij ex locis vbi fuerint. Nominantur verò Aegyptus & Aſſyria, quia illuc confugituri erant aliqui, & huc reliqui abducendi. Colvmba. ſ. celeriter. Dominvs. ſ. ecclesijs particularibus. 11

Negatione. Chald & Lxx. *mendacio.* q.d. non me verè colit, ſed fictè. Ivdas. i. multi ex Iuda. Testis. i. teſtans Dei bonitatem & potentiam, eiuſque cultum defendens. Descendit cvm Deo. i. ad partes Dei, à quibus Iſrael alienatus. q.d. tuetur cauſam Dei. Cvm sanctis, &c. ſ. pijs, Deumq; colentibus. ſ. Deum prædicat, vel permanet. 12

CAPVT XII.

Vanè fidit Iſrael in Ægypto, vt ab Aſſur liberetur: ſed tam ipſi quam Iuda reddet Dominus iuxta merita ipſorum, qui immemores beneficiorum Iacob patriarchæ præſtitorum, declinauerunt in auaritiam: quibus tamen pacem offert: carpens potiſſimum idololatriam Galaad.

EPhraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: 1
tota die mendacium & vaſtitatem multi- A
plicat: & fœdus cum Aſſyrijs init, & oleum in
Ægyptum ferebat. * Iudicium ergo Domini 2
cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob: iuxta vias
Gen. 25. c. 25 Gen. 32. f. 36
eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. * In 3
vtero ſupplantauit fratrem ſuum: & in fortitu-
dine ſua directus eſt cum angelo. * Et inualuit 4
ad angelum, & confortatus eſt: fleuit, & roga-
uit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus B
eſt nobiſcum. * Et Dominus Deus exercituum, 5
Dominus memoriale eius. * Et tu ad Deum 6
tuum conuerteris: miſericordiam & iudicium
cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper. * Chanaan, 7
in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.
* Et dixit Ephraim: Verumtamen diues effectus 8
ſum, inueni idolum mihi: omnes labores mei C
non inuenient mihi iniquitatem, quam pecca-
ui. * Et ego Dominus Deus tuus ex Terra Ægy- 9
pti, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut
in diebus feſtiuitatis. * Et locutus ſum ſuper pro- 10
phetas, & ego viſionem multiplicaui, & in manu
prophetarum aſſimilatus ſum. * Si Galaad ido- 11
lum, ergo fruſtrà erant in Galgal bobus immo-
lantes: nam & altaria eorum quaſi acerui ſuper
Gen. 28. a. 5 Exod. 14. e. 21. 22
ſulcos agri. * Fugit Iacob in regionem Syriæ, & 12
ſeruiuit Iſrael in vxorem, & in vxorem ſeruauit. 13
* In propheta autem eduxit Dominus Iſrael de D
Ægypto: & in propheta ſeruatus eſt. * Ad ira- 14
cundiam me prouocauit Ephraim in amaritu-
dinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet, &
opprobrium eius reſtituet ei Dominus ſuus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Ephraim pascit ventvm. Prou. 10. v. 4. *Qui nititur mendacio iſt, hic paſcit ventos.* Videtur eſſe prouerbium de mendacibus. Ventus inconſtans eſt, quis eum, vt paſtor oues, paſcet & reget? Conatus eſſet inanis & inutilis. Et seqvitvr æstvm. Hebr. *ſequitur Eurum.* ſ. vt paſtor gregem. *Eurus* eſt ventus calidus, ideò noſter pro *Euro æſtum* poſuit. Tota die mendacivm et vastitatem. Id eſt ventos paſcere, rem inutilem & ſibi noxiam facere; quale eſt, fœdus cum Aſſyrijs facere mendaciter, & dona in Ægyptum mittere, vnde vaſtitas ſequatur. Ea dona per *oleum* intelligit. Et olevm in Ægyptvm ferebat, quod in Samaria prouenit nobile. Aut vnguentum & balſamum, quod nuſquam prouenit, niſi in Palæſtina. שמן *Semen, oleum & balſamum* ſignificat. 1

2 Ivdicivm ergo Domini cvm Ivda. Hebr. *lis.* Visitatio, punitio. Ivxta adinventiones. Iuxta opera & ſtudia praua reddet ei. Per *Iuda & Iacob* totum populum duodecim tribus intelligo; & quoniam *Iacob* mentionem fecit, ea occaſione digreditur ad commemoranda beneficia ei genti præſtita.

3 Svpplantavit. Tenuit Iacob plantam fratris, quod ſignificauit, eum poſteà ſupplantaturum. Directvs est. Hebr. *dominatus eſt*, vicit Angelum in lucta, Geneſ. 32.

4 Et invalvit ad Angelvm. Hebr. *vicit Angelum, & potuit.* ſ. præualuit, quod noſter dixit. Et confortatvs est. Flevit, et rogavit evm, cum lacrymis petijt ab eo benedictionem: Hieronymus. In Bethel invenit evm. ſ. Angelum, noua viſio. Hoc accidit Geneſ. 28. v. 11. cùm iret in Meſopotamiam, vt putat Hieronymus. aut Geneſ. 35. v. 9. poſt luctam. Et ibi locvtvs est nobiscvm. R. Iona, *nobiſcum, pro, cum eo.* ſ. Iacob cum Angelo, aut Angelus cum Iacob. Aut ſint verba Prophetæ. *Ibi.* i. in Bethel, loquetur nobiſcum. Quid vitulos conſulimus? Hebr. Schol. Dominvs memoriale eivs. i. ex eo tempore locus vocatus eſt *Bethel, domus Dei*, in memoriam Dei; ſic Hieronymus.

6 Et tv ad Devm tvvm converteris. pro, conuertere, exemplo ſ. tui patris.

7 Chanaan, in manv eivs statera dolosa. Sic vocat decem tribus. quòd eius gentis mores & dolos ſequerentur. Hoc Sept. verùm Chald. per *Chanaan, mercatorem* intelligit, & cum eo alij Hebræi. Sic enim mercatores vocabantur vulgò, quoniam publicani & mercatores ex ea ferè natione erant. Prouerb 31. v. 24. *cingulum tradidit Chananæo.* Quòd ſi placet, ſic Hebr. vertas: *Mercatoris in manu ſtatera doloſa.* Calvmniam. Hebr. *oppreſſionem dilexit.* ſ. eos, cum quibus negotiatur, opprimit. Reddit rationem, quare Iſrael facta ſit diues. Quid ad hæc Ephraim?

8 Vervmtamen, vtique, ſanè. Id hoc loco ſignificat אך *ach.* Inveni idolvm mihi. Hebr. *opes* און *on*, pro הן *hen*, ſed Hieronymus legit און *auen*, quod pro *idolo* ſumitur, & alioqui auaris aurum inſtar idoli eſt. Omnes labores mei. pro, in omnibus laboribus meis. Non invenient mihi. pro, in me homines non inuenient. Iniqvitatem, qvam peccavi. Hebr. *iniquitas, quod peccatum.* ſ. ſit, aut *iniquitas & peccatum*, vt relatiuum *quod* redundet. Sic mentitur ſibi iniquitas, & aſſentatur. Non agnoſcit dolos auarus, quibus diuitias parauit. Quid Deus? Ego Deus tuus

9 Ex terra Aegypti. Ex eo tempore tuus Deus ſum, licet iniquus ſis & doloſus, & deinde reſtituam te in priſtinas ſedes, vt ſis lætus & quietus, vt ſoles in diebus feſtis. *Tabernacula* pro domibus & patria ſumo.

10 Et locvtvs svm svper prophetas. i. per Prophetas. ſ. ſum, vt te docerent, & mihi conciliarent, multaſque viſiones eis oſtendi. Et in manv prophetarvm assimilatvs svm. i. multas per eos parabolas dixi, multas venturi figuras & ſpectra in manibus eorum poſui. Hoc amoris in te mei argumentum.

11 Si Galaad idolvm. pro, ſi in Galaad idolum. ſupple, & euerſa eſt. Ergo frvstra erant. i. rem vanam fecerunt, aut faciunt, qui in Galgal victimas offerunt, nihilo melior eorum ſors erit. Nam et altaria eorvm. Hebr. *etiam altaria eorum* (euertentur) *erunt in agris in acervos lapidum.* *Galgal* citra Iordanem prope Iericho: *Galaad* vltra Iordanem, vbi dimidia tribus Manaſſe. Porrò in voce גלים *ghalim.* i. *aceruos*, videtur alludere ad vtramque vocem *Galgal & Galaad*, quæ vox ſignificat *aceruum teſtimonij.* Pulchra paranomaſia.

12 Fvgit Iacob. Redit ad hiſtoriam Iacob, qui fugit metu fratris Eſau. In regionem Syriæ,

ſiue in agrum Syriæ, vt eſt Hebr. ſed *ager* pro regione.
ET SERVIVIT ISRAEL IN VXOREM. i. *propter vxorem*
Rachel ſeruiuit Laban ſocero, vt eam ſibi daret. ET
IN VXOREM SERVAVIT, ſeu cuſtodiuit eius oues *pro-
pter vxorem*.

IN PROPHETA. i. per Prophetam. Is fuit Moyſes. 13
EDVXIT DOMINVS ISRAEL. i. eius poſteros eduxit de
Aegypto. ET IN PROPHETA SERVATVS EST, cuſtodi-
tus vt grex, pauit eos Moyſes vt paſtor. Idem verbum
Hebr. quod ſuperiori verſu, vbi dixit, cuſtodiſſe oues
Laban.

AD IRACVNDIAM. Pro tot beneficijs me irritauit 14
IN AMARITVDINIBVS SVIS. Peccata ſunt amara, maxi-
mè facientibus. SANGVIS EIVS SVPER EVM VENIET.
ſuper eum ſe diffundet, aut *cadet*, vt Chald. ſanguis, quẽ
effudit occidendo innoxios, aut ſacrificans idolis. ET
OPPROBRIVM, quod fecit, deſerto Deo, ſe conferens ad
idola, luet pœnas eius noxæ.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PASCIT VENTVM. pro, paſcitur vento. i. rem facit 1
inutilem & vanam. ſ. colendo idola, vel expectans
opem ab Ægyptijs. ÆSTVM. i. ventum calidum &
noxium, qualis ſolet eſſe in Aſia Eurus. TOTA DIE
.i. ſemper. MENDACIVM. i. nihil profutura, ſed ſpem
deluſura. VASTITATEM. i. interitus cauſas. OLEVM.
per id intellige cetera quæ ferebat. Chald. *munera*.

IVDICIVM. i. expoſtulatio, ſeu lis. 2

SVPPLANTAVIT, &c. q.d. iam inde ab vtero ei bene- 3
feci, cùm per ſupplantationem ſignificaretur præreptu-
ras benedictionem. DIRECTVS EST. i. proſpere ei ſuc-
ceſſit. Chald. *præualuit Angelo*. LXX. *præualuit ad
Deum*, ſeu *fortiter egit*. ſ. luctatus cum Angelo, qui
Deum repræſentabat.

INVALVIT. i. præualuit. explicatio præcedentis. AD 4
ANGELVM. i. cum Angelo luctans. CONFORTATVS
EST. Hebr. & LXX. *potuit*. i. fortiter egit, ſeu
præualuit. Chald. *ſuperauit*. FLEVIT, ET ROGAVIT
EVM. q.d. ſupplex petijt ab Angelo benedictionem,
forte etiam cum lacrymis. INVENIT EVM. ſ. Iacob
Angelum Dei nomine ſibi loquentem. Vide Gen. 28.
NOBISCVM. i. de nobis, cùm ſ. poſteritatem promitte-
ret, vel in patre intelligitur filijs etiam locutus.

EXERCITVVM. LXX. *omnipotens*. MEMORIALE EIVS. 5
.i. Iacob Dei ſemper recordabatur, vel Deum omnibus
rebus præferebat.

CONVERTERIS. pro, conuertere. futurum pro impe- 6
ratiuo, more Scripturæ.

CHANAAN. pro, ſimilis eſt moribus Chananæis. 7
DOLOSA. q.d. defraudat proximum. CALVMNIAM.
Chald. *rapinas*. LXX. *oppreſſiones*.

IDOLVM. q.d. ſatis bonum deum inueni, qui tantas 8
diuitias repererim. LXX. *requiem*. NON INVENIENT, &c.
q.d. non poterit inueniri in meis negotijs peccatum
iniuſtitiæ. QVAM PECCAVI. pro, qua pecca-
uerim.

EX TERRA. Chald. *qui eduxi te ex terra*. LXX. *eduxi* 9
te ex terra. FACIAM. ſ. ſi conuertaris, vel cùm con-
uerteris ad Chriſtum. FESTIVITATIS. i. cum lætitia.
Chald. *antiquis*.

SVPER PROPHETAS. Chald. *cum Prophetis*. LXX. *ad* 10
Prophetas. ſ. vt te in viam reducerẽ. VISIONEM MVL-
TIPLICAVI. q.d. per multas viſiones locutus. Chald.
Prophetias multiplicaui. IN MANV. i. opera. ASSIMI-
LATVS. i. vſus ſimilitudinibus & figuris.

IDOLVM. i. falſus deus. ſ. colitur. ERANT. pro, 11
ſunt. q.d. ſi vana colunt, quam opem ab eis expe-
ctant? ACERVI. ſ. lapidum erunt. q.d. euertentur, &
locus arabitur.

IN VXOREM. i. pro vxore. ET IN VXOREM SERVA- 12
VIT. i. & pro altera vxore oues etiam ſeruauit. Vide
Geneſ. 29.

IN PROPHETA. i. per Prophetam. ſ. Moyſen. 13

AMARITVDINIBVS. i. peccatis, quæ mihi valdè diſ- 14
plicent. SANGVIS. i. peccatum. ſ. pœna peccati. OP-
PROBRIVM. ſ. quo Deum affecit. RESTITVET. i. red-
ditur. ſ. puniendo. Debetur pœna peccato, itaque cùm
redditur, videtur reſtitui debitum.

CAPVT XIII.

Abominationes Iſrael oſtendit, propter quas ipſi minatur exitium: Dominus dicit ſe ſolum eſſe Deum & liberatorem, arguens Iſrael ingratitudinis de beneficijs in deſerto acceptis, grauemque ob id vindictam illis comminatur: addens ſe eos de morte liberaturum, deuictis morte & inferno.

1 LOquente Ephraim, horror inuaſit Iſrael, &
2 deliquit in Baal, & mortuus eſt. *Et nunc
A addiderunt ad peccandum: feceruntque ſibi
conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem
idolorum, factura artificum totum eſt: his ipſi
dicunt: Immolate homines vitulos adorantes.
3 *Idcircò erunt quaſi nubes matutina, & ſicut
ros matutinus præteriens, ſicut puluis turbine
4 raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. *a Ego a Iſai. 43.
B autem Dominus Deus tuus ex Terra Ægypti: b 10
& Deum abſque me neſcies, & ſaluator non
5 eſt præter me. *Ego cognoui te in deſerto, in
6 terra ſolitudinis. *Iuxta paſcua ſua adimpleti
ſunt, & ſaturati ſunt: & leuauerunt cor ſuum,
7 & obliti ſunt mei. *Et ego ero eis quaſi leæna,
8 ſicut pardus in via Aſſyriorum. *Occurram eis
quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora
iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo,
9 beſtia agri ſcindet eos. *Perditio tua Iſrael: tan-
10 tummodò in me auxilium tuum. *Vbi eſt rex
C tuus? maximè nunc ſaluet te in omnibus vrbi-
bus tuis; & iudices tui, de quibus dixiſti: b Da b 1. Reg. 8.
11 mihi regem, & principes. *Dabo tibi regem in a. 5
furore meo, & auferam in indignatione mea.
12 *Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum
13 peccatum eius. *Dolores parturientis venient
D ei: ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit
14 in contritione filiorum. *De manu mortis libe-
rabo eos, de morte redimam eos: c ero mors c 1. Cor. 15
tua ô mors, morſus tuus ero inferne: conſolatio 8. 14
15 abſcondita eſt ab oculis meis. *Quia ipſe inter Hebr. 2.
fratres diuidet: d adducet vrentem ventum Do- d. 12 d Ezech. 19
minus de deſerto aſcendentem: & ſiccabit ve- d. 12
nas eius, & deſolabit fontem eius, & ipſe diri-
piet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 LOQVENTE EPHRAIM. i. cùm Ieroboam, quem
Ephraim vocat, vitulos adorandos diceret, tremor
inuaſit Iſrael, obedientes continuò ſe præbuerunt. ET
DELIQVIT IN BAAL. ſ. vitulos adorando. Hic *Baal* ſu-
mo pro idolo in genere. ET MORTVVS EST. Morti
eſt addictus Iſrael, quam iam patietur.

2 ET NVNC ADDIDERVNT. Neque ibi reſtitit malum;
ſed noua ſculptilia fecerunt ſibi. QVASI SIMILITVDI-
NEM IDOLORVM. i. idola fecerunt. Hebr. *iuxta intelli-
gentiam ſuam dolores*. ſ. fecerunt. *Dolores* vocat *idola*,
propter eos, quos cultoribus faciunt. HIS IPSI DI-
CVNT. Sacerdotes idolorum dicunt Iſraelitis: IMMO-
LATE HOMINES. Solebant homines immolare. Pſ. 105.
v. 37. *& immolauerunt filios ſuos dæmonijs*. Hebr. *di-
cunt ſacrificantibus: Homo* (.i. quiſque) *vitulos oſculen-
tur*. i. adorent. oſculo enim adoratio fiebat, de quo
Pſal 2. v. 12.

3 QVASI NVBES. i. citò Iſraelitæ deficient, vt nubes
matutina, quæ ſolis aduentu diſſipatur, vt ros, vt
puluis, ſeu glarea, palea minuta. FVMVS DE FVMA-
RIO. ſ. erunt. Hebr. *de feneſtra*. Sed *feneſtra* pro *fuma-
rio*, & tubo vaporario.

Ego avtem. Ex eo tempore, quo eras in Ægypto, ſum Deus tuus; te in meum populum adoptaui. Et 4
Devm absqve me nescies. Supple, & dixi tibi, Deum alium neſcies.

Ego cognovi te, ſaui tibi, paui te. In terra so- 5
litvdinis. Hebr. *ſiccitatum*, terra arida, ſitibunda. ſ. in deſerto.

Ivxta pascva sva. i. poſtquam venerunt in terram 6
promiſſam. Adimpleti svnt. Hebr. *& ſaturati ſunt, ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum*. i. facti ſunt ſuperbi.

Qvasi leæna, ſeu *leo*. In via Assyriorvm. 7
אשור *Aſſur* quando ſignificat *Aſſyrios*, ſcribitur per Pathac ſub א, hic ſcribitur per Cametz. ideò Hebræi putant eſſe verbum in ſignificatione *aſpiciendi*, ſic: *ſicut pardus in via aſpiciam*. i. inſidiabor. Sed præſtat pro *Aſſyrijs* ſumere, vt Hieronymus & Lxx. & illa puncta ſeu vocales facilè permutantur. Dicit autem *in via Aſſyriorum*, quoniam ibi ſunt deſerta plena feris. Simul innuit, breui futuram captiuitatem.

Qvasi vrsa raptis catvlis, tunc ſæuiſſima eſt. 8
Hebr. *ſicut vrſus*, aut *vrſa orbata* occurrā eis. Sed perinde eſt. Dirvmpam interiora iecoris eorvm. Hebr. *clauſuram cordis eorum*. i. viſcera clauſa. Ibi, in patria ſua, aut in via Aſſyriorum conſumam eos.

Perditio tva Israel. ſ. ſunt vituli. Tantvmmo- 9
do, &c. Hebr. *quia in me auxilium tuum*. à quo vituli te auertunt.

Vbi est Rex tvvs? Sic Sept. & Chald. Hebr. *ero* 10
Rex tuus. Sed R. Iona ait אהי poſitum pro איה. i. *ero*, pro *vbi*. Maxime nvnc. Hebr. *aut nunc, aut vbi*. Hoc ſenſu, Vbi Rex tuus? nunc ſaluet te aut ſic: Vbi Rex tuus, vbi? ſaluet te. Dixisti: Da mihi Regem, et Principes. 1. Reg. 8. v. 5. q. d. tu petijſti Regem vt te liberaret, id nunc præſtet.

Colligata est iniqvitas Ephraim. i. apud me 12
ſeruatur; ligamus quæ ſeruare volumus. Abscondi- tvm. Abſcondimus, ſeu recondimus, quæ ſimiliter cupimus retineri. Seruat autem Deus peccata, vt puniat.

Dolores partvrientis venient ei. ſ. Ephraim. 13
Nvnc enim non stabit in contritione filiorvm; hoc eſt, cùm filij contererentur, cladem ferre non poterit. Hebr. *ipſe filius non ſapiens, quia tempus non ſtetiſſet in ruptura filiorum*. i. in vulua, quæ rumpitur in partu filiorum. Significat autem filios Ephraim non eſſe ſapientes, alioqui citò exirent de vulua, irent in captiuitatem, ne mater tamdiu cruciaretur, matris dolores excuſarent. Aut fortaſſis ſic, *ipſe filius non ſapiens*. In quo inſipientia eſt? Alioqui tempore (exiguo) non ſtaret in vulua; ſed diu. ſ. quia tali tempore non naſci ſatius eſſet. Per matrem, Synagogam intelligit; per filios, ſingulos de populo.

De manv mortis (aut *ſepulchri de poteſtate*) libe- 14
rabo eos. Minis miſcet benignitatem, coniectis oculis in Chriſtum; de quo hæc eſſe intelligēda Paulus oſtendit. Ero mors tva o mors. Hebr. *ero peſtis tua mors*. Morsvs tvvs. Hebr. *ero exciſio tua inferne*. Chriſtus ſua nos morte, tum à morte, tum ab inferno liberauit. Antiqui Patres intelligunt mortem in electis penitùs abolitam; infernum momordiſſe Chriſtum, cùm Patres i. partem eius inde detraxit. Paulus 1. ad Cor. 15. v. 54. hunc locum ad Chriſti reſurrectionem retulit, ſed cum citat, non vt eſt Hebr. ſed iuxta Sept. qui ſic habent: *Vbi cauſa tua mors, vbi aculeus tuus inferne?* Paulus ſic: *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Nempe pro δίκη. i. *cauſa*, Paulus legit Græcè νῖκος. i. *victoria*. quæ verior lectio eſt. Tametſi Hieronymi tempore *cauſa* in Sept. vt nunc, legebatur. Consolatio, ſeu *pœnitudo*, qua ſ. me pœnitet mali, quo populus opprimetur Abscondita est. i. procul, tempore Chriſti erit, non ante.

Qvia ipse inter fratres dividet. Sic Sept. 15
ſ. inter Iudam & Iſraelem Deus diuidet, Iſraele abducto in captiuitatem Hebr. *quia ipſe* (Ephraim) *inter fratres creſcet*. i. cùm creuerit opibus & potentia. Addvcet vrentem ventvm Dominvs. Sic Sept. Hebr. *Eurum*. ſ. Aſſyrios, qui ſunt ad Ortum. De deserto ascendentem. ſ. ventum. Multæ ſolitudines ſunt in ea via. Et siccabit venas. hoc eſt, omnia vaſtabit & diripiet Aſſyrius. Hæc erunt antequam conſolatio veniat, poſita verſ. ſuperiori.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Loqvente. ſ. ſolùm de colendis idolis. Ephraim. i. Ieroboam Rege qui de tribu Ephraim. Israel. ſ. populum, qui primò viſus eſt exhorreſcere ad tantam impietatem. Deliqvit. ſ. tandem perſuaſus. In Baal. i. colendo Baal, ſeu idola. Mortvvs est. ſ. peccato, & ſe obnoxium fecit mortis ſupplicio. q. d. ideò occidetur.

2 Qvasi. Lxx. *ſecundùm*. q. d. vt ſolent à Gentilibus fieri. His. pro, de ijs, vel q. d. Alij alijs dicunt. Homines. ſ. etiam filios ſacrificabant. vide Pſal. 105.

3 Matvtina. ſ. quæ citò diſſoluitur. ſ. peribunt, vel ceſſabit eorum felicitas temporalis. Pvlvis. Chald. *ſtipula*.

4 Aegypti. ſ. te eduxi, & dixi quod ſequitur.

5 Cognovi. Lxx *paui*.

6 Ivxta pascva sva. i. cùm eos paſcerem. Chald. *quando nutriui eos*.

8 Pardvs. i. pantheræ mas. Assyriorvm. i. quà itur in Aſſyriam per deſerta. Alludit verò ad captiuitatem.

8 Iecoris Hebr. Chald. Lxx. *cordis*. q. d. viſcerum. Scindet. i. lacerabit.

9 Perditio tva. i. tu tibi cauſa es perditionis. Tantvmmodo. q. d. ego ſolus te poſſum iuuare; vel, ego id ſolum ago, vt te iuuem, ſed non vis.

10 Ivdices tvi. ſ. vbi ſunt qui te poſſint defendere? Dixisti. ſ. 1. Reg. 8. Et principes. Apparet eos etiam Iudices petijſſe cum Rege.

11 Dabo. Chald. & Lxx. *dedi*. In fvrore meo. i. iratus.

12 Colligata. ſ. hærens cordi. q. d. eſt obſtinatus, vel repoſita eſt apud me, vt ſolent quæ colligantur. ſic Deut. 32. *Nonne hæc condita ſunt apud me*, &c. Chald. *repoſita*. Absconditvm. ſ. in corde, vel apud Deum. Chald. *reſeruatum, vt puniatur*.

13 Partvrientis. q. d. grauiſſimi. Stabit. i. conſiſtet. Lxx. *ſuſtinebit*. i. ferre poterit, vel reſiſtet hoſtibus. In contritione. i. dum contererentur ſeu occidentur eius filij ſ. populus.

14 Manv. i. poteſtate. Mortis. Hebr & Lxx. *inferni*. ſ. è limbo, aut ne damnentur æterno ſupplicio. vel *infernus* pro morte accipitur, cùm præſertim vox Hebr. etiam *ſepulchrum* ſignificet, *ſepulchrumq;* pro morte accipiatur. Liberabo. ſ. per Chriſtum. De morte. repetitio. Ero mors, &c. Lxx. *vbi cauſa tua ò mors, vbi inferne aculeus tuus?* vide 1. Cor. 15. vbi apparet Paulum non legiſſe δίκη, ſed νῖκος. Morsvs. ſ. quia eduxit ex inferno aliquos, non omnes. vel q. d. perditio tua. Abscondita est. q. d. non video conſolationem, ſed calamitatem populo huic imminentem iam.

15 Ipse. ſ. dominus, vel hoſtis. Ventvm, &c. ſ. exercitum Aſſyriorum. Deserto. eſt quidem deſertum inter Aſſyriam & Iudæam. Siccabit, &c. q. d. omnino deſtruet. perſtat enim in metaphora venti. Vasis desiderabilis. i. ſupellectilis pretioſæ.

C A P V T XIV.

Perditionem annunciat Iſraeli, propter ipſius peccata: reuocat tamen ad ſe, & conuerſis plurima bona promittit.

1 PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem
A concitauit Deum ſuum: in gladio pereant,
paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius diſcin-
2 dantur. *Cõuertere Iſraël ad Dominum Deum
3 tuum: quoniam corruiſti in iniquitate tua. *Tol-
lite vobiſcũ verba, & conuertimini ad Domi-

num : & dicite ei : Omnem aufer iniquitatem,
accipe bonum : & reddemus vitulos labiorum
noſtrorum. * Aſſur nõn ſaluabit nos, ſuper 4
equum non aſcendemus, nec dicemus vltrà:
Dij noſtri opera manuum noſtrarum:quia eius,
qui in te eſt, miſereberis pupilli. * Sanabo con- 5
tritiones eorum, diligam eos ſpontaneè : quia C
auerſus eſt furor meus ab eis. * Ego quaſi ros, Iſ- 6
rael germinabit ſicut lilium, & erumpet radix
eius vt Libani. * Ibunt rami eius, & erit quaſi 7
oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. * Con- 8
uertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico,
& germinabunt quaſi vinea : memoriale eius
ſicut vinum Libani. * Ephraim quid mihi vltrà 9
idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt D
abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus
eſt. * Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligẽs, & 10
ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambu-
labũt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PEREAT SAMARIA, ſeu peribit, deſolabitur. ET FOETÆ EIVS. Hebr. *pragnantes eius* diſcindentur. 1

TOLLITE VOBISCVM VERBA. i. preces Deo offerte. Quæ ſunt illæ preces? OMNEM AVFER INIQVITATEM. i. remitte, ignoſce. ACCIPE BONVM. ſ. cor erga nos. REDDEMVS VITVLOS LABIORVM. i. ſacrificia, quæ labijs promiſimus. Hebr. *reddemus vitulos labia noſtra*. i. pro vitulis, preces, laudes, confeſſionem. 3

ASVR NON SALVABIT NOS. Neque in aliena ope, vt hactenus fidemus; neque in viribus & equis noſtris, neque in idolis. QVIA EIVS, QVI IN TE EST. Hebr. *quia per te miſericordia erit pupillo*. q. d. in te ſolùm confidam, qui ſoles miſereri ope alia deſtitutis. PVPILLI. i. populi miſereberis. 4

SANABO CONTRITIONES EORVM. Dei reſponſio. Hebr. *auerſionem, rebellionem eorum*. Quomodo ſanabo? ignoſcens, aut conuertens. DILIGAM EOS SPONTANEE. Vltrò, nullis ipſorum meritis prouocatus. Aut, diligam ex animo, amore ſincero. Sept. *manifeſte*. 5

ISRAEL GERMINABIT, ſeu *florebit* SICVT LILIVM. Omnia illi proſperè cedent. ERVMPET RADIX EIVS. Hebr. *proijciet* (mittet) *radices ſuas diſatabit*. VT LIBANI, vt arbores Libani montis denſæ & opacæ, ob radices. 6

IBVNT RAMI EIVS. i. dilatabuntur. GLORIA EIVS. i. decor, pulchritudo. ODOR EIVS VT LIBANI, vbi ſunt multæ arbores odoratæ. Chald. *vt odor incenſi*. Ita per *Libanum, thus* intellexit. Sed לְבָנוֹן *Lebanon*, vt hic eſt, *montem*, לְבוֹנָה *Lebonah, thus* ſignificat, ſic ab albedine & candore dictum. 7

CONVERTENTVR SEDENTES IN VMBRA EIVS? Aut ſic, *reuertentur ſedentes*, pro, & ſedebunt in vmbra eius. Perſtat in arboris metaphora, cui eum populum ſimilé fecit. Verùm hæc felicitas ad Chriſti tempus referatur; ſic Chald. *habitabunt in vmbra Chriſti ſui*. VIVENT TRITICO. Hebr. *viuificabunt* (ſe) *tritico*. Erit frumenti copia. GERMINABVNT, ſeu *florebunt* quaſi vinea. MEMORIALE EIVS. id eſt, odor, SICVT VINVM LIBANI. quod generoſum erat & odoratum. Et per odorem, bona opera intelligit. Aut memoria eius populi & mentio gratiſſima erit, vt vinum. 8

9 EPHRAIM. Supple, dignum eſt, vt dicat, aut dic. QVID MIHI VLTRA IDOLA. nolo ea. EGO EXAVDIAM. Verba ſunt Dei. Exaudiam eius populi preces. DIRIGAM EVM EGO. Hebr. *reſpiciam eam*. i. fauebo, dirigam, qui priùs abſcondi faciem meam ab eis. VT ABIETEM VIRENTEM. i. faciam, vt ſit inſtar eius arboris, quæ arborum altiſſima eſt: Plin. lib. 16. c. 39. Hebr. *ego* (ero illis) *vt abies viridis*, vt ſ. in mea vmbra quieſcant. Et quoniam abies fructum non fert, aut vilem, addit: EX ME FRVCTVS INVENTVS EST. i. me largiente fructum percipies.

10 RECTÆ VIÆ DOMINI. i. leges, præcepta, opera. Pulchrum epiphonema, quo Prophetiam claudit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PEREAT. i. digna eſt interitu. Chald. *peccati rea eſt*. LXX. *peribit*, ſeu *deſtruetur*. AMARITVDINEM. i. indignationem. PEREANT. LXX *cadent*. ELIDANTVR. Imperat. pro Futuris. FOETÆ. i. grauidæ. Chald. *prægnantes*. LXX. *in vtero habentes*.

2 IN INIQVITATE. i. ob iniquitatem.

3 VERBA. ſ. confeſſionis peccatorum, & laudis Dei. Chald. *verba confeſſionis*. BONVM. ſ. animum noſtrum, vel q. d. redde nos bonos, & recipe tibi deditos. VITVLOS. i. hoſtias ſeu ſacrificia. LABIORVM. ſ. laudes tuas (*ſacrificium laudis honorificabit me*) & orationes. LXX. *fructum labiorum noſtrorum*, quod Paulus citat Hebr. 13.

4 ASSVR, &c. q. d. nec confidemus poſthac Aſſyriorum opi, nec Ægyptiorum equis. vide Iſa. 31. IN TE. i. tuus, vel tuæ curæ creditus. PVPILLI. i. populi, qui eſt velut pupillus.

5 SANABO. ſ. quando conuertentur per Chriſtum. CONTRITIONES. i. vulnera. ſ. peccatorum. SPONTANEE. i. vltrò, ſeu ex mera liberalitate, ſine illorum meritis. LXX. *manifeſte*.

6 ROS. ſ. fecundans terram. VT LIBANI. q. d. ſtabiliter.

7 IBVNT. i. creſcent. RAMI. ſ. filij, vel virtutes, aut opera. QVASI OLIVA. i. ſpectabilis, fecunda, & grata. GLORIA. i. ſplendor opum, ſeu gratiarum. ODOR. i. fama. LIBANI. id eſt thuris, vel montis. erat enim odoriferus.

8 SEDENTES. pro, ſedebuntque. i. quieſcent. VMBRA. i. protectione. EIVS. Chald. *Chriſti ſui*. TRITICO. i. Euchariſtia, quæ ſub ſpecie triticei panis. QVASI VINEA. ſ. latiſſimè. MEMORIALE. i. memoria. EIVS. ſ. populi, vel Dei. LIBANI. i. templi. ſ. in templo offerri ſolitum. q. d. optimum. ſ. ſuaue & lætificans. vel montis Libani quod optimum erat.

9 EPHRAIM ſ. conuerſus dicet, vel ô Ephraim. VIRENTEM. ſ. abies ſemper viret. Chald. *pulchram*. EX ME. i. me largiente. FRVCTVS. Chald. *remiſſio*. INVENTVS EST. Chald. *inuenietur*.

10 ISTA. ſ. ſupradicta, præſertim de Chriſti myſteriis. INTELLIGENS, &c. repetitio. RECTÆ. ſ. ducentes rectà ad felicitatem. VIÆ. i. præcepta. CORRVENT IN EIS. Chald. *tradentur gehennæ, quod non ambulauerint per illas*.

PROPHETIA IOEL.

CAPVT PRIMVM.

Ioel parabola propoſita de eruca, locuſta, bruchο & rubigine, quattuor plagas contra Iudam vaticinando, hortatur omnes & potiſſimum ſacerdotes ad planctum, ieiunium & orationem, plangens & ipſe vaſtitatem terræ ſuæ.

VERBVM Domini, quod fa- 1
ctum eſt ad Ioël filium Pha- A
tuel. * Audite hoc ſenes, & 2
auribus percipite omnes ha-
bitatores terræ: ſi factum eſt
iſtud in diebus veſtris, aut in
diebus patrum veſtrorum?
* Super hoc filus veſtris narrate, & filij veſtri fi- 3
liis ſuis, & filij eorum generationi alteræ. * Reſi- 4
duum erucæ comedit locuſta, & reſiduum lo-
cuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi
comedit rubigo. * Expergiſcimini ebrij, & flete, 5
& vlulate omnes, qui bibitis vinũ in dulcedine:
quoniam perijt ab ore veſtro. * Gens enim aſcen- 6
dit ſuper terram meam, fortis & innumerabilis: B
dentes eius vt dentes leonis: & molares eius vt
catuli leonis. * Poſuit vineam meam in deſer- 7
tum, & ficum meam decorticauit: nudans ſpo-
liauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius.
* Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum 8
pubertatis ſuæ. * Perijt ſacrificium & libatio de 9
domo Domini: luxerunt ſacerdotes miniſtri
Domini. * Depopulata eſt regio, luxit humus: 10
quoniam deuaſtatum eſt triticum, confuſum
eſt vinum, elanguit oleum. * Confuſi ſunt agri- 11
colæ, vlulauerunt vinitores ſuper frumento & C
hordeo, quia perijt meſſis agri. * Vinea confuſa 12
eſt, & ficus elanguit: malogranatum, & palma,
& malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia
confuſum eſt gaudium à filius hominum. * Ac- 13
cingite vos, & plangite ſacerdotes, vlulate mini-
ſtri altaris: ingredimini, cubate in ſacco mini-
ſtri Dei mei: quoniam interijt de domo Dei
(* Infr. 2. d. 15) veſtri ſacrificium & libatio. * * Sanctificate ieiu- 14
nium, vocate cœtum, congregate ſenes, om-
nes habitatores terræ in domum Dei veſtri: & D
clamate ad Dominum: * A a a, diei. quia propè 15
eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à potente ve-
niet. * Numquid non coram oculis veſtris ali- 16
menta perierunt de domo Dei noſtri, lætitia &
exultatio? * Computruerunt iumenta in ſterco- 17
re ſuo, demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apo-
thecæ: quoniam confuſum eſt triticum. * Quid 18
ingemuit animal, mugierunt greges armenti?
Quia non eſt paſcua eis: ſed & greges pecorum
diſperierunt. * Ad te Domine clamabo: quia 19
ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuc-
cendit omnia ligna regionis. * Sed & beſtiæ 20
agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad
te: quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, &
ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IOEL fuit de tribu Ruben, natus in agro Bethoron, vbi mortuus eſt, & ſepultus: Epiphanius de Vitis Prophetarum, Dorotheus in Synopſi, Iſidorus de Ortu & obitu Patrum, cap. 42. Hieronymus putat eius vaticinium contra tribum Iuda dirigi; negant alij, & in decem tribus inuehi aiunt. Neutrum ſatis conſtat. De tempore Hieronymus in Prologo Oſeæ æqualem facit, Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ Regibus Iuda, & Ieroboam filio Ioas Rege Iſrael, prophetaſſe.

1 VERBVM DOMINI. Chald. *verbum prophetiæ.*

2 AVDITE HOC SENES, qui propter ætatem plura vidiſtis, plurium recordamini. HABITATORES TERRÆ. ſ. huius. ſ. Terræ ſanctæ. SI FACTVM EST ISTVD. id eſt, quale iſtud. Ex rei, quam vult narrare, magnitudine, captat attentionem.

3 SVPER HOC. i hanc cladem narrate filijs, quia inſignis, memoriâ digna.

4 RESIDVVM ERVCÆ. Tribus verſibus præceſſit prooemium, hoc quarto incipit narratio, qua aut famis grauiſſimæ malum continetur, aut nomine famis quattuor expeditiones ſiue Aſſyriorum, ſiue Chaldæorum, quibus decem tribus, aut tribus Iuda, oppreſſæ ſunt. Ego credam vtrumque, & famem & bellum, hoc vaticinio contineri. BRVCHVS, *Pulgon* noſtris. RVBIGO. Sic Sept. & Chald. *Annublo* noſtris. Aut fortaſſis חָסִיל *haſil* vermis eſt, qui *volucx* Latinè, Hiſpanicè *revolton* eſt, vitibus maximè infeſtus.

5 BIBITIS VINVM IN DVLCEDINE. Sept. *in ebrietate.* Hebr. *propter vinum nouum*, quoniam ſ. ſublatum eſt, non erit quod bibatis, qui ebrietati dediti eo vos ingurgitare ſoletis. Expergiſcimini.

6 GENS ENIM ASCENDIT. Sic *locuſtas* vocat, ob multitudinem. ſic Prou. 30. verſ. 25. *formica, populus infirmus.* DENTES EIVS VT DENTES LEONIS. Sic ſunt locuſtæ, dentes acutiſſimos habent. Sed locuſtæ ſub deſcriptione, Aſſyrij ſeu Chaldæi poſſunt intelligi. Hebr. *dentes eius dentes leonis.* i. *vt dentes leonis*, vt noſter dixit. ET MOLARES EIVS VT CATVLI LEONIS. Hebr. *& molares eius leonis ei.* ſ. genti ſunt.

7 POSVIT VINEAM MEAM IN DESERTVM. Hebr. *in vaſtationem.* id eſt, vaſtauit, ea nempe gens. NVDANS SPOLIAVIT EAM, vineam, aut ficum. Hebr. *nudando nudauit eam.* ſ. folijs. ET PROIECIT. ſ. ſpolia, aut corticem in terram abiecit. ALBI FACTI SVNT RAMI EIVS. ſ. detracto cortice.

8 PLANGE, ſeu *vlula*, vt ſolet virgo ſeu puella lugubri veſte indui, cùm amiſit virum, cui iunior nupſit in tenera ætate. Plange, ô gens Iudaica. Luctus cauſæ ſequuntur.

9 PERIIT SACRIFICIVM, ſeu *munus*, quod ex ſimila fiebat. ET LIBATIO ex vino. Corruptis ſegetibus & vineis, non erit vnde oblationes fiant. LVXERVNT. pro, lugent, aut lugebunt ſacerdotes, ſublatis oblationibus, vnde viuunt.

10 DEPOPVLATA EST REGIO, ſeu *vaſtatus eſt ager.* LVXIT HVMVS. Terra ridere videtur, cùm veſtitur floribus & viriditate; lugere, cùm ijs caret. CONFVSVM EST VINVM. i. erubuit ob paucitatem. Alij vertunt, *aruit vinum.* Sic Chald. & Sept. vox הוֹבִישׁ poteſt à בּוּשׁ *bus* deduci, quod ſignificat *erubuit*, & à יָבֵשׁ *ibas*, quod *areſcere* ſignificat. ELANGVIT OLEVM. Hebr. *infirmatum.*

Sept. *imminutum eſt oleum.* Languere oliuæ videntur,
cùm fructum non ferunt.

Confvsi svnt agricolæ, erubuerunt, quia labo- 11
ri & ſpei fructus non reſpondit. Aut in imperatiuo,
erubeſcite agricolæ, vlulate vinitores.

Vinea confvsa est, erubuit, quòd ſ. botros non 12
haberet; aut *aruit.* Vox Hebr. vtroque modo verti po-
teſt, vti v. 10. eſt dictum. Ficvs elangvit. ſeu *infir-
mata eſt*, ægrotauit. Qvia confvsvm est gav-
divm. Sic Sept. homines in anguſtia gaudere erubeſcũt.
Alij vertunt, *aruit gaudium*, quia verbum הוֹבִישׁ *hobis*
pro radice anceps eſt. *Quia*, pro *profectò*, vt Chald. ver-
tit. Alioqui cauſali non eſt opus.

Accingite vos. ſ. ſacco. Cvbate in sacco. 13
Hebr. *pernoctate in ſacco.* Interiit de domo
Dei, &c. Hebr. *prohibitum eſt de domo Dei veſtri munus
& libatio.* ſ. ob fructuum penuriam.

Sanctificate. pro, indicite ieiunium. Sacerdotes 14
alloquitur. Vocate coetvm. hoc eſt, populum con-
uocate, ſenes, & ciues alios in domum Dei, quò plu-
rium clamor latiùs audiatur. Ex hoc loco videtur colli-
gi, Ioël ad tribum Iuda loqui, vbi erat templum.

A a a. Hebr. אֲהָהּ *ahah*, vna dictio eſt, & dolentis in- 15
teriectio. Aaa, diei. i. ô diem infauſtum. Qvia pro-
pe est dies Domini. i. inſignis. Et qvasi vasti-
tas a potente, non *ab omnipotente*, vt alij vertunt,
quia non loquitur de Deo, ſed de viro potenti, cuius
vaſtationi nemo reſiſtat.

Coram ocvlis vestris. Sic Sept. Hebr. *coram* 16
oculis noſtris. Alimenta periervnt. Annona, eſca
exciſa eſt. De domo Dei nostri. Hoc iunge cum
eo quod ſequitur, *lætitia & exultatio* ſ. perijt de domo
Dei, feſti dies, ſacrificia. ſic Hebr. hæc verba diſtin-
guuntur accentibus, qui inſtar punctorum ſunt.

Compvtrvervnt ivmenta. ſ. paleæ nõ erant, vbi 17
cubarent. Hebr. *computruerunt grana ſeminis ſub glebis
ſuis.* i. non ſolùm locuſtæ & bruchus nocent, ſed ipſa
ſemina computreſcunt, ex ijs culmus & ſpica non ex-
ſtat. Demolita svnt horrea. Hebr. *deſolati ſunt
theſauri.* ſed *theſauri* pro *horreis* benè ſumuntur. Qvo-
niam confvsvm est triticvm. Erubuit ſ. præ pau-
citate, aut aruit; quia idem verbum anceps eſt, de quo
diximus. Sanè horrea & apothecæ diruuntur neglecta,
cùm fructus non ſuppetunt qui condantur.

Qvid ingemvit animal. Hebr. *iumentum*, pro, 18
iumenta. Mvgiervnt greges armenti? Hebr.
fleuerunt greges boum. id eſt, boum armenta. Sept.
fleuerunt armenta boum. Alij, *confuſi ſunt greges boum.*
.i. perplexi, macie impediti. Qvia non est pascva
eis. Reſponſio ad interrogationem. Greges peco-
rvm dispeṙiervnt, aut *pecudum*, vt oues & capræ;
neutris ſuppetit pabulum.

Ignis comedit speciosa deserti. Hebr. *paſcua* 19
deſerti. Deſertum, ager vbi greges paſcuntur, vocatur;
ignis, æſtus nimius. Et flamma svccendit. Æſtus
etiam vocatur *flamma.* Aut per *ignem* & *flammam* intel
lige locuſtas, & alia animalcula, quæ adurunt agros.
Ligna regionis, aut *agri*, ſuccendit ignis.

Bestiæ agri, feræ. Qvasi area sitiens im- 20
brem. Hoc neque Hebr. eſt, neque in Sept. Svspexe-
rvnt, ſeu *clamauerant* ad te. Exiccati svnt fon-
tes, ſeu *riui* aquarum. Omnia æſtus conſumpſit, pa-
ſcua etiam, quæ rurſus Hieronymus vocat *ſpecioſa de-
ſerti.* נָוֶה *neueh* ſiue נָאָה *neah*, א pro ו, ſignificat *habita-
culum, caulam paſtorum, paſcua gregum* Hieronymus
vocem נְאוֹת *neoth* deduxit ab אָוָה *auah, deſiderare.* Sed
in Comment. נְאוֹת *neoth*, pro *paſcuis* poni ait, & id ſi-
gnificare, & *loca virentia.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IOEL fuit tempore Oſeæ. De duabus tribu-
bus prophetat, nam Oſeas de omnibus.

Svper. i. de. 3

Ervcæ. Vermis eſt herbas rodens, & 4
frutices. Brvchvs. Species eſt locuſtæ, alatus ver-
mis, folia arborum rodens. Rvbigo. vitium frugum
& plantarum ex corrupto aëre, vulgò *nebula.* Per hæc
verò intelligitur Iudææ per Chaldæos vaſtatio, vt ſta-
tim explicatur. quater verò vaſtata, vt in libris Reg. ſcri
bitur. ſ. tempore Ioakim, Ioachin, Sedeciæ, & tandem
per Nabuzardan.

5 Ebrii. ſ. voluptatibus. Bibitis. i. ſoletis bibere.
In dvlcedine. i. dulce. ſ. dulces voluptates improbis.
Lxx. *ad ebrietatem.* Periit. pro, peribit citò. i. auſe-
retur vobis. Lxx. *ablatum eſt.*

6 Gens, &c. loquitur de exercitu ſub metaphora locu-
ſtarum, quæ ſolent vaſtare omnia quacumque eunt; &
de populo, ſub vitis & arborum nominibus.

7 Proiecit. ſ. in terram frondes, ſeu corticem. Albi.
ſ. ſublato cortice.

8 Virgo. i. adoleſcentula. Pvbertatis svæ. i. quem
pubes accepit. Chald *adoleſcentia.* Lxx. *virgineum.* i. qui
virginem duxit.

9 Periit. Præt. pro futuris. ſic etiam inf. Chald. *ceſſa-
uit.* Lxx. *ablatum eſt.* Libatio. Adhibebatur hæc ſa-
crificiis. vide Num. 28.

10 Lvxit. Chald. *deſolata eſt.* Lxx. *lugeat.* Confv
svm. ſ. quòd modicum eſſet, & expectationi non re-
ſponderet. Chald. *aruerunt vites.* Elangvit. i. defe-
cit. Lxx. *imminutum eſt.*

11 Confvsi. i. pudore ſuffuſi. Vlvlavervnt. ſ. præ
dolore.

12 Confvsa est. Chald. & Lxx. *aruit.* Elangvit.
Chald *decidere.* Lxx. *imminuta ſunt.* Confvsvm.
Chald. *deſiit.*

13 Accingite. ſ. ſaccis. Interiit. Lxx *defecit.*

14 Sanctificate. i. indicite, vel ſanctè obſeruate.
Chald. *decernite.* Coetvm. ſ. ad orationem. Ter-
ræ. ſ. veſtræ.

15 Aaa. Hebr. *Ahah.* i. heu. Lxx. *hei mihi, hei mihi, hei
mihi.* Diei. q. d. væ diei. Chald. *pro, ter diem.* Dies.
.i. tempus punitionis. Potente. ſ. Deo. Chald. *omni-
potente.*

16 Vestris. Sic Lxx. at Hebr & Chald. *noſtris.* Ali-
menta. ſ. ſacerdotum. q. d. ſacrificia. Perierunt.
pro, peribunt. ſ. deficient.

17 Compvtrvervnt. pro, morientur. ſ. præ inedia
Stercore. i. ſtabulis. Confvsvm est. Chald. *defe-
cit* Lxx. *areſactum eſt.*

19 Ignis. ſ. Chaldæorum vaſtatio, vel etiam incen-
dium. Speciosa ſ. paſcua. Chald. *habitacula.* ſic &
inf. Deserti. i. terræ quæ ſic deſerta effecta eſt.

20 Qvasi area sitiens imbrem. ſ. areola. vbi aliquid
eſt ſeminatum. id tamen non eſt Hebr. Chald. aut in
Lxx. Exsiccati. ſ. per hoſtes obturantes, aut inter-
rumpentes riuos.

CAPVT II.

*Propheta Iudæis crudelitatem hoſtium ſuorum denun-
tiat, & quam terribilis erit ipſis dies illa; quapropter
ad pœnitentiam eos hortatur: & conuerſis magnam pol-
licetur Dominum proſperitatem, ſeque daturum ſpiri-
tum ſuum ſuper omnem carnem, & magna prodigia an-
te diem Domini magnum & terribilem; eritque ſaluus
omnis qui inuocauerit nomen Domini.*

1 CAnite tuba in Sion, vlulate in monte ſan-
A ℞cto meo, conturbentur omnes habitatores
terræ: Quia venit dies Domini, quia prope eſt
2 * dies tenebrarum & caliginis, dies nubis &
turbinis: quaſi manè expanſum ſuper montes
populus multus & fortis: ſimilis ei non fuit à
principio, & poſt eum non erit vſque in annos
3 generationis & generationis. * Ante faciem eius
ignis vorans, & poſt eum exurens flamma: quaſi
hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum
ſolitudo deſerti, neque eſt qui effugiat eum.
4 * Quaſi aſpectus equorum, aſpectus eorum: &
5 quaſi equites ſic current. * Sicut ſonitus qua-

drigarum ſuper capita montium exilient, ſicut B
ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulam,velut
populus fortis præparatus ad prælium.* A facie 5
eius cruciabuntur populi : omnes vultus redi-
gentur in ollam.* Sicut fortes current : quaſi 7
viri bellatores aſcendent murum: viri in vijs ſuis
gradientur ,& non declinabunt à ſemitis ſuis.
* Vnuſquiſque fratrem ſuum non coarctabit, 8
ſinguli in calle ſuo ambulabunt:ſed & per fene-
ſtras cadent , & non demolientur. * Vrbem in- 9
gredientur , in muro current : domos conſcen-
dent, per feneſtras intrabunt quaſi fur. * A facie 10
eius contremuit terra,moti ſunt cæli: ᵑ ſol & lu-
na obtenebrati ſunt,& ſtellæ retraxerunt ſplen-
dorem ſuum. * Et Dominus dedit vocem ſuam 11
ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis C
caſtra eius, quia fortia & facientia verbum eius:
ᵑ magnus enim dies Domini,& terribilis valde:
& quis ſuſtinebit eum? * Nunc ergo dicit Do- 12
minus: Conuertimini ad me in toto corde ve-
ſtro, in ieiunio , & in fletu , & in planctu. * Et 13
ſcindite corda veſtra , & non veſtimenta veſtra,
& conuertimini ad Dominum Deum veſtrum:
ᵑ quia benignus & miſericors eſt , patiens &
multæ miſericordiæ , & præſtabilis ſuper mali-
tia. * Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat , & 14
relinquat poſt ſe benedictionem , ſacrificium
& libamen Domino Deo veſtro? * Canite tuba 15
in Sion,ᵑ ſanctificate ieiunium, vocate cœtum,
* congregate populum , ſanctificate eccleſiam, 16
coadunate ſenes , congregate paruulos , & ſu- D
gentes vbera : egrediatur ſponſus de cubili ſuo,
& ſponſa de thalamo ſuo. * Inter veſtibulum & 17
altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini,&
dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne
des hereditatem tuam in opprobrium , vt do-
minentur eis nationes. quare dicunt in populis:
Vbi eſt Deus eorum? * Zelatus eſt Dominus 18
terram ſuam , & pepercit populo ſuo: * Et re- 19
ſpondit Dominus,& dixit populo ſuo:Ecce ego
mittam vobis frumentum,& vinum ,& oleum, E
& replebimini eis:& non dabo vos vltrà oppro-
brium in Gentibus. * Et eum , qui ab Aquilone 20
eſt, procul faciam à vobis : & expellam eum in
terram inuiam & deſertam : faciem eius contra
mare Orientale , & extremum eius ad mare
nouiſſimum: & aſcendet fœtor eius : & aſcen-
det putredo eius,quia ſuperbè egit. * Noli time- 21
re terra , exulta & lætare: quoniam magnifica-
uit Dominus vt faceret. * Nolite timere anima- 22
lia regionis : quia germinauerunt ſpecioſa de-
ſerti, quia lignum attulit fructum ſuum, ficus &
vinea dederunt virtutem ſuam.* Et filij Sion ex- 23
ultate,& lætamini in Domino Deo veſtro: quia
dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere fa-
ciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinum,
ſicut in principio.* Et implebuntur areæ fru- 24
mento,& redundabunt torcularia vino & oleo.
* Et reddam vobis annos , quos comedit locu- 25
ſta,bruchus,& rubigo, & eruca : fortitudo mea F
magna,quam miſi in vos. * Et comedetis veſcē- 26
tes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen Do-
mini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum:&
non confundetur populus meus in ſempiter-
num.* Et ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum: 27
& ego Dominus Deus veſter, & non eſt am-

ᵑ Infr. 3. c. 15. Iſa. 13. b. 10. Ezech. 32. b. 7. Marc. 13. c. 24. Luc. 21. c. 25. ᵑ Ier. 30. b. 7. Amos 5. c. 18. Soph. 1. d. 15. ᵑ Pſal. 85. a. 5. Ion. 3. c. 9. & 4. a. 2. ᵑ Sup. 1. c. 14.

plius : & non confundetur populus meus in
28 æternum.* Et erit poſt hæc :ᵑ Effundam ſpiri-
tum meum ſuper omnem carnem: & prophe-
tabunt filij veſtri,& filię veſtrę:ſenes veſtri ſom-
nia ſomniabunt , & iuuenes veſtri viſiones vi-
29 debunt. * Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in
G diebus illis effundam ſpiritum meum.* Et dabo
30 prodigia in cælo , & in terra , ſanguinem , &
31 ignem, & vaporem fumi.* ᵑ Sol conuertetur in
tenebras , & luna in ſanguinem : antequam ve-
32 niat dies Domini magnus,& horribilis.* Et erit:
ᵑ omnis qui inuocauerit nomen Domini , ſal-
uus erit:quia in monte Sion,& in Ieruſalem erit
ſaluatio , ſicut dixit Dominus , & in reſiduis,
quos Dominus vocauerit.

ᵑ Iſai. 44. a. 3. Act. 2. c. 17. ᵑ Sup. 2. b. 10. Matt. 24. c. 29. Luc. 21. c. 25. ᵑ Rom. 10. c. 13.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CANITE TVBA ; ſeu *clangite tuba.* VLVLATE, clangite IN MONTE SANCTO MEO. ſcilicet in templo. Conuocate populum , & inuitate ad pœnitentiam , *quia dies Domini* , ſiue à Domino, *venit* ; inſtat iam.

2 DIES TENEBRARVM,triſtis, ſine vllo lætitiæ lumine. ET TVRBINIS. Hebr. *obſcuritatis.* Sept. *nebulæ.* QVASI MANE. Vt auroræ lux momento diffunditur ſuper montes, ſic populus multus & fortis expandetur breui ſuper hanc regionem. i. locuſtæ,aut Chaldæi. SIMILIS EI NON FVIT A PRINCIPIO. Hebr. *à ſæculo.* i. ab orbe condito,nec poſtea in perpetuum erit

3 IGNIS VORANS. Hebr. *ignis vorabit ante eum , & poſt ſequetur flamma.* i. cuncta vaſtabuntur quaſi igne & flamma. QVASI HORTVS VOLVPTATIS. Hebr. *hortus Eden*,hoc eſt, paradiſus, qui erat in Eden. TERRA CORAM EO. Hebr. *ante faciem eius.* i. antequam veniret locuſta,aut hoſtis. ET POST EVM SOLITVDO DESERTI. Hebr. *deſertum ſolitudinis terra poſt eam procellam.* NEQVE EST QVI EFFVGIAT EVM , non eſt euadendi locus,omnes ex æquo opprimet ea clades.

4 QVASI ASPECTVS EQVORVM. Si de hoſtibus intelligimus , erunt feroces aſpectu, vt equi ; & vt equites velociter current. Aut deſcribit locuſtæ figuram equo & homini armato ſimilis.

5 QVADRIGARVM. Vox Hebr. *marchaboth* ſignificat *currus quatuor equorum.* Sic etiam *quadriga* Latinis. Strepitus earum maior quàm aliorum curruum , locuſtæ magnum ſtrepitum edunt. VELVT POPVLVS FORTIS. i. velut acies militum , cùm irruere in hoſtes vult, clamorem edit.

6 A FACIE EIVS CRVCIABVNTVR , dolebunt populi. OMNES VVLTVS REDIGENTVR IN OLLAM. i. in ſimilitudinem ollæ , quæ nigra eſt. Sept. *ſicut adustio ollæ.* Hebr. *congregabunt nigredinem.* ſ. præ metu color vultus atro mutabitur.

7 SICVT FORTES CVRRENT. ſeu hoſtes , ſeu locuſtæ. Per *fortes* , milites intelligit. ASCENDENT MVRVM. nulla munitio obſtabit, omnia penetrabunt. VIRI IN VIIS SVIS,&c. Goth. *vir in vijs ſuis gradietur.* ſic Hebr. *vir in vijs ſuis ibunt.* i. *quiſque*, vt Chald. & Sept. *rectà ibunt , neque metu vllo deflectent a via.* ET NON DECLINABVNT. Hebr. *non morabuntur* , celeriter ruent.

8 VNVSQVISQVE FRATREM SVVM NON COARCTABIT, ſeu *opprimet*,non ſe mutuò impedient , laxis ordinibus procedent. PER FENESTRAS CADENT. i. intrabunt. ſic Hieronymus. Hebr. *ſuper gladium cadent* , irruent in gladios , in confertos hoſtes penetrabunt. ET NON DEMOLIENTVR. Paſſiuè. i. non opprimentur. Sept. *non conſumantur.* Alij, *non vulnerabuntur.* Hebr. *non erunt auari.* id eſt, non placabuntur pecunia. Hoc ſequitur Chald.

10 CONTREMVIT TERRA , MOTI SVNT CÆLI. Hyperbole. SOL ET LVNA OBTENEBRATI SVNT. Hebr. *nigri facti ſunt.* Sed perinde eſt. STELLÆ RETRAXERVNT,

RVNT, aut *collegerunt*, aut *reſtrinxerunt* SPLENDOREM
SVVM, non lucentes præ mœrore.

ET DOMINVS DEDIT VOCEM SVAM. Inſtar ducis 11
ad milites ſub conflictum concionem habuit. CA-
STRA EIVS. id eſt, exercitus. ET FACIENTIA VERBVM
EIVS, dicto obedientes milites erunt.

ET SCINDITE CORDA VESTRA, cor doleat, veſtibus 13
parcite. ET PRÆSTABILIS SVPER MALITIA. i. beni-
gnus eſt Deus, ne malum inferat, quod volebat. Hebr.
& pœnitet ſuper malo. i. qui facilè decretum retractat
puniendi. Humano more loquitur.

QVIS SCIT SI CONVERTATVR, ET IGNOSCAT? for- 14
taſſe mutabit ſententiam. Hebr. *quis ſcit ſi conuertatur,*
ac pœniteat. i. ignoſcat. Aut ſic, *quis ſciens* (viam pœni-
tentiæ) *conuertatur* (à malis operibus) *& pœniteat?* Vt
ſit de homine ſermo, non de Deo. ſic Hebræus. Sed
prior expoſitio eſt facilior. ET RELINQVAT POST SE
BENEDICTIONEM, ſ. Deus. Quid eſt *poſt ſe*? i. tandem.
Aut *poſt illum*, vt eſt Hebr. i. poſt illum exercitum ho-
ſtium, aut locuſtarum, faciet vt terra fructum ferat, vn-
de oblationes & libamina offerantur. Id eſt *benedictio*.

CANITE TVBA, clangite tuba. SANCTIFICATE IE- 15
IVNIVM, decernite, indicite. VOCATE COETVM. i. fe-
ſtum diem agite, quo ciues congregantur.

CONGREGATE POPVLVM; SANCTIFICATE ECCLE- 16
SIAM. Repetitio eſt. *Sanctificate*, pro, indicite, *eccleſiam*
id eſt, feſtum diem, vt populus in templum conueniat.
CONGREGATE PARVVLOS, vt ſuis clamoribus Deum
flectant. EGREDIATVR SPONSVS DE CVBILI SVO,
aut potiùs *de conclaui*. Hebr. Tali tempore ab honeſtis
etiam voluptatibus abſtinendum.

INTER VESTIBVLVM, porticus ante tẽplum ſeu ſan- 17
ctuarium. ET ALTARE ſacrificiorum, vt populus vo-
ces audiat. PLORABVNT, pro, plorent ſacerdotes.
PARCE DOMINE, PARCE. *Parce* ſecundo loco non eſt
Hebr. neque in Sept. neque in Gotth. neque in Comm.
Hieron. VT DOMINENTVR, fame cogentur ad alias
nationes migrare, eis ſe ſubdere. Aut ſic: *Ne des heredi-*
tatem tuam in opprobrium, vt parabolizent in eis gentes.
.i. vertant eos in prouerbium. משל *maſal*, & *dominari*
ſignificat, & *parabolicè loqui*. QVARE DICVNT, aut
dicent: Vbi eſt Deus?

ZELATVS. *Zelus* eſt amor vehemens. Verba Prophe- 18
tæ, quibus ſolatur populum.

ET RESPONDIT clamoribus populi & ſacerdotum. 19
ET REPLEBIMINI EIS. Hebr. *ſaturabimini eo*, pro *eis*.
Gotth. *replebimini in eo*. ſ. frumento & vino.

ET EVM, QVI AB AQVILONE EST. Hebr. *& Aquilo-* 20
narem. ſ. Chaldæos, aut locuſtas ab Aquilone venien-
tes. Quos ab Aquilone venire ait, quia per *locuſtas*,
Chaldæos etiam intelligit, alioqui locuſtæ ab Auſtro
veniunt. ſic Hieronymus. FACIEM EIVS CONTRA
MARE ORIENTALE. i. lacum Geneſareth. ET EXTRE-
MVM EIVS AD MARE NOVISSIMVM. i. Occiduum,
Mediterraneum. q. d. locuſtas, ſeu hoſtes in deſerta ex-
pellam tanta multitudine, vt ex vna parte attingant
mare Geneſareth, ex altera Mediterraneum. Id intelli-
go per *faciem*, & *extremum*, ſeu *finem*; aut per *faciem*, Or-
tum; per *finem*, Occaſum intellige. ET ASCENDET
FOETOR EIVS, ſeu hoſtium occiſorum toto eo ſpatio, ſeu
locuſtarum. QVIA SVPERBE EGIT. Hebr. *magnifica-*
uit vt faceret. i. maximè nocuit is exercitus.

QVONIAM MAGNIFICAVIT DOMINVS VT FACE- 21
RET. Si locuſta, aut hoſtis magnificauit vt faceret. ſ. ma-
lè; Deus magnificauit vt faceret, benè ſ.

SPECIOSA DESERTI. Hebr. *paſcua deſerti*. de quo 22
cap. 1. v. 20. DEDERVNT VIRTVTEM SVAM. i. fru-
ctus ſuos ficus & vinea protulerunt. Virtus arboris in
fructibus cognoſcitur.

QVI DEDIT VOBIS DOCTOREM IVSTITIÆ. Chri- 23
ſtum, qui doceat vos iuſtitiam, & iuſtificet vos. Sept.
eſcas in iuſtitiam. i. quantũ ſatis eſt. Hebræi *pluuiam* ex-
plicãt, quia vox מורה *moreh* id ſtatim ſignificat. Chald.
tamen *doctorem* vertit. Sanè ea vox vtrumque ſignifi-
cat, *doctorem* & *pluuiam*. IMBREM MATVTINVM. i. *tem-*
poraneum, vt Hieronymus vertit: Oſee 6. verſ. 3. ET
SEROTINVM. Ille eſt. qui cadit menſe Octobri; hic, qui
menſe Martio. SICVT IN PRINCIPIO. i. vt olim. Hebr.
dedit in primo. ſ. menſe, ſine *ſicut*, ſed ſuppletur id ad-
uerbium ſimilitudinis, vt iungatur cum *ſerotino*, qui
primo menſe. i. *Niſan* cadit. Gotth. *ſerotinum in princi-*
pio. ſ. anni cadentem deſcendere faciet.

25 ET REDDAM VOBIS. i. reſtituam fructus. ſ. vberes,
pro annis quibus locuſta graſſata eſt. FORTITVDO, ſi-
ue exercitus, quem miſi contra vos, quæ conſumpſit,
ego reſtituam.

26 ET COMEDETIS VESCENTES, ET SATVRABIMINI.
Hebr. *& comedetis comedendo, & ſaturando*. i. comede-
tis vſque ad ſaturitatem. ET NON CONFVNDETVR
POPVLVS, non erubeſcet, non patietur ſimile oppro-
brium.

27 ET NON EST AMPLIVS. Sept. *& non eſt præter me*.
Gotth. *& non eſt alius*. ſ. Deus. Id ſcietis experimento.

28 ET ERIT POST HÆC. i. *in nouiſſimis diebus*, vt Petrus
citat hunc locum Actor. 2. v. 17. de Chriſti tempore, &
miſſione Spiritus ſancti. Effundam ſpiritum

29 SVPER SERVOS MEOS ET ANCILLAS. *Meos* non
eſt Hebr. neque in Sept. ne in Regijs quidem; ſecus in
Rom. & in Hieronymi Comm. In Actis, *ſuper ſeruos*
meos, & ancillas meas. Per *ſeruos* & *ancillas* intelligit, aut
infima conditione homines, aut è Gentibus conuerſos.

30 ET DABO PRODIGIA., in die iudicij: Matth. 14. v. 29.
VAPOREM FVMI. Sic Sept. Hebr. *columnas fumi*. i. fumi
copiam rectà in ſublime ſurgentis inſtar columnæ.

32 QVIA IN MONTE SION. i. in Eccleſia. ERIT SAL-
VATIO, ſeu *euaſio*. Qui eò ſe receperint, euadent ab ijs
malis. SICVT DIXIT DOMINVS. Vbi? i. ſicut eſt pol-
licitus in diuinis libris. ET IN RESIDVIS. Hebr. *& in*
ſuperſtitibus, ſeu *liberatis*, ſ. in ijs erit euaſio, quos voca-
bit Dominus ſua ope. Sed coniunctio *&*, vbi legitur, *&*
in reſiduis, ſi hoc modo locus explicatur, vt alijs locis
redundabit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TVBA. ſ. conuocando populum ad pœnitentiam.
SANCTO. ita dicitur ob templum in eo ſitum.
TERRÆ. ſ. huius. DOMINI. ſ. punituri. poteſt etiam ad
diem iudicij referri.

2 TENEBRARVM, &c. id eſt, calamitatis & mœſtitiæ; vt
contrà *lux* lætitiam & proſperitatem ſignificat. MA-
NE. i. lux ſolis, qui ſtatim, vt oritur, omnia luce occupat.
SIMILIS EI. ſ. tam noxius Iudææ. IN ANNOS, &c.
q. d. in multas ætates. poſteà certè plus nocuere Ro-
mani.

3 IGNIS. pro, velut ignis. CORAM EO. i. ante eius ad-
uentum. DESERTI. i. vaſta.

4 QVASI ASPECTVS, &c. q. d. ſimiles equis. de locuſtis
loquitur, ſed milites intelligit, totus enim ſermo me-
taphoricus.

6 OLLAM. i. ollæ colorem. ſ. nigredinem præ timore.
Chald. *nigri quaſi olla*.

7 FORTES. ſ. viri. VIRI IN VIIS. Hebr. *vir in viis*.
pro, quiſque in viis. quaſi dicat, more exercitus proce-
dent ordine.

8 FRATREM SVVM. i. alterum, ſeu ſocium. DEMO-
LIENTVR. i. lædentur. LXX. *conſumentur*. indicatur verò
per id quod ſolent locuſtæ, milites portis clauſis per fe-
neſtras irruituros.

10 TERRA. i. homines. vel hyperbole eſt ad exaggeran-
dam calamitatem, vel de iudicij die ſermo eſt. Poſſunt &
per *cælos* intelligi Principes & nobiles, &c. vel tantam
fore copiam locuſtarum, vt ſolem obſcurent in aëre
volantes. ſ. exercitum hoſtium immenſum.

11 DEDIT. LXX. *dabit*. VOCEM. ſ. ſignum ad bellum
more ducis. Fortè tonitruum intelligitur, tunc etiam
audiendum. Vide 1. Reg. 12. Pſal. 17. SVI. ſ. quo vte-
tur ad puniendum Iudæos. VERBVM. i. præceptum.

12 FLETV. ſ. fundendo lacrymas. PLANCTV. fit is etiam
corporis geſtu, aut voce mœrorem indicante.

13 SCINDITE CORDA. Chald. *auferte impietatem cordis*
veſtri.

veſtri. VESTIMENTA. ſolebant Iudæi hæc ſcindere in calamitate aut re indigna. BENIGNVS. i. facilè ignoſcens. PRÆSTABILIS SVPER MALITIA. Hebr. *pœnitens ſuper malo.* i. ſupplicio ſ. quod cogitauit inferre. Chald. *reuocans verbum ſuum ab inducendo malo.*

14 QVIS SCIT,&c. q. d. fortè Dominus non puniet vos. CONVERTATVR. ſ. ad miſericordiam, vel ad vos, à quibus eſt auerſus. vide Ion. 3. locum ſimilem. Not. verò dici per modum dubitantis; quia non ſemper Deus ſententiam mutat, etiam ſi quis pœniteat, ſed punit temporaliter. POST SE. Loquitur velut de homine, qui quę veniens attulit dona, diſcedens reliquit. BENEDICTIONEM. i. bona, ſeu abundantiam rerum. SACRIFICIVM,&c. i. locum ſacrificij, &c. vel vnde poſſit offerri, & libari.

15 CANITE,&c. vide ſup. SANCTIFICATE. ſ. operibus. Hieron. 2. contra Iouin.

16 SANCTIFICATE ECCLESIAM. i. præparate populum, ſeu inducite ad ſanctitatem. EGREDIATVR,&c. quaſi dicat, relinquant ſponſi delicias.

17 VESTIBVLVM. ſ. templi. ALTARE. ſ. holocauſti. PLORABVNT .... ET DICENT. pro, plorent, & dicant. QVARE DICVNT. pro, dicent. LXX. *ne dicant.* VBI EST,&c. q. d. ecce qualem Deum habent iſti, qui eos non poteſt defendere. atque id eſt opprobrium, de quo ſup. Vide Pſal. 78. & 113.

18 ZELATVS EST. pro, zelabitur. i. zelo & amore proſequetur. ſ. poſtquam punierit captiuitate. PEPERCIT. pro parcet.

19 RESPONDIT. ſ. per me. MITTAM. ſ. poſt captiuitatem, & ſpiritualia, quæ per hæc intelliguntur, tempore Chriſti. VLTRA. i. per longum tempus. Vide Iſaiæ 2. 3. Reg. 10. 4. Reg. 6. ſimilem locutionem. OPPROBRIVM. ſ. de quo ſup.

20 EVM. ſ. Aſſyrium, qui inuaſit Iudæam poſtquam redierat ex captiuitate, vt dicitur Iudith 5. PROCVL FACIAM. ſ. occiſo Holoferne. FACIEM EIVS, quaſi dicat, exercitum immenſum, qui videbitur pertingere à mari Galilææ vſque ad mare Occidẽtale, ſeu magnum. Hyperbole, vel faciam fugere in omnem partem diſperſum. vide Iudith 15. FOETOR. ſ. cadauerum. SVPERBE EGIT. Chald. *plurima fecit mala.*

21 MAGNIFICAVIT,&c. pro magnificabit facere. i. magnificè tecum aget. ſ. cumulans bonis.

22 ANIMALIA,&c. Alludit ad id, quod ſup. dixit de gemitu animalium pro paſcuis. GERMINAVERVNT,&c. præterita pro futuris. VIRTVTEM. Chald. *fructum.*

23 SION. i. Eccleſiæ Chriſti. DEDIT. pro, dabit. DOCTOREM. ſ. Chriſtum. vide Iſá. 30. MATVTINVM. i. tempeſtiuum. ſ. in autumno, tempore ſeminis. SEROTINVM. ſ. veris, quo fructus creſcunt. Intellige verò gratiam cæleſtem, & doctrinam. IN PRINCIPIO. i. olim. LXX. *antea.* ſ. cùm mihi ſeruirent patres veſtri ſancti.

25 REDDAM,&c q. d. præteritam inopiam compenſabo gratiarum vbertate. FORTITVDO MEA. Chald. *exercitus meus.* Alludit ad id quod dixit de locuſtis ſignificantibus exercitum Chaldæorum, per quem deinde ſignificatur exercitus ſpiritualium hoſtium.

26 IN SEMPITERNVM. ſ. quantum eſt ex parte gratiæ, quæ ſalit. i. ſalire facit in vitam æternam.

27 ISRAEL. i. populi Chriſtiani, qui Galat. 6 vocatur *Iſrael Dei.* AMPLIVS. LXX. *præter me.* ſ. Deus.

28 EFFVNDAM. ſ. largiter. vide Tit. 3. CARNEM. i. hominem. q. d. omne hominum genus. SOMNIA. ſ. per quæ Deus loquitur. VISIONES. Coniungendum etiam id cum *ſenibus*, vt & *ſomnia* cum *iuuenibus*, ὑπὸ τῷ κοινῷ, more Scripturæ.

29 SERVOS. ſ. reliquos etiam non Iudæos, de his enim ſuprà.

30 DABO. ſ. in ſecundo aduentu. SANGVINEM. ſ. prœliorum, de quibus Matth. 24. IGNEM. i. fulgura, & fulmina, vel ignem præceſſurum iudicium. de quo, *Ignis ante ipſum præcedet.*

31 SANGVINEM. i. colorem ſanguineum. ſ. deliquio. HORRIBILIS. LXX. *manifeſtus.* quo modo citatur Act. 2.

32 DOMINI. ſ. Chriſti, ſine cuius fide ſalus non conſtat. MONTE,&c. i. in Eccleſia. DIXIT. ſ. mihi, vel per Iſaiam, cap. 2. ET IN RESIDVIS,&c. Chald. *& liberabuntur illi quos Dominus deſtinat.*

CAPVT III.

Minatur Dominus afflictionem magnam Gentibus, quæ populum ſuum afflixerunt; ſeque omnes in valle Ioſaphat iudicaturum: fons de domo Domini egredietur, & Iudæa in æternum inhabitabitur, ſanguine ipſius emundato.

1 QVia ecce in diebus illis, & in tempore illo,
A cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ie-
2 ruſalem: * Congregabo omnes Gentes, & dedu-
cam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum
eis ibi ſuper populo meo, & hereditate mea Iſ-
raël, quos diſperſerunt in nationibus, & terram
3 meam diuiſerunt. * Et ſuper populum meum
miſerunt ſortem: & poſuerunt puerum in pro-
ſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt bi-
4 berent. * Verum quid mihi & vobis Tyrus &
Sidon, & omnis terminus Palæſthinorum?
numquid vltionem vos reddetis mihi? & ſi vl-
ciſcimini vos contra me, citò velociter reddam
5 viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. * Ar-
gentum enim meum & aurum tuliſtis: & deſi-
B derabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delu-
6 bra veſtra. * Et filios Iuda, & filios Ieruſalem
vendidiſtis filiis Græcorum; vt longè faceretis
7 eos de finibus ſuis. * Ecce ego ſuſcitabo eos de
loco, in quo vendidiſtis eos: & conuertam retri-
8 butionem veſtram in caput veſtrum. * Et ven-
dam filios veſtros, & filias veſtras in manibus fi-
liorum Iuda, & venumdabunt eos Sabæis genti
9 longinquæ, quia Dominus locutus eſt. * Clama-
te hoc in Gentibus, ſanctificate bellum, ſuſci-
tate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri
10 bellatores. * Concidite aratra veſtra in gladios,
C & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat:
11 Quia fortis ego ſum. * Erumpite, & venite om-
nes gentes de circuitu, & congregamini: ibi oc-
12 cumbere faciet Dominus robuſtos tuos. * Con-
ſurgant, & aſcendant Gentes in vallem Ioſa-
phat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes
13 in circuitu. * " Mittite falces, quoniam matura- " Apoc. 14.
uit meſſis: venite, & deſcendite, quia plenum eſt d. 15
torcular, exuberant torcularia: quia multiplica-
14 ta eſt malitia eorum. * Populi populi in valle
conciſionis: quia iuxtà eſt dies Domini in valle
15 conciſionis. * " Sol & luna obtenebrati ſunt, & " Sup. 2.
16 ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. * " Et Do- b. 10. & 3.
minus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vo- g. 31 " Iere. 25.
cem ſuam: & mouebuntur cæli, & terra: & Do- f. 30 Am. 1. a. 2
minus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſ-
17 raël. * Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter,
D habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Ie-
ruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam
18 ampliùs. * " Et erit in die illa: ſtillabunt montes " Amos 9.
dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes d. 13
riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domi-
ni egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum:
19 * Ægyptus in deſolationem erit, & Idumæa in
deſertum perditionis: pro eo quòd iniquè ege-
rint in filios Iuda, & effuderint ſanguinem in-
20 nocentem in terra ſua. * Et Iudæa in æternum
habitabitur, & Ieruſalem in generationem &

gene-

generationem. * Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaueram: & Dominus commorabitur in Sion. 21

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVIA ECCE IN DIEBVS ILLIS. Loquitur de extremo iudicio. CVM CONVERTERO. hoc eſt, electos meos liberauero ab oppreſſione iniquorum. CAPTIVITATEM, aut iam factam, aut quæ futura erat, niſi ego eam auertiſſem *Conuertero*, pro, auertero.

2 IN VALLEM IOSAPHAT. Vallis inter Ieruſalem & montem Oliueti, vnde Chriſtus aſcendit in cælum. Ibi congregabit & iudicabit Gentes, & in eum locum deſcendet. Act. 1. v. 11. *Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum*. Quod non ſolùm ad apparatum, ſed & ad locum referri poteſt. DISCEPTABO CVM EIS IBI SVPER POPVLO MEO. Iudicium erit de oppreſſione, qua electi vexati ſunt à reprobis. ET TERRAM MEAM DIVISERVNT inter ſe. Per *terram* bona iuſtorum intelligit, quæ iniqui rapuerunt.

3 MISERVNT SORTEM. Sorte captiuos inter ſe diuiſerunt. ET POSVERVNT PVERVM IN PROSTIBVLO. id eſt, proſtituerunt puerum vt ſcortum. Hebr. *dederunt puerum in meretrice*. i. meretrici precium fornicationis. ET PVELLAM VENDIDERVNT PRO VINO. i. vini precium. VT BIBERENT. Hebr. & Sept. *& biberunt*. *Et* pro *vt*. hoc eſt, Non pro magna vini copia vendiderunt, ſed pro eo quod in præſenti biberent.

4 QVID MIHI ET VOBIS TYRVS. Per *Tyrum*, & *Sidonem*, & *Palæſtinos*, intelligit eos qui opprimebant electos, vt illi Iudæos. NVMQVID VLTIONEM. Hebr. *num retributionem vos redditis mihi?* Sed *retributio* ſumitur in malum pro *vltione*, q. d. num vos in aliquo læſi ego, aut mei? Num in aliquo vos læſi, vt populum meum affligatis? Quòd ſi vos vltionem cogitatis, ego viciſſim vobis paria referam.

5 ARGENTVM ENIM MEVM ..... TVLISTIS. q. d. vos potiùs intuliſtis mihi & meis iniuriam.

6 FILIIS GRÆCORVM. Gentibus vendidiſtis Iudæos.

7 SVSCITABO EOS. i. reducam in patriam.

8 IN MANIBVS. Sic Sept. Hebr. & Goth. *in manu*, ſ. per manum filiorum Iuda vendam filios veſtros, faciam, vt electi vos opprimant. SABÆIS, per ש. An hi *Sabæi* ex Arabia Felici, an Æthiopes, de quo in Geneſ. & alijs locis. Certè vendam genti magis longinquæ & barbaræ, quàm Græci, quibus vos filios Iudæorum vendidiſtis. Id hic locus ſignificat. QVIA DOMINVS LOCVTVS EST id certiſſimò eueniet.

9 CLAMATE HOC IN GENTIBVS, voce præconis excitate ad arma Gentes contra electos. SANCTIFICATE BELLVM, indicite, ſeu parate bellum. SVSCITATE ROBVSTOS. Veteranos nomine ad ſigna vocate. Ironia.

10 CONCIDITE, ſeu *conflate*. ARATRA VESTRA IN GLADIOS. Sic Sept. hoc eſt *vomeres*, vt Chald. Quidā *ligones*. ET LIGONES. *falces*, Sept. Chald. & alij. INFIRMVS DICAT: QVIA FORTIS EGO SVM. Vires cuncti iactét, vt fit inter milites. Ignaui ſunt magis procaces ore.

11 ERVMPITE. Hebr. *congregamini*. IBI OCCVMBERE FACIET DOMINVS. In valle Ioſaphat concidet Deus has Gentes. Hebr. *ibi deſcendere fac Domine robuſtos tuos*. i. milites, qui Gentibus reſiſtant, aut Angelos.

12 QVIA IBI SEDEBO, in extremo iudicio.

13 MITTITE FALCES. Meſſores, Angeli ſunt; meſſis, finis mundi: Matth. 13. v. 39. DESCENDITE, vt calcetis, nam torcular eſt plenum. QVIA MVLTIPLICATA EST MALITIA EORVM. Id expectat Deus, dum impleatur menſura peccatorum præfixa à Deo.

14 POPVLI, POPVLI. Verti poſſunt Hebr. *turbæ, turbæ*, aut *tumultus, tumultus*. Sept. *ſonitus auditi ſunt*. IN VALLE CONCISIONIS. i. Ioſaphat, quæ ſic vocatur, quia in eo iudicati & conciſi ſunt hoſtes.

15 SOL ET LVNA OBTENEBRATI SVNT. Sic erit in die iudicij.

16 DOMINVS DE SION RVGIET, tremendam in malos ſententiam proferet.

17 HABITANS IN SION, ego Deus. i. in Eccleſia. ET ERIT IERVSALEM SANCTA, immunis à malo, ſine macula & ruga. ET ALIENI NON TRANSIBVNT, non incurrent in eam, non ei nocebunt.

18 STILLABVNT MONTES DVLCEDINEM. Hebr. *muſtum*, ſeu *vinum*. i. montes erunt vineis conſiti. ET MONTES FLVENT LACTE, errabunt multi greges per colles. Nec mirum, quia omnia irrigua erunt. ET PER OMNES RIVOS IVDA IBVNT AQVÆ. Aut ſic, *omnes riui Iuda ibunt* (fluent) *aquis*. TORRENTEM SPINARVM. Chald. *vallem Setim*. Sept. *vallem funiculorum*. Quid hoc? *Nahal*, *vallem*, in quam confluit aqua, & *torrentem* ſignificat, etiamſi ibi nulla ſit aqua. *Setim* locus eſt vltra Mare mortuum, Num. 25. verſ. 1. Et quidem, vt Hieronymus ait, *Setim* eſt genus arboris ſpinæ albæ ſimile. Adde, optima inter ſpecies cedri, quæ in eo agro frequens erat, & de qua ſæpe mentio in Sacris extat. *Setim* ſpinas ſignificare non inuenio, ſed quoniam ſpinæ albæ *Setim* ſimilis eſt, noſter, vt puto, dixit, *Torrentem ſpinarum*. Sed hoc loco puto ſignificari vallem prope Ieruſalem, dictam *vallem Setim*, ſeu *ſpinarum*, ab ſpinis & dumis quibus erat impedita. Significat autem, tantam fore aquæ copiam, vt inculta etiam irrigentur. Quod autem ait de domo Dei, de cælo intelligo, cuius imbre, ſi ſit copioſus, noui fontes erúpunt.

19 ÆGYPTVS. Superior felicitas Iudæis. i. electis erit, dum venit dies iudicij. Contrà Ægyptus & Idumæa, hoſtes electorum, malis omnibus implicabuntur.

20 HABITABITVR. Sic Sept. Hebr. *habitabit*. i. *permanebit Iuda in æternum*, vt Chald. Per *Iudam* electos intellige, & Chriſti tempus.

21 ET MVNDABO SANGVINEM EORVM. i. peccata Iuda & Ieruſalem, quæ hactenus non mundaueram.

Quid verò, ſi totum hoc caput de Sennacherib expeditione & clade intelligatur, quem iudicauit Dominus in valle Ioſaphat prope Ieruſalem, occiſis eius copijs? 4. Reg. 19. verſ. 35. Tum ſub eo typo iudicij extremi dies intelligatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DIEBVS ILLIS. ſ. ſub extremum iudicium. CONVERTERO. i. reduxero. ſ. è ſeruitute peccati.

2 IOSAPHAT. ſ. quæ eſt inter Ieruſalem, & montem Oliueti, vnde Chriſtus in cælum aſcendit. videtur dicta à Rege Ioſaphat, cur autem, incertum. Quidam tamen non eam vallem putant hîc ſignificari, ſed locum *diuini iudicij* (id enim interpretatur *Ioſaphat*) quicumque ille ſit, probabile eſt ibi iudicaturum, vbi docuit, & iudicatus eſt. ſ. ſupra Ieruſalem, adeoque ſupra eam vallem. DISCEPTABO. i. iudicio contendam, & condemnabo. POPVLO, &c. ſcilicet electis. DISPERSERVNT, &c. per ea quæ Iudæis acciderunt. Significantur perſecutiones iuſtorum.

3 SORTEM. ſ. vt fit in bello ſuper præda. PROSTIBVLO. ſ. vt corpore quæſtum faceret. VINO. ſ. emendo ex pecunia venditionis.

4 QVID MIHI, & vobis. i. quid mihi vobiſcum, ſeu quid vobis mecum? q. d. ſinite me, ne mihi ſitis moleſti. TYRVS, &c. Per hos intelliguntur qui fideles perſequuntur. REDDETIS. pro, redditis. q. d. numquid vos læſi vt vlciſcamini, perſequentes populum meum? ET SI. pro, quandoquidem. VICISSITVDINEM. Chald. & Lxx. *retributionem*. q. d. puniam ego vos.

5 DESIDERABILIA. i. chara, ſeu pretioſa. Lxx. *electa*. PVLCHERRIMA. Explicatio præcedentis.

6 FILIIS GRÆCORVM. i. Græcis. ſic vocabant Gentiles, quod ferè Græcè loquerentur.

7 SVSCITABO. i. liberabo. CONVERTAM. Chald. & Lxx. *reddam*. RETRIBVTIONEM. Chald. *mercedem*. q. d. quod meretur veſtra iniquitas.

8 ET VENVMDABVNT. &c. id quia neſcitur vnquā factum, quidam referunt ad diem iudicij, quo impij tradendi Sabæis. i. dæmonibus per manus electorum, de quibus Pſal. 149. *Et gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus*, &c. Ego putarim

factum,etſi Scriptura non dicat quando,certè hic dicit faciendum, non negatim tamen id factum vt reliqua multa, diem Iudicij ſignificare. SABÆIS. LXX. *in captiuitatem.* Id enim etiam ſignificat verbum Hebræum. LOCVTVS EST. Chald. *Ita decreuit.*

CLAMATE. LXX. *prædicate.* Hoc. ſ. quæ ſequuntur. SANCTIFICATE. Chald. *preparate.* SVSCITATE. i. excitate. ROBVSTOS. LXX. *pugnatores.* Dicuntur hæc per Ironiam. q. d. defendite ſanè vos quantum poteſtis, non euadetis iudicium meum & punitionem. 9

ERVMPITE. Chald. & LXX. *congregamini.* DE CIRCVITV. i. vndique. IBI. ſ. vbi eritis congregati. 11

IN CIRCVITV. ſ. circum me, vel vallem, aſtantes; nec enim vallis tam exigua omnes capiet. 12

MITTITE. ſ. ô Angeli. MATVRAVIT MESSIS. Chald. *venit tempus finis eorum.* LXX. *adeſt vindemia.* vide Apoc. 14. DESCENDITE. LXX. *calcate.* Chald. *conculcate interfectos.* PLENVM. ſ. vuis. i. impijs, ſupplicio conculcandis. MVLTIPLICATA. ſ. adeò, vt diutiùs ferenda non ſit. 13

POPVLI POPVLI. i. plurimi populi. CONCISIONIS. i. cædis, ſeu perditionis. ſ. vbi damnandi improbi. 14

OBTENEBRATI SVNT. præterita pro futuris. ſignificatur verò magna calamitas, more Scripturæ. ſic ſup. 2. & Sophon. 1. Amos 8. ſ. afflictis obſcura videntur omnia, & mœror ipſe tenebras inducit. 15

DE SION. i. regione illa, quæ prope Sion, vel exiſtens ſupra Ieruſalem. RVGIET. i. proferet terribilem in damnatos ſententiam. MOVEBVNTVR. i. ſtupebunt. CÆLI, ET TERRA. i. Angeli, & homines. ET DOMINVS. ſ. tunc erit maximè, vt ſemper fuit. 16

17 SCIETIS. ſ. electi. q. d. tunc apertè videbitis. SION. i. Eccleſia, quæ tunc erit triumphans, hîc enim militans. SANCTA. ſ. omnino non habens maculam aut rugam. ALIENI. ſ. improbi. Chald. *extranei.* vide Apoc. 22.

18 STILLABVNT, &c. q. d. tunc verò implebitur illud de terra melle & lacte manante, toties promiſſum. ſ. erit vita iucundiſſima. IVDA. i. terræ Beatorum. IBVNT. ſ. perpetuò. AQVÆ. ſ. gratiarum & deliciarum TORRENTEM SPINARVM. Hebr. & Chald. *vallem Sittim.* i. *ſpinarum.* ſ. cedrorum ſimilium colore & folijs, ſpinæ albæ. eſt autem locus in Moab trans Mare mortuum. vide Num. 25. & Mich. 6. Significantur verò per eas arbores, quæ non putreſcunt, Beatorum incorruptio, & vigor, qui gloriâ ſemper velut Dei fonte irrigantur. Vide Apoc. 22.

19 ÆGYPTVS, &c per hæc intelliguntur damnati. PERDITIONIS. Chald. *vaſtitatis.* LXX. *deſolationis.* SANGVINEM. ſ. Martyrum.

20 IVDÆA. ſ. cæleſtis. IN GENERATIONEM, &c. Repetitio.

21 MVNDABO, &c. q. d. purgabo electos peccatis omnino. SION. ſ. cæleſti, vel terreſtri, ſi ſuperiora ad Chriſti tempora referantur, vbi montes, Apoſtoli; aqua, mel, & lac, doctrina & gratia, &c.

PROPHETIA AMOS.

CAPVT PRIMVM.

Tempus prophetiæ Amos: vltio Domini in Damaſcum, Philiſthæos, Tyrum, Idumæam, & filios Ammon, quos ſuper quattuor ſceleribus non conuertet.

VERBA Amos, qui fuit in pa- 1
ſtoribus de Thecue: quæ vi- A
dit ſuper Iſrael in diebus O-
ziæ regis Iuda, & in diebus
Ieroboam filij Ioas regis Iſ-
rael, ᵃante duos annos terræ-
motus. * Et dixit: ᵇ Dominus 2
de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vocem
ſuam: & luxerunt ſpecioſa paſtorum, & exicca-
tus eſt vertex Carmeli. * Hæc dicit Dominus: 3
Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quat-
tuor non conuertam eum: eò quòd trituraue-
rint in plauſtris ferreis Galaad. * Et mittã ignem 4
in domum Azaël, & deuorabit domos Bena-
dad. * Et conteram vectem Damaſci: & diſper- 5
dam habitatorem de campo idoli, & tenentem B
ſceptrum de domo voluptatis: & transferetur
populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus. * Hæc 6
dicit Dominus: Super tribus ſceleribus Gazæ,
& ſuper quattuor non conuertam eum: eò quòd
tranſtulerint captiuitatem perfectam, vt con-
cluderent eam in Idumæa. * Et mittam ignem 7
in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. * Et 8
diſperdam habitatorem de Azoto, & tenentem C
ſceptrum de Aſcalone: & conuertam manum
meam ſuper Accaron, & peribunt reliqui Phili-
ſthinorum, dicit Dominus Deus. * Hæc dicit 9
Dominus: Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper
quattuor non conuertam eum: eò quòd con-
cluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa,
10 & non ſint recordati fœderis fratrum. * Et mit-
tam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes
11 eius. * Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleri-
D bus Edom, & ſuper quattuor non conuertam
eum: eò quòd perſecutus ſit in gladio fratrem
ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & te-
nuerit vltrà furorem ſuum, & indignationem
12 ſuam ſeruauerit vſque in finem. * Mittam ignem
13 in Theman: & deuorabit ædes Boſræ. * Hæc di-
cit Dominus: Super tribus ſceleribus filiorum
Ammon, & ſuper quattuor non conuertam
eum: eò quòd diſſecuerit prægnantes Galaad ad
14 dilatandum terminum ſuum. * Et ſuccendam
ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius
in vlulatu in die belli, & in turbine in die com-
15 motionis. * Et ibit Melchom in captiuitatem,
ipſe, & principes eius ſimul, dicit Dominus.

ᵃ Zach. 14. a 5
ᵇ Iere. 25. f. 30
Ioel. 3. c. 16

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

E Tribu Iuda fuit Amos, ex oppido Thecue, diſsito à Bethleem ſex millibus ad Auſtrum: vnde ad Mare rubrum nulla oppida, ſed ſolitudines, frequentes caulæ. Inde eductus Amos, & in Samariam contra decem tribus plurimum prophetauit. Eum Amaſias ſæpè verberauit, non Rex, vt Iſidorus habet, ſed ſacerdos Bethel, vt Hieronymus & Epiphanius, de quo cap. 7. verſ. 10. Eum Ozias Amaſiæ filius peremit. Porrò hic Amos non fuit Iſaiæ pater, vt He-

braica

braica literæ conuincunt, multùm in vtroque nomine diſcrepantes. עָמוֹס Hamos *h.c,&* אָמוֹץ Amoz *Iſaiæ pater.*

VERBA AMOS.i.prophetia. QVI FVIT IN PASTORIBVS. non *in paſtoralibus* i. de numero paſtorum Thecue. QVÆ VIDIT SVPER ISRAEL, non *Ieruſalem*, vt Sept. habent. Vidit autem prophetica viſione, vnde Prophetæ Videntes vocantur. IN DIEBVS OZIÆ, nempe Iſaiæ, Oſee, & Ioëlis tempore. ANTE DVOS ANNOS TERRÆMOTVS. Ozias voluit ſacrificare, percuſſus eſt lepra, & in templo extitit terræmotus, de quo Zachariæ 14. verſ. 5. Ioſephus 9. Antiq. cap. 11. Ergo biennio ante eum terræmotum Amos prophetare cœpit. 1

DE SION RVGIET. Ibi Deus reſponſa reddebat, ibi habitabat; inde prædicet excidium Samariæ. ET LVXERVNT SPECIOSA. Chald. *habitacula.* Sept. *paſcua paſtorum.* i. caulæ. De hoc Ioël. 1. verſ. 20. Per *caulas* paſtoritia metaphora vrbes intelligit. VERTEX CARMELI. Duplex Carmelus mons. Alter, in quo Nabal Carmelus ad Auſtrum: alter, in quo Elias, prope Ptolemaidem. De neutro loquitur, ſed per *Carmel* intelligit in genere agrum amœnum, ſatis & vineis inſignem. Ergo *vertex Carmeli ſiccatus eſt*, pro ſiccabitur. id eſt, quod præcipuum eſt in agris. Itaque & vrbes & agri vaſtabuntur. Per *Carmel* agros, per *caulas* vrbes intelligit. Porro contra omnes nationes hæc, de quibus mox loquitur ſigillatim. 2

SVPER TRIBVS SCELERIBVS DAMASCI. *Damaſcus* eſt caput Syriæ: Iſai. 2. verſ. 8. Itaque loquitur de Regibus Syriæ; atque, Si ſemel, ſecundò, aut tertiò peccaſſet, hoc eſt pauca, dimiſiſſem ei; ſed quia quartò. i. innumera peccauit, non conuertam eum populum ad pœnitentiam, ſed puniam. EO QVOD TRITVRAVERINT IN PLAVSTRIS FERREIS. Erant plauſtra dentata, quibus meſſes triturabant, vt nos tribulis. GALAAD. .i. *habitatores Galaad*, Chald. Erat vrbs Galilææ vltra Iordanem in tribu Manaſſe, & per eam intelligit totum Iſrael, vt per *Damaſcum* Syriam. Ergo, puniam Syros ob ea quæ fecerunt contra Iſrael crudeliter. De quibus cladibus Eliſæus 4 Reg. 8. v. 12. vaticinatus eſt. 3

ET MITTAM IGNEM IN DOMVM AZAEL, id eſt, poſteros eius delebo, aut potiùs regiam eius. DOMOS BENADAD. Hebr. *palatia Benadad. Azael* & *Benadad*, pater & filius, Reges Syriæ, vt 4. Reg. 13. verſ. 24. conſtat. 4

ET CONTERAM VECTEM DAMASCI. Chald. *robur Damaſci. Vectis* eſt, quo portæ clauduntur, & quo fodiuntur parietes. Vtrumque hoc loco ſignificare poteſt. Aut, Aperiam hoſti eius portas, vectibus earum contractis. Aut, Faciam, ne aliena mœnia ipſi diruant. HABITATOREM DE CAMPO IDOLI diſperdam. Sic Damaſcum vocat campum; aut vallem idoli, quòd idolis eſſet dedita. Chald. & Hebræi *Bikeath auen* (pro quo noſter *campum idoli*; alij *vallem iniquitatis*) relinquunt intactum, quaſi nomen proprium vrbis, fortaſſe ipſius Damaſci. ET TENENTEM SCEPTRVM. i. Regem. DE DOMO VOLVPTATIS. Hebr. *de domo. Heden* Regio erat in Syria eo nomine, vbi olim paradiſus, fortaſſis vbi Damaſcus erat. Ergo auferam Regem domus Heden. id eſt, regiæ illius. CYRENEN. 4. Reg. 16. verſ. 9. Theglathphalaſar Aſſyrius transfert Damaſcenos, Cyrenem Mediæ. ſ. ciuitatem. Ioſephus lib. 9. cap. 13. ait tranſtuliſſe eos in Mediam Superiorem. 5

SVPER TRIBVS SCELERIBVS. Quid hoc ſit, verſ. 3. diximus. GAZÆ. Vrbs vna e quinque præcipuis Philiſthinorum. Ergo contra Philiſthæos loquitur, quia quos captiuarunt ex Iudæis, tranſtulerunt in Idumæam, & ibi eos concluſerunt, quò à patria longius eſſent. Id ſignificat, *captiuitas perfecta*, & *concluſiſſe eam in Idumæam.* 6

ÆDES EIVS, ſeu *palatia* deuorabit ignis. 7

ET DISPERDAM .... TENENTEM SCEPTRVM DE 8

ASCALONE. id eſt Regem, aut Principem. Vrbs vna de illis quinque, & fortaſſis Aſcalon inter Philiſthæos erat vrbs regia. ET PERIBVNT RELIQVI. Sic Sept. Chald. *reliquiæ*, ſic Got.n. Reliqui erant e Philiſthæis
8 Geth quinta vrbs præcipua eius gentis, præter quattuor hic nominatas, prætereà minora oppida. His minatur ruinam.

9 EO QVOD CONCLVSERINT CAPTIVITATEM. Eadem noxa Tyri, quæ Philiſthæis. FOEDERIS FRATRVM, nempe Salomonem inter & Hiram icti, 3. Reg. 5. atque ita, vt ſe fratres appellarent: 3. Reg 9 verſ. 13.

11 FRATREM SVVM. Loquitur contra Edom. Iacob & Eſau fratres, vnde Iudæi & Idumæi prognati. ET VIOLAVERIT MISERICORDIAM EIVS, aut *ſuam*, certè illi debitam populo. ET TENVERIT VLTRA FVROREM SVVM. Hebr. *rapuit in perpetuum ira eius.* id eſt, ſemper diripuit fines & agros Iudæorum. VSQVE IN FINEM. id eſt perpetuò, iram ſeruauit contra Iudæos.

12 THEMAN. *Theman* & *Boſra* erant præcipuæ vrbes Idumææ. De quo Abulenſis 1. Paral. 1. q. 23. contra quas hic loquitur.

13 DISSECVERIT PRÆGNANTES. Sic Chald. & Sept. At Pagn. vertit *montes Galaad* id eſt vrbes ſitas in montibus, & munitas ſciderint. id eſt, ceperint. Vox Hebr. *haroth* vtrumque ſignificat, *montes*, & *prægnantes.* AD DILATANDVM TERMINVM SVVM. i. vt captis vrbibus ditionem prolatarent, aut ruptis prægnantibus terram incolis vacuam ipſi obtinerent. An hoc accidit Saule Rege in bello, quod intulit Iabes Galaad, Naas Ammonites, 1. Reg 11?

14 ET SVCCENDAM IGNEM IN MVRO RABBA. Vrbs in Arabia Ammonitarum metropolis, poſteà eſt dicta *Philadelphia.* ET DEVORABIT ÆDES EIVS IN VLVLATV, ſeu *clamore*, qualem milites edunt in conflictu. ET IN TVRBINE. ſ. bellico. IN DIE COMMOTIONIS. Sept. *in die conſummationis eius.* i. excidij. Vox סוּפָה *ſuphah*, & *finem* ſeu *conſummationem*, & *procellam* ſignificat, quam noſter *commotionem* vocauit.

15 ET IBIT MELCHOM Hebr. *Rex eorum ibit.* ſ. in captiuitatem cum Principibus. Conſentiunt Chald & Sept. Hieronymus voce מַלְכָּם *Melcham* idolum ſignificare Ammonitarum & Moabitarum putauit, dictum *Melcham* ſeu *Moloch.* An Mercurius, vt quidam volunt, an potius Saturnus, de quo 3. Reg. 11. verſ. 7. plura.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AMOS fuit tempore Ioël. Prophetat verò de Iſrael & Iuda.

1 IN PASTORIBVS pro, ex paſtoribus. THECVE. Vicus eſt in monte, 12. millibus ab Ieruſalem, & 6. à Bethleem ad Meridiem in ſorte Iuda. TERRÆMOTVS. ſ. de quo Zachar. 14. Dicitur id accidiſſe cùm Ozias officium ſacerdotale ſibi vſurpauit. Vide Ioſeph. 9. Antiq. c 11.

2 DE SION. q. d. qui in Sion colitur. RVGIET. ſ. terrebit. VOCEM. ſ. terribilem. repetitio. LVXERVNT. pro, lugebunt Chald. *deſolabuntur.* SPECIOSA PASTORVM. ſ. paſcua. Chald. *habitacula Regum.* CARMELI. i. montis, qui prope Ptolemaidem. eſt enim alter ad Auſtrum Iudææ, de quo 1. Reg. 25. Significatur verò vaſtanda præſidia Iſrael, ſecundùm Chald. Solet etiam accipi pro loco fertili & amœno, ſenſusque erit, perituram fertilitatem Iſrael & opes, vel etiam aliarum Gentium, contra quas itidem prophetat.

3 SVPER TRIBVS .... ET SVPER QVATTVOR. i. tam multis. ſignificatur enim multitudo, ſiue quòd illa *ſeptem* faciunt, qui numerus in Scriptura multitudinem ſignificat; ſiue quod vulgò *ter & quater* multa ſignificant. Certè Gentiles cum *ſæpiſſime* volunt dicere, *ter vel quater* dicunt, & Virgilius *o terque quaterque beati.* i plurimùm. CONVERTAM EVM. ſ. ad me, ignoſcens ei. Chald. *parcam ei.* ſic & inf. EVM. ſ. populum.

Plavstris. Chald. *tribulis*. Lxx. *ferris*. Galaad. ſ. habitatores. Chald. *habitatores Galaad*. Lxx. *grauidas Galaad* Vide 4. Reg. 8.

Domvm. i. familiam. ſ. poſteros. Azael. ſ. Regis Syrorum. Domos. Chald. *palatia*. Benadad. ſ. filij Azaëlis. 4

Vectem. i. portas vrbis, quæ vectibus clauduntur. Chald. *robur*. Lxx. *vectes*. Campo idoli. i. planitie Damaſci colentis idola. Volvptatis. i. plena deliciis. Cyrenen. ſ. Mediæ ciuitatem. Vide 4. Reg. 16. 5

Captivitatem. ſ. captiuos Iudæos. Perfectam. q.d. omnes. Chald. *perfectio exilii*. Conclvderent. ſ. velut carcere. In Idvmæa. ſ. traditos Idumæis. 6

Ignem. ſ. hoſtium exercitum, ſeu vaſtationem. 7

Fratrvm. Chald. *fraterni*. ſcilicet qui fœdus feriunt, fiunt velut fratres. 9

Fratrem svvm. ſ. Iudæos; vtrique enim ex Iſaac. Eivs. i. ei debitam; vel *eius*, pro, *ſuam*. Vltra. Chald. *in perpetuum*. Vſqve in finem. Chald. *in æternum*. 11

Theman. Vrbs eſt, & regio Idumææ. Chald. *Auſtrum*. Bosræ. i. Idumææ. 12

Dilatandvm ſ. occiſis infantibus, ne facti viri recuperarent bello. 13

Rabba. Poſteà dicta Philadelphia. Vlvlatv. i. clamore militum. Tvrbine. i. impetu hoſtium. Commotionis. i. turbationis. Chald. *venti*. Lxx. *conſummationis eius*. 14

Melchom. i. *Rex eorum*, vel idolum quod ſic dicebatur. Vide Ierem. 49. Principes. Lxx. *Sacerdotes, & Principes*. 15

CAPVT II.

Vltio Domini in Moab, Iudam & Iſraelem, hiſque minatur interitum, quem effugere non poterunt: quia acceptis beneficijs ſemper fuerunt ingrati, Deique legem abiecerunt.

HÆc dicit Dominus: Super tribus ſceleri- 1
bus Moab, & ſuper quattuor non conuer- A
tam eum: eò quòd incenderit oſſa regis Idu-
mææ vſque ad cinerem. * Et mittam ignem in 2
Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morie-
tur in ſonitu Moab, in clangore tubæ: * & diſ- 3
perdam iudicem de medio eius, & omnes prin-
cipes eius interficiam cum eo, dicit Dominus.
* Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus 4
Iuda, & ſuper quattuor non conuertam eum: eò
quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius
non cuſtodierit: deceperunt enim eos idola ſua, B
poſt quæ abierant patres eorum. * Et mittam 5
ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ieruſalem.
* Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus 6
Iſrael, & ſuper quattuor non conuertam eum:
pro eo quòd vendiderit pro argento iuſtum, &
pauperem pro calceamentis. * Qui conterunt 7
ſuper puluerem terræ capita pauperum, & viam
humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt
ad puellam, vt violarent nomen ſanctū meum.
* Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt 8
iuxta omne altare: & vinū damnatorū bibebant C
ᵑ Num. 21 c. 24 Deut. 2. f 24 — in domo Dei ſui. * ᵑ Ego autem exterminaui A- 9
morrhæum à facie eorū: cuius altitudo, cedrorū
altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & cō-
triui fructum eius deſuper, & radices eius ſubter.
ᵑ Exod. 14. c. 21 Deut. 8. a. 2 — * ᵑ Ego ſum, qui aſcendere vos feci de Terra 10
Ægypti, & duxi vos in deſerto quadraginta an-
nis, vt poſſideretis Terram Amorrhæi. * Et ſuſ- 11
citaui de filijs veſtris in prophetas, & de iuue-
nibus veſtris nazaræos: numquid non ita eſt filij
Iſrael, dicit Dominus? * Et propinabitis naza- 12
D ræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes:
13 Ne prophetetis. * Ecce ego ſtridebo ſubter vos,
14 ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. * Et
peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit
virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit ani-
15 mam ſuam: * & tenens arcum non ſtabit, & ve-
lox pedibus ſuis non ſaluabitur, & aſcenſor
16 equi non ſaluabit animam ſuam: * & robuſtus
corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit
Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VSqve ad cinerem. Hebr. *in calcem*. i. ea oſſa Regis Edom Moab combuſſerit, vt ſolent calcem in calcaria. Chald. *& oblinerit eis* (oſſibus) *pro calce domum ſuam*. Itaque oſſium cineribus domus parietes liniunt. Hebræorum fabula. Quis is Rex? Hieronymus putat fuiſſe Regem Idumææ, qui cum Ioram & Ioſaphat pugnauit contra Moab: 4 Reg. 13. verſ. 9. Defuncti illius oſſa à Moabitis combuſta, quod Amos hîc accuſat. Verùm id in Sacris libris non extat.

2 Ædes Carioth deuorabit ignis. Sept. *deuorabit fundamenta vrbium*. Sanè *Carioth*, *vrbes* ſignificare poteſt. Alij tamen cum Hieronymo putant eſſe nomen vrbis Moabitarum, fortaſſis regiæ. Et morietvr in sonitv, ſeu *tumultu*, ſeu *fragore*, qualis ſolet eſſe in prælio. Itaque non erit in pace, in bello peribit Moab. Id ſignificat quod ſequitur. In clangore tvbæ.

3 Cvm eo, Rege Moab. Relatiuum ſine antecedenti. Aut *cum eo*. ſ. iudice, de quo dixit, & iudex ſit pro Rege. occidam Principes eius.

4 Eo qvod abiecerit legem. ſ. Iuda Hebr. *abiecerint*. ſic Gotth. & Sept. Deceperunt enim eos idola sva. Hebr. *mendacia ſua*. Sept. *vana ſua*. ſcilicet idola ſic vocantur, aut reſponſa pſeudoprophetarum.

6 Pro eo qvod vendiderit ſ. Iſrael. Hebr. *vendiderint*. ſic Gotth. Sept. Chald. Pro argento ivstvm. hoc eſt, *iuſtos*, vt Chald. Ius pecuniá corrumpebant. Et pauperem pro calceamentis. i. viliſſimo pretio corrupti, contra inopes pronuntiabant. Locutus eſt priùs contra alias gentes pauca, & poſtremò contra tribum Iuda, vt viam ſibi muniret ad Iſraelitas, in quos propriè vaticinium inuehitur.

7 Qvi conterunt svper pulverem terræ capita pauperum. ſ. tribus Iſrael Hebr. *abſorbent ſuper puluerem terra caput pauperum*. i. *conculcant*, vt Sept. שאף *Saaph* multa ſignificat; inter alia *conculcare*, etſi Dictionaria ſileant. Et viam hvmilivm declinant. i. iudicia tenuium & cauſas peruertunt. Hebr. *declinare faciunt*. Et filivs ac pater eivs ierunt ad pvellam. ſupple, *eamdem*, vt Sept. magnum nefas.

8 Et svper vestimentis. Induti veſtibus, quas per vim in pignus acceperant, conuiuia in idolorum templis celebrabant. Vinum bibebant pecunia emptum, quam acceperant vt pauperes damnarent, ſeu opprimerent. Id ſignificat, Et vinvm damnatorvm bibebant.

9 Ego avtem exterminavi Amorrhævm. Per *Amorrhæos* alias etiam Gentes intellige, quas Deus euertit in Terra promiſſa, quæ erant conſpicuæ & fortes. Frvctvm eivs desvper. i. penitùs excidi, filios, qui ſunt vt fructus arboris; & patres, qui inſtar radicum ſunt. Philiſthæos penitùs deleui, vt eis terram darem.

11 Nazaræos. Hebr. & Gotth. *in nazaræos mihi ſuſcitans de filijs veſtris*.

12 Et propinabatis nazaræis vinvm, contra Legem, & in eius contemptum. Ne prophetetis. Sic Iſraelitæ præcipiebant Prophetis. Sic Amaſias ſacerdos Bethel præcepit Amos cap. 7. verſ. 13. ne prophetaret.

13 Ecce ego stridebo svper vos. i. clamabo, gemā, vobis quaſi onere graui preſſus. Sicvt stridet plavstrvm onvstvm foeno, ſeu *manipulis*. In meſſe ob ſiccitatē plauſtra ſtridēt ampliùs quā alio tēpore. Heb. *ego coartabo ſubter vos*. i. *in loco veſtro*, vt Chald. i. obſidio-

no premam,cingam vos,vt plauſtrũ coarctatur plenum
manipulo.i.manipulis. Solent ij manipuli arctari, vt lo-
ci minus occupent. Porrò obſidio talis erit, vt nullus
euadat. Id ſequitur:

PERIBIT FVGA, nemo poterit fugere. ET FORTIS 14
NON OBTINEBIT. Hebr. *non roborabit fortitudinem*
ſuam;non eam conſeruabit. ANIMAM.i. vitam non ſal-
uabit.

TENENS ARCVM NON STABIT, terga vertet arma- 15
tus. Per *arcum* intelligit omnia arma. ET VELOX PE-
DIBVS SVIS NON SALVABITVR. Hebr. *non liberabit.*
ſ. animam, non euadet. Ne equus quidem proderit, vt
eques liberetur.

ET ROBVSTVS CORDE INTER FORTES.i.qui eſt de 16
numero fortium,& alioqui magni vir animi, nudus fu-
giet præ metu, relictis omnibus quæ poſſidet, abiectis
etiam armis & veſte.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INCENDERIT.quando id factum,non conſtat. Hebræi 1
dicunt factum Regi Idumææ; de quo 4. Reg. 3.
OSSA. i. è ſepulchro effoſſa. VSQVE AD CINEREM.
Chald. *eisque pro calce domum ſuam obleuerint.*

CARIOTH. vrbs eſt Moab. SONITV.i.vociferatione 2
& ſtrepitu militari.

IVDICEM.i. Regem. 3

IVDA.i.duarum tribuum. 4

IVSTVM,ET PAVPEREM. Chald. *iuſtos, & pauperes.* 6
q. d. peruertunt iuſtam pauperum cauſam. CALCEA-
MENTIS.i.re vili. q. d. pro paruo pretio, ſeu munere ab
aduerſario oblato. Chald. *vt opes poſſideant.* ſ. paupe-
rum, quæ valdè ſunt exiguæ & viles.

CONTERVNT.i.conculcant. Chald *contemnunt.* SV- 7
PER. Chald. *quaſi.* VIAM. Chald. *cauſam.* DECLI-
NANT. Chald *peruertunt.* IERVNT, &c. LXX. *ingreſſi*
ſunt ad eamdem ancillam. ſ. violandam. VIOLARENT.
quaſi dicat, atque ita violarunt.i.contempſerunt. NO-
MEN,&c. q. d. me, qui præcepi ne facerent, ſed ſanctè
viuerent.

VESTIMENTIS.ſ.pauperum. Chald.*lectulis.* DAM- 8
NATORVM. Chald.*rapina.* LXX.*ex calumniis.* DEI SVI.
Chald.*idolorum ſuorum.*

CEDRORVM. i. maxima. Hyperbole eſt. EIVS. 9
Abundat,more Hebræo. CONTRIVI,&c.q. d.penitùs
deſtruxi.perſtat in arboris metaphora.

IN DESERTO.Sic Sept.Chald.*per deſertum.* 10

SVSCITAVI.LXX.*accepi.* 11

VINVM.ſ.contra præceptum,de quo Num.6. PRO- 12
PHETETIS.ſ.talia,vel q.d.tacete.

STRIDEBO. i. ſonitum edam, qui longè audiatur. 13
ſ.militum quibus vos puniam, ſeu calamitatis, quam in
vos inducam. Chald. *coarctabo vos tribulatione, vt ſolet*
coarctari plauſtrum onuſtum manipulis. SVBTER VOS.
.i. in loco veſtro. dicitur enim Hebr. *ſub ſe eſſe.* i. loco
ſuo, vel q. d. grauatus mole peccatorum veſtrorum.
FOENO. LXX *ſtipula.* ſ. paleis.

PERIBIT FVGA.i. non poterit fugere. 14

STABIT.ſ.contra hoſtes. 15

INTER FORTES.i.qui fortis cenſetur. NVDVS.ſ.ab- 16
iectis armis, ſeu inermis.

C A P V T III.

Domum Iſrael populum olim vnicè electum arguit va-
riorum ſcelerum: ex quibus paucos dicit ſeruandos in
ſuperuentura afflictione, quam ipſis comminatur.

AVdite verbum, quod locutus eſt Domi- 1
nus ſuper vos, filij Iſrael: ſuper omnem A
cognationem, quam eduxi de terra Æpypti, di-
cens: * Tantummodò vos cognoui ex omnibus 2
cognationibus terræ: idcircò viſitabo ſuper vos
omnes iniquitates veſtras. * Numquid ambula- 3
bunt duo pariter, niſi conuenerit eis? * Num- 4
quid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam?
numquid dabit catulus leonis vocem de cubili
5 ſuo, niſi aliquid apprehenderit? * numquid ca-
B det auis in laqueum terræ abſque aucupe? num-
quid auferetur laqueus de terra antequam quid
6 ceperit? * Si clanget tuba in ciuitate, & populus
non expaueſcet? ſi erit malum in ciuitate, quod
7 Dominus non fecerit? * Quia non facit Domi-
nus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum
8 ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. * Leo rugiet,
quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt,
9 quis non prophetabit? * Auditum facite in ædi-
C bus Azoti, & in ædibus Terræ Ægypti: & dicite:
Congregamini ſuper montes Samariæ, & vide-
te inſanias multas in medio eius, & calumniam
10 patientes in penetralibus eius. * Et neſcierunt
facere rectum, dicit Dominus, theſaurizantes
11 iniquitatem & rapinas in ædibus ſuis. * Pro-
ptereà hæc dicit Dominus Deus: Tribulabi-
tur, & circuietur terra: & detrahetur ex te for-
12 titudo tua, & diripientur ædes tuæ. * Hæc dicit
Dominus: Quomodo ſi eruat paſtor de ore
D leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic
eruentur filij Iſrael, qui habitant in Samaria
13 in plaga lectuli, & in Damaſci grabato. * Au-
dite, & conteſtamini in domo Iacob, dicit
14 Dominus Deus exercituum: * quia in die cùm
viſitare cœpero præuaricationes Iſrael, ſu-
per eum viſitabo, & ſuper altaria Bethel: &
amputabuntur cornua altaris, & cadent in
15 terram. * Et percutiam domum hiemalem
cum domo æſtiua: & peribunt domus ebur-
neæ, & diſſipabuntur ædes multæ, dicit Do-
minus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SVPER OMNEM COGNATIONEM, aut *familiam*, aut
gentem, quam eduxi de Ægypto, locutus eſt Domi-
nus. Ex hoc Hieronymus colligit, hæc dici contra duo-
decim tribus, quas omnes ab Ægypto liberauit.

2 VOS COGNOVI. i. elegi inter omnes populos. IN-
CIRCO VISITABO. Quò beneficium fuit maius, maiori
ſupplicio eſtis digni. *Viſitabo*.i. puniam.

3 NVMQVID AMBVLABVNT DVO. Non poteſt eſſe
ſocietas, inter quos non eſt concordia. Sic nec mihi vo-
biſcum.

4 NVMQVID RVGIET LEO. Leo rugit, cùm in prædam
irruere vult: ſic Deus cùm minatur, ſupplicium inferre
continuò parat.

5 NVMQVID CADET AVIS IN LAQVEVM TERRÆ.
Vt laqueus paratur ad capiendã auem, nec tollitur niſi
ea capta; ſic minæ Dei contra vos diriguntur, neque ina-
nes erunt. ABSQVE AVCVPE: Sic Sept. & Chald. ita
מוקש *mokes* non *laqueum* ſignificat hic, vt Pagn. vertit,
& alioqui quid eſſet; *cadet in laqueum terra abſque la-*
queo? Laqueum terra vocat in terra poſitum.

6 SI CLANGET TVBA. ſ. repentè, *extra tempus*, vt
Chald. Ergo, vt ad tubæ clangorem turbantur homi-
nes, quaſi malum inſtet; ſic vos ad has minas. SI ERIT
MALVM. Non putetis caſu euenire mala, quæ inſtant;
Deo auctore & vindice inferentur.

7 NON FACIT DOMINVS DEVS VERBVM. i. aliquid.
NISI REVELAVERIT SECRETVM SVVM. Conſilium,
decretum priùs reuelat, deinde exequitur. Ne putetis à
vocibus Prophetarum diſcrepare diuina conſilia &
vindictam.

8 LEO RVGIET. Tacitæ obiectioni reſpondet. Quare
paſtor cùm ſis, repentè factus es Propheta? Nempe, vt
rugiente leone omnes timent, ſic ego Deo loquente &
præcipiente non potui non obedire.

9 IN ÆDIBVS AZOTI, ſeu *palatijs Azoti*, quæ erat
vrbs Palæſtinorum. Quos & Ægyptios aduocat, vt

videant iniquitates Samariæ.i.decem tribuum, contra quos prophetat. Et videte insanias. Hebr. *tumultus, aut contritiones*, aut *conturbationes*. Multas, ſeu *magnas*. רבות *Rabboth* vtrumque ſignificat. Et calvmniam patientes in penetralibvs eivs. Hebr. *oppreſſos in medio eius, videte*.

Et nescierunt facere rectum. ne ſemel quidem. ideò in ſingulari, *neſcierunt facere rectum*. Thesaurizantes iniquitatem. i. per iniquitatem parta. Hebr. *rapinam recondentes*. Rapinas. Goth. *rapinam*. Hebr. *prædam*. ſ. recondentes in ædibus aut palatijs ſuis. 10

Tribvlabitvr, et circvietvr terra. ſ. hæc (vt ה *He* præpoſita indicat) obſidebitur. Hebr. *affligens* (veniet) *& in circuitu terra huius* (caſtra ponet) i. obſidebitur. Et detrahetvr. Hebr. *& deſcendere faciet fortitudinem tuam*, debilitate mutabitur tua fortitudo. 11

Qvomodo si ervat pastor. i. pauci & ignobiles euadent, qualia ſunt crura ouis, aut aures, quas paſtor, reliquo corpore deuorato, eruit de ore leonis. Extremvm avricvlæ. Sic Sept. Hebr. *tenerum auris*. Chald. *cartilaginem auris*. Id ſignificat בדלת *bidhal*. Quoad ſententiam nihil refert. In plaga lectvli. i. in loco lecti, in lecto. Hebr. *in angulo lecti*. id eſt, qui in Samaria ſecurè dormiunt, nihil minùs cogitant. Et in Damasci grabato. id eſt, lecto, ope item Damaſci confiſi, ſecuri dormiunt. Vocem דמשק *Demeſek* Hieronymus, Chaldæus, & Sept. pro *Damaſco* acceperunt. Hebræi pro *angulo*, vt ſit repetitio: *Qui habitant in Samaria in angulo lecti*, hoc eſt, in lecto, qui eſt in angulo. Hypallage. Sic ergo ij Samaritæ eruentur, vt crura ex ore leonis. 12

In domo Iacob. Sic vocat decem tribus, quas moneri Dominus iubet. 13

Svper evm viſitare cœpero. Ibi ſit comma, poſt *ſuper eum*, vt in Regijs, non poſt *Iſrael*, vt in alijs codicibus. Et ampvtabvntvr cornva altaris. Erant altaris ornamenta; quæ, & altaria illa impia diruenda minatur. Porrò *viſitare, punire* eſt. 14

Et percvtiam domvm hiemalem. Domos habebant alias frigoribus commodas, alias æſtibus, eaſque ebore veſtitas. Et peribvnt domvs ebvrneæ. id hæc verba ſignificant. Et dissipabvntvr, ſeu *deficient*. Ædes mvltæ, ſeu *magnificæ*. Vox Hebr. vtrumque & numerum & dignitatem ſignificat, vt v. 9. eſt dictum. 15

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Svper. i. ad, vel contra. Cognationem. i. familiam. Lxx. *tribum*. 1

Cognovi. ſ. familiariter. Chald. *elegi*. Cognationibvs. i. nationibus. Visitabo. Lxx. *vlciſcar*. Svper. i. contra. 2

Nisi convenerit eis. q. d. non conſentitis mecum. ideò non ambulabo vobiſcum, ſed recedam, nec vos protegam. 3

Nvmqvid rvgiet, &c. ſenſus eſt, Non temerè clamo per Prophetas, & minor, & iraſcor, nec vos magis effugietis iram meam, quàm præda leonem; capiam certè vos laqueo meo, quem iam tetendi. 4

Si clanget, &c. q. d. cur non timetis minas meas? Malvm. Chald. *afflictio*. q. d. cùm vos apprehenderit calamitas, ſcitote à me eſſe, qui ſic punio veſtra peccata. 6

Verbvm. i. rem. q. d. prædicit priùs per Prophetas mala, vt homines reſipiſcant. 7

Timebit. q. d. quantò magis timendus Deus cùm minatur? Prophetabit. q. d. num poteſt Propheta recuſare munus creditum à Deo prædicendi mala? 8

Avditvm, &c. q. d. etiam iudicio hoſtium veſtrorum peſſimè egiſtis & agitis. 9

Iniqvitatem. i. iniquè parta. Chald. *rapinam*. Rapinas. Chald. *prædam*. 10

Circvietvr. i. obſidebitur. ſ. ab Aſſyriis. 11

Erventvr. ſ. pauci aliquot. Plaga. i. regione. q. d. loco ſeu angulo. ſ. quieſcentes, & nihil timentes. 12

Damasci. q. d. fidentes auxilio Damaſci, in eoque velut quieſcentes.

13 Avditi. ſ. ô Prophetæ.

14 Altaris. ſ. dicati idolo.

15 Hiemalem. ſ. habebant Reges palatia hiemalia & æſtiua. Ebvrneæ. Chald. *ebore ſtrata*.

CAPVT IIII.

Inuehitur ſub typo vaccarum pinguium in iniquos primates Samariæ, ipſorum ſubſannans idololatriam: & quia filij Iſrael varijs flagellis à peccatis ſuis reuocari non potuerunt, minatur eis Dominus ſimilia his quæ priùs paſſi fuerant; hortando vt ad Deum omnipotentem conuertantur.

1 AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ
A eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam
facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ di-
2 citis dominis veſtris: Afferte, & bibemus. * Iu-
rauit Dominus Deus in ſancto ſuo: quia ecce
dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in con-
3 tis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus. * Et
per aperturas exibitis altera contra alteram, &
4 proiiciemini in Armon, dicit Dominus. * Veni-
te ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, &
multiplicate præuaricationem: & afferte manè
victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras.
5 * Et ſacrificate de fermentato laudem: & voca-
te voluntarias oblationes, & annuntiate: ſic
enim voluiſtis filij Iſrael, dicit Dominus Deus.
6 * Vnde & ego dedi vobis ſtuporem dentium in
B cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum
in omnibus locis veſtris: & non eſtis reuerſi ad
7 me, dicit Dominus. * Ego quoque prohibui à
vobis imbrem, cùm adhuc tres menſes ſuper-
eſſent vſque ad meſſem: & plui ſuper vnam ci-
uitatem, & ſuper alteram ciuitatem non plui:
pars vna compluta eſt; & pars, ſuper quam
8 non plui, aruit. * Et venerunt duæ & tres ciui-
tates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam,
& non ſunt ſatiatæ: & non rediſtis ad me,
9 dicit Dominus. * [a] Percuſſi vos in vento vren- [a] Agg. 2. c.18
C te, & in aurugine, multitudinem hortorum
veſtrorum, & vinearum veſtrarum: olivueta ve-
ſtra, & ficeta veſtra comedit eruca: & non redi-
10 ſtis ad me, dicit Dominus. * Miſi in vos mortem
in via Ægypti, percuſſi in gladio iuuenes veſtros,
vſque ad captiuitatem equorum veſtrorum: &
aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtro-
rum in nares veſtras: & non rediſtis ad me, di-
11 cit Dominus. * Subuerti vos, [a] ſicut ſubuertit [a] Gen. 19. c.24
D Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis
quaſi torris raptus ab incendio: & non rediſtis
12 ad me, dicit Dominus. * Quapropter hæc fa-
ciam tibi Iſrael: poſtquam autem hæc fecero ti-
13 bi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael. * Quia
ecce formans montes, & creans ventum, & an-
nuntians homini eloquium ſuum, faciens ma-
tutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa ter-
ræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VAccæ pingves. Hebr. *vaccæ Baſan*. quæ regio paſcuis abundabat. Ideò Hieronymus ſecutus Symmachum, dixit, *vaccæ pingues*, quia tales erant *vaccæ Baſan*. Sept. *δαμάλεις τῆς Βασάν*. Maior difficultas, quid per eas vaccas intelligat. Hieron. putat proceres decem tribuum. Hebræi, mulieres nobiles eius gentis: quarum captiuitatem prædicit. Hoc Vatablus ſequitur. Verba Hebr. fauēt, quæ ferè ſunt generis feminini.

In monte Samariæ. *Samaria* in monte ſita erat, & tota regio montuoſa. Qvæ calvmniam facitis, ſeu *opprimitis egenos*. Qvæ dicitis dominis veſtris. Sic Sept. Hebr. *dominis ipſorum*. ſ. pauperum, nempe *Principibus*, vt Chald. vertit. Afferte, et bibemvs. i. opprimite aliquem, vt ex ea præda epulemur.

2 Ivravit Dominvs Devs in ſancto ſvo. Hebr. *in ſanctitate ſua*. i. per ſanctitatem, per ſemetipſum. Levabvnt vos in contis. i. capita veſtra haſtis præfixa. Hebr. *leuabit*. ſ. hoſtis *in clypeis*. Sic Aquila. i. lembis, clypeorum forma factis. Et reliqvias veſtras. Hebr. *poſteritatem veſtram*. i. filios. In ollis ferventibvs. ſ. eos coquent. Hebr. *in ollis piſcis*. i piſcatorum cymbis, quæ inſtar ollæ, ſeu lebetis ſunt, vt vertit Aquila, leuabunt ſ. ſic Hebr.

3 Per apertvras exibitis. ſ. quas hoſtis fecit, rupto muro fugietis, aut in captiuitatem ibitis. Simul notat, tantam fore multitudinem migrantium, vt portæ vrbis non ſufficiant. Altera contra alteram. .i. ſimul ſociatæ coniunctæ rupturæ erunt. Et proiiciemini in Armon. Hebr. *proiicietis*. Verùm ſublatis punctis verbum *hiſlachthenah*, quod eſt in coniugatione *Hiphil*, poteſt eſſe in *Hophal* paſſiua. Atque ita Chald. legit, vertit enim: *transferent vos vltra montes Armeniæ*. Ita per *Armon* non *palatium* intellexit, vt alij, ſed *Armeniam*, quod Hieronymus ſequitur, cùm ait in Comment. *Armon eſſe montes Armeniæ*. Quòd ſi Hebraicam linguam ſequaris, ſenſus erit, *proiicietis*. ſ. vos in palatium. i. pars per rupturas fugiet, pars in arcem confugiet. ſic fit vrbe capta.

4 Venite ad Bethel. Ironia eſt totum quod hoc verſu & proximo dicitur. Et afferte mane. .i. quolibet manè, quotidie. Tribvs diebvs decimas veſtras. Hebræi per *dies* annos intelligunt; erat enim præceptum, vt quolibet triennio offerrent Deo decimas. Hieronymus putat, hîc agi de ſacrificio ſpontaneo & ex voto, cuius carnes in diem tertium ſeruari non poterant: Leuit. 7. v. 16. q.d. agite ſacrificia veſtra præpoſtero ordine, & contra legem ex veſtris decimis ſic offerte, credentes ſic Deum placari. Aut *tribus diebus*. .i. ter in anno, ite ad idola, & offerte illis decimas, vt ex lege faciebant ter euntes in templum Dei.

5 Et ſacrificate de fermentato lavdem. i. ſacrificium laudis. ſ. pro gratiarum actione, in quo panes fermentati offerebantur: Leuit. 7. v. 12. Et vocate volvntarias oblationes. i. ad voluntarias oblationes vocate alios, inuitate. Et annvntiate, publicate, promulgate eas futuras.

6 Dedi vobis ſtvporem dentivm. Hæc eſt retributio pro iis peccatis. Hebr. *munditiam dentium*. i. famem, vt mox explicat, & repetit. Et indigentiam panvm. i. panis. *Dedi*, pro, dabo.

7 Cvm adhvc tres menſes. i. menſe Aprili extremo, cùm pluuia ſerotina incipit, vt ait Hieronymus, qui meſſem Iulio menſe ponit. Ego citiùs prouenire credam in ea regione, quæ calidiſſima eſt. Ergo tribus menſibus ante meſſem pluuia non erit.

8 Ad vnam civitatem. ſ. adeam, in qua plui, venerunt vt biberent plures ciuitates.

9 Avrvgine. *Aurugo*, quæ & *arugo* & *rubigo*, vitium ſpicarum, cùm humore intempeſtiuo ſiccantur, & in puluerem vertuntur. Ervca. *Oruga* eſt, ſic Ioel. 1. verſ. 4. non *bruchus*, vt Chald. non *locuſtæ genus*, vt Hebr.

10 Miſi in vos mortem. Hebr. *peſtem in via Ægypti*. Quæ fuit illa peſtis? Percvſſi in gladio ivvenes veſtros, quos ſ. mittebant in Ægyptum, vt frumentum emerent. Equos etiam & iumenta abſtulerunt eis. Et aſcendere feci pvtredinem, fœtorem. Caſtrorvm veſtrorvm. Sic vocat locum, vbi ij iuuenes ſunt occiſi. In nares veſtras. eorum, quos miſerunt vt iuuenes quęrerent, in nares aſcendit fœtor cadauerum.

11 Qvaſi torris, ſemiuſtus, niger, fuligine obſitus. Multis peccatis fœdi eſtis. Zachar. 3. verſ. 2 hac metaphora vtitur. Porrò *ſubuerti vos*. pro, ſubuertam, *facti eſtis*, pro, eritis.

12 Præparare in occvrſvm Dei, quod hactenus non feciſti, vt ad me redires, his malis caſtigatus id facito. Meliora tempora expecta, tempore ſ. Euangelij. Quis eſt Deus?

13 Formans montes. i. orbem vniuerſum. Creans ventvm. Sept. *ſpiritum*, hoc eſt hominem, quam expoſitionem Hieronymus probat. Et annvntians homini eloqvivm ſvvm. i. per Prophetas homini loquitur. c. 3. verſ. 7. *Non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas*. Hebr. *meditationem*, ſeu *opus ſuum*. Idem ſenſus; quod meditatur, quod facturus eſt, annuntiat. Sept. *annuntians in homines Chriſtum ſuum*. Faciens matvtinam nebvlam. Hebr. *faciens auroram tenebras*. i. lucem vertens in caliginem. Sept. meliùs, *faciens auroram & tenebras*. Qui hæc omnia facit, Deus eſt. Hæc dicit, vt Iſrael intelligat, Deum præſtare poſſe & efficere quod promittit, & quod minatur, tanta eſſe maieſtate & potentia.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Vaccæ pingves. q.d. ô qui genio indulgetis, & vita eſtis effeminati. Poteſt & de feminis intelligi. Chald. *diuites ſubſtantijs*. Monte. Erat Samaria in monte ſita. Conſtringitis. i. opprimitis. Dominis. ſ. Regibus, vel viris. Afferte, &c. q.d. date quibus oblectemur.

2 In ſancto ſvo. Chald. *per ſanctitatem ſuam*. Lxx. *per ſanctos ſuos*. Levabvnt. Chald. & Lxx. *tollent*. Contis. i. lanceis. Lxx. *telis*. Reliqvias, &c. .i. reliquos, ex vobis, vel partem carnium veſtrarum, vel filios. Chald. *filias veſtras*.

3 Per apertvras. ſ. muri. Lxx. *nudi*. Contra alteram. i. coram altera, vel poſt alteram. Armon. .i. Armeniam. Chald. *vltra montes Armeniæ*.

4 Venite, &c. q.d. facite ſanè impiè, vt ſoletis, non longè eſt cùm vos puniam. Tribvs diebvs. ſ. adibant idola ter in anno, vt olim templum; vel fortè ſolebant tribus diebus conuiuari, inuitatis ſacerdotibus, ad imitationem eius quod dicitur Deut. 14. idque quotannis, ſeparatis ad id decimis fructuum.

5 Lavdem. i. ſacrificium laudis, ſeu gratiarum actionis. Vocate. i. indicite, vel nominate. ſ. iactabundi. Volvntarias. ſ. ſponte oblatas. ſ. non cogente præcepto. Annvntiate. i. prædicate, ſeu diuulgate. Sic enim, &c. q.d. quando ita vultis.

6 Dedi. Lxx. *dabo*. Stvporem. ſ præ fame. Lxx. *colliſionem*. ſ. præ indignatione ob calamitates, vel præ tremore ob mala impendentia.

7 Imbrem. vide 3. Reg. 18. 4. Reg. 8.

9 Vrente. ſ. ſegetes perdente. Avrvgine. vitium eſt quo ſegetes palleſcunt. dicitur & *arugo*. Mvltitvdinem, &c. coniunge cum *comedit*, &c.

10 Mortem. Chald. *peſtilentiam*. In via Ægypti. ſ. in eos qui ad Ægyptum abierant opem petituri, vel q.d. ſicut olim in deſerto cùm ex Ægypto eduxiſſem. Percvſſi, &c. vide 4. Reg. 13. Vſqve ad captivitatem. Chald. & Lxx. *cum captiuitate*. Pvtredinem. Chald. *fœtorem*.

11 Torris. q.d. pænè conſumpti.

12 Hæc. Tacet quæ mala, more Scripturæ, quæ ſolet etiam ſic dicere, *Hæc faciat mihi Dominus*, &c. i. grauiter puniat: vel fortè intelligit ſuperiùs dicta, vbi præterita pro futuris accipienda. In occvrſvm. Lxx. *ad inuocationem*. q.d. age pœnitentiam.

13 Ventvm. pro, ventos. Lxx. *ſpiritum*. quod poteſt etiam de hominis anima intelligi. Eloqvivm. .i. verbum. ſ. præcepta. ſic Pſal. 147. *annuntiat verbum ſuum Iacob*, &c. Lxx. *Chriſtum*. Gradiens, &c. q.d. qui eſt ſuper omnia eleuatus, ſeu qui omnia etiam ſublimia gubernat ſua prouidentia. Exercitvvm. Lxx. *omnipotens*.

CAPVT V.

Luget caſum Iſraelis Propheta, reuocans eos ad quærendum Dominum, vt ita poſſint euadere afflictiones ſuis peccatis debitas, propter quas vbique planctus erit: odit Dominus feſtiuitates ac ſacrificia eorum, quibus propter idololatriam minatur captiuitatem.

AVdite verbum iſtud, quod ego leuo ſuper 1
vos planctum, Domus Iſrael cecidit, & A
non adijciet vt reſurgat. * Virgo Iſrael proiecta 2
eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.
*Quia hæc dicit Dominus Deus: Vrbs de qua 3
egrediebātur mille, relinquentur in ea centum:
& de qua egrediebantur centum, relinquentur
in ea decem in domo Iſraël. * Quia hæc dicit 4
Dominus domui Iſraël: Quærite me, & viuetis.
*Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam 5
nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis: B
quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis.
* Quærite Dominum, & viuite: ne fortè 6
comburatur vt ignis domus Ioſeph, & deuorabit,
& non erit qui extinguat Bethel. * Qui 7
conuertitis in abſinthium iudicium, & iuſtitiam
in terra relinquitis. * Facientem Arcturum & 8
Orionem, & conuertentem in manè tenebras,
[ⁿ Inf. 9. b. 6] & diem in noctem mutantem: ⁿ qui vocat
aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ:
Dominus nomen eſt eius. * Qui ſubridet vaſti- 9
tatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſu- C
per potentem affert. * Odio habuerunt corri- 10
pientem in porta: & loquentem perfectè abominati
ſunt. *Idcircò, pro eo quòd diripiebatis 11
[ⁿ Soph. 1. c. 17] pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo:
ⁿ domos quadro lapide ædificabitis, & nõ habitabitis
in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, &
nõ bibetis vinum earum. *Quia cognoui multa 12
ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes
iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes
in porta: *Ideò prudens in tempore illo ta- 13
cebit, quia tempus malum eſt. * Quærite bo- 14
num, & non malum, vt viuatis: & erit Do- D
minus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.
[ⁿ Rom. 12. b. 9; Pſal. 96. b. 10] * ⁿ Odite malum, & diligite bonum, & 15
conſtituite in porta iudicium: ſi fortè miſereatur
Dominus Deus exercituum reliquijs Ioſeph.
* Propterea hæc dicit Dominus Deus 16
exercituum dominator: In omnibus plateis
planctus: & in cunctis, quæ foris ſunt, dicetur
væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad
planctum eos qui ſciunt plangere. * Et in omni- 17
bus vineis erit planctus: quia pertranſibo in E
[ⁿ Ier. 30. b. 7; Ioel. 2. c. 11; Soph. 1. c. 15] medio tui, dicit Dominus. * ⁿ Væ deſideranti- 18
bus diem Domini: ad quid eam vobis? dies
Domini iſta, tenebræ, & non lux. * Quomo- 19
do ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus:
& ingrediatur domum, & innitatur manu
ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.
* Numquid non tenebræ dies Domini, & non 20
[ⁿ Iſa. 1. d. 11; Ier. 6. e. 20; Malach. 1. c. 12] lux: & caligo, & non ſplendor in ea? * ⁿ Odi, 21
& proieci feſtiuitates veſtras: & non capiam
odorem cœtuum veſtrorum. *Quòd ſi obtule- 22
ritis mihi holocautomata, & munera veſtra,
non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum 23
non reſpiciam. *Aufer à me tumultum carminum
tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.
24 *Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia
25 quaſi torrens fortis. * ⁿ Numquid hoſtias & ſa- [ⁿ Act. 7. f. 42]
crificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta
26 annis, domus Iſrael? * Et portaſtis tabernacu-
lum Moloch veſtro, & imaginem idolorum
veſtrorum, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis.
27 *Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit
Dominus, Deus exercituum nomen eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDITE VERBVM. hoc eſt, planctum, næniam, ſeu monodiam. PLANCTVM. Appoſitiuè. Digna calamitas, quam lugubri carmine deplorem.

2 VIRGO ISRAEL. Quæ aliquando fuit, vt virgo pulchra, dilecta.

3 DE QVA EGREDIEBANTVR MILLE. ſ. ad bellum. Militum tamen in ea paucitas faciet, vt ſe tueri non poſſit, neque à caſu & miſeria reſurgat.

5 ET IN BERSABEE NON TRANSIBITIS. Erat in tribu Iuda ad Meridiem, vbi ea tribus idola colere ſolebat. Iſrael domeſticis idolis non contenta, ad externa concurrebat; ſic Hieronymus. GALGALA CAPTIVA DVCETVR. In tribus Hebraicis vocibus hic eſt pulchra Paronomaſia, quam Latinæ voces non exprimunt. Porrò *Galgala* ad litus Iordanis ſita, Aſſyriorum iniuriæ opportuna erat. *Berſabee* remota, finis ad Auſtrum Terræ promiſſionis. ET BETHEL ERIT INVTILIS. Hebr. *erit in nihilum*. ſic Chald. i. vaſtabitur, euertetur, comburetur, vt ait verſus proximus. Quærite ergo Deum,

6 NE FORTE COMBVRATVR. Sic Sept. & Chald. Ita puto pro יִצְלַח vt nunc eſt. i. *findet*, eos legiſſe יִצְלָה. *izlah*. i. *aſſabit, combure*t. VT IGNIS, ſiue *vt igne*. DOMVS IOSEPH. Sic vocat Ephraim, qui inter filios Ioſeph dignitate potior fuit, & ab eo totum illud regnum ſic vocatur.

7 QVI CONVERTITIS IN ABSINTHIVM. Hoc iungitur cum illo, *Quærite Dominum* vos, qui iudicium vertitis in abſinthium. i. malè iudicatis. vt recta iudicia ſunt dulcia, ſic praua ſunt amara. ET IVSTITIAM IN TERRA RELINQVITIS. Chald. *proijcitis*, ſeu *proijciunt*, hoc eſt, conculcatis eam.

8 FACIENTEM ARCTVRVM ET ORIONEM, ſeu *qui facit*. & iungitur item cum *Quærite Dominum*, poſitum v. 6. Meminit horum ſiderum, quoniam ijs apparentibus tempeſtates concitantur, quales hîc minatur Dominus. *Arcturus* eſt in cauda maioris Vrſæ, *Orion* prope Taurum. ET CONVERTENTEM IN MANE TENEBRAS. i. vertit tenebras in lucem, & econtrariò. Hebr. Schol. ait, in æſtate tenebras in lucem verti, quia dies ſunt longiſſimi; in hieme contrà. Porrò Hebr. *tenebras* vocat *vmbram mortis*, quia illi ſimiles. QVI VOCAT AQVAS MARIS. i. illis præcipit. ET EFFVNDIT EAS SVPER FACIEM TERRÆ, aut cùm exundat mare, aut quia pluuiæ ex mari excitantur, quibus terra perfunditur.

9 QVI SVBRIDET VASTITATEM. Videtur ludere in noſtris malis. Hebr. *qui roborat vaſtatorem contra fortem*. ſ. populum. *& vaſtator contra munitionem* ſeu *arcem veniet*. Hieronymus ait, DEPOPVLATIONEM SVPER POTENTEM AFFERT.

10 ODIO HABVERVNT CORRIPIENTEM. ſ. Prophetam. Iunge hoc cum fine verſus ſeptimi. ſ. *iuſtitiam in terra relinquitis*. IN PORTA. i. palàm. Ibi erat forum & frequentia, & conueniebant Prophetæ. PERFECTE. pro, perfecta. Chald. *loquentem recta*.

11 DIRIPIEBATIS PAVPEREM. Sic Chald. vox בשס *baſas* hoc loco tantùm inuenitur, quam Hebræi in ſignificatione *terendi*, ſeu *conculcandi* ponunt; Hieronymus aptiùs in ſignificatione *diripiendi*, quæ cum ſequentibus magis conuenit. ET PRÆDAM ELECTAM. Hebr. *onus electum* tollebatis. ſed *onus*, pro *munere* & *dono*, vt Hebr. AEDIFICABITIS. Hebr. *ædificaſtis domos*. ſ. ex ea præda, ijsque donis. VINEAS PLANTABITIS AMANTISSIMAS. Hebr. *deſiderij*. i. *deſiderabiles*, vt Sept. vertunt. i. amœnas vineas plantaſtis ex ea præda.

12 Hostes ivsti. *Iuſti* in genitiuo. Hæc ſunt ſcelera: Iuſtis hominibus aduerſantor, munera accipitis, pauperes opprimitis. *Munera* Hebr. vocat *propitiationem*, *beſamanos*. Et pavperes deprimentes. Hebr. *pauperes declinare fecerunt*. i. eorum iudicia peruerterunt. In porta. ſ. vrbis, vbi tribunalia erant.

13 Tacebit prudens, quia videt admonitionibus locum non eſſe, propter obſtinationem gentis, & proximam vindictam Dei, aut ne ſe temere diſcrimini offerat, populo in eum irritato.

14 Sicvt dixistis. ſ. Deum vobiſcum fore; aut ſicut deſideraſtis, Deum fore vobiſcum. Vt id fiat, quærite bonum.

15 Constitvite. Chald. *dirigite* in portis ivdicivm. Rectè iudicate. reſtituite iudicia quæ collapſa ſunt.

16 Et in cvnctis qvæ foris svnt. ſ. vicis & pagis erit planctus. Hebr. *in plateis*. Sept. *in vijs*. ſed *via* pro *plateis*. Vocabvnt agricolam. i. homines humiles, qui plangant in ea clade, vt præficæ. Et ad planctvm. Explicatio. quaſi in funere præficas adhibebunt, quæ plangere ſciunt.

17 Et in omnibvs vineis. i. in pagis & vicis erunt planctus. Qvia pertransibo, non vno loco conſiſtam, ſed omnia puniens percurram.

18 Væ desiderantibvs diem Domini. Irridentes Prophetas dicebant: Vtinam is dies, quem dicitis, veniat! Ad qvid eam vobis. ſ. optatis? Goth. *ea vobis?* ſic Sept. & Chald. Vt quid ipſa dies? quorſum eam cupitis? quæ lectio commodior videtur. Magnæ calamitates inſtant, aliæ ex alijs nexæ, vt ſi vir vitato leone in vrſum incidat.

21 Festivitates vestras. i. munera ſolemnitatum. Non capiam, non accipiam. Odorem coetvvm. Hebr. *non odorabo* (oblationes) *cœtuum* i. *feſtorum*. hoc eſt, ſolemnitatum. Repetitio. q.d. veſtræ oblationes gratæ mihi non erunt.

22 Et vota pingvivm. Hebr. *pacificam*, pro, pacifica ſaginatorum vitulorum non aſpiciam. מְרִיא *Meri*, *bouem ſaginatum* ſignificat.

23 Avfer a me tvmvltvm, turbam, multitudinem canticorum tuorum. Et canticvm lyræ. Hebr. *canticum nablorum tuorum non audiam*. Quid *nablus* ſit, alio loco eſt dictum, 1. Paral. 15. v. 8.

24 Et revelabitvr, aut vt Sept. *deuoluetur*. inundabit, qvasi aqva ivdicivm. i. punitio Dei. & qvasi torrens, nempe qui cum impetu fertur, obuia euertet. יִגַּל *igal*. ſi à גלל *ghalal* deducitur, ſignificat *deuolui*, ſi à גלה *ghalah*, *reuelare*, quod præter Hieronymum Chaldæus eſt ſecutus.

25 Obtvlistis mihi in deserto. hoſtias ſ. obtulerunt quidem, ſed non ſoli, quia idola colebant, perinde erat ac ſi non offerrent.

26 Et portastis tabernacvlvm Moloch vestro. Locus obſcurus & impeditus. Stephanus Act 7. v. 43. ſic citat: *Suſcepiſtis tabernaculum Moloch*. Hebr. *tabernaculum Regis veſtri*. is eſt Melchom, quem Regem veſtrum putabatis: & vt pij tabernaculum Dei in deſerto portabant, ſic alij Moloch tabernaculum, vbi illi ſacrificarent. *Melchon* ſeu *Moloch* plerique *Saturnum* putant Regem & patrem deorum: quidam *Mercurium*, nempe, pro מלך *Moloch* legerũt מלאך *Malaach*. i. *Angelum nuntium*, qualem Mercurium eſſe fingebant deorum nuntium. Et imaginem idolorvm vestrorvm. ſ. portaſtis. Stephanus, *ſidus Dei veſtri Remphan*. Hebr. כיון *Chiun*, *imaginum veſtrarum*. ſ. portaſtis. Sed quid *Chiun*? Pro *Chiun* alij *placentam*, alij *Saturnum* vertunt. Theodotion ἀμαύρωσιν, *obſcuritatem*. Ego *apparatum* verterem *idolorum veſtrorum*, à כון *Chun*. *parare*. i. portaſtis eorum ſacrorum inſtrumenta. Stephan. *Sidus Ramphan*, quem Beda & alij *Luciferum* ſeu *Venerem* putant. Vnde id? Sidvs dei vestri, qvæ fecistis vobis? Sic Hebr. ſtellam idolorum capiti aſſingebant, numinis argumento; nos radio imaginibus Sanctorum. Ex Pacati Panegyrico conſtat, Caſtorem & Pollucem effingi ſolitos ſtellatis apicibus. Et Græcos in præcipuis certè ſtatuis radios capiti affinxiſſe, ex Luciano in Timone conſtat. Ergo *portaſtis ſidus dei veſtri*. i. Deum cum ſidere. Hypallage. Stephanus, *figuras, quas feciſtis adorare eas*. Sept. *figuras eorum, quas feciſtis in eis* pro, eas. Hunc locum ex Sept citat Stephanus, paucis mutatis. Summa, ſignificat, ita fuiſſe deditos idolis, vt omnem apparatum eorum, tabernaculum, & imagines ſecum in deſerto portarent.

27 Et migrare vos faciam trans Damascvm. Sic Hebr. & Sept. Stephanus, *transferam vos trans Babylonem*. Conciliat Hieronymus, ſecutum Stephanum non verba, ſed ſententiam, vti alijs citationibus Apoſtolorum ſæpè fit. Iſmaëlitas trans Damaſcum in Medos & Perſas ductos, qui vltra Babylonem ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Levo. i. ſublata voce prædico, vel attollo, vt ſolet percuſſurus Chald. & Lxx. *aſſumo*. Svper. i. contra. Planctvm, appoſitiuè. q.d. leuo quiddam flebile. Cecidit. præt. pro fut. q.d. cadet ſtatu ſuo. ſ. expugnata ab Aſſyrijs. Resvrgat. i. ex captiuitate redeat, & regnet.

2 Virgo. Ita vocantur Regna, quòd ſeruantur vt virgines ſolent, magna cuſtodia. itaque Chald. ſolet vertere *Regnũ*. In terram svam. q.d. in ſua regione, ſeu domi ſuæ in terram vſque deiecta eſt. Svscitet. i. erigat.

4 Egredievantvr. ſ. ad bellum. Domo. pro, domibus. i. familijs, ſeu populo.

5 Bethel. In locis hîc commemoratis idola colebantur. Invtilis. Hebr. *in vanitatem*. Chald. *in nihilum*. Lxx. *non ens*, ſeu *non exiſtens*. q.d. ad nihilum redigetur.

6 Ioseph. Sic dicitur Iſrael, quia Ephraim (ex cuius tribu Ieroboam) filius fuit Ioſeph. vnde & Apoc. 7. pro *Ephraim* poſitus *Ioſeph*. Bethel. pro, Betheli. i. ignem. Lxx. *domus Iſrael*.

7 Absinthivm. i. amaritudinem q.d. iniquè iudicatis, vel viuitis. *iudicium* enim ſignificat etiam rectè viuendi rationem. In terra. ſ. velut proiectam, & iacentem. Chald *in terram proijcitis*.

8 Facientem. iunge cum *quærite*, quod præceſſit. Arctvrvm, &c. Per hæc ſigna, quæ ſunt Septemtrionalia, reliqua etiam intelliguntur. Vocat. ſ. eleuat per vapores. Effvndit. ſ. ex nubibus.

9 Svbridet. i. veluti ridendo (. ſ. facilè) vel deridendo immittit. ſic Pſalm. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos*, &c. Lxx. *ſuſcitans*.

10 In porta. ſ. ciuitatis, vbi fiebant iudicia & erat populi frequentia, adeoque commodum Prophetis concionari. Chald. *in domo iudicij*. Loqventem perfecte. i. de vitæ perfectione, ſeu ſanctitate. Chald. *loquentem recta*. Lxx *ſermonem ſanctum*.

11 Electam. i. pretioſam. Qvadro lapide. i. pulchras. Amantissimas. Hebr. Chald. & Lxx. *deſiderabiles*.

12 Fortia. i. grauia, ſeu grandia. Ivsti. ſ. hominis, vel *iuſti*. i. iuſtitiæ. Lxx. *conculcantes iuſtum*. Mvnvs. ſ. vt iniquè iudicetis. In porta. pro, in iudicio.

13 Tacebit. ſ. deſinet monere, videns ſe operam perdere, vel Deum iratum, & omnino puniturum. Malvm. vel peccatorum obſtinatione, vel calamitate certa.

14 Dixistis. i. ſoletis precari, ſeu optare.

15 Ivdicivm. ſ. iuſtum. q.d. rectos iudices. Ioseph. i. Iſrael.

16 Planctvs. ſ. ob calamitates. Qvæ foris svnt. Lxx. *vijs*. Væ væ. Hebr. *Ho, ho*. Scivnt. ſ. ex arte, quæ olim in vſu.

17 Vineis. Lxx. *vijs*. Pertransibo. ſ. puniens, ſeu percutiens.

18 Desiderantibvs, &c. i. dicentibus, velut ſi deſiderent, Veniat ſanè iſte dies, qui toties prædicitur. Vide Ierem. 17. vel q.d. Væ optantibus, vt veniat Dominus, veniet enim magno ipſorum malo. Vobis. ſ. optatis,

qui

qui puniri meremini, non iuuari. TENEBRÆ. i. calamitas. Lxx. i. proſperitas.

COLVBER. i. ſic vobis accidet. ſ. vnam fugientes cladem alia excipiet. 19

DIES ſ. ille quem minatur? 20

ODOREM. q. d. non erunt gratæ mihi veſtræ congregationes in feſtis. 21

PINGVIVM. ſ. hoſtiarum pacificarum. 22

CARMINVM. i. laudū, quibus me celebras, vel idola. 23

REVELABITVR. i. apparebit. IVDICIVM. i. ſupplicium. FORTIS. iunge etiam cum *aqua*. Chald. *inundans*. quidam tamen ſic intelligunt; Reueletur iudicium, & iuſtitia copioſè. q. d. viuite iuſtè, ſi vultis euadere ſupplicium. 24

OBTVLISTIS. i. rarò Deo ſacrificarunt in deſerto. 25

PORTASTIS. Lxx. *ſuſcepiſtis*. ſ. portandum. MOLOCH Dicitur & *Melchom*. Idolū eſt Ammonitarum. vnde videtur id intelligi de Terra promiſſionis. Quidam tamen hæc ad deſertum referunt. fortè factum, cùm veniſſent in terram Moab: Num. 25. IMAGINEM. i. ſimulachrum. SIDVS. i. Luciferum, ſecundùm Hieron. Dicitur autem *Remphan*. i. *tenebra* ſeu *obſcuratus*, per irriſionem: quamquam Hebr. non eſt hæc vox. Lxx. *Rompha*. 26

DAMASCVM. Stephanus Act. 7. dicit *Babylonem*. ſ. vtrumque factum. EXERCITVVM. Lxx. *omnipotens*. 27

CAPVT VI.

Comminatur Dominus ſuperbis, & in delicijs agentibus exitium ac transmigrationem, vna cum reliquo populo Iſrael; cuius deteſtatur ſuperbiam.

* Luc. 6. d. 24

VÆ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis 1
in monte Samariæ: optimates capita po- A
pulorum, ingredientes pompaticè domum Iſ-
rael. *Tranſite in Chalane, & videte, & ite inde 2
in Emath magnam: & deſcendite in Geth Pa-
læſthinorum, & ad optima quæque regna ho-
rum: ſi latior terminus eorum termino veſtro
eſt. *Qui ſeparati eſtis in diem malum: & ap- 3
propinquatis ſolio iniquitatis. *Qui dormitis in 4
lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui
comeditis agnum de grege, & vitulos de medio
armenti. *Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut 5
Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici. *Bi- 6
bentes vinum in phialis, & optimo vnguento B
deliburi: & nihil patiebantur ſuper contritione
Ioſeph. *Quapropter nunc migrabunt in capi- 7
te tranſmigrantium: & auferetur factio laſci-
uientium. ** Iurauit Dominus Deus in anima 8
ſua, dicit Dominus Deus exercituum: Deteſtor
ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tra-
dam ciuitatem cum habitatoribus ſuis. *Quod 9
ſi reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipſi
morientur. *Et tollet eum propinquus ſuus, & 10
comburet eum, vt efferat oſſa de domo: & dicet
ei, qui in penetralibus domus eſt: Numquid ad- C
huc eſt penes te? *Et reſpondebit: Finis eſt. Et 11
dicet ei: Tace, & non recorderis nominis Do-
mini. *Quia ecce Dominus mādabit, & percu- 12
tiet domum maiorem ruinis, & domum mino-
rem ſciſſionibus. *Numquid currere queunt in 13
petris equi, aut arari poteſt in bubalis, quoniam
conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fru- D
ctum iuſtitiæ in abſinthium? *Qui lætamini in 14
nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine
noſtra aſſumpſimus nobis cornua? *Ecce enim 15
ſuſcitabo ſuper vos domus Iſrael, dicit Domi-
nus Deus exercituum, gentem: & conteret vos
ab introitu Emath, vſque ad torrentem deſerti.

* Ierem. 51. b. 14

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVI OPVLENTI, aut *quieti*. IN SION. Iudæos & Iſraelitas increpat. OPTIMATES. Hebr. *nominati*. i. nobiles. CAPITA. Hebr. (in) *principio gentium*. i. qui primum locum in vtraque gente tenetis optimates. INGREDIENTES POMPATICE. i. cum faſtu & ſuperbia verſantes in domo ſeu populo Iſrael. Hebr. *& venient ad eos domus Iſrael*. i. frequentant eorum domos, vt ſolent clientes.

2 TRANSITE IN CHALANE. Ciuitas Babylonis, Gen. 10. v. 10. IN EMATH MAGNAM. Ea eſt *Antiochia* ad Orontem prope Damaſcum; & vocatur *magna*, quoniam erat alia minor, quæ ab Antiocho Epiphane dicta eſt *Epiphania*: Hieronymus. ET AD OPTIMA QVÆQVE REGNA HORVM. Hebr. *num meliora regnis his*. q. d. neque opulentia, neque ditionis latitudine vos ſuperant.

3 QVI SEPARATI ESTIS IN DIEM MALVM. i. exitio deſtinati. ET APPROPINQVATIS SOLIO INIQVITATIS. ſ. vt citò ducamini ad Reges iniquos. Hebr. *qui elongatis diem malum*, non creditis breui venturū. *Et appropinquatis ſoliū rapinæ*. i. interim rapinis & violētiæ vacatis.

4 ET LASCIVITIS IN STRATIS VESTRIS. Sic Sept. & verbum סרח *ſarah* id ſignificat, licet quidam vertant, *qui ſe extendunt in ſtratis & lectis ſuis*. AGNVM DE GREGE. i. electum comeditis. ET VITVLOS DE MEDIO ARMENTI. Hebr. *de medio ſagina*. i. ſaginatos.

5 QVI CANITIS AD VOCEM PSALTERII. פרט *parat*, *concinere* ſignificat, ſeu *plaudere*. atque ita Chald. & Sept. pro *ad vocem pſalterij*, Hebr. eſt *ad os nabli*. Ioſephus 7. Antiq. cap. 10 ait nablum duodecim ſonos habere. i. chordas, & digitis pulſari. Ego, quoniam *nebel*, *vtrem* ſignificat, credebam vento inflari, eſſeque quæ *gayta* vocatur. Verùm Hieronymus & Sept. pro ea voce ferè *pſalterium* vertunt. PVTAVERVNT SE HABERE VASA CANTICI. Hebr. *ſicut Dauid excogitarunt ſibi vaſa cantici*. hoc eſt, muſica inſtrumenta noua. Denique lætitiæ vacatis.

6 ET NIHIL PATIEBANTVR. Hebr. *non dolebant ſuper contritione Ioſeph* i. malo, quod inſtabat Iſraelitis

7 IN CAPITE TRANSMIGRANTIVM. i. hi delicioſi erūt primi inter captiuos. FACTIO, ſeu *conuiuium* eorum, quos in lectis ſuis v. 4. laſciuire dixit, auferetur, ceſſabit. lætitia mœrore mutabitur.

8 IN ANIMA SVA. i. per ſe ipſum iurauit Deus. DETESTOR EGO SVPERBIAM IACOB, vel duodecim tribuum, vel decem. DOMOS EIVS ODI. Hebr. *palatia eius*, quæ faſtum dominorum arguunt. TRADAM, aut *claudam*. obſidebo. CVM HABITATORIBVS SVIS. Hebr. *& plenitudinem eius*. Sed perinde eſt.

9 ET IPSI MORIENTVR peſte aut fame. Quid de ſepultura?

10 TOLLET EVM, quemque è mortuis in domo efferet, PROPINQVVS SVVS. Sic Chald. Hebr. *patruus eius*. ſed *patruus* pro *propinquo* etiam Hebraicè ſumitur. ET DICET EI. Quis? nempe propinquus. NVMQVID ADHVC EST PENES TE? i. eſt aliquis mortuus. FINIS EST, ſeu *non*, minimè. TACE, ET NON RECORDERIS. i. non opus eſt iuramento, ego credo quod dicis. ſic Hieronymus. Lyra: *ne nomines nobis Deum, quo auctore hæc mala venerunt*. ſic Hebr. ET NON RECORDERIS NOMINIS DOMINI. Hebr. *quia non rememorandum*. i. quia non memorauimus nomen Domini, euenerūt hæc mala. Quid ſi ſic? *Tace, ne Deum quidem nomina*, aut, *Deum tantùm nomina*.

12 QVIA ECCE DOMINVS. Verba ſunt aut Prophetæ, aut eius qui ſepeliuit mortuum, fore vt ædes magnæ & paruæ euertantur.

13 CVRRERE QVEVNT IN PETRIS EQVI. Minimè, id natura non patitur. AVT ARARI POTEST IN BVBALIS. Hebr. *ſi arauit* (quis petram) *in bubus*. Quòd ſi id non fit, quomodo CONVERTITIS IN AMARITVDINEM IVDICIVM. Hebr. *in venenum iudicium, & iuſtitiam in abſinthium*. de quo c. 5. v. 7.

14 QVI LÆTAMINI IN NIHILO. i. *in re nihili*, vt Chald. in rebus ludicris & vanis. De quibus quidam, Melius

eſt otioſum eſſe, quàm nihil agere. ASSVMPSIMVS,
aut *aſſumemus*. CORNVA. i. vires contra hoſtes. Hæc
eſt vana lætitia, quam increpat. 15
SVSCITABO .... GENTEM ſ. Aſſyrios. AB INTROI-
TV EMATH. ſ. conteret ea gens totam prouinciam.
Emath eſt Antiochia. VSQVE AD TORRENTEM. *Tor-
rens deſerti*, qui in mare influit noſtrum, Peluſium inter
& Rhinocoruram. Duo termini hi ſunt Terræ ſanctæ,
Emath & *torrens*, prior ad Aquilonem, poſterior ad
Meridiem. Ergo omnem prouinciam ea gens vaſtabit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

OPVLENTI ESTIS. Chald. *quietè degitis*. ſ. in rerum
temporalium copia. POMPATICE. i. cum faſtu, 1
ſeu ſuperbè. DOMVM. i. cœtum, vel q.d. inter populú.
CHALANE. vrbs eſt in Babylonia, poſteà dicta *Cteſi-
phon*. EMATH. quæ poſteà dicta *Antiochia*: eſt & alte- 2
ra, de qua inf. quæ dicta pòſt *Epiphania*, (quæ & *Rebla-
tha*) quæ minor erat, ideò hic magna dicta illa, ad di-
ſtinctionem. SI. pro, an. LATIOR. i. fertilior, ſeu potior
fructu & amœnitate. TERMINO. i. regione.
MALVM. i. calamitoſum. ſ. captiuitatis. SOLIO INI-
QVITATIS. q.d. vt ſubiecti ſitis Regi iniquo. ſ. Aſſyrio: 3
vel *iniquitas* pro vltione iniquitatis poſita. q.d. ſolio pu-
nituro iniquitatem.
DE GREGE. ſ. electum.
SICVT DAVID, &c. q.d. Defendere ſe volunt exem- 4
plo Dauid; cùm ille fecerit ad Dei laudem, ipſi ad vo- 5
luptatem corporis. VASA. i. inſtrumenta. CANTICI.
i. muſica, ſeu ad cantum accommodata.
VINVM. ſ. optimum. PHIALIS. ſ. pretioſis. VN-
GVENTO. Fiebat id ex oleo condito aromatibus, vnde 6
interdum *oleum* vocatur, vt Luc. 7. Cant. 1. PATIEBAN-
TVR. pro, compatiuntur. Chald. *dolent*. CONTRITIO-
NE. i. contritis, ſeu afflictis. ſ. qui penuria rerum labo-
rant. IOSEPH. i. Iſraelitarum. q.d. fratrum ſuorum.
IN CAPITE. i. inter primos.
IN ANIMA SVA. i. per ſemetipſum, ſeu per vitā ſuam. 7
DOMOS. Chald. *palatia*. CIVITATEM. ſ. Samariam. 8
MORIENTVR. ſ. gladio, vel peſte.
EVM. i. vnumquemque eorum. 9
FINIS EST. q.d. nullum eſt ampliùs cadauer intus. 10
TACE, &c. q.d. Ne indignabúdus Dei memineris, quaſi 11
auctoris tanti mali. ſic enim voluit, cui reſiſti nō poteſt.
vel, Ne fruſtrà Deum inuoces, actū eſt enim de nobis.
MANDABIT. i. ita decernet, ſeu diſponet. MAIO- 12
REM. ſ. Iſrael. RVINIS. ſ. non redituram ex captiuitate.
MINOREM. ſ. Iuda. SCISSIONIBVS. ſ. plaga minori, quia
rediijt è captiuitate. Hinc apparet eſſe verba Prophetæ.
Chald. *percutiet regnum magnum percuſſione forti, mi-
nus vero regnum plaga remiſſiore.*
IN PETRIS. i. per rupes. ARARI. ſ. in ſaxis. BVBA- 13
LIS. i. bobus ſilueſtribus, qui vulgò *bufali*. q.d. nemo id
facit ſanæ mentis, vos autem peius. AMARITVDINEM.
i. iniquitatem. FRVCTVM. i. opus. q.d. cùm iuſtè face-
re deberetis, facitis iniuſtè.
IN NIHILO. i. rebus vanis, vel idolis. CORNVA. i. po- 14
tentiam.
EMATH. Terminus Terræ promiſſionis ad Aquilo- 15
nem. TORRENTEM. ſ. qui prope Rhinocoluram in
mare influit, eſtque terminus ad Meridiem. vocatur &
torrens Ægypti, Num. 34. Ioſ. 15. quia ſ. diuidit Iu-
dæam ab Ægypto, & quia ex Nilo (vt quidam volunt)
deriuatur. quod etiam Hieron. hoc loco ſentit, vocans
Nili riuum.

CAPVT VII.

Deprecatur Propheta pœnas quas videt imminere, & Dominus comminatur captiuitatem; quam Amos ſub parabola trullæ cæmentarij vaticinatur aduerſante licet Amaſia ſacerdote Bethel: qui coram rege Iſrael accuſat Amos, ſuadens ipſi Amos vt eat prophetatum in terram Iuda: ſed oſtendit ſe factum à Domino Prophetam vt ſuper Iſrael prophetaret, qui & Amaſia & Iſraeli vaticinatur afflictiones.

HÆc oſtendit mihi Dominus Deus: & ecce 1
fictor locuſtæ in principio germinantium A
ſerotini imbris, & ecce ſerotinus poſt tonſionem
2 regis. Et factum eſt: cùm conſummaſſet come-
dere herbam terræ, dixi: Domine Deus propi-
tius eſto, obſecro: quis ſuſcitabit Iacob, quia
3 paruulus eſt? Miſertus eſt Dominus ſuper hoc:
4 Non erit, dixit Dominus. Hæc oſtendit mihi
Dominus Deus: & ecce vocabat iudicium ad
ignem Dominus Deus: & deuorauit abyſſum
5 multam, & comedit ſimul partem. Et dixi:
Domine Deus quieſce, obſecro: quis ſuſcitabit
6 Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt Domi-
nus ſuper hoc: Sed & iſtud non erit, dixit Do-
7 minus Deus. Hæc oſtendit mihi Dominus: &
B ecce Dominus ſtans ſuper murum litum, & in
8 manu eius trulla cæmentarij. Et dixit Domi-
nus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trul-
lam cæmentarij. Et dixit Dominus: Ecce ego
ponam trullam in medio populi mei Iſrael: non
9 adijciam vltrà ſuperinducere eum. Et demo-
lientur excelſa idoli, & ſanctificationes Iſrael
deſolabuntur: & conſurgam ſuper domum Ie-
10 roboam in gladio. Et miſit Amaſias ſacerdos
C Bethel ad Ieroboam regem Iſrael, dicens: Re-
bellauit cōtra te Amos in medio domus Iſrael:
non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones
11 eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morie-
tur Ieroboam, & Iſrael captiuus migrabit de
12 terra ſua: Et dixit Amaſias ad Amos: Qui
vides, gradere, fuge in terram Iuda: & come-
13 de ibi panem, & prophetabis ibi. Et in Bethel
non adijcies vltrà vt prophetes: quia ſanctifica-
14 tio regis eſt, & domus regni eſt. Reſponditque
D Amos, & dixit ad Amaſiam: Non ſum pro-
pheta, & non ſum filius prophetæ: ſed armen-
15 tarius ego ſum vellicans ſycomoros. Et tulit
me Dominus cùm ſequerer gregem: & dixit
Dominus ad me: Vade propheta ad popu-
16 lum meum Iſrael. Et nunc audi verbum Do-
mini: Tu dicis: Non prophetabis ſuper Iſrael,
17 & non ſtillabis ſuper domum idoli. Propter
hoc hæc dicit Dominus: Vxor tua in ciuitate
fornicabitur: & filij tui & filiæ tuæ in gladio ca-
dent, & humus tua funiculo metietur: & tu in
terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migra-
bit de terra ſua.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OSTENDIT MIHI DOMINVS. Non ergo verè hæc
geſta ſunt, ſed per viſionem. ET ECCE FICTOR.
i. creator locuſtarum ſ. Deus. Sept. *genitura*. Chald.
creatio. i. examen locuſtarum, per quas Aſſyrios intel-
ligit, qui venerunt contra decem tribus, 4. Regum 18.
verſ. 9. IN PRINCIPIO GERMINANTIVM SEROTINI
IMBRIS, nēpe menſe Aprili locuſtæ venerūt, vt ſolent:
Hebr. *in principio quo aſcendebat*. i. germinabat herba
ſerotina. Poſt imbres Aprilis noua herba, ſed ſerò na-
ſcitur. ET ECCE SEROTINVS POST TONSIONEM REGIS.
Hebr. *ecce herba ſerotina poſt tonſiones Regis*. Sic vocat
fœni meſſem, quam Regis eſſe ait, quia lege erat conſti-
tutum quo tempore prata demeterent. Tunc ergo illa
herba naſcitur, tunc prodijt locuſta.
2 CVM CONSVMMASSET COMEDERE. Hebr. *ſi conſum-
maſſet*. ſed *ſi* pro *cum*, Hebr. Geneſ. 38. verſ. 9. *ſi ingre-
diebatur*, pro, *cùm ingrediebatur*. Ergo cùm locuſta
conſummaſſet herbam illam ſerotinam, conuerti me
in preces. QVIS SVSCITABIT? i. malis Iacob medebi-
tur? QVIA PARVVLVS EST? alijs cladibus afflictus.
3 MISERTVS EST DOMINVS, aut *pœnituit Dominus*,
auertit malum.

VOCABAT IVDICIVM AD IGNEM. Hebr. *vocauit ad litem in igne*. Vocauit Angelos, vt per ignem punirent eam gentem. Ego per *ignem* æſtum intelligo, qui poſt locuſtas ſecutus eſt. ET DEVORABIT ABYSSVM. pro, abyſſos multas. flumina & paludes conſumpſit. ET COMEDIT SIMVL PARTEM. id eſt, partes abſumpſit. Sic prædia vocat, quæ agro in partes diuiſo cõſtituebantur. 4

SVPER MVRVM LITVM. i iuxta murum litum. i. calce incruſtatum. Hebr. *murum perpendiculi*. i ad perpendiculum factum. IN MANV EIVS. ſ. Dei. TRVLLA CÆMENTARII. *Trulla* plana: vnde apud Vitruuium, *trulliſſare*. Sed plerique vocem *anach* hoc & priori loco pro *perpendiculo* ſumunt. Litem quis componat? Ergo in manu Dei trulla erat, aut perpendiculum. 7

PONAM TRVLLAM, ſeu *perpendiculum* ponam in medio. Deſeram eos, non ædificabo ampliùs. SVPERINDVCERE EVM. i. inſtaurare eum populum non addam. Hebr. *non addam tranſire eum*. ſiue vt benefaciam, ſiue vt puniam, deſeram eos penitùs. 8

DEMOLIENTVR, paſſiuè, vaſtabuntur. EXCELSA IDOLI. Hebr. *excelſa Iſaac*. hoc eſt. altaria idolorum, quæ *Iſaac* vocabant, quoniam ab eo genus, aut quoniam erecta in memoriam immolationis Iſaac. ET SANCTIFICATIONES ISRAEL DESOLABVNTVR, ſeu *ſanctuaria*, quæ in Dan & Bethel habebant. 9

AMASIAS SACERDOS BETHEL. de quo in Præfatione diximus. TERRA. ſ. hæc, propter articulum Hebr. Non poteſt ferre ſermones Amos. 10

AD AMOS QVI VIDES. Hebr. *dixit ad Amos, videns*. pro, vide. abi & FVGE IN TERRAM IVDA, ſi hîc hæres, in diſcrimine eris. Aut ſic, *dixit ad Amos Videntem*. i. Prophetam. Sed vt hoc conſtet, Hebr. accentus moueri debent. 12

QVIA SANCTIFICATIO REGIS EST. Hebr. *ſanctuarium Regis eſt*. i. ibi eſt templum, vbi vitulum Rex colit. Ibiq; domus Regni. i. Regis palatium. Tutò ibi. i. in Bethel eſſe non poteris, præſertim contra Regem locutus. 13

NON SVM PROPHETA. Hebr. *non propheta ego*. ſ. eram. SED ARMENTARIVS EGO SVM. Hebr. *ſed armentarius ego*. ſ. eram. Pro *armentario*, vt eſt Hebr. ſoli Sept. *αἰπόλος*. i. *caprarius* poſuere. *Armentarius* eſt boum paſtor. VELLICANS SYCOMOROS. Quid בלס *balas* verbum ſignificet, non eſt notum, quia hoc loco tantùm inuenitur. Pagn. *colligens ſycomoros*. ſed præſtat Hieronymi verſionem ſequi quæ Sept. etiam eſt. *Ficus ſycomori* inſuaues, dulces, & ſine granis non mateſcunt, niſi vngue ferrea ſcalpantur: Dioſcor. lib 1. cap. 144. Id ſignificat *vellicans*. Quod verò Hieronymus in Commentar. hîc & in Prologo altero vertit, *Paſtor & ruſticus, & ruborum mora diſtringens*. i. vellicans, per fructum magis notum explicuit, quod non in ruborum moris fit, ſed in ſycomoris. Aut potiùs vocem Hebr. *ſikamim*, *rubos* ſignificare putauit. Porrò tum arbor, tum fructus *ſycomorus* vocatur, teſte Dioſcoride. Hoc quidem loco pro fructu ſumit. Vox *ſycomorus* ex *ficu* & *moro* componitur, quibus ea arbor eſt ſimilis. Accentus tamen in ſecunda à fine. Horatius: 14

——— *Qui nigris prandia moris*.

o eſt longa. Quidam *ficum inſanam*, ſeu *ſilueſtrem* ſignificare putant. à *μωρὸς*. i. *ſtultus*.

ET NON STILLABIS, non loqueris. SVPER DOMVM IDOLI. id eſt, contra Bethel. Hebr. *ſuper* vel *contra domum Iſaac*. Sept. *ſuper domum Iacob*, id eſt, poſteros eorum. Quid ad hæc Propheta? 16

HVMVS TVA FVNICVLO METIETVR, ô Amaſia. Hebr. *diuidetur*. Prædia funiculis metiebantur, cùm vendebantur, aut diſtribuebantur. IN TERRA POLLVTA MORIERIS. id eſt, in Aſſyria morieris, ô Amaſia. 17

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FICTOR. i. formator. ſ. cum facilitate, vt ſolet figulus. intelligit verò Deum. Chald. *creatio*. Lxx. *generatio*. IN PRINCIPIO, &c. i. cùm ſolent omnia germinare per imbrem in vere decidentem. SEROTINVS ſ. imber. q. d. cœperunt germinare res Iſraeliticæ. TONSIONEM REGIS. i. vaſtationem primam factam ab Aſſyrijs, qua pars Iſrael à Rege Theglathphalaſar abducta eſt, de quo 4 Reg. 15.

2 CONSVMMASSET. ſ. locuſta. i. exercitus Aſſyrius. HERBAM TERRÆ. i. populum Iſrael. DIXI. i. Deum orans. SVSCITABIT. i. reſtituet. PARVVLVS. i. ad paucos redactus, paruasque vires.

3 NON ERIT. i. non prorſus peribit.

4 AD IGNEM. i. vt igne perderet. ſ. Iudam. q. d. iudicans protulit ſententiam, vt igne vaſtaretur per Chaldæos. DEVORAVIT. ſ. ignis. ABYSSVM. i. aquarum copiam. ſ. populi multitudinem. PARTEM. Chald. *hereditatem*. ſ. templum; quod erat velut pars, ſeu hereditas Dei.

5 QVIESCE. Chald. *parce*.

7 SVPER. i. iuxta. TRVLLA. inſtrumentum eſt, quo parietes calce incruſtantur & poliuntur, ad fortitudinem ſ. & elegantiam.

8 PONAM. i. deponam. ſ. deſinam eos fortificare. SVPERINDVCERE. ſ. linire. Hebr. *tranſire*. ſ. liniendo. Lxx. *præterire*. i. diſſimulare & non punire. Chald. *dimittere eis*.

9 EXCELSA. Lxx. *altaria*. SANCTIFICATIONES. i. templa idolis dedicata. Chald. *ſacra*. Lxx. *feſtiuitates*. DOMVM. i. poſteros. ſ. filium Zachariam, de quo 4. Reg. 15.

10 REBELLAVIT. Hebr. Chald. & Lxx *coniurauit*. TERRA. i. populus. SVSTINERE. i. ferre. SERMONES. i. Prophetias, ſeu prædictiones.

12 QVI VIDES. i. ô Propheta. FVGE. Chald. & Lxx. *diſcede*. COMEDE, &c. i. viue ibi.

13 SANCTIFICATIO, &c. i locus ſanctus, vbi Rex colit ſuum Deum, domusque regia.

14 NON SVM. Lxx. *non eram*. ſ. anteà. q d. non ſum officio Propheta, nec ita dudum, ſed nunc primùm ad id vocatus à Deo. ARMENTARIVS. Lxx. *caprarius*. Chald. *pecuarius*. VELLICANS. i. ſcalpens. ſ. vnguibus, vel ferro. aliter enim fructus ille non prouenit commodè. SYCOMOROS Arbor eſt ficui ſimilis fructu, moro verò folijs: dicitur & *ſycaminos*, tam arbor, quàm fructus.

15 GREGEM. Chald. & Lxx. *oues*.

16 SVPER. i. contra. STILLABIS. i. loqueris, ſeu comminaberis. Chald. *docebis*. Lxx. *turbabis*. IDOLI. Hebr. *riſus*. i. dei ridiculi. i. idoli.

17 IN GLADIO CADENT. Lxx. *captiui ducentur*. HVMVS. q d. poſſeſſiones tuæ. METIETVR. q. d. diuidetur inter hoſtes Chald. *forte diuidetur*. POLLVTA. Chald. & Lxx. *immunda*. ſ. idolorum cultu. q d. gentilium.

CAPVT VIII.

Amos ſub parabola vncini pomorum prophetat finem imminere Regni Iſrael, propter pauperum oppreſſiones: acerbitatem verò imminentis calamitatis explicat: ac feſtiuitates eorum dicit in luctum conuertendas, famemque verbi Dei futuram denuntiat.

1 HÆc oſtendit mihi Dominus Deus: & ec-
2 ce vncinus pomorum. *Et dixit: Quid tu
A vides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et
dixit Dominus ad me: Venit finis ſuper popu-
lum meum Iſrael: non adijciam vltrà vt per-
3 tranſeam eum. *Et ſtridebunt cardines templi
in die illa, dicit Dominus Deus: multi morien-
4 tur: in omni loco proijcietur ſilentium. *Audite
hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis
5 egenos terræ, *dicentes: Quãdo tranſibit men-
B ſis, & venum dabimus merces; & ſabbatum, &
aperiemus frumentum: vt imminuamus men-
ſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſta-
6 teras doloſas, * vt poſſideamus in argento ege-
nos & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias
7 frumenti vendamus? * Iurauit Dominus in ſu-
perbiam Iacob: Si oblitus fuero vſque ad fi-

nem

nem omnia opera eorum. * Numquid ſuper iſto 8
non commouebitur terra, & lugebit omnis ha- C
bitator eius: & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus,
& eiicietur, & defluet quaſi riuus Ægypti? * Et 9
erit in die illa, dicit Dominus Deus: occidet ſol
in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die
b Tob.2.b.6 1.Mach.1.e.42 luminis: * *b* & conuertam feſtiuitates veſtras in 10
luctum, & omnia cantica veſtra in planctum: &
inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum,
& ſuper omne caput caluitium: & ponam eam
quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi
diem amarum. * Ecce dies veniunt, dicit Domi- 11
nus: & mittam famem in terram: non famem D
panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum
Domini. * Et commouebuntur à Mari vſq; ad 12
mare, & ab Aquilone vſq; ad Orientem: circui-
bunt quærentes verbum Domini, & non inue-
nient. * In die illa deficient virgines pulchræ, & 13
adoleſcentes in ſiti. * Qui iurant in delicto Sama- 14
riæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via
Berſabee: & cadent, & non reſurgent vltrà.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ECCE VNCINVS POMORVM. ſ. quo decerpimus poma. Hebr. *canistrum æstatis*. hoc eſt, plenum fructibus æſtatis. Per *vncinum* aut *canistrum*, populi cladem inſtare ſignificat. 1

VENIT FINIS. Ludit vocabulo. קיץ *kaiz* ſignificat *æſtatem*, קץ *kez*, *finem*. ex priori vocabulo colligit, finem ei populo inſtare. NON ADIICIAM VLTRA VT PERTRANSEAM EVM, non diſſimulabo, *peccata impunita non relinquam*: Hieronymus. Relinquam illos, nec benè nec malè eis faciam. Sic patres ſe gerunt cum filiis in malo obſtinatis. 2

ET STRIDEBVNT CARDINES TEMPLI. Hyperbole. Hebr. *vlulabunt cantica templi*. i. cantica templi vlulatu mutabuntur & lacrymis. *Templi* aut Ieroſolymitani, aut idolorum. MVLTI MORIENTVR. Hebr. *multa cadauera in omni loco proiiciet*. ſ. hoſtis. SILENTIVM. Hebr. *tace*. ſ. dicet hoſtis. Ne lacrymis & gemitibus erit locus. ſic ſolent tyranni: ne vocem quidem liberam relinquunt. Quæ cladis cauſa? 3

CONTERITIS PAVPEREM. Hebr. *abſorbetis, conſumitis pauperes*, ita vt nullus eorum ſuperſit in terra, omnes veſtris rapinis pereant. 4

QVANDO TRANSIBIT MENSIS. i. tempus meſſis. ET VENVMDABIMVS MERCES, aut *frumentum*, aut *fructus*. Hebr. *frangemus fractionem*. ſed *frangere* pro *vendere*, *fractio* pro *frumento*. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret*. i. venderet, Thren. 4. verſ. 4. ET SABBATVM. i. dies feſtus quando tranſibit? qui erat moleſtus, quoniam in eo vendere non poterant. Chald. per *ſabbatum*, *annum remiſſionis* intelligit, poſt quem ob intermiſſas arationes annona creſcebat. ET APERIEMVS FRVMENTVM. i. horrea frumenti, vt vendatur. VT IMMINVAMVS MENSVRAM. Hebr. *ephi*, quod continebat tres modios, cori decima, vt diximus de Pond. & menſ. cap. 10. ſed benè *ephi* ponitur pro *menſura* in genere, vt Chald. & Sept. Minuunt autem menſuram, vt vendant. *vt* pro, *adhuc*, *imminuemus ephi*. Goth. *& imminuamus*. ET AVGEAMVS SICLVM. *Siclus* poſſet etiam ſumi pro *pondere* in genere, vt Vatabl. Sed præſtat cum aliis pro *ſiclo*, qui pendit drachmas quatuor, obolos viginti. Sed quare augent? nempe vendentes creditâ pecuniâ, eâ auctâ, plus argenti à debitoribus accipiebant. Aut potiùs ea fraude minuebantur pretia; aucto enim ſiclorum pretio, paucioribus ſiclis merces emebant, ſoluebant debita. Peſſimum lucrum ex mutatione monetæ. ET SVPPONAMVS, &c. Hebr. *peruertamus ſtateras doloſas*. Iis fraudibus inopes opprimebant. 5

IN ARGENTO. i. pro argento. Corraſo argento, inopes ad nos confugient; iis artibus & dolis eos vt ſeruos habebimus. PRO CALCEAMENTIS. id eſt, viliſſimo pretio pauperes poſſideamus. QVISQVILIAS Hebr. *deciduum* vendamus, *Las abechaduras*. cogentur enim pauperes præ inopia eas quaſi triticum emere. 6

7 IVRAVIT DOMINVS IN SVPERBIAM IACOB. i contra ſuperbiam Iacob. Hebr. *celſitudinem*. i. templum Iacob. ſ. Ieroſolymitanum. גאון *Ghaon* in bonam & malam partem ſumi poteſt, pro, *ſuperbia*, *celſitudine*, *templo*. *Iurauit* ergo *in celſitudine*. i. per celſitudinem.

8 QVASI FLVVIVS VNIVERSVS. ſ. habitator. Hebr *vniuerſa ipſa*. ſ. terra, *ibit*. ſ. captiua. DEFLVET. Sept. *deſcendet*. Pagn. *abſorbebitur*. QVASI RIVVS ÆGYPTI? nempe Nilus exundat & defluit in mare, in eoque abſorbetur; ſic hic populus ibit in captiuitatem magna multitudine, vt fluminis copioſi aqua, & inter Aſſyrios abſorbebitur quaſi in mari. Aut ſic, Abſorbebitur quaſi riuo Ægyptus. ſ. inundatur. ſic cap 9. verſ. 5.

9 IN DIE LVMINIS. i. per diem, quo lumen eſſe ſolet, erunt tenebræ.

10 SVPER OMNE DORSVM VESTRVM SACCVM inducam. Cilicio in anguſtia induebantur, & caput tondebant. Id ſignificat, SVPER OMNE CAPVT CALVITIVM. ET NOVISSIMA EIVS. i. finem faciam amarum, nulla reſpiratio erit, à principio vſque ad finem malum vigebit, eritque perpetuum.

11 SED AVDIENDI VERBVM DOMINI famem mittam. Qui modò contemnitis Prophetas, faciam vt nullos habeatis. Ea erit fames audiendi verbum Dei.

12 A MARI VSQVE AD MARE. A Mari rubro ad Mare mediterraneum, ab Auſtro ad Occaſum, & ab Aquilone ad Ortum circuibunt; diſcurrent per omnia loca, vt quærant Prophetam, nec inuenient.

13 DEFICIENT, aut *exanimabuntur* virgines, quibus paſſim faueri ſolet, & iuuenes qui ſunt robuſti. IN SITI, præ ſiti, aut propter laborem & diſcurſum. aut præ ſiti verbi Dei.

14 QVI IVRANT IN DELICTO, cadent. i per vitulos Samariæ iurant. VIVIT DEVS TVVS DAN. E vitulis alter erat in Dan. finis erat Terræ ſanctæ ad Aquilonem. ET VIVIT VIA BERSABEE. In Berſabee, qui erat finis Terræ ſanctæ ad Auſtrum, ſolebat tribus Iuda idola colere. eò frequentes Iſraelitæ ibant, & per eam peregrinationem quaſi rem ſacram iurabant. ET CADENT. *Et* redundat, & ſine illa meliùs ſententia conſtat. Itaque *cadent*. i. omnino peribunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VNCINVS. ſ. erat auferendus populus ab Aſſyriis, vt poma vncino ex arbore. Chald. *vas*.

2 PERTRANSEAM. i. prætercam. ſ. omittam impunitum.

3 STRIDEBVNT. ſ. commoti, ſeu ſublati ab hoſtibus. TEMPLI. Apparet id dictum de Ieruſalem. PROIICIETVR. ſ. cadauer. SILENTIVM. ſ. erit, vt ſolet in mortalitate, ſeu peſte.

4 CONTERITIS. i. opprimitis, ſeu vexatis.

5 MENSIS. i. feſtum Neomeniæ, quo non licebat vendere, vt nec Sabbato. Auari ergo videbantur per hæc duo feſta frequenter occurrentia valdè impediri. MENSVRAM. ſ. in dandis. SICLVM. ſ. pondus, vel monetam, ſed & hæc ponderabatur cùm ſolueretur, vt eſt videre Geneſ. 23. Iſa. 55. Ierem. 32. Intelligunt verò augendum fraude in accipiendis à debitore.

6 IN ARGENTO. Chald. & LXX. *argento*. ſ. paruo emptos, ſeu eorum bona. CALCEAMENTIS. i. vili pretio. QVISQVILIAS. ſ. ſordes, ſeu purgamenta.

7 IN SVPERBIAM. i contra ſuperbiam. SI. pro, non. q. d. numquam obliuiſcar.

8 COMMOVEBITVR. Chald. *deſolabitur*. LXX. *turbabitur*. LVGEBIT. Chald. *conſumetur*. ASCENDET. ſ. in captiuitatem. FLVVIVS. q. d. in magno numero. EIICIETVR. ſ. è terra ſua, vel huc illuc diuidetur in regione hoſtium. DEFLVET. i. ad paucitatem redigetur huc illuc diuiſus: vel ſenſus eſt, aſcenſurum exercitum copioſum contra illos, & eiiciendos ſedibus ſuis, & ad nihilum redigendos.

Occidet, &c. i. accidet maxima calamitas in media proſperitate. Et tenebreſcere, &c. repetitio. 9

Saccvm, &c. ſ. in calamitate induebant ſaccos, ſeu cilicia, & capita tondebant. Calvitivm. Fortè ſignificat radendos in captiuitate, vt ſolent ſerui. Eam. ſ. terram. LXX. *eum.* Qvasi lvctvm, &c. i. in maximo mœrore. 10

Avdiendi. ſ. ab aliquo Propheta. certè poſt captiuitatem decem tribus nullum habuerunt. 11

A Mari. ſ. Galilææ. Ad mare. ſ. magnum. Significatur per hæc, in omnem partem ſe conuerſuros quærendo verbum Domini. Verbvm. ſ. per Prophetam aliquem. 12

Die. ſ. captiuitatis, ſeu obſidionis. q. d. in illa calamitate. Siti. i. penuria rerum. fortè etiam ſiti. 13

In delicto. i. per idolum. Dan. hic etiam idolum colebant, quem deum vocabant iurantes. Via. ſ. iurabant etiam per viam, qua ibatur ad idolum, quod erat in Berſabe. 14

CAPVT IX.

Vaſtaturum ſe dicit Dominus impios, ſic vt nulli pateat effugium; poſtea tamen ſuſcitabit tabernaculum Dauid, & captiuitatem filiorum Iſrael conuertet, cum magna ipſorum felicitate.

VIdi Dominum ſtantem ſuper altare. & 1
dixit: Percute cardinem, & commoueantur A
tur ſuperliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouiſſimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis. Fugient, & non ſaluabi-
ⁿ Pſ. 138. a. 8 tur ex eis qui fugerit. * ⁿ Si deſcenderint vſque 2
ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi
aſcenderint vſque in cęlum, inde detraham eos.
* Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, in- 3
de ſcrutans auferam eos: & ſi celauerint ſe ab
oculis meis in profundo maris, ibi mandabo
ſerpenti, & mordebit eos. * Et ſi abierint in ca- 4
ptiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo
ⁿ Ierem. 44. c. 11 gladio, & occidet eos: & ⁿ ponam oculos meos
ſuper eos in malum, & non in bonum. * Et Do- 5
minus Deus exercituum, qui tangit terram, & B
tabeſcet: & lugebunt omnes habitantes in ea:
& aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſicut
fluuius Ægypti. * Qui ædificat in cælo aſcenſio- 6
nem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram
ⁿ Sup. 5. c. 8 fundauit: ⁿ qui vocat aquas maris, & effundit
eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen eius.
* Numquid non vt filij Æthiopum vos eſtis mi- 7
hi, filij Iſrael, ait Dominus? numquid non Iſ-
rael aſcendere feci de Terra Ægypti: & Pa-
læſthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene?
* Ecce oculi Domini Dei ſuper regnum pec- 8
cans, & conteram illud à facie terræ: Verumta-
men conterens non conteram domum Iacob, C
dicit Dominus. * Ecce enim mandabo ego, & 9
concutiam in omnibus gentibus domum Iſ-
rael, ſicut concutitur triticum in cribro: & non
cadet lapillus ſuper terram. * In gladio morien- 10
tur omnes peccatores populi mei: qui dicunt:
Non appropinquabit, & non veniet ſuper nos
ⁿ Act. 15. c. 16 malum. * In die illa ⁿ ſuſcitabo tabernaculum 11
Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas
murorum eius, & ea quæ corruerant inſtaura-
bo: & reædificabo illud ſicut in diebus anti-
quis. * Vt poſſideant reliquias Idumææ, & om- 12
nes nationes, eò quòd inuocatum ſit nomen
meum ſuper eos: dicit Dominus faciens hæc.
* Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & compre- 13
hendet arator meſſorem, & calcator vuæ mit- D
tentem ſemen: ⁿ & ſtillabunt montes dulcedi- ⁿ Ioel. 3. d. 18
14 nem, & omnes colles culti erunt. * Et conuer-
tam captiuitatem populi mei Iſrael: & ædifica-
bunt ciuitates deſertas, & inhabitabunt: & plan-
tabunt vineas, & bibent vinum earum: & fa-
15 cient hortos, & comedent fructus eorum. * Et
plantabo eos ſuper humum ſuam: & non euel-
lam eos vltrà de terra ſua, quam dedi eis, dicit
Dominus Deus tuus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Percvte cardinem. Hebr. *ſuperliminare*, quod incumbit ſuper vtrumque poſtem ianuæ, & vocatur Hebr. *caphtor*. i. *pomum*, ſeu *ſphæra*, quòd poma & flores ſculptos haberet. Et commoveantvr svperliminaria. Hebr. *contremiſcent poſtes*. Hac viſione excidium templi Ieroſolymitani, & duarum tribuum ſignificatur. Avaritia enim in capite i. ſacerdotibus. Hæc eſt exitij cauſa. Hebr. *concidet eos* (qui ſunt) *in capite omnium*. i. ſacerdotes. Sept. *diſſeca in capita omnium*. בצע *Batzah*, *auaritiam* & *ſcindere* ſignificat. Et novissimvm eorvm. Sept. *reliquias*. i. vulgus. Alij, *poſteritatem*, filios eorum gladio interficiam. Qvi fvgerit, ſeu *qui euaſerit* eam cladem, non ſaluabitur. Aliæ clades inſtabunt.

2 Si descenderint. Hebr. *ſi defoderint* (latebras vſque) *in infernum*. non euadent.

3 Si absconditi fverint in vertice Carmeli. Mons erat eo nomine duplex, denſus, & latebris commodus. Et si celaverint se ab ocvlis meis. i. conati fuerint ſe ab oculis meis ſubducere. In profvndo maris. Hebr. *in pauimento maris*. Ibi mandabo serpenti hoc eſt, ceto. Leuiathan, quem vocat *ſerpentem* ob feritatem, vt mordeat eos.

4 Et si abierint in captivitatem coram inimicis svis. Chald. *ante hoſtes*. Sept. *ante faciem inimicorum ſuorum*. Neque eo malo ſatiatus, gladio ibi eos conſumam. In malvm, aſpiciam eos. Deum aſpicere, fauorem ſignificat, nunc contrà erit.

5 Qvi tangit terram. pro, ſi tangit, ſi tetigerit terram, Deus, vt puniat. Et ascendet ſ. in captiuitatem ea terra. Sicvt rivvs omnis. Hebr. *omnis ipſa magna multitudine vt aqua fluminis*. Et deflvet Hebr. *demergetur*. Sicvt flvvivs Ægypti. aut *ſicut fluuio Ægyptus*. ſic Pagn. ſicut Nilo Ægyptus inundatur, ſic terra malis, quam tetigerit Deus, punierit.

6 Qvi ædificat in cælo ascensionem svam. Deus ſ. Hebr. *aſcenſus ſuos*. i. ſedem excelſam. Chald. *præſidium excelſum* dixit. Et fascicvlvm svvm svper terram. i. puluinum ædificat ſcabellum, in quo pedes ponit. Quod Iſai. 66. verſ. 1. dicitur: *Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum*.

7 Vt filii Æthiopvm. ſ. eſtis. Ierem. 13. verſ. 23. *Si poteſt Æthiops mutare pellem ſuam*. Eſtis in malo obſtinati. Nvmqvid non Israel. q. d. ego Iſraelitis dedi hoc regnum, quod Philiſthæis dederam, aduectis è Cappadocia, Syria & Cyrene. In manu mea ſunt regna; ego ea muto, vt placet mihi, & veſtrum mutabo. Cyrene vrbs eſt Mediæ, cap. 1. verſ. 5.

8 Ocvli Domini in malum, vt verſ. 4. Svper regnvm peccans, ſeu *regnum peccati*. Sic vocat regnum decem tribuum, quoniam ſeditione conſtitutum, & impio cultu conſeruatum. Non conteram domvm Iacob. i. Iſraelitas, quamuis captiuos, & ſublato regno ſeruabo reliquias.

9 Et concvtiam in omnibvs Gentibvs. i. diſpergam in omnes nationes filios Iſrael. Et non cadet lapillvs, ſeu *calculus*. Sept. *granum*. Itaque *grana calculos* vocauit, quæ manent in cribro, paleis & puluere ſolutis. ſic electi in tot malis ſeruabuntur.

10 In gladio morientvr. Contrà accidet peccatoribus, non ſeruabuntur vt electi. Et non veniet. Hebr. *non perueniet* svper nos malvm. ſ. hoc, quod Amos minatur. ſic illi dicebant. Qui id dicebant, morientur.

11 In die illa. i. *poſt hæc*, vt citat Iacobus Actor. 15. verſ. 16. & explicat de vocatione Gentium. Sanè quæ hîc dicit, ante id tempus Iudæis numquam acciderunt. Svscitabo tabernacvlvm David. Sic templum vocat, quoniam Dauidis pecuniâ extructum. & per *templum* intelligit Eccleſiam. Aut ſic vocat arcem Sion, quæ vocabatur *Ciuitas Dauid*.

12 Vt possideant reliqvias Idvmææ. Apoſtoli ex Iudæis, quod ſupererit ex Idumæis poſſidebunt, quoniam illi etiam & aliæ Gentes conuertentur. ſed Idumæos nominat ſigillatim, quia Iudæis inimiciſſimi erant. Invocatvm sit. pro, inuocabitur nomen meum ſuper illos, vocabuntur populi mei. Dicit Dominvs faciens hæc. ſ. qui virtutem habet ad hæc facienda.

13 Et comprehendet arator messorem. Magna erit copia frugum. Sementis tempus perueniet ad meſſem, vindemiæ ad ſementem. Et stillabvnt montes dvlcedinem. Sic Sept. Hebr. *vinum omne genus*. עָסִיס *haſis* ſignificat *potum ex vuis, & ex aliis fructibus:* Hebr. Schol. Hoc eſt, montes pleni vineis erunt, & arboribus vnde potus fiat. Et omnes colles cvlti ervnt. i. ſeminati. Hebr. *liqueſcent*. i. tanta erit gregum multitudo, tanta lactis, vt colles ipſi liquefieri videantur. Per hanc vbertatem, dona etiam myſtica intellige.

14 Et facient hortos. pro, plantabunt, inſtituent; quod fit rebus proſperis.

15 Et plantabo eos. Arbor plantata non transfertur; ſic ego ſtabiliam eos filios Iſrael, vt loco ſuo non ampliùs moueantur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Altare. ſ. holocauſti. Dixit. ſ. Angelo alicui, vel Prophetæ. Cardinem. ſ. templi. Commoveantvr. i. cadant. ſ. per Romanos deſtruendum erat. In capite. i. præcipuis. vel pro, in caput. ſ. reddam. i. puniam. Novissimvm. pro, vſque ad nouiſſimum. q. d. omnes, ſeu ex omni conditione homines. Lxx. *reliquos*.

2 Si descenderint, &c. Hyperbole, cuius ſenſus eſt, Nullo modo euadent ſupplicium.

3 Carmeli. ſ. montis. Celaverint. i. celare tentauerint. Serpenti. Lxx. *draconi*. ſ. piſci alicui magno.

4 In malvm. i. ad puniendum. In bonvm. i. ad fauendum.

5 Exercitvvm. Lxx. *omnipotens*. Tabescet. i. deſolabitur. ſeu conſumetur. Ascendet, &c. Vide ſup. cap. 8.

6 Ascensionem svvm. i. altum ſuum habitaculum. Chald. *qui collocauit in excelſo maieſtatem ſuam*. Fascicvlvm. ſ. populi ſui, ſeu electorum. Chald. *Eccleſiam ſuam*. Fvndavit. i. firmauit. Chald. *decorauit*.

7 Vt filii Æthiopvm. i. Æthiopes. ſ. peccatis deformes, vel q. d. vt illi colorem non mutant vmquam, ita nec vos vitam. vide Ierem. 13. Cyrene. ſ. vrbe Aſſyriæ, de qua ſuprà cap. 1.

8 Et conteram. Chald. *& diſperdam*. Lxx. *& auferam*. Non conteram. ſ. prorſus, nam reliquiæ ſaluæ fient.

9 Concvtiam. ſ. afflictionibus & laboribus. Gentibvs. ſ. diſperſum. Concvtitvr. ſ. frumentum. Lapillvs. ſ. lapilli ſolent teneri cribro cum grano, cadente puluere. Lxx. *granum*.

11 Tabernacvlvm David. i. Eccleſiam Chriſti. Cecidit. ſ. in plurimis Iudæorum. Reædificabo. i. inſtaurabo. Apertvras. Lxx. *quæ ceciderunt*. Antiqvis. ſ. antiquorum ſanctorum. Hebr. Chald. & Lxx. *ſæculi*. ſ. antiqui.

12 Possideant. ſ. Apoſtoli & Epiſcopi, veluti Chriſti Vicarij. Reliqvias. ita vocantur quos Deus ſibi reliquit, ſeu elegit ad ſe tempore ſuo ducendos. vide Iſa. 10 Mich. 2. Nota verò quòd Act. 15. citatur ſecundùm Lxx. ſic, *Vt requirant ceteri hominum Dominum*. i. faciet Deus ſuos ſe requirere, & deinde eos poſſidet. idem autem eſt, *reliquiæ Idumææ*, &, *ceteri hominum*. per *Idumæos* enim Gentes omnes intelliguntur, vt ſtatim explicatur. ſ. reliqui electi ex omni natione. Eo qvod, &c. q. d. poſſidebunt meo nomine tamquam meos, id enim eſt *inuocari nomen Dei ſuper aliquem*. ſ. dici eſſe Dei ſeruum, ſeu populum.

13 Comprehendet, &c. q. d. erit tanta fertilitas temporalium (per quam tamen ſpiritualis eſt intelligenda tempore Euangelij) vt duret meſſis vſque ad tempus arandi, & vindemia vſque dum ſeminetur. Montes. ſ. Apoſtoli. Dvlcedinem. ſ. doctrinæ. Colles. ſ. deſertæ olim Gentes, ſeu ſuperbæ.

14 Convertam, &c. i. reducam populum meum è diaboli captiuitate. q. d. liberabo peccatis. Civitates. ſ. Eccleſias. Vinvm. ſ. doctrinæ Euangelicæ & gratiæ.

15 Terra. ſ. Eccleſia, vel cælo.

PROPHETIA ABDIAE.

Vaticinatur exitium aduerſus Idumæos qui affligebant ac ſubſannabant filios Iſrael: qui tamen reducti, dominium accipient in eos qui ipſos afflixerant.

Ierem. 49. c. 14

1 VISIO Abdiæ. Hæc dicit
Dominus Deus ad Edom: A
Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes miſit: Surgite, & conſurgamus aduerſus eum in
prælium. * Ecce paruulum 2
dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es
valdè. * Superbia cordis tui extulit te, habi- 3
tantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum: qui dicis in corde tuo: Quis de- B
trahet me in terram? * Si exaltatus fueris vt 4
aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum:
inde detraham te, dicit Dominus. * Si fures 5
introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? nónne furati eſſent ſufficientia ſibi? ſi vindemiatores introiſſent ad te,
numquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi?
6 * Quomodò ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigaue-
7 runt abſcondita eius? * Vſque ad terminum
C emiſerunt te: omnes viri fœderis tui illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te viri pacis
tuæ: qui comedunt tecum, ponent inſidias
8 ſubter te: non eſt prudentia in eo. * [n] Num- [n] Iſa. 29. c. 14
quid non in die illa, dicit Dominus, perdam
ſapientes de Idumæa, & prudentiam de mon-
9 te Eſau? * Et timebunt fortes tui à Meridie,
10 vt intereat vir de monte Eſau. * [o] Propter in- [o] Gen. 27. g. 41
terfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, &
11 peribis in æternum. * In die cùm ſtares aduer-

ſus eum, quando capiebant alieni exercitum D
eius, & extranei ingrediebantur portas eius, &
ſuper Ieruſalem mittebant ſortem: tu quoque
eras quaſi vnus ex eis. * Et non deſpicies in die 12
fratris tui, in die peregrinationis eius: & non læ-
taberis ſuper filios Iuda in die perditionis eo-
rum: & non magnificabis os tuum in die an-
guſtiæ. * Neque ingredieris portam populi mei 13
in die ruinæ eorum: neque deſpicies & tu in E
malis eius in die vaſtitatis illius: & non emit-
têris aduerſus exercitum eius in die vaſtitatis
illius. * Neque ſtabis in exitibus vt interficias 14
eos qui fugerint: & non concludes reliquos
eius in die tribulationis. * Quoniam iuxtà eſt 15
dies Domini ſuper omnes gentes: ſicut feci-
ſti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in
caput tuum. * Quomodo enim bibiſtis ſuper 16
montem ſanctum meum, bibent omnes Gen-
tes iugiter: & bibent, & abſorbebunt, & erunt F
quaſi non ſint. * Et in monte Sion erit ſalua- 17
tio, & erit ſanctus: & poſſidebit domus Iacob
eos qui ſe poſſederant. * Et erit domus Iacob 18
ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus
Eſau ſtipula: & ſuccendentur in eis, & deuo-
rabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Eſau,
quia Dominus locutus eſt. * Et hereditabunt 19
hi qui ad Auſtrum ſunt, montem Eſau, & qui G
in campeſtribus Philiſthiim: & poſſidebunt re-
gionem Ephraim, & regionem Samariæ: &
Beniamin poſſidebit Galaad. * Et tranſmigra- 20
tio exercitus huius filiorum Iſrael, omnia lo-
ca Chananæorum vſque ad Sareptam: & tranſ-
migratio Ieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſ-
ſidebit ciuitates Auſtri. * Et aſcendent ſaluato- 21
res in montem Sion iudicare montem Eſau: &
erit Domino regnum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ABDIAS *fuit de terra Sichem, ortus in agro Bethacaran, in finibus Manaſſe. Pauit tempore Achab Regis Prophetas in ſpeluncis: 3. Regum* 18. *v.* 14. *Dux tertius quinquagenarius, cui Elias pepercit. Prophetat contra Idumæam. Hæc ex Hieronymo, Epiphanio, Dorotheo, atque Iſidoro.*

VISIO ABDIÆ. Chald. *prophetia Abdiæ.* HÆC DICIT DOMINVS DEVS AD EDOM, ſiue *contra Edom.* AVDITVM, famam, rumorem, audiuimus Deo reuelante excitatum, vulgatum. LEGATVM AD GENTES, hoc eſt, quaſi miſſo legato Deus Gentes concitauit contra Edom. SVRGITE. Vox Gentium ſe mutuò ad arma excitantium. ADVERSVS EVM. Hebr. *eam.* ſic Chald. & Sept. ſ. Idumæam. IN PRÆLIVM, aut *in bellum*, inferamus ei bellum. Quod hoc bellum? Seder Holam, Quod ab Amaſia Rege Iuda eſt illis illatum, 4. Reg. 14. verſ. 7. ex quo tempore Regem Idumæi non habuerunt, neque reſurgere potuerunt. 1

2 ECCE PARVVLVM, ita fractus manſiſti, aut manebis, vt omnibus Gentibus contemptui ſis.

3 HABITANTEM IN SCISSVRIS PETRARVM. id eſt, in arcibus, quæ rupibus imponebantur. EXALTANTEM SOLIVM TVVM. Hebr. (in) *altitudine habitationis eius*, ſcilicet confidit. ſuperbia extollitur.

4 NIDVM TVVM. i. habitationem tuam ſi poſueris inter aſtra, inde deiicieris.

5 QVOMODO CONTICVISSES? Si fures contra te venirent, ne mutire quidem auderes, permitteres vt omnia fures auferrent. Hebr. *quomodo ſucciſus eſſes.* i. bona tua eſſent direpta. SVFFICIENTIA SIBI: id eſt, partem rapuiſſent, partem reliquiſſent. aut rapuiſſent, quæ vellent omnia. NVMQVID SALTEM RACEMVM RELIQVISSENT TIBI vindemiatores? an non racemos reliquiſſent? certe non omnia auferrent, aut nihil reliquiſſent. Per *vindemiatores*, fures prædiorum & vinearum intelligit; & per fures, Chaldæos.

6 QVOMODO SCRVTATI SVNT ESAV? .i. quæ erant Eſau, ſcrutati ſunt hoſtes, vt ea diriperent. ABSCONDITA, theſauros, defoſſa in terra omnia abſtulerunt, furibus peiores extitere.

7 EMISERVNT TE. Fœderati tui hoſtibus iuncti te euntem in captiuitatem vſque ad terminum tuum, aut hoſtium, ſunt perſecuti. ILLVSERVNT TIBI, ſeu *deceperunt te.* INVALVERVNT. i. te impugnarunt. QVI COMEDVNT TECVM. Hebr. *panem tuum.* i. *comedentes.* PONENT INSIDIAS SVBTER TE. Sic Sept. Hebr. *vulnus poſuerunt ſubter te.* id eſt, te vulnerarunt, qui amici videbantur. NON EST PRVDENTIA IN EO. i. in Edom, non intelligit in ſimulatione amicitiæ latêre fraudem. Nec mirum.

8 PERDAM SAPIENTES, faciam vt in Idumæa nulli ſint prudentes, qui malum auertant.

9 ET TIMEBVNT FORTES TVI A MERIDIE. id eſt qui ad Meridiem habitant. Hebr. *conterentur fortes tui Theman. Theman* Idumææ ciuitas præcipua, ſic dicta à Theman filio Eliphaz, Geneſ. 36. verſ. 15. ſed & *Theman, Meridiem* ſignificat. VT INTEREAT VIR. Sublato eo præſidio, ceteri Idumæi DE MONTE ESAV (ſic dicit, quia regio eſt montuoſa) peribunt.

10 PROPTER INTERFECTIONEM. Hoc Hebr. iungitur cum ſuperiori verbo: peribit ab interfectione. i. occidendo occidetur. ET PROPTER INIQVITATEM, aut *rapinam*, aut *iniuriam* factam fratri tuo Iacob. i. Iudæis. peribis in æternum, neque reſurges ampliùs.

11 QVANDO CAPIEBANT, captiuabant alieni exercitum eius. i. Babylonij ceperunt Ieruſalem. ET SVPER IERVSALEM MITTEBANT SORTEM. ſuper prædam & captiuos, quos ſorte diuidebant. TV QVOQVE ERAS. Idumæi Chaldæos iuuerunt in obſidione Ieruſalem, de qua loquitur.

12 ET NON DESPICIES. pro, aſpicies. i. non debuiſti aſpicere. IN DIE FRATRIS TVI. ſ. cùm oppreſſus eſt. IN DIE PEREGRINATIONIS EIVS. Hebr *in die alienationis eius.* i. cùm captiuus ductus eſt in terram alienam. ET NON LÆTABERIS, non debuiſti lætari, nec magnificari, quando ille eſt oppreſſus.

13 NEQVE INGREDIERIS, non debuiſti ingredi. NEQVE DESPICIES. pro, aſpicies, non debuiſti aſpicere. NON EMITTERIS. Hebr. *& non mitteres.* ſ. manus. ADVERSVS EXERCITVM EIVS. Hebr. *in ſubſtantiam eius*, non debuiſti particeps eſſe prædæ Iudæorum. *Haul, exercitum & opes* ſignificat.

14 NEQVE STABIS IN EXITIBVS. Goth. *in exitibus viarum.* Chald. *in biuio.* ſ. ſtare non deberes, vt eos, qui euaſerint, occidas. NON CONCLVDES. i. non capies. RELIQVOS. Hebr. *ſuperſtites in die anguſtiæ.* פרק *Perek & biuium & confractionem.* ſic Hebr. Schol. *non ſtabis in confractione.* .i. cæde Iudæorum, vt occidas eos qui euaſerint. Sed prior expoſitio eſt potior, & plurium, vt ſumatur ea vox pro *biuio.*

15 IVXTA EST DIES DOMINI SVPER OMNES GENTES. A Babyloniis opprimentur Gentes aliæ, quæ Iudæos impugnarunt. CONVERTET Deus in caput tuum quod mereris.

16 BIBISTIS, epulati eſtis præ victoriæ lætitia. BIBENT OMNES GENTES, hoc eſt, ſuper omnes Gentes, iis oppreſſis ſuo die, vt dixit verſ. ſuperiori. Particula *ſuper* geminari debet. ET BIBENT, ET ABSORBEBVNT. ſ. hoſtes omnes eas Gentes. ET ERVNT QVASI NON SINT. Illæ Gentes nullas vires habebunt.

17 IN MONTE SION ERIT SALVATIO. i. mons Sion (.i. Iudæi) ſaluabitur per Cyrum. ſic Auguſtinus 18. de Ciuitate Dei, cap. 31. ET ERIT SANCTVS. i. Chriſtus erit in eo monte, & cum eo ſalus. QVI SE POSSEDERANT. Idumæos, quos vicerunt, & Babylonios tempore Euangelij ſubdent.

Domvs Iacob ignis, et domvs Ioseph. Idem vtrumque eſt. nempe poſteri eorum erunt vt ignis, Idumæi vt ſtipula quæ comburetur. Et non ervnt reliqviæ. Hebr. *& non erit ſuperſtes domus Eſau.* .i. qui euadat ex Idumæis. 18

Et hereditabvnt. pro, poſſidebunt. Qvi ad Avstrvm. pro, eos, qui ad Auſtrum ſunt, poſſidebunt Iudæi. Qui ſunt hi Auſtrales? Montem Esav Idumæam. Et qvi in campestribvs Philisthiim. pro, poſſidebunt eos qui in campeſtribus. Hebr. *& planitiem, Philiſthæos*, aut *cum Philiſthæis.* Et Beniamin possidebit Galaad. Hebr. *& Beniamin.* ſ. poſſidebunt Iudæi *cum Galaad.* Aut vt Hieronymus dixit, *& Beniamin Galaad.* ſ. poſſidebit vrbem. ſ. remotam, vltra Iordanem. Qui ſenſus veriſimilior eſt, quia Beniamin cum tribu Iuda cenſebatur, cuius felicitatem deſcribit. 19

Et transmigratio. i. multitudo filiorum Iſrael, 20 cùm ex captiuitate reſtituetur in patriam. Omnia loca Chananæorvm. ſ. poſſidebit. Vsqve ad Sareptam. pro, & vſque ad Sareptam. i. Galliam, vt Hebræi explicant, ea voce *Galliam* ſignificari. Hebr. *& transmigratio exercitus huius filiorum Iſrael.* qui *Chananæi* (.i. inter Chananæos habitabant, aut cum Chananæis tranſmigrarunt, quo tempore in Aſſyriam ſunt ductæ decem tribus) *vſque ad Sarepta* ſc. ſ. diffundent. Et transmigratio Iervsalem, qvæ in Bosphoro est. i. in toto orbe. Id Hieronymus per *Boſphorum* intelligere videtur in Comment. Aut quia Adrianus Auguſtus multos Iudæos in Boſphorum relegauit. inde profecti ciuitates Auſtri poſſidebunt. Hebr. *captiuitas Ieruſalem quæ in Sepharad.* ſupple, diffundetur. Per *Sepharad* Chald. *Hiſpaniam* intelligit. Ergo Iſraelitæ ſe diffundent vſque ad Galliam, & Iudæi longiùs vſque in Hiſpaniam, & vtrique poſſidebunt ciuitates Auſtri, nempe Africam. i. toto orbe ſe diffundent: quod tempore Euangelij accidit.

Et ascendent salvatores. מלך המשיח וחבריו 21 *Rex Meſſias, & ſocij eius.* ſic Hebr. Schol. Ivdicare montem Esav. i. punire, vt puniant Idumæorum iniurias contra Iudæos. i. prauorum contra pios. Et erit Domino regnvm. ſ. ſoli, quia omnes eum cognoſcent & colent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ABDIAS prophetauit tempore Amos de Idumæis. Putant multi fuiſſe illum, de quo 3. Reg. 18. Alij negant.

1 Visio. Chald. *prophetia.* Ad Edom. Chald. *de Edom.* Lxx. *Idumææ.* Avditvm. Parentheſis eſt vſque ad *Ecce.* Chald. *nuntium.* Avdivimvs. ſ. ego, & aliquot alij Prophetæ. Vide Ierem. 49. Lxx. *audiui.* Legatvm, &c. i. fecit velut Legato miſſo, ad bellum parati contra Idumæos. Svrgite, &c. vox Gentium, ſ. Babyloniorum. Evm. ſ. Edom. Hebr. Chald. & Lxx. *eam.* ſ. Idumæam.

2 Parvvlvm. Chald. *infirmum.* Dedi. pro, dabo. .i. faciam. Es. pro, eris.

3 Scissvris. q. d. locis editis & munitis, eóque ſuperbis, putans te non poſſe expugnari. Exaltantem, &c. i. habentem altam ſedem. Solivm. Chald. & Lxx. *habitaculum.*

5 Introissent. ſ. per diem. Qvomodo conticvisses? .i. triſtis maneres? q. d. quantò magis, cùm te vaſtabunt hoſtes? Svfficientia. ſ. at hoſtes omnia auferent. Vindemiatores. ſ. per vim. Reliqvissent. q. d. certè vel racemum vnum reliquiſſent, at hoſtes nihil.

6 Qvomodo scrvtati, &c. q. d. omnia inueſtigabunt, & tollent.

7 Terminvm. ſ. hoſtium regionem, vel q. d. extra terminos tuos. Foederis tvi. i. tibi fœderati. Pacis tvæ. i. pacifici tui. Insidias. Chald. *offendiculum.* In eo. ſ. populo Idumæorum. q. d. neſcit cauere, & ſibi conſulere.

8 Perdam, &c. q. d. auferam mentem, qua ſibi poſſent conſulere, vel oſtendam eſſe inſipientes. Monte. ſ. habitabant ferè in montibus Idumæi.

9 A Meridie. Chald. *habitantes ad Meridiem.* Vt intereat. pro, & interibit.

10 Interfectionem. ſ. interfecerunt Iudæos aliquot Idumæi iuncti Babyloniis. Iacob. i. Iudæos. In æternvm. ſ. æterno ſupplicio.

11 Stares, &c. vide Gen. 35. & Pſal. 136. Adversvs evm. Hebr. Chald. & Lxx. *coram eo*, ſeu *è regione eius.* ſ. tamquam hoſtis. Capiebant. dicitur in præterito, quia factum erat cùm puniti ſunt Idumæi. Alieni. Lxx. *alienigenæ.* ſ. Chaldæi.

12 Et non despicies, &c. q. d. cùm tamen frater non fuiſſet à te deſpiciendus, nec tibi lætandum &c. vel, faciam ego ne ampliùs poſſis deſpicere lætam, &c. Quidam putant eſſe Dei monitionem, ne faciat iſta quæ hic dicuntur. In die. ſ. calamitoſo. Quidam intelligunt ſic: Non inſpicies. ſ. cum voluptate, vel irriſione, diem calamitoſum fratris, &c. Peregrinationis. i. malorum inſolitorum, vel exilij, ſeu captiuitatis. Chald. *confractionis.* Magnificabis os. i. ſuperbè loquêris. ſ. inſultando. Angvstiæ. Lxx. *tribulationis eorum.*

13 Ingredieris. ſ. vt hoſtis. Emitteris. ſ. à Chaldæis, qui opera Idumæorum vſi in expugnatione Ieruſalem. Ait ergo, non debuiſſe id facere, vel monet ne faciat, iuxta ea quæ ſuprà diximus.

14 Exitibvs. ſ. viarum. Chald. *biuio.* Reliqvos eivs. Lxx. *fugientes ex eis.*

15 Domini. ſ. puniturì per Chaldæos. vide Ierem. 25. & 51. Sicvt fecisti. Hinc apparet, ſuperiora fuiſſe potiùs reprehenſionem facti, quam monitionem: quaſi diceret, punieris, quia feciſti quæ non debueras erga fratres. Retribvtionem. i. quod retribuiſti Iudæis.

16 Bibistis. Chald. *lætitiam cepiſtis.* ſ. conuiuiis, vt ſolent victores. Svper montem. i. ob expugnatum montem, ſ. Sion. Chald. *de ſubuerſione montis.* Bibent. ſ. ſuper te. i. te victo lætabuntur. Omnes. ſ. quæ te expugnabunt. Ivgiter. ſ. donec penitùs conſumaris. Ervnt. ſ. Idumæi. Sint. pro, fuerint. q. d. penitùs deficient.

17 Salvatio. ſ. redierunt Iudæi ex captiuitate. vel de Eccleſia Chriſti loquitur hîc & in ſequentibus, vt multi putant. Sanctvs. Chald. *ſancti.* Hebr. *ſanctitas.* Lxx. *ſanctum.* q. d. templum. Possederant. ſ. finitimos hoſtes. id quidam ad Machabæorum tempora referunt.

18 Iacob. ſ. duæ tribus. Ioseph. ſ. Iſraelitæ, qui ſe iunxerant Iudæis ante captiuitatem, & redierunt ex Babylone cum ipſis. In eis. ſ. Idumæis, velut ſtipula. Reliqviæ. ſ. ferè nulli relinquentur, vel tandem prorſus nulli, vt nunc videre eſt.

19 Philisthiim. i. terram Philiſthæorum.

20 Transmigratio. i. captiui. ſ. cùm è Babylone redierint. Filiorvm. Chald. *ſcilicet filiorum.* Loca. ſ. poſſidebit. Hæc omnia (vt dixi) alij ad tempora Machabæorum referunt: alij ſpiritualiter intelligunt. ſ. impleta per prædicationem Euangelij & quotidie impleri: per ea enim locorum nomina varias orbis regiones intelligi. Bosphoro. i. prope Conſtantinopolim, quò partem Iudæorum aiunt Hebræi eſſe à Chaldæis tranſlatam. Dicit verò est, pro, erit. ſ. illo tempore. Fortè nomen eſt vrbis alicuius Aſſyriæ, aut Chaldææ. quidam Hiſpaniam putant ſignificari. Avstri. i. Iudææ. ſ. quas olim poſſidebant.

21 Salvatores. i. propugnatores Iudæorum, ſeu duces. Ivdicare. i. vt coërceant, & ſubiiciant. Domino. i. colens Dominum, ſeu Domino ſubiectum. id autem præcipuè in Eccleſia impletum.

PROPHETIA IONAE.

CAPVT PRIMVM.

Ionas à Domino miſſus vt in Niniue prædicaret, nauigio fugit in Tharſis à facie Domini: quo immittente in nauim tempeſtatem, iactiſque ſortibus, deprehenſus Ionas in mare mittitur, ceſſatque tempeſtas.

ET factum eſt verbum Do- 1
mini ad Ionam filium Ama- A
thi, dicens: * Surge, & va- 2
de in Niniuen ciuitatem
grandem, & prædica in ea:
quia aſcendit malitia eius
coram me. * Et ſurrexit 3
Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini,
& deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem
euntem in Tharſis: & dedit naulum eius, &
deſcendit in eam vt iret cum eis in Thar-
ſis à facie Domini. * Dominus autem mi- 4
ſit ventum magnum in mare: & facta eſt B
tempeſtas magna in mari, & nauis periclita-
batur conteri. * Et timuerunt nautæ, & cla- 5
mauerunt viri ad deum ſuum: & miſerunt
vaſa, quæ erant in naui, in mare, vt alle-
uiaretur ab eis: & Ionas deſcendit ad interio-
ra nauis, & dormiebat ſopore graui. * Et ac- 6
ceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid
tu ſopore deprimeris? ſurge, inuoca Deum
tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, &
non pereamus. * Et dixit vir ad collegam 7
ſuum: Venite, & mittamus ſortes, & ſcia- C
mus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt
ſortes: & cecidit ſors ſuper Ionam. * Et dixe- 8
runt ad eum: Indica nobis cuius cauſa ma-
lum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ
terra tua, & quò vadis? vel ex quo populo
es tu? * Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, 9
& Dominum Deum cæli ego timeo, qui fe-
cit mare & aridam. * Et timuerunt viri timo- 10
re magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc
feciſti? (cognouerunt enim viri quòd à facie
Domini fugeret, quia indicauerat eis.) * Et 11
dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſ-
ſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intu-
meſcebat. * Et dixit ad eos: Tollite me, & 12
mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: ſcio D
enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc
grandis venit ſuper vos. * Et remigabant viri 13
vt reuerterentur ad aridam, & non valebant:
quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.
* Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: 14
Quæſumus Domine, ne pereamus in anima
viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem in-
nocentem: quia tu Domine, ſicut voluiſti,
feciſti. * Et tulerunt Ionam, & miſerunt in 15
mare: & ſtetit mare à feruore ſuo. * Et ti- 16
muerunt viri timore magno Dominum, &
immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt
vota.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IONAS fuit de Geth, quæ eſt in Opher: 4. Reg. 14. verſ. 25. Epiphanius & Dorotheus Cariathamaum patriam eius vocant, quæ prope Azotum erat. Vatablus ex tribu Zabulon fuiſſe ait. Vnde? Sanè æqualis Oſeæ & Ioelis, nam ſub Ieroboam filio Ioas prophetaſſe Rege Iſrael, ex eo loco libri Regum conſtat. Hebræi fuiſſe viduæ Sareptanæ filium, quem Eliſeus ſuſcitauit, conſtanter affirmant. Seder Holam addit, hunc fuiſſe puerum, qui vnxit Iehu: Reg. 4. cap. 9. verſ. 1. & qui occiſum ab eo Iehu Achab laudauit, cap. 10. v. 30. Diu itaque vixit. Quo loco ſit ſepultus, Hieronymus & alij Patres explicant.

1 ET FACTVM EST. *Et* multis locis inceptiua eſt, ex Hebr. linguæ proprietate. VERBVM DOMINI. Chald. *verbum Prophetiæ.*

2 PRÆDICA IN EA. ſ. Niniue, aut *contra eam*, vt Chald. Oſtendit Deus, ſe Gentium omnium curam habere.

3 VT FVGERET. Quò fugeret? Ex Hebræis quidam, non fuiſſe propriè fugam, ſed eo verbo *fugiendi* ſignificari diligentiam, celeritatem eundi, quò res aliæ eum vocabant. IN THARSIS. Carthaginem, aut Tunetum, quæ etiam Arabicè *Tharſis* vocatur. Sic Theophylactus hic. Alia erat *Tharſis*, quò Salomon ex Aſiongaber in Mari rubro mittebat claſſes. Ionas ex Ioppe ſoluit poſita in noſtro mari. & vide præpoſteram rationem. Deus ad Ortum mittit in Niniuem metropolim Aſſyriæ ad Tigrim amnem Ionas ſe ad Occaſum vertit. A FACIE DOMINI, vbi ſe abſcondere poſſet? Hebr. *de ad facies Domini*. nempe à loco qui erat in conſpectu Domini. Ab Ieruſalem, vbi erat propitiatorium, vbi Deus reſponſa reddebat. Hebræi putant inde diſceſſiſſe, quia putabat Prophetiæ ſpiritum ibi tantùm vigere: diſceſſu ab ea, moleſtia liberari. ſic etiam Theophylactus. ET INVENIT NAVEM. Mal. faciendi occaſiones promptæ ſunt. DEDIT NAVLVM, vecturæ pretium. ET DESCENDIT IN EAM. Priùs aſcenditur in nauim, deinde deſcenditur ad imas eius partes.

4 MISIT VENTVM, excitauit, proiecit Deus. PERICLITABATVR CONTERI. Hebr. *cogitabat ſe conteri*, cogitabant nautæ.

5 ET CLAMAVERVNT. Deum inuocant, & vaſa mittunt. Ad preces induſtriam adiungunt: Theophylactus. DESCENDIT. pro, deſcenderat. AD INTERIORA NAVIS. Hebr. *ad latera*. i. vnum è lateribus. ET DORMIEBAT, non ex ſecuritate, ſed mœrore ob fugam, vti Apoſtoli, cùm Chriſtus orabat. SOPORE GRAVI. Benè exprimitur vis verbi *radam*, quod ſignificat *profundè dormire*. Quid naucleIus? Surge, roga Deum.

6 SI FORTE RECOGITET, memor ſit noſtri, qui videtur oblitus. Hebr. *placetur Deus nobis.*

7 ET DIXIT VIR. i. quiſque. SCIAMVS QVARE. Hebr. *propter quem*. cui ex nobis Deus eſt iratus?

8 QVOD EST OPVS TVVM? i. quæ eſt ars tua, ſeu vitæ genus. ET QVO VADIS? Hebr. *vnde venis?* ſic Sept. & Chald.

9 EGO TIMEO Deum cæli. i. colo cultus ex timore. QVI FECIT, ſeu *gubernat* mare & aridam. *Faciendi* ſignificatio latè patet.

ET

11 Et cessabit mare. Hebr. *ſilebit.* Intvmescebat, ſeu *turbabatur*, inſtar turbinis mouebatur. Quid tibi faciemus vt procella ſedeuit?

12 Et cessabit, ſeu *ſilebit.* Svper vos. Hieronymus in Comment. *eſt ſuper vos tempeſtas hæc.* Hebr. *ſcio ego quod propter me tempeſtas hæc magna ſuper vos.*

13 Et remigabant. Hebr. *fodiebant.* Remis nautæ mare fodere videntur. Nempe Ionam eripere cupiebant. viri humani erant. Dixerunt ergo,

14 Ne pereamvs in anima viri istivs. i. ne imputetur nobis hæc cædes. Sangvinem innocentem. Sic illi putabant. aut *innocentem* vocant, quia nihil eos læſerat.

15 A fervore svo, fortaſſis *à furore*, nam Hebr. eſt *ab ira ſua.* i. *commotione*, vt vertunt Sept. ſed perinde eſt.

16 Et immolavervnt hostias. Chald *dixerunt ſe ſacrificia ſacrificaturos.* illud promiſerunt, vt & alia vota nuncupabant, quæ poſtea redderent. Sic Theophylactus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Ionas fuit tempore Abdiæ & præcedentium Prophetarum. Prophetauit contra Niniuem Aſſyriorum metropolim.

1 Et abundat, more Hebræo. Ionam. Putant Hebræi fuiſſe filium Sareptanæ, de quo 3. Reg. 17. Fuit verò ex tribu Zabulon. fuit enim ex Geth, vt dicitur 4. Reg. 14. quæ in ea Tribu: Ioſue 19.

2 Prædica in ea. Chald. *propheta in eam.* i. contra eam. ſ. quòd ſubuerteretur poſt quadraginta dies, vt dicitur 3. cap. Ascendit. ſ. clamore velut petens vindictam, vel fœtore.

3 Fvgeret. Cauſam fugæ ipſe cap. 4. explicabit. Tharsis. Chald. *mare.* Quidam putant Ciliciæ Tharſum, alij *Carthaginem* intelligi, quòd hanc vocem Lxx. interdum ſic vertant: ſed vertunt etiam aliquando *mare.* hîc eamdem vocem reliquerunt. ſ. *Tharſis*, quod indicat. intellexiſſe eos eſſe nomen proprium, & quidem tanta eiuſdem nominis repetitio hic veriſimile id facit, cùm præſertim Hebr. paulò pòſt *mare* vocet nomine vſitato. ſ. ים *iam.* A facie. i. conſpectu. ſ. à loco, vbi ei præcipiebat. Chald. *ne prophetaret in nomine Domini.* Navlvm. i. pretium vecturæ. Eivs. ſ. nauis. In Tharsis. Chald. *per mare.*

4 Conteri. Lxx. *diſſolui.*

5 Viri. Hebr. *vir.* i. quiſque. Svvm. ſ. erant, vt fit, ex varijs regionibus. Vasa. i. inſtrumenta. ſ. partem rerum, quas nauis portabat, vel vaſa, in quibus merces, cum mercibus. Descendit. pro, deſcenderat priùs. ſ. vbi nauim eſt ingreſſus. Dormiebat. ſ. præ mœrore & fatigatione. Sopore gravi. Lxx. *& ſtertebat.*

6 Sopore deprimeris? Lxx. *ſtertis.* Recogitet Devs de nobis. Chald. *miſereatur noſtri.* Lxx. *ſaluet nos.*

7 Vir. i. quiſque. Svper Ionam. ſ. Deo ita diſponente, qui malo ſolet vti ad bonum: illæ enim ſortes ſuperſtitioſæ.

8 Opvs. i. ars, ſeu officium. Qvo vadis? Hebr. Chald. & Lxx. *vnde venis?*

9 Hebræus. Chald. *Iudæus.* Lxx. *ſeruus Domini.* Timeo. Lxx. *colo.*

10 Timvervnt. ſ. videntes potentiam tantam Dei, quem non colerent. Qvid. i. cur, vel quomodo. q. d. quomodo auſus es tantum Deum offendere?

11 Et cessabit. pro, vt ceſſet. Ibat, et intvmescebat. i. ſubinde intumeſcebat.

14 Domine. Hebr. *Iehoua.* ſ. id erat nomen proprium Dei Hebræorum. In anima. Lxx. *propter animam.* i. vitam quam perdimus. Des svper nos. i. nobis imputes. Innocentem. ſ. qui nos nihil læſit. Lxx. *iuſtum.* Sicvt volvisti, &c. q. d. apparet ex his quæ feciſti, te id velle quod facimus.

15 Fervore. Chald. *tempeſtate.* Lxx. *commotione.* ſ. vt qui apprehenſo eo, quem perſequebatur, deſinit currere.

16 Immolavervnt. ſ. vbi in portum venerunt. Chald. *promiſerunt ſe ſacrificaturos.* Vota. ſ. de rebus alijs. vel eſt ὕστερον πρότερον. pro, vouerunt, & reddiderunt vota, immolantes, &c.

CAPVT II.

Ionas à ceto quem Dominus præparauerat abſorptus, ſuit in eo tribus diebus & tribus noctibus, cumque de ventre eius oraſſet Dominum, ipſius iuſſu in aridam euomitur.

1 Et præparauit Dominus piſcem grandem
A vt deglutiret Ionam: "& erat Ionas in ven- [Matt. 12. c. 40. & 16. a. 4. Luc. 11. d. 30]
2 tre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. *Et
orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de
3 ventre piſcis. *Et dixit:
"Clamaui de tribulatione mea ad Domi- [1. Cor. 15. a. 4. Pſal. 119. a. 1]
num, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam.
4 *Et proieciſti me in profundum in corde ma-
B ris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites
tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.
5 *Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum
tuorum: verumtamen rurſus videbo
templum ſanctum tuum.
6 *"Circumdederunt me aquæ vſque ad ani- [Pſal. 68. a. 1]
mam: abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput
meum.
7 *Ad extrema montium deſcendi: terræ vectes
concluſerunt me in æternum: & ſubleuabis
de corruptione vitam meam, Domine
Deus meus.
8 *Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Do-
C mini recordatus ſum: vt veniat ad te oratio
mea ad templum ſanctum tuum.
9 *Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam
ſuam derelinquunt.
10 *Ego autem in voce laudis immolabo tibi:
quæcumque voui, reddam pro ſalute Domino.
11 *Et dixit Dominus piſci: & euomuit Ionam
in aridam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 Piscem grandem. Quis piſcis? nempe cetus. Sept. *& præcepit Dominus ceto magno.* *Præcepit* .i. voluit. Et erat, & fuit Ionas. In Theophylacto hîc inuenio, Græcos fabulari, Herculem voratum à ceto euaſiſſe, capillis ſolùm dilapſis ob belluæ ardorem. Quid Ionas? De ventre ceti erat.

3 Et exavdivit me, aut *exaudiet* certus ſum quòd exaudiet. cùm non continuò expiraſſet, intellexit ſe euaſurum. De ventre inferi. De ventre ſepulchri. i. de medio ſepulchri, de ſepulchro. ſic vocat ceti ventrem, vbi erat vt in ſepulchro.

4 In corde maris, ſeu *in cor.* in medium maris proieciſti me. Ibi hæ belluæ verſantur. Et flvmen circvmdedit me. Sic euripos vocat, vbi inſtar torrentis mare in varias partes præceps deuoluitur. Gvrgites tvi. Hebr. *confractiones tuæ.* ſic fluctus vocantur, cùm in tempeſtate inter ſe colliduntur. Flvctvs tvi. Sic eos vocat, quoniam à Deo commoti ſunt.

5 Abiectvs svm a conspectv ocvlorvm tvorvm. i. à loco ſanctuarij, vbi tu habitas, procul poſitus; reſtituar tamen, & videbo, & orabo in eo. ſic ſperabat. Rurſus videbo templum.

6 Vsqve ad animam aqua intrauit. parum abeſt quin moriar. Pelagvs opervit. Hebr. *alga alligata eſt.* In maris profundo ea herba frequens & multa eſt. Capvt mevm, ſeu *capiti meo alligata eſt.* Caput ſuum

vocat piſcis caput. Chald. *mare carectoſum ſuſpenſum erat capiti meo*. quod non intelligas de Mari rubro, quod carectoſum vocatur, ſed de alio noſtri maris ſinu, vbi carectum multum ſeu alga erat.

AD EXTREMA MONTIVM DESCENDI. Sic vocat rupes, quæ ſunt in profundo, vbi illæ belluæ morantur. 7
Hebr. *ad ſciſſuras montium*. Sic Sept. TERRÆ VECTES CONCLVSERVNT ME IN ÆTERNVM. fluctus vocat *terra vectes*. Hebr. *terra vectes ſuos propter me in æternum*. ſ. coniecit, ſeu clauſit, ne ampliùs ad eam redirem. ſic ipſe initio putabat in mari moriturum, id fore eius ſepulchrum. ET SVBLEVABIS DE CORRVPTIONE, ſiue *aſcendere facies de fouea, de ſepulchro hoc* vitam meam, me à morte eripies.

VT VENIAT AD TE ORATIO MEA. i. id precatus 8
ſum, vt poſſim in templum redire. Hebr. *& venit, ſeu ingreſſa eſt oratio mea ad te, & ad templum*. Verſus ad templum orauit vt Daniel. Hoc eſt, exaudies, vel exaudiſti me. ſed *&* ſumitur ſæpè pro *vt*. & ſic Hieronymus ſumpſit, cùm dixit: *Vt veniat oratio mea*. Goth. *& veniet oratio mea ad templum ſanctum tuum*, ſine *ad te*.

QVI CVSTODIVNT VANITATES FRVSTRA. Hebr. 9
vanitates mendacij. i. qui colunt idola. MISERICORDIAM SVAM. i. eum, à quo bona ſpectare debuerunt, Deum, aut miſericordiam. i. bona opera dereliquerunt. Loquitur de omnibus impiis; aut vt quidam Hebræi putant, de nautis, qui liberati à periculo, vota ſua (id *miſericordiam* vocat) non impleuerunt, quia idolorum cultores erant. Ego longè aliter faciam.

IN VOCE LAVDIS IMMOLABO TIBI. Hoſtias paci- 10
ficas offeram. PRO SALVTE DOMINO. Hebr. *quæ vons reddam. Salus Domini*. i. ab ipſo eſt ſalus abundans, copioſa, quod vox Hebr. *Ieſuhathah*. i. *ſalus*, indicat, vna litera redundans. indicio, magnam eſſe ſalutem, quam confert Deus. IN ARIDAM. Piſcis euomuit Ionam ad pontum Euxinum, vt Ioſephus lib. 9. Antiquit. cap. 11. Sed quomodo? ad Ioppem, vnde ſoluit, potiùs.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PISCEM. LXX. *cetum*. cuiuſmodi piſcis fuerit, in- 1
certum. ſolùm enim Scriptura fuiſſe ait grandem: id quod etiam *cete* nomen ſignificat, vulgò *balena* putatur fuiſſe. DEGLVTIRET. ſ. proiectum, ne merſus periret. TRIBVS. fortè non integris, vt nec Chriſtus in ſepulchro, cuius id figura.

CLAMAVI. ſ. cùm proiicerer in mare. INFERI. i. ce- 3
ti, qui velut ſepulchrum erat, vel vt infernus. ſ. profundum quiddam & tenebroſum, atque horribile. Chald. *de infima abyſſo*. EXAVDISTI. ſ. ſentiebat ſe nihil lædi, & ſperabat ſe inde liberandum.

CORDE. i. medio. FLVMEN. i. aquæ copia, ſeu flu- 4
ctus. LXX. *flumina*. GVRGITES. i. aquarum copia. Chald. *tempeſtates*. LXX. *eleuationes*. vide Pſalm. 41. vbi eadem prorſus verba, quæ hîc, & Hebr. & in LXX.

EGO DIXI, &c. q. d. putabam me à te derelictum. 5
VIDEBO. i. ſpero me viſurum.

ANIMAM. i. animæ, ſeu vitæ periculum. Chald. *mor-* 6
tem. Vide ſimilem phraſim Pſalm. 68.

EXTREMA. Chald. *radices*. LXX. *ſciſſuras*. ſ. cauernas 7
quæ ſunt ad montium radices prope mare. VECTES. pro, velut vectes. q. d. ita eram concluſus, vt qui vectibus clauditur. IN ÆTERNVM. q. d. niſi Dei potentia numquam inde exire poſſem. ſ. ex illis ſcopulorum cauernis. LXX. *æterni*. q. d. fortiſſimi. ET. pro, tamen.

VT VENIAT. pro, vt veniret. LXX. *& veniat*. Chald. 8
& venit. TEMPLVM. ſ. cælum, vel templum Ieroſolymitanum, vbi Deus ſolebat exaudire, quoque ſe Ionas animo videtur conuertiſſe dum oraret.

CVSTODIVNT VANITATES. i. colunt idola. MISE- 9
RICORDIAM SVAM. ſ. Deum, à quo miſericordia cuique expectanda eſt.

IN VOCE LAVDIS. i. laudando te. IMMOLA- 10
BO. ſ. hoſtias.

DIXIT. LXX. *præcepit*. 11

CAPVT III.

Rurſum miſſus Ionas ad Niniuitas prædicit ciuitatis ſubuerſionem: illis autem ad Deum conuerſis, & magna pœnitentiæ ſigna oſtendentibus, parcit Dominus ciuitati.

1 ET factum eſt verbum Domini ad Ionam
2 ſecundò, dicens: *Surge, & vade in Niniuen
A ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicatio-
3 nem, quam ego loquor ad te. *Et ſurrexit Ionas,
& abiit in Niniuen iuxta verbum Domini: &
Niniue erat ciuitas magna itinere trium die-
4 rum. *Et cœpit Ionas introire in ciuitatem iti-
B nere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc
5 quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. *[a] Et a Matt.12.
crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædi- c.41
cauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maio- Luc.10. c.31
6 re vſque ad minorem. *Et peruenit verbum ad
regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abie-
cit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſac-
7 co, & ſedit in cinere. *Et clamauit, & dixit in
Niniue ex ore regis & principum eius, dicens:
Homines, & iumenta, & boues, & pecora non
guſtent quidquam: nec paſcantur, & aquam
8 non bibant. *Et operiantur ſaccis homines, &
C iumenta, & clament ad Dominum in fortitu-
dine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab ini-
9 quitate, quæ eſt in manibus eorum. *[b] Quis b Ierem.18.
ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus: & reuer- b.11
10 tatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? *Et Ioan.2. c.14
vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de
via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper mali-
tiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, &
non fecit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 CIVITAS MAGNA. Hebr. *magna Deo*. ſic Sept. Chald. *magna coram Deo*. i. magna valdè. ITINERE TRIVM DIERVM, ſingulæ domus vicorum inſtar hortos & prædia coniuncta habebant. In Sicilia Meſſanæ ſuburbium ad Ortum ſex millia protenditur nihilominùs.

4 ITINERE DIEI VNIVS. Tertiam partem obiuit, inde fama ad alios eſt diffuſa. ADHVC QVADRAGINTA DIES. Sic Hebr. & Chald. i. poſt dies quadraginta peribit Niniue. Sept. *tres dies*. Librarij lapſum Theodoretus putat & Theophylactus; nam Aquila, Symmachus, Theodotion *quadraginta* habent. ſed & Iuſtinus contra Tryphonem.

5 ET CREDIDERVNT VIRI NINIVITÆ. Fortè audierant quod Ionæ acciderat, à piſce deuoratum. Ea illis fidei dictis habitæ cauſa. ET PRÆDICAVERVNT. voce præconis ieiunium indixerunt.

6 ET ABIECIT VESTIMENTVM, Rex ſ. Hebr. *gloriam ſuam, chlamydem, apparatum ſuum*. אדרתו *adartho*. inde noſtris *aderezo*.

7 ET CLAMAVIT. ſ. præco. EX ORE REGIS. Hebr. *ex ſententia*, ex decreto Regis & Principum. Quid præco clamat?

8 IN FORTITVDINE. i. vehementer clament. ſ. homines. VIR A VIA SVA MALA. i. quiſque conuertatur. ET AB INIQVITATE, ſeu potiùs rapina, quæ eſt in manibus eorum, eam reſtituens.

9 QVIS SCIT SI CONVERTATVR. pro, fortaſſis conuertetur. ET IGNOSCAT DEVS. Hebr. *& pœniteat Deus*. More humano loquitur.

10 VIDIT DEVS OPERA EORVM. non ſolùm ieiunium ſed alia bona opera & conuerſionem à malo. ET MISERTVS EST DEVS. Hebr. *pœnituit Deum*. Pœnitentiam eorum pœnitentia compenſat. ſic Sept. in Rom. codic. *μετενόησε*, in Regiis *παρεκλήθη*, *conſolatus eſt Deus*. SVPER MALITIAM. i. à malo & clade, quam inferre voluit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LOQVOR. Lxx. *locutus ſum*. 2
MAGNA. Hebr. & Lxx. *magna Deo*. Chald. *magna coram Domino*. q. d. reuerà magna. ITINERE. Lxx. *quaſi itineris via*. TRIVM. ſ. ſi quis vellet circumire, vel intus totam perambulare. 3

ITINERE. Lxx. *quaſi itinere*. VNIVS. ſ. incedebat per vicos prædicans. ADHVC. i. reſtant ſolùm. Chald. *poſt*. QVADRAGINTA. Lxx *tres*. Iuſtinus in Tryph. legit *quadraginta tres*. Quidam putant ita Ionam dixiſſe, ſed Scripturam more ſuo, quo numeros minores ſolet interdum omittere, poſuiſſe ſolùm *quadraginta*. Alij putant vitiatum eſſe à Librariis textum Lxx. 4

IN DEVM. Chald. *verbo Domini*. Lxx. *Deo*. PRÆDICAVERVNT. ſ. indixerunt per præconem. ſ. Regis auctoritate. 5

ET PERVENIT. pro, nam peruenerat. AD REGEM. ſ. Sardanapalum, ſecundùm quoſdam. SEDIT. mœrentis & lugentis eſt ſedere. 6

CLAMAVIT. ſ. præco. ORE. i. præcepto. Chald. *decreto*. 7

CLAMENT. ſ. homines. IN FORTITVDINE. Chald. *inſtanter*. Lxx. *vehementer*. VIR. i. quiſque. VIA. i. viuendi ratione. MANIBVS. i. operibus. 8

IGNOSCAT. Lxx. *pœniteat*. 9

MISERTVS EST. Lxx. *pœnituit*. Chald. *conuerſus eſt*. SVPER MALITIAM. i. malum. Chald. *à malo*. 10

CAPVT IV.

Afflictus Ionas quia vaticinium ſuum aduerſus Niniuen videbat non impleri, mortem optat: verùm à Domino corripitur, qui iniuſtam ipſius indignationem conuincit, quòd putaret ſe rectè dolere de areſacta hedera, & tamen noluerit Dominum parcere Niniue ciuitati maximæ, in qua erant plus quam 120000. *eorum qui non peccauerant*.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & 1
iratus eſt: * & orauit ad Dominum, & di- 2
xit: Obſecro Domine, numquid non hoc eſt A
verbum meum, cùm adhuc eſſem in terra
mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in
Tharſis. * ſcio enim quia tu Deus clemens & (* Pſal. 85. a. 5. Ioel. 2. c. 13.)
miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & B
ignoſcens ſuper malitia. * Et nunc Domine tol- 3
le quæſo animam meam à me: quia melior eſt
mihi mors quàm vita. * Et dixit Dominus: Pu- 4
táſne benè iraſceris tu? * Et egreſſus eſt Ionas 5
de ciuitate, & ſedit contra Orientem ciuitatis: C
& fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat
ſubter illud in vmbra, donec videret quid ac-
cideret ciuitati. * Et præparauit Dominus Deus 6
hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſ-
ſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum
(laborauerat enim) & lætatus eſt Ionas ſuper
hedera, lætitia magna. * Et parauit Deus ver- 7
mem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſ-
ſit hederam, & exaruit. * Et cùm ortus fuiſſet 8
ſol, præcepit Dominus vento calido & vrenti:
& percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat:
& petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit:
Melius eſt mihi mori, quàm viuere. * Et dixit 9
Dominus ad Ionam: Putáſne benè iraſceris D
tu ſuper hedera? Et dixit: Benè iraſcor ego
vſque ad mortem. * Et dixit Dominus: Tu 10
doles ſuper hederam, in qua non laboraſti,
neque feciſti vt creſceret. quæ ſub vna nocte
nata eſt, & ſub vna nocte periit. * Et ego non 11
parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt
pluſquam centum viginti millia hominum, qui
neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram
ſuam, & iumenta multa?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IRATVS EST Ionas. Hebr. *ira fuit ei*. Suſpicabatur iam quod futurum erat, Deum ignoſcere velle.

2 PATIENS. Hebr. *longitudine narium*. i. longànimis es tu, ô Deus. ET IGNOSCENS SVPER MALITIA. Hebr. *pœnitens ſuper malo*. ſ. quod inferre volebas. Ea fuit Ionæ cauſa fugiendi. Et quidem niſi vellet ignoſcere, non miſiſſet Prophetam. Quid Deus?

4 PVTASNE BENE IRASCERIS TV? i. meritò, ſic Symmachus. Hebr. *num vehemens ira tibi?* Ironia.

5 EGRESSVS EST IONAS. pro, egreſſus fuerat. priùs exiit, poſteà iratus eſt. Ita hoc per recapitulationem eſt dictum: Theodoretus & Liranus.

6 ET PRÆPARAVIT DOMINVS DEVS HEDERAM. Sept. *cucurbitam* vertunt. Quidam *ricinum*, quoniam *ricinus* Græcè *κίκι* vocatur, crediderunt eſſe quod Hebr. eſt קִיקָיוֹן *kikaion*. Hieronymus & in Comment. & epiſtola 11. inter Auguſtini epiſtolas contendit, ea voce neque *hederam*, neque *cucurbitam* ſignificari, ſed herbam aliam, quæ Syris & Pœnis *kiceia*, ſiue *elqueroa* vocatur. De qua re paulò plura in Diſputat. pro Edit. Vulg. cap. 21. Hebr. Schol. eſſe ait arborem infrugiferam, ex cuius baccis fit oleum, quod bibitur contra frigus. ET PROTEGERET EVM (LABORAVERAT ENIM.) Hebr. *& liberaret eum à malo ſuo*. i. moleſtia æſtus.

7 ET PARAVIT DEVS VERMEM. Felicitati iungitur calamitas, lætitiæ moleſtia. ſic ſunt res humanæ. ASCENSV DILVCVLI IN CRASTINVM. id eſt, die proximo ſub auroram exortus eſt vermis. ET PERCVSSIT, ſiue *præſcidit*, arrodendo hederam.

8 PRÆCEPIT. Hebr. *parauit Deus ventum Orientalem vehementem*. ad verbum, *qui facit obſurdeſcere*, ſcilicet præ ſtrepitu. ET ÆSTVABAT. ſ. Ionas. Hebr. *deliquium patiebatur*. Quid Deus?

9 BENE IRASCERIS. i. meritò, vt verſ. 4. Hebr. *num vehementem iram habes, ô Iona?* BENE IRASCOR. Hebr. *vehementer iraſcor*. Non ob ſalutem Niniuitarum dolet. ſed quia mendax & impoſtor haberi debebat. VSQVE AD MORTEM. ſ. iraſcor, vt mori malim, quàm hæc pati.

10 TV DOLES. Hebr. *tu parcis*, id eſt, velles ſaluam herbam. SVB VNA NOCTE. Hebr. *quæ filia noctis fuit, & filia noctis periit*. ſententiam Hieronymus expreſſit. Vna nocte nata eſt, & vna nocte periit. Quàm breuia ſunt gaudia! Particula *ſub* redundat, neque eſt Hebr. ſed ſumpta ex Sept. & *ſub* ponitur pro *in* vna nocte.

11 CENTVM VIGINTI MILLIA HOMINVM. Per *homines* mulieres etiam intellige. QVI NESCIVNT QVID SIT, id eſt, ſimplices, ſine dolo. Theophylactus infantes ſolos intelligit, & ex eo numero colligit, quanta aliorum multitudo eſſet. In Goth. additur, *Sed parcam, & miſerebor eis, quoniam magnum eſt nomen meum*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AFFLICTVS. ſ. vidit pœnitentiam illorum, credidítque Deum parſurum, ſeque falſum Prophetam putandum. Lxx. *contriſtatus*. IRATVS. i. tulit impatienter. Lxx. *confuſus*.

2 VERBVM. ſ. quod dixi, te non facturum quod minabaris: vel *verbum*, pro, te. q. d. cauſa fugæ meæ. THARSIS. Chald. *mare*. IGNOSCENS. Chald. *reuocans ſententiam*. Lxx. *pœnitens*.

4 PVTASNE BENE. Chald. & Lxx *numquid valdè*. ſic & infr. q. d. Quid eſt quòd tantopere doles, numquid rectè?

5 CONTRA. pro, ad. ACCIDERET. ſ. poſt quadraginta dies.

HEDERAM. ſic vertit etiam Aquila, Symmachus & 6
Theodot. LXX. *cucurbitam.* Hebr. קיקיון *qiqaion*, nomen arbuſculæ diuerſæ à *cucurbita* & *hedera*, in quas verterunt Interpretes, quia illa Hebræa ignota in aliis regionibus: quidam tamen *ricinum* putant, quod Græcè *κίκι*. Alij verbum Hebr. commune eſſe ad cucurbitam etiam & hederam. LABORAVERAT. ſ. æſtu animi & corporis.

ASCENSV, &c. Chald. *ſub aſcenſum auroræ ſe-* 7
quentis diei.

8 PETIVIT. id eſt, optauit. ANIMÆ SVÆ. id eſt, ſibi.

9 BENE. Chald. & LXX. *valdè.* IRASCOR. LXX. *contriſtor.* VSQVE AD MORTEM. q. d. adeò vt penè moriar, vel, vt mortem optem.

10 DOLES. LXX. *pepercisti.* Chald. *miſertus es.* q. d. nolebas vt periret.

11 NESCIVNT. ſ. ob defectum rationis. SIT. ſ. diſcriminis. DEXTERAM ET SINISTRAM. i. bonum & malum: Hieronymus.

PROPHETIA MICHAEAE.

CAPVT PRIMVM.

Quo tempore Michæas prophetauerit: comminatur Samariæ & Ieruſalem exitium & captiuitatem propter idololatriam ipſorum: quos plangit Propheta & ad planctum prouocat.

VERBVM Domini, quod 1
factum eſt ad Michæam A
Moraſthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Iuda: quod vidit ſuper Samariam, & Ieruſalem.
* [a] Audite populi omnes, & 2
attendat terra, & plenitudo eius: & ſit Dominus Deus vobis in teſtem, Dominus de templo ſancto ſuo. * [b] Quia ecce Dominus egre- 3
dietur de loco ſuo: & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. * Et conſumentur montes 4
ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à fa- B
cie ignis, & ſicut aquæ, quæ decurrunt in præ-
ceps. * In ſcelere Iacob omne iſtud, & in pecca- 5
tis domus Iſrael. quod ſcelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelſa Iudæ? nónne Ieruſalem?
* & ponam Samariam quaſi aceruum lapidum 6
in agro cùm plantatur vinea: & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. * Et omnia ſculptilia eius concidentur, 7
& omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur.
* Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpo- 8
liatus, & nudus: faciam planctum velut draco- C
num, & luctum quaſi ſtruthionum. * Quia de- 9
ſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei vſque ad Ieruſalem. * In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne 10
ploretis, in domo Pulueris puluere vos conſpergite. * Et tranſite vobis habitatio Pulchra, 11
confuſa ignominia: non eſt egreſſa quæ habitat in exitu: planctum Domus vicina accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet. * Quia infirmata 12
eſt in bonum, quæ habitat in amaritudinibus: quia deſcendit malum à Domino in portam Ieruſalem. * Tumultus quadrigæ ſtuporis ha- 13
bitanti Lachis: principium peccati eſt filiæ D
Sion, quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael.
* Propterea dabit emiſſarios ſuper hereditatem 14
Geth: domus mendacij in deceptionem re-
15 gibus Iſrael. * Adhuc heredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: vſque ad Odollam ve-
16 niet gloria Iſrael. * Decaluare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.

[a] Iſa. 26. d. 21
[b] Deut. 32. Iſa. 1. a. 2

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MICHÆAS *patriam habuit Moraſthi, ſeu Mareſa, de qua 1. cap. verſ. 15. Eſt autem vicus prope Eleutheropolim, ſeu Hebron, in tribu Iuda; tametſi Epiphanius, Dorotheus, & Iſidorus de tribu Ephraim fuiſſe Michæam aiunt. Aequalis Oſeæ & Ioël, iiſdem quibus illi Regibus prophetauit. An idem qui filius Iemla vocatur 3. Reg. 22. verſ. 8? non puto: quia ille Achab tempore vixit, vir iam & Propheta; hic multò poſt fuit.*

1 AD MICHÆAM MORASTHITEN. Chald. *de Mareſa.* SVPER, ſeu *contra* SAMARIAM ET IERVSALEM. Priùs Samaria nominatur, quia ſcelere potior.

2 AVDITE POPVLI OMNES, Iudæ & Iſraelis. TERRA, ET PLENITVDO EIVS. i. terra & habitatores eius. ET SIT DOMINVS DEVS VOBIS IN TESTEM. Sept. *& erit.* ſic Hebr. Is erit teſtis, me vera loqui. ſeu, teſtor Deum. Iurandi forma. Aut ſic, Deus teſtificatur & loquitur ex ore meo; non alia dicam quàm quæ audiui.

3 DOMINVS EGREDIETVR. vt puniat, veniet. CALCABIT SVPER EXCELSA TERRÆ. ſic Principes vocat.

4 ET CONSVMENTVR MONTES. Hebr. *liqueſcent montes.* i. dynaſtæ. VALLES SCINDENTVR. i. plebs ſe diſſoluet, aut *tabeſcet*, vt Sept. ſicut cera ignis calore ſoluitur. ET SICVT AQVÆ, QVÆ DECVRRVNT, aut *ſe effundunt* IN PRÆCEPS. vt illæ continuò diſparent, ſic populus hic.

5 IN SCELERE IACOB. i. propter ſcelus Iacob. Per *Iacob* decem tribus intelligit, ſimiliter per *Iſrael.* QVOD SCELVS IACOB? i. quæ cauſa ſceleris Iacob? NONNE SAMARIA? nempe cùm vitulos excitauit. ET QVÆ EXCELSA IVDÆ? Sic vocat altaria idolorum. q. d. quis fuit cauſa, vt illa ponerentur altaria? certè Ieruſalem ſuo exemplo infecit alios.

6 QVASI ACERVVM LAPIDVM IN AGRO. Hebr. *ponam Samariam in aceruum agri, in plantationes vineæ.* Ea diruta vrbe, vinea in eius area plantabitur. Sept. *ponam Samariam in pomorum cuſtodiam.* id eſt, faciam vt ſit quaſi tugurium, quod collectis fructibus deſeritur. ET DETRAHAM IN VALLEM LAPIDES EIVS, ſeu *euertam*, diſpergam, effundam. ET

FVNDAMENTA EIVS REVELABO. id eſt, vſque ad fundamenta demoliar eam.

MERCEDES EIVS. i. bona, ſupellex. QVIA DE MERCEDIBVS MERETRICIS. i. ob cultum idolorum, quo placuerunt aliis Gentibus, quæſita, aliis cultoribus idolorum. ſ. Aſſyriis, cedent.

SVPER HOC. propter hoc ego plangam. Verba 8
ſunt Prophetæ. SPOLIATVS, ET NVDVS. Sic ſignificat ſe ſeriò loqui; ſimul habitus indicabat, quemodo ituri eſſent ij homines in captiuitatem. FACIAM PLANCTVM VELVT DRACONVM. Victi ab elephantibus vehementer ſibilant: Hieronymus. STRVTHIONVM. Relinquunt oua in arena, poſteà vlulant, quaſi ea quærentes.

DESPERATA. Chald. *grauis eſt plaga eius*. ſ. peſtis, fa- 9
mis, & belli. TETIGIT PORTAM POPVLI MEI. i. munitionem, arcem, ſ. Ieruſalem, ad quam obſidendam accedebant hoſtes, aliis vrbibus expugnatis. *Mei* ait: quia Michæas erat ex tribu Iuda.

IN GETH NOLITE ANNVNTIARE, ne Philiſthæi 10
noſtris malis lætentur. LACRYMIS NE PLORETIS. Hebr. *plorando ne ploretis*, ſed in corde ſcilicet ſit dolor, ne audiatur. IN DOMO PVLVERIS, inter ruinas vrbis, in puluerem vos inuoluite. Id erit mœroris ſignum. Hebr. in textu *hithpalaſthi*, *puluere me conſperſi*, ad nuditatem nouum id mœroris ſignum addidi, puluere me fœdaui. In libro Maſſoreth *hithpalaſſi* legendum dicitur. i. *puluere inuolui me*. Eſtque hic locus vnus è quindecim, quos Iudæi mutarunt, ea correctione, quam *Tikun Sopherim*, id eſt, *correctionem Scribarum* vocant. De quo plura in Diſput. pro Edit. Vulgat. cap. 7. Quòd ſi *inuolui me* legatur, non incommodè Propheta typum Chriſti ſuſtinebit, qui in domo Pulueris, vtero Virginis, ſe puluere conſperſit, inuoluit.

ET TRANSITE VOBIS HABITATIO PVLCHRA. 11
Hebr. *tranſi* (pro, *tranſite*) *vobis quæ habitas Saphir*. Vrbis Iuda nomen. CONFVSA IGNOMINIA. Hebr. (cum) *turpitudine & pudore*, id eſt, deformata ibis in captiuitatem. NON EST EGRESSA QVÆ HABITAT IN EXITV. Hebr. *Zanaan*, id eſt, ciues Zanaan non iuerunt in captiuitatem, incolumis manſit. PLANCTVM DOMVS VICINA. Hebr. *planctus Bethhazeal*, ſcilicet erit illi vrbi planctus. Quare. ACCIPIET EX VOBIS, QVÆ STETIT SIBIMET. *Quæ ſtetit*, id eſt, victrix à vobis accipiet opes ſibi. Hebr. *accipiet à vobis ſtationem ſuam*. id eſt, bellicos ſumptus petat hoſtis, & pecuniâ emeris libertatem, quod non ſine ciuium gemitu contingat. Cogimur ea vrbium nomina vt propria accipere, vt locus intelligatur. & alioqui Hebr. alluſiones ſunt pulchræ, quas alia lingua non recipit.

QVIA. pro *certè*, Vatabl. INFIRMATA EST IN BO- 12
NVM. Hebr. *doluit in* (propter) *bonum*, quod ſ. priùs habuit, aut hoſtis abſtulit. QVÆ HABITAT IN AMARITVDINIBVS. ſ. Ieruſalem. Sept. *in doloribus*. Hebr. (in) *Maroth*, nomen proprium. ſic Pagn. IN PORTAM IERVSALEM malum deſcendit. i. ad Ieruſalem vſque & eius portas bellum peruenit.

TVMVLTVS QVADRIGÆ STVPORIS in portis La- 13
chis. ſ. ciues Lachis ſtupebunt, ob currus Aſſyriorum qui venient. Sanè Sennacherib cepit Lachis, 4. Reg. 18. verſ. 14. De eo bello agit Propheta, vt Theodoretus ait. Hebr. *apta* (iunge) *currum ad equos veloces, quæ habitas in Lachis*. ſ. vt fugias, aut eas in captiuitatem. Nec immeritò. PRINCIPIVM PECCATI EST, ibi prima idola tribus Iuda fuerunt. Tu docuiſti Ieroſolymitas impium cultum.

DABIT EMISSARIOS. Hebr. *dabis miſſiones*. i. mittes 14
munera. SVPER HEREDITATEM GETH. Hebr. *ad Moreſeth*. *Geth* nomen proprium vrbis, cui Lachis miſit dona, vt opem ferret. DOMVS MENDACII. Hebr. *domus Achzib*. Erant arces, quibus eadem de cauſa Lachis dona miſit. IN DECEPTIONEM REGIBVS ISRAEL. Hebr *in mendacium Regibus Iſrael*. ſæpè eos deceperant, ſic te decipient. Inter *Achzib* nomen loci, & *Achzab*, *mendacium*, magna ſimilitudo & paronomaſia. q. d. rectè vocatur *Achzib*. i. *mendax*, quando mentitur & fallit.

15 ADHVC. i. prætereà. HEREDEM ADDVCAM TIBI. id eſt, poſſeſſorem Aſſyrios. QVÆ HABITAS IN MARESA. patria Michææ in tribu Iuda. neque tu ab ea clade eris libera. *Mareſa* ſignificat *hereditatem* ſic ludit vocabulo, *ad hereditatem adducam heredem*. VSQVE AD ODOLLAM. Vrbs in tribu Iuda à Roboamo conſtructa, 2. Paral. 11. verſ. 7. Ergo vſque ad eam vrbem penetrabit GLORIA ISRAEL. i. heres gloriæ Iſrael. Vaſtata ea regione & ſubdita, in Odollam & Iudæam & eius vrbes irruet hoſtis, quem *gloriam Iſrael* vocat, ſeu *heredem gloriæ*.

16 DECALVARE, comam rade, quod fiebat in magnis malis. SVPER FILIOS DELICIARVM TVARVM. i. ob filios delicatos tuos, qui ducuntur captiui. DILATA CALVITIVM TVVM SICVT AQVILA. Quæ quodam tempore penitus nudatur, & eas mutat. neque tunc venari poteſt. Hebr. Schol. illud *ſicut aquila*, iungit cum verbo *tranſmigrabunt*, ſic: *quoniam vt aquila tranſmigrabunt*. ſ. filij tui; quoniam ea auis præ ceteris altiſſimè volat. Sed prior ſenſus præſtat, cui ordo literæ, & accentus Hebraici fauent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MICHÆAS prophetat contra Iſrael & Iuda.

1 MICHÆAM. Alius eſt hic ab illo, de quo 3. Reg. 22. MORASTHITEN. Chald. *de Mareſa*. eſt hæc in tribu Iuda. vide Ioſ. 15. Hieron. tamen diſtinguit à *Moraſthi*, dicens diuerſa eſſe loca. SVPER. i. contra.

2 POPVLI. ſ. Hebræi. TERRA. ſ. Hebræorum. PLENITVDO. i. habitatores, ſeu quidquid in ea. Sept. *quæ in ea*. DOMINVS. Chald. *Verbum Domini*. VOBIS. Hebr. & LXX. *in vobis*. Chald. *contra vos*. IN TESTEM. i. teſtis. ſ. quòd vos monuerim. DE TEMPLO. i. cælo. ſ. erit teſtis. LXX. *de domo*.

3 EGREDIETVR. ſ. ad puniendum. Chald. *conſpicuum ſe oſtendet*. ſ. prodet ſe Deus per opera. SVPER EXCELSA. q. d. potentes. Chald. *robora*.

4 MONTES. i. principes. VALLES. i. plebeij. SCINDENTVR. i. liquefient. LXX. *tabeſcent*.

5 IN SCELERE. i. ob ſcelus. LXX. *ob impietatem*. IACOB. ſ. decem tribuum. ISTVD. ſ. accidet. IN PECCATIS. i. ob peccata. ISRAEL. repetitio. Quidam tamen Iudam intelligunt, ſeu duas tribus. SAMARIA. i. idololatria Samariæ. EXCELSA. ſ. vbi colit idola. IERVSALEM. Chald. *in Jeruſalem*.

6 LAPIDES. ſ. ædificiorum. REVELABO. i. detegam. ſ. dirutis parietibus, ſeu muris.

7 MERCEDES. i. idolis oblata, vel diuitiæ acquiſitæ commercio idololatrarum Gentium, aut amicitia; vel ipſorum opinione, ob culta idola. Chald. *idola*. IDOLA. Chald. *templa idolorum*. MERETRICIS. pro, meretricij. ſ. idololatriæ. LXX. *fornicationis*. VSQVE AD, &c. q. d. dabuntur aliis idololatris. ſ. Aſſyriis, qui ea putabunt mercedem eſſe ſuæ idololatriæ. Chald. *in domum colendum idola tradentur*. REVERTENTVR. ſ. quæ non fuerint combuſta.

8 PLANGAM, &c. Chald. *plangent, & vlulabunt, ibunt nudi in captiuitatem*, &c. LXX. *planget, & lugebit, ibit diſcalceata & nuda, faciet planctum*, &c. DRACONVM. Horum, & ſtruthionum vox dicitur eſſe valdè lugubris, cùm dolent. STRVTHIONVM. LXX. *filiarum Sirenum*.

9 PLAGA. i. calamitas, vel ſcelus. POPVLI MEI. Erat enim Michæas ex tribu Iuda. IERVSALEM. ſ. eouſque peruenit exercitus Sennacherib. vel Chaldæorum exercitum intelligit.

10 ANNVNTIARE. ſ. ne lætentur Philiſthæi audientes. PLORETIS. ſ. vt poſſint hoſtes videre, aut audire, eoque gaudere. DOMO PVLVERIS. pro, intra domos dirutas. Chald. *in domibus puluerulentis*. Hebr. *Beth Haphrah*, quod quidam aiunt eſſe nomen proprium, vt & reliqua quæ ſequuntur, quod non eſt improbabile.

11 Transite vobis. i. fugite, vel q. d. migrabitis in terram hoſtilem. Pvlchra. Quidam Samariam intelligunt. Hebr. *Saphir*. nomen proprium aliis vrbis Iuda. Egressa. ſ. ſponte, ſed vi abducta. Chald. *egreſſa ſalua*. In exitv. i. via Aſſyriorum, vel propinquior Aſſyriis. Quidam Samariam intelligunt. aliis eſt nomen proprium. Nam Hebr. *habitatrix Tſaanan.* Ex vobis. i. poſt vos, vel à vobis accipiet. i. intelliget ob vicinitatem. Quidam Iudam intelligunt. alij eſſe nomen vrbis, quia Hebr. *Beth Haetſel.* Stetit sibimet. i. non eſt auſa egredi foras. vel ſtetit. ſ. intacta ab hoſtibus, cùm vos abduceremini. Intelligunt quidam Iudam, qui poſteà à Chaldæis abductus.

12 In bonvm. i. ob amiſſi bona, vel ad operandum bonum. In amaritvdinibvs. i. peccatis. Hebr. *Maroth*, quod quidam putant eſſe vrbis nomen proprium. Alij Iudam intelligunt, ſeu Ieruſalem.

13 Qvadrigæ. ſ. hoſtilis. Stvporis. ſ. cauſa. Lachis. ſ. eò priùs venit Sennacherib. vide 4. Reg. 18. Iſa. 36. eſt autem vrbs Iudææ, primaq́; videtur coluiſſe idola, vt ſtatim indicatur. Peccati. ſ. idololatriæ.

14 Dabit. ſ. Lachis. Emissarios. i. milites miſſos. ſ. ad petendum opem à Gethæis; ſed fruſtrà, quia illi mendaces, nec fidei ſeruantes.

15 Heredem. ſ. rerum tuarum, Aſſyrium, vel Chaldæum. Odollam. eſt in tribu Iuda, vt *Mareſa*. Gloria. pro, calamitas (per ironiam) ſeu ignominia.

16 Decalvare, &c. id fiebat in luctu, ſeu calamitate. Svper. i. propter. Deliciarvm tvarvm. Lxx. *delicatos tuos.* Aqvila. ſ. cùm ei decidunt plumæ omnes. ſolet enim mutare plumas omnes, & iuueneſcere.

CAPVT II.

Propheta populi ſui multiplicem iniuſtitiam, aliaque peccata recenſens, prædicit vindictam & captiuitatem ipſi imminere; & ob id lugens, reliquiarum futuram congregationem denuntiat.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini ma- 1
lum in cubilibus veſtris: in luce matutina A
faciunt illud, quoniam contra Deum eſt ma-
nus eorum. * Et concupierunt agros, & violen- 2
ter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumnia-
bantur virum, & domum eius; virum, & he-
reditatem eius. * Idcircò hæc dicit Dominus: 3
Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum:
vnde non auferetis colla veſtra; & non ambu-
labitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimum eſt.
* In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & can- 4
tabitur canticum cum ſuauitate, dicentium:
Depopulatione vaſtati ſumus: pars populi mei B
commutata eſt: quomodo recedet à me, cùm
reuertatur, qui regiones noſtras diuidat? * Pro- 5
pter hoc non erit tibi mittens funiculum ſor-
tis in cœtu Domini. * Ne loquamini loquen- 6
tes: Non ſtillabit ſuper iſtos, non compre-
hendet confuſio. * Dicit domus Iacob: Num- 7
quid abbreuiatus eſt ſpiritus Domini, aut ta-
les ſunt cogitationes eius? Nónne verba mea
bona ſunt cum eo, qui rectè graditur? * Et 8
econtrariò populus meus in aduerſarium con- C
ſurrexit: deſuper tunica pallium ſuſtuliſtis: &
eos, qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in
bellum. * Mulieres populi mei eieciſtis de do- 9
mo deliciarum ſuarum: à paruulis earum tu-
liſtis laudem meam in perpetuum. * Surgite, 10
& ite, quia non habetis hic requiem: propter
immunditiam eius corrumpetur putredine peſ-
ſima. * Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, 11
& mendacium potiùs loquerer: ſtillabo tibi D
in vinum, & in ebrietatem: & erit ſuper quem
12 ſtillatur populus iſte. * Congregatione congre-
gabo Iacob totum te: in vnum conducam re-
liquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gre-
gem in ouili, quaſi pecus in medio caularum,
tumultuabuntur à multitudine hominum.
13 * Aſcendet enim pandens iter ante eos: diui-
dent, & tranſibunt portam, & ingredientur per
eam: & tranſibit rex eorum coram eis, & Do-
minus in capite eorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ qvi cogitatis invtile. i. malum, vana. Hactenus peccata in Deum, nunc arguit, quæ in alios faciunt. Operamini malvm in cvbilibvs vestris. Ibi per noctem & quietem nectitis fraudem. In lvce matvtina. Simul cum luce exequuntur quæ cogitarunt. Qvoniam contra Devm est manvs eorvm. Hebr. *quia ad Deum* (i. contra Deum, aut *fortitudinem*) *manus eorum.* Sept. *quia non leuauerunt ad Deum manus ſuas.* ſ. vt pij manè faciunt. Hieronymus, *quia Deo aduerſantur, alios opprimunt.* vox אל *Al* & *Deum* ſignificat & *fortitudinem*. hoc poſterius ſecutus Chald. dixit: *In manu enim eorum adeſt poteſtas.* ſ. ad operandum malum Hoc Hebrei alij ſequuntur. Verba Hebr. vtramque expoſitionem admittunt.

2 Et violenter tvlervnt. Hebr. *rapuerunt.* Et rapvervnt domos. Hebr. *& domos* (concupierunt ſ.) *& tulerunt.* Et calvmniabantvr. Hebr. *oppreſſerunt.* In homines ipſos & bona eorum graſſati ſunt.

3 Svper familiam istam. i. gentem iſtam, malvm. *Super*. pro, contra. Vnde non avferetis Hebr. *non remouebitis colla veſtra*, vobis quaſi iugum imponam malum, vnde colla non auferetis. Et non ambvlabitis svperbi. Hebr. *non ambulabitis* (in) *altitudine.* i. *erecti*, vt Sept. & Chald. nempe iugum impoſitum prohibebit, faciet vt non erigatis colla.

4 Svper vos parabola. i. monodia, nænia conficietur, quæ parabolis ſolet eſſe plena. Et cantabitvr. Hebr. *& lamentabitur lamentum lamentum.* Geminatio exaggerat lamenti mœrorem. Dicentivm. Hebr. *dicet ſcilicet lamentum*, aut *lamentator.* Depopvlatione. Hinc incipit nænia. Pars popvli mei. *Pars*, pro hereditate. Hebr. *partem* (hereditatem) *populi mei mutauit*, abſtulit. ſ. Deus, aut hoſtis. Qvomodo recedet a me, aut *recedit*, vt Regia. ſ. Aſſyrius redit in patriam, vaſtato regno Iſrael, 4. Reg. 17. poſteà redit, & occupauit omnia, diuiſitque inter ſuos agros. Hebr. *quomodo abſtulit mihi* (cùm nos ſperaremus) *reſtituturum agros noſtros* (eos) *diuidit.*

5 Mittens fvnicvlvm. Funiculis diuidebant prædia. Ergo ſublato agro ex Iudæis, & cœtu Domini, non erit qui illum poſſideat. Fvnicvlvm sortis. Hebr. *funiculum in ſortem.* i. hereditatem, nemo mittet.

6 Ne loqvamini loqventes. id eſt, ô Prophetæ, ne dura nuntietis; nam ſuper populum malum non veniet quod minamini. Hebr. *non ſtilletis* (ſ. ô Prophetæ) *ſtillabunt* (ſcilicet populus dicet) *non ſtillabunt his* (id eſt, non euenient) *his non comprehendet* (pro, comprehendent eos) *opprobria.* quæ ſ. vos denuntiatis.

7 Dicit domvs Iacob. Hebr. *quoniam dicet domus Iacob*, ſcilicet Prophetis dicent Iſraelitæ. Nvmqvid abbreviatvs est. q. d. nónne aliquando proſpera nuntiabitis, ſed ſemper triſtia? Avt tales svnt cogitationes eivs? aut *opera*, aut *ſtudia eius*. ſ. Dei, quales vos dicitis? Nonne verba mea bona svnt? Reſponſio Prophetæ. Verba mea bona ſunt, ſed bonis.

8 Econtrario. Hebr. *& heri* populus meus. i. qui priùs & nuper tales eratis. In adversarivm consvrrexit. Factus eſt hoſtis meus, aut populi. Desvper. Hebr. *econtrario veſtem pallium.* i. ab obuiis abſtuliſtis. Qvi transibant simpliciter, confi-

denter,

denter, ſecurè. CONVERTISTIS IN BELLVM, quaſi hoſtes illos ſpoliaſtis. Hebr. *redeuntibus è bello*. Belli tempore prædones multi per agros obuios ſpoliant. Id Propheta accuſat fieri eo tempore.

9 MVLIERES Maritis eas abſtuliſtis. LAVDEM MEAM, gloriam, *decorem* Hebr. i. ornatum, quem ego dederam, abſtuliſtis à paruulis. IN PERPETVVM. i. numquam mulieres viris aut paruulis ornatum reſtituiſtis.

10 SVRGITE, ite in captiuitatem. PROPTER IMMVNDITIAM EIVS, quia vos terram illam prauis operibus polluiſtis. CORRVMPETVR. Hebr. *corrumpet*. Sed mutatis punctis in paſſiuum vertetur, vt vertunt Sept. PVTREDINE. Hebr. *corruptione* peſſima. Ita erit vaſtata, vt vos alere non poſſit.

11 VTINAM NON ESSEM VIR. Optat falſa eſſe quæ prædicit quæ tamen veriſſima erant. Hebr. *vtinam vir ambulans vento*. i. ventoſus & vanus eſſem. STILLABO TIBI IN VINVM. pro, vtinam ſtillarem, loquerer tibi in vinum, id eſt, ex vino, quaſi ebrius ſine ſenſu verba inania, vt ſolent vino madidi. ET IN EBRIETATEM, *in ſiceram*. i. ex ſicera. qua voce omnis potus inebrians præter vinum ſignificatur. ET ERIT SVPER QVEM. hoc eſt, vtinam vana eſſet prophetia, quæ dicitur ſuper populo hoc. Hebr. *& eſſet ſtillans* (id eſt, vates) *populus hic*. Dicebat enim populus, vana eſſe quæ nuntiabant.

12 CONGREGATIONE CONGREGABO IACOB. Hæc facta ſunt tempore Chriſti, non ante. Aut loquitur de liberatione populi per Cyrum. QVASI GREGEM IN OVILI. Hebr. *quaſi gregem Boſra* Vrbs Idumææ ouibus copioſa. TVMVLTVABVNTVR A MVLTITVDINE. id eſt, præ multitudine erit magna hominum turba. Hebr. *tumultuabuntur præ homine*. i. præ hominibus, præ hominum turba.

13 ASCENDET, ſcilicet Deus. PANDENS, ſeu *aperiens*. פרץ *Paraz* inter alia *aperire* ſignificat. DIVIDENT, ſeu *pandent*, aperient hoſtes. ET TRANSIBVNT PORTAM. i. portas vrbium. illis portæ patebunt, eos intra mœnia accipient voluntate, aut vi. ET INGREDIENTVR. Hebr. *egredientur*. ſ. per eam. ſic Hieronymus in Comment. & Regia Vulg. & Sept. ſ. cùm voluerint, proficiſcentur. Louan. *egredientur* habent ſine nota variæ lectionis. Suſpicor Roman Biblia hac parte eſſe vitiata. TRANSIBIT REX EORVM CORAM EIS. Chriſtus, aut Zorobabel, ſi loquitur de liberatione è captiuitate. IN CAPITE EORVM. i. primus. ante alios ibit Deus. Theophylactus hos duos poſtremos verſus de expugnatione Ieruſalem intelligit, tunc populum tumultuatum, hoſtem aſcendiſſe per murum, diuiſiſſe. i. diruiſſe portam, Regem Babyloniorum præiuiſſe, & Deum, qui illi fauit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INVTILE. Chald. *rapinam*. Lxx. *labores*. i. peccata, quæ laborum cauſæ ſunt, & dolorum. ideoque *labores* vocantur, & *dolores*, vt Pſal. 9. v. 54. OPERAMINI. i. deſignatis. LVCE, &c. q. d. ſummo manè. MANVS. i. opera.

2 CALVMNIABANTVR. ſ. per calumniam opprimebant. Chald. & Lxx. *diripiebant*.

3 SVPERBI. Chald. & Lxx. *erecti*. q. d. deprimam eorum ſuperbiam. PESSIMVM. i. calamitoſum.

4 PARABOLA. i. prouerbium, ſeu ſermo parabolicus. ſ. per ſimilitudines & metaphoras, quæ ſolent carminibus adhiberi. CANTICVM. ſ. lugubre. Hebr. *Lamentabitur lamentatio*. Lxx. *planctus plangetur*. CVM SVAVITATE ſ. quæ calamitoſi lugentes canunt. hoſtes ſolent cum ſuauitate imitari, cantantes eadem. Chald. *in afflictione*. PARS. i. hereditas, ſeu poſſeſſio. COMMVTATA EST. i. tranſiit in hoſtium poteſtatem. RECEDET. ſ. hoſtis, vel calamitas. REVERTATVR. ſ. hoſtis. DIVIDAT. ſ. inter ſe.

5 MITTENS, &c. i. diuidens tibi hereditatem, ſeu poſſeſſionem in congregatione Iſrael. q. d. priuaberis omni poſſeſſione.

6 LOQVAMINI, &c. ſ. ſolebant talia dicere qui Prophetis prædicentibus mala non credebant. STILLABIT, ſ. calamitas. q. d. non patientur mala quæ prædicitis.

7 ABBREVIATVS, &c. q. d. numquid tam paruæ eſt miſericordiæ, vt nos perdere velit? TALES. i. quales vos Prophetæ prædicitis nos perdendi. Quidam tamen hæc dicta à Propheta intelligunt, vt ſenſus ſit, Numquid Dominus non poteſt facere quod prædicit? aut talia cogitat, qualia vos fingitis? VERBA MEA, &c. q. d. Nonne ſoleo fauere bonis? Dei verba. RECTE. Chald. *in veritate*. GRADITVR. i. viuit.

8 IN ADVERSARIVM. ſ. mihi. q. d. meæ voluntati repugnatis. DESVPER, &c. ſenſus eſt: Inſuper tunicam & pallium, vel pallium quod ſuper tunicam eſt. SVSTVLISTIS. ſ. proximo, ſeu pauperi. SIMPLICITER. i. innocenter, ſeu nihil timentes. CONVERTISTIS, &c. i. hoſtiliter eſtis perſecuti.

9 DELICIARVM. i. in quibus cum viris ſuis delectabiliter viuebant. q. d. ſeparaſtis à viris ſuis. LAVDEM MEAM. ſ. à vobis ſeducti idololatria, vel oppreſſi, impediuntur à laude mea: vel ſi *paruulis earum* cum ſuperioribus coniungatur, ſenſus erit, Tuliſtis cultum meum, qui idola colatis.

10 ITE. ſ. in captiuitatem. EIVS. ſ. terræ ob peccata veſtra. CORRVMPETVR, &c. q. d. peſſimè vaſtabitur.

11 SPIRITVM. ſ. propheticum. MENDACIVM. i. falſum. q. d. mallem falſa prædicere ſpiritu proprio, quam tantam calamitatem ſpiritu Dei. STILLABO, &c. q. d. cogor tamen prædicere tanta mala, quibus velut inebriandi ſitis. IN VINVM, &c. pro, vinum inebrians. *Vinum* verò pro punitione, more Scripturæ, velut ex calice propinata; *ebrietas* verò pro abundanti potatione. q. d. maximum erit malum.

12 CONGREGABO. ſ. per Euangelicam prędicationem. TOTVM. ſ. electos omnes ex Iſrael. VNVM. ſ. locum, ſeu ouile. TVMVLTVABVNTVR, &c. q. d. erit maxima multitudo, quæ ſolet tumultum edere. ſ. multis colloquentibus, & ſtrepitum. A MVLTITVDINE. Chald. *præ frequentia*.

13 ASCENDET. ſ. in cælum Chriſtus. ENIM non eſt Hebr. Chald. aut in Lxx. PANDENS. ſ. more aperientis viam præcedendo. & quidem Chriſtus paſſione ſua viam aperuit. PORTAM. ſ. qua hîc concludebantur grauati corpore, vel in limbo, vel etiam in purgatorio. REX. ſ. Chriſtus. CAPITE. i. principio. Lxx. *dux erit*.

CAPVT III.

Propter peccata Principum, iudicum, pſeudoprophetarum ac ſacerdotum populi Iſrael, comminatur Dominus grauem vltionem, & Ieroſolymæ delectionem.

1 ET dixi: Audite principes Iacob, & duces do-
A mus Iſrael: Numquid non veſtrum eſt ſci-
2 re iudicium, qui odio habetis bonum, & diligi-
tis malum: qui violenter tollitis pelles eorum
deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus
3 eorum? Qui comederunt carnem populi mei,
& pellem eorum deſuper excoriauerunt: & oſſa
eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in le-
4 bête, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc cla-
B mabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: &
abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo,
ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis.
5 Hæc dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſedu-
cunt populum meum: qui mordent dentibus
ſuis, & prædicant pacem. & ſi quis non dederit
in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum
6 prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit,
& tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet
ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos
7 dies. Et confundentur qui vident viſiones, &
C confundentur diuini: & operient omnes vultus
8 ſuos, quia non eſt reſpóſum Dei. Verumtamen
[illegible] repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, iu-
dicio, & virtute: vt annuntiē Iacob ſcelus ſuum,

& Iſrael peccatum ſuum. * Audite hoc princi- 9
pes domus Iacob, & iudices domus Iſrael: quia
abominamini iudicium, & omnia recta peruer-
titis. * Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ie- 10
ruſalem in iniquitate. * [n]Principes eius in mune- 11
ribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede D
docebant, & prophetæ eius in pecunia diuina-
bant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicen-
tes: Numquid non Dominus in medio no-
ſtrûm? non venient ſuper nos mala. * Propter 12
hoc, cauſa veſtri, [n]Sion quaſi ager arabitur, &
Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons
templi in excelſa ſiluarum.

[n] Ezech 22 f 27 Soph. 3. a. 3

[n] Ier. 26. f. 18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AVDITE PRINCIPES IACOB. i. *Principes domus Iacob*, vt v. 9 Inuehitur in Principes & Iudices. VESTRVM EST SCIRE IVDICIVM. i. facere quod rectum eſt in iudicijs. 1

TOLLITIS PELLES EORVM. ſ. populi. Relatiuum ſine antecedenti, eos deglubitis, excoriatis. 2

CONCIDERVNT. ſ. carnes, Sept. *diuiſerunt*. ſed פרשׂ *paras* ſumitur pro פרס *paras*. i. *concidere*, vt ſolent carnes & oſſa concidi, vt in ollam & lebetem coquenda mittantur. Summa, nihil reliquiſtis populo, bonis occupatis, in corpora etiam ſæuitis. 3

SICVT NEQVITER EGERVNT IN ADINVENTIONIBVS SVIS. Hebr. *ſicut mala fecerunt opera ſua*, aut *ſtudia*. ſic Chald. *Sicut*, pro, quia. Sept. *eo quod impie egerunt*, non audiam eos. 4

HÆC DICIT DOMINVS SVPER PROPHETAS. i. contra prophetas. Inuehitur in eos, quòd eſſent mercenarij. QVI MORDENT DENTIBVS SVIS, ET PRÆDICANT PACEM. Hoc eſt, proſpera denuntiant ijs qui comedendum aliquid dant. Si quis non dat, IN ORE EORVM. i. aliquid cibi, aut *quod ore petunt, iuxta os eorum*. ſic Hebr. verti poſſunt. SANCTIFICANT SVPER EVM PRÆLIVM. i. denuntiant aduerſa contra eum. Per *pacem* proſpera, per *bellum* aduerſa intelligit. 5

NOX VOBIS PRO VISIONE ERIT. Hebr. *ex viſione*. i. nihil videbitis vt in nocte. ET TENEBRÆ VOBIS PRO DIVINATIONE. Hebr. *ex diuinatione*, nihil poteritis diuinare. Aut ſic, *viſionis & diuinationis merces tenebræ in poſterum erunt*. 6

ET CONFVNDENTVR, pudefient prophetæ. ſ. falſi, cùm nihil eueniat eorum quæ dicunt. ET OPERIENT OMNES VVLTVS SVOS. Hebr. *labium ſuum*. i. veſte faciem præ pudore velabunt. QVIA NON EST RESPONSVM DEI. Aduentu hoſtium populus cognoſcet, non fuiſſe ex Deo quæ illi prophetæ dixerunt. Ea illis pudoris cauſa. 7

VERVMTAMEN. Hebr. *verè*. EGO REPLETVS SVM FORTITVDINE SPIRITVS DOMINI. Hebr. *à ſpiritu Domini*, aut *cum ſpiritu Domini*. ille dat mihi robur: longè alia ratio mea eſt, & aliorum prophetarum. Ego ſpiritu Dei agor, ſine pudore, magna libertate annuntio populo peccata ſua. 8

QVIA ABOMINAMINI IVDICIVM. ſ. rectum. Aut abominabile facitis iudicium. i. illud peruertitis, vt proxima verba declarant, & repetunt. Audite quæ dicam. 9

QVI ÆDIFICATIS. Hebr. *qui ædificas*, pro, ędificatis domos veſtras ex ſanguine pauperum, & iniquitate, id eſt, ex ijs quæ illis rapitis. 10

PRINCIPES EIVS. Omnes ſunt mercenarij, proceres, ſacerdotes, prophetæ. nihilominùs SVPER DOMINVM REQVIESCEBANT. Hebr. *innitebantur*. Quòd Dei populus eſſent, & inter eos Deus habitaret in templo, non paſſuros mala putabant. 11

QVASI ACERVVS LAPIDVM ERIT. Hebr. *Ieruſalem aceruus erit*. euerſis domibus in aceruos lapidum redigetur. Sept. *Ieruſalem vt pomorum cuſtodia erit*. De quo cap. 1. v. 6. Hoc autem per Chaldæos eſt factum. MONS TEMPLI IN EXCELSA SILVARVM. Templum ſenatis dumis & vepribus erit vt ſilua, & vt ſiluarum colles. Aut vt rupes, quæ in illis eminent. Erunt aceruí lapidum euerſo templo. Quid ſi במות *bamoth*. i. *excelſa*, vt ſæpè fit, ſumatur pro altaribus idolorum, quæ in ſiluis ponebantur? ſitque ſenſus, Mons templi erit in altaria ſiluarum. i. in eo multa erunt idolorum altaria. 12

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDICIVM. i. quod iuſtum eſt, quodque oportet fieri ſecundum Dei legem. Vide Ierem. 5.

2 PELLES. q. d. qui facitis pauperibus quod ouibus facit qui decorticat. ſ. crudeliter opprimitis, aut ſpoliatis ſubſtantiis ſuis.

3 COMEDERVNT, &c. perſtat in metaphora ouium occiſarum. LEBETE. i. fieri ſolet.

4 ADINVENTIONIBVS. i. operibus, & cogitationibus.

5 MORDENT, &c. q. d. qui pro eſcis fauſta prædicant. ſ. iis, qui eis dant quod edant. SANCTIFICANT. i. indicunt, ſeu nuntiant, aut parant. q. d. oppugnant, ſeu hoſtes fiunt.

6 NOX. i. calamitas. VOBIS. ſ. ô pſeudoprophetæ. PRO VISIONE. i. ob viſiones veſtras mendaces.

7 CONFVNDENTVR. ſ. deprehenſis mendaciis ipſorum erubeſcent. OPERIENT. ſ. præ pudore. RESPONSVM DEI. ſ. vt illi iactabant.

8 IVDICIO; ET VIRTVTE. Explicatio præcedentium: q. d. Dei iudicium & potentiam prædico.

10 SION. Chald. *domos in Sion*. SANGVINIBVS. i. peccatis. ſ. iniquè acquiſita pecunia, ſeu ſanguine pauperum oppreſſorum & à vobis ſpoliatorum.

11 IN MVNERIBVS. i. ob munera. REQVIESCEBANT. ſ. temerè de Deo præſumentes quòd ipſos eſſet protecturus.

12 ARABITVR. factum id à Chaldæis. Vide Ierem. 26.

CAPVT IV.

Tempore gratiæ plurimæ nationes accedent ad Eccleſiam & cultum Dei, cum magna ſecuritate: conſolatur Sion quod de captiuitate ſit à Domino redimenda, vt ſe de ſuis inimicis vleiſcatur.

1 ET erit: In nouiſſimo dierum erit mons do- Iſa. 2. a. 2
A mus Domini præparatus in vertice mon-
tium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum
2 populi. * Et properabunt gentes multæ, & di-
cent: Venite, aſcendamus ad montem Domini,
& ad domum Dei Iacob: & docebit nos de
vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius: quia de Sion
egredietur lex, & verbum Domini de Ieruſa-
3 lem. * Et iudicabit inter populos multos, & cor-
B ripiet gentes fortes vſque in longinquum: &
concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas
ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gen-
tem gladium: & non diſcent vltrà belligerare.
4 * Et ſedebit vir ſubtus vitem ſuam, & ſubtus fi-
cum ſuam, & non erit qui deterreat: quia os
5 Domini exercituum locutum eſt. * Quia omnes
populi ambulabunt vnuſquiſque in nomine
Dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine
6 Domini Dei noſtri in æternum & vltrà. * In die
illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem:
& eam, quam eieceram, colligam; & quam
7 afflixeram: * [n]Et ponam claudicantem in reli- [n] Soph. 3. d. 19
quias: & eam, quæ laborauerat, in gentem ro- Luc. 1. c. 33
buſtam: [n] & regnabit Dominus ſuper eos in [n] Dan. 7. d. 14
C monte Sion, ex hoc nunc & vſque in æter-
8 num. * Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion
vſque ad te veniet: & veniet poteſtas pri-
9 ma, regnum filiæ Ieruſalem. * Nunc quare
mœrore contraheris? numquid rex non eſt
tibi, aut cõſiliarius tuus perijt, quia comprehen-
10 dit te dolor ſicut parturientem? * Dole, & ſata-
ge filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredie-
ris de ciuitate, & habitabis in regione, & ve-

nies

nies vſque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi re-
dimet te Dominus de manu inimicorum tuo-
rum. *Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes 11
multæ, quæ dicunt: Lapidetur: & aſpiciat in
Sion oculus noſter. *Ipſi autem non cognoue- 12
runt cogitationes Domini, & non intellexerunt D
conſilium eius: quia congregauit eos quaſi fœ-
num areæ. *Surge, & tritura filia Sion: quia cor- 13
nu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas po-
nam æreas: & comminues populos multos, &
interficies Domino rapinas eorum, & fortitudi-
nem eorum Domino vniuerſæ terræ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Et erit: In novissimo dierum. Tempore Meſſiæ. 1 de quo Hebræi etiam hunc locum intelligunt. Poſt cladem, quam prædixit, melius tempus ſequetur. Mons domus Domini; id eſt, in quo eſt templum, per quem Eccleſiam intelligit. Præparatus, id eſt, erectus, poſitus in vertice montium, quod mox repetit, Sublimis super colles. Fluent *inſtar fluminis*, vt eſt Hebr. multi & feſtini, vt aqua fluminis ibūt populi.

Et docebit nos de viis suis. i. vias ſuas, le- 2 gem docebit nos Deus. Aut *de vijs ſuis*. i. partem viarum, quod cuique conducat, quod quiſque facere debet, non quæ alij. De Sion egredietur lex, quaſi ex publica ſchola, & quaſi ex oraculo. ibi reſponſa reddentur petentibus ea.

Et iudicabit iudex Chriſtus. Hebræus Schol. 3 השופט והוא מלך המשיח. hoc eſt, *Iudex & ipſe Rex Meſſias*. Inter populos multos. componet eorum lites. In longinquum. i. etiam longinquas, quæ procul ſunt diſſitæ. Chald. *in longinquum* vertit *in perpetuum*. Et concident, ſeu *confilabunt*, vt Chald. In vomeres. Sic Sept. & Chald. alij *in ligones*. Et hastas suas in ligones, *falces*. Sept. & Chald. ſumma erit pax Chriſti aduentu.

Et sedebit vir. i. quiſque ſubtus vineam ſuam. 4 Hebr. *vitem ſuam*.

Quia omnes populi. pro, quia & ſi omnes po- 5 puli confidant in dijs ſuis, nos in Deo noſtro fidimus. Hæc fiducia nobis hanc felicitatem præſtabit. In æternum et ultra, ſcilicet cum Deo noſtro ambulabimus, & cum eo erimus ſemper.

Congregabo claudicantem. Hebr. *lateran-* 6 *tem*: ſic *claudicans* vocatur, quia in latus alterum inclinat. Synagoga claudicabat, aut ex labore itineris, cùm duceretur in captiuitatem; aut quia modò Deum modò idola colebat. Et quam afflixeram. Hebr. *affeci malo*. ſupple, ei benefaciam.

Et ponam claudicantem in reliquias ſiue 7 *in reſiduum*. Faciam vt ex Iudæis aliqui ſuperſint. Et eam, quæ laboraverat. Hebr. *procul eiectam* faciam vt ſit gens robuſta.

Et tu turris gregis. Sic arcem Sion & Ieruſa- 8 lem vocat, quòd gens ad eam ſtatis temporibus vt grex conueniret. Chald. *& tu Chriſte Iſrael*. Itaque per *turrim* Meſſiam intelligit. Nebulosa. Hebr. *excelſa*, ſiue *in excelſo poſita*. Id ſignificat עפל *hophel*, *locum editum*. Hieronymus legit אפל *ophel*, id eſt, *caligo*. licet Comment. eius hoc loco videantur reclamare. ſic Chald. videtur legiſſe, quando ait: *Et in Chriſte Iſrael abſconditus es*. Vocatur autem *nebuloſa*, quia malis oppreſſa, aut quia ob ſublimitatem nubes attingeret. Filiæ Sion, ſeu *filia Sion*, vt Sept. & Chald. qui vertit *cœtus Sion*, & Symmachus. Vocatur autem *filia Sion*, quoniam ea turris & arx in monte Sion ſita erat. Usque ad te veniet: et veniet. Geminatio certitudinem indicat. Potestas prima. i. regnum Dauid in Chriſto.

Nunc quare moerore. Cùm tanta felicitas tibi 9 parata ſit, quare triſtaris? num Rex tibi non eſt, aut Conſiliarius? Vterque præſto eſt, ne doleas. Chriſtus, Rex & Conſiliarius erit.

10 Dole, et satage. id eſt, multùm dole. Hebr. *dolens profer*. ſ. ſuſpiria. geme ob præſentia mala. Egredieris. Reſpondet verbo *profer*. ſ. ſuſpiria. In regione. Hebr. *in agro*. ſ. deſertis locis. è ciuitate educent te in deſertum. Verùm bono animo eſto. Ibi liberaberis, citò commutabuntur res.

11 Super te, contra te congregabuntur Gentes, & dicent: Lapidetur. pereant Iudæi. Hebr. *impiè egit*. ſic Gentes putabant. Et aspiciat, ſeu *aſpiciet*, vt Goth. Videbit oculus noſter quod cupimus. ſ. Sion ruinam & cladem, meritis & peccato conſentaneam. Deus contrà eas Gentes congregat.

12 Quasi foenum areæ. Hebr. *quaſi manipulum* (pro, manipulos) *in aream*. ſic Sept. & Chald. ſanè vt in ea triturentur.

13 Et tritura filia Sion. ſ. Gentes, quæ contra te venerunt, rebus mutatis, tu opprimes eas. Quod per Chriſtum & Apoſtolos eſt factum. Cornu tuum. ſcilicet ventilabri cornua ferrea erunt, id eſt, fortia, ne in ventilando deficiant. Et vngulas tuas ponam æreas. pro tribulis equorum & boum pedibus, quidam fruges triturant. Ergo eas vngulas æneas faciam, ne tritura deterantur. Et interficies. Goth. *interficiam* in prima perſona. Hebr. *conſecrabo*, dedicabo, anathema faciam. Quis? ego Dominus. Domino. id eſt, mihi ipſi. Sept. *conſecrabis Domino*, pro, *conſecra*, vt Theophylactus. Sed *conſecrare, occidere* eſt. atque ita vertit Chald. *conſumam coram Domino*. Rapinas eorum. Hebr. *deſiderium eorum*. i. quæ maximè amant opes. Et fortitudinem eorum, ſiue *facultates*, ſubſtantiam eorum, conſecrabo mihi, auferam illis Gentibus, quæ contra te venient.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Novissimo dierum. Chald. *poſtremis diebus*. ſ. Euangelij tempore, de quo 1. Ioan. 2. *Nouiſſima hora eſt*. vel q.d. poſterioribus diebus. Vide Gen. 49. Mons domus Domini. i. Chriſtus, ſeu altitudo Eccleſiæ, & firmitas inconcuſſa. Præparatus. i. firmatus, ſtabilitus. *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*. In vertice, &c. q.d. ſupra omnia, quamuis excelſa. Et sublimis, &c. repetitio, ſeu explicatio præcedentis. Vide Iſa. 2.

2 Et properabunt, &c. Repetitio. Dicent, &c. q.d. ſe mutuò ad fidem, verique Dei cultum hortabuntur. id quod quotidie fit, etiam ſi iſta verba non dicantur; fit enim quod his verbis ſignificatur. Viis suis. i. vita ſecundùm eius voluntatem inſtituenda. Chald. *vias coram eo rectas*. Ibimus. i. ambulabimus. Quia, &c. Verba Prophetæ. Lex. ſ. Euangelica, quæ ex Ieruſalem dilatata per orbem; vel *Sion* pro Eccleſia accipitur, vt ſup.

3 Iudicabit. ſ. Chriſtus, vel Eccleſia tamquam ſuperior. ſ. ius dicet. Populos. ſ. ſibi ſubiectos. Multos. i. varios. Corripiet. i. caſtigabit. eſt & id ſuperioris. Gentes. Chald. *reges*. Usque in longinquum. i. remotiſſimas. Chald. *in perpetuum*. Concident, &c. Per hæc ſignificatur ſumma pax futura inter obedientes perfectè legi Euangelicæ, quæ docet neminem lædere etiam læſum, nec reſiſtere malo, eaque contemnere vnde ſolet diſcordia & bellum oriri. Quòd ſi dicas: At bella ſunt inter Chriſtianos, & licitum eſt bellum gerere. Eſt quidem licitum contra iniquos, quod ad iuſtitiam punitiuam pertinet, quæ non eſt paci contraria. Nec hi, qui iuſtè gerunt, aliud quærunt quàm vt in pace viuatur; quam quia iniqui impediunt, puniuntur, vt etiam à iudicibus ſcelerati, qui Reipublicæ nocent. Illud tamen ſemper manet, ſi omnes ſecundùm Euangelium viuerent, nulla eſſent bella, nulla diſcordia ſeu inimicitia inter homines. Ligones. Chald. & LXX. *falces*.

4 Vir i. quiſque. Vitem. Chald. *fructum vitis ſuæ*. Exercituum. LXX. *omnipotentis*.

5 Ambulabunt. i. viuent, ſeu operabuntur. In nomine Dei sui. i. inuocantes Deum ſuum, illiq; confidentes. In æternum, &c. poteſt coniungi cum *am-*

...,& cum *Domini*,&c. VLTRA.ſ.id quod ca-
pit intellectus.

CLAVDICANTEM. ſ. Synagogam à recta via. Vide 6
3. Reg 18. Lxx. *contritam*. i. malis fractam. AFFLIXE-
RAM. ſ.tribulationibus. Lxx. *repuleram*.

PONAM CLAVDICANTEM IN RELIQVIAS. i. ex ea 7
mihi aliquos ſumam, ſeu relinquam qui me colant.
EAM, QVÆ LABORAVERAT. Chald. *diſperſos*. Lxx. *re-
pulſam*. ROBVSTAM. Tales Apoſtoli, & quicumque
perfectè Chriſtiani. ſ. vincunt hoſtes animæ. MONTE
SION. i. Eccleſia.

TVRRIS GREGIS. Sic dicitur Ieruſalem, quòd alta ſit. 8
ſ. in montibus, & quia ad eam confluebat grex. i. po-
pulus Iudæorum, ob templum. NEBVLOSA. ſ. caligi-
ne ignorantiæ. ET VENIET. pro, veniet inquam. PRI-
MA. ſ. primùm cœpit Chriſti Regnum i. eius Eccleſia,
in Ieruſalem. Chald. *priſca*. q.d. Regnum Dauid, ſed
ſpirituale Vide Luc. 1. FILIÆ IERVSALEM. i. cœtui,
ſeu populo Ieruſalem.

QVARE, &c. q.d. quid te in iſtam calamitatem in- 9
duxit? an deerat tibi Deus, & eius Prophetæ? non de-
erant, ſed contempſiſti. ideò te dolores iſti apprehen-
derunt. REX. ſ. Deus, vel Chriſtus. CONSILIARIVS.
ſ. Deus, vel Chriſtus, vel Spiritus ſanctus, vel Prophetæ.

SATAGE. i. age ſolicitè. Chald. *contremiſce*. Lxx. *vi- 10
riliter age*. REGIONE. Chald. & Lxx. *campo*. ſ. Sennaar,
vbi Babylonia. IBI. Lxx. *inde*.

NVNC. Loquitur vt ſuprà velut in tempore captiui- 11
tatis ſeu cladis Ieroſolymitanæ. LAPIDETVR. i. pereat,
more adulteræ. ASPICIAT. ſ. quod optamus.

COGITATIONES. Chald. *ſecreta*. FOENVM. i. paleam. 12
ſ. triturandam, ſeu conterendam. Chald. & Lxx. *ma-
nipulos*.

TRITVRA. ſ. hoſtes. q.d. contere. quod videtur ſpiri- 13
tualiter intelligendum. ſ. conuertendo ad fidem, ſepa-
rata palea infidelitatis: alioqui quando Iudæi Chaldæos
contriuerunt? Quidam tamen ad Machabæorum
tempora referunt, qui hoſtes multos occiderunt. COR-
NV. i. potentiam, ſeu vires. q.d. maximum robur. IN-
TERFICIES. ſ. deſtruendo errores. Lxx. *conſecrabis*. RA-
PINAS. i. ſpolia, quæ abſtuleris. Chald. *facultates*.
Lxx. *multitudinem*. FORTITVDINEM. i. milites, ſeu
diuitias. Chald. *pretioſam pecuniam*. DOMINO. i. ad
Domini gloriam & cultú, ſeu velut hoſtiam Domino.

CAPVT V.

*Imminens vrbis Ieruſalem vaſtatio oſtenditur, & Chri-
ſtus in Bethlehem naſciturus: reliquiæ Iſrael exalta-
buntur, deuictis inimicis, & ablata ab ipſis idololatria.*

NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem 1
poſuerunt ſuper nos, in virga percutient A
maxillam iudicis Iſrael. * "ET TV BETHLE- 2
HEM Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex
te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, &
egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.
*Propter hoc dabit eos vſque ad tempus, in quo 3
parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius con-
uertentur ad filios Iſrael. *Et ſtabit, & paſcet in 4
fortitudine Domini, in ſublimitate nominis B
Domini Dei ſui: & conuertentur, quia nunc
magnificabitur vſque ad terminos terræ. *Et erit 5
iſte pax: cùm venerit Aſſyrius in terram no-
ſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris:
& ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, &
octo primates homines. * Et paſcent terram 6
Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis
eius: & liberabit ab Aſſur cum venerit in ter-
ram noſtram, & cùm calcauerit in finibus no-
ſtris. *Et erunt reliquiæ Iacob in medio popu- 7
lorum multorum quaſi ros à Domino, & quaſi
ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat virum, & C
non præſtolatur filios hominum. *Et erunt reli- 8
quiæ Iacob in Gentibus in medio populorum
multorum, quaſi leo in iumentis ſiluarum, &
quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: qui
cùm tranſierit, & conculcauerit, & ceperit, non
9 eſt qui eruat. * Exaltabitur manus tua ſuper ho-
10 ſtes tuos, & omnes inimici tui interibunt. *Et erit
D in die illa, dicit Dominus: Auferam equos tuos
11 de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas. *Et
perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruam omnes
munitiones tuas, & auferam maleficia de manu
12 tua, & diuinationes non erunt in te. * Et perire
faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio
tui: & non adorabis vltrà opera manuum tua-
13 rum. * Et euellam lucos tuos de medio tui: &
14 conteram ciuitates tuas. *Et faciam in furore &
in indignatione vltionem in omnibus genti-
bus, quæ non audierunt.

" Matth. 2. a.6 Ioan. 7 f.42

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NVNC VASTABERIS. Hebr. *nunc turmis cingeris*.
ſ. militaribus. FILIA LATRONIS. id eſt, latro-
num, nempe militum. Hebr. *filia turmæ*, pro, turma-
rum. i. in qua multæ turmæ ſunt, ſiue tuorum, ſiue alio-
rum contra te. ſic Cantic. c. 7. verſ. 4. *Porta filiæ multi-
tudinis* vocatur, in qua multitudo eſt. OBSIDIONEM
POSVERVNT. Hebr. *poſuit*, pro, ponet hoſtis. IN VIR-
GA PERCVTIENT. Iudicem, id eſt, Regem Iſrael igno-
minia afficient, nempe Sedeciam. *Nunc*, in præ-
ſenti hæc patieris, in futurum melior ſpes Chriſti ad-
uentu.

2 ET TV BETHLEHEM EPHRATA. i. quæ alio nomi-
ne vocaris *Ephrata*. Eſt altera *Bethleem* in tribu Za-
bulon. ideò Matth. 2. *& tu Bethleem terra Iuda*.
q.d. Ieruſalem quidem illa patietur, tibi melior condi-
tio manet. PARVVLVS ES. Matth. 2. verſ. 6. ſic: *Et tu
Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es.* Quæ duo
loca vt concilient, multi multa dicunt. Quid verò ſi
nos dicamus Michææ locum eſſe corruptum à Iudæis,
cuius rei multa indicia ſunt? Sed hoc durum. Quid ſi
interrogatiuè legamus, *Numquid paruula es?* vt Iſido-
rus & Iulianus. certè legunt & Biblia Gotthica; de
quo plura in Annot. ad Iſidor. lib. 1. contra Iudæos,
cap. 11. & in Diſput. pro Edit. Vulg. c. 6. Sed & Michææ
verba, vt nunc ſunt, ſic explicari poſſunt. Licet numero
& ambitu ſis exigua, ex te tamen magnus Dux egredie-
tur. Itaque non es dignitate & gloria parua. Sic quidam
Matthæum cum Michæa conciliant, vt hic ad nume-
rum reſpexerit, ille ad dignitatem. IN MILLIBVS IV-
DA. id eſt, inter familias, ſeu oppida Iuda, quæ *millia*
vocantur Iudic. 6. verſ. 15. Matth. *in Principibus Iuda*.
אֶלֶף *Aleph* eſt *mille*, אַלּוּף *Princeps*. hoc ſecundo mo-
do legit Matth. Ergo non eſt minima in procreandis
Principibus. EX TE MIHI EGREDIETVR. Hic eſt
Meſſias, vt Hebræi etiam confitentur & Chald. E-
GRESSVS EIVS, ſeu *greſſiones*. Sic loquitur, propter ge-
minam Chriſti natiuitatem. AB INITIO, ſeu *ab an-
tiquo*, & ab æterno ſunt egreſſiones. i. altera natiuitas.
Sepultus eſt in vrbibus Iuda, id eſt, in vna vrbium. Iu-
dæi, qui diuinam naturam non agnoſcunt, malè ſe ex
hoc loco expediunt.

3 DABIT EOS VSQVE AD TEMPVS. ſ. permittet Iu-
dæos aliquamdiu regnare, donec pariens pariat. i. con-
uertantur Gentes. Tunc RELIQVIÆ Iudæorum con-
uertentur ad veros Iſraelitas. i. fideles. ſic Hieronymus.
Ego ſic explicarem: Cùm tanta eos felicitas maneat,
non eſt mirum ſi ad tempus tradit eos Deus hoſtibus,
dum pariens pariat. i. dolores vt parturientis eos
vexent: aut donec virgo pariat, vt Theophylactus.
Tunc *reliquiæ*. i. qui ſupererunt è fratribus Bethleem,
qui captiui tenentur, CONVERTENTVR, ſeu *reuer-
tentur* ad terram ſuam. Id vocat, *ad filios Iſrael conuer-
tentur*.

4 ET STABIT. Chriſtus perpetuò in Eccleſia
manebit. ET PASCET. i. reget. ſ. ſuos filios Iſrael.

In ſvblimitate. i. cum magna Dei ſui gloria. Qvia nvnc. hoc eſt, citò magnificabitur, toto orbe dilatabit imperium.

Et erit iste pax. ſ. Meſſias, ſublato metu hoſtium, nos in pace ſeruabit. Cvm venerit Assyrivs, vt nos vexet, nos transferemus bellum in ditionem eius, miſſis eò ducibus, quos paſtores & primates vocat. Septem .... et octo. i. multos. 5

Et pascent. i. gladio Aſſyrios ſubijcient ij duces. Et terram Nemrod. hoc eſt, Babylonem. In lanceis eivs. i. ſuiſmet armis eos debellabit. Hebr. *in gladijs eius*. Et liberabit. Chriſtus eo aſtu ſuos liberabit, miſſis Apoſtolis, qui eos ſubijciant. 6

Qvasi ros a Domino. i. Domini. ros multus. Qvasi stillæ svper herbam Hebr. *quaſi imbres copioſi ſuper fœnum*. Fœnum alijs herbis altius eſt. Ergo creſcent filij Iſrael inter Gentes, vbi captiui tenentur, quaſi fœnum imbre decidente. Sept. *quaſi agni ſuper gramen*. ſed non placet. Qvæ (herba) non exspectat virvm. i. ſponte, ſine cultura creſcet, ita Iſrael ſine vlla humana ope. 7

Qvasi leo in ivmentis silvarvm. i. inter iumenta. Hoc eſt, non ſolùm numero creſcet, ſed robore. Et ceperit, ſeu *cùm rapuerit*, diſcerpſerit, nemo reſiſtet. 8

Exaltabitvr manvs tva, ô Iacob, aut ô Chriſte, inimici tui peribunt. Quod factum videmus orbe ad Chriſtum conuerſo. 9

Avferam eqvos tvos, omnia belli inſtrumenta auferam, quia pax ſumma erit. Quod alijs verbis Iſaias dixit c. 2. v. 4. *conflabunt gladios ſuos*. 10

Civitates ſcilicet munitas. quod proxima verba declarant: deſtruam omnes munitiones tuas. longa pax id efficit, mœnia & arces ſua ſponte euertuntur, & cadunt, eo ſanè tempore. Maleficia. Belli tempore ſolent eæ vanitates vigere: ergo auferam ea, ſiue ſcindam. Divinationes, ſeu *diuinos*, ſeu *præſtigiatores*, non erunt in te. 11

Scvlptilia tva, et statvas. Per Chriſtum idola ſublata ſunt. 12

Et conteram, ſeu *delebo* Civitates tvas. Sic Sept. ſed cùm v. 11. dixerit, *Perdam ciuitates tuas*, cur hic repetit? Ideò cum Chald. vertunt plerique *inimicos tuos*. עיר *Hir* & *vrbem* & *hoſtem* ſignificat. Eritque redditio rationis, quare auferam ea præſidia; quia nulli hoſtes erunt. 13

Vltionem. Nôn ſolùm hoſtes auferam, ſed & Gentes vindicabo, quæ Chriſto non obedierint, eas puniam. 14

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Nvnc. i. paulò pòſt. Vastaberis. ſ. à Chaldæis. Filia latronis. i. latrocinijs & flagitijs dedita. Posvervnt. Loquitur quaſi re præſenti. In virga, &c. q. d. contumelioſè & indignis modis tractabunt. Ivdicis. Chald. *iudicum*. ſ. principum. Quidam Sedeciam intelligunt, alij Sacerdotes. 1

Ephrata. Id dicitur ad diſtinctionem; eſt enim altera in Tribu Zabulon. ſic & Matth. 2. additur *terra Iuda*. Olim *Bethlehem Ephrata* dicta. Vide Gen. 35. & 38. Parvvlvs es, &c. q. d. paruulus quidem es vicus, ſi conferaris cum præcipuis Iudæ ciuitatibus; at ego te magnam faciam. Ideò Matth. 2. redditus eſt ſenſus illis verbis, *Nequaquam minima es* quidam putant per interrogationem legendum. q. d. *An paruulus es in millibus Iuda?* ſ. non certè. Ego malim affirmatiuè legi, planus enim ſenſus eſt: Es tu quidem paruulus, ſed ex te mihi, &c. id quod te faciet magnam. Millibvs. Sic vocantur vrbes, quæ multos habent ciues. ideò Matth. 2. dicitur *in principibus*. i. præcipuis vrbibus; vel *millia* Michæas familias vocat; harum autē capita Matthæus *principes*. vide Iudic. 6. Ex te. pro, at ex te Egredietvr. Chald. *prodibit Chriſtus*. Dominator. Lxx. *princeps*. Israel. ſ. ſecundùm ſpiritum. Egressvs. i. natiuitas ex Patre. eſt autem plurale, & Hebr. & 2

in Lxx. quo ſolet vti Scriptura ad rei alicuius magnitudinem demonſtrandum ſic Deum vocat *Elohim*. i. *Dij*: *Adonai*. i. *Domini noſtri*. Ab initio. i. ante omnia. ſ. ab æterno, vt ſtatim declarat. ſic Ioan. 1. ſumitur *initium*, ſeu *principium*.

3 Propter hoc. i. quia ex eis Chriſtus naſciturus. Dabit. i. ſinet viuere & permanere. ſ. conſeruabit. Partvriens. ſ. Gentilitas, vel B. Maria, vel Eccleſia. Pariet. ſ. Spiritum ſalutis, vel Chriſtum, vel filios in Chriſto. Eivs. ſ. Chriſti, qui eſt ex Iudæis ſecundùm carnem. Filios Israel. i. Chriſtianos. ſ. amplectentes eorum fidem.

4 Stabit. ſ. Chriſtus. q d. ſemper regnabit, vel paratus erit fauere. Svblimitate. Chald. *magnitudine*. Lxx. *gloria*. Nominis. i. virtutis. Vel *nomen* pro re, cuius eſt nomen, ponitur. Convertentvr. ſ. ad Chriſtum. Nvnc. i. illo tempore. Magnificabitvr. i. magnus apparebit. ſ. in ſuis.

5 Iste. ſ. Chriſtus. ipſe enim eſt pax noſtra. Assyrivs. i. Eccleſiæ hoſtes, cuius tunc figura Aſſyrij. Et qvando, &c. Repetitio. Svper. i. contra. Septem. i. multos. Pastores. ſ. Epiſcopos, & Eccleſiarum rectores. Octo. i. plurimos. addit enim ad *ſeptem*. Primates homines. repetitio. Chald. *principes hominum*. ſ. fidelium.

6 Pascent. i. gubernabunt. Gladio. ſ. verbi Dei. Nemrod. Etiam per iſtum, vt per *Aſſur* intelliguntur hoſtes Eccleſiæ, ſeu infideles. Lanceis. i. armis ſpiritualibus. Eivs. ſ. terræ poſſeſſæ. i. Eccleſiæ iā effectæ.

7 Ros. q d. fecundantes doctrina & exemplo terram. i. homines. Virvm. i. operam hominis. ſ. irrigantis. eſt enim Dei opus, ſeu cæleſtis gratiæ.

8 In ivmentis. i. inter beſtias. q d. nemo poterit reſiſtere ſpiritui, qui per eos loquetur & operabitur.

9 Exaltabitvr. i. præualebit. Tva. ſ. ô Iſrael, vel Chriſte. Svper. i. contra. Interibvnt. ſ. quantum ad infidelitatem & vitia.

10 Eqvos, &c. q. d. omnia præſidia & arma, quibus fidem oppugnabas. Loquitur Gentilitati ad fidem conuerſæ. Civitates. ſ. quantum ad infidelitatem.

14 Non avdiervnt. i. audire contempſerunt. ſ. Euāgelium, ſeu obedire noluerunt.

CAPVT VI.

Diſceptat Dominus cum ingratis, recenſens collata illis beneficia, indicans etiam quid ſit bonum, & quid Dominus à populo ſuo requirat: ſed propter iniuſtitiam aliaque ſcelera filiorum Iſrael comminatur eis Dominus varias afflictiones.

1 AVdite quæ Dominus loquitur: Surge, con-
A tende iudicio aduerſum mōtes, & audiant
2 colles vocem tuam. *Audiant montes iudicium
Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo ſuo, & cum Iſrael
3 diiudicabitur. *a Popule meus quid feci tibi, aut [a Ier. 2. 4. 5.]
4 quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. *Quia
eduxi te de Terra Ægypti, & de domo ſeruientium liberaui te: & miſi ante faciem tuam
5 Moyſen, & Aaron, & Mariam? *b Popule meus [b Num. 22 & 23]
B memento quæſo quid cogitauerit Balach rex
Moab, & quid reſponderit ei Balaam filius
Beor, de Setim vſque ad Galgalam, vt cogno-
6 ſceres iuſtitias Domini. *Quid dignum offe-
ram Domino? curuabo genu Deo excelſo?
numquid offeram ei holocautomata, & vitu-
7 los anniculos? *Numquid placari poteſt Do-
minus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum
8 ventris mei pro peccato animæ meæ? *Indicabo
tibi ô homo quid ſit bonū, & quid Dominus requirat à te: Vtiq; facere iudiciū, & diligere miſericordiam,

ricordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo
tuo. *Vox Domini ad ciuitatem clamat, & ſa- 9
lus erit timentibus nomen tuum: Audite tri- C
bus, & quis approbabit illud? *Adhuc ignis in 10
domo impij theſauri iniquitatis, & menſura mi-
nor iræ plena. *Numquid iuſtificabo ſtateram 11
impiam, & ſaccelli pondera doloſa? *In quibus 12
diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes
in ea loquebantur mendacium, & lingua eo-
rum fraudulenta in ore eorum. *Et ego ergo 13
cœpi percutere te perditione ſuper peccatis
tuis. *Tu comedes, & non ſaturaberis: & hu- 14
miliatio tua in medio tui: & apprehendes, & D
non ſaluabis: & quos ſaluaueris, in gladium
*Deut. 28 dabo. *n Tu ſeminabis, & non metes: tu cal- 15
d. 38 cabis oliuam, & non vngêris oleo; & muſtum, &
Agg. 1. b. 6 non bibes vinum. *Et cuſtodiſti præcepta Am- 16
ri, & omne opus domus Achab, & ambulaſti in
voluntatibus eorum, vt darem te in perditio-
nem, & habitantes in ea in ſibilum: & oppro-
brium populi mei portabitis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SVRGE tu Propheta. CONTENDE IVDICIO ADVERSVM MONTES. Hebr. *litiga ad montes*, aut *cum montibus*. i. increpa Reges & proceres, quos per *montes* & *colles* intelligit. 1

AVDIANT MONTES IVDICIVM DOMINI. Hebr. *audite montes litem Domini*. i. increpationem. ET FORTIA FVNDAMENTA TERRÆ. Sic proceres etiã vocat, quibus populus innititur vt fundamentis. QVIA IVDICIVM DOMINI. Hebr. *lis Domino* cum populo. DIIVDICABITVR, arguetur, diſceptabit. Id vt fiat, commemorat beneficia populo data. 2

QVID COGITAVERIT BALACH, ſeu *conſuluerit*. Voluit populo per Balaam maledicere, Num. 22. Balaam autem noluit id facere à Deo prohibitus, ac potiùs illi benedixit. DE SETIM VSQVE AD GALGALAM. Tunc populus in Setim erat, Numer. 25. verſ. 1. Balaam varia loca mutauit, ſi poſſet obſequi Regi, toto eo tractu, qui à Setim ad Galgala pertinet. ſic Hieronymus hæc verba explicat. VT COGNOSCERES IVSTITIAS DOMINI. id eſt, id feci vt videres me promiſſis ſtare. 5

QVID DIGNVM OFFERAM DOMINO? Verba ſunt populi. Hebr. *in quo præueniam Dominum?* CVRVABO GENV. Hebr. *curuabo me Deo excelſo*. NVMQVID OFFERAM EI HOLOCAVTOMATA, &c. Hebr. *num præueniam eum in holocauſtis, in vitulis anniculis?* 6

NVMQVID PLACARI POTEST DOMINVS. Hebr. *num volet Dominus*, aut *placebit Domino?* IN MVLTIS MILLIBVS HIRCORVM PINGVIVM? Sept. *in decem millibus hircorum pinguium*. Hebr. *in myriadibus torrentium olei* ſic Chald. i. multo oleo oblato, aut multo adipe. .i. multis pinguibus animalibus. nam שֶׁמֶן *ſemen* vtrúque ſignificat, *adipem* & *oleum*. Porrò ſuſpicor Sept. non poſuiſſe χιμάρων, id eſt, *hircorum*, ſed χειμάρρων, id eſt, *torrentium*. locum à librario vitiatum, ad Hieronymum tranſijſſe. Alioqui quid commercij torrentibus cum hircis? DABO. i. offeram. PRIMOGENITVM? Vt gentes ſolebant idolis mactare filios, aut offeram illum diuinis obſequijs. 7

INDICABO. Hebr. *indicauit*, aut *indicabit*. ſ. Deus. O HOMO. O neque Hebr. eſt, nec Græcè, nec in Gotth. FACERE IVDICIVM, colere iuſtitiam. DILIGERE MISERICORDIAM erga alios. SOLICITVM. Hebr. *humiliatum*. AMBVLARE CVM DEO. i. illi ſubijci, eum colere ſupliciter. 8

VOX DOMINI AD CIVITATEM. Redit ad increpationem. *Vox Domini ad ciuitatem*. i. ciues ad pœnitentiam vocat. SALVS ERIT TIMENTIBVS. Hebr. *ſapientia* (pro *vir ſapiens*) aut *eſſentia, conſtantia* (vir conſtans) *timebit nomen tuum*, id eſt, te. Vox תּוּשִׁיָּה *tuſiiah* multa ſignificat, ſed præcipuè *eſſentiam*. AVDITE TRIBVS. ſ. Iſrael. ſic Sept. ET QVIS APPROBABIT ILLVD? ſcilicet verbum. pauci illud accipient. Hebr. *audite virgam* (id eſt, ſupplicium decretum) *& quis conſtituet illam*. i. virgã. quis ſeruabit decretum, aut cauebit ſupplicium? 9

10 ADHVC IGNIS IN DOMO IMPII. Rapina inſtar ignis eſt. Omnia alia conſumit quæ fur ante habebat. Sept. *numquid ignis in domo impij?* Hebr. *adhuc nonne ſunt in domo impij theſauri iniquitatis?* ET MENSVRA MINOR IRÆ PLENA. Hebr. *& ephi deficiens abominabilis*. Sed *ephi* pro menſura in genere ſumi poteſt, vt Amos 8. v. 5. dictum eſt. Et *ira plena* vocatur, quia eam Deus deteſtatur. Explicat quomodo impij eos theſauros conſtruant, adulterando menſuras & pondera.

11 STATERAM IMPIAM. Hebr. *ſtateram iniquitatis*. .i. iniquam, fraudulentam. ET SACCELLI PONDERA. ſ. pondera quæ ſunt in ſacculo. Hebr. *& in ſacculo lapides doli*. i. doloſus. ſed lapidea pondera erant, quæ in ſacco ſeruabant.

12 IN QVIBVS. i. per quæ pondera, ſtateras, menſuras. DIVITES EIVS. ſ. vrbis, de qua loquitur. REPLETI SVNT INIQVITATE. i. theſauris iniquis. Hebr. *cuius* (vrbis) *diuites repleti ſunt rapina*. Ijs fraudibus diuites ſunt facti. LOQVEBANTVR MENDACIVM, ij ciues, vt alios deciperent, quod auidi mercatores faciunt.

13 COEPI PERCVTERE TE. Hebr. *crucians* (vt Sept.) *percutiendo te deſolando propter peccata tua*. Vocem הֶחֱלֵיתִי *hehelethi* Hieronymus à חלל *halal* deduxit, quod eſt *incipere*. alij à חול *hol, dolere*. SVPER PECCATIS TVIS. i. propter peccata tua feci tibi dolorem, cruciaui te.

14 ET HVMILIATIO TVA IN MEDIO TVI. i. paupertas: non poteris, vt dixit, ſaturari. ET APPREHENDES, conſequêtis hoſtes, & non redimes pretio. ſ. captiuos. Hebræi longè aliter: *& tanges* (vxorem) *& non ſeruabit*, aut *proijciet* (fœtum) *& quod ſeruabit*, aut *proiciet* (.i pariet) *gladio tradam*. פלט *palat* pro *eijcere e ventre*, ſeu *parere* ſumunt. Atque hæc erit præcipua humiliationis cauſa, carere filijs.

15 ET CVSTODISTI PRÆCEPTA AMRI. *Amri* & eius filius *Achab* impietatis Ieroboam præcipui inſtauratores fuere, & populum ad id pertraxere. IN VOLVNTATIBVS EORVM. Hebr. *in conſilijs eorum* ambulaſti fecisti quod conſuluerunt. VT DAREM TE. Sic factum eſt, vt darem te in deſolationem. ET HABITANTES IN EA, ſcilicet vrbe Ieruſalem, aut Samaria, de qua loquitur. IN SIBILVM. id eſt, contemptum. ET OPPROBRIVM POPVLI MEI PORTABITIS. Quo vos populum afflixiſtis, eius dabitis pœnas. Aut *populi opprobrium*. i. maledicta ab eo contra vos iacta portabitis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONTENDE IVDICIO. i. argue Dei nomine. MONTES. i. Principes, vel ſuperbos. COLLES. repetitio: vel qui minores dignitate.

2 IVDICIVM. i. increpationem, ſeu diſceptationem. FVNDAMENTA. ſ. ſuperiores, qui vrbes ſuſtinẽt. TERRÆ. ſ. populorum. DIIVDICABITVR. i. diſceptabit. ſ. more eorum, qui iudicio contendunt. vide Iſa. 43.

4 QVIA abundat more Hebræo. SERVIENTIVM. Chald. & LXX. *ſeruitutis*. MOYSEN, &c. Chald. *Moyſen, vt populum doceret; Aaron, vt expiaret; Mariam, vt mulieres inſtrueret*.

5 SETIM. Locus eſt in deſerto ſeu campeſtribus Moab. Senſus verò eſt: Quid tecum fecerim à Setim vſque Galgala. ſ. quantis affecerim beneficijs, vel quantum tibi nocere voluerit Balaam cum Balac vſque dum venires Galgala, ſcilicet in Terram promiſſionis; vtque te defenderim. IVSTITIAS. i. miſericordias. ſ. beneficia.

6 QVID, &c. Loquitur in populi perſona, vt ſic inſtruat. DIGNVM. i. idoneum ad eum placandum. CVRVABO, &c. q.d. ſufficiétne genua curuare? Non. atque ita intellige reliqua, vſque ad *indicabo*, &c. ANNICVLOS. q.d. teneros. videtur autem alludere ad illud Exod. 12. *Maſculus, anniculus*. &c.

Pro peccato. Chald. *pro expiatione peccatorum.* 7
O, non eſt Hebr. Chald. aut in Lxx. videtur additum 8
explicandi cauſa, & rectè quidem. Ivdicivm. ſ. te
condemnando vt peccatorem, & humiliter pro peccatis
ſatisfaciendo. Diligere, adeoque promptè exerce-
re. Misericordiam. ſ. in proximum. Solicitvm.
Chald. *humilem.* Ambvlare cvm Deo. i. coram
Deo conuerſari. ſ. ei obediendo, & placendo. Chald.
ambulare in timore Dei.

Et salvs, &c. q. d. atque illi ſaluabuntur, qui Deum 9
timentes fecerint quod per Prophetas clamando docet.
Nomen tvvm. pro, ipſum. Tribvs. ſ. Iſrael. Et
qvis, &c. q. d. quotuſquiſque eſt qui approbet à Deo
dictum, & faciat?

Adhvc. ſ. poſt tot Dei monitiones. Ignis. ſ. auari- 10
tiæ, ſeu iniquitatis; animam enim more ignis conſu-
mit. Minor. ſ. quàm par eſt. Iræ. ſ. Dei. q. d. Dei
iram prouocans.

Ivstificabo. i. approbabo. Saccelli pro, ſacculi. 11
ſ. in ſacculis pondera aſſeruabantur.

Eivs. ſ. ciuitatis. Iniqvitate. id eſt, iniquè partis 12
opibus.

Perditione. i. calamitatibus. Svper. i. propter. 13

Hvmiliatio. i. afflictio. In medio tvi. i. regione 14
tua. ſ. erit. Apprehendes. ſ. charos tibi, vt ab hoſte
ſerues.

Calcabis. ſ. ad exprimendum oleum. 15

Amri. Hic & eius filius *Achab* renouarunt, ſeu 16
auxerunt idololatriam in Iſrael. Volvntatibvs.
i. iis quæ volebant. Lxx. *conſiliis.* Compl. *voluptatibus.*
Vt darem, &c. q. d. atque ita meritus es, vt te perdam.
Sibilvm. ſ. irridentium te, vel calamitatem ſtupen-
tium. Chald. *ſtuporem.* Popvli mei. i. quod populo
meo ſum comminatus Deut. 28. vel pœnas opprobrij,
quo affeciſtis populum meum.

CAPVT VII.

Luget Propheta tam paucos eſſe reliquos qui non ſint iniqui: in nullo homine oſtendit eſſe confidendum, ſed in ſolo Deo ſaluatore: qui miſerebitur Sion; & pudefacit inimicus, eam ad ſe reducet, complens facta ad patres promiſſiones.

VÆ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit 1
in autumno racemos vindemiæ: non eſt A
botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſi-
derauit anima mea. * Perijt ſanctus de terra, & 2
rectus in hominibus non eſt: omnes in ſanguine
inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem vena-
tur. * Malum manuum ſuarum dicunt bonum: 3
princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt: &
magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, &
conturbauerunt eam. * Qui optimus in eis eſt, 4
quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.
Dies ſpeculationis tuæ, viſitatio tua venit: nunc
erit vaſtitas eorum. * Nolite credere amico: & 5
nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in B
ⁿ Matth. 10.c 21 ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. * ⁿ Quia filius 6
contumeliam facit patri, & filia conſurgit ad-
ⁿ Matth. 10. d. 36 uerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum
ſuam: ⁿ & inimici hominis domeſtici eius.
* Ego autem ad Dominum aſpiciam, expe- 7
ctabo Deum ſaluatorem meum: audiat me
Deus meus. * Ne læteris inimica mea ſuper 8
me, quia cecidi: conſurgam, cùm ſedero
in tenebris, Dominus lux mea eſt. * Iram Do- 9
mini portabo, quoniam peccaui ei, donec cau-
ſam meam iudicet, & faciat iudicium meum:
educet me in lucem, videbo iuſtitiam eius. * Et 10 C
aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione,
quæ dicit ad me: Vbi eſt Dominus Deus tuus?
Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in con-
11 culcationem vt lutum platearum. * Dies, vt ædi-
ficentur maceriæ tuæ: in die illa longè fiet lex.
12 * In die illa & vſque ad te veniet de Aſſur, & vſ-
C que ad ciuitates munitas; & à ciuitatibus muni-
tis vſque ad flumen, & ad mare de mari, & ad
13 montem de monte. * Et terra erit in deſolatio-
nem propter habitatores ſuos, & propter fru-
14 ctum cogitationum eorum. * Paſce populum
tuum in virga tua, gregem hereditatis tuæ, ha-
bitantes ſolos in ſaltu, in medio Carmeli: pa-
ſcentur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos.
15 * Secundùm dies egreſſionis tuæ de Terra Ae-
16 gypti oſtendam ei mirabilia. * Videbunt gen-
tes, & confundentur ſuper omni fortitudine
ſua: ponent manum ſuper os, aures eorum ſurdæ
17 erunt. * Lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut
D reptilia terræ perturbabuntur in ædibus ſuis:
Dominum Deum noſtrum formidabunt, & ti-
18 mebunt te. * ⁿ Quis Deus ſimilis tui, qui aufers ⁿ Iere. 10. a.6
iniquitatem, & tranſis peccatum reliquia- Act 10. g.43
rum hereditatis tuæ? non immittet vltra fu-
rorem ſuum, quoniam volens miſericordiam
19 eſt. * Reuertetur, & miſerebitur noſtri: depo-
net iniquitates noſtras, & proijciet in profun-
20 dum maris omnia peccata noſtra. * Dabis veri-
tatem Iacob, miſericordiam Abraham: quæ iu-
raſti patribus noſtris à diebus antiquis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VÆ mihi. Conqueritur paucos eſſe viros bonos,
parum ſe ſuis obiurgationibus profeciſſe. Sic-
vt qvi colligit in avtvmno. Hebr. *ſicut collectiones æſtatis.* i. poſt æſtatem. Racemos vindemiæ.
Hebr. *ſicut racemi vindemia.* id eſt, *poſt vindemiam*, vt
Chald. *la rebuſca.* Præcoqvas ficvs deſideraui. id
eſt, celerem alicuius conuerſionem. Hebr. *primitiuum*
deſiderauit anima mea. i. prima aliqua poma, neque ſunt
matura. Ficus præcoces ante æſtatem, & ante vinde-
miam proueniunt; neque ſuaues ſunt, aut ſalutares, ſed
noxiæ. Sic *primitiua* vertas, vt Pagnin. quaſi dicat, ne-
que fructus ſerotinos, neque tempeſtiuos inueni. id eſt
bona opera.

2 Periit sanctvs. Explicatio parabolę, nullus eſt vir
ſanctus, ſeu *miſericors*, vt eſt Hebr. ſed miſericordia,
præcipua eſt ſanctitatis pars. Omnes in sangvine.
Hebr. *ſanguinibus inſidiantur.* i. cædibus oblectantur.
Vox Ad mortem, Hebr. non eſt, ſed benè ſuppletur.
Chald. ſupplet, cùm ait, *ad exterminium venatur.* Sanè
pro חֵרֶם *berem*, pro qua voce alij vertunt *rete*, Hierony-
mus & Chald. *mortem* poſuerunt: nam inter alia *ana-*
thema & *occiſionem* ſignificat, præſertim ſi ſit cum ſex
punctis. Venatvr. Hebr. *venatur rete.* i. quiſque
nectit fratri laqueos.

3 Malvm manvvm svarvm. Locus difficilis. Hebr.
ſic verto: *Pro malo manuum ad benefaciendum* (. i. quaſi
benefacere) *Princeps petit* (ſ. munus.) Et ivdex in
reddendo est. Hebr. *& iudex in retributione* (ſ. iu-
dicat ob retributionem.) Et magnvs locvtvs est
desiderivm animæ svæ. Nobiles qui interueniunt,
annuunt poſtulatis Principis & iudicis. Hebr. *& ma-*
gnus loquitur (ſ. annuit, probat) *perditionem animæ ſuæ*,
quod illi eſt noxium. Et contvrbavervnt eam.
Hebr. *& complicauerunt eam.* ſ. fraudē, texuerunt quaſi
funem ex tribus funiculis, Princeps, Iudex, & nobilis.

4 Qvi optimvs in eis est, qvasi palivrvs. Genus
ſpinæ tangentes feriens. Qvasi spina de sepe. Hebr.
præ ſepe. ſ. eſt aſper & pungens. *Sepes* ex ſpinis compin-
gitur. Ergo qui optimi inter iudices, ij ſunt vt ſpinæ.
Dies specvlationis tvæ. Hebr. *ſpeculatorum tuo-*
rum. i. prophetarum mendacium, qui proſpera polli-
cebantur. ſ. venit dies, vt videas falſa eſſe illa. Visita-
tio tva venit. i. punitio. longè aliter, quàm illi di-

xèrunt. Nvnc erit vastitas eorvm. Hebr. *perplexitas eorum.* ſic Chald. i. prophetarum fraudes apparebunt. Aut Principis & Iudicis, quos dixit complicuiſſe & texuiſſe artes emungendi populum, *nunc erit.* id eſt punietur, aut apparebit.

5 Nolite credere amico. Omnia plena malis & fraudibus. Clavstra oris tvi, oſtia oris, os, linguam. Arcana ne vxori credas.

8 Ne læteris inimica mea, Babylon. Svper me. Sic Chald. ſeu *propter me*, propter afflictionem meam. Qvia cecidi: consvrgam. Ibi comma.i.ſi cecidi, ſurgam. Cvm sedero in tenebris, Dominvs lvx mea est. i. lumen mihi reſtituet. Interim tamen iram Dei feram.

9 Donec cavsam meam ivdicet. Hebr. *litiget litem meam.* et faciat ivdicivm mevm. i. me de hoſtibus vindicet. Videbo ivstitiam eivs. quomodo ſ. hoſtes puniat ſua iuſtitia.

10 Aspiciet inimica mea. ſ. Babylon meam felicitatem. Confvsione, ignominia operiet eam. Videbvnt in eam. i. eam. ſ. ignominia opertam. ſic Sept. & Hieronymus in Comment. *ruinam eius*, Chald. Nvnc, pro, tunc; aut breuî, citò videbunt.

11 Dies. i. tempus eſt. Vt ædificentvr maceriæ tvæ: aut *ſepes tuæ*. i. tuæ, ô Deus, vrbis muri. Longe fiet lex. Hebr. *decretum*. i. *decretis Gentium* non obediemus ampliùs. ſic Chald. non erimus illis ſubditi. Quidam per *decretum* tributum intelligunt, quod non pendemus. Aut Lex, Chriſti aduentu ceſſabit.

12 Vsqve ad te veniet de Assvr. ſ. ô Aſſur, veniet ruina, punitio. Et a civitatibvs mvnitis vsqve ad flvmen. ſ. Euphratem. *Flumen* cùm abſolutè ponitur, Euphrates intelligitur. Sept. *à Tyro vſque ad flumen.* Et ad mare de mari. Repete, *& vſque ad mare de mari*. i. ad mare Mediterraneum, à mari Rubro perueniet punitio. Et ad montem de monte. Repete, *& vſque ad montem de monte*. i. quàm latè montes diſtant inter ſe. Qui eſſent illi montes, non explicat.

13 Propter habitatores svos, deſolabitur. ſic Chald. *aut cum habitatoribus ſuis*, vt Sept. ſ. deſolabitur. Propter frvctvm cogitationvm eorvm, aut *operum*, quibus ſ. Iſrael oppreſſerunt, is erit fructus.

14 Pasce popvlvm tvvm. i. rege tua potentia & ſerua, ô Deus. Habitantes solos Hebr. *habitantes ſolitariè ſiluam*. i. confidenter in ſiluis tua pecora. i. filij verſabuntur. qui enim ſoli habitant, nihil timent. In medio Carmeli. pro, ſicut in medio Carmeli. Hîc *Carmelus, agrum feracem & conſitum* ſignificat. Ergo ea ſecuritate verſabuntur in deſerto, qua poſſent in agro culto & frequenti. Pascentvr. ſic Sept. & Chald. non *paſcent*. Basan et Galaad. Loca paſcuis nobilia, pro, in Baſan & Galaad paſcentur greges, vt olim. Per *greges* homines intelligit, per *paſcua* proſperitatem. Chald. *paſcentur in terra Baſan & Galaad.*

16 Et confvndentvr svper omni fortitvdine sva. ſ. Gentes confundentur, quam videbunt imbecillitate mutatam, nec præualere contra Dei populum. Aut præ fortitudine ipſorum. ſ. Iudæorum, quos hoſtibus ſuperiores videbunt, Gentes confundentur. Avres eorvm svrdæ ervnt. i. obmuteſcent. Muti ijdem ſurdi ſunt, obſtupeſcent id videntes.

17 Pertvrbabvntvr de ædibvs svis. Hebr *trepidabunt de clauſuris ſuis*. i. intra ſuas vrbes & arces nõ ſe tutos putabunt, vt nec reptilia in cauernis. Formidabvnt Deũ. Sic Hieron. in Comment. & Sept. Hebr. *pauebunt*. q. d. is metus non ab hominibus erit, ſed à Deo.

18 Et transis peccatvm. id eſt, diſſimulas, ô Deus. Non immittet vltra fvrorem svvm. Hebr. *non retinet in perpetuum iram ſuam*, citò flectitur.

19 Deponet iniqvitates nostras. Hebr. *ſubijciet*. ſ. pedibus, conculcabit iniquitates noſtras. i. auferet.

20 Dabis veritatem Iacob. i. implebis, quæ promiſiſti. Promiſſio autẽ *veritas*. i. iuſtitia vocatur, quia poſt factam ex iuſtitia debetur; & *miſericordia*, quia gratis eſt facta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Mihi. Vox Prophetæ. Vindemiæ. i poſt vindemiam. ſ. ſiquid fortè relictum ſit. Non est, &c. q. d. nec inuenio quidquam. ſ. aliquem conuerſum poſt meas monitiones. Præcoqvas. i. bonas, nam primæ optimæ, vel q. d. citam conuerſionem peccatorum.

2 Periit. q. d. vix quiſquam bonus reperitur. Sanctvs. Chald. *miſericors*. Lxx. *religioſus*, ſeu *pius*. Rectvs. Chald. *verax*. Lxx. *corrigens*. ſ. ſe. In sangvine. pro, ſanguini. i. vitæ proximi, ſeu iis quibus ſuſtentatur. Vir. i. quiſque. Venatvr. i. per inſidias, ſeu ſolicitè, quærit.

3 In reddendo est. i. reddit quod ille iniquè petit. Magnvs. i. potens, ſeu qui in dignitate eſt. Desiderivm. ſ. iniquũ optans impleri. Eam. ſ. terrã, de qua ſup.

4 Palivrvs. q. d. ſpinoſus & aſper. talis enim is frutex ſ. lædit proximos. Dies. ſ. calamitoſus. Specvlationis tvæ. i. prædictus à tuis ſpeculatoribus ſ. Prophetis, vel inquiſitionis, ſeu viſitationis, vt ſtatim explicat. Nvnc. i. citò. Eorvm. i. iniquorum, de quibus hactenus.

5 Dvce. Chald. *propinquo*. Ea. ſ. vxore. Clavstra, &c. q. d. ne ei credas arcana tua. Lxx. *caue ei aliquid credas*. i committas. q. d. ne fidas ei.

7 Aspiciam, eique fidam, non hominibus. Salvatorem. i. liberatorem. fortè Ieſum Chriſtum intelligit.

8 Ne læteris, &c. verba Ieruſalem. Inimica. ſ. Babylon, ſeu ciuitas malorum. Tenebris. i calamitate. Lvx, &c. q. d reſtituet mihi priſtinam lætitiam. Chald. & Lxx. *illuminabit me*.

9 Iram. i. punitionem. Ivdicivm. ſ. puniens hoſtes, qui me oppreſſerunt iniquo animo. Chald. *iniuriam meam vlciſcatur*. Lvcem. i. proſperitatem. Ivstitiam. ſ. qua punit malos. vel pro, miſericordiam.

10 In eam. pro, in ea. ſ. quod ſequitur. Chald. *ruinam eius*. Lxx. *eam*. ſ. patienté quod meretur. Nvnc. i. citò.

11 Dies. i. tempus. ſ tunc erit, expugnata videlicet Babylonia à Perſis. Maceriæ. i. parietes ædificiorum, ſeu ruinæ Tvæ ſ. ô Ieruſalem. Lex i. præcepta, ſeu imperium. q d. non eris ſubdita Babylonijs.

12 Ad te. ſ. ô Babylon. Assvr. ſ. Perſi & Medi cum Aſſyriis. Flvmen. ſ. Euphratem. Ad mare, &c. q. d. occupabunt tua loca prope aquas ſita, & montana, tranſeuntes ab vno ad aliud, vt ſolent hoſtes.

13 Terra. ſ. Babyloniæ.

14 Pasce. ſ. ô Domine. Verba Prophetæ videntis velut præſentem captiuitatem. Virga. i. baculo paſtorali. ſ. prouidentia tua. Chald. *verbo tuo*. Solos. i. deſtitutos. In saltv. pro, velut in ſaltu inter feras. i. Gentiles. In medio. Reſponſum Dei. q. d. redibunt ex Babylonia ad loca ſua. meminit autem locorum vbi optima paſcua, perſtans in gregis metaphora.

15 Ostendam. i. faciã. ſ. ſicut olim cũ eduxi ex Ægypto.

16 Fortitvdine. ſ. non potentes impedire reædificationem. Ponent, &c. i. tacebunt. Svrdæ. ſ. præ ſtupore. q d. reddentur attoniti, & velut inſenſibiles.

17 Lingent, &c. q. d. ſe in terram demittent, teſtantes ſubiectionem, vel præ timore. Hæc ad Chriſti tempora maximè pertinent, cùm ſe Gentes olim inimicæ prorſus Eccleſiæ ſubmiſerunt. In ædibvs. Lxx. *in clauſura ſua*. Formidabvnt. Sic legit Hieronymus, & Lxx. Te. ſ ô Iſrael, ſeu popule fidelis.

18 Transis. i. præteris, ſeu diſſimulas. Phraſi hac etiam Hiſpani vtuntur. Chald. *miſſum facis*. Lxx. *tranſcendis*. Vltra. ſ. niſi iſti ad peccata redierint, vt redierunt, eoque à Romanis vaſtati.

19 Revertetvr. id eſt, ad miſericordiam conuertetur. Deponet. ſ. à nobis deiiciet, vt ſolent onera & moleſta. Lxx. *demerget*. Chald. *ſubuciet ſua miſericordia*. In profvndvm maris. pro, velut in mare. q. d. ne ampliùs appareant.

20 Veritatem. i. promiſſa de Chriſto venturo, & hominum liberatione. Misericordiam. ſ. promiſſam. Abraham, huic promiſſa benedictio etiam Gentium, Gen. 22. Qvæ. Chald. & Lxx. *ſicut*

PRO-

PROPHETIA NAHVM.

CAPVT PRIMVM.

Zelus Dei aduerſus hoſtes ſuos, qui patiens eſt & fortitudine magnus, cuius iræ nemo poteſt reſiſtere, & in ſe ſperantium eſt liberator, ſuique populi hoſtes eſt conſumpturus.

ONVS Niniue: Liber viſionis 1
Nahum Elceſæi.* Deus æ- 2
mulator, & vlciſcens Domi- A
nus: vlciſcens Dominus, &
habens furorem: vlciſcens
Dominus in hoſtes ſuos, &
iraſcens ipſe inimicis ſuis.
*Dominus patiens, & magnus fortitudine, & 3
mundans non faciet innocentem. Dominus in
tempeſtate & turbine viæ eius, & nebulæ pul-
uis pedum eius.* Increpans mare, & exiccans il- 4
lud: & omnia flumina ad deſertum deducens.
Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus: & flos Liba-
ni elanguit.* Montes commoti ſunt ab eo, & 5
colles deſolati ſunt: & contremuit terra à facie B
eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.* Ante 6
faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis re-
ſiſtet in ira furoris eius? indignatio eius effuſa eſt
ignis: & petræ diſſolutæ ſunt ab eo.* Bonus Do- 7
minus, & confortans in die tribulationis: &
ſciens ſperantes in ſe.* & in diluuio prætereun- 8
te, conſummationem faciet loci eius: & inimi- C
cos eius perſequentur tenebræ.* Quid cogitatis 9
contra Dominum? conſummationem ipſe fa-
ciet: non conſurget duplex tribulatio.* Quia 10
ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur, ſic con-
uiuium eorum pariter potantium: conſumentur
quaſi ſtipula ariditate plena.* Ex te exibit cogi- 11
tans contra Dominum malitiam: mente pertra-
ctans præuaricationem.* Hæc dicit Dominus: 12
Si perfecti fuerint, & ita plures; ſic quoque at- D
tondentur, & pertranſibit: afflixi te, & non af-
fligam te vltrà.* Et nunc conteram virgam eius 13
de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam.* Et 14
præcipiet ſuper te Dominus, non ſeminabitur ex
nomine tuo ampliùs: de domo Dei tui interfi-
ciam ſculptile, & conflatile, ponam ſepulchrum
Iſa. 52. b. 7 Rom. 10. b. 15 tuum, quia inhonoratus es.* "Ecce ſuper mon- 15
tes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem:
celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua:
quia non adijciet vltrà vt pertranſeat in te Be-
lial: vniuerſus interijt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NAHVM. Hic fuit ex oppido Elceſai, quod Hieronymi ætate in Galilæa monſtrabatur. Epiphanius vltra Iordanem ſitum in tribu Simeon, ex qua Nahum fuiſſe ait. Poſt Ionam contra Niniuem prophetauit, ad priora ſcelera poſt pœnitentiam reuerſam. Poſt captas decem tribus. propheta uit Ioſephus lib. 9. cap. 11. ait, Nahum fuiſſe ſub Ioathan Rege. Sed decem tribus nondum erant captæ. Seder Holam cap. 20. ſub Manaſſe ponit, poſt captas ſcilicet eas tribus.

1 ONVS. i. dura & grauis prophetia contra Niniuem. LIBER VISIONIS. Contulit in librum Prophetiam, vt eam Niniuitis mitteret.

2 DEVS ÆMVLATOR. Sept. *zelotes.* ET VLCISCENS, ob ea quæ in Iſraelitas feciſtis. HABENS FVROREM. Hebr. *Dominus iræ.* i. effundit eam in quos vult. IRASCENS IPSE INIMICIS SVIS. Hebr. *ſeruans Dominus iram in hoſtes ſuos.* Quaſi in theſauro recondit iram, vt ſuo eam tempore effundat. Diſſimulat quidem tantiſper; abſcondit iram, quam deinde depromit. Nec mirum:

3 DOMINVS PATIENS. Hebr. *longis naribus.* i. longanimis. ET MVNDANS NON FACIET INNOCENTEM. Hebr. *iuſtificando non iuſtificat.* ſ. noxium impunè abire non ſinit. IN TEMPESTATE. i. repentè, cùm minimè cogitamus, punit. ET NEBVLÆ PVLVIS PEDVM EIVS. i. puluis pedum nebulas facit. Hebr. *& nubes pulueris pedum eius.* Sic ſolet in turbine puluis inſtar nubis excitari. Itaque Deus inſtar turbinis venit.

4 INCREPANS MARE. Inſtar heri ſeruum increpantis, ſuperbiam maris ſolo verbo compeſcit. ET OMNIA FLVMINA AD DESERTVM DEDVCENS. Hebr. *arefacit.* INFIRMATVS EST. *Baſan, Carmelus, Libanus,* montes amœni, Dei increpatione deformantur, redduntur ſqualidi, vt ægroti. FLOS LIBANI. i. flores, ſeu germina, *arbores,* vt Chald. languent.

5 MONTES COMMOTI SVNT. Hebr. *tremuerunt.* DESOLATI SVNT. Hebr. *liquefacti ſunt.* ET CONTREMVIT TERRA, &c. Hebr. *exuſta eſt terra* à facie eius. i. vaſtata.

6 ET QVIS RESISTET. Hebr. *ſtabit* in ira eius? INDIGNATIO EIVS EFFVSA EST VT IGNIS. i. vt igne liquefacta. ET PETRÆ DISSOLVTÆ, ſeu *confractæ,* ſolo verbo rupes comminuit. Hæc omnia cò ſpectant, vt Dei maieſtas cognoſcatur.

7 BONVS DOMINVS. Ea quamuis potentia ſuos fouet & tuetur. ET SCIENS. i. fauens. Hebraica ſic quidam explicat: *Bonum* (Iſraeli) *Dominus in fortitudinem in die anguſtiæ.*

8 IN DILVVIO PRÆTEREVNTE. i. repentino, aut vehementi. CONSVMMATIONEM FACIET LOCI EIVS. id eſt, Niniuem euertet inundatio, quod factum aiunt, obrutam aquis fuiſſe; aut per inundationem Chaldæorum copias ſignificat, quæ Aſſyriorum Imperium euerterunt. INIMICOS EIVS. i. Iſraelis. TENEBRÆ. hoc eſt, res aduerſæ eos opprimient, Aſſyrios, Niniuitas.

9 QVID COGITATIS CONTRA DOMINVM? Captis decem tribubus, de opprimenda Ieruſalem contra Dei voluntatem cogitabant. CONSVMMATIONEM IPSE FACIET, aut *facit;* ipſe eſt auctor captiuitatis decem tribuum. NON CONSVRGET DVPLEX TRIBVLATIO. id eſt, non permittet, vt ſimili clade Ieruſalem inuoluatur.

10 QVIA SICVT SPINÆ. Locus difficilis. Hebr. *quia vſque* (.i. vt) *ſpinæ complexa* (.i. in faſciculum redactæ, vt comburantur) *& ſicut potatio eorum ebriorum* (ſ. ad terram eos proſternit) *comedentur, vt ſtipula ariditate plena* (ſ. citò comburitur, *ſic Aſſyrij* ſ. proſternentur & cadent. ſ. exercitus Sennacherib. Vulgatæ verba ad hunc ſenſum referantur.

11 EX TE EXIBIT Sennacherib, aut Rabſaces, qui multa contra Deum cogitarunt & dixerunt. MENTE PERTRACTANS PRÆVARICATIONEM. Hebr. *conſulens Belial.* i. *peruerſa.* ſ. vt relicto Deo Iudæi ſe traderent Aſſy-

riis conſulebat Rabſaces: 4.Reg.18.v.19.De voce *Belial* Deuteron.13. verſ.13.

Si perfecti fuerint, robore ſ. aut *perfecti conſilio*, vt Chald. vertit. Alij vertunt, *Si pacifici*.i.concordes inter ſe fuerint Aſſyrij. Et ita plures. Hebr. *& ſic multi* i. etiam multi. Sic quoque attondentur. Hebr. *& ſic exſcindentur*; hoc eſt, nihilominùs peribũt. גזז *Ghazaz*, & *tondere* ſignificat, & *exſcindere*. Ea occaſio Hieronymo vertendi, *attondentur*. Et pertranſibit. pro, pertranſibunt Aſſyrij, re infecta diſcedent; aut *pertranſibit*, Sennacherib reuertetur in patriam. Afflixi te. pro, ſi afflixi te. non affligam ampliùs, ea ſ. expeditione Sennacherib. Ad Iudæos aut Iſraelitas ſermo eſt. 12

Virgam, qua te percutit. Hebr. *iugum eius deſuper te conteram*. Et vincula tua. *Iugum & vincula* ſeruitutem ſignificant. Faciam, vt non ſeruias Aſſyrijs, qui te inuadunt. 13

Et præcipiet ſuper te, aut *de te*, vt Sept. Loquitur de Sennacherib. De quo præcepit Dominus. i. conſtituit quæ futura erant. Non ſeminabitur, nullos poſteros habebis, qui in regno ſuccedant. Videtur ex hoc loco, periiſſe cum filijs. De domo Dei tui interficiam. i. in domo Dei tui: 4.Reg.19.verſ.37. intra templum Neſroch occiſus eſt à filijs. Poſt verbum *interficiam* ponatur punctus. Sequitur: Sculptile, et conflatile, ponam ſepulchrum tuum. i. inter idola ſepelieris. Quia inhonoratus es, quia vilis factus es, nempe, à tuis filiis occiſus, & intra templum, & poſt cladem exercitus ad Ieruſalem. 14

Pedes euangelizantis. i. nuntij per montes venient rei geſtæ. Et annuntiantis pacem. i. proſpera, eam felicitatem. Celebra Iuda feſtiuitates tuas, tres præſertim, quas obſeſſa ab hoſtibus non poteras, neque ex alijs oppidis ad te venire. Non adiiciet vltra, vt pertranſeat in te Belial. i. *iniquus, diaboli filius*. Sic Sennacherib vocat. Vniuerſus interiit. Ipſe, filij, Imperium, ſucciſa ſunt; nihil eſt quod metuas. 15

EMANVELIS SA NOTATIONES.

NAhum prophetauit paulò poſt Michæam, tempore Ezechiæ Regis (abductis iam decem tribubus in captiuitatem) contra Niniuem.

Onus. i. Prophetia oneroſa. ſ. denuntians calamitatem. Chald. *onus calicis maledictionis*. Lxx. *aſſumptio*. q.d. ſublatũ onus alicui imponendum, vel onus alicui ſumendũ. Niniue. Aſſyriorũ metropolis, quæ ad peccata rediit poſt conuerſionem factam ad Ionæ prædicationem; eoq; à Nabuchodonoſor euerſa eſt anno pòſt circiter 200. Elceſæi. *Elceſe* viculus eſt in Galilæa. 1

Æmulator. Lxx. *Zelotes*. ſ. vehementer amans, & iraſcens ſi non ametur, & puniens rei à ſe amatæ infeſtos. Chald. *iudex*. 2

Patiens. Lxx. *longanimis*. Fortitudine. ſ. ad ferendum malos, vel ad vlciſcendum. q. d. patiens eſt cùm poſſet tamen facilè punire; & tandem punit ſi non emendentur. Mundans. q. d. non quidem dimittet tamquam mundum & innocentem, ſed puniet. Non faciet, &c. q. d. non tractabit vt innocentem eum qui nocens eſt. In tempeſtate. pro, velut in tempeſtate. Et nebulæ, &c. i. velut exercitus puluerem excitans more nebulæ aërem obſcurantem. q. d. fortis eſt, cui nemo poſſit reſiſtere. 3

Increpans. i. more increpantis iubens. Lxx. *comminans*. Exiccans. ſ. cùm vult, vt olim Mare rubrum. Infirmatus eſt. i. amittet fertilitatem ſi Deus velit. Flos. Chald. *arbores*. Lxx *quæ florebant*. Elanguit. Chal *defluxerunt*. Lxx *defecerunt*. pręterita pro futuris. 4

Commoti ſunt. pro, commouebuntur. i. contremiſcent. Ab eo. i. ad eius imperium ſeu præſentiam. Chald. *à conſpectu eius*. Deſolati. Chald. *diſrupti*. Lxx. *concuſſi*. Contremuit. Chald. *vaſtata eſt*. 5

Effuſa eſt. pro, effundetur, vel ſolet effundi. 6

Diſſolutæ ſunt. Chald. *confringuntur*. q. d. duriſſima quæque & fortiſſima conteret.

7 Sciens, &c. id eſt, fauore proſequens, defendens. Lxx. *cognoſcens timentes ſe*.

8 Diluuio. ſ. exercitu Sennacherib Ieruſalem oppugnante, vel Chaldæorum Niniuem. Loci eius. i. tribulationis. q. d. faciet eam citò ceſſare, deleto exercitu Sennacherib. vel *eius*. i. Niniue, quæ euertetur à Chaldæis. vel ſenſus eſt: Cùm velut diluuio perdit locum gentis ſibi inimicæ. Perſequentur tenebræ. ſcilicet calamitatum. Chald. *tradet gehennæ*. Quidam ad mortem referunt militum Sennacherib.

9 Cogitatis. ſ. ô Aſſyrij, vel ô impij. Conſummationem, &c. q. d. perdet vos. Non conſurget. q. d. non præualebit. Duplex. i. grandis. ſ. quam molimini contra Dei populum, ô milites Sennacherib. vel, ô impij Eccleſiæ hoſtes. Solet Scriptura quod magnum ſeu excellens, *duplex* dicere: ſic *duplici contritione*, *duplex ſpiritus*, *veſtiti duplicibus*. i. egregiè. Lxx. *non indicabit bis in idipſum in tribulatione*.

10 Sicut ſpinæ, &c. q. d. vt ſpinæ collectæ in faſciculo comburuntur, ſic iſti qui in exercitu Sennacherib ſimul potantes quaſi victores gaudent, interficientur ab Angelo.

11 Ex te. ſ. ô Niniue. Exibit. ſ. Sennacherib, vel Rabſace. Malitiam. ſ. blaſphemiæ.

12 Perfecti. ſ. robore. q. d. etſi fortes ſint, non ideò euadent. Plures. ſ. quàm ſunt. vel *plures*, pro, multi. Attondentur. pro, attondebuntur. ſ. more capillorum attonſorum deiicientur interfecti. Pertranſibit. i. deſinet, vel redibit in Aſſyriam. Te. ſ. ô Ieruſalem, ſeu Iudæa. Vltra. q. d. faciam ceſſare iſtam oppugnationem Aſſyriorum.

13 Virgam. ſ. qua te cædebat, vel ſceptrum. Chald. *iugum eius*.

14 Præcipiet. ſ. Angelo. Super. i. contra. Te. ſ. ô Sennacherib. Seminabitur. i. gignetur. Ex nomine tuo. i. te, ſeu qui dicatur filius tuus. Amplius. paulò pòſt enim interfectus. De domo. pro, in domo. Sculptile. ſ. ſimulachrum, quod ſculpendo fit ex ligno, vel lapide. Conflatile, quod ex fuſo metallo. eſt autem ſenſus: Iacebis inhumatus diu, more idoli proiecti. Inhonoratus. i. deſpectus. ſ. à tuis, qui te ſic dimittent interfectum à filiis tuis.

15 Pacem. ſ. mortuo Sennacherib. q. d. illo interfecto, ſtatim id vbique nuntiatum, tamquam pace diu duratura interempto hoſte. Celebra. ſ. ſublato timore. Belial. i. ſine iugo. ſ. impius. Intelligit autem Aſſyrios. Interiit. ſ. exercitus in Iudæa, dux verò in vrbe Niniue.

CAPVT II.

Obſidio Niniue eiuſque à Chaldæis depopulatio, quia ſuperbè egit contra populum Dñium.

1 AScendit qui diſpergat coram te, qui cuſto-
A diat obſidionem: contemplare viam, con-
2 forta lumbos, robora virtutem valdè. * Quia
reddidit Dominus ſuperbiam Iacob, ſicut ſu-
perbiam Iſrael: quia vaſtatores diſſipauerunt
3 eos, & propagines eorum corruperunt. * Cly-
peus fortiũm eius ignitus, viri exercitus in cocci-
neis: igneæ habenæ currus in die præparationis
4 eius, & agitatores conſopiti ſunt. * In itineribus
B conturbati ſunt: quadrigæ colliſæ ſunt in pla-
teis: aſpectus eorum quaſi lampades, quaſi ful-
5 gura diſcurrentia. * Recordabitur fortium ſuo-
rum, ruent in itineribus ſuis: velociter aſcen-
dent muros eius, & præparabitur vmbraculum.
6 * Portæ fluuiorum apertæ ſunt, & templum ad
7 ſolum dirutum. * Et miles captiuus abductus
eſt: & ancillæ eius minabantur gementes vt co-
8 lumbæ, murmurantes in cordibus ſuis. * Et Ni-

niue

ſiue quaſi piſcina aquarum aquæ eius: ipſi verò C
fugerunt: ſtate, ſtate, & non eſt qui reuertatur.
* Diripite argentum, diripite aurum: & non eſt 9
finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabili-
bus. * Diſſipata eſt, & ſciſſa, & dilacerata: & cor 10
tabeſcens, & diſſolutio geniculorum, & defe-
ctio in cunctis renibus: & facies omnium eorum
ſicut nigredo ollæ. * Vbi eſt habitaculum leo- 11
num, & paſcua catulorum leonum, ad quam D
iuit leo, vt ingrederetur illuc, catulus leo-
nis, & non eſt qui exterreat? * Leo cepit ſuf- 12
ficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis: &
impleuit præda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum
rapina. * Ecce ego ad te, dicit Dominus exerci- 13
tuum, & ſuccendam vſque ad fumum quadri-
gas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: &
exterminabo de terra prædam tuam, & non au-
dietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ASCENDIT QVI DISPERGAT CORAM TE. Ducat tuos, ô Niniue, aut ô Rex Aſſyriorum, in captiuitatem. Is eſt Nabuchodonoſor, vt Hieronymus explicat. CVSTODIAT OBSIDIONEM. i. obſidebit te. Hebr. *cuſtodire munitionem*. pro, cuſtodite arcem, ô Niniuitæ, ne capiatur. CONTEMPLARE VIAM, per quam hoſtis venit. CONFORTA LVMBOS. i. vires aſſume quantas poteris, vt ſ. bellum defendas. 1

QVIA REDDIDIT DOMINVS SVPERBIAM IACOB. Sept. *auertit Dominus contumeliã Iacob*. Hic *Iacob* pro decem tribubus accipi debet; & *ſuperbia* actiuè, pro ea qua illas tribus Aſſyrius oppreſſit. pro contumelia. Quidam *excellentiam* vertunt, quam reddidit Iudæis, aut Deus hoſtibus vindicatis. גאון *Ghaon*, pro *ſuperbia* & pro *excellentia* ſumitur. Sed quocumque modo, vindictam ſumpturum de hoſtibus ſignificat, qui illas tribus oppreſſerunt. SICVT SVPERBIAM ISRAEL. Hic *Iſrael* pro tribu Iuda ſumio, quam occiſo Sennacherib vindicauit. Ergo, vt tribus Iuda ſum vltus, ſic decem tribus vindicabo, deleta Niniue. QVIA VASTATORES, &c. Hebr. *quia euacuatores euacuarunt eos*; hoc eſt, bona diripuerunt Aſſyrij. eorum & propaginem. Per *propagines* minora oppida intelligit, quæ ſimul & vrbes vaſtarunt. 2

CLYPEVS FORTIVM EIVS IGNITVS. Hebr. *ruber*. ſ. ſole percutiente ruber & ignitus apparet. Loquitur de militibus, quos Niniue habebat, ad reſiſtendum. VIRI EXERCITVS IN COCCINEIS. Hebr. *vermiculati*. i. in veſtibus coccineis. Ex cocco vermis naſcitur, ex quo color coccineus præſtantiſſimus. Iſai. 1. verſ. 18. *Si fuerint* (peccata) *rubra, vt vermiculus, velut lana alba erunt*. De eo vermiculo loquitur. IGNEÆ HABENÆ CVRRVS. Sic Sept. Solis radijs igneæ videntur, quia ex ære, ne facilè rumperentur. Hebr. *in igne* (i. vt igni) *lampades currus*. Canthus ferreus efficiebat, vt per petras currentes currus ſcintillas emitterent. IN DIE PRÆPARATIONIS EIVS, cùm ad bellum ſe comparant. ET AGITATORES CONSOPITI SVNT. Hebr. *& abietes venenatæ*. i. ſagittæ, aut lanceæ, quæ ex ea arbore fiunt, ſunt helleboro infectæ, noxijs herbis. 3

IN ITINERIBVS CONTVRBATI SVNT. Se agitatores ſeu milites mutuò impediunt. Hebr. *in plateis inſanient currus*. i. aſcenſores currus, neſcientes quò vadant, huc illucque diſcurrunt quaſi inſanientes. QVADRIGÆ COLLISÆ SVNT IN PLATEIS. Hebr. *coxis colludent*. i. adſcenſores, aurigæ calcaribus equos incitabunt. QVASI FVLGVRA DISCVRRENTIA. Hebr. *quaſi fulgura current*. i. velociter. 4

RECORDABITVR FORTIVM SVORVM; eorum, quos priùs habuit, recordabitur Aſſyrius ſeu Niniue, eorum comparatione eſſe ignauos quos habet. RVENT, ſiue *offendent* in vijs ſuis. i. cùm ierint obuiam hoſti, in primo conflictu pectora ferent. VELOCITER ASCENDENT 5 MVROS EIVS. ſ. vrbis, ſe mœnibus tueri conabuntur diffiſi viribus. ET PRÆPARABITVR VMBRACVLVM. Vineas, muſculos, pluteos hoſtes parabunt, vt muro ſuccedant, illum dolabris diruant. Eas machinas *vmbraculum* vocat. Chald. *turres ædificabunt*.

6 PORTÆ FLVVIORVM. i. vrbis aperientur, proſtrabuntur, quas *fluuiorum* vocat, quia per eas, vt fluuius, populus egreditur. Aut quia ad flumen erant portæ, per quas vrbs eſt capta. *Fluuiorum* dicit, quia in ea vrbe plura erant flumina. TEMPLVM AD SOLVM DIRVTVM. Hebr. *templum*, ſiue *palatium liqueſiet*, igne iniecto metalla liqueſcent.

7 ET MILES CAPTIVVS. Hebr. *ſtatio*. i. milites captiui fuerunt. Chald. *Regina abijt captiua*. Quæ הֻצַּב *Huzab* vocatur, aut quia ſic vocabatur, aut quia Regi aſtabat. ſic Hebr. Schol. nimirum ea voce deducta à נצב *naZab*. i. *ſtare*. ANCILLÆ EIVS MINABANTVR. i. deducebantur. Hebr. *deducentes*. ſ. Reginam, eam comitantes. GEMENTES. Hebr. *in voce columbarum*. i. gementes. MVRMVRANTES. Hebr. *tundentes inſtar tympani cor ſuum*, id eſt, pectus. ſ. vt præficæ eiulabant.

8 QVASI PISCINA. i. bonis referta & copijs erat Niniue. AQVÆ EIVS. i. copiæ, opes. Hebr. *a diebus*. ſ. antiquis erat ea opulentia multo tempore congeſta. IPSI VERO FVGERVNT. ſ. ciues non ſunt auſi eas copias defendere. STATE, STATE. ſ. hoſtis id dicebat, ne fugerent. NON EST QVI REVERTATVR. Hebr. *qui reſpiceret*. ſ. retrò. Effuſa fuga erat, nihil aliud curabant. Sept. *non erat qui reſpiceret*.

9 DIRIPITE. Milites inter ſe ad prædam incitant. Aut Prophetæ ſunt voces. ET NON EST FINIS DIVITIARVM, &c. Hebr. *non eſt finis apparatus, gloria ex omnibus vaſis deſiderabilibus*. Gloria. i. diuitiæ conſtant ex omni vaſe pretioſo, quod deſiderant homines.

10 DISSIPATA EST, ET SCISSA. Hebr. *euacuata, & exinanita*. DISSOLVTIO. Hebr. *colliſio genuum*. DEFECTIO, ſeu *debilitas*. ET FACIES OMNIVM EORVM SICVT NIGREDO OLLÆ. Hebr. *& facies omnium eorum contraxerunt nigredinem*. Pingit ciues Niniues quaſi ægrotos ex graui morbo, nigros præ metu & mœrore.

11 VBI EST HABITACVLVM LEONVM. i. luſtrum. Ironia eſt. AD QVAM. Sept. & Chald. *quò iuit leo*. Goth. *ad quem iuit leo, vt ibi moraretur ſine timore*; hoc eſt, quomodo euanuit veſtra ſuperior ferocia, quò abijt, ô Niniuitæ?

12 LEO CEPIT, rapuit. SVFFICIENTER, quod ſufficit catulis, ſeu *abundanter*. *Sufficere* & modum, & copiam ſignificare poteſt, vt & דַּי *dai* Hebr. ET NECAVIT, ſeu *ſuffocauit*, è præda ſ. LEÆNIS SVIS. ſupple, quod illis ſufficit. SPELVNCAS SVAS. Hebr. *foramina ſua*. ET CVBILE SVVM. Hebr. *& habitacula ſua rapina impleuit*. Per *foramina* & *habitacula*, luſtra intelligit. Ergo non eſt mirum, ſi tam multas copias habebatis, quia leonum inſtar multa rapuiſtis, multos oppreſſiſtis.

13 ET SVCCENDAM VSQVE AD FVMVM, quouſque à longè poſitis, fumus incendij videatur. ET LEVNCVLOS TVOS, milites, filios. ET NON AVDIETVR VLTRA VOX NVNTIORVM TVORVM. Imperio ſtante curſores, vt fit, mittebat ad alios Reges; deleto Imperio id ceſſabit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ASCENDIT. ſ. Nabuchodonoſor. DISPERGAT. ſ. perdat, ſeu vaſtet. CORAM TE. i. te ſpectante, ſ. ô Niniue, & dolente. OBSIDIONEM. ſ. donec te expugnet. CONFORTA LVMBOS. i. collige vires. ROBORA, &c. repetitio, ſeu explicatio præcedentis.

2 REDDIDIT. i. puniuit. SVPERBIAM. ſ. Sennacherib, qua vſus eſt, contra Iacob. i. Iudæos, ſeu Iudam. LXX *iniuriam*, ſeu *contumeliam*. ISRAEL. ſ. qua contra Iſraelem vſi Aſſyrij. VASTATORES. ſ. Aſſyrij. Eos. ſ. Iſraelitas. PROPAGINES. i. fructus, ſeu poſſeſſiones, vel filias. CORRVPERVNT. i. perdiderunt.

3 EIVS. ſ. Nabuchodonoſor. IGNITVS. Hebr. & Chald. *rubens*, quod quidam interpretantur de laminis æreis, ſeu aureis ſcutorum, quæ ad ſolem eum colorem

reddebant. In coccineis. ſ. veſtibus. Igneæ. i. auro ornatæ, quæ ad ſolem deinde ignitæ apparent. Præparationis. ſ. ad bellum. Consopiti. ſ. vino. q. d. velut temulenti nihil timentes.

Contvrbati. ſ. milites, quòd viæ tam multos capere 4
non poſſint, vel ordinatè incedere non ſinant. Collisa. ſ. inter ſe, quòd eas nec latæ viæ capiant. Lampades. q. d. vultu pleno iracundia Chaldæi irruent. ſic Pſal. 17. *Ignis a facie eius*, ſ. irati, *exarſit*.

Recordabitvr. ſ. Aſſyrius, vt ſe defendat. Rvent. 5
i. cadent. ſ. interempti ab hoſtibus in viis. Eivs. ſ. Niniue. Vmbracvlvm. ſ. ob æſtum, ceteraſque aëris iniurias. Lxx. *propugnacula*.

Flvviorvm. i. populorum intra vrbes concluſo- 6
rum. Lxx. *ciuitatum*. Templvm. fortè pro, templa.

Miles. Chald. *Regina*. Ancillæ eivs. i. vrbes 7
ſubiectæ Niniue. ſ. earum ciues. Mvrmvrantes. i. cum tacito ſeu tenui murmure dolentes. Lxx. *loquentes*.

Aqvæ. i. populus, ſeu ciues. ſ. loco amœno multi. 8
State, state. q. d. fruſtrà dicet quis, Subſiſtite. Revertatvr. ſ. à fuga contra hoſtes.

Diripite. ſ. ô Chaldæi. Vox militum ſe ſe cohortan- 9
tium ad prædam. Finis. Hyperbole. Ex. pro, in: vel ſubaudi, capite, vel diripite. Desiderabilibvs. i. pretioſis.

Dissipata est. ſ. Niniue. Cor tabescens, &c. 10
Deſcriptio exanimatorum, & viribus defectorum. Facies. ſ. præ timore, ſeu mœrore, & afflictione. Nigredo. contraria hæc luci, quæ in facie lætorum velut apparet.

Vbi est. q. d. ô Aſſyrij, vbi eſt Niniue illa, vbi habi- 11
tabant ſæui Reges cum filiis, omniaque per orbem prędabantur? Ivit. i. ſe recipiebat ex præda. Catvlvs, &c. q. d. cum filiis ſuis. Est. pro, erat.

Leænis. Chald. *vxoribus*. 12

Ad te. ſ. veniam puniturus. Exercitvvm. 13
Lxx. *omnipotens*. Vsqve ad fvmvm. i. dum in fumum vertantur. Chald. *ignis*. Lxx. *in fumo*. Prædam tvam. i. quod prædata es. Nvntiorvm. Chald. *legatorum*. ſ. ad alias vrbes.

CAPVT III.

Niniue vrbs ſanguinum ſub nomine adultera vaſtanda prædicatur: quod exemplo Alexandriæ a Babyloniis deuaſtatæ confirmatur: nec erit qui Niniue condoleat, aut eam conſoletur ſuper ipſius deuaſtatione.

Ezech. 24. b. 9 Habac. 2. c. 11

VÆ ciuitas ſanguinum, vniuerſa mendacij 1
dilaceratione plena: non recedet à te rapi- A
na. * Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi 2
frementis, & quadrigæ feruẽtis, & equitis aſcen-
dentis: * & micantis gladij, & fulgurantis ha- 3
ſtæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ:
nec eſt finis cadauerum, & corruent in corpori-
bus ſuis. * Propter multitudinem fornicatio- 4
num meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis
maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationi-
bus ſuis, & familias in maleficijs ſuis: * Ecce ego 5
ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo B
pudenda tua in facie tua, & oſtendam Genti-
bus nuditatem tuam, & regnis ignominiam
tuam. * Et projiciam ſuper te abominationes, & 6
contumelijs te afficiam, & ponam te in exem-
plum. * Et erit: omnis, qui viderit te, reſiliet à te, 7
& dicet: Vaſtata eſt Niniue: quis commoue-
bit ſuper te caput? vnde quæram conſolatorem
tibi? * Numquid melior es Alexandria populo- 8
rum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in cir-
cuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius.
* Æthiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non 9
eſt finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio

Iſa. 47. a. 3

10 tuo. * Sed & ipſa in tranſmigrationem ducta eſt
in captiuitatem: paruuli eius eliſi ſunt in capite
C omnium viarum, & ſuper inclytos eius miſe-
runt ſortem, & omnes optimates eius confixi
11 ſunt in compedibus. * Et tu ergo inebriaberis, &
eris deſpecta: & tu quæres auxilium ab inimi-
12 co. * Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum
groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint, cadent in os
13 comedentis. * Ecce populus tuus mulieres in
medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur
portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos.
14 * Aquam propter obſidionem hauri tibi, extrue
munitiones tuas: intra in lutum, & calca, ſubi-
15 gens tene laterem. * Ibi comedet te ignis: per-
ibis gladio, deuorabit te vt bruchus: congrega-
16 re vt bruchus: multiplicare vt locuſta. * Plures
D feciſti negotiationes tuas quàm ſtellæ ſint cæli:
17 bruchus expanſus eſt, & auolauit. * Cuſtodes tui
quaſi locuſtæ: & paruuli tui quaſi locuſtæ locu-
ſtarum, quæ conſidunt in ſepibus in die frigoris:
ſol ortus eſt, & auolauerunt, & non eſt cogni-
18 tus locus earum vbi fuerint. * Dormitauerunt
paſtores tui, rex Aſſur: ſepelientur principes tui:
latitauit populus tuus in montibus, & non eſt
19 qui congreget. * Non eſt obſcura contritio tua,
peſſima eſt plaga tua: omnes qui audierunt audi-
tionem tuam, compreſſerunt manum ſuper te:
quia ſuper quẽ non tranſijt malitia tua ſemper?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Civitas sangvinvm, cædibus plena. Reddit rationes tranſlati Imperij ad Chaldæos. Vniversa mendacii, ſeu *mendacio*, aut *mendacijs plena*, vt Chald. Dilaceratione plena. i. præda plena; quæ *præda*, *laceratio* etiam Hebr. vocatur *tereph*, quia qui per vim extorquet aliquid, illud lacerat. Non recedet a te rapina, numquam à rapiendo deſiſtes.

2 Vox flagelli. Sic vocat virgam, qua currus equi incitantur. Aut *flagellum* vocat afflictionem, quæ hoſtis aduentu inſtabat. Hieronymus: *Vox flagelli, crudelis ſemper & ſæuientis imperij*. Et vox impetvs rotæ. Hebr. *vox* (ſonitus) *fragoris rotæ*. Et eqvi frementis. Hebr. *equi calcantis* terram ſ. Et qvadrigæ fervent is. Hebr. *ſubſilientis*. ſ. præ velocitate ſubſilire videtur. Et eqvitis ascendentis in currus, aut equos ſ. vox auditur. Hebr. hoc cum ſequentibus iungitur ſic: *Eques erigens* (pro, erigit) *ferrum gladij, & ferrum lanceæ*. להב *lahab*, & ברק *barak*. pro *ferro* ſumunt *ſplendenti*, vt flamma & fulgur. Hieronymus pro ipſa flamma & fulgure & ſplendore gladij ſumens, dixit.

3 Et micantis gladii, et fvlgvrantis hastæ. ſ. vox auditur. Quod commodius videtur propter coniunctionem *&*, quam redundare dicunt, qui diuerſam rationem ſequuntur. Et mvltitvdinis interfectæ, ſiue *interfecti*, pro, interfectorum. ſ. ab equitibus. Audietur vox in ſuo ſe volutantium ſanguine. Et gravis rvinæ. Hebr. *& grauitatis cadaueris*. i. multitudinis cadauerum. Repetitio. Nec est finis. id eſt, numerus cadauerum, adeò vt offendant in cadaueribus ipſorum. Noſter: Et corrvent in corporibvs svis. *corpus* pro cadauere.

4 Qvæ vendidit gentes in fornicationibvs svis. id eſt, docuit idola colere (id vocat fornicari) atque adeò fuit illis exitij cauſa. Et familias. id eſt, populos, nationes vendidit, fuit illis exitij cauſa.

5 Et revelabo. Sept. *diſcooperiam*. Pvdenda tva in facie tva. Hebr. *fimbrias tuas ſuper faciem tuam*. id eſt, in tuam faciem conijciam, inuertam. Sept. *diſcooperiam poſteriora tua ſuper faciem tuam*. Nvditatem tvam. Hebr. *pudenda, turpitudinem*, vt Sept.

6 Et proiiciam svper te abominationes, faciam vt te omnes deteſtentur. Et ponam te in

EXEMPLVM. *In exemplum magni ſupplicij te adducent*, ſic Sept. Hebr. *& ponam te quaſi ſtercus*.

QVIS COMMOVEBIT. Hebr. *quis condolebit ei*. VNDE QVÆRAM CONSOLATOREM TIBI, ciuibus ſublatis, ceteris omnibus in te irritatis. 7

NVMQVID MELIOR ES ALEXANDRIA POPVLORVM. Nondum *Alexandria* vocabatur. Sed נא אמון *No amon*. *Amon* pro *hamō*. i. *multitudine*. i. *Alexandria multitudinis*. i. vrbe magna. QVÆ HABITAT IN FLVMINIBVS? Ab Ortu & Occaſu duobus Nili brachiis cingitur, à fronte mare noſtrum habet, à dorſo lacum Mareoticum. CVIVS DIVITIÆ, MARE: propter commercium ſ. cum aliis Gentibus. Chald. *cuius murus eſt mare*. Hebr. *cuius fortitudo mare*, hoc eſt, munitio. AQVÆ, MVRI EIVS. *Aqua* ſ. *maris*. ſic Chald. Sept. *aqua muri eius*. Heb. *à mari murus eius*. Pro מִיָּם *miiam*, *à maris*, vt nunc eſt Hebr. alij legerunt מַיִם *maiim* i. *aqua*. 8

ÆTHIOPIA FORTITVDO EIVS. i. ex Æthiopia fortitudo eius. i. auxilia. ET ÆGYPTVS, ET NON EST FINIS. ſ. innumeræ aliæ Gentes ei fauebant. APHRICA. Hebr. *Phut*. i. *Mauritania*, inde *Fez*. FVERVNT IN AVXILIO TVO, ô Alexandria, & tamen exciſa es, & capta à Nabuchodonoſore. 9

IPSA IN TRANSMIGRATIONEM DVCTA EST. ſ. Alexandria. Nabuchodonoſor cepit eam, Cambyſes Cyri filius in prouinciam redegit, Alexander inſtaurauit. IN CAPITE OMNIVM VIARVM, ſeu *platearum*. MISERVNT SORTEM. ſ. victores ſorte inter ſe captiuos diuiſere. CONFIXI SVNT, ſeu conſtricti ſunt compedibus. 10

INEBRIABERIS malis, vt vino, ô Niniue, ad quam vertit ſermonem, dementaberis; neſcies quid facias vt ebrius. DESPECTA. Hebr. *abſcondita*. ſ. præ metu, aut ignota; quaſi ignotam te reliquerunt: neque opem ferent. ET TV QVÆRES AVXILIVM. Hebr. *robur*; ſed *robur* pro *auxilio*. AB INIMICO, ita ebria eris. ſic Hebr. Sed verti etiam poteſt, *propter inimicum*, vt ei ſ. reſiſtas. Chald. *auxilium flagitabis ab inimico*. 11

OMNES MVNITIONES TVÆ. Diruentur tam facilè arces, quàm poma matura arbore agitata. SICVT FICVS CVM GROSSIS SVIS. Hebr. *ficus cum primitiuis*, ſeu *præcocibus*. ſ. deijcieris tam facilè. 12

ECCE POPVLVS TVVS MVLIERES. i. vt mulieres inutiles ad pugnam. ADAPERTIONE. Hebr. *pandendo pandentur portæ*. i. penitùs pandentur. TERRÆ TVÆ. Vrbis tuæ portæ pandentur. 13

AQVAM PROPTER OBSIDIONEM HAVRI TIBI. Hebr. & Chald. *aquas munitionis hauri tibi*. hoc eſt, aquam, quæ intra arcem, vbi teneris, eſt, collige, vt lateres facias, & diruta ab hoſte inſtaures. Id ſignificat, INTRA IN LVTVM, ET CALCA SVBIGENS. Hebr. *calca lutum*. TENE LATEREM. i. fac lateres. Hebr. *tene calcariam*. i. opus calcariæ ſume. 14

IBI, intra eam arcem igne & gladio peribis. DEVORABIT TE VT BRVCHVS. ſ. conſumit herbam. CONGREGARE VT BRVCHVS: MVLTIPLICARE VT LOCVSTA. i. congrega multos & innumeros milites; nihilominùs peribis. Heb. *aggrauare vt bruchus, aggrauare vt locuſta*; pro, aggrauaberis, vt bruchus & locuſta agros aggrauant. Chald. *operient te vt bruchus, vaſtabunt te vt locuſta*. Pagnin. *multiplica te vt bruchus, multiplica te vt locuſta*. i. multitudo tua nihil proderit. 15

PLVRES FECISTI NEGOTIATIONES TVAS. Hebr. *negotiatores tuos*. i collegiſti mercatores magno numero. inutilem bello turbam. Hi ſunt *mulieres*, quas dixit verſ. 13. BRVCHVS EXPANSVS EST. Hebr. *graſſatus*, aut *prædatus eſt*. ET AVOLAVIT. hoc eſt, mercatores ſunt vt bruchus, qui vbi vrbis opes prædati ſunt, continuò diſparent, nolunt adeſſe in periculo. 16

CVSTODES TVI, ſeu *maiores tui*. ET PARVVLI TVI. ſeu *Principes tui*. Chald. *duces tui*. QVASI LOCVSTÆ LOCVSTARVM. id eſt, magnæ locuſtæ. גוב *Gbob*, genus locuſtæ maioris ſignificat, & ipſa forma loquendi, *locuſtæ locuſtarum*, id ipſum indicat. Quæ locuſtæ cum frigore noctis ad ſepes conſidunt, ſed cum ortu ſolis fugiunt: ſic Principes tui in periculo te deſerunt, & ipſi mercatoribus ſunt ſimiles. 17

18 SEPELIENTVR, ſeu *iacebunt*, quieſcent quaſi ſepulti Principes ſeu nobiles tui: prodeſſe non poterunt, vt mortui. LATITAVIT POPVLVS TVVS IN MONTIBVS, ſeu *manſit*. Verbum נפשו *naphas* id ſignificat. ſ. præ metu. Chald. *diſperſi ſunt populi tui ſuper montes*. Sept. *abijt populus ſuper montes*. ET NON EST QVI CONGREGET. i. Dux.

19 NON EST OBSCVRA CONTRITIO TVA, omnibus patet. Hebr. *non eſt curatio*, ſeu *ſanitas fracturæ tuæ*. id eſt, vulneri. כהה *Chehah*, *curatio & reſtrictio* propriè. Non eſt reſtrictio vulneri. Nimirum vulnera ligantur. Sept. *non eſt ſanitas contritionis tuæ, intumuit plaga tua*. PESSIMA EST, ſeu *infirmata eſt*; vt Chald. *plaga tua*. id eſt, malè habet. AVDITIONEM TVAM. i. ad famam rei geſtæ cladis tuæ, qui audierunt. COMPRESSERVNT MANVM, præ dolore ſ. Hebr. *comploſerunt manum*. ſ. altera manu, lætitiæ ſigno. Quia omnes offendiſti. QVIA SVPER QVEM NON TRANSIIT MALITIA TVA SEMPER? irritaſti omnes.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CIVITAS. ſ. Niniue. SANGVINVM. i. peccatorum, ſeu homicidiorum. ſ. plena. MENDACII. ſ. plena. Lxx. *mendax*. DILACERATIONE. quaſi dicat, crudelitate. Lxx. *iniquitate*. RECEDET. pro, recedit. quaſi dicat, ſemper rapinæ intenta. vel, & in te hoſtes rapinam exercebunt.

2 VOX, ſ. breui audietur. vel quaſi dicat, audire mihi videor. FLAGELLI. ſ. aurigæ. FERVENTIS. Sic Lxx. Chald. *ſubſilientis*.

3 CORRVENT, &c. quaſi dicat, impingent Ægyptij in ſuorum cadauera. Chald. *impingent in trucidatos ſuos*.

4 FORNICATIONVM. ſ. idololatriæ. SPECIOSÆ. ſ. Niniue, quæ *pulchra* interpretatur. GAZÆ. ſ. oculis amatorum. HABENTIS MALEFICIA. quaſi dicat, veneficæ, ſeu ſuperſtitionibus deditæ. VENDIDIT. id eſt, tradidit hoſtibus. q. d. propter cuius peccata multi ab hoſtibus occiſi, ſeu capti.

5 EXERCITVVM. Lxx. *omnipotens*. PVDENDA. Perſtat in metaphora meretricis. q. d. te afficiam ignominia. IN FACIE TVA. pro, in faciem tuam vſque ſublatis veſtibus. NVDITATEM. Lxx. *turpitudinem*. IGNOMINIAM. repetitio. ſ. eſt ignominioſum mulieri nudari.

6 PROIICIAM, &c. quaſi dicat, puniam in te tua ſcelera. ET CONTVMELIIS, &c. Chald. *teque execrandam reddam, & ponam fœdiſſimam in oculis omnium videntium te*. CONTVMELIIS, &c. quaſi dicat, faciam vt te omnes conuitiis proſequantur ob tua peccata. Explicatio eſt præcedentium. EXEMPLVM. ſ. Dei iudicij, ſeu punitionis.

7 RESILIET. ſ. præ timore, vel ſtupore. Chald. *procul recedet*. COMMOVEBIT. ſ. condolens tibi. Chald. *quis condolebit tibi?*

8 MELIOR. i. fortior, vel dignior. ALEXANDRIA. ſ. quam tamen expugnauit Nabuchodonoſor. Vide Ierem. 46. vel expugnabit. vide inf. POPVLORVM. id eſt, populoſa. Chald. *magna*. IN FLVMINIBVS. Chald. *inter flumina*. MARE. ſ. ob merces importatas.

9 FORTITVDO. ſ. ſuppeditando milites. NON EST FINIS. i. prætereà aliæ regiones. vel, nec eſt finis numerandi milites. APHRICA ET LIBYES ſ. præcipuè. Chald. *Libyi & Lydij*. TVO. ſ. ô Alexandria. Lxx. *eius*.

10 DVCTA EST. pro, ducetur. Chald & Lxx *ibit*. & ſic inf. vbi nos legimus per præterita, ita illi vertunt per futura. ſ. quando id prædicebatur à Nahum, nondum euerſa erat, ſed tamen ante Niniuem euertenda. CONFIXI. Lxx. *alligati*.

11 INEBRIABERIS. i. calice iræ Dei potaberis abundè. AB INIMICO. i. propter hoſtem. ſ. vt te defendas: vel ab his qui tibi erant inimici, cogêris opem petere in eo bello.

Mvlieres. i. vt mulieres. ſ. imbecilles, nec ſe defen- 13
dere valentes. Vectes tvos. i. portas vrbium. Chald.
robur tuum.
Obsidionem. ſ. diu duraturam. Extrve. Chald. 14
obfirma. Laterem. ſ. ad obturanda dirupta, & reſi-
cienda. q. d. nihil tibi omnia iſta proderunt.
Brvchvs. ſ. qui omnia conſumit. Congrega- 15
re, &c. q. d. quantumcumque multiplices milites, nihil
efficies: vel congrega ſanè opes inſtar bruchorum &
locuſtarum, vt ſoles, nihil tibi proderunt.
Negotiationes. ſ. ad quæſtum & opes cumulan- 16
das. Expansvs, &c. q. d. multitudo iſta tuarum opum
citò à te auolabit.
Cvstodes. ſ. fortiores viri. Qvasi locvstæ. 17
ſ. multitudine. Parvvli. i. inferiores milites viribus.
Locvstæ locvstarvm. i. plurimæ, vel ſoboles locu-
ſtarum. q. d. penè infiniti. Avolavervnt. ſ. ſic te
tui deſtituent. Non es cognitvs, &c. q. d. ne veſtigium
quidem manſit.
18 Dormitavervnt, &c. quaſi dicat, principes tui
velut dormientes nihil te iuuabunt. Chald. *fracti ſunt
fortes tui.*
19 Non est obscvra, &c. quaſi dicat, nota erit om-
nibus. Lxx. *non eſt ſanitas contritionis tuæ.* Pessima.
quaſi dicat, mortifera. Avditionem tvam. id eſt, fa-
mam, ſeu rumorem de tua calamitate. Compres-
servnt. ſ. ſtupentes, vel inſultantes. Chald. *comple-
ſerunt manibus ſuis ſuper te lætantes.* Lxx. *plaudent.*
Malitia tva. q. d. quem non afflixiſti? Chald. *plaga
nequitiæ tuæ.*

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT PRIMVM.

*Miratur Propheta impium proſperari, & prævalere ad-
uerſus iuſtum: nam aduerſus Iudæos ſuſcitat Dominus
Chaldæos, qui victoriam non Domino, ſed idolo ſuo tri-
buunt.*

Onvs, quod vidit Habacuc 1
propheta. * Vſquequò Do- 2
mine clamabo, & non exau- A
dies? vociferabor ad te vim
patiẽs, & nõ ſaluabis? * Qua- 3
re oſtendiſti mihi iniquita-
tem & laborem, videre præ-
dam & iniuſtitiam contra me? & factum eſt iu-
dicium, & contradictio potentior. * Propter hoc 4
lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem
iudicium: quia impius præualet aduerſus iu-
ſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.
ᵃ Act. 13. f. 31 * ᵃ Aſpicite in gentibus, & videte: admiramini, 5
& obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus B
veſtris, quod nemo credet cùm narrabitur.
* Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem 6
amaram & velocem, ambulantem ſuper latitu-
dinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua.
* Horribilis, & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudi- 7
cium, & onus eius egredietur. * Leuiores pardis 8
equi eius, & velociores lupis veſpertinis; & dif-
fundentur equites eius: equites namque eius de C
longè venient, volabunt quaſi aquila feſtinans
ad comedendum. * Omnes ad prædam venient, 9
facies eorum ventus vrens: & congregabit qua-
ſi arenam, captiuitatem. * Et ipſe de regibus 10
triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe
ſuper omnem munitionem ridebit, & compor-
tabit aggerem, & capiet eam. * Tunc mutabi- 11
tur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt
fortitudo eius dei ſui. * Numquid non tu à 12
principio Domine Deus meus, ſancte meus, &
non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti
eum: & fortem, vt corriperes, fundaſti eum. D
* Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum; & re- 13
ſpicere ad iniquitatem non poteris. quare reſpi-
cis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante im-
14 pio iuſtiorem ſe? * Et facies homines quaſi piſces
maris, & quaſi reptile non habens principem.
15 * Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſa-
gena ſua, & congregauit in rete ſuum. Super
16 hoc lætabitur & exultabit. * propterea immola-
bit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in
ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus.
17 * Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, &
ſemper interficere Gentes non parcet.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Habacvc *fuit de tribu Simeon ex agro Bethſacar: Iſidorus, Epiphanius, Dorotheus. De tempore variant Auctores. Seder Holam cap. 20. ait, Ioël, Nahum, & Habacuc tempore Manaſſes Regis vixiſſe, ſed propter eius impietatem illius nomen non poſuiſſe in ſuis Vaticiniis. Verùm, cùm Danieli prandium detulerit, Danielis 14. verſ. 32. fateri cogimur, captiuitatis Babylonicæ tempore vixiſſe. Vaticinatus eſt paulò ante captiuitatem, contra Babylonem præſertim, vt Nahum contra Niniuem, & Aſſyrios: quoniam vt hi decem tribus captiuas duxerant, ita Babylonij tribum Iuda.*

1 Onvs. Dura Prophetia. Sept. *Aſſumptio*, ſic dicta, quoniam mens Prophetæ ab humanis ad diuinas traducitur viſiones.

2 Vociferabor ad te vim patiens. Sic Sept. Hebr. *vociferabor ad te rapinam*; hoc eſt, propter rapinam & iniquitatem, qua premunt Iudæos Chaldæi.

3 Qvare ostendisti mihi iniqvitatem. id eſt, viros iniquitatis Chaldæos feciſti, vt viderem. Et laborem. ſ. meorum. Videre. ſ. feciſti, Prædam et inivstitiam. Hebr. *vaſtitatem & rapinam.* Contra me. id eſt, contra meos. Sequitur in quibuſdam codicibus: *Quare reſpicis contemptores*, & quæ ſequuntur; ſed meritò ſunt ſublata. Et factvm est ivdicivm. id eſt, iudicium iniuſtum & contradictio facta ſ. iuſtitiæ à Chaldæis, præualent. Hebraicè, *& fuit litem & contentionem* (qui) *ferat*, ſeu *accipiat*. id eſt, qui litem excitet temerè contra nos.

4 Propter hoc lacerata est lex. Hebr. *debilitata.* ſic Chald. *elanguit lex.* Et non pervenit vsqve ad finem. Iuſtitia ſuum curſum non tenet. Hebr.

& non

& non exit in æternum iudicium. ſ. rectum iudicium
numquam prodit, iniuſtè iudicant iudices. QVIA
IMPIVS PRÆVALET. Hebr. *impius circumdat iuſtum*;
omni ex parte illum impugnat. Ideò iudices malè &
peruerſè iudicant.
ASPICITE IN GENTIBVS. i. ô Gentes videte. OPVS 5
FACTVM EST. i. fiet. Hebr. & Sept. *opus operor in diebus*
veſtris. Loquitur Deus. Quod eſt opus? Euerſio templi,
quam fore nemo credebat, ac ne poſt factum credere
poterant. Hunc locum citat Paulus Actor. 13. verſ. 41.
de excæcatione Iudæorum, ſed ἀναλογικῶς.
GENTEM AMARAM ET VELOCEM, ſeu *præcipitem* 6
ſuſcitabo. Sic ſunt milites, nihil ex conſilio & cunctan-
ter faciunt. SVPER LATITVDINEM TERRÆ i. totum
orbem, quàm latè patet, ſubigere parantes.
EX SEMETIPSA. i. non ex ratione iudicabit ea gens, 7
erit pro ratione voluntas. ET ONVS EIVS. ſ. quod im-
ponet Gentibus tributum. Chald. *decretum*. Sept. *aſ-*
ſumptio. Sed vis vocis שאת *ſeeth*, per *onus* benè expri-
mitur. EGREDIETVR. i. præualebit.
ET VELOCIORES LVPIS. Hebr. *acutiores*. Quæ vox 8
diligentiam ſignificat, qua lupi per noctem prædam
quærunt. VESPERTINIS: qui ex luſtris veſpere ad ci-
bum prodeunt. ET DIFFVNDENTVR, aut *multiplica-*
buntur EQVITES EIVS. id eſt, multi erunt. Quare? DE
LONGE VENIENT. i. ex remotis etiam regionibus auxilia
venient illis.
FACIES EORVM VENTVS VRENS. Hebr. *aſpectus* 9
facierum ipſorum Orientalis ventus. Chald. *aſpectus eo-*
rum perſimilis eſt vento vehementi. Ventus Orientalis
omnia exurit. ET CONGREGABO QVASI ARENAM
CAPTIVITATEM, innumeros captiuos ducet.
DE REGIBVS TRIVMPHABIT. Hebr. *in Regibus ſub-* 10
ſannabit. i. eos contemnet. TYRANNI RIDICVLI EIVS
ERVNT. Hebr. *Principes riſus ei*. COMPORTABIT AG-
GEREM. Hebr. *congregabit puluerem*. i. terram, ad facien-
dum aggerem.
TVNC MVTABITVR SPIRITVS. i. intumeſcet ex vi- 11
ctoria. ET PERTRANSIBIT fines modeſtiæ. ET COR-
RVET. Hebr. *delinquet*. In quo? HÆC EST FORTITV-
DO EIVS DEI SVI. Hebr. *hæc fortitudo eius deo ſuo*: aut
ſic, *hanc fortitudinem ſuam deo ſuo*. ſ. tribuens, non
Deo vero, cuius nutu hæc facta ſunt.
A PRINCIPIO, ſeu *ab initio*, ab æterno tu es Deus 12
meus. Vertit ſermonem ad Deum, quo auctore facta ea
erant. ET NON MORIEMVR. ſ. te protegente, ſi vo-
lueris. DOMINE IN IVDICIVM POSVISTI EVM, Na-
buchodonoſorem, vt Iudæos punires. ET FORTEM.
Hebr. *petram*. Sed *petra* pro *fortis*. Dediſti illi vires, vt
nos puniret.
MVNDI SVNT OCVLI TVI. i. nihil vident, vt mundi 13
dentes, qui non comedunt; non videris videre mala
quæ fiunt. QVARE RESPICIS SVPER INIQVA AGEN-
TES. Hebr. *quare reſpicis prævaricatores*. i. illis faues.
Louan. *quare non reſpicis*. Sed vt verſio Louan. con-
ſtet, negatio præcedens, quod ſæpè fit, geminetur.
Quare non reſpicis. i. non cohibes illos. ET TACES, aut
obſurdeſcis. חרש *Haras* & *tacere* & *obſurdeſcere* ſigni-
ficat 1. Reg. 10. verſ. 27. ad illud, *Diſſimulabat ſe audi-*
re, vbi id verbum eſt. Itaque conqueritur videri Deum
neque videre, neque audire mala. Quod Timon apud
Lucianum in Timone expoſtulabat, Iouem cæcutire, &
cum ſenio ſurdum factum, non videre, neque audire
quæ in terris agantur.
ET FACIES HOMINES QVASI PISCES MARIS. i. im- 14
punè, vt eos capiant & vexent permittes, quaſi non ha-
beant Principem, qui eos homines protegat. Ergo ho-
mines ſunt vt piſces.
TRAXIT ILLVD IN SAGENA SVA reptile, piſces. ſeu 15
congregauit, aut *collegit*, vt Chald. SVPER HOC. hoc
eſt, ob factam prædam lætabitur. ſ. Nabuchodonoſor,
quem piſcatori ſimilem facit.
IMMOLABIT SAGENÆ SVÆ, ſuis viribus & indu- 16
ſtriæ tribuet capturam, non Deo. QVIA IN IPSIS.
i. per hamum, ſagenam, & rete. INCRASSATA EST
PARS EIVS. i. hereditas, ſubſtantia eſt ditata. ET CI-
BVS EIVS ELECTVS. Sic Sept. Hebr. *pinguis*. i. ea arte fit
vt lautè viuat, inſtruat conuiuia ſplendida.
17 PROPTER HOC ERGO EXPANDIT SAGENAM SVAM.
Hebr. *num propter hoc*? Sed *num* redundat. Aut ſic, *num*
hæc eſt illi cauſa, vt ditetur expandendi ſagenam? ſ. vt di-
tetur & lautè viuat. *Expandit ſagenam ſuam*. Pagn. *eua-*
cuabit. ſ. vt domum impleat, & repetat piſcationem. Ve-
rùm ריק *rarak* non ſolùm *euacuare* ſignificat, ſed *effun-*
dere, proijcere, euaginare. Sept. *propterea iaciet rete ſuum*.
ET SEMPER INTERFICERE GENTES NON PARCET. i. non
deſinet. His verbis metaphoram piſcium explicat, per
quos homines intelligit, quos Babylonij capere & oc-
cidere numquam ceſſabant.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

HABACVC prophetauit tempore Nahum, de
captiuitate Babylonica.
1 ONVS. ſ. multarum nationum. ideò non
nominat aliquam, vt ſolent Prophetæ.
2 VSQVEQVO. Loquitur de perſona populi, ſecundùm
quoſdam, ſecundùm alios in propria. VIM. ſ. Chal-
dæorum, vel iniquorum.
3 INIQVITATEM. i. iniuſtitias malorum, ſeu oppreſ-
ſiones. LABOREM. i. afflictionem. LXX. *dolores*. CON-
TRA. pro, coram. ET FACTVM EST, &c. q. d. in iudi-
ciis vincunt, qui iuſtitiæ contradicunt. POTENTIOR.
Chald. *præualens*.
4 HOC. i. iniquitatem tantam, vel quod ſtatim ſequi-
tur. LACERATA EST. q. d. opprimitur, ſeu contemni-
tur, & conculcatur. FINEM. ſ. ſuum, quem intendit, vt
iuſtè agatur. Chald. *in æternum*. q. d. numquam rectè
iudicatur, ſeu fit iuſtitia. EGREDITVR. i. egredi ſolet.
ſ. à iudicibus.
5 ASPICITE, &c. LXX. *videte contemptores, & reſpicite,*
& videte mirabilia, & diſperdimini, quia opus ego ope-
ror in diebus veſtris, quod non credetis ſiquis enarraue-
rit. atque ita citatur à Paulo Act. 13. IN GENTIBVS.
quaſi dicat, in mundo. vel, ô Gentes. ſ. Iudæi. vel pro,
Gentes. ſ. Chaldæos. vel iunge cum *opus factum*. FA-
CTVM EST. pro, fiet.
6 AMARAM. i. nocentem, ſeu ſæuam.
7 EX SEMETIPSA, &c. q. d. pro ſuo arbitratu condem-
nabit, & puniet.
8 LEVIORES. i. velociores. VESPERTINIS i. qui ve-
ſperi gregi inſidiantur. Dicuntur veſperi magis ſæuire,
ob rabiem famis diurnæ. Vide Ierem. 5. Soph. 3.
LXX. *Arabiæ*. DIFFVNDENTVR. ſ. multitudine. Chald.
multiplicabuntur. DE LONGE. q. d. vndique congre-
gabuntur. Vide Ierem. 1.
9 VENTVS VRENS. q. d. præſentia ſua omnia vaſta-
bunt. CAPTIVITATEM. i. captiuos.
10 TRIVMPHABIT. Chald. *ſubſannabit*. TYRANNI.
i. principes. RIDICVLI. pro, deriſui, ſeu contemptui.
LXX. *ludibria*. RIDEBIT. q. d. contẽnet. ſ. Rex, vel exer-
citus. ad vtrumque enim referri poſſunt quæ ſequũtur.
11 SPIRITVS. i. flatus, vt ſolet ventus. PERTRANSIBIT.
ſ. deſinet dominari, à Perſis victus Chaldæus. Chald.
transferetur eius Regnum. HÆC EST, &c. Ironicè.
q. d. Deus ſuus illũ defendere non poterit. EIVS abun-
dat. DEI SVI. LXX. *Dei mei*. q. d. Dei punitione id fiet.
12 A PRINCIPIO. i. ex quo elegiſti nos in tuum popu-
lum. Loquitur enim in perſona populi. DEVS MEVS.
ſ. es. SANCTE. ſ. cuius ſanctitatem agnoſcimus, vel
quem ſanctè colimus, & qui nos ſanctificas. MORIE-
MVR. ſ. te protegente. IN IVDICIVM. i. noſtri punitio-
nem. EVM. ſ. Chaldæum, vel Regem, vel exercitum.
13 VIDEAS. i. approbes. RESPICIS. i. fers.
14 FACIES. i. permittes agere.
15 TOTVM. q. d. omnes ferè nationes capit Chaldæus,
vt piſcator piſcium copiam magnam hamo & reti.
16 IMMOLABIT, &c. q. d. tribuet ſuis viribus, quod
tam multos vincit, ac ſi ſua virtute non Dei faciat.
PARS. i. portio edenda. ELECTVS. i. pretioſus, ſeu opti-
mus. ſ. acquiritur.

CAPVT II.

Propheta à Domino reſponſum expectanti præcipitur, vt ſcribat viſionem, ac longanimiter ipſius euentum expectet: deſtructio Babylonis propter multa ipſorum ſcelera deſcribitur, & quod idola eis non profuerunt.

SVper cuſtodiam meam ſtabo, & ſigam gra- 1
dum ſuper munitionem: & contemplabor, A
vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpon-
deam ad arguentem me. * Et reſpondit mihi 2
Dominus, & dixit: Scribe viſum, & explana
eum ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum.
* Quia adhuc viſus procul, & apparebit in fi- 3
nem, & non mentietur. ſi moram fecerit, expe-
cta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.
* Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima 4
eius in ſemetipſo: [n] iuſtus autem in fide ſua vi-
[n] Ioan. 3. d.36 Rom. 1. b.17 Gal 3.b.11 Heb.10. d.38 uet. * Et quomodo vinum potantem decipit: ſic 5
erit vir ſuperbus, & non decorabitur: qui dilata- B
uit quaſi infernus animam ſuam: & ipſe quaſi
mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe
omnes gentes, & coacervabit ad ſe omnes po-
pulos. * Numquid non omnes iſti ſuper eum 6
parabolam ſument, & loquelam ænigmatum
eius: & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non ſua?
vſquequò & aggrauat contra ſe denſum lutum?
* Numquid non repentè conſurgent qui mor- 7
deant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in
rapinam eis? * Quia tu ſpoliaſti gentes multas, 8
ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de po-
pulis, propter ſanguinem hominis, & iniquita-
tem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in
ea. * Væ qui congregat auaritiam malam domui 9
ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe pu-
tat de manu mali. * Cogitaſti confuſionem do- 10
mui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit C
anima tua. * Quia lapis de pariete clamabit: & 11
lignum, quod inter iuncturas ædificiorum eſt,
[n] Ezech.24 b.9 Nah.3.a.1 reſpondebit. * [n] Væ qui ædificat ciuitatem in ſan- 12
guinibus, & præparat vrbē in iniquitate. * Num- 13
quid non hæc ſunt à Domino exercituum? La-
borabunt enim populi in multo igne, & gentes
in vacuum, & deficient. * Quia replebitur terra, 14
vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ
operientes mare. * Væ qui potum dat amico ſuo 15
mittens fel ſuum, & inebrians vt aſpiciat nudi-
tatem eius. * Repletus es ignominia pro gloria: 16
bibe tu quoque, & conſopire: circumdabit te
calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ D
ſuper gloriam tuam. * Quia iniquitas Libani 17
operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos
de ſanguinibus hominum, & iniquitate terræ, &
ciuitatis, & omnium habitantium in ea. * Quid 18
prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus,
conflatile, & imaginem falſam? quia ſperauit in
figmento fictor eius, vt faceret ſimulachra mu-
ta. * Væ qui dicit ligno: Expergiſcere; Surge, lapi- 19
di tacenti: nūquid ipſe docere poterit? Ecce iſte
coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus
[n] Pſal.10. b.4 non eſt in viſceribus eius. * [n] Dominus autem in 20
tēplo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SVPER CVSTODIAM MEAM STABO. pro, in cuſtodia mea ſtabo. Fingit ſe intra vrbem obſeſſam eſſe (aut verè ita erat) diſtributa ſingulis loca, quæ cuſtodirent. ET FIGAM GRADVM. conſiſtam in munitione & arce, non deſeram locum. VT VIDEAM QVID DICATVR MIHI. ſ. à Deo, & quid illi reſpondebo, ſi me increpauerit: ſic Hieronymus. Aut ſic, Vt videam quid mihi præcipiatur à Duce, & ſi me negligentiæ increpauerit, quid illi reſpondere potero. Vide, Deum iſs apparere, qui muneri iniuncto vacant.

2 ET RESPONDIT MIHI DOMINVS. i. locutus eſt mihi. *Reſpondere* ſæpe idem eſt quod *loqui*, ſeu *incipere loqui*. Exempla frequentia ſunt. VISVM, ſeu viſionem. ET EXPLANA EVM. id eſt, litteris claris perſpicuis ſcribe. Quam viſionem? quam modò dicam. SVPER TABVLAS. Sept. *in buxo ſcribe*.

3 QVIA ADHVC VISVS. Hebr. Sept. & Gotth. *viſio*. PROCVL. Hebr. *in tempus ſtatutum*. i. ſuo tempore erit. ET APPAREBIT IN FINEM. Hebr. *efflabit*, ſeu loquetur tandem; implebitur, & non fallet. certa erit. NON TARDABIT. id eſt, non differetur, ſuo & definito tempore eueniet.

4 ECCE QVI INCREDVLVS EST. Conſtructio inuerſa. Ecce cuius anima non eſt recta, incredulus eſt. Hebr. *ſuperbit*, contemnit quæ dicuntur, non credit. IVSTVS AVTEM IN FIDE SVA VIVET, quia credet, & ſe contra mala ventura muniet. Hæc verba citantur ad Rom. 1. ad Galat. 3. ad Hebr. 10. v. 38. de fide diuina, quæ initium eſt iuſtitiæ, non complementum, vt hæretici volunt. Sanè vt Iudæis ad vitanda mala, de quibus Propheta loquitur, non eſſet ſatis credere, niſi diligentiam adhiberent: ſic neque ad ſalutem fides eſt ſatis, niſi opera accedant.

5 ET QVOMODO VINVM. Hebr. *etiam cùm vinum prævaricatur*. i. nimium, vltraque modum bibitur. SIC ERIT VIR SVPERBVS. Hebr. *vir ſuperbus*, ſ. fit. ET NON DECORABITVR. Hebr. *non habitabit*. id eſt non permanebit in Regno; transferetur ad Medos. quaſi dicat, ſicut increduli verbis meis, peribunt, eadem ratione Nabuchodonoſor, quia multo vino proſperitatis dementatus, & ipſe non credit. QVI DILATAVIT QVASI INFERNVS, ſeu *ſepulchrum*. Omnes deuorat, neque mors vmquam ſatiatur, ſic nec Nabuchodonoſor; Regna Regnis accumulat ſine fine.

6 PARABOLAM SVMENT. Mutatis rebus carmen lugubre, næniam canent. ET LOQVELAM ÆNIGMATVM. Hebr. *interpretationem ænigmatum eius*. Næniæ plenæ ſunt metaphoris obſcuris, quas *ænigmata* vocat. EIVS. i. de eo. ET AGGRAVAT CONTRA SE, ſeu *ſuper ſe*. DENSVM LVTVM? ſic diuitias vocat, quia grauant. Tum Hebr. *diuites, graues* vocantur ob multa impedimenta, quæ ſecum deferunt.

7 REPENTE CONSVRGENT QVI MORDEANT TE. Per *mordentes*, & *lacerantes* R. Kimhi vermes ſepulchri intelligit, qui repentè inſurgent, quia repentè morietur. Alij Medos & Perſas intelligunt, qui eas opes diripient Chaldæorum.

8 OMNES QVI RELIQVI FVERINT, quos ſ. ſpoliare non potuiſti. PROPTER SANGVINEM HOMINIS. i. hominum, quem multum effudiſti. Iunge hoc cum *ſpoliabunt te*, quod iam præceſſit. ET INIQVITATEM TERRÆ. Hebr. *rapinam, quæ terram*. i. regionem omnem diripuiſti. CIVITATIS. pro, & ciuitatis. ſ. Ieruſalem, quam prædatus es. Hæc erit vindicta malorum quæ feciſti.

9 VÆ QVI CONGREGAT. Hebr. *væ concupiſcenti auaritiam*. AVARITIAM MALAM. i. diuitias iniquas. DOMVI SVÆ. ſ. vt illam ædificet, & ditet. VT SIT IN EXCELSO NIDVS EIVS. i. ædificet arcem ſublimem, qua putauit ſe liberum fore à malo & rebellione omni.

10 COGITASTI CONFVSIONEM. Tota ea cautio cedet in ignominiam domus tuæ, ex Dei vindicta. CONCIDISTI. pro, quia concidiſti populos multos. ET PECCAVIT. pro, & in eo peccauit anima tua, ideò punieris.

11 QVIA LAPIS DE PARIETE. Lapis dicet, Ego ex rapina ſum. Aut, Lapides & ligna domorum, quas euertiſti, tuam crudelitatem clamabunt. ET LIGNVM, QVOD INTER IVNCTVRAS ÆDIFICIORVM EST. Lignis ex inter-

uallo poſitis fulciebant parietes. Hebr. *& lignum ex arbore*, aut *ligno reſpondebit ei* ſ. lapidi. Quid reſpondebit? Ego etiam ſum ex rapina. Ea erit ignominia, omnes fatebuntur, iniuſtè parta eſſe quæ poſſides. Tzetzes de Varia hiſtoria, de re manifeſta ait dici, *Saxa loquentur*. Symmach. *& iunctura ædificij*, quod ſequi Hieron. videtur; nempe pro כפיס *Caphis*. i. *ligno* כפים *Chaphaim* legerunt. i. *volas*, ſeu *iuncturas*. Sept. *ſcarabeus de ligno*. Sed *ſcarabeus*, pro *tinea*, vt Theophyl. ait. Significatio vocis *Caphis* non eſt ſatis nota.

In sangvinibvs. i. ex partis effuſo aliorum ſanguine. Præparat. i. exornat vrbem ijs quæ per iniquitatem ſunt parta. Væ illi. 12

Laborabvnt enim popvli in mvlto igne. id eſt, cognoſcent, ea ſuo labore effeciſſe, quæ ignis conſumſit. Et gentes in vacvvm, et deficient. Hebr. *& populi in vacuum multum ſunt laſſati*. i. in rem nihili, quæ cito peribit. 13

Qvia. i. id fatebuntur, & cognoſcent. quia Replebitvr terra, ſ. Dei gloria. Ex ea vindicta omnes cognoſcent Dei gloriam, quæ erit ea multitudine, vt aquæ maris. 14

Væ qvi potvm dat amico svo. Hactenus de ijs, quæ per vim Nabuchodonoſor egit, & quæſiuit: nunc de fraudibus, quas ſpecie amicitiæ nexuit; quaſi qui dat potum, vt ſocium inebriet. Mittens fel svvm. Locus difficilis. Variant Interpretes. Hieronymus multas affert verſiones, quas hic prætereo. Tota difficultas eſt in voce חמת *hamath*, quæ *vtrem* ſignificat, Oſee 7. v. 5. tum *venenum*, Pſal. 57. verſ. 5. Si *vtrem* hîc ſignificet, quod Hebræi putant, erit ſenſus: Adiungens vtrem tuum, vt ſ. ſocius ſæpè bibat, & citiùs cadat. Ea eſt fraus de qua agit. Si *venenum* erit ſenſus: Adiungens venenum tuum, ſeu mittens. Sed *venenum* pro pigmento ſumo, quod vino miſcent, vt maiorem vim inebriandi habeat, vt thus, vt myrrham, vnde *murrinum*, ſeu *murratum vinum* apud Feſtum; & *myrrhinum* in Fulgentij Mythologijs. Tum *vinum myrrhatum* Marc. 15. v. 23. quod Chriſto obtulerunt, vt ſ. minùs cruciatus ſentiret. Eò Hieronymus reſpexit, cùm dixit, *mittens fel*, niſi quòd *ſuum* dixit, pro *tuum*, vt eſt in Hebræo, *hamathecha*, ſed ad ſententiam reſpiciens. Memento *venenum* non ſemper pro letali ſumi, vt & *pharmacum* Græcè; quod *venenum* etiam ſignificat. ff. De verb: ſignific. L. Qui venenum. 236. Vt aspiciat nvditatem eivs. Hebr. *eorum*, pro, *eius* ſocij, de quo loquitur. Porrò ebrij nudare ſe ſolent. 15

Repletvs es. Satiatus es ignominia loco gloriæ tuæ. 16
Quod alijs feciſti, patieris; tu quoque eris ebrius. Et consopire, ebrietatem ſomnus ſequitur. Hebr. *& nudare*. Et vomitvs ignominiæ. i. ignominioſus. Poſt crapulam vomitus. Svper gloriam tvam; hoc eſt, pro gloria tua; aut poſt gloriam tuam.

Iniqvitas Libani. Hebr. *rapina Libani*. i. terræ Iſrael, operiet te; eius direptionis pœnas lues. Et vastitas animalivm; ſeu *vaſtitas iumentorum*. Deterrebit eos. Hebr. *conteret ea*. Vt iumenta cùm arbores vaſtarunt, ab hero verberantur, ſic Chaldæi à Deo, quos iumenta vocat. De sangvinibvs hominvm, hoc eſt, ob effuſum hominum ſanguinem. Et iniqvitate. Hebr. *præda, rapina, quam iumenta fecerunt, conterentur*. ſ. iumenta peribunt. Terræ, et civitatis. *Et* non eſt Hebr. ſed benè ſuppletur, vt v. 8. ſuppleuimus, vbi ſunt eadem verba. Hieronymus prætermiſit ibi. 17

Qvia scvlpsit. *Quia*, pro, *quod*, vt Chal. *quid prodeſt ſculptile*; quare ſculpſit illud fictor? Et imaginem falsam. Hebr. *Doctorem*, ſeu *docentẽ mendacium*, reddentem ſ. reſponſa falſa. ſ. imaginem & idolum mendax quare ſculpſit? Chald. *conflatile*, & *numen falſum* dixit. Qvia speravit. Quid ſperauit, aut quare ſperauit? Vt faceret simvlachra mvta, ſeu *idola muta*. ſ. fictor quid ſperauit ab idolo? 18

Væ qvi dicit ligno: Expergiscere. i. orat vt audiat. Svrge, lapidi tacenti. i. orat, vt ferat opem. 19

Nvmqvid ipse docere poterit? nihil, neque audire, neque reſpondere. Omnis spiritvs non est. id eſt, nulla pars ſpiritus aut vitæ intra illum eſt.

20 In templo, in cælo, aut templo Ieroſolymitano eſt Deus. Sileat a facie eivs omnis terra. Hebr. *ſile à facie eius*. i. coram eo. Silentium coram maioribus eſt reuerentiæ ſignum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Cvstodiam. i. rem meæ cuſtodiæ commiſſam. ſ. vt ſolet qui eſt in ſpecula. Et figam, &c. repetitio. Dicatvr. ſ. à Deo ſuper iis quæ ei ſuprà propoſui. Argventem. i. diſputantem de Dei prouidentia mecum, & coarguentem, me ſ. prædicantem Dei prouidentiam & iuſtitiam. Chald. *& quid reſpondebitur ad deprecationem meam*.

2 Visvm. i. viſionem. ſ. quod tibi reuelo nunc. Explana. q. d. ſcribe perſpicuè, vt facilè legi poſſit. Tabvlas. Lxx. *buxum*. i. buxeas tabulas. Percvrrat. ſ. cum facilitate.

3 Visvs. i. quod mihi viſione reuelatur. Procvl. q. d. poſt multum tempus implendum eſt. In finem. i. tandem, ſeu poſtrema mundi ætate. Mentietvr. i. fallet. ſ. Deus, qui prædicit; vel *viſus*. i. viſio. Fecerit. ſ. Chriſtus. Veniens veniet. i. omnino veniet, ſeu ille qui venturus expectatur veniet: ſolet enim Chriſtus dici, *qui venturus eſt*, ὁ ἐρχόμενος. Non tardabit. ſ. poſt tempus præſcriptum. ſ. & ſaluabit iuſtos, puniet iniuſtos, vt ſit reſponſum quæſtioni, Quare non reſpicis, &c. Citat Paulus Hebr. 10. iuxta Lxx. niſi quòd addit, *adhuc modicum aliquantulum*, pro eo quod Lxx. *adhuc in tempus viſio*; & noſter Interpres, *adhuc viſus procul*, quæ videntur alium ſenſum efficere. Sed quod hominibus eſt procul, Deo eſt propè; & quidem totum ſæculi tempus modicum præ æternitate.

4 Ecce, &c. Lxx. *ſi ſubtraxerit ſe*. ſ. per incredulitatẽ, quam Paulus *ſubtractionem* vocat, Hebr. 10. opponitq; *fidei*, dicens: *Non ſumus ſubtractionis filij, ſed fidei*. Non erit recta, &c. Lxx. *non complacebit anima mea in eo*. ſ. non placet Deo qui non eſt rectus; nec rectus eſt, qui non credit. Sva. Lxx. *mea*. ſ. & Dei eſt, quia dat; & iuſti, quia accipit. Vivet. ſ. per fidem iuſtificatur peccator, & iuſtus fit, fideque viuit. ſ. charitate formata. Eſt autem ſermo de fide in Chriſtum, vt patet.

5 Svperbvs. ſ. ſua inebriatus ſuperbia. Non decorabitvr. i. dedecore notabitur, ſeu ignominia. q. d. contemnetur ab omnibus. Quidam hæc de Nabuchodonoſor intelligunt, à Deo ob ſuperbiam punito. Infernvs. i. ſepulchrum. ſ. mors, quæ numquam ſatiatur, vel infernus damnatorum. Congregabit. ſ. ſibi ſubijciens.

6 Isti. ſ. ab eo expugnati. Svper evm. ſ. cùm erit à Deo punitus. Parabolam. i. canticum parabolicum. Ænigmatvm. i. obſcuram. ſ. per metaphoras. Eivs. i. de eo. Et abundat, more Scripturæ. ſic 1. Reg. 3. *videre lucernam*. Hebr. *videre & lucernam*. Aggravat. i. accumulat. Contra se. i. in ſuam perniciem. Lvtvm. ſ. terrenas diuitias, quæ viles & conculcandæ eſſent: densvm verò dicit, quòd fortiter hæreant, vel quod labore parentur.

7 Mordeant. ſ. Medi, & Perſæ. Svscitabvntvr. i. excitabuntur, ſeu conſurgent in te.

8 Reliqvi. ſ. à te non ſpoliati. Sangvinem. ſ. cædem. quaſi dicat, ob tua homicidia. Terræ. ſ. factam à te. Chald. *terra Iſrael*. Civitatis. Chald. *vrbis Ieruſalem*.

9 Avaritiam malam. i. opes iniquas. Chald. *diuitias impietatis*. Nidvs. i. habitaculum.

10 Confvsionem. i. rem ignominioſam. Concidisti. Chald. *deprædatus es*. Lxx. *conſumpſiſti*.

11 Clamabit. ſ. contra te. Inter ivnctvras. ſcilicet, quò parietes connectentur. Respondebit. ſ. ſimiliter contra te.

12 In sangvinibvs. i. pecunia parta cædibus & oppreſſionibus. Præparat. i. ſtabilit.

Hæc.ſ. quæ ſtatim dicam. A Domino.ſ. mihi di- 13
cta, vel impiis infligenda. Popvli.ſ. Chaldæi, ſeu om-
nes impij. Igne ſ. calamitatis extinguẽdo, ſed fruſtrà.
Terra.ſ. Chaldæorum. Iunge cum *quaſi aquæ.* 14
Gloriam. ſ. potentiæ & iuſtitiæ punientis iniquos.
Qvasi aqvæ, &c. pro, vt cùm aquæ terram operiunt.
ſ. ſic implebitur Chaldæa hoſtibus. Quidam tamen ad
abundantiam referunt gratiarum tempore Euangelij,
de quo Iſa. 11. Ierem. 31.
Mittens.ſ. in poculum. Fel.i. iram, vel venenum. 15
Nuditatem. q.d. vt ſpoliet: velut ſi quis amicum ine-
briaret, vt deinde ſpoliaret. ſ. ſpoliabat Nabuchodono-
ſor etiam ſibi fœdere iunctos.
Repletvs es. pro, repleberis. Pro gloria. Chald. 16
pluſquam gloria. Bibe. pro, bibes. ſ de calice iræ Dei.
Consopire. pro, conſopieris, more ebriorum. q.d. pu-
nieris vehementer. Calix.ſ. calamitas. Gloriam.
.i. glorioſas veſtes. ſ cadet. perſtat in ebrij metaphora.
q.d. redigeris in ſtatum ignominioſum.
Iniqvitas. i. pœna iniquitatis. Libani. i. qua in 17
Libanum. i. templum vſus es. Chald. *ſanctuarij.* ſic di-
citur Templum, etiam Ezech. 17. Zach. 11. fortè quòd
eſſet è cedris Libani, vel quòd altum inſtar Libani.
Animalivm. i. hominum. ſ. illic occiſorum ab eis. vel
ipſi dicuntur *animalia.* i. feræ quæ vaſtarunt Ieruſalem.
Deterribit. i. in terrorem inducet. ſ. erit cauſa expu-
gnationis Babyloniæ. De sangvinibvs. i. ob cædes.
Et civitatis, &c. Vide ſuprà.
Falsam. i. falſi dei. Vt faceret. pro, faciens, vel 18
ideoque faceret.
Expergiscere. q.d. adiuua me. ſic Deo dicitur, *Ex-* 19
ſurge quare obdormis Domine. Docere. ſ. ſe inuocan-
tem. Omnis spiritis non. i. nullus.
Templo. ſ. cælo. Sileat. ſ. præ reuerentia. Lxx. *re-* 20
uereatur. A facie. i. in conſpectu.

ORATIO HABACVC PROPHETÆ PRO IGNORANTIIS. 1

CAPVT III.

Domine audiui auditionem tuam, & ti- 2
mui. A
Domine opus tuum, in medio annorum viui-
fica illud.
In medio annorum notum facies: cùm iratus
fueris, miſericordiæ recordaberis.
* Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte 3
Pharan:
Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena
eſt terra.
* Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus 4
eius:
Ibi abſcondita eſt fortitudo eius: * ante faciem 5
eius ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius.
* Stetit, & menſus eſt terram. 6
Aſpexit, & diſſoluit Gentes: & contriti ſunt
montes ſæculi.
Incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æ-
ternitatis eius.
* Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ, tur- 7
babuntur pelles terræ Madian. B
* Numquid in fluminibus iratus es Domine? 8
aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indi-
gnatio tua?
Qui aſcendes ſuper equos tuos: & quadrigæ
tuæ ſaluatio.
* Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenta 9
tribubus quæ locutus es.
10 Fluuios ſcindes terræ: * viderunt te, & dolue-
runt montes: gurges aquarum tranſijt.
Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus
ſuas leuauit.
11 * Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in
C luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore ful-
gurantis haſtæ tuæ.
12 * In fremitu conculcabis terram: in furore
obſtupefacies Gentes.
13 * Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem
cum Chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti
fundamentum eius vſque ad collum.
14 * Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum
eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me.
Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pau-
perem in abſcondito.
15 * Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aqua-
D rum multarum.
16 * Audiui, & conturbatus eſt venter meus: à vo-
ce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter
me ſcateat.
Vt requieſcam in die tribulationis: vt aſcen-
dam ad populum accinctum noſtrum.
17 * Ficus enim non florebit: & non erit germen
in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent
cibum.
Abſcindetur de ouili pecus: & non erit ar-
mentum in præſepibus.
18 * Ego autem in Domino gaudebo: & exulta-
bo in Deo Ieſu meo.
19 * Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pe-
des meos quaſi ceruorum.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor in
pſalmis canentem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Pro ignorantiis. Hebr. *ſuper Sigheionoth.* Cantile-
na vulgaris erat, ad cuius modos hæc Oratio ſeu
Canticum cani debebat. De qua re plura Pſalm 7. v. 1.
ſic Hebræi peritiores ſentiunt. Porrò in hoc Cantico
Propheta orat, vt quæ mirabilia olim fecit, cùm popu-
lum ex Ægypto eripuit, ea contra Babylonios inſtauret.
2 Domine avdivi avditionem tvam. i. famam
eorum quæ olim feciſti mirabilia. Domine opvs
tvvm, quod olim feciſti. In medio annorvm. id
eſt, tempore ſuo. Vivifica illvd. i. inſtaura, repete.
In medio annorvm notvm facies. pro, fac; oſten-
de hoc tempore. Sept. *in medio duorum animalium cog-
noſceris.* Hinc occaſio affingendi Chriſti nati præſepi
duo animalia. Cvm iratvs fveris. Hebr. *in ira miſe-
ricordiæ recordaberis.* pro, recordare; etſi nunc es irrita-
tus in nos, debes meminiſſe eorum quæ olim promiſiſti.
3 Devs ab Avstro veniet. pro, venit. Hebr. *à
Theman venit,* quæ eſt Idumææ vrbs. Sed quoniam vox
ea *Auſtrum* etiam ſignificat, Hieronymus, Sept. Chald.
pro *Theman, Auſtrum* poſuerunt. De monte Pha-
ran. Mons eſt vicinus monti Sinai, quò fingit aliunde
veniſſe Deum ad Legem dandam. Et alludit ad verba
Deuter. 33. v. 2. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus
eſt nobis: apparuit de monte Pharan.* Pro *Seir*, id eſt, Idu-
mæa, Habacuc poſuit *Theman.* Eſt autem Idumæa
Sinai vicina. Hebr. hîc ponitur *Sela*, quæ vox per ſe
legi debet, neque prioribus aut poſterioribus iungi: ſed
notat, vocem, propter myſterium quod ibi continetur,
eleuandam. de qua re copioſiùs Pſal. 3. v. 3. Sequitur:
Operuit cælos, propter mirabilia, quæ in Sina fecit,
tonitrua & fulgura. Ea fuit gloria, ea laus Dei, quæ cæ-
lum & terram repleuit.

4 SPLENDOR EIVS VT LVX. i. vt ignis. Sic cùm Legem daret, dicitur: *Et aſpectus gloriæ Dei ſicut ignis vorans.* ERIT, pro, fuit; futurum pro præterito. CORNVA. Sic Sept. Alij vertunt *ſplendores.* קרן *Keren* & *ſplendorem* & *cornu* ſignificat. de quo Exod. 34. v. 29. Verùm ſiue *ſplendores* dicas, ſiue *cornua*, de ijs loquitur, quæ Moyſis facies habuit; ideò dicit, *in manibus eius* i. Dei, & Hebr. additur *ipſi*, quia Deus ea Moyſi dedit. Hebr. ſic: *cornua (ſeu ſplendores) ex manu eius* (Dei) *ei*. ſ. Moyſi. Aut per *cornua* robur Dei intellige, ad euertendas ſeptem gentes. IBI ABSCONDITA EST FORTITVDO EIVS. inde prodijt; quaſi eſſet antè in Sina repoſita & ignota.

5 ANTE FACIEM EIVS, ante eum. IBIT MORS. Hebr. *peſtis*. ET DIABOLVS. Hebr. *peſtis* iterùm, aut *carbo*. .i. ignis. ANTE PEDES EIVS. i. ante eum, coram eo. Ea peſtis excidium eſt, quo Chananæos deleuit. *Diabolus* pro *peſte*.

6 STETIT. i. diu in deſerto manſit Deus cum populo. ET MENSVS EST TERRAM. Deinde Terram promiſſam inter tribus menſurâ diuiſit. ASPEXIT, ET DISSOLVIT, ſeu *tranſtulit*; aſpexit ad transferendum Gentes ſeptem. ſ. Non temerè, ſed cum conſilio id fecit. MONTES SÆCVLI. i. Reges contriti ſunt. Hebr. *montes æterni*. qui videbantur æternùm manſuri. INCVRVATI SVNT COLLES MVNDI. ſeu *ſæculi*, quia Hebr. eſt *holam*. AB ITINERIBVS. i. expeditionibus, quas ab æterno fore decreuit. Hebr. *itinera ſæculi ei*. ſ. incuruata ſunt. Per *itinera* aut *vias*, leges & mores intelligit antiquos Gentium earum, quas mutauit; per *montes* & *colles* Principes.

7 PRO INIQVITATE. Hebr. *in loco iniquitatis*. ſic hoſtium caſtra vocat. VIDI TENTORIA ÆTHIOPIÆ, Sic Sept. Duplex erat Æthiopia. Ex Aſiatica, quæ erat in Arabia, veniſſe Gentes contra filios Iſrael, veriſimile eſt. Hebr. *tentoria Cuſan*. Erat Meſopotamiæ Rex, qui & Madianitæ primi moleſti extiterunt populo Iſrael, cùm ex Ægypto rediret: Iudic. 3. & 6. PELLES. Tentoria vocantur *pelles*, quoniam ex pellibus. Illi ergo turbati ſunt, timuerunt, qui in tentorijs erant.

8 NVMQVID IN FLVMINIBVS. Siccauit mare & Iordanem. In quo illis iraſci videbatur, ſed aliò ſpectabat iratus. IRATVS ES DOMINE. Hebr. *iratus eſt Dominus*. QVI ASCENDIS SVPER EQVOS TVOS. Per *equos* & *currus* nubes intelligit, quibus vehi Deus videtur, vt confligat cum hoſte, vt prodigia faciat. ET QVADRIGÆ TVÆ SALVATIO. Hebr. (in) *curribus tuis ſalus*. eripis ſ. tuos.

9 SVSCITANS SVSCITABIS. Hebr. *nudando nudabis arcum tuum*. Videris intra thecam illum continuiſſe, nunc autem expedies arma, vt Chananæos euertas. IVRAMENTA. i. propter iuramenta, hæc feciſti vt impleres iuramenta. TRIBVBVS. i. patribus tribuum facta. QVÆ LOCVTVS ES. Hebr. *dictum*, pro, dicta. ſ. iuramenta. Hebr. additur *Sela*, vt verſ. 3. FLVVIOS SCINDES TERRÆ, pro, ſcindes terram fluuijs. i. facies vt aquæ copioſæ quaſi fluuij erumpant è terra. quod factum eſt in deſerto in populi tui. *Scindes*, pro ſcidiſti.

10 VIDERVNT TE, ET DOLVERVNT, ſeu *timuerunt*. MONTES. i. Reges. GVRGES AQVARVM. Hebr. *inundatio aquarum* tranſijt, cùm mare & Iordanem diuiſit, aqua ripis eſt ſuperfuſa. DEDIT ABYSSVS VOCEM SVAM, inſonuit ex colliſione fluctuum. ALTITVDO MANVS SVAS LEVAVIT. i. profundum, mare litora leuauit. Litora *manus* vocantur; *leuauit* autem, cùm aquæ ab vtraque parte quaſi cumuli extabant. Eos cumulos *manus* & litora vocat.

11 SOL ET LVNA. Hebr. non eſt &, ſed ſuppletur. Ergo STETERVNT IN HABITACVLO, non erat opus eo lumine: ſplendor armorum pro luce erat. Hyperbole. Per *ſagittas* & *haſtas* omnia arma intelligit. IBVNT. ſ. filij Iſrael.

12 IN FREMITV. Hebr. *in ira* calcabis terram. ſ. Chanaan, illam ſubiges, pro, ſubegiſti. OBSTVPEFACIES. Hebr. *trituràbis* Gentes.

13 EGRESSVS ES. Tranſit ex hoc ad obſidionem Ieruſalem per Chaldæos, & præterita pro futuris. *Egreſſus es*, pro, egredieris. Precor vt egrediaris, ſicut futura ſuperiùs pro præteritis, nunc præterita pro futuris. Sic ſunt Prophetæ, tempora commutant. IN SALVTEM CVM CHRISTO TVO. Sedecia Rege. Aut fortè repentè à bellis Iudæorum tranſit ad Chriſti aduentum, qui fuit ſalutaris omnibus. PERCVSSISTI CAPVT. i. Regem Babel. DENVDASTI FVNDAMENTVM EIVS. qui diruunt, nudant fundamenta. Ergo *diruiſti fundamentum eius*, domus impiæ. VSQVE AD COLLVM. i. penitùs. Aquæ cùm ad collum pertingunt, ſuffocant hominem: ſic tu domum Nabuchodonoſor penitùs dirues. Hebr. *Sela*, vt v. 3.

14 MALEDIXISTI SCEPTRIS EIVS. ſ. impij Nabuchodonoſoris. Duæ voces Hebr. שבט *ſchet*, & מטה *mateh*, *virgam* ſignificant. Prior pro *ſceptro* ſæpè ponitur; poſteriorem, quæ hîc eſt, pro eo ſumi non inuenio. Ita alij Hebr. ſic vertût, *perfodiſti* (perfodies) *virgis eius*. i. ſuiſmet armis perimes. CAPITI BELLATORVM EIVS. Hebr. *caput militum eius*. i. ipſum Nabuchodonoſorem. VENIENTIBVS VT TVRBO. pro, venientium vt turbo, ſ. cum impetu. AD DISPERGENDVM ME. i. meos, vt agant eos in captiuitatem. Vt ſolet is facere QVI DEVORAT, opprimit PAVPEREM, qui reſiſtere non poteſt; & IN ABSCONDITO, vbi non ſit defenſor, qui ei patrocinetur.

15 VIAM FECISTI. Hebr. *calcaſti in mari* (pro, mare) *equis tuis*. ſ. qui mare equorum pedibus, cùm illud aperuiſti calcaſti, bene poteris Babylonium ſuperare & ſubijcere.

16 VENTER MEVS. i. viſcera tremuerunt viſo hoſtium exercitu. A VOCE CONTREMVERVNT, ſeu *palpitarunt* LABIA. ſ. præ timore vocis. i. fragoris quem edebant, aut famæ quæ ferebatur. INGREDIATVR. Hebr. *ingreſſa eſt putredo* i. contabui. ET SVBTER ME SCATEAT. Hebr. *ſubter me* (pro, intra me) *tremo*. VT REQVIESCAM. Hebr. *quia quieſcam* (.i. putaui me quieturum) *in die anguſtiæ*. Sed quies in anguſtiam verſa eſt. VT ASCENDAM AD POPVLVM ACCINCTVM. Hebr. *vt aſcendam ad populum, quem turmæ circumdant eum*. q. d. timeo ingredi intra vrbem obſeſſam. Huc etiam Vulgatæ verba poſſunt referri. Quomodo in die anguſtiæ quieſcam, quomodo aſcendam ad *populum accinctum*. i. qui eſt in armis?

17 FICVS ENIM NON FLOREBIT, aut *germinabit*. *Ficus* flores non habet. ET NON ERIT GERMEN. Hebr. *fructus in vineis*. יבול *Iebul fructum* ſignificat. OPVS OLIVÆ, cultura, aut fructus. ABSCINDETVR, diripietur. NON ERIT ARMENTVM IN PRÆSEPIBVS. Hebr. *non erit bos in bouilibus*. q. d. etiamſi ab hoſte omnis ager vaſtetur, ego tamen in Deo confidam.

18 IN DEO IESV MEO. Hebr. *in Deo ſalutis meæ*, qui eſt ſalus mea, id IESVS eſt. Ille me eripiet; ponet pedes meos

19 QVASI CERVORVM, vt fugiam, & euadam. ET SVPER EXCELSA MEA. Saltem in arce ſublimi me conſtituet. DEDVCET ME. Hebr. *calcare me faciet excelſa*. VICTOR IN PSALMIS CANENTEM. ſ. Deus victoriâ partâ deducet me quaſi pæana canentem. Hieronymus in Comment. *Victori*. ſic Hebr. *Victori* (præfecto) *in canticis meis*. Pars eſt tituli, quæ præter morem ponitur in fine. Totus titulus erit: *Oratio Habacuc ſuper, Sigheionoth præfecto in Canticis meis*. Erat cantor, cui ipſe ſua Cantica decantanda tradebat. De hac re in Pſalmis plura.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PRO IGNORANTIIS. i. peccatis. ſic etiam peccata vocantur Pſal. 24. eſt enim peccatum, error quidam. Vel pro peccatis per ignorantiam commiſſis. Orat igitur hîc pro populi Iudaici peccatis, ne ſ. Dei promiſſa impediant, præſertim de Chriſto venturo.

2 AVDITIONEM. i. nuntium. ſ. quod ſuprà ei de Chriſto reuelatum. *Auditio*, pro, re audita, more Scripturæ.

q.d. quod me audire feciſti te reuelante. TIMVI. i. obſtupui. LXX. addunt, *Domine conſideraui opera tua, & obſtupui*, ſeu *expaui*. ſ. admiratione tantæ bonitatis & potentiæ. OPVS. ſ. redemptionis humanæ. IN MEDIO ANNORVM. i. intra annos. q.d. tempore à te præſcripto. VIVIFICA. i. effice, ſuſcita. LXX. *in medio duorum animalium cognoſceris*. i. duorum Teſtamentorum, quæ in ſe vitam continent, vel populi Gentilis & Iudaici, vel aſini & bouis in præſepio. IN MEDIO ANNORVM. LXX. *cùm appropinquauerint anni*. NOTVM FACIES. ſ. te vel demonſtrabis quod promiſiſti. LXX. *cognoſceris*. MISERICORDIÆ. ſ. exhibendæ. q.d. exhibebis promiſſam miſericordiam.

AVSTRO. i. Bethlehem quæ ad Auſtrum; vel de Idu- 3
mæa: quod Deut. 33. dicitur de *Seir*. q.d. ille veniet, qui olim ſe oſtendit in Seir & Pharan. vide Deut. 33. PHARAN. LXX. *vmbroſo*. Hic additur Hebr. *Selah*. & in LXX. *διάψαλμα*. Vide Pſalm 3. OPERVIT, &c. q.d. veniet is, cuius gloria cælos implet & ſuperat. LAVDIS. i. operum laude dignorum, ſeu perpetuò celebrandorum.

SPLENDOR. ſ. doctrinæ, & miraculorum. LVX. ſ. ſo- 4
lis. q.d. maximus. CORNVA. i. vires, vel crux, in cuius cornibus confixus, & per quam fortiſſimè vicit. IBI. ſ. in cruce, vbi infirmus videbatur. FORTITVDO. hanc vocauit *cornua*. fortè duo, quia fortis, & Deus & homo.

IBIT. i. diſcedet victa, ſeu fugiet. ſ. mortem morien- 5
do deſtruxit. DIABOLVS. ſ. victus. iuxta illud, *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras*.

STETIT. Præterita pro futuris. q.d. ſtabit more victo- 6
rum, qui ſubactam bello terram diuidunt. ſ. diſtribuet Apoſtolos & prædicatores per orbem. ASPEXIT. ſ. miſericorditer. DISSOLVIT. pro, ſoluit. ſ. à peccatis, vel q.d. liquefecit, ſeu peremit. ſ. interficiens peccata; ſeu veterem hominem, & renouans per gratiam. MONTES SÆCVLI. i. qui in mundo ſimiles montibus antiquis. ſ. Reges & Principes, nam & ij etiam fidei ſe ſubdiderunt, velut veritatis vi proſtrati. INCVRVATI. i. humiliati. COLLES. i. potentes. Vide Iſa. 40. AB ITINERIBVS, &c. i. ob aduentum æterni Dei in mundum.

PRO INIQVITATE. i. ob iniquitatem. TENTO- 7
RIA. ſ. euerſa. ÆTHIOPIÆ. pro, Æthiopum i. peccatorum peccatis deformium. LXX. *Æthiopum*. PELLES. i. tabernacula. è pellibus enim fiebant. LXX. *tabernacula*. MADIAN. Eſt Madian pars Æthiopiæ, vt patet Num. 12. & 2. Par. 14. eſt ergo repetitio.

IN FLVMINIBVS. pro, in flumina. ſ. tantùm. q.d. num- 8
quid ſolùm oſtendes potentiam tuam in ſiccando Iordanem & Mare rubrum, veluti aſcenſa quadriga ad ſeruandum tuos? AVT IN FLVMINIBVS. ſ. Ægypti, conuerſis in ſanguinem olim. Vel alludit ad id quod dicitur Luc. 21. & Apoc. 8. & 16. de mari, & fluuijs. QVI ASCENDES. pro, cùm aſcenderis; vel aſcenderes olim. SALVATIO. ſ. populi tui.

SVSCITANS, &c. pro, omnino parabis. ARCVM. 9
i. potentiam velut arcum. ſ. contra fidei hoſtes. IVRAMENTA. pro, & iuramenta. ſ. *ſuſcitabis*. i. implebis promiſſa, vel q.d. ſecundùm iuramenta. TRIBVBVS. i. genti Iſraeliticæ. LOCVTVS ES. i. feciſti loquendo cum Patribus; vt Abraham, Iſaac, Iacob, Dauid, &c. vide Gen. 22. Mich. vltimo, Pſal. 88. & 131. FLVVIOS. i. populos. SCINDES. ſ. ſiſtendo impetum, vt olim in Iordane feciſti. q.d. reprimes vim hoſtium Eccleſiæ.

10 TE. i. tuam potentiam. MONTES. i. mundi potentes. Quidam ad diem iudicij referunt, iuxta ea quæ dicuntur Luc. 21. & Apoc. 16. GVRGES AQVARVM. i. ſeruos Dei perſequentium impetus, more aquæ inundantis. TRANSIIT. pro, tranſibit. i. ceſſabit, te ſ. reprimente. ABYSSVS. i. copia aquarum. ſ. perſecutorum. VOCEM. i. ſtrepitum, vt ſolent aquæ furibundæ. q.d. vehementer perſequentur impij fideles. ALTITVDO. i. profunditas. ſ. abyſſi. MANVS SVAS. i. aquarum vim, velut manus. ſ. perſecutores vires ſuas contra Dei ſeruos. Quidam hæc referunt ad laudes Dei decantatas, per *abyſſum*. i. homines, & *altitudinem*. i. Angelos, celebrantes ſ. Chriſti victorias.

11 SOL ET LVNA. ſ. tempore Ioſue olim, itemque in die iudicij, cùm ſ. ceſſabit motus cælorum. IBVNT. i. fugient. ſ. hoſtes tui ſagittis fulgẽtibus territi. vide Sap. 5. Apoc. 16. ſeu potiùs in infernum detrudentur tuis percuſſionibus, veluti ſagittarum ictibus, & haſtæ.

12 FREMITV. i. indignatione. TERRAM. i. terrenos homines. OBSTVPEFACIES. ſ. attonitos reddens ſupplicijs. vel alludit ad illud Luc. 21. *Areſcentibus hominibus præ timore*, &c.

13 EGRESSVS ES. præterita pro futuris. CAPVT. ſ. Antichriſtum. DOMO IMPII. i. familia diaboli. vel *impij*, pro impiorum. DENVDASTI, &c. q.d. prorſus domum euertiſti vſque ad fundamenta. VSQVE AD COLLVM. ſ. euertiſti. q.d. vt cùm quis mergitur aquis totus, & obruitur, ſic penitùs deleuiſti. vel vſque ad conculcationem colli, quod ſolent victores facere. Hic iterùm Hebr. additur *Selah*. LXX. *in finem*. i. perpetuò. vide ſuprà.

14 MALEDIXISTI. ſ. deſtruendo. Dei dicere, facere eſt. SCEPTRIS EIVS. i. potentiæ, ſeu regno diaboli, vel peccati. CAPITI. pro, capitibus. i. ducibus. DISPERGENDVM. i. perdendum. ME. Loquitur in perſona populi Dei. EXVLTATIO EORVM. ſ. tanta erat venientium.

15 FECISTI. pro, facies. q.d. incedes tu per medias calamitates, inde tuos eripiens.

16 AVDIVI. ſ. Dei terribile iudicium de malis. VENTER. i. interiora, ſeu viſcera. A VOCE. pro, ad vocem. ſ. tuam mihi reuelantem hæc. vel q.d. ita vt vocem edere non poſſem præ tremore. INGREDIATVR, &c. q.d. mala mihi huius vitæ potiùs eueniant dum viuo, quàm illa ſupplicia patiar parata impijs. VT REQVIESCAM. pro, modò vt requieſcam Hieron. 2. cont. Pelag. TRIBVLATIONIS. ſ. damnatorum; vel iudicij vltimi. ACCINCTVM. ſ. fortitudine. q.d. fortem & victorem. ſ. cum Chriſto regnantem.

17 FICVS ENIM, &c. per hæc ſignificatur magna bonorum ſpiritualium penuria futura tempore Antichriſti. MENTIETVR. i. fallet operantem. ſ. non ſecuto fructu. vel *opus* vocat fructum, qui fallere dicitur, dum non prouenit expectatus. ABSCINDETVR. i. peribit, vel deficiet.

18 IESV. LXX. *Saluatore*. Chald. *redemptore*.

19 QVASI CERVORVM. i. agiles. EXCELSA. ſcilicet, cælos. MEA. ſ. cælum patria iuſtorum. VICTOR. ſ. Chriſtus, vel potiùs *victori*, vt legit Hieron. q.d. Chriſti victoriam carmine ſeu cantu celebrantem, & pro victoria mihi data gratias agentem.

PROPHETIA SOPHONIAE.

CAPVT PRIMVM.

Quo tempore Sophonias prophetauerit: qui primùm peccatoribus vniuerſis, deinde Iudæis comminatur, ob idololatriam & Dei contemptum, diuinam vltionem: Ieruſalem quoque lucernis ſcrutanda dicitur; & quam erit amara dies vltionis Domini.

VERBVM Domini, quod fa- 1
ctum eſt ad Sophoniam fi- A
lium Chuſi, filij Godoliæ,
filij Amariæ, filij Ezeciæ,
in diebus Ioſiæ filij A-
mon regis Iudæ. * Congre- 2
gans congregabo omnia à
facie terræ, dicit Dominus: *congregans homi- 3
nem & pecus, congregans volatilia cæli & pi-
ſces maris: & ruinæ impiorum erunt: & diſper-
dam homines à facie terræ, dicit Dominus. *Et 4
extendam manum meam ſuper Iudam, & ſuper
omnes habitantes Ieruſalem: & diſperdam de
loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum
cum ſacerdotibus; * & eos qui adorant ſuper te- 5
cta militiam cæli, & adorant & iurant in Do- B
mino, & iurant in Melchom. *Et qui auertun- 6
tur de poſt tergum Domini, & qui non quæſie-
runt Dominum, nec inueſtigauerunt eum. * Si- 7
lete à facie Domini Dei: quia iuxtà eſt dies Do-
mini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſan-
ctificauit vocatos ſuos. * Et erit: in die hoſtiæ 8
Domini, viſitabo ſuper principes, & ſuper filios
regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte pere-
grina: * & viſitabo ſuper omnem, qui arrogan- 9
ter ingreditur ſuper limen in die illa: qui com-
plent domum Domini Dei ſui iniquitate & do-
lo. *Et erit in die illa, dicit Dominus, vox cla- 10
moris à porta piſcium, & vlulatus à Secunda, & C
contritio magna à collibus. *Vlulate habitato- 11
res Pilæ: conticuit omnis populus Chanaan,
diſperierunt omnes inuoluti argento. *Et erit in 12
tempore illo: ſcrutabor Ieruſalem in lucernis:
& viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis:
qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet benè
Dominus, & non faciet malè. * Et erit fortitu- 13
do eorum in direptionem, & domus eorum in
a Amos 5. c.11 deſertum: & a ædificabunt domos, & non ha-
bitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent
vinum eorum. *Iuxtà eſt dies Domini magnus, 14
iuxtà eſt & velox nimis: vox diei Domini ama- D
b Ier. 30. a.7 Ioel 2. c.11 Amos 5. c.18 ra, tribulabitur ibi fortis. * b Dies iræ dies illa, 15
dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis
& miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies ne-
bulæ & turbinis, * dies tubæ & clangoris ſuper 16
ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos. *Et 17
tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia
Domino peccauerunt: & effundetur ſanguis
eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut
c Ezech. 7 c.18 ſtercora. * c Sed & argentum eorum, & aurum 18
eorum non poterit liberare eos in die iræ Do-
mini: d in igne zeli eius deuorabitur omnis ter- d Infr. 3. b.8
ra, quia conſummationem cum feſtinatione fa-
ciet cunctis habitantibus terram.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SOPHONIAS, *de Tribu Simeon in agro Sarabath. Sub Ioſia Rege contra Iudam & Ieruſalem prophetat.*

1 IN DIEBVS IOSIÆ. tunc Ieremias prophetauit. REGIS IVDÆ, aut *Iuaa*, vt Sept. & Goth.

2 CONGREGANS CONGREGABO. Chald. *delendo delebo omnia.* Sic Hebr. אָסֹף *Aſaph*, & *congregare* & *delere* ſignificat Et ipſum *congregare* aliquando *delere* eſt, vti alijs locis eſt dictum. OMNIA A FACIE TERRÆ. De terra, ſ. Iuda, delebo omnia.

3 CONGREGANS VOLATILIA. Hebr. *delebo*, conſumam. ET RVINÆ IMPIORVM ERVNT. Hebr. *offendicula impijs.* ſ. erunt, in quæ offendant & pereant.

4 RELIQVIAS BAAL, perdam. i. impium cultum Baal, & idolorum. ET NOMINA ÆDITVORVM. Hebr. vox כְּמָרִים *chemarim* ſignificat *ſacerdotes*, aut *cultores*, aut *miniſtros idolorum*, ſic dictos, quòd nigris veſtibus vterentur. CVM SACERDOTIBVS. ſ. idolorum diſperdam. *Camar* eſt *denigrare.*

5 SVPER TECTA Erant plana tecta, & in ea aſcendebant, vt meliùs ſtellas viderent, quas *militiam cæli* vocat. ET IVRANT IN DOMINO. Aliquando per Dominum iurant, aliquando per Melchom, cum Dei cultu iungunt idola. MELCHOM. Saturnus, deus Moabitarum.

6 ET QVI AVERTVNTVR DE POST TERGVM DOMINI. i. Deo terga verterunt, eum reliquerunt. Hebr. *& qui retrocedunt de poſt Dominum:* i. illum non ſequuntur. NEC INVESTIGAVERVNT EVM. Chald. *neque precibus poſtularunt a conſpectu eius.* דרשׁ *Daras* & *quærere* ſignificat, & *interrogare.* Ita verti poteſt; *neque rogauerunt eum*, ab eo reſponſa non poſtularunt.

7 SILETE. Hebr. *ſile.* Silentium ex timore. Sile ergo. .i. metue. Sept. *timete.* A FACIE DOMINI DEI. hoc eſt coram eo. QVIA PRÆPARAVIT DOMINVS HOSTIAM. Sic vocat ſtragem futuram Iudæorum. SANCTIFICAVIT VOCATOS SVOS. Sic Chaldæos vocat, qui hoſtiam mactare debebant, quos ſanctificauit quaſi ſacerdotes, aut parauit. Id *ſanctificare* ſignificat.

8 VISITABO SVPER PRINCIPES, occidam eos. ET SVPER FILIOS REGIS. ſ. Sedeciæ, qui occiſi ſunt in Reblatha: 4. Reg. 25. verſ. 7. QVI INDVTI SVNT VESTE PEREGRINA. i. non ſolùm perimam ciues & incolas, ſed & aduenas, quibus victor ſolet parcere. Magnam lanienam.

9 QVI ARROGANTER INGREDITVR SVPER LIMEN. .i. in templum cum pompa intrat. ſ. diuites viſitabo. Hebr. *qui tranſilit ſuper limen.* i. Philiſthæos, cui nefas erat, limen templi ſui calcare, ſed tranſiliebant illud: 1 Reg. 5. verſ. 5. Itaque poſtquam in genere de aduenis dixit, loquitur ſigillatim de Philiſthæis quorum maior erat numerus, ea clade perituros. QVI COMPLENT DOMVM DOMINI DEI SVI. i. ex rapina offerunt ſacrificia Deo ſuo. Hebr. *complent domum dominorum ſuorum.* Vulg. Regia, *implent domum Domini ſui.* i. iſti, & Principes rapto viuunt. INIQVITATE ET DOLO. Hebr. *rapina.*

10 VOX CLAMORIS A PORTA PISCIVM. Ea parte ir-

rumpet

rumpet hoſtis. Erat porta ſic dicta verſus mare, qua piſces inferebantur. A SECVNDA. Porta ſic dicta, quoniam in ſecundo muro erat, è regione alterius. ſic Hieronymus. Chald. hanc alibi portam, *doctrinæ portam*. ſ. vbi ſchola publica erat: 4. Reg. 22. v. 14. De qua re plura eo loco diximus, quæ hîc prætermittimus. Sanè מִשְׁנֶה *muſneh* inter alia *ſecundam*, & *ſcholam* ſignificat. ET CONTRITIO. i. clamor erit. A COLLIBVS, in quibus Ieruſalem erat poſita.

VLVLATE HABITATORES PILÆ. *Pila*, priori longa, eſt mortarium, fouea. Sic vocat eos, qui habitabant in valle Siloë. q. d. non ſolùm qui in collibus erant, ſed qui in vallibus vrbis, vlulate. Vrbis Ieruſalem duo montes ſunt: mons Sion ad Occaſum, vbi Dauidis arx; ad Ortum mons Moria, vbi templum. Inter hos montes vallis, quæ ad fontes Siloë & Gehon, ad Meridiem deſinebat. Vltra montem Moria extra vrbem vallis Ioſaphat, & torrens Cedron ad Ortum, & mons Oliueti. Tum ad Auſtrum vallis Hinnon, alio nomine Gehenna. Guilielmus Tyrius lib. 8. de Bello ſacro, cap. 2. Pro, *habitatores Pilæ* habet, Chald. *qui habitatis in torrente Cedron*. CONTICVIT. Hebr. *exciſus eſt*. OMNIS POPVLVS CHANAAN. i. mercatores. In parte vrbis inferiori erant tabernæ & mercatus. Porrò *mercatores*, *Chananæi* vocabantur, & locus *Chanaan*; vt Toleti, *Alcana*, vbi ſunt dardanarij. INVOLVTI ARGENTO. Hebr. *ferentes argentum*. Hi etiam ſunt mercatores, penes quos eſt pecunia, quæ argenti nomine vocatur. 11

DEFIXOS IN FÆCIBVS SVIS. Hebr. *ſtantes*. i. quieſcentes in ſuis fæcibus. i. opibus. Metaphora à vino, quod in fæcibus ſuis ſtans conſeruatur. QVI DICVNT. Dei prouidentiam negant, neque Prophetis credunt. IN CORDIBVS SVIS, non auſi lingua proferre; vel, *in cordibus*. i. ex corde dicunt, Non faciet Dominus benè vel malè. 12

FORTITVDO, ſeu *ſubſtantia*. חֵיל *Haijl* vtrumque ſignificat. Chald. *diuitiæ eorum*. IN DESERTVM. Hebr. *in deſolationem deſolabuntur*. 13

TRIBVLABITVR IBI FORTIS. Hebr. *clamabit ibi fortis*, aut *clamoſa* ſ. dies erit multi clamoris. *Ibi fortis*. ſ. interficietur. Sic diſtinguit Hebr. Schol. Chald. *ibi fortes occiſi*. 14

DIES CALAMITATIS ET MISERIÆ, tumultus & deſolationis. DIES NEBVLÆ ET TVRBINIS. *nubis & caliginis*, Hebr. 15

ANGVLOS EXCELSOS. i. arces, quas angulos vocat, quia aut anguli fortes ſunt. ſic etiam Sept. *angulos excelſos* vertunt. Aut turres ſic vocat, quæ ad murorum angulos ſunt. Ergo ibi clangor erit. 16

SICVT HVMVS. Hebr. *ſicut puluis, qui multus eſt*. Sic multus ſanguis effundetur. ET CORPORA EORVM. Caro eorum, vt ſtercora. לֶחֶם *Lehem*, *panem* ſignificat, לְחוּם *lehum*, *carnem*, quæ vox hîc eſt. 17

IN IGNE ZELI EIVS. Chald. *vltionis eius peribit terra*. QVIA CONSVMMATIONEM CVM FESTINATIONE FACIET. Hebr. *conſummationem profectò feſtinatam faciet*. 18

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SOPHONIAS prophetat contra Iudæos, & quaſdam alias nationes.

IOSIÆ. quo tempore etiam Ieremias prophetauit. Vide Ierem. 1. 1

CONGREGANS, &c. q. d. delebo. Chald. *delendo delebo*. q. d. omnino delebo. OMNIA. ſ. homines & iumenta. A FACIE. i. è ſuperficie. TERRÆ. ſ. Iuda. nam Iſrael iam erat in captiuitatem abductus. 2

CONGREGANS. ſ. congregabo. eſt autem explicatio præcedentium. PECVS. quo nomine etiam iumenta intelliguntur. ſ. perdit Deus ob hominum peccata etiam quæ hominibus ſeruiunt. 3

ET. pro, id eſt. explicat enim quos homines dixerit. EXTENDAM. ſ. percuſſurus. BAAL i. cultus idolorum. ÆDITVORVM. i. ſacerdotum. vox Hebr. כְּמָרִים *Kemarim* ſignificat ſecundùm Hieron. *fanaticos*. ſ. dæmonis ſpiritu afflatos. LXX. *ſacerdotum*. ſ. erant ſacerdotes idolorum. CVM SACERDOTIBVS. q. d. & ipſos ſacerdotes delebo, & eorum nomina ſeu memoriam. 4

5 MILITIAM CÆLI. i. aſtra, quæ ita dicuntur, quòd multa ſint & ordinata more exercitus. Angeli etiam ita dicuntur. Vide Lucæ 2. ET ADORANT, &c. q. d. adorant cum idolis Deum, & iurant per Deum & idola. IN DOMINO. i. per Dominum. MELCHOM. Idolum erat Ammonitarum.

6 AVERTVNTVR. i. recedunt. LXX. *declinant*. ſ. diſperdam etiam. DE POST, &c. i. à ſequela Domini. LXX. *à Domino*. INVESTIGAVERVNT. Chald. *precati ſunt*. LXX. *adhæſerunt*.

7 SILETE. ſ. præ timore, ſeu reuerentia. LXX. *timete*, ſeu *reuereamini*. DIES. ſ. quo puniemini per Chaldæos. HOSTIAM. i. Iudæos mactãdos. Vide Iſa. 34. Ierem. 46. SANCTIFICAVIT. i. parauit. VOCATOS. ſ. Chaldæos ad cædem faciendam.

8 DOMINI. pro, meæ. q. d. cùm eos cædam. SVPER FILIOS REGIS. ſ. Ioſiæ. *filij* autem, vel liberi, vel poſteri. VESTE PEREGRINA. i. moribus à Dei lege alienis. Fortè etiam notatur veſtium abuſus per ambitionem.

9 LIMEN. ſ. domus ſuæ, vel templi. DOMINI. ſ. idoli. non enim *Iehoua* eſt Hebr. ſed *Adonim*. DEI SVI. ſic legit Hieron. & LXX. etſi nunc Hebr. non eſt *Dei*, nec in Compl. ideoque quidam referant ad domos Principum & nobilium. INIQVITATE, &c. i. rebus per iniquitatem & dolum acquiſitis, vel peccatis cum proximi iniuria.

10 PISCIVM. Ita dicebatur, quòd per eam piſces è locis maritimis inferrentur. Vide 2. Eſd. cap. 3. & 12. SECVNDA. Et id nomen portæ. Vide 4. Reg. 22. CONTRITIO. i. dolentium mœſtitia. ſ. ob aduentantes Chaldæos. COLLIBVS. ſ. Ieruſalem. ſubaudi, audietur illo tempore. ſ. occupatis portis vrbis & collibus ab hoſte.

11 PILÆ. Loci eſt nomen concaui inſtar pilæ, ſeu mortarij, ob profunditatem, inde enim ſic dictus. Chald. *torrentis Cedron*. CONTICVIT. ſ. confuſus, ſeu mœſtus tacebit vt ſolent calamitate preſſi. Chald. *fractus eſt*. CHANAAN. ſic vocat Iudæos ob mores & impietatem. Vide Ezechiel. 16. Daniel. 13. INVOLVTI ARGENTO. i. vndique opibus ſepti. Chald. *diuites opibus*.

12 SCRVTABOR. ſ. per Chaldæos, qui omnia ſcrutabuntur. IN LVCERNIS. Chald. *vt qui cum lucerna ſcrutantur*. DEFIXOS IN FÆCIBVS SVIS. i. peccatis, vel more vini (quod ſuper fæces conſeruatur quietum) in diuitijs quieſcentes. Chald. *tranquilliſſimè fruentes diuitiis ſuis*. QVI DICVNT, &c. i. qui Dei prouidentiam negant. BENE. ſ. bonis. MALE. ſ. malis.

13 FORTITVDO. Chald. *diuitiæ*.

14 MAGNVS. ſ. calamitatem inſignem afferens. VOX. i. ſtrepitus. q. d. audiri videtur iam, vt ſolent appropinquantes. AMARA. q. d. calamitatem minans. TRIBVLABITVR. Chald. *interficietur*. FORTIS. pro, etiam fortis.

15 IRÆ. ſ. Dei. TENEBRARVM. i. calamitatis, quæ per tenebras ſolet ſignificari, vt per lucem proſperitas.

16 TVBÆ. ſ. Chaldæorum. CLANGORIS. Chald. *iubilationis*. ſ. hoſtium. ANGVLOS. i. turres, quæ velut murorum anguli ſunt.

17 CÆCI. ſ. conſilij inopes. SICVT HVMVS. i. in magna copia. etiam vulgò dicitur de re copioſa, *camo terra*, Chald. & LXX. & Hebr. *vt puluis*.

18 IGNE. i. ira. ZELI. Chald. *vltionis*. poteſt intelligi *zelus*. i. vehemens amor, quo contempto, ſolet qui amat, valdè iraſci. DEVORABITVR. Chald. & LXX. *conſumetur*. TERRAM. ſ. Iudæam. Chald. *impij terra*.

CAPVT II.

Hortatur Propheta populum vt ad Deum conuertatur, priuſquam ira Domini ei ſuperueniat, omneſque manſuetos terræ vt Dominum quærant: denuntians deſtructionem imminere Philiſthæis, Moabitis, Ammonitis, Æthiopibus & Aſſyrijs.

COnuenite, congregamini gens non amabi- 1
lis: * Priuſquam pariat iuſſio quaſi pulue- 2
rem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper A
vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper
vos dies indignationis Domini. * Quærite Do- 3
minum omnes manſueti terræ, qui iudicium
eius eſtis operati: quærite iuſtum, quærite man-
ſuetum: ſi quomodo abſcondamini in die fu-
roris Domini. * Quia Gaza deſtructa erit, & 4
Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie eij-
cient, & Accaron eradicabitur. * Væ qui habi- 5
tatis funiculum maris, gens perditorum: ver- B
bum Domini ſuper vos Chanaan terra Phili-
ſthinorum, & diſperdam te, ita vt non ſit inha-
bitator. * Et erit funiculus maris requies paſto- 6
rum, & caulæ pecorum: * & erit funiculus eius, 7
qui remanſerit de domo Iuda: ibi paſcentur, in
domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent:
quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, &
auertet captiuitatem eorum. * Audiui oppro- 8
brium Moab, & blaſphemias filiorum Am-
mon: quæ exprobrauerunt populo meo, & C
magnificati ſunt ſuper terminos eorum. * Pro- 9
pterea viuo ego, dicit Dominus exercituum
Deus Iſrael, quia Moab vt Sodoma erit, & filij
Ammon quaſi Gomorrha, ſiccitas ſpinarum,
& aceruí ſalis, & deſertum vſque in æternum:
reliquiæ populi mei diripient eos, & reſidui gen-
tis meæ poſſidebunt illos. * Hoc eis eueniet pro 10
ſuperbia ſua: quia blaſphemauerunt, & ma-
gnificati ſunt ſuper populum Domini exerci-
tuum. * Horribilis Dominus ſuper eos, & atte- 11
nuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum D
viri de loco ſuo, omnes inſulæ Gentium. * Sed 12
& vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. * Et 13
extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, &
perdet Aſſur: & ponet ſpecioſam in ſolitudi-
nem, & in inuium, & quaſi deſertum. * a Et ac- 14
cubabunt in medio eius greges, omnes beſtiæ
Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus
eius morabuntur: vox cantantis in feneſtra,
coruus in ſuperliminari, quoniam attenuabo
robur eius. * Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans 15
in confidentia: quæ dicebat in corde ſuo: Ego
ſum, & extra me non eſt alia ampliùs: quo-
modo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? om-
nis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit ma-
num ſuam.

a Iſa. 34. c. 11

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CONVENITE, CONGREGAMINI. i. conſulite, quid vobis agendum ſit, aut recedite à malo per pœnitentiam. Hebr. *ſcrutamini vos ipſos* (ſ. malos veſtros mores) *& ſcrutamini*. ſ. alios increpate. קשש *Kaſas*, *congregare* & *ſcrutari* ſignificat. Eadem vtroque modo ſententia. GENS NON AMABILIS. R. Ioſeph Kimhi, *ô gens ſine pudore*. Chald. *gens, quæ non vultis conuerti ad legem*.

2 PRIVSQVAM PARIAT IVSSIO, decretum. i. veniat dies excidij. QVASI PVLVEREM TRANSEVNTEM DIEM. Hebr. *quaſi gluma* (palea tenuis) *tranſit die*. Per diem ventilantur areæ. Ergo decretum id, vt gluma, citò veniet. Aut ſupple, Quo decreto peribitis, vt gluma tranſit per diem. ſic Hebræus.

3 MANSVETI. i. iuſti. Ex vna virtute ceteras intelligit. QVÆRITE IVSTVM, quod iuſtum. Hebr. *iuſtitiam, & manſuetudinem*. Sectamini eas. SI QVOMODO ABSCONDAMINI; hoc eſt, euadatis, vt qui ſe in latebras condunt.

4 QVIA GAZA DESTRVCTA ERIT, ſiue *relicta*. IN DESERTVM, deſolationem. IN MERIDIE EIICIENT, non per inſidias, ſed palàm in captiuitatem agent. Qui? Chaldæi, non Iudæam tantùm, ſed vicinas Philiſthinorum vrbes vaſtabunt. ET ACCARON ERADICABITVR, à fundamentis conuelletur. Ea eſt vis verbi Hebraici עקר *hakar*. Porrò in *Gaza* & *Accaron* Hebr. paronomaſiæ ſunt, quas Latina lingua non exprimit. Indicaſſe ſit ſatis.

5 VÆ QVI HABITATIS FVNICVLVM MARIS. i. oram maritimam. Funiculis diuidebant agros. Sic ager, prædia, *funiculus* vocantur. Chald. *portus maris*. GENS PERDITORVM. Hebr. *gens Cerethæorum*. Pars Palæſtinæ erat ad mare verſus Sidonem. Sept. *aduenæ Cretenſium* pro *Cerethenſium*. De quo Ezech. 25. v. 16. plura. CHANAAN TERRA PHILISTHINORVM. Palæſtina erat pars Chanaan, aut econtrariò. Vaſtitatem ijs regionibus minatur.

6 ET ERIT FVNICVLVS MARIS. Redit ad oram maritimam. REQVIES PASTORVM. Hebr. *habitacula foſſa paſtorum erit*. In latere montis fodiebant paſtores ſpecus. ET CAVLÆ PECORVM. Hebr. *ſepta*. i. caulæ.

7 ET ERIT FVNICVLVS. Ibi comma. i. ea ora maritima cedet. Quibus? ijs qui remanſerint è tribu Iuda poſt captiuitatem. EIVS, QVI REMANSERIT DE DOMO IVDA. E Iudæorum numero & ſtirpe. IBI PASCENTVR. Hebr. *in illis*. ſ. vrbibus aut agris *paſcentur*, pro, paſcent greges. REQVIESCENT, cubabunt. Erunt illæ domus pro mapalibus. EOS. ſ. Iudæos viſitabit in bonum Deus. Non ibunt captiui vt alij.

8 ET MAGNIFICATI SVNT SVPER TERMINOS EORVM. Hebr. *magnificarunt* (ſ. os ſuum, probra iactarunt) *Moabitæ ſuper terminum eorum*. i. regionem Iudæorum, videntes eam deſolatam. Vertit ſermonem ad Moabitas & Ammonitas.

9 MOAB VT SODOMA ERIT. i. deſolabitur. SICCITAS SPINARVM. Hebr. *ortus vrticæ*. Totum agrum vrticæ & ſpinæ operient. ET ACERVI SALIS. Sic Sept. Chald. *fodina ſalis*. Sed meliùs *cumuli ſalis*: nam מִכְרֵה *michreh*, *cumulum* ſignificat: Hebr. Schol. Ego per *ſal*, nitrum intelligo, quod prouenit in terra ſterili. ET DESERTVM, deſolationem. POSSIDEBVNT Iudæi, ſeu *hereditabunt*. Iudæos regionem Moab & Ammon occupaſſe conſtat ex 1. Machab. 5. & Ioſepho lib. 13. c. 21. & 22. tum ex Ioſepho Gorionis lib. 4. c. 12.

10 ET MAGNIFICATI SVNT, magnificarunt, vt v. 8. ſuper populum Domini.

11 ET ATTENVABIT OMNES DEOS TERRÆ. Detrahet Deus illis dijs vires, ne ſuis cultoribus faueant. VIRI. Hebr. *vir*. i. quiſque de loco ſuo adorabit Deum verum, non in ſola Iudæa, ſed per totum orbem, quod per Chriſtum eſt factum. Et Iudæi ipſi, teſte Hieronymo, quæ hîc dicuntur, omnia ad Meſſiæ tempora referunt. OMNES INSVLÆ. Sic vocabant Prouincias longinquas, ad quas ibatur mari. *Omnes*, pro, *omnes etiam inſulæ*, vt Auguſtinus legit epiſt. 80.

12 VOS ÆTHIOPES. Ex Æthiopia Aſiatica Iudæis moleſtiam præbitam veriſimile eſt, quas gladio vindicare vult.

13 SVPER AQVILONEM, contra Aquilonem extendet manum. ET PONET SPECIOSAM. Hebr. *ponet Niniuem caput Aſſyriæ*. ſ. in ſolitudinem. Verùm quoniam *Niniue*, *ſpecioſam* ſignificat, & quidam, quæ hîc dicuntur de Babylone intelligebant, de qua Iſaias cap. 34. verſ. 11. ſimilia vaticinatus eſt, ideò Hieronymus *ſpecioſam* vertit. Sed Sept. Chald. & alij omnes

Nini-

Niniuem ponunt. ET IN INVIVM, ſiue *in ſiccitatem* ponet. Memento Aſſyriam ad Aquilonem eſſe Iudææ comparatam.

14 OMNES BESTIÆ GENTIVM. ſ. vicinarum Gentium armenta in ea paſcentur. ET ONOCROTALVS. Alij *pelicanus*. Et quidem *onocrotalus* ſic dictus, quia rudit vt aſinus. *Croto* Hiſpanicè, auis magna, credo ex anſerum genere; nam Hieronymus *onocrotali* duo genera facit, aquatile & ſilueſtre. ET ERICIVS. Alij, *noctua*; alij, *teſtudo*. IN LIMINIBVS EIVS. *in ſuperliminaribus*, quæ *capthorim* Hebr. vocantur. i. *poma*; quoniam ea in ſuperliminari inſculpuntur. MORABVNTVR, aut *pernoctabunt*. VOX CANTANTIS. Hebr. *vox* (ſ. *auium*, vt Chald.) *cantabit in feneſtra*, nullo ſ. prohibente. CORVVS IN SVPERLIMINARI. Hebr. *deſolatio in limine*. hoc eſt, vſque ad limen perueniet. Sept. *coruus in portis eius*. Itaque tam illi, quàm Hieronymus pro חֹרֶב *horeb*. i. *deſolatione*, legerunt עֹרֵב. i. *coruus*. QVONIAM ATTENVABO ROBVR EIVS. ſ. illius vires debilitabo, ne cladi poſſit reſiſtere. Hebr. *quia cedrum eius* (tigna) *nudauit*, hoſtis ſ. euertit, propterea ruina ad limen perueniet. i. funditus euertetur domus.

15 NON EST ALIA AMPLIVS, quæ ſ. mei comparatione ciuitatis nomen mereatur. Sic Niniue dicebat. FACTA EST IN DESERTVM, in deſolationem. CVBILE BESTIÆ. pro, beſtiarum. SIBILABIT. Viator ſ. hoc eſt, ex contemptu. ET MOVEBIT MANVM SVAM, vt altera manu tacta complodat, quod lætitiæ erit. Alij de eius interitu mærebunt, alij lætabuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONVENITE. ſ. ſimul ad placandum Deum per preces & pœnitentiam. NON AMABILIS. i. Deo, vel q. d. indigna amore. Chald. *nolens conuerti*. Lxx. *indiſciplinata*, ſeu *ineruditа*.

2 IVSSIO. ſ. Dei. PVLVEREM TRANSEVNTEM. ſ. derepentè & obcæcantem, vel inquinantem. DIEM ſ. calamitatis, iunge cum *pariat*. i. afferat. Lxx. *antequam ſitis, quaſi flos tranſiens die*.

3 MANSVETI. Lxx. *humiles*. IVDICIVM. i. præcepta. QVÆRITE. ſ. omnes. IVSTVM, & MANSVETVM. i. iuſtitiam, & manſuetudinem. Chald. *veritatem & manſuetudinem*. SI QVOMODO. Lxx. *vt*. ABSCONDAMINI. i. euadatis. Chald. & Lxx. *protegamini*. ſic Pſal. 26. *Abſcondit me*, &c.

4 DESTRVCTA. ſ. à Chaldæis. DESERTVM. ſ. redigetur. MERIDIE. q. d. media luce. ſ. in omnium oculis. EIICIENT. ſ. in captiuitatem.

5 FVNICVLVM. i. partem. funiculo enim terræ diuidebantur. q. d. oram maritimam Palæſtinæ. PERDITORVM. i. periturorum, vel perdentium. ſ. alios. Hebr. *Cherethæorum* de quibus 2. Reg. 8. vbi *Cerethi* dicuntur. ſ. Palæſtini quidam dediti militiæ, virique fortes. Vide 1. Regum 30. & Ezech. 25. vbi vocantur ab Interprete *interfectores*. Quidam tamen putant omnes Palæſtinos ita dici, quòd eſſent egregij milites. Lxx *Cretenſium*. ſicut etiam verterunt Ezech. 25. SVPER VOS CHANAAN. i. contra Palæſtinos, qui erant Chananæi. Vide Ioſ. 13.

6 FVNICVLVS. ſ. pars, ſeu poſſeſſio. MARIS ſ. Philiſthæi ad mare habitabant. REQVIES, &c. q. d. ibi, vt ſolet in locis deſertis, pecora paſcent. ſ. vaſtarunt etiam Palæſtinos Chaldæi. Vide Ierem. 47. Ezech. 26.

7 REMANSERIT. ſ. rediens ex captiuitate. PASCENTVR. i. à Iudæis poſſeſſoribus tunc eius regionis. AVERTET. Chald. *reducet*.

8 BLASPHEMIAS. Lxx. *contumeliam*. Chald. *elationem*. POPVLO MEO. ſ. cùm abduceretur à Chaldæis MAGNIFICATI SVNT. i. inſolenter, ſeu ſuperbè egerunt. SVPER. i. contra, quaſi ſ. poſſeſſuri ipſi, vel quaſi meritò vaſtati ſint ab hoſtibus ſuis Iudæi. ſ. inſultabant Iudæis victis.

9 VT SODOMA. ſ. deſtructa penitùs. SICCITAS, &c. explicatio præcedentium. q. d. redigentur in locum plenum ſiccis ſ. ſpinis. Chald. *locus derelictus ſpinis*. ACERVI SALIS. pro, velut acerui ſalis. q. d. ſterili. ÆTERNVM. i. longum tempus. RELIQVIÆ. ſ. poſt captiuitatem Babylonicam. Quidam factum dicunt tempore Machabæorum, & deinceps. fortè de Chriſtianis intelligitur.

10 SVPERBIA. Lxx. *contumelia*. BLASPHEMAVERVNT. Chald. & Lxx. *exprobrauerunt*. MAGNIFICATI SVNT. i. ſuperbierunt. SVPER. id eſt, contra.

11 HORRIBILIS. Chald. *terribilis*. ATTENVABIT. Lxx. *diſperdet*. VIRI. Hebr. *vir*. i. quiſque. Lxx. *quiſque*. DE. pro, in. LOCO SVO. q. d. non vt olim ſolùm in Ieruſalem. OMNES. pro, *omnes etiam*. Auguſt. epiſt. 80. & de Diuinat. dæm. cap. 9. INSVLÆ. i. loca ad quæ per mare itur.

12 GLADIO MEO. ſ. per Nabuchodonoſor.

13 EXTENDET. ſ. Chaldæus, vel Deus. ſ. per Chaldæos. ASSVR. i. Aſſyrios. SPECIOSAM Hebr. Chald. & Lxx. *Niniuem*.

14 BESTIÆ GENTIVM. ſ. vicinarum. Lxx. *feræ terrarum*. Chald. *ferarum*. ONOCROTALVS. Auis eſt ſimilis cygno. vocatur ſic à ſono aſini, quem edit. ὄνος *aſinus*, κροτεῖν *ſonare*: dicitur & *pellicanus*. Lxx. *leones*. LIMINIBVS. ſ. domorum dirutarum. CANTANTIS. ſ. auis. ſubaudi, audietur, vel ſonabit, vel q. d. pro auiculis olim cantantibus ſuccedet coruus.

15 GLORIOSA. Chald. *potens*. Lxx. *malis dedita*. ALIA. ſ. mihi conferenda. DESERTVM. Chald. & Lxx. *deſolationem*. CVBILE. Lxx. *paſcua*. SIBILABIT. ſ. per irriſionem, vel admirationem. MOVEBIT. ſ. vel complodens, quod eſt lætantis; vel extendens, quod eſt mirantis vel irridentis. MANVM SVAM. Lxx. *manus ſuas*.

CAPVT III.

Arguit Ieruſalem, & præcipuè rectores eius, quibus minatur celerem Dei vindictam, quòd neque beneficiis neque flagellis ſint ad ipſum conuerſi. de felicitate nouæ legis, ac multiplicatione credentium, pœnaque iniquorum prædicitur.

1 VÆ prouocatrix, & redempta ciuitas, co-
2 lumba. * Non audiuit vocem, & non
A ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt confiſa, ad Deum ſuum non appropinquauit.
3 * ᵃ Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, non relinque- ᵃEzech.22 f.27 Mich.3. d.11
4 bant in manè. * Prophetæ eius veſani, viri infideles: ſacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniu-
5 ſtè egerunt contra legem. * Dominus iuſtus in
B medio eius non faciet iniquitatem: manè manè iudicium ſuum dabit in lucem, & non abſcondetur: neſciuit autem iniquus confuſionem.
6 * Diſperdidi Gentes, & diſſipati ſunt anguli earum: deſertas feci vias eorum, dum non eſt qui tranſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore.
7 * Dixi: Attamen timebis me, ſuſcipies diſci-
B plinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus viſitaui eam: verumtamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogita-
8 tiones ſuas. * Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: ᵃ in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. ᵃSup.1. d.18
9 * Quia tunc reddã populis labium electũ, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant

ei humero vno. * Vltra flumina Æthiopiæ, 10
inde ſupplices mei, filij diſperſorum meo-
rum deferent munus mihi. * In die illa non 11
confunderis ſuper cunctis adinuentionibus
tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc C
auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ
tuæ, & non adiicies exaltari ampliùs in monte
ſancto meo. * Et derelinquam in medio tui 12
populum pauperem & egenum: & ſperabunt
in nomine Domini. * Reliquiæ Iſrael non fa- 13
cient iniquitatem, nec loquentur mendacium,
& non inuenietur in ore eorum lingua doloſa:
quoniam ipſi paſcentur, & accubabunt, &
non erit qui exterreat. * Lauda filia Sion: iu- 14
bila Iſrael: lætare, & exulta in omni corde fi-
lia Ieruſalem. * Abſtulit Dominus iudicium 15
tuum, auertit inimicos tuos: rex Iſrael Domi-
nus in medio tui, non timebis malum vltrà.
* In die illa dicetur Ieruſalem: Noli timere: 16
Sion, non diſſoluantur manus tuæ. * Dominus 17
Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: D
gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectio-
ne ſua, exultabit ſuper te in laude. * Nugas, 18
qui à lege receſſerant, congregabo, quia ex te
erant: vt non vltrà habeas ſuper eis oppro-
brium. * Ecce ego interficiam omnes, qui af- 19
flixerunt te in tempore illo: & ſaluabo clau-
dicantem: & eam, quæ eiecta fuerat, congre-
gabo: & ponam eos in laudem, & in nomen,
in omni terra confuſionis eorum: * in tempore 20
illo, quo adducam vos: & in tempore, quo
congregabo vos. dabo enim vos in nomen,
& in laudem omnibus populis terræ, cùm
conuertero captiuitatem veſtram coram oculis
veſtris, dicit Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VÆ PROVOCATRIX, ET REDEMPTA. Hebr. *pol-* 1
luta & fœda. In Ieruſalem inuehitur. CO-
LVMBA. Sic Sept. i. vnicè dilecta antè, vt Hieronymus
explicat. Alij vertunt, *diripiens, prædatrix*. Vox Hebr.
יונה *ionah* vtrumque ſignificare poteſt. De qua voce
plura Ierem. 25. verſ. 38.

LVPI VESPERE. i. veſpertini. Nocte lupi ad præ- 3
dam exeunt. Sept. *lupi Arabiæ*. i. deſerti. ערב *hereb*,
& *veſperam* & *deſertum* ſignificat. NON RELIN-
QVEBANT IN MANE, totam pecudem nocte comede-
bant. Hebr. *non exoſſabant in manè*. i. per diem non
prædabantur. Sic iudices nocte & per fraudem po-
pulum ſpoliabant.

PROPHETÆ EIVS VESANI. Hebr. *præcipites, leues*. 4
VIRI INFIDELES, Hebr. *viri præuaricationum*. i. præ-
uaricantes. POLLVERVNT SANCTVM. i. templum.
INIVSTE EGERVNT CONTRA LEGEM. Hebr. & hoc
modo verti poſſunt, vt Chald. etiam & Sept. vertunt,
& ſic: *rapuerunt legem*. i. non eam docuerunt popu-
lum; vt par erat. Sic Hebræus.

MANE MANE. i. palàm, aut quotidie. IVDICIVM 5
SVVM DABIT Deus. i. puniet prauos, aut bonis be-
nè faciet. ET NON ABSCONDETVR, ſeu *non defi-
ciet*. i. non deſiſtet ita facere, quamuis peccatis homi-
num prouocatus. NESCIVIT AVTEM INIQVVS
CONFVSIONEM. i. pudorem, quamuis prouocatus Dei
iudiciis, non recedet à malo.

ET DISSIPATI SVNT ANGVLI EARVM. i. arces, vt 6
cap. 1. verſ. 16. VIAS EORVM. Hebr. *deſolaui pla-
teas eorum*. Nullus ibi verſatur, nullus tranſit.

TIMEBIS ME. ſ. his cladibus prouocatus. ET 7
NON PERIBIT HABITACVLVM EIVS. pro,
habitacula, domus Ieruſalem nollet Deus vt perirent.
Verùm contrà accidit. DILVCVLO SVRGENTES, cum
luce redierunt ad opera ſolita. COGITATIONES
SVAS, opera, ſtudia mala.

8 QVAPROPTER EXPECTA ME. Quando hac via non
ſucceſſit, vt hic populus me coleret, aliam tentabo,
vt Gentes omnes conuertam; quod ſuo tempore fiet;
ideò expectate. IN DIE RESVRRECTIONIS MEÆ
IN FVTVRVM. Hebr. *in die, quo reſurgam ad ſpo-
lium*. i. quo ero victor. עד *had* multa ſignificat, *æter-
nitatem futuram*. Id ſequitur Hieronymus cùm ait
in futurum, teſtimonium hoc Sept. *iudicium hoc* Chald.
ſed & Geneſ. 49. verſ. 27. ſignificat *prædam*. *Manè
comedet prædam*. Hebræi hoc loco idem ſignificare
putant. *In die, quo ſurgam ad prædam*. QVIA IV-
DICIVM MEVM. i. decretum eſt; volo Gentes congre-
gare & ſubiicere.

9 QVIA. Hæc cauſalis redundat, aut ſumatur pro
profectò. TVNC, poſtquam illos ſubiecero bello il-
lato. REDDAM POPVLIS LABIVM ELECTVM, vt om-
nes de Deo benè ſentiant, & benè loquantur. HVME-
RO VNO, eadem mente, conſenſu vno.

10 VLTRA FLVMINA ÆTHIOPIÆ. i. ex omni
orbe. INDE SVPPLICES MEI, FILII DISPERSORVM
MEORVM. Iudæorum, qui diſperſi ſunt. Hebr. *Na-
tharai, Bath Puzai*. Totum hoc Hebræi putant eſſe
nomen Gentis, vnde & ex Æthiopia munera deferre
debebant. DEFERENT MVNVS MIHI. i. ſacrificia
offerent. Vel, afferent filios Iſrael, qui inter eos ſunt,
munus mihi.

11 NON CONFVNDERIS, non pudefies ob peccata præ-
terita, quia erunt dimiſſa. AVFERAM DE MEDIO
TVI MAGNILOQVOS SVPERBIÆ TVÆ. Hebr. *exul-
tantes in ſuperbia tua*. i. ſuperbos, qui de tuis dotibus,
genere, antiquitate, copiis ſuperbiebant. ET NON
ADIICIES EXALTARI, ſuperbire. IN MONTE SANCTO
MEO. in templo. i. ob templum, quod penes te eſt.

12 POPVLVM PAVPEREM. Hebr. *humilem & egenum*
relinquam in te. Ij fuerunt Apoſtoli, & eorum diſci-
puli.

13 PASCENTVR, vt greges, metaphora. ET NON
ERIT QVI EXTERREAT. Mendacia, quæ dixit non
fore ampliùs, & fraudes, ſunt ex timore; eo ſublato,
Dei ob præſidium, & illa non erunt.

15 IVDICIVM TVVM. Supplicium, quod ferre debe-
bas, abſtulit Deus. AVERTIT, ſeu *euertit* inimicos
tuos.

16 NON DISSOLVANTVR, debilitentur MANVS TVÆ.
ſ. præ mœrore.

17 SILEBIT IN DILECTIONE SVA. i. ob dilectionem
ſuam non te puniet, non accuſabit. Hieronymus in
Comment. *in dilectione tua*, ſed falsò.

18 NVGAS, QVI A LEGE RECESSERANT. i. ho-
mines perditos. Hebr. *dolentes, tempus ſtatutum*.
ſ. non venire; quia ſ. tempus liberationis, aut ad-
uentus Chriſti differebatur. CONGREGABO. ſ. ad
te, illis parcam. QVIA EX TE ERANT. Hebr. *con-
gregabo ex te*; pro, quia ex te erant. VT NON VL-
TRA HABEAS SVPER EIS OPPROBRIVM. Hebr. *onus
ſuper eam* (.i. ſuper te. &) *opprobrium*. ſ. quod fue-
runt illi homines.

19 INTERFICIAM, ſeu, *contundam*. Hebr. *faciam*. Sed
verbum *faciendi* Hebr. multa ſignificat; inter alia
frangere Hebr. *faciam exterminationem*. PONAM EOS
IN LAVDEM, ET IN NOMEN, IN OMNI TERRA
CONFVSIONIS EORVM. i. vbi fuerunt captiui, ibi fa-
ciam vt laudentur, & fama eorum volet. Id ſignificat,
Et in nomen ponam eos.

20 IN TEMPORE ILLO, QVO ADDVCAM VOS. Hebr.
in tempore illo adducam vos. Sed benè ſuppletur *quo*,
vt ſupplent Sept. DABO ENIM VOS IN NOMEN.
Hebr. *quia dabo vos in nomen*. Sed *quia* & *enim* re-
dundant. OMNIBVS POPVLIS, non iis ſolùm, vbi
captiui fuiſtis, ſed vbique nomen veſtrum celebra-
bitur; quia veſtræ liberationis fama toto orbe diffun-
detur, omnibus erit nota. CORAM OCVLIS VESTRIS.
i. vobis videntibus, aut palàm conuertam captiuita-
tem veſtram, liberabo vos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VÆ. Alloquitur Ieruſalem. PROVOCATRIX. 1
ſ. iræ Dei. LXX. *illuſtris*. REDEMPTA. i. ſæpè
à Deo liberata, vel ex Ægypto educta. COLVMBA.
ſ. ſine intellectu. Vide Oſe. 7.
VOCEM. ſ. Dei. 2
VESPERE. i. qui veſpere oues aggrediuntur fame 3
diurna rabidi. Vide Habac. 1. LXX. *Arabiæ*. NON
RELINQVEBANT, &c. q. d. omnia ſtatim vorantes.
PROPHETÆ. Chald. *pſeudoprophetæ*. VESANI. ſ. ſpi- 4
ritu malo agitati. INFIDELES. Chald. *mendaces*.
LXX. *contemptores*. SANCTVM. ſ. templum. Chald.
ſanctimoniam. LXX. *ſancta*.
FACIET. i. feret, ſeu permittet, vel q. d. faciet iu- 5
ſtitiam. MANE MANE. i. citò, vel quotidie. IVDI-
CIVM. ſ. puniens. DABIT IN LVCEM. i. profe-
ret, ſeu faciet conſpicuum. ABSCONDETVR.
Chald. *tardabit*. NESCIVIT, &c. q. d. nec popu-
lum pudet ſuæ iniquitatis, nec pœnitet, vel de quo-
nis iniquo ſermo eſt.
GENTES. LXX. *ſuperbos*. ANGVLI. i. turres, vel 6
regna. Chald. *palatia*. DVM NON EST. pro, ita vt non
ſit. DESOLATÆ, &c. q. d. debuerat populus meus
ſimilia timere, & cauere ne me offenderet.
DIXI, &c. q. d. monui par eſſe, vt me timeret, & 7
rectè viueret; quod ſi faceret, parcerem ei. EIVS. pro,
tuum, mutata perſona, more Scripturæ. VISITAVI.
i. hactenus puniui. DILVCVLO. i. ſollicitè, ſeu ſine
mora. CORRVPERVNT, &c. q. d. tantum abeſt vt ſe
emendarent, egerunt peius.
QVAPROPTER, &c. verba Chriſti. q. d. poſt meam 8
reſurrectionem te per Romanos puniam, vel die iu-
dicij, vt quidam volunt, ob ea quæ ſequuntur. IN
IGNE, &c. Vide ſup. cap. 1. TERRA. Chald. *impij*
terræ.
QVIA TVNC. ſ. tempore Euangelij. POPVLIS. ſ. ad 9
fidem conuerſis. LABIVM. Chald. *orationem*. HV-
MERO VNO. i. vnanimiter. metaphora à baiulis idem
ſimul portantibus, vel bobus. LXX. *ſub iugo vno*.
ÆTHIOPIÆ. ſ. quæ eſt prope Ægyptum, vel *Indiæ* 10
ſecundùm quoſdam. Chald. *India*. FILII DISPER-
SORVM MEORVM. pro, diſperſi mei. Hebr. *diſperſo-*
rum meorum filia. i. congregatio. ſ. electi per mundum
diſperſi. Vide Ioan. 11.
11 ADINVENTIONIBVS. ſ. conſiliis, ſeu operibus.
MAGNILOQVOS SVPERBIÆ. i. ſuperbos magiſtros,
vel de quibus ſuperbiebas. ſ. Scribas & Phariſæos.
Chald. *fortes gloria*. LXX. *detractiones contumeliæ*.
EXALTARI. i. ſuperbire. LXX. *gloriari*. IN MONTE, &c.
q. d. de templo Ieroſolymitano, vel in Eccleſia. diſci-
tur enim hic humilitas.
12 PAVPERUM ET EGENVM. Chald. *manſuetum & ex-*
cipientem afflictionem. LXX. *manſuetum & humilem*.
SPERABVNT IN NOMINE DOMINI. i. in Domino.
LXX. *timebunt*, ſeu *reuerebantur nomen Domini*.
13 MENDACIVM. LXX. *vana*. PASCENTVR. ſ. vt
Chriſti oues ab ipſo. ACCVBABVNT. ſ. in Eccle-
ſia, vel cœlo.
14 FILIA SION. i. Eccleſia. IN OMNI. LXX. *ex toto*.
15 IVDICIVM TVVM. i. damnationem. ſ. remiſſis pecca-
tis. LXX. *iniquitates tuas*. AVERTIT. i. expulit. Chald.
exterpauit. INIMICOS. ſ. dæmones, & vitia. IN ME-
DIO TVI. i. tecum. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus*
diebus, &c.
16 DICETVR. LXX. *dicet Dominus*. DISSOLVANTVR.
Chald. *remittantur*.
17 GAVDEBIT, &c. LXX. *adducet ſuper te lætitiam, &*
innouabit te in charitate ſua. SILEBIT. ſ. ad peccata
præterita, quia remiſſa. SVA. i. ſui, non *tua*. LAV-
DE. Chald. *exultatione*. LXX. *delectatione*.
18 NVGAS. i. peccatores, peccata enim velut nugæ &
mendacia. dicuntur quidem homines nihili, & nuga-
tores, *nugæ*. EX TE. ſ. de numero electorum. OP-
PROBRIVM. i. ubi exprobretur illorum vita mala.
19 CLAVDICANTEM. ſ. à recto, vel animam, vel Syna-
gogam. LAVDEM. LXX. *gloriam*. q. d. faciam glo-
rioſos. IN NOMEN. i. famam, ſeu celebritatem.
LXX. *nominatos*. CONFVSIONIS. ſ. vbi contemptu, &
contumeliis affecti.
20 CORAM OCVLIS VESTRIS. q. d. vobis videntibus,
& gaudentibus ad tam felicem mutationem.

PROPHETIA AGGAEI.

CAPVT PRIMVM.

Quo tempore prophetauerit Aggæus: qui increpat Iudæos, quòd neglecta domo Dei propria ædificia curarent: ob quam cauſam dicit illis immiſſam à Deo ſterilitatem: eoque tempore dux Zorobabel & Ieſus ſacerdos magnus unà cum populo excitati, incipiunt ædificare domum Dei.

1. Eſdr. 6. a. 1

IN anno ſecundo Darij re- 1
gis, in menſe ſexto, in die A
vna menſis, factum eſt ver-
bum Domini in manu Ag-
gæi Prophetæ, ad Zoroba-
bel filium Salathiel, ducem
Iuda, & ad Ieſum, filium Io-
ſedec, ſacerdotem magnum, dicens: * Hæc ait 2
Dominus exercituum, dicens: Populus iſte di-
cit: Nondum venit tempus domus Domini
ædificandæ. * Et factum eſt verbum Domini in 3
manu Aggæi Prophetæ, dicens: * Numquid 4
tempus vobis eſt vt habitetis in domibus la-
queatis, & domus iſta deſerta? * Et nunc hæc di- 5
B cit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra
6 ſuper vias veſtras. * [a] Seminaſtis multum, & in-
tuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati:
bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, &
non eſtis calefacti: & qui mercedes congrega-
7 uit, miſit eas in ſacculum pertuſum. * Hæc dicit
Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſu-
8 per vias veſtras: * aſcendite in montem, portate
ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi
9 erit, & glorificabor, dicit Dominus. * Reſpexi-
C ſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & in-
tuliſtis in domum, & exufflaui illud: quam ob
cauſam, dicit Dominus exercituum? quia do-
mus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſ-
10 que in domum ſuam. * Propter hoc ſuper vos
prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra
11 prohibita eſt ne daret germen ſuum: * & vo-
caui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, &
ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum,
& quæcumque profert humus, & ſuper homi-
nes, & ſuper iumenta, & ſuper omnem labo-

[a] Deut. 28. d. 38 Mich. 6. d. 15.

rem

rem manuum. * Et audiuit Zorobabel filius 12
Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos ma- D
gnus, & omnes reliquiæ populi, vocem Domini
Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit
eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit
populus à facie Domini. * Et dixit Aggæus nun- 13
tius Domini de nuntiis Domini, populo dicens:
Ego vobiſcum ſum, dicit Dominus. * Et ſuſci- 14
tauit Dominus ſpiritum Zorobabel filij Sala-
thiel, ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedec
ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de
omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus
in domo Domini exercituum Dei ſui.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AGGÆVS *natus eſt in Babylone. Iuuenis venit Ieruſalem, vt intermiſſam templi fabricam abſolui curarent. Ex qua tribu fuerit, clàm eſt. Suſpicor ex Leuitica, quoniam ad ſacerdotum ſepulchra tumulatum, Iſidorus, Epiphanius, & Dorotheus aiunt.*

IN ANNO SECVNDO DARII REGIS. Hic 1
fuit filius Hyſtaſpis, vt Ioſephus & Hieronymus aiunt, Secundus eo nomine. Hebræi aiunt fuiſſe filium Eſther. Et fortaſſe Aſſuerus eius vir Hyſtaſpes etiam vocabatur, Huius anno ſecundo completi ſunt ſeptuaginta captiuitatis ſeu deſolationis anni: Zachar. 1. verſ. 12. & anno ſexto eius fabrica templi abſoluta eſt: Eſdræ 1. cap. 6. verſ. 15. IN MENSE SEXTO. Is eſt *Elul* Auguſto reſpondens. IN DIE VNA. hoc eſt, prima. AD ZOROBABEL FILIVM SALATHIEL, factum eſt verbum. Hebræi *nepotem* dicunt, quod ſequitur Vatabl. *filium Phadaia:* 1. Paral. 3. verſ. 19. Verùm *Phadaia* non fuit filius, ſed frater Salathielis, vt ex eo loco conſtat. Sic aut duo fuere Zorobabeles patrueles, aut hic *Zorobabel* naturâ fuit filius Phadaiæ, adoptione Salathielis, aut ècontrariò. Quin Galatinus 7. contra Iudæos, cap. 12. non eumdem putat Zorobabel in Matth. & in Luca, neſcio an verè. ET AD IESVM, FILIVM IOSEDEC. *Ioſedec* occiſo patre Saraia, ſummo Sacerdote, quando Ieruſalem eſt capta; iuit cum aliis captiuis Babylonem; eius filius fuit Ieſus, ſeu Ioſue, ſacerdos ſummus.

IN MANV AGGÆI. i. per Aggæum factum eſt 3
verbum.

IN DOMIBVS LAQVEATIS. Chald. *in tabulatis ce-* 4
drinis. i. laquearibus è cedro factis habitatis. ET DOMVS ISTA DESERTA? ſeu *deſtructa* eſt. ſ. templum.

SVPER VIAS VESTRAS. Studia, negotia, opera 5
veſtra conſiderate, vt ex iis Deum iratum eſſe intelligatis.

ET INTVLISTIS PARVM. ſ. in horrea. ET NON 6
ESTIS INEBRIATI. i. ſatiati potu. Qui inebriantur, ſatiantur vino; ideò *ebrietas* ponitur pro ſatietate. OPERVISTIS VOS. Hebr. *induere* (pro, induiſtis vos) *& non ad calorem.* i. veſte non eſtis calefacti. ET QVI MERCEDES CONGREGAVIT, id eſt, pecuniam labore & induſtria quæſiuit, eam continuò amittit, perinde ac ſi in marſupium perforatum miſiſſet. Nihil procedit eorum quæ tentatis.

ASCENDITE IN MONTEM, vt tigna ad fabricam 8
cædatis. ET ACCEPTABILIS MIHI ERIT. ſ. domus. Hebr. *& complacebo mihi in ea.* ET GLORIFICABOR. ſ. in ea.

RESPEXISTIS AD AMPLIVS. Hebr. *ad mul-* 9
tum. i. cùm vberes fructus ex agris ſperaretis, parum intuliſtis. Atque id parum, flaccidum & inane; hoc eſt quod ait, EXVFFLAVI ILLVD. Feci vt ſpicæ & grana eſſent inania.

GERMEN SVVM, ſeu *fructum ſuum.* i. ſolitum, dare 10
eſt prohibita terra.

11 ET VOCAVI. pro, vocabo. i. faciam, inducam Deum dicere, facere eſt. SICCITATEM, ſeu *vaſtitatem.* חרב *Horeb* vtrumque ſignificat, *ſiccitatem & vaſtitatem.* Vocabo ergo vaſtitatem ſuper omnia, niſi obedieritis ſ.

12 SICVT MISIT EVM DOMINVS. i. prout miſit eum Dominus; iuxta id ad quod miſerat illum Prophetam Aggæum, in eo audierunt illum, fecerunt quod iuſſit.

13 ET DIXIT AGGÆVS NVNTIVS. Hebr. *Angelus.* ſic Propheta vocatur, quia miſſus à Deo, quia nuntiat quæ Deus iubet. DE NVNTIIS. i. de numero Prophetarum. Hebr. *in legatione Domini.* i. Dei verbis & nomine dixit populo: EGO VOBISCVM SVM, vobis fauebo.

14 ET INGRESSI SVNT, ſeu *venerunt*, cœperunt opus, vt iubebatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AGGÆVS prophetauit ad Iudæos, qui ex captiuitate redierant.

1 DARII. filij Hyſtaſpis. Alij Longimanum putant, qui fuit poſteà: alij aliter. Vide 1. Eſdr. 5. Fuerunt ab hoc tempore ad Chriſti natiuitatem anni circiter 500. SEXTO. ſ. Iulio, vel Auguſto. VNA. i. prima. MANV. i. opera. ZOROBABEL. non eſt iſte de quo 1. Paral. 3. ille enim filius Phadaiæ fratris Salathiel.

2 ISTE. ſ. qui redierat è captiuitate. NONDVM. ſ. videbant impeditum fuiſſe opus diu, quaſi Deus nollet adhuc ædificari.

4 LAQVEATIS. q. d. ornatè fabricatis. Chald. *tectis cedrinis tabulis.* ISTA. ſ. cœperat ædificari templum. DESERTA. Chald. *deſtructa.* ſ. fuerat opus interruptum, impedientibus hoſtibus vicinis.

5 PONITE CORDA, &c. q. d. cogitate ſedulò quanta mala ſitis paſſi ob iſtam ſocordiam. VIAS. i. opera, & labores.

6 INTVLISTIS. ſ. in horrea. INEBRIATI. i. ſatiati. MERCEDES. ſ. operarum, ſeu negotiationum. MISIT. i. perdidit, ac ſi miſiſſet, &c.

8 MONTEM. ſ. Libanum. Chald. *montes.* PORTATE. Chald. *afferte.* LXX. *incidite.* DOMVM. i. templum. GLORIFICABOR. i. cedet in gloriam meam, vel q. d. exaudiam vos, & benefaciam vobis.

9 RESPEXISTIS, &c. q. d. ſperaſtis multum fructus ex agris, ſed contrà accidit. EXVFFLAVI. i. feci euaneſcere, ſeu redegi in nihilum. ſ. vt ſolet ſegetes ventus vrens. FESTINATIS, &c. q. d. quiſque ſuam domum diligenter ædificat, vel prouidet domui ſuæ.

10 ROREM. Chald. *pluuiam.*

11 SICCITATEM. Chald. *ſterilitatem*, ſeu *penuriam.*

13 NVNTIVS. q. d. legatus. ſ. Propheta. DE NVNTIIS. q. d. vnus de numero Prophetarum.

14 SVSCITAVIT. i. excitauit. SPIRITVM. i. mentem. ſ. vt intenderet operi.

CAPVT II.

Etſi templum readificatum nihil videatur priori collatum; poſtea tamen veniente Meſſia, replebitur gloria maiori, quam fuerit prioris templi: & ſicut Iudæi ob neglectam templi readificationem facti fuerant immundi coram Deo, ipſorumque ſacrificia & ſterilitas adducta; ita poſt inceptam readificationem omnia ipſis facta ſunt proſpera.

1 IN die vigeſima & quarta menſis, in ſexto
2 menſe, in anno ſecundo Darij regis. * In ſe-
A ptimo menſe, vigeſima & prima menſis, factum
eſt verbum Domini in manu Aggæi prophe-
3 tæ, dicens: * Loquere ad Zorobabel filium Sa-
lathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſe-
dec ſacerdotem magnum, & ad reliquos po-
4 puli, dicens: * Quis in vobis eſt derelictus, qui
vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid

vos videtis hanc nunc? numquid non ita eſt,
quaſi non ſit in oculis veſtris? * Et nunc con- 5
fortare Zorobabel, dicit Dominus: & con-
fortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, &
confortare omnis populus terræ, dicit Domi-
nus exercituum: & facite (quoniam ego vo-
biſcum ſum, dicit Dominus exercituum) * ver- 6
bum quod pepigi vobiſcum cùm egrederemini
de Terra Ægypti: & ſpiritus meus erit in me-
dio veſtrûm, nolite timere. * Quia hæc dicit 7
Hebr.12. g.26 Dominus exercituum: Adhuc vnum modi- B
cum eſt, & ego commouebo cælum, & terram,
& mare, & aridam. * Et mouebo omnes Gen- 8
tes: ET VENIET DESIDERATVS cun-
ctis Gentibus: & implebo domum iſtam glo-
ria, dicit Dominus exercituum. * Meum eſt 9
argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus
exercituum. * Magna erit gloria domus iſtius 10
nouiſſimæ plus quàm primæ, dicit Dominus
exercituum: & in loco iſto dabo pacem, dicit
Dominus exercituum. * In vigeſima & quarta 11
noni menſis, in anno ſecundo Darij regis, fa-
ctum eſt verbum Domini ad Aggæum Pro-
phetam, dicens: * Hæc dicit Dominus exerci- 12
tuum: Interroga ſacerdotes legem, dicens:
* Si tulerit homo carnem ſanctificatam in 13
ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate
eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut
oleum, aut omnem cibum: numquid ſancti-
ficabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes,
dixerunt: Non. * Et dixit Aggæus: Si tetige- 14
rit pollutus in anima ex omnibus his, num- C
quid contaminabitur? Et reſponderunt ſacer-
dotes, & dixerunt: Contaminabitur. * Et re- 15
ſpondit Aggæus, & dixit: Sic populus iſte, &
ſic gens iſta ante faciem meam, dicit Dominus,
& ſic omne opus manuum eorum: & omnia
quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. * Et 16
nunc ponite corda veſtra à die hac & ſuprà,
antequam poneretur lapis ſuper lapidem in
templo Domini. * Cùm accederetis ad acer- 17
uum viginti modiorum, & fierent decem: &
intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinqua-
Amos 4. c.9 ginta lagenas, & fiebant viginti. * Percuſſi vos 18
vento vrente, & aurugine, & grandine omnia
opera manuum veſtrarum: & non fuit in vo-
bis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus.
* Ponite corda veſtra ex die iſta & in futu- 19
rum, à die vigeſima & quarta noni menſis: à D
die, qua fundamenta iacta ſunt templi Do-
mini, ponite ſuper cor veſtrum. * Numquid 20
iam ſemen in germine eſt: & adhuc vinea, &
ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non
floruit? ex die iſta benedicam. * Et factum eſt 21
verbum Domini ſecundò ad Aggæum in vige-
ſima & quarta menſis, dicens: * Loquere ad 22
Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego moue-
bo cælum pariter & terram. * Et ſubuertam 23
ſolium regnorum, & conteram fortitudinem
regni Gentium: & ſubuertam quadrigam, &
aſcenſorem eius: & deſcendent equi, & aſcen-
ſores eorum: vir in gladio fratris ſui. * In die 24
illa, dicit Dominus exercituum, aſſumam te
Eccli.49. c.13 Zorobabel fili Salathiel ſerue meus, dicit Do-
minus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te
elegi, dicit Dominus exercituum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN DIE VIGESIMA ET QVARTA. Hic eſt finis capitis ſuperioris, ſic Hebræi diuidunt. Ergo Aggæus cœpit vaticinari die prima menſis ſexti; populus, quod hîc dicitur, cœpit opus eius menſis die vigeſimaquarta. Proximo menſe denuò Aggæus Principes & populum alloquitur.

2 IN SEPTIMO MENSE. Is eſt menſis *Tiſri*, Septembri reſpondens.

4 DOMVM ISTAM IN GLORIA SVA. Quis vidit? nempe Salomonis templum. NVMQVID NON ITA EST, QVASI NON SIT. Hebr. *an non ſicut ipſa, vt nihil*, id eſt, eius comparatione nihil eſt hæc domus, in nullo illi priori domui comparata. Quinque res in ſecundo templo defuerunt, vti Hebræi aiunt; Primum, Diuina præſentia; non enim reddebantur reſponſa. Secundum, Spiritus propheticus; nam in Malachia defecit. Tertium, Ignis ſacer; numquam enim comparuit, ex quo abſconditus eſt: 2. Machab. 1. verſ. 19. Quartum, Vrim Thummim in Rationali. Quintum, Arca, vbi Lex erat.

5 ET FACITE. ſ. opus quod cœpiſtis, in eo pergite.

6 VERBVM QVOD PEPIGI: ſ. implebo. Quod fuit illud? quod ſequitur. ET SPIRITVS MEVS ERIT. i. ego ipſe ero vobiſcum, non vos deſeram.

7 ADHVC VNVM MODICVM EST. ſ. poſt parum temporis. Sept. *adhuc ſemel*. Sic Paulus citat ad Hebr. 12. verſ. 26. i. adhuc ſemel meam potentiam oſtendam rebus omnibus motis. ET EGO COMMOVEBO. Terram commouit tantùm, cùm legem terreſtrem dedit; at in aduentu Chriſti cælum & terram. CÆLVM, ob ſtellam & Angelos; TERRAM, ob paſtores & Magos, & Herodem. ET MARE, ET ARIDAM. Quia vndique confluent ad Chriſtum. Per *aridam* Auguſt. 18. de Ciuit. cap. 35. intellexit inſulas, quia ſ. *terra* præceſſit. Sed frequens in Sacris eſt repetitio.

8 ET MOVEBO OMNES GENTES. Fortè loquitur de bellis, quæ multa inter Romanos aduentum Chriſti præceſſerunt. ET VENIET DESIDERATVS CVNCTIS GENTIBVS. Hebr. *& venient deſiderium* (pro, deſideria) *omnium Gentium*. i. diuitiæ, aurum & argentum, quæ omnes cupiunt, in hoc templum adducentur. Sic Hebræi. Fauent illis Sept. vertunt enim: *venient electa omnium Gentium*. Chald. *veniet deſiderium omnium Gentium*, pro, *deſideratus*, vt Hieronymus poſuit, nomen formæ vertens in ſubiectum & compoſitum, quod ſæpè fit. Chriſtus ſanè ob Prophetarum vaticinia à cunctis Gentibus expectabatur. ET IMPLEBO DOMVM ISTAM GLORIA. i. argento & copiis, vt Iudæi ſomniant; nos ob aduentum & præſentiam Chriſti. Ea fuit gloria eius templi, non alia. De Meſſiæ aduentu veteres Iudæi locum hunc intellexere: Galatinus lib. 4. cap. 9.

9 MEVM EST ARGENTVM. vt ſ. in illud templum conferatur, ego id facere poſſum. ſic Iudæi. Nos, *meum eſt argentum*. i. nihili illud facio; neque iis copiis ornare hoc templum volo.

10 MAGNA ERIT GLORIA. i. maior. Hebræi comparatiuo carent, pro eo vtuntur poſitiuo. Verùm, in quo gloria poſterioris templi fuit maior priore? Iudæi reſpondent, duratione; quia prius ſtetit 410. annis, poſterius 420. tum pulchritudine & forma ædificij ſuperaſſe dicunt. Verùm cùm verſ. 4. dixerit, pro nihilo eſſe poſterius templum cum priori comparatum, cùm prius auro obductum eſſet, de poſterioris copiis nihil legamus, ac verò turbidis temporibus eas habere non potuerint; cogimur eam gloriam aliò referre, ad Chriſti in eo templo præſentiam. ET IN LOCO ISTO DABO PACEM. In ortu Chriſti magna fuit pax, Iani portæ ab Auguſto clauſæ, immotæ toto Imperio Romano pacis argumento.

11 NONI MENSIS. Hic eſt *Kiſleu*, Nouembri reſpondens. Tunc Deus locutus eſt Aggæo.

INTER-

12 INTERROGA SACERDOTEM LEGEM. i. de lege. Propone illis quæſtionem.

13 IN ORA VESTIMENTI SVI. in ala veſtimenti. DE SVMMITATE EIVS. Hebr. *in ala eius*. ſ. veſtimenti, ſi tulerit quis carnem ſanctam. Numquid PANEM. .i. numquid ob tactum carnis ſanctificatæ, illa, panis ſ. & vinum, ſanctificabuntur? Reſpondet, Minimè.

14 SI TETIGERIT POLLVTVS IN ANIMA. *Anima* pro cadauere. Si is, qui ſe polluit tactu cadaueris, tetigerit panem, aut quidpiam aliud, an id etiam contaminetur? Reſpondet, contaminari. Sed quorſum hæc? Vt oſtendat, nil mirum, ob peccata populi, fruges & alia quaſi contaminata malignè prouenire, & iram Dei ad alia extendi, & eorum oblationes repudiare. Sic hi & dona eorum contaminata ſunt.

15 QVÆ OBTVLERVNT IBI. i. in altari, quod initio ædificarunt: 1. Eſdræ 3. verſ. 2. Sacrificia ingrata ſunt, quia offerentes polluti ob intermiſſam templi ſtructuram.

16 ET NVNC PONITE CORDA VESTRA. i. conſiderate ſuperiora tempora, antequam ædificationem templi incœpiſtis.

17 CVM ACCEDERETIS AD ACERVVM. i. ex aceruo, ex quo putabatis fore viginti, ſ. modios, inueniſtis decem; & ex torculari, vnde exprimere (Hebr. *haurire*) credebatis quinquaginta, ſ. lagenas, inueniſtis viginti. ſ. Deo irato contra vos, prouentus eſt imminutus; & ſpes fefellit. Hebr. nec *modios* eſt, nec *lagenas*; ſed benè ſupplentur, quod faciunt Hieronymus, item Sept. & Chald. in diuerſo quamuis menſurarum genere.

18 PERCVSSI VOS VENTO VRENTE. Chald. *vredine*, qua ſ. ſpicæ ſiccantur. ET AVRVGINE. Vitium ex nimio humore, cùm pallent ſpicæ & grana, in cinerem vertuntur. Hæc fuit cauſa exigui prouentus, percuſſiſſe me vos his plagis. ET NON FVIT IN VOBIS. Hebr. *& non fuit vobiſcum ad me*. i. quiſpiam è veſtro numero, qui ad me reuerteretur, me oraret, à malo deſiſteret.

19 A DIE, QVA FVNDAMENTA IACTA SVNT. pro, id eſt à die, quo ædificare cœpiſtis, quæ fuit vigeſima quarta menſis noni.

20 NVMQVID IAM SEMEN IN GERMINE EST? .i. ſata nondum germinarunt, vt ex illis coniectura fiat futuræ vbertatis. Hebr. *nonne adhuc ſemen in horreo?* nondum ſementis eſt facta. Ne dicatis me conijcere vbertatem futuram ex ſemente iam facta. NON FLORVIT VINEA. Hebr. *non tulit*. ſ. fructum. EX DIE ISTA BENEDICAM. i. fructus tamen vberes ſegetibus & arboribus dabo. Vides Deum etiam in præſenti pijs ſecundos ſucceſſus largiri, mulctare impios. Hoc frequenter & plurimùm accidit.

21 ET FACTVM EST VERBVM DOMINI SECVNDO. Duas viſiones habuit vno die.

22 EGO MOVEBO CÆLVM PARITER ET TERRAM. Turbabo bellis orbem. ſ. ante Chriſti aduentum.

23 ET SVBVERTAM SOLIVM. i. Regna ipſa ſubuertam, Regibus ſublatis qui nunc ſunt. ET DESCENDENT EQVI, &c. pro, cadent. Chald. *interficientur equi & aſcenſores*. VIR. i. *quiſque* gladio fratris ſui, ſic Sept. & Chald. Indicat bella ciuilia, quæ diu inter Romanos viguerunt, & alibi.

24 IN DIE ILLA. Inter tot bella te incolumem, ô Zorobabel, ſeruabo, id erit tuæ pietatis præmium. PONAM TE QVASI SIGNACVLVM. i. vt annulum ſignatorium, qui ſemper in manu & in oculis eſt, te chariſſimum habebo. Chald. *vt ſculpturam annuli*. QVIA TE ELEGI. Chald. *quoniam in te mihi complacui*. Porrò hæc promiſſio aut in ipſo Zorobabel, aut in eius poſteris impleta eſt, in Chriſto præſertim.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN DIE, &c. hic verſus coniungitur cum præcedenti cap. apud Hieron. & quoſdam alios. ſ. hac die cœptum opus. i. parari materia; nam ædificium cœptum 24. menſis noni, vt dicitur inf. SEXTO. ſ. Auguſto: quidam Februarium putant, quia annus vulgaris incipiebat à Septembri, ſacer autem à Martio. Vide Exod. 12.

4 DERELICTVS. ſ. ex iis qui viderunt primum templum. GLORIA. i. ſplendore. Chald. *decore*. QVID. pro, qualem. LXX. *quomodo*. NON SIT. Chald. *vt nihili*.

5 TERRÆ. ſ. huius. FACITE. ſ. opus templi quod cœpiſtis.

6 VERBVM. i. fœdus. ſ. firmum erit, ſeu ſeruabo. SPIRITVS. ſ. tertia perſona in Deitate, adeoque tota Trinitas; nec enim ſeparantur actione. ERIT. ſ. per effectum gratiæ & protectionis.

7 MODICVM. Nota, 500. annos, aut 300. ſecundùm alios, dici *modicum*. ſ. breue eſt, reſpectu non ſolùm æternitatis, ſed totius temporis. LXX. *adhuc ſemel*. & ita citatur Hebr. 12. COMMOVEBO, &c. q. d. faciam rem nouam & mirabilem in orbe. ET MARE, &c. explicat quid terræ nomine intellexerit.

8 MOVEBO. ſ. ſtupore tanti myſterij, & lætitia, & vitæ innouatione. VENIET. ſ. in mundum, vel ad iudicium. Vide Auguſt. 18. Ciuit. cap. 35. & 48. DESIDERATVS, &c. ſ. Chriſtus, quem totus mundus deſiderabat. ſ. optabat felicitatem, quam Chriſtus attulit, etſi id eum facturum multi ignorabant. Chald. *deſiderium omnium Gentium*. GLORIA. ſ. ob Chriſti præſentiam.

9 MEVM EST, &c. q. d. ſi velim, poſſim facilè iſtam ornare auro & argento, ſed ornabo re pretioſiori. ſ. filij mei præſentia, & doctrina, &c.

10 DOMVS ISTIVS. i. Eccleſiæ per hanc ſignificatæ. Auguſt. 18. Ciuit. PACEM. ſ. Chriſtum, qui eſt pax noſtra.

11 LEGEM. i. de re ad legem pertinente.

13 SANCTIFICATAM. ſ. per oblationem eius factam Deo. EIVS. ſ. veſtimenti. SANCTIFICABITVR. ſ. id quod tactum fuit.

14 IN ANIMA. i. ob contactum hominis mortui.

15 SIC POPVLVS, &c. q. d. contaminat quidem oblationes, quia immundus eſt peccatis, & non ab ipſis ſanctificatur, quòd eas tangat ſanctificatas. Vide Ierem. 11. *Numquid carnes ſancta auferent à te malitias tuas*, &c. IBI. ſ. in altari quod extruxerant ad ſacrificia.

16 HAC. ſ. 24. menſis noni.

17 VIGINTI. ſ. opinione veſtra, ſeu ſpe.

18 VENTO VRENTE. LXX. *ſterilitate*. AVRVGINE. Vitium eſt ſegetis ex nimio humore. LXX. *corruptione aeris*.

19 IACTA. ſ. ſuper illa, quæ cœpta tempore Cyri, vel in altera parte, in qua nondum cœpta. Vide 1. Eſd. 3.

20 GERMINE. q. d. nondum germinauit. Hinc apparet *nonum* eſſe Nouembrem, non Martium. Chald. *in area*. BENEDICAM. i. dabo copiam fructuum.

23 REGNORVM. Quidam putant prædici euerſionem Regni Perſarum. Alij Græcorum, alij Romanorum. DESCENDENT. i. cadent in terram. ſ. morientur. VIR. .i. quiſque.

24 TE. ſ. in poſteris tuis, præcipuè in Chriſto. ſic quædam promiſſa Abraham, Geneſ. 12. & 15. quæ in poſteris impleta. SIGNACVLVM. i. annulum ſignatorium. Chald. *ſculpturam annuli ſuper manum*. ELEGI. ſ. vt ex te Chriſtus naſcatur. Chald. *in te mihi complacui*.

PROPHETIA ZACHARIAE.

CAPVT PRIMVM.

Quo tempore Zacharias prophetauerit: qui hortatur populum ad reſipiſcentiam, ne imitentur patres ſuos, qui Prophetas contemnentes puniti ſunt: duplici figura oſtendit Dominus ſe puniturum Gentes quæ populum ſuum afflixerant; hunc autem in Ieruſalem reuocandum, in qua ædificabitur ipſi Domino templum.

IN menſe octauo, in anno 1
ſecundo Darij regis, factum A
eſt verbum Domini ad Za-
chariam, filium Barachiæ
filij Addo, Prophetam, di-
cens: Iratus eſt Dominus 2
ſuper patres veſtros iracun-
dia. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus 3
a Malach. 3. a.7 exercituum: a Conuertimini ad me, ait Do-
minus exercituum: & conuertar ad vos, dicit
Dominus exercituum. Ne ſitis ſicut patres 4
n Iſa. 21.c. 8.31.c.6. & 45.d.25 Ierem. 3. c.12 Ezech. 18. g.30.& 20. a.7.& 33. c.11 Oſee 14. a.2 Ioel.2.c.12 veſtri, n ad quos clamabant Prophetæ priores,
dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum:
Conuertimini de viis veſtris malis, & de cogi-
tationibus veſtris peſſimis: & non audierunt,
neque attenderunt ad me, dicit Dominus.
Patres veſtri vbi ſunt? & Prophetæ numquid 5
in ſempiternum viuent? Verumtamen verba 6
mea, & legitima mea, quæ mandaui ſeruis B
meis Prophetis, numquid non comprehende-
runt patres veſtros, & conuerſi ſunt, & dixe-
runt: Sicut cogitauit Dominus exercituum
facere nobis ſecundùm vias noſtras, & ſecun-
dùm adinuentiones noſtras, fecit nobis? In 7
die vigeſima & quarta vndecimi menſis Sabath,
in anno ſecundo Darij, factum eſt verbum
Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filij
Addo, Prophetam, dicens: Vidi per noctem, 8
& ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, &
ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in pro-
fundo: & poſt eum equi rufi, varij, & albi.
Et dixi: Quid ſunt iſti, Domine mi? & dixit 9
ad me Angelus, qui loquebatur in me: Ego
oſtendam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit 10
vir, qui ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſunt,
quos miſit Dominus vt perambulent terram.
Et reſponderunt Angelo Domini, qui ſtabat 11
inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus C
terram, & ecce omnis terra habitatur, &
quieſcit. Et reſpondit Angelus Domini, & 12
dixit: Domine exercituum vſquequò tu non
miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda, quibus
iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt.
Et reſpondit Dominus Angelo, qui loqueba- 13
tur in me verba bona, verba conſolatoria. Et 14
dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me:
Clama, dicens: Hæc dicit Dominus exerci-
a Infr. 8. a.2 tuum: a Zelatus ſum Ieruſalem & Sion zelo
magno. Et ira magna ego iraſcor ſuper gen- 15
tes opulentas: quia ego iratus ſum parum, ipſi
16 verò adiuuerunt in malum. Proptereà hæc
dicit Dominus: Reuertar ad Ieruſalem in mi-
ſericordiis: & domus mea ædificabitur in ea,
D ait Dominus exercituum: & perpendiculum
17 extendetur ſuper Ieruſalem. Adhuc clama,
dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ad-
huc affluent ciuitates meæ bonis: & conſola-
bitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc
18 Ieruſalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: &
19 ecce quattuor cornua. Et dixi ad Angelum,
qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc? & dixit
ad me: Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt
20 Iudam, & Iſrael, & Ieruſalem. Et oſtendit mi-
21 hi Dominus quattuor fabros. Et dixi: Quid
iſti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc ſunt
cornua, quæ ventilauerunt Iudam per ſingulos
viros, & nemo eorum leuauit caput ſuum: &
venerunt iſti deterrere ea, vt deiiciant cornua
gentium, quæ leuauerunt cornu ſuper terram
Iuda vt diſpergerent eam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ZACHARIAS *Propheta & ſacerdos fuit: Dorotheus. Diu in Babylone verſatus, prouecta ætate venit Ieroſolymam, ad vrgendam templi fabricam, multaq́ & præclara eſt vaticinatus. Iſidorus de Ortu & obitu Patrum, cap. 57. Zachariam filium Ioiadæ facit, qui & Barachias. Verùm is alius eſt à noſtro, de quo agit cap. 51. ne nominis ſimilitudo quem fallat. Vbi, quæ hic continentur, fuerit vaticinatus, Babylone, an in Iudæa, non conſtat.*

1 IN MENSE OCTAVO. Is eſt *Marcheſuan*, Octobri reſpondens. IN ANNO SECVNDO DARII. ſ. Hyſtaſpis. FACTVM EST VERBVM DOMINI AD ZACHARIAM, FILIVM BARACHIÆ. An hic eſt, de quo Matth. 23. verſ. 35. dicitur, occiſum inter templum & altare? nam patris *Barachiæ* nomen conſentit, & fuiſſe vltimum, aut ex vltimis in Prophetarum numero. Quod Chriſtus indicare voluit, cùm dixit: *A ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ*, à primo tempore ad vltimum progreſſus. Nam quod Hieronymus in eum Matthæi locum opponit, vix eo tempore templi ruinas ſupereſſe; parum mouet, cùm ſecundo anno Darij, Hyſtaſpis ſ. prophetare cœperit, & ſexto templi ſtructura abſoluta ſit: Eſdræ lib. 1. cap. 6. verſ. 15. quo tempore in viuis fuiſſe veriſimile eſt. Sanè Iſidori, Epiphanij, & Dorothei auctoritas magis mouet, affirmantium hunc Zachariam in pace quieuiſſe. Ceterùm, an is Euangelij Zacharias fuerit Ioiadæ filius, vt Hieronymus vult de quo 2. Paral. 24. an verò Zacharias Baruch filius, quem occiderunt Zelotæ intra templum, vt Ioſephus ait lib. 4. de Bello, cap. 5. præſagium inſtantis excidij, vt ille lib. 5. cap. 1. & 2. alio fortaſſis loco commodiùs. FILII ADDO. Fuit ergo Zacharias nepos Addo. Sic Eſdræ lib. 1. cap. 5. verſ. 1. vbi dicitur, *Zacharias filius Addo. Filius* pro nepote ſumi debet.

2 SVPER PATRES VESTROS, &c. contra patres veſtros iratus eſt Deus.

Et

4 Et de cogitationibvs, ſtudiis, operibus conuertimini. Neqve attendervnt ad me.i.neque auſcultarunt me, neque obedierunt mihi.

5 Patres veſtri vbi ſvnt? i. non præterita; ſed futura nuntiarunt veritatis argumento; quoniam ipſis mortuis conſtat eueniſſe quæ prædixerunt veſtris Patribus Prophetæ. Non ſunt fabulæ, aut commenta.

6 Verba mea, et legitima mea. Dei ſunt verba. Hebr. *verba mea, & decreta mea.* Comprehendervnt patres veſtros. i. euenerunt illis quæ ego decreui. Et conversi ſvnt ad pœnitentiam. Secvndvm adinventiones noſtras. Sic Sept. Hebr. *ſecundum ſtudia*, opera noſtra, fecit nobis.

7 Sabath. Sic menſis vndecimus vocabatur. Et ſanè hæc menſium nomina Babylonica ſunt, neque ea inuenias, præterquam in libris poſt captiuitatem ſcriptis, vt in Eſther, Eſdra, Zacharia. Olim alia menſium nomina habuerunt, aut per numeros eos nominabant, *primus*, *ſecundus*, *tertius*. vt apud Romanos veteres, *Quintilis, Sextilis, September*. Tunc ergo Deus Zachariæ eſt locutus.

8 Vidi per noctem. Per quietem Deus apparet, & fortaſſis viſio fuit in ſomnis. Et ecce vir. Is fuit Angelus cuſtos Synagogæ Michaël, vt Theodoretus ait. Aſcendens, &c. Hebr. *equitans ſuper equum rufum*. *Equus* celeritatem agendi in Angelo, color vindictam de Gentibus ſumendam ſignificat. Inter myrteta, qvæ erant in profvndo. In profundo arbores non naſcuntur. Ergo *in profundo*. i. iuxta profundum, ad ripam fluminis, vbi arbores multùm creſcunt. Et poſt evm eqvi rvfi. Per *equos* equites intellige, cuſtodes ſ. Angelos aliarum Gentium. Varii. i. maculoſi. Porrò colores, *rufus* vltionem, *albus* benignitatem; *varius* mixtam benignitati ſeueritatem ſignificat. Quibus vti volebat Deus in eas Gentes, quibus ij Angeli erant pro ſe quiſque præfecti pro conditione equi, quo ſinguli vehebantur. Rogat Propheta qui illi eſſent. reſpondet Angelus

9 Qvi loqvebatvr in me. i. mihi. is erat Angelus, qui ſtabat inter myrteta; aut potiùs alius, qui initio Prophetæ apparuit. Ego oſtendam tibi. Hebr. *videre te faciam.* ſed *videre* pro audire: faciam vt audias & intelligas. ſic Hebr. Ergo hi miſſi ſunt,

10 Vt perambvlarent terram. Quiſque miſſus eſt à Deo, vt luſtret Prouinciam & Gentem ſibi commiſſam.

11 Et reſpondervnt. Quid reſpondent rogante nemine? Ergo *reſponderunt*. i. locuti ſunt primo Angelo, qui Principatum videtur tenuiſſe. Omnis terra habitatvr, et qviescit, nulla eſt deſerta, nulla bella. Darij tempore magna pax fuit.

12 Et reſpondit. Locutus eſt Angelus Synagogæ. *Reſpondere* Hebræis *loqui* eſt. Loquitur autem & conqueritur, quòd ceteris Prouinciis quietis ſoli Iudæi conflictarentur. Iſte iam. Hebr. non eſt *iam*, neque in Gotth. neque in Sept. Sed ſanè anno ſecundo Darij, anni ſeptuaginta captiuitatis aut deſolationis prædicti à Ieremia expleti ſunt. Deinde vides Angelos orare pro nobis, quin & noſtras preces in Tobia & Apocalypſi Deo offerunt. Quid ergo prohibeat eos inuocare, & ſollicitare vt id faciant?

13 Qvi loqvebatvr in me. i. mihi. Illi Angelo locutus eſt Deus.

14 Zelatvs ſvm, &c. i. amaui Ieruſalem, & iratus ſum eius hoſtibus. Chald. *vleiſcar Ieruſalem & Sion Zelo magno.*

15 Svper gentes, contra gentes. Opvlentas, ſeu *pacatas*. ſ. de quibus Angeli loquuntur verſ. 12. *Omnis terra habitatur, & quieſcit.* In eas iraſcitur Deus, quia ab illis oppreſſi ſunt Iudæi. Ego iratvs ſvm parvm. ſ. contra Iudæos; modico ſupplicio eram contentus: illi, apud quos Iudæi erant, peiora quàm ego vellem fecerunt.

16 Perpendicvlvm extendetvr. Denuò ædificabitur Ieruſalem.

17 Adhvc afflvent, ſiue *diffundent ſe*, ſiue *ſpargentur*. Chald. *implebuntur bono.* Adhvc. i. rurſus implebuntur bonis, ſublata præſenti egeſtate. Eliget, &c. Chald. *complacebit adhuc ſibi in Ieruſalem Deus.*

19 Hæc ſvnt cornva. ſ. quatuor cornua quæ vidiſti, ſignificant quatuor Gentes, quæ oppreſſerunt priùs decem tribus, deinde Iudam & Ieruſalem. Quæ illæ Gentes eſſent, non explicat, neque diuinare eſt opus. & per *cornua* ventilabra cornuta intelligo.

20 Qvattvor fabros vidi. i. quatuor Angelos, qui fabrorum ſpecie & forma apparuerunt cum ſuis ferramentis; quaſi ad diruenda illa quatuor Regna.

21 Qvæ ventilavervnt Ivdam per ſingvlos viros. Hebr. *ventilauerunt Iudam adeo, vt vir* (i. nemo) *leuaret caput ſuum.* Nullum innoxium & immunem reliquerunt, Hieronymus ſententiam expreſſit. Vt deiiciant in terram. ſ. ſolo adæquent illa Regna, quæ oppreſſerunt Iudæos, & levavervnt cornv ſvper terram Ivda, contra hanc Gentem. Vt diſpergerent eam, ſeu *ventilarent eam* in captiuitatem ſ. agerent Gentem Iudæorum. Hi quatuor fabri diruent illa Regna.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Zacharias prophetat de Iudæis, Gentibus, Chriſto & Eccleſia.

1 Octavo. ſ. Octobri. Darii. vide Agg. 1. Zachariam, de quo Matth. 23. etſi quidam aliud ſentiunt.

2 Svper. i. contrà.

3 Et dices. ſ. prætereà. Eos. ſ. Iudæos. Convertimini. ſ. per pœnitentiam. Convertar. ſ. remittendo peccata, dando gratiam, & iuuando.

4 Priores. ſ. qui ante captiuitatem.

5 Vbi ſvnt? q. d. Nónne illis acciderunt quæ prædixi, etſi non credebant euentura? Nvmqvid, &c. q. d. Pſeudoprophetæ illi qui patres veſtros decipiebant, nónne & ipſi miſerè mortui, cùm tamen felicitatem promitterent? Vel ſi de veris Prophetis loquitur, q. d. Numquid perpetuò opus eſt vos monere per Prophetas? nec mihi credens ſæpiùs monenti, cùm præſertim appareat re ipſa me vera prædicere?

6 Legitima. i. præcepta. Hebr. *ſtatuta*. Comprehendervnt. i. ad eos peruenerunt. q. d. nónne eis manifeſtata ſunt? vel, nonne mala quæ ſimul minabantur illis inuenerunt? Conversi ſvnt. i. ad ſe reuerſi ſunt. Lxx. *reſponderunt*. Fecit. ſ. puniendo.

7 Vndecimi. ſ. Ianuarij. Verbvm. Viſionem vocat verbum, quamquam & in ipſa viſione interueniunt verba Angeli.

8 Vir. i. Angelus Michaël, de quo Daniel. 10. Eqvvm rvfvm. In *equo* celeritas, in colore punitio hoſtium ſignificata. Profvndo. ſ. aquarum. q. d. prope aquas. ſ. Babylonis. Chald. *Babylone*. Eqvi. ſ. & equites. Varii. Varietate coloris ſignificantur varia Angelorum munia, pro varietate præceptorum Dei; nempe *rufo* punitio ſeu calamitas, *albo* proſperitas.

9 Dixi. ſ. Angelo, qui mihi illa oſtendebat. In me. ſ. intra me. Chald. *mecum*. Oſtendam. i. faciam tibi oſtendi.

10 Vir. ſ. Michaël. Perambvlent. ſ. cuſtodientes Prouincias, vel exequentes varia Dei mandata.

11 Reſpondervnt. ſ. rogat de ſtatu hominum, vt Zacharias audiret. Habitatvr, et qviescit. pro, habitatur in pace. ſ. ſine prœliis. Chald. *habitatur pacifica & quieta.* Quidam ad ditionem Darij ſolam referunt.

12 Reſpondit. i. locutus eſt. Qvibvs iratvs es? i. quos affligis. Septvageſimvs. ſ. ex quo Ieruſalem euerſa. Nam 19. Nabuchodonoſoris, qui deinde regnauit 26. ſed computato 19. fiunt 27. nam menſe 5. decimi noni capta vrbs. Euilmerodach 23. Baltaſſar 3. Cyrus 7. poſt expugnatam Babylonem (etſi alij aliter ſentiunt, ſed deinde ſilio dant 14.) Cambyſes 8. Qui omnes vſque ad Darij 2. fiunt 70.

BONA. i. conſolatoria, vt ſtatim explicat. Chald. *recta*. 13
ZELATVS SVM. i. amore proſecutus, adeoque eo- 14
rum cauſa iratus affligentibus ipſam. Hæc ſunt verba
conſolatoria.
GENTES. ſ. Chaldæos. ADIVVERVNT IN MALVM 15
.i. grauiùs afflixerunt quàm debuerint, ſeu quàm vel-
lem. Chald. *adiuuerunt ad malefaciendum*. 16
IN MISERICORDIIS. i. cum magna miſericordia.
PERPENDICVLVM, &c. q. d. ædificabitur. IERVSA-
LEM. Chald. *ædificium parietum Ieruſalem*.
AFFLVENT. Chald. *implebuntur*. ELIGET. i. tra- 17
ctabit vt electam. Chald. *complacebit ſibi in*. poſſunt
hæc ad Eccleſiam referri.
LEVAVI OCVLOS. i. aſpexi. QVATTVOR CORNVA. 18
Quidam Regna quatuor intelligunt. ſ. Chaldæorum,
Perſarum, Græcorum, & Romanorum. Alij, quatuor
orbis partes, quæ Iudæos vexarunt. ſ. ab Oriente Am-
monitæ & Moabitæ, ab Occidente Palæſtini, à Se-
ptemtrione Chaldæi, à Meridie Idumæi. Chald. *qua-
tuor Regna*.
VENTILAVERVNT. i. vexarunt. Chald. & LXX. *di- 19
ſperſerunt*.
FABROS. ſ. ferrarios, qui cornua ferrea confringe- 20
rent, nempe Angelos.
PER SINGVLOS, &c. q. d. Iudæos omnes. EORVM. 21
ſ. Iudæorum. LEVAVIT CAPVT. i. potuit reſiſtere,
ſeu reſpirare. CORNV. i. potentiam, robur.

CAPVT II.

*Apparet vir menſuraturus Ieruſalem, quæ poſt capti-
uitatem ſolutam vehementer replenda eſt habitatori-
bus: cui Deus pro muro erit; & afflictis Chaldæis ac
cæteris qui filios Iſrael afflixerant, multæ gentes vnà
cum Sion læta venient ad ſeruiendum Domino, quas
ipſe ſuſcipiet in populum.*

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce 1
vir, & in manu eius funiculus menſorum. A
* Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Vt 2
metiar Ieruſalem, & videam quanta ſit latitu-
do eius, & quanta longitudo eius. * Et ecce 3
Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur,
& Angelus alius egrediebatur in occurſum
eius. * Et dixit ad eum: Curre, loquere ad pue- 4
rum iſtum, dicens: Abſque muro habitabitur
Ieruſalem, præ multitudine hominum & iu- B
mentorum in medio eius. * Et ego ero ei, ait 5
Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria
ero in medio eius. * O, ô fugite de terra Aqui- 6
lonis, dicit Dominus: quoniam in quattuor
ventos cæli diſperſi vos, dicit Dominus. * O 7
Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis:
* quia hæc dicit Dominus exercituum: Poſt 8
gloriam miſit me ad Gentes, quæ ſpoliauerunt C
vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam
oculi mei: * quia ecce ego leuo manum meam 9
ſuper eos, & erunt prædæ his, qui ſeruiebant
ſibi: & cognoſcetis quia Dominus exercituum
miſit me. * Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce 10
ego venio, & habitabo in medio tui, ait Domi-
nus. * Et applicabuntur Gentes multæ ad Do- 11
minum in die illa, & erunt mihi in populum, D
& habitabo in medio tui: & ſcies quia Domi-
nus exercituum miſit me ad te. * Et poſſide- 12
bit Dominus Iudam partem ſuam in terra ſan-
ctificata: & eliget adhuc Ieruſalem. * Sileat 13
omnis caro à facie Domini: quia conſurrexit
de habitaculo ſancto ſuo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET ECCE VIR, Angelus ſpecie viri. FVNI- 1
CVLVS MENSORVM. Hebr. *menſuræ*. Sept. *fu-
niculus Geometricus*. Quid hoc? Chald. *funiculus men-
ſorum*, in manu eius.
2 VT METIAR IERVSALEM. ſ. vado. Volebat inſtau-
rare Ieruſalem; ideò metitur priùs aream, vt ſolent fa-
cere architecti.
3 EGREDIEBATVR Angelus alius, vt ſ. mihi lo-
queretur.
4 LOQVERE AD PVERVM ISTVM. Sic Zachariam vo-
cat, quia comparatione Angelorum, homines vt pueri
ſunt: Hieronymus. ABSQVE MVRO. Hebr. *villæ*. i. vt
villæ habitabitur Ieruſalem, quæ ſ. arcem & murum
non habent. PRÆ MVLTITVDINE. Tam multi erunt
ciues, vt propter amplitudinem cingi muro non poſ-
ſit. Aut ſuorum multitudine ſe tuebitur, neque alia
munitione opus habebit. Quod in Eccleſiæ amplitu-
dinem magis quàm in eam vrbem conuenit. HOMI-
NVM ET IVMENTORVM. Per *iumenta* aut equos in-
telligo, aut armenta, quæ noctu in oppida referebant,
eoque amplas extruebant domos. Hieronymus per
homines Iudæos, per *iumenta* Gentes intelligit, qui
omnes Eccleſiæ amplitudine continentur. Aut erudi-
tos & ſimplices.
5 MVRVS IGNIS ego ero; etiam ſi muro careat, mea
protectione quaſi muro igneo tuta erit. ET IN GLO-
RIA ERO, ſeu *in gloriam*, vt Hebr. & Sept. i. mea
præſentia eam glorioſam reddam. Regis præſentia vr-
bem nobilitat. Quod in Chriſti aduentum & præſen-
tiam in ea vrbe benè conuenit.
6 O, o. Hebr. *Hoi, hoi*. Vocantis particula, ſeu hor-
tantis. Ideò ſic meliùs per *O, ô*, Hebraica vertuntur,
quaſi dicas, *Heu, heu*, aut, *Væ, væ*, vt alij vertunt.
Vox Prophetæ hortantis Iudæos, vt Babylone reli-
cta, redeant in patriam. IN QVATTVOR VENTOS
CÆLI DISPERSI VOS. id eſt, in remotas & diſiunctas
regiones expuli vos, ideò non eſt mirum ſi ex Baby-
lone vos aduoco.
8 POST GLORIAM. Quam gloriam? De qua verſ. 5.
& in gloria ero in medio eius, poſtquàm eos reſti-
tuit in patriam, & habitauit inter eos. MISIT ME
AD GENTES. Quem? Prophetam, aut Angelum qui
loquitur, miſit ad Gentes, ſcilicet vt eas punirem.
Nec mirum. QVI ENIM TETIGERIT VOS,
TANGIT PVPILLAM OCVLI MEI. Hebr. *oculi
eius*, id eſt, Dei. Loquitur Angelus aut Propheta. ſic
Goth. & Hieronymus in Commentar. & Sept. Chald.
*qui nocet vobis, ac ſi extendat manum ſuam, vt tan-
gat pupillam oculi ſui*. i. ſibimet ille nocebit. Vulg. Re-
gia, *oculi ſui*.
9 QVIA ECCE EGO LEVO, ſeu *moueo*, MANVM MEAM.
Aut iurantis in modum, aut vt pugnem contra illos.
Memento Angelum loqui, aut Prophetam. SVPER
EOS, ſiue *contra eos*. ET ERVNT PRÆDÆ. Iudæis
poſt captiuitatem Gentes, quibus ſeruiebant, diripient
illi. ET COGNOSCETIS QVIA DOMINVS EXERCI-
TVVM MISIT ME. Veritas eorum quæ dico, & euen-
tus, me à Deo miſſum eſſe comprobabit.
10 ET LÆTARE, ſiue *exulta*, iubila filia Sion, ait
Dominus.
11 APPLICABVNTVR GENTES MVLTÆ AD DOMI-
NVM, ſeu *adhærebunt multæ Gentes Domino*, illum
ſequentur, colent eum. quod Chriſti aduentu fa-
ctum eſt. Sed & poſt reditum è captiuitate, rebus
proſperis, multos è vicinis Gentibus veniſſe Ieruſa-
lem, fide non caret.
12 ET POSSIDEBIT DOMINVS IVDAM. ſ. he-
reditate poſſidebit. PARTEM SVAM. pro, quaſi
partem. i. hereditatem. Quidam ex Hebr. verbum
נחל *nahal* volunt eſſe tranſitiuum, & ſic explicant,
*Faciet Dominus; vt hereditet Iudas hereditatem ſuam
in terra ſancta*. ſic Hebr. Schol. & Chald. q. d. Suam
hereditatem Deus in Iudam transferet. ET ELIGET
ADHVC. i. rurſus complacebit ſibi in Ieruſalem, eam
gratam habebit.
13 SILEAT OMNIS CARO. Sept. *timeat*. ſ. re-
uereatur. Silentium ex reuerentia eſt. Hebr. *ſile om-
nis caro*. A FACIE DOMINI. id eſt, coram Domino.

QVIA CONSVRREXIT, ſeu *excitatus eſt* de habitaculo
ſuo. Hactenus indormiſſe videbatur, nunc euigilare
contra hoſtes, & vt ſuos tueatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VIR. ſ. Angelus; ſpecie viri. MENSORVM. 1
ſ. quo ſolent Architecti metiri ædificia. Lxx. *Geo-
metricus.*

IERVSALEM. ſ. Eccleſiam, ad eam enim pertinent 2
quæ ſequuntur. SIT. ſ. futura. eſt enim ædificanda,
vel quanta nunc ſit, quantumque deſit.

EGREDIEBATVR. ſ. à me. Lxx. *ſtabat.* ALIVS. fortè 3
ille qui funiculum geſtabat.

AD EVM. ſ. qui in me loquebatur antea. PVE- 4
RVM. Chald. & Lxx. *iuuenem.* Apparet Zachariam
fuiſſe iuuenem, certè erat reſpectu Angeli. Vide ta-
men Ioan. 21. ABSQVE MVRO, &c. q. d. tanta erit
multitudo, vt circumdari muro non poſſit. ſ. Eccle-
ſia ſignificatur. IVMENTORVM. ſ. ſunt etiam in Ec-
cleſia, qui vt iumenta viuunt; eſt in area hac cum
grano palea, vſque ad diem Iudicij, & cum prudenti-
bus virginibus fatuæ.

MVRVS. i. velut murus, ſeu pro muro. *Et Dominus* 5
in circuitu populi ſui: Pſal. 124. Chald. *velut murus.*
IN GLORIA. Lxx. *in gloriam.* ſ. reddam glorioſam.
Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Vide Iſa. 60.

AQVILONIS. i. Babylone. ſ. mundo, & vitiis, poteſta- 6
teque diaboli. IN QVATTVOR, &c. q. d. ô electi, qui
per orbem totum diſperſi eſtis. Vide Iſa. 43. & Ioan. 11.
Lxx. *de quatuor ventis cæli congregabo vos.*

SION. i. electi ex Iudæis. FILIAM BABYLONIS. 7
i. Babylonem. vt ſup.

EXERCITVVM. Lxx. *omnipotens.* ſic inf. Apertè 8
Chriſtus hic Deus dicitur, ſicut & Pſal. 23. eſt enim
vtrobique יְהֹוָה *Iehoua.* GLORIAM. ſ. meæ re-
ſurrectionis. Vide Ioan. 7. *Nondum erat glorificatus.*
ſ. per reſurrectionem. ME. ſ. Chriſtum per Apo-
ſtolos, qui Gentibus prædicarunt. Vide Iſa. 49. Act. 13.
SPOLIAVERVNT. ſ. ſæpè Iudæi vexati à Gentili-
bus. Ait ergo, cùm per Apoſtolos ex vobis aſſumptos
ſint conuertendæ Gentes ad fidem, quantò æquius
eſt vos etiam conuerti? TANGIT. i. lædit. Vide
Pſal. 104. MEI. ſ. Dei. q. d. valdè Deum offendit,
quicumque vos perſequitur. Vide Deut. 32. Pſal. 16.
Senſus eſt, Valdè eſtis Deo chari, vlciſceturque ve-
ſtras iniurias, ſubiiciendo vobis populos ad fidem
conuerſos per Apoſtolos. Lxx. *eius.*

SVPER. i. contra. EOS. ſ. Gentiles. PRÆDÆ HIS. 9
i. ſubditi Iudæis. ſ. Apoſtolis eos conuertentibus.
SERVIEBANT. ſ. Iudæi ſæpè Gentilibus ſeruierunt.
DOMINVS. ſ. Pater. ME. ſ. Filium. prædicit Iudæo-
rum conuerſionem poſt Gentes.

LAVDA. Chald. *exulta.* Lxx. *gaude.* FILIA SION. 10
i. Eccleſia. VENIO. ſ. per Incarnationem.

APPLICABVNTVR. Chald. *adiicientur.* Lxx. *confu-* 11
gient.

IVDAM. i. fideles. PARTEM. pro, velut partem. 12
i. hereditatem. SANCTIFICATA. Lxx. *ſancta.* ſ. Eccle-
ſia. ELIGET. i amabit. Chald. *gratam habebit.* AD-
HVC. q. d. perſeuerabit amando & fauendo.

SILEAT. ſ. præ reuerentia & timore. Lxx. *timeat.* 13
CONSVRREXIT. Chald. *apparebit.* HABITACVLO.
ſ. cælo. q. d. veniet in mundum. quod quidam ad prio-
rem aduentum referunt, alij ad ſecundum.

CAPVT III.

*Ieſus ſacerdos exutus ſordidis, induitur mutatoriis,
qui iudicaturus eſt domum Domini, ſi in viis ipſius
ambulat: adducet Dominus ſeruum ſuum Orientem:
& de lapide agit ſuper quem ſeptem oculi ſunt.*

ET oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdo- 1
tem magnum ſtantem coram Angelo Do- A
mini: & ſatan ſtabat à dextris eius vt aduerſa-
retur ei. * Et dixit Dominus ad ſatan: Increpet 2
Dominus in te ſatan: & increpet Dominus
B in te, qui elegit Ieruſalem: numquid non iſte
3 torris eſt erutus de igne? * Et Ieſus erat indutus
veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem Angeli.
4 * Qui reſpondit, & ait ad eos qui ſtabant co-
ram ſe, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab
eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquita-
5 tem tuam, & indui te mutatoriis. * Et dixit: Po-
C nite cidarim mundam ſuper caput eius. Et po-
ſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, &
induerunt eum veſtibus: & Angelus Domini
6 ſtabat. * Et conteſtabatur Angelus Domini Ie-
7 ſum, dicens: * Hæc dicit Dominus exercituum:
Si in viis meis ambulaueris, & cuſtodiam meam
cuſtodieris: tu quoq; iudicabis domum meam,
& cuſtodies atria mea, & dabo tibi ambulan-
8 tes de his, qui nunc hîc aſſiſtunt. * Audi Ieſu
ſacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant
coram te, quia viri portendentes ſunt. ecce
D enim ego [a] ADDVCAM SERVVM MEVM [a] *Luc. 1. 8. 78*
9 ORIENTEM. * Quia ecce lapis, quem dedi
coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi
ſunt: ecce ego cælabo ſculpturam eius, ait Do-
minus exercituum: & auferam iniquitatem
10 terræ illius in die vna. * In die illa, dicit Domi-
nus exercituum; vocabit vir amicum ſuum
ſubter vitem, & ſubter ficum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CORAM ANGELO DOMINI. Quaſi coram Iudice
videt Ieſum ſtantem. Atque eum Michaëlem
putant. ET SATAN. Diabolus templi inſtauratio-
nem impedire volebat. A DEXTRIS EIVS. Quia ve-
ra erat accuſatio, vt Hieronymus ait, contra Legem
Iudæos duxiſſe alienigenas, 1. Eſdræ 10. verſ. 2.
Malach. 2. verſ. 11. VT ADVERSARETVR EI, ſua
ſcilicet accuſatione. Iuſtinus contra Tryphonem ait,
accuſatum à dæmone Ieſum ſacerdotem, quòd duxiſ-
ſet vxorem meretricem.

2 INCREPET DOMINVS. De ſe loquitur Deus in
tertia perſona, pro, increpo ego. IN TE. id eſt, te.
QVI ELEGIT IERVSALEM. i. ei placuit. TORRIS
EST ERVTVS DE IGNE? Simili loquendi forma vti-
tur Amos 4. verſ. 11. Significat, mirum non eſſe, ſi
ex igne Babylonico ſordes adhæſerunt, vt torris fu-
ligine plenus & fœdus eſt, ſic & Ieſus ille, qui indu-
tus hac de cauſa dicitur

3 VESTIBVS SORDIDIS. ob coniugia illicita, aut ob
alia populi peccata: Hieronymus.

4 QVI RESPONDIT, locutus eſt is ſcilicet Angelus,
ante quem Ieſus ſtabat. AD EOS QVI STABANT
CORAM SE. id eſt, ad minores Angelos. AVFERTE
VESTIMENTA SORDIDA, facite vt vxores alienigenas
relinquant, aut vxores mutent. INDVI TE MVTA-
TORIIS, veſtibus nouis & mundis; feci vt alias vxores
acciperetis, relictis prioribus.

5 CIDARIM MVNDAM, capitis integumentum, ſa-
cerdotij inſigne, admonens munditia, vt eo munere
ſanctè vteretur. ET INDVERVNT EVM. id eſt, poſt-
quam induerunt eum veſtibus, impoſuerunt capiti
cidarim. ET ANGELVS DOMINI STABAT. Eo præ-
ſente hæc omnia ſunt facta, quem Michaelem eſſe
volunt.

6 ET CONTESTABATVR ANGELVS, palàm & teſtatò
monebat Ieſum coram teſtibus.

7 TV QVOQVE IVDICABIS, ſimul cum Zorobabele
iudicabis populum. Non excluduntur ſacerdotes à
magiſtratibus profanis & cura populi. ET CVSTODIES
ATRIA MEA, fungeris ſacerdotio. ET DABO TIBI
AMBVLANTES. i. ex hoc Angelorum numero, qui hîc
adſtant. dabo cuſtodes. Hebr. *dabo tibi vias inter ſtan-
tes hos.* ſ. vt curſu vitæ peracto, inter Angelos verſeris.
Præſentem & futuram felicitatem.

8 Tv et amici tvi. Viri iuſti, qui tecum ſunt, audite. Qvi habitant coram te, qvia viri portendentes svnt. i. Prophetæ, qui futura nunciant, atque adeò probi ij ſunt. Hebr. *quia viri portenti*. Viri boni ſunt quaſi portentum, quia rari, aut digni per quos miracula fiant. Hebræi putant hos fuiſſe *Ananiam, Azariam, Miſaelem*, & vocari *viros portenti*, quia ab igne ſunt liberati. Goth. *quia viri portentes ſunt*. i. portentuoſi. Sept. τερατοσκόποι, *portentorum inſpectores*. Simul aduerte, quales domeſtici Pontificum eſſe debeant. Præterea, Deum arcana ſua viris probis aperire, non aliis. Servvm mevm Orientem. Sic Sept. Hebr. *ſeruum meum germen*. i. cuius nomen eſt *Germen*. ſic Chriſtus vocatur *Oriens*. Luc. 1. verſ. 78. Græcè ἀνατολὴ, *germen*, Iſai. 4. verſ. 2. & Ierem. 33. verſ. 15. Chald. his locis per *germen*, Meſſiam intelligit, tum hîc habet: *Ecce ego ſeruum meum Meſſiam adduco*. צמח *Zemah, oriri* & *germinare* ſignificat. ſic alij *orientem* vertunt, alij *germen*.

9 Qvia ecce lapis, qvem dedi. ſ. lapis fundamenti, ſuper quo fabrica extruitur. Hebræi hunc putant fuiſſe Zorobabel, qui ſimul cum Ioſue populum rexit. nos Chriſtum dicimus, qui eſt fundamentum Eccleſiæ, quam ſignificat templi ſtructura & inſtauratio. Svper lapidem vnvm septem ocvli svnt. In lapide fundamenti ſolent excauari ſigilla, quibus includuntur ſtipes auri & argenti, perpetuitatis argumento. Ea ſigilla vocantur *oculi*. Aut *ſeptem oculi* ſit Dei cuſtodia, qua protegit tum lapidem, tum totam fabricam ab hoſtibus, quod cap. 4. verſ. 10. continetur. qui *ſeptem*. i. multi ſunt. Aut per *ſeptem oculos* dona Spiritus ſancti intellige, quæ in Chriſto fuerunt. Ecce ego cælabo scvlptvram eivs. poliam, ornabo, inciſis variis ſigillis. Hebr. *aperiam aperturam eius*, ſic *ſculptura* vocatur. aut fortaſſe ſignificat ſigilla, quæ excauari in eo lapide diximus. Et avferam iniqvitatem terræ illivs. i. totius gentis. In die vna. i. ſimul & vno tempore, per Chriſti aduentum & mortem.

10 Svbter vitem &c. Hebr. & Sept. *ſubter vitem vocabit quiſque amicum*. i. ſumma pax erit. Conuiuia inſtruent vir. i. quiſque in ſuis prædiis, ad ea amicos inuitabunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Angelo. ſ. Michaële principe Synagogæ, ſecundùm quoſdam. Satan. Lxx. *diabolus*. A dextris. Hunc locum capit & qui defendere, & qui opprimere vult, quòd dextra potior ſit hominis pars & valentior, adeoque ea defenſa ſtat, victa cadit. Vide Pſal. 15. & 108. Adversaretvr. i. accuſaret.

2 Increpet. pro, increpabit. i. reprimet. q. d. ego te cohibebo. Solet Deus de ſe loqui tamquam de tertia perſona. Vide Gen. 19. Num. 12. In te. pro, te. Hebr. Et increpet. q. d. & omnino te impediet, ne ſ. quidquam poſſis contra Ieſum, aut templi ædificationem. Nota verò, ter *Dominum*, fortè indicare Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Elegit. ſ. vt in eo ſit eius templum, vultque ædificari. Torris. pro, vt torris. i. titio. Igne. ſ. captiuitate.

3 Indvtvs. ſ. ſic apparebat in viſione illa. Sordidis. ſignificantur eius peccata. fortè quòd populum non reprehendit, vt debuit, peccantem; cùm præſertim eius nepotes etiam duxiſſent alienigenas. Vide Eſd. 10. Stabat. ſ. iudicandus, vel opem expectans.

4 Qvi. ſ. Angelus Michaël, de quo proximè. Eos. ſ. minores Angelos. Abstvli. q. d. per hoc ſignifico ablatam à te iniquitatem tuam. Indvi. pro, induam. Mvtatoriis. i. pretioſis veſtibus, talibus enim ſolent vdes mutari. Chald. *iuſtitia*. Lxx. *veſte talari*.

5 Cidarim. i. tiaram pontificiam. Vestibvs. ſ. pontificiis. Angelvs. ſ. qui hæc fieri præceperat.

6 Contestabatvr. i. velut coram teſtibus monebat. Exercitvvm. Lxx. *omnipotens*. ſic inf. Cvstodiam meam. i. quod cuſtodiri præcepi. Lxx. *præcepta mea*. Qvoqve: q. d. id etiam dabo, vt, &c. Ivdicabis domvm meam. i. populum meum reges, vt ſolent Pontifices. Chald. *iudicabis templi miniſtros*. Cvstodies. ſ. vt præfectus. Ambvlantes. ſ. tecum. i. protegentes. His. ſ. Angelis. Chaldæus intelligit promitti ei conuerſationem inter Angelos poſt reſurrectionem.

8 Portendentes. i. factis ſuis futura figurantes. ſ. omnia illius populi facta, figura erant futurorum. Lxx. *portentorum ſpectatores*. Chald. *digni quibus fiunt miracula*. Orientem. ſ. Chriſtum. Chald. *Meſſiam*. ſ. ortus eſt mundo velut ſol: vnde, *Oriens nomen eius*, Zachar. 6. &, *Oriens ex alto*, Luc. 1. Vel *oriens* dicitur. i. *germen*. id enim ſignificat vox Hebr. quomodo vertitur Ierem. 23 & 33. Iſa. 4. & etiam Græca ἀνατολὴ, in Lxx. & in Luca, vt quidam notant. dicitur autem *germen*. ſ. è radice Ieſſe ſurculus.

9 Lapis. ſ. Chriſtus, qui *lapis angularis & offenſionis, abſciſſus de monte*, &c. Dedi. i. promiſi me daturum. Coram Iesv. ſ. in reuelatione proxima de Oriente. Vnvm. ſ. ſingularem, de quo proximè dictum. Ocvli. i. dona Spiritus ſancti, vel Angeli, de quibus Apocal. 1. & 5. Tob. 12. Zachar. 4. Vide etiam Apocal. 8. 15. 16. & 17. ſ. per Angelos plurimos (id enim *ſeptem* ſignificat) mundum gubernat. Scvlptvram. ſ. paſſionem, vbi velut cælatus clauis & virgis, vel perfectionem animæ ornatæ donis. Illivs. ſ. vbi paſſus fuerit, nempe Iudææ, vel mundi, quantum eſt ex parte pretij dati pro redemptione. Vna. ſ. paſſionis.

10 Die illa. ſ. tempore Euangelij. Vir. i. quiſque. Vitem. q. d. pax erit, & conuiuabuntur ſecurè inuicem. Vide Iſa. 2. Oſe. 2. Mich. 4. Intellige verò fructus ſpirituales.

CAPVT IV.

De candelabro aureo cum duabus oliuis, lapide primario & ſtanneo, ac ſeptem oculis Domini, & horum interpretatio: quodque templum a Zorobabel fundatum, ab ipſo conſummabitur.

1 ET reuerſus eſt Angelus, qui loquebatur
A in me, & ſuſcitauit me, quaſi virum qui
2 ſuſcitatur de ſomno ſuo. * Et dixit ad me:
Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper
caput ipſius, & ſeptem lucernæ eius ſuper illud:
& ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper
3 caput eius. * Et duæ oliuæ ſuper illud; vna à
4 dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. * Et
B reſpondi, & aio ad Angelum, qui loquebatur
in me, dicens: Quid ſunt hæc, domine mi?
5 * Et reſpondit Angelus, qui loquebatur in me,
& dixit ad me: Numquid neſcis quid ſunt
6 hæc? Et dixi: Non, domine mi. * Et reſpondit,
& ait ad me, dicens: Hoc eſt verbum Domini
ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec
in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus
7 exercituum. * Quis tu mons magne coram
C Zorobabel? in planum: & educet lapidem pri-
8 marium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. * Et
factum eſt verbum Domini ad me, dicens:
9 * Manus Zorobabel fundauerunt domum
iſtam, & manus eius perficient eam: & ſcietis
quia Dominus exercituum miſit me ad vos.
10 * Quis enim deſpexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu
Zorobabel. Septem iſti oculi ſunt Domini, qui
11 diſcurrunt in vniuerſam terram. * Et reſpondi,
D & dixi ad eum: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ, ad
12 dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius? * Et

reſpondi ſecundò, & dixi ad eum: Quid ſunt
duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo ro-
ſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro?
* Et ait ad me, dicens: Numquid neſcis quid 13
ſunt hæc? Et dixi: Non, domine mi. * Et 14
dixit: Iſti ſunt duo filij olei, qui aſſiſtunt Do-
minatori vniuerſæ terræ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET REVERSVS EST. Aliò Angeli forma & ſpectrum receſſerat; nunc nouam reuelationem affert.

2 ET ECCE CANDELABRVM. Id Deum ſignificat ex verſ. 14. ſeu Chriſtum. ET LAMPAS. Sic Sept. Alij, *lenticula*; alij, *phiala*, quæ erat in capite. i. in ſummo candelabro, fortaſſis oleo plena, vt inde lucernis alimentum eſſet. ET SEPTEM INFVSORIA. Hebr. *ſeptem & ſeptem*. ſic Goth. i. ſeptena infuſoria. *Infuſorium* vas erat, vnde oleum infundebatur lucernis, fortaſſe è phiala ſumptum. QVÆ ERANT, quæ lucernæ. SVPER CAPVT EIVS. hoc eſt, in ſummo candelabro eminebant illæ lucernæ.

3 ET DVÆ OLIVÆ SVPER ILLVD. i. iuxta illud candelabrum, ex vtroque phialæ & candelabri latere, quaſi ex oliuis oleum in phialam diſtillaret: ideò dixit, oliuas eſſe ex vtroque phialæ latere. Aduerte, viſionem eſſe, non rem geſtam.

4 ET RESPONDI. pro, & locutus ſum. AD ANGELVM, QVI LOQVEBATVR IN ME. i. mihi. Quid ſunt hæc? Reſpondet Angelus:

6 HOC EST VERBVM DOMINI AD ZOROBABEL. i. tota hæc viſio ad Zorobabelem ſpectat, eius actiones ſignificat: nam vt candelabrum ſine vlla vi lucet, ſolùm infuſo oleo; ſic ille non viribus ſuis & armis, ſed ope mea templum extruet. SED IN SPIRITV MEO. ſupple, complebit opus. Oratio eſt defectiua.

7 QVIS TV MONS MAGNE CORAM ZOROBABEL? Loquitur Angelus ad Sanaballat, qui templi fabricam impediuit, & vocat eum *montem magnum*, quòd eſſet iis regionibus præfectus. Quis ergo es tu cum Zorobabele comparatus? IN PLANVM, ſeu *planitiem*. ſ. eris. Ibi punctus. Hebr. accentus *Athnath*, hoc eſt, te ille ſuperior erit, tuam arrogantiam deprimet. ET EDVCET LAPIDEM PRIMARIVM. Hebr. *& eduxit lapidem primarium*; cùm ſ. iecit templi fundamentum, menſis noni die vigeſima quarta, Aggæi 2. verſ. 11. Chald. *& emerget Chriſtus, cuius ab æterno nomen eſt*. Sanè per *Zorobabelem* & *lapidem fundamenti* rectè Chriſtum, per *templum* Eccleſiam intelligimus. ET EXÆQVABIT GRATIAM GRATIÆ EIVS. i. Deus meritis Zorobabelis parem dabit gratiam. Hebr. *clamoribus* (.i. cum clamoribus & iubilo poſuit lapidem) *gratia gratia ei*, i. cum gratiarum actione totius populi, ob cœptum opus. Geminatio auget ſignificationem. q. d. cum magna gratulatione cœptum eſt opus.

9 MANVS ZOROBABEL. Qui cœpit fabricam, ipſe complebit. & in eo, ait Propheta de ſe, cognoſcetis, me à Deo miſſum eſſe.

10 QVIS ENIM DESPEXIT DIES PARVOS? Hebr. *diem paruarum*. ſ. acclamationum. Plauſus, cùm iacta ſunt fundamenta templi, exiguus fuit propter populi infrequentiam, & quoniam continuò hoſtes opus impedierunt; ſic hoſtes diem illum deſpexere. ET LÆTABVNTVR. ſ. populus, cùm viderit opus repeti. LAPIDEM STANNEVM. i. perpendiculum, *la plomada*. IN MANV ZOROBABEL. i. eo auctore & duce opus repeti vehementer lætabitur & plaudet. SEPTEM ISTI OCVLI SVNT. Hi ſunt ſeptem oculi, de quibus capite ſuperiori verſ. 9. Dei protectio, qua fit ne opus impediatur.

11 ET RESPONDI. pro, locutus ſum. Quid ſunt duæ oliuæ? dicito.

12 RESPONDI SECVNDO. i. dixi etiam. QVID SVNT DVÆ SPICÆ OLIVARVM? In oliuis baccæ erant iunctæ inter ſe, quaſi botrus, eas vocat *ſpicas*. QVÆ SVNT IVXTA. Hebr. *in manu*. i. *iuxta*. DVO ROSTRA AVREA. i. vncinos. Roſtra autem incurua ſunt. Alij *ampullas* vertunt; quæ ſ. oleum continebant. Alij *fiſtulas*, ſ. per quas ex infuſoriis oleum mittebatur in lucernas. Denique Hebr. vocis *Zantheroth* vis & ſignificatio eſt ignota. IN QVIBVS SVNT SVFFVSORIA. ſ. ex quibus vncinis pendent. Hebr. *quæ* (fiſtulæ aut ſpicæ oliuarum) *fundunt ex ipſis aurum*. i. oleum purum, quod ob colorem flauum, aurum vocat.

14 ISTI SVNT DVO FILII OLEI. i. duo vncti, Zorobabel, ob poteſtatem regiam quam habuit, & Ieſus ſacerdos magnus; id ſignificant duæ ſpicæ. QVI ASSISTVNT DOMINATORI. Deo ſ. quem ſcilicet candelabrum ſignificat. Illi adhærebunt, eum ſequentur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 REVERSVS EST. ſ. fuerat egreſſus, vt dictum cap. 2. SVSCITAVIT. ſ. attonitus fuerat ad viſionem præcedentem.

2 CANDELABRVM. ſ. Eccleſia. AVREVM. ſ. charitate & cæleſti doctrina. LAMPAS. ſ. Chriſtus. SVPER CAPVT. i. in ſummitate. ET SEPTEM. ſ. prætereà, vel pro, id eſt ſeptem, vt ſit explicatio lampadis; ita enim quidam accipiunt, & *candelabrum* Chriſtum dicunt. LVCERNÆ. ſ. iuſti omnes, vel Eccleſiæ magiſtri, vel ſeptem dona Spiritus ſancti. INFVSORIA. Pars erat hæc lucernarum, per quam in eas oleum influebat. Quidam ſeptem Sacramenta intelligunt, per quæ oleum gratiæ infunditur in homines.

3 SVPER. i. iuxta. Putant autem quidam intelligi Eliam & Enoch. Vide Apocal. 11.

4 SVNT. i. ſignificant.

6 IN SPIRITV MEO. i. per virtutem ſpiritus, quem dabo meis. ſ. fient in Eccleſia, quæ per iſta, quæ hîc apparent, ſignificantur.

7 QVIS TV. ſ. vt poſſis impedire Zorobabelem in ædificio templi, & Chriſtum per illum ſignificatum, in Eccleſiæ dedicatione? MONS MAGNE. i. diabole. IN PLANVM. ſ. deiicieris, ſeu deprimêris. LXX. *vt corrigas*. ET EDVCET, &c. q. d. mittet Pater Filium. Chald. *& emerget Chriſtus, cuius ab æterno nomen dictum eſt, qui omnium Regnorum imperio potietur*. PRIMARIVM. ſ. fundamentalem. EXÆQVABIT, &c. q. d. faciet reſpondere gratiam Chriſtianorum gratiæ Chriſti. ſ. ſimiles ei eſſe vita per gratiam, tamquam membra capiti, in quo ſumma gratia, iuxta illud, *Conformes fieri imaginis filij ſui*.

9 MANVS, &c. q. d. vt Zorobabel iſtam domum cœpit & perfecit, ita Chriſtus, qui ex eo naſcetur, & per eum ſignificatur, Eccleſiam ædificabit. ME. ſ. Chriſtum.

10 DESPEXIT. pro deſpiciat, vel deſpiciet. DIES PARVOS. i. paucos prædicationis Chriſti. vel *parui* dicuntur, ob Chriſti vitæ totius humilitatem. STANNEVM. ſ. qui ſolet alligari in perpendiculo. q. d. magna erit lætitia cùm Chriſtus Eccleſiam ædificabit. SEPTEM, &c. explicat quid ſignificent oculi, de quibus ſuprà. DISCVRRVNT. Angeli ſignificantur, quorum miniſterio Deus vtitur in mundi gubernatione.

11 RESPONDI. i. locutus ſum.

12 SPICÆ. LXX. *rami*. ſ. pleni oliuis, inſtar ſpicæ plenæ granis. ROSTRA. ſ. lucernarum, in quibus illud eſt, per quod infunditur oleum, quod hîc *ſuffuſorium* vocatur. At ſuprà dixit eſſe *ſeptem*; ſeptem quidem omnia, ſed duo extrema erant in candelabro iuxta quæ aſſurgebant oliuæ.

14 OLEI. LXX. *pinguedinis*. q. d. pingues gratia. ASSISTVNT. ſ. orantes pro populo Iudæorum; vel parati ad iuſſa: mittendi enim ſuo tempore Elias & Enoch in mundum, è loco vbi nunc viuunt, ſiue is paradiſus eſt terreſtris, ſiue alius locus.

CAPVT V.

Volumen volans, quo iniqui iudicabuntur: mulier in amphora ſedens cum maſſa plumbi, deſignat impietatem: & duæ mulieres alatæ leuant illam in aera.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos: 1
& vidi, & ecce volumen volans. * Et dixit 2
ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video A
volumen volans: longitudo eius viginti cu-
bitorum, & latitudo eius decem cubitorum. B
* Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, quæ egre- 3
ditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis
fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur: & om-
nis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. * Edu- 4
cam illud, dicit Dominus exercituum: & ve-
niet ad domum furis, & ad domum iurantis
in nomine meo mendaciter: & commorabi-
tur in medio domus eius, & conſumet eam, & C
ligna eius, & lapides eius. * Et egreſſus eſt An- 5
gelus, qui loquebatur in me: & dixit ad me:
Leua oculos tuos, & vide quid eſt hoc, quod
egreditur. * Et dixi: Quidnam eſt? Et ait: Hæc 6
eſt amphora egrediens. Et dixit: Hæc eſt oculus
eorum in vniuerſa terra. * Et ecce talentum 7
plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens
in medio amphoræ. * Et dixit: Hæc eſt impie- 8
tas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & mi-
ſit maſſam plumbeam in os eius. * Et leuaui 9
oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres D
egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habe-
bant alas quaſi alas milui: & leuauerunt am-
phoram inter terram & cælum. * Et dixi ad 10
Angelum, qui loquebatur in me: Quò iſtæ
deferunt amphoram? * Et dixit ad me: Vt ædi- 11
ficetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur,
& ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET CONVERSVS SVM, verti faciem in aliam partem, & oculos leuaui. ET ECCE VOLVMEN VOLANS. Varias verſiones affert hoc loco Hieronymus, ſed è duabus altera placet. *volumen volans*. i. charta volans, quæ vocatur *volumen*, quia voluminis inſtar erat in ſeipſa complicata, & *volans*, ob celerem executionem eorum quæ continebat. Aut ſit, *volumen volans*. i. charta complicata; nam עוף *haphaph*, quod *volare* ſignificat, Chald. ſignificat etiam *complicare, duplicare*.

2 LONGITVDO EIVS VIGINTI CVBITORVM. Ea longitudine & latitudine indicat, multa & magna eſſe populi peccata in ea charta deſcripta. Notat diſſimulanter impietatem Iudæorum, qui contempta patria, Babylone manſerunt, quæ in Deum & in homines fuit magna, neque exigua charta comprehendi poterat. Contra illos totum hoc Caput eſt.

3 HÆC EST MALEDICTIO. i. hoc volumine continentur ſupplicia, quæ ſumentur de vniuerſa terra. ſ. Iſrael, gente Iudæorum. SVPER FACIEM OMNIS TERRÆ. i. ſuper terram. ſ. hanc, propter ה *He* demonſtratiuum *terra* præfixum. QVIA OMNIS FVR, SICVT IBI SCRIPTVM EST. Hebr. *quia omnis fur ex hoc ſicut ipſa*. i. ſicut ipſa charta ex altera parte continet. Erat enim à fronte & à tergo ſcripta. IVDICABITVR. Hebr. *excidetur*. Sept. *vſque ad mortem punietur*. ET OMNIS IVRANS, EX HOC SIMILITER. Hebr. *omnis iurans ex hoc ſicut ipſa*. i. ſicut charta continet ex altera parte. In furto & periurio comprehendit peccata in homines & in Deum.

4 EDVCAM ILLVD. ſ. volumen proferam, & mittam in ſceleratos, neque deſiſtam, donec eos & eorum ſubſtantiam conſumam. Quod Deus facit, tribuit volumini, quaſi animatum ſit & vindex ſcelerum.

5 ET EGRESSVS EST ANGELVS, in locum alium me detulit.

6 AMPHORA EGREDIENS. Hebr. *ephi*. Continet *ephi* tres modios, tantumdem *amphora*, ſiue *bathus*. ſed *bathus* menſura liquorum eſt, *ephi* aridorum. Porrò *ephi* pro menſura in genere ſumi poteſt, vti hoc loco Sept. & Chald. ſumunt, qui pro *ephi*, *menſuram* ſubſtituunt. HÆC EST OCVLVS EORVM. i. Dei oculus eſt, quo ipſi homines videntur. Pronomen *eorum* paſſiuè ſumi debet. Ergo per hanc menſuram, quaſi per oculum hominum, videntur & examinantur ſcelera.

7 TALENTVM PLVMBI. *Amphora* & *talentum* hîc afferuntur ad menſurandum & ponderandum peccata, vt quiſque non temerè, ſed prout geſſit, puniatur. Itaque per *volumen* peccata puniri, per *talentum* & *amphoram* puniri cum ratione & menſura ſignificat. Porrò *talentum* antiquum Moyſis tempore drachmas duodecim millia continebat, Exod. 38. verſ. 25. In amphora ſedebat mulier.

8 HÆC EST IMPIETAS. ſ. quæ puniri debet, ideò ſedet priùs ſupra amphoram, deinde intra eam includitur, ne ſupplicia decreta fugiat, tum amphoræ os clauditur talento plumbi. MISIT MASSAM PLVMBEAM. Hebr. *lapidem plumbi*. ſed per *lapidem* & *maſſam*, *talentum* intellige, quod ככר *chicbar* Hebr. i. *tortu*, ſeu *maſſa* vocatur.

9 ET ECCE DVÆ MVLIERES EGREDIENTES. ſ. ex vrbe Ieruſalem, aut è domibus ſuis. Hæ mulieres duo præcipua ſunt vitia, quibus gens illa erat dedita; quæ illa eſſent, non explicatur. ET SPIRITVS. i. ventus IN ALIS EARVM. velociter volabant. ALAS MILVI, aut *ciconiæ*, quæ *haſidach*. i. *miſericors* vocatur, quòd parentes in ſenectute alat. INTER TERRAM ET CÆLVM. id eſt, per aërem, ſublimem ferebant amphoram. Quò defertur?

11 VT ÆDIFICETVR EI DOMVS IN TERRA SENNAAR. i. Babylone, vbi domicilium iniquitas habebit, diu ibi manſura. ET STABILIATVR, ſeu *præparetur*. Hebr. *diſponatur*. ET PONATVR IBI SVPER BASEM SVAM, ſine ſpe aut mentione reditus eius gentis in patriam; nam eos impietas & ſcelera, quibus ſunt deditі, detinebunt. Sic increpat eos, qui obliti Ieruſalem hæſerunt Babylone, è numero & gente Iudæorum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VOLVMEN. ſ. oblonga membrana. in tali enim olim ſcribebatur. LXX. *falx*. VOLANS. ſignificat id celeritatem ſupplicij pro peccatis illic notatis.

2 LONGITVDO, &c. ſ. maior ſupplicij longitudo ſeu diuturnitas quàm intenſio: illa enim ſempiterna, ſ. ſine fine, hæc finita.

3 MALEDICTIO. i. ſupplicij ſententia. TERRÆ. ſ. Iudææ. FVR, &c. Per *furtum* intelliguntur etiam reliqua peccata in proximum; per *periurium* reliqua etiam in Deum. IVDICABITVR. Chald. *percutietur*. LXX. *punietur*. IVRANS. ſ. falsò, vt infrà dicitur. EX HOC. ſ. volumine. i. iuxta ſententiam ſcriptam in volumine.

4 ILLVD. ſ. volumen, ſeu ſcriptum in eo decretum, aut maledictum. ET LIGNA, &c. q. d. prorſus totam.

5 EGRESSVS. ſ. vt acciperet ab Angelis ſuperioribus nouam reuelationem. DIXIT. ſ. vbi fuiſſet reuerſus. EGREDITVR. i. repræſentabatur tamquam alicunde egrediens. fortè velut à Deo, è templo; vel ex vrbe, velut è populo.

6 AMPHORA. Hebr. *epha*, quæ eſt certum genus menſuræ, ſed hic pro menſura abſolutè ſumitur. LXX. *menſura*. ſ. peccatorum Iudæorum, quæ cùm eſt impleta, excæcari meruerunt. vnde Matth. 23. *Et vos implete menſuram patrum veſtrorum*. OCVLVS. i. aſpectus. q. d. hîc apparet quales ſint, qualiaque eorum facta. ſ. implent indies menſuram hanc. LXX. *iniquitas*. TERRA. ſ. in qua habitant.

7 TALENTVM. ſ. maſſa quædam, vt dicitur inf. PORTABATVR. ſ. in amphora, vt quidam aiunt.

IMPIETAS. LXX *impietas eorum*. EIVS. ſ. amphoræ. 8 ſignificatur menſura plena iniquitate, & grauiter occluſa. ſ. indurati Iudæi.

MVLIERES. ſ. Iſrael & Iuda, vel Iudæorum cæcitas 9 & obſtinatio. SPIRITVS. i. ventus. MILVI. ſ. rapacitas indicatur, vel fortis volatus. INTER TERRAM, &c. i. per aërem.

11 EI. ſ. amphoræ, adeoque impietati. SENNAAR. LXX. *Babylonis*. ſ. ibi dicuntur Iudæi tandem recepturi Antichriſtum; nam in Babylonia regnare incipiet. PONATVR, &c. q. d. alto & firmo loco ſtatuatur, vt ſolent idola.

CAPVT VI.

Quattuor quadrigæ viſæ de medio duorum montium æreorum, quattuor venti ſunt, egredientes in terram: de coronis in capite Ieſu ſacerdotis imponendis: de viro cuius nomen Oriens, qui templum ædificabit Domino, & dominabitur in ſolio ſuo.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, 1
& vidi: & ecce quattuor quadrigæ egre- A
dientes de medio duorum montium: & mon-
tes, montes ærei. * In quadriga prima equi rufi, 2
& in quadriga ſecunda equi nigri, * & in qua- 3
driga tertia equi albi, & in quadriga quarta
equi varij, & fortes. * Et reſpondi, & dixi ad An- 4
gelum, qui loquebatur in me. Quid ſunt hæc,
domine mi? * Et reſpondit Angelus, & ait ad 5
me: Iſti ſunt quattuor venti cæli, qui egre- B
diuntur, vt ſtent coram Dominatore omnis
terræ. * In qua erant equi nigri, egrediebantur 6
in terram Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt
eos: & varij egreſſi ſunt ad terram Auſtri. * Qui 7
autem erant robuſtiſſimi, exierunt, & quære-
bant ire & diſcurrere per omnem terram. Et
dixit: Ite, perambulate terram: & perambu-
lauerunt terram. * Et vocauit me, & locutus eſt 8
ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in ter-
ram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum
meum in terra Aquilonis. * Et factum eſt ver- 9
bum Domini ad me, dicens: * Sume à tranſ- 10
migratione, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia; C
& venies tu in die illa, & intrabis domum Io-
ſiæ, filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone.
* Et ſumes aurum & argentum: & facies co- 11
ronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedec ſa-
cerdotis magni, * & loqueris ad eum, dicens: 12
a Luc. 1. 78 Hæc ait Dominus exercituum, dicens: a ECCE
VIR ORIENS NOMEN EIVS: & ſub-
ter eum orietur, & ædificabit templum Do-
mino. * Et ipſe extruet templum Domino: 13
& ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & domi- D
nabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper
ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos
duos. * Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & 14
Idaiæ, & Hem, filio Sophoniæ, memoriale in
templo Domini. * Et qui procul ſunt, venient, 15
& ædificabunt in templo Domini: & ſcietis
quia Dominus exercituum miſit me ad vos.
Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem
Domini Dei veſtri.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET CONVERSVS SVM, verti me in aliam partem. ET ECCE QVATTVOR QVADRIGÆ, quattuor Imperia ſignificant. EGREDIENTES DE MEDIO DVORVM MONTIVM. vbi ſ. in fauces anguſtas coëunt. MONTES ÆREI. i. munitiſſimi. In monte Tauro, ſeu Caucaſo, vbi iuga montis duo in fauces coëunt, ſunt portæ ferreæ, de quibus Hegeſippus lib. 5. cap. 50. Locus ſic dictus, non quòd ibi ſint portæ, ſed ob munitionem. ſic hoc loco diuina voluntas & prouidentia comparatur duobus montibus æreis, inter ſe coëuntibus, quia in hoc mundo ſine ea nihil egreditur, ac præſertim Imperia conſtituuntur, & cadunt ex Dei voluntate.

3 EQVI VARII. Hebr. *grandinati*. i. maculas paruas habentes inſtar grandinis. FORTES. Sept. *multicolores*. Chald. *coloris cinerei*. Hebr. & Vatabl. *rufi*. אֲמֻצִּים *amuzim*, pro, חֲמֻצִים *hamuzim*. Itaque volunt colorem fuiſſe rufum; ſed inſperſum maculis inſtar grandinis, & in eo differre ab equis primæ quadrigæ, qui rufi penitùs erant.

5 QVATTVOR VENTI CÆLI. Chald. *quatuor Regna, quæ ſunt in quatuor ventis*. i. ad quatuor orbis plagas. Id ſignificant illæ quatuor quadrigæ. QVI EGREDIVNTVR, VT STENT, vt ſ. Dei iuſſa faciant. Hebr. *egrediuntur ab ſtando iuxta Dominum*. i. priùs clauſi continebantur à Deo, deinde eo volente ſunt egreſſi venti quatuor. Hæ clauſuræ ſunt duo montes ærei, de quibus verſ. 1. VT STENT CORAM DOMINATORE OMNIS TERRÆ. Quia ipſe vt Dominus mutat Imperia, deſtituit quos vult. Ergo illi venti ſtant coram Deo parati iuſſa facere.

6 IN QVA ERANT EQVI NIGRI. ſ. quadriga. De rufis equis non facit modò mentionem, faciet mox; neque de Aſſyriorum aut Chaldæorum Imperiis meminit, quia iam perierant. Sed per *Aquilonem*, Perſas intelligit, equis nigris vectos, ob terrorem quem Cyrus & ſucceſſores orbi incuſſerant. ALBI EGRESSI SVNT POST EOS. Hi ſunt Græci, ob morum candorem & manſuetudinem candidi, qui ductore Alexandro Magno inſecuti Perſas, Babylonem occuparunt. VARII eunt ad Auſtrum. Per hos Ægyptum intelligo, quæ ad Auſtrum, & aliquando ij Reges latè dominati ſunt in Africa atque in Syria. Alij aliter explicant.

7 ROBVSTISSIMI. Chald. *cinerei*. Sept. *multicolores*. Vatabl. *cinerei* ſeu *rufi*, de quo verſ. 3. Ita redit ad primam quadrigam, quam omiſerat, per quam aut Romanum Imperium intelligo, quod fuit latiſſimum, & multo effuſo ſanguine conſtitutum, quod equi rufi ſignificant. Aut ſit Chriſti Imperium multò latius, eius ſanguine partum. ET DISCVRRERE PER OMNEM TERRAM volebant. Vox *omnem* Hebr. non eſt, ſed benè ſuppletur. ITE, PERAMBVLATE TERRAM. Ecce Imperij latitudinem; quod fuit poſtremum tempore, dignitate primum. Ideò initio equos rufos primo loco poſuit.

8 ET VOCAVIT ME. Hebr. *clamauit ad me*. Chald. ſic, & Sept. *clamauit, & locutus eſt ad me*. i. vocauit me magna voce. ſ. Angelus. REQVIESCERE FECERVNT SPIRITVM MEVM hoc eſt, iram meam. *Spiritus* pro *ira*. Sept. *furorem meum*. Malè tum Babylonios, tum Aſſyrios, & diu mulctauit Deus, ob afflictos multis modis Iudæos & pios. ſic eius ira quieuit.

10 SVME A TRANSMIGRATIONE. i. à viris, qui è captiuitate venerunt. ſ. iis quos mox nominat. Sume ſ. aurum & argentum. Erant diuites. INTRABIS IN DOMVM IOSIÆ, quoniam ibi erant Holdai & ſocij, à quibus aurum & argentum debebat accipere.

11 ET PONES IN CAPITE IESV. ſ. vnam coronam è multis quas feciſti, aut facere iuberis.

12 ECCE VIR ORIENS, ſeu *germen*. quia vt germen ſenſim creſcit & augetur, ſic erit Zorobabel, ſic Chriſtus per eum ſignificatus. Chald. *ecce vir Meſſias nomen eius*. ET SVBTER EVM ORIETVR, aut *germinabit*. *Subter eum*, in ſuo loco, in Ieruſalem augebitur & creſcet auctoritate inſtar germinis in terra. ÆDIFICABIT TEMPLVM Zorobabel Iudaicum, Chriſtus Eccleſiam.

13 ET IPSE EXTRVET TEMPLVM. Repetit ob maiorem certitudinem. PORTABIT GLORIAM. Chald. *ſplendorem*. ſ. regiam auctoritatem habebit. ET ERIT SACERDOS SVPER SOLIO SVO. ſi de Chriſto intelligimus, erit Rex & ſacerdos; ſi de Zorobabele, ſacerdos ſtabit coram eo quaſi coram maiore ſuper ſolio. i. iuxta ſolium.

ſolium. Aut potiùs ſacerdos ſuam auctoritatem obti-
nebit, non inuadet Zorobabel in eius iura. Quod ma-
gis ſequentia confirmant. ET CONSILIVM PACIS.
.i. erunt vnanimes, neque alter ab altero diſcrepabit.
Quod ipſum in Eccleſia fieri debet. Reges & ſacer-
dotes ſint concordes.

ET CORONÆ ERVNT. Eorum nomine ſuſpendentur 14
in templo, vt ſit monimentum eorum liberalitatis,
qui aurum dederunt. HELEM. Hic eſt *Holdai* verſ. 10.
HEM. Hic eſt *Ioſias*. Fuere binomij.

ET QVI PROCVL SVNT, VENIENT. Gentes deſe- 15
rent munera ad templi conſtructionem. Quod cùm
acciderit, ait de ſe Propheta, SCIETIS QVIA DOMI-
NVS EXERCITVVM MISIT ME AD VOS.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

QVADRIGÆ. LXX. *currus*. MONTIVM. ſ. Dei po- 1
tentiæ, & ſapientiæ. ÆREI. i. fortiſſimi.

PRIMA. ſ. Imperio Chaldæorum. RVFI. ſ. ob cæ- 2
des & crudelitatem. SECVNDA. ſ. Perſarum. NI-
GRI. ſ. ob terrorem.

TERTIA. ſ. Græcorum. ALBI. ſ. ob clementiam. 3
QVARTA. ſ. Romanorum. VARII. ſ. reſperſi albis
maculis. Varium fuit Romanorum Imperium. FOR-
TES. LXX. *multicolores*.

QVATTVOR. pro, vt quatuor. q. d. violenter ſub- 5
uertentes omnia, quocumque irruant. STENT. ſ. pa-
rati ad iuſſa. nam per eos Deus punit quos vult. Vide
Iſa. 10. Ierem. 25. Matth. 22. Chald. *ne ſtent*.

AQVILONIS. ſ. Chaldæorum, quos vicerunt. Ideò 6
omiſſa illorum quadrigæ mentio hic, quia ſuperati à
Perſis. POST EOS. ſ. & Perſas vicit Alexander.
AVSTRI ſ. Ægyptum ſubiugauit Auguſtus tandem, &
ſic potitus omni Græcorum Imperio.

ROBVSTISSIMI. ſ. quos ſuprà vocauit *fortes*, erant- 7
que in quarta quadriga, à qua hinc videntur ſeparari.
Quidam Gothos intelligunt, qui per orbem diſcur-
rentes cuncta vaſtarunt.

SPIRITVM MEVM. LXX. *furorem meum*. q. d. ſatiſ- 8
fecerunt mihi in Chaldæos irato, dum eos vaſtarunt.

SVME. ſ. quod infrà dicitur. TRANSMIGRATIONE. 10
LXX. *captiuitate*. i. captiuis, qui è Babylone redierant.
Chald. *filiis transmigrationis*. IOSIÆ. iſte fortè cuſto-
diebat Templi theſaurum.

AVRVM ET ARGENTVM. Significatur vel duæ in 11
Chriſto naturæ, vel Gentiles & Iudæi Chriſto ſubiecti.
CORONAS. ſ. ſignificantes Chriſti ſummum Impe-
rium, & ſacerdotium. Chald. *coronam magnam*.

VIR. ſ. cuius tu in hoc figura es. ORIENS, &c. 12
Chald. *ecce vir, Chriſtus nomen eius, qui reuelandus eſt,
& magnificandus, & ædificaturus templum Domini*.
SVBTER EVM. i. in loco ſuo, vel ſua virtute. TEM-
PLVM. ſ. Eccleſiam.

GLORIAM. i. coronam. q. d. regnabit, vt ſtatim ex- 13
plicat. SOLIO. Vide Luc. 1. SACERDOS. Chald. *Sa-
cerdos ſummus*. CONSILIVM PACIS. i. con-
cordiæ. DVOS. ſ. Regem, & Sacerdotem. quia
vtrumque Chriſtus, vel populum Iudaicum & Genti-
lem. ſ. in Eccleſia.

HELEM. Hic ſuprà dictus *Holdai*. Fortè binomius 14
erat. HEM. Hic ſuprà dictus *Ioſias*. MEMORIALE.
q. d. in memoriam, quòd eas Domino obtulerint, &
id figura eorum, qui offerunt ſua Chriſto.

PROCVL. ſ. Gentiles. ME. ſ. Prophetam, vel Chri- 15
ſtum. HOC. ſ. quod dixi, ſcietis, &c. DOMINI. ſ. Chri-
ſti, quam quia Iudæi non audierunt, excæcati.

CAPVT VII.

*Ieiunia quibus Iudæi per 70. annos captiuitatis ieiu-
nauerunt, non placebant Domino, quia in iniquita-
tibus ſuis permanebant: proinde hortatur eos ad re-
ſipiſcentiam; nam quia Prophetas olim non audierant
diſperſit eos Dominus in Gentes, terráque deſolata fa-
cta eſt propter ipſorum iniquitates.*

ET factum eſt in anno quarto Darij regis, 1
factum eſt verbum Domini ad Zacha- A
riam, in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu.
2 Et miſerunt ad domum Dei, Saraſar, & Ro-
gommelech, & viri qui erant cum eo, ad de-
3 precandam faciem Domini: vt dicerent ſa-
cerdotibus domus Domini exercituum, & Pro-
phetis, loquentes: Numquid flendum eſt mihi
in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo, ſic-
4 ut iam feci multis annis? Et factum eſt ver-
5 bum Domini exercituum ad me, dicens: Lo-
quere ad omnem populum terræ, & ad ſacer-
B dotes, dicens: [a] Cùm ieiunaretis, & plangeretis
in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta an-
6 nos: numquid ieiunium ieiunaſtis mihi? &
cùm comediſtis, & bibiſtis, numquid non vobis
7 comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Num-
quid non ſunt verba, quæ locutus eſt Domi-
nus in manu Prophetarum priorum, cùm ad-
C huc Ieruſalem habitaretur, & eſſet opulenta,
ipſa & vrbes in circuitu eius, & ad Auſtrum, &
8 in campeſtribus habitaretur? Et factum eſt
9 verbum Domini ad Zachariam, dicens: Hæc
ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium
verum iudicate, & miſericordiam & miſeratio-
10 nes facite, vnuſquiſque cum fratre ſuo. [b] Et
viduam, & pupillum, & aduenam, & paupe-
rem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo
11 non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt at-
tendere, & auerterunt ſcapulam recedentem,
12 & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent. Et
cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audi-
rent legem, & verba quæ miſit Dominus exer-
D cituum in ſpiritu ſuo per manum Prophetarum
priorum: & facta eſt indignatio magna à Do-
13 mino exercituum. Et factum eſt ſicut locutus
eſt, & non audierunt: ſic clamabunt, & non
14 exaudiam, dicit Dominus exercituum. Et
diſperſi eos per omnia regna, quæ neſciunt:
& terra deſolata eſt ab eis, eò quòd non eſſet
tranſiens & reuertens: & poſuerunt terram de-
ſiderabilem in deſertum.

[a] Iſa. 58. a. 5

[b] Exod. 22. d. 22 Iſa. 1. f. 23 Ierem. 5. g. 28

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN QVARTA. ſ. die. CASLEV. menſis nonus,
reſpondet Nouembri. Tunc factum eſt verbum ad
Zachariam occaſione legationis, de qua mox.

2 ET MISERVNT. pro, miſerant, poſtquam miſe-
runt. Hæc Prophetia extitit occaſione eius legationis.
Hebr. *miſit*. ſic Sept. & Chald. Quis miſit, aut qui mi-
ſerunt? mox dicetur. SARASAR, ET ROGOMME-
LECH. Nomen proprium viri. ET VIRI QVI
ERANT CVM EO. ſ. *cum Saraſar*. ſic Sept. Iuxta
hanc verſionem qui miſere legationem, fuerunt Sara-
ſar & ſocij. Chald. *miſit viros eius*. Itaque populus mi-
ſit, qui in Babylone manſerat. ſ. miſit, inquam, aut mi-
ſerunt (perinde enim eſt) Saraſar & ſocios. AD DE-
PRECANDAM FACIEM DOMINI. i. orandum coram al-
tari, quod iam erat extructum. & per orationem in-
tellige etiam ſacrificia quæ obtulerunt.

3 ET PROPHETIS dicerent. Chald. *& Scribis*. Per
Prophetas ſanè peritos legis intelligit, aut verè Prophe-
tas, quando Zacharias reſpondet: NVMQVID FLEN-
DVM EST MIHI. Carmen lugubre intelligit, quod vt
nos in funere concinebant. IN QVINTO MENSE. Is
menſis eſt *Ab*, Iulio reſpondens. Eo menſe die ſepti-
mo capta eſt Ieruſalem, 4. Reg. 25. verſ. 8. ideò quotan-
nis fletum Iudæi & ieiunium celebrabant. In Kalend.
Hebr. nonus dies ieiunio deſignatur, fortaſſis eo die
templum eſt incenſum. VEL SANCTIFICARE ME DE-
BEO. i. ieiunare. Hebr. *ſeparando me*. ſ. à cibis & volu-
ptatibus. i. ieiunando. SICVT IAM FECI MVLTIS

ANNIS? toto ſ. captiuitatis tempore, vti verſ. 5. dicitur. Sed quoniam templum extruebatur, & tempus lætitiam oſtentabat, rogant an ceſſare debeant ab eo ritu, quem fortè ex voto ſuſceperant. Reſpondet Deus:

5 IN QVINTO ET SEPTIMO. ſ. *menſe*, vt ſupplet Chald. & Gotth. De quinti menſis ieiunio dictum eſt. Septimi menſis. i. *Tiſri*, tertio die ieiunium adnotat Kalend. Hebr. quod Godoliæ vocat, quia eo die occiſus eſt Godolias, & Iudæi, qui poſt captam Ieruſalem in Iudæa manſerant, penitùs diſperſi ſunt, vti 4. Reg. 25. verſ. 25. dicitur. IEIVNASTIS MIHI? i. propter me, in meum obſequium. In Hebr. additur *ego*, ſed redundat, & ab Interpretibus omittitur. Aut ſupple, Ego præcepi? numquid ex meo præcepto id feciſtis? Itaque ieiunium veſtrum, neque comeſtio mihi placuit.

6 VOBIS COMEDISTIS. i. ex veſtro libito. Hebr. & Sept. *an non vos comeditis, & vos bibitis?* i. ex veſtra voluntate, non me præcipiente.

7 NVMQVID NON SVNT VERBA. ſ. talia ſunt verba per antiquos Prophetas dicta, veſtra ieiunia eſſe præpoſtera. IN MANV PROPHETARVM. i. per Prophetas priores. Id dixi de ieiuniis veſtris, cùm Ieruſalem ſtaret & quieta eſſet. IERVSALEM HABITARETVR. ſ. ſecurè, ſine metu. OPVLENTA, ſeu *quieta*. ET AD AVSTRVM. Ad Auſtrum Ieruſalem deſerta ſunt, vbi nullæ vrbes munitæ, & tamen eo tempore ſecurè ea loca habitabantur.

9 HÆC AIT. Hebr. *Sic dixit Dominus*. ſ. per Prophetas priores. Repetit hîc quæ illi dixerunt populo, vt ſimilia in præſenti facerent. MISERICORDIAM ET MISERATIONES. *Miſericordiam* in animo, *miſerationes* in opere: Cyrillus. Aut geminatio ad exaggerationem.

10 NOLITE CALVMNIARI, ſeu *opprimere*. NON COGITET. Non ſolùm opera praua prohibet, ſed & cogitationes. Quale ieiunium Deus velit, Iſaias deſcribit cap. 58. verſ. 6. iis quæ hîc dicuntur ſimilia.

11 SCAPVLAM RECEDENTEM. Sic Gotth. non *recedentes*, vt legunt Biblia Regia & Louan. Hebr. *& dederunt ſcapulam rebellem*. i. tergum Deo verterunt, ſicut qui loquentem deſerit. Itaque noluerunt obedire quæ Deus præcepit.

12 IN SPIRITV SVO, ſcilicet Prophetiæ ſpiritu. Chald. *in verbo ſuo*. PER MANVM PROPHETARVM. i. per Prophetas. Ea non audierunt maiores veſtri.

13 ET FACTVM EST SICVT LOCVTVS EST. ſ. Deus per Prophetas. Deus eſt indignatus, non obedierunt tamen. SIC CLAMABVNT. pro, itaque clamauerunt. ET NON EXAVDIAM. pro, non exaudiui. Loquitur de præterito tempore. Ideò futura pro præteritis ſumuntur.

14 ET DISPERSI EOS. Hebr. *diſpergam vt turbo*, ſed benè Hieronymus vertit in præteritum. Verbum Hebr. וְאֵסָעֲרֵם *Æſaharem* propter puncta videtur eſſe paſſiuum & intranſitiuum; ideò D. Kimhi in Dictionario explicat, *& diſpergar cum eis*. Quaſi Deus captiuitate ſuorum eſſet captiuus. quo modo Iſa. 63. verſ. 9. iuxta Gotthicam lectionem dicitur de Deo, *In omni tribulatione eorum eſt tribulatus*. Loquitur humano more. ET TERRA DESOLATA EST AB EIS. Hebr. *poſt eos*. i. poſtquam iuerunt in captiuitatem. EO QVOD NON ESSET TRANSIENS. Hebr. *a tranſeunte & à reuertente*. i. quòd nemo verſaretur in ea regione. ET POSVERVNT. Hebr. *ponent*. ſed pro *poſuerunt*. TERRAM DESIDERABILEM, ſeu regionem, Iudææ ſ. IN DESERTVM, ſeu *in deſolatio[n]em*. Ita his verbis Zacharias monet Deum parum eorum Iudæorum, qui Babylone erant, ieiunium curare, ſed pietatem animi in primis exigere, prout antiquis temporibus fecit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NONI. i. Nouembris.

2 ET MISERVNT. pro, miſerant enim. SARASAR, &c. nomina Iudæorum qui remanſerant in Babylonia.

3 FLENDVM. i. ieiunandum. QVINTO. ſ. ieiunabant menſe quinto quo vrbs incenſa; & ſeptimo, quo interfectus Godolias, adeoque diſperſi Iudæi qui ſub eo erant. SANCTIFICARE. Chald. *abſtinere à delicis*.

4 ET FACTVM EST, &c. Redit ad id quod dixerat ſuprà.

5 MIHI. i. quod mihi gratum eſſet. Vide Iſa. 58.

6 VOBIS. ſ. & non ad Dei gloriam.

7 IN MANV. i. opera ſeu miniſterio. q. d. nónne ſæpè vos monui, non eſſe mihi grata veſtra ieiunia, quòd deeſſet eis meorum præceptorum obſeruatio?

9 VERVM. LXX. *iuſtum*. ET MISERICORDIAM, &c. Hæc geminatio ſignificat, ſæpè & multùm miſericordia vtendum.

10 CALVMNIARI. Chald. & LXX. *opprimere*. ET MALVM, &c. LXX. *& malitiæ quiſque fratris ſui ne meminerit in cordibus veſtris*.

11 AVERTERVNT SCAPVLAM. i. terga verterunt. RECEDENTEM. Sic eſt Hebr. & Chald. q. d. rebellem, ſeu onus detrectantem. LXX. *tergum contemnens*. AGGRAVAVERVNT. ſ. velut pondere aliquo obturarunt.

12 SPIRITV. ſ. fidem poſuit in Prophetis. INDIGNATIO. ſ. qua illos puniuit.

13 LOCVTVS EST. ſ. ſe puniturum. DICIT. pro, dixit etiam tunc.

14 NESCIVNT. i. neſciebant anteà. TERRA. ſ. Iudæa. DESOLATA. i. ſola relicta. AB EIS. i. ob ipſorum peccata, vel ipſis diſcedentibus. TRANSIENS ET REVERTENS. i. vltrò citroque commeans. DESIDERABILEM. i. optimam. DESERTVM. Chald. & LXX. *deſolationem*.

CAPVT VIII.

Sicut Dominus propter peccata populi ſui afflixit eum, & deſolatam fecit Ieruſalem; ſic nunc facit illam plurimum habitari, omniaque dabit proſpera, modò ei ſeruiant: quibus adiungentur & aliæ gentes: de fimbria Iudæi à decem viris ethnicis apprehenſa.

1 ET factum eſt verbum Domini exerci-
2 tuum, dicens: * Hæc dicit Dominus exer-
A cituum: Zelatus ſum Sion zelo magno, & in-
3 dignatione magna zelatus ſum eam. * Hæc di-
cit Dominus exercituum: Reuerſus ſum ad
Sion, & habitabo in medio Ieruſalem: & voca-
bitur Ieruſalem Ciuitas veritatis, & Mons Do-
4 mini exercituum mons ſanctificatus. * Hæc di-
cit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt
ſenes & anus in plateis Ieruſalem: & viri ba-
culus in manu eius præ multitudine dierum.
5 * Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus
6 & puellis, ludentibus in plateis eius. * Hæc dicit
Dominus exercituum: Si videbitur difficile in
oculis reliquiarum populi huius in diebus illis,
numquid in oculis meis difficile erit, dicit Do-
7 minus exercituum? * Hæc dicit Dominus exer-
cituum: Ecce ego ſaluabo populum meum de
8 terra Orientis, & de terra Occaſus ſolis. * Et
B adducam eos, & habitabunt in medio Ieruſa-
lem: & erunt mihi in populum, & ego ero
9 eis in Deum, in veritate & in iuſtitia. * Hæc
dicit Dominus exercituum: Confortentur
manus veſtræ, qui auditis in his diebus ſer-
mones iſtos per os Prophetarum, in die qua
fundata eſt domus Domini exercituum, vt
10 templum ædificaretur. * Siquidem ante dies il-
los merces hominum non erat, nec merces
iumentorum erat; neque introëunti, neque
exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi
omnes homines, vnumquemque contra proxi-
11 mum ſuum. * Nunc autem non iuxta dies
priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit

Dominus exercituum, ° ſed ſemen pacis erit: 12
vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit ger-
men ſuum, & cæli dabunt rorem ſuum: &
poſſidere faciam reliquias populi huius vni-
uerſa hæc. ° Et erit: ſicut eratis maledictio in 13
Gentibus, domus Iuda, & domus Iſrael: ſic C
ſaluabo vos, & eritis benedictio: nolite time-
re, confortentur manus veſtræ. ° Quia hæc di- 14
cit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affli-
gerem vos, cùm ad iracundiam prouocaſſent
patres veſtri me, dicit Dominus, ° & non ſum 15
miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis
vt benefaciam domui Iuda, & Ieruſalem: no-
lite timere. ° Hæc ſunt ergo verba, quæ facie- 16
° Ephes. 4. f. 25 tis: ° Loquimini veritatem vnuſquiſque cum
proximo ſuo: veritatem, & iudicium pacis iu-
dicate in portis veſtris. ° Et vnuſquiſque malum 17
contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus
veſtris: & iuramentum mendax ne diligatis:
omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Domi-
nus. ° Et factum eſt verbum Domini exerci- 18
tuum ad me, dicens: ° Hæc dicit Dominus exer- 19
cituum: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti,
& ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit do- D
mui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in ſollem-
nitates præclaras: veritatem tantùm, & pacem
diligite. ° Hæc dicit Dominus exercituum: 20
Vſquequò veniant populi, & habitent in ciui-
tatibus multis, ° & vadant habitatores, vnus 21
ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur
faciem Domini, & quæramus Dominum exer-
cituum: vadam etiam ego. ° Et venient populi 22
multi, & Gentes robuſtæ, ad quærendum Do-
minum exercituum in Ieruſalem, & deprecan-
dam faciem Domini. ° Hæc dicit Dominus 23
exercituum: In diebus illis, in quibus appre-
hendent decem homines ex omnibus linguis
Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iu-
dæi, dicentes: Ibimus vobiſcum: audiuimus
enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI. ſ. *ad me*, vt 1
ſupplet Chald. & Goth. Quod eſt verbum? Dixit
Deus:

ZELATVS SVM. *Zelus* eſt amor, ſed cum indigna- 2
tione in alios.

REVERSVS SVM. Diſceſſeram offenſus, nunc pla- 3
catus reuertar. Præteritum pro futuro. CIVITAS
VERITATIS vocabitur, in qua veritas ſ. & iuſtitia erit.
MONS SANCTIFICATVS. Hebr. *mons ſanctitatis*. i. ſan-
ctus vocabitur, in quo Deus colitur.

ADHVC HABITABVNT SENES. i. adhuc veniet tem- 4
pus, cùm ſenes & anus in ea vrbe erunt. Signum pa-
cis & hilaritatis, cùm ſenes ad vltimam procedunt
ætatem. ET VIRI BACVLVS, &c. Hebr. *& vir*. i. quiſ-
que *baculum ſuum* (habebit) *in manu ſua*. Hoc eſt, ſe-
nes ad eam ætatem peruenient, vt ſine baculo ingredi
non poſſint.

COMPLEBVNTVR INFANTIBVS, multa proles gene- 5
rabitur. Præcipua felicitatis pars, cùm prole auge-
tur ciuitas.

SI VIDEBITVR DIFFICILE. Hebr. *ſi erit mirum in* 6
oculis reſidui populi. quod ſ. promitto. NVMQVID
IN OCVLIS MEIS DIFFICILE ERIT? Hebr. *etiam* (pro,
nunc etiam) *in oculis meis mirum erit?* .i. difficile.
Auen Ezra, ſine interrogatione: *etiam in oculis meis*
mirum erit. Si illis hoc videtur mirum, ego decreui
mira facere maiora quàm ab vlla memoria.

DE TERRA ORIENTIS. Per eas duas plagas, Ortus 7
& Occaſus, alias duas intelligit. q. d. vndique ſaluabo
populum meum, & conuocabo.

8 ET EGO ERO EIS IN DEVM, IN VERITATE.
Oſeæ 2. verſ. 20. *Deſponſabo te mihi in veritate*. i. in fi-
de: non te ampliùs deſeram, aut expellam: in veritate
& iuſtitia tuus Deus ero, tuus ſponſus.

9 IN DIE QVA FVNDATA EST DOMVS. ſupple, qui
eſtis in die, qua fundatur templum, confortamini. VT
TEMPLVM ÆDIFICARETVR. Hebr. (qua die cœpit)
templum ædificari, Hieronymus ſententiam expreſſit.

10 MERCES HOMINVM NON ERAT, ante hoc tempus
nulli mercenarij, nullæ operæ; quia non erat hoſtium
metu qui terram coleret: neque iumenta onera porta-
bant. NEQVE INTROEVNTI, NEQVE EXEVNTI ERAT
PAX. Non erat tutum verſari his locis. ET DIMISI
OMNES HOMINES. pro, immiſi. Non ſolùm externi ho-
ſtes graſſabantur, ſed inter ciues ipſos erant diſſidia ci-
uilia; alij in alios irruebant.

12 SED SEMEN PACIS nunc erit. pacificè ſeminabitis
ſine terrore, & ſemen vberes fructus feret; lætæ ſe ge-
tes erunt. *Pacis* nomine copiam & vbertatem intelligit.
ET TERRA DABIT GERMEN SVVM, ſeu *fructum*, ſeu
prouentum. ET CÆLI DABVNT ROREM SVVM. In
Palæſtina pluuiæ ſunt raræ, ſic cæli rore egent. aut per
rorem pluuias etiam intelligit. ET POSSIDERE FA-
CIAM. i. *hereditate*, Chald. hæc bona quæ dixi.

13 SICVT ERATIS MALEDICTIO. Quibus malè impre-
cabantur, dicebant: *Sis Iudæis ſimilis; quod illis, tibi*
contingat. Deinde verſa ratione, quibus benè preca-
buntur, iis dicent: *Sis felix vt Iudas*. ſic maledictio in
benedictionem mutabitur.

15 ET NON SVM MISERTVS. Sept. & Chald. *non me*
pœnituit. i. non mutaui, quod ſupplicium tunc decre-
ueram contra patres veſtros.

16 HÆC SVNT ERGO VERBA. q. d. hac conditione &
lege quæ dixi, vobis promitto, vt veritatem loquami-
ni, neminem decipiatis, & quæ ſequuntur. ET IV-
DICIVM PACIS. i. rectum, ſine fraude. IN PORTIS
VESTRIS. Ad vrbis portas erat forum & tribunalia. Ibi
ſint iudicia recta.

19 IEIVNIVM QVARTI. ſ. menſis. Hîc reſpondet ad
id quod quæſitum erat cap. 7. verſ. 2. Quarto menſe
murus Ieruſalem ruptus eſt, Ierem. 52. verſ. 6. ideò
Iudæi ieiunabant. In Kalend. Hebr. dicitur, ob tabu-
las legis fractas, & quia iuge ſacrificium deſiit, idolo
in templo collocato: Ioſephus lib. 6. de Bello, cap. 8.
ET IEIVNIVM QVINTI. De hoc ieiunio dictum eſt
cap. 7. verſ. 3. & de ieiunio ſeptimi menſis, ibi verſ. 5.
ET IEIVNIVM DECIMI. ſ. menſe *Tebet*, qui Ianuario
reſpondet. Eo menſe die decimo ieiunabant, quòd eo
die à Chaldæis Ieruſalem fuit obſeſſa: Kalend. Hebr.
Ierem. 52. verſ. 4. ERIT DOMVI IVDA IN GAVDIVM.
Ea ieiunia ceſſabunt, & in feſtos dies mutabuntur.
IN SOLLEMNITATES PRÆCLARAS. Hebr. *In ſollemni-*
tates bonas. i. lætas, ea ieiunia mutabuntur. VERITA-
TEM TANTVM. Hebr. *& veritatem & pacem diligite*.
Et pro *dummodò*, ſeu *tantùm*, vt poſuit Hieronymus.
Ea lege id concedo.

20 VSQVEQVO VENIANT POPVLI. Hebr. *adhuc*, ſeu
deinde (veniet tempus, quo) *veniant populi*. ET HA-
BITENT. Hebr. *& habitatores magnarum vrbium*.
Quo venient? Ieruſalem ad eas ſollemnitates, quas
dixit verſ. 19. Quando? tempore Meſsiæ. ſic Hebræi,
& Hebr. Schol. Tunc ad eum, & in Eccleſiam omnes
Gentes confluent.

21 ET VADANT HABITATORES. ſ. earum vrbium.
VNVS AD ALTERVM. ſic codices omnes Vulgatæ, &
Hieronymus in Comment. Hebr. *vnam ad vnam*. i. al-
teram. ſe mutuò ciues vrbium multarum inter ſe alij
alios prouocabunt ad eundum. QVÆRAMVS. i. con-
ſulamus, petamus à Deo reſponſa. VADAM ETIAM
EGO. Qui alios hortatur ad eundum, dicit, Ego etiam
ibo, meum exemplum ſequimini.

22 GENTES ROBVSTÆ. i. Gentes magnis opibus, po-
tentia & imperio, venient ad quærendum Dominum,
ſe Chriſto ſubiicient.

In diebvs illis. ſ. contingent quæ dico il- 23
lis diebus, quibus Decem homines. i. multi, Iu-
dæo vni ſe comites adiungent: cùm ex fama & mul-
torum dictis cognoſcant, Deum cum Iudæis eſſe, il-
lis profectò fauere, illos tueri.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Zelatvs, &c. q. d. zelotypia proſecutus ſum, 2
eoque indignatus quòd me tantopere ſe aman-
tem deſeruerit. vel, iratus eius hoſtibus. Sion. i. Iu-
dæos, ſeu Synagogam, quæ Eccleſiæ figura & pars.
Cœpit enim Eccleſia à mundi principio, ſed figura
etiam fuit Eccleſiæ Chriſtianæ.

Reversvs svm. Chald. *reuertar*. ſ. in gratiam re- 3
cipiam. Iervsalem. ſ. Chriſti Eccleſia. Veri-
tatis. 1. Timoth. 3. vocatur *columna & firmamen-
tum veritatis*. ſ. in ea vera eſt doctrina, & firmiſſima.
Mons. etiam *mons* dicitur Eccleſia, ob altitudinem
dogmatum, & firmitatem. Sanctificatvs. Hebr.
& Chald. *ſanctitatis*. Lxx. *ſanctus*. ſ. ſancta Eccleſia
doctrina & moribus; nec extra eam vlla eſt ſancti-
tas, aut vera virtus.

Senes, &c. q. d. diu viuent habitatores. ſ. ſancti. 4
q. d. per totam vitam ſtudebunt ſanctitati, vel num-
quam deerunt in Eccleſia Magiſtri, qui prudentia &
doctrina ceteros regant; eſt autem in ſenibus pru-
dentia. *Væ terræ, cuius rex puer eſt.* Viri. i. cu-
iuſque. ſ. ſenum. q. d. erunt prudentiſſimi, vt ſolent
grandæui. Bacvlvs. Chald. *opera recta*. ſ. quibus
ætas ſuſtentatur.

Infantibvs, &c. q. d. erunt & in Eccleſia multi 5
in Chriſto paruuli, ſeu recèns baptizati, & hilariter
viuentes: quamquam & in Ieruſalem, quæ tunc ædi-
ficabatur, fuerunt iſta ad litteram, ſed in figura ſpi-
ritualium.

Reliqviarvm. i. relictorum ex captiuitate, in 6
qua multi perierant. Illis. ſ. poſſe fieri. In ocv-
lis meis. i. coram me.

Orientis, &c. per hæc duo, intellige etiam 7
Aquilonem & Auſtrum. q. d. de omnibus mundi
partibus vocabo electos ad ſalutem. Vide ſimilem
phraſim Matth. 8.

Iervsalem. i. Eccleſiæ. In veritate et in iv- 8
stitia. ſ. colent me vera fide, & rectis moribus.

Prophetarvm. ſ. Aggæi, & Zachariæ. In 9
die. Lxx. *ex die*.

Merces. i. laborum fructus. Tribvlatione. 10
i. hoſtium vicinorum perſecutione. Dimisi. i. per-
miſi. ſ. inſurgere.

Semen pacis. i. proſperitatis. q. d. prouenient ſe- 12
minata fertiliter. Germen. i. fructum.

Maledictio. i. maledicti. ſ. vexati, vel malè au- 13
dientes. Benedictio. i. benedicti. ſ. cùm ad fidem
Chriſti conuerſi eritis.

Misertvs. ſ. hactenus, vt benefacerem. Con- 15
versvs. ſ. ad miſericordiam, qui ſecundùm iuſtitiam
feceram. Cogitavi. Loquitur more humano; alio-
quin Deus nihil de nouo cogitat. Diebvs istis. po-
teſt coniungi cum ſequentibus.

Verba. i. res, ſeu opera. Pacis. Lxx. *paci-* 16
ficum & iuſtum. ſ. quo pax alatur & iuſtitia, non diſcor-
dia, aut iniquitas. Portis. ſ. vrbium. ibi enim fie-
bant iudicia.

Amicvm. Chald. & Lxx. *proximum*. 17

Ieivnivm. Redit ad id, de quo quæſitum cap. 7. 19
Qvarti. Id obſeruabant, quia eo menſe rupti à Chal-
dæis muri Ieruſalem. Decimi. ſ. ob obſeſſam eo
menſe vrbem. Vide Ierem. 39. & 52. Ezech. 24.
4. Reg. vlt. In gavdivm. q. d. ceſſabit. atque ita
reſpondetur quæſito. Præclaras. Hebr. & Lxx. *bo-
nas*. i. lætas. Chald. *iucundas*. Veritatem tan-
tvm. pro, veritatem modò, ſeu interim. Chald. *pro-
pterea veritatem*. Lxx. *& veritatem*. q. d. id præcipuè à
vobis requiro, vt veritati ſtudeatis, & paci.

Vsqveqvo. pro, in tantum vt. q. d. in tan- 20
tum feſta celebrabitis, vt veniant ad vos multi, &c.
Chald. & Lxx. *adhuc venient*, &c. Veniant. ſ. tem-
pore Euangelij.

21 Vnvs ad alterum. pro, *omnes ciuitatis ad alte-
ram*, vt indicant Hebr. Domini. ſ. Chriſti. Va-
dam. ſ. reſpondebit alter.

22 Robvstæ. Lxx. *multæ*. Chald. *regna magna*. Iervsalem. i. Eccleſia.

23 Illis. ſ. hæc accident, quæ dixi. Et apprehen-
dent. pro, apprehendent inquam. Fimbriam. i. oram
veſtis. Ivdæi. ſ. ſpiritualis. i. Chriſtiani.

CAPVT IX.

*Vaticinatur aduerſus ciuitates Syriæ, & ſuperbos Phi-
liſthæos: rex Chriſtus venturus eſt ad Sion inſidens
pullo aſini, & ablato bello imperabit mundo in ma-
gna pace, qui etiam emiſit vinctos de lacu in ſan-
guine teſtamenti ſui: omnia dicuntur futura populo
Dei proſpera, quoniam ipſe eum proteget.*

1 ONus verbi Domini in terra Hadrach,
A & Damaſci requiei eius: quia Domini
eſt oculus hominis, & omnium tribuum Iſ-
2 rael. * Emath quoque in terminis, & Tyrus,
& Sidon: aſſumpſerunt quippe ſibi ſapien-
3 tiam valdè. * Et ædificauit Tyrus munitionem
ſuam, & coaceruauit argentum quaſi humum,
4 & aurum vt lutum platearum. * Ecce Do-
minus poſſidebit eam, & percutiet in mari
fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur.
5 * Videbit Aſcalon, & timebit; & Gaza, &
dolebit nimis; & Accaron, quoniam confuſa
eſt ſpes eius: & peribit rex de Gaza, & Aſca-
6 lon non habitabitur. * Et ſedebit ſeparator in
Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſthino-
7 rum. * Et auferam ſanguinem eius de ore eius,
B & abominationes eius de medio dentium
eius, & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro, &
erit quaſi dux in Iuda, & Accaron quaſi Iebu-
8 ſæus. * Et circumdabo domum meam ex his,
qui militant mihi euntes & reuertentes, &
non tranſibit ſuper eos vltrà exactor: quia nunc
9 vidi in oculis meis. * [a] Exulta ſatis filia Sion, [a] *Iſai.* 62. d. 11 *Matth.* 21. a. 5
iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tvvs ve-
niet tibi iuſtus, & ſaluator: ipſe pauper, &
aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum fi-
10 lium aſinæ. * Et diſperdam quadrigam ex
C Ephraim, & equum de Ieruſalem, & diſſipabi-
tur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus.
& poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à flu-
11 minibus vſque ad fines terræ. * Tu quoque in
ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos
12 de lacu, in quo non eſt aqua. * Conuertimini
ad munitionem vincti ſpei, hodie quoque an-
13 nuntians duplicia reddam tibi. * Quoniam
extendi mihi Iudam quaſi arcum, impleui
Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper
filios tuos Græcia: & ponam te quaſi gladium
14 fortium. * Et Dominus Deus ſuper eos videbi-
D tur; & exibit vt fulgur, iaculum eius: & Do-
minus Deus in tuba canet, & vadet in turbi-
15 ne Auſtri. * Dominus exercituum proteget
eos: & deuorabunt, & ſubiicient lapidibus
fundæ: & bibentes inebriabuntur quaſi à vi-
no, & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua
16 altaris. * Et ſaluabit eos Dominus Deus eorum
in die illa, vt gregem populi ſui: quia lapides
17 ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. * Quid
enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius,
niſi frumentum electorum, & vinum germi-
nans virgines?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ONVS. i. dura Prophetia contra Damaſcum & 1
Syriam. IN TERRA HADRACH. pro, in
terram Hadrach, quod oppidum erat vicinum Da-
maſco, atque in eius agro: Hieronymus de Locis
Hebr. ET DAMASCI REQVIES EIVS. ſ. Dei, vbi ha-
bitabit, ea vrbe Iſraelitis ſubiecta. QVIA DOMINI
EST OCVLVS HOMINIS. Hebr. *quia ad Dominum ocu-
lus hominis*. i. omnes in eum ſperant, quia poteſt regna
mutare. ET OMNIVM TRIBVVM ISRAEL. ſ. tribus
Iſrael ſperant in Deo. Præmium ſpei erit imperium
in vrbes finitimas.

EMATH QVOQVE IN TERMINIS EIVS. ſ. Iſrael. 2
Hebr. *Hemath terminabitur in ea*. i. in finibus Iſrael
comprehendetur. *Hemath, Antiochia* eſt, vrbs Cœle-
ſyriæ vicina Damaſco. ET TYRVS, ET SIDON. Illæ
etiam Iſraelitis ſubiicientur. ASSVMPSERVNT QVIP-
PE SIBI SAPIENTIAM VALDE. *Sapientia* pro aſtutiâ
aut ſuperbia. ob eam ſuperbiam illas ſubiiciam Iſ-
raeli. Hebr. *quia* (pro, quantumuis) *ſapiens valde*. De
Tyri copiis multa in Ezech. à cap. 26. & de ſapientia
propriè cap. 28. verſ. 3. q. d. non profuit aſtutia Tyro,
quominùs ſubiiceretur. Hæc felicitas ad Chriſti tem-
pus referri debet. ſed & Ariſtobulus Tyrum & Sido-
nem expugnauit: Ioſeph. Gorion. lib. 4. cap. 7.

ET ÆDIFICAVIT TYRVS MVNITIONEM SVAM. 3
q. d. nihil ei artes & copiæ, aurum & argentum pro-
fuere.

ECCE DOMINVS POSSIDEBIT EAM. ירש *iaras* & 4
hereditare ſignificat, & *eiicere*. Priorem ſignificatio-
nem Hieronymus & Sept. ſequuntur, poſteriorem
Chald. *eiiciet eam*. ſ. à ſua gloria. PERCVTIET IN
MARI. i. *proiiciet in mare*. ſ. Tyrum, vt Chald. FOR-
TITVDINEM EIVS. Chald *diuitias*, ſeu *exercitum eius*.
vox Hebr. חַיִל *hail* hæc omnia ſignificat, *fortitudi-
nem*, *diuitias*, *exercitum*. ET HÆC. pro, & ipſa.
ſ. vrbs igne comburetur.

VIDEBIT ASCALON. Agit de Philiſthæorum 5
vrbibus, quæ & ipſæ clade Tyri commotæ, Iſraeli
ſubiicientur. Quod factum eſſe Sophoniæ 2. verſ. 4.
dicitur. & Ioſephus 13. Antiquit. cap. 21. ET AC-
CARON, QVONIAM CONFVSA EST SPES EIVS i. periit.
fortaſſe ſuis viribus aut externis auxiliis confidebat
Accaron vrbs Philiſthinorum.

ET SEDEBIT SEPARATOR IN AZOTO. pro, victor 6
Iudæus. Hebr. *& habitabit ſpurius in Azoto*. i. alieni-
genæ. q. d. Aſcalon deſerta manebit, non habitabi-
tur; at Azotus habitabitur quidem, ſed ab externis.
Quidam putat, Azotios ipſos quaſi ſpurios & exter-
nos fore, quia non ampliùs ſui iuris, ſed ſubditi Iu-
dæis. ſic Hebræus.

ET AVFERAM SANGVINEM EIVS DE ORE EIVS. 7
Domita ſuperbia non ampliùs loquetur cædes & vi-
ctorias: aut per *ſanguinem* intellige eſum ſanguinis
in Lege vetitum. EIVS. pro, eorum, quia loquitur de
Philiſthæis in genere. aut *eius*. i. Azoti. ET ABO-
MINATIONES EIVS DE MEDIO DENTIVM. id eſt, de
dentibus. non comedent ampliùs illicita, quia con-
uerſi ad fidem. ET ERIT QVASI DVX IN IVDA.
Sequentur Azotij caſtra Iudæorum, duce eorum ex
eorum gente. ET ACCARON QVASI IEBVSÆVS.
Aquam & ligna comportabunt vt illi, & aliis miniſte-
riis vilibus addicti erunt.

ET CIRCVMDABO DOMVM MEAM. Angelorum 8
cuſtodia protegam meos. Hebr. *caſtrametabor domui
meæ* (.i. quaſi caſtris poſitis protegam) *ab exercitu*
(ſ. hoſtium) *à tranſeunte & reuertente* (ſ. hoſte.) VL-
TRA EXACTOR. Non erunt ſubiecti externis, qui eos
tributis opprimant. QVIA NVNC VIDI. i. faueo meo
populo. *Videre* pro *fauere*.

EXVLTA SATIS. Hebr. *valdè*. Ex his conſtat, quæ 9
ſuperiùs dicta ſunt, ad Chriſti tempora præcipuè eſſe
referenda. Hunc locum Matth. 21. verſ. 5. affert de
Chriſto, cùm vectus aſino Ieruſalem eſt ingreſſus.
IPSE PAVPER. Matth. *manſuetus*. ſic Sept. nempe
עָנָו *hanau*. i. *manſuetus* legerunt, vbi nunc eſt עָנִי *hani*.
i. *pauper*. SVPER ASINAM. ſic Matth. & Hierony-
mus in Comment. at Hebr. & Chald. *ſuper aſinum*.
ſed חֲמוֹר *hamor* communis generis eſt, vt colligitur
ex 2. Reg. 19. verſ. 26. atque ita benè verti potuit, *ſu-
per aſinam*. Ex Rab. Selomo Exod. 4. conſtat ab He-
bræis hunc locum de Meſſia intelligi; idem hîc tum
ipſe, tum D. Kimhi dicunt.

10 ET DISPERDAM QVADRIGAM. Pax erit aduentu
Chriſti, ideò omnia bellica inſtrumenta erunt ſuper-
uacanea, quadrigæ, equi, arcus. ET LOQVETVR PA-
CEM. pro, conſtituet, ſtabiliet. A MARI VSQVE AD
MARE. Auen Ezra, *a Mari rubro ad Oceanum*. A FLV-
MINIBVS. Hebr. *à flumine*. ſ. *Euphrate*, vt Chald. nam
cùm *flumen* abſolutè ponitur, *Euphrates* intelligitur.
VSQVE AD FINES TERRÆ. hoc eſt, extremum Oc-
ceanum. Denique ſignificat fore eum, ſ. Chriſtum, Re-
gem vniuerſi orbis Dominum.

11 TV QVOQVE. Propheta vertit ad eum Regem ſer-
monem. IN SANGVINE TESTAMENTI TVI, ſeu *pacti
tui*. Chald. *vos quoque, quibuſcum in ſanguine ſanci-
tum eſt pactum*. Tangit ritum ſanciendi fœdera ſan-
guine pecudis, quam mactabant. Ergo tu quoque ex
fœdere, quod ſanguine ſanxiſti, cùm ſ. datum eſt tibi
regnum, vinctos omnes liberaſti. Quod fieri ſolet in
magna lætitia. EMISISTI. Hebr. *emiſi*. ſed ſanè pro
שִׁלַּחְתִּי *ſillahthi*. i. *emiſi*. Hieronymus & Sept. legerunt
שִׁלַּחְתָּ *ſillahtha*, *emiſiſti*. quæ lectio multò commodior
eſt, pro, emittes. DE LACV, IN QVO NON EST
AQVA. Hebr. *de puteo, in quo non eſt aqua*. Talis erat
carcer, ciſterna ſine aqua. Ideò ſæpè סֹהַר *ſohar* à
rotunditate vocatur. Plerique de limbo intelligunt
hoc, vnde Chriſtus Patres liberauit, cum ſancto Tho-
ma 3. Part. quæſt. 52. art. 1. qui carcer erat. Idque *in
ſanguine teſtamenti*. i. ſuo ſanguine eos emiſit.

12 CONVERTIMINI AD MVNITIONEM. i. arcem, per
quam Deum intelligit, in quo eſt commune præſi-
dium. VINCTI SPEI. Qui quamuis vincti, ſpem ta-
men libertatis habetis. HODIE QVOQVE ANNVN-
TIANS. Regis Chriſti reſponſio eſt. *O annuntians*.
.i. Propheta, ego *hodie*. i. breui, DVPLICIA REDDAM
TIBI. i. non ſolùm è carcere vinctos educam, ſed &
multis bonis cumulabo eos.

13 QVONIAM EXTENDI MIHI IVDAM QVASI ARCVM.
Hebr. *extendi mihi Iuda arcum*. hoc eſt, feci vt Iudas
pro me extenderet arcum. IMPLEVI EPHRAIM. ſ. ar-
cu. nam 4. Reg. 9. verſ. 24. vbi nos, *Iehu tetendit arcum*.
Hebr. *Iehu impleuit manum ſuam in arcu*. Ego faciam,
vt Ephraim pro me pugnet. ET SVSCITABO FILIOS
TVOS SION. i. faciam vt ſumant arma. SVPER FILIOS
TVOS. Contra filios tuos, ô Græcia, ſuſcitabo filios
Sion. GRÆCIA. Per *Græciam*, Gentes & populos in-
telligit Chald. QVASI GLADIVM FORTIVM. ſugge-
ram tibi vires. Hoc in Apoſtolis eſt impletum, qui
erant è Iudæis, & ſubiugarunt Gentes.

14 SVPER EOS VIDEBITVR. i. cum eis quaſi dux erit
Deus. IACVLVM EIVS. Hebr. *ſagitta eius*. i. ſagittæ
erunt vt fulgur. TVBA CANET, aut *clanget*, vt ſ. ſuos
congreget, & immittat in hoſtes. ET VADET IN
TVRBINE AVSTRI. i. vt turbo Auſtri. Suſpicor pro
Beth olim *Caph* fuiſſe. ergo *vt turbo Auſtri*. i. à vento
Auſtrali excitatus concitandis turbinibus infami. Ita-
que Deus magno impetu in hoſtes irruet.

15 PROTEGET EOS. ſuos milites. ET SVBIICIENT
LAPIDIBVS FVNDÆ. Funditores olim in prima acie
conſtituebantur. ET BIBENTES INEBRIABVNTVR.
Hebr. *& bibent, tumultuabuntur quaſi vinum*. Con-
ſtructio inuerſa. *Bibent ſanguinem quaſi vinum, poſt-
quam in hoſtes fuerint tumultuati*. ſic Hebr. ET RE-
PLEBVNTVR VT PHIALÆ. Sanguis hoſtiæ excipieba-
tur phiala, & fundebatur ad CORNVA ALTARIS, ad
angulos altaris, Hebr. ſed perinde eſt. Itaque ſanguine
hoſtium replebuntur Chriſti milites.

16 VT GREGEM POPVLI SVI, ſaluabit Deus gregem,
ſaluabit quaſi oues populum ſuum, vt Sept. ſeruabit ſ. vt
paſtor gregem. QVIA LAPIDES SANCTI, quaſi la-

pides ſancti eleuabuntur milites. Hebr. *quia lapides*
(.i. vt lapides) *corona*. i. lapides pretioſi, qui in coro-
na ponuntur, duces & Principes Iudæ *eleuabuntur*,
erunt in pretio in terra Iſrael. *Eleuabuntur vt vexil-
lum*, ad quod ſ. milites confugiunt. Id ſignificat ver-
bum Hebr. מִתְנוֹסְסוֹת *mithnoſeſoth*.

NISI Hebr. non eſt, ſed ſic, *quod bonum eius*, 17
*& quod pulchrum eius? frumentum iuuenes, & vinum
germinabit virgines*. ſ. pulchros & pulchras faciet
optimum alimentum. q. d. præter alia, quod maxi-
mè pulchrum erit, annonæ copia ſuppetet, qua ro-
buſti iuuenes & puellæ pulchræ erunt. Dauid Kimhi
in Dictionario ſic explicat, *frumentum iuuenes* (ſ. læ-
tificabit) *& vinum loqui faciet* (ſeu *cantare*) *virgines*.
nam נוב *nob* non ſolum *germinare* ſignificat, ſed *lo-
qui*, ex Iſai. 57. verſ. 19. vbi nos, *Creaui fructum la-
biorum*; Hebr. *loquelam labiorum*. Atque adeò ſenſus
erit, Quod maximè pulchrum exiſtet in hac victo-
ria, erit finis eius. ſ. conuiuia, quæ iuuenes & virgines
inſtruent; & cantica, quibus lætitiam celebrabunt.
Hieronymus pro *iuuenibus*, *electos* poſuit, & vox
Hebr. vtrumque ſignificat. ſed alij omnes, etiam
Sept. *iuuenes* ponunt. Aliqui per *frumentum* & *vinum*
Euchariſtiam intelligunt, an ὀρθῶς?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ONVS. i. Prophetia triſtis mundo, qui Euange- 1
lio reſiſtet, ſed ſuperabitur tandem. HA-
DRACH. Locus eſt prope Damaſcum; per quæ duo,
Mundi vrbes ſignificantur. REQVIEI EIVS. ſ. Do-
mini. q. d. requieſcet in Gentibus ad fidem conuerſis.
Lxx. *ſacrificium eius*. ſ. erit. q. d. Chriſto ſacrificabi-
tur à Gentilibus conuerſis. OCVLIS. i. intuitus. HO-
MINIS, &c. q. d. reſpicit Deus omnes homines, &
non ſolùm Iſraelitas: *An Iudæorum Deus tantum?*
Lxx. *quia Dominus reſpicit homines*. Chald. *quia videt
Dominus opera hominum*.

EMATH. ſ. Antiochia. EIVS. ſ. requiei Domini, vel 2
Eccleſiæ. q. d. & ipſa Emath conuertetur ad fidem.
per has vrbes Gentilium, reliquæ etiam intelliguntur.
SAPIENTIAM. ſ. fidei, ſeu Eccleſiæ.

ET ÆDIFICAVIT, &c. q. d. quamuis munitiſſima ſit, 3
& ditiſſima, tamen à Chriſto expugnabitur, nec poterit
Euangelio reſiſtere. idemque de alijs ciuitatibus intel-
ligendum. HVMVM. Chald. & Lxx. *puluerem*.

IN MARI. ſ. erat in mari ſita. HÆC. Hebr. Chald. 4
& Lxx. *ipſa*. IGNI. ſ. verbi Dei. DEVORABITVR. ſ. de-
ſtructis erroribus & vitiis.

ASCALON, &c. i. qui in Gentibus oderant Euange- 5
lium. SPES. ſ. qua ſe putabat poſſe reſiſtere. REX.
pro, Regum, vel diabolus. q. d. Chriſtus ſolus in ea
regnabit. HABITABITVR. ſ. ab infidelibus.

SEPARATOR. ſ. Chriſtus, qui ſegregat oues ab 6
hœdis, vel quicumque ſe ſeparauit. ſ. ab infidelibus
ad fidem conuerſus. Lxx *alienigena*. ſ. alienus antè à
fide. SVPERBIAM. per quam etiam alia vitia intel-
liguntur.

SANGVINEM. i. peccata, præſertim blaſphemiam. 7
EIVS. Lxx. *eorum*. ABOMINATIONES. repetitio, vel
ſignificatur idololatria. DENTIVM. i. oris. q. d. vt ne
de eis quidem loquatur ampliùs. RELINQVETVR, &c.
q. d. erit in numero reliquiarum, quæ ſaluantur à Do-
mino. DEO NOSTRO. Chald. *adiectus populo Dei no-
ſtri*. QVASI DVX. q. d. honoratus, & in pretio. IE-
BVSÆVS. i. habitator vetus Ieruſalem. q. d. ſicut illi,
qui ſemper fuerunt in Eccleſia.

CIRCVMDABO. i. muniam. DOMVM. i. Eccleſiam. 8
EVNTES, &c. q. d. diſcurrentes huc illuc pro ſalute
animarum. EXACTOR. ſ. tributi. Chald. *Tyrannus*.
ſ. diabolus. VIDI. ſ. reſpexi oculis miſericordiæ po-
pulum meum, vt ei benefaciam.

SATIS. i. valdè. FILIA. Chald. *cœtus*. ſ. fidelium 9
congregatio. FILIA IERVSALEM. repetitio. REX.
ſ. Chriſtus. TIBI. i. ad ſalutem tuam. IVSTVS. ſ. & te
iuſtificans. Vide Roman. 3. PAVPER. Chald. &
Lxx. *manſuetus*. & ſic citatur Matth 21. ET SVPER
PVLLVM. Hinc apparet, ſuper vtrumque ſediſſe Chri-
ſtum. Intelliguntur verò per *aſinam*, ſeu *ſubiugalem*, vt
vertunt Lxx. Iudæi, qui ſub iugo Legis; per *pullum*
Gentiles. Vtroſq; ſibi Chriſtus ſubiecit per fidem, &c

10 DISPERDAM, &c. q. d. auferam arma quibus Eu
angelium impugnabant. ſeu victor tandem euadam,
mihique per fidem ſubiciam. LOQVETVR. ſ. Chri-
ſtus. q. d. ſaluabit etiam Gentes. Chald. *iudicabit in
pace regna*. A MARI, &c. q. d. per totum orbem.
Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra. FLVMINI-
BVS. Hebr. *flumine*, ſed eſt ſingulare pro plurali, ſic
etiam intellige Pſal. 71.

11 TESTAMENTI. ſ. noui confirmatoris, vide, *Hic
ſanguis noui teſtamenti*. LACV. i. limbo, ſeu purga-
torio. Vide Auguſt. epiſt. 99. & 12. de Gen. cap. 23.
quamquam idem 18. Ciuit. humanæ profunditatis
miſeriam & ſterilitatem intelligit. NON EST AQVA.
q. d. qui carcer eſt, ...

12 MVNITIONEM. i. Eccleſiam, ſeu Chriſtum,
VINCTI SPEI. Chald. *ô vincti, qui redemptionem ſpe-
ratis*. ANNVNTIANS. pro, annuntio tibi. ſ. quod ſe-
quitur. DVPLICIA. i. magna. Chald. *duplicia bona*.
REDDAM. ſ. pro laboribus. TIBI. Alloquitur quem-
que fidelium.

13 EXTENDI. præterita pro futuris. IVDAM, &c. q. d. aſ-
ſumam ex Iuda & Iſrael miniſtros prædicationis, per
quos mundum conuertam. IMPLEVI. ſ. quaſi ar-
cum. Impleri arcus dicitur, cùm valdè tenditur. Chald.
impleui fortitudine. SVSCITABO. Chald. *præualere
faciam*. GRÆCIA. i. Gentiles. q. d. per tuos filios,
ſ. Apoſtolos, conuertam Gentes. GLADIVM. ſ. ad per-
dendos errores, & vitia.

14 VIDEBITVR. Chald. *reuelabitur*. Lxx. *apparebit*.
IACVLVM. ſ. verbum. Chald. *verba*. Lxx. *ſagitta*.
TVBA. ſ. Euangelica. TVRBINE. pro, velut turbine.
AVSTRI. Chald. *venti Auſtralis*. q. d. proſternet
hoſtes fidei.

15 DEVORABVNT. i. conſument. ſ. hoſtes. LAPIDI-
BVS. ſ. teſtimoniis Scripturæ. Chald. *velut lapidibus*.
INEBRIABVNTVR. ſ. ſanguine. Metaphora à victori-
bus, qui multo hoſtium ſanguine aſperguntur. PHIA-
LÆ. ſ. excipientes ſanguinem hoſtiarum. CORNVA.
ſ. quæ abundè ſanguine aſpergi ſolent.

16 POPVLI SVI. Lxx. *populum ſuum*. LAPIDES. ſ. fi-
deles, ſeu prædicatores. ELEVABVNTVR. ſ. in ædificio
Eccleſiæ. Lxx. *voluuntur*. EIVS. ſ. Chriſti.

17 QVID ENIM, &c. q. d. quid habet Chriſtus opti-
mum, quo ſuos alat, niſi corpus ſuum ſub ſpecie pa-
nis, & ſanguinem ſub ſpecie vini? GERMINANS.
.i. producens. q. d. faciens caſtos & puros eos, qui
dignè communicant.

CAPVT X.

*Solus Dominus poteſt petita præſtare, qui confortabit
Iudæos: & miſertus ipſorum congregabit eos de va-
riis locis captiuitatis in terram priſtinam, humiliatis
ipſorum inimicis.*

1 PEtite à Domino pluuiam in tempore ſe-
A rotino, & Dominus faciet niues, & plu-
uiam imbris dabit eis, ſingulis herbam in agro.
2 * Quia ſimulachra locuta ſunt inutile, & di-
uini viderunt mendacium, & ſomniatores lo-
cuti ſunt fruſtrà: vanè conſolabantur: idcircò
abducti ſunt quaſi grex: affligentur, quia non
3 eſt eis paſtor. * Super paſtores iratus eſt furor
meus, & ſuper hircos viſitabo: quia viſitauit
Dominus exercituum gregem ſuum, domum
B Iuda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in
4 bello. * Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex
ipſo arcus prælij, ex ipſo egredietur omnis exa-
5 ctor ſimul. * Et erunt quaſi fortes conculcan-
tes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia
Dominus cum eis: & confundentur aſcenſores

equorum. * Et confortabo domum Iuda, & 6
domum Ioſeph ſaluabo: & conuertam eos,
quia miſerebor eorum: & erunt ſicut fuerunt
quando non proieceram eos: ego enim Domi-
nus Deus eorum, & exaudiam eos. * Et erunt 7
quaſi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum C
quaſi à vino: & filij eorum videbunt, & læta-
buntur, & exultabit cor eorum in Domino.
* Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi 8
eos: & multiplicabo eos ſicut antè fuerant
multiplicati. * Et ſeminabo eos in populis, & 9
de longè recordabuntur mei: & viuent cùm
filiis ſuis, & reuertentur. * Et reducam eos de 10
Terra Ægypti, & de Aſſyriis congregabo eos, D
& ad Terram Galaad & Libani adducam eos,
& non inuenietur eis locus: * & tranſibit in 11
maris freto, & percutiet in mari fluctus, & con-
fundentur omnia profunda fluminis, & humi-
liabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrum Ægypti re-
cedet. * Confortabo eos in Domino, & in no- 12
mine eius ambulabunt, dicit Dominus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PETITE A DOMINO PLVVIAM. vt ſ. ſit annonæ copia de qua poſtremò erat locutus. TEMPORE SEROTINO. Sic vocatur pluuia menſis Aprilis quæ maximè neceſſaria eſt. FACIET NIVES. Menſe Aprili nullæ ſunt niues, præſertim in ea regione. Plerique *nubes* legendum putant. Hebræi id ſignificare חזיזים *hazizim* dicunt. Alij *fulgura*, ſeu *coruſcationes*, quæ initio pluuiæ exiſtunt. ET PLVVIAM IMBRIS. i. copioſam, qualis poſt fulgura ſequitur. SINGVLIS HERBAM dabit. Hebr. *viro* (i. cuique) *fœnum*. Quid ſi per *fœnum* ſegetes intelligas, vt Pſal. 103. v. 14. eſt dictum?

2 SIMVLACHRA. Hebr. *Teraphim*. LOCVTA SVNT INVTILE. Hebr. *vanitatem*. ET SOMNIATORES. Hebr. *ſomnia*. pro, *ſomniatores*. LOCVTI SVNT FRVSTRA. Hebr. *vanum*. q. d. erratis, cùm ab illis pluuiam & bona expectatis. IDCIRCO ABDVCTI. ſ. in captiuitatem ierunt, quia idola conſuluerunt. QVASI GREX: AFFLIGENTVR. Hebr. *humiliabuntur*. pro, humiliati ſunt. poſt captiuitatem hæc vaticinatur. QVIA NON EST EIS PASTOR. hoc eſt, cùm non eſt eis paſtor. ſ. ouibus & gregibus. tunc enim iniuriæ opportunæ ſunt, & à lupis lacerantur.

3 SVPER PASTORES. *Paſtores* & *hircos* vocat populi capita. VISITABO. i. puniam. QVIA VISITAVIT, in bonum. recordatus eſt gregis & populi ſui, vt illis benefaceret. Aut ſic, quia poſtquam viſitauit & puniuit delicta ſui gregis, poſuit eos vt equum. Atque ita & redundabit ibi, ET POSVIT EOS QVASI EQVVM GLORIÆ SVÆ IN BELLO. i. ornauit eum multis donis, vt equum gloriæ. i. generoſum, cuius robur & præſtantia in bello maximè apparet.

4 EX IPSO ANGVLVS, EX IPSO PAXILLVS. i. ex ipſo grege paxillus anguli, ex paxillo qui ad angulum erat, pendebant pretioſa quæque. & ſignificat, Principem illis non fore ex alia gente, ſed ex ſua. EX IPSO ARCVS. i. robur contra hoſtes non quæret aliunde, ſed ex ſe habebit. EXACTOR, externi Principes, qui tributis populum opprimunt, procul abſcedent, egredientur.

5 QVASI FORTES, vt milites fortes erunt Iſraelitæ. CONCVLCANTES LVTVM. i. vt lutum hoſtes & eorum ſanguinem conculcabunt. ET CONFVNDENTVR ASCENSORES, pudefient hoſtes, quamuis equis vecti vincentur.

7 ET ERVNT QVASI FORTES EPHRAIM. Tribus Ephraim fortitudine bellica excellebat. Faciam ergo, vt omnes tribus illi fortitudine exæquentur. QVASI A VINO. Hebr. *quaſi vinum*. i. quaſi cor bibentis vinum lætabuntur milites.

8 SIBILABO EIS, vt ſibilo eos conuocem. q. d. ero eis dux & paſtor. ET MVLTIPLICABO EOS. Hebr. *&* *multiplicabuntur ſicut multiplicati ſunt*. ſ. olim. non erunt vt modo, exiguo numero. Hieronymus aliis verbis benè ſententiam expreſſit.

9 ET SEMINABO. pro, ſeminati, diſperſi. ET DE LONGE RECORDABVNTVR, in longinquis regionibus mei ſunt recordati. ET VIVENT. Hebr. *vixerunt cum filiis ſuis*. non occidebant infantes, vti in Ægypto eſt factum à Pharaone. ET REVERTENTVR. Hebr. *reuerſi ſunt*. ſ. in patriam, Cyri indulgentia.

10 ET REDVCAM. Hebr. *reduxi*. Omnia hæc futura, *congregabo, adducam*, & quæ ſequuntur, vertantur in præterita: narrat enim quæ iam erant facta. ET LIBANI ADDVCAM EOS. Vſque ad eum montem extendebatur Terra promiſſa, ad quam ex Ægypto priùs, deinde ex Aſſyria, ſeu Babylone adduxit Iudæos Dominus. ET NON INVENIETVR EIS LOCVS. hoc eſt, tota regio non ſufficiet eis ob multitudinem. Sic Hebræi.

11 ET TRANSIBIT, tranſiuit. IN MARIS FRETO. Sept. *in mari anguſto*. i. per mare anguſtum tranſiuit, cùm per illud traduxit Iſraelitas. Sic mare Rubrum vocat, quia anguſtum eſt. ET PERCVTIET IN MARI FLVCTVS, cùm vndas ab vtraque parte dimouit. ET CONFVNDENTVR Hebr. *ſiccabuntur*. pro, ſiccatæ ſunt voragines fluminis, ſcilicet Iordanis, vt ſicco pede is populus tranſiret. Vocem הוֹבִישׁוּ *hobiſu*, Hieronymus à בוש *bus*. i. *pudeſieri* deduxit. Alij à יָבַשׁ *iabas*, quod eſt *ſiccare*, ſeu *areſcere*. ET HVMILIABITVR: Hebr. *deiecta eſt* ſuperbia Aſſur, qua ſ. ſuperbè imperabant Babylonij populo Iudæorum. ET SCEPTRVM ÆGYPTI RECEDET, receſſit, amotum eſt Imperium Ægypti in Iudæos.

12 CONFORTABO, confortaui eos. ſ. Iudæos. Relatiuum ſine antecedenti. IN DOMINO. De ſe loquitur Deus in tertia perſona vt cùm Moyſi dixit: *Aſcende ad Deum*. i. ad me. Exod. 24. verſ. 1. IN NOMINE EIVS AMBVLABVNT, ambulauerunt Dei virtute nixi, ideò tot miracula ſunt facta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SEROTINO. ſ. vere, velut enim matutinum eſt tempus ſementis. Eſt autem pluuia doctrina, temporanea quidem, qua ſemina germinant, vetus Teſtamentum; ſerotina verò, qua fructus matureſcunt, nouum. q. d. petite aduentum Chriſti & Euangelij. NIVES. q. d. dabit niuem, ſi opus ſit, nedum pluuiam. Quidam dicunt legendum *nubes*. id enim ſignificari voce Hebræa, & ſic Hieron. vertiſſe. Chald. *ventos*. ſ. deferentes nubes. LXX. *apparentias*. ſ. copiam nubium. Intellige verò Apoſtolos & prædicatores, *pluuiam* verò doctrinam. IMBRIS. i. vehementem, ſeu copioſam. LXX. *hiemalem*. i. copioſam, vt ſolet eſſe hiemalis. EIS. ſ. petentibus. HERBAM, &c. q. d. germina ſalutis in cordibus.

2 SOMNIATORES. Chald. *pſeudoprophetæ*. FRVSTRA. LXX. *falſa*. CONSOLABANTVR. ſ. ſe conſulentes. ABDVCTI. ſ. in varios errores. ſ. qui talibus fidem adhibebant. AFFLIGENTVR. ſ. ab hoſtibus animæ. PASTOR. ſ. bonus. q. d. interim, dum Chriſto carent. Chald. *Rex*. LXX. *ſanitas*.

3 PASTORES. Chald. *Reges*. HIRCOS. i. reprobos. Vide Matth. 25. Chald. *Principes*. ſ. malos. VISITABO. i. puniam. VISITAVIT. LXX. *viſitabit*. ſ. vt prouideat. GLORIÆ SVÆ. i. glorioſum. Chald. *fortem & ſplendentem*. ſ. benè ornatum. LXX. *decorum ſuum*.

4 EX IPSO. ſ. Iuda. ANGVLVS. ſ. Chriſtus lapis angularis. Chald. *Rex*. PAXILLVS. ſ. Chriſtus, è quo pendent electi. Chald. *Chriſtus*. ARCVS. i. arma ſpiritualia. Chald. *fortitudo*. EXACTOR. ſ. tributi. q. d. victor. Chald. *gubernator*. ſ. qui exigat obedientiam. SIMVL. q. d. ex ipſo hæc omnia.

5 CONCVLCANTES. ſ. hoſtes fidei. LVTVM. pro, vt lutum. ASCENSORES. ſ. hoſtes videntes ſe non poſſe reſiſtere.

CONFOR-

CONFORTABO. Chald. *roborabo.* IOSEPH. i. Ephraim. 6
ſ. decem tribus. MISEREBOR EORVM. LXX. *dilexi eos.*

FORTES. LXX. *pugnatores.* EPHRAIM. Chald. *domus Ephraim.* VINO. ſ. diuinæ gratiæ & conſolationis. FILII. i. diſcipuli. 7

SIBILABO. i. vocabo. ſ. prædicatione. Chald. *clamabo.* LXX. *ſignificabo.* CONGREGABO. ſ. in Eccleſia. LXX. *ſuſcipiam.* REDEMI. LXX. *redimam.* ANTE. ſ. quàm eos per hoſtes vaſtarem. 8

EOS. ſ. fideles, vel prædicatores. LONGE. i. remotis locis. REVERTENTVR. ſ. ad me corde ſuo. 9

DE TERRA, &c. i. ex omnibus locis, vbi vitiis ſeruiunt. AD TERRAM, &c. q. d. Eccleſiam fertilem, & altam, pulchramque. LOCVS. ſ. præ multitudine. Hyperbole eſt, qua ſignificatur fidelium maxima copia: vel ſignificatur, omnes eſſe reducendos, nullumq; locum ipſorum apud Aſſyrios aut Ægyptios inuentum iri. LXX. *& non relinquetur ex eis vnus.* Chald. *& non ſufficiet eis.* ſ. locus. 10

TRANSIBIT. ſ. populus meus. IN MARIS, &c. i. vt olim cùm tranſirent Mare rubrum. q. d. omnes vincet difficultates, nihilque eius ad me reditum poterit impedire, vt nihil impediit cùm educerem olim ex Ægypto; atque hunc ſenſum faciunt etiam Chaldaica. PERCVTIET. ſ. Dominus, vel populus. LXX. *percutient.* CONFVNDENTVR. ſ. non valentia impedire tranſitum. LXX. *ſiccabuntur.* PROFVNDA FLVMINIS. Chald. *Regum populorum.* HVMILIABITVR. Chald. *ceſſabit.* ASSVR. i. dæmonum, vel hoſtium fidei. SCEPTRVM. i. dominium. RECEDET. i. deſinet. Chald. & LXX. *tolletur.* Intellige per *Ægyptum* vitia. 11

EOS. ſ. fideles. IN DOMINO. i. in me. NOMINE. i. virtute. AMBVLABVNT. Chald. *ambulabunt redempti.* LXX. *gloriabuntur.* 12

CAPVT XI.

Iubet Dominus paſci pecora occiſionis, quibus ipſe parcet, quia paſtores eorum non parcebant eis: de duabus virgis tandem abſciſſis, & tribus paſtoribus vno menſe ſucciſis: de appenſa mercede triginta argenteorum proiectorum ad ſtatuarium: de alio malo paſtore à Domino ſuſcitando.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis 1
cedros tuas. * Vlula abies, quia cecidit 2
cedrus, quoniam magnifici vaſtati ſunt: vlu- A
late quercus Baſan, quoniam ſucciſus eſt ſaltus
munitus. * Vox vlulatus paſtorum, quia vaſta- 3
ta eſt magnificentia eorum: vox rugitus leo-
num, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis.
* Hæc dicit Dominus Deus meus: Paſce peco- 4
ra occiſionis, * quæ qui poſſederant, occide- 5
bant, & non dolebant, & vendebant ea, dicen-
tes: Benedictus Dominus, diuites facti ſumus:
& paſtores eorum non parcebant eis. * Et ego 6
non parcam vltrà ſuper habitantes terram, di-
cit Dominus: ecce ego tradam homines, vnum- B
quemque in manu proximi ſui, & in manu
regis ſui: & concident terram, & non eruam
de manu eorum. * Et paſcam pecus occiſionis 7
propter hoc, ô pauperes gregis. Et aſſumpſi
mihi duas virgas, vnam vocaui Decorem, &
alteram vocaui Funiculum: & paui gregem.
* Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno, & con- 8
tracta eſt anima mea in eis: ſiquidem & ani-
ma eorum variauit in me. * Et dixi: Non pa- 9
ſcam vos: quod moritur, moriatur: & quod
ſucciditur, ſuccidatur: & reliqui deuorent
vnuſquiſque carnem proximi ſui. * Et tuli vir- 10
gam meam, quæ vocabatur Decus; & abſcidi C
eam, vt irritum facerem fœdus meum, quod
percuſſi cum omnibus populis. * Et in irritum 11
deductum eſt in die illa: & cognouerunt ſic
pauperes gregis, qui cuſtodiunt mihi, quia
12 verbum Domini eſt. * Et dixi ad eos: Si bo-
num eſt in oculis veſtris, afferte mercedem
meam; & ſi non, quieſcite. ^a Et appenderunt ^a *Matth.* 27. a. 9
13 mercedem meam triginta argenteos. * Et dixit
Dominus ad me: Proiice illud ad ſtatuarium,
decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis.
Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in
14 domum Domini ad ſtatuarium. * Et præcidi
virgam meam ſecundam, quæ appellabatur
Funiculus, vt diſſoluerem germanitatem in-
15 ter Iudam & Iſrael. * Et dixit Dominus ad
me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti.
16 * Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra,
D qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæ-
ret, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat
non enutriet; & carnes pinguium comedet, &
17 vngulas eorum diſſoluet. * O paſtor, & ido-
lum, derelinquens gregem: gladius ſuper bra-
chium eius, & ſuper oculum dextrum eius:
brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus
dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 APERI LIBANE. Per *Libanum* Hieronymus & alij templum intelligunt; quòd Libani lignis tectum eſſet. Putat enim Hieronymus hoc loco de ſecundi templi excidio agi à Romanis facto. Sic etiam plerique alij. Ergo aperi templum portas Romanis, non enim poteris reſiſtere. ET COMEDAT, ſeu *comedet* IGNIS CEDROS. hoc eſt, optimates, qui in populo eminent, vt cedri in ſilua.

2 VLVLA ABIES. Perſtat in eadem metaphora, & per *abietes* Hieronymus ſacerdotes intelligit, qui poſt cedros excelſæ ſunt. QVONIAM MAGNIFICI. Ij ſunt cedri, & optimates. VLVLATE QVERCVS BASAN. In regione ea fertili quercus multùm creſcunt. Per *quercus*, diuites intelligit, quos ad planctum inuitat. QVONIAM SVCCISVS EST, ſeu *cecidit*, SALTVS MVNITVS. i. templum, quod inſtar arcis munitæ erat.

3 VOX VLVLATVS PASTORVM. i. gubernatorum, quia capta vrbe periit eorum magnificentia, in ordinem ſunt redacti ſublata poteſtate. VOX RVGITVS LEONVM. Hi ſunt milites, qui rugiunt, quoniam regio vniuerſa, quæ Iordane alluitur, vaſtata eſt. aut per *ſuperbiam Iordanis* arbores intellige, quibus ripæ veſtitæ erant. VASTATA EST SVPERBIA IORDANIS.

4 PASCE PECORA OCCISIONIS. i. occiſioni deſtinata. Paſce verbo, ô Propheta, ſi fortè conuertantur, & ignoſcam eis. Quidam Hebraica vertunt ſic: *Paſcere*, pro, paſcam, *omnes, morti quamuis deſtinatas. Ego Deus eas non deſtinam, ſi fortè conuertam.* Huic expoſitioni, quæ Dauid Kimhi eſt, puncta Hebraica non fauent, ſed vult רְעֵה *rebe* ſumi pro רְעוֹת *reboth.* i. *paſce*, pro *paſcere.*

5 QVÆ QVI POSSEDERANT. i. Principes, qui tueri deberent populum, eos occidebant, diripiebant eorum bona, vt eo adipe ſaginarentur. ET NON DOLEBANT. Hebr. *non peccabant.* i. non putabant ſe in eo peccare; tanta & tam libera laniena ea erat. ET VENDEBANT EA, &c. Hebr. *& vendentes ea dicebant: Benedictus Deus.* quaſi pro re ſancta & licita gratias Deo agebant, quòd ea venditione diuites eſſent facti. ET PASTORES EORVM NON PARCEBANT EIS. Hebr. *non parcebat*, in ſingulari, ideò pro *paſtores* Pagn. vertit *paſtor.* ſ. nec ego qui paſtor ſum, ipſe parcam, ſed contrà irritatus eorum peccatis, in eos graſſabor.

6 ET EGO NON PARCAM. Hebr. *quia non parcam ampliùs habitatoribus terræ.* ſ. huius. Ea cauſalis indicat rectè ſuperiùs verti, *& paſtor non parcebat*, ſeu *parcet eis.* ECCE EGO TRADAM, committam eos inter ſe,

& cum ſuis Regibus, inteſtini tumultus erunt rebelliones in Reges, malorum extremum. NON ERVAM DE MANV EORVM. ſ. terram, aut imbecilliores de manu potentiorum non liberabo.

ET PASCAM. pro, & paui. ſ. olim gubernaui 7
hunc populum, qui nunc cædi eſt deſtinatus. PROPTER HOC. vt, ſi fieri poſſet, hæc mala vitarem & auerterem. O PAVPERES GREGIS. O miſeri, quos video morti deſtinari. ET ASSVMPSI MIHI DVAS VIRGAS, ſeu *ſceptra*, duas gubernandi rationes; vnam poſt alteram. VNAM VOCAVI DECOREM. Hoc Hieronymus refert ad tempora Noë, quia decorum erat, omnes homines vnum Deum agnoſcere. Ego ad Moyſis tempora referrem & Iudicum, cùm in eo populo libera & politica gubernandi ratio fuit, quam Deus præ ceteris probauit, vt patet 1. Reg 8. verſ. 7. ET ALTERAM VOCAVI FVNICVLVM. Sic Sept. Hieronymus hoc refert ad tempus Abraham, cùm Deus Iudæos vt hereditatem peculiarem elegit. Id ſignificat *funiculus*. Deut. 32. verſ. 9. *Iacob funiculus hereditatis eius*. Hebr. *hobelim*, quam vocem alij *corruptores* vertunt, alij *cœtum*, alij *naucleros*. Sed quocumque modo, Reges intelliguntur, qui Iudicibus ſucceſſerunt; & *corruptores* vocantur, quia plerique tyrannicè gubernant: & *cœtus*, quia capita multitudinis: & *naucleri*, quia vt illi nauim, ſic Reges ſubditos regunt. ET PAVI GREGEM. pro, & ſic paui gregem. ſ. his duobus modis.

SVCCIDI TRES PASTORES. Qui ſunt hi paſtores? 8
Hieronymus: Moyſes, Aaron, & Maria. Fortaſſis hi fuerunt Heli, & duo filij eius, 1 Reg. 4. verſ. 11. & 18. qui in confinio Iudicum & Regum ſimul perierunt. ET CONTRACTA EST, &c. Hebr. *abbreuiata eſt anima mea in eis*. i. non eis peperci. Quia ANIMA EORVM VARIAVIT. Hebr. *repulit me*. Filiorum Heli peccatum notum eſt.

NON PASCAM VOS. i. non vos protegam. Magna 9
fuit clades, cùm capta eſt arca. ET RELIQVI DEVORENT. Hebr. *& reliqua* (i. oues) *deuorent, quæque ſociam ſuam*. Pars ab hoſtibus occidatur, reliqui mutuis diſſidiis cadant. Hieronymus mutato genere retinuit ſententiam.

ET ABSCIDI EAM virgam, ſeu *fregi*. Abſtuli Iu- 10
dices è populo. FOEDVS MEVM. Volebat Deus ne Gentes ei populo nocerent, dum ſub Iudicibus fuit, ſub eius protectione. Eam voluntatem fœdus ictum cum Gentibus vocat.

PAVPERES GREGIS. i. miſer populus, ac probus 11
quiſque cognouit experimento, ſe mea protectione eſſe deſtitutos. QVI CVSTODIVNT MIHI. Sept. *qui cuſtodiuntur mihi*. Hebr. *qui cuſtodiunt me*. i. verba mea, mihi obediunt, ij cognouerunt. QVIA VERBVM DOMINI EST. Hoc quod dico eſſe verum.

ET DIXI AD EOS. Ad quos? ad populum quem 12
paueram. AFFERTE MERCEDEM MEAM. pro labore quo vos paui tam multo tempore. ET SI NON, QVIESCITE. i. ſi id non placet, non curo. TRIGINTA ARGENTEOS. Hebr. *triginta argenti*. i. argenteos dederunt ſ. In quo addere potuiſſet, *triginta argenti ſiclos*, vt aliis locis addit Interpres. de quo lib. de Pond. & menſ. cap. 6. extremo.

ET DIXIT DOMINVS AD ME. ad Prophetam ſ. 13
PROIICE ILLVD AD STATVARIVM. Vox יוצר *iozer*. .i. *fictor*, & *ſtatuarium* ſignificat & *figulum*, vt Matthæus ponit cap. 27. verſ. 10. *& dederunt eos in agrum figuli*, vbi hunc locum de Iudæ venditione affert. Ea fuit merces, quam homines Chriſto dederunt. Quidam explicant, *proiice in domum Dei, quia fictor eſt omnium*. Ergo *proiice illud ad figulum*, vt ſ. eo argento ematur ager figuli. Alij, *proiice illud ad theſaurarium*, quia vox illa, mutato *iod* in *Aleph*, quæ litteræ ſunt permutabiles, ſignificat *theſaurum*. Huc Chald. reſpexit, cùm dixit, *Proiice illud in domo ſanctuarij Domini, in manu præpoſiti magni*. DECORVM PRETIVM, ſeu *magnificum pretium*, ironicè. In Matthæo legitur, *quod dictum eſt per Ieremiam*. ſ. loco aliquo, qui non extat. Syriacus tantùm habet, *quod dictum eſt per Prophetam*, vt Zachariam poſſis intelligere. Sanè cùm *triginta argentei, figulus*, & *proiectio in templum* hic exprimantur, plerique putarunt hunc locum à Matthæo citari, ſimulque de Chriſto intelligi, & de Zacharia.

14 ET PRÆCIDI, ſeu *fregi*. Sept. *abieci*. VIRGAM MEAM SECVNDAM. ſ. Regiam poteſtatem ſuſtuli. quando? VT DISSOLVEREM GERMANITATEM. pro, ideò diſſolui germanitatem inter Iudam & Iſrael. Ex eo enim tempore, debilitato vtroque Regno, externis iniuriis opportuni fuerunt, & nihili Reges; ſic factum, vt Aſſyrij præualerent, deinde Babylonij, poſtremò Romani.

15 ADHVC SVME TIBI VASA (*inſtrumenta*) PASTORIS STVLTI. Sept. *imperiti*. Chald. *inſipientis*. Ea ſunt fiſtula, cithara, pera pertuſa, quæ geſtat Propheta, vt oſtendat, futuros paſtores & Reges tales fuiſſe. Hebr. *vaſa paſtoris nihili*. ſic vocem אויל *euil*, explicat Hebr. ſeu אליל *eiil*.

16 SVSCITABO PASTOREM. pro, paſtores. QVI DERELICTA NON VISITABIT. Hebr. *abſciſſa non viſitabit*. .i. non numerabit quæ pecudes deſunt. DISPERSVM NON QVÆRET. Hebr. *puerum non quæret*. i. tenellos agnos. ID QVOD STAT NON ENVTRIET. Hebr. *ſtantem non ſuſtinebit*. i. quæ rectò manet, non feret humeris, ſolùm ſuæ cutis & gulæ curam habebit. ET VNGVLAS EORVM DISSOLVET. Hebr. *rumpet*. ſ. crura pedo rumpet. Id ſolùm faciet.

17 O PASTOR, ET IDOLVM, qui ſolùm paſtoris imaginem præfert. Hebr. *ô paſtor nihili*. GLADIVS SVPER BRACHIVM EIVS. i. cædes & conſumptio illi inſtat. BRACHIVM EIVS ARIDITATE SICCABITVR. .i. neque vires habebit, neque prudentiam vllam; gregi nullam vtilitatem afferet. Ita mihi de Regibus loqui videtur, qui poſt regni diuiſionem extitere. Hieronymus per *paſtorem ſtultum* Antichriſtum intelligit, quod multi alij ſequuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 APERI LIBANE. i. templum, vel Ieruſalem; erant enim loco edito, & inſigne pulchritudine, & ciuibus, velut arboribus. Chald. *aperite populi*. IGNIS. .i. bellum Romanorum. CEDROS. i. principes, & nobiles. q. d. velis nolis apertis portis tuis vaſtaberis. Chald. *munitiones*.

2 ABIES. i. ſecundi dignitate principibus, ſeu minores magiſtratus. LXX. *pinus*. CEDRVS. i. ſupremæ dignitates. MAGNIFICI. LXX. *optimates*. Chald. *diuites*. QVERCVS, &c. q. d. vicini magnates. Chald. *ſatrapæ prouinciarum*. SALTVS. ſ. Ieruſalem.

3 VOX. ſ. auditur. repræſentat tempus calamitatis. PASTORVM. Chald. *Regum*. MAGNIFICENTIA. i. potentia, ſeu opes. Chald. *prouinciæ*. LEONVM. ſ. potentium. Chald. *vt leonum*. SVPERBIA IORDANIS. .i. ſuperba loca, vbi habitabant.

4 PASCE. q. d. paſcite ſanè oues, ô gubernatores. certè occidentur ab hoſtibus. Quidam putant Chriſto dici. OCCISIONIS. i. cædi deſtinatæ.

5 POSSEDERANT. ſ. mali paſtores. Vide Ierem. 23. Ezech. 34. OCCIDEBANT. ſ. ſpiritualiter. DOLEBANT. LXX. *pœnitentiam agebant*. ſ. de tanto peccato. VENDEBANT. q. d. ex eis quæſtum faciebant, more vendentium. PARCEBANT. LXX. *compatiebantur*.

6 TERRAM. ſ. Iudæam. PROXIMI. ſ. inteſtina fuerunt bella Ieroſolymis tempore obſidionis. REGIS. .i. ducum, vel Cæſaris, cui ſe ſubiecerant. CONCIDENT. i. vaſtabunt. ſ. Romani. Chald. *diripient*.

7 PASCAM. Vox Chriſti. OCCISIONIS. i. quod à malis paſtoribus occiditur. vel q. d. alioqui morte dignum ob peccata. PROPTER HOC. ſ. quia deſunt paſtores boni, vel quia miſericors ſum, & ipſi egent. O PAVPERES. Suos alloquitur, quamquam Hebr. non eſt *ô*. VIRGAS. .i baculos paſtorales. DECOREM. hac gubernabat omnes homines, decebat enim id Deum. FVNICVLVM, hac gubernati Hebræi, quaſi Dei hereditas.

TRES.

Tres. ſ. Moyſen, Aaron, Mariam: ſic Hieron. Vide 8
Mich. 6. Alij intelligunt ſacerdotes, Scribas & ſæcularem poteſtatem. Mense vno. i. intra paucos dies in deſerto, vel bello Romano. Contracta. i. anxietate ſeu moleſtia preſſa. q. d. mihi moleſti fuerunt Hebræi vel cœpi retrahere fauorem. In eis. i. eorum cauſa, vel pro, in eos. Variavit. ſ. mutati ſunt ab obedientia, & cultu meo. Chald. *deteſtata eſt cultum meum.*

Non pascam. ſ. ampliùs, vt ſolebam. Svccidi- 9
tvr. ſ. ab hoſtibus. Chald. *conſumetur.* Lxx. *deficit.* Carnem. Chald. *ſubſtantiam.*

Abscidi, &c. ſ. abiecit Deus populum Gentilem ob 10
idololatriam. Lxx. *proiciam*, pro, proieci. Foedvs. ſ. de quo Geneſ. 9.

Gregis. Chald. *populi.* Cvstodivnt. ſ. quæ eis 11
præcepi. Mihi. ſ. obediendo: vel abundat, more Hebræo. Chald. *voluntatem meam.* Verbvm. i. decretum. q. d. agnouerunt Dei gratiam in ſe factam Dei bonitate, vel approbarunt Dei conſilium iuxta illud, *Iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis.*

Si bonvm. Chald. *ſi rectum.* q. d. ſi æquum eſſe 12
iudicatis, vt eſt reuerà. Mercedem. i. quod à vobis requiro velut debitum meæ in vos prouidentiæ. ſ. obedientiam, & honorem, &c. Et si non, &c. q. d. quòd ſi non placet, ne facite. Et appendervnt, &c. q. d. loco mercedis me emerunt à Iuda vili pretio. Solebat pecunia ponderari olim, vt nunc ſcuta aurea, ne quid deſit pretio. Argenteos. ſ. ſiclos.

Ad me ſ. Chriſtum. Statvarivm. Hebr. *plaſmatorem*, ſeu *formatorem*. ſ. Deum, qui omnia plaſmauit, 13
in eius enim templum proiecti argentei, vel *figulum.* in huius enim agri emptionem dati; proiecit autem Chriſtus, quia eo mouente proiecti à Iuda. Decorvm. q. d. egregium verò pretium.

Pr æcidi. q. d. deſerui populum meum, ne vt anteà 14
regerem. Germanitatem. Chald. *pactum.* Lxx. *teſtamentum.* q. d. fœdus, quod initum fuerat inter me & Iudam atque Iſrael.

Vasa. i. inſtrumenta. Stvlti. Lxx. *imperiti.* Qui- 15
dam intelligunt ſtultitiam improbi & impij, qui ſ. officium Paſtoris in perniciem ouium vertit, & Paſtoris inſtrumenta in arma.

Pastorem. ſ. Antichriſtum, quem Iudæi recipient. 16
Dispersvm. Chald. *errantem.* Contritvm. Lxx. *fractum.* Id qvod stat. Lxx. *integrum.* Envtriet. Chald. *ſuſtentabit.* Lxx. *diriget.* Carnes pingvivm. Chald. *ſubſtantias diuitum.* Dissolvet. Chald. *conſumet.* Lxx. *peruertet.*

Idolvm. i. ſpecie tantùm paſtor. Gladivs. ſ. Dei. 17
i. Dei vltio. Brachivm. i. potentiam. Ocvlvm. i. aſtutiam. Tenebrescens, &c. Lxx. *excæcatus excæcabitur.*

CAPVT XII.

Iuda & Ieruſalem à variis Regnis affligentur; ſed rurſum reducti filij Iſrael in terram ſuam ſuperiores erunt his qui ſe afflixerant: effuſoque à Domino ſpiritu gratiæ ſuper habitatores Ieruſalem, aſpicient ad eum quem confixerunt, & ſuper eum dolebunt, plangentes, ſingula familia ſeorſum.

ONus verbi Domini ſuper Iſrael. Dicit 1
Dominus extendens cælum, & fundans A
terram, & fingens ſpiritum hominis in eo:
* Ecce ego ponam Ieruſalem ſuperliminare 2
crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed &
Iuda erit in obſidione contra Ieruſalem. * Et 3
erit: In die illa ponam Ieruſalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui leuabunt eam,
concíſione lacerabuntur: & colligentur [illegible]
uerſus eam omnia regna terræ. * In die illa, 4
dicit Dominus, percutiam omnem equum in
ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam: & B
ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, &
omnem equum populorum percutiam cæci-
5 tate. * Et dicent duces Iuda in corde ſuo: Con-
fortentur mihi habitatores Ieruſalem in Do-
6 mino exercituum Deo eorum. * In die illa
ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in li-
gnis, & ſicut facem ignis in fœno, & deuo-
rabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram omnes
populos in circuitu: & habitabitur Ieruſalem
7 rurſus in loco ſuo in Ieruſalem. * Et ſaluabit
Dominus tabernacula Iuda, ſicut in principio:
C vt non magnificè glorietur domus Dauid, &
gloria habitantium Ieruſalem contra Iudam.
8 * In die illa proteget Dominus habitatores Ie-
ruſalem, & erit qui offenderit ex eis in die il-
la, quaſi Dauid; & domus Dauid quaſi Dei,
ſicut Angelus Domini in conſpectu eorum.
9 * Et erit in die illa: quæram conterere omnes
10 Gentes, quæ veniunt contra Ieruſalem. * Et
effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habi-
tatores Ieruſalem, ſpiritum gratiæ & precum:
[a] & aſpicient ad me, quem confixerunt: & [a] Ioan. 19.
plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, b. 37
& dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte
11 primogeniti. * In die illa magnus erit planctus
D in Ieruſalem, [b] ſicut planctus Adadremmon in [b] 2. Paral.
12 campo Mageddon. * Et planget terra: familiæ 35. d. 22
& familiæ ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeor-
13 ſum, & mulieres eorum ſeorſum: * familiæ
domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum
ſeorſum: familiæ domus Leui ſeorſum, & mu-
lieres eorum ſeorſum: familiæ Semei ſeorſum,
14 & mulieres eorum ſeorſum. * Omnes familiæ
reliquæ, familiæ & familiæ ſeorſum, & mulie-
res eorum ſeorſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Onvs. Prophetia dura. Svper Israel, contra Iſrael; & per *Iſrael* intellige alios etiam Iudæos, quia ſ. Iudæi Gentibus iuncti, Ieruſalem vexarunt. Fingens spiritvm. i. creans. Deus hæc dicit.

2 Svperliminare crapvlæ ponam. *Crapula*, id eſt, ebrietatis. i. faciam vt qui acceſſerit ad limen Ieruſalem, quaſi ebrius cadat. Chald. *ponam Ieruſalem vas plenum ebrietate.* סף *Saph* & limen & phialam ſeu *ſcyphum* ſignificat, Hieronymus & Sept. priorem ſignificationem ſecuti ſunt, poſteriorem Chald. & Hebræi. Sed & pro *crapula* aut *ebrietate* alij *ſoporem* vertunt, alij *venenum*. Vocis רעל *rahal* propria ſignificatio non eſt nota. Sententia vna: Faciam vt Ieruſalem cupientibus eam capere, ſit vt vas veneni mortiferi, aut ebrietatis. Sed et Ivda erit in obsidione. Hieronymus & alij plerique hoc loco non veram Ieruſalem intelligunt, ſed myſticam, nempe Eccleſiam, contra quam Iudæi cum primis inſurrexere. Ego de Eccleſia hæc dici non nego, ſed puto etiam de Ieruſalem hæc dici, quæ Machabæorum tempore ſæpè obſeſſa, vt 1. Machab. cap. 7. v. 33. & 2. Machab. cap. 11. & 15. ſemper euaſit. De aliqua harum obſidionum agi puto, vt quomodo ſuperiori cap. egit de obſidione per Romanos, ita nunc agat de aliqua alia obſidione. Et alioqui mirum in Prophetis eſſet de rebus Machabæorum ſilentium, quæ tamen præclaræ in primis extitere. Ergo in iis bellis multos Iudæos hoſtium caſtra ſecutos eſſe conſtat ex 2. Machab. cap. 15. verſ. 2. & Ioſephus lib. 12. cap. 11. Id illa verba ſignificant, *Iuda erit in obſidione contra Ieruſalem.*

3 Lapidem oneris ponam Ieruſalem. i. grauem, magni ponderis, non poterunt humeris illam portare, & capere Ieruſalem, ſed potiùs qui id tentauerit, lacerabitur, vt qui lapidem grauiorem viribus geſtare tentat. Omnia regna terræ. Hebr. *omnes gentes terræ*, congregabuntur ſ. contra Ieruſalem. Et quidem

ex lo-

ex locis citatis ſatis conſtat, numeroſos exercitus ex varijs Gentibus conflatos in eam vrbem iruiſſe.

Eqvvm in stvporem percutiam. Sept. *in ſtu-* 3
pore. i. ſtupore & amentia equos & equites hoſtium percutiam.

Dvces Ivda. Iudæi, qui caſtra hoſtium ſequen- 5
tur, intra ſe optabunt, vt ciues Ieruſalem meliora ferant, quibus ex voto fauebunt, quippe ex ſua gente. Confortentvr mihi. i. contra me. Vtinam nos vincant! ſic dicent ij Iudæi.

Ponam dvces Ivda. Non loquitur de iis qui 6
in hoſtium caſtris erunt, ſed de Iudæis aliis & eorum ducibus. Sicvt caminvm, aut *prunam*, aut *lampadem ignis* inter ligna. Et sicvt facem ignis in foeno. Hebr. *in manipulo.* i. inter manipulos fœni. ſ. aut ſpicarum in meſſe, vincent Iudæi hoſtes ſuos. Et habitabitvr Iervsalem rvrsvs in loco svo. Hebr. *ſub ſe.* i. in ſuo loco. In Iervsalem. in area Ieruſalem habitabitur, non vaſtabitur, neque ciues in captiuitatem ibunt.

Et salvabit Dominvs tabernacvla Ivda. 7
i. non ſolùm Ieruſalem, ſed alia oppida regionis tuebitur. Sicvt in principio. Sic Sept. & Chald. Hebr. *in principio.* ſed benè ſuppletur *ſicut.* aut quod magis puto, pro *Beth.* i. *in*, olim erat *Caph.* i. *ſicut.* Ergo vt olim Deus texit ea oppida, ſic modò faciet. Vt non magnifice glorietvr. ne domus Dauid, arx ſ. Sion, & ciues Ieruſalem glorientur, quaſi eos ſolos protegat Deus, non alios. Et gloria. ſ. & non ſit gloriatio habitantium Ieruſalem, quaſi eos ſolùm Deus protegat.

Et erit qvi offenderit ex eis. Sept. & 8
Chald. *qui infirmus fuerit in eis.* i. inter ciues Ieruſalem. Qvasi David. i. fortiſſimus, qualis fuit Dauid. ac ſi dicat, nemo inter eos erit ignauus. Et domvs David qvasi Dei. *Dei* in plurali. i. poſteri Dauid erunt *quaſi Heroës*, vt Chald. *Fortes creantur fortibus.* Hebræi per *domum Dauid* Meſſiam intelligunt, qui fuit de domo Dauid. ſic Hebr. Schol. & quaſi Deus. imò potiùs verus Deus. In conspectv eorvm. ſ. hoſtium, erit quaſi Angelus eis ſuperior. Quis? domus Dauid.

Qværam contERERE. i. omne ſtudium adhibe- 9
bo vt conteram, diſperdam hoſtes Iudæorum.

Spiritvm gratiæ et precvm effundam ſuper 10
habitatores Ieruſalem, vt ſ. mihi placeant, me deprecentur. Hebr. *ſpiritum gratiæ & miſerationum.* ſic Chald. & Sept. i. faciam vt omnibus ſint grati, omnes eorum miſereantur, eique opem ferant. Et aspicient ad me, qvem confixervnt. Ioan. 19. verſ. 37. hic locus citatur de morte Chriſti. & Hebræi de Meſſia dici putant, quodam filio Ioſeph, qui in bellis occubuit, vt illi delirant. Sed verè de Chriſto intelligitur, qui Deus eſt; nam Deus hæc loquitur. Alioqui eum locum volebam intelligere præter Chriſtum, de Iuda etiam Machabæo qui fuit typus Chriſti. quaſi diceret: Reſpicient Iudæi ad me. i. me deſiderabunt. *Quem confixerunt.* i. occiderunt, non ipſi, ſed hoſtes. Et plangent evm. i. me. mutat perſonam, quod in Hebr lingua frequenter fit. Qvasi svper vnigenitvm. i. quaſi ſuper morte vnigeniti. In morte primogeniti. Hebr. *ſuper primogenito.* i. ſuper morte primogeniti. Qui planctus erit,

Sicvt planctvs Adadremmon. Quidam pu- 11
tant eſſe loci nomen in ipſa valle Mageddon, vbi occiſus eſt Ioſias Rex, 4. Reg. 23. verſ. 29. & ob eius mortem magna lamenta extiterunt, 2. Paral. 35. v. 22. Chald putat eſſe nomen viri, qui occidit Achab Regem, 3. Reg. vlt. verſ. 34. quem dicit fuiſſe filium Tabremon. Ergo qualis fuit planctus in morte Achab, & in morte Ioſiæ, talis erit in morte Chriſti. & ſi placet, etiam in morte Iudæ; de quo 1. Machab. 9. v. 20. Magnum & diuturnum planctum extitiſſe conſtat.

Familiæ et familiæ seorsvm. i. ſingulæ fa- 12
miliæ, quæque per ſe plangent. Familiæ domvs David. Hebr. *familia.* Chald. *viri familiæ Dauid.*

Et mvlieres eorvm seorsvm. Vt in planctu, ſic in lætitia, cœtus promiſcui virorum & feminarum vitari debent. Porrò *familiam Dauid* nominat, quia Regia; *Nathan*, quia Propheta; *Leui* familiam, quia ſacerdotalis; *Semei*, quia ex eo Scribæ & Phariſæi, quia fuit Princeps inter eos, vt Hieronymus hîc ait, & ad Algaſiam q. 10. & Iſai. cap. 8. Ergo familias præcipuas nominauit ſigillatim, quas ploraturas ait; alias in genere tantùm verſ. 14.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Svper. i. contra. Israel. ſ. Eccleſiam perſequentem. Fingens. i. formans. ſ. creando. Chald. *creans.* Spiritvm. i. animam.

2 Iervsalem. i. Eccleſiam. Svperliminare crapvlæ. i. in quod ebrij impingunt. q. d. qui eam impugnabunt, cadent more ebriorum. Popvlis. ſ. fidei hoſtibus. Ivda. i. Iudæi. ſ. etiam ipſi Eccleſiam impugnabunt.

3 Lapidem. pro, vt lapidem. Oneris. i. grauem. Chald. *offenſionis.* Levabvnt. i. leuare loco conabuntur. Chald. *vim ei intulerint.* Lxx. *calcabunt.* Eam. ſ. Eccleſiam oppugnaturi.

4 In stvporem. i. ſtupore. ſ. reddam velut ſtupidos, vt nihil poſſint contra fideles. Ivda. i. Iudæos, vt eos conuertam. Omnem eqvvm, &c. q. d. omnia bellica inſtrumenta parata contra Eccleſiam, reddam inutilia.

5 Dvces. ſ. Apoſtoli. Mihi. abundat, more Hebręo.

6 Sicvt caminvm, &c. q. d. dabo virtutem ſuperandi omnia. Devorabvnt, &c. q. d. deſtruent errores & vitia. Ad dexteram, &c. q. d. per omnes mundi partes. Chald. *ad Auſtrum, & Aquilonem.* Et habitabitvr, &c. q. d. etiam in Ieruſalem terrena erit Chriſti Eccleſia, vel loca Eccleſiæ ab hoſtibus erepta ei reſtituentur.

7 Tabernacvla. ſ. Eccleſias particulares. In principio. i. olim. ſ. ſeruauit tabernacula Iudæorum in deſerto, quæ erant harum figura. Magnifice. i. ſuperbè. Domvs David, &c. i. Iudæi increduli contra credentes, vel mali qui ſunt in Eccleſia contra bonos. ſ. ne eos lædant, vel q. d. ne quiſquam fidelium potentum inſurgat in pauperes fideles.

8 Iervsalem. i. Eccleſiæ. Qvasi David. ſ. aget pœnitentiam. Domvs David. i. Eccleſia. Sicvt Angelvs, &c. q. d. tamquam ſi Deus Angelus eos ducat & dirigat.

10 Precvm. Chald. & Lxx. *miſericordiæ.* Aspicient. ſ. die Iudicij. Vide Apoc. 1. Confixervnt. ſ. in cruce. Lxx. *inſultauerunt.* Evm. ſ. Chriſtum. mutatio perſonæ. q. d. plangent quòd eum occiderint, qui ſe ea cauſa videant damnatos. Lxx. *ſuper ſe ipſos.* Vide Apoc. 1. Matth. 24. Qvasi, &c. i. vehementiſſimè.

11 Iervsalem. i. ibi fiet iudicium extremum. Adadremmon. vrbs eſt in campo Mageddon, vbi Ioſias occiſus. Vide 2. Paral. 35.

12 Terra. ſ. reprobi. Familiæ, &c. i. ſingulæ familiæ. Domvs David, &c. nominantur præcipuè quędam familiæ Iudæorum, quę pręcipuè conſpirarunt in Chriſti necem, vt quidam volunt. Mvlieres. Chald. *vxores.* Seorsvm, non loco ſed q. d. proprio & ipſæ planctu.

13 Nathan. ſ. filij Dauid. Semei. Lxx. *Simeon*, dicitur & *Samai.* Vide autem princeps Phariſæorum & Scribarum. Vide Hieron. Iſai. 8. & q. 10. ad Algaſiam.

CAPVT XIII.

Cùm fuerit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, tollentur idola; & pſeudoprophetæ a ſibi chariſſimis lapidabuntur: quæ ſint plagæ in medio manuum: percutiendus paſtor, & oues diſpergendæ: duæ partes hominum diſpergentur in omni terra, & tertia per ignem probabitur.

1 A IN die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem pec-
2 catoris & menſtruatæ. [a] "Et erit in die illa, [a] *Zach. 10. d. 13*

dicit Dominus exercituum: Diſperdam nomi-
na idolorum de terra, & non memorabun-
tur vltrà: & pſeudoprophetas, & ſpiritum im-
mundum auferam de terra. *Et erit, cùm pro- 3
phetauerit quiſpiam vltrà, dicent ei pater eius
& mater eius, qui genuerunt eum: Non viues: B
quia mendacium locutus es in nomine Domi-
ni. & configent eum pater eius & mater eius,
genitores eius, cùm prophetauerit. *Et erit: 4
In die illa confundentur prophetæ, vnuſ-
quiſque ex viſione ſua cùm prophetauerit:
nec operientur pallio ſaccino, vt mentiantur:
*ſed dicet: Non ſum propheta, homo agricola 5
ego ſum: quoniam Adam exemplum meum ab C
adoleſcentia mea. *Et dicetur ei: Quid ſunt 6
plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet:
His plagatus ſum in domo eorum, qui dilige-
bant me. *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem 7
meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit
Mat.26 c.32 Marc.14 c.38 Dominus exercituum: *percute paſtorem, &
diſpergentur *oues: & conuertam manum
meam ad paruulos. *Et erunt in omni terra, di- 8
cit Dominus: partes duæ in ea diſpergentur, & D
deficient; & tertia pars relinquetur in ea. *Et 9
ducam tertiam partem per ignem, & vram eos
ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut pro-
batur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, &
ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es,
& ipſe dicet: Dominus Deus meus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN DIE ILLA. ſ. cùm planctus erit ob ducem & Do- 1
minum confixum. ERIT FONS, ſeu *vena* aperta
& patens. DOMVI DAVID. Hieronymus. i. ex do-
mo Dauid, hoc eſt, è templo, vnde Ezechiel cap. 47.
verſ. 1. vidit fontem erumpere, & in fluuium creſce-
re. ſed quoniam addit, ET HABITANTIBVS IERVSA-
LEM, melius eſt, vt per *domum Dauid* Principes, per
habitantes Ieruſalem plebem intelligamus. q. d. omni-
bus patens. IN ABLVTIONEM PECCATORIS ET MEN-
STRVATÆ. Hebr. *ad peccatum & menſtruatam.* i. pro
illis ad expiationem peccati, ſeu peccatoris, & ablutio-
nem menſtruatæ. Per *menſtruatam* omnia peccata in-
telligit, & ſordes, quæ eo nomine comprehendit, quia
de fonte egit, & menſtruata aquâ viuâ opus habet, ſic
Iudæi obſeruant. Pro *menſtruata* Sept. & Chald. di-
xerunt, *in aſperſione.* Vnde id? Per *fontem* intelligunt
plerique Baptiſmi fontem, quo poſt Chriſti mortem
abluuntur peccata. Poſſumus etiam abſolutè intelli-
gere ablutionem peccatorum. de quibus mox agit, quæ
auferentur, vt fonte ſordes menſtruatæ. Locutio eſt
metaphorica, eóque varijs modis poteſt explicari.

DISPERDAM NOMINA IDOLORVM. Aduentu Chri- 2
ſti idola ſunt ablata, & oracula obmutuerunt. Extat in
Plutarcho Diſputatio, Cur oracula ceſſarint. PSEV-
DOPROPHETAS auferam. Hebr. *prophetas.* ſ. falſos &
mendaces. ET SPIRITVM IMMVNDVM. Diabolo no-
cendi & fallendi poteſtas tunc eſt ablata.

CVM PROPHETAVERIT QVISPIAM VLTRA. i. poſt 3
Chriſti aduentum, poſt ſublata ſimulachra. NON VI-
VES. pro, non viuas. ET CONFIGENT EVM. i. flagella-
bunt, coërcebunt pater eius & mater.

CONFVNDENTVR, pudefient; non audebunt vatici- 4
nari, quia videbunt malè id accipi, aut quia vident fal-
ſas eſſe viſiones eas. NEC OPERIENTVR PALLIO SAC-
CINO. Hebr. *pallio piloſo.* ſed ex pilis fiebant ſacci, quæ
erat veſtis Prophetarum, vt modò Monachatus auſte-
rioris. VT MENTIANTVR, vt mentiri poſſint, & vul-
gus credat quæ dicunt. quod apparatu externo capi-
tur. Non ergo prophetabunt, ſed dicent: Agricola
ego ſum.

5 QVONIAM ADAM EXEMPLVM MEVM. Vt ille in
ſudore vultus victum quæſiuit ſic ego à primis annis.
Hebr. *quia Adam docuit me.* aut ſic *fecit vt gregem poſ-
ſiderem.* Itaque agriculturam & artem paſtoritiam me
docuit, eius exemplum ſequor; neque religionis ſimu-
latione, ignauiæ alimenta quæro, vt falſi prophetæ.

6 ET DICETVR EI. Sic Chald. Hebr. *& dicet ei* ſ. ali-
quis. HIS PLAGATVS SVM. Parentes ſic me flagel-
larunt, quia ſ. prophetare tentaui.

7 FRAMEA SVSCITARE SVPER PASTOREM MEVM.
.i. contra paſtorem. Si prophetæ falſi occiduntur, ea oc-
caſione filium meum occident Phariſæi, quaſi ſit falſus
propheta. *Suſcitare*, pro, ſuſcitabitur. Pro *framea* Sept.
rhomphea poſuerunt, Aquila & Symmachus *machæ-
ra.* i. *gladius.* vt Hieronymus explicat. Hebr. ſanè חֶרֶב
hereb. i. *gladius* ſeu *mucro* eſt. Iſidorus lib. 1 de Diffe-
rentijs, litera F. has voces ſic diſtinguit, vt *framea* ſit
enſis vtraque parte acutus; *machæra* gladius altera ex
parte acutus: prætereà *rhomphæa* haſtile habet. Val.
Flaccus libr. 6. rhomphææ haſtile dat. ſed & Tacitus de
Moribus German. *haſtas*, ait, *vel ipſorum vocabulo fra-
meas ferunt anguſto & breui ferro.* ET SVPER VIRVM
COHÆRENTEM MIHI. i. ſocium, amicum, qualis Chri-
ſtus Patri fuit. Sept. *ciuem meum.* Aquila *contribulem
meum*, Symmachus *virum populi mei*, Theodot. *proxi-
mum eius.* Eadem in omnibus verſionibus ſententia eſt.
PERCVTE PASTOREM. Matth. 26. v. 31. *percutiam.* i. *per-
cuti permittam* atque Hebr. ſic verti poſſunt, & Pagn.
ſic vertit, vt בך *bach* ſit pro אך *ach*, *percutiam* Matth. de
Chriſti morte explicat, & fuga diſcipulorum. neque eſt
cur alias expoſitiones quæramus. ET CONVERTAM
MANVM MEAM, non vt puniam, ſed vt protegam. AD
PARVVLOS. Sic oues vocat, vt cap. 11. v. 16. eas *pueros*
vocauit. Percuſſo paſtore, non permittam tamen vt
greges & oues tenellæ pereant.

8 ET ERVNT IN OMNI TERRA. ſ. Iſrael. *in omni
terra hac* propter ה demonſtratiuum. PARTES DVÆ.
Hebr. *os duorum.* i. portio duorum. duæ partes ibunt
captiuæ. DISPERGENTVR. Goth *diſperdentur.* ſic
Louan. ſic Hebr. Sept. *peribunt.* Chald. *conſumentur.*
Itaque ex Iudæis pauci manebunt, quia pauci ad Chri-
ſtum conuertentur, aut pauci manebunt poſt Ieruſa-
lem à Tito captam. Ea merces erit occiſi Chriſti.

9 ET DVCAM eos paucos, tertiam partem reliquam
varijs cladibus affligam, quas per ignem intelligit, do-
nec caſtigati malis inuocent nomen meum, ad me &
ad fidem conuertantur. Tunc enim exaudiam eos, &
liberabo eos. Ipſi vocabuntur Populus Dei, & ego vo-
cabor eorum Deus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DIE. ſ. tempore Chriſti. FONS. ſ. doctrinæ &
gratiæ. PATENS. ſ. expoſitus omnibus. DO-
MVI DAVID. i. tribui Iuda. IERVSALEM. ſ. ibi
Chriſtus diu conuerſatus, & prædicauit. MENSTRVA-
TÆ. i. animæ inquinatæ peccatis, & abominabilis.
Quidam per *peccatorem* Iudæos intelligunt, per *men-
ſtruatam*, Gentilitatem.

2 SPIRITVM IMMVNDVM. ſ. dæmone vexatos ho-
mines.

3 PROPHETAVERIT. ſ. falſa. CONFIGENT. i. interfi-
ciendū curabunt, ſeu crucifigendum. Vide Deut. 13.

4 PROPHETÆ. ſ. falſi. Chald. *pſeudopropheta.* EX VI-
SIONE. i ob viſionem. q. d. punietur ab alijs ſic, vt non
audeat prophetare. PALLIO SACCINO. ſ. tali ſolebant
vti pſeudoprophetæ, præſeferentes vitæ auſteritatem.
LXX. *pelle cilicina*,

5 EXEMPLVM. ſ. agriculturæ. q. d. imitor Adam, qui ter-
ram colebat.

6 ET DICETVR, &c. redit ad id, de quo ſup. EI. ſ. Chri-
ſto. DILIGEBANT ME. ſ. olim. LXX. *dilecti mei.* ſ. populi.

7 FRAMEA. i. gladio. ſ. mortis ſententia, ſeu inſtru-
menta. MEVM. Vox Patris, qui Filium dedit mundo
in paſtorem. COHÆRENTEM ſ. Patri conſubſtantia-
lem quantum ad Deitatem, & quantum ad humanitatē
valdè coniunctū. PERCVTE. ſ. ô framea. OVES. ſ. diſci-

puli,qui fugerunt,& poſteà ſunt per orbem diſperſi ad prædicandum. PARVVLOS. ſ. Apoſtolos è fuga reducendos,vel perſecutione liberandos. Lxx. *paſtores*.

PARTES DVÆ. ſ. plures reprobi quàm electi. DISPERGENTVR. Quidam legunt *diſperdentur*. Lxx. *peribunt*. TERTIA. ſ. electorum. 8

IPSE. ſ. populus electus. Es. Hebr. Chald. & Lxx *eſt*. 9

CAPVT XIV.

Poſtquam Ieruſalem paſſa fuerit captiuitatem aliaſque afflictiones a Gentibus, erit dies nota Domino, cum exibunt aqua viua de Ieruſalem: & filij Iſrael reuertentur, habitaturi ſecurè in Ieruſalem: percutietque Dominus plaga Gentes qua pugnauerunt aduerſus Ieruſalem, & harum reliquiæ aſcendent vt adorent Dominum in Ieruſalem, ſanctumque erit quod eſt ſuper frænum equi.

ECce venient dies Domini, & diuidentur 1
ſpolia tua in medio tui. *Et congregabo om- 2
nes Gentes ad Ieruſalem in prælium, & capie- A
tur ciuitas, & vaſtabuntur domus, & mulieres
violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis
in captiuitatem,& reliquum populi non auferetur ex vrbe. *Et egredietur Dominus, & præ- 3
liabitur contra Gentes illas, ſicut præliatus eſt
in die certaminis. *Et ſtabunt pedes eius in die 4
illa ſuper Montem oliuarum,qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem: & ſcindetur Mons oliuarum ex media parte ſui ad Orientem, & ad
Occidentem, prærupto grandi valdè;& ſeparabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. *Et fugietis ad vallem 5
montium eorum, quoniam coniungetur vallis
montium vſque ad proximum:& fugietis ᵃſicut B
fugiſtis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis
Iuda: & veniet Dominus Deus meus, omneſque ſancti cum eo. *Et erit in die illa: Non erit 6
lux,ſed frigus & gelu. *Et erit dies vna,quæ no- 7
ta eſt Domino,non dies neque nox: & in tempore veſperi erit lux. *Et erit in die illa: Exibunt 8
aquæ viuæ de Ieruſalem: medium earum ad
mare Orientale,& medium earum ad mare nouiſſimum: in æſtate & in hieme erunt. *Et erit 9
Dominus Rex ſuper omnem terram: in die illa
erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum.
*Et reuertetur omnis terra vſque ad deſertum, 10
de colle Remmon ad Auſtrum Ieruſalem: &
exaltabitur, & habitabit in loco ſuo, à porta
Beniamin vſque ad locum portæ prioris,& vſq;
ad portam angulorum: & à turre Hananeel
vſque ad torcularia regis. *Et habitabunt in ea, 11
& anathema non erit ampliùs:ſed ſedebit Ieru- C
ſalem ſecura. *Et hæc erit plaga, qua percutiet 12
Dominus omnes Gentes,quæ pugnauerunt aduerſus Ieruſalem: tabeſcet caro vniuſcuiuſque
ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis,& lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. *In die illa erit tumultus 13
Domini magnus in eis:& apprehendet vir manum proximi ſui, & conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. *Sed & Iudas pugna- 14
bit aduerſus Ieruſalem: & cõgregabuntur diuitiæ omnium Gentium in circuitu,aurum, & argentum,& veſtes multæ ſatis. *Et ſic erit ruina 15
equi, & muli, & cameli, & aſini, & omnium
iumentorum, quæ fuerint in caſtris illis; ſicut
ruina hæc. *Et omnes qui reliqui fuerint de vni- 16
uerſis Gentibus, quæ venerunt contra Ieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorent
D Regem, Dominum exercituum, & celebrent
17 feſtiuitatem tabernaculorum. *Et erit: qui non
aſcenderit de familijs terræ ad Ieruſalem, vt
adoret Regem,Dominum exercituum,non erit
18 ſuper eos imber. *Quòd & ſi familia Ægypti
non aſcenderit, & non venerit: nec ſuper eos
erit,ſed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes Gentes, quæ non aſcenderint ad celebran-
19 dam feſtiuitatem tabernaculorum. *Hoc erit
peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium
Gentium, quæ non aſcenderint ad celebran-
20 dam feſtiuitatem tabernaculorum. *In die illa
erit quod ſuper frænum equi eſt, ſanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quaſi
21 phialæ coram altari. *Et erit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda ſanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

ᵃ Amos. 1. 1

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ECCE VENIENT DIES DOMINI. Hebr. *venit*, aut *veniet*. ſic Vulg. Regia. Vocatur *dies Domini*,quoniam in eo oſtendit gloriam & potentiam ſuam. ET DIVIDENTVR SPOLIA TVA IN MEDIO TVI. Sic ſolent milites captam intra vrbem diuidere ſpolia, præſertim cùm ſibi ab hoſtibus nihil timent.

2 ET CONGREGABO. Illis eam mentem injiciam conueniendi contra Ieruſalem. OMNES GENTES. Exercitus ex varijs Gentibus erit conflatus. ET CAPIETVR CIVITAS. Plerique hoc ad Titi obſidionem referunt. Verùm poſt ea tempora non video Iudæis contigiſſe felicitatem, quæ hoc Capite continetur. Ergo aut de Ptolemæo Lagi intelligo,qui dolo occupauit Ieruſalē; Ioſephus libro 12. cap. 1. aut de Antiocho Epiphane, qui eam vrbē aliquantò pòſt cepit: idem eod. lib. c. 7. ET EGREDIETVR MEDIA PARS. Multi vtroque tempore ciues abducti ſunt in captiuitatē, neque vrbs penitùs exciſa eſt, vt à Nabuchodonoſore & Tito. Id ſignificat, cùm ait; RELIQVVM POPVLI NON AVFERETVR. Hebr. *non exſcindetur ex vrbe*.

3 ET EGREDIETVR DOMINVS, vindicabit eas Gentes. SICVT PRÆLIATVS EST IN DIE CERTAMINIS, cùm ſ. interfecit Ægyptios ad mare Rubrum, Exod. 14. v. 24.

4 SVPER MONTEM OLIVARVM. i. de proximo Deus auxiliabitur. QVI EST CONTRA IERVSALEM. Hebr. *ad facies*. Chald. *e regione*. i. prope Ieruſalem. SCINDETVR MONS OLIVARVM. i. Iudæi ſcindentur; alij à ſuis ſtabunt, alij hoſtibus fauebunt. EX MEDIA PARTE SVI. i. per medium. AD ORIENTEM, ET AD OCCIDENTEM. ſ. ruptura ad duas has plagas ſpectabit. PRÆRVPTO GRANDI. Hebr. *valle magna valde*. ſ. ex ea ruptura effecta. ET SEPARABITVR. Hebr. *recedet pars montis ad Aquilonem, pars ad Auſtrum*. Significat his verbis, fore illud diſſidium inter Iudæos irreconciliabile. Inimicitiæ inter propinquos grauiores quàm cum alijs ſunt.

5 ET FVGIETIS AD VALLEM MONTIVM EORVM. Lege *meorum*, pro *eorum*. Sic Hieronymus in Comment. & Sept. ſic etiam Hebr. הרי *harai*, niſi quòd eam vocem Hebræi poſitam dicunt pro הרים *harim*, neſcio quid ſecuti. Chald. ſanè *vallis montium* dixit, ſine *meorum*. Ergo inter eos duos montes ſe condent, quia alij ad hoſtes confugient, alij cum ſuis perſiſtent. QVONIAM CONIVNGETVR. Hebr. *pertinget* vallis montium. ſ. eorum. VSQVE AD PROXIMVM. ſ. locum. Hebr. *ad Azal*, nomen loci, ad quem ruptura pertingebat. ſic Sept. & Chald. & plerique è Græcis Interpretibus eam vocem intactam reliquere, ſolus Symmachus *proximum* dixit, quem Hieronymus eſt ſecu-

tus Significat vallem longiſſimam eſſe, multos capere. Loquitur ænigmaticè de ciuium diſſidio. A FACIE TERRÆMOTVS. De hoc terræmotu plura Amos 1 initio. Ergo vt fugam tunc prohibere nemo poterat, ita nec veſtrum diſſidium & fugam in diuerſas partes pacare. ET VENIET DOMINVS. Præſtò tamen erit Deus ſanctis Angelis comitatus ad vrbis tutelam & gentis.

6 NON ERIT LVX, SED FRIGVS ET GELV. Sic Sept. Luce frigus temperatur, tenebris creſcit. Significat diem, quo veniet Dominus, fore aſperum. quibus? hoſtibus planè. Hebr. *non erit lux claritatum, coagulationis*, pro, ſed coagulationis. i. non erit lux clara, ſed denſa. ſic Hebr. Chald. *non erit lux, ſed prada & gelu.*

7 ET ERIT DIES VNA. i. ſingularis, extraordinaria. QVÆ NOTA EST DOMINO. Solus Deus ſcit quàm aſpera erit illa dies. NON DIES NEQVE NOX. Lux erit aliqua, ſed neque qualis per diem, nec tenebræ nocturnæ: ſed maligna, qualis in crepuſculo. ET IN TEMPORE VESPERI ERIT LVX. i. erit lux vt in tempore veſpertino. Hebr. *& erit ad tempus veſpera, erit lux.* i. qualis illo tempore. Hoc contra hoſtes. quid pij?

8 EXIBVNT AQVÆ VIVÆ. i. ſumma erit felicitas, ſumma vbertas; tota regio erit irrigua aquis, quæ egredientur de Ieruſalem, & ad vtrumq; mare pertingent. ORIENTALE. i. Mare mortuum, aut mare Tiberiadis. NOVISSIMVM. i. Occiduum, Mediterraneum. neque aquæ illæ deficient, neque in hieme, neque in æſtate, vt proxima verba habent.

9 SVPER OMNEM TERRAM illam ſ. Iſrael. non alius deus coletur in ea. ET ERIT NOMEN EIVS VNVM, ſeu *vnus*, non aliud nomen dei alterius audietur.

10 ET REVERTETVR OMNIS TERRA VSQVE AD DESERTVM. i. omnes Iudæi è deſerto & colle Remmon reuertentur Ieruſalem, vt eam inſtaurent. Hebr. *circumdabitur omnis terra hæc vt planities.* ſ. ijs aquis, riuis inde diductis tota irrigabitur, quamuis montuoſa, ac ſi eſſet plana, עֲרָבָה Herabah *& deſertum & planitiem* ſignificat. DE COLLE REMMON AD AVSTRVM. pro, qui eſt ad Auſtrum Ieruſalem. Alij vertunt, *A Gabaa ad Remmon* (qui eſt) *ad Auſtrum Ieruſalem.* Quibus verbis ſignificat felicitatem quæ erat futura, perinde ac ſi tota regio eſſet irrigua. ET EXALTABITVR. ſ. Ieruſalem bonis fruetur. A PORTA BENIAMIN. Nomina erant portarum & locorum in ea vrbe, quam totam circulo inſtaurandam & habitandam dicit. Quod Machabæorum tempore videtur contigiſſe.

11 ET ANATHEMA NON ERIT. i. occiſio, ſanguinis effuſio; quieta omnia erunt. SED SEDEBIT IERVSALEM SECVRA, ſeu *habitabitur Ieruſalem confidenter.* i. ſine vllo metu erit. Quid hoſtes?

12 ET HÆC ERIT PLAGA. i. ſupplicium quod ſumetur de hoſtibus. TABESCET, ſeu *liqueſiet* caro cuiuſque. STANTIS SVPER PEDES SVOS. i. ſine vllo morbo, qui lecto eos affigat, tabeſcent, nulla certa cauſa, eoque remedio difficiliori. ET OCVLI EIVS. i. cuiuſque eorum. IN FORAMINIBVS SVIS, intra palpebras contabeſcent.

13 TVMVLTVS, ſeu *contritio*. Chald *turbatio*. Sept. *ſtupor.* DOMINI. i. magnus. *Mons Dei, mons pinguis.* aut à Deo immiſſus tumultus ciuilis, quo inter ſe irruent hoſtes, alij in alios. ET APPREHENDET VIR, &c. i. quiſq; cum proximo conſeret manum, pugnabit cum eo. ET CONSERETVR MANVS EIVS. i. cuiuſque. Hebr. *aſcendet manus eius ſuper manum.* i. conſerent manum, vt Hieronymus dixit, quiſque cum proximo ſuo.

14 SED ET IVDAS PVGNABIT ADVERSVS IERVSALEM. ſ. coacta ab hoſtibus. ET CONGREGABVNTVR DIVITIÆ. ſ. in hoſtium caſtra, direptis omnibus circùm Gentibus, quò maior erit parata pijs præda.

15 ET SIC ERIT RVINA, ſeu *plaga*. qualis dicam. EQVI. pro, equorum, camelorum. SICVT RVINA HÆC. ſicut plaga hæc. i. ſupradicta. nimirum contabeſcent, morientur omnia animalia, quæ erunt in hoſtium caſtris.

16 QVI RELIQVI FVERINT de hoſtibus. Goth. *relicti.* Sept. *derelicti.* Chald. *remanſerint.* ASCENDENT AB ANNO IN ANNVM, omnibus annis aſcendent in Ieruſalem. ſ. vt colant Deum verum. ET CELEBRENT FESTIVITATEM TABERNACVLORVM. Menſe Septembri *Tizri* die quinta decima id Feſtum celebrabatur collectis fructibus, ſedatis æſtatis ardoribus; ſic commodum erat illo potiùs tempore quàm alio ire Ieruſalem.

17 DE FAMILIIS TERRÆ. i. de Gentibus. *Familia* pro *gente* ſæpè. Qui non aſcenderit Ieruſalé, carebit imbre.

18 SI FAMILIA ÆGYPTI i. Ægyptus non venerit ad id Feſtum. NEC SVPER EOS ERIT. ſ. imber. Per imbrem, Nili inundationem intellige; nam in Ægypto non pluit, neque imbre opus habent. Non ergo erit imber, ſed potiùs communi plaga aliarum Gentium ariditatis & ſterilitatis inuoluentur.

19 HOC ERIT PECCATVM ÆGYPTI. i. pœna peccati.

20 IN DIE ILLA ERIT, QVOD SVPER FRÆNVM EQVI EST. Sic Sept. Hebr. *erit ſuper tintinnabula equi ſanctitas Domino.* Chald. per *tintinabula* intelligit equorum phaleras, quas hoſtibus ablatas offerent Deo, vt ſint victoriæ monimentum. ET ERVNT LEBETES. ſ. capti in hoſtium caſtris, & oblati Deo magno numero, erunt quaſi phialæ coram altari, quæ erant innumeræ.

21 OMNIS LEBES. ſ. captus de hoſtibus, & erit poſitus in templo. ET COQVENT IN EIS. carnes ſ. oblatæ hoſtiæ. ET NON ERIT MERCATOR. ſ. à quo lebetem ſacrificans emat, aut conducat, quoniam in templo erit lebetum copia. Hebr. & Sept. *non erit Chananæus.* ſed *Chananæus* ſæpè pro *mercatore* ſumitur, Prou. 31. ℣. 24. *Cingulum tradidit Chananæo.* Chald. etiam hîc pro *Chananæo, mercatorem* poſuit עֲבַר תְּגָרָא *Habed tagra, vir negotiator.* i. *mercator*, vt eſt in Vulgata.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DIVIDENTVR. ſ. à Romano milite.

2 MEDIA. i. altera. EX VRBE. ſ. ſed in ea occidetur.

3 PROELIABITVR. ſ. gladio Euangelico. CERTAMINIS. ſ. contra Ægyptios in Mari rubro. q.d. interficiet Gentium errores & vitia in Baptiſmo.

4 STABVNT. ſ. cùm in cælum aſcendet. vel, cùm Gentes ad ſe vocauerit, vt *Mons Oliuarum* ſignificet Eccleſiam Gentium. PRÆRVPTO. Chald. *valle*. LXX. *voragine.* MEDIVM. i. altera illarum duarum partium dictarum. q.d. vbi ſciſſus fuerit, altera pars ad Aquilonem inclinabit, altera ad Auſtrum, vt indicant Chald. & LXX. Vel ſignificat (vt quidam volunt) diuidendum in quatuor partes in modum crucis. Eſt autem ſenſus, magnam fore in Gentibus ad Euangelij prædicationem commotionem, ſciſſis cordibus, & humiliatis; ſed tandem alteram partem ſaluandam, alteram condemnandam. *Aquilo* enim reprobos ſignificat. ſ. frigidos malitia. *Auſter* electos. ſ. calidos charitate. Vel ſignificat montium concuſſiones futuras die iudicij. Exprimit verò vnum, per quem reliqui intelligantur.

5 FVGIETIS. ſ. Iudæi increduli. MONTIVM EORVM. i. Sion, & Oliueti, ſeu Moria. q.d. recurretis ad Legis cærimonias. VALLIS MONTIVM. ſ. ad quam fugietis. VSQVE AD PROXIMVM. q.d. non longè aberit. ſ. propè eſt Iudæis lex vetus, & ritus antiqui, quocumque eant. VENIET. ſ. ad iudicium.

6 LVX. ſ. reprobis. FRIGVS. ſ. peccati, & ſupplicij.

7 NON DIES, &c. q.d. in cælo non erit dierum & noctium viciſſitudo. VESPERI, &c. q.d. ſemper lux erit, & non, vt nunc, veſpertina obſcuritas.

8 AQVÆ. ſ. doctrinæ Chriſti, & gratiæ. IERVSALEM. i. Eccleſia. MEDIVM, &c. q.d. pars ad Orientem, pars ad Occidentem. ſ. in totum orbem. ORIENTALE. ſ. Mortuum. NOVISSIMVM. ſ. Mediterraneum, quod eſt in fine Palæſtinæ. IN ÆSTATE, &c. q.d. perpetuò.

9 DOMINVS. ſ. Chriſtus. ERIT. i. agnoſcetur eſſe.

10 REVERTETVR. ſ. ad Chriſtum. VSQVE AD DESERTVM, &c. per hæc deſignatur multitudo credentium, & Eccleſiæ amplificatio. REMMON. eſt in tribu Beniamin ad Septemtrionem Ieruſalem. EXALTABITVR.

ſ. Ieruſalem. i. Eccleſia. A PORTA. pro, velut ſi nunc
de terrena diceremus, *à porta*, &c. vide Ierem, 31.
ANATHEMA. i. exciſio, ſeu vaſtatio. id enim eſt 11
Hebr. חֵרֶם *cherem*. Chald. *occiſio*. SECVRA. ſ. à ma-
lis. Chald. *confidenter*. LXX. *confidens*. i. Deo pro-
tegente.
TABESCET. i. conſumetur, ſeu vigorem amittet. 12
TVMVLTVS. Chald. *conturbatio*. LXX. *ſtupor*. DO- 13
MINI. ſ. punientis hoſtes Eccleſiæ. APPREHENDET.
ſ. præ timore, velut opem petens. CONSERETVR &c.
Explicatio præcedentis.
IVDAS i. Iudæi, ſeu falſi improbique Chriſtiani. 14
GENTIVM. ſ. Eccleſiam oppugnantium.
ET SIC ERIT, &c. q.d. vincentur tamen cum om- 15
ni bellico apparatu. RVINA HÆC. ſ. hominum, quam
ſuprà diximus; vel fortè cùm id diceret Propheta, ali-
quid fregit, aut egit, quo ruinam ſignificaret.
RELIQVI. ſ. conuerſi ad fidem. AB ANNO IN AN- 16
NVM. i. ſingulis annis. q. d. ſemper. TABERNA-
CVLORVM. ſ. agentes tamquam peregrini in mun-
do, vel per id intellige Feſta omnia Eccleſiæ.
17 IMBER. ſ. gratiæ & fauoris Dei.
18 ÆGYPTI. q.d. etiam illi qui videntur alieniſſimi à
cultu veri Dei, vel qui videntur abundare aqua doctri-
næ, vt Ægyptus aqua Nili. ERIT. ſ. imber. perdit enim
Deus ſapientiam ſapientum &c.
19 PECCATVM. i pœna peccati. Chald *punitio*. ſ. priua-
buntur doctrina vera, & gratia.
20 QVOD SVPER FRENVM. i. ornamenta. Chald. *pha-
lera*. SANCTVM, &c. q.d. belli apparatus conuerte-
tur in Dei cultum. Quidam id referunt ad clauum ſan-
ctum à Conſtantino poſitum in equi freno ad bellicos
ſucceſſus, quem ego anno 1550 in Gallia vidi Carpen-
torati, vbi religioſè aſſeruabatur. QVASI PHIALÆ.
.i. magno numero. q. d. multa erunt inſtrumenta ad
Dei cultum, quia magna populi deuotio.
21 OMNIS. ſ. ad Dei cultum neceſſarius. q.d. abundabit
Eccleſia rebus neceſſarijs, vt nihil cuiquam deſit ad
Deo ſeruiendum. MERCATOR. ſ. rerum ſpiritualium,
ſeu ſimoniacus.

PROPHETIA MALACHIAE.

CAPVT PRIMVM.

Propheta Malachiæ ad Iſrael, quem Dominus arguit ingratitudinis, quòd non agnoſcebat ſe in Iacob, vnde deſcenderat, dilectum, reiecto Eſau cum populo ſuo: ideò conqueritur ſe ab Iſrael non honorari neque timeri, quodque ſacerdotes deſpiciant nomen Domini, quorum reijcit ſacrificia, gratum habens oblationem mundam quæ in omni loco ei offertur.

ONVS verbi Domini ad Iſrael 1
in manu Malachiæ. ² Dilexi 2
vos, dicit Dominus, & di- A
xiſtis: In quo dilexiſti nos?
Nónne frater erat Eſau Ia-
cob, dicit Dominus, & ᵃ di-
lexi Iacob, ³ Eſau autem 3
odio habui? & poſui montes eius in ſolitudi-
nem, & hereditatem eius in dracones deſerti.
⁴ Quòd ſi dixerit Idumæa: Deſtructi ſumus, ſed 4
reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt:
Hæc dicit Dominus exercituum: Iſti ædifica-
bunt, & ego deſtruam: & vocabuntur termini
impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus
vſque in æternum. ⁵ Et oculi veſtri videbunt: & 5
vos dicetis: Magnificetur Dominus ſuper ter- B
minum Iſrael. ⁶ Filius honorat patrem, & ſeruus 6
dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt
honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt ti-
mor meus? dicit Dóminus exercituum. ad vos,
ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, &
dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum?
⁷ Offertis ſuper altare meum panem pollutum, 7
& dicitis: In quo polluimus te? In eo quòd
dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt. ⁸ Si offe- 8
ratis cæcum ad immolandum, nónne malum
eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nón- C
ne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit
ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus
exercituum. ⁹ Et nunc deprecamini vultum 9
Dei vt miſereatur veſtri (de manu enim veſtra
factum eſt hoc) ſi quomodo ſuſcipiat facies ve-
10 ſtras, dicit Dominus exercituum. ¹⁰ Quis eſt in
vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare
meum gratuitò? non eſt mihi voluntas in vo-
bis, dicit Dominus exercituum: & munus non
11 ſuſcipiam de manu veſtra. ¹¹ ᵇ Ab ortu enim ſolis
vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum
in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & of-
fertur nomini meo oblatio munda: quia ma-
gnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Do-
12 minus exercituum. ¹² Et vos polluiſtis illud in eo
D quod dicitis: Menſa Domini contaminata eſt:
& quod ſuperponitur, contemptibile eſt, cum
13 igne qui illud deuorat. ¹³ Et dixiſtis: Ecce de la-
bore, & exufflaſtis illud, dicit Dominus exerci-
tuum, & intuliſtis de rapinis claudum, & lan-
guidum, & intuliſtis munus: numquid ſuſci-
piam illud de manu veſtra, dicit Dominus?
14 ¹⁴ Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo
maſculum, & votum faciens immolat debile
Domino: quia Rex magnus ego, dicit Domi-
nus exercituum, & nomen meum horribile in
Gentibus.

ᵃ Rom. 9. c. 13

ᵇ Pſal. 112. a. 3

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MALACHIAS *poſt reditum populi è captiuitate natus eſt in oppido Sopha, vt Iſidorus & Dorotheus teſtantur. Addit Epiphanius, id oppidum fuiſſe in tribu Zabulon, ex qua Malachias erat, ſic dictus ob vultus decorem, & morum modeſtiam: nam* Malachias *eſt* Angelus Domini, *ſeu* Angelus meus. *Hieronymus in Proœm. Comment. ait, Hebræos ſentire, Malachiam fuiſſe Eſdram. Sanè eadem reprehendit, quæ ille ſui libri cap. 9. & 10. mores corruptos præſertim ſacerdotum. Breuis Prophetia, ſed fecunda myſterijs.*

1 ONVS. Prophetia grauis. Sed quoniam non eſt contra Iſrael, ſed ad Iſrael, aliquid lenitatis habet: Hieronymus. IN MANV. i. per manum MALACHIÆ. .i per Malachiam, eo interprete & miniſtro hæc Prophetia eſt dicta. Dilexi vos, ait Deus.

2 IN QVO DILEXISTI NOS? Populus alloquitur Deum: Quo nos beneficio affeciſti? quod argumentum huius amoris extat, cùm potiùs omnibus nos malis mulctaris. DILEXI IACOB. Paulus ad Rom. 9, 13. hunc locum de æterna prædeſtinatione affert, qua Deus è duobus pari conditione vnum eligit, alterum reijcit. Verùm, in quo amor Iacob perſpicitur, odium Eſau? Paulus, quia Eſau ſubiecit Iacobo, maiorem minori. Malachias, quia poſteros Iacob in patriam reſtituit, Idumæos ſine fine vaſtauit.

3 POSVI MONTES EIVS (.i. Idumææ) IN SOLITVDINEM. Hebr. *deſolationem*, & per *montes* intelligit vrbes in montibus poſitas, quas vaſtauit. IN DRACONES DESERTI. i. habitacula draconum, qui in deſerto habitant, erunt ſ. ex vrbes.

4 QVOD SI DIXERIT. Sic Chald. Hebr. *quia dixerit Idumea. Quia* pro *quod ſi*. DESTRVCTI SVMVS. Hebr. *pauperes facti ſumus*; patria ſ. & bonis eiecti. SED REVERTENTES. Chald. *nunc diuites facti reuertamur*. Hebr. *reuertemur, & ædificabimus*. IRATVS EST DOMINVS VSQVE IN ÆTERNVM. In eo eſt odium Edom; Iſraelitæ ad tempus vexati ſunt, Idumæi in perpetuum. Quomodo Idumæi à Iudæis & alijs fuerint vexati, Machab. lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 10. extat; tum apud Ioſephum lib. 13. cap. 17. & Ioſeph. Gorionis, lib. 4. cap. 4.

5 ET OCVLI VESTRI VIDEBVNT. Idumææ ſ. deſolationem. MAGNIFICETVR DOMINVS SVPER TERMINVM. Hebr. *deſuper ad terminum*. i. *qui addidit*, aut *dilatauit terminos Iſrael*. ſic Chald. nempe ſubdita illi Idumæa.

6 FILIVS HONORAT. q. d. Iam oſtendi, in quo vos dilexi. Quid contrà vos facitis? non honoratis me. AD VOS, O SACERDOTES. Veſtra id culpa fit, veſtro exemplo me populus contemnit.

7 OFFERTIS SVPER ALTARE MEVM PANEM POLLVTVM. *Panis* non offertur in altari, ſed in menſa. Ideò Hebræi per *panem pollutum* intelligunt oblationes illegitimas pecudis cæcæ, aut claudæ, de quibus mox agit. Vox לחם *lehem*. i. *panis*, in Sacris ſæpè non *panem* ſignificat, ſed *carnem*, ſed *cibum* promiſcuè. MENSA DOMINI. i. altare. DESPECTA EST. i. iam eſt polluta oblationibus illegitimis, nihil refert, ſi in ea alia polluta offerantur. Id vos dicitis.

8 SI OFFERATIS CÆCVM. Hebr. *& quando offertis cæcum*. Cæcus de miniſtro intelligi poteſt; ſed meliùs de hoſtia, quæ ex Lege cæca, clauda, aut languida. i. morbida eſſe non poterat. AD IMMOLANDVM. i. vt immoletur. OFFER ILLVD DVCI TVO, SI PLACVERIT EI. Hebr. *num complacebit tibi*. i. *ſibi in te*, vt Chald. Sept. *ſi ſuſcipiet te*. AVT SI SVSCEPERIT FACIEM TVAM. i. num placebis ei? num tuum donum Duci erit gratum? minimè.

9 DEPRECAMINI VVLTVM DEI. Hebr. *facies Dei*. i. precamini coram Deo, coram propitiatorio, quod *facies Dei* vocatur. VT MISEREATVR VESTRI. Hebr. *& miſerebitur noſtri*. *Et* pro *vt* accepit Hieron. quod ſæpè fit. (DE MANV ENIM VESTRA FACTVM EST HOC.) Vos deliquiſtis, nil mirum, ſi pœnas luitis. SI QVOMODO SVSCIPIAT FACIES VESTRAS. i. vobis placetur. Hebr. *num ſuſcipiet ex vobis faciem*. i. munus. Quid ſi pro *ſuſcipiet*, vertamus *tollat*; pro *facies*, *iram*, ſic: *num tollet a vobis iram*?

10 QVIS EST IN VOBIS, QVI CLAVDAT OSTIA? Pro, Vtinam eſſet, qui atrij oſtia clauderet, ne ſ. hæc polluta munera inferrentur. ET INCENDAT ALTARE MEVM GRATVITO. i. non illectus his illicitis oblationibus. Hebr. *& non incendatis altare meum fruſtra*. pro, vt non incenderetis altare fruſtrà. Nollem, vt aliqua ſacrificia offerretis, quia diſplicent mihi, & illa, & vos; quia NON EST MIHI VOLVNTAS IN VOBIS. Nec vos mihi placetis, nec munera veſtra de manu veſtra ſuſcipiam.

11 AB ORTV ENIM SOLIS, per totum orbem. SACRIFICATVR. Hebr. *offertur incenſum*. OBLATIO MVNDA. Vos polluta offertis, mihi in Gentibus offertur oblatio munda. i. Euchariſtia, Sacrificium incruentum, de qua hunc locum explicant Hieronymus & alij antiqui Patres tum Auguſtinus de Ciuitat. lib. 18. cap. 35. Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. Vocatur *munda*, quia incruenta, & quia ſanctificat nos, mundat nos. Hunc locum tam apertum de vocatione Gentium Hebræi inuertunt, & Chald. quorum verba afferre non attinet.

12 ET VOS POLLVISTIS ILLVD. ſ. nomen meum. IN EO QVOD DICITIS. Non verbis, ſed factis contaminaſtis altare. ET QVOD SVPERPONITVR. Hebr. *& fructus eius contemptibilis, & cibus eius*. i. oblatio. Hieronymus illud quod additur, CVM IGNE QVI ILLVD DEVORAT, poſuit, pro, *cibus eius contemnitur*, vt eſt in Hebræo. Sed à ſententia nõ receſſit, illis ſacrificijs omnia eſſe polluta.

13 ECCE DE LABORE. i. dixiſtis, Hæc oblatio à paupere offertur, qui ex labore ſuo viuit, & quærit quæ offerat. ET EXSVFFLASTIS ILLVD. ſ. donum contempſiſtis, quia nempe exigui pretij. *Exſufflare* pro *contemnere*, Auguſtinus epiſt. 50. & Vſuardi Martyrologium Ian. 12. contrà *ſufflare* pro *extollere* in Auguſtino, epiſt. 56. ET INTVLISTIS DE RAPINIS. Hebr. *raptum*. i. dona diuitum admiſiſtis, quæ plerumque ex rapina ſunt. *Diues enim, aut iniquus, aut heres iniqui*, vt Hieronymus ait ad Hedibiam. Idem Eunapius in Iamblicho. CLAVDVM, ET LANGVIDVM. i. etiamſi vitioſum ſit, accipitis, quia diuitis. ET INTVLISTIS MVNVS, ſeu *oblationem*, ex eo quod attulit Deo, & in altari feciſtis.

14 MALEDICTVS DOLOSVS, verſutus, fraudulentus. QVI HABET IN GREGE SVO MASCVLVM. i. hoſtiam legitimam & mundam. VOTVM FACIENS. ſ. cùm vouerit: IMMOLAT DEBILE DOMINO. Hebr. *corruptum*. i. immundum, pollutum. QVIA REX MAGNVS EGO. q. d. nec conſiderat, quanta ſit maieſtas mea. ET NOMEN MEVM HORRIBILE, horrendum & tremendum etiam inter Gentes, quæ ſ. non colunt me.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MALACHIAS prophetauit poſt Aggæum & Zachariam contra Iudæos, & de quibuſdam Chriſti myſterijs.

1 AD. pro, contra, vel, de; vel tamquam ad auditores. ISRAEL. i. Iudæos ex captiuitate reductos; erant enim in eis aliqui etiam ex decem tribubus. Itaq; omnes communi nomine appellantur. IN MANV. i. opera, ſeu miniſterio. MALACHIÆ. Hebræi & Hieron. putant eſſe Eſdram, alij negant. IACOB. i. electos. ſic per *Eſau* reprobi intelliguntur.

3 ODIO HABVI. Chald. *reprobaui*. IN SOLITVDINEM. ſ. vaſtante Nabuchodonoſor. DRACONES. Chald. *vaſtationem*. Intellige per hæc reproborum animas vaſtatas & deſertas Dei gratia.

4 DESTRVAM. ſ. Dei iudicio occulto deſtruuntur reproborum ædificia ſpiritualia. IMPIETATIS. Chald. *populi impij*. Lxx *iniquitatis*.

5 MAGNIFICETVR. i. glorificetur, ſeu laudetur. Lxx. *magnificatus eſt*. SVPER TERMINVM. Chald. *qui dilatauit fines*.

6 HONORAT. i. honorare ſolet, ſeu debet.

7 ALTARE. i. menſam, vel altare holocauſti. PANEM. ſ. panes propoſitionis. vel pro, oblationem. Chald. *oblationem*. POLLVTVM. i. non vt præſcribit Lex, vel inquinatum offerentis peccato. Chald. *execrandam*. DICITIS. pro, ſi dicatis. Chald. *ſi dixeritis*. TE. i. tibi oblata. DESPECTA. i. contemptibilis. q. d. in eo quòd eam contemptui habetis, quaſi nihil referat, quomodo quidque offeratur.

8 LANGVIDVM. i. infirmum. SI PLACVERIT. q. d. certè non placebit. Chald. *numquid placebit*? SVSCEPERIT FACIEM. q. d. benignène aſpiciet & amanter?

9 HOC. ſ. quod dixi. q. d. peccaſtis enim.

10 GRATVITO. q. d. an pro miniſterio non habetis ſtipendium ſufficiens? cur ergo agitis negligenter? Hebr. tamen & Lxx. & Complut. vbi negatiuè legitur,

& non incendat, ſenſus eſt: Satius eſſet claudere templum, & non offerre gratis. i. fruſtrà. ſ. quæ mihi non ſunt grata. NON EST MIHI, &c. q.d. non mihi placetis, nec veſtra ſacrificia volo.

MAGNVM EST. LXX. *glorificatum eſt*. pro, glorificabitur: loquitur enim de tempore Euangelij. NOMINI MEO i. mihi. OBLATIO. ſ. in Miſſa. MVNDA. ſ. puriſſimum Chriſti corpus. 11

MENSA. i. altare. CONTAMINATA EST. q.d. ita tractatis vt rem pollutam & contemptibilem. 12

DE LABORE. q.d. ſudore meo partum Deo offero. EXVFFLASTIS. i. offertis rem dignam exufflatione. ſ. vilem. MVNVS. ſ. mihi offerendum. 13

MASCVLVM. ſ. integrum, ſeu perfectum. DEBILE. i. vitiatum. Chald. *corruptum*. REX, &c. q.d. cùm tamen veſtro Duci tale quid offerre non auderetis. HORRIBILE. i. tremendum. q.d. timetur, ſeu in honore eſt. Chald. *potens*. LXX. *illuſtre*. IN GENTIBVS. pro, apud Gentes. de futura re loquitur quaſi de præſenti. 14

CAPVT II.

Comminatur Dominus ſe maledicturum benedictionibus ſacerdotum, niſi reſipiſcant: ipſius enim legem contemnunt, irritum facientes pactum Leui, qui hic laudatur: tranſgreſſus eſt & Iuda ducens alienigenas, quapropter non reſpiciet deinceps Dominus ad ſacrificium eorum: de vxore diligenda, ſeu dimittenda: laborare fecerunt Dominum in ſermonibus ſuis.

ET nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdo- 1
ᵃLeuit.25 b.14 Deut.28. b.15
tes. ᵃ Si nolueritis audire, & ſi nolueritis 2
ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, A
ait Dominus exercituum: mittam in vos ege-
ſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris,
& maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſu-
per cor. * Ecce ego proijciam vobis brachium, 3
& diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſol-
lemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum.
* Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt 4
eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominus
exercituum. * Pactum meum fuit cum eo vitæ 5
& pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à
facie nominis mei pauebat. * Lex veritatis fuit 6
in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs
eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum, B
& multos auertit ab iniquitate. * Labia enim ſa- 7
cerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requi-
rent ex ore eius: quia angelus Domini exerci-
tuum eſt. * Vos autem receſſiſtis de via, & ſcan- 8
dalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pa-
ctum Leui, dicit Dominus exercituum. * Pro- 9
pter quod & ego dedi vos contemptibiles, &
humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis
ᵇMat.23 a.9 Epheſ.4. a.5
vias meas, & accepiſtis faciem in lege. * ᵇ Num- 10
quid non pater vnus omnium noſtrûm? num-
quid non Deus vnus creauit nos? quare ergo
deſpicit vnuſquiſque noſtrûm fratrem ſuum,
violans pactum patrum noſtrorum? * Tranſgreſ- 11
ſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael, & C
in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſancti-
ficationem Domini, quam dilexit; & habuit fi-
liam dei alieni. * Diſperdet Dominus virum qui 12
fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum de taber-
naculis Iacob, & offerentem munus Domino
exercituum. * Et hoc rurſum feciſtis, operieba- 13
tis lacrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita
vt non reſpiciam vltrà ad ſacrificium, nec acci-
piam placabile quid de manu veſtra. * Et dixi- 14
ſtis: Quam ob cauſam? quia Dominus teſtifi-
catus eſt inter te, & vxorem pubertatis tuæ,
quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, &
15 vxor fœderis tui. * Nónne vnus fecit, & reſi-
D duum ſpiritus eius eſt? Et quid vnus quærit,
niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum ve-
ſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpi-
16 cere. * Cùm odio habueris, dimitte, dicit Do-
minus Deus Iſrael: operiet autem iniquitas ve-
ſtimentum eius, dicit Dominus exercituum:
cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere.
17 * Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus
veſtris, & dixiſtis? In quo eum fecimus labora-
re? In eo quòd dicitis: Omnis qui facit ma-
lum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales
ei placent: aut certè vbi eſt Deus iudicij?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AD VOS MANDATVM HOC. Hoc eſt, quod mihi mandatum eſt, vt dicam vobis: ſeu potiùs, hoc eſt mandatum de oblationibus, de quibus agit; aut quod mox dicet, de non ducendo vxores alienigenas, ad vos, ô ſacerdotes, potiſſimùm ſpectat.

2 MITTAM IN VOS EGESTATEM. Hebr. *maledictionem*. ſic Sept. & Chald. ET MALEDICAM BENEDICTIONIBVS VESTRIS. i. auferam bona, quæ ex meo beneficio habetis, aut quæ vos benedixeritis, vt pecora, & agros, ijs ego ſterilitatem inducam: Hieronymus. ET MALEDICAM ILLIS. Hebr. *& etiam maledicam illi*. ſ. cuique benedictioni veſtræ addam quotidie ad maledictionem. Id ea repetitione ſignificat. QVONIAM NON POSVISTIS SVPER COR. nempe hoc præceptum.

3 ECCE EGO PROIICIAM VOBIS BRACHIVM. Sept. *humerum*, i. armum, quòd ex Lege ſacerdotibus debebâtur, Leuit. 7. Deuter. 18. STERCVS. Sept. *ventriculum*, qui debebatur etiam ex lege. Id in faciem vobis proijciam, contemnam ea, voſque ijs vt ſtercore fœdabo. Hebr. *Ecce egô corrumpam vobis* (i. propter vos) *ſemen* (agri nihil ferent) *& diſpergam ſuper facies veſtras ſtercus ſollemnitatum* (i. peculiũ, quæ in ſollemnitatibus mactantur) *et ſtercore vos fœdabo, contemnam veſtras oblationes*. זרע pro ratione punctorum *brachium* & *ſemen* ſignificat; ea variæ interpretationis occaſio. ET ASSVMET VOS SECVM, ſemper eo ſtercore fœdati eritis. Hebr. *& tollet* (iniquitas) *vos ad illud*. i. ad eam ignominiam & fœditatem perducet.

4 ET SCIETIS, QVIA MISI AD VOS MANDATVM ISTVD. ſ. de oblationibus, aut vxoribus alienigenis. VT ESSET PACTVM MEVM CVM LEVI. Vt pactum, quod cum tribu Leui pepigi olim, vobiſcum etiam ſtaret. *Leui* non ſumitur pro vno homine, ſed pro tribu Leui: ſic Hieronymus. Pactum fuit, vt in ea tribu eſſet ſacerdotium, & eius emolumenta.

5 PACTVM MEVM FVIT CVM EO VITÆ ET PACIS. me illi daturum vitam & felicitatem. ET DEDI EI TIMOREM. Hebr. *& dedi ea* (vitam & pacem) *ei, timorem*. i. propter timorem; *& timuit me*. i. quo timuit me. ET A FACIE NOMINIS MEI PAVEBAT. Hebr. *contritus eſt, audito meo nomine*. Loquitur de bonis, qui ſemper fuerunt in tribu Leui.

6 LEX VERITATIS. ſ. veritas ſemper fuit in ore eius, nullum decepit. IN PACE, quietè ambulauit mecúm.

7 SACERDOTES CVSTODIENT SCIENTIAM, vt ſ. ſuo tempore depromant & proferant: Hieronymus. ET LEGEM REQVIRENT, non fabulas & nugas: Bernardus 2. de Conſid. QVIA ANGELVS DOMINI. Nuntius & interpres Dei eſt ſacerdos.

8 RECESSISTIS DE VIA, ſcilicet recta. ET SCANDALIZASTIS PLVRIMOS. Hebr. *offendere feciſtis multos*. IN LEGE, ne ſeruarent ſ. legem. IRRITVM FECISTIS, corrupiſtis, violaſtis pactum cum tribu Leui initum.

ET

Et ego dedi vos contemptibiles. Par pari re- 9
tuli: vos me contempſiſtis, ego vos reddidi contempti-
biles, & humiliaui vos vbique. Et accepiſtis fa-
ciem in lege. i. non iuſtè iudicaſtis, ſed contra legem.
Aut non eſtis auſi increpare eos, qui contra legem ho-
ſtias pollutas deferebant ad templum, aut qui duce-
bant vxores alienigenas.

Pater vnvs omnivm. Si eodem patre Deo pro- 10
creati ſumus, quare vir deſpicit vxorem ſuam, vt aliam
ducat. Deſpicit vnvſqviſqve noſtrvm fra-
trem ſvvm, ſororem ſ. eius, aut filiam repudiando.
Violans pactvm patrvm noſtrorvm? Sic Hebr.
Sept. *veſtrorum* ſic Goth. Ergo violatis pactum patrum
antiquorum, quo alienigenas ducere vetabantur. Aut
patrum quiſque ſuorum, cùm filios & filias deſponſa-
runt, & pro eis inter ſe pepigerunt.

Transgreſſvs, præuaricatus eſt Ivda. i. tribus 11
Iuda. Et abominatio hoc eſt, ſcelus. In Iſrael.
Cum tribu Iuda multi ex alijs tribubus confuſi erant.
Qvia contaminavit Ivdas ſanctificationem.
Hebr. *ſanctitatem Domini.* Sic nuptias vocat, quas illi
contaminarunt. Habvit. duxit, poſſedit, vt maritus.
Id vox Hebr. בעל *bahal* ſignificat. Filiam dei a-
lieni. i. filiam, quæ colebat deum alienum, alienige-
nam item.

Diſperdet. Hebr. *ſuccidet Dominus.* Magiſtrvm 12
et diſcipvlvm. Chald *filium & nepotem.* Hebr. *vigi-
lantem & reſpondentem.* i. omnes occidet propter hanc
nequitiam, heros, & famulos qui vigilant, & fores pul-
ſantibus reſpondere ſolent. Et offerentem mv-
nvs. pro, etiamſi offerat munus Deo, non placabitur,
non parcet.

Et hoc rvrſvm feciſtis. pro, hoc etiam feciſtis. 13
Hebr. *& hoc ſecundo feciſtis.* Hoc eſt, hæc eſt ſecunda
noxa. ſ. dimittere vxores; nã prima fuit, oblationes pol-
lutas obtuliſſe. Operiebatis. Hebr. *operire lacrymis
altare* ſ. quas fundunt vxores repudiatæ. Ita vt non.
quo factum, vt non reſpiciam vltra munera & oblatio-
nes. Nec accipiam placabile. Hebr. *nec accipiam
(in) bona voluntate de manu veſtra.* ſ. oblationem & ſa-
crificium.

Qvam ob cavſam? ſ. Deus iraſcitur in nos. Qvia 14
Dominvs teſtificatvs eſt inter te, et vxorem.
i. ſanxit, firmauit tuum coniugium, eo auctore factum
eſt & ſtipulatore. Qvam tv deſpexiſti. Hebr. *in
quam tu præuaricatus es.* Et hæc particeps tva,
ſeu *ſocia tua.* Et vxor foederis tvi. i. legitima,
cum qua fœdus iniuiſti.

Nonne vnvs fecit. ſ. Deus, qui vnus eſt, fecit vxo- 15
rem. Et reſidvvm ſpiritvs eivs eſt? i. in eam
etiam inſpirauit animam: ſic Hieronymus explicat.
Chald. & Hebræi per *vnum* intelligunt Abraham, qui
fuit vnus, hoc eſt, primus in eo populo, nónne ille fecit
quod dicimus, ſuo exemplo ceteros docuit? *Et reſiduum
ſpiritus.* i. excellentia ſpiritus erat in eo, melior ceteris
fuit. Et qvid vnvs qværit, niſi ſemen Dei?
Scilicet Deus id quærit, vt filij legitimi ex vtroque pa-
rente fideli generentur. Aut, *quid quærit*, pro, quæſiuit
Abraham, nempe, *ſemen Dei*, vt filios ſ. ea conditione
procrearet. Cvſtodite ergo ſpiritvm veſtrvm.
i. à malo, cuſtodite legem. Quid ſi dicamus, *cuſtodite
ſocietatem veſtram.* i. coniugium; nam eadem vox eſt,
quæ ſuperiori verſu, vbi eſt, *& hæc particeps tua.* Solùm
tranſpoſitis literis ברוח *beruah* ſit pro חבור *habur.* i. *ſo-
cietate*; & aptè cohærent ſequentia. Et vxorem
adoleſcentiæ tvæ noli deſpicere, non offendas,
non præuaricetis in eam. Sed prior expoſitio po-
tior eſt.

Cvm odio habveris, dimitte. ſ. dato libello re- 16
pudij, vt alteri nubere poſſit. Operiet avtem ini-
qvitas veſtimentvm eivs. i. corpus ipſum dimit-
tentem operiet iniquitas. Non erit innoxius. Aut *iniqui-
tas* ſumatur pro pœna iniquitatis, vt ſumit Hierony
mus, qui *veſtimentum* pro corpore ſumit. Hebr. *& ope-
ruit iniquitatem veſtimento ſuo.* ſ. retenta vxore quam
odit, nec dato libello, ſed ducta alia; ea diſſimulatione
vt pallio ſcelus tegit. Et nolite deſpicere. aut
præuaricari.

17 Laborare feciſtis Dominvm. Humano more
loquitur, pro, peccaſtis in Deum. Avt certe vbi
eſt Devs ivdicii? Id dicendo peccaſtis. Iudicia Dei
vbi ſunt? cuncta ſurſum deorſum aguntur; Deus res
humanas non curat, nulla eſt prouidentia. Vox im-
piorum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Hoc. ſ. quod ſequitur.
2 Maledicam, &c. i. priuabo vos bonis quæ de-
di, vel iis, quæ vos benedixeritis, ego maledicam; ſeu (vt
indicat Chald.) habebo veſtras benedictiones pro exe-
crationibus. Svper cor. ſ. vt daretis mihi gloriam.
Chald. *ſuper cor timorem mei.*

3 Vobis. Lxx. *à vobis* q. d. auferam emolumenta ſacer-
dotij. Brachivm. i. armum, qui ſacerdotibus daba-
tur: vel q. d. viribus priuabo vos. Stercvs. ſ. ventri-
culi, qui item ſacerdoti dabatur. Lxx. *ventriculum.* qua-
ſi dicat, pro ventriculo vobis debito, velut fœcibus con-
taminabo ſ. reddam ignominioſos dignoſque confu-
ſione. Solemnitatvm. i. hoſtiarum in feſtis offerri
ſolitarum. Aſſvmet. i. inuoluet. ſ. ſtercus.

4 Iſtvd ſ. de victimis rectè offerendis. Eſſet. ſ. fir-
mum. Levi. i. familia ſacerdotali.

5 Vitæ et pacis. ſ. ei dandæ ſi mihi obedi-
ret. Timvit. de ſanctis loquitur, vt Aaron, Phi-
nees, &c.

6 Lex, &c. q. d. ſemper veram de Lege doctrinam do-
cuit. Pace. ſ. non reſiſtens meæ voluntati. Æqvi-
tate i. iuſtitia. Ambvlavit mecvm. i. mihi ſerui-
uit, ſeu mihi placuit.

7 Cvſtodient. i. cuſtodire debent. ſ. proferendam
cùm opus erit. Reqvirent. ſ. requirere debent.
Angelvs. i. Legatus, ſeu nuntius, vel Angelicum mu-
nus exercens.

8 De via. ſ. mandatorum Dei. Scandalizaſtis.
ſ. malo exemplo. Lxx. *infirmos feciſtis.* In lege. ſ. dum
eam non ſeruatis. Irritvm. ſ. non ſeruando pacti
conditiones.

9 Hvmiles. i. abiectos. Faciem. Lxx. *perſonam.* quaſi
dicat, cùm ſecundùm legem iudicare deberetis, iudica-
ſtis ſecundùm acceptionem ſeu reſpectum perſo-
narum.

10 Pater. ſcilicet Abraham, vel Iacob, vel Deus.
Devs, &c q. d. nonne omnes Deum verum colimus?
Pactvm patrvm. i legem patribus datam, vel pa-
ctum de ſeruanda Dei lege, quæ iubet neminem de-
ſpici.

11 Sanctificationem. i. ſanctitatem. Lxx. *ſancta.*
ſ. Dei præcepta. Habvit. ſ. in vxorem. Filiam, &c.
i. colentem deos alienos.

12 Tabernacvlis. Chald. *vrbibus.* Et offeren-
tem, &c. q. d. etiam ſacerdotes.

13 Operiebatis, &c. q. d. faciebatis, vt vxores à vobis
repudiatæ lacrymis altare implerent, apud me de vobis
conquerentes. Mvgitv. Lxx *gemitu.* Placabi-
le i. quod me placet, ſeu mihi gratum ſit.

14 Teſtificatvs i. per legem cum atteſtatione præ-
cepit. ſ. non deſerendam vxorem temerè. Vide *teſtifi-
candi* ſignificationem Exod. 19. Deut. 32. 4. Reg. 17.
Pvbertatis tvæ. i. quam adoleſcens duxiſti. Par-
ticeps. i. ſocia. Foederis. ſ primò cum ea initi.

15 Vnvs. ſ. Deus. Fecit. ſ. etiam feminam. Reſi-
dvvm, &c. q. d. nónne etiam ei dedit, vt homini ſpiri-
tum ſuum? inſpirans ſ. in eam ſpiraculum vitæ. Et
qvid vnvs, &c. q. d. & quid Deus ipſe vult, niſi filios
ſanctos gigni ex fideli patre & matre? Lxx *& dixiſtis,
quid aliud niſi ſemen quærit Deus?* q. d. excuſatis pecca-
tum, dicentes, quid refert ex qua femina quis prolem
habeat, cùm matrimonium ſit cauſa prolis à Deo inſti-
tutum? Cvſtodite. ſ. à peccato.

16 Odio, &c. ſ. ob fornicationem, aut iuſtam cauſam

lege permiſſam. Quidam tamen putant ob ſolum adulterium licuiſſe. DIMITTE. ſ. dato libello repudij. INIQVITAS. i. iniquitatis punitio.ſ. ſi contra Dei legem fec-it. VESTIMENTVM. i. corpus. vel, vt veſtimentum. q.d. totum hominem velut veſtimentum. EIVS. iudex .ſ. viri. DESPICERE. ſ. vxores.

17 LABORARE, &c. i. moleſtia affeciſtis. LXX. *ad iram prouocaſtis*. PLACENT. Id dicebant quidam, quod viderent malos proſperári in hac vita. IVDICII. i. iuſtus iudex. q.d. vbi eſt Dei prouidentia? LXX. *iuſtitiæ*.

CAPVT III.

De præcurſore Chriſti, & huius aduentu, ac futuro iudicio; qui purgatis filiis Leui gratum habebit ſacrificium Iuda & Ieruſalem: comminatur ſceleratis grauem vltionem; quos tamen ad ſe reuocat, plurima bona conuerſis promittens: conqueritur de ingratitudine filiorum Iſraël, & quòd ipſum in decimis ſuis configant, quodque dicant Deo non eſſe curæ ſuos cultores, cuius contrarium tandem experientur.

Matth. 11 .b.10 Marc. 1. a.2 Luc. 1. b.27. & 7. d.27

ECce ego mitto angelum meum, & præpara- 1
bit viam ante faciem meam. Et ſtatim ve- A
niet ad templum ſuum Dominator, quem vos
quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis.
Ecce venit, dicit Dominus exercituum: * & quis 2
poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſta-
bit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis
conflans, & quaſi herba fullonum: * & ſedebit 3
conflans, & emundans argentum, & purgabit
filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi
argentum, & erunt Domino offerentes ſacrifi-
cia in iuſtitia. * Et placebit Domino ſacrificium 4
Iuda & Ieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni
antiqui. * Et accedam ad vos in iudicio, & ero 5
teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, &
qui calumniantur mercedem mercenarij, vi- B
duas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec
timuerunt me, dicit Dominus exercituum.
* Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij 6
Iacob non eſtis conſumpti. * A diebus enim pa- 7
trum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, &
non cuſtodiſtis. * Reuertimini ad me, & reuer-
tar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixi-
ſtis: In quo reuertemur? * Si affiget homo 8
Deum, quia vos configitis me? Et dixiſtis: In
quo configimus te? In decimis, & in primitijs.
* Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos 9
configitis gens tota. * Inferte omnem decimam 10
in horreum, & ſit cibus in domo mea, & proba- C
te me ſuper hoc, dicit Dominus: ſi non ape-
ruero vobis cataractas cæli, & effudero vo-
bis benedictionem vſque ad abundantiam,
* & increpabo pro vobis deuorantem; & non 11
corrumpet fructum terræ veſtræ; nec erit ſteri-
lis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.
* Et beatos vos dicent omnes Gentes: eritis 12
enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus ex-
ercituum. * Inualuerunt ſuper me verba veſtra, 13
dicit Dominus. * Et dixiſtis: Quid locuti ſumus 14
contra te? Dixiſtis: Vanus eſt, qui ſeruit Deo: &
quod emolumentú quia cuſtodiuimus præcepta D
eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domi-
no exercituum? * ergo nunc beatos dicimus ar- 15
rogantes: ſiquidem ædificati ſunt facientes im-
pietatem; & tentauerunt Deum, & ſalui facti
ſunt. * Tunc locuti ſunt timentes Dominum, 16
vnuſquiſque cum proximo ſuo: Et attendit Do-
minus, & audiuit: & ſcriptus eſt liber monu-
menti coram eo timentibus Dominum, & co-
17 gitantibus nomen eius. * Et erunt mihi, ait Do-
minus exercituum, in die qua ego facio, in pe-
culium: & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo
18 ſeruienti ſibi. * Et conuertemini, & videbitis
quid ſit inter iuſtum & impium; & inter ſer-
uientem Deo, & non ſeruientem ei.

Zach. 1. a.3

Ioan. 21 b.14

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ECCE EGO MITTO ANGELVM MEVM. Reſpondet ad illud, *Vbi eſt Deus iudicij?* q.d. iam venit. De Ioanne Baptiſta hæc dici, Chriſtus ipſe ait Matth. 11. v.10. neque de alio quoquam intelligi poſſunt. ET PRÆPARABIT. Chald. *complanabit*. ANTE FACIEM MEAM. i. ante me, antequam ego veniam, ſuis verbis & teſtimonio iter aperiet. Matthæus *ante faciem tuam* habet. ſed perinde eſt. Si Filius loquitur, eſt *ante faciem meam*: ſi Pater, *ante faciem tuam*. ET STATIM. breui veniet, ſuo tempore. QVEM VOS QVÆRITIS. i. quem magnopere expetitis, vel expetierunt Patres. ET ANGELVS TESTAMENTI. Chriſtus in Lege promiſſus.

2 ET QVIS POTERIT COGITARE. i. mente complecti eius diei magnificentiam. Hebr. *ſuſtinere*. i. expectare præ deſiderio ardenti dum veniat, aut ferre afflictiones quæ eo tempore exiſtent. IPSE ENIM QVASI IGNIS CONFLANS. hoc eſt, purgans peccata. ET QVASI HERBA FVLLONVM. ſeu *ſapo fullonum*. An hæc herba eſt *kali*, noſtris *ſoſa*, ex qua fit ſapo? Igne & aqua purgantur ſordes. Modis omnibus ſuos mundabit.

3 ET SEDEBIT CONFLANS. Non raptim & perfunctoriè id faciet, ſed ex profeſſo. ET PVRGABIT FILIOS LEVI. Nouos ſacerdotes, & meliores pro veteribus filijs Leui ſubſtituet. ET COLABIT EOS, ſeu *excoquet*, conflabit eos quaſi aurum. ET ERVNT DOMINO OFFERENTES SACRIFICIA IN IVSTITIA. Oblationes mundas & legitimas offerent Deo, non vt veteres.

4 ET PLACEBIT DOMINO. Hebr. *dulceſcet Deo*. SACRIFICIVM, ſeu *oblatio*. IVDA ET IERVSALEM, fidelium populi ſui. SICVT DIES SÆCVLI. ſeu, *ſecundùm dies ſæculi*. i. antiquos, & ſecundùm annos priores. Ita placebit id ſacrificium, vt quæ primis temporibus à viris ſanctiſſimis ſunt oblata.

5 ET ACCEDAM AD VOS IN IVDICIO. Hebr. *ad iudicium*. Ego ipſe volo vobiſcum diſceptare, quia dicitis mihi malos placere. Ero iudex veſter, & quia ſcio omnia etiam abſcondita, ERO TESTIS, non egeo alijs teſtibus. VELOX, ſeu *feſtinans*, reddere ſ. cuique quod meretur. Et contra eos QVI CALVMNIANTVR, &c. Chald. *auferunt mercedem mercenarij*. ſeu *ſubtrahunt*, ſeu potiùs *opprimunt*. VIDVAS, ET PVPILLOS, ſcilicet opprimunt. ET OPPRIMVNT. Hebr. *declinare faciunt* PEREGRINVM. i. litem peregrini peruertunt.

6 EGO ENIM DOMINVS, ET NON MVTOR. Semper auerſor & punio prauos homines; & tamen vobis peperci, nec vos conſumpſi, quia ſcilicet ſimul ſum miſericors, quamuis opera veſtra id merentur.

7 A LEGITIMIS MEIS. Hebr. *a præceptis receſſiſtis*. ET NON CVSTODISTIS. ſ. legitima, præcepta mea.

8 SI AFFIGET HOMO DEVM. i. *per vim auferet*, furabitur *Deum*: Hebr. *ſic Deum*. i. quæ Dei ſunt, rapitis. IN QVO CONFIGIMVS TE? ſeu *confiximus*, vt Goth. Hebr. *in quo rapuimus te*. i. tua. IN DECIMIS, ET IN PRIMITIIS. In eo eſt rapina, quia integra fide non ſoluitis eas.

9 ET IN PENVRIA VOS MALEDICTI ESTIS. Ideò vos penuriam patimini. Hebr. *maledictione vos maledicti*. ſ. eſtis, ad penuriam redacti. ET ME VOS CONFIGITIS GENS TOTA. Non pauci id faciunt, ſed omnes.

10 DECIMAM IN HORREVM inferte. Hebr. *in domum theſauri*. ſed perinde eſt. Apothecæ & horrea *theſauri* ſæpè vocantur Hebr. ET SIT CIBVS. Hebr. *præda*. i. quod vos rapitis. Chald. *ſit alimentum ijs qui miniſtrant in æde ſanctuarij*. Magna fuit eo tempore fames, Nehem. 5. verſ. 1. adeò vt Leuitis victus non ſuppeteret, ibi cap. 13. v. 20. Ea occaſio populo fraudandi decimas. ET PROBATE ME SVPER HOC, facite quod

præcipio. Si non apervero, ſupple, non credatis amplius mihi, niſi fecero quod promitto. Cataractas. Hebr. *feneſtras cæli aperiam*: ſic Chald. i. ſi non dedero copioſum imbrem. *Cataracta* in fluuiis ſunt fauces anguſtæ, vnde præcipitatur aqua; hîc pro nubibus humore onuſtis ſumuntur. Benedictionem. i. vbertatem, copiam fructuum dabo. Vsqve ad abvndantiam. Sept. *donec ſufficiat*. Chald. *adeo vt dicatis: Satis eſt*. Hebr. *vſque ad non ſufficiens*. i. non ſint vaſa & horrea, quæ eos fructus capiant.

11 Et increpabo pro vobis devorantem. i. depellam locuſtas & noxia alia animalcula. Nec erit sterilis vinea. Hebr. *nec orbabit* (locuſta) *vobis vineam in agro*.

12 Et beatos vos dicent omnes Gentes. ſ. admiratæ tantam vbertatem. Terra desiderabilis eritis. i. omnes in ea habitare cupient: Hieronym. Hebr. *terra beneplaciti*. i. in qua Deus ſibi placet, & illi vbertatem tribuit.

13 Invalvervnt svper me, ſeu *contra me*, verba inſolentia & grauia dixiſtis.

14 Præcepta eivs. Hebr. *cuſtodiam eius*. i. legem, quid profuit nobis eam cuſtodiſſe? Tristes. Hebr. *obſcurè*. i. humiliter, aut in nigra & pulla veſte lugentium in morem ambulauimus.

15 Ergo nvnc beatos dicimvs arrogantes. Hebr. *& nunc beatificamus arrogantes*. Ædificati svnt. i. multos genuerunt filios, quod ad felicitatem in primis habebatur.

16 Tvnc locvti svnt. Hebr. *oblocuti ſunt timentes Deum*. Increparunt ea ſtulta verba. Quiſque ſocium ſuum increpauit. Et attendit Dominvs. ſ. eorum verba. Et scriptvs est liber. i. eorum memoriam conſeruauit. Timentibvs Dominvm, in eorum gratiam, vt illis benefaceret. Et cogitantibvs. i. legem Dei meditantibus, & mentis oculos ad Deum intentos habentibus.

17 In die qva ego facio. pro, faciam ſ. iudicium. Et parcam eis sicvt parcit vir. i. quiſque. Filio svo servienti sibi. ſic eſt Hebr. Duplex amoris cauſa; & quia filius, & quia obediens. Vt ergo pater filium talem ardenter amat, ſic ego timentes me.

18 Et convertemini. ſ. qui dicitis: Vanus eſt, qui ſeruit Deo; mutabitis ſententiam. Et videbitis qvid sit inter ivstvm et impivm. i. quid interſit, quantum iuſtus differat ab impio, quali vterque conditione ſit, qualem referat vterque mercedem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Angelvm. ſ. Ioannem Baptiſtam. Præparabit. ſ. inuitando ad pœnitentiam, & de me teſtimonium perhibendo. Chald. *complanabit*. Faciem meam i. me. Loquitur verò Pater, vt patet Matth. 11. Marc. 1. Luc. 7. At Euãgeliſtæ dicunt *ante faciem tuam* ſ. quod ante Patrem, ante Filium etiam eſt, & in Filio Pater erat, & opera faciebat. Templvm svvm. ſ. ſæpè ad templum venit, ibique prædicauit, & miracula fecit. Apparet autem hinc, Chriſtum eſſe Deum, Dei enim illud templum erat. Dominator. Hebr. Chald. & Lxx. *Dominus*. Qværitis. i. expectatis, ſeu optatis. Angelvs. ſ. officio legati, ſeu nuntij. Testamenti. ſ. noui confirmator per Sanguinem ſuum, vel pacti. i. Dei per pactum promiſſionis.

2 Poterit cogitare. i. cogitatione comprehendere, ſeu capere. ſ. tantam aduenientis bonitatem, ſapientiam, & potentiam. Chald. & Lxx. *ſuſtinebit*, quod ad ſecundum aduentum quidam referunt. Stabit. i. conſiſtere poterit. ſ. præ timore, ſeu ſtupore. Ad videndvm. Lxx *videndo*. Conflans. ſ. & purificans metalla. Herba. ſ. qua pannorum ſordes mundant, *ſaponariam* quidam dicunt. Hebr. *borith*. Herbæ nomen eſt. Vide Ierem. 2. Fvllonvm. Lxx *lauantium*.

3 Conflans. pro, velut conflans. ſ. purgans animas igni Spiritus ſancti. Filios Levi. i. ſacerdotes Eccleſiæ. Colabit. Chald *expurgabit*. Lxx. *effundet*. ſ. effundendo purgantur metalla ad ignem. In ivstitia. i. iuſtè, ſeu perfectè.

4 Ivda. i. Chriſtianorum. Iervsalem. i. Eccleſiæ. Antiqvi. explicat quid ſint *dies ſæculi*, ſeu à ſæculo. Lxx. *priores*. ſ. quibus ſancti viri Deo placebant, eique ſanctè offerebant munera ſua.

5 Ad vos. ſ. ô peccatores. In ivdicio. i. iudicaturus. Velox. i. promptus. Maleficis. Chald. *contra maleficos*. Lxx. *ſuper veneficos*. Calvmniantvr. i. per calumniam auferunt. Chald. *violenter auferunt*. Lxx. *priuant*.

6 Non mvtor. q. d. faciam quod prædico. Non estis consvmpti. ſ. ſed tolerati hactenus à me clementer. Lxx. *non receſſiſtis a peccatis*.

7 Legitimis. Chald. *mandatis*. Revertimini. ſ. per pœnitentiam. Revertar. ſ. per miſericordiam & gratiam.

8 Si affiget, &c. q. d. An æquum eſt, vt homo Deum contriſtet? Chald. *Nam ad iracundiam prouocat*. i. prouocare debet? Lxx. *ſi ſupplantabit*. i. decipiet, ſeu defraudabit. Decimis. i. quas non datis.

9 In penvria. i. ob penuriam. ſ. quia non datis decimas, aut non quantum debetis. Maledicti. i. execrabiles.

10 Horrevm. ſ. ſacerdotum. Cataractas. Chald. *feneſtras*. ſ. videntur cæli aperiri cùm copioſè pluit. Benedictionem. i. fructuum copiam. Vsqve ad abvndantiam. i. abundanter.

11 Increpabo. i. prohibebo. Devorantem. ſ. locuſtam & bruchum.

12 Terra. Lxx *vt terra*. Desiderabilis. i. optima. q. d. rerum omnium copia abundabitis.

13 Invalvervnt. Lxx. *ingrauaſtis*. Svper. i. contra. q. d. valdè mihi moleſta fuerunt.

14 Tristes. i. pœnitentes, ſeu ieiunantes.

15 Ergo nvnc. Chald *nunc autem*. Lxx. *& nunc*. Arrogantes. Chald. *impios*. Lxx. *alienos*. ſ. à Dei cultu. Ædificati. i. aucti prole, vel diuitiis. Tentavervnt Devm. Lxx. *reſtiterunt Deo*. Salvi. i. ſeruati. Chald. *liberati*.

16 Locvti svnt. ſ. pro Deo, ſeu in defenſionem veritatis. Monvmenti. i. memoriæ. q. d. vt Deus eorum recordetur. Loquitur more humano. Timentibvs. i. in gratiam timentium. ſ. vt à Deo ſuo tempore remunerentur.

17 Facio. pro, faciam. ſ. iudicium. Pecvlivm. i. peculiarem populum, & velut theſaurum pretioſum.

18 Convertemini. ſ. ad conſiderandum. q. d. tum verò intelligetis docti experientia.

CAPVT IV.

Dies Domini inflammabit omnes facientes impietatem, euulſa ipſorum radice: orietur ſol iuſtitiæ Deum timentibus, qui calcabunt impios: iubet reminiſci legis Moyſi: Elias antequam veniat dies Domini mittendus prædicitur, qui conuertat cor patrum ad filios.

1 A Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi cami-
nus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes fa-
cientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos
dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ
2 non derelinquet eis radicem & germen. Et Luc. 1. f. 78
orietur vobis timentibus nomen meum Sol iu-
ſtitiæ, & ſanitas in pennis eius: & egrediemini, &
3 ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis
B impios, cùm fuerint cinis ſub planta pedum ve-
ſtrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus ex-
4 ercituum. Mementote legis Moyſi ſerui mei, Exod. 10.
quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael, Deut. 4 c. 6
5 præcepta & iudicia. Ecce ego mittam vobis Mat. 17
Eliam prophetam, antequam veniat dies Do- b. 10
6 mini magnus, & horribilis. Et conuertet cor Marc. 9. c. 11.
patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eo- Luc. 1. b. 17

rum:

rum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Ecce enim dies veniet. Dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit Deo. Timentes Deum contrà locuti ſunt: Veniet dies iudicij quaſi ignis. ſ. conflans & purgans metalla, vt inter vtroſque diſcernat. Facientes impietatem, ſiue *iniquitatem* erunt. Stipula. i. quaſi ſtipula citò conſumentur & penitùs. Et inflammabit eos dies veniens, ſeu *ventura*, illo die conſumentur. Quæ non derelinquet eis radicem et germen, ſeu *radicem & ramum*, vt Sept. i. penitùs comburentur. Chald. *filium nec nepotem non relinquet eis*.

2 Sol iustitiæ orietur, nempe Chriſtus. Aut ſic: Ignis, qui impios conſumet, illuminabit vos, quaſi Sol iuſtitiæ; quem *iuſtitiæ* vocat, quia magna æquitate inter impios & iuſtos diſcernet. Et sanitas in pennis eius. ſ. radijs. Radij erunt ſalutares, qui *pennæ* vocantur, aut *alæ*, quia radijs ſol tegitur quaſi alis. Et egrediemini, et salietis, ſ. præ lætitia palàm choreas plauditis Hebr. *egrediemini, & creſcetis*. i. quocumque ieritis, creſcetis numero & opibus. Sicut vituli de armento. Hebr. *ſicut vituli ſaginati*; vt illi adipe & carnibus maiores ſunt aliis, ſic veſtra felicitas maior quàm aliorum erit. Et calcabitis impios.

3 Cum fuerint cinis, ſeu, *quia erunt puluis*. i. vt puluis ſub veſtris pedibus, vobis ſubditi, vt puluis pedibus, & contempti erunt impij. In die qua ego facio, ſ. iudicium. Hebr. poſſunt ſic verti: *In die, quam ego facio*. Is erit peculiaris dies Domini, dies ſ. iudicij.

4 Mementote legis, eam ſeruate legem, quam Moyſis lex ſignificabat. i. Euangelicam. Quam mandavi ei in Horeb. i. Sinai. Mons binomius. Præcepta et iudicia. Per *legem* hic moralia, per *præcepta* cærimonias, per *iudicia* quidam iudicialia intelligunt. Eſto.

5 Mittam vobis Eliam prophetam. Hieronymus per *Eliam* Prophetas in genere intelligit: Mittam vobis Prophetas ante diem iudicij. Burg. & Vatabl. totum Caput de primo Chriſti aduentu explicant, & per *Eliam*, Ioannem Baptiſtam intelligunt. Verùm antiqui Patres repugnant, qui hæc de Elia accipiunt frequentes venturo ante diem iudicij, & ante ſecundum Chriſti aduentum, de quo hoc Caput accipiunt: Auguſtinus 20. de Ciuit. cap. 29. & Iſidorus de Ortu & obitu Patrum, cap. 35. Summa, duplex Elias extitit, alter myſticus Ioannes Baptiſta, de quo Marc. 9. verſ. 13. *Elias iam venit*. & Lucæ 1. verſ. 17. *in ſpiritu & virtute Eliæ*. Alter verus Elias, de quo 3. Reg. Chriſtus vtrumque Eliam iunxit Matth. 17. verſ. 11. illis verbis: *Elias quidem venturus eſt*, & quæ ſequuntur. Malachias planè hoc loco de vero Elia agit, atque adeò Sept. pro *Eliam Prophetam* verterunt *Eliam Thesbiten*, vt legitur in Comment. Hieronymi, & Græcis Biblijs Romæ editis. Nam Regia quæ Græcè legunt *Eliam Prophetam*, haud dubium in eo ſunt vitiata.

6 Et convertet cor patrum ad filios. i. faciet, vt quod Patriarchæ crediderunt & obſeruarunt, idem eorum poſteri faciant & credant, ſit vnum cor & mens patrum & filiorum. Hoc Hieronymus. Aut ſic cum Hebr. Schol. *conuertet patres cum filiis, & filios cum patribus*. i. omnes ſimul conuertet orbem vniuerſum. Ne forte veniam. Hîc *forte* non ſignificat euentum dubium, ſed tempus aduentus indeterminatum. q. d. conuertet omnes Elias, antequam ſuo tempore veniam. Et percutiam terram anathemate. i. exſcindam penitùs terræ habitatores, quod in die iudicij fiet. Id ſignificat quod poſuere Sept. *Percutiam terram penitus*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Dies. ſ. iudicij. Succensa. ſ. igne præcedente iudicium. Superbi. Chald. *impij*. Impietatem. LXX. *iniqua*. Stipula. Chald. *ſicut ſtipula*. Non derelinquet, &c. q. d. penitùs, ſeu omnia bona, ſpemque boni.

2 Sol. ſ. Chriſtus. Iustitiæ. ſ. dator, & conſeruator. Pennis. i. radiis. ſ. gratiis. Egrediemini. ſ. è mundo, vel ſepulchris. Vituli de armento. Chald. *vituli ſaginati*. LXX. *vituli relaxati vinculis*. q. d. celeriter, & lætè.

3 Calcabitis. ſ. ſub pedibus habebitis, & cum Chriſto damnabitis. Vide Pſal. 149. Sap. 3. Cinis. pro, velut cinis. q. d. viliſſimi & abiectiſſimi. Facio. ſ. iudicium de toto mundo.

4 Mementote. ſ. vt ſeruetis. Horeb, qui & *Sinai*. Præcepta, &c. *Lex*, moralia præcepta; *præcepta*, cærimonialia; *iudicia*, iudicialia.

5 Eliam. ſ. in primo aduentu Ioannem, in ſecundo Eliam. Horribilis. Chald. *terribilis*. LXX. *illuſtris*.

6 Convertet, &c. Auguſt. 20. Ciuit. patrum intelligentiam ad filios perducet, & faciet, vt filij conſentiant in id quod patres ſenſerunt. Chald. *reſtituet*. Patrum. ſ. Patriarcharum. Ad filios. ſ. vt illorum cor & filiorum vnum ſit, Chriſtum ſuſcipiendo. Ad patres. ſ. imitandos in vera fide, & moribus. Anathemate. Chald. *exterminatione*. LXX. *penitùs*. q. d. ne illos (ſi aliter agant quàm volo) ſupplicio æterno condemnem, ſeu à ſanctorum conſortio ſeparem præciſos.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

Mortuo Alexandro Magno, qui Darium percuſſerat, ſucceſſit tandem in Græcia Antiochus Illuſtris: ſub quo ſcelerati quidam ex filijs Iſrael profanarunt Ieruſalem: Antiochus autem, deuicto Ptolemæo rege Ægypti, inuaſit Ieruſalem, & ablatis omnibus vaſis templi ac theſauris, fecit cædem magnam, vnde ortus eſt ingens planctus: ſimile fecit & Princeps tributorum ab eo miſſus, incenſa Ieruſalem, pluribuſque in captiuitatem ductis: Antiochus leges idololatriæ Iudæis ſtatuit, ablatis cunctis diuini cultus cæremonijs, & ædificato idolo deſolationis, renitentes miſerè trucidans: cuius edicta plurimi impij ſecuti ſunt, pij verò reſpuerunt, mortem potiùs ſubire parati.

ET factum eſt, poſtquam per- 1
cuſſit Alexander Philippi A
Macedo, qui primus regna-
uit in Græcia, egreſſus de
terra Cethim, Darium re-
gem Perſarum & Medo-
rum: * conſtituit prælia mul- 2
ta, & obtinuit omnium munitiones, & interfe-
cit reges terræ, * & pertranſijt vſque ad fines ter- 3
ræ: & accepit ſpolia multitudinis Gentium: &
ſiluit terra in conſpectu eius. * Et congregauit 4
virtutem, & exercitum fortem nimis: & exalta-
tum eſt, & eleuatum cor eius: * & obtinuit re- 5
giones Gentium, & tyrannos: & facti ſunt illi in
tributum. * Et poſt hæc decidit in lectũ, & cog- 6
nouit quia moreretur. * Et vocauit pueros ſuos 7
nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute: &
diuiſit illis regnum ſuum, cùm adhuc viueret.
* Et regnauit Alexander annis duodecim, & 8
mortuus eſt. * Et obtinuerunt pueri eius re- 9
gnum, vnuſquiſque in loco ſuo: * & impoſue- 10
runt omnes ſibi diademata poſt mortem eius, & B
filij eorum poſt eos, annis multis, & multiplica-
ta ſunt mala in terra. * Et exiit ex eis radix pec- 11
catrix, Antiochus illuſtris, filius Antiochi regis,
qui fuerat Romę obſes: & regnauit in anno cen-
teſimo trigeſimoſeptimo regni Græcorum. * In 12
diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſe-
runt multis, dicentes: Eamus, & diſponamus te-
ſtamentum cum Gentibus, quæ circa nos ſunt:
quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos
multa mala. * Et bonus viſus eſt ſermo in oculis 13
eorum. * Et deſtinauerunt aliqui de populo, & 14
abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatem vt
facerent iuſtitiam Gentium. * Et ædificauerunt 15
gymnaſium in Ieroſolymis ſecundùm leges
Nationum: * & fecerunt ſibi præputia, & receſ- 16
ſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt Na-
tionibus, & venumdati ſunt vt facerent malum.
* Et paratum eſt regnum in conſpectu Antio- 17
chi, & cœpit regnare in terra Ægypti, vt regna- C
ret ſuper duo regna. * Et intrauit in Ægyptum 18
in multitudine graui, in curribus, & elephantis,
& equitibus, & copioſa nauium multitudine:
* & conſtituit bellum aduerſus Ptolemæum re- 19
gem Ægypti, & veritus eſt Ptolemæus à facie
20 eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. * Et
comprehendit ciuitates munitas in Terra Ægy-
21 pti: & accepit ſpolia Terræ Ægypti. * Et conuer-
tit Antiochus, poſtquam percuſſit Ægyptum in
centeſimo & quadrageſimo tertio anno: &
22 aſcendit ad Iſrael: * & aſcendit Ieroſolymam in
23 multitudine graui. * Et intrauit in ſanctificatio-
nem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, &
candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, &
menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, &
mortariola aurea, & velum, & coronas, & orna-
mentum aureum, quod in facie templi erat: &
24 comminuit omnia. * Et accepit argentum, &
D aurum, & vaſa concupiſcibilia: & accepit the-
ſauros occultos, quos inuenit: & ſublatis omni-
25 bus abijt in terram ſuam. * Et fecit cædem ho-
26 minum, & locutus eſt in ſuperbia magna. * Et fa-
ctus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni
27 loco eorum: * & ingemuerũt principes, & ſenio-
res: virgines, & iuuenes infirmati ſunt: & ſpecio-
28 ſitas mulierum immutata eſt. * Omnis maritus
ſumpſit lamentum: & quæ ſedebant in thoro
29 maritali, lugebant: * & commota eſt terra ſuper
habitantes in ea, & vniuerſa domus Iacob in-
30 duit confuſionem. * Et poſt duos annos die-
rum, miſit Rex principem tributorum in ciui-
tates Iuda, & venit Ieruſalem cum turba ma-
31 gna. * Et locutus eſt ad eos verba pacifica in do-
32 lo: & crediderunt ei. * Et irruit ſuper ciuitatem
repentè, & percuſſit eam plaga magna, & perdi-
33 dit populum multum ex Iſrael. * Et accepit ſpo-
lia ciuitatis: & ſuccendit eam igni, & deſtruxit
34 domos eius, & muros eius in circuitu: * & capti-
uas duxerunt mulieres: & natos, & pecora poſſe-
35 derunt. * Et ædificauerunt ciuitatem Dauid mu-
ro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt
36 illis in arcem: * & poſuerunt illic gentem pecca-
tricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. &
E poſuerunt arma, & eſcas, & congregauerunt
37 ſpolia Ieruſalem; * & repoſuerunt illic: & facti
38 ſunt in laqueum magnum. * Et factum eſt hoc ad
inſidias ſanctificationi, & in diabolum malum
39 in Iſrael: * & effuderunt ſanguinem innocentem
per circuitum ſanctificationis, & contaminaue-
40 runt ſanctificationem. * Et fugerunt habitatores
Ieruſalem propter eos, & facta eſt habitatio ex-
terorum, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati
41 eius reliquerunt eam. * Sanctificatio eius deſola-
ta eſt ſicut ſolitudo, [a] dies feſti eius conuerſi
ſunt in luctum, ſabbata eius in opprobrium, ho-
42 nores eius in nihilum. * Secundum gloriam eius
multiplicata eſt ignominia eius: & ſublimitas
43 eius conuerſa eſt in luctum. * Et ſcripſit Rex
Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis po-
pulus, vnus: & relinqueret vnuſquiſque legem
44 ſuam. * Et conſenſerunt omnes Gentes ſecun-
45 dùm verbum regis Antiochi: * & multi ex Iſrael
con-

[a] *Tob. 2. a. 6 Amos 8. b. 10*

cõſenſerunt ſeruituti eius, & ſacrificauerunt
idolis, & coinquinauerunt ſabbatum.* Et miſit 46
Rex libros per manus nuntiorum in Ieruſalem, F
& in omnes ciuitates Iuda: vt ſequerentur leges
Gentium terræ,* & prohiberent holocauſta, & 47
ſacrificia, & placationes fieri in templo Dei,* & 48
prohiberent celebrari ſabbatum, & dies ſollem-
nes:* & iuſſit coinquinari ſancta, & ſanctum 49
populum Iſrael.* Et iuſſit ædificari aras, & tem- 50
pla, & idola, & immolari carnes ſuillas, & peco-
ra communia,* & relinquere filios ſuos incir- 51
cumciſos, & coinquinari animas eorum in om-
nibus immundis, & abominationibus, ita vt ob-
liuiſcerentur legem, & immutarent omnes iu-
ſtificationes Dei.* Et quicumque non feciſſent 52
ſecundùm verbum regis Antiochi, moreren-
tur.* Secundùm omnia verba hæc ſcripſit omni 53
regno ſuo: & præpoſuit principes populo, qui
hæc fieri cogerent.* Et iuſſerunt ciuitatibus Iuda 54
ſacrificare.* Et congregati ſunt multi de populo, 55
ad eos qui dereliquerant legem Domini: & fe-
cerunt mala ſuper terram:* & effugauerunt po- 56
pulum Iſrael in abditis, & in abſconditis fugiti-
uorum locis.* Die quintadecima menſis Caſleu, 57
quinto & quadrageſimo & centeſimo anno, G
ædificauit Rex Antiochus abominandum ido-
lum deſolationis ſuper altare Dei, & per vni-
uerſas ciuitates Iuda in circuitu ædificauerunt
aras:* & ante ianuas domorum, & in plateis in- 58
cendebant thura, & ſacrificabant:* & libros le- 59
gis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos:* & 60
apud quemcumque inueniebantur libri teſta-
menti Domini, & quicumque obſeruabat le-
gem Domini, ſecundùm edictum regis truci-
dabant eum.* In virtute ſua faciebant hæc po- 61
pulo Iſrael, qui inueniebatur in omni menſe &
menſe in ciuitatibus.* Et quinta & vigeſima die 62
menſis ſacrificabant ſuper aram, quæ erat con-
tra altare.* Et mulieres, quæ circumcidebant fi- 63
lios ſuos, trucidabantur ſecundùm iuſſum regis
Antiochi,* & ſuſpendebant pueros à ceruici- 64
bus per vniuerſas domos eorum:* & eos, qui cir-
cumciderant illos, trucidabant.* Et multi de po- 65
pulo Iſrael definierunt apud ſe, vt non mandu-
carent immunda: & elegerunt magis mori,
quàm cibis coinquinari immundis:* & noluc- 66
runt infringere legem Dei ſanctam, & trucida-
ti ſunt:* & facta eſt ira magna ſuper populum 67
valdè.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVis Auctor fuerit horum Librorum, incertum eſt. Sic Iſidorus ait lib. 6. Etymol. cap. 2. & lib. 1. de Officijs, cap. 12. & Rabanus lib. 2. de Inſtitutione Cleric. cap. 56. Prior Liber Hebraicè ſcriptus videtur ex ipſa forma loquendi Hebraicæ ſimili. Et Hieronymus epiſtola 106. quæ eſt Præfatio in Libros Regum, ſe eum Hebraicum legiſſe teſtatur. Poſterior Græcè conſcriptus videtur, Iaſonis Cyrenenſis quinque libris, quos de Iudæ Machabæi rebus ſcripſit, Iudeus natione, in compendium redactis, vti ex lib. 2. conſtat cap. 2. verſ. 24. A quo? id ignoratur. Honoratus tantùm Auguſtodunenſis lib. de Luminibus Eccleſiæ, cap. 11. à Philone ait: quod non minùs incertum puto. Et quidem prior Liber bella narrat à Mathathia & quattuor eius filijs contra Macedones geſta per annos quadraginta duos, nihilominùs ab anno Græcorum 137. quo Antiochus Epiphanes regnare cœpit, vſque ad annum 178. quo anno Simon Machabæus eſt occiſus. In ſecundo Libro bella tantùm continentur Iudæ Machabæi latiùs quàm in primo explicata, non omnia, neque vſque ad eius mortem; ſed quouſque Nicanorem vicit & occidit ducem à Demetrio Rege miſſum contra Iudæos cum numeroſis copijs.

1 ALEXANDER PHILIPPI. Goth. *Alexander filius Philippi.* Græcè Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου ſiue τοῦ Φιλίππου. QVI PRIMVS. Goth. *prius* REGNAVIT IN GRÆCIA. Græcè πρότερον vt Regia, non πρῶτος. i. *primus*, vt Rom. Goth. lectio vera eſſe videtur; neque enim Alexander fuit primus Græciæ Rex, niſi ad dignitatem referat; quod non placet: ſed in Græcia priùs quàm in Aſia regnauit. EGRESSVS DE TERRA CETHIM. Pro hac voce aliquando Hieronymus *Italiam* vertit, aliquando *Macedoniam*, vbi *Cition* vrbs & mons erat eo nomine. Aliqui *Cyprum Cethim* eſſe putant, vbi etiam *Cithium* vrbs. Plura Gen. 10. verſ. 4. Nec dubium eſt hoc loco *Macedoniam* ſignificari, vbi natus eſt & regnauit Alexander. DARIVM REGEM. ſ. percuſſit Alexander. De hoc Dario Nehemiæ 12. v. 22. fit mentio. Non eſt autem ille, cuius permiſſu templum ædificatum eſt Aggæi 1. & 2. & eius anno ſexto fabrica abſoluta eſt: Eſdræ 1. cap. 6. v. 15 Inter vtrumque ab Euſebio Xerxes, Artaxerxes Longimanus, Darius Nothus, Artaxerxes Mnemon, Ochusq; numerantur. Ita Nehemias ad Alexandri tempora peruenire non potuit. Neque Iaduas Pontifex, ſub quo templum eſt extructum, Iaddus eſt, qui Alexandro, cùm iret contra Darium, obuiàm prodijt, vt Ioſephus ait lib. 11. cap. 8. Et Nicephorus Conſtant. eos diſtinguit in Catalogo eorum Pontificum. Porrò Darius ille Nehemiæ c. 2. *Artaxerxes* vocatur, quoniam id cognomen Regibus Perſarum commune erat. ſic Seder Holam cap. 30. ait.

3 SILVIT TERRA ἡσύχασεν, *quieuit*. Coëgit Alexander vt omnes arma deponerent. IN CONSPECTV EIVS. ἐνώπιον αὐτοῦ, ad eius aduentum, & propter eum.

7 ET VOCAVIT PVEROS SVOS. Παῖς Græcum & Hebr. *nahar*, *puerum* ſeu *miniſtrum* & *filium* ſignificat. Regij pueri apud Macedones vocabantur *Principum liberi*, qui in Regia educabantur, Regique miniſtrabant, vt Liuius ait lib. 5. Decad. 5. Sic fiebat inter Hebræos: per eoſque Achab vicit Regem Syriæ. 3. Reg 20. v. 14. nam vbi Hieronymus poſuit *per pediſſequos Principum*, & Hebr. eſt *per pueros*, nos diximus poſſe intelligi de filiis Principum, qui erant in aula Achab. Eos ergo hîc vocat *pueros ſuos*. i. miniſtros. ET DIVISIT ILLIS REGNVM SVVM CVM ADHVC VIVERET. Eo mortuo diuiſum fuiſſe regnum ſiue à Perdicca, ſiue à Philippo, Curtius, Iuſtinus l. 13. Pauſanias, Appianus aiunt; falſi omnes, vt ex hoc loco conuincitur. Et fuiſſe qui ita ſentirent, Curtius lib. 10. extremo illis verbis ait: *Credidere quidam, teſtamento Alexandri diſtributas eſſe Prouincias*. Non eſt ergo quod explicemus, *Regnum diuiſit*. i. diuidi ſanxit, aut innuit, vt quidam aiunt.

10 MVLTIPLICATA SVNT MALA. Sic ſolet fieri in Regni diuiſione. Multa mala paſſa eſt Hiſpania, ob diuiſum regnum inter filios à Ferdinando Caſtellæ Rege Primo.

11 EXIIT EX EIS RADIX PECCATRIX. Sic lege, non *peccati*, vt Regia. ῥίζα ἁμαρτωλός, non ἁμαρτίας. i. fons omnium peccatorum. Profligatâ vitâ fuit Antiochus. ET REGNAVIT. i. cœpit regnare. ANNO CENTESIMO TRIGESIMO SEPTIMO. Hi anni regni Græcorum inchoantur à Seleuci regno, cùm Babylone capta ſe Aſiæ Regem dixit, poſt mortem Alexandri anno duodecimo. ſic Euſebius 8. de Demonſtr. Euang. Demonſtr. 2. & in Chron. Et quidem Seleucus in Græcia non regnauit, ſed quia Græcus gente & lingua, Græcorũ regni anni

vocantur. Porrò à primo Seleuci anno vſque ad hunc Antiochum, qui *Epiphanes.i.illuſtris* vocatur, in Euſebij Chron. anni computantur 137. præcisè. Quarè vitioſa eſt Gotth. lectio, quæ habet, *centeſimo trigeſimo regni Græcorum*.

Disponamvs testamentvm. i. pactum. ineamus fœdus. Sæpè hæc vox in Sacris libris pro *pacto* ſumitur, vt & Græca *διαθήκη*, & Hebr. *berith*. 12

Et destinavervnt. pro, deſtinati ſunt *προεθυμήθησαν* Græcè, *parati prompte ſunt*. 14

Ædificavervnt gymnasivm. Vbi ſ. iuuenes certabant diſco, arcu, ſaltu, curſu, lucta, vt habet Græcum Epigramma lib. 1. cap. 1. Carebat antè ea gens ſpectaculis, gymnaſijs, theatris. vtinam & noſtra! 15

Et fecervnt sibi præpvtia. Solebant membri pellem extendere inſtrumẽto, quod Epiphanius lib. de Pond. & menſ. *Epathiſtere* vocat. Quod Paulus 1. ad Cor. 7 v. 18. fieri vetat illis verbis: *Circumciſus vocatus eſt, non adducat præputium*. Hieron. in Iſai. cap. 52. hunc locum de pueris intelligit, quos non circũcidebant; non de adultis. Ivncti svnt nationibvs. per coniugia, quod nefas erat. *ἐζευγίσθησαν*. i. *iugati ſunt*, à *ζεῦγμα*, quod eſt *iugum*, vnde *coniugium*. Et venvmdati svnt. i. quaſi ſerui nequitiæ facti ſunt pretio empti. 16

Et paratvm est regnvm. i. ſtabilitum, cùm ſe Antiochus in regno firmaſſet, ad Ægyptum adiecit animum. In conspectv Antiochi. aut, *coram Antiocho*. i. vt ipſe cupiebat. omnino, & penitùs. 17

Veritvs est Ptolomævs a facie eivs. Gotth. *faciem eius*. noluit cum eo congredi. *Videre ſe* ſæpè in Sacris pro *pugnare* ſumitur. 19

Intravit in sanctificationem. i. ſanctuarium, *ἁγίασμα*. Et libatoria. *Σπονδεῖα*, *crateres* ſunt, ad libandum & bibendum vinum, ex Athen. lib. 9. 23

Thesavros occvltos accepit Antiochus. In templis aurum & pretioſa quæque deponere, vt tutiora eſſent, moris erat. Ex Cicer. l. 5. epiſt. ad Att. epiſt. 10. & lib. 2 de Legibus; tum ex Ioſepho, lib. 14. c. 12. 24

Virgines et ivvenes. ſeu *Virgines & pueri*. Louan. & Regia, *Iuuenes & virgines*. Vox *virgines* in Gotth. deeſt. Infirmati svnt, præ triſtitia ſ. qua vires debilitantur & cadunt. 27

Commota est terra. ſiue *concuſſa eſt terra*. Svper habitantes in ea. i. contra. על *Hal* Hebraicum *ſuper* & *contra* ſignificat. *Munera ſuper innocentem non accepit*. Pſal. 14. verſ. 5. i. contra innocentem. Ergo totâ Prouinciâ arma contra eius incolas mouebantur. 29

Et post dvos annos dierv m. i. poſt duos integros annos. Principem tribvtorvm miſit, ſeu Quæſtorem. Is Apollonius videtur fuiſſe, ex 2. Machab. 5. verſ. 24. 30

Et ædificavervnt civitatem Dauid. i. arcem, quæ erat in monte Sion, ad vrbis Occaſum. & vocabatur *ciuitas Dauid*, quia ipſe eam conſtruxit, & ibi habitabat. Eam ergo inſtaurarunt Græci, & muniefunt, ne ſe Iudæi commouerent. 34

Gentem peccatricem poſuerunt in ea arce, quales ferè ſunt milites. Gotth. *gentem peccatorum*. 36

Ad insidias sanctificationi. ſeu *ſanctuario*. Templum in monte Moria ad Ortum erat inſtar arcis. Contra illud Dauidis arcem oppoſuerunt, & vt milites inde egreſſi diſturbarent ad illud conuenientes. In diabolvm fuere milites externi. *Diabolus* eſt *calumniator*; ſ. d hîc pro hoſte & aduerſario ſumo. 38

Honores eivs in nihilvm verſi ſunt: Græcè, *honor in vilipendium*. Quæ vrbs priùs erat in honore. nunc eſt vilis, quod proxima verba magis declarant. 41

Scripsit Rex . . . . vt esset omnis popvlvs vnvs. Concordiam in diſſidio religionis conſtare non poſſe, iniqui etiam & impij intelligunt. De qua re nos multa De Rege & Regis inſtit. lib. 3. cap. vltimo. 43

Consensevnt servitvti eivs. *λατρείᾳ αὐτοῦ*, *religioni cultui eius*. Gotth *conſenſerunt ei*. ſic Regia. 45

Misit Rex libros. i. epiſtolas, codicillos, edicta. nempe vt 46

47 Placationes prohiberent. *σπονδὴν*. i. *libamen*. Verùm hoc loco *hoſtias pacificas* ſignificare puto, quæ ex fœdere & voto ſæpè offerebantur. quod ea etiam voce ſignificatur.

50 Immolari carnes svillas iuſſit, quòd vetitum erat eis veſci. In ſacrificio autem ex oblatis carnibus epulabantur. Et

51 Ivstificationes Dei immutarent. i. præcepta Dei, legem. Quinto & quadrageſimo anno,

57 Et centesimo. hoc non eſt in Gotth. neque in multis alijs codicibus, certè decem Louanienſium. Et ſæpè maior numerus ſupprimitur & ſuppletur. Porrò ea cõtaminatio tẽpli anno octauo eius Regis facta eſt menſis *Caſleu* ſiue *Ciſleu*. i. Nouemb. die 15. Idolvm desolationis. ſiue *abominatione deſolationis*. *Idolum*, Hebr. vocatur *abominatio*. *Deſolationis*, quoniam templi ruinam ſignificabat, iuxta illud Matth. 24. verſ. 15. *Cum videritis abominationem deſolationis*. Combuſſerunt Sacros libros,

59 Scindentes eos. Priùs lacerabant libros, deinde in ignem mittebant.

61 In virtvte svа. Hoc non eſt in Græcis Regijs, eſt tamen in Romanis *ἐν ἰσχύι*. Per potentiam, non ex ratione id faciebant. In omni mense et mense. i. ſemper, omnibus diebus.

67 Facta est ira magna. i. afflictio ex diuina indignatione, propter eius populi peccata.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Primvs. ſ. Monarcha. Græc. *πρότερον*. i. priùs. ſ. quàm Perſas vinceret. Cethim. Sic Scriptura *Graciam* vocat: hîc *Macedoniam* intellige. Darivm. In hoc deſiit Perſarum Imperium.

2 Omnivm. ſ. debellatorũm, vel pro, plurimorum. Reges. ſ. multos.

3 Silvit. i. quieuit, non auſa reſiſtere. q. d. ſe illi ſubdidit.

4 Virtvtem. i. exercitum, vt ſtatim explicatur.

5 In tribvtvm. i. tributarij.

7 Pveros. i. famulos. Divisit. i. permiſit vt diuiderent (nec enim ſucceſſorem nominauit,) vel diuidendum reliquit, vt Gloſ. interpretatur. Complut. *dimiſit*.

11 Qvi. ſ. Antiochus illuſtris: Centesimo, &c. ſ. à Seleuco primo, poſt mortem Alexandri, rege Syriæ.

12 Testamentvm. i. fœdus.

14 Facerent ivstitiam. i. ſequerentur inſtituta, ſeu rationem viuendi.

15 Gymnasivm. ſ. palæſtricum.

16 Fecervnt. ſ. non ſe circumcidendo, vel fortè medicamine aliquo. Testamento sancto. i. pacto, ſeu lege Dei. Venvmdati svnt. i. velut ſerui emptitij ſe addixerunt.

17 Paratvm. i. ſtabilitum.

18 Gravi. i. magna. In. pro, cùm.

21 Convertit. ſ. bellum, vel pro, reuertit.

23 Sanctificationem. i. templum. Vasa. i. inſtrumenta. Libatoria. ſ. vaſa.

24 Concvpiscibilia. i. pretioſa.

27 Infirmati. i. animo deiecti.

28 Maritvs. Græc. *ſponſus*. Et qvæ, &c. id eſt, ſponſæ.

29 Svper, &c. id eſt, ob calamitatem habitantium. Indvit confvsionem. i. valdè eſt afflicta & turbata.

30 Diervm. i. plenos. q. d. integros.

36 Convalvervnt. i. fortes facti ſunt.

37 Laqvevm. ſ. Iudæis.

38 Sanctificationi. i. templo. Diabolvm malvm. q. d. peſſimum hoſtem.

39 Contaminavervnt. i. profanarunt.

40 Extera. i. aliena. Semini. Græc. *genimini*. ſ. indigenis.

OPPROBRIVM.i.ignominiam,ſeu vituperium.ſ.ex- 41
poſita ludibrio hoſtium. NIHILVM.Græc.*contemptum*.
.i.ſucceſſit pro honore vilipendium.

SECVNDVM,&c. q. d. priori gloriæ ſucceſſit par 42
ignominia.

VNVS.ſ.moribus. 43

COINQVINAVERVNT. i. profanarunt. ſ. non obſer- 45
uantes.

LIBROS.i.epiſtolas, ſeu libellos legum. GENTIVM 46
TERRÆ.q.d.Gentilium. Græc. *alienas terræ*. ſ. genti-
licas.

COINQVINARI.i.profanari. ſ. rebus contrariis tem- 49
pli ſanctitati. SANCTA. i. res ſanctas. Græc. *ſanctos*.
ſ.homines.i. Deo dicatos.

COMMVNIA.i.immunda ſecundùm legem. 50

IVSTIFICATIONES.i.præcepta & inſtituta. 51

MORERENTVR.i.interficerentur. 52

VERBA HÆC.pro,quæ diximus. 53

ABDITIS,&c pro,abdita & abſcondita, &c. 56

CASLEV.ſ.Decembris, ſeu Nouembris. vide inf.c.4. 57
ABOMINANDVM IDOLVM.Græc.*abominationem*.ſ idolum Iouis. DESOLATIONIS.ita vocatur idolum. fortè quòd magna ſit deſolatio,magnaque abominatio,tale quid ſtatui in Dei templo. eſt enim *abominatio deſolationis* idem quod *abominabilis deſolatio*, vel *abominatio deſolatoria*. Videretur quidem huc reſpexiſſe Daniel cap.9.niſi Chriſtus aliter explicaſſet Matth.24.

IN VIRTVTE SVA. i pro poteſtate quam habebant, 61
vel pro viribus. IN OMNI, &c. i. per ſingulos
menſes.

CONTRA ALTARE. Græc. *in altari*, ſeu *ſuper* 62
altari.

IRA.i.indignatio,ſeu punitio.ſ.Dei,vel Antiochi. 67

CAPVT II.

Mathathias cum filijs luget afflictionem ciuitatis, & ſanctorum profanationem; oſtenſiſque ſignis mœſtitiæ, reſpondet his qui a rege miſſi erant, nec ſe nec cognationem ſuam impio decreto obtemperaturos: occiſiſque idololatra Iudæo & regis miniſtro, fugit cum filijs in montes: plurimi nolentes obtemperare trucidantur, cùm nollent ſabbato inimicis reſiſtere: Mathathias collecto piorum exercitu, reuocat Dei cultum, destructa idololatria, cæſoque Antiochi præſidio: & moriturus hortatur filios, vt patrum exemplo ſemper tueantur legem Domini, dans Simonem filium ſuum in conſultorem, & Iudam in militiæ principem.

IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius 1
Ioannis, filij Simeonis, ſacerdos ex filijs Ioarib A
ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin:* & 2
habebat filios quinque, Ioannem, qui cognomi-
nabatur Gaddis:* & Simonem, qui cognomi- 3
nabatur Thaſi:* & Iudam, qui vocabatur Ma- 4
chabæus:* & Eleazarum, qui cognominabatur 5
Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur
Apphus.* hi viderunt mala, quæ fiebant in 6
populo Iuda, & in Ieruſalem.* Et dixit Ma- 7
thathias: Væ mihi, vt quid natus ſum videre
contritionem populi mei, & contritionem ci-
uitatis ſanctæ, & ſedere illic, cùm datur in ma-
nibus inimicorum?* Sancta in manu extraneo- 8
rum facta ſunt: templum eius ſicut homo igno-
bilis.* Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt: 9
trucidati ſunt ſenes eius in plateis, & iuuenes
eius ceciderunt in gladio inimicorum.* Quæ 10
gens non hereditauit regnum eius, & non obti-
nuit ſpolia eius?* Omnis compoſitio eius ablata 11
eſt. Quæ erat libera, facta eſt ancilla.* Et ec- 12
ce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & cla-
ritas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerunt ea B

13 Gentes.* Quò ergo nobis adhuc viuere?* Et ſci-
14 dit veſtimenta ſua Mathathias, & filij eius: &
15 operuerunt ſe cilicijs, & planxerunt valde.* Et
venerunt illuc qui miſſi erant à rege Antiocho,
vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem
Modin, immolare, & accendere thura: & à lege
16 Dei diſcedere.* Et multi de populo Iſrael con-
ſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Mathathias,
17 & filij eius conſtanter ſteterunt.* Et reſponden-
tes qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Ma-
thathiæ: Princeps & clariſſimus, & magnus es
18 in hac ciuitate, & ornatus filijs & fratribus.* er-
go accede prior, & fac iuſſum regis, ſicut fece-
runt omnes Gentes, & viri Iuda, & qui reman-
ſerunt in Ieruſalem: & eris tu, & filij tui, inter
amicos regis, & amplificatus auro & argento,
19 & muneribus multis.* Et reſpondit Matha-
thias, & dixit magna voce: Et ſi omnes Gentes
regi Antiocho obediunt, vt diſcedat vnuſquiſ-
que à ſeruitute legis patrum ſuorum, & conſen-
20 tiat mandatis eius:* ego, & filij mei, & fratres
21 mei, obediemus legi patrum noſtrorum.* pro-
pitius ſit nobis Deus: non eſt nobis vtile relin-
22 quere legem & iuſtitias Dei:* non audiemus
C verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus tranſ-
gredientes legis noſtræ mandata, vt eamus altera
23 via.* Et vt ceſſauit loqui verba hæc, acceſſit qui-
dam Iudæus in omnium oculis ſacrificare idolis
ſuper aram in ciuitate Modin, ſecúdùm iuſſum
24 regis:* & vidit Mathathias, & doluit, & con-
tremuerunt renes eius, & accenſus eſt furor eius
ſecundùm iudicium legis, & inſiliens trucidauit
25 eum ſuper aram:* ſed & virum, quem rex An-
tiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit
26 in ipſo tempore, & aram deſtruxit,* & zelatus
eſt legem, ᵃſicut fecit Phinees Zamri filio Sa- ᵃNum.25.
27 lomi.* Et exclamauit Mathathias voce magna c.13
in ciuitate, dicens: Omnis, qui zelum habet le-
28 gis ſtatuens teſtamentum, exeat poſt me.* Et fu-
git ipſe, & filij eius in montes, & reliquerunt
29 quæcumque habebant in ciuitate.* Tunc de-
ſcenderunt multi quærentes iudicium, & iuſti-
30 tiam, in deſertum:* & ſederunt ibi ipſi, & filij
eorum, & mulieres eorum, & pecora eorum:
31 quoniam inundauerunt ſuper eos mala.* Et
D renuntiatum eſt viris regis, & exercitui, qui erat
in Ieruſalem ciuitate Dauid, quoniam diſceſ-
ſiſſent viri quidam, qui diſſipauerunt manda-
tum regis, in loca occulta in deſerto, & abijſ-
32 ſent poſt illos multi.* Et ſtatim perrexerunt ad
eos, & conſtituerunt aduerſus eos prælium in
33 die ſabbatorum,* & dixerunt ad eos: Reſiſtitis
& nunc adhuc? exite, & facite ſecundùm ver-
34 bum regis Antiochi, & viuetis.* Et dixerunt:
Non exibimus, neque faciemus verbum regis,
35 vt polluamus diem ſabbatorum.* Et concita-
36 uerunt aduerſus eos prælium.* Et non re-
ſponderunt eis, nec lapidem miſerunt in eos,
37 nec oppilauerunt loca occulta,* dicentes: Mo-
riamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes
erunt ſuper nos cælum & terra, quòd iniuſtè
38 perditis nos.* Et intulerunt illis bellum ſabba-
tis: & mortui ſunt ipſi, & vxores eorum, & filij
eorum, & pecora eorum, vſque ad mille ani-
39 mas hominum.* Et cognouit Mathathias, &
amici eius, & luctum habuerunt ſuper eos val-

de.

dè. * Et dixit vir proximo ſuo: Si omnes fecerі- 40
mus ſicut fratres noſtri fecerunt, & non pugna-
uerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris,
& iuſtificationibus noſtris: nunc citiùs diſper-
dent nos à terra. * Et cogitauerunt in die illa, 41
dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad E
nos in bello die ſabbatorum, pugnemus ad-
uerſus eum: & non moriemur omnes, ſicut
mortui ſunt fratres noſtri in occultis. * Tunc 42
congregata eſt ad eos ſynagoga Aſſidæorum
fortis viribus ex Iſraël, omnis voluntarius in le-
ge: * & omnes, qui fugiebant à malis, additi ſunt 43
ad eos, & facti ſunt illis ad firmamentum. * Et 44
collegerunt exercitum, & percuſſerunt pecca-
tores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione
ſua: & ceteri fugerunt ad nationes, vt euade-
rent. * Et circuiuit Mathathias, & amici eius, & 45
deſtruxerunt aras: * & circumciderunt pueros 46
incircumciſos quotquot inuenerunt in finibus
Iſrael: & in fortitudine. * Et perſecuti ſunt filios 47
ſuperbiæ, & proſperatum eſt opus in manibus
eorum. * & obtinuerunt legem de manibus 48
gentium, & de manibus regum: & non de-
derunt cornu peccatori. * Et appropinquaue- 49
runt dies Mathathiæ moriendi, & dixit fi- F
lijs ſuis: Nunc confortata eſt ſuperbia, & ca-
ſtigatio, & tempus euerſionis, & ira indi-
gnationis. * Nunc ergo, ô filij, æmulatores eſto- 50
te legis, & date animas veſtras pro teſtamen-
to patrum veſtrorum, * & mementote operum 51
patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: &
accipietis gloriam magnam, & nomen æter-
num. * [a] Abraham nónne in tentatione inuen- 52
tus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam?
* [b] Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit 53
mandatum, & factus eſt dominus Ægypti.
* [c] Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, ac- 54
cepit teſtamentum ſacerdotij æterni. * [d] Ieſus 55
dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſraël.
* [e] Caleb, dum teſtificatur in eccleſia, accepit 56
hereditatem. * [f] Dauid in ſua miſericordia con- 57
ſecutus eſt ſedem regni in ſæcula. * [g] Elias, dum G
zelat zelum legis, receptus eſt in cælum. * [h] Ana- 58
nias & Azarias & Miſael credentes, liberati ſunt 59
de flamma. * [i] Daniel in ſua ſimplicitate libe- 60
ratus eſt de ore leonum. * Et ita cogitate per ge- 61
nerationem & generationem: quia omnes qui
ſperant in eum, non infirmantur. * Et à verbis 62
viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius,
ſtercus & vermis eſt: * hodie extollitur, & cras 63
non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram
ſuam, & cogitatio eius periit. * Vos ergo filij 64
confortamini, & viriliter agite in lege: quia in
ipſa glorioſi eritis. * Et ecce Simon frater veſter, 65
ſcio quòd vir conſilij eſt: ipſum audite ſemper,
& ipſe erit vobis pater. * Et Iudas Machabæus 66
fortis viribus à iuuentute ſua, ſit vobis princeps
militiæ, & ipſe aget bellum populi. * Et adduce- 67
tis ad vos omnes factores legis: & vindicate vin-
dictam populi veſtri. * Retribuite retributionem 68
Gentibus, & intendite in præceptum legis. * Et 69
benedixit eos, & appoſitus eſt ad patres ſuos.
* Et defunctus eſt anno centeſimo & quadrage- 70
ſimo ſexto: & ſepultus eſt à filijs ſuis in ſepulchris
patrum ſuorum in Modin, & planxerunt eum
omnis Iſrael planctu magno.

[a] Gen. 22. a.2
[b] Gen. 41. e.40
[c] Num. 25. c.13
Eccli. 45. d.28
[d] Ioſ. 1. a.2
[e] Num. 14. b.6
Ioſ. 14. d.14
[f] 2. Reg. 2. a.4
[g] 4. Reg. 2. d.11
[h] Dan. 3. e.50
[i] Dan. 6. f.22

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN DIEBVS ILLIS SVRREXIT. ἀνέστη, ſiue *extitit*, ſiue *rebellauit* vt Antiocho reſiſteret, ſiue *abijt*. MATHATHIAS. Idem à Ioſepho lib. 12. cap. 8. vocatur *Matthias*. Nec refert. Vtraque vox *à Deo donatum* ſignificat. FILII SIMEONIS. Ioannes fuit Simeonis filius, Mathathias nepos. Ergo *filius* pro nepote. SACERDOS. ſ. magnus & Pontifex. ſic canunt Iudæi in eorum Synagogis vti ex corũ Rituali libro patet, in quo hæc ſunt verba: ביְמֵי מַתִּתְיָא בֶּן יוֹחָנָן כֹּהֵן גָּדוֹל חַשְׁמוֹנָאִי *In diebus Mathathiæ filij Iohanan ſacerdotis magni Haſmonæi*. Sic Chaldæus Cant. 6. verſ. 6. Ioſephus Gorionis lib. 3. cap. 9. Ex noſtris Alf. Toſtatus Epiſc. Abulenſis, Exod. 20. q. 35. & Num. 10. quæſt. 14. Vt mirer neque Ioſephum eum nominare inter Pontifices, neque Nicephorum in ſuo Catalogo. Quòd ſi eius filij Pontifices fuerunt, vt ipſe fatetur, eum honorem vtique à patre acceperunt. EX FILIIS IOARIB. Sic lege, non *Ioarim* vt Regia & Louan. Ioſephus lib. 12. cap. 8. *Sacerdos* ait *ex vice Ioaribi*, ſic infr. c. 14. v. 29. & 1. Par. 24. v. 7. Fuit autem *Ioarib*, vti ex eo loco patet, princeps familiæ primæ inter vigintiquatuor, quas ex poſteris Aaronis miniſterio templi deſignauit Dauid. AB IERVSALEM. ſ. ſurrexit, abijt occiſo in ea vrbe Bacchide Antiochi præfecto, vt Ioſephus ait lib. 1. de Bello Iud. c. 1. Ea cauſa fuit fugiendi in montem Modin, vbi oppidum eo nomine erat. Habebat

2 FILIOS QVINQVE, IOANNEM. An hi Mathathiæ filij numerentur hoc loco quo nati ordine ſunt, quæri poteſt. Quidam Iudam natu maximum putant cum Ioſepho lib. 1. de Bello Iud. cap. 1. Ego crediderim natos eſſe, quo ordine hîc ponuntur, cum Egeſippo libr. 1. Mutandi eum ordinem nulla ratio fuit.

4 IVDAM QVI VOCABATVR MACHABÆVS. Mathathias & filij ab Hebræis *Haſmonæi* vocantur, ab Haſmonæo vno ex progenitoribus Mathathiæ proauo, vt Ioſephus ait lib. 12. cap. 8. Quare mutato nomine Iudas prior, deinde ex illo alij eius fratres, & eorum poſteri, *Machabæi* fuerint vocati, ex Rabbi Iſaac Ben-ſchola affert Xyſtus Senenſis lib. 1. Bibliothecæ, §. de Scriptoribus ſacris, nimirum, in vexillis quatuor has litteras geſtaſſe מכבי quibus cõpendio & pro quaque littera voce integra ſubſtituta, hæc ſententia continebatur: *Quis vt tu in fortibus Domine?* Exod. 15. v. 11. Vulgus, cùm litteras illas iungeret, legiſſe *Macbai*, vnde *Machabæus* vox eſt conflata.

5 ELEAZARVM, QVI COGNOMINABATVR ABARON. Græc. *Auaran*. Inde factum *Abaron*, vnius litteræ mutatione.

7 ET SEDERE ILLIC. ſ. in vrbe Ieruſalem nolebat. Vt quid? Ea ſeceſſus Mathathiæ cauſa, præter cædem factam excidium vrbis, cui intereſſe nolebat.

12 COINQVINAVERVNT EA GENTES. Sic Græcè. At Gotth. & Regia, *eam*. ſ. claritatem vrbis.

14 SCIDIT VESTIMENTA. i. veſtes laceras ſumpſit. Ea Iudæis veſtis lugubris in luctu. Hiſpani in funere regio ſacco induebantur, olim *Xerga*.

19 A SERVITVTE LEGIS PATRVM non diſcedam. id eſt, ab obedientia legis, ſi alij diſcedant. Græcè, ἀπὸ λατρείας πατέρων. i. *à cultu, à religione patrum*. Suſpicor vocem *legis* redundare. Nam Lucifer Epiſcopus in libro De non parcendo prauis in Deum, ſic habet: *Vt diſcedat vnuſquiſque ab officio patrum ſuorum*. *Officium*, pro *latria* poſuit.

21 PROPITIVS SIT NOBIS. i. abſit. Deteſtantis formula, familiaris Hebræis.

24 ACCENSVS EST FVROR EIVS. Gotth. *aſcendit furor eius*. Lucifer, *Attulit iram*. Sic Græcè, ἀνήνεγκε θυμόν. SECVNDVM IVDICIVM LEGIS. Græcè, *ſecundum iudicium*. Sed benè ſuppletur *legis*. Id decretum eſt Deut. 13. v. 6. Vt ſiquis aliquem abſtrahere velit à religione patria, ipſemet occidat eum.

25 SED ET VIRVM, QVEM REX ANTIOCHVS MISERAT OCCIDIT. Hic vocabatur *Apelles*, ex Ioſepho lib. 12. cap. 8.

Et exclamavit. Gotth. *clamauit*. Sic Græcè. 27
Statvens testamentvm. pro, ſtabiliens, defendens
legem. Sederunt in montibus

Ipsi, et filii eorvm. Sic Græc. Gotth. *non filij* 34
eius, vt eſt in Reg. & Louan. Qvoniam invndave-
rvnt svper eos mala. Gotth & multi alij codices,
Indurauerunt ſuper eos mala. Græcè, *Multiplicata ſunt*
ſupra eos mala. Dixerunt:

Moriamvr omnes in simplicitate. i. innocen- 37
tia, immeritò, innoxij. Aut *ſimplicitas* ſumatur pro pa-
tientia, vti Iob 2. v. 9. *Adhuc permanes in ſimplicitate?*
Ea ſimplicitas ſeu ignorantia eos homines liberauit à
culpa; alioqui in Sabbato pugnare licebat. Ioſephus
lib. 14. c. 3. ſuſceptum ait more inter Iudæos, vt Sabba-
to ipſi non aggrederentur hoſtes, impugnantibus ta-
men reſiſterent.

Nvnc citivs disperdent nos niſi contra Gen- 40
tes pugnemus. Gotth. & in Regijs non eſt vox *nunc*,
& videtur turbare ſententiam. Retinemus tamen eam,
quoniam Græcè eſt, & in alijs Latinis codicibus.

Synagoga Assidæorvm. ſic Gotth. & Græc. non 42
Iudæorum, vt Regia. Porrò *Aſſidæi* in Ioſepho ſæpè à
probitate laudantur. Num ij *Eſſæi*, ſecta inter Iudæos
præcipua? Quidam putant, nec diſplicet.

Et obtinvervnt legem. pro, defenderunt. Ver- 48
bum ἀντιλαμβάνω, quod hic eſt, multa ſignificat. De
manibvs Gentivm. i. contra Gentes. Et non de-
dervnt cornv peccatori. i. victoriam & robur
non ceſſerunt eis.

Nvnc confortata est svperbia. Ad culmen 49
malorum ventum eſt. Et castigatio. Supplicia
grauia pijs inferuntur. Date animas

Pro testamento. i. lege. Patrvm vestro- 50
rvm. Gotth. & Regia, *patrum*, ſine *veſtrorum*. Græca
Romana, *patrum noſtrorum*. Abraham

In tentatione. Quando filium immolare iuſſus 52
eſt. Laudatur

Iesvs. i. Ioſue, qui Moyſi obediuit, factus eſt popu- 55
li dux. Peccator

Conversvs est in terram svam. Eò redit 63
vnde eſt factus. Finis cum principio conſentit, licet in
præſenti extollatur.

Ecce Simon. Græc. *Simeon*. ſic Gotth. vir eſt 65
conſilij.

Appositvs est ad patres svos. Id de iuſtis tan- 69
tùm dicitur: ſic Abulenſis Gen. 25. v. 17. & ex eo pro-
bat, Iſmaelem ſalutem conſecutum; quoniam de eo ibi
dicitur: *Appoſitus eſt ad populum ſuum*. Verè ea noſtra
patria eſt, hîc in exilio ſumus, & ad tempus peregrini.
Noſtra autem conuerſatio (ſeu *ciuitas*) *in cælo eſt*: ad
Philip. 3. verſ. 20. Sepultus eſt

In sepvlchris patrvm. Extabat id ſepulchrum 70
Hieronymi ætate, vt ipſe ait de Locis Hebr. ſed & nunc
extare dicunt, qua forma deſcribitur hoc 1. libro,
cap. 13. verſ. 27.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Ab Iervsalem. iunge cum *ſurrexit*. 1
Contritionem. i. vaſtationem. 7
Sancta. pro, ſanctuarium. Facta. pro, data. Eivs. 8
ſ. Ieruſalem. Ignobilis. i. contemptibilis, ſeu vilis.
Gloriæ. i. glorioſa, ſeu magnifica. Senes. Græc. 9
paruuli, ſeu *infantes*.
Eivs. ſ. Ieruſalem. 10
Compositio. i. ornatus. 11
Stetervnt. ſ. in propoſito non recedẽdi à lege Dei. 16
Obedivnt. pro, obediant. Servitvte. i. obſer- 19
uantia.
Propitivs sit. i. faueat. q. d. ita nos Deus ſeruet, vt 21
non faciemus id.
Renes. i. interiora. Secvndvm ivdicivm legis. 24
. i. prout poſtulabat amor, ſeu zelus legis. Græc. *ſecun-*
dum iudicium. i. vt ſolet, ſ. in talibus rebus.
Statvens. q. d. defendens ne cadat. Testamen- 27
tvm. i. pactum. ſ. legem Dei, quæ ſecundùm fœdus de-
bet obſeruari.

29 Ivdicivm, et ivstitiam. i. iuſtè & ſanctè viuere.

30 Sedervnt. *Sedere* dicuntur in Scriptura afflicti & mœſti. Invndavervnt. Græc. *multiplicata ſunt*.

31 Dissipavervnt. i. violarunt.

33 Sabbatorvm. pro, ſabbati. ſic infrà.

34 Pollvamvs. i. profanemus. ſ. putabant non licere Sabbato prœliari, etiam ſe defendendo.

37 Simplicitate. i. innocentia, ſeu integritate. Svper nos. pro, nobis, ſeu de nobis.

40 Vir. i. quiſque. Animabvs nostris. i. vita noſtra Ivstificationibvs. i. legibus. A terra. i. ne viuamus ſuper terram.

41 Occvltis. ſ. locis, vbi ſe abſconderant.

42 Volvntarivs in Lege. i. deſiderans legem obſeruare.

43 Malis. i. perſecutione, ſeu calamitate. Additi svnt. i. adiunxerunt ſe. Facti svnt, &c. q. d. fuerunt illis magno præſidio.

44 In ira sva. i. irati. Ceteri. ſ. hoſtium. Nationes. i. Gentiles.

46 In fortitvdine. i. fortiter.

47 Filios svperbiæ. i. ſuperbos. ſ. hoſtes. Prosperatvm est. i. benè ſucceſſit.

48 Obtinvervnt legem. i. legis obſeruationem, quam hoſtes impediebant. Cornv. i. potentiam. q. d. victoriam.

49 Confortata est. i. inualuit. Castigatio. ſ. Dei per hoſtes. Eversionis. ſ. rerum noſtrarum. Ira indignationis. i. magna punitio.

50 Æmvlatores. i. zelatores, ſeu ſtudioſi vehementer. Testamento. i. pacto, vel lege, vt ſit repetitio.

51 Generationibvs. i. ſæculis, ſeu ætatibus.

52 Repvtatvm est, &c. q. d. eſtque in eo apud Deum iuſtior effectus.

54 Zelando zelvm i. affectus zelo. Dei. i. Dei cauſa. Testamentvm. i. pactum.

55 Verbvm. i. præceptum. ſ. Dei.

56 Testificatvr. i. affirmat in Dei cauſa. Ecclesia. . i. congregatione. ſ. Iudæorum in deſerto.

57 Misericordia. i. pietate, ſeu manſuetudine, & clementia. In sæcvla. Græc. *æternum*, æternum quidem eſt in Chriſto.

58 Zelat, &c. i. pro lege zelo magno afficitur. Cælvm. ſ. in aërem ſublatus curru igneo, reponendus deinde loco aliquo terræ, vſque ad finem ſæculi.

59 Credentes. ſ. Dei fide conſtantes ſe præbentes.

60 Simplicitate i. ſinceritate, ſeu integritate.

61 Generationem, et generationem. i. ſingulas ætates. Infirmantvr. i. viribus deficiunt.

62 Verbis. ſ. minacibus. Stercvs. pro, velut ſtercus, vel quaſi dicat, citò deſinit per mortem in ſtercus & vermes.

63 Periit. q. d. in nihilum recidit quidquid deſignarat cogitatione.

67 Vindicate vindictam. i. vlciſcimini iniurias.

68 Retribvtionem. ſ. quod merentur eis retribui.

CAPVT III.

Iudas Machabæus dux eximius prædicatur; qui perambulans ciuitates Iuda, trucidabat omnes impios: & occiſo duce Apollonio, eiuſque exercitu diſperſo, vicit cum paucis potentiſſimum Syriæ exercitum vnà cum duce Serone: iratus autem ob hoc rex Antiochus, profectus in Perſidem conſtituit Lyſiam viceregem, dato belli in Iudæos apparatu, qui miſit contra terram Iuda Gorgiam cum exercitu: Iudas autem & ſui ad bellum ſe parant, maximè operibus pœnitentiæ & oratione ad Deum.

1 ET ſurrexit Iudas, qui vocabatur Macha-
2 bæus, filius eius pro eo: & adiuuabant eum
A omnes fratres eius, & vniuerſi qui ſe coniunxe-
rant patri eius, & prœliabantur prœlium Iſrael
3 cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo
ſuo, & induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccin-

xit ſe arma bellica ſua in prælijs, & protegebat
caſtra gladio ſuo. * Similis factus eſt leoni in 4
operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in
venatione. * Et perſecutus eſt iniquos perſcru- 5
tans eos; & qui conturbabant populum ſuum,
eos ſuccendit flammis: * & repulſi ſunt inimici 6
eius præ timore eius, & omnes operarij iniqui-
tatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in ma-
nu eius. * Et exacerbabat reges multos, & læti- 7
ficabat Iacob in operibus ſuis, & in ſæculum
memoria eius in benedictione. * Et perámbula- 8
uit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis,
& auertit iram ab Iſraël. * Et nominatus eſt vſ- 9
que ad nouiſſimum terræ, & congregauit per-
euntes. * Et congregauit Apollonius Gentes, 10
& à Samaria virtutem multam & magnam, B
ad bellandum contra Iſrael. * Et cognouit Iu- 11
das, & exijt obuiàm illi: & percuſſit, & occi-
dit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & re-
liqui fugerunt. * & accepit ſpolia eorum: & gla- 12
dium Apollonij abſtulit Iudas, & erat pu-
gnans in eo omnibus diebus. * Et audiuit Seron 13
princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iu-
das congregationem fidelium & eccleſiam
ſecum, * & ait: Faciam mihi nomen, & glori- 14
ficabor in regno, & debellabo Iudam, & eos
qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbum re-
gis. * Et præparauit ſe: & aſcenderunt cum eo ca- 15
ſtra impiorum, fortes auxiliarij, vt facerent vin-
dictam in filios Iſrael. * Et appropinquauerunt 16
vſque ad Bethoron: & exiuit Iudas obuiàm illi
cum paucis. * Vt autem viderunt exercitum ve- 17
nientem ſibi obuiàm, dixerunt Iudæ: Quomo-
do poterimus pauci pugnare contra multitudi-
nem tantam, & tam fortem, & nos fatigati ſu- C
mus ieiunio hodie? * Et ait Iudas: Facile eſt con- 18
cludi multos in manus paucorum: & non eſt
differentia in conſpectu Dei cæli liberare in
multis, & in paucis: * quoniam non in multitu- 19
dine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitu-
do eſt. * Ipſi veniunt ad nos in multitudine con- 20
tumaci & ſuperbia, vt diſperdant nos, & vxores
noſtras, & filios noſtros, & vt ſpolient nos: * nos 21
verò pugnabimus pro animabus noſtris, & legi-
bus noſtris: * & ipſe Dominus conteret eos ante 22
faciem noſtram: vos autem ne timueritis eos.
* Vt ceſſauit autem loqui, inſiluit in eos ſubitò: 23
& contritus eſt Seron, & exercitus eius in con-
ſpectu ipſius: * & perſecutus eſt eum in deſcenſu 24
Bethoron vſque in campũ, & ceciderunt ex eis
octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram
Philiſthijm. * Et cecidit timor Iudæ, ac fratrum 25
eius, & formido ſuper omnes gentes in circuitu
eorum. * & peruenit ad regẽ nomen eius, & de 26
prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. * Vt audi- D
uit autẽ rex Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt 27
animo: & miſit, & congregauit exercitũ vniuer-
ſi regni ſui, caſtra fortia valdè: * & aperuit æra- 28
rium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in annũ:
& mandauit illis vt eſſent parati ad omnia. * Et 29
vidit quòd defecit pecunia de theſauris ſuis, &
tributa regionis modica propter diſſenſionem,
& plagã, quam fecit in terra, vt tolleret legitima,
quæ erant à primis diebus: * & timuit ne non ha- 30
beret vt ſemel & bis, in ſumptus & donaria, quæ
dederat antè larga manu: & abundauerat ſuper

31 reges qui ante eum fuerant. * Et conſternatus
erat animo valde, & cogitauit ire in Perſidẽ, &
accipere tributa regionũ, & congregare argen-
32 tum multum. * Et reliquit Lyſiam hominẽ no-
bilem de genere regali, ſuper negotia regia, à flu-
33 mine Euphrate vſque ad flumen Ægypti: * & vt
nutriret Antiochum filium ſuum, donec redi-
34 ret. * Et tradidit ei medium exercitũ, & elephan-
tos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, &
35 de inhabitantibus Iudæam & Ieruſalem: * & vt
E mitteret ad eos exercitũ, ad conterendam & ex-
tirpandam virtutem Iſrael, & reliquias Ieruſa-
lem, & auferendam memoriam eorũ de loco:
36 * & vt conſtitueret habitatores filios alienigenas
in omnibus finibus eorum, & ſorte diſtribueret
37 terram eorum. * Et rex aſſumpſit partem exer-
citus reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate re-
gni ſui, anno centeſimo & quadrageſimo ſepti-
mo: & trãsfretauit Euphraten flumen, & peram-
38 bulabat ſuperiores regiones. * Et elegit Lyſias
Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem,
39 & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis: * &
miſit cum eis quadraginta millia virorum, &
ſeptem millia equitum, vt venirent in terram
Iuda, & diſperderent eam ſecundùm verbum
40 regis. * Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute
ſua, & venerunt, & applicuerunt Emmaum in
41 terra campeſtri. * Et audierunt mercatores regio-
num nomen eorum: & acceperunt argentum
& aurum multum valde, & pueros: & venerunt
in caſtra, vt acciperent filios Iſrael in ſeruos; &
additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alie-
42 nigenarum. * Et vidit Iudas, & fratres eius, quia
F multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabant
ad fines eorum: & cognouerunt verba regis, quę
mandauit populo facere in interitum & con-
43 ſummationem: * & dixerunt vnuſquiſque ad
proximum ſuum: Erigamus deiectionem popu-
li noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſan-
44 ctis noſtris. * Et congregatus eſt conuentus vt
eſſent parati in prælium; & vt orarent, & peterẽt
45 miſericordiam & miſerationes. * Et Ieruſalem
non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non
erat qui ingrederetur & egrederetur de natis
eius: & ſanctum conculcabatur: & filij alieni-
genarum erant in arce, ibi erat habitatio Gen-
tium: & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit
46 ibi tibia & cithara. * Et congregati ſunt, & vene-
runt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus
47 orationis erat in Maſpha ante in Iſrael. * Et ieiu-
nauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cine-
rem impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt ve-
48 ſtimenta ſua: * & expanderunt libros legis, de
quibus ſcrutabantur Gentes ſimilitudinem ſi-
49 mulachrorum ſuorũ: * & attulerunt ornamenta
G ſacerdotalia, & primitias, & decimas: & ſuſcita-
50 uerunt Nazaræos, qui impleuerant dies: * & cla-
mauerunt voce magna in cælum, dicẽtes: Quid
51 faciemus iſtis, & quò eos ducemus? * & ſancta
tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt, & ſa-
cerdotes tui facti ſunt in luctũ, & in humilitatẽ.
52 * & ecce Nationes conuenerunt aduerſum nos
vt nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitant in nos.
53 * Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem
54 eorum, niſi tu Deus adiuues nos? * Et tubis ex-
55 clamauerunt voce magna. * Et poſt hæc conſti-

Deut. 20. a. 5. 6
Iud. 7. a. 3

runt Iudas duces populi, tribunos, & centurio-
nes, & pentacontarchos, & decuriones. * Et 56
dixit his, qui ædificabant domos, & ſponſabant
vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, vt
redirent vnuſquiſque in domum ſuam ſecun-
dum legem. * Et mouerunt caſtra, & collocaue- 57
runt ad Auſtrum Emmaum. * Et ait Iudas: Ac- 58
cingimini, & eſtote filij potentes, & eſtote parati
in mane, vt pugnetis aduerſus Nationes has, quę
conuenerunt aduerſus nos, diſperdere nos &
ſancta noſtra: * quoniam melius eſt nos mori in 59
bello, quàm videre mala gentis noſtræ, & ſan-
ctorum. * Sicut autem fuerit voluntas in cælo, 60
ſic fiat.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SVRREXIT IVDAS. Non ſolùm electus à patre in 1
morte, ſed anteà vnctus in templo, more Regum, vt
ait Gorion lib. 9. cap. 3.

INDVIT SE LORICAM SICVT GIGAS. *Gigantes* erant 3
viri fortes, vaſto corpore, idonei ad ferenda arma fer-
rea. ſic dicti, quòd ob vaſtitatem, non ex mulieribus,
ſed è terra natos putarent. *γῆ terra* eſt. Quomodo He-
braicè vocentur, alijs locis eſt dictum. SVCCINXIT SE
ARMA BELLICA. pro, armis bellicis. Græca conſtructio.
Sicut leo

RVGIENS IN VENATIONE. Græcè, *irruens* ſeu *fre-* 4
mens in venationem.

EXACERBABAT REGES MVLTOS. ſ. Iudas, Antiochum 7
Epiphanem, Antiochum Eupatorem, & Demetrium,
cum quibus bellum geſſit. LÆTIFICABAT IACOB.
i. populum Iſrael.

AVERTIT IRAM AB ISRAEL. i. afflictionem, cala- 8
mitatem; quæ vocatur *ira*. ſ. Dei, quoniam propter pec-
cata. Hæc Iudæ bella lib. 2. cap. 8. latiùs explicantur,
quæ componi debent cum ijs quæ hîc dicuntur.

GLADIVM APOLLONII accepit Iudas. Nempe opti- 12
mus erat, & vt inſtar trophæi eſſet de victoria parta de
illo.

CONGREGAVIT IVDAS CONGREGATIONEM FI- 13
DELIVM. Gotth. *congregauit Iudas congregationem &
eccleſiam fidelium*. Sic Græcè. ſententia eadem.

ET APPROPINQVAVERVNT. Gotth. *appropiaue-* 16
runt. perinde eſt. VSQVE AD BETHORON. Vicus
erat in tribu Beniamin prope Ieruſalem, vt Ioſephus
lib 12 cap. 10 Eouſque venerunt hoſtes. Græcè *& ap-
propinquauerunt vſque ad aſcenſum Bethoron*. i. ſupe-
riorem eius partem. Nempe vt ex ſuperiori loco pu-
gnarent.

CONTRA MVLTITVDINEM TANTAM, ET TAM 17
FORTEM. Gotth & Græcè, *contra multitudinem tantam
fortem*. ſ. quomodo pugnabimus. FATIGATI SVMVS
IEIVNIO. Erant ieiuni ſiue ob religionem diei, ſiue ob
penuriam annonæ, eoque opportuni iniuriæ.

VIDIT QVOD DEFECIT PECVNIA DE THESAVRIS 24
SVIS. Græcè & Gotth. *de theſauris*, ſine *ſuis*. Quia tur-
barat omnia, VT TOLLERET LEGITIMA. Quia Iu-
dæorum legem mutare voluit, turbata gente, tributa
non poterant colligi. Deerat autem pecunia tum in ſti-
pendium, tum quia Romanis debebat duo millia ta-
lenta; lib. 2 cap. 8. v. 10. Hæc Antiocho cauſa fuit profe-
ctionis in Perſidem. Reliquit Lyſiam,

AD EXTIRPANDAM VIRTVTEM. i. exercitum. *Hail* 35
Hebr & *robur* & *exercitum* ſignificat. AVFEREN-
DAM MEMORIAM EORVM DE LOCO illo ſ. propter
articulum Græcum Gotth. *de celo*. commoda lectio, ni-
ſi alij omnes codices repugnarent.

PTOLEMÆVM FILIVM DORYMINI elegit Lyſias. 38
non *Dori*, vt habet Sulpitius Seuerus.

APPLICVERVNT EMMAVM. Duplex *Emmaus*, altera 40
prope Ieruſalem, dicta *Nicopolis*: Hieronymus de Lo-
cis Hebr. Ioſephus l. 17. cap. 12. Cleophæ patria. Altera
prope Tiberiadem: Ioſephus lib. 4. de Bello Iud. cap. 3.
De priori hîc agitur.

41 AVDIERVNT MERCATORES. Venditis Iudæis, Ly-
ſias ſeu Nicanor pecuniam redigere voluit, vnde debi-
ta Romanis ſoluerentur, pollicitus pro vno talento no-
naginta captiuos. Id mercatores excitauit, vt multi in
hoſtium caſtra confluerent, vt patet ex lib. 2. c. 8. v. 10.

43 ERIGAMVS DEIECTIONEM. *καθαίρεσιν*. i. *cædem, aboli-
tionem. Erigamus*. i. propulſemus. ET SANCTIS NO-
STRIS. Græc. *& ſanctis*. ſ. ſanctuario & lege. pro illis pu-
gnemus.

46 VENERVNT IN MASPHA. Plures erant eo nomine.
In tribu Iuda locus orationis, 1. Reg. 7. v. 10. & 22. In
tribu Ruben altera, 1. Mach. 5. verſ. 35. Alia in tribu
Gad, Iudic. 11. v. 29.

47 DISCIDERVNT VESTIMENTA. Veſtes laceras & pan-
nos ſumpſerunt. Lugentium ſunt, ieiunium, cilicium,
cinis, & alia quæ hîc ponuntur.

48 EXPANDERVNT LIBROS LEGIS vt ſ. Deum ſuarum
promiſſionum admonerent, & quaſi cum eo litigarent.
DE QVIBVS. pro, in quibus. SCRVTABANTVR, ſeu *quæ-
rebant*, colebant Gētes. Ἐξερευνάω, *ſcrutari & quærere* ſi-
gnificat. Quid quærebant, ſeu volebant? SIMILITVDI-
NEM. Græcè *ſimilitudines imagines*. ſup. *inſcribere in eis*,
vt eſt Græcè, ἐπιγράφειν ἐπ' αὐτῶν. SIMVLACHRORVM.
idolorum ſuorum. Nimirum in Libris ſacris, ob con-
tumeliam idolorū, imagines Gentes pingebant. Id que-
runtur & dolent. Loci difficilis hæc expoſitio ſimpli-
cior & commodior cæteris videtur alijs, Gloſſæ, Liræ,
aliorum, quas afferre non eſt tanti.

49 ATTVLERVNT ORNAMENTA. Sanctiſſima, quæque
nos etiam proferre in anguſtia ſolemus ad impetran-
dum Dei miſericordiam.

51 SACERDOTES TVI FACTI SVNT IN LVCTVM. Grec.
Sacerdotes tui in luctu & humilitate. ſic etiam Gotth.
Pugnemus, ait Iudas, contra Gentes,

58 QVÆ CONVENERVNT ADVERSVS NOS, DISPER-
DERE NOS. ſic Græcè. Vulg. Regia: *Quæ conuenerunt
diſperdere nos*. ſic Gotth. Illud, *aduerſus nos*, redundare
videtur; ſed multa alia in Sacris redundant.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

6 REPVLSI SVNT. i. cohibiti. DIRECTA EST. i. pro-
ſperè ſucceſſit.

7 EXACERBABAT. i. prouocabat ad iram. q. d. mole-
ſtiam exhibebat. IN BENEDICTIONE. i. cum laude.
ſ. erit.

8 IRAM. i. noxam, ſeu afflictionem.

9 NOVISSIMVM. i. vltimum, ſeu extremum. PER-
EVNTES. i. alioqui perituros.

10 APOLLONIVS. ſ. Syriæ præfectus. VIRTVTEM. i. ex-
ercitum.

11 CECIDERVNT. i. occubuerunt.

12 IN EO. pro, cum eo.

13 ET ECCLESIAM. Repetitio.

14 FACIAM MIHI. i. comparabo. VERBVM. i. præ-
ceptum.

18 CONCLVDI. ſ. tradi victos. IN MVLTIS. i. per multos.

19 VICTORIA. ſ. euenit. FORTITVDO. ſ. ad vincendum.

20 SVPERBIA. Græc. *iniqua*.

25 TIMOR.... ET FORMIDO. pro, ingens timor.

29 DISSENSIONEM. ſ. per bellum. TERRA. ſ. Iudæa,
quæ idcircò deſierat tributa ſoluere. LEGITIMA. i. iu-
ra, ſeu leges. PRIMIS. i. antiquis.

30 VT SEMEL, &c. quaſi dicat, vt ſolebat. ABVNDA-
VERAT. i. abundanter dederat.

32 FLVMEN. Græc. *fines*.

35 AD EOS. i. contra eos.

40 VIRTVTE. i. exercitu.

41 NOMEN. i. famam. PVEROS. i. ſeruos. ALIENI-
GENARVM ſ. Philiſthinorum.

43 SANCTIS. i. templo, ſeu rebus ſacris.

44 CONVENTVS. Græc. *ſynagoga*. MISERICORDIAM
ET MISERATIONES. i. copioſam Dei miſericordiam.

45 SANCTVM. i. templum. FILII ALIENIGENARVM.
i. Gentiles.

46 CONTRA. i. è regione.

DE QVIBVS, &c. i. quos diligenter inquirebant, vt 48
in ijs depingerent ſimilitudines idolorum ſuorum.
SVSCITAVERVNT. i. excitarunt. ſ. renouarunt illum 49
ritum, qui in deſuetudinē videtur illo tempore abijſſe.
HVMILITATEM. i. abiectionem. 51
NATIONES. i. Gentiles. 52
LEGEM vide Deut 20. Iudic. 17. 56
SANCTORVM. i. ſacrorum. ſ. templi. 59

CAPVT IV.

Gorgias quærit Iudam: at hic ſuos hortatus fudit hoſtes, rurſumque Gorgiæ exercitu fuſo colligit ſpolia: & iterum fuſis ad Deum precibus deuincit Lyſiæ exercitum, ac poſtmodum purificato templo, nouum erigit altare: & omnibus quæ ad Dei cultum requirebantur præparatis, ſacrificijſq; oblatis, magna lætitia celebrans illius dedicationem diebus octo, ſtatuto etiam huius dedicationis annuo feſto ad dies octo.

ET aſſumpſit Gorgias quinque millia viro- 1
rum, & mille equites electos: & mouerunt A
caſtra nocte, * vt applicarent ad caſtra Iudæo- 2
rum, & percuterent eos ſubitò: & filij, qui erant
ex arce, erant illis duces. * Et audiuit Iudas, & 3
ſurrexit ipſe, & potentes, percutere virtutem
exercituum regis, qui erant in Emmaum. * Ad- 4
huc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. * Et 5
venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & nemi-
nem inuenit, & quærebat eos in montibus:
quoniam dixit: Fugiunt hi à nobis. * Et cùm 6
dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum
tribus millibus virorum tantùm: qui tegumen-
ta & gladios non habebant: * & viderunt ca- 7
ſtra Gentium valida, & loricatos, & equitatus
in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. * Et 8
ait Iudas viris, qui ſecum erant: Ne timueritis
multitudinem eorum, & impetum eorum ne
[a] Exod. 14. b. 9 formidetis. * [a] Mementote qualiter ſalui facti 9
ſunt patres noſtri in mari rubro, cùm ſequere-
tur eos Pharao cum exercitu multo. * Et nunc 10
clamemus in cælum; & miſerebitur noſtri Do-
minus, & memor erit teſtamenti patrum no-
ſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante fa-
ciem noſtram hodie: * & ſcient omnes gentes, 11
quia eſt qui redimat & liberet Iſraël. * Et eleua- 12
uerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos B
venientes ex aduerſo. * Et exierunt de caſtris in 13
prælium; & tuba cecinerunt hi qui erant cum
Iuda. * Et congreſſi ſunt: & contritæ ſunt 14
Gentes, & fugerunt in campum. * Nouiſſimi au- 15
tem omnes ceciderunt in gladio, & perſecuti
ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos
Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt
ex illis vſque ad tria millia virorum. * Et reuer- 16
ſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum.
* Dixitque ad populum: Non concupiſcatis 17
ſpolia: quia bellum contra nos eſt, * & Gorgias 18
& exercitus eius prope nos in monte: ſed ſtate
nunc contra inimicos noſtros, & expugnate
eos, & ſumetis poſteà ſpolia ſecuri. * Et adhuc 19
loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam
proſpiciens de monte. * Et vidit Gorgias quòd 20
in fugam conuerſi ſunt ſui, & ſuccenderunt ca-
ſtra: fumus enim, qui videbatur, declarabat
quod factum eſt. * Quibus illi conſpectis timue- 21
runt valdè, aſpicientes ſimul & Iudam, & ex- C
ercitum in campo paratum ad prælium. * Et 22
fugerunt omnes in campum alienigenarum: * & 23
Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acce-
perunt aurum multum, & argentum, & hya-
cinthum, & purpuram marinam, & opes ma-
24 gnas. * Et conuerſi; hymnum canebant, & be-
nedicebant Deum in cælum, quoniam bonus
25 eſt, quoniam in ſæculum miſericordia eius. * Et
26 facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa. * Qui-
cumque autem alienigenarum euaſerunt, vene-
runt, & nuntiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acci-
27 derant. * Quibus ille auditis, conſternatus ani-
mo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia
contigerunt in Iſraël, & qualia mandauit rex.
28 * Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum
electorum ſexaginta millia, & equitum quin-
29 que millia, vt debellaret eos. * Et venerunt in
Iudæam; & caſtra poſuerunt in Bethoron, &
occurrit illis Iudas cum decem millibus viris.
30 * Et viderunt exercitum fortem, & orauit, &
D dixit: Benedictus es ſaluator Iſrael, [b] qui con- [b] 1. Reg. 17 f. 50
triuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Da-
uid, [c] & tradidiſti caſtra alienigenarum in ma- [c] 1 Reg. 14 b. 13
31 nu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. * Con-
clude exercitum iſtum in manu populi tui Iſ-
rael, & confundantur in exercitu ſuo & equiti-
32 bus. * Da illis formidinem, & tabefac audaciam
virtutis eorum, & commoueantur contritione
33 ſua. * Deijce illos gladio diligentium te: & col-
laudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum,
34 in hymnis. * Et commiſerunt prælium: & ceci-
derunt de exercitu Lyſiæ quinque millia viro-
35 rum. * Videns autem Lyſias fugam ſuorum, &
Iudæorum audaciam, & quòd parati ſunt aut
viuere, aut mori fortiter, abijt Antiochiam, &
elegit milites, vt multiplicati rurſus venirent in
36 Iudæam. * Dixit autem Iudas, & fratres eius:
E Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus
37 nunc mundare ſancta, & renouare. * Et congre-
gatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in
38 montem Sion. * Et viderunt ſanctificationem
deſertam, & altare profanatum, & portas exu-
ſtas, & in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu vel in
39 montibus, & paſtophoria diruta. * Et ſciderunt
veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno,
40 & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum. * &
ceciderunt in faciem ſuper terram; & exclama-
uerunt tubis ſignorum, & clamauerunt in cæ-
41 lum. * Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent
aduerſus eos qui erant in arce, donec emunda-
42 rent ſancta. * Et elegit ſacerdotes ſine macula,
43 voluntatem habentes in lege Dei: * & munda-
uerunt ſancta, & tulerunt lapides contamina-
44 tionis in locum immundum. * Et cogitauit de
altari holocauſtorum, quod profanatum erat,
45 quid de eo faceret. * Et incidit illis conſilium
bonum vt deſtruerent illud: ne fortè illis eſſet
in opprobrium, quia contaminauerunt illud
46 Gentes, & demoliti ſunt illud. * Et repoſuerunt
lapides in monte domus in loco apto, quoadu ſ-
47 que veniret propheta, & reſponderet de eis. * Et
F acceperunt lapides integros ſecundùm legem;
& ædificauerunt altare nouum, ſecundùm il-
48 lud quod fuit priùs: * & ædificauerunt ſancta, &
quæ intra domum erant intrinſecus: & ædem,
49 & atria ſanctificauerunt. * Et fecerunt vaſa ſan-
cta noua, & intulerunt candelabrum, & altare
50 incenſorum, & menſam in templum. * Et in-

cenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderunt
lucernas, quæ ſuper candelabrum erant, & lu-
cebant in templo. *Et poſuerunt ſuper menſam 51
panes, & appenderunt vela: & conſummaue-
runt omnia opera quæ fecerant. *Et ante matu- 52
tinum ſurrexerunt quinta & vigeſima die men-
ſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimi qua-
drageſimi octaui anni: * & obtulerunt ſacrifi- 53
cium ſecundum legem, ſuper altare holocau-
ſtorum nouum quod fecerunt. * Secundùm 54
tempus & ſecundùm diem, in qua contamina- G
uerunt illud Gentes, in ipſa renouatum eſt in
canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.
*Et cecidit omnis populus in faciem, & adora- 55
uerunt, & benedixerunt in cælum eum, qui
proſperauit eis. *Et fecerunt dedicationem alta- 56
ris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum
lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis. * Et 57
ornauerunt faciem templi coronis aureis &
ſcutulis: & dedicauerunt portas, & paſtopho-
ria, & impoſuerunt eis ianuas. *Et facta eſt læti- 58
tia in populo magna valdè, & auerſum eſt op-
probrium Gentium. * [a] Et ſtatuit Iudas, & fra- 59
tres eius, & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur
dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab
anno in annum, per dies octo, à quinta & vige-
ſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio.
* Et ædificauerunt in tempore illo montem 60
Sion, & per circuitum muros altos, & turres fir-
mas, nequando venirent Gentes, & conculca-
rent eum ſicut anteà fecerunt. * Et collocauit 61
illic exercitum, vt ſeruarent eum, & muniuit
eum ad cuſtodiendam Bethſuram, vt haberet
populus munitionem contra faciem Idumææ.

[a] Ioan. 10. c. 22

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET PERCVTERENT EOS SVBITO. It Gorgias con- 2
tra Iudæos nocte, i. ſ. dormientes, inopinantes, QVI
ERANT IN ARCE. perfugæ, ex Ioſepho l. 12. c. 11. Iſ,
propter locorum notitiam, viæ ductores hoſtibus erãt.

AVDIVIT IVDAS. Cognito hoſtium conſilio Iudas 3
caſtra reliquit, ſed multis accenſis ignibus, vt hoſtes
falleret.

VENIT GORGIAS IN CASTRA IVDÆ NOCTV, ſeu 5
noctu. vt Goth. Iudæ milites apparent.

QVI TEGVMENTA. loricas, thoraces non habebant. 6
Goth quia. q. d. ideò tria millia tantùm Iudas ha-
buit, quia arma pluribus non ſuppetebant. Non in-
commoda ſententia, ſed alij codices reſiſtunt; quorum
lectione ſignificatur, neque ea tria millia arma ha-
buiſſe.

CVM EXERCITV MVLTO ſequebatur olim Pharao. 9
Goth. cum exercitu. ſic Græc.

ET EXIERVNT DE CASTRIS. ſ. hoſtes. non inuen- 15
tis Iudæis, redierant in ſua caſtra, quæ ad Emmaum
erant.

NON CONCVPISCATIS SPOLIA. Malo ſæpè in bello 17
fuit, deuicti hoſtis legere ſpolia feſtinanter: Polybius
lib. 10. QVIA BELLVM CONTRA NOS EST. nondum
hoſtes ſunt profligati penitùs.

ECCE APPARVIT. Goth. & Græc. apparuit. PARS 19
QVÆDAM ſ. hoſtium.

VIDIT GORGIAS QVOD IN FVGAM Gorgiani 20
verſi ſunt. ET SVCCENDERVNT CASTRA. ſ. Iudæi
captis hoſtium caſtris iniecere ignem.

IN CAMPVM ALIENIGENARVM. fugerunt hoſtes. 22
εἰς γῆν ἀλλοφύλων, In terram Philiſthijm, qui Græcè in Sa-
cris ſæpè vocantur Allophyli.

HYACINTHVM acceperunt. i. veſtes hyacinthinas 23
coloris violacei. Et alioqui hyacinthus gemma eſt; co-
lor illi violaceus, ſed dilutior quàm in amethyſto: Plin.
lib. 37. c. 9. ET PVRPVRAM. i. veſtes purpureas. MA-
RINAM. Omnis purpura ex mari eſt; ſed & eſt ficta
purpura ex vaccinijs & violis, vt Vitruuius ait lib. 7.
cap. 14. Et fortaſſe Tyriam purpuram deſignat, quæ
omnium præſtantiſſima eſt: Plin. lib. 4. cap. 38. & 39.
Iudæi victores

24 BENEDICEBANT DEVM IN CÆLVM. pro, in cælo,
qui in cælo habitat. Græcè, Benedicebant in cælum. Sed
benè ſuppletur Deum.

29 CASTRA POSVERVNT IN BETHORON. ſ. Lyſiæ co-
piæ. Bethoron vicus erat in tribu Beniamin prope Ieru-
ſalem; de quo c. 3. v. 16. Græc. in Bethſuris. Ioſephus
lib. 12. c. 11. in Bethſura. Arx munitiſſima erat, rupi-
bus impoſita, quinque ſtadijs ab Ieruſalem, vt dicitur
v. 60. Suſpicor hæc duo loca Bethoron & Bethſuram
eſſe coniuncta.

30 IMPETVM POTENTIS. i. Goliath. Potentes vocantur
gigantes, Gen. 6. v. 4. Iſti ſunt potentes a ſæculo. Hebr.
& ſi gigantes. ALIENIGENARVM Allophylorum. i. Phi-
liſthinorum caſtra euertit Ionathas.

34 COMMOVEANTVR. ſeu perturbentur. CONTRITIO-
NE SVA. σαλευθήτωσαν con. moueantur, i. hoſtes cum con-
triti fuerint.

37 ASCENDERVNT IN MONTEM SION. Templum
erat in monte Moriah, ex aduerſo montis Sion. Oc-
cupant tamen montem Sion, quoniam erat munitiſſi-
ma pars vrbis.

38 VIDERVNT SANCTIFICATIONEM. i. ſanctuarium,
templum deſertum. IN ATRIIS VIRGVLTA. Multa
erant atria, vt impluuia. PASTOPHORIA. i. exedras
dirutas viderunt. Ezech. c. 40. habes templi & partium
eius deſcriptionem noſtram.

46 REPOSVERVNT LAPIDES IN MONTE DOMVS. i. in
vicino templi monte, qui mons templi vocabatur, &
illi ſeruiebat.

47 ACCEPERVNT LAPIDES INTEGROS. non ſectos nec
dolatos, vti Exod. 20. v. 25. mandatur.

49 CANDELABRVM, ET ALTARE INCENSORVM ET
MENSAM intulerunt; non arcam. Quinque rebus ca-
ruit ſecundum templũ, inter eas arca, vti Aggæi 2. dixi-
mus v. 4.

52 QVINTA ET VIGESIMA DIE ..... MENSIS CASLEV.
i. Nouembris. CENTESIMI QVADRAGESIMI OCTA-
VI ANNI. Eadem prorſus die ante tres annos templum
fuit ab Antiocho contaminatum: c. 1. v. 62. & Ioſephus
lib. 12. c. 11: qui addit, eam fuiſſe abominationem ſeu
idolum deſolationis, quam Daniel prædixit, nempe
cap. 9. vbi nos diximus quomodo id intelligatur.

54 IN CANTICIS, ET CITHARIS, ET CINYRIS, reno-
uatum eſt templum. Cinyra muſicum inſtrumentum
eſt, quod cum cithara aliquando confunditur, vt 1. Par.
9. v. 25. Pro cinyris, quæ vox in Græco eſt, noſter Inter-
pres citharas poſuit. aliquando ab ea diſtinguitur, vt
hîc, & inferiùs cap. 13. v. 51.

55 BENEDIXERVNT IN CÆLVM. ſ. conuerſi. aut ſuple,
Deum in cælo.

56 SACRIFICIVM SALVTARIS ET LAVDIS. i. hoſtias
pacificas, Leuit. 9. v. 4. obtulerunt.

59 AB ANNO IN ANNVM. i. per ſingulos annos cele-
bretur feſtum dedicationis altaris. Hoc feſtum enca-
nia. i. innouatio vocabatur, ob altare & ſacrificia in-
ſtaurata.

60 *MONTEM SION ædificauerunt. i. arcem, quæ ibi
erat, nouis operibus munierunt, impoſito etiam milita-
ri præſidio. Id eſt quod ait,

61 COLLOCAVIT ILLIC EXERCITVM. tum vt vrbem
tueretur, tum Bethſuram arcem vrbi proximam & illi
imminentem. Quinque ſtadijs ab vrbe diſtabat, lib. 2.
c. 11. v. 5.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 FILII, QVI ERANT EX ARCE. Græc. filij arcis. i. qui
arcem tenebant.

3 VIRTVTEM EXERCITVVM. Græc. exercitum.

AD-

ADHVC ENIM. Græc. *dum adhuc.* DISPERSVS. 4
i.ſeparatus.
NON HABEBANT. Græc. *non habebant vt vole-* 6
bant.
HI DOCTI. pro, hos doctos. AD PROELIVM. 7
q.d. prœliandi peritos.
IN CÆLVM. i. ad Deum. TESTAMENTI PA- 10
TRVM. i. pacti facti cum patribus. ſ. de fauendo ipſis,
& poſteris.
REDIMAT. i. eripiat. 11
EST. ſ. paratum. 17
PARS. ſ. hoſtium. 19
SVCCENDERVNT. Quidam, *ſuccenſa ſunt.* ſ. à 20
Iuda.
CAMPVM. Græc. *terram.* 22
HYACINTHVM. ſ. ſericum. MARINAM. ſ. è con- 23
chilijs factam.
CONVERSI. i. reuerſi. IN CÆLVM. ſ. altè voce 24
ſublata.
IVDÆAM. Græc. *Idumæam.* BETHORON. Græc. 29
Bethſuris.
POTENTIS. ſ. Goliath. ALIENIGENARVM. i. Phili- 30
ſthæorum.
CONCLVDE. i. trade. 31
TABEFAC. Fortè legendum *labefac.* COMMOVEAN- 32
TVR. i. concutiantur. q.d. deleantur.
SANCTA. i. templum. 36
SANCTIFICATIONEM. i. templum. PASTOPHO- 38
RIA. i. exedras, ſeu cubicula, vbi aſſeruabantur res
ſacræ.
SIGNORVM. i. quibus ſolebat ſignum dari. ſ. in bel- 40
lo, ſeu in feſtis.
VOLVNTATEM HABENTES, &c. i. legis ſtudioſos. 42
CONTAMINATIONIS. i. profanatos. ſ. à Gentilibus. 43
Fortè intelligit lapides altarium idolorum.
IN OPPROBRIVM. i. dedecori. 45
DOMVS. i. templi. 46
INTRA DOMVM. ſ. ſancta ſanctorum. ET ÆDEM. 48
q.d. totum denique templum. vel intelligit atrium Sa-
cerdotum. SANCTIFICAVERVNT. i. dedicarunt, ſeu
conſecrarunt.
ANTE MATVTINVM. Græc. *diluculo.* 52
SALVTARIS ET LAVDIS. i. ſacrificia pacifica. ſ. in gra- 56
tiarum actionem.
AVERSVM. i. ablatum. 58
AB ANNO IN ANNVM. i. ſingulis annis. 59
BETHSVRAM. Ciuitas montana in tribu Iuda, pro- 61
pe Ieruſalem. Vide 2. Mach. 11.

CAPVT V.

Percuſſit Iudas plurimas Gentes finitimas: obſeſſoſque Galaaditas & Galilæos ipſe vna cum fratre Simone liberat: & deuicto ſemel atque iterùm Timotheo, captaque ciuitate Ephron, quæ tranſitum ipſi præbere noluerat, & omni maſculo ipſius interempto; tandem integro numero læti reuertuntur in montem Sion ad ſacrificandum Domino: intereà qui relicti fuerant duces in Ieruſalem, dum contra Iudæ præceptum pugnant aduerſus Gentes, cæduntur: Iudas verò percutit Chebron & Azotum, ſubuerſis ipſarum ſimulachris.

ET factum eſt vt audierunt Gentes in circui- 1
tu, quia ædificatum eſt altare & ſanctua- A
rium ſicut priùs, iratæ ſunt valdè: * & cogita- 2
bant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, &
cœperunt occidere de populo, & perſequi. * Et 3
debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos
qui erant in Acrabathane, quia circumſede-
bant Iſraelitas, & percuſſit eos plaga magna. * Et 4
recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erãt
populo in laqueum, & in ſcandalum, inſidian-
tes ei in via. * Et concluſi ſunt ab eo in turribus, 5
& applicuit ad eos, & anathematizauit eos, &
incendit turres eorum igni, cum omnibus qui
6 in eis erant. * Et tranſiuit ad filios Ammon, &
inuenit manum fortem, & populum copioſum,
7 & Timotheum ducem ipſorum: * & commiſit
cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpe-
8 ctu eorum, & percuſſit eos: * & cepit Gazer ci-
uitatem, & filias eius, & reuerſus eſt in Iu-
9 dæam. * Et congregatæ ſunt gentes quæ ſunt in
Galaad, aduerſus Iſraelitas qui erant in finibus
eorum, vt tollerent eos: * & fugerunt in Dathe-
10 man munitionem, * & miſerunt litteras ad Iu-
dam & fratres eius, dicentes: Congregatæ ſunt
aduerſum nos gentes per circuitum, vt nos au-
11 ferant: * & parant venire, & occupare munitio-
B nem, in quam confugimus: & Timotheus eſt
12 dux exercitus eorum. * Nunc ergo veni, & eripe
nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo
13 de nobis. * Et omnes fratres noſtri, qui erant in
locis Tubin, interfecti ſunt: & captiuas duxe-
runt vxores eorum, & natos, & ſpolia, & pere-
14 merunt illic ferè mille viros. * Et adhuc epiſtolæ
legebantur, & ecce alij nuntij venerunt de Ga-
lilæa conſciſſis tunicis, nuntiantes ſecundùm
15 verba hæc: * dicentes conueniſſe aduerſum ſe à
Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta eſt
omnis Galilæa alienigenis, vt nos conſumant.
16 * Vt audiuit autem Iudas, & populus, ſermones
iſtos, conuenit eccleſia magna cogitare quid
facerent fratribus ſuis, qui in tribulatione erant,
17 & expugnabantur ab eis. * Dixitque Iudas Si-
moni fratri ſuo: Elige tibi viros, & vade, & li-
bera fratres tuos in Galilæa: ego autem & fra-
18 ter meus Ionathas ibimus in Galaaditim. * Et
reliquit Ioſephum filium Zachariæ & Aza-
riam, duces populi, cum reſiduo exercitu in Iu-
19 dæa ad cuſtodiam: * & præcepit illis, dicens:
Præſtote populo huic: & nolite bellum com-
mittere aduerſum gentes, donec reuertamur.
20 * Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, vt iret in
Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaadi-
21 tim. * Et abijt Simon in Galilæam, & commiſit
C prælia multa cum gentibus: & contritæ ſunt
gentes à facie eius, & perſecutus eſt eos vſque
22 ad portam * Ptolemaidis: & ceciderunt de gen-
tibus ferè tria millia virorum, & accepit ſpolia
23 eorum. * Et aſſumpſit eos, qui erant in Galilæa,
& in Arbatis, cum vxoribus, & natis, & omni-
bus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum
24 lætitia magna. * Et Iudas Machabæus & Iona-
thas frater eius tranſierunt Iordanem, & abie-
25 runt viam trium dierum per deſertum. * Et oc-
currerunt eis Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pa-
cificè, & narrauerunt eis omnia, quæ acciderant
26 fratribus eorum in Galaaditide, * & quia multi
ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, &
in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Car-
naim: hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ.
27 * Sed & in ceteris ciuitatibus Galaaditidis te-
nentur comprehenſi, & in craſtinum conſtitue-
runt admouere exercitum ciuitatibus his, &
28 comprehendere, & tollere eos in vna die. * Et
conuertit Iudas, & exercitus eius, viam in de-
ſertum Boſor repentè, & occupauit ciuitatem:
& occidit omnem maſculum in ore gladij, &
accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit eam
igni.

igni. *Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſque 29
ad munitionem. * Et factum eſt diluculo, cùm 30
eleuaſſent oculos ſuos, ecce populus multus, cu- D
ius non erat numerus, portãtes ſcalas & machi-
nas, vt comprehenderent munitionem, & ex-
pugnarent eos. *Et vidit Iudas quia cœpit bel- 31
lum, & clamor belli aſcendit ad cælum ſicut tu-
ba, & clamor magnus de ciuitate: * & dixit 32
exercitui ſuo: Pugnate hodie pro fratribus ve-
ſtris. *Et venit tribus ordinibus poſt eos, & ex- 33
clamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.
*Et cognouerunt caſtra Timothei quia Macha- 34
bæus eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſe-
runt eos plaga magna. & ceciderunt ex eis in
die illa ferè octo millia virorum. *Et diuertit Iu- 35
das in Maſpha, & expugnauit, & cepit eam: &
occidit omnem maſculum eius, & ſumpſit
ſpolia eius, & ſuccendit eam igni. * Inde per- 36
rexit, & cepit Caſbon, & Mageth, & Boſor, &
reliquas ciuitates Galaaditidis. *Poſt hæc autẽ 37
verba cógregauit Timotheus exercitum alium,
& caſtra poſuit cõtra Raphon trans torrentem.
*Et miſit Iudas ſpeculari exercitum, & renuntia- 38
uerunt ei, dicentes: Quia conuenerunt ad eum
omnes gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt, exer-
citus multus nimis: * & Arabas conduxerunt 39
in auxilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans tor-
rentem, parati ad te venire in prælium. Et abijt
Iudas obuiàm illis. *Et ait Timotheus principi- 40
bus exercitus ſui: Cùm appropinquauerit Iu- E
das, & exercitus eius ad torrentem aquę: ſi tranſ-
ierit ad nos prior, non poterimus ſuſtinere
eum: quia potens poterit aduerſum nos. * ſi ve- 41
rò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flu-
men, transfretemus ad eos, & poterimus ad-
uerſus illum. * Vt autem appropinquauit Iudas 42
ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus
torrentem, & mandauit eis, dicens: Nemi-
nem hominum reliqueritis: ſed veniant omnes
in prælium. * Et transfretauit ad illos prior, & 43
omnis populus poſt eum, & contritæ ſunt om-
nes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma
ſua, & fugerunt ad fanum, quod erat in Car-
naim. *Et occupauit ipſam ciuitatem, & fanum 44
ſuccendit igni, cum omnibus qui erant in ipſo:
& oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere
contra faciem Iudæ. * Et congregauit Iudas v- 45
niuerſos Iſraelitas, qui erant in Galaaditide, à
minimo vſque ad maximum, & vxores eorum,
& natos, & exercitum magnum valdè, vt veni-
rent in terram Iuda. *Et venerũt vſque Ephron: 46
& hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita, munita
valdè, & non erat declinare ab ea dextera vel
ſiniſtra, ſed per mediam iter erat. * Et incluſe- 47
runt ſe qui erant in ciuitate, & obſtruxerunt F
portas lapidibus: & miſit ad eos Iudas verbis
pacificis, *dicens: Tranſeamus per terram ve- 48
ſtram, vt eamus in terram noſtram: & nemo
vobis nocebit: tantùm pedibus tranſibimus. Et
nolebant eis aperire. *Et præcepit Iudas prædica- 49
re in caſtris, vt applicarent vniuſquiſque in quo
erat loco. * & applicuerunt ſe viri virtutis: & 50
oppugnauit ciuitatem illam tota die, & tota no-
cte, & tradita eſt ciuitas in manu eius: *& pere- 51
merunt omnem maſculũ in ore gladij, & eradi-
cauit eam, & accepit ſpolia eius, & tranſiuit per
52 totam ciuitatem ſuper interfectos. * Et tranſ-
greſſi ſunt Iordanem in campo magno, contra
53 faciem Bethſan. *Et erat Iudas congregans ex-
tremos, & exhortabatur populum per totam
54 viam, donec venirent in terram Iuda. * Et
aſcenderunt in montem Sion cum lætitia &
gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo
ex eis cecidiſſet, donec reuerterentur in pace.
55 *Et in diebus, quibus erat Iudas & Ionathas in
terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa
56 contra faciem Ptolemaidis, * audiuit Ioſephus
Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res
57 benè geſtas, & prælia quæ facta ſunt, * & dixit:
Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugna-
re aduerſus gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt.
58 * Et præcepit his qui erant in exercitu ſuo, & ab-
59 ierunt Iamniam. *Et exiuit Gorgias de ciuitate,
G & viri eius obuiàm illis in pugnam. * Et fugati
60 ſunt Ioſephus & Azarias vſque in fines Iudææ:
& ceciderunt illo die de populo Iſrael ad duo
millia viri, & facta eſt fuga magna in populo:
61 *quia non audierunt Iudam, & fratres eius, exi-
62 ſtimantes fortiter ſe facturos. * Ipſi autem non
erant de ſemine virorum illorum, per quos ſa-
63 lus facta eſt in Iſrael. * Et viri Iuda magnificati
ſunt valdè in cõſpectu omnis Iſrael, & gentium
64 omnium vbi audiebatur nomen eorum. * Et
65 conuenerunt ad eos fauſta acclamantes. *Et
exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabant fi-
lios Eſau, in terra quæ ad Auſtrum eſt, & percuſ-
ſit Chebron & filias eius: & muros eius & turres
66 ſuccendit igni in circuitu. * Et mouit caſtra vt
iret in terram alienigenarum, & perambulabat
67 Samariam. *In die illa ceciderunt ſacerdotes in
bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine con-
68 ſilio exeunt in prælium. * Et declinauit Iudas in
Azotum in terram alienigenarum, & diruit
aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuc-
cendit igni: & cepit ſpolia ciuitatum, & reuer-
ſus eſt in terram Iuda.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET FACTVM EST. Hoc capite multa bella à Machabæis proſperè contra finitimas Gentes geſta continentur, contra Idumæos, filios Bean, & alios.

3 QVI ERANT IN ACRABATHANE debellauit Iudas. Græcè *Acrabathina*. Sic in Ioſepho lib. 3. de Bello, c. 3. & Plinio lib. 5. c. 14. Plerique *Arabathane* ſcribunt. Idumææ ciuitas fuiſſe videtur. Plinius in Iudæa ponit. QVIA CIRCVMSEDEBANT ISRAELITAS. Obſidebant aliquod Iudæorum oppidum. Recordatus eſt Iudas

4 FILIORVM BEAN. Hanc volunt eſſe vrbem Amorrhæorum vltra Iordanem, quæ *Beon* vocatur Num. 32. v. 3. Ergo Iudas *recordatus eſt malitiæ filiorum Bean*. i. ciuium. INSIDIANTES EI IN VIA. Latrones ex ea vrbe obſidebant itinera.

5 ANATHEMATIZAVIT EOS. i. decreuit eos penitùs delere. Quid ſit *anathema*, dictum eſt Ioſue 6 v. 17.

7 CONTRITI SVNT IN CONSPECTV EORVM Ammonitæ. Græcè, *in conſpectu eius*. i. ab eo. ſ. Iuda, de quo mox ſequitur: ET PERCVSSIT EOS.

8 CEPIT GAZER. Vrbs Ammonitarum. Alia *Gazer* in Iudæa & prope Ieruſalem, de qua Ioſue 10. v. 33. quam 1. Par. 14 v. 16. *Gazaram* vocat. Ioſephus lib. 5. Antiq. c. 1. *Gadaram*. ET FILIAS EIVS. Vicos, qui in agro eius vrbis erant, cepit.

9 CONGREGATÆ SVNT GENTES QVÆ SVNT IN GALAAD. Hæc regio eſt vltra Iordanem, vbi dimidia

tribus Manaſſis: Gen. 31. v. 21. Portò *Dathemam* & *Tuin* arces aut oppida ijs in locis erant.

15 Et repleta est omnis Galilæa alienigenis. Græcè, *Et omnem Galilæam alienigenarum.* ſ. conuenerunt conueniſſe copias. Goth. *à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & omni Galilaa conueniſſe.* ſ. nuntiauerunt. Alienigenis. *allophylis.* i. Philiſthæis. Ergo ex omni Galilæa conuenerunt Philiſthæi. Duplex *Galilæa* erat, inferior & ſuperior, quæ & *Galilæa Gentium* dicebatur, Tyro & Sidoni finitima. De ea agi videtur.

17 Ibimvs in Galaaditim ego & Ionathas. i. in Galaad.

20 Et partiti svnt Simoni. ἐμερίσθησαν Græcè. i. *diſtributa ſunt.* Regia, *Et data ſunt Simoni virorum tria millia.* Goth. *dati ſunt Simoni viri tria millia.*

21 Contritæ svnt gentes a facie eivs. i. ab eo, à Simone.

23 Assvmpsit eos. quos? Iſraelitas, quos Gentes opprimere voluerant. Deduxit illos in Iudæam, vt tuti eſſent ab iniuria.

26 Mvlti ex eis. (ſ. Iſraelitis) comprehensi svnt. i. obſeſſi intra ciuitates illas quas nominat.

28 In desertvm Bosor. Ciuitas Moabitarum trans Iordanem in tribu Ruben, ſed Leuitis data: Ioſ. 20. v. 8.

33 Clamavervnt in oratione. i. orabant voce magna, & clamantes.

35 Divertit Ivdas in Maspha. Erat *Maſpha* in tribu Iuda, de qua cap. 3. v. 46. Erat altera in terra Galaad: 1. Reg. 22 v. 3. & de illa hîc eſt ſermo.

37 Castra posvit contra Raphon Timotheus. i. è regione Raphon. Videtur eſſe vrbis nomen. Trans torrentem. non deſignat nomen eius torrentis, nec nos diuinamus. Sed is *torrens, flumen* vocatur v. 41. neque inſolens, vt *fluuij, torrentes* vocentur. Lucanus l. 9. Nilum *torrentem* vocat. Ita puto eum torrentem fuiſſe fluuium, quo Raphon alluebatur.

39 Arabas condvxervnt. Goth. *conduxit.* ſ. Timotheus. Sic etiam Græcè.

41 Posverit castra extra flvmen. πέραν τοῦ ποταμοῦ, *trans flumen.* ſ. medio inter vtroſque fluuio. Iudas

42 Statvit scribas. i. præfectos, duces, centuriones.

46 Venervnt vsqve Ephron. Videtur fuiſſe in aditu Galaad & vltra Iordanem vrbs munita, vt dicitur 2. Mach. c. 12. v. 27. diſtincta ab Ephrem de qua Ioan. 11. v. 54. Hæc enim erat prope Iordanem. Nec hæ duæ vrbes Hebraicè ſcribuntur eodem modo, ſed multò aliter; quod ad eum Ioannis locum non aduertimus. Non erat declinare ab ea dextera vel sinistra. pro *ad dexteram vel ſiniſtram*, vt eſt Græcè.

52 In campo magno. pro, in campum magnum. Vocatur *Aulon*, & *Vallis Silueſtris*, Gen. 14. v. 3. Maiori ex parte eam cooperuit Mare mortuum poſt Sodomæ incendium. Contra faciem Bethsan. i. è regione eius. Goth. *contra Bethſan* ſententia eadem. Vox *faciei* ſæpè redundat.

53 Erat Ivdas congregans extremos. nouiſſimum agmen curabat, ſ. ne aliquis dilaberetur, aut laſſus ſubſiſteret.

56 Azarias princeps virtvtis. δυνάμεως, *exercitus*, militibus præfectus.

60 Et facta est fvga. τροπή. Sic etiam Goth. non *plaga*, vt quidam codices. q. d. præter occiſos alij fugerunt.

62 Non erant de semine. i. non erant ad id opus à Deo deſtinati. Sine diuina vocatione vix quidquam benè ſuccedit.

66 In terram alienigenarvm. Ἀλλοφύλων, Philiſthinorum.

67 Ceciderunt sacerdotes in bello. Græcè, *ſacerdotes vrbium.* Reuertitur ad ſuperiora, & ad expeditionem Azariæ. Dvm volvnt, &c. Goth. *dum vult fortiter agere, & ſine conſilio exire.* ſ. Azarias. Græca etiam ſunt in ſingulari: *Volente eo fortiter agere, & exire ſine conſilio.* Multi etiam codices Latini hæc verba in ſingulari ponunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Erant. i. habitabant.
3 Circvmsedebant. i. obſidebant.
4 Scandalvm. i. offendiculum.
5 Anathematizavit. i. deſtruxit penitùs.
8 Filias. i. vicos, ſeu oppida ſubiecta.
9 Datheman. Erat in monte Galaad.
10 Per circvitvm. Græc. *quæ circum nos ſunt.*
11 Spolia. Græc. *ſupellectilem.*
14 Secvndvm verba hæc. i. ſimilia.
16 Ecclesia. i. concio, ſeu conuentus populi. Cogitare. i. conſultare. Expvgnabantvr ab eis. i. oppugnabantur ab illis. ſ. hoſtibus.
21 A facie eivs. pro, ab eo.
26 Comprehensi. i. capti, vel concluſi. ſ. ne poſſent exire.
29 Mvnitionem. ſ. in qua Iudæi concluſi.
30 Eos. ſ. qui intus erant.
33 Ordinibvs. ſ. militum diſpoſitis per diuerſa loca. Oratione. ſ. ad Deum.
34 Eos. ſ. hoſtes Iudæ.
40 Potens poterit. i. præualebit.
41 Scribas ſ. qui deſcriptos habebant milites.
43 Transfretavit. i. traiecit.
46 Ephron. Ciuitas vltra Iordanem. videtur eſſe quæ Ioannis 11. dicitur *Ephrem.* Ingressv. i. tranſitu. Erat. ſ. faciendum.
48 Pedibvs. q. d. rectâ iter facientes, nec in aliud intenti.
50 Virtvtis. i. fortes.
52 Contra faciem. i. è regione, ſeu in conſpectu, vel prope.
54 Donec. Nota id *donec.* nec enim ſignificat reuerſos cecidiſſe.
56 Virtvtis. i. exercitus.
62 Facta est. pro, facienda erat.
63 Viri Ivda. Græc. *vir Iudas, & fratres eius.*
67 Sacerdotes. i. de quibus ſuprà.

CAPVT VI.

Antiochus repulſus ab opulenta ciuitate Elymaide venit in Babylonem; vbi auditis infortunijs quæ ſui in Iudæa paſſi erant, incidit præ triſtitia in mortis languorem, confitens hoc ſibi contigiſſe ob impietatem quam in Iudæos exercuerat: quo ibi mortuo, & Iuda arcem Ieruſalem obſidente, ſucceſſor eius filius Antiochus dictus Eupator, congregato aduerſus Iudam potentiſſimo exercitu non potuit eum vincere; & Eleazar, occiſo ingenti elephante, ab eo oppreſſus interijt: Rex autem oppugnans Ieruſalem reuocatur à Lyſia; ſed poſt iuratam pacem non ſeruat iuſiurandum.

1 ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores
A regiones, & audiuit eſſe ciuitatem Elymai-
dem in Perſide nobiliſſimam, & copioſam in
2 argento & auro, *templumque in ea locuples
valdè: & illic velamina aurea, & loricæ, & ſcu-
ta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Mace-
3 do, qui regnauit primus in Græcia. *Et venit, &
quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam:
& non potuit, quoniam innotuit ſermo his qui
4 erant in ciuitate: *& inſurrexerunt in prælium,
& fugit inde, & abijt cum triſtitia magna, & re-
5 uerſus eſt in Babyloniam. *Et venit qui nuntia-
ret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra, quæ
erant in terra Iuda: *& quia abijt Lyſias cum
6 virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Iu-

dæorum,

dæorum, & inualuerunt armis, & viribus, &
ſpolijs multis, quæ ceperunt de caſtris, quæ ex-
ciderunt: * & quia diruerunt abominationem, 7
quam ædificauerat ſuper altare, quod erat in
Ieruſalem, & ſanctificationem, ſicut priùs, cir-
cumdederunt muris excelſis, ſed & Bethſuram
ciuitatem ſuam. * Et factum eſt vt audiuit rex 8
ſermones iſtos, expauit, & commotus eſt val-
dè: & decidit in lectum, & incidit in languo-
rem præ triſtitia, quia non factum eſt ei ſicut co-
gitabat. * Et erat illic per dies multos: quia reno- 9
uata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe
mori. * Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit 10
illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, & cónci- B
di, & corrui corde præ ſolicitudine: * & dixi in 11
corde meo: In quantam tribulationem deueni,
& in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum; qui
iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea?
* Nunc verò reminiſcor malorum, quæ feci in 12
Ieruſalem, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea
& argentea, quæ erant in ea, & miſi auferre ha-
bitantes Iudæam ſine cauſa. * Cognoui ergo 13
quia propterea inuenerunt me mala iſta: & ecce
pereo triſtitia magna in terra aliena. * Et vocauit 14
Philippum, vnum de amicis ſuis, & præpoſuit
eum ſuper vniuerſum regnum ſuum: * & dedit 15
ei diadema, & ſtolam ſuam, & annulum, vt ad-
duceret Antiochum filium ſuum, & nutriret
eum, & regnaret. * Et mortuus eſt illic Antio- 16
chus rex, anno centeſimo quadrageſimo nono.
* Et cognouit Lyſias, quoniam mortuus eſt rex, 17
& conſtituit regnare Antiochum filium eius,
quem nutriuit adoleſcentem: & vocauit nomen
eius Eupator. * Et hi qui erant in arce, concluſe- 18
rant Iſrael in circuitu ſanctorum: & quærebant
eis mala ſemper, & firmamentum Gentium.
* Et cogitauit Iudas diſperdere eos: & conuoca- 19
uit vniuerſum populum, vt obſiderent eos. * Et C
conuenerunt ſimul, & obſederunt eos, anno 20
centeſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas
& machinas. * Et exierunt quidam ex eis qui ob- 21
ſidebantur, & adiunxerunt ſe illis aliqui impij
ex Iſraël, * & abierunt ad regem, & dixerunt: 22
Quouſque non facis iudicium, & vindicas fra-
tres noſtros? * Nos decreuimus ſeruire patri tuo, 23
& ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis
eius: * & filij populi noſtri propter hoc aliena- 24
bant ſe à nobis, & quicumque inueniebantur
ex nobis, interficiebantur, & hereditates no-
ſtræ diripiebantur. * Et non ad nos tantùm ex- 25
tenderunt manum, ſed & in omnes fines no-
ſtros. * & ecce applicuerunt hodie ad arcem Ie- 26
ruſalem occupare eam, & munitionem Beth-
ſuram munierunt: * & niſi præueneris eos velo- 27
ciùs, maiora quàm hæc facient, & non poteris
obtinere eos. * Et iratus eſt rex, vt hæc audiuit: 28
& conuocauit omnes amicos ſuos, & principes
exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erant. * ſed 29
& de regnis alijs, & de inſulis maritimis, vene-
runt ad eum exercitus conductitij. * Et erat nu- 30
merus exercitus eius, centum millia peditum, D
& viginti millia equitum, & elephanti triginta-
duo, docti ad prælium. * Et venerunt per Idu- 31
mæam, & applicuerunt ad Bethſuram, & pu-
gnauerunt dies multos, & fecerunt machinas;
& exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugna-
32 uerunt viriliter. * Et receſſit Iudas ab arce, &
mouit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra
33 regis. * Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit
exercitus in impetum contra viam Bethzacha-
ram: & comparauerũt ſe exercitus in prælium,
34 & tubis cecinerunt: * & elephantis oſtenderunt
ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in
35 prælium: * & diuiſerunt beſtias per legiones: &
aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri in loricis
concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum:
& quingenti equites ordinati vnicuique beſtiæ
36 electi erant. * Hi ante tempus vbicumque erat
beſtia, ibi erant: & quocumque ibat, ibant, &
37 non diſcedebant ab ea. * Sed & turres ligneæ
ſuper eos firmæ protegentes ſuper ſingulas be-
ſtias: & ſuper eas machinę: & ſuper ſingulas
viri virtutis triginta duo, qui pugnabant deſu-
38 per, & Indus magiſter beſtiæ. * Et reſiduum
equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes,
tubis exercitum commouere, & perurgere
39 conſtipatos in legionibus eius. * Et vt refulſit ſol
E in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt
montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades
40 ignis. * Et diſtincta eſt pars exercitus regis per
montes excelſos, & alia per loca humilia: &
41 ibant cautè & ordinatè. * Et commouebantur
omnes inhabitantes terram à voce multitudi-
nis, & inceſſu turbæ, & colliſione armorum:
42 erat enim exercitus magnus valdè, & fortis. * Et
appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium:
43 & ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri. * Et
vidit Eleazar filius Saura vnam de beſtijs lorica-
tam loricis regis: & erat eminens ſuper ceteras
44 beſtias, & viſum eſt ei quòd in ea eſſet rex: * &
dedit ſe vt liberaret populum ſuum, & acquire-
45 ret ſibi nomen æternum. * Et cucurrit ad eam
audacter in medio legionis, interficiens à dex-
tris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque
46 illuc. * Et iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit
ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper
47 ipſum, & mortuus eſt illic. * Et videntes virtu-
tem regis, & impetum exercitus eius, diuerte-
48 runt ſe ab eis. * Caſtra autem regis aſcenderunt
F contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt caſtra
49 regis ad Iudæam & montem Sion. * Et fecit pa-
cem cum his qui erant in Bethſura: & exierunt
de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta con-
50 cluſis, quia ſabbata erant terræ. * Et compre-
hendit rex Bethſuram: & conſtituit illic cuſto-
51 diam ſeruare eam. * Et conuertit caſtra ad lo-
cum ſanctificationis dies multos: & ſtatuit illic
baliſtas, & machinas, & ignis iacula, & tormen-
ta ad lapides iactandos, & ſpicula, & ſcorpios
52 ad mittendas ſagittas, & fundibula. * Fecerunt
autem & ipſi machinas aduerſus machinas eo-
53 rum, & pugnauerunt dies multos. * Eſcæ autem
non erant in ciuitate, eò quod ſeptimus annus
eſſet: & qui remanſerant in Iudęa de Gentibus,
conſumpſerant reliquias eorum, quæ repoſitæ
54 fuerant. * Et remanſerunt in ſanctis viri pauci,
quoniam obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt
55 vnuſquiſque in locum ſuum. * Et audiuit Lyſias
G quòd Philippus, quem conſtituerat rex Antio-
chus, cùm adhuc viueret, vt nutriret Antiochũ
56 filium ſuum, & regnaret, * reuerſus eſſet à Per-
ſide, & Media, & exercitus qui abierat cum

ipſo,

ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia:
*feſtinauit ire, & dicere ad regem, & duces ex- 57
ercitus: Deficimus quotidie, & eſca nobis mo-
dica eſt, & locus, quem obſidemus, eſt muni-
tus, & incumbit nobis ordinare de regno.
*Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, 58
& faciamus cum illis pacem, & cum omni gen-
te eorum: *& conſtituamus illis vt ambulent 59
in legitimis ſuis ſicut prius. propter legitima
enim ipſorum, quæ deſpeximus, irati ſunt, &
fecerunt omnia hæc. *Et placuit ſermo in con- 60
ſpectu regis & principum: & miſit ad eos pa-
cem facere, & receperunt illam. *Et iurauit illis 61
rex, & principes: & exierunt de munitione. *Et 62
intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem
loci: & rupit citiùs iuramentum, quod iurauit:
& mandauit deſtruere murum in gyro. *Et diſ- 63
ceſſit feſtinanter, & reuerſus eſt Antiochiam,
& inuenit Philippum dominantem ciuitati: &
pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatē.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ESSE CIVITATEM ELYMAIDEM audiuit Antiochus. Hæc vrbs lib. 2. c. 9. v. 2. vocatur *Perſepolis*. Binomia. Sic hi duo loci conciliantur. Eſſe ibi audiuit

2 VELAMINA AVREA. veſtes ex auro, *brocados*. Alexander REGNAVIT PRIMVS IN GRÆCIA. Lego *prius* propter ea quæ ſunt dicta c. 1. v. 1. Et Græcè pro πρῶτος lego πρότερος, *primum* ſeu *prius*.

6 ABIIT LYSIAS CVM VIRTVTE FORTI. *δυνάμει*, exercitu forti.

7 DIRVERVNT ABOMINATIONEM. Sic Hebraicè *idolum* vocatur, & ſæpè in Sacris. SANCTIFICATIONEM. i. ſanctuarium, templum munierunt. BETHSVRAM. ſ. munierunt. CIVITATEM SVAM, *αὐτοῦ*, *eius*, quæ ſ. Regis fuerat.

11 DILECTVS IN POTESTATE MEA. i. gratus ſubditis meis, in dominio meo.

12 ABSTVLI OMNIA SPOLIA. Græcè *σκεύη*, *vaſa aurea & argentea*. Morior

19 IN TERRA ALIENA. Genus infelicitatis ducebatur, procul à patria mori.

15 DEDIT EI DIADEMA, vt ferret ad filium. VT ADDVCERET ANTIOCHVM. pro, ad Antiochum filium ſuū. ET REGNARET. ſ. ipſe Antiochus, qui ætate paruulus erat, vt ait Iuſt. lib 34. Nouennē ait Appianus in Syriacis. Ideò voluit eius pater vt Philippus regnum procuraret, & filium nutriret. Præuenit Lyſias, & puerum, quem penes ſe habebat, pro patre Regem conſtituit.

18 QVI ERANT IN ARCE. Macedones & perfugæ Iudæorum, CONCLVSERANT ISRAEL IN CIRCVITV SANCTORVM. i. templum obſidebant. Inde malorum cumulus, & hoſtibus firmitas & vires maiores.

20 FECERVNT BALISTAS. *Baliſta* lapides mittit, *catapulta* iacula. Sed & hæ voces ſæpè confunduntur.

26 APPLICVERVNT HODIE AD ARCEM. Græcè, *caſtra poſuerunt hodie ad arcem*. ET MVNITIONEM BETHSVRAM. Græc. *& ſanctum* (.i. Sanctuarium) *& Bethſuram* munierunt.

31 APPLICVERVNT, ſeu *caſtrametati ſunt* ad Bethſuram. ET EXIERVNT. nempe obſeſſi, eruptione facta, combuſſerunt machinas Regis, & fortiter pugnauerunt.

32 AD BETHZACHARAM iuit Iudas. Non procul Bethſurâ is locus erat.

34 SANGVINEM VVÆ ET MORI oſtenderunt elephantis. i. potarunt eos vino ex vuis & moris, quo potu acriores redduntur.

35 MILLE VIRI IN LORICIS CONCATENATIS. Eæ ſunt maculæ ferreæ, factæ ad modum retis, annulis concatenatis inter ſe. Hiſpanis, *cota de malla*.

37 VIRI VIRTVTIS. i. fortes. TRIGINTA DVO. Fortiſſimæ beſtiæ erant, nempe Indici elephantes Africanis fortiores. Et nihilominùs mirum eſt, tot viros ſuſtinere potuiſſe. Suſpicor conſtructionem eſſe inuerſam, & legendum: *Super ſingulas trigintaduas viri fortes qui pugnabant*. Memento v. 30. dixiſſe, elephantes fuiſſe numero 32. Numerorū notæ, quibus olim ſcribebantur, quolibet caſu verti poſſunt. Noſtro tempore elephas quatuor aut quinque homines geſtat. ET INDVS MAGISTER BESTIÆ. Græcè, *& Indus eius*, benè ſuppletur *magiſter*. Regia & Louan. pro *Indus* habent *unus*, ſed malè.

38 ET RESIDVVM EQVITATVS. Græca aliter. Significat tamen copias Regis bifariàm diuiſas & confertas proceſſiſſe, partem per montes, partem per plana, vt v. 40. dicitur; nimirum vtroque loco in Iudæos irruere volebat. Verba quæ ſunt intricata, ad hanc ſententiam referri debent.

39 VT REFVLSIT SOL IN CLYPEOS AVREOS ET ÆREOS. Græcè non eſt *æreos*. ſed non omnes clypei aurei erant.

42 SEXCENTI VIRI de regijs ceciderunt. ſ. in primo cōflictu. In toto prælio quatuor millia: 2. Machab. c. 13.

43 ELEAZAR FILIVS SAVRA. Græc. *Eleazarus Auaran*. Ex ea voce facta eſt in c. 2. v. 5. *Abaron*. hîc *Saura*, additione litteræ *S*. Nec fuit filius *Auaran*, vt ponitur in Regijs, ſed *Mathathiæ*, vt ait Ioſephus lib. 12. c. 14. frater Iudæ, quem ibi *Auranem* vocat.

44 ET DEDIT SE. i. ſe morti deuouit. An id liceat, & an quis ſe perimere poſſit, diſputauimus de Morte & immort. lib. 1. c. vltimo.

45 CADEBANT AB EO. Græc. *Diuidebantur ab eo hinc atque hinc*, nempe ſubmotis hoſtibus ad beſtiam penetrare potuit Eleazarus.

46 CECIDIT IN TERRAM SVPER IPSVM. ſ. beſtia. Sic *ſuo eſt ſepultus triumpho*, vt ait Ambroſ. lib. 1. Offic. c. 10.

47 DIVERTERVNT SE AB EIS. ſ. Iudæi ſimiles fugientibus. Itaque Iudas victus eſt in hoc prælio, ſeque in vrbem recepit, vt ſuos eius munitione tueretur. Sic Ioſeph. lib. 12. c. 14.

49 QVIA SABBATA ERANT TERRÆ. Non habebant alimenta in Bethſura. Annus ſeptimus & Sabbaticus erat, quo agri non colebantur: Exod. 23. Leuit. 25.

51 CONVERTIT CASTRA AD LOCVM SANCTIFICATIONIS. i. ſanctuarium, obſedit Ieruſalem. SCORPIOS AD MITTENDAS SAGITTAS. Eæ ſunt catapultæ. ET FVNDIBVLA, σφενδόνας. i. *fundas*. Benè noſter *fundibula* poſuit, quibus certè mittuntur lapides, balliſtæ maiores ſunt.

54 REMANSERVNT IN SANCTIS. i. in ſanctuario, in vrbe Ieruſalem manſerunt viri pauci. Sic defendi non poterat.

56 ET EXERCITVS QVI ABIERAT. Goth. *ibi erat cum eo*. ſ. Philippo. Græc. *& exercitus qui iuerant Regis cum eo*. Itaque exercitus quem Antiochus pater duxerat in Perſidem, erat cum Philippo. QVÆREBAT SVSCIPERE REGNI NEGOTIA. Nimirum ſic ſtatuerat noui Regis pater v. 14. Id malè habebat Lyſiam. Fœderis cum Iudæis ſanciendi ea cauſa fuit.

61 EXIERVNT DE MVNITIONE. i. Iudæi ex arce, vt ſ. Rex intrare poſſet.

62 RVPIT CITIVS IVRAMENTVM. Græcè, *rupit iuramentum*. Goth. *rupit ius iuramenti*. fortaſſis ea eſt vera lectio. Quo anno hæc ſunt geſta? Anno 150. indicat Ioſephus eo lib. 12. & c. 14.

63 PVGNAVIT ADVERSVS EVM. ſ. Antiochus contra Philippum. Vicit & occidit: Ioſephus lib. 12. cap. 15.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 VELAMINA. i. tegumenta militum. SCVTA. Græc. *arma*. GRÆCIA. ſ. tota.

3 SERMO. i. res.

5 IN PERSIDE. ſ. adhuc agenti. vel *Perſis* poſita pro Babylonia, vt lib. 2. c. 1.

6 VIRTVTE. i. exercitu. INVALVERVNT. ſ. Iudæi.

7 ABOMINATIONEM. i. idolum.

8 COMMOTVS. i. turbatus.

11 IVCVNDVS. i. lætus. Græc. χρηστός. i. *benignus*, ſeu *bonus*. ſ. felix, ſeu lætus phraſi Hebr. POTESTATE. i. dominio.

AVFERRE. i. delere. Græc. ἐξᾶραι. i. tollere. 12
STOLAM. i. veſtem. ADDVCERET. ſ. in regnum. 15
SANCTORVM i. templi. 18
VINDICAS FRATRES NOSTROS. i. vlciſceris Iudæos. 22
FILII POPVLI NOSTRI. i. populares noſtri. 24
EXIERVNT. ſ. qui erant intra Bethſuram. 31
COMPARAVERVNT. i. pararunt, ſeu expedierunt. 33
CONCATENATIS i. hamatis. ſ. factis ex hamis inter ſe more catenarum iunctis, vt etiam nunc fiunt. ORDINATI. i. deſtinati, ſeu attributi. ſ. ad defenſionem. 35
ANTE TEMPVS. i. opportunè, ſeu citiſſimè. ERANT. pro, aderant. 36
VIRTVTIS. i. fortes. 37
PERVRGERE. ſ. ad prælium. CONSTIPATOS. i. immiſſos. q. d. huc illuc diſcurrentes & ſollicitantes milites. 38
DISTINCTA. i. diuiſa, ſeu diſpoſita. 40
COMMOVEBANTVR. ſ. admiratione, vel timore. 41
FILIVS SAVRA. Græc. *Sauaran*, quaſi id cognomen fuerit. 43
PEDES ELEPHANTIS. Græc. *elephantem*. 46
CIVITATE. ſ. Bethſura. SABBATA. i. *vacationes*, ſeu *ceſſationes*. ſ. non colebantur ob bella, ſeu potius quia ſeptimus annus erat, vt dicitur infr. Vide Leu. 25. 49
SANCTIFICATIONIS. i. ſanctuarij, ſeu templi. FVNDIBVLA. i. fundas. 51
SANCTIS. i. ſanctuario. 54
LEGITIMA. i. leges. 59
EXIERVNT. ſ. Iudæi. fortè obuiàm Regi. 61

CAPVT VII.

Demetrius Seleuci filius, occiſis Antiocho & Lyſia, obtinet regnum patrum ſuorum: qui, accuſato apud ſe Iuda Machabæo, mittit ducem Bacchidem & accuſatorem Alcimum conſtituitum ſacerdotem ad affligendum filios Iſrael: ſed cùm non poſſent aduerſus Iudam præualere, miſſus eſt à rege Nicanor, qui, vt & priores, cùm dolo nequiret, vt Iudam aggreſſus, ſemel atque iterum ab eo deuictus eſt, & præmiſſis ad Deum precibus, cum toto ſuo exercitu occiſus, amputato ipſius capite ac dextera, quam irriſis Iudæorum ſacrificiis ſuperbè contra locum ſanctum extulerat: cuius victoriæ dies annuus apud Iudæos celebris inſtituitur.

ANno centeſimo quinquageſimo primo, 1
exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Ro- A
ma, & aſcendit cum paucis viris in ciuitatem
maritimam, & regnauit illic. *Et factum eſt, vt 2
ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum,
comprehēdit exercitus Antiochum & Lyſiam,
vt adducerent eos ad eum. *Et res ei innotuit: & 3
ait: Nolite mihi oſtendere faciem eorum. *Et 4
occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper
ſedem regni ſui: *& venerunt ad eum viri iniqui 5
& impij ex Iſraël: & Alcimus dux eorum, qui
volebat fieri ſacerdos. *Et accuſauerunt popu- 6
lum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas, &
fratres eius, omnes amicos tuos, & nos diſperſit
de terra noſtra. *Nunc ergo mitte virum, cui 7
credis, vt eat, & videat exterminium omne,
quod fecit nobis, & regionibus regis: & puniat
omnes amicos eius, & adiutores eorum. *Et ele- 8
git rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui domina- B
batur trans flumen, magnum in regno, & fide-
lem regi: & miſit eū, *vt videret exterminium, 9
quod fecit Iudas: ſed & Alcimum impium con-
ſtituit in ſacerdotium, & mandauit ei facere vl-
tionem in filios Iſrael. *Et ſurrexerunt, & vene- 10
runt cum exercitu magno in terram Iuda: &
miſerunt nuntios, & locuti ſunt ad Iudam, &
ad fratres eius, verbis pacificis in dolo. *Et non 11
intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim
12 quia venerunt cum exercitu magno. *Et conue-
nerunt ad Alcimum & Bacchidem congrega-
13 tio ſcribarum requirere quæ iuſta ſunt: *& pri-
mi, Aſſidæi qui erant in filijs Iſrael, & exquire-
14 bant ab eis pacem. *Dixerunt enim: Homo ſa-
cerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet
15 nos. *Et locutus eſt cum eis verba pacifica: & iu-
rauit illis, dicens: Non inferemus vobis ma-
16 lum, neque amicis veſtris. *Et crediderunt ei:
C Et comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occi-
dit eos in vna die, ſecundùm verbum quod ſcri-
17 ptum eſt: *[n] Carnes ſanctorum tuorum, & ſan- [n] Pſal 78. a. 1. 2. 3
guinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſa-
18 lem, & non erat qui ſepeliret. *Et incubuit ti-
mor & tremor in omnem populum: quia dixe-
runt: Non eſt veritas & iudicium in eis: tranſ-
greſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum
19 quod iurauerunt. *Et mouit Bacchides caſtra
ab Ieruſalē, & applicuit in Bethzecha: & miſit,
& cōprehendit multos ex eis qui à ſe effugerāt,
& quoſdam de populo mactauit, & in puteum
20 magnū proiecit. *Et commiſit regionē Alcimo,
& reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipſi.
21 Et abijt Bacchides ad regem: *& ſatis agebat Al-
22 cimus pro principatu ſacerdotij ſui. *& conue-
nerunt ad eum omnes, qui perturbabāt populū
ſuū, & obtinuerunt terrā Iuda, & fecerunt plagā
23 magnam in Iſrael. *Et vidit Iudas omnia mala
D quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant, filijs
24 Iſrael, multò plus quàm Gentes. *& exijt in om-
nes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam
in viros deſertores, & ceſſauerunt vltrà exire in
25 regionem. *Vidit autem Alcimus quòd præua-
luit Iudas, & qui cum eo erant: & cognouit
quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad
26 regem, & accuſauit eos multis criminibus. *[o] Et [o] 2. Mach. 15. a. 1
miſit rex Nicanorem, vnum ex principibus ſuis
nobilioribus: qui erat inimicitias exercens con-
27 tra Iſrael: & mandauit ei euertere populum. *Et
venit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu ma-
gno, & miſit ad Iudam & ad fratres eius verbis
28 pacificis cum dolo, *dicens: Non ſit pugna inter
me & vos: veniam cum viris paucis, vt videam
29 facies veſtras cum pace. *Et venit ad Iudam, &
ſalutauerunt ſe inuicem pacificè: & hoſtes pa-
30 rati erant rapere Iudam. *Et innotuit ſermo Iu-
E dæ, quoniam cum dolo venerat ad eum: & con-
territus eſt ab eo; & ampliùs noluit videre fa-
31 ciem eius. *Et cognouit Nicanor quoniam de-
nudatum eſt conſilium eius: & exiuit obuiàm
32 Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama. *Et ceci-
derunt de Nicanoris exercitu ferè quinque
33 millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. *Et
poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem
Sion: & exierunt de ſacerdotibus populi ſa-
lutare eum in pace, & demonſtrare ei ho-
34 locautomata, quæ offerebantur pro rege. *Et
irridens ſpreuit eos, & polluit: & locutus eſt
35 ſuperbè, *& iurauit cum ira, dicens: Niſi tra-
ditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus
meas, cōtinuò cùm regreſſus fuero in pace, ſuc-
cendam domum iſtam. Et exijt cum ira magna,
36 *& intrauerunt ſacerdotes, & ſteterunt ante
faciem altaris & templi: & flentes dixerunt:
37 *Tu Domine elegiſti domum iſtam ad inuo-

candum nomen tuum in ea, vt eſſet domus
orationis & obſecrationis populo tuo. *fac vin- 38
dictam in homine iſto, & exercitu eius, & ca- F
dant in gladio: memento blaſphemias eorum,
& ne dederis eis vt permaneant. *Et exijt Nica- 39
nor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Betho-
ron: & occurrit illi exercitus Syriæ. * Et Iudas 40
applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris: &
orauit Iudas, & dixit: * [a] Qui miſſi erant a re- 41
ge Sennacherib, Domine, quia blaſphemaue-
runt te; exijt angelus, & percuſſit ex eis centum
octogintaquinque millia: * ſic contere exerci- 42
tum iſtum in conſpectu noſtro hodie: & ſciant
ceteri quia malè locutus eſt ſuper ſancta tua: &
iudica illum ſecundùm malitiam illius. * Et 43
commiſerunt exercitus prælium tertiadecima G
die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nica-
noris, & cecidit ipſe primus in prælio. * Vt au- 44
tem vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nica-
nor, proiecerunt arma ſua, & fugerunt: *& per- 45
ſecuti ſunt eos viam vnius diei, ab Adazer vſ-
quequò veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt
poſt eos cum ſignificationibus: * & exierunt de 46
omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & venti-
labant eos cornibus, & conuertebantur iterùm
ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt
relictus ex eis nec vnus. * Et acceperunt ſpolia 47
eorum in prædam: & caput Nicanoris ampu-
tauerunt, & dexteram eius, quam extenderat
ſuperbè, & attulerunt & ſuſpenderunt contra
Ieruſalem. * Et lætatus eſt populus valdè, & 48
egerunt diem illam in lætitia magna. * Et con- 49
ſtituit agi omnibus annis diem iſtam, tertiade-
cima die menſis Adar. * Et ſiluit terra Iuda dies 50
paucos.

[a] 4. Reg. 19 g. 35 Tob. 1. d. 21 Eccli. 48 d. 25 Iſa. 37. g. 26 2. Mach. 8 c. 19

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DEMETRIVS SELEVCI FILIVS. *Seleucus* hic fuit 1
frater Antiochi Epiphanis. *Demetrius* pro patruo obſes Romæ: Appianus in Syriacis. Fallitur Iuſtinus lib. 34. cùm Demetrium Antiochi Epiphanis fratrem facit. Fuit Eupatoris patruelis, & audita patrui morte, clàm Româ & cum paucis diſcedit. IN CIVITATEM MARITIMAM appulit. Quæ ea ciuitas? Tripolis, 2. Mach. c. 14. v. 1. Phœniciæ vrbs eſt.

VT INGRESSVS EST DOMVM REGNI. i. regnum. 2
COMPREHENDIT EXERCITVS ANTIOCHVM. Puto hunc exercitum fuiſſe, qui ductore Philippo ex Perſide venerat. Eo victo & ſublato quamuis, irritati manſerunt, & occaſione oblata contra Eupatorē rebellarūt.

ET ALCIMVS DVX EORVM. Hic Menelao ſucceſſe- 5
rat anno ſuperiore 150. vt Ioſephus lib 12. c. 15. VOLEBAT FIERI SACERDOS. i. in Pontificatu confirmari à Demetrio, quem ab Antiocho Eupatore jam acceperat. Erat quidem ex ſemine Aaron, verſ. 14. tum Ioſepho, lib. vlt. cap. penultimo, ſed intruſus tum Menelaus tum ipſe Nicephorus in Catalogo Alcimum alienigenam vocat. Legitimi ſacerdotes, Mathathias & filij. Verùm ob turbationem temporum non puto Mathathiam id munus exercuiſſe, & ob id neque à Ioſepho, neque à Nicephoro Conſt. numerari inter Pōtifices Hebraicos.

ET NOS DISPERSIT, eiecit è terra noſtra Iudas. 6

DOMINABATVR TRANS FLVMEN MAGNVM. ſ. Eu- 8
phratem. Meſopotamiæ Præfectus erat Bacchides.

PRIMI, ASSIDÆI QVI ERANT IN FILIIS ISRAEL. 13
Græcè, *Primi Aſſidæi erant in filijs Iſrael*. De Aſſidæis dictum eſt cap. 2. v. 42.

NON EST VERITAS ET IVDICIVM. *Κρίσις*, *iudicium* 18
hìc ſumitur pro iure, pro iuſtitia.

APPLICVIT IN BETHZECHA. ſeu *caſtrametatus eſt* 19
in Bezeth, vt eſt Græcè. Num hic locus eſt, quem *Bethzaram* vocauit cap. 6. v 33. propè Ieruſalem: Nihil certi.

20 RELIQVIT CVM EO AVXILIVM IN ADIVTORIVM IPSI. *exercitum vt auxiliaretur ei*. ſic eſt Græcè. reliquit Bacchides cum Alcimo.

21 SATIS AGEBAT. vel *ſatagebat*, curabat diligenter, *ἠγωνίζετο*, Alcimus.

24 CESSAVERVNT VLTRA EXIRE. Græcè, *ire*. i. aggredi regionem Iudææ non audebant.

26 MISIT REX NICANOREM. ſ. Demetrius. Venerat is cum eo Roma, ex Ioſepho, eoque gratiſsimus erat ei.

31 CAPHARSALAMA. Hæc eſt *Antipatris*, Palæſtinæ vrbs, hodie *Arſur*. Ioſephus lib. 16. campum vbi erat Antipatris, *Capharſabam* vocat.

34 ET POLLVIT. Nicanor ſacerdotes adigens. ſ. ad illicita & vetita in Lege.

35 CASTRA APPLICVIT. ſeu *poſuit*, AD BETHORON. Vrbs in tribu Ephraim: Ioſue 16. v. 3. OCCVRRIT ILLI EXERCITVS SYRIÆ. Venerunt ad Nicanorem nouæ copiæ.

40 IVDAS APPLICVIT. Caſtra poſuit IN ADARSA. Græc. *Adaſa*. Goth. *aduerſa*. Vtrumq; vitioſè ex Hieronymo de Locis Hebr. Erant ea loca vicina, & caſtra caſtris collata. O Deus,

42 SVPER SANCTA TVA malè locutus eſt. *ἐπὶ τὰ ἅγιά σου*, *contra ſancta tua*. Sic Goth.

43 TERTIADECIMA DIE MENSIS ADAR. Is eſt Februarius, anni Hebr. menſis vltimus. Victos Iudæi perſecuti ſunt

45 AD ADAZER. Græc. *Adaſa*. nempe ibi prælium fuit. GAZARA. Vrbs tribus Ephraim data Leuitis Ioſue 21. v. 21. non procul Nicopoli. TVBIS CECINERVNT POST EOS CVM SIGNIFICATIONIBVS. i. victoriam partam ſignificantes. Varij ſonus tubæ varia in bello ſignificant, quibus pro voce vtuntur.

46 VENTILABANT EOS CORNIBVS, *ὑπερεκέρων*. i. cornua vtroque ex latere, omni ex parte fugientibus inſtabant. Id ſignificat *ventilare cornibus*. ET CONVERTEBANTVR ITERVM AD EOS. Græcè, *Et conuertebantur hi ad hos*. i. quiſque feriebat quem poterat, & qui illi occurrebat.

49 CONSTITVIT AGI OMNIBVS ANNIS DIEM FESTVM. De hoc Feſto lib. 2 cap. vltimo v. 37.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DEMETRIVS. ſ. frater Antiochi Illuſtris, ſecundùm quoſdam; alijs filius Seleuci fratris Antiochi Illuſtris adeoque huius ex fratre nepos, non frater. Fuerat autem Seleucus Rex ante Antiochum. MARITIMAM. Tyrum quidā putant. Vide tamen lib. 2. c. 14.

7 OMNES. Græc. *eos, & omnes adiutores eorum*.

8 FLVMEN. ſ. Euphratem.

15 ET LOCVTVS, &c. q. d. fuerat enim locutus, &c. & iurauerat, &c.

18 IVDICIVM. i. iuſtitia, ſeu probitas. CONSTITVTVM. i. pactum.

19 A SE. Græc. *qui apud ipſum erant transfugarum*.

24 EXIRE. i. excurrere.

30 CONTERRITVS EST. i. timuit ſibi.

32 CIVITATEM DAVID. ſ. in arcem, quam tenebant adhuc hoſtes.

33 VERBA. i. geſta.

34 POLLVIT. i. ignominioſè tractauit.

37 NOMEN TVVM. i. te.

38 IN GLADIO. i. cæſi. PERMANEANT. ſ. ſuperſtites.

41 EXIIT. ſ. à te miſſus.

42 SVPER SANCTA. i. contra templū. IVDICA, &c. i. puni ſecundùm quod meretur malitia. ADAR. ſ. Februarij.

45 CVM SIGNIFICATIONIBVS. Græc. *ſignorum*. i. quibus dari ſolebat ſignum bellicum, ſeu claſsicum.

46 VENTILABANT EOS CORNIBVS. i. vehementer euertebant. Metaphora à tauris. ITERVM. i. ſubinde. q. d. ſæpè cædendo, tandem omnes interemerunt.

47 CONTRA. i. è regione. ſ. propè.

50 SILVIT. i. quieuit. ſ. pacata fuit.

CAPVT VIII.

Iudas, audita celeberrima Romanorum fama ac virtute quæ hic recitantur, miſſis nuntiis fœdus cum illis percutit, vt ipſorum præſidio Iudæi a Græcorum iugo liberentur: Romani autem Iudæ remittunt illi fœderis reſcriptum in tabulis æreis ſculptum, quod hic refertur.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia 1
ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad A
omnia, quæ poſtulantur ab eis: & quicumque
acceſſerunt ad eos, ſtatuerunt cum eis amici-
tias, & quia ſunt potentes viribus. *Et audierunt 2
prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt
in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt
ſub tributum: * & quanta fecerunt in regione 3
Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatem redegerunt
metalla argenti & auri, quæ illic ſunt, & poſſe-
derunt omnem locum conſilio ſuo, & patien-
tia: * locaque quæ longè erant valdè ab eis, & 4
Reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ,
contriuerunt, & percuſſerunt eos plaga magna:
ceteri autem dant eis tributum omnibus annis.
* & Philippum & Perſen Ceteorum regem, & 5
ceteros qui aduerſum eos arma tulerant, con-
triuerunt in bello, & obtinuerunt eos: *& An- 6
tiochum magnum regem Aſiæ, qui eis pugnam
intulerat habens centum viginti elephantos, &
equitatum, & currus, & exercitum magnum
valdè, contritum ab eis. * & quia ceperunt 7
eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe, & B
qui regnarent poſt ipſum, tributum magnum,
& daret obſides, & conſtitutum, * & regio- 8
nem Indorum, & Medos, & Lydos, de opti-
mis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis,
dederunt Eumeni regi. * & quia qui erant apud 9
Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & in-
notuit ſermo his, * & miſerunt ad eos ducem 10
vnum, & pugnauerunt contra illos, & cecide-
runt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores
eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram
eorum poſſederunt, & deſtruxerunt muros eo-
rum, & in ſeruitutem illos redegerunt vſque in
hunc diem: * & reſidua regna, & inſulas, quæ 11
aliquando reſtiterant illis, exterminauerunt, &
in poteſtatem redegerunt. * Cum amicis au- 12
tem ſuis, & qui in ipſis requiem habebant, con-
ſeruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna,
quæ erant proxima, & quæ erant longè: quia
quicumque audiebant nomen eorum, time-
bant eos. * quibus verò vellent auxilio eſſe vt 13
regnarent, regnabant: quos autem vellent,
regno deturbabant: & exaltati ſunt valdè. *Et 14
in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec C
induebatur purpura, vt magnificaretur in ea.
*Et quia curiam fecerunt ſibi, & quotidie con- 15
ſulebant trecentos viginti, conſilium agentes
ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt, ge-
rant: * & committunt vni homini magiſtra- 16
tum ſuum per ſingulos annos dominari vniuer-
ſæ terræ ſuæ, & omnes obediunt vni, & non eſt
inuidia, neque zelus inter eos. * Et elegit Iudas 17
Eupolemum, filium Ioannis, filij Iacob, & Ia-
ſonem, filium Eleazari, & miſit eos Romam
conſtituere cum illis amicitiam, & ſocietatem:
* & vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia 18
viderunt quòd in ſeruitutem premerent re-
19 gnum Iſrael. *Et abierunt Romam viam mul-
tam valdè, & introierunt curiam, & dixerunt:
20 *Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus
Iudæorum miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſ-
cum ſocietatem & pacem, & conſcribere nos
21 ſocios & amicos veſtros. * Et placuit ſermo in
22 conſpectu eorum. * Et hoc reſcriptum eſt, quod
reſcripſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Ie-
ruſalem, vt eſſet apud eos ibi memoriale pacis
23 & ſocietatis. * Bene sit Romanis, & genti
D Iudæorum, in mari & in terra in æternum: gla-
24 diuſque & hoſtis procul ſit ab eis. * Quòd ſi in-
ſtiterit bellum Romanis priùs, aut omnibus
ſocijs eorum in omni dominatione eorum:
25 * auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus
26 dictauerit, corde pleno: * & præliantibus non
dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticum, ar-
ma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis:
& cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis acci-
27 pientes. *Similiter autem & ſi genti Iudæorum
priùs acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex
28 animo, prout eis tempus permiſerit: * & adiu-
uantibus non dabitur triticum, arma, pecunia,
naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient
29 mandata eorum abſque dolo. * ſecundùm hæc
verba conſtituerunt Romani populo Iudæo-
30 rum. * Quòd ſi poſt hæc verba hi aut illi addere
aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex
propoſito ſuo: & quæcumque addiderint, vel
31 dempſerint, rata erunt. * Sed & de malis, quæ
Demetrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei, di-
centes: Quare grauaſti iugum tuum ſuper ami-
32 cos noſtros, & ſocios Iudæos? *Si ergo iterùm
adierint nos, aduerſum te faciemus illis iudi-
cium, & pugnabimus tecum mari terraque.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDIVIT IVDAS. Verum eſt, audiuiſſe Iudam, quæ ſequuntur omnia. Id Scriptura dicit. Non tamen ſunt neceſſariò credenda quæ illi narrata ſunt. De quo Auguſtinus contra Priſcill. c.9. QVIA SVNT POTENTES VIRIBVS. Bis hoc dicitur in vno verſu. Frequentes in Sacris repetitiones ſunt.

2 VIRTVTES BONAS audiuit. *ἀνδραγαθίας, facinora.* QVAS FECERVNT IN GALATIA. Aſiatica, an Europæ Gallia? Vtraque *Galatia* vocatur, vt dicimus 2. ad Timoth. 4. v. 10. De *Aſiatica* agi puto, vbi bella à Romanis eo tempore gerebantur. Sic Græca non *fecerunt* habent, ſed *faciunt*.

3 QVANTA FECERVNT IN REGIONE HISPANIÆ. Annis 230. Romani Hiſpaniam ſubiecerunt, quantum tempus nullâ aliâ Prouinciâ ſubigendâ poſuerunt. METALLA ARGENTI obtinuerunt. Diues olim fuit Hiſpania ijs venis: & noſtra ætate Guadalcana fodina multis annis magnam argenti vim exhibuit. POSSEDERVNT OMNEM LOCVM. aut in Hiſpania, aut in toto orbe quem aggreſſi ſunt.

4 LOCAQVE QVÆ LONGE ERANT VALDE. Græc. *Et locus erat valdè diſtans*. i. quamuis locus valdè diſtaret, eum obtinuerunt. Goth. *locus qui longè erat valdè ab eis*. CETERI. pro, & alij Reges dant tributum.

5 PHILIPPVM ET PERSEN CETEOREM REGEM? Græc. *Citiorum*. i. Macedonum. *Citium* vrbs & mons in Macedonia. Memento Alexandrũ è Cethim prodijſſe.

6 CENTVM VIGINTI ELEPHANTOS habuit Antiochus. Polybius lib. 5. eduxiſſe eum contra Ptolemæum centum & duos ait.

7 CEPERVNT EVM VIVVM. Sic dictum eſt Iudæ. Hiſtorici fugâ elapſum Antiochum aiunt, & per Legatos

de pace egiſſe. Aut certè aliquanto tempore fuit captus. DARET OBSIDES. Filium obſidem dedit. ET CONSTITVTVM. Græcè, *διαίρεσιν*, *diuiſionem*. i. Regni partem quam ex fœdere Romanis reliquit.

ET REGIONEM INDORVM. Goth. *Medorum*. fortaſſis ea eſt vera lectio. quid enim Romanis cum Indis? ET MEDOS. Hoc Goth non eſt. ET LYDOS. i. ſtatuerunt vt daret. Ab eo verba hæc omnia reguntur. DE OPTIMIS. Græc. *& de optimis regionibus eorum*. i. alias optimas regiones ſtatuerunt vt daret. ET ACCEPTAS EAS AB EIS. Græc. *ab eo* Antiocho DEDERVNT EVMENI. Is fuit Bithyniæ Rex, amicus Romanorum. 8

QVI ERANT APVD HELLADAM. Græcè, *ex Hellade*. i. Græci. TOLLERE EOS. ſ. liberare eas regiones, aut Romanos expellere. INNOTVIT SERMO. i. res illa. HIS, nempe Romanis. 9

EXTERMINAVERVNT. ſeu *deſtruxerunt*. 11

QVI IN IPSIS REQVIEM HABEBANT. Græc. *qui acquieſcebant eis*. i. fœderati eorum, eiſque obtemperantes. ET OBTINVERVNT REGNA aut fœderati, aut Romani ipſi obtinuerunt proxima & longinqua Regna. 12

CVRIAM FECERVNT. ſeu *Senatum*. TRECENTI VIGINTI. Numerus Senatorum Romæ fuit varius. Romulus centum conſtituit, deinde ad trecentos, & quadringentos, & mille creuerunt aliquando. 15

COMMITTVNT VNI HOMINI MAGISTRATVM. Monarchia præſtantior eſt alijs formis gubernandi. Verùm eo tempore duo Conſules Romæ erant, alternis tamen diebus imperantes, vti ex Liuio colligitur, lib. 2. & 22. atque ex Plutarcho in Numa. 16

FILII IACOB. Græcè, *filij Accos*. Parum refert. Certè *Eupolemus* & *Iaſon*, quos Iudas Romam miſit, eximij viri & nobiles fuere, ideò maiores eorum deſignat. Miſerunt Iudæi, 17

CONSCRIBERE NOS SOCIOS. *γράψαι*, *ſcribi*. Goth. *conſcribi*. Sed perinde eſt. 20

NIHIL AB EIS ACCIPIENTES. nempe, à Romanis. q. d. gratis id facient. Aut ab hoſtibus nihil accipient, vt nec dabunt, nullum cum eis erit commercium. Græcè non eſt *cum eis*. 26

ET ADIVVANTIBVS. *συμμαχοῦσιν*. Puto hoc loco eam vocem ſignificare *compugnantibus*. ſ. contra Iudæos. NON DABITVR. Goth. *non dabunt*. ſ. Romani, triticum. CVSTODIENT MANDATA. i. ſtatuta. EORVM. Græcè, *hæc*. ſine fraude. 28

SECVNDVM HÆC VERBA CONSTITVERVNT. i. fœdus fecerunt Romani cum Iudæis. Si mutare quid voluerint in eo, 29

FACIENT EX PROPOSITO SVO. Græcè, *ex be[…] placito eorum*. i. vtriuſque partis conſenſu. 30

SI ERGO ITERVM ADIERINT NOS. Fortè legendum *vos*. i. ſi vos denuò aggreſſi fuerint, ſi arma ſumpſerint contra vos. Græcè neutrum eſt pronomen; & id videtur melius, quia ſequitur *contra te*. Si contra te iuerint hoſtes, FACIEMVS ILLIS IVDICIVM. i. contra illos facto decreto bellum geremus. 32

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ACQVIESCVNT AD. i. facilè concedunt. 1

VIRTVTES BONAS. i. egregia facta. IN GALATIA. i. contra Gallos. 2

LOCVM. ſ. Hiſpaniæ. vel q. d. omnia loca quæ poſſidebant, conſilio ſibi & patientia pararunt. 3

SVPERVENERANT EIS. i. eos bello laceſſerant. CETERI. ſ. à cæde ſuperſtites. 4

CONSTITVTVM. ſ. quod ſequitur. 7

INDORVM. Ad veritatem hiſtoriæ ſufficit, Iudam ita audiſſe; etſi aliter fortè res haberet. EORVM. ſ. fuiſſe ablatas regiones has. 8

HELLADAM. ſ. Græciam. TOLLERE. i. expugnare, ſeu interficere. 9

REQVIEM. q. d. qui eis fidebant, vel acquieſcebant. 12

15 CVRIAM. i. Senatum. MVLTITVDINE. i. populo. ſ. rectè gubernando.

16 VNI. i. Conſuli. At duo erant, ſed ſic audierat Iudas. vt & quod ſequitur de inuidia, &c. quod tamen falſum. ZELVS. i. æmulatio.

23 BENE SIT, &c. Sententiam refert phraſi Hebraica.

25 DICTAVERIT. i. feret, ſeu poſtulabit. CORDE PLENO. i. promptiſſimè.

26 PROELIANTIBVS. ſ. Iudæis. DABVNT. ſ. Romani. q. d. ſuis impenſis Iudæi bellum iuuabunt. AB EIS. ſ. Romanis.

28 DABITVR ſ. à Iudæis. EORVM. ſ. Iudæorum.

30 EX PROPOSITO. i. pro arbitratu.

32 FACIEMVS ILLIS, &c. i. defendemus eorum cauſam.

CAPVT IX.

Bacchide & Alcimo contra Iudæam miſſis à Demetrio, Iudas minimo exercitu fortiſſimè reſiſtens occiditur, ac lugetur: grauiterque afflictis pijs Iſraelitis frater ipſius Ionathas in eius locum ſufficitur: qui ob fratris Ioannis mortem percutit filios Iambri in nuptiis: rurſumque percuſſis de Bacchidis exercitu mille viris, Alcimus ob impia in locum ſanctum opera percuſſus à Deo paralyſi, mortuus eſt: ſed & Bacchides cùm nec dolo nec vi poſſet Ionathan perdere, inito cum eo fœdere diſceſſit, nec ampliùs in Iudæam reuerſus eſt.

1 A INtereà vt audiuit Demetrius, quia cecidit
Nicanor & exercitus eius in prælio, appoſuit
Bacchidem & Alcimum rurſum mittere in Iu-
2 dæam, & dextrum cornu cum illis. Et abie-
runt viam, quæ ducit in Galgala, & caſtra po-
ſuerunt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis: & oc-
cupauerunt eam, & peremerunt animas homi-
3 num multas. In menſe primo anni centeſimi
& quinquageſimi ſecundi, applicuerunt exerci-
4 tum ad Ieruſalem: & ſurrexerunt, & abierunt
in Beream viginti millia virorum, & duo mil-
5 lia equitum. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa,
6 & tria millia viri electi cum eo: & viderunt
multitudinem exercitus quia multi ſunt, & ti-
muerunt valdè: & multi ſubtraxerunt ſe de ca-
ſtris, & non remanſerunt ex eis niſi octingenti
7 viri. Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus ſuus,
& bellum perurgebat eum, & confractus eſt
corde, quia non habebat tempus congregandi
8 eos, & diſſolutus eſt. Et dixit his qui reſidui
erant: Surgamus, & eamus ad aduerſarios no-
9 ſtros, ſi poterimus pugnare aduerſus eos. Et
auertebant eum, dicentes: Non poterimus,
ſed liberemus animas noſtras modò, & reuer-
tamur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus
10 aduerſus eos: nos autem pauci ſumus. Et ait
B Iudas: Abſit iſtam rem facere vt fugiamus ab
eis: & ſi appropiauit tempus noſtrum, moria-
mur in virtute propter fratres noſtros, & non
11 inferamus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit
exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obuiàm: &
diuiſi ſũt equites in duas partes, & fundibularij
& ſagittarij præibant exercitum, & primi certa-
12 minis omnes potentes. Bacchides autem erat
in dextro cornu, & proximauit legio ex dua-
13 bus partibus, & clamabant tubis: exclama-
uerunt autem & hi, qui erant ex parte Iu-
dæ, etiam ipſi, & commota eſt terra à voce
exercituum: & commiſſum eſt prælium à ma-
14 nè vſque ad veſperam. Et vidit Iudas, quòd
firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dextris,
& conuenerunt cum ipſo omnes conſtãtes cor-

de: * & contrita eſt dextera pars ab eis, & perſe- 15
cutus eſt eos vſque ad montem Azoti. * Et qui 16
in ſiniſtro cornu erant, viderunt quòd contri-
tum eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt poſt Iu-
dam, & eos qui cum ipſo erant, à tergo: * & in- 17
grauatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati
multi ex his & ex illis. * Et Iudas cecidit, & cete- 18
ri fugerunt. * Et Ionathas & Simon tulerunt Iu- 19
dam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepul- C
chro patrum ſuorum in ciuitate Modin. * Et fle- 20
uerunt eum omnis populus Iſraël planctu ma-
gno, & lugebant dies multos, * & dixerũt: Quo- 21
modo cecidit potens, qui ſaluum faciebat po-
pulum Iſraël! * Et cetera verba bellorum Iudæ, 22
& virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, nõ
ſunt deſcripta: multa enim erant valdè. * Et fa- 23
ctum eſt: poſt obitum Iudæ emerſerunt iniqui
in omnibus finibus Iſraël, & exorti ſunt omnes
qui operabantur iniquitatem. * In diebus illis fa- 24
cta eſt fames magna valdè, & tradidit ſe Bacchi-
di omnis regio eorum cum ipſis. * Et elegit Bac- 25
chides viros impios, & cõſtituit eos dominos re-
gionis: * & exquirebãt, & perſcrutabãtur amicos 26
Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vin-
dicabat in illos, & illudebat. * Et facta eſt tribu- 27
latio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die, qua
non eſt viſus propheta in Iſrael. * Et congregati 28
ſunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ:
* Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſi- 29
milis ei non eſt, qui exeat contra inimicos no-
ſtros, Bacchidem, & eos qui inimici ſunt gentis
noſtrę. * Nunc itaque te hodie elegimus eſſe pro 30
eo nobis in principem, & ducem ad bellandum
bellum noſtrum. * Et ſuſcepit Ionathas tempo- 31
re illo principatum, & ſurrexit loco Iudæ fra-
tris ſui. * Et cognouit Bacchides, & quærebat 32
eum occidere. * Et cognouit Ionathas, & Simon 33
frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fuge- D
runt in deſertum Thecuæ, & conſederunt ad
aquam lacus Aſphar. * Et cognouit Bacchides, 34
& die ſabbatorum venit ipſe, & omnis exerci-
tus eius, trans Iordanem. * Et Ionathas miſit 35
fratrem ſuum ducem populi, & rogauit Nabu-
thæos amicos ſuos, vt commodarent illis appa-
ratum ſuum, qui erat copioſus. * Et exierunt fi- 36
lij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt
Ioannem, & omnia quæ habebat, & abierunt
habentes ea. * Poſt hæc verba, renuntiatum eſt 37
Ionathæ, & Simoni fratri eius, quia filij Iambri
faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex
Madaba, filiam vnius de magnis principibus
Chanaan, cum ambitione magna. * Et recorda- 38
ti ſunt ſanguinis Ioannis fratris ſui: & aſcende-
runt, & abſconderunt ſe ſub tegumento mon-
tis. * Et eleuauerunt oculos ſuos, & viderunt: & 39
ecce tumultus, & apparatus multus: & ſponſus
proceſſit, & amici eius, & fratres eius, ob-
uiàm illis cum tympanis & muſicis, & armis
multis. * Et ſurrexerunt ad eos ex inſidijs, & 40
occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi,
& reſidui fugerunt in montes: & acceperunt
omnia ſpolia eorum: * & conuerſæ ſunt nuptiæ 41
in luctum, & vox muſicorum ipſorum in la-
mentum. * Et vindicauerunt vindictam ſan- 42
guinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ripam Ior-
danis. * Et audiuit Bacchides, & venit die ſab- 43

E batorum vſque ad oram Iordanis in virtute
44 magna. * Et dixit ad ſuos Ionathas: Surgamus,
& pugnemus contra inimicos noſtros: non eſt
45 enim hodie ſicut heri & nudiuſtertius. * ecce
enim bellum ex aduerſo, aqua verò Iordanis
hinc & inde, & ripæ, & paludes, & ſaltus: &
46 non eſt locus diuertendi. * a Nunc ergo cla-
mate in cælum, vt liberemini de manu inimi- a 2. Par. 20 a. 5
corum veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum.
47 * Et extendit Ionathas manum ſuam percu-
48 tere Bacchidem, & diuertit ab eo retrò: * &
diſſilijt Ionathas, & qui cum eo erant, in Ior-
danem, & tranſnatauerunt ad eos Iordanem.
49 * & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mil-
50 le viri. Et reuerſi ſunt in Ieruſalem, * & ædi-
ficauerunt ciuitates munitas in Iudæa, muni-
tionem, quæ erat in Iericho, & in Ammaum,
& in Bethoron, & in Bethel, & Thamna-
ta, & Phara, & Thopo muris excelſis, &
51 portis, & ſeris. * Et poſuit cuſtodiam in eis, vt
52 inimicitias exercerent in Iſrael: * & muniuit
ciuitatem Bethſuram, & Gazaram, & arcem,
& poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum:
53 * & accepit filios principum regionis obſides, &
poſuit eos in arce in Ieruſalem in cuſtodiam.
54 * Et anno centeſimo quinquageſimo tertio,
F menſe ſecundo, præcepit Alcimus deſtrui
muros domus ſanctæ interioris, & deſtrui o-
55 pera prophetarum: & cœpit deſtruere. * In
tempore illo percuſſus eſt Alcimus: & impe-
dita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius,
& diſſolutus eſt paralyſi, nec vltrà potuit loqui
56 verbum, & mandare de domo ſua. * Et mor-
tuus eſt Alcimus in tempore illo cum tormen-
57 to magno. * Et vidit Bacchides quoniam mor-
tuus eſt Alcimus: & reuerſus eſt ad regem, &
58 ſiluit terra annis duobus. * Et cogitauerunt om-
nes iniqui dicentes: Ecce Ionathas, & qui cum
eo ſunt, in ſilentio habitant confidenter: nunc
ergo adducamus Bacchidem, & comprehen-
59 det eos omnes vna nocte. * Et abierunt, & con-
60 ſilium ei dederunt. * Et ſurrexit vt veniret cum
exercitu multo: & miſit occulte epiſtolas ſocijs
ſuis, qui erant in Iudæa, vt comprehenderent
Ionathan, & eos qui cum eo erant: ſed non
potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum.
61 * Et apprehendit de viris regionis, qui prin-
cipes erant malitiæ, quinquaginta viros, &
62 occidit eos: * & ſeceſſit Ionathas, & Si-
mon, & qui cum eo erant, in Bethbeſſen,
quæ eſt in deſerto: & extruxit diruta eius, &
63 firmauerunt eam. * Et cognouit Bacchides, &
G congregauit vniuerſam multitudinem ſuam:
64 & his, qui de Iudæa erant, denuntiauit. * Et
venit, & caſtra poſuit deſuper Bethbeſſen:
& oppugnauit eam dies multos, & fecit ma-
65 chinas. * Et reliquit Ionathas Simonem fra-
trem ſuum in ciuitate, & exijt in regionem,
66 & venit cum numero, * & percuſſit Odaren,
& fratres eius, & filios Phaſeron in taberna-
culis ipſorum; & cœpit cædere, & creſcere in
67 virtutibus. * Simon verò, & qui cum ipſo erant,
exierunt de ciuitate, & ſuccenderunt machi-
68 nas; * & pugnauerunt contra Bacchidem, &
contritus eſt ab eis: & afflixerunt eum val-
dè, quoniam conſilium eius, & congreſſus eius

erat

erat inanis. * Et iratus contra viros iniquos, qui 69
ei conſilium dederant vt veniret in regionem
ipſorum, multos ex eis occidit: ipſe autem co-
gitauit cum reliquis abire in regionem ſuam.
* Et cognouit Ionathas, & miſit ad eum legatos 70
componere pacem cum ipſo, & reddere ei ca-
ptiuitatem. * Et libenter accepit, & fecit ſecun- 71
dum verba eius, & iurauit ſe nihil facturum ei
mali omnibus diebus vitæ eius. * Et reddidit ei 72
captiuitatem, quam priùs erat prædatus de ter-
ra Iuda: & conuerſus abijt in terram ſuam, &
non appoſuit ampliùs venire in fines eius. * Et 73
ceſſauit gladius ex Iſrael: & habitauit Ionathas
in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare po-
pulum, & exterminauit impios ex Iſrael.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INTEREA VT AVDIVIT DEMETRIVS. Gotth. *vbi audiuit Demetrius*. Sed perinde eſt. DEXTRVM CORNV. I. tertiam ſui exercitus partem. In acie duo erant cornua, & medium corpus. In dextro cornu ſe-ctiſſimi milites. 1

VIAM QVÆ DVCIT IN GALGALA. Vrbs erat hoc nomine vltra Iordanem, Ioſue 4. v. 20. Hic tamen pro Galilæa ſumitur, ex Ioſephi lib. 12. cap. 18. Et alioqui quorſum Bacchides iret vltra Iordanem petens Ieroſolymam? CASTRA POSVERVNT IN MASALOTH. Ioſephus, *in Arbella*. ſed oppida erant coniuncta, & *Maſaloth in Arbellis*, vt hic dicitur. 2

IN MENSE PRIMO. is erat *Niſan*, veris initio, bello ſumendo idoneus. APPLICVERVNT EXERCITVM, ſeu *caſtra poſuerunt* ad Ieruſalem hoſtes. παρενέβαλον. 3

IVDAS POSVERAT CASTRA IN LAISA. Vrbs in tribu Iuda. Ioſephus *in Berzetho* ait. Eadem vrbs aut vicus fortaſſis alio nomine. TRIA MILLA. *mille* tantùm Ioſephus. ſ. habuit Iudas. 5

DISSOLVTVS EST. ſ. Iudas. timuit, concidit animo, quia paucos ſecum milites habebat. 7

MOVIT EXERCITVS DE CASTRIS. Temerarius videatur conatus. Nec eſt minoris virtutis recuſare aliquando certamen, quàm ſumere. Iudas tamen virtute ſuorum fidebat, quos electos habuit, v. 5. ac præſertim ope Dei, cui facile eſt, paucorum armis multitudinem ſternere. PRIMI CERTAMINIS. Græc. *primi pugnatores*. OMNES POTENTES. In prælio fortiſſimi milites ponuntur in primo ordine & acie, duces, centuriones, antelignani. 11

PROXIMAVIT LEGIO. Phalanx, agmen, acies. EX DVABVS PARTIBVS. i. diuiſa in duo cornua. ſic erant hoſtium copiæ. 12

VSQVE AD MONTEM AZOTI Iudas ſecutus eſt hoſtes. *Azotus* in tribu Iuda: Ioſ. 15. verſ. 46. Vna è quinque vrbibus Philiſthinorum, templo Dagon nobilis: 1. Reg. 6. verſ. 17. Cadit Iudas. 15

IONATHAS ET SIMON TVLERVNT IVDAM, inducijs cum hoſte factis: Ioſephus lib. 12. cap. 19. 19

NON SVNT DESCRIPTA Iudæ omnia bella: quod de Chriſti miraculis dixit Ioan. c. 20. verſ. 30. Fuit dux populi & Pontifex, non poſt Alcimum, nec triennio tantùm, vt dicit Ioſephus lib. 12. cap. 17. & 19. ſed à morte patris ſui, qui fuit etiam Pontifex. Ioſephus l. 20, cap. penultimo vtrumque è numero Pontificum eximit, ſibi contrarius. 22

TRADIDIT SE BACCHIDI OMNIS REGIO. ηὐτομόλησεν, *defecit*. ſ. ad Bacchidem, vt noſter ait. EORVM CVM IPSIS. ſ. Iudæorum cum ipſis habitatoribus eius, ſe Bacchidi tradidit. Talis afflictio non fuit 24

EX DIE QVA NON EST VISVS PROPHETA. Vltimus Prophetarum fuit Malachias, quem Hebræi Eſdram putant, vt ex Hieronymo diximus initio eius Prophetæ. E quinque rebus quæ in ſecundo templo defuerunt, vna fuit Prophetia. 27

SVSCEPIT IONATHAS . . . PRINCIPATVM, ſeu *ducatum*. Suſcepit etiam ſacerdotium: Ioſephus lib. 20. cap. pænultimo. Fugit Ionathas 31

33 IN DESERTVM THECVÆ. Vrbs erat prope Bethleem, vnde Thecuites femina prudens, 2. Reg. 14. v. 2. Verùm hæc *Thecua* alia vrbs erat, & trans Iordanem, vt colligitur ex verſ. 34.

35 ET IONATHAS MISIT. Græcè & Gotth *Et miſit*. ſed neceſſariò ſuppletur *Ionathas*. FRATREM SVVM. nempe Ioannem, qui primus ponitur inter fratres filios Mathathiæ, cap. 2. v. 2. An natu maximus? non omnes conſentiunt. NABVTHÆOS. ſeu *Nabathæos* rogauit. *Naboth* ſeu *Nabo* erat in tribu Ruben, Num. 32. v. 38. APPARATVM commodarent. ſ. bellicum, arma, machinas.

36 FILII IAMBRI EX MADABA. ſeu *Medaba*, Nabathæorum vrbs in Arabia Stephano, in Arabia Petræa Ptolomæo *Medaba*. COMPREHENDERVNT IOANNEM. & occiderunt. Filij Iambri

37 CVM AMBITIONE, φαντασίας, *pompa*, apparatu magno ducunt ſponſam.

43 IN VIRTVTE MAGNA. i. cum exercitu magno venit Bacchides. Gotth. *in virtute multa* ſic Græc.

44 NON EST ENIM HODIE SICVT HERI, ait Ionathas. i. non eſt locus quieti vti anteà. Neque locus fugæ eſt: hinc hoſtes, inde fluuius, paludes & ſaltus. Supereſt cæleſte præſidium; illud clamore inuocate.

47 DIVERTIT AB EO RETRO. ſeu *declinauit*, fugit Bacchides.

48 DISSILIIT IONATHAS. ſeu *inſilijt*. IN IORDANEM. ceſſit loco, vt fluuium hoſti opponeret. ET TRANSNATAVERVNT AD EOS. Ad quos? Græcè: *& tranſnatarunt in vlteriorem partem*. additurque, *Et non tranſierunt ad eos Iordanem*. ſ. ad Iudæos aduerſarij.

49 REVERSI SVNT IN IERVSALEM. hoſtes ſ. nam in eorum ditione erat.

50 PORTIS, ET SERIS ſeu *vectibus* Bacchides muniuit. μοχλοῖς, *errojos, candados*.

51 ET POSVIT CVSTODIAM. i. præſidium militare. VT INIMICITIAS. τοῦ ἐχθραίνειν, inimico in Iſrael animo.

52 BETHSVRAM muniuit. De hac arce cap. 4. verſ. 60. ET ARCEM. nempe Ieroſolymitanam, propter articulum τὴν ἄκραν, *arcem illam*.

54 MENSE SECVNDO. nempe *Iiar*, Aprili. MVROS DOMVS SANCTÆ INTERIORIS. ſeu *interiores*, vt Regia, præcepit Alcimus deſtrui. Peribolo pepercit; verum murum qui atria circumdabat, euerti voluit. Erat templum inſtar arcis; ne ergo Iudæi eo præſidio rebellarent, prouidebat. OPERA PROPHETARVM. Plerique è Prophetis minoribus, vt id templum extrueretur, impensè curarunt, vti ex eorum vaticinijs conſtat.

57 SILVIT TERRA ANNIS DVOBVS. Sic Gotth. quieuit, non fuit bellum. Græcè *terra Iuda*. Sed vox *Iuda* addititia videtur. Quæ tamen in multis Latinis codicibus legitur.

61 ET APPREHENDIT. Quis? Ionathas. QVI PRINCIPES ERANT MALITIÆ. Sic lege, non *militiæ*, vt plerique codices habent.

62 BETHBESSEN. Palæſtinæ vrbs in deſerto. In quo deſerto, non explicant. eius hoc tantùm loco mentio extat.

63 HIS, QVI IN IVDÆA ERANT, DENVNTIAVIT. Bacchides, nempe vt ipſum ſequerentur.

65 VENIT CVM NVMERO. militum ſ. i. multis militibus. ἀριθμῶν, pro μετ' ἀριθμῶν, *cum numeris*.

66 COEPIT CÆDERE. Græcè, *percutere*. ET CRESCERE IN VIRTVTIBVS i. augeri copijs militaribus. Græcè, *& aſcendit cum copijs*.

68 CONSILIVM EIVS ET CONGRESSVS. ὁρμὴ, exitus eius vanus. Initium expeditionis & finis non ſucceſſerunt. Bacchides

69 IRATVS EST CONTRA VIROS INIQVOS. Proditor exoſus eſt ijs etiam quibus gratificari vult, ac præſertim ſi conatus fallit.

70 REDDERE CAPTIVITATEM. i. captiuos in eo bello dimitteret Bacchides, impetratum.

73 CESSAVIT GLADIVS. non fuit bellum, ſed quies.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CVM ILLIS.i.illis commiſſum. 1
ANIMAS HOMINVM.pro,homines,vel *animas*, 2
pro,vitas.

DISSOLVTVS.i. conſternatus animo. Not. hic,poſt 7
fœdus initum cum Romanis res eis infeliciter ſucceſſiſſe. Itemque poſteà Ionathæ & Simoni. Vide infrà cap.12 & 14 vt videatur factum non placuiſſe Deo,cui fuerat magis fidendum.

SI POTERIMVS.pro,ſi fortè poſſimus. 8

ABSIT. Mihi certè probatur illorum conſilium. 10
TEMPVS.i.moriendi. IN VIRTVTE.i.fortiter. CRIMEN. Græc. *αἰτίαν*.i. *accuſationem*, ſeu *reprehenſionem*. q.d.nequid minuamus gloriam noſtram,eoque reprehendamur. Equidé non video quid gloriæ deperiiſſet, ſi ſibi tum ſuiſque conſuluiſſet, ſeque ſeruaſſet ad tempora meliora. Scio D. Ambroſium laudare factum hoc, ſed ego rudior ſum quàm vt capiam: laudarem, ſi ſuorum fuiſſet conſilium ſecutus.

COMMOTA.i.concuſſa.Hyperbole. 13
VERBA.i.geſta. 22
EXORTI SVNT.i.prodierunt. 23
SVRREXIT.i.ſe exhibuit. 31
MADABA.Vrbs eſt in tribu Ruben. 36
VERBA.i.geſta. 37
SANGVINIS.i.cædis. TEGVMENTO.i.latebra. 38
PROCESSIT.pro,procedebat. 39
VINDICAVERVNT.pro,fecerunt. 42
IN VIRTVTE.i.cum exercitu. 43
EX ADVERSO.Græc. *à fronte, & à tergo*. 55
IN CÆLVM.i.ad Deum. 46
DIVERTIT.ſ.Bacchides. 47
ET TRANSNATAVERVNT. Græc. *non tranſierunt*. 48
ſ.hoſtes.
REVERSI SVNT.Græc.*reuerſus eſt*.ſ.Bacchides cum 49
ſuis.
VT INIMICITIAS,&c.i.vt bello infeſtarent Iſraelem. 51
DOMVS SANCTÆ INTERIORIS. Græc. *atrij interioris*.ſ.ſacerdotum. PROPHETARVM.ſ.Aggæi & Zachariæ, quorum exhortatione ædificatum templum. 54
MANDARE.i.diſponere,vt ſolet à morientibus. 55
SILVIT.i.quieuit à bellis. 57
SILENTIO.i.quiete. 58
APPREHENDIT.Græc.*apprehenderunt*.ſ.hoſtes. quidam tamen ad Ionathan referunt. MALITIÆ. non *malitia*.q.d.qui dederant Bacchidi illud conſilium. 61
DE IVDÆA.pro,in Iudæa.ſ. ſociis, vel militibus. 63
NVMERO.ſ.militum. 65
VIRTVTIBVS.i.viribus,ſeu fortiter geſtis. 66
QVONIAM. pro, itaque. vel coniunge cum ſequenti 68
verſu.
EI.ſ.Ionathæ. Græc. *eis*. ſ. inuicem. CAPTIVITATEM.i.captiuos. 70
GLADIVS.i.bellum. IVDICARE.i gubernare,ſeu ius 73
dicere.

CAPVT X.

Alexandro Nobilis Antiochi filio occupante Ptolemaide,conatur Demetrius ferire fœdus cum Ionatha,ſemel ac iterum plurima pollicens: at ille prælegit oblatas ab Alexandro amicitias; qui Alexander, deuicto occiſoque Demetrio, ducit vxorem Cleopatram Ptolemæi regis Ægypti filiam, plurimùm Ionathan honorans: porro Apollonium ducem iunioris Demetrij deuicit Ionathas ſuccenſa Azoto & templo Dagon: rurſumque ab Alexandro honoratur,data ſibi Accaron ac fibula aurea.

ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit A-
lexander Antiochi filius, qui cognomina- A
tus eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidam: &
receperunt eum, & regnauit illic.* Et audiuit 2
Demetrius rex, & congregauit exercitum co-
pioſum valde, & exiuit obuiam illi in prælium.
3 * Et miſit Demetrius epiſtolam ad Ionathan
4 verbis pacificis, vt magnificaret eum.* Dixit
enim: Anticipemus facere pacem cum eo,
priuſquam faciat cum Alexandro aduerſum
5 nos.* recordabitur enim omnium malorum,
quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in
6 gentem eius.* Et dedit ei poteſtatem congre-
gandi exercitum,& fabricare arma, & eſſe ip-
ſum ſocium eius: & obſides, qui erant in arce,
7 iuſſit tradi ei.* Et venit Ionathas in Ieruſalem,
& legit epiſtolas in auditu omnis populi, & eo-
8 rum qui in arce erant.* Et timuerunt timore
magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex
9 poteſtatem congregandi exercitum.* Et traditi
ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parenti-
10 bus ſuis:* & habitauit Ionathas in Ieruſalem,&
11 cœpit ædificare & innouare ciuitatem.* Et dixit
facientibus opera,vt extruerent muros,& mon-
tem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad mu-
12 nitionem: & ita fecerunt.* Et fugerunt alieni-
genæ, qui erant in munitionibus, quas Bacchi-
13 des ædificauerat:* & reliquit vnuſquiſque lo-
14 cum ſuum, & abijt in terram ſuam:* tantùm
in Bethſura remanſerunt aliqui, ex his qui reli-
querant legem & præcepta Dei. erat enim hæc
15 eis ad refugium.* Et audiuit Alexander rex pro-
B miſſa, quæ promiſit Demetrius Ionathæ: &
narrauerunt ei prælia, & virtutes, quas ipſe fecit,
& fratres eius, & labores, quos laborauerunt.
16 * & ait: Numquid inueniemus aliquem virum
talem? & nunc faciemus eum amicum, & ſo-
17 cium noſtrum.* Et ſcripſit epiſtolam, & miſit
18 ei ſecundùm hæc verba,dicens:* REX Alexan-
19 der fratri Ionathæ ſalutem.* Audiuimus de te,
quòd vir potens ſis viribus,& aptus es vt ſis ami-
20 cus noſter:* & nunc conſtituimus te hodie ſum-
mum ſacerdotem gentis tuæ,& vt amicus voce-
ris regis,(& miſit ei purpuram, & coronam au-
ream) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum, &
21 conſerues amicitias ad nos.* Et induit ſe Iona-
thas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno centeſi-
mo ſexageſimo, in die ſollemni ſcenopegiæ: &
congregauit exercitum, & fecit arma copioſa.
22 * Et audiuit Demetrius verba iſta, & contriſta-
23 tus eſt nimis, & ait:* Quid hoc fecimus, quòd
præoccupauit nos Alexander apprehendere
24 amicitiam Iudæorum ad munimen ſui?* Scri-
bam & ego illis verba deprecatoria, & dignita-
25 tes, & dona: vt ſint mecum in adiutorium.* Et
ſcripſit eis in hæc verba: Rex Demetrius genti
26 Iudæorum ſalutem:* Quoniam ſeruaſtis ad
nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, &
non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus,
27 & gauiſi ſumus.* Et nunc perſeuerate adhuc
C conſeruare ad nos fidem, & retribuemus vo-
28 bis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum.* Et
remittemus vobis præſtationes multas, & dabi-
29 mus vobis donationes.* Et nunc abſoluo vos
& omnes Iudæos à tributis,& pretia ſalis indul-
30 geo,& coronas remitto,& tertias ſeminis:* & di-
midiam partem fructus ligni,quod eſt portionis
meæ, relinquo vobis ex hodierno die, & dein-
ceps, ne accipiatur à terra Iuda, & à tribus ciui-
tatibus, quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Gali-
31 læa,ex hodierna die & in totum tempus:* & Ie-
ruſalem ſit ſancta, & libera cum finibus ſuis: &

decimæ

decimæ & tributa ipſius ſint. * Remitto etiam 32
poteſtaté arcis, quæ eſt in Ieruſalem: & do eam
ſummo ſacerdoti, vt conſtituat in ea viros quoſ-
cumque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam. * Et 33
omnem animam Iudæorum, quæ captiua eſt à
terra Iuda in omni regno meo, relinquo libe-
ram gratis, vt omnes à tributis ſoluantur, etiam
pecorum ſuorum. * Et omnes dies ſollemnes, 34
& ſabbata, & neomeniæ, & dies decreti, &
tres dies ante diem ſollemnem, & tres dies
poſt diem ſollemnem, ſint omnes immunitatis
& remiſſionis omnibus Iudæis, qui ſunt in re-
gno meo: * & nemo habebit poteſtatem agere 35
aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem
illorum, in omni cauſa. * Et aſcribantur ex Iu- 36
dæis in exercitu regis ad triginta millia viro-
rum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omni-
bus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur
qui ſint in munitionibus regis magni: * & ex 37
his conſtituentur ſuper negotia regni, quæ
aguntur ex fide, & principes ſint ex eis, &
ambulent in legibus ſuis, ſicut præcepit rex in
terra Iuda. * Et tres ciuitates, quæ additæ 38
ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa D
reputentur: vt ſint ſub vno, & non obediant alij
poteſtati, niſi ſummi ſacerdotis. * Ptolemaida, & 39
confines eius, quas dedi donum ſanctis, qui ſunt
in Ieruſalem, ad neceſſarios ſumptus ſancto-
rum. * Et ego do ſingulis annis quindecim mil- 40
lia ſiclorum argenti de rationibus regis, quæ me
contingunt: * & omne quod reliquum fuerit, 41
quod non reddiderant qui ſuper negotia erant
annis prioribus, & hoc dabunt in opera domus.
* Et ſuper hæc quinque millia ſiclorum argenti, 42
quæ accipiebant de ſanctorum ratione per ſin-
gulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineant,
qui miniſterio funguntur. * Et quicumque con- 43
fugerint in templum, quod eſt Ieroſolymis, &
in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni
negotio dimittantur, & vniuerſa, quæ ſunt eis in
regno meo, libera habeant. * Et ad ædificanda 44
vel reſtauranda opera ſanctorum, ſumptus da-
buntur de ratione regis: * & ad extruendos mu- 45
ros Ieruſalem, & communiendos in circuitu,
ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad con-
ſtruendos muros in Iudæa. * Vt audiuit autem 46
[Cap. 7. b.12] Ionathas & populus ſermones iſtos, "non credi-
derunt eis, nec receperunt eos: quia recordati
ſunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Iſraël, &
tribulauerat eos valde. * Et complacuit eis in 47
Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſer-
monum pacis, & ipſi auxilium ferebant omni- 48
bus diebus. * Et congregauit rex Alexander ex-
ercitum magnum, & admouit caſtra contra
Demetrium. * Et commiſerunt prælium duo 49
reges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus
eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos. * Et 50
inualuit prælium nimis, donec occidit ſol: & ce-
cidit Demetrius in die illa. * Et miſit Alexander 51
ad Ptolemæum regem Ægypti legatos ſecun- E
dùm hæc verba, dicens: * QVONIAM regreſſus 52
ſum in regnum meum, & ſedi in ſede patrum
meorum, & obtinui principatum, & contriui
Demetrium, & poſſedi regionem noſtram, * & 53
commiſi pugnam cum eo, & contritus eſt ipſe,
& caſtra eius, à nobis; & ſedimus in ſede regni
54 eius: * & nunc ſtatuamus ad inuicem amicitiam:
& da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero ge-
ner tuus, & dabo tibi dona, & ipſi, digna te. * Et
55 reſpondit rex Ptolemæus, dicens: FELIX dies, in
qua reuerſus es ad terram patrum tuorum, & ſe-
56 diſti in ſede regni eorum. * Et nunc faciam tibi
quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Ptolemaidam,
vt videamus inuicem nos, & ſpondeam tibi ſic-
57 ut dixiſti. * Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ip-
ſe, & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemai-
58 dam, anno centeſimo ſexageſimo ſecundo. * Et
occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopa-
tram filiam ſuam: & fecit nuptias eius Ptolemai-
59 dæ, ſicut reges, in magna gloria. * Et ſcripſit rex
60 Alexander Ionathæ, vt veniret obuiàm ſibi. * Et
abijt cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi
duobus regibus, & dedit illis argentum mul-
tum, & aurum, & dona: & inuenit gratiam in
61 conſpectu eorum. * Et conuenerunt aduerſus
eum viri peſtilentes ex Iſrael, viri iniqui inter-
pellantes aduerſus eum: & non intendit ad eos
62 rex. * Et iuſſit ſpoliari Ionathan veſtibus ſuis, &
indui eum purpura: & ita fecerunt. Et colloca-
63 uit eum rex ſedere ſecum. * Dixitque principi-
bus ſuis: Exite cum eo in medium ciuitatis, &
prædicate, vt nemo aduerſus eum interpellet
de vllo negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de
64 vlla ratione. * Et factum eſt, vt viderunt qui in-
F terpellabant gloriam eius, quæ prædicabatur, &
65 opertum eum purpura, fugerunt omnes: * & ma-
gnificauit eum rex, & ſcripſit eum inter primos
amicos, & poſuit eum ducem, & participem
66 principatus. * Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſa-
67 lem cum pace, & lætitia. * In anno centeſimo
ſexageſimoquinto, venit Demetrius fi[l]ius De-
68 metrij à Creta in terram patrum ſuorum. * Et
audiuit Alexandeŕrex, & contriſtatus eſt valdè,
69 & reuerſus eſt Antiochiam. * Et conſtituit De-
metrius rex Apollonium ducem, qui præerat
Cœleſyriæ: & congregauit exercitum magnum,
& acceſſit ad Iamniam: & miſit ad Ionathan
70 ſummum ſacerdotem, * dicens: Tu ſolus reſiſtis
nobis: ego autem factus ſum in deriſum, & in
opprobrium, propterea quia tu poteſtatem ad-
71 uerſum nos exerces in montibus. * Nunc ergo ſi
confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in
campum, & comparemus illic inuicem: quia
72 mecum eſt virtus bellorum. * Interroga, &
diſce quis ſum ego, & ceteri, qui auxilio ſunt
mihi, qui & dicunt quia non poteſt ſtare pes ve-
ſter ante faciem noſtram, quia bis in fugam con-
73 uerſi ſunt patres tui in terra ſua: * & nunc quo-
modo poteris ſuſtinere equitatum & exercitum
tantum in campo, vbi non eſt lapis, neque ſa-
74 xum, neque locus fugiendi? * Vt audiuit autem
Ionathas ſermones Apollonij, motus eſt ani-
mo: & elegit decem millia virorum, & exijt ab
Ieruſalem, & occurrit ei Simon frater eius in ad-
75 iutorium: * & applicuerunt caſtra in Ioppen, &
excluſit eum à ciuitate (quia cuſtodia Apollonij
76 Ioppe erat) & oppugnauit eam. * Et exterriti qui
erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Io-
77 nathas Ioppen. * Et audiuit Apollonius, & ad-
G mouit tria millia equitum, & exercitum mul-
78 tum. * Et abijt Azotum tamquam iter faciens,
& ſtatim exit in campum, eò quòd haberet

multi-

multitudinem equitum, & conſideret in eis. Et
inſecutus eſt eum Ionathas in Azotum, & com-
miſerunt prælium.* Et reliquit Apollonius in 79
caſtris mille equites poſt eos occulte.* Et cog- 80
nouit Ionathas quoniam inſidiæ ſunt poſt ſe,
& circuierunt caſtra eius, & iecerunt iacula in
populum à manè vſque ad veſperam.* Populus 81
autem ſtabat, ſicut præceperat Ionathas: & la-
borauerunt equi eorum.* Et eiecit Simon exer- 82
citum ſuum, & commiſit contra legionem:
equites enim fatigati erant: & contriti ſunt ab
eo, & fugerunt.* Et qui diſperſi ſunt per cam- 83
pum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in
Bethdagon idolum ſuum, vt ibi ſe liberarent.
* Et ſuccendit Ionathas Azotum, & ciuitates, 84
quæ erant in circuitu eius, & accepit ſpolia eo-
rum, & templum Dagon: & omnes, qui fuge-
runt in illud, ſuccendit igni.* Et fuerunt qui ce- 85
ciderunt gladio, cum his qui ſuccenſi ſunt, ferè
octo millia virorum.* Et mouit inde Ionathas 86
caſtra, & applicuit ea Aſcalonem: & exierunt de
ciuitate obuiàm illi in magna gloria.* Et reuer- 87
ſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum ſuis, haben-
tibus ſpolia multa.* Et factum eſt: vt audiuit 88
Alexander rex ſermones iſtos, addidit adhuc
glorificare Ionathan.* Et miſit ei fibulam au- 89
ream, ſicut conſuetudo eſt dari cognatis regum.
Et dedit ei Accaron, & omnes fines eius, in poſ-
ſeſſionem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ALEXANDER ANTIOCHI FILIVS. Cuius Antiochi? Epiphanis: Ioſephus lib. 13. cap. 2. Iuſtinus lib. 35. & Appianus in Syriacis negant fuiſſe eius filium, ſed mendacio id finxiſſe, & *Prompanum* fuiſſe eius nomen ait Iuſtinus. Mihi huius libri & Ioſephi auctoritas potior eſt, vt credam fuiſſe Antiochi filium. QVI COGNOMINATVS EST NOBILIS. Antiochus Epiphanes. i. *nobilis*. OCCVPAVIT PTOLEMAIDAM. Vrbs Phœniciæ fuit, nunc *Accon* ſeu *Acre* vocatur. RECEPERVNT EVM, odio Demetrij voluptatibus & ignauia fœdi, vt Ioſephus ait. Pollicetur Ionathæ,

3 VT MAGNIFICARET EVM. Id epiſtolæ Demetrij pollicebantur fore, vt magnum faceret.

5 IN FRATREM EIVS. ſ. Iudam. Græcè, *in fratres eius*, quæ fecimus mala recordabitur.

7 EORVM QVI IN ARCE ERANT. Arx Ieruſalem erat in poteſtate Demetrij. Ergo litteras Demetrij præſidiarijs legit ſ. vt quod iubebatur, illi obſides darent.

15 AVDIVIT ALEXANDER. Facilè ſe iunxit Ionathas Alexandro, à quo læſus non erat, memor Demetrij iniuriarum. Eleganter quidam, Benefacta citò obliuioni tradi, malorum perpetua memoria eſt.

Debita præclaris meritis eſt gratia laniſque
Perbreuis: æternùm ſed malefacta dolent,

VIRTVTES QVAS IPSE FECIT Ionathas, ſeu *facinora*, ἀνδραγαθίας narrauerunt Alexandro.

20 CONSTITVIMVS TE HODIE SVMMVM SACERDOTEM. Iam erat Pontifex à morte fratris Iudæ; confirmat tantùm id, & ratum habet. ET QVÆ NOSTRA SVNT SENTIAS. Goth. & Regia: *vt quæ noſtra ſentias nobiſcum*. Vox *nobiſcum* non eſt Græcè, nec in Goth. & videtur redundare.

21 INDVIT SE IONATHAS STOLA. Fortè eatenus non fecerat, quoniam Ieruſalem erat in hoſtium poteſtate; tunc tamen ſumpſit pontificium ornatum. SEPTIMO MENSE. Is eſt *Tiſri*, cuius die 15. Scenopegia, Feſtum Tabernaculorum celebrabatur, & in eo ſe Pontifices in ſtola pontificia populo oſtendebant, ex Ioſepho lib. 15. cap 3.

24 ET DIGNITATES, ET DONA. ſ. polliceor.

26 PRETIA SALIS VOBIS INDVLGEO. Vendebatur à Rege carius. Genus tributi & monopolij. ET CORONAS. Pro regia corona exigebatur aliquid. Et tertia ſeminis pars. Et ex fructibus arborum dimidium. Id ſignificant illa verba, ET DIMIDIAM PARTEM FRVCTVS LIGNI. i. lignorum, arborum. Græce, *fructus ligni*. Grauiſſima tributa Iudæis impoſuerunt.

34 DIES DECRETI Feſta quæ denuò indicebantur. Itaque in feſtis omnibus, vt ait Ioſephus lib. 15. cap. 3 Iudæos à tributis immunes eſſe volebat, vt fit in noſtris nundinis: tum etiam à litibus ijs diebus liberabat.

36 DABVNTVR ILLIS COPIÆ. Græcè, *dona*. nempe commeatus, ſtipendia. QVI SINT IN MVNITIONIBVS. In arcibus ex Iudæis conſtituentur, non ex alia gente.

37 SVPER NEGOTIA REGNI. Non erunt alij publicani, Iudæi ipſi vectigalia adminiſtrabunt. Quod proximum libertati eſt. Tres ciuitates Iudæis additæ,

38 VT SINT SVB VNO. aut, *in vnum corpus*. ſ. redigantur eis tres ciuitates.

40 ET EGO DO. Sic Græc. at Goth. & Regia, *dabo*. DE RATIONIBVS REGIS. i. de tributis.

41 IN OPERA DOMVS. i. templi, publicanorum debita tribuit.

42 ET SVPER HÆC. i. prætereà ſacerdotibus dat alia quinque millia ſiclorum, quæ ex templo annua accipiebat.

47 IPSE FVERAT EIS PRINCEPS. i. primus de pace fuerat locutus Alexander. ET IPSI. ſ. Alexandro ferebant opem Iudæi.

49 FVGIT EXERCITVS DEMETRII. Græc. & Goth. *Alexandri*. ET INSECVTVS EST EVM ALEXANDER. Demetrium, Ioſephus lib. 13. c. 15. ait, cornu dextrum Alexandri fugatum à ſiniſtro Demetrij; contrà dextrum cornu Demetrij fugatum, tum ipſum equo cadente occiſum. Sic victoria Alexandri fuit.

51 MISIT, ALEXANDER AD PTOLEMÆVM. Hic fuit *Ptolemæus Philometor*, qui filiam Cleopatram Alexandro vxorem dedit. Occurre mihi

59 ET SPONDEAM TIBI. pro, deſpondeam. ſ. filiam tibi. Nouus Demetrius

69 ACCESSIT AD IAMNIAM. ſeu *caſtra poſuit in Iamnia*. Ciuitas erat maritima in Iudæa, vbi nouus Demetrius poſuit caſtra, ſeu Apollonius eius dux. Ad Ionathan miſit, qui diceret:

70 POTESTATEM ADVERSVM NOS EXERCES IN MONTIBVS. Ieruſalem in montibus eſt: Pſal. 124. v. 2. *Montes in circuitu eius*. Demetrius cum locorum aſperitate pugnare recuſabat.

71 COMPAREMVS. ſeu *comparemur*, confligamus. ſic Apollonius. MECVM EST VIRTVS BELLORVM. i. exercitus bellax. Græcè *mecum eſt exercitus vrbium*. Noſter πολέμων legit, pro πόλεων vt nunc eſt.

73 NON EST LAPIS. i. nullæ rupes, ad quas ſe fugientes recipiant. nullæ ſiluæ, nullus fugiendi locus.

75 EXCLVSIT EVM A CIVITATE. ſ. Ionathan. Quis excluſit? Ioppe à ciuitate. i. à ſe.

79 RELIQVIT APOLLONIVS IN CASTRIS. Vox *in caſtris* Græcè non eſt, & videtur redundare. In caſtris inſidiæ non ponuntur.

80 ET IECERVNT IACVLA IN POPVLVM. hoſtes in Iudæos.

81 LABORAVERVNT EQVI EORVM. hoſtium.

82 CONTRA LEGIONEM, ſeu *phalangem*, contra pedites. EQVITES ENIM. pro, etiam, FATIGATI ERANT, & victi ſunt à Simone, & in fugam coniecti.

83 INTRAVERVNT IN BETHDAGON. i. *domum*, *templum Dagon*, quod Azoti erat. de quo diximus 1. Reg. 6. Quid Alexander?

89 MISIT EI FIBVLAM AVREAM. Torquem fuiſſe puto, ex quo fibula pendebat, qualis eſt in Gallia torquis D. Michaelis, in Burgundia Aurei velleris: qui pro magno munere à Regibus dantur è prima nobilitate viris. Quid ſi πόρπην, bullam, monile dicamus; nam hoc etiam ſignificat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

QVI. ſ. Antiochus. ſic enim ait Ioſephus. ſ. fuiſſe 1
Antiochi Epiphanis filium. Græc. tamen videtur
ad Alexandrum referri, & fortè is idem habuit cum pa-
tre cognomen.
VT MAGNIFICARET. pro, magnificans. q. d. quibus 3
illum magnificare prætexebat.
DIXIT. i. cogitauit. 4
AD MVNITIONEM. i. vt ciuitati eſſent munimento. 11
VIRTVTES. i. facta fortia. 15
ET QVÆ NOSTRA, &c. i. vt faueas rebus noſtris. 20
STOLA SANCTA. i. veſtem ſacerdotalem. ſ. Ponti 21
ficiam.
DONA. ſ. promittam, vel dabo. 24
PRÆSTATIONES. i. quæ ſolebatis nobis præſtare. 28
PRETIA. i. penſiones. INDVLGEO. i. condono. RE- 29
MITTO. ſ. ne poſthac eas dare debeatis. Vide cap. 11.
TERTIAS. i. tertiam partem. ſ. ſingum, quæ in ſeminatis
agris proueniebant.
LIGNI. i. arborum. CIVITATIBVS. Græc. *regioni-* 30
bus, ſeu *præfecturis*. ſic inf. ILLI. ſ. eius ditioni.
SIT SANCTA. i. gaudeat immunitate, quæ decet ſan- 31
ctum locum.
ANIMAM. i. perſonam, vt vulgò dicitur. VT. pro, 33
vſque.
DECRETI. i. ſtati, ſeu ſtatuti. 34
ET NEMO, &c. Explicat præcedentem immunitatem 35
OMNI CAVSA. i. re, ſeu negotio. *omni* verò, pro, vlla, po-
ſitum, more Hebr.
COPIÆ. Græc. *munera*. ſ. ſtipendia. ORDINABVN- 36
TVR. i. conſtituentur. MAGNI. Græc. *magnus*.
AGVNTVR EX FIDE. i. fidem poſtulant. 37
QVAS DEDI. pro, præterea dedi. SANCTIS. 39
i. templo.
QVÆ ME CONTINGVNT. i. ad me pertinent. Græc. 40
à locis attinentibus. i. qui ſoluere debent.
REDDIDERANT. i. ſoluerant. ſ. Regi, indicat ſe remit- 41
tere ſibi à Iudæis debita ſuperiorum annorum. EX
HOC. i. ex nunc. DOMVS. i. templi.
ACCIPIEBANT. ſ. tributorum Regis exactores. SAN- 42
CTORVM. i. ſanctuarij, ſeu templi.
OMNIBVS FINIBVS. pro, omnes fines. DIMITTAN- 43
TVR. ſ. liberi.
RATIONE. ſ. ex ærario. 44
IN ALEXANDRVM. Græc. *in Alexandro*. i. amicos eſ- 47
ſe Alexandri. PRINCEPS. q. d. primus egerat cum
ipſis bona fide.
SPONDEAM TIBI. ſ. filiam. Græc. *ſim tibi ſocer*. 56
REGES. ſ. ſolent. 58
PRÆDICATE. ſ. per præconem denuntiate. 63
IN OPPROBRIVM. q. d. contemnor. 70
VIRTVTIBVS. i. viribus, vel exercitibus. BELLO- 71
RVM Græc. *vrbium*.
EXCLVSIT. Græc. *excluſerunt*. ſ. Ioppenſes. 75
EIVS. ſ. Ionathæ. 80
EORVM. ſ. hoſtium. 81
BETHDAGON. i. *ædem Dagonis*. ſ. idoli Azotiorum. 83
IDOLVM. Græc. εἰδωλεῖον. i. *templum idoli*.
IN. pro, cum. 86

CAPVT XI.

*Mortuo Alexandro, & ſimiliter Ptolemæo qui Alexan-
dri regnum dolo inuaſerat, ablata ab eo filia ſua &
tradita in vxorem Demetrio, hic Demetrius Ionathan
honorat datis litteris immunitatis à tributis: Ionathas
autem mittit ei auxiliares milites, qui occiſis vno die
centum millibus, regem à ciuibus Antiochiæ libera-
runt, & Antiochiam incenderunt: illo autem fœdus
cum Ionatha initum præuaricante, Antiochus filius
Alexandri deiecto Demetrio regnans, fœdus init cum
Ionatha, qui vnà cum fratre Simone ſæpius victor euaſ-
dit aduerſus alienigenas.*

ET rex Ægypti congregauit exercitum, ſicut 1
arena quæ eſt circa oram maris, & naues A
multas: & quærebat obtinere regnum Alexan-
2 dri dolo, & addere illud regno ſuo. * Et exijt in
Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuita-
tes, & occurrebant ei: quia mandauerat Alex-
ander rex exire ei obuiam, eò quod ſocer ſuus
3 eſſet. * Cùm autem introiret ciuitatem Ptole-
mæus, ponebat cuſtodias militum in ſingulis
4 ciuitatibus. * Et vt appropiauit Azoto, oſtende-
runt ei templum Dagon ſuccenſum igni, & A-
zotum & cetera eius demolita, & corpora pro-
iecta, & eorum qui cæſi erant in bello tumulos,
5 quos fecerant ſecus viam. * Et narrauerunt regi
quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent
6 ei: & tacuit rex. * Et occurrit Ionathas regi in
Ioppen cum gloria, & inuicem ſe ſalutauerunt,
7 & dormierunt illic. * Et abijt Ionathas cum re-
ge vſque ad fluuium, qui vocatur Eleutherus: &
8 reuerſus eſt in Ieruſalem. * Rex autem Ptole-
mæus obtinuit dominium ciuitatum vſque Se-
leuciam maritimam, & cogitabat in Alexan-
9 drum conſilia mala. * Et miſit legatos ad De-
B metrium, dicens: VENI, componamus inter nos
pactum, & dabo tibi filiam meam, quam habet
10 Alexander, & regnabis in regno patris tui. * pœ-
nitet enim me quòd dederim illi filiam meam:
11 quæſiuit enim me occidere. * Et vituperauit
eum, propterea quòd concupierat regnum eius.
12 * Et abſtulit filiam ſuam, & dedit eam Deme-
trio, & alienauit ſe ab Alexandro, & manifeſta-
13 tæ ſunt inimicitiæ eius. * Et intrauit Ptolemæus
Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti
14 ſuo, Ægypti & Aſiæ. * Alexander autem rex
erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant
15 qui erant in locis illis. * Et audiuit Alexander, &
venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus
rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, &
16 fugauit eum. * Et fugit Alexander in Arabiam,
vt ibi protegeretur: Rex autem Ptolemæus ex-
17 altatus eſt. * Et abſtulit Zabdiel Arabs caput
18 Alexandri, & miſit Ptolemæo. * Et rex Ptole-
mæus mortuus eſt in die tertia: & qui erant in
munitionibus, perierunt ab his qui erant intra
19 caſtra. * Et regnauit Demetrius anno centeſimo
20 ſexageſimo ſeptimo. * In diebus illis congrega-
uit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugna-
rent arcem, quæ eſt in Ieruſalem: & fecerunt
21 contra eam machinas multas. * Et abierunt qui-
dam qui oderant gentem ſuam viri iniqui ad re-
gem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd
22 Ionathas obſideret arcem. * Et vt audiuit, iratus
eſt: & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit
Ionathæ ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi
23 ad colloquium feſtinatò. * Vt audiuit autem Io-
C nathas, iuſſit obſidere: & elegit de ſenioribus Iſ-
24 rael, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo. * Et
accepit aurum, & argentum, & veſtem, & alia
xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam, &
25 inuenit gratiam in conſpectu eius. * Et interpel-
labant aduerſus eum quidam iniqui ex gente
26 ſua. * Et fecit ei rex, ſicut fecerant ei qui ante
eum fuerant: & exaltauit eum in conſpectu om-
27 nium amicorum ſuorum, * & ſtatuit ei princi-
patum ſacerdotij, & quæcumque alia habuit
prius pretioſa, & fecit eum principem amico-
28 rum. * Et poſtulauit Ionathas à rege, vt immu-
nem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Sa-

mariam,

mariam,& confines eius: & promiſit ei talenta
trecenta. Et conſenſit rex: & ſcripſit Ionathæ 29
epiſtolas de his omnibus, hunc modum conti-
nentes: REX Demetrius fratri Ionathę ſalutem, 30
& genti Iudæorum. Exemplum epiſtolæ, quam 31
ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis,
miſimus ad vos vt ſciretis: Rex Demetrius 32
Laſtheni parenti ſalutem. Genti Iudæorum, 33
amicis noſtris,& conſeruantibus quæ iuſta ſunt
apud nos,decreuimus benefacere,propter beni-
gnitatem ipſorum,quam erga nos habent. Sta- 34
tuimus ergo illis omnes fines Iudææ,& tres ciui- D
tates,Lydan, & Ramathan, quæ additæ ſunt
Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum,
ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Ieroſoly-
mis,pro his quæ ab eis priùs accipiebat rex per
ſingulos annos,& pro fructibus terræ & pomo-
rum. Et alia quæ ad nos pertinebant decima- 35
rum & tributorum,ex hoc tempore remittimus
eis:& areas ſalinarum,& coronas quæ nobis de-
ferebantur, omnia ipſis concedimus: & nihil 36
horum irritum erit ex hoc,& in omne tempus.
Nunc ergo curate facere horum exemplum, 37
& detur Ionathæ, & ponatur in monte ſancto,
in loco celebri. Et videns Demetrius rex quòd 38
ſiluit terra in conſpectu ſuo,& nihil ei reſiſtit,di-
miſit totum exercitum ſuum, vnumquemque
in locum ſuum, excepto peregrino exercitu,
quem contraxit ab inſulis Gentium: & inimici
erant ei omnes exercitus patrum eius. Try- 39
phon autem erat quidam partium Alexandri
priùs: & vidit quoniam omnis exercitus mur-
murabat contra Demetrium, & iuit ad Emal-
chuel Arabem, qui nutriebat Antiochum fi-
lium Alexandri: & aſſidebat ei, vt traderet 40
eum ipſi,vt regnaret loco patris ſui: & enuntia-
uit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias ex-
ercituum eius aduerſus illum. Et manſit ibi die-
bus multis. Et miſit Ionathas ad Demetrium 41
regem,vt eijceret eos, qui in arce erant in Ieru- E
ſalem, & qui in præſidijs erant: quia impugna-
bant Iſraël. Et miſit Demetrius ad Ionathan 42
dicens: Non hæc tantùm faciam tibi, & genti
tuæ, ſed gloria illuſtrabo te, & gentem tuam,
cùm fuerit opportunum. Nunc ergo rectè fe- 43
ceris,ſi miſeris in auxilium mihi viros: quia diſ-
ceſſit omnis exercitus meus. Et miſit ei Iona- 44
thas tria millia virorum fortium Antiochiam:
& venerunt ad regem, & delectatus eſt rex in
aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant de 45
ciuitate,centum viginti millia virorum,& vole-
bant interficere regem. Et fugit rex in aulam: 46
& occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera
ciuitatis,& cœperunt pugnare. Et vocauit rex 47
Iudæos in auxilium, & conuenerunt omnes ſi-
mul ad eum, & diſperſi ſunt omnes per ciuita-
tem: & occiderunt in illa die centum millia 48
hominum,& ſuccenderunt ciuitatem, & cepe-
runt ſpolia multa in die illa, & liberauerunt re-
gem. Et viderunt qui erant de ciuitate, quòd 49
obtinuiſſent Iudæi ciuitatem ſicut volebant: &
infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad re-
gem cum precibus,dicentes: Da nobis dextras, 50
& ceſſent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem.
Et proiecerunt arma ſua,& fecerunt pacem,& 51
glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis, & in F

conſpectu omnium qui erant in regno eius,
& nominati ſunt in regno: & regreſſi ſunt in
52 Ieruſalem habentes ſpolia multa. Et ſedit De-
metrius rex in ſede regni ſui: & ſiluit terra in
53 conſpectu eius. Et mentitus eſt omnia quæ-
cumque dixit, & abalienauit ſe à Ionatha, &
non retribuit ei ſecundum beneficia quæ ſibi
54 tribuerat, & vexabat eum valde. Poſt hæc
autem reuerſus eſt Tryphon, & Antiochus
cum eo puer adoleſcens, & regnauit, & impo-
55 ſuit ſibi diadema. Et congregati ſunt ad eum
omnes exercitus,quos diſperſerat Demetrius,&
pugnauerunt cótra eum: & fugit,& terga vertit.
56 Et accepit Tryphon beſtias,& obtinuit Antio-
57 chiam: & ſcripſit Antiochus adoleſcens Iona-
thæ,dicens: Conſtituo tibi ſacerdotium, & con-
ſtituo te ſuper quattuor ciuitates, vt ſis de amicis
58 regis. Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium, &
dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in
59 purpura, & habere fibulam auream: & Simo-
nem fratrem eius conſtituit ducem à terminis
60 Tyri vſque ad fines Ægypti. Et exijt Ionathas,
& perambulabat trans flumen ciuitates: & con-
gregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in
auxilium,& venit Aſcalonem, & occurrerunt ei
61 honorifice de ciuitate. Et abijt inde Gazam:
& concluſerunt ſe qui erant Gazæ: & obſedit
eam,& ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis,
62 & prædatus eſt ea. Et rogauerunt Gazenſes Io-
G nathan, & dedit illis dexteram: & accepit filios
eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem: &
63 perambulauit regionem vſque Damaſcum. Et
audiuit Ionathas quòd præuaricati ſunt princi-
pes Demetrij in Cades, quæ eſt in Galilæa, cum
exercitu multo, volentes eum remouere à ne-
64 gotio regni: & occurrit illis: fratrem autem
65 ſuum Simonem reliquit intra prouinciam. Et
applicuit Simon ad Bethſuram, & expugnabat
66 eam diebus multis, & concluſit eos. Et poſtu-
lauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: &
eiecit eos inde,& cepit ciuitatem, & poſuit in ea
67 præſidium. Et Ionathas & caſtra eius applicue-
runt ad aquam Geneſar, & ante lucem vigila-
68 uerunt in campo Aſor. & ecce caſtra alieni-
genarum occurrebant in campo,& tendebant
ei inſidias in montibus: ipſe autem occurrit ex
69 aduerſo. Inſidiæ verò exurrexerunt de locis
70 ſuis, & commiſerunt prælium. Et fugerunt
qui erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo re-
lictus eſt ex eis, niſi Mathathias filius Abſolomi,
& Iudas filius Calphi, princeps militiæ exerci-
71 tus. Et ſcidit Ionathas veſtimenta ſua, & po-
72 ſuit terram in capite ſuo, & orauit. Et reuerſus
eſt Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos
73 in fugam, & pugnauerunt. Et viderunt qui fu-
giebant partis illius, & reuerſi ſunt ad eum, &
inſequebantur cum eo omnes vſque Cades ad
74 caſtra ſua, & peruenerunt vſque illuc. & ceci-
derunt de alienigenis in die illa tria millia viro-
rum:& reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 REX ÆGYPTI. Omnia iura ſubuertit regnandi cu-
piditas: ignis eſt, nullis finibus reſiſtit; ſocer in ge-
nerum inſurgit.

3 CVM AVTEM INTROIRET IN CIVITATEM PTOLE-
MÆVS. quamuis Græcè, *in ciuitates Ptolemaidis.* Sic in

ſic in Regijs. Romana cum noſtra editione cōſentiunt.

ET CÆTERA EIVS DEMOLITA. περισπόρια, *ſuburbia* deſtructa à Ionatha Ptolemæo oſtenderunt. 4

PTOLEMÆVS OBTINVIT DOMINIVM CIVITATVM. Græcè, *ciuitatum littoris*, παραλίας, ſeu *maritimarum*, vſque Seleuciam. 8

MISIT LEGATOS AD DEMETRIVM, filium prioris Demetrij, qui venerat ex Creta, cap. 10. verſ. 67. 9

QVÆSIVIT ENIM ME OCCIDERE, ait Ptolemæus per Ammonium Ptolemaide: Ioſephus lib. 13. cap. 8. Fugit Alexander. Caput Alexandri 10

ABSTVLIT ZABDIEL. Ioſephus loco citato *Zabelum* vocat, is, Alexandro caput abſtulit in Arabiam profugo. 17

PTOLEMÆVS MORTVVS EST IN DIE TERTIA poſt allatum ad eum caput Alexandri, ex vulneribus quæ in pugna cum eo accepit, quinto die poſt pugnam, vt ait Ioſephus. 18

IVSSIT OBSIDERE. Non intermiſſa obſidione arcis, Ionathas tamen iuit ad Regem, qui multa ei dedit. 23

ET TRES TOPARCHIAS. Vox *tres* in Gotth. non eſt. nempe v. 34. duas nominat, *Lydan* & *Ramathan*. Verum codices omnes *tres* habent, & c. 10. v. 38. tres vrbes ex Samaria contribuuntur Iudeæ; & de ijs nunc loquitur. ET SAMARIAM. Gotth. *id eſt Samariam* Sic Regia. Nimirum eas tres toparchias voluit in Samaria & confinibus contineri. 28

TRES CIVITATES. Græc. νομούς. ſed perinde eſt. LYDAN, ET RAMATHAN. Adijce ἀφαίρεμα, quę Græc. eſt, vt ſint tres numero. An hæc *Apherema* eſt, quæ Ioan. 11. verſ. 54. vocatur *Ephrem*? Concedit Demetrius Iudeis 34

AREAS SALINARVM. Græcè eſt, *ſtagna ſalinarum*. Aqua maris in areas ſeu lacunas redigitur, vt vapore ſolis concreſcat in ſal. 35

QVI ERANT DE CIVITATE. Græcè additur, *in medium ciuitatis*. i. conuenerunt contra Regem. 45

ET NOMINATI SVNT IN REGNO. Hoc eſt Græcè. 51

ACCEPIT TRYPHON BESTIAS. elephantos ſ. Demetrij. 56

QVÆ ERANT IN CIRCVITV CIVITATIS. Περισπόρια, *ſuburbia* ſuccendit. PRÆDATVS EST EA. ſic lege, non *eam*, vt Regia, nec *eas*, vt Gotth. Audiuit Ionathas 61

QVOD PRÆVARICATI SVNT. i. rebellarunt Demetrij duces contra Antiochum. Græcè, παρῆσαν, *aderant*. noſter legit, παρέβησαν. VOLENTES EVM REMOVERE Ionathan. 63

IN CAMPO ASOR. Meliùs ſic quàm *Naſor*, vt eſt Græcè. ſic Maſius Ioſue 11. Et ſanè *Aſor* erat prope *Cades*, vbi hoſtes erant. *Cedaſam* vocat vrbem *Cades* lib. 13. cap 9. Ioſephus. 67

PRINCEPS MILITIÆ. Græcè, *Principes militiæ*. ſ. Mathathias & Iudas. EXERCITVS. Græce, *exercituum*. 70

ET REVERSVS EST IONATHAS AD EOS. ſ. hoſtes. ET PVGNAVERVNT. Græcè, *& fugerunt hoſtes*. 72

ET VIDERVNT QVI FVGIEBANT. ſ. Iudæi, Ionathæ milites. INSEQVEBANTVR CVM EO, cum Ionatha. OMNES. nec Græcè nec Gotth. eſt: & ſine ea voce conſtat ſententia. PERVENERVNT VSQVE ILLVC. Græc. *caſtrametati ſunt ibi*. 73

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CÆTERA. Græc. *ſuburbia*. TVMVLOS. i. aceruos cadauerum, vel lapidum ſuper ſepultos. 4

EIVS. ſ. Alexandri. 11

PERIERVNT. i. occiſi ſunt. INTRA CASTRA. Græc. *in ipſis munitionibus*. 18

OBSIDERE. ſ. arcem. 23

XENIA. i. munera. 24

TOPARCHIAS. i. præfecturas. vide ſup. cap. 10. & infrà. 28

PARENTI. Græc. *cognato*. 31

PARENTI. i. velut patri. 32

BENIGNITATEM. Græc. *beneuolentiam*. 33

CIVITATES. Græc. *præfecturas*. LYDAN. Græc. *Apharema & Lydan*. PRO HIS. i. in compenſationem eorum. 34

46 EX HOC. ſ. tempore.

58 SILVIT. i. quieuit. ſ. à bellis. ET INIMICI. pro, ideò inimici; vel, quia inimici.

46 AVLAM. ſ. regiam.

49 INFIRMATI. i. conſternati.

60 FLVMEN. ſ. Iordanem vel Euphratem.

63 PRÆVARICATI SVNT. Græc. ἀπέστησαν. EVM. ſ. Ionathan. NEGOTIO REGNI. Græc. *regione*.

64 PROVINCIAM. ſ. Iudææ.

67 VIGILAVERVNT, &c. i. ſummo manè ſe contulerunt in campum.

70 PRINCEPS. Græc. *principes*.

72 PVGNAVERVNT. Græc. *fugerunt*.

73 FVGIEBANT. pro, fugerant. ILLIVS. ſ. Ionathæ. SVA. i. ipſorum.

CAPVT XII.

Ionathas cum Romanis ac Spartiatis fœdus renouat: Principes Demetrij ipſum inuadentes fugat: percuſſiſque Arabibus ordinat ædificare præſidia in Iudæa, & muros contra arcem in Ieruſalem: ſed à Tryphone cupiente regnum Antiochi inuadere, & fingente ſe amicum, apud Ptolemaida dolo captus eſt, omneſque qui cum eo erant, interfecti.

1 ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat,
A & elegit viros, & miſit eos Romam, ſtatue-
2 re & renouare cum eis amicitiam: * & ad Spar-
tiatas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecundùm
3 eamdem formam. * Et abierunt Romam, &
intrauerunt curiam, & dixerunt: Ionathas ſum-
mus ſacerdos, & gens Iudæorum miſerunt nos,
vt renouaremus amicitiam & ſocietatem ſe-
4 cundùm priſtinum. * Et dederunt illis epiſtolas
ad ipſos per loca, vt deducerent eos in terram
5 Iuda cum pace. * Et hoc eſt exemplum epiſto-
6 larum, quas ſcripſit Ionathas Spartiatis: * IONA-
THAS ſummus ſacerdos, & ſeniores gentis, &
ſacerdotes, & reliquus populus Iudæorum,
7 Spartiatis fratribus ſalutem. * Iampridem miſ-
ſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum ſacerdo-
B tem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam
eſtis fratres noſtri, ſicut reſcriptum continet,
8 quod ſubiectum eſt. * Et ſuſcepit Onias virum,
qui miſſus fuerat, cum honore: & accepit epi-
ſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate &
9 amicitia. * Nos, cùm nullo horum indigere-
mus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt
10 in manibus noſtris, * maluimus mittere ad vos
renouare fraternitatem, & amicitiam, ne fortè
alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora
11 tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos. * Nos ergo
in omni tempore ſine intermiſſione in diebus
ſollemnibus, & ceteris quibus oportet, memo-
res ſumus veſtri in ſacrificijs quæ offerimus, &
in obſeruationibus, ſicut fas eſt & decet memi-
12 niſſe fratrum. * Lætamur itaque de gloria ve-
13 ſtra. * Nos autem circumdederunt multæ tribu-
lationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos
14 reges, qui ſunt in circuitu noſtro. * Noluimus
ergo vobis moleſti eſſe, neque ceteris ſocijs &
15 amicis noſtris, in his prælijs. * habuimus enim
C de cælo auxilium, & liberati ſumus nos, & hu-
16 miliati ſunt inimici noſtri. * Elegimus itaque
Numenium Antiochi filium, & Antipatrem
Iaſonis filium, & miſimus ad Romanos re-
nouare cum eis amicitiam & ſocietatem pri-
17 ſtinam. * Mandauimus itaque eis vt veniant
etiam ad vos, & ſalutent vos: & reddant
vobis epiſtolas noſtras de innouatione fra-

ternitatis noſtræ. * Et nunc benefacietis re- 18
ſpondentes nobis ad hæc. * Et hoc eſt reſcri- 19
ptum epiſtolarum, quod miſerat Oniæ: * Arius, 20
rex Spartiatarum, Oniæ ſacerdoti magno ſalu-
tem. * Inuentum eſt in ſcriptura de Spartiatis 21
& Iudæis, quoniam ſunt fratres, & quod ſunt
de genere Abraham. * Et nunc ex quo hæc cog- 22
nouimus, benefacitis ſcribentes nobis de pace
veſtra. * Sed & nos reſcripſimus vobis: Pecora 23
noſtra, & poſſeſſiones noſtræ, veſtræ ſunt; &
veſtræ, noſtræ: mandauimus itaque hæc nun-
tiari vobis. * Et audiuit Ionathas, quoniam re- 24
greſſi ſunt principes Demetrij cum exercitu
multo ſuprà quàm priùs, pugnare aduerſus
eum. * & exijt ab Ieruſalem, & occurrit eis in 25
Amathite regione: non enim dederat eis ſpa- D
tium vt ingrederentur regionem eius. * Et miſit 26
ſpeculatores in caſtra eorum: & reuerſi renun-
tiauerunt quòd conſtituunt ſuperuenire illis
nocte. * Cùm occidiſſet autem ſol, præcepit Io- 27
nathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad
pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per cir-
cuitum caſtrorum. * Et audierunt aduerſarij 28
quòd paratus eſt Ionathas cum ſuis in bello: &
timuerunt, & formidauerunt in corde ſuo: &
accenderunt focos in caſtris ſuis. * Ionathas au- 29
tem, & qui cum eo erant, non cognouerunt
vſque manè: videbant autem luminaria arden-
tia: * & ſecutus eſt eos Ionathas, & non com- 30
prehendit eos: tranſierant enim flumen Eleu-
therum. * Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui 31
vocantur Zabadæi, & percuſſit eos, & accepit E
ſpolia eorum. * Et iunxit, & venit Damaſcum, 32
& perambulabat omnem regionem illam. * Si- 33
mon autem exijt, & venit vſque ad Aſcalonem,
& ad proxima præſidia: & declinauit in Iop-
pen, & occupauit eam (* audiuit enim quòd 34
vellent præſidium tradere partibus Demetrij)
& poſuit ibi cuſtodes vt cuſtodirent eam. * Et 35
reuerſus eſt Ionathas, & conuocauit ſeniores
populi, & cogitauit cum eis ædificare præſidia
in Iudæa, * & ædificare muros in Ieruſalem, & 36
exaltare altitudinem magnam inter medium
arcis & ciuitatis, vt ſepararet eam à ciuitate, vt
eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque
vendant. * Et conuenerunt, vt ædificarent ciui- 37
tatem: & cecidit murus, qui erat ſuper torren-
tem ab ortu ſolis, & reparauit eum, qui vocatur
Caphetetha: * & Simon ædificauit Adiada in 38
Sephela, & muniuit eam, & impoſuit portas &
ſeras. * Et cùm cogitaſſet Tryphon regnare A- 39
ſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manum F
in Antiochum regem: * timens ne forte non 40
permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduer-
ſus eum, quærebat comprehendere eum, & oc-
cidere. Et exurgens abijt in Bethſan. * Et exiuit 41
Ionathas obuiàm illi cum quadraginta millibus
virorum electorum in prælium, & venit Beth-
ſan. * Et vidit Tryphon quia venit Ionathas 42
cum exercitu multo vt extenderet in eum ma-
nus, timuit. * & excepit eum cum honore, & 43
commendauit eum omnibus amicis ſuis, & de-
dit ei munera: & præcepit exercitibus ſuis vt
obedirent ei, ſicut ſibi. * Et dixit Ionathæ: Vt 44
quid vexaſti vniuerſum populum, cùm bellum
nobis non ſit? * Et nunc remitte eos in domos 45
ſuas: & elige autem tibi viros paucos, qui tecum
ſint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam
eam tibi, & reliqua præſidia, & exercitum, &
vniuerſos præpoſitos negotij, & conuerſus abi-
46 bo: propterea enim veni. * Et credidit ei, & fecit
ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in
47 terram Iuda. * Retinuit autem ſecum tria mil-
lia virorum: ex quibus remiſit in Galilæam
48 duo millia, mille autem venerunt cum eo. * Vt
G autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauſe-
runt portas ciuitatis Ptolemenſes: & compre-
henderunt eum: & omnes, qui cum eo intra-
49 uerant, gladio interfecerunt. * Et miſit Tryphon
exercitum & equites in Galilæam, & in cam-
pum magnum, vt perderent omnes ſocios Io-
50 nathæ. * At illi cùm cognouiſſent quia com-
prehenſus eſt Ionathas, & periit, & omnes qui
cum eo erant, hortati ſunt ſemetipſos, & exie-
51 runt parati in prælium. * Et videntes hi, qui inſe-
cuti fuerant, quia pro anima res eſt illis, reuerſi
52 ſunt: * illi autem venerunt omnes cum pace in
terram Iuda. Et planxerunt Ionathan, & eos
qui cum ipſo fuerant, valdè: & luxit Iſraël luctu
53 magno. * Et quæſierunt omnes gentes, quæ
erant in circuitu eorum, conterere eos. dixe-
54 runt enim: * Non habent principem, & adiu-
uantem: nunc ergo expugnemus illos, & tolla-
mus de hominibus memoriam eorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AD SPARTIATAS miſit Ionathas viros, ſeu epiſto-
las. Goth. *ad Spartas*.

7 MISSÆ ERANT EPISTOLÆ AD ONIAM. Tres fue-
runt Pontifices hoc nomine: ad quem ex illis regiæ
epiſtolæ miſſæ fuerint, non explicatur. Credam ad pri-
mum, qui vixit circa Alexandri tempora, quia ait iam
pridem miſſas fuiſſe. Euſebius in Chron. ait, ad Oniam
filium Simonis, nempe ſecundum, qui vixit tempore
Ptolemæi Philopatoris. AB ARIO. Sic lege. plerique
codices, etiam Græci, *à Dario* habent. ſic ex Ioſepho
colligitur lib. 13. cap. 9. ex Pauſania in Laconicis, ex
Plutarcho in Pyrrho, ex Euſebio in Chron. vocari *A-
rium*, *Darij* nomine nullus Lacedæmone Rex. SIC-
VT RESCRIPTVM CONTINET. Hoc reſcri-
ptum ſeu exemplum in fine epiſtolæ Ionathæ verſ. 19.
ſubijcitur.

19 HOC EST RESCRIPTVM EPISTOLARVM, QVOD
MISERAT ONIÆ. Hic finitur hic verſus. Plerique co-
dices Græci & Latini *Oniares* habent, duabus vocibus,
vltima huius verſus & prima ſequentis, in vnam con-
flatis: malè. ſic enim habet:

20 ARIVS, REX SPARTIATARVM, ONIÆ SACERDO-
TI MAGNO. Græca: *Oniares Rex Spartiatarum Oniæ
ſacerdoti magno*. Regia & Louan. *Rex Spartiatarum
Onias Ionathæ ſacerdoti magno*. Nugæ. Vera lectio re-
ſtituta eſt in Biblijs Romanis.

21 INVENTVM EST. Hic poſt ſalutationem incipit epi-
ſtola Regis. IN SCRIPTVRA. nempe in archiuis, ſeu
tabularijs. QVONIAM SVNT FRATRES. Multæ mi-
grationes Gentium extiterunt; ex aliqua à poſteris Iſaac
aut Iſmaëlis Lacedæmon fundata eſt. quo tempore &
duce, diuinare non eſt opus.

23 SED ET NOS RESCRIPSIMVS. Græcè, *reſcribimus*.
VOBIS. ſ. hanc epiſtolam.

25 OCCVRRIT EIS IN AMATHITE. Amatha
regio Arabiæ apud Stephanum. Simul aduerte, Du-
cis prudentis eſſe, extra fines ſuos in hoſtico bellum
gerere.

30 FLVMEN ELEVTHERVM. Syriæ fluuius, ho-
die *Vellania*.

32 ET IVNXIT. ἀναζεύξας, motis caſtris venit Damaſcum
Ionathas.

VT ESSET IPSA SINGVLARITER. ſ. arx eſſet ab vrbe ſeiuncta. NEQVE EMANT, NEQVE VENDANT. id eſt, nempe arx erat in hoſtium poteſtate, volebat vt fame laborarent. 36

ET CECIDIT MVRVS. Græcè, *Et appropinquauit muro torrentis.* ſ. Cedron. Noſter Græcè legit ἔπεσε. Sic enim hodie legitur in quibuſdam codicibus Græcis. Tryphon 37

ABIIT IN BETHSAN. Alio nomine *Scythopolis*, vrbs Syriæ, non procul Tiberiade. 40

VT EXTENDERET IN EVM MANVS, TIMVIT. Græcè, *Et extendere in eum manus timuit.* i. noluit cum eo pugnare, Tryphon cum Ionatha. 41

QVIA PRO ANIMA RES EST ILLIS. Magnum telum deſperatio. 53

EMANVELIS SA NOTATIONES.

TEMPVS. i. opportunitas.

DEDERVNT. ſ. Romani. PER LOCA. i. per quos tranſibant.

EFFICIAMVR. i. habeamur.

QVIBVS OPORTET. i. opportunis. OBSERVATIONIBVS Græc. *obſeruationibus.* [illegible] EST. pro, par eſt, ſeu oportet. 11

HVMILIATI. i. afflicti, ſeu depreſſi. 15

RESCRIPTVM. i. exemplum ſ. de quo ſupra. 19

SCRIPTVRA. ſ. rerum noſtrarum: q. d. Annalibus. 21

SVPRA. i. maiori. 24

EIVS. ſ. Ionathæ. 25

ILLIS. ſ. Iudæis. Græc *irruere in ipſos.* 26

IN BELLO. pro, ad bellum. TIMVERVNT, ET FORMIDAVERVNT. pro, timuerunt valdè. FOCOS. i. ignes. 28

COGNOVERVNT. ſ. illos fugiſſe. 29

IVNXIT. i. caſtra mouit. 32

IPSA. ſ. arx. SINGVLARITER. i. ſeorſim, ſeu ſemota prorſus. vulgò, *per ſe.* EMANT ſ. qui in arce. quaſi dicat, commercio prohibeantur & commeatu. 36

ET CECIDIT. pro, nam ceciderat. AB ORTV SOLIS. i. ad Orientem. 37

SEPHELA. i. planitie, ſeu valle. 38

MVLTO VT pro, maior quam vt. 42

PERIIT. Ita audierant, ſed falſum. 50

PRO ANIMA, &c. i. ſibi vitæ periculum imminere, vel illos paratos eſſe vitam defendere. 51

DE HOMINIBVS. i. ex hominum mentibus. 54

CAPVT XIII.

Suſcepto Simon principatu pro fratre Ionatha miſit petitam à Tryphone pecuniam vnà cum filijs Ionathæ, ad eius redemptionem: Tryphon autem accepta pecunia, patrem occidit cum filijs: quibus ſepultis ac defletis, Simon magnificum extruxit parentibus ac fratribus ſepulchrum in Modin: Tryphon verò, occiſo Antiocho, regnum eius inuaſit: & Simon, impetratis à rege Demetrio litteris fœderis ac immunitatis, expugnauit Gazaram, & arcem Ieroſolymorum obtinuit: propter quod lætum agunt feſtum, quod etiam quotannis apud Iudæos agi præcipitur.

ET audiuit Simon quòd congregauit Try- 1
phon exercitum copioſum, vt veniret in A
terram Iuda, & attereret eam. * Videns quia in 2
tremore populus eſt, & in timore, aſcendit Ie-
ruſalem, & congregauit populum: * & adhor- 3
tans dixit: Vos ſcitis quanta ego, & fratres mei,
& domus patris mei, fecimus pro legibus, &
pro ſanctis prælia, & anguſtias quales vidimus:
* horum gratia perierunt fratres mei omnes 4
propter Iſrael, & relictus ſum ego ſolus. * Et 5
nunc non mihi contingat parcere animæ meæ
in omni tempore tribulationis: non enim me-
lior ſum fratribus meis. * Vindicabo itaque gen- 6
tem meam, & ſancta, natos quoque noſtros, &
vxores: quia congregatæ ſunt vniuerſæ gentes
conterere nos inimicitiæ gratia. * Et accenſus eſt, 7
ſpiritus populi ſimul vt audiuit ſermones iſtos:
8 * & reſponderunt voce magna dicentes: Tu es
B dux noſter loco Iudæ & Ionathæ fratris tui:
9 * pugna prælium noſtrum: & omnia, quæcum-
10 que dixeris nobis, faciemus. * Et congregans
omnes viros bellatores, accelerauit conſummare
vniuerſos muros Ieruſalem, & muniuit eam in
11 gyro. * Et miſit Ionathan filium Abſalomi, &
cum eo exercitum nouum, in Ioppen; & eiectis
12 iis, qui erant in ea, remanſit illic ipſe. * Et mo-
uit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu mul-
to, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas
13 cum eo in cuſtodia. * Simon autem applicuit in
14 Addus contra faciem campi. * Et vt cognouit
Tryphon quia ſurrexit Simon loco fratris ſui
Ionathæ: & quia commiſſurus eſſet cum eo præ-
15 lium, miſit ad eum legatos, * dicens: Pro argen-
to, quod debebat frater tuus Ionathas in ratio-
ne regis, propter negotia quæ habuit, detinui-
16 mus eum. * Et nunc mitte argenti talenta cen-
tum, & duos filios eius obſides, vt non dimiſſus
17 fugiat à nobis, & remittemus eum. * Et cogno-
C uit Simon quia cum dolo loqueretur ſecum, iuſ-
ſit tamen dari argentum, & pueros: ne inimici-
tiam magnam ſumeret ad populum Iſrael, di-
18 centem: * Quia non miſit ei argentum, & pue-
19 ros, propterea periјt. * Et miſit pueros, & cen-
tum talenta: & mentitus eſt, & non dimiſit Io-
20 nathan. * Et poſt hæc venit Tryphon intra re-
gionem, vt contereret eam: & gyrauerunt per
viam quæ ducit Ador: & Simon, & caſtra eius
ambulabant in omnem locum quocumque
21 ibant. * Qui autem in arce erant, miſerunt ad
Tryphonem legatos, vt feſtinaret venire per de-
22 ſertum, & mitteret illis alimonias. * Et parauit
Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa no-
cte: erat autem nix multa valde, & non venit
23 in Galaaditim. * Et cùm appropinquaſſet Baſ-
24 caman, occidit Ionathan & filios eius illic. * Et
conuertit Tryphon, & abijt in terram ſuam.
25 * Et miſit Simon, & accepit oſſa Ionathæ fra-
D tris ſui, & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrum
26 eius. * Et planxerunt eum omnis Iſrael planctu
27 magno, & luxerunt eum dies multos. * Et ædi-
ficauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui &
fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide
28 polito retrò & ante: * Et ſtatuit ſeptem pyrami-
das, vnam contra vnam patri & matri, & quat-
29 tuor fratribus: * & his circumpoſuit columnas
magnas; & ſuper columnas arma, ad memo-
riam æternam; & iuxta arma naues ſculptas,
quæ viderentur ab omnibus nauigantibus ma-
30 re. * hoc eſt ſepulchrum, quod fecit in Modin,
31 vſque in hunc diem. * Tryphon autem cùm
iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente,
32 dolo occidit eum. * Et regnauit loco eius,
& impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit pla-
33 gam magnam in terra. * Et ædificauit Simon
præſidia Iudææ, muniens ea turribus excelſis,
E & muris magnis, & portis, & ſeris: & poſuit
34 alimenta in munitionibus. * Et elegit Simon
viros, & miſit ad Demetrium regem, vt face-
35 ret remiſſionem regioni: quia actus omnes
Tryphonis per direptionem fuerant geſti. * Et
Demetrius rex ad verba iſta reſpondit ei, &
36 ſcripſit epiſtolam talem: * Rex Demetrius

Simoni ſummo ſacerdoti, & amico regum, &
ſenioribus & genti Iudæorum, ſalutem. * Co- 37
ronam auream, & bahem, quam miſiſtis, ſuſ-
cepimus: & parati ſumus facere vobiſcum pa-
cem magnam, & ſcribere præpoſitis regis re-
mittere vobis quæ induſimus. * Quæcum- 38
que enim conſtituimus, vobis conſtant. Muni-
tiones, quas ædificaſtis, vobis ſint. * remittimus 39
quoque ignorantias, & peccata vſque in hodier-
num diem, & coronam quam debebatis: & ſi
quid aliud erat tributarium in Ieruſalem, iam
non ſit tributarium. * Et ſi qui ex vobis apti 40
ſunt conſcribi inter noſtros, conſcribantur, &
ſit inter nos pax. * Anno centeſimo ſeptuageſi- 41
mo ablatum eſt iugum Gentium ab Iſraël. * Et 42
cœpit populus Iſraël ſcribere in tabulis & geſtis
publicis, anno primo ſub Simone ſummo ſa- F
cerdote, magno duce, & principe Iudæorum.
* In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & 43
circumdedit eam caſtris, & fecit machinas, &
applicuit ad ciuitatem, & percuſſit turrem v-
nam, & comprehendit eam. * Et eruperant qui 44
erant intra machinam in ciuitatem: & factus
eſt motus magnus in ciuitate. * Et aſcenderunt 45
qui erant in ciuitate, cum vxoribus & filijs ſupra
murum, ſciſſis tunicis ſuis, & clamauerunt vo-
ce magna, poſtulantes à Simone dextras ſibi da-
ri, * & dixerunt: Non nobis reddas ſecundùm 46
malitias noſtras, ſed ſecundùm miſericordias
tuas. * Et flexus Simon, non debellauit eos: eie- 47
cit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in G
quibus fuerant ſimulacra, & tunc intrauit in
eam cum hymnis benedicens Dominum: * & 48
eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea
viros qui legem facerent: & muniuit eam, &
fecit ſibi habitationem. * Qui autem erant in 49
arce Ieruſalem, prohibebantur egredi & ingre-
di regionem, & emere, ac vendere: & eſurie-
runt valdè, & multi ex eis fame perierunt. * Et 50
clamauerunt ad Simonem vt dextras accipe-
rent: & dedit illis: & eiecit eos inde, & munda-
uit arcem à contaminationibus: * & intrauerunt 51
in eam tertia & vigeſima die ſecundi menſis, an-
no centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude,
& ramis palmarum, & cinyris, & cymbalis, &
nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus
eſt inimicus magnus ex Iſraël. * Et conſtituit vt 52
omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.
* Et muniuit montem templi, qui erat ſecus ar- 53
cem, & habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant.
* Et vidit Simon Ioannem filium ſuum, quòd 54
fortis prælij vir eſſet: & poſuit eum ducem vir-
tutum vniuerſarum: & habitauit in Gazaris.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NON ENIM MELIOR. Sic Simon. aut *maior*, potior, 5
κρείσσων, fratribus meis ſum, maioris pretij.

NATOS QVOQVE NOSTROS vindicabo. Goth. *fi-* 6
lioſque veſtros. ſic Græcè in Regijs.

TV ES DVX NOSTER. Simon conſtituitur princeps 8
& pontifex Genebr lib. 3. c. 9. videtur eum facere pri-
mogenitum inter fratres.

EIECTIS HIS, QVI ERANT IN EA. Sic etiam 11
Goth. & Græc. ſ. Ioppe. remanſit ibi Ionathas. Non le-
gendum *in arce*, vt quidam.

SIMON AVTEM APPLICVIT, aut *caſtra poſuit*, *παρεμ-* 13
βάλλει. IN ADDVS. cap. 12. verſ. 38. vocatur *Adiada*.
Ioſephus lib. 13. cap. 11. vocat *Addida*. hic Græcè eſt
Ἀδιδά. In Ptolomæo eſt *Adadam* *Palmyrena*. quæ eſt
in Phœnicia. *Palmyra* eſt etiam prope Euphratem, alio
nomine *Thadamor*, à Salomone ædificata, vbi Odena-
tus Zenobiæ vir, de qua 3. Reg 9. verſ 18. nos.

20 GYRAVERVNT. i. non recta iuerunt, ſed circulo fa-
cto. PER VIAM QVÆ DVCIT ADOR Græcè, *Ado-*
ra. *Dor* ſiue *Dora* Ptolomæo vrbs eſt in Phœnicia ma-
ritima prope Carmelum ex Ioſepho 2. contra Apio-
nem. Duos fuiſſe Carmelos, dixi Iſaiæ 29. verſ. 18.
Hic mons Carmelus in tribu Aſer prope Ptole-
maidam.

21 QVI AVTEM IN ARCE ERANT. ſ. Adeſt.

22 ERAT AVTEM NIX MVLTA VALDE, ET NON VE-
NIT. ſ. Tryphon in arcem eam. IN GALAADITIM.
ſ. abijt. Græcè, *Nocte illa fuit nix multa: & non venit*
propter niuem, & abijt in Galaaditim. i. in Galilæam.

23 CVM APPROPINQVASSET BASCANAN. Ioſephus
lib. 13. cap. 11. *Baſca*. OCCIDIT IONATHAN ET FI-
LIOS EIVS. Græc. *occidit Ionathan, & ſepultus eſt ibi*.
de filijs nihil.

28 STATVIT SEPTEM PYRAMIDAS. ſ. Simon. Extabant
Hieronymi tempore; extant nunc, vt cap 2. diximus.
PATRI ET MATRI, ET QVATTVOR FRATRIBVS.
vnam ſibi, vt ſint ſeptem, de qua ſiletur.

34 ACTVS OMNES TRYPHONIS PER DIREPTIONEM.
Græc. *actus Tryphonis erant rapina*. i. tyrannicè re-
gnabat.

37 CORONAM AVREAM, ET BAHEM. Græcè, *bainem*.
Quid hoc: Quidam monile putat, alius palmam, nem-
pe ex auro, victoriæ ſymbolum *βαΐν* Græcè *ramus pal-*
mæ eſt. hic infrà verſ. 51.

42 COEPIT POPVLVS ISRAEL SCRIBERE. Ratio anno-
rum eſt immutata, neque deinde annos Græcorum nu-
merabant in Actis. Simon obſidet Gazam,

44 ET ERVPERANT. ſeu *eruperunt*, vt eſt Græcè. hoc
eſt, ingreſſi ſunt in ciuitatem. In Regijs, *Et qui erupe-*
rant. malè.

51 SECVNDI MENSIS. ſ. *Iiar* Aprilis, à Simone capta eſt
arx Ieruſalem. CINYRIS, genus citharæ, vt antea dixi-
mus plectro an digitis pulſaretur, incertum.

53 MVNIVIT MONTEM TEMPLI. i. montem Moria.
QVI ERAT SECVS ARCEM. i. prope arcem. Olim arx
erat in monte Sion ex aduerſum templi, ſed Gentes
prope templum videntur extruxiſſe arcem. ſed cap. 14.
v. 36 fuiſſe eam arcem ait in ciuitate Dauid.

54 DVCEM VIRTVTVM Simon conſtituit filium, i, exer-
cituum & copiarum omnium.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 ANIMÆ. i. vitæ.
6 SANCTA. i templum. INIMICITIÆ GRATIA.
i. hoſtiliter. ſ. tamquam hoſtes.
11 IN EA ſ Ioppe. IPSE. ſ. Ionathas.
13 CONTRA FACIEM. i. in proſpectu.
16 FVGIAT i. deficiat.
20 IBANT i. hoſtes. Græc. *ibat*. ſ. Tryphon.
22 ILLA NOCTE, &c. Græc. *& illa nocte fuit valdè multa*
nix, & non venit propter niuem, ſed abiit in Galaa-
ditim.
24 CONVERTIT i. reuertit.
27 VISV. i aſpectu. ſ. qui longè videri poſſet.
28 STATVIT Græc. *ſtatuit ſuper ea*. SEPTEM. i. multas.
29 QVA. ſ. ædificia, nempe tota illa moles.
30 DIEM. ſ. extans.
34 REGIONI. ſ Iudææ.
37 BAHEM. i torquem vel balteum, vel ſmaragdum.
42 ANNO PRIMO. q d. incepit numerare annos a princi-
patu Simonis.
44 ET ERVPERANT QVI. &c. Græc. *& qui erant intra*
machinam, eruperunt in ciuitatem.
48 IMMVNDITIA. ſ. idololatriæ. SIBI. Græc *ſibi in ea*.
50 CONTAMINATIONIBVS. ſ. gentilicis.
51 INIMICVS. ſ. arx illa erat velut hoſtis infenſiſſimus.
54 VIRTVTVM. i. exercitus. GAZARIS i. Gaza.

CAPVT XIV.

Demetrio à duce Arſacis deuicto & capto, Simon cum ſuo populo magna pace fruitur: ad quem miſſæ ſunt litteræ renouati fœderis à Spartiatis & Romanis cum maxima laude Simonis, qui Romanis clypeum aureum minarum mille miſerat.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo 1
congregauit rex Demetrius exercitum A
ſuum, & abijt in Mediam ad contrahenda ſibi
auxilia, vt expugnaret Tryphonem. * Et audi- 2
uit Arſaces rex Perſidis & Mediæ, quia intrauit
Demetrius confines ſuos, & miſit vnum de
principibus ſuis vt comprehenderet eum vi-
uum, & adduceret eum ad ſe. * Et abijt, & per- 3
cuſſit caſtra Demetrij: & comprehendit eum,
& duxit eum ad Arſacen, & poſuit eum in cu-
ſtodiam. * Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus 4
diebus Simonis, & quæſiuit bona genti ſuæ: &
placuit illis poteſtas eius, & gloria eius, omnibus
diebus. * Et cum omni gloria ſua accepit Iop- 5
pen in portum, & fecit introitum in inſulis ma-
ris. * Et dilatauit fines gentis ſuæ, & obtinuit re- 6
gionem. * Et congregauit captiuitatem mul- 7
tam, & dominatus eſt Gazaræ, & Bethſuræ, &
arci: & abſtulit immunditias ex ea, & non erat
qui reſiſteret ei. * Et vnuſquiſque colebat terram 8
ſuam cum pace: & terra Iuda dabat fructus B
ſuos: & ligna camporum fructum ſuum. * Se- 9
niores in plateis ſedebant omnes, & de bonis
terræ tractabant, & iuuenes induebant ſe glo-
riam & ſtolas belli. * Et ciuitatibus tribuebat 10
alimonias, & conſtituebat eas vt eſſent vaſa
munitionis, quoaduſque nominatum eſt no-
men gloriæ eius vſque ad extremum terræ. * Fe- 11
cit pacem ſuper terram, & lætatus eſt Iſraël læ-
titia magna. * Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, 12
& ſub ficulnea ſua: & non erat qui eos terreret.
* Defecit impugnans eos ſuper terram: reges 13
contriti ſunt in diebus illis. * Et confirmauit 14
omnes humiles populi ſui, & legem exquiſiuit,
& abſtulit omnem iniquum & malum: * ſancta 15
glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanctorum.
* Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet Io- 16
nathas, & vſque in Spartiatas: & contriſtati ſunt
valdè. * Vt audierunt autem quòd Simon frater 17
eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius, &
ipſe obtineret omnem regionem, & ciuitates
in ea; * ſcripſerunt ad eum in tabulis æreis, vt 18
renouarent amicitias & ſocietatem, quam fece- C
rant cum Iuda, & cum Ionatha fratribus eius.
* Et lectæ ſunt in conſpectu eccleſiæ in Ieruſa- 19
lem. Et hoc exemplum epiſtolarum, quas
Spartiatæ miſerunt: * SPARTIANORVM 20
principes, & ciuitates, Simoni Sacerdoti ma-
gno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo
populo Iudæorum, fratribus, ſalutem. * Legati, 21
qui miſſi ſunt ad populum noſtrum, nuntiaue-
runt nobis de veſtra gloria, & honore, ac læti-
tia: & gauiſi ſumus in introitu eorum. * Et ſcri- 22
pſimus quæ ab eis erant dicta in concilijs popu-
li, ſic: Numenius Antiochi, & Antipater Ia-
ſonis filius, legati Iudæorum, venerunt ad nos,
renouantes nobiſcum amicitiam priſtinam.
* Et placuit populo excipere viros glorioſe, & 23
ponere exemplum ſermonum eorum in ſe-
gregatis populi libris, vt ſit ad memoriam po-
D pulo Spartiatarum. Exemplum autem horum
24 ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti. * Poſt hæc
autem miſit Simon Numenium Romam, ha-
bentem clypeum aureum magnum, pondo
minarum mille, ad ſtatuendam cum eis ſocieta-
tem. Cùm autem audiſſet populus Romanus
25 * ſermones iſtos, dixerunt: Quam gratiarum
26 actionem reddemus Simoni, & filijs eius? * Re-
ſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnauit ini-
micos Iſraël ab eis: & ſtatuerunt ei libertatem,
& deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in
27 titulis in monte Sion. * Et hoc eſt exemplum
ſcripturæ: OCTAVA decima die menſis Elul,
anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno
tertio ſub Simone ſacerdote magno in Aſara-
28 mel, * in conuentu magno ſacerdotum, & po-
puli, & principum gentis, & ſeniorum regio-
nis, nota facta ſunt hæc: Quoniam frequenter
29 facta ſunt prælia in regione noſtra. * Simon au-
E tem Mathathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres
eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduer-
ſarijs gentis ſuæ, vt ſtarent ſancta ipſorum, &
lex: & gloria magna glorificauerunt gentem
30 ſuam. * Et congregauit Ionathas gentem ſuam,
& factus eſt illis ſacerdos magnus, & appoſitus
31 eſt ad populum ſuum. * Et voluerunt inimici
eorum calcare, & atterere regionem ipſorum,
32 & extendere manus in ſancta eorum. * Tunc
reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & ero-
gauit pecunias multas, & armauit viros virtutis
33 gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia: * & muniuit
ciuitates Iudææ, & Bethſuram, quæ erat in fini-
bus Iudææ, vbi erant arma hoſtium anteà: &
34 poſuit illic præſidium viros Iudæos. * Et Ioppen
muniuit, quæ erat ad mare; & Gazaram, quæ
eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes anteà habita-
bant, & collocauit illic Iudæos: & quæcumque
apta erant ad correptionem eorum, poſuit in
35 eis. * Et vidit populus actum Simonis, & glo-
riam quam cogitabat facere genti ſuæ, & po-
ſuerunt eum ducem ſuum, & principem ſacer-
dotum, eò quòd ipſe fecerat hæc omnia, & iu-
ſtitiam, & fidem, quam conſeruauit genti ſuæ,
F & exquiſiuit omni modo exaltare populum
36 ſuum. * Et in diebus eius proſperatum eſt in
manibus eius, vt tollerentur gentes de regio-
ne ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erant in
Ieruſalem, in arce, de qua procedebant, & con-
taminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum
ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati:
37 * & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamen-
tum regionis, & ciuitatis, & exaltauit mu-
38 ros Ieruſalem. * Et rex Demetrius ſtatuit illi
39 ſummum ſacerdotium. * Secundùm hæc fe-
cit eum amicum ſuum, & glorificauit eum
40 gloria magna. * Audiuit enim quòd appella-
ti ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocij, & fra-
tres, & quia ſuſceperunt legatos Simonis glo-
41 rioſè: * & quia Iudæi, & ſacerdotes eorum
conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum, & ſum-
mum ſacerdotem in æternum, donec ſurgat
42 propheta fidelis: * & vt ſit ſuper eos dux, & vt
G cura eſſet illi pro ſanctis, & vt conſtitueret
præpoſitos ſuper opera eorum, & ſuper regio-

nem,& ſuper arma,& ſuper præſidia:* & cura ſit 43
illi de ſanctis:& vt audiatur ab omnibus,& ſcri-
bantur in nomine eius omnes conſcriptiones in
regione:& vt operiatur purpura, & auro:* & ne 44
liceat vlli ex populo, & ex ſacerdotibus, irritum
facere aliquid horum , & contradicere his quæ
ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in
regione ſine ipſo:& veſtiri purpura , & vti fibula
aurea.* qui autem fecerit extra hæc, aut irritum 45
fecerit aliquid horum,reus erit.* Et complacuit 46
omni populo ſtatuere Simonem , & facere ſe-
cundum verba iſta.* Et ſuſcepit Simon,& pla- 47
cuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur, & eſſet
dux & princeps gentis Iudæorum , & ſacerdo-
tum,& præeſſet omnibus.* Et ſcripturam iſtam 48
dixerunt ponere in tabulis æreis,& ponere eas in
peribolo ſanctorum , in loco celebri:* exem- 49
plum autem eorum ponere in ærario, vt habeat
Simon,& filij eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CONGREGAVIT REX DEMETRIVS EXERCITVM SVVM. Gotth.& Græc. *exercitus ſuos.* 1

ET AVDIVIT. Gotth. *& vt audiuit.* ARSACES REX PERSIDIS. Parthorum etiam , quod nomen *Arſaces* declarat , Parthorum Regibus familiare. ET MISIT. Gotth. *miſit.* 2

CONGREGAVIT CAPTIVITATEM. ſ. ex hoſtibus multos in ſeruos cepit. 7

TERRA IVDA,&c. Gotth. & Græc. *terra dabat fructus ſuos.* 8

IVVENES INDVEBANT SE GLORIAM. i. veſtem pretioſam,ornatum. 9

VT ESSENT VASA MVNITIONIS. ciuitates. i. eas muniuit & annonam eis tribuit. QVOADVSQVE. pro, ſic factum vt nomen eius (Simonis) extenderetur vſque ad fines terræ. 10

CLYPEVM AVREVM MAGNVM, PONDO MNARVM MILLE, miſit Simon Romam. De his mnis ſeu minis quo pondere eſſent , diximus libro de Pond. & menſ. cap. 6. 24

RESTITVIT ENIM IPSE FRATRES SVOS. Græcè, *firmauit ipſe & fratres eius, & domus patris eius.* pro *firmatus eſt*, aut *firmauit ſuos.* POSVERVNT IN TITVLIS. Græcè, *in columnis.* Sed *titulus* pro *columna.* Gen. 28. verſ. 18. *Erexit eum in titulum.* 26

MENSIS ELVL. ſextus menſis, Auguſtus. IN ASARAMEL. Græcè, *Saramel.* loci nomen, aut oppidi, vbi ille conuentus fuit. 27

AD CORREPTIONEM EORVM, quæ aptauerant, collocauit. diceres , vt proſperè ſeu bene agerent , ἐπανόρθωσιν. 34

VIDIT POPVLVS ACTVM SIMONIS. i. acta. Græcè, *fidem Simonis.* 35

SECVNDVM HÆC. Græca Regia, κατὰ πάντα. *ſecundùm omnia.* Romana κατὰ ταῦτα, *ſecundum hæc.* i. poſt hæc, præterea Demetrius Simonem amicum fecit. 39

DONEC SVRGAT PROPHETA FIDELIS. Gotth. *donec ſurgat Chriſtus.* Vſque ad ea tempora Simon & eius poſteri tenuere ſacerdotium & principatum gentis. 41

STATVERE SIMONEM, ET FACERE. Græca Regia, *Statuere Simonem facere.* i. vt decreta in eo conuentu ipſe confirmaret. 46

IN PERIBOLO SANCTORVM. Erat *peribolus* & quaſi lorica circum atria templi,& interuallum inter peribolum & atria. In ea platea volunt hoc decretum affigi. De *peribolo* & templi partibus plura ad c. 40. Ezechielis. 48

EMANVELIS SA NOTATIONES.

QVÆSIVIT BONA. q. d. diligens fuit in promouendo ſtatu bono. 4

ET CVM OMNI, &c. q. d. acceſſitque eius gloriæ, 5
quod Ioppe portu vſus eſt ad nauigandum ad inſulas.

6 OBTINVIT. i. pacificè poſſedit, vel gubernauit.

7 CAPTIVITATEM. Vel Iudæos è captiuitate liberatos intelligit, vel hoſtes captiuos factos.

8 LIGNA. i. arbores.

9 BONIS. i. vtilitate , ſeu commodis. GLORIAM. i. ſplendidè. BELLI. i. bello partas.

10 VASA. i. receptacula. q. d. vt aſſeruarent inſtrumenta bellica. QVOADVSQVE. pro, adeò quod.

14 HVMILES. i. afflictos, LEGEM EXQVISIVIT. i. legi ſtuduit, ſeu curauit vt obſeruaretur.

15 SANCTA GLORIFICAVIT. i. templum decorauit.

26 TITVLIS. i. columnis.

27 ELVL. i. Auguſti, vel Septembris. ASARAMEL. Quidam legunt *Ieruſalem.*

28 NOTA FACTA SVNT. i. acciderunt.

32 VIRTVTIS. i. fortes.

34 CORREPTIONEM. i. directionem. Græc. ἐπανόρθωσιν.

35 ACTVM. Græc. *fidem.*

36 CASTITATI. i. loci ſanctitati.

39 SECVNDVM HÆC pro, ad hæc. i. præterea. Græc. *per omnia.* vt iungatur ſuperioribus. q. d. cum ſumma poteſtate.

41 DONEC. Not. *æternum* cũ *donec ſurgat*,&c. q. d. euſque dum Chriſtus veniret , voluerunt illum eiusque familiam populum regere , etſi eſſent de tribu Leui; principatus enim ad Iudam ſpectabat, cuius partem adminiſtrabat Sanhedrim. ſ. Iudicum cœtus.

48 DIXERVNT. i. conſtituerunt. PERIBOLO. i. ambitu, ſeu porticu.

49 HABEAT. ſ. vnde poſſit ſumere.

CAPVT XV.

Antiochus Demetrij filius litteras amicitiarum mittit ad Simonem: Romani fæderatos ſibi Iudæos ceteris nationibus per litteras commendant: Antiochus dum Tryphonem inſequitur, miſſum a Simone militum auxilium recuſat , mittitque ad eum Athenobium qui multa tamquam debita repoſcat; & Simonis reſponſo accepto, conſtituit aduerſus eum Cendebæum ducem exercitus, ipſe vero Tryphonem perſequitur.

1 ET miſit rex Antiochus filius Demetrij epi-
A ſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti , &
2 principi gentis Iudæorum,& vniuerſæ genti:* &
erant continentes hunc modum : REX Antio-
chus Simoni ſacerdoti magno , & genti Iudæo-
3 rum, ſalutem.* Quoniam quidem peſtilentes
obtinuerunt regnum patrum noſtrorum , volo
autem vendicare regnum,& reſtituere illud ſic-
ut erat antea : & electam feci multitudinem ex-
4 ercitus, & feci naues bellicas.* Volo autem pro-
cedere per regionem, vt vlciſcar in eos,qui cor-
ruperunt regionem noſtram , & qui deſolaue-
5 runt ciuitates multas in regno meo.* Nunc er-
go ſtatuo tibi omnes oblationes , quas remiſe-
runt tibi ante me omnes reges , & quæcumque
6 alia dona remiſerunt tibi:* & permitto tibi face-
re percuſſuram proprij numiſmatis in regione
7 tua:* Ieruſalem autem ſanctam eſſe,& liberam:
B & omnia arma quæ fabricata ſunt , & præſidia
8 quæ conſtruxiſti , quæ tenes,maneant tibi.* Et
omne debitum regis,& quæ futura ſunt regi,ex
9 hoc & in totũ tempus remittuntur tibi.* Cùm
autem obtinuerimus regnũ noſtrum , glorifica-
bimus te , & gentem tuam , & templum gloria
magna , ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vni-
10 uerſa terra.* Anno centeſimo ſeptuageſimo
quarto exijt Antiochus in terram patrum ſuo-

ſum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus,
ita vt pauci relicti eſſent cum Tryphone. * Et 11
inſecutus eſt eum Antiochus rex, & venit Do-
ram fugiens per maritimam. * ſciebat enim quòd 12
congregata ſunt mala in eum, & reliquit eum
exercitus. * Et applicuit Antiochus ſuper Do- 13
ram cum centum viginti millibus virorum bel- C
ligeratorum, & octo millibus equitum: * & 14
circuiuit ciuitatem, & naues a mari acceſſerunt:
& vexabant ciuitatem à terra & mari, & nemi-
nem ſinebant ingredi vel egredi. * Venit autem 15
Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Ro-
ma, habentes epiſtolas regibus & regionibus
ſcriptas, in quibus continebantur hæc: * LV- 16
CIVS conſul Romanorum, Ptolemæo regi ſa-
lutem. * Legati Iudæorum venerunt ad nos 17
amici noſtri, renouantes priſtinam amicitiam
& ſocietatem, miſſi à Simone principe Sacerdo-
tum, & populo Iudæorum. * Attulerunt au- 18
tem & clypeum aureum mnarum mille. * Pla- 19
cuit itaque nobis ſcribere regibus, & regioni-
bus, vt non inferant illis mala, neque impu-
gnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eo-
rum: & vt non ferant auxilium pugnantibus
aduerſus eos. * Viſum autem eſt nobis accipere 20
ab eis clypeum. * Si qui ergo peſtilentes refuge- 21
runt de regione ipſorum ad vos, tradite eos Si- D
moni principi ſacerdotum, vt vindicet in eos ſe-
cundùm legem ſuam. * Hæc eadem ſcripta ſunt 22
Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Arſa-
ci, * & in omnes regiones: & Lampſaco, & 23
Spartiatis, & in Delum, & in Myndum, & in
Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in
Pamphyliam, & in Lyciam, & Alicarnaſſum,
& in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rho-
dum, & in Phaſelidem, & in Gortynam, &
Gnidum, & Cyprum, & Cyrenen. * Exem- 24
plum autem eorum ſcripſerunt Simoni principi
ſacerdotum, & populo Iudæorum. * Antiochus 25
autem rex applicuit caſtra in Doram ſecundò,
admouens ei ſemper manus, & machinas fa-
ciens: & concluſit Tryphonem, ne procederet.
* & miſit ad eum Simon duo millia virorum 26
electorum in auxilium, & argentum, & aurum, E
& vaſa copioſa: * & noluit ea accipere, ſed rupit 27
omnia, quæ pactus eſt cum eo anteà, & aliena-
uit ſe ab eo. * Et miſit ad eum Athenobium 28
vnum de amicis ſuis, vt tractaret cum ipſo, di-
cens: Vos tenetis Ioppen, & Gazaram, & arcem
quæ eſt in Ieruſalem, ciuitates regni mei: * fines 29
earum deſolaſtis, & feciſtis plagam magnam in
terra, & dominati eſtis per loca multa in regno
meo. * Nunc ergo tradite ciuitates, quas occu- 30
paſtis, & tributa locorum, in quibus dominati
eſtis extra fines Iudææ. * ſin autem, date pro illis 31
quingenta talenta argenti, & exterminij, quod
exterminaſtis, & tributorum ciuitatum alia ta-
lenta quingenta: ſin autem, veniemus, & ex-
pugnabimus vos. * Et venit Athenobius amicus 32
regis in Ieruſalem, & vidit gloriam Simonis, & F
claritatem in auro & argento, & apparatum co-
pioſum: & obſtupuit: & retulit ei verba Regis.
* Et reſpondit ei Simon, & dixit ei: Neque alie- 33
nam terram ſumpſimus, neque aliena detine-
mus: ſed hereditatem patrum noſtrorum, quæ
iniuſtè ab inimicis noſtris aliquo tempore poſ-
34 ſeſſa eſt. * Nos verò tempus habentes, vindi-
35 camus hereditatem patrum noſtrorum. * Nam
de Ioppe & Gazara quæ expoſtulas, ipſi facie-
bant in populo plagam magnam, & in regione
noſtra: horum damus talenta centum. Et non
36 reſpondit ei Athenobius verbum. * Reuerſus
G autem cum ira ad regem, renuntiauit ei verba
iſta, & gloriam Simonis, & vniuerſa quæ vi-
37 dit: & iratus eſt rex ira magna. * Tryphon autem
38 fugit naui in Orthoſiada. * Et conſtituit rex
Cendebæum ducem maritimum, & exercitum
39 peditum & equitum dedit illi. * Et mandauit illi
mouere caſtra contra faciem Iudææ: & man-
dauit ei ædificare Gedorem, & obſtruere por-
tas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem
40 perſequebatur Tryphonem. * Et peruenit Cen-
debæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, &
conculcare Iudæam, & captiuare populum, &
41 interficere, & ædificare Gedorem. * Et colloca-
uit illic equites, & exercitum: vt egreſſi peram-
bularent viam Iudææ, ſicut conſtituit ei rex.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET MISIT REX ANTIOCHVS. Goth. & Græcè non eſt vox *Rex*. Hic *Antiochus* prioris Demetrij filius, frater poſterioris eius qui in Perſide captus tenebatur. Eius vxor Cleopatra, viro capto, in Seleuciam ſe recepit; inde Antiocho huic ſuum coniugium & regnũ obtulit. Sic ex leuiro factus maritus, Tryphoni bellum intulit, qui ſe Regem dicebat, & captum tandem Apameæ occidit. Sic Ioſephus lib. 13. c. 12. à quo *Soter* vocatus, ab Euſebio in Chron. *Sedetes*. Vocatus eſt etiam *Pius*. Cauſas & origines horum cognominum non perſcrutamur. Sic Antiochus.

5 ELECTAM FECI. Græcè *elegi* multitudinem exercituum. PROCEDERE PER REGIONEM volo. Goth. *per regiones*. Sic multi alij Latini codices habent.

6 PERCVSSVRAM PROPRII NVMISMATIS permitto. Monetam cudere, lege Imperatoria inter Regalia numeratur.

8 QVÆ FVTVRA SVNT REGI. i. regalia omnia iura & tributa remitto vobis Iudæis.

11 VENIT DORAM Tryphon. Quam cap. 13. v. 20. vocauit *Adoram*, nunc *Doram* vocat. FVGIENS PER MARITIMAM. Goth *per maritima*. Græcè *per mare fugit Tryphon*.

14 CIRCVIVIT CIVITATEM Antiochus, pro, obſedit.

16 LVCIVS CONSVL. Hic fuit *Lucius Furius*, de quo Cicero meminit 3. de Officijs, & in Bruto. Car. Sigonius hunc fuiſſe Conſulem ait ab Vrbe cond anno 617. in quem incidere debet annus 174. Regni Græcorum. Quidam ex hoc numero annorum vrbis vnum annum demunt, non magno diſcrimine: neque mirum variare computationes. Romani aiunt:

18 MNARVM MILLE clypeum attulerunt. Græca Regia, *minarum quinque millium*. Error eſt corrigendus ex Romana editione, & ex cap. ſuperiori, v. 24.

23 LAMPSACO. Myſiæ vrbs eſt. Græcè, *Sampſamè*. quæ lectio vitiata obtinuit in omnibus ferè codicibus Latinis.

25 CONCLVSIT TRYPHONEM, NE PROCEDERET. i. ne fugeret. Græcè, *concluſit Tryphonem ingredi & egredi*. i. ne quis ingredi eò, aut inde egredi poſſet. Antiochus ad Iudæos:

31 ET EXTERMINII, QVOD EXTERMINASTIS. i. pro exterminio. ſ. damnis quæ intuliſtis. ET TRIBVTORVM. pro, & pro tributis quæ occupaſtis. Videt Regis Legatus Simonis

32 CLARITATEM IN AVRO. Græcè, *abacum cum vaſis aureis & argenteis*.

35 HORVM DAMVS (aut *dabimus*) TALENTA CENTVM. i. pro his, ſ. Ioppe & Gazara, damus talenta

cendum pro earum poſſeſſione. ET NON RESPONDIT EI ATHENOBIVS. Græcè & Goth. non eſt *Athenobius* ſed benè ſuppletur.

5 TRYPHON AVTEM FVGIT NAVI IN ORTHOSIADA. An hæc vrbs eſt Apamea, in quam Tryphonem fugiſſe & ibi occiſum Ioſephus ait lib. 13. c. 12?

39 ÆDIFICARE GEDORIM mandauit Rex, nimirum vt ex eo Iudæi vexarentur. ET OBSTRVERE PORTAS CIVITATIS. Goth. *extruere portas ciuitatis*. Græcè, *munire portas*, nempe Gedoris mandauit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INSVLIS. i. vna ex inſulis. 1
HVNC. pro .in hunc. 2
DONA. i. penſiones. 5
SANCTAM, &c. Græc. *& ſancta eſſe libera*. 7
FVTVRA SVNT. i. debebuntur. 8
TEMPVS. i. opportunitatem. 14
OBSTRVERE. Græc. *munire*. 39
IRRITARE. i. prouocare, ſeu vexare. CONCVLCARE. Græc. *intrare*, ſeu *inuadere*. 40
VIAM. Græc. *vias*, ſeu *itinera*. 41

CAPVT XVI.

Simon ſenex mittit exercitum ſuum cum filijs ſuis Iuda & Ioanne aduerſus Cendebæum: quo deuicto, Ptolemæus gener Simonis dominandi ambitione inflammatus, acceptos conuiuio ſocerum eiuſque filios Mathathiam & Iudam dolo interfecit, vt ita Iudææ prouincias obtineret: porrò nuntij quos ad Ioannem dolo interimendum miſerat, ſunt ab illo interfecti, & Ioannes patri in ſummo ſacerdotio ſucceſſit.

ET aſcendit Ioannes de Gazaris, & nun- 1
tiauit Simoni patri ſuo quæ fecit Cende- A
bæus in populo ipſorum. * Et vocauit Simon 2
duos filios ſeniores, Iudam & Ioannem, &
ait illis: Ego, & fratres mei, & domus patris
mei, expugnauimus hoſtes Iſrael ab adole-
ſcentia vſque in hunc diem: & proſperatum
eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquo-
ties. * Nunc autem ſenui; ſed eſtote loco 3
meo, & fratres mei, & egreſſi pugnate pro
gente noſtra: auxilium verò de cælo vobiſ-
cum ſit. * Et elegit de regione viginti millia 4
virorum belligeratorum, & equites; & pro-
fecti ſunt ad Cendebæum: & dormierunt in
Modin. * Et ſurrexerunt manè, & abierunt 5
in campum: & ecce exercitus copioſus in
obuiàm illis peditum, & equitum, & fluuius
torrens erat inter medium ipſorum. * Et ad- 6
mouit caſtra contra faciem eorum ipſe, &
populus eius, & vidit populum trepidantem B
ad transfretandum torrentem, & transfretauit
primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt
poſt eum. * Et diuiſit populum, & equites in 7
medio peditum: erat autem equitatus aduer-
ſariorum copioſus nimis. * Et exclamauerunt 8
ſacris tubis, & in fugam conuerſus eſt Cen-
debæus, & caſtra eius: & ceciderunt ex eis mul-
ti vulnerati: reſidui autem in munitionem
fugerunt. * Tunc vulneratus eſt Iudas frater 9
Ioannis: Ioannes autem inſecutus eſt eos, do-
nec venit Cedronem, quam ædificauit: * & fu- 10
gerunt vſque ad turres, quæ erant in agris Azo-
ti, & ſuccendit eas igni. Et ceciderunt ex illis
duo millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam
in pace. * Et Ptolemæus filius Abobi conſtitu- 11
tus erat dux in campo Iericho, & habebat ar-
12 gentum & aurum multum. * erat enim ge-
13 ner ſummi ſacerdotis. * Et exaltatum eſt cor
eius, & volebat obtinere regionem, & cogi-
tabat dolum aduerſus Simonem, & filios eius
14 vt tolleret eos. * Simon autem, perambulans
C ciuitates, quæ erant in regione Iudææ, & ſolli-
citudinem gerens earum, deſcendit in Iericho
ipſe, & Mathathias filius eius, & Iudas; anno
centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe vn-
15 decimo: hic eſt menſis Sabath. * Et ſuſcepit eos
filius Abobi in munitiunculam, quæ voca-
tur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fe-
cit eis conuiuium magnum, & abſcondit illic
16 viros. * Et cùm inebriatus eſſet Simon, &
filij eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, &
ſumpſerunt arma ſua, & intrauerunt in conui-
uium, & occiderunt eum, & duos filios eius,
17 & quoſdam pueros eius. * & fecit deceptio-
nem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro
18 bonis. * Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit
regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, &
traderet ei regionem, & ciuitates eorum, &
19 tributa. * Et miſit alios in Gazaram tollere
Ioannem: & tribunis miſit epiſtolas, vt ve-
nirent ad ſe, & daret eis argentum, & aurum,
20 & dona. * Et alios miſit occupare Ieruſalem, &
21 montem templi. * Et præcurrens quidam,
D nuntiauit Ioanni in Gazara, quia perijt pater
eius, & fratres eius, & quia miſit te quoque
22 interfici. * Vt audiuit autem, vehementer ex-
pauit: & comprehendit viros, qui venerant
perdere eum, & occidit eos: cognouit enim
23 quia quærebant eum perdere. * Et cetera ſer-
monum Ioannis, & bellorum eius, & bona-
rum virtutum, quibus fortiter geſſit, & ædifi-
cij murorum, quos extruxit, & rerum geſta-
24 rum eius: * ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum
ſacerdotij eius, ex quo factus eſt princeps ſacer-
dotum poſt patrem ſuum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET ASCENDIT IOANNES DE GAZARIS. Ex hoc capite conſtat, tres filios habuiſſe Simonem, *Ioannem, Iudam*, & *Mathathiam*, eo vt videtur ordine natos, quo eos hic numeramus. An plures? Ioſephus lib. 13. c. 15. indicat habuiſſe alios. IN POPVLO IPSORVM. Hoc non eſt Goth. neque Græcè.

2 LIBERARE ISRAEL ALIQVOTIES. Græcè, *multoties*, id fecimus, dicit Simon filijs.

3 ESTOTE LOCO MEO, ET FRATRES MEI. lege *fratris mei*, vt eſt Græcè, & in Vulgata Regia. ſ. Ionathæ, aut Iudæ.

6 ET ADMOVIT CASTRA. Quis? Ioannes, qui propter ætatem erat præcipuus dux, patris loco.

10 SVCCENDIT EAS. ſ. turres, ad quas hoſtes confugerant. Græcè, *eam*. ſ. Azotum ſuccendit.

14 ANNO CENTESIMO SEPTVAGESIMO SEPTIMO nempe ab Vrbe condita 620. Conſulibus P. Mutio Scæuola & Luc. Calpurnio; cùm Simon præfuiſſet annis octo, vt Ioſephus ait lib. 13. cap. 14. nam anno 170. poſt Ionathæ mortem cœpit. & anno 177. extremo eſt occiſus. Computato vtroque anno, octo anni emergunt. Accepit Ptolemæus Simonem in arce

15 QVÆ VOCATVR DOCH. ſ. illa arx. Ioſephus vocat *Dagon*.

16 CVM INEBRIATVS ESSET SIMON. i. potu ſatiatus, ſe poculis inuitaſſet. Nonius Marcellus: *Ebrios, non vinolentos, ſed expletos qualibet re poſſumus dicere*. De

re. De quo plura Auguſtinus quæſt. 44. in Geneſ. in illa verba, *Biberunt* (fratres Ioſeph) *& inebriati ſunt.*

23 CETERA SERMONVM. (i. rerum geſtarum.) IOANNIS. Hic patri in Pontificatu & Principatu ſucceſſit. A Ioſepho ſæpe vocatur *Hircanus*, cognomine ab Hircanis deuictis facto, vti Euſebius in Chron. ait.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 ELEGIT. ſ. Simon, vel potiùs Ioannes.
9 ÆDIFICAVIT. ſ. ipſe Ioannes. i. inſtaurauit, vel potiùs Cendebæus, vt ſupra dictum cap. 15.
14 VNDECIMO. ſ. Ianuario.
23 BONARVM VIRTVTVM. i. egregiè factorum.
24 LIBRO DIERVM. i. Annalium.

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

Iudæi habitantes Ieroſolymis ſcribunt Iudæis in Ægypto commorantibus mortem Antiochi ac ſuorum quæ in Perſide contigerat, gratias Deo agentes, & hortantes vt celebrent diem ſcenopegiæ & diem dati ignis poſt reductionem captiuitatis: cuius rei narratur hic hiſtoria, & oratio Nehemiæ.

FRATRIBVS, qui ſunt per 1
Ægyptum, Iudæis, ſalutem A
dicunt fratres, qui ſunt in
Ieroſolymis, Iudæi, & qui
in regione Iudææ, & pacem
bonam. *Benefaciat vobis 2
Deus, & meminerit teſta-
menti ſui, quod locutus eſt ad Abraham, &
Iſaac, & Iacob, ſeruorum ſuorum fidelium: *Et 3
det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & facia-
tis eius voluntatem, corde magno, & animo
volenti. *Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & 4
in præceptis ſuis, & faciat pacem. *Exaudiat 5
orationes veſtras, & reconcilietur vobis, nec vos
deſerat in tempore malo. *Et nunc hic ſumus 6
orantes pro vobis. *Regnante Demetrio, anno 7
centeſimo ſexageſimo nono, nos Iudæi ſcripſi- B
mus vobis in tribulatione, & impetu, qui ſuper-
uenit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon à
ſancta terra, & à regno. *Portam ſuccenderunt, 8
& effuderunt ſanguinem innocentem: & ora-
uimus ad Dominum, & exauditi ſumus, & ob-
tulimus ſacrificium, & ſimilaginem, & accendi-
mus lucernas, & propoſuimus panes. *Et nunc 9
frequentate dies ſcenopegiæ menſis Caſleu.
*Anno centeſimo octogeſimo octauo, populus, 10
qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſque C
& Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi regis,
qui eſt de genere chriſtorum ſacerdotum, &
his, qui in Ægypto ſunt, Iudæis, ſalutem &
ſanitatem. *De magnis periculis à Deo libera- 11
ti, magnificè gratias agimus ipſi, vtpote qui
aduerſus talem regem dimicauimus. *Ipſe enim 12
ebullire fecit de Perſide eos, qui pugnaue-
runt contra nos, & ſanctam ciuitatem. *Nam 13
cùm in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo
immenſus exercitus, cecidit in templo Na-
neæ, conſilio deceptus ſacerdotum Naneæ.
*etenim cum ea habitaturus venit ad locum 14
Antiochus, & amici eius, & vt acciperet pe-
cunias multas dotis nomine. *Cumque propo- 15
D ſuiſſent eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum pau-
cis ingreſſus eſſet intra ambitum fani, clauſe-
16 runt templum, *cum intraſſet Antiochus: aper-
toque occulto aditu templi, mittentes lapides
percuſſerunt ducem & eos qui cum eo erant,
& diuiſerunt membratim, & capitibus ampu-
17 tatis foras proiecerunt. *Per omnia benedictus
18 Deus, qui tradidit impios. *Facturi igitur quin-
ta & vigeſima die menſis Caſleu purificatio-
nem templi, neceſſarium duximus ſignificare
vobis: vt & vos quoque agatis diem ſcenope-
giæ, & diem ignis qui datus eſt quando Nehe-
mias ædificato templo & altari obtulit ſacrifi-
19 cia. *Nam cum in Perſidem ducerentur patres
E noſtri, ſacerdotes, qui tunc cultores Dei erant,
acceptum ignem de altari occultè abſconde-
runt in valle, vbi erat puteus altus & ſiccus, &
in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus igno-
20 tus eſſet locus. *Cùm autem præteriiſſent anni
multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias
à rege Perſidis: nepotes ſacerdotum illorum,
qui abſconderant, miſit ad requirendum ig-
nem: & ſicut narrauerunt nobis, non inuene-
21 runt ignem, ſed aquam craſſam. *Et iuſſit eos
haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impo-
ſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa
22 aqua, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita. *Vtque
hoc factum eſt, & tempus affuit, quo ſol reful-
ſit, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis
23 magnus, ita vt omnes mirarentur. *Orationem
F autem faciebant omnes ſacerdotes, dum con-
ſummaretur ſacrificium, Ionatha inchoante, ce-
24 teris autem reſpondentibus. *Et Nehemiæ erat
oratio hunc habens modum: DOMINE Deus
omnium creator, terribilis & fortis, iuſtus & mi-
25 ſericors, qui ſolus es bonus rex, *ſolus præſtans,
ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus, qui libe-
ras Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos,
26 & ſanctificaſti eos: *accipe ſacrificium pro vni-
uerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partẽ tuam,
27 & ſanctifica. *Congrega diſperſionem noſtram,
libera eos qui ſeruiunt Gentibus, & contem-
ptos & abominatos reſpice: vt ſciant Gẽtes quia
28 tu es Deus noſter. *Affige opprimentes nos, &
29 contumeliam facientes in ſuperbia. *Conſtitue
populum tuum in loco ſancto tuo, *ſicut dixit *Deut. 30. a. 3. 5. Infr. 2. 18.
30 Moyſes. *Sacerdotes autem pſallebant hym-
G nos, vſquequò conſumptum eſſet ſacrificium.

*Cum

*Cùm autem conſumptum eſſet ſacrificium, ex 31
reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores
perfundi. *Quod vt factum eſt, ex eis flamma 32
accenſa eſt: ſed ex lumine, quod refulſit ab al-
tari, conſumpta eſt. *Vt verò manifeſtata eſt res, 33
renuntiatum eſt regi Perſarum, quòd in loco, in
quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fue-
rant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehe-
mias, & qui cum eo erant, purificauerunt ſa-
crificia. *Conſiderans autem rex, & rem dili- 34
genter examinans, fecit ei templum, vt proba-
ret quod factum erat. *& cùm probaſſet, ſa- 35
cerdotibus donauit multa bona, & alia atque
alia munera, & accipiens manu ſua, tribuebat
eis. *Appellauit autem Nehemias hunc locum 36
Nephthar, quod interpretatur Purificatio. Vo-
catur autem apud plures Nephi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 FRATRIBVS. Duæ epiſtolæ hoc primo Capite & parte ſequentis videntur contineri, ſecunda ab ijs verbis inchoari v. 10 *Anno centeſimo octogeſimo octauo.* Præmittuntur autem huic ſecundo libro quaſi præludia, quoniam in ijs fit mentio Iudæ verſ. 10. qui creditur fuiſſe huius ſecundi Libri auctor; tum Iudæorum, qui in Ægypto erant ſub Onia iuniore, qui poſt occiſum patrem Oniam c. 4. v. 34. fugit in Ægyptum, & ibi templum extruxit ad formam Ieroſolymitani, vt refert Ioſephus l. 12. c. 15. Meminerit Deus teſtamenti,

2 QVOD LOCVTVS EST. Illud *locutus eſt* Græcè non eſt. AD ABRAHAM. *Ad*, pro, &, vt ſolœciſmus vitetur Sic totum lego: *Meminerit teſtamenti ſui, & Abraham, & Iſaac. & Iacob ſeruorum ſuorum teſtamentum.* i. pactum Dei & illorum patrum.

4 FACIAT PACEM. i. omnia bona tribuat. Per *pacem* Hebræi felicitatem intelligunt. Vnde frequens inter eos ſalutatio, *Pax vobis.*

7 REGNANTE DEMETRIO. Hic fuit ſucceſſor Alexandri, duodecimus Aſiæ Rex; de quo lib. 1. c. 11. EX QVO RECESSIT IASON, multa paſſi ſumus. Hic fuit Oniæ Pontificis frater, qui ambiens Pontificatum, abiit ad Antiochum Epiphanem, vt c. 4. refertur v. 7. vt ab eo eum honorem emeret. Græcè additur, *Et qui cum eo.* ſ. receſſerunt. Hoſtes

8 PORTAM SVCCENDERVNT. pro, portas. ſ. vrbis aut templi. Hæc mala præcipuè tempore Antiochi Epiphanis paſſi ſunt Iudæi, quæ epiſtola referunt ſcripta poſt aliquot annos. *Similaginem* obtulimus inſtaurato ſ. templo. *Similago* eſt farinæ flos. Nebriſſ. *ſemoja.* Nunc ergo

9 FREQVENTATE DIES SCENOPEGIÆ. Sic Feſtum Tabernaculorum vocabatur. Verum illud non menſe *Caſleu.* i. Nouembris celebrabatur, ſed menſe *Thiſri.* i. Septembri. Ita hoc loco *ſcenopegia* ſignificabit dedicationem templi, quæ Caſleu menſis die 25. celebrabatur, *encænia.* Quare ſic vocetur, c. 10. v. 6. dicemus.

10 ANNO CENTESIMO OCTOGESIMO OCTAVO. Initium ſecundæ epiſtolæ, incidítque hic annus in Antiochi regnum, qui dictus eſt *Gryphus*, Aſiæ Rex quintus decimus. IVDAS ARISTOBOLO. ſ. Hic creditur hunc 2. Librum ſcripſiſſe. ARISTOBOLO MAGISTRO PTOLEMÆI. Hic *Ptolemæus Euergetes* fuit, cuius regnum incidit in 188. cùm epiſtola ſcripta eſt. Porrò Rupertus 2. de Victoria Verbi c. 15. à tempore Ptolemæi Philadelphi ſuſceptum ait, vt Reges illi Iudæos magiſtros haberent. DE GENERE CHRISTORVM. i. *vnctorum.* SACERDOTVM. Reges, ſacerdotes, & Prophetæ vngebantur.

11 QVI ADVERSVS TALEM REGEM DIMICAVIMVS. Græcè, *contra Regem.* De hoc Rege variant Auctores; quidam Antiochum Magnum volunt, qui fuit ſecundus Aſiæ Rex alio nomine Soter: alij Antiochum Epiphanem. Verùm nec tempora conſentiunt, nec mortis genus: fuit ergo Antiochus Demetrij prioris filius, frater alterius Demetrij, qui Sedetes eſt dictus. Hic Iudæos vexauit, lib. 1. c. 15. eoſque ſubegit. Iuſtinus lib. 36 Bis in Perſidem irrupit, eſtque in ſecunda expeditione occiſus; qua forma & dolo, hîc narratur. Profani Scriptores violenta morte occiſum ſolum aiunt, de templo Nanææ nihil. Aut Antiochus Gryphus eſt, qui per ea tempora regnabat, cùm epiſtola eſt ſcripta.

13 CECIDIT IN NANEÆ. hoc eſt, Dianæ, vt quidam volunt, aut Veneris, vt alij. CONSILIO DECEPTVS. Græcè, παραλογισμῷ. i. *deceptione vtentibus ſacerdotibus Naneæ, percuſſi ſunt.* Rex ſ. & ſocij.

14 EST ENIM. Goth. *vt enim.* CVM EO HABITATVRVS. quaſi cum vxore. συνοικῶν id propriè & frequenter ſignificat. Quidam Principes ea fuerunt amentia, vt ſe deos aut deorum filios facerent, alij deam aliquam habere vxorem. Nimirum ea ſpecie templa quaſi dotis nomine expilabant; quod de Heliogabalo refertur, quaſi Mineruam deſponſaſſet, quadraginta aureorum millia dotis nomine accepiſſe. Id Antiochus volui, vti illa verba magis declarant, VT ACCIPERET PECVNIAS MVLTAS DOTIS NOMINE.

15 CVMQVE PROPOSVISSENT EAS. i. polliciti eſſent ſacerdotes.

16 APERTOQVE OCCVLTO ADITV. Græcè additur *in laqueari.* MITTENTES LAPIDES PERCVSSERVNT. Græcè, *mittentes lapides fulminarunt.* Nempe è loco ſuperiori lapides vt fulmina erant.

19 CVM IN PERSIDEM DVCERENTVR PATRES, ignem abſconderunt. Per *Perſidem* Babylonem intelligit, quò Iudæi ducti ſunt. Erant Regna coniuncta.

23 IONATHA INCHOANTE orabant. Hunc puto fuiſſe ſummum ſacerdotem, & à Nicephoro in Catalogo horum Pontificum vocari *Iudam.*

34 CONSIDERANS AVTEM REX. ſ. miraculum ignis. Goth. *determinans.* Græcè, *obſtruens.* FECIT ET TEMPLVM. ſ. in eo puteo, vbi fuit ignis. Græc. *templum fecit.* nempe Ieroſolymitanum. VT PROBARET QVOD FACTVM ERAT. Hoc & totus ſequens verſ. non eſt in Goth. at Græc. hoc, *Probans rem. Et quibus gratificabatur Rex, multa diuerſa accipiebat & dabat.*

36 APPELLAVIT AVTEM NEHEMIAS. Græcè, *appellarunt autem qui cum Nehemia.* HVNC LOCVM NEPHTHAR. i. *purificationem*, lingua nempe Perſica ſeu Babylonica Non eſt quod vocis notationem quæramus, ſunt qui ignem perpetuum fieri docent; aut qui aqua accendatur, extinguatur oleo. Nugæ & deliria ſomniantium.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 BONAM. i. felicem.

2 TESTAMENTI. i. pacti. SERVORVM, &c. pro, ſeruos &c.

3 VOLENTI. i. prompto.

4 PACEM. i. proſperitatem.

5 MALO. i. calamitoſo.

7 DEMETRIO. Vide ſup. lib. 1. cap. 11. RECESSIT. i. defecit. ſ. per apoſtaſiam.

8 SVCCENDERVNT. ſ. hoſtes.

9 SCENOPEGIÆ. ſ. ob purificatum templum à Iuda eo menſe. Apparet eos id feſtum Encæniorum celebrare ſolitos ritu Scenopegiæ, de quo vide inf. cap. 10. vel legendum *Scenopegia &*, vide inf. verſ. 8. CASLEV. i. Nouembris. Vide Zach. 7.

10 ANNO, &c. id eſt finis ſuperioris epiſtolæ. POPVLVS, &c. Hic incipit altera epiſtola. IVDAS. ſ. Machabæus. CHRISTORVM. i. vnctorum. SALVTEM ET SANITATEM. Græcè, *gaudere & ſanere.*

11 REGEM. ſ. Antiochum Epiphanem.

12 EBVLLIRE. ſ. prodire in magna copia, vt de ranis dictum Exod 8 & de muribus 1. Reg. 5.

13 CECIDIT Quidam *percuſſum* interpretantur: alij Antiochum Magnum intelligunt, non Epiphanem, ne hæc contraria ſint ijs quæ dicta lib. 1. c. 6. NANEÆ. i. Dianæ. vox Perſica.

Cvm ea. ſ. velut ſponſa, vel dea. 14
Aditv. i. porta, ſeu feneſtra. Templi. Græc. la- 16
quearis.
Diem. Græc. velut diem. 18
Persidem. i. Babyloniam. ſic 1. Mach. 6. Contv- 19
tvtati svnt. i. tuto ſeruarunt.
Narravervnt. ſ. aliqui. 20
Bonvs Rex. Græc. *Rex & bonus*, ſeu *benignus*. 24
Præstans, Græc. χορηγός. i. *munificus*, ſeu *liberalis*. 25
Partem. i. hereditatem. ſ. populum Iſrael. 26
Abominatos. i. execratos. ſ. à Gentibus. 27
In svperbia. i. ſuperbè. 28
Dixit. i. inſtituit. 29
Translati. i. ducti in captiuitatem. 33
Vt probaret. pro, approbans. 34

CAPVT II.

Ieremias ſub Babylonicam captiuitatem tradito tranſmigrantibus igne & lege Dei, in eo monte ad quem aſcendens Moyſes vidit Terrã promiſſionis, abſcondit tabernaculum, arcam & altare incenſi, vt ibi eſſent vſque ad populi reditum ex captiuitate Babylonica: quædam Moyſi & Salomonis facta hic attinguntur: de factis Iudæ Machabæi & fratrum eius: de quo quinque Iaſonis volumina in vnum hunc librum contrahuntur.

1 INuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ
prophetæ, quod iuſſit eos ignem accipere qui
tranſmigrabant: vt ſignificatum eſt, & vt man-
2 dauit tranſmigratis. Et dedit illis legem ne ob-
liuiſcerentur præcepta Domini, & vt non exer-
rarent mentibus videntes ſimulachra aurea &
3 argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiuſ-
modi dicens, hortabatur ne legem amouerent
4 à corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura, quo-
modo tabernaculum & arcam iuſſit propheta
diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſ-
quequò exijt in montẽ, in quo Moyſes aſcen-
5 dit, & vidit Dei hereditatem. Et veniens ibi
Ieremias inuenit locum ſpeluncæ: & tabernacu-
lum, & arcam, & altare incenſi intulit illuc, &
6 oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt quidam ſimul,
qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum: & non
7 potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Iere-
mias, culpans illos, dixit: Quòd ignotus erit lo-
cus, donec congreget Deus cõgregationem po-
8 puli, & propitius fiat: & tunc Dominus oſten-
det hæc, & apparebit maieſtas Domini, & nu-
bes erit, ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut
cùm Salomon petijt vt locus ſanctificaretur
9 magno Deo, manifeſtabat hæc. Magnificè
etenim ſapientiam tractabat: & vt ſapientiam
habens, obtulit ſacrificium dedicationis &
10 conſummationis templi. Sicut & Moyſes ora-
bat ad Dominum, & deſcendit ignis de cælo, &
conſumpſit holocauſtum, ſic & Salomon ora-
uit, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit
11 holocauſtum. Et dixit Moyſes, eò quòd non
ſit comeſtum quod erat pro peccato, conſum-
12 ptum eſt. Similiter & Salomon octo diebus ce-
13 lebrauit dedicationem. Inferebantur autem in
deſcriptionibus & commentarijs Nehemiæ
hæc eadem: & vt conſtruens bibliothecam con-
gregauit de regionibus libros, & Prophetarum,
& Dauid, & epiſtolas Regum, & de donarijs.
14 Similiter autem & Iudas ea, quæ deciderant
per bellum, quod nobis acciderat, congregauit
15 omnia, & ſũt apud nos. Si ergo deſideratis hæc,
16 mittite qui perferant vobis. Acturi itaque puri-
ficationem ſcripſimus vobis: benè ergo facietis,
17 ſi egeritis hos dies. Deus autem, qui liberauit
populum ſuum, & reddidit hereditatem omni-
bus, & regnum, & ſacerdotium, & ſanctificatio-
18 nem, ſicut promiſit in lege, ſperamus quod ci-
tò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cæ-
19 lo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de ma-
20 gnis periculis, & locum purgauit. De Iuda verò
Machabæo, & fratribus eius, & de tẽpli magni
21 purificatione, & de aræ dedicatione; ſed & de
prælijs, quæ pertinent ad Antiochum Nobi-
22 lem, & filium eius Eupatorem; & de illumina-
tionibus quæ de cælo factæ ſunt ad eos, qui pro
Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regio-
nem, cùm pauci eſſent, vindicarent, & barba-
23 ram multitudinem fugarent, & famoſiſſimum
in toto orbe templum recuperarent, & ciuita-
tem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, reſti-
tuerentur, Domino cum omni tranquillitate
24 propitio facto illis; item q; ab Iaſone Cyrenæo
quinque libris comprehenſa, tentauimus nos
25 vno volumine breuiare. Conſiderantes enim
multitudinem librorum, & difficultatem vo-
lentibus aggredi narrationes hiſtoriarum pro-
26 pter multitudinem rerum, curauimus volenti-
bus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio:
ſtudioſis verò, vt faciliùs poſſint memoriæ com-
mendare: omnibus autem legentibus vtilitas
27 conferatur. Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus
breuiandi cauſa ſuſcepimus, non facilem labo-
rem, immò verò negotium plenum vigiliarum
28 & ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi qui præparant
conuiuium, & quærunt aliorum voluntati pa-
rêre propter multorum gratiam, libenter labo-
29 rem ſuſtinemus. Veritatem quidem de ſingu-
lis, auctoribus concedentes, ipſi autem ſecun-
30 dùm datam formam breuitati ſtudentes. Sicut
enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtru-
ctura curandum eſt: ei verò qui pingere curat,
quæ apta ſunt ad ornatum, exquirenda ſunt: ita
31 æſtimandum eſt & in nobis. Etenim intellectũ
colligere, & ordinare ſermonem, & curioſiùs
partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ con-
32 gruit auctori: breuitatem verò dictionis ſectari,
& executiones rerum vitare, breuianti conce-
33 dendum eſt. Hinc ergo narrationem incipie-
mus: de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat. ſtul-
tum etenim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa
autem hiſtoria ſuccingi.

Deut 34 a. 1 · 3 Reg. 8. b. 14 · 2 Par. 6 c. 14 · Leu. 9. d. 24 · 2 Par. 7. a. 1 · Leu. 10. d. 16. 17 · Deut 30 a. 3. 5

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Invenitvr avtem. Prima huius capitis pars, ſuperioris epiſtolæ pars eſt; & potuit cum illo capite coniungi. In descriptionibvs. ἀπογραφαῖς, in libris Ieremiæ Prophetæ. Alios libros ſcripſit præter eos qui ſunt in Canone; in ij. continebatur ſequens narratio.

4 Tabernacvlvm. Cortinas veteris tabernaculi, quę ſeruabantur in templo, accepit Ieremias, & arcam. Vsqveqvo exiit in montem. Hic mons vocatur Nebo à quibuſdam. Certè fuit pars montis Sinai, vbi Moyſes Vidit Dei hereditatem. i. bona, gloriam. Ea eſt hereditas Dei. Quidam iuerunt

6 Vt notarent sibi locvm. Græc. *vt notarent viam.* Ignotus erit locus,

7 Donec congreget Devs congregationem. i. donec Iudæi omnes conuertantur, quod fiet ante Iudicij diem. Tunc Deus oſtendet locum nube.

8 Et sicvt cvm Salomon. Græcè, *Sicut & Salomon petijt*. Sic etiam Goth. Quod ſequitur quoque,

Magni-

MAGNIFICE ETENIM SAPIENTIAM TRACTABAT. neque in Græcis neque in Goth. eſt. ET VT SAPIENTIAM HABENS. ſ. Salomon.

EO QVOD NON SIT COMESTVM. Hoſtia pro peccato non comedebatur, ideo eam ignis comedit Moyſis tempore. 11

INFEREBANTVR. Narrabantur hæc eadem in COMMENTARIIS NEHEMIÆ. Ea Commentaria perierunt. CONSTRVENS BIBLIOTHECAM Nehemias. Philadelphi bibliotheca & aliorum antiquiorum celebrantur. Sic Nehemias fecit. DE REGIONIBVS. Sic Goth. at Græcè, *De Regibus.* Sic plerique codices Latini, & Louan. *Congregauit de Regibus libros.* ET PROPHETARVM. Quæ ſunt in Canone & alia ab ipſis ſcripta. ET DE DONARIIS. Græcè, *epiſtolas Regum de donariis.* i. quas adiungebant donis, quæ ſ. templo mittebant. 13

IVDAS EA, QVÆ DECIDERANT, ſcribens. i. acciderant in bello. non *didicerat*, vt multi legunt, etiam Vulgata Regia. Verùm ex hoc loco colligitur, Iudam Machabæum de ſuis rebus commentaria reliquiſſe. In his ergo monumentis omnibus continentur, quæ hîc de Ieremia referuntur. Plura Dorotheus in Ieremia, & Gorion lib. 1. c. 17. tum Epiphanius de Prophetarum vita, in Ieremia. 14

DE IVDA VERO. Superiora epiſtolæ ſunt & præludia libri, ex his verbis incipit Præfatio. *De Iuda vero,* pro, de Iuda quidem. Hęc cum ſuperioribus non connectútur, quod aduerſatiua indicat. Sic Gen. 1. v. 2. *terra autem.* pro, terra quidem erat inanis ſcribimus. 20

ET DE ILLVMINATIONIBVS. i. miraculis de cęlo factis. 22

CVM OMNI TRANQVILLITATE. ἐπιεικείας, *benignitate,* propitio Deo. 23

ITEMQVE AB IASONE CYRENÆO. Hic quinque libros ſcripſit de Iudę rebus & bellis, quæ Auctor compendio in hunc Librum contulit. 24

MVLTITVDINEM LIBRORVM conſiderantes. Græcè ἀριθμῶν, *numerorum* pro ἀριθμήσεων, *numerationum, narrationum.* Ideò abbreuiamus. 25

VERITATEM QVIDEM DE SINGVLIS, AVCTORIBVS CONCEDENTES. ſeu *dimittentes.* q.d. de ſingulis fides Auctores appellat. 29

NOVÆ DOMVS ARCHITECTO. Vt illi cura totius ſtructuræ incumbit, pictori de ornatu ſolùm: ſic curam hiſtorię ablegantes ad Auctores, nos compendio colligere tantùm, quæ illi dixerunt, ſtudemus. 30

EXECVTIONES RERVM VITARE. Ἐξεργασίαν, *alacritatem* interpretor. i. elegãtiam vitat abbreuiator. i. eam non curat. VITARE BREVIANTI CONCEDENDVM EST. Goth. *vitæ breuitati concedendũ.* Non incommoda lectio, ſuppleto aliquo verbo, niſi alij omnes Codices reclamarent. 32

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INVENITVR AVTEM, &c. Et hęc ad epiſtolam pertinent. IEREMIÆ. Græc. *Ieremias Propheta*, iungiturque cum ſequentibus. q.d. legitur in quadam ſcriptura, Ieremiam iuſſiſſe, &c. TRANSMIGRABANT. i. migrabant, ſeu captiui abducebantur. ſ. in Babyloniam. SIGNIFICATVM. ſ. ſuprà. MANDAVIT. ſ. quod ſequitur. 1

COMITARI. i. portari ab aliquibus ſe ſequentibus. DEI HEREDITATEM. i. Terram promiſſionis. vide Deut. 34. 4

HÆC. i. talia. Græc. *manifeſtabat autem.* ſ. liber ille quæ ſequuntur. 8

TRACTABAT. ſ. Salomon. 9

SICVT. &c. ſ. referebat ille liber. 10

EO QVOD, &c. q.d. Itemque erat in libro illud Moyſis, Leuit. 10. Cur non comeſtum eſſet, quod pro peccato oblatum fuerat, ſed igni conſumptum totum. Vide locum; hîc enim valdè conciſè & obſcurè refertur. 11

NEHEMIÆ ſ. tempore ſcriptis. HÆC. ſ. quę retulimus. DONARIIS. ſ. templo offerendis. 13

SANCTIFICATIONEM. i. templum. 17

CONGREGABIT. ſ. etiam alios, qui diſperſi ſunt. 18

22 ILLVMINATIONIBVS. i. Dei fauoribus.

23 RECVPERARENT. Græc. *repararent.*

25 AGGREDI. ſ. legendo.

32 EXECVTIONES. Græc. *exquiſitiones*, ſeu *exquiſita.* ſ. curioſa, ſeu nimis exquiſitam narrationem. SVCCINGI. i. aſtringi, ſeu arctari. Hactenus epiſtola, in qua & illud.

CAPVT III.

Simon templi præpoſitus theſauros eius Apollonio duci prodit: ad quos rapiendos miſſus à rege Heliodorus, poſt fuſas Iudæorum orationes, à Deo percutitur, ſed Oniæ pontificis ſacrificio ac precibus liberatur, actiſque Deo & Oniæ gratiis, narrat regi ac ceteris omnibus Dei magnalia.

1 IGitur cùm ſancta ciuitas habitaretur in om-
A ni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodi-
rentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & ani-
2 mos odio habentes mala, ˚fiebat vt & ipſi reges
& principes locum ſummo honore dignum du-
cerent, & templum maximis muneribus illu-
3 ſtrarent: ˚ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus
ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium
4 ſacrificiorum pertinentes. ˚Simon autem de tri-
bu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus,
contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdo-
5 tum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. ˚Sed
cùm vincere Oniam non poſſet, venit ad Apol-
lonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat
6 dux Cœleſyriæ, & Phœnicis: ˚& nuntiauit ei,
pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ærarium
Ieroſolymis, & cõmunes copias immenſas eſſe,
quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum:
eſſe autem poſſibile ſub poteſtate regis cadere
7 vniuerſa. ˚Cumque retuliſſet ad regem Apollo-
B nius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum
Heliodorum, qui erat ſuper negotia eius, miſit
cum mandatis, vt prædictam pecuniam tranſ-
8 portaret. ˚Statimque Heliodorus iter eſt aggreſ-
ſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam &
Phœnicen ciuitates eſſet peragraturus, re vera
9 autem regis propoſitum perfecturus. ˚Sed, cùm
veniſſet Ieroſolymam, & benignè à ſummo ſa-
cerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de
dato indicio pecuniarum: &, cuius rei gratia ad-
eſſet, aperuit: interrogabat autem, ſi verè hæc
10 ita eſſent. ˚Tunc ſummus ſacerdos oſtendit de-
poſita eſſe hæc, & victualia viduarum & pupil-
11 lorum: ˚quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri
valdè eminentis, in his quæ detulerat impius Si-
mon: vniuerſa autem argenti talenta eſſe qua-
12 dringenta, & auri ducenta, ˚decipi verò eos, qui
credidiſſent loco & templo, quod per vniuer-
ſum mundum honoratur; pro ſui veneratione
13 & ſanctitate omnino impoſſibile eſſe. ˚ At ille
C pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat
14 omni genere regi ea eſſe deferenda. ˚Conſtituta
autem die intrabat de his Heliodorus ordinatu-
rus. Non modica verò per vniuerſam ciuitatem
15 erat trepidatio. ˚ Sacerdotes autem ante altare
cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & in-
uocabant de cælo eum, qui de depoſitis legem
poſuit, vt his, qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodi-
16 ret. ˚ Iam verò qui videbat ſummi ſacerdotis
vultum, mente vulnerabatur: facies enim & co-
lor immutatus, declarabat internũ animi dolo-
17 rẽ. ˚circumfuſa enim erat mœſtitia quædam vi-

ro, & horror corporis, per quem manifeſtus
aſpicientibus dolor cordis eius efficiebatur.
Alij etiam gregatim de domibus confluebant, 18
publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quòd
in contemptum locus eſſet venturus. Accin- 19
ctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas con- D
fluebant: ſed & virgines, quæ concluſæ erant,
procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad mu-
ros, quædam verò per feneſtras aſpiciebant:
vniuerſæ autem protendentes manus in cæ- 20
lum, deprecabantur. erat enim miſera com- 21
miſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in ago-
ne conſtituti expectatio. Et hi quidem inuo- 22
cabant omnipotentem Deum, vt credita ſibi,
his qui crediderant, cum omni integritate con-
ſeruarentur. Heliodorus autem, quod decre- 23
uerat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatel-
litibus circa ærarium præſens. Sed ſpiritus om- 24
nipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis E
euidentiam, ita vt omnes, qui auſi fuerant pa-
rêre ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem &
formidinem conuerterentur. Apparuit enim 25
illis quidam equus terribilem habens ſeſſo-
rem, optimis operimentis adornatus: iſque
cum impetu Heliodoro priores calces eliſit.
qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere
aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes 26
virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique ami-
ctu: qui circumſteterunt eum, & ex vtraque
parte flagellabant, ſine intermiſſione multis
plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus 27
concidit in terram, eumque multa caligine cir-
cumfuſum rapuerunt, atque in ſella geſtatoria
poſitum eiecerunt. Et is, qui cum multis cur- 28
ſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt
ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium fe-
rente, manifeſta Dei cognita virtute: & ille 29
quidem per diuinam virtutem iacebat mutus,
atque omni ſpe & ſalute priuatus. Hi autem 30
Dominum benedicebant, quia magnificabat F
locum ſuum: & templum, quod paulò antè
timore ac tumultu erat plenum, apparente
omnipotente Domino, gaudio & lætitia im-
pletum eſt. Tunc verò ex amicis Heliodori 31
quidam rogabant confeſtim Oniam, vt inuo-
caret Altiſſimum, vt vitam donaret ei, qui in
ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſiderans 32
autem ſummus ſacerdos, ne fortè rex ſuſpi-
caretur malitiam aliquam ex Iudæis circa He-
liodorum conſummatam, obtulit pro ſalute
viri hoſtiam ſalutarem. Cumque ſummus ſa- 33
cerdos exoraret, iidem iuuenes eiſdem veſti-
bus amicti, aſtantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ
ſacerdoti gratias age: nam propter eum Domi-
nus tibi vitam donauit. Tu autem à Deo fla- 34
gellatus, nuntia omnibus magnalia Dei, & po-
teſtatem. Et his dictis, non comparuerunt. He- 35
liodorus autem, hoſtia Deo oblata, & votis G
magnis promiſſis ei, qui viuere illi conceſſit,
& Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repe-
dabat ad regem. Teſtabatur autem omnibus 36
ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei.
Cùm autem rex interrogaſſet Heliodorum, 37
quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mit-
ti, ait: Si quem habes hoſtem, aut regni tui 38
inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum
recipies, ſi tamen euaſerit: eò quòd in loco ſit
39 verè Dei quædam virtus. Nam ipſe, qui habet
in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt
loci illius, & venientes ad malefaciendum per-
40 cutit, ac perdit. Igitur de Heliodoro, & ærarij
cuſtodia, ita res ſe habet.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IGITVR CVM SANCTA CIVITAS. Hinc narratio incipit & hiſtoria. ET ANIMOS ODIO HABENTES MALA. Græcè, *& malorum odium* Goth. *& animo odio habentis mala*, vt pietas & odium malorum referatur.

3 ITA VT SELEVCVS ASIÆ REX. Hic, aut Seleucus Philopator fuit ſeptimus Aſiæ Rex, vt quidam putant, quoniam fuit vicinus his temporibus, cui Antiochus Epiphanes ſucceſſit. Ego Seleucum Primum crediderim potiùs, qui dictus eſt Nicanor. Sic Gorion lib. 3. cap. 1. de quo Ioſephus lib. 12. cap. 3. Iudæos honoraſſe; eoſque ciues ſcripſiſſe in omnibus ciuitatibus quas condidit, quæ multæ fuerunt.

4 SIMON. Hic fuit præpoſitus templi, nempe Oeconomus aut Theſaurarius.

5 VENIT AD APOLLONIVM. De hoc lib. 1. cap. 10. verſ. 69. Fuit Cœleſyriæ dux multis annis, nam quæ hîc narrantur, Seleuco Septimo Aſiæ Rege geſta ſunt. Nam hic Seleucus Heliodorum miſit. cap. 5. verſ. 18. poſteà cum Ionatha Machabæo bellum geſſit, vti eo primi libri loco dicitur.

10 VICTVALIA. Hæc vox Græcè non eſt; hoc ſolùm: *Depoſita eſſe viduarum & orphanorum*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN OMNI. i. cum ſumma.

2 ILLVSTRARENT i. ornarent, ſeu decorarent.

3 SELEVCVS. Hinc apparet, narrari hîc res priores iis quæ libro ſuperiore ſcriptæ ſunt.

7 TRANSPORTARET, i. ad ſe afferret.

11 IN HIS. i. ex his.

12 VNIVERSVM, &c. Hyperbole.

13 OMNI GENERE. i. omni modo, ſeu omnino.

15 ALTARE. ſ. holocauſti.

19 AD ONIAM. Græc. *ad ianuas*. ſ. domorum ſuarum, ſeu templi.

24 SPIRITVS, &c. Græc. *Spirituum, & omnis poteſtatis Dominus (ſeu Princeps) magnum & euidens ſecit miraculum.* OSTENSIONIS. pro, potentiæ. RVENTES. i. conſternati. fortè legendum, *tuentes*. pro, intuentes Dei virtutem. Græc. *ſtupentes*. DISSOLVTIONEM ſ. animi, vel membrorum.

25 CALCES. i. vngulas.

26 OPTIMI. Græc. *pulcherrimi*.

27 EIECERVNT. i. extraxerunt.

30 MAGNIFICABAT. i. glorificabat.

32 MALITIAM. i. dolum, ſeu maleficium. EX. pro, à. CONSVMMATAM. i. factam. SALVTAREM. non eſt Græcè.

CAPVT IV.

Onias ob Simonis detractiones ad Seleucum conceſſit: cuius pontificatum ambiens frater eius Iaſon, promiſit regi plurima talenta, acceptoque pontificatu omnem Dei cultum peruertit; quem pontificatu priuari curat Menelaus, plura regi talenta pollicitus: cui promiſſa non præſtanti ſuccedit frater ipſius Lyſimachus: Onias cum Menelaum de ſacrilegio argueret, illius ſuaſu ab Andronico perimitur; propter quod iuſſu Antiochi in eodem loco Andronicus interimitur: Lyſimacho à populo oppreſſo, Menelaus apud regem accuſatus, intercedentibus donis abſoluitur, occiſis innocentibus eius accuſatoribus.

1 SImon autem prædictus pecuniarum & pa-
A triæ delator, malè loquebatur de Onia,
tamquam ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc,

& ipſe fuiſſet incentor malorum: * prouiſorem- 2
que ciuitatis, ac defenſorem gentis ſuæ, &
æmulatorem legis Dei, audebat inſidiatorem
regni dicere. * Sed, cùm inimicitiæ intantum 3
procederent, vt etiam per quoſdam Simonis
neceſſarios homicidia fierent: * conſiderans 4
Onias periculum contentionis, & Apollonium
inſanire, vtpote ducem Cœleſyriæ & Phœni-
cis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem
ſe contulit, * non vt ciuium accuſator, ſed com- 5
munem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ
multitudinis conſiderans. * Videbat enim ſine 6
regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem re-
bus dari, nec Simonem poſſe ceſſare à ſtulti-
tia ſua. * Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cùm 7
ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui Nobilis
appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ
ſummum ſacerdotium: * adito rege, promit- 8
tens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, &
ex redditibus aliis talenta octoginta, * ſuper 9
hæc promittebat & alia centum quinquaginta,
ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium & B
ephebiam ſibi conſtituere, & eos, qui in Ie-
roſolymis erant, Antiochenos ſcribere. * Quod 10
cùm rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum,
ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos
transferre cœpit. * & amotis his, quæ huma- 11
nitatis cauſa Iudæis à regibus fuerant conſti-
tuta, per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud
Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt
legatione legitima, ciuium iura deſtituens, pra-
ua inſtituta ſanciebat. * Etenim auſus eſt ſub 12
ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos
quoſque epheborum in lupanaribus ponere.
* Erat autem hoc non initium, ſed incremen- 13
tum quoddam, & profectus gentilis & alieni-
genæ conuerſationis, propter impij & non ſa-
cerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſce-
lus: * ita vt ſacerdotes iam non circa altaris 14
officia dediti eſſent, ſed contempto templo,
& ſacrificiis neglectis, feſtinarent participes fie-
ri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in
exercitiis diſci. * & patrios quidem honores 15
nihil habentes, Græcas glorias optimas arbi-
trabantur: * quarum gratia periculoſa eos con- 16
tentio habebat, & eorum inſtituta æmulaban- C
tur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant,
quos hoſtes & peremptores habuerant. * In le- 17
ges enim diuinas impiè agere impunè non ce-
dit, ſed hoc tempus ſequens declarabit. * Cùm 18
autem quinquennalis agon Tyri celebraretur,
& rex præſens eſſet, * miſit Iaſon facinoroſus, 19
ab Ieroſolymis viros peccatores, portantes ar-
genti didrachmas trecentas in ſacrificium Her-
culis: quas poſtulauerunt hi qui aſportauerunt
ne in ſacrificiis erogarentur, quia non opor-
teret, ſed in alios ſumptus eas deputari. * Sed 20
hæ oblatæ ſunt quidem ab eo, qui miſerat,
in ſacrificium Herculis: propter præſentes au-
tem datæ ſunt in fabricam nauium trire-
mium. * Miſſo autem in Ægyptum Apollonio 21
Mneſthei filio, propter primates Ptolemæi Phi-
lometoris regis, cùm cognouiſſet Antiochus
alienum ſe à negotiis regni effectum, propriis
vtilitatibus conſulens, profectus inde venit
Ioppen, & inde Ieroſolymam. * Et magnificè 22

D ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularum
luminibus & laudibus ingreſſus eſt: & inde
23 in Phœnicen exercitum conuertit. * Et poſt
triennij tempus miſit Iaſon Menelaum, ſupra-
dicti Simonis fratrem, portantem pecunias re-
gi, & de negotiis neceſſariis reſponſa perlatu-
24 rum. * At ille commendatus regi, cùm magni-
ficaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum
retorſit ſummum ſacerdotium, ſuperponens
25 Iaſoni talenta argenti trecenta. * Acceptiſque
à rege mandatis, venit, nihil quidem habens
dignum ſacerdotio; animos verò crudelis ty-
26 ranni, & feræ beluæ iram gerens. * Et Iaſon
quidem, qui proprium fratrem captiuauerat,
ipſe deceptus profugus in Ammanitem expul-
27 ſus eſt regionem. * Menelaus autem principa-
tum quidem obtinuit: de pecuniis verò regi
promiſſis, nihil agebat, cùm exactionem fa-
28 ceret Soſtratus, qui arci erat præpoſitus: * (nam
ad hunc exactio vectigalium pertinebat) quam
29 ob cauſam vtrique ad regem ſunt euocati. * Et
Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente
Lyſimacho fratre ſuo: Soſtratus autem præ-
30 latus eſt Cypriis. * Et cùm hæc agerentur, con-
E tigit, Tharſenſes & Mallotas ſeditionem mo-
uere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ
31 dono eſſent dati. * Feſtinanter itaque rex ve-
nit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comiti-
32 bus ſuis Andronico. * Ratus autem Menelaus
accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quæ-
dam vaſa è templo furatus donauit Androni-
co, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ci-
33 uitates. * Quod cùm certiſſimè cognouiſſet
Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe con-
34 tinens Antiochiæ ſecus Daphnem. * Vnde Me-
nelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt
Oniam interficeret. Qui cùm veniſſet ad O-
niam, & datis dextris cum iureiurando (quam-
uis eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo proce-
dere, ſtatim eum peremit, non veritus iuſtitiam.
35 * Ob quam cauſam non ſolùm Iudæi, ſed aliæ
quoque nationes indignabantur, & moleſtè fe-
36 rebant de nece tanti viri iniuſta. * Sed regreſ-
ſum regem de Ciliciæ locis, adierunt Iudæi apud
Antiochiam, ſimul & Græci, conquerentes de
37 iniqua nece Oniæ. * Contriſtatus itaque ani-
mo Antiochus propter Oniam, & flexus ad
miſericordiam, lacrymas fudit, recordatus
38 defuncti ſobrietatem, & modeſtiam. * accen-
F ſiſque animis, Andronicum purpura exutum,
per totam ciuitatem iubet circumduci: & in
eodem loco, in quo in Oniam impietatem com-
miſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi
39 condignam retribuente pœnam. * Multis au-
tem ſacrilegiis in templo à Lyſimacho com-
miſſis Menelai conſilio, & diuulgata fama, con-
gregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum,
40 multo iam auro exportato. * Turbis autem
inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſima-
chus armatis ferè tribus millibus iniquis ma-
nibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate
41 pariter & dementia prouecto. * Sed, vt intellexe-
runt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fu-
ſtes validos arripuêre: quidam verò cinerem
42 in Lyſimachum iecere. * Et multi quidem vul-
G nerati, quidam autem & proſtrati, omnes verò

in fugam conuerſi ſunt: ipſum etiam ſacrilegum
ſecus ærarium interfecerunt. * De his ergo cœpit 43
iudicium aduerſus Menelaum agitari. * Et cùm 44
veniſſet rex Tyrum, ad ipſum negotium detule-
runt miſſi tres viri à ſenioribus. * Et cùm ſupe- 45
raretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas
pecunias dare ad ſuadendum regi. * Itaque Pto- 46
lemæus in quodam atrio poſitum quaſi refrige-
randi gratia regem adiit, & deduxit à ſententia:
* & Menelaum quidem vniuerſæ malitiæ reum 47
criminibus abſoluit: miſeros autem, qui, etiamſi
apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iu-
dicarentur, hos morte damnauit. * Citò ergo 48
iniuſtam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, &
populo, & ſacris vaſis, cauſam proſecuti ſunt.
* Quam ob rem Tyrij quoque indignati, er- 49
ga ſepulturam eorum liberaliſſimi extiterunt.
* Menelaus autem, propter eorum, qui in po- 50
tentia erant, auaritiam, permanebat in poteſta-
te, creſcens in malitia ad inſidias ciuium.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AD AVGENDAM MALITIAM SIMONIS. Græcè, *augmetent malitiam Simonis*. ſ. Apollonium vidit Onias. 4

POST SELEVCI VITÆ EXCESSVM. Antiochus Seleuco fratri ſuo ſuccedit in regno, Iaſon in Pontificatu Oniæ fratri ſuo, noui Regis opera. Hic à Rege impetrauit, vt 7

GYMNASIVM ET EPHEBIAM daretur conſtituere. *Gymnaſium*, vbi iuuenes certabant more Græcorum, diſco, arcu, ſaltu, curſu, lucta, vt lib. 1. Epigr. dicitur cap. 7. *Ephebia*, lupanar, vbi pueri proſtituebantur. In Athenæo lib. 11. *pueri proſtituti* vocantur *Ephebi*. Sic verſ. 12. vbi Græcè eſt, *Optimos ephebor um ſub petaſo conſtituens*. Hieronymus dixit, *In lupanari ponere*. *Petaſus* aut galerus erat, quem ij pueri geſtabant, aut velum quo fornix tegebatur. QVI IN IEROSOLYMIS ERANT, ANTIOCHENOS SCRIBERE. i. vt vocarentur *Antiochens*. ſ. ab Antiocho, quaſi eius ſerui. Nouum adulationis genus. 9

SACERDOTES. templo contempto in gymnaſio certabant, vt participes eſſent PRÆBITIONIS EIVS INIVSTÆ. ſ. præmiorum, quæ in iis certaminibus dabantur, coronæ, veſtes, aurum; quæ præmia verſ. proximo, *Græcas glorias* vocat. 14

DIDRACHMAS TRECENTAS miſit. ſ. Iaſon. Græcè, *drachmas*. IN SACRIFICIVM HERCVLIS. Græca certamina Herculi erant ſacra. Eius ſtatuæ in gymnaſiis ponebantur, illi ſacrificabant. 19

PROPTER PRÆSENTES. Græcè, *propter portantes datæ ſunt illæ drachmæ in fabricam triremium*, ne ſ. videretur Rex ſibi eas vſurpare. Vile pretium, fortaſſis pro *drachmis*, minæ, aut numeri ſunt vitiati. Miſit Antiochus Apollonium in Ægyptum. 20

PROPTER PRIMATES PTOLEMÆI. Cleopatra huius Ptolemæi Philometoris mater erat, Antiochi ſoror. Sic res Ægypti procurabat, Proceres repugnabant. ALIENVM SE A NEGOTIIS REGNI. videns ſ. ei proceres procurationem detrahere. 21

MENELAVM. Simonis fratrem, quem *Simonem* cap. 3. verſ. 4. dixit eſſe è tribu Beniamin. Non ergo *Menelaus* erat è genere ſacerdotum. 23

QVI PROPRIVM FRATREM CAPTIVAVERAT. ὑποσθεύσας. i. ſe illegitimè & nothus ſuppoſuerat fratri. Eodem verbo vtitur verſ. 7. cùm agit de Pontificatu dato Iaſoni: quo inſinuat, Iaſonem & Menelaum non fuiſſe veros Pontifices. 26

MENELAVS AMOTVS EST A SACERDOTIO. Illi quaſi vicarius ſuffectus eſt Lyſimachus eius frater. Nulla de eo inter Pontifices Iudæorum mentio. 29

SECVS DAPHNEM. Græcè, *in Daphne* ſe tenebat Onias. *Daphne* ſuburbium erat Antiochiæ, irriguum aquis, in medio aſylum & templum Apollini & Dianæ ſacrum: ibi ſe tenebat Onias metu Menelai. 33

34 MENELAVS ACCEDENS AD ANDRONICVM. Oniæ morte & fuga eius filij in Ægyptum, vt refert Ioſephus lib. 13. cap. 6. & lib. 20. cap. 8. Mathathias Pontifex fuit: quippe ex Eleazari Aaronis filij poſteris, & ex prima ſorte ſacerdotum. Menelaus & Alcimus, qui Pontificatum emerant, & ex alio genere erant, illegitimi Pontifices fuere. Simul puto in ea temporum labe Mathathiam Pontificalia exercere non potuiſſe. Oniam occidit Andronicus. Hunc Rex

38 ANDRONICVM PVRPVRA EXVTVM. Græcè additur, *& veſtes ſcindens*, aut ſuas Antiochus, vt in luctu; aut Andronici, vt pannoſus per vrbem circumferretur.

40 DVCE QVODAM TYRANNO. Græcè, *duce quodam Aurano*. Lyſimachus tumultum excitat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INSTIGASSET. i. induxiſſet.

2 ÆMVLATOREM. i. incenſum zelo. Græc. ζηλωτήν.

4 INSANIRE. iunge cum *ad augendam*.

7 ANTIOCHVS. ſ. Seleuci frater.

8 REDDITIBVS, &c. fortè id volebat quotannis reddere.

9 EPHEBIAM. i. Ephebor um palæſtram, ſeu potiùs lupanar. ANTIOCHENOS. ſ. ciues.

11 PER IOANNEM. Incertum, an per hunc illa inſtituta, ſeu impetrata à Regibus, an verò eius operâ deſtructa. QVI. ſ. Eupolemus. Vide lib. 1. cap. 8.

13 PROFECTVS. i. progreſſus. SACERDOTIS. Græc. *ſummi Sacerdotis*. ſ. renerâ.

14 PRÆBITIONIS. i. exhibitionis. ſ. ſpectaculi. EXERCITIIS. i. certaminibus.

15 NIHIL. i. pro nihilo.

16 CONTENTIO. Græc. *calamitas*. ET EORVM. pro, nam eorum. HABVERANT. Græc. *habuerunt*. ſ. poſteà.

19 DIDRACHMAS. Græc. *drachmas*. SACRIFICIIS. ſ. Herculis. OPORTERET. ſ. neceſſe eſſet, ſeu deceret.

20 PRÆSENTES. ſ. Legatos, qui id rogauerant.

21 PRIMATES. pro, primatum. i. principatum. ſ. contentio erat cum Antiocho. ALIENVM. ſ. ob abſentiam. INDE. ſ. vbi erat. fortè ex Antiochia.

24 FACIEM, &c. i. regiam poteſtatem. q. d. ei fuiſſet adulatus. SVPERPONENS, &c. Græc. *ſuperans Iaſonem talentis*, &c.

29 ET MENELAVS, &c. Græc. *& quidem Menelaus reliquit ſummi ſacerdotij ſucceſſorem Lyſimachum fratrem ſuum, Soſtratus autem Cratetem Præfectum Cypriis*.

40 INIQVIS. iunge cùm *manibus*.

CAPVT V.

Armati exercitus, ipſorumque congreſſiones Ieroſolymis in aere quadraginta diebus conſpiciuntur: Iaſon Ieruſalem inuadens, & ciues crudeliter trucidans, apud exteros miſere moritur: Antiochus, innumeris in Ieruſalem trucidatis, vinctis ac venundatis, templum ſpoliat; & diſcedens, relinquit crudeles præpoſitos qui populum affligant: rurſumque miſſo duce Apollonio plurimos interficit: Iudas verò Machabæus cum ſuis in deſertum locum ſeceſſit.

1 EOdem tempore Antiochus ſecundam pro-
2 fectionem parauit in Ægyptum. * Conti-
A git autem per vniuerſam Ieroſolymorum ciui-
tatem videri diebus quadraginta per aëra equi-
tes diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & ha-
3 ſtis, quaſi cohortes, armatos, * & curſus equo-
rum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri
cominus, & ſcutorum motus, & galeatorum
multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum ia-
ctus, & aureorum armorum ſplendorem, om-

niſque generis loricarum. * Quapropter om- 4
nes rogabant in bonum monſtra conuerti.
* Sed cùm falſus rumor exiſſet, tamquam vita 5
exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non
minùs mille viris, repentè aggreſſus eſt ciui-
tatem: & ciuibus ad murum conuolantibus,
ad vltimum apprehenſa ciuitate, Menelaus
fugit in arcem: * Iaſon verò non parcebat in 6
cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſperitatem
aduerſum cognatos malum eſſe maximum,
arbitrans hoſtium & non ciuium ſe trophæa
capturum. * Et principatum quidem non ob- 7
tinuit, finem verò inſidiarum ſuarum confu- B
ſionem accepit, & profugus iterùm abiit in
Ammanitem. * Ad vltimum, in exitium ſui 8
concluſus ab Areta Arabum tyranno, fugiens
de ciuitate in ciuitatem, omnibus odioſus, vt
refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ci-
uium hoſtis, in Ægyptum extruſus eſt: * & 9
qui multos de patria ſua expulerat, peregrè
periit, Lacedæmonas profectus, quaſi pro
cognatione ibi refugium habiturus: * & qui 10
inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamen-
tatus, & inſepultus abiicitur, ſepultura neque
peregrina vſus, neque patrio ſepulchro parti-
cipans. * His itaque geſtis, ſuſpicatus eſt rex 11
ſocietatem deſerturos Iudæos: & ob hoc pro-
fectus ex Ægypto efferatis animis, ciuitatem
quidem armis cepit. * Iuſſit autem militibus 12
interficere, nec parcere occurſantibus, & per
domos aſcendentes trucidare. * Fiebant ergo 13
cædes iuuenum ac ſeniorum, & mulierum &
natorum exterminia, virginumque & paruu-
lorum neces. * Erant autem toto triduo octo- 14
ginta millia interfecti, quadraginta millia vin-
cti, non minùs autem venumdati. * Sed nec 15
iſta ſufficiunt: auſus eſt etiam intrare templum C
vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui
legum & patriæ fuit proditor: * & ſceleſtis ma- 16
nibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab aliis regi-
bus & ciuitatibus erant poſita ad ornatum lo-
ci, & gloriam, contrectabat indignè, & con-
taminabat. * Ita alienatus mente Antiochus, 17
non conſiderabat, quòd propter peccata ha-
bitantium ciuitatem, modicum Deus fuerat
iratus: propter quod & accidit circa locum
deſpectio: * alioquin niſi contigiſſet eos mul- 18
tis peccatis eſſe inuolutos, " ſicut Heliodorus,
" Sup. 3. a.25.27 qui miſſus eſt à Seleuco rege ad expolian-
dum ærarium, etiam hic ſtatim adueniens fla-
gellatus, & repulſus vtique fuiſſet ab audacia.
* Verùm non propter locum, gentem; ſed 19
propter gentem, locum Deus elegit. * Ideo- 20
que & ipſe locus particeps factus eſt populi
malorum: poſteà autem fiet ſocius bonorum.
& qui derelictus in ira Dei omnipotentis eſt,
iterùm in magni Domini reconciliatione cum
ſumma gloria exaltabitur. * Igitur Antiochus 21
mille & octingentis ablatis de templo talen- D
tis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, exiſti-
mans ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum,
pelagus verò ad iter agendum deducturum
propter mentis elationem. * Reliquit autem 22
& præpoſitos ad affligendam gentem: Iero-
ſolymis quidem Philippum genere Phrygem,
moribus crudeliorem eo ipſo, à quo conſti-
23 tutus eſt: * in Garizim autem Andronicum
& Menelaum, qui grauiùs quàm ceteri im-
24 minebant ciuibus. * Cumque appoſitus eſſet
contra Iudæos, miſit odioſum principem Apol-
lonium cum exercitu viginti & duobus milli-
bus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis in-
25 terficere, mulieres ac iuuenes vendere. * Qui
cùm veniſſet Ieroſolymam, pacem ſimulans,
quieuit vſque ad diem ſanctum ſabbati: &
tunc feriatis Iudæis, arma capere ſuis præce-
26 pit. * Omneſque qui ad ſpectaculum proceſ-
ſerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis
diſcurrens, ingentem multitudinem peremit.
27 * Iudas autem Machabæus, qui decimus fue-
rat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter
feras vitam in montibus cum ſuis agebat: &
fœni cibo veſcentes, demorabantur, ne parti-
cipes eſſent coinquinationis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ANTIOCHVS SECVNDAM PROFECTIONEM PARAVIT, ſeu *fecit*, IN ÆGYPTVM. Bis eò iuiſſe Antiochum Liuius ait libris 44. & 45. priùs, vt Ptolemæo Philometori faueret contra eius fratrem; deinde contra vtrumque fratrem. Cauſæ belli & odij inter finitimos numquam deſunt. Ambitio ipſa rixarum fons eſt. Viſæ acies per aërem,

4 ROGABANT IN BONVM MONSTRA CONVERTI, ſeu *oſtenta*.

8 AD VLTIMVM, IN EXITIVM SVI, &c. Græcè, *demum malam reuerſionem adeptus, concluſus ab Areta*. ſ. Iaſon.

9 QVI MVLTOS DE PATRIA SVA EXPVLERAT. Græcè, *qui quaſi puluerem de patria ſua expulerat*. Sic in Regiis: ſed pro ὡσεὶ χνῦς, lege ὁ συχνὸς, *qui frequentes multos expulerat*. Sic eſt in Græcis Romanis.

11 HIS ITAQVE GESTIS. Græcè, *cùm innotuiſſent autem Regi, ex iis quæ facta erant*. i. tumultus eos nouiſſet, putauit SOCIETATEM DESERTVROS IVDÆOS, ſeu *rebellaturos*.

14 NON MINVS AVTEM VENVMDATI. Græcè, *non minus autem occiſis venumdati*. Occiſi fuerant octoginta millia.

23 IN GARIZIM AVTEM ANDRONICVM conſtituit Antiochus. Erat ibi templum alterum à Samaritis conſtitutum, ex quo ſe ab aliis Iudæis diuiſerunt. De quo Ioſephus meminit lib. 11. cap. vltimo.

26 OMNESQVE QVI AD SPECTACVLVM PROCESSERANT, occidit Apollonius. ἐπὶ τὴν θεωρίαν, *ad ſpectandum*. i. ad feſti celebritatem. Hæc laniena prior illâ fuit, quæ lib. 1. cap. 2. ponitur.

27 IVDAS. Hic liber res à Iuda Machabæo geſtas continet latiùs quàm in primo libro explicatas. DECIMVS FVERAT. Sic Græcè. Quo ſignificatur, decimum inter Pontifices fuiſſe Iudam. Quod verum eſt, ſumpto principio ab Imperio Græcorum, & à Iaddo, qui fuit tempore Alexandri Magni Pontifex, expunctis Iaſone, Menelao, Lyſimacho & Alcimo, quia contra legem; & annumerato Mathathia, inuenietur Iudam decimum Pontificem fuiſſe præciſè. Aut ſi magis placet *Decimus* pro *Decurione*, *Decurio* pro Duce ſumatur. FOENI CIBO VESCENTES. i. herbis veſcebantur, ob annonæ anguſtiam, Iudas & ſocij profugi in montes.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 MONSTRA. i. oſtenta, ſeu prodigia.

8 EXITIVM. i. niſi euaſiſſet.

11 EFFERATIS ANIMIS. Græcè, *efferatus animo*.

15 ISTA SVFFICIVNT. Græc. *iſtis contentus*.

17 DESPECTIO. i. ille contemptus.

Eʟᴇɢɪᴛ. ſ. atque adeò propter gentis peccata per- 19
mittit locum tractari indignis modis, id quod ſtatim
additur.

Gᴀʀɪᴢɪᴍ. ſ. monte Samariæ. 21

Aᴘᴘᴏꜱɪᴛᴠꜱ. i. hoſtili animo. 24

Sᴘᴇᴄᴛᴀᴄᴠʟᴠᴍ. ſ. exercitus viſendi cauſa. 26

Dᴇᴄɪᴍᴠꜱ. ſ. Pontifex à tempore Alexandri Ma- 27
gni legitimus. Quidam tamen dicunt *Decimum* nomen eſſe officij, ſeu magiſtratus, vt *Decurio* & *Decanus*. Fᴠᴇʀᴀᴛ. pro, fuit.

CAPVT VI.

Per ducem à rege miſſum Iudæi à lege Dei arcentur, templumque fœdiſſimè profanatur; & Iudæi etiam per varias regiones diſperſi ad idolorum coguntur ſacrificia: deſcribitur duarum mulierum ſupplicium eò quòd filios ſuos circumcidiſſent, ſabbatumque celebrantes concremantur: oſtenditur tamen hæc afflictio non eſſe Dei deſerentis, ſed ſuos corripientis: egregium Eleazari ſenis martyrium nolentis porcinis veſci carnibus, nec id ſimulare.

SEd non poſt multum temporis, miſit rex 1
ſenem quemdam Antiochenum, qui com- A
pelleret Iudæos, vt ſe transferrent à patriis &
Dei legibus: * contaminare etiam quod in Ie- 2
roſolymis erat templum, & cognominare Iouis
Olympij: & in Garizim, prout erant hi, qui
locum inhabitabant, Iouis hoſpitalis. * Peſſi- 3
ma autem & vniuerſis grauis erat malorum
incurſio: * nam templum luxuria & comeſſa- 4
tionibus Gentium erat plenum, & ſcortan-
tium cum meretricibus, ſacratiſque ædibus
mulieres ſe vltrò ingerebant, intrò ferentes ea,
quæ non licebat. * Altare etiam plenum erat 5
illicitis, quæ legibus prohibebantur. * Neque 6
autem ſabbata cuſtodiebantur, neque dies B
ſollemnes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter
Iudæum ſe eſſe quiſquam confitebatur. * Du- 7
cebantur autem cum amara neceſſitate in die
natalis regis ad ſacrificia: &, cùm Liberi ſa-
cra celebrarentur, cogebantur hedera coro-
nati Libero circuire. * Decretum autem exiit 8
in proximas Gentilium ciuitates, ſuggerentibus
Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iu-
dæos agerent, vt ſacrificarent: * eos autem, 9
qui nollent tranſire ad inſtituta Gentium, in-
terficerent: erat ergo videre miſeriam. * Duæ 10
enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circum-
cidiſſe: quas, infantibus ad vbera ſuſpenſis,
cùm publicè per ciuitatem circumduxiſſent,
per muros præcipitauerunt. * Alij verò, ad pro- 11
ximas coëuntes ſpeluncas, & latenter ſabbati
diem celebrantes, cùm indicati eſſent Philip- C
po, flammis ſuccenſi ſunt, eò quòd vereban-
tur, propter religionem & obſeruantiam, ma-
nu ſibimet auxilium ferre. * Obſecro autem 12
eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhor-
reſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent,
ea quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad
correptionem eſſe generis noſtri. * Etenim 13
multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſen-
tentia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, ma-
gni beneficij eſt indicium. * Non enim, ſicut 14
in aliis nationibus, Dominus patienter expe-
ctat, vt eas, cùm iudicij dies aduenerit, in ple-
nitudine peccatorum puniat: * ita & in nobis 15
ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis,
ita demum in nos vindicet. * Propter quod 16
numquam quidem à nobis miſericordiam D
ſuam amouet: corripiens verò in aduerſis, po-
17 pulum ſuum non derelinquit. * Sed hæc no-
bis ad commonitionem legentium dicta ſint
paucis. Iam autem veniendum eſt ad narratio-
18 nem. * Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcri-
barum, vir ætate prouectus, & vultu decorus,
aperto ore hians compellebatur carnem porci-
19 nam manducare. * At ille glorioſiſſimam mor-
tem magis quàm odibilem vitam complectens,
20 voluntariè præibat ad ſupplicium. * Intuens au-
tem, quemadmodum oporteret accedere, pa-
tienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere il-
21 licita propter vitæ amorem. * Hi autem qui
E aſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter
antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecre-
tò rogabant afferri carnes, quibus veſci ei lice-
bat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut rex im-
22 perauerat, de ſacrificij carnibus: * vt, hoc fa-
cto, à morte liberaretur: & propter veterem
viri amicitiam, hanc in eo faciebant humani-
23 tatem. * At ille cogitare cœpit ætatis ac ſene-
ctutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ no-
bilitatis canitiem, atque à puero optimæ con-
uerſationis actus: & ſecundùm ſanctæ & à Deo
conditæ legis conſtituta, reſpondit citò, di-
24 cens, præmitti ſe velle in infernum. * Non
enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere:
F vt multi adoleſcentium, arbitrantes Eleaza-
rum nonaginta annorum tranſiiſſe ad vitam
25 alienigenarum: * & ipſi propter meam ſimula-
tionem, & propter modicum corruptibilis vi-
tæ tempus decipiantur, & per hoc maculam,
atque execrationem meæ ſenectuti conquiram.
26 * Nam, etſi in præſenti tempore ſupplicijs ho-
minum eripiar, ſed manum Omnipotentis
27 nec viuus, nec defunctus effugiam. * Quam-
obrem fortiter vita excedendo, ſenectute qui-
28 dem dignus apparebo: * adoleſcentibus autem
exemplum forte relinquam, ſi prompto ani-
mo, ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis
legibus honeſta morte perfungar. His dictis,
29 confeſtim ad ſupplicium trahebatur. * Hi au-
G tem, qui eum ducebant, & paulò antè fuerant
mitiores, in iram conuerſi ſunt propter ſermo-
nes ab eo dictos, quos illi per arrogantiam pro-
30 latos arbitrabantur. * Sed, cùm plagis perime-
retur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes
ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis, quia,
cùm à morte poſſem liberari, duros corporis
ſuſtineo dolores: ſecundùm animam verò pro-
31 pter timorem tuum libenter hæc patior. * Et
iſte quidem hoc modo vita deceſſit, non ſolùm
iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriam
mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudi-
nis derelinquens.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Mɪꜱɪᴛ ʀᴇx ꜱᴇɴᴇᴍ. An hic fuit Bacchides, quem à Mathathia occiſum diximus Ieroſolymæ lib. 1. cap. 2. ex Ioſepho de Bello Iudaico lib. 1. cap. 1. eoque occiſo fugiſſe cum filiis in Modin patriam ſuam?

2 Iɴ Gᴀʀɪᴢɪᴍ. Illud templum *Iouis hoſpitalis* iuſſit Rex vocari, quoniam ad illud ſe recipiebant Iudæorum perfugæ, erantque velut hoſpites. De quo Ioſephus lib. 11. cap. vltimo. Id ſignificant illa verba: Pʀᴏᴠᴛ ᴇʀᴀɴᴛ ʜɪ, ǫᴠɪ ʟᴏᴄᴠᴍ ɪɴʜᴀʙɪᴛᴀʙᴀɴᴛ.

COMISSATIONIBVS GENTIVM. templum ſ. erat 4
plenum Vulg. Regia, *comeſſationibus erat plenum.*
Sic Goth. SACRATISQVE ÆDIBVS MVLIERES SE
VLTRO INGEREBANT. Græcè, *in ſacris porticibus
cum mulieribus ſeſe miſcentibus.* ſ. templum erat ple-
num. INTRO FERENTES EA, QVÆ NON LICEBAT.
vt ſues ſ. ſacrificarent, & alia animalia immunda;
quod & proximis verbis magis explicatur, *Altare
etiam illicitis plenum erat.*

HEDERA CORONATI cogebantur circuire 7
per vrbem. ſ. in Bacchanalibus. Erat *hedera* Baccho
ſacra, & ea eius miniſtri ſemper & populus in eius
feſtis coronabantur; quoniam ob innatam ei vir-
gulto frigiditatem, eſt ebrietati contraria. De his
Bacchi feſtis multa Lilius Giraldus de Diis Gentium,
Syntag. 8.

SVGGERENTIBVS PTOLEMÆIS exiit decretum. Sic 8
etiam in Græcis Romanis. In Regiis, *ſuggerente Pto-
lemæo*, nempe Ægyptio Rege. Duo erant hoc tem-
pore Ptolemæi fratres, Ægypti regno diuiſo inter eos,
ex Iuſtino lib. 34.

NE ABHORRESCANT, ſeu contrahantur animo præ 12
triſtitia: μὴ συστέλλεσθαι, qui hæc legent. Patienter
Deus mala fert.

VT EAS, CVM IVDICII DIES ADVENE- 14
RIT. Græcè, *vt cùm aduenerit ad plenitudinem pec-
catorum* (ſ. eos progredi tunc) *puniat.*

CORRIPIENS VERO IN ADVERSIS. i. per aduerſa, 16
παιδεύων δὲ μετὰ συμφορᾶς, *corripiens calamitate* popu-
lum ſuum non deſerit.

ELEAZARVS VNVS DE PRIMORIBVS 18
SCRIBARVM. Ij erant legis periti. Erat etiam ſa-
cerdos ex Ioſepho de Machabæis cap. 5. Illuſtre mar-
tyrium, potuitque, vt Machabæi fratres, in numero
noſtrorum Martyrum poni.

VOLVNTARIE PRÆIBAT AD SVPPLI- 19
CIVM. ἐπὶ τὸ τύμπανον, *ad tympanum* ibat. *Tympa-
num* aut virgæ erant, quibus corpora inſtar tympa-
ni pulſabantur; aut genus tormenti, quo mem-
bra diſtendebantur, equuleus ſ. aut cataſta. Sic ad
Hebr. 11. verſ. 35. pro verbo ἐτυμπανίσθησαν, noſter
dixit, *diſtenti ſunt.* Heſychius lignum eſſe ait, quo ſon-
tes fortiter verberabantur. Noſter *ſupplicium* dixit ver-
bo generico.

INTVENS. Græc. ἀποχέοντας, *expuens*, nempe por- 20
cinas carnes quæ ingerebantur. Noſter προσχέοντας vi-
detur legiſſe, quod verbum *intueri* ſignificat. Lego
enim, πάντα ἀναχύσει χρόνος, *omnia tempus aperit.* Por-
rò quæ in hoc verſ. ſequuntur, Græcè perturbata ſunt,
nec cohærent inter ſe; meliùs noſtra.

QVI ASTABANT, INIQVA MISERA- 21
TIONE. παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ, quod quidam vertit,
qui ad ſceleſtum ſacrificium parati erant. Verùm vox
Græca *miſerationem* potiùs ſignificat: & ſuſpicor in
Græco præpoſitionem περὶ redundare.

ILLE COGITARE COEPIT. Græcè, *ille cogi- 23
tationem vrbanam recipiens.* Puto vocem ἀστεῖον. i. *vr-
banam*, redundare. PRÆMITTI SE VELLE IN
INFERNVM. i. in ſepulchrum, malle mori quàm
ſimulare.

PER ARROGANTIAM PROLATOS, ſeu 29
vecordiam, ſtultitiam, ἀπονοίαν, ſermones ab Eleazaro
putabant dictos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ANTIOCHENVM. Græc. *Athenienſem.* 1
PROVT ERANT, &c. q. d. prout incolæ Gari- 2
zim iam volebant.
SIMPLICITER. pro, denique, ſeu omnino. 6
CIRCVIRE. Græc. *pompam ducere.* 7
PTOLEMÆIS. pro, Ptolemæo. ſ. de quo ſup. 8
PHILIPPO. ſ. de quo ſup. OBSERVANTIAM. 11
ſ. Sabbati.
ABHORRESCANT. Græc. *contrahantur.* ſ. animo, ſeu 12
animum deſpondeant.
VT EAS, &c. Græc. *vt eas, cùm peccata ad pleni- 14
tudinem venerint, puniat. ſic de nobis ſtatuit, ne cùm
ad finem peccata noſtra peruenerint, nos puniat.*

20 INTVENS, &c. i. conſiderans quomodo accedere
ad talia oporteret patienter ſuſtinenda. Græc. aliquan-
tò aliter.

23 CONSTITVTA. ſ. actæ. INFERNVM. i. ſe-
pulchrum.

27 SENECTVTE QVIDEM DIGNVS. i. qualem par eſt
ſenem eſſe.

30 SECVNDVM ANIMAM. i. animo, ſeu volun-
tate.

CAPVT VII.

*Septem fratrum matriſque eorum ingentia fortiſſimeque
tolerata ſupplicia, quod porcinis nollent veſci carni-
bus: & quam conſtanter regi ob ſuam crudelitatem
oſtenderint paratam eſſe damnationem, & mater ſuos
filios ſit exhortata.*

1 CONtigit autem & ſeptem fratres vnà cum
A matre ſua apprehenſos, compelli à rege
edere contra fas carnes porcinas, flagris & tau-
2 reis cruciatos. * Vnus autem ex illis, qui erat
primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſce-
re à nobis? parati ſumus mori, magis quàm
3 patrias Dei leges præuaricari. * Iratus itaque
rex, iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi:
4 quibus ſtatim ſuccenſis, * iuſſit, ei qui prior
fuerat locutus, amputari linguam: &, cute ca-
pitis abſtracta, ſummas quoque manus & pe-
des ei præſcindi, ceteris eius fratribus & ma-
5 tre inſpicientibus. * Et, cùm iam per omnia
inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, &
B adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua
cùm diu cruciaretur, ceteri vnà cum matre
6 inuicem ſe hortabantur mori fortiter, * di-
centes: Dominus Deus aſpiciet veritatem, &
conſolabitur in nobis, "quemadmodum in *Deut. 32. d. 36.
proteſtatione cantici declarauit Moyſes: Et in
7 ſeruis ſuis conſolabitur. * Mortuo itaque illo
primo, hoc modo, ſequentem deducebant ad
illudendum: &, cute capitis eius cum capil-
lis abſtracta, interrogabant, ſi manducaret
priùs, quàm toto corpore per membra ſingula
8 puniretur. * At ille, reſpondens patria voce,
dixit: Non faciam. Propter quod & iſte, ſe-
9 quenti loco, primi tormenta ſuſcepit: * & in
vltimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait: Tu quidem
ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed
Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in
10 æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. * Poſt
hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus
citò protulit, & manus conſtanter extendit:
11 * & cum fiducia ait: E cælo iſta poſſideo, ſed
C propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quo-
12 niam ab ipſo me ea recepturum ſpero: * ita
vt rex, & qui cum ipſo erant, mirarentur ado-
leſcentis animum, quòd tamquam nihilum
13 duceret cruciatus. * Et hoc ita defuncto, quar-
14 tum vexabant ſimiliter torquentes. * Et, cùm
iam eſſet ad mortem, ſic ait: Potius eſt ab
hominibus morti datos ſpem expectare à Deo,
iterùm ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim re-
15 ſurrectio ad vitam non erit. * Et cùm admo-
nuiſſent quintum, vexabant eum. At ille reſpi-
16 ciens in eum, dixit: * Poteſtatem inter ho-
mines habens, cùm ſis corruptibilis, facis
quod vis: noli autem putare genus noſtrum
17 à Deo eſſe derelictum. * tu autem patienter

ſuſtine,

ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem ipſius, D
qualiter te & ſemen tuum torquebit. * Poſt 18
hunc ducebant ſextum, & is, mori incipiens,
ſic ait: Noli fruſtrà errare: nos enim propter
noſmetipſos hæc patimur, peccantes in Deum
noſtrum, & digna admiratione facta ſunt in
nobis: * tu autem ne exiſtimes tibi impunè 19
futurum, quòd contra Deum pugnare tenta-
ueris. * Supra modum autem mater mirabilis, 20
& bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſe-
ptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens,
bono animo ferebat, propter ſpem quam in
Deum habebat: * ſingulos illorum hortaba- 21
tur voce patria fortiter, repleta ſapientia: &,
femineæ cogitationi maſculinum animum in-
ſerens, * dixit ad eos: Neſcio qualiter in vte- 22
ro meo apparuiſtis: neque enim ego ſpiri-
tum & animam donaui vobis & vitam, & ſin-
gulorum membra non ego ipſa compegi:
* ſed enim mundi Creator, qui formauit ho- 23
minis natiuitatem, quique omnium inuenit
originem, & ſpiritum vobis iterùm cum mi-
ſericordia reddet & vitam, ſicut nunc voſ-
metipſos deſpicitis propter leges eius. * An- 24
tiochus autem, contemni ſe arbitratus, ſi- E
mul & exprobrantis voce deſpecta, cùm ad-
huc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolùm ver-
bis hortabatur, ſed & cum iuramento affir-
mabat, ſe diuitem & beatum facturum, &
tranſlatum à patriis legibus amicum habitu-
rum, & res neceſſarias ei præbiturum. * Sed 25
ad hæc cùm adoleſcens nequaquam inclinare-
tur, vocauit rex matrem, & ſuadebat ei vt ado-
leſcenti fieret in ſalutem. * Cùm autem multis 26
eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram
ſe filio ſuo. * Itaque inclinata ad illum, irri- 27
dens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili
mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem men-
ſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in
ætatem iſtam perduxi. * Peto, nate, vt aſpicias 28
ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis F
ſunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa
Deus, & hominum genus: * ita fiet, vt non 29
timeas carnificem iſtum; ſed dignus fratribus
tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in
illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.
* Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: 30
Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto re-
gis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis
per Moyſen. * Tu verò, qui inuentor omnis 31
malitiæ factus es in Hebræos, non effugies
manum Dei. * Nos enim pro peccatis no- 32
ſtris hæc patimur. * Et ſi nobis propter incre- 33
pationem & correptionem Dominus Deus no-
ſter modicum iratus eſt: ſed iterùm reconci-
liabitur ſeruis ſuis. * Tu autem, ô ſceleſte, & 34
omnium hominum flagitioſiſſime, noli fru-
ſtrà extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflam-
matus. * nondum enim omnipotentis Dei, & 35
omnia inſpicientis, iudicium effugiſti. * Nam 36
fratres mei, modico nunc dolore ſuſtentato, G
ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt: tu
verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas
exolues. * Ego autem, ſicut & fratres mei, ani- 37
mam & corpus meum trado pro patriis legi-
bus: inuocans Deum maturiùs genti noſtræ
propitium fieri, teque cum tormentis & ver-
38 beribus confiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus. * In
me verò & in fratribus meis deſinet omnipo-
tentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iu-
39 ſtè ſuperducta eſt. * Tunc rex accenſus ira, in
hunc ſuper omnes crudeliùs deſæuit, indignè
40 ferens ſe deriſum. * Et hic itaque mundus obiit,
41 per omnia in Domino confidens. * Nouiſſi-
mè autem poſt filios & mater conſumpta eſt.
42 * Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus
ſatis dictum eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 COMPELLI A REGE EDERE. Græcè, *tangere ex illicitis carnibus porcinis*. FLAGRIS ET TAVREIS. νεύραις, flagra erant è corio aut neruis taurinis crudelia, de quibus in Martyrologiis frequens mentio. His ſeptem Machabæos cruciabant.

2 QVI ERAT PRIMVS. Græcè, *factus primus concionator*. Gotth. neutrum eſt; hoc tantùm, *Vnus autem ex eis ſic ait*. i. primus. Hebræi per *vnum*, *primum* intelligunt. Geneſ. 1. cap. verſ. 5. ſic dictum eſt: *Factumque eſt veſpere & mane, dies vnus*.

4 QVI PRIOR FVERAT LOCVTVS. Gotth. *qui primus*. προήγορον Græcè, *primum locutum*.

17 TV AVTEM PATIENTER SVSTINE. i. expecta. *Suſtineo* inter alia *expectare* ſignificat.

18 DIGNA ADMIRATIONE FACTA SVNT. i. miraculis Dei viſis peccauimus tamen, ideò punimur.

24 RES NECESSARIAS EI PRÆBITVRVM, pollicetur Rex. καὶ τὰς χρείας ἐμπιστεύσειν. i. *negotia crediturum*. i. Præfecturas. Ea vox non ſolùm *indigentiam* & *vtilitatem*, ſed *negotia* etiam ſignificat. Mater ad filium:

27 TE IN VTERO NOVEM MENSIBVS PORTAVI. Gotth. *decem menſibus*. Non erat lectio incommoda, propter ea quæ alio loco dicta ſunt, niſi Codices alij Latini & Græci repugnarent. In Diſputatione pro editione Vulgata, cap. 21. plura de hac re diximus. ET LAC TRIENNIO DEDI. Non minori tempore eo cibo infans eſt nutriendus, neque nutricibus ea cura ableganda; quæ peperit, ipſa alat.

41 NOVISSIME AVTEM POST FILIOS ET MATER CONSVMPTA EST. Hanc quidam *Salomonam* vocant, quidam *Annam*, nonnulli *Machabæam*. Quocumque nomine, nobiliſſima & fortiſſima fuit. De filiis dubitatur, fuerint ne vxorati. Non puto; alioqui hoc capite mentio aliqua de vxoribus aut filiis extaret. Quare *Machabæi* ſunt dicti? Non arbitror ex ſanguine, quòd eſſent Machabæorum cognati; neque à matre, quam *Machabæam* quidam dictam volunt; aut à maiore fratre, quem vocant *Machabæum*: ſed quoniam Machabæorum tempore hi iuuenes paſſi fuerint, fortiſſimi in martyrio, vt illi in bello fuere. Illud verius, non in vrbe Ieruſalem paſſos, ſed Antiochiæ. Sic Martyrologium Romanum Auguſti Kalendis, & ibi Cardinalis Baronius. Idem dixerim de ſene Eleazaro. De tempore quo hæc contigerunt, nihil dicitur. Arbitror ſub initia Regis Antiochi Epiphanis, priuſquam Mathathias arma ſumeret. Quæ ſequuntur, poſt Mathathiæ mortem à Iuda eius filio geſta ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TAVREIS. ſ. neruis.

6 CONSOLABITVR. i. recreabitur. ſ. ſumpta de hoſtibus vindicta. Vide Deut. 32. vbi legimus *miſerebitur*. LXX. *eum conſolabitur*. vel fortè *in ſeruis* pro, ſeruos.

11 E CÆLO. i. à Deo.

14 AD MORTEM. i. morti proximus. POTIVS EST. i. præſtat.

15 EVM. ſ. Regem.

17 PATIENTER SVSTINE. i. expecta. SEMEN i. filios.

Frustra. i. ſine cauſa. Facta. ſ. à Deo. q.d. mirabiliter nos punit, vel à nobis. q. d. nimè Deum offendimus. 18

Bonorum. Græc. *bona*. i. felici. 20

Fimineæ. q. d. alioqui infirmæ. 21

Enim. pro, tamen. Invenit. q. d. qui ſua ſapientia excogitauit quo quidque modo generandum eſſet. 23

Despecta. i. conſiderata. vel pro ſuſpecta. q. d. ſuſpicans, ſeu timens ſibi probro id futurum, quòd ſic contemneretur & vinceretur. hunc enim ſenſum Greca videntur facere. 24

Fieret. ſ. conciliatrix. 25

Peto. Græc. *peto à te*. 28

Particeps. non eſt Græc. & quidem videtur abundare. Illa. ſ. poſtrema diei iudicij. Græc. tamen tantùm eſt, *in miſericordia*. q. d. per Dei miſericordiam. 29

Sustinetis. i. expectatis. 30

Increpationem. i caſtigationem. 33

Sustentato. i. tolerato. Testamento. i. pacto. q. d. conſequenter promiſſa legem ſeruantibus, vel iam ſunt ex parte conſecuti. ſ. æternam vitam. Effecti sunt. i. continentur. 36

Mundus. Græc. *purè, ſeu ſanctè*. 40

Consumpta. Græc. *mortua*. ſ. interempta, vt filij. 41

CAPVT VIII.

Iudas Machabæus, inuocato Dei auxilio, poſt aliquot victorias, Nicanorem, qui certam ſibi de Iudæis pollicebatur victoriam, ſuos primùm ad conſtantiam adhortatus, profligauit; interfectis de eius exercitu vnà cum Timotheo & Bacchide plusquam 29000. ita vt Nicanor ſolus effugiens prædicaret Iudæos Deum habere protectorem.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo 1
erant, introibant latenter in caſtella: & con- A
uocantes cognatos & amicos, & eos, qui per-
manſerunt in Iudaiſmo, aſſumentes, eduxe-
runt ad ſe ſex millia virorum. * Et inuocabant 2
Dominum, vt reſpiceret in populum; qui ab
omnibus calcabatur: & miſereretur templo,
quod contaminabatur ab impiis: * miſereretur 3
etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet illicò com-
plananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis
audiret: * memoraretur quoque iniquiſſimas 4
mortes paruulorum innocentum, & blaſphe-
mias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper
his. * At Machabæus, congregata multitudine, 5
intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim B
Domini in miſericordiam conuerſa eſt. * Et 6
ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus,
ſuccendebat eas: & opportuua loca occupans,
non paucas hoſtium ſtrages dabat: * maximè 7
autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus fe-
rebatur, & fama virtutis eius vbique diffunde-
batur. * Videns autem Philippus paulatim vi- 8
rum ad profectum venire, ac frequentiùs res
ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem
Cœleſyriæ & Phœnicis ſcripſit, vt auxilium
ferret regis negotiis. * At ille velociter miſit 9
Nicanorem Patrocli de primoribus amicum,
datis ei de permiſtis gentibus, armatis non mi-
nùs viginti millibus, vt vniuerſum Iudæorum
genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro mi-
litari, & in bellicis rebus experientiſſimo.
* Conſtituit autem Nicanor, vt regi tributum, 10
quod Romanis erat dandum, duo millia ta-
lentorum, de captiuitate Iudæorum ſuppleret: C
* ſtatimque ad maritimas ciuitates miſit, con- 11
uocans ad coëmptionem Iudaicorum manci-
piorum, promittens ſe nonaginta mancipia ta-
lento diſtracturum, non reſpiciens ad vindi-
ctam, quæ eum ab Omnipotente eſſet conſe-
12 cutura. * Iudas autem vbi comperit, indica-
uit his qui ſecum erant Iudæis, Nicanoris ad-
13 uentum. * Ex quibus quidam formidantes, &
non credentes Dei iuſtitiæ, in fugam verteban-
14 tur: * alij verò ſi quid ei ſupererat vendebant,
ſimulque Dominum deprecabantur, vt eripe-
ret eos ab impio Nicanore, qui eos, priùs
15 quàm cominus veniret, vendiderat; * & ſi non
D propter eos, propter teſtamentum tamen quod
erat ad patres eorum, & propter inuocatio-
nem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ip-
16 ſos. * Conuocatis autem Machabæus ſeptem
millibus, qui cum ipſo erant, rogabat ne hoſti-
bus reconciliarentur, neque metuerent iniquè
venientium aduerſum ſe hoſtium multitudi-
17 nem, ſed fortiter contenderent, * ante oculos
habentes contumeliam, quæ loco ſancto ab
his iniuſtè eſſet illata, itemque & ludibrio ha-
bitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum
18 inſtituta conuulſa. * Nam illi quidem armis
confidunt, ait, ſimul & audacia: nos autem in
Omnipotente Domino, qui poteſt & venientes
aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nu-
19 tu delere, confidimus. * Admonuit autem eos
E & de auxiliis Dei, quæ facta ſunt erga paren-
tes: & [a] quòd ſub Sennacherib centum octo-
20 ginta quinque millia perierunt: * & de prælio,
quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt
omnes, vbi ad rem ventum eſt, Macedoni-
bus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli per-
emerunt centum viginti millia, propter auxi-
lium illis datum de cælo, & beneficia pro his
21 plurima conſecuti ſunt. * His verbis conſtantes
effecti ſunt, & pro legibus & patria mori pa-
22 rati. * Conſtituit itaque fratres ſuos duces vtri-
que ordini, Simonem, & Ioſephum, & Iona-
than, ſubiectis vnicuique millenis & quingen-
23 tenis. * Ad hoc etiam ab Eſdra lecto illo ſan-
cto libro, & dato ſigno adiutorij Dei, in pri-
24 ma acie ipſe dux commiſit cum Nicanore. * Et
facto ſibi adiutore Omnipotente, interfecerunt
ſuper nouem millia hominum: maiorem au-
tem partem exercitus Nicanoris vulneribus de-
25 bilem factam fugere compulerunt. * Pecuniis
verò eorum, qui ad emptionem ipſorum ve-
F nerant, ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti
26 ſunt, * ſed reuerſi ſunt hora concluſi: nam
erat ante ſabbatum: quam ob cauſam non per-
27 ſeuerauerunt inſequentes. * Arma autem ipſo-
rum & ſpolia congregantes, ſabbatum agebant:
benedicentes Dominum, qui liberauit eos in
iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos.
28 * Poſt ſabbatum verò, debilibus, & orphanis,
& viduis diuiſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum
29 ſuis habuere. * His itaque geſtis, & commu-
niter ab omnibus facta obſecratione, miſeri-
cordem Dominum poſtulabant, vt in finem
30 ſeruis ſuis reconciliaretur. * Et ex his, qui
cum Timotheo & Bacchide erant contra ſe
contendentes, ſuper viginti millia interfece-
runt, & munitiones excelſas obtinuerunt: &
plures prædas diuiſerunt, æquam portionem
debilibus, pupillis, & viduis, ſed & ſenioribus

a 4. Reg. 19. g. 35. Tob. 1. d. 21. Eccli. 48. d. 24. 1. Mach. 7. f. 41. Iſai. 37. g. 36.

facien-

facientes. * Et cùm arma eorum diligenter col- 31
legiſſent, omnia compoſuerunt in locis op-
portunis, reſidua verò ſpolia Ieroſolymam de-
tulerunt: * & Philarchen, qui cum Timotheo 32
erat, interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in G
multis Iudæos afflixerat. * Et cùm epinicia 33
agerent Ieroſolymis, eum, qui ſacras ianuas
incenderat, id eſt, Calliſthenem, cùm in quod-
dam domicilium refugiſſet, incenderunt, di-
gna ei mercede pro impietatibus ſuis reddita.
* Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille 34
negotiantes ad Iudæorum venditionem ad-
duxerat, * humiliatus auxilio Domini, ab his 35
quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte glo-
riæ, per mediterranea fugiens, ſolus venit
Antiochiam, ſummam infelicitatem de interi-
tu ſui exercitus conſecutus. * Et qui promiſe- 36
rat Romanis ſe tributum reſtituere de captiui-
tate Ieroſolymorum, prædicabat nunc prote-
ctorem Deum habere Iudæos, & ob ipſum
inuulnerabiles eſſe, eò quòd ſequerentur le-
ges ab ipſo conſtitutas.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

7 NOCTIBVS AD HVIVSCEMODI EXCVRSVS vte-batur Iudas, ſeu *inſidias*, ἐνέδρας. ſed perinde eſt. Prudentis Ducis eſt, noctu hoſtes aggredi, & illis parare inſidias.

8 VIDENS AVTEM PHILIPPVS. quem Antiochus Ieroſolymæ præfectum reliquerat cap. 5. verſ. 22. VIRVM AD PROFECTVM. Gotth. *ad perfectum* venire. ſ. Iudam. Parum refert, vtrouis modo legatur.

9 MISIT NICANOREM. De hoc, & de tota expeditione, lib. 1. cap. 3. verſ. 38. GORGIA VIRO MILITARI. ſeu *duce*, στρατηγοῦ, adiuncto. ET IN BELLICIS REBVS EXPERIENTISSIMO. Hoc totum non eſt in Gotth. Nicanor

11 AD MARITIMAS CIVITATES MISIT, ibi ſunt frequentes mercatores. CONVOCANS AD COEMPTIONEM IVDAICORVM MANCIPIORVM. Gotth. *ad emptionem Iudæorum mancipiorum*. Sic etiam Græcè. Iudæi orant Deum,

15 ET PROPTER INVOCATIONEM nominis Dei ſuper eos. ſ. quia vocabantur *populus Dei*, illos tueretur.

16 SEPTEM MILLIBVS conuocatis, ſeu congregatis à Iuda. Græcè, *ſex millibus*. NE HOSTIBVS. Gotth. *ne cum hoſtibus*. RECONCILIARENTVR, rogabat Iudas. Græcè, *terrerentur*, καταπλαγῶσι. Monet Iudas ſuos

20 DE PRÆLIO aduerſus Galatas in Babylone. SOCIIS HÆSITANTIBVS. Græcè, *cum Macedonibus quatuor mille, Macedonibus ſociis heſitantibus*. IPSI SEX MILLIA. ſ. Iudæi. Græcè, *octo mille*. ſuſpicor vtroque noſtram lectionem eſſe veriorem. Porrò, de hoc Galatarum bello certum conſtitui non poteſt. Videntur Galatæ, cùm ex Italia tranſierunt in Aſiam Seleuci Primi tempore, Babylonem vſque penetraſſe, & cum eo bellum geſſiſſe, Iudæos affuiſſe Regi, quem beneficum in eos extitiſſe Ioſephus ait lib. 12. cap. 3. & lib. 2. contra Apionem. Aut certè ſub Antiocho Primo, qui Seleuco ſucceſſit, hoc bellum geſtum eſt; nam fuiſſe etiam Iudæis amicum, & eorum opera in bello vſum, ex eodem Ioſepho colligitur locis citatis. Hac Iudæ monitione

22 MORI PARATI. Græcè additur, *quadripartitum exercitum fecit*.

22 MILLENIS ET QVINGENTENIS cuique fratri datis. Quòd ſi cuique agmini è quatuor, mille quingentos dedit; omnes milites ſex millia fuere; vt Græcè dicitur verſ. 16.

23 AD HOC ETIAM AB ESDRA LECTO. Græcè, *ad hoc & Eleazarum*. Quid hoc? fortè ſignificare voluit, Eleazarum etiam fratrem ſuum quarto agmini præfeciſſe Iudam.

26 REVERSI SVNT HORA CONCLVSI. Ab occaſu ſolis dies & Feſta inchoabant. Sic ob reuerentiam Sabbati, quod ſequebatur, ad veſperam tantùm inſecuti hoſtes fugientes ſunt. Poſt victoriam Iudæi orant,

29 VT IN FINEM Deus reconcilietur. i. in perpetuum.

30 EX HIS, QVI CVM TIMOTHEO ET BACCHIDE. Nouum bellum & expeditionem tangit & repetit, de quo lib. 1. cap. 5. verſ. 12. & deinceps.

33 CVM EPINICIA AGERENT. i. celebritatem pro victoria. IN IEROSOLYMIS. Græcè, *in patria*. EVM, QVI SACRAS. Sic lege, non *eos*, vt eſt in Vulgata Regia. De vno enim Calliſthene loquitur, qui ſacras ianuas incenderat, nempe templi, cum tunc combuſſiſſe.

35 DEPOSITA VESTE GLORIÆ. i. abiecto paludamento, & in veſte vulgari, Nicanor iuit Antiochiam. SVMMAM INFELICITATEM.... CONSECVTVS. Græcè, ὑπὲρ ἄκρον δυσημερήσας. Quid hoc? corruptus locus videtur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 CONTAMINABATVR. i. profanabatur.

3 COMPLANANDA. i. ſolo æquanda.

9 PATROCLI. ſ. filium. PRIMORIBVS AMICVM. pro, primariis amicis. ſ. vnum.

13 IVSTITIÆ. Græc. *vindictam*. ſ. à Deo faciendam.

15 TESTAMENTVM. i. pactum.

16 RECONCILIARENTVR. Græc. *terrerentur*.

23 AD HOC, &c. adhuc etiam & Eleazarum, ſ. præfecit, tum lecto illis, &c.

24 NOVEM. lib. 1. cap. 4. dictum *tria*. ſed illud intelligendum de primo congreſſu, id de tota pugna.

26 HORA. i. tempore.

29 IN FINEM. i. perfectè, ſeu in perpetuum, vel tandem.

33 EPINICIA. i. celebritates pro victoria.

CAPVT IX.

Antiochus à Perſepoli fugatus, dum Iudæos ad internecionem perderè meditaretur, maximis viſcerum doloribus à Deo percuſſus, cum fœtore intolerabili ſcaturientibus è corpore vermibus, poſt ſuorum criminum agnitionem, & ſerò promiſſam emendationem, miſera morte occubuit, ſcriptis ad Iudæos litteris vt filio ſuo ſubditi perſiſterent.

1 EOdem tempore Antiochus inhoneſtè re-
2 uertebatur de Perſide. * Intrauerat enim
A in eam, quæ dicitur Perſepolis, & tentauit
expoliare templum, & ciuitatem opprimere:
ſed multitudine ad arma concurrente, in fu-
gam verſi ſunt: & ita contigit vt Antiochus
3 poſt fugam turpiter rediret. * Et cùm veniſ-
ſet circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Ni-
4 canorem & Timotheum geſta ſunt. * Elatus
autem in ira, arbitrabatur ſe, iniuriam illo-
rùm qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retor-
quere: ideoque iuſſit agitari currum ſuum, ſi-
ne intermiſſione agens iter, cæleſti eum iudi-
cio perurgente, eò quòd ita ſuperbè locutus
eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem
5 ſepulchri Iudæorum eam facturum. * [n] Sed [n] 2. Par. 16. c. 9
qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael,
percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt
enim finiuit hunc ipſum ſermonem, appre-
hendit eum dolor dirus viſcerum, & amara
6 internorum tormenta: * & quidem ſatis iuſtè,
quippe qui multis & nouis cruciatibus alio-
rum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à
7 ſua malitia ceſſaret. * Super hoc autem ſu-
perbia repletus, ignem ſpirans animo in Iu-
dæos, & præcipiens accelerari negotium, con-
tigit illum impetu euntem de curru cadere, &

graui corporis colliſione membra vexari. * Iſque 8
qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris im- B
perare, ſupra humanum modum ſuperbia re-
pletus, & montium altitudines in ſtatera ap-
pendere, nunc humiliatus ad terram in ge-
ſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem
in ſemetipſo conteſtans: * ita vt de corpore 9
impij vermes ſcaturirent, ac viuentis in do-
loribus carnes eius effluerent, odore etiam il-
lius & fœtore exercitus grauaretur. * & qui 10
paulò antè ſidera cæli contingere ſe arbitra-
batur, eum nemo poterat propter intoleran-
tiam fœtoris portare. * Hinc igitur cœpit ex 11
graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui ve-
nire, diuina admonitus plaga, per momenta
ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus.
* & cùm nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre 12
poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo,
& mortalem non paria Deo ſentire. * Ora- 13
bat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non
eſſet miſericordiam conſecuturus. * Et ciui- 14
tatem, ad quam feſtinans veniebat vt eam ad
ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſto-
rum faceret, nunc optat liberam reddere:
* & Iudæos, quos nec ſepultura quidem ſe 15
dignos habiturum, ſed auibus ac feris diri- C
piendos traditurum, & cum paruulis exter-
minaturum dixerat, æquales nunc Athenien-
ſibus facturum pollicetur: * templum etiam 16
ſanctum, quod priùs expoliauerat, optimis
donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplica-
turum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de
redditibus ſuis præſtaturum: * ſuper hæc, & 17
Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ
perambulaturum, & prædicaturum Dei pote-
ſtatem. * Sed non ceſſantibus doloribus (ſuper- 18
uenerat enim in eum iuſtum Dei iudicium)
deſperans ſcripſit ad Iudæos in modum depre-
cationis epiſtolam hæc continentem:
* OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam ſa- 19
lutem, & benè valere, & eſſe felices, rex &
princeps Antiochus. * Si benè valetis, & filij 20
veſtri, & ex ſententia vobis cuncta ſunt, maxi-
mas agimus gratias. * Et ego in infirmitate 21
conſtitutus, veſtri autem memor benignè, re-
uerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui
apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi
vtilitate curam habere: * non deſperans me- 22
metipſum, ſed ſpem multam habens effugien-
di infirmitatem. * Reſpiciens autem quòd & 23
pater meus, quibus temporibus in locis ſupe- D
rioribus ducebat exercitum, oſtendit qui poſt
ſe ſuſciperet principatum: * vt ſi quid con- 24
trarium accideret, aut difficile nuntiaretur,
ſcientes hi qui in regionibus erant, cui eſſet
rerum ſumma derelicta, non turbarentur.
* Ad hæc conſiderans de proximo potentes 25
quoſque & vicinos temporibus inſidiantes, &
euentum expectantes, deſignaui filium meum
Antiochum regem, quem ſæpè recurrens in
ſuperiora regna multis veſtrûm commenda-
bam: & ſcripſi ad eum quæ ſubiecta ſunt.
* Oro itaque vos & peto, memores beneficio- 26
rum publicè & priuatim, vt vnuſquiſque con-
ſeruet fidem ad me & ad filium meum. * Con- 27
fido enim, eum modeſtè & humanè acturum,
& ſequentem propoſitum meum, & commu-
28 nem vobis fore. * Igitur homicida & blaſphe-
mus peſſimè percuſſus, & vt ipſe alios tracta-
uerat, peregrè in montibus miſerabili obitu vi-
29 ta functus eſt. * Transferebat autem corpus
Philippus collactaneus eius, qui metuens filium
Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in
Ægyptum abiit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ANTIOCHVS INHONESTE REVERTEBATVR. Hoc capite agitur de morte Antiochi; de qua libro 1. cap. 6. quæ vtrobique dicuntur, concilianda ſunt.

2 INTRAVERAT ENIM IN EAM, QVÆ DICITVR PERSEPOLIS. *Elymaidem* in primo libro. Sed erat ciuitas binomia. IN FVGAM VERSI SVNT. Antiochi ſ. milites. POST FVGAM TVRPITER REDIRET. Sic contigit. Quò? *in Babyloniam* dicitur in 1. libro. Non manſit ibi tamen, nec ibi mortuus eſt; nam cùm veniſſet circa Ecbatanam, cognouit victos in Iudæa eius duces. In Perſide id nuntiatum dicit 1. liber. Verùm Ecbatana metropolis Mediæ ſeu Perſidis erat. Nomina harum prouinciarum, Mediæ, Perſidis, Babylonia, non ſemel in his Libris confunduntur.

4 ELATVS AVTEM IN IRA. ſeu, *elatus autem ira*, vt eſt Goth. & Græcè.

7 DE CVRRV CADERE contigit ipſum. De hoc Antiochi caſu nihil in 1. libro, ſed neque negatur contigiſſe. Idem dico de iis quæ tribus conſequentibus verſibus continentur, vermibus, carnis defluxione, fœtore.

9 VIVENTIS IN DOLORIBVS CARNES. Sic lege, non *viuentes*, vt Regia & Louan. *in dolore*. i. præ dolore, carnes effluerent. Antiochus minabatur, vt

14 SEPVLCHRVM CONGESTORVM FACERET. ſ. Ieroſolymam. Græcè, *cœmeterium ædificares*. nempe præ multitudine eorum quos occidere cogitabat. Antiochus Iudæis ſcribit:

20 MAXIMAS AGIMVS GRATIAS. ſ. *Deo*, vt Græcè eſt in Romanis, nam in Regiis Græcis hoc totum deeſt; ſine quo tamen oratio manet ecliptica & truncata.

21 EGO IN INFIRMITATE CONSTITVTVS. Græcè, *in cælo ſpem habens*. Si vtrumque iungas plena & plana erit oratio. Oro vt quiſque

26 CONSERVET FIDEM. Græcè, *exiſtentem*. i. ſolitam beneuolentiam erga me & filium.

28 PEREGRE IN MONTIBVS periit. Quibus? Diuinare non oportet. Certè non Babylone, vt pleriquc volunt; niſi per Babylonem, totam prouinciam intelligas. Nam egreſſus ex ea vrbe, cognouit res in Iudæa geſtas, cùm feſtinaret vt Iudæos puniret, in itinere oppreſſus morbo & extinctus eſt, anno 149. Regnauit annis vndecim, ex Euſebio intellige integros, attigit duodecimum.

29 PHILIPPVS COLLACTANEVS curauit funus, deportato corpore Babylonem. Sic arbitror. Hic eſt Philippus, cui Antiochus ſub mortem dedit diadema, ſtolam, & annulum, vt ea ſ. ferret ad filium. Illi item regni curam commendauit, vt libro 1. cap. 6. verſ. 14. Ille tamen metuens filium, ad Ptolemæum in Ægyptum abiit, priùs ſ. nam deinde in Syriam rediit, & Antiochiam occupauit, vti eo capite 6. verſ. 55. narratur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

12 PARIA DEO SENTIRE. i. ſe Deo exæquare.

20 GRATIAS. ſ. Deo.

25 INSIDIANTES. Græc. *attendentes*. q. d. occaſioni intentos.

27 ET COMMVNEM. Græc. *obſequentem*. ſ. benignum, ſeu beneuolum.

28 MONTIBVS. ſ. Babyloniæ. Vide lib. 1. cap. 16.

CAPVT X.

Iudas Machabæus, purgatis templo ac ciuitate, octo diebus ſollemnitatem celebrat, & quotannis celebrandam ordinat: Eupator Antiocho patri in regno ſuccedens, Ptolemæo veneno extincto, Gorgiam ducem locorum conſtituit, Iudæos ſæpiùs pugna moleſtantem: Iudas & hunc & Timotheum variaſque hoſtium munitiones deuincunt, occiſis plurimis millibus, quinque etiam equitibus de cælo apparentibus, qui Iudæis in auxilium venerant.

MAchabæus autem, & qui cum eo erant, 1
Domino ſe protegente, templum qui- A
dem, & ciuitatem recepit: *aras autem, quas 2
alienigenæ per plateas extruxerant, itemque
delubra demolitus eſt. * & purgato templo, 3
aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus
igne concepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incenſum, & lucernas, & panes
propoſitionis poſuerunt. *Quibus geſtis, ro- 4
gabant Dominum proſtrati in terram, ne ampliùs talibus malis inciderent: ſed &, ſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitiùs corriperentur, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. * Qua die autem templum 5
ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigeſima quinta
menſis, qui fuit Caſleu. *Et cum lætitia die- 6
bus octo egerunt in modum tabernaculorum, B
recordantes quòd ante modicum temporis,
diem ſollemnem tabernaculorum in montibus & in ſpeluncis more beſtiarum egerant.
*Propter quod thyrſos, & ramos virides, & 7
palmas præferebant ei, qui proſperauit mundari locum ſuum. *Et decreuerunt commu- 8
ni præcepto & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum, omnibus annis agere dies iſtos. *Et 9
Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis,
vitæ exceſſus ita ſe habuit. * Nunc autem de 10
Eupatore Antiochi impij filio, quæ geſta ſunt
narrabimus, breuiantes mala, quæ in bellis
geſta ſunt. * Hic enim ſuſcepto regno, con- 11
ſtituit ſuper negotia regni Lyſiam quemdam, C
Phœnicis & Syriæ militiæ principem. *Nam 12
Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti tenax
erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. *Sed ob hoc accuſatus 13
ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter
proditor audiret, eò quòd Cyprum creditam
ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit. * Gorgias autem, 14
cùm eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. *Iudæi verò, qui 15
tenebant opportunas munitiones, fugatos ab
Ieroſolymis ſuſcipiebant, & bellare tentabant.
*Hi verò qui erant cum Machabæo, per ora- 16
tiones Dominum rogantes vt eſſet ſibi adiu- D
tor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: *multaque vi inſiſtentes, loca obtinue- 17
runt, occurrentes interemerunt, & omnes ſimul non minùs viginti millibus trucidauerunt. *Quidam autem, cùm confugiſſent in 18
duas turres valdè munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, * Macha- 19
bæus ad eorum expugnationem, relicto Simone, & Ioſepho, itemque Zachæo, eiſque qui
cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas, quæ
ampliùs perurgebant, pugnas conuerſus eſt.
20 *Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate
ducti, à quibuſdam qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecunia: & ſeptuaginta millibus di-
E drachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effu-
21 gere. *Cùm autem Machabæo nuntiatum eſſet quod factum eſt, principibus populi congregatis, accuſauit, quòd pecunia fratres ven-
22 didiſſent, aduerſariis eorum dimiſſis. *Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim
23 duas turres occupauit. *Armis autem ac manibus omnia proſperè agendo, in duabus munitionibus plus quàm viginti millia peremit.
24 *At Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Aſiano, adue-
25 nit quaſi armis Iudæam capturus. * Machabæus autem, & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput
terra aſpergentes, lumboſque ciliciis præcincti,
26 *ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, &
27 aduerſariis aduerſaretur, ſicut lex dicit. *Et ita
F poſt orationem, ſumptis armis, longiùs de ciuitate procedentes, & proximi hoſtibus effe-
28 cti, reſederunt. *Primo autem ſolis ortu vtrique commiſerunt: iſti quidem victoriæ & proſperitatis ſponſorem cum virtute Dominum
habentes: illi autem ducem belli animum ha-
29 bebant. *Sed, cùm vehemens pugna eſſet, apparuerunt aduerſariis de cælo viri quinque in
equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis
30 præſtantes: *ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum incolumem conſeruabant: in aduerſarios autem
tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate
confuſi, & repleti perturbatione cadebant.
31 *Interfecti ſunt autem viginti millia quingen-
32 ti, & equites ſexcenti. *Timotheus verò confugit in Gazaram præſidium munitum, cui
33 præerat Chæreas. *Machabæus autem, & qui
G cum eo erant, lætantes obſederunt præſidium
34 diebus quattuor. *At hi qui intus erant, loci
firmitate confiſi, ſupra modum maledicebant,
35 & ſermones nefandos iactabant. *Sed cùm
dies quinta illuceſceret, viginti iuuenes ex his
qui cum Machabæo erant, accenſi animis propter blaſphemiam, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant:
36 *ſed & alij ſimiliter aſcendentes, turres portaſque ſuccendere aggreſſi ſunt, atque ipſos
37 maledicos viuos concremare. *Per continuum
autem biduum præſidio vaſtato, Timotheum
occultantem ſe, in quodam repertum loco
peremerunt: & fratrem illius Chæream &
38 Apollophanem occiderunt. *Quibus geſtis, in
hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſrael, & victoriam
dedit illis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 MACHABÆVS AVTEM. Hoc capite agitur de templi purificatione, de qua lib. 1. cap. 4. verſ. 36. Verùm ibi ponitur ante mortem Antiochi, poſt victoriam de Lyſia partam, vti verè accidit: hic autem poſt eius obitum, non ſeruato ordine temporis; quod ſæpè fit in hiſtoria, vt nexus rerum quæ narrantur, ſeruetur.

tur. Victo Nicanore nuntius ad Antiochum venit; ex eo morbus eſt conſecutus, & mors. Pòſt narratur templi purificatio priùs facta.

De ignitis lapidibus igne concepto. Græcè, *& incendentes lapides, & ignem ex iis accipientes. Ignitos lapides* ſilices intelligo, qui intra ſe videntur ignem continere, & ferro percuſſi igne accendi. Græcè πύριον, Latinè *ignarium*, Italicè *focile*. Ab igne vocatur lapis is & ferrum, quibus colliſis inter ſe, ignis excutitur. Nolebant igne communi & profano vti, ſed nouo & recèns excuſſo. Sic inter nos fit, cùm Sabbato ſancto nouus ignis accenditur. Sacrificia obtvlervnt post biennivm. Poſt triennium, ex quo templum fuit profanatum, vt lib. 1. c. 4. v. 52. diximus: poſt biennium autem, ex quo Mathathias obiit, & Iudas illi ſucceſſit. Obiit Mathathias anno 146. lib. 1. c. 2. v. 70. templum repurgatum eſt anno 148. ſic lib. 1. c. 4. v. 52. 3

Egervnt in modvm tabernacvlorvm. Ecce quare Feſtum dedicationis vocatur Scenopegia, 1. cap. huius libri. Canebant Hoſanna in modum noſtræ Litaniæ, quod fit in Feſto tabernaculorum, vt patet ex Hebræorum Rituali; ferebant etiam ramos virides & palmas, vti in hac dedicatione fecerunt. 6

Thyrsos.... præferebant. Ij ſunt haſtæ frondibus veſtitæ quas in Bacchi etiam feſtis Græci ferebant. 7

Omnibvs annis agere dies istos. A die 25. menſis *Caſleu*. i. Nouembri extremo, per octo dies; lib. 1. cap. 4. verſ. 59. Sic hodie fit, vt ex eorum Kalendario notum eſt. Ioan. 10. verſ. 22. de his Encæniis & dedicatione loquitur. Porrò à Ioſepho lib. 12. c. 10. *Feſtum luminum* vocatur, quòd poſt denſas malorum tenebras lux tunc illi populo apparuit. 8

Ivsti tenax erga Ivdæos. Sic lege ſine commate. 12
Præcipve propter iniqvitatem. i. multiplices iniurias, quæ Iudæis ſuperiori tempore erant factæ, ſe illis Ptolemæus hic benignum exhibebat. Hinc ſumpta occaſione,

Accvsatvs ab amicis. ſ. Regis Ptolemæus hic, quòd in Ptolemæum Eupatorem, & pòſt in Antiochum proditor extitiſſet. Cvm freqventer proditor avdiret. i. vocaretur, ipſe ſibi mortem conciuit. 13

Ivdæi vero. Græcè, *Idumæi*. ſuſpicor eſſe hanc veram lectionem, eoſque perfugas Iudæorum ſuis arcibus accepiſſe. 15

Qvidam avtem. Græcè additur. *non minùs nouem millibus, cùm fugiſſent in duas turres.* ſ. ex Idumæis. 18

Septvaginta millibvs didrachmis. Græcè, *drachmis*. Simonis milites corrupti ſunt. 20

Dvcem belli animvm habebant. i. in ſua audacia fidentes, vt Iudæi in Deo. 28

Diebvs qvattvor. obſederunt Gazaræ præſidium. Græcè, *quatuor & viginti*. Sic in Regiis; in Rom. tamen, *diebus quatuor*. 33

Per continvvm avtem bidvvm præsidio vastato. Græcè, *qui autem portas fregerunt, reliquas copias intromittentes occupauerunt ciuitatem.* In qvodam repertvm loco Timotheum occiderunt. Græcè, *occultum in quodam lacu* ſeu *foſſa*. An ex *lacu* per incuriam *locus* eſt factus? 37

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Biennivm. ſ. à deſtructione. Not. verò, id etſi narratur poſt mortem Antiochi, priùs tamen contigiſſe. Vide lib. 1. cap. 4. 3

Caslev. ſ. Nouembris. 5

Thyrsos. i. virgulta, vel haſtas frondibus ornatas. 7
Ei. ſ. canentes. Prosperavit mvndari. i. dedit proſperitatem mundandi.

Philometore. ſ. Rege Ægypti. Ab eo. ſ. Philometore. Veneno. ſ. vltrò accepto. 13

Ivdæi. Græc. *Idumæi*. Fvgatos. ſ. ab Iudæis ob crimina, ſeu transfugas. 15

Crepidinem. ſ. baſim, ſeu inferiorem extremitatem. Dicit. i. pollicetur. ſ. *inimicus ero inimicis tuis*, &c. Exod. 23. 26

Loco. Græc. *lacu*. 37

CAPVT XI.

Iudas Machabæus ferocis Lyſiæ maximum proſtrauit exercitum, fretus auxilio miſſi cæliтus equitis; quod animaduertens Lyſias pacem inter Iudæos & regem componit: referuntur epiſtolæ Lyſiæ, Antiochi, ac Romanorum ad Iudæos, & Antiochi ad Lyſiam pro Iudæis.

1 Sed paruo pòſt tempore, Lyſias procurator
A regis, & propinquus, ac negotiorum præpo-
2 ſitus, grauiter ferens de his quę acciderant, congregatis
octoginta millibus, & equitatu vniuer-
ſo, veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimans ſe ciui-
tatem quidem captam Gentibus habitaculum
3 facturum, templum verò in pecuniæ quæſtum,
ſicut cetera delubra Gentium, habiturum, & per
4 ſingulos annos vænale ſacerdotium: nuſquam
recogitans Dei poteſtatem, ſed mente effræna-
tus, in multitudine peditum, & in millibus equi-
5 tum, & in octoginta elephantis confidebat. In-
greſſus autem Iudæam, & appropians Bethſuræ,
quæ erat in anguſto loco, ab Ieroſolyma inter-
uallo quinque ſtadiorum, illud præſidium ex-
6 pugnabat. Vt autem Machabæus, & qui cum
B eo erant, cognouerunt expugnari præſidia, cum
fletu & lacrymis rogabant Dominum, & omnis
turba ſimul, vt bonum Angelum mitteret ad ſa-
7 lutem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus, ſum-
ptis armis, ceteros adhortatus eſt ſimul ſecum
periculum ſubire, & ferre auxilium fratribus
8 ſuis. Cumque pariter prompto animo proce-
derent, Ieroſolymis apparuit præcedens eos
eques in veſte candida, armis aureis haſtam vi-
9 brans. Tunc omnes ſimul benedixerunt mi-
ſericordem Dominum, & conualuerunt ani-
mis: non ſolùm homines, ſed & beſtias ferociſ-
10 ſimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibant
C igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, &
11 miſerantem ſuper eos Dominum. Leonum
autem more impetu irruentes in hoſtes, pro-
ſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, &
12 equitum mille ſexcentos: vniuerſos autem in
fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati
nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fu-
13 giens euaſit. Et quia non inſenſatus erat, ſecum
ipſe reputans, factam erga ſe diminutionem, &
intelligens inuictos eſſe Hebræos, omnipotentis
14 Dei auxilio innitentes, miſit ad eos: promiſit-
que ſe conſenſurum omnibus quæ iuſta ſunt, &
15 regem compulſurum amicum fieri. Annuit
autem Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus
vtilitati conſulens: & quæcumque Machabæus
16 ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea rex conceſſit. Nam
erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ à Lyſia quidem
hunc modum continentes:
Lysias populo Iudæorum ſalutem.
17 Ioannes & Abeſalom, qui miſſi fuerant à vobis,
D tradentes ſcripta, poſtulabant vt ea, quę per illos
18 ſignificabantur, implerem. Quæcumque igi-
tur regi potuerunt perferri, expoſui: & quæ res
19 permittebat conceſſit. Si igitur in negotiis fi-
dem conſeruaueritis, & deinceps bonorum vo-
20 bis cauſa eſſe tentabo. De ceteris autem per
ſingula verbo mandaui, & iſtis, & his qui à me
21 miſſi ſunt, colloqui vobiſcum. Benè valete.
Anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis
Dioſcori die vigeſima & quarta.

Regis

* Regis autem epiſtola iſta continebat: 22
Rex Antiochus Lyſiæ fratri ſalutē. *Patre no- 23
ſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos, qui
ſunt in regno noſtro, ſine tumultu agere, & re-
bus ſuis adhibere diligentiā, *audiuimus Iudæos 24
non conſenſiſſe patri meo vt transferrentur ad
ritum Græcorum, ſed tenere velle ſuum inſti-
tutum, ac propterea poſtulare à nobis concedi
ſibi legitima ſua. *Volentes igitur hanc quoque 25
gentem quietam eſſe, ſtatuentes iudicauimus,
templum reſtitui illis, vt agerent ſecundùm ſuo-
rum maiorum conſuetudinem. *Benè igitur fe- 26
ceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis: vt
cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, &
vtilitatibus proprijs deſeruiant.
*Ad Iudæos verò regis epiſtola talis erat: 27
Rex Antiochus ſenatui Iudæorum, & cete- F
ris Iudæis ſalutem. *Si valetis, ſic eſtis vt volu- 28
mus: ſed & ipſi benè valemus. *Adijt nos Me- 29
nelaus, dicens velle vos deſcendere ad veſtros,
qui ſunt apud nos. *His igitur, qui commeant 30
vſque ad diem trigeſimum menſis Xanthici,
damus dextras ſecuritatis, *vt Iudæi vtantur ci- 31
bis & legibus ſuis, ſicut & priùs: & nemo eorum
vllo modo moleſtiam patiatur de his quæ per
ignorantiam geſta ſunt. *Miſimus autem & 32
Menelaum, qui vos alloquatur. *Valete. Anno 33
centeſimo quadrageſimo octauo, Xanthici
menſis quintadecima die.
*Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam, 34
ita ſe habentem:
Qvintvs Memmius & Titus Manilius,
legati Romanorum, populo Iudæorum ſalu-
tem. *De his, quæ Lyſias cognatus regis con- 35
ceſſit vobis, & nos conceſſimus. *De quibus G
autem ad regem iudicauit referendum, confe- 36
ſtim aliquem mittite, diligentiùs inter vos con-
ferentes, vt decernamus, ſicut congruit vobis:
nos enim Antiochiam accedimus. *Ideóque fe- 37
ſtinate reſcribere, vt nos quoque ſciamus cuius
eſtis voluntatis. *Benè valete. Anno centeſimo 38
quadrageſimo octauo, quintadecima die menſis
Xanthici.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

APPARVIT. ſ. Angelus. ARMIS AVREIS HASTAM VIBRANS. Sic meliùs quàm Græca: *Armaturam auream vibrans*. Haſta vibratur, non arma. 8

ANNO CENTESIMO QVADRAGESIMO OCTAVO, MENSIS DIOSCORI DIE VIGESIMA ET QVARTA. 21 Duplex nodus; alter de anno, de nomine menſis alter. Menſem poſter *Dioſcorum* vocat, *Dioſcorinthion* Græcè. .i. *Iouis Corinthij*. Quæ nomina in nullo Kalendario aut alio prorſus loco inuenio. niſi fortè *Dioſcori* Caſtor & Pollux quia gemini erant, eos pro ſigno ſic dicto ſumit, & pro menſe Maio in quo Gemini dominantur. De anno maior difficultas. Antiochus Epiphanes obijt anno 149. vt dicitur l. 1. c. 6. v. 16. quomodo poſt eius mortem, rerum potiente eius filio Antiocho Eupatore, epiſtolæ, quæ hic ponuntur, ſcribi potuerunt anno 148? Multi multa dicunt; ſed quoniam de ſuo capite omnes, nullo veterum teſtimonio, facilè reijci poſſunt. Illud dico, in annorum computatione frequenter Scriptores diſcrepare, neque vnius aut duorum annorum magnum eſſe diſcrimen. Primi libri & ſecundi non eſt idem Auctor; potuerunt ſuæ computationis non idem habere principium, à Seleuci primo alterum anno inchoare cùm Babylonem obtinuit, alios ex eo tempore cùm totam prouinciam ſubegit. Inter nos, in computatione annorum Chriſti, alij ab Incarnatione ſumunt principium, alij à Natiuitate, diſcrepantes vno anno, nouem prorſus menſibus anni. Quidam annos completos ſequuntur, inchoatos alij. Indictionum annos Imperatores à Septembris die 24. Pontifices à Natiuitate Domini inchoant & numerant. Itaque non eſt mirum, ſi anni in primo poſiti & eorum ratio ab annis ſecundi libri & eorum numero differunt. Qui plura voluerit, Serarium hoc loco legat, aut Ioſephum Stephanum in quartum primi Libri Machabæorum caput, aut etiam Scaligerum de Emendatione temporum.

30 VSQVE AD DIEM TRIGESIMVM MENSIS XANTHICI. Menſis eſt Macedonicus noſtro Aprili reſpondens. Vſque ad eam diem dat facultatem Rex Ieroſolymitanis inuiſendi alios Iudæos, qui erant per eius regnum diſperſi.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PROPINQVVS. i. cognatus.
5 ANGVSTO. Græc. *munito, ſeu forti*.
21 DIOSCORI. i. Iunij.
26 DEXTERAM DEDERIS. i. cùm eis pacem feceris, ſeu concordiam.
30 XANTHICI. i. Aprilis.

CAPVT XII.

Iudas ac duces ipſius diuino freti auxilio pugnant feliciter aduerſus Ioppitas, Iamnitas, Arabes, Caſpin & Ephron ciuitates; item aduerſus Timotheum habentem ingentem exercitum, aduerſus præſidium Carnion, & Gorgiam: occiſis autem quibuſdam Iudæis, qui de donarijs idolorum ſuſtulerant, Iudas curat pro ipſorum peccatis offerri ſacrificium.

1 HIs factis pactionibus, Lyſias pergebat ad
A regem, Iudæi autem agriculturæ ope-
2 ram dabant. *Sed hi qui reſederant, Timo-
theus, & Apollonius Gennæi filius, ſed & Hie-
ronymus, & Demophon ſuper hos, & Nica-
nor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilentio
3 agere, & quiete. *Ioppitæ verò tale quoddam
flagitium perpetrarunt: rogauerunt Iudæos,
cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas,
quas parauerant, cum vxoribus & filijs, quaſi
4 nullis inimicitijs inter eos ſubiacentibus. *Se-
cundùm commune itaque decretum ciuitatis,
& ipſis acquieſcentibus, pacíſque cauſa nihil
ſuſpectum habentibus: cùm in altum proceſ-
ſiſſent, ſubmerſerunt non minùs ducen-
5 tos. *Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis
homines factam vt cognouit, præcepit viris,
qui erant cum ipſo: & inuocato iuſto iudice
6 Deo, *venit aduerſus interfectores fratrum,
& portum quidem noctu ſuccendit, ſcaphas
exuſſit, eos autem, qui ab igne refugerant, gla-
7 dio peremit. *Et cùm hæc ita egiſſet, diſceſſit
B quaſi iterùm reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas
8 eradicaturus. *Sed cùm cognouiſſet & eos, qui
erant Iamniæ, velle pari modo facere habitanti-
9 bus ſecum Iudæis, *Iamnitis quoque nocte ſu-
peruenit, & portum cum nauibus ſuccendit: ita
vt lumen ignis appareret Ieroſolymis à ſtadijs
10 ducentis quadraginta. *Inde cùm iam abiiſſent
nouem ſtadijs, & iter facerent ad Timotheum,
commiſerunt cum eo Arabes, quinque mil-
11 lia viri, & equites quingenti. *Cumque pugna
valida fieret, & auxilio Dei proſperè ceſſiſſet,
reſidui Arabes victi, petebant à Iuda dextram
ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos, &

in ceteris profuturos. * Iudas autem, arbitratus 12
verè in multis eos vtiles, promiſit pacem: dex-
triſque acceptis, diſceſſere ad tabernacula ſua.
* Aggreſſus eſt autem & ciuitatem quamdam 13
firmam, pontibus muriſque circumſeptam,
quæ à turbis habitabatur Gentium promiſcua- C
rum, cui nomen Caſphin. * Hi verò qui intus 14
erant, confidentes in ſtabilitate murorum, &
apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, ma-
ledictis laceſſentes Iudam, & blaſphemantes,
ac loquentes quæ fas non eſt. * Machabæus 15
autem, inuocato magno mundi Principe,
qui ſine arietibus & machinis * temporibus
Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter mu-
ris: * & capta ciuitate per Domini voluntatem, 16
innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens ſta-
gnum ſtadiorum duorum latitudinis, ſangui-
ne interfectorum fluere videretur. * Inde diſ- 17
ceſſerunt ſtadia ſeptingenta quinquaginta, &
venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tu-
bianæi, Iudæos: * & Timotheum quidem in 18
illis locis non comprehenderunt, nulloque
negotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quo-
dam loco firmiſſimo præſidio. * Doſitheus au- 19
tem & Soſipater, qui erant duces cum Ma-
chabæo, peremerunt à Timotheo relictos in
præſidio, decem millia viros. * At Machabæus, 20
ordinatis circum ſe ſex millibus, & conſtitu-
tis per cohortes, aduerſus Timotheum pro-
ceſſit, habentem ſecum centum viginti mil-
lia peditum, equitumque duo millia quingen-
tos. * Cognito autem Iudæ aduentu, Timo- 21
theus præmiſit mulieres, & filios, & reliquum D
apparatum, in præſidium, quod Carnion di-
citur: erat enim inexpugnabile, & acceſſu dif-
ficile propter locorum anguſtias. * Cumque 22
cohors Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſti-
bus incuſſus eſt, ex præſentia Dei, qui vniuer-
ſa conſpicit, & in fugam verſi ſunt alius ab
alio, ita vt magis à ſuis deijcerentur, & gladio-
rum ſuorum ictibus debilitarentur. * Iudas 23
autem vehementer inſtabat puniens profanos,
& proſtrauit ex eis triginta millia virorum. * Ipſe 24
verò Timotheus incidit in partes Doſithei &
Soſipatris: & multis precibus poſtulabat vt
viuus dimitteretur, eò quòd multorum ex
Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos mor-
te eius decipi eueniret. * Et cùm fidem dediſ- 25
ſet reſtituturum ſe eos ſecundùm conſtitutum,
illæſum eum dimiſerunt propter fratrum ſa-
lutem. * Iudas autem egreſſus eſt ad Carnion, 26
interfectis vigintiquinque millibus. * Poſt ho- E
rum fugam, & necem, mouit exercitum ad 27
Ephron ciuitatem munitam, in qua multitu-
do diuerſarum gentium habitabat: & robuſti
iuuenes pro muris conſiſtentes fortiter repu-
gnabant: in hac autem machinæ multæ, &
telorum erat apparatus. * Sed, cùm omnipo- 28
tentem inuocaſſent, qui poteſtate ſua vires
hoſtium confringit, ceperunt ciuitatem: &
ex eis qui intus erant, vigintiquinque millia
proſtrauerunt. * Inde ad ciuitatem Scytharum 29
abierunt, quæ ab Ieroſolymis ſexcentis ſtadijs
aberat. * Conteſtantibus autem his, qui apud 30
Scythopolitas erant, Iudæis, quòd benignè
ab eis haberentur, etiam temporibus infelicita-
31 tis quòd modeſtè ſecum egerint: * gratias agen-
F tes eis, & exhortati etiam de cetero erga genus
ſuum benignos eſſe, venerunt Ieroſolymam
32 die ſollemni ſeptimanarum inſtante. * Et poſt
Pentecoſten abierunt contra Gorgiam præpo-
33 ſitum Idumææ. * Exiuit autem cum peditibus
tribus millibus, & equitibus quadringentis.
34 * Quibus congreſſis, contigit paucos ruere Iu-
35 dæorum. * Doſitheus verò quidam de Baceno-
ris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: &, cùm
vellet illum capere viuum, eques quidam de
Thracibus irruit in eum, humerumque eius
amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mare-
36 ſa. * At illis, qui cum Eſdrin erant, diutiùs
pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Do-
37 minum adiutorem & ducem belli fieri: * inci-
piens voce patria, & cum hymnis clamorem ex-
38 tollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit. * Iu-
das autem collecto exercitu venit in ciuitatem
Odollam: &, cùm ſeptima dies ſuperueniret,
ſecundùm conſuetudinem purificati, in eodem
39 loco ſabbatum egerunt. * Et ſequenti die venit
cum ſuis Iudas, vt corpora proſtratorum tolle-
ret, & cum parentibus poneret in ſepulchris pa-
40 ternis. * Inuenerunt autem ſub tunicis interfe-
ctorum de donarijs idolorum, quæ apud Iam-
G niam fuerunt, * à quibus lex prohibet Iudæos: * Deut. 7. d. 25
omnibus ergo manifeſtum factum eſt, ob hanc
41 cauſam eos corruiſſe. * Omnes itaque benedi-
xerunt iuſtú iudicium Domini, qui occulta fe-
42 cerat manifeſta. * Atque ita ad preces conuerſi,
rogauerunt, vt id quod factum erat delictum
obliuioni traderetur. At verò fortiſſimus Iudas
hortabatur populum conſeruare ſe ſine pecca-
to, ſub oculis videntes quæ facta ſunt pro pec-
43 catis eorum qui proſtrati ſunt. * Et facta colla-
tione, duodecim millia drachmas argenti miſit
Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum
ſacrificium, benè & religiosè de reſurrectione
44 cogitans. (* niſi enim eos, qui ceciderant, reſur-
recturos ſperaret, ſuperfluum videretur & va-
45 num orare pro mortuis) * & quia conſiderabat
quòd hi, qui cum pietate dormitionem accepe-
rant, optimam haberent repoſitam gratiam.
46 * Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defun-
ctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 TIMOTHEVS. Alius ab eo qui c. 10. occiſus eſt v. 37. Nec *Apollonius* de quo hîc, eſt ille de quo lib. 1. c. 3. actum eſt. Eadem nomina, homines alij. Ergo hi Iudæos quieſcere non ſinebant.

6 EOS AVTEM, QVI AB IGNE REFVGERANT. Græcè, *eos autem qui illuc confugerunt*, peremit Iudas ſ.

7 ET CVM HÆC ITA EGISSET. Græcè, *& oppido clauſo diſceſſit*.

9 A STADIIS DVCENTIS QVADRAGINTA. Eo ſpatio Iamnia vrbs maritima Iudææ diſtabat ab vrbe Ieruſalem, nempe triginta paſſuũ millibus, itinere vnius diei.

11 RESIDVI ARABES. Græcè, *Nomades Arabes villi*. Sic vocantur, quoniam more paſtorum in agris verſantur, nulla certa ſede. PROMITTENTES SE PASCVA DATVROS. ſeu *pecora*, [illegible] βοσκήματα, Iudæ ſ. militibus.

14 LOQVENTES QVÆ FAS NON EST, ſupple, *dicere*, ex Gorione l. 3. c. 8. vbi de hoc bello & hac vrbe agit. Ergo qui in turri erant, conuitiabantur Iudæis.

17 AD EOS QVI DICVNTVR TVBIANÆI iuit Iudas. Qui hi, aut quo loco? non explicatur. ſolùm ait, ab vrbe Caſphin diſtare ſtadia 750. nẽpe fermè centũ millibus.

In

In fugam versi sunt alius ab alio, ſiue *alius* 22
alio, vt eſt Græcè.
Quos morte eius decipi eveniret. ſpe ſalu- 24
tis ablata, quam viuo Timotheo ſperabant.
Iudas autem egressus est ad Carnion. Sic 26
Græcè. Regia & Louan. *regreſſus eſt a Carnion*. Malè.
Movit exercitum ad Ephron. Ciuitas Sama- 27
riæ, quæ *Sichem* & *Salem*, & deinde *Neapolis* dicta eſt.
Die solemni septimanarum instante vene- 31
runt Ieruſalem. Hoc eſt feſtum Pentecoſtes, vt dicitur
verſu proximo; de quo Leuit. 23. v. 15. In eo Legis datæ
memoriam Iudæi celebrant.
Exivit autem. Quis? Gorgias cum peditum tri- 33
bus millibus.
Sequenti die venit cum suis Iudas. Græcè, 39
ſequenti die venerunt qui circa Iudam, quo tempore vti-
litas fuit. i. cùm licuit, tranſacto ſ. Sabbato.
Delictum oblivioni traderetur. ſ. eorum 42
qui idolorum dona habebant. Græcè, *omnino deleretur*,
culpa ſ. & pœna remiſſis. Gotth. *obliterarētur*.
Duodecim millia drachmas. Græcè, *Argenti* 43
duo millia drachmas miſit Iudas Ieruſalem. leue do-
num Proſper l. de Prædictionibus, p. 2. c. vlt. *duodecim*
millia talenta Iudam miſiſſe ait; pro *drachmis* nempe
talenta ſubſtituens. Bene et religiose. Καλῶς καὶ
ἀστείως, *pulchrè & honeſte* de reſurrectione cogitans.
Salubris est cogitatio pro defunctis exo- 46
rare. Græcè, *pia cogitatio, vnde pro mortuis propitia-*
tionem fecit, vt à peccatis ſolueretur. i. à pœnis pro
peccato debitis. Hic hærent hæretici, & cùm ſe extri-
care non poſſint, his Libris auctoritatem detrahunt.
Verùm, quid Auguſtino facient libro de Cura pro
mortuis, c. 1. & 4. tum lib. 9. Confeſſ. c. 11. vbi eius ma-
ter, *Vos rogo*, ait, *vt memineritis mei ad Domini altare,*
vbicumque fueritis. Quid ad Tertullianum l. de Mono-
gamia, monentem eam, cuius vir defunctus eſt, vt pro
anima eius oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei,
& offerat annuis diebus dormitionis eius. Quid Pro-
ſpero, loco paulò antè adducto, v. 43? Quid Damaſce-
no in Oratione pro defunctis? Quid Rabano in hunc
locum: Quid Petro Cluniacenſi epiſtola contra Petro-
bruſianos? Bernardo Serm. 66. in Cantica? Quid alijs
ſexcentis? An tu hæretice ſolus ſapis, delirat Catholi-
ca Eccleſia?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Super nos. i. præterea. In silentio. i. tranquillè. 2
Præcepit. ſ. arma capere, vel ſe ſequi. 5
Debilitarentur. pro, occiderentur, ſeu vul- 22
nerarentur.
Decipi. i. fruſtrari ſpe liberationis, ſeu periclitari. 24
Constitutum. i. promiſſionem, ſeu pactum. 25
Scytharum. ſ. Scythopolim. 29
Septimanarum. ſ. Pentecoſtes. 31
Exivit. ſ. Iudas. 33
Esdrin. Viri nomen, &, vt apparet, Iudæi. 36
Idolorum. i. idolis oblatis, ſeu conſecratis. 40
Oblivioni traderetur. i. à Deo remitteretur. 42
Græc. *omnino deleretur*.
Duodecim. Græc. *duo*. Sacrificium. ſ. hoſtias 43
illis pecunijs emptas. Nota hîc, prodeſſe ſacrificiú pro
defunctis etiam apud Iudæos fuiſſe receptum. Item,
credendum piè, qui in bello iuſto moriuntur, præter-
tim pro religione ſuſceptum, ſuorum peccatorum om-
nium pœnitere. certè Iudas ita de illis credidit.
Superfluum, &c. Nota, adeò eſſe coniunctos articu- 44
los de animarum immortalitate, & corporum reſurre-
ctione, vt alterutro poſito vel ſublato, alterum pona-
tur vel auferatur. Itaque Sadducæi vtrumque nega-
bant, Phariſæi affirmabant. Vide Act. 23. & quidem
Matth. 22. Chriſtus ex animæ immortalitate probat
reſurrectionem. & Paulus 1. Cor. 15. mortales eſſe
animas, ſi non ſit reſurrectio: & meritò; nam ſi ani-
ma extat, cùm ſit naturaliter forma corporis, neceſſe
eſt ei iterùm vniri.
Cum pietate. ſ. pro religione occumbentes. 45

46 Sancta, &c. Græc. *ſancta & pia cogitatio*. Itaque
pro mortuis propitiationem (ſeu expiationem) fecit, vt
à peccato ſoluerentur.

CAPVT XIII.

Menelaus Iudæus transfuga iuſſu Antiochi extremo
afficitur ſupplicio: Antiochus vero maximum du-
cens in Iudæos exercitum, ſemel ac iterùm victus &
repulſus, multiſque millibus ex ſuis occiſis, & Philip-
po rebellante, ſupplex pacem cum Iudæis firmat iura-
mento, oblato in templo ſacrificio, Iudaque in prin-
cipem Ptolemaidis conſtituto.

1 ANno centeſimo quadrageſimonono, cog-
A nouit Iudas Antiochum Eupatorem ve-
2 nire cum multitudine aduerſus Iudæam, * &
cum eo Lyſiam procuratorem & præpoſitum
negotiorum, ſecum habentem peditum cen-
tum decem millia, & equitum quinque millia,
& elephantos viginti duos, currus cum falcibus
3 trecentos. * Commiſcuit autem ſe illis & Mene-
laus: & cum multa fallacia deprecabatur An-
tiochum, non pro patriæ ſalute, ſed ſperans ſe
4 conſtitui in principatum. * Sed Rex regum ſuſci-
tauit animos Antiochi in peccatorem: & ſugge-
B rente Lyſia hunc eſſe cauſam omnium malo-
rum, iuſſit (vt eis eſt conſuetudo) apprehenſum
5 in eodem loco necari. * Erat autem in eodem
loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum
vndique habens cineris: hæc proſpectum habe-
6 bat in præceps. * inde in cinerem deijci iuſſit ſa-
crilegum, omnibus eum propellentibus ad in-
7 teritum. * Et tali lege præuaricatorem legis con-
8 tigit mori, nec terræ dari Menelaum. * Et qui-
dem ſatis iuſtè: nam quia multa erga aram Dei
C delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat ſan-
9 ctus; ipſe in cineris morte damnatus eſt. * Sed
rex mente effrænatus veniebat, nequiorem ſe
10 patre ſuo Iudæis oſtēſurus. * Quibus Iudas cog-
nitis, præcepit populo vt die ac nocte Domi-
num inuocarent, quò, ſicut ſemper, & nunc ad-
11 iuuaret eos: * quippe qui lege, & patria, ſancto-
que templo priuari vererentur: ac populum, qui
nuper paululùm reſpiraſſet, ne ſineret blaſphe-
12 mis rurſus nationibus ſubdi. * Omnibus itaque
D ſimul id facientibus, & petentibus à Domino
miſericordiam, cum fletu & ieiunijs, per tri-
duum continuum proſtratis, hortatus eſt eos
13 Iudas vt ſe præpararent. * Ipſe verò cum ſeniori-
bus cogitauit, priùs quàm rex admoueret exer-
citum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire,
& Domini iudicio committere exitum rei.
14 * Dans itaque poteſtatem omnium Deo mundi
E creatori, & exhortatus ſuos vt fortiter dimica-
rent, & vſque ad mortem pro legibus, templo,
ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent, circa Modin
15 exercitum conſtituit. * Et dato ſigno ſuis Dei vi-
ctoriæ, iuuenibus fortiſſimis electis, nocte ag-
greſſus aulam regiam, in caſtris interfecit viros
quattuor millia, & maximum elephantorú cum
16 his qui ſuperpoſiti fuerant: * ſummoq; metu ac
perturbatione hoſtium caſtra replentes, rebus
17 proſperè geſtis, abierunt. * Hoc autem factum
eſt die illuceſcente, adiuuante eum Domini
18 protectione. * Sed rex, accepto guſtu audaciæ Iu-
F dæorum, arte difficultatem locorum tentabat:
19 * & Bethſuræ, quæ erat Iudæorum præſidium

munitum, caſtra admouebat: ſed fugabatur,
impingebat, minorabatur. * His autem, qui 20
intus erant, Iudas neceſſaria mittebat. * Enun- 21
tiauit autem myſteria hoſtibus Rhodocus qui-
dam de Iudaico exercitu, qui requiſitus com-
prehenſus eſt, & concluſus. * Iterùm rex ſermo- 22
nem habuit ad eos qui erant in Bethſuris: * dex- 23
tram dedit: accepit: abijt. commiſit cum Iuda:
ſuperatus eſt. Vt autem cognouit rebellaſſe Phi-
lippum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper nego-
tia, mente conſternatus, Iudæos deprecans, G
ſubdituſque eis, iurat de omnibus quibus iu-
ſtum viſum eſt: & reconciliatus obtulit ſacrifi-
cium, honorauit templum, & munera poſuit:
* Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum à 24
Ptolemaide vſque ad Gerrenos ducem & prin-
cipem. * Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter 25
ferebant Ptolemenſes amicitiæ conuentionem,
indignantes ne fortè fœdus irrumperent. * Tunc 26
aſcendit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem,
& populum ſedauit, regreſſuſque eſt Antio-
chiam: & hoc modo regis profectio & reditus
proceſſit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ANNO CENTESIMO QVADRAGESIMO NONO. Agit de bello, quod Antiochus Eupator cum Iudæis per ſe ipſum geſſit; de quo etiam agitur 1. lib. c.6. v.18. Et quidem de horum annorum ratione diximus c.11. v.21. Auctor huius libri ex computatione prioris ſemper vnum annum demit. 1

PEDITVM CENTVM DECEM MILLIA habebat Antiochus. Lib.1. c.6. v.30. centū millia peditum habuiſſe ait, viginti millia equitum, elephantos triginta duos. Nimirum accedentibus aut recedentibus copijs, varijs temporibus numerus variabat. Aut certè, altero loco numeri ſunt vitiati: quod poſſe contingere, alibi dictum eſt. 2

MENELAVS ſequebatur Regem. Hic eſt ille pſeudo-pontifex factus in locum Oniæ. CVM MVLTA FALLACIA. *μετὰ πολλῆς εἰρωνείας* (Benè pro *ironia* Interpres poſuit *fallaciam*) orabat Antiochum. 3

SVSCITAVIT ANIMOS ANTIOCHI. ſeu *animum* vt eſt Græcè. i. iram, *θυμόν*. IVSSIT, VT EIS EST CONSVETVDO, Menelaum necari. Hoc tyrannicè, non audito reo, ſine iudicij forma. 4

AGGESTVM VNDIQVE HABENS CINERIS. ſ. illa turris cinere erat circumdata, vt ſolent aqua. Nempe vt fallente veſtigio, hoſtis ad turrim ſubire non poſſet. Græcè, *plena cinere*, nempe exteriùs. HAC PROSPECTVM. Græcè, *organum inſtrumentum rotundum, præceps*, vnde ſ. homines in cinerem præcipitabant. Sic Menelaus perfidus perijt. De hoc genere mortis Ouidius in Ibim: 5

Vtque necatorum Darij fraude ſecundi,
Sic tua ſuccenſus deuoret oſſa cinis.

Quidam Menelai mortem per anticipationem narrari putant, & occiſum, cùm Antiochus facto cum Iudæis fœdere in patriam rediret.

IPSE IN CINERIS MORTE. mallem, *in cineris mortem* DAMNATVS EST. Græcè, *in cinere mortem tulit*, Menelaus ſ. qui multa in altare deliquerat, & cineres eius. 8

NEQVIOREM SE PATRE SVO IVDÆIS OSTENSVRVS Rex veniebat. Goth. *iniquiorem*. Græcè, *peſſima, quæ ſub patre ſuo paſſi erant Iudæi* ſ. oſtenſurus veniebat. 9

SANCTOQVE TEMPLO. Sic lege. Sic Græcè. Regia, *Sanctorum templo priuari metuebant* Iudæi. 11

CIRCA MODIN EXERCITVM CONSTITVIT Iudas. Lib.1. c.6. v.32. *ad Bethzacharam* poſuiſſe caſtra dicitur. Loca erant vicina. 14

DATO SIGNO SVIS DEI VICTORIÆ. Goth. *Dei victoria*. Hæc erat teſſera militaris, quæ datur quotidie militibus, ſed præſertim quando inſtat pugna. INTERFECIT VIROS QVATVOR MILLIA. Græcè in Regijs, *duo millia*. in Rom. *quatuor millia*. Verùm l.1. c 6. v.42. occidiſſe ait viros ſexcentos, de quo eo loco eſt dictum. ET MAXIMVM ELEPHANTORVM. Eleazarus Iudæ frater illum occidit, eodem c.6. v 46. 15

18 SED REX, ACCEPTO GVSTV. i. expertus audaciam Iudæorum, ad artes vertit animum.

21 ENVNTIAVIT AVTEM MYSTERIA Regi Rhodocus .i. arcana, Iudam obſeſſis mittere neceſſaria.

23 COMMISIT CVM IVDA. Ecce nouam pugnam. Non ſemel Rex & Iudas conflixere. VT AVTEM COGNOVIT REBELLASSE PHILIPPVM. De hoc Philippo l.1. c 6. v.14. & 63. & l.2. c.9. v.29. QVI RELICTVS ERAT SVPER NEGOTIA. non ab hoc Rege, ſed ab eius patre. illo c 6. illum rebus in morte præfecit.

25 VT AVTEM VENIT PTOLEMAIDAM. ſ. Rex. INDIGNANTES. ibi diſtinctio. NE FORTE FOEDVS IRRVMPERENT, Iudæi. ſupple, timebāt ciues Ptolemaidis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 VT EIS EST CONSVETVDO. i. vſitato apud eos ſupplicio.

5 Loco. ſ. vbi fuit interfectus.

7 TERRÆ DARI. i. ſepeliri.

14 DANS ITAQVE POTESTATEM DEO. i. committens rem Deo, qui omnia poteſt.

15 SIGNO. ſ. teſſera, quæ ſolet dari militibus. DEI VICTORIÆ. ſ. verba hæc *Dei victoria*, erant pro teſſera.

19 MINORABATVR. i. inferior euadebat, ſeu ſuperabatur.

21 MYSTERIA. i. arcana. ſ. ſecreta conſilia. REQVISITVS. i. inquiſitus. CONCLVSVS. ſ. carcere.

25 NE FORTE. pro, ſi fortè ſic. q.d. volentes fœdus irritare. Quidam putant indignatos ob fœdera à Rege violata.

CAPVT XIV.

Suggerente Alcimo qui ſummo deſtitutus erat ſacerdotio, Nicanor in Iudæos miſſus à rege Demetrio, auditis Iudæ præclaris facinoribus, amicitiam cum eo contrahit: quam poſtmodum rege cogente ſoluens, dum Iudam nequit comprehendere, templi minatur euerſionem, & ſenem Raziam Iudæum magnanimum apprehendere conatur: qui dum ab hoſtibus iam ſe capiendum videret, elegit potius conſtantiſſimo animo ſibi mortem inferre quam indigna pati ab hoſtibus, in quos proprijs manibus ſua inteſtina proiecit.

1 SEd poſt triennij tempus cognouit Iudas, &
A qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, cum
multitudine valida, & nauibus, per portum Tri-
2 polis aſcendiſſe ad loca opportuna, * & tenuiſſe
regiones aduerſus Antiochum, & ducem eius
3 Lyſiam. * Alcimus autem quidam, qui ſummus
ſacerdos fuerat, ſed voluntariè coinquinatus eſt
temporibus commiſtionis, conſiderans nullo
modo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad al-
4 tare, * venit ad regem Demetrium, centeſimo
quinquageſimo anno, offerens ei coronam au-
ream, & palmam, ſuper hæc & thallos, qui tem-
pli eſſe videbantur. Et ipſa quidem die ſiluit.
5 * Tempus autem opportunum dementiæ ſuæ
nactus, conuocatus à Demetrio ad conſilium,
& interrogatus quibus rebus & conſilijs Iu-
6 dæi niterentur, * reſpondit: Ipſi qui dicuntur
Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Ma-
chabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mo-
uent, nec patiuntur regnum eſſe quietum.
7 * nam & ego defraudatus parentum gloria
8 (dico autem ſummo ſacerdotio) huc veni:
B * primò quidem vtilitatibus regis fidem ſer-

uans,

uans, ſecundò autem etiam ciuibus conſulens:
nam illorum prauitate vniuerſum genus no-
ſtrum non minimè vexatur. *Sed oro his ſingu- 9
lis, ô rex, cognitis, & regioni, & generi, ſecun-
dùm humanitatem tuam peruulgatam omni-
bus, proſpice. *nam, quamdiu ſupereſt Iudas, 10
impoſſibile eſt pacem eſſe negotijs. *Talibus au- 11
tem ab hoc dictis, & ceteri amici, hoſtiliter ſe
habentes aduerſus Iudam, inflammauerunt
Demetrium. *Qui ſtatim Nicanorem præpoſi- 12
tum elephantorum ducem miſit in Iudæam:
*datis mandatis, vt ipſum quidem Iudam cape- 13
ret; eos verò, qui cum illo erant, diſpergeret, &
conſtitueret Alcimum maximi templi ſum-
mum ſacerdotem. *Tunc gentes, quæ de Iudæa 14
fugerant Iudam, gregatim ſe Nicanori miſce-
bant; miſerias & clades Iudæorum, proſperita-
tes rerum ſuarum exiſtimantes. *Audito itaque 15
Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu natio- C
num, conſperſi terra rogabant eum, qui popu-
lum ſuum conſtituit, vt in æternum cuſtodiret,
quique ſuam portionem ſignis euidentibus pro-
tegit. *Imperante autem duce, ſtatim inde mo- 16
uerunt, conueneruntque ad caſtellum Deſſau.
*Simon verò frater Iudæ commiſerat cum Ni- 17
canore: ſed conterritus eſt repentino aduentu
aduerſariorum. *Nicanor tamen, audiens virtu- 18
tem comitum Iudæ, & animi magnitudinem,
quam pro patriæ certaminibus habebant, ſan-
guine iudicium facere metuebat. *Quam ob 19
rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, &
Matthiam, vt darent dextras atque acciperent.
*Et cùm diu de his conſilium ageretur, & ipſe 20
dux ad multitudinem retuliſſet, omnium vna
fuit ſententia amicitijs annuere. *Itaque diem 21
conſtituerunt, quâ ſecretò inter ſe agerent: &
ſingulis ſellæ prolatæ ſunt, & poſitæ. *Præce- 22
pit autem Iudas armatos eſſe locis opportunis,
ne fortè ab hoſtibus repentè mali aliquid orire-
tur: & congruum colloquium fecerunt. *Mo- 23
rabatur autem Nicanor Ieroſolymis, nihilque D
iniquè agebat, gregeſque turbarum, quæ con-
gregatæ fuerant, dimiſit. *Habebat autem Iu- 24
dam ſemper charum ex animo, & erat viro in-
clinatus. *Rogauitque eum ducere vxorem, 25
filioſque procreare. Nuptias fecit: quietè egit,
communiterque viuebant. *Alcimus autem, 26
videns charitatem illorum adinuicem, & con-
uentiones, venit ad Demetrium, & dicebat,
Nicanorem rebus alienis aſſentire, Iudamque
regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe.
*Itaque rex exaſperatus, & peſſimis huius cri- 27
minationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, di-
cens, grauiter quidem ſe ferre de amicitiæ con-
uentione, iubere tamen Machabæum citiùs
vinctum mittere Antiochiam. *Quibus cogni- 28
tis, Nicanor conſternabatur, & grauiter fere-
bat, ſi ea, quæ conuenerant, irrita faceret, ni-
hil læſus à viro: *ſed, quia regi reſiſtere non 29
poterat, opportunitatem obſeruabat, qua præ-
ceptum perficeret. *At Machabæus, videns 30
ſecum auſteriùs agere Nicanorem, & conſue-
tum occurſum ferociùs exhibentem, intelli-
gens non ex bono eſſe auſteritatem iſtam, pau-
cis ſuorum congregatis, occultauit ſe à Nica- E
nore. *Quod cùm ille cognouit fortiter ſe à 31
viro præuentum, venit ad maximum & ſanctiſ-
ſimum templum: & ſacerdotibus ſolitas ho-
32 ſtias offerentibus, iuſſit ſibi tradi virum. *qui-
bus cum iuramento dicentibus neſcire ſe vbi
eſſet qui quærebatur, extendens manum ad
33 templum, *iurauit, dicens: Niſi Iudam mihi
vinctum tradideritis, iſtud Dei fanum in plani-
tiem deducam, & altare effodiam, & templum
34 hoc Libero patri conſecrabo. *Et his dictis,
abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in
cælum, inuocabant eum, qui ſemper propu-
gnator eſſet gentis ipſorum, hæc dicentes:
35 *Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indi-
F ges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in
36 nobis. *Et nunc ſancte ſanctorum omnium
Domine, conſerua in æternum impollutam
37 domum iſtam, quæ nuper mundata eſt. *Ra-
zias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſo-
lymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuita-
tis, & benè audiens: qui pro affectu pater Iu-
38 dæorum appellabatur. *Hic multis temporibus
continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo,
corpuſque & animam tradere contentus pro
39 perſeuerantia. *Volens autem Nicanor mani-
feſtare odium, quod habebat in Iudæos, miſit
milites quingentos, vt eum comprehenderent.
40 *putabat enim, ſi illum decepiſſet, ſe cladem
41 Iudæis maximam illaturum. *Turbis autem
irruere in domum eius, & ianuam diſrumpere,
atque ignem admouere cupientibus, cùm iam
42 comprehenderetur, gladio ſe petijt; *eligens
G nobiliter mori potiùs: quàm ſubditus fieri pec-
catoribus, & contra natales ſuos indignis iniu-
43 rijs agi. *Sed, cùm per feſtinationem non certo
ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrum-
perent, recurrens audacter ad murum, præcipi-
44 tauit ſemetipſum viriliter in turbas: *quibus
velociter locum dantibus caſui eius: venit per
45 mediam ceruicem: *& cùm adhuc ſpiraret, ac-
cenſus animo, ſurrexit: & cùm ſanguis eius
magno fluxu deflueret, & grauiſſimis vulneri-
46 bus eſſet ſaucius, curſu turbam pertranſijt: *&
ſtans ſupra quamdam petram præruptam, &
iam exſanguis effectus, complexus inteſtina ſua,
vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuo-
cans dominatorem vitæ ac ſpiritus, vt hæc illi
iterum redderet: atque ita vita defunctus eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SED POST TRIENNII TEMPVS. A morte Antiochi Epiphanis, qui obijt anno 148. iuxta huius Libri computationem, ſicque Demetrius hic Romà profugus venit in Syriam, & cœpit regnare anno 150. At 151. dicitur l. 1 c. 7. v. 1. quo etiam capite huius Demetrij res geſtæ continentur.

5 ALCIMVS AVTEM QVIDAM, QVI SVMMVS SACERDOS FVERAT. προγεγονὼς ἀρχιερεὺς, *iam factus ſacerdos.* nempe poſt Menelai mortem, vt Ioſephus ait lib. 12. cap. 15. qui ſuperiore anno eſt occiſus, cùm Pontificatum tenuiſſet annos decem. Quomodo ergo l 1. c 7. v. 5. dicitur, *qui volebat fieri ſacerdos*? nempe, confirmari electionem ſuam à Demetrio; aut Pontificalia exercere: nam Iudas impediebat. Atque hoc ſignificant illa verba proxima, *Conſiderans nullo modo ſibi eſſe* (pro fore) *ſalutem, neque acceſſum ad altare.* TEMPORIBVS COMMIXTIONIS. ἀμιξίας, *ſegregationis*, diſſidij corruptus Alcimus. Attulit etiam Regi dona, coronam auream, & palmam item ex auro.

ET THALLOS. Hinc *tallo* Hiſpanis. θαλλὸν. ſunt 4
autem rami etiam aurei. Quæ omnia e templo furatus
credebatur.

QVI DICVNTVR ASSIDÆI ...... BELLA NVTRIVNT. 6
De iis diximus l.1.c.2.v.42. QVIBVS PRÆEST IV-
DAS. non quòd eſſet Aſſidæus ipſe, ſed erat eorum
Dux. Id Alcimus dicebat. Mittit Nicanorem Rex,

DATIS MANDATIS. Græcè, *dans epiſtolas*. Sed *epi-* 13
ſtolæ pro *mandatis*.

CONVENERVNTQVE. Græcè, *commiſcet ſe ipſis*. ſ. Iu- 16
das pugnat cum hoſtibus. AD CASTELLVM DESSAV.
Lib. 1.c.7.v.31. pugnatū dicitur *ad Capharſalama*. Ve-
rùm ea loca aut coniuncta erant, aut pugna non ea-
dem. Nam priori loco dicitur, cecidiſſe ex hoſtibus
quinque millia ferè; in poſteriori, victum Simonem
a Nicanore, ſed eum timuiſſe Iudam. Et ſanè poſterior
pugna poſt factum fœdus fuit.

CONTERRITVS EST. REPENTINO ADVENTV. ſ. Si- 17
mon. Græcè, *paululùm autem ob repentinam hoſtium ir-
ruptionem errauit*.

SANGVINE IVDICIVM FACERE METVEBAT. Nica- 18
nor. i. aleam pugnæ ſubire.

MORABATVR AVTEM NICANOR IEROSOLYMIS. 23
Sic cap. illo 7. v.27. *Et venit Nicanor in Ieruſalem*.
Facti ſunt amici Nicanor & Iudas, qui

NVPTIAS FECIT. Iudas hortatu Nicanoris. QVIE- 25
TE EGIT. à bellis ceſſauit. Sic ſolent vxorati volupta-
te emolliri. Id volebat Nicanor. COMMVNITERQVE
VIDEBANT. Græcè, *viuebat*, ſ. Iudas nempe vt ciues
alij. Iuſſit Rex

MACHABÆVM CITIVS VINCTVM MITTERET. De 27
hoc cap. illo 7. v.29. Porrò ex his locis conſtat, inſi-
dias contra Iudam paratas iuſſu Regis, non ſponte Ni-
canoris.

OPPORTVNITATEM OBSERVABAT, QVA PRÆCE- 29
PTVM. Græcè additur, *ſtratagemate perficeret*. i. arte
& dolo.

RAZIAS. Græcè, *Razis*. Ab Auguſtino epiſtola 61. 37
Razias. à Gorione *Ricaſius* vocatur. DELATVS EST
NICANORI. Crimina illi impoſita, fortaſſe proditionis,
nam ob Iudaiſmum non puto fuiſſe delatum.

TVRBIS AVTEM IRRVERE IN DOMVM. Græc. 41
in turrim cupientibus. Domus, arcis inſtar erat. GLA-
DIO SE PETIIT. An ſe perimere liceat?

ELIGENS NOBILITER MORI. Auguſtinus 61. *nobi-* 42
liter, inquit, *& viriliter; non fideliter, nec ſalubriter*.
Quo loco & l.2. contra Gaudentij epiſt. cap.23. inue-
hitur in Raziam, quoniam Circumcelliones terum ho-
minum genus ex hoc Raziæ facto ſumebant occaſio-
nem ad ſe ipſos perimendum. Alioqui potuiſſet mitiùs
agere cum ſene hoc tantopere laudato, & ratione aliqua
factum excuſare, vt in multis Martyribus facimus, qui
ſe peremerunt. Verùm de re tota, an ſe perimere ali-
cui aliquando liceat, libro 1. de Morte & immort. c.9.
copioſe diſputauimus

VENIT PER MEDIAM CERVICEM. i. in ceruicem ceci- 44
dit. *de eſpaldas*. Græc. Ἦλθε κατὰ μέσον εἰς τὸ κενεῶνα. *Ve-
nit per medium in vacuum*. ſ. ab vtraque parte cedente
turba, in pauimentum hominibus vacuum decidit. Sic
potuit ſurgere, & petram aſcendere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SELEVCI ſ. filium. Vide lib. 1. cap. 7. 2
COMMISTIONIS. ſ. cum Gentibus. fortè *incom-* 3
miſtionis legendum. Græc. *ſegregationis* (ſeu *diſceſſionis*)
à conuerſatione ſ. Gentilium. q.d. cùm reliqui Iudæi
deteſtarentur conuerſationem Gentium & mores, tum
ille his inquinatus eſt.

THALLOS. i. ramos. ſ. aureos. 4

DISPERGERET. pro, perderet, ſeu diſſiparet. 13

PORTIONEM. Græc. *partem*. i. hereditatem. ſ. Iu- 15
dæos.

SANGVINE, &c. q.d. illorum virtutis periculum fa- 18
cere cum vitæ diſcrimine.

COMMVNITERQVE. i. familiariter. 25

35 IN NOBIS. i. inter, ſeu apud nos.

37 AB IEROSOLYMIS. i. Ieroſolymitanis. AFFECTV.
i. beneuolentia. ſ. in ciues.

38 CONTINENTIÆ. Græc. ἀμιξίας, quod ſuprà vertit
commiſtionem. vide verſ. 3. PRO. Græc. *cum*.

41 COMPREHENDERETVR. i. comprehenden-
dus eſſet.

42 ELIGENS, &c. At errabat iudicio; nec enim nobili-
tas eſt, ſed vilitas, ſe occidere. NOBILITER. i. fortiter.
Græc. *generoſe*.

43 PRÆCIPITAVIT. Et hic errauit, niſi quis factum ex-
cuſet inſtinctu Dei, quo fortè mouebatur. de quo vide
Aug. 1. Ciuit. cap.21. At lib.2. cont. epiſt. Gaudent.
cap.23. & epiſt. 61. apertè condemnat hoc Raziæ
factum.

44 VENIT. i. cecidit. PER MEDIAM CERVICEM. Græc.
per medium (ſ. turbæ) *in latus*, ſeu *ventrem*. ſ. cadens.

46 COMPLEXVS, &c. Et id qui poteſt excuſet. Credide-
rim tamen, Deum hominis errori ignouiſſe, quia miſe-
ricors eſt, & ille ignorans fecerat, putans ſe in eo benè
& fortiter agere.

CAPVT XV.

*Iudas ſuos contra Nicanorem Dei potentiam contem-
nentem roborat, tum exhortatione, tum nocturnæ ap-
paritionis manifeſtatione de viſo Ieremia pro populo
Iſrael orante; qui in Deum ſpem habentes ingentem
proſternunt exercitum, amputatis capite & manu Ni-
canoris, quæ Ieroſolymis in memoriam diuinæ prote-
ctionis ſuſpenſa ſunt, lingua eius blaſphema auibus
particulatim tradita, eoque die in annuam ſollemnita-
tem inſtituto.*

1 NIcanor autem, vt comperit Iudam eſſe in 1. Mach. 7. d.26
A locis Samariæ, cogitauit cum omni impe-
2 tu die ſabbati committere bellum. * Iudæis ve-
rò, qui illum per neceſſitatem ſequebantur, di-
centibus: Ne ita ferociter & barbarè feceris, ſed
honorem tribue diei ſanctificationis, & hono-
3 ra eum, qui vniuerſa conſpicit: * ille infelix in-
terrogauit, ſi eſt potens in cælo, qui imperauit
4 agi diem ſabbatorum. * Et reſpondentibus illis,
Eſt Dominus viuus ipſe in cælo potens, qui iuſ-
5 ſit agi ſeptimam diem. * At ille ait: Et ego po-
tens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma,
& negotia regis impleri. Tamen non obtinuit
6 vt conſilium perficeret. * Et Nicanor quidem
cum ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat com-
7 mune trophæum ſtatuere de Iuda. * Machabæus
autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxi-
8 lium ſibi à Deo affuturum. * & hortabatur ſuos
B ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in
mente haberent adiutoria ſibi facta de cælo, &
nunc ſperarent ab Omnipotente ſibi affuturam
9 victoriam. * Et allocutus eos de lege & prophe-
tis, admonens etiam certamina quæ fecerant
10 priùs, promptiores conſtituit eos: * & ita ani-
mis eorum erectis, ſimul oſtendebat Gentium
fallaciam, & iuramentorum præuaricationem.
11 * Singulos autem illorum armauit, non clypei &
haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, &
exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio,
12 per quod vniuerſos lætificauit. * Erat autem hu-
iuſcemodi viſus: Oniam, qui fuerat ſummus ſa-
cerdos, virum bonum & benignum, verecun-
dum viſu, modeſtum moribus, & eloquio de-
corū, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit,
manus protendentem, orare pro omni populo
13 Iudæorū: * Poſt hoc apparuiſſe & alium virum,
C ætate & gloria mirabilē, & magni decoris ha-bi-

tudine circa illum:* Reſpondentem verò O- 14
niam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator, & populi
Iſrael: hic eſt, qui multum orat pro populo, &
vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.
* Extendiſſe autem Ieremiam dextram, & de- 15
diſſe Iudæ gladium aureum, dicentem: * Acci- 16
pe ſanctum gladium munus à Deo, in quo de-
jcies aduerſarios populi mei Iſrael. * Exhortati 17
itaque Iudæ ſermonibus bonis valdè, de quibus D
extolli poſſet impetus, & animi iuuenum con-
fortari, ſtatuerunt dimicare & confligere forti-
ter, vt virtus de negotijs iudicaret; eò quòd ci-
uitas ſancta & templum periclitarentur. * Erat 18
enim pro vxoribus, & filijs, itemque pro fratri-
bus, & cognatis, minor ſolicitudo: maximus
verò & primus pro ſanctitate timor erat tem-
pli: * ſed & eos qui in ciuitate erant, non mini- 19
ma ſolicitudo habebat pro his qui congreſſuri
erant. * Et, cùm iam omnes ſperarent iudicium 20
futurum, hoſteſque adeſſent, atque exercitus
eſſet ordinatus, beſtiæ equiteſque opportuno
in loco compoſiti, * conſiderans Machabæus 21
aduentum multitudinis, & apparatum varium
armorum, & ferocitatem beſtiarum, extendens
manus in cælum, prodigia facientem Domi-
num inuocauit, qui non ſecundùm armorum
potentiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis
victoriam. * Dixit autem inuocans hoc modo: 22
"Sup 8. c.19 "Tu Domine, qui miſiſti angelum tuum ſub E
Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sen-
nacherib centum octogintaquinque millia: * & 23
nunc dominator cęlorum mitte angelum tuum
bonum ante nos, in timore & tremore magni-
tudinis brachij tui, * vt metuant qui cum blaſ- 24
phemia veniunt aduerſus ſanctum populum
tuum. Et hic quidem ita perorauit. * Nicanor 25
autem, & qui cum ipſo erant, cum tubis & can-
ticis admouebant. * Iudas verò, & qui cum eo 26
erant, inuocato Deo, per orationes congreſſi
ſunt: * manu quidem pugnantes, ſed Dominum 27
cordibus orantes, proſtrauerunt non minùs
trigintaquinque millia, præſentia Dei magni-
ficè delectati. * Cumque ceſſaſſent, & cum 28
gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem F
ruiſſe cum armis ſuis. * Facto itaque clamore, 29
& perturbatione excitata, patria voce omnipo-
tentem Dominum benedicebant. * Præcepit 30
autem Iudas, qui per omnia corpore & animo
mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris,
& manum cum humero abſciſſam, Ieroſoly-
mam perferri. * Quò cùm perueniſſet, conuo- 31
catis contribulibus, & ſacerdotibus ad altare,
acceriſijt & eos qui in arce erant. * Et oſtenſo 32
capite Nicanoris, & manu nefaria, quam exten-
dens contra domum ſanctam omnipotentis
Dei, magnificè gloriatus eſt: * Linguam etiam 33
impij Nicanoris præciſam iuſſit particulatim
auibus dari; manum autem dementis contra
templum ſuſpendi. * Omnes igitur cæli bene- 34
dixerunt Dominum, dicentes: Benedictus qui
locum ſuum incontaminatum ſeruauit. * Suſ- 35
pendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, G
vt euidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilij
Dei. * Itaque omnes communi conſilio decre- 36
uerunt nullo modo diem iſtum abſque celebri-
tate præterire: * habere autem celebritatem ter- 37
tiadecima die menſis Adar, quod dicitur voce
38 Syriaca, pridie Mardochæi diei. * Igitur his er-
ga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab
Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his fa-
39 ciam finem ſermonis. * Et ſi quidem benè, & vt
hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim: ſin autem
40 minùs dignè, concedendum eſt mihi. * Sicut
enim vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam,
contrarium eſt; alternis autem vti, delectabile:
ita legentibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo, non
erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NICANOR AVTEM. Quæ hîc referuntur de morte Nicanoris, habes in lib. 1. c. 7. à verſu 39. & deinceps. Iudas ſocios excitat verbis,

9 ADMONENS ETIAM CERTAMINA. Græca conſtructio. Goth. *certaminum*.

11 DIGNO FIDE SOMNIO milites Iudas lætificauit. PER QVOD. Græc. ὑπέρ τι. Sic legit noſter, & ſic eſt in Regijs. At in Rom. ὕπαρ τι. Quod *ſomnium* ſeu *viſio* verè omnes lætificauit. Etenim ὄναρ quodcumque *ſomnium* ſignificat, ὕπαρ *viſionem*: *or aih* ſeu *ſomnium verum*. ſic Homerus Iliad. ρ οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ dixit, huc reſpiciens. Si hoc ſequimur, ſic locum verte: *Expoſito fide digno ſomnio, quæ viſio vera omnes lætificauit.*

12 ORARE PRO OMNI POPVLO vidit Iudas Oniam. Nempè mortui pro viuis orant. Poſſumus ergo illos inuocare & colere.

14 RESPONDENTEM VERO ONIAM. cui reſpõdet? nemo interrogat. *Reſpondere* pro *loqui* ſæpè ſumitur in Sacris,

15 DEDISSE IVDÆ GLADIVM. *Rhompheam* Græcè. Quomodo *rhomphæa*, *framea*, & *machera* differant, dictum eſt Zachar. 13. verſ. 7. *rhomphæa* haſtile habet, *alanarda* aut *geſadaña*, aut *parteſana*. Iudas ait:

23 IN TIMORE ET TREMORE. ſeu *in timorem & tremorem* mitte Angelum. Sic Græcè.

27 NON MINVS TRIGINTAQVINQVE MILLIA. Gotth. *triginta millia*. Gorion etiam lib. 3. cap. 22. vbi de hac pugna agit, *triginta millia* occiſa ait.

33 MANVM AVTEM DEMENTIS. quam ſ. extenderat contra templum, ſuſpendit. Græcè, τὰ δ' ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας, *præmia autem dementiæ contra templum ſuſpendere iuſſit*. Suſpicor legendum τὴν δὲ χεῖρα τῆς ἀνοίας, vt cum noſtra editione Græca conſentiant.

37 TERTIADECIMA DIE MENSIS ADAR, QVOD DICITVR VOCE SYRIACA. Conſtructio inuerſa; ſic ordina: *Tertiadecima menſis, qui voce Syriaca dicitur Adar*. Nomina menſium quibus Hebræi vtuntur, Syriaca omnia ſunt, & poſt captiuitatem Babylonicam inuecta; alia erant antiqua. *Adar* vltimus Hebraici anni menſis, noſtro Februario reſpondet. Quod additur, PRIDIE MARDOCHÆI DIEI. Die 13. *Adar*, in Kalendario Hebraico ponitur ieiunium Eſther. Hoc nouum Feſtum, quod illa die iubetur celebrari, tempore antiquatum eſt. Die proximo *Adar* 14. Sortium feſtum ponitur. Is hîc vocatur *Mardochei dies*, & vt pridie eius diei hæc victoria celebretur.

39 ET SI QVIDEM BENE. Petit Auctor Libri veniam, ſi quid minùs aptè dictũ eſt; tum c. 2. huius Libri v. 27. operis difficultatem proponit. Sectarij neutrum ſacro Scriptori conuenire contendunt, eoque hos Libros eſſe Canonicos negant, neque diuinitus dictatos aiunt. Nos cõtrà, hos Libros Canonicos eſſe cũ Eccleſia Catholica aſſerimus. In Diuinis libris pleraque ab Spiritu ſancto dictata. In illis nihil Scriptori difficile, quæ dicit pronuntianti quaſi lecta in libro, vt de Ieremia Baruch ait cap. 36. verſ. 18. Nihil humile aut domeſticum, omnia dictantis maieſtati congrua. Quædam ex humano ingenio ponuntur, ſed cum aſſiſtentia Spiritus ſancti, ne contingat lapſus. In his colligendis & diſponendis laborat Scriptor; difficultatem experitur, quippe ſuis viribus operans. In illiſque quædam humilia ſunt, & ex vſu familiari. Quid enim fuit opus vt Paulo Spiritus

dictaret ea verba 2. ad Timoth. 4. verſ. 13. *Penulam reliqui Troade?* Quid illud, *Lucas eſt mecum ſolus? Trophimum reliqui infirmum?* Hæc ex familiari vſu ſcripſit ſibi nota: neque opus fuit vt ea Spiritus ſanctus dictaret. Sic noſter & difficultatem initio propoſuit, & in fine veniam precatur, ſiquid minùs congruè dixiſſet. Nihil hoc cum Anomæis, qui Sacris libris affingebant mendacia. Nos id penitùs repudiamus, atque dicimus, Apoſtolos & alios Scriptores ſacros locutos vt homines aliquando, ſed ſemper eis aſſiſtente Spiritu ſancto, mentis & calami rectore; eorum quæ ſcripſere nihil reijci poſſe, vt illi hæretici ſomniabant, teſte Epiphanio Hæreſi 75. extrema.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 PER NECESSITATEM. i. coacti.
8 NATIONVM. i. Gentilium.
10 FALLACIAM. i. perfidiam.
11 MVNITIONE. ſ. ſolùm.
12 VERECVNDVM. Græc. *verendum*. VISV. i. aſpectu
ſeu vultu. PROTENDENTEM. ſ. in cælum.
13 HABITVDINE. Græc. *excellentiam*.
16 DELICIIS. ſ. inquit Deus.
17 EXHORTATI. Verti poterat *conſolati*. VALDE. iungendum cum *bonis*. DE QVIBVS EXTOLLI. pro, quibus incitari. VT VIRTVS, &c. q. d. vt totum negotium decerneretur, non verbis, ſed viribus.
21 PRODIGIA. i. miracula inſignia.
23 IN. pro, cum.
25 ADMOVEBANT. ſ. ſe, ſeu procedebant.
29 PERTVRBATIONE. i. tumultu. ſ. lætantium.
32 GLORIATVS EST. pro, gloriatus. ſ. Nicanor. q. d. ſuperbè locutus.
33 CONTRA. i. è regione.
37 MENSIS. Græc. *duodecimi menſis*. ſ. Februarij. ADAR QVOD. pro, qui Adar. DIEI. ſ. feſti. de quo vide Eſther 9.
39 MINVS DIGNE. ſ. quantum ad elocutionem. Sic & Paulus ſe ſermone imperitum. CONCEDENDVM. i. condonandum, ſeu ignoſcendum.
40 CONTRARIVM. i. non ſic iucundum. ALTERNIS. Græc. *aqua mistum*. Not quòd Græca hunc ſenſum faciunt: Vt vinum per ſe bibere, & rurſum aquam, inimicum eſt, ſeu odioſum, delectat verò ſi vtrumque miſceas; ſic præparatus, id eſt temperatus, ſeu concinnus ſermo Lectorem delectat. GRATVS. i. perinde ſuauis. CONSVMMATVS. i. finitus. ſ. ſermo, ſeu liber. q. d. Hîc finis eſto.

F I N I S.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAPVT PRIMVM.

A quibus maioribus Chriſtus ſecundùm carnem deſcenderit: Angelus inſtruit Ioſeph de Maria ſponſæ ſuæ conceptione, partúque futuro.

LIBER generationis 1
Ieſu Chriſti filij A
Luc. 3. e.31 — Dauid, filij Abraham.
Gen. 21. a.3 — Abraham genuit 2
Iſaac.
Gen. 25. d.26 — Iſaac autem genuit
Iacob.
Gen. 29. d.35 — Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.
Gen. 38 g.29 — Iudas autem genuit Phares, & Zaram de 3
Thamar.
1. Par. 2. a.5 — Phares autem genuit Eſron.
1. Par. 2. a.5 — Eſron autem genuit Aram.
Rut.4.d.18 — Aram autem genuit Aminadab. 4
Num.7. b.12 — Aminadab autem genuit Naaſſon.
Naaſſon autem genuit Salmon.
Salmon autem genuit Booz de Rahab. 5
Booz autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Ieſſe.
1.Reg.16 Rut.4.d.18 — Ieſſe autem genuit Dauid regem.
2.Reg.12. f.24 — Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea 6
quæ fuit Vriæ.
3. Reg. 11. g.43 — Salomon autem genuit Roboam. 7
3.Reg.14 g.31 — Roboam autem genuit Abiam. B
3.Reg.15. b.9 — Abias autem genuit Aſa.
Aſa autem genuit Ioſaphat. 8
Ioſaphat autem genuit Ioram.
Ioram autem genuit Oziam.
2.Par.26. d.23 — Ozias autem genuit Ioatham. 9
2.Par.27. d.9 — Ioatham autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezechiam.
2. Par. 28. d.27 — Ezechias autem genuit Manaſſen. 10
2.Par. 32. g.33 — Manaſſes autem genuit Amon.
Amon autem genuit Ioſiam.
2.Par.33. d.20.& 25 — Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres 11
eius in tranſmigratione Babylonis.
2.Par.36. a.1.2 — Et poſt tranſmigrationem Babylonis: Iecho- 12
nias genuit Salathiel.
Salathiel autem genuit Zorobabel.
Zorobabel autem genuit Abiud. 13
Abiud autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor.
Azor autem genuit Sadoc. 14
Sadoc autem genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud.
15 Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
C Mathan autem genuit Iacob.
16 Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de
qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.
17 Omnes itaque generationes ab Abraham vſ-
que ad Dauid, generationes quattuordecim:
& à Dauid vſque ad tranſmigrationem Baby-
lonis, generationes quattuordecim: & à tranſ-
migratione Babylonis vſque ad Chriſtum, ge-
nerationes quattuordecim.
18 Chriſti autem generatio ſic erat: Cùm eſſet — Luc. 1. c.27
deſponſata mater eius Maria Ioſeph, ante-
quam conuenirent, inuenta eſt in vtero ha-
19 bens de Spiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius,
cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, vo-
20 luit occultè dimittere eam. Hæc autem eo
D cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in
ſomnis ei, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere
accipere Mariam coniugem tuam: quod enim
21 in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. pariet au-
tem filium: & vocabis nomen eius IESVM: — Luc. 1. c.31
ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à pec- — Act.4.b.12
22 catis eorum. Hoc autem totum factum eſt,
vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino
23 per Prophetam dicentem: Ecce virgo in — Iſa.7.c.14
vtero habebit, & pariet filium: & vocabunt
nomen eius Emmanuel: quod eſt interpreta-
24 tum Nobiſcum Deus. Exurgens autem Io-
ſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei angelus
25 Domini, & accepit coniugem ſuam. Et non
cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum
primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MATTHÆVS, *qui &* Leui, *è telonio ad Apoſtolatum tranſlatus, primus Euangelium ſcripſit anno Chriſti 45. patrio ſermone, vt Euſebius ait lib. 3. cap. 18. hoc eſt Syriaco, quo Iudæi eo tempore vtebantur. Quis in Græcum ſermonem conuerterit, incertum eſt, teſte Hieronymo. Athanaſius tamen in Synopſi Iacobum fratrem Domini interpretatum illud ait. Quod Hebraicè circumfertur, poſteriori tempore ſcriptum putamus non ante multos annos. Quod Innocent. III. lib. 5. de Myſt. Miſſæ cap. 24. Euangelium Matthæi Hebraicum citat, aliud eſſe deprehendimus. An autographum? non arbitror.*

1 LIBER GENERATIONIS, id eſt, catalogus progenitorum Chriſti Domini ſecundùm carnem. In quo numero primi ponuntur *Dauid & Abraham*, quoniam

ad eos præcipuè facta eſt promiſſio de Chriſto; aut quoniam alter gentis caput erat, alter familiæ, vnde natus eſt Chriſtus. FILII DAVID. *Filius* pro eo qui genus ducit ab aliquo, è poſteris aliquis.

8 IORAM AVTEM GENVIT OZIAM. *Ozias* vocatur *Azarias*, 4. Reg. 15. verſ. 1. Verùm *Ioram* non genuit *Oziam*, ſed Ochoziam, Ochozias Ioas, Ioas Amaziam, Amazias Oziam. Tres ergo Reges prætermiſit, vel vt Ioram, qui ſe miſcuit generi Iezabel, memoria tolleretur vſque ad tertiam generationem; vel, quod magis credo, quia propoſitum erat tres teſſaradecades ponere; nam deinde etiam alias generationes omittit. de quo Auguſtinus de Quæſt. noui & vet. Teſtam. q. 85.

11 IOSIAS AVTEM GENVIT IECHONIAM. Duo Reges fuerunt ſimili nomine: pater vocatur *Ioakim*, per *k* & *m*. Huius filius fuit *Ioachin* per *ch* & *n*. Hic 1. Par. 3. verſ. 16. vocatur *Iechonias*. verùm hoc loco prior vocatur *Iechonias*; cum enim genuit *Ioſias*, alter fuit nepos eius, non filius. Præterea *Ioakim* fratres habuit filios Ioſiæ; *Ioachin* vnum fratrem habuit *Sedeciam*, vti ex loco citato conſtat. Hic dicitur, *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius*, non *fratrem*; ſed certè *Ioachin*, qui & *Iechonias*, hoc loco omittitur. Epiphanius tom. 1. cenſet locum eſſe corruptum, & olim ſic habuiſſe: *Ioſias autem genuit Iechoniam, & frater eius in transſmigratione Babylonis: & poſt transſmigrationē Babylonis Iechonias genuit Iechoniam, Iechonias genuit Salatiyel.* & ab antiquo imperito ſublatum *Iechoniam* ſecundo loco; vnde factum, vt in tertio ordine tredecim tantùm generationes numerentur à *Salathiel*, qui primus poſt transſmigrationem ponitur vſque ad *Chriſtum*, vtroque comprehenſo. Opponas duo; Alterum, conſequi, vt omnes libri, & in omnibus linguis ſint hoc loco corrupti. De quo an poſſit contingere, diximus in Diſputatione pro Edit. Vulgata cap. 23. Caietanus lib. 2. Reg cap. 21. verſ. 8. & Melchior Canus lib. 11. de Locis Theol. cap. 5. dicunt id poſſe contingere; alij aliter. in quo non moramur. Alterum, quomodo *Iechonias* genuit *Iechoniam*, hoc eſt *Ioakim Ioachin* poſt tranſmigrationem, cùm ante eam ambo fuerint Reges? Sed cùm poſt tranſmigrationem vixerit *Ioachin*, & in tertio ordine primus numeretur, dicitur genitus poſt tranſmigrationem. Neque id apertè dicit Epiphanius, ſed ego colligo ex dictis eius. Et alioqui multæ tranſmigrationes Babylonicæ fuerunt; nec cogimur de vltima tranſmigratione locum intelligere, quando incenſum eſt templum. Verùm quod præcedit, IN TRANSMIGRATIONE BABYLONIS. i. ea inſtante, eo exilio & captiuitate; ſic intelligitur de quacumque tranſmigratione, ea inſtante Ioſias genuit filios ſuos.

12 SALATHIEL AVTEM GENVIT ZOROBABEL. *Salathiel* genuit *Phadaiam*, *Phadaia* filius *Zorobabel*: 1. Paral. 3. verſ. 19. Ergo vna generatio prætermittitur, ſ. Phadaia.

13 ABIVD. Hic non ponitur inter filios Zorobabel 1. Paral. 3. verſ. 19. ſed quidam credunt eſſe Ananiam, cuius poſteri ibi ſubijciuntur. ſic Abulenſis eo loco ait. Ego credam eſſe ex alijs filijs qui ibi ponuntur aliquem, quorum poſteritas ibi ſiletur: nam vt Gloſſa ait, ab Abiud vſque ad Ioſeph, nulla in Sacris eorum virorum extat mentio, ſed erant alij Annales, vnde ſumpti ſunt ab Euangeliſta.

15 MATHAN. *Mathan* & *Mathat* de eadem vxore genuerunt; *Mathan* quidem *Iacob*, *Mathat* autem *Heli*. Iacob ex vxore Heli ſine filijs defuncti genuit Ioſeph, naturâ quidem ſuum, ſed ſecundùm legem Heli filium. Sic Matthæus & Lucas conciliantur.

16 DE QVA NATVS EST IESVS. Quidam putant *Ieſu* nomen Hebr. ſcribi יהושע *Iehoſuah*, vt ſit compoſita vox ex Dei nomine ineffabili, & איש *vir*, ſeu שאר *ſear*, *caro*. quaſi dicat, *Deus homo*, ſeu *Deus caro*, & huc ſpectare quod dicitur Iudic. 13. verſ. 18. *Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Quid enim mirabilius, quàm Deus factus caro? Acutè, an verè? Ego potiùs dicam ſcribi Hebr. ישוע *Ieſuah*, ſeu יושיע à ſalute, iuxta Angeli verba verſ. 21. ad Ioſeph: *Et vocabis nomen eius* IESVM; *ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum.* Plura Luc. 1. verſ. 31. Natus eſt Ieſus Auguſto XIII. & Plautio Siluano Coſſ. Vrbis cond. anno 752. Imperij Auguſti anno 42. Quidam ſuperiori anno malunt, Lentulo & Meſſalino Coſſ. Sulpitius Seuerus lib. 2. Hiſt. ante biennium, Sabino & Ruffino Coſſ. Res dubia etiam Auguſtini tempore. Sed certè octauo Kal. Ianuarij, die Dominico, vt Comeſtor, Vincentius Belluacenſis & Lucas Tudenſis aiunt. Quod quomodo cum Kalendarij ratione conſentiat, Diſputat. De die mortis Chriſti cap. 2. à nobis dictum eſt.

17 VSQVE AD CHRISTVM. *Chriſtus* eſt *vnctus*. Vngebantur ſacerdotes & Reges; ſic multi Chriſti. Sed noſter per antonomaſiam abſolutè dicitur *Chriſtus*; & Dan. 9. verſ. 25. *Chriſtus princeps dux*. Hebr. *Naghid*.

18 CHRISTI AVTEM GENERATIO SIC ERAT. ſ. vt ſuperiùs dictum eſt. Sic Druthmarus. q. d. hactenus Chriſti progenitores. Ibi diſtinctio, vt ſequatur noua narratio. Aut ſumatur *generatio* pro natiuitate, quam iam explicat. Dicit aliquis, Quomodo per Ioſeph, qui non fuit Chriſti pater, deducitur eius genus? Sed certè *Ioſeph* & *Maria* fuerunt ex eadem tribu, eiuſdem etiam familiæ; ideò ambo deſcribuntur in vrbe Bethleem. Adhæc, Virgo, quia vnica & heres parentibus, cogebatur nubere maximè propinquo, lege lata filiabus Salphaad Num. 36. ne hereditates confunderentur: Sic putabam Ioachim patrem Virginis, & Iacob patrem Ioſeph fuiſſe fratres, Virginis & Ioſeph idem genus, eoſdem progenitores.

18 CVM ESSET DESPONSATA. Syr. *mechirah*. i. *vendita*. *Machar* propriè *emere & vendere* ſignificat, quod Syriaci interpres Latinus non aduertit. Et ſanè *vendita* idem eſt quod *deſponſata*. Sed in eo alluditur ad morem antiquum, quo viri vxores dotabant, & quaſi eas emebant; quod in coniugijs Iacob, Dauidis, & Oſeæ prophetæ cernimus. Sic illæ quaſi emptæ, ſubditæ erant viris ſuis; nunc ſuperbiunt, quaſi contrà ipſos viros emant ampla ſæpè dote. MARIA IOSEPH. Epiphanius hær. 51. quòd Ioſeph erat annorum plus minus octoginta cùm duxit Virginem. ANTEQVAM CONVENIRENT. ſ. in eaſdem ædes, anteà quàm duxiſſet eam domum.

19 ET NOLLET EAM TRADVCERE. i. infamare, in exemplum dare. Græcè, παραδειγματίσαι.

20 QVOD ENIM IN EA NATVM EST. i. conceptum.

23 ECCE VIRGO. Locus eſt Iſaiæ 7. verſ. 14. vbi plura aliquantò. Hoc addo: Hebr. pro *vocabunt*, aut *vocabitur*, legi *vocabis*. ſ. tu mater; quo indicatur, non habiturum patrem, cuius eſſet filio nomen imponere. EMMANVEL *nobiſcum Deus*. ſic vocatur Chriſtus, vel quòd Deus ſit homo, vel quòd per eum Deus homini reconcilietur.

25 ET NON COGNOSCEBAT EAM. Non ſequitur; quòd poſteà cognouerit; tantùm dicit, quod non eſt factum. Heluidius his verbis abutebatur contra perpetuam B. Mariæ virginitatem. Sed ſimilis locutio 2. Reg. 6. verſ. 23. de Michol: *Non eſt ei natus filius vſque in diem mortis ſuæ.* non ſequitur poſt mortem natum ei filium. PRIMOGENITVM. Sic Chriſtus vocatur, non quòd alios habuerit fratres, ſed quia nullum ante.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

EVANGELIVM. i. *bona iucundaque annuntiatio*. ſ. de hominum ſalute per Chriſtum. SECVNDVM MATTHÆVM. ſ. Chriſti Apoſtolum, qui id Hebraicè ſcripſit. Qui deinde Græcè verterit, aut ex Græco in Latinum, quo vtimur, incertum; emendatum quidem conſtat à D. Hieronymo.

1 LIBER. i. ſcriptura, ſeu deſcriptio. Quidam id titulum putant, ſumptum more Scripturæ, ab eo quod primò narratur: alij proœmium, de eo quod primùm dicendum ſit. GENERATIONIS. i. generis, ſeu genealogiæ. ſ. deſcribitur catalogus eorum à quibus Chriſtus originem duxit; idque vt appareat eſſe ex ſemine

David,

Dauid, vt Iudæis, quibus ſcribebat, fuerat à Deo promiſſum. quod non obſcurè indicat, dicens, Filii David, filii Abraham. & huic, & Dauid factæ promiſſiones de Chriſto ab eis naſcituro.

Et fratres. Ab his, & Iuda, Iudæi omnes originem ducunt. 2

De Thamar. Huius partu ſignificatum myſterium 3
Iudæorum & Gentium.

Booz. Putant quidam hunc fuiſſe *Abeſan* Iudi- 5
cem. Vide Iudic. 12. Iesse. qui & *Iſai*. Regem. ſ. primum de tribu Iuda.

Vriæ. ſ. vxor. 6

Oziam. Hîc omiſſi tres reges, ſ. Ochozias filius Io- 8
ram, Ioas, & Amazias pater Oziæ. cauſam quære in Scholiis noſtris in Euangelia prolixioribus.

Iechoniam. qui & *Ioakim*, ſeu *Ioacim*, & *Eliacim*. 11
In transmigratione, &c. i. circa tempora captiuitatis Babylonicæ.

Iechonias. qui & *Ioachin*, filius Ioakim. Genvit 12
Salathiel. ſ. in Babylone.

Mathan. Not. ex eadem vxore genuiſſe Mathan 15
quidem Iacob, Mathat verò Heli, deinde Iacob ex vxore Heli ſine filiis defuncti genuiſſe Ioſeph, natura quidem ſuum, at ſecundùm legem Heli filium; ideoque eius filius vocatur Luc. 3.

Mariæ. Not. Mariam, cùm fratres non haberet, de- 16
buiſſe ſecundùm legem Numerorum vlt. nubere viro eiuſdem familiæ: cùm ergo, vt hinc apparet, Ioſeph de familia Dauid fuerit, ex eadem neceſſe Mariam fuiſſe, adeoque Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid, quod Matthæus demonſtrare inſtituerat, ducta ſerie maiorum per viros, more Scripturæ & Hebræorum.

Generationes. i. perſonæ in genealogia numeratæ. 17
Ad David. ſ. incluſiuè. A David. ſ. excluſiuè. Ad transmigrationem. i. ad Iechoniam patrem, qui & Ioakim. A transmigratione. i. à Iechonia filio, qui & Ioachin.

Sic erat. pro, ſic accidit, ſeu habuit. Despon- 18
sata. Cauſas deſponſationis vide in noſtris Scholiis fuſioribus. Antequam convenirent. i. copularentur. nec verò ex iſto modo dicendi fit, vt poſteà conuenerint. Sic enim dici ſolet, etiam de iis quæ poſteà non fiunt: vt, Antequam acciperet medicinam mortuus eſt. In vtero habens. i. grauida. De Spiritv sancto. i. virtute Spiritus ſancti, adeoque etiam Patris & Filij, vna enim totius Trinitatis virtus. Cur ergo tribuitur Spiritui ſancto? vt vel ex ipſo nomine, ſanctiſſima & puriſſima conceptio intelligatur. Adde, quòd ſolet Scriptura opera eximiæ Dei charitatis tribuere Spiritui ſancto, qui eſt Patris & Filij charitas.

Ivstvs. i. perfectus, ſeu eximia probitate. quaſi di- 19
cat, cùm ea eſſet virtute, vt neminem læderet. Tradvcere. i. propalare, ſeu infamare. Græc. παραδειγματίσαι. i. *exemplificare, ſeu exemplum facere*. ſ. diuulgando. ſuſpicabatur quidem adulterium, ſed quia certus non erat, prodere nolebat. Occvlte. ſ. ne infamaret. Dimittere. ſ. ne retinendo conſentire videretur. planè iuſtus, qui ſuum cuique reddit; Deo timorem, vxori charitatem, ſibi cautionem.

Cogitante Græc. ἐνθυμηθέντος. i. *cùm cogitaſſet*. 20
In somnis. Græc. κατ' ὄναρ. i. *per ſomnium*. Noli timere. Græc. *Ne timeas*: vbi in reliquum ſemel annotaſſe ſuffecerit, ferè in Teſtamento nouo, quoties legitur *Noli*, aut *Nolite timere*, aut aliud facere, Græcè numquam eſſe verbum *nolendi*, ſed ſolùm, *Ne time*, *Ne fac*, &c. ſ. ſecutus eſt Interpres communem loquendi vſum, quo dici ſolet; *Noli facere*. pro, *Ne facias*. Accipere. i. retinere. timebat ne retinendo Deum offenderet. Natvm. i. conceptum, ſeu genitum. De Spiritv sancto. Vide ſup. vbi, & hîc etiam Græc. eſt *ex Spiritu ſancto*.

Iesvm. i. *Saluatorem*. Hebr. ישוע Salvvm faciet. 21
i. liberabit. Popvlvm svvm. ſ. electos. remittuntur quidē & aliis peccata, ſed relabū tur, & in eis moriū tur.

22 Vt adimpleretvr. Non quidem ob id ſolùm, nam præcipuè ad mundi ſalutem; ſed & ob hanc illud prædictum. Prophetam. ſ. Iſaiam cap. 7. Vide ibi quæ annotauimus.

23 Virgo Græc. ἡ παρθένος. i. *virgo illa*. ſ. inſignis. Nobiscvm Devs Hebr. עמנו *nobiſcum*, אל *Deus*.

24 Exvrgens. Græc. διεγερθεὶς. i. *expergefactus*, ſeu *excitatus*.

25 Donec. ſic dicitur Gen. 8. non reuerſus coruus, donec ſiccarentur aquæ; qui numquam reuerſus eſt. & 2. Reg. 6. Michol non habuiſſe filium donec moreretur. Vide Luc. 22. Vocavit. ſ. mater, vt patet ex Syriaco.

CAPVT II.

Quomodo Magi cum muneribus ad Chriſtum natum peruenerint: de Herodis in infantes ſæuitia, & Chriſti in Ægyptum exilio, ipſiusque reditu in terram Iſrael.

1 CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem *Luc. 2. a. 7*
A Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi
2 ab oriente venerunt Ieroſolymam, * dicentes:
Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? vidimus
enim ſtellam eius in oriente, & venimus adora-
3 re eum. * Audiens autem Herodes rex, turba-
4 tus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. * Et
congregans omnes principes ſacerdotum, &
Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus
5 naſceretur. * At illi dixerunt ei: In Bethlehem
Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam:
6 * [n] Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam mi- *n Mich. 5.*
nima es in principibus Iuda: ex te enim exiet *a. 2*
7 dux, qui regat populum meum Iſraël. * Tunc *Ioan. 7.*
Herodes clàm vocatis Magis diligenter didicit *f. 42*
8 ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: * & mit-
B tens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interroga-
te diligenter de puero: & cùm inueneritis, re-
nuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.
9 * Qui cùm audiſſent regem, abierunt. & ecce
ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat
eos, vſquedum veniens ſtaret ſupra, vbi erat
10 puer. * Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gau-
11 dio magno valdè. * Et intrantes domum, in-
uenerunt puerum cum Maria matre eius, &
procidentes adorauerunt eum: [n] & apertis the- *n Pſal. 71.*
ſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, *b. 10*
12 & myrrham. * Et reſponſo accepto in ſomnis
ne redirent ad Herodem, per aliam viam re-
13 uerſi ſunt in regionem ſuam. * Qui cùm receſ-
ſiſſent, ecce angelus Domini apparuit in ſom-
C nis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum,
& matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto
ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt
Herodes quærat puerum ad perdendum eum.
14 * Qui conſurgens, accepit puerum & matrem
15 eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum: * & erat
ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur
quod dictum eſt à Domino per Prophetam
dicentem: [n] Ex Ægypto vocaui filium meum. *n Oſee 11.*
16 * Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à *a. 2*
Magis, iratus eſt valdè, & mittens occidit om-
nes pueros, qui erant in Bethlehem, & in om-
nibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecundùm
17 tempus quod exquiſierat à Magis. * Tunc ad-
impletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam
18 prophetam dicentem: * [n] Vox in Rama audita *n Ier. 31.*
D eſt, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans *d. 15*
filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

* De-

* Defuncto autem Herode, ecce angelus Do- 19
mini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto,
* dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem 20
eius, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt
enim, qui quærebant animam pueri. * Qui 21
conſurgens, accepit puerum, & matrem eius,
& venit in terram Iſraël. * Audiens autem quòd 22
Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre
ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſe-
ceſſit in partes Galilææ. * Et veniens habitauit 23
in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimple-
retur quod dictum eſt per Prophetas: Quoniam
Nazaræus vocabitur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN DIEBVS HERODIS. De Herode & eius poſteris diximus quod ſatis eſt in Diſputatione pro aduentu D. Iacobi cap. 4. 1 ECCE MAGI AB ORIENTE. Chaldæi *magos* vocant, quos Græci *philoſophos*; ſed præcipuè aſtrorum cognitioni dediti erant, à quibus futura ſignificari putabant. Quæ fuit Origenis ſententia in illud Geneſ. 1. verſ. 14. *Et ſint in ſigna*, apud Euſeb. de Præparat. Euang. lib. 6. cap. 9. omnes futuros euentus in cælo eſſe deſcriptos; ideò *cælum* vocari *librum* Apocalypſ. 6. verſ. 14. *Cælum plicabitur ſicut liber*, vti ipſe legit: nos, *cælum receſſit ſicut liber*, eadem ſententia; finita enim lectione liber remouetur & clauditur, ſic in fine mundi cælum nihil ampliùs ſignificabit. Affert etiam ex oratione Ioſeph, quæ non extat, legi: *In tabulis cæli, quæcumque contingent vobis & filijs veſtris*. Id putabant Magi, & ex eo diuinabant, vt & noſtri Aſtrologi vaniſſima gens. Sed quoniam ſæpè ij Magi errabant, & quia plerique eorum damnatas alias artes exercebant, factum eſt, vt Magi vox malè ſonet. Apud Tacitum lib. 16. Seruilia Sorani filia accuſatur, quòd Magis pecuniam dediſſet. Ergo noſtri Magi, philoſophi fuerunt. Reges etiam multi faciunt; quod nec nos reijcimus. Tres numero pingunt, nigrum ex ijs vnum; quod Coloniæ, vbi ſunt eorum corpora, non fieri Molanus ait; ſed albos omnes pingi. Verùm intra tredecim dies quomodo venire potuerunt? Per miraculum ait Remigius. Auguſtinus etiam Serm. 7. de Epiph. poſt dies tredecim ab ortu veniſſe putat. In dromedarijs, Hieronymus; qui ſunt cameli curſores, *poſtas*. Vopiſcus in Aureliano Zenobiam fugiſſe ait camelis, quos *dromadas* vocant. Quidam anno ſuperiori ſtellam apparuiſſe putant. Chryſoſtomus & Nicephorus lib. 1. cap. 13. ante duos annos. Epiphanius hæreſ. 52. & Euſebius in Chron. non ſtatim, ſed poſt duos annos veniſſe credunt. Verius puto cum Abulenſi, ex vicina regione intra eos dies veniſſe, vt ex Meſopotamia.

VIDIMVS ENIM STELLAM EIVS. De hac ſtella meminit Chalcidius in Timæum Platonis, citat eum Galatinus lib. 4. contra Iudæos cap. 10. Vixit Conſtantini Magni tempore. Chryſoſt. Angelum in ſtella apparuiſſe ait. Sanè per ſe moueri non poterat, ſed vi occulta moueri neceſſe fuit. Tertullianus de Idololatria, paulò poſt initium, & ex eo Iſidorus Etymol. lib. 8. cap. 9. tum Gratianus, 26. q. 3. cap. 1. ſed quaſi ex Auguſtin. Aſtrologiæ vſum conceſſum aiunt vſque ad Chriſtum, poſt eius ortum vetitum, vt nullius deinde natiuitas quaſi de cælo prædicta putetur. Quod intellige de Legibus Imperatoriis? nam ab eo tempore Cæſares cœperunt in Aſtrologos, iudiciarios ſ. Leges ferre. De naturæ Legibus nihil eſt mutatum. Porrò ſtella eius dicitur, quoniam eius ortum ſignificabat. 2

PRINCIPES SACERDOTVM. ſ. ſacerdotes primarios. ET SCRIBAS. Hos Lucas cap. 7. verſ. 3. vocat *legis peritos*, nempe Legis interpretes, Iureconſultos. 4

ET TV BETHLEHEM. Michææ 5. verſ. 2. extat hoc 6 teſtimonium, quo loco plura inuenias, & quomodo verba hæc cum Prophetæ verbis concilientur, vt non ſit opus eadem repetere. QVI REGAT Græc. *paſcat*, ſeu *paſcet*, ποιμανεῖ. ſed *paſcere*, *regere* eſt, metaphora à paſtoribus ſumpta.

11 OBTVLERVNT EI MVNERA. In eo Regem Chriſtum eſſe teſtati ſunt. Solemne enim erat Perſarum Regibus, ne quis ad eos ingrederetur ſine munere.

15 EX ÆGYPTO VOCAVI FILIVM MEVM. Ex Oſea 11. verſ. 2. vbi nos explicuimus hæc verba de exitu populi ex Ægypto, & de Chriſto hiſtoricè intelligi. Niſi ea malis ex libr. Num. ſumi, vbi cap. 23. verſ. 22. dicitur: *Deus eduxit illum de Ægypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis*. Sed & id etiam de populi liberatione intelligitur, & de ea Balaam loquitur.

16 A BIMATV. Hinc Chryſoſtomus & alij colligunt, ſtellam Magis biennio ante Chriſti ortum apparuiſſe. Alij, veniſſe illos poſt biennium ab ortu. Lucas Tudenſis in Chron. Herodem accitum Romam tunc ait reuerſum, è populo quidem, bimatu minores; è genere regio & ſacerdotali, minores quinquennio. Macrobius 2. Saturnal. cap. 4. cùm Auguſtus audiſſet inter pueros intra bimatum occidiſſe filium, dixiſſe: *Melius eſt Herodis eſſe porcum, quàm filium*.

18 VOX IN RAMA. Locus ex Ieremiæ cap. 31. v. 15. vbi nos etiam quomodo intelligatur, & de fletu ob captiuitatem Babylonicam, & ob cædem infantium explicuimus. Et quidem *Rachel* prope Bethleem ſepulta eſt, Geneſ. 35. verſ. 19. Sumitur hîc in genere pro mulieribus Bethleemiticis. Sic *Aaron* pro ſummo ſacerdote Pſal. 132. verſ. 2. *Babylon, Sodoma, Ægyptus* pro qualibet iniqua ciuitate. *Rama* vrbs erat in tribu Beniamin prope Gabaon, Ioſue 18. verſ. 25. quò ait perueniſſe luctum Bethleem. Hyperbole. Hieronymus in Ieremia pro *in Rama* poſuit *in excelſo*, id enim *Rama* Hebraicè ſignificat, ſed ſententia eadem, procul ſ. eos clamores auditos. Iuſtinus contra Tryphonem ait *Rama* locum eſſe in Arabia, quò peruenit clamor Bethleemitarum.

23 NAZARÆVS VOCABITVR. Quidam hoc deſumptum putat ex Iudic. 13. verſ. 5. vbi de Samſone, qui typus eſt Chriſti, dicitur: *Erit enim nazaræus Dei ab infantia ſua*. Et quidem *Nazaræi* vox illa per *Zain* ſcribitur; *Nazareth*, vbi Chriſtus eſt educatus, per *Zade*. Verùm nil prohibet vnam ex his literis pro altera ſumi, quoniam ſunt ſimiles prolatione. Hieronymus tamen à *Nezer*. i. *flore* deducit, atque ab illis verbis Iſai. 11. verſ. 1. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*. Sic Chriſtus *Nazaræus* quaſi *floridus* erit. Antiqui *Nazaræi* à *Nazar*, *ſeparare*, quaſi ſeparati à plebe, vel vox *Nazaræus* de Chriſto deducatur ab ipſa *Nazareth*. Quod autem ait: VT ADIMPLERETVR QVOD DICTVM EST PER PROPHETAS. i. per vnum è Prophetis, formâ loquendi vſitata: *Habitauit in vrbibus Galaad. Sepultus eſt in vrbibus Iuda*. i. in vna vrbium. Ioann. 6. verſ. 45. *Eſt ſcriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei*, ex Iſai. 54. verſ. 13. Actor. 13. verſ. 41. *Dictum eſt in Prophetis: Videte contemptores*, ex Habacuc 1. verſ. 5. *In Prophetis*. i. vno aliquo ex Prophetis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDA. Eſt enim altera in tribu Zabulon. Græc. & Syr. *Iudæa*, ſicut infrà, quòd regnaret in Iudæa, ſ. forte Iuda. MAGI. Perſæ, ſeu Chaldæi erant, ſapientes (id enim vox *magi* Perſicè ſignificat, ſeu *philoſophos*) ſucceſſoreſque Balaam. vulgò receptum, Reges fuiſſe, & numero très. Et quidem quòd Reges fuerint, putant Athanaſius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Theophylactus, Cyprianus, Tertullianus, Hieronymus, Iſidorus, & Thomas.

2 STELLAM. Græc. τὸν ἀστέρα. i. certam quamdam &

inſignem ſtellam. Eivs. i. eum natum indicantem. Id maiorum traditione didicerant. Vinimvs. præteritum eſt; nam Græc. ἤλθομεν. Adorare. Ideò munera ferebant. Perſis enim mos, Regem non ſine munere adorare.

Avdiens. ſ. regem Iudæorum natum. Tvrbatvs 3
est. ſ. timebat ſibi regnum ereptum iri. Omnis. i. maxima pars. Turbata verò, vel nouitate rei, vel timore Romanorum, vel quod Herodi fauerct.

Principes. i. primarios; & velut capita. Fortè intelli- 4
guntur principes 24. familiarum; de quibus 1. Par. 24. Scribas. i. doctores, ſeu *Legis peritos*, vt Lucas vocat. Hebr. סֹפְרִים quaſi *librarij*, à סֵפֶר. i. *libro*, quòd ſacros libros lectitarent, & explicarent, Græc. γραμματεῖς, quaſi *Scribæ*. ſ. publici, quorum eſt ſcripta publica aſſeruare, & promere. vulgo *Cancellarij*. Nasceretvr. i. naſci deberet.

Ivdæ. Græc. *Iudææ*. Prophetam. ſ. Michæam 5
cap. 5. vide quæ ibi notauimus.

Neqvaqvam, &c. At illic Hebr. *paruula es in mil-* 6
libus, &c. Matthæus ſenſum reddidit. ſ. paruula quidem es, ſi aliarum ciuitatum principalium ciuium numerus ſpectetur, vbi multa millia hominum; at ſi princeps qui ex te naſcetur, non parua es. Principibvs. i. præcipuis ciuitatibus, vel populis qui ſub principibus ſeu tribunis qui Chiliadibus præerant. Solet quidé Scriptura *populum, milium* nomine appellare. Regat. Græc. ποιμανεῖ i. *paſcet*. ſ. paſtoris more reget. Popvlvm mevm. i. fideles, quorum Iſrael populus figura.

Clam. ſ. ne ſi fortè reſciſcerent Iudæi, putarent inſi- 7
dias parari Regi nato. Tempvs. ſ. vt occideret pueros eius ætatis omnes, vt poſteà fecit, ne ille poſſet euadere.

In Oriente. Hinc apparet non illos per viam du- 9
xiſſe, vt vulgò putatur.

Domvm. ſ. præſepe, ſecundùm Iuſtin. in Tryph. 11
& Hieron. epiſt. 17. & 18. Obtvlervnt. An ſinguli tria hæc, aut ſingula, incertum eſt.

Responso Apparet eos Deum conſuluiſſe, an ad 12
Herodem redire deberent.

Dictvm. Dictum quidem de populo Iudaico, ſed 15
in figura Chriſti. Vocavi. ſ. vt inde rediret in terram Iſrael.

Bimatv. i. ætate duorum annorum. Infra. ſ. vſ- 16
que ad ætatem dierum, qui ab ortu ſtellæ elapſi. id enim ſignificat quod ſequitur.

Rama. i. excelſo. q. d. longè lateque. Rachel. 18
i. regio Bethleemitica, vbi ſepulta Rachel. Non svnt. i. perierant.

Apparvit. ſ. poſt quinque annos quibus illic mo- 19
ratus Chriſtus, ſecundùm quoſdam. Quamquam alij multò plures numerent, alij pauciores.

Defvncti, &c. plurale pro ſingulari, ſic Exod. 2. 20
Moyſi dictum eſt.

Regnaret. Toparchæ nomine, ſed Regia poteſtate. 22
Timvit. non timuit ab Herode, quòd Bethleem ob quam ortũ periculum, ſub huius ditione non eſſet. Adde quòd Archelaus patri erat crudelitate ſimilior. Illo. Fortè volebat adire templum, vt Deo gratias ageret.

Vt adimpleretvr. pro, atque ita impletum eſt. 23
Prophetas. vide Iſa 11. Zach. 6. Nazarævs. i. *floridus*. ſcribendum verò per צ non per ז vt apparet in titulo crucis, qui Romæ aſſeruatur. & Iſa. 11. Vocabitvr. Sic interdum in Euangelio vocatur, & in Actis.

CAPVT III.

Ioannes Baptiſta (cuius vitæ auſteritas deſcribitur) pœnitentiam iuxta Iſaiæ vaticinium in deſerto prædicat: & populo ad ipſum confluente, reprehendit Phariſæos vna cum Sadducæis, docens vt dignos faciant fructus pœnitentiæ: & quantum ſuus à Chriſti baptiſmo differat: ſuper Chriſtum autem à Ioanne baptizatũ deſcendit Spiritus ſanctus, & vox Patris cælitus audita eſt.

IN diebus autem illis venit Ioannes Bapti- 1
ſta prædicans in deſerto Iudææ, * & dicens: 2
A " Pœnitentiam agite: appropinquauit enim " Marc. 1. a.4
3 regnum cælorum. * Hic eſt enim, qui dictus Luc. 3. a.3
eſt per Iſaiam prophetam dicentem: " Vox " Iſa 40.
clamantis in deſerto: Parate viam Domini: a.3
4 rectas facite ſemitas eius. * Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos:
eſca autem eius erat locuſtæ, & mel ſilueſtre.
5 * " Tunc exibat ad eum Ieroſolyma, & om- " Marc. 1.
nis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem; a.5
6 * & baptizabantur ab eo in Iordane confi- Luc. 3. a.4
7 tentes peccata ſua. * Videns autem multos
B Phariſæorum, & Sadducæorum, venientes
ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à
8 ventura ira? * Facite ergo fructum dignum
9 pœnitentiæ. * Et ne velitis dicere intra vos:
" Patrem habemus Abraham. dico enim vo- " Ioan. 8.
bis quoniam potens eſt Deus de lapidibus e.39
10 iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. * Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo
arbor, quæ non facit fructum bonum, excide-
11 tur, & in ignem mittetur. * " Ego quidem bapti- " Marc. 1.
zo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt a.8
me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum Luc. 3. d.16
C dignus calceamenta portare: ipſe vos baptiza- Ioan. 1.
12 bit in Spiritu ſancto, & igni. * Cuius venti- d.26
labrum in manu ſua: & permundabit aream Act. 1. b.5
ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextin-
13 guibili. * " Tunc venit Ieſus à Galilæa in Ior- " Marc. 1.
danem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. b.9
14 * Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego Luc. 3. a.21
D à te debeo baptizari, & tu venis ad me?
15 * Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Sine modò: ſic enim decet nos implere omnem iu-
16 ſtitiam. Tunc dimiſit eum. * Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua. & ecce aperti ſunt ei cæli: & vidit ſpiritum Dei
deſcendentem ſicut columbam, & venien-
17 tem ſuper ſe. * " Et ecce vox de cælis dicens:
Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi com- " Luc 9. e.35
placui. 2. Pet. 1. d.17

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 APPROPINQVAVIT. Louan. legunt *appropinquabit*, atque ita eſt in Goth. ſed falsò; nam Græcè & Syriacè eſt in præterito, nec multùm refert, quoniam ſæpè præterita pro futuris & contrà ponuntur. Regnvm cælorvm. i. Deus vult regnare in nobis, remittens noſtra peccata Chriſti aduentu. Regni huius rex eſt Chriſtus, & regnum ſpirituale eſt, quod carnali opponitur.

3 Vox clamantis. Locus eſt ex Iſaiæ cap. 40. verſ. 3. vbi diximus vocem *in deſerto*, iungi non cum *clamantis*, ſed cum *parare*; quod oſtendunt Hebraici accentus, tametſi alij codices reclament. Quid autem ſit Parate viam Domini, paulò pòſt explicat cùm ait, *Facite fructum*, &c.

4 De pilis camelorvm. ſ. contextum, non de lana, quæ mollior eſt: nam in veſte & zona pellicea, quam Eliæ inſtar geſtabat, Ioannis auſteritatem explicare vult. Locvstæ. Brocardus in Deſcriptione Terræ ſanctæ, ait in Palæſtina herbas eſſe eo nomine, ſeque ad Iordanem ſæpè vidiſſe Monachos illis veſci. Alij affirmant eſſe piſcem marinum hoc nomine. ſed verius eſt fuiſſe locuſtas communes, quibus ſalitis in multis regionibus veſcuntur, præſertim pauperes,

vt ait Plinius lib 6. cap. 30. & lib. 7. cap. 2. Sed Leuit. 11. verſ. 22. *locuſta* inter mundas volucres numeratur.

Mvltos Pharisæorvm. De ſectis Iudæorum multa Clemens Conſtitut. Apoſt. libr. 6. cap. 6. & Epiph. initio ſui Operis, tum Iſidor. libr. 8. Etymol. cap. 4. Progenies viperarvm. i. pleni iniquitatis veneno. 7

Facite ergo frvctvm dignvm poenitentiæ. Ecce opera neceſſaria, nec ſufficere fidem ſolam, vt hæretici contendunt. 8

Filios Abrahæ, eſt in datiuo. q. d. Abrahæ ipſi ſuſcitare poteſt Deus filios. 9

Secvris ad radicem. i. vindicta diuina inſtar & nemeſis. 10

Baptizo vos in aqva. Differentia explicatur inter Baptiſmum Ioannis & Baptiſmum Chriſti. In Spiritv sancto. Ecce Sacramentorum efficaciam, in quo differunt à veteribus Sacramentis. Et igni. i. qui Spiritus ſanctus eſt igni ſimilis. 11

Cvivs ventilabrvm in manv sva. Alterum relatiuum redundat, quod Hebræis eſt vſitatum. 12

Sine modo. Indicatur Ioannem poſtmodum à Chriſto fuiſſe baptizatum, vt ait Chryſoſt. Implere omnem ivstitiam. i. quæ mihi à Patre præcepta ſunt, ſeu quod Patri eſt gratum. 15

Et vidi Spiritvm. Quis vidit? Si dicamus, Chriſtus ipſe; oportebit legere mox, *deſcendentem ſuper ſe*, vt eſt fere in omnibus codicibus, Latinis Roman. Reg. Si autem dicimus, Ioannes vidit, quod multi colligunt ex Ioannis cap. 1. verſ. 32. vbi Ioannes ait, *Vidi Spiritum Dei deſcendentem*, oportebit legere, *Deſcendentem ſuper ipſum*. Vt eſt Græcè & Syriacè, & in quibuſdam codicibus Latinis. Sicvt colvmbam. Per *columbam* ſignificatur commodè Spiritus ſanctus, propter eius manſuetudinem, ſimplicitatem, & fecunditatem. 16

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Venit; præſentis temporis eſt. In deserto ſ. ab interiori deſerto vbi vixerat, venit ad id quod propius erat hominum habitationi. 1

Poenitentiam agite. i. dolete ob peccata, & vitam mutate, Deoque per bona opera ſatisfacite. Vide 2. Cor. 7. quàm multa in pœnitentia requirantur. Appropinqvavit. i. propè eſt. ſ. aderat Chriſtus, qui id daret ſibi credentibus & obedientibus. Cælorvm. i. quo in cælo regnant Sancti cum Deo, quod per Chriſtum factum, nec ante illum quiſquam hominum cælum aſcenderat. 2

Dicentem. ſ. ſecundùm editionem LXX. Clamantis. i. palàm, & liberè prædicantis. ſ. Ioannis, vel per ipſum Dei. Rectas, &c. explicatio præcedentis, q. d. auferte quæ aduenientem poſſunt offendere, ſ. peccata. Semitas. i. vias. repetitio. ſic Pſal. 76. 3

De pilis. ſ. contextum. Pelliceam ſ. vt Elias. Locvstæ. Licebat iis veſci, Leuit. 11. De harum vſu in eſcam, vide Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 11. cap. 29. Silvestre ſ. agreſtium apum. 4

Omnis. i. maxima pars. ſic ſup. cap. 2. Iordanem Fluit ex Antilibano monte à *Ior* & *Dan* fontibus, vnde ei nomen. 5

Peccata. & in genere, & fortè aliqua in ſpecie. Vide Leuit. 16. Num. 5. Eccli. 4. Act. 19. ſufficiebat quidem illi baptiſmo ſe agnoſcere peccatores. 6

Pharisæorvm. Sic dicti hi quaſi ſeparati, à פָּרַשׁ *ſeparauit*. Sadducæorvm, dicti quaſi iuſti. צַדִּיק *iuſtus*. Viperarvm. q. d. peſſimorum filij peſſimi & venenati. Demonstravit. Vox admirantis nouitatem. Ira. ſ. Dei. i. ſupplicio gehennæ. Vide infra cap. 25. 7

Dignvm poenitentiæ. i. conuenientem pœnitentiæ. ſeu qui pœnitentiam deceat. Vel hic vide, pœnitentiam requirere bona opera. 8

9 Dicere. & in eo confidere. Istis. Apparet lapides demonſtraſſe præſentes; fortè alludens ad Saræ ſterilitatem, quæ petra dicitur Iſa. 51. Filios. i. poſteros. Abrahæ. datiuus eſt q. d. etiam ſine vobis implebitur promiſſio Abrahæ facta de filiorum multiplicatione & ſalute. & quidem ſuſcitate gentes, quæ in Iudæorum locum ſucceſſere.

10 Enim. pro, verò, vel cauſam reddit eius quod de pœnitentiæ fructu dixerat. Græc. δὲ. i. *autem*. Arborvm. metaphoricè homines intelliguntur. Frvctvm bonvm. Vbi ſunt, qui operum bonorum neceſſitatem negabant dum viuerent, contenti credere? nempe in igne inferni, vt ſtatim dicitur. Excidetvr, &c. Græc. præſentia ſunt ſed pro futuris.

11 In poenitentiam. i. vt ſic pœnitentiæ admoneamini. Ventvrvs est Græc. præſ. ἐρχόμενος, ſed futuri ſignificatione. Dignvs. Græc. ἱκανὸς. i. *idoneus*. Calceamenta. Apparet Chriſtum calceatum inceſſiſſe, quamquam non hinc neceſſariò probatur: eſt enim modus dicendi, ſe valde inferiorem eſſe. Igni. opponit aquæ, de qua dixerat, *Baptizo in aqua*, quaſi dicat purgabit, illuminabit, & inflammabit, dato Spiritu ſancto. Fortè alludit ad diem Pentecoſtes, de quo Act. 1. Quidam ad ignem Purgatorij referunt. Vide Hieron. hîc. Baſil. libr. de Spiritu ſancto, cap. 15. Nazianz. Orat. de Epiph.

12 Ventilabrvm Inſtrumentum eſt quo grana in altum proiecta à paleis purgantur. Inextingvibili. Et hîc apparet æternum fore ſupplicium.

14 Prohibebat. ſ. agnouit Spiritus ſancti inſpiratione, ſeu reuelatione; quæ deinde columbæ deſcenſu confirmata eſt. Debeo. Græc. χρείαν ἔχω. i. *opus habeo*. ſ. & ei Chriſto mundatore opus erat nemo enim ſine peccato.

15 Sine. ſ. me ingere. Sic ſ. præeundo exemplo. Ivstitiam. i. perfectionem, ſeu virtutem, cuius magna pars humilitas, hîc à Chriſto exhibita. Dimisit. i. non vltra prohibuit, ſed baptizauit.

16 Aperti Non reipſa, ſed apparitione. Vidit. ſ. Chriſtus, & etiam Ioannes. Vide Ioan. 1. Sicvt colvmbam. Non vera fuit columba, ſed ſpecies. Quidam tamen veram fuiſſe putant. vtrumque probabile.

17 Filivs. Græc. ὁ υἱός, i. *ille filius*. ſ. vnicus, ſeu ſingularis. Dilectvs. Græc. ὁ ἀγαπητὸς. i. *ille dilectus*. ſ. vnicè. Complacvi. q. d. qui mihi eſt ſingulariter gratus. Græc. εὐδόκησα.

CAPVT IV.

Chriſtus in deſerto poſt ieiunium quadraginta dierum vincit diaboli tentationes: & capto Ioanne ſecedens in Capharnaum, pœnitentiam prædicat: piſcatores Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem Zebedæi ad ſe vocat: annuntians quoque Galilæis Euangelium, varias curat infirmitates, turbis ipſum comitantibus.

1 TVnc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiri- *Marc. 1. b. 12*
2 tu, vt tentaretur à diabolo. * Et cùm ieiu- *Luc. 4. a. 1*
A naſſet quadraginta diebus, & quadraginta no-
3 ctibus, poſteà eſuriit. * Et accedens tentator
dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti pa-
4 nes fiant. * Qui reſpondens dixit: Scriptum
eſt: " Non in ſolo pane viuit homo, ſed in *" Deut. 8. a. 3*
omni verbo, quod procedit de ore Dei.
5 * Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam
ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum
6 templi, * & dixit ei: Si filius Dei es, mitte
te deorſum. Scriptum eſt enim: " Quia an- *" Pſal. 90. c. 11*
gelis ſuis mandauit de te, & in manibus tol-
lent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem
7 tuum. * Ait illi Ieſus: Rurſum ſcriptum eſt:
" Non tentabis Dominum Deum tuum. *" Deut. 6.*

Iterùm aſſumpſit eum diabolus in montem 8
excelſum valdè: & oſtendit ei omnia regna B
mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc 9
omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.
Tunc dicit ei Ieſus: Vade Satana: Scriptum eſt 10
Deut.6.b.13 enim: Dominum Deum tuum adorabis, &
illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & 11
ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.
Cùm autem audiſſet Ieſus quòd Ioannes tra- 12
Mar.5.c.14 Luc.4.c.14 Ioan.4.f.43 ditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam: & relicta 13
ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Ca-
pharnaum maritima, in finibus Zabulon &
Nephthalim: vt adimpleretur quod dictum 14
Iſa.9.a.1 eſt per Iſaiam prophetam. Terra Zabulon, 15
& terra Nephthalim, via maris trans Iorda-
nem, Galilæa gentium, populus qui ſedebat 16
in tenebris, vidit lucem magnam: & ſedentibus C
Mar.1.b.15 in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Ex- 17
inde cœpit Ieſus prædicare, & dicere: Pœniten-
tiam agite: appropinquauit enim regnum cæ-
lorum. Ambulans autem Ieſus iuxta mare 18
Mar.1.b.16 Luc.5.a.1 Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui
vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mit-
tentes rete in mare, (erant enim piſcatores) & 19
ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri pi-
ſcatores hominum. At illi continuò relictis re- 20
tibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vi- 21
dit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, &
Ioannem fratrem eius: in naui cum Zebedæo
patre eorum, reficientes retia ſua: & vocauit eos.
Illi autem ſtatim relictis retibus & patre, ſecu- 22
ti ſunt eum. Et circuibat Ieſus totam Gali- 23
læam, docens in ſynagogis eorum, & prædicans D
euangelium regni: & ſanans omnem languo-
rem, & omnem infirmitatem in populo. Et 24
abijt opinio eius in totam Syriam, & obtule-
runt ei omnes malè habentes, varijs languori-
bus, & torm ētis comprehenſos, & qui dæmonia
habebant, & lunaticos, & paralyticos, & cura-
Mar.3.a.7 Luc.6.c.17 uit eos: & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de 25
Galilæa, & Decapoli, & de Ieroſolymis, & de
Iudæa, & de trans Iordanem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IESVS DVCTVS EST IN DESERTVM A SPIRITV. ſ. ſancto. Auguſt. lib. 9. de Ciuit. Dei, cap. 21. & lib. 11. cap. 33. quòd princeps dæmonum tentauit Chriſtum. Vnde quidam colligit, Angelum eius cuſtodiæ deputatum fuiſſe, Angelum ſupremum, fortaſſe Gabrielem. Verùm probabilius, nullum cuſtodem Angelum habuiſſe.

4 SED IN OMNI VERBO. i. omni re, qua Deus volet eum alere.

6 MANDAVIT DE TE Syr. Goth. Græc. *mandabit*. ſic Reg. & Louan. ſed parum intereſt. Hæc duo tempora ſæpè confunduntur.

7 NON TENTABIS. Quando homo habet, quod alioqui per ſe in re præſenti faciat, non debet miraculum petere, id eſt tentare Deum.

9 SI CADENS. i. ſi proſtratus adoraueris me.

10 VADE SATANA. In quibuſdam tum Græcis tum Latinis codicibus additur, *poſt me*, ſed in Syr. non eſt, nec Hieronymus in hunc locu, nec Origenes Tractatu 1. in Matth. id videntur legiſſe, meritò à Rom. & Reg. expunctum. ET ILLI SOLI SERVIES. λατρεύσεις. nempe cultu latriæ, qui cultus ſoli Deo debetur, neque alijs ſeruiendum, aut Sanctos venerandos negat. Nec politica ea veneratio Sanctorum eſt, ſed religioſa, nempe à religionis affectu profecta, religioni tributa & ſanctitati. Porrò λατρεία, θρήσκεια, περιεσμός, ὁρίζειν, ἀγάπη, ἐλεημοσύνη, αἵρεσις, pro ſecta, cum σχίσμα, propria Scripturæ ſacræ vocabula ſunt. εὐδοκία etiam, teſte Hieronymo. Lucianus tamen Dialogum περὶ αἱρέσεων. i. *de ſectis* ſcripſit. Cyprian. Præf. Breuiarij ad Quirinum, religionem Chriſtianam ſectam vocat. Idē facit Tertullianus.

12 CVM AVTEM AVDISSET IESVS, QVOD IOANNES TRADITVS ESSET. nempe in carcerem, ad Macheruntem, prope Mare mortuum, vt Ioſephus ait lib. 18. cap. 7. Vinculorum duplex cauſa; propter Herodiadem, Matth. 14. verſ. 3. & propter concurſum qui ad Ioannem fiebat, defectionem verebatur, vt idem Ioſephus ait loco citato.

13 IN CAPHARNAVM. Multas voces aſpirat Latina lingua, quæ Græcè ſine aſpiratione ſunt. Ἰώσηπος, Καλπούρνιος, τρόπαιον, Κλεόπας, Καπερναούμ. Nos *Ioſephus*, *Calphurnius*, *trophæum*, *Cleophas*, *Capharnaum*. MARITIMA. Adiacet Capharnaum lacui Geneſareth, quod mare Tiberiadis vocatur; alioqui procul eſt à vero mari.

15 TERRA ZABVLON. Locus Iſaiæ 9. initio, vbi nos quod ſit ſatis. VIA MARIS. i. verſus mare noſtrum, cui adiacet tribus Nephthalim, quæ & *Galilæa ſuperior*, & *Galilæa Gentium* dicitur, quòd ſit finitima Gentibus Tyro & Sidoni. TRANS IORDANEM. Ad Occaſum Iordanis, & comparatione Orientis; alioqui cis Iordanem eſt cum Ieruſalem comparata.

16 VIDIT LVCEM MAGNAM. Liberationem ab hoſtibus & bello, & Chriſtum Dominum. De vtroque etiam Iſaias loquitur.

23 DOCENS IN SYNAGOGIS EORVM. Loca erant, vbi Iudæi ad preces & ad audiendum Dei verbum conueniebant. Sacrificia in ſolo templo Ieroſolymitano offerebantur.

24 ET LVNATICOS. ſ. comitiali morbo laborantes, qui cum lunæ cremento aut decremento ingraueſcit; ideò *lunatici* vocantur, qui id patiuntur.

25 ET DECAPOLI. Regio vbi erant decem ciuitates. id nomen *Decapolis* ſignificat. DE TRANS IORDANEM. Valla & Eraſmus in ſuis Annot. negant duas ſimul præpoſitiones rectè poni, vt hic, ita Pſal. 77. v. 7. *de poſt fœtantes*. Verùm Ambroſius ad Rom. 14. dixit: *De ſub iugo legis*. Hieronymus in Sophoniam: *De ſub tergum Domini*. Seneca libr. 1. Controu. Declam. 3. extrema: *Qui de ſub ſaxo*. Liuius Dēcad. 1. lib. 4. & Cicero ad Atticum eadem forma loquendi ſunt vſi.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 A SPIRITV. ſ. ſancto. Græc. ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. i. *ab illo Spiritu*. ſ. de quo ſuprà.

2 NOCTIBVS. Id additum videtur, ne quis ſolùm per diem ieiunaſſe crederet.

3 ACCEDENS. ſ. corporali ſpecie, & greſſu. TENTATOR. Græc. ὁ πειράζων. i. *ille tentator*. ſ. diabolus. SI FILIVS, &c. ſ. audierat illam vocem, *Hic eſt Filius meus*, &c. quod explorare certiùs volebat, cùm eſurientem videret; ſimul etiam, ſi poſſet, ad peccatum inducere. Vnde apparet, occultum illi fuiſſe Incarnationis myſterium, alioqui non ſperaſſet Deum ſe poſſe decipere. DIC. i. *iube*, ſeu *verbo effice*, Hebr.

4 VIVIT. Græc. *viuet*. ſ. ſi Deus ita velit. VERBO. i. *re*. Hebr. QVOD PROCEDIT, &c. i. quod Deus dixerit, ſeu voluerit, & iuſſerit. q. d. poteſt Deus hominem aliter quàm pane alere. Ita ſe Dei Filium non negauit, ſed occultauit.

5 TVNC ASSVMPSIT, &c. Hæc fuit ſecunda ordine tentatio: ſequitur enim: *Iterùm aſſumpſit*, deinde additur, *Tunc reliquit eum*. Lucas ergo rei ordinem non eſt ſecutus. quamquam in quibuſdam codicibus reperitur idem ordo etiam apud Lucam. SANCTAM. Ita dicitur Ieruſalem, ob Dei templum & cultum. PINNACVLVM. Græc. πτερύγιον. i. *alam*, ſ. extremitatem tecti, quod planum erat.

6 MANDAVIT. Græc. & Syr. *mandabit*.

TENTABIS. *Tentare Deum* dicitur, qui à Deo mira- 7
culum vult, vbi non eſt opus. eſt enim id, velut Dei
potentiæ periculum velle facere.

OSTENDIT. Fortè per ſpecies à ſe formatas, & Chri- 8
ſti oculis obiectas, vel narrando, vt fit, oſtendit.

CADENS. i. procidens humi, ſeu proſtratus. ADO- 9
RAVERIS ME. Apertè ad peccatum inducit. Nec addit,
ſi Filius Dei es. ſ. credebat purum eſſe hominem, & alio-
qui, quanta fuiſſet ſtultitia, velle à Filio Dei adorari?

SATANA. id eſt, *aduerſarie.* SCRIPTVM EST. 10
ſ. Deut. 6. & 10. vbi tamen non eſt verbum *adorabis*,
ſed *timebis.* quo verbo ſignificatam eſſe etiam adora-
tionem, hinc planè colligitur. ADORABIS. Auguſt.
in Gen. q. 61. notat, non additum hîc *ſolum*, ſicut in
ſeruies, nempe adorantur multa præter Deum. SER-
VIES. Græc. λατρεύσεις. vnde latria Deo ſoli debita. ſic
enim vſu recepta ſignificatio, cùm alioqui ſeruitutem
ſignificet.

ACCESSERVNT. ſ. corporali ſpecie. MINISTRA- 11
BANT. ſ. cibos.

TRADITVS. ſ. ab Herode in carcerem. 12

RELICTA. i. omiſſa, ſeu prætерita. 13

VIA. Græc. *viam.* pro, iuxta viam. MARIS. i. ad 15
mare ducens. ſ. Magnum, ſeu Mediterraneum. TRANS.
ſ. reſpectu Aſſyriæ, de qua illic ſermo. GALILÆA
GENTIVM. ita dicebatur ea Galilææ pars, quæ prope
Tyrum & Sidonem in tribu Nephthalim.

SEDEBAT. i. *agebat*, ſeu *viuebat*, Hebr. VMBRA 16
MORTIS. i. tenebroſiſſima. ſ. ignorantia Dei. Græc. *&*
vmbra mortis. & ita etiam LXX. Interpretes Iſa. 9. ſed
eodem ſenſu. LVX. ſ. Euangelica.

FIERI. Syr. Græc. nihil eſt. 19

RELICTIS RETIBVS. Græc. & Syr. *relicta* 22
nauicula.

EVANGELIVM REGNI. i. bonum nuntium de æter- 23
na ſalute. ſ. cæleſti regno. LANGVOREM. Syr. *do-*
lorem.

SYRIAM. ſ. eam quæ ab Oriente Euphrate termina- 24
tur, alioqui nomen latiùs ſolet patere. TORMENTIS.
i. cruciatibus. LVNATICOS. ſ. certis lunæ tempori-
bus vexatos a diabolo, vel humore melancholico, aut
comitiali morbo laborantes.

DECAPOLI. Ita dicta regio ob decem præcipuas ciui- 25
tates. TRANS. ſ. reſpectu Iudææ.

CAPVT V.

Octo tradit beatitudines: Apoſtolos ſalem terræ & lucem mundi dicit: nec venit vt ſoluat legem aut Prophetas, ſed adimpleat, docens de non iraſcendo fratri, ſed vt ei reconciliemur, de non concupiſcenda muliere, de membro ſcandaliZante abijciendo, de vxore extra caſum adulterij non dimittenda: non iurandum, nec malo reſiſtendum, inimicos diligendos, & de male meritis benè merendum.

VIdens autem Ieſus turbas, aſcendit in 1
montem, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad A
eum diſcipuli eius, * & aperiens os ſuum doce- 2
bat eos, dicens: * "Beati pauperes ſpiritu: quo- 3 [" Luc. 6. d. 20]
niam ipſorum eſt regnum cælorum. * "Beati 4 [" Pſal. 36. a. 11]
mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.
* Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolabun- 5
tur. * "Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: 6 [" Iſa. 61. a. 3]
quoniam ipſi ſaturabuntur. * Beati miſericor- 7
des: quoniam ipſi miſericordiam conſequen-
tur. * "Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum 8 [" Pſal. 23. a. 4]
videbunt. * Beati pacifici: quoniam filij Dei 9
vocabuntur. * "Beati, qui perſecutionem pa- 10 [" 1. Pet. 2. d. 20. & 3. c. 14. & 4. d. 14]
tiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt
regnum cælorum. * Beati eſtis cùm maledixe- 11
rint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint
omne malum aduerſum vos mentientes, pro-
pter me: * gaudete, & exultate, quoniam mer- 12
B ces veſtra copioſa eſt in cælis. ſic enim perſecuti
13 ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. * Vos eſtis
ſal terræ. "Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalie- [" Marc. 9. g. 50]
tur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur fo- [Luc. 14. g. 34]
14 ras, & conculcetur ab hominibus. * Vos eſtis
lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra
15 montem poſita. * "neque accendunt lucernam, [" Marc. 4. c. 21]
& ponunt eam ſub modio, ſed ſuper cande- [Luc. 8. c. 16. & 11. e. 33]
labrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.
16 * "Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt [" 1. Petr. 2. c. 12]
videant opera veſtra bona, & glorificent pa-
17 trem veſtrum, qui in cælis eſt. * Nolite putare
quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas:
18 non veni ſoluere, ſed adimplere. * "Amen quip- [" Luc. 16. d. 17]
C pe dico vobis, donec tranſeat cælum & ter-
ra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à
19 lege, donec omnia fiant. * "Qui ergo ſolue- [" Iac. 2. b. 10]
rit vnum de mandatis iſtis minimis, & docue-
rit ſic homines, minimus vocabitur in regno
cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic
20 magnus vocabitur in regno cælorum. * Dico
enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia ve-
ſtra "plus quàm Scribarum, & Phariſæorum, [" Luc. 11. e. 39]
21 non intrabitis in regnum cælorum. * Audiſtis
quia dictum eſt antiquis: "Non occides: qui [" Exod. 20. c. 13]
22 autem occiderit, reus erit iudicio. * Ego autem [Deut. 5. b. 17]
dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo,
reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo,
raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit,
23 fatue: reus erit gehennæ ignis. * Si ergo offers
D munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris
24 quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: * re-
linque ibi munus tuum ante altare, & vade
priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens of-
25 feres munus tuum. * "Eſto conſentiens ad- [" Luc. 12. g. 58]
uerſario tuo citò dum es in via cum eo: ne
tradat te fortè aduerſarius iudici, & iudex
tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris.
26 * Amen dico tibi, non exies inde, donec red-
27 das nouiſſimum quadrantem. * Audiſtis quia
28 dictum eſt antiquis: "Non mœchaberis. * Ego [" Exod. 20. c. 14]
autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mu-
lierem ad concupiſcendum eam, iam mœcha-
29 tus eſt eam in corde ſuo. * "Quòd ſi oculus [" Infr. 18. b. 9]
tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & pro-
F. ijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum [Mar. 9. g. 47]
membrorum tuorum, quàm totum corpus
30 tuum mittatur in gehennam. * Et ſi dextra ma-
nus tua ſcandalizat te, abſcide eam, & proijce
abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum mé-
brorum tuorum, quàm totum corpus tuum
31 eat in gehennam. * Dictum eſt autem: "Qui- [" Deut. 24. a. 1]
cumque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libel-
32 lum repudij. * Ego autem dico vobis: Quia [Inf. 19. b. 7]
omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta [Mar. 10. a. 4]
fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & [Luc. 16. d. 18]
33 qui dimiſſam duxerit, adulterat. * Iterùm au- [1. Cor. 7. b. 10]
diſtis quia dictum eſt antiquis: "Non periura-
34 bis: reddes autem Domino iuramenta tua. * Ego [" Leuit. 19. b. 12]
autem dico vobis, non iurare omnino, neque [Exod. 20. b.]
35 per cælum, quia thronus Dei eſt: * neque per [Deut. 5. b. 11]
F terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neque
per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis:
36 * neque per caput tuum iuraueris; quia non
potes vnum capillũ album facere, aut nigrum.
37 * "Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: [" Iac. 5. c. 12]

quod

quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.
* Audiſtis quia dictum eſt: " Oculum pro ocu- 38
lo, & dentem pro dente. * Ego autem dico vo- 39
bis, non reſiſtere malo: "ſed ſi quis te percuſſe-
rit in dexteram maxillam tuam, præbe illi &
alteram: * " Et ei, qui vult tecum iudicio con- 40
tendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei &
pallium. * & quicumque te angariauerit mille 41
paſſus, vade cum illo & alia duo. * " Qui petit 42
à te, da ei: & volenti mutuari à te, ne auerta-
ris. * Audiſtis quia dictum eſt: " Diliges proxi- 43
mum tuum, & odio habebis inimicum tuum. G
* Ego autem dico vobis: " Diligite inimicos ve- 44
ſtros, benefacite his qui oderunt vos: "& orate
pro perſequentibus, & calumniantibus vos: * vt 45
ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt: qui ſolem
ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit
ſuper iuſtos & iniuſtos. * Si enim diligitis eos 46
qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?
nónne & publicani hoc faciunt? * Et ſi ſalu- 47
taueritis fratres veſtros tantùm, quid ampliùs
facitis? nónne & Ethnici hoc faciunt? * Eſtote 48
ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis
perfectus eſt.

"Exod. 21. d. 24 Deut. 19. d. 21 Leuit. 24. d. 20 " Luc. 6. d. 29 " 1. Cor. 6. b. 7 " Deut. 15. b. 7 " Leuit. 19. d. 18 " Luc. 6. d. 27 " Rom. 12. d. 20 Act. 7. g. 60 Luc. 23. e. 34

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 ET APERIENS OS SVVM. Antè per Prophetas locutus, nunc ore ſuo. Aut quia non verbis ſolùm docebat, ſed etiam operibus. Aut quia Sancti pleni ſunt, vt vaſa odorum, quæ aperta, continuò fragrantiam emittunt: Gregorius 4. Moral. cap. 5. & lib. 14. cap. 20.

3 BEATI PAVPERES SPIRITV. i. humiles, qui mendicorum animum gerunt, qui paucis contenti, veras diuitias putant non in additione rerum, ſed detractione cupiditatis conſiſtere, quod Epicurus dicebat apud Senecam epiſt. 2. 4. 111. Græcè *πτωχοί*. i. *mendici.* Ammonius: *πένης* eſt *qui ſuo labore viuit, πτωχὸς, qui mendicat.* Hic tamen in genere pro *paupere* ſumitur.

4 BEATI MITES. Græc. & Syr. hæc beatitudo tertio loco ponitur. Ergo *beati mites.* i. qui ſe non vlciſcuntur, aut ſi velis, manſueti, patientes, ſedati; ij enim aſſequuntur quæ volunt, non feſtini, iuxta illud Iacobi 1. verſ. 4. *Patientia opus perfectum habet. La flema.* Id enim pars quoque patientiæ eſt.

6 QVI ESVRIVNT. Qui quamuis in inopia ſint, cupiunt ſolùm quod iuſtum eſt.

9 PACIFICI. Qui non ſolùm patientes ſunt, ſed inter alios pacem componunt.

11 OMNE MALVM. i. quoduis malum dixerint contra vos. MENTIENTES. Qui mendaciter vituperatur, & propter Deum, is beatus eſt. PROPTER ME. ſ. perſecuti vos fuerint.

12 MERCES VESTRA. Ecce meritum, cui reſpondet merces in cælis copioſa.

13 IN QVO SALIETVR. i. condietur, reparabitur ipſe ſal, ex Luc. cap 14. verſ. 34.

16 VT VIDEANT OPERA. Cap. 6. verſ. 1. *Attendite, ne iuſtitiam veſtram,* &c. Quomodo hæc cohærent? Nempe ex intentione. Qui facit bona, vt laudetur, is videri vult; qui ſolùm, vt Deo placeat, in ſecreto facit, etiamſi opera ſint publica. De quo Gregorius 3. Paſtor. cap. 36. ET GLORIFICENT. ſ. vos æmulantes. Clemens Strom. 7. *Dicunt Matthiam Apoſtolum inter cetera dixiſſe; Si electi vicinus peccauerit, peccauit electus; nam ſi ita ſe geſſiſſet, vt iubet verbum, eius vitam eſſet vicinus reueritus, vt non peccaret.*

17 NON VENI SOLVERE. Euangelium eſt Legis complementum. Picturæ inchoatæ & delineatæ qui inducit colores, etſi priores lineæ non appareant, non illam deſtruit, ſed perficit: Cyrillus de Adorat. ſic qui ære fuſo ſigna è cera corrumpunt.

18 IOTA VNVM, AVT VNVS APEX. id eſt ne minima quidem res. Gregorius Nyſſ. tamen Oratione 1. de Paſcha ait: *Iota*, eſt linea ad perpendiculum. *Apex*, Græcè, *κεραία*, quæ & *antennam* ſignificat, eſt ad eius formam linea tranſuerſa. Significat ergo, ne lineam quidem legis fore, quæ non impleatur.

20 QVIA NISI ABVNDAVERIT IVSTITIA VESTRA. Debent Chriſtiani perfectiorem vitam veteribus exhibere. *Lex exſcindit peccata, Euangelium etiam peccatorum occaſiones,* vt Baſilius ait.

22 EGO AVTEM DICO VOBIS. *Antiqui vt ſerui, dicit Dominus; Chriſtus vt filius, ego dico:* Irenæus lib 4. c. 70. FRATRI SVO. *frater*, pro quocumque. Græc. additur *εἰκῆ*. i. *temerè*, ſine cauſa. Quod Euthymius, Theophylactus, Chryſoſtomus legunt, tum Auguſtinus, omnes in hunc locum. Verùm Hieronymus, etſi in quibuſdam codicibus legi fateatur, radi vult, quod in vetuſtis & correctioribus codicibus non inuenitur. Auguſtinus etiam 1. Retract. cap 19. in Græcis codicibus non addi ait. Item Caſſiodorus lib. 8. cap. 20. putat eſſe addititium, negatque in omnibus Græcis exemplaribus eſſe. Aliquis quod ſupra naturam eſſet, numquam iraſci illud addidit. RACA. i. *vacuus cerebri.* Sed homo vacui cerebri, & fatui, quæ vt grauior iniuria poni videtur, idem eſt. Ideò placet, vt aliquid ſuppleatur hoc modo: Vos dicitis, Qui occiderit, reus erit iudicio. Ego, Qui iraſcitur, reus erit iudicio. Vos dicitis, Qui dixerit, raca, reus erit concilio. Ego, quòd is mittetur in infernum. Porrò de *gehenna* alio loco dictum eſt.

24 RELINQVE IBI MVNVS TVVM ANTE ALTARE. Si altare, & ſacrificium. De quo & Paulus ad Hebr. 13. verſ. 10. habere nos altare ait.

25 ESTO CONSENTIENS. Nimirum fœdere facto. DVM ES IN VIA. ſ. ad iudicium, dum iris ad tribunalia.

26 QVADRANTEM. Græcè, *κοδράντην.* Eraſmus legendum putat *κουαδράντην.* Verùm hæc analogia non ſemper ſeruatur, & qui ex *Publio* fecere *Poplion*, ex *Quintio Cointon*, potuere ex *quadrante* facere *codrantem.* Eſt autem *quadrans* idem quod *terruncius*, aſſis quarta pars, moneta exigua, noſtri marauedini valore. De quo plura lib. de Pond. & menſuris, cap. 2.

28 QVI VIDERIT MVLIEREM. i. vxorem alterius concupierit, aut quamuis mulierem. *Γυνὴ* vtrumque ſignificat.

29 QVOD SI OCVLVS TVVS DEXTER i. chariſſima quæque ſi te in periculum vocant, dimittenda ſunt. *Oculus* ſumitur pro re quæ oculis videtur, ſicut & *dextera manus* pro re quam manu tangimus, attrectamus.

32 QVI DIMISERIT VXOREM SVAM. In Marco cap. 10. v. 11. additur, *& aliam duxerit.* Sed exceptio illa, *excepta fornicationis cauſa*, non cadit ſupra *aliam duxerit*, neque ex negatiua illa, *non licet dimittere vxorem, niſi ob fornicationem*, rectè colligas affirmatiuam, licet ob fornicationem aliam ducere.

34 NON IVRARE OMNINO. Non rectè colligas, omne iuramentum eſſe illicitum, ſed tantùm, cùm ſine cauſa fit.

37 SIT AVTEM SERMO VESTER, EST, EST: NON, NON. Pythagoræ præceptum, de quo Auſonius Idyllio 17. vbi ait vitam hominum his duobus verbis verſari; ſed epiſtola 25. ait Pythagoram id præcepiſſe, vt cohiberet loquacitatem. QVOD AVTEM HIS ABVNDANTIVS EST. i. ſi plura adijcias. A MALO EST. i. à diabolo.

39 SED SI QVIS TE PERCVSSERIT IN DEXTERAM. Vox Græca *ῥαπίζειν* ſignificat *percutere* quocúque modo, vt conſtat ex Plutarch. in Themiſtocle, ſed propter adiunctam *maxillam*, ſignificat alapâ percutere hic. atque ita Eraſmus vertit, *ſi quis tibi impegerit alapam.* In multis Latinis codibus olim non fuiſſe *dextera* teſtis eſt Auguſt. cap. 30. lib. 1. de Sermone Domini in monte. fuiſſe autem in exemplaribus Græcis, ibidem teſtatur, ſicut

hodie,& à Latinis, & à Syris, & à Græcis concorditer legitur.

42 Et volenti mvtvari a te. Hoc magis explicatur Luc.6. verſ.38. vbi ait: *Date,& dabitur vobis.*

46 Et pvblicani. Sic vocantur, qui regia vectigalia exigebant. Gens apud Iudæos infamis, dicti ſic à *publico*, quod eſt vectigal.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Ascendit. ſ. oraturus, & Apoſtolos electurus. Sedisset. ſ. vbi deſcendiſſet in locum campeſtrem, vt ait Lucas.

2 Aperiens os. Indicatur prolixiorem futurum ſermonem. Vide eandem phraſim Iob 3. Dan.10.

3 Pavperes. Græc. πτωχοί. i. *mendici*, ſeu *valdè egentes*. Spiritv. i. affectu ſpirituali. ſ. propter Deum. Ipsorvm est. pro, conſequentur.

4 Possidebvnt, &c. ſ. velut hereditatis iure. Græc κληρονομήσουσι. i. *hereditabunt*. Terram. ſ. viuentium. q.d. habebunt felicem hereditatem.

6 Esvrivnt, &c. i. Qui optant rectè & iuſtè omnia fieri. Satvrabvntvr. i. explebitur eorum deſiderium. ſ. in cælo, vbi omnia rectiſſima.

7 Conseqventvr. ſ. à Deo.

8 Mvndo. ſ. ab omni vitio. Corde. i. mente, ſeu voluntate.

9 Pacifici. i. pacis factores, ſeu conciliatores. Græc. εἰρηνοποιοί. Vocabvntvr. ſ. vt qui reuerà tales ſint.

10 Ivstitiam. i. rectè & iuſtè facta.

11 Omne. ſ. *quodcumque*, Hebr.

12 Merces. i. præmium. Dicitur autem *merces*, quia datur velut ex debito meritis, vt ſolet merces operario. Huius rei plurima in Scriptura mentio: vt mirum ſit, eſſe qui negent operum bonorum merita.

13 Terræ. i. mundi. ſ. hominum. Evanverit. Græc. μωρανθῇ. i. *infatuatus fuerit*. ſ. redditus inſipidus. In qvo. i. per quid. Salietvr. i. virtutem ſaliendi recuperabit.

14 Lvx. ſ. doctrina, & exemplo. Non potest, &c. quaſi dicat, non magis poteſtis latere, quàm ciuitas, &c. Eſt quidem Eccleſia ciuitas Dei, cuius præcipua pars Apoſtoli, eorumque ſucceſſores Epiſcopi: falſumque eſt & inſanum; quod quidam dicunt, Eccleſiam eſſe inuiſibilem; planè cæcus qui ciuitatem in monte ſitam neget poſſe videri. Non eſt quidem hic meum inſtitutum, dogmata confirmare Catholica: indicabo tamen interdum vnde poſſint confirmari.

15 Accendvnt. ſ. homines, multoque minùs Deus. Et ponvnt. pro, vt ponant. Modio. i. menſura aliqua inuerſa.

16 Lvx. ſ. doctrinæ, & vitæ. Videant. Ergóne etiam hic dicent hæretici, Eccleſiæ Rectores eſſe inuiſibiles, nec videre quid regant?

17 Nolite pvtare. Græc. *Ne putetis*: ſed de hoc ſup. dixi. Solvere. Græc. καταλῦσαι. i. *diſſoluere*, ſeu *deſtruere*. Legem. ſ. veterem. Adimplere. ſ. ſeruando, dando alijs ſeruandi virtutem, addendo præcepta, & promiſſa implendo.

18 Transeat. ſ. renouatione. Iota. Syr. *Iod*. atque id credendum Chriſtum dixiſſe, vt qui Hebræis loqueretur, apud quos *Iod* minima eſt litterarum. ſed Græcus Interpres pro eo poſuit quiddam ſimile, vt poſſet à Græcis intelligi. Apex. id eſt, punctus, ſeu litteræ faſtigium, aut accentus. Eſt autem hyperbole. quaſi dicat, ne minimum quidem ex Lege. nec enim de litteris ſermo eſt quæ pereunt, ſed de rebus ſignificatis.

19 Istis ſ. quæ per *Iota* & *apicem* ſignificaui. quaſi dicat, etiam ex minimis. Sic. ſ. ſoluendo. quaſi dicat, malo exemplo. vel ſic, vt ipſa ſonant. quaſi dicat, malè vixerit, & benè docuerit. Auguſt. 17. cont. Fauſt. de Phariſæis loquitur, qui docebant Legem verbis, & ſoluebant factis. Minimvs. ſ. indignus qui eò admittatur (alludit ad id quod dixerat, *iſtis minimis*) quaſi dicat, non erit inter eos qui omnes magni ſunt, vt ſtatim dicitur. Fecerit. ſ. omnia. *Nam qui in vno offendit, factus eſt omnium reus*: Iacob.2.

20 Abvndaverit. i. maior fuerit. ſ. faciendo, & docendo; illi enim ſolùm docent.

21 Avdistis, &c. Legem veterem & traditiones explicat, addens aliqua. Revs. Græc. ἔνοχος. i. *obnoxius*. Ivdicio. i. condemnationi. hæc erat Scribarum interpretatio.

22 Irascitvr. Græc. & Syr. *iraſcitur ſine cauſa*. Fratri. i. proximo. Ivdicio. i. condemnationi. ſ. Dei. Qvi avtem dixerit fratri, &c. Hoc loci huius obſcuri, & à nemine, quod ſciam, Interpretum declarati genuinam planè explicationem, ab eo acceptam qui me docuit Hebr. linguæ rudimenta, Roſeto, homine Gallo eruditiſſimo. Sic ergo legendus locus: *Qui autem dixerit*, (ſ. dictum eſt antiquis) *fratri ſuo Raca, reus erit concilio. Qui autem* (ſ. dico ego) *dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Senſus ergo totius loci eſt: Doctrina Scribarum condemnat homicidam, ego verò etiam iraſcentem. Illi dicentem Raca ſeu fatuum, ad concilium vocant; ego verò in infernum mitto. Similem loquendi modum conciſum vide infrà cap. 23. vbi Chriſtus ait: *Et quicumque iurauerit in altari, nihil eſt*, vbi ſ. dicitis vos. & Luc.7. *Magiſter dic, Duo debitores*, vbi ſub. dixit Chriſtus. Nunc verba explicemus, vt magis appareat eum quem diximus eſſe loci huius ſenſum. Raca vox Chaldæa *vacuum*. ſ. cerebro, ſeu *fatuum* ſignificans. Hebr. רק *Raq*, ריק *Riq*. i. *vacuare*. Concilio. Græc. συνεδρίῳ. i. *Iudicum conſeſſus*. Et hic facile eſt videre, non Chriſti eſſe doctrinam, ſed Scribarum. Quando enim Chriſtus ita locutus, aut cur ad concilium peccantem mitteret? planè modus dicendi Scribarum eſt, qui in ius trahi volebant, dicentem *Raca*. Gehennæ ignis. pro, gehennæ incendio. vbi Not. gehennam dictam. q.d. *Ge ben Hinnon*. i. *vallem filiorum Hinnon* de qua vide Ioſ. 15. & 19. Ierem. 7. & 17. In ea Iudæi idolo Moloch filios exuſtos offerebant (Dicta etiam *Tophet* à *Toph*. i. *tympano*, quo pulſante ne gemitus audirentur, infantes adolebant.) Sumitur autem pro inferni ſupplicio.

23 Ergo. Nota, huiuſmodi particulam ſæpè non cauſam ſignificare vllam, aut illationem, ſed ſolùm ſermonis continuationem. Idem ſentiendum de *autem*, *enim*, *quoniam*, & ſimilibus. Habet aliqvid, &c. Vide ſimilem phraſim Apoc. 2. Adversvm te. ſ. in quo de te queri meritò poſſit.

24 Vade. ſ. ſi opportunitas eſt loci, temporis, &c. Reconciliari. Græc. & Syr. *reconciliare*. i. redi in gratiam.

25 Esto, &c. Exemplo humano, & veluti parabola, concordiam commendat. quaſi dicat, fac in rebus animæ, quod ſolet fieri in lite de re temporali. Vt enim præſtat reconciliari aduerſario, quàm ab eo Iudici tradi, & condemnari; ita proximo læſo reconciliari, quàm à Deo puniri. Adversario. i. ei qui habet aliquid aduerſum te; adeoque Dei legi. Dei quidem verbum aduerſatur malè viuentibus, vt ait Auguſtinus epiſt. 87. Græc. ἀντιδίκῳ. i. *litem intendenti*, ſeu *in ius trahenti*. Via. i. præſenti vita. Ivdici. ſ. Chriſto. Ministro. i. ſententiæ executori. ſ. Angelo bono, ſecundùm quoſdam; ſecundùm alios, malo. Carcerem. Purgatorium intelligunt quidam, vt Cyprianus, Ambroſius, Origenes; alij infernum, vt Auguſtinus.

26 Novissimvm. i. extremum. quaſi dicat, quod reſtat ſoluendum. Qvadrantem. i. quartam aſſis partem, quæ & *terruncius* dicitur, à tribus vncijs. Marc. cap. 12. vocat *duo minuta*. Significatur verò hic minimum quodque debitum ſeu peccatum. Eant nunc hæretici, & dicant ſufficere ſolam fidem ad ſalutem.

Num is ob incredulitatem detinetur, dicitur in carcere?
aut non credere, quadrans eſt, & minimum quid? Si
iſti oculos habent, cur rem tam apertam non vident?
Ad concvpiscendvm. Apertè hic damnabile eſſe 28
oſtendit, deliberatè fœminā concupiſcere, & volunta-
tem mali apud Deum pro facto reputari. Quo referen-
da ſunt quæ Scholaſtici de moroſa delectatione fusè
tractant. ſ. tum mortalis eſt, cum mortale malum con-
cupiſcitur, animo conſentiente.
Ocvlvs, &c. i. chariſſima quæque, & valdè neceſ- 29
ſaria. Scandalizat te. i. tibi eſt peccandi occaſio.
Erve. i. remoue à te. q.d. careto potius. Non quidem
eruendus eſt oculus, ſed vſus qui ſcandalizat. Nam
quod de oculo & membris alijs dicit, hyperbole eſt,
qua ſignificatur, præſtare membra perdere quàm ſa-
lutem.
Eat. Græc. *mittatur*. 30
Libellvm, &c. ſ. vt poſſit alteri nubere. licitum fuiſ- 31
ſe dimittere certas ob cauſas, alij aiunt, alij negant; ego
licuiſſe puto.
Excepta, &c. Hæc cauſa licitam facit dimiſſionem, 32
ſed non ſecundum cōiugium dimiſſæ, vel dimittentis.
Dimissam. ſ. etiam ob fornicationem.
Reddes, &c. i. præſtabis quod iuraſti. Erat hæc, vt 33
videtur, Scribarum additio.
Non ivrare. ſ. niſi cauſa ſufficiens ſubſit. Thro- 34
nvs. pro, velut thronus. Vide Iſa. vlt.
Scabellvm. pro, velut ſcabellum. ſ. excellentius eſt 35
cælum, Deumque magis repræſentans, virtute & ſub-
limitate; terra vt infima, ſuperioribus ſubiecta, more
ſcabelli, quod pedibus ſupponitur. Magni Regis.
Vide Pſalm. 47.
Albvm facere avt nigrvm. i. ſiue de albo lo- 36
quamur, ſiue de nigro. q.d. nullum capillum potes fa-
cere. Syr. *Non potes facere in eo particulam vnius pili al-
bi vel nigri.* Significat caput rem eſſe Dei, atque adeò
per id non eſſe iurandum.
Est, est, &c. i. de eo quod eſt, eſſe dicite; de eo 37
quod non eſt, non eſſe. Græc. *etiam, etiam*, ſeu *certè cer-
te*. Et fortè Chriſtus dixit Hebr. *Amen amen*, & tunc
ſenſus fuerit, Contenti eſto te rem affirmatione gemi-
na, aut negatione confirmare. Vide 2. Corinth. 1. & Ia-
cob. 5. qui interpretatur, *Veſtrum etiam, ſit etiam; & ve-
ſtrum non, ſit non.* (ſic enim eſt Græc.) q.d. De eo quod
eſt, dicite, Eſt; de eo quod nō eſt, dicite, Non eſt. quam-
quam etiam intelligi poteſt, vt illic vertit noſter Inter-
pres. facietque alterum ſenſum etiam, quem ſup. indi-
cauimus. Abvndantivs. i. iuramentum quod inſuper
additur. A malo. ſ. vitio iurantis, vel eius cui iu-
ratur, vel *à malo*. i. diabolo.
Dexteram. pro, vnam, ſeu alteram. Itaque apud 39
Luc. non eſt *dexteram*.
Et tvnicam. &c. apud Luc. priùs ponitur *pallium* 40
quàm *tunica*. ſenſus ergo eſt, Qui vult tibi tollere vnā
veſtem, dimitte ei & alteram. Mirum tantam Chriſti
doctrinam adeò à Chriſtianis negligi, tantumque non
contemni. Quotus enim quiſque hæc facit?
Angariaverit. i. mutuum duxerit. Mille pas- 41
svs. Græc. *vnum miliare*. Dvo. ſ. miliaria Græc.
& Syr. deeſt *& alia*. quo verbo indicatur, tria ambulan-
da, cùm tamen Chriſtus duo tantùm videatur intel-
lexiſſe. ſ. cogenti ad vnum, dandum etiam alterum.
Avertaris. ſ. ab eo. q.d. ne detrectes dare. 42
Et odio, &c. Id videtur additum à Scribis, nam 43
Exod. 23. contrarium dicitur.
Benefacite, &c. Et id quis facit? Calvmnian- 44
tibvs. Græc. & Syr. *infeſtantibus*, ſeu *vexantibus*.
Sitis. i. vos eſſe demonſtretis. 45
Diligitis. ſ. tantùm. Habebitis. Græc. *habetis*, 46
pro, *habebitis*. q.d. quid inde meremini pro mercede
reddendum? Pvblicani. i. vectigalium publico-
rum exactores, qui apud Iudæos infames erant, ob
auaritiam & rapinas, & odioſi, quod putarentur tribu-
ta eſſe iniqua.
Amplivs. Græc. *περισσόν*. i. *eximium*. 47

48 Perfecti. Conſilium eſt, vel præceptum de perfe-
ctione ad ſalutem neceſſaria, de qua Ioan. 2. *Qui ſeruat
verbum eius, in hoc charitas Dei perfecta eſt.* i. quanta in
ad ſalutem opus eſt. Cælestis. Græc. *qui in
cælis eſt*.

CAPVT VI.

*Docet Chriſtus quo modo facienda ſint eleemoſina &
oratio, traditque diſcipulis formam orandi, & offen-
ſas alijs condonandi: item quo modo ſit ieiunandum:
quod non in terra ſed in cælo theſaurizandum, oculus
mundandus, non ſeruiendum duobus dominis: ve-
tat itaque ſolicitudinem de victu, veſtitu, & de
craſtino.*

1 ATtendite ne iuſtitiam veſtram faciatis co-
A ram hominibus, vt videamini ab eis: alio-
quin mercedem non habebitis apud patrem
2 veſtrum, qui in cælis eſt. Cùm ergo facis elee-
moſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypo-
critæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt hono-
rificentur ab hominibus. Amen dico vobis, re-
3 ceperunt mercedem ſuam. Te autem faciente
eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat
4 dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondi-
to, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet
5 tibi. Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ,
qui amant in ſynagogis & in angulis platearum
ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: amen
6 dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu
autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum,
& clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito:
& pater tuus qui videt in abſcondito, reddet
7 tibi. Orantes autem, nolite multum loqui,
B ſicut ethnici. putant enim quòd in multiloquio
8 ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. ſcit
enim pater veſter, quid opus ſit vobis, ante-
9 quam petatis eum. Sic ergo vos orabitis:
Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur *Luc. 11. a. 2*
nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
10 Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.
11 Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da no-
12 bis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut
13 & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne
nos inducas in tentationem. Sed libera nos à
14 malo. Amen. Si enim dimiſeritis hominibus *Infr. 18. d. 33*
peccata eorum: dimittet & vobis pater veſter *Mar. 11. c. 25*
15 cæleſtis delicta veſtra. Si autem non dimiſe- *Eccli. 28. a. 3. 4. 5*
ritis hominibus: nec pater veſter dimittet vobis
16 peccata veſtra. Cùm autem ieiunatis, nolite
fieri ſicut hypocritæ triſtes. exterminant enim
facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.
Amen dico vobis, quia receperunt mercedem
17 ſuam. Tu autem, cùm ieiunas, vnge caput
18 tuum, & faciem tuam laua, ne videaris homi-
nibus ieiunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſ-
condito: & pater tuus, qui videt in abſcondito,
19 reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſau-
C ros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur: &
20 vbi fures effodiunt, & furantur. Theſauriza- *Luc. 12. c. 33*
te autem vobis theſauros in cælo: vbi neque æ- *1. Tim. 6. d. 19*
rugo, neque tinea demolitur; & vbi fures non
21 effodiunt, nec furantur. Vbi enim eſt theſaurus
22 tuus, ibi eſt & cor tuum. Lucerna corporis *Luc. 11. e. 34*
tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex:
23 totum corpus tuum lucidum erit. Si autem
oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum
tenebroſum erit. Si ergo lumen, quod in te eſt,

tenebræ ſunt : ipſæ tenebræ quantæ erunt?
Luc.16. c.13 [m] Nemo poteſt duobus dominis ſeruire : aut 24
enim vnum odio habebit, & alterum diliget:
aut vnum ſuſtinebit, & alterum contem-
net. Non poteſtis Deo ſeruire & mammo-
Luc.12. c.22 næ. [n] Ideò dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ 25
1 Pe 5.b 7 veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro
Pſalm. 54. d.25 quid induamini. Nónne anima plus eſt quam
Phil.4 b 6 eſca : & corpus quàm veſtimentum? * Reſpici- 26
1.Tim 6. b.7 te volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque D
metunt, neque congregant in horrea : & pa-
ter veſter cæleſtis paſcit illa. Nónne vos magis
pluris eſtis illis? * Quis autem veſtrûm cogitans 27
poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum
vnum? * Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? 28
Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt : non
laborant, neque nent. * Dico autem vobis, quo- 29
niam nec Salomon in omni gloria ſua cooper-
tus eſt ſicut vnum ex iſtis. * Si autem fœnum 30
agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mit-
titur, Deus ſic veſtit : quantò magis vos modi-
cæ fidei? * Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicentes: 31
Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut
quo operiemur? * hæc enim omnia gentes in- 32
quirunt. Scit enim pater veſter, quia his om-
nibus indigetis. * Quærite ergo primùm re- 33
gnum Dei, & iuſtitiam eius : & hæc omnia ad-
ijcientur vobis. * Nolite ergo ſoliciti eſſe in cra- 34
ſtinum. Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi-
ipſi. ſufficit diei malitia ſua.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ATTENDITE NE IVSTITIAM. Græc. *eleemoſynam*, ſed Hebræi *eleemoſynam*, *iuſtitiam* vocant *Zedaka*, quod ſit quoddam genus iuſtitiæ, vnde noſtri *zatzo*, quod pauperibus datur. 1

REDDET TIBI. Multa Latina exemplaria, teſte Auguſtino in hunc Domini Sermonem circa initium, lib. 2. addunt *palam*, *reddet palam*. Conſentiunt Syra, conformia ſunt Græca, non ea ſolùm quæ nunc extant, ſed & ea quibus vſi ſunt Expoſitores Græci. Veruntamen in eis, quæ olim contulit Auguſtinus, defuit, & etiam nunc in exemplari Græco Vaticano non eſt, vt in Latino Romano. 4

INTRA IN CVBICVLVM TVVM. i. in ſecretum locum te recipe cùm orare vis, Dei præſentia contentus. REDDET TIBI. Etiam hîc addunt cum Syris pleríque codices Græci, *in manifeſto*, conſentiuntque Interpretes Græci. Attamen exemplar Græcum Vaticanum conſonat Latinis libris. 6

SANCTIFICETVR. id eſt, ſanctè colatur nomen tuum, & ſanctitas illi tribuatur. 9

ADVENIAT REGNVM TVVM. id eſt, fiat vt in omnibus regnes, & omnes ſe tibi ſubijciant. 10

PANEM NOSTRVM SVPERSVBSTANTIALEM. Goth *quotidianum*, & ſic vocatur in Latina editione Luc. 11. v 2. cùm vtrobique ſit eadem vox Græca ἐπιούσιον, quæ ab ἐπὶ & οὐσία deduci poteſt (ſicut à περὶ & οὐσία ſacri Scriptores περιούσιον formarunt) vt eum *panem*, id eſt victũ (*panis* enim appellatione cetera omnia nutriendo corpori noſtro neceſſaria, Hebræorum more, comprehenduntur) ſignificari intelligamus, qui noſtræ ſubſtantiæ, noſtræ naturæ ſuſtentandæ ſufficiat, hoc eſt (vt Græci interpretantur) minimè ſcilicet delicatum, ſed frugalem. Hunc *panem* ſignificare voluiſſe videtur, qui vertit *quotidianum*, id eſt, cibarium, quo veſci & ſuſtentari quotidie ſolemus. Eódem ſpectat quod Syriacè ponitur, *panem indigentiæ noſtræ*. Innocentius Tertius de Myſter. Miſſæ lib. 5. cap. 24. ait Hebraicè dici *panem ſegulla*, id eſt, *egregium*, ſeu *peculiarem*. Addidit, Lucam reſpiciendo ad ſignificationem *peculiaris* dixiſſe *quotidianum*, Græcum Matthæi Interpretem ἐπιούσιον quia vox illa Hebr. ſignificat etiam *egregium*, pro quo tamen noſter Interpres vertit *ſuperſubſtantialem*. 11

15 ET NE NOS INDVCAS. Auguſtinus lib. 2. de Sermone Domini in monte, cap. 14. legit, *ne nos inferas*. Sed perinde eſt. SED LIBERA NOS A MALO. ſcilicet à peccato, vel diabolo.

16 EXTERMINANT. i. obſcurant, deformant faciem ſuam.

17 TV AVTEM, CVM IEIVNAS. Supponit ieiunium eſſe neceſſarium. VNGE CAPVT TVVM Hieronymus Dan. 10. Apud Perſas & Indos hodie quoque ſeruatur, vt pro balneis vtantur vnguentis, à quibus Iudæi tempore ieiunij abſtinebant; & Daniel ait : *neque vnguento vnctus ſum*. Vnctio fiebat ſine iniuria veſtium, quia balſamum non maculat, vt Plinius ait lib. 12. cap. 23.

18 REDDET TIBI. Aliqui codices Græci hîc etiam addunt *in manifeſto*. Sed pleríque Græci, & omnes Latini reclamant.

20 TINEA DEMOLITVR. Goth. *exterminat*.

22 OCVLVS TVVS. Intentio, corpus, opera, vita. Tinea ſeu blatta veſtium eſt, caries lignorum.

24 DEO SERVIRE ET MAMMONÆ. i. diuitijs, pecuniæ. Multi credunt apud Syros Deum diuitiarum eſſe *Mammon*. Lilius Syntag 6. de Dijs. Plato in Apolog. Non ex diuitijs virtus fit, ſed ex virtute opes, & alia bona hominibus cuncta.

27 AD STATVRAM. Hamla *ætatem* ſignificat ſæpiùs, hîc *ſtaturam*, & Luc. 12 & 19. Nazianzenus etiam in Oratione Epiph. & Demoſthenes aliquando eam vocem pro *ſtatura* vſurpant.

30 SI AVTEM FOENVM. *Fœnum*, עשב *Heſeb*, pro *frumento*. Alioqui *fœni* quis vſus in clibano? Sic Auguſtinus Pſal. 37. fœni ait appellatione in Sacris ſignificari frumentum, vt Pſalm. 103. v. 14. *Producens herbam iumentis, & fœnum ſeruituti hominum* (ſic Hebraica) *vt educas panem de terra*. De quo plura Geneſ. 1. v. 11. diximus.

34 CRASTINVS ENIM DIES. i. Deus cras prouidebit; vel ſuam is dies affert curam, non eſt opus præuenire, certè cum diffidentia. MALITIA. i. afflictio ſufficit, quam quiſque dies ſecum affert. *Malum* aliquando ab afflictione dicitur: Hieronym. Eccleſiaſt. 1. Labor ergo quotidianus cura futuri augeri non debet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVSTITIAM. i. beneficentiam, ſeu eleemoſynam. Græc. ἐλεημοσύνην. i. *miſericordiam*. itaque pòſt paulò, *Cum ergo facis eleemoſynam*. ſic Geneſ. 20. vbi nos legimus *miſericordiam*, LXX. δικαιοσύνην. i. *iuſtitiam*. Itemque cap. 21. & alibi ſæpè, vt notauimus. ſ. eleemoſyna, ſeu miſericordia, magna eſt pars iuſtitiæ.

2 SICVT HYPOCRITÆ, &c. quid reprehendit, non vſum conuocandi tubæ ſono (vt fiebat) pauperes ad eleemoſynam. SYNAGOGIS. i. conuenticulis. SVAM. i. quam optabant, ſeu operi illi conuenientem. ſ. laudem humanam, quam ſic aucupabantur.

3 SINISTRA, &c. Hyperbole. q. d. ſit occultiſſima. vel ſenſus eſt, ne quid operi bono te quidquam admiſceat ſiniſtri. ſ. appetitio humanæ laudis, vt Auguſt. interpretatur.

4 IN ABSCONDITO. i. etiam occultiſſima. q. d. conſcientiam tuam. REDDET. ſ. mercedem.

5 ANGVLIS. ſ. compitis, vbi viæ diuerſæ concurrunt, adeóque multi homines. STANTES. ſic ferè Iudæi orabant, vt & nunc etiam Græci.

6 INTRA, &c. q. d. fuge hominum conſpectum, eóque ora ſemoto loco. REDDET. ſ. mercedem illius operis, vel quod petis oratione. Græc *reddet tibi in propatulo*.

7 NOLITE &c. Græc. μὴ βατταλογήσητε. i. *ne futili verborum profuſione vtamini*. SICVT ETHNICI, &c. Non prolixitatẽ orationis reprehendit, ſed eam, eoq; modo quo à Gentilibus fiebat. IN MVLTILOQVIO. i. ob multiloquiũ, quaſi Deus meliùs intelligat plura loquentes.

8 Scit. adeoque non verbis ad eum multis eſt opus, ſed affectu.

9 Sic. i. in hanc ſententiam, etiam ſi alijs verbis vti contingat. In cælis. Eſt quidem Deus vbique. ſed in cælis ſe magis manifeſtat. vnde, *Cæli enarrant gloriam Dei.* Quidam per *cælos*, Sanctos intelligunt. Sanctificetvr. i. ſanctè colatur. Verbum id & ſequentia optantis ſunt. Nomen. Not. in Scriptura Dei nomen, pro Deo poni. nomine enim cognoſcitur, inuocatur, & celebratur.

10 Regnvm. ſ. cæleſte. q. d. fac vt tecum regnemus. Volvntas. q. d. fac vt tibi obediatur. In cælo. ſ. ab Angelis. In terra. ſ. ab hominibus.

11 Panem. i. victum, ſeu cibum. Svpersvbstantialem. i. ad ſubſtantiæ noſtræ conſeruationem neceſſarium. Græc. *ἐπιούσιον*, quod ſignificat etiam *ſuccedens*. ſ. quotidianum. Syr. *indigentiæ noſtræ*. i. quo ad vitam indigemus. Hodie. Quotidie peti vult, & agnoſci eius beneficium eſſe quòd viuimus.

12 Debita. i. peccata, pro quibus debetur ſatisfactio per pœnitentiam & bona opera, quæ tamen ſine Dei gratia, qua peccata dimittuntur, præſtari non poſſunt. Dimittimvs. Videat quid dicat, qui non dimittit. Debitoribvs nostris. i. ijs qui nos offenderunt.

13 Indvcas. ſ. deſerendo, ſeu permittendo ſuperari. q. d. da gratiam tentationes vincendi. vel q. d. ne nos permittas tentari, ne fortè cadamus. Malo. i. malitia, ſeu diabolo. Hic Græc. & Syr. additur, *quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſæcula.* Amen. i. ita ſit.

14 Delicta vestra. Id non eſt Græc. ſed ſubintelligitur. Mira verò promiſſio, & valdè notanda.

15 Nec pater vester, &c. notandum & id, valdéque timendum.

16 Tristes. i. vultu triſtitiam præferentes. Græc. *σκυθρωποί*. i. *tetrici*. Exterminant. Græc. *ἀφανίζουσι*. i. *demoliuntur*. Syr. *deturpant*. ſ. vultus ſtatum ſeu ſpeciem naturalem mutant pallore affectato, & ſeueritate.

17 Vnge, &c. Metaphora eſt. q. d. diſſimula ieiunium vultus lætitia. Palæſtini quidem his vti in lætitia ſolebant, in mœſtitia verò abſtinere. Vide Ruth 3. 2. Reg. 12. & 14.

18 In abscondito. Verè eſt Deus abſconditus, vt etiam dicitur Iſa. 45.

20 In cælo. ſ. per opera bona, quibus id acquiritur.

21 Vbi enim, &c. q. d. ſic enim cor in cæleſtibus habebitis, & ad ea perpetuò aſpirabitis. Fortè erat id eo tempore prouerbium, nam ſolet Chriſtus vſitatis vti prouerbijs.

22 Lvcerna, &c. Totus locus eſt metaphoricus: à corpore ergo ad animam transferendus, in qua mens, velut in corpore oculus, qui dicitur lucerna, quia illuminat recepta in ſe ſolis aut candelæ luce. Simplex. i. purus, ſincerus. Lvcidvm. i. illuminatum ad operandum.

23 Neqvam. Græc. *πονηρός*. i. *malus*, ſeu *vitiatus*. ſ. ſic vt videre non poſſit. Lvmen. ſ. oculus, qui pro lumine eſt toti corpori. Intellige verò in anima mentis intentionem.

24 Nemo potest, &c. & id fortè prouerbium erat. Dvobvs. ſ. diuerſis inter ſe, ſeu diſſidentibus, & contraria imperantibus. Svstinebit. Græc. *ſuſcipiet*, ſeu *amplectetur*. Syr. *honorabit*. Mammonæ. i. *diuitijs*. vox eſt Chaldaica.

25 Soliciti. ſ. anxij. Animæ. pro, de anima. i. vita, quam dat anima.

26 Magis plvris. i. præſtantiores.

27 Cogitans. Græc. & Syr. *ſolicitus*. ſ. ſua ſolicitudine. Cvbitvm. Eſt hæc menſura ſtaturæ hominis: dicitur enim habere quiſque quatuor cubitos ſuos longitudinis, & totidem latitudinis. ſ. extenſis brachijs.

28 Laborant. ſ. vt viri. Nent. ſ. vt feminæ.

30 Est. ſ. in agro. q. d. viget.

32 Inqvirvnt. ſ. ſolicitè, non fidentes Dei prouidentiæ.

33 Primvm. i. ante omnia, præcipuè, & maximè. Regnvm Dei. i. vt cum Deo regnetis. Eivs. ſ. quam Deus dat, quaque illi placetur. Adiicientvr. ſ. quantum ſaluti expedit.

34 Crastinvm. i. futurum. Sibiipsi. i. de ſe. q. d. ſufficiet craſtina ſolicitudo de rebus neceſſarijs vitæ. Diei. ſ. cuique. Malitia. i. afflictio quam affert. q. d. non oportet ei addere ſolicitudinem de ſequenti die. vel, ſufficiet diei craſtinæ ſua ſolicitudo, vt non oporteat anteuertere hodie, ſeu anticipare. Nota, quod Scriptura aduerſa & moleſta more vulgi *mala* vocat. Scholaſtici *mala pœnæ* dicunt, diſtinguentes à peccatis, quæ vocant *mala culpæ*.

CAPVT VII.

Docet non iudicandum: de feſtuca in oculo fratris, & trabe in proprio oculo: ſanctum non dandum canibus: omnem petentem, quærentem, & pulſantem à Deo exaudiri: faciendum alijs quod nobis fieri volumus: per anguſtam portam ad vitam intrandum: quo modo dignoſcantur falſi prophetæ, & arbor bona à mala: comparatio de audiente Chriſti verba, & operante aut non operante iuxta illa.

1 NOlite iudicare, vt non iudicemini. In *Luc. 6. f. 37*
2 quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabi- *Rom. 2. a. 1*
A mini: & in qua menſura menſi fueritis, reme- *Marc. 4. c. 24*
3 tietur vobis. Quid autem vides feſtucam in
oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non
4 vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eijciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt
5 in oculo tuo? Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtu-
6 cam de oculo fratris tui. Nolite dare ſanctum
canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante
porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, &
7 conuerſi dirumpant vos. Petite, & dabitur *Inf. 21. c. 22*
vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & ape- *Marc. 11. c. 24*
8 rietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & *Luc. 11. b. 9*
B qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut *Ioan. 14. b. 13*
9 quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius
10 ſuus panem, numquid lapidem porriget ei? Aut *Iac. 1. a. 6*
ſi piſcem petierit, numquid ſerpentem porriget
11 ei? Si ergo vos, cùm ſitis mali, noſtis bona da-
ta dare filijs veſtris: quantò magis pater veſter,
12 qui in cælis eſt, dabit bona petentibus ſe? Om- *Luc. 6. e. 31*
nia ergo quæcumque vultis vt faciant vobis ho- *Tob. 4. c. 16*
mines, & vos facite illis. Hæc eſt enim lex, &
13 Prophetæ. Intrate per anguſtam portam: *Luc. 13. e. 24*
quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad
perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.
14 Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ du-
cit ad vitam: & pauci ſunt, qui inueniunt eam!
15 Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad
C vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem *Luc. 6. g. 44*
16 ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum cogno-
ſcetis eos. Numquid colligunt de ſpinis vuas,
17 aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fru-
ctus bonos facit: mala autem arbor malos fru-
18 ctus facit. Non poteſt arbor bona malos fru-
ctus facere: neque arbor mala bonos fructus fa-
19 cere: Omnis arbor, quæ non facit fructum *Sup. 3. c. 10*
20 bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur
21 ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non *Inf. 25. a. 11*
omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, in-
trabit in regnum cælorum: ſed qui facit volun-
tatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit
22 in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa
die: Domine, Domine, nónne in nomine tuo

ᵃ Act. 19. c. 13
prophetauimus, & ᵃ in nomine tuo dæmonia
eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fe-
cimus? * Et tunc confitebor illis: Quia num- 23
quam noui vos: diſcedite à me, qui operamini
iniquitatem. * ᵇ Omnis ergo, qui audit verba 24
mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapien- D
ti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram,
* & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & 25
flauerunt venti, & irruerunt in domum illam,
& non cecidit: fundata enim erat ſuper pe-
tram. * Et omnis, qui audit verba mea hæc, & 26
non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædifica-
uit domum ſuam ſuper arenam: * & deſcendit 27
pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti,
& irruerunt in domum illam, & cecidit, &
fuit ruina illius magna. * Et factum eſt: cùm con- 28
ſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur tur-
bæ ſuper doctrina eius. * ᶜ Erat enim docens eos 29
ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ
eorum & Phariſæi.

ᵇ Pſal. 6. c. 9. Infr. 25. d. 41. Luc. 13. f. 27. Luc. 6. g. 48. Rom. 2. c. 13. Iac. 1. d. 22.

ᶜ Marc. 1. c. 22. Luc. 4. c. 32.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOLITE IVDICARE, ſ. temerè. In alienam vitam inquirere non eſt bonum.

2 ET IN QVA MENSVRA. Prouerbium Hebræorum in lib. Zoar. hæc ſunt verba: *In menſura, qua homo metitur, in ea metiuntur ei.* Affert Diction. Syro-Chaldaicum in radice מדד.

6 DIRVMPANT VOS. Vos ſ. perſequentes canes illi.

8 QVI PETIT, ACCIPIT. Qui petit conſentanea ſaluti.

11 NOSTIS BONA DATA. *Data.* i. dona. Græc. δόματα. In Goth. non eſt vox *data*, & ſine illo conſtat ſententia.

12 VT FACIANT VOBIS HOMINES. Cypr. Serm. de Oratione Domini, *vt faciant vobis homines bona.* Et Auguſtin. lib. 2. de Serm. Dom. ait ſic legi in quibuſdam codicibus Græcis, ſed additum id verbum ad manifeſtationem ſententiæ. Hodie ſanè nulli codices id habent. Neque Veleſius Marchio in ſedecim codicibus Græcis eam vocem inuenit, quos contulit. Quæ diligentia apud nos eſt. HAEC EST ENIM LEX. Huc ſpectat ad mutuam charitatem dirigitur lex.

16 A FRVCTIBVS EORVM. Ex moribus doctrina dignoſcitur. Nec in arbore fructus dignoſcitur, ſed cùm comeditur. Sic quid efficiat doctrina, quos fructus ferat, non tam in Doctore conſideretur qui fallere poteſt, quàm in populo qui ea doctrina veſcitur.

18 NON POTEST ARBOR BONA. Hoc loco ſectarij abutuntur contra arbitrij noſtri libertatem. Tu dic, non poſſe fieri dici, quod eſt difficile.

21 QVI DICIT MIHI, DOMINE DOMINE. Geminatio exaggerat, vehementiam aut frequentiam ſignificans.

24 QVI ÆDIFICAVIT DOMVM SVAM SVPRA PETRAM. Docet veram à ficta pietate dignoſci tempore aduerſo.

29 SICVT POTESTATEM HABENS. ſ. docebat Chriſtus. Ex ardore dicendi dignoſcebatur, & ex modo. *Ego dico: Ego mando.* Alij enim dicebant ſic: *Dicit Dominus.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDICARE. ſ. temerariè, ſeu malignè condemnando proximum. VT NON IVDICEMINI. i. condemnemini. ſ. à Deo. Nota quàm ſit periculoſum proximum temerè iudicare.

2 IVDICIO. ſ. condemnationis, vel excuſationis. IVDICABIMINI ſ. à Deo, ſeuerè, vel benignè. IN QVA MENSVRA, &c. fortè & iſta erant tunc prouerbia. Senſus eſt, Talem ſe vobis Deus exhibebit, quales vos ipſi proximis. REMETIETVR. ſ. à Deo.

3 FESTVCAM. q. d. leuiora. TRABEM. i. grauiora.

5 EIICERE. pro, vt eiicias. i. extrahas. Græciſmus.

6 CANIBVS. i. hominibus, qui canibus ſimiles ſunt q. d. res ſanctas ne communicetis indignis. MARGARITAS. i. pretioſam doctrinam, ſeu res diuinas. DIRVMPANT. i. lacerent, ſeu dilanient.

7 PETITE. ſ. à Deo. PVLSATE. Per iſta tria, orationis inſtantia commendatur; per ſimilitudinem eius qui petit, quærit, & pulſat, eouſque dum ei detur, inueniatur, & aperiatur.

8 PETIT, &c. ſ. in his, ſi hæc faciat, vt par eſt. ACCIPIT. ſ. niſi aliud ei magis expediat.

9 AVT QVIS. pro, quis vero.

11 DATA. i. dona.

12 VVLTIS. ſ. rationabiliter. HÆC EST. pro, id docent.

13 INTRATE. ſ. ad vitam æternam.

14 QVI INVENIVNT. Multò autem pauciores qui intrant: Hieron. 2. cont. Pelag.

15 ATTENDITE. i. cauete. FALSIS. ſ. non à Deo miſſis. IN. pro, cum. OVIVM. q. d. ſimulantes probitatem.

16 FRVCTIBVS. i. operibus.

17 OMNIS ARBOR. Loquitur de fructiferis; quamquam, cùm ſit metaphora, homines intelliguntur. MALA. Græc. σαπρὸν. i. *putris*, ſeu *marcida*.

18 NON POTEST. ſ. quamdiu talis manet.

19 EXCIDETVR, &c. Græc. *exciditur, & mittitur.* i. excidi ſolet, & mitti.

21 DOMINE DOMINE. Syr. *Domine mi, Domine mi.* & ſic ſemper, vbi nos legimus, *Domine.*

22 ILLA. ſ. celebri & expectata, nempe iudicij. NOMINE. i. virtute, ſeu auctoritate. PROPHETAVIMVS. i. myſteria diuina explicauimus. eſt id Concionatorum munus. VIRTVTES. i. miracula.

23 TVNC. ſ. qui anteà diſſimulaueram. CONFITEBOR. i. *apertè dicam*, Hebr. NVMQVAM. ſ. ne tum quidem, cùm cauſam meam agere videbamini. NOVI. i. inter meos agnoui. fortè loquitur de prædeſtinationis notitia. QVI OPERAMINI. pro, operantes.

25 IRRVERVNT. i. impetum fecerunt.

28 ADMIRABANTVR. Græc. ἐξεπλήσσοντο. i. *obſtupebant.*

29 POTESTATEM. i. auctoritatem. Græc. ἐξουσίαν.

CAPVT VIII.

Curatum leproſum Ieſus mittit ad ſacerdotes: ſanat puerum Centurionis, cuius fidem commendat; item ſocrum Petri febricitantem, aliosque plurimos malè habentes: verbo ſpiritus eiicit: Scribam ſequi volentem reiicit, alium vero patre inſepulto mox ſequi iubet: nauicula fluctibus periclitante, excitatus à diſcipulis mare ſedat: duos quoque dæmoniacos apud Geraſenos liberat, dæmonibus in porcos ingredi permittens: quo viſo Geraſeni precantur vt à ſuis finibus diſcedat.

1 CVm autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ
2 ſunt eum turbæ multæ: * ᵃ & ecce leproſus
A veniens, adorabat eum, dicens: Domine, ſi vis,
3 potes me mundare. * Et extendens Ieſus ma-
num, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et
4 confeſtim mundata eſt lepra eius. * Et ait illi Ie-
ſus: Vide, nemini dixeris: ſed vade, ᵇ oſtende
te ſacerdoti, & offer munus, quod præcepit
5 Moyſes, in teſtimonium illis. * Cùm autem in-
troiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centu-
6 rio, rogans eum, * & dicens: Domine, puer meus
iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.
7 * Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eum.
8 * Et reſpondens Centurio, ait: ᶜ Domine non
ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tan-
9 tùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. * Nam
& ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, ha-
B bens ſub me milites, & dico huic: Vade, & va-
dit; & alij, Veni, & venit; & ſeruo meo, Fac

ᵃ Mar. 1. d. 40. Luc. 5. c. 12.

ᵇ Leuit. 14. a. 2. Luc. 7. a. 2.

ᶜ Luc. 7. a. 5.

hoc,

hoc,& facit. *Audiens autem Ieſus miratus eſt, 10
& ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non
inueni tantam fidem in Iſrael. *Dico autem vo- 11
bis,quòd multi ^a ab Oriente, & Occidente ve-
nient, & recumbent cum Abraham,& Iſaac,&
Iacob in regno cælorum: *filij autem regni eij- 12
cientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, &
ſtridor dentium. *Et dixit Ieſus Centurioni: 13
Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt
puer in illa hora. *Et cùm veniſſet Ieſus in do- 14
mum Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & fe-
bricitantem: *& tetigit manum eius, & dimiſit 15
eam febris,& ſurrexit, & miniſtrabat eis. *^b Ve- 16
ſpere autem facto,obtulerunt ei multos dæmo-
nia habentes: & eijciebat ſpiritus verbo:& om-
nes malè habentes curauit: *vt adimpleretur 17
quod dictum eſt per ^c Iſaiam prophetam,dicen-
tem: Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægro-
tationes noſtras portauit. *Videns autem Ieſus 18
turbas multas circum ſe,iuſſit ire trans fretum. C
*Et accedens vnus Scriba, ait illi: Magiſter, ſe- 19
quar te, quocumq; ieris. *Et dicit ei Ieſus: ^d Vul- 20
pes faueas habent, & volucres cæli nidos: filius
autem hominis non habet vbi caput reclinet.
*Alius autem de diſcipulis eius ait illi: Domine, 21
permitte me primùm ire, & ſepelire patrem
meum. *Ieſus autem ait illi: Sequere me, & di- 22
mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *^e Et 23
aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum
diſcipuli eius: *& ecce motus magnus factus 24
eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus,
ipſe verò dormiebat. *Et acceſſerunt ad eum 25
diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes:
Domine,ſalua nos,perimus. *Et dicit eis Ieſus: 26
Quid timidi eſtis,modicæ fidei? Tunc ſurgens,
imperauit ventis & mari,& facta eſt tranquilli-
tas magna. *Porrò homines mirati ſunt, dicen- 27
tes: Qualis eſt hic,quia venti & mare obediunt
ei? *^f Et cùm veniſſet trans fretum in regionem 28
Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes
dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui ni- D
mis,ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.
*Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, 29
& tibi, Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus
torquere nos? *^g Erat autem non longè ab illis 30
grex multorum porcorum paſcens. *Dæmones 31
autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos
hinc, mitte nos in gregem porcorum. *Et ait 32
illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, &
ecce impetu abijt totus grex per præceps in ma-
re: & mortui ſunt in aquis. *Paſtores autem fu- 33
gerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt
omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant. *Et 34
ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu: & ^h viſo eo
rogabant,vt tranſiret à finibus eorum.

^a Malac 1. c.11
^b Mar.1. d.32
^c Iſa.53. a 4. 1.Petr.2. d.24
^d Luc.9. g 58
^e Mar.4. d.36 Luc.8. d.22
^f Mar.5. a.1 Luc.8. d.26
^g Marc.5. a.11 Luc.8. d.32
^h Mar.5. b.17 Luc.8. c.37

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

OSTENDE TE SACERDOTI. Non contemnit legem, quia nondum erat abolita. IN TESTIMONIVM ILLIS. Vt ipſi teſtentur, vel teſtatum ipſis ſit te eſſe ſanatum. 4

PVER MEVS. Sic *famulus* vocatur more Hebraico, quia puerorum eſt ſeruire ſenioribus. 8

SVB POTESTATE. ſ. alterius conſtitutus. ET DICO. pro, & tamen cùm dico huic, Vade, obedit mihi. 9

MVLTI AB ORIENTE. i. alienigenæ remoti à Dei cognitione venient ad me. 11

12 FILII AVTEM REGNI. i. Iudæi. IN TENEBRAS EXTERIORES. i. extra regnum poſitas. Vel erat carcer Ieroſolymis ſic dictus; nam ſic etiam vocatur is carcer infernus cap 22. v. 13.

17 ET ÆGROTATIONES NOSTRAS PORTAVIT. Tertullianus 4. contra Marcionem verbum φέρω ſignificare ait non ſolùm *portare*, ſed etiam *auferre*. Baſilius etiam in Regulis breu 178. verbum βαστάζω, ait idem ſignificare; quod verbum hic eſt, & eo etiam vtitur Paulus ad Rom. 15. & ad Galatas 6. Ergo *ægrotationes noſtras portauit*. i. abſtulit, *infirmitates accepit*, quia *poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm*: Iſai. 53. verſ. 6. Qui locus hîc ex Hebr. citatur non ex Septuag. quod ferè ſemper Matthæus facit, vt Hieronymus in Catalogo ait.

20 ET VOLVCRES CÆLI NIDOS. Gotth. additur, *vbi requieſcant*. FILIVS AVTEM HOMINIS. Tertullianus 4. contra Marcionem: *Vocat ſe filium hominis, quia vnius tantum matris Virginis*. Opponunt aliqui quod in Græco ponatur articulus maſculinus τοῦ ἀνθρώπου, Reſpondet Iuſtinus in explicatione quæſtionis 66. *Si*, inquit, *quia non dixit ſe filium hominis feminino genere, non eſt filius hominis; ergo neque alicuius hominis, quia non dixit ſe filium alicuius hominis*. De quo Gregor. Turon. lib. 8. cap. 20. plura.

21 ALIVS AVTEM DE DISCIPVLIS. Clemens Alexandr. Stromate 3. ait fuiſſe Philippum. Tertullianus lib. de Baptiſmo fuiſſe putat Matthæum. ET SEPELIRE PATREM MEVM. Gloſſa in Pſalm. primum, putat diſcipulum illum honeſtis verbis à Chriſto patris ſuſcitationem petijſſe, negaſſe Chriſtum. Cyrillus tamen ait, non petiuiſſe vt ſepeliret patrem, ſed vt eius curam ad mortem vſque gereret; nam breue ſepulturæ officium Chriſtus non negaſſet, vt videtur.

28 IN REGIONEM GERASENORVM. Ioſephus lib. 5. de Bello Iudaic. c. 3. *Gadaram* ait eſſe metropolim prouinciæ tranſmarinæ, & cap. 6. ab illa diſtinguit *Geraſion*. Eſt autem veriſimile, totam prouinciam à *Gadara* dictam *Gadarenam*, & partem eius à *Geraſio* dictam *Geraſenam*, vel promiſcuè totam ab vna & altera vrbe ſumpſiſſe appellationem, atque ita Matth. 8. Luc. 8. Mar 5. eadem promiſcuè de *Gadarenis* & *Geraſenis* referuntur.

29 QVID NOBIS, ET TIBI? i. quid tibi & nobis commercij, vt res noſtras cures. VENISTI HVC ANTE TEMPVS. Quidam, quia mundus durare debebat ſex mille annos, quæ eſt Iudæorum traditio, & in fine quarti millenarij venturum Meſſiam; quod iuxta computationem Hebraicam completum non erat. Fabulæ; nam Paulus ad Galat. 4. v. 4. *Vbi venit plenitudo temporis*. TORQVERE NOS? nempe aduentu Chriſti ſpoliandi erant dominio, quod ægerrimè ferebant dæmones.

31 MITTE NOS IN GREGEM. Diabolus ſemper cupit nocere; id tamen ſolùm poteſt, quod Deus illi permittit, quod in Iobi etiam calamitate videmus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 DESCENDISSET. ſ. ad radicem montis abiturus, nam anteà in eius partem quamdam deſcenderat planam concionaturus, vt ſup. dictum eſt. EVM. ſ. aliò migrantem.

2 ADORABAT. i. inclinatus reuerentiam exhibebat. SI VIS, &c. modeſta petitio; non enim dubitat, ſed ſe eius voluntati ſubmittit humiliter.

3 EXTENDENS. Et mundum totum extenſis in cruce manibus mundauit, quantum in ſe fuit. VOLO, &c. vtendum oratione, quæ tam facilè impetrauit. MVNDARE. imperatiuum eſt paſſiuum, vt ex Græc. apparet. CONFESTIM. Apparet licuiſſe ei contra Legem leproſum tangere, qui tantum poterat. ſ. ſupra legem erat.

5 NEMINI. i. priuſquam facias quod ſequitur. SACERDOTI. ſ. alicui, vel ſummo. Nam Græc. τῷ ἱερεῖ. q. d. certo cuidam. Syr. *ſacerdotibus*. TESTIMONIVM. ſ. meæ poteſtatis, vel quòd non ſum legi contrarius, vel liberationis tuæ; offerebant enim poſtquam eſſent

lepra

lepra ſanati. Illis. i. apud illos, ſeu per illos confirmatum.

Pver i. famulus. Male. i grauiter. Græc. δεινῶς. 6

Dic. i. impera, Hebr. 8

Nam et. pro, etenim. Svb potestate, &c. i. alijs ſubditus. 9

Miratvs est. ſ. habebat hominis affectus. vel q.d. compoſito in modum mirantis vultu. Israel. i. populo Iſraelitico. Græc. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραήλ. i. ne in Iſrael quidem. Intellige vero, ex tempore à quo prædicare cœperat. 10

Et Occidente. Intellige per hæc duo, etiam reliquas orbis partes. Recvmbent. i. quieſcent. 11

Filii, &c. i. qui ad regnum primi fuerant vocati. Exteriores. i. quæ extra lucem, ſeu regnum. Stridor. fortè ex indignatione & rabie. Græc. βρυγμὸς, fremitus, verti poteſt. 12

Domvm. ſ. quam anteà habitare ſolebat. 14

Omnes. ſ. ipſi oblatos. 16

Accepit. i. ſuſtulit. Portavit. i. abſtulit, more portantis. Not. citari hic Iſa. cap. 53. magis ſecundum Hebr. quàm LXX. quanquam Hebr. alium etiam ſenſum indicant. ſ. ſuſcepiſſe ipſum dolores, qui noſtris peccatis debebantur. Vide ibi. 17

Vvlpes, &c. q.d. non eſt quòd me ſequaris ob vitæ huius commoditatem, ſum enim pauperrimus. 20

Mortvos, &c. i. mortuos anima, ſepelire mortuos corpore: Auguſt. 22

Motvs. i. tempeſtas. 24

Homines. ſ. qui ſimul nauigabant, in quibus & diſcipuli. Vide Marc. 4. 27

Gerasenorvm. Geraſa vrbs Arabiæ eſſe dicitur, non longe à Gadara, quæ in tribu Gad. eſt & Gadara alia in tribu Iuda. Vide Ioſue 15. 28

Qvid nobis, et tibi. i. quid rei tibi nobiſcum eſt? q.d. quid nos, Hebr. Ante tempvs. ſ. die iudicij grauiora expectant. 29

Mitte. Græc. & Syr. permitte ire. 31

Mare. i. lacum. 32

Rogabant. ſ. timentes rebus ſuis, qui porcos amiſiſſent, vel ſe indignos eius præſentia iudicantes. Transiret. i. diſcederet. 34

CAPVT IX.

Paralyticum curat, Scribis murmurantibus quòd dixiſſet remiſſa illi peccata: vocat Matthæum publicanum, & reſpondet Phariſæis murmurantibus quòd cum publicanis ederet, quodque ipſius diſcipuli non ieiunarent: mulierem à ſanguinis profluuio liberat: filiam principis mortuam ſuſcitat: viſu duobus cæcis reſtituto, dæmoniacum mutum ſanat: & vbique prædicans omnes ſanat infirmitates, dicens multam eſſe meſſem, paucos vero operarios.

Mar. 2. a. 1 Luc. 5. d. 18 ET aſcendens in nauiculam, transfretauit, & 1
venit in ciuitatem ſuam. * Et ecce offerebant 2
ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Ie- A
ſus fidem illorum, dixit paralytico: Confide
fili, remittuntur tibi peccata tua. * Et ecce qui- 3
dam de Scribis dixerunt intra ſe: Hic blaſphe-
mat. * Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eo- 4
rum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordi-
bus veſtris? * Quid eſt facilius, dicere: Dimit- 5
tuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge &
ambula? * Vt autem ſciatis, quia filius ho- 6
minis habet poteſtatem in terra dimittendi
peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle
lectum tuum, & vade in domum tuam. * Et 7
ſurrexit, & abijt in domum ſuam. * Videntes 8
autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt
Deum, qui dedit poteſtatem talem homini-
Mar. 2 b. 14 bus. * Et, cum tranſiret inde Ieſus, vidit homi- 9
nem ſedentem in telonio, Matthæum nomi- B
Luc. 5. f. 27 ne. Et ait illi: Sequere me. Et ſurgens, ſecutus
eſt eum. * Et factum eſt diſcumbente eo in do- 10
mo, ecce multi publicani & peccatores venien-
tes, diſcumbebant cum Ieſu, & diſcipulis eius.
11 * Et videntes Phariſæi, dicebant diſcipulis eius:
Quare cum publicanis & peccatoribus man-
12 ducat Magiſter veſter? * At Ieſus audiens, ait:
Non eſt opus valentibus medicus, ſed male
13 habentibus. * Euntes autem diſcite quid eſt:
Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non Oſee 6. b. 6
14 enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. * Tunc Inf. 12. a. 7
acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis, dicentes: 1. Tim. 1.
Quare nos, & Phariſæi, ieiunamus frequen- c. 15
15 ter: diſcipuli autem tui non ieiunant? * Et ait illis Ie- Mar. 2. c. 18
ſus: Numquid poſſunt filij ſponſi lugere quam- Luc. 5.
diu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies f. 33
cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiuna-
16 bunt. * Nemo autem immittit commiſſuram
panni rudis in veſtimentum vetus: tollit enim
plenitudinem eius à veſtimento, & peior ſciſſu-
17 ra fit. * Neque mittunt vinum nouum in vtres
veteres. alioquin rumpuntur vtres, & vinum
C effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum no-
uum in vtres nouos mittunt, & ambo conſer-
18 uantur. * Hæc illo loquente ad eos, ecce prin- Mar. 5. b. 22
ceps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens: Luc. 8.
Domine, filia mea modo defuncta eſt: ſed f. 41
veni, impone manum tuam ſuper eam, & vi-
19 uet. * Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum, & di-
20 ſcipuli eius. * Et ecce mulier, quæ ſanguinis Mar. 5. c. 25
fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit re- Luc. 8 f. 43
21 trò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. * Dice-
bat enim intra ſe: Si tetigero tantum veſtimen-
22 tum eius, ſalua ero. * At Ieſus conuerſus, &
videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te
ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa ho-
23 ra. * Et cum veniſſet Ieſus in domum principis,
& vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem,
24 dicebat: * Recedite: non eſt enim mortua
25 puella, ſed dormit. Et deridebant eum. * Et
cùm eiecta eſſet turba, intrauit: & tenuit ma-
26 num eius. Et ſurrexit puella. * Et exijt fama hæc
27 in vniuerſam terram illam. * Et tranſeunte inde
Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci, clamantes, &
28 dicentes: Miſerere noſtri, fili Dauid. * Cùm
D autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum
cæci. Et dicit eis Ieſus: Creditis quia hoc poſ-
ſum facere vobis? Dicunt ei: Vtique, Domine.
29 * Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secun-
30 dùm fidem veſtram fiat vobis. * Et aperti ſunt
oculi eorũ: & comminatus eſt illis Ieſus, dicens:
31 Videte ne quis ſciat. * Illi autem exeuntes, diffa-
32 mauerunt eum in tota terra illa. * Egreſſis autem
illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, Inf. 12. b. 22
33 dæmonium habentem. * Et eiecto dæmonio, Luc. 11. b. 14
locutus eſt mutus, & mirata ſunt turbæ, dicen-
34 tes: Numquam apparuit ſic in Iſrael. * Phariſæi
autem dicebant: In principe dæmoniorum eij-
35 cit dæmones. * Et circuibat Ieſus omnes ciui-
tates, & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & Mar. 6. a. 6
prædicans euangelium regni, & curans omnem
36 languorem, & omnem infirmitatem. * Videns
autem turbas, miſertus eſt eis: quia erant vexati,
& iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.
37 * Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem Luc. 10. a. 2
38 multa, operarij autẽ pauci. * Rogate ergo Domi-
nũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN CIVITATEM SVAM. Sic *Capharnaum* vocatur, vt patet Marc. 2. vel quia in ea frequens verſabatur, vel quia vnam ex omnibus delegiſſe videtur. 1

FIDEM ILLORVM. Eorum qui paralyticum offerebant. Hæretici hoc loco abutuntur, ad reiiciendum opera. Sed fides, quam Chriſtus laudat, cum operibus iuncta fuit; eo autem tempore propter incredulos fides magis laudatur quàm opera. 2

HIC BLASPHEMAT, ſibi ſumens quod Deo ſolùm tribuendum eſt. 3

TIMVERVNT. Græcè, *admirati ſunt.* ſed hi affectus cognati ſunt. & Syriacè *timuerunt* dicitur. POTESTATEM TALEM HOMINIBVS. non intelligebant Chriſtum eſſe Deum. 8

IN TELONIO. Locus erat vbi vectigalia ſoluebantur. 9

NON EST OPVS VALENTIBVS MEDICVS. Idem Diogenes reſpondit rogantibus cur non iret Lacedæmonem; Non egere eos medico. ſic Laërtius. 12

ET NON SACRIFICIVM. i. non adeò ſacrificium ac miſericordiam volo. Nam non veni VOCARE IVSTOS. i. iuſtitiæ perſuaſione inflatos. 13

NVMQVID POSSVNT FILII SPONSI. i. qui cum nouo ſponſo verſantur. LVGERE. i. ieiunare; vt ſtatim declarat cùm dicit: *Auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* 15

PANNI RVDIS. i. *nondum à fullonibus macerati*, vt eſt Græcè. TOLLIT ENIM PLENITVDINEM. i. rumpit ob ruditatem totum illud cui adhæret. 16

ET TETIGIT FIMBRIAM. i. extremitatem veſtimenti. De his fimbriis plura Hieronymus Matth. 23. initio, in illud, *magnificant fimbrias.* 20

ET VIDISSET TIBICINES. Alexander Aphrodiſ. Problem. 78. explicat cùr funeribus tibiæ & tympana adhiberentur: nempe, ad leniendum dolorem; nam muſicâ leuatur; ideò onera geſtantes & opifices canunt. ET TVRBAM. Goth. additur *multam*, neſcio vnde. 23

DIFFAMAVERVNT EVM. i. famam eius ſparſerunt. Græcè, *διεφήμισαν.* 31

IN PRINCIPE DÆMONIORVM. Is erat. *BeelZebub.* i. *muſcarum Deus*, Luc. 11. qui ab Ægyptiis *Serapis*, à Græcis *Pluto* vocatur, vt dicit Euſebius lib. 4. de Præparat. Euang. cap. 12. vbi ait, Symbola quoque dediſſe hominibus hunc dęmoniorum principem, quibus dæmones expellerentur ab energumenis. Erant inter Gentes exorciſmi, quibus Apollonius magus dæmonem expulit, vt Philoſtratus ait lib. 4. non ſanè virtute Dei. 34

PRÆDICANS EVANGELIVM REGNI. ſic dicitur, quoniam populus per illud ad regnum Dei vocabatur. ET OMNEM INFIRMITATEM. ſ. curans. Goth. additur *in populo*, ſed non eſt opus. 35

MESSIS QVIDEM MVLTA. i. multi diſpoſiti ad recipiendum Euangelium. 37

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CIVITATEM. ſ. Capharnaum, vbi ſolebat habitare. 1

CONFIDE. i. bono animo eſto. REMITTVNTVR. Græc. *ἀφέωνται*, præteritum Atticum pro præſenti. 2

BLASPHEMAT. q. d. tribuit ſibi quod ſolius Dei eſt. 3

DICERE. ſ. efficiendo. AMBVLA. Vtique reſpondiſſent, par eſſe vtrumque præſtare: maius verò verbo ſanare, quàm dicere ſolùm remiſſa peccata: id enim poteſt dicere etiam qui non facit. 5

SCIATIS. Non enim poteſt falſum miraculo confirmari, redderet enim Deus teſtimonium falſo. 6

TIMVERVNT. Græc. *ἐθαύμασαν.* i. *admirata ſunt.* 8

TELONIO. i. loco vbi publicani vectigalia exigebant. à *τέλος*. i. *tributum.* MATTHÆVM. dicebatur & *Leui.* 9

DOMO. ſ. Matthæi. PVBLICANI. Erant hi Iudæi, vt & Matthæus. PECCATORES. ſ. publici. 10

11 PHARISÆI. Aderant hi vt ſpectatores, non conuiuæ. DICEBANT. ſ. poſt conuiuium.

12 VALENTIBVS. ſ. vt curentur.

13 VOLO. Sic LXX. nam Hebr. *volui.* ſed pro, *volo.* ET NON. ſ. ſolùm. PECCATORES. Græc. additur, *ad pœnitentiam.*

15 FILII SPONSI. i. qui cum ſponſo verſantur, ſeu qui nuptiis interſunt. Græc. *filij thalami.* i. nuptiarum. LVGERE. i. ieiunare.

16 RVDIS. Græc. *ἀγνάφου.* i. *nondum à fullone apparati.* TOLLIT. ſ. ſi ſic faciat. EIVS. ſ. veſtimenti. q. d. illud ſupplementum veſtem rumpet. Vide Marc. 2.

18 DEFVNCTA EST. i. veriſimile eſt iam eſſe mortuam; nam reliqui ſemimortuam. Vel id quidem dixit, vbi audiuit eſſe mortuam, nam priùs, quod aiunt Marc. & Luc. ſ. eſſe in extremis.

20 MVLIER. Quidam Martham putant, alij negant. TETIGIT. ſ. clàm, quod fœdus eſſet morbus, & pollueret tactos. FIMBRIAM. i. extremitatem, ſeu funiculum alligatum extremitati, more Hebræorum, de quo vide Num. 15. Deut. 22.

22 CONFIDE. q. d. ne time, putans mihi factum diſplicuiſſe. SALVAM FECIT. ſ. impetrando ſanitatem, vel merendo.

23 TIBICINES. Adhibebantur hi ad excitandum luctum, præſertim cùm ſepelirentur pueri; nam in grandiorum ſepulturis tubæ adhibebantur, vt quidam notant.

25 TENVIT. i. apprehendit.

26 TERRAM. ſ. Iudææ.

27 FILII DAVID. Sic Meſſiam appellabant. Vide Matth. 15. & 20. Marc. 10. Luc. 8.

29 FIDEM. ſ. coniunctam cum fiducia obtinendi.

30 COMMINATVS. i. velut minando præcepit.

31 DIFFAMAVERVNT. i. diuulgauerunt.

32 MVTVM. Vox Græca *κωφὸς* etiam *ſurdum* ſignificat.

33 SIC. i. talia faciens, vel tale quidquam.

35 REGNI. i. de regno cæleſti. INFIRMITATEM. Syr. *dolorem.*

36 VEXATI. ſ. malis. Syr. *fatigati.* IACENTES. Græc. *ἐρριμμένοι.* i. *proiecti*, ſeu *diſperſi.*

CAPVT X.

Legatio ac inſtructio duodecim Apoſtolorum (quorum hic nomina recenſentur) ad euangelizandum Iudæis, & dæmoniacos infirmoſque curandos: qui aduerſus mala hic imminentia præmonentur & roborantur: Chriſtus non venit vt mittat pacem, ſed gladium, ipſeque coram hominibus confitendus eſt, neque quidquam eius amori præponendum: honorans autem alios propter Chriſtum, honorat Chriſtum, & ita mercedem recipiet.

1 ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, *Marc. 3. b. 13*
A dedit illis poteſtatem ſpirituum immun- *Luc. 6. b. 13*
dorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem *& 9. a. 1*
2 languorem, & omnem infirmitatem. * Duode- *& 10. a. 1*
cim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc.
Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas
3 frater eius, * Iacobus Zebedæi, & Ioannes fra-
ter eius, Philippus, & Bartholomæus, Tho-
mas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi,
4 & Thaddæus, * Simon Chananæus, & Iudas
5 Iſcariotes, qui & tradidit eum. * Hos duode-
cim miſit Ieſus; præcipiens eis, dicens: In viam
gentium ne abieritis, & in ciuitates Samarita-
6 norum ne intraueritis: * ſed potiùs ite ᵃ ad *ᵃ Marc. 6. a. 8*
7 oues, quæ perierunt domus Iſrael. * Euntes au- *Luc. 9. a. 3*
tem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit *& 10. a. 4*
8 regnum cælorum. * Infirmos curate, mortuos *Act. 13. g. 46*
ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite:
9 gratis accepiſtis, gratis date. * Nolite poſſidere
B aurum, neque argentum, neque pecuniam in

zonis veſtris: * non peram in via, neque duas 10
tunicas, neque calceamenta, neque virgam:
dignus enim eſt operarius cibo ſuo. * In quam- 11
cumque autem ciuitatem aut caſtellum intra-
ueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit: & ibi
manete donec exeatis. * Intrantes autem in do- 12
mum, ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.
* Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet 13
pax veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna,
pax veſtra reuertetur ad vos. * Et quicumque 14
non receperit vos, neque audierit ſermones
veſtros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate,
excutite puluerem de pedibus veſtris. * Amen 15
dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomo-
rum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm
[h Luc. 10. a. 3] illi ciuitati. * h Ecce ego mitto vos ſicut oues 16
in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſic-
ut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. * Ca- 17
[h Luc. 12. b. 11] uete autem ab hominibus. h Tradent enim vos
in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt
vos: * & ad præſides & ad reges ducemini pro- 18
pter me, in teſtimonium illis, & gentibus. * Cùm 19
autem tradent vos, nolite cogitare quomodo
aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa
hora, quid loquamini. * non enim vos eſtis qui 20
loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loqui-
tur in vobis. * Tradet autem frater fratrem in 21
mortem, & pater filium: & inſurgent filij in C
parentes, & morte eos afficient: * & eritis odio 22
omnibus propter nomen meum: qui autem
perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
* Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, 23
fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſum-
mabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius ho-
[h Luc. 6. f. 40 Ioan. 13. b. 16. & 15 c. 20] minis. * h Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, 24
nec ſeruus ſuper dominum ſuum. * ſufficit diſci- 25
pulo, vt ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo, ſicut
dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vo-
cauerunt: quantò magis domeſticos eius? * Ne 26
[h Marc. 4. c. 22 Luc. 8. c. 17 & 12. a. 2] ergo timueritis eos. h Nihil enim eſt opertum,
quod non reuelabitur; & occultum, quod non
ſcietur. * Quod dico vobis in tenebris, dicite in 27
lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſu-
per tecta. * Et nolite timere eos, qui occidunt 28
corpus, animam autem non poſſunt occidere:
ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam &
[h Act. 27. f. 34 2. Reg. 14. e. 11] corpus perdere in gehennam. * h Nónne duo 29
paſſeres aſſe væneunt: & vnus ex illis non cadet
ſuper terram ſine patre veſtro? * Veſtri autem 30
capilli capitis omnes numerati ſunt. * Nolite 31
ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis
[h Marc. 8. d. 38 Luc. 9. c. 26 & 12. b. 8 2. Tim. 2. b. 12] vos. * h Omnis ergo qui confitebitur me coram 32
hominibus, confitebor & ego eum coram Patre
meo, qui in cælis eſt: * qui autem negauerit 33
me coram hominibus, negabo & ego eum co-
ram Patre meo, qui in cælis eſt. * Nolite arbi- 34
trari quia pacem venerim mittere in terram: D
[h Luc. 12. f. 51] non veni pacem mittere, ſed gladium. * h ve- 35
[h Mich. 7. b. 6] ni enim ſeparare h hominem aduerſus patrem
ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nu-
[h Luc. 14. f. 26] rum aduerſus ſocrum ſuam: * & inimici ho- 36
[h Marc. 8. d. 34 Inf. 16. d. 24 Luc. 9. c. 24 & 14. f. 26 & 16. g. 33] minis, domeſtici eius. * h Qui amat patrem aut 37
matrem plus quàm me, non eſt me dignus: &
qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me
dignus. * h Et qui non accipit crucem ſuam, & 38
ſequitur me, non eſt me dignus. * Qui inuenit 39
[h Ioan. 12. f. 25] animam ſuam, perdet illam: & qui h perdide-
rit animam ſuam propter me, inueniet eam.
40 * Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit,
41 recipit eum qui me miſit. * Qui recipit prophe-
tam in nomine prophetæ, mercedem prophe-
tæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine
[h Luc. 10. c. 16 Ioan. 13. c. 20 Marc. 9. f. 41] 42 iuſti, mercedem iuſti accipiet. * h Et quicum-
que potum dederit vni ex minimis iſtis calicem
aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli: amen
dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 APOSTOLORVM NOMINA, SVNT HÆC. Ordo Apoſtolorum longè aliter ponitur in Canone Miſſæ; vnde Innocentius III. lib. 3. de Officio Miſſæ cap. 10. colligit ex Hieronymi auctoritate, eius Canonis antiquitatem.

5 IN VIAM GENTIVM. i. ad gentes, ne eatis.

6 AD OVES, QVÆ PERIERVNT. Iſraelitis oportebat priùs annuntiari Euangelium, quoniam iis potiſſimùm Chriſtus erat promiſſus.

8 DÆMONES EIICITE. Hoc non reperitur apud Expoſitores Græcos Theophylactum & Euthymium. Hieronymus quoque in Commentariis, cùm reliqua enumeret membra, huius non meminit. Sed & in Gotth. non eſt illud, *leproſos mundate*. Verùm & in Syriacis, & in Latinis, & in quibuſdam Codicibus Græcis vtrumque legitur.

9 NOLITE POSSIDERE AVRVM. Hoc loco abutuntur hæretici contra diuitias Eccleſiæ. Paulus tamen 1. ad Timoth. 5. vult Epiſcopos eſſe *hoſpitales*; quod ſine diuitiis non fit.

10 NEQVE VIRGAM. i. baculum viatorum feratis.

11 QVIS IN EA DIGNVS SIT. ſ. pace Euangelij, qui Luc. 10. vocatur *filius pacis*.

12 DICENTES: PAX HVIC DOMVI. Ex Euangelio Lucæ huc eſſe hæc verba tranſlata, quidam ſuſpicantur; ſanè in pleriſque Græcis codicibus & Syriaco Euangelio non ſunt. Eraſmus in Græcis Chryſoſt. Comment. non addi teſtatur, nos in Euthymio non inuenimus. Ab Hieronymo denique ea non lecta Commentarius eius indicare videtur; reperiuntur tamen in libris Græcis nonnullis, Latinis plurimis, & Hilarij Canone decimo; ideò retinenda cenſemus, præſertim cùm ſtatim ſequatur: *Si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper eam*.

15 TOLERABILIVS. i. minùs punientur Sodomitæ, quàm ij qui vos non receperint, quia Euangelium non eſt illis nuntiatum.

16 SICVT SERPENTES, prudentes eſtote. Euſebius lib. 1. Præpar. Euang. c. 7. Tautus. i. Mercurius draconis naturam diuinam putauit, & poſt ipſum Ægyptij & Phœnices. Eſt enim ſpiritale & igneum præ aliis animantibus; nam ſpiritu ſine pedibus celerrimè fertur, cum pelle ſenectam deponit, cùm vitæ finis venit, conuolutus in ſe reuiuiſcit. Pherecides Deum ophionea. i. ſerpentinum vocauit. Deum pingebant circulum inuoluto dracone adinſtar literæ *Theta*. Alij circulo caput accipitris imponebant. Zoroaſtres in libro ſacro, Deus, ait, caput accipitris habet. idem Euſeb. lib. 5. cap. 3. Æſculapio ſerpentem tribui ait, quòd ſit perſpicaciſſimus, vt medicus eſſe debet. Ad acuendum viſum, tum ad reuiuiſcendum herbas cognoſcere creditur. Summá, animal prudentiſſimum eſt.

17 CAVETE AVTEM AB HOMINIBVS. ſ. quibuſdam. quod articulus Græcus τῶν declarat.

18 IN TESTIMONIVM ILLIS, vt teſtatum ſit illis veniſſe Euangelium, vos ad tribunalia rapient.

23 DONEC VENIAT FILIVS HOMINIS. i. vos præcedite, ego vos ſubſequar.

26 ET OCCVLTVM, QVOD NON SCIETVR. Gotth. *neque occultum quod non ſciatur*. ſ. eſt.

27 SVPER TECTA. i. palàm. PRÆDICATE, nuntiate quæ in ſecreto audiſtis. Tecta ibi ſunt plana, in iis conuiuia & conuentus agitabant.

Non veni pacem mittere. Chriſtus Deus pacis, ex accidenti propter hominum nequitiam bellum concitat. 34

Et qui non accipit crucem ſuam. i. qui non tolerat aduerſa propter me, non eſt me dignus. 38

Qui invenit animam ſuam. i. conſeruat, præfert honori meo. Et qui perdiderit. i. odio habuerit animam. i. vitam propter me, ille viuet. 39

In nomine prophetæ. Eo quòd ſit propheta, cùm receperit aliquem. Mercedem prophetæ. i. prophetæ debitam, regnum cælorum accipiet. 41

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Spiritvvm. i. ſuper ſpiritus. Langvorem. Syr. *dolorem*. 1

Primvs. ſ. dignitate, nec enim ordinem numeri ſignificat, alioqui de altero dixiſſet *ſecundus*. Petrvs. Syr. *Kipha*. 2

Alphæi. ſ. filius. Thaddævs. à Luca dicitur *Iudas Iacobi*, ſ. frater. hic autem Græc. legitur, *Lebbæus cognominatus Thaddæus*. 3

Iscariotes, vel à vico, vel à tribu Iſſachar. dicitur & *Iudas Simonis*. ſ. filius: Ioan. 6. 4

Gentivm. i. ad Gentes ducentem. Civitates. Græc. *ciuitatem*. ſ. vllam. 5

Quæ perierunt. pro, perditas. ſ. requirendas. ſic Pſal. 118. *quæ periit*. i. perdita. 6

Zonis. i. crumenis è zonis pendentibus. ſic enim ſolebant viatores. 9

Peram. ſ. ad cibos reponendos. Dvas. i. binas, ſeu mutatorias. Calceamenta. ſ. duplicia. Virgam. ſ. ad defenſionem; alioqui Marci 6. conceditur. Dignvs, &c. q. d. miniſtrabunt auditores neceſſaria vitæ. 10

Dignvs. ſ. ad quem diuertatis. q. d. exquirite hoſpitem probum. Exeatis. ſ. è ciuitate, ne hoſpitij mutatio inconſtantiam arguat, aut impatientiam. 11

Pax, &c. Salutatio Hebræorum, *Pax tibi*. quibus verbis omnia proſpera precantur, quod Scriptura vocat *rogare pacem*. 12

Vestra. i. quam precati eſtis. Revertetvr, &c. i. cedet in bonum veſtrum, qui feceritis quod debuiſtis, vel manebit apud vos. 13

Excvtite, &c. ſ. oſtendentes vos in nulla re cum talibus velle communicare, nec etiam puluerem loci eius adhærentem habere. 14

Tolerabilivs erit. i. minùs punietur. Terræ. i. habitatoribus. 15

Ego. ſ. qui poſſum defendere. Mitto. Id referendum videtur ad tempus poſt Chriſti reſurrectionem. vnde & inf. dicitur, *& Gentibus*. In medio lvporvm. i. inter lupos. Prvdentes. ſ. ad cauendum. Simplices. ſ. ſinceritate conuerſationis & manſuetudinis. Græc. ἀκέραιοι. i. *ſinceri*. 16

Hominibvs. ſ. improbis. de quibus ſtatim. Tradent. ſ. examinandos, & iudicandos. Conciliis. ſ. iudicum. Synagogis. i. congregationibus. 17

In testimonivm. ſ. de me ferendum, vel condemnationis qui credere noluerint. Illis. i. contra illos. Vide Luc. 9. 18

Cogitare. ſ. anxiè, vt apparet ex Græc. 19

Loqvimini. ſ. ex vobis. 20

Omnibvs. i. omni hominum generi. Nomen mevm. i. me. Perseveraverit. ſ. patienter ſuſtinens. Græc. ὁ ὑπομείνας. Vide Marc. 13. 22

In aliam. ſ. ibi prædicaturi. Consvmmabitis. i. perambulabitis. Israel. i. Iudæorum, vel populi conuertendi. Veniat. i. occurrat vobis in Iudæa, vel, veniat ad iudicium. Indicat autem ſecundùm Auguſtinum, numquam defuturas ciuitates vbi prædicetur. 23

Non est, &c. Fortè erant iſta prouerbia tunc. Solebat quidem Chriſtus receptis vulgo ſententiis vti, ad ſuum propoſitum accommodans. Svper. i. excellens. 24

25 Patrem familias. i. me. Beelzebvb q. d. ſatanicum. Vide cap. 12.

26 Enim. pro, autem. q. d. vulgò dicitur, Nihil eſt opertum, &c. Itidem ego volo, vt quod dico vobis, &c.

27 Tenebris. i. ſecretò. In lvmine. i. palàm. Tecta. Sunt hæc plana in Palæſtina, adeoque poſſunt eſſe loco ſuggeſti.

28 In gehennam. ſ. mittendo.

29 Asse. Aſſes decem denarium argenteum faciunt, ſeu drachmam, quamquam hic Græc. minus quid aſſe videtur ſignificari. Patre. i. Patris voluntate.

30 Nvmerati. q. d. curæ Deo, vt ſolent quæ numerantur, aut alicui numeratò commendantur.

31 Meliores. i. pretioſiores. ſ. apud Deum.

32 Ergo. pro, autem. Vide Luc. 12. Confitebor. ſ. ex meis eſſe. Vide Apoc. 3.

33 Negabo. ſ. ex meis eſſe.

34 Pacem. ſ. mundanam, ſeu exteriorem. Gladivm. i. diſſidium, ſeu bellum.

36 Et inimici, &c. q. d. & fiet id quod dictum Mich. 7.

37 Me dignvs. i. qui meo regno fruatur. vel meus ſit diſcipulus. Vide Luc. 14. Svper. i. pluſquam.

38 Accipit crvcem. i. libenter fert quæ ei accidunt moleſta. Seqvitvr. ſ. imitando.

39 Invenit. Græc. præteritum eſt. ſenſus eſt, Qui indulget ſibi, ſe perdit; qui mortificat, ſaluat. vel, Qui voluerit inuenire, i. ſaluam, perdet. vt quod ſequitur, ſit repetitio, ſicut inf. cap. 16. & Marc. 8. & Luc. 9. Inveniet. ſ. ſaluam.

41 In nomine prophetæ. i. quia Propheta eſt. Mercedem, &c. q. d. particeps erit mercedis Prophetæ.

42 Potvm. q. d. vel minimam rem propter me. Tantvm. poteſt coniungi cum præcedentibus, vel cum ſequentibus. In nomine, &c. i. quia eſt meus diſcipulus.

CAPVT XI.

Ioannes de carcere nuntios mittit ad Ieſum: quibus poſt Chriſti reſponſum abeuntibus, ipſe coram turbis laudat Ioannem: Iudæos verò pueris in foro inuicem acclamantibus aſſimilat; exprobrans ciuitatibus obſtinatis in quibus plurimas fecerat virtutes: confeſſio Ieſu ad Patrem: oneratos ad ſe vocat Chriſtus, dicens iugum ſuum eſſe ſuaue.

1 ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus,
A præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſ-
iit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus
2 eorum. * a Ioannes autem cum audiſſet in vin- a Luc. 7.
culis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis a.18
3 ſuis, * ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium
4 expectamus? * Et reſpondens Ieſus ait illis: Eun-
tes renuntiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis.
5 * b Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mun- b Iſa. 35.
dantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pau- a.5. & 61.
6 peres euangelizantur: * & beatus eſt, qui non a.1
7 fuerit ſcandalizatus in me. * d Illis autem ab- d Luc. 7.
euntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioan- c.24
ne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundi-
8 nem vento agitatam? * Sed quid exiſtis videre?
hominem mollibus veſtitum? Ecce qui molli-
9 bus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. * Sed
B quid exiſtis videre? prophetam? Etiam dico vo-
10 bis, & plus quàm prophetam. * Hic eſt enim
de quo ſcriptum eſt: e Ecce ego mitto Ange- e Malach.
lum meum ante faciem tuam, qui præparabit 3.a.1
11 viam tuam ante te. * Amen dico vobis, non ſur- Marc. 1.
rexit inter natos mulierum maior Ioanne Ba- a.2
ptiſta: qui autem minor eſt in regno cælorum, Luc. 7.
12 maior eſt illo. * A diebus autem Ioannis Bapti- d.27
ſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur,
13 & violenti rapiunt illud. * Omnes enim pro-

phetæ & lex, vſque ad Ioannem, prophetaue-
Malach. 4.b.5 runt: * & ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui 14
venturus eſt.* Qui habet aures audiendi, audiat. 15
* Cui autem ſimilem æſtimabo generationem 16
iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui C
clamantes coæqualibus * dicunt: Cecinimus 17
vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non
planxiſtis.* Venit enim Ioannes neque mandu- 18
cans neque bibens, & dicunt: Dæmonium ha-
bet. * Venit filius hominis manducans & bi- 19
bens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator
vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et
iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. * Tunc cœpit 20
exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ ſunt plu-
rimæ virtutes eius, quia non egiſſent pœniten-
Luc. 10. d.13 tiam. * Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: 21
quia, ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes,
quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & ci-
nere pœnitentiam egiſſent. * Verumtamen dico 22
vobis: Tyro & Sidoni remiſſiùs erit in die iu-
dicij, quàm vobis. * Et tu Capharnaum, num- 23
quid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infer- D
num deſcendes. quia, ſi in Sodomis factæ fuiſ-
ſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſ-
ſent vſque in hanc diem. * Verumtamen dico 24
vobis, quia terræ Sodomorum remiſſiùs erit
in die iudicij, quàm tibi. * In illo tempore re- 25
ſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi, Pater, Do-
mine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſa-
pientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruu-
lis. * Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante 26
Ioan 6.e.46. & 7.d.28. & 8.b.19. & 10.e.15 te. * Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Et 27
nemo nouit Filium, niſi Pater: neque Patrem
quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius re-
uelare. * Venite ad me omnes, qui laboratis, & 28
Ierem. 6 d.16 onerati eſtis, & ego reficiam vos. * Tollite 29
iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia
mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis re-
1.Ioan. 5.a.3 quiem animabus veſtris. * Iugum enim meum 30
ſuaue eſt, & onus meum leue.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CVM CONSVMMASSET. Poſtquam præcipiendi finem fecit, quod iuſſit, ipſe exequitur: prædicat in Iudæa, non tranſit ad gentes.

2 IOANNES AVTEM. Nondum erat occiſus. Verùm hoc tertio prædicationis Chriſti anno decollatum puto. Petrus Damiani lib. *Dominus vobiſcum*, cap. 15. tempore Dominicæ Paſſionis ait, licet eius decollatio menſe Auguſto celebretur. Martyrologia circa feſtum Paſchæ decollatum aiunt, Auguſti die 29. eius ſacrum caput inuentum: quo anno ſit decollatus, non explicant.

5 PAVPERES EVANGELIZANTVR. Eis annuntiatur Euangelium.

6 QVI NON FVERIT SCANDALIZATVS. i. offenſus ob meam paupertatem & humilitatem, is beatus erit.

8 IN DOMIBVS REGVM. Quidam ſolos Reges, & qui illis adhærent, beatos putant, de quo Boëthius lib. 3. Proſa 2. & Valerius Maximus lib 4. Diogeni lauanti olera, cùm quidam dixiſſet: Si Dionyſio adulari velles, iſta non ederes; ille: Neque tu adulareris, ſi his eſſes contentus.

9 PLVS QVAM PROPHETAM. Alij venturum Chriſtum nuntiabant, Ioannes præſentem oſtendit. ideò *plus quam propheta* eſſe dicitur.

10 ANGELVM MEVM. i. nuntium ego mitto. Hieronymus Angelum non naturâ, ſed officio. ANTE FACIEM TVAM. Hebr. *ante te*, qui ſ. te præcedat.

REGNVM CÆLORVM VIM PATITVR. i. multi expugnatum illud & quaſi ad prædam concurrunt. ET VIOLENTI. i. fortes, illud capiunt. RAPIVNT. Gotth. *diripiunt*. Ambroſ. Serm. 15. ſic: *Regnum cælorum cogitur, & vim facientes diripiunt illud.*

16 GENERATIONEM ISTAM? Hoc genus hominum cui comparabo?

19 ET IVSTIFICATA EST SAPIENTIA. Illi vituperant, at mea ſapientia laudatur & defenditur à nobis. Quidam legunt, *iudicata eſt*. i. damnata A FILIIS. i. Iudæis. ſed male: nam Codices in aliam lectionem conſpirant.

21 IN CILICIO ET CINERE. Signa ea ſunt pœnitentiæ. Soliti olim erant in mœrore & luctu caput cinere aut puluere fœdare. ſic Achilles in Patrocli funere: Homer. Iliad. lib. 19. initio.

22 VERVMTAMEN. Proinde, propterea Tyro & Sidoni remiſſiùs erit.

23 ET TV CAPHARNAVM, NVMQVID. Hieronymus in quodam exemplari reperiſſe ſe ſcribit: *Et tu Capharnaum, quæ vſque in cælum exaltata es, vſque ad inferna deſcendes.* ſicque legunt Græci Codices & Expoſitores, tum Syri. Codex tamen Vaticanus Græcus cum noſtra lectione conſentit; ſic enim habet: Μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ ſicque Veleſius poſuit ad marginem Codicis Græci, quem caſtigauit. Nimirum vbi in Græcis modò eſt ἡ, noſter legit μή.

25 CONFITEOR. Laudo te, gratias ago tibi Pater.

27 ET CVI VOLVERIT FILIVS REVELARE. Fides Dei donum eſt, ſine ea Patrem nemo nouit.

29 ET INVENIETIS REQVIEM. Romæ Quietis ædes extra portam Collinam: Auguſt. de Ciuit. Dei, lib. 4. cap. 16. In tumultu vrbis, in tanta deorum turba quies eſſe non poteſt. Mites & humiles requie fruuntur.

30 IVGVM ENIM MEVM SVAVE EST. i. lex. χρηστός, *commodum, placidum, blandum.* ET ONVS MEVM LEVE. Non grauat, ſed eleuat, vt pennæ auem leuant, etiamſi ex ſe graues videantur: Bernard. epiſt. 321.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONSVMMASSET IESVS, PRÆCIPIENS. i. feciſſet finem præcipiendi. EORVM. ſ. Iudæorum. ſic Pſal. 98. *adinuentiones eorum.* ſ. Iudæorum, non Aaron & Samuel, qui proximè præceſſerant.

2 VINCVLIS. Græc. *carcere.*

3 QVI VENTVRVS ES. Græc. ὁ ἐρχόμενος. i. *ille venturus.* ſ. à Prophetis prędictus. EXPECTAMVS? i. exſpectare debemus?

4 AVDISTIS, ET VIDISTIS. Græc. *auditis, & videtis.*

5 VIDENT. Græc. ἀναβλέπουσι. i. *viſum recipiunt.* EVANGELIZANTVR. i. Euangelium audiunt, ſeu docentur. Vide Iſa. 61.

6 SCANDALIZATVS IN ME. i. offenſus mea doctrina & conuerſatione. ſ. Chriſtus multis lapis offenſionis. In lapidem non ſine periculo impingitur. Videtur autem occultè notare Ioannis diſcipulos, ſimul indicans, ſe illorum corda noſſe.

7 ARVNDINEM. pro, num arundinem.

8 MOLLIBVS. i. pretioſis, ſeu ſplendidis veſtibus. ſ. ſunt hæ mollium hominum.

9 ETIAM. Græc. ναί. i. *certè.* PLVS QVAM PROPHETAM. Auguſt. *Quia prænuntiauit abſentem, & vidit præſentem.* Adde, quòd Chriſti fuit præcurſor, & baptizator.

10 SCRIPTVM. ſ. Malach. 3. ANGELVM. i. nuntium. FACIEM TVAM. i. *te*, Hebr.

11 SVRREXIT. i. *apparuit*, ſeu *extitit*, Hebr. MAIOR. ſ. Propheta. Vide Luc. 7.

12 DIEBVS. ſ. quibus cœpit prædicare. VIM PATITVR. i. per vim inuaditur, & occupatur. ſ. mortificatione, qua paſſionibus vis infertur & vitiis. VIOLENTI. i. qui ſibi vim faciunt. Explicatio præcedentis.

13 ENIM. pro, autem. LEX. i. reliqua Scriptura. AD IOANNEM. i. Ioannis tempora. q.d. Ioannis tempore aduenit Prophetarum & Legis finis, Chriſtus. PROPHETAVERVNT. i. prædixerunt venturum Meſſiam.

14 RECIPERE. i. aduertere, ſeu intelligere. ELIAS. ſ. veſtitu, vita, ſpiritu, & præcurſoris officio: Hieron. Epiſt. 151. EST. pro, erat. ſ. prædictus venturus.

AVDIAT. q.d. intelligat aduenisſe Meſſiam. 15

SIMILEM ÆSTIMABO. Græc. *ὁμοιώσω*. i. *aſſimilabo*. GENERATIONEM ISTAM. i. huius ætatis homines. PVERIS. ſ. ludo repræſentantibus nunc læta, nunc triſtia. COÆQVALIBVS. i. coætaneis. Græc. *ſociis*. 16

CECINIMVS ſ. *tibiis*. vt eſt Græc. 17

IVSTIFICATA. i. approbata, & defenſa, vt quæ nihil omiſerit ad ſalutem hominum neceſſarium. SAPIENTIA. ſ. Dei, Chriſtus. FILIIS. i. diſcipulis. ſ. Chriſtifidelibus. 19

VIRTVTES. i. miracula. CILICIO. Græc. *ſacco*. 21

VERVMTAMEN. pro, idcircò. REMISSIVS ERIT. i. mitiùs punientur. 22

NVMQVID, &c. q. d. Num tibi putas iſtam gloriam diu duraturam? erras quidem. Græc. *quæ vſque ad cælum es exaltata*. ſ. mea præſentia, doctrina, & miraculis. FORTE non eſt Græc. ſed ἂν particula potentialis, quæ hunc ſenſum facit: Potuiſſent permanere. atque ita noſtra lectio intelligenda. 23

RESPONDENS. i. *ſubiungens*, Hebr. Vide inf. cap. 17. CONFITEOR. i. laudo, ſeu gratias ago. ABSCONDISTI. ſ. non reuelando. PARVVLIS. i. ſimplicibus, more paruulorum. 25

ITA. Græc. *ναί*. i. *certè*. Approbantis eſt, & explicantis. 26

NOVIT. ſ. comprehenſiuè. PATER. non excluditur Spiritus ſanctus, vt nec Filius; ſic in ſimilibus intellige non excludi reliquas perſonas diuinas. REVELARE. i. manifeſtare. ſ. tantum nouimus, quantum Deus reuelat. 27

LABORATIS. ſ. moleſtia aliqua. ONERATI. ſ. peccatis, curis, miſeriis; etiam legis onere. REFICIAM. i. recreabo. Græc. *ἀναπαύσω*. i. *quieſcere faciam*. 28

IVGVM. ſ. legem Euangelicam. QVIA. pro, quòd. vel quaſi dicat, ſum enim mitis, &c. 29

SVAVE. Græc. *Χρηστός*. quod etiam *commodum*, *blandum*, & *facile* ſignificat. Intellige verò, ſi amor adſit, qui omnia facit leuia. quamquam quod eſt aliud Chriſti iugum quàm charitatis? 30

CAPVT XII.

Diſcipulos ſpicas ſabbato vellentes excuſat, manum quoque aridam ſabbato curat: Phariſæorum machinationi tacitus cedens, varioſque à ſe curatos ſilere præcipiens, implet Iſaiæ vaticinium: dæmoniaco cæco & muto curato, Phariſæos ipſum in Beelzebub eiicere dæmonia blaſphemantes conuincit falſum dicere; dicens blaſphemiam in Spiritum ſanctum irremiſſibilem, & de omni verbo otioſo reddendam rationem: Scribis autem & Phariſæis ſignum petentibus, dandum dicit Ionæ ſignum: & quæ ſint mater & fratres ipſius.

Marc. 2. d. 23 Luc. 6. a. 1 IN illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabba- 1
to: diſcipuli autem eius eſurientes cœpe- A
runt vellere ſpicas, & manducare. * Phariſæi 2
autem videntes, dixerunt ei: Ecce diſcipuli tui
faciunt quod non licet facere ſabbatis. * At il- 3
a 1. Reg. 21. a. 4 le dixit eis: Non legiſtis a quid fecerit Dauid,
quando eſuriit, & qui cum eo erant: * quomo- 4
do intrauit in domum Dei, & panes propoſi-
tionis comedit, quos non licebat ei edere, ne-
b Num 28. b. 9 que his qui cum eo erant, b niſi ſolis ſacerdo-
c Leu. 24. b. 8 tibus? * Aut non legiſtis in lege, c quia ſabba- 5
tis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, &
ſine crimine ſunt? * Dico autem vobis, quia 6
templo maior eſt hic. * Si autem ſciretis, quid 7
d Oſee 6. c. 6 eſt: d Miſericordiam volo, & non ſacrificium:
numquam condemnaſſetis innocentes. * Do- 8
minus enim eſt filius hominis etiam ſabbati.
* Et cùm inde tranſiiſſet, venit in ſynagogam 9
eorum. * Et ecce homo manum habens aridam, 10
& interrogabant eum, dicentes: Si licet ſabba-
tis curare? vt accuſarent eum. * Ipſe autem dixit 11
illis: e Quis erit ex vobis homo, qui habeat e Marc. 3. a. 1
ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in fo- Luc. 6. a. 6
12 ueam, nónne tenebit & leuabit eam? * Quanto Deut. 22. a. 4
magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſab-
13 batis benefacere. * Tunc ait homini: Extende
manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſani-
14 tati ſicut altera. * Exeuntes autem Phariſæi,
B conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo
15 perderent eum. * Ieſus autem ſciens receſſit
inde: & ſecuti ſunt eum multi, & curauit eos
16 omnés: * & præcepit eis ne manifeſtum eum
17 facerent. * Vt adimpleretur quod dictum eſt per
18 Iſaiam Prophetam, dicentem: * f Ecce puer f Iſa. 42. a. 1
meus, quem elegi, dilectus meus, in quo benè
complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritú meum
ſuper eum, & iudicium gentibus nuntiabit.
19 * Non contendet, neque clamabit, neq; audiet
20 aliquis in plateis vocem eius: * arundinem quaſ-
ſatam non confringet, & linum fumigans non
extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium:
21 * & in nomine eius Gentes ſperabunt. * Tunc
22 oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mu-
tus, & curauit eum ita vt loqueretur, & vide-
23 ret. * Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant:
24 Numquid hic eſt filius Dauid? * g Phariſæi au- g Marc. 3. c. 22
tem audientes, dixerunt: Hic non eiicit dæmo- Luc. 11. b. 14
nes niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Sup. 9. d. 34
25 * Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, dixit
eis: h Omne regnum diuiſum contra ſe, deſola- h Luc. 11. b. 17
bitur: & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra
26 ſe, non ſtabit. * Et ſi ſatanas ſatanam eiicit, ad-
uerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit re-
27 gnum eius? * Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæ-
mones, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideò ipſi iu-
28 dices veſtri erunt. * Si autem ego in ſpiritu Dei
eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum
29 Dei. * Aut quomodo poteſt quiſquam intrare
in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi priùs
alligauerit fortem? & tunc domum illius di-
30 ripiet. * Qui non eſt mecum, contra me eſt:
31 & qui non congregat mecum, ſpargit. * i Ideò i Marc. 3. d. 28
C dico vobis: Omne peccatum & blaſphemia Luc. 11. b. 17
remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphe-
32 mia non remittetur. * Et quicumque dixerit
verbum contra filium hominis, remittetur ei:
qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum,
non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, ne-
33 que in futuro. * Aut facite arborem bonam, &
fructum eius bonum: aut facite arborem ma-
lam, & fructum eius malum: ſiquidem ex
34 fructu arbor agnoſcitur. * Progenies vipera-
rum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis
mali? k ex abundantia enim cordis os loqui- k Luc. 6. f. 45
35 tur. * Bonus homo de bono theſauro profert
bona: & malus homo de malo theſauro pro-
36 fert mala. * Dico autem vobis, quoniam omne
verbum otioſum, quod locuti fuerint homi-
37 nes, reddent rationem de eo in die iudicij. * Ex
verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis
38 condemnaberis. * Tunc reſponderunt ei qui-
dam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magi- l Inf. 16. a. 4
39 ſter, volumus à te ſignum videre. * Qui re- Luc. 11. c. 29
ſpondens ait illis: l Generatio mala & adulte- 1. Cor. 1. d. 22
ra ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei,
40 niſi ſignum m Ionæ Prophetæ. * Sicut enim fuit m Ion. 2. a. 1

Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus no-
ctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ
ⁿ Ion. 3. b.5 tribus diebus, & tribus noctibus. * ⁿ Viri Nini- 41
uitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta,
& condemnabunt eam: quia pœnitentiam ege- D
runt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm
Ionas hic. * Regina Auſtri ſurget in iudicio 42
cum generatione iſta, & condemnabit eam:
ⁿ 3. Reg. 10. a.1 ⁿ quia venit à finibus terræ audire ſapientiam
2. Par. 9. a.1 Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic.
* ⁿ Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab 43
ⁿ Luc. 11. c. 24 homine, ambulat per loca arida, quærens re-
quiem, & non inuenit. * Tunc dicit: Reuertar 44
in domum meam, vnde exiui. Et veniens in-
uenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & or-
natam. * Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios 45
ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habi-
ⁿ 2. Pet. 2. d. 20 tant ibi: ⁿ & fiunt nouiſſima hominis illius
peiora prioribus. Sic erit & generationi huic
ⁿ Marc. 3. d.31 pesſimæ. * ⁿ Adhuc eo loquente ad turbas, ec- 46
Luc. 8. c. 20 ce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes
loqui ei. * Dixit autem ei quidam: Ecce mater 47
tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te. * At 48
ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt ma-
ter mea, & qui ſunt fratres mei? * Et exten- 49
dens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce
mater mea, & fratres mei. * Quicumque enim 50
fecerit voluntatem Patris mei, qui in cęlis eſt;
ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PER SATA SABBATO. Græcè, *ſabbatis* i. ſabbato 1
quodam. Locutio ſimilis Iudic. 12. verſ. 7. *ſepultus*
eſt in vrbibus Iuda. i. in vna vrbium.

SABBATIS. Gotth. *in ſabbatis*. Græc. & Syr. *in ſab-* 2
bato faciunt quod non licet.

MAIOR EST HIC. Aduerbium eſt *hic*. i. hoc loco 6
eſt qui templo eſt maior. ſ. ego.

MISERICORDIAM VOLO, ET NON SACRIFICIVM. 7
.i. illam præfero ſacrificiis.

QVOMODO PERDERENT EVM. Gotth. *vt eum per-* 14
derent. ſic Syri. vox Græca ὅπως nempe, vtroque mo-
do verti poteſt.

ECCE PVER MEVS. i. filius, aut ſeruus, Iſa. 42. 18
verſ. 1. partim ex Hebr. citatus locus, partim ex Sept.
Hieron. & Sept. pro, *puer meus*, in Iſaia dixerunt,
ſeruus meus. IN QVO BENE COMPLACVIT. i. quem
diligo, aut per quem placatus ſum. IVDICIVM. i. iu-
ſtam doctrinam nuntiabit.

NON CONTENDET. i. non litigabit. Aut non veniet 19
cum apparatu & pompa.

ARVNDINEM QVASSATAM. Feret infirmos. ET 20
LINVM FVMIGANS, nempe myxum. Syr. *lucernam*, ita
Gręc. *lychnon* legit. Vnde colligitur nouum Teſtamentū
Syr. ex Græco fuiſſe conuerſum. DONEC EIICIAT
AD VICTORIAM IVDICIVM. i. faciat vt iuſta doctrina
falſæ præualeat, & veritas ſit in terra, vt Propheta ait.

ET IN NOMINE EIVS GENTES. Sic Sept. Hebr. *in-* 21
ſulæ expectabunt. D. Hieronymus reſpondens ſecundæ
quæſtioni Algaſiæ, & enarrans 42. caput Iſaiæ, verba
iſta, *Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat*
in terra iudicium; ſiue iuxta Sept. *Splendebit, & non*
conteretur, donec ponat ſuper terram iudicium: omiſſa
exiſtimat primi ſcriptoris errore, vt qui inter *iudi-*
cium primo loco poſitum, & *iudicium* ſecundo, media
tranſilierit.

MVTVS. κωφὸς *ſurdum* etiam ſignificat. ſed muti, 22
ſurdi ipſi ſunt.

FILIVS DAVID? .i. Meſſias, ſic vulgò vocabatur 23
Meſſias. Quidam Codices Græci & Latini habent,
Numquid hic eſt Chriſtus filius Dauid?

NISI IN BEELZEBVB. De principe dæmoniorum 24
dictum eſt cap. 9. verſ. 34. Dicebatur *Beelzebub*.
.i. *deus muſcarum*, fortè quòd in eius altari muſcæ non
eſſent. Panſanias Heliacon 1. Herculi ſacrificanti cùm
muſcæ moleſtæ eſſent; Ioui Apomyo ſacrificaſſe re-
fert, abegiſſeque muſcas ex Heleis. Helinandus etiam
Virgilium arte effeciſſe ait, vt Neapoli in macello
quodam muſcæ non eſſent. Fabulæ.

27 FILII VESTRI. i. exorciſtæ, in quo eiiciunt? ſi illos
probatis, quod inter me & illos diſcrimen? IDEO
IPSI IVDICES VESTRI ERVNT. Eorum factum vos
conuincit.

29 ET VASA EIVS, arma bellica diripere quis po-
terit?

30 ET QVI NON CONGREGAT MECVM, in ouile ſ.

31 SPIRITVS AVTEM BLASPHEMIA. i. blaſphemia in
Spiritum ſanctum, peccatum ex malitia. *Spiritus* in
genitiuo, Πνεύματος. Gotth. *Spiritus autem blaſphemia*,
vt *ſpiritus* ſit in nominatiuo: ſed malè. Luc. 12. verſ. 10.
Qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum.

33 AVT FACITE ARBOREM. i. aut credite me bonum
eſſe, quando opera ſunt bona. Quòd ſi me malum
credītis, oſtendite opera eſſe mala.

36 OMNE VERBVM OTIOSVM, ſeu *vanum*. Quòd ſi
de verbo otioſo redditur ratio, multò magis de veſtris,
quæ ſunt exitialia.

39 NISI SIGNVM IONÆ. Vnum erit multorum inſtar
ad vitam reditus. Aut *niſi* ſumatur pro, ſed, vt ad
Galat. 2. verſ. 16. *Non iuſtificatur homo ex operibus le-*
gis, niſi per fidem Ieſu, pro, ſed per fidem.

42 REGINA AVSTRI. ſ. Regina Saba, 3. Regum 10.
verſ. 1. vbi diximus, vnde venit, vbi regnauit. Æthio-
pia ad Auſtrum eſt. Ex Arabia Felici veniſſe non
puto.

43 IMMVNDVS SPIRITVS. Qui à vinculis ſatanæ ſunt
ſoluti, eos magis affligit, vt ſi poſſit, eos vincat. Huc
ſpectat hæc ſimilitudo. PER LOCA ARIDA. i. non
quieſcit, vt qui in illis locis verſantur.

45 SEPTEM ALIOS. i. multos ſpiritus.

47 FRATRES TVI. i. cognati. Phraſis Hebr. Neque eos
Chriſtus ſuo reſponſo contemnit: ſed cognationem
ſpiritualem carnali præfert.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SABBATO. ſ. quodam. Vide Luc. 6.
4 DOMVM. ſ. tabernaculi atrium.
5 VIOLANT. i. videntur violare, ſeu reuerà profanant
operibus ſeruilibus ad ſacrificia neceſſariis. CRIMI-
NE. i. culpa, ſeu peccato.
6 HIC. i. hoc loco.
7 ET NON. ſ. ſolùm. vel pro, potiùs quàm. CON-
DEMNASSETIS. ſ. ſed compateremini.
8 DOMINVS ENIM. pro, Dominus autem. q. d. poſſum
& ego, ſi opus ſit, cum illis in Sabbati obſeruatione
diſpenſare.
10 SI LICET. pro, licétne.
12 MELIOR EST. i. præſtat. BENEFACERE. i. homi-
nem beneficio afficere.
17 VT ADIMPLERETVR, &c. id non refertur ad proxi-
mè præcedentia, ſed ad ſuperiora.
18 ECCE, &c. Citatur locus Iſa. 42. partim ſecundùm
Hebr. partim ſecundùm LXX. PVER. i. ſeruus, ſeu
filius. BENE COMPLACVIT. q. d. mihi chariſſimus.
ANIMÆ MEÆ. i. mihi. IVDICIVM. i. quod rectum &
æquum eſt. NVNTIABIT. i. prædicabit.
19 CONTENDET. i. litigabit. CLAMABIT. ſ. conten-
tiosè. VOCEM. ſ. tumultuoſam.
20 LINVM. i. ellychnium. q. d. fouebit infirmos, non
perdet. EIICIAT, &c. i. faciat vt iudicium vincat, ve-
ritaſque in mundo obtineat ius ſuum, ſeu præualeat.
21 NOMINE EIVS. i. ipſo.
22 TVNC. i. illo tempore, factum enim poſteà, vt patet
ex Marco & Luca. MVTVS. Vox Græca etiam *ſur-*
dum ſignificat, quamquam hic de auditu nihil dicitur.
24 IN. pro, in virtute. BEELZEBVB. ſic diabo-
lum vocabant, à *Beel* ſeu *Baal* idolo Gentium, in
quo diabolus colebatur. *Zebub* verò. i. *muſcam* adde-

bant, ob copiam muſcarum, ad ſacrificia concurrentium. Vide 1. Reg. 4.

Cogitationes. Apparet dixiſſe ſolùm cogita- 25
tione.

Eiicit. ſ. vt vos dicitis. *Eiicit*, ſ. vi. Regnvm. 26
ſ. quod ipſe tantopere conſeruare conatur.

Filii. ſ. Apoſtoli. vel intelligit Iudæos exorciſtas. 27
Vide Act. 19. Ivdices. q. d. Id quod agunt ipſi, vos
condemnabit, qui in me calumniamini quod in illis approbatis.

In spiritv. i. virtute ſpiritus. Regnvm Dei. 28
i. dator regni Dei. ſ. Meſſias. Vide Luc. cap. 11.

Vasa. i. inſtrumenta. ſ. bellica, vel ſupellectilem. 29

Remittetvr. i. ſolet remitti. Spiritvs. genitiuus 31
eſt. i. contra Spiritum. ſ. ſanctum.

Et qvicvmqve. Explicatio præcedentis. Ver- 32
bvm. i. aliquid. Contra Spiritvm sanctvm. ſ. vt vos facitis, qui opus Spiritus ſancti diabolo tribuitis. Non remittetvr. i. non ſolet remitti, eſt enim inſignis malitia, Deum blaſphemare vixque tales vmquam pœnitet vt par eſt. In fvtvro. Et hinc confirmatur dogma de Purgatorio, vbi quædam fit remiſſio; nam in inferno nulla fit.

Avt facite, &c. q. d. aut me cum operibus lau- 33
date, aut cum his vituperate, quæ cùm non poſſitis reprehendere meritò, par eſt me vt recipiatis. Siqvidem, &c. q. d. ex operibus poteritis cognoſcere qui ſim.

Ivdicii. ſ. particularis in morte, vel vniuerſalis. 36

Ivstificaberis. i. cauſam obtinebis apud Deum. 37

Tvnc. ſ. cùm maximè flecti oportuiſſet. Signvm. 38
ſ. de cælo. vt patet ex Luca.

Advltera. i. ſolita à Deo deficere per peccata. 39
Non dabitvr. ſ. quod petunt. Nisi. pro, ſed. ſic Galat. 2. *niſi per fidem*.

Corde. i. medio, ſeu intra. Multi Doctores Lim- 40
bum intelligunt, alij ſepulchrum.

Cvm generatione ista. i. contra hoc hominum 41
genus. Hic. i. hoc loco.

Avstri. i. Arabiæ Felicis, quæ in Scriptura voca- 42
tur *Seba*, per ש *ſc*. Vide quod diximus 3. Reg. 10.

Immvndvs. Ita dicitur ob peccata ad quæ inducit. 43
Arida. i. *aquis carentia*, vt eſt Græc.

Septem. i. *multos*. Hebr. Novissima. i. poſtrema. 45

Fratres. i. cognati. 46

Qvæ est, &c. Non matris cognationem negat, ſed 48
ſpiritualem præfert.

Soror. Id propter feminas dictum. 50

CAPVT XIII.

Sedens in nauicula proponit turbis parabolas ſeminantis ac Zizaniorum, quas etiam diſcipulis interpretatur: item parabolas de grano ſinapis, de fermento in farina occultato, de theſauro & margarita inuentis: de reti in mare miſſo, quam parabolam etiam declarat: docens in patria, ait Prophetam non eſſe ſine honore niſi in propria patria.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſe- 1
ª Marc. 4. a. 1 Luc. 8. a. 4 cus mare. * ª Et congregatæ ſunt ad eum 2
turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens A
ſederet: & omnis turba ſtabat in littore: * & 3
locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce
exiit qui ſeminat, ſeminare. * Et dum ſeminat, 4
quędam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt ea. * Alia autem ce- 5
ciderunt in petroſa, vbi non habebant terram
multam: & continuò exorta ſunt, quia non
habebant altitudinem terræ. * ſole autem orto 6
æſtuauerunt: & quia non habebant radicem,
aruerunt. * Alia autem ceciderunt in ſpinas: 7
& creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. * Alia 8
autem ceciderunt in terram bonam: & dabant
fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſi-
9 mum, aliud trigeſimum. * Qui habet aures au-
10 diendi, audiat. * Et accedentes diſcipuli dixe-
11 runt ei: Quare in parabolis loqueris eis? * Qui
B reſpondens, ait illis: Quia vobis datum eſt noſ-
ſe myſteria regni cælorum: illis autem non
12 eſt datum. * ª Qui enim habet, dabitur ei, & ª Infr. 25. c. 29.
abundabit: qui autem non habet, & quod ha-
13 bet auferetur ab eo. * Ideò in parabolis loquor
eis: quia videntes non vident, & audientes non
14 audiunt, neque intelligunt. * Et adimpletur in
eis prophetia Iſaiæ dicentis: ª Auditu audie- ª Iſa. 6. c. 9
tis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & Marc. 4. b. 14
15 non videbitis. * Incraſſatum eſt enim cor po- Luc. 8. b. 10
puli huius, & auribus grauiter audierunt, & Ioan. 12. f. 40
oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant Act. 28. f. 26
oculis, & auribus audiant, & corde intelligant,
16 & conuertantur, & ſanem eos. * Veſtri autem Rom. 11. b. 8
beati oculi quia vident, & aures veſtræ quia Luc. 9. b. 11
17 audiunt. * ª Amen quippe dico vobis, quia mul- ª Luc. 10. d. 24
C ti prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ vide-
tis, & non viderunt; & audire quæ auditis, &
18 non audierunt. * Vos ergo audite parabolam
19 ſeminantis. * Omnis qui audit verbum regni,
& non intelligit, venit malus, & rapit quod ſe-
minatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus
20 viam ſeminatus eſt. * Qui autem ſuper petro-
ſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum audit, &
21 continuò cum gaudio accipit illud: * non ha-
bet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis.
facta autem tribulatione & perſecutione pro-
22 pter verbum, continuò ſcandalizatur. * Qui
autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui ver-
bum audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius, & falla-
cia diuitiarum, ſuffocat verbum, & ſine fructu
23 efficitur. * Qui verò in terram bonam ſemi-
natus eſt, hic eſt, qui audit verbum, & intelli-
git, & fructum affert, & facit aliud quidem cen-
teſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud verò
24 trigeſimum. * ª Aliam parabolam propoſuit il- ª Marc. 4. c. 26
lis, dicens: Simile factum eſt regnum cælorum
homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro
25 ſuo. * cùm autem dormirent homines, venit
inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in me-
26 dio tritici, & abiit. * Cùm autem creuiſſet her-
D ba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zi-
27 zania. * Accedentes autem ſerui patrisfamilias,
dixerunt ei: Domine, nónne bonum ſemen
ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet ziza-
28 nia? * Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.
Serui autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligi-
29 mus ea? * Et ait: Non: ne fortè colligentes zi-
zania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.
30 * Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, &
in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite
primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad
comburendum, triticum autem congregate in
31 horreum meum. * ª Aliam parabolam propo- ª Marc. 4. d. 30
ſuit eis dicens: Simile eſt regnum cælorum gra- Luc. 13. e. 18
no ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in
32 agro ſuo: * quod minimum quidem eſt omni-
bus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius eſt
omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres
33 cæli veniant, & habitent in ramis eius. * Aliam
parabolam locutus eſt eis. ª Simile eſt regnum ª Luc. 13. e. 21
cælorum fermento, quod acceptum mulier
abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermen-

tatum eſt totum. * Hæc omnia locutus eſt 34
Ieſus in parabolis ad turbas: & ſine parabolis
non loquebatur eis: * vt impleretur quod di- 35
Pſal.77. a.2 Marc.4. d.32 ctum erat per Prophetam dicentem: " Aperiam
in parabolis os meum, eructabo abſcondita à
conſtitutione mundi. * Tunc, dimiſſis turbis, 36
venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſci-
puli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam
zizaniorum agri. * Qui reſpondens ait illis: 37
Qui ſeminat bonum ſemen, eſt Filius homi-
nis. * Ager autem, eſt mundus. Bonum verò 38
ſemen, hi ſunt filij regni. Zizania autem, filij
ſunt nequam. * Inimicus autem, qui ſeminauit 39
Apoc.14. c.15 ea, eſt diabolus. " Meſſis verò, conſummatio
ſæculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. * Sic- 40
ut ergo colliguntur zizania, & igni comburun-
tur: ſic erit in conſummatione ſęculi. * mit- 41
tet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de F
regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt
iniquitatem: * & mittent eos in caminum ignis. 42
Sap.3.b.7. Dan.12. a.3 Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. * " Tunc iuſti 43
fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum.
Qui habet aures audiendi, audiat. * Simile eſt 44
regnum cælorum theſauro abſcondito in agro:
quem qui inuênit homo, abſcondit, & præ gau-
dio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, &
emit agrum illum. * Iterùm ſimile eſt regnum 45
cælorum homini negotiatori, quærenti bonas
margaritas. * Inuenta autem vna pretioſa mar- 46
garita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, &
emit eam. * Iterùm ſimile eſt regnum cælo- 47
rum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni gene-
re piſcium congreganti. * quam, cùm impleta 48
eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elege-
runt bonos in vaſa, malos autem foras miſe-
runt. * Sic erit in conſummatione ſæculi: exi- 49
bunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iu-
ſtorum, * & mittent eos in caminum ignis: 50
ibi erit fletus, & ſtridor dentium. * Intellexiſtis 51
hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. * Ait illis: Ideò 52
omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis G
eſt homini patrifamilias, qui profert de theſau-
ro ſuo noua & vetera. * Et factum eſt, cùm 53
conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit in-
de. * Et veniens in patriam ſuam, docebat eos 54
in ſynagogis eorum, ita vt mirarentur, & dice-
rent: Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes?
Marc.6. a.1 Luc.4.c.16 Ioan.6. e.42. * " Nónne hic eſt fabri filius? Nónne mater 55
eius dicitur Maria; & fratres eius, Iacobus, &
Ioſeph, & Simon, & Iudas? * & ſorores eius, 56
nónne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic
omnia iſta? * Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus 57
autem dixit eis: Non eſt propheta ſine ho-
nore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. * Et 58
non fecit ibi virtutes multas, propter incredu-
litatem illorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN ILLO DIE. *In* aliquando ponitur Hebr. pro, poſt. 1
Num. 28. verſ. 25. vbi nos, *expletis hebdomadibus*,
Hebr. eſt, *in hebdomadibus veſtris*. vel *dies* ſumatur
pro tempore: *In illo die*. pro, In illo tempore. SECVS
MARE. i. prope mare. ſ. Galilææ, lacus Geneſareth
mare vocatur.

IN PARABOLIS. *Parabola* comparatio eſt, de qua 3
initio Prouerbiorum diximus.

VOLVCRES CÆLI. Dæmones ſunt, quos Philo 4
lib. de Gigantibus *animas* vocat *per aëra volantes*,
Zoroaſtres *lictores*, cùm ait non eſſe eundum lictore
tranſeunte. Pſal. 103. vocantur *incurſus, dæmonia, ſa-
gittæ volantes*, ob repentinos incurſus.

8 CENTESIMVM. Hieronymus 1. contra Iouin. *cen-
teſimum* fructum virginibus tribuit, viduis *ſexageſi-
mum*, coniugibus *trigeſimum*, ratione deducta ex nu-
meris qui olim per digitos deſignabantur. Quod
Eraſmus eo loco non eſt aſſecutus; ex Beda tamen
intelligitur lib. de Indigitatione, tom. 1. Monuiſſe ſit
ſatis.

9 AVRES AVDIENDI. Audiunt & intelligunt quibus
à Deo datum eſt, non alij.

12 QVI ENIM HABET, DABITVR EI. Prouerbium
eſt etiam Hiſpanis vſitatum: *Diuiti datur, pauperi au-
fertur quod habet*.

14 AVDITV AVDIETIS. Ex Iſa. cap. 6. verſ. 9. ſed ſecun-
dùm Sept. cùm Matthæus Hebr. ſeu Syriacè ſcripſe-
rit. Sed certè quod Propheta refert ad Dei arcana iu-
dicia, Matthæus tribuit obſtinationi hominum. ſ. non
intelligere Dei verba. Sed vtrumque connexum eſt.

16 QVIA AVDIVNT. Goth. *quæ audiunt*. Græc. &
Syr. *quia audiunt*, beatæ veſtræ aures.

19 QVI AVDIT VERBVM REGNI, per quod Deus re-
gnat in nobis. HIC EST QVI SECVS VIAM. pro,
hoc eſt ſemen quod prope viam cadit.

22 FALLACIA DIVITIARVM. Fallaces ſunt diuitiæ quæ
non ſatiant, & cedunt indignis. Comparantur ſpinis,
quia curis & peccatis implicant homines. Quomodo
pingeretur Plutus diuitiarum Deus, Lucianus in Ti-
mone affert, & Ariſtoph. in Pluto, nempe cæcus, &
Fortuna in ſterquilinio, vt Clemens Alexandrinus ait
in Oratione, nempe, quia ſæpè diuitiæ in cloacas abii-
ciuntur, homines nihili.

25 ET SVPERSEMINAVIT ZIZANIA. Herbæ noxiæ
ſunt, vt lolium, vrticæ, ſic dictæ à *σίνειν*. i. *nocere*. Bo-
ni & mali ſunt in Eccleſia permixti. Id ſignificat pa-
rabola.

31 GRANO SINAPIS: A paruis initiis magna in Ec-
cleſia fiunt incrementa.

32 QVOD MINIMVM QVIDEM EST. i. exiguum inter
alia ſemina. non comparatè, quia ſemina quædam
ſunt minora.

33 IN FARINÆ SATIS TRIBVS. De *ſato* lib. de Ponder.
& menſ. cap. 10. ſatis multa, Hieronymus & Beda
tria ſata aiunt continere quatuor modios cum dimidio.
ſ. nouem celemines. Nempe dant cuilibet ſato mo-
dium & ſemiſſem. Hebræi aiunt continere quantum
oua 144. Significat parabola, patienter expectandum
Euangelij fructum.

37 BONVM SEMEN, EST FILIVS HOMINIS. i. ego. Alij
plantant & ſeminant, alij rigant, ſed Chriſtus incre-
mentum dat, ideò opus ſibi tribuit.

47 SAGENÆ. i. reti. Eòdem hæc ſpectat quò parabola
zizaniorum.

52 IDEO OMNIS. q. d. rogaui an intellexiſtis, vt doce-
rem quòd OMNIS SCRIBA. i. doctor in Eccleſia de-
bet habere theſaurum, vnde documenta varia profe-
rat. THESAVRO. i. penu. *Theſauri* vox in Sacris
latè patet.

55 FABRI FILIVS? Quidam Ioſephum fabrum ferra-
rium fuiſſe putant, plerique fabrum lignarium. Vox
Græca *τέκτων artificem* promiſcuè ſignificat. Verùm
Max. Tyrius Serm. 5. & Plato in Cratylo paulò poſt
principia, eam vocem abſolutè vſurpant pro *fabro li-
gnario*. talem fuiſſe Ioſephum veriſimile eſt.

57 ET SCANDALIZABANTVR. i. offendebantur in eo
propter generis humilitatem. NON EST PROPHETA.
Contemnimus quos pueros cognouimus, eiſque inui-
demus, cùm ad dignitatem aſcendunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 ALTITVDINEM. i. profunditatem.
6 ÆSTVAVERVNT. i. æſtu percuſſa ſunt.
8 CENTESIMVM, &c. pro, centecuplum, ſexagecu-
plum, trigecuplum.

AVRES. ſ.mentis. AVDIENDI. i. ad audiendum. 9

QVIA VOBIS, &c. q. d. gratiam quam facio vobis, quia volo; illis nego, quia indigni. ILLIS. ſ. qui non credunt. 11

HABET. ſ. vt debet. 12

VIDENTES. i. habentes oculos mentis, quibus poſſent videre, ſi vellent. AVDIVNT. i. attendunt. 13

ISAIÆ. ſ. cap. 6. ſecundùm editionem LXX. NON VIDEBITIS. i. non intelligetis. ſ. audiebant Chriſti prædicationem, videbant miracula, ſed ſine fructu, quia non capiebant. 14

INCRASSATVM. i. induratum. Syr. *nube offuſum.* AVRIBVS. ſ. mentis. ſic etiam oculos intellige. GRAVITER. ſ. more ſurdaſtrorum. CLAVSERVNT. ſ. lumini doctrinæ Chriſti. 15

MALVS. i. diabolus. 19

TEMPORALIS. i. ad tempus tantùm durat in eo ſtatu. SCANDALIZATVR. ſ. diſcedit à doctrina, ſeu inſtituto. 21

FALLACIA DIVITIARVM. pro, fallaces diuitiæ; decipiunt enim multos. 22

ALIVD QVIDEM, &c. Apparet quidem hinc, eſſe meritorum gradus. Intelligunt verò Doctores hîc Virginitatem, Viduitatem, & Coniugium. 23

SIMILE, &c. q. d. ſimile quid accidit in regno cælorum ac ſi, &c. Vide Marc. 4. 24

ZIZANIA. i. noxias ſegeti herbas. ABIIT. i. latêre ſtuduit. 25

IMVS, ET COLLIGIMVS. pro, eamus, & colligamus. 28

MINIMVM. ſ. proportione. nullum enim tam paruum tantam rem producit, vt ſtatim explicatur. ARBOR. Id in Palæſtina fit. Significat verò Chriſtus, ſuam doctrinam, quæ parua videbatur multis, maximum quiddam in mundo parituram; quod nunc videmus. HABITENT. i. nidificent. 32

SATIS. *Satum* eſt tertia pars Ephi. Ephi autem decima eſt Cori, ſeu Gomer. Vide Ruth 2. Ezech. 45. TOTVM. Et per Chriſti doctrinam velut fermentatur totus homo, qui conſtat corpore, anima, & ſpiritu, velut ſatis tribus: vel totus mundus, qui conſtat iuuenibus, viris, & ſenibus. 33

PARABOLIS. i. ſimilitudinibus, ſeu comparationibus. NON LOQVEBATVR. ſ. fermè, Auguſt. 34

PROPHETAM. ſ. Dauid, Pſal. 77. ERVCTABO. i. proferam. 35

EDISSERE. i. explica. 36

FILIVS HOMINIS. i. homo. ſ. Chriſtus. 37

FILII REGNI. i. ad cæleſte regnum deſtinati, ſeu idonei. NEQVAM. i. mali. ſ. diaboli. Græc. τῦ πονηρῦ. poteſt & *malitiæ* intelligi. Vocantur autem *ſemen bonum* illi, quod ex bono ſint orti ſemine, ſicut *zizania*, qui ex malo. 38

ET EOS. pro, id eſt eos. 41

CAMINVM. i. fornacem. 42

INVENIT. præteritum eſt. itemque ABSCONDIT. 44

EDVCENTES. ſ. piſcatores. 48

IDEO, &c. q. d. quia intelligitis, ſcitote quòd, &c. SCRIBA. i. Doctor, ſeu Legis peritus. IN REGNO. Græc. *ad regnum*. ſ. cæleſte prædicandum. q. d. in modo acquirendi æternam ſalutem. THESAVRO. i. penuario. NOVA ET VETERA. q. d. omne genus ciborum, ſeu rerum vitæ neceſſariarum. ſic Cant. 7. *poma noua & vetera*. Significat verò Chriſtus, Doctorem Euangelicum debere eſſe omni doctrina inſtructum & virtute, vt poſſit omnibus ſatisfacere. 52

PATRIAM. ſ. Nazareth. MIRARENTVR. Græc. *obſtuperent*. VIRTVTES. i. potentia miraculorum. 54

FABRI. Quidam putant ferrarium fuiſſe; alij lignarium quod magis credo. vox Græca ſignificat quod Italicè *artegiano*, Gallicè *mecanique*, Hiſpanicè *official*. FRATRES. i. cognati. IACOBVS. ſ. minor. SIMON. ſ. Chananæus, ſeu *Zelotes*. IVDAS, qui & *Thaddæus*. 55

SCANDALIZABANTVR. i. offendebantur. IN EO. ſ. ob generis humilitatem. SINE HONORE, &c. q. d. nuſquam eſt minùs in honore ſeu contemptior quàm in patria. 57

CAPVT XIV.

Caput Ioannis datur puellæ ſaltatrici: Ieſus quinque virorum millia in deſerto quinque panibus & duobus piſcibus ſatiat, ſublatis duodecim reliquiarum cophinis: & ſuper mare ambulans diſcipulos tempeſtate agitatos confortat, Petrumque à ſubmerſione liberat. in terra Geneſar varij curantur languores tactu veſtimenti ipſius.

1 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha *Marc. 6.*
2 famam Ieſu: * & ait pueris ſuis: Hic eſt Ioan- *b. 14*
A nes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideò *Luc. 9. a. 7*
3 virtutes operantur in eo. * " Herodes enim te- *" Marc. 6.*
nuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in *c. 17*
carcerem propter Herodiadem vxorem fratris *Luc. 3. d. 19*
4 ſui. * Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi
5 habere eam. * Et volens illum occidere, timuit
populum: " quia ſicut prophetam eum habe- *" Infr. 21.*
6 bant. * Die autem natalis Herodis ſaltauit filia *c. 26*
7 Herodiadis in medio, & placuit Herodi. * Vnde
cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcum-
8 que poſtulaſſet ab eo. * At illa præmonita à ma-
tre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco caput
9 Ioannis Baptiſtæ. * Et contriſtatus eſt rex: pro-
pter iuramentum autem, & eos qui pariter re-
10 cumbebant, iuſſit dari. * Miſitque & decolla-
11 uit Ioannem in carcere. * Et allatum eſt ca-
put eius in diſco, & datum eſt puellæ, & attulit
12 matri ſuæ. * Et accedentes diſcipuli eius, tule-
B runt corpus eius, & ſepelierunt illud: & venien-
13 tes nuntiauerunt Ieſu. * " Quod cùm audiſſet *" Luc. 9.*
Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula, in locum de- *b. 10*
ſertum ſeorſum: & cùm audiſſent turbæ, ſe- *Marc. 6.* *d. 37*
14 cutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus. * Et *Ioan. 6. b. 9*
exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt
15 eis, & curauit languidos eorum. * Veſpere au-
tem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,
dicentes: Deſertus eſt locus, & hora iam præ-
teriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella,
16 emant ſibi eſcas. * Ieſus autem dixit eis: Non
habent neceſſe ire: date illis vos manducare.
17 * Reſponderunt ei: Non habemus hîc niſi
18 quinque panes, & duos piſces. * Qui ait eis:
19 Afferte mihi illos huc. * Et cùm iuſſiſſet tur-
bam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quin-
que panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in
cælum benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis
20 panes, diſcipuli autem turbis. * Et manducaue-
C runt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reli-
quias, duodecim cophinos fragmentorum ple-
21 nos. * Manducantium autem fuit numerus,
quinque millia virorum, exceptis mulieribus, &
22 paruulis. * " Et ſtatim compulit Ieſus diſcipu- *" Marc. 6.*
los aſcendere in nauiculam, & præcedere eum *f. 45*
23 trans fretum, donec dimitteret turbas. * Et di- *Ioan. 6. b. 9*
miſſa turba, " aſcendit in montem ſolus ora- *" Ioan 6.* *b. 17*
24 re. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. * naui-
cula autem in medio mari iactabatur flucti-
25 bus: erat enim contrarius ventus. * Quarta au-
tem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſu-
26 per mare. * Et videntes eum ſuper mare am-
bulantem, turbati ſunt, dicentes: Quia phan-
27 taſma eſt. Et præ timore clamauerunt. * Sta-
timque Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete
28 fiduciam: ego ſum, nolite timere. * Reſpon-
dens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, iube
29 me ad te venire ſuper aquas. * At ipſe ait: Veni.

Et

Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat
ſuper aquam vt veniret ad Ieſum. * Videns ve- 30
rò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet
mergi, clamauit dicens, Domine, ſaluum me
fac. * Et continuò Ieſus extendens manum, 31
apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei,
quare dubitaſti? * Et cùm aſcendiſſent in na- 32
uiculam, ceſſauit ventus. * Qui autem in na- 33
uicula erant, venerunt, & adorauerunt eum,
Marc.6. c.53 dicentes: Verè Filius Dei es. * Et cùm tranſ- 34
fretaſſent, venerunt in terram Geneſar. * Et 35
cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſe-
runt in vniuerſam regionem illam, & obtule-
runt ei omnes male habentes: * & rogabant 36
eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent.
Et quicumque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HIRODES TETRARCHA. i. quartæ Regni parti imperans, nam Archelaus Rex erat, & cum illo alij tres Tetrarchæ. Sed verius, vocem *Tetrarcham*, *Principem* promiſcuè ſignificare. & ſanè Eurip. in Alceſti, Admetum Regem Theſſaliæ, vocat *Theſſaliæ Tetrarcham*. Præterea Plinius etiam hoc indicat lib. 5. cap. 18. & 23. 1

HIC EST IOANNES BAPTISTA. Goth. additur, *quem ego decollaui*. ſed alij omnes Codices, & in omnibus linguis reclamant. VIRTVTES OPERANTVR. Virtutes miraculorum operantur in eo cui data ſunt. 2

PROPTER HERODIADEM VXOREM FRATRIS SVI. Philippus erat viuus, vt Nicephorus lib. 1. cap. 19. affert ex Ioſepho. Præterea ex illa prolem ſuſceperat, ideò nefas erat, vt Herodes eam ſibi iungeret. Ioſephus lib. 18. Antiquit. cap. 7. ait, Herodem ex concurſu, qui fiebat ad Ioannem, veritum populi tumultum; eam vinculorum fuiſſe cauſam. 3

SALTAVIT FILIA HERODIADIS. A quibuſdam vocatur *Salome* ex Ioſepho. ſed eius infelicem obitum idem Nicephorus narrat mox cap. ſequenti. IN MEDIO. Goth. additur, *triclinio*. 6

DECOLLAVIT IOANNEM. Quo tempore, cap. 11. verſ. 2. eſt dictum. 10

VENIENTES NVNTIAVERVNT IESV. Ioannes præſcius mortis videtur monuiſſe diſcipulos, vt ad Ieſum confugerent, ideoque illos ad eum miſit ſuprà cap. 11. & Ioan. 13. 12

IN LOCVM DESERTVM. Mœroris ſigno fugit hominum conuictum, & vt diſcipulos confirmaret, Ioannis morte territos. 13

DATE ILLIS VOS MANDVCARE. Non deſtituit Chriſtus cibo corporeo eos qui quærunt cibum ſpiritualem. 16

DVODECIM COPHINOS. i. ſportas. Concilium Forol. c. 13. *Die Dominico*, ait, *Dominus de quinque panibus quinque millia hominum pauit, & manna in deſerto primùm pluit.* 20

ET STATIM COMPVLIT IESVS. Goth. *iuſſit*, ſine *Ieſus*, diſcipulos aſcendere in nauiculam. 22

FIMBRIAM VESTIMENTI EIVS TANGERENT. Locus hic reliquiarum venerationi fauet & deſeruit. 36

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN ILLO TEMPORE. ſ. circa tertium Paſcha prædicationis Chriſti, cùm poſt miſſum Ioannem in carcerem pluſquàm annum prædicaſſet. TETRARCHA. Marcus Regem vocat, quòd poteſtas eius eſſet velut Regia: & quidem antiqui Tetrarchias Regna vocabant. Fuit autem hic frater Archelai. 1

PVERIS. i. famulis. HIC EST, &c. Primùm dubitauit, vt ait Luc. & fortè id legendum per interrogationem, vel ironicè. VIRTVTES. i. miracula, ſeu poteſtas miraculorum. OPERANTVR. Dicerem paſſiue accipi, niſi Græc. eſſet verbum actiuum. 2

3 TENVIT. i. comprehendit. HERODIADEM. Erat hæc filia Ariſtobuli, fratris huius Herodis. eius verò legitima vxor erat filia Aretæ Regis. Vide Ioſephum.

8 PRÆMONITA. i. prius inſtructa.

9 CONTRISTATVS. ſ. quantum ex vultu apparebat, quo triſtitiam, vt quidam aiunt, ſimulauit; alij putant verè contriſtatum. IVSSIT. ſ. quod malè iurauerat, peſſimè impleuit.

12 SEPELIERVNT. ſ. in Sebaſte, quæ olim Samaria dicta.

13 PEDESTRES. ſ. per terram.

14 EXIENS. ſ. è naui, vel loco aliquo, quò ſe receperat.

15 VESPERE. i. die inclinante. CASTELLA. i. vicos, ſeu villas.

20 COPHINOS. i. ſportas.

22 COMPVLIT. ſ. præcepto.

23 VESPERE. i. poſt ſolis occaſum.

26 PHANTASMA. i. ſpectrum, quale ſolet interdum dæmonis operâ comparere.

28 IVBE. pro, iubendo fac.

29 DESCENDENS. Credidit eſſe Chriſtum qui præcipiebat. ſ. illuminauerat ille eius intellectum.

31 DVBITASTI. i. vacillaſti.

32 ASCENDISSENT. ſ. Chriſtus & Petrus.

33 FILIVS DEI. i. Meſſias.

34 GENESAR. Græc. *Genneſaret*.

36 SALVI. ſ. ſani.

CAPVT XV.

Phariſæorum de lauandis manibus aliiſque rebus traditiones, quas Dei mandatis præponebant: & quæ ſint coinquinantia hominem: mulier Chananæa perſeuerantis fide ac ſupplicatione impetrat filiæ curationem: Ieſus curatis iuxta mare Galilææ variis languoribus, quattuor virorum millia ſeptem panibus pauciſque piſciculis ſatiat, ſublatis ſeptem ſportarum reliquiis.

1 TVnc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Marc.7. a.1
2 Scribæ, & Phariſæi, dicentes: * Quare
A diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſe-
niorum? non enim lauant manus ſuas cùm
3 panem manducant. * Ipſe autem reſpondens
ait illis: Quare & vos tranſgredimini manda-
tum Dei propter traditionem veſtram? Nam
4 Deus dixit: * Honora patrem, & matrem; &: Exod.20. c.12
Qui maledixerit patri, vel matri, morte mo- Deut.5. b.16
5 riatur. * Vos autem dicitis: Quicumque dixe- Epheſ.6. a.2
rit patri, vel matri, Munus quodcumque eſt
6 ex me, tibi proderit; * & non honorificabit pa- Exod. 21. c. 16
trem ſuum, aut matrem ſuam: & irritum fe- Leu.20. b.9
ciſtis mandatum Dei propter traditionem ve-
7 ſtram. * Hypocritæ, benè prophetauit de vo- Prou. 20. c.20
8 bis Iſaias, dicens: * Populus hic labiis me ho- Iſai. 29. d.13
9 norat: cor autem eorum longè eſt à me. * Sine
B cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & Marc.7. a.6
10 mandata hominum. * Et conuocatis ad ſe tur-
11 bis, dixit eis: Audite, & intelligite. * Non quod
intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod
procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.
12 * Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei:
Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcanda-
13 lizati ſunt? * At ille reſpondens ait: Omnis Ioan.15. a.2
plantatio, quam non plantauit Pater meus cæ-
14 leſtis, eradicabitur. * Sinite illos: cæci ſunt, & Luc.6. f.39
duces cæcorum. cæcus autem ſi cæco duca- Marc.7. c.17
15 tum præſtet, ambo in foueam cadunt. * Reſpon-
dens autem Petrus dixit ei: Ediſſere nobis pa-
16 rabolam iſtam. * At ille dixit: Adhuc & vos
17 ſine intellectu eſtis? * Non intelligitis, quia
omne quod in os intrat, in ventrem vadit, &
18 in ſeceſſum emittitur? * Quæ autem proce-

dunt

dunt de ore, de corde exeunt, & ea coinqui-
nant hominem: * de corde enim exeunt cogi- 19
tationes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. * hæc 20
ſunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis
autem manibus manducare, non coinquinat
hominem. * Et egreſſus inde Ieſus, ſeceſſit in 21
ⁿ Marc. 7. c. 25
partes Tyri & Sidonis. * ⁿ Et ecce mulier Cha- 22
nanæa à finibus illis egreſſa clamauit, dicens
ei: Miſerere mei Domine fili Dauid: filia mea
malè à dæmonio vexatur. * Qui non reſpon- 23
dit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius ro-
gabant eum dicentes: Dimitte eam: quia cla-
mat poſt nos. * Ipſe autem reſpondens ait: 24
ⁿ Sup. 10. a. 6 Ioan. 10. a. 3
Non ſum miſſus niſi ⁿ ad oues, quæ perierunt
domus Iſrael. * At illa venit, & adorauit eum, 25
dicens: Domine, adiuua me. * Qui reſpon- 26
dens ait: Non eſt bonum ſumere panem filio-
rum, & mittere canibus. * At illa dixit: Etiam 27
Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ
cadunt de menſa dominorum ſuorum. * Tunc 28
reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, magna eſt
fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia
eius ex illa hora. * Et cùm tranſiſſet inde Ieſus, 29
venit ſecus Mare Galilææ: & aſcendens in mon-
ⁿ Iſa. 35. b. 5
tem, ſedebat ibi. * ⁿ Et acceſſerunt ad eum 30
turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, D
claudos, debiles, & alios multos: & proiece-
runt eos ad pedes eius, & curauit eos: * ita vt 31
turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes,
claudos ambulantes, cæcos videntes: & magni-
ⁿ Marc 8. a. 1
ficabant Deum Iſrael. * ⁿ Ieſus autem, con- 32
uocatis diſcipulis ſuis, dixit: Miſereor turbæ,
quia triduo iam perſeuerant mecum; & non
habent quod manducent: & dimittere eos ie-
iunos nolo, ne deficiant in via. * Et dicunt ei 33
diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes
tantos, vt ſaturemus turbam tantam? * Et ait 34
illis Ieſus: Quot habetis panes? At illi dixerunt:
Septem, & paucos piſciculos. * Et præcepit tur- 35
bæ, vt diſcumberent ſuper terram. * Et acci- 36
piens ſeptem panes, & piſces, & gratias agens,
fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dede-
runt populo. * Et comederunt omnes, & ſa- 37
turati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis,
tulerunt ſeptem ſportas plenas. * Erant au- 38
tem qui manducauerunt, quattuor millia ho-
minum, extra paruulos & mulieres. * Et, di- 39
miſſa turba, aſcendit in nauiculam: & venit
in fines Magedan.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 NON ENIM LAVANT MANVS. Erant lotiones frequentes à Iudæis excogitatæ. CVM PANEM MANDVCANT. i. cibum ſumunt. *panis* pro cibo.

5 MVNVS QVODCVMQVE EST EX ME. Sententia eſt obſcura, deeſt aliquid, Vt rectè facit qui dixerit patri vel matri.

6 ET NON HONORIFICABIT. pro, ac ita fit vt non honorificet patrem. ET IRRITVM FECISTIS. *Et*, pro, itaque.

8 LABIIS ME HONORAT. Non damnat orationem vocalem & cantum, ſed vult vt ex corde puro procedat.

9 SINE CAVSA. i. fruſtrà, nullo fructu colunt me.

11 NON QVOD INTRAT IN OS. Non loquitur de cibis vetitis, ſed de iis qui permiſſi ſunt, & omittuntur quædam cærimoniæ, docet id nihil referre.

13 OMNIS PLANTATIO. Non loquitur de cærimoniis & traditionibus Eccleſiaſticis, non de votis & monachatu, quæ ſatis manifeſta habent in Scriptura fundamenta; ſed de aliis traditionibus, aut inutilibus, aut contrariis verbo Dei.

18 DE CORDE EXEVNT. Vitia omnia & delicta à corde procedunt.

20 NON COINQVINAT. Græcè, *non communicat*. i. non reddit hominem communem & pollutum. quod rectè noſter expreſſit per *coinquinat*.

21 IN PARTES TYRI ET SIDONIS. Hoc eſt, in partes Galilææ vicinas Tyro & Sidoni. quæ duæ vrbes erant Phœniciæ, ſitæ ad Mare mediterraneum.

22 ET ECCE MVLIER CHANANÆA. Hanc Marcus cap. 7. verſ. 26. *Græcam*. i. Gentilem fuiſſe ait.

26 ET MITTERE CANIBVS. Sic Gentiles à Iudæis vocabantur.

27 ETIAM DOMINE. Græcè, *ναὶ*, *certè*. confirmat quod Chriſtus dixerat. NAM. Græcè, *καὶ γὰρ*, *etenim*. q. d. ita eſt ſanè, nam catelli ſolùm micas comedunt, indicatque ſe mica fore contentam.

29 VENIT SECVS MARE. i. ad oram maris, prope lacum Geneſareth.

32 MISEREOR TVRBÆ. Ecce ſecundò paſcit turbas in deſerto.

37 ET SATVRATI SVNT. Liberalitas Dei dat hominibus ad ſatietatem.

39 ET VENIT IN FINES MAGEDAN. Marc. 8. verſ. 10. *venit in partes Dalmanatha*. In duabus vocibus vrbs eadem, vrbs prope Bethſaidam, à fronte lacus, ſeu mare Tiberiadis, à tergo mons Thabor. In pleriſque Græcis codicibus pro *Magedan*, *Magdala* ponitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AB IEROSOLYMIS. ſ. venientes.

2 PANEM. i. *cibum*, Hebr. MANDVCANT. Iudæi etiam inter manducandum ſæpè lauabant.

3 DIXIT. i. *præcepit*, Hebr.

5 VOS. ſ. ſacerdotes, qui ferè erant Scribæ & Phariſæi. DIXERIT, &c. ſ. is rectè facit, aut quid ſimile. EX ME. ſ. Deo oblatum. PRODERIT. ſ. apud Deum.

6 ET NON, &c. i. atque ita fit, vt non honorificet. ET IRRITVM FECISTIS. pro, itaque feciſtis non obſeruari. Vide Marc. 7.

9 SINE CAVSA. i. fruſtrà. MANDATA. ſ. diuinis contraria. Vide Iren. lib. 4. cap. 25. & 26.

11 NON QVOD INTRAT, &c. q. d. non cibus hominem maculat, ſed voluntas mala. OS. ſ. corporis. Auguſt. 15. Trinit. COINQVINAT. Græc. *communicat*. Hebræi enim impura *communia* vocant. EX ORE. i. ex corde intimo: Auguſt. lib. de Mend. cap. 16. Vide etiam Deut. 8. & Ierem. 44. vbi *os* pro voluntate accipitur. COINQVINAT. ſ. cùm malum eſt.

13 PLANTAVIT. ſ. prædeſtinatione. q. d. illi non ſunt ex electis, ſed peribunt.

14 SINITE ILLOS. i. ne curetis illorum ſcandalum.

15 PARABOLAM. i. ſermonem obſcurum.

17 NON. Græc. *οὔπω*. OMNE. ſ. cibi genus. Vide Marc. 7. EMITTITVR. ſ. quod impurum.

18 ORE. i. intimo hominis.

19 EXEVNT. i. procedunt. BLASPHEMIÆ. i. conuitia. ſ. in Deum, aut homines.

21 PARTES. i. regionem, ſeu loca vicina. Syr. *fines*.

22 FILI DAVID. Sic Meſſiam appellabant.

24 MISSVS. ſ. vt corporaliter adeam.

26 CANIBVS. Sic Gentiles à Iudæis vocabantur, ob impuros mores. Græc. *κυναρίοις*. i. *catellis*.

27 ETIAM. Græc. *ναὶ*. i. *certe*. q. d. ita eſt, nam catelli ſolas micas edunt; & mihi vna mica ſufficit. quod enim peto, tibi velut mica eſt. Mira feminæ argutia, Deum ipſum (ſi dici fas eſt) illaqueans. certè velut cogens mutare ſententiam, quamquam quis niſi ipſe eam illi mentem dederat, & fidem?

28 O MVLIER. Iam non canem vocat, quæ tantam fidem oſtendebat. VIS. i. petis, ſeu optas.

DEBILES. Græc. κυλλούς. i. *mancos*. Ioan. 15. *aridi* vo- 30
cantur.

MAGNIFICABANT. i. laudabant. Græc. *glorifi-* 31
cabant.

TANTOS. i. tot. 33

SPORTAS. i. quantum ſportæ ſeptem capere poſſent. 37
& fortè ibi erant.

EXTRA. i. præter. 38

MAGEDAN. Marc. 8. dicitur *Dalmanutha* fortè pro- 39
pinqua erant loca: vel alterum regio, alterum vicus.
Græc. *Magdala*.

CAPVT XVI.

Ieſus ſigni petitione ipſum tentantes arguit, quòd ſigna temporum non diiudicarent: iubet diſcipulos cauere à fermento Phariſæorum ac Sadducæorum: ipſoſque interrogat quem ipſum eſſe dicant, & Petro poſt illius reſponſionem promittit claues regni cælorum: ſuam autem paſſionem prædicens, à Petro increpatur: propter quod ſatanam ipſum appellat, docens quemque propriam crucem tollere, & Deum vnicuique iuxta ſua opera redditurum.

[Marc. 8. b. 11 / Luc. 12. g. 54] ET acceſſerunt ad eum Phariſæi & Saddu- 1
cæi tentantes: & rogauerunt eum vt ſignum A
de cælo oſtenderet eis. * At ille reſpondens, ait 2
illis: Facto veſpere dicitis: Serenum erit, rubi-
cundum eſt enim cælum; * Et manè: Hodie 3
tempeſtas, rutilat enim triſte cælum. * Faciem 4
ergo cæli diiudicare noſtis: ſigna autem tem-
[" Sup. 12. g. 39] porum non poteſtis ſcire? " Generatio mala &
adultera ſignum quærit: & ſignum non dabi-
[" Iona 2.] tur ei, " niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et reli-
ctis illis, abiit. * Et cùm veniſſent diſcipuli eius 5
trans fretum, obliti ſunt panes accipere. * Qui 6
[" Marc. 8. b. 14 / Luc. 12. a. 1] dixit illis: " Intuemini, & cauete à fermento
Phariſæorum, & Sadducæorum. * At illi cogi- 7
tabant intra ſe dicentes: Quia panes non acce-
pimus. * Sciens autem Ieſus, dixit: Quid cogi- 8
tatis intra vos modicæ fidei, quia panes non ha-
betis? * Nondum intelligitis, neque recorda- 9
[" Sup. 14. c. 17 / Ioan. 6. b. 9] mini " quinque panum in quinque millia ho- B
minum, & quot cophinos ſumpſiſtis? * neque 10
[" Sup. 15. d. 34] " ſeptem panum in quattuor millia hominum,
& quot ſportas ſumpſiſtis? * Quare non intel- 11
ligitis, quia non de pane dixi vobis: Cauete à
fermento Phariſæorum, & Sadducæorum?
* Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauen- 12
dum à fermento panum, ſed à doctrina Pha-
[" Marc. 8. c. 27 / Luc. 9. c. 18] riſæorum, & Sadducæorum. * " Venit autem 13
Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: & interroga-
bat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt ho-
mines eſſe Filium hominis? * At illi dixerunt: 14
Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam,
alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. C
* Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe 15
[" Ioan 6. g. 69] dicitis? * Reſpondens Simon Petrus dixit: " Tu 16
es Chriſtus, filius Dei viui. * Reſpondens autem 17
Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: quia
caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater
[" Ioan. 1. f. 42] meus, qui in cælis eſt. * " Et ego dico tibi, quia 18
tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo
eccleſiam meam, & portæ inferi non præua-
[" Iſa. 22. g. 24 / Ioan. 20. e. 23] lebunt aduerſus eam. * " Et tibi dabo claues 19
regni cælorum. Et quodcumque ligaueris ſu-
per terram, erit ligatum & in cælis: & quod-
cumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum &
in cælis. * Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt ne- 20
mini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.
* Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, 21
quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa
pati à ſenioribus, & Scribis, & principibus ſa-
22 cerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere. * Et
D aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum
dicens: Abſit à te, Domine: non erit tibi hoc.
23 * Qui conuerſus, dixit Petro: " Vade poſt me [" Marc. 8. d. 33]
ſatana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea
24 quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum. * Tunc
Ieſus dixit diſcipulis ſuis: " Si quis vult poſt me [" Sup. 10. d. 38 / Luc. 9. g. 23. & 14. f. 27. & 17. g. 33]
venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem
25 ſuam, & ſequatur me. * " Qui enim voluerit
animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui
autem perdiderit animam ſuam propter me, [" Ioan. 12. d. 25]
26 inueniet eam. * Quid enim prodeſt homini,
ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò
ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit
27 homo commutationem pro anima ſua? * Fi-
lius enim hominis venturus eſt in gloria Patris
ſui cum Angelis ſuis: " & tunc reddet vnicui- [" Act. 17. g. 31 / Rom. 2. a. 6]
28 que ſecundum opera eius. * Amen dico vobis,
" ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non guſta- [" Matt. 9. a. 1 / Luc. 9. c. 27]
bunt mortem, donec videant Filium hominis
venientem in regno ſuo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TEſtatur Hieronymus hîc ſecundum & tertium verſus huius capitis in pleriſque codicibus non haberi. Nunc in omnibus extant.

2 FACTÒ VESPERE. Hac ſimilitudine oſtendit, debuiſſe Iudæos agnoſcere tempus aduentus Meſſiæ ex euidentibus ſui aduentus ſignis: quod clarius mox explicat, cùm ait:

4 SIGNA AVTEM TEMPORVM NON POTESTIS. ſ. aduentus mei cognoſcere.

6 ET CAVETE A FERMENTO. i. corruptione Phariſæorum & Sadducæorum. Marc. 8. verſ. 15. *à fermento Phariſæorum*, inquit, *& à fermento Herodis*. Nempe tres erant hæreſes, *Phariſæorum*, *Sadducæorum*, & *Herodianorum*; & quidem duarum ſectarum opiniones notæ ſunt. *Herodiani*, vt ait Epiphanius initio ſui Operis, ſentiebant Herodem eſſe Meſſiam. Directorium Inquiſitorum lib. 3. ait, eos ſenſiſſe, Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed Ioannem Baptiſtam, qui in vitam redierat. præterea, licere vxorem alterius etiam viuentis ducere.

13 CÆSAREÆ PHILIPPI. Hæc priùs *Lais*, vocata eſt Iudic. 17. dein *Dan*, poſteà *Paneas*: Solinus cap. de Iudæa. Demum reædificata à Philippo Tetrarcha, dicta eſt *Cæſarea Philippi* ad differentiam alterius *Cæſareæ*, quam in loco, qui vocabatur *turris Stratonis*, Herodes Philippi pater in honorem Cæſaris ædificauit, ex Ioſepho lib. 15. cap. 13. quæ Romanorum tempore fuit caput Iudææ, vti ait Tacitus lib. 18. ſita hæc erat non procul Ieroſolyma, altera ad Iordanis fontem. QVEM DICVNT. Goth. & Græc. *quem me dicunt*. ſic Vulg. Regia. FILIVM HOMINIS? vilem ſ. exteriùs, aut Virginis filium, iuxta ea quæ dicta ſunt cap. 8. verſ. 20.

14 ALII IOANNEM BAPTISTAM. Fortè putabant animas in alia corpora migrare. Quam tranſmigrationem Iudæi גילגול *gilgul* certè vocant. de qua plura Elias in Thisbi.

16 TV ES CHRISTVS, FILIVS. ὁ υἱὸς, *ille filius*. Quod indicat eſſe filium non θέσει, ſed φύσει, non *adoptione*, ſed *natura*. Sic Theophylactus.

17 BAR IONA. Iudæi à parentibus cognomina ſumunt, & *Iona* pro *Iohanna* per ſyncopen, quod *Dei gratiam* ſignificat. *Iona*, *columbam*, a qua Hieronymus certè Petri cognomen deducit. QVIA CARO. *Caro* pro homine. i. nullus homo tibi id reuelauit. TIBI. ſupple, hoc.

18 TV ES PETRVS. Ecce Petri primatum, rumpantur hæretici. PORTÆ INFERI. Ad portas enim

vrbium præſidia. q.d. vires, copiæ inferni non præ-
ualebunt.

19 Claves. Remittendi peccata dat poteſtatem. Et
qvodcvmqve ligaveris. i. condemnaueris. Sol-
veris. i. remiſeris quæcumque peccata.

21 Et mvlta pati oportebat eum. Diſponit ſuos
ad patientiam, ſimul oſtendit ſuum regnum non eſ-
ſe corporale. A senioribvs, qui ob ætatem rem-
publicam gubernabant. A *ſeniore* deducitur *ſeñor.*
i. *dominus.*

22 Absit a te. ἵλεώς σοι, meliora verba. *propitius tibi*
ſit. ſ. Deus.

23 Vade post me. i. recede. Satana. i. *aduerſarie*,
tu me offendis.

24 Et seqvatvr me; non greſſibus, ſed virtutum
operationibus. Hoc eſt, Ἕπεσθαι Θεῷ, antiquis dictum
celebratum. Plato beatitudinem eſſe dixit, cum Deo
aſſimilationem. Stoici, naturæ conuenienter viuere.
Deus autem eſt natura. Hæc ex Clem. Strom. 2.

25 Qvi enim volverit animam. i. vitam. Sal-
vam facere. ſ. relicto Deo.

26 Qvam dabit homo commvtationem. i. pre-
tium. Ante vſum pecuniæ commutabant merces. ſic
pretium dicitur *commutatio.* Hebr. מחיר *mehir*, *com-
mutatio* pro pretio aut venditione, 3. Regum 21. verſ. 2.
& Pſal. 42. verſ. 13. *Non fuit multitudo in commu-
tationibus eorum.*

28 De hic stantibvs. Goth. *adſtantibus.* Non
gvstabvnt mortem, non morientur, donec videant
Chriſtum In regno svo. Fortè ad transfiguratio-
nem reſpicit, aut ad reſurrectionem, aut ad excidium
Ieroſolymæ, quæ fuit gloria Chriſti.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Tentantes. ſ. potentiæ eius periculum face-
re volentes; & calumniari, ſi non faceret quod
petebant.

3 Rvtilat. Græc. idem eſt verbum quod proximè
vertit, *rubicundum eſt.* Triste. i. turbulentum, ſeu
triſtitiam afferens; vt contra ſerenum, lætitiam.

4 Faciem. i. apparentiam; ſeu diſpoſitionem. Si-
gna, &c. i. miracula, quæ his temporibus fiunt, vel
ſigna quæ de Chriſti tempore ſunt prædicta, ſeu de
vtroque aduentu eius. Temporvm. Syr. *temporis
huius.* Generatio. Vide ſup. cap. 12. ſ. ſolebat
Chriſtus eadem repetere.

6 Intvemini. i. videte, ſeu aduertite.

8 Habetis. Græc. *accepiſtis.*

11 Qvare. Græc. *quomodo.*

13 Cæsareæ. Sita eſt ad fontem Iordanis, dicta anteà
Paneas. Philippi. ſ. qui eam ſic vocarat in honorem
Tiberij Cæſaris, vt Herodes eius pater alteram eodem
nomine ædificarat in honorem Cæſaris Auguſti prope
mare. Qvem. Græc. & Syr. *Quem me.*

14 Ioannem. Putabant multi Iudæorum, vt quidam
aiunt, & indicat Ioſephus 2. de Bello Iudaico, cap. 7.
migrare animas in varia corpora: ſ. μετεμψύχωσιν. for-
tè iſti putabant potiùs Ioannem reſurrexiſſe. Pro-
phetis. ſ. aliis.

16 Filivs. ſ. naturalis & conſubſtantialis. agnouit enim
Diuinitatem in Chriſto.

17 Bar. i. *filius.* Iona. abbreuiatio eſt, pro *Ioannis*,
ſeu *Iohanna.* Vide Ioan. vlt. ſignificat *Iona columbam*,
Ioanna verò *Dei gratiam.* Caro et sangvis. i. ho-
mo vllus. Vide Galat. 1.

18 Petrvs. Iam ſic vocabatur. Petram. Idem eſt
Græc. πέτρος & πέτρα, & Syr. *Cepha* ſeu *Kipha.* non
ergo ſuper aliam petram quàm Petrum dicit: cùm
præſertim Syriacè locutus, bis dixerit eamdem vocem,
ſ. *Cepha.* Ædificabo. i. dando tibi ſupremam in Ec-
cleſia poteſtatem, vt ſtatim explicatur. Eſt quidem
Chriſtus fundamentalis petra præcipue, ſed et ſucceſ-
ſerunt Petrus, reliquique ſummi Pontifices, vt Vica-
rij, cum ſumma poteſtate. Portæ inferi. i. ſata-
næ vires. Solent præſidia roburque militum in por-
tis conſtitui. Vide Geneſ. 22.

19 Tibi. Soli id Petro dicitur, adeoque eius ſoli
ſucceſſoribus. Nec enim illo mortuo perierunt Eccle-
ſiæ claues. Dabo. Vide Ioan. vlt. Claves. i. ple-
nam poteſtatem. Regni, &c. ſ. gubernandi Eccle-
ſiam, & ad cælum ducendi. Et qvodcvmqve, &c.
Quid poſſit dari maius, aut quid deeſt Romanæ Ec-
cleſiæ? planè infelices qui non agnoſcunt. & qui po-
tuit id apertiùs dici à Chriſto?

20 Dicerent. ſ. nondum tempus erat euulgandi.

21 Senioribvs. ſ. gubernatoribus populi.

22 Assvmens. ſ. ad ſe, vt ſolent monituri, ſeorſum
Increpare. ſ. amanter & familiariter. Absit a te.
Græc. ἵλεώς σοι. i. *propitius tibi.* ſ. ſis, vel ſit Dominus.
q.d. *auertat Deus.* id Hebr. eſt. Vide Geneſ. 18. & 44.
2. Reg. 23. 3. Reg. 21.

23 Vade post me. i. *abi hinc.* Hebr. Satana. i. *ad-
uerſarie.* Scandalvm. i. impedimento. Qvæ
Dei. i. diuina. ſ. Dei conſilium de generis humani
redemptione. Hominvm. i. humana, quale eſt fu-
gere moleſta.

24 Abneget. ſ. ſe mortificando, ſeu reprimendo paſ-
ſiones. Semetipsvm. Syr. *animam ſuam.* Tollat.
i. portet. Crvcem. ſ. ferendo patienter aduerſa.

25 Salvam facere. ſ. indulgendo, vel verè ſaluare.
Perdet. ſ. mortificando. vt quod ſequitur, ſit repeti-
tio præcedentis. Perdiderit. ſ. mortificando.
Inveniet. i. ſaluabit. Dixit *inueniet*, opponens ei quod
dixerat. *perdet.*

26 Anima sva. ſ. ſi pereat; redimendi. q.d. non
poterit.

28 Gvstabvnt. i. ſentient. Regno. i. gloriæ cæleſtis
repræſentatione. ſ. per transfigurationem.

CAPVT XVII.

Chriſti in monte transfiguratio, quam iubet diſcipulos ſilentio ſeruare, donec à mortuis reſurgat: Eliam dicit venturum, imò iam veniſſe, ſed cognitum non fuiſſe; nempe Ioannem Baptiſtam: puerum lunaticum curat, quem diſcipuli ob modicam fidem curare non potuerant; oſtendens quantæ ſint virtutis, fides ſimilis grano ſinapis; ieiunium, & oratio: paſſionem ſuam prædicit: pro ſe quoque & Petro didrachma ſoluit, inuento in ore piſcis ſtatere.

1 ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Marc. 9. a. 2
A Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & du- Luc. 9. d. 28
2 cit illos in montem excelſum ſeorſum: * &
transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit fa-
cies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius fa-
3 cta ſunt alba ſicut nix. * Et ecce apparuerunt
4 illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. * Re-
ſpondens autem Petrus, dixit ad Ieſum: Do-
mine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus
hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum,
5 & Eliæ vnum. * Adhuc eo loquente, ecce nu-
bes lucida obumbrauit eos. a Et ecce vox de a 2. Pet. 1. d. 17
nube, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in Sup. 3. d. 17
6 quo mihi benè complacui: ipſum audite. * Et
audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam,
7 & timuerunt valde. * Et acceſſit Ieſus, & teti-
git eos: dixitque eis: Surgite, & nolite time-
8 re. * Leuantes autem oculos ſuos, neminem
9 viderunt, niſi ſolum Ieſum. * Et deſcendenti-
B bus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens:
Nemini dixeritis viſionem, donec Filius ho-
10 minis à mortuis reſurgat. * Et interrogauerunt
eum diſcipuli, dicentes: b Quid ergo Scribæ b Marc. 9. b. 11
dicunt quod Eliam oporteat primum venire? Malach. 4. b. 5
11 * At ille reſpondens, ait eis: Elias quidem ven-
12 turus eſt, & reſtituet omnia. * dico autem vo-
bis, c quia Elias iam venit, & non cognoue- c Sup. 11. b. 14
runt eum, d ſed fecerunt in eo quæcumque vo- d Sup. 14. a. 9
luerunt. Sic & Filius hominis paſſurus eſt ab

eis. * Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de 13
Ioanne Baptiſta dixiſſet eis. * [n] Et cùm veniſ- 14
ſet ad turbam, acceſſit ad eum homo geni-
bus prouolutus ante eum, dicens: Domine,
miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè
patitur: nam ſæpè cadit in ignem, & crebrò
in aquam. * & obtuli eum diſcipulis tuis, & 15
non potuerunt curare eum. * Reſpondens au- 16
tem Ieſus, ait: O generatio incredula, & per-
uerſa, quouſque ero vobiſcum? vſquequò pa-
tiar vos? Afferte huc illum ad me. * Et incre- 17
pauit illum Ieſus, & exiit ab eo dæmonium, C
& curatus eſt puer ex illa hora. * Tunc acceſ- 18
ſerunt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt:
Quare nos non potuimus eiicere illum? * Di- 19
xit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram.
[o] Amen quippe dico vobis, ſi habueritis fidem,
ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic,
Tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſ-
ſibile erit vobis. * Hoc autem genus non eiici- 20
tur niſi per orationem, & ieiunium. * Conuer- 21
ſantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Ieſus:
[p] Filius hominis tradendus eſt in manus ho-
minum: * & occident eum, & tertia die reſur- 22
get. Et contriſtati ſunt vehementer. * Et cùm 23
veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui di-
drachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt
ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma?
* Ait: Etiam. Et cùm intraſſet in domum, 24
præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi vide-
tur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tri-
butum vel cenſum? à filiis ſuis, an ab alie-
nis? * Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: 25
Ergo liberi ſunt filij. * Vt autem non ſcanda- 26
lizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum:
& eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: &
aperto ore eius, inuenies ſtaterem: illum ſu-
mens, da eis pro me, & te.

[n] Marc. 9. c. 17. Luc. 9. c. 3[7].
[o] Luc. 17. b. 6.
[p] Marc. 9. e. 31. Luc. 9. e. 44. Infr. 20. c. 18.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ASSVMIT. Goth. *aſſumpſit*. IN MONTEM EXCELSVM. Mons Thabor diſtat à Nazareth duabus leucis ad Ortum, altitudine triginta ſtadiorum, planities ſupra verticem ſtadiorum viginti, ex Ioſepho.

2 SICVT NIX. Græc. *ſicut lux*. ſed pro φῶς, legit χιών. i. pro *luce*, *niuem*.

3 MOYSES ET ELIAS. Legem & Prophetas repræſentant Chriſto conformes eſſe.

4 RESPONDENS AVTEM PETRVS. i. incipiens loqui. Hebr. additur Luc. 9. verſ. 33. *neſciens quid diceret*. Ecſtaſin paſſus, alioquin quomodo Moyſem & Eliam cognouiſſet. ſic Tertull. lib. 4. contra Marcionem.

5 ECCE NVBES LVCIDA OBVMBRAVIT EOS. Nec enim tam claram lucem gloriæ ſine vmbra vidiſſent.

6 ET TIMVERVNT. pro, quia timuerunt. Sexta Auguſti tráſfigurationem accidiſſe Bedæ Ephemerides & Martyrologia quædam antiqua indicio ſunt, tum Romanum nouum. In veteri Romano & Vſuardi ſilentium.

11 ELIAS QVIDEM VENTVRVS EST. De Eliæ aduentu plura Malach. 4. verſ. 5.

12 ET NON COGNOVERVNT. pro, ſed non cognouerunt. Itaque Elias verus venturus eſt, myſticus. i. Ioannes Baptiſta, iam venit *in ſpiritu & virtute Eliæ*, Luc. 1. verſ. 17. id hæc verba & ſuperiora ſignificant.

19 SICVT GRANVM SINAPIS, ſi puram ſ. fidem habueritis, fortem, feruidam, vt granum ſinapis eſt naturâ calidum. DICETIS MONTI HVIC. Quæ ſupra naturæ vires ſunt, facietis.

20 PER ORATIONEM, ET IEIVNIVM. nempe ſpiritus libidinis. Sunt ſpiritus qui exorciſmo pelluntur; ſunt qui oratione & ieiunio; ſunt qui verbere & gladio, vt hæreſis.

23 DIDRACHMA. Nomen indeclinabile, pro, didrachmum. Continet, vt nomen indicat, duas drachmas, dimidium ſicli ſeu ſtateris. *Siclus* Hebr. & *ſtater* Græc. idem. continent quatuor drachmas. de quo plura lib. de Ponder. & menſ. cap. 6. & 7. Hoc tributum vt templo ſolueretur, Exod. 30. verſ. 12. inſtitutum, Principes ad ſe auerterant, ideò Matth. 22. v. 17. rogant Iudæi, an liceret illud dare Cæſari. i. Deo dicatum ad profanos vſus vertere. NON SOLVIT. pro, nondum ſoluit.

24 AIT: ETIAM. ναί. i. *certè*, nondum ſoluit. Hic cenſus per capite cenſos, familiarum capita, ſoluebatur, vt Hieronymus hîc, ſic Chriſtus cùm vnà ſecum Petrum ſoluere voluit, ſecundùm ſe eum eius familiæ caput eſſe declarauit. nam paulò antè Apoſtoli diſputarant, quis eorum maior eſſet, Lucæ 9. verſ. 46.

26 INVENIES STATEREM. Pro ſe & Petro ſoluit tributum, qui caput erat collegij Apoſtolici. præterea vxoratus, familiæ caput.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MONTEM. ſ. Thabor, diſtantem à Nazareth 5. aut 6. milliaribus ad Orientem. Altus eſt ſtadus 30. planus in ſummo 20.

2 NIX. Græc. & Syr. *lux*.

3 MOYSES. ſ. aſſumpto corpore aliquo.

4 RESPONDENS. i. *locutus*, Hebr.

6 ET TIMVERVNT. pro, *quia timuerunt*, Hebr.

10 QVID ERGO, &c. ſ. cùm te Elias non præceſſerit. PRIMVM. ſ. ante priorem Chriſti aduentum. Id ſibi ex Malach. 4. videbatur colligere, cùm de ſecundo loquatur.

11 OMNIA. ſ. Antichriſti perſecutione conturbatos, Auguſt. Alij referunt ad Iudæorum conuerſionem.

12 ET NON. pro, ſed non. FECERVNT. Herodem intelligit, qui Ioannem occidit. & fortè Iudæos qui conſenſerunt. Id enim ſequentia indicant. IN EO. pro, ei. AB EIS. ſ. Iudæis, vel impiis, illis ſimilibus, qui Ioannem occiderunt.

14 LVNATICVS. Ita vocantur in Euangelio vexari à dæmone certis lunæ temporibus. MALE. i. grauiter.

16 GENERATIO. i. gens, Iudæos intelligit. fortè etiam Apoſtolos, vt infra indicatur. PERVERSA. Græc. διεστραμμένη. i. *diſtorta*. ſ. quæ ſe dirigi non ſinit. Vide Deut. 32. VOS. ſ. veſtram iſtam incredulitatem.

17 INCREPAVIT. ſ. exire imperans. ILLVM. ſ. dæmonem.

18 NOS. ſ. quibus dediſti poteſtatem eiiciendi dæmones. ILLVM. ſ. dæmonem. Græc. *illud*, ſ. dæmonium, quod præceſſit.

19 INCREDVLITATEM. Hinc apparet etiam ſup notatos. ſ. erant adhuc imbecilla fide. FIDEM. ſ. cum fiducia impetrandi coniunctam. SICVT GRANVM, &c. q. d. etiam minimam, modò perfectam, vt etiam minimum aurum perfectum eſt. DICETIS. pro, & dixeritis.

20 HOC AVTEM, &c. q. d. huc etiam accedit quòd hoc, &c. ORATIONEM, &c. Magna orationis & ieiunij commendatio. ET IEIVNIVM. Intellige, adiuncta fide, de qua ſup.

23 DIDRACHMA. plurale eſt à *didrachmum*. ſoluebatur autem id pro tributo Romanis, à ſingulis viris quotannis. Quidam tamen putant illud intelligi, de quo Exod. 30. ſolitum ſolui ad Templi vſum, adeoque Dei cultum. Itaque Chriſtum infrà Petro, ſe vtpote Filium Dei, non debere Patri ſuo cenſum. NON SOLVIT. pro, nónne ſolet ſoluere?

24 ETIAM. Græc. ναί. i. *certè*. ſ. ſolet ſoluere. ALIENIS. i. filiis aliorum.

25 FILII. q. d. quantò magis ergo liber ego ſum, qui æterni Regis filius, totaque familia mea?

26 APERTO ORE. Græc. *aperiens os*. STATEREM. ſ. drachmas quatuor. ET TE. Non ſoluit tunc pro aliis, volens Petri ſupra ceteros excellentiam oſtendere, vt notat Chryſoſt.

CAPVT XVIII.

Propoſito paruulo docet quiſnam maior ſit in regno cælorum, & quàm ſit à puſillorum ſcandalo cauendum: quomodo frater in nos peccans debeat corripi, & Eccleſiam non audiens pro ethnico haberi, poteſtate ligandi atque ſoluendi diſcipulis tradita: docet etiam quàm ſit apud Deum efficax duorum petitio ſibi conſentientium, & quoties fratri in nos peccanti ſit ignoſcendum, accommodata ad hoc parabola de rege rationem cum ſeruis ſuis ineunte.

Marc. 9. c. 34 Luc. 9. f. 46 Inf. 19. b. 14 1. Cor. 14. d. 20

IN illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, 1
dicentes: Quis, putas, maior eſt in regno A
cælorum? * Et aduocans Ieſus paruulum, ſta- 2
tuit eum in medio eorum, * & dixit: Amen di- 3
co vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini
ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælo-
rum. * Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut 4
paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.
* Et qui ſuſceperit vnum paruulum talem in 5
nomine meo, me ſuſcipit. * " qui autem ſcan- 6
dalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me cre-
dunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria
in collo eius, & demergatur in profundum ma-
ris. * Væ mundo à ſcandalis. Neceſſe eſt enim 7
vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini
illi, per quem ſcandalum venit. * " Si autem ma- 8
nus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcide eum,
& proiice abs te: bonum tibi eſt ad vitam in-
gredi debilem, vel claudum, quàm duas ma-
nus vel duos pedes habentem mitti in ignem
æternum. * Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, 9
erue eum, & proiice abs te: bonum tibi eſt B
cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis.
* Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: 10
dico enim vobis, " quia Angeli eorum in cælis
ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis
eſt. * " Venit enim filius hominis ſaluare quod 11
perierat. * Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui 12
centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne
relinquit nonagintanouem in montibus, & va-
dit quærere eam quæ errauit? * & ſi contigerit 13
vt inueniat eam: Amen dico vobis, quia gau-
det ſuper eam magis quàm ſuper nonaginta-
nouem, quæ non errauerunt. * Sic non eſt vo- 14
luntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt
pereat vnus de puſillis iſtis. * " Si autem pecca- 15
uerit in te frater tuus, vade, & corripe eum in-
ter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus
eris fratrem tuum. * ſi autem te non audierit, 16
adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, " vt in C
ore duorum vel trium teſtium ſtet omne ver-
bum. * Quòd ſi non audierit eos: dic eccle- 17
ſiæ. ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi
ſicut " ethnicus & publicanus. * " Amen dico 18
vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram,
erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolue-
ritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. * Ite- 19
rùm dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſe-
rint ſuper terram, de omni re quamcumque
petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis eſt.
* Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in no- 20
mine meo, ibi ſum in medio eorum. * Tunc ac- 21
cedens Petrus ad eum, dixit: " Domine quoties
peccabit in me frater meus, & dimittam ei?
vſque ſepties? * Dicit illi Ieſus: Non dico ti- 22
bi vſque ſepties; ſed vſque ſeptuagies ſepties.
23 * Ideò aſſimilatum eſt regnum cælorum homi-
ni regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis
24 ſuis. * Et cùm cœpiſſet rationem ponere, obla-
tus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia
25 talenta. * Cùm autem non haberet vnde red-
deret, iuſſit eum dominus eius vænumdari, &
vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat,
26 & reddi. * Procidens autem ſeruus ille, orabat
D eum, dicens: Patientiam habe in me, & om-
27 nia reddam tibi. * Miſertus autem dominus
ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.
28 * Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de
conſeruis ſuis, qui debebat ei centum dena-
rios: & tenens ſuffocabat eum, dicens: Red-
29 de quod debes. * Et procidens conſeruus eius,
rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me,
30 & omnia reddam tibi. * Ille autem noluit: ſed
abiit, & miſit eum in carcerem, donec redde-
31 ret debitum. * Videntes autem conſerui eius
quæ fiebant, contriſtati ſunt valdè: & vene-
runt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ fa-
32 cta fuerant. * Tunc vocauit illum dominus
ſuus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum
33 dimiſi tibi quoniam rogaſti me: * nónne ergo
oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego
34 tui miſertus ſum? * Et iratus dominus eius tra-
didit eum tortoribus, quoadúſque redderet
35 vniuerſum debitum. * Sic & Pater meus cæle-
ſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque
fratri ſuo de cordibus veſtris.

" Marc. 9. f. 42 Luc. 17. a. 1 — " Sup. 5. e. 30 Marc. 9. g. 43 — " Pſal. 33. a. 8 — " Luc. 19. b. 10 Luc. 15. a. 4 — " Luc. 17. a. 3 Leu. 19. d. 17 Eccli. 19. b. 13 Iac. 5. d. 19 — " Deut. 19. b. 1 2. Cor. 13. a. 1 Hebr. 10. e. 28 Ioan. 8. c. 17 — " 2. Theſſ. 3. d. 14 1. Cor. 5. b. 9 — " Ioan. 20. e. 23 — " Luc. 17. a. 4

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 ADVOCANS IESVS PARVVLVM. Hunc quidam Martialem fuiſſe putant; alij, Ignatium Martyrem.

3 SICVT PARVVLI. niſi efficiamini, non ſenſu, ſed ſimplicitate. Qui ſuſceperit

5 PARVVLVM TALEM, qualem depinxi. ſ. humilem, modeſtum. Qui ſcandalizauerit,

6 EXPEDIT EI. ſupple, magis quàm ita facere. VT SVSPENDATVR MOLA ASINARIA. ſic dicta, quòd aſini molas eas truſatiles verſarent; eratque id ſupplicium grauiſſimum Iudæis.

7 VÆ MVNDO. Peccata publica & impunita, clade populi luuntur: hæret enim ea religio in republ. niſi maturè expietur. De quo nos multa lib. 3. de Rege, cap. 11.

BONVM TIBI EST. pro, melius. Hebræi comparatiuo carent.

10 ANGELI EORVM. Si Deus illos honorat, non debetis illos contemnere. VIDENT FACIEM PATRIS, vt offerant preces paruulorum, & petant eorum vindictam.

12 RELINQVIT. Gotth. *relinquet*.

13 QVIA GAVDET. Gotth. *gaudebit*.

15 PECCAVERIT IN TE. vel *contra te*, vel, te præſente & vidente. Quidam volunt hîc agi de correctione fraterna, quia loquitur de peccatis quæ in nos committuntur.

16 VNVM, VEL DVOS. ſ. teſtes. VT IN ORE. ſ. teſtimonio duorum vel trium conuinci poſſit.

17 DIC ECCLESIÆ. i. prælato, vt ait Chryſoſtomus.

18 QVÆCVMQVE ALLIGAVERITIS. Nota Prælatorum Eccleſiæ poteſtatem.

19 QVIA SI DVO EX VOBIS CONSENSERINT. i. inter ſe remiſerint odia, nam de ea re ſuperiùs agit. ſic Baſilius in Regulis breuiorib. 97.

20 VBI ENIM SVNT DVO. Hinc colligunt, Concilia errare non poſſe; loquitur enim de Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus.

21 SEPTVAGIES SEPTIES. Græc. *ſeptuagies ſeptem*.

Vnde quidam intelligunt vices 490. ſed quocumque
modo numeremus, finitus numerus ſumitur pro in-
finito, & alludit ad illud Geneſ. cap. 4. verſ. 24 *De La-
mech vero ſeptuagies ſepties.* ſ. ſumetur vindicta.

Ideo assimilatvm est. Docet hac ſimilitudine 23
& exemplo Regis, debere nos dimittere fratribus
noxas.

Decem millia talenta. Si *talenta* illa Moyſaica, 24
quorum ſingula valebant aureos 12750. efficerent
centum viginti ſeptem milliones cum dimidio. Ve-
rùm in Sacris talenta non vnius valoris ſunt, vt do-
cuimus lib. de Pond. & menſ. cap. 6. Quocumque va-
lore eſſet talentum, debitum erat ingens, & ſupra vi-
res homines priuati.

Centvm denarios, qui faciunt 117. argenteos 28
& marauedinos 22.

Redderet debitvm. Goth: *omne debitum.* com- 30
moda lectio, niſi omnes alij codices reclamarent.

Tradidit evm tortoribvs. Punitur propter 34
ſæuitiam; alioquin culpas ſemel remiſſas non repetit
Deus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Hora. i. tempore. Qvis, pvtas. Græc. *quiſ-* 1
nam. Maior est. pro, maior erit.

Parvvlvm. i. puerulum. Creditur vulgò fuiſſe 2
S. Martialis, qui Germanis prædicauit, à S. Petro miſ-
ſus. In medio. i. *inter eos*, Hebr.

Conversi. ſ. à ſuperbia, vel q. d. mutati. Sicvt 3
parvvli. ſ. innocentia & humilitate.

Se. ſ. animo. Iste. ſ. eſt paruus corpore. Est. 4
pro, erit.

Talem. ſ. qualem depinxi. i. humilem. 5

Scandalizaverit. i. offenderit, ſeu ruinæ ſpiri- 6
tualis cauſa fuerit. Expedit. i. ſatius eſſet. Mola
asinaria. Erat id ſupplicium apud Hebræos maio-
rum criminum; dicitur autem *aſinaria* ab aſino cir-
cumagente in piſtrino.

A scandalis. i. ob ſcandala. ſ. quæ dat, vel patitur. 7
ſunt enim patientibus occaſio peccandi, facientibus
cauſa ſupplicij æterni. Necesse. ſ. præſuppoſita ho-
minum malitia. ſic 1. Corinth. 11. *Oportet hæreſes eſſe.*
Enim. pro, quidem.

Si avtem, &c. & de hoc ſup. cap. 10. ſ. ſolebat 8
Chriſtus eadem ſæpè dicere. Bonvm. pro, melius.
q. d. præſtat carere rebus charis, vt ſunt membra pro-
pria, quàm ob ea damnari. Debilem. Græc. *man-
cum*, ſeu *mutilum*.

Videte. i. cauete. Eorvm. ſ. cuſtodes. 10

Enim. pro, autem. 11

Gavdet. ſ. actuali, & nouo gaudio. 13

In te. ſ. contra te, vel te vidente. Frater. 15
i. proximus.

Ore. i. ſermone. Stet omne verbvm. i. res to- 16
ta firmetur. ſ. ille conuincatur.

Ecclesiæ. i. Prælatis, Chryſoſt. Sit tibi, &c. 17
q. d. abſtine ab eius conſortio, vt ſoles ab ethnicis
& publicanis.

Amen, &c. q. d. Cùm dico *Eccleſiam*, vos intelligo. 18
ſ. Prælatos, quorum erit tales excommunicare. Alli-
gaveritis, &c. data hæc poteſtas Ioan. 20.

Itervm. i. prætereà. Consenserint. Syr. *vnani-* 19
mes fuerint. Vel hinc apparet, cur non impetremus
à Deo quæ petimus.

Nomine meo. i. me. q. d. per me. i. per charitatem 20
à me datam vniti. Svm. ſ. adſum adiuturus.

Peccabit, &c. pro peccanti in me fratri dimittam. 21

Septvagies septies, numerus finitus pro infinito. 22
Græc. *ſeptuageſies ſeptem*, quæ faciunt 490. vices.

Assimilatvm, &c. q. d. ſimile quid accidit in Ec- 23
cleſia, ac ſi Rex, &c.

Decem millia talenta, &c. i. ſexies mille mil- 24
lia aureorum. *Talentum* enim 600. aurei. hîc autem
decem millia poſitum pro, quàm plurima. q. d. maxi-
mam pecuniæ ſummam. Solet Scriptura *decem*, & item
mille, pro multis vſurpare.

25 Reddi. i. ſolui.

26 Patientiam, &c. q. expecta me.

28 Tenens. i. iniecta in collum manu, trahens.

35 Faciet vobis. q. d. puniet vos ob inhumanitatem
in proximos. De cordibvs. i. ex animo. ſ. *peccata
eorum*, vt Græc. additur.

CAPVT XIX.

*Matrimonium docet ex ſua inſtitutione eſſe indiſſo-
lubile, nec vxorem extra cauſam fornicationis poſſe
dimitti: inter varios eunuchos laudat illos qui ſe ca-
ſtrarunt propter regnum cælorum: paruulis manus
imponit: adoleſcens qui omnia ſe ſeruaſſe præcepta
dicebat, audito Chriſti conſilio de omnibus vendendis,
abit triſtis: difficile ergo aſſerit diuitem intrare re-
gnum cælorum, & quid illis præmij ſit qui omnibus
relictis ipſum ſequuntur.*

1 ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus
A ſermones iſtos, migrauit à Galilæa, &
2 ᵃ venit in fines Iudææ trans Iordanem, & ᵃ Marc. 10.
ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curauit eos a. 1
3 ibi. ᵇ Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentan- ᵇ Marc. 10.
tes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere a. 2
4 vxorem ſuam, quacumque ex cauſa? Qui
reſpondens, ait eis: Non legiſtis, quia ᶜ qui ᶜ Gen. 1.
fecit hominem ab initio, maſculum & femi- d. 27
5 nam fecit eos? & dixit: ᵈ Propter hoc di- ᵈ Gen 2.
mittet homo patrem & matrem, & adhærebit d. 24
6 vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque Epheſ. 5.
iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo g. 31
7 Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt 1. Cor. 6.
illi; ᵉ Quid ergo Moyſes mandauit dare li- d. 16
8 bellum repudij, & dimittere? Ait illis: Quo- ᵉ Deut. 24.
B niam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permi- a. 1
ſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio
9 autem non fuit ſic. ᶠ Dico autem vobis, quia ᶠ Sup. 5.
quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob g. 32
fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: Marc. 10.
10 & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicunt b. 11
ei diſcipuli eius: Si ita eſt cauſa hominis cum Luc. 16.
11 vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: d. 18
Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed qui- 1. Cor. 7.
12 bus datum eſt. Sunt enim eunuchi, qui de b. 18
matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui
facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui
ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum.
13 Qui poteſt capere, capiat. ᵍ Tunc oblati ſunt ᵍ Marc. 10.
ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. b. 13
14 Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò Luc. 18.
ait eis: ʰ Sinite paruulos, & nolite eos prohi- c. 15
bere ad me venire: talium eſt enim regnum ʰ Sup. 18.
15 cælorum. Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit a. 3
16 inde. ⁱ Et ecce vnus accedens, ait illi: Ma- ⁱ Marc 10.
giſter bone, quid boni faciam vt habeam vi- b. 17
17 tam æternam? Qui dixit ei: Quid me inter- Luc. 18.
rogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus. Si au- d. 18
18 tem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Di-
C cit illi: Quæ? Ieſus autem dixit: ᵏ Non ho- ᵏ Exod. 20.
micidium facies: Non adulterabis: Non facies c. 13
19 furtum: Non falſum teſtimonium dices: Ho-
nora patrem tuum, & matrem tuam: &, Dili-
20 ges proximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi
adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute
21 mea, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: Si
vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da
pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: &
22 veni, ſequere me. Cùm audiſſet autem ado-
leſcens verbum, abiit triſtis: erat enim habens

multas

multas poſſeſſiones. * Ieſus autem dixit diſcipu- 23
lis ſuis: Amen dico vobis, quia diues difficilè
intrabit in regnum cælorum. * Et iterùm dico 24
vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus
tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælo-
rum. * Auditis autem his, diſcipuli mirabantur 25
valdè, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe?
* Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homi- 26
nes hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem
omnia poſſibilia ſunt. * Tunc reſpondens Pe- 27
trus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſe-
cuti ſumus te: quid ergo erit nobis? * Ieſus au- 28
tem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui
ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit Fi-
lius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis &
vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duode-
cim tribus Iſrael. * Et omnis qui reliquerit do- 29
mum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut
matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, pro-
pter nomen meum, centuplum accipiet, & vi-
tam æternam poſſidebit. * [n] Multi autem erunt 30
primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

[n] *Inf. 20. b. 16 Marc. 10. d. 31 Luc. 13. f. 30*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN FINES IVDÆÆ. Tota prouincia Iſraelitarum *Iudæa* dicebatur, lata nominis ſignificatione; ſed pars Meridionalis, vbi erant tribus Iuda & Beniamin, peculiariter eo nomine vocabatur, ſic hîc ſumitur. TRANS IORDANEM. pro, & trans Iordanem; nam eæ duæ tribus non extendebantur vltra Iordanem. ſic puto.

4 QVI FECIT HOMINEM AB INITIO. Græc. & Syr *qui fecit ab initio.* atque ita legitur Goth. ſed benè ſuppletur *hominem*.

5 ET ERVNT DVO IN CARNE VNA. Græc. *in carnem vnam.* i. vt vnum corpus & vnus homo reputabuntur aut in carnem vnam prolis generandæ.

6 ITAQVE IAM. i. poſthac deinde non ſunt duo.

7 DARE LIBELLVM. Goth. *dari*, atque ita legunt multi codices Latini. Verùm Græcè *dare* legitur, non *dari*.

8 AD DVRITIAM. i. propter duritiam. Sed ex his verbis colligitur quod Origenes ait Homilia 16. in Numer. Prophetas aliquid addere de ſuo. de quo modò non diſputo. PERMISIT. Quidam dicunt, in veteri Lege non licuiſſe vxorem dimittere, & aliam ducere: alij cenſent cum ea gente diſpenſaſſe in vtroque Deum. Plutarchus in Romulo ait, Romanis datum à Romulo, vt dimitterent vxorem, ſi venena dediſſet filiis, ſi claues falſaſſet, ſi adultera extitiſſet. contrà, vxoribus non licuiſſe viros dimittere. In noſtra Lege quoad hoc, vir & vxor pares ſunt.

9 NISI OB FORNICATIONEM. Illa exceptio cadit ſupra *dimiſerit vxorem*, non autem ſupra *aliam duxerit*: nam Chriſtus de nouo matrimonio non agit, ne videretur Moyſi contrarius, ſi dixiſſet eo euentu non licere alteram ducere, cùm Moyſes eam facultatem conceſſiſſe videretur. Quid hæretici? non ſolùm ob fornicationem, ſed ob multas alias cauſas coniugia diſſoluunt: Andr. Oſiander Harmon. lib. 3. cap. 23. Plures ſimul vxores habere Ochinus Bern. libro dicato conceſſit. Pellicatum Lutherus. eius verba Serm. de Matrim. *Si non vult vxor, accedat ancilla.*

12 SEIPSOS CASTRAVERVNT. ſ. continentiæ perpetuæ propoſito. Goth. *eunuchizauerunt.* mira lectio, ſed ſententia eadem. Adducebant pueros,

13 VT MANVS EIS IMPONERET. Ecce manus impoſitionem cum oratione, quod Epiſcopi faciunt in Confirmatione. Quidam adoleſcens dixit: Magiſter bone. Quid Chriſtus?

17 QVID ME INTERROGAS? Græc. & Syra habent, non ſolùm Marc. 10. & Luc. 18. vbi hoc idem refertur, ſed etiam in Matth. *Quid me dicis bonum? nemo bonus niſi vnus Deus.* quo modo & Hilarium legiſſe lib. de Trinit. 9. videri poteſt. Verumtamen exemplaria quædam Græca noſtris conſonantia legunt: *Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus, Deus.* Origenes Tract. 8. in Matth. vtramque lectionem ponit. Fortaſſe ſic vtraque lectio concilietur: *Quid me interrogas de bono?* pro, quid me interrogas, vocando me bonum? VNVS EST BONVS, DEVS. ſ. per ſe, alij ab eo. De hac re multa Plato in Protagora.

18 NON HOMICIDIVM FACIES. Futura pro imperatiuis, more Hebraico; *non facies*, pro, non facias.

21 SI VIS PERFECTVS ESSE. Ecce opus ſupererogationis & maioris perfectionis, reſpondetque vitæ monaſticæ. Adoleſcens ille abiit triſtis,

23 QVIA DIVES. ſ. qui diuitiis nimiùm eſt deditus.

24 FACILIVS EST CAMELVM. Vox Græca *κάμηλος*, *camelum & funem* ſignificat, & aptius videtur, vt vocem Latinam *camelum*, pro *fune* ſumamus, tametſi Phauorinus vult eam vocem in hac ſignificatione ſcribi per *Iota*, non per *Ita*. Inde certè vox Gallica *cable* deducta eſt. Achilles Bochius in Emblematis libro 2. Symbolo 34.

Ante foramen acus penetrabit nauticus arctum
Funis, quo proras anchora iacta tenet.

in quo ad hunc locum alludere videtur. Syriaca tamen *camelum* habent, vt noſtra.

28 IN REGENERATIONE. Hoc verbum cum præcedentibus iungi poteſt, ſed meliùs cum ſequentibus, & per *regenerationem*, hominum & mundi renouationem intelligimus. IVDICANTES. Quidam *iudicare* ſumunt pro, condemnare, vt Ioan. 12. *ipſe iudicabit vos*. & Matth. 12. *ideò ipſi iudices veſtri erunt.* ſic Chryſoſt. Homil. 65. in Matth. Origen. Tract. 9. in Matth. Euthymius hîc, & Ambroſius 1. ad Corinth. 6. illis verbis, *Sancti de hoc mundo iudicabunt*.

30 MVLTI AVTEM ERVNT PRIMI NOVISSIMI. Hoc addit Chriſtus, ne diſcipuli putarent eſſe ſatis cœpiſſe.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 TENTANTES. i. explorantes, dicerétne aliquid quod poſſent calumniari. SI LICET. pro, licétne?

4 AB INITIO. iungendum cum ſequentibus. Vide Marc. 10. EOS. ſ. homines. DIXIT. ſ. Adam, vel Deus per Adam.

5 ADHÆREBIT. ſ. amore, & cohabitatione. IN CARNE VNA. Græc. *in carnem vnam.* i. velut vna caro. videtur id ad copulam referri.

6 VNA CARO. i. velut vnus homo. CONIVNXIT. ſ. tantopere, vt nollet vmquam ſeparari dum viuerent.

7 QVID. i. cur. DARE. ſ. dimiſſæ. ET. ſ. ſic.

8 AD. pro, ob. PERMISIT. Quidam putant fuiſſe illiciti permiſſionem; alij, quibus ego accedo, liciti: diſpenſabat enim Deus. licebatq; vtrique cum alio contrahere. SIC. ſ. permiſſum, ſeu licitum, aut inſtitutum.

9 DVXERIT. ſ. etiam cùm vxorem ob fornicationem dimiſit. DIMISSAM. ſ. etiam ob fornicationem.

10 EST CAVSA. i. ſe habet negotium. NVBERE. i. matrimonium contrahere.

11 CAPIVNT. i. amplectuntur, ſeu animum inducunt vt faciant. VERBVM ISTVD. i. rem iſtam. DATVM EST. ſ. à Deo. Nota, cœlibatum eſſe Dei donum.

12 CASTRAVERVNT. ſ. voto, ſeu propoſito perpetuæ caſtitatis. Quid rem tam apertam negant hæretici? An potuit clariùs commendari continentia perpetua, ſanctuſque cœlibatus? REGNVM CÆLORVM. ſ. faciliùs certiuſque conſequendum. QVI POTEST, &c. poteſt certè quiſque cum Dei gratia. Tertullianus: *Non capiunt quidam quia nolunt.* Origenes: *Qui capere vult, petat.* Nazianzenus: *Datur volentibus.* Hieronymus: *Datur petentibus, & laborantibus.*

13 ORARET. i. benè eis precaretur.

14 TALIVM. q. d. & horum, & ſimilium. ſ. innocentium & ſimplicium. Syr. *eorum enim qui ſunt ſicut iſti.*

De bono ſ. & bonum me dicis. vt eſt in Marc. 17
& Luc. quanquam Græc. pro *interrogas de bono*, eſt, *dicis bonum*. & Syr. *vocas bonum*. Vnvs. i. ſolus. Bonvs. ſ. natura, ſeu à ſe. Iſte Chriſtum purum hominem putabat.

Facies. Futura pro Imperatiuis, more Hebr. 18

Sicvt teipsvm. Aliæ Decalogi præcepta, vel 19
Chriſtus dixit, & hîc breuitatis causâ omiſſa, vel ſubintelligenda reliquit. nec enim ad vitam intratur ſine illis.

Si vis perfectvs, &c. q. d. ſufficit quidem ad 21
ſalutem præcepta ſeruare, ſed ſi perfectionem Euangelium optas, Vade, &c. Pavperibvs. Hieron. epiſt. 150. *Non dixit filiis aut propinquis: qui ſi ſint, iure his Dominus præferendus, qui in pauperibus paſcitur.* Thesavrvm. i. inſigne præmium. Seqvere. ſ. imitatione.

Tristis. i. mœſtitia affectus. 22

Difficile. ſ. ob nimium diuitiarum affectum, quo 23
diuites tenentur, vt in iſto apparuit.

Acvs. ſ. quod acus habet, vel quod facit. Qvam 24
divitem. Hinc colligit Hieron. eſſe impoſſibile. epiſt. 150. Cælorvm. Græc. & Syr. *Dei*.

Qvis ergo. ſ. cùm tam multi diuitias cupiant, & 25
peiora etiam?

Hoc. ſ. quod dixi de diuitibus, vel hominem ſal- 26
uum fieri.

Reliqvimvs. ſ. nec tamen vendita pauperibus de- 27
dimus.

Regeneratione. i. reſurrectione. Syr. *ſæcu-* 28
lo nouo. Sedebitis. i. cum gloria altabitis. Vos. ſ. Apoſtoli, & Apoſtolici viri. Dvodecim. Id dictum, quia tot conſtabat Collegium Apoſtolicum; pro Iuda enim ſuffectus Matthias. Quis verò hîc non putaſſet etiam Iudam intelligi? Ivdicantes. non ſolùm approbatione & comparatione vitæ benè actæ, ſed etiam auctoritate quadam principum orbis, regi propinquiſſimorum. Tribvs, &c. i. omnes homines.

Omnis qvi, &c. Auguſt. epiſt. 89. *Omnes re-* 29
linquendi propter Chriſtum, cùm proponitur iſta conditio, vt Chriſtum dimittat, ſi illos ſecum habere deſiderat. Nomen mevm. i. me. Centvplvm. i. multò plus. ſ. in hac vita. Vide Luc. 18. Possidebit. Græc. *hereditabit*.

CAPVT XX.

Parabolam proponit de operariis in vineam conductis, quorum vltimis idem datur denarius cum primis: Ieſus diſcipulis paſſionem ac reſurrectionem ſuam prædicit; & occaſione ambitionis filiorum Zebedæi docet diſcipulos, quòd non poteſtate & oſtenſione dominij, ſed officio miniſterij debeant eſſe maiores: egrediens verò Iericho duos cæcos illuminat.

SImile eſt regnum cælorum homini patri- 1
familias, qui exiit primo manè conducere A
operarios in vineam ſuam. * Conuentione au- 2
tem facta cum operariis ex denario diurno, mi-
ſit eos in vineam ſuam. * Et egreſſus circa ho- 3
ram tertiam, vidit alios ſtantes in foro otio-
ſos, * & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, 4
& quod iuſtum fuerit dabo vobis. * Illi autem 5
abierunt. Iterùm autem exiit circa ſextam &
nonam horam: & fecit ſimiliter. * Circa vn- 6
decimam verò exiit, & inuenit alios ſtantes,
& dicit illis: Quid hîc ſtatis tota die otioſi?
* Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit 7
illis: Ite & vos in vineam meam. * Cùm ſerò 8
autem factum eſſet, dicit dominus vineæ pro-
curatori ſuo: Voca operarios, & redde illis mer-
cedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.
* Cùm veniſſent ergo qui circa vndecimam 9
horam venerant, acceperunt ſingulos dena- B
10 rios. * Venientes autem & primi, arbitrati ſunt
quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem
11 & ipſi ſingulos denarios. * Et accipientes mur-
12 murabant aduerſus patrem familias, * dicentes:
Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos
nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, &
13 æſtus. * At ille reſpondens vni eorum, dixit:
Amice non facio tibi iniuriam: nónne ex de-
14 nario conueniſti mecum? * Tolle quod tuum
eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo da-
15 re ſicut & tibi. * Aut non licet mihi quod volo,
facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego
16 bonus ſum? * Sic erunt nouiſſimi primi, & Sup. 19. d. 10
primi nouiſſimi: multi enim ſunt vocati, pauci Marc. 10.
17 verò electi. * Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, d. 18
aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecretò, & ait Luc. 13. f. 31
18 illis: * Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & fi- Marc. 10.
lius hominis tradetur principibus ſacerdotum, d. 31
19 & Scribis, & condemnabunt eum morte, * & Luc. 18.
C tradent eum Gentibus ad illudendum, & fla- e. 31
gellandum, & crucifigendum, & tertia die re-
20 ſurget. * Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Marc. 10.
Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens ali- e. 35
21 quid ab eo. * Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi:
Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexte-
ram tuam, & vnus ad ſiniſtram, in regno tuo.
22 * Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid
petatis. Poteſtis bibere calicem, quem ego bi-
23 biturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. * Ait illis:
Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem
ad dexteram meam vel ſiniſtram, non eſt meum
dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.
24 * Et audientes decem, indignati ſunt de duo- Marc. 10.
25 bus fratribus. * Ieſus autem vocauit eos ad ſe, f. 41 Luc. 22.
& ait: Scitis quia principes gentium dominan- e. 25
tur eorum: & qui maiores ſunt, poteſtatem
26 exercent in eos. * Non ita erit inter vos: ſed
D quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit
27 veſter miniſter: * & qui voluerit inter vos pri-
28 mus eſſe, erit veſter ſeruus. * ſicut filius homi- Phil. 2.
nis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare a. 7
29 animam ſuam, redemptionem pro multis. * Et Marc. 10.
egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum f. 46 Luc. 18.
30 turba multa: * & ecce duo cæci ſedentes ſe- f. 35
cus viam, audierunt quia Ieſus tranſirèt: &
clamauerunt, dicentes: Domine miſerere no-
31 ſtri, fili Dauid. * Turba autem increpabat eos
vt tacerent. At illi magis clamabant, dicen-
32 tes: Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. * Et
ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis
33 vt faciam vobis? * Dicunt illi: Domine, vt ape-
34 riantur oculi noſtri. * Miſertus autem eorum
Ieſus, tetigit oculos eorum. Et confeſtim vide-
runt, & ſecuti ſunt eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Simile est. Græc. *ſimile enim*. Redditur ratio eius ſententiæ, *Erunt nouiſſimi primi*. hæc parabola de vinea ad id ſpectat.

2 Ex denario. Continet drachmam & ſeptimam eius partem. valebat noſtros marauedinos 40.

3 Circa horam tertiam, ab ortu ſolis, vnde horas Iudæi numerabant.

8 Et redde illis mercedem. Ecce meritum.

10 Singvlos denarios. Diſpares meritis, omnes tamen ſunt beati. In eo eſt mercedis æqualitas.

11 Mvrmvrabant. In cælo murmuratio non erit; nec omnes parabolæ partes cum re ſignificata

conue-

conuenium. Id tamen docet, in cælo non fore querelæ cauſam.

12 ET ÆSTVS. In accuſatiuo. Græc. *æſtum portauimus.*

15 AN OCVLVS TVVS NEQVAM EST. i. inuides. An illis meam benignitatem inuides?

16 PAVCI VERO ELECTI. i. quamuis multi ſint vocati. cum paucis benigniùs agitur.

18 ET FILIVS HOMINIS. De hoc ſuprà cap. 8. verſ. 20.

22 POTESTIS BIBERE CALICEM. i. ferre tormenta quæ ego paſſurus ſum? Oſtendit illis viam, per quam rectà peruenirent quò cupiebant. Græc. & Syr. additur: *Et baptiſma, quo ego baptizor, baptizari?* Sed noſtris codicibus Latinis adſtipulatur D. Hieronymus & duo Græci codices Rob. Steph. & videtur id ex Marci 10. huc tranſlatum in Græco. Porrò per *baptiſmum*, cruciatus & mortem intellige.

23 NON EST MEVM DARE VOBIS. *Vobis*, neque in Græcis eſt, neque in Syris, neque Auguſtinus legiſſe videtur 1. de Trinit. cap. 12. Veleſius tamen in margine ὑμῖν addit. SED QVIBVS. pro, iis contingit, QVIBVS PARATVM EST A PATRE MEO.

25 DOMINANTVR EORVM. pro, earum gentium. EXERCENT IN EOS. i. contra eos poteſtatem, eorum moleſtia & damno.

26 NON ITÀ ERIT INTER VOS. Non reprobat Principatum, ſed ambitionem. ſed & ſacerdotum imperium monet, ne ſit ſimile aliorum principatui, ſed benignum & modeſtum. Sicut ego veni vt darem vitam,

28 REDEMPTIONEM. Λύτρον *pretium* ſignificat. PRO MVLTIS. i. pro omnibus. Ad Rom. 5. verſ. 19. *Peccatores conſtituti ſunt multi.* i. omnes.

34 ET SECVTI SVNT EVM, memores beneficij ſ. & grati duo cæci ſanati.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SIMILE. Græc. *ſimile enim.* redditur enim ratio præcedentis. PRIMO MANE. Græc. *mox vt diluxit.*

2 DIVRNO. i. dando pro opera vnius diei.

8 PROCVRATORI. i. præfecto domus. vulgò, *magiſter domus* dicitur.

12 FECERVNT. i. laborauerunt, ſeu operati ſunt. ÆSTVS, Græc. *æſtum.* i. difficultatem.

15 AVT. pro, an. NEQVAM. i. inuidus. q. d. inuides illi meam benignitatem.

16 SIC ERVNT, &c. q. d. ſic Deus cum quibuſdam agit benigniſſimè tractans. ſ. cùm ſint nouiſſimi, vt ſi primi eſſent, cùm præ iis primi nihil magis accipiant, quàm ſi eſſent nouiſſimi. In quo nulli facit iniuriam. poteſt enim de ſuo facere quod vult. MVLTI ENIM, &c. q. d. Nec mirum id à Deo fieri; nam & multos ſæpè vocat, & paucos eligit.

17 SECRETO. i. ſeorſim.

19 ILLVDENDVM, ET FLAGELLANDVM. Hæc duo vltrò fecerunt Gentiles, crucem Iudæi petierunt. q. d. traditus autem illudetur, &c.

20 ADORANS. i. reuerentiam exhibens inclinata.

21 REGNO TVO. Fortè putabat in terra futurum.

22 NESCITIS. Filiis reſpondet, qui per matrem petierant. Neſciebant autem, nec quale eſſet regnum, nec quomodo obtinendum. CALICEM. i. poculum paſſionis.

23 BIBETIS. q. d. pro me patiemini. NON EST MEVM, &c. q. d. non habeo à Patre commiſſionem ſic dandi. DARE. ſ. vt putatis, aut vultis. VOBIS. non eſt Græc. nec Syr.

24 DE DVOBVS. i. contra duos. vel, de facto duorum.

25 EORVM. pro, earum. MAIORES. ſ. inter eos. q. d. Reges, ſeu Principes. eſt enim repetitio præcedentium & explicatio, more Scripturæ. EXERCENT. ſ. imperioſè, ſeu pro libito. EOS. pro, eas. Vide ſimile quid Pſal. 9.

26 MAIOR. i. primus. vt ſtatim explicatur.

28 MINISTRARI. i. vt ei miniſtraretur. MINISTRARE. i. omnium vtilitati ſeruire. DARE ANIMAM. i. vitam ponere. REDEMPTIONEM. Græc. λύτρον. i. *pretium redemptionis.* MVLTIS. ſ. efficaciter; vel *multis.* pro, omnibus, vt ſolet Scriptura. Vide Rom. 9.

34 VIDERVNT. i. viſum receperunt.

CAPVT XXI.

Ieſus ſuper aſinam Ieruſalem cum triumpho ingreſſus, negotiatores de templo eucit, & Phariſæis de triumpho indignantibus reſpondet: diſcipulis autem de ficulnea Chriſti verbo areſacta mirantibus, declarat fidei efficaciam: interrogationem de ſua poteſtate retundit quæſtione de Ioannis baptiſmo: & ex parabolis de homine duos filios habente, & de patrefamilias, cuius vinitores poſt alios ſeruos, etiam filium vineæ heredem occiderunt, prædicit regnum Dei à Iudæis ad Gentes transferendum.

1 ET cùm appropinquaſſent Ieroſólymis, & Marc. 11. a. 1
A veniſſent Bethphage ad Montem oliueti: Luc. 19.
2 tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, * dicens eis: c. 29
Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſta-
tim inuenietis aſinam alligatam, & pullum
3 cum ea: ſoluite, & adducite mihi: * & ſi quis
vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus
his opus habet: & confeſtim dimittet eos.
4 * Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem:
5 * " Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi " Iſa. 62. d. 11
manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum fi-
6 lium ſubiugalis. * Euntes autem diſcipuli fe- Zach. 9. b. 9
7 cerunt ſicut præcepit illis Ieſus. * Et adduxe- Ioan. 12. b. 15
runt aſinam, & pullum: & impoſuerunt ſu-
per eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſede-
8 re fecerunt. * Plurima autem turba ſtraue-
runt veſtimenta ſua in via: alij autem cæde-
bant ramos de arboribus, & ſternebant in via:
9 * turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſeque-
bantur, clamabant, dicentes: " Hoſanna filio " Pſal. 117.
Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domi- d. 26
10 ni: hoſanna in altiſſimis. * Et cùm intraſſet Marc. 11. b. 9
B Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, di- Luc. 19.
11 cens: Quis eſt hic? * Populi autem dicebant: e. 38
Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ.
12 * " Et intrauit Ieſus in templum Dei, & eiicie- " Ioan. 2.
bat omnes vendentes & ementes in templo, & c. 14
menſas numulariorum, & cathedras venden-
13 tium columbas euertit: * & dicit eis: Scriptum
eſt: " Domus mea domus orationis vocabitur: " Deut. 14.
vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. c. 25
14 * Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in tem- Iſa. 56. c. 7
15 plo: & ſanauit eos. * Videntes autem princi- Ierem. 7. b. 11
pes ſacerdotum, & Scribæ, mirabilia quæ fecit,
& pueros clamantes in templo, & dicentes:
16 Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, * & dixe-
runt ei: Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem
dixit eis: Vtique. numquam legiſtis: " Quia " Pſal. 8.
ex ore infantium & lactentium perfeciſti lau- a. 3
17 dem? * Et relictis illis, abiit foras extra Ciuita-
18 tem in Bethaniam: ibique manſit. * Manè
19 autem reuertens in Ciuitatem, eſuriit. * " Et " Marc. 11.
videns fici arborem vnam ſecus viam, venit b. 13
ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tan-
tùm, & ait illi: Numquam ex te fructus na-
ſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt conti-
20 nuò ficulnea. * " Et videntes diſcipuli, mirati " Marc. 11.
21 ſunt, dicentes: Quomodo continuò aruit? * Re- c. 20
ſpondens autem Ieſus, ait eis: Amen dico vo-
bis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis,

non ſolùm de ficulnea facietis, ſed & ſi monti
huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet.
[Sup.7.a.7 1.Ioan.3. d.22] * Et omnia quæcumque petieritis in oratio- 22
ne credentes, accipietis. * Et cùm veniſſet in 23
templum, acceſſerunt ad eum docentem, prin-
cipes ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes:
[Marc.11. d.24 Luc.20. a.2] In qua poteſtate hæc facis? Et quis tibi dedit
hanc poteſtatem? * Reſpondens Ieſus dixit eis: 24
Interrogabo vos & ego vnum ſermonem:
quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in
qua poteſtate hæc facio. * Baptiſmus Ioannis 25
vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi co- C
gitabant inter ſe, dicentes: * Si dixerimus è cæ- 26
lo, dicet nobis: Quare ergo non credidiſtis illi?
Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus
[Sup.14. a.5] turbam: omnes enim habebant Ioannem
ſicut prophetam. * Et reſpondentes Ieſu, dixe- 27
runt: Neſcimus. Ait illis & ipſe: Nec ego dico
vobis in qua poteſtate hæc facio. * Quid au- 28
tem vobis videtur? Homo quidam habebat
duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili,
vade hodie, operare in vinea mea. * Ille autem 29
reſpondens, ait: Nolo. Poſteà autem, pœni-
tentia motus, abiit. * Accedens autem ad alte- 30
rum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait: Eo,
domine, & non iuit. * quis ex duobus fecit vo- 31
luntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis
Ieſus: Amen dico vobis, quia publicani, & me-
retrices præcedent vos in regnum Dei. * Venit 32
enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & non cre-
didiſtis ei: publicani autem, & meretrices cre-
diderunt ei: vos autem videntes nec pœniten-
tiam habuiſtis poſteà, vt crederetis ei. * Aliam 33
[Marc.12. a.1 Luc.20. b.9 Iſa.5.a.1. b.5 Ierem.2. d.21] parabolam audite: Homo erat paterfami- D
lias, qui plantauit vineam, & ſepem circum-
dedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit
turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè
profectus eſt. * Cùm autem tempus fructuum 34
appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agrico-
las, vt acciperent fructus eius. * Et agricolæ, 35
apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium
occiderunt, alium verò lapidauerunt. * Ite- 36
rùm miſit alios ſeruos plures prioribus, & fe-
cerunt illis ſimiliter. * Nouiſſimè autem miſit 37
ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium
meum. * Agricolæ autem videntes filium, dixe- 38
[Infr.26. a.3. & 27. a.2 Ioan.11. g.53] runt intra ſe: Hic eſt heres, venite, occida-
mus eum, & habebimus hereditatem eius. * Et 39
apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, &
occiderunt. * Cùm ergo venerit dominus vi- 40
neæ, quid faciet agricolis illis? * Aiunt illi: Ma- 41
los malè perdet; & vineam ſuam locabit aliis
agricolis, qui reddant ei fructum temporibus
ſuis. * Dicit illis Ieſus: Numquam legiſtis in 42
[Pſal.117. d.22 Act.4.b.11 Rom.9. g.33 1.Petr.2. a.7] Scripturis: Lapidem quem reprobauerunt
ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A
Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in ocu-
lis noſtris? * Ideò dico vobis, quia auferetur à 43
vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti
fructus eius. * Et qui ceciderit ſuper lapidem 44
iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceci-
derit, conteret eum. * Et cùm audiſſent principes 45
ſacerdotum & Phariſæi parabolas eius, cogno-
uerunt quòd de ipſis diceret. * Et quærentes 46
eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut
prophetam eum habebant.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 BETHPHAGE. Villa ſacerdotum in monte Oliueti ad eius radices.

2 ASINAM ALLIGATAM. Non *aſinum*, ſed *aſinam* cum pullo.

5 DICITE FILIÆ SION. Hæc verba ex Iſai ſunt cap.62 verſ.11. cetera ex Zachar.9.verſ.9. MANSVETVS. in Zachar. עָנִי *hani*, vbi Hieron. vertit *pauperem*. Verùm Kimhi Soph.3. dicit poni pro עָנָו *hanau*, .i. *manſueto*. Hoc ſecuti Sept. poſuerunt ibi *αὐτὸς πρᾶος*. SEDENS SVPER ASINAM. Quidam tum hîc tum in Propheta verti mallent *aſinum*. Verùm vox Hebr. חֲמוֹר *hamor*, & Græca communis generis ſunt; & Chriſtus aſinam adduci iuſſit cum pullo. ET PVLLVM. Super vtrumque deinceps videtur ſediſſe, vt hæc verba indicant, & ſuper vtrumque diſcipuli poſuerunt veſtimenta ſua verſ.7. Alij contendunt, ſuper pullum tantùm ſediſſe. atque ita Marcus & Lucas videntur dicere, de quo non contendo. FILIVM SVBIVGALIS. .i. domitæ aſinæ ſ. pullum.

8 STRAVERVNT VESTIMENTA. Vt indicarent eſſe Regem Iſrael.

9 HOSANNA FILIO DAVID. Ioſephus lib.3. Antiq. cap.10. ſolitos ait Iudæos in feſto Tabernaculorum geſtare in manibus ramos ſalicis, myrti & palmæ, pendentibus malis Perſicis; prætereà in Litaniæ modum vocem *Hoſanna* tunc ingeminabant: inde factum vt in qualibet publica lætitia idem vſurparent. Quod in voce *Noel*. i. *Emanuel*, quæ in Aduentu canitur, contigiſſe conſtat, vt in Gallia, vbi ea vox eſt in vſu, ad alias lætitias ſit aliquando tranſlata. Porrò *Hoſanna filio David* verti Latinè debet, *Serua quæſo filium David*. Nam *ſeruandi* verbum Latinis & Græcis accuſatiuo conſtruitur, Hebræis & Syris datiuo. Interpres vt Hebr. vocem *Hoſanna*, ſic eam conſtructionem reliquit.

12 EIICIEBAT OMNES VENDENTES ET EMENTES. Per anticipationem hîc dicitur, quòd die proximo eſſe factum ex Marco cap.11. conſtat. NVMVLARIORVM. Græc. *κολλυβιστῶν*. Eſt autem *collybus*, parua moneta, vt multi putant. Ioannes cap.2. v.4. *κερματιστὰς* poſuit. ſunt autem *κέρματα minuta æra*. vel vt Hieronymus ait, *collybus* ſignificat *tragemata*. i. munuſcula quæ trapezitæ dabant, qui pecuniam non poterant. Additque vocem eſſe Hebraicam, qua ſolus Matthæus eſt vſus. Suidas: *Κόλυβα σῖτος ἑφθός*, *frumentum coctum* eſſe dicit.

16 AVDIS QVID ISTI DICVNT? Chriſtum ambitionis inſimulant. PERFECISTI LAVDEM? Sic Sept. Hebraicè paulò aliter.

17 IBIQVE MANSIT. Græc. & Syr. *pernoctauit*.

19 SECVS VIAM. i. iuxta viam. Græc. & Syr. *in via*.

21 TOLLE, ET IACTA TE. Quæ impoſſibilia videntur, facietis.

23 IN QVA POTESTATE, *ἐξουσίᾳ*, *auctoritate*.

24 QVARE ERGO NON CREDIDISTIS ILLI? nam de me prædicauit.

30 EO, DOMINE. i. præſtò ſum, iam eo. Græc. *ego domine*, idem ſenſus. Hebræi per pronomina reſpondent, vbi nos per verba. Varia eſt hoc loco Græcorum codicum lectio; quidam *καὶ κύριε*, nonnulli *ἐγὼ κύριε*, *ἐγὼ ὑπάγω*. Plerique legunt *ἐγὼ κύριε*. Prima lectio apud Origenem reperitur, ſecunda Latinis exemplaribus accedit, tertia etiam germana eſſe videtur, quippe cui propter Græcorum exemplarium multitudinem, etiam Syri & Græci Interpretes, Theophylactus atque Euthymius conſentiant. Proinde dubitari fortè poſſet, ſcriptorúmne incuria, pro *ego* poſitum ſit in Latino textu *eo*, quamquam & in Græco vocum *ἐγὼ* & *εἶμι* eadem ſit affinitas & ſignificatio. Sed meliùs Interpres ſenſum alia voce reddere voluit; ne vel in re leuiſſima demus, in noſtris Latinis codicibus eſſe errorem.

32 PVBLICANI AVTEM, ET MERETRICES. Non horum vitam probat, ſed pœnitentiam præfert ſimulatæ iu-

ſtitiæ;

ſtitiæ, ſicut prior ille filius præfertur ſecundo, quibus pater iuſſit, vt irent ad vineam.

HOMO ERAT. Hic eſt Deus. QVI PLANTAVIT VINEAM. i. electum populum. 33

MISIT SERVOS SVOS. i. Prophetas. 34

VEREBVNTVR. In multis codicibus additur *fortè*, aut *forſitan*, vt Gotth. eſt. 37

HIC EST HERES. Videntur cognouiſſe illum eſſe Meſſiam & Deum. 38

REGNVM DEI. i. fidei doctrina auferetur Iudæis, qua conſtat Eccleſia. ET DABITVR GENTI FACIENTI FRVCTVS EIVS. ſ. regni Dei fidem, pietatem; nempe Gentibus dabitur. 43

EMANVELIS SA NOTATIONES.

BETHPHAGE. Villa erat Sacerdotum, in monte Oliueti. OLIVETI. Ita dictus, quòd abundaret oliuis. Græc. ἐλαιῶν. i. oliuarum. 1

CASTELLVM. i. pagum, ſeu vicum. ſ. Bethphage. CONTRA. i. è regione. ſ. ante vos. Vide Luc. 19. ADDVCITE. Nolebat Chriſtus præbere aliquod regni ſui ſpecimen equitando, ſed humiliter, vili ſ. iumento, & alieno. 2

DIMITTET. i. vobis permittet. 3

PROPHETAM. ſ. Zachariam, cap. 9. cuius hîc ſenſus potiùs quàm verba referuntur. 4

FILIÆ SION. i. ciuibus Ieroſolymitanis. In Sion arx erat, & Regia Dauid. ET PVLLVM. Apparet ſediſſe ſuper vtrumque viciſſim. Vide etiam quod ſequitur. SVBIVGALIS. i. iumenti. ſ. aſinæ. 5

EOS. Syr. *pullum*. VESTIMENTA. ſ. ſummas veſtes, ſeu pallia, ſic inf. 7

HOSANNA. i. *ſalua obſecro*. Hebr. הושיע נא *hoſag na* Acclamatio ſolita Hebræis. qua à Deo proſperitatem precantur omnem, ſeu felicitatem. Fecit id autem populus Deo impellente. Vide infrà. FILIO DAVID. q. d. Meſſiæ omnem felicitatem, vt *Hoſanna* ſumatur, pro *ſalutem* & *proſperitatem*. ſic dici ſolet, Viuat Rex. Vel, *filio* pro filium, vt regatur à verbo *ſalua*, quod Hebr. cum datiuo conſtruitur. Vide Pſal. 97. BENEDICTVS. ſ. ſit à Deo. q. d. proſperetur à Deo eius regnum. IN NOMINE. i. à Domino miſſus. IN ALTISSIMIS. ſ. qui habitas Domine. vel q. d. ſalute ex altiſſimis. i. cæleſti. 9

HIC. ſ. cui ſic acclamatur, quique pro Meſſia recipitur. 10

EIICIEBAT. ſ. die ſequenti, vt ait Marc. TEMPLO. i. templi atrio, in quo populus orabat, quodque erat ante atrium Sacerdotum. NVMVLARIORVM. i. qui pecunias commutabant. 12

SCRIPTVM. ſ. Iſa. 56. SPELVNCAM, &c. alludit ad Ierem. 7. 13

VTIQVE. ſ. audio. PERFECISTI LAVDEM. Id ſecundum LXX. 16

BETHANIAM. Sita in latere montis Oliueti, diſtat ab Ieruſalem 2. milliaribus. MANSIT. ſ. pernoctans. 17

ESVRIIT. Fortè diſpenſatione factum, ad ſignificandum myſterium, vel ob præcedentis diei ieiunium, & per noctem orationem ſecuta fames. 18

VIDENTES. ſ. die ſequenti, vt ait Marcus. 20

FIDEM. ſ. fiduciæ coniunctam. HVIC. ſ. Oliueti. TOLLE, &c. Græc. *tollere & iactare*, ἄρθητι καὶ βλήθητι. 21

CREDENTES. ſ. fide nihil vacillante. Vide Iacob. 1. 22

POTESTATE. i. auctoritate, HÆC. ſ. tanta pompa ingreſſus in vrbem, eiiciens de templo tam multos, docens, &c. 23

SERMONEM. pro, *rem*, Hebr. 24

E CÆLO. i. à Deo. ILLI. ſ. de me teſtificanti. INTER. pro, intra. vel q. d. inter ſe conferentes. quod indicant Græca. 25

TVRBAM. ſ. ne lapidet nos vt blaſphemos, aut alioqui perſequatur. HABEBANT. Græc. *habent*. 26

PRIMVM. i. vnum eorum. *primum* vocat, quòd prior à patre conuentus eſt. 28

EO. Græc. & Syr. *ego*. i. *eccum me*. Hebr. 30

31 PRÆCEDENT. i. potiores partes habebunt. ſ. ex talibus multi conuerſi, cùm hi in malitia perſtiterint REGNVM DEI. i. negotio ſalutis æternæ.

32 IN VIA IVSTITIÆ. i. docens verbo & exemplo iuſtitiam. VIDENTES. ſ. illorum pœnitentiam.

35 VINEAM. ſ. ſynagogam. SEPEM. i. cuſtodiam Angelorum, vel Rectorum. TORCVLAR. i. lacum vbi vinum excipitur expreſſis vuis. ſ. legem diſcernentem purum ab impuro. TVRRIM. i. templum. AGRICOLIS. ſ. ſacerdotibus & Scribis colendam dedit, mercedem ſoluturus. PROFECTVS. Deus vbique eſt, ſed multis videtur abſens.

37 VEREBVNTVR. Id dicit quod eos facere æquum erat.

38 INTRA. pro, inter. HERES. Apparet Iudæorum principes cognouiſſe Chriſtum eſſe Dei Filium, certè cognoſcere potuiſſe. HABEBIMVS. i. occupabimus.

42 DICIT. ſ. reſpondens ad id quod illi dixerant, vt ait Luc. *Abſit*, &c. CAPVT. i. extremitatem, ſeu ſummitatem. NOSTRIS. ſ. fidelium.

43 REGNVM DEI. i. beatitudo, ad quam eratis vocati. EIVS. ſ. regni, nempe dignos regno Dei.

44 CECIDERIT. ſ. more impingentis. q. d. qui ſcandalizatus ſeu offenſus fuerit eius doctrina, aut geſtis. CECIDERIT. ſ. puniens ex alto.

46 TENERE. i. manus iniicere, ſeu apprehendere.

CAPVT XXII.

Parabola de rege qui fecit nuptias filio ſuo, in quibus diſcumbens abſque veſte nuptiali in tenebras eiicitur exteriores: tentatur Ieſus a Phariſæis ſuper cenſu dando Cæſari, & à Sadducæis ſuper reſurrectione, quorum redarguit inſcitiam, mortuorum euincens reſurrectionem: rurſumque a legiſdoctore tentatur ſuper magno legis mandato: viciſſim quoque interrogat Phariſæos, cuius filius ſit Chriſtus.

1 ET reſpondens Ieſus, dixit iterùm in para- Luc. 14.
2 bolis eis, dicens: * Simile factum eſt re- d. 16
A gnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias Apoc. 19. b. 9
3 filio ſuo. * Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos
4 ad nuptias, & nolebant venire. * Iterùm miſit
alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce pran-
dium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa
5 ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. * Illi
autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam
6 ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam: * re-
liqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contume-
7 liis affectos occiderunt. * Rex autem cùm au-
diſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis,
perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum
8 ſuccendit. * Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ qui-
dem paratæ ſunt, ſed qui inuitati erant, non
9 fuerunt digni. * ite ergo ad exitus viarum, &
quoſcumque inueneritis, vocate ad nuptias.
10 * Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt
omnes quos inuenerunt, malos & bonos: &
11 impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. * Intra-
uit autem rex vt videret diſcumbentes, & vi-
dit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.
12 * Et ait illi: Amice, quomodo huc intraſti
non habens veſtem nuptialem? At ille ob-
13 mutuit. * Tunc dixit rex miniſtris: [a] Ligatis [a] Sup. 8. b. 12. & 13.
manibus & pedibus eius, mittite eum in tene- f. 42
bras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor den- Infr. 25.
14 tium. * Multi enim ſunt vocati, pauci verò ele- c. 30
15 cti. * [b] Tunc abeuntes Phariſæi, conſilium [b] Marc. 12.
16 inierunt vt caperent eum in ſermone. * Et b. 13
mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis di- Luc. 20.
centes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam d. 20
Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de
aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum:

* dic

* dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cen- 17
ſum dare Cæſari, an non? * Cognita autem Ie- 18
ſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hy-
pocritæ? * oſtendite mihi numiſma cenſus. At 19
illi obtulerunt ei denarium. * Et ait illis Ieſus: 20
Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? * Di- 21
ᵃ Rom. 13. c. 7 cunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: ᵃ Reddite ergo
quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei,
Deo. * Et audientes mirati ſunt, & relicto eo 22
abierunt. * In illo die acceſſerunt ad eum Sad- 23
ducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & C
interrogauerunt eum, * dicentes: Magiſter, 24
ᵇ Marc. 12. b. 15 Luc. 20. d. 28 Act. 23. b. 6 Deut. 25. b. 6 Moyſes dixit: ᵇ Si quis mortuus fuerit non ha-
bens filium, vt ducat frater eius vxorem illius,
& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. * Erant autem 25
apud nos ſeptem fratres: & primus, vxore du-
cta, defunctus eſt: & non habens ſemen, reli-
quit vxorem ſuam fratri ſuo. * Similiter ſecun- 26
dus, & tertius, vſque ad ſeptimum. * Nouiſſi- 27
mè autem omnium & mulier defuncta eſt. * In 28
reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem vxor?
omnes enim habuerunt eam. * Reſpondens au- 29
tem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes Scripturas,
neque virtutem Dei. * In reſurrectione enim, 30
neque nubent, neque nubentur: ſed erunt ſic-
ut Angeli Dei in cælo. * De reſurrectione au- 31
tem mortuorum non legiſtis quod dictum eſt
ᶜ Exod. 3. b. 6 à Deo dicente vobis: * ᶜ Ego ſum Deus Abra- 32
ham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt D
Deus mortuorum, ſed viuentium. * Et audien- 33
ᵈ Marc. 12. c. 28 Luc. 10. c. 27 tes turbæ, mirabantur in doctrina eius. * ᵈ Pha- 34
riſæi autem audientes quòd ſilentium impo-
ſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: * & 35
interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, ten-
tans eum: * Magiſter, quod eſt mandatum ma- 36
ᵉ Deut. 6. a. 5 gnum in Lege? * Ait illi Ieſus: ᵉ Diliges Do- 37
minum Deum tuum ex toto corde tuo, & in
tota anima tua, & in tota mente tua. * Hoc 38
eſt maximum, & primum mandatum. * Secun- 39
ᶠ Leu. 19. d. 18 Marc. 12. d. 31 Luc. 20. d. 41 dum autem ſimile eſt huic: ᶠ Diliges proxi-
mum tuum, ſicut teipſum. * In his duobus 40
mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ.
* Congregatis autem Phariſæis, interrogauit 41
eos Ieſus, * dicens: Quid vobis videtur de Chri- 42
ſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. * Ait illis: 43
Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum
ᵍ Pſal. 109. a. 1 Dominum, dicens: * ᵍ Dixit Dominus Domi- 44
no meo: ſede à dextris meis, donec ponam ini-
micos tuos ſcabellum pedum tuorum? * Si ergo 45
Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius
eius eſt? * Et nemo poterat ei reſpondere ver- 46
bum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die
eum ampliùs interrogare.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET RESPONDENS. i. exorſus loqui. 1

QVI FECIT NVPTIAS. i. conuiuium nuptiale. 2

DICITE INVITATIS. Non enim ſtatim punit, ſed pœnitentiam expectat. ALTILIA, ſtudio & diligentia impinguata. 4

IRATVS EST. Goth. additur *nimis.* SVCCENDIT. Goth. *ſubuertit.* 7

AD EXITVS VIARVM. i. ad vias publicas. VOCATE. *Vocare* eſt euangelizare, & *ingredi ad nuptias*, eſt Euangelium recipere. 9

IN TENEBRAS EXTERIORES. i. extra locum conuiuij, vbi multa erant lumina; extrinſecus, tenebræ & nox. vel in carcerem ſic Ieroſolymæ vocatum. 13

14 PAVCI VERO ELECTI. Multi enim noluerunt venire, nec qui venerunt, omnes accepti ſunt & placuerunt.

16 CVM HERODIANIS. ſ. militibus, aut qui erant de Herodis ſecta, de qua ſuperiùs. Rogant illi, Liceat

17 CENSVM DARE CÆSARI. i. tributum, quod per capita ſoluebatur, eratque templo dicatum Exod. 30. verſ. 12. Ea in ſpeciem dubitandi ratio.

18 QVID ME TENTATIS. Non reſpondet directè; nam ſi negaſſet ſoluendum, offendiſſet Cæſarem; ſi oportere, genti videretur inimicus. Quid ergo?

21 REDDITE ERGO QVÆ SVNT CÆSARIS. i. quæ ab illo accepiſtis; nam monetam cudunt Reges. Tertullianus de Idololatria: *Imaginem Cæſaris, illi reddite; Dei autem imaginem. i. animam veſtram, reddite Deo.*

24 MAGISTER, vel *Præceptor.* Vocant magiſtrum, cuius doctrinam rident.

28 IN RESVRRECTIONE. i. in futura vita poſt reſurrectionem.

30 NEQVE NVBENT. Olim *nubere* etiam viri dicebantur, vt & Græcum γαμεῖν viris & feminis conuenit.

32 EGO SVM DEVS ABRAHAM. Non facilè intelligitur vis huius argumenti, quo probatur reſurrectio mortuorum. Hieronymus hic aliis teſtimoniis euidentiùs probari ait reſurrectionem, verùm quia Sadducæi non recipiebant libros alios præter libros Legis, inde protulit hoc argumentum; quo euidentius difficillimè inuenitur aliud in lib. Legis, vt Auguſtinus ait lib. 4. Quæſt. in Deut. q. 5. vis autem argumenti in eo videtur ſita, quòd non dicit *fuit Deus*, ſed *eſt Deus*; ergo modò illos ſubditos habet. Poſſuntque verba referri ad animas, quæ proculdubiò viuunt; vel ad corpora, quæ dicuntur viuere, quòd ſint ad vitam deſtinata. quomodo & Adam, quòd morti deſtinatus eſſet, ſtatim poſt peccatum dicitur mortuus.

36 QVOD EST MANDATVM MAGNVM. i. maximum; nam Hebræi carent ſuperlatiuo.

43 DAVID IN SPIRITV. i. Spiritu ſancto afflatus.

44 A DEXTRIS MEIS. In Hebr. *à dextra mea.* SCABELLVM. Pro, ſubiiciam tibi inimicos tuos; & aduerbium *donec*, non ſignificat, deinde non regnaturum, quemadmodum neque illud capitis 1. verſ. vlt. *Donec peperit filium ſuum.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 RESPONDENS. i. *ſermonem exorſus*, Hebr.

2 FECIT. i. parauit. NVPTIAS. i. conuiuium nuptiale. ſ. doctrinæ Euangelicæ ſacramentorum & gratiarum.

3 SERVOS. ſ. miniſtros noui Teſtamenti.

4 ITERVM. ſ. poſt Aſcenſionem. ALTILIA. Ita vocantur animalia impinguata, ſeu ſaginata, ab *alendo*, quaſi *alitilia.* ſignificantur verò Contemplatiui, vt per *tauros* Actiui. per *occiſionem* verò Mortificatio. Proponuntur autem in Eccleſiæ menſa ad imitationem, ſeu exemplum. OMNIA. ſ. ad ſalutem neceſſaria.

5 VILLAM. i. rus. NEGOTIATIONEM. i. mercaturam.

7 AVDISSET. ſ. quæ acta eſſent.

8 NON FVERVNT, &c. ſ. ipſi ſe fecerant indignos.

9 EXITVS. i. fines. ſignificantur extrema terræ. Vide Pſal. 10. & 18.

10 MALOS ET BONOS. q. d. ſine diſcrimine.

11 INTRAVIT. ſ. in fine ſæculi. HOMINEM. Significatur, ne vnum quidem poſſe Deum latere. NVPTIALI. i. conueniente nuptiis. ſ. charitate, ſeu puritate.

12 AMICE. Significatur non odio condemnari, ſed iuſtitia. QVOMODO. q. d. cur non es veritus? OBMVTVIT. ſ. nulla erit apud Deum excuſatio.

13 MINISTRIS. ſ. Angelis. Vide ſup. cap. 13. & Dan. 7. LIGATIS, &c. ſignificatur vi detinendum, nec poſſe euadere. EXTERIORES. i. remotas à vera luce. Auguſt. epiſt. 120. corporales interpretatur.

14 MVLTI ENIM, &c. i. idque (ſ. quod proximè dixi) multis accidet, *Multi enim*, &c.

Caperent. i. illaqueարent. 15
Herodianis. i. his qui Herodem pro Chriſto ſuſce- 16
perant, ſecundùm Hieron. contra Lucif. Syr. *domeſticis*
Herodis. Dei. i. Deo probatam, ſeu qua ad Deum
ítur. In veritate. i. verè. Personam. i. cuiuſ-
quàm qualitatem, vt à recto diſcedas.
Censvm. i. tributum. 17
Censvs. i. quod ſolet pro cenſu dari. 19
Cæsaris. i. Cęſari debita. Poterat Chriſtus ſtatim 20
dicere, Licet; ſed voluit illos ex eo conuinci, quòd
Cæſarem pro ſuo Rege ſeu Imperatore agnoſcerent,
moneta eius vtentes.
Resvrrectionem. Negabant etiam animæ im- 23
mortalitatem, Deique prouidentiam, & ſolum ex Scri-
ptura Moyſem recipiebant.
Frater. i. propinquior cognatus. 24
Semen. i. filium. 25
Virtvtem. i. potentiam. ſ. qua in cælo Sanctos 29
miro ſtatu collocat.
Nvbent. i. vxores ducent. Olim *nubere* etiam de 30
viris dicebatur. Nvbentvr. i. accipientur ab
vxoribus in coniugium. Angeli. q. d. liberi eiuſ-
modi rebus.
Viventivm. Quòd ſi viuunt animæ, reſurgent & 32
corpora: vtrumque enim pars hominis naturaliter.
Vide 2. Machab. 12.
Silentivm imposvisset. Græc. *os occluſiſſet*. In 34
vnvm. i. ſimul.
Tentans. i. explorans eius ſapientiam. 35
Magnvm. pro, maximum. 36
Corde. i. voluntate. In. pro, ex. Anima. i. vi- 37
ribus. ſ. quantum potes, ſeu cogitatione. Mente.
i. intellectu. Senſus eſt autem, Deum maximè & ſu-
per omnia diligendum; id enim per illa tria, & alibi
per quattuor ſignificatur.
Primvm. i. præcipuum. 38
Simile. ſ. quia de dilectione. 39
Pendet. q. d. hæc totius Scripturæ ſumma. 40
In spiritv. i. motus à Spiritu ſancto. 43
A dextris meis. i. ad dexteram meam. Po- 44
nam, &c. i. tibi ſubiiciam.
Nemo. ſ. ex aduerſariis. Qvisqvam. ſ. illorum. 46
Interrogare. ſ. vt ſolebant, ſeu illo modo.

CAPVT XXIII.

Scribis & Phariſæis ſuper cathedram Moyſi ſedentibus præcipit Ieſus obedire, ipſorum autem opera non imitari, retegens ipſorum hypocriſim & ambitionem, diſcipulos verò contrariam docens humilitatem: deinde multiplex væ illis ob hypocriſim ac reliquas ſuas iniquitates interminatur, prædicens eos patrum ſuorum menſuram in iuſtorum perſecutionibus impleturos, ac Jeruſalem deſerendam.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad 1
diſcipulos ſuos, dicens: Super cathe- 2
dram Moyſi ſederunt ᵃ Scribæ, & Phariſæi. A
(ᵃ 2. Eſdr. 8. a. 4)
Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſer- 3
uate, & facite: ſecundùm opera verò eorum
nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.
ᵇ Alligant enim onera grauia, & importabilia, 4
(ᵇ Luc. 11. g. 46 Act. 15. c. 10 Deut. 6. b. 8 Num. 15. d. 38)
& imponunt in humeros hominum: digito au-
tem ſuo nolunt ea mouere. Omnia verò ope- 5
ra ſua faciunt vt videantur ab hominibus: dí-
latant enim phylacteria ſua, & magnificant fim-
brias. ᶜ Amant autem primos recubitus in cœ- 6
(ᶜ Marc. 12. d. 38 Luc. 11. f. 43. & 20. g. 46)
nis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſa- 7
lutationes in foro, & vocari ab hominibus Rab-
bi. ᵈ Vos autem nolite vocari Rabbi. vnus eſt 8
(ᵈ Iac. 3. a. 1)
enim Magiſter veſter, omnes autem vos fra-
tres eſtis. ᵉ Et patrem nolite vocare vobis ſu- 9
(ᵉ Malach. 1. b. 6)
per terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in
cælis eſt. Nec vocemini magiſtri: quia Magi- 10
ſter veſter vnus eſt, Chriſtus. Qui maior eſt 11
12 veſtrûm, erit miniſter veſter. ᶠ Qui autem ſe
(ᶠ Luc. 14. c. 11. & 18. c. 14)
B exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliaue-
13 rit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ &
Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cæ-
lorum ante homines. vos enim non intratis,
14 nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scri-
bæ & Phariſæi hypocritæ: ᵍ quia comeditis do-
(ᵍ Marc. 12. d. 40 Luc. 20. g. 47)
mos viduarum, orationes longas orantes: pro-
15 pter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vo-
bis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis
mare & aridam, vt faciatis vnum proſelytum:
& cùm fuerit factus, facitis eum filium gehen-
16 næ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui
dicitis: Quicumque iurauerit per templum,
nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi,
17 debet. Stulti, & cæci: Quid enim maius eſt,
aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?
18 Et quicumque iurauerit in altari, nihil eſt:
quicumque autem iurauerit in dono, quod eſt
19 ſuper illud, debet. Cæci: Quid enim maius
eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum?
20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in om-
21 nibus quæ ſuper illud ſunt. & quicumque iu-
C rauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui ha-
22 bitat in ipſo: & qui iurat in cælo, iurat in
throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.
23 ʰ Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: qui
(ʰ Luc. 11. f. 42)
decimatis mentham, & anethum, & cyminum,
& reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium,
& miſericordiam, & fidem. hæc oportuit face-
24 re, & illa non omittere. Duces cæci, excolan-
25 tes culicem, camelum autem glutientes. Væ
vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mun-
datis quod deforis eſt calicis & paropſidis: in-
tus autem pleni eſtis rapina, & immunditia.
26 Phariſæe cæce, munda priùs quod intus eſt
calicis & paropſidis, vt fiat id, quod deforis eſt,
27 mundum. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypo-
critæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis,
quæ aforis parent hominibus ſpecioſa, intus
verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni
28 ſpurcitia. ſic & vos aforis quidem paretis ho-
minibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi,
29 & iniquitate. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hy-
pocritæ, qui ædificatis ſepulchra propheta-
30 rum, & ornatis monumenta iuſtorum, & di-
citis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum,
non eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophe-
31 tarum. itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis,
D quia filij eſtis eorum, qui prophetas occide-
32 runt. Et vos implete menſuram patrum ve-
33 ſtrorum. ⁱ Serpentes genimina viperarum,
(ⁱ Sup. 3. b. 7)
34 quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideò
ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes,
& ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, &
ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & per-
35 ſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat
ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt
ſuper terram, ᵏ à ſanguine Abel iuſti vſque
(ᵏ Gen. 4. b. 8 Heb. 11. a. 4)
ad ſanguinem ˡ Zachariæ, filij Barachiæ, quem
(ˡ 2. Par. 24. f. 22 Luc. 13. g. 34)
36 occidiſtis inter templum & altare. Amen di-
co vobis, venient hæc omnia ſuper generatio-
37 nem iſtam. Ieruſalem, Ieruſalem, quæ oc-
cidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi
ſunt, quoties volui congregare filios tuos,
quemadmodum gallina congregat pullos ſuos

ſub

ſub alas, & noluiſti? * Ecce relinquetur vobis 38
domus veſtra deſerta. * Dico enim vobis, non 39
me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus,
qui venit in nomine Domini.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 SVPER CATHEDRAM MOYSI SEDERVNT SCRIBÆ. Præteritum pro præſenti; *ſederunt*, pro, ſedent. Erantque *Scribæ* Legis periti, qui Leges ſacras explicabant. Gregorius 3. Moral. cap. 35. *Malis Doctoribus bonus ſermo datur in auditorum gratiam: aliquando etiam bonis Doctoribus ſubtrahitur ob auditorum prauitatem. Aliquando ob Doctoris & populi bonitatem ſermo tribuitur: aliquando ſubtrahitur propter vtriuſque partis prauitatem.* Exempla in promptu ſunt, & ea ipſe affert.

5 DILATANT ENIM PHYLACTERIA. Vox hæc ſignificat id in quo aliud conſeruatur, nempe burſas è corio, intra quas ſcriptum Decalogon ante oculos, aut ſuper brachiis geſtabant. Alij hac voce vtuntur pro amuletis, quibus ad tutelam vtebantur, vt colligitur ex Concilio Laod. cap. 36. quæ *amuleta* à Græcis aut *phylacteria*, aut *periammata* vocantur, ab Hebræis *tophaphim*. Epiphanius hæreſ. 17. ait hanc vocem hoc loco non ſignificare *amuleta*, ſed notas purpuræ, quas in palliis geſtabant. ET MAGNIFICANT FIMBRIAS. De his fimbriis, in quibus ſpinas ligabant, multa Hieronymus in hunc locum.

6 AMANT AVTEM. Græc. *& amant*. Goth. *amant enim*.

8 NOLITE VOCARI. Græc. *ne vocemini*. RABBI. i. magiſter. Sic dictus ob multam eruditionem quam *Rabbi* habere debet; *Rab* enim *multus*. Porrò inter Iudæos nemo ſic vocatur, niſi ad id facultatem habeat: quam ſæpè dites pecunia emunt ſine eruditione. Denique *Rabbi* eſt quod inter nos *Doctor*. Ergo honoris affectationem prohibet, alioqui Paulus ſe *Doctorem* vocat. VNVS EST ENIM MAGISTER, propriè & principaliter.

10 MAGISTRI. *Καθηγηταὶ, inſtitutores, gubernatores* ne vocemini.

13 NEC INTROEVNTES. i. intrare volentes, ſinunt intrare.

14 VÆ VOBIS SCRIBÆ In octauo Euangeliorum canone, in quo ſoli Marcus & Lucas conueniunt, hic verſus poſitus eſt, quòd in Matthæo non eſſet. Hieronymus etiam in Matthæum ſcribens, cùm reliquas increpationes explicet, huius ne mentionem quidem facit; ſimiliter neque Origenes dediſſe videtur: & tamen apud reliquos Expoſitores Græcos, & in codicibus tum Græcis tum Syriacis reperimus: ſed illi verſui, qui hic eſt 13. præpoſitum ab Hilario quoq; in Matthæum ſcribente, legi, notauimus. His verbis tamen & proximis verſibus deploratio potiùs quàm execratio continetur. QVIA. Goth. *qui* comeditis. ORATIONES LONGAS. Goth. *oratione longa* orantes. AMPLIVS ACCIPIETIS IVDICIVM. Grauius puniemini.

15 QVIA. Goth. *qui* circuitis mare. i. omnem adhibetis diligentiam, vt aliquem ad Iudaiſmum conuertatis. PROSELYTVM. i. ad religionem aduentitium.

16 NIHIL EST. i. non refert, aut non tenetur iuramento, quo iurat quiſ per templum.

23 DECIMATIS. i. decimas ſoluitis.

24 EXCOLANTES CVLICEM. i. in minimis diligentes, maiora negligentes.

25 PAROPSIDIS. i. catini, ſeu diſci, mundatis exteriora. i. corpus. INTVS AVTEM PLENI ESTIS. Græc. & Syr. *plena ſunt*, nempe calix & diſcus, & quæ per illa ſignificantur. plena ſunt rapinâ & immunditiâ. Noſter ſententiam expreſſit aliis verbis.

28 AFORIS. Goth. *foris*.

29 QVI ÆDIFICATIS. Prophetarum ſepulchra ædificantes, doctrinam non ſequebantur. Id damnat.

32 IMPLETE MENSVRAM. pro, implebitis. Patres veſtri fuerunt iniqui, vos peiores.

33 GENIMINA. i. progenies. Patrum prauorum filij. Mali corui malum ouum. A IVDICIO. i. ſupplicio, quomodo fugietis?

35 A SANGVINE ABEL. Nec ipſi, nec eorum patres Abel occiderunt, quid ergo puniuntur? ſ. pœnas grauiſſimas dabitis, non ſecùs ac ſi illum & alios occidiſſetis. VSQVE AD SANGVINEM ZACHARIÆ, FILII BARACHIÆ. Hieronymus in Euangelio quo vtebantur Nazaræi pro *Barachia*, *Ioiada* ſcriptum reperit. Putat enim hunc Zachariam fuiſſe, quem occidit Ioas Rex, 2. Paral. 24. verſ. 21. Ego tres Zacharias inuenio filios Barachiæ. Primus Iſai. 8. verſ. 2. eſt, quem is cum Vria ſacerdote teſtem adhibet, virum haud dubiè magnum. Verùm de eius morte nihil inuenio. Alter eſt, qui in Prophetis minoribus numeratur: de quo initio eius Prophetæ diximus, in pace quieuiſſe, vti Epiphanius, Dorotheus & Iſidorus aiunt, quò minùs intelligatur is eſſe quem quærimus. Sed & in Ioſepho 4. de Bello Iud. cap. 5. extat Zacharias filius Baruch, quem in templo Zelotæ occiderunt: ruinæ templi & vrbis ea cæde præſagium antè prædictum, vt idem Auctor teſtatur mox lib. 5. cap. 1. & 2. Quid ſi de hoc locutum Chriſtum putemus, vt cædes omnes comprehenderet, vſque ad templi excidium factas, propter quas excidio illo puniti ſunt: & more prophetico dixerit, *quem occidiſtis*, pro, quem occidetis. Porrò *Baruch*, *benedictum*; *Barachia*, *benedictum Domini* ſignificant.

37 QVOTIES VOLVI CONGREGARE FILIOS TVOS, QVEMADMODVM GALLINA CONGREGAT PVLLOS SVOS SVB ALAS, ET NOLVISTI? Quis hîc neget poſt lapſum hominem eſſe liberum, non ſolùm quoad externas actiones, ſed etiam quoad internas, & conuerſionem ad bonum? *Sub alas*. Goth. additur *ſuas*, ſicque Syri legunt, *gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas*.

39 NON ME VIDEBITIS. ſ. benignum, vt modò, ſed ſeuerum & iudicem in ſecundo aduentu.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 CATHEDRAM. Per hanc ſignificatur auctoritas docendi & præcipiendi. ſic Petri Cathedra dicitur. SEDERVNT. pro, *ſedent*, Hebr. SCRIBÆ ET PHARISÆI. hi ferè Sacerdotes erant.

3 OMNIA. ſ. legi Dei conſentanea. DIXERINT. i. *præceperint*, Hebr. ET FACITE. Explicatio præcedentis. DICVNT. i. præcipiunt.

4 ALLIGANT. i. velut in faſcem colligunt. ONERA. i. præcepta. IMPORTABILIA. Græc. *portatu difficilia*, δυσβάστακτα. Vide Act. 15. MOVERE. Syr. *tangere*.

5 PHYLACTERIA. Membranæ erant, quibus ſcriptam legem Phariſæi, veluti eius obſeruatores, geſtabant in fronte & brachiis, non benè intelligentes illud Deut. 6. *ligabis eam*, &c. Dicta *phylacteria*, quaſi *conſeruatoria*, ſ. memoriæ Legis Dei. à φυλάττω. i. *ſeruo*. MAGNIFICANT. i. magnas faciunt. FIMBRIAS. i funiculos hyacinthinos, de quibus Num. 15. Deut. 22. eos veſtium extremitatibus appenſos geſtabant, ad diſtinctionem habitus à Gentilibus, & Legis memoriam.

7 RABBI. i. *magiſter mi*.

8 NOLITE VOCARI. Græc. *ne vocemini*. ſed Interpres ſenſum reddidit; non enim eſt in poteſtate noſtra ne vocemur, ſed ne velimus ita vocari. Prohibet autem honoris affectum; alioqui & Paulus ſe *Doctorem* vocat. VNVS. ſ. propriè & principaliter. FRATRES, adeoque non debetis alij aliis velle præferri.

9 NOLITE VOCARE. Græc. *ne vocetis*. VNVS. ſ. à quo omnia habetis. Non prohibet quidem patres agnoſcere, ſed vult præcipuè agnoſci Deum, tamquam Patrem omnium præcipuum, præ quo reliqui ne patres quidem. quid enim dant, quod non primò & præcipuè Deus?

10 MAGISTRI. Græc. καθηγηταί. i. *inſtitutores*, ſeu *gubernatores*, quamquam etiam, *præceptores*, & *doctores*. Syr. *Rectores*. MAGISTER. Syr. *Rector*.

11 ERIT. pro *ſit*, Hebr.

Claudit. i. impedientes introitum. Introeuntes. i. ingredi volentes, ſeu incipientes. 13

Comeditis. i. ſpoliatis, ſeu exhauritis. Longas, &c. Græc. *ſub obtentu longæ orationis*, vt vertit Marc. 12. Amplius. i. grauius. ſ. quàm ceteri. Iudicium. i. condemnationem. 14

Proselytum. i. aduenam. Ita vocabant conuerſos ad fidem. Filium gehennæ. i. obnoxium ſupplicio. Duplo. pro, plus. Ita dixit ad exaggerationem quòd illi eſſent peſſimi. 15

Nihil est. ſ. dignum mulcta. In auro. i. per aurum. ſ. templo oblatum. 16

Sanctificat. i. facit velut Deo oblatum, ſanctum haberi. 17

Et. ſ. dicitis. Vide ſup. cap. 5. 18

Decimatis. i. decimas ſoluitis. Anethum. Non eſt id quod vulgò *Aniſi*, hoc enim *Aniſum* dicitur, ſed alia herba odorifera. De vtroque vide Plin. lib. 20. Graviora. i. maioris momenti. Iudicium. i. iuſtum & rectum. Fidem. ſ. in Deum, & erga homines. ſ. veritatem in promiſſis. 23

Excolantes, &c. q. d. diligentes in minimis, in maximis negligentes. Metaphora ſumpta à percolantibus vinum, ſi in illud culex inciderit. 24

Calicis. i. poculi. Paropsidis. i. diſci, ſeu patinæ. Eſt & id metaphora; ipſos enim intelligit. Immunditia. Græc. & Syr. *iniuſtitia*. 25

Parent. pro, apparent. 27

Essemus. pro, fuiſſemus. Sanguine. i. cæde. 30

Mensuram. i. quod deeſt peccatis. q. d. Implebitis ſanè vos menſuram quam illi cœperunt. 32

Genimina. i. progenies. q. d. peſſimorum filij peſſimi. Iudicio. i. condemnatione, ſeu ſupplicio. 33

Ideo. ſ. vt conuertamini. Scribas. i. legis interpretes. 34

Super vos. i. veſtram generationem, ſeu gentem. q. d. dabitis pœnas pro ſanguine. i. cæde, &c. Vide Luc. 11. Iustus. pro, iuſtorum. Barachiæ. Apparet intelligi eum, cuius extat Prophetia. Quidam tamen putant filium Ioiadæ, qui etiam Barachias ſit dictus. Vide 2. Par. 24. Græci tamen multi Doctores Zachariam intelligunt, patrem Ioannis Baptiſtæ. Occidistis. ſ. veſtri maiores. Not. cum iſtis loqui, vt ſolet cum populo qui vnus eſt cum maioribus & poſteris. 35

Omnia. ſ. omnis ſanguis iuſtus. Generationem, &c. i. hoc genus hominum, ſeu gentem iſtam. 36

Noluisti. Græc. & Syr. *noluiſtis*. 37

Vobis abundat, more Hebr. Deserta. Indicat euerſionem Ieruſalem per Romanos, vel deſertam Deo intelligit. 38

Amodo. i. ab hoc tempore. Dicatis. Videtur alludere ad acclamationem, de qua ſup. per anticipationem dictum; dicit autem acclamaturos, quia pars populi illius acclamauit. 39

CAPVT XXIV.

Prædicit templi euerſionem, monetque vt caueant à venturis ſeductoribus, futura prænuntians bella ac perſecutiones: ſurgent pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: de aduentu Filij hominis, præcedentibus ſignis in ſole, luna & ſtellis: omnibus ignotum dicit Chriſtus diem iudicij; & de fideli ac malo ſeruo, propter quæ docet ſemper eſſe vigilandum.

Mar. 13. a 1 Luc. 21. b. 5 — ET egreſſus Ieſus de templo, ibat. Et acceſſe- 1
runt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædifica- A
tiones templi. * Ipſe autem reſpondens dixit il- 2
lis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non
relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non de-
ſtruatur. * " Sedente autem eo ſuper Montem 3 "Luc. 19. g. 44
oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò,
dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod
ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæ-
culi. * " Et reſpondens Ieſus, dixit eis Videte ne- 4 "Eph. 5. b. 6 Col. 2. d. 18
5 quis vos ſeducat. * multi enim venient in nomi-
ne meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus: & multos
6 ſeducent. * Audituri enim eſtis prælia, & opinio-
nes præliorum. Videte ne turbemini. oportet
7 enim hæc fieri, ſed nondum eſt finis. * conſurget
enim gens in gentem, & regnum in regnum,
& erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus
8 per loca. * hæc autem omnia initia ſunt dolo-
9 rum. * " Tunc tradent vos in tribulationem, & "Ioan. 15. c. 20. & a. 2
occident vos: & eritis odio omnibus gentibus
10 propter nomen meum. * Et tunc ſcandalizabun- Sup. 10 c. 17
B tur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt Luc. 21. c. 12
11 inuicem. * Et multi pſeudoprophetæ ſurgent, &
12 ſeducent multos. * Et quoniam abundauit ini-
13 quitas, refrigeſcet charitas multorum. * qui au-
tem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus
14 erit. * Et prædicabitur hoc Euangelium regni in
vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus genti-
15 bus: & tunc veniet conſummatio. * Cùm ergo
videritis abominationem deſolationis, quæ di-
cta eſt " à Daniele propheta, ſtantem in loco ſan- "Mar. 13. b. 14
16 cto: qui legit, intelligat: * tunc qui in Iudæa ſunt, Luc. 21. d. 20
17 fugiant ad montes: * & qui in tecto, non deſcen- Dan. 9. g. 27
18 dat tollere aliquid de domo ſua: * & qui in agro,
19 non reuertatur tollere tunicam ſuam. * Væ au-
tem prægnantibus & nutrientibus in illis die-
20 bus. * Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hie-
21 me, " vel ſabbato. * erit enim tunc tribulatio ma- "Act. 1. b. 12
gna, qualis non fuit ab initio mundi vſque mo-
22 dò, neque fiet. * Et niſi breuiati fuiſſent dies illi,
non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos
23 breuiabuntur dies illi. * " Tunc ſiquis vobis dixe- "Mar. 13. c. 21 Luc. 17. c. 23
rit: Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: nolite crede-
24 re. * Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudopro-
phetæ: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita
vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam
25 electi. * Ecce prædixi vobis. * Si ergo dixerint vo-
26 bis, Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in pene-
27 tralibus, nolite credere. * Sicut enim fulgur exit
ab Oriente, & paret vſque in Occidentem: ita
28 erit & aduentus Filij hominis. * " Vbicumque "Luc. 17. g. 36
fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.
29 * " Statim autem poſt tribulationem dierum il- "Mar. 13. c. 24
C lorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lu- Luc. 21. e. 25
men ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes
30 cælorum commouebuntur: * & tunc parebit Ezech. 32. b. 7
ſignum Filij hominis in cælo: & tunc plangent Iſa. 13. b. 10
omnes tribus terræ: & videbunt Filium homi- Ioel. 3. c.
nis venientem in nubibus cæli cum virtute Apoc. 1 b. 7
31 multa, & maieſtate. * " Et mittet angelos ſuos "1. Cor. 15. g. 51
cum tuba, & voce magna: & congregabunt ele-
ctos eius à quattuor ventis, à ſummis cælorum
32 vſque ad terminos eorum. * Ab arbore autem
fici diſcite parabolam: cùm iam ramus eius te-
ner fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt
33 æſtas: * ita & vos cùm videritis hæc omnia,
34 ſcitote quia propè eſt in ianuis. * Amen di-
co vobis, quia non præteribit generatio hæc,
35 donec omnia hæc fiant. * " Cælum & terra "Mar. 13. d. 31
tranſibunt, verba autem mea non præteri-
36 bunt. * De die autem illa & hora nemo ſcit, ne-
37 que angeli cælorum, niſi ſolus Pater. * " Sicut "Luc. 17. f. 26
autem in diebus Noë, ita erit & aduentus Filij
38 hominis, * ſicut enim erant in diebus ante di- Gen. 7. …
D luuium comedentes & bibentes, nubentes &
nuptui tradentes, vſq; ad eum diem, quo intra-

uit Noë in arcam, * & non cognouerunt donec 39
venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & ad-
uentus Filij hominis. *Tunc duo erunt in agro: 40
vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. * duæ mo- 41
lentes in mola: vna aſſumetur, & vna relinque-
tur. * Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Do- 42
minus veſter venturus ſit. *Illud autem ſcitote, 43
ⁿquoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur
venturus eſſet, vigilaret vtique, & non ſineret
perfodi domum ſuam. *Ideò & vos eſtote para- 44
ti: quia qua neſcitis hora Filius hominis ventu-
rus eſt. * Quis, putas, eſt fidelis ſeruus, & pru- 45
dens, quem conſtituit dominus ſuus ſuper fa-
miliam ſuam, vt det illis cibum in tempore?
* ⁿ Beatus ille ſeruus, quem cum venerit domi- 46
nus eius, inuenerit ſic facientem. * amen dico 47
vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſti-
tuet eum. * Si autem dixerit malus ſeruus ille in 48
corde ſuo: Moram facit dominus meus venire:
*& cœperit percutere conſeruos ſuos, mandu- 49
cet autem & bibat cum ebrioſis: *veniet domi- 50
nus ſerui illius, in die qua non ſperat, & hora
qua ignorat: *& diuidet eum, partemque eius 51
ponet cum hypocritis. ⁿillic erit fletus, & ſtridor
dentium.

ⁿ1. Theſſ. 4. d. 17. Mar. 13. d. 32. Luc. 12. e. 39

ⁿApoc. 16. c. 15

ⁿSup. 13. f. 42. Inf. 25. e. 30

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AEDIFICATIONES. Goth. *ædificationem*. i. ſtructuram. Molem templi diſcipuli Chriſto monſtrabant; nimirum dubitantes de ijs quæ de eius ruina dixerat. 1

LAPIS SVPER LAPIDEM. Hoc tempore Veſpaſiani accidit. Rogant, Quando hæc erunt? 2

VIDETE NEQVIS VOS SEDVCAT. Non reſpondet directè ad id quod rogant, ſed quod ipſos ſcire intererat. Auguſt. epiſt. 80. ait, permixtim agi de triplici Chriſti aduentu, de ortu eius, de excidio Ieroſolymitano, de extremo iudicio. 4

EGO SVM CHRISTVS. Perſuaſum erat Iudæis, illud eſſe tempus Meſſiæ aduentus. Eam occaſionem multi impoſtores arripuerunt, ſe pro Meſſia venditandi; ac præſertim duo, alter Veſpaſiani tempore, alter Hadriani imperio: quorum ſuaſu Iudæi bis rebellarunt. Stipulam poſterior in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, vt flammas euomere videretur. Vtrumque illi ab euentu *Barcozban* vocarunt. i. *filij mendacij*. Hunc Iuſtinus contra Tryphon. Euſebius lib. 4. c. 5. Nicephorus lib. 3. c. 24. vocant *Barchochebam*, Hieronymus contra Ruf. *Barchochabam*. Platina in Alexandro I. *Cothebam*. 5

AVDITVRI ENIM ESTIS PRÆLIA. Signa hæc communia ſunt, contingent ante excidium Ieroſolymitanum & ante iudicij diem. 6

IN VNIVERSO ORBE prædicabitur Euangelium. Ante excidium in magna orbis parte prædicatum eſt Euãgelium: ante iudicium in vniuerſo orbe prædicabitur. 14

CVM ERGO VIDERITIS ABOMINATIONEM. *Abominatio* ab Hebræis vocatur *idolum*. Ergo quando idolum fuerit IN LOCO SANCTO. i. templo. Quod factum eſt, quando Caij ſiue Tiberij ſtatua poſita eſt in templo, de quo Ioſephus de Bello Iud. lib. 2. c. 8. & 9. Aut, vt ait Hieronymus, de Hadriani equeſtri ſtatua. Verùm tunc templum non erat, nec ſignum eius excidij eſſe potuit, quod vox *deſolationis* ſignificat; nam iam erat exciſum. Luc. 21. v. 20. *Cum videritis circumdari ab exercitu Ieruſalem*. Vtrumque excidij eius vrbis fuit præambulum, & ſtatua & obſidio. 15

QVI IN IVDÆA SVNT. Monet quid facere debeant, cùm vrbis ruina inſtabit. QVI IN TECTO. i. loco munito; non deſcendat inde, ſed in ea munitione periſſet. 16

HIEME, VEL SABBATO, non ſit fuga veſtra. i. tempore incommodo, quo liberè fugere non poſſitis. *hieme* propter pluuias, *ſabbato* propter Feſti celebritatem. 20

22 NON FIERET SALVA OMNIS CARO. i. nullus Iudæorum ſupereſſet, ſi belli tempus longum eſſet, niſi ij dies breuiati eſſent.

24 SVRGENT ENIM PSEVDOCHRISTI. i. qui falſò iactabunt ſe Meſſiam eſſe.

26 ECCE IN DESERTO EST. ſ. Chriſtus, vt vos liberet, neque erit in publico neque in ſecreto.

27 FVLGVR EXIT AB ORIENTE. Repentinus erit eius aduentus.

28 VBICVMQVE FVERIT CORPVS. Græc. *cadauer*, πτῶμα. ILLIC CONGREGABVNTVR ET AQVILÆ. i. exercitus Romanorum, quorum vexilla ſunt aquilæ. & alludit ad ingenium aquilę, de qua Iob 39. v. 30. *Pulli eius* (aquilæ) *lambent ſanguinem, & vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt*. tum vulturum, qui, vt ait Plinius lib. 10. c. 6. triduo antè aut biduo volare ſolent, vbi cadauera futura ſunt. ſic aduentus Romanorum certum ſignum erit inſtantis excidij, & aquilæ eorum.

29 STATIM AVTEM. i. poſtmodum. ſed loquitur ita, ſicut & illud 2. Pet. 3. v. 8. *Mille dies ante Dominum, ſicut dies vnus*. Et incipit loqui de die iudicij, & de ſignis quæ illum præcedent. STELLÆ CADENT. i. retrahent lumen ſuum, ita vt videantur cecidiſſe. Aut loquitur de cometis, quæ multæ cadent. ſic Lucretius lib. 2. loquitur, cùm ait:

Nonne vides longos flammarum ducere tractus
In quaſcumque dedit partes natura meatum?
Non cadere in terram ſtellas & ſidera cernis?

VIRTVTES CÆLORVM. Aut ſtellæ quæ cadent, vt iam dixit: aut Angeli mouebuntur. i. obſtupeſcent.

30 ET TVNC PAREBIT SIGNVM FILII. i. crucis vexillum. TRIBVS TERRÆ. i. omnes nationes plangent.

31 CVM TVBA. mittet Angelos. i. clamore magno, quod mox addit, ET VOCE MAGNA. CONGREGABVNT ELECTOS EIVS, congregabunt etiam reprobos.

33 PROPE EST IN IANVIS. Prouerbium eſt, quod Gen. 4. v. 7. & Iacob. vltim. v. 9 inuenies, & ex profanis Ariſtoph. in Εἰρήνῃ, vbi Trygæus ille ruſticus ait: ἐγὰρ ϐαμὶς θύεῃσι κάιδυ. dicitur autem de re quæ in promptu eſt, & citò aut facilè veniet.

35 CÆLVM ET TERRA. Comparatio eſt hac ſententia, cælum redigetur in nihilum, priuſquam verba mea deficiant. quomodo illa Iſaiæ verba c. 51. v. 6. intelliguntur: *Cæli ſicut fumus liqueſcent*.

36 NEQVE ANGELI CÆLORVM. In quibuſdam codicibus Latinis additum olim fuit, Hieronymo teſte, *neque Filius*. Quod etiam legunt veteres huius Euãgelij Tractatores, Origenes, Chryſoſtomus & Hilarius; nunc temporis autem neque in Latinis, neque in Græcis, nec in Syriacis huius Euangelij libris reperitur. Quin etiam Marc. 13. v. 32. vbi additur, *neque Filius*. Ambroſius lib. 5. de Fide ad Gratianum, c. 8. ſuſpicatur eum locum fuiſſe corruptum ab Arrianis, neque inueniri in vetuſtis & Græcis codicibus ait illud, *neque Filius hominis*. Verùm præſtat lectionem loci communem tueri.

37 ADVENTVS FILII HOMINIS ſic erit. i. veniet, cùm nihil minùs homines cogitabunt.

41 MOLENTES IN MOLA. i. in piſtrino. in viliſſimo vitæ genere Chriſtus habet ſuos: & videtur agere de Eccleſiæ dilatatione. In quibuſdam codicibus Latinis additur: *Duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur*. ſic Goth. ſed Græci codices & Syri reclamant, & Roman. Vulgata.

43 SI SCIRET PATERFAMILIAS. Docet debere homines in ſingulas horas aduentum eius expectare. QVA HORA. Græc. *vigilia* vel *cuſtodia*. Noctem Romani veteres in quatuor excubias diuidebant.

48 MORAM FACIT. Goth. *faciet* Dominus meus venire.

51 CVM HYPOCRITIS. Scriptura impios & iniquos ſolet hoc nomine vocare. ERIT FLETVS. i. extrema ſupplicia feret.

EM A-

EMANVELIS SA NOTATIONES.

OSTENDERENT. vel mirantes tantam molem poſſe 1
dirui, quod videbatur comminatus; vel vt flecterent ad commiſerationem.

SECRETO. i. ſeorſim à turba. 3

VIDETE. i. cauete. 4

IN NOMINE MEO. i. meum nomen ſibi vſurpantes, 5
vt ſtatim explicatur.

ENIM. Græc. *autem*. OPINIONES. i. rumores. Græc. 6
auditiones. FINIS. ſ. Ieruſalem, vel mundi.

IN. i. contra. 7

GENTIBVS. i. hominum generi.

REFRIGESCET. adeoque peribit. 12

PERSEVERAVERIT. ſ. in bono. 13

Hoc. ſ. quod ſoleo prædicare. REGNI. ſ. cæleſtis. 14
VNIVERSO. i. maxima parte orbis. ſic Rom. 1. Coloſ. 1. quidam tamen intelligunt prorſus in vniuerſo. TESTIMONIVM. Vide ſup. cap. 10. CONSVMMATIO. i. finis. ſ. mundi.

ABOMINATIONEM. i. exercitum idololatrarum. ſ. Ro- 15
manorum. DESOLATIONIS. i. qui Ieruſalem deſolabit. SANCTO. ſ. Ieruſalem. LEGIT. i. Danielem.

TOLLERE. ſed potiùs fugere. 17

TVNICAM. Græc. *pallium*, ſeu *ſummam veſtem*. Syr. 18
veſtem.

PRÆGNANTIBVS. facilè enim capientur. NV- 19
TRIENTIBVS. Græc. *lactantibus*. ILLIS. i. obſidionis Ieroſolymitanæ.

HIEME. ſ. tempore ad fugam incommodo. Qui- 20
dam ſtatum peccati frigidum intelligunt. SABBATO. ſ. quo non poteſt fieri longum iter. Quidam intelligunt otium operum bonorum.

TVNC. ſ. tempore excidij Ieruſalem. NEQVE FIET. 21
ſ. genti Iudæorum. Vide Luc. 21.

BREVIATI. ſ. numero. SALVA. i. ſuperſtes. OM- 22
NIS CARO. pro, *vllus homo*, Hebr. Eſt autem ſermo de euerſione Ieruſalem, etſi poteſt etiam ad Antichriſti tempora referri, ſecundùm Auguſt. ep. 80. ELECTOS. ſ. qui tunc erunt, vel qui pòſt naſcituri.

TVNC. i. tempore Antichriſti. Sic ſolet Scriptura 23
tranſire ab vno tempore in aliud. VOBIS. fideles alloquitur.

POTEST. pro, poſſit. 24

EST. ſ. Chriſtus. 26

PARET. i. apparet. ITA. ſ. ſubitus & inexpectatus; 27
ſed manifeſtus tamen, & glorioſus.

CORPVS. ſ. cadauer. AQVILÆ. q.d. vt aquilæ ad 28
cadauer, ità ad Chriſtum electi congregabuntur.

STATIM. i. non multò pòſt. DIERVM. ſ. An- 29
tichriſti. SOL, &c. Hæc ego ad litteram intelligo ſic euentura. Vide Pſalm. 74. Ioel. 3. Agg 2. 2. Pet. 3. CADENT. ſ. retracto lumine videbuntur cadere. VIRTVTES CÆLORVM. pro, cæleſtes. ſ. Angeli. COMMOVEBVNTVR. ſ. admiratione, vel tremore, id quod videtur per hyperbolem dictum, ad ſignificandam Dei tremendam iram & potentiam. Quidam interpretantur commouendos contra impios.

SIGNVM. ſ. imago crucis ſplendidiſſima; fortè ve- 30
rò ipſa Crux, qua fuit confixus. PLANGENT. ſ. vt ſolet in maxima calamitate. TRIBVS. i. populi. ſ. iniqui homines. Vide Zach. 12. Apoc. 1. NVBIBVS. Pertinet id ad maieſtatem. VIRTVTE. i. poteſtate. MVLTA. i. magna. MAIESTATE. Græc. *gloria*.

MITTET. ſ. priuſquam appareat. ET VOCE. pro, 31
id eſt voce. q.d. cum tubæ voce. Syr. *cum tuba clangore magno*. Vide 1. Theſſ. 4. ELECTOS, & etiam non electos. Vide ſup. cap. 13. VENTIS. i. orbis partibus. q.d. ex toto orbe. SVMMIS. i. extremis. CÆLORVM. i. vbi cælum videtur terminari. q.d. ab extremis terræ. Vide Deut. 4.

PARABOLAM. i. ſimilitudinem. ÆSTAS. i. ver. 32
æſtas enim intelligitur tempus extra hiemem.

PROPE EST. ſ. redemptio perfecta, regnique poſ- 33
ſeſſio. IN IANVIS. i. pro foribus.

34 GENERATIO. i. gens. ſ. Iudæorum, vel fidelium.

35 TRANSIBVNT. i. potiùs, ſeu priùs peribunt, quàm mea verba. PRÆTERIBVNT. ſ. quin impleantur.

36 PATER. Non excluditur Filius, nec Spiritus ſanctus.

38 COMEDENTES, &c. q.d. terrenis intenti, & nihil minùs quàm diluuium expectantes. NVBENTES. i. matrimonium contrahentes.

40 AGRO. Syr. *villa*.

41 MOLENTES. Significatur, etiam in viliſſimo vitæ genere Chriſtum ſuos habere. Orientalium ancillæ verſant rotam, molentes frumentum.

44 NESCITIS. Græc. *non putatis*.

45 QVIS, PVTAS. Græc. τίς ἄρα, *quiſnam*.

50 SPERAT. i. expectat.

51 DIVIDET. i. ſeparabit. PARTEM. i. ſortem, ſeu portionem. ſ. ſupplicij. HYPOCRITIS. ſ. impijs, ſeu iniquis. ſic enim hos ſolet Scriptura appellare, quòd aliud agant quàm profiteantur ſeu præſeferant.

CAPVT XXV.

Parabolas proponit de decem virginibus, ac talentis diſtributis ſeruis: quorum dominus peregre rediens ſingulos præmiat aut punit iuxta ipſorum merita: extremum iudicium ponit ob oculos, & cauſas præmiationis bonorum, ac punitionis malorum.

1 TVnc ſimile erit regnum cælorum decem
A virginibus: quæ accipientes lampades
ſuas, exierunt obuiàm ſponſo & ſponſæ.
2 *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque
3 prudentes: *ſed quinque fatuæ, acceptis lampa-
4 dibus, non ſumpſerunt oleum ſecum: *pru-
dentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis
5 cum lampadibus. *Moram autem faciente
ſponſo, dormitauerunt omnes & dormierunt.
6 *Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce
7 ſponſus venit, exite obuiàm ei. *Tunc ſurre-
xerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lam-
8 pades ſuas. *Fatuæ autem ſapientibus dixerunt:
Date nobis de oleo veſtro: quia lampades no-
9 ſtræ extinguuntur. *Reſponderunt pruden-
tes, dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis &
vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.
10 *Dum autem irent emere, venit ſponſus: &
quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nu-
11 ptias, & clauſa eſt ianua. *Nouiſſimè verò ve-
niunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine,
12 Domine, aperi nobis. *At ille reſpondens ait:
13 Amen dico vobis, neſcio vos. *a Vigilate itaque, a Mar. 13. d. 33
14 quia neſcitis diem, neque horam. *b Sicut enim
homo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, b Luc. 19. b. 12
15 & tradidit illis bona ſua. *Et vni dedit quinque
B talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicui-
que ſecundùm propriam virtutem, & profectus
16 eſt ſtatim. *Abijt autem qui quinque talenta ac-
ceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia
17 quinque. *Similiter & qui duo acceperat, lucra-
18 tus eſt alia duo. *Qui autem vnum acceperat,
abiens fodit in terram, & abſcondit pecuniam
19 domini ſui. *Poſt multum verò temporis venit
dominus ſeruorum illorum, & poſuit rationem
20 cum eis. *Et accedens qui quinque talenta acce-
perat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Do-
mine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia
21 quinque ſuperlucratus ſum. *Ait illi dominus
eius: Euge ſerue bone, & fidelis, quia ſuper pauca
fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in
22 gaudium domini tui. *Acceſſit autem & qui

duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo ta-
lenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus
ſum. * Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone, 23
& fidelis, quia ſupor pauca fuiſti fidelis, ſuper
multa te conſtituam, intra in gaudium domini
tui. * Accedens autem & qui vnum talentum 24
acceperat, ait: Domine, ſcio quia homo durus
es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi
non ſparſiſti: * & timens abij, & abſcondi ta- 25
lentum tuum in terra: ecce habes quod tuum C
eſt. * Reſpondens autem dominus eius, dixit ei: 26
Serue male, & piger, ſciebas quia meto vbi
non ſemino, & congrego vbi non ſparſi: * opor- 27
tuit ergo te committere pecuniam meam nu-
mularijs, & veniens ego recepiſſem vtique quod
meum eſt cum vſura. * Tollite itaque ab eo ta- 28
lentum, & date ei qui habet decem talenta.
ⁿSup.13. b.12 * ⁿomni enim habenti dabitur, & abundabit: 29
Mar.4. c.25 ei autem qui non habet, & quod videtur ha-
Luc.8.c.18 bere, auferetur ab eo. * Et inutilem ſeruum eij- 30
& 19.d.26 cite in tenebras exteriores: illic erit fletus, &
ſtridor dentium. * Cùm autem venerit Filius 31
hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum
eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: * & 32
congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſe-
parabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat
oues ab hœdis: * & ſtatuet oues quidem à dex- 33
tris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. * Tunc dicet 34
rex his, qui à dextris eius erunt: Venite bene-
dicti Patris mei, poſſidete paratum vobis re-
ⁿIſa.58. b.7 gnum à conſtitutione mundi. * ⁿ eſuriui enim, 35
Ezech.18. b.7 & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis
ⁿEccli.7. d.38 mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me:
* nudus, & cooperuiſtis me: ⁿ infirmus, & vi- 36
ſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.
* Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domi- 37
ne, quando te vidimus eſurientem, & paui- D
mus te: ſitientem, & dedimus tibi potum?
* quando autem te vidimus hoſpitem, & colle- 38
gimus te: aut nudum, & cooperuimus te? * aut 39
quando te vidimus infirmum, aut in carcere, &
venimus ad te? * Et reſpondens rex, dicet illis: 40
Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni ex his
fratribus meis minimis, mihi feciſtis. * Tunc 41
ⁿPſal 5. c.9 dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: ⁿ Diſcedite à
Sup.7. d.23 me maledicti in ignem æternum, qui paratus
Luc.13. f.27 eſt diabolo, & angelis eius. * eſuriui enim, & non 42
dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non de-
diſtis mihi potum: * hoſpes eram, & non col- 43
legiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: in-
firmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. * Tunc 44
reſpondebunt ei & ipſi, dicentes: Domine,
quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem,
aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut
in carcere, & non miniſtrauimus tibi? * Tunc 45
reſpondebit illis, dicens: Amen dico vo-
bis: Quamdiu non feciſtis vni de minoribus
ⁿIoan.5. e.29 his, nec mihi feciſtis. * ⁿ Et ibunt hi in ſuppli- 46
Dan.12. a.2 cium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DECEM VIRGINIBVS. *Virgines* vocantur fideles, propter fidei integritatem. ET SPONSÆ. In Græcis codicibus tantùm eſt: *Exierunt obuiam ſponſo.* ſic in Goth. Syr. tamen noſtræ lectioni fauet, Origenes, Hilarius, Auguſtinus etiam epiſt. 130. c 32.

6 MEDIA AVTEM NOCTE. Hieronymus in hunc locum ait, traditionem Hebræorum fuiſſe, Chriſtum media nocte venturum: ideoque populos in Paſchæ peruigilio vſque ad mediam noctem detineri in templis. CLAMOR, nempe comitantium ſponſum, & præcedentium eum.

8 DATE NOBIS. Quærunt multi quæ anteà contempſerunt.

11 NOVISSIME, ſeu *poſtmodum*, vt eſt Græcè, ὕστερον, veniunt virgines fatuæ.

12 NESCIO VOS. ſ. notitiâ approbationis.

14 PEREGRE PROFICISCENS. Perſeuerandum in Dei obſequio docet hæc parabola, & donis eius vtendum ſtrenuè.

15 QVINQVE TALENTA. Si Moyſaica, ſingula duodecim millia drachmas pendebant: ſi Attica, quod veriſimilius eſt, ſex millia drachmas, vt latiùs lib. noſtro de Pond. & menſ. c.6 & 7.

18 FODIT IN TERRAM. Donis Dei quidam non vtuntur ad eum finem, ad quem Deus illa contulit.

21 INTRA IN GAVDIVM. i. in domum, vt gaudij mei ſis particeps. vel vt ipſe gaudeam, quia talē ſeruū habeam.

24 HOMO DVRVS ES. i. auarus.

26 QVIA METO VBI. Deus non dicit ſe auarum eſſe, aut non eſſe; neque his verbis probat vſuram; ſed excuſationes omnes negligentibus præſcindit.

27 COMMITTERE, ſeu *deponere*. NVMVLARIIS. Græc. *trapeZitis*. ſ. ijs qui cum augmento reſtituunt creditam pecuniam.

30 IN TENEBRAS EXTERIORES. ſ. non erit noſtræ gloriæ particeps, quæ luci comparatur. Aut mittite in carcerem: ſic Ieroſolymæ dictum.

31 SVPER SEDEM MAIESTATIS SVÆ. Sedes erunt nubes, in quibus veniet.

32 SEGREGAT OVES. Per *oues* electos, per *hœdos* reprobos intelligit.

34 A CONSTITVTIONE MVNDI paratum regnum poſſidete. Oſtendit Deum curam erga nos habuiſſe, priuſquam nos eſſemus nati.

40 QVAMDIV. Græc. *quatenus* feciſtis vni ex minimis, vel *in quantum*. ſed perinde eſt.

41 IN IGNEM ÆTERNVM. Verus ignis eſt in inferno, ſed & *ignis* nomine acerrimos cruciatus intelligit.

46 ET IBVNT. *Et*, pro, itaque. IN SVPPLICIVM ÆTERNVM. Non ergo damnati vllo tempore liberātur. Quidam abutuntur hoc loco contra Purgatorium, quod certè poſt extremum iudicium non erit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DECEM. i. multis, VIRGINIBVS. Ita dicuntur ob fidei integritatem, eſt enim ſermo de fidelibus.

2 QVINQVE. i. pars vna.

3 OLEVM. i. vt cùm deeſſet, infunderent.

5 DORMITAVERVNT. ſ. primùm. DORMIERVNT. ſ. tandem. Poſt dormitationem. i. morbum, ſequi ſolet ſomnus. i. mors.

6 CLAMOR. ſ. vt fit in aduentu tali.

9 NE FORTE. ſ. Abſit vt id faciamus: vel timemus. vel coniunge cum *Ite potiùs*. NON SVFFICIAT. Certè quiſque pro ſe rationem reddet,

11 NOVISSIME. Græc. ὕστερον. i. *deinde*, ſeu *poſteriùs*.

12 NESCIO. Græc. *non noui*. q.d. non eſtis mihi gratæ. Nota, ſignificari in Chriſti aduentu ad iudicium, qui fortè fiet media nocte, ſaluādos ſolos qui fidei lumini adiunxerint miſericordiæ & bonorum operum oleum .ſ. operantem charitatem. Reliqua in parabola non oportet ſcrupuloſè exquirere.

14 SICVT ENIM, &c. i. ſic accidit in regno Dei. BONA SVA. i. ex bonis ſuis.

15 TALENTA. i. gratias ad aliorum vtilitatem datas. SECVNDVM. i. accommodatè ad. VIRTVTEM. i. vires, ſeu facultatem.

16 IN EIS. i. cum eis.

19 VENIT. Græcè præſens eſt tempus.

21 EVGE. Græc. *bene*, ſeu *rectè*. PAVCA. ſ. præfectus.

24 SCIO. Græc. *noui te*. DVRVS. i. tractatu difficilis, ſeu auarus, vt patet ex ſequentibus.

Com-

COMMITTERE. Græc. *deponere*. VSVRA. i. lucro. 27
HABENTI. ſ. opera debita. DABITVR. ſ. præmium, 29
vel aliud donum. NON HABET. ſ. opera bona. HA-
BERE. i. diu poſſeſſurus. ſ. Dei dona.

INVTILEM. Syr. *otioſum*. Quòd ſi ſic punitur inuti- 30
lis, quid fiet pernicioſo?

MAIESTATE. Græc. *gloria*. MAIESTATIS. i. glorio- 31
ſam. Quidam nubes intelligunt ſplendidas. forte in-
telligitur auctoritas diuina, & poteſtas.

CONGREGABVNTVR. ſ. miniſterio Angelorum. 32

A DEXTRIS. i. ad dexteram. 33

PATRIS. i. à Patre. q.d. electi à Deo. POSSIDETE, 34
ſ. velut hereditatem. vt Græc indicant. A CONSTI-
TVTIONE. Locus quidem à mundi initio paratus, at
beatitudo ab æterno prædeſtinata.

HOSPES. i. peregrinus. COLLEGISTIS. ſ. hoſpitio 35
excepiſtis.

QVAMDIV. Græc. ἐφ' ὅσον. i. *quatenus*, ſeu *inquan-* 40
tum. EX HIS. ſ. Apoſtolis, eiſque ſimilibus. MI-
NIMIS. q.d. etiam inter eos infimis. Syr. *paruulis*. ſ. hu-
milibus, ſeu abiectis.

DISCEDITE. Hæc pœna damni. IGNEM. Hæc 41
ſenſus.

MINORIBVS Gręc. *minimis*. Syr. *paruulis*. Vide ſup. 45
ET. pro, itaque. 46

CAPVT XXVI.

Conſultant principes ſacerdotum de occidendo Ieſu; qui vnguento pretioſo a muliere perfunditur, murmurantibus diſcipulis: venditur à Iuda; de cuius proditione diſcipulis in cœna loquitur, in qua panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem conſecrata tradit diſcipulis: prædicit omnes ſcandalizandos, trinamque Petri negationem: & poſt trinam orationem capitur à Iudeis; quorum vni Petrus abſcidit auriculam: diſcipulis fugientibus, coram Caipha a falſis teſtibus accuſatus, mortiſque reus iudicatus, conſpuitur ac cæditur, & ter à Petro negatur.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus 1
ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: A
ª Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius 2
hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc con- 3
gregati ſunt principes ſacerdotum, & ſeniores
populi, in atrium principis ſacerdotum, qui
dicebatur Caiphas: & conſilium fecerunt vt 4
Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant 5
autem: Non in die feſto, ne fortè tumultus
fieret in populo. ᵇ Cùm autem Ieſus eſſet in 6
Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad 7
eum mulier habens alabaſtrum vnguenti pre-
tioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbentis.
Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt dicen- 8
tes: Vt quid perditio hæc? potuit enim iſtud 9
venumdari multo, & dari pauperibus. Sciens 10
autem Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic
mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.
nam ſemper pauperes habetis vobiſcum: me 11
autem non ſemper habetis. Mittens enim hæc 12
vnguentum hoc in corpus meũ, ad ſepeliendũ
me fecit. Amen dico vobis, vbicumque prædi- 13
catum fuerit hoc Euangelium in toto mundo,
dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius.
ᶜ Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur 14
Iudas Iſcariotes, ad principes ſacerdotum: & B
ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum 15
tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argen-
teos. Et exinde quærebat opportunitatem vt 16
eum traderet. ᵈ Prima autem die azymorum 17
acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi vis
paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus dixit: 18
Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei: Ma-
giſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te
19 facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt
diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt
20 Paſcha. ᵉ Veſpere autem facto, diſcumbebat
21 cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus il-
lis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus veſtrûm
22 me traditurus eſt. Et contriſtati valde, cœpe-
runt ſinguli dicere: Numquid ego ſum Domi-
23 ne? At ipſe reſpondens, ait: Qui intingit me-
24 cum manum in paropſide, hic me tradet. Filius
C quidem hominis vadit, ᶠ ſicut ſcriptum eſt de
illo: væ autem homini illi, per quem Filius ho-
minis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſ-
25 ſet homo ille. Reſpondẽs autem Iudas, qui tra-
didit eum, dixit: Numquid ego ſum Rabbi? Ait
26 illi: Tu dixiſti. ᵍ Cœnantibus autem eis, acce-
pit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq;
diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: hoc
27 eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias
egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes.
28 Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,
qui pro multis effundetur in remiſſionem pec-
29 catorum. Dico autem vobis: non bibam amo-
do de hoc genimine vitis, vſque in diem illum,
cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno
30 Patris mei. Et hymno dicto, exierunt in Mon-
31 tem oliueti. Tunc dicit illis Ieſus: ʰ Omnes vos
ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scri-
ptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſper-
32 gentur oues gregis. Poſtquam autem reſur-
33 rexero, præcedam vos in Galilæam. Reſpondẽs
autem Petrus, ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati
34 fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor. Ait
illi Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte an-
35 tequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi
Petrus: ⁱ Etiamſi oportuerit me mori tecum,
non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli di-
36 xerunt. Tũc venit Ieſus cum illis in villam, quę
D dicitur Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis: Se-
37 dete hic, donec vadam illuc, & orem. Et aſ-
ſumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit
38 contriſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis: Tri-
ſtis eſt anima mea vſque ad mortem: ſuſtinete
39 hic, & vigilate mecum. Et progreſſus puſillum,
procidit in faciem ſuam, orans, & dicens: Pater
mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. ve-
40 rumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et
venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormien-
tes, & dicit Petro: Sic non potuiſtis vna hora vi-
41 gilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis
in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt,
42 caro autem infirma. Iterum ſecundò abijt, &
orauit, dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix
43 tranſire niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et
venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant
44 enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, ite-
rùm abijt, & orauit tertiò, eumdem ſermo-
45 nem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos,
& dicit illis: Dormite iam, & requieſcite:
ecce appropinquauit hora, & Filius hominis
46 tradetur in manus peccatorum. Surgite ea-
47 mus: ecce appropinquauit qui me tradet. ᵏ Ad-
E huc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim
venit, & cum eo turba multa, cum gladijs
& fuſtibus, miſſi à principibus ſacerdotum, &
48 ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum,

ª *Mar.14. a.1 Luc.22. a.1*
ᵇ *Ioan.11. a.2. & 12. a.3 Mar.14. a.8*
ᶜ *Mar.14. b.10 Luc.22. a.1*
ᵈ *Mar.14. b.12 Luc.22. a.7*
ᵉ *Mar.14. b.17 Luc.22. b.14 Ioan.13. b.21*
ᶠ *Pſal.40. c.10*
ᵍ *1.Cor.11 c.24*
ʰ *Mar.14. c.27 Ioan.16. d.32 Zach.13. c.7 Mar.16. b.7*
ⁱ *Ioan.13. d.38 Mar.14. d.31 Luc.22. d.39*
ᵏ *Mar.14. e.43 Luc.22. e.47 Ioan.18. a.3*

dedit illis ſignum, dicens: Quemcumque oſcu-
latus fuero, ipſe eſt, tenete eum. * Et confeſtim 49
accedens ad Ieſum, dixit: Aue Rabbi. Et oſcu-
latus eſt eum. * Dixitque illi Ieſus: Amice, ad 50
quid veniſti? Tunc acceſſerunt, & manus inie-
cerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. * Et ecce 51
vnus ex his qui erant cum Ieſu, extendens ma-
num, exemit gladium ſuum, & percutiens
ſeruum principis ſacerdotum amputauit auri-
culam eius. * Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gla- 52
Gen.9. a.6 dium tuum in locum ſuum. omnes enim, qui
Apoc.13. c.10 acceperint gladium, gladio peribunt. * An pu- 53
tas, quia non poſſum rogare patrem meum, &
exhibebit mihi modò pluſquam duodecim le-
Iſa.53. c.10 giones angelorum? * Quomodo ergo imple- 54
buntur Scripturæ, quia ſic oportet fieri? * In illa 55
hora dixit Ieſus turbis: Tamquam ad latronem
exiſtis cum gladijs & fuſtibus comprehendere
me: quotidie apud vos ſedebam docens in tem-
plo, & non me tenuiſtis. * Hoc autem totum 56
Thren.4. d.20 factum eſt, vt adimplerentur Scripturæ pro- F
Mar.14 f.50 phetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo,
Luc.22. f.54 fugerunt. * At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad 57
Ioan.18. c.24 Caipham principem ſacerdotum, vbi Scribæ &
ſeniores conuenerant. * Petrus autem ſequeba- 58
tur eum a longe, vſque in atrium principis ſa-
cerdotum. Et ingreſſus intrò, ſedebat cum mi-
niſtris, vt videret finem. * Principes autem ſa- 59
cerdotum, & omne concilium, quærebant fal-
ſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti
traderent: * & non inuenerunt, cùm multi falſi 60
teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt
Ioan.2. d.9 duo falſi teſtes, * & dixerunt: Hic dixit: Poſ- 61
ſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum
reædificare illud. * Et ſurgens princeps ſacerdo- 62
tum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti ad-
uerſum te teſtificantur? * Ieſus autem tacebat. 63
Et princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per
Deum viuum, vt dicas nobis ſi tu es Chri-
ſtus filius Dei. * Dicit illi Ieſus: Tu dixi- 64
Sup.16. d.27 ſti. verumtamen dico vobis, amodò videbi-
1. Theſ.4 d.14 tis filium hominis ſedentem à dextris virtutis
Dei, & venientem in nubibus cæli. * Tunc prin- 65
Rom.14. b.10 ceps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: G
Blaſphemauit: quid adhuc egemus teſtibus?
ecce nunc audiſtis blaſphemiam: * quid vobis 66
videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus
eſt mortis. * Tunc expuerunt in faciem eius, & 67
Iſa.50. c.6 colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in
Mar.14. g.65 faciem eius dederunt, * dicentes: Prophetiza 68
Luc.22. f.55 nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? * Petrus 69
Ioan.18. c.25 verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum
vna ancilla, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo
eras. * At ille negauit coram omnibus, dicens: 70
Neſcio quid dicis. * Exeunte autem illo ianuam 71
vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et
hic erat cum Ieſu Nazareno. * Et iterùm nega- 72
uit cum iuramento: Quia non noui hominem.
* Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & 73
dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & lo-
quela tua manifeſtum te facit. * Tunc cœpit de- 74
teſtari & iurare quia non nouiſſet hominem. Et
continuo gallus cantauit. * Et recordatus eſt 75
Petrus verbi Ieſu, quod dixerat: Priùs quàm
gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras,
fleuit amare.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CVM CONSVMMASSET. i. cùm finem loquendi feciſſet. Dixit:

2 SCITIS QVIA POST BIDVVM. Erat dies Mercurij: nam Paſcha erat dies Veneris. ET FILIVS HOMINIS TRADETVR. Volens & ſciens mortem ſubit. id vult diſcipulos ſcire.

3 IN ATRIVM. pro, in aulam conuenere Iudæorum proceres, cauentque

5 NE FORTE TVMVLTVS FIERET. Græc. *ne tumultus fiat.* ſic erunt Iudæorum verba, non Euangeliſtæ, vt Latina.

7 ACCESSIT AD EVM MVLIER, Maria ſ. ſoror Lazari, HABENS ALABASTRVM. Lapis vocatur *alabaſtrites*, vas ex eo lapide *alabaſtrum*.

8 INDIGNATI SVNT. Is fuit Iudas, Ioan.12. v.4. Ille cœpit, eo incitante alij diſcipuli indignati oblocutique ſunt. Ea verò cauſa fuit Iudæ tradendi Dominum. Verius, duo fuerunt conuiuia; quod in Ioanne ante ſex dies, & quod Matthæus biduo ante Paſcha. Porrò Simon, re fuerit leproſus, an tantùm nomine, incertum.

11 NON SEMPER HABETIS. ſ. me mortalem. alioqui Eccleſiam non deſerit.

14 QVI DICEBATVR. Goth. *dicitur* Iudas. ſic Græc. ſed præſens pro præterito imperfecto. Die Mercurij id factum Auguſtinus ait epiſt.86. atque ex eo ieiunium Feriæ quartæ manaſſe.

15 TRIGINTA ARGENTEOS. Sicli ij argentei putantur, vile proditionis pretium. Siclus continet drachmas quatuor.

18 AD QVEMDAM, πρὸς τὸν δεῖνα, *ad talem* ite, quem ſ. Chriſtus nominauit. Euangeliſta non nominat. MAGISTER DICIT. Videtur fuiſſe illum hominem è diſcipulorum numero. Porro hæc Chriſti verba paulò aliter referunt alij Euangeliſtæ, argumento Scriptores ſacros non ſemper numeraſſe verba, ſed ſententiam explicaſſe.

20 DISCVMBEBAT. Aut de reliqua cœna loquitur, non de agno, quem ex verbis Exod.12. v.11. plerique colligunt ſtantes ſe medíſſe, non diſcumbentes: aut ſi loquitur de agno, *diſcumbere* ſumitur pro, ad menſam accedere; vt inter nos, qui ſedemus ad epulas, non cubamus, dicimus *accumbere menſæ.* In domo Ioannis Euangeliſtæ Paſcha celebraſſe Nicephorus ait lib.1. cap.28.

21 EDENTIBVS ILLIS. Ἐσθιόντων, Aoriſtus ſecundus, *cùm ediſſent.* Ita quod de proditore ait, poſt cœnam dixiſſe videatur, non inter cœnandum. poſt cœnam agni: nam tres fuere cœnæ; agni, Euchariſtiæ, & communis.

23 QVI INTINGIT. Græc. ἐμβάψας, *intinxit.* q.d. qui meo pane veſcebatur, domeſticus meus tradet me. Iudas rogat, Num ego? Chriſtus reſpondet:

25 TV DIXISTI. i. ita eſt, vt colligitur ex alijs reſponſionibus. ſed voce ſummiſſa locutus videtur, ne alij irritarentur. At Auguſtinus 3. de conſenſ. Euang. c.1. *Tu dixiſti, non ego.* Quod verius exiſtimo, vt alio loco dicetur.

26 COENANTIBVS AVTEM EIS. Idem Aoriſtus qui v.21. *cum ediſſent.* Tres fuere cœnæ, eſus agni, mox cœna communis, tandem Sacramenti ſumptio. Ergo cùm ediſſent ſeu cœnaſſent, nam ſub vesperam accidit, poſt cœnam ſecundam conficitur Euchariſtia. HOC EST CORPVS MEVM; non figura. Quid hîc Sacramentarij? An hoc ex noſtro capite? Ambroſius lib.4. de Sacramentis c.4. *Tu forte dicis, Meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte panis eſt ante verba Sacramentorum; vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti.* Et addit, eiuſdem verbis, quibus facta ſunt quæ non erant, cælum & terra, quæ erant in hoc Sacramento, in aliud commutari.

28 HIC EST ENIM SANGVIS. Quædam Cypriani exemplaria epiſt. ad Cæcilium, quæ eſt 3. lib.2. legunt: *Hoc eſt enim ſanguis meus*, vt eſt Græcè. EFFVNDETVR. Græc.

effun-

effunditur, ſed præſens pro futuro. Ambroſius lib. 4. de Sacramentis cap. 6. legiſſe videtur, *effunditur*.

29 NON BIBAM AMODO. Cyrillus lib. 7. in Leuit. ex his verbis colligit, Chriſtum non bibiſſe ex calice, quem diſcipulis propinauit. NOVVM. i. mirabile, vt ſunt omnia noua. Verùm vox *nouum*, Goth. non eſt.

36 TVNC VENIT; præſens. IN VILLAM GETHSEMANI. Græc. *χωρίον*, *locum*, *prædium*, erat ad radicem montis Oliueti. Eratque ſacerdotum prædium aut villa.

38 VSQVE AD MORTEM. i. triſtitia hæc inſtar mortis eſt.

40 ET VENIT. In præſenti ſunt, *venit* & *inuenit*. VNA HORA. Vox שעה *ſaha*, quæ in Syr. eſt, non *horam*, ſed *momentum* ſignificat, vt ait Elias in Thisbi.

45 TVNC VENIT, etiam hoc eſt in præſenti. DORMITE IAM. Videtur per ironiam dictum, quoniam ſtatim excitandi erant. ET FILIVS. pro, vt Filius hominis tradatur.

50 AMICE. Vocat *amicum*, vt improperet beneficia collata. AD QVID VENISTI?

52 GLADIO PERIBVNT. nempe, ſecundùm Legem, quæ ita ſtatuit.

53 DVODECIM LEGIONES. Vegetius lib. 2. c. 6. *Legio continet ſex mille ſexcentos pedites, equites ſeptingentos triginta duos*. Diuidebatur in decem cohortes, cohors in quinquaginta manipulos.

56 TVNC DISCIPVLI OMNES. Vide infirmitatis humanæ clarum exemplum, nullus perſeuerauit cum Magiſtro.

58 IN ATRIVM. i. in aulam. aut *atrium* ſit quod propriè ſignificat prima domus pars & veſtibulum, quod *atrium* dicitur, quia ibi erat ignis, & parabantur cibi. VT VIDERET FINEM. ſ. *rei*, vt additur in Goth.

60 NOVISSIME. Græc. *deinde*, *ὕστερον*.

61 POST TRIDVVM. i. in triduo, vel per tres dies poſſum dirutum à me templum reædificare.

64 TV DIXISTI. i. ita eſt. Aut quod ex Auguſtino attuli verſ. 25. Pontifex autem offenſus eſt ob illa verba, *Amodo videbitis Filium hominis*.

67 TVNC EXPVERVNT, ac ſi execrabilis eſſet & indignus vita. PALMAS IN FACIEM EIVS DEDERVNT. Græc. *ἐῤῥάπισαν*, quod verbum ſignificat quocumque modo percutere. atque ita in Syriaco, *Et percutiebant eum* quidam *virga percuſſerunt* dixit. Verùm quoniam præceſſit *colaphis eum ceciderunt*, noſter pro illo verbo Græco poſuit, *palmas in faciem eius dederunt*.

70 NEGAVIT. Ecce infirmitatis humanæ exemplum, vt diſcamus noſtris viribus non fidere.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET FACTVM EST. pro &, Hebr. DIXIT. ſ. Feria tertia.

2 PASCHA. Chald. פסחא *Piſcha*. Hebr. פסח *Peſach*. ſignificat autem *tranſitum*. Vide Exod 12. Sumitur aliquando pro agno Paſchali. Hîc pro feſto, quòd incipiebat 14 luna ad veſperam; à veſpera enim Feſta incipiebant. eoque die Chriſtus celebrauit Paſcha. TRADETVR. ſ. à Iuda, Pontificibus & Pilato.

3 TVNC. ſ. Feria quarta. PRINCIPES. Fortè 24. familiarum, de quibus 1. Paral. 24. SENIORES. Lucas vocat *magiſtratus*.

4 DOLO. ſ. occultè, & per inſidias. IN DIE FESTO. Id conſilium poſteà mutarunt. FIERET. pro, fiat, vt ſint verba ipſorum.

6 IN BETHANIA. ſ. ſex diebus ante Paſcha, vt dicitur Ioan. 12. Itaque hîc recapitulatio eſt. LEPROSI. Retinuit id nomen etiam ſanatus à lepra.

7 VNGVENTI. i. odoriferi liquoris, fortè admiſto balſamo. SVPER CAPVT. Super pedes etiam effudit, vt dicitur Ioan. 12.

8 DISCIPVLI. pro, diſcipulus. ſ. Iudas. Fortè etiam alij ægrè tulerunt. VT QVID. Græc. *ad quid*.

11 HABETIS. pro, habebitis.

12 AD SEPELIENDVM, &c. q. d. velut ſepeliendum vnxit. Syr. *tamquam ad ſepeliendum*. Not. quòd mota eſt ad id à Spiritu ſancto. ſed fortè non cogitauit aut intellexit de ſepultura quidquam.

13 EVANGELIVM. ſ. actorum meorum, & paſſionis. QVOD, pro, id quod. HÆC. ſ. mulier.

14 TVNC. ſ. cùm Principes congregati, de quo ſuprà.

15 ARGENTEOS. ſ. ſiclos, adeoque drachmas 120.

17 DIE. ſ. Feria quinta ad veſperam. ACCESSERVNT. ſ. à Chriſto vocati. DICENTES. ſ. poſtquam iuſſi fuerant parare. PASCHA. i. agnum Paſchalem.

18 CIVITATEM. ſ. Ieruſalem. extra quam non licebat agnum illum edere. Vide Deut. 16. QVEMDAM. pro. ad certum quemdam. ſic ſolent qui narrant, cùm tamen Chriſtus nomen proprium dixerit. MAGISTER. Apparet illum fuiſſe ex Chriſti diſcipulis. ſic enim apud eos vocabatur. vnde & Martha, *Magiſter adeſt*. MEVM. i. mortis meæ.

20 VESPERE. ſ. inter occaſum ſolis, & noctem, quod Scriptura vocat *inter duas veſperas*. Vide Exod. 12. DISCVMBEBAT. i. ad menſam erat. Alioqui enim agnum ſtantes edebant, tenentes in manibus baculos.

23 QVI INTINGIT, &c. i. qui eadem mecum lance vtitur. PAROPSIDE. i. patina, ſeu catino.

24 VADIT. ſ. ad mortem. SCRIPTVM. ſ. in Prophetis. BONVM. i. melius. NATVS. i. conceptus.

25 DIXISTI. ſ. quod res eſt. Dictum id fortè à Chriſto ſubmiſſè, ne alij audirent; aut ita vt non intelligerent.

26 COENANTIBVS. ſ. poſt eſum agni, & lotos à Chriſto pedes. Græc. *edentibus*. HOC EST, &c. His verbis conſecrauit panem, & ſequentibus vinum. ſ. *Hic eſt*, &c. eſt autem oratio factiua, quæ in fine prolationis effectum habet. ſ. efficit quod ſignificat.

27 CALICEM. i. poculum. Græc. *ποτήριον*. GRATIAS EGIT. Græc. *εὐχαριστήσας*. vnde *Euchariſtia*. q. *Gratiarum actio*. cum hac enim offerri & ſumi debet.

28 NOVI. ad differentiam veteris, quod animalium ſanguine confirmatum. TESTAMENTI. ſ. confirmatiuus. MVLTIS. ſ. efficaciter. vel *multis*, pro omnibus, more Scripturæ. EFFVNDETVR. ſ. in cruce. Græc. *effunditur*.

29 DE HOC. Videtur de vino loqui quod erat in menſa, vnde calicem impleuerat. NOVVM. i. nouo modo. ſ. ſine indigentia vlla. IN REGNO, &c. i. poſt reſurrectionem. tunc enim manducauit cum Apoſtolis, & bibit, ſed non indigens.

30 HYMNO DICTO. i. gratiis Deo actis, idque cantando, vt Græca indicant.

31 TVNC i. illa nocte, antequam exiret. Vide Luc. & Ioan. SCANDALVM. ſ. timore illum erant deſerturi. IN ME. i. ob ea quæ in me videbitis.

34 CANTET. ſ. *bis*, vt ait Marc. vel antequam cantum compleat.

36 VENIT. præſens eſt. VILLAM. Græc. *χωρίον*, quod etiam *agrum* ſignificat & *locum*. Marc. 14. *prædium* vertit. GETHSEMANI. Locus eſt ad radicem montis Oliueti, non longe à ſepulchro B. Virginis.

37 MOESTVS ESSE. i. grauiter angi. ſ. vt homo, paſſionem & mortem horrebat. Marc. 14. vertit *tædere*.

38 VSQVE AD MORTEM, i. adeò grauiter, vt parum à morte differat mœror ſeu dolor. SVSTINETE. i. manete, ſeu expectate.

39 PVSILLVM, i. modico interuallo. ſ. vt diſcipuli poſſent ſpectare quid ageret. PROCIDIT. ſ. *flexis genibus* (vt Luc ait) faciem in terram inclinauit, vel etiam demiſit. POSSIBILE EST, pro, vis. poſſibile enim quod Deus velit. TRANSEAT, &c. i. fac ne patiar tam grauia. VOLO. ſ. naturali voluntate, quæ mortem refugit.

40 VENIT. Et id, & *inuenit*, præſens eſt. ſic & infrà. SIC, q. d. itáne Petre, qui tam multa promittebas? NON POTVISTIS. ſ. ſomno, mœrore, & carnis fragilitate ſuperabantur, vt ait Hieronymus 2. contr. Pelag.

41 INTRETIS. ſ. ſuperati, velut in laqueum. SPIRITVS. ſ. veſter, vel diabolus. CARO. ſ. veſtra, vel homo.

42 NISI BIBAM. pro, ita vt non bibam. q. d. ſi fieri non poteſt quin bibam.

DORMITE. Ironia eſt. ET FILIVS, &c. pro, in quo 45
Filius &c.

VENIT. præteritum eſt. FVSTIBVS. Græc. *lignis.* 47

TENETE. i. prehendite. 48

OSCVLATVS. Forte ita ſolebant Apoſtoli aliunde ve- 49
nientes, & is erat ſalutandi modus, vt ſolent hodie fe-
minæ inter ſe.

AMICE. i. quem amo, vel qui te amicum fingis. AD 50
QVID. Vox facinus admirantis.

CONVERTE. q. d. ne vltrà progrediaris. OMNES 52
ENIM, &c. q. d. Nam verum eſt quod vulgò dici ſolet,
Qui gladio interimit, dignus eſt qui gladio pereat. vel,
peribunt gladio. ſ. diuinæ vltionis. Vide Apoc. 13. v. 10.
Nolebat Chriſtus ſe defendi, aut quemquam ea cauſa
percuti, multoque minùs occidi.

LEGIONES. Græc. λεγεῶνας, vox Latina. Dicitur 53
autem *legio* continere ſex millia militum, quod ta-
men certum non eſt: continet quidem ſemper millia
aliquot.

SCRIPTVRÆ. ſ. dicentes. quod ſequitur. SIC. ſ. me 54
capi & occidi.

TENVISTIS. i. prehendiſtis. 55

INVENERVNT. ſ. idoneum. NOVISSIME. Græc. *de-* 60
inde, ſeu *poſterius*, ὕστερον. poteſt etiam verti, *poſtremò.*

POST TRIDVVM. Græc. *triduo.* 61

TACEBAT. ſ. ſciebat nihil profuturam reſponſionem. 63
ADIVRO. i. expoſtulo, & velut cogo. PER DEVM.
q. d. ex parte Dei.

DICIT. ſ. ob reuerentiam Dei, cuius Pontifex aucto- 64
ritatem interpoſuerat. DIXISTI. ſ. quod res eſt. Vide
ſup. q. d. Ita eſt, vt dixiſti. VERVMTAMEN. pro, cete-
rùm. AMODO. i. poſt hoc tempus. q. d. aliquando.
SEDENTEM. non id erant viſuri, ſed quod ſequitur. Id
autem ſignificat Chriſtum paternæ gloriæ conſortem.
VIRTVTIS DEI. pro, potentis Dei.

SCIDIT. Ita ſolebant, dolorem ſeu indignationem de- 65
monſtrantes.

EXPVERVNT. Erat id ignominioſiſſimum apud Iu- 67
dæos, quamquam apud quos non eſt? COLAPHIS.
i. pugnis. PALMAS. i. alapas. FACIEM. forte cola-
phis caput aut collum cædebant.

PROPHETIZA. ſ. diuina. CHRISTE. Ironicè. 68

IANVAM. Græc. εἰς τὸν πυλῶνα. i. *veſtibulum.* ſ. per 71
ianuam qua in veſtibulum ibatur.

NEGAVIT. ſ. poſtquam alij etiam, vt ait Marc. & 72
Luc. eum ſimiliter interrogaſſent.

PVSILLVM. ſ. *horam*, ſecundum Luc. 73

DETESTARI. i. deuouere, ſeu execrari. Græc. καταναθεματίζειν. 74

QVOD DIXERAT. Græc. *qui dixerat.* 75

CAPVT XXVII.

Iudas, relatis argenteis, laqueo ſe ſuſpendit: Ieſus coram Pilato accuſatus, non reſpondet; vxor autem Pilati dicit ipſum iuſtum: præeligitur tamen Barabbas: Pilatus lotis manibus Ieſum flagellatum tradit crucifigendum: qui à militibus multipliciter illuſus, ducitur ad crucifigendum; & felleo vino potatus, inter latrones crucifigitur, diuiſis ipſius veſtimentis: & à varijs multæ iactantur in ipſum blaſphemiæ: suboriuntur tenebræ; & clamans Ieſus Eli, acetoque potatus, cum clamore expirat, ac ſigna varia fiunt: corpus Ieſu à Ioſeph ſepultum, cuſtoditur à militibus.

1 MAnè autem facto, conſilium inierunt
A omnes principes ſacerdotum & ſeniores
populi aduerſus Ieſum; vt eum morti trade-
2 rent. "Et vinctum adduxerunt eum, & tradi-
3 derunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns
Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet;
pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos
4 principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens:
Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi di-
5 xerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis

" Marc 15. a.16 Luc. 23. a.1 Ioan. 18. c.28

argenteis in templo, receſſit: "& abiens laqueo
6 ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum, ac-
ceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mitte-
re in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt.
7 Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum
8 figuli, in ſepulturam peregrinorum. "Propter
B hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt,
ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem.
9 Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Iere-
miam prophetam, dicentem: "Et acceperunt
triginta argenteos pretium appretiati, quem
10 appretiauerunt à filiis Iſrael: & dederunt eos
in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.
11 Ieſus autem ſtetit ante præſidem, "& interro-
gauit eum præſes, dicens: "Tu es Rex Iudæo-
12 rum? Dicit illi Ieſus: Tu dicis. Et cum accuſa-
retur à principibus ſacerdotum, & ſenioribus,
13 nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non
audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia?
14 Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt
15 miraretur præſes vehementer. Per diem autem
ſollemnem conſueuerat præſes populo dimitte-
16 re vnum vinctum, quem voluiſſent: habebat
autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur
17 Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pila-
tus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam,
18 an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim
19 quòd per inuidiam tradidiſſent eum. Sedente
autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor
eius, dicens: Nihil tibi, & iuſto illi. multa enim
20 paſſa ſum hodie per viſum propter eum. "Prin-
C cipes autem ſacerdotum, & ſeniores perſuaſe-
runt populis vt peterent Barabbam, Ieſum ve-
21 rò perderent. Reſpondens autem præſes, ait
illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At
22 illi dixerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus:
Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chri-
23 ſtus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis
præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis cla-
24 mabant dicentes: Crucifigatur. Videns autem
Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumul-
tus fieret: accepta aqua, lauit manus coram po-
pulo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti
25 huius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus
populus, dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper
26 filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam:
Ieſum autem flagellatum tradidit eis vt crucifi-
27 geretur. Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ie-
ſum in prætorium, "congregauerunt ad eum
28 vniuerſam cohortem: & exuentes eum, chla-
29 mydem coccineam circumdederunt ei; & ple-
D ctentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper ca-
put eius, & arundinem in dextera eius. Et genu
flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex
30 Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt
31 arundinem, & percutiebant caput eius. Et poſt-
quam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde, &
induerunt eum veſtimentis eius, & duxerunt
32 eum vt crucifigerent. "Exeuntes autem inue-
nerunt hominem Cyrenæum, nomine Simo-
nem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem
33 eius. "Et venerunt in locum, qui dicitur Gol-
34 gotha, quod eſt Caluariæ locus. Et dederunt
ei vinum bibere cum felle miſtum. Et cùm gu-
35 ſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem cruci-
fixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem

" Act. 1. c.18
" Act. 1. c.19
" Zach. 11. c.12
" Marc. 15. a.2 " Luc. 23. a.3 Ioan. 18. f.28
" Mar. 15. b.11 Luc. 23. b.18 Ioan. 18. g.41 Act. 3. b.14
" Marc. 15. b.16 Ioan. 19. a.18 Pſal. 21. d.17
" Mar. 15. b.21 Luc. 23. d.26
" Marc. 15. b.22 Luc. 23. d.20 Ioan. 19. d.17

mit-

mittentes: vt impleretur quod dictum eſt per
"Marc.15.c.24 Prophetam dicentem: " Diuiſerunt ſibi veſti-
Luc.23.f.14 menta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt 36
ſortem.* Et ſedentes ſeruabant eum.* Et impo- 37
Ioan.19.d.18 ſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: E
HIC EST IESVS REX IVDÆORVM.* Tunc cru- 38
cifixi ſunt cum eo duo latrones; vnus à dextris,
& vnus à ſiniſtris.* Prætereuntes autem blaſ- 39
phemabant eum mouentes capita ſua,* & di- 40
"Ioan.2.d.19 centes: " Vah qui deſtruis templum Dei, & in
triduo illud reædificas: ſalua temetipſum: ſi fi-
lius Dei es, deſcende de cruce.* Similiter & 41
principes ſacerdotum illudentes cum Scribis &
ſenioribus dicebant:* Alios ſaluos fecit, ſeip- 42
"Sap.2.d.18 ſum non poteſt ſaluum facere: " ſi rex Iſrael eſt,
"Pſal.21.a.9 deſcendat nunc de cruce, & credimus ei:*" con- 43
fidit in Deo: liberet nunc, ſi vult eum: dixit
enim: Quia filius Dei ſum.* Idipſum autem & 44
latrones, qui crucifixi erant cum eo, imprope-
rabant ei.* A ſexta autem hora tenebræ factæ 45
ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam
nonam.* Et circa horam nonam clamauit Ie- 46
"Pſal.21.a.1 ſus voce magna, dicens: " Eli, Eli, lamma ſaba-
cthani? hoc eſt: Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquiſti me?* Quidam autem illic ſtantes, 47
& audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.* Et 48
continuò currens vnus ex eis acceptam ſpon- F
giam impleuit aceto, & impoſuit arundini, &
dabat ei bibere.* Ceteri verò dicebant: Sine vi- 49
deamus an veniat Elias liberans eum.* Ieſus au- 50
tem iterum clamans voce magna, emiſit ſpiri-
"2.Par.3.d.14 tum.* "Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas 51
partes à ſummo vſque deorſum. & terra mota
eſt, & petræ ſciſſæ ſunt,* & monumenta aperta 52
ſunt: & multa corpora ſanctorum, qui dormie-
rant, ſurrexerunt.* Et exeuntes de monumentis 53
poſt reſurrectionem eius, venerunt in ſanctam
ciuitatem, & apparuerunt multis.* Centurio 54
autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes Ie-
ſum, viſo terræ motu & his quæ fiebant, timue-
runt valdè, dicentes: Verè Filius Dei erat iſte.
* Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ 55
ſecutæ erant Ieſum à Galilæa, miniſtrantes ei:
* inter quas erat Maria Magdalene, & Maria 56
Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorum Ze-
"Marc.15.d.42 bedæi.*" Cum autem ſerò factum eſſet, venit 57
Luc.23.g.50 quidam homo diues ab Arimathæa, nomine G
Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Ieſu.* hic ac- 58
Ioan.19.e.38 ceſſit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. Tunc Pi-
latus iuſſit reddi corpus.* Et accepto corpore, 59
Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda.* Et 60
poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod ex-
ciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum
ad oſtium monumenti, & abiit.* Erat autem ibi 61
Maria Magdalene, & altera Maria, ſedentes
contra ſepulchrum.* Altera autem die, quæ eſt 62
poſt Paraſceuen, conuenerunt principes ſa-
cerdotum & Phariſæi ad Pilatum,* dicentes: 63
Domine, recordati ſumus; quia ſeductor il-
le dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam.
* Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in 64
diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius,
& furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à
mortuis. & erit nouiſſimus error peior priore.
* Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam, ite, cu- 65
ſtodite ſicut ſcitis.* Illi autem abeuntes, mu- 66
nierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem, cum
cuſtodibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CONSILIVM INIERVNT. Iam ſtatuerant illum occidere, nunc conſultāt de mortis genere & modo.

3 POENITENTIA DVCTVS. ſ. Iudas. Sera pœnitentia adducit deſperationem.

4 QVID AD NOS? q.d. tua intereſt non noſtra.

6 MITTERE IN CORBONAM. *Corban, donum* eſt, inde *Corbona* vocatur gazophylacium, quod in atrio templi erat. QVIA PRETIVM SANGVINIS EST. id eſt, quo hominis cædes empta eſt, non licet in illud mittere.

8 HACELDAMA. Fortè vox iſta ex primo Actorum capite deſumpta, & Matth. narrationi inſerta eſt, quia neque in Græcis neque in Syriacis exemplaribus reperitur. Syr. ſolùm eſt; *cheritho dedademo*, id eſt, *ager ſanguinis*. VSQVE IN HODIERNVM DIEM. id eſt, perpetuò vocatus eſt *Ager ſanguinis*. nam eo modo loquendi ſæpè in Sacris perpetuitas ſignificatur.

9 PER IEREMIAM. Hoc potiùs in Zacharia inuenitur cap. 11. verſ. 12 præſertim iuxta Sept. verùm Hieronymus ait ſumptum ex quodam apocrypho Ieremiæ, quod ſe legiſſe teſtatur. Nec mirum, quando Paulus 2. ad Timoth. 3. verſ. 8. citat apocryphum librum de Ianne & Mambre maleficis. Nonnulli *Ieremiam* pro *Zacharia* Scriptorum errore poſitum eſſe ſuſpicantur. Alij nec *Ieremiam*, nec *Zachariam* ab Euangeliſta nominatum, ſed abſque alicuius Prophetæ nomine, vt alias plerumque ſcriptum ab eo exiſtimant: *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Prophetam, dicentem.* Pro horum ſententia facit tum quod olim quidam Euangeliorum codices hoc modo habuerint, teſte Auguſtin. lib. 3. de Conſenſu Euangeliſt. cap. 7. tum quod & Syr. textus hoc pacto legat. Legitur hoc modo & apud Rupertum. verùm in Commentarijs, ſcriptorum ait incuria inoleuiſſe, vt hic pro *Zacharia*, *Ieremias* nominaretur. Alij noſtri textus lectionem defendunt, vtpote cui & Græci & Latini codices, olim quidem plerique, nunc autem conſentiant omnes.

11 TV DICIS. i. ita eſt. Sic quidam explicant, propter ea quæ ſuperiùs dicta ſunt. Melius quod ex Auguſtino diximus cap. 26. verſ. 25. Alioqui offenſus fuiſſet Pilatus, ſi ſe Regem eſſe annuiſſet.

15 VNVM VINCTVM, nimirum ex ijs quos Præſes propoſuiſſet.

19 NIHIL TIBI, ET IVSTO ILLI. i. nihil illi mali facias. Sic Pilati vxor.

27 VNIVERSAM COHORTEM. *Cohors* eſt decima pars legionis.

28 CHLAMYDEM COCCINEAM. *Chlamys* veſtis erat Regia & militaris. His cærimonijs volebant eum arguere, quod ſe Regem dixiſſet.

32 CYRENÆVM. i. *ruſticum*, ex villa villanum; nam קריה *kiriah*, *oppidum* ſignificat, ſeu *villam*. vnde *Corepiſcopi*. i. Epiſcopi in paruis oppidis conſtituti, ſeu vicarij pro alijs Epiſcopis in pagis. Ita *Cyrenæus* idem eſt quod *agricola* ſeu *paganus*.

33 GOLGOTHA. Quidam *Golgoltha* legendum putat; nam præterquam quòd hoc modo Chaldaica lingua *caluariam* vocet, ſic ſcriptum in vetuſtis Latinis exemplaribus reperiſſe ſe dicit. Inter Latinos codices ſola Biblia, quæ anno 1529. Coloniæ ſunt excuſa, in Matthæi & Ioannis Euangelijs *Golgoltha* legunt; ceteri autem *Golgotha* ſcribunt, aut *Golgatha*. Hieronymus lib. de Locis Hebraicis *Golgotha* legit. Similiter habent Græci codices omnes, vno dempto, qui in Ioannis Euangelio *Golgatha* ſcribit. Epiphanius Hæreſi 46. quòd *caluaria* vocatur *Golgotha*, quia ibi ſepultus fuit Adam, & ibi eius caput inuentum. Idem Cyprianus Ser. de Reſurrectione. Hieronymus ad Epheſ. 5. hanc ſententiam refert.

34 CVM FELLE MISTVM. i. *myrrhatum vinum* vt Marc. ait cap. 15. verſ. 23. aut *myrrhinum*, de quo apud Fulgentium Mythol. lib. 3. *Meretrix quadam myrrhinum*

petit,

petit, vt fortior euadat. Pro *myrrha, fel* Matth. poſuit, ob amaritudinem; ſed verè myrrha fuit. Dabant autem id vinum Chriſto, vt minùs ſentiret tormenta. Ille autem noluit bibere, nec minuere cruciatus.

35 DIVISERVNT. Totum hoc *vt impleretur* vſque ad illud *miſerunt ſortem*, in Græcis Regijs non eſt, in Roberti Stephani codice legitur quidem, ſed obelo iugulatum; item Gotthicus codex non habet. in Syriacis tamen legitur, & in codicibus Latinis fermè omnibus.

38 DVO LATRONES. In Euangelio Nicodemi, *latro qui erat à dextris, vocabatur Dimas, qui à ſiniſtris, Geſtas.* Præterea militem, qui aperuit latus Chriſti, vocat *Longinum.*

40 VAH QVI DESTRVIS. Gotth. non eſt *vah*, neque Græc. aut Syr. ſed tantùm *deſtruens*, καταλύων. quod participium, & ſimilia, per ſecundam & per tertiam perſonam verti poſſunt, pro ratione ſequentium. ſic noſter hic pro *deſtruens*, dixit, *qui deſtruis.*

43 LIBERET NVNC, SI VVLT EVM. Græc. *liberet nunc eum, ſi vult eum.* ſic Gotth. i. ſi eum amat, eum liberet.

45 SVPER VNIVERSAM TERRAM tenebræ fuerunt, etiam extra Iudæam, vt ex D. Dionyſ. colligitur epiſt. ad Apollophanem. Huius eclipſis teſtes citat Tertullianus in Apolog. Romanæ vrbis archiuos, Euſeb. in Chron. Phlegontem Olympiadum ſcriptorem, qui anno quarto Olympiadis 202. hora ſexta defectionem ſolis præ alijs miram contigiſſe lib. 14. ait. Ea viſa cùm contra naturæ leges eſſet, nempe in plenilunio, Dionyſium Areopagitam Heliopoli aut Athenis exclamaſſe aiunt: *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluitur.* Syncellus in Encomio Dionyſij, Hiſtoria Scholaſtica cap. 175.

46 LAMMA SABACTHANI? Sic lege, non *aſabthani*, vt legitur in pleriſque codicibus; non enim deriuatur à verbo Hebr. עזב *haſab, derelinquere*, ſed à Syro שבק *ſabak*, quod idem ſignificat. Nam vt Epiphanius ait Hæreſ. 69. Chriſtus ijs verbis partim Hebr. dixit, *Eli, Eli*; partim Syriacè, quæ tunc erat lingua vulgaris, *lamma ſabacthani.*

47 ELIAM VOCAT ISTE. Linguam Hebr. milites ignorabant.

51 VELVM TEMPLI SCISSVM EST. Argumento, Iudaicas cæremonias & ſacrificia ceſſare. Velum ſcilicet, quod erat ante propitiatorium.

56 IOSEPH MATER. Græc. *Ioſe* in genitiuo à nominatiuo *Ioſes.* Hieronymus tamen *Ioſes Ioſetis* inflectit; de quo plura Marc. 15. verſ. 47. ET MATER FILIORVM ZEBEDÆI. Hæc vocatur *Salome* Marc. 15. verſ. 40.

57 AB ARIMATHÆA. i. Ramatha, patria Samuelis, 1. Reg. 1. verſ. 1. ex ea hic Ioſeph fuit, qui petijt corpus Ieſu.

61 CONTRA SEPVLCHRVM. i. iuxta ſepulchrum ſedebant mulieres. על *hal* vtrumque ſignificat, *contra*, & *iuxta.* Aut ſit *contra*. i. è regione ſepulchri.

63 POST TRES DIES RESVRGAM. i. die tertio. pars pro toto.

65 HABETIS CVSTODIAM. i. milites ſumite qui cuſtodiant.

66 SIGNANTES, *ſigillantes*, σφραγίσαντες. ne qua fraus ſubeſſet prouidebant. Obijt Chriſtus octauo Kalendas Aprilis, vt vetus Martyrologium Romanum, Vſuardi, Bedæ, & alia habent. tum cum alijs Patribus Auguſtinus de Ciuit. Dei, lib. 18. cap. vltimo, annos natus triginta tres, & menſes tres, Galba & Sulla Coſſ. Errant qui ſuperiori ætatis anno, & tertio Nonas Aprilis occiſum volunt. De quo propriè & copioſè eſt à nobis diſputatum Tractatu de Chriſti natali, & obitu.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 TVNC. ſ. cùm ductus eſſet ad Pilatum, aut duceretur. DAMNATVS. ſ. Chriſtus à Sacerdotibus ad mortem.

4 SANGVINEM. i. hominem ad mortem. IVSTVM. Græc. ἀθῶον. i. inſontem, ſeu innocentem. AD NOS. pro, noſtra refert.

5 PROIECTIS. ſ. ad illorum pedes. TEMPLO. i. templi atrio.

6 CORBONAM. i. Gazophylacium. Vox eſt Chald. nam Hebr. *Corban.* i. *donum*, ſeu *oblatio.* ſ. locus erat vbi oblata reponebantur. Syr. *In domum Corbonum.* i. *oblationis.* SANGVINIS. i. quo empta cædes hominis.

8 HACELDAMA. Chal. eſt חקל *chaqal ager.* דמא *dema, ſanguis.* ſ. emptus fuerat pretio ſanguinis.

9 IEREMIAM. Fortè 32. cap. vbi quiddam videtur eſſe huius ſententiæ. at potiùs eſt Zach. cap. 11. ſecundum LXX. Refert autē Matthæus magis ſenſum quàm verba. Hieron. ait legiſſe ſe quid Ieremiæ apocryphum, vbi id exſtet. Sic & Paulus citat apocryphum quoddam de Iamne & Mambre ſ. ſunt & vera quædam in Apocryphis. ACCEPERVNT. Syr. *accepi.* & ſic etiam verti poteſt ex Græc. APPRETIATI. i. æſtimati. Iungendum verò cum *filijs*, &c. QVEM APPRETIAVERVNT. ſ. Iudæi & Iudas. q. d. tanti ab eis fuit æſtimatus.

10 DEDERVNT. Syr. *dedi.* MIHI. i. de me. q. d. Ita erat à Deo definitum.

11 INTERROGAVIT. ſ. poſt accuſationes Iudæorum, de quibus Luc. 23. REX. Græc. ὁ βασιλεύς. i. *ille Rex.* ſ. exſpectatus. DICIS. ſ. id quod res eſt.

12 NIHIL. ſ. ſciebat nihil profuturum, nec ſe volebat defendere.

14 MIRARETVR. ſ. conſtantiam, manſuetudinem, & mortis contemptum.

15 VNVM. ſ. ex propoſitis à Præſide.

16 INSIGNEM. ſ. flagitijs. BARABBAS. Syr. *Bar Abba.*

17 CONGREGATIS. ſ. & de more petentibus vnum vinctum, ob feſti reuerentiam.

19 ET IVSTO ILLI. pro, ſit cum iuſto illo. q. d. miſſum illum fac. HODIE. i. nocte hac. PER VISVM. ſ. in ſomnis. Putant quidam factum id à diabolo, ne Chriſtus occideretur. Fortè Deus ſic voluit Chriſti innocentiam oſtendere.

20 POPVLIS. Græc. *turbis.* PERDERENT. i. perdendum curarent.

24 INNOCENS, &c. q. d. non ego occido illum, ſed vos. SANGVINE. i. cæde.

25 SVPER NOS. i. imputetur nobis, ſeu in nobis vindicetur.

27 TVNC. i. illo tempore. Factum autem id priuſquam condemnaretur. PRÆTORIVM. Græc. πραιτώριον, Latina vox. COHORTEM. pars eſt ferè decima legionis.

28 EXVENTES. ſ. omnibus veſtibus. CHLAMYDEM. veſtem. ſ. regiam, & militarem. quæ & *paludamentum* ſ. militare pallium.

29 POSVERVNT. ſ. infixam. vide Tertull. de Coron. mil. ARVNDINEM. ſ. loco ſceptri. AVE. Syr. *pax.*

31 EXVERVNT. ſ. relicta corona in capite.

32 ANGARIAVERVNT. i. coëgerunt. TOLLERET. ſ. quòd Chriſtus fatigatus eſſet, & illi feſtinarent ad Chriſti mortem.

33 GOLGOTHA. i. *caluaria.* vox Chald. Hebr. dicitur *Gulgoleth.* CALVARIÆ. ſ. locus erat plenus capitibus damnatorum.

34 VINVM. Græc. & Syr. *acetum.* FELLE. i. myrrha, quæ amaritudine fel refert. vide Marc. 15.

35 CRVCIFIXERVNT. ſ. milites. DIVISERVNT. ſ. in quattuor partes, ſecundùm Ioan. VESTIMENTA. ſ. ſuperiorem & inferiorem, talares. SORTEM. ſ. ſuper tunicam inconſutilem. fortè etiam ſuper partes factas. Vide Marc. 15. verſ. 24.

36 SERVABANT. ſ. ne quis eriperet.

37 CAVSAM. ſ. condemnationis. REX. quaſi ob id eſſet damnatus, quòd regnum vellet vſurpare.

39 BLASPHEMABANT. i. conuitiabantur.

40 VAH. non eſt Græc. nec Syr.

43 VVLT. i. amat. ſ. eum.

44 IDIPSVM. i. ſimiliter. LATRONES. pro, latro. vel fortè id vterque primùm, poſtremò verò alter reſipuit.

45 VNIVERSAM, etiam extra Iudæam. vide Dionyſium epiſt. ad Apollophanem.

Ma-

Magna. ſ. ad ſignificandú dolorem. Sabacthani 46
Chald. eſt. nam Hebr. *Hazabthani*. & quidem Chri-
ſtum veriſimile eſt Hebr. dixiſſe, vt eſt in Pſalmo.

Qvidam. ſ. qui linguam Hebraicam ſeu Syriacam 47
non intelligebant. forte Romani milites.

Aceto. i. vt citius moreretur. 48

Sine. i. omitte q. d. ne des. 49

Clamans. Græc. κράξας. i. *cùm clamaſſet*. Emisit. 50
ſ. poſt horam nonam, tempore veſpertini ſacrificij.

Ecce. ſ. Chriſto mortuo. Templi. i. quod ante tem- 51
plum erat. erat & alterú internus, ante propitiatoriuḿ,
quod hîc quidā intelligút. Scissvm. i. velut téplo præ
indignatione veſté ſcindente. Hieron. epiſt. 150. ait in
Hebraico Euangelio legi, téplí ſuperliminare corruiſſe.
Mota. Hæc omnia indicabat indignú facinus factum.

Sanctorvm. i. fidelium. Svrrexervnt. ſ. poſt 52
Chriſti reſurrectionem. An autem mortui deinde ſint,
alij aiunt, alij negant.

Et exevntes. pro, nam exeuntes. Sanctam. ita 53
dicitur ob templum, & Dei cultum. Civitatem.
ſ. extra erant monumenta.

Centvrio ſ. Præfectus Romanis militibus. Filivs 54
Dei. vel Diuinitatem agnouit, vel eximiam ſanctitaté.

Iacobi quæ aliàs dicitur *Cleophæ*. ſ. vxor, ſecundùm 56
quoſdam, qui etiam hunc dicunt fuiſſe fratrem Ioſeph.
eoque iſtos dictos fuiſſe fratres Domini, quod Ioſephi
filius Chriſtus putaretur. Vide Ioan. 19. Zebedæi.
quæ alibi dicitur *Salome*

Dives. & *nobilis* ſecundùm Marc. 57

Et altera, &c. erant etiam aliæ ſecundùm Luc. 61

Habetis. poterat verti *habete*. i. accipite. Cvsto- 65
diam. ſ. militum. Græc. κουστωδίαν, Latina vox. Ita dice-
bantur milites qui vi bellum cuſtodiebant.

Signantes. i. ſigillantes. ſ. ne quid fraudis fieret. 66

CAPVT XXVIII.

*Facto terræmotu, exterritisque custodibus, Angelus mulie-
ribus narrat Chriſti reſurrectionem, quibus ipſe apparens
iubet (ſicut & Angelus iuſſerat) vt diſcipulis nuncient,
quod Dominum in Galilæa viſuri ſint: milites ſepulchri
cuſtodes, pecunia corrupti, dicunt corpus Chriſti furto
ſublatum: diſcipuli videntes in Galilæa Dominum, iu-
bentur ire ad docendas & baptizandas omnes gentes.*

Marc. 16. b. Ioan. 20. a. 11

VEſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in pri- 1
ma ſabbati, venit Maria Magdalene, & al- A
tera Maria, videre ſepulchrú. Et ecce terræmo- 2
tus factus eſt magnus. Angelus enim Domini
deſcendit de cælo: & accedens reuoluit lapidé,
& ſedebat ſuper eum: erat autem aſpectus eius 3
ſicut fulgur: & veſtimentum eius ſicut nix. Præ 4
timore auté eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti
ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus 5
dixit mulieribus: Nolite timere vos: ſcio enim,
quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt 6
hic: ſurrexit enim, ſicut dixit. venite, & videte lo- B
cum, vbi poſitus erat Dominus. Et citò euntes 7
dicite diſcipulis eius quia ſurrexit: & ecce præce-
dit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. ecce præ-
dixi vobis. Et exierunt citò de monuméto cú 8
timore & gaudio magno, curréтes nuntiare di-
ſcipulis eius. Et ecce Ieſus occurrit illis, dicens: 9
Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pe-
des eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ie- 10
ſus: Nolite timere. ite, nuntiate fratribus meis vt C
eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cùm 11
abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus venerunt
in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus ſacer-
dotum omnia quæ facta fuerant. Et congrega- 12
ti cú ſenioribus, conſilio accepto, pecuniam co-
pioſam dederunt militibus, dicentes: Dicite 13
quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt
14 eum, nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum
fuerit a præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros
15 vos faciemus. At illi, accepta pecunia, fecerunt
ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum
iſtud apud Iudæos, vſque in hodiernum diem.
16 Vndecim auté diſcipuli abierunt in Galilæam,
17 in montem, vbi conſtituerat illis Ieſus. Et vi-
D dentes eum adorauerunt: quidá auté dubitaue-
18 runt. Et accedens Ieſus locutus eſt eis, dicens:
Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in ter-
19 ra. n Euntes ergo docete omnes gentes, bapti- n Marc. 16. d. 15
zantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
20 ſancti: docentes eos ſeruare omnia quęcumque
mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum om-
nibus diebus, vſque ad conſummationé ſæculi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Veſpere. i. nocte. Qvæ lvcescit. i. nocte, quā ſequebatur dies Dominica, quæ *prima ſabbati* vocatur. Iudæi diem à veſpera inchoant, hebdomadam à die Dominica. Et altera Maria. Hanc fuiſſe matrem Domini Ambroſius ait lib. 5. de Virgin. & Nicephor. lib. 1. c. 33. De hora reſurrectionis Chriſti nó vna ſententia eſt; quidā media nocte ſentiunt, ſub aurorā alij. De qua re Francolinus de Horis Canonicis c. 46. latiùs.

6 Non est hic. Vbiquitæ in omni loco eſſe Chriſti corpus contendunt.

7 Præcedit. Sic Græc. at Goth. & quidam alij Latini codices *præcedet*. & ſanè quouis modo præſens pro futuro ponitur. Prædixi, monui quod eſt.

19 Evntes ergo. His verbis omnes Apoſtolos fecit Epiſcopos; ſed Petrum prætulit alijs, Ioannis 21. v. 16. illis verbis: *Paſce agnos meos*. i. Eccleſiæ prælatos, primus paſtor conſtitutus.

20 Vobiscvm svm. Hoc eſt, præſtò vobis ero, non vos deſeram, neque Eccleſiam.

Phœnix viſa in Ægypto aut Arabia extremo Tiberij imperio, vti affirmant Zonaras in Tiberio, tomo 2. Dion lib. 57. ad finem, Chriſti reſurrectionem ſignificaſſe videtur. Plin. lib. 10. c. 2. viſam ait Q. Plautio & Sex. Papinio Coſſ. certè pænultimo Tiberij anno.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Veſpere. i. fine noctis. ſ. crepuſculo matutino. Qvæ. ſ. veſpera, vel nox. Sabbati. i. hebdomadæ, ſeu poſt ſabbatú. ſ. Dñica die. Not. incertú eſſe qua hora Chriſtus ſurrexit. creditur fuiſſe poſt mediá nocté.

3 Aspectvs Græc. ἰδέα. i. *ſpecies*, ſeu *forma*. Vestimentvm. ſ. apparebat ſpecie hominis.

5 Respondens i. *alloquens*, Hebr.

6 Dominvs. Syr. *Dominus noſter*.

7 Galilæam. ſ. vbi plures diſcipuli, & minor perſecutio Iudæorum. Prædixi. ſ. quod res eſt.

8 De monvmento. ſ. poſtquam viderant intus duos Angelos, de quibus Luc. 24.

9 Illis. ſ. poſtquam Magdalenæ apparuerat. Avete. i. ſaluete. Syr. *pax vobis*.

11 Omnia. ſ. de ſublato lapide, viſoque Angelo, &c.

14 A præside. ſ. aliquo vos accuſante. Svadebimvs ei. i. eum placabimus.

15 Verbvm. ſ. mendacium.

16 Montem. fortè Thabor.

17 Videntes. ſ. cum multis aliis, de quibus 1. Cor. 15. Qvidam. fortè ex Apoſtolis. Dvbitaverunt. ſ. Chriſtum eſſe.

19 Evntes ergo, &c. Syr. *Sicut autem miſit me Pater meus, & ego mitto vos. Ite ergo* &c. Nomine. i. virtute, & auctoritate. Sunt verò hæc verba, quibus eos vti voluit baptizando, vt fit in Eccleſia. Not. hîc expreſſum myſterium Trinitatis.

20 Svm. ſ. Deitate, & in Euchariſtia etiam humanitate. Sæcvli. Græc & Syr. additur *Amen*. Additur & Syr. *finis ſancti Euangelij Matthæi, quod prædicauit Hebraice in Palæſtina*.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT PRIMVM.

Ioannes in auſteritate vitæ prædicat, ac baptizat aqua; Chriſtus verò Spiritu ſancto: qui à Ioanne baptizatus, cum beſtijs agens in deſerto, poſt ieiunium quadraginta dierum à ſatana tentatur, & Ioanne tradito prædicare incipit in Galilæa: vocatiſque Simone & Andrea, Iacobo & Ioanne Zebedæi, accedit Capharnaum, & reliqua Galilææ loca, ibique prædicans curat ſocrum Simonis, & leproſum quem mittit ad ſacerdotes, plurimoſque dæmoniacos ac malè habentes, cum magna omnium admiratione.

Matt.3.a.1 INITIVM Euangelij Ieſu 1
Chriſti, Filij Dei. * Sicut 2
ſcriptum eſt in Iſaia pro- A
ʺMalach. 3.a.1 pheta: ʺEcce ego mitto an-
gelum meum ante faciem
Iſa 40.a.3 Ioan.1.c.15 tuam, qui præparabit viam
Luc.3.a.4 tuam ante te. * Vox claman- 3
tis in deſerto: Parate viam Domini, rectas faci-
te ſemitas eius. * Fuit Ioannes in deſerto bapti- 4
zans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in
ʺMatth.3.a.5 remiſſionem peccatorum. *ʺEt egrediebatur ad 5
eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ vni-
ʺLeu.11.c.22 uerſi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flu-
mine, confitentes peccata ſua. * ʺEt erat Ioan- 6
Matth.3.c.11 nes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa
Luc.3.c.16 lumbos eius, & locuſtas & mel ſilueſtre edebat.
Ioan.1.d.27 Et prædicabat dicens: * Venit fortior me poſt 7
Act.1.a.5 me: cuius non ſum dignus procumbens ſoluere
& 2.a.4. corigiam calceamentorum eius. * Ego baptiza- 8
& 11.c.16. ui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſan-
& 19.a.4 cto. * Et factum eſt: in diebus illis venit Ieſus à 9
Nazareth Galilææ: & baptizatus eſt à Ioanne
in Iordane. * Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit 10
ʺLuc.3.e.22 cælos apertos, ʺ & Spiritum tamquam colum- B
bam deſcendentem, & manentem in ipſo. * Et 11
Ioan.1.d.32 vox facta eſt de cælis: Tu es filius meus dile-
ʺMatth.4.a.1 ctus, in te complacui. * ʺEt ſtatim Spiritus ex- 12
Luc.4.a.1 pulit eum in deſertum. * Et erat in deſerto qua- 13
draginta diebus, & quadraginta noctibus: &
tentabatur à ſatana: eratque cum beſtijs, & an-
ʺMatth.4.b.12 geli miniſtrabant illi. * ʺ Poſtquam autem tra- 14
Luc.4.c.14 ditus eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam, præ-
Ioan.4.f.43 dicans Euangelium regni Dei, * & dicens: Quo- 15
niam impletum eſt tempus, & appropinquauit
regnum Dei: pœnitemini, & credite Euange-
ʺMatth.4.c.18 lio. * ʺ Et præteriens ſecus Mare Galilææ, vidit 16
Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes
Luc.5.a.2 retia in mare (erant enim piſcatores) * & dixit 17
eis Ieſus: Venite poſt me, & faciam vos fieri
piſcatores hominum. * Et protinus relictis reti- 18
19 bus, ſecuti ſunt eum. * Et progreſſus inde puſil-
lum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fra-
trem eius, & ipſos componentes retia in naui:
20 * & ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo Ze-
bedæo in naui cum mercenariis, ſecuti ſunt
21 eum. * ʺ Et ingrediuntur Capharnaum: & ſta- ʺMatth.4.
tim ſabbatis ingreſſus in ſynagogam, docebat b.13
22 eos. * ʺ Et ſtupebant ſuper doctrina eius: erat Luc.4.e.31
C enim docens eos, quaſi poteſtatem habens, & ʺMatth.7.d.28
23 non ſicut Scribæ. * ʺ Et erat in ſynagoga eorum ʺLuc.4.
24 homo in ſpiritu immundo: & exclamauit, * di- e.32
cens: Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene: ve-
25 niſti perdere nos? ſcio qui ſis, Sanctus Dei. * Et
comminatus eſt ei Ieſus, dicens: Obmuteſce, &
26 exi de homine. * Et diſcerpens eum ſpiritus im-
mundus, & exclamans voce magna exiit ab eo.
27 * Et mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent in-
ter ſe dicentes: Quidnam eſt hoc? quænam do-
ctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiriti-
28 bus immundis imperat, & obediunt ei. * Et
proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regio-
29 nem Galilææ. * ʺ Et protinus egredientes de ʺMatth.8.
ſynagoga, venerunt in domum Simonis & An- b.14
30 dreæ, cum Iacobo & Ioanne. * Decumbebat Luc.4.f.42
autem ſocrus Simonis febricitans: & ſtatim di-
31 cunt ei de illa. * Et accedens eleuauit eam, ap-
prehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam
32 febris, & miniſtrabat eis. * Veſpere autem facto
cùm occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes
33 malè habentes, & dæmonia habentes: * & erat
34 omnis ciuitas congregata ad ianuam. * Et cura-
uit multos, qui vexabantur variis languoribus,
ʺ & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea ʺLuc.4.
35 loqui, quoniam ſciebant eum. * Et diluculo f.41
36 valdè ſurgens, egreſſus abiit in deſertum lo-
D cum, ibique orabat. * Et proſecutus eſt eum Si-
37 mon, & qui cum illo erant. * Et cùm inueniſſent
38 eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. * Et
ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates,
39 vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. * Et erat
prædicans in ſynagogis eorum, & in omni Ga-
40 lilæa, & dæmonia eiiciens. * ʺ Et venit ad eum ʺMatth.8.
leproſus deprecans eum: & genu flexo dixit ei: a.2
41 Si vis, potes me mundare. * Ieſus autem miſer- Luc.5.c.12
tus eius, extendit manum ſuam: & tangens
42 eum, ait illi: Volo: Mundare. * Et cùm dixiſſet,
43 ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt. * Et
44 comminatus eſt ei, ſtatimque eiecit illum: * &
dicit ei: Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende
te principi ſacerdotum, & offer pro emunda-
tione tua, ʺquæ præcepit Moyſes in teſtimo- ʺLeuit.14.a.3

nium

nium illis. ˚At ille egreſſus cœpit prædicare, & 45
diffamare ſermonem, ita vt iam non poſſet ma-
nifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis
locis eſſet, & conueniebant ad eum vndique.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

MARCVS *è numero ſeptuaginta Diſcipulorum, vt Epiphanius Hæreſ. 51. & Dorotheus in Synopſi aiunt, Romæ, quò Petrum ſecutus erat, Euangelium ſcripſit: quod lectum Petrus probauit: Euſebius lib. 2. c. 15. diſtinctus ab altero, de quo Actor. 12. v. 25. & c. 15. v. 37. Poſterior hic an fuerit is Marcus, de quo Paulus ait ad Coloſ. 5. v. 10. fuiſſe conſobrinum Barnabæ, non ſatis conſtat: nam Dorotheus eos inter ſe & à Marco Euangeliſta diſtinguit. Verùm, qua lingua ſcripſit? plerique Græca putant: Syriacus Latina ait. Hoc ſequitur Armacanus l. 9. de Quæſt. Catacunzenus Imperator Apolog. 4. Voragines Serm. de ſancto Marco. Minuti Auctores ſanè. ſed eſt veriſimile, qui in gratiam Romanorum ſcripſit, eorum linguâ, non peregrinâ ſcripſiſſe. De tempore quo ſcripſit, non ſatis conſtat. anno ſalutis 45. quidam putant.*

INITIVM EVANGELII IESV CHRISTI, FILII DEI. 1
SICVT SCRIPTVM EST. Titulus Operis eſt hæc ſententia: Hoc Euangelium incipit ab eo quod ſcriptum eſt. Ita comma ponatur poſt illa verba *filij Dei*. IN ISAIA. Græcorum codicum plerique cum Theophylacto & Euthymio *in Prophetis* legunt. Verum *in Iſaia Propheta* germanam eſſe lectionem, colligi poſſe videtur ex concordia Latinorum codicum, quibus in primis Hieronymus, deinde Auctor Homil. in Marcum, Chryſoſtomi nomine, adhæc Syriaci codices, denique & Græcorum librorum nonnulli conſonant. In tertio Irenæi libro ante medium quidem 11. cap. prior lectio reperitur. ſ. *ſicut ſcriptum eſt in Iſaia*. ſub finem verò eiuſdem capitis poſterior, *ſicut ſcriptum eſt in Prophetis*. In codice Gotth. hoc tantum eſt. *ſicut ſcriptum eſt; Ecce mitto.* quam lectionem ſuſpicor eſſe veram, & voces *in Prophetis* & *in Iſaia Propheta* ex margine tranſiiſſe in contextum.

ECCE EGO MITTO. Hoc ex Malach. cap. 3. verſ. 1. 2
ANTE FACIEM TVAM. i. ante te.

VOX CLAMANTIS. ſup. dicit. Hoc ex Iſa. 40. verſ. 3. 3
PARATE VIAM, auferte impedimenta, complanate, ſternite viam, per quam veniet Dominus.

ET ZONA PELLICEA. in ablatiuo. Veſtitus pilis ca- 6
meli & zona pellicea.

CALCEAMENTORVM EIVS. *Eius* neque eſt in Gotth. 7
neque in Syr. ſed certè ſuppleri debet.

EGO BAPTIZAVI. Oſtendit differentiam inter 8
vtrumque baptiſma Ioannis & Chriſti.

A NAZARETH GALILÆÆ. Non erat alia Naza- 9
reth, ſed explicationis gratia id additur.

CÆLOS APERTOS. σχιζομένους. *diſciſſos, ruptos* vidit. 10
ſ. Chriſtus. Et vox

IN TE COMPLACVI. Tu mihi places, te diligo. Et 11
ſtatim

SPIRITVS. ſ. ſanctus, in deſertum EXPVLIT EVM. 12
pro, deduxit, & præcepto compulit.

CVM BESTIIS. Θηρίον, *beſtiam venenatam* ſignificat. 13
Erat deſertum inacceſſum.

IMPLETVM EST TEMPVS, nempe à Prophetis præ- 15
fixum Chriſti aduentui. Quidam putat alludere ad illa verba Iſai. 40. v. 2. *Quoniam completa eſt malitia eius.* .i. captiuitatis tempus. Iam venit libertatis tempus per Chriſtum.

QVASI POTESTATEM HABENS. In modo dicendi id 22
oſtendebatur. Ego dico, præcipio in miraculis. tum ex eo quòd nulli blandiebatur.

HOMO IN SPIRITV IMMVNDO. id eſt, habens ſpi- 23
ritum immundum, homo erat in ſynagoga.

25 OBMVTESCE. Non vult ſibi reddi teſtimonium à patre mendacij. Laudari ab improbo, vituperatio eſt.

35 ET DILVCVLO ibat in deſertum. Tempus & locus deſertus orationi accommodata erant.

41 VOLO: MVNDARE. Imperatiuum paſſiuum.

45 DIFFAMARE. διαφημίζειν. Hic *diffamare* in bonam partem accipitur pro *publicare*. SERMONEM. id eſt, rem. quod acciderat. IN DESERTIS LOCIS ESSET. Gotth. *eſſe*, ſcilicet cogeretur. ſic aliqui Latini codices, nec erat lectio incommoda, ni codices Græci & Syr. reclamarent, qui habent, *In deſertis locis erat*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MARCVS dictus etiam *Ioannes*. Vide Act. 12. Fuit verò primùm Pauli diſcipulus; deinde Petri, ſub quo Romæ Euangelium ſcripſit. vide Col 4. 2. Tim. 4. 1. Pet. 5 Ita quidam. alij aliter, vt diximus Act. 12. Scripſit autem Græcè, ſecundùm quoſdam; ſecundùm alios, Latinè: eſtque Alexandriæ, vbi erat Epiſcopus, martyrio coronatus.

1 INITIVM. ſ. tale fuit, vel, ſic cœpit. Quidam tamen id titulum putant, ſeu prooemium, quo indicet ſe à Chriſti prædicatione velle incipere. EVANGELII. i. Euangelicæ prædicationis.

2 IN ISAIA PROPHETA. ſic Syr. & in Græcis correctioribus olim. Iunge verò cum *vox clamantis*; nam reliqua, quæ per parentheſim, ſunt Malachiæ. MITTO. pro, mittam. ANGELVM. Græc. τὸν ἄγγελον. i. *illum Angelum*, certum ſ. quemdam. FACIEM TVAM. i. te. At Malach. 3. eſt *faciem meã*. Vide quę illic annotauimus.

4 DESERTO. ſ. prope Iordanem. Vide Luc. 3. POENITENTIÆ. i. quo ad pœnitentiam excitabat. REMISSIONEM. ſ. per Chriſtum poſteà dandam, vel etiam tum, non vi baptiſmi, ſed contritionis.

5 OMNIS. Vtitur Scriptura modo loquendi vulgari. Sic ſolemus dicere, Tota ciuitas concurrit. i. maxima pars ciuium.

6 ZONA. Ablatiuus eſt. PELLICEA. i. coriacea.

7 VENIT. pro, veniet. DIGNVS. Græc. ἱκανός. i. *idoneus*, ſeu *ſufficiens*. EIVS abundat, more Hebr.

10 APERTOS. Græc. *ſcindi*. i. velut ſcindi ſeu aperiri. ET MANENTEM. non eſt Græc. nec Syr. IN IPSO. Græc. & Syr. *ſuper ipſum*. i. ſuper ſe.

11 COMPLACVI. Vide Mat. 3. ſic reliqua quę omittimus in Marco, aut Luca, aut Ioanne, quære in Matthæo; noluimus enim eadem repetere, breuitati conſulentes.

13 ET QVADRAGINTA NOCTIBVS. Id non eſt Græc. nec Syr.

14 REGNI. i. de Regno. ſ. prædicabat quomodo id poſſet acquiri.

15 APPROPINQVAVIT. pro, appropinquat. ſ. aduenerat Chriſtus qui erat introducturus.

17 FIERI. pro, eſſe.

19 COMPONENTES. ſ. ſarciebant, vel complicabant.

22 QVASI. pro, tamquam. POTESTATEM. ſ. præcipiebat vt Dominus, miraque docebat efficacia & libertate, & miraculis doctrinam confirmabat.

23 IN SPIRITV, &c. habens ſpiritum immundum.

24 QVID NOBIS, &c. i. quid tibi rei eſt nobiſcum. quaſi dicat, omitte nos. ſ. me & reliquos dæmones, qui homines vexant. QVI. q. d. ſcio quis ſis, nempe, SANCTVS DEI. i. homo ſanctus.

25 COMMINATVS EST. Græc. ἐπετίμησεν. i. *increpauit*.

26 DISCERPENS. ſ. huc illuc iactans, ſeu diſtrahens, ſed nihil lædendo tamen, vt ait Lucas. VOCE. ſ. nihil ſignificante. prohibitus enim eſt à Chriſto loqui.

27 CONQVIRERENT. i. quærerent.

32 OCCIDISSET. ſ. eo tempore licebat Sabbato operari.

34 MVLTOS. Matth. dicit *omnes*. ſ. illi omnes multi erát. LANGVORIBVS. i. morbis. LOQVI, &c. i. dicere quod ipſum noſſent. ſ. non decebat Chriſtum à dæmonibus prædicari.

35 EGRESSVS. ſ. *die*, vt Lucas ait; vel diluculum apud Lucam *dies* vocatur.

41 Mundare. Imperatiuum eſt.
43 Comminatvs est. ſ. ne cuiquam diceret, vt ſtatim explicatur. Eiecit. i. emiſit.
44 Principi, &c. Apparet huius fuiſſe, leproſum declarare mundatum. quamquam Græc. eſt *Sacerdoti*, ſed cum articulo. & Syr. *Sacerdotibus*.
45 Diffamare sermonem. i. rem diuulgare. Introire. ſ. ob vim populi concurrentis.

CAPVT II.

Murmurantibus Scribis quòd paralytico per tectum in grabato demiſſo, diceret remitti peccata, iubens ipſum ferre grabatum, ſanat eum: apud Leuin, quem ad ſe ſequendum vocauerat, diſcumbens cum pluribus publicanis, rationem dicit, murmurantibus Phariſæis, quare cum peccatoribus conuerſetur, & cur ipſius diſcipuli non ieiunent; quos etiam ſpicas ſabbato vellentes excuſat.

Mat.9 a.1. ET iterùm intrauit Capharnaũ poſt dies,* & 1
Luc.5 d.18 auditum eſt quòd in domo eſſet, & conue- 2
nerunt multi, ita vt non caperet neque ad ia- A
nuam, & loquebatur eis verbum.* Et venerunt 3
ad eum ferentes paralyticum, qui à quattuor
portabatur. * Et cùm non poſſent offerre eum 4
illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: &
patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo
paralyticus iacebat.* Cùm autem vidiſſet Ieſus 5
fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur
tibi peccata tua.* Erant autem illic quidam de 6
Scribis ſedentes, & cogitantes in cordibus ſuis:
"Iob 14. a.4. *Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. "Quis po- 7
Iſaia 43. d.25. teſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Quo 8
ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogita-
rent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in
cordibus veſtris?* Quid eſt facilius, dicere pa- 9
ralytico: Dimittuntur tibi peccata; an dicere:
Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?* Vt 10
autem ſciatis quia filius hominis habet poteſta- B
tem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico)
*tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade 11
in domum tuam.* Et ſtatim ſurrexit ille: &, ſub- 12
lato grabato, abiit coram omnibus, ita vt mi-
rarentur omnes, & honorificarent Deum, di-
centes: Quia numquam ſic vidimus.* Et egreſ- 13
ſus eſt rurſus ad mare: omniſque turba veniebat
"Matth.9. a.9. ad eum, & docebat.* " Et cùm præteriret, vidit 14
Luc.5.f.27 Leui Alphæi ſedentem ad telonium, & ait illi:
Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.* Et fa- 15
ctum eſt, cùm accumberet in domo illius, mul-
ti publicani & peccatores ſimul diſcumbebant
cum Ieſu, & diſcipulis eius: erant enim multi,
qui & ſequebantur eum.* Et Scribæ & Phariſæi 16
videntes quia manducaret cum publicanis &
peccatoribus, dicebãt diſcipulis eius: Quare cũ C
publicanis & peccatoribus manducat & bibit
"1. Tim.1. c.15 Magiſter veſter?* " Hoc audito Ieſus ait illis: 17
Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui malè
habent: non enim veni vocare iuſtos, ſed pec-
catores.* Et erant diſcipuli Ioannis & Phariſæi 18
ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare di-
ſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant, tui au-
tem diſcipuli non ieiunant?* Et ait illis Ieſus: 19
Numquid poſſunt filij nuptiarum, quamdiu
ſponſus cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempo-
re habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiu-
"Matth.9. b.15 nare.* " Venient autem dies cùm auferetur ab 20
eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in illis diebus.
Luc.5.f.35 *Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſti- 21
mento veteri: alioquin aufert ſupplementum
22 nouum à veteri, & maior ſciſſura fit.* Et nemo
D mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin
dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, &
vtres peribunt: ſed vinum nouum in vtres no-
23 uos mitti debet. * " Et factum eſt iterùm cùm "Mat.12. a.1
Dominus ſabbatis ambularet per ſata, & diſci- Luc. 6. a.1
puli eius cœperunt progredi, & vellere ſpicas.
24 *Phariſæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt
25 ſabbatis quod non licet?* Et ait illis: " Num- "1. Reg.21. b.6
quam legiſtis quid fecerit Dauid, quando ne-
ceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo
26 erant?* quomodo introiuit in domum Dei ſub
Abiathar principe ſacerdotum, & panes propo-
ſitionis manducauit, quos non licebat mandu-
care, "niſi ſacerdotibus, & dedit eis qui cum eo "Leuit.24. b.9
27 erant?* Et dicebat eis: Sabbatum propter ho-
minem factum eſt, & non homo propter ſab-
28 batum,* Itaque Dominus eſt filius hominis,
etiam ſabbati.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 Non caperet. Lego *caperent*, vt cum Goth. multi codices. Neqve ad ianvam. Græc. *neque quæ ad ianuam*. ſ. loca (nempe veſtibulum) caperent, tam multi.

7 Blasphemat. Sic putabant, quòd peccata dimitteret.

8 Spiritv svo. ſ. ſancto. aut *ſuo*. id eſt, non alieno, cognouit quod cogitabant, cùm ei nemo renuntiaſſet id.

9 Qvid est facilivs. Loquitur ſecundùm illorum opinionem. Alioqui facilius eſt ſanare ægrotum, quàm peccata dimittere.

10 Qvia filivs hominis. De voce *filius hominis*, dictum eſt Matth. 8 verſ. 20.

13 Rvrsvs ad mare. id eſt, lacum Genezareth egreſſus eſt.

14 Levi Alphæi. i. Matthæum filium Alphæi vidit. Ad telonivm. i. menſam, vbi ſoluebant tributa, ſedentem.

17 Ivstos, sed peccatores. *Iuſtos* vocat, qui ſe iuſtos putabant; *peccatores*, qui ſe agnoſcentes remedium quærebant.

19 Filii nvptiarvm. Qui nuptijs interſunt num poſſunt ieivnare? *lugere* ait Matth. cap. 9. verſ. 15. ſed perinde eſt.

21 Assvmentvm. i. centonem. ſignificat autem hic duabus centonis & vini noui ſimilitudinibus, mores nouos Euangelij non benè conuenire cum veteribus Legis inſtitutis.

23 Coeperunt progredi. i. inter ambulandum vellebant ſpicas diſcipuli.

26 Svb Abiathar. Abimelech dedit panes Dauidi, 1. Reg. 21. verſ. 6. Abiathar fuit eius filius, qui indicatur hîc id feciſſe, quoniam cum patre ſacerdos ſimul ſummus erat. Aut vtroque nomine tam pater quàm filius vocabantur, vt 1. Par. 18. v. 16. Sadoch filius Achitob, & Abimelech filius Abiathar, vbi pater Abiathar filius Abimelech vocantur. Nisi sacerdotibvs. Goth. *niſi ſolis ſacerdotibus*. ſed additum id eſt ex Matth. 12. v. 4. Græc. & Syr. hîc non habent.

28 Dominvs est filivs hominis. i. ego.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Dies ſ. aliquot.
2 Domo. ſcilicet in quam ſe clàm receperat. Ad ianvam. i. loca circa ianuam. Syr. *veſtibulum ianuæ*.

7 Blasphemat. Græc. *blaſphemias*. Syr. *blaſphemiam*.

8 Spiritv. i. animo, ſeu Diuinitate.

Mirarentvr. Græc. *ſtuperent attoniti.* Honori- 12
ficarent. Græc. *glorificarent.*

Levi. qui & *Matthæus.* Alphæi. ſ. filium. Telo- 14
nivm. i. menſam, ſeu locum in quo vectigal collige-
batur.

Seqvebantvr. Græc. & Syr. *ſecuti fuerant.* 15

Filii nvptiarvm. i. *qui nuptiis interſunt*, Hebr. 19

Assvmentvm. i. particulam. Græc. ἐπίβλημα. i. *im-* 21
miſſuram. Svpplementvm. nominatiuus eſt. A
veteri. ſ. veſtimento. ſ. partem. q. d. rumpit vetus.
Maior. Græc. *peior.*

Novvm. ſ. muſtum. 22

Itervm. Id dicitur propter alteram Phariſæorum 23
calumniam. Progredi, et vellere. pro, progre-
diendo vellere.

Svb Abiathar. i. tempore Abiathar, qui paulò 26
pòſt patri ſucceſſit. vel fortè pater etiam Abiathar vo-
cabatur, ſicut & filius Abiathar etiam, ſecundùm quoſ-
dam, Achimelech vocabatur. i. patris nomine. Vide
1. Reg. 8. 1. Par. 18. vbi vtrumque indicatur. Propo-
sitionis. id eſt, qui proponebantur in menſa ante Do-
minum.

Factvm. i. inſtitutum. 27

Itaqve. pro, denique. q. d. id factum à meis diſcipu- 28
lis, qui tamquam Dominus ſabbati, id poſſum abroga-
re. vel q. d. ſi propter hominem factum eſt ſabbatum,
adeoque licet huic ob neceſſitaté violare; quantò magis
id poſſum ego permittere qui ſum Dominus ſabbati?

CAPVT III.

Poſtquam manum aridam curauerat, Phariſæorum cedens machinationi ſecedit, turbis vndique ad ipſum confluentibus, quarum infirmos curat: duodecim à ſe electos (qui hic recenſentur) mittit ad prædicandum, data ipſis poteſtate ſuper infirmitates ac dæmonia: Scribas blaſphemantes ipſum in Beelzebub eijcere dæmonia conuincit falſitatis, dicens blaſphemiam in Spiritum ſanctum irremiſſibilem, & quæ ſint mater & fratres eius.

Matth. 12. a. 9. Luc. 6. b. 16.

ET introiuit iterùm in ſynagogam: & erat ibi 1
homo habens manum aridam. *Et obſer- 2
uabant eum, ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent A
illum. *Et ait homini habenti manum aridam: 3
Surge in medium. *Et dicit eis: Licet ſabbatis 4
benefacere, an malè? animam ſaluam facere,
an perdere? At illi tacebant. *Et circumſpiciens 5
eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis
eorum, dicit homini: Extende manum tuam.
Et extendit, & reſtituta eſt manus illi. *ᵇExeun- 6
tes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis
conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo
eum perderent. *Ieſus autem cum diſcipulis ſuis 7
ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilæa &
Iudæa ſecuta eſt eum, *& ab Ieroſolymis, & ab 8
Idumæa, trans Iordanem: & qui circa Ty-
rum & Sidonem, multitudo magna, audien-
tes quæ faciebat, venerunt ad eum. *Et dixit di- 9
ſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret propter B
turbam, ne comprimerent eum. *multos enim 10
ſanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tange-
rent quotquot habebant plagas. *Et ſpiritus im- 11
mundi, cùm illum videbant, procidebant ei: &
clamabant dicentes: *Tu es Filius Dei. Et vehe- 12
menter comminabatur eis ne manifeſtarent il-
lum. *ᵇEt aſcendens in montem vocauit ad ſe 13
quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. *Et fecit 14
vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret eos
prædicare. *Et dedit illis poteſtatem curandi in- 15
firmitates, & eiiciendi dæmonia. *Et impoſuit 16
Simoni nomen Petrus: *& Iacobum Zebedæi, 17
& Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis no-

ᵇMat. 12. b. 14.

ᵇMat. 10. a. 1. Luca 6. b. 13.

18 mina Boanerges, quod eſt, Filij tonitrui: *&
C Andream, & Philippum, & Bartholomæum,
& Matthæum, & Thomam, & Iacobum Al-
phæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum,
19 *& Iudam Iſcariotem, qui & tradidit illum. *Et
20 veniunt ad domum: & conuenit iterum turba,
21 ita vt non poſſent neque panem manducare. *Et
cùm audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dice-
22 bant enim: Quoniam in furorem verſus eſt. *Et
Scribæ, qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dice-
bant: ᵇQuoniam Beelzebub habet, & quia *ᵇMat. 9. d. 34.*
23 principe dæmoniorum eiicit dæmonia. *Et con-
uocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomo-
24 do poteſt ſatanas ſatanam eijcere? *Et ſi regnum
in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare.
25 *Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non
26 poteſt domus illa ſtare. *Et ſi ſatanas conſurre-
xerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non po-
27 terit ſtare, ſed finem habet. *Nemo poteſt va-
ſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi priùs
fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.
28 *ᵇAmen dico vobis, quoniam omnia dimitten- *ᵇMat. 12. c. 31.*
D tur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ qui- *Luc. 12.*
29 bus blaſphemauerint: *qui autem blaſphema- *b. 10.*
uerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſ- *Ioan. 5.*
ſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti. *d. 56.*
30 *Quoniam dicebant: Spiritum immundum
31 habet. *ᵇEt veniunt mater eius & fratres: & fo- *ᵇMat. 12,*
32 ris ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum. *& *d. 46.*
ſedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce ma- *Luc. 8. c. 19*
33 ter tua & fratres tui foris quærunt te. *Et reſpon-
dens eis, ait: Quæ eſt mater mea, & fratres mei?
34 *Et circumſpiciens eos, qui in circuitu eius ſede-
35 bant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. *Qui
enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus,
& ſoror mea, & mater eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

4 Licet sabbatis. Marcus & Lucas Chriſtum in-
terrogaſſe aiunt, Matth. cap. 12. verſ. 10. Iudæos.
ſed vtrumque verum eſt, Iudæos & Chriſtum inter-
rogaſſe. Benefacere. i. prodeſſe, an lædere. Ani-
mam salvam facere. i. vitam aut hominem? An
perdere? Græc. *occidere.*

5 Dicit homini: Extende. Hieron. ait Matth. 12.
verſ. 12. in Euangelio Hebr. quo Nazaræi vtebantur,
legi, hunc fuiſſe cæmentarium. Et restitvta est
manvs illi. i. *illius*, more Hebr. datiuus pro genitiuo.
Et quidem *illius*, Græc. & Syr. legitur, tum Goth.

8 Et trans Iordanem. i. à regione quæ eſt trans
Iordanem, multa turba erat.

12 Ne manifestarent illvm. Goth. additur, *quo-
niam ſciebant illum.* ſ. ſpiritus immundi.

16 Nomen Petrvs. Iam illi hoc erat nomen impoſi-
tum, Ioan. 1. verſ. 42. ſed nunc repetitur, & Matth. 16.
verſ. 18.

17 Boanerges. Græci Latinique libri concorditer
Boanerges habent. Ianſenio *Bonareges* litteris tranpoſi-
tis, veriùs legendum videtur; hoc enim ad Hebræam
vocem בְּנֵי־רֶגֶשׁ *Benereges*, & eam quæ inde formatur
Chaldæis, eamque quæ Syris propiùs accedit. D. Hie-
ron. primum Daniel. caput enarrans, *non* inquit, *vt ple-
rique putant, Boanerges, ſed emendatiùs legitur, Bene-
reem. Bene-reem* legere quàm *Bene-reges* maluit, eò
quòd illud *filios tonitrui*, hoc *filios tumultus* propriè
denotet. רעם *Raham* eſt *tonare.* Nos noſtram lectio-
nem retineamus.

19 Ivdam Iscariotem. Goth. *Iſcarioth.* ſic vocatur,
aut à vico ſic dicto, aut à tribu Iſſachar. Alioqui
Ioan. 6. v. 71. vocatur *filius Simonis.*

ET CVM AVDISSENT SVI. ſ. cognati. TENERE 21
eum, vincire ſ. volebant. IN FVROREM VERSVS EST. i. inſanit. ἐξέστη, extra ſe eſt. Viros ſanctos populus inſanire putat.

IN PRINCIPE DÆMONIORVM. De hac re diximus Matth. 9 verſ. 39. & c. 12. verſ. 24. 22

REGNVM IN SE. Græc. ſuper ſeipſum. ſed ſuper pro contra, vt proximo verſ. 24

DOMVS SVPER. i. contra ſemetipſam diuiſa. 25

VASA FORTIS. i. arma ſeu ſupellectilem nemo diripere poteſt. 27

NON HABEBIT REMISSIONEM IN ÆTERNVM. id eſt ferè numquam, quia tales ſunt qui blaſphemant, obſtinati. REVS ERIT ÆTERNI DELICTI. Goth. iudicij, ſic Syr. ſic Græc. in vno Veleſio ad marginem inuenio pro κρίσεως, ἁμαρτίας. i. pro iudicij, delicti, cui quantum ſit fidendum, non ſtatuo. 29

ET VENIVNT MATER EIVS ET FRATRES. i. cognati. Ex his verbis quidam putant, Ioſephum ex priori coniugio filios habuiſſe, qui fratres Chriſti vocantur. Gregorius Nyſſenus Orat. de Chriſti natiuit. Epiphanius Hær. 28 & 78. Nicephorus libr. 2. cap. 3 Contrà Hieronymus contra Heluid. & Latin. quos ſequimur. Cognati fratres Hebraica conſuetudine vocantur. 31

EMANVELIS SA NOTATIONES.

BENEFACERE, AN MALE. i. prodeſſe an lædere? ANIMAM. i. vitam. PERDERE. Græc. occidere. 4

CONTRISTATVS. i. condolens. ſ. vitijs illorum, hominibus condolebat. CÆCITATE. Græca vox etiam obdurationem, ſeu obſtinationem ſignificat. HOMINI. qui, vt eſt in Euangelio Hebræo, erat cæmentarius: Hieronymus. 5

HERODIANIS. Syr. Herodis domeſticis. Vide quæ diximus Matth. 22. 6

EIS. ſ. dæmoniis, vel hominibus à ſe liberatis. 12

CVM ILLO. i. ipſi familiares. 14

DEDIT, &c. Id poſteà factum. Vide Matth. 10. Mar. 6 Luc. 9. 15

IMPOSVIT. pro, impoſuerat olim. Nam id factum priùs, vt dicitur Ioan. 1. 16

ET IACOBVM, &c. ſ. vocauit ad ſe. BOANERGES. pro, Bonareghes. Chald eſt. Bene, filij; reghes, tonitruum. Syr. בְּנַירְגֶשׁ benair:ghesſes. FILII TONITRVI. i. tonantes. ſ. diuina dogmata. 17

ALPHÆI. i. filium. THADDÆVM. qui dicebatur etiam Lebbæus, & Iudas Iacobi. ſ. frater. CANANÆVM, à Cana Galilæ. dictus & Zelotes, id enim ſignificat Cananæus erat autem frater Thaddæi, adeoque Iacobi etiam Minoris. 18

CONVENIT. præſens eſt tempus. PANEM. i. cibum, Hebr. 20

SVI. ſ. cognati. TENERE. i quaſi mentis impotem ligare: Hieron. epiſt. 27. IN FVROREM, &c. i. mente eſt alienatus. Syr. extra mentem ſuam eſt. Apparet Chriſtum tanto cum feruore prædicaſſe, vt videretur eſſe extra ſe. 21

PARABOLIS. i ſimilitudinibus. 23

IN SE. i. contra ſe. 24

SVPER. i. contra. 25

VASA. i. inſtrumenta. ſ. bellica. 27

OMNIA, &c. q. d. omne peccati genus dimitti ſolet. 28

IN SPIRITVM SANCTVM. ſ. tribuendo eius opera ſpiritui immundo. NON HABEBIT. Græc. non habet. q. d. non ſolet habere. eſt enim grauiſſimum peccatum. DELICTI. Græc. iudicij. i. damnationis, ſeu ſupplicij. 29

CAPVT IV.

Parabolam proponit ſeminatoris, quam diſcipulis declarat: lucernam dicit ſuper candelabrum ponendam; addens parabolas de ſemine in terram iacto, quod excreſcit dormiente eo qui ſeminauit, & de grano ſinapis: diſcipulis autem ſeorſim omnia interpretatur: in naui a ſomno excitatus, tempeſtatem maris ſedat.

Matth. 13. a: Luc. 8. a. 4

1 ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eũ turba multa, ita vt nauim A
aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa
2 mare ſuper terram erat: * & docebat eos in para-
3 bolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua: * Au-
4 dite: ecce exijt ſeminans ad ſeminandum. * Et
dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & vene-
5 runt volucres cæli, & comederunt illud. * Aliud
verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terrã
multam: & ſtatim exortũ eſt, quoniã non habe-
6 bat altitudinem terræ: * & quando exortus eſt
ſol, exæſtuauit: & eò quòd non habebat radi-
7 cem, exaruit. * Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcen-
derunt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum
8 non dedit. * Et aliud cecidit in terram bonam:
& dabat fructum aſcendentem, & creſcentem;
& afferebat vnum triginta, vnum ſexaginta,
9 & vnum centum. * Et dicebat: Qui habet au-
10 res audiendi, audiat. * Et cùm eſſet ſingularis, in-
terrogauerunt eum hi qui cum eo erant duode-
11 cim, parabolam. * Et dicebat eis: Vobis datum
B eſt noſſe myſterium regni Dei: illis autem qui
12 foris ſunt, in parabolis omnia fiunt: * vt vi- Iſa. 6. c. 9 Matth. 13.
dentes videant, & non videant: & audientes b. 14
audiant, & non intelligant: nequando conuer- Ioan. 12.
13 tantur, & dimittantur eis peccata. * Et ait illis: f. 40 Act. 28.
Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes f. 26
14 parabolas cognoſcetis? * Qui ſeminat, verbum Rom. 11. b. 8
15 ſeminat. * Hi autem ſunt, qui circa viam, vbi
ſeminatur verbum, & cùm audierint, confe-
ſtim venit ſatanas, & aufert verbum, quod ſe-
16 minatum eſt in cordibus eorum. * Et hi ſunt ſi-
militer, qui ſuper petroſa ſeminantur: qui cùm
audierint verbum, ſtatim cum gaudio accipiunt
17 illud: * & non habent radicem in ſe, ſed tem-
porales ſunt: deinde orta tribulatione & perſe-
cutione propter verbum, confeſtim ſcandali-
18 zantur. * Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur: 1. Tim. 6.
19 hi ſunt qui verbum audiunt, * & ærumnæ ſæ- c. 17
culi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua
concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum,
20 & ſine fructu efficitur. * Et hi ſunt, qui ſuper ter-
C ram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt verbum,
& ſuſcipiunt & fructificant, vnum triginta, vnũ
21 ſexaginta, & vnum centum. * Et dicebat illis: Matth. 5.
Numquid venit lucerna vt ſub modio ponatur, b. 15 Luc. 8. c. 16
aut ſub lecto? nónne vt ſuper candelabrum po- & 11. e. 33
22 natur? * Non eſt enim aliquid abſconditum, Mat. 10. e. 26
quod non manifeſtetur: nec factum eſt occul- Luc 8. c. 17
23 tum, ſed vt in palàm veniat. * Si quis habet au-
24 res audiendi, audiat. * Et dicebat illis: Videte
quid audiatis. In qua mẽſura menſi fueritis, re- Matth. 7.
25 metietur vobis, & adijcietur vobis. * Qui enim a. 2 Luc. 6. f. 38
habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam Mat. 13.
26 quod habet, auferetur ab eo. * Et dicebat: Sic b. 12. & 25. c. 29
eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat Luc. 8. c. 18.
27 ſementem in terram, * & dormiat, & exur- & 19. d. 26
gat nocte & die, & ſemen germinet, & incre-
28 ſcat dum neſcit ille. * Vltrò enim terra fru-
ctificat, primùm herbam, deinde ſpicam,
29 deinde plenum frumentum in ſpica. * Et cùm
produxerit fructus, ſtatim mittit falcem, quo-
30 niam adeſt meſſis. * Et dicebat: Cui aſſimula-
bimus regnum Dei? aut cui parabolæ compa-
31 rabimus illud? * Sicut granum ſinapis, quod Mat. 13.
D cùm ſeminatum fuerit in terra, minus eſt omni- e. 34
32 bus ſeminibus, quæ ſunt in terra: * & cùm ſe-
minatum fuerit, aſcendit, & fit maius omnibus

oleri-

oleribus, & facit ramos magnos, ita vt poſſint
ſub vmbra eius aues cæli habitare. * Et talibus 33
multis parabolis loquebatur eis verbum, prout
poterant audire: * ſine parabola autem non lo- 34
quebatur eis. ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſ-
ſerebat omnia. * Et ait illis in illa die, cùm ſerò 35
eſſet factum: Tranſeamus contrà. * " Et dimit- 36
tentes turbam, aſſumunt eum ita vt erat in na-
ui: & aliæ naues erant cum illo. * Et facta eſt 37
procella magna venti, & fluctus mittebat in na-
uim, ita vt impleretur nauis. * Et erat ipſe in pup- 38
pi ſuper ceruical dormiens: & excitant eum, &
dicunt illi: Magiſter, non ad te pertinet, quia
perimus? * Et exurgens comminatus eſt vento, 39
& dixit mari: Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ven-
tus: & facta eſt tranquillitas magna. * Et ait illis: 40
Quid timidi eſtis? necdum habetis fidem? Et
timuerunt timore magno, & dicebant ad alter-
utrum: Quis, putas, eſt iſte, quia & ventus &
mare obediunt ei?

" *Matth.8.c.23 Luc.8.c.22*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

COEPIT DOCERE AD MARE. i. ad lacum Geneſareth. NAVIM ASCENDENS. Goth. *in nauim*. ſic Græcè. 1

ALTITVDINEM TERRÆ. i. profunditatem non habebat terra, vbi ſemen cecidit. 5

CVM ESSET SINGVLARIS. i. ſolus cùm eſſet, rogant diſcipuli, quid parabola ſignificet. 10

QVI FORIS SVNT. i. externis, infidelibus. OMNIA FIVNT. i. proponuntur in parabolis. i. obſcurè. 11

NE QVANDO CONVERTANTVR. Hoc fit ob eorum peccata & obſtinationem. 12

QVI SEMINAT, VERBVM SEMINAT, in accuſatiuo. q.d. verbum Dei eſt quod ſeminatur. 14

HI AVTEM SVNT, QVI CIRCA VIAM. Conſtructio implicita. aliquid eſt ſupplendum. Pro *& cùm audierint*, dicendum, Ij ſunt qui cùm audierint. Syr. ſic: *Qui ſunt iuxta viam, ij ſunt, in quibus ſeminatur verbum: & cùm audierunt*. Suſpicor aliquid deeſſe in Græcis & Latinis codicibus. 15

ÆRVMNÆ, curæ, μερίμναι *ſolicitudines*. DECEPTIO, ſeu *fallacia* DIVITIARVM ſuffocat verbum. fallaces ſunt diuitiæ, quia non ſatiant. ET CIRCA RELIQVA. Conſtructio inuerſa. ſic ordina: *Et concupiſcentia circa reliqua*, ſcilicet, quæ non habemus. Itaque nocent quæ habemus ob ſolicitudinem, & quæ non habemus ob cupiditatem. 19

NEC FACTVM EST OCCVLTVM. ſ. vt occultum maneat. SED VT IN PALAM VENIAT. Sic etiam Græc. Ideò ait *lucernam ſuper candelabrum*. ſimul, vt ſic faciamus opera, quaſi omnes ea videre debeant. 22

ET DICEBAT ILLIS. pro, rurſus dicebat. 24

QVOD HABET. i. habere ſe credit, auferetur ab eo. 25

SIC EST REGNVM DEI. Hæ duæ ſimilitudines indicant, regnum Dei & Eccleſiam à paruis initijs magna capere incrementa. 26

ET DORMIAT. i. ſecurè agat. 27

VLTRO ENIM TERRA FRVCTIFICAT. Quomodo ſunt gradus in via Dei & in virtutibus, vt in ſemente & ſegete. Gregorius 22. Moral. cap. 14. multis & eleganter docet. 28

MINVS EST. i. inter minima ſemina computatur ſinapis. 31

TRANSEAMVS CONTRA. i. in oppoſitam & vlteriorem ripam. 35

ASSVMVNT EVM. i. ſuſceperunt traijciendum, vt erat in naui cum ceruicali ſuppoſito. ET ALIÆ NAVES ſimul nauigantes comitabantur. 36

QVID TIMIDI ESTIS? Græc. *quid ſic* (.i. adeò) *timidi eſtis?* Id dixit, priuſquam ſedaſſet tempeſtatem, vt conſtat Matth. 8. verſ. 26. 40

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 AD MARE. prope mare.

2 IN DOCTRINA SVA. i. ſuo modo ſolito docens.

5 ALTITVDINEM. i. profunditatem.

6 EXÆSTVAVIT. i. æſtu ſolis aduſtum eſt, ſeu nimiùm calefactum.

8 VNVM. ſ. ſemen.

10 SINGVLARIS. i. ſolus. ſ. extra turbam. DVODECIM. Græc & Syr. *cum duodecim*.

11 MYSTERIVM. i. arcanum. FORIS. i. extranei. FIVNT. i. proponuntur.

12 NON VIDEANT. i. percipiant. Id quod iudicio Dei fit, ob illorum peccata.

13 NESCITIS. i. non intelligitis.

15 VBI. i. in quibus. ET CVM. pro, qui cùm.

19 ÆRVMNÆ. Græc. μερίμναι. i. *curæ*, ſeu *ſolicitudines*. DECEPTIO DIVITIARVM. i. decipientes, ſeu fallaces diuitiæ.

21 VENIT. i. accenditur, ſeu accenſa profertur.

22 NON EST ENIM, &c. q.d. Hæc dixi, quia volo, ea quæ vos docui, ne occulta retineatis, ſed prædicetis palàm. fortè autem, quod hic ait, prouerbium erat illo tempore, quo Chriſtus more ſuo vtitur ad explicandum quod vult.

24 VIDETE QVID AVDIATIS. i. attendite ad id quod dico. ADIICIETVR. ſ. à Deo.

25 HABET. ſ. vt debet vtens.

27 NOCTE. iunge cum *dormiat*. DIE. iunge cum *exſurgat*. q.d. dum prætereunt noctes & dies, vel dum ille aliud agit. ſ. etiam diſcedente prædicatore fructificat verbum.

28 VLTRO. i. per ſe. PLENVM. i. perfectum, ſeu maturū.

29 PRODVXERIT. i. prodierit, ſeu prouenerit. ſ. perfectus. Syr. *pinguis fuerit*. MITTIT FALCEM. i. metit ſ. dominus agri.

30 ET. pro, præterea. CVI PARABOLÆ, &c. i. qua ſimilitudine declarabimus.

32 SVB VMBRA. ſ. in ramis. HABITARE. i. nidificare.

34 NON. pro, ferè non. DISSEREBAT. i. explicabat.

35 ILLA DIE. pro, illo tempore. ſ. quo prædicabat in Galilæa. vel q.d. quadam die. CONTRA. Græc. εἰς τὸ πέραν. i. *in vlteriorem*, ſeu *aduerſam ripam*.

36 VT ERAT. ſ. ſuper ceruicali. CVM ILLO. ſ. profectæ ſimul.

37 MITTEBAT. ſ. procella.

38 AD TE PERTINET. i. tibi curæ eſt.

39 EXVRGENS COMMINATVS EST. Græc. διεγερθεὶς ἐπετίμησε. i. *excitatus increpauit*. TACE. i. quieſce, ſeu ceſſa.

40 AIT. pro, dixerat. ſ. priùs. Vide Matth. 8. ESTIS. Græc. *eſtis ſic*. i. tantopere. NECDVM. Græc. *quomodo non*. FIDEM. ſ. perfectam. TIMVERVNT. ſ. reuerentiali timore, vel ſtupentes. AD ALTERVTRVM. i. inter ſe. QVIS, PVTAS. pro, quiſnam. Græc. τίς ἄρα.

CAPVT V.

In regione Geraſenorum dæmoniacum curat ferociſſimum à legione dæmonum; quibus permittit vt in porcos ingrediantur, nec ſinit vt ipſum ſequatur is qui liberatus erat: curata muliere à profluuio ſanguinis, venit ad domum Iairi, eiuſque filiam reſuſcitat.

1 ET venerunt trans fretum maris in regionem
2 Geraſenorum. * Et exeunti ei de naui, ſtatim
A occurrit de monumentis homo in ſpiritu im-
3 mundo, * qui domicilium habebat in monu-
mentis, & neque catenis iam quiſquam poterat
4 eum ligare: * quoniam ſæpè compedibus & ca-
tenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes
comminuiſſet, & nemo poterat eum domare.
5 * & ſemper die ac nocte in monumentis & in
montibus erat, clamans, & concidens ſe lapi-
6 dibus. * Videns autem Ieſum à longè, cucurrit, &
7 adorauit eum: * & clamans voce magna dixit:
Quid mihi, & tibi, Ieſu fili Dei altiſſimi? adiu-

Matth.8.d.28 Luc.8.d.26

rote per Deum, ne me torqueas. * Dicebat 8
enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine.
* Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? 9
Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi
ſumus. * Et deprecabatur eum multùm, ne ſe 10
expelleret extra regionem. * Erat autem ibi cir- 11
ca montem grex porcorum magnus, paſcens.
* Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mit- 12
te nos in porcos vt in eos introëamus. * Et con- 13
ceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus im- B
mundi introierunt in porcos, & magno impetu
grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, &
ſuffocati ſunt in mari. * Qui autem paſcebant 14
eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, &
in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factũ:
* & veniunt ad Ieſum: & vident illum, qui à 15
dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſa-
næ mentis, & timuerunt. * Et narrauerunt illis, 16
qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dęmo-
nium habuerat, & de porcis. * Et rogare cœpe- 17
runt eum vt diſcederet de finibus eorũ. * Cum- 18
que aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari,
qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum il-
lo: * & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in do- 19
mum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta ti-
bi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. * Et abijt, 20
& cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi fe-
ciſſet Ieſus: & omnes mirabantur. * Et cùm 21
tranſcendiſſet Ieſus in naui rurſum trans fre-
tum, conuenit turba multa ad eum, & erat cir-
Matth.9. c.18 ca mare. * [u] Et venit quidam de archiſynagogis 22
Luc 8. f.42. nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes C
eius, * & deprecabatur eum multùm, dicens: 23
Quoniam filia mea in extremis eſt, Veni, im-
pone manum ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat.
* Et abijt cum illo, & ſequebatur eum turba 24
multa, & comprimebant eum. * Et mulier, quæ 25
erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, * & 26
fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis: &
erogauerat omnia ſua, nec quidquam profe-
cerat, ſed magis deteriùs habebat: * cùm audiſ- 27
ſet de Ieſu, venit in turba retrò, & tetigit veſti-
mentum eius: * dicebat enim: Quia ſi vel veſti- 28
mentum eius tetigero, ſalua ero. * Et confeſtim 29
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore
quia ſanata eſſet à plaga. * Et ſtatim Ieſus in ſe- 30
metipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de D
illo, conuerſus ad turbam, aiebat: Quis tetigit
veſtimenta mea? * Et dicebant ei diſcipuli ſui: 31
Vides turbam comprimentem te, & dicis:
Quis me tetigit? * Et circumſpiciebat videre 32
eam, quæ hoc fecerat. * Mulier verò timens & 33
tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit
& procidit ante eum, & dixit ei omnem verita-
[u] Luc.7. g.50 tem. * Ille autem dixit ei: [u] Filia, fides tua te 34
ſaluam fecit: vade in pace, & eſto ſana à plaga
tua. * Adhuc eo loquente, veniunt ab archiſyn- 35
agogo, dicentes: Quia filia tua mortua eſt:
quid vltrà vexas Magiſtrum? * Ieſus autem au- 36
dito verbo, quod dicebatur, ait archiſynago-
go: Noli timere: tantummodò crede. * Et non 37
admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Ia-
cobum, & Ioannem fratrem Iacobi. * Et ve- 38
niunt in domum archiſynagogi, & videt tu-
multum, & flentes, & eiulantes multùm. * Et 39
ingreſſus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis?
40 puella non eſt mortua, ſed dormit. * Et irride-
bant eum. Ipſe verò, eiectis omnibus, aſſumit
patrem & matrem puellæ, & qui ſecum erant,
41 & ingreditur vbi puella erat iacens. * Et tenens
manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod eſt
42 interpretatum: Puella (tibi dico) ſurge. * & con-
feſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autem
annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtupore
43 magno. * Et præcepit illis vehementer vt nemo
id ſciret: & dixit dari illi manducare.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 OCCVRRIT. Gotth. additur *ei*, vt eſt Græc. & Syr. ſed redundat, ideò eſt ſublatum. DE MONVMENTIS HOMO. id eſt, de aliquo ex ijs ſepulchris. Diabolus eum locum elegit, vt magis terreret.

7 ADIVRO TE. *Adiuro* ſignificat aliquando *peto vt mihi iures*; aliquando, *execror te, niſi facias quod peto*; aliquando, *obteſtor te*, quomodo hic accipitur. ſunt verba diaboli.

9 LEGIO. Græc. λεγεὼν, vox à Latinis accepta. De *legione* diximus Matth. 26. verſ. 53.

13 ET CONCESSIT EIS STATIM IESVS. Hoc totum in Gotth. deeſt. verùm, vnde colligimus dæmonem neque in beſtias ex ſe habere poteſtatem; ſed vult ingredi in porcos, vt noceat.

14 ET IN AGROS, ſeu *in pagos*, vt Syr. Nuntiarunt paſtores perijſſe porcos.

19 ET NON ADMISIT, non permiſit, ſeu paſſus eſt, ἀφῆκεν, dæmoniacum ſe ſequi. Infames non facilè in contubernium ſunt accipiendi.

28 SI VEL VESTIMENTVM EIVS TETIGERO. Honor veſtis referebatur ad Chriſtum. ſic cùm Reliquias veneramur.

34 FIDES TVA. Tribuit nobis quod ipſe facit, vt nos ad virtutem inflammet. & fidei tamen, quia eſt ſalutis initium, & eo tempore quo fundabatur Eccleſia, fides maximè commendanda erat. ESTO SANA A PLAGA. Græc. *à flagello*. ſed perinde eſt.

35 VENIVNT AB ARCHISYNAGOGO. Sic Græc. id eſt, à domo illius. Gotth. additur *nuntij*, ſed non eſt opus. Quidam, in his Regia, habent, *ad archiſynagogum*, ſed falsò.

39 PVELLA NON EST MORTVA, SED DORMIT. Chriſto dormiebat, qui eam poterat excitare.

41 TALITHA CVMI. Syriaca lingua eſt, qua eo tempore vulgò Iudæi vtebantur; ſignificatque, *puella ſurge*. Parentheſis (*tibi dico*) ad maiorem expreſſionem eſt addita.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 GERASENORVM. Græc. & Syr. *Gadarenorum*.

2 MONVMENTIS. i. loco vbi monumenta. IN SPIRITV, &c. habens ſpiritum immundum. ſ. à dæmone vexatus.

3 MONVMENTIS. Erant hæc extra ciuitatem.

7 ADIVRO. i. velut ex parte Dei peto, ſeu per Deum obteſtor. TORQVEAS. ſ. pellendo hinc, vel mittendo in infernum.

8 EXI. Non dixit, *Exi ſtatim*, alioqui iam exiiſſet.

9 QVOD TIBI NOMEN EST? i. quis es? LEGIO, &c. q. d. ſumus velut legio, vel poſſumus vocari legio. Græc. λεγεὼν, vox Latina.

10 REGIONEM. ſ. illam, quòd illic multum poſſet hominibus nocere.

13 MILLIA. ſ. porcorum.

14 AGROS. i. pagos. FACTVM. i. quid accidiſſet.

18 VT ESSET, &c. i. vt ſibi liceret Chriſtum ſequi.

19 ADMISIT. i. permiſit.

22 IAIRVS. pænultima producta: eſt enim Græcè ει.

26 MAGIS. i. potiùs.

29 FONS. i. ſcaturgio, ſeu profluuium. PLAGA. Græc. *flagello*.

Exi-

EXIERAT. ſ. per effectum, vel virtutem .i. effectum. 30
IN PACE .i. quieto animo, & læto. 34
AB ARCHISYNAGOGO. Syr. *à domo Archiſynagogi.* 35
SE. ſ. ingredientem domum. 37
DORMIT. ſ. Chriſto dormiebat. 39
TALITHA. i. *puella.* Chald. eſt. CVMI. i. *ſurge.* 41
Hebr. eſt. TIBI DICO. Additum id à Marco explicationis cauſa. q. d. ô puella.
DIXIT. i. *iuſſit,* Hebr. eſt. 43

CAPVT VI.

Chriſti doctrinam in ipſius patria admirantur; vbi tamen propter illorum incredulitatem pauca edidit miracula: Apoſtolos mittens ad prædicandum, inſtruit quid obſeruare debeant: Herodes, audita Chriſti fama, dicit Ioannem Baptiſtam reſurrexiſſe; cuius caput poſtulanti Herodiadis filiæ ſaltatrici propter iuſiurandum tradiderat: in deſerto quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia virorum ſatiat: ſuper mare ambulans, tempeſtatem ſedat: in terra Genezareth plurimos tactu fimbriæ veſtimenti ſanat.

Matth. 13. g. 54 ET egreſſus inde, abijt in patriam ſuam: & 1
ſequebantur eum diſcipuli ſui: * & facto 2
Luc. 4. c. 16 ſabbato cœpit in ſynagoga docere: & multi au- A
Ioan. 4. f. 44 dientes admirabantur in doctrina eius, dicentes:
Vnde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia,
quæ data eſt illi; & virtutes tales, quæ per manus
a Ioan. 6. e. 42 eius efficiuntur. * a Nónne hic eſt faber, filius 3
Mariæ, frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? nónne & ſorores eius hîc nobiſcum
ſunt? Et ſcandalizabantur in illo. * Et dicebat il- 4
b Mat. 13. g. 57 lis Ieſus: b Quia non eſt propheta ſine honore
niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatio-
Luc. 4. d. 24 Ioan. 4. f. 44 ne ſua. * Et non poterat ibi virtutem vllam fa- 5
cere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus
curauit: * & mirabatur propter incredulitatem 6
eorum, & circuibat caſtella in circuitu docens.
c Mat. 10. a 1 * c Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere 7
Sup. 3. b. 14 binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum im-
Luc. 9. a. 1 mundorum. * Et præcepit eis ne quid tollerent 8
in via, niſi virgam tantùm; non peram, non pa-
d Act. 18. b. 8 nem, neque in zona æs, * d ſed calceatos ſanda- 9
lijs, & ne induerentur duabus tunicis. * & dice- 10
bat eis: Quocumque introieritis in domum, il- B
lic manete donec exeatis inde: * & quicumque 11
e Mat. 10. b 14 non receperint vos, nec audierint vos, e exeun-
Luc. 9. a. 5 tes inde, excutite puluerem de pedibus veſtris
Act. 13 g. 51. & 18. a b in teſtimonium illis. * Et exeuntes prædicabant 12
vt pœnitentiam agerent: * & dæmonia multa 13
f Iac. 5. d. 14 eijciebant, f & vngebant oleo multos ægros, &
g Mat. 14. a. 12 ſanabant. * g Et audiuit rex Herodes, (manife- 14
ſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat:
Luc. 9. a. 7 Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: &
proptereà virtutes operantur in illo. * Alij au- 15
tem dicebant: Quia Elias eſt. Alij verò di-
cebant: Quia propheta eſt, quaſi vnus ex pro-
phetis. * Quo audito Herodes ait: Quem ego 16
decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit. C
h Luc. 3. d. 19 * h Ipſe enim Herodes miſit, ac tenuit Ioan- 17
nem, & vinxit eum in carcere, propter Herodia-
dem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat
i Leu. 18. c. 16 eam. * Dicebat enim Ioannes Herodi: i Non 18
licet tibi habere vxorem fratris tui. * Herodias 19
autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eum,
nec poterat. * Herodes enim metuebat Ioan- 20
nem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: &
cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat,
& libenter eum audiebat. * Et cùm dies oppor- 21
tunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam
fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.
22 * cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, &
ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimulque re-
cumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quod
23 vis, & dabo tibi: * & iurauit illi: Quia quidquid
petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.
24 * Quæ cùm exiſſet, dixit matri ſuæ: Quid pe-
D tam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptiſtæ.
25 * Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione
ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des
26 mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. * Et con-
triſtatus eſt rex: propter iuſiurandum, & pro-
pter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſta-
27 re: * ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput
28 eius in diſco. Et decollauit eum in carcere, * &
attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ,
29 & puella dedit matri ſuæ. * Quo audito, diſci-
puli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: &
30 poſuerunt illud in monumento. * Et conuenien-
tes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei om-
31 nia, quæ egerant, & docuerant. * Et ait illis:
k Venite ſeorſum in deſertum locum, & re-
quieſcite puſillum. Erant enim qui veniebant &
redibant multi: & nec ſpatium manducandi ha-
32 bebant. * Et aſcendentes in nauim, abierunt in
33 deſertum locum ſeorſum. * Et viderunt eos ab-
E euntes, & cognouerunt multi: & pedeſtres de
omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præ-
34 uenerunt eos. * l Et exiens vidit turbam mul-
tam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos, quia erant
ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit il-
35 los docere multa. * Et cùm iam hora multa fie-
ret, acceſſerunt diſcipuli eius, dicentes: Deſertus
36 eſt locus hic, & iam hora præterijt: * m dimitte
illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant
37 ſibi cibos, quos manducent. * Et reſpondens ait
illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt
ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, &
38 dabimus illis manducare. * Et dicit eis: Quot
panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognouiſ-
39 ſent, dicunt: Quinque, & duos piſces. * Et præ-
cepit illis, vt accumbere facerent omnes ſecun-
40 dùm contubernia ſuper viride fœnum. * Et
diſcubuerunt in partes, per centenos & quin-
41 quagenos. * Et acceptis quinq; panibus, & duobus
F piſcibus, intuens in cælũ, benedixit, & fregit pa-
nes, & dedit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante eos:
42 & duos piſces diuiſit omnibus. * Et manducaue-
43 runt omnes, & ſaturati ſunt. * Et ſuſtulerunt re-
liquias, fragmentorum duodecim cophinos ple-
44 nos, & de piſcibus. * Erant autem qui mandu-
45 cauerunt quinque millia virorũ. * Et ſtatim coë-
git diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præce-
derent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum
46 ipſe dimitteret populum. * Et cùm dimiſiſſet
47 eos, abijt in montem orare. * Et cùm ſerò eſſet,
erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra.
48 * n Et videns eos laborantes in remigando (erat
enim ventus contrarius eis) & circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſupra
49 mare: & volebat præterire eos. * At illi vide-
runt eum ambulantem ſupra mare, putaue-
50 runt phantaſma eſſe, & exclamauerunt. * Om-
G nes enim viderunt eum, & conturbati ſunt. Et
ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis: Confi-

dite, ego ſum, nolite timere. *Et aſcendit ad 51
illos in nauim, & ceſſauit ventus. Et plus ma-
gis intra ſe ſtupebant: *non enim intellexerunt 52
de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.
*[a]Et cùm transfretaſſent, venerunt in terram 53
Geneſareth, & applicuerunt. *Cumque egreſſi 54
eſſent de naui, continuò cognouerunt eum: *& 55
percurrentes vniuerſam regionem illam, cœpe-
runt in grabatis eos, qui ſe malè habebant, cir-
cumferre, vbi audiebant eum eſſe. *Et quocum- 56
que introibat, in vicos, vel in villas, aut ciuitates,
in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur
eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tange-
rent: & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

[a] Mat. 14. d. 34

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN PATRIAM SVAM. i. Nazareth abijt. 1

NONNE HIC EST FABER, FILIVS MARIÆ. Veriſimile eſt triginta annis, quibus fuit in Nazareth, Ioſephi artem Chriſtum exercuiſſe. Gotth. tamen codex habet: *Nonne hic eſt fabri filius & Mariæ?* quam veram lectionem crederem, ſi aliquo codice iuuaretur. & Græc. pro τέκτων ὁ υἱὸς Μαρίας, legendum eſſe τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας. Nihil tamen ſtatuo. Illud addam, Matth. 13. v. 55. vbi hoc idem refertur, legi, *fabri filius*. Fortè illi homines vtrumque dicebant: *Nonne hic eſt faber, fabri filius*. prius Marcus, poſterius Matthæus poſuit. Gotth. ex Matth. correxit Marcum, quod non debuit. 3

NON POTERAT, nolebat; non erat animus miracula facere multa. 5

VIRGAM TANTVM. ſ. ferre. per *virgam*, baculum intellige; quam Matth. 10. v. 10. ferre vetat, hic concedit. ſed eſt baculus ad defenſionem ferro præfixus, & eſt baculus ad ſuſtentandum corpus. 8

SED CALCEATOS SANDALIIS. Calcei genus eſt plantas tegens, *ſoleas* quidam vocant. Actor 12. v. 8. pro ca voce quæ Græc. eſt, noſter *caligas*. ET NE INDVERENTVR DVABVS TVNICIS. ſ. mutatorijs ne vterentur. Verùm hæc non eſſe præcepta, vnde, niſi ex traditione? 9

VNGEBANT OLEO MVLTOS ÆGROS, ET SANABANT. Cum corporis ſanitate menti aliquid contuliſſe non dubito. Hæc cęrimonia ab Eccleſia retenta cur à numero Sacramentorum reijciatur? De qua Iacobi Epiſtola, c. 5. v. 14. Auguſtinus 2. de Viſitat. infirmorum, c. 4. & Serm. 215. Innocentius I. epiſt. ad Decentium. Eugub. c. 8. Conſtit. Apoſt. lib. 8. c. 26. Concilium Wormat. c. 72. & Cabillon. c. 48. 13

REX HERODES. Hic *tetrarcha* erat, Matth. 14. v. 1. Luc. 9. v. 7. vocatur tamen *Rex*, quia tetrarchæ regiam poteſtatem habebant. NOMEN EIVS. ſ. Chriſti. ET DICEBAT. Beda hic & S. Thomas legunt *dicebant*, hoc modo etiam Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euangel. c. 43. legit, lectioque iſta & narrationi Lucæ, & ordini ipſius Marci optimè conuenit. Verùm codices Euangeliorum Græci, Latini & Syrici conformiter *dicebat* habent. 14

PROPHETA. i. vnus aliquis ex antiquis Prophetis in eo reuixit. 15

ET CVSTODIEBAT EVM. Græc. συνετήρει, *obſeruabat*, reuerebatur. ſ. Ioannem Baptiſtam. 20

DIES OPPORTVNVS. Herodiadi dies accidit. 21

SED MISSO SPICVLATORE. Σπεκουλάτωρ vox Latina ſignificat *ſatellitem prætorianum*, vnum è cuſtodibus ſui corporis, ſic dictum ab ſpiculo. i. lancea, quam geſtabant. 27

ET CONVENIENTES APOSTOLI. pro, tunc conuenientes. Defatigatos tamen & mœſtos ob Ioannis cædem ducit Chriſtus in deſertum, vt tantiſper reſpirarent. 30

CVM IAM HORA MVLTA FIERET. i. diei multum præterijſſet. 35

DICVNT. Gotth. & Syr. addunt, *ei*. *Cùm cognouiſſent, dicunt ei*. Præcepit Ieſus, vt turbæ diſcumberent. 38

39 SECVNDVM CONTVBERNIA. Græc. *conuiuia, conuiuia*. i. diuiſos in multas turmas. Geminatio Hebr. æquipollet propoſitioni vniuerſæ.

40 ET DISCVBVERVNT IN PARTES. Græc. *areolas areolas*. i. diuerſis & varijs areis, & quaſi menſis.

43 DVM IPSE DIMITTERET POPVLVM, volebant eum regem facere.

46 ET CVM DIMISISSET EOS. Hîc Græc. καὶ ἀποταξάμενος, quod verbum non ſignificat *dimittere* abſolutè, ſed beneuolè, vale dicto, datis mandatis. Itaque Chriſtus monita dedit, priuſquam turbas dimitteret. Hoc verbum eſt Lucæ 9. verſ. 61. vbi nos *iuſſit renuntiare ijs quæ domi ſunt*, tum Actor. 18. v. 18. vbi nos *fratribus vale faciens*.

51 ET PLVS MAGIS. i. valdè ſupra modum ſtupebant. NON ENIM INTELLEXERVNT. i. ob miracula patrata non ſunt ſapientiores facti diſcipuli.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INDE. ſ. ex Capharnaum. PATRIAM. ſ. Nazareth.

2 FACTO. i. adueniente. MANVS EIVS. i. *eum*, Hebr.

3 FABER. i. fabri filius. ſic enim ſolent fabri filij vocari. Græc. τέκτων. i. *artifex*. vulgò *artegiano*.

5 NON POTERAT. ſ. ob illorum incredulitatem, vt ſtatim dicitur.

7 SPIRITVVM. i. contra ſpiritus.

8 IN VIA. Græc. *in viam*. VIRGAM. i. baculum ad innitendum, nam ad defenſionem prohibitum. ZONA. Syr. *marſupio*. ſ. è zona pendente.

9 SANDALIIS. i. ſoleis, quæ ſupernè funiculis alligantur, ſeu anſulis, cuiuſmodi ſunt in vſu Franciſcanis. Act. 12. vertit *caligas*. DVABVS ſ. mutatorijs.

11 TESTIMONIVM. ſ. quòd in nulla re velitis cum illis communicare.

20 CVSTODIEBAT. i. obſeruabat, ſeu verebatur.

21 OPPORTVNVS. ſ. conuiuio, vel Herodiadis propoſito. NATALIS SVI. Græc. *Natalitijs ſuis*. TRIBVNIS. Græc. χιλιάρχοις. i. *præfectis millenorum*.

27 SPICVLATORE. i. ſatellite, ſeu carnifice.

31 PVSILLVM. i. parumper.

35 MVLTA. i. ſera. PRÆTERIIT. Gręc. *multa*.

37 PANES. i. cibos.

39 CONTVBERNIA. i. ordines ſeparatos. Græc. *conuiuia conuiuia*. FOENVM. i. herbam.

40 IN PARTES. ſ. diſtinctas Syr. *per ordines*. ſ. vt poſſet facilè conſtare eorum numerus.

43 DE PISCIBVS. ſ. ſublatæ reliquiæ.

38 VIDENS. Gręc. *vidit*.

51 PLVS MAGIS. Græc. *valdè ſupra modum*.

52 INTELLEXERVNT. i. meminerunt, aut aduerterunt. DE PANIBVS. i. Chriſti potentiam in panum multiplicatione oſtenſam.

CAPVT VII.

Phariſæos redarguit, Chriſti arguentes diſcipulos, quòd non lotis ederent manibus, cum ipſi Dei mandata ob ſuas traditiones transgrederentur, declarans quænam poſſint hominem coinquinare, nempe quæ de corde exeunt: Syrophœniſſæ filiam, ad perſeuerantem illius ſupplicationem, à dæmonio liberat; & ſurdum ac mutum ſanat.

1 ET conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam
2 de Scribis, venientes ab Ieroſolymis. *[b]Et
A cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius, com-
munibus manibus, id eſt non lotis, manducare
3 panes, vituperauerunt. *Phariſæi enim, & om-
nes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non man-
4 ducant, tenentes traditionem ſeniorum: *& à
foro niſi baptizentur, non comedunt: & alia
multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, bapti-
ſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum,
5 & lectorum: *& interrogabant eum Phariſæi &

[b] Matth. 15. a. 2

Scribæ:

Scribæ: Quare diſcipuli tui non ambulát iuxta
traditionem ſeniorum, ſed communibus ma-
nibus manducant panem?* At ille reſpondens, 6
dixit eis: Benè prophetauit Iſaias de vobis hy-
Isa 29. d.13 pocritis, ſicut ſcriptum eſt: "Populus hic labiis
me honorat, cor autem eorū longè eſt à me.* in 7
vanum autem me colunt, docentes doctrinas
& præcepta hominum.* Relinquentes enim 8
mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, B
baptiſmata vrceorum, & calicum: & alia ſimi-
lia his facitis multa.* Et dicebat illis: Benè irri- 9
tum facitis præceptum Dei, vt traditionem ve-
Exod 20. c.12 Deut. 5. b.16 Ephes 6.a.2 ſtram ſeruetis.* Moyſes enim dixit: "Honora pa- 10
trem tuum, & matrem tuam. Et: "Qui male-
dixerit patri, vel matri, morte moriatur.* Vos 11
autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri,
Exod. 21. c.16 Leuit. 20. b.9 Prou 20. c.20 Corban (quod eſt donum) quodcumque ex
me, tibi profuerit:* & vltrà non dimittitis eum 12
quidquam facere patri ſuo, aut matri,* reſcin- 13
dentes verbum Dei per traditionem veſtram,
quam tradidiſtis: & ſimilia huiuſmodi multa
Mat. 15. b.10 facitis.* "Et aduocans iterùm turbam, dicebat 14
illis: Audite me omnes, & intelligite.* Nihil eſt 15
extra hominem introiens in eum, quod poſſit
eum coinquinare, ſed quæ de homine proce-
dunt, illa ſunt quæ communicant hominem.
* Si quis habet aures audiendi, audiat.* Et cùm 16
introiſſet in domum à turba, interrogabát eum 17
diſcipuli eius parabolam.* Et ait illis: Sic & vos C
imprudentes eſtis? Non intelligitis, quia om- 18
ne extrinſecus introiens in hominem, non
poteſt eum communicare:* quia non intrat 19
in cor eius, ſed in ventrem vadit, & in ſeceſ-
ſum exit, purgans omnes eſcas?* Dicebat au- 20
tem, quoniam quæ de homine exeunt, illa
Gen.6.a.5 communicant hominem.* "Abintus enim de 21
corde hominum malę cogitationes procedunt,
adulteria, fornicationes, homicidia,* furta, aua- 22
ritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus
malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia.* Om- 23
nia hæc mala abintus procedunt, & communi-
Mat.15. c.24 cant hominem.* "Et inde ſurgens abiit in fines 24
Tyri & Sidonis: & ingreſſus domum, nemi-
nem voluit ſcire, & non potuit latere.* Mulier 25
enim ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia habebat
ſpiritum immundum, intrauit, & procidit ad
pedes eius.* Erat enim mulier Gentilis, Syro- 26
phœniſſa genere. Et rogabat eum vt dæmo-
nium eijceret de filia eius.* Qui dixit illi: Sinę 27
priùs ſaturari filios: non eſt enim bonum ſu-
mere panem filiorum, & mittere canibus.* At 28
illa reſpondit, & dixit illi: Vtique Domine, D
nam & catelli comedunt ſub menſa de micis
puerorum.* Et ait illi: Propter hunc ſermonem 29
vade: exiit dæmonium à filia tua.* Et cùm abiiſ- 30
ſet domum ſuam, inuenit puellam iacentem
ſupra lectum, & dæmonium exijſſe.* Et ite- 31
rum exiens de finibus Tyri, venit per Sido-
nem ad Mare Galilææ inter medios fines De-
Mat.9. d.32 Luc.11. b.14 capoleos.* "Et adducunt ei ſurdum & mutum, 32
& deprecabantur eum, vt imponat illi manum.
* Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit 33
digitos ſuos in auriculas eius: & expuens, teti-
git linguam eius:* & ſuſpiciens in cælum, in- 34
gemuit, & ait illi: Ephphetha, quod eſt adape-
rire.* Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolu- 35
tum eſt vinculum linguę eius, & loquebatur re-
36 ctè.* Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò
autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædi-
37 cabant:* & eò ampliùs admirabantur, dicen-
tes: Benè omnia fecit: & ſurdos fecit audire, &
mutos loqui.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 COMMVNIBVS. i. immundis manibus manducare cùm vidiſſent; metaphora ducta ab ijs, quæ communia ſunt: quod enim à multis contrectatur, fœdari neceſſe eſt.

4 BAPTISMATA. i. lotiones. CALICVM, ET VRCEORVM. *Vrces* lignei erant. Græc. ξεϛὰ, quæ torno poliuntur, aut alioqui ſculptura ornantur. ET LECTORVM, ſiue *ſpondarum*, aut tabularum *lecti*. Hæc Iudæi lauabant.

7 IN VANVM. i. fruſtrà, nullo fructu neque ratione me colunt. DOCENTES DOCTRINAS ET PRÆCEPTA, nempe quæ ſunt contra legem Dei, aut illa contempta ſeruantur; ſequitur enim, *relinquentes mandatum Dei*.

11 SI DIXERIT HOMO. Sic parentes honorant. PROFVERIT. pro, proderit. *Corban* ſignificat *donum*, & *Corbona, loculum in quem mittebantur*. Ioſephus lib. 1. contra Apionem inter modos iurandi Iudæorum & Tyriorum connumerat *Corban*. Item 2. de Bello Iudaico, cap. 8. ait: *Eſt apud eos ſacer theſaurus, quem Corban vocant*; additq; Pilatum in aquæductum eam pecuniam expendiſſe; hic tamen *Corban* pro *dono* ſumitur.

14 AVDITE. q.d. me potiùs quam Phariſæos & Scribas audite.

17 A TVRBA. ſ. ſemotus à turba cùm introiſſet domum, rogant diſcipuli, quid ſibi vellent quæ dixerat.

19 ET IN SECESSVM EXIT. inter ſtercora mittitur ex ventre.

22 OCVLVS MALVS. i. inuidia. STVLTITIA. Græcè *ἀφροσύνη*. i. *immodeſtia, petulantia, vanitas*. Hæc coinquinant.

25 ERAT ENIM MVLIER GENTILIS. Ἑλληνὶς, *Græca*. i. *Gentilis*, vt noſter dixit. Non erat Iudæa. Nec tamen vox illa hoc ſignificat Ioan. 12. v. 20.

26 SYROPHOENISSA. *Phœnicia* in Syria quidem eſt, & ab his duabus vocibus hæc dictio componitur *Syrophœniſſa*.

28 VTIQVE DOMINE. i. ita eſt, non debet dari panis canibus, canes ſolùm micas comedunt, non panem.

31 ET ITERVM EXIENS DE FINIBVS TYRI, VENIT PER SIDONEM. Syriaci Græcique codices, & Græci Expoſitores legunt, *Et iterum exiens de finibus Tyri & Sidonis venit ad mare*. Noſtrorū codicum etſi mira lectio videatur, Græcos nonnullos ipſi conſentientes habet, Roberti ſ. ſecundum & octauum. Conſentit Veleſius. INTER MEDIOS FINES DECAPOLEOS. *Decapolis* tractus, vbi erant decem ciuitates Galilęam inter & Samariam.

34 EPHPHETHA. אֶתְפַּתַּח eſt ſecunda perſona imperatiui ſingularis numeri coniugationis Hithpael; quaſi dicat, *aperire homo*. i. aperiantur aures & os, vtiturque lingua Syriaca.

37 ET SVRDOS FECIT AVDIRE. Græc. *Facit audire*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 CREBRO. Syr. *curioſè*. Græc. πυγμῇ. i. *pugillatim*, ſeu *cubitaliter*. ſ. ſolebant lauare ſæpè, tandemque infundere in ſummos digitos aquam, comprehenſa in pugnum manu, & eleuata, vt poſſet in brachium aqua fluere vſque ad cubitum. Id quod etiam hodie Hebræi dicuntur obſeruare. Interpres videtur legiſſe πυκνὰ. i. *crebrò*. quòd ſi πυγμῇ legit, ſenſum reddidit. vbi enim ſæpè lauerint, id faciunt quod de pugno diximus.

4 FORO. ſ. rerum venalium, vbi facilè contaminabantur rerum tactu, aut Gentilium conuerſatione. BAPTIZENTVR. i. abluantur. BAPTISMATA CALICVM. i. ablutiones poculorum. VRCEORVM. ſ. ligneorum, vt ex

Græc.

Græc. apparet. ÆRAMENTORVM. i. vaſorum æneorum. LECTORVM. ſ. tabularum lecti.
PANEM. i. cibum. 5
IN VANVM. i. fruſtrà, ſeu vano cultu. 7
BENE. i. valdè. vel ironia eſt. 9
SI DIXERIT. ſ. benè facit. EX ME ſ. Deo offertur. 11
FACERE. ſ. iuuando, ſeu ſuſtentando. 12
RESCINDENTES. i. irritum facientes, ſeu abrogantes. 13
COMMVNICANT. i. inquinant. 15
COR. i. voluntatem. 19
HOMINE. i. hominis cordè. 20
NEQVITIÆ. Syr. *iniuria.* MALVS. i. inuidus, vel cupidus. STVLTITIA. vox Græc. ſignificat etiam *immodeſtiam.* 22
FINES. i. confinia. NEMINEM, &c. ſ. ne Iudæis videretur aut legem violare, qui cum Gentibus conuerſaretur, aut non eſſe Meſſias, qui Iudæis ſolis putabatur miſſus. VOLVIT. i. fecit aliquid vnde lateret, ſed illud ſatis non fuit. Itaque fecit quantum voluit, non quantum potuit. 24
ENIM. Græc. *autem.* GENTILIS. Græc. Ἑλληνὶς. i. *Græca.* ſic enim Gentiles vocantur in Scriptura, vt patet ex Act. & Paulo, quòd ferè Græcè loquerentur. SYROPHOENISSA. i. ex Syriæ Phœnicia. 26
VTIQVE. i. ita eſt. 28
INTER. ſ. tranſiens. DECAPOLEOS. Regio eſt decem ciuitatum, partim cis partim trans Iordanem. 31
MVTVM. Græc. μογιλάλον. i. *vix loquentem.* ſ. erat lingua impedita, itaque ſequitur, *& loquebatur rectè.* 32
SEORSVM. ſ. docens fugere popularem laudem. 33
INGEMVIT. ſ. commiſeratione humanæ miſeriæ. EPHPHETHA. Chald. eſt. ADAPERIRE. ſ. quantum ad aures, ac linguam. 34
FECIT. pro, facit. Syr. *facit.* 37

CAPVT VIII.

Septem panibus pauciſque piſciculis ſatiat quattuor hominum millia; diſcipulos à fermento Phariſæorum cauere iubet: cæcum ſenſim curat: interrogatis Apoſtolis quem Ieſum eſſe dicerent, Petrus confitetur ipſum eſſe Chriſtum: & paulò pòſt ſatanas ab eo dicitur, quòd increparet illum dum ſuam prædiceret paſſionem: de tollenda cruce, & quod anima nihil debet eſſe charius.

Matth. 15. d. 32
IN diebus illis iterùm cùm turba multa eſſet, 1
nec haberent quod manducarent, conuoca- A
tis diſcipulis, ait illis: * Miſereor ſuper turbam: 2
quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent
quod manducent: * & ſi dimiſero eos ieiunos in 3
domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex
eis de longè venerunt. * Et reſponderunt ei di- 4
ſcipuli ſui: Vnde illos quis poterit hîc ſaturare
panibus in ſolitudine? * Et interrogauit eos: 5
Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.
* Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et 6
accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, &
dabat diſcipulis ſuis vt apponerent, & appoſue-
runt turbæ. * Et habebant piſciculos paucos: & 7
ipſos benedixit, & iuſſit apponi. * Et manduca- 8
uerunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerũt quod ſupe-
rauerat de fragmentis, ſeptem ſportas. * Erãt au- 9
tem qui manducauerant, quaſi quattuor millia:
& dimiſit eos. * Et ſtatim aſcendens nauim cum 10
diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. * [n] Et 11
exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum B
eo, quærentes ab illo ſignum de cælo, tentantes
eum. * Et ingemiſcens ſpiritu, ait: Quid gene- 12
ratio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi
dabitur generationi iſti ſignum. * Et dimittens 13
eos, aſcendit iterùm nauim, & abiit trans fre-
tum. * [n] Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi vnum 14

[n] Mat. 16. a. 1 Luc. 11. g. 34
[n] Mat. 16. a. 5

15 panem non habebant ſecum in naui. * Et præci-
piebat eis, dicens: Videte, & cauete à fermen-
16 to Phariſæorum, & fermento Herodis. * Et co-
gitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes
17 non habemus. * Quo cognito, ait illis Ieſus:
Quid cogitatis, quia panes non habetis? non-
dum cognoſcitis nec intelligitis? adhuc cæca-
18 tum habetis cor veſtrũ? * oculos habentes non
videtis? & aures habẽtes non auditis? [n] Nec re-
19 cordamini, * quãdo quinq; panes fregi in quinq;
millia: quot cophinos fragmẽtorum plenos ſu-
20 tuliſtis? Dicũt ei: Duodecim. * Quando & ſeptẽ
C panes in quattuor millia: quot ſportas fragmen-
21 torũ tuliſtis? Et dicunt ei: Septem. * Et dicebat
22 eis: Quomodo nondum intelligitis? * Et veniunt
Bethſaidam, & adducunt ei cæcum, & roga-
23 bant eum vt illum tangeret. * Et apprehenſa
manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens
in oculos eius impoſitis manibus ſuis, interro-
24 gauit eum ſi quid videret. * Et aſpiciens, ait:
25 Video homines velut arbores ambulantes. * De-
inde iterùm impoſuit manus ſuper oculos eius:
& cœpit videre. & reſtitutus eſt ita vt clarè vi-
26 deret omnia. * Et miſit illum in domum ſuam,
dicens: Vade in domum tuam: & ſi in vicum
27 introieris, nemini dixeris. * [n] Et egreſſus eſt
Ieſus, & diſcipuli eius, in caſtella Cæſareæ Phi-
lippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, di-
cens eis: [n] Quem me dicunt eſſe homines?
28 * Qui reſponderunt illi, dicentes: Ioannem
Baptiſtam, alij Eliam, alij verò quaſi vnum de
29 prophetis. * Tunc dicit illis: Vos verò quem me
eſſe dicitis? Reſpondens Petrus, ait ei: Tu es
30 Chriſtus. * Et comminatus eſt eis, ne cui di-
31 cerent de illo. * Et cœpit docere eos, quoniam
D oportet filium hominis pati multa, & repro-
bari à ſenioribus, & à ſummis ſacerdotibus, &
32 Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. * Et
palàm verbum loquebatur. Et apprehendens
33 eum Petrus, cœpit increpare eum. * Qui con-
uerſus, & videns diſcipulos ſuos, comminatus
eſt Petro, dicens: Vade retro me ſatana, quo-
niam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt ho-
34 minum. * Et conuocata turba cum diſcipulis
ſuis, dixit eis: [n] Si quis vult me ſequi, deneget ſe-
metipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur
35 me. * Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam
facere, perdet eam: qui autem perdiderit ani-
mam ſuam propter me & Euangelium, ſaluam
36 faciet eam. * Quid enim proderit homini, ſi lu-
cretur mundum totum: & detrimentum animę
37 ſuæ faciat? * Aut quid dabit homo commuta-
38 tionis pro anima ſua? * [n] Qui enim me confuſus
fuerit, & verba mea, in generatione iſta adulte-
ra & peccatrice: & filius hominis confundetur
eum, cùm venerit in gloria patris ſui cum ange-
39 lis ſanctis. * Et dicebat illis: [n] Amen dico vobis,
quia ſunt quidam de hîc ſtantibus, qui non gu-
ſtabunt mortem, donec videant regnum Dei
veniens in virtute.

[n] Sap. 6. f. 44 Ioan. 6. b. 11
[n] Mat. 16. b. 13
[n] Luc. 9. b. 18
[n] Mat. 10. d. 38. & 16 d. 24 Luc. 9. c. 23 & 14. f. 27 & 17. g. 33 Ioan. 12. d. 25
[n] Matth. 10 d. 33 Luc. 9. c. 26 & 12. b. 9
[n] Matth. 16 d. 27 Luc. 9. c. 27

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CONVOCATIS DISCIPVLIS. Goth. additur *ſuis*, atque ita eſt Græc. & Syr.
2 ECCE IAM TRIDVO. In calidis regionibus homines diutiùs famem & inediam patiuntur. SVSTINENT ME. i. me ſpectant, vt illis benefaciam.

GRATIAS

TINENT ME. i. me ſpectant, vt illis benefaciam.

GRATIAS AGENS. i. benedicens, ſic mentæ benedictionem à gratiarum actione inchoabant. 6

DALMANVTHA. Oppidum prope Bethſaidam in 10
Galilæa inter lacum Geneſareth & montem Thabor. Matth. 15. v. 39. in fines Magedan dixit veniſſe Chriſtum. Hic etiam pro *Dalmanutha* multi codices *Magedan* legunt. teſtatur Beda in proprio Commentario. Imò D. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euangeliſt. cap 51. *Dalmanutha*, inquit, *quod in quibuſdam codicibus* (apud Marcum) *legitur, non dixit Matth. ſed Magedan.* Non autem dubitandum eſt, eumdem locum eſſe ſub vtroque nomine; nam plerique codices non habent, etiam ſecundùm Marcum, niſi *Magedan.* Hieronymum quoque & in Matth. & in Marco *Magedan* legiſſe, ex lib. de Locis Hebraicis perſpicuum eſt. Verùm exemplaria pleraque Græca, Syriaca etiam, & quę nunc temporis extant Latina, *Dalmanutha* concorditer legunt.

CONQVIRERE cœperunt Phariſæi. i. diſputare, 11
quòd miracula Chriſti non eſſent à Deo; aut non probarent Filium Dei eum eſſe. Et quærebant cæleſte ſignum.

SI DABITVR. i. non dabitur ſignum. 12

ET FERMENTO HERODIS. Gotth. *Herodianorum*, 15
ſed malè. Porrò Herodes cùm ſemi-Iudæus eſſet, populum cupiebat in ſuas partes pertrahere, & quaſdam hæreſes illis perſuadere. Inde ſecta Herodianorum.

NONDVM INTELLIGITIS. ſ. potentiam meam. 21

ET VENIVNT BETHSAIDAM. Sita erat in Galilæa 22
ad lacum Geneſareth.

ET EXPVENS IN OCVLOS EIVS IMPOSITIS MANI- 23
BVS SVIS. Iunge manuum impoſitionem in paruulos, Matth. 19. v. 13. Inſufflationem in Apoſtolos, Ioan. 20. v. 22. Quis Eccleſiæ cerimonias reijciat?

AMBVLANTES. Hæc vox iungenda eſt cum *homines*, 24
vt ex litera Græca patet, non cum *arbores*.

CÆSAREÆ PHILIPPI. De hac *Cæſarea* dictum 27
Matth. 16. v. 13.

TV ES CHRISTVS. i. Meſſias, vnctus Dei, omnibus 29
bonis cumulatus.

COMMINATVS EST PETRO, *increpauit*, ἐπετίμησε, 33
quòd diſſuaderet mortem. SATANA. *aduerſarie.* QVÆ DEI SVNT. i. non ſapis diuina, ſed humana.

SI QVIS VVLT ME SEQVI. Neminem cogit. In- 34
uitare debet finis pulchritudo. DENEGET SEMETIPSVM, mutet vitæ rationem. In alium ſe mutet hominem. De quo pulchrum exemplum in Ambroſij lib. 2. de Pœnitentia cap. 10. Amica diſſimulanti eam videre amaſio cùm dixiſſet, Ego ſum: ille mutata mente prudentior reſpondit: At ego non ſum. TOLLAT CRVCEM, non meam, non aliorum, ſed SVAM; ſecum pugnet, ſuo muneri ſatisfaciat. SEQVATVR ME, me imitetur.

ANIMAM. i. vitam, ſeipſum qui voluerit ſaluum 35
facere, peribit.

QVI ENIM ME CONFVSVS. i. erubuerit. Hæc eſt 38
vera lectio, vti ex Græco codice patet, *confuſus*, & *confundetur*; tum ex Luc. 9. v. 26. *qui me erubuerit.* Multi codices, in his Gotth. habent *confeſſus* & *confitebitur.* ſ. eum filius hominis, ſed malè. Sunt qui non morientur, donec veniat

REGNVM DEI. Dilatatio Euangelij, euerſio Legis, 39
& vrbis Ieruſalem. Hæc omnia euenerunt viuis quibuſdam è diſcipulis Domini. Id vocat *regnum Dei*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SVSTINENT. i. expectant, vel perdurant ſequendo. 2

VNDE. pro, quomodo. 4

IPSOS. Syr. *ſuper ipſos*. 7

DALMANVTHA. Matth. 15. dicitur, *In fines Magedan*. 10

CONQVIRERE. i. diſputare, ſeu altercari. 11

SPIRITV. i. intra ſe. SI. pro *non*, Hebr. 12

FERMENTO HERODIS. i. Herodianorum doctrina, 15
quibus Herodes fauebat. Vide ſup. cap. 3.

17 INTELLIGITIS. ſ. potentiam meam.

22 CÆCVM. non à natiuitate. nouerat enim arbores.

23 VICVM. ſ. Bethſaidam.

24 AMBVLANTES. iungendum cum *homines*, vt patet ex Græco.

25 COEPIT. Græc. *fecit eum*

26 VICVM. i. pagum.

30 COMMINATVS. i. interminatus.

33 COMMINATVS EST. i. increpauit.

35 EVANGELIVM. i. bona quæ per Euangelium annunciantur. vel, fidem Euangelicam.

37 ANIMA. ſ. perdita, recuperanda.

38 CONFVSVS. i. quém mei puduerit. ADVLTERA. Sic vocatur, quòd à Deo deficere ſolita per idololatriam, aut alia peccata. CONFVNDETVR. i. pudebit eius, nec inter ſuos numerabit.

39 VENIENS. Græc. *veniſſe*. IN VIRTVTE. i. cum potentia. q. d. per magnã Dei potentiam, quæ in eo apparebit.

CAPVT IX.

Transfigurato Ieſu iunguntur Moyſes & Elias: dicit Eliã dum venerit omnia reſtituturum, imò iam veniſſe, nec fuiſſe ſuſceptum: ſurdum ac mutũ ſpiritum eijcit, qui ſola oratione & ieiunio eijcitur: ſuam paſſione prædicit: diſputantes diſcipulos docet quis eorum ſit maior: de eijciente dæmonium qui non ſequebatur Ieſum: de amputando manus, pedis, vel oculi ſcandalo.

1 ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Ia- *Mat. 17.*
A cobum, & Ioannem: & ducit illos in mon- *a. 1.*
tem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus *Lu. 9. d. 28.*
2 eſt coram ipſis. * Et veſtimenta eius facta ſunt
ſplendentia, & candida nimis velut nix, qualia
fullo non poteſt ſuper terram candida facere.
3 * Et apparuit illis Elias cum Moyſe: & erant lo-
4 quentes cum Ieſu. * Et reſpódens Petrus, ait Ieſu:
Rabbi, bonũ eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria ta-
bernacula, Tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ
5 vnum. * Non enim ſciebat quid diceret: erant
6 enim timore exterriti. * Et facta eſt nubes obum-
B brans eos: & venit vox de nube, dicens: Hic eſt
7 Filius meus chariſſimus: audite illum. * Et ſta-
timcircumſpicientes, neminem ampliùs vide-
8 runt, niſi Ieſum tantùm ſecũ. * Et deſcenden- *Mat. 17.*
tibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam *b. 9.*
quæ vidiſſent, narrarent: niſi cùm Filius homi-
9 nis à mortuis reſurrexerit. * Et verbum conti-
nuerunt apud ſe: conquirentes quid eſſet:
10 Cùm à mortuis reſurrexerit. * Et interrogabant
eum, dicentes: Quid ergo dicunt Phariſæi & *Mal. 4.*
Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm? *b. 5.*
11 * Qui reſpondens, ait illis: Elias, cùm venerit
primò, reſtituet omnia: & quo modo ſcriptum *Iſaia 53.*
eſt in Filium hominis, vt multa patiatur & con- *a. 3.*
12 temnatur. * Sed dico vobis quia & Elias venit (&
C fecerunt illi quæcumque voluerunt) ſicut ſcri- *Mat. 17.*
13 ptum eſt de eo. * Et veniens ad diſcipulos ſuos, *b. 12*
vidit turbam magnam circa eos, & Scribas
14 conquirentes cum illis. * Et confeſtim omnis
populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expa-
15 uerunt, & accurrentes ſalutabant eum. * Et
interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis?
16 * Et reſpondens vnus de turba, dixit: Magi- *Luc. 9.*
ſter, attuli filium meum ad te habentem ſpiri- *e. 38.*
17 tum mutum: * qui vbicumque eum apprehen-
derit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dẽtibus,
& areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt eijcerent il-
18 lum, & non potuerunt. * Qui reſpondens eis,
dixit: O generatio incredula, quamdiu apud

vos

vos ero ? quamdiu vos patiar ? afferte illum ad
me. *Et attulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum, 19
ſtatim ſpiritus conturbauit illum:& eliſus in ter-
ram,volutabatur ſpumans. *Et interrogauit pa- 20
trem eius: Quantum temporis eſt ex quo ei hoc D
accidit? At ille ait: Ab infantia: *& frequenter 21
eum in ignem,& in aquas miſit, vt eum perde-
ret. ſed ſi quid potes,adiuua nos,miſertus noſtri.
*Ieſus autem ait illi: Si potes credere,omnia poſ- 22
ſibilia ſunt credenti. *Et continuò exclamans 23
pater pueri,cum lacrymis aiebat: Credo, Domi-
ne: adiuua incredulitatem meam. *Et cùm vi- 24
deret Ieſus concurrentem turbam, commina-
tus eſt ſpiritui immundo, dicens illi: Surde &
mute ſpiritus,ego præcipio tibi,exi ab eo: & am-
pliùs ne introeas in eum. *Et exclamans,& mul- 25
tùm diſcerpens eum, exijt ab eo, & factus eſt
ſicut mortuus,ita vt multi dicerent: Quia mor-
tuus eſt. *Ieſus autem tenens manum eius, ele- 26
uauit eum,& ſurrexit. *Et cùm introiſſet in do- 27
mum,diſcipuli eius ſecretò interrogabant eum:
Quare nos non potuimus eijcere eum? *Et dixit 28
illis: Hoc genus in nullo poteſt exire,niſi in ora-
ᵃMat. 17. d. 22 tione,& ieiunio. *ᵃ Et inde profecti prætergre- 29
diebantur Galilæam: nec volebat quemquam
ᵇLuc. 9. e. 21 ſcire. *ᵇ Docebat autem diſcipulos ſuos,& dice- 30
bat illis: Quoniam filius hominis tradetur in E
manus hominum, & occident eum, & occiſus
tertia die reſurget. *At illi ignorabant verbum: 31
& timebant interrogare eum. *Et venerunt Ca- 32
pharnaum. Qui cùm domi eſſent,interrogabat
eos: Quid in via tractabatis? *At illi tacebant. ſi- 33
ᶜMat. 18. a. 1 Luc. 9. f. 46 quidem in via inter ſe diſputauerant, ᶜ quis eo-
rum maior eſſet. *Et reſidens vocauit duode- 34
cim,& ait illis: Si quis vult primus eſſe, erit om-
nium nouiſſimus,& omnium miniſter. *Et acci- 35
piens puerum, ſtatuit eum in medio eorum:
quem cùm complexus eſſet, ait illis: *Quiſquis 36
vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine F
meo,me recipit: & quicumque me ſuſceperit,
ᵈLuc. 9. f. 49 non me ſuſcipit,ſed eum,qui miſit me. *ᵈ Reſpō- 37
dit illi Ioannes, dicens: Magiſter, vidimus
quemdam in nomine tuo eijcientem dæmonia,
qui non ſequitur nos,& prohibuimus eum. *Ie- 38
ᵉ1 Cor. 12. a. 3 ſus autem ait: Nolite prohibere eum. ᵉ nemo eſt
enim qui faciat virtutem in nomine meo, &
poſſit citò male loqui de me. *qui enim non eſt 39
ᶠMat. 10. d. 42 aduerſum vos,pro vobis eſt. *ᶠ Quiſquis enim 40
potum dederit vobis calicem aquæ in nomine
meo, quia Chriſti eſtis: amen dico vobis, non
ᵍMat. 18. a. 6 Luc. 17. a. 2 perdet mercedem ſuam. *ᵍ Et quiſquis ſcanda- 41
lizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me:
bonum eſt ei magis ſi circumdaretur mola aſi-
ʰMat. 5. d. 30 & 18. a. 6 Luc. 17. a. 2 naria collo eius, & in mare mitteretur. *ʰ Et ſi 42
ſcandalizauerit te manus tua, abſcide illam: bo- G
num eſt tibi debilem introire in vitam, quàm
duas manus habentem ire in gehennam, in
ignem inextinguibilem: *vbi vermis eorum non 43
moritur,& ignis non extinguitur. *Et ſi pes tuus 44
te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt tibi
claudum introire in vitam æternam,quàm duos
pedes habentem mitti in gehennam ignis inex-
ⁱIſa. 66. g. 24 ſtinguibilis: *ⁱ vbi vermis eorum non moritur, 45
& ignis non extinguitur. *Quòd ſi oculus tuus 46
ſcandalizat te, eijce eum: bonum eſt tibi lu-
ſcum introire in regnum Dei, quàm duos ocu-
47 los habentem mitti in gehennam ignis: *vbi
vermis eorum non moritur, & ignis non extin-
48 guitur. *ᵏ Omnis enim igne ſalietur, & omnis ᵏLeuit. 2. d. 13
49 victima ſale ſalietur. *ˡ Bonum eſt ſal: quòd ſi ˡMat. 5. b. 13 Luc. 14. g. 34
ſal inſulſum fuerit: in quo illud condietis? Ha-
bete in vobis ſal,& pacem habete inter vos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 SEORSVM SOLOS duxit tres diſcipulos. Aduerbium *ſeorſum* in quibuſdam codicibus Latinis non eſt, neque in Syriaco,& videtur redundare.

6 AVDITE ILLVM. Doctor eſt à Deo conſtitutus,ſolus ipſe eſt audiendus,& quos ipſe miſerit.

11 ELIAS, CVM VENERIT PRIMO. Syr. *Elias venturus eſt prius.* RESTITVET OMNIA,quia conuertet Gentes ad Chriſtum. VT MVLTA PATIATVR. ſ. Elias exemplo Chriſti,cùm veniet,patietur multa.

13 ET SCRIBAS CONQVIRENTES vidit Chriſtus diſceptantes cum diſcipulis.

14 ET EXPAVERVNT ob inſperatum Chriſti aduentum; aut ob maieſtatem, quæ poſt transfigurationem magis reſplendebat in vultu.

17 QVIVBICVMQVE. ὅπου,vel etiam *quandocumque* apprehendit eum. Vtrumque ea vox ſignificat. ALLIDIT ILLVM. Græc. *lacerat.* ARESCIT,vel *contabeſcit.*

18 O GENERATIO INCREDVLA. Patrem pueri ſimul & diſcipulos carpit.

19 CVM VIDISSET puer Ieſum. SPIRITVS CONTVRBAVIT ILLVM. Sic ſolet,cùm videt ſe iam eijci, etiam à mente, mutatis moribus furit & turbat.

24 COMMINATVS. Increpauit, cum imperio præcepit dæmoni.

25 QVIA MORTVVS EST, aut *certè mortuus eſt.* כִּי ſignificat *quia* & *certè.*

34 SI QVIS VVLT PRIMVS ESSE, ERIT, pro,ſit. NOVISSIMVS, poſtremum locum teneat,humiliet ſe.

35 CVM COMPLEXVS ESSET puerum. Græc. *in vlnas ſumpſiſſet.* Ex hoc quidam conijciunt eum puerum fuiſſe infantem.

36 NON ME SVSCIPIT. i.non me tantùm, SED EVM. pro,ſed etiam eum qui me miſit.

40 CALICEM AQVÆ. Goth. additur *frigidæ*; ſed ſumptum ex Matth. cap. 10. v. 40.

41 BONVM EST EI. i.melius,vt in mare mittatur.

42 SI SCANDALIZAVERIT TE MANVS TVA. i.impedimentum ſalutis fuerit. Porrò per *manum*, *pedem*, & *oculum* chariſſima quęque intelligit. DEBILEM, ſeu *mancum*, κυλλόν.

44 IGNIS INEXTINGVIBILIS. Damaſcenus lib. 4. de Fide Orthod. cap. 28. ignem inferni negat eſſe corporeum. Auguſtinus dubitat 21. de Ciuit. Dei c. 9. Contrà Paſilius Homil. 6. Ambroſ. 4. in Hexaëmeron, Procopius Gen. 1. eſſe corporeum, ſed qui vrit & non lucet.

46 LVSCVM INTROIRE. Græc. *monoculum.* *Luſcus* alius propriè eſt iuxta illud:

Luſcus in obliquum. ſtrabus eſt qui cernit in altum:
Orbe carent orbi, priuantur lumine cæci.

48 OMNIS ENIM IGNE SALIETVR. q.d. oportet electos per ignem tranſire, & more victimarum ſale condiri. i. multa pati, chariſſima amittere. Goth hoc ſolùm habet, *omnis victima ſalietur.*

49 BONVM EST ſal. Per *ſal* afflictiones intelligit,de quibus agit. QVOD SI SAL INSVLSVM FVERIT. i. per afflictiones non proficietis. IN QVO ILLVD CONDIETIS. aut ſal ipſum, aut victimá. HABETE IN VOBIS SAL. pro, *habetis*, ἔχετε, ſatis afflictionum ſuppetit. Pax modò ſit inter vos,non vos illæ perturbent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 EXTERRITI. ſ. ad tantá rei nouitatem, velut extra ſe.
11 PRIMO. iunge cum *venerit.* Vide Matth. 17. IN FILIVM. i de Filio. CONTEMNATVR. ſ. ſic accidet Eliæ.
12 SED. pro, imò verò. SCRIPTVM EST. ſ. venturum
13 CONQVIRENTES. i. diſceptantes.

STVPE-

Stvpefactvs. Fortè ob maieſtatem in vultu relu- 14
centem.
Eos. ſ. Scribas, & diſcipulos. 15
Allidit. Græc. *lacerat*. Arescit. i. ſine ſenſu ef- 17
ficitur.
Eis. ſ. qui aderant Græc. *ei*. 18
Vidisset evm. ſ. puer Chriſtum. Elisvs. i. lapſus, 19
ſeu deiectus.
Incredvlitatem meam. i. me, etiamſi fortè im- 23
perfectè credo.
Comminatvs est. i. cum imperio præcepit. 24
Discerpens. i. vexans. 25
Exire. pro, eiici. 28
Prætergrediebantvr. i. tranſibant per. Scire. 29
ſ. ſe ire in Ieruſalem, ne impediretur.
Erit. pro, *ſit*, ſeu *fiat*, Hebr. Novissimvs. i. po 34
ſtremus.
Complexvs. ſ. amat innocentiam Chriſtus. Græc. 35
ſuſcipiens in vlnas. Syr. *tollens ſuper brachia ſua*.
In nomine meo. i. propter me. Non me. ſ. ſo- 36
lum. Sed pro, ſed etiam.
Virtvtem. i. miraculum. Cito. i. facilè. 38
Estis. ſ. diſcipuli. Mercedem. ſ. hic, vel in futuro. 40
Scandalizaverit. i. impedimento fuerit ad ſa- 41
lutem. Mola asinaria. Græc. *lapis molaris*. Vide
Matth. 18. verſ. 6.
Debilem. i. manu mutilum, ſeu mancum. 42
Vermis. i. conſcientiæ remorſus. Vide Iſa. vlt. 43
Lvscvm. Græc *μονόφθαλμον* i. *vnoculum*. 46
Omnis. ſ. damnatus. Salietvr. pro, velut ſalietur. 48
ſ. perpetuò durans in ſupplicio. Et omnis. pro, ſicut
omnis. q. d. vt ſacrificiis adhibetur ſal, ita illis ignis, pla-
nè miſeris victimis.
Bonvm est, &c. occaſione præteritæ ſententiæ, vbi 49
ſalis meminit, hanc adiicit; *ſale* tamen vtens in alia ſi-
gnificatione. ſ. ſapientiæ.

CAPVT X.

Nullo modo dimittendam vxorem aſtruit aliam ducendo: paruulos complexus, benedicit eis: diues qui præcepta à iuuentute obſeruarat, non amplectitur Chriſti conſilium de omnibus diuendendis: quid referent præmij qui omnia relinquunt: rurſum ſuam prædicit paſſionem: occaſione ambitionis filiorum Zebedæi docet diſcipulos quod non oſtenſione dominij, ſed officio miniſterij debeant eſſe maiores: Bartimæum cæcum ſanat.

Matth. 19. a.1
1 ET inde exurgens venit in fines Iudææ vl-
A tra Iordanem: & conueniunt iterùm tur-
bæ ad eum: & ſicut conſueuerat, iterùm doce-
2 bat illos. * Et accedentes Phariſæi interroga-
bant eum: Si licet viro vxorem dimittere: ten-
3 tantes eum. * At ille reſpondens, dixit eis:
4 Quid vobis præcepit Moyſes? * Qui dixerunt:
" Deut. 24. a.1
" Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, &
5 dimittere. * Quibus reſpondens Ieſus, ait: Ad
duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum
" Geneſ. 1. d.27
6 iſtud. * ab initio autem creaturæ, " maſculum
Geneſ. 2. d.24
7 & feminam fecit eos Deus. * Propter hoc relin-
quet homo patrem ſuum & matrem, & adhæ-
Matth. 19. a.4
8 rebit ad vxorem ſuam: * & erunt duo in carne
1. Cor. 6. d.16
vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.
Eph. 5. g.31
9 * Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſepa-
1. Cor. 7. b.10
10 ret. * Et in domo iterùm diſcipuli eius de eodem
11 interrogauerunt eum. * Et ait illis: Quicumque
B dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, ad-
12 ulterium committit ſuper eam. * Et ſi vxor di-
miſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.
13 * Et offerebant illi paruulos vt tangeret illos.
Diſcipuli autem comminabantur offerentibus.
14 * Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait il-
lis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohi-
bueritis eos: talium enim eſt regnum Dei.
15 * Amen dico vobis: Quiſquis non receperit re-
gnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.
16 * Et complexans eos, & imponens manus ſu-
17 per illos, benedicebat eos. * Et cùm egreſſus
eſſet in viam, procurrens quidam genu flexo
ante eum, rogabat eum: " Magiſter bone, quid " Mat. 19. d.16
18 faciam vt vitam æternam percipiam? * Ieſus Luc. 18. d.18
C autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo
19 bonus, niſi vnus Deus. * " Præcepta noſti: Ne " Exod. 20. c.13
adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum
teſtimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Ho-
20 nora patrem tuum & matrem. * At ille reſpon-
dens, ait illi: Magiſter, hæc omnia obſeruaui à
21 iuuentute mea. * Ieſus autem intuitus eum, di-
lexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deeſt: vade, quæ-
cumque habes vende, & da pauperibus, & ha-
bebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me.
22 * Qui contriſtatus in verbo, abijt mœrens: erat
23 enim habens multas poſſeſſiones. * Et circum-
ſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis: Quàm difficilè
qui pecunias habent, in regnum Dei introibũt!
24 * Diſcipuli autem obſtupeſcebant in verbis eius.
At Ieſus rurſus reſpondens ait illis: Filioli,
quàm difficile eſt, confidentes in pecunijs, in
25 regnum Dei introire! * Facilius eſt, camelum
D per foramen acus tranſire, quàm diuitem intra-
26 re in regnum Dei. * Qui magis admirabantur,
dicentes ad ſemetipſos: Et quis poteſt ſaluus
27 fieri? * Et intuens illos Ieſus, ait: Apud homines
impoſſibile eſt, ſed non apud Deum: omnia
28 enim poſſibilia ſunt apud Deum. * " Et cœpit ei " Mat. 19. d.27
Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus omnia, & Luc. 18. c.28
29 ſecuti ſumus te. * Reſpondens Ieſus, ait: Amen
dico vobis: Nemo eſt, qui reliquerit domum,
aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut filios, aut agros, propter me, & pro-
30 pter euangelium, * qui non accipiat centies tan-
tum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres,
& ſorores, & matres, & filios, & agros, cum per-
ſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æter-
31 nam. * " Multi autem erunt primi nouiſſimi, & " Mat. 19. d.30
32 nouiſſimi primi. * Erant autem in via aſcenden-
E tes Ieroſolymam: & præcedebat illos Ieſus, &
ſtupebant: & ſequentes timebant. " Et aſſumens " Luc. 18. f.31
iterùm duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent
33 ei euentura. * Quia ecce aſcendimus Ieroſoly-
mam, & Filius hominis tradetur principibus ſa-
cerdotum, & Scribis, & ſenioribus, & damna-
34 bunt eum morte, & tradent eum gentibus: * & il-
ludent ei, & cõſpuent eum, & flagellabunt eum,
35 & interficient eum: & tertia die reſurget. * " Et " Mat. 20. c.20
accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Ze-
bedæi, dicentes: Magiſter, volumus, vt quod-
36 cumque petierimus, facias nobis. * At ille dixit
37 eis: Quid vultis vt faciam vobis? * Et dixerunt:
F Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad
38 ſiniſtram tuam, ſedeamus in gloria tua. * Ieſus
autem ait eis: Neſcitis quid petatis: poteſtis bibe-
re calicem, quem ego bibo; aut baptiſmo, quo
39 ego baptizor, baptizari? * At illi dixerunt ei: Poſ-
ſumus. Ieſus autem ait eis: Calicem quidem,
quem ego bibo, bibetis; & baptiſmo, quo ego
40 baptizor, baptizabimini: * ſedere autem ad
dexteram meam, vel ad ſiniſtram, nõ eſt meum
41 dare vobis, ſed quibus paratum eſt. * Et audien-
tes decem, cœperint indignari de Iacobo, &

Ioanne.* Ieſus autem vocans eos, ait illis: " Sci- 42 [" Luc. 22. c.25]
tis quia hi, qui videntur principari gentibus,
dominantur eis: & principes eorum poteſta-
tem habent ipſorum.* Non ita eſt autem in 43
vobis, ſed quicumque voluerit fieri maior, erit
veſter miniſter:* & quicumque voluerit in vo- 44
bis primus eſſe, erit omnium ſeruus.* Nam & 45
Filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed G
vt miniſtraret, & daret animam ſuam redem-
ptionem pro multis.* " Et veniunt Iericho, & 46 [" Mat. 20. d.29 Luc.18. f.35]
proficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis eius,
& plurima multitudine; filius Timæi Barti-
mæus cæcus, ſedebat iuxta viam mendicans.
* Qui cùm audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſt, 47
cœpit clamare, & dicere: Ieſu fili Dauid, miſe-
rere mei.* Et comminabantur ei multi vt tace- 48
ret. At ille multò magis clamabat: Fili Dauid
miſerere mei.* Et ſtans Ieſus præcepit illum vo- 49
cari. Et vocant cæcum dicentes ei: Animæquior
eſto: ſurge, vocat te.* Qui proiecto veſtimen- 50
to ſuo exiliens, venit ad eum.* Et reſpondens 51
Ieſus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus au-
tem dixit ei: Rabboni, vt videam.* Ieſus autem 52
ait illi: Vade, fides tua te ſaluum fecit. Et con-
feſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VENIT IN FINES IVDÆÆ. Tota regio Iudæorum vocabatur hoc nomine; ſed peculiariter ea pars, vbi erant tribus Iuda & Beniamin, & vrbs Ieruſalem.

5 AD DVRITIAM.i. *propter duritiam*, vt eſt in Syr. permiſit Moyſes repudium.

6 FECIT EOS DEVS, ſupplendum, & dixit, vt conſtet ſententia, *Propter hoc*.

8 ET ERVNT DVO IN CARNE VNA. Græc. *in carnem vnam*.i. vna caro, reputabuntur quaſi eſſent vna caro, aut in vnam prolis carnem.

11 ADVLTERIVM COMMITTIT SVPER EAM. i. contra eam. Vox על *hal* vtrumque ſignificat, *ſuper* & *contra*.

16 ET COMPLEXANS EOS paruulos; Græc. *in vlnas ſuſcipiens*. De quo cap. 9. verſ. 35.

18 NEMO BONVS, NISI VNVS DEVS. Ipſe etiam Deus erat; ſed loquitur vt homo, quaſi ab alijs hominibus non differret.

21 DILEXIT EVM. Verbum Græcum ἠγάπησεν ſignificat etiam *deoſculatus eſt* eum qui rogarat quid deberet facere, vt ſaluus eſſet.

25 FACILIVS EST, CAMELVM. Theophylactus aut animal dicit, vel funem, quo naues magnæ vtuntur. De quo plura Matth. 19. verſ. 24.

30 CVM PERSECVTIONIBVS. pro, etiam in medijs perſecutionibus accipiet centuplum, vel perſecutiones ipſæ inſtar beneficij erunt.

32 ET STVPEBANT. ſ. diſcipuli, quòd ſe in tam apertum periculum daret eundo Ieroſolymam.

35 IACOBVS ET IOANNES. Matth. 20. verſ. 20. dicitur matrem eorum acceſſiſſe, ſed perinde eſt; nam eorum hortatu primas illas ſedes petijt.

38 AVT BAPTISMO. Mortem *baptiſmum* vocat.

40 NON EST MEVM.i. non conuenit. Sic Rex loquitur, quando quid iniuſtum ab eo petitur.

43 ERIT VESTER MINISTER. i. ſit. futurum pro imperatiuo.

46 BARTIMÆVS CÆCVS. Duo erant cæci, vt ait Matth cap. 20. verſ. 29. ſed hic erat præcipuus; ideò de illo tantùm hîc mentio fit.

51 RABBONI. i. *Magiſter meus*, aut *Dominus meus*; eſtque vox Syriaca, tametſi modò in textu Syriaco *Rabbi* legitur, quæ vox Hebraica eſt, & idem ſignificat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

5 AD. pro, ob.

8 VNA CARO.i. velut vnum corpus.

9 DEVS. Græc. additur, *& dixit*.

11 SVPER.i. contra. q.d. in eius iniuriam.

13 COMMINABANTVR.i. increpabant.

14 TALIVM. ſ. innocentium, & ſimplicium.

15 RECEPERIT. i. ſe diſpoſuerit, ſeu comparauerit ad. VELVT PARVVLVS i. cum innocentia & ſimplicitate.

16 COMPLEXANS. Vide ſup. cap. 9. BENEDICEBAT. i. benè precabatur.

17 PROCVRRENS. pro, accurrens, ſeu præcurrens. PERCIPIAM. Græc. & Syr. *hereditate poſſideam*.

18 BONVS. ſ. ex ſe, ſeu ſine vllo defectu perfectus.

19 FRAVDEM.i. iniuriam, ſeu damnum.

20 IVVENTVTE. Græc. *pueritia*.

21 DILEXIT.i. amanter aſpexit, ſ. vultu beneuolentiam indicans. DEEST. ſ. ad perfectionem. Vide Matth. 19.

22 POSSESSIONES.i. diuitias.

23 PECVNIAS.i. diuitias.

25 FACILIVS, &c. Significat ſummam difficultatem.

26 MAGIS. Græc. *ſupra modum*. ADMIRABANTVR. Græc. *obſtupebant*. AD SEMETIPSOS.i. inter ſe.

29 EVANGELIVM.i. Euangelij obſeruantiam, vel bona per Euangelium annuntiata.

30 ACCIPIAT.i. accepturus ſit. CVM PERSECVTIONIBVS.i. in medijs etiam perſecutionibus. q.d. nec id perſecutiones poterunt impedire.

32 PRÆCEDEBAT. ſ. oſtendens promptitudinem & alacritatem ad mortem. STVPEBANT. ſ. tantum feruorem. TIMEBANT. ſ. vel proprium periculum, vel incerti quorſum ſpectaret tanta alacritas & feſtinatio.

35 DICENTES ſ. per matrem, vel ſimul cum matre.

38 BIBO &c. præſentia pro futuris. BAPTISMO. ſic vocat paſſionem, qua velut aqua merſus. & alioqui *aquæ* tribulationes ſignificant.

40 VOBIS. non eſt Græcè. SED. pro, niſi.

42 EIS. ſ. velut ſeruis. POTESTATEM. ſ. qua coërceant.

43 EST. Græc. *erit*. ERIT. pro, ſit. ſic infrà.

48 COMMINABANTVR.i. increpabant.

49 ANIMÆQVIOR.i. bono animo, Græc. *confide*.

50 VESTIMENTO i. pallio. EXILIENS. Græc. *ſurgens*.

51 RABBONI.i. *Magiſter mi*.

52 VADE. q. d. diſcede compos voti. Syr. *vide*. SALVVM i. ſanum.

CAPVT XI.

Super pullum aſinæ cum honore Ieruſalem ingreditur: ficum maledicendo areſacit: ementes ac vendentes de templo eijcit: efficaciam fiducię in Deum oſtendit, dicens fratri remittenda quæ in nos commiſit: Scribis non dicit qua poteſtate hæc faciat, eo quod nec illi reſpóderent ad propoſitam de Ioannis baptiſmo quæſtionem.

1 A ET cùm appropinquarent Ieroſolymæ & [Matth. 21. a.1 Luc. 19. e.29]
Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit
2 duos ex diſcipulis ſuis,* & ait illis: Ite in caſtel-
lum, quod contra vos eſt, & ſtatim introëun-
tes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem
nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum, &
3 adducite.* Et ſi quis vobis dixerit: Quid facitis?
dicite, quia Domino neceſſarius eſt: & continuò
4 illum dimittet huc.* Et abeuntes inuenerunt
pullum ligatum ante ianuam foris in biuio:
5 & ſoluunt eum.* Et quidam de illic ſtantibus
dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum?
6 * Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus,
7 & dimiſerunt eis.* " Et duxerunt pullum ad Ie- [" Ioan. 12. b.14]
ſum: & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit
8 ſuper eum.* Multi autem veſtimenta ſua ſtra-
uerunt in via: alij autem frondes cædebant de
9 arboribus, & ſternebant in via.* Et qui præ-

ibant,

ibant, & qui ſequebantur, clamabant, dicen-
Mat. 21. b.9 tes: Hoſanna: Benedictus qui venit in nomi- 10
Luc. 19. g 38 ne Domini: Benedictum quod venit regnum B
Pſal 117. d.25 patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis. Et 11
introiuit Ieroſolymam in templum: & circum-
Mat. 21. b.10 ſpectis omnibus, cùm iam veſpera eſſet hora,
exijt in Bethaniam cum duodecim. Et alia die 12
Mat. 21. b.19 cùm exirent à Bethania, eſurijt. Cumque 13
vidiſſet à longè ficum habentem folia, venit ſi
quid fortè inueniret in ea. & cùm veniſſet ad
eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat
tempus ficorum. Et reſpondens dixit ei: Iam 14
non ampliùs in æternum ex te fructum quiſ-
quam manducet. Et audiebant diſcipuli eius.
Et veniunt Ieroſolymam. Et cùm introiſſet in 15
templum, cœpit eijcere vendentes & ementes
in templo: & menſas numulariorum, & cathe-
dras vendentium columbas euertit. & non ſi- 16
nebat vt quiſquam transferret vas per tem-
plum: & docebat, dicens eis: Nónne ſcri- 17
Iſa. 56 c 7 Ier. 7. b. 11 ptum eſt: Quia domus mea, domus orationis C
vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feci-
ſtis eam ſpeluncam latronum. Quo audito, 18
principes ſacerdotum & Scribæ quærebant
quomodo eum perderent: timebant enim eum,
quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper
doctrina eius. Et cùm veſpera facta eſſet, egre- 19
diebatur de ciuitate. Et cùm manè tranſirent, 20
viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et 21
recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui
maledixiſti, aruit. Et reſpondens Ieſus ait illis: 22
Matth. 7. a.7. & 21. c.21. Habete fidem Dei. amen dico vobis, quia 23
quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mit-
tere in mare; & non hæſitauerit in corde ſuo,
ſed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat,
fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcum- 24
que orantes petitis, credite quia accipietis, &
Luc. 11. b.9 euenient vobis. Et cùm ſtabitis ad orandum, 25
Matth. 6. b. 14. & 18. d.35 dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: vt &
Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis pec-
cata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis: nec 26
Luc. 20. a.1 Pater veſter, qui in cælis eſt, dimittet vobis pec- D
cata veſtra. Et veniunt rurſus Ieroſolymam. 27
Et cùm ambularet in templo, accedunt ad eum
ſummi ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores: & di- 28
cunt ei: In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit
tibi hanc poteſtatem vt iſta facias? Ieſus autem 29
reſpondens, ait illis: Interrogabo vos & ego
vnum verbum, & reſpondete mihi: & dicam
vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus 30
Ioannis, de cælo erat, an ex hominibus? Re-
ſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum, di- 31
centes: Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare
ergo non credidiſtis ei? Si dixerimus, Ex ho- 32
minibus, timemus populum. omnes enim habe-
bant Ioannem quia verè propheta eſſet. Et re- 33
ſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et reſpon-
dens Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis in qua
poteſtate hæc faciam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 BETHANIÆ. i. prope Bethaniam. Iam ex Bethania exierat, vt conſtat Matth. 21. verſ. 1. Sicque intelligendus eſt Lucas cap. 19. verſ. 29.

2 ITE IN CASTELLVM. Regni ſui rationem & formam oſtendit alijs Regnis prorſus diſſimilem. QVOD CONTRA VOS EST. i. è regionè poſitum. VENIETIS PVLLVM. Matth. *aſinam & pullum* dixit cap. 21. v. 2. Vtrumque adduxerunt. Quid turba? Clamabat:

9 HOSANNA i. *ſerua obſecro.*

10 VENIT IN NOMINE DOMINI. i. non in nomine ſuo. vel, miſſus à Deo. BENEDICTVM. i. felix fauſtumque ſit hoc regnum, quod vocatur Dauidis, quia illi promiſſio facta erat de Chriſto. IN EXCELSIS. Nempe qui habitas in cælis, ſis benedictus.

12 ET ALIA DIE i. poſtridie, Matth. 21. verſ. 17. maledixit ficui.

17 OMNIBVS GENTIBVS. Domus orationis vocabitur etiam infidelibus. Templum ſanctum habebatur, & in honore erat.

18 TIMEBANT ENIM EVM; ideò manus inijcere non audebant, quòd ab eo mali aliquid ſibi metuerent; vel timebant, ne populum contra eos concitaret.

27 SVMMI SACERDOTES accedũt. Multi per vices erant, & Pontificatus venalis; ergo acceſſere Sacerdotes, qui ſacrificia tractabant, & Scribæ. i. Legiſperiti, qui Scripturas interpretabantur, & Seniores qui cum auctoritate Rempublicam adminiſtrabant, quaſi Senatores. Rogant qua poteſtate faceret quæ faciebat. Quid Chriſtus? Rogabo vos

29 VNVM VERBVM. i. rem vnam rogare vos volo, quid de Ioannis Baptiſmo ſentiatis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 BETHANIÆ. Ex qua diſceſſerat. Vide Matth. 21. nempe erat inter Bethaniam & Ieruſalem.

2 CASTELLVM. i. pagum.

3 QVID. pro, quorſum iſtud. DOMINO. Syr. *Domino noſtro.*

6 DIMISERVNT. i. permiſerunt. ſ. accipere.

10 IN NOMINE DOMINI. i. à Domino miſſus. BENEDICTVM. i. felix fauſtumque ſit. REGNVM. ſ. ſciebant Meſſiam regnaturum in domo Dauid, etſi modum neſcirent quo eſſet regnaturus. HOSANNA IN EXCELSIS. i. ſalua obſecro, qui in cælis habitas.

11 CIRCVMSPECTIS. ſ. quæ fiebant in templo, vt poſteà reprehenderet. vel num ſe quis inuitaret, nemoque fuit. VESPERA ESSET HORA. i. veſpertinum tempus.

12 ALIA DIE. i. poſtridie.

13 NON ENIM, &c. q.d. myſterium ſuberat in eo facto.

14 RESPONDENS. i. *allocutus.*

16 VAS. i. vtenſile quippiam.

17 OMNIBVS. ſ. etiam alienigenis. Vide 3. Reg. 8.

18 TIMEBANT. adeoque non audebant manus iniicere. ENIM. pro, autem. vel ſenſus eſt, perdere volebant, quia timebant ne populum contra ipſos concitaret.

21 MALEDIXISTI. i. malè precatus es.

22 DEI. pro, in Deum. ſ. credentes, & fidentes ei.

27 SVMMI SACERDOTES. i. Principes Sacerdotum: nam Summus vnus erat.

29 VNVM VERBVM. pro. *vnam rem*, Hebr.

CAPVT XII.

Parabolam narrat de vinea agricolis elocata, qui ſeruos ac filium patris familias occiderunt: tentatur a Phariſæis de cenſu Cæſari ſoluendo, & a Sadducæis de reſurrectione: interrogatur a Scriba de primo mandato: ipſe verò rogat quomodo Scribæ dicant Chriſtum filium eſſe Dauid, docens ab ipſis cauendum: viduam laudat ob duo minuta in gazophylacium miſſa.

1 ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam Matth. 21. d.33
A paſtinauit homo, & circumdedit ſepem, Luc. 20. b 9
& fodit lacum, & ædificauit turrim, & lo- Iſa. 5. a.1
cauit eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Ier. 2. d.21
2 Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt
3 ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui ap-
prehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt va-
4 cuum. Et iterùm miſit ad illos alium ſeruum:
& illum in capite vulnerauerunt, & contu-

melij; affecerunt.* Et rurſum alium miſit, &
illum occiderunt: & plures alios: quoſdam
6 cædentes, alios verò occidentes.* Adhuc ergo
vnum habens filium chariſſimum: & illum mi-
ſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia reuere-
7 buntur filium meum.* Coloni autem dixerunt
ad inuicem: Hic eſt heres: venite, occidamus
8 eum: & noſtra erit hereditas.* Et apprehen-
dentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vi-
9 neam.* Quid ergo faciet Dominus vineæ? Ve-
niet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs.
10 *Pſal. 117. d 22. Iſa. 28. d 16. Act. 4. b. 11. Rom. 9. g. 33. 1. Pet. 2. a. 8. Matth 21. d. 42.* * Nec ſcripturam hanc legiſtis: Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt
11 in caput anguli:* A Domino factum eſt iſtud, &
12 eſt mirabile in oculis noſtris?* Et quærebant
eum tenere: & timuerunt turbam. cognouerunt
enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit.
13 Et relicto eo abierunt.* Et mittunt ad eum
quoſdam ex Phariſæis, & Herodianis, vt eum
14 *Mat. 22. b. 15. Luc 20. d 20.* caperent in verbo.* Qui venientes dicunt ei:
B Magiſter, ſcimus quia verax es, & non curas
quemquam: nec enim vides in faciem homi-
num, ſed in veritate viam Dei doces. licet dari
15 tributum Cæſari, an non dabimus?* Qui ſciens
verſutiam illorum, ait illis; Quid me tenta-
16 tis? afferte mihi denarium vt videam.* At il-
li attulerunt ei. Et ait illis: Cuius eſt imago
17 hæc, & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris.* Re-
Rom. 13. b. 7. ſpondens autem Ieſus dixit illis: Reddite
igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt
18 *Mat. 22. c 23. Luc. 20. d. 27.* Dei, Deo. Et mirabantur ſuper eo.* Et vene-
runt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectio-
nem non eſſe: & interrogabant eum dicentes:
19 *Deut. 25. b. 5.* * Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius
frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & fi-
lios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem
20 ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo.* Septem
ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, &
21 mortuus eſt non relicto ſemine.* Et ſecundus
accepit eam, & mortuus eſt: & nec iſte reliquit
22 ſemen. Et tertius ſimiliter.* Et acceperunt eam
ſimiliter ſeptem: & non reliquerunt ſemen.
23 Nouiſſima omnium defuncta eſt & mulier.* In
reſurrectione ergo cùm reſurrexerint, cuius de
his erit vxor? ſeptem enim habuerunt eam vxo-
24 rem.* Et reſpondens Ieſus, ait illis: Nónne ideò
erratis, non ſcientes Scripturas, neque virtutem
25 Dei?* Cùm enim à mortuis reſurrexerint, ne-
que nubent, neque nubentur, ſed ſunt ſicut an-
26 geli in cælis.* De mortuis autem quòd reſur-
C gant, non legiſtis in libro Moyſi, ſuper rubum
Exod 3. b. 6. Matth. 22. d. 32. quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego ſum
Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob?
27 * Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Vos
28 *Mat. 22. d. 34.* ergo multùm erratis.* Et acceſſit vnus de
Scribis, qui audierat illos conquirentes, & vi-
dens quoniam benè illis reſponderit, interroga-
uit eum quod eſſet primum omnium manda-
29 *Deut. 6. a. 7.* tum.* Ieſus autem reſpondit ei: Quia primum
Leu. 19. d. 18. Matth. 22. d. 39. Rom. 13. c. 9. Galat. 5. c. 14. Iac. 2. b. 8. omnium mandatum eſt: Audi Iſrael, Domi-
30 nus Deus tuus, Deus vnus eſt:* & diliges Do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota
31 virtute tua. Hoc eſt primum mandatum.* Se-
cundum autem ſimile eſt illi: Diliges proxi-
mum tuum tamquam teipſum. Maius horum
32 aliud mandatum non eſt.* Et ait illi Scriba: Be-
nè Magiſter, in veritate dixiſti, quia vnus eſt
33 Deus, & non eſt alius præter eum.* Et vt diliga-
tur toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota
anima, & ex tota fortitudine: & diligere proxi-
mum tamquam ſeipſum, maius eſt omnibus
34 holocautomatibus, & ſacrificijs.* Ieſus autem
videns quòd ſapienter reſpondiſſet, dixit illi:
Non es longè à regno Dei. Et nemo iam aude-
35 bat eum interrogare.* Et reſpondens Ieſus dice-
bat, docens in templo: Quomodo dicunt Scri-
36 bæ Chriſtum filium eſſe Dauid?* Ipſe enim Da-
D uid dicit in Spiritu ſancto: Dixit Dominus *Mat. 22. d. 42. Luc. 20. g. 41. Pſal. 109. a. 1.*
Domino meo, ſede à dextris meis, donec po-
nam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
37 * Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum, & vn-
de eſt filius eius? Et multa turba eum libenter
38 audiuit.* Et dicebat eis in doctrina ſua: Cauete *Mat. 23. a. 5. Luc. 11. f. 43. & 20. g. 46.*
à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalu-
39 tari in foro,* & in primis cathedris ſedere in ſyn-
40 agogis, & primos diſcubitus in cœnis:* qui de-
uorant domos viduarum ſub obtentu prolixæ
41 orationis: hi accipient prolixius iudicium.* Et *Luc. 21. a. 1.*
ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat
quomodo turba iactaret æs in gazophylacium,
42 & multi diuites iactabant multa.* Cùm veniſ-
ſet autem vidua vna pauper, miſit duo minuta,
43 quod eſt quadrans,* & conuocans diſcipulos
ſuos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua
hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in
44 gazophylacium.* Omnes enim ex eo, quod abú-
dabat illis, miſerunt: hæc verò de penuria ſua
omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN PARABOLIS LOQVI. Vna tantùm parabola hic refertur, ſed plures alias dixit, quæ referuntur Mat 21. ÆDIFICAVIT TVRRIM. Vox Græc. *πύργον*, *tugurium & caſam ruſticanam* poteſt ſignificare: quam Palladius lib. 1. vocat *pretorium*. ET LOCAVIT. Vox Græca ἐξέδοτο, dicitur de eo, qui fructus prædij conductoris periculo locat, quod verbum in Gellio lib. 20. cap. 4. eleganter poſitum inuenio pro *edere, publicare*; quemadmodum apud Ciceronem lib. 2. ad Atticum, epiſt. 6. dicuntur ἀνέκδοτα, quæ locata non ſunt, ſeu edita.

2 SERVVM. Matth. cap. 21. v. 34. ait miſiſſe ſeruos.

4 IN CAPITE VVLNERAVERVNT. Græca λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, id poſſunt ſignificare; aut potiùs, ſoluiſſe debitum iactis lapidibus, alludens ad calculos, quibus ſolemus pecuniam numerare. Et ſanè neque Lucas neque Matthæus hunc ſeruum vulneratum dicunt; tametſi Ambroſius Luc 20. noſtram lectionem ſecutus videtur. Syriacus etiam dixit, *lapidauerunt & vulnerauerunt*. Theophylactus & Oecumenius, *compleuerunt, & ſummauerunt iniurias* .ſ. Prophetis olim factas.

9 VENIET, ET PERDET. Verba ſunt Chriſti; nam Luc. 20. v. 16. Iudæi ad illa reſpondent: *Abſit*. Deinde de tributo rogant; mox de coniugio.

14 IN VERITATE VIAM DEI DOCES. Goth. additur: *Dic ergo nobis*. quod non malè ſuppletur. LICET DARI TRIBVTVM. κῆνσον, *cenſum*, vox Latina, ſed quod per capita ſoluebatur.

16 NEQVE NVBENT. Verbum Græc. γαμοῦν de viris & feminis dicitur. SED SVNT, pro *erunt*, vt eſt in Goth. ſicut Angeli in cælis.

27 NON EST DEVS MORTVORVM. De hoc argumento dictum eſt Matth. 22. verſ. 32.

28 CONQVIRENTES, diſceptantes.

30 ET DILIGES. pro, itaque diliges Dominum.

35 ET RESPONDENS. pro, verba faciens dicebat in templo. Ieſus inter alia monebat.

Cavete a Scribis, ne vos malum exemplum 38
corrumpat. In stolis ambulabant. Veſtes talares
erant & ſplendidæ,quibus delectabantur, veſte & pallio
auctoritatem captantes. Chriſtus contrà inanem apparentiam
damnat.

Prolixivs ivdicivm. i. maius grauiùs ſupplicium 40
ij deceptores accipient.

Dvo minvta. *Minutum* octaua pars aſſis. Qva- 42
drans. κοδράντης, vox Latina, quarta pars aſſis, vnde
quadrans dictus, valore marauedini noſtri. *As* decima
pars denarij. De his Robertus Cena de Pond. & menſ.
fol. 49. Nos item de Pond. & menſ. cap. 2. ſatis multa
diximus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Pastinavit. Græc. *plantauit.* Homo. pro, *qui-* 1
dam, Hebr. Lacvm. ſ. ad excipiendum vinum ex
vuis expreſſum.

Vvlneraverunt. ſ. *lapidibus*, vt eſt Græc. 4

Veniet, &c. Chriſti ſunt verba, vt patet ex Lucæ 20. 9
dicta poſt illorum reſponſum de quo Matth. 21. Cumque
illi de ſe dictum intelligerent, addiderunt: *Ab-*
ſit, &c. vt eſt apud Lucam.

Et qværebant. pro, itaque quærebant. Et ti- 12
mverunt. pro, ſed timuerunt. Ad. pro, contra.

Vides. i. reſpicis. Faciem i. perſonam. q. d. non es 14
acceptor perſonarum.

Versvtiam. Syr. *fraudem*. Græc. *hypocriſim*. i. ſimu- 15
lationem.

Eo. ſ. Chriſto. vel reſponſo. 17

Semen. i. prolem. 19

Virtvtem. i. potentiam, qua ſ. poteſt quod vult de 24
mortuis & ſuſcitatis facere.

Nvbent. Verbum Græc. tam de viris quàm de fe- 25
minis dicitur.

Svper. i. iuxta. 26

Conqvirentes. i. diſputantes. 28

Tvvs, Devs. Græc. & Syr. *noſter, Dominus.* 29

Et diliges. pro, itaque diliges. Anima. pro, ani- 30
mo. hæc enim omnia eòdem pertinent; ſ. vt Deus quantum
poteſt diligatur. Itaq; alibi pauciora dicuntur. Vel
cordis nomine voluntas intelligitur; *animæ*, potentiæ
animales; *mentis*, intellectus; *virtutis*, vires omnes.

Horvm. pro, his. 31

Vt diligatvr. Græc. *diligere ipſum.* 33

Non es longe. ſ. multum eſt approbare Dei præ- 34
cepta, & amare: cui ſi opus addatur, ſeu executio, confecta
res eſt.

Respondens. i. loquens. 35

Vnde. i. quomodo. 37

Doctrina sva. i. docens. Cavete. ſ. ne exemplò 38
corrumpamini. Stolis. i. veſtibus ſplendidis. In
foro. i. publicè.

Domos. i. facultates. Obtentv. i. prætextu. Pro- 40
lixivs ivdicivm. i. maiorem condemnationem.

Contra. i. ex aduerſo. Gazophylacivm. Arca 41
erat in atrio templi, à *gaza* i. *diuitiis*. & φυλάττω. i. *cuſto-*
dio. ſ. cuſtodiebantur illic pecuniæ oblatæ. Vide 4. Regum
12. Aes. i. pecuniam.

Qvadrans. i. quarta pars aſſis. (*As* autem decima 42
pars denarij.) vulgò *quattrino*.

Plvs. ſ. proportione & affectu. 43

CAPVT XIII.

Templum dicit euertendum, prædicitque bella & varias afflictiones ac perſecutiones, abominationemque deſolationis: de pſeudochriſtis & pſeudoprophetis: poſt ſigna in corporibus cæleſtibus veniet cum gloria Filius hominis, & huius ſignum dat à ficu: quia autem nemo tempus nouit, iubet omnes vigilare.

Matth. 24. a. 1 Luc. 19. g. 44. & 21. b. 5

ET cùm egrederetur de templo, ait illi vnus 1
A ex diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales la-
pides, & quales ſtructuræ. Et reſpondens Ieſus, 2
ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes?
Non relinquetur lapis ſuper lapidem; qui non
3 deſtruatur. Et cùm ſederet in Monte oliua-
rum contra templum, interrogabant eum ſepa-
ratim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas:
4 Dic nobis; quando iſta fient? & quod ſi-
gnum erit, quando hæc omnia incipient con-
5 ſummari? Et reſpondens Ieſus cœpit dicere il-
6 lis: Videte ne quis vos ſeducat: multi enim
venient in nomine meo dicentes: quia ego ſum:
7 & multos ſeducent. Cum audieritis autem bel-
la, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet
8 enim hæc fieri: ſed nōdum finis. Exurget enim
B gens contra gentem, & regnum ſuper regnum,
& erunt terræmotus per loca, & fames. Initium
9 dolorum hæc. Videte autem voſmetipſos.
Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis
vapulabitis, & ante præſides & reges ſtabitis pro-
10 pter me, in teſtimonium illis. Et in omnes gen-
tes primùm oportet prædicari Euangelium.
11 Et cum duxerint vos tradentes, nolite præ-
cogitare quid loquamini: ſed quod datum vo-
bis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim
12 vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus. Tradet
autem frater fratrem in mortem, & pater fi-
lium: & conſurgent filij in parentes, & morte
13 afficient eos. Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem,
14 hic ſaluus erit. Cùm autem videritis abomi-
nationem deſolationis, ſtantem vbi non debet:
qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa ſunt, fu-
15 giant in montes: & qui ſuper tectum, ne deſcen-
dat in domum, nec introëat vt tollat quid de
16 domo ſua: & qui in agro erit, non reuertatur
C retrò tollere veſtimentum ſuum. Væ autem
17 prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.
18 Orate verò vt hieme non fiant. Erunt enim
19 dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt
ab initio creaturæ, quam condidit Deus, vſque
20 nunc, neque fient. Et niſi breuiaſſet Dominus
dies, non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter
21 electos, quos elegit, breuiauit dies. Et tunc
ſi quis vobis dixerit; Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce
22 illic, ne credideritis. Exurgent enim pſeudo-
chriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna &
portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam
23 electos. Vos ergo videte: ecce prædixi vobis
24 omnia. Sed in illis diebus, poſt tribulatio-
nem illam, ſol contenebrabitur, & luna non
25 dabit ſplendorem ſuum: & ſtellæ cæli erunt de-
cidentes, & virtutes, quæ in cælis ſunt, moue-
26 buntur. tunc videbunt filium hominis venien-
tem in nubibus cum virtute multa, & gloria.
27 Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit
D electos ſuos à quattuor ventis, à ſummo terræ,
28 vſque ad ſummum cæli. A ficu autem diſcite
parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit,
& nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proxi-
29 mo ſit æſtas: ſic & vos cùm videritis hæc fieri,
30 ſcitote quòd in proximo ſit in oſtijs. Amen
dico vobis, quoniam non tranſibit generatio
31 hæc, donec omnia iſta fiant. Cælum & terra
tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.
32 De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque
33 angeli in cælo, neque Filius, niſi Pater. Videte,
vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus
34 ſit. Sicut homo, qui peregrè profectus reliquit
domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem

cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.
* Vigilate ergo, (neſcitis enim quando dominus 35
domus veniat ſero, an media nocte, an galli can-
tu, an mane) * ne cùm venerit repentè, inueniat 36
vos dormientes. * Quod autem vobis dico, om- 37
nibus dico: Vigilate.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVALES STRVCTVRÆ. ſ. *templi*, quod Goth. addit.

3 CONTRA TEMPLVM. pro, è regione templi cùm ſederet, rogant, quando ſit futurum excidium.

6 VENIENT IN NOMINE MEO multi, dicentes ſe Meſſiam eſſe, certè duo *Barcosban*, de quibus in lib. Hebræorum, & de illis Matthæi cap. 24. v. 4 diximus.

7 ET OPINIONES BELLORVM. i. rumores cùm audieritis.

9 VIDETE AVTEM VOSMETIPSOS. i. cauete vobis, prouidete.

11 NOLITE PRÆCOGITARE. ne ſitis ſoliciti. Non vult eſſe negligentes, ſed ipſius præſidio confidere.

14 ABOMINATIONEM DESOLATIONIS cùm videritis. De hac re Matthæi 24. verſ. 16. Syriaci codices & Græcorum plerique cum Theophylacto & Euthymio addunt: *Quæ dicta eſt à Daniele Propheta.* Verum ſicut exemplaria Latina partem iſtam in Marco non legunt, ita nec quædam Græca, nec Auguſtinus lib. 2. de Conſenſu Euangel. cap. 77. QVI LEGIT, INTELLIGAT. ſ. Dan. 9. verſ. 27. Prouocat ad intelligentiam eius Prophetiæ.

19 ERVNT ENIM DIES ILLI TRIBVLATIONES TALES. Græc. *tribulatio, qualis non fuit.* Compl. & Goth. legunt: *Erunt enim dies illi tribulationis.* quo modo conſtructio planior redditur. Quod ſi *tribulatio* aut *tribulationes* legimus; *dies illi*, pro, diebus illis, ſumatur.

20 ET NISI BREVIASSET DOMINVS DIES. Supple, *illos*, vt Syr. & Goth. habent. OMNIS CARO. i. omnis homo periret, nullus euaderet. Pars pro toto, *caro* pro homine. BREVIAVIT. pro, breuiabit dies illos afflictionis.

24 SED IN ILLIS DIEBVS. Egerat hactenus de excidio Ieruſalem, deinceps de die iudicij, & de ſignis eius.

28 A FICV AVTEM. Quod in ficu videtis, doceat vos inſtare poſt ſigna illum diem.

32 NEQVE ANGELI. Ij nullo modo ſciunt. NEQVE FILIVS. ſ. ad reuelandum. *Sciendi* verbum non vno modo ſumitur. Quod ſæpe in Sacris accidit, vt vna vox eodem loco repetita mutet ſignificationem, vt Origenes ait lib. 3. in Epiſt. ad Rom.

35 AN GALLI CANTV veniet dominus, neſcitis. i. gallicinio, quod prope auroram. Duplex eſt enim galli cantus, vt mox dicemus; quattuor noctis vigiliæ, quas illis verbis tangit: SERO, AN MEDIA NOCTE, AN GALLI CANTV, AN MANE.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 CONTRA. i. è regione.

4 INCIPIENT CONSVMMARI. Græc. *conſummanda ſunt.*

7 OPINIONES. i. rumores. TIMVERITIS. Græc. *turbemini.*

8 SVPER. i. contra. DOLORVM. i. calamitatis.

9 VIDETE. i. cauete vobis. CONCILIIS, pro, concilia. IN TESTIMONIVM, &c. i. ad teſtificandum illis de me.

10 PRIMVM. pro, prius.

11 PRÆCOGITARE. Græc. *anxij eſſe.*

14 DEBET. i. oportet.

17 NVTRIENTIBVS. Græc. *lactantibus.*

18 FIANT. Græc. *fiat fuga veſtra.*

19 DIES ILLI. pro, diebus illis.

20 OMNIS CARO. pro, vllus homo. BREVIAVIT. præteritum pro futuro.

21 HIC. i. hoc loco.

27 SVMMO. i. extremo.

28 PARABOLAM. i. ſimilitudinem.

32 IN CÆLO. Græc. *qui ſunt in cœlo.* FILIVS. ſ. vt reuelet. ſic alibi. Nota, inquit, feci omnia, ſ. nota à me facienda, ſeu quæ Pater voluit vt nota facere. PATER. ideoque Filius, & Spiritus ſanctus; eadem enim eſſentia & ſcientia.

34 VIGILET. i. ſic vigilate.

CAPVT XIV.

Conſultant principes ſacerdotum de occidendo Ieſu; qui vnguento pretioſo à muliere perfunditur murmurantibus diſcipulis: venditur à Iuda; de cuius proditione diſcipulis loquitur in cœna, in qua panem in corpus ſuum & vinum in ſanguinem conſecrata tradit diſcipulis: prædicit omnes ſcandalizandos, & trinam Petri negationem: ac poſt trinam orationem capitur à Iudæis; quorum vni Petrus abſcidit auriculam: & diſcipulis fugientibus, coram Caipha à falſis teſtibus accuſatus, mortiſque reus iudicatus, conſpuitur ac ceditur, & ter à Petro negatur.

1 ERat autem Paſcha & Azyma poſt biduum: Matth. 26. a. 1
A & quærebant ſummi ſacerdotes, & Scribæ, Luc. 22. a. 1
quomodo eum dolo tenerent, & occiderent.
2 * Dicebant autem: Non in die feſto, ne forte tu-
3 multus fieret in populo. * Et cum eſſet Betha- Mat. 26. a. 6
niæ in domo Simonis leproſi, & recumberet: Ioan. 12. a. 1
venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nar-
di ſpicati pretioſi, & fracto alabaſtro, effudit ſu-
4 per caput eius. * Erant autem quidam indignè
ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: Vt quid
perditio iſta vnguenti facta eſt? * Poterat enim
5 vnguentum iſtud venumdari plus quàm tre-
centis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant
6 in eam. * Ieſus autem dixit: Sinite eam, quid illi
moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me.
7 * ſemper enim pauperes habetis vobiſcum; &
cùm volueritis, poteſtis illis benefacere: me au-
8 tem non ſemper habetis. * Quod habuit hæc,
fecit: præuenit vngere corpus meum in ſepul-
9 turam. * Amen dico vobis: Vbicumque prædi-
catum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mun-
do, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam
10 eius. * Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim, Mat. 26. b. 14
B abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum
11 illis. * Qui audientes gauiſi ſunt: & promiſerunt
ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomo-
12 do illum opportunè traderet. * Et primo die Matt. 26. b. 16
Azymorum quando Paſcha immolabant, di- Luc. 22. a. 6
cunt ei diſcipuli: Quò vis eamus, & paremus ti-
13 bi vt manduces Paſcha? * Et mittit duos ex di-
ſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in ciuitatem: & oc-
curret vobis homo lagenam aquæ baiulans, ſe-
14 quimini eum: * & quocumque introierit, dicite
domino domus, quia magiſter dicit: Vbi eſt re-
fectio mea, vbi Paſcha cum diſcipulis meis man-
15 ducem? * Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum
16 grande, ſtratum: & illic parate nobis. * Et abie-
runt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem: &
inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt Pa-
17 ſcha. * Veſpere autem facto, venit cum duode- Mat. 26. b. 20
18 cim. * Et diſcumbentibus eis, & manducantibus, Luc. 22. b. 14
ait IESVS: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis
19 tradet me, qui manducat mecum. * At illi cœpe- Ioan. 13. c. 21
runt contriſtari, & dicere ei ſingulatim: Numquid
20 ego? * Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui in-
21 tingit mecum manum in catino. * Et filius qui- Pſal. 40. c. 10
C dem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo: Act. 1. c. 16
væ autem homini illi, per quem Filius hominis Mat. 26. c. 24
tradetur. bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo
22 ille. * Et manducantibus illis, accepit Ieſus pa- 1. Cor. 11. c. 24

nem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait:
Sumite, hoc eſt corpus meum. * Et accepto ca- 23
lice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo
omnes. * Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui 24
teſtamenti, qui pro multis effundetur. * Amen 25
dico vobis, quia iam non bibam de hoc geni-
mine vitis, vſque in diem illum, cùm illud bi-
bam nouum in regno Dei. * Et hymno dicto 26
exierunt in Montem oliuarum. * Et ait eis Ieſus: 27
ᵃ Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta:
quia ſcriptum eſt: ᵇ Percutiam paſtorem, & diſ-
pergentur oues. * ſed poſtquam reſurrexero, præ- 28
cedam vos in Galilæam. * Petrus autem ait illi: 29
Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non
ego. * Et ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia tu 30
hodie in nocte hac, priuſquam gallus vocem bis
dederit, ter me es negaturus. * At ille amplius lo- 31
quebatur: Et ſi oportuerit me ſimul commori D
tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes
dicebant. * ᶜ Et veniunt in prædium, cui nomen 32
Gethſemani. Et ait diſcipulis ſuis: Sedete hic
donec orem. * Et aſſumit Petrum, & Iacobum, 33
& Ioannem ſecum: & cœpit pauere, & tædere.
* Et ait illis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mor- 34
tem: ſuſtinete hîc, & vigilate. * Et cùm proceſ- 35
ſiſſet paululum, procidit ſuper terram: & ora-
bat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: * & 36
dixit: Abba pater, omnia tibi poſſibilia ſunt,
transfer calicem hunc à me, ſed non quod ego
volo, ſed quod tu. * Et venit, & inuenit eos dor- 37
mientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non po-
tuiſti vna hora vigilare? * Vigilate, & orate vt 38
non intretis in tentationem. Spiritus quidem
promptus eſt, caro verò infirma. * Et iterùm 39
abiens orauit, eumdem ſermonem dicens. * Et 40
reuerſus, denuò inuenit eos dormientes, (erant E
enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid
reſponderent ei. * Et venit tertiò, & ait illis: 41
Dormite iam, & requieſcite. Sufficit: venit ho-
ra: ecce Filius hominis tradetur in manus pec-
catorum. * Surgite, eamus: ecce qui me tradet, 42
prope eſt. * Et, adhuc eo loquente, venit Iudas 43
Iſcariotes vnus de duodecim, & ᵈ cum eo turba
multa, cum gladijs & lignis, à ſummis ſacerdo-
tibus, & Scribis, & ſenioribus. * Dederat autem 44
traditor eius ſignum eis, dicens: Quemcum-
que oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & du-
cite cautè. * Et cùm veniſſet, ſtatim accedens 45
ad eum, ait: Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum.
* At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt 46
eum. * Vnus autem quidam de circumſtantibus 47
educens gladium, percuſſit ſeruum ſummi ſa-
cerdotis: & amputauit illi auriculam. * Et re- 48
ſpondens Ieſus, ait illis: Tamquam ad latro-
nem exiſtis cum gladijs & lignis comprehen-
dere me? * quotidie eram apud vos in templo 49
docens, & non me tenuiſtis. Sed vt impleantur
Scripturæ. * ᵉ Tunc diſcipuli eius relinquentes 50
eum, omnes fugerunt. * Adoleſcens autem qui- 51
dam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper
nudo: & tenuerunt eum. * At ille reiecta ſindo- 52
ne, nudus profugit ab eis. * ᶠ Et adduxerunt Ie- 53
ſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt F
omnes ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores. * Pe- 54
trus autem a longè ſecutus eſt eum, vſque intrò
in atrium ſummi ſacerdotis: & ſedebat cum mi-

ᵃ Ioan. 16. g. 42 ᵇ Zach. 13. c. 7

ᶜ Mat. 26. d 36 Luc. 22. d 40

ᵈ Mat. 26. e. 47 Luc. 28. e. 47 Ioan. 2. a. 3

ᵉ Mat. 6. f. 56

ᶠ Mat. 26. f. 57 Luc. 22. f. 54 Ioan 18. e. 13

55 niſtris ad ignem, & calefaciebat ſe. * ᵍ Summi
verò ſacerdotes, & omne concilium, quære-
bant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum
56 morti traderent, nec inueniebant. * Multi enim
teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum:
57 & conuenientia teſtimonia non erant. * Et qui-
dam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant
58 aduerſus eum, dicentes: * Quoniam nos audi-
uimus eum dicentem: ʰ Ego diſſoluam tem-
plum hoc manu factum, & per triduum aliud
59 non manu factum ædificabo. * Et non erat con-
60 ueniens teſtimonium illorum. * Et exurgens
ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Ie-
ſum, dicens: Non reſpondes quidquam ad ea,
61 quæ tibi obijciuntur ab his? * Ille autem tace-
bat, & nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacer-
dos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Chri-
62 ſtus filius Dei benedicti? * Ieſus autem dixit illi:
G Ego ſum: ⁱ & videbitis Filium hominis ſeden-
tem à dextris virtutis Dei, & venientem cum
63 nubibus cæli. * Summus autem ſacerdos ſcin-
dens veſtimenta ſua, ait: Quid adhuc deſide-
64 ramus teſtes? * Audiſtis blaſphemiam: quid vo-
bis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum
65 eſſe reum mortis. * Et cœperunt quidam con-
ſpuere eum, & velare faciem eius, & colaphis
eum cædere, & dicere ei: Prophetiza: & mi-
66 niſtri alapis eum cædebant. * ᵏ Et cùm eſſet Pe-
trus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſum-
67 mi ſacerdotis: * & cùm vidiſſet Petrum calefa-
cientem ſe, aſpiciens illum, ait: Et tu cum Ie-
68 ſu Nazareno eras. * At ille negauit, dicens: Ne-
que ſcio, neque noui quid dicas. Et exijt foras
69 ante atrium, & gallus cantauit. * ˡ Rurſus autem
cùm vidiſſet illum ancilla, cœpit dicere circum-
70 ſtantibus: Quia hic ex illis eſt. * At ille iterùm
negauit. ᵐ Et poſt puſillum rurſus qui aſtabant,
dicebant Petro: Verè ex illis es: nam & Gali-
71 læus es. * Ille autem cœpit anathematizare, &
iurare: Quia neſcio hominem iſtum, quem di-
72 citis. * Et ſtatim gallus iterùm cantauit. ⁿ Et re-
cordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Ieſus:
Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cœpit flere.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 **Post bidvvm.** Id dixit Chriſtus die Martis, biduo ante diem Iouis, quo ipſe celebrauit Paſcha, Luna 14. ſecundùm Legem, quod credam feciſſe plures alios. Iudæi vulgò per eorum traditiones, quia ſabbatum ſequebatur, Luna 15. celebrarunt. Ea veriſſima ratio eſt Euangeliſtas conciliandi.

3 **Nardi spicati.** Latini codices in Ioanne *piſtici* conſtanter habent, in Marco quidam *piſtici*, plerique *ſpicati* legunt. Græci vtrobique *piſtici* conſtantiſſimè ſcribunt. Quidam in Latino tam Ioannis quàm Marci Euangelio, *ſpicati* legendum putant: exiſtimant enim Euangeliſtas Latinam vocem in Græco poſuiſſe, ſed corruptè πιςικὴ, pro σπικατὴ, vulgari Græcorum more: tum quòd nihil de *piſtica nardo* in Claſſicorũ Scriptorum libris, reperiatur: tum quòd ſi à *fide* dicta ſit, πιςὴ dicenda, non πιςικὴ fuerat. Syri vtroque loco *nardum præſtantem* dixerunt. Rom. & Reg. *ſpicati* legunt, atque in vnius Veleſij margine ἐσαχυωμένης. *ſpicatæ* inuenio, neſcio vnde.

4 **Erant avtem qvidam** indignè ferentes vnguenti iacturam. Iudas cœpit, ſecuti ſunt alij. De quo Matth. 26. v. 8.

7 **Pavperes habetis.** pro *habebitis*, vt Goth. habet.

QVOD HABVIT HÆC, FECIT. i. quod potuit. IN 8
SEPVLTVRAM. i. vt meum funus curaret, id fecit.

QVANDO PASCHA IMMOLABANT. i. debebant im- 12
molare, & azyma comedere ex lege. Chriſtus Iudæo-
rum traditiones non curauit.

VBI EST REFECTIO MEA. Luc. 22. verſ. 11. *diuerſo-* 14
rium. Græcè vtrobique κατάλυμα, *cœnaculum*, *tricli-*
nium. *Refectio* i. refectionis locus.

QVI MANDVCAT MECVM. i. cœnat nunc mecum, 18
aut qui meo pane veſcitur, domeſticus.

QVI INTINGIT. Matth. 26. v. 23. *qui intinxit*, Græ- 20
cè. Hîc in præſenti eſt etiam Græcè. i. qui nunc mecum
comedit.

DE HOC GENIMINE VITIS. i. de fructu vitis. Signi- 25
ficat ſe cum illis non ampliùs futurum.

PRIVSQVAM GALLVS VOCEM BIS. Duplex galli 30
cantus eſt, media nocte, & in aurora: vterque *gallici-*
nium dicitur. Iuuenalis Satyr. 9. poſterioris cantus
meminit:

Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi,
Proximus ante diem caupo ſciet. ———

De hac re multa Francol. de Horis Canon. cap. 47. Sed
ex quo videri poſſit, Petrum magnam partem noctis in
negatione periiſſe, nam ante mediam noctem cœpit
negare, & perſtitit fermè vſque ad auroram. Verum
ex Luc. cap. 22. v. 58. & 59. oſtenditur, non magnum
interuallum inter tres negationes fuiſſe.

ET VENIVNT IN PRÆDIVM. Græcè χωρίον. i. *agrum*, 32
locum, prædium, villam. Porrò de *Gethſemani* ſuperiùs
dictum eſt in Matth. cap. 26. verſ. 36.

ABBA PATER. In Syriaco, *pater pater mi*. in Græco 36
& in Latino, priùs *Abba* Syriacè ponitur, quæ vox *pa-*
ter ſignificat; ac ſi dicas, *Pater pater*. Geminatio exag-
gerat.

VT NON INTRETIS. i. ne vincamini à tentatione, 38
orate.

SVFFICIT. ſ. ſatis dormitum eſt. 41

ACCEDENS AD EVM. Priùs id factum eſt, quàm 45
quod Ioannes dicit, ſ. Chriſtum obuiam militibus pro-
ceſſiſſe, cap. 18. v. 4. AVE RABBI. In quibuſdam co-
dicibus deeſt *Aue*, ſed vitioſe, quod Louan. non ſatis
conſiderarunt, detrahentes vocem *Aue*.

SED VT IMPLEANTVR SCRIPTVRÆ. ſ. permitti- 49
tur vobis vt ita faciatis.

ADOLESCENS. Quidam hunc putant fuiſſe Iaco- 51
bum minorem, certè Theophylactus & Epiphanius
Hær. 78. & Hieronymus Pſalm. 37. tum Honorius
Auguſtodunenſis, lib. de Gemma animæ, cap. 6. alij
fuiſſe Ioannem, Chryſoſtomus in Pſal. 13. Ambroſius
in Pſal. 36. Gregorius 14. Moral. c. 23. Beda hîc, tum
Hiſtoria Scholaſtica: neutri tamen argumentis euin-
centibus.

SVMMI VERO SACERDOTES. Erant annui, & pon- 55
tificatus venalis, ſic multi.

EGO SVM. Priùs dixerat: *Tu dicis*, vt eſt in Matth. 62
cap. 27. verſ. 11. ſed deinde addidit, quod hîc dicitur,
Ego ſum, quæ fuit cauſa Sacerdoti excandeſcendi in
eum. Itaque duo reſpondit pontifici, *Tu dicis*, & *Ego*
ſum.

ALAPIS EVM CÆDEBANT. Vox ῥάπισμα Suidæ & 65
Phrynicho *alapam* ſignificat, & verbum ῥαπίζειν, *ala-*
pis cædere. Tametſi alij putent ſignificare quocumque
modo percutere, & quidam audacter vertit: *Bacillis*
eum cædebant. Phrynichus tamen nomen ῥάπισμα inu-
ſitatum eſſe ait, καὶ οὐ χρηστόν, *non eſt in vſu*.

ET EXIIT FORAS. Græcè, *in veſtibulum atrij*, quod 68
intra domum quidem erat, ſed extra atrium. ET GAL-
LVS CANTAVIT. Petrus nondum mouetur, quia non-
dum eum Chriſtus reſpexerat, vſque ad tertiam nega-
tionem, & galli cantum qui mox eſt ſecutus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AZYMA. pro, dies Azymorum. plurale eſt. SVM- 1
MI SACERDOTES. i. Principes ſacerdotum. ſic
infra.

3 SPICATI. i. ex ſpica nardi facti. Græc. πιστικῆς i. *fide-*
lis (quod Ioan. 12. vertit *piſtici*, vt etiam quidam hîc le-
gunt, Syr. *præſtantiſſima*. PRETIOSI. iungendum cum
vnguento.

4 VT QVID. pro, cur.

6 SINITE. i. deſinite accuſare, ſeu omittite eam.

7 HABETIS. pro, habebitis.

8 HABVIT. i. potuit. PRÆVENIT, &c. q.d. Id quod
poſtea facere non poterit, anteuertit. IN SEPVLTV-
RAM. ſ. breui tradendum. q.d. fecit quod ſepultis ſolet
exhiberi.

11 DATVROS. ſ. vbi eum tradidiſſet.

13 LAGENAM. ſ. vas fictile.

14 REFECTIO MEA. Græc. *diuerſorium*. Syr. *locus*
conuiuij.

15 COENACVLVM. Erat in ſuperiore domus parte.
Græc. ἀνώγεων. q. *a terra exaltatum*. Erat ea domus in
monte Sion, vbi creduntur Apoſtoli latuiſſe poſt paſ-
ſionem. Vide Act. 1.

17 DVODECIM. Sic vocabantur Apoſtoli, etiam cùm
aliqui deeſſent: vel forte illi duo iam redierant.

22 MANDVCANTIBVS pro, vbi manducaſſent ſ. agnum.
BENEDICENS. pro, vbi benedixiſſet. FREGIT. ſ. ante-
quam diſcipulis daret.

23 GRATIAS AGENS. pro, cùm gratias egiſſet.

24 AIT. ſ. cùm daret. vide Matth. 26.

25 GENIMINE. i. fructu. Vide Matth.

33 TÆDERE. Græc. ἀδημονεῖν. i. *grauiter angi*. Matth. 26.
vertit *mæſtus eſſe*.

34 SVSTINETE. i. expectate.

35 HORA. ſ. paſſio. ſ. ne pateretur.

36 ABBA. Syr. eſt vox, nam Hebr. *Ab*. PATER. expli-
catio eſt Euangeliſtæ.

37 VENIT, ET INVENIT. Vtrumque præſens eſt.

40 DENVO. iungendum cum *dormientes*.

41 DORMITE. Ironicè. q.d. an tempus eſt dormiendi?
SVFFICIT. ſ. dormiſſe hactenus.

44 CAVTE. ſ. ne euadat.

45 ACCEDENS. Id priùs factum quàm Chriſtus ob-
uiam eis procederet, vt ait Ioannes.

49 SCRIPTVRÆ. ſ. Id vobis permittitur. Syr. additur,
hoc factum eſt.

51 ADOLESCENS, &c. Apparet hunc ſtrepitu excitatum
è lecto ſurrexiſſe, opertum ſindone, ſpectaturum quid
eſſet. NVDO. ſ. corpore.

52 REIECTA, &c. Indicatur hîc quanti periculi fuerit
tunc Chriſtum ſequi.

53 SACERDOTES. Græc. *Principes ſacerdotum*.

56 CONVENIENTIA ſ. inter ſe, vel ſufficientia ad con-
demnandum.

60 EXVRGENS. ſ. præ ira.

63 DESIDERAMVS. Græc. *opus habemus*.

66 NEQVE SCIO, NEQVE NOVI. Græc. *non noui*, *nec*
ſcio. ANTE ATRIVM. ſ. *in veſtibulum*, vt eſt Græc.

71 ANATHEMATIZARE. ſ. execrari. NESCIO. ſ. non
noui.

CAPVT XV.

Ieſus coram Pilato accuſatus, nihil reſpondet: præeli-
gitur Barabbas, & Ieſus traditur crucifigendus; qui
multis modis illuſus a militibus ducitur ad crucifigen-
dum: & diuiſis ipſius veſtimentis, inter latrones cruci-
fixus, audit variorum iactatas in ſe blaſphemias. ſub-
oriuntur tenebræ: & clamans Ieſus Eli, acetoque pota-
tus, cum clamore valido expirat: cuius corpus a Ioſeph
ſepelitur.

1 ET confeſtim manè conſilium facientes *Matth. 27. a. 1*
A ſummi ſacerdotes, cum ſenioribus, & Scri- *Luc. 22. g. 66*
bis, & vniuerſo concilio, vincientes Ieſum,
2 duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interroga- *Ioan. 18. e. 28*
uit eum Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille *Matth. 27 b. 11*
3 reſpondens, ait illi: Tu dicis. Et accuſabant *Luc. 23. a. 6*
4 eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus au- *Ioan. 18. f. 33*

tem

tem rurſum interrogauit eum, dicens: Non
reſpondes quidquam? vide in quantis te ac-
cuſant. * Ieſus autem ampliùs nihil reſpondit, 5
ita vt miraretur Pilatus. * Per diem autem 6
feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vin-
ctis, quemcumque petiſſent. * Erat autem qui 7
dicebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vin-
ctus, qui in ſeditione fecerat homicidium.
* Et cum aſcendiſſet turba, cœpit rogare, 8
ſicut ſemper faciebat illis. * Pilatus autem re- 9
ſpondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis
regem Iudæorum? * Sciebat enim quòd per in- 10
uidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes.
* Pontifices autem concitauerunt turbam, vt 11
Mat. 27. c. 22 magis Barabbam dimitteret eis. * Pilatus au- 12
Luc. 23. b 14 tem iterùm reſpondens, ait illis: Quid ergo vul- B
tis faciam regi Iudæorum? * At illi iterum cla- 13
Ioan. 18. f 39. & 19 a. 1 mauerunt: Crucifige eum. * Pilatus verò dice- 14
bat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis
clamabant: Crucifige eum. * Pilatus autem vo- 15
lens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam,
& tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifige-
Mat. 27. d. 28 Ioan. 19. a. 2 retur. * Milites autem duxerunt eum in 16
atrium prætorij, & conuocant totam cohor-
tem, * & induunt eum purpura, & imponunt 17
ei plectentes ſpineam coronam. * Et cœperunt 18
ſalutare eum: Aue rex Iudæorum. * Et percu- 19
tiebant caput eius arundine: & conſpuebant
eum, & ponentes genua, adorabant eum.
* Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt illum 20
purpura, & induerunt eum veſtimentis ſuis:
Mat. 27. d 32 & educunt illum vt crucifigerent eum. * Et 21
Luc. 23. d. 26 angariauerunt prætereuntem quempiam, Si-
monem Cyrenæum, venientem de villa, pa-
trem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem
eius. * Et perducunt illum in Golgotha lo- 22
cum: quod eſt interpretatum Caluariæ lo-
cus. * Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: 23
Mat. 27. d. 33 & non accepit. * Et crucifigentes eum, di- 24
Luc. 23. e. 33 uiſerunt veſtimenta eius, mittentes ſortem ſu- C
Ioan. 19. d. 17 per eis, quis quid tolleret. * Erat autem hora 25
tertia: & crucifixerunt eum. * Et erat titulus 26
cauſæ eius inſcriptus: REX IVDÆORVM.
* Et cum eo crucifigunt duos latrones; vnum 27
Iſa 53. d. 12 à dextris, & alium à ſiniſtris eius. * Et im- 28
pleta eſt ſcriptura, quæ dicit: Et cum ini-
quis reputatus eſt. * Et prætereuntes blaſphe- 29
mabant eum, mouentes capita ſua, & di-
Ioan. 2. d. 19 centes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in
tribus diebus reædificas: * ſaluum fac temetip- 30
ſum deſcendens de cruce. * Similiter & ſum- 31
mi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum
Scribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum
non poteſt ſaluum facere. * Chriſtus rex Iſ- 32
rael deſcendat nunc de cruce, vt videamus, &
credamus. Et qui cum eo crucifixi erant,
conuitiabantur ei. * Et facta hora ſexta, tene- 33
bræ factæ ſunt per totam terram vſque in ho-
ram nonam. * Et hora nona exclamauit Ieſus 34
Pſal. 21. a. 1 voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma D
Matth. 27. e. 46 ſabacthani? quod eſt interpretatum: Deus
meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?
* Et quidam de circumſtantibus audientes, 35
dicebant: Ecce Eliam vocat. * Currens au- 36
tem vnus, & implens ſpongiam aceto, cir-
cumponenſque calamo, potum dabat ei, di-
cens: Sinite, videamus ſi veniat Elias ad depo-
37 nendum eum. * Ieſus autem emiſſa voce ma-
38 gna expirauit. * Et velum templi ſciſſum eſt in
39 duo, à ſummo vſque deorſum. * Videns au-
tem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic
clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo Fi-
40 lius Dei erat. * Erant autem & mulieres de Mat. 27. f. 55
longe aſpicientes: inter quas erat Maria Ma-
gdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph
41 mater, & Salome: * & cùm eſſet in Gali-
læa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei, & Luc. 8. a. 2
aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant
42 Ieroſolymam. * Et cùm iam ſerò eſſet fa-
ctum (quia erat paraſceue, quod eſt ante ſab- Mat. 27. g. 57
43 batum) * venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis Luc. 23. g. 50
decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Ioan. 19. g. 38.
Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & pe-
44 tijt corpus Ieſu. * Pilatus autem mirabatur ſi
iam obijſſet. Et accerſito centurione, interro-
45 gauit eum ſi iam mortuus eſſet. * Et cùm co-
gnouiſſet à centurione, donauit corpus Ioſeph.
46 * Ioſeph autem mercatus ſindonem, & depo-
nens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum
in monumento, quod erat exciſum de petra,
& aduoluit lapidem ad oſtium monumenti.
47 * Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph,
aſpiciebant vbi poneretur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 TV DICIS. i. non nego, nec affirmo; nam ſi dixiſſet quod Pontifici, *Ego ſum*. ſ. Rex, Pilatus turbatus fuiſſet. An ferret, vt aliquis ſe Regem faceret contra Cæſarem?

8 ET CVM ASCENDISSET TVRBA. i. iuiſſet ad prætorium, Pilatus cœpit rogare illos. Græcè, *cùm clamaſſet turba*, ſic etiam Syr. Noſter tamen pro ἀναβοήσας, legit ἀναβὰς, ſicque legitur in quibuſdam Græc. codicibus, poſitumque eſt à Veleſio ad marginem. SICVT SEMPER FACIEBAT ILLIS. In Gotth. additur, *Per dies feſtos, vt dimitteret eis vnum vinctum*. Vnde? nam omnes codices reclamant, ſed certè *feſtum* vocat ipſum Paſcha.

15 VOLENS POPVLO. Iudex qui populo cupit placere, nihil boni facit.

21 SIMONEM. De hoc *Simone*, & quare vocaretur *Cyrenæus*, dictum eſt in Matth. cap. 27. verſ. 32. PATREM ALEXANDRI ET RVFI. Hi duo fuerunt in numero diſcipulorum Chriſti. *Rufus* etiam Coloniæ Aruernorum Epiſcopus in Gallia Narbonenſi, primus in Sanctorum Topographia.

22 GOLGOTHA. De hoc etiam dictum eſt. Vocabatur autem CALVARIÆ LOCVS, quòd ibi ſepultus eſſet Adam, vt ſentiunt Epiphanius, Hær. 46. & in Anchor. Origenes Tract. 35. in Matth. Cyprianus Serm. de Reſurr. Auguſtinus 16. de Ciuit. cap. 32.

23 MYRRHATVM VINVM. Feſtus *Murrina* genus potionis, ait, quam mulieres vocant *Murriolam*, quidam *murratum vinum*, quod dictum putant ex vuæ genere *Murrina* nomine. Græcè dicitur *nectar*. In Fulgentio etiam *meretrix myrrhinum petit, vt fortior euadat*. Sed is potus myrrham admixtam habebat, vt idem Fulgentius ait, ſicut & vinum, quod Chriſto dederunt, vt ſ. minùs ſentiret cruciatus. De quo plura diximus in Matth. c. 27. v. 34.

25 HORA TERTIA. Hieron. in Pſalm. 77. initio putat errore ſcriptorum, pro *ſexta* poſitum *tertia*, quoniam eorum numerorum notæ Græcè ſunt ſimiles. Hoc tangit S. Thomas 3. par. q. 46. art. 9. ad 2. ſequuntur Theophylactus Ioan. 19. Caietanus Marc. 15. Calixtus Placentinus Enarratione 45. in Euangel. Quadrageſimæ, Canus lib. 2. de Locis, c. 18. ad 5.

Biblio-

Bibliotheca ſancta lib. 6. Annot. 131. Quod hoc loco nos tamen neque refellimus, neque probamus; in Diſputat. pro Edit. Vulgata cap. 23. de hac re diſſeruimus. Neque improbamus, ſi quis viam aliam conciliandi ea loca tenere voluerit. Sed certè Teleſphorus epiſt. 1. Damaſus Pont. in Teleſphoro, VValafridus de Rebus Eccleſ. cap. 23. Radulfus Tungr. de Canonum obſeruantia Propoſitione vltim. dicunt Chriſtum crucifixum hora tertia, vt hîc dicitur. Contrà Conſtit. Apoſtolicæ lib. 5. cap. 16. & lib. 8. c. 40. Ignatius ad Trallianos, Iſidorus lib. 1. de Offic. c. 19. Cyprianus de Orat. Dominica, in fin. hi omnes dicunt Chriſtum crucifixum hora ſexta, vt eſt in Ioanne cap. 19. v. 14.

SACERDOTES ILLVDENTES AD ALTERVTRVM. i. inter ſe dicebant illudentes: *Alios ſaluos fecit.* 31

ELOI, ELOI, idem eſt quod *Eli, Eli*, poſitum in Matthæo; ſolùm differunt, quòd Matthæus verba Hebraica poſuit, Marcus Syriaca. Verùm in textu Syriaco, quod eſt in Regia, hoc loco *Ail, Ail* legitur. 34

SINITE. Cùm alij dixiſſent ei *Sine*, vt eſt in Matth. 27. verſ. 49. ipſe dixit, *Sinite*. ſ. me facere quod facio. Quibuſdam tamen videtur hæc lectio, vt noſtrorum eſt codicum, & plerorumque Græcorum, eſſe deprauata. Cùm enim Marcus Dominicæ paſſionis hiſtoriam eodem deſcribat ordine, & eiſdem penè verbis, quibus Matthæus, veriſimile putant, etiam hoc loco à Marco, ſicut Matthæus habet, ſcriptum: *Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον, Ἄφες. Ceteri verò dicebant, Sine.* cumque fortè deeſſent verba illa, *οἱ δὲ λοιποὶ, ceteri vero*, à ſcriptore mutata eſſe *ἔλεγον* in *λέγων*, *dicebant* in *dicens*, & *Ἄφες* in *Ἄφετε*, *Sine* in *Sinite*. Huic coniecturæ ſuffragantur duo quidem Stephani exemplaria Græca, ſecundum & quartum qualitercumque; nam numero ſingulari *Ἄφες*. i. *Sine*, legunt. 36

ET MARIA IACOBI. Gregorius Nyſſ. Orat. de Natiu. hanc putat eſſe Virginem matrem, & vocari horum matrem, quòd Ioſephi eſſent filij. Quæ eſt ſententia Græcorum quorumdam, sed reiecta ab alijs. 40

ET IOSEPH MATER. Qui in Latinis exemplaribus *Joſeph* dicitur, in Græcis *Ioſes* appellatur, in Syriacis ſimiliter non hoc ſolùm loco, ſed etiam Matth. 13. verſ. 55. tum cap. 27. verſ. 56. Marc. 6. verſ. 3. & c. 15. verſ. 40. Eodem modo nuncupatur à Patribus, Epiphanio Hæreſ. 78. Hieronymo aduerſus Heluidium, Theophylacto atque Euthymio Euangelia enarrantibus. Hoc autem de Hieronymo notandum eſt, quòd nomen iſtud *Ioſes Ioſetis* inflectat, atque ita verba Marci legat; *Maria autem Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſetis viderunt*, &c. quomodo & Marci 6. Græcos quoſdam codices legere Eraſmus [illegible]atur. Porrò codex Græcus Bibliothecæ Vaticanæ 1. Matth. 13. *Ioſeph* legit, ſic etiam Origenem legiſſe, præſertim ex vltimo in Matthæum Tract. videri poteſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VINCIENTES. i. cùm vinxiſſent. Indicatur prima vincula ei fuiſſe ſoluta in domo Caiphæ. 1

FESTVM. ſ. Paſchæ. 6

FECERAT. Græc. *fecerant*. 7

ASCENDISSET. Græc. *exclamaſſet*. ROGARE. Græc. *petere*. FACIEBAT. ſ. Pilatus. 8

REGEM. i. quem accuſatis quòd ſe Regem faciat. 9

MAGIS. i. potiùs. 11

PONENTES. ſ. humi. 19

ALEXANDRI, &c. erant hi duo, Chriſti diſcipuli. 21

MYRRHATVM. i. amariſſimum, ſeu myrrha miſtum, quod ſolebat damnatis dari, vt minùs dolerent. ACCEPIT. i. bibit. ſolùm enim guſtauit, vt ait Matthæus. 23

CRVCIFIGENTES. i. vbi crucifixiſſent. SVPER EIS. Apparet ſortem etiam miſſam ſuper quatuor partes, in quas veſtimenta diuiſerant, & non ſolùm ſuper tunicam inconſutilem. 24

25 TERTIA. ſ. quando data ſententia, vt crucifigeretur. Vide Ignatium epiſt. 1. Clementem 5. Conſtit. cap. 16. vel *tertiam* vocat id quòd poſt tertiam eſt vſque ad ſextam, q. d. iam tertia elapſa erat. ET. pro, *cum*, Hebr.

27 CRVCIFIGVNT. pro, crucifixerunt.

29 BLASPHEMABANT. i. conuitijs proſequebantur. DESTRVIS. i. iactas poſſe deſtruere.

31 AD ALTERVTRVM. i. inter ſe.

32 CRVCIFIXI. Fortè plurale pro ſingulari. CONVITIABANTVR. i. exprobrabant.

34 ELOI ab *Eloha* Matth. *Eli* ab *El*. Not. Euangeliſtas de ſenſu fuiſſe ſolicitos, non item de verbis. Eadem quidem omnes referunt, ſed diuerſis verbis.

36 CALAMO. i. arundini. SINITE. ſ. me. dixerant enim alij, vt eſt apud Matth. *Sine*. i. omitte.

38 DVO. i. duas partes.

39 CENTVRIO. Græc. *Κεντυρίων*, vox Latina.

40 MINORIS. videtur fuiſſe cognomen. Is eſt qui epiſtolam ſcripſit, quæ dicitur Iacobi. SALOME. hæc vxor Zebedæi, nomenque eius id, non *Maria*.

43 DECVRIO. i. Senator. AVDACTER. q. d. non ſine periculo id faciebat.

47 PONERETVR. ſ. vt ſuo tempore vngerent.

CAPVT XVI.

Mulieribus ad Chriſti monumentum obſtupeſcentibus, Angelus reſurrectionem ipſius annuntiat: qui primùm Mariæ Magdalenæ apparet, deinde duobus diſcipulis in alia effigie: demum vndecim recumbentibus apparens exprobrata incredulitate, mittit eos vt in vniuerſo mundo prædicent ac baptizent, ſubiunctis ſignis quæ ſequantur credentes, ac ita in cælum aſcendit.

1 ET cùm tranſiſſet ſabbatum, Maria Mag- Matth. 28. a.1
A dalene, & Maria Iacobi, & Salome eme- Luc. 24.
runt aromata vt venientes vngerent Ieſum. a.1
2 * Et valdè manè vna ſabbatorum, veniunt ad Ioan. 20.
3 monumentum, orto iam ſole. * Et dicebant a.1
ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab
4 oſtio monumenti? * Et reſpicientes viderunt
reuolutum lapidem. Erat quippe magnus val-
5 dè. * ᵃ Et introeuntes in monumentum vide- ᵃ Mat. 28. a.5
runt iuuenem ſedentem in dextris, cooper- Luc. 24.
6 tum ſtola candida, & obſtupuerunt. * Qui a.4 Ioan. 20.
B dicit illis: Nolite expaueſcere: Ieſum quæri- c.12
tis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt
7 hîc, ecce locus vbi poſuerunt eum. * Sed ite,
dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedit
vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ᵇ ſicut ᵇ Sup. 14.
8 dixit vobis. * At illæ exeuntes, fugerunt de c.28
monumento: inuaſerat enim eas tremor &
pauor: & nemini quidquam dixerunt: time-
9 bant enim. * Surgens autem manè, ᶜ prima ᶜ Ioan. 20.
ſabbati, apparuit primò Mariæ Magdalene, d.16
10 de qua eiecerat ſeptem dæmonia. * Illa va-
dens nuntiauit his, qui cum eo fuerant, lu-
11 gentibus & flentibus. * Et illi audientes quia
uiueret, & viſus eſſet ab ea, non credi-
12 derunt. * ᵈ Pòſt autem duobus ex his am- ᵈ Luc. 24.
C bulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, eun- b.13
13 tibus in villam: * & illi euntes nuntiaue-
14 runt ceteris: nec illis crediderunt. * Nouiſ-
ſimè recumbentibus illis vndecim apparuit:
& exprobrauit incredulitatem eorum & du-
ritiam cordis; quia ijs, qui viderant eum re-
15 ſurrexiſſe, non crediderunt. * Et dixit eis: Eun-
tes in mundum vniuerſum prædicate Euan-
16 gelium omni creaturæ. * Qui crediderit, &

bapti-

baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non cre- D
diderit, condemnabitur. * Signa autem eos, 17
qui crediderint, hæc ſequentur: " In nomine
meo dæmonia ejicient: linguis loquentur no-
uis: * ſerpentes tollent: & ſi mortiferum quid 18
biberint, non eis nocebit: ſuper ægros ma-
nus imponent, & bene habebunt. * Et Do- 19
minus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis,
"aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.
* Illi autem profecti prædicauerunt vbique, 20
Domino cooperante, & ſermonem confirman-
te, ſequentibus ſignis.

Act. 16. d. 18. & 1. a. 4. & 10. g. 46 Act. 28. a. 5. 8

Luc. 24. g. 51

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 VALDE MANE. ſ. profectæ. Luc. 24. verſ. 1. *valde diluculo*. Ioan. 20. verſ. 1. *cùm adhuc tenebræ eſſent*; ſed peruenerunt *orto iam ſole*, vt hic dicitur. Aut verò bis eò venerunt, priùs in tenebris, pòſt orto ſole, vt notatur in Diario vitæ & actionum Chriſti. VNA SABBATORVM. i. prima hebdomadæ die, quæ erat dies Dominica. Porrò *ſabbatum*, *hebdomadam* ſignificat, nam omnes dies à *ſabbato* vocabantur, vt *prima ſabbati, ſecunda ſabbati*.

4 ERAT QVIPPE DIES MAGNVS. Hoc iunge cum illo, *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem?* Gotth. *erat autem*.

7 PRÆCEDIT VOS. pro, *præcedet*, vt ex Matth. 28. v. 7. Græcè vtrobique in præſenti eſt *præcedit*, etſi multi codices Lat. in futuro habeant *præcedet* in vtroque Euangeliſta.

12 DVOBVS EX IIS oſtenſus eſt. Gotth. *ex eis*. Græc. *ex ipſis*. IN VILLAM. ſ. Emmaus, Luc. 24.

14 NOVISSIME. Græc. *deinde*. VNDECIM. Decem erant, Thomas aberat: ſed ſic totum Apoſtolorum collegium vocabatur; ſic ante caſum Iudæ *duodecim* vocabatur.

16 QVI CREDIDERIT, ET BAPTIZATVS FVERIT. Non ſequitur, aut paruulos non eſſe baptizandos, aut fidem ſufficere ad ſalutem, de quo tamen hoc loco non diſputamus. Hieronymus q. 3. ad Hedibiam hoc poſtremum Marci caput ait in multis codicibus non eſſe, & de eius auctoritate quoſdam dubitare. Verùm Irenæus lib. 3. c. 11. vt Marc. huius capitis verba citat. Auguſtinus lib. 3 de Conſ. Euang. eodem modo explicat quo cetera. Beda etiam in fin. lib. 4. Comment. in Marcum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 VNA. i. *prima*. Hebr. SABBATORVM. pro, ſabbati. i. hebdomadæ. Vide Luc. 18. ORTO, &c. ſ. peruenerunt, cum fuiſſent tamen valdè manè profectæ.

5 MONVMENTVM. i. locum vbi monumentum. DEXTRIS. ſ. monumenti.

7 SED. pro, itaque. ET PETRO. pro, etiam. vel, præcipuè Petro.

8 NEMINI. ſ. occurrentium in via.

9 MANE, &c. iungenda hæc cum *apparuit*.

10 FVERANT. ſ. Apoſtolis.

12 VILLAM. i. pagum. Vide Luc. 24.

13 CREDIDERVNT. ſ. aliqui.

14 NOVISSIME. Græc. ὕστερον. i. *deinde*, ſeu *poſteà*. Hanc quidam putant fuiſſe primam apparitionem, de qua Luc. & Ioan. alij vltimam. VNDECIM. Sic vocabantur poſt Iudæ diſceſſum, etiam ſiquis deeſſet; vt nunc Thomas.

15 DIXIT. i. præcepit. Id factum in Galilæa, cùm plurimi adeſſent.

17 SIGNA. i. miracula. SEQVENTVR. ſ. cùm opus erit. NOMINE. i. virtute, ſeu inuocatione nominis.

18 TOLLENT. i. auferent. ſ. ne lædant. ſic Paulus viperam proiecit illæſus, Act. 28.

19 SEDET. Significatur quies & poteſtas iudiciaria. A DEXTRIS. i. optimo loco, quatenus homo.

20 VBIQVE. i. vbicumque opportunum erat. SEQVENTIBVS SIGNIS. Græc. *per ſubſequentia ſigna*. Græcè additur *Amen*. Syriacè autem, *Annuntiatum fuiſſe hoc Euangelium à Marco Romæ Romanè*. i. Latino ſermone.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT PRIMVM.

Zacharia ſacerdoti annuntiat Gabriel Ioannis conceptum ex Eliſabeth ſterili; qui Angelo non credens, mutus efficitur: idemq; Gabriel Maria annuntiat conceptum Ieſu filij Dei de Spiritu ſancto: ad Mariæ ſalutationem Ioannes exultat in vtero, & Eliſabeth prophetat, ipſaque Maria canticum gratiarum actionis Domino decantat: in nati Ioannis circumciſione, Zacharias pater, recepta loquela, canticum gratiarum actionis edit.

QVONIAM quidem multi 1
conati ſunt ordinare nar- A
rationem, quæ in nobis
completæ ſunt, rerum:
ſicut tradiderunt nobis, 2
qui ab initio ipſi viderunt,
& miniſtri fuerunt ſermo-
nis: viſum eſt & mihi, aſſecuto omnia à 3
principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, op-
time Theophile, vt cognoſcas eorum verbo- 4
rum, de quibus eruditus es, veritatem. Fuit in 5
diebus Herodis, regis Iudææ, ſacerdos quidam
nomine Zacharias, de vice Abia; & vxor illius
de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth.
Erant autem iuſti ambo ante Deum, inceden- 6
tes in omnibus mandatis & iuſtificationibus
Domini ſine querela, & non erat illis filius, eò 7
quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſſiſ-
ſent in diebus ſuis. Factum eſt autem, cùm ſa- 8
cerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante
Deum, ſecundùm conſuetudinem ſacerdotij, 9
ſorte exijt vt incẽſum poneret, ingreſſus in tem-
plum Domini: & omnis multitudo populi 10
erat orans foris hora incenſi. Apparuit autem 11
illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris in-
cenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor 12
irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus: 13
Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt de- B
precatio tua: & vxor tua Eliſabeth pariet tibi fi-
lium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit 14
gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate
eius gaudebunt: erit enim magnus coram Do- 15
mino: & vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu
ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: & 16
multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum
Deum ipſorum: & ipſe præcedet ante illum in 17
ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda pa-
trum in filios, & incredulos ad prudentiam iu-
ſtorum, parare Domino plebem perfectam. Et 18
dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc ſciam?
ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in
19 diebus ſuis. Et reſpondens Angelus dixit ei: Ego
ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus ſum
20 loqui ad te, & hæc tibi euãgelizare. Et ecce eris
tacens, & non poteris loqui, vſque in diem quo
hæc fiant, pro eo quòd non credidiſti verbis
21 meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat
plebs expectans Zachariam: & mirabãtur quòd
22 tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem nõ po-
C terat loqui ad illos, & cognouerunt quòd viſio-
nem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis,
23 & permanſit mutus. Et factum eſt, vt impleti
24 ſunt dies officij eius, abijt in domum ſuam: poſt
hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius, &
25 occultabat ſe menſibus quinque, dicens: Quia
ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus re-
ſpexit auferre opprobriũ meum inter homines.
26 In menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Ga-
briel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen
27 Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui
nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen
28 virginis Maria. Et ingreſſus Angelus ad eam
dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Bene-
29 dicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet, tur-
bata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſ-
30 ſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas
Maria, inueniſti enim gratiam a[illegible]d Deum:
31 ecce concipies in vtero, & pari[illegible] [illegible]m, & vo-
32 cabis nomen eius IESVM. hic eri[illegible] [illegible]agnus, &
D Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Domi-
nus Deus ſedem Dauid patris eius: & regnabit
33 in domo Iacob in æternum, & regni eius non
34 erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum:
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cog-
35 noſco? Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiri-
tus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi
obumbrabit tibi. Ideoq́ue & quod naſcetur ex
36 te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Eliſa-
beth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſe-
nectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vo-
37 catur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud
38 Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ec-
ce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum
39 tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus. Exurgens au-
tem Maria in diebus illis abijt in montana cum
40 feſtinatione, in ciuitatem Iuda: Et intrauit in
41 domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et
E factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eli-
ſabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta
42 eſt Spiritu ſancto Eliſabeth: & exclamauit vo-
ce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres,
43 & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc

1. Par. 24. a. 10
Exod. 30. a. 7 Leu. 16. d. 17
Mal. 4. b. 6 Matth. 11. b. 14
Iſai. 7. c. 14
Inf. 2. c. 21
Dan. 7. d. 14. & 27. Mich. 4. c. 7

mihi vt veniat mater Domini mei ad me? * Ecce 44
enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus
meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.
* & beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur 45
ea, quę dicta ſunt tibi à Domino. * Et ait Maria: 46
Magnificat anima mea Dominum: * & exul- 47
tauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.
* Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ec- 48
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge-
nerationes.
* Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & 49
ſanctum nomen eius.
* Et miſericordia eius à progenie in proge- 50
nies timentibus eum.

ª Iſai. 51. b. 9 Pſal. 32. b.10

* Fecit potentiam in ª brachio ſuo: diſperſit 51
ſuperbos mente cordis ſui.
* Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit hu- 52
miles.

ª Pſal. 33. a. 11 1. Reg. 2. b. 6

* ª Eſurientes impleuit bonis: & diuites di- 53
miſit inanes. F
* Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus 54
miſericordiæ ſuæ.

ª Iſai. 41. b. 8 Pſal. 131. c. 11 Gen. 17. c. 9. & 22. c. 16

* Sicut locutus eſt ad patres noſtros, ª Abra- 55
ham, & ſemini eius in ſæcula.
* Manſit autem Maria cum illa quaſi menſi- 56
bus tribus; & reuerſa eſt in domum ſuam. * Eli- 57
ſabeth autem impletum eſt tempus pariendi, &
peperit filium. * Et audierunt vicini & cognati 58
eius, quia magnificauit Dominus miſericor-
diam ſuam cum illa, & congratulabantur ei. * Et 59
factum eſt in die octauo, venerunt circumcide-
re puerum, & vocabant eum nomine patris ſui
Zachariam. * Et reſpondens mater eius, dixit: 60
Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes. * Et dixe- 61
runt ad illam: Quia nemo eſt in cognatione
tua, qui vocetur hoc nomine. * Innuebant au- 62
tem patri eius, quem vellet vocari eum. * Et po- 63

ª Sup. b. 13

ſtulans pugillarem ſcripſit, ª dicens: Ioannes eſt
nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. * Apertum 64
eſt autem illicò os eius, & lingua eius, & loque-
batur benedicens Deum. * Et factus eſt timor 65
ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia
montana Iudææ diuulgabantur omnia verba
hæc: * & poſuerunt omnes qui audierant in 66
corde ſuo, dicentes: Quis, putas, puer iſte erit? G
Etenim manus Domini erat cum illo. * Et Za- 67
charias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto:
& prophetauit, dicens:

ª Pſal. 73. e. 12. & 131. d. 17

* ª Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia vi- 68
ſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ:
* Et erexit cornu ſalutis nobis, in domo Da- 69
uid pueri ſui.

ª Ierem. 23. a. 6. & 30. b. 10

* ª Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à 70
ſæculo ſunt, prophetarum eius:
* Salutem ex inimicis noſtris, & de manu 71
omnium qui oderunt nos:
* Ad faciendam miſericordiam cum patribus 72
noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

ª Gen 22. c. 16 Ierem. 21. f. 33 Hebr. 6. c. 13. d. 17

* ª Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham 73
patrem noſtrum, daturum ſe nobis:
* Vt ſine timore, de manu inimicorum no- 74
ſtrorum liberati, ſeruiamus illi;
* In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omni- 75
bus diebus noſtris.
* Et tu puer, propheta Altiſſimi vocaberis: præ- 76
ibis enim ante faciem Domini parare vias eius:
77 * ª Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, i[n]
remiſſionem peccatorum eorum:
78 * Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: in qu[i]-
bus viſitauit nos, ª oriens ex alto:
79 * Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbr[a]
mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros i[n]
viam pacis.
80 * Puer autem creſcebat, & confortabatur ſp[i]-
ritu: & erat in deſertis vſque in diem oſtenſio-
nis ſuæ ad Iſrael.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

LVCAS *Medicus Antiochenus, Græc[e] doctus, ſcripſit Euangelium Græco ſermone in Achaiâ, anno ſalutis 49. à Chriſti morte quintodecimo, vt Euthymius & Theophylactus aiunt Præfatione in Lucam. Negat Baronius, vir in hiſtoria doctiſſimus & annum Chriſti 58. deſignat, in eo certè falſus quòd dum ex Ezechielis animalibus bouem Luc[æ] tribui, in Italia olim bouem* Lucam *appellari ait falſus Eraſmus in Chiliadibus. non enim* bos, *ſe[d]* elephas *ſic vocabatur; vti ex Plin. lib. 8. cap. 6. Iſidorus ait lib. 12. Etymol. cap. 2.* Quòd Pyrrhi bello in Lucania elephas primùm in Italia viſus eſſet, bouem Lucam appellare cœperunt. *Varr[o] lib. 6.* Luca, bos, elephas, *ait: in quo Ioſephus etiam Scaliger in eum locum turpiter hallucinatur. Idem Baronius affirmat, è ſeptuaginta diſcipulis non fuiſſe, quòd Euangelij initio dicat ſe ſcribere quæ tradiderunt ipſi qui res ipſas viderunt. Verùm contrà ſentiunt Epiphanius Hæreſi 51. Dorotheus in Synopſi, Euthymius Præfat. in Lucam; præter illos, qui Cleophæ ſocium Lucam faciunt, quorum magna turba eſt adducta Luc. 24. à nobis. Licetq[ue] ad Lucæ verba reſpondere, Eum non omnia vidiſſe, ſic aliis eguiſſe teſtibus. Tum quod Hieronymus in Catalogo ait, Euangelium ſicut audierat ſcripſiſſe, Acta Apoſtolorum ſicut viderat. Eodem modo explicari poteſt, vidiſſe omnia quæ in Actis refert, quæ in Euangelio, non omnia.*

1 QVÆ IN NOBIS COMPLETÆ SVNT RERVM. ſ. certiſſimè, ſine dubio contigerunt, id πληροφορία ſignificat.

3 ASSECVTO. i. conſecuto ea proximè. EX ORDINE. i. ſuo ordine, vti res ipſæ, & quo tempore ſingula acciderunt, ſcribere viſum eſt. THEOPHILE. Epiphanius Hęreſi 51. *Siue cuidam Theophilo tunc ſcribens, ſiue omni homini diligenti Deum.* Abulenſis Prologo in Matth. q. 21. ait fuiſſe Antiochiæ Principem *Theophilum*, & vt quidam putat, poſt diſceſſum Petri eius vrbis Epiſcopum; eoque hortatore, Euangelium & Acta Apoſtolorum ſcripſiſſe Lucam.

5 IN DIEBVS HERODIS. Hic fuit primus Herodes, dictus Aſcalonita. De eo & eius progenie, in Diſputatione pro aduentu Iacobi in Hiſp. cap. 4. quod ſatis eſt diximus. DE VICE ABIA. Dauid 1. Paral. 24. ſacerdotes poſteros Aaron in familias viginti quatuor diſtribuit, vt quæque ſuo ordine per hebdomadas miniſtrarent in templo. Abiæ octauus locus obtigit. Ex eius poſteris erat Zacharias. DE FILIABVS AARON. Erat etiam Virginis cognata, quare ex tribu Iuda etiam procedebat. Miſcebantur tribus per coniugia.

6 IVSTIFICATIONIBVS. Ritibus, cærimoniis. SINE QVERELA. Græc. *irreprehenſibiles.*

9 SORTE EXIIT. Inter eos qui eiuſdem familiæ erant, ſortes mittebantur, quis miniſtraret eorum.

13 DEPRECATIO TVA, ſiue pro populo, ſiue pro prole, exaudita eſt.

15 VINVM ET SICERAM NON BIBET. Erit Nazaræus.

Per *ſiceram* Hieronymus & Dauid Kimhi intelligunt
omne quod inebriare poteſt, præter vinum.

PRÆCEDET ANTE ILLVM, nempe Dominum Deum. 17
ſ. Chriſtum; ad quem dixit Ioannem conuerſurum
multos. CORDA PATRVM IN FILIOS. i. vt poſteri
imitentur maiores ſuos. Sic Hieronymus Malach. 4.
verſ. 6. vnde hoc citatur. Vel *in filios*. i. cum filiis pa-
tres conuertet, & filios cum patribus, denique omnes
conuertet. De quo eo loco Prophetæ.

GABRIEL. i. *Dei virtus*, quomodo Chriſtus ipſe vo- 19
catur 1 ad Corinth. 1. v. 24. Simul Zachariam admo-
net reuelationum, quas Danieli fecit Gabriel ipſe.

ERIS TACENS. Ambroſius ſimul & ſurdum factum 20
ait, ideò per nutus loquuntur ei, *innuebant patri eius*.
Harás vox Hebr. *mutum* & *ſurdum* ſignificat.

VT IMPLETI SVNT DIES. Cùm miniſtrabant ſacer- 23
dotes, indormiebant in templo; iis expletis, domum
redibant.

AD VIRGINEM DESPONSATAM. Syr. *venditam*. 27
Olim viri dotabant, & quaſi emebant ſponſas: 1. Reg. 18.
verſ. 25. Oſeæ 3. verſ. 2. ſic erant obedientes; nunc ſu-
perbiunt. quia viros emunt ampla ſæpè dote.

AVE. Gotth. *Aue Maria*. GRATIA PLENA. 28
Græc. κεχαριτωμένη, quæ vox *gratis*, & *vehementer*
amatam ſignificat: quod Interpres vno verbo com-
plecti non potuit.

CVM AVDISSET. Græc. *vidiſſet*, turbata eſt. *Videre* de 29
omnibus ſenſibus dicitur, ob excellentiam viſus.

ET VOCABIS. Non Ioſeph, ſed tu. Alludit ad illud 31
Iſai. 7. v. 14. *Et vocabit*, ſeu *vocabis nomen eius Emma-
nuel*. ſic Hebr. non *vocabitur*. NOMEN EIVS IESVM.
De hoc nomine. & quo pacto in eo includatur nomen
Dei ineffabile, Galatinus 3. lib. contra Iud. cap. 20.
Porrò nomen ineffabile numquam profertur, ſed loco
eius aliud nomen Dei; cuius vocales ſunt adſcriptæ, vt
indicent Deum à nobis non intelligi. Conſtat ſolùm
ex vocalibus, quæ per ſe proferri poſſunt, ſine illis non
proferas conſonantes, ſic res ſine Deo non ſubſiſtant.
Id Græci ſecuti Dei nomen ex ſeptem vocalibus com-
poſuere, vt Euſebius ait de Præparat. Euang. lib. 11.
cap. 4. Ex huius nominis vocales ſunt tres, quibus tres
perſonæ ſignificantur; ſed ſecunda geminatur. propter
duas naturas Filij Dei. Hoc nomen in ſingulari, quo-
niam eſſentia in Deo vnica eſt, pleraque alia nomina
in plurali, quoniam plures perſonæ. Hoc nomen ab
eſſe deducitur, ideò Dei nomen proprium & eſſentiale
eſt. Exod. 3 verſ. 15. *Ego ſum. Hoc nomen mihi eſt in
æternum*. Alia nomina ab operationibus, ideò appella-
tiua; ad hoc nomen reſpexit Diodorus Siculus, cùm de
Moyſe agens ait, Ἰαὼ Deum vocaſſe. Macrobius 1. Sa-
turn. cap. 18. Solem ait vocari Ἰαώ. Clemens Alexan-
drinus Strom 5. Ἰαοὺ, pro *Iehoua* ponit.

QVOMODO FIET ISTVD. Non dubitat, ſed modum 34
quærit. NON COGNOSCO. i. non cognoſcam. Augu-
ſtinus de Sancta Virg. cap. 4. ex his verbis colligit, Vir-
ginem vouiſſe virginitatem. Alioqui non apta eſſet re-
ſponſio, ſi de præterito intelligatur *non cognoſco*, pro,
non cognoui. S. Thomas 3. p. q. 28. art. vlt. vouiſſe ait,
ſed votum ſub conditione fuiſſe.

OBVMBRABIT TIBI. i. docebit te. Diuina per vm- 35
bras intelligimus; Moyſem niſi velata facie intueri non
poſſunt: in transfiguratione Chriſti claritatem diſcipu-
li ferre non poſſunt. De quo Gregorius Moral. 29. c. 3.
aut *obumbrabit*. i. fauebit tibi. Virgilius lib. 11. *Regi-
na nomen obumbrat*. Syr. *obumbrabit ſuper te*.

ET BENEDICTVS FRVCTVS VENTRIS TVI. Irenæus 42
lib. 3. cap. 27. Non ait de fructu lumborum, vt in aliis,
aut de femore, vt oſtendat non operâ viri genitum. Sic
Pſal. 131. verſ. 11. *De fructu ventris tui ponam ſuper
ſedem tuam*.

EXVLTAVIT. Græcè *ſubſiliit*. Cyrillus Catech. 7. 44
ait, Ioannem agnouiſſe tunc Chriſtum. Auguſtinus
dubitat epiſt. 57. S. Thomas negat 3. p. q. 27. art. 3.
Conuincit tamen agnouiſſe quod ait, *Exultauit in
gaudio*; quod ſine cognitione non eſt.

BEATA, QVÆ CREDIDISTI. Græc. *credens* πιστεύσασα, 45
quod participium, pro ratione ſequentium, per ſecun-
dam & per tertiam perſonam reddi poteſt. Ita ſi legi-
mus, *quæ dicta ſunt* αὐτῇ *ipſi*, vt eſt Græcè: legendum
eſt, *credidit*; vt Regia & Louanienſes poſuerunt: ſi legimus;
quæ dicta ſunt tibi, dicendum erit, *credidiſti*; vt legit
Ambroſius & vt Rom. poſuerunt, quibus Gotth. fa-
uet, & Veleſij margo, vbi pro αὐτῇ inuenio σοί, *tibi*.
Nam alij codices Græc. & Syr. in aliam lectionem
conſpirant. Exultauit ſpiritus in Deo

47 SALVTARI MEO. i. *Saluatore*, vt eſt Græc. Σωτῆρί μου.

51 FECIT POTENTIAM IN BRACHIO. i. brachio exten-
ſo, vehementi conatu fecit hoc opus.

54 RECORDATVS. Pleraque codices Latini *memorari*,
μνησθῆναι Græcè. Sed benè infinitiuus vertitur in par-
ticipium. Græca phraſis.

63 ET POSTVLANS PVGILLAREM. Tabella eſt cera in-
ducta, in qua ſtylo ſcribebant; aut capſa, vbi erant
omnia ad ſcribendum inſtrumenta.

66 QVIS, PVTAS, &c. Gotth. *quid putas, puer iſte erit?*
ſic Græc.

69 CORNV SALVTIS. i. virtutem ſalutarem erexit,
oſtendit.

71 SALVTEM. ſ. promiſit ſe daturum, & liberaturum
EX INIMICIS NOSTRIS.

72 ET MEMORARI. i. recordatus, vt verſ. 54. vtrobi-
que. Græc. idem infinitiuus eſt. Hic eſt fons ſalutis,
memorari Deum teſtamenti. i. pacti ſui.

73 IVSIVRANDVM, pro *iuriſiurandi*, vt eſt Syr. ſ. me-
moretur.

78 VISITAVIT NOS ORIENS, eſt nomen, ἀνατολὴ, & re-
fertur aut ad Ioannem, qui præceſſit Chriſtum, vt au-
rora ſolem; aut ad ipſum Chriſtum, quo nomine vo-
catur Zachar. 6. verſ. 12.

79 ILLVMINARE HIS. pro, vt illuminet. IN VMBRA
MORTIS. i. qui ſunt afflictionibus oppreſſi, quæ inſtar
mortis ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LVCAS fuit patriâ Antiochenus, arte me-
dicus, Pauli diſcipulus; & ſecundum quoſ-
dam, ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſci-
pulis. Martyrem fuiſſe multi ſcribunt.

1 ORDINARE. i. contexere. COMPLETÆ. Græc. *cer-
tiſſimè compertæ*, ſeu *creditæ*.

2 SICVT. ſ. ita completæ, ſeu creditæ. MINISTRI.
i. cooperatores. SERMONIS. i. rei, ſeu verbi Dei.

3 OMNIA, &c. iunge cum *aſſecuto*. EX ORDINE.
i. ordine, quo quæque geſta ſunt. OPTIME. Græc. vox
etiam *potentiſſimum* ſignificat. Apparet fuiſſe virum
primarium, & magiſtratum gerentem; tales enim
optimi dicebantur. Vide Act. 23. & 26.

4 COGNOSCAS. pro, agnoſcas. Agnoſcimus aliàs
cognita. ERVDITVS ES. Græc. κατηχήθης. q. d. cate-
chizatus es. ſ. catechiſmo edoctus. VERITATEM.
Græc. ἀσφάλειαν. i. *certitudinem*.

5 HERODIS. Huius primo anno regni legitimi Chri-
ſtus natus. ſ. conſenſerunt in eum Iudæi, quibus antea
inuitis regnabat. Eius filij, Herodes & Philippus Te-
trarchæ, & Ariſtobulus cuius filius Herodes Agrippa,
qui Iacobum interfecit, quique filium reliquit Agrip-
pam, cum quo Paulus locutus. IVDÆÆ. i. regionis à
Iudæis habitatæ. ſ. à 12. tribubus; aliàs comprehendit
ſolùm tribum Iuda & Beniamin. VICE ABIA. Vide
1. Paral. 24. vbi Sacerdotum 24. familiæ inſtitutæ à
Dauid, ſorteque electæ, quæ qua hebdomada ſeruire
deberet, obtigitque familiæ Abia locus octauus. FI-
LIABVS. i. numero filiarum. q. d. ex progenie, vel orta
ex filiabus. i. nepte aliqua.

6 ANTE DEVM. ſ. Deo approbante. IVSTIFICATIO-
NIBVS. i. cæremoniis. SINE QVERELA. i. ſic vt ne-
mo de eis queri poſſet. q. d. irreprehenſibiliter, ſeu in-
culpatè. Vide Philipp. 2.

9 SACERDOTII. i. ſacerdotalis functionis. SORTE.
ſ. inter eiuſdem familiæ ſacerdotes ſors mittebatur ſu-
per officiis, quibus hebdomada vicis ſuæ functuri
quique eſſent: erant enim varia. ex quo patet, non

fuiſſe

fuiſſe Zachariam Pontificem, quod quidam putarunt: non enim opus fuiſſet ſorte. INCENSVM. De quo Exod. 30. ſ. manè & veſperi ponebatur. TEMPLVM. ſ. ſanctum, non Sancta ſanctorum.

FORIS. ſ. in atrio populi. 10

APPARVIT. ſ. corporali ſpecie. Græc. ὤφθη. i. *viſus eſt.* 11

TVRBATVS. ſ. aſpectu Angelicæ maieſtatis. 12

DEPRECATIO. ſ. pro ſalute populi, vel pro Meſſiæ 13
aduentu. ET VXOR. pro, nam vxor.

IN. pro, de. 14

CORAM DOMINO. i. Dei iudicio, adeoque verè. 15
SICERAM. i. quidquid poteſt inebriare, à verbo שכר .i. *inebriari.* NON BIBET. ſ. Deo perpetuò conſecratus, more Nazaræorum: de quibus Num. 6. ADHVC EX. pro, iam inde ab. vel, etiam in.

ILLVM. ſ. Deum, nempe Chriſtum. IN FILIOS. 17
ſ. vt filij eodem ſint corde & mente cum patribus ſanctis, vt ſtatim explicatur. PARARE. i. vt paret. PERFECTAM. i. benè præparatam, vt Græc. indicant.

ASTO. ſ. contemplans, & ad obſequium paratus. 19

TACENS. etiam ſurdus euaſit; vnde vt poſteà dici- 20
tur, *innuebant ei.*

MVTVS. Græc. κωφὸς, quod etiam *ſurdum* ſignificat. 22

OFFICII. Græc. λειτουργίας. *miniſterij ſacri.* ABIIT. 23
ſ. tempore miniſterij. Prope templum in Atrio habitabant ſacerdotes in domunculis ad id deſtinatis.

OCCVLTABAT. ſ. pudebat videri ea ætate dediſſe 24
operam liberis. DICENS. q. d. læta tamen Deo gratias agebat.

AVFERRE. pro, vt auferret. OPPROBRIVM. ſ. ſte- 25
rilitatis, quæ tunc probro dabatur.

DESPONSATAM. ſ. & traditam. 27

INGRESSVS. ſ. corporali ſpecie. AVE. Græc. χαῖρε. 28
.i. *ſalue.* Syr. *pax tibi.* & quidem credendum, ſalutaſſe more Hebræo, nempe שָׁלוֹם לָךְ .i. *pax tibi.* GRATIA PLENA. Græc. κεχαριτωμένη. i. *gratioſa*, ſeu *valde grata* Deo. ſ. plena gratia. TECVM. ſ. eſt. BENEDICTA, &c. q. d. præcellens ceteras omnes benedictione Dei, ſolaque expers maledictionis, vide inf. IN MVLIERIBVS. pro, inter mulieres.

AVDISSET. Græc. & Syr. *vidiſſet.* IN SERMONE. 29
ſ. humilis erat, & videbat ſe laudari multùm. SALVTATIO. Syr. *pax.*

INVENISTI pro, *obtinuiſti*, Hebr. 30

VOCABIS. ſ. ipſa mater erat, non Ioſeph pater. 31

MAGNVS. quippe Deus. Itaque non additur, vt in 32
Ioanne, *coram Domino.* FILIVS. ſ. naturalis, & conſubſtantialis. SEDEM. ſ. regnum per Dauid figuratum. Vide Iſa. 9.

IN DOMO. ſ. ſpirituali. i. Eccleſia. Græc. & Syr. *ſu-* 33
per domum.

QVOMODO. Non dubitat, ſed modum quærit. Vi- 34
detur autem ignoraſſe, Chriſtum ex Virgine naſciturum. NON COGNOSCO. i. voui non cognoſcere. ſ. vouerat caſtitatem etiam ante deſponſationem, ſecundùm Auguſtinum.

SVPERVENIET. i. cælitus illabetur. ALTISSIMI. 35
.i. Dei. OBVMBRABIT TIBI. i. conteget te. q. d. erit loco complexus virilis. ſ. concipies Dei operâ, non viri. honeſtè dixit, quod vulgò *ingrauidare.* TE. i. tua ſubſtantia. SANCTVM. ſ. non vt alij cum peccato originali.

COGNATA. ſ. erat ex patre Sacerdote, & matre de 36
tribu Dauid, adeoque Mariæ cognata. VOCATVR. ſ. nota erat vulgo eius ſterilitas.

FIAT. conſentientis eſt, & optantis. 38

ABIIT. ſ. cum Ioſeph. MONTANA. ſ. Iudææ. FE- 39
STINATIONE. ſ. ob lætitiam, de ſua cognatæque conceptione, & pudorem manendi in publico; & quia ſic mouebatur à Spiritu ſancto. CIVITATEM. ſ. quamdam. non videtur taciturus fuiſſe, ſi eſſet Ieruſalem.

EXVLTAVIT. Græc. hic & infrà ἐσκίρτησε. i. *ſaliit.* 41
q. d. ſaltauit præ gaudio. Videtur Chriſtum agnouiſſe, vnde & Eccleſia,

Senſeras Regem thalamo manentem.

REPLETA. ſ. ad dicendum quod ſequitur, plenè à Spiritu ſancto inſtructa ſeu mota eſt.

42 BENEDICTA. i. felix. Nota, eadem verba Angeli & Eliſabeth.

43 VNDE. i. quo meo merito? DOMINI ſ. Dei. Nota, ſimul conceptum fœtum in ea, & animatum, Deoque vnitum fuiſſe, factamque Dei matrem.

44 GAVDIO. Græc. ἀγαλλιάσει. i. *lætantis geſticulatione.*

45 A DOMINO. poteſt iungi cum *perficientur*, aut cum *dicta*, vel cum vtroque potiùs.

46 MAGNIFICAT. i. laudibus effert, ſeu magnopere prædicat.

47 EXVLTAVIT. pro, exultat. SPIRITVS. i. anima. Repetitio, more Hebræo. q. d. anima mea quanta quanta eſt. SALVTARI. i. Saluatore.

48 HVMILITATEM. Græc. ταπείνωσιν. i. *paruitatem*, ſeu *abiectionem.* HOC. ſ. tempore. vel q. d. ob id. GENERATIONES. i. ætates, ſeu gentes. ſ. fideles.

49 SANCTVM. ſ. venerandum, & colendum.

50 A PROGENIE, &c. q. d. per omnes ætates ſubuenit. TIMENTIBVS. i. colentibus religioſè. Debetur Dei potentiæ & ſanctitati timor & reuerentia.

51 FECIT. Præterita pro præſentibus. BRACHIO. .i. virtute. DISPERSIT. i. perdidit. MENTE CORDIS. q. d. elatos animo, & arrogantes.

52 SEDE. i. dignitate. ſeu potentia.

53 ESVRIENTES. ſ. iuſtitiam, vel pauperes. DIVITES. ſ. in oculis ſuis. i. ſuperbos. vt ſit repetitio. vel, confidentes in diuitiis. DIMISIT. ſ. à ſe. q. d. priuauit diuitiis, ſeu bonis quibus gloriabantur.

54 SVSCEPIT. ſ. ſuccurrendo. ISRAEL. accuſatiuus eſt. PVERVM. i. ſeruum. ſ. ſe colentem.

55 ABRAHAM. Datiuus eſt, qui regitur à *miſericordiæ.* ſ. promiſſæ. SEMINI. i. poſteris. IN SÆCVLA. .i. in perpetuum. coniungendum cum *miſericordiæ*, vel *ſemini.*

56 MANSIT, non vſque ad partum, etſi id quidam putant.

58 MAGNIFICAVIT, &c. i. magna erga eam vſus eſſet miſericordia. ſ. dans ei filium, & talem filium. CONGRATVLABANTVR. Græc. συνέχαιρον. i. *congaudebant.* ſic illud impletum: *Multi in natiuitate eius gaudebunt.*

59 VOCABANT. i. vocari volebant. Dabatur nomen in circumciſione, vt nunc in Baptiſmo. i. tunc fit de populo Dei.

60 MATER. ſ. edocta à Spiritu ſancto; nam ſi à viro, citaſſet eius auctoritatem. quamquam non video cur non ab eo potuerit etiam id didiciſſe.

62 INNVEBANT. Id opus non erat, ſi ille vxorem priùs monuerat. quamquam fortè huic non credebant.

63 POSTVLANS. ſ. per nutus. PVGILLAREM. Græc. πινακίδιον. i. *tabellam.* ſ. ceratam, in qua olim ſtylo ſcribebatur. EST. q. d. ſic omnino vocandus eſt, quia Deus ita vult.

65 TIMOR. ſ. ex admiratione diuini operis, & reuerentia. VERBA. i. *res*, Hebr.

66 POSVERVNT, &c. i. attentè cogitarunt. QVIS, PVTAS. Græc. *quiſnam.* ETENIM, &c. verba Euangeliſtæ. q. d. potentiam enim ſuam Deus in eius ortu declarabat

67 REPLETVS. ſ. ad loquendum quod ſequitur.

68 BENEDICTVS. ſ. ſit. i. laudetur, ſeu prædicetur. ISRAEL. i. quem Iſrael colit. FECIT REDEMPTIONEM. .i. miſit redemptorem. PLEBIS. i. populi.

69 CORNV. i. robur. q. d. fortem ſalutem dedit. vel, fortem Ducem qui ſeruet. DOMO. i. familia. PVERI. i. ſerui.

70 LOCVTVS EST. ſ. promiſit, ſeu prædixit. SVNT. pro, fuerunt.

71 SALVTEM. ſ. ſe daturum: nempe ſeruaturum.

72 CVM PATRIBVS. pro, patribus. ſ. promiſſam. MEMORARI. i. declarandum ſe memorem. TESTAMENTI. i. pacti.

73 IVSIVRANDVM. pro, iuriſiurandi. vel ſ. implendum.

75 ET IVSTITIA. Explicatio præcedentis. *Iuſtitia* enim ſanctitas; & *iuſti*, ſancti.

76 PARARE. i. ad parandum.

Scientiam. i. cognitionem. Remiſſionem. ſ. per Chriſtum obtinendam. 77

Miſericordiæ. ſ. qua peccata remittuntur, & ſalus ſeu iuſtitia prima datur, non meritis: gratis enim iuſtificamur. In quibus. i. per quæ. Oriens. Nomen eſt ſubſtantiuum, ſignificans Meſſiam. Vide Zach 6. Ex alto. i. cælo. iunge cum *viſitauit*. 78

Illuminare. i. ad illuminandum. Vmbra mortis. Repetitio. eſt enim id epitheton tenebrarum, quòd mortis imaginem referant. Sedent. i. manent. Pedes. i. affectus. Pacis. i. in pacem ducentem, ſeu pacificam. 79

Confortabatur. i. corroborabatur. Deſertis. ſ. ne hominum commercio inquinaretur, & expeditiùs contemplaretur, & vitæ auſteritate auctoritatem ſibi conciliaret. Oſtenſionis. quod fecit anno ætatis 29. 80

CAPVT II.

Ex Auguſti decreto Ioſeph cum Maria aſcendit in Bethlehem; vbi illa peperit Saluatorem, cuius natiuitatè ab Angelo audita, paſtores feſtini veniunt illum viſuri: puer circumciſus vocatur Ieſus; quem poſt dies purificationis in Jeruſalem delatum vt Domino ſiſteretur, Simeon ſenex benedicit, ac de matris in paſſione doloribus prophetat, Annaque propheteſſa vetula Domino confitetur: Ieſus duodecim annorum plenus ſapientia & gratia, perditus à parentibus, in medio doctorum inuenitur, deſcenditque Nazareth factus illis ſubditus.

FActum eſt autem in diebus illis, exiit edi- 1
ctum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur A
vniuerſus orbis. * Hæc deſcriptio prima, facta eſt 2
à præſide Syriæ Cyrino: * & ibant omnes vt pro- 3
fiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. * Aſcen- 4
dit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Na-
zareth, in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ
ⁿ Mich. 5. a.2 Matth. 2. a.6 vocatur ⁿ Bethlehem: eò quòd eſſet de domo
& familia Dauid, * vt profiteretur cum Maria 5
deſponſata ſibi vxore prægnante. * Factum eſt 6
autem, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pa-
reret. * Et peperit filium ſuum primogenitum, 7
& pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in
præſepio: quia non erat eis locus in diuerſo-
rio. * Et paſtores erant in regione eadem vigi- 8
lantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gre- B
gem ſuum. * Et ecce Angelus Domini ſtetit 9
iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, &
timuerunt timore magno. * Et dixit illis Ange- 10
lus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vo-
bis gaudium magnum, quod erit omni populo:
* quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt 11
Chriſtus Dominus, in ciuitate Dauid. * Et hoc 12
vobis ſignum: Inuenietis infantem pannis in-
uolutum, & poſitum in præſepio. * Et ſubitò 13
facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæle-
ſtis, laudantium Deum, & dicentium: * Glo- 14
ria in altiſſimis Deo, & in terra pax homini-
bus bonæ voluntatis. * Et factum eſt, vt diſceſ- 15
ſerunt ab eis Angeli in cælum: paſtores lo-
quebantur adinuicem: Transeamus vſque
Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod fa-
ctum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. * Et 16
venerunt feſtinantes: & inuenerunt Mariam, C
& Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.
* Videntes autem cognouerunt de verbo, quod 17
dictum erat illis de puero hoc. * Et omnes, qui 18
audierunt, mirati ſunt: & de his, quæ dicta
erant à paſtoribus ad ipſos. * Maria autem con- 19
ſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde
20 ſuo. * Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes &
laudantes Deum, in omnibus quæ audierant &
21 viderant, ſicut dictum eſt ad illos. * ⁿ Et poſt- ⁿ Gen. 17. b.12
quam conſummati ſunt dies octo vt circumci- Leu. 12. a.3
deretur puer: vocatum eſt nomen eius ⁿ Ieſus,
quod vocatum eſt ab Angelo priùs quàm in ⁿ Sup. 1. d.31
22 vtero conciperetur. * Et poſtquam impleti ſunt Matth. 1. c.21
dies purgationis eius ⁿ ſecundùm legem Moyſi,
tulerunt illum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum ⁿ Leu. 12. a.6
23 Domino, * ſicut ſcriptum eſt in lege Domini:
ⁿ Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, ⁿ Exod. 13. a.2
24 ſanctum Domino vocabitur. * & vt darent Num. 8. c.16
hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt ⁿ in lege
Domini, par turturum, aut duos pullos co- ⁿ Leu. 12. b.8
25 lumbarum. * Et ecce homo erat in Ieruſalem,
D cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & ti-
moratus, expectans conſolationem Iſrael, &
26 Spiritus ſanctus erat in eo. * Et reſponſum ac-
ceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mor-
27 tem, niſi priùs videret Chriſtum Domini. * Et
venit in ſpiritu in templum. Et cùm induce-
rent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent
28 ſecundùm conſuetudinem legis pro eo: * &
ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit
Deum, & dixit:
29 * Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſe-
E cundùm verbum tuum in pace:
30 * Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum,
31 * Quod paraſti ante faciem omnium popu-
lorum;
32 * Lumen ad reuelationem gentium, & glo-
riam plebis tuæ Iſrael.
33 * Et erat pater eius & mater mirantes ſuper
34 his, quæ dicebantur de illo. * Et benedixit illis
Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius:
ⁿ Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurre- ⁿ Iſa. 8. c.14
ctionem multorum in Iſrael; & in ſignum, cui Rom. 9. g.32
35 contradicetur: * & tuam ipſius animam per- 1. Pet. 2. a.8
tranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cor-
36 dibus cogitationes. * Et erat Anna propheteſſa,
filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat in
diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis
37 ſeptem à virginitate ſua. * Et hæc vidua vſque
F ad annos octoginta quatuor: quæ non diſce-
debat de templo, ieiuniis & obſecrationibus
38 ſeruiens nocte ac die. * Et hæc, ipſa hora ſu-
perueniens, confitebatur Domino: & loque-
batur de illo omnibus, qui expectabant re-
39 demptionem Iſrael. * Et vt perfecerunt om-
nia ſecundùm legem Domini, reuerſi ſunt in
40 Galilæam in ciuitatem ſuam Nazareth. * Puer
autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſa-
41 pientia: & gratia Dei erat in illo. * Et ibant pa-
rentes eius per omnes annos in Ieruſalem, ⁿ in ⁿ Exod. 23. c.15. & 34. d.17
42 die ſolemni Paſchæ. * Et cùm factus eſſet an-
norum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſo- Deut. 16. a.1
lymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti,
43 * conſummatiſque diebus, cùm redirent, re-
manſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cogno-
44 uerunt parentes eius. * Exiſtimantes autem il-
G lum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & re-
45 quirebant eum inter cognatos, & notos. * Et
non inuenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, re-
46 quirentes eum. * Et factum eſt, poſt triduum
inuenerunt illum in templo ſedentem in me-
dio doctorum, audientem illos, & interrogan-

tem eos. *Stupebant autem omnes,qui eum au- 47
diebant, ſuper prudentia & reſponſis eius. * Et 48
videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad
illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater
tuus & ego dolentes quærebamus te. * Et ait ad 49
illos: Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis
quia in his, quæ patris mei ſunt, oportet me
eſſe? * Et ipſi non intellexerunt verbum, quod 50
locutus eſt ad eos. * Et deſcendit cum eis,& ve- 51
nit Nazareth: & erat ſubditus illis. Et mater
eius conſeruabat omnia verba hæc in corde
ſuo. * Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & 52
gratia apud Deum & homines.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HÆC DESCRIPTIO PRIMA. Duæ deſcriptiones 2
factæ ſunt ſub Cyrino, hæc de qua Lucas loquitur; & altera poſt aliquot annos, cùm iterùm Syriæ præeſſet, de qua loquitur Ioſephus lib. 18. cap. 1. neque enim eadem deſcriptio fuit, vt quidam putant; propterea Lucas hanc *primam deſcriptionem* vocat. Soluebant autem ſinguli per capita,vt Lucas Tudenſis in Chron. ait, denarium. PRÆSIDE SYRIÆ. Non enim erat Iudææ Præſes, quia Regem habebat, ſed reliquæ Syriæ.

NAZARETH. Ciues erant Bethlehem, inquilini au- 4
tem Nazareth, Ioſeph & Maria.

PRIMOGENITVM peperit. i. ante quem nullus, non 7
poſt quem alij.

HOMINIBVS BONÆ VOLVNTATIS. ſupple, ſpes 14
nuntiatur. Sic ex antiquis plerique legunt, tam Græci, quàm Latini, inter alios Optatus lib. 2. contra Donatiſtas. In Græcis tamen codicibus hodie legitur εὐδοκία. i. *bona voluntas*. ſ. beneuolentia Dei nuntiatur erga homines. Syriacus סברא *ſabera* habet. i. *expectatio*, ſeu *nuntium*; nam verbum סבר *ſabar* ſignificat *expectare*, ſeu *nuntiare*. ſic ſenſus erit, *hominibus bona ſpes*, ſeu *bonus nuntius affertur*. Quid quòd δοκεῖν, vnde εὐδοκία, *expectare* ſignificat, licet Dictionaria ſileant, quando δόκη & δόκησις *expectationem* ſignificant & *ſpem*. Noſtra tamen lectio præ ceteris placet, & Veleſius ad marginem ſcribit εὐδοκίας in aliquo Græco exemplari inuentum.

ET DE HIS, QVÆ DICTA ERANT. Coniunctio & 18
redundat, neque Græc. aut Syr. eſt, neque in omnibus Latinis codicib. vt notatur in Bibliis Louan. & ſublatâ, non malè cohæret ſententia. Porrò pro *de his*, lege *de iis*, vt eſt Græc.

SANCTVM DOMINO. i. Deo dicatum. Offerunt au- 23
tem par turturum, aut duos pipiones, quoniam ob paupertatem offerre agnum non poterant.

REDEMPTIONEM ISRAEL. Goth. *Ieruſalem*. Græ- 38
corum codicum varia hoc loco eſt lectio, plerique *in Ieruſalem* legunt, nonnulli *in Iſrael*. Græcus Vaticanus, τῷ Ἰσραήλ. Itaque lectio *Iſrael* noſtra Vaticano conformis eſt: altera autem eſt in pleriſque codicibus Græcis, etiam Syriacis, ſed differenter: nam ſi Syriacos codices ſequaris, *Ieruſalem* genitiuus eſt; ſi Græcos, ablatiuus. Reperitur quoque lectio *Ieruſalem* apud Irenæum lib. 3. cap. 11. & apud enarratores Bedam, Theophylactum, atque Euthymium, tum in Goth. eſt.

IN DIE SOLEMNI PASCHÆ, ibant pueri, parentes. 41
Maria & Ioſeph Ieruſalem; tunc cum eis puer, cùm duodecim eſſet annorum, & illis inſcijs ibi manſit.

ILLVM ESSE IN COMITATV. Beda Tom. 2. ſuper 44
Luc. cap. 2. ait: *Seorſum viri, ſeorſum feminæ choros ducentes incedebant, ſic non intellexere puerum eſſe abſentem*. Quin olim in templis feminæ ad Septemtrionem erant, viri ad Meridiem. ſic Amalarius de Officio Miſſæ, cap. 2. ideò Diaconus legens Euangelium, ſe vertebat ad Auſtrum. ſic Micrologus cap. 9.

AVDIENTEM ILLOS, ET INTERROGANTEM EOS. 46
Non docentem. Gregorius in Ezech. initio: *Tenera ætas ad prædicandum non eſt apta*. 1. ad Timoth. 4. verſ. 12. *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*.

49 IN HIS, QVÆ PATRIS MEI SVNT. Sedulius & Epiphanius Hæreſ. 30. & plerique alij ex antiquis per hanc vocem *templum* intelligunt non ineptè. q. d. Filium vbi debebatis quærere, niſi in domo patris? quare ad alias diuertiſtis? An hoc Paſchate accidit, quod Ioſephus ait lib. 18. cap. 3. templum fuiſſe pollutum, oſſibus mortuorum per omnes eius partes diſperſis, argumento veterem Legem abrogari, inſtare nouam?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ILLIS. ſ. anno Imperij Auguſti circiter quadrageſimo ſecundo. DESCRIBERETVR. ſ. vt ſciretur, quot eſſent Romano Imperio ſubiecti. Scribebatur autem cuiuſque nomen, & quantum haberet facultatum, ſoluebatque denarium. Vide Act. 5. VNIVERSVS. ſ. ſubiectus Auguſto.

2 PRIMA. ſ. generalium, vel factarum à Cyrino: duas enim fecit. A PRÆSIDE. Græc. *Præſide*. ſ. Præſidem agente. SYRIÆ. cuius pars Iudæa, in qua Rex Herodes.

3 PROFITERENTVR. ſ. ſe Romanis ſubiectos. SVAM. i. vnde oriundi.

4 DAVID. ſ. in ea natus fuerat.

5 VXORE. Apparet vxores deſcribi ſolitas, alioqui cur eò grauida proficiſceretur? imò & filij etiam deſcribebantur. & Chriſtum quidam aiunt fuiſſe deſcriptum, quòd deſcriptionis tempore natus iam eſſet.

7 PRIMOGENITVM. *Primogenitus* eſt etiam quem nullus ſequitur. PANNIS. i. faſcijs. PRÆSEPIO. ſ. inter bouem & aſinum, ſecundùm Nazianzenum & Nyſſenum: erat autem præſepe in quodam ſpecu prope Bethleem, ſecundùm Iuſtinum in Tryphonem.

8 PASTORES. Ignobilia mundi elegit Deus. VIGILIAS. ſ. per vices ſuas. Græc. φυλακάς. i. *cuſtodias*. NOCTIS. ſ. eius, in qua Chriſtus natus. GREGEM. qui ſolet noctu in ſeptis ſeruari.

9 STETIT. Græc. ἐπέστη. q. d. *ſuperaſtitit*. CLARITAS. Græc. δόξα. i. *gloria*. DEI. i. à Deo immiſſa. TIMVERVNT. ſ. ad inſolitum ſplendorem.

10 EVANGELIZO. i. annuntio. POPVLO. ſ. Iſrael, vel mundi.

11 VOBIS. i. hominum cauſa. DOMINVS ſ. mundi.

12 SIGNVM. ſ. quo poſſitis illum agnoſcere. PRÆSEPIO. ſ. illo noto & communi, quod erat prope murum ciuitatis ad Orientem.

13 MVLTITVDO. ſ. ad maiorem auctoritatem & confirmationem. MILITIÆ. i. exercitus. ſ. Angelorum.

14 GLORIA. ſ. datur. BONÆ VOLVNTATIS. ſ. ex bona Dei voluntate, ſeu beneplacito; nam Græc. εὐδοκία.

15 AD INVICEM. i. inter ſe. VERBVM. i. *rem*, Hebr.

17 COGNOVERVNT. Græc. & Syr. *diuulgarunt*, ſeu *notificarunt*.

18 ET DE Græc. & Syr. *de*.

19 VERBA. i. res. CONFERENS. ſ. ea inter ſe.

20 IN. pro, de.

21 CONSVMMATI. i. completi. ſ. vbi adueniſſet dies octauus.

22 PVRGATIONIS. i. cærimoniarum quibus luſtrabantur puerperæ, vt poſſent in templum ingredi. EIVS. ſ. Mariæ.

23 ADAPERIENS VVLVAM. i. *primùm naſcens*, Hebr. SANCTVM, &c. q. d. Domino conſecrabitur: redimebatur tamen quinque ſiclis. Vide Num. 18.

24 HOSTIAM. ſ. pro matre. Vide Leuit. 12. Illud autem Eccleſiæ, *obtulerunt pro eo*. i. pro eius partu. PAR. ſ. alterum in holocauſtum, alterum pro peccato. i. partus immunditia, vel pro peccato ſi quod interueniſſet; etſi enim in Maria nullum, tamen Lex ſeruanda erat.

25 TIMORATVS. Græc. *pius*, ſeu *religioſus*. Si ſacerdos eſſet, Lucas id non tacuiſſet. ERAT. ſ. etiam per Prophetiæ donum.

CHRISTVM DOMINI. i. promiſſum à Domino Meſſiam. 26

IN SPIRITV. i. actus à Spiritu ſancto. 27

BENEDIXIT. i. laudauit, ſeu gratias egit. 28

NVNC DIMITTIS, &c. q. d. ſi nunc dimittas, in pace dimittis. SECVNDVM VERBVM TVVM. i. vt promiſiſti. IN PACE. i. animo quieto, & voti compote. 29

SALVTARE. i. Saluatorem. 30

ANTE FACIEM. i. in conſpectu. ſ. quem omnes aſpiciant, ab eo ſalutem expectantes. 31

REVELATIONEM. i. illuminationem. PLEBIS TVÆ. ſ. erat ille Dei populus peculiaris. 32

PATER. ſ. ita putabatur. 33

BENEDIXIT. i. felicia eſt precatus, vel felices eos prædicauit. MARIAM. ſ. ad eam puer vt veram matrem pertinebat. RVINAM. ſ. ſpiritualem, per occaſionem. ſic dictus *lapis ſcandali*. ſ. non credentibus. SIGNVM. i. portentum, ſeu rem inſolitam. Vide Iſa. 8. CONTRADICETVR. ſ. verbis, & re. 34

PERTRANSIBIT. i. penetrabit. GLADIVS. ſ. doloris in paſſione Chriſti. Syr. *lancea*, & quidem Græco *rhomphea*. VT REVELENTVR, &c. Coniunge cum *poſitus in ruinam*. COGITATIONES. q. d. appareat multorum animus. 35

VSQVE AD ANNOS. Græc. & Syr. *quaſi annorum*. OCTOGINTA QVATTVOR. ſ. ætatis. 37

CONFITEBATVR. i. laudabat, vel gratias agebat. ſ. de Chriſti aduentu. Græc. *confeſſione reſpondebat*. ſ. Simeonis præconiis. ILLO. ſ. Domino Chriſto. ISRAEL. Græc. *in Ieruſalem*. Syr. *ipſius Ieruſalem*. 38

REVERSI. ſ. ex Ægypto. Vide Matth. 2. 39

CRESCEBAT. i. magis magiſque gratiam prodebat & virtutem. 40

IBANT. ſ. itinere trium dierum. PASCHÆ. ſ. in die Pentecoſtes & Tabernaculorum. Diſpenſabatur cum longè diſtantibus à Ieruſalem. ſic parentes Samuel ſemel tantùm aſcendebant. 41

DVODECIM. ſ. cùm incipit in pueris iudicij ſpecimen apparere. 42

PARENTES EIVS. Græc. & Syr. *Ioſeph & mater eius*. 43

VENERVNT. ſ. ex Ieruſalem profecti. COGNATOS. ſ. quibus putabatur adhæſiſſe in via. 44

TRIDVVM. ſ. die tertio. INTERROGANTEM. ſ. & reſpondentem. Vide infrà. 46

ADMIRATI. ſ. neſcientes facti huius cauſam. DIXIT. ſ. ſeorſim. DOLENTES. ſ. ne amitterent, aut quid ei mali accideret. Syr. *anxij*. 48

INTELLEXERVNT. ſ. plenè. 50

VERBA. ſ. quæ poſteà Apoſtolos docuit. 51

PROFICIEBAT, &c. i. magis in dies ſapientiam exerebat. ÆTATE. Græc. ἡλικίᾳ. aliàs vertit *ſtaturam*. APVD DEVM. i. Deo probante. 52

CAPVT III.

Ioannes mittitur à Domino impleturus ſua prædicatione Iſaiæ vaticinium: & turbis, publicanis, ac militibus dat conſilium; dicit quid ſingulos facere oporteat, teſtaturque Chriſti excellentiam & baptiſmi ipſius, ſuper quem ab ipſo baptizatum deſcendit columba, ac vox Patris auditur: texiturque eius genealogia à Ioſeph vſque ad Adam aſcendens.

ANno autem quintodecimo imperij Ti- 1
berij Cæſaris, procurante Pontio Pilato A
Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode,
Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ,
& Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ
" Act. 4. a. 6 tetrarcha, * " ſub principibus ſacerdotum Anna 2
" Matth. 3. a. 1 Marc. 1. a. 4 & Caipha: factum eſt verbum Domini ſuper
Ioannem, Zachariæ filium, in deſerto. * " Et ve- 3
nit in omnem regionem Iordanis, prædicans
" Iſai. 40. a. 3 Ioan. 1. c. 23 baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem pecca-
torum, * ſicut ſcriptum eſt in Libro ſermo- 4
num Iſaiæ prophetæ: " Vox clamantis in de- B
ſerto: Parate viam Domini: rectas facite ſemi-
5 tas eius: * omnis vallis implebitur: & omnis
mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in
6 directa, & aſpera in vias planas: * & videbit om-
7 nis caro ſalutare Dei. * Dicebat ergo ad tur-
bas quæ exibant vt baptizarentur ab ipſo: " Ge- " Matth. 3. b. 7
nimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere
8 à ventura ira? * Facite ergo fructus dignos pœ-
nitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habe-
mus Abraham. Dico enim vobis, quia potens
eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abra-
9 hæ. * Iam enim ſecuris ad radicem arborum
poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fru-
ctum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.
10 * Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid
11 ergo faciemus? * Reſpondens autem dicebat il-
C lis: " Qui habet duas tunicas, det non haben- " 1. Ioan. 3. c. 17 Iac. 2. c. 15
12 ti: & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. * Vene-
runt autem & publicani vt baptizarentur, &
dixerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus?
13 * At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm
14 quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. * Inter-
rogabant autem eum & milites, dicentes:
Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem
concutiatis, neque calumniam faciatis: & con-
15 tenti eſtote ſtipendiis veſtris. * Exiſtimante au-
D tem populo, & cogitantibus omnibus in cor-
dibus ſuis de Ioanne, ne fortè ipſe eſſet Chri-
16 ſtus: * reſpondit Ioannes, dicens omnibus:
" Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem " Matth. 3. c. 11 Marc. 1. b. 8 Ioan. 1. d. 26
fortior me, cuius non ſum dignus ſoluere cor-
rigiam calceamentorum eius: " ipſe vos bapti-
17 zabit in Spiritu ſancto, & igni: * cuius venti-
labrum in manu eius, & purgabit aream ſuam, " Act. 1. a. 5 & 11. c. 16 & 19. a. 4
& congregabit triticum in horreum ſuum, pa-
18 leas autem comburet igni inextinguibili. * Mul-
ta quidem & alia exhortans euangelizabat po- Matth. 3. c. 12
19 pulo. * " Herodes autem tetrarcha, cùm cor- " Matth. 14 a. 3 Marc. 6. c. 17
riperetur ab illo de Herodiade vxore fratris
ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes,
20 * adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Ioan-
21 nem in carcere. * " Factum eſt autem cùm ba- " Matth. 3. d. 13 Marc 1. b. 9 Ioan. 1. d. 32
E ptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, &
22 orante, apertum eſt cælum: * & deſcendit Spi-
ritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba
in ipſum: & vox de cælo facta eſt: " Tu es " Matth. 3. d. 17. & 17. a. 5 Infr. 9. f. 35 2. Petr. 1. d. 19
filius meus dilectus, in te complacui mihi.
23 * Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum tri-
ginta, vt putabatur, filius Ioſeph, qui fuit He-
24 li, qui fuit Mathat, * qui fuit Leui, qui fuit
25 Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, * qui
F fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Na-
26 hum, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, * qui fuit
Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei,
27 qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, * qui fuit Ioan-
na, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit
28 Salathiel, qui fuit Neri, * qui fuit Melchi, qui
fuit Addi, qui fuit Coſan, qui fuit Elmadan,
29 qui fuit Her, * qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer,
qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui,
30 * qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Io-
31 ſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, * qui fuit
G Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha,
32 qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, * qui fuit
Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit
33 Salmon, qui fuit Naaſſon, * qui fuit Amina-

dab,

dab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron, qui fuit
Phares, qui fuit Iudæ, * qui fuit Iacob, qui 34
fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare,
qui fuit Nachor, * qui fuit Sarug, qui fuit Ra- 35
gau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit
Sale, * qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui 36
fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, * qui 37
fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Ia-
red, qui fuit Malaleël, qui fuit Cainan, * qui 38
fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui
fuit Dei.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TETRARCHA. De hac voce dictum eſt Matthæi cap. 14. verſ. 1. ſed hîc pauca addenda ſunt. 1 Spartianus in Hadriano vtitur hac voce, & ſanè olim prouincia diuiſa in quatuor partes, tot *Tetrarchæ*. .i. quatuor domini conſtituebantur. Deinde extenſa voce princeps quilibet hoc nomine vocabatur, & Plinius lib. 5. cap. 23. in Cœleſyria ait fuiſſe tetrarchias ſeptemdecim, neque hîc quatuor Tetrarchæ numerantur, ſed tres tantùm. Tacitus lib. 21. dicit, Gentem, ſ. Iudæorum, coërcitam liberi Herodis tripartitò rexerunt, nimirum Archelaus Rex, Herodes, & Philippus, Tetrarchæ: nam Lyſaniam inter Herodis primi filios non numerauit, quod contra Euſebium eſt in Chronicis; alij ſentiunt fuiſſe filium Ptolemæi Minæi, qui ad Libanum latè imperabat.

PRINCIPIBVS SACERDOTVM. Multi erant 2 ſummi ſacerdotes, qui per vices emebant Pontificatum, hi præcipui Annas & Caiphas: & fortaſſis verum eſt, quod Rabbi Leui ait 3. Reg. 11. v. lit. 9. qui ſacerdotio functus erat, ſemper retinuiſſe per totam vitam, vt Pontifex diceretur: nam poſt pulſum Abiatharem à Salomone vocatur ſacerdos illis verbis, *Sadoc & Abiathar ſacerdotes*, 3 Reg. 4. verſ. 4.

OMNIS VALLIS IMPLEBITVR. pro, impleatur, fu- 5 turum pro imperatiuo. Sic de aliis verbis, quæ ſequuntur, eſt dicendum.

GENIMINA. i. proles, filij viperarum. 7

QVI HABET DVAS TVNICAS. i. diuites pauperibus 11 ſubueniant.

AQVA BAPTIZO VOS. Diſcrimen inter baptiſma 16 Ioannis & baptiſma Chriſti. SPIRITV SANCTO, ET IGNI. Repetitio. Per *ignem* Spiritum ſanctum intelligit, ob efficaciam, & quoniam in igne ſuo tempore apparuit.

QVASI ANNORVM. Græcè ὡσεὶ. Epipha- 23 nius Hæreſi 51. colligit ex ea voce Chriſtum nondum triginta annos impleſſe, ſed anteà quàm compleſſet trigeſimum annum, cùm parum deeſſet, baptizatum fuiſſe menſe Septembri. Nos nouem & viginti annos & dies tredecim, tunc natum putamus. QVI FVIT HELI, nempe filius putatiuus, & ex Lege, vt diximus Matthæi 1. verſ. 15. Quidam tamen arbitratur, Matthæum genealogiam Chriſti per Ioſeph deduxiſſe, Lucam per Mariam, atque Heli fuiſſe Ioachimum patrem Virginis, Ioſephi ſocerum, quare vocetur eius pater. De qua re nolo hoc loco diſputare, indicaſſe ſit ſatis.

QVI FVIT CAINAN. Hæc generatio in 36 Hebraico non eſt 1. Paralip. 1. verſ. 18. ſed tantùm in Sept. neque Geneſ. 10. verſ. 21. vtrobique enim dicitur *Arphaxad genuit Sale*. Vnus Ioannes Lucidus lib. 1. cap. 7. ex aliorum ſententia affert, Sale & Cainan fuiſſe eumdem, & illud, *qui fuit Cainan*, referendum ad ipſum Sale, ac ſi diceret, *Sale qui & Cainan*.

QVI FVIT ADAM. Deducit ad Adamum genealo- 38 giam, quia ipſe eſt forma Chriſti. Sic à Paulo vocatur *forma futuri*, ad Rom. 5. verſ. 14. Irenæus lib. 3. cap. 31. inchoat, ait, à Chriſto, & definit in Adam: quia vt ille fuit pater ſecundùm carnem, ſic Chriſtus Adamum in vitam regenerauit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TIBERII. Huius Imperij anno duodecimo Pilatus in Iudæam miſſus, ſ. miſſo Archelao ab Auguſto in exilium decimo regni ſui anno, Iudææ cœpti dari Præſides primuſq; fuit Coponius, vt ait Ioſephus lib. 8. Antiq. c. 1. PROCVRANTE. i. gubernante. TETRARCHA. i. principe. etſi enim id nomen ſignificet *quartæ partis*, ſ. regionis alicuius, ſeu prouinciæ *Principem*, tamen etiam alio modo ad Principes transfertur. Plinius quidem ait in Cœleſyria fuiſſe Tetrarchias ſeptemdecim. Erant hæ velut Regna. Tres quidem, de quibus hîc fit mentio, Agrippa poſteà à Caio Imp. obtinuit. LYSANIA. Non fuit iſte, vt illi duo, Herodis filius, nec ei ſucceſſit. ABILINÆ. Regio dicitur eſſe apud Libanum.

2 PRINCIPIBVS. Summos fuiſſe indicat. Fortè per vices miniſtrabant, vel Annas depoſito Pontificatu, nomen tamen retinebat. Iam Pontificatus cœperat eſſe venalis, aut Principum fauore acquiri. quò minùs mirum tam turpiter grauiterque erraſſe de Chriſto. VERBVM. .i. præceptum, vel inſpiratio. SVPER. pro, ad.

3 IORDANIS. i. Iordani finitimam.

5 OMNIS VALLIS, &c. Explicatio eſt viæ expeditæ. ſ. complanatæ & rectæ. PRAVA. i. obliqua, ſeu tortuoſa. Græc. σκολιά. DIRECTA. Græc. directam. ſ. viam.

6 VIDEBIT. ſ. corporis oculis. CARO. i. homo. SALVTARE. i. ſalutem, ſeu Saluatorem.

7 TVRBAS. in quibus Phariſæi & Sadducæi, vt dicitur Matth. 3. GENIMINA. i. progenies. OSTENDIT. præteritum eſt.

11 DVAS. i. plures quàm ei neceſſe eſt. quod enim neceſſarium, *vnum* dicitur. DET. ſ. eam quæ non eſt ei neceſſaria.

14 CONCVTIATIS. i. malè tractetis, ſeu iniquè cædatis, vel per metum quidquam extorqueatis ab aliquo. id enim *concuſſio* dicitur. CALVMNIAM. ſ. falſa apud Præſidem accuſatione.

15 EXISTIMANTE. Græc. & Syr. *expectante*. Noſter fortè legit δοκοῦντος. nunc enim προσδοκῶντος.

16 FORTIOR. ſ. virtute ad ſaluandum. DIGNVS. Græc. ἱκανός. i. *idoneus*, ſeu *ſufficiens*. IGNI. vel tribulatio intelligitur, vel ignis Purgatorij.

17 VENTILABRVM. i. iuſtum iudicium. AREAM. ſ. Eccleſiam. HORREVM. ſ. cæleſte.

18 EVANGELIZABAT. i. prædicabat. ſ. de Chriſto, & Dei regno.

20 ET INCLVSIT. pro, vt includeret.

22 COMPLACVI MIHI. q. d. tu mihi ſingulariter places.

23 INCIPIENS. ſ. prædicare, vel eſſe ætatis. QVASI. Quidam putant nondum expleto anno trigeſimo: alij probabiliùs expleto, & incepto trigeſimo primo. HELI. ſ. gener, ſecundùm quoſdam, qui *Heli* dicunt eſſe Ioachim patrem Mariæ, qui *Eliachim* & *Heli* dictus ſit.

27 ZOROBABEL. Iſte & *Salathiel*, alij ſunt ab illis, de quibus Matth. 1.

29 IESV. Græc. & Syr. *Ioſe*.

36 CAINAN. Id ex LXX. ſumptum; nunc enim Hebr. *Arphaxad genuit Sale*. Vide Geneſ. 11.

CAPVT IV.

Ieſus poſt ieiunium quadraginta dierum, ac deuictas ſatanæ tentationes, in ſynagoga Nazareth legit factam de ſe Iſaiæ prophetiam; dicitque prophetam non eſſe acceptum in patria propria, quapropter volunt eum de monte præcipitare: eiicit in Capharnaum dæmonium, ſanatque ſocrum Simonis, & plures alios à variis languoribus, ac dæmonia eiicit.

1 IEſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus Matth. 4. a. 1
A eſt à Iordane: & agebatur à Spiritu in de- Marc. 1. b. 12
2 ſertum * diebus quadraginta, & tentabatur à
diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: &
3 conſummatis illis eſuriit. * Dixit autem illi dia-
bolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis

ſiat. * Et reſpondit ad illum Ieſus: Scriptum 4
Deut. 8. a.3 Matth. 4. a.4 eſt: " Quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in
omni verbo Dei. * Et duxit illum diabolus in 5
montem excelſum, & oſtendit illi omnia re-
gna orbis terræ in momento temporis, * & ait 6
illi: Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, &
gloriam illorum: quia mihi tradita ſunt; &
cui volo do illa. * Tu ergo ſi adoraueris coram 7
me, erunt tua omnia. * Et reſpondens Ieſus, 8
Deut. 16. c.13. & 10. d.20 dixit illi: " Scriptum eſt: Dominum Deum B
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. * Et duxit il- 9
lum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper pinnam
templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te
Pſal. 90. c.11 hinc deorſum. * " Scriptum eſt enim quòd An- 10
gelis ſuis mandauit de te, vt conſeruent te: * & 11
quia in manibus tollent te, ne fortè offendas
ad lapidem pedem tuum. * Et reſpondens Ie- 12
Deut. 6. c.16 ſus, ait illi: Dictum eſt: " Non tentabis Domi-
num Deum tuum. * Et conſummata omni ten- 13
tatione, diabolus receſſit ab illo, vſque ad tem-
Matth. 4. b.12 Marc. 1. b.14 pus. * " Et regreſſus eſt Ieſus in virtute Spiritus 14
in Galilæam, & fama exiit per vniuerſam re-
gionem de illo. * Et ipſe docebat in ſynagogis 15
Matth. 13 f.54 Marc. 6. a.1 Ioan. 4. f.45 eorum, & magnificabatur ab omnibus. * " Et 16
venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit C
ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbati in
ſynagogam, & ſurrexit legere. * Et traditus eſt 17
illi Liber Iſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit li-
Iſai. 61. a.1 brum, inuenit locum vbi ſcriptum erat: * " Spi- 18
ritus Domini ſuper me: propter quod vnxit
me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare
contritos corde, * prædicare captiuis remiſſio- 19
nem, & cæcis viſum, dimittere confractos in
remiſſionem, prædicare annum Domini acce-
ptum, & diem retributionis. * Et cùm plicuiſſet 20
librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium
in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. D
* Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie 21
impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. * Et 22
omnes teſtimonium illi dabant: & miraban-
tur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore
ipſius, & dicebant: Nonne hic eſt filius Ioſeph?
* Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc ſimili- 23
tudinem: Medice cura teipſum: quanta au-
diuimus facta in Capharnaum, fac & hic in pa-
tria tua. * Ait autem: Amen dico vobis, quia 24
nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. * In 25
3. Reg. 17 a.9 veritate dico vobis, " multæ viduæ erant in die-
bus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum
annis tribus, & menſibus ſex, cùm facta eſſet
fames magna in omni terra: * & ad nullam il- 26
larum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ,
4. Reg. 5. d.14 ad mulierem viduam. * " Et multi leproſi erant 27
in Iſrael ſub Eliſæo propheta: & nemo eorum E
mundatus eſt niſi Naaman Syrus. * Et repleti 28
ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes. * Et 29
ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem:
& duxerunt illum vſque ad ſupercilium mon-
tis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata,
vt præcipitarent eum. * Ipſe autem tranſiens 30
Matth. 4. b.13 Marc. 1. c.21 per medium illorum, ibat. * " Et deſcendit in 31
Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique doce-
Matth. 7. d.28 bat illos ſabbatis. * Et ſtupebant in doctrina 32
Marc. 1. c.23 eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius. * " Et 33
in ſynagoga erat homo habens dæmonium im-
mundum, & exclamauit voce magna, * dicens: 34

F Sine, quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti
35 perdere nos? ſcio te quis ſis, Sanctus Dei. * Et in-
crepauit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce, & exi
ab eo. Et cùm proieciſſet illum dæmonium in
medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.
36 * Et factus eſt pauor in omnibus, & colloque-
bantur ad inuicem, dicentes: Quod eſt hoc ver-
bum, quia in poteſtate & virtute imperat im-
37 mundis ſpiritibus, & exeunt? * Et diuulgabatur
38 fama de illo in omnem locum regionis. * Sur-
G gens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in do-
mum Simonis. " Socrus autem Simonis tene- Matth. 8. b.14 Marc. 1. c.30
batur magnis febribus: & rogauerunt illum
39 pro ea. * Et ſtans ſuper illam, imperauit febri:
& dimiſit illam. Et continuò ſurgens miniſtra-
40 bat illis. * Cùm autem ſol occidiſſet, omnes qui
habebant infirmos variis languoribus, ducebant
illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens,
41 curabat eos. * " Exibant autem dæmonia à mul- Marc. 1. d.34
tis, clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei:
& increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant
42 ipſum eſſe Chriſtum. * Facta autem die egreſ-
ſus ibat in deſertum locum, & turbæ require-
bant eum, & venerunt vſque ad ipſum: & deti-
43 nebant illum ne diſcederet ab eis. * Quibus ille
ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euan-
44 gelizare regnum Dei: quia ideò miſſus ſum. * Et
erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AGEBATVR A SPIRITV. pro, vi Spiritus. quod Marc. cap. 1. verſ. 12. dixit: *Expulit illum ſpiritus in deſertum*. Spiritu ſancto impellente in eam luctam prodiit.

4 NON IN SOLO PANE. Ordo tentationum non eſt, qui in Matthæo. Verùm tentationum ordinem, quem à Luca noſter habet textus, habent ſimiliter in Luca Græci omnes, Syri, Latinique libri, quos videre nos contigit. Verùm teſtatur Faber, antiquos quoſdam codices habere in Luca ordinem eumdem quem Matthæus habet, quem ſanè & Ambroſius, Lucam explanans, cùm in textu tum in Commentariis ſeruat; vt ordinis mutationem, quæ in Euangelio Lucæ reperitur, ex ſcriptorum vitio accidiſſe videri fortaſſe poſſit, præſertim cùm pleriique codices Græci in ea tentatione, quæ loco ſecundo apud Lucam ponitur, addant: *Vade poſt me ſatana*. Non eſt enim vero ſimile, quòd Lucas aliam ſubiiceret ſatanæ tentationem, poſtquam narrarat, quòd illum Dominus à ſe repulerat; quamquam nec in Latinis libris pars iſta addatur, neque in Syriacis adiiciatur, neque in Græcis quibuſdam (nominatim Vaticano & Roberti ſecundo, ſeptimo, octauo) inueniatur: nec ab Origene, Ambroſio, Bedave legatur.

6 CVI VOLO DO ILLA. Goth. *illam*. ſ. poteſtatem, ſic Græc. *αὐτὴν*, ſic Syriacè.

10 SCRIPTVM EST ENIM. Abutitur Scriptura dæmon, ſic etiam hæretici.

13 VSQVE AD TEMPVS receſſit ab eo diabolus; tentauit enim poſtmodum diabolus Chriſtum per ſe & per ſuos miniſtros. Vnde illa verba: *Hæc eſt poteſtas tenebrarum* Luc. 22. verſ. 53.

18 VNXIT ME. i. ſua dona mihi contulit Spiritus ſanctus. EVANGELIZARE PAVPERIBVS. Euangelium omnibus nuntiatur, ſuſcipiunt ſoli pauperes ſpiritu. SANARE CONTRITOS CORDE. id eſt, humilibus animæ & corporis dare medelam. DIMITTERE CONFRACTOS IN REMISSIONEM. id eſt, per remiſſionem humilibus peccata dimittere.

25 MVLTÆ VIDVÆ. Docet, Deum ſæpè externos domeſticis præferre; ideò mirum non eſſe, ſi ipſe patriæ ſuæ alios præferat.

In Sarepta. Oppidum Tyrum inter & Sidonem, 26
eò miſit Eliam.
Dæmonivm immvndvm. i. nequam, ſiue quod 33
locis immundis, victu ſimili & veſtibus oblectabatur.
Sine. i. ne me torqueas, ait dæmon. Scio te 34
qvis sis, Sanctvs Dei. Græcè, *ille Sanctus*, emphaticè, nempe Meſſias. Id dæmon ſciebat, aut ſuſpicabatur.
Pavor. θάμβος, *admiratio, ſtupor, terror*. Sic va- 36
riis locis ab Interprete in varia ſignificatione ſumitur, vox nempe polyſema.
Et stans svper illam. i. prope illam. Pſal. 103. 39
verſ. 5. *Qui fundauit terram ſuper aquas.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Agebatvr. i. ducebatur. Syr. *ductus eſt*. Spiri- 1
tv. i. vi Spiritus ſancti. Syr. *à Spiritu.*
Et tentabatvr. Græc. *tentatus*. Syr. *vt tentare-* 2
tur. Diebvs illis. intellige etiam noctes.
Lapidi. pro, lapidibus. 3
Vivit. i. viuere poteſt. Verbo. i. re. Dei. i. quam 4
Deus dixerit, ſeu voluerit.
Dvxit. Id factum ſecundo loco, vt ait Matthæus. 9
Pinnam. i. alam, ſeu extremitatem tecti, quod planum erat.
Ad tempvs. ſ. rediturus poſteà, iuxta illud Ioan. 14. 13
Venit enim princeps huius mundi, &c.
Virtvte. i. vi. ſ. qua agebatur. Regionem. ſ. *fini-* 14
timam, vt eſt Græc.
Et ipse. pro, ipſe enim. Magnificabatvr. 15
Græc. *glorificatus*.
Svrrexit. Fortè ſtantes ſolebant legere, ob Scri- 16
pturæ reuerentiam.
Revolvit. ſ. erat membrana inuoluta, vt & hodie 17
etiam apud Iudæos.
Propter qvod. i. quia in me erat. Contritos. 18
i. confractos. q. d. tribulatos, ſeu afflictos.
Captivis. ſ. peccato. Remissionem. i. liberatio- 19
nem, ſeu dimiſſionem. In remissionem. pro, remittendo, ſeu ſoluendo. Annvm. i. tempus. Acceptvm. ſ. quo homines in gratiam recipit. Iſa. 49. *placitum* vocatur. Retribvtionis. i. donationis, ſeu vltionis. ſ. hoſtium ſpiritualium.
Intendentes. ſ. expectabant aliquid noui. 20
In avribvs vestris. i. vobis audientibus eam. 21
q. d. Ego ſum de quo loquitur.
Omnes. i. plurimi. Testimonivm, &c. q. d. il- 22
lum commendabant. Gratiæ. i. gratioſis, ſeu plenis gratiæ.
Vtiqve. Græc. πάντως. i. *omnino*. Similitvdinem. 23
Græc. παραβολήν. q. d. *prouerbium*.
Ibat. ſ. nihil ab eis læſus elabebatur. 30
Potestate. i. auctoritate, & efficacia. 32
Immvndvm. Epitheton diaboli, quòd immundi- 33
tiis delectetur.
Sine. i. omitte nos. Perdere. i. mittere in infer- 34
num. q. d. nondum tempus eſt. Sanctvs. Græc. ὁ ἅγιος, *ille ſanctus*. ſ. de quo Scriptura. Dei. ſ. es.
Pavor. ſ. ſtuporis. Verbvm. i. res. Potestate. 36
i. auctoritate. Syr. *imperio*.
Febribvs. Græc. & Syr. *febri*. 38
Stans. Græc. *aſtans*. Svper. i. iuxta, vel flexo 39
corpore.
Loqvi, &c. i. dicere ſe ſcire ipſum, &c. 41

CAPVT V.

Vbi de nauicula Petri docuiſſet, ille laxato ipſius iuſſu reti concluſit copioſam piſcium multitudinem: curatum leproſum mittit ad ſacerdotes: paralytico, remiſſis primùm peccatis, iubet vt lectum ſuum tollat: diſcumbens cum Leui, quem ex telonio vocauerat, cauſam dat murmurantibus Phariſæis, quare cum peccatoribus conuerſetur, & cur ipſius diſcipuli non ieiunent.

FActum eſt autem, cùm turbæ irruerent 1
in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe A
2 ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. * "Et vidit Matth.4. c.18
duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores Marc.1.
3 autem deſcenderant, & lauabant retia. * Aſcen- c.16
dens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis,
rogauit eum à terra reducere puſillum. Et ſe-
4 dens docebat de nauicula turbas. * Vt ceſſauit
autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum,
5 & laxate retia veſtra in capturam. * Et reſpon-
dens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam
noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo
6 autem tuo laxabo rete. * Et cùm hoc feciſſent,
B concluſerunt piſcium multitudinem copio-
7 ſam, rumpebatur autem rete eorum. * Et an-
nuerunt ſociis, qui erant in alia naui, vt veni-
rent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & imple-
uerunt ambas nauiculas, ita vt pænè mergeren-
8 tur. * Quod cùm videret Simon Petrus, proci-
dit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me, quia homo
9 peccator ſum, Domine. * Stupor enim circum-
dederat eum, & omnes qui cum illo erant, in
10 captura piſcium, quam ceperant: * Similiter
autem Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi,
qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem
Ieſus: Noli timere: ex hoc iam homines eris
11 capiens. * Et ſubductis ad terram nauibus, re-
12 lictis omnibus ſecuti ſunt eum. * "Et factum Matth.8.
C eſt, cùm eſſet in vna ciuitatum, & ecce vir ple- a.2
nus lepra, & videns Ieſum, & procidens in fa- Marc.1.
ciem, rogauit eum, dicens: Domine, ſi vis, po- d.40
13 tes me mundare. * Et extendens manum, teti-
git eum dicens: Volo: Mundare. Et confeſtim
14 lepra diſceſſit ab illo. * & ipſe præcepit illi vt
nemini diceret: ſed, Vade, oſtende te ſacer-
doti, & offer pro emundatione tua, "ſicut præ- Leu.14.
15 cepit Moyſes, in teſtimonium illis. * Perambu- a.4
labat autem magis ſermo de illo: & conuenie-
bant turbæ multæ vt audirent, & curarentur
16 ab infirmitatibus ſuis. * Ipſe autem ſecedebat
17 in deſertum, & orabat. * Et factum eſt in vna
D dierum, & ipſe ſedebat docens. Et erant Pha-
riſæi ſedentes, & legis doctores, qui venerant ex
omni caſtello Galilææ, & Iudææ, & Ieruſalem:
18 & virtus Domini erat ad ſanandum eos. * "Et Matth.9.
ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat a.2
paralyticus: & quærebant eum inferre, & po- Marc.2.
19 nere ante eum. * Et non inuenientes qua parte a.3
illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra
tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum
20 lecto in medium ante Ieſum. * Quorum fidem
vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi pec-
21 cata tua. * Et cœperunt cogitare Scribæ, &
E Phariſæi, dicentes: Quis eſt hic, qui loquitur
blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata,
22 niſi ſolus Deus? * Vt cognouit autem Ieſus
cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad il-
23 los: Quid cogitatis in cordibus veſtris? * Quid
eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata;
24 an dicere: Surge, & ambula? * Vt autem ſcia-
tis quia Filius hominis habet poteſtatem in ter-
ra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico,
ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum
25 tuam. * Et confeſtim conſurgens coram illis, tu-
lit lectum, in quo iacebat: & abiit in domum
26 ſuam, magnificans Deum. * Et ſtupor appre-
hendit omnes, & magnificabant Deum. Et re-
pleti ſunt timore, dicentes: Quia vidimus

mirabi-

ˢ Matth 9. a.9 Marc. 2. c.14

mirabilia hodie. * ˢ Et poſt hæc exiit, & vidit 27
publicanum nomine Leui, ſedentem ad Te-
lonium,& ait illi: Sequere me. * Et relictis om- 28
nibus, ſurgens ſecutus eſt eum. * Et fecit ei 29
conuiuium magnum Leui in domo ſua: & F
erat turba multa publicanorum, & aliorum,
qui cum illis erant diſcumbentes. * ⁿ Et mur- 30
murabant Phariſæi & Scribæ eorum, dicen-
tes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis
& peccatoribus manducatis & bibitis? * Et re- 31
ſpondens Ieſus, dixit ad illos: Non egent qui
ſani ſunt medico, ſed qui malè habent. * Non 32
veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœni-
tentiam. * At illi dixerunt ad eum: Quare di- 33
ſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſe-
crationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorum:
tui autem edunt & bibunt? * Quibus ipſe ait: 34
Numquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis
eſt ſponſus, facere ieiunare? * Venient autem 35
dies: cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc G
ieiunabunt in illis diebus. * Dicebat autem & 36
ſimilitudinem ad illos: Quia nemo commiſ-
ſuram a nouo veſtimento immittit in veſti-
mentum vetus: alioquin & nouum rumpit,
& veteri non conuenit commiſſura à nouo.
* Et nemo mittit vinum nouum in vtres ve- 37
teres: alioquin rumpet vinum nouum vtres,
& ipſum effundetur, & vtres peribunt. * ſed vi- 38
num nouum in vtres nouos mittendum eſt,
& vtraque conſeruantur. * Et nemo bibens ve- 39
tus, ſtatim vult nouum, dicit enim: Vetus me-
lius eſt.

ⁿ Marc. 2. c.18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CVM TVRBÆ IRRVERENT. i. eum premerent 1
STABAT SECVS STAGNVM GENESARETH. Num. 34. verſ. 11. Deut. 3. verſ. 17. Ioſ. 11. & 22. vocatur *Cinereth*, vel *Cineroth*; atque ita *Genezareth* vox eſt corrupta, & deriuata ab illis duabus.

IN VERBO AVTEM TVO. i. tuo iuſſu, tuis auſpiciis rete mittam. 5

IN VNA CIVITATVM. i. prope illam: nam leproſi non poterant intra vrbes ingredi: Leuit. 13. verſ. 46. 12

QVORVM FIDEM. ſ. paralytici, & eorum qui illum geſtabant. Vides alienam fidem etiam adulto profuiſſe ad conſequendam animæ & corporis ſanitatem, de quo Cyrillus Catecheſi 5. Hoc ipſum in Chananææ filia, & Lazari ſuſcitatione perſpicimus. Quod in infantibus alio præſidio deſtitutis, magis eſt verum, prodeſſe illis alienam fidem. 20

EXIIT. ſ. ad mare, ſeu lacum, vt patet Marc. 2. verſ. 14. LEVI vidit. Non erat de tribu Leui, ſed hoc erat eius cognomen. 27

SED PECCATORES. i. qui ſe peccatores agnoſcunt & fatentur eſſe, eos curo. 32

EDVNT ET BIBVNT. Diſcipuli tui. i. non ieiunant. 33

FILIOS SPONSI. i. qui nuptiis interſunt, & familiares ſunt ſponſi, non ſolent ieiunare; ſic diſcipuli mei me præſente. 34

COMMISSVRAM. i. centonem. A NOVO VESTIMENTO. i. panno. *Veſtis* enim non ſolùm indumentum; ſed etiam pannum ſignificat. Eritque ratio, quam attulimus ex Marc. 2. verſ. 22. quod ſ. mores veterum non conueniant cum nouo Euangelio; aut certè ſignificat Apoſtolos eo tempore imperfectos fuiſſe, nec potuiſſe ferre mores veteres & rigidos. Atque ita prima ratio ſumetur à præſentia Chriſti, poſterior à diſcipulorum imperfectione. 36

ET NEMO BIBENS VETVS, nempe homines veteribus ſtare malunt, quàm nouis inſtitutis. Arcades glandes, quibus aſſueuerant, præferebant olim frugibus; & Antipodes Platonis tenebras, in quibus vixerant, ſplendori lucis. Sic fabulantur. 39

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 STABAT. pro, ſtaret.
4 DVC. ſ. nauem. ALTVM. i. profundiorem locum.
5 VERBO. i. iuſſu.
7 ANNVERVNT. ſ. loqui. aut clamare non poterant præ admiratione.
8 EXI. i. diſcede.
9 CIRCVMDEDERAT. i. oppreſſerat.
10 CAPIENS. Græc. *viuos capiens*. Syr. *piſcans ad vitam*.
12 CIVITATVM. Leproſi per ciuitates tranſire poterant, habitare non poterant. Vide Leuit. 13.
13 MVNDARE. i. mundus eſto.
14 TESTIMONIVM. ſ. quod mundus ſis, egóque legem ſeruem, poſſímque talia. ILLIS. ſ. ſacerdotibus.
15 PERAMBVLABAT. i. diuulgabatur. SERMO. i. fama, ſeu rumor.
17 ERAT. i. aderat prompta, vel ſe exerebat oblata occaſione. EOS. ſ. qui egebant.
20 QVORVM. ſ. ægroti, & portantium. FIDEM. ſ. coniunctam fiduciæ impetrandi ſanitatem.
25 MAGNIFICANS. Græc. *glorificans*.
26 MAGNIFICABANT. Græc. *glorificabant*. MIRABILIA. Græc παράδοξα. i. *incredibilia*, ſeu *inopinabilia*, adeóque mirabilia.
27 EXIIT. ſ. ad mare. Vide Marc. 2.
28 OMNIBVS. ſ. negotiis, poſteà verò etiam rebus.
30 EORVM. ſ. Iudæorum.
34 FILIOS SPONSI. ſ. qui nuptiis interſunt. Græc *filios thalami*. i. nuptiarum.
36 VESTIMENTO. ſ. ablatam. A NOVO. ſ. ablata.
39 BIBENS VETVS, &c. q. d. aſſueta aliquibus ea præferunt, paulatimque ad noua aſſuefaciendi ſunt.

CAPVT VI.

Diſcipulos ſpicas ſabbato vellentes excuſat, alióque ſabbato manum curat aridam: electos duodecim nominat Apoſtolos, & cum illis ac multitudine copioſa ſtans in loco campeſtri docet beatitudines, aliáque conſilia ac precepta euangelica: de feſtuca in oculo fratris, & arbore bona ac mala ex fructu dignoſcenda: audiens Chriſti verba cui comparetur ſi ea opere compleat, & cui ſi non compleat.

Matth. 12. a.1 Marc. 2. d.23

1 FActum eſt autem in ſabbato ſecundo, pri-
A mo, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſci-
puli eius ſpicas, & manducabant confricantes
2 manibus. * Quidam autem Phariſæorum, di-
cebant illis: Quid facitis quod non licet in
3 ſabbatis? * Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit:
Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cùm eſuriſ-
4 ſet ipſe, & qui cum illo erant: * ᵘ quomodo in-
trauit in domum Dei, & panes propoſitionis
ſumpſit, & manducauit, & dedit his qui cum
ipſo erant: quos non licet manducare ⁿ niſi
5 tantum ſacerdotibus? * Et dicebat illis: Quia
Dominus eſt Filius hominis, etiam ſabbati.
6 * Factum eſt autem & in alio ſabbato, vt intra-
ret in ſynagogam, & doceret. ᵒ Et erat ibi ho-
7 mo, & manus eius dextra erat arida. * Obſer-
B uabant autem Scribæ, & Phariſæi, ſi in ſabbato
curaret: vt inuenirent vnde accuſarent eum.
8 * Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait
homini, qui habebat manum aridam: Surge, &
9 ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. * Ait autem
ad illos Ieſus: Interrogo vos, ſi licet ſabbatis
benefacere, an male; animam ſaluam facere, an
10 perdere? * Et circumſpectis omnibus, dixit ho-

ᵘ 1. Reg. 21 b.6
ⁿ Leu. 24. b.9 Exod. 29. e.32
ᵒ Matth. 12 b.10 Marc. 3. a.1

mini: Extende manum tuam. Et extendit: &
reſtituta eſt manus eius. * Ipſi autem repleti 11
ſunt inſipientia, & colloquebantur ad inui-
cem, quidnam facerent Ieſu. * Factum eſt au- 12
tem in illis diebus, exiit in montem orare, &
Matth. 10 a.1 erat pernoctans in oratione Dei. * Et cùm dies 13
Marc. 3. b.13 factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: & elegit
duodecim ex ipſis (quos & Apoſtolos nomina-
uit) * Simonem, quem cognominauit Petrum, 14
& Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioan-
nem, Philippum, & Bartholomæum, * Mat- 15
thæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Si- C
monem, qui vocatur Zelotes, * & Iudam Iaco- 16
bi, & Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. * Et 17
deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri,
& turba diſcipulorum eius, & multitudo copio-
ſa plebis ab omni Iudæa, & Ieruſalem, & mari-
tima, & Tyri, & Sidonis, * qui venerant vt au- 18
direnteum, & ſanarentur à languoribus ſuis.
Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, cu-
rabantur. * Et omnis turba quærebat eum tan- 19
gere: quia virtus de illo exibat, & ſanabat om-
Matth. 5. a.2 nes. * Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos 20
ſuos, dicebat: Beati pauperes: quia veſtrum eſt
Matth 5. a.11 regnum Dei. * Beati, qui nunc eſuritis: quia ſa- 21
turabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ride-
bitis. * Beati eritis cùm vos oderint homines, 22
& cum ſeparauerint vos, & exprobrauerint, &
eiecerint nomen veſtrum tamquam malum,
propter Filium hominis. * Gaudete in illa die, 23
& exultate: ecce enim merces veſtra multa eſt D
in cælo: ſecundùm hæc enim faciebant Pro-
phetis patres eorum. * Verumtamen væ vobis 24
diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram.
Amos 6. a.1 * Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. 25
Eccli. 31. a.8 Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis &
flebitis. * Væ cùm benedixerint vobis homi- 26
Iſa. 65. c.12 nes: ſecundùm hæc enim faciebant pſeudo-
prophetis patres eorum. * Sed vobis dico, qui 27
auditis: Diligite inimicos veſtros, benefacite
his qui oderunt vos. * Benedicite maledicen- 28
tibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.
Matth. 5. f.44 * Et qui te percutit in maxillam, præbe & al- 29
1. Cor. 6. b.7 teram. Et ab eo, qui aufert tibi veſtimen-
tum, etiam tunicam noli prohibere. * Omni 30
autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua
Matth. 7. b.12 ſunt, ne repetas. * Et prout vultis vt faciant 31
Tob. 4. c.16 vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. * Et 32
Matth. 5. g.46 ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt
gratia? nam & peccatores diligentes ſe dili-
gunt. * Et ſi benefeceritis his, qui vobis bene- 33
faciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & pec- E
Matth. 5. g.42 catores hoc faciunt. * Et ſi mutuum dederi- 34
Deut. 15. b.8 tis his, à quibus ſperatis recipere, quæ gratia
eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœ-
nerantur, vt recipiant æqualia. * Verumtamen 35
diligite inimicos veſtros: benefacite, & mu-
tuum date, nihil inde ſperantes: & erit mer-
ces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi, quia
ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.
* Eſtote ergo miſericordes, ſicut & Pater veſter 36
miſericors eſt. * Nolite iudicare, & non iudica- 37
bimini: nolite condemnare, & non condem-
nabimini. Dimittite, & dimittemini. * Date, & 38
dabitur vobis: menſuram bonam, & confer-
tam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt
in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura, *Matth. 7. a.2*
39 qua menſi fueritis, remetietur vobis. * Dicebat *Marc. 4. c.24*
autem illis & ſimilitudinem: Numquid poteſt
cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam
40 cadunt? * Non eſt diſcipulus ſuper magi- *Matth. 10. c.24*
F ſtrum; perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut *Ioan. 13. b.16*
41 magiſter eius. * Quid autem vides feſtucam
in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo *Matth. 7. a.3*
42 tuo eſt, non conſideras? * Aut quomodo potes
dicere fratri tuo: Frater, ſine eiiciam feſtucam
de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non
videns? Hypocrita, eiice primùm trabem de
oculo tuo: & tunc perſpicies vt educas feſtu-
43 cam de oculo fratris tui. * Non eſt enim ar- *Matth. 7. c.16. & 12. c.33*
bor bona, quæ facit fructus malos: neque ar-
44 bor mala, faciens fructum bonum. * Vnaquæ-
que enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Ne-
que enim de ſpinis colligunt ficus: neque de
45 rubo vindemiant vuam. * Bonus homo de bo-
G no theſauro cordis ſui profert bonum: & ma-
lus homo de malo theſauro profert malum. Ex
46 abundantia enim cordis os loquitur. * Quid
autem vocatis me Domine, Domine: & non *Matth. 7. d.21*
47 facitis, quæ dico? * Omnis qui venit ad me, & *Rom. 2. b.13*
audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam
48 vobis cui ſimilis ſit: * ſimilis eſt homini ædifi- *Iac. 1. b.22*
canti domum, qui fodit in altum, & poſuit
fundamentum ſuper petram. inundatione au-
tem facta, illiſum eſt flumen domui illi, & non
potuit eam mouere: fundata enim erat ſuper
49 petram. * Qui autem audit, & non facit: ſimi-
lis eſt homini ædificanti domum ſuam ſuper
terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt
fluuius, & continuò cecidit: & facta eſt ruina
domus illius magna.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN SABBATO SECVNDO, PRIMO: Locus difficilis, ſed ex multis expoſitionibus duas ceteris præfero. Prima, vt *ſabbatum ſecundum primum*. i. ſecundum poſt primum, dicatur ſabbatum, quod poſt aliquod feſtum proximè ſequebatur; quare Matth. cap. 12. v. 1. Græcè ait, *in ſabbatis*, quod duo eſſent ſabbata. i. feſta. Altera expoſitio cum Epiphanio Hæreſ. 51. vt *ſabbatum* illud eſſet octauus dies Azymorum, quod pari celebritate atque primus ſeruabatur. Leuit. 23. verſ. 26. & 39. & vocatur *ſabbatum ſecundum*, quòd poſt primum eſſet octauus dies; & *primum*, quoniam æquè ac primum celebre erat. Si opponas, Eo tempore fruges non fuiſſe maturas, vt Apoſtoli ſpicas vellerent; facilis reſponſio, Regionem eſſe calidam, & multò citiùs quàm inter nos fruges in ſpicas ſurgere; & ſane Ioſue 3. verſ. 15. habes, Iordanem impleuiſſe ripas tempore meſſis. Erat autem tunc Paſchæ tempus, vt ex ipſo loco conſtat. Quòd ſi Epiphanij ſententia recipitur, oportebit fateri, id in Paſchate accidiſſe, nempe quarto poſt Chriſti baptiſma. Aut bis id contigiſſe, Lucamque de vice ſecunda loqui, Matthæum & Marcum de priori.

9 ANIMAM SALVAM FACERE, an licet in ſabbato? .i. vitam, ſeu hominem. vtrumque *anima* ſignificat.

10 ET CIRCVMSPECTIS OMNIBVS, vt videret, an aliquis reſponderet.

15 QVI VOCATVR ZELOTES. pro, vocabatur. aut *vocatur* referatur ad tempus, quo hæc Lucas ſcribebat.

20 DICEBAT: BEATI PAVPERES. Idem eſt ſermo qui refertur Matth cap. 5. vt patet ex initio & ex fine, tametſi pauciores beatitudines referat Lucas.

22 CVM SEPARAVERINT VOS. Hoc fiebat in excommunicatione. ET EIICERINT NOMEN. i. infamauerint vos, & de vobis detraxerint.

QVI

Qvi te percvtit in maxillam. Quidam co- 39
dices addunt *vnam*, inter alios Goth. verùm Græcè
non eſt, neque in aliis correctionibus.

Vt recipiant æqvalia, fœnerantur peccato- 34
res. Quid hoc? nam fœneratores plura recipiunt, non
æqualia. Sed hoc referendum eſt ad id quod dixerat,
à quibus ſperatis recipere, ſcilicet vſuras peccatores
illis paria faciunt.

Mvtvvm date, nihil inde. i. ſine vſuris. Baſi- 35
lius Homil. 15. multa contra vſuras.

Nolite ivdicare. i. accuſare, vel condemnare. 37

De bono thesavro. id eſt, de his quæ in 45
ſuo corde congeſſit veluti theſaurum bonus, profert
bona.

Svper terram ædificanti. Sic Græc. Syriacus, 49
ſuper puluerem. *puluis* etiam *terra* eſt. Goth. *ſuper
arenam*. ſententia eſt eadem. verùm hæc lectio vitioſa
eſt proculdubiò.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Sabbato secvndo, primo. i. feſto ſuc- 1
cedente ipſi ſabbato, vel ſabbato ſuccedente ali-
cui feſto. Vide Matth. 12. (& feſta enim alia ſab-
bata vocabantur, quòd in eis etiam à ſeruilibus ope-
ribus quieſceretur) vel vltimo die feſti alicuius per
ſeptem dies durantis; erat enim primo par celebrita-
te. Vide infrà.

Domvm Dei. i. tabernaculi atrium. 4

Qvia Dominvs, &c. q. d. Huc accedit, quòd 5
Dominus, &c. Sabbati, adeoque poteſt in eo
diſpenſare.

Alio sabbato. Apparet illud de quo ſup. ſabba- 6
tum fuiſſe, & fortè incidebat in aliquod feſtum; ideo-
que dicebatur *ſecundo primum*. i. duplici ratione ſab-
batum, ſeu feſtum celebre.

Medivm. pro, medio. 8

Animam. i. vitam, ſeu *hominem*, Hebr. Perdere. 9
Græc. *occidere*.

Circvmspectis. ſ. an aliquis vellet reſpondere. 10

Insipientia. Græc. *dementia*. ſ. velut amentes fa- 11
cti, nihil potuerunt reſpondere. Syr. *inuidia*.

Dei. i. qua Deum precabatur. 12

Apostolos. ſ. miſſurus eos erat in mundum, quaſi 13
Legatos, cum maxima poteſtate docendi, leges feren-
di, & miracula faciendi.

Vocatvr. pro, vocabatur. Zelotes. Aliàs dici- 15
tur *Chananæus*, quod idem Hebr. ſignificat.

Iacobi. ſ. minoris fratrem. Syr. *Iacobi filium*. 16

Campestri. i. plano & capaci, in ipſo tamen 17
monte, vt patet ex Matth. 5. Vel id factum poſt ſer-
monem, de quo inf. qui eſt idem cum illo Matth. 5.
ſimiliter enim incipit, & deſinit. Et Tyri. Græc.
Syr. & Complut. *Tyri*.

Exibat. ſ. per effectum. 19

Discipvlos. ſ. in eos hæc præcipuè quadrabant. 20

Separaverint. ſ. vt fit excommunicando. Ex- 22
probraverint. i. probris affecerint. Eiecerint, &c.
q. d. memoriam veſtri delere curauerint, vel officium
veſtrum ſeu munus repudiauerint. Malvm. Syr. *im-
proborum*. Filivm hominis. i. me.

Die. i. tempore. Merces. i. præmium, quod 23
ſic vocatur, quia operum merito redditur. Mvl-
ta. i. copioſa. Est. pro, vos manet. Patres.
i. maiores.

Nvnc. ſ. cùm flendum eſſet. Lvgebitis. ſ. animo. 25
Flebitis. ſ. corpore.

Homines. ſ. mundani, laudare enim ſolent hi, & 26
prædicare ſibi ſimiles.

Benedicite. i. benè precamini. 28

Vestimentvm. ſ. ſuperius, ſeu pallium. nam Græc. 29
ὑμάτιον.

Petenti. ſ. rem honeſtam, ſeu ipſi neceſſariam. 30

Vvltis. ſ. rationabiliter. 31

Gratia. ſ. habenda, vel q. d. quam gratiam facitis? 32

Recipere. ſ. quid ſimile. Foenerantvr. i. mu- 34
tuum dant. Æqvalia. i. ſimilia beneficia.

35 Sperantes. ſ. ab hominibus. Merces. ſ. apud
Deum, propter quem talia facienda. Filii. pro, imi-
tatores velut filij.

36 Misericordes. i. benefici.

37 Ivdicari. ſ. temerè. Condemnare. Fortè eſt ex-
plicatio præcedentis: *Iudicare* enim in Scriptura ſæ-
pè pro *condemnare* vſurpatur. Dimittemini. i. di-
mittetur vobis.

38 Bonam. i. iuſtam. Confertam. i. preſſam. Coa-
gitatam. i. benè concuſſam. Svpereffluentem.
i. effuſiſſimam. Dabvnt. pro, dabitur.

40 Svper. i. excellens.

43 Enim. pro, autem.

45 Thesavro. pro, velut theſauro.

CAPVT VII.

Admiratus Centurionis fidem, abſens ſanat illius ſeruum: iuxta portam ciuitatis Naim filium vnicum viduæ reſuſcitat: coram diſcipulis Ioannis Baptiſtæ per eos interrogantis an eſſet qui venturus erat, multa edit ſigna: illiſque abeuntibus Ioannem plurimum extollit: Iudæis nec Ioannis nec Chriſti vita placuit, quos pueros inuicem in foro acclamantibus aſſimilat: à peccatrice muliere pedes inunctus, reſpondet Simoni ob hoc murmuranti, propoſita ad hoc parabola duorum debitorum, & remiſſis mulieri peccatis.

1 CVm autem impleſſet omnia verba ſua in *Marc. 8.*
2 aures plebis, intrauit Capharnaum. * Cen- *a. 5*
A turionis autem cuiuſdam ſeruus male habens,
3 erat moriturus: qui illi pretioſus. * Et cùm
audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iu-
dæorum, rogans eum vt veniret, & ſaluaret
4 ſeruum eius. * At illi cùm veniſſent ad Ieſum,
rogabant eum ſolicitè, dicentes ei: Quia di-
5 gnus eſt vt hoc illi præſtes. * diligit enim gen-
tem noſtram: & ſynagogam ipſe ædificauit
6 nobis. * Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm
iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum
Centurio amicos, dicens: [a] Domine noli vexa- *a Matth. 8.*
ri: Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum *a. 8*
7 intres. * propter quod & meipſum non ſum di-
gnum arbitratus vt venirem ad te: ſed dic ver-
8 bo, & ſanabitur puer meus. * nam & ego ho-
B mo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub
me milites: & dico huic vade, & vadit; &
alij veni, & venit; & ſeruo meo, fac hoc, &
9 facit. * Quo audito Ieſus miratus eſt: & con-
uerſus ſequentibus ſe turbis, dixit: Amen dico
10 vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni. * Et
reuerſi, qui miſſi fuerant, domum, inuene-
11 runt ſeruum, qui languerat, ſanum. * Et factum
eſt: deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur
Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba
12 copioſa. * Cùm autem appropinquaret portæ
ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vni-
cus matris ſuæ: & hæc vidua erat: & turba ci-
13 uitatis multa cum illa. * Quam cùm vidiſſet
Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit
14 illi: Noli flere. * Et acceſſit & tetigit loculum.
(Hi autem, qui portabant, ſteterunt) Et ait:
15 Adoleſcens, tibi dico, ſurge. * Et reſedit qui erat
C mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri
16 ſuæ. * Accepit autem omnes timor: & magnifi-
cabant Deum, dicentes: [b] Quia propheta ma- *b Infr. 24.*
gnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit *c. 19*
17 plebem ſuam. * Et exiit hic ſermo in vniuerſam *Ioan. 4.*
Iudæam de eo, & in omnem circà regionem. *c. 19*
18 * Et nuntiauerunt Ioanni diſcipuli eius de om-
19 nibus his. * [c] Et conuocauit duos de diſcipulis *c Matth. 11.*
a. 2

ſuis

ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum, dicens: Tu es
qui venturus es, an alium expectamus? *Cùm 20
autem veniſſent ad eum viri, dixerunt: Ioannes
Baptiſta miſit nos ad te dicens: Tu es, qui ven-
turus es, an alium expectamus? *(in ipſa autem 21
hora multos curauit à languoribus, & plagis,
& ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit vi-
ſum.) *Et reſpondens, dixit illis: Euntes renun- 22
Iſai. 35. b. 5 tiate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: Quia cæ-
ci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, D
ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euan-
gelizantur: *& beatus eſt quicumque non fue- 23
rit ſcandalizatus in me. *Et cùm diſceſſiſſent 24
nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad tur-
bas: Quid exiſtis in deſertum videre? arundi-
nem vento agitatam? *Sed quid exiſtis videre? 25
hominem mollibus veſtimentis indutum? Ec-
ce qui in veſte pretioſa ſunt & delicijs, in domi-
bus regum ſunt. *Sed quid exiſtis videre? pro- 26
phetam? Vtique dico vobis, & pluſquam Pro-
Mal. 3. a. 1 phetam: *hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce 27
Mat. 11. b. 10 mitto angelum meum ante faciem tuam, qui
præparabit viam tuam ante te. *Dico enim vo- 28
Mar. 1. a. 2 bis: Maior inter natos mulierum propheta
Ioanne Baptiſta nemo eſt. qui autem minor
eſt in regno Dei, maior eſt illo. *Et omnis po- 29
pulus audiens & publicani, iuſtificauerunt E
Deum, baptizati baptiſmo Ioannis. *Phariſæi 30
autem, & legis periti conſilium Dei ſpreuerunt
in ſemetipſos, non baptizati ab eo. *Ait autem 31
Matth. 11. b. 16. Dominus: Cui ergo ſimiles dicam homines
generationis huius? & cui ſimiles ſunt? *Similes 32
ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus
adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis
tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & non
Matth. 3. a. 4 ploraſtis. *Venit enim Ioannes Baptiſta, ne- 33
Mar. 1. a. 6 que manducans panem, neque bibens vinum,
& dicitis: Dæmonium habet. *Venit filius 34
hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ec-
ce homo deuorator, & bibens vinum; amicus
publicanorum, & peccatorum. *Et iuſtificata 35
eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis. *Rogabat 36
autem illum quidam de Phariſæis vt manduca- F
ret cum illo. Et ingreſſus domum Phariſæi
Mat. 26. a. 7 diſcubuit. *Et ecce mulier, quæ erat in ciui- 37
Mar. 14. a. 3 tate peccatrix, vt cognouit quòd accubuiſſet in
Ioan. 12. a. 3 domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti:
*& ſtans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit 38
rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat,
& oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.
*Videns autem Phariſæus, qui vocauerat eum, 39
ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta, ſciret
vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit
eum: quia peccatrix eſt. *Et reſpondens Ieſus, 40
dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid di-
cere. At ille ait: Magiſter, dic. *Duo debito- 41
res erant cuidam fœneratori: vnus debebat de-
narios quingentos, & alius quinquaginta. *Non 42
habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſ-
que. Quis ergo eum plus diligit? *Reſpondens 43
Simon dixit: Æſtimo quia is, cui plus donauit. G
At ille dixit ei: Rectè iudicaſti. *Et conuerſus 44
ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mu-
lierem? Intraui in domum tuam, aquam pe-
dibus meis non dediſti: hæc autem lacrymis
rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. *Oſcu- 45
lum mihi non dediſti: hæc autem ex quo in-
46 trauit, non ceſſauit oſculari pedes meos. *Oleo
caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguen-
47 to vnxit pedes meos. *Propter quod dico ti-
bi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam
dilexit multum. Cui autem minus dimit-
48 titur, minus diligit. *Dixit autem ad illam: Re- Mat. 9. a. 2
49 mittuntur tibi peccata. *Et cœperunt qui ſi-
mul accumbebant, dicere intra ſe: Quis eſt
50 hic, qui etiam peccata dimittit? *Dixit au-
tem ad mulierem: Fides tua te ſaluam fecit: va-
de in pace.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 ERAT MORITVRVS. id eſt, erat morti proximus. Incipiebat mori, quis? ſeruus Centurionis.

3 MISIT AD EVM SENIORES. Matth. cap 8. verſ. 5. dicit eum veniſſe, ſed per amicos. Homo alienigena indignum ſe credidit qui ipſe ad Chriſtum iret, vel venientem tecto acciperet.

7 DIC VERBO. Præcipe.

8 SVB POTESTATE. i. in poteſtate præfectus, vel ſuperiori ſubditus.

9 NEC IN ISRAEL TANTAM FIDEM INVENI. Laudat fidem, vnde illa in Chriſtum reuerentia nata eſt.

11 NAIM. Ciuitas Galilææ in tribu Iſſachar, non procul Tiberiade.

12 DEFVNCTVS EFFEREBATVR. ſ. extra vrbem. Diu enim inter omnes gentes mos viguit ſepeliendi mortuos extra oppida, non ſolùm extra templa. De quo Lex duodecim Tabul. *In vrbe ne ſepelito*; inter epiſtolas Ciceronis lib. 4. Sulpicius, vt Marcellum Athenienſes intra vrbem ſepelirent, impetrare non potuit.

19 TV ES QVI. Non ignorabat id Ioannes, ſed diſcipulos à Chriſto edoceri volebat.

22 PAVPERES EVANGELIZANTVR. Illis Euangelium prædicatur, aut illi ſuſcipiunt Euangelium.

25 ET DELICIIS. Goth. addit *affluunt*. Græc. καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες. i. *& delicias habent*.

29 ET OMNIS POPVLVS. Hæc verba poſſunt eſſe Chriſti, aut Euangeliſtæ docentis laudes Ioannis à populo plauſu acceptas fuiſſe.

30 CONSILIVM DEI SPREVERVNT IN SEMETIPSOS, in ſuum exitium.

31 AIT AVTEM DOMINVS. Goth. hoc non eſt, non Syr. In Græc. quidem legitur, ſed cum obelo, ſicut in Vulgata Louan. CVI ERGO SIMILES. Hac ſimilitudine ſignificat, Ioannem triſtia & rigida cecinisſe, Chriſtum læta; neutrum placuiſſe.

33 VENIT ENIM IOANNES. Sic lege, non, *venit autem*, vt Regia & Louan. cauſalis eſſe debet non aduerſatiua. Græc. *γάρ, enim*.

35 ET IVSTIFICATA. i. damnata à ſuis, aut probata, aut laudata ſapientia à filijs i. ſectatoribus.

37 ET ECCE MVLIER. Hæc an fuerit ſoror Lazari, an de qua ſeptem dæmonia exierant, incertum. Origenes Hom. 1. & 2. in Cant. Chryſoſtomus Ioan. 11. in illud, *Erat quidam Lazarus*. Hieronymus Matth. 26. Ambroſius in Lucam in fine, videntur ſentire plures fuiſſe; Gregorius & Bernardus id negant, quod cum Eccleſiæ ſenſu magis conſentit. Hæc attulit ALABASTRVM, vas ex lapide alabaſtrite.

38 LACRYMIS COEPIT RIGARE PEDES EIVS. Accumbebant detractis calceis, & pedes lauabant, credo, ne inficerent lectos & periſtromata eorum. ET CAPILLIS. Quorſum capillis? an non erat linteum, quo meliùs tergeret. Sed erat ritus & adorationis forma, capillis, qui feminis ſunt pretioſi, aras & templa tergere. De quo Iuſtus Lipſius l. 2. Electorum cap. 6. Liuius lib. 3. *ſtratæ paſſim matres crinibus templa verrentes veniam cæleſtium irarum expoſcunt*. libro 26. *Matronæ circa deûm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis*

aras verrentes. Idem in Mamertini Panegyrico ad Maximianum, & in Apuleij lib. 5. Tum Lucanus lib. 1.

Hæ lacrymis ſparſere deos, hæ pectora duro
Afflixere ſolo, lacerasque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas.

Ita genus adorationis erat, templa & aras capillis tergere.

CVIDAM FOENERATORI. Δανειστὴς *fœneratorem* & *creditorem* ſignificat; & vtraque ſignificatio congruit propoſito. Ergo fœnerator duos debitores habebat. 41

QVIS ERGO. Goth. *quis ergo eorum.* ſic Græc & Syr. 42

OLEO CAPVT. Oleo capita non vngebant, ſed vnguento balſamo, quo veſtes non inficiebantur, vti alio loco ex Plinio eſt dictum. Verùm Hebr. eadem voce *ſemen, oleum & vnguentum* ſignificatur, inde in alijs linguis manſit, vt *oleum* in Sacris ponatur pro *vnguento.* 46

QVONIAM DILEXIT. Concludendum potiùs videbatur, Ideò dilexit multùm. Verùm cauſales coniunctiones in Sacris ſæpè non cauſam, ſed euentum ſignificant, *laboraui clamans, quoniam exaudiſti me. Factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationes.* q.d. remittuntur ei peccata; vnde factum eſt, vt diligat; cuius dilectionis teſtes ſunt lacrymæ, & alia quæ fecit. Aut loquatur de remiſſione pœnæ peccatis debitæ, ſic culpa gratis dimiſſa eſt, inde creuit dilectio. Ex dilectione rurſus eſt factum, vt pœna etiam remittatur, de qua loquatur etiam cùm ait: *Remittuntur tibi peccata.* Subtiliter hæc, an verè? Prior expoſitio placet. 47

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IMPLESSET. i. abſoluiſſet. MORITVRVS. i. morti proximus. PRETIOSVS. i. charus, vt ſolent pretioſa. 2

VENIRET. Id quidam putant à Iudæis profectum, nec enim Centurionem id petijſſe. 3

SOLICITE. i. ſedulò. Græc. σπουδαίως. i. *ſtudioſè.* 4

VEXARI. i. fatigari. 6

ET DICO. pro, & tamen dico. 8

NAIM. Non longè diſtabat à Capharnaum. EIVS. Græc *eius multi.* 11

EFFERIBATVR. ſ. extra ciuitatem, de more ſepeliendus. VNICVS. Græc. μονογενής. i. *vnigenitus.* 12

SVPER pro, erga. 13

TIMOR. i. ex ſtupore. MAGNIFICABANT. Græc. *glorificabant.* SVRREXIT. i. excitatus eſt, ſeu apparuit. 16

SERMO i. fama, ſeu rumor. IVDÆAM. i. regionem duodecim tribuum. 17

VENTVRVS ES. i. venturus expectabaris. Græc. ὁ ἐρχόμενος, *ille venturus.* EXPECTAMVS. i. expectare debemus. 19

PLAGIS. i. cruciatibus. Græc. *flagellis.* 21

EVANGELIZANTVR. i. audiunt Euangelium. 22

DOMIBVS. i. palatijs. Græc. βασιλείοις. SVNT. i. verſari ſolent. 25

ET OMNIS, &c. Verba videntur Euang: liſtæ, etſi quidam putant Chriſti eſſe. AVDIENS. ſ. Chriſtum, vel Ioannem. IVSTIFICAVERVNT. i. approbarunt, ſeu laudarunt. ſ. qui Ioannem miſiſſet. 29

CONSILIVM. ſ. per Ioannem præparandi ad gratiam Chriſti. IN SEMETIPSOS. i. intra ſe, vel quod erat in bonum ipſorum, vel contra ſe. q.d. ſpreuerunt in ſui perniciem. Syr. *apud ſe.* 30

SIMILES DICAM. Græc. *aſſimilabo.* GENERATIONIS. i. genus, vel ætatis. 31

NEQVE MANDVCANS, &c. q.d. canens lugubria, ſeu ad pœnitentiam inuitans. 33

MANDVCANS, &c. q.d. læta annuntians. ſ. ſalutem. 34

IVSTIFICATA. i. approbata, & laudata. SAPIENTIA. ſ. Dei. FILIIS ſ. electis. 35

MVLIER, &c. Græc. *mulier in ciuitate illa, quæ erat peccatrix.* CIVITATE: ſ. Galilææ. PECCATRIX. ſ. peccato libidinis. ALABASTRVM. i. vas ex alabaſtro. 37

38 STANS. ſ. erat triclinium in loco edito. Vide Suetonium in Caligula, vbi ad huius cœnantis pedes refert ſtantes quoſdam famulos, linteo ſuccinctos. PEDES. ſ. puluere aſperſos, & de more nudos. ſic enim ſolebant cùm recumberent, ne calceis toros inquinarent.

41 DVO. ſ. dixit Chriſtus. FOENERATORI. i. creditori ex mutuo.

42 DILIGIT. Græc. ἀγαπήσει. i. *diliget.*

45 INTRAVIT. ſ. ſtatim illa ad ingreſſi & recumbentis pedes acceſſerat. Græc. *intraui.*

47 REMITTVNTVR, &c. Hîc ſubaudienda aliqua in hunc modum: Si huic priùs dimiſiſſem, deberet me iuxta tuam ſententiam diligere multùm; nunc verò cùm tantum amorem oſtendat ante remiſſa (quod ſciat) peccata ſua, facere non poſſum quin ei prorſus omnia remittam. Scio aliter exponi locum ab alijs, ſed id interim plus placet.

50 FIDES. ſ. coniuncta amori, vt proximè dictum. IN PACE. i. proſperè, ſeu feliciter.

CAPVT VIII.

Parabolam de ſeminante propoſuit, ac diſcipulis interpretatur: nihil occultum quod non manifeſtetur: quos dicat ſuam eſſe matrem, ſuoſque fratres: in mari a ſomno excitatus, ventum increpat: dæmoniacum ferociſſimum à dæmonum legione liberat, permittens dæmonibus vt in porcos introeant: tacta fimbria veſtimenti eius mulier a fluxu ſanguinis curatur, & filia Iairi archiſynagogi verbo ipſius reſuſcitatur.

1 ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat
A per ciuitates & caſtella, prædicans & euan-
gelizans regnum Dei; & duodecim cum illo,
2 & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiriti-
bus malignis, & infirmitatibus: Maria, quæ Mar. 16.
vocatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia c. 9
3 exierant, & Ioanna vxor Chuſæ procuratoris
Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ mini-
4 ſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cum autem
turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus
properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem:
5 Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & Mat. 13.
dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & con- a. 3
culcatum eſt, & volucres cæli comederunt il- Mar. 4. a. 2
6 lud. Et aliud cecidit ſupra petram: & natum
7 aruit, quia non habebat humorem. Et aliud
cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuf-
8 focauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bo-
nam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc
dicens clamabat: Qui habet aures audiendi,
9 audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli
10 eius, quæ eſſet hæc parabola. Quibus ipſe
B dixit: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni
Dei, ceteris autem in parabolis: vt videntes Iſai. 6.
11 non videant, & audientes non intelligant. Eſt c. 9
autem hæc parabola: Semen eſt verbum Dei. Mat. 13.
12 Qui autem ſecus viam, hi ſunt qui audiunt; b. 14
deinde venit diabolus, & tollit verbum de Marc. 4.
13 corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam b. 12
qui ſupra petram: qui cùm audierint, cum Ioan. 12.
gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non ha- f. 40
bent: qui ad tempus credunt, & in tempore ten- Act. 28. f. 26 Rom. 11. b. 8
14 tationis recedunt. Quod autem in ſpinas ceci-
dit: hi ſunt, qui audierũt, & à ſolicitudinibus, &
diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, ſuffocãtur,
15 & non referunt fructum. Quod autem in bo-
nam terram: hi ſunt, qui in corde bono & opti-
mo audientes verbum retinent, & fructum Mat. 5.
16 afferunt in patientia. Nemo autem lucernam b. 15 Marc. 4. c. 21

accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum
ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intran-
17 tes videant lumen. Non eſt enim occultum,
quod non manifeſtetur: nec abſconditum;
quod non cognoſcatur, & in palam veniat.
18 Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim
C habet, dabitur illi: & quicumque non habet,
etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.
19 Venerunt autem ad illum mater & fratres
20 eius, & non poterant adire eum præ turba. Et
nuntiatum eſt illi: Mater tua, & fratres tui
21 ſtant foris, volentes te videre. Qui reſpon-
dens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei
hi ſunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.
22 Factum eſt autem in vna dierum: & ipſe aſ-
ſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius, & ait ad
illos: Transfretemus trans ſtagnum. Et aſcen-
23 derunt, Et nauigantibus illis, obdormiuit, &
deſcendit procella venti in ſtagnum, & com-
24 plebantur, & periclitabantur. Accedentes au-
tem ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præceptor,
perimus. At ille ſurgens, increpauit ventum, &
tempeſtatem aquæ, & ceſſauit: & facta eſt tran-
25 quillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra?
D Qui timentes, mirati ſunt ad inuicem, dicen-
tes: Quis putas hic eſt, quia & ventis & mari
26 imperat, & obediunt ei? Et nauigauerunt ad
regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Gali-
27 læam. Et cùm egreſſus eſſet ad terram, occur-
rit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam
temporibus multis, & veſtimento non indue-
batur, neque in domo manebat, ſed in monu-
28 mentis. Is, vt vidit Ieſum, procidit ante illum:
& exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, &
tibi eſt Ieſu Fili Dei Altiſſimi? obſecro te, ne
29 me torqueas. Præcipiebat enim ſpiritui im-
mundo vt exiret ab homine. Multis enim tem-
poribus arripiebat illum, & vinciebatur catenis
& compedibus cuſtoditus. & ruptis vinculis
30 agebatur à dæmonio in deſerta. Interrogauit
autem illum Ieſus, dicens: Quod tibi nomen
eſt? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæ-
31 monia multa in eum. Et rogabant illum ne
32 imperaret illis vt in abyſſum irent. Erat autem
E ibi grex porcorum multorum paſcentium in
monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in
33 illos ingredi. Et permiſit illis. Exierunt ergo
dæmonia ab homine; & intrauerunt in porcos:
& impetu abijt grex per præceps in ſtagnum, &
34 ſuffocatus eſt. Quod vt viderunt factum qui
paſcebant, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuita-
35 tem, & in villas. Exierunt autem videre quod
factum eſt, & venerunt ad Ieſum: & inuene-
runt hominem ſedentem, à quo dæmonia exie-
rant, veſtitum, ac ſana mente, ad pedes eius, &
36 timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui
viderant, quomodo ſanus factus eſſet à legione:
37 & rogauerunt illum omnis multitudo regionis
Geraſenorum vt diſcederet ab ipſis: quia ma-
gno timore tenebantur. Ipſe autem aſcen-
38 dens nauim, reuerſus eſt. Et rogabat illum vir,
à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Di-
39 miſit autem eum Ieſus, dicens: Redi in do-
mum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et
abijt per vniuerſam ciuitatem, prædicans quan-
40 ta illi feciſſet Ieſus. Factum eſt autem cùm re-
diſſet Ieſus, excepit illum turba. erant enim
41 omnes expectantes eum. Et ecce venit vir,
F cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ
erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt
42 intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei
ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.
Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur.
43 Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab
annis duodecim, quæ in medicos erogauerat
omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit
44 curari: acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſti-
menti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis
45 eius. Et ait Ieſus: Quis eſt, qui me tetigit? Ne-
gantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui
cum illo erant: Præceptor, turbæ te compri-
munt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?
46 Et dixit Ieſus: Tetigit me aliquis. nam ego
47 noui virtutem de me exijſſe. Videns autem
mulier, quia non latuit, tremens venit, & pro-
G cidit ante pedes eius: & ob quam cauſam teti-
gerit eum, indicauit coram omni populo: &
48 quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe
dixit ei: Filia, fides tua ſaluam te fecit: vade
49 in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam
ad principem ſynagogæ, dicens ei: Quia
50 mortua eſt filia tua, noli vexare illum. Ieſus
autem, audito hoc verbo, reſpondit patri puel-
læ: Noli timere, crede tantùm, & ſalua
51 erit. Et cùm veniſſet domum, non permiſit
intrare ſecum quemquam, niſi Petrum, & Ia-
cobum, & Ioannem, & patrem & matrem
52 puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant
illam. At ille dixit: Nolite flere, non eſt mor-
53 tua puella, ſed dormit. Et deridebant eum,
54 ſcientes quòd mortua eſſet. Ipſe autem te-
nens manum eius clamauit, dicens: Puella,
55 ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit
56 continuò. Et iuſſit illi dari manducare. Et ſtu-
puerunt parentes eius, quibus præcepit ne ali-
cui dicerent quod factum erat.

Mat. 10. c.26. Marc. 4. c.22.
Mat. 13. b.12. & 25 c.29.
Mat. 12. d.46. Marc. 3. d.32.
Matth. 8. d.23. Marc. 4. d.36.
Mat. 9. c.18. Marc. 5. c.22.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DVODECIM CVM ILLO. ſ. erant, aut euangelizabant; nempe ad id munus electi.

2 DE QVA SEPTEM. i. multa. DÆMONIA, aut ſpiritus, aut vitia & peccata exierant.

5 ALIVD CECIDIT. ſ. ſemen.

6 SVPRA PETRAM. Prouerbium erat, *In ſaxis ſeminat*, de eo qui inaniter laborat. Plat. 8. de Legib. Μὴδὲ εἰς πέτρας ἢ εἰς λίθους σπείροντας.

8 AVRES AVDIENDI. pro, ad audiendum, intelligendum is AVDIAT, cum eo loquor, cui id à Deo datur.

14 EVNTES. ſ. poſt diuitias & voluptates. aut *euntes*. i. cum tempore ſuffocatur in eis verbum.

15 IN PATIENTIA. ſ. fructificant. Patientia opus eſt, quia labores & moleſtiæ in hac vita deeſſe non poſſunt, vt ſ. proficiamus.

16 NEMO AVTEM LVCERNAM operit. Doctrinam à ſe traditam vult alijs denuntiari.

18 QVOD PVTAT. Græc. *quod videtur habere*. Vult diſcipulos in docendo eſſe liberales, nec metuere quòd verba aut documenta deſint.

23 COMPLEBANTVR. ſ. fluctibus & aqua qui erant in naui.

26 GERASENORVM. Sunt *Geraſeni* vltra lacum ex aduerſum Galilææ. de quibus Matth. 8. v. 28.

31 VT IN ABYSSVM IRENT. i. in infernum. Volunt dæmones inter nos verſari, vt malefaciant.

43 ET MVLIER. Hanc Ambroſius lib. de Salomone

putat fuiſſe Martham. Hiſtoria Scholaſtica c. 61. ait hoc dicere Ambroſium Serm. de Saluatore. Euangelium Nicodemi *Veronicam* vocat, quam in Damaſceno de Imag. video *Berenicem* vocari. Euſebius Hiſt. lib. 7. c. 14. Cæſareæ Philippi ciuem facit ſuppreſſo nomine, ſed ſanè *Berenice* fuit, à qua Chriſti ærea poſita ſtatua in ea vrbe miraculo quodam inſignis erat. De quo ibi Damaſcenus, tum Euſebius. Quam ſtatuam Iulianus deiecit, & pro ea ſuam ſubſtituit, ſed quæ fulmine tacta eſt, vt Sozomenus ait lib. 5. c. 21. Centuriatores Cent. 5. c. 3. col. 1447. Chriſti ſtatuam fulmine tactam mentiuntur. Suſpicari libet ad huius ſtatuæ ſimilitudinem eſſe expreſſas, quæ vulgò *Veronicæ* vocantur.

ET PROCIDIT ANTE PEDES. Goth. *ad pedes*. Græc. *procidens ipſi* i. ante ipſum. ſ. mulier illa, Syr. *procidens*, ſine vlla additione. 47

AD PRINCIPEM. Græc. *à principe*, ſic Goth. i. *à domo principis*, vt explicat Syr. vtrumque. A principe, & ad principem venit nuntius de morte puellæ. 49

SED DORMIT. Dormiebat Chriſto puella mortua, qui eam volebat & poterat ſuſcitare. 51

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SEPTEM DÆMONIA. Vel dæmones, vel vitia. *ſeptem* autem, pro multa. 2

PROCVRATORIS. Syr. *præfecti domus*. 3

QVI SEMINAT. Græc. *ſeminator*, ſeu *ſeminans*. 5

QVI HABET, &c. q.d. attendat quiſque. 8

QVÆ ESSET. i. quid ſignificaret. 9

MYSTERIVM. i. arcana. 10

ET HI. pro, ſed hi. 13

EVNTES. i. conuerſantes in mundo, vel q.d. progreſſu temporis. 14

BONO ET OPTIMO. Græc. *bono & bono*. i. optimo. Syr. *humili & bono*. IN PATIENTIA. i. per patientiam. 15

ENIM. pro, autem. PALAM. i. apertum. 17

QVOMODO. q.d. ne negligenter. NON HABET. ſ. vt debet, quia non operatur. SE HABERE. ſ. ſic, vt ei auferri non debeat. 18

ASCENDERVNT. ſ. in altum mare, vt Græc. indicatur. 22

COMPLEBANTVR. ſ. fluctibus. 23

SVRGENS. Græc. ἐγερθείς i. *expergefactus*. 24

DIXIT. pro, dixerat. ſ. priùs. Vide Matth. 8. 25

ABYSSVM. i. infernum. 31

PERMISIT. ſ. vt appareret, quàm multis dæmonibus hominem liberaſſet. 32

STAGNVM. i. lacum. 33

TIMORE. ſ. ob amiſſos porcos, timebant enim ne quid ſimile paterentur, ſi apud illos Chriſtus maneret. 37

IESVS. ſ. is erat Deus, de quo proximè. 39

VIRTVTEM. i. effectum virtutis, ſeu potentiæ. 46

NON LATVIT. Putauerat ſe poſſe latere. 47

AD PRINCIPEM. Græc. *à Principe*. i. domo Principis. VEXARE. i. fatigare. 49

CLAMAVIT. ſ. velut ad abſentem animam. ſimul etiam vocis vim indicans. 54

MANDVCARE. ſ. vt appareret, verè eſſe reſuſcitatam. 55

PRÆCEPIT. ſ. docens nos fugere vanam gloriam. 56

CAPVT IX.

Diſcipulos ad prædicandum mittens, ſeruanda tradit eis præcepta: Herodes audita Chriſti fama cupit eum videre: ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiat Ieſus quinque virorum millia: Petrus illum confitetur Chriſtum Dei: ſuam prædicit paſſionem, & de propria cruce tollenda. transfigurato iunguntur Moyſes & Elias in maieſtate: ad preces patris dæmonium à filio eiicit; contentio oritur inter Apoſtolos de primatu: filij Zebedæi volunt igne cæleſti conſumi Samaritanos nolentes Ieſum ſuſcipere: volentem ſequi non ſuſcipit; alterum autem vocat, nec permittit vt primùm ſepeliat patrem.

Matth. 10. a. 1 Mar. 3. c. 13
1 CONuocatis autem duodecim Apoſtolis,
A dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper
2 omnia dæmonia, & vt languores curarent. *Et
miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare in-
3 firmos. *ᵃEt ait ad illos: Nihil tuleritis in via, ne- ᵃMatt. 10. a. 9
que virgam, neque peram, neque panem, neque
4 pecuniam, neque duas tunicas habeatis. *Et in Marc. 6. a. 8
quamcumque domum intraueritis, ibi mane-
5 te, & inde ne exeatis. *Et quicumque non re-
ceperint vos: ᵇexeuntes de ciuitate illa, etiam ᵇAct. 13. g. 51
puluerem pedum veſtrorum excutite in teſti-
6 monium ſupra illos. *Egreſſi autem circuibant
per caſtella, euangelizantes & curantes vbi-
7 que. *ᶜAudiuit autem Herodes tetrarcha om- ᶜMatt. 14. a. 1
nia quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eò quòd di- Marc. 6. d. 14
8 ceretur *à quibuſdam: Quia Ioannes ſurrexit à
mortuis: à quibuſdam verò: Quia Elias appa-
ruit: ab alijs autem: Quia propheta vnus de
9 antiquis ſurrexit. *Et ait Herodes: Ioannem
ego decollaui: Quis eſt autem iſte, de quo ego
10 talia audio? Et quærebat videre eum. *Et re-
uerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcumque fe-
cerunt: & aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in lo-
11 cum deſertum, qui eſt Bethſaidæ. *Quod cum
cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum: & ex-
cepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, &
12 eos, qui cura indigebant, ſanabat. *Dies autem
B cœperat declinare. Et accedentes duodecim
dixerunt illi: ᵈDimitte turbas, vt euntes in ca- ᵈMatt. 14. b. 15
ſtella villaſque quæ circà ſunt, diuertant, & in- Marc. 6. d. 36
uemant eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus.
13 *Ait autem ad illos: Vos date illis manducare.
At illi dixerunt: ᵉNon ſunt nobis plus quàm ᵉIoan. 6. a. 9
quinque panes, & duo piſces: niſi forte nos ea-
mus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas.
14 *Erant autem ferè viri quinque millia. Ait au-
tem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere
15 per conuiuia quinquagenos. *Et ita fecerunt.
16 Et diſcumbere fecerunt omnes. *Acceptis au-
tem quinque panibus, & duobus piſcibus, re-
ſpexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, &
diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante tur-
17 bas. *Et manducauerunt omnes, & ſaturati
ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, frag-
18 mentorum cophini duodecim. *Et factum eſt, ᶠMatt. 16. b. 13
cùm ſolus eſſet orans, erant cum illo & di- Marc. 8. c. 27
ſcipuli: & interrogauit illos, dicens: Quem
19 me dicunt eſſe turbæ? *At illi reſponderunt,
& dixerunt: Ioannem Baptiſtam, alij autem
Eliam, alij verò quia vnus propheta de priori-
20 bus ſurrexit. *Dixit autem illis: Vos autem
quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Pe-
21 trus dixit: Chriſtum Dei. *At ille increpans
22 illos, præcepit ne cui dicerent hoc, *dicens:
ᵍQuia oportet filium hominis multa pati, & ᵍMatt. 17. d. 23
reprobari à ſenioribus, & principibus ſacerdo- Marc. 8. d. 31
tum, & Scribis, & occidi, & tertia die reſur-
23 gere. *ʰDicebat autem ad omnes: Si quis vult ʰMatt. 10. d. 38. & 16. d. 24
C poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat
24 crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. *Qui Marc. 8. d. 34
enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, Inf. 14. f. 27. & 17.
perdet illam: nam qui perdiderit animam f. 33
25 ſuam propter me, ſaluam faciet illam. *quid Ioan. 12. d. 25
enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mũ-
dum, ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ⁱMatt. 10. d. 33
26 ſui faciat? *ⁱNam qui me erubuerit, & meos Marc. 8. d. 38
ſermones: hunc Filius hominis erubeſcet, cum 2. Tim. 2. b. 12
venerit in maieſtate ſua, & Patris, & ſan-

Mat. 16. d 28 Mar. 9 a 1
ctorum Angelorum. * Dico autem vobis verè: 27
ſunt aliqui hîc ſtantes, qui non guſtabunt mor-
Mat. 17. a. 1 Mar. 9. a. 1
tem donec videant regnum Dei. * Factum eſt 28
autem poſt hæc verba ferè dies octo, & aſſum- D
pſit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & aſcen-
dit in montem vt oraret. * Et facta eſt, dum ora- 29
ret, ſpecies vultus eius altera: & veſtitus eius al-
bus & refulgens. * Et ecce duo viri loquebantur 30
cum illo. Erant autem Moyſes & Elias, * viſi in 31
maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem
completurus erat in Ieruſalem. * Petrus verò, & 32
qui cum illo erant, grauati erant ſomno. Et eui-
gilantes viderunt maieſtatem eius, & duos vi-
ros, qui ſtabant cum illo. * Et factum eſt, cùm 33
diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum: Præ-
ceptor, bonum eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria
tabernacula, vnum Tibi, & vnum Moyſi, &
vnum Eliæ: neſciens quid diceret. * Hæc autem 34
illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit
eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem.
2. Pet. 1. c. 17
* Et vox facta eſt de nube, dicens: Hic eſt fi- 35
lius meus dilectus, ipſum audite. * Et dum fieret E
vox, inuentus eſt Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerunt, 36
& nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex
Mat 17. b. 14 Mar. 9. c. 17
his quæ viderant. * Factum eſt autem in ſe- 37
quenti die, deſcendentibus illis de monte, oc-
currit illis turba multa. * Et ecce vir de turba ex- 38
clamauit, dicens: Magiſter, obſecro te, reſpice
in filium meum, quia vnicus eſt mihi: * & ecce 39
ſpiritus apprehendit eum, & ſubitò clamat, &
elidit, & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſce-
dit dilanians eum: * & rogaui diſcipulos tuos vt 40
eijcerent illum, & non potuerunt. * Reſpondens 41
autem Ieſus, dixit: O generatio infidelis, & per-
uerſa, vſquequò ero apud vos, & patiar vos? Ad-
duc huc filium tuum. * Et cùm accederet, eliſit 42
illum dæmonium, & diſſipauit. * Et increpauit 43
Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum,
& reddidit illum patri eius. * Stupebant autem 44
omnes in magnitudine Dei: omnibuſque mi F
rantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad di-
ſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſer-
mones iſtos: Filius enim hominis futurum eſt
vt tradatur in manus hominum. * At illi igno- 45
rabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos
vt non ſentirent illud: & timebant eum inter-
Mat. 18. a. 1 Mar. 9. c. 33
rogare de hoc verbo. * Intrauit autem co- 46
gitatio in eos, quis eorum maior eſſet. * At Ie- 47
ſus videns cogitationes cordis illorum, appre-
hendit puerum, & ſtatuit illum ſecus ſe, * & 48
ait illis: Quicumque ſuſceperit puerum iſtum
in nomine meo, me recipit: & quicumque me
receperit, recipit eum, qui me miſit. Nam qui
minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt
* Reſpondens autem Ioannes, dixit: Præce- 49
ptor, vidimus quemdam in nomine tuo eii-
cientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia
non ſequitur nobiſcum. * Et ait ad illum Ieſus: 50
Nolite prohibere: qui enim non eſt aduer-
ſum vos, pro vobis eſt. * Factum eſt autem 51
dum complerentur dies aſſumptionis eius, &
ipſe faciem ſuam firmauit vt iret in Ieruſalem.
* Et miſit nuntios ante conſpectum ſuum: & 52
euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritano-
rum vt pararent illi. * Et non receperunt eum, 53
quia facies eius erat euntis in Ieruſalem. * Cùm 54
G vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioan-
nes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis
55 deſcendat de cælo, & conſumat illos? * Et con-
uerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius
Matth. 8. c. 19 Ioan. 3. a. 1
56 ſpiritus eſtis. * Filius hominis non venit ani-
mas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud
57 caſtellum. * Factum eſt autem: ambulantibus
illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te
58 quocumque ieris. * Dixit illi Ieſus: Vulpes fo-
ueas habent, & volucres cæli nidos: Filius au-
59 tem hominis non habet vbi caput reclinet. * Ait
autem ad alterum: Sequere me. ille autem
dixit: Domine permitte mihi primùm ire, &
60 ſepelire patrem meum. * Dixitque ei Ieſus:
Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu
61 autem vade, & annuntia regnum Dei. * Et ait
alter: Sequar te Domine, ſed permitte mihi
62 primùm renuntiare his quæ domi ſunt. * Ait ad
illum Ieſus: Nemo mittens manum ſuam ad
aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DEDIT ILLIS VIRTVTEM. Nempe ad doctrinæ confirmationem, dat Apoſtolis poteſtatem faciendi miracula.

3 NEQVE DVAS TVNICAS. ſ. mutatorias.

5 PVLVEREM ..... SVPRA. i. contra illos, & in eorum deteſtationem proijcite.

7 HERODES TETRARCHA. ſ. Galilææ. hic fuit Herodis primi filius, qui à Marc. c. 6. v. 14 *rex* vocatur, ob amplam poteſtatem quam habuit.

10 QVI EST BETHSAIDÆ. Locus deſertus. *Bethſaida* erat ad lacum Geneſareth ſita in Galilæa.

14 QVINQVE MILLIA. viri ſ. præter paruulos & mulieres, vt Matth. ait c. 14. v. 21. erant qui comederunt.

14 PER CONVIVIA. i per turmas. Græc. *κλισίας*, *diſcubitu*, iuſſit eos homines diſtribui.

21 INCREPANS ILLOS, ſub comminatione mandans, ne cui dicerent.

27 REGNVM DEI. i. Euangelij dilatationem, excidium Ieruſalem, Dei in eo vindictam videbunt aliqui ex hîc adſtantibus.

31 ET DICEBANT EXCESSVM EIVS. *ἔξοδον*, *exitum*, diſceſſum ex hac vita. Pſal. 115. v. 11. *Ego dixi in exceſſu meo*. i. fuga, omnes me deſeruerunt. ideſt mentiri.

33 CVM DISCEDERENT. i. vellent diſcedere Moyſes & Elias. NESCIENS DISCERET. Tertullianus 4. contra Marcionem, *propter ecſtaſim & mentis alienationem.* Alioqui quomodo Moyſem & Eliam cognouiſſet, quos non viderat, neque eorum imagines. Ambroſius de Fide ad Gratianum: *Neſciebat quid diceret, quoniam Moyſem & Eliam Chriſto æquabat.* Ideò ſequitur illa vox *Hic eſt Filius meus.*

36 ET DVM FIERET VOX. pro, facta voce, Chriſtus ſolus manſit. Moyſes & Elias diſparuerant.

44 STVPEBANT AVTEM OMNES IN MAGNITVDINE DEI. i. maieſtate, quæ in Chriſti operibus conſpiciebatur.

45 VT NON SENTIRENT ILLVD. ſupple, adeò vt non ſentirent. i. non cognoſcerent, non caperent quæ dicebat de ſua morte.

49 NON SEQVITVR NOBISCVM. ſ. te non ſequitur, qui in tuo nomine dæmonia eijcit.

51 DIES ASSVMPTIONIS EIVS. i. mortis eius dies cùm complerentur.

52 VT PARARENT ILLI. ſ. hoſpitium, miſit nuntios in Samariam.

53 ET NON RECEPERVNT EVM. Samaritani Iudæos oderant, nempe religione diſcrepantes.

57 SEQVAR TE. Volebat ſequi ille Chriſtum ob lucrum. ſic multi inter nos, ideò audit:

58 VVLPES FOVEAS HABENT. Non eſt quod ex me

temporale expectes. E diſcipulis quidam:

PERMITTE MIHI PRIMVM IRE ET SEPELIRE. De hoc diximus Matth.8.verſ.21. quid ſibi in eo vellet, & quid ſit *mortuos ſepelire mortuos*. Alter petijt, vt ipſi permitteret 59

RENVNTIARE HIS. Græc. *ἀποτάξασθαι*. i. *valere dicere*. Ea eſt huius verbi vis, vt diximus Matth.6.v.46. 61

EMANVELIS SA NOTATIONES.

APOSTOLIS. Græc. *diſcipulis*. VIRTVTEM ET POTESTATEM. i. potentem virtutem. SVPER. i. contra. 1

IN VIA. i. ad iter. 3

NE EXEATIS. Græc. & Syr. *exeatis*. q.d. ne muteris hoſpitium, ſed in primo manete, donec exeatis è ciuitate. 4

SVPRA. i. contra. 5

HÆSITABAT. i. perplexo erat animo. 7

QVÆREBAT. i. optabat. Syr. *volebat*. 9

DVODECIM. i. Apoſtolis. ſic enim interdum vocãtur 12

NISI FORTE. q.d. non poſſumus quod iubes, niſi fortè, &c. 13

CONVIVIA. Græc. *κλισία*. i. *accubitus*. 14

BENEDIXIT. ſ. vim tribuens, qua multiplicarentur. 16 ILLIS. ſ. panibus & piſcibus.

INCREPANS. pro, interminatus. 21

QVOTIDIE. ſ. quoties ſe occaſio offerret. 23

QVI ENIM, &c. Vide Matth.10. 24

PROFICIT. i. iuuatur. ET DETRIMENTVM. Græc. & Syr. *aut detrimentum*. i. iacturam. 25

MAIESTATE. Græc. *δόξῃ*. i. *gloria*, ſic infrà. 26

FERE. ſ. non erant integri. 28

EXCESSVM. Græc. *ἔξοδον*. i. *exitum*. ſ. mortem per paſſionem. COMPLETVRVS. i. ſubiturus, ſeu facturus. 31

GRAVATI. ſ. Chriſto orante. 32

DISCEDERENT. ſed nondum diſceſſiſſent. ſ. cœperant diſcedere. Syr. *cœpiſſent diſcedere*. 33

ILLIS. ſ. *Moyſe & Elia*, vt eſt Syr. vel ijs, & Apoſtolis. 34

FIERET. i. facta eſſet. 36

DESCENDENTIBVS. Græc. *vbi deſcendiſſent*. ILLIS. Græc. *illi*. 37

VNICVS. Græc. *vnigenitus*. 38

ELIDIT, ET DISSIPAT. Græc. *lacerat*, ſeu *diſcerpit*. DILANIANS. Græc. *conterens*. 39

PERVERSA. Græc. *διεστραμμένη*. i. *diſtorta*. 41

ELISIT. Græc. *lacerauit*. Syr. *proſtrauit*. DISSIPAVIT. Græc. *diſcerpſit*, ſeu *conuulſit*. Syr. *fecit ſtridere*. 42

MAGNITVDINE. Græc. *μεγαλειότητι*. i. *magnificentia*, ſeu *maieſtate* in Chriſto oſtenſa. CORDIBVS. Græc. & Syr. *auribus*. q.d. diligenter auſcultate. SERMONES ISTOS. i. quod dicam iam. 44

VERBVM. i. rem, ſeu myſterium. SENTIRENT. i. plenè perciperent. TIMEBANT. ſ. ne reprehenderentur, aut audirent quæ nollent. 45

INTRAVIT ſ. occaſione dictorum de morte & reſurrectione. COGITATIO. ſimul & diſputatio. 46

PVERVM. i. ſimilem aliquem. MINOR EST. pro, minor fuerit. i. humilior. MAIOR EST. Græc. & Syr. *maior erit*. 48

SEQVITVR ſ. te. 49

VOS. pro, vobis. Græc. & Complut. *nos*. pro, nobis. 50

COMPLERENTVR. i. compleri inciperent; nam poſt ſex menſes paſſus eſt. ASSVMPTIONIS. ſ. ex mundo per mortem. FACIEM SVAM FIRMAVIT. i. firmiter ſtatuit, vel q.d. vultu imperterrito iter ſuſcepit ad locum vbi erat occidendus. 51

CIVITATEM. Græc. *κώμην*. i. *caſtellum*, ſeu *pagum*, aut *oppidum*. PARARENT. i. hoſpitium. 52

QVIA FACIES, &c. q.d. quia apparebat illum ire in Ieruſalem, adorandi cauſa, quod Samaritanis diſplicebat, contendentibus in Garizim monte ſuo potius adorandum. 53

54 ET IOANNES. Fortè hi duo fuerant miſſi. DICIMVS. Græc. *εἴπωμεν* *dicamus*. i. iubeamus.

56 ESTIS. pro, eſſe debeatis, vel inſtinctu moueamini ad id.

57 VIA. ſ. alia, & non illa, de qua proximè. Vide Matth. 8.

59 SEPELIRE. q. d. manere cum patre vſque ad eius mortem.

60 VADE, &c. q.d. aſſume officium prædicandi.

61 RENVNTIARE. i. vale dicere. ſ. datis mandatis. Vide Act. 8. vbi idem verbum Græcum.

62 ARATRVM. i. melioris vitæ inſtitutum. RESPICIENS, &c. ſ. ſolicitus de ijs quæ in ſæculo reliquit.

CAPVT X.

Septuaginta duos præmittens ad ſingulas ciuitates, tradit præcepta quæ in prædicando obſeruent; & gaudentibus de ſubiectis ſibi dæmonibus, dicit non eſſe ob hoc potiſſimum gaudendum: comminatur ciuitatibus obſtinatis in quibus factæ erant plurimæ virtutes, & exultans in ſpiritu confitetur Patri: tentanti legiſperito, poſt recitatum præceptum de dilectione Dei & proximi, oſtendit quis ſit proximus per parabolam hominis à Ieruſalem deſcendentis: Marthæ miniſtranti, & de ſorore Maria conquerenti, dicit Mariam elegiſſe optimam partem.

1 POſt hæc autem deſignauit Dominus &
A alios ſeptuaginta duos: & miſit illos binos
ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & lo-
2 cum, quò erat ipſe venturus. Et dicebat illis:
Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Matth.9. d.37
Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat opera-
3 rios in meſſem ſuam. Ite: ecce ego mitto vos Mat.10. c.16
4 ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſac-
culum, neque peram, neque calceamenta, & Marc. 6. a.8
5 neminem per viam ſalutaueritis. In quam- 4. Reg.4. c.29
cumque domum intraueritis, primùm dicite:
6 Pax huic domui: & ſi ibi fuerit filius pacis, re-
quieſcet ſuper illum pax veſtra; ſin autem, ad
7 vos reuertetur. In eadem autem domo mane-
B te, edentes & bibentes quæ apud illos ſunt: di- Mat.10. b.10
gnus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite Deut.24. c.14
8 tranſire de domo in domum. Et in quam-
cumque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint 1.Tim.5. c.18
9 vos, manducate quæ apponuntur vobis: &
curate infirmos, qui in illa ſunt, & dicite illis:
10 Appropinquauit in vos regnum Dei. In quam-
cumque autem ciuitatem intraueritis, & non
ſuſceperint vos, exeuntes in plateas eius, dici-
11 te: Etiam puluerem, qui adhæſit nobis de Act.13. g.51
ciuitate veſtra, extergimus in vos: tamen hoc
12 ſcitote, quia appropinquauit regnum Dei. Di-
co vobis, quia Sodomis in die illa remiſſiùs
13 erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Corozain, væ Mat.11. c.21
C tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ
fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in
14 cilicio & cinere ſedentes pœniterent. Verum-
tamen Tyro & Sidoni remiſſiùs erit in iudicio,
15 quàm vobis. Et tu Capharnaum vſq; ad cælum
16 exaltata, vſque ad infernum demergêris. Qui Mat.10. d.40
vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſper- Ioan.13. c.20
nit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui mi-
17 ſit me. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo
cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia
18 ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis:
Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo caden-
19 tem. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra
D ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtu-
20 tem inimici: & nihil vobis nocebit. Verum

tamen

tamen in hoc nolite gaudere quia ſpiritus vo-
bis ſubiiciuntur: gaudete autem, quòd nomi-
Mat. 11. d. 25 na veſtra ſcripta ſunt in cælis. In ipſa hora 21
exultauit Spiritu ſancto, & dixit: Confiteor tibi
pater, Domine cæli & terræ, quod abſcondiſti
hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti
ea paruulis. Etiam Pater: quoniam ſic placuit
ante te. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. 22
Et nemo ſcit quis ſit Filius, niſi Pater; & quis ſit
Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.
Mat. 13. b. 16 Et conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit: Beati 23
oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim 24
vobis, quòd multi prophetæ & reges voluerunt E
videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audi-
Mat. 22. d. 35 re quæ auditis, & non audierunt. Et ecce qui- 25
dam Legiſperitus ſurrexit tentans illum, & di-
Marc. 12. c. 28 cens: Magiſter quid faciendo vitam æternam
poſſidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid 26
ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens 27
Deut. 6. a. 5 dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus
viribus tuis, & ex omni mente tua: & proxi-
mum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi: Rectè 28
reſpondiſti: hoc fac & viues. Ille autem volens 29
iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt
meus proximus? Suſcipiens autem Ieſus, dixit: 30
Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in
Iericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpo-
liauerunt eum: & plagis impoſitis abierunt ſe-
miuiuo relicto. Accidit autem vt ſacerdos 31
quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo F
præteriuit. Similiter & Leuita, cùm eſſet ſecus 32
locum, & videret eum, pertranſiit. Samarita- 33
nus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum:
& videns eum, miſericordia motus eſt. Et ap- 34
propians alligauit vulnera eius, infundēs oleum,
& vinum: & imponens illum in iumentum
ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius egit.
Et altera die protulit duos denarios, & dedit 35
ſtabulario, & ait: Curam illius habe: & quod-
cumque ſupererogaueris, ego cùm rediero red-
dam tibi. Quis horum trium videtur tibi pro- 36
ximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille G
dixit: Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait 37
illi Ieſus: Vade, & tu fac ſimiliter. Factum eſt 38
autem, dum irent, & ipſe intrauit in quoddam
caſtellum: & mulier quædam Martha nomine,
excepit illum in domum ſuam: & huic erat ſo- 39
ror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pe-
des Domini, audiebat verbum illius. Martha 40
autem ſatagebat circa frequens miniſterium:
quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi curæ,
quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?
dic ergo illi, vt me adiuuet. Et reſpondens dixit 41
illi Dominus: Martha, Martha, ſolicita es, &
turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſ- 42
ſarium. Maria optimam partem elegit, quę non
auferetur ab ea.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ALIOS SEPTVAGINTA DVOS. De numero horum diſcipulorum difficilis quæſtio, fuerint ſeptuaginta duo. Latini codices conſtanter *ſeptuaginta duos* ponunt tum hîc, tum v. 17. cum illis Græci aliqui codices conſentiunt, vt Veleſij & Roberti margines docent; inſuper Beda conſentit, & Auguſtinus lib. 2. Quæſt. Euang. cap. 14. tum inter Græcos Epiphanius ſub finem Tom. 1. Anacletus epiſt. 3. Conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap. 59. Contrà plerique codices Græci & Syriacus *ſeptuaginta* tantùm habent, Theophylactus & Euthymius in hunc locum. Quòd ſi dicas, ab his Patribus minorem numerum eſſe ſuppreſſum, & pro *ſeptuaginta duobus* poſuiſſe *ſeptuaginta*, quid facies, cùm Ambroſius Serm. 24. de Quadrageſ. non ſolùm dicat ſeptuaginta diſcipulos fuiſſe, ſed comparet 70. palmis quę in Elim iuxta duodecim fontium aquas creuerant, Exod. 15. verſ. 27. cum quo Hieronymus conſentit epiſt. ad Fabiolam, in Sexta manſione? quid tandem, quòd Dorotheus, vbi Chriſti diſcipulorum catalogum texit, ſingulorum nominibus expreſſis, ſeptuaginta tantùm, nec plures numerat? Quid ad hęc? nos tamen *duos & ſeptuaginta* putamus fuiſſe.

4 SACCVLVM. i. crumenam, pecuniam, ne portetis. PERAM. manticam, victum. ET NEMINEM PER VIAM SALVTAVERITIS. Hyperbole, vt 4. Reg. 4. verſ. 29. q. d. omne impedimentum auferte, nulli rei quæ moretur, vacate.

6 FILIVS PACIS. i. dignus pace, ſi ibi fuerit. Per *pacem* omnia bona & felicitatem intelligit. Communis Hebræorum ſalutatio. AD VOS REVERTETVR. i. veſtra ſalutatio illi non proderit.

9 REGNVM DEI. *Regnum* pro Rege. i. Meſſias propè eſt, ſeu regnum Dei. i. bona cæleſtia.

11 EXTERGIMVS IN VOS PVLVEREM. Græc. *excutimus vobis*. veſtri ferre nihil volumus. Aut *in vos*. i. in exitium veſtrum excutimus puluerem.

13 VÆ TIBI COROZAIN. Duæ vrbes ad lacum Geneſareth, *Corozain & Bethſaida*, vbi Chriſtus frequèns verſabatur. QVIA SI IN TYRO. *Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat*, ad Rom. 9. verſ. 18.

18 VIDEBAM SATANAM. Dæmones Euangelij virtute ſuperantur; ſimul monet diſcipulos, ne ſuperbi aut ob miracula, & ſatanæ exemplo cadant.

21 CONFITEOR TIBI. i. laudo, gratias ago. ETIAM PATER. Græc. *nai*, *certè*, vtique Pater.

25 ET ECCE QVIDAM LEGISPERITVS. Non ſtatim, ſed alio tempore, Matth. 22. verſ. 36.

28 HOC FAC ET VIVES, ſaluus eris, vitam æternam habebis, ſi Deum & proximum dilexeris.

30 SVSCIPIENS. non *ſuſpiciens*, vt multi codices habent. Græciſmus ὑπολαβών. i. *loqui incipiens*. Virg. *Excepit Aſcanius*. i. loqui incipit, reſpondet.

33 SAMARITANVS. Gens Iudæis exoſa & infamis.

34 INFVNDENS OLEVM, ET VINVM. Seueritati iungatur ſuauitas, ſic ſanantur vulnera. In arca cum Lege manna & virga Legis, ij ſunt comites optimi. de quo Gregorius multa libr. 9. epiſt. 40. IN IVMENTVM SVVM. Gotth. *ſuper*. IN STABVLVM. i. diuerſorium.

37 VADE. Agedum. ET TV FAC SIMILITER, ferto opem ignoto.

40 SATAGEBAT. Græc. *diſtrahebatur*, Martha ſolicita erat. FREQVENS MINISTERIVM. i. multo miniſterio, multis rebus quas parabat.

42 VNVM EST NECESSARIVM. i. pauca. Tu curas vt multæ epulæ ſuppetant, pauca ſufficiunt. Aut *vnum*. i. vita æterna eſt neceſſaria.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SEPTVAGINTA DVOS. Græc. & Syr. *ſeptuaginta*. ſic & infrà.

4 SACCVLVM. i. crumenam. PER VIAM. i. inter eundum. SALVTAVERITIS. Non prohibet officia humanitatis, ſed ne ſe patiantur impediri rebus non neceſſariis. Vide 4. Reg. 4.

6 FILIVS PACIS. i. pace dignus. Vide Matth. 10. SIN AVTEM. i. ſin minùs, ſeu alioqui.

7 SVNT. ſ. & vobis ab illis offeruntur. MERCEDE, adeoque cibo. Matth. 10. dicitur, *cibo ſuo*.

9 APPROPINQVAVIT. i. propè eſt. ſ. ſi velitis credere Euangelio.

11 IN VOS. q. d. vobis habete.

REMISSIVS.i.tolerabilius. 12
OLIM.i.iampridem. CILICIO. Græc. *ſacco.* POE- 13
NITIRENT. pro, pœnituiſſent.
AD CÆLVM.q.d.maximè. EXALTATA.ſ.ſuperbia, 15
vel mea præſentia, doctrina & miraculis.
IN NOMINE.i.auxilio, ſeu virtute. 17
FVLGVR.ſ.quod ſtatim extinguitur. CÆLO. vel 18
cæli intelliguntur, vel poteſtas, de qua per Apoſtolos
deiectus, virtute à Chriſto data.
DEDI. Græc. *do.* SVPRA. i. contra. VIRTVTEM. 19
.i.poteſtatem.
GAVDERE.ſ. præcipuè, vel vobis complacendo. 20
CÆLIS.ſ.in libro vitæ, vbi ſcripti electi.
SPIRITV SANCTO.ſ ad id mouente, vel q. d. gaudio 21
ſpirituali Græc. *ſpiritu.* q.d. animo. Syr. *Spiritu ſancto.*
CONFITEOR.i.laudo. ETIAM.q.d.ſanè id feciſti.
ECCE.ſ. alio quodam tempore. nec enim ſtatim poſt 25
præcedentia. LEGISPERITVS. Hi aliàs vocantur
Scribæ.
TOTO CORDE. Id reliqua comprehendit, ſed addun- 27
tur ad maiorem explicationem. Vide 4. Reg. 10. SICVT
TE IPSVM.ſ. volendo bonum, nolendo malum, benefa-
ciendo, &c.
VIVES.ſ. æterna vita, de qua quæſiſti. 28
IVSTIFICARE. i. oſtendere iuſtum, qui ſic eſſet de ſa- 29
lute ſolicitus.
SVSCIPIENS. i. reſpondens. DESCENDEBAT. ſ. eſt 30
editiori loco. SEMIVIVO. Græc. *ſemimortuo.*
OLEVM, ET VINVM. ſ. illud lenit & fouet, id tergit 34
& corroborat. STABVLVM i.diuerſorium.
ALTERA.i ſequenti. STABVLARIO.i.hoſpiti. SV- 35
PEREROGAVERIS.i præterea inſumpſeris.
PROXIMVS.i.proximi functus officio. 36
CASTELLVM.ſ. Bethaniam. 38
ETIAM ſ.cum aliis fœminis. vel q.d. totam ſe compo- 39
ſuerat ad attentionem, etiam ſedendo.
SATAGEBAT. i. valdè erat ſolicita. FREQVENS. 40
Græc. *multum.* DIC. quaſi dicat, alioqui non hinc
auelletur.
MARTHA. Repetit ex beneuolentia, vel ad atten- 41
tionem.
VNVM. ſ. rerum diuinarum ſtudium. OPTIMAM. 42
Græc. *bonam.*

CAPVT XI.

Docet diſcipulos orare, oſtendens perſeueranti oratione omnia impetrari: eiecto dæmonio muto, confutat dicentes quod in Beelzebub eiiceret dæmonia: mulier quædam dicit beata vbera quæ Ieſus ſuxerat: de ſigno Ionæ, de regina Auſtri, & Niniuitis, oculoque ſimplici & nequam: Phariſæum qui ipſum inuitauerat reprehendit, murmurantem quòd illotis pranderet manibus: taxat hypocriſim Phariſæorum & Scribarum, dicens quòd ab hac generatione exquiretur ſanguis omnium Prophetarum.

ET factum eſt: cùm eſſet in quodam loco 1
orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis A
eius ad eum: Domine, doce nos orare, ſicut
docuit & Ioannes diſcipulos ſuos. * Et ait illis: 2
Cum oratis, dicite: " Pater, ſanctificetur nomen
tuum. Adueniat regnum tuum. * Panem no- 3
ſtrum quotidianum da nobis hodie. * Et dimit- 4
te nobis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimit-
timus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in
tentationem. * Et ait ad illos: Quis veſtrûm 5
habebit amicum, & ibit ad illum media nocte,
& dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes,
* quoniam amicus meus venit de via ad me, & 6
non habeo quod ponam ante illum, * & ille de- 7
intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe,
iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum
ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi.

" Mat. 6. b. 9

8 * Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, &
B ſi non dabit illi ſurgens eò quòd amicus eius ſit,
propter improbitatem tamen eius ſurget, & da-
9 bit illi quotquot habet neceſſarios. * " Et ego
dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, " Mat. 7. a. 7. & 21.
10 & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. * Om- c. 22
nis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inue- Marc. 11. c. 24
11 nit: & pulſanti aperietur. * " Quis autem ex Ioan. 14. b. 13
vobis patrem petit panem, numquid lapidem Iac. 1. a. 5
dabit illi? Aut piſcem: numquid pro piſce ſer- " Mat. 7.
12 pentem dabit illi? * Aut ſi petierit ouum: num- b. 9
13 quid porriget illi ſcorpionem? * Si ergo vos cùm
ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris:
quantò magis Pater veſter de cælo dabit ſpiri-
14 tum bonum petentibus ſe? * " Et erat eiiciens " Mat. 9.
dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eieciſ- d. 32 & 12.
ſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ b. 22
15 ſunt turbæ. * Quidam autem ex eis dixerunt: Marc. 3. c. 22
In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæ-
16 monia. * Et alij tentantes, ſignum de cælo quæ-
17 rebant ab eo. * Ipſe autem vt vidit cogitationes
eorum, dixit eis: Omne regnum in ſeipſum di-
uiſum deſolabitur, & domus ſupra domum ca-
18 det. * Si autem & ſatanas in ſeipſum diuiſus
eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis
19 in Beelzebub me eijcere dæmonia. * Si autem
C ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij veſtri in
quo eijciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt.
20 * Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia: profe-
21 ctò peruenit in vos regnum Dei. * Cùm fortis
armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea
22 quæ poſſidet. * Si autem fortior eo ſuperueniens
vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in qui-
23 bus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. * Qui
non eſt mecum, contra me eſt: & qui non col-
24 ligit mecum, diſpergit. * Cùm immundus ſpi-
ritus exierit de homine, ambulat per loca in-
aquoſa, quærens requiem: & non inueniens
dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui.
25 * Et cùm venerit, inuenit eam ſcopis munda-
26 tam, & ornatã. * Tunc vadit, & aſſumit ſeptem
alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi
habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius
27 peiora prioribus. * Factum eſt autem, cùm hæc
D diceret: extollens vocem quædam mulier de
turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit,
28 & vbera, quæ ſuxiſti. * At ille dixit: Quinim-
mò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſto-
29 diunt illud. * Turbis autem concurrentibus cœ-
pit dicere: " Generatio hæc, generatio nequam " Mat. 12.
eſt: ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, c. 39
30 niſi ſignum Ionæ prophetæ. * " Nam ſicut fuit " Ion. 2.
Ionas ſignum Niniuitis: ita erit & Filius homi- a. 2
31 nis generationi iſti. * " Regina Auſtri ſurget in " 3. Reg. 10.
iudicio cum viris generationis huius, & con- a. 1
demnabit illos: quia venit à finibus terræ audi- 2. Par. 9. a. 1
re ſapientiam Salomonis: & ecce plus quàm
32 Salomon hic. * Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio
cum generatione hac, & condemnabunt illam:
" quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem " Ion. 3.
33 Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic. * " Nemo b. 5
E lucernam accendit, & in abſcondito ponit, ne- " Mat. 5. b. 15
que ſub modio: ſed ſupra candelabrum, vt qui Marc. 4.
34 ingrediuntur, lumen videant. * " Lucerna cor- c. 21
poris tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit " Mat. 6. c. 22
ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi

autem

autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tene-
broſum erit. Vide ergo ne lumē, quod in te eſt, 35
tenebræ ſint. Si ergo corpus tuum totum luci- 36
dum fuerit, non habens aliquam partem tene-
brarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna
fulgoris illuminabit te. Et cùm loqueretur, ro- 37
gauit illum quidam Phariſæus vt pranderet
apud ſe. Et ingreſſus recubuit. Phariſæus autem 38
cœpit intra ſe reputans dicere, quare non bapti-
zatus eſſet ante prandium. Et ait Dominus ad 39
Mat. 23. c. 25 illum: Nunc vos Phariſæi, quod deforis eſt
calicis & catini, mundatis: quod autem intus eſt
veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. Stul- 40
ti, nónne qui fecit quod deforis eſt, etiam id,
quod deintus eſt, fecit? Verumtamen quod ſu- 41
pereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia mun- F
da ſunt vobis. Sed væ vobis Phariſæis, quia de- 42
cimatis mentham, & rutam, & omne olus, &
præteritis iudicium & charitatem Dei: hæc au-
Infr. 20. g. 45. tem oportuit facere, & illa non omittere. Væ 43
Marc 12. d. 38 vobis Phariſæis, quia diligitis primas cathedras
in ſynagogis, & ſalutationes in foro. Væ vobis, 44
Matth. 23. a. 6 quia eſtis vt monumenta quæ non apparent, &
homines ambulantes ſupra, neſciunt. Reſpon- 45
dens autem quidam ex Legiſperitis, ait illi: Ma-
giſter, hæc dicens etiam contumeliam nobis fa-
Mat. 23. a. 4 cis. At ille ait: Et vobis Legiſperitis væ: quia 46
oneratis homines oneribus, quæ portare non
poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis
ſarcinas. Væ vobis, qui ædificatis monumenta 47
Prophetarum: patres autem veſtri occiderunt 48
illos. Profectò teſtificamini quod conſentitis G
operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi qui-
dem eos occiderunt, vos autem ædificatis eo-
rum ſepulchra. Propterea & ſapientia Dei di- 49
xit: Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, &
ex illis occident, & perſequentur: vt inquiratur 50
ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt
Gen. 4. b. 8 à conſtitutione mundi à generatione iſta, à 51
2. Par. 24. f. 22 ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ,
qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis,
requiretur ab hac generatione. Væ vobis Le- 52
giſperitis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non
introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis.
Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt 53
Phariſæi & Legiſperiti grauiter inſiſtere, & os
eius opprimere de multis. inſidiantes ei, & 54
quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſa-
rent eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SANCTIFICETVR. i. celebretur nomen tuum. ADVENIAT REGNVM TVVM. i. fiat, vt tibi omnes ſubijciantur. Hic Græcè, Syr. & in Gotthico additur, *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra*: verùm in Rom. & Reg. & Louan. prætermiſſum. & quidem Beda ea verba non habet, Auguſtinus etiam non legit, vt patet ex Enchiridij cap. 136. Inter Græcos Velet. etiam obelo iugulat, vt videatur hic verſus huc olim tranſlatus ex Matthæi capite 6. verſ. 10. 2

QVOTIDIANVM. Matth. 6. verſ. 9. *ſuperſubſtantialem*, de quo eo loco dictum eſt ſatis. 3

ET DIMITTE NOBIS PECCATA NOSTRA. Goth. *debita*, nimirum id ex Matth. ſumpſit cap 6. v. 11. NE NOS INDVCAS. i. ne nos permittas implicari ſeu vinci tentatione. 4

IN CVBILI ſunt pueri. Goth. *in cubiculo*, ſed falsò. 7

QVIS AVTEM EX VOBIS PATREM PETIT PANEM. 11 Sic noſtri codices legunt. Auguſt. verò Serm. de Verbis Domini 29. paulo aliter legit: *Quis eſt veſtrûm, à quo petit filius ſuus panem, numquid*, &c. Huic accedunt Græca: *Quem autem veſtrûm patrem petit filius panem, numquid*, &c. Syriacorum idem eſt ſenſus.

13 BONA DATA i. dona. SPIRITVM BONVM. i. ſuam gratiam, cū qua cetera dona vtilia ſunt, ſine ipſa nociua.

15 IN BEELZEBVB. De principe dæmoniorum in Matth dictum cap 9. & 12. verſ. 24. neque hic ſunt repetenda.

17 DOMVS SVPRA. i contra: hoc eſt, domeſticis diſſidijs diuiſa ſi ſit, peribit.

20 SI IN DIGITO DEI. Matth. 12. verſ. 28. *ſi autem in ſpiritu Dei eijcio dæmones*. Ita *digitus Dei* Spiritum ſanctum, *manus* Filium, *brachium* Patrem ſignificant. Aut per *digitum* & *ſpiritum* intelligamus virtutem Dei. REGNVM DEI. i. doctrina cæleſtis à me prædicata peruenit ad vos.

21 IN PACE SVNT. pro, ſalua ſunt quæ poſſidet fortis.

24 CVM IMMVNDVS SPIRITVS, nempe, cum dæmon ab homine pellitur, quieſcere non poteſt, vt qui pulſus domo, non poteſt quieſcere in locis deſertis, ſed redit, reperiensque paratum ad ſe recipiendum, vt eſt parata domus, purgata & ornata, ingreditur, idque multis comitatus dæmonibus, vt tutiùs poſſideat. ſic Iudæis accidit.

28 QVINIMMO. Græc. *certè*, profectò, *manifeſtiſſimè*, pro *quinimmò* Goth. codex habet. Porrò hāc mulierē, quæ clamauit, Marcellam B. Marthæ ancillam Maurolycus fuiſſe ait in Catalogo Sanctarum mulierum.

34 FVERIT SIMPLEX. i. ſine vitio & macula fuerit oculus. CORPVS TVVM LVCIDVM ERIT. i. non ſordidum.

41 QVOD SVPEREST. i. de ſuperfluo, Beda, Gratian. 12. quæſt. 1. cap. Quia tua. Ita etiam S. Thomas, vbi de eleemoſyna agit. Verùm Græc. *ex his, quæ inſunt*. i. de his, quæ habetis, date eleemoſynam. Cyrillus 2. in Leuit. Auguſtinus Pſal. 125. Chryſoſtomus Homil. 9. ad Hebræos, & 33. ad populum.

46 QVÆ PORTARE NON POSSVNT. Gotthic. *portari*. Græc. & Syr. i. oneribus grauiſſimis oneratis homines.

47 QVI ÆDIFICATIS MONVMENTA. q. d. id facientes, memoriam paternæ iniquitatis conſeruatis, & quaſi facta eorum probatis.

49 SAPIENTIA DEI. i. ego dixi.

51 VSQVE AD SANGVINEM ZACHARIÆ. Hoc Euangelium Syri legunt in feſto Annuntiationis Zachariæ patris Ioannis Baptiſtæ, nimirum eſſe putantes, de quo hîc Lucas loquitur. Quis autem hic fuerit, in Matth. dictum eſt cap. 23. verſ. 35.

52 QVIA TVLISTIS CLAVEM. i. vobis vendicatis ſcientiam Legis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 DISCIPVLIS. ſ. ex ſeptuaginta.

2 AIT. Apparet Chriſtum bis docuiſſe orandi modum; ſemel enim in monte docuerat. REGNVM TVVM. Græc. & Syr. additur, *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.*

3 QVOTIDIANVM. Græc. etiam hîc, ſicut Matth. 6. *ἐπιούσιον*. HODIE. Græc. & Syr. *quotidie*.

4 TENTATIONEM. Græc. & Syr. additur, *Sed libera nos à malo.*

5 HABEBIT. pro, ſi habeat.

7 PVERI. i. famuli, ſeu filij. CVBILI. q. d. etiam ipſi cubant.

8 IMPROBITATEM. Syr. *importunitatem*. DABIT ILLI. ſ. quantò magis Deus, cui nullum eſt importunum tempus?

10 ACCIPIT. pro, accipiet. ſic INVENIT, pro, inueniet. APERIETVR. ſ. in iis, ſi vt debet petat, quærat, & pulſet.

13 DATA. i. dona. DE CÆLO. abundat. BONVM. Græc. & Syr. *ſanctum*. SE. i. ab ipſo.

14 MVTVM. i. hominem mutum faciens. EIECISSET. Græc. & Syr. *exiſſet*.

16 TENTANTES. i. potentiæ eius periculum facientes.

IN SE IPSVM. i. contra ſe. DOMVS i. familia. SV- 17
PRA DOMVM. i. contra domum. ſ. diuiſa. CADET.
.i. deſtruetur.

IN SEIPSVM. i. contra ſe. ſ. ſi inter ſe dæmones diſſi- 18
deant. REGNVM. ſ. quod tantopere ſtudet con-
ſeruare.

IN QVO. i. cuius ope. IVDICES, &c. q. d. ipſi vos 19
condemnabunt.

DIGITO. i. virtute. IN VOS. i. ad vos. REGNVM 20
DEI. i. Dei potentia, qua regnat, facitque quod vult. erat
verò hæc in Chriſto.

ATRIVM. i. domum. IN PACE. i. ſalua. 21

DISTRIBVET. ſ. inter amicos, vt fit. Chriſtus quidem 22
diſtribuit animas, committens Apoſtolis eorumque
ſucceſſoribus.

INAQVOSA. i. arida. ſ. animas tentat mortuas 24
mundo.

INVENIT. præſens eſt. 25

SEPTEM. i. multos. PRIORIBVS. Hîc ſubintellige 26
ſimiliter accidiſſe Iudæis.

QVINIMMO. Græc μενοῦνγε, quod etiam ſignificat *cer-* 28
tè q. d. etiam illi beati qui, &c.

SIGNVM. ſ. quòd à Deo miſſus eſſet. liberatus enim 30
poſt tres dies è ventre ceti, id Niniuitis dixit.

MODIO. i. vaſe. 33

SI ERGO. pro, quòd ſi. CORPVS TVVM. i. actiones 36
tuæ. ERIT LVCIDVM TOTVM, ET. pro, vt quod luci-
dum totum ſit. quanquam cum Græc. in ſequentibus
ita habeatur, *vt cum lucerna fulgore illuminat te*, poteſt
ſenſus eſſe, ſic erit lucidum totum, vt eſt lucida domus
accenſa lucerna. FVLGORIS. pro, fulgens.

LOQVERETVR. i. doceret. ſ. alio quodam tem- 37
pore.

COEPIT, &c. Græc. & Syr. *cùm vidiſſet, miratus eſt* 38
quod non prius eſſet ante prandium baptizatus i. lotus.

CALICIS. i. poculi. CATINI. q. d. patinæ. ſignificat 39
verò parabolicè illos ſoli munditiæ exteriori ſtudere,
interiori neglecta, vt ſi quis patinam intus ſordidam,
ſolùm extrinſecus purget.

FECIT. ſ. Deus. 40

QVOD SVPEREST. adeſt. q. d. de iis quæ ſuppetunt 41
vobis id enim Græcè ſignificatur. Quidam ironicè
dictum putant, quaſi dicat, nec verò ſufficit, vt putatis,
dare eleemoſynam, vt omnino mundi efficiamini. Quę
mihi ſententia non diſplicet. quomodo enim illi ſola
eleemoſyna mundarentur? Crediderim ego iſtam ſen-
tentiam ſolitam ab ipſis vſurpari, quam Chriſtus ir-
rideat.

DECIMATIS. ſ. dando decimas. OMNE. i. quoduis. 42
IVDICIVM. i. iuſtitiam. DEI. i. in Deum. ILLA. ſ. de-
cimas.

DILIGITIS. i. optatis, ſeu ambitis. 43

NESCIVNT. ſ. quid intus lateat. 44

ONERIBVS. i. præceptis grauibus. 46

TESTIFICAMINI. ſ. per opera veſtra, ſimilia illorum 48
operibus. ÆDIFICATIS. ſpecie quidem pietatis, ſed
animo non diſſimili iis qui occiderunt.

SAPIENTIA DEI. ſ. ego. Vide Matthæi 23. 49
DIXIT. dixerat id Chriſtus aliquando. EX ILLIS.
ſ. aliquos.

INQVIRATVR. i. requiratur. quaſi dicat, detis pœnas 50
effuſi ſanguinis. ISTA. ſ. ſolet Deus punire eos in qui-
bus completur iniquitas. Nec verò punit pro peccato
alieno, ſed pro proprio. ſ. populi vnius, cuius illi quos
punit pars quædam eſt. quanquam nullus in particu-
lari puniatur pluſquam meretur id quod ipſe particu-
lariter peccauit.

ZACHARIÆ. Vide Matth. 23. ALTARE. ſ. holocau- 51
ſtorum. ÆDEM. i. templum. ITA. Græc. ναὶ.
.i. *certè*.

TVLISTIS. i. accepiſtis. INTROISTIS. ſ. ad Deum 52
per me.

INSISTERE. i. vrgere quæſtionibus. OPPRIMERE. 53
ſ. obtinere quærendo multa, vt ſi non omnibus reſpon-
deret, haberetur imperitus.

CAPVT XII.

Cauendum docet à fermento Phariſæorum, & quod omne occultum detegetur: quis etiam timendus ſit. de blaſphemia in Spiritum ſanctum: roborat Apoſtolos aduerſus perſecutiones: non vult ſe immiſcere in diuidenda fratrum hereditate: per parabolam diuitis reuocat ab auaritia, vetans ſolicitum eſſe de victu & veſtitu: hortaturque vt lumbi præcingantur: & quis ſit fidelis aut infidelis diſpenſator: venit vt mittat ignem in terram & ſeparationem: reprehendit quòd tempus gratiæ non diiudicent: monet vt quiſque conetur ab aduerſariis ſe liberare.

1 A MVltis autem turbis circumſtantibus, ita
vt ſe inuicem conculcarent, cœpit dice-
re ad diſcipulos ſuos: "Attendite à fermento "Mat. 16. c. 6
2 Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. "Nihil au- Marc. 8. b. 15
tem opertum eſt, quod non reueletur: neque
3 abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam "Mat. 10. c. 26
quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & Marc. 4. d. 22
quod in aurem locuti eſtis in cubiculis, prædica-
4 bitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis:
Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, &
poſt hæc non habent amplius quid faciant.
5 Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete
eum, qui, poſtquam occiderit, habet poteſtatem
mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc ti-
6 mete. Nónne quinque paſſeres væneunt di-
pondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione co-
7 ram Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes
B numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis
8 paſſeribus pluris eſtis vos. "Dico autem vobis: "Mat. 10. d. 32
Omnis quicumque confeſſus fuerit me coram Marc. 8. d. 38
hominibus, & Filius hominis confitebitur illum 2. Tim. 2. b. 12
9 coram Angelis Dei: qui autem negauerit me
coram hominibus, negabitur coram Angelis
10 Dei. "Et omnis qui dicit verbum in Filium "Mat. 12. c. 32
hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiri- Marc. 3. b. 28
tum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.
11 Cùm autem inducent vos in ſynagogas, & ad
magiſtratus & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe
qualiter aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis.
12 Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora,
13 quid oporteat vos dicere. Ait autem ei qui-
dam de turba: Magiſter, dic fratri meo vt diui-
14 dat mecum hereditatem. At ille dixit illi: Ho-
mo, quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem
15 ſuper vos? Dixitque ad illos: Videte, & cauete
C ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiuſ-
16 quam vita eius eſt, ex his quæ poſſidet. Dixit
autem ſimilitudinem ad illos, dicens: "Hominis "Eccli. 11. c. 19
17 cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit: &
cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia
18 non habeo quò congregem fructus meos? Et
dixit: Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, &
maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ
19 nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ
meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos
plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.
20 Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte ani-
mam tuam repetunt à te: quæ autem paraſti,
21 cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non
22 eſt in Deum diues. Dixitque ad diſcipulos
ſuos: Ideò dico vobis: "Nolite ſoliciti eſſe ani- "Pſal. 54. d. 23
mæ veſtræ quid mãducetis; neque corpori quid Matth. 6. c. 25
23 induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & cor- 1. Pet. 5. b. 7
24 pus plus quàm veſtimentum. Conſiderate cor-

uos,

uos, quia non ſeminant neque metunt, quibus
non eſt cellarium neque horreum, & Deus
paſcit illos. Quantò magis vos pluris eſtis illis?
* Quis autem veſtrûm cogitando poteſt adiice- 25
re ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Si ergo D
neque quod minimum eſt pôteſtis, quid de ce- 26
teris ſoliciti eſtis?* Conſiderate lilia quomodo 27
creſcunt: non laborant, neque nent: dico au-
tem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua ve-
ſtiebatur ſicut vnum ex iſtis.* Si autem fœnum, 28
quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mit-
titur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos puſillæ
fidei.* Et vos nolite quærere quid manducetis, 29
aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli: * hæc 30
enim omnia gentes mundi quærunt. Pater au-
tem veſter ſcit quoniam his indigetis.* Verum- 31
tamen quærite primùm regnum Dei, & iuſti-
tiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* No- 32
lite timere puſillus grex, quia complacuit patri
ª Mat. 6. c.20. & 19. c.21
veſtro dare vobis regnum.* ª Vendite quæ poſ- 33
ſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſac- E
culos qui non veteraſcunt, theſaurum non de-
ficientem in cælis: quò fur non appropiat, ne-
que tinea corrumpit.* Vbi enim theſaurus ve- 34
ſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.* Sint lumbi 35
veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in ma-
nibus veſtris, * & vos ſimiles hominibus ex- 36
ſpectantibus dominum ſuum quando reuerta-
tur à nuptiis: vt, cùm venerit, & pulſaue-
rit, confeſtim aperiant ei.* Beati ſerui illi, quos 37
cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes:
amen dico vobis; quòd præcinget ſe, & faciet
illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.
* Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia 38
vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui
ª Mat. 24. d.43
illi.* ª Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pa- 39
terfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vti-
que, & non ſineret perfodi domum ſuam.* Et 40
vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, Fi-
lius hominis veniet.* Ait autem ei Petrus: Do- 41
mine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad F
ª Apoc. 16. c.15
omnes?* Dixit autem Dominus: ª Quis, putas, 42
eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſti-
tuit Dominus ſupra familiam ſuam, vt det illis
in tempore tritici menſuram?* Beatus ille ſer- 43
uus, quem cùm venerit dominus, inuenerit ita
facientem.* Verè dico vobis, quoniam ſupra 44
omnia quæ poſſidet, conſtituet illum.* Quòd 45
ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit
dominus meus venire: & cœperit percutere
ſeruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebria-
ri: * veniet dominus ſerui illius, in die qua non 46
ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, par-
temque eius cum infidelibus ponet.* Ille autem 47
ſeruus, qui cognouit voluntatem domini ſui,
& non præparauit, & non fecit ſecundùm vo-
luntatem eius, vapulabit multis: * qui autem 48
non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit
paucis. Omni autem cui multum datum eſt,
multum quæretur ab eo: & cui commendaue-
runt multum, plus petent ab eo.* Ignem veni 49
mittere in terram, & quid volo niſi vt accenda- G
tur?* Baptiſmo autem habeo baptizari: & quo- 50
ª Mat. 10. d.34
modo coarctor vſquedum perficiatur?* ª Puta- 51
tis quia pacem veni dare in terram? Non, dico
vobis, ſed ſeparationem: * erunt enim ex hoc 52
quinque in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo
53 in tres * diuidentur: pater in filium, & filius in
patrem ſuum, mater in filiam, & filia in ma-
trem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum
ª Mat. 16. a.2
54 ſuam.* ª Dicebat autem & ad turbas: Cùm vi-
deritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dici-
55 tis: Nimbus venit: & ita fit.* & cùm auſtrũ flan-
56 tem, dicitis: Quia æſtus erit: & fit.* Hypocritæ,
faciem cæli & terræ noſtis probare: hoc autem
57 tempus quo modo non probatis?* Quid autem
& à vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?
ª Matth. 5. d.25
58 * ª Cùm autem vadis cum aduerſario tuo ad
principem, in via da operam liberari ab illo, ne
fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te
59 exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Di-
co tibi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum
minutum reddas.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ATTENDITE. i. cauete. A FERMENTO. *Fermentum* vocat doctrinam & traditiones Iudæorum contra Legem Dei.

3 IN CVBICVLIS eſtis locuti. Goth. *in cubilibus*. Græc. & Syr. *in penetralibus*. PRÆDICABITVR IN TECTIS. .i. publicè. Tecta erant plana, & in illis multorum frequentia. Docet, nihil occultè turpiter faciendum.

6 DIPONDIO. Ea moneta duos aſſes valebat, nempe quantum noſtri marauedini octo, quinque paſſerum minutorum pretium.

8 CONFESSVS FVERIT ME. Græci & Syriaci legunt: *Quicumque confeſſus fuerit in me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur in illo coram Angelis Dei.* His conformiter vnum manuſcriptum correctiſſimum legebat, *in illo*. Similis eſt Scripturæ locus Matth. 10. verſ. 32. Græcè, quem D. Cyprianus epiſt. 6. libri tertij adferens, eodem planè legit modo, quo & hîc & ibi cum Græcis Syr. Simplicius tamen dicamus, *confeſſus in me*, perinde eſſe, ac confeſſus me, vt Pſal. 43. verſ. 9. *In nomine tuo confitebimur*. i. nomen tuum confitebimur. & alio loco: *In nomine ſancto tuo inuocabimus*. pro, nomen ſanctum tuum inuocabimus.

15 AB OMNI AVARITIA. Græc. non eſt *omni*. QVIA NON IN ABVNDANTIA CVIVSQVAM VITA EIVS EST. .i. non viuit diutiùs qui plures habet diuitias.

18 HOC FACIAM. Vide ſolicitudinem. Quid aliud diceret inops? Verè diuitiæ ſunt ſpinæ; nec minùs pungunt, quia aureæ. Contra auaros multa & eleganter Baſilius Homil. 35. & 36.

19 COMEDE, BIBE. Docet hoc exemplo, vanum eſſe diuitias congerere, vitæ quàm ſit breuis oblitos. Sed & *animam comedere & bibere* rectè dici probat quidam, quem nominare non eſt opus, Schediaſm. 1. ex Plat. & Xenoph. quorum verba non adducimus. Sed certè, cùm ſitis ſit appetitus humidi, & fames appetitus ſicci, & hi affectus ſint in anima; rectè dicamus animam ſitire, & famem pati, atque adeò comedere & bibere. Clemens Strom. 2. ex Epicharmo affert, *Mens videt, mens audit*; nam dicimus non audire, quæ non intelligimus; cùm ergo intellectio fiat interiùs, meritò mens audire dicitur.

25 COGITANDO. i. ſua ſolicitudine & induſtria quis poteſt creſcere?

28 SI AVTEM FOENVM. Quid ſignificet *fœnum* hoc loco, & quis eius vſus ſit in clibano, diximus Matth. cap. 6. verſ. 30.

29 IN SVBLIME TOLLI. i. ſuperbire, hoc enim alijs locis hæc verba ſignificant. Aut ſi, quoniam Græcè eſt μετεωρίζεσθε, ſit, ne curioſè aſtra obſeruetis, vt ex illis futura conijciatis.

31 QVÆRITE PRIMVM. Vox *primùm* neque Græcè eſt, nec Syr. nec in Goth. ET IVSTITIAM EIVS. Hoc etiam nec Græc. nec Syr. eſt. Vnus Veleſius ſupplet ad marginẽ Græc. vtrumque, neſcio vnde. Facite ſacculos

QVI NON VETERASCVNT, i. crumenas quæ non rumpuntur, ſed pecuniam continent. ſ. in cælo per bona opera eam reponite. 33

IN MANIBVS VESTRIS. Hoc complures Latini codices tollunt, Græci conſtanter reijciunt, Syrorum libri non legunt, Patrum vetuſtiſſimi non agnoſcunt. Cyprianus lib. 2. Aduerſus Iudæos cap. 18. & ſub finem libri de Simplicitate Prælatorum, Hilarius ſuper illud Pſalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Ambroſius Euangelium Lucæ exponens, Auguſtinus lib. de Continentia cap. 7. & Serm. de Verbis Domini 233. Auctor Operis imperfecti in Matth. in fine Homil. 15. Euthymius in hunc ſcribens locum: Theophylacti Latina quidem exemplaria in Commentarijs etiam repetunt, quod in textu non legunt; exemplar autem Græcum Theophylacti Romæ excuſum, ſicut in textu non habet, ita neque in Commentarijs. Verùm D. Gregorius Homil. 13. in Euangelia. & legit & exponit; ſimiliter Petrus Chryſologus Serm. 22. 35

ET TRANSIENS, more miniſtri, qui aſpicit, ne quid in menſa deſit. 37

IN TERTIA VIGILIA. Iudæi in tres vigilias noctem diuidebant, Romani in quatuor. 38

FVR VENIRET. i. venturus eſſet. 39

FIDELIS DISPENSATOR ET PRVDENS. Bernardus 4. de Conſid. *Si non fidelis, fraudabis; ſi non prudens, fraudabitur.* QVEM CONSTITVIT. i. dedit ei poteſtatem, ſine qua nil aliæ virtutes, fidelitas & prudentia facient. TRITICI MENSVRAM. Eraſmus *demenſum cibum* vertit. Vox *cibum* redundat. Nam *dimenſum*, ſeu *demenſum*, frumentum eſt, quod ſeruis in menſem dabatur, quod Græcè dicitur σιτομέτριον, eſtque hîc ea vox, pro qua noſter *tritici menſuram* rectè dixit. 42

ET DIVIDET EVM. i. diſſecabit medium, aut ſeparabit, domo eijciet. CVM INFIDELIBVS. i. includet in piſtrinum, relegabit ad metalla, vbi ſunt alij ſerui infideles. 46

BAPTISMO habeo baptizari. Sic mortem vocat. 50

A VOBIS IPSIS. Sine iudice debetis iudicare per voſmetipſos quod iuſtum eſt, & facere, ne trahamini ad iudicem. 57

NOVISSIMVM MINVTVM. Matth. 5. verſ. 26. *nouiſſimum quadrantem.* Duo minuta faciunt quadrantem. Quadrans quarta aſſis pars, quantum noſter marauedinus. Vidua miſit in gazophylacium duo minuta, quod eſt quadrans, Marc. 12. verſ. 41. Porrò Matth. & Luc. vna ſententia eſt; non egreſſurum è carcere, donec totum debitum reddat. 59

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CIRCVMSTANTIBVS. Græc. *congregatis*, & ſignificatur fuiſſe ingentem multitudinem. ATTENDITE. Græc. *attendite vobis.* i. cauete, προσέχετε ἑαυτοῖς. A FERMENTO. ſ. ne inficiamini, aut decipiamini. HYPOCRISIS. Vitiat hæc opera fermenti modo. 1

REVELETVR. ſ. hîc aut in futuro. 2

QVONIAM. Græc. *quapropter.* LVMINE. i. palàm. CVBICVLIS. i. ædium penetralibus. TECTIS. Hæc in Palæſtina plana ſunt. 3

AMICIS. i. dilectis. TERREAMINI. Græc. *timeatis.* 4

ITA. Græc. *vel* i. *ſanè.* 5

DIPONDIO. i. duobus aſſibus. 6

PLVRIS ESTIS. i. præſtatis. ſic infrà. 7

ME. Græc. *in me*, pro *me*. ſic Pſal. 16. & 43. *in nomine*, pro, nomen. 8

QVALITER. i. de modo. QVID. i. de re. RESPONDEATIS. ſ. accuſantibus vos. 11

DIC. i. *præcipe*, Hebr. 13

VOS. ſ. de terrenis diſſidentes. 14

OMNI. ſ. eſt etiam auaritia in aliis quàm pecunia. ABVNDANTIA. iunge cum *ex his*. i. horum. q. d. non viuit quis diutiùs aut feliciùs, quòd abundat facultatibus. 15

SIMILITVDINEM. Græc. *parabolam.* 16

BONA. ſ. reliqua, vel q. d. hæc enim ſunt bona mea. 18

19 EPVLARE. Græc. εὐφραίνου i. *oblectare.*

21 IN DEVM. pro, in Dei. i. rebus diuinis, ſeu Dei amore diuitias diſpenſans.

22 ANIMÆ. i. vitæ.

25 COGITANDO. ſ. anxiè, ſeu ſolicitè, vt patet ex Græc.

27 LILIA. pro, flores. GLORIA. i. magnificentia.

28 VOS. ſ. veſtiet.

29 IN SVBLIME TOLLE. i. animo eſſe ſuſpenſo, præ ſolicitudine de temporalibus. Syr. *ne immoretur mens veſtra in iſtis.*

30 QVÆRVNT. ſ. ſolicitè, ſeu præcipuè.

31 IVSTITIAM EIVS. i. per quam ad id peruenitur.

32 PVSILLVS. ſ. numero, vel viribus.

33 SACCVLOS. i. crumenas.

35 PRÆCINCTI. Ita ſolebant iter facturi, ne veſtium prolixitate impedirentur. vtebantur enim talaribus, vt etiam nunc Orientales. ARDENTES. i. accenſæ.

36 ET VOS. Alia videtur parabola, quamquam poteſt eadem eſſe, vt illi intelligantur nocte accenſis lucernis expectare Dominum. NVPTIIS. i. nuptiali conuiuio.

37 TRANSIENS. i. diſcurrens, & circumſpiciens, an in menſa aliquid deſit.

38 ET SI, &c. q. d. beati qui ſemper vigilantes à Domino reperiuntur.

39 FVR. Vide 1. Theſ. 5. & 5. 2. Pet. 3. Apoc. 3. & 16. VENIRET. i. venturus eſſet.

40 VENIET. ſ. ad iudicium vniuerſale, vel particulare, in cuiuſque morte, tunc enim venire creditur, ſaltem per Angelos: certè adeſt per imperium & iudicium.

42 QVIS, PVTAS. Græc. *Quiſnam.* ſignificatur verò raritas. TRITICI iunge cum *menſuram*.

45 DIXERIT. i. cogitauerit.

46 SPERAT. i. expectat. DIVIDET. i. ſeparabit à ſeruis fidelibus. PARTEMQVE. i. ſortem, ſeu portionem. INFIDELIBVS. ſ. ſeruis. q. d. puniet ſicut infideles.

48 NON COGNOVIT. ſ. vt alter.

49 IGNEM. ſ. charitatis. NISI VT ACCENDATVR. Græc. & Syr. *ſi iam accenſus eſt?*

50 BAPTISMO. Baptiſmate ſ. paſſionis. COARCTOR. ſ. deſiderio.

52 IN DVOS. i. contra duos.

53 SOCRVS. quæ eadem mater, ita tantùm quinque.

54 NIMBVS. Græc. ὄμβρος. i. *imber.* FIT. ſ. vt plurimú.

57 QVID. i. cur. A VOBIS IPSIS. i. ab iis quæ facere ſoletis. Syr. *per vos ipſos.* q. d. per rationem qua præditi eſtis. IVSTVM. i. æquum eſt facere.

58 AVTEM. Græc. *enim.* VADIS CVM, &c. Vide Matth. 5.

59 NOVISSIMVM MINVTVM. i. etiam minimum nummum, qui reſtet ſoluendus.

CAPVT XIII.

Occaſione Galilæorum in ſuis ſacrificiis interemptorum, & eorum qui in Siloe corruerant, hortatur ad pœnitentiam, alioqui exterminandos inſtar ficus infructuoſæ: archiſynagogum redarguit, indignantem quòd ſabbato curaſſet mulierem a ſpiritu infirmitatis: comparat regnum cælorum grano ſinapis ac fermento: de anguſta porta, & quod quidam clauſo oſtio fruſtrà pulſabunt: Herodem dicit vulpem, & Ieruſalem ob crudelitatem ſuam deſerendam.

1 ADerant autem quidam ipſo in tempore,
A nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum.
2 * Et reſpondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint,
3 quia talia paſſi ſunt? * Non, dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peri-
4 bitis. * Sicut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines
5 habitantes in Ieruſalem? * Non, dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter

peribitis. * Dicebat autem & hanc ſimilitudi- 6
nem: Arborem fici habebat quidam planta-
tam in vinea ſua, & venit quærens fructum in
illa, & non inuenit. * Dixit autem ad cultorem 7
vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo venio quæ- B
rens fructum in ficulnea hac, & non inuenio:
ſuccide ergo illam: vt quid etiam terram occu-
pat? * At ille reſpondens, dicit illi: Domine di- 8
mitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam
circa illam, & mittã ſtercora: * & ſiquidem fece- 9
rit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides
eam. * Erat autem docens in ſynagoga eorum 10
ſabbatis. * Et ecce mulier, quæ habebat ſpiritum 11
infirmitatis annis decem & octo: & erat inclina-
ta, nec omnino poterat ſurſum reſpicere.
* Quam cùm videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, 12
& ait illi: Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. C
* Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, 13
& glorificabat Deum. * Reſpondens autem ar- 14
chiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet
Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt, in quibus
oportet operari: in his ergo venite, & curamini,
& non in die ſabbati. * Reſpondens autem ad 15
illum Dominus dixit: Hypocritæ, vnuſquiſ-
que veſtrûm ſabbato non ſoluit bouem ſuum
aut aſinum à præſepio, & ducit adaquare?
* Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit 16
ſatanas, ecce decem & octo annis, non opor-
tuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati? * Et cùm 17
hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij D
eius: & omnis populus gaudebat in vniuerſis,
quæ glorioſè fiebant ab eo. * ⁿ Dicebat ergo: 18
Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui ſimile æſti-
mabo illud? * Simile eſt grano ſinapis, quod 19
acceptum homo miſit in hortum ſuum, & cre-
uit, & factum eſt in arborem magnam: & vo-
lucres cæli requieuerunt in ramis eius. * ⁿ Et ite- 20
rum dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum Dei?
* Simile eſt fermento, quod acceptum mulier 21
abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentare-
tur totum. * Et ibat per ciuitates & caſtella, do- 22
cens, & iter faciens in Ieruſalem. * Ait autem 23
illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt, qui ſaluan- E
tur? Ipſe autem dixit ad illos: * ⁿ Contendite 24
intrare per anguſtam portam: quia multi, dico
vobis, quærent intrare, & non poterunt. * ⁿ Cùm 25
autem intrauerit paterfamilias, & clauſerit
oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium,
dicentes: Domine, aperi nobis: & reſpondens di-
cet vobis: Neſcio vos vnde ſitis: * tunc incipietis 26
dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, F
& in plateis noſtris docuiſti. * Et dicet vobis: 27
ⁿ Neſcio vos vnde ſitis: ⁿ diſcedite à me omnes
operarij iniquitatis. * Ibi erit fletus, & ſtridor 28
dentium: cùm videritis Abraham, & Iſaac, &
Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos
autem expelli foras. * Et venient ab Oriente, 29
& Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & ac-
cumbent in regno Dei. * ⁿ Et ecce ſunt nouiſſi- 30
mi qui erunt primi, & ſunt primi qui erunt no-
uiſſimi. * In ipſa die acceſſerunt quidam Pha- 31
riſæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc: quia
Herodes vult te occidere. * Et ait illis: Ite, & di- 32
cite vulpi illi: Ecce eiicio dæmonia, & ſanita- G
tes perficio hodie & cras, & tertia die conſum-
mor. * Verumtamen oportet me hodie & cras 33
& ſequenti die ambulare: quia non capit pro-
34 phetam perire extra Ieruſalem. * ⁿ Ieruſalem,
Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas
cos qui mittuntur ad te, quoties volui congre-
gare filios tuos, quemadmodum auis nidum
35 ſuum ſub pennis, & noluiſti? * Ecce relin-
quetur vobis domus veſtra deſerta. Dico au-
tem vobis, quia non videbitis me, donec veniat
cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine
Domini.

ⁿ Mat. 13. d. 31. Marc 4. e. 30
ⁿ Mat. 13. e. 33
ⁿ Matth. 7. b. 13
ⁿ Mat. 25. a. 10
ⁿ Matth 7. c. 23. & 25. d. 41
ⁿ pſal. 6. c. 9
ⁿ Mat. 19. d. 30. & 20. b. 16. Marc. 10. d. 31
ⁿ Mat. 23. d. 37

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CVM SACRIFICIIS EORVM. i. occidit eos Pilatus cùm ſacrificarent.

3 PERIBITIS, ſi non agetis pœnitentiam. Nempe in eius vrbis excidio.

4 TVRRIS IN SILOE. Erat in Ieruſalem natatoria, ſeu lacus Siloë, Ioan. 9. verſ. 7. Prope illam turris, cuius ruina illi decem & octo viri oppreſſi erant, vt videtur, per eos dies; nam vt de memoria recenti loquitur.

5 SED SI POENITENTIAM NON EGERITIS. Græcè, *pœniteamini*. Gotth *pœnitentiam egeritis*. Perinde eſt.

6 ARBOREM. Docet Dei patientiam obſtinatis non prodeſſe.

9 FECERIT FRVCTVM: ſupple, ſeruabitur. Similis locutio in Platone 9. de Legibus: Καὶ ἐὰν μὲν σοι δρῶντι λωφᾷ τι τὸ νόσημα, εἰ δὲ μή.

11 SPIRITVM INFIRMITATIS habebat mulier. Dæmon eam morbo alligauerat, fortior remedijs.

12 DIMISSA ES. mox liberaberis.

19 GRANO SINAPIS ſimile eſt regnum cælorum. His exemplis prædicit fore magna incrementa regni Dei. i. Euangelij, præter hominum opinionem.

21 ABSCONDIT, miſit. SATA TRIA. *Satum*, modius & ſemis. Modius, duo celemines. Ita farinæ nouem celemines erant, commoda ſubactio.

24 CONTENDITE INTRARE. ſ. in regnum cælorum.

25 INTRAVERIT PATERFAMILIAS. Græc Syr. *ſurrexerit*. Noſter pro ἐγερθῇ, vt nunc eſt, legit haud dubium εἰσέλθῃ, atque ſic habent aliqui Græci codices, Veleſio & Roberto teſtibus.

27 OMNES OPERARII. i. ſerui INIQVITATIS diſcedite à me. Vox *omnes* nec in Syr. neque in Gotth. & ſine illa ſententia conſtat.

32 ECCE EIICIO. pro, eijciam, perficiam. ET TERTIA DIE. id eſt, breui moriar, intra paucos dies.

33 NON CAPIT, non decet, non oportet, οὐκ ἐνδέχεται, vt Propheta pereat extra Ieruſalem.

34 AVIS. Ὄρνις *auem* ſignificat & *gallinam*. Ita pro illa voce Matth. 23. verſ. 37. *gallina* poſita eſt. NIDVM SVVM. id eſt, *pullos ſuos*, vt Syr. poſuit, congregat ſub alis.

35 RELINQVETVR VOBIS DOMVS VESTRA. Sic factum in excidio Ieruſalem. DONEC VENIAT. ſ. tempus. BENEDICTVS. Sic dicent qui agnoſcent Dei potentiam & vindictam in ea clade.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NVNTIANTES. ſ. vt audirent, quid de ea re ipſe ſentiret. CVM SACRIFICIIS. ſ. eos dum ſacrificabant iuſſit occidi.

3 SIMILITER. ſ. diuina vltione oppreſſi.

4 SICVT. Græc. *aut*.

6 SIMILITVDINEM. Græc *parabolam*.

9 FRVCTVM. ſ. benè quidem.

10 SYNAGOGA. Græc. & Syr. *una ſynagogarum*. SABBATIS. ſ. tunc ſolebant eò frequentes conuenire.

11 SPIRITVM. ſ. dæmonis opus erat. INCLINATA. i. incurua.

12 DIMISSA ES. pro, iamiam dimittêris. i. liberaberis.

14 RESPONDENS. i. *locutus*, Hebr.

16 ISTO ſ. tam miſero.

18 SIMILE ÆSTIMABO. Græc. *aſſimilabo*. ſic infrà.

24 CONTENDITE. ſ. omnibus viribus. INTRARE. ſ. in

ſium. QVAERENT. i. optabunt, ſeu operam dabunt. NON POTERVNT. ſ. quia non quæſierunt, vt par erat.

INTRAVERIT. Græc. & Syr. *ſurrexerit*. INCIPIETIS, &c. q. d. quamquam ſic tum dicatis, nihil proderit. NESCIO VOS. i. perinde eſtis apud me, vt ignoti. Græc. *Non noui vos*, ſic & infrà. 25

IBI. ſ. in inferno. 28

SVNT. pro, erunt. Intelligit verò Iudæos. PRIMI, ſ. Gentiles. 30

DICENTES ſ. finxerant id. 31

VVLPI. i. Herodi. vel, ei qui iſtud finxit. ILLI. Græc. *huic*. HODIE ET CRAS. i. breui tempore. TERTIA DIE. i. paulò pòſt. CONSVMMOR. pro, conſummabor i. interficiar. 32

CAPIT. Græc. ἐνδέχεται. i. *conuenit*, ſeu *decet*, vel *poſſibile eſt*. PROPHETAM. i. me, vel quemquam. q. d. ibi oportet me occidi, vbi ſolent alij Prophetæ. 33

IERVSALEM. Repetitio amantis eſt, ſimul & miſerentis. NIDVM. i. pullos. NOLVISTI. Vide Ezech. 24. 34

DOMVS. i. ciuitas, vel regio. q. d. habitatio. DESERTA. ſ. habitatore, vel Deo, dictum enim *vobis*. quamquam fortè *vobis* abundat, more Hebr. DICETIS. ſ. die Palmarum, de quo infrà cap. 19. 35

CAPVT XIV.

In domo principis Phariſæorum hydropicum ſabbato curat, oſtendens Legiſperitis ac Phariſæis hoc licere, & horum notans ambitionem, docet inuitatum in nouiſſimo loco recumbere: parabola de inuitatis ad cœnam qui ſe excuſarunt: ſequens Chriſtum debet omnibus renuntiare, ſublata cruce ſua, vſque ad odium animæ propriæ: volens turrim ædificare computat primum ſumptus: commendatio ſalis.

ET factum eſt cùm intraret Ieſus in domum 1
cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato A
manducare panem, & ipſi obſeruabant eum.
• Et ecce homo quidam hydropicus erat ante 2
illum. • Et reſpondens Ieſus dixit ad Legiſperi- 3
tos, & Phariſæos, dicens: Si licet ſabbato cura-
re? • At illi tacuerunt. • Ipſe verò apprehenſum 4
ſanauit eum, ac dimiſit. • Et reſpondens ad illos 5
dixit: Cuius veſtrûm aſinus aut bos in puteum B
cadet, & non continuò extrahet illum die ſab-
bati? • Et non poterant ad hæc reſpondere illi. 6
• Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, in- 7
tendens quomodo primos accubitus eligerent,
dicens ad illos: • Cùm inuitatus fueris ad nu- 8
ptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte
honoratior te ſit inuitatus ab illo; • & veniens is, 9
qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic lo-
cum: & tunc incipias cum rubore nouiſſimum
locum tenere. • ſed cùm vocatus fueris, vade, 10
recumbe in nouiſſimo loco: vt, cum venerit
qui te inuitauit, dicat tibi: " Amice, aſcende ſu- (" *Prou. 25 a. 7*)
perius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſ- (*Matth. 23 b. 12*)
cumbentibus: • " quia omnis qui ſe exaltat, hu- 11 (" *Inf. 18. c. 14*)
miliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. • Di- 12
cebat autem & ei, qui ſe inuitauerat: " Cum facis C (" *Tob. 4 b. 7 Prou. 3. b. 9*)
prandium, aut cœnam, noli vocare amicos
tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, ne-
que vicinos diuites: ne forte te & ipſi reinui-
tent, & fiat tibi retributio. • ſed cùm facis con- 13
uiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæ-
cos: • & beatus eris, quia non habent retribue- 14
re tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione
iuſtorum. • Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul 15
diſcumbentibus, dixit illi: Beatus, qui mandu- D
cabit panem in regno Dei. • At ipſe dixit ei: 16
" Homo quidam fecit cœnam magnam, & vo- (" *Mat. 22. a. 2 Apoc. 19. b. 9*)
17 cauit multos. • Et miſit ſeruum ſuum hora cœ-
næ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata
18 ſunt omnia. • Et cœperunt ſimul omnes excu-
ſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe ha-
beo exire, & videre illam: rogo te habe me ex-
19 cuſatum. • Et alter dixit: Iuga boum emi quin-
que, & eo probare illa: rogo te habe me excu-
20 ſatum. • Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò
21 non poſſum venire. • Et reuerſus ſeruus nuntia-
E uit hæc domino ſuo. Tunc iratus paterfami-
lias, dixit ſeruo ſuo: Exi citò in plateas & vi-
cos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæ-
22 cos, & claudos introduc huc. • Et ait ſeruus:
Domine, factum eſt vt imperaſti, & adhuc lo-
23 cus eſt. • Et ait dominus ſeruo: Exi in vias, &
ſepes: & compelle intrare, vt impleatur domus
24 mea. • Dico autem vobis, quòd nemo virorum
illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.
25 • Ibant autem turbæ multæ cum eo: & con-
26 uerſus dixit ad illos: • " Si quis venit ad me, & (" *Mat. 10. d. 37*)
F non odit patrem ſuum, & matrem, & vxo-
rem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc au-
tem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe
27 diſcipulus. • " Et qui non baiulat crucem ſuam, (" *Mat. 10. d. 38. & 16. d. 24 Marc. 8. d. 34*)
& venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipu-
28 lus. • Quis enim ex vobis volens turrim ædifi-
care, non priùs ſedens computat ſumptus, qui
29 neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum; • ne,
poſteaquam poſuerit fundamentum, & non
potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant
30 illudere ei, • dicentes: Quia hic homo cœpit
G ædificare, & non potuit conſummare? • Aut
31 quis rex iturus committere bellum aduerſus
alium regem, non ſedens priùs cogitat, ſi poſſit
cum decem millibus occurrere ei, qui cum
32 viginti millibus venit ad ſe? • alioquin ad-
huc illo longè agente, legationem mittens,
33 rogat ea quæ pacis ſunt. • Sic ergo omnis ex
vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſi-
34 det, non poteſt meus eſſe diſcipulus. • " Bo- (" *Matth. 5. b. 13 Marc. 9. g. 50*)
num eſt ſal. Si autem ſal euanuerit, in quo con-
35 dietur? • Neque in terram, neque in ſterquili-
nium vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet
aures audiendi, audiat.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET IPSI OBSERVABANT EVM. In ſimulatione amicitiæ, grauiores parant inſidias.

3 ET RESPONDENS. i. incipiens loqui, more Hebr. Gotth. *intuens*, neſcio vnde. AD LEGISPERITOS, quos alij Euangeliſtæ *Scribas*, Lucas ſæpè *Legiſperitos* vocat.

7 INTENDENS, id eſt, attendens, conſiderans quomodo primas ſedes captarent. Porrò non tam de modeſtia externa loqui videtur, quàm de interna; ſæpè ambitioſi præ ſe modeſtiam ferunt, vt laudem captent.

12 NE FORTE. Græc. *ne aliquando*. Syr. *ne & ipſi vocent te*. ſ. ad conuiuium.

18 ET COEPERVNT SIMVL. Græc. & Syr. *ab vno omnes*, quod perinde eſt, ac *ſimul*.

21 EXI CITO IN PLATEAS. Significat relictis Iudæis Gentes vocari.

23 IN VIAS, ET SEPES. i. loca cincta ſepibus, nempe pagos & villas. ET COMPELLE. Ardentem voluntatem ſignificat benefaciendi.

26 ET NON ODIT PATREM SVVM. i. non vale dicit cunctis ſuis cupiditatibus, vt ſequatur me. ET ANIMAM SVAM. i. vitam non odit, non poteſt meus eſſe.

QVIS

QVIS ENIM EX VOBIS. Significat magna delibera- 28
tione opus eſſe, cùm quis arripit virtutis viam, ne deſi-
ſtat ab incœpto.

VENIT AD SE. *i. ad ipſum*, vt eſt Græc. hoc eſt, con- 31
tra ipſum venit cum viginti millibus.

QVI NON RENVNTIAT OMNIBVS. Baſilius in Reg. 33
breu 97. ait de omnibus Chriſtianis intelligi, vt con-
ueniat cum præcedentibus.

AVRIS AVDIENDI. i. ad audiendum, ad percipien- 35
dum quæ dico, is audiat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ET IPSI. pro, ipſi. OBSERVABANT. ſ. faceréntne ali- 1
quid, quod poſſent accuſare.

ERAT. Forte ipſi adduxerant, exploraturi an ſ. ... o 2
curaret.

RESPONDENS. i. *locutus*, Hebr. ſic infrà. 3

PARABOLAM. ſ. qua volebat humilitatem docere. 7
INTENDENS i. cùm attendiſſet, ſeu obſeruaſſet.

NVPTIAS. i. conuiuium nuptiale. DISCVMBAS. 8
ſ. vltrò.

RVBORE. Græc. *pudore*. NOVISSIMVM. i. vltimum. 9

VT, CVM, &c. q. d. ſatius tibi id eſt, quàm illud. 10

QVIA OMNIS, &c. q. d. verum enim eſt quod vulgò 11
dici ſolet, Omnis, &c. videtur enim id fuiſſe prouer-
bium. HVMILIABITVR. i. ſolet humiliari. EXALTA-
BITVR. i. ſolet exaltari.

NOLI. ſ. ſi vis apud Deum mereri. DIVITES. iun- 12
gendum cum omnibus præcedentibus; nam ſi paupe-
res ſint, vocari poſſunt.

PAVPERES. iunge cum ſequentibus. DEBILES. Græc. 13
mancos, ſeu *mutilos*. ſic infrà.

HABENT. i. poſſunt. 14

PANEM. Græc. *prandium*. 15

SIMVL. pro, ſimiliter. VILLAM. i. prædium, ſeu 18
agrum. Græc. ἀγρόν.

SEPES. ſ. loca ruſticorum, quæ ſepibus cingi ſolent. 23
COMPELLE, &c. indicat deſiderium ſua communican-
di multis.

VOCATI SVNT. ſ. & recuſarunt. 24

ODIT. ſ. quatenus Chriſto contrarij ſunt. ANI- 26
MAM. i. vitam.

POST ME. ſ. imitatione. 27

QVIS ENIM, &c. Confirmat exemplo ædificij, & bel- 28
li; agitur enim de ſpirituali ædificio, & bello.

COGITAT Græc. *conſultat* AD SE. i. contra ſe. 31

SIC. i. vt dixi de odio patris, &c. RENVNTIAT. ſ. re- 33
linquens, ſaltem affectu.

EVANVERIT. Græc. *infatuetur*. i. reddatur inſipi- 34
dum. IN QVO. i. qua re. CONDIETVR. i. ſapor ei re-
ſtituetur.

AVDIENDI. pro, ad audiendum. 35

CAPVT XV.

Scribis & Phariſæis murmurantibus quod peccatores reciperet, parabolas proponit de oue & drachma perditis ac inuentis, & de filio prodigo ad patrem reuerſo, benigneque ab ipſo ſuſcepto, ſeniore filio indignè hoc ferente: & quantum ſit in cælo gaudium ſuper peccatore pœnitentiam agente.

ERant autem appropinquantes ei publicani, 1
& peccatores, vt audirent illum. * Et mur- 2
murabant Phariſæi, & Scribæ, dicentes: Quia A
hic peccatores recipit, & manducat cum illis.
* Et ait ad illos parabolam iſtam dicens: * Quis 3
ex vobis homo, qui habet centum oues: & ſi 4
perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nona-
gintanouem in deſerto, & vadit ad illam quæ
perierat, donec inueniat eam? * Et cùm inuene- 5
rit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: * & 6
veniens domum conuocat amicos & vicinos, B
dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni
ouem meam, quæ perierat? * Dico vobis, quòd 7

*Mat. 18. b. 12

ita gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore
pœnitentiam agente, quam ſuper nonagintano-
8 uem iuſtis, qui non indigent pœnitentia. * Aut
quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdi-
derit drachmam vnam, nónne accendit lucer-
nam, & euerrit domum, & quærit diligenter,
9 donec inueniat? * Et cùm inuenerit, conuocat
amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mi-
hi, quia inueni drachmam, quam perdideram?
10 * Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei
C ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. * Ait
11 autem: Homo quidam habuit duos filios: * &
12 dixit adoleſcentior ex illis patri: Pater, da mihi
portionem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et di-
13 uiſit illis ſubſtantiam. * Et non poſt multos dies,
congregatis omnibus, adoleſcentior filius per-
egre profectus eſt in regionem longinquam, &
ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxu-
14 rioſè. * Et poſtquam omnia conſummaſſet, fa-
cta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit
15 egere. * Et abiit, & adhæſit vni ciuium regionis
D illius. Et miſit illum in villam ſuam, vt paſceret
16 porcos. * Et cupiebat implere ventrem ſuum de
ſiliquis, quas porci manducabant: & nemo illi
17 dabat. * In ſe autem reuerſus, dixit: Quanti
mercenarij in domo patris mei abundant pani-
18 bus, ego autem hîc fame pereo! * Surgam, &
ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, pec-
19 caui in cælum, & coram te: * iam non ſum di-
gnus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de
20 mercenariis tuis. * Et ſurgens venit ad patrem
E ſuum. Cùm autem adhuc longè eſſet, vidit il-
lum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, &
accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſcula-
21 tus eſt eum. * Dixitque ei filius: Pater, peccaui
in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vo-
22 cari filius tuus. * Dixit autem pater ad ſeruos
ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite
illum, & date annulum in manum eius, & cal-
23 ceamenta in pedes eius: * & adducite vitulú ſa-
F ginatum, & occidite, & manducemus, & epule-
24 mur: * quia hic filius meus mortuus erat, & re-
uixit; perierat, & inuentus eſt. Et cœperunt epu-
25 lari. * Erat autem filius eius ſenior in agro: & cùm
veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſym-
26 phoniam & chorum: * & vocauit vnum de ſer-
27 uis, & interrogauit quid hæc eſſent. * Iſque di-
xit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vi-
tulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit.
28 * Indignatus eſt autem, & nolebat introire. Pa-
G ter ergo illius egreſſus, cœpit rogare illum. * At
29 ille reſpondens, dixit patri ſuo: Ecce tot annis
ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præ-
teriui, & núquam dediſti mihi hœdum vt cum
30 amicis meis epularer: * ſed poſtquam filius tuus
hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum me-
retricibus, venit, occidiſti illi vitulú ſaginatum.
31 * At ipſe dixit illi: Fili, tu ſemper mecum es, &
32 omnia mea tua ſunt: * epulari autem & gaudere
oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, &
reuixit; perierat, & inuentus eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVIS EX VOBIS. Tres ſequentes parabolæ eòdem ſpectant, gaudere Angelos in còuerſione peccatoris. NONNE DIMITTIT. Si pro *nónne* legeretur *nõ*, quod

tam Græca quàm Syra permittunt, clarior eſſet verſionis noſtræ textus; ſed melius erit, ſi dicamus, *nonne lumi pro*, annon.

Gavdivm erit in cælo. Supple, maius pro vno peccatore. 7

Et everrit domvm. Sic lege, non *euertet*. Græcè 8
omnino pro *euerrit* legebatur *euertit*. ſimilis eſt in Statio 4. Thebaidos illis verſibus error:

Tu ſine ſat ambiuum cæcum ſolante timorem
Fallere, & multos arti aduertere crines.

vbi quidam pro *aduertere*, legendum putat *aduerrere*, propter ea quæ c. 7. diximus verſ. 38.

Homo qvidam habvit dvos filios. Eodem 11
ſpectat hæc parabola; pœnitentem eſſe recipiendum & gaudendum ob eius conuerſionem.

Qvæ me contingit. i. ad me pertinet, mihi debe- 12
tur. fortaſſis maternæ hereditatis partem poſcebat iam defunctæ.

Omnia consvmmasset. id eſt, conſumpſiſſet 14
omnia.

De siliqvis. *Siliquæ* in arbore naſcuntur fabis ſi- 16
miles, ſapore dulces: *algaronas* nos dicimus; illis porci, aliquando homines libenter veſcuntur.

Qvanti mercenarii. Pro, quot mercenarij. In 17
domo patris mei. Sic Syr. & Goth. in Græc. cod. omnibus deeſt.

Non svm dignvs vocari filivs tvvs. In 21
Goth. additur, *fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis*, nempe ex v 19 huc eſt tranſlatum; nam neque Græc. neque Syr. legitur.

Stolam primam. i. qua vti ſolebat. *ſtola* veſtis ta- 22
laris eſt.

Vitvlvm saginatvm. *illum vitulum*, nempe cer- 23
tum & deſignatum, propter articulum Græc.

Avdivit symphoniam. i. concentum, cantores. Et 25
chorvm. Græcè, *choros*, nempe ſaltantium. videtur enim pater adhibuiſſe cantores ſimul & choreas, quo maior eſſet lætitia. Porrò *chorus* aliquando ſignificat muſicum inſtrumentum, quod nos *gaytam* vocamus; de quo Abulenſ. Iudic. 11. q. 64. & nos de eo plura diximus Pſal. 149. verſ 3. & an debeat ſcribi in ea ſignificatione cum aſpiratione. hic tamen cùm vox præcedens ſignificet concentum & cantores, per *choros* non poſſumus intelligere inſtrumentum illud, ſed choreas.

Mortvvs erat. i. pro mortuo habebatur frater 32
tuus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Qvi habet. pro, habens. *Et ſi* pro, ſi. 4

Gavdivm. ſ. maius. 7

Me contingit. i. ad me pertinet. & vulgò dicitur, 12
mi tocca.

Lvxvriose. ſ. expendens pecuniam luxu veſtium, 13
conuiuiorum, & libidinis.

Consvmmasset. i. conſumpſiſſet. 14

Villam svam Græc. *agros ſuos*. 15

Siliqvis Fructus eſt oblongus, colore fuſco, ſapore 16
dulci *Algaronam* (voce credo Arabica) Hiſpani vocant & quidem Syr. *charube*. Græc. κεράτιον, forte quia eſt cornu ſimile. Prouenit in Hiſpania in Valentiæ Regno magna copia.

Qvanti. i. quàm multi. 17

In cælvm. i. in Deum, & eos qui ſunt in cælo. Co- 18
ram te. i. contra te.

Stolam. i. talarem veſtem. Primam. i. qua ille 22
prius indui ſolebat.

Vitvlvm. Græc. τὸν μόσχον. i. *vitulum illum*. ſ. cer- 23
tum quemdam, ſeu inſignem. Epvlemvr. Græc. *oblectemur*. ſic infrà.

Symphoniam. i. muſicum concentum. Chorvm. 25
ſ. ſaltantium, vel canentium.

Devoravit. i. turpiter prodegit. Svam. Græc. & 30
Syr. *tuam*.

Tva. i. in tua poteſtate. 31

CAPVT XVI.

Per parabolam de villico iniquitatis hortatur ad faciendas eleemoſynas, docens quid mereatur fidelis aut infidelis mammonæ diſpenſator, quodque nemo ſeruire poteſt Deo & mammonæ: Legem ac prophetas vſque ad Ioannem fuiſſe dicit, & nihil de Lege periturum; nec dimittendam vllo modo vxorem vt alia ducatur: de diuite epulone, & Lazaro mendico.

1 DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos: Ho-
A mo quidam erat diues, qui habebat vil-
licum: & hic diffamatus eſt apud illum quaſi
2 diſſipaſſet bona ipſius. * Et vocauit illum, & ait
illi: Quid hoc audio de te? redde rationem vil-
licationis tuæ: iam enim non poteris villicare.
3 * Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam, quia
dominus meus aufert à me villicationem? fo-
4 dere non valeo, mendicare erubeſco. * Scio
quid faciam, vt, cum amotus fuero à villicatio-
5 ne, recipiant me in domos ſuas. * Conuocatis
B itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat
6 primo: Quantum debes domino meo? * At ille
dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Acci-
pe cautionem tuam: & ſede citò, ſcribe quin-
7 quaginta. * Deinde alij dixit: Tu verò quan-
tum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait
illi: Accipe litteras tuas, & ſcribe octoginta.
8 * Et laudauit Dominus villicum iniquitatis,
quia prudenter feciſſet: quia filij huius ſæculi
prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.
9 * Et ego vobis dico: facite vobis amicos de
mammona iniquitatis: vt, cùm defeceritis, re-
10 cipiant vos in æterna tabernacula. * Qui fidelis
C eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in
modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.
11 * Si ergo in iniquo mammona fideles non fui-
12 ſtis: quod verum eſt, quis credet vobis? * Et ſi
in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt,
13 quis dabit vobis? * [a] Nemo ſeruus poteſt duo- [a] Matth. 6. c. 24
bus dominis ſeruire: aut enim vnum odiet, &
alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum
contemnet: non poteſtis Deo ſeruire & mam-
14 monæ. * Audiebant autem omnia hæc Phari-
D ſæi, qui erant auari: & deridebant illum. * Et
15 ait illis: Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram ho-
minibus: Deus autem nouit corda veſtra:
quia quod hominibus altum eſt, abominatio
16 eſt ante Deum. * [b] Lex & prophetæ, vſque ad
Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, [b] Mat. 11. b. 12
17 & omnis in illud vim facit. * [c] Facilius eſt au-
E tem cælum & terram præterire, quàm de Lege [c] Mat. 5.
18 vnum apicem cadere. * [d] Omnis qui dimittit c. 32
vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & [d] Marc. 10.
19 qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. * Homo b. 11
quidam erat diues, qui induebatur purpura & 1. Cor. 7.
20 byſſo: & epulabatur quotidie ſplendidè. * Et b. 10
erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui
iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus,
21 * cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de
menſa diuitis, & nemo illi dabat: ſed & ca-
22 nes veniebant, & lingebant vlcera eius. * Fa-
F ctum eſt autem vt moreretur mendicus, &
portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mor-
tuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in in-
23 ferno. * Eleuans autem oculos ſuos, cùm eſ-
ſet in tormentis, vidit Abraham à longè, &
24 Lazarum in ſinu eius: * & ipſe clamans dixit:

Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Laza-
rum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam,
vt refrigeret linguam meam, quia crucior in
hac flamma. * Et dixit illi Abraham: Fili, re- 25
cordare quia recepiſti bona in vita tua, & Laza- G
rus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur,
tu verò cruciaris. * & in his omnibus, inter nos 26
& vos chaos magnum firmatum eſt: vt hi, qui
volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque
inde huc tranſmeare. * Et ait: Rogo ergo te pa- 27
ter vt mittas eum in domum patris mei. * habeo 28
enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi
veniant in hunc locum tormentorum. * Et ait 29
illi Abraham: Habent Moyſen, & prophetas:
audiant illos. * At ille dixit: Non, pater Abra- 30
ham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœni-
tentiam agent. * Ait autem illi: Si Moyſen & 31
prophetas non audiunt; neque ſi quis ex mor-
tuis reſurrexerit, credent.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HABEBAT VILLICVM, *interiorem, domus procuratorem.* 1
VILLICATIONIS, procurationis rationem red- 2
de. VILLICARE, curam domus habere non po-
teris. *

CENTVM CADOS. Græcè *batos.* Syr. *metretas.* Verùm 6
hæ menſuræ amphoræ æquales erant, capiebant ſingu-
læ tres modios Italicos, ſextarios Italicos 48. De qua re
plura in Libello noſtro de Pond. & menſ. cap. 14. &
15. ACCIPE CAVTIONEM TVAM. Γράμμα, *ſcriptum,*
ſyngrapham.

CENTVM COROS. *Corus,* qui & *homer,* menſura He- 7
braica omnium maxima, capit triginta modios Ita-
licos, quinque fanecas noſtras. De quo plura eo Li-
bello, cap. 10.

ET LAVDAVIT DOMINVS, non fraudem, ſed indu- 8
ſtriam. IN GENERATIONE SVA. i. inter ſe, ſiue in ſuo
genere, ſiue in ijs quæ ad ipſos pertinent, *filij huius ſæ-
culi* .i. praui, prudentiores ſunt.

FACITE VOBIS AMICOS. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. 9
Dei cap 27. putat hanc ſententiam illo Virgilij verſu
contineri,

Quique ſui memores alios fecere merendo.

DE MAMMONA INIQVITATIS Hoc eſt, vt ille villicus
de re non ſua, ita vos de iniuſtè quæſitis. RECIPIANT
VOS. Diuitum eſt terra, pauperum cælum. Date ergo il-
lis de veſtro, vt illi tribuant vobis de ſuo. *Mammona*
.i. diuitiæ, *iniquitatis* vocantur, quoniam iniquitate ferè
parantur, & iniquitatis inſtrumentum ſunt. Propriè
tamen Syris & Chaldæis *mammona iniquitatis* ſeu
mendacij ſignificat dona iudicibus data, 1. Reg. 12.
v. 3. vbi nos, *ſi de manu cuiuſquam munus accepi.* Chald.
קבלית ממון דשקר .i *ſi accepi mammonam mendacij.*

QVI FIDELIS EST IN MINIMO. i. qui iniuſtè quæ- 10
ſita benè diſpenſat tribuendo. ET IN MAIORI. i. iu-
ſtè quæſitis, fidelis erit. Quòd ſi contra contingat in
modico fallere & alieno,

QVOD VERVM EST. i. diuitias iuſtas quis dabit vo- 11
bis & credet? ſic hunc locum explicat Eulogius Alex-
and. apud Photium in Biblioth. extrema. Aut ſic, ſi in
temporalibus infideles fuiſtis, cæleſtia quis dabit? quæ
vera & noſtræ diuitiæ vocantur, quia perpetuæ, & quia
ſatiant; temporales *aliena,* quia ad tempus.

QVOD VESTRVM EST, QVIS DABIT VOBIS? i. diui- 12
tias iuſtas, quas *veras* antè, nunc *veſtras* & proprias
vocat: illæ enim noſtræ ſunt, alienæ quæ iniuſtæ.

QVI IVSTIFICATIS VOS. i. iuſti videri vultis. 15

VSQVE AD IOANNEM. ſ. manſerunt Prophetæ; ex 16
eo deinde quæ ab illis ſunt prænuntiata. VIM FACIT.
Violentia opus eſt & abnegatione, vt regnum Dei ob-
tineamus; quod alio loco dixit, *Et violenti rapiunt il-
lud,* Matth. 11. verſ. 12.

19 HOMO QVIDAM ERAT DIVES. Beda in Collecta-
neis hunc vocarm *Tantalum.* Euthymius in Lucam
cap. 57. vocari *Ninenſim.* Sed an res hæc fuerit geſta,
an verò ficta, ad ſignificandum violentos regnum Dei
capere? Theophylactus hic ait, hanc eſſe parabolam,
non rem geſtam, quod idem dicet de alijs parabolis.
Contrà Damaſcenus Hom. De ijs qui in fide obierunt,
omnes parabolas res geſtas ait. Verùm diſtinctione eſt
opus ex Origene in 1. caput Iob, & Chryſoſtomo
Homil. in Lucam de Filio prodigo. Aut nomina expri-
muntur propria, vt hic Lazari & Abraham; & illæ pa-
rabolæ res geſtas continent; Aut nulla exprimuntur
nomina, & fictæ ſunt, vt parabolæ de filio prodigo, de
vinea, de ſemente. ET BYSSO. Lini genus tenuiſſimi
& puriſſimi, quo diues ille induebatur.

20 NOMINE LAZARVS. *Eleazarus* ſcribit Tertullianus
lib. de Idololatria. ſic etiam Goth. Et verè idem no-
men eſſe videtur, *Lazarus* & *Eleazarus.*

21 SED ET CANES. Canum benignitas diuitis crudeli-
tatem exaggerat. Aut ſignificat tam eſſe debilem, vt eos
non poſſet abigere.

23 ELEVANS AVTEM OCVLOS, non corpo-
ris, quos non habebat, ſed Deo tamen reuelante cog-
nouit.

24 EXTREMVM DIGITI. Lucas Tudenſis lib. 1. cap. 3.
contra Albig. *Extremum digiti tingere, eſt ſaltem mini-
mo aliquo opere mortuos iuuare.*

26 CHAOS MAGNVM. Χάσμα, *vorago*, *hiatus*, interual-
lum eſt inter nos & vos.

30 POENITENTIAM AGENT. In Goth. *Perſuadebit eis,
& pœnitentiam agent.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VILLICVM. Græc. [illegible] i. *diſpenſatorem.* DIF-
FAMATVS. Græc. [illegible] i. *delatus eſt.*

2 VILLICATIONIS. Græc. [illegible] i. *diſpenſationis.*
VILLICARE. i. diſpenſare.

4 RECIPIANT. ſ. debitores.

6 CADOS. Græc. *batos.* Syr. *metretas.* CAVTIONEM.
Græc. γράμμα. i. *ſcriptum* ſ. obligatorium. SCRIBE. ſ. in
alia charta, lacerata iſta.

7 COROS. *Cors* decima pars in liquidis *Batus,* in aridis
Ephi. Hebr. כור *Cor.* & חמר *chomer.*

8 LAVDAVIT. ſ. ingenio delectatus. INIQVITATIS.
.i iniquum. QVIA FILII. pro, planè filij. HVIVS
SÆCVLI. q. d. mundani homines. FILIIS LVCIS. i. ſpi-
ritualibus, ſeu fidelibus. GENERATIONE. i. gente. ſ. in
rebus quas tractant.

9 MAMMONA INIQVITATIS i. diuitiis iniquis. ſ. ſunt
iniquitatis occaſio, & ferè per iniquitatem parantur.
DEFECERITIS. ſ. per mortem. RECIPIANT. i. ſint elee-
moſynæ illis factæ cauſa, vt recipiamini; vel ſancti ob
eas vos adiuuent apud Deum, vt ſaluemini.

10 MINIMO. i. rebus temporalibus. MAIORI. i. ſpiri-
tualibus. Græc. ἐν πολλῷ. i. *multo,* ſeu *magno.* FIDELIS
EST. ſ. vt plurimum. MODICO. Græc. ἐλαχίστῳ. i. *mi-
nimo.*

11 QVOD VERVM EST. i. veras diuitias. ſ. ſpirituales.

12 ALIENO. i. temporalibus, quæ & inuitis eripi poſ-
ſunt, & à Deo accepta vt diſpenſentur, denique homini
extrinſeca ſunt. VESTRVM. ſ. bona ſpiritualia, ad quæ
creati, vel mercedem quam eratis habituri, ſi illa benè
diſpenſaſſetis.

15 IVSTIFICATIS. i. iuſtos facitis, ſeu iuſti haberi vultis.
NOVIT. ſ. quàm ſint iniqua, eoque abominatur. AL-
TVM EST. i. elatum, ſeu ſuperbum, vel quod homines
putant eximium.

16 IOANNEM. ſ. locum habuerunt. quaſi dicat, poſt hæc
alia vitæ ratio, ſeu lex. EX EO. ſ. tempore. IN IL-
LVD. ſ. ingredi volens. VIM FACIT. ſ. ſe mortificans
& abnegans.

17 VNVM APICEM. i. vel minimum quid. CADERE,
.i. non impleri, ſeu inanem eſſe.

19 SPLENDIDE. ſ. exquiſito cibo & apparatu.

21 CANES. ſ. quos præ debilitate repellere non poterat

Sinvm. i. locum quietis, vel complexum velut patris. Et dives ſ. non potuerunt eum diuitiæ à morte liberare. In inferno. Græc. & Syr. cum ſequentibus iungitur, ſic, *& in inferno eleuans*, &c. & ſic legit Auguſt. lib. 12. de Gen. cap. 33. 22

Tormentis. ſ. multis. A longe. ſ. longè erat ab illa quiete. 23

Clamans. Corporaliter res deſcribitur, vt meliùs intelligatur; alioqui non illic clamor, ſed mentis locutio, & deſiderium, nec digitus aut lingua, ſed ſic erat exprimenda refrigeratio cruciatus, vt poſſemus capere. 24

Bona ſ. temporalia. Græc. & Syr. *bona tua*. q. d. partem tuam. Similiter. ſ. recepit. Mala. i. aduerſa. 25

In his omnibvs. pro, ſuper hæc omnia. i. prætereà. Chaos. Græc. *χάσμα. i. vorago, ſeu hiatus*. q. d. latiſſima & altiſſima foſſa. i. maximum interuallum, impeditaque via. Firmatvm. ſ. Dei decreto, non auferendum vnquam. Qvi volvnt. pro, ſi maximè velint. Inde. i. iſtinc. 26

Rogo. Non id voce dicebat, ſed corde fiebat, vt inter ſe intelligerent. 27

Teſtetvr ſ. de his ſuppliciis. 28

Non. ſ. audient. 30

Credent. i. certior eſt Scripturæ auctoritas quouis oculato teſte. 31

CAPVT XVII.

Væ ſcandalizanti puſillos: frater in nos peccans increpandus eſt, eique pœnitenti ignoſcendum: Apoſtolos docet fidei efficaciam; quodque dum omnia ipſis præcepta fecerint, ſe ſeruos dicant inutiles: decem leproſi mundantur, vnico qui Samaritanus erat ad agendas gratias reuertente: dicit aduentum filij Dei non occultum fore, ſed illuſtrem, & inexpectato ſuperuenturum, ſicut diluuium mundo & Sodomis ſubuerſo ſuperuenit.

Matth. 18. a. 7 Marc. 9. f. 41

ET ait ad diſcipulos ſuos: Impoſſibile eſt vt 1
non veniant ſcandala: væ autem illi, per A
quem veniunt. * Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris 2
imponatur circa collum eius, & proiiciatur in
mare, quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis
Mat. 18. b. 21 Leuit. 19. d. 17 Eccli. 19. b. 13
iſtis. * Attendite vobis: Si peccauerit in te fra- 3
ter tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiam ege-
rit, dimitte illi. * Et ſi ſepties in die peccauerit 4
in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, di-
cens: Pœnitet me: dimitte illi. * Et dixerunt 5
Mat. 17. c. 20
Apoſtoli Domino: Adauge nobis fidem. * Di- 6
xit autem Dominus: Si habueritis fidem, ſicut B
granum ſinapis, dicetis huic arbori moro: Era-
dicare, & tranſplantare in mare: & obediet vo-
bis. * Quis autem veſtrûm habens ſeruum arán- 7
tem aut paſcentem, qui regreſſo de agro dicat
illi: Statim tranſi, recumbe: * & non dicat ei: 8
Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra
mihi donec manducem & bibam, & poſt hæc
tu manducabis & bibes? * Numquid gratiam 9
habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? C
* Non puto. Sic & vos, cùm feceritis omnia 10
quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles
ſumus: quod debuimus facere, fecimus. * Et fa- 11
ctum eſt, dum iret in Ieruſalem, tranſibat per
mediam Samariam & Galilæam. * Et cùm in- 12
grederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei
decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe: * & le- 13
uauerunt vocem, dicentes: Ieſu præceptor, mi-
Leuit. 14. a. 2
ſerere noſtri. * Quos vt vidit, dixit: Ite, oſten- 14
dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, dum irent, D
mundati ſunt. * Vnus autem ex illis, vt vidit 15
quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna
16 voce magnificans Deum. * & cecidit in faciem
ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Sama-
17 ritanus. * Reſpondens autem Ieſus, dixit: Non-
ne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt?
18 * Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam
19 Deo, niſi hic alienigena. * Et ait illi: Surge, va-
20 de: quia fides tua te ſaluum fecit. * Interroga-
tus autem à Phariſæis: Quando venit regnum
E Dei? reſpondens eis, dixit: Non venit regnum
21 Dei cum obſeruatione: * neque dicent: Ecce
hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra
22 vos eſt. * Et ait ad diſcipulos ſuos: Venient dies
quando deſideretis videre vnum diem Filij ho-
Mat. 24. b. 23 Marc. 13. c. 21
23 minis, & non videbitis. * Et dicent vobis:
Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque ſe-
24 ctemini. * nam, ſicut fulgur coruſcans de ſub
cælo, in ea quæ ſub cælo ſunt, fulget; ita erit
25 Filius hominis in die ſua. * Primùm autem
Mat. 24. d. 37 Gen. 7. b. 5
oportet illum multa pati, & reprobari à ge-
26 neratione hac. * Et ſicut factum eſt in diebus
F Noë, ita erit & in diebus Filij hominis. * Ede-
27 bant, & bibebant: vxores ducebant, & daban-
tur ad nuptias, vſque in diem, qua intrauit Noë
Gen. 19. e. 25
in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.
28 * Similiter ſicut factum eſt in diebus Lot: Ede-
bant, & bibebant: emebant, & vendebant:
29 plantabant, & ædificabant: * qua die autem
exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & ſulphur de
30 cælo, & omnes perdidit; * ſecundùm hæc erit
31 qua die Filius hominis reuelabitur. * In illa ho-
G ra, qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne
deſcendat tollere illa; & qui in agro, ſimiliter
Sap. 9. e. 24 Matth. 10. d. 39 Marc. 8. d. 35 Ioan. 12. d. 25
32 non redeat retrò. * Memores eſtote vxoris Lot.
33 * Quicumque quæſierit animam ſuam ſal-
uam facere, perdet illam: & quicumque per-
34 diderit illam, viuificabit eam. * Dico vobis: in
illa nocte erunt duo in lecto vno; vnus aſſume-
Mat. 24. d. 40 1. Theſſ. 4. d. 17
35 tur, & alter relinquetur: * duæ erunt molentes
in vnum; vna aſſumetur, & altera relinquetur:
duo in agro; vnus aſſumetur, & alter relinque-
36 tur. * Reſpondentes dicunt illi: Vbi Domine?
37 * Qui dixit illis: Vbicumque fuerit corpus, illuc
congregabuntur & aquilæ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Væ avtem illi. Docet quàm graue malum ſit ſcandalum.

2 Si lapis molaris. Genus ſupplicij frequens in Palæſtina.

3 Attendite vobis. i. cauete ne quem ſcandalizetis. Increpa illvm. pro, admone. Docet ſcandala vitari, ſi remittantur peccata. Si peccaverit in te. Syr. *ſi peccauerit frater tuus*. ſicque multi Latini codices legunt. Adavge nobis fidem. ſ. vt quæ præcipis faciamus.

6 Dicetis hvic arbori moro: Eradicare. i. facietis quæ ſupra vires naturæ ſunt.

7 Qvis avtem veſtrvm. Docet non eſſe ſuperbiendum, etiamſi fecerint quæ ſupra præcipit miracula, vt nec ſeruus ſuperbit poſt laborem diurnum.

14 Oſtendite vos ſacerdotibvs. Ad quos ſpectabat iudicare de lepra.

20 Qvando venit regnvm Dei? i. Rex Meſſias. Non venit .... cvm obſervatione. ſ. temporis, ita vt aduentus certum tempus ſciatur.

21 Regnvm Dei intra vos eſt. i. Meſſias iam venit.

23 Ecce hic, et ecce illic. ſ. eſt Meſſias, non credatis. Multi id nomen vſurpabunt ſub tempus excidij

Ieroſolymitani. De eo aduentu etiam loquitur, qui erit ſicut fulgur repentinus & breuis.

Oportet illvm mvlta pati, nempe Regem Meſſiam. deinde ſicut factum eſt in diebus Noë & in Sodomis, repentè veniet vindicta mortis eius, vrbis excidium. 25

Qvicvmqve qvæsierit animam svam. i. vitam illo tempore. i. vt viuat, redierit retrò in vrbē, occidetur. fugam fore ſalutarem. id vocat perdere vitam. Exilium genus mortis eſt. 33

Vbi Domine? Quo loco, quóve tempore hæc erunt? 36

Vbicvmqve fverit corpvs. i. *cadauer*, vt Matth. 24. verſ. 28. vbi plura diximus in huius loci explicationem. Vtrobique eadem ſunt verba. Græc. tamen vbi Matthæus poſuit *cadauer* πτῶμα, Lucas σῶμα poſuit. i. *corpus*. 37

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Impossibile. ſ. ſuppoſita hominum malitia. Scandala. ſ. ſalutis impedimenta. 1

Lapis molaris, &c. genus erat ſupplicij in ea regione. Græc. *mola aſinaria*. Scandalizet. i. impedimentum ſalutis præbeat. Pvsillis. i. quantumuis abiectis. 2

Attendite vobis. i. cauete. ſ. ne ſcandalizetis quemquam, vel ſcandalo à bono diſcedatis. Poteſt & cum ſequentibus iungi. q. d. attendite diligenter. Egerit. ſ. peccatum agnoſcens, & veniam petens. Dimitte. ſ. ore & opere; nam corde etiam ante pœnitentiam dimittendum. 3

Septies. i. ſæpiùs. ſ. quotieſcumque peccauerit, &c. 4

Fidem. ſ. coniunctam cum fiducia. Sicvt granvm. ſ. alioqui paruam. 6

Cvm. pro, etiamſi. Invtiles. ſ. Deo nihil vtilitatis afferimus, qui nullo indiget. 10

Occvrrerunt. ſ. extra caſtellum, vel inter tranſeundum per caſtellum. A longe. ſ. ob lepræ fœditatem. 12

Magnificans. i. glorificans. 15

Respondens. i. locutus. 17

Est inventvs. i. extitit. Alienigena. ſ. à Iudæorum gente alienus. 18

Vade. ſ. ſecurus de incolumitate. 19

Venit. pro, venturum eſſet. Regnvm Dei. ſ. dandum per Meſſiam, vel *regnum* pro Rege. i. Meſſia. Observatione. ſ. temporis. q. d. ſecundus aduentus Meſſiæ non poteſt ſciri. 20

Dicent. i. verè dicere poterunt. Hic. ſ. eſt regnum Dei, ſeu Meſſias. Ecce enim. q. d. quamquam hîc adeſt. Intra vos. i. in medio veſtri. 21

Filii hominis. i. eorum quibus vobiſcum verſor. q. d. meam præſentiam. 22

Vobis. fideles alloquitur. Ecce hic. ſ. Chriſtus. 23

De svb, &c. q. d. ex vna cæli plaga, vſque ad alteram fulget. Ita. ſ. manifeſtus. Sva. ſ. iudicij, ſeu ſecundi aduentus. 24

Generatione. i. gente. ſ. Iudæorum. 25

Dabantvr. ſ. feminæ. 27

Plvit. ſ. Deus. 29

Die. i. tempore. ſ. commoti mundi. 30

Vasa. i. *ſupellex*, Hebr. 31

Salvam facere. ſ. in hoc mundo, is perdet in futuro. vel, verè ſaluam facere, perdet. i. mortificabit. 33

Nocte. Hinc quidam colligunt Chriſtum nocte venturum. Assvmetvr. ſ. ad regnum. 34

Molentes, etiam in viliſsimo vitæ genere Chriſtus ſuos habet. In vnvm. i. ſimul. 35

Vbi. pro, quò. ſ. aſſumetur? Vbicvmqve, &c. q. d. vt ad cadauer conuolant aquilæ, ita ad Chriſtum electi volabunt. 36

CAPVT XVIII.

Per parabolam de iudice iniquitatis & vidua importuna docet ſemper orandum: per parabolam vero de Phariſæo & Publicano, quomodo ſit orandum. pueros à ſe repelli vetat: diues qui à iuuentute omnia ſe ſeruaſſe præcepta dicebat, audito Chriſti conſilio de omnibus relinquendis abijt triſtis, & quid erit præmij omnibus propter Chriſtum relinquentibus: prædicit ſuam paſsionem, & prope Iericho cæcum illuminat.

1 Dicebat autem & parabolam ad illos, quo- Eccli. 18. c. 21
A niam oportet ſemper orare & non deficere- 1. Theſſ. 5. d. 7
2 re, dicens: Iudex quidam erat in quadam ci-
uitate, qui Deum non timebat, & hominem
3 non reuerebatur. Vidua autem quædam erat
in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vin-
4 dica me de aduerſario meo. Et nolebat per
multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe:
Etſi Deum non timeo, nec hominem revereor:
5 tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindi-
cabo illam, ne in nouiſſimo veniens ſuggillet
6 me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex
7 iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vin-
B dictam electorũ ſuorum clamantium ad ſe die
8 ac nocte, & patientiam habebit in illis? Di-
co vobis, quia citò faciet vindictam illorum.
Verumtamen Filius hominis veniens, putas, in-
9 ueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quoſ-
dam qui in ſe confidebant tamquam iuſti, &
10 aſpernabantur ceteros, parabolam iſtam: Duo
homines aſcenderunt in templum vt orarent,
11 vnus Phariſæus, & alter publicanus. Phariſæus
C ſtans, hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi
quia non ſum ſicut ceteri hominum: raptores,
iniuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus.
12 ieiuno bis in ſabbato: decimas do omnium
13 quæ poſſideo. Et publicanus à longe ſtans, no-
lebat nec oculos ad cælum leuare: ſed percutie-
bat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto
14 mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit hic iu-
ſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis Sup. 14. b. 11
qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat,
15 exaltabitur. Afferebant autem ad illum & in- Matth. 23. b. 12
fantes, vt eos tangeret. Quod cùm viderent Mat. 19. b. 13
16 diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem con- Marc. 10. b. 13
uocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me,
& nolite vetare eos. talium eſt enim regnum
17 Dei. Amen dico vobis: Quicumque non acce-
18 perit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in il-
D lud. Et interrogauit eum quidam princeps, Mat. 19. b. 16
dicens: Magiſter bone, quid faciens vitam ęter-
19 nam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid
me dicis bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus.
20 Mandata noſti: Non occides: Non mœ- Exod. 20. c. 13
chaberis: Non furtum facies: Non falſum te-
ſtimonium dices: Honora patrem tuum & ma-
21 trem. Qui ait: Hæc omnia cuſtodiui à iuuen-
22 tute mea. Quo audito, Ieſus ait ei: Adhuc
vnum tibi deeſt: omnia quęcumq; habes vende,
& da pauperibus, & habebis theſaurum in cæ-
23 lo: & veni, ſequere me. His ille auditis, contri-
24 ſtatus eſt: quia diues erat valdè. Videns autem
E Ieſus illum triſtem factum, dixit: Quam diffi-
cilè, qui pecunias habent, in regnum Dei intra-
25 bunt. Facilius eſt enim camelum per foramen
acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum

Dei. * Et dixerunt qui audiebant: Et quis poteſt 26
ſaluus fieri? * Ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt 27
apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum.
* Ait autem Petrus: Ecce nos dimiſimus omnia, 28
& ſecuti ſumus te. * Qui dixit eis: Amen dico 29
vobis, nemo eſt, qui reliquit domum, aut paren- F
tes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter
regnum Dei, * & non recipiat multò plura in 30
hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æter-
nam. * [b] Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & 31
ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & con-
ſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per pro-
phetas de Filio hominis. * tradetur enim Gen- 32
tibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpue-
tur: * & poſtquam flagellauerint, occident eum, 33
& tertia die reſurget: * Et ipſi nihil horum in- 34
tellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum
ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.
* [c] Factum eſt autem, cùm appropinquaret Ie- 35
richo, cæcus quidam ſedebat ſecus viam,
mendicans. * Et cùm audiret turbam præ- 36
tereuntem, interrogabat quid hoc eſſet.
* Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Nazarenus 37
tranſiret. * Et clamauit, dicens: Ieſu fili Dauid 38
miſerere mei. * Et qui præibant, increpabant 39
eum vt taceret. Ipſe verò multò magis clama- G
bat: Fili Dauid miſerere mei. * Stans autem Ie- 40
ſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et cùm appropin-
quaſſet, interrogauit illum, * dicens: Quid tibi 41
vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam.
* Et Ieſus dixit illi: Reſpice, fides tua te ſaluum 42
fecit. * Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum 43
magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, de-
dit laudem Deo.

[b] *Matth. 20 b. 17 Marc. 10. e. 32*

[c] *Matth. 20 d. 29 Marc. 10. g. 46*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PARABOLAM AD ILLOS. ſupple, declarantem illis quod volebat indicare. 1

IVDEX. Sub nomine Iudicis iniqui intelligit Deum, quem debemus importunis precibus ſollicitare. 2

VINDICA ME. i. aduerſarij iniuriam depelle. vindicabo illam, ne 5

SVGGILLET ME, nempe apud iudicem, qui à me rationem exiget officij peracti. Vides orandi importunitatem plus valuiſſe quàm iuſtitiam. 6

VERVMTAMEN FILIVS HOMINIS (i. ego) cùm veniet, inueniet FIDEM IN TERRA. i. qui mihi obediat, qui preces ſemper fundat. 8

DVO HOMINES ASCENDERVNT. Sic lege, non *aſcendebant*, vt Louan. & pleriquc alij codices. Vides certè humilitatem placere Deo. Chryſoſtomus: *Plus valet peccatorum plauſtrum trahente humilitate, quam iuſtitiæ plauſtrum trahente ſuperbia.* Parabola de Phariſæo & publicano hæc eſt. 10

IEIVNO BIS IN SABBATO. In oratione non noſtra opera referre debemus, ſed Dei beneficia nobis collata: nam inter homines etiam magnificus non audit libenter quæ ab alijs accepit, vt ait Ariſtot. 4. Ethic. cap. de Magnanimitate. 12

AFFEREBANT AVTEM AD ILLVM ET INFANTES. Cum impoſitione manuum aliquid interiùs contuliſſe pueris credendum, quod facit ea cærimonia in Eccleſia retenta inter alia Sacramenta. De quo Euſebius Papa epiſt. 3. Cyprianus epiſt. 1. Leo epiſt. 59. & 70. de Chriſmate, quod adhibetur. Fabianus epiſt. 1. Cyprianus Sermone de Ablutione pedum. Optatus & Auguſtinus. QVOD CVM VIDERENT DISCIPVLI. Goth. *Quos.* ſ. afferentes ad Chriſtum infantes. Græci codices vtramque interpretationem patiuntur. 15

17 NON ACCEPERIT. i. non ſe deiecerit & humiliauerit ſicut puer.

19 QVID ME DICIS BONVM? Vocibus abutimur, virtutum nomina vitijs damus, & magnificos titulos quibus non oportet. id vitium corrigit Chriſtus.

24 QVAM DIFFICILE, QVI PECVNIAS HABENT. Pauci ſuas cupiditates frænant in ea licentia, quã pecunia dat.

25 FACILIVS EST ENIM CAMELVM. De *camelo* diximus Matth. 19. v. 24.

30 ET NON RECIPIAT MVLTO PLVRA. Ecce declaratum quod Matth. cap. 19. verſ. 29. dixit, *centuplum accipiet*, hoc eſt, multò plura quàm dimiſit accipiet in præſenti.

34 ET IPSI NIHIL HORVM INTELLEXERVNT. nempe aliam formam regni Chriſtum habiturum putabant, non flagella, conuitia, mortem.

35 CVM APPROPINQVARET IERICHO. Marc. 10. v. 46. hunc cæcum ſanatum dicit, cùm Chriſtus exiret Iericho. aut fortè diuerſum eſt miraculum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PARABOLAM. i. ſimilitudinem. ILLOS. ſ. Diſcipulos. QVONIAM OPORTET. pro, docens oportere. NON DEFICERE. i. animo ob dilationem rei petitæ. Græc. *defatigari, ſeu tædio affici*, ἐκκακεῖν.

3 VINDICA. i. defende. ADVERSARIO. ſ. qui mecum iudicio certat.

4 DIXIT. i. cogitauit. REVEREOR. ſ. non ſolùm impius, ſed & impudens.

5 IN NOVISSIMO. i. tandem. Græc. εἰς τέλος. i. *in finem*. ſ. perpetuò. Syr. *omni tempore*. SVGGILLET. i. obtundat ſeu tædio afficiat.

6 INIQVITATIS. i. iniquus.

7 CLAMANTIVM. ſ. pro ſui liberatione. ILLIS. i. illorum cauſa.

8 PVTAS. Græc. *num*. FIDEM. ſ. cum charitate ſignificatur in paucis inuenienda.

10 ASCENDERVNT. ſ. erat templum editiori loco.

11 STANS. ſ. ſtantes orabant Iudæi. VELVT ETIAM. pro, nec etiam qualis eſt.

12 SABBATO. i. hebdomada. Vide Leuit. 23. & 25.

13 PROPITIVS ESTO. Græc. ἱλάσθητι. i. *placatus eſto*.

14 AB ILLO. i. *pluſquam ille*, Hebr. q. d. plus Deo placuit, ſeu minùs diſplicuit. Vide Ezech. 16.

15 ILLOS. ſ. qui offerebant.

16 CONVOCANS. pro, aduocans. TALIVM. ſ. ſimilium puritate, & innocentia.

18 PRINCEPS. i. vir primarius.

32 FLAGELLABITVR. Græc. *contumelijs afficietur*.

35 APPROPINQVARET. ſ. propè eſſet. Marcus enim ait contigiſſe id in egreſſu. niſi fortè aliud eſt id miraculum.

39 INCREPABANT. ſ. quòd tam ſæpè & validè clamaret.

41 VIDEAM. ἀναβλέψω. i. *viſum recipiam*.

42 RESPICE. ἀνάβλεψον. i. *viſum recipe*.

43 MAGNIFICANS. Græc. *glorificans*. DEDIT, &c. i. laudauit Deum.

CAPVT XIX.

Ad Zachæum plurimis murmurantibus diuertit: parabolam refert de homine nobili, qui abiens ad regnum accipiendum tradidit decem ſeruis decem mnas, quem ciues ſuper ſe regnare nolebant: ſuper pullum aſinæ intrans cum honore Ieroſolymam, flet ſuper illam, prædicitque euertendam, & ingreſſus eijcit ementes ac vendentes.

1 ET ingreſſus perambulabat Iericho. * Et ecce
2 vir nomine Zachæus: & hic princeps erat
A publicanorum, & ipſe diues: * & quærebat vi-
3 dere Ieſum, quis eſſet: & non poterat præ turba,
4 quia ſtatura puſillus erat. * Et præcurrens aſcen-
dit in arborem ſycomorum vt videret eum: quia
5 inde erat tranſiturus. * Et cùm veniſſet ad lo-
cum, ſuſpiciens Ieſus vidit illum, & dixit ad

eum: Zachæ feſtinans deſcende: quia hodie in
domo tua oportet me manere. * Et feſtinans 6
deſcendit, & excepit illum gaudens. * Et cum 7
viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd
ad hominem peccatorem diuertiſſet. * Stans au- 8
tem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimi- B
dium bonorum meorum, Domine, do pauperi-
bus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum. * Ait Ieſus ad eum: Quia hodie ſalus 9
domui huic facta eſt: eò quòd & ipſe filius ſit
"Matth.18 b.12 Abrahæ. * "Venit enim Filius hominis quærere 10
& ſaluum facere quod perierat. * Hæc illis au- 11
dientibus, adiiciens dixit parabolam, eò quòd
eſſet prope Ieruſalem: & quia exiſtimarent
quod confeſtim regnum Dei manifeſtaretur.
"Matth.25 b.13 * Dixit ergo: "Homo quidam nobilis abijt in 12
regionem longinquam accipere ſibi regnum, &
reuerti. * Vocatis autem decem ſeruis ſuis, dedit 13
eis decem mnas, & ait ad illos: Negotia-
mini dum venio. * Ciues autem eius oderant 14
eum: & miſerunt legationem poſt illum, dicen- C
tes: Nolumus hunc regnare ſuper nos. * Et fa- 15
ctum eſt vt rediret accepto regno: & iuſſit vo-
cari ſeruos, quibus dedit pecuniam, vt ſciret
quantum quiſque negotiatus eſſet. * Venit au- 16
tem primus dicens: Domine, mna tua decem
mnas acquiſiuit. * Et ait illi: Euge bone ſerue, 17
quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem ha-
bens ſuper decem ciuitates. * Et alter venit, di- 18
cens: Domine, mna tua fecit quinque mnas.
* Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. 19
* Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, 20
quam habui repoſitam in ſudario: * timui enim 21
te, quia homo auſterus es: tollis quod nō poſui- D
ſti, & metis quod non ſeminaſti. * Dicit ei: De 22
ore tuo te iudico ſerue nequam: ſciebas quòd
ego homo auſterus ſum, tollens quod non po-
ſui, & metens quod nō ſeminaui: * & quare non 23
dediſti pecuniam meam ad menſam, vt ego ve-
niens cum vſuris vtique exegiſſem illam? * Et 24
aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date
illi qui decem mnas habet. * Et dixerunt ei: Do- 25
"Sup. 8. c.18 Matth.13. b.12. & 25 c.29 Mar.4. c.25 mine, habet decem mnas. * "Dico autem vobis, 26
quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab
eo autem qui non habet, & quod habet aufere-
tur ab eo. * Verumtamen inimicos meos illos, 27
qui noluerunt me regnare ſuper ſe, adducite E
huc, & interficite ante me. * Et his dictis, præce- 28
debat aſcendens Ieroſolymam. * Et factum eſt, 29
"Matth.21 a.1 Marc.11. a.1 "cum appropinquaſſet ad Bethphage & Betha-
niam, ad montem qui vocatur Oliueti, miſit
duos diſcipulos ſuos, * dicens: Ite in caſtellum, 30
quod contrà eſt: in quod introeuntes, inuenietis
pullum aſinæ alligatum, cui nemo vmquam
hominū ſedit: ſoluite illum, & adducite. * Et ſi 31
quis vos interrogauerit: Quare ſoluitis? ſic di-
cetis ei: Quia Dominus operam eius deſiderat.
* Abierunt autem qui miſſi erant: & inuene- 32
runt, ſicut dixit illis, ſtantem pullum. * Soluen- 33
tibus autem illis pullum, dixerunt domini eius
ad illos: Quid ſoluitis pullum? * At illi dixe- 34
runt: Quia Dominus eum neceſſarium habet.
"Ioan.12. b.14 * "Et duxerunt illum ad Ieſum. Et iactantes 35
veſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ie- F
ſum. * Eunte autem illo, ſubſternebant veſti- 36
menta ſua in via. * Et cum appropinquaret iam 37
ad deſcenſum Montis oliueti, cœperunt om-
nes turbæ diſcipulorū gaudentes laudare Deum
voce magna ſuper omnibus, quas viderant, vir-
38 tutibus, * dicentes: Benedictus, qui venit rex in
nomine Domini, pax in cælo, & gloria in ex-
39 celſis. * Et quidam Phariſæorum de turbis, dixe-
runt ad illum: Magiſter, increpa diſcipulos tuos.
40 * Quibus ipſe ait: Dico vobis, quia ſi hi tacue-
41 rint, lapides clamabunt. * Et vt appropinquauit,
42 videns ciuitatē fleuit ſuper illam, dicens: * Quia
ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua,
quæ ad pacem tibi: nunc autem abſcondita ſunt
43 ab oculis tuis. * Quia venient dies in te: & cir-
cumdabunt te inimici tui vallo, & circumda-
44 bunt te: & coanguſtabunt te vndique: * & ad
G terram proſternent te, & filios tuos, qui in te
ſunt, "& non relinquent in te lapidem ſuper la-
pidem: eò quòd non cognoueris tempus viſi- "Matth.24 a.2 Marc.13. a.2 Infr.21. b.6
45 tationis tuæ. * "Et ingreſſus in templum, cœpit "Matth.21 Marc.11. b.17 Iſai.56. c.7 Ierem.7. b.11
46 eijcere vendentes in illo, & ementes, * dicens il-
li: Scriptum eſt: Quia domus mea domus ora-
tionis eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam
47 latronum. * Et erat docens quotidie in templo.
Principes autem ſacerdotū, & Scribæ, & Prin-
48 cipes plebis quærebant illum perdere: * & non
inueniebant quid facerent illi. Omnis enim po-
pulus ſuſpenſus erat, audiens illum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 ZACHÆVS. Clemens Alexandrinus Stromat. 4. putat hunc fuiſſe Matthiam Apoſtolum, de quo certe ſub hoc nomine *Zachæi* nulla poſteà mentio in ſacris extat. Tertullianus autem 4. Contra Marcionem fuiſſe *Zachæum* ali enigenam, quales erant publicani.

4 IN ARBOREM SYCOMORVM. Vox hæc poteſt ſignificare *ficum fatuam*, ſi ſcribatur per *o mega*, aut ſi ſcribatur per *o micron*, quod rectius puto, ſignificabit arborem ficui & moro ſimilē, qualis revera ea arbor eſt, quam aliquando vidimus. ſic Græc. pænultima erit breuis, Latine lōga, quia *morus* producit o, vt Horatius:

——— Ille ſalubres
Peraget æſtates, qui nigris prandia moris
Finiet. —

Hieronymus ad Principiam, ſycomorū Zachæi extare ait in itinere verſus Iericho. Gregorius lib. 27. Moral. c. 27. ſycomorum pro ficu fatua accepit, cùm ait: *Debemus cum Zachæo in ſycomorum aſcendere. i. ſtulti fieri, vt Deum videamus. Sic David: Ludam, & vilior ero.* idque, ait, eſſe ſacrificare Deo abominationes Ægyptiorum.

7 ET CVM VIDERENT OMNES. i. plerique. neque enim omnes murmuraſſe veriſimile eſt ob Chriſti cum publicanis conuictum.

9 AIT IESVS AD EVM. i. de eo; alioqui oportebat dicere, non *filius ſit*, ſed *filius es Abrahæ*, vt Gotth. legit. ſed præſtat *ad eum* ſumere pro, de eo.

11 REGNVM DEI MANIFESTARETVR. Diſcipulos falſa opinione deceptos de ſui regni conditione inſtruit, fore humile regnum.

13 DECEM MNAS dedit ſeruis. i. minas. continet mina centum drachmas. libra quatuor drachmis maior.

17 EVGE BONE SERVE. In Gotth. additur, *& fidelis*. ſed deſumptum ex Matth. 25. v. 23. ERIS POTESTATEM. Eſto poteſtatem habens ſuper decem ciuitates.

23 PECVNIAM MEAM AD MENSAM. i. nummulario dare debuiſti, aut trapezitæ. CVM VSVRIS. Non probat vſuram, ſed ſerui negligentiam accuſat.

26 AVFERETVR AB EO. Illud *ab eo*, redundat more Hebræorum; iam enim ea vox præceſſit.

30 INVENIETIS PVLLVM. In Matth. cap. 21. verſ. 2. *aſinam & pullum* legimus, & vtrumque ad ſe adduci iubet. in Marco & Luca *pulli* ſolùm fit mentio.

OPERAM EIVS DESIDERAT. Græc. *eo opus habet.* 31

PAX IN CÆLO, nempe Angelis cum hominibus. atque ex eo glorificabitur Deus ab Angelis. ſic turbæ Chriſto venienti acclamabant. 38

QVIA SI COGNOVISSES. Vox *quia* aut redundat, aut ſumitur pro *certè*, more Hebraico; nam in ea lingua כִּי *chi* ſignificat *quia* & *certè*. QVÆ AD PACEM TIBI. ſ. pertinent meo aduentu & præſentia, quæ parata ſunt tibi, verùm ea ignoras. 42

QVIA VENIENT. pro, certè venient. DIES IN TE. ſupple, mali. 43

ET FILIOS TVOS QVI IN TE SVNT. vel *intra te*. ſ. *occident*, vt eſt Græc. & Syr. VISITATIONIS TVÆ. nempe aduentus mei tempus, quia non cognouiſti. 44

ET PRINCIPES PLEBIS volebant eum occidere. Sic vocat eos, quos alijs locis vocat *ſeniores*, nempe qui rempublicam regebant. 47

SVSPENSVS ERAT. ſ. pendebat ab eius ore plebs. ideò Principes violare Chriſtum non audebant. 48

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PERAMBVLABAT. i. pertranſibat. Græc. διήρχετο. 1

QVÆREBAT. pro, cupiebat. 3

SYCOMORVM. Arbor ſimilis ficui & moro, vnde ei nomen. 4

OMNES. i. plurimi. 7

DO. i. ſtatuo dare. 8

AD EVM. i. de eo. ſic Roman. 10. *ad Iſrael*, pro, de Iſrael. FILIVS SIT ABRAHÆ. q.d. ex numero electorum. 9

EXISTIMARENT. ſ. diſcipuli. REGNVM. ſ. quo Chriſtum in terra regnaturum putabant. 11

REGNVM. i. regni poſſeſſionem. 12

MNAS. Μνᾶ, *mina*. continet verò Attica drachmas centum. Hebr. מָנֶה *maneh*. eſt autem Hebraica maior multò quàm Attica. Vide Ezech. 45. NEGOTIAMINI. ſ. lucro operam dantes. 13

LEGATIONEM. ſ. ne ampliùs rediret. 14

NEGOTIATVS. i. negotiando lucratus. 15

EVGE. Vox laudantis. q.d. rectè ſanè. Græc. εὖ. MODICO. Græc. *minimo*. ERIS. Græc. *eſto*. 17

TOLLIS, &c. q.d. tantum abeſt vt tua perire ſinas, tollis etiam, &c. 21

AD MENSAM. i. menſarijs, qui pecuniam mutuando, aut commutando, lucrantur. VSVRIS. i. lucro. EXEGISSEM. ſ. à menſarijs. Not. ex parabolis tantum accipiendum, quantum ſeruit propoſito, vt hic lucri ſtudium, non vſuræ exemplum. 23

HABET, &c. q.d. At habet ſatis multas. 25

HABENTI. ſ. vt debet. i. vtenti benè. NON HABET. ſ. vt debet. AB EO, abundat, more Scripturæ. 26

CONTRA. i. è regione. 30

OPERAM EIVS DESIDERAT. Græc. *eo opus habet*. ſic & inf. 31

VESTIMENTA. ſ. ſuperiora, ſeu pallia. 35

SVBSTERNEBANT. ſ. alij. 36

DISCIPVLORVM. Græc. μαθητῶν. i. *diſcentium*. ſ. diſcipulorum. VIRTVTIBVS. i. miraculis. 37

IN CÆLO. i. cum Deo. ſ. ſit nobis. IN EXCELSIS. ſ. habitanti Deo. vel q. d. glorificetur ab Angelis Deus. 38

QVIA, abundat, more Hebr. SI COGNOVISSES. i. ὅτι ſcires. DIE TVA. ſ. qua à Deo viſitaris. QVÆ AD PACEM TIBI. i. quæ ad pacem tuam pertinent, ſeu tibi offeruntur. ABSCONDITA. ſ. quia non vis cognoſcere. vel ſenſus eſt totius loci, O ſi ſcires tu quæ nunc pacificè degis quanta te mala expectent, nunc tibi ignota. ſ. quantò aliter ageres. 42

QVIA, &c. explicatio malorum. IN. pro, ſuper, vel contra. COANGVSTABVNT. i. ad anguſtias redigent, ſeu arctè obſidebunt. 43

FILIOS. i. ciues. SVPER LAPIDEM. Hyperbole. 44

QVIA, abundat. 46

47 PRINCIPES PLEBIS. ſ. ciuitatis primates, qui aliàs vocantur *Seniores*. Syr. *Seniores populi*.

48 SVSPENSVS. ſ. ab ore pendens loquentis.

CAPVT XX.

Non dicit ſacerdotibus ac Scribis qua poteſtate hæc faceat, quia nec illi reſpondebant ad propoſitam de Ioan-
2 nis baptiſmo quæſtionem: parabolam refert de vinitoribus, qui cæſis domini ſeruis etiam filium eius occiderunt: tentatur Ieſus de tributo Cæſari dando, & à Sadducæis de reſurrectione: quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid: cauendum à Scribis ambitioſis.

1 A ET factum eſt in vna dierum, docente illo Matth. 21. c. 23
populum in templo, & euangelizante, con- Marc. 11.
uenerunt principes ſacerdotum, & Scribæ cum d. 27
2 ſenioribus, * & aiunt dicentes ad illum: Dic no-
bis, in qua poteſtate hæc facis? aut: Quis eſt, qui
3 dedit tibi hanc poteſtatem? * Reſpondens au-
tem Ieſus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego
4 vnum verbum. Reſpondete mihi: * Baptiſmus
5 Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? * At illi
cogitabant intra ſe, dicétes: Quia ſi dixerimus,
De cælo, dicet, Quare ergo non credidiſtis illi?
6 * Si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs vni-
uerſa lapidabit nos: certi ſunt enim, Ioannem
7 prophetam eſſe. * Et reſponderunt ſe neſcire
8 vnde eſſet. * Et Ieſus ait illis: Neque ego dico
9 vobis in qua poteſtate hæc facio. * Cœpit au-
B tem dicere ad plebem parabolam hanc: ᵃ Ho- ᵃ Mat. 21. d. 33
mo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & Marc. 12.
10 ipſe peregrè fuit multis temporibus. * Et in tem- a. 1
pore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vi- Iſa. 5. a. 1
neæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum in- Ier. 2. d. 21
11 anem. * Et addidit alterum ſeruum mittere. Illi
autem hunc quoque cædentes, & afficientes
12 contumelia, dimiſerunt inanem. * Et addidit
tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiece-
13 runt. * Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam?
mittam filium meum dilectum: forſitan,
14 cùm hunc viderint, verebuntur. * Quem cùm
vidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe, dicen-
tes: Hic eſt heres, occidamus illum, vt noſtra
15 fiat hereditas. * Et eiectum illum extra vineam,
C occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vi-
16 neæ? * veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit
vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Abſit.
17 * Ille autē aſpiciens eos, ait: Quid eſt ergo hoc,
quod ſcriptum eſt: ᵇ Lapidem quem reproba- ᵇ Pſal. 117. d. 22
uerunt ædificantes, hic factus eſt in caput an- Act. 4. b. 11
18 guli? * Omnis qui ceciderit ſuper illum lapidem, Rom. 9.
conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, g. 33
19 comminuet illum. * Et quærebant principes ſa- 1. Pet. 2.
cerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus a. 8
illa hora: & timuerunt populū: cognouerunt Iſai. 28.
enim quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc. d. 16
20 * ᶜ Et obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe ᶜ Mat. 22. b. 15
D iuſtos ſimularent, vt caperent eum in ſermone, Marc. 12.
vt traderent illum principatui & poteſtati præ- b. 13
21 ſidis. * Et interrogauerunt eum, dicentes: Ma-
giſter, ſcimus quia rectè dicis & doces: & non
accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate do-
22 ces: * licet nobis tributum dare Cæſari, an
23 non? * Conſiderans autem dolum illorum,
24 dixit ad eos: Quid me tentatis? * Oſtendite
mihi denarium. Cuius habet imaginem, &
inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt ei:

Rom 13. b.7 Cæſaris. * Et ait illis : " Reddite ergo quæ 25
ſunt Cæſaris, Cæſari ; & quæ ſunt Dei, Deo.
* Et non potuerunt verbum eius reprehendere 26
coram plebe : & mirati in reſponſo eius , ta- E
Mat.22. cuerunt. * " Acceſſerunt autem quidam Sad- 27
c.23 Marc.12. ducæorum, qui negant eſſe reſurrectionem , &
b.18 interrogauerunt eum , * dicentes : Magiſter, 28
Deut.25. Moyſes ſcripſit nobis : " Si frater alicuius mor-
b.5 tuus fuerit habens vxorem, & hic ſine liberis
fuerit , vt accipiat eam frater eius vxorem,
& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. * Septem ergo fra- 29
tres erant : & primus accepit vxorem , &
mortuus eſt ſine filijs. * Et ſequens accepit il- 30
lam , & ipſe mortuus eſt ſine filio. * Et tertius 31
accepit illam. Similiter & omnes ſeptem , &
non reliquerunt ſemen , & mortui ſunt. * No- 32
uiſſimè omnium mortua eſt & mulier. * In re- 33
ſurrectione ergo , cuius eorum erit vxor ? ſi- F
quidem ſeptem habuerunt eam vxorem. * Et 34
ait illis Ieſus : Filij huius ſæculi nubunt , & tra-
duntur ad nuptias : * Illi verò , qui digni ha- 35
bebuntur ſæculo illo , & reſurrectione ex mor-
tuis , neque nubent , neque ducent vxores:
* neque enim vltrà mori poterunt : æquales 36
enim Angelis ſunt , & filij ſunt Dei , cùm ſint
filij reſurrectionis. * Quia verò reſurgant mor- 37
Exod.3. b.6 tui , & Moyſes oſtendit ſecus rubum , " ſicut
dicit Dominum , Deum Abraham , & Deum
Iſaac , & Deum Iacob. * Deus autem non 38
eſt mortuorum , ſed viuorum : omnes enim
viuunt ei. * Reſpondentes autem quidam Scri- 39
barum , dixerunt ei : Magiſter, benè dixiſti.
* Et ampliùs non audebant eum quidquam 40
interrogare. * Dixit autem ad illos : Quomo- 41
do dicunt Chriſtum , filium eſſe Dauid ? * & 42
Mat.22. d.44 ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorum : " Dixit
Marc.12. d 36 Dominus Domino meo , ſede à dextris meis, G
Pſal.109. * donec ponam inimicos tuos , ſcabellum pe- 43
a.1 dum tuorum ? * Dauid ergo Dominum il- 44
lum vocat : & quomodo filius eius eſt ? * Au- 45
diente autem omni populo , dixit diſcipulis
Mat. 23. ſuis : * " Attendite à Scribis , qui volunt am- 46
a.6 bulare in ſtolis , & amant ſalutationes in foro,
Marc.12. d.36 & primas cathedras in ſynagogis , & primos
Sup.11. diſcubitus in conuiuijs : * qui deuorant domos 47
f.43 viduarum , ſimulantes longam orationem.
Hi accipient damnationem maiorem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DE CÆLO ERAT. i. num auctoritate diuina an humana baptizabat Ioannes Baptiſta. 4

EIECTVM ILLVM EXTRA VINEAM. Chriſtus extra Ieruſalem paſſus eſt , ad Hebr. 13. v. 12. VENIET, ET PERDET. Verba ſunt Chriſti, ad quæ Iudæi reſpondent, *Abſit.* 15

ET TIMVERVNT. pro, ſed timuerunt populum Principes, ſi Chriſtum caperent. 19

LICET NOBIS. Nempe exigebant tributum templo olim dari ſolitum, Exod. 30. verſ. 12. & 13. in quo non populus grauabatur , ſed etiam in religionem peccare videbantur. Syr. *licet dare pecuniam capitatim.* i. quæ per capita ſoluebatur, nimirum cenſum. 22

FILII HVIVS SÆCVLI. nempe quia mortales ſunt, ne genus pereat , coniugio opus habent ; ſecùs in reſurrectione, quia immortales erunt. atque id eſt quod ſequitur , *cum ſint filij reſurrectionis.* i. perpetuò victuri ; ideò nuptijs non egent. 34

38 OMNES ENIM VIVVNT EI. i. futura omnia & præterita præſentia ſunt ei : neque Deus illorum patrum eſſet, & diceretur , ſi penitùs defeciſſent.

44 DAVID ERGO. Numquam pater filium ſuum vocat *dominum.* ſi ergo Dauid Meſſiam *Dominum* vocat , aliquid ſupra ipſum habet , quod ab eo non accepit.

47 QVI DEVORANT DOMOS. ſ. Scribæ. i. pecuniam & ſubſtantiam viduarum conſumunt , nec comedunt tantùm, ſed deuorant. eos ergo vitate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VNA DIERVM. i. quadam die. DOCENTE. ſ. quæ facienda, EVANGELIZANTE. ſ. regnum Dei. CONVENERVNT. Græc. ἐπέστησαν. i. *ſuperſtiterunt*, ſeu *inſtiterunt.* Syr. *inſurrexerunt in eum.*

3 VERBVM. i. rem.

4 DE CÆLO. i. auctoritate diuina.

6 CERTI. Græc. & Syr. *perſuaſi.*

9 AD PLEBEM. ſ. conuerſus.

10 TEMPORE. i. cùm tempus fuit mittendi.

13 QVID FACIAM ? Expreſſio amoris. ſic Oſe. 6. FORSITAN. Indicatur libertas hominis.

16 VENIET, &c. Vide Matth. 21. Marc. 12.

18 CONQVASSABITVR. Græc. *confringetur.*

19 ET TIMVERVNT. pro, ſed timuerunt. AD. i. contra.

20 OBSERVANTES. ſ. an in re aliqua poſſent illum accuſare. IVSTOS. i. iuſti amantes, & ſinceros, à quibus nihil eſſet periculi. PRINCIPATVI. Syr. *iudicio.* PRÆSIDIS. ſ. Pilati.

23 DOLVM. i. verſutiam. Syr. *aſtutiam.*

34 HVIVS SÆCVLI. ſ. in quo opus eſt ſucceſſione per generationem. NVBVNT. i. ducunt vxores. TRADVNTVR. ſ. feminæ.

35 NVBENT, &c. Græc. eadem verba quæ ſup.

36 FILII RESVRRECTIONIS. i. per reſurrectionem renati.

37 SICVT. pro, cùm.

38 EI. q. d. etiam ſi hominibus mortui videantur , tamen Dei potentiâ viuunt animâ , reſuſcitandi etiam corpore.

40 AVDEBANT. ſ. Sadducæi. q. d. ceſſarunt tunc à quærendo. Id verò poſt ea quæ proximè ſequuntur , vt dicunt Matthæus & Marcus.

46 ATTENDITE. i. Cauete.

CAPVT XXI.

Viduam duo minuta offerentem præfert diuitibus multa offerentibus : ſubuerſionem templi prædicit , variaque prælia, afflictiones & perſecutiones ; aduerſus quæ roborat Apoſtolos : prædicit quoque ſubuerſionem Ieruſalem, & Iudæorum captiuitatem ac diſperſionem : de ſignis præceſſuris iudicium : cauendum a crapula, ebrietate curiſque huius vitæ , & vigilandum ac orandum.

1 RESpiciens autem , vidit eos , qui mitte- M.
A bant munera ſua in gazophylacium , diui- d.4
2 tes. * Vidit autem & quamdam viduam pau-
3 perculam mittentem æra minuta duo. * Et dixit:
Verè dico vobis , quia vidua hæc pauper , plus
4 quàm omnes miſit. * Nam omnes hi ex abun-
danti ſibi miſerunt in munera Dei : hæc autem
ex eo quod deeſt illi , omnem victum ſuum
5 quem habuit , miſit. * Et quibuſdam dicenti-
bus de templo , quòd bonis lapidibus & donis
6 ornatum eſſet , dixit : * Hæc quæ videtis , " ve-
B nient dies , in quibus non relinquetur lapis ſu- a.1 M.
7 per lapidem , qui non deſtruatur. * Interrogaue- a.1
runt autem illum , dicentes : Præceptor , quan- Su
do hæc erunt , & quod ſignum cùm fieri inci- g.4
8 pient ? * Qui dixit : Videte ne ſeducamini : mul-
ti enim venient in nomine meo dicentes quia

ego

ego ſum: & tempus appropinquauit: nolite er-
go ire poſt eos. *Cum autem audieritis prælia, 9
& ſeditiones, nolite terreri: oportet primum C
hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. *Tunc dice- 10
bat illis: Surget gens contra gentem, & regnum
aduerſus regnum. *Et terræmotus magni erunt 11
per loca, & peſtilentiæ, & fames, terroreſque
de cælo, & ſigna magna erunt. *Sed ante hæc 12
omnia injicient vobis manus ſuas, & perſe-
quentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias,
trahentes ad reges & præſides, propter nomen
meum: *continget autem vobis in teſtimo- 13
nium. *Ponite ergo in cordibus veſtris, non 14
præmeditari quemadmodum reſpõdeatis. *ego 15
enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non po- D
terunt reſiſtere & contradicere omnes aduer-
ſarij veſtri. *Trademini autem à parentibus, 16
& fratribus, & cognatis, & amicis, & morte
afficient ex vobis: *& eritis odio omnibus pro- 17
pter nomen meum: *& capillus de capite ve- 18
ſtro non peribit. *In patientia veſtra poſſidebi- 19
Matth. 24. b. 15 tis animas veſtras. *Cum autem videritis cir- 20
cumdari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote
Marc. 13. b. 14 quia appropinquauit deſolatio eius: *tunc qui 21
Dan. 9. g. 27 in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in me-
dio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non
intrent in eam. *quia dies vltionis hi ſunt, vt 22
impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. *Væ autem 23
prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. E
erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira
populo huic. *Et cadent in ore gladij: & capti- 24
ui ducentur in omnes Gentes, & Ieruſalem
calcabitur à Gentibus: donec impleantur tem-
Matth. 24. c. 29 pora nationum. *Et erunt ſigna in ſole, & lu- 25
na, & ſtellis, & in terris preſſura Gentium præ
Marc. 13. c. 24 confuſione ſonitus maris, & fluctuum: *are- 26
Isa. 13. b. 10 ſcentibus hominibus præ timore, & expecta-
Ezech. 32. b. 7 tione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. nam vir-
tutes cælorum mouebuntur: *& tunc vide- 27
Ioel. 3. c. 15 bunt filium hominis venientem in nube cum F
poteſtate magna, & maieſtate. *His autem fie- 28
ri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra:
Rom. 8. d. 3 quoniam appropinquat redemptio veſtra. *Et 29
dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, &
omnes arbores: *cum producunt iam ex ſe 30
fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. *Ita & 31
vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quoniam
prope eſt regnum Dei. *Amen dico vobis, quia 32
non præteribit generatio hæc, donec omnia
fiant. *Cælum & terra tranſibunt: verba autem 33
mea non tranſibunt. *Attendite autem vobis, 34
ne forte grauentur corda veſtra in crapula, & G
ebrietate, & curis huius vitæ: & ſuperueniat in
vos repentina dies illa: *tamquam laqueus enim 35
ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem
omnis terræ. *Vigilate itaque, omni tempore 36
orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia,
quæ futura ſunt, & ſtare ante Filium hominis.
*Erat autem diebus docens in templo: no- 37
ctibus verò exiens, morabatur in monte, qui vo-
catur Oliueti. *Et omnis populus manicabat ad 38
eum in templo audire eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

4 Ex abundanti sibi. i. ſuperfluo ex ijs quæ illis ſu-
perfuerunt dederunt diuites; vidua Ex eo quod
deest illi. i. ex ſua penuria.

7 Quod signum. i. erit, huius ſ. excidij quod dicis.

8 Videte. pro, cauete. Non reſpondet ad id quod
quærunt, ſed monet quid facto ſit opus illis.

11 Per loca. i. vbique. Terroresque. φόβητρα,
prodigia, terriculamenta erunt.

14 Non præmeditari. ſ. iubeo quid Iudicibus re-
ſpondeatis. Cùm data ſit homini mens, quæ actiones
regat, nõ ſe debet relinquere diuinæ prouidentiæ peni-
tus, niſi quando aut prudentiæ locus non eſt, aut quan-
do Deus ita faciendum præcipit, vt hic. Neque præ-
meditationem prohibet, ſed ſolicitudinem nimiam, &
in eo ſpem.

19 In patientia vestra, ſuſtinentia, tolerantia,
ὑπομονῇ. Possidebitis animas vestras. i. euade-
tis ea mala & pericula. Tempus multum poteſt.

22 Vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
Cùm agat de excidio Ieruſalem, fateri oportet multa
à Prophetis de illo prædicta fuiſſe.

24 Donec impleantur tempora nationum. i. do-
nec Gentes erunt, vſque ad finem mundi Ieruſalem
deſtructa manebit. Aut donec finis veniet imperij ea-
rum. Iam Romanum defecit, Turcarum qui nunc eam
vrbem conculcant finis veniet.

25 Erunt signa. Ne putent Gentes impunè illis fo-
re oppreſſionem eius vrbis & gentis, minatur vindi-
ctam, fore iudicium extremum, & ſigna illius prædicit.
Præ confusione, ἀπορίᾳ, *anxietate*. Sonitus ma-
ris. i. quæ in mari eſſe ſolet ſæuiente procella.

26 Arescentibus. pro, tabeſcentibus præ timore
cunctis.

28 Levate capita vestra. ſ. præ lætitia. ſic lætan-
tes leuant capita, quæ deprimit mœror. vos enim in vr-
bis excidio euadetis, & in iudicio certa mercedis ſpes.
id ſignificat, Appropinquat redemptio vestra.
.i. effectus redemptionis a Chriſto factæ.

30 Cum producunt iam ex se fructum, ſeu ger-
minant, Græc. προβάλωσιν. *proruperint*, nempe folia &
germina, cùm in illis fructus, ficus præcoces apparent.

32 Quia non præteribit generatio hæc. Multi
ex ijs viui erant, cùm Ieruſalem eſt exciſa; ad id enim
recurrit.

34 Attendite. i. cauete.

35 Super faciem omnis terræ veniet dies illa.
Terra ſ. huius, propter articulum Græcum, ſi de exci-
dio loquitur; ſi de iudicio extremo, abſolutè ſumatur,
omnis terra.

36 Vigilate itaque omni tempore, orantes
vt digni. Sic diſtingue, vt eſt in Syr.

38 Manicabat. i. *manè ibat*, vt quidem codices le-
gunt. *Manicabat*, ficta vox eſſe videtur, ad imitatio-
nem Græcæ dictionis ὀρθρίζω, quamquam ita potiùs
manizabat dicendum eſſet pro *manicabat*. quidam *ma-
nebat*, nonnulli *mànitabat* legendum eſſe conijciunt.
Vnus Eraſmianorum codicum legit: *diluculo venie-
bat*. poſſet dici, *diluculabat*. Sed neque hoc ſatis Lati-
num eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

4 Abundanti. i. eo quod ſupereſt. Eo quod, &c.
.i. *penuria ſua*, vt vertit in Marco.

6 Hæc. pro, ex his.

7 Cum fieri, &c. Græc. *quando futura ſint*.

8 Et tempus. pro, & quod tempus. i. finis mundo.

9 Finis. ſ. mundi.

11 Terroresque. i. quæ terreant. Græc. φόβητρα.
.i. *terriculamenta*.

13 In testimonium. ſ. vt ſitis de me teſtes. Græc. εἰς
μαρτύριον. vnde Martyres dicti.

14 Respondeatis. Græc. *vos defendatis*.

18 Capillus, &c. q. d. nihil mali patiemini me defen-
dente. Vide ſimilem phraſim 1. Reg. 14. 3. Reg. 1.

19 In patientia. i. per tolerantiam & perſeueran-
tiam. Vide Matth. 10. & 24. Possidebitis, &c.
q. d. ſaluabimini.

21 Regionibus. Syr. *agris*.

Scripta. ſ. in Prophetis. Apparet hinc, multa in 22
Prophetis de vaſtatione Ieruſalem, ad eam referenda
quæ facta per Romanos.

Terram. ſ. Iudææ. Ira. i. punitio. 23

Ore. i. *acie*, Hebr. Donec, &c. q.d. vſque ad fi- 24
nem mundi erit deſtructa; vel punietur per Gentiles,
tempore ſ. & modo quo Deus ſtatuit.

Et ervnt, &c. Hæc ad finem mundi pertinent 25
Pressvra. i. anxietas, ſeu anguſtia. Confvsione
Græc. ἀπορίᾳ. i. *perplexitate*, ſeu *deſperatione*. Syr.
ſtupore. Sonitvs. i. ob ſonitum. Græc *ſonante maris*,
& fluctibus.

Arescentibvs. Græc. ἀποψυχόντων. i. *exanimatis*, ſeu 26
tabeſcentibus. Qvæ. pro, eorum quæ.

Maiestate. i. gloria. 27

Levate capita. i. gaudete, confidite. ſ. mœſti in 28
terram vultum demittunt, læti eleuant. Vel *capita*.
.i. mentes.

Frvctvm. ſ. folia, vel gemmas. Græc. *cùm pullu-* 30
lant, ſeu *gemmant*.

Omnia. ſ. quæ prædixi. 32

Attendite. i. cauete. Ne forte. pro, ne quan- 34
do. In crapvla. i. per crapulam. Ebrietate.
Intellige per hæc duo, etiam reliquas voluptates. Cv-
ris. i. ſolicitudinibus.

Sedent. ſ. terrenis addicti. Faciem. i. ſuperficiem. 35

Vigilate, &c. etiam opus eſt noſtra induſtria. Sta- 36
re. ſ. confidenter. Vide Sap. 4.

Monte, &c. ſ. in Bethania, quæ in latere montis 37
ſita.

Manicabat. Hiſpani dicunt *madrugaua*. Quidam 38
legunt, *manè ibat*. fortè legendum *manitabat*, ſed om-
nia eódem redeunt: ſignificatur enim, ſummo manè ſo-
litos ire.

CAPVT XXII.

Cogitant principes ſacerdotum de occidendo Ieſu, quem vendit Iudas: iubet parari paſcha: panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinem conſecrata tradit diſcipulis, præcipiens vt idem faciant: contentio diſcipulorum quis eorum ſit maior: prædicit trinam Petri negationem, iubens vendi tunicam & emi gladium: poſt prolixam in agonia orationem, & ſudorem inſtar ſanguinis in terram decurrentis, capitur à Iudæis, quorum vni Petrus abſcidit auriculam: conqueritur quòd ad eum quaſi ad latronem capiendum exierint: in domo principis ſacerdotum ter à Petro negatur, & à Iudæis cæditur ac illuditur, & manè in concilio interrogatus fatetur ſe Dei filium.

Matth. 26. a. 2 *Marc. 14. a. 1*
1 APpropinquabat autem dies feſtus Azymo-
2 rum, qui dicitur Paſcha: * & quærebant
A principes ſacerdotum, & Scribæ, quomodo Ie-
ſum interficerent: timebant verò plebem.
3 * ᵃ Intrauit autem ſatanas in Iudam, qui cogno- *ᵃ Mat. 26. b. 14* *Marc. 14. b. 10*
4 minabatur Iſcariotes, vnum de duodecim. * &
abijt, & locutus eſt cum principibus ſacerdo-
tum, & magiſtratibus, quemadmodum illum
5 traderet eis. * Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecu-
6 niam illi dare. * Et ſpopondit. Et quærebat op-
7 portunitatem vt traderet illum ſine turbis. * Ve-
nit autem dies Azymorum, in qua neceſſe erat
8 occidi paſcha. * Et miſit Petrum & Ioannem,
dicens: Euntes parate nobis paſcha, vt man-
9 ducemus. * At illi dixerunt: Vbi vis paremus?
10 * Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis
B in ciuitatem, occurret vobis homo quidam
amphoram aquæ portans: ſequimini eum in
11 domum, in quam intrat, * & dicetis pa-
trifamilias domus: Dicit tibi Magiſter: Vbi
eſt diuerſorium, vbi paſcha cum diſcipulis
12 meis manducem? * Et ipſe oſtendet vobis
cœnaculum magnum ſtratum, & ibi para-
13 te. * Euntes autem, inuenerunt ſicut dixit illis, &
14 parauerunt paſcha. * ᵇ Et cùm facta eſſet hora, *ᵇ Mat. 26. b. 20*
15 diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo. * & ait *Marc. 14. b. 17*
illis: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manduca-
16 re vobiſcum, antequam patiar. * Dico enim vo-
bis, quia ex hoc non manducabo illud, donec
17 impleatur in regno Dei. * Et accepto calice gra-
tias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos.
18 * dico enim vobis quòd non bibam de genera-
19 tione vitis, donec regnum Dei veniat. * ᶜ Et ac- *ᶜ 1. Cor. 11. e. 24*
cepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, di-
C cens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis
datur: hoc facite in meam commemoratio-
20 nem. * Similiter & calicem, poſtquam cœnauit,
dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in
21 ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. * ᵈ Ve- *ᵈ Mat. 26. b. 21*
rumtamen ecce manus tradentis me, mecum
22 eſt in menſa. * Et quidé Filius hominis, ᵉ ſecun- *Marc. 14. b. 20*
dum quod definitum eſt, vadit: verumtamen *Ioan 13. c. 18*
23 væ homini illi, per quem tradetur. * Et ipſi cœ- *ᵉ Pſal. 40 c. 10*
perunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis, qui hoc
24 facturus eſſet. * Facta eſt autem & contentio in-
25 ter eos, quis eorum videretur eſſe maior. * Dixit
autē eis: ᶠ Reges Gentium dominantur eorum: *ᶠ Mat. 20. d. 25*
& qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici
26 vocantur. * Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt *Marc. 10. f. 42*
in vobis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt,
27 ſicut miniſtrator. * Nam quis maior eſt, qui re-
cumbit, an qui miniſtrat? nónne qui recumbit?
Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui
28 miniſtrat. * Vos autem eſtis, qui permanſiſtis me-
29 cum in tentationibus meis: * Et ego diſpono
vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum,
30 * vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in
regno meo: & ſedeatis ſuper thronos iudican-
31 tes duodecim tribus Iſrael. * Ait autem Domi-
nus: Simon, Simon, ecce ſatanas expetiuit vos
32 vt cribraret ſicut triticum: * ego autem rogaui
D pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando
33 conuerſus confirma fratres tuos. * Qui dixit ei:
Domine, tecum paratus ſum & in carcerem &
34 in mortem ire. * ᵍ At ille dixit: Dico tibi Petre, *ᵍ Mat. 26. c. 34*
non cantabit hodie gallus, donec ter abneges
35 noſſe me. * Et dixit eis: * ʰ Quando miſi vos ſine *Marc. 14. c. 30*
ſacculo, & pera, & calceamentis, numquid ali- *ʰ Mat. 10. b. 9*
36 quid defuit vobis? * At illi dixerunt: Nihil.
Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum,
tollat; ſimiliter & peram: & qui non habet, ven-
37 dat tunicam ſuam, & emat gladium. * Dico
enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum
eſt, oportet impleri in me: ⁱ Et cum iniquis de- *ⁱ Iſa. 53. d. 12*
putatus eſt. Etenim ea, quæ ſunt de me, finem
38 habent. * At illi dixerunt: Domine, ecce duo
39 gladij hîc. At ille dixit eis: Satis eſt. * ᵏ Et egreſ- *ᵏ Mat. 26. c. 36*
ſus ibat ſecundùm conſuetudinem in Mon-
tem oliuarum. Secuti ſunt autem illum & *Marc. 14. c. 32*
40 diſcipuli. * Et cùm perueniſſet ad locum, dixit *Ioan. 18. a. 1*
41 illis: Orate ne intretis in tentationem. * ˡ Et *ˡ Mat. 26. d. 39*
E ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt la-
42 pidis: & poſitis genibus orabat, * dicens: Pa- *Marc. 14. d. 35*
ter ſi vis, transfer calicem iſtum à me: Ve-
rumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.
43 * Apparuit autem illi Angelus de cælo, confor-
tans eum. Et factus in agonia, prolixiùs ora-
44 bat. * Et factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſan-
45 guinis decurrentis in terram. * Et cùm ſurrexiſ-

ſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, in-
uenit eos dormientes præ triſtitia. * Et ait illis: 46
Quid dormitis? ſurgite, orate, ne intretis in ten-
"Mat. 26 c.47 tationem. *" Adhuc eo loquente, ecce turba: 47
& qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, an-
Marc. 14. e.42 tecedebat eos: & appropinquauit Ieſu vt oſcu-
Ioan. 18. a.3 laretur eum. * Ieſus autem dixit illi: Iuda, oſcu- 48
lo Filium hominis tradis? * Videntes autem hi, 49
qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixe-
runt ei: Domine, ſi percutimus in gladio? * Et 50
percuſſit vnus ex illis ſeruum principis ſacerdo- F
tum, & amputauit auriculam eius dexteram.
* Reſpondens autem Ieſus, ait: Sinite vſque 51
huc. Et cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit
eum. * Dixit autem Ieſus ad eos, qui venerant ad 52
ſe, principes ſacerdotum, & magiſtratus tem-
pli, & ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cum
gladijs & fuſtibus? * Cùm quotidie vobiſcum 53
fuerim in templo, non extendiſtis manus in
me: ſed hæc eſt hora veſtra, & poteſtas te-
"Mat. 26. f.57 nebrarum. * " Comprehendentes autem eum, 54
Marc. 14. f.43 duxerunt ad domum principis ſacerdotum:
Ioan. 18. c.24 Petrus verò ſequebatur à longè. *" Accenſo au- 55
tem igne in medio atrij, & circumſedentibus
"Mat. 26. g.69 illis, erat Petrus in medio eorum. * Quem cùm 56
Marc. 14. g.66 vidiſſet ancilla quædam ſedentem ad lumen, &
Ioan. 18. c.25 eum fuiſſet intuita, dixit: Et hic cum illo erat.
* At ille negauit eum, dicens: Mulier, non no- 57
ui illum. * Et poſt puſillum alius videns eum, 58
dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo
"Ioan. 18. c.26 non ſum. * " Et interuallo facto quaſi horæ 59
vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè G
& hic cum illo erat: nam & Galilæus eſt. * Et ait 60
Petrus: Homo, neſcio quid dicis. Et continuò
adhuc illo loquente cantauit gallus. * Et conuer- 61
ſus Dominus reſpexit Petrum. Et recordatus
"Mat. 26 e.34 eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: " Quia
Marc. 14. c.30 priùs quàm gallus cantet, ter me negabis: * Et 62
Ioan. 13. d.38 egreſſus foras Petrus fleuit amare. * Et viri qui 63
tenebant illum, illudebant ei, cædentes. * Et ve- 64
lauerunt eum, & percutiebant faciem eius:
& interrogabant eum, dicentes: Prophetiza,
quis eſt, qui te percuſſit? * Et alia multa blaſ- 65
phemantes dicebant in eum. * " Et vt factus eſt 66
"Mat. 27. a.1 dies, conuenerunt ſeniores plebis, & principes
Marc. 15. a.1 ſacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in
Ioan. 18 c.28 concilium ſuum, dicentes: Si tu es Chriſtus,
dic nobis. * Et ait illis: Si vobis dixero, non cre- 67
detis mihi: * ſi autem & interrogauero, non re- 68
ſpondebitis mihi, neque dimittetis. * Ex hoc 69
autem erit Filius hominis ſedens à dextris vir-
tutis Dei. * Dixerunt autem omnes: Tu er- 70
go es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia
ego ſum. * At illi dixerunt: Quid adhuc deſide- 71
ramus teſtimonium? ipſi enim audiuimus de
ore eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DIES FESTVS AZYMORVM. Sic dies octo Paſchæ vocabantur, quòd in illis non liceret pane fermentato vti.

6 ET SPOPONDIT. ſ. ſe Chriſtum illis traditurũ Iudas.

11 VBI EST DIVERSORIVM, ſeu *refectio*, ſeu *cubiculum*. vox Græca omnia hæc ſignificat. Cœnaculum tamen, quod Græcè ἀνώγεον, vel ἀνώγαιον eſt, dicitur ſic, quia in ſuperiori ædium parte cœnitabant. Ambroſ. epiſt. 87. legit; *Ipſe vobis oſtendet in ſuperioribus locum magnum.*

16 NON MANDVCABO ILLVD. ſ. Paſcha aliud vobiſcum non celebrabo in hac vita, ſed in futura.

18 DE GENERATIONE VITIS. i. de fructu & vino non bibam ampliùs.

19 PRO VOBIS DATVR. pro, dabitur, aut *datur* in præſenti vobis in Euchariſtia, aut ſimul offertur Patri in ſacrificium.

20 QVI PRO VOBIS FVNDETVR. Gotth. *funditur*. atque ita eſt Græcè & Syr. & cùm de corpore dicatur, *quod pro vobis datur*, de ſanguine dici debet, *qui pro vobis funditur*.

21 MECVM EST IN MENSA. ſ. Iudas. Ex quo colligitur, cum ceteris Euchariſtiam accepiſſe. ſic Cypr. lib. de Ablutione pedũ. Auguſtinus epiſt. 163. in Pſal. 10. & Tract. 6. in Ioan. Chryſoſt. Ser. de Latron. At Conſtit. Apoſt. lib. 5. c. 16. negant interfuiſſe, cùm Chriſtus Euchariſtiam celebrauit. idem ex Dion. citatur. ſic Innocent. III. de Myſt. Miſſæ lib 4. c. 13. & Lucam hoc ait per catalepſim, ſeu recapitulationem poſt myſteria confecta dixiſſe.

24 FACTA EST AVTEM ET CONTENTIO. Coniunctio *&* redundat, vt in alijs locis, & in Gotth. eſt ſublata. Occaſio contentionis, opinio falſa de Chriſti regno.

25 DOMINANTVR EORVM. pro, earum gentium. ſed manſit vox *eorum*, quoniam vox Græca ἔθνος. i. *gens*, eſt neutrius generis. BENEFICI VOCANTVR. Alludit ad vanitatem eorum, qui ſibi id nomen arrogabant: duo enim Ptolemæi per ea tempora *Energetæ*. i. *benefici* vocabantur, alioqui peſſimi viri, adeò vt Athenæus libro 12. dicat, poſteriorem ab Alexandrinis vocatum κακεργέτην. i. *maleficum*.

26 VOS AVTEM SIC. Non vetat alios ſubditos eſſe, alios dominos; ſed ambitionem & tyrannidem accuſat.

29 DISPONO. i. *paciſcor*, *fœdus facio*, id propriè vox Græca διατίθεμαι. ſignificat Syr. *promitto*, משתנדה *meſthandeh*.

31 AIT AVTEM DOMINVS: SIMON, SIMON. Græc. *Simeon*, *Simeon*. Repetitio ad maiorem exaggerationem.

32 VT NON DEFICIAT FIDES TVA. nempe ſincera fides ſemper erit in Eccleſia Romana, in ſucceſſoribus Petri.

36 QVI HABET SACCVLVM, TOLLAT. i. ferat ſecum pecuniam, qua opus habebit in hoc periculo & anguſtia.

37 QVÆ SVNT DE ME, ſupple *ſcripta*, atque ità exprimit Gotth. FINEM HABENT, completa ſunt, aut complentur.

38 SATIS EST. q. d. non de his gladijs loquor; neque enim armis defendendus ſum ab inimicis.

40 NE INTRETIS IN TENTATIONEM. quod in Oratione Dominica dixit, *ne nos inducas in tentationem*, ne vincamini.

43 APPARVIT AVTEM. D. Hilarius lib. 10. de Trinitat. *Nec ſanè, ait, ignorandum à nobis eſt, & in Græcis & in Latinis codicibus complurimis, vel de adueniente Angelo, vel de ſudore ſanguinis nil ſcriptum reperiri. Ambigentibus igitur, vtrùm hoc in libris varijs aut deſit, aut ſuperfluum ſit (incertum enim hoc nobis relinquitur de diuerſitate librorum) certè ſi quid ſibi ex hoc hæreſis blanditur*, &c. Hieronymus quoque circa medium l. 2. contra Pelag. *In quibuſdam*, inquit, *exemplaribus tam Græcis quã Latinis inuenitur, ſcribente Luca, Apparuit illi Angelus de cælo confortans eum (haud dubiè Dominum Saluatorem) & factus in agonia prolixiùs orabat, factuſque eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Saluator in paſſione ab Angelo confortatur*, &c. Hodie nec in Latinis iſta deſunt, nec in Græcis, nec in Syr. libris. PROLIXIVS ORABAT. i. ter, vt patet ex alijs Euangeliſtis.

46 QVID DORMITIS? q. d. vbi ſunt magnifica illa verba quæ paulò antè iactabatis?

49 QVOD FVTVRVM ERAT. i. fore vt Chriſtum caperent prouidentes diſcipuli.

51 SINITE VSQVE HVC. ſ. afferte illum ad me. ſ. ſeruum percuſſum.

53 HÆC EST HORA VESTRA, quaſ. vobis permittitur à Deo agere quod vultis. ET POTESTAS TENEBRARVM. i. diaboli. ſic vocatur, quia eſt illi inimica lux. Virg. 3. Æneid.

Iamque vale, torquet medios nox humida curſus,
Et me ſæuus equis Oriens afflauit anhelis.

Ex hoc quidam malè colligit, Angelum, qui cum Iacob Geneſ. 32. v. 24. luctabatur, fuiſſe è malorum numero, quia auroram refugiebat. lumen horrent magis quàm veſpertiliones.

60 ET CONTINVO.... GALLVS CANTAVIT. Ex hoc colligitur, non magnum interuallum inter tres negationes Petri fuiſſe.

66 SI TV ES CHRISTVS. Antè ea nocte idem rogauerat Pontifex.

70 VOS DICITIS, non ego, vt in Matth dictum eſt c. 26. verſ. 64. Quòd autem excandeſcunt, ex illis verbis ſumpſere occaſionem quæ præceſſerunt, *ſedens à dextris Dei*; non ex hac reſponſione, *Vos dicitis*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 INTRAVIT. ſ. inuaſit, ad nouum facinus inducens.

4 MAGISTRATIBVS. ſ. præfectis militum, qui templum tuebantur. Inſ. vocantur *templi magiſtratus*. Græc. *ducibus*. Syr. *magiſtris militiæ*.

6 TVRBIS. i. turbarum tumultu.

7 OCCIDI. Græc. θύεσθαι. i. *immolari*.

10 INTROEVNTIBVS. Græç. *ingreſſis*. AMPHORAM. Græc. κεράμιον. i. *vas fictile*.

11 DIVERSORIVM. i. locus hoſpitandi. Syr. *domus conuiuij*.

15 DESIDERIO. i. vehementer. HOC. ſ. quo Euchariſtia inſtituenda, pauloque pòſt morte oſtendendum quantum homines diligeret, quos ſic redimeret.

16 EX HOC. ſ. tempore. ILLVD. ſ. Paſcha. q. d. id erit poſtremum. IMPLEATVR. ſ. ſpiritualiter. Not. DONEC, ſimile illi, de quo Matth. 1. nec enim Paſcha poſteà manducauit. REGNO DEI. i. reſurrectione qua tranſiuit ad immortalitatem. & quidem *Paſcha*, *tranſitus* interpretatur.

18 GENERATIONE. i. germine, ſeu fructu. VENIAT. ſ. cùm reſurrexero.

19 DATVR. i. offertur. obtulit enim Chriſtus tunc vt nunc offerunt ſacerdotes. HOC. ſ. quod feci accipiens, benedicens, conſecrans, offerens, &c. COMMEMORATIONEM. i. memoriam mei.

20 SIMILITER, &c. Explicat magis quod de calice dixerat. COENAVIT. ſ. inſtituta eſt Euchariſtia poſt cibum Agni Paſchalis, & pedum ablutionem. NOVVM TESTAMENTVM. i. confirmans per ſanguinem meum, quem continet.

21 VERVMTAMEN, &c. q. d. ſed parum profuerit ea fuſio Iudæ. IN MENSA. Communicauit Iudas cum ceteris.

22 DEFINITVM. ſ. à Patre, & ab æterno. VADIT. ſ. ad mortem.

24 MAIOR. pro, maximus, adeoque poſt Chriſti mortem ceteris præficiendus, vel illo regnante primum locum habiturus.

25 EORVM. pro, earum. EOS pro, eas. VOCANTVR. ſ. potiùs quam ſunt. q. d. cum durè tractent, tamen benigni dicuntur à ſuis, vel adulantibus, vel timentibus.

26 MINOR Græc. *iunior*, ſeu *minor natu*. q. d. ſubmiſſior ſit. Syr. *minimus*. Notant quidam, vt eſt honoris nomen *presbyter*, ſeu *ſenior*, ita contemptus *iuniorem*. Vnde Pſal. 118. *Adoleſcentulus ſum ego & contemptus*. i. iuniorum more contemptus. PRÆCESSOR. i. præcellens. Græc. ἡγούμενος. i. *dux*, ſeu *rector*. Syr. *princeps*. Significatur hic vnus eſſe inter eos Dux ſeu Rector futurus, ſ. Petrus.

27 IN MEDIO VESTRVM. i. inter vos. MINISTRAT. ſ. pedes lauerat, & ſolebat cibos diſtribuere.

28 TENTATIONIBVS ſ. quas paſſus ſ à Iudæis.

29 DISPONO. i. ordino, ſeu conſtituo. Syr. *promitto*. DISPOSVIT. Syr. *promiſit*.

30 EDATIS, &c. i. fruamini ſummis delicijs. SEDEATIS. ſ. die iudicij.

31 EXPETIVIT. Græc. & Syr. *poſtulauit*. ſ. vt ſolet qui petit aliquem ad pœnam, ſeu cruciatum. CRIBRARET. i. tentationum impulſu agitaret.

32 PRO TE. ſ. peculiariter. NON DEFICIAT. Petri & eius ſucceſſorum fides, ex quo facti Pontifices, numquam defecit. CONVERSVS. ſ. à peccato negationis. FRATRES. ſ. Chriſtianos.

35 SACCVLO. i. crumena, ſeu marſupio.

36 TOLLAT. i. accipiat. q. d. poſt hac ſibi quiſque prouideat. ſenſus eſt; Cùm vobiſcum eſſem, nihil vobis deerat: at nunc auferar à vobis, multaque patiemini. NON HABET. ſ. gladium. TVNICAM. Græc. ἱμάτιον. i. *pallium*. GLADIVM q. d. inſtat perſecutio magna, vt videatur humano iudicio pro gladio danda veſtis.

37 DE ME. ſ. ſcripta.

38 SATIS EST. q. d. video vos non intellexiſſe quid voluerim ſignificare. ſic & vulgò ſolemus dicere, cùm quis nos non intelligit. Syr. *ſufficiunt*.

40 LOCVM. ſ. montem.

42 VOLVNTAS. i. naturale deſiderium.

43 APPARVIT. ſ. in tertia oratione, vel fortè in ſingulis. CONFORTANS. ſ. propoſita Patris voluntate, & paſſionis fructu. Syr. *confirmans*. AGONIA. i. animi anxietate. ſ. ex mortis horrore. PROLIXIVS. Syr. *intenſius*.

44 GVTTÆ. Græc. θρόμβοι. i. *craſſiores guttæ*. SANGVINIS. vere ſanguis erat. DECVRRENTIS. ſ. magna copia.

47 OSCVLARETVR EVM. Hic Græc. & Syr. additur: *Hoc enim ſignum dederat eis, Quem fuero oſculatus, ipſe eſt*.

49 FVTVRVM. ſ. vt captus duceretur. SI PERCVTIMVS. pro, percutiemus ne?

51 SINITE. Syr. *Satis eſt*. VSQVE HVC. ſ. proceſſiſſe vos ſufficit, vel illuc progredi eſt permiſſum. ſ. vt me capiant, &c.

52 TEMPLI. Vide ſuprà.

53 VESTRA. i. qua vobis permittitur ſic agere. TENEBRARVM i. dæmonum.

55 ERAT. Græc. & Syr. *ſedebat*.

56 LVMEN. i. ignem.

61 RESPEXIT. ſ. oculis mentis, ſecundùm Auguſtinum, non corporis; quia, inquit, Petrus foris erat, Chriſtus intus. Fortè erat tunc, vbi Petrum etiam oculis corporis poſſet videre.

65 BLASPHEMANTES. i. conuitiantes.

66 CONVENERVNT. ſ. redeuntes citò, qui ante lucem diſceſſerant. SI TV, &c. id etiam noctu interrogarunt, vt dicunt alij Euangeliſtæ.

67 DIXERO. ſ. qui ſim.

68 RESPONDEBITIS. ſ. quod æquum eſt.

69 EX HOC. ſ. tempore. q. d. poſt hac.

70 VOS DICITIS, &c q. d. verè dicitis, ſum enim.

71 DESIDERAMVS. Græc. *opus habemus*.

CAPVT XXIII.

Accuſatus coram Pilato mittitur ad Herodem, qui illum ſpretum illuſit: Pilatus conatur ipſum dimittere, propoſito Barabba homicida, & promiſſa caſtigatione: Iudæis tamen inſtantibus morti adiudicatur; ductuſque ad ſupplicium, vetat mulieres ſuper ſe flere: cum latronibus crucifixus, Patrem orat pro crucifigentibus: irridetur à principibus & à militibus acetum offerentibus: poſita ſuperſcriptione blaſphematur ab vno latronum, alteri vero promittit ſuum in paradiſo conſortium: poſt tenebras aliaque ſigna clamans expirat; quem Centurio iuſtum prædicat, & Ioſeph corpus eius ſepelit.

1 ET ſurgens omnis multitudo eorum, duxe-
2 runt illum ad Pilatum. ² Cœperunt autem

Matth. 22. b. 21. Marc. 12. b. 17. illum accuſare, dicentes: Hunc inuenimus A
ſubuertentem gentem noſtram, & prohiben-
tem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chri-
Mat. 27. b. 11. Marc. 15. a. 2. Ioan. 18. f. 33. ſtum regem eſſe. * Pilatus autem interrogauit 3
eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille
reſpondens ait: Tu dicis. * Ait autem Pila- 4
tus ad principes ſacerdotum, & turbas: Ni-
hil inuenio cauſæ in hoc homine. * At illi in- 5
ualeſcebant, dicentes: Commouet populum,
docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à
Galilæa vſque huc. * Pilatus autem audiens 6
Galilæam, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet.
* Et vt cognouit quòd de Herodis poteſtate 7
eſſet, remiſit eum ad Herodem, qui & ipſe
Ieroſolymis erat illis diebus. * Herodes autem 8
viſo Ieſu, gauiſus eſt valdè. erat enim cupiens B
ex multo tempore videre eum, eò quòd au-
dierat multa de eo, & ſperabat ſignum ali-
quod videre ab eo fieri. * Interrogabat autem 9
eum multis ſermonibus. At ipſe nihil illi re-
ſpondebat. * Stabant autem principes ſacer- 10
dotum & Scribæ conſtanter accuſantes eum.
* Spreuit autem illum Herodes cum exercitu 11
ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit
ad Pilatum. * Et facti ſunt amici Herodes & Pi- 12
latus in ipſa die: nam anteà inimici erant ad
inuicem. * Pilatus autem conuocatis principi- 13
bus ſacerdotum, & magiſtratibus, & plebe,
* dixit ad illos: Obtuliſtis mihi hunc homi- 14
nem quaſi auertentem populum, & ecce ego
Ioan 18. g. 38 & 19. a. 4. coram vobis interrogans, nullam cauſam
inueni in homine iſto ex his, in quibus eum
accuſatis. * Sed neque Herodes: nam remiſi 15
vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum C
eſt ei. * Emendatum ergo illum dimittam. 16
* Neceſſe autem habebat dimittere eis per 17
diem feſtum, vnum. * Exclamauit autem ſi- 18
mul vniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, &
dimitte nobis Barabbam. * qui erat propter 19
ſeditionem quamdam factam in ciuitate &
homicidium, miſſus in carcerem. * Iterùm 20
autem Pilatus locutus eſt ad eos, volens di-
mittere Ieſum. * At illi ſucclamabant, dicen- 21
tes: Crucifige, crucifige eum. * Ille autem 22
Mat. 27. c. 23. Marc 15. b. 14. tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fe-
cit iſte? nullam cauſam mortis inuenio in eo:
corripiam ergo illum, & dimittam. * At illi 23
inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt cru- D
cifigeretur: & inualeſcebant voces eorum.
* Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eo- 24
rum. * Dimiſit autem illis eum, qui propter 25
homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in
carcerem, quem petebant: Ieſum verò tra-
Mat. 27. d. 32. Marc. 15. b. 21. didit voluntati eorum. * Et cùm ducerent 26
eum, apprehenderunt Simonem quemdam
Cyreneníem, venientem de villa: & impo-
ſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. * Se- 27
quebatur autem illum multa turba populi, &
mulierum: quæ plangebant, & lamentaban-
tur eum. * Conuerſus autem ad illas Ieſus, 28
dixit: Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me,
ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios ve-
ſtros. * Quoniam ecce venient dies, in qui- 29
Iſa. 2. d. 19. Oſee 10. b. 8. Apoc. 6. d. 16. bus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui non
genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.
* Tunc incipient dicere montibus: Cadite 30

E ſuper nos; & collibus: Operite nos. * Quia
31 ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
32 fiet? * Ducebantur autem & alij duo ne-
33 quam cum eo, vt interficerentur. * Et poſt- Mat. 27. d. 33. Marc. 15. b. 22. Ioan. 19. c. 17.
quam venerunt in locum, qui vocatur Cal-
uariæ, ibi crucifixerunt eum; & latrones, v-
34 num à dextris, & alterum à ſiniſtris. * Ieſus
autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim
ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimen-
35 ta eius, miſerunt ſortes. * Et ſtabat populus
ſpectans, & deridebant eum principes cum eis,
dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat,
36 ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. * Illudebant
autem ei & milites accedentes, & acetum of-
37 ferentes ei, * & dicentes: Si tu es rex Iudæo-
38 rum, ſaluum te fac. * Erat autem & ſuper-
F ſcriptio ſcripta ſuper eum litteris Græcis, &
Latinis, & Hebraicis: Hic eſt rex Iudæorum.
39 * Vnus autem de his, qui pendebant, latroni-
bus, blaſphemabat eum dicens: Si tu es Chri-
40 ſtus, ſaluum fac temetipſum, & nos. * Re-
ſpondens autem alter increpabat eum, dicens:
Neque tu times Deum, quòd in eadem dam-
41 natione es. * Et nos quidem iuſtè, nam digna
factis recipimus: hic verò nihil mali geſſit.
42 * Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento
43 mei, cùm veneris in regnum tuum. * Et dixit
illi Ieſus: Amen dico tibi: Hodie mecum
44 eris in paradiſo. * Erat autem ferè hora ſexta,
& tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram
45 vſque in horam nonam. * Et obſcuratus eſt ſol:
46 & velum templi ſciſſum eſt medium. * Et
clamans voce magna Ieſus ait: Pater, in ma- Pſal. 30. a. 6.
nus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc
47 dicens, expirauit. * Videns autem Centurio
quod factum fuerat, glorificauit Deum, di-
48 cens: Verè hic homo iuſtus erat. * Et om-
G nis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpe-
ctaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, per-
49 cutientes pectora ſua reuertebantur. * Stabant
autem omnes noti eius à longè, & mulieres
quæ ſecutæ eum erant à Galilæa, hæc viden-
50 tes. * Et ecce vir nomine Ioſeph, qui erat Matth. 27. g. 57. Mar. 15. d. 43. Ioan. 19. g. 38.
51 decurio, vir bonus & iuſtus: * hic non con-
ſenſerat conſilio & actibus eorum, ab Arima-
thæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe
52 regnum Dei. * hic acceſſit ad Pilatum, & pe-
53 tijt corpus Ieſu: * & depoſitum inuoluit ſin-
done, & poſuit eum in monumento exciſo,
54 in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. * Et
dies erat paraſceues, & ſabbatum illuceſcebat.
55 * Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo ve-
nerant de Galilæa, viderunt monumentum,
& quemadmodum poſitum erat corpus eius.
56 * Et reuertentes parauerunt aromata, & vn-
guenta: & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundùm
mandatum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 TV ES REX, nempe propter articulum Græcum, *ille Rex*. ſ. promiſſus Iudæis Meſſias?

7 DE HERODIS POTESTATE ESSET. Hic erat Tetrarcha Galilææ, dictus *Herodes Antipas*.

11 INDVTVM VESTE ALBA. Græc. *ſplendida*. ſed albus color, ſplendidus vocatur; plus enim de luce habet quàm alij colores.

14 QVASI AVERTENTEM POPVLVM. ſ. ab imperio

Cæſa-

Cæſaris. Evm accvsatis. Goth. *accuſaſtis*, atque ita eſt Græc. & Syr.

Per d[illegible]m festvm. Græc. *quolibet feſto. κατὰ ἑορτὴν* 17
ἕνα. feſtum nempe Paſchatis; nam de alijs Feſtis non loquitur.

Filiæ Iervsalem. i. mulieres omnes huius ci- 28
uitatis.

Cadite svper nos, dicent montibus, nempe op- 30
tabunt mortem quaſi tantorum malorum leuamen.

Qvia si in viridi. i. humido ligno accenditur 31
ignis. i. contra innocentem ſic agitur, quid iniqui exſpectabunt?

Erat avtem fere hora sexta, *ὡσεὶ, circiter,* 44
vt vertit Syr. erat enim paulò poſt ſextam, vt ex Marco patet cap. 15. verſ. 33. *Et facta hora ſexta, tenebræ factæ ſunt.*

Qvi erat decvrio. *βουλευτὴς, ſenator.* ſed idem 50
eſt *decurio*, ſi à *curia* deducatur.

Parasceves. Dies Veneris ſic vocabatur, quoniam 54
in eo cibos parabant, quod facere in Sabbato non licebat. Et sabbatvm illvcescebat. i. incipiebat; nam à veſpera Iudæi dies inchoabant, tunc veſpera erat, non aurora.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Rex. Græc. *ὁ βασιλεὺς, ille rex.* ſ. expectatus. Di- 3
cis. ſ. verum. Syr. *dixiſti.*

Cavsæ. i. criminis. In hoc homine. Syr. *contra* 4
hunc hominem.

Invalescebant. i. inſtabant. 5

Herodis. ſ. qui Ioannem interfecit. Potestate. 7
i. ditione. Erat. ſ. cauſa Paſcha celebrandi.

Signvm. i. miraculum. 8

Constanter. Græc. *εὐτόνως. i. acriter*, intentoque 10
clamore. Syr. *pertinaciter.*

Svo. ſ. Herodis. Et illvsit, &c. Græc. *cùm illuſiſ-* 11
ſet, induiſſetque veſte, &c. Alba. Græc. *ſplendida*, ſeu *illuſtri.* Syr. *coccinea.*

Avertentem. ſ. à Cæſare. Cavsam. ſ. mortis, vel 14
crimen.

Emendatvm. i. caſtigatum. 16

Festvm. ſ. Paſchæ. 17

Corripiam. i. caſtigabo. 22

Invalescebant. i. potentes erant, ſeu præua- 23
lebant.

Volvntati. ſ. vt volebant, ſeu, vt de eo facerent 25
quod volebant.

Portare. ſ. poſtquam Chriſtus portauerat. Post. 26
i. à tergo.

Plangebant, ſ. ex compaſſione pia. 27

Svper me. i. mea cauſa. 28

Beatæ. ſ. quia non vident filiorum calami- 29
tatem.

Incipiens, &c. q. d. optabunt potiùs mori, quàm 30
tanta mala pati.

Viridi. i. humido. videtur fuiſſe prouerbium. 31
q. d. ſi ego tam ſanctus hæc patior, quid peccatores?

Neqvam. Græc. *κακοῦργοι. i. facinoroſi.* Syr. *ma-* 32
lefici.

Latrones. ſuprà vertit, *nequam.* Syr. *maleficos.* 33

Eis. i. populo. 35

Vnvs. ſ. qui à ſiniſtris, vt creditur. Blasphema- 39
bat. i. comminabatur improperans.

Damnatione. ſ. mortis. 40

Ivste. ſ. patimur. 41

Paradiso. i. Dei fruitione. 43

Fere. ſ. paulò pòſt ſextam, vt patet ex Marco. In 44
vniversam. pro, per vniuerſam. Terram. ſ. Iudææ, Vide Matth. 27.

Commendo. ſ. reddendum poſt tres dies; velut de- 46
poſitum. Græc. *deponam.* pro, depono.

Percvtientes. ſ. ex dolore, & timore vindictæ 48
Dei.

Decvrio. Qui Romæ *Senatores*, in municipijs *De-* 50
curiones dicebantur.

54 Parasceves. i. in quo neceſſaria ad ſabbatum præparabantur. Et sabbatvm &c. q. d. quam lux ſeu dies ſabbati ſequebatur. Incipiebat enim ſabbatum poſt ſolis occaſum. Vide Leuit. 23.

56 Paravervnt. ſ. poſt ſabbatum, vt ait Marcus. Silvervnt. pro, quieuerunt. Mandatvm. ſ. non operandi in ſabbato.

CAPVT XXIV.

Mulieribus ad Chriſti monumentum conſternatis quòd eius corpus non inuenirent, Angeli ipſum reſurrexiſſe nuntiant, & illæ Apoſtolis, qui id tanquam deliramentum accipiunt: Petrus ad monumentum currens & ipſe admiratur quòd corpus non inueneri: duobus in Emmaus euntibus, Ieſus Scripturas interpretatur, & in fractione panis ab eis agnoſcitur: congregatis diſcipulis palpandum ſe præbet, & cum eis edens aperit ſenſum vt Scripturas intelligant, ac promiſſo Spiritu ſancto in cælum aſcendit.

1 VNa autem ſabbati valdè diluculo vene-
A runt ad monumentum, portantes, quæ
2 parauerunt, aromata: * & inuenerunt lapidem
3 reuolutum à monumento. * Et ingreſſæ non in-
4 uenerunt corpus Domini Ieſu. * Et factum eſt,
dum mente conſternatæ eſſent de iſto, ecce
duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.
5 * Cùm timerent autem, & declinarent vul-
tum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæ-
6 ritis viuentem cum mortuis? * non eſt hîc, ſed
ſurrexit: recordamini qualiter locutus eſt vo-
7 bis, cùm adhuc in Galilæa eſſet, * dicens: "Quia
oportet filium hominis tradi in manus homi-
num peccatorum, & crucifigi, & die tertia
8 reſurgere. * Et recordatæ ſunt verborum eius.
9 * Et regreſſæ à monumento nuntiauerunt hæc
10 omnia illis vndecim, & ceteris omnibus. * Erat
B autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Ma-
ria Iacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ
11 dicebant ad Apoſtolos hæc. * Et viſa ſunt
ante illos, ſicut deliramentum, verba iſta:
12 & non crediderunt illis. * Petrus autem ſur-
gens cucurrit ad monumentum: & procum-
bens vidit linteamina ſola poſita, & abijt ſe-
13 cum mirans quod factum fuerat. * " Et ecce
duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod
erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſa-
14 lem, nomine Emmaus. * Et ipſi loqueban-
tur ad inuicem de his omnibus quæ accide-
15 rant. * Et factum eſt, dum fabularentur, &
ſecum quærerent: & ipſe Ieſus appropin-
16 quans ibat cum illis: * oculi autem illorum
17 tenebantur ne eum agnoſcerent. * Et ait ad
C illos: Qui ſunt hi ſermones, quos confertis
18 ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? * Et
reſpondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit
ei: Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, &
non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his die-
19 bus? * Quibus ille dixit: Quæ? Et dixe-
runt: De Ieſu Nazareno, qui fuit vir prophe-
ta, potens in opere & ſermone, coram Deo
20 & omni populo: * Et quomodo eum tradi-
derunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri
in damnationem mortis, & crucifixerunt
21 eum. * nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet
redempturus Iſrael: & nunc ſuper hæc om-
nia, tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt.
22 * Sed & mulieres quædam ex noſtris terrue-

runt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monu- D
mentum, * &, non inuento corpore eius, vene- 23
runt, dicentes ſe etiam viſionem angelorum
vidiſſe, qui dicunt eum viuere. *Et abierunt qui- 24
dam ex noſtris ad monumentum: & ita inue-
nerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non
inuenerunt. * Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti, & 25
tardi corde ad credendum, in omnibus quæ lo-
cuti ſunt Prophetæ! * Nónne hæc oportuit pati 26
Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? * Et 27
incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, inter-
pretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de
ipſo erant. *Et appropinquauerunt caſtello quò 28
ibant: & ipſe ſe finxit longiùs ire. *Et coëgerunt 29
illum, dicentes: Mane nobiſcum, quoniam ad- E
ueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit
cum illis. *Et factum eſt, dum recumberet cum 30
eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, &
porrigebat illis. *Et aperti ſunt oculi eorum, & 31
cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eo-
rum. *Et dixerunt ad inuicem: Nónne cor no- 32
ſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in
via, & aperiret nobis Scripturas? * Et ſurgentes 33
eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inue-
nerunt congregatos vndecim, & eos qui cum
illis erant, *dicentes: Quòd ſurrexit Dominus 34
verè, & apparuit Simoni. *Et ipſi narrabant quę 35
geſta erant in via: & quomodo cognouerunt
Mar.16. e.14 Ioan.20. e.19 cum in fractione panis. * " Dum autem hæc lo- 36
quuntur, ſtetit Ieſus in medio eorum, & dicit
eis: Pax vobis: ego ſum, nolite timere. *Con- 37
turbati verò, & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiri-
tum videre. *Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & 38
cogitationes aſcendunt in corda veſtra? *Videte 39
manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum: palpa- F
te, & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non
habet, ſicut me videtis habere. * Et cùm hoc 40
dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes. * Adhuc 41
autem illis non credentibus, & mirantibus præ
gaudio, dixit: Habetis hîc aliquid, quod man-
ducetur? *At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, 42
& fauum mellis. * Et cùm manducaſſet coram 43
eis, ſumens reliquias dedit eis. * Et dixit ad eos: 44
Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cùm
adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt
impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,
& Prophetis, & Pſalmis de me. * Tunc aperuit 45
illis ſenſum vt intelligerent Scripturas. * & dixit 46
Pſal.18. b.7 eis: " Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat G
Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die:
* & prædicari in nomine eius pœnitentiam & 47
remiſſionem peccatorum in omnes gentes, in-
Actor.1. a.8 cipientibus ab Ieroſolyma. * " Vos autem teſtes 48
Ioan.14. d.16 eſtis horum. * " Et ego mitto promiſſum Patris 49
mei in vos: vos autem ſedete in ciuitate, quo-
aduſque induamini virtute ex alto. * Eduxit au- 50
tem eos foras in Bethaniam: & eleuatis mani-
Actor.1. a.4 Marc.16. d.19 bus ſuis benedixit eis. * " Et factum eſt, dum be- 51
nediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cæ-
lum. *Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Ieruſa- 52
lem cum gaudio magno: * & erant ſemper in 53
templo, laudantes & benedicentes Deum.
Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VNA AVTEM SABBATI. i. die Dominica.

4 ECCE DVO VIRI. i. Angeli in ſpecie humana ſteterunt iuxta mulieres. Duo erant, Matthæus & Marcus vnius meminerunt, quia præcipuus. IN VESTE FVLGENTI. i. *candida*, vt Matthæus & Marcus aiunt, de quo diximus cap. 23. v. 11.

12 PETRVS AVTEM SVRGENS, ſimul cum Ioanne, vt Ioan. 20. v. 3.

13 DVO EX ILLIS. ſ. diſcipulis ſeptuaginta duobus. Et quidem alter erat Cleophas municeps eius caſtelli, vt creditur, & qui in ſua domo Chriſtum excepit. Nicephorus tamen lib. 2. cap. 2. facit eum fratrem Ioſeph. Hieronymus ad Principiam, Cleopham ait domum in Emmaus habuiſſe, quam Paulus in Eccleſiam conſecrauit. De altero quis fuerit, & quo nomine, ſententiæ variant. Plerique Lucam putant. Gregorius Præfat. in lib. Iob. c. 2. quia ſ. nomen reticet, vt & Ioannes, *diſcipulus quem diligebat Ieſus*. Idem Metaphraſtes in Vita Lucæ, Dorotheus in Cleopha, Theophylactus hîc, Nicephorus lib. 1. c. 34. Verùm Hieronymus de Viris illuſtrib. negat Lucam Chriſtum vidiſſe. Origenes initio Comment. in Ioan. Simeonem appellat. Ambroſ. l. 7. in Lucam & lib. 10. c. vltimo Amaonem, Epiphanius Hær. 23. fuiſſe Nathanaël ait. STADIORVM SEXAGINTA. Octo ſtadia faciunt milliare; ſic Emmaus diſtabat ſeptem milliaribus cum dimidio, quantum duæ leucæ Hiſpanicæ. NOMINE EMMAVS. Hieronymus Ezech. cap. 47. deinde *Nicopolim* dictum ait. quod hodie nomen retinere tradunt.

14 LOQVEBANTVR AD INVICEM. i. inter ſe.

15 ET SECVM QVÆRERENT. i. interrogarent ſe mutuò.

16 OCVLI AVTEM ILLORVM TENEBANTVR Chriſto impediente. Aoraſiæ genus, de quo diximus in Sodomæ euerſione Gen. 19. v. 11.

18 TV SOLVS PEREGRINVS ES. *Peregrini* res vrbanas non cognoſcunt, nec curant. q. d. Tu ſolus peregrini adinſtar nil ſcis horum?

19 CORAM DEO. i. Deo & populo probatus erat Chriſtus.

21 REDEMPTVRVS à Romanorum imperio, id putabamus.

25 AD CREDENDVM, IN OMNIBVS. i. ô tardi ad credendum omnia quæ dixerunt Prophetæ!

28 FINXIT. Græc. *præ ſe tulit*. Compoſuit ſe quaſi ad iter.

38 ET COGITATIONES. διαλογισμοὶ, *diſputationes*, dubia.

49 PALPATE. Tactus minùs decipitur quàm alij ſenſus.

41 PRÆ GAVDIO. Iungatur cum *credentibus*. Gaudium nimium oculorum & aurium functiones conturbat; ſuiſmet oculis non credebant Apoſtoli. Oportet implere quæ de me ſcripta ſunt in Lege

44 ET PSALMIS. Per *Pſalmos* omnes Hagiographos libros intelligit, quos Hebræi vocant *Chetubim*.

45 TVNC APERVIT ILLIS SENSVM. Cyrillus lib. 8. in Leuit. *Chriſtus eſt medicus. Herba in agro nihili ſunt. ſic verba & ſententia in libris Philoſophorum. In domo medici cognoſcuntur vim habere; ſic in Scriptura poſita, ſed medico opus eſt qui ea temperet, & vt Chriſtus aperiat Scripturæ ſenſum.*

49 ET EGO MITTO PROMISSVM PATRIS MEI. i. promiſſionem, ſ. qua promiſerat miſſurum ſe Spiritum ſanctum.

51 ET FEREBATVR IN CÆLVM. Quinta die menſis Maij quidam ait, circa meridiem. Illud certius, loco, vnde aſcendit, veſtigia impreſſa reliquiſſe ad hanc diem. ſic Seuerus Sulpitius lib. 2. Hiſtoriæ, & Paulinus epiſt. 10. ad Seuerum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VNA. i. prima. ſ. dies. SABBATI. i. hebdomadæ, Græc. *ſabbatorum*.

4 MENTE CONSTERNATÆ ESSENT. Græc. *perplexæ eſſent*. Syr. *obſtupeſcerent*. DVO. Matthæus & Marcus vnius tantùm meminere. FVLGENTI. Græc. *fulgurantes*. i. inſtar fulguris relucenti.

Iacobi.ſ.mater. Vide Matth.27. 10
Cvcvrrit. ſ. ſimul cum Ioanne. Procvmbens. 12
.i.demiſſo capite proſpiciens, vt patet ex Græc. παρακύψας. Syr. *introſpiciens*. Posita.i.iacentia.
Stadiorvm. Octo faciunt miliare vnum. Emmavs. dicta poſteà *Nicopolis*. 13
Fabvlarentvr. i. *colloquerentur*, vt eſt Græc. 15
Qværerent. i. diſputarent. Syr. *ſe mutuò interrogarent*.
Tenebantvr. ſ. Chriſto faciente. 16
Cleophas. Alter ſecundùm Ambroſium vocabatur 18
Amaon. Peregrinvs, &c. q. d. adeò peregrinus, vt ignores, &c.
Coram Deo. i. Deo approbante. 19
Principes nostri. Syr. *ſeniores*. 20
Redemptvrvs. i. liberaturus. ſ. à Romanis. 21
Terrvervnt. Græc. *attonitos reddiderunt*. 22
Non invenervnt. Græc. & Syr. *non viderunt*. 24
Stvlti. ſic attentiores reddit. In omnibvs. 25
pro, *omnia*, Hebr.
In gloriam. ſ. regnum ſuum inire. 26
Moyse. i. Moyſis libris. Erant. ſ. ſcriptæ. 27
Finxit. i. præ ſe tulit. ſ. ſic ſe compoſuit, quaſi longiùs iturus. 28
Advesperascit, &c. id dicunt vt detineant, alioqui 29
tantum erat temporis vt potuerint Ieroſolymam reuerti. Inclinata. ſ. in Occaſum.

31 Aperti. ſ. ſublatum impedimentum. Evanvit. .i. diſparuit.
33 Regressi. ſ. celeriter. erat enim longum iter. ſ. ferè octo milliaria.
38 Ascendvnt. Ita dicitur, quòd mens altior ſit omnibus terrenis, vnde cogitationes ferè oriuntur.
41 Non credentibvs. Iungendum cum *præ gaudio*. ſ. vix credimus quæ multùm optamus, ſolet etiam nimium gaudium iudicium impedire,
44 Hæc. ſ. quæ ſtatim ſequuntur.
45 Sensvm. i. mentem.
47 Incipientibvs. ſ. Apoſtolis. Græc. *incipiendo*. videtur Interpres legiſſe ἀρξαμένων.
48 Estis. pro, eritis. Horvm. ſ. paſſionis, & reſurrectionis.
49 Sedete. ſ. quieti manete. Dictum id die Aſcenſionis. Virtvte. i. fortitudine.
50 Edvxit. pro, eduxerat. Bethaniam. i. Montem, in cuius latere Bethania ſita. Benedixit. i. benè eſt precatus.
52 Adorantes. i. vbi adoraſſent. ſ. poſt apparitionem Angelorum, de qua Act. 1.
53 Erant. ſ. poſt aduentum Spiritus ſancti: anteà enim latebant. Semper. i. aſſiduè. Benedicentes. .i. celebrantes. Amen. etiam id additur Græc. & Syr. eſt autem verbum confirmantis.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT PRIMVM:

Verbum eſt Deus, vita, & lux omnem hominem illuminans, per quod omnia facta ſunt, & quod homo factum eſt: cui teſtimonium perhibet Ioannes, dicens ſe vocē, & indignum qui illius ſoluat corrigiam calceamenti, eumque eſſe agnum Dei qui tollit peccatum mundi: Andreas alter duorum Ioannis diſcipulorum qui Ieſum ſecuti ſunt, adducit ad illum etiam Simonem fratrem ſuum: Philippus quoque à Ieſu vocatus, adducit ad eum Nathanael.

IN principio erat verbum, & 1
verbum erat apud Deum, A
& Deus erat verbum. * Hoc 2
erat in principio apud Deú.
* Omnia per ipſum facta 3
ſunt: & ſine ipſo factum eſt
nihil, quod factum eſt, * in 4
ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: * & lux 5
in tenebris lucet, & tenebræ eam non compre-
ᵃMatth. 3. a. 2 Marc. 1. a. 2 henderunt. * ᵃ Fuit homo miſſus à Deo, cui no- 6
men erat Ioannes. * Hic venit in teſtimonium, 7
vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt om-
nes crederent per illum. * non erat ille lux, ſed vt 8
ᵇInfr. 3. c. 19 teſtimonium perhiberet de lumine. * ᵇ Erat lux 9
vera, quæ illuminat omnem hominem venien-
ᶜHeb. 11. a. 8 tem in hunc mundum. * In mundo erat, ᶜ & 10
mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum B
non cognouit. * In propria venit, & ſui eum non 11
receperunt. * Quotquot autem receperunt eum, 12
dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui cre-
13 dunt in nomine eius: * qui non ex ſanguinibus,
neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate
14 viri, ſed ex Deo nati ſunt. * ᵈ Et verbum caro fa-
ctum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus glo-
riam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, ple-
15 num gratiæ & veritatis. * Ioannes teſtimonium
perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat,
quem dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me
16 factus eſt: quia prior me erat. * ᵉ Et de plenitu-
dine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro
17 gratia. * quia lex per Moyſen data eſt, gratia &
C veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. * ᶠ Deum
18 nemo vidit vmquam: vnigenitus filius, qui eſt
19 in ſinu patris, ipſe enarrauit. * Et hoc eſt teſti-
monium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab
Ieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eum, vt
20 interrogarent eum: Tu quis es? * Et confeſſus
eſt, & non negauit: & confeſſus eſt: Quia
21 non ſum ego Chriſtus. * Et interrogauerunt
eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non
22 ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. * Di-
xerunt ergo ei: Quis es, vt reſponſum de-
mus his, qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?
23 * Ait: ᵍ Ego vox clamantis in deſerto: Dirigite
24 viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta. * Et
25 qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. * Et inter-
D rogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo ba-

ptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, ne-
que Propheta?* Reſpondit eis Ioannes, dicens: 26
" Matth. 3. b.11 " Ego baptizo in aqua: medius autem veſtrûm
Marc. 1. b.7 ſtetit, quem vos neſcitis. * " Ipſe eſt, qui poſt me 27
" Luc. 3. c.16 venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego
Actor. 1. a.5. & 2. a.2. & 11 non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calcea-
c.16. & 19. a.4 menti. * Hæc in Bethania facta ſunt trans Ior- 28
danem, vbi erat Ioannes baptizans. * Altera die 29
vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait.
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mun-
di. * Hic eſt, de quo dixi: Poſt me venit vir, qui 30
ante me factus eſt: quia prior me erat. * & ego 31
neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur in Iſrael,
propterea veni ego in aqua baptizans. * Et teſti- 32
" Matth. 3. d.16 monium perhibuit Ioannes, dicens: " Quia vidi
Marc. 1. b.10 Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cę-
Luc. 3. d.22 lo, & manſit ſuper eum. * Et ego neſciebam 33
eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mi-
hi dixit: Super quem videris Spiritum deſcen- E
dentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui
baptizat in Spiritu ſancto.* Et ego vidi: & teſti- 34
monium perhibui quia hic eſt Filius Dei.* Alte- 35
ra die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis
eius duo. * Et reſpiciens Ieſum ambulantem, di- 36
cit: Ecce agnus Dei.* Et audierũt eum duo diſci- 37
puli loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum.* Conuer- 38
ſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit
eis: Quid quæritis? Qui dixerũt ei: Rabbi, (quod
dicitur interpretatum Magiſter) vbi habitas?
* Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & vide- 39
runt vbi maneret, & apud eum manſerunt die F
illo: hora autem erat quaſi decima.* Erat autem 40
Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus,
qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum.
* Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, 41
& dicit ei: Inuenimus Meſſiam. (quod eſt inter-
pretatum Chriſtus.) * Et adduxit eum ad Ieſum. 42
Intuitus autem eum Ieſus, dixit: Tu es Simon
filius Iona; tu vocaberis Cephas. quod interpre-
tatur Petrus.* In craſtinum voluit exire in Gali- 43
læam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus:
Sequere me. * Erat autem Philippus à Bethſai- 44
da, ciuitate Andreæ & Petri.* Inuenit Philippus 45
" Gen. 49. b.10 Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit " Moyſes G
Deut. 18. c.18 in lege, & " Prophetæ, inuenimus Ieſum filium
" Iſa. 40. c.10. & 45. b.8 Ioſeph à Nazareth.* Et dixit ei Nathanael: A 46
Ierem. 23 a.5 Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Phi-
Ezech. 34 f.23 & 37 f.24 lippus: Veni, & vide.* Vidit Ieſus Nathanael ve- 47
Dan. 9. f.24.25 nientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſraëlita,
in quo dolus non eſt. * Dicit ei Nathanael: Vn- 48
de me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Priuſ-
quam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu,
vidi te.* Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, 49
tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael.* Reſpondit Ie- 50
ſus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te ſub ficu,
credis: maius his videbis. * Et dicit ei: Amen, 51
amen dico vobis, videbitis cælum apertum, &
Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſu-
pra Filium hominis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IOANNES *Apoſtolus, quem præ ceteris Ieſus amauit, filius Zebedæi, frater Iacobi Maioris, cognomento* Theologus, *præter Apocalypſim & epiſtolas (de quibus alio loco) Euangelium Græcè ſcripſit, contra Hebionitas Chriſti diuinam naturam abnegantes. Et quoniam in aliis Euangeliis multa prætermiſſa notauit, de tempore Auctores variant. In inſula Patmo quidam aiunt, cùm à Domitiano relegatus eſſet. ſic Metaphraſtes in eius Vita, & Dorotheus in Synopſi. Plures numero & maiori auctoritate Epheſi aiunt poſt exilium, vnde rediit actis Domitiani à Nerua reſciſſis, & extrema ætate. In hoc numero Epiphanius eſt Hæreſi 51. in eo falſus, quòd Ioannem ſub Claudio reuerſum ab exilio ait. Athanaſius in Synopſi, Hippolytus Martyr, Irenæus lib. 3. c. 1. & apud Euſebium lib. 5. c. 8. Epheſi Euangelium ſcripſiſſe cum ceteris ait, nullo tamen tempore deſignato. An Ioannes obierit, an viuat, alia quæſtio eſt, nec huius loci, ſed cap. 21. verſ. 23.*

1 IN PRINCIPIO. i. ante omnia, Auguſtinus 6. de Trinit. cap. 2. Alij Euangeliſtæ ab incarnatione, Ioannes ab æterna generatione inchoat. VERBVM ERAT APVD DEVM, ET DEVS ERAT VERBVM. nempe eiuſdem eſſentiæ ſunt Pater & Filius.

2 HOC ERAT IN PRINCIPIO. Hoc Verbum, vel id totum quod diximus, erat in principio.

3 FACTVM EST NIHIL, QVOD FACTVM EST. i. ne vnum quidem eorum quæ ſunt facta, ſine Verbo eſt factum.

4 IN IPSO VITA ERAT, quam daret hominibus. *Ego veni, vt vitam habeant*, Ioan. 10. verſ. 10. Aut certè ſignificat, ab eo accipere vitam quæcumque viuunt. ET VITA ERAT LVX. i. Verbum non ſolùm eſt vita qua viuimus, ſed etiam lux qua intelligimus: ſed cùm hæc lux deberet lucere in tenebris, vt lux corporea, .i. inter peccatores, illi *non comprehenderunt*. i. non cognouerunt hanc lucem.

6 FVIT HOMO. Teſtimonio Ioannis vult probare Chriſtum eſſe qualem dixit.

7 HIC VENIT IN TESTIMONIVM. Hoc eſt eius officium, vt teſtis ſit verus de Chriſto.

9 ERAT LVX VERA, nempe Verbum, ad quod redit, & quod filios Dei facit eos

13 QVI NON EX SANGVINIBVS. i. non ex ſanguine & carne, NEQVE EX VOLVNTATE. i. concupiſcentia VIRI, SED EX DEO NATI SVNT. Nomine *carnis* & *ſanguinis* carnalia ſæpè ſignificantur & peccata.

14 ET VERBVM CARO. i. homo factus eſt, ſed *carnis* voce hominem ſignificauit, vt Dei benignitatem magis commendaret. ET VIDIMVS GLORIAM EIVS. .i. maieſtatem & opera admiranda vidimus, & ab eo accepimus.

16 ET GRATIAM PRO GRATIA. i. omnes gratias & dona. Geminatio Hebraicè vniuerſitatem ſignificat, vel pro gratia Veteris Teſtamenti, accepimus gratiã Noui.

17 QVIA LEX PER MOYSEN DATA EST. i. non facta per Moyſen, ſed per Verbum, Dei filium, Clemens Alexand. 1. Pædag. c. 7. ſed miniſtrata per Angelos in manu mediatoris. Significat autem Chriſtum Moyſe eſſe maiorem; nam ille Legis impoſuit iugum, hic gratiam & remiſſionem peccatorum attulit. GRATIA ET VERITAS. i. vera gratia, verum beneficium. Moyſes aliquid contulit, ſed Chriſtus maiora. Cicero pro Roſcio ſimili locutione dixit: *Quod eſt veritate falſum*. i. re ipſa. Hoc ipſum Ioannes eſt teſtatus, cũ Iudæi rogarũt,

21 ELIAS ES TV? Fortè tranſmigrationem animarum putabant, aut certè Eliam ante Meſſiam venturum. PROPHETA ES TV? Græcè, propter articulum, *ille Propheta*, nimirum promiſſus in Lege, & Meſſias. ſic intellige, alioqui non verè dixiſſet, ſe non eſſe Prophetam.

26 EGO BAPTIZO IN AQVA. Diſcrimen inter baptiſmum Chriſti & Ioannis. MEDIVS AVTEM VESTRVM STETIT. Goth. *ſtat*, atque ita Syr. Hieronymus & Cyprianus legunt.

28 HÆC IN BETHANIA. Sic Goth. alij legunt *in Bethabara*, Chryſoſtomus, Theophylactus & Euthymius, Græci Tractatores lectionis vtriuſque meminerunt; illa

autem

autem exemplaria putant emendatiora, quæ *Bethabaræ* legunt, quomodo nunc plerique libri Græci ſcribunt. Latini codices *Bethaniæ* conſtanter habent, cõſentientibus Syris, & inter Græca quę hodie ſunt exemplaria, Vaticano, Cõplutenſi, Regio, & vno Roberti. ſic etiam margo Veleſij. prætereà Nonnus & ipſe Græcus dixit:

Βηθανίης τινὰ ταῦτα Ἰουδαίης ἐγγὺς ἀρούρης.

Altera die. Græc. *poſtridie*, tum hîc, tum verſ. 35. 29
Ecce agnvs Dei. *ille agnus Dei*, propter articulum Græc. nempe de quo Iſaias loquitur c. 53. verſ. 7. *tamquam agnus non aperuit os ſuum.*

Hora avtem erat qvasi decima. nempe dua- 39
bus horis antè occaſum ſolis, quando ad Chriſtum duo diſcipuli Ioannis venerunt.

Invenimvs Messiam. *Meſſias* Hebraicè, & *Chri-* 41
ſtus Græcè, *vnctum* ſignificant. Vngebantur autem Sacerdotes, Prophetæ, & Reges.

Simon filivs Iona. i. *columbæ*, vt plerique expo- 42
nunt. alij *gratiæ*. q. d. *Iohanna*, atque id erat nomen Petri anteà. Tv vocaberis Cephas ſ. deinceps. *Cephas* autẽ & *Petrus* idem ſunt. *πέτρος* Græcè; vtroq; nomine *petra* ſignificatur. Anacletus tamen epiſtola 3 putauit *Cepham caput* ſignificare. Petro tamẽ à Domino eſt cõceſſum, & ipſi inter ſe hoc ipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & *Cephas* .i *caput*, & principium teneret Apoſtolatus Nec ſolùm Anacletus hoc ſequitur, ſed quidam alij è Patribus; in quo Græcã deriuationem ſecutos putant, quaſi *Cephas* ſit *κεφαλή*. Ego tamen crediderim, ea voce vtrumque ſignificari, & *petram* & *caput*. Auctorem habeo Eliam in Thisbi: nam explicans eam vocem, ſic ait: *Innuit itaque ei* (Petro Ieſus) *quod ipſe futurus eſſet caput & robur fidei ſuæ, ideoque vocauit eum Cepha.* Sed & Chald. *Caph* ſeu *Ceph* inuenio multa ſignificare, inter alia *fornicem* ſeu *faſtigium domus*; ſic non mirum ſi ſignificet *caput*, etſi Dictionaria ſileant; præſertim cùm linguâ Arabicâ vocetur *Caphalmedina*, Præfectus & caput vrbis. Arabica autem lingua proculdubiò ex Chaldaica ortum habet & Hebraica.

Invenit Philippvs Nathanael. Quidam pu- 45
tant hunc fuiſſe electum in Apoſtolatũ, & vocari alio nomine *Bartholomæum*, ita vt *Nathanael* ſit nomẽ proprium, & *Bartholomæus* cognomen. i. *filius Ptolemæi.* ſicut & *Bariona* fuit cognomen *Petri*. Multa verò ſunt argumenta, nempe quòd in numero Apoſtolorũ ſemper *Bartholomæus* cum *Philippo* iungatur, qui duxit illum ad Chriſtum, vt *Andreas* cum *Petro*; quòd Ioan. cap. vltimo verſ. 2. numeretur inter Apoſtolos. Deinde præter eum locum ſit ſilentium de *Nathanaele*, tum in Sacris libris, tum in Vitis Apoſtolorum & ſeptuaginta Diſcipulorum. Prætereà quòd præter Ioannem alij Euangeliſtæ nullam de *Nathanaele* faciant mentionem. Opinio ſatis probabilis, ſi ex antiquis aliquem haberet auctorem; nam Rupertus Abbas, quem aſſerunt, non id planè dicit.

Ecce vere Israelita. i. vir innocens & pius, & 47
ſine dolo, vt erat Iacob, qui & Iſrael eſt vocatus. Iudæi ab Heber vocati ſunt Hebræi, à Iacob Iſraelitæ, à tribu Iuda tempore Dauid Iudæi, vt ait Epiphanius lib. 1.

Et Angelos Dei ascendentes. q. d. videbitis ei 51
inſeruientes Angelos venientes è cælo eius iuſſu, eòdem reuertentes.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IOANNES *patre Zebedæo, matre Salome, de qua Matth. 27. vixit poſt Chriſti paſſionem annos 68. ſecundùm Hieronymũ. totius autem vitæ eius incerti anni. putantur tamen à quibuſdam fuiſſe centum. Fuit Epiſcopus Epheſi. ſcripſitq; Euangelium præcipuè contra Ebionem & Cherinthum, Chriſti Diuinitatem negantes.*

1 In principio. i. ante omnia creata. Erat. q. d. iam erat. inde ſ. ab æternitate. Verbvm. Græc. ὁ λόγος. i. *illud Verbum.* ſ. vnicum & ſingulare. Ita dicitur Filius, quòd procedat à Patre vt à mente verbũ. Devm Græc. *τὸν Θεόν*, *Deum illum.* ſ. qui Pater eſt. Indicantur autem perſonarum diſtinctio. Et Devs erat Verbvm. Gręc. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, *& Verbum illud, erat Deus.* ſignificatur eadem natura Patris & Filij.

2 Hoc. ſ. Verbum, vel totum id quod diximus.

3 Qvod factvm est. Id quidam iungunt cum pręcedentibus, alij cum ſequentibus: atque id ſequuntur Latini, vt ſenſus ſit, quidquid factum eſt, in ipſo fuiſſe vitam. Mihi prior ſententia planior videtur, vt ſenſus ſit, omnia per ipſum facta eſſe, & ſine ipſo nihil factum, ex iis quæ facta ſunt; vt ſit repetitio, more Scripturæ, ad maiorem declarationem.

4 In ipso. Id quidam coniungunt cum præcedentibus. alij probabiliùs cum ſequentibus. q. d. in ipſo vt in fonte, vita erat, vel ipſe vita erat. Et vita. ſ. illa, quæ in ipſo erat, & ipſe erat.

5 Et lvx, &c. q. d. cumque lux in tenebris lucere ſoleat. ſ. expulſis his, tamen mentes excæcatæ lucem hanc non receperunt.

6 Fvit. i. extitit. non enim iungitur cum *miſſus*.

7 Vt testimonivm. Explicatio præcedentis. Lvmine. pro, luce. ſ. illa de qua ſuprà.

8 Lvx. ſ. ipſa, ſed eius teſtis.

9 Erat. ſ. illa lux, de qua ſuprà. Vera. ſ. per naturam, non per participationem. Omnem. q. d. ab illa ſola illuminantur quicumque illuminantur. Venientem. ſ. per natiuitatem. ſic per mortẽ egreditur. q. d. viuerẽt hic homines in tenebris, niſi ab eo illuminarẽtur.

10 Mvndvs. i. mundani.

11 Propria. i. ſua. ſ. à ſe factum mundum. Svi. ſ. homines. Evm, pro, id ſ. Verbum.

12 Recepervnt. ſ. credendo, vt ſtatim dicitur. Intellige verò fidẽ perfectam. ſ. charitate. Potestatem. Gręc. ἐξουσίαν, quod ſignificat etiam *auctoritatem* & *præeminentiam*, vt Rom. 13. Fieri. ſ. hoc ipſo quòd ipſum recipiunt. In nomine. Græc. *in nomen.* i. *in ipſum*, Hebr.

13 Sangvinibvs. pro, ſanguine. i. carnaliter. oſtendit quomodo filij Dei fiant. Neqve, &c. explicatio præcedentis. Volvntate. i. concupiſcentia. Nati. Græc. *geniti.*

14 Caro. i homo. Factvm est. ſ. vnita ſibi humanitate. i. corpore & anima humana, vnde idem Chriſtus, Deus & homo. In nobis. i. natura noſtra, vel inter nos. Qvasi. pro, tamquam. q. d. qualem par erat ineſſe Dei Filio vnigenito. Plenvm. ſ. Verbum, quod ab ipſo conceptu fuit perfectiſſimum & gratia & ſcientia. iunge verò cum *habitauit*.

15 Perhibet. Pręſentia pro præteritis. Clamat. ſ. publicè & liberè Chriſtum prędicat. Ante me factvs. i. mihi prælatus. Prior. ſ. dignitate, ſeu excellentia.

16 Et de, &c. Euangeliſtæ verba. coniungenda autem cum *plenum gratia*, &c. quamquam poſſunt etiam eſſe Baptiſtæ. Omnes. ſ. quicumque accipimus aliquod Dei donum. Et gratiam. pro, id eſt gratiam. Pro gratia. q. d. omnem ſeu quamlibet gratiam. ſic vulgò dicitur, *di per di*. i. *ogni di*. ſic Iob 2. *pellem pro pelle*. i. omnem pellem. ſ. alienam.

17 Data. non facta. Gratia. ſ. iuſtificans. Veritas. ſ. illuminans. Facta. ſ. eſt Chriſtus Deus. Dei enim ſolius opus eſt gratia.

18 Nemo. ſ. hominum. Vidit. ſ. vt eſt in ſe, ſeu comprehenſiuè, vel in hac vita. Alioqui in cælo videbatur à Sanctis, dum hęc Ioannes ſcriberet. quamquã ille loquitur de tẽpore ante Chriſti aduentũ. q. d. Nemo antè Chriſtũ viderat. ex quo illud, quod quidam de Moyſe & Paulo putant, vidiſſe eos Deum, non videtur probabile. Sinv. ſ. in eadem cum Patre eſſentia. Enarravit. i. declarauit. ſ. quis Deus ſit, & quantus, qualiſque.

19 Qvis es. ſ. munere. Nã filium eſſe Zacharię ſciebãt.

20 Et non negavit. Repetitio, more Heb. ſic ſupr. per negationem *& ſine ipſo*, &c. & alibi, *& tenebræ in eo non ſunt vllæ.* Non svm, &c. apparet id etiã illos quęſiſſe.

PROPHETA. Græc. ὁ προφήτης. ille Propheta. ſ. de quo 21
Deut. 18. vel q. d. inſignis aliquis Propheta. NON. q. d non ſum ille, de quo Deut. 18. vel ex Prophetis qui futura prædicunt, vel qualem me vos exiſtimatis.

DIRIGITE. i. rectam facite, vt aliàs vertit Interpres. 23

MEDIVS AVTEM VESTRVM. i. inter vos. STETIT. 26
pro, ſtat. NESCITIS. i. non noſtis.

POST ME. ſ. prius prædicauit Ioannes. ANTE 27
ME, &c. Vide ſup. verſ. 15.

BETHANIA. ſic eſt etiam Græc. & Syr. Quidam 28
Bethabaram legunt. fortè vtroque nomine locus vocabatur.

ALTERA DIE. i. poſtridie. Græc. τῇ ἐπαύριον. AGNVS. 29
Græc. ὁ ἀμνὸς. i. ille agnus. ſ. ſingularis, de quo & Iſa. 53. TOLLIT. i. aufert. ſ. propria virtute, & ſemper. PECCATVM. ſ. omne.

VENIT. præſens eſt. 30

NESCIEBAM. i. non noueram. ſic ſolemus dicere de 31
eo quem numquam vidimus. Vide Matth. 3. IN ISRAEL. Græc. Iſraeli.

ALTERA i. ſequenti. STABAT. ſ. conſtiterat, vt 35
Chriſtum tranſeuntem videret.

RABBI. i. magiſter mi. Quidam tamen putant ſolùm 38
ſignificare magiſter: nec enim Iod eſſe affixum. probabile id, ſed negant alij. Nam quod Ioannes magiſter ſolum dicit, breuitatis cauſa facit. ſicut pro Adonai, quod eſt Dominus meus, ſeu Domini mei, LXX. ſolùm Dominus reddunt. Idem dic de Rabboni, Ioan. 20. Syr. magiſter noſter. ſ. volebant eſſe diſcipuli. HABITAS. ſ. volunt eſt familiares.

VENITE. Non differendum venire ad Chriſtum. 39
DIE ILLO. ſ. vſque ad noctem. DECIMA. Diuidebatur dies quiſque in duodecim horas. Itaque reliquæ erant duæ ſolæ.

INVENIT. præſens eſt. ſic inf. bis. PRIMVM. Græc. 41
primus. MESSIAM. Græc. τὸν Μεσσίαν, illum Meſſiam. i. tantopere expectatum.

VOCABERIS. i. poſt hac. CEPHAS. Chald. eſt, ſ. Cepha, cui à Græcis additum s. ita fit Cephas. PETRVS. 42
Græc. πέτρος. i. petra.

IN CRASTINVM. i. poſtridie eius diei. INVENIT. 43
ſ. quærebat eum, vt Apoſtolum faceret.

INVENIT. ſ. diligenter quæſierat. NATHANAEL. 45
Quidam hunc putant Bartholomæum, quòd ſemper Bartholomæus Philippo connumeretur. & Ioan. vlt. Nathanael inter Apoſtolos reperiatur, aiuntque id fuiſſe nomen proprium, Bartholomæum verò cognomen; vt Petri, Bar-Iona. Alij tamen negant, & probabiliùs.

NAZARETH. q. d. tam ignobili loco. ESSE. i. prodire. 46
q. d. tantúmne bonum ex tam paruo loco?

ISRAELITA. Syr. filius Iſrael. 47

SVB FICV. apparet hic repertum à Philippo. 48

RABBI. Syr. Magiſter mi. 49

MAIVS. Græc. & Syr. maiora. 50

AMEN, AMEN. i. vere vere. Geminatur, vel ad confir- 51
mationem, vel ad faciendum ſuperlatiuum, quo carent Hebræi. q. d. veriſſime. VIDEBITIS, &c. id quando viderint non eſt ſcriptum. ſenſus eſt, Videbitis ei inſeruite Angelos de cælo deſcendentes, eoque ipſo iubente reuertentes. SVPRA i. ad.

CAPVT II.

Ieſus ad nuptias inuitatus, aquam in vinum conuertit; & à Capharnaum veniens Ieroſolymam, eijcit de templo negotiatores; at ſigno à Iudæis petito, dicit, Soluite templum hoc, &c. multi propter ſigna crediderunt in nomine Ieſu, quibus ipſe non ſe credebat.

ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Ga- 1
lilææ: & erat mater Ieſu ibi. *Vocatus eſt au- 2
tem & Ieſus, & diſcipuli eius, ad nuptias. *Et 3
deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum: Vi- A
num non habent. *Et dicit ei Ieſus: Quid mihi, 4
& tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.
5 *Dicit mater eius miniſtris: Quodcumque di-
6 xerit vobis, facite. *Erant autem ibi lapideæ
hydriæ ſex poſitæ ſecundùm purificationem
Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas
7 vel ternas. *Dicit eis Ieſus: Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum.
8 *Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc, & ferte archi-
9 triclino. Et tulerunt. *Vt autem guſtauit archi-
B triclinus aquam vinum factam, & non ſciebat
vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant, qui hauſe-
10 rant aquam: vocat ſponſum architriclinus, *&
dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum
ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod
deterius eſt: Tu autem ſeruaſti bonum vinum
11 vſque adhuc. *Hoc fecit initium ſignorum Ie-
ſus in Cana Galilææ: & manifeſtauit gloriam
ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.
12 *Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe, & ma-
C ter eius, & fratres eius, & diſcipuli eius: & ibi
13 manſerunt non multis diebus. *Et propè erat
Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſoly-
14 mam: *& inuenit in templo vendentes, boues,
& oues, & columbas, & numularios ſedentes.
15 *Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis,
omnes eiecit de templo, oues quoque, & bo-
ues, & numulariorum effudit æs, & menſas ſub-
16 uertit. *Et his, qui columbas vendebant, dixit:
Auferte iſta hinc, & nolite facere domum pa-
17 tris mei, domum negotiationis. *Recordati ſunt
verò diſcipuli eius quia ſcriptum eſt: "Zelus do- " Pſal. 68.
18 mus tuæ comedit me. *Reſponderunt ergo Iu- b. 10
dæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis no-
19 bis quia hæc facis? *Reſpondit Ieſus, & dixit
eis: "Soluite templum hoc, & in tribus diebus " Mat. 26.
20 excitabo illud. *Dixerunt ergo Iudæi: Qua- f. 21. & 27.
D draginta & ſex annis ædificatum eſt templum e. 40
21 hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? *Ille Marc 14. f. 18. & 15.
22 autem dicebat de templo corporis ſui. *Cùm e. 29
ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt di-
ſcipuli eius, quia hoc dicebat, & "crediderunt " Pſal. 3. b.
23 ſcripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus. *Cùm 6. & 56.
autem eſſet Ieroſolymis in paſcha in die feſto, c. 9
multi crediderunt in nomine eius, videntes
24 ſigna eius, quæ faciebat. *Ipſe autem Ieſus
non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſ-
25 ſet omnes, *& quia opus ei non erat vt quis te-
ſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim
ſciebat quid eſſet in homine.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DIE TERTIA, poſtquam iuit in Galilæam Chriſtus, aut poſtquam ad eum venit Nathanael; omnino ſexta die Ianuarij, qua die credimus aquam vino mutatam. NVPTIÆ FACTÆ SVNT. Ex his nuptijs Ioannem Euangeliſtam vocatum, Albinus, Beda, Abdias aiunt, teſte Eſpenſæo lib. 12. de Contin. cap. 8. Lyra id ſequitur & D. Thomas, vterque Ioan. 2. cap. tum Mantuanus Faſt. lib. 12. Illud certius, ad vitæ finem fuiſſe virginem. IN CANA GALILÆÆ. Oppidum non procul Nazareth. Erat altera Cana prope Tyrum & Sidonem, ideò addidit Galilææ; Hieronymus in Locis Hebraicis.

3 ET DEFICIENTE VINO. Græcè, cùm defeciſſet vinum.

4 QVID MIHI, ET TIBI. quaſi dicat, id ad nos non pertinet. MVLIER. Non vocat matrem, ne affectu tenero motus miraculum feciſſe videretur. HORA MEA, me ſ. manifeſtandi. Aut hora mortis, vt explicat

Baſilius Seleuciæ Epiſc. in Explanat. hebdomaduin Danielis iuxta illud Ioan. 12. v. 18 *Venit hora, clarifica Filium tuum*. q. d. mortis tempus eſt, quando dabo nobiliſſimum vinum, meum ſ. ſanguinem.

SECVNDVM PVRIFICATIONEM IVDÆORVM. ſ. iuxta eorum traditiones. METRETAS. Capit *metreta* vrnas tres, ſextarios Romanos ſeptuaginta duos. De qua re plura in noſtro Libello de Pond. & menſ. cap. 15. 6

ARCHITRICLINO. id eſt, Præfecto conuiuij. Triclinium à tribus lectis dictum, in quibus accumbentes non ſedentes epulabantur. Porrò is præfectus Græcè τραπεζοποιὸς dicitur. Sed & voce *architriclinis* Heliodorus vtitur lib. 7. Æthiop. Qui natione Phœnix, vnde ſuſpicari licet eam vocem Phœniciam eſſe. Huius miraculi monimentum aliquod videtur Deus reliquiſſe; nam Plinius lib. 2. cap. 103. in Andro inſula, templo Liberi patris, ait fontem Nonis Ianuarij ſemper vino manare. Idem Diodorus affirmat lib. 4. fontem certo anni tempore vinum pro aqua reddere. Quin etiam Epiphanius Hær. 51. affirmat, duos fontes octauo Idus Ianuarij, vino pro aqua ſcaturire, & ex altero ſe bibiſſe. 8

INEBRIATI. i. poſtquam ſe plenis poculis inuitarint, egregiè biberint. 10

GLORIAM SVAM, virtutem, maieſtatē manifeſtauit. 11

ET FRATRES EIVS, cognati ſcilicet, Iacobus Minor, Ioſeph, alijque cum eis iuerunt è Cana Capharnaum. 12

QVASI FLAGELLVM. Hæc expulſio vendentium è templo, & hoc Paſcha, non ſunt de quibus alij Euangeliſtæ loquuntur. Hæc primo anno prædicationis Chriſti, illa poſtremo facta ſunt. Porrò *nummularij*, trapezitæ, ſeu campſores ſunt, qui aut pecuniam pretio mutant, aut eam cum fœnore & vſura mutuant. 15

QVOD SIGNVM? q. d. ſi diuina auctoritate hæc facis, miraculo id proba, nam à Magiſtratu facultatem non habes. *Soluite templum*. Quid illi? 18

QVADRAGINTA ET SEX ANNIS ÆDIFICATVM EST. Verum dicunt, de quo diximus Dan. 9. verſ. 25. & quo pacto hæc cum ijs cohæreant, quæ ibi dicuntur. 26

EMANVELIS SA NOTATIONES.

TERTIA. ſ. ab aduentu Chriſti in Galilæam, vel Nathanaelis ad Chriſtū. erat autem decima tertia à Natiuitatis die, trigeſimo anno Chriſti. NVPTIÆ. Syr. *conuiuium*. ſic & infrà. MATER. ſ. iam mortuo Ioſeph ſecundùm Epiphanium. 1

VOCATVS. ſ. vt notus & amicus. 2

DEFICIENTE. Græc. *cum defeciſſet*. pro, deficere cœpiſſet. VINVM. ſ. ſufficiens. 3

QVID MIHI, ET TIBI. i. *omitte me*, Hebr. vide 2. Regum 16. 4. Reg. 9. Matth. 8. Quidam interpretantur, *Quid mihi & tibi cura eſt de vino?* HORA. i. opportunitas. ſ. oportebat priùs apparere neceſſitatem, vel quaſi dicat, nondum tempus eſt faciendi miracula; quod tamen in matris gratiam anteuertit, ne videretur tempori ſubiectus. 4

DICIT. Videtur præuidiſſe quod Chriſtus erat facturus, aut confidiſſe prouiſurum inopiæ. 5

PVRIFICATIONEM. ſ. lauabant ſæpè, vt dicitur Marc. 7. METRETAS. i. cados. Capit autem cadus, ſecundùm quoſdam, congios decem, Congius ſextarios ſex Sextarius cyathos duodecim, Cyathus vncias duas. BINAS, &c. ſ. aliæ binas capiebant, aliæ ternas. 6

ARCHITRICLINO. i. conuiuij Præfecto, à *triclinio*, i. loco tribus conſtrato lectis. Olim enim decumbentes edebant, vnde *diſcumbere*. faciunt & id Turcæ. 8

VOCAT. i. compellat. ſ. ad ipſum accumbentem accedens. vel fortè non accumbebat cum ceteris. 9

INEBRIATI FVERINT. i. *egregiè biberint*, Hebr. ADHVC. i. nunc. 10

INITIVM. ſ. id fuit primū Chriſti miraculum. GLORIAM. i. potētię claritatē. CREDIDERVNT. ſ. perfectiùs. 11

DESCENDIT. ſ. ante coniectum Ioannem in carcerē. Itaq; aliud eſt, de quo Matth. 4. FRATRES. i. cognati. 12

PASCHA. ſ. in primo Chriſti prædicationis anno. IVDÆORVM. Id dicit ad differentiam noſtri Paſchæ. 13

TEMPLO. i. templi atrio. NVMVLARIOS. ſ. qui pecunias commutabant, vel mutuabant. 14

15 FLAGELLVM. Græc. φραγέλλιον, voce Latina aliquantùm mutata.

16 NEGOTIATIONIS. i. mercatus.

17 ZELVS. i. ardens ſtudium gloriæ, vel indignatio ob indignam tractationem.

18 RESPONDERVNT. i. *locuti ſunt*, Heb. QVOD SIGNVM. quaſi verò paruū fuiſſet miraculū omnes eiicere, nemine reſiſtere audēte. FACIS. i. habeas auctoritatē faciēdi

19 SOLVITE. q. d. ſolueritis, & tūc ſignū dabo. ſ. reſurgēdo.

20 QVADRAGINTA, &c. ſ. numerant, vt quibuſdam videtur, à ſecundo anno Cyri, quo cœptū ædificari, vſque ad ſextum Darij Hyſtaſpis, quo eſt perfectum, de quo tempore an tantum fuerit, non video quid opus ſit eſſe ſolicitum. quid enim ſi Iudæi iſti errabant? Adde quòd templum id ab Herode fuerat à fundamentis ædificatum, illo altero euerſo.

22 QVIA HOC DICEBAT. pro, quòd hoc dixiſſet. CREDIDERVNT. ſ. firmiùs & clarius.

23 DIE. pro, diebus, durabat enim ſeptem diebus. NOMINE. pro, nomen. i. in ipſum. Nota in Scriptura pro eodē ſumi, *Credere Chriſto, in Chriſto, in Chriſtum, in nomine, ſeu nomen Chriſti*. Vide inf. c. 3. 5. & 6. 1. Ioan. 5. Exod. 14. Act. 8.

24 NON CREDEBAT, &c. q. d. non fidebat illis, quòd ſciret facilè mutandos.

25 HOMINE. i. aliquo. QVID ESSET. q. d. quid lateret in cuiuſque animo, & quid quiſque tandē eſſet facturus.

CAPVT III.

Nicodemum noctu edocet de renaſcendo ex aqua & Spiritu ac de ſui inſtar anei ſerpentis exaltatione, quod qui Deus Filium ſuum miſit ad ſaluandum mundum: facta quæſtione de purificatione, Ioannes ſuis diſcipulis de Chriſto murmurantibus laudat ipſum, dicēs illum creſcere oportere, ſe autē minui, & quòd Pater omnia dederit in manu eius; vt qui in eum credit, habeat vitam æternam; qui vero non credit, maneat ira Dei ſuper eum.

1 ERat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus
A nomine, princeps Iudęorū. *Hic venit ad Ie-
2 ſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia à Deo
veniſti magiſter: nemo enim poteſt hęc ſigna fa-
3 cere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cū eo. *Reſpō-
dit Ieſus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, niſi
quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre re-
4 gnum Dei. * Dicit ad eum Nicodemus: Quo-
modo poteſt homo naſci, cū ſit ſenex? numquid
poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire, &
5 renaſci? *Reſpondit Ieſus: Amē, amen dico tibi,
niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,
6 non poteſt introire in regnū Dei. * Quod natū
eſt ex carne, caro eſt: & quod natū eſt ex ſpiritu,
7 ſpiritus eſt. * Non mireris quia dixi tibi: oportet
8 vos naſci denuò. *Spiritus vbi vult ſpirat: & vocē
eius audis, [a] ſed neſcis vnde veniat, aut quò va- [a] Pſal. 134. a. 8
9 dat: ſic eſt omnis, qui natus eſt ex ſpiritu. * Re-
ſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſ-
10 ſunt hæc fieri? *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es
B magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? *Amen, amen
11 dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod
vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrū non
12 accipitis. * Si terrena dixi vobis, & non creditis:
13 quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? * Et
nemo aſcendit in cælū, niſi qui deſcendit de cæ-
14 lo, Filius hominis, qui eſt in cælo. * [b] Et ſicut [b] Num. 21. c. 9
Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exal-
15 tari oportet Filium hominis: *vt omnis, qui cre-
dit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitā æternā.
16 *[c] Sic enim Deus dilexit mundū, vt Filium ſuum [c] 1. Ioan. 4. b. 9
vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum,
17 non pereat, ſed habeat vitā æternā. * Non enim

mitit

miſit Deus Filium ſuum in mundũ, vt iudicet
mundũ, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum.* Qui 18
credit in eum, non iudicatur: qui autẽ non cre- C
dit, iam iudicatus eſt: quia non credit in nomine
vnigeniti Filij Dei.* Hoc eſt autem iudicium: 19
Sup. 1. a. 9 "quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homi-
nes magis tenebras, quã lucẽ: erant enim eorum
mala opera.* Omnis enim qui malè agit, odit lu- 20
cem, & nõ venit ad lucẽ, vt non arguantur ope-
ra eius:* qui autẽ facit veritatẽ, venit ad lucem, 21
vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt
facta.* Poſt hæc venit Ieſus, & diſcipuli eius, in 22
Infr. 4. a. 1 terrã Iudæam: & illic demorabatur cum eis," &
baptizabat.* Erat autem & Ioannes baptizans in 23
Aennon, iuxta Salim: quia aquę multæ erãt illic,
& veniebant, & baptizabantur.* Nondum enim 24
miſſus fuerat Ioannes in carcerẽ.* Facta eſt autẽ 25
quæſtio ex diſcipulis Ioannis cũ Iudæis de Puri-
ficatione.* Et venerunt ad Ioannẽ, & dixerũt ei: 26
Sup. 1. d. 19 Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanẽ, "cui tu teſti-
monium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & om-
nes veniunt ad eum.* Reſpondit Ioannes, & di- 27
xit: Nõ poteſt homo accipere quidquã, niſi fue- D
rit ei datũ de cælo.* Ipſi vos mihi teſtimonium 28
Sup. 2. c. 20 perhibetis, "quòd dixerim: Non ſum ego Chri-
ſtus: ſed quia miſſus ſum ante illũ.* Qui habet 29
ſponſam, ſponſus eſt: amicus autẽ ſpõſi, qui ſtat,
& audit eum, gaudio gaudet propter vocẽ ſpon-
ſi. Hoc ergo gaudium meum impletũ eſt.* Illum 30
oportet creſcere, me autẽ minui.* Qui deſurſum 31
venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de terra
eſt, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, ſuper
omnes eſt.* Et quod vidit, & audiuit, hoc teſta- 32
tur: & teſtimonium eius nemo accipit.* Qui ac- 33
Rom. 3. a. 4 cepit eius teſtimonium," ſignauit quia Deus ve-
rax eſt.* Quem enim miſit Deus, verba Dei lo- 34
quitur: non enim ad menſuram dat Deus ſpiri-
tum.* Pater diligit Filium: & omnia dedit in 35
1. Ioan. 5. b. 10 manu eius.* Qui credit in Filium, habet vitam 36
æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non
videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ERAT AVTEM HOMO. i. *quidam*, more Hebr. PRINCEPS IVDÆORVM. i. ex primoribus, vel è magiſtratibus. Vtrumque ſignificare poteſt vox Græca ἄρχων. Hæc diſputatio cum Nicodemo intra Ieruſalem habita eſt, ſic arbitror. 1

VENISTI MAGISTER. i. vt ſis magiſter, in nominatiuo. Nicodemus id Chriſto dicit. 2

AMEN, AMEN. i. veriſſimè. Geminatio aliquando ſupplet vicem ſuperlatiui, quo Hebræi carent. 3

EX AQVA ET SPIRITV SANCTO niſi quis fuerit renatus. Quamuis aqua cum verbo ſufficiat ad perficiendum Baptiſma, non excluduntur exorciſmi & alij ritus, quos ex antiquo adhibemus. 5

SPIRITVS VBI VVLT. i. ventus ſentitur, neſcimus tamẽ vnde veniat. ſic verba myſtica. Eadem cõparatione vtitur Socrates apud Xenoph. lib. 4. Ἀπομνημονευμάτων. SIC EST OMNIS. i. perinde ſe res habet in hoc myſterio. 8

SI TERRENA. q. d. ſi non capitis, cùm de terra loquor, quæ dico, quomodo intelligetis cæleſtia? 12

ET NEMO ASCENDIT. i. nemo fuit in cælo, qui poſſit manifeſtare quæ illic ſunt, præter me. 13

VT IVDICET MVNDVM. i. condemnet, non venit Dei Filius. 17

HIC EST AVTEM IVDICIVM i. hæc eſt condemnationis cauſa; quia homines luci prætulerunt tenebras. 19

FACIT VERITATEM. i. ſimpliciter ſe gerit, & ſine fraude is lucem amat. 21

ET BAPTIZABAT Chriſtus, nempe per diſci- 22
pulos, vt capite proximo verſ. 2.

23 IVXTA SALIM. Eſt enim aliud oppidum, quod vocatur *Enon* prope Damaſcum, vt dicitur Ezech. 47. v. 17. *Salim* autem ſeu *Salem* Sichimorum oppidum eſt Geneſ. 33. verſ. 18.

25 FACTA EST AVTEM QVÆSTIO EX DISCIPVLIS IOANNIS. i. diſputatio ſuper purificatione. i. baptiſmo, Vter baptiſmus, Ioannis an Chriſti, eſſet præſtantior. Syr. *orta eſt autem quæſtio vni ex diſcipulis Ioannis.*

27 DATVM DE CÆLO. i. à Deo accepit Chriſtus quæcumque facit.

29 QVI HABET SPONSAM. i. Chriſtus eſt ſponſus Eccleſiæ, ego amicus eius & familiaris.

30 ILLVM OPORTET CRESCERE. ſ. auctoritate & ſectatorũ numero. ME AVTEM MINVI eo minorẽ eſſe & haberi.

33 SIGNAVIT QVIA DEVS. i. ſigillo adhibito confirmat Deum eſſe veracem, atque implere quæ promiſit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HOMO. i. *quidam*, Hebr. Syr. *vnus*. PRINCEPS. i. vir primarius.

2 MAGISTER. Nominatiuus eſt. Syr. *doctor*. q. d. ſcio te à Deo datum doctorem mundo.

3 RESPONDIT. ſ. iis quæ ille de rebus ad ſalutem neceſſariis interrogauerat, vel ſcire optabat. RENATVS. Græc. *natus*. VIDERE. i. *particeps eſſe*, Hebr. REGNVM DEI. ſ. cæleſte. q. d. ſaluari.

4 SENEX. propter ſe dicit. RENASCI. Græc. *naſci*.

5 QVIS. ſ. etiam paruulus. RENATVS. Græc. *natus*.

6 CARNE. i. carnali generatione. CARO. i. carnale. EX SPIRITV. i. ſpiritualiter. SPIRITVS. i. ſpirituale.

7 NON. pro, ideò non. DIXI, &c. q. d. loquebar enim de ſpirituali natiuitate.

8 SPIRITVS. i. ventus. Dionyſ. 15. Cæl. Hierarch. VBI VVLT. i. quò fertur naturali inclinatione. VOCEM. i. ſonum. NESCIS. ſ. determinatè. SIC EST, &c. q. d. occulta res eſt ſpiritualis regeneratio.

9 HÆC. ſ. quæ dixiſti de ſpirituali natiuitate.

10 MAGISTER. Græc. ὁ διδάσκαλος. i. *doctor ille*. ſ. celebris. HÆC. ſ. de quibus tã multa in Scriptura, & dicta, & figurata. Vide Pſal. 50. & 102. Ezech. 11. & 36. Zach. 13.

11 SCIMVS. Pluralia pro ſingularibus. vel q. d. ſolet quis affirmare quæ ſcit, ne ergo dubites vera me dixiſſe. ACCIPITIS. ſ. Iudæi.

12 SI TERRENA, &c. q. d. Si tam multa, quæ per parabolas è terra ſumptas prædicaui, non capitis ô Iudæi, quid mirum ſi altiora non capiatis? vel ſic, Si id quod exemplo vẽti, quod terrenum quiddã eſt, declaraui, non creditis, quid ſi altiora dicam? CREDITIS. Græc. *credidiſtis*. CÆLESTIA. ſ. qualia ſunt quæ proximè dixi.

13 ET NEMO, &c. q. d. poſſum verò ego de cęleſtibus loqui, qui inde deſcenderim, ſemperq; in cęlo ſim. NISI. Non ſignificat ſe aſcendiſſe in cælum, ſed ſibi eſſe, quò nemo vmquam aſcenderit. quamquam poteſt dici aſcendiſſe per viſionem Dei, quam habuit ab ipſa conceptione. DESCENDIT. Deſcenſio intelligitur incarnatio, qua ſe exinaniuit. IN CÆLO. ſ. quatenus Deus vbique erat, & quatenus homo, beatus.

16 SIC ENIM, &c. Videntur & hæc Chriſti verba, etſi quidam putant eſſe Euangeliſtæ.

17 IVDICET. i. condemnet.

18 NON IVDICATVR. i. condemnationi obnoxius non eſt. Intellige, ſi credat, vt par eſt, & fidei conuenienter operetur. IVDICATVS. i. condemnatus. ſ. meretur condemnari. NON CREDIT. Græc. *non credidit*. IN NOMINE. i. in ipſo. Vide ſup. cap. 1. verſ. 12.

19 IVDICIVM. i. condemnationis cauſa.

20 ODIT. ſ. quatenus malè agit.

21 VERITATEM. i. *iuſtitiam*, Hebr. ſic 4. Reg. 20. IN DEO. i. ſecundùm Deum, ſeu Dei voluntatem. q. d. non veretur lucem, ſed confidenter accedit, vt cuius opera bona ſint, & irreprehenſibilia.

22 IVDÆAM. i. reliquam Iudææ partem, erat enim in Ieruſalem. BAPTIZABAT. i. per diſcipulos. Vide infrà.

23 ÆNNON. ſ. ciuitate. SALIM. quæ & *Salem*, vrbs Sichimorum olim.

25 QVÆSTIO. ſ. cœptum inter eos diſputari, vter potior

bapti-

baptiſmus, Chriſti, an Ioãnis. Ex. Syr. *vni ex.* IVDÆIS.
Syr. *quodam Iudæo.* PVRIFICATIONE. i. baptiſmo.
HOMO. i. quiſquam. q. d. non poſſum ego, niſi quãtum 27
mihi à Deo datum eſt, debeoq; eſſe forte mea cõtentus.
TESTIMONIVM, &c. i. teſtes eſtis. 28
SPONSVS. Chriſtum intelligit, qui ſibi Eccleſiam 29
deſponſauit. AMICVS. ſe intelligit. STAT, ET AV-
DIT. pro, præſens audit.
CRESCERE. ſ. auctoritate. 30
OMNES. ſ. homines, vel res. DE TERRA. i. terre- 31
nus. DE TERRA EST. pro, vt qui de terra ſit. ET
DE TERRA. i. & terrena. ſ. humilia.
AVDIVIT. i. à Patre accepit. NEMO. ſ. ferè. 32
SIGNAVIT. i. velut ſigillo addito confirmauit. VE- 33
RAX. ſ. præſtans promiſſa.
AD MENSVRAM. ſ. omnibus æqualem, vel pro, parcè. 34
vel q. d. non dedit filio vt ceteris gratiam limitatam.
MANV. i. poteſtate. 35
HABET. ſ. meritò. intellige verò fidem operibus co- 36
mitatam. VIDEBIT. i. *particeps erit*, Hebr. IRA DEI.
i. ſupplicium à Deo. MANET. pro, manebit. ſ. per-
petuò, niſi conuertatur.

CAPVT IV.

Ieſus cum muliere Samaritana loquitur de aqua viua, & adorando Deo in ſpiritu, manifeſtans ei ſe eſſe Meſſiam promiſſum: & diſcipulis dicit ſe cibum habere quem illi neſciunt, nempe Patris obedientiam: de meſſe & metente ac ſeminante: multi Samaritanorum credunt in eum: filium reguli ſanitati reſtituit.

VT ergo cognouit Ieſus, quia audierũt Pha- 1
riſæi quòd Ieſus plures diſcipulos facit, "& A
[Sup. 3. c.22]
baptizat, quàm Ioannes (quamquam Ieſus non 2
baptizaret, ſed diſcipuli eius) reliquit Iudæam, 3
& abiit iterùm in Galilæam. oportebat autem 4
eum tranſire per Samariam. Venit ergo in ciui- 5
tatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta præ-
dium, "quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat 6
[Gen. 33. d. 19. & 48. d. 22 Ioſ. 24. g. 32]
autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex iti-
nere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi
ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. 7
Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. (Diſcipuli enim 8
eius abierãt in ciuitatẽ vt cibos emerent.) Dicit 9
ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iu- B
dæus cũ ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier
Samaritana? nõ enim coũtuntur Iudæi Samari-
tanis. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donũ 10
Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu
fortitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã viuã.
Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias 11
habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquã
viuam? Numquid tu maior es patre noſtro Ia- 12
cob, qui dedit nobis puteũ, & ipſe ex eo bibit, &
filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus, & dixit 13
ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterùm:
qui autẽ biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non
ſitiet in æternum: ſed aqua, quã ego dabo ei, fiet 14
in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam. Dicit 15
ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, C
vt nõ ſitiam, neq; veniam huc haurire. Dicit ei 16
Ieſus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Re- 17
ſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Di-
cit ei Ieſus: Benè dixiſti, quia non habeo virum:
quinq; enim viros habuiſti, & nunc quẽ habes, 18
nõ eſt tuus vir: hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier: 19
Domine, video quia Propheta es tu. Patres no- 20
ſtri in mõte hoc adorauerũt, & vos dicitis, "quia
[Deut. 12. a.6]
Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Di- 21
cit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora,
quando neq; in monte hoc, neq; in Ieroſolymis
22 adorabitis Patrem. "Vos adoratis quod neſcitis: [4. Reg. 17. g. 41]
nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis
23 eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quãdo veri ado-
D tatores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.
24 Nam & Pater tales quærit, qui adorent eũ. "Spi- [1. Cor. 3. d. 17]
ritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu
25 & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio
quia Meſſias venit (qui dicitur Chriſtus) cum
26 ergo venerit ille, nobis annũtiabit omnia. Dicit
27 ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum. Et conti-
nuò venerunt diſcipuli eius: & mirabantur quia
cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit:
28 Quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit
ergo hydriam ſuã mulier, & abiit in ciuitatem,
29 & dicit illis hominibus: Venite, & videte homi-
nem, qui dixit mihi omnia quæcumq; feci: num-
30 quid ipſe eſt Chriſtus? Exierũt ergo de ciuitate,
31 & veniebãt ad eum. Interea rogabant eũ diſci-
32 puli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dicit
eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos ne-
33 ſcitis. Dicebãt ergo diſcipuli ad inuicem: Num-
34 quid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Ie-
E ſus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius,
35 qui miſit me, vt perficiam opus eius. Nonne vos
dicitis, quòd adhuc quattuor mẽſes ſunt, & meſ-
ſis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos veſtros,
& videte regiones, "quia albæ ſunt iam ad meſ- [Matth. 9. d. 37 Luc. 10. a.2]
36 ſem. Et qui metit, mercedem accipit, & congre-
gat fructum in vitã æternam: vt, & qui ſeminat,
37 ſimul gaudeat, & qui metit. In hoc enim eſt
verbũ verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius
38 eſt qui metit. Ego miſi vos metere quod vos nõ
laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eo-
39 rum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi cre-
diderunt in eum Samaritanorũ, propter verbum
mulieris teſtimonium perhibentis: Quia dixit
40 mihi omnia quæcumq; feci. Cùm veniſſent er-
F go ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi
41 maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multò plu-
res crediderunt in eum propter ſermonem eius.
42 Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuã
loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſci-
43 mus, quia hic eſt verè Saluator mũdi. Poſt duos
44 autẽ dies exiit inde: & abiit in Galilæam. "Ipſe [Matth. 13. g. 57 Marc. 6. a. 4 Luc. 4. c. 24]
enim Ieſus teſtimoniũ perhibuit, quia Propheta
45 in ſua patria honorem non habet. "Cùm ergo [Matth. 4. b. 12 Mar. 1. b. 14 Luc. 4. c. 14 Sup. 2. a. 9]
veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi,
cùm omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis in
die feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum.
46 Venit ergo iterùm in Cana Galilææ, vbi fecit
aquã vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius
47 infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audiſſet
G quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit
ad eum, & rogabat eum vt deſcenderet, & ſana-
48 ret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit er-
go Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis,
49 non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine,
50 deſcende priùs quam moriatur filius meus. Di-
cit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit. Credidit ho-
51 mo ſermoni, quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam
autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, &
nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret.
52 Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius
habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora ſepti-
53 ma reliquit eum febris. Cognouit ergo pater,
quia illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus: Filius

tuus viuit: & credidit ipſe, & domus eius tota.
* Hoc iterùm ſecundum ſignum fecit Ieſus, 54
cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IESVS NON BAPTIZARET. Nicephorus lib. 2. c. 3. ex 2
Euodio multa affert; inter ea, quòd Chriſtus manibus ſuis tantùm Petrum baptizauit. Petrus Andream fratrem ſuum, & filios Zebedæi. Ij deinde baptizarunt reliquos Apoſtolos, ac tandem Petrus & Ioannes, qui dicitur Theologus, baptizarunt diſcipulos ſeptuaginta.

QVÆ DICITVR SICHAR. Vocatur etiam *Sichem*, 5
vbi Simeon & Leui oppidanos interfecerunt, Gen. 34. verſ. 25. QVOD DEDIT IACOB IOSEPH FILIO SVO. Hæc donatio refertur Geneſ. 48. verſ. 22.

SEDEBAT SIC. i. tantiſper, vt tempus & locus dabant. 6
SVPRA FONTEM. Goth. *ſuper puteum*. i. iuxta, prope, ſic aliis locis legimus *in caſtris ſupra mare*. &, *ſtans ſuper illam, imperauit febri*. Locutio Hebraica; nam על *hal* inter alia ſignificat *prope*. ſed & Homerus Odyſſ. ψ. initio, ὑπὲρ ponit pro *iuxta*,

Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπε.

Loquitur de anu, quæ Penelope dormienti viri ſui aduentum renuntiabat. Quod amplius eſt, præpoſitio ἐπὶ, quæ hoc loco eſt, 1. ad Corinth. 6. verſ. 1. ſumitur pro *apud*, illis verbis, *Audet aliquis iudicari apud iniquos*. HORA ERAT QVASI SEXTA. i. prope meridiem erat tempus.

MVLIER DE SAMARIA. i. Samaritana; nam ex Si- 7
chem venit, non ex Samaria, quæ procul erat.

SI SCIRES DONVM DEI. i. quantum ſit tibi colla- 10
tum mea præſentia. AQVAM VIVAM. i. viuificantem Spiritus ſancti gratiam dediſſet tibi.

IN QVO HAVRIAS. i. ſitulam non habes. 11

DEDIT NOBIS PVTEVM Iacob. ſupple *hunc*, vt ex- 12
primit Goth. & Syriacus, & Græca admittunt propter articulum.

VBI ADORARE OPORTET. i. ſacrificare; nam ſim- 20
plex adoratio vbique fiebat.

NEQVE IN MONTE HOC. hoc eſt, nullum diſcri- 21
men erit locorum, neque nationum; vbique adorabitur Deus.

VOS ADORATIS QVOD NESCITIS. i. nos Iudæi be- 22
nè adoramus, vos autem erratis. QVIA SALVS EX IVDÆIS. *De Sion exibit lex.*

ADORABVNT PATREM IN SPIRITV. Non tollit 23
cultum externum: corpore conſtamus & anima: ſenſus multum mouet: tantùm docet, cærimonias legis ceſſaturas, & nouam cultus formam magis ſpiritualem introducendam.

MEVS CIBVS EST. i. nulla alia re magis oblector, 34
quàm Patris mei obſequio.

QVIA ALBÆ SVNT. Significat ſpiritualem meſſem 35
maturam eſſe, non ſecùs atque fruges cùm albæ ſunt demetuntur.

QVIA PROPHETA IN SVA PATRIA. Prouerbium 44
ſumptum ex iis quæ contingunt frequenter. ſimul reddit rationem, quare non ibat Nazareth, ſed in reliqua Galilæa morabatur.

ERAT QVIDAM REGVLVS. Hieronymus in caput 46
Iſaiæ 65. *Regulus*, inquit, *qui Græcè dicitur Βασιλικὸς, quem nos de aula regia ..itius interpretari poſſumus palatinum, non ſolum ſuis, ſed vniuerſa domus ſua reperit ſanitatem.* Syr. *ſeruus Regis* pro *regulo* habet. Noſter haud dubium βασιλίσκος Græcè legit. Sic eſt in margine Veleſij.

ADVENIRET, ſiue *aduenisset*, vt Goth. & Syr. Idem 47
dicetur in verſ. 52. illo verbo, *In qua melius habuerit*, ſiue, *habuerat*. vt Goth. ſiue *habuiſſet*, vt Syr.

NISI SIGNA ET PRODIGIA. Ammonius diſtin- 48
guit in ea hæc, vt *prodigium* ſit, quod præter naturam fit, vt cæcorum reſtitutio, *ſignum* quod alioqui per naturam fieri poteſt, vt ſanitas ægroto collata. CREDITIS Græcè & Syr. *creditis*. Verùm noſtra lectio commodior videtur, eamque in aliquo Græco codice Veleſius inuenit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PHARISÆI. ſ. qui Chriſtum odio proſequebantur. BAPTIZAT. ſ. ita audierant, quaſi Chriſtus per ſe baptizaret: id quod Euangeliſta ſtatim corrigit.

2 NON BAPTIZARET. ſ. occupatus docendo, & miracula faciendo. baptizauit tamen Apoſtolos ſecundùm Auguſtinum.

4 SAMARIAM. Ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius poſſeſſore nomine *Somer*. Vide 3. Reg. 16.

5 IN. i. prope. SICHAR, quæ & *Sichem*, Gen. 34. tandem dicta *Neapolis*.

6 SIC. ſ. fatigatus; vel, vt ſolent fatigati; vel, vt ſe offerebat locus. SEXTA. Diuidebant Iudæi diem quemque in duodecim horas, vt ſuprà diximus.

7 DE SAMARIA. i. Samaritana. ſ. ex vrbe Sichem.

8 ENIM. q. d. non erat quiſquam diſcipulorum qui poſſet dare; vel, *enim*, pro, autem.

9 NON ENIM, &c. Videntur verba Euangeliſtæ. poſſunt tamen eſſe Samaritanæ. COVTVNTVR. i. commercium habent.

10 DONVM DEI. i. quæ ſoleat Deus donare, vel quid tibi donatum ſit mea præſentia. FORSITAN. pro, vtique. VIVAM. i. vitalem. ſ. gratiam, ſeu Spiritum ſanctum.

11 IN QVO HAVRIAS. Græc. ἄντλημα. i. hauſtrum. VIVAM. i. quam dicis viuam.

12 PATRE NOSTRO. Sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13 NON SITIET. ſ. gratia, quæ aquæ nomine ſignificata eſt, ad vitã æternam, quod ex ſe eſt hominem perducit.

14 FONS. pro, velut fons. ſ. in quo ſemper aqua. SALIENTIS. i. ſalire facientis.

16 VADE, &c. Id dixit Chriſtus, vt ex reſponſione, quam ſciebat daturam, texeret ſequentem ſermonem, eamque conuerteret.

17 NON HABEO. ſ. vllo modo. Mentitur enim ſecundùm quoſdam vt ſtatim accipiat, non expectato viro. BENE. i. verè. ſ. imprudens verum dixit. fortè etiam prudens.

18 QVINQVE. Hi an legitimi fuerint, incertum; verba Chriſti tamen indicare videntur fuiſſe.

20 ADORARE. i. colere ritu per Moyſem inſtituto: alioqui adorare vbique licebat.

21 VENIT. pro, veniet. HORA. i. tempus. ſ. doctrinæ Euangelicæ. MONTE HOC. ſ. ſolum quaſi hic ſolùm colendus ſit Deus; vel, eo modo quo colitis. ADORABITIS. ſ. conuerſi ad fidem Chriſti. PATREM. i. Deum.

22 QVOD NESCITIS. ſ. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. NOS. ſ. Iudæi. EX IVDÆIS. ſ. ab eis, & Chriſtus ortus, & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23 NVNC EST. q. d. iam cœpit. SPIRITV. non cærimoniis Iudaicis. VERITATE. non errore Gentilico.

24 ET EOS. pro, ideò eos.

25 VENIT. i. propè eſt, vt veniat. QVI DICITVR CHRISTVS. id non eſt Syr. videtur additum ab Euangeliſta explicationis cauſa.

27 CONTINVO. Græc. *in hoc*. i. dum loquerentur. MVLIERE. ſ. ſola, vel Samaritana, vel præter morem ſuum. QVID LOQVERIS. pro, cur loqueris.

29 NVMQVID q. d. vos ipſi examinate.

34 VT PERFICIAM. pro, nempe vt perficiam. OPVS. ſ. ſalutem hominum. EIVS. i. ab eo præceptum.

35 OCVLOS. ſ. mentis. MESSEM. ſ. ſpiritualem.

36 ET CONGREGAT. pro, nam congregat. ÆTERNAM. ſ. congregantis, & congregati. VT ET QVI, &c. q. d. ita fit, vt ſicut gaudet qui ſeminat ita gaudeat etiam qui metit, vel ſimul gaudeant. ſ. in cælo

37 IN HOC, &c. q. d. Atque hic poteſt accommodari, quod vulgo dici ſolet, *Alius*, &c.

38 MISI. i. deſtinaui mittere; vel præterita pro futuris. LABORASTIS. i. coluiſtis. ſ. ſeminando, rigando, &c. ALII. i. Prophetæ, ſeu qui vos præceſſerunt patres, qui Iudæis prædicaverunt.

Ibi. Græc. & Syr. *apud eos.* 40
Sermonem. i. doctrinam. Eius. ſ. Chriſti. 41
Non. ſ. tantùm, ſeu tam. Mundi. Græc. additur, *Chriſtus.* & Syr. *Meſſias.* 42
Galilæam. ſ. relicta Nazareth. 43
Perhibuit. Vide Matth.13. Marc.6. Luc.4. Non habet. ſ. vt plurimùm, vel de ſe loquitur. 44
Exceperunt. ſ. honorificè. 45
Regulus. Græc. *βασιλικὸς.* i. *regius.* ſ. genere, vel miniſterio aliquo. Syr. *ſeruus regius.* Interpres videtur legiſſe *βασιλίσκος.* 46
Adueniret. pro, aduenisſet. 47
Signa et prodigia. i. valdè inſolita miracula. 48 Non creditis. Apparet iſtum fuiſſe Iudæum.
Viuit. i. *incolumis eſt,* Hebr. ſic viuificari dicitur, qui à malis liberatur. 50
Viueret. i. ſanus eſſet. 51
Habuerit. pro, habuiſſet. 52
Credidit. ſ. in Chriſtum. 53
Iterum. ſ. in Galilæa. Secundum. ſ. ex factis in Galilæa. 54

CAPVT V.

Ieſus ad piſcinam ſanato ægroto qui 38. annis languerat, iubet ſabbato tollere grabatum; & Iudæis id calumniantibus reſpondet ſe omnia ſua ſimul cum Patre operari, mortuoſque viuificare, ac iudicem ab illo conſtitutum eſſe omnium, cui & Ioannes & propria opera ac Pater, imò & Moyſes ipſe, teſtimonium perhibent.

Leu.23.a.5 Deut.16.a.1 POſt hæc erat feſtus dies Iudæorũ, & aſcen- 1
dit Ieſus Ieroſolymam. * Eſt autem Ieroſo- 2
lymis Probatica piſcina, quę cognominatur He- A
braicè Bethſaida, quinque porticus habens. * In 3
his iacebat multitudo magna languentium, cæ-
corum, claudorum, aridorũ, expectantium aquę
motum. * Angelus autem Domini deſcendebat 4
ſecundùm tempus in piſcinam: & mouebatur
aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt
motionem aquæ, ſanus fiebat à quacumq; deti-
nebatur infirmitate. * Erat autem quidam homo 5
ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate
ſua. * Hunc cùm vidiſſet Ieſus iacentẽ, & cogno- 6
uiſſet quia iam multum tẽpus haberet, dicit ei: B
Vis ſanus fieri? * Reſpondit ei languidus: Domi- 7
ne, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit
aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim
ego, alius ante me deſcendit. * Dicit ei Ieſus: Sur- 8
ge, tolle grabatum tuum, & ambula. * Et ſtatim 9
ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum
ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in
die illo. * Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanatus 10
a Exod.20.b.11 fuerat: "Sabbatum eſt, non licet tibi tollere gra-
batum tuum. * Reſpõdit eis: Qui me ſanum fe- 11
Ierem.17.e.14 cit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & am-
bula. * Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille 12
homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, &
ambula? * Is autem, qui ſanus fuerat effectus, ne- 13
ſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba
conſtituta in loco. * Poſteà inuenit eum Ieſus in 14
templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli C
peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. * Abiit 15
ille homo, & nũtiauit Iudęis, quia Ieſus eſſet, qui
fecit eum ſanum. * Propterea perſequebantur 16
Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato. * Ie- 17
ſus autem reſpondit eis: Pater meus vſq; modò
operatur, & ego operor. * Propterea ergo magis 18
quærebant eum Iudæi interficere: quia non ſo-
lùm ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum di-
cebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Reſpon-
19 dit itaque Ieſus, & dixit eis: * Amen, amen dico
vobis: non poteſt Filius à ſe facere quidquam,
niſi quod viderit Patrem facientem: quæcum-
que enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter fa-
20 cit. * Pater enim diligit Filium, & omnia de-
D monſtrat ei, quæ ipſe facit: & maiora his de-
21 monſtrabit ei opera, vt vos miremini. * Sicut
enim Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ſic &
22 Filius, quos vult, viuificat. * Neque enim Pater
iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit
23 Filio, * vt omnes honorificent Filium, ſicut ho-
norificant Patrem. qui non honorificat Filium,
24 nõ honorificat Patrem, qui miſit illum. * Amen,
amen dico vobis, quia qui verbum meum audit,
& credit ei qui miſit me, habet vitam æternam,
& in iudicium non venit, ſed tranſiit à morte
25 in vitam. * Amen, amen dico vobis, quia venit
hora, & nunc eſt, quando mortui audient vo-
26 cem Filij Dei: & qui audierint, viuent. * Sicut
E enim Pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit
27 & Filio habere vitam in ſemetipſo: * & poteſta-
tem dedit ei iudicium facere, quia Filius homi-
28 nis eſt. * Nolite mirari hoc, quia venit hora, in
qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient
29 vocem Filij Dei: * " & procedent qui bona fe-
cerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala
30 egerũt, in reſurrectionem iudicij. * Non poſſum
ego à meipſo facere quidquam. Sicut audio, iu-
dico: & iudicium meum iuſtum eſt: quia non
quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius,
31 qui miſit me. * Si ego teſtimonium perhibeo de
meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.
32 * " Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: &
ſcio quia verum eſt teſtimonium, quod perhibet
33 de me. * Vos miſiſtis ad Ioannem: & teſtimoniũ
34 perhibuit veritati. * Ego autem non ab homine
F teſtimonium accipio: ſed hæc dico vt vos ſalui
35 ſitis. * Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos au-
tem voluiſtis ad horam exultare in luce eius.
36 * Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne.
Opera enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam
ea; ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhi-
37 bent de me, quia Pater miſit me: * & qui miſit
me Pater, " ipſe teſtimonium perhibuit de me:
neq; vocem eius vmquã audiſtis, "neq; ſpeciem
38 eius vidiſtis. * & verbum eius non habetis in vo-
bis manens: quia quem miſit ille, huic vos non
39 creditis. * Scrutamini Scripturas, quia vos putatis
G in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ
40 teſtimoniũ perhibent de me: * & non vultis ve-
41 nire ad me vt vitã habeatis. * Claritatem ab ho-
42 minibus non accipio. * Sed cognoui vos, quia di-
43 lectionem Dei non habetis in vobis. * Ego veni
in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi alius
44 venerit in nomine ſuo, illũ accipietis. * Quomo-
do vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem
accipitis; " & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non
45 quæritis? * Nolite putare quia ego accuſaturus
ſim vos apud Patrẽ: eſt qui accuſat vos Moyſes,
46 in quo vos ſperatis. * Si enim crederetis Moyſi,
crederetis forſitan & mihi: " de me enim ille
47 ſcripſit. * Si autem illius litteris non creditis: quo-
modo verbis meis credetis?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ERAT FESTVS DIES Azymorum, aut Pentecoſtes, quod verius puto.

PROBATICA PISCINA. Regia & Louan. *ſuper Proba-* 2
tica. piſcina. Alij *in Probatica.* Erat *Probatica* aut lacus
vbi oues ſacrificiorum lauabantur, aut forum vbi oues
vendebantur. Prope *Probaticam* erat *piſcina* illa, ſeu *na-*
tatoria. Græcè ἐπὶ τῇ προβατικῇ. i. *ſuper*, vel *ad*, vel *in Pro-*
batica. Πρόβατον eſt *ouis*. Ita iuxta hanc lectionem *Pro-*
batica & *piſcina* non ſunt idem. At Hieron. in Locis
Hebr. Chryſoſt. Cyrill. & Theophyl. hîc ſine illa præ-
poſitione ἐπὶ locum legunt, & pro eodem *Probaticam*
& *piſcinam* ponunt; & plerique Latini codices in hanc
noſtram lectionem conſpirant. Quid ſi iuxta Græca ſic
vertas: *Eſt Ieroſolymis ſuper Probatica piſcina* (domus)
quæ dicitur Hebraice Bethſaida? BETHSAIDA. i. *domus*
piſcationis. Græc. *Betheſda*. i. *domus miſericordiæ*, nempe
noſocomium, vbi pauperes curabãtur. Itaq; cum piſci-
na erat iuncta illa domus. Aut ipſa *piſcina* ſic vocaba-
tur *Domus miſericordiæ.* Eſtque vox Syriaca, ſicut *Ga-*
batha. i. *pauimentum lapidibus conſtratum*, Ioannis 19.
verſ. 13. Vitruuius *loricam* vocat; *Dorcas*, Act. 9. v. 36.
Hebr. הצביה *Hazabiah*; *Talitha, puella*, Marc. 5. v. 41.
Boanerges, *Maranatha*, omnes ſunt voces Syriacæ, qua
lingua Iudæi tunc vtebantur, non Hebraica.
ANGELVS AVTEM DOMINI. Vox *Domini* Græc. non 4
eſt, nec Syr. nec in Goth. SECVNDVM TEMPVS. i. ali-
quando ſtatis temporibus.
DECLINAVIT A TVRBA. Græc. *declinauit turba.* 13
i. præ turba. Syr. *per turbam.*
IAM. i. poſt hac. NOLI PECCARE. Sæpè ob pecca- 14
ta flagellantur.
PATER MEVS. i. mea opera, Patris opera ſunt, in 17
me ille operatur.
VIDERIT PATREM FACIENTEM. i. à Patre accepe- 19
rit, vt eum imitetur.
OMNIA DEMONSTRAT EI. i. communicat Filio 20
omnia Deus Pater.
NEQVE ENIM PATER IVDICAT QVEMQVAM. 22
ſ. per ſe, omnem poteſtatem Filio dedit.
SED, TRANSIIT, præteritum pro futuro. Regia & 24
Louan. *tranſiet* habent. Goth. *tranſit à morte ad vitam.*
VITAM IN SEMETIPSO. tamquam fons vitæ, alij ab 26
eo habeant, vt viuant.
QVIA FILIVS HOMINIS EST. Quomodo hoc cum 27
ſuperioribus cohæreat, ſ. Filius vitam habet in ſemet-
ipſo, & poteſtatem dedit ei iudicium facere? melius
cum ſequentibus. q. d. nolite mirari quòd hæc homi-
ni tribuamus. ſic Syr. diſtinguit. Quod verò *Filius*
hominis eſt. i. ſum, nolite mirari hoc. ſic inter Patres
Cyrillus.
IN RESVRRECTIONEM VITÆ. i. in vitam, quæ poſt 29
reſurrectionem erit, boni procedunt.
SICVT AVDIO. ſ. à Patre, vt ipſe iubet, ſic iudico. 30
NON EST VERVM. ſ. vobis iudicibus non erit ve- 31
rum meum de me teſtimonium.
VOLVISTIS AD HORAM. i. ad breue tempus in luce 35
& gloria Ioannis exultaſtis.
TESTIMONIVM MAIVS IOANNE ego habeo, ſeu 36
Ioannis, vt alij legunt. ſ. teſtimonio. QVIA PATER
MISIT ME. Miracula teſtantur miſſionem alicuius.
IN VOBIS MANENS. i. fixum, immobile verbum, 38
doctrinam Patris non habetis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

FESTVS DIES Pentecoſtes, ſecundùm quoſdam; ſe- 1
cundùm alios, Paſchæ. quod probabilius.
PROBATICA. ſ. vbi oues congregabantur, vel etiam 2
lauabantur, offerendæ in templo, à quibus ei nomen:
nam προβάτων, ouium. PISCINA. Locus erat in quo aqua
pluuia colligebatur, vt ſolet in ciſternis. BETHSAI-
DA. Græc. *Betheſda*. i. *domus effuſionis*. ſ. aquarum. Syr.
Beth cheſda. i. *domus miſericordiæ.*
ARIDORVM. ſ. aliqua corporis parte. 3
AVTEM. Græc. *enim*. SECVNDVM TEMPVS. i. cer- 4
to quodam tempore, ſed hominibus ignoto. MOVE-
BATVR. Græc. & Syr. *turbabatur*. MOTIONEM. Græc.
& Syr. *turbationem*.
HABERET. ſ. ægrotaſſe diu. 6

7 DOMINE. Honorificè appellat, etſi non noſſet. videtur autem putaſſe Chriſtum operam velle ſuam ei offerre, ad eum deponendum in piſcinam. VENIO. Poterat ſe mouere, ſed ægrè.

8 GRABATVM. i. lectum.

10 TOLLERE. i. geſtare.

13 LOCO. ſ. illo, vbi ſanauerat hominem.

14 IAM NOLI PECCARE. Græc. *ne poſt hac pecces.* Indicat ob peccata ægrotaſſe.

15 NVNTIAVIT. ſ. ſimplici animo, tamquam de homine diuino.

17 OPERATVR. ſ. continens, & adminiſtrans creaturam. q. d. opera mea ſunt opera Dei, quibus Sabbatum non violatur.

18 SOLVEBAT. ſ. illorum opinione. SVVM. Græc. ἴδιον. i. *proprium*. ÆQVALEM. ſ. dum ſe dicit proprium Dei Filium, nempe naturalem & conſubſtantialem, ſeque eadem cum illo facere. Nota, intellexiſſe Iudæos, quod multi hæretici non intellexerunt.

19 NISI. pro, ſed. ſic infrà cap. 15. Galat. 2. Matth. 12. q. d. non à ſe, ſed à Patre accipiens facit, quidquid facit. VIDERIT. ſ. videndo accipit vt faciat, & accipiendo videt; nec in eo aliud eſt *videre*, aliud *accipere*: vtrumque verò in eo ab æterno, etſi opera in tempore fiant. HÆC. i. eadem. SIMILITER. Itaque non priùs Pater, nec perfectiùs quàm Filius.

20 DEMONSTRAT. i. communicat. ſ. ipſum ſibi æqualem generando. DEMONSTRABIT. i. communicabit. ſ. æternùm. omnia tempora comprehendit, ſemperque Pater Filium generat, ſuaque ei omnia communicat: maiora autem illa curatione. Intellige, ſuſcitare mortuos, iuſtificare peccatores, mundum iudicare, & huiuſmodi alia. VT. non cauſam ſignificat, ſed conſecutionem.

21 SVSCITAT, &c. Vide 1. Reg. 2. Deut. 32. Pſal. 67. SIC. i. ſimiliter. vt ſuprà dictum eſt.

22 IVDICAT. ſ. apparens in iudicio ſenſibiliter: Auguſt. OMNE. i. de omnibus.

23 SICVT. q. d. æqualiter cum Patre.

24 VERBVM. i. doctrinam. HABET. pro, habebit, vel habet ſpe & merito. IVDICIVM. i. condemnationem. VENIT. pro, veniet. TRANSIIT. pro, tranſibit, vel q. d. tranſlatus enim eſt à peccati morte ad iuſtitiæ vitam. ſic 1. Ioan. 3. *tranſlati ſumus*, &c.

25 HORA. i. tempus. ET NVNC. pro, imò verò iam cœpit. MORTVI. ſ. peccato. AVDIERINT. i. crediderint, & obedierint.

26 IN SEMETIPSO. i. per ſuam eſſentiam.

27 FILIVS HOMINIS. i. homo. Nota, quoſdam id coniungere cum præcedentibus. q. d. dedit ei quatenus homini. Alios cum ſequentibus. q. d. ne miremini tantum huic homini datum.

28 VENIT HORA. pro, veniet tempus. IN MONVMENTIS. ſ. mortui. VOCEM. ſ. de qua Matth. 25. 1. Corinth. 15. 1. Theſſal. 4. formabitur autem miniſterio Angelorum.

29 PROCEDENT. ſ. è monumentis. VITÆ. ſ. beatæ. IVDICII. i. condemnationis, ſeu ſupplicij. ſ. æterni.

30 NON POSSVM, &c. Oſtendit ſe iuſtè iudicaturum. A MEIPSO. ſ. quidquid habet, à Patre habet. AVDIO. i. à Patre ſumo. ET IVDICIVM. pro, ideò iudicium. MEAM. ſ. ſolam, vel quaſi meam, aut quatenus mea eſt. SED. pro, ſed etiam; vel, ſed quaſi; vel, ſed quatenus.

31 NON EST VERVM. ſ. veſtro iudicio, qui ſic ſoletis dicere.

32 ALIVS. ſ. Ioannes, vel Pater.

33 VERITATI. pro, verum. ſ. de me.

34 ACCIPIO. ſ. quaſi indigens, ſeu mea cauſa.

35 LVCERNA. ſ. accepto lumine aliunde. Græc. ὁ λύχνος. i. *illa lucerna*. Fortè de qua Pſal. 131. *Paraui lucernam Chriſto meo.* ARDENS. ſ. charitate. LVCENS. ſ. veritate. AD HORAM. i. ad breue tempus, poſteà enim dicebant habere dæmonium. EXVLTARE, &c. q. d. eius lucem magno cum gaudio ſuſcepiſtis, multum ei tribuentes. vel q. d. voluiſtis illum habere pro Meſſia.

IOANNE. i. Ioannis teſtimonio. QVIA PATER, &c. 36
pro, quòd Pater me miſerit.

PERHIBVIT. ſ. in Baptiſmo. VOCEM. ſ. Dei. non 37
eſt propriè vox; nam quas olim audierunt Iudæi, Angelorum operâ formabantur: quamquam nec iſti illas audierant.

VERBVM. i. doctrinam ſeu ſpiritum. 38

SCRVTAMINI. & Græc. & Latinè poteſt eſſe Indi- 39
catiuum & Imperatiuum. IN IPSIS. i. per ipſas. ſ. credendo, & obediendo eis. ET ILLÆ. pro, illæ enim. vel, & tamen illæ.

CLARITATEM. Græc. δόξαν. i. *gloriam.* NON AC- 41
CIPIO. q. d. habeo tantum gloriæ à Patre, vt humana non indigeam.

IN NOMINE, &c. q. d. ex parte Patris, ſeu à Patre 43
miſſus, vt Filius. ALIVS. ſ. Antichriſtus. IN NOMINE SVO. i. à ſeipſo. q. d. non à Deo miſſus.

NOLITE, &c. q. d. non erit opus, vt ego vos accu- 45
ſem. MOYSES. i. Moyſis lex. ſ. tamquam tranſgreſſores, & qui ei de me prædicenti non credatis. Nota hinc, Scripturæ non credere eos, qui ea non credunt quæ ex ipſa colliguntur.

FORSITAN. pro, vtique. SCRIPSIT. ſ. Geneſ. 40. 46
Deut. 18.

MEIS. ſ. quem præ Moyſe nihili facitis. 47

CAPVT VI.

Quinque panibus & duobus piſcibus ſatiat quinque virorum millia: fugit volentes ipſum facere regem: ſuper mare ad diſcipulos vento agitatos ambulat: de pane cæleſti docet, quodque ipſe ſit panis vitæ, & caro eius cibus quem oporteat manducare, ſanguiſque eius potus quem oporteat bibere: quidam diſcipuli offenſi eius ſermone deſerunt ipſum, Apoſtoli autem cum eo permanent; quorum tamen vnum dicit eſſe diabolum.

Matth. 14. b. 13 Marc. 6. c. 32 Luc. 9. b. 10

POſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, 1
quod eſt Tiberiadis: * & ſequebatur eum 2
multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ fa- 3
ciebat ſuper his qui infirmabantur. * Subiit ergo
in montem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis
ſuis. * Erat autem proximum Paſcha, dies fe- 4
ſtus Iudæorum. * Cùm ſubleuaſſet ergo oculos 5
Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit
ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus pa-
nes, vt manducent hi? * Hoc autem dicebat 6
tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet fa-
cturus. * Reſpondit ei Philippus: Ducentorum 7
denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſ-
quiſque modicum quid accipiat. * Dicit ei vnus 8
ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri:
* Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes 9
ordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt
inter tantos? * Dixit ergo Ieſus: Facite homines 10
diſcumbere. Erat autem fœnum multum in B
loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi
quinque millia. * Accepit ergo Ieſus panes: & 11
cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus:
ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. * Vt 12
autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colli-
gite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.
* Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim 13
cophinos fragmentorum, ex quinque panibus
ordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manduca-
uerant. * Illi ergo homines cum vidiſſent quod 14
Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt
vere propheta, qui venturus eſt in mundum.
* Ieſus ergo cùm cognouiſſet, quia venturi eſ- 15
ſent vt raperent eum, & facerent eum regem,
ᵃ fugit iterùm in montem ipſe ſolus. * Vt au- 16
tem ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli

ᵃ Matth. 14. d. 23 Marc. 6. f. 46

17 eius ad mare. * Et cùm aſcendiſſent nauim, ve-
nerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ
iam factæ erant: & non venerat ad eos Ieſus.
18 * Mare autem, vento magno flante, exurge-
19 bat. * Cùm remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti
C quinque aut triginta, vident Ieſum ambulan-
tem ſupra mare, & proximum naui fieri, & ti-
20 muerunt. * Ille autem dicit eis: Ego ſum, nolite
21 timere. * Voluerunt ergo accipere eum in na-
uim: & ſtatim nauis fuit ad terram, in quam
22 ibant. * Altera die, turba quæ ſtabat trans mare,
vidit quia nauicula alia non erat ibi niſi vna, &
quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in
23 nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent: * aliæ ve-
rò ſuperuenerunt naues à Tiberiade, iuxta lo-
cum vbi manducauerant panem, gratias agente
24 Domino. * Cùm ergo vidiſſet turba quia Ieſus
non eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcenderunt
in nauiculas, & venerunt Capharnaum quæren-
25 tes Ieſum. * Et cum inueniſſent eum trans ma-
re, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti?
26 * Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen, amen di-
co vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna,
ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati
27 eſtis. * Operamini non cibum qui perit, ſed qui
D permanet in vitam æternam, quem Filius ho-
minis dabit vobis. ᵇ Hunc enim Pater ſignauit ᵇ Sup. 1. e. 32 Matth. 3. d. 17. & 17. a. 5
28 Deus. * Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus
29 vt operemur opera Dei? * Reſpondit Ieſus, &
dixit eis: ᶜ Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum ᶜ Ioan. 3. d. 23
30 quem miſit ille. * Dixerunt ergo ei: Quod ergo
tu facis ſignum vt videamus, & credamus tibi?
31 quid operaris? * Patres noſtri manducauerunt
manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: ᵈ Panem ᵈ Exod. 16. c. 14 Num. 11. b. 7 Pſal. 77. c. 24 Sap. 16. c. 20
32 de cælo dedit eis manducare. * Dixit ergo eis
Ieſus: Amen, amen dico vobis: Non Moyſes
dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat
33 vobis panem de cælo verum. * Panis enim Dei
eſt, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo.
34 * Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da
35 nobis panem hunc. * Dixit autem eis Ieſus: Ego
ſum panis vitæ: ᵉ qui venit ad me, non eſuriet: ᵉ Eccli. 24. c. 29
36 & qui credit in me, non ſitiet vmquam. * Sed
dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non creditis.
37 * Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet:
& eum, qui venit ad me, non eiiciam foras:
38 * quia deſcendi de cælo, non vt faciam volun-
tatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.
39 * Hæc eſt autem voluntas eius, qui miſit me, Pa-
E tris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam
ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.
40 * Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit
me: vt omnis, qui videt Filium, & credit in
eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo
41 eum in nouiſſimo die. * Murmurabant ergo Iu-
dæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis viuus,
42 qui de cælo deſcendi, * & dicebant: ᶠ Nónne ᶠ Matth. 13. g. 55
hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus
patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic:
43 Quia de cælo deſcendi? * Reſpondit ergo Ie-
ſus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem:
44 * nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit
me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in
45 nouiſſimo die. * Eſt ſcriptum in Prophetis: ᵍ Et ᵍ Iſai. 54. c. 13
erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui au-
46 diuit à Patre, & didicit, venit ad me. * Non

ⁿMatth. 11 d. 27 quia Patrem vidit quiſquam, ⁿ niſi is, qui eſt a F
Deo, hic vidit Patrem. * Amen, amen dico vo- 47
bis: Qui credit in me, habet vitam ęternam. * Ego 48
ⁿExod. 16. c. 13 ſum panis vitæ. * ⁿ Patres veſtri manducauerunt 49
manna in deſerto, & mortui ſunt. * Hic eſt pa- 50
nis de cælo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo man-
ducauerit, non moriatur. * Ego ſum panis viuus, 51
qui de cælo deſcendi. * Si quis manducauerit ex 52
hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego
dabo, caro mea eſt pro mundi vita. * Litigabant 53
ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo
poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mandu-
candum? * Dixit ergo eis Ieſus: Amen, amen di- 54
co vobis: Niſi manducaueritis carnem Filij ho-
minis, & biberitis eius ſanguinem, non habebi-
tis vitam in vobis. * Qui manducat meam car- 55
nem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam
æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo
ⁿ1. Cor. 11. f. 27 die. * ⁿ Caro enim mea, verè eſt cibus: & ſan- 56
guis meus, verè eſt potus. * qui manducat meam 57
carnem, & bibit meum ſanguinem, in me ma-
net, & ego in illo. * Sicut miſit me viuens Pater, 58
& ego viuo propter Patrem: & qui manducat
me, & ipſe viuet propter me. * Hic eſt panis, qui 59
de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt
patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui man-
ducat hunc panem, viuet in æternum. * Hæc 60
dixit in ſynagoga docens, in Capharnaum.
* Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixe- 61
runt: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum G
audire? * Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, 62
quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit
ᵒSup. 3. b. 13 eis: Hoc vos ſcandalizat? * Si ergo videritis ᵒ Fi- 63
lium hominis aſcendentem vbi erat prius? * Spi- 64
ritus eſt, qui viuificat: caro non prodeſt quid-
quam. verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiri-
tus & vita ſunt. * Sed ſunt quidam ex vobis, qui 65
non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui
eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet
eum. * Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia ne- 66
mo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à
Patre meo. * Ex hoc multi diſcipulorum eius 67
abierunt retrò: & iam non cum illo ambula-
bant. * Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Num- 68
quid & vos vultis abire? * Reſpondit ergo ei Si- 69
mon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba
ⁿMatth. 16 c. 16 Marc. 8. c. 29 Luc. 9. b. 20 vitæ æternæ habes. * ⁿ & nos credidimus, & 70
cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.
* Reſpondit eis Ieſus: Nónne ego vos duodecim 71
elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? * Dicebat 72
autē Iudam Simonis Iſcariotem: hic enim erat
traditurus eum, cùm eſſet vnus ex duodecim.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Mare Galilææ Lacus Geneſareth ab vrbe Tiberiade, quam alluit, vocatur *mare Tiberiadis*. Trans eum lacum iuit Ieſus.

4 Erat avtem proximvm Pascha. ſ. Azymorum feſtum. A miraculo ſuperioris capitis vſque ad panes multiplicatos multa interceſſerunt, vt Ioannis Baptiſtæ mors & alia quę ab alijs Euangeliſtis narrantur. Ioanni propoſitum ſuppiere ab illis prætermiſſa, aut in iis quæ narrarunt circumſtantias inſignes addere.

9 Est pver vnvs. Hunc fuiſſe Martialem è tribu Beniamin, Stephani conſanguineum, & in vltima cœna miniſtraſſe, fuiſſéque Lemouicum Epiſcopum, tradunt Primus in Topographia Sanctorum in dict. *Lemonicum*, & Maurolycus in Catalogo diſcipulorum Chriſti. Porrò hoc miraculum die Dominico contigiſſe Concilio Foroiulienſi traditur cap. 13. Panes ordeaceos, nempe in Africa & Syria hordeo victitant, vt in Belgis. *Secale*, triticum eſt in delicijs. Inter tantos: pro inter tot quid hæc ſunt?

10 Qvasi qvinqve millia. Ὡσεὶ, hoc & aliis locis ſumo pro *circiter*. Matth. cap. 13. v. 21. fuiſſe ait quinque millia virorum abſque pueris & mulieribus.

12 Vt avtem impleti svnt. i. ſatiati. Colligite. In abundantia non debemus Dei dona profundere.

14 Vere propheta. *Ille propheta*, ob articulum. ſ. Meſſias.

19 Stadia viginti qvinqve. Lacus latus eſt quadraginta ſtadia, longus centum.

22 Nisi vna. Syri cum pleriſque Græcorum codicibus nonnihil addunt, hoc enim modo habent, *niſi vna illa, in quam aſcenderant diſcipuli eius, & quia* &c. Noſtris libris octauus inter Græcos Roberti codices conformis eſt. Fauet etiam Veleſius noſtræ lectioni.

23 Gratias agente Domino. Sic lege, non *agentes*. Significat autem Chriſti Domini precatione panes multiplicatos. Louan. & Regia legunt, *agentes*, ſed male Græc. & Syr. repugnant.

26 Non qvia vidistis signa. ſ. vt per ea credatis, ſed lucra ſectamini.

27 Operamini, date operam, vt habeatis cibum qui permanet. Hvnc. i. me. Pater signavit, quaſi adhibito ſigillo declarauit me eſſe Filium ſuum.

32 Panem de cælo. ſ. verum qui nutrit animas. Moyſes non dedit.

35 Non esvriet. ſ. in cælo, aut etiam nulla re egebit qui ad me venit.

39 Hæc est avtem. Sic lege, non, *Hæc eſt enim*. Nulla redditur cauſa. Contrà verſ. ſequenti,

40 Hæc est avtem, lege *enim*, vt Syr. quia redditur cauſa præcedentium. ſ. vt non perdam eos. Ego resvscitabo evm felici reſurrectione.

42 Cvivs nos. ſ. Chriſti nouimus Patrem.

43 In invicem. pro, inter vos, vnus cum alio non murmuretis ob ea quæ dixi.

45 Omnes docibiles. Affluentia doctrinæ & ſpiritus erit tempore Euangelij, vt poſſitis aſſequi quæ loquor myſteria.

46 Nisi is, qvi est a Deo. i. ego vidi Patrem; & non alius.

56 Caro enim mea, vere est cibvs: Non ergo figura, ô hæretice.

63 Ascendentem vbi erat prisvs. ſ. quid tunc diceris cùm id videbitis?

64 Spiritvs est, qvi vivificat. Non vult Chriſtum ſola fide manducari. Sed illud, non carnaliter comedi, neque dentibus teri, ſed ſumi ſacramentaliter. Caro non prodest qvidqvam. ſ. mea, quia caro non eſt principium mundationis, ſed Verbum diuinum, quod in ea latet; Auguſtinus de Ciuit. lib. 10. c. 24. Spiritvs et vita svnt. i. quæ loquor, ſpiritualiter intellecta dant vitam.

69 Verba vitæ æternæ habes. i. quæ perducunt ad vitam æternam, ad quem te relicto ibimus? Petri verba.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Trans mare. Non quidem in vlteriorem ripam, ſed in eandem, ſecundum quoſdam, forte ſinus interuallo diſſitam, ſic vt oppoſita videretur. Alij in oppoſitum putant nauigatum.

2 Mvltitvdo. ſ. populi.

5 Philippvm. Fortè vt rudiorem, & qui ſic ad ſublimiora erigi opus haberet.

6 Tentans. i. explorans quid ſentiret.

7 Dvcentorvm denariorvm, faciunt hi circiter viginti aureos.

9 Tantos. i. tam multos.

10 Foenvm. i. gramen.

12 Impleti. i. ſatiati.

14 Propheta. Græc. ὁ Προφήτης. i. *ille Propheta*. ſ. Meſ-

ſias tamdiu expectatus. VENTVRVS EST. i. prædictus, ſeu promiſſus venturus.

FVGIT. Græc. ἀνεχώρησε. i. *receſſit.* 15

CAPHARNAVM. ſed prius in Bethſaida, vt alij Euangeliſtæ dicunt. 17

VIGINTIQVINQVE. ſ. maiorem lacus partem, ſi ex oppoſita ripa ſoluerant; eſt enim latitudo eius quadraginta ſtadiorum. 19

STATIM. ſ. vt cum acceperunt. 21

ALTERA. i. ſequenti. VNA, &c. Græc. & Syr. *vna in quam intrauerant diſcipuli eius.* 22

SVPERVENERVNT. ſ. poſteà. 23

NAVICVLAS. ſ. illas, quæ ad eum locum ſuperuenerant. 24

QVÆRITIS. ſ. multi ex vobis. SIGNA. adeóque per ea eleuemini ad res cæleſtes. 26

OPERAMINI. i. operando parate. ſic Paulus. *Salutem veſtram operamini.* NON CIBVM. ſ. ſolùm, ſeu præcipuè. QVI PERMANET. ſ. gratiam Dei, ſeu animæ ſalutem. SIGNAVIT. Græc. ἐσφράγισεν. i. *ſigillauit.* ſ. velut ſigillo appoſito, voce de cælo, & miraculis, declarauit & confirmauit ſuum eſſe Filium. 27

FACIEMVS. i. facere debemus. DEI. i. Deo grata, ſeù quæ Deus ab homine requirit. 28

HOC EST. non dicit ſolùm id eſſe: CREDATIS. ſ. fides fundamentum eſt ædificij ſpiritualis. 29

TIBI. Intellexerunt de ſe dixiſſe. 30

MANNA. Chald eſt. nam Hebr. *Man.* Vide Exod. 16. 31

DE CÆLO. i. verè cæleſtem. PANEM. ſ. me. VERVM. non figuram ipſam, qualis erat manna; vel q. d. verè panem, vel verè cæleſtem. 32

MVNDO. i. hominibus. 33

DIXERVNT. ſ. carnaliter intelligentes panem, vt Samaritana aquam. 34

VITÆ. i. viuificans. ET QVI, &c. Explicatio præcedentis. ſ. per fidem venitur. Intellige verò formatam charitate. NON SITIET. ſ. nec eſuriet. q. d. ſatiabitur (vt alia iam non optet) præſertim in cælo. 35

DIXI. ſ. aliàs. QVIA. pro quod. ME. ſ. facientem ea per quæ credere deberetis. 36

DAT. ſ. prædeſtinando, & vocando. FORAS. i. à me, ſed conſeruabo. 37

MEAM. ſ. ſolam. SED. pro, ſed etiam. 38

DEDIT. ſ. electos. EX EO. ſ. vllum. 39

AVTEM. pro, enim. Syr. *enim.* VIDET. ſ. oculis corporis, vel mentis. 40

ILLO. ſ. Chriſto, vel ſermone. 41

IN INVICEM. i. inter vos. 43

TRAXERIT. ſ. efficaciter mouendo repugnantem vitioſam naturam. 44

PROPHETIS. Vide Iſa. 54. Ierem. 31. OMNES. ſ. Eccleſiæ filij. DOCIBILES DEI. Græc. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. i. *à Deo docti.* AVDIVIT. ſ. intus docentem per fidem. 45

A DEO. ſ. natus, vel miſſus. De ſe loquitur. 46

HABET. pro, habebit. 47

NON MORIATVR. ſ. anima & corpore ſuo tempore reſuſcitabitur ad vitam perpetuam. q. d. manna nec vitam perpetuam corpori potuit dare, at hic panis & corpori dat, & animæ. 50

VIVVS. ſ. & viuificans. 51

DABO, iungendum cum *pro mundi vita.* MEA EST. Græc. & Syr. *mea eſt, quam ego dabo.* 52

LITIGABANT. ſ. aliis accuſantibus, aliis defendentibus. CARNEM SVAM, &c. Intellexerunt Iudæi eum dicere, id quod hæretici nolunt intelligere; nec Chriſtus illam intelligentiam reprobauit, ſed confirmauit; toties verò, & adeò apertè, vt mirum ſit eſſe adhuc qui litigent. 53

ET BIBERITIS. Etiam qui vnam ſpeciem ſolam ſumunt, bibunt, quod attinet ad Chriſti intentionem: eſt enim in carne ſanguis, ſimulque vtrumque ſumitur, nec quidquam plus accipit, qui vtramque ſpeciem accipit. Cùm ergo ſanguis ſumatur, in quo eſt virtus, parum refert, quòd non ſumitur per modum potus. 54

RESVSCITABO. ſ. felici reſurrectione. 55

57 IN ME. ſ. vt palmes in vite, vnde viuit. IN ILLO. ſ. viuificans.

58 VIVO. & quà Deus, & quà homo. PATREM. ſ. vitam mihi dantem. ET QVI. pro, ſic qui. PROPTER ME. ſ. ſic ſibi coniunctum, ſeu vnitum.

61 DVRVS. i. difficilis captu. AVDIRE. i. capere.

63 VIDERITIS, &c. q. d. quid dicetis, an etiam tum negabitis eum vera dicere?

64 SPIRITVS, &c. q. d. quæ dixi, ſpiritualiter intelligenda ſunt, & non carnaliter, vt vos intelligitis; quaſi ſ. caro mea dentibus ſit laceranda: non enim ſic daturus ſum, ſed in Sacramento, ſub ſpecie panis & vini. SPIRITVS ET VITA SVNT. i. vitam dant ſpiritualem, ſanè intellecta.

65 AB INITIO. ſ. conuerſationis cum diſcipulis, vel ab æterno.

67 EX HOC. ſ. tempore. RETRO. ſ. deſerto Chriſto.

69 VITÆ ÆTERNÆ. ſ. efficacia, ſi quis eis obediat.

70 COGNOVIMVS. i. reipſa. ſ. per miracula, experti ſumus.

71 ELEGI. ſ. ad Apoſtolatum. ET EX VOBIS VNVS &c. q. d. non omnes ita ſentitis. DIABOLVS. i. peſſimus.

72 SIMONIS. ſ. filio.

CAPVT VII.

Ad Scenopegiæ feſtum quaſi in occulto aſcendens conuincit de ipſius doctrina Iudæos, quod ipſum iniuſtè calumniarentur de curato homine ſabbato: ſitientes ad ſe vocat, & de ipſo turba variè loquitur: miniſtri qui ad eum apprehendendum miſſi erant, audita eius prædicatione collaudant ipſum; ſed & Nicodemus ipſum defendens, malè audit a Pontificibus & Phariſæis.

1 POſt hæc autem ambulabat Ieſus in Gali-
A læam, non enim volebat in Iudæam am-
bulare; quia quærebant eum Iudæi interfice-
2 re: * Erat autem in proximo dies feſtus Iudæo-
3 rum, [a] Scenopegia. * Dixerunt autem ad eum [a] *Leu.* 23. *f.* 32
fratres eius: Tranſi hinc, & vade in Iudæam,
vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis.
4 * Nemo quippe in occulto quid facit, & quæ-
rit ipſe in palàm eſſe: ſi hæc facis, manifeſta
5 teipſum mundo. * Neque enim fratres eius cre-
6 debant in eum. * Dicit ergo eis Ieſus: Tem-
pus meum nondum aduenit: tempus autem
7 veſtrum ſemper eſt paratum. * Non poteſt mun-
dus odiſſe vos: me autem odit: quia ego teſti-
monium perhibeo de illo, quòd opera eius ma-
8 la ſunt. * Vos aſcendite ad diem feſtum hunc,
B ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum:
quia meum tempus nondum impletum eſt.
9 * Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa.
10 * Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc &
ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſtè, ſed
11 quaſi in occulto. * Iudæi ergo quærebant eum
12 in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille? * Et mur-
mur multum erat in turba de eo. Quidam enim
dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dice-
13 bant: Non, ſed ſeducit turbas. * Nemo tamen
palàm loquebatur de illo, propter metum Iu-
14 dæorum. * Iam autem die feſto mediante, aſcen-
15 dit Ieſus in templum, & docebat. * Et miraban-
tur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras ſcit,
16 cùm non didicerit? * Reſpondit eis Ieſus, & di-
xit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui mi-
17 ſit me. * Si quis voluerit voluntatem eius facere:
C cognoſcet de doctrina, vtrùm ex Deo ſit, an ego
18 à me ipſo loquar. * Qui a ſemetipſo loquitur,
gloriam propriam quærit: qui autem quærit
gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, &

Exod.24. a.2 Sup.5.c.18 iniuſtitia in illo non eſt. * Nónne Moyſes de- 19
dit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem?
* Quid me quæritis interficere? Reſpondit tur- 20
ba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit
interficere? * Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum 21
opus feci, & omnes miramini. * Propterea 22
Leu.12. a.3 Moyſes dedit vobis circumciſionem: (non
Gen.17. b.10 quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus) & in ſab-
bato circumciditis hominem. * Si circumciſio- 23
nem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur D
lex Moyſi: mihi indignamini quia totum ho-
Deut.1. c.16 minem ſanum feci in ſabbato? * Nolite iudi- 24
care ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iu-
dicate. * Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis: 25
Nónne hic eſt, quem quærunt interficere? * Et 26
ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Num-
quid vere cognouerunt principes quia hic eſt
Chriſtus? * Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus 27
autem cùm venerit, nemo ſcit vnde ſit. * Cla- 28
mabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens:
Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: & à me ipſo non
veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſci-
tis. * Ego ſcio eum: quia ab ipſo ſum, & ipſe me 29
miſit. * Quærebant ergo eum apprehendere: 30
& nemo miſit in illum manus, quia nondum E
venerat hora eius. * De turba autem multi cre- 31
diderunt in eum, & dicebant: Chriſtus cum
venerit, numquid plura ſigna faciet quàm quæ
hic facit? * Audierunt Phariſæi turbam mur- 32
murantem de illo hæc: & miſerunt Principes &
Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum.
* Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus 33
vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit.
Infr.13. d.33 * Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego 34
ſum, vos non poteſtis venire. * Dixerunt ergo 35
Iudæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia
non inueniemus eum? numquid in diſperſio-
nem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes?
* Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me, 36
& non inuenietis: & vbi ſum ego, vos non pote-
Leu.23. f.27 ſtis venire? * In nouiſſimo autem die magno 37
feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat, dicens: Si
Deut.18. c.15 quis ſitit, veniat ad me, & bibat. * Qui credit 38
Ioel.2.g.28 in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre
Act.2.c.17 eius fluent aquæ viuæ. * Hoc autem dixit de Spi- 39
ritu, quem accepturi erant credentes in eum:
nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus
nondum erat glorificatus. * Ex illa ergo turba, 40
cùm audiſſent hos ſermones eius, dicebant: Hic
eſt vere propheta. * Alij dicebant: Hic eſt Chri- 41
ſtus. Quidam autem dicebant: Numquid à
Mich.5. a.2 Galilæa venit Chriſtus? * Nónne Scriptura di- 42
Matth.2. a.6 cit: Quia ex ſemine Dauid, & de Bethlehem
caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus? * Diſ- 43
ſenſio itaque facta eſt in turba propter eum.
* Quidam autem ex ipſis volebant apprehen- 44
dere eum: ſed nemo miſit ſuper eum manus. G
* Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices, & Pha- 45
riſæos. Et dixerunt eis illi: Quare non adduxi-
ſtis illum? * Reſponderunt miniſtri: Numquam 46
ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. * Reſpon- 47
derunt ergo eis Phariſæi: Numquid & vos ſe-
ducti eſtis? * Numquid ex principibus aliquis 48
credidit in eum, aut ex Phariſæis? * ſed turba 49
hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt. * Di- 50
Sup.3.a.2 xit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum
51 nocte, qui vnus erat ex ipſis: * Numquid lex no-
ſtra iudicat hominem, niſi prius audierit ab
52 ipſo, & cognouerit quid faciat? * Reſponde- *Deut.17. b.8. & 19. c.15*
runt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus
es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa
53 propheta non ſurgit. * Et reuerſi ſunt vnuſquiſ-
que in domum ſuam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AMBVLABAT. i. verſabatur. IN GALILÆAM. pro, *in Galilea, & Iudæa*, vt eſt Græc. & multi Latini codices ſic legunt.

3 FRATRES EIVS. i. cognati. Græc. ferè putant fuiſſe filios Ioſeph ex vxore priori. Nonnus:

Γνωτοὶ ἀδελφειοὶ, τετράζυγες υἷες Ἰωσήφ.
Fratres putatiui, quatuor filij Ioſeph.

Quod meritò reijciunt alij.

4 SI HÆC FACIS. pro, cùm talia opera facias, profer ea teque in publicum.

6 TEMPVS MEVM. ſ. eundi ad Feſtum nondum venit.

8 NON ASCENDO. ſ. nunc, aut vobiſcum.

10 NON MANIFESTE, neque comitatus, neque via regia iuit ad Feſtum.

18 GLORIAM PROPRIAM QVÆRIT. Verum ſignum ad cognoſcendam veram doctrinam, cùm quis non quærit ſua.

19 NONNE MOYSES. q.d. ſi legem Moyſis, quæ à Deo erat, non ſeruaſtis, non eſt mirum ſi meam doctrinam non accipitis.

21 VNVM OPVS FECI. ſ. languidum ad Probaticam ſanaui. ET OMNES MIRAMINI. i. conturbamini, quia id feci in Sabbato.

22 PROPTEREA. i. ne miremini, lege Moyſis Sabbatum ſoluitur, quando circumciditis in Sabbato ne ſoluatur lex Moyſis, mandans, vt octauo die infans circumcidatur.

24 NOLITE IVDICARE SECVNDVM FACIEM. i. legem Moyſis probare, me qui facio ſimilia improbare.

27 VNDE SIT. Nemo ſciet vnde veniet Meſſias, quia repentè veniet. Alioqui ex Bethlehem fore notum erat.

32 MISERVNT PRINCIPES. ſ. ſacerdotum, qui Chriſtum caperent.

33 VOBISCVM SVM. i. ero. ſic illis verbis,

34 VBI EGO SVM. i. ero, vos venire non poteſtis.

35 IVDÆI AD SEMETIPSOS. i. inter ſe dicebant.

37 IN NOVISSIMO AVTEM DIE, octauo Azymorum, quem vocat *magnum*, quia par primo ſolemnitate erat.

39 SPIRITVS DATVS. ſ. ſanctus. Perantiquus codex ſic legit: *Nondum enim erat Spiritus, quia*, &c. Hoc modo & Auguſtinum legiſſe, cùm hunc ex profeſſo tractauit locum, non poteſt non ei certum eſſe, qui attente & cum iudicio Tractatum eius legerit. Hoc eodem vel proximo modo etiã Hieronymum legiſſe, qui reſponſionem eius ad nonam Hedibiæ quæſtionem euoluerit, vix dubitare poterit. Alia quædam Roberti manu ſcripta legunt: *Nondum enim erat Spiritus ſanctus, quia*, &c. Plerique Græcorum codicum Expoſitores, Theophylactus atque Euthymius, ſuffragantur; Chryſoſtomo quoque, prout ex correctione Montani Pariſiis eſt editus, adſtipulantur, qui & Homilia 2. in Act. *Nondum enim*, inquit, *erat Spiritus, qui poſt docuit eos.* Senſum autem huius lectionis exprimit Græcus codex B. à Roberto inſignitus, qui addit ἐπ' αὐτοῖς: *nondum enim erat Spiritus ſanctus in eis.* Pleriq; Latinorum codicum tam ſcriptorum quàm excuſorum legunt, *Nondum enim erat Spiritus datus*, &c. Cum his Syra conſentiunt. Conſentit & Græcorum exemplar Vaticanum, ita enim legit: Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον δεδομένον, ὅτι, &c. Hanc lectionem alijs in locis ſecutus eſt Auguſtinus lib.4. de Trinit. cap. 20. Quæſt. 6: inter 83. in Ioan. Tract. 52. Hoc etiam pacto legunt Didymus lib. 2. de Spiritu ſancto, & Leo Serm. 2. de Pentecoſte.

42 VBI ERAT DAVID. i. habitauit, aut quod erat ipſius Dauid patria, inde Chriſtus venit.

Vnvs erat ex ipsis. ſ. Nicodemus erat ex Principibus & Senatoribus. 50

Galilævs es? ſ. vt eſt iſte homo, ob patriam communem ei faues? ſic Nicodemo dicunt. Scrvtare Scriptvras. Græc. *ſcrutare & vide*, ſed benè ſuppletur, *Scripturas*. Propheta. i. nullus Propheta venit à Galilæa. 52

Et reversi svnt. Quidam hunc verſum expungunt immeritò. 53

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Ambvlabat. i. verſabatur. ſic inf. Galilæam. pro, Galilæa. Ivdæam. pro, Iudæa. 1

Scenopegia. Ita dicta à figendis tabernaculis. nam *σκηνὴ, tabernaculum, πηγῶ, figo.* inde *σκηνοπηγία*. Vide Leuit. 23. 2

Fratres. i. cognati. ſ. qui non erant Apoſtoli. Discipvli. ſ. qui ſunt in Iudæa. 3

Qvid. ſ. egregium, ſeu ſingulare. Et qværit. pro, ſed quærit. In palam. q. d. celebris. Si. pro, quandoquidem. Hæc. i. talia, ſ. tam ſingularia. 4

Credebant. ſ. vt par erat, ſed valdè de eo humiliter ſentiebant, quaſi conſilio opus haberet. 5

Tempvs. i. aſcendendi opportunitas. Paratvm. ſ. veſtro iudicio. vel q. d. vobis perinde eſt quocumque tempore aſcendatis. 6

Odisse. ſ. ea ratione, qua me. 7

Ascendite. i. poteſtis iam aſcendere ſi vultis. Non ascendo. Græc. *οὔπω ἀναβαίνω, nondum aſcendo*. Syr. *nunc non aſcendo*. Impletvm est. i. aduenit. 8

Manifeste. ſ. comitatus, vt ſolebat, diſcipulis. Occvlto. ſ. declinabat odium volentium eum interficere. 10

Ille. per contemptum. 11

Alii. ſ. Sacerdotes, & Phariſæi. Tvrbas. i. indoctum vulgus. 12

Palam. Græc. *παῤῥησίᾳ*. i. *liberè*. ſ. defendendo, aut laudando. ſic inf. Ivdæorvm. ſ. quibus Chriſtus inuiſus. 13

Mediante. ſ. die quarto, durabat enim per dies octo. 14

Litteras. ſ. Scripturam legere, vel interpretari. erat enim Hebraicè ſcripta, Iudæi autem Syriacè loquebantur. Didicerit. Fortè diſcebantur ſolùm in Ieruſalem. 15

Non est mea. i. à me. 16

Cognoscet. ſ. obedientia mandatorum Dei, meretur illuminationem. A me ipso. ſ. & non à Deo. 17

A semetipso. ſ. non à Deo doctus. Hic, &c. de ſe loquitur. 18

Qvid. i. cur. q. d. cùm ſitis Dei inimici, quid cauſæ habetis contra me, à Deo miſſum, eique obedientem? Tvrba. i. è turba aliqui. 20

Vnvm. ſ. ſanando in Sabbato ægrum hominem. Miramini. ſ. & tumultuamini, quaſi Sabbatum violauerim. 21

Propterea. ſ. attendite. Circvmcisionem. i. præceptum circumciſionis. Ex Moyse. ſ. primo inſtitutore. 22

Lex. ſ. de circumcidendo die octauo, vel de Sabbato. q. d. & tamen non ſoluitur lex de Sabbato, per opus circumciſionis. Totvm. i. corpore & anima. q. d. an id minus eſt circumciſione? 23

Secvndvm faciem. i. apparentiam, vel acceptionem perſonarum. q. d. ne me temerè accuſetis, quia contemnitis. 24

Scit. pro, ſciet. Vnde. i. quibus ortus parentibus. 27

Scitis. ſ. ſecundùm quod dicitis. Vervs. ſ. Deus, vel verax in promiſſis. Nescitis. ſ. vt par eſt, vel mecum eſſe Patrem, meque miſiſſe. 28

Et nemo. pro, ſed nemo. Hora. i. tempus quo mori ſtatuerat. 30

Christvs, &c. q. d. ſi iſte non eſt Chriſtus, ſed alius qui expectatur, numquid ille? &c. 31

Mvrmvrantem. i. ſubmiſsè loquentem. Principes. Græc. & Syr. *Principes ſacerdotum*. 32

Eis. ſ. qui aderant Iudæis. Vado. pro, ibo. ſ. poſteà. 33

34 Qværetis. pro, ſi quæratis. ſic Pſal. *quæres locum eius*. pro, ſi quæras. Svm. ſ. erat ſemper beatus. vel *ſum*, pro, ero ſ. in cælo. Non potestis. Præuidebat in malo obſtinatè perſeueraturos, alioqui dum quis viuit, poteſt ſaluari, quia poteſt à Deo conuerti.

35 Ad semetipsos. i. inter ſe. Dispersionem Gentivm. i. diſperſas per orbem gentes.

37 Novissimo. ſ. octauo, qui celeberrimus. Vide Leuit. 23. Sitit. ſ. animæ bona, ſeu diuina.

38 Sicvt dicit, &c. Poteſt coniungi cum præcedentibus. q. d. credit vt monet Scriptura. vel cum ſequentibus. Scriptvra. Fortè aliqua quæ non extat. Vide tamen Prouerb. 5. Iſa. 41, 42, 43, 44, 48. Ezech. 36. quamquam plena eſt Scriptura donorum Spiritus ſancti mentione. Flvmina. i. copia gratiarum. Ventre. i. corde, ſeu mente.

39 Datvs. ſ. copiosè. Glorificatvs. ſ. poſt Aſcenſionem miſſurus erat Spiritum ſanctum.

42 Vbi. pro, vnde.

45 Pontifices. Græc. *Principes ſacerdotum*.

46 Homo. i. *quiſquam*, Hebr.

49 Legem. i. Scripturam.

52 Galilævs. qui ſ. ei faueas ob communem patriam. vel q. d. eius diſcipulus, hi enim ferè Galilæi. Propheta. ſ. quiſquam. Svrgit. ſ. vmquam.

CAPVT VIII.

Mulierem in adulterio deprehenſam, ſcribens in terra abſoluit ab accuſatoribus: dicit ſe lucem mundi, & Phariſæos in peccato ſuo morituros: qui etiam verè ſint eius diſcipuli, quive ſerui aut liberi: dicit illos neque ex Deo neque ex Abraham, ſed ex patre diabolo eſſe, qui veritatem dicenti non crederent: blaſphemantibus dicit ſe dæmonium non habere, ſed Patrem honorificare, & antequam Abraham fieret, ſe eſſe: volentibuſque eum lapidare, auferens ſui proſpectum exiit de templo.

1 IEſus autem perrexit in montem Oliueti:
2 & diluculo iterùm venit in templum, &
A omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat
3 eos. Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi, mulierem in adulterio deprehenſam: & ſtatue-
4 runt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter,
hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.
5 [a] In lege autem Moyſes mandauit nobis hu- [a] Leu. b.10
6 iuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc
autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum,
7 digito ſcribebat in terra. Cùm ergo perſeue-
rarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis:
[b] Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in il- [b] Deut. b.17
8 lam lapidem mittat. Et iterùm ſe inclinans,
9 ſcribebat in terra. Audientes autem vnus poſt
vnum exibant, incipientes à ſenioribus: &
remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans.
10 Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, vbi
ſunt, qui te accuſabant? nemo te condemna-
11 uit? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem
B Ieſus: Nec ego te condemnabo: Vade, & iam
12 ampliùs noli peccare. Iterùm ergo locutus eſt
eis Ieſus, dicens: [c] Ego ſum lux mundi: qui ſe- [c] 1. Ioan. b.5
quitur me, non ambulat in tenebris, ſed ha-
13 bebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Phariſæi:
Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimo-
14 nium tuum non eſt verum. Reſpondit Ieſus, &
dixit eis: Et ſi ego teſtimonium perhibeo de
meipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia
ſcio vnde veni, & quò vado: vos autem neſcitis
15 vnde venio, aut quò vado. Vos ſecundùm car-
16 nem iudicatis; ego non iudico quemquam: &
ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia

ſolus non ſum : ſed ego, & qui miſit me, Pater.
Deut. 17 b.6. & 19 c.15 Matth. 18 b.16 2.Cor. 13. a.1 Hebr. 10. e.28 * Et in lege veſtra ſcriptum eſt, " quia duorum 17
hominum teſtimonium verum eſt. * Ego ſum, 18
qui teſtimonium perhibeo de me ipſo : & teſti-
monium perhibet de me, qui miſit me, Pater.
* Dicebant ergo ei: Vbi eſt Pater tuus? Reſpon- 19
dit Ieſus: Neque me ſcitis, neq; Patrem meum:
ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.
* Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio, 20
docens in templo : & nemo apprehendit eum, C
quia necdum venerat hora eius. * Dixit ergo ite- 21
rùm eis Ieſus : Ego vado, & quæretis me, & in
peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos
non poteſtis venire. * Dicebant ergo Iudæi: 22
Numquid interficiet ſemetipſum, quia dixit:
Quò ego vado, vos non poteſtis venire? * Et di- 23
cebat eis : Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis
ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de
hoc mundo. * Dixi ergo vobis, quia moriemini 24
in peccatis veſtris : ſi enim non credideritis quia
ego ſum, moriemini in peccato veſtro. * Dice- 25
bant ergo ei : Tu quis es? Dixit eis Ieſus: Prin-
cipium, qui & loquor vobis. * Multa habeo de 26
vobis loqui, & iudicare. ſed qui me miſit, verax
eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mun-
do. * Et non cognouerunt quia Patrem eius di- 27
cebat Deum. * Dixit ergo eis Ieſus: Cùm exal- 28
taueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quia
Rom. 3. a.4 ego ſum, & à meipſo facio nihil, " ſed ſicut do-
cuit me Pater, hæc loquor : * & qui me miſit, 29
mecum eſt, & non reliquit me ſolum : quia ego, D
quæ placita ſunt ei, facio ſemper. * Hæc illo lo- 30
quente, multi crediderunt in eum. * Dicebat 31
ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos : Si
vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli
mei eritis : * & cognoſcetis veritatem, & veritas 32
liberabit vos. * Reſponderunt ei : Semen Abra- 33
hæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vmquam: quo-
modo tu dicis: Liberi eritis? * Reſpondit eis 34
Rom. 6. c.16 2. Petr. 2. d.19 Ieſus : Amen, amen dico vobis : " quia omnis
qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. * ſeruus 35
autem non manet in domo in æternum : filius
autem manet in æternum. * ſi ergo vos filius li- 36
berauerit, verè liberi eritis. * Scio quia filij Abra- 37
hæ eſtis : ſed quæritis me interficere, quia ſermo E
meus non capit in vobis. * Ego quod vidi apud 38
Patrem meum, loquor: & vos quæ vidiſtis apud
patrem veſtrum, facitis. * Reſponderunt, & dixe- 39
runt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ie-
ſus : Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.
* Nunc autem quæritis me interficere, homi- 40
nem, qui veritatem vobis locutus ſum, quam
audiui à Deo : hoc Abraham non fecit. * Vos 41
facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei:
Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum pa-
trem habemus Deum. * Dixit ergo eis Ieſus : Si 42
Deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; me. ego
enim ex Deo proceſſi, & veni: neque enim à me
ipſo veni, ſed ille me miſit. * Quare loquelam 43
meam non cognoſcitis? Quia non poteſtis au-
1. Ioan. 3. b.8 dire ſermonem meum. * " Vos ex patre diabolo 44
eſtis : & deſideria patris veſtri vultis facere. ille
homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit:
quia non eſt veritas in eo. cùm loquitur menda- F
cium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, &
pater eius. * Ego autem ſi veritatẽ dico, non cre- 45
46 ditis mihi. * Quis ex vobis arguet me de pecca-
to? Si veritatem dico vobis, quare non creditis
47 mihi? * " Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Pro- 1. Ioan. 4. a.6
ptereà vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.
48 * Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Nón-
ne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &
49 dæmonium habes? * Reſpondit Ieſus : Ego dæ-
monium non habeo : ſed honorifico Patrem
50 meum, & vos inhonoraſtis me. * Ego autem non
quæro gloriam meam: eſt qui quærat, & iudicet.
51 * Amen, amen dico vobis : ſi quis ſermonem
meum ſeruauerit, mortem non videbit in æter-
52 num. * Dixerũt ergo Iudæi: Nunc cognouimus
G quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt,
& Prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonẽ meum
ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum.
53 * Numquid tu maior es patre noſtro Abraham,
qui mortuus eſt? & Prophetæ mortui ſunt.
54 Quem te ipſum facis? * Reſpondit Ieſus: Si ego
glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt : eſt Pa-
ter meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia
55 Deus veſter eſt, * & non cognouiſtis eum : ego
autem noui eum: Et ſi dixero quia nõ ſcio eum,
ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, & ſer-
56 monem eius ſeruo. * Abraham pater veſter exul-
tauit vt videret diem meum : vidit, & gauiſus
57 eſt. * Dixerunt ergo Iudæi ad eum : Quinqua-
ginta annos nondum habes, & Abraham vidi-
58 ſti? * Dixit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis,
59 antequam Abraham fieret, ego ſum. * Tulerunt
ergo lapides, vt iacerent in eum : Ieſus autem
abſcondit ſe, & exiuit de templo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 ADDVCVNT AVTEM SCRIBÆ. ſ. ad Chri-
ſtum. MVLIEREM. Hanc hiſtoriam adul-
teræ antiqui Græci codices non habebant, non aliquot
Latini, Euſebius lib. 3. cap. 39. eam ex Euangelio Na-
zaræorum affert, nulla de Ioanne mentione. Chryſo-
ſtomus, Theophylactus, alij Græci Patres non legunt.
Quin etiam Euthymius hic ait in exactioribus exem-
plaribus aut non eſſe, aut obelo notari, neque ab vllo
Expoſitore explicari. Contrà fauent Ambroſius lib. 3.
de Spiritu ſancto cap. 2. & libro 7. epiſt. 58. & lib. 9.
epiſt. 76. Auguſtinus in Ioan. Tractatu 33. de Verbis
Domini Serm. 47. epiſt. 54. Hieronymus contra Pelag.
lib. 2. Gregorius Moral. cap. 6. & lib. 14. cap. 15. Ac-
cedit auctoritas Eccleſiæ expreſſa in Concilio Triden-
tino ſeſſ. 4.
6 VT POSSENT ACCVSARE, ſiue damnaret, vt
rigidum; ſiue abſolueret, vt Legis præuaricatorem.
DIGITO SCRIBEBAT. Quid ſcriberet, diuinare
non iuuat. Hieronymus lib. 2. cont. Pelag. *ſcribebat eo-
rum qui accuſabant, & omnium peccata mortalium.*
Ambroſius duabus ad Studium epiſt. ſuſpicatur pri-
ma inclinatione verba Ierem. cap. 22. ſcripſiſſe, altera
verba apud Matth. cap. 7. verſ. 3. *Feſtucam quæ in oculo.*
Haymo notas ſcripſiſſe ait, quibus quiſque ſua agno-
ſcebat ſcelera. Euthymius nihil ſcripſiſſe, ſed ſimu-
laſſe; vt illis innueret, ſe ad eorum verba non attende-
re. Rabanus ait ſignificaſſe accuſatores dignos eſſe qui
in terra ſcriberentur. Quid plura?
7 QVI SINE PECCATO. Deut. 17. verſ. 7. præcipitur,
vt teſtes primi reum mortis lapidarent, populus ſe-
queretur.
11 NEC EGO TE CONDEMNABO. Græc. *condemno.*
IAM. deinde, poſthac noli peccare.
12 QVI SEQVITVR ME, NON AMBVLAT. pro, verſa-
tur, *in tenebris.*
15 NON IVDICO. ſ. ex me, ſed quod Pater iudicat,
id ego.

FORSI-

Forsitan. pro, ſanè, vtique Patrem meum ſciretis, 19
ſi me.
In gazophylacio. in atrio, vbi arca erat à Ioas 20
Rege poſita, 4. Reg. 12. verſ. 9. vbi oblationes ſeruaban-
tur. ibi locutus eſt Ieſus.
Principivm, qvi et loqvor vobis. Locus diffi- 25
cilis. Quidam *principium* pro, omnino, vt ſit aſſeueran-
tis nota. Vnde id? ſic Centur. Cent. 1. p. cap. 4. de Verbo.
Vera expoſitio. Rogatis, Tu quis es? Reſpondeo, Sum
quod initio vobis dixi huius mei ſermonis, Filius Dei
ſum, miſſus à Patre. Ergo pro *qui* lege *quod*, vt notant
Louan. ſic inueniri in Latino quodam codice, & ſic eſt
quidem Græc. Eritque Græciſmus, accuſatiuus pro ad-
uerbio, ſeu ablat. Latino, *principium* pro *principio*. Hoc
Syriacus expreſſit. cùm dixit: *Id quod cœpi loqui vobiſ-
cum.* ſ. ſum. Ex antiquis hoc aſſecutus eſt Nonnus:

Τίς σὺ πέλεις; ἢ Χριστὸς ἀνίαχεν, Ὅττι περ ὑμῖν
Ἐξ ἀρχῆς ἐνέειπον. hoc eſt,

*Quis tu es? & Chriſtus clamauit: Quod certè vobis ab
initio dixi.*

Ex neotericis Gagneius id ſecutus, ſcopum attingit;
alij hallucinantur & errant. Ita vox *principium* in ac-
cuſatiuo eſt, τὴν ἀρχήν.
Patrem eivs. *Eis* pro *eius*, Regia & Louan. ſic 27
Græc. & Syr. & multi è Patribus. Nimirum alij lege-
runt αὐτοῖς, alij αὐτῷ, cui lectioni Veleſij margo fa-
uet. Nil intereſt, ſiue dicas, *Patrem eius*, ſiue, *Patrem
eis dicebat Deum.*
Tvnc cognoscetis qvia ego svm. ſ. Meſſias. 28
Et veritas liberabit. Fructus Euangelij, liber- 32
tas a lege veteri, non qualem fingunt hæretici.
Nemini servivimvs. ſ. vltro. Alioqui Romanis 33
ſubditi erant.
Sermo mevs non capit. οὐ χωρεῖ, *non habet lo-* 37
cum non eſtis capaces.
Hoc Abraham. i. ſimile non fecit, non fuit ho- 40
micida.
Nos ex fornicatione, i. idololatræ. Aut taxant 41
Chriſtum quaſi eſſet adulterinus. nam hodie eum
Mamzer vocant, quod id ſignificat.
Homicida erat, occidit hominem per peccatum. 44
Et pater eivs. ſ. mendacij. Reſoluitur oratio. Pli-
nius lib. 28. c. 9. *Accommodatiſſimum ſtomacho lac ca-
prinum, quia fronde veſcuntur*, nempe capræ.
Exvltavit. i. ſummopere Abraham concupiuit 56
videre me.
Qvinqvaginta annos, præ macie & ſqualore 57
maior ætate quàm erat videbatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Oliveti. Græc. *oliuarum*. 1
In medio. ſ. coram Chriſto. 3
Lapidare. Ita legem traditione interpretabantur. 5
ſ. lapidandam adulteram.
Scribebat. ſ. eorum peccata, conuicturus, ſi 6
opus eſſet, ſecundùm quoſdam. Videtur potiùs face-
re, quod erat iteraturus, vt eis daret liberiorem diſce-
dendi locum; quod ſi tunc ſolùm feciſſet, fortè rei
nouitas illos detinuiſſet. Quid verò ſcripſerit, quis
poſſit diuinare?
Post vnvm. pro, poſt alium. Exibant. For- 9
tè timentes ne illorum peccata ſcripſiſſet. Senio-
ribvs. Fortè hi ſibi conſcij grauiorum. Solvs. i. ſi-
ne accuſatore vllo. In medio. ſ. coram Chriſto, &
Apoſtolis.
Condemnabo. Græc. *condemno.* Iam am- 11
plivs, &c. Græc. *ne poſt hac pecces.* Oſtendit ſe peper-
ciſſe illi, non autem ſibi placere peccatum.
Ambvlat. i. verſatur. Græc. *ambulabit.* pro, ambu- 12
lat. Habebit. pro, habet. Vitæ. i. vitam dans, vel
ad vitam ducens.
Vado. i. ſum iturus. ſ. ex mundo hoc. 14
Secvndvm carnem. i. carnaliter. Non ivdico. 15
ſ. vt vos, peruersè. vel, *non iudico.* ſ. nunc.
Vide infrà cap. 12.
Et si. pro, cùm autem. vel, ſed cùm. Vervm est. 16
i. tamquam verum recipiendum. Solvs. i. vt ideò
ſit repudiandum, quia ſolum vnus ſit.
19 Scitis. i. noſtis. Forsitan. pro, vtique. id enim
magis Græc. indicatur.
20 In gazophylacio. i. prope gazophylacium.
Templo. i. templi atrio.
21 Itervm. ſ. repetens quod ſuprà dixerat, cap. 7. Va-
do. pro, vadam. i. diſcedam. Qværitis. ſ. ad in-
terficiendum. Peccato. pro, peccatis, vt dicitur infrà.
Vado. i. ibo. ſ. poſt mortem.
22 Qvia dixit, &c. q. d. & mortuum non poterimus
inuenire, & perſequi.
23 Deorsvm. i. e terra. Svpernis. i. cælo. Vos de
mvndo, &c. Explicatio præcedentis.
24 Non credideritis. Videbat quidem non credi-
turos, ideò ſuprà abſolutè dixit, hic vero ſub condi-
tione, dans locum pœnitentiæ. Ego svm. ſ. ex Patre,
nempe Dei Filius.
25 Qvis es? Quia dixerat, *Ego ſum*, non addens quid
eſſet. Principivm, &c. Græc. *principium* (ſeu, *a
principio*) qvi et loqvor vobis. q. d. ſum id quod
à principio vobis dixi. ſ. Dei Filius. atque in hunc ſen-
ſum explicatur Syr. Poteſt etiam ſic explicari: Sum
principium. i. Deus, *qui & loquor*, pro, quamquam et-
iam homo ſum, vt videtis.
26 Habeo. i. poſſum, ſeu poſſem. Sed. pro, nam; vel,
q. d. ſed interim id dicam.
27 Patrem eivs. i. ſuum.
28 Exaltaveritis. ſ. in cruce. Cognoscetis.
ſ. multi poſteà conuerſi. Svm. ſ. Dei Filius.
30 Credidervnt. Apparet ſup. non de omnibus
dixiſſe, *moriemini in peccato*.
31 Manseritis. i. perſeuerauerıtis.
32 Cognoscetis. ſ. in dies perfectiùs. Veritas. ſ. fi-
dei, vel ipſe Chriſtus. Liberabit. ſ. ſeruitute pec-
cati. Græc. *liberos faciet*. ſ. ex ſeruis.
33 Semen. i. filij. Servivimvs. De ſe loquitur, non
de ſuis maioribus.
34 Peccati. ſ. eius vinculo alligatus.
35 Servvs avtem, &c. q. d. & qui talis eſt, more ſer-
uorum non manet, &c. ſ. non habet ius manendi.
37 Filii. Græc. *ſemen.* Capit. i. locum habet.
38 Qvæ vidistis, &c. q. d. quæ à diabolo didiciſtis.
39 Estis. Græc. *eſſetis.* Facite. Græc. *faceretis.*
40 Hoc. i. tale quid. vel, *fecit*, pro, feciſſet.
41 Ex fornicatione, &c. q. d. idololatræ.
42 Pater vester esset. ſ. ſi pro Patre haberetis
Deum, & diligeretis. Processi. ſ. per generatio-
nem. Veni. ſ. in mundum per incarnationem.
43 Loqvelam. ſ. ſermonem. Avdire. i. ferre, adeò
vobis inuiſus ſum.
44 Homicida. ſ. occidit hominis animam peccato; &
in corporis mortem per peccatum induxit. Initio.
ſ. mundi, vel hominum. Veritate. i. rectitudine,
ſeu iuſtitia qua fuerat creatus. Qvia, &c. q. d. quod
ex eo apparet, quia non, &c. Eo. i. eius affectu. Pro
priis. i. corrupto affectu. Pater. i. auctor, ſeu in
uentor. Eivs. ſ. mendacij.
45 Si. Græc. *quia.*
46 Argvet. i. conuincet, ſeu conuincere poterit.
47 Ex Deo. ſ. Dei ſpiritu præditus. Avdit. ſ. liben
ter, & obedienter.
48 Dicimvs. i. ſolemus dicere. Samaritanvs. Ita
vocabant per contemptum, vel quòd videretur legem
ſoluere.
49 Dæmonivm. De Samaritano nihil reſpondet, quia
erat apertum mendacium. ſenſus autem quo illi dice-
bant, per hanc reſponſionem ſatis refellebatur.
50 Ego. ſ. quatenus homo, quærebat Chriſtus non
ſuam, ſed Patris gloriam. Ivdicet. i. condemnet.
ſ. me inhonorantes.
51 Mortem, &c. q. d. perpetuò viuet beatus; vel mor-
tem vocat damnationem.
54 Glorifico. ſ. ſine Patre. Nihil est. i. pro nihilo
habenda. vel q. d. ſi ego me velim apud vos glorifi-
care, nihili facietis.

Et non,

Et non. pro, & tamen non. Cognoviſtis. ſ. vt par eſt. non enim diligitis. 55

Exvltavit. i. exultando optauit. Diem. i. tempus aduentus in carnem. Vidit. ſ. per reuelationem dum viueret, vel in limbo. 56

Fieret. i. eſſet. Svm. ſ. ab æterno. 58

De templo. Græc. additur, *tranſiens per medium illorum, & præteriit.* ſimiliter & Syr. 59

CAPVT IX.

Cæcum à natiuitate ſabbato illuminat; cuius miraculi gloriam Phariſæi multis technis laborant Chriſto detrahere: & quia is qui cæcus fuerat Chriſtum tuetur, extra ſynagogam eiicitur: ſed a Chriſto edoctus credit, & adorat ipſum, qui in iudicium ſe in mundum veniſſe ait.

ET præteriens Ieſus vidit hominem cæ- 1
cum a natiuitate: * & interrogauerunt 2
eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, A
aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? * Re- 3
ſpondit Ieſus: Neque hic peccauit, neque parentes
eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in
illo. * Me oportet operari opera eius, qui miſit 4
me, donec dies eſt: venit nox, quando nemo
poteſt operari. * quamdiu ſum in mundo, lux 5
ſum mundi. * Hæc cùm dixiſſet, expuit in ter- 6
ram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper
oculos eius, * & dixit ei: Vade, laua in nata- 7
toria Siloe (quod interpretatur Miſſus.) Abiit B
ergo, & lauit, & venit videns. * Itaque vicini, & 8
qui viderant eum priùs quia mendicus erat, dicebant:
Nonne hic eſt, qui ſedebat, & mendicabat?
Alij dicebant: Quia hic eſt. * Alij au- 9
tem: Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat:
Quia ego ſum. * Dicebant ergo ei: Quo- 10
modo aperti ſunt tibi oculi? * Reſpondit: Ille 11
homo, qui dicitur Ieſus, lutum fecit: & vnxit
oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria
Siloe, & laua. Et abij, laui, & video. * Et dixe- 12
runt ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio. * Adducunt 13
eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat. * Erat au- 14
tem ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus, &
aperuit oculos eius. * Iterùm ergo interroga- 15
bant eum Phariſæi quomodo vidiſſet. Ille au- C
tem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos,
& laui, & video. * Dicebant ergo ex Phari- 16
ſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui
ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant:
Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna
facere? Et ſchiſma erat inter eos. * Dicunt er- 17
go cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit
oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta
eſt. * Non crediderunt ergo Iudæi de il- 18
lo, quia cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt
parentes eius, qui viderat: * & interro- 19
gauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, D
quem vos dicitis quia cæcus natus eſt? Quo-
modo ergo nunc videt? * Reſponderunt eis 20
parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic eſt
filius noſter, & quia cæcus natus eſt: * quomo- 21
do autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius
aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate:
ætatem habet, ipſe de ſe loquatur. * Hæc 22
dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iu-
dæos: iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi E
quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſyn-
agogam fieret. * Propterea parentes eius dixe- 23
runt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate.

24 * Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fue-
rat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo.
25 nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. * Di-
xit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio: vnum
ſcio, quia cæcus cùm eſſem, modò video.
26 * Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomo-
27 do aperuit tibi oculos? * Reſpondit eis: Dixi
vobis iam, & audiſtis: quid iterum vultis audire?
numquid & vos vultis diſcipuli eius fie-
28 ri? * Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu
F diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſci-
29 puli ſumus. * Nos ſcimus quia Moyſi locutus
eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit.
30 * Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc
enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit,
31 & aperuit meos oculos: * ſcimus autem quia
peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei
cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc ex-
32 audit. * A ſæculo non eſt auditum, quia quis
33 aperuit oculos cæci nati. * Niſi eſſet hic à
34 Deo, non poterat facere quidquam. * Reſpon-
derunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es
totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum fo-
35 ras. * Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras:
& cùm inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis
36 in Filium Dei? * Reſpondit ille, & dixit: Quis
37 eſt, Domine, vt credam in eum? * Et dixit
ei Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur te-
38 cum, ipſe eſt. * At ille ait: Credo Domine. Et
39 procidens adorauit eum. * Et dixit Ieſus: In iu-
dicium ego in hunc mundum veni: vt qui non
40 vident videant, & qui vident cæci fiant. * Et au-
dierunt quidam ex Phariſæis, qui cum ipſo
erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci ſu-
41 mus? * Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non habe-
retis peccatum. nunc verò dicitis: Quia videmus.
Peccatum veſtrum manet.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Hominem cæcvm. Quidam hunc cæcum Chelidonium vocatum ait, & cum Magdalena iuſſe Maſſiliam. Vnde id? Primus in Topographia Sanctorum, & Maurolycus in Catal. Diſcipulorum Chriſti. Quin & Aquenſem in Gallia Epiſcopum faciunt. A nativitate. Difficilior curatio, maius miraculum. Nam ſuffuſio detergitur, & aliæ oculorum labes curantur, quando vis luminis non eſt exceſa, ſed tantùm impedita.

6 Fecit lvtvm. Inepta ex ſe remedia miraculum augent. ſimul ſe Deum oſtendit, qui hominem ex luto formauit, euiſque partem luto reſtituit, vt ait Ambroſius epiſt. 75.

7 In natatoria, ſeu *piſcina*. Eadem vox κολυμβήθρα, quæ cap. 5 verſ. 2. Porrò Hiſtoria Scholaſtica 4. Reg cap. 28. hanc piſcinam ait ab Ezechia factam intra vrbem, vbi erat & fons Siloë, ne populo aqua deeſſet in obſidione Sennacherib, fontes qui erant in agris corrupiſſe.

17 Qvia propheta est. ſ. verax, & à Deo ad nos miſſus, ſic cæcus.

22 Extra synagogam, quaſi anathemate deuinctus eiiceretur qui Chriſtum confiteretur.

24 Da gloriam Deo. Fatere quod verum eſt, nam veritas Deum glorificat. Modus obteſtandi, Ioſue 7. & 1. Reg. 6.

28 Maledixervnt ergo ei. Conuerſam maledictionem in benedictionem. Rebecca Iacob filio Gen. 27. verſ. 13. *In me ſit iſta maledictio, fili mi.*

34 Natvs es totvs, corpore & animo, & ab ipſa natiuitate es peccator.

In ivdicivm ...veni, vt pro meritis æqualia diſtri- 39
buam præmia aut ſupplicia.

Peccatvm veſtrvm manet. i. non remittitur. 41
grauius eſt, quia non ex ignorantia, non eſtis cæci.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Vidit. Attentè aſpexiſſe, apparet ex Diſcipulo- 1
rum interrogatione.

Qvis, &c. Rudis interrogatio, niſi fortè ſenſus eſt, 2
Peccatum ne huius originale quo in Adam peccauit, an
actuale parentum eius, meruit vt cæcus naſceretur?

Eivs. ſ. vt cæcus naſceretur. Sed. ſ. cæcus eſt natus. 3
Dei. Erant Chriſti opera Dei, quia ipſe Deus.

Eivs. i. ab eo præcepta. Dies. i. ſæculi tempus. 4
Nox. ſ. hominum mors. Poteſt. ſ. meritoriè. po
teſt & ſenſus eſſe: Dum viuo, oportet me operari quæ
Pater iuſſit; ea enim poſt mortem meam non poterunt
fieri, quæ ſum iuſſus facere dum viuo.

Lvx. Ideò oportet me illuminare. 5

Natatoria. Sup. idem verbum Græcum vertit, 7
piſcina. Siloe. Fons eſt ad radicem montis Sion, vnde
fit illa Piſcina. Missvs. Hebr. שלוח *Scaluach*. Syr.
שילוחא *Sciluchà*.

Mendicvs. Græc. *cæcus*. Sedebat. ſ. ante tem- 8
plum, vt ille, de quo Act. 3.

Video. Græc. ἀνέβλεψα. i. *viſum recepi*. 11

Vidisset. i. viſum recepiſſet. ſic infrà. 15

Cvstodit. i. obſeruat. Schisma. i. diſſidium. 16

Propheta. q. d. vir ſanctus à Deo miſſus. 17

Loqvatvr. Græc. λαλήσει. i. *loquetur*. 21

Fieret. i. eiiceretur. ſ. vt nunc excommunicati ex- 22
tra Eccleſiam.

Da gloriam Deo. Modus obteſtandi apud He- 24
bræos, cùm veritatem inquirerent. q. d. dic veritatem
ad Dei gloriam. Vide Ioſ. 7. 1. Reg. 6.

Si peccator eſt. i. quòd peccator ſit. 25

Nvmqvid, &c. Ironicè. 27

Maledixervnt. Græc. ἐλοιδόρησαν. i. *conuitiati ſunt*. 28
Sis. Id dicunt per modum execrationis.

Enim. pro, ſanè. Et apervit. pro, cùm tamen 30
aperuerit.

Peccatores. ſ. in peccato perſeuerantes. vel 31
q. d. non ſolet Deus talia miracula facere per pecca-
tores. quod tamen non eſt vſquequaque verum, vt no-
tat Auguſtinus.

Poterat. pro, poſſet. Qvidqvam. ſ. tale. 33

Totvs. Exaggeratio quædam eſt. Foras. ſ. extra 34
eum locum, ſeu Synagogam.

Ivdicivm. ſ. inſcrutabile per me implendum. 39
Vt qvi, &c. Id ſ. conſecutum eſt, non à Deo in-
tentum, niſi fortè quatenus eſt punitio peccati. Non
vident. ſ. diuinam lucem. Cæci fiant. ſ. ex
malitia.

Cæci. ſ. qui videre non poſſetis. Videmvs. 41
q. d. vos ipſi fatemini doctos, adeòque non peccare ex
ignorantia. Peccatvm. Græc. *peccatum ergo*. Syr.
propterea peccatum. Manet. ſ. in vobis. q. d. ex ma-
litia in peccato perſeueratis.

CAPVT X.

Chriſtus verum deſcribens paſtorem & mercenarium, dicit ſe oſtium ouium & bonum paſtorem; qui & alias habeat oues ad idem ouile adducendas: animam ſuam ponit, vt iterùm ſumat eam: Iudæi lapidare ipſum volunt, quia ſe ad opera ſua referens, dicebat vnum eſſe cum Patre, & Filium Dei; quod tamen oſtendit non eſſe blaſphemiam.

AMen, amen dico vobis: qui non intrat 1
per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit A
aliunde, ille fur eſt, & latro. * Qui autem 2
intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. * Huic 3
oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, &
proprias oues vocat nominatim, & educit eas.
* Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas va- 4
dit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vo-
5 cem eius. * Alienum autem non ſequuntur,
ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem
6 alienorum. * Hoc prouerbium dixit eis Ieſus.
B Illi autem non cognouerunt quid loqueretur
7 eis. * Dixit ergo eis iterùm Ieſus: Amen, amen
8 dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. * Om-
nes quotquot venerunt, fures ſunt, & latro-
9 nes, & non audierunt eos oues. * Ego ſum
oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur:
& ingredietur, & egredietur, & paſcua inue-
10 niet. * Fur non venit niſi vt furetur, & mactet,
& perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abun-
11 dantiùs habeant. * Ego ſum paſtor bonus. [a] Bo- [a] *Iſai. 40. c. 11*
nus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. *Ezech. 34.*
12 * Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, *c. 23. & 37.*
C cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum ve- *f. 24*
nientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus
13 rapit, & diſpergit oues: * mercenarius autem
fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad
14 eum de ouibus. * Ego ſum paſtor bonus: &
15 cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. * [b] Sic- [b] *Matth. 1*
ut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & *d. 27*
16 animam meam pono pro ouibus meis. * Et *Luc. 10.*
D alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: *d. 22*
& illas oportet me adducere, & vocem meam
audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.
17 * Proptereà me diligit Pater: [a] quia ego pono [a] *Iſai. 53.*
18 animam meam, vt iterùm ſumam eam. * Ne- *b. 7*
mo tollit eam à me: ſed ego pono eam à me-
ipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam: & po-
teſtatem habeo iterùm ſumendi eam: Hoc
19 mandatum accepi à Patre meo. * Diſſenſio ite-
rùm facta eſt inter Iudæos propter ſermones
20 hos. * Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmo-
21 nium habet, & inſanit: quid eum auditis? * Alij
dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium ha-
bentis: numquid dæmonium poteſt cæcorum
22 oculos aperire? * [b] Facta ſunt autem Encænia [b] *1. Mach.*
23 in Ieroſolymis: & hiems erat. * Et ambulabat *f. 56. g. 59*
24 Ieſus in templo, in porticu Salomonis. * Cir-
cumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei:
Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es
25 Chriſtus, dic nobis palàm. * Reſpondit eis Ie-
ſus: Loquor vobis, & non creditis. opera, quæ
ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimo-
26 nium perhibent de me: * ſed vos non creditis,
27 quia non eſtis ex ouibus meis. * Oues meæ vo-
cem meam audiunt: & ego cognoſco eas, &
28 ſequuntur me: * & ego vitam æternam do eis:
& non peribunt in æternum, & non rapiet eas
29 quiſquam de manu mea. * Pater meus quod
F dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt
30 rapere de manu Patris mei. * Ego & Pater vnum
31 ſumus. * Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt la-
32 pidarent eum. * Reſpondit eis Ieſus: Multa
bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, pro-
33 pter quod eorum opus me lapidatis? * Reſpon-
derunt ei Iudæi: De bono opere non lapida-
mus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo
34 cùm ſis, facis teipſum Deum. * Reſpondit eis
Ieſus: Nónne ſcriptum eſt in lege veſtra: [c] quia [c] *Pſal. 81. b. 6*
35 Ego dixi, dij eſtis? * Si illos dixit deos, ad quos
ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scri-
36 ptura: * quem Pater ſanctificauit, & miſit in
mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas: quia
37 dixi, Filius Dei ſum? * Si non facio opera Patris

mei, nolite credere mihi. * Si autem facio: & 38
ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt
cognoſcatis, & credatis quia Pater in me eſt, &
ego in Patre. * Quærebant ergo eum apprehen- 39
dere: & exiuit de manibus eorum. * Et abiit 40
iterùm trans Iordanem, in eum locum, vbi
erat Ioannes baptizans primùm: & manſit illic.
* Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia 41
Ioannes quidem ſignum fecit nullum. * Omnia 42
autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera
erant. Et multi crediderunt in eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVI NON INTRAT PER OSTIVM IN OVILE OVIVM. *Ouile* eſt Eccleſia, *oues* fideles, *paſtores* Epiſcopi, *oſtium* Chriſtus. 1

HOC PROVERBIVM. Syr. *parabola*, ſeu *comparatio*. Quid autem hæ voces & ſimiles illis ſignificent, Prouerbiorum initio dictum eſt. 6

FVRES SVNT. Nempe de pſeudoprophetis loquitur, aut de illis qui falsò ſibi Meſſiæ nomen arrogabant. Per me ſi quis introierit, 8

INGREDIETVR. *Ingredi & egredi* ſignificat *conuerſari*, 1. Regum 18. verſ. 16. & aliis multis locis. 9

ET ABVNDANTIVS HABEANT. hoc eſt, veni vt oues abundent omnibus bonis. 10

EGO SVM PASTOR. Loquitur de bono paſtore, & de mercenario, præterea de lupo paſtoris veſtem induto. 11

ALIAS OVES HABEO, nempe Gentes quæ erant extra caulas Eccleſiæ. 16

PONO EAM A ME IPSO. i. vltrò morior. HOC MANDATVM, nempe moriendi habeo. Hæc eſt moriendi cauſa, nulla hominum violentia. 18

DISSENSIO ITERVM. Gotth. *itaque*, ſed meliùs *iterùm*: nam Iudæi in ſuperioribus iam diſſenſerant ſuper cæco ſanato, & aliàs. 19

ENCÆNIA IN IEROSOLYMIS. i. feſtum dedicationis templi. *Dedicare* verbum Latinum eſt, eo ſæpè vtitur Liuius. Verbo Græco ἐγκαινίζειν vtitur Paulus ad Hebr. 9. & 10. Interpres priori loco *dedicare* poſuit, poſteriori *initiari*. Ambroſius vtroque loco *dedicare* dixit. Et quidem tres templi dedicationes fuere; menſe Aprili, templi Salomonis; menſe Octobri, templi à Zorobabel facti; præterea menſe Decembri eius purificationis quam Iudas Machabæus fecit, 1 Machab. 4. verſ. 43. & de hac loquitur Euangeliſta; nam dicit, *hiems erat*. Nonnus tamen de Salomonis dedicatione per errorem locum hunc intelligit. 22

IN PORTICV SALOMONIS. Sic dicebatur primum atrium templi, quod vocabatur etiam *atrium Gentium*, quòd ad illud Gentibus aditus eſſet. De quo Ezech. 40. diximus. Dicebatur etiam *porticus Salomonis*, quòd in ſuo templo aliud ſimile conſtruxiſſet. 23

ANIMAM NOSTRAM TOLLIS. i. quouſque nos ſuſpenſos tenes? 24

VITAM ÆTERNAM DO. ſ. dabo meis ouibus. 28

ET QVIA TV. *Et* pro, id eſt, quia te Deum facis. 33

SI ILLOS DIXIT, ſupple, Scriptura, DEOS, quibus Deus eſt locutus. 35

SIGNVM FECIT NVLLVM. Ioannes ſubaudi, cùm Chriſtus tam multa fecerit. 41

EMANVELIS SA NOTATIONES.

OSTIVM. i. debitam ſeu rectam viam. FVR. ſ. clàm accipiendo. LATRO. ſ. occidendo, ſeu malè tractando. 1

NOMINATIM. Apparet eſſe ſermonem de ouibus ſpiritualibus. 3

ANTE EAS. Solet etiam interdum ſequi oues. 4

PROVERBIVM. i. parabolam, ſeu occultam ſententiam. 6

OSTIVM. ſ. per Chriſtum in Eccleſiam intratur, & cælum. 7

8 VENERVNT. ſ. non miſſi à Deo, vel dicentes ſe eſſe Chriſtos. Fortè hic præterita pro futuris accipienda. SVNT. pro, fuerunt, ſeu habendi ſunt. OVES. ſ. electi, qui etſi ad tempus errent, ſed emendantur tandem.

9 INTROIERIT. ſ. in ouile. INGREDIETVR, &c. q. d. quocumque ſe vertat, reperiet ſpiritualem refectionem, ſeu eſcam; vel, ingreſſus intelligitur in Eccleſiam, egreſſus autem è mundo in cælum.

10 ABVNDANTIVS. pro, abundanter, vel in dies perfectiorem.

11 PASTOR. Græc. ὁ ποιμὴν. i. *ille paſtor*. ANIMAM. i. vitam. de ſe loquitur, & bonis animarum paſtoribus.

12 ET QVI. pro, id eſt qui; vel, vt qui. DISPERGIT. i. perdit. ſic Luc. 1. *Diſperſit ſuperbos*.

13 PERTINET AD EVM. i. curat.

15 ET EGO. ſ. ſic ego. PONO. pro, ponam. ſ. cùm opus erit, ſeu ſuo tempore, idque ad gloriam Patris: huc enim pertinet quod dixit, agnoſco Patrem. ſ. cum amore.

16 ALIAS. ſ. Gentiles. HOC. ſ. Iſraelitico. ADDVCERE. ſ. per Apoſtolos in ouile Eccleſiæ. VNVM OVILE. Græc. *vnus grex*. ET VNVS. pro, ſicut eſt vnus, vel quia vnus.

17 VT ITERVM. pro, ſic tamen vt iterùm.

18 TOLLIT. i. tollere poteſt, ſeu tollet. ſ. ab inuito. A MEIPSO. i. vltrò. HOC. ſ. ponendi animam pro ouibus.

19 DISSENSIO. Græc. *ſchiſma*.

22 ENCÆNIA. i. Feſtum dedicationis templi, de qua 1. Machabæorum 4. facta menſe Nouembri. Nam quæ 3. Regum 8. Septembri, & quæ 1. Eſdræ 6. Februario. Dicta ab ἐγκαινίζω. i. *innouo, dedico, initio*. q. d. initialia.

23 TEMPLO. i. templi atrio. SALOMONIS. Ita dicebatur, quòd ſimilis eſſet forma & loco ei, quam olim fecerat Salomon, & Salomonis dicebatur, quòd ibi oraret.

24 CIRCVMDEDERVNT. ſ. ne poſſet elabi ante datum reſponſum. TOLLIS. i. ſuſpenſam tenes. CHRISTVS. Græc. ὁ Χριστός. i. *ille Chriſtus*. ſ. tamdiu expectatus. PALAM. Græc. παῤῥησίᾳ. i. *liberè*, ſeu *confidenter*.

25 LOQVOR. Græc. εἶπον. i. *dixi*. ſ. qui ſim. CREDITIS. Syr. *credidiſtis*. IN NOMINE. pro, nomine, ſeu auctoritate. TESTIMONIVM, &c. i. teſtantur qui ſim.

26 OVIBVS. ſ. electis.

28 DO. pro, dabo.

29 QVOD DEDIT. ſ. oues. *Quod dedit mihi, maius*, &c. q. d. accepi à Patre eamdem eſſentiam & potentiam cum illo. ET NEMO. pro, itaque nemo. PATRIS MEI, adeoque nec de mea.

30 VNVM. Vnitas eſſentiæ. SVMVS. Diſtinctio perſonarum.

31 SVSTVLERVNT, &c. Apparet ſanè quo animo interrogauerint.

32 OSTENDI. i. in veſtri gratiam feci. EX PATRE. i. Patris auctoritate. LAPIDATIS. i. vultis lapidare.

33 DE BONO. i. ob bonum. ET. pro, id eſt. FACIS, &c. q. d. vſurpas tibi Deitatem.

34 LEGE. i. libro, vbi etiam ſcripta lex.

35 DIXIT. ſ. Scriptura. SERMO. i. colloquium, vt ad populum Iſrael: vel reuelatio, vt ad Prophetas: vel mandatum, ſ. de rectè iudicando, ad Iudices. SOLVI. i. irrita eſſe, vel argui falſitatis.

36 SANCTIFICAVIT. i. ſanctum generauit. vel quatenus homo ſanctum fecit. ſ. ſingulariter. QVIA BLASPHEMAS. pro, me blaſphemare.

37 PATRIS. ſ. quæ ſolus Deus poteſt facere.

38 ET SI. i. etiam ſi.

39 EXIVIT. ſ. ſe inuiſibilem faciens.

40 PRIMVM. ſ. in Bethania. Vide ſup. cap. 1.

41 NVLLVM. ſ. cùm tamen Chriſtus tam multa,

42 ERANT. pro, ſunt.

CAPVT XI.

Ieſus Lazarum quattuor diebus mortuum reſuſcitat, præfatus multa cum diſcipulis & cum Martha: quapropter dum propter hoc miraculum multi in Chriſtum crederent; Pontifices & Phariſæi inito conſilio ſtatuerunt eum occidere, Caipha pontifice prophetante oportere Ieſum mori, ne totus populus periret: Ieſus autem ſecedit in ciuitatem Ephrem.

ERat autem quidam languens Lazarus à 1
Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ A
Matth. 26 a. 7 Infr. 12. a. 3 Luc. 7. f. 37 ſororis eius. * (Maria autem erat, " quæ vnxit 2
Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)
* Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes: 3
Domine, ecce quem amas infirmatur. * Au- 4
diens autem Ieſus dixit eis: Infirmitas hæc non
eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorifi-
cetur Filius Dei per eam. * Diligebat autem 5
Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, &
Lazarum. * Vt ergo audiuit quia infirmabatur, 6
tunc quidem manſit in eodem loco duobus
diebus. * deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: 7
Eamus in Iudæam iterùm. * Dicunt ei diſci- 8
puli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapida-
re, & iterùm vadis illuc? * Reſpondit Ieſus: 9
Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si quis am- B
bulauerit in die, non offendit, quia lucem hu-
ius mundi videt: * ſi autem ambulauerit in no- 10
cte, offendit, quia lux non eſt in eo. * Hæc ait, 11
& poſt hæc dixit eis: Lazarus amicus noſter
dormit: ſed vado vt à ſomno excitem eum.
* Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dor- 12
mit, ſaluus erit. * Dixerat autem Ieſus de mor- 13
te eius: illi autem putauerunt quia de dormi-
tione ſomni diceret. * Tunc ergo Ieſus dixit 14
eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt: * & gaudeo 15
propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.
ſed eamus ad eum. * Dixit ergo Thomas, qui 16
dicitur Didymus, ad condiſcipulos: Eamus &
nos, vt moriamur cum eo. * Venit itaque Ie- 17
ſus: & inuenit eum quattuor dies iam in mo- C
numento habentem. * (Erat autem Bethania 18
iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.)
* Multi autem ex Iudæis venerant ad Mar- 19
tham & Mariam, vt conſolarentur eas de fra-
tre ſuo. * Martha ergo vt audiuit quia Ieſus 20
venit, occurrit illi: Maria autem domi ſede-
bat. * Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, 21
ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus:
* Sed & nunc ſcio, quia quæcumque popoſceris 22
à Deo, dabit tibi Deus. * Dicit illi Ieſus: Re- 23
ſurget frater tuus. * Dicit ei Martha: Scio quia 24
Sup. 5. e. 29 Luc. 14. c. 14 reſurget " in reſurrectione in nouiſſimo die.
* Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: 25
Sup. 6. d. 33 " qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vi-
uet: * & omnis, qui viuit, & credit in me, non 26
morietur in æternum. Credis hoc? * Ait illi: 27
Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chri- D
ſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum ve-
niſti. * Et cùm hæc dixiſſet, abiit, & vocauit 28
Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magi-
ſter adeſt, & vocat te. * Illa vt audiuit, ſurgit 29
citò, & venit ad eum: * nondum enim venerat 30
Ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco,
vbi occurrerat ei Martha. * Iudæi ergo, qui 31
erant cum ea in domo, & conſolabantur eam,
cùm vidiſſent Mariam quia citò ſurrexit &
exiit, ſecuti ſunt eam dicentes: Quia vadit ad
32 monumentum; vt ploret ibi. * Maria ergo,
cùm veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit
ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes
33 hîc, non eſſet mortuus frater meus. * Ieſus er-
E go, vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui vene-
rant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, &
34 turbauit ſeipſum, * & dixit: Vbi poſuiſtis eum?
35 Dicunt ei: Domine, veni, & vide. * Et lacry-
36 matus eſt Ieſus. * Dixerunt ergo Iudæi: Ecce
37 quomodo amabat eum. * Quidam autem ex
ipſis dixerunt: " Non poterat hic, qui aperuit Sup. 9. a. 6
oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?
38 * Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit
ad monumentum. erat autem ſpelunca: & la-
39 pis ſuperpoſitus erat ei. * Ait Ieſus: Tollite la-
pidem. Dicit ei Martha, ſoror eius qui mor-
tuus fuerat: Domine, iam fœtet, quatriduanus
40 eſt enim. * Dicit ei Ieſus: Nónne dixi tibi, quo-
41 niam ſi credideris, videbis gloriam Dei? * Tu-
lerunt ergo lapidem: Ieſus autem eleuatis ſur-
ſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quo-
42 niam audiſti me. * ego autem ſciebam quia
F ſemper me audis, ſed propter populum, qui cir-
cumſtat, dixi: vt credant quia tu me miſiſti.
43 * Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamauit: La-
44 zare veni foras. * Et ſtatim prodiit qui fuerat
mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & fa-
cies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus:
45 Soluite eum, & ſinite abire. * Multi ergo ex
Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham,
& viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum.
46 * Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phari-
47 ſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus. * College-
runt ergo Pontifices & Phariſæi concilium, &
dicebant: Quid facimus, quia hic homo mul-
48 ta ſigna facit? * Si dimittimus eum ſic, omnes
credent in eum: & venient Romani, & tol-
49 lent noſtrum locum, & gentem. * " Vnus autem Inf. 18. c. 14
ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex
anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quidquam,
50 * nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus mo-
riatur homo pro populo, & non tota gens per-
51 eat. * Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed
G cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit,
52 quòd Ieſus moriturus erat pro gente, * & non
tantùm pro gente, ſed vt filios Dei, qui erant
53 diſperſi, congregaret in vnum. * Ab illo ergo
54 die cogitauerunt vt interficerent eum. * Ieſus
ergo iam non in palàm ambulabat apud Iu-
dæos, ſed abiit in regionem iuxta deſertum, in
ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi moraba-
55 tur cum diſcipulis ſuis. * Proximum autem erat
Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Iero-
ſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctifi-
56 carent ſeipſos. * Quærebant ergo Ieſum: &
colloquebantur ad inuicem, in templo ſtan-
tes: Quid putatis, quia non venit ad diem fe-
ſtum? Dederant autem Pontifices & Phariſæi
mandatum, vt ſi quis cognouerit vbi ſit, indi-
cet, vt apprehendant eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 LAZARVS, ſiue *Eleazarus*, nam idem eſt nomen, vt ſuperiùs diximus Luc. 16. verſ. 20. DE CASTELLO MARIÆ. Siue quia duæ ſorores poſ-

ſidebant Bethaniam, ſiue quia erat earum patria, ideò earum caſtellum dicitur.

4 Non est ad mortem infirmitas, nempe comparatione diuinæ virtutis.

9 Nonne dvodecim. Iudæi diuidebant diem in duodecim horas inæquales; in æſtate erant maiores, minores in hieme.

15 Non eram ibi. Quaſi dicat, nulla fraudis ſuſpicio ſubeſt.

16 Qvi dicitvr Didymvs. i. *gemellus*. Fortaſſis cum alio fratre natus eſt, & ipſa vox *Thomas* Syriacè *gemellum* ſignificat. Ergo *qui dicitur Didymus*. i qui interpretatur Didymus. Vt moriamvr cvm eo. Multi codices, inter eos Gotth. *& moriamur*.

18 Qvasi stadiis qvindecim. i. fermè duobus milliaribus Bethania ab vrbe Ieruſalem diſtabat.

24 Scio qvia resvrget in resvrrectione. Gotth. *in die reſurrectionis*. Syr. *in conſolatione*.

25 Si mortvvs fverit, vivet. ſ. vita beata viuet qui in me credit.

28 Sororem svam silentio vocat. nempe propter Iudæos qui aderant, & ſciebant infenſos eſſe Chriſto.

40 Nonne dixi tibi. Quando? non omnia verba referuntur.

44 Pedes et manvs institis. i. faſciis. Et quidem *inſtita* ſtolæ & veſtis talaris limbus eſt, aut faſcia qua limbus ornatur. Nebriſſæ *inſtita* ipſa veſtis talaris eſt. Amicus noſter vir doctus pro *inſtitis* legendum putabat *inſcitiis*, quæ vox, ſicut & *obſtita*, olim *faſciam* ſeu *vinculum* ſignificabat. Vnde apud Plautum, *Redigam te ad inſcitas*. Et Nonius Marcellus in verbo *Ingenium*, affert ex Næuio: *Ingenio arbuſta vincta ſunt non obſcita*. Nos tamen lectionem noſtram retinemus, & *inſititam* pro *faſcia* ſumimus. Epiphanius hæreſ. 66. affert ex traditionibus, Lazarum fuiſſe tunc annorum triginta, & totidem poſteà vixiſſe. Quid facimus? dicunt Phariſæi,

47 Hic homo mvlta signa facit. Euangelium Nicodemi hæc verba Nicodemo ipſi tribuit, ſic enim ait: *Nicodemus dixit, Ego dixi ſenioribus Iudæorum, & Scribis, & Sacerdotibus, & Leuitis, & omni multitudini Iudæorum in Synagoga: Quid quæritis cum homine iſto? homo iſte multa ſigna facit bona & glorioſa.*

52 Sed vt filios Dei. i. vt electos non tantùm ex Iudæis, ſed etiam ex Gentibus colligeret in vnam Eccleſiæ caulam, morietur. Ieſus abiit in ciuitatem,

54 Qvæ dicitvr Ephrem. Vocatur etiam *Ephron* & *Ephraim*, quæ ciuitas ſita erat prope Iordanem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 De castello. pro, quæ erat caſtellum. ſ. oppidum. Mariæ, &c. non poſſidentium, ſed incolentium. ſic dicitur Bethſaida ciuitas Andreæ & Petri. Eivs. ſ. Mariæ.

2 Vnxit. ſ. vt poſteà dicetur. ſeu potiùs vt dictum eſt Luc. 7. quod cùm ſcripſit Ioannes, vulgatum erat in tota Eccleſia.

4 Eis. ſ. ſororibus per nuntium, quamquam Græc. non eſt *eis*. Mortem. ſ. diu permanſuram.

9 Nonne, &c. q. d. nónne poſſunt mutari, vél nónne mutantur homines tempore? Dvodecim. Diuidebant Iudæi diem in duodecim horas. In die. ſ. luce mea. Solet Chriſtus à corporalibus, quorum fecit mentionem, tranſire ſtatim ad ſpiritualia. q. d. non eſt quod timeatis, dum mecum eſtis.

10 Nocte. ſ. extra lucem meam, vt qui in tenebris noctis verſatur.

11 Dormit. ſ. mihi ſuſcitaturo.

12 Erit. pro, eſt. q. d. non eſt opus eò ire.

15 Gavdeo. iungendum cum *quoniam non eram ibi*. reliqua per parentheſim. Vt credatis. ſ. perfectiùs, viſo miraculo, quod non fieret, ſi ibi fuiſſem: impediſſem enim mortem. vel q. d. vt cùm videatis me diuinare abſentia & futura, in fide confirmemini.

16 Vt moriamvr. q. d. ſi imus, moriendum nobis omnibus. Eo. ſ. Chriſto.

18 Stadiis. Octo faciunt vnum milliare.

19 Mvlti avtem, &c. Apparet fuiſſe nobiles, & ob virtutem multis charos.

25 Resvrrectio, et vita. i. fons & cauſa vitæ & reſurrectionis. Mortvvs. ſ. corpore. Vivet. i. ſuſcitabitur ad vitam beatam, & interim viuet vita gratiæ.

26 Non morietvr. ſ. quantum eſt ex parte fidei perfectæ, non morietur anima per peccatum. quòd ſi moriatur corpore, non tamen in morte manebit perpetuò, ſed ſuſcitabitur ad æternam felicemque vitam.

27 Credidi. pro, credo. Venisti. Græc. ὁ ἐρχόμενος. i. *venturus*. ſcilicet expectabatur.

28 Silentio. Græc. λάθρᾳ. i. *clanculùm*. ſ. ne Iudæi impedirent. Vocat. Id ſup. prætermiſerat Ioannes.

32 Domine, &c. Apparet eas inter ſe id ſolitas dicere. ſ. ſi Chriſtus fuiſſet hîc, &c.

33 Spiritv. i. animo, ſeu affectu, quem fremitu expreſſit. Tvrbavit. ſ. vltrò commouit ſe in modum turbati; fortè mutato vultu & voce.

35 Lacrymatvs. ſ. videns illos flentes, commotus eſt affectu humano.

38 Ergo. Dictio hæc continuat, non cauſam reddit.

39 Tollite. Id quia per homines poterat fieri, non facit ipſe miraculo.

40 Dixi. Et id ſuprà prætermiſſum à Ioanne. Gloriam Dei. ſ. miraculum per quod Deus glorificetur.

41 Avdisti. pro, audis. i. audire ſoles.

42 Sciebam. pro, ſcio. Dixi. ſ. hæc.

43 Magna. ſ. velut ad abſentem animam. Veni. Loquitur velut dormienti.

44 Institis. i. faſciis funereis. Svdario. Græc. σουδαρίῳ, vox Latina. Abire. ſ. ſuis pedibus.

45 In evm. ſ. vt Meſſiam.

47 Pontifices. Græc. *Principes ſacerdotum*. ſic & inf. Facimvs. q. d. quid ceſſamus? Hic homo. per contemptum.

48 Tollent. i. auferent, occupando, vel perdendo.

49 Pontifex. Syr. *ſummus ſacerdos*. Anni illivs. ſ. cœperat Pontificatus eſſe vnius anni, contra Dei ſtatutum.

50 Vobis. Græc. & Syr. *nobis*.

51 Hoc. ſ. quatenus bonum ſenſum habebat, & verum.

52 Filios Dei. ſ. electos. In vnvm. i. ſimul. ſ. in vno Chriſti corpore myſtico.

53 Cogitavervnt. i. decreuerunt. Syr. *machinati ſunt*.

54 Apvd. pro, inter. Ephrem. dicta etiam *Ephron*, ſecundùm quoſdam, eſtque prope Iordanem.

55 Sanctificarent. i. præpararent. Græc. *purificarent*.

56 Pvtatis. Græc. *vobis videtur*. Non venit. ſ. vt ſolebat ante feſtum.

CAPVT XII.

Apud Martham & Lazarum receptus, vnguento à Maria vngitur, murmurante Iuda fure: cogitarunt autem principes ſacerdotum etiam Lazarum occidere: Ieſus aſello vectus cum honore Ieruſalem ingreditur; & gentilibus eum videre cupientibus, dicit horam ſuæ clarificationis inſtare, ſed granum frumenti priùs mortificandum: vox Patris auditur de clarificando nomine ſuo: princeps huius mundi foras eiiciendus: de excæcatione Iudæorum prophetata ab Iſaia: in Chriſto honoratur aut ſpernitur Pater.

1 IEſus ergo ante ſex dies Paſchæ venit Betha- *Matth. 26. a. 6*
A niam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem *Marc 14. a. 3*
2 ſuſcitauit Ieſus. * Fecerunt autem ei cœnam
ibi: & Martha miniſtrabat, Lazarus vero vnus
3 erat ex diſcumbentibus cum eo. * Maria ergo
accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi,
& vnxit pedes Ieſu, & extersit pedes eius capillis
ſuis: & domus impleta eſt ex odore vnguenti.

guenti. * Dixit ego vnus ex diſcipulis eius, Iu- 4
das Iſcariotes, qui erat eum traditurus: * Qua- 5
re hoc vnguentum non væniit trecentis dena-
riis, & datum eſt egenis? * Dixit autem hoc, 6
non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia
fur erat, & loculos habens, ea quæ mitteban-
tur, portabat. Dixit ergo Ieſus: Sinite il- 7
lam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. B
* Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me 8
autem non ſemper habetis. * Cognouit ergo 9
turba multa ex Iudæis quia illic eſt: & vene-
runt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Laza-
rum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. * Co- 10
gitauerunt autem principes ſacerdotum, vt &
Lazarum interficerent: * quia multi propter 11
illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ie-
ſum. * In craſtinum autem, turba multa, quæ 12
venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia ve-
nit Ieſus Ieroſolymam: * acceperunt ramos 13
palmarum, & proceſſerunt obuiàm ei, & cla-
mabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in
nomine Domini, Rex Iſrael. * "Et inuenit Ie- 14
ſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum
eſt: * Noli timere filia Sion: ecce rex tuus ve- 15
nit ſedens ſuper pullum aſinæ. * Hæc non cog- 16
nouerunt diſcipuli eius primùm: ſed quando C
glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia
hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerunt ei. * Te- 17
ſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat
cum eo quando Lazarum vocauit de monu-
mento, & ſuſcitauit eum à mortuis. * Propterea 18
& obuiàm venit ei turba: quia audierunt eum
feciſſe hoc ſignum. * Phariſæi ergo dixerunt ad 19
ſemetipſos: Videtis quia nihil proficimus? ecce
mundus totus poſt eum abiit. * Erant autem 20
quidam Gentiles, ex his qui aſcenderant vt ado-
rarent in die feſto. * Hi ergo acceſſerunt ad Phi- 21
lippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & roga-
bant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum
videre. * Venit Philippus, & dicit Andreæ: An- 22
dreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. * Ieſus 23
autem reſpondit eis, dicens: Venit hora, vt
clarificetur Filius hominis. * Amen, amen dico 24
vobis, niſi granum frumenti cadens in terram, D
mortuum fuerit; * ipſum ſolum manet. ſi au- 25
tem mortuum fuerit, multum fructum affert.
"Qui amat animam ſuam, perdet eam: &
qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vi-
tam æternam cuſtodit eam. * Si quis mihi mi- 26
niſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & mi-
niſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, ho-
norificabit eum Pater meus. * Nunc anima 27
mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica
me ex hac hora. Sed propterea veni in horam
hanc. * Pater, clarifica nomen tuum. Venit 28
ergo vox de cælo: Et clarificaui, & iterùm cla-
rificabo. * Turba ergo, quæ ſtabat, & audierat, 29
dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant:
Angelus ei locutus eſt. * Reſpondit Ieſus, & 30
dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed pro-
pter vos. * Nunc iudicium eſt mundi: nunc 31
princeps huius mundi eiicietur foras. * Et ego 32
ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me E
ipſum. * (hoc autem dicebat, ſignificans qua 33
morte eſſet moriturus.) * Reſpondit ei turba: 34
Nos audiuimus "ex lege, quia Chriſtus manet

Matth. 21. a. 7. Marc. 11. a. 7. Luc. 19. f. 5. Zach. 9. b.

Matth. 10. d. 39. & 16. d. 25. Marc. 8. d. 35. Luc. 8. c. 24. & 17. f. 33.

Pſal. 109. b. 4. & 116. a. 2. Iſai. 40. a. 8. Ezech. 37. f. 25.

in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exal-
tari Filium hominis? Quis eſt iſte Filius homi-
35 nis? * Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum, lu-
men in vobis eſt. Ambulate dum lucem habe-
tis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qu
36 ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. * Dum
lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis
ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus: & abiit, & abſcon-
37 dit ſe ab eis. * Cùm autem tanta ſigna feciſſet
38 coram eis, non credebant in eum: * vt ſermo
F Iſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: "Do-
mine, quis credidit auditui noſtro? & brachium
39 Domini cui reuelatum eſt? * Propterea non po-
40 terant credere, quia iterùm dixit Iſaias: * "Ex-
cæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum:
vt non videant oculis, & non intelligant corde,
41 & conuertantur, & ſanem eos. * Hæc dixit
Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus
42 eſt de eo. * Verumtamen & ex principibus
multi crediderunt in eum: ſed propter Phari-
ſæos non confitebantur, vt è ſynagoga non
43 eiicerentur. * dilexerunt enim gloriam homi-
44 num magis, quàm gloriam Dei. * Ieſus autem
clamauit, & dixit: Qui credit in me, non cre-
45 dit in me, ſed in eum, qui miſit me. * Et qui vi-
46 det me, videt eum, qui miſit me. * Ego lux in
G mundum veni: vt omnis, qui credit in me, in
47 tenebris non maneat. * Et ſi quis audierit verba
mea, & non cuſtodierit: ego non iudico eum:
non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſal-
48 uificem mundum. * Qui ſpernit me, & non ac-
cipit verba mea: habet qui iudicet eum. "ſer-
mo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in no-
49 uiſſimo die. * Quia ego ex me ipſo non ſum lo-
cutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi manda-
50 tum dedit quid dicam, & quid loquar. * Et ſcio
quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo
ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 FECERVNT AVTEM EI COENAM in domo Simonis Leproſi. Matth. 26. verſ. 6. Marc. 14. verſ. 3.

3 NARDI PISTICI. De hoc Marc. 14. verſ. 3. diximus quod ſatis eſt, eſſe nardum ſpicatum.

4 DIXIT ERGO VNVS. Iudas obloqui cœpit, ſecuti ſunt eo inſtigante Apoſtoli alij. Matth. 26. verſ. 8. diſcipulos murmuraſſe ait:

7 SINITE ILLAM, &c. Nonnulli librorum typis excuſorum legunt, *ſine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud.* Conſonat hæc lectio codicibus Syriacis, & pleriſque Græcis; verùm in ſcriptis Latinis libris non inuenitur, ſcriptorum enim ea eſt lectio quæ & huius textus noſtri. Vaticanum, & vnus eorum Græcorum codicum, qui ex Regis Francorum Bibliotheca Roberto communicati fuere, planè reſpondent; ita enim habent: *Ἄφες αὐτὴν ἵνα εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τηρήσῃ αὐτό.* VT IN DIEM SEPVLTVRÆ MEÆ SERVET ILLVD. i. obſeruet, & faciat nunc quod factura erat in die ſepulturæ meæ.

8 SEMPER HABETIS. pro, *habebitis pauperes*, vt habet Syr. vtroque loco, tum Goth.

13 ACCEPERVNT RAMOS. Sic faciebant in publica lætitia: 1. Machab. 11. & 2. Machab. 10. HOSANNA. De hac voce dictum eſt Matth. 21. verſ. 9. Quo loco & de pullo diximus, cui inſedit Dominus.

19 DIXERVNT AD SEMETIPSOS. i. inter ſe. TOTVS MVNDVS. Hyperbole. i. turba magna eum ſequitur.

20 QVIDAM GENTILES. i. Græci Ἕλληνες. Erant profeſſione Iudæi, ſed diſperſi inter Gentes: alioqui non veniſſent, vt in templo adorarent.

S: QVIS MIHI MINISTRAT. i. ſe meum miniſtrum 16
eſſe profitetur, ME SEQVATVR, me imitetur.

VENI IN HORAM HANC. ſ. vt moriar, ſcite id de- 17
beo. Corrigit ſenſum carnis, quo fugiebat mortem.

NVNC IVDICIVM EST MVNDI. i. quo mundus con- 31
demnatur, & mundi Princeps pellitur.

MANET IN ÆTERNVM. Quod de regno Chriſti 34
dictum eſt Pſal. 71. & 109. Mich. 5. Dan. 4. Iſa. 9.
Ezech. 37. fore æternum, ad eum, ciuſque vitam tur-
bæ imperitæ transferebant. QVIS EST ISTE FILIVS
HOMINIS? in quem ſ. contraria conueniunt, fore æter-
num, & moriturum.

DVM LVCEM HABETIS. i. dum ego vobiſcum ſum, 35
operamini ſalutem.

VT SERMO ISAIÆ. *Vt* non cauſam, ſed euentum 38
dicit. q. d. ſic factum eſt. AVDITVI NOSTRO. i. vel
his quæ à nobis audiuit quis credidit? nullus, certè
pauci.

EXCÆCAVIT. ſ. Deus, & indurauit ſua permiſſione 40
cor eorum.

QVANDO VIDIT. Nempe anno quo mortuus eſt 41
Ozia, vidit Iſaias Dominum ſedentem, Iſa. 6. verſ. 1.
tunc dixit, *Excæca cor populi huius*, & vidit GLO-
RIAM EIVS. ſ. Chriſti, & de eo ipſo locutus eſt.

EGO NON IVDICO, nunc ſ. aut *non iudico*. i. con- 47
demno mea ſponte, ſed ex accidenti.

SERMO, QVEM LOCVTVS SVM, condemnabit. i. oc- 48
caſio & titulus erit, cur increduli & inobedientes con-
demnentur, quia verbis meis non crediderunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ANTE SEX, &c. i. ſexto die ante Paſcha. 1

FECERVNT. i. parauerunt. ſ. qui illum excepe- 2
rant. IBI. ſ. Bethaniæ, in domo Simonis Leproſi.

LIBRAM. Syr. *alabaſtrum*. VNGVENTI. ſ. aroma- 3
tici. PISTICI. Græc. πιστικῆς. i. *fidelis*, ſeu non vitiatæ.
Syr. *præſtantiſſima*. dicitur & *nardum* genere neutro,
quod ſecutus eſt Interpres. PEDES. ſ. vbi eos lauiſſet
aqua, & terſiſſet; vel ſaltem terſiſſet capillis, vt ſtatim di-
citur. quod verò fuit reliquum vnguenti, effudit ſuper
caput, fracto alabaſtro. Vide Matth. 26. Marc. 14.

PERTINEBAT AD EVM. i. curabat, ſeu curam ha- 6
bebat. LOCVLOS. i. marſupium. MITTEBANTVR.
ſ. in loculos.

SINITE. Græc. *ſine*. SERVET ILLVD. q. d. vt præue- 7
niat ſic tempus ſepulturæ, quo id facere non poterit.
Græc. *in diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud*. q. d. fecit
anteuertens tempus ſepulturæ.

COGITAVERVNT. i. decreuerunt. ſ. habito concilio. 10
ET LAZARVM. ſ. non ſolùm Chriſtum.

IN CRASTINVM. ſ. poſtridie ſabbati, & decima lu- 12
na cùm quiſque agnum immolandum in Paſcha do-
mum inferebat.

RAMOS, &c. ſic ſolebant in ſolemnibus gaudiis. 13
Vide 1. Machab. 11. & 2. Machab. 10. IN NOMINE
DOMINI. i. à Domino miſſus.

SVPER EVM. Sedit etiam ſuper aſinam. Vide 14
Matth. 21.

GLORIFICATVS. ſ. reſurrectione & aſcenſione. ET 16
HÆC. pro, ideo hæc. FECERVNT. ſ. populus ille.

TESTIMONIVM. ſ. de ſuſcitatione Lazari. 17

AD SEMETIPSOS i. inter ſe. PROFICIMVS. Græc. & 19
Syr. *proficitis*. ABIIT. Fortè pro, abit. q. d. illum ſe-
quitur. eſt autem Hyperbole.

GENTILES. Græc. *Græci*. 20

VOLVMVS. i. cupimus. VIDERE. ſ. ſalutare, & col- 21
loqui. Sic Prouerb. 7. 2. Paral. 25.

EIS. ſ. Gentilibus intromiſſis, & aliis qui aderant. 23
HORA. i. tempus. CLARIFICETVR. Græc. *glorifice-
tur*. ſ. reſurrectione.

SOLVM. ſ. ſine fructu. AMAT. ſ. in hoc mundo. 25

MIHI MINISTRAT. i. ſe profitetur meum miniſtrum, 26
ſeu diſcipulum. SEQVATVR. i. imitetur. SVM. i. erat
beatitudinis ſtatu. vel *ſum*, pro, ero. ſ. in cælo.

ANIMA. ſ. quantum ad partem animalem ſeu ſenſi- 27
tiuam. TVRBATA EST. pro, turbatur. ſ. mortis horrore
naturali. QVID DICAM? q. d. quo me vertam? PA-
TER, &c. q. d. num petam à Patre, vt me liberet, & ſer-
uet. HORA. i. imminenti morte. SED. Corrigit.
q. d. quomodo id petam qui ad hoc venerim vt moriar?

28 PATER, &c. q. d. potiùs id petam, vt per me Pater
glorificetur, fiatq; in me voluntas tua. CLARIFICA.
i. glorifica. ſ. per meam mortem & reſurrectionem.
NOMEN TVVM. i. te. Nota, concitæ eſſe ſententias, vt
animi turbati & æſtuantis. DE CÆLO. i. ex alto, vel à
Deo. CLARIFICAVI. ſ. per opera tua. CLARIFI-
CABO. ſ. per tuam paſſionem & reſurrectionem.

31 IVDICIVM. ſ. quo liberandus eſt à poteſtate diaboli.
HVIVS MVNDI. ſ. cuius magnæ parti dominatur, nem-
pe peccatoribus. EIICIETVR. ſ. deiectus imperio.

32 EXALTATVS. ſ. per crucem. OMNIA. i. omne ho-
minum genus. Græc. πάντας. i. *omnes*. homines, ſenſu
proximè dicto. TRAHAM. ſ. inuito diabolo. vel. quam-
quam repugnante hominum vitioſa natura.

34 LEGE. i. Scriptura. IN ÆTERNVM. Vide
Pſal. 71. 109. Iſa. 9. Ezech. 37. Dan 2. & 7. Mich. 5. di-
cit quidem Scriptura regnaturum perpetuò, ſed non
negat moriturum. OPORTET, &c. Apparet etiam id
Chriſtum dixiſſe. EXALTARI. Videntur intellexiſſe
ſignificatam crucem.

35 MODICVM. ſ. tempus. q. d. non diu vobiſcum ero.
LVMEN. ſ. ego. IN VOBIS. Græc. *vobiſcum*. AMBV-
LATE. i. ſequimini me. TENEBRÆ. ſ. errorum & pec-
catorum. COMPREHENDANT. i. occupent. ET QVI.
pro, *nam qui*, Hebr.

36 LVCEM. ſ. me. ABSCONDIT. ſ. ſubduxit ſe, ſece-
dens in Bethaniam.

37 TANTA. pro, tot tantaque.

38 VT. pro, ita vt. DOMINE, &c. ſequitur LXX. edi-
tionem. AVDITVI i. prædicationi noſtræ auditæ ab eis.
BRACHIVM. i. virtus. ſ. quæ in Chriſto operabatur.

39 ITERVM. pro, ſicut iterùm; vel q. d. non poterant
credere, quia erant excæcati, vt prædixit Iſaias.

40 EXCÆCAVIT. ſ. ob eorum peccata. INDVRAVIT.
ſ. non molliendo gratia, reliquit in duritia. VT NON
VIDEANT. pro, atque ita factum, vt non videant. Nota,
quòd Iſaiæ ſenſus citatus, potiùs quàm verba, idque
paſſim ſecundùm Hebr. partim ſecundùm LXX.

41 VIDIT, &c. ſ. & dixit, *Vidi Dominum ſedentem*, &c.
Iſaiæ 6. EIVS. ſ. Chriſti. Hinc etiam Chriſti Diuini-
tas confirmatur.

42 PRINCIPIBVS. i. primariis viris. IN EVM. ſ. ipſum
eſſe Meſſiam. EIICERENTVR. Græc. *fierent*. ſic
2. Theſſal. 2. *de medio fiat*.

43 HOMINVM. i. humanam, ſeu apud homines.

44 IN ME. ſ. tantùm. Vide ſimilem phraſim 1. Reg. 8.
Marc. 9. 1. Theſſal. 5.

45 VIDET. ſ. fide.

46 MANEAT. ſ. alioqui manſurus.

47 IVDICO. i. condemno. ſ. nunc.

48 IVDICABIT. i. condemnabit, vt qui ſpretus ſit.

50 VITA ÆTERNA EST. i. vitam æternam confert obe-
dientibus.

CAPVT XIII.

*Ieſus à cœna linteo præcinctus, lauat pedes diſcipulo-
rum, renuente primum Petro, exhortans vt idem
inuicem faciant: proditorem ſuum Ioanni indicat,
quo poſt buccellam egreſſo, dicit ſe clarificatum: de
nouo mandato dilectionis: Petro trinam prædicit ſui
abnegationem.*

1 ANte diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus *Matth. 26. a. 2*
A quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc *Marc. 14. a. 1*
mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui
2 erant in mundo, in finem dilexit eos. * Et cœna *Luc. 22. a. 1*
facta, cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt
3 traderet eum Iudas Simonis Iſcariotæ: * ſciens
quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à
4 Deo exiuit, & ad Deum vadit: * ſurgit à cœ-
na, & ponit veſtimenta ſua: & cum accepiſſet
linteum,

linteum, præcinxit ſe. * Deinde mittit aquam 5
in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulo-
rum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.
* Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei 6
Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? * Re- 7
ſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu
neſcis modò, ſcies autem poſteà. * Dicit ei Pe- 8
trus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Re-
ſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habe-
bis partem mecum. * Dicit ei Simon Petrus: 9
Domine, non tantùm pedes meos, ſed & ma-
nus, & caput. * Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, 10
non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus B
totus. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. * Scie- 11
bat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: pro-
pterea dixit: Non eſtis mundi omnes. * Poſt- 12
quam ergo lauit pedes eorum, & accepit veſti-
menta ſua: cùm recubuiſſet iterùm, dixit eis:
Scitis quid fecerim vobis? * Vos vocatis me Ma- 13
giſter, & Domine: & benè dicitis: ſum etenim.
* Si ergo ego laui pedes veſtros, Dominus, & 14
Magiſter: & vos debetis alter alterius lauare
pedes. * Exemplum enim dedi vobis, vt quem- 15
admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.
[ⁿ Infr. 15. c.20 Matth. 10 c.24 Luc. 6. f.40] * ⁿ Amen, amen dico vobis: Non eſt ſeruus 16
maior domino ſuo: neque apoſtolus maior eſt
eo, qui miſit illum. * Si hæc ſcitis, beati eritis ſi 17
feceritis ea. * Non de omnibus vobis dico: ego 18
ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur Scri-
[ⁿ Pſal. 40 c.10] ptura: ⁿ Qui manducat mecum panem, leua-
bit contra me calcaneum ſuum. * Amodò di- 19
co vobis, priuſquàm fiat: vt cùm factum fue- C
[ⁿ Matth. 10 d.40 Luc. 10. c.16] rit, credatis quia ego ſum. * ⁿ Amen, amen di- 20
co vobis: Qui accipit ſi quem miſero, me ac-
cipit: qui autem me accipit, accipit eum qui
me miſit. * Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus 21
[ⁿ Matth. 26 b.21 Marc. 14. c.18 Luc. 22. c.21] eſt ſpiritu: & proteſtatus eſt, & dixit: ⁿ Amen,
amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet
me. * Aſpiciebant ergo ad inuicem diſcipuli, 22
hæſitantes de quo diceret. * ⁿ Erat ergo recum- 23
[ⁿ Luc. 22. b.21] bens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem
diligebat Ieſus. * Innuit ergo huic Simon Pe- 24
trus: & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit? * Ita- 25
que cùm recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, di-
cit ei: Domine quis eſt? * Reſpondit Ieſus: Ille 26
eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et
cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis
Iſcariotæ. * Et poſt buccellam, introiuit in eum 27
ſatanas. Et dixit ei Ieſus: Quod facis, fac ci-
tiùs. * Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium 28
ad quid dixerit ei. * Quidam enim putabant, 29
quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei D
Ieſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem
feſtum: aut egenis vt aliquid daret. * Cùm er- 30
go accepiſſet ille buccellam, exiuit continuò.
Erat autem nox. * Cùm ergo exiſſet, dixit Ie- 31
ſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis: &
Deus clarificatus eſt in eo. * Si Deus clarifica- 32
tus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſe-
metipſo: & continuò clarificabit eum. * Filio- 33
[ⁿ Sup. 7. e.34 Leu. 19. d.18] li, adhuc modicum vobiſcum ſum. ⁿ Quære-
tis me: & ſicut dixi Iudæis: Quò ego vado,
vos non poteſtis venire: & vobis dico modò.
[ⁿ Matth. 22 e.39 Infr. 15. b.12] * ⁿ Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis 34
inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis in-
uicem. * In hoc cognoſcent omnes quia diſci- 35
puli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad in-
36 uicem. * Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò
vadis? Reſpondit Ieſus: Quò ego vado, non
potes me modò ſequi: ſequeris autem poſteà.
37 * Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſe-
qui modò? animam meam pro te ponam.
38 * Reſpondit ei Ieſus: ⁿ Animam tuam pro me [ⁿ Matth. 26 d.35 Marc. 14. c.29 Luc. 22. c.33]
pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit
gallus, donec ter me neges.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VT TRANSEAT EX HOC MVNDO. Alludit ad nomen *Paſcha*, quod præceſſit, & ſignificat *tranſitum*. IN FINEM. i. ſummopere. nomen pro aduerbio ſic Paulus, *Peruenit vſque in finem malitia eorum*. Iſa. 26. *Abſorpta eſt mors in victoria*. i. victorioſè.

2 ET COENA FACTA. Duobus modis poteſt exponi, *cœna facta*. i. parata, vt locis aliis inuenitur, Iob 1. v. 4. & 1. Reg. 25. v. 28. hoc eſt, ante cœnam, cùm cœnæ tempus adeſſet, lauit pedes; nam fuit regionis mos, vt conuiuarum pedes ante cœnam lauarentur, vt Luc. 7. indicatur verſ. 44. cùm ait, *Aquam pedibus meis non dediſti*. Aut, *cœna facta*, poſt eſum agni; tres enim cœnæ fuerunt, prima comeſtio agni, ſecunda ſumptio Euchariſtiæ, tertia, cùm alij cibi ſunt allati.

4 SVRGIT A COENA. Si priorem expoſitionem ſequimur. i. ante cœnam, nam præpoſitio *à* aliquando negat, aut poſt agni eſum.

7 TV NESCIS. i. modò non intelligis quorſum hæc fiant.

8 SI NON LAVERO TE. Hoc eſt, niſi à peccatis lauero, quod ea pedum ablutio ſignificabat. Aut niſi mihi in hoc obedieris, non eris meæ gloriæ particeps.

10 NISI VT PEDES LAVET. Hoc eſt, ſordes, quæ ex huius vitæ puluere adhærent.

14 ALTER ALTERIVS LAVARE PEDES. i. mutua charitate alij aliis prodeſſe.

18 CALCANEVM SVVM. Sic ſolent qui alios ferire volunt. ſic Iudas contra Chriſtum.

21 TVRBATVS EST, memoria mortis, aut potiùs propter proditionem Iudæ.

26 CVI EGO INTINCTVM PANEM, ſiue *offam*, ſiue *buccellam*, id ſignificat vox Græca ψωμίον. Nempe iam erat tertia cœna, & Iudas Euchariſtiam ſumpſerat, vt diximus Luc. 22. verſ. 21. Alij negant, vt ibi diximus, citatis nominibus & locis.

27 POST BVCCELLAM. Non fuit Euchariſtia: Auguſtinus in Ioan. Tract. 62. Innocentius III. de Myſt. Miſſæ, lib. 4. cap. 13. INTROIVIT IN EVM SATANAS, nempe vt continuò exequeretur proditionem.

30 ERAT AVTEM NOX. Tenebræ deſignantur, quæ in Iudæ pectore erant: Gregorius 2. Moral. cap. 2.

31 CLARIFICATVS EST. pro, clarificabitur per mortem & fructum eius Chriſtus.

33 ET VOBIS DICO. pro, & ita vobis dico quod antè dixi, Vos venire non poſſe quò ego vado.

34 MANDATVM NOVVM. i. de nouo do vobis de mutua dilectione mandatum.

37 QVARE NON POSSVM TE SEQVI. Græc. & Syr. *Domine quare non poſſum*. ſic etiam Goth. ſed non refert.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ANTE, &c. ſ. die decimaquarta lunæ ad veſperam, Paſchæ enim feſtum die decima quinta incipiebat, ad quam tamen quia pertinebat veſpera diei præcedentis; alij Euangeliſtæ vocant *primum diem Azymorum*. TRANSEAT. alluſio ad nomen *Paſcha*, quod *tranſitum* ſignificat. IN MVNDO. ſ. Diſcipulos in mundo relinquendos. IN FINEM. ſ. vitæ vſque.

2 FACTA. i. parata. ſic ſup. cap. 12. & Tob. 2. *factum*. i. præparatum. COR. ſ. Iudæ perſuaſiſſet.

3 ET. quatenus Deo per generationem, quatenus homini per vnionem hypoſtaticam. EXIVIT. ſ. per generationem, vel miſſionem in mundum.

Coena. ſ. Agni Paſchalis, vel ab incepta altera, 4
eſum Agni ſequente. Vestimenta. ſ. ſuperiorem veſtem. Linteum. Græc. λέντιον, vox Latina mutata.

Lavare. Factum id ante Euchariſtiæ inſtitu- 5
tionem.

Venit ergo. Apparet non fuiſſe Petrum primò 6
lotum, quamquam nec id certum. Lavas. pro, laues, ſeu lauabis?

Nescis. i. non intelligis. Postea. ſ. vbi ex- 7
plicauero.

Non lavabis, &c. q.d. numquam id patiar. Non 8
lavero. Solet Chriſtus à corporalibus ad ſpiritualia ſermonem transferre, quamquam hîc poteſt etiam de pedum lotione intelligi, in qua Petrum omnino obedientem volebat. Partem. i. hereditatem. ſ. cæleſtem.

Caput. ſ. potiùs quàm te priuer. 9

Lotus est. ſ. toto corpore. Pedes. ſ. qui facilè 10
puluere aut luto inquinantur, etiam in lotis totis. Sed est. pro, vt qui ſit. Et vos, &c. more ſuo ad ſpiritualia tranſit. q. d. per hoc ſignifico, vos, qui reliqua mundi ſitis, opus habere affectuum pleniori munditia. ſ. peccatorum venialium, quod tamen non de omnibus intelligo.

Qvid. pro, quorſum id. 12

Lavare pedes. i. exhibere inuicem humilitatis & 14
charitatis officia.

Misit. *Apoſtolus* enim quaſi *miſſus*. 16

Hæc. ſ. quæ doceo de humilitate, charitate, meique 17
imitatione. Scitis. i. intelligitis.

Dico. ſ. fore beatos. Elegerim. ſ. ab æterno, ad 18
ſalutem. vel, ad Apoſtolatum. q. d. noui qualis ſit quiſque veſtrûm. Sed. ſ. eſt inter vos Iudas. Panem. i. *cibum*, Hebr. Levabit. q. d. per fraudem prodet, ſeu opprimet.

Amodo. i. ex nunc. Ego svm. i. is quem me eſſe 19
dixi. ſ. Chriſtus Dei Filius.

Amen, &c. redit ad charitatis mutuæ commenda- 20
tionem.

Tvrbatvs. ſ. præ horrore ſceleris, & Iudæ vicem 21
dolens. Spiritv. i. animo. Protestatvs. i. teſtatus.

Vnvs. ſ. Ioannes. Sinv. ſ. capite ſuper pectus in- 23
clinato: decumbentes enim cœnabant, vbi facilè eſt id fieri à proximè recumbente. Diligebat. ſ. exhibebat peculiaria amoris ſigna, ob virginitatem, probitatem morum, & in ſe eximiam charitatem; quamquam hæc ex Chriſti amore potiùs in eo effecta. ſcilicet ipſe prior diligit nos, deinde in nobis amat dona ſua.

Dixit. ſ. per nutus. 24

Panem. Græc. ψώμιον. i. *buccellam*, ſeu *offulam*. 26

Introivit. ſ. ad perficiendam proditionem, qui an- 27
teà intrauerat ad promittendam. Facis. pro, facere moliris. Fac. permiſſio eſt, non iuſſio. Citivs. pro, citò, ſeu citiſſimè. Videntur autem hæc verba dicta exeunti; dicitur enim ſtatim poſt buccellam exiſſe, quamquam fortè priuſquam exiret dicta.

Nemo. ſ. præter Ioannem, vel fortè nec is in- 28
tellexit.

Nvnc. i. paulò pòſt. Clarificatvs est. pro, 31
clarificabitur. ſ. victo diabolo, erepto homine, & reſurgente Chriſto. Clarificatvs est. pro, clarificabitur, ſeu glorificabitur. In eo. i. per eum.

In semetipso. i. per ſe, ſeu ſua potentia. ſ. in re- 32
ſurrectione, aſcenſione, Spiritus ſancti miſſione, & mundi conuerſione.

Modicvm. ſ. tempus. Qværetis me. i. optabitis 33
meam præſentiam. Non potestis. ſ. nunc.

Novvm. i. renouans hominem, ſeu nouum fa- 34
ciens, vel nouæ Legis proprium. vel q. d. nouiter & ſingulariter. ſ. *ſicut dilexi vos*, vt ſtatim addit. Dilexi. ſ. verè, ſpiritualiter, & perfectè. Vt et vos, &c. Repetitio, more Scripturæ. vel q. d. dilexi, vt vos ſimiliter diligatis.

Non potes. Reſpondet ad animum quo ille in- 36
terrogauerat. ſ. ſequendi. non poterat autem, quia priùs erat Eccleſiam gubernaturus.

Cantabit. ſ. completè, vt ſolet. 38

CAPVT XIV.

Conſolando diſcipulos ait multas in domo Patris eſſe manſiones, ſ. quo rurſum illos aſſumpturus: Thomæ dicit ſe eſſe viam, veritatem, & vitam: Philippo autem, Patrem in ſe videri; illoſque accepturos quidquid ſuo nomine petierint, & ſe alium Paraclitum à Patre eis miſſurum: docet quis ipſum diligere dicendus ſit, & qualem pacem relinquat diſcipulis, qui de ipſius diſceſſu meritò gaudere deberent.

1 NOn turbetur cor veſtrum. Creditis in
2 Deum, & in me credite. * In domo Patris
A mei manſiones multæ ſunt. ſi quò minùs dixiſ-
3 ſem vobis: Quia vado parare vobis locum. * Et
ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterùm
venio, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi
4 ſum ego, & vos ſitis. * Et quò ego vado, ſcitis, &
5 viam ſcitis. * Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam
6 ſcire? * Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, & veritas,
& vita. nemo venit ad Patrem, niſi per me.
7 * Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique
cognouiſſetis: & amodò cognoſcetis eum, &
8 vidiſtis eum. * Dicit ei Philippus: Domine,
9 oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. * Dicit
ei Ieſus: Tanto tempore vobiſcum ſum: &
non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Oſtende
10 nobis Patrem? * Non creditis, quia ego in Pa-
B tre, & Pater in me eſt? Verba, quæ ego loquor
vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in
11 me manens, ipſe facit opera. * Non creditis,
12 quia ego in Patre, & Pater in me eſt? * Alioquin
propter opera ipſa credite. Amen, amen dico
vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, &
ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad
13 Patrem vado. * [a] Et quodcumque petieritis Pa- [a] *Inf.* 16. c. 23 *Matth.* 7.
trem in nomine meo, hoc faciam: vt glorifice-
14 tur Pater in Filio. * Si quid petieritis me in no- a. 8. & 21.
15 mine meo, hoc faciam. * Si diligitis me, man- b. 22 *Marc.* 11.
16 data mea ſeruate. * Et ego rogabo Patrem, & c. 24
alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vo-
17 biſcum in æternum, * Spiritum veritatis, quem
mundus non poteſt accipere, quia non videt
eum, nec ſcit eum. vos autem cognoſcetis eum;
18 quia apud vos manebit, & in vobis erit. * Non
19 relinquam vos orphanos: veniam ad vos. * Ad-
C huc modicum: & mundus me iam non videt.
Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos vi-
20 uetis. * In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum
21 in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. * Qui
habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo
22 ei meipſum. * Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes:
Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? * Reſpon-
23 dit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget
eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud
24 eum faciemus: * qui non diligit me, ſermones
D meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius, qui miſit me, Pa-
25 tris. * Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens.
26 * Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet
Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia,
& ſuggeret vobis omnia, quæcumque dixero
27 vobis. * Pacem relinquo vobis, pacem meam

do

do vobis: non quomodo mundus dat, ego do
vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque for-
midet. * Audiſtis quia ego dixi vobis: Vado, 28
& venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis
vtique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior
me eſt. * Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: 29
vt cùm factum fuerit, credatis. * Iam non mul- 30
ta loquar vobiſcum: venit enim princeps mun-
di huius, & in me non habet quidquam. * Sed 31
vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, &
" ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.
Surgite, eamus hinc.

" Act. 1. d. 22

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CREDITIS. quaſi dicat, ne turbemini, fide opus eſt, ſibique perſuadere in cælo eſſe præmia, quæ vobis collaturus ſum. 1

ET SI ABIERO. i. poſtquam abiero, præparabo vobis locum, vt eò perueniatis. 3

ET VIAM SCITIS. ſ. qua me ſequi debetis. Sciebant illi quidem, ſed imperfectè. Dicit Thomas: Quomodo poſſumus viam ſcire? 4

EGO SVM VIA, ET VERITAS, ET VITA. i. via vera & recta, & quæ ducit ád vitam, ſeu viuificans. 6

AMODO COGNOSCETIS. Græc. *cognoſcitis*. Gotth. *cognouiſtis*, Patrem ſ. 7

QVI VIDET ME, VIDET. Gotth. vtrobique *vidit*, atque ita eſt Græc. in præterito. 9

ET MAIORA HORVM FACIET, nempe conuertent mundum poſt diſceſſum Chriſti, id ſignificat QVIA EGO AD PATREM VADO. i. poſtquam diſceſſero, ea maiora opera fideles facient. 12

PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO. i. quod per me & merita mea petieritis, id faciam. 13

ALIVM PARACLITVM. ſic lege, non *Paracletum*. ſic etiam Gotth. legitur. Græc. Παράκλητον. ſic etiam Nonnus: Dicit autem *alium Paraclitum*, quia ipſe Chriſtus eſt *Paraclitus*. i. *aduocatus*. iuxta illud, *Aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum* iuſtum: 1. Ioan. 2. verſ. 1. 16

VOS AVTEM VIDETIS. pro, videbitis. QVIA EGO VIVO. pro, viuam. ſ. poſt reſurrectionem. 19

QVID FACTVM EST. i. quid accidit, quam ob cauſam te manifeſtare vis nobis, & non mundo. 22

PATER IN NOMINE MEO. i. loco mei mittet Paraclitum. DIXERO VOBIS. pro, *quæ dixi vobis*, vt eſt Græc. εἶπον, ea Paraclitus vos docebit. 26

PACEM RELINQVO. *Pacis* nomine bona omnia intelligit. NON TVRBETVR COR VESTRVM. Nimirum quia audiſtis, *Vado, & venio ad vos*. diſceſſus meus ne vos turbet. 27

VENIT ENIM. pro, iam venturus eſt. PRINCEPS MVNDI. certè diabolus per ſuos miniſtros, ſed contra me non præualebit. 30

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ET IN ME. ſ. ſum Deus ego. 1

SVNT. ſ. paratæ iis qui credunt, vt par eſt. SI QVO MINVS. i. alioqui. q. d. ſi non eſſent paratæ, poſſem dicere quæ ſequuntur, quæ tamen non eſt opus dicere, quia paratæ ſunt. vel q. d. vel id alioqui vos debet conſolari, quòd dicere poſſum, me ire vt parem, &c. QVIA VADO. Quidam hic faciunt principium ſententiæ, vt ſenſus ſit; Si non eſſent, dixiſſem. At verò vado parare, &c. 2

ET SI. pro, & cùm. PRÆPARAVERO. ſ. mittendo Spiritum ſanctum, per quem præparabimini. VENIO. pro, veniam. SVM. pro, fuero. vel, ſum nunc. ſ. in beatitudine. 3

VIAM. ſ. qua me ſequi debeatis. SCITIS, ſciebant quidem, ſed imperfectè. 4

VIA, &c. Græc. tribus his additur articulus. q. d. illa vera & vnica via, veritas, & vita. ſ. via per quam venitur, veritas ad quam peruenitur, vita in qua manetur, ſecundùm Auguſtinum. PER ME. ſ. ducentem, ſeu per meritum meum, & mei imitationem. 6

COGNOVISSETIS. ſ. perfectè. AMODO. q. d. paulò pòſt. ſ. poſt aduentum Spiritus ſancti. COGNOSCETIS. Græc. & Syr. *cognoſcitis*, pro *cognoſcetis*. ET VIDISTIS. pro, imò verò iam vidiſtis. ſ. videndo me. vel pro, videbitis. ſ. in cælo. 7

10 FACIT OPERA, adeoque & verba loquitur.

12 MAIORA. ſ. mundi conuerſionem, vel quædam miracula maiora quibuſdam Chriſti. VADO. ſ. vnde illa per vos faciam, & concedam cum Patre quæ petieritis.

13 IN NOMINE MEO. i. propter me. IN FILIO. ſ. per Filium.

14 HOC FACIAM. i. id concedam.

16 PARACLITVM. i. *conſolatorem*.

17 VERITATIS. ſ. doctorem, & datorem. MVNDVS. i. mundani, ſeu mundi amatores. VIDET. i. nouit, adeoque non curat obtinere. NESCIT. Explicatio præcedentis. ET IN. pro, id eſt in.

18 ORPHANOS. i. mea præſentia deſtitutos.

19 VIDET. pro, videbit. VIDETIS. pro, videbitis. VIVO. pro, viuam. ſ. poſt reſurrectionem. VIVETIS. ſ. mecum in cælo poſteà.

20 DIE. i. tempore. ſ. beatæ vitæ die.

22 FACTVM EST. i. accidit, aut cauſæ eſt.

23 SERMONEM. i. præceptum.

24 NON DILIGIT. ſ. vt mundus. atque hæc cauſa eſt cur me non ſit viſurus. MEVS. ſ. ſolùm. SED. pro, ſed &.

25 APVD VOS. i. vobiſcum.

26 SPIRITVS. pro, ſpiritus ille. IN NOMINE MEO. i. loco mei, ſeu etiam à me miſſum. SVGGERET. Græc. ὑπομνήσει. i. *faciet recordari*. DIXERO. pro, dixi. ſ. dum vobiſcum eſſem. Græc. εἶπον. i. *dixi*. Syr. *dico*.

27 PACEM. ſ. ne turbemini iis quæ accident vobis.

28 VENIO. pro, veniam. SI DILIGERETIS, &c. q. d. ſi me diligitis, gaudere debetis. ME. ſ. quatenus homo ſum, ideoque vado, alioqui ſemper cum illo ſum vt Deus, nec moueor loco. Quidam *maiorem* intelligunt. i. principium Filij. &, vt Græci vocant, cauſam.

29 CREDATIS. ſ. perfectiùs.

30 VENIT. ſ. me per ſuos miniſtros interempturus. ET IN. pro, quamquam in. QVIDQVAM. ſ. ſuum, ſeu iuris ſui.

31 MVNDVS. i. homines. FACIO. q. d. non morior, quia in me quidquam poſſit dæmon; ſed quia Pater ita vult, quem diligo, cuique obedio. SVRGITE, &c. Quidam id faciunt ſententiæ principium; alij coniungunt ſuperioribus. EAMVS. non tamen ſtatim diſceſſit, ſed in principio cap. 18.

CAPVT XV.

Chriſtus vitis, Pater agricola, diſcipuli verò palmites: præceptum Chriſti de mutua dilectione frequenter iteratum: Apoſtoli amici Chriſti, quibus ſecreta ſua communicauit, & elegit eos vt fructum perpetuum afferrent; quos roborat aduerſus mundi odium ac perſecutiones, dicens Iudæos excuſationem non habere de peccato ſuo.

1 EGo ſum vitis vera: & Pater meus agrico-
2 la eſt. * Omnem palmitem in me non fe-
A rentem fructum, tollet eum: & omnem qui
fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus
3 afferat. * " Iam vos mundi eſtis propter ſermo- " Sup. 13. b. 10
4 nem, quem locutus ſum vobis. * Manete in
me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt
ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite:
5 ſic nec vos, niſi in me manſeritis. * Ego ſum
vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in
eo, hic fert fructum multum: quia ſine me ni-
6 hil poteſtis facere. * Si quis in me non manſe-
rit: mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, &
colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.
7 * Si manſeritis in me, & verba mea in vobis man-

ſerint: quodcumque volueritis petetis, & fiet
vobis. * In hoc clarificatus eſt Pater meus, vt 8
fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei B
diſcipuli. * Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi 9
vos. Manete in dilectione mea. * Si præcepta 10
mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea,
ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & ma-
neo in eius dilectione. * Hæc locutus ſum vo- 11
bis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gau-
* Sup. 13. d. 34 Epheſ. 5. a. 9 1. Theſſ. 4. b. 9 dium veſtrum impleatur. * " Hoc eſt præce- 12
ptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi
vos. * Maiorem hac dilectionem nemo habet, 13
vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.
* Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præci- 14
pio vobis. * Iam non dicam vos ſeruos: quia ſer- 15
uus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à C
Patre meo, nota feci vobis. * Non vos me ele- 16
" Matth. 28 d. 19 giſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos " vt eatis,
& fructum afferatis; & fructus veſter maneat:
vt quodcumque petieritis Patrem in nomine
" 1. Ioan 3. a. 1 & 2. b. 7 meo, det vobis. * " Hæc mando vobis, vt diliga- 17
tis inuicem. * Si mundus vos odit, ſcitote quia 18
me priorem vobis odio habuit. * Si de mundo 19
fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret:
quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos
de mundo, propterea odit vos mundus. * Me- 20
mentote ſermonis mei, quem ego dixi vobis:
" Sup. 13. b. 16 Matth. 10. c. 24 Matth. 24. a. 9 " Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me per-
ſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem
meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. * Sed 21
hæc omnia facient vobis propter nomen meum:
quia neſciunt eum, qui miſit me. * Si non ve- 22
niſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non D
haberent: nunc autem excuſationem non ha-
bent de peccato ſuo. * Qui me odit: & Patrem 23
meum odit. * Si opera non feciſſem in eis, quæ 24
nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc
autem & viderunt, & oderunt & me, & Pa-
trem meum. * Sed vt adimpleatur ſermo, qui 25
" Pſal. 24 c. 19 Luc. 24. g. 49 in lege eorum ſcriptus eſt: " Quia odio habue-
runt me gratis. * Cùm autem venerit Paraclitus, 26
quem ego mittam vobis à Patre, ſpiritum veri-
tatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium per-
hibebit de me: * & vos teſtimonium perhibebi- 27
tis, quia ab initio mecum eſtis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

EGO SVM VITIS VERA. i. præcipua. Docet fideles Chriſto inſitos fide & charitate fructus copioſos ferre. 1

FRVCTVM PLVS. i. *fructus plus*, vt alij legunt, nempe vberiores fructus ferunt purgati palmites. 2

ET EGO IN VOBIS. ſupple, curate vt maneam. 4

SINE ME NIHIL vitæ æternæ meritorium. Alioqui bona opera moralia etiam peccatores faciunt. Qui dicunt, ſine auxilio gratiæ peccatorem bonum facere morale non poſſe, errant. 5

SICVT DILEXIT ME PATER, ET EGO. pro, ſic ego dilexi vos. 9

DIXI AMICOS. Amicitiæ ſignum, communicare conſilia. id *oſculum* vocatur Cant. 1. QVÆCVMQVE AVDIVI, nempe ad fidelium ſalutem neceſſaria, ea docui. NOTA FECI. pro, faciam, vt Auguſtinus legit epiſt. 57. 15

DILIGATIS INVICEM. i. alij alios. In Goth. additur, *ſicut dilexi vos*. ſed tranſlatum huc ex verſ. 12. 17

SED VT ADIMPLEATVR SERMO, ſed hoc fit vt adimpleatur; & vt alijs locis, *vt* non cauſam, ſed euentum ſignificat. ſic fit vt adimpleatur ſermo. QVIA. ſupple, dicens: QVIA ODIO HABVERVNT ME GRATIS. id eſt, ſine cauſa. 25

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VERA. i. perfecta. ſ. diuinum ferens fructum.

2 TOLLET. i. auferet, vt ſolent reſecari inutiles palmites. ſic de arbore dictum Matth. 4. *excidetur*, &c. EVM abundat, more Scripturæ. PLVS. i. copioſiorem.

3 SERMONEM. i. doctrinam. ſ. fide acceptatam & obedientia.

4 ET EGO. pro, vt & ego, ſ. maneam. vel, *& ego*, ſ. manebo. NISI. pro, ſed ſolum ſi.

5 QVIA SINE. pro, alioqui ſine, vel coniungendum cum *niſi in me manſeritis*, vt reliqua per parentheſim legantur.

6 MANSERIT. ſ. vnitus fide & dilectione. FORAS. ſ. extra Sanctorum conſortium. PALMES. ſ. inutilis. ARESCET. ſ. priuatus Dei donis. COLLIGENT. ſ. Angeli. IGNEM. ſ. inferni. ARDET. pro, ardebit. ſ. perpetuò.

7 ET VERBA, &c. Explicatio præcedentis. q. d. ſi præcepta mea obſeruaueritis. ET FIET. ſic alibi, *Voluntatem timentium ſe faciet*. ſ. tales nihil optant, niſi à Deo moti.

8 IN HOC CLARIFICATVS EST. pro, per hoc glorificabitur. VT. pro, ſi. PLVRIMVM. Græc. *multum*. EFFICIAMINI. ſ. imitatione.

9 ME. ſ. hominem. ET EGO. pro, ſic & ego. MEA. ſ. qua vos diligo. q. d. videte ne excidatis mea gratia.

10 SERVAVI. pro, ſeruo. EIVS. ſ. qua me diligit.

11 MEVM. ſ. de Dei viſione, & gloria, & hominum ſalute. q. d. vt ita etiam vos gaudeatis. SIT. Græc. *maneat*. IMPLEATVR. ſ. in cælo.

12 MEVM. ſ. præcipuum, & à me maximè commendatum. DILEXI. ſ. etiam vitam ponendo pro veſtra ſalute.

13 DILECTIONEM. pro, dilectionis demonſtrationem. AMICIS. i. iis quos amat.

14 AMICI. i. dilecti. ESTIS. pro, eritis.

15 IAM. i. poſt hac. SERVOS. q. d. etſi iure ſerui eſtis, tamen pro amicis habeo. NESCIT. ſ. vt plurimùm. FACIAT. i. facere velit. q. d. conſilia, ſeu arcana Domini. DIXI. pro, dico. i. voco. OMNIA. ſ. quæ vos ſcire conueniebat.

16 ELEGISTIS. ſ. priores. POSVI. i. conſtitui. EATIS. ſ. per mundum. vel pro, creſcatis ſeu proficiatis. VT QVODCVMQVE. pro, & vt quodcumque.

17 HÆC. pro, hoc. ſ. præcipuè.

18 SCITOTE. pro, cogitate. PRIOREM. pro, priùs, vel præſtantiorem.

19 DE MVNDO. i. mundani. FVISSETIS. i. eſſetis. ERAT. pro, eſſet.

20 SERVAVERVNT. intelligendum è contrario. q. d. ſi meum non ſeruauerunt, nec veſtrum ſeruabunt.

21 HÆC. pro, hoc, vt ſup. PROPTER NOMEN MEVM. i. quia me oderunt.

22 FVISSEM. pro, non fuiſſem. PECCATVM. ſ. incredulitatis, & odij doctrinæ meæ, & vitæ.

24 IN EIS. i. inter eos. QVÆ. i. qualia. VIDERVNT. ſ. opera mea.

25 SED. ſ. faciunt talia. VT ADIMPLEATVR. Non cauſa finalis ſignificatur, ſed conſecutio. q. d. atque ita impletum eſt. LEGE. i. Scriptura. GRATIS. i. ſine cauſa.

26 A PATRE. ſ. etiam miſſum. vel q. d. vt poſſim mittere, à Patre accepi. PROCEDIT. itemque à Filio. PERHIBEBIT. ſ. per miracula, & interiorem inſpirationem.

27 PERHIBEBITIS. ſ. prædicatione, & ſignis.

CAPVT XVI.

Diſcipulis prædicit futuras perſecutiones, & quòd eis expediat vt ipſe vadat, quò veniat Paraclitus qui mundum arguat, ipſoſque doceat, & Chriſtum clarificet: declarat quod dixerat, Modicum & iam non videbitis me, &c. addens ſimilitudinem de muliere pariente: hortatur vt à Patre petant ipſius nomine: prædicitque ipſorum fugam.

1 HÆc locutus ſum vobis, vt non ſcandali-
2 zemini. * Abſque ſynagogis facient vos:

ſed venit hora, vt omnis qui interficit vos, ar- A
bitretur obſequium ſe præſtare Deo. * & hæc 3
facient vobis, quia non nouerunt Patrem, ne-
que me. * Sed hæc locutus ſum vobis: vt cùm 4
venerit hora eorum reminiſcamini, quia ego
dixi vobis. * Hæc autem vobis ab initio non 5
dixi, quia vobiſcum eram: Et nũc vado ad eum,
qui miſit me; & nemo ex vobis interrogat me,
Quò vadis? * Sed quia hæc locutus ſum vobis, 6
triſtitia impleuit cor veſtrum. * Sed ego verita- 7
tem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: ſi
enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos:
ſi autem abiero, mittam eum ad vos. * Et cùm 8
venerit ille, arguet mundum de peccato, & de
iuſtitia, & de iudicio. * de peccato quidem, 9
quia non crediderunt in me: * de iuſtitia verò, 10
quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me:
* de iudicio autem, quia princeps huius mundi 11
iam iudicatus eſt. * Adhuc multa habeo vobis 12
dicere: ſed non poteſtis portare modò. * Cùm 13
autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos B
omnem veritatem. non enim loquetur à ſe-
metipſo: ſed quæcumque audiet loquetur, &
quæ ventura ſunt annuntiabit vobis. * Ille me 14
clarificabit: quia de meo accipiet, & annun-
tiabit vobis. * Omnia quæcumque habet Pa- 15
ter, mea ſunt. Propterea dixi: quia de meo ac-
cipiet, & annuntiabit vobis. * Modicum, & 16
iam non videbitis me: & iterùm modicum, &
videbitis me: quia vado ad Patrem. * Dixerunt 17
ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt
hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non vide-
bitis me: & iterùm modicum, & videbitis me,
& quia vado ad Patrem? * Dicebant ergo: Quid 18
eſt hoc, quod dicit, Modicum? neſcimus quid
loquitur. * Cognouit autem Ieſus, quia vole- 19
bant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæ- C
ritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non vide-
bitis me: & iterùm modicum, & videbitis me.
* Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & 20
flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos au-
tem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur
in gaudium. * Mulier cùm parit, triſtitiam ha- 21
bet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit
puerum, iam non meminit preſſuræ propter
gaudium, quia natus eſt homo in mundum.
* Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, 22
iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor ve-
ſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vo-
bis. * Et in illo die me non rogabitis quidquam. 23
[a] Amen, amen dico vobis: ſi quid petieritis Pa-
trem in nomine meo, dabit vobis. * Vſque 24
modò non petiſtis quidquam in nomine meo:
Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit ple-
num. * Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis. 25
Venit hora, cùm iam non in prouerbiis loquar D
vobis, ſed palàm de Patre annuntiabo vobis.
* in illo die in nomine meo petetis: & non di- 26
co vobis quia ego rogabo Patrem de vobis:
* Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me ama- 27
ſtis, & credidiſtis quia ego à Deo exiui. * Exiui 28
à Patre, & veni in mundum: iterùm relinquo
mundum, & vado ad Patrem. * Dicunt ei 29
diſcipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, &
prouerbium nullum dicis. * nunc ſcimus quia 30
ſcis omnia, & non opus eſt tibi vt quis te in-
terroget: in hoc credimus quia à Deo exiſti.
31 * Reſpondit eis Ieſus: Modò creditis? * [b] Ecce
32 venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſ-
quiſque in propria, & me ſolum relinquatis:
33 & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. * Hæc
locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis.
In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite,
ego vici mundum.

[a] *Sup.14. b.13 Matth.7. a.7. & 21 c.22 Marc.11. c.24 Luc.11. b.9 Iac.1. a.5*

[b] *Matth.26. c.31 Marc.14. e.51*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VT NON SCANDALIZEMINI. i. à fide decidatis, moueamini à recta via, hæc moneo.

2 ABSQVE SYNAGOGIS FACIENT VOS. Anathematizabunt vos. SED VENIT. pro, ſed & venit hora. i. tempus. VT OMNIS. pro, cùm omnis. ARBITRETVR. pro, *arbitrabitur*. ſic Gotth. & Syr. in futuro, Deo placere quod contra vos.

3 HÆC FACIENT VOBIS. Dictio *vobis* non eſt in Gotth. neque in Syr. in Græcis *ὑμῖν* obelo notatur, & ſine illo conſtat ſententia.

5 AB INITIO NON DIXI. ſ. apertè, de mea morte non ſum locutus. Alioqui de ea re ſæpè locutus fuerat. ET NVNC. pro, *at nunc*. ſic Gotth. at Græc. & Syr. *nunc autem*. Ita copulatiua pro aduerſatiua.

6 TRISTITIA. q. d. quia de meo diſceſſu dixi, vos præ triſtitia nil loquimini.

8 ARGVET MVNDVM DE PECCATO. ſ. Spiritus ſanctus, quia non crediderunt. DE IVSTITIA. ſ. mea, quam contempſerunt, quia ſum Filius Dei, & ad eum vado. DE IVDICIO. quia videbunt diabolum expulſum, nec poſſe quod anteà ob condemnationem. In Plutarcho eſt Opuſculum, cui titulus, *Cur oracula ceſſarunt*. Chriſti aduentu dæmon obmutuit.

13 DOCEBIT VOS. Græc. *ὁδηγήσει*, *ducet vos* Paraclitus in omnem veritatem. QVÆCVMQVE AVDIET. Gotth. *audierit*. ſic Græcè & Syr. ea Paraclitus loquetur.

16 MODICVM. ſ. tempus intercedet. ET IAM. i. tunc. Græc. non eſt *iam*, nec ſententia eam vocem requirit. ITERVM MODICVM, ET VIDEBITIS ME; ſiue ob Spiritum ſanctum, quem pro ſe vicarium miſit; ſiue ob breuitatem vitæ, poſt quam erant eum in cælo viſuri. Seu potiùs de morte loquitur breuì futura, & reſurrectione, per quam breui erant Chriſtum viſuri.

20 PLORABITIS ob meam mortem. MVNDVS AVTEM GAVDEBIT quaſi de me victo.

23 NON ROGABITIS, interrogabitis, ſcientiâ implebit vos Spiritus ſanctus. IN NOMINE MEO. i. per me & mea merita, quod petetis, dabitur.

25 HÆC IN PROVERBIIS. i. obſcurè ſum locutus, deinde palàm. i. apertè loquar.

30 SCIS OMNIA. Gotth. *noſti*. Quia palàm loqueris, ex eo nouimus quòd A DEO EXISTI. Gotth. *veniſti*. ſ. à Deo miſſus.

31 MODO CREDITIS? Itáne modò creditis? per ironiam.

32 ET NON SVM SOLVS. *Et* pro *ſed*, vt Gotth. legit & Syr.

HÆC LOCVTVS SVM VOBIS, VT IN ME PACEM HABEATIS. i. mecum, in meo amore conſtantes ſitis, quamuis in mundo preſſuram habeatis. Inter eas preſſuras eſtote fideles.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HÆ c. ſ. de mundi odio, & perſecutionibus. SCANDALIZEMINI. q. d. offenſi deficiatis à fide, vel conſtantia.

2 ABSQVE, &c. i. eiicient vos è ſynagogis. SED. pro, ſed &. VENIT HORA, VT. i. propè eſt tempus cùm. INTERFICIT. pro, interfecerit. OBSEQVIVM. Græc. *λατρείαν*. i. *cultum*, ſeu *ſacrificium*. Syr. *oblationem*.

4 EORVM. iunge cum *reminiſcamini*. QVIA EGO, &c. i. quòd ego ea dixerim vobis.

5 NON DIXI. ſ. ſic apertè & diſtinctè. ERAM. cuius præſentia tuti eratis. VADO. Ideò vobis ea dico. INTERROGAT. ſ. ampliùs, vt anteà.

Tristitia. Hæc erat cauſa cur deſierant inter- 6
rogare.

Non veniet. ſ. ſic erat à Deo decretum, qui Chri- 7
ſti myſteria ab æterno, omnia per ſua quæque tempo-
ra ordinatiſſimè diſtribuerat.

Argvet. i. conuincet. 8

Crediderunt. Græc. credunt. q. d. Oſtendet 9
quantum peccent qui in me non credunt.

Qvia ad Patrem, &c. q. d. demonſtrabit me iu- 10
ſtum, qui ad Patrem aſcenderim; nec enim iniuſtum
recipere. Nota, id factum per Spiritum ſanctum ope-
rantem doctrina & miraculis per Apoſtolos, & in men-
tibus hominum per internas inſpirationes. Non vi-
debitis. ſ. poſtquam aſcendero ad Patrem. q. d. non in-
de huc ampliùs reuertar, vſque ad iudicium.

Ivdicio. ſ. quo diabolum condemnaui, deque mun- 11
do. i. hominum cordibus eieci, quibus imperabat.

Mvlta. ſ. de fidei myſteriis, & Eccleſiæ guberna- 12
tione. Dicere. pro, quæ dicam. Portare. q. d. eſtis
nunc imbecilliores & turbatiores, quàm vt mens ve-
ſtra opprimenda ſit ſeu grauanda tam multis.

Docebit vos omnem. Græc. & Syr. *deducet vos* 13
in omnem. Omnem. ſ. quam vos oporteat noſſe. Enim.
pro, autem. Avdiet. i. acceperit. ſ. à Patre, & me.
Ventvra svnt. ſ. quæ vobis expediet ſcire.

Clarificabit. Græc. *glorificabit.* Qvia. pro, 14
vt qui. q. d. oſtendet me eſſe à quo procedat, & ha-
beat quæcumque habet. De meo. Hinc colligunt
etiam Græci quidam vt Cyrill. lib. Theſaur. 13. &
Didym. lib. 2. de Spiritu ſancto, procedere Spiritum
ſanctum etiam à Filio. Vide etiam Epiph. Hæreſ. 42.
& 69. Athanaſ. epiſt. ad Serap. & lib. de Vnit. fidei.
Baſil. cont. Ennom. lib. 2. & 3. Annvntiabit vo-
bis. i. de hoc vos docebit.

Omnia. Adeoque Diuinitas ipſa. 15

Non videbitis. ſ. quia paulò pòſt moriar. Vide- 16
bitis. ſ. quia reſurgam non multò pòſt. Qvia va-
do, &c. q. d. ſum enim moriturus, & reſurrecturus,
& ad Patrem aſcenſurus.

Qvid est, &c. repetunt, more dubitantium & quæ- 18
rentium.

Plorabitis. ſ. me patiente, & abſente. Mvndvs. 20
ſ. qui me oderunt.

Hora. i. tempus pariendi, & patiendi. 21

Tristitiam. ſ. ob ea quæ dico de meo diſceſſu. 22
Tollet. i. tollere poterit. Vobis. ſ. beatis.

Illo die. ſ. felicitatis æternæ. Non rogabitis. 23
ſ. non erit opus Deum videntibus, & in eo omnia ſcitu
neceſſaria. Petieritis. ſ. in hac vita. In nomine
meo. i. propter me, ſeu inuocato nomine meo. Dabit.
ſ. cùm expediet accipere, petentibus tamen vt par eſt.
ſ. piè, cum fiducia, perſeuerantia, &c.

Non petistis. ſ. à Patre. Vt gavdivm. pro, at- 24
que ita fiet vt gaudium.

In proverbiis. ſ. obſcuriùs, & velut per prouer- 25
bia. Annvntiabo. ſ. in cælo demonſtrabo; vel, poſt
reſurrectionem apertiùs declarabo.

Die. ſ. beatitudinis, vel poſt aſcenſionem Chriſti 26
in cælum. Petetis. ſ. orant Sancti pro nobis in cælo.
Et non dico, &c. q. d. cùm erit opus me rogare Pa-
trem. De vobis. i. vt concedat quod petitis.

Amastis. ſ. requiritur charitas, & non ſufficit fi- 27
des ſola.

Exivi. i. miſſus ſum, vel proceſſi. Relinqvo. 28
ſ. diſcedens corpore in cælum.

In hoc. i. per hoc. q. d. vel id ſufficit ad credendum. 30
Exiſti. i. miſſus es, vel proceſſiſti.

Modo creditis. q. d. nunc quidem creditis, at 31
paulò pòſt apparebit quàm ſit iſta fides imperfecta. vel
itáne modò creditis. q. d. tam ſerò?

Iam venit. præteritum pro futuro. q. d. iamiam ade- 32
rit. Vt dispergamini. pro, quo diſpergemini. Pro-
pria. i. ſuum quiſque locum. Et non. pro, ſed non.

In me. ſ. confiſi. Pacem habeatis. i. animo ſitis 33
quieto. Vici. faciamque vt vincatis. vel *vici*, pro,
vincam. ſ. per vos.

CAPVT XVII.

*Oratio Chriſti ad Patrem pro vtriuſque clarificatio-
ne, pro diſcipulis & iis qui per illos in ipſum eſ-
ſent credituri, vt ſeruentur à malo, & omnes ſint
vnum, mundúſque cognoſcat ipſum fuiſſe à Patre
miſſum.*

1 A HÆc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis ocu-
lis in cælum, dixit: Pater venit hora,
clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet
2 te: * ᵃ Sicut dediſti ei poteſtatem omnis car- ᵃ Matth. 28
nis, vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam d. 18
3 æternam. * Hæc eſt autem vita æterna: Vt
cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem
4 miſiſti Ieſum Chriſtum. * Ego te clarificaui
ſuper terram: opus conſummaui, quod dedi-
5 ſti mihi vt faciam: * & nunc clarifica me tu
Pater apud temetipſum, claritate, quam ha-
6 bui prius, quàm mundus eſſet, apud te. * Ma-
nifeſtaui nomen tuum hominibus, quos de-
diſti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos
dediſti: & ſermonem tuum ſeruauerunt.
7 * Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti
8 mihi, abs te ſunt: * quia verba, quæ dediſti
mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cogno-
B uerunt verè quia à te exiui, & crediderunt
9 quia tu me miſiſti. * Ego pro eis rogo: Non
pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mi-
10 hi: quia tui ſunt: * & mea omnia tua ſunt, &
11 tua mea ſunt: & clarificatus ſum in eis. * Et
iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt,
& ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos in
nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum,
12 ſicut & nos. * Cùm eſſem cum eis, ego ſerua-
bam eos in nomine tuo. ᵇ Quos dediſti mihi, ᵇ Infr. 18.
cuſtodiui: & nemo ex eis periit, niſi filius per- b. 9
13 ditionis, ᶜ vt Scriptura impleatur. * Nunc au- ᶜ Pſal. 108.
C tem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt b. 8
habeant gaudium meum impletum in ſemet-
14 ipſis. * Ego dedi eis ſermonem tuum, & mun-
dus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo,
15 ſicut & ego non ſum de mundo. * Non rogo
vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à
16 malo. * De mundo non ſunt, ſicut & ego non
17 ſum de mundo. * Sanctifica eos in veritate.
18 Sermo tuus veritas eſt. * Sicut tu me miſiſti in
19 mundum, & ego miſi eos in mundum. * Et
pro eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint & ipſi
20 ſanctificati in veritate. * Non pro eis autem
rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt
21 per verbum eorum in me. * vt omnes vnum
ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt &
ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus,
22 quia tu me miſiſti. * Et ego claritatem, quam
D dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut &
23 nos vnum ſumus. * Ego in eis, & tu in me: vt
ſint conſummati in vnum: & cognoſcat mun-
dus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut
24 & me dilexiſti. * Pater, quos dediſti mihi, vo-
lo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt vi-
deant claritatem meam, quam dediſti mihi:
quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.
25 * Pater iuſte, mundus te non cognouit: ego au-
tem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me
26 miſiſti. * Et notum feci eis nomen tuum, &
notum faciam: vt dilectio, qua dilexiſti me, in
ipſis ſit, & ego in ipſis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VENIT HORA: i. tempus à te, Pater, præfixum. CLARIFICA. ſeu, *glorifica*. ſ. me per reſurrectionem & aſcenſionem, & alia opera præclara. Ambroſius lib. 4. de Fide cap. 6. ait, verbum δόξασον, ab opinione deduci à quibuſdam, hac ſententia, Vt ego opinionem tuæ Diuinitatis hominibus oſtendi, ſic tu confirma opinionem inter homines me eſſe Filium tuum.

2 POTESTATEM OMNIS CARNIS. i. in omnes homines poteſtatem dediſti Filio. i. mihi.

3 VITA ÆTERNA. ſ. inchoata, quæ in Dei cognitione conſiſtit, hæc eſt, VT COGNOSCANT TE.

5 APVD TE. παρὰ σεαυτῷ, ſic enim ordinatur: Claritate quam habui apud te, priuſquam mundus fieret, me nunc clarifica.

7 ABS TE SVNT. i. tua, à te proficiſcuntur omnia quæ mihi dediſti.

9 NON PRO MVNDO ROGO. ſ. pro reprobis & mundanis.

11 ET IAM NON SVM. pro, citò non ero in mundo. VT SINT VNVM. Cyrillus lib. 10. in Ioan. cap. 15. & Hilarius contra Arrianos ex hoc loco probant, nos per Euchariſtiam vnum cum Chriſto effici naturaliter, præſertim cùm Paulus dicat 1. Cor. 10. verſ. 17. *Omnes vnum corpus ſumus, qui de vno pane participamus.* Cyrilli verba: *Non habitudine ſolùm, quæ per charitatem intelligitur, Chriſtus in nobis eſt; verùm etiam participatione naturali.* Verùm hæc verba & ſimilia benignè ſunt interpretanda. ET IAM NON SVM IN MVNDO. pro, citò non ero, quia moriar.

12 NEMO EX IIS PERIIT. pro, *peribit*. præteritum pro futuro, & ſic Goth. legit. ſ. ex meis diſcipulis præter Iudam.

17 SANCTIFICA EOS IN VERITATE. i. non iuxta cærimonias veteris Legis.

19 SANCTIFICO MEIPSVM. i. offero in ſacrificium. Solebant victimæ ſanctificari. i. ſegregari ad cultum Dei priuſquam offerrentur. ſic Ioannes Chriſtum vocauit *agnum*, quia phraſi Hebraica ſignificat *ſacrificium*. Sic & illud intelligi poteſt: *Optabam anathema eſſe à Chriſto.* i. ſegregatus in ſacrificium *pro fratribus meis*, ad Rom. 9. verſ. 3.

22 VT SINT VNVM, SICVT ET NOS. Arriani ex his verbis colligebant, Chriſtum non eſſe Deum, neque eiuſdem cum Patre eſſentiæ, ſolùm charitate cum Patre iunctum vt & nos. Verùm Conc. Sardic. reſpondet ad hanc calumniam multis verbis & eleganter apud Theodoretum Hiſt. lib. 2. cap. 8. quæ hîc omittuntur.

24 ET ILLI SINT MECVM. nempe in futura vita. Goth. pro *illi*, legit *illic*, ſed malè.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HORA. i. tempus. ſ. paſſionis. CLARIFICA. Græc. *glorifica*. ſ. reſurrectione, aſcenſione, miſſione Spiritus ſancti, & Euangelica prædicatione. VT FILIVS, &c. q. d. vt ſic per Filium glorificeris.

2 SICVT DEDISTI, &c. q. d. Cùm vtetur poteſtate quam ei dediſti, &c. OMNIS CARNIS. i. in omnes homines. QVOD DEDISTI. ſ. electos.

3 HÆC EST. ſ. hîc inchoatur per fidem, perficienda in cælo per viſionem. SOLVM. ſ. eſſe. non excluditur autem Filius, nec Spiritus ſanctus, (ſunt enim omnes vnus Deus) ſed falſi dij. IESVM CHRISTVM. ſ. eſſe Saluatorem mundi, & Meſſiam à te promiſſum, tuumque Filium, & verum Deum. Not. fidem de Trinitate & Incarnatione, eſſe viam ad ſalutem omnibus neceſſariam.

4 CLARIFICAVI. i. glorificaui. ſ. per doctrinam, & miracula. CONSVMMAVI. i. perfeci, ſeu abſolui. FACIAM. pro, facerem. Id dicit ſe perfeciſſe, quia propè erat paſſio, qua eſt conſummatum.

5 CLARIFICA. q. d. fac cognoſcar Deus eſſe. APVD. pro, per. vel quaſi dicat, Intelligant homines gloriam, quam habeo apud te, vt ſtatim explicatur. APVD TEMETIPSVM. iungendum cum *habui*.

6 NOMEN TVVM. i. te. DE MVNDO. ſ. ſegregatos. MIHI ſ. per me ſaluandos. SERMONEM. i. doctrinam ſeu præcepta. ſic intellige infrà *verba*.

7 ABS TE. ſ. data, ſeu profecta.

8 ET CREDIDERVNT, &c. explicatio præcedentis.

9 MVNDO. ſ. Mundum amantibus, & in eo perſeuerantibus. ROGO. ſ. nunc. TVI. ſ. electi.

10 ET, pro, nam. TVA. ſ. à te data. MEA. i. mihi data. EIS. ſ. hominibus, à te mihi datis.

11 NON SVM. i. paulò pòſt non ero. SVNT. i. manebunt. IN NOMINE TVO. i. propter te, vel potétia tua. SINT VNVM. ſ. inter ſe. SICVT. ſimilitudo ſignificatur. q. d. ſint valdè vniti.

12 IN NOMINE TVO. i. propter te, vel tua virtute vel, tamquam à te mihi commiſſos. PERDITIONIS. i. perditus, ſeu perditioni deſtinatus. VT SCRIPTVRA, &c. i. iuxta Scripturam, quam impleri oportebat. ſ. Pſal. 108.

13 MEVM. i. quale habeo, vel quod eis dedi.

14 SERMONEM TVVM. ſ. quod iuſſeras, docui & mandaui. HABVIT. pro, habet. DE MVNDO. i. mundi amici.

15 MALO. i. peccato, ſeu diabolo. vel q. d. à malis.

17 SANCTIFICA. ſ. magis magiſque. VERITATE. i. verè. Græc. & Syr. *veritate tua*. i. per veritatem tuam. ſ. doctrinam, vt ſtatim explicat. VERITAS EST. i. veritate plenus.

18 MISI. pro, mittam, ſeu ſtatui mittere.

19 SANCTIFICO. i. offero in hoſtiam ſanctam & ſanctificantem. præſens pro futuro. IN VERITATE. i. verè quaſi dicat, verè ſancti, & tibi conſecrati, more hoſtiarum.

21 VNVM SINT. ſ. inter ſe. IN NOBIS. i. nobiſcum vniti. VT CREDAT. pro, & vt credat. MVNDVS. i. homines. ſ. reliqui.

22 CLARITATEM. i. gloriam. DEDI. ſ. communicando auctoritatem & dona tua, faciendoque filios tuos.

23 CONSVMMATI IN VNVM. i. perfectè vniti, & nobis & inter ſe.

24 VOLO. i. opto. q. d. peto à te. SVM. ſ. in ſtatu beato vel pro, ero. ſ. in cælo. MIHI. ſ. vt Deo & vt homini. CONSTITVTIONEM. Syr. i. *acta fundamenta*. atque id ſignificat verbum Græc. καταβολῆς. Vide Eph. 1.

26 NOMEN TVVM. i. te. FACIAM. ſ. miſſo Spiritu ſancto. IN IPSIS SIT. q. d. vt perſeueret dilectio tua erga eos, ſicut erga me. IN IPSIS. ſ. ſim ſemper per gratiam.

CAPVT XVIII.

Ieſus à Iudæis capitur, illis primùm ad ipſius verbum in terram cadentibus: ad Annam & Caipham ducitur: reſpondens interroganti Pontifici, alapa cæditur: ter à Petro negatur: ductus in prætorium, dicit Pilato ſuum regnum non eſſe de hoc mundo: Iudæi Ieſum mori cupiunt, ſoluto Barabba.

1 HÆc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum
A diſcipulis ſuis trans Torrentem Cedron,
vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſci-
2 puli eius. * Sciebat autem & Iudas, qui tradebat
eum, locum: quia frequenter Ieſus conuene-
3 rat illuc cum diſcipulis ſuis. * " Iudas ergo cùm
accepiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & fa-
4 cibus, & armis. * Ieſus itaque ſciens omnia, quæ
ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis:
5 Quem quæritis? * Reſponderunt ei: Ieſum Na-
zarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem
6 & Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. * Vt ergo
dixit eis: Ego ſum: abierunt retrorſum, & ceci-
7 derunt in terram. * Iterùm ergo interrogauit
B eos: Quem quæritis? Illi autem dixerũt: Ieſum
8 Nazarenum. * Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia

loco paſſiua ſignificat? Abulenſ. Deſenſorij p. 2. c. 8. Paſcha intelligit ſacrificia, iuxta illud Deut. 16. verſ. 2. *Immolabis phaſe Domino de ouibus & bobus*. Nec ſolus Abulenſis, ſed alij antiqui Patres hoc ſequuntur. Vera ſolutio tamen hæc eſt. Iuxta Legem Moyſis Paſcha celebratur decimaquarta luna, quæ incidit Feria quinta. Ex Iudæorum traditione Paſcha non poterat celebrari Feria ſecunda, quarta, & ſexta, ſed differebatur in ſequentem diem. Chriſtus legem ſeruare voluit, & fortaſſe alij de populo, nil curans de traditionibus. Iudæi iuxta ſuas traditiones tranſtulerunt in diem ſabbati, ideoque Feria ſexta mane non manducauerant Paſcha. Hæc vera ratio eſt. & plana ad concordiam Euangeliſtarum, qui diſſidere videntur; hallucinantur qui alias ſententias ſequuntur, quorum eſt magnus numerus.

Qva morte mori deberet, nuntiarat Chriſtus. 32
nempe crucis, quam ſoli Romani infligebant.

Nvmqvid ego Ivdævs svm? q. d. Nil curo de ve- 35
ſtris Legibus.

Omnis qvi est ex veritate. i. amicus veritatis, 37
audit me.

Nvllam invenio in eo cavsam. Vox Græca 38
αἰτία, non tantum *cauſam* ſignificat, ſed etiam *crimen*, iuxta illud, *ὡς ἄναιτος, αἰτία δ' ἴκοιμι*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Egressvs. ſ. hymno priùs dicto, de quo alij Euan- 1
geliſtæ. Torrentem. ſ. qui eſt inter Ieruſalem & montem Oliueti. Cedron. ita dictus ob tenebras. forte ob denſas arbores, nam Hebr. קִדְרוֹן .i. *obſcuritas*. Græc. τῶν κέδρων. i. *cedrorum*. ſed videtur legendum non τῶν, ſed τοῦ. eſt enim vox Hebr. Vide 2. Reg. 15. 4. Reg. 23 niſi fortè illic etiam cedri fuerint, quod voluerit Ioannes ſignificare.

Cohortem. i. militum Romanorum. Pontifici- 3
bvs. Græc. *Principibus Sacerdotum*. ſic & infra.

4 Svper. i. contra. Proceſſit. ſ. obuiàm.

8 Sinite. Imperando dictum, & factum.

Dixit ſ. ſuprà. vel fortè hoc aliud eſt, cuius Ioannes 9
nunc ſolùm meminit. Qvemqvam. i. niſi *filium perditionis*, vt ſup. dictum. vel ſi id aliud eſt, vt proximè dixi, ſenſus eſt, Nullum in paſſione mea amiſi.

Percvssit. ſ. non expectato Chriſti reſponſo, de 10
quo Euangeliſtæ alij. Interrogarant enim: *Domine, ſi percutimus in gladio?* Pontificis. i. ſummi.

Tribvnvs. Græc. *χιλίαρχος*. i. *Præfectus mille*. ſ. mi- 12
litibus.

Caiphæ ad quem ſtatim miſſus fuit. Nam in huius 13
domo facta quæ ſequuntur.

Alivs. Putatur is fuiſſe Ioannes. Quidam tamen 15
quempiam alium putant nobiliorem, dicitur enim fuiſſe Pontifici notum, ſeu familiarem.

16 Dixit. i. iuſſit, vel rogauit.

17 Ancilla. ſ. videns illum calefacientem ſe in atrio.

Discipvlis. ſ. qui eſſent, & in quem vſum aſſumpti. 19
Doctrina. ſ. qualis eſſet.

Palam. i. publicè. Semper. i. aſſiduè. Omnes. 20
pro, ferè omnes. In occvlto. i. celare ſtudens, vel contrarium dictis palàm.

Testimonivm, &c. quaſi dicat, oſtende quid male- 23
dixerim.

24 Et misit. pro, miſerat autem. ſ. ſtatim. vt ſup. dixi.

Stans. vt ſup. dictum eſt. Dixervnt. ſ. *quidam ex* 25
illis dixit, vt ait Luc.

Caipha. i. Caiphæ domo. Prætorivm. i. domum 28
Prætoris. Pascha, i. Paſchalem agnum, ſecundùm quoſdam, qui colligunt hinc diſtuliſſe eos eſum in Feriam ſextã, quod dicut ſolitos facere, cum in eam diem Paſcha incidebat. ſ. transferebant in ſabbatum, ne duo feſta præcipua diſtinctis diebus celebrantes, cogerẽtur diu paratu ciborum abſtinere. Alij dicunt diſtuliſſe occupatos nece Chriſti. Dicendum potiùs, Paſcha Ioannem vocaſſe Paſchales victimas, quæ per illos dies offerebantur. Vide Deut. 16. 2. Par. 35. vbi ſic vocantur.

31 Interficere. ſ. feſto tempore; vel fortè tantum eiecimus, vt ex recenti caperent, quod intendebant.

32 Morte ſ. crucis. q. d. Cum Iudæi non poſſent crucifigere (id enim Gentilium erat ſupplicium) & Chriſtus prædixiſſet ſe crucifigẽdum, oportebat id impleri.

34 A temetipso, &c. q. d. Quæris vt priuatus diſcendi cauſa, an vt Iudex?

35 Ivdævs. ſ. qui iſta veſtra curem de Meſſia promiſſo? Pontifices. Græc. & Syr. *Principes ſacerdotum*.

36 De hoc mvndo. i. ſimile Regnis mundi. ſ. terrenum, ac temporale. Hinc i. è terra, ſed è cælo.

37 Dicis. ſ. verum. Vel iunge cum ſequentibus. quaſi dicat, tu me dicis Regem. Qvia. i. quod, vel namque. Ego, &c. reſpondet ad illud, *Quid feciſti?* Testimonivm perhibeam. i. fateam, ſeu prædicem, aut demonſtrem. Ex veritate i. ex parte veritatis. ſ. eius amator & ſectator.

38 Exivit ſ. adducto ſecum Chriſto, ſecundùm quoſdam; al.) enim negant. Cavsam. Græc. *αἰτίαν*. i. *culpam*, ſeu *crimen*.

CAPVT XIX.

A Pilato flagellatus, varijſque modis afflictus, & ſpinis coronatus, ad mortem depoſcitur: rurſumque a Pilato examinatus, oſtendit ſuum deſuper tantum habere in ipſum poteſtatem: Pilatus meticuloſus, Ieſum, quem regem dicit Iudæorum, morti adiudicat: Ieſus baiulans ſibi crucem, inter latrones crucifigitur; poſito a Pilato ſuper crucem titulo, diuiſiſque a militibus veſtimentis, & ſorte de tunica miſſa: Ieſus matri Ioannem, matremque Ioanni commendat; & ſitiens aceto potatur, conſummatiſque omnibus tradit ſpiritum: fractis latronum cruribus, ex aperto Chriſti latere ſanguis & aqua profluit; eiuſque corpus myrrha & aloe conditum ſepelitur.

1 TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & Matth. 27
2 flagellauit. * Et milites plectentes coronam c. 27
A de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte Marc. 15.
3 purpurea circumdederunt eum. * Et veniebant b. 16
ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum: &
4 dabant ei alapas. * Exiuit ergo iterum Pilatus
foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras,
vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo
5 cauſam. (* Exiuit ergo Ieſus portans coronam
ſpineam, & purpureum veſtimentum.) Et di-
6 cit eis: Ecce homo. * Cùm ergo vidiſſent eum
Pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes:
Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite
eum vos, & crucifigite: ego enim non in-
7 uenio in eo cauſam. * Reſponderunt ei Iudæi:
B Nos legem habemus, & ſecundum legem de-
8 bet mori, quia filium Dei ſe fecit. * Cum ergo
audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis ti-
9 muit. * Et ingreſſus eſt prætorium iterùm: &
dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem re-
10 ſponſum non dedit ei. * Dicit ergo ei Pilatus:
Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem ha-
beo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimit-
11 tere te? * Reſpondit Ieſus: Non haberes po-
teſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum
eſſet deſuper. Propterea qui me tradidit tibi,
12 maius peccatum habet. * Et exinde quærebat Pi-
latus dimittere eum. Iudæi autem clamabant
dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæ-
ſaris. omnis enim, qui ſe regem facit, contradi-
13 cit Cæſari. * Pilatus autem cùm audiſſet hos ſer-
C mones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribu-
nali, in loco qui dicitur Lithóſtrotos, Hebraicè
14 autem Gabbatha. * Erat autem Paraſceue Pa-

ſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce
rex veſter. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, 15
crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem ve-
ſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices:
Non habemus Regem, niſi Cæſarem. Tunc 16
Mat.27. d.33 ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Suſce-
Marc.15. b.22 perunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiu- 17
Luc.23. e.33. lans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Cal-
uariæ, locum, Hebraicè autem Golgotha: vbi 18
crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc &
hinc, medium autem Ieſum. Scripſit autem & 19
titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat D
autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæo-
rum. Hunc ergo titulum multi Iudæorum le- 20
gerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi cru-
cifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græ-
cè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifi- 21
ces Iudæorum: Noli ſcribere, Rex Iudæorum:
ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. Re- 22
ſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Milites 23
Mat.27. d.35 ergo cum crucifixiſſent eum, acceperunt ve-
Marc.15. b.24 ſtimenta eius, (& fecerunt quattuor partes: vni-
Luc.23. e.34 cuique militi partem) & tunicam. Erat autem
tunica inconſutilis, deſuper contexta per to-
tum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non ſcin- 24
damus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt
Pſal.21. c.19 Scriptura impleretur, dicens: Partiti ſunt ve- E
ſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt
ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Sta- 25
bant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſo-
ror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Mag-
dalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & 26
diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit ma-
tri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit 27
diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora acce-
pit eam diſcipulus in ſua. Poſteà ſciens Ieſus 28
Pſal.68. e.22 quia omnia conſummata ſunt, vt conſumma- F
retur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat poſi- 29
tum aceto plenum. Illi autem ſpógiam plenam
aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori
eius. Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: 30
Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradi-
dit ſpiritum. Iudæi ergo, (quoniam paraſce- 31
ue erat) vt non remanerent in cruce corpora
ſabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati)
rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum
crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: 32
& primi quidem fregerunt crura, & alterius
qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem 33
cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum,
non fregerunt eius crura: ſed vnus militum 34
lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit
ſanguis, & aqua. Et qui vidit, teſtimonium per- 35
hibuit: & verum eſt teſtimonium eius. Et ille G
ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta 36
Exod.12. d.49. Nu.9. b.12 ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: Os
non comminuetis ex eo. Et iterùm alia Scri- 37
Zach.12. c.10 ptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.
Mat.27. g.57 Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab 38
Marc.15. d.42 Arimathæa, (eò quòd eſſet diſcipulus Ieſu, oc-
Luc.23. g.50 cultus autem propter metum Iudæorum) vt
Sup.3. a.1 tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus. Venit
ergo, & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Ni- 39
codemus, qui venerat ad Ieſum nocte pri-
mùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi
libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, 40
& ligauerunt illud linteis cum aromatibus,
41 ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in
loco, vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto mo-
numentum nouum, in quo nondum quiſquam
42 poſitus erat. Ibi ergo propter Paraſceuen Iu-
dæorum, quia iuxta erat monumentum, po-
ſuerunt Ieſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 FLAGELLAVIT. Crucifigendi priùs flagellabantur. Præterea volebat Pilatus eo ſupplicio & miſeria placare Iudæos.

3 ET DABANT EI ALAPAS. Goth. *palmas*. vox Græca *ῥαπίσματα* vtramque interpretationem patitur.

5 ECCE HOMO. q. d. videte miſerum, & ſatis malè mulctatum, deponite iram.

7 RESPONDERVNT EI IVDÆI. Goth. addit, *Et dixerunt*. Verùm non eſt opus.

8 MAGIS TIMVIT Pilatus, ne fortè eſſet Filius Dei, vt ſe facere dicebant Iudæi, eoque crimen eſſet grauius.

13 LITHOSTROTOS. i. locus lapidibus ſtratus, vox Græca. GABBATHA. Vox Hebraica, & ſignificat *locum eminentem*. Vtrumque locus ille erat, vbi tribunal Pilati, ſtratus & ſublimis.

14 HORA QVASI SEXTA. i. meridies. ECCE REX VESTER. Per ironiam.

16 SVSCEPERVNT. ſ. milites. BAIVLANS SIBI CRVCEM. Mos erat, vt damnati ferrent crucem. Cicero. 1. de Diuin. *Seruus per circum cum virgis caderetur, furcam ferens ductus eſt.*

17 CALVARIA, LOCVM. Goth. meliùs dicitur, *Caluariæ locus*. Gothicus codex Vulgatæ codex eſt, ne quis fallatur. HEBRAICE AVTEM GOLGOTHA. Syriaca lingua, cuius eſt illa vox, Hebraica vocatur propter affinitatem inter eas duas linguas. Porrò de voce *Golgotha* dictum Matth. 27. verſ. 33.

18 VBI CRVCIFIXERVNT EVM. Tribus, an quattuor clauis, dubium eſt. Lucas Tudenſis lib. 2. contra Albig. cap. 11. quattuor probat Innocentij III. auctoritate, & ſtigmatibus S. Franciſci, ab hæreticis inuentam picturam crucifixi cum tribus clauis. Sanè antiquioribus imaginibus quattuor affiguntur. Hoc ſequitur Cyprianus Serm. de Paſſione. Gregorius Turonenſ. de Gloria, cap. 6. At Gregorius Nazianz. in Chriſto patiente, & Nonnus hîc, tribus aiunt. Vtra verior ſententia quis diuinet? Prior magis placet. ET CVM EO ALIOS DVOS. Beda in Collect. (ſi tamen liber eſt eius) ait vocari eos Matha & Ioca. Hunc negaſſe, alterum credidiſſe.

20 GRÆCE, ET LATINE. Goth. addit, *Rex Iudæorum*, nempe ex verſ. 19. deſumptum.

23 TVNICA INCONSVTILIS. Scaliger in Feſtum putat hanc genus veſtis eſſe, quod à Feſto & Iſidoro 19. Etymol. cap. 22. *tunica recta* vocatur. Græcè *ὀρθοϋφάντη*, quòd à ſtantibus ſurſum verſus texeretur. Sed veſtis Chriſti potiùs deorſum verſus texta erat, vt indicant illa verba, *Deſuper contexta*. Nonnus etiam cùm ait:

—— καὶ ἀσχίδιστον χιτῶνα
Ὅστις ἔλος, καὶ ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος
Ἄρραφος ἦν ὑφαντὶς, ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λήγων.

De quo plura nos ad cap. 38. lib. 1. Iſidori contra Iudæos.

25 MARIA CLEOPHÆ. ſ. filia, aut vxor Cleophæ, qui vocatur alio nomine *Alphæus*, qui fuit frater Ioſeph. ideò vxor eius vocatur ſoror Mariæ Virginis, fuitque mater Iacobi Minoris. Verùm an hic fuit ille *Cleophas*, qui iuit in caſtellum Emmaus Luc. 24. v. 18. an eodem nomine alius?

27 DISCIPVLVS IN SVA. Græcè, *in propria*, *ἐν τὰ ἴδια*, librorũ noſtrorũ quidam *in ſua* legunt, alij *in ſuam*; prior lectio eſt Ambroſ. Auguſt. Bedæ, & Bibliorum Regiorum, pro eadem facit, quod Græci, & Interpretes &

codices

codices conſtanter legunt εἰς τὰ ἴδια, hoc eſt, *in propria.* ſeu, *in ſua. In ſua* autem intelligit Auguſtinus officia, ſeu obſequia ſimilique ſenſu, vt poſterior habet lectio, *in ſuam* dicas, nimirum curam. Syri ſcribunt *lenathe* .i. *ad ſe.* Hoc modo & Epiph. legit in Hær. 78. Λέγει δὲ, inquit, ἔλαβε αὐτὴν πρὸς ἑαυτόν.

29 ACETO PLENVM, vt ſ. ea potione, qui erant in cruce, citiùs finirent vitam. Alij putant militibus ſolitum dari eum potum, ne ſe vino inebriarent. Spartianus de Peſcennio in vita: *Iuſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto vniuerſos eſſe contentos.* HYSSOPO CIRCVMPONENTES, nempe hyſſopo cum calamo.

31 MAGNVS DIES ILLE SABBATI. Cum Sabbato concurrebat Paſchæ dies primus, ideò *magnus* ob geminam ſolemnitatem. Chriſtus Paſcha die præcedenti peregit.

34 SED VNVS MILITVM. Hunc vocat Legorrium Beda in Collect. alij Longinum, an quia λόγχῃ hoc loco, vt Ant. Codrus obſeruat? APERVIT. Noſter ἤνοιξε proculdubiò legit Græcè. i. *aperuit*, vbi modò eſt ἔνυξε .i. *pupugit, vulnerauit.*

39 QVASI LIBRAS CENTVM. Pondus ſignificat hoc loco *libra*, non monetam eo nomine: Porrò multis aromatibus opus erat, vt corpus integrum, nec exenteratum ſeruaretur; libra etiam duodecim vnciarum erat.

40 LINTEIS CVM AROMATIBVS ligauerunt Chriſti corpus. Licet ergo, ob ſpem reſurrectionis corpora fidelium honorificè ſepelire; ſepulchrorum apparatus & funerum ferè ad inſaniam perductos non probamus.

41 ET IN HORTO MONVMENTVM. i. ſepulchrum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FLAGELLAVIT. i. flagellari iuſſit. ſ. more (ſecundùm quoſdam) Romano, quo crucifigendi priùs flagellabantur. vel potiùs, volens ſic Iudæos placare, vt cæſum dimitterent. flagellatus autem funiculis, aut loris: quidam tamen virgis putant.

2 PLECTENTES. i. complicantes. VESTE. ſ. pallio.

3 AVE. Syr. *pax tibi.*

5 ECCE. q. d. videte miſerum, & commiſeramini. HOMO. ſ. miſer. vel q. d. Ecce hominē, quē mihi adduxiſtis.

6 PONTIFICES. Græc. & Syr. *Principes ſacerdotum.*

7 NOS LEGEM, &c. q. d. ſi ſecundùm leges Romanas cauſam non inuenis, at ſecundùm noſtram cauſa maxima eſt, blaſphemia in Deum. FILIVM DEI, &c i. ſibi dignitatem Filij Dei arrogauit. ſ. naturalis: nam adoptiuos ſe etiam ipſi dicebant. *Vnum patrem habemus Deum*, inquiunt Ioan. 8. vnde alibi, *Tu homo cùm ſis, facis teipſum Deum.*

8 TIMVIT. Magno enim ſcelere ſe implicabat, ſi Filium Dei condemnaſſet.

11 DATVM. i. conceſſum, ſeu permiſſum. DESVPER. .i. à Deo. MAIVS. q. d. quò grauius eſt illius (pro, illorum) peccatum, qui me tibi tradidit. Syr. *maius quam tuum.*

12 EXINDE. i. ex eo tempore. ſ. magis. NON ES. pro, non eris. CONTRADICIT. i. contrarius eſt.

13 LITHOSTROTOS. i. *lapide ſtratus.* HEBRAICE. i. lingua qua Iudæi vtebantur. ſ. Chaldaica, ſeu Syriaca. GABBATHA. i. *locus editus.*

14 PARASCEVE. i. *præparatio.* ſ. neceſſariorum ad Sabbatum, quo operari non licebat. vide Marc. 15. PASCHÆ. i. in Paſchæ diem incidens. QVASI SEXTA. ſ. prope ſextam, quam Marcus vocat tertiam, quia poſt tertiam erat. Vide ibi. REX VESTER. fortè per irriſionem dicit.

16 SVSCEPERVNT. ſ. milites.

17 BAIVLANS. ſ. vt ſolet latro funem ferre, quo ſuſpendendus eſt, SIBI. Græc. & Syr. *ſuam.* CALVARIÆ. Vide Matth. 27. HEBRAICE. Vide Matth. 27.

19 SCRIPSIT. ſ. vt appareret cauſa condēmnationis. TITVLVM. Græc. τίτλον, vox Latina. Syr. *tabulam.* IESVS, &c. Hæc eadem verba ſunt in titulo, qui Romæ aſſeruantur in ęde S. Crucis. Alij Euangeliſtæ ſenſum retulerunt.

22 QVOD SCRIPSI, &c. quaſi dicat, quod ſcripſi, nolo mutare.

23 VESTIMENTA. ſ. duo, inferiorem talarem, & ſuperiorem, quæ velut pallium; ſed oblongum, more regionis. DESVPER. i. à ſuperiori parte incipiendo texturam. ſ. vt ſolent quæ vulgò *camiſole* dicuntur, filo textæ.

25 IVXTA. Alias præter Mariam, à longè fuiſſe dixit Matth. & Marc. ſed fortè poſteà propiùs acceſſerunt, vt hîc indicatur. SOROR. i. cognata. CLEOPHÆ. ſ. vxor, vel filia, nam eius vir Alphæus.

26 MVLIER. Non dixit, mater, ne eius viſcera commouerentur. item quia tum Patris cæleſtis negotium agebat. quamquam etiam aliàs ita vocat, vt ſe, *filium hominis.* ECCE FILIVS, &c. quaſi dicat, is tibi erit filij loco, & pro me ſeruiet.

27 ECCE MATER, &c. i. erit tibi loco matris, cuius pro me curam geras. SVA. i. ædes proprias, ſeu ad ſe. Colligunt hinc quidam, habuiſſe Ioannem Ieroſolymis domum propriam. Syr. *apud ſe.*

28 OMNIA. ſ. quæ ad paſſionem pertinebant. CONSVMMARETVR. i. impleretur. SCRIPTVRA. ſ. Pſal. 68. *In ſiti mea potauerunt me aceto.*

29 ILLI. i. ex illis vnus. HYSSOPO. i. hyſſopi calamo, ſeu *hyſſopo* pro ligamine vtentes. CIRCVMPONENTES. ſ. arundini. OBTVLERVNT. fortè vt citiùs moreretur.

30 ACCEPISSET. i. bibiſſet. CONSVMMATVM. ſ. opus redemptionis, vel quod pati debebam. TRADIT. ſ. in manus Patris. SPIRITVM. i. animam.

31 MAGNVS. ſ. quia incidebat in feſta Paſchalia.

32 PRIMI. i. priùs crucifixi latronis.

34 APERVIT. ſ. inſolentia militari, vel exploraturus an eſſet mortuus. AQVA. ſ. diſtincta à ſanguine quæ res fuit magni miraculi. Significatum autem Baptiſmi aqua ablui peccata, virtute ſanguinis Chriſti.

35 PERHIBVIT. pro, perhibet. ſ. hîc. ET ILLE. pro, nam ille.

36 SCRIPTVRA ſ. Exod. 12.

37 ALIA. ſ. Zach. 12. ſecundùm Hebr. nam LXX. aliter. Ioannes ſenſum reddidit. IN QVEM. pro, quem. TRANSFIXERVNT. Græc. *pupugerunt.* ſ. lancea, vel clauis. Syr. *perfoderunt.*

38 ARIMATHÆA. ſ. oriundus. 1. Reg. 1. dicitur *Ramatha.*

39 PRIMVM. i. prima vice, qua ad eum venit.

42 PROPTER PARASCEVEN. i. quia propè erat veſpera ſabbati, quo non licebat operari. Syr. *quia ſabbatum intrabat.*

CAPVT XX.

Maria Magdalene prima venit ad monumentum, deinde Petrus & Ioannes: illa plorans ad monumentum videt Angelos, tandemque Ieſum agnoſcit: qui apparens Apoſtolis, pacem illis optat; & oſtenſis manibus ac latere, dat eis Spiritum ſanctum, vt peccata remittant ac retineant: rurſumque non credenti Thomæ apparens cum reliquis diſcipulis, corpus præbet palpandum, beatos dicens qui in ipſo non viſo crediderunt: multa Chriſti ſigna non ſunt in hoc libro ſcripta.

1 A VNa autem ſabbati, Maria Magdalene Matth. 28
venit manè, cùm adhuc tenebræ eſſent, a. 1
ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum Marc. 16.
2 à monumento. * Cucurrit ergo, & venit ad Si- a. 1
monem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem Luc. 24. a. 1
amabat Ieſus, & dicit illis: Tulerunt Dominum
de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt
3 eum. * Exijt ergo Petrus, & ille alius diſcipu-
4 lus, & venerunt ad monumentum. * Currebant
autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præ-

cucurrit citiùs Petro, & venit primus ad mo-
numentum.* Et cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita 5
linteamina, non tamen introiuit.* Venit ergo B
Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in mo- 6
numentum, & vidit linteamina poſita, * & ſu- 7
darium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum
linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolu-
tum in vnum locum.* Tunc ergo introiuit & 8
ille diſcipulus, qui venerat primus ad monu-
mentum: & vidit, & credidit: * nondum enim 9
ſciebant Scripturam, quia oportebat eum à
mortuis reſurgere.* Abierunt ergo iterum diſci- 10
Mat.28 a.1 puli ad ſemetipſos.* Maria autem ſtabat ad 11
Marc.16. b.5 monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, C
Luc.24. a.4 inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum: * & 12
vidit duos angelos in albis, ſedentes, vnum ad
caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat
corpus Ieſu.* Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? 13
Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum; &
neſcio vbi poſuerunt eum.* Hæc cùm dixiſſet, 14
conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem:
& non ſciebat quia Ieſus eſt.* Dicit ei Ieſus: 15
Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa exiſti- D
mans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi
tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum;
& ego eum tollam.* Dicit ei Ieſus: Maria. Con- 16
uerſa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Ma-
giſter.)* Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, non- 17
dum enim aſcendi ad Patrem meum: vade au-
tem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Pa- E
trem meum, & Patrem veſtrum; Deum meum,
& Deum veſtrum.* Venit Maria Magdalene 18
annuntians diſcipulis: Quia vidi Dominum, &
Marc.16. c.14 hæc dixit mihi.* Cùm ergo ſerò eſſet die illo, 19
Luc. 24. f.36 vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erãt
diſcipuli congregati propter metum Iudæorum:
1. Cor.15. a.5 venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax
vobis.* Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, 20
& latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domi-
no.* Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut mi- 21
ſit me Pater, & ego mitto vos.* Hæc cùm dixiſ- 22
ſet, inſufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum
Mat.18. c.18 ſanctum:* quorum remiſeritis peccata, remit- 23
tuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. F
* Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur 24
Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus.
* Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Domi- 25
num. Ille autem dixit eis: Niſi videro in mani-
bus eius fixuram clauorum, & mittam digitum
meum in locum clauorum, & mittam manum
meam in latus eius, non credam.* Et poſt dies 26
octo, iterùm erant diſcipuli eius intus; & Tho-
mas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſte-
tit in medio, & dixit: Pax vobis.* Deinde di- 27
cit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide G
manus meas, & affer manũ tuam, & mitte in la- 28
tus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.
* Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus
meus, & Deus meus.* Dixit ei Ieſus: Quia vi- 29
diſti me Thoma, credidiſti: beati qui non vide-
Inf. 21. g.25 runt, & crediderunt.* Multa quidem & alia 30
ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuo-
rum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.* Hæc 31
autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt
Chriſtus Filius Dei: & vt credentes, vitam ha-
beatis in nomine eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VNA AVTEM SABBATI. i. die Dominica, ipſa qua Dominus ſurrexit.

4 VENIT PRIMVS. Gotth. *prior*, ſic Syr. ſ. Ioannes.

5 ET CVM SE INCLINASSET. Formam eius ſepulchri ex lapide vidimus Lutetiæ & Andegauis, domunculam fornicatam octo pedum, quoquouerſus cum podio ad dexteram intus, vbi corpus ponebatur. Ad Occaſum exigua porta quadrata vlnæ magnitudine. Hæc porta claudebatur lapide, quem Magdalena inuenit ſublatum; & quoniam erat humilis, neceſſe erat, vt Ioannes ad videndum interiora ſe inclinaret.

7 ET SVDARIVM. Vox hæc Syris vſitata eſt, & Nonnus Syrorum eſſe ait vocem, atque ita eſt in Græco cod. & in Syriaco, ſed à Latinis mutuata.

8 QVI VENERAT PRIMVS. ſ. Ioannes. Hic etiam Gotth. habet *prior*. tunc introiuit, & vidit, ET CREDIDIT. nempe Chriſtum ſurrexiſſe; nam anteà non intellexerant Scripturas, quæ de reſurrectione loquebantur.

10 ABIERVNT .... AD SEMETIPSOS. i. redierunt domum.

16 RABBONI. id eſt, *magiſter meus*. Vox Syriaca.

17 NOLI ME TANGERE. Prohibiti tactus varias cauſas afferunt Irenæus lib. 5. extremo, Epiphanius Hæreſi 80. Bernardus Serm. 28. in Cant. Quæ quoniam myſticæ videntur, loca indicare ſatis erit. NONDVM ENIM ASCENDI. i. aſcendo, præteritum pro præſenti; vt illud, *in quo mihi complacui*. q.d. ne me tangendo moreris, erit opportunitas id faciendi. ASCENDO. i. mox aſcendam.

19 VNA SABBATORVM. i. ipſa die Dominica veſperi venit ad diſcipulos Chriſtus.

23 QVORVM REMISERITIS PECCATA. Promiſſam poteſtatem Matth. 18. his verbis contulit.

24 QVI DICITVR DIDYMVS. Vox *Thomas* id ſignificat, atque adeò *qui dicitur* debet intelligi, qui ſignificat, qui interpretatur: & quoniam eadem verba ſunt in Syriaco, colligo, quod certum eſt, Teſtamentum Syriacum ex Græco conuerſum eſſe.

25 FIXVRAM CLAVORVM. Pleraque Latina exemplaria *fixuram* legunt, nonnulla tamen aliter; exemplar enim Cœnobitarum S. Victoris *fiſſuram* habet. Alia non pauca, nec ignobilia *figuram* ſcribunt. Apud Auguſtinum & in hunc Ioannis locum, & Serm. de Tempore 156. & 159. *figuram* legitur, Græcè eſt τὸν τύπον, quod *figuram*, *veſtigium* ſignificat ex vulnere relictum. Qui Euangelia in Syriacam linguam vertit, vtroque loco videtur legiſſe τόπον. i. *locum*. Noſter etiam Interpres ſecundo loco, eamdem vocem legit. Certè ſignificare Euangeliſta voluit, veſtigia vulnerum à clauis relicta, quæ Auguſtinus Tract. 3. in primam Ioannis Epiſtolam *cicatrices* vocat.

28 DOMINVS MEVS, ET DEVS MEVS. Theodorus Mopſueſtenus, Neſtorianæ hæreſis auctor, hæc verba Thomã dixiſſe putabat non de Chriſto, ſed ad Deum conuerſo ſermone, qui illum in vitam reuocarat. Sic continetur in Edicto Iuſtiniani Imperatoris. Impiaque explicatio in Quinta Synodo generali reprobata eſt.

30 MVLTA QVIDEM. Hic Ioannes finem ſcribendi priùs fecit, deinde tamen adiecit, quæ proximo capite continentur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VNA AVTEM SABBATI. i. prima die hebdomadæ. Vide Marc. 16. VENIT. i. profecta eſt.

2 CVCVRRIT. ſ. poſtquam Angelos viderat, de quibus alij Euangeliſtæ. SIMONEM, &c. ſ. & ad alios etiam Apoſtolos, vel fortè ad hos duos priùs. NESCIMVS. ſ. aderant cum ea etiam aliæ mulieres.

4 PRIMVS. pro, prior.

5 INCLINASSET. ſ. ad oſtium. INTROIVIT. ſ. Petrum expectabat, ei deferens.

7 SVDARIVM. Græc. σουδάριον. vox Latina.

8 CREDIDIT. ſ. ſublatum, vt Maria dixerat.

Nondvm,&c. q.d. adhuc enim non plenè Scripturam intelligebant, &c. vt ſit ratio cur crediderit ſublatum. 9

Ad semetipsos. i. eò vnde venerant. Syr. *ad locum ſuum.* 10

Maria. ſ. reuerſa cum alijs mulieribus ad ſepulchrum. Stabat. ſ. cùm aliæ receſſiſſent. Inclinavit. ſ. ad oſtium ſpeluncæ. 11

Conversa. ſ. vt ſolent qui de re aliqua ſoliciti, huc illuc ſe vertunt. 14

Conversa. ſ. vocem agnouit. Rabboni. i. *magiſter mi.* Chaldaicum eſt. Vide Ioan. 1. 16

Tangere. ſ. acceſſerat illa propiùs ad pedes, eos complexura. Ascendi. pro, aſcendo. q.d. poteris id poſteà, nondum enim diſcedo. Ascendo pro, aſcendam. ſ. poſt aliquot dies, vt eis prædixi. 17

Vna,&c. Vide ſup. Idem enim eſt *ſabbatorum,* quod *ſabbati.* In medio. i. inter eos. 19

Misit. ſ. in mundum, pro ſalute hominum. Mitto,&c. Hic facti Apoſtoli Epiſcopi & Paſtores Eccleſiæ, qui in Cœna fuerant facti Sacerdotes. 21

Qvorvm,&c. datur poteſtas, Matth. 18. promiſſa; vel illic data, confirmatur hic. Remittvntvr. pro, remiſſa erunt. Svnt pro, erunt. 23

Didymvs. i. *gemellus,* quod etiam *Thomas* ſignificat, ſeu תאום *Thoma.* 24

Fixvram. Græc. *figuram,* ſeu *veſtigium.* Syr. *locum.* 25

Octo. ſ. die octauo. 26

Fidelis i. credens. 27

Devs mevs. Confitetur Chriſtum Deum. 28

Vidisti. ſ. tactu. vel fortè contentus vidiſſe, tangere noluit. Credidisti. ſ. me reſurrexiſſe. de hac enim dixerat ille *Non credam.* Qvi non, &c. i. qui cùm non viderint me, credent in me. 29

Mvlta qvidem, &c. Hic videtur voluiſſe finem facere ſcribendi, ſed poſteà à Spiritu ſancto motus, reliqua addidit. Vel loquitur de ſignis, quibus reſurrectionem Chriſtus confirmauit. 30

In nomine eivs. i. per, ſeu propter ipſum. 31

CAPVT XXI.

Piſcantibus diſcipulis comprehendere facit Ieſus copioſam piſcium multitudinem; quo ſigno Petrus per Ioannem Dominum agnoſcens, mittit ſe in mare: & ſic in prandio de amore in Chriſtum ter interrogatus, ter accipit paſcendas ipſius oues; & de futura paſſione ſua admonetur, fruſtra de Ioannis morte curioſe ſcrutatus: non omnia Chriſti facta ſcripta ſunt.

POſteà manifeſtauit ſe iterùm Ieſus diſcipu- 1
lis ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem A
ſic: ˙Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, 2
qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à
Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſci-
pulis eius duo. ˙ Dicit eis Simon Petrus: Vado 3
piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et
exierunt, & aſcenderunt in nauim: & illa nocte
nihil prendiderunt. ˙ Manè autem facto ſtetit 4
Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſci-
puli quia Ieſus eſt. ˙ Dixit ergo eis Ieſus: Pueri 5
numquid pulmentarium habetis? Reſponde-
runt ei: Non. ˙Dicit eis: Mittite in dexteram 6
nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo; & iam
non valebant illud trahere præ multitudine
piſcium. ˙Dixit ergo diſcipulus ille, quem dili- 7
gebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus B
cùm audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit
ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. ˙ Alij 8
autem diſcipuli nauigio venerunt, (non enim
longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis)
trahentes rete piſcium. ˙Vt ergo deſcenderunt 9
in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſu-
10 perpoſitum, & panem. ˙Dicit eis Ieſus: Afferte
11 de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. ˙ Aſcendit
Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum
magnis piſcibus centum quinquaginta tribus.
12 Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. ˙Dicit
C eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat
diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es?
13 ſcientes, quia Dominus eſt. ˙ Et venit Ieſus, &
accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.
14 ˙Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis
15 ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis. ˙ Cùm ergo
prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon
Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Do-
mine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos
16 meos. ˙Dicit ei iterùm: Simon Ioannis, diligis
me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo
17 te. Dicit ei: Paſce agnos meos. ˙Dicit ei tertiò:
Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus eſt Pe-
trus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei:
Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te.
18 Dixit ei: Paſce oues meas. ˙ " Amen, amen dico "1. Petr. 1.
tibi: cum eſſes iunior, cingebas te, & ambula- c. 14
bas vbi volebas: cùm autem ſenueris, extendes
manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò
19 tu non vis. ˙Hoc autem dixit, ſignificans qua
D morte clarificaturus eſſet Deum. ˙Et cùm hoc
20 dixiſſet, dicit ei: Sequere me. ˙Conuerſus Pe-
trus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ie-
ſus, ſequentem, "qui & recubuit in cœna ſuper "Sup. 13.
pectus eius, & dixit: Domine quis eſt qui tradet c. 23
21 te? ˙Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dixit Ieſu:
22 Domine, hic autem quid? ˙Dicit ei Ieſus: Sic
eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu
23 me ſequere. ˙Exijt ergo ſermo iſte inter fratres,
quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit
ei Ieſus: Non moritur; ſed: Sic eum volo ma-
24 nere donec veniam, quid ad te? ˙ Hic eſt diſci-
pulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, &
ſcripſit hæc: & ſcimus, quia verum eſt teſtimo-
25 nium eius. ˙ " Sunt autem & alia multa, quæ fe- "Sup. 20.
cit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ip- g. 30
ſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui
ſcribendi ſunt, libros.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Ad mare Tiberiadis. i. iuxta lacum Geneſareth, ſ. Chriſtus oſtendit.

3 Nihil prendidervnt. pro *prehenderunt,* aut vt Goth. *apprehenderunt.* i. *nihil piſcati ſunt,* vt eſt in Syriaco.

5 Pvlmentarivm. i. obſonium, quod nempe cum pane editur.

6 Miservnt ergo. Goth addit *retia.* Et non valebant illvd. Goth *illa.* ſ. retia trahere.

8 Qvasi cvbitis dvcentis. i. pedibus trecentis. circiter vnum ſtadium à litore diſtabant.

12 Et nemo avdebat discvmbentivm, ſiue *diſcentium,* vt eſt Græcè, diſcipulorum nullus rogabat, *Tu quis es?*

15 Simon Ioannis. Græc. Syr. & Goth. *Simon Iona,* ſupple, filius. Sic etiam pleriquе alij Latini codices & totatlis *Simon Ionæ* pro *Simon Ioannis* ponitur.

17 Pasce oves meas. τὰ πρόβατά μου. i. *omnes oues meas.* Id indicat articulus Græc. Baſilius Iſai. 5. *agnos,* vult eſſe neophytos teneros in fide; *oues,* alios fideles firmiores Iſidorus epiſt. ad Eugen. Tolet. *agnos* ſignificare ait Eccleſiarum Præſules, quibus Petrus præficitur, ex quo indicat *oues* vocari alios fideles. Verùm vtroque nomine præſtat omnes fideles intelligere; nam

veteres Grammatici πρόβατον, omne genus pecoris ſignificare dixerunt. Et Ezech. 34. v. 17. vbi Septuaginta dixerunt, *Ego iudico inter arietem & arietem, & inter ouem & ouem*, Hieronymus vertit, *Ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum.* Omnino Petrus ceteris Apoſtolis eſt præfectus: quod vel Caluinus fatetur lib. 4. Inſtit. cap. 6. § 8. atque adeò toti Eccleſiæ. Quid enim magis alienum à Chriſti ſapientia, quàm ſuum gregem ſine paſtore, ſine rectore relinquere?

EXTENDES. ſ. in cruce. ALIVS TE CINGET. i. ligabit, vt ad ſupplicium deducat. 18

SEQVERE ME. Videtur Chriſtus ſurrexiſſe quaſi aliquò vellet ire. 19

SIC EVM VOLO MANERE. Triplex loci huius lectio in Latinis codicibus reperitur; prima eſt communis, *ſic eum volo manere*. ſic Ambroſius Pſal. 45. & 118. in litera *Res*; conſentiunt Auguſtinus & Beda hîc. Altera lectio eſt, *ſi eum volo manere*, quæ in quibuſdam vetuſtis codicibus Latinis inuenitur, vt magni Auctores teſtantur. Hæc lectio eſt in Syr. cod. & in omnibus Græcis cod. præter vnum Veleſij, in quo ad marginem inuenio οὕτως. i. *ſic*, pro ἐὰν, id eſt *ſi*. Sic Interpretes Græci legunt, *ſi eum*. Tertia lectio eſt, *ſi ſic eum volo manere*, quæ lectio in cod. Caroli Magni, qui in eius ſepulchro inuentus eſt, erat, vt ait Lindanus lib. 2. de Optimo genere interpretandi. ſed nunc alteram particulam eraſam ait. Huic lectioni fauet Hieronymus lib. 1. contra Iouin. vbi ait, *Si eum ſic volo eſſe, quid ad te?* Triplex iſta lectio etiam verſ. 23. reperitur, vbi non aliud notandum putamus, quàm quòd Latinorum librorum nonnulli poſteriori loco aliter habent quàm priori *ſi* priori loco, poſteriori *ſi ſic*; è diuerſo alij. Denique Paulus Foroſempron. Part. 2. lib. 2. ait in lib. vetuſto, qui Romæ ad D. Pauli ſeruatur, & creditur ipſa D. Hieronymi manu deſcriptus, legi, *ſic eum volo manere*. 22

NON MORITVR. Goth. *non moreretur*: & mox, vbi nos, *non moritur*, Goth. *non morietur*. Et quidem de morte Ioannis Apoſtoli magna quæſtio eſt; & variæ ſententiæ. Tertullianus lib. de Anima, Hieronymus lib. de Viris illuſtr. & Matth. 20. Chryſoſtomus Homil. 1. & 2. in Euãgelium Ioannis mortuum eſſe aiunt. Alij nondum obijſſe, ſed fore vt occidatur ab Antichriſto; hoc Theophylactus Ioannis 21. Euthymius Matthæi 23. Georgius Trapezunt. lib. de hac re, Hippolytus lib. de Conſummatione mundi. At Nicephorus lib. 1. cap. 35. obijſſe quidem ait, ſed ſtatim reſurrexiſſe in corpore incorruptibili, vſque ad ſecundum Chriſti aduentũ. Verba Hippolyti: *Prior ipſius aduentus* (ſ. Chriſti) *præcurſorem habuit Ioannem Baptiſtam, poſterior autem, quo venturus eſt in gloria, Enoch, Eliam, & Ioannem Theologum.* 23

SVNT AVTEM ET ALIA MVLTA. Vides non omnes Chriſti actiones eſſe mandatas literis; ac proinde reijcienda non eſſe quæ ſcripta non inuenimus. 25

EMANVELIS SA NOTATIONES.

MARE. i. lacum. 1

PVERI. q. d. iuuenes, vulgò *figliuoli*. Valentini Hiſpani dicunt *fadrins* etiam grandioribus, quo nomine etiam *pueri* ſignificantur. Vide Geneſ. 41, 12. & Zach. 2, 4. PVLMENTARIVM. i. obſonium. Græc. προσφάγιον. q. pani additum. Syr. *aliquid ad manducandum*. 5

TVNICA. i. pallio piſcatorio. SVCCINXIT. i. circumuoluit. NVDVS. pro, ſeminudus, more piſcatorum. IN MARE. ſ. natans. 7

DVCENTIS. ſ. paſſibus ſexaginta; cubitus enim ſeſquipes, paſſus pedes quinque. 8

TANTI. pro, tot tantique. 11

DISCVMBENTIVM. Græc. μαθητῶν. i. *diſcentium*, ſeu *diſcipulorum*. DOMINVS. i. Deus. Hieron. epiſt. 61. 12

TERTIO. ſ. multis ſimul, vel quia primò, die qua ſurrexit; ſecundò, poſt octo dies; tertiò, nunc ſe oſtendit. 14

IOANNIS. ſ. filius. Græc. *Iona*, fortè per contractionem *Ioannis*. ETIAM. i. certè. ſ. diligo te, vt ſtatim dicit. 15

17 PASCE OVES, &c. Hîc Petro datæ claues Matth. 16. promiſſæ. ſ. poteſtas in omnes Chriſti oues.

18 VBI. pro, quò. EXTENDES. ſ. in cruce. CINGET. i. ligabit. ſ. ducturus ad ſupplicium. VIS. ſ. naturali appetitu.

19 CLARIFICATVRVS. i. glorificaturus. SEQVERE. ſ. corpore nunc (videtur enim Chriſtus cœpiſſe ambulare) & (quod per id ſignificatur) poſteà imitatione, ſeu cruce, & Eccleſiæ gubernatione.

20 SEQVENTEM. ſ. ipſos.

21 QVID. ſ. facturus.

22 SIC. q. d. quid ſi ſic, &c. Græc. & Syr. *ſi*, quidam, *ſi ſic*. ſed idem eſt ſenſus omnium. MANERE. i. non mori violenter.

24 SCIMVS. ſ. ego, & multi mecum.

25 POSSE. Hyperbole. SVNT. pro, forent. LIBROS. Græc. additur, *Amen*.

IOANNIS MARIANÆ E SOCIETATE IESV DIARIVM VITÆ ET ACTIONVM CHRISTI.

OPERÆPRETIVM *fore putaui, ſi ad calcem Euangeliorum, Chriſti actiones, quo quaque ordine & tempore contigerint, breui explicarem; vt quibus locis Euangeliſtæ diſſidere videntur, concordia eorum meliùs intelligatur. Multa in eis anticipantur, multa poſtponuntur, quæ ſuis locis & temporibus ſingula, ex hoc veluti indice reddentur. Ea ſuſcepti noui laboris cauſa maioris quàm pro mole.*

ANNVS CHRISTI PRIMVS.

CHRISTVS Dei filius cõceptus eſt octauo Kal. Aprilis, die Veneris, in vrbe Nazareth. Natus idem eſt in vrbe Bethlehem octauo Kal. proximi menſis Ianuarij, die omnino Dominica, quo anno Vrbis conditæ, & quibus Coſſ. *Matth. cap. 1. v. 25.* dictum eſt.

2. Die octauo circumciſus eſt & vocatus IESVS, vti Gabriel Angelus præceperat *Luc. 2. v. 21.* Die tertiodecimo à Magis eſt adoratus, *Matth. 2. v. 1.* Innocentes ab Herode occiſi ſunt, *v. 16.* poſt biennium. Nec diſplicet quod quidam aiunt, Romam interim ad Auguſtum iuiſſe Herodem contra filios ſuos Alexandrum & Ariſtobulum: eam dilatæ tamdiu occiſionis infantium extitiſſe cauſam. Miſſa Æthiopica infantes quatuordecim millia occiſos ait. Ingens numerus & ſupra fidem.

ANNVS CHRISTI V.

3. Herodes obijt; & Chriſtus, qui ob eius ſæuitiam in Ægyptum deductus fuerat, inde redijt. *Matth. 2. v. 20.* Euſebius *in Chron.* ſeptimum annum deſignat: à qua ratione diſcedimus, quoniam Auguſtus, qui obijt anno Chriſti quintodecimo, Archelaum Herodis filium expulit eius regni anno nono, vti Ioſephus ait *l. 17. Antiq. cap. vltimo.*

ANNVS CHRISTI XII.

4. Hoc in anno Paſchæ feſto puer Ieſus inſciis parentibus manſit in Ieruſalem: vbi inuentus eſt poſt triduum in medio Doctorum, *Luc. 2. v. 43.* Neque plura de eius infantia & minori ætate traduntur. Vixiſſe ſine noxa & cuiuſquam querela conſtat, gratum Deo, hominibus admirabilem, erga parentes morigerum. Ioſephi artem, quæcumque illa fuerit, exercuiſſe, ſatis eſt veriſimile.

ANNVS

ANNVS CHRISTI XV.

5. Hoc anno obijt Auguſtus Nolæ, menſe Septembri, ætatis anno ſexto & ſeptuageſimo. De Auguſti magiſtro Auſonius & Lucianus diſſentiunt. Auſonius Frontonem fuiſſe ait, in Gratiarum actione: Lucianus in Macrobijs Athenodorum Tarſenſem. Vtrique fortè operam dedit, cùm Athenis ſtudiorum cauſa iunior ageret. Succeſſit Auguſto Tiberius priuignus, Liuiæ Auguſtæ filius. In huius Imperium reliquæ actiones Chriſti & mors inciderunt.

ANNVS CHRISTI XXX.

1. Nouem & viginti annos natus erat Chriſtus, & dies omnino tredecim, cùm à Ioanne Baptiſta in Iordane eſt baptizatus: *Matth.* 3. *v.* 13. *Luc.* 3. *v.* 21. Ianuarij menſis ſexta prorſus die, qua die decurſo integro anno, in nuptijs aquam vino mutauit.

A baptiſmate Chriſti vſque ad eius mortem, anni quatuor fluxerunt & menſes tres, minùs tredecim diebus. *Haymo lib.* 1. *cap.* 12. Chriſti prædicationi quadriennium dat, Euſebium ſecutus, Hiſtoriæ item *lib.* 1. *cap.* 12. Sanè quinque Paſchata interceſſerunt. Primum, poſt ſuſceptum à Chriſto baptiſmum. Secundum, poſtquam aquam vino mutauit: *Ioan.* 2. *v.* 13. Tertium, cùm ad Probaticam languidum ſanauit: *Ioa.* 5. *v.* 1. Erat feſtus dies Iudæorum, ait, quod feſtum fuiſſe Paſcha Irenæus ait *lib.* 2. *cap.* 30. Quartum, cùm pauit in deſerto quinque hominum millia: *Ioan.* 6. *v.* 4. Quintum, cùm ipſe occiſus eſt. Ad hæc tres annui Pontifices fuerunt inter Annam, quo Pontifice baptizatus eſt Chriſtus: *Luc.* 3. *v.* 2. & Caïpham, ſub quo occiſus eſt. Tres illi Pontifices fuerunt Iſmael, Eleazarus, & Simon. Sic *Euſeb. & Haymo locis citatis.* Ita verum eſt Chriſtum vixiſſe annos triginta tres, menſes tres nihilominùs.

ANNVS PRÆDICATIONIS CHRISTI I.

2. Poſt baptiſmum ſequitur ieiunium dierum quadraginta, vt ſuo nimirum exemplo Eccleſiæ ieiunia ſanctificaret. Poſt ieiunium triplex diaboli tentatio: *Matth.* 4. *v.* 1.

3. Peracto ieiunio, & victo diabolo, Chriſtus in Galilæam reuerſus, in Synagogis docendo, aliquod tempus conſumpſit: *Matth* 4. *v.* 12. neque enim otio ſe dedit miles Dei declaratus.

4. Ioannes Baptiſta in Bethania trans Iordanem, ſeu Bethabara, vbi baptizabat, delatum ad ſe honorem Meſſiæ ad Chriſtum ablegauit: *Ioan.* 1. *v.* 20. Eum etiam ad ſe venientem digito demonſtrauit, *v.* 29. Die altera coram duobus diſcipulis idipſum repetijt. Illi ſecuti ſunt Chriſtum: alterque eorum, Andreas nomine, Simonem fratrem ſuum ad Chriſtum adduxit. Die poſtero Philippus à Chriſto vocatus, & ipſe Nathanaeli perſuaſit, vt ad Chriſtum veniret, *v.* 45. Intra primum à Chriſti baptiſmate annum hæc omnia contigerunt.

ANNVS PRÆDIC. CHRISTI II. ÆTAT. XXXI.

1. In Cana Galilææ aquam vino mutauit: *Ioan.* 2. *v.* 1. initium ſignorum, quæ ad vitæ finem innumera fecit & mirabilia, ethnicorum etiam confeſſione. Inde Capharnaum, & paulo pòſt ad Paſchæ feſtum Ieroſolymam profectus, mercatores è templo primùm expulit: *Ioan.* 2. *v.* 13. Iudæi ſignum petunt, factum id ſine auctoritate idonea putantes. Reſpondet, ſi templum diruant, ſe intra triduum illud reædificaturum, eiſdem ſcilicet veſtigijs, eadem forma, *v.* 19.

2. Digreſſus Chriſtus ex ea vrbe, in Iudæa baptizabat: per ſuos diſcipulos ſcilicet. Quo tempore Ioannes Baptiſta in Ænon iuxta Salim idem faciebat: *v.* 23. *eodem Ioan. cap.*

3. Concurſus, qui ad Chriſtum fiebat, renuntiatur Ioanni. Ille in Chriſti laudes prorumpit: *Ioan.* 3. *v.* 26. Contrà, ad famam concurſus qui ad Ioannem fiebat, tumultum populi Herodes tetrarcha veritus, vt Ioſephus ait *lib.* 18. *Antiq. cap.* 7. ſimul & veriùs propter Herodiadis pellicatum, *Matth.* 14 *v.* 3. eum mittit in carcerem.

4. Chriſtus nihilominùs Phariſæos magis quàm Herodis ſæuitiam metuens, relicta Iudæa in Galilæam ire conſtituit. Erat iter per Samariam. Ad puteum Sichar cum muliere Samaritana colloquitur multis. Erat quartus menſis ante meſſem, nempe Nouember aut December: *Ioan.* 4. *v.* 1. 7. & 35.

5. Tertio pòſt die Samariâ relictâ Canam Galilææ profectus, cuiuſdam reguli filium abſentem à morte eripuit morbo depulſo: *Ioan* 4. *v.* 46. Contrà Nazareth propinquæ ciues docentem in Synagoga, è cliuo præcipitare voluerunt, ſed inter manus elapſus, Capharnaum iuit, ibique docebat: *Luc.* 4. *v.* 16 29. & 30. Ibi Simonem & Andream ſecundò ad ſe vocauit, tum filios Zebedæi Iacobum & Ioannem: *Matth.* 4. *v.* 18.

6. Iis delectis, vt gentis concurſum declinaret, in vicinum montem ſeceſſit. Ibi multa diſcipulos docuit, nimirum Beatitudines, ſe legem non ſoluere, vxorem non temerè dimittendam, diligendos inimicos, formam orandi Orationem Dominicam, quam deinde tamen repetiit; hypocriſim vitandam, tum multa alia: *Matth.* 5 6. & 7. *Luc.* 6. *v.* 20.

7. E monte in planitiem delatus, leproſum quemdam ſanat: *Matth.* 8. *v.* 2. Ad eius rei famam tantus ad Chriſtum hominum concurſus eſt factus, vt rurſus captare ſolitudines ſit coactus: *Marc* 1. *v.* 45.

8. Inde Capharnaum reuerſus, in Synagoga dæmonem expulit: *Luc.* 4. *v.* 33. Centurionis famulum ægrotum ſanauit, Simonis ſocrum febri liberauit: *Matth.* 8. *v.* 5. In eam Petri domum multos alios allatos ægrotos reddidit ſanitati: *ibid. v.* 16.

9. Vt eam frequentiam vitaret, nocte in deſertum abijt; Petroque & alijs reuocantibus edixit in alios pagos & ciuitates eundum: *Marc.* 1. *v.* 35 In ea peregrinatione hæc ordine contigerunt:

10. Sabbato in Synagoga quadam areſactam hominis manum vigori priſtino reſtituit. Phariſæi & Herodiani, quaſi legem ſolueret, in eius necem conſpirant: *Marc.* 3 *v.* 5. & 6. Secedit ad lacum, ſeu mare Tiberiadis, & de nauicula Petri docet turbas, *v.* 9. Poſt concionem Petrus Chriſti iuſſu iactis retibus, qui tota nocte nihil ceperat, piſcium affatim capit: *Luc.* 5. *v.* 6. Ad hæc prope vrbem Naim iuuenem mortuum reuocat ad vitam: *Luc.* 7. *v.* 14. A Simone Phariſæo inuitati Chriſti pedes mulier peccatrix lauat lacrymis, vngit vnguento: *ibid. v.* 36.

ANNVS PRÆDIC. CHRISTI III. ÆTAT. XXXII.

1. Ad Probaticam piſcinam languido vires reſtituit in Paſchate: *Ioan.* 5. *v.* 1. Vt Iudæorum ex eo inſidias vitaret, ſecedit in Galilæam, & Capharnaum tertiò adit. Cognati eius de poteſtate mentis exiſſe putantes, vincire voluerunt: *Marc.* 3. *v.* 21. Phariſæi Beelzebub ope dæmonia pellere accuſant, *v.* 22. Matri & fratribus eum alloqui volentibus, nec valentibus præ turba, reſpondet, diſcipulorum pietatem omni cognatione ſibi eſſe potiorem, *v.* 31.

2. Ad mare ſeu lacum egreſſo, & in vlteriorem ripam tranſmittere cogitanti, ſcriba quidam ſe offert, eum ſequi paratus: *Matth.* 8. *v.* 19. Hunc repellit, ficti fortaſſe. Contrà diſcipulo cuidam id expetenti, ne funus quidem patris curare permittit. Ne tertio quidem dedit, vt ſuis vale-diceret quod petebat: *Luc.* 9. *v.* 58. 59. & 60.

3. Dum traiicit, turbati maris fluctus componit. Ad litus Garadenorum appulſus, è duobus hominibus dæmones pulſos in porcos ire permittit; id concedi ſibi poſtulantes: *Matth.* 8. *v.* 28.

4. Conuerſa retrò nauigatione, Capharnaum quartò adit. Ad eum, re vulgata, tantus concurſus fit, vt paralyticum portantes, cùm ad Chriſtum irrumpere non poſſent, conſcenſo domus tecto eum demiſerint: *Luc.* 5. *v.* 18. Nec fuit inanis conatus.

5. Ad lacum ſeu mare egreſſus, Matthæum publicanum ad ſe vocat. Conuiuio ab eo accipitur. Accuſant Phariſæi conuictum cum peccatoribus: *Matth.* 9. *v.* 9. Dum cum illis diſputat, eosq; arguit, Iairus Synagogæ prin-

princeps petit, vt filiam agentem animam ac ferè mortuam reſtituat. Annuit Chriſtus. Ex itinere fimbriæ contactus fœminam multis annis fluentem ſanguine ſanat. Puellam in vitam reuocat Iairi filiam: *Luc.* 8. *verſ.* 41.

6. E domo illi egreſſus, Chriſtus duobus cæcis lumen reſtituit: *Matth.* 9. *v.* 26. Quo tempore duodecim Apoſtolos è numero diſcipulorum ſelegit: quod *Marc.* 3. *v.* 14. & *Luc* 6. *v.* 13. ſed per anticipationem narratur. Dat eis poteſtatem curandi & ſanandi infirmos, pellendi dæmones. Monita adiungit: inter alia, ſe non veniſſe, vt pacem ferret, ſed gladium, ſed bellum: *Matth.* 10. *v.* 1. & 34.

7. Diſcipulis comitatus & pijs mulieribus, quæ de ſuo neceſſaria ſuppeditabant, vrbes & caſtella obibat. In ijs Nazareth ſecundò adit: ſed propter eorum hominum incredulitatem, pauca inter eos edidit ſanè miracula: *Marc.* 6 *cap. v.* 1.

8. Inde Apoſtolos dimiſit binos per vicina oppida, vt docerent, dæmones pellerent, ægrotos oleo vngerent: *Marc.* 6. *v.* 7. & 13. Exemplo efficaciter iubetur. Ita ipſe continuò eſt ſubſecutus: *Matth.* 11. *v.* 1. Tunc Ioannes Baptiſta è vinculis mittit ad Chriſtum duos è diſcipulis rogatum, Eſſet ne ipſe Meſſias promiſſus in Lege. Ille operibus reſpondens, renuntiare iubet quæ viderant & audierant, *v.* 2. laudat ſubinde Ioannem. Ciuitatum aliquot incredulitatem increpat, *v.* 21. Nec multo poſt, vt ego arbitror, Ioannes eſt occiſus.

9. Cùm poſt hæc per ſata ſabbato iret, diſcipuli ſpicas cœperunt vellere & manducare. Phariſæi accuſabant id fieri ſabbato, Chriſtus diſcipulos Dauidis exemplo defendit: *Matth.* 12. *v.* 1.

10. Quintò Chriſtus Capharnaum adit. In Synagoga aridam hominis manum reſtituit. Sabbatum erat. **Phariſæi violatam in eo legem accuſant; coniurant in Chriſtum. Ille furori cedendum ratus, inde diſcedit.** In itinere multos ægrotos ſanat. Dæmoniaco cæco & muto vocem & lumen reſtituit. Phariſæi ſurſus Beelzebub ope fieri inclamant. Quidam etiam ex ijs à Chriſto ſignum petunt. Multis Iudæorum perfidiam accuſat. Inter hæc eius mater & fratres ſuperueniunt. Intenta ipſe in diſcipulos manu, eos matrem & fratres ſuos eſſe ait: *Matth.* 12. *v.* 10. ad finem capitis.

11. Ipſa die domo ad lacum egreſſus, multas parabolas circumfuſis ad litus turbis proponit, de ſeminante, de zizanijs, de grano ſinapis, de fermento. Quibus exemplis tum alia, tum in Eccleſia malos bonis eſſe & ſe permixtos oſtendit: *Matth.* 13. *v.* 1. Nazareth deinde tertiò adit. Mirantur illi tantam in fabri filio ſapientiam. *v.* 54. Herodes, Chriſti ex operum fama reuixiſſe Ioannem, quem ipſe iam occiderat, putat: *Matth.* 14. *v.* 1.

12. Chriſtus, audita Ioannis morte, & vt reuerſis ad ſe Apoſtolis otium aliquod daret, & ſibi ſumeret, in deſertum ſeceſſit. Secutæ ſunt hominum turbæ: quos ad quinque millia pauit ex quinque panibus & duobus piſcibus: *Matth.* 14. *v.* 13. *Marc.* 6. *v.* 14. Eo miraculo commoti ij homines, Regem eum facere voluerunt, ſubduxit ſe tamen: *Ioan.* 6. *v.* 15.

13. Diſcipuli naui diſceſſerunt. Chriſtus pedibus noctu lacum ingreſſus, Petro vt ſe in eo imitaretur conceſſit: *Matth.* 14. *v.* 22. Ad Geneſareth tractum appulſus, Capharnaumque mox repetens, ægrotos varios ſanauit: *Matth.* 14. *v.* 35. *Ioan.* 6. *v.* 24.

14. Poſtero die turbæ mirantes Chriſtum ſine naui traieciſſe, conſcenſis nauiculis Capharnaum eunt quærentes eum. Tunc multa de Euchariſtiæ Sacramento diſſeruit feſtò **Paſchatis iam proximo**: ***Ioannis*** 6. *v.* 4. & 35.

ANNVS IV. A BAPTISMATE CHRISTI, ÆTAT. XXXIII.

1. Ad hoc Paſcha Chriſtum Ieruſalem iuiſſe non puto. Iudæorum inſidias veritus in Galilæa ſubſtitit. Quidam tamen Scribæ & Phariſæi eò ex vrbe profecti, in diſcipulis accuſabant, quòd illotis manibus ſumerent cibum: *Matth.* 15. *v.* 1.

2. Inepta calumnia caſtigata, Chriſtus abijt in fines Tyri & Sidonis. Ibi Chananææ Græcæ, i. Gentilis ex filia dæmonem expulit: *Marc.* 7. *v.* 26. *Matth.* 15. *v.* 21. Inde retro conuerſus ad Decapolim, ſurdo & muto linguam ſoluit, & aures aperuit: *Marc* 7. *v.* 32. Alijs præterea ægrotis ſanatis, quatuor millia hominum ſeptem panibus in deſerto ſatiauit: *Marc.* 8. *v.* 1.

3. Ijs dimiſſis, nauis Magedan ſeu Dalmanutham abijt: *Matth.* 15. *v.* 39. *Marc.* 8. *verſ.* 10. Ibi Phariſæi ſignum de cælo petunt, nec impetrant. Ad Bethſaidam cæco ſputo & impoſitione manuum lumen infundit: *Marc.* 8. *v.* 23. In ea peregrinatione, prope Panneadem ſeu Cæſaream Philippi, Chriſtus ex diſcipulis rogat & audit, quid de ſe homines dicerent: *Matth.* 16 *v.* 13.

4. Poſt dies ſex transfiguratus eſt in monte Thabor, & ſexta, vt creditur, Auguſti die: *Matth.* 17. *v.* 1. Inde regreſſus, iuuenem, quod diſcipuli non potuerant, à dæmonis vexatione ad patris preces liberauit, *verſ.* 18. Nec multò poſt per Galilæam iter faciens, Apoſtolis, quæ Ieroſolymæ paſſurus eſſet, apertè renuntiauit. Illi non intelligentes quæ dicebantur, & aliam regni Chriſti formam ſomniantes, importunè diſputabant, quis eorum maior eſſet: *Luc.* 9. *v.* 46.

5. Chriſtus ſeptimo Capharnaum abiens, vt importunam eam de primatu inter Apoſtolos quæſtionem facto diſſolueret, cenſum, qui per capita familiarum exigebatur, vnà ſecum Petrum exoluere iuſſit, ſtatere in ore piſcis inuento: *Matth.* 17. Verùm cùm ne domi quidem ab importuna ea diſceptatione ceſſarent, & rogati, quid in via tractaſſent, præ verecundia tacerent primò, *Marc.* 9. *verſ.* 32. deinde quis maior eſſet, Chriſtum rogarent, *Matth.* 18. *v.* 1. ille producto in medium infante, eum fore maiorem dixit, qui huius pueri modeſtiam imitaretur.

6. Eo ſermone abſoluto, Ioannes renuntiat, quemdam qui de contubernio non erat, Chriſti inuocato nomine fugare dæmones. Prohiberi vt ita facere: Chriſtus vetat: *Marc* 9. *v* 38.

7. Appetente Scenopegia, i. feſto Tabernaculorum, Chriſto neceſſarij ſuadent, vt Ieroſolymam eat. Recuſat ille primò: deinde eo **occultus abit**: ***Ioan.* 7. *v.* 2.** **In eo** itinere multa contigerunt.

8. In ciuitate quadam Samariæ Chriſtum accipere noluerunt: *Luc* 9 *verſ.* 53. Alios ſeptuaginta duos diſcipulos ex omni numero deſignat: *Luc.* 10. *v.* 1. & 4. Tranſmiſſo Iordane, aliquamdiu in eo tractu moratus eſt, ſecutæ ſunt eum turbæ, quas curauit: *Matth* 19. *v.* 1. Phariſæi rogant de libello repudij. *v.* 3. In Bethaniam ad Mariam & Martham diuertit: *Luc.* 10. *v.* 38. Intereà Ieroſolymæ Iudæi multa obloquebantur de eo, cum ecce repentè **in templo apparet**: ***Ioan.* 7. *v.* 11.**

9. Poſt concionem in templo habitam, in montem precaturus diſcedit. **Tunc à diſcipulo quodam formam** precandi rogatus, Orationem Dominicam illi repetijt: *Luc.* 11. *v.* 2. Cùm in templum rediiſſet, adulteram illi ſiſtunt: *Ioan.* 8. *v.* 1.

10. Egreſſus de templo, cæci à natiuitate oculos aperuit. Phariſæi in eo ſabbatum violatum accuſant: *Ioan.* 9. *verſ.* 1. Ieroſolyma, vt videtur profectus, & in Iudæa tamen conſiſtens, dæmonem mutum expellit, Beelzebub ope calumniantur de more quidam. Dum id refellit, beatum **ventrem exclamat mulier, qui illum** pertuliſſet: *Luc.* 11. *v.* 27.

11. Inuitatus à Phariſæo, in eum ordinem inuectus, fore ait, vt ſanguis Prophetarum ab eis repetatur à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ: *Luc.* 11. *v.* 51. Monetque diſcipulos, vt Phariſæorum fermentum vitent, i. hypocriſim: *Luc.* 12. *v.* 1.

12. Renuntiatur illi Galilæorum cædes à Pilato Præſide facta: *Luc.* 13. *v.* 1. In Synagoga quadam mulierem decem & octo annos ægrotam ſanat. Grano ſinapis & fermento ſimile regnum cælorum eſſe ait, *v.* 18. & 19.

13. Obibat ciuitates & vicos, *v.* 22. cùm Ieroſolymam peteret ad feſtum Encæniorum, quod menſe Decembri celebrabatur, expiationis templi monimentum

Iuda Machabæo factæ: 1. *Machab.* 4 *v.*43. In porticu Salomonis tunc de ſua innocentia dicentem Iudæi lapidibus opprimere voluerunt: *Ioan.* 10. *v.*22.

14. Inde digreſſus, quemdam rogantem, Eſſentne pauci ſalutem conſecuturi, monuit vt contenderet intrare per anguſtam portam, eam ſ. ſalutis eſſe viam: *Luc.*13.*v.*24 Phariſæis monentibus, vt ſibi ab Herode caueret; negauit expedire, eſſeque conſentaneum, vt propheta extra Ieruſalem moreretur, *v.*31. Mox ad Ieruſalem ait; Quoties volui cógregare filios tuos? *v.*34.

15. Abijt deinde Bethaniam trans Iordanē: *Ioan.* 10. *v.*40. Quo loco à Phariſæo quodam inuitatus, hydropicum ſabbato ſanat; Iudæiſque id pro more accuſantibus, multa reſpondit: *Luc.*14. *verſ.*1. Ad hæc Lazari mendici & diuitis epulonis vitam & exitum longa oratione explicuit: *Luc.* 16. *v.*19.

16. A corporibus Lazari reuocatus, & quoniam Paſcha proximum erat, in Iudæam redire conſtituens, ex itinere ad quoddam caſtellum decem leproſos mundauit: *Luc.* 17. *v.*11. Pueris oblatis manus ſalutares impoſuit: *Luc.* 18. *v.*15. In eodem itinere iuueni opulento, & de ſalute ſolicito, vt diuitias abdicet, conſilium dat, neque obtinet: *Matth.* 19. *v.*16.

17. Ieroſolymâ propinquâ, de morte agit, quæ ipſi imminebat: *Matth.*20. *v.*17. Duo filij Zebedæi per matrem primos honores petunt, *v.*20. Dein prope Iericho cæci oculos aperit: *Luc.* 18. *v.*35. Ad Zachæum in ea vrbe diuertit, vbi & parabolam de decem minis explicuit: *Luc.* 19. *v.*1. Duobus cæcis, quorum alter Timæi filius erat, ex ea vrbe egreſſus lumen concedit: *Matth.* 20. *v.*29.

18. Bethaniam tandem progreſſus, Lazarum ſuſcitat: *Ioan.* 11. *verſ.*43. Iudæi, re cognita, coacto concilio Chriſtum occidendum decernunt, *v.*47. Ille Ephrem vltra Iordanem diſcedit, *v.*54.

19. Inde ſexto die ante Paſcha redit Bethaniam: *Ioan.* 12. *v.*1. Tunc cœnantis cum Lazaro Chriſti pedes Maria ſoror Lazari vngit vnguento magni pretij. Factum Iudas accuſat, Chriſtus excuſat, *v.*4. & 8.

POSTREMVM PASCHA ET CHRISTI MORS EIVS ANNO XXXIV. INCHOATO.

1. Sequenti mox die, cùm renuntiatum in vrbe eſſet, Chriſtum in Bethania eſſe, multitudo hominum euſque proceſſit cum ramis palmarum, ingeminantes: Hoſanna in excelſis: *Ioan.* 12. *v.*9.

2. Ex Bethania ipſoque monte Bethphage duos diſcipulos mittit, vt aſinam & pullum eius adducerent: *Matth.* 21. *verſ.*1. Quibus inſidens, & via veſtibus & fronde conſtrata, ad Ieroſolymæ conſpectum fleuit, memoria excidij quod illi imminebat, *v.*12. Ingreſſus in templum, inde mercatores ſecundò expulit. Cæcos & claudos ſanauit. Pueriles voces, Hoſāna ingeminare per gentes, quòd non coërceret, Scribæ accuſant, *v.*16. Iudæis qui ex Græcia venerant, ſe, vt cupiebant, adeundi facit poteſtatem: *Ioan.* 12. *v.*20. Vox de cælo venit amoris Paterni index, *v.*18. ſub veſperam Bethaniam redijt: *Matth.* 21. *v.*17. *Marc.* 11. *v.*19.

3. Die proxima prope Ieroſolymam ficui maledicit: *Matth.* 21. *v.*19. Quam areſactam videntes diſcipuli die ſequenti mirantur: *Marc.* 11. *verſ.* 20. Ipſe fidei vires magnas eſſe ait, *v.*22. In templo ſacerdotes rogant, qua poteſtate, quæ faciebat, & à quo data faceret. Deludit eos, de doctrina Ioannis Baptiſtæ interrogatione, *verſ.*28. Ad hæc Parabolas illis proponit de duobus filijs & de vinea locata agricolis. Videbant illi ſe ex obliquo ijs parabolis peti; verùm plebis timore ſe continebant: *Matth.* 21. *v.*46.

4. Die altero, tertio ante Paſcha, populo quidem parabolam proponit de Rege qui fecit nuptias filio ſuo; Phariſæis autem & Herodianis cautè reſpondet rogantibus, Liceret cenſum dare Cæſari: *Matth.* 22. *v.*1. & 15. Sadducæos etiam de immortalitate dubitantes compeſcit, *v.*24. Deinde in Scribas & Phariſæos quamuis inuectus *Luc.* 20. *v.*46. illis tamen parendum admonet *Matth.* 23. *verſ.* 2. Viduæ pretereà minutum donum maioribus diuitum oblationibus pręfert: *Marc.* 12. *v.*42.

5. Egreſſo vt Bethaniam repeteret, diſcipuli templi molem & ſtructuram oſtendunt. Ille vrbis & templi excidium inſtans, ſimul orbis vaſtitatem denuntiat: *Matth.* 24. *v.*1. Simul vt ſuos excitaret, de furis aduentu, ficu germinante, ianitore vigili, de decem virginibus, de talentis quæ herus ſeruis ſuis credidit, parabolas proponit, ſimul iudicij extremi formam deſcribit: *Matth.* 25.

6. Biduo ante Paſcha in Bethania apud Simonem Leproſum mulier (ſoror Lazari) cœnantis capiti vini optimi vnguenti infundit. Factum accuſant Apoſtoli, defendit Chriſtus: *Matth.* 26. *v.*6.

7. Decreuerant ſacerdotes ipſa die Chriſti necem, tumultum tantùm populi verebantur, *v.*3. Iudas id cogitantibus, ſuam operam ad capiendum Chriſtum pretio vendit, *v.*14.

8. Die Iouis, Luna 14. Chriſtus ex Legis præſcripto Paſcha celebrauit, *v.*17. Iudæi ob ſuas traditiones in diem alterum diſtulerunt: *Ioan.* 18. *v.*28. Celebrauit autem in domo Ioannis Euangeliſtæ: *Niceph. lib.* 1. *cap.* 28. Ibi diſcipulorum pedes lauit, teſtamentum condidit, longum ſermonem habuit. Hoſtijs veteribus abrogatis, nouum Sacrificium ſubſtituit. Iudas etiam ad patrandum ſcelus inde diſcedit: *Luc.* 22. *v.* 21. *Ioan.* 13. *v.*18. poſt ſumptam Euchariſtiam, & confecta myſteria, an ante, non ſatis conſtat.

9. Digreſſo Iuda, Apoſtoli diſputant, quis eorum maior eſſet: *Luc.* 22. *v.*24. Chriſtus ſedata ea contentione, longo eos ſermone ſolatur. Ad mutuam hortatur charitatem. Petri negationem prædicit: *Ioan.* 13. *v.*31. & 38. Denique ſe pro ſuis ſanctificare, i. ſacrificium offerre ait: *Ioan.* 17. *v.*19.

10. Hymno dicto, ad agendas de more poſt cibum gratias abijt in montem Oliuarum: *Matth.* 26. *v.*30. Et relictis alijs Apoſtolis in villa Gethſemani cum Petro, Iacobo, & Ioanne, in vicinum hortum Patrem precaturus ſeceſſit, *v.*36. Eò Iudas cum militari cohorte accurrit, & oſculo Magiſtrum tradit, *v.*47. Comprehenſum ad Annam primùm deducunt: *Ioan.* 18. *v.*13; deinde ad Annæ generum Caipham eius anni Pontificem. Ibi multa perpeſſum Petrus etiam negauit: *Matth.* 26. *v.*70.

11. Cum luce vinctum mittunt ad Pilatum Præſidem: *Matth.* 27. *v.*2. Iudas proditionis pertæſus, argentum acceptum retulit, *verſ.*3. A Pilato miſſus eſt ad Herodem, *Luc.* 23. *v.*7. Ad ſe remiſſum voluit liberare. Id vt aſſequeretur, populo optionem dat, Chriſtum an Barabbam dimitti mallent: *Matth.* 27. *v.*21. Dein, vt populo ſatisfaceret, flagellis & corona ſpinea redimitum in publicum producit: *Ioan.* 19. *v.*14. Demum, vt crucifigeretur, eum tradidit, crucem ipſo priùs portante, *v.*17. Deinde poſt eum Simone Cyrenæo, i. ruſtico, qui fuit pater Alexandri & Rufi *Marc.* 15. *v.* 21. Hos in numero diſcipulorum Chriſti; pater eius Rufum Coloniæ priùs, deinde Aruernorum Epiſcopum fuiſſe, Primus aſſerit in Topographia Sanctorum.

12. Chriſti corpus, propter inſtantem Paſchatis celebritatem, concedente Pilato, Ioſephus & Nicodemus è cruce detractum, in vicino & nouo ſepulchro incluſerunt: *Matth.* 27. *v.*60. Iudæi, ne qua fraus eſſet, cuſtodes adhibent, & oſtio ſigillum, *v.*66.

CHRISTI RESVRRECTIO.

1. Mulieres ſanctæ die Dominico ante lucem eunt ad ſepulchrum, cum aromatibus, vt ſacrum corpus vngerent: *Matth.* 28. *v.*1. Nempe ſepulchrum eſſe obſignatum, & milites adhibitos neſciebant. Tunc Chriſto reſurgente terræmotus extitit; quo territi cuſtodes, *v.* 4. mulieres etiam aufugerunt aliæ præter Mariam Magdalenam.

2. Illa intrepida ad ſepulchrum accedit nondum orto ſole. Videt lapidem ſublatum, neque corpus intus eſſe. Currit ad Petrum & Ioannem, corpus furto ſublatum nuntiat: *Ioan.* 20. *verſ.*1. & 2. Currunt illi eo

nuntio

nuntio perciti, præter linteamina nihil inueniunt, *v.6.*

3. Aliæ mulieres metu ſedato recurrunt ad ſepulchrum orto iam ſole, ſolicitæ quis remoueret lapidem, quo claudebatur oſtium: *Marc.16.v.1.& ſequentibus.* Reuolutum lapidem inuenerunt, ſuper eum ſedente Angelo: *Matth.28. verſ.2.* Tum à dextris intra ſepulchrum alterum Angelum viderunt: *Marc.16. verſ.5.* Duo erant, vterque in veſte fulgenti: *Luc.24.v.4.* Ab vtroque ſurrexiſſe Christum audiunt, idque iubentur nuntiare diſcipulis & Petro: *Marc.16.v.5.& 6.*

4. Nuntiant illæ; ſed ſomnia afferre viſæ ſunt: *Luc.24. v.11.* Petrus tamen, qui priùs iuerat ad vocem Magdalenæ cum Ioanne, nunc ad vocem aliarum mulierum ſolus ad ſepulchrum iuit, neque præter linteamina quidquam inuenit, *v.12.*

5. Poſt Petri diſceſſum, ſola Maria perſtat plorans. Curioſè ſepulchrum inſpiciens, duos Angelos videt: quos viros rata, rogat, an ipſi corpus abſtuliſſent; deinde retrò conuerſo capite Chriſtum, quem non nouerat, idem rogat. Agnitus, iubet vti Apoſtolis viſa renuntiet: *Ioan.20.v.11.*

6. Cùm iret vt iuſſa faceret, alias mulieres obuias communicatâ lætitiâ ad ſepulchrum adducit. Duo Angeli prohibent eas viuentem cum mortuis quęrere. Conuerſæ Chriſtum vident: & ad eius pedes proſtratæ iubentur Apoſtolis nuntiare, vti in Galilæam eant; ibi eos viſuros Chriſtum: *Matth.28.v.5. Luc.24.v.4.*

7. Milites intereà in ciuitatem euntes, narrant quod geſtum erat: ſed pecuniâ corrupti ſpargunt in vulgus, Chriſti corpus furto ſublatum ipſis dormientibus: *Matth.28.v.11.*

8. Eadem Dominica die ſe Chriſtus in agro duobus diſcipulis oſtendit. Sed neque illis Apoſtoli penitùs crediderunt: *Marc.16.v.12.*

9. Poſt meridiem Lucæ & Cleophæ Emmaus euntibus apparet. Redeunt in vrbem, narrant nouiſſe Dominum in fractione panis, Apoſtolis iam credentibus ſurrexiſſe Chriſtum, & à Simone viſum: *Luc.24 v.13.& 34.*

10. Mox ad diſcipulos ingreditur intra conclaue ianuis clauſis. Salutat eos. Turbatos iubet contrectare manus & pedes. Cibum petit & comedit: *Ioan.20. v.19. Luc.24.v.36.* Rurſus eos ſalutat. Inſpirat in eos, datque poteſtatem condonandi peccata: *Ioan. 20. verſ.21.*

11. Aberat Thomas, neque viſa renuntiantibus credit. Quem vt ſanaret, rurſus poſt dies octo cunctis Apoſtolis apparet: & ad Thomam conuerſus, manus & latus iubet contrectare, & incredulitatem deponere, *v.24.& 26.*

12. Apoſtoli iuxta Chriſti præceptum in Galilæam profecti, in monte quodam tum ipſi, tum fratres alij plures quingentis, Chriſtum viderunt. Quo loco eos Euangelij præcones, & Eccleſiarum Epiſcopos conſtituit: *Matth. 28. verſ.16. & 1. ad Corinth. 15. verſ.9.* Monet prætereà, vt Ieroſolymam redeuntes, ibi Spiritus ſancti illapſum expectent. Quæ acciderant, omnia diuinis libris & oraculis conſentanea eſſe: *Luc.24.v.44.*

13. Ad lacum ſeu mare Tiberiadis Petrum, Zebedæi filios, & alios diſcipulos piſcantes alloquitur. Rete vbi iacerent, docet. Petrus Chriſtum eſſe à Ioanne admonitus vbi cognouit, ad eum natatu peruenit. Merces fidei & dilectionis fuit, ouium Chriſti ſummum paſtorem & Eccleſiæ Principem conſtitui. Rogat ille de Ioanne quid eſſet futurum. Reſponſum ambiguum fuit: *Ioan.21.v.22.*

14. Inde Ieroſolymam reuerſis Apoſtolis, aliàs apparuiſſe, & matrem Virginem ſæpè inuiſiſſe, etſi Euangelia ſileant, ratio & pietas pro certo ait: nam Iacobo eſſe viſum non Euangeliſtæ aiunt ſed Paulus teſtatur *1. ad Corinth.15.v.7.*

15. In Bethania tandem die à reſurrectione quadrageſimo, noua præcepta cùm Apoſtolis dediſſet recumbentibus, & eorum incredulitatem increpaſſet, in orbem ire iubet, inſtruitque poteſtate faciendi miracula. Mox circumfuſa nube in cælum aſcendit, è monte ſcilicet Oliuarum: *Marc.16.v.14. Luc.24.v.50.*

ACTVS APOSTOLORVM.

CAPVT PRIMVM.

Ieſus promittens Apoſtolis Spiritum ſanctum, dicit non eſſe ipſorum ſcire ſecreta rerum futurarum tempora: & poſt ipſius in cælum aſcenſum dicitur ab Angelis ſimiliter venturus: nomina Apoſtolorum: oratio Petri de vno in locum Iudæ proditoris ſufficiendo; vbi præmiſſis precibus eligitur ſorte Mathias.

PRIMVM quidem ſermo- 1
nem feci de omnibus, ô A
Theophile, quæ cœpit Ieſus
facere, & docere, "vſque in 2
diem, qua præcipiens Apo-
ſtolis per Spiritum ſanctum,
quos elegit, aſſumptus eſt:
"quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſio- 3
nem ſuam in multis argumentis, per dies qua-
draginta apparens eis, & loquens de regno Dei.
"Et conueſcens, "præcepit eis ab Ieroſolymis ne 4
diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Pa-
tris, "quam audiſtis (inquit) per os meum: "quia 5
Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem
baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos
6 hos dies. "Igitur qui conuenerant, interrogabant
eum, dicentes: Domine, ſi in tempore hoc reſti-
7 tues regnum Iſrael? "Dixit autem eis: Non eſt
B veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pa-
8 ter poſuit in ſua poteſtate: "" ſed accipietis vir-
tutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, &
eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iu-
9 dæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. "Et
cùm hæc dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt: &
10 nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. "Cumque
intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo
11 viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, "qui
& dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes
in cælum? hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis
in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis
12 eum euntem in cælum. "Tunc reuerſi ſunt Ie-
roſolymam, à monte qui vocatur Oliueti, qui
13 eſt iuxta Ieruſalem, ſabbati habens iter. "Et cùm
introiſſent in cœnaculum, aſcenderunt vbi ma-
C nebant Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas,
Philippus & Thomas, Bartholomæus & Mat-

Luc.24.g.49 Ioan.14.d.26

Matth.3.c.11 Mar.1.b.8 Luc.3.c.16 Ioan 1.d 26

Inf.2.a.2 Luc.24.g.48

thæus,

thæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, &
Iudas Iacobi. * hi omnes erant perſeuerantes 14
vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Ma-
ria matre Ieſu, & fratribus eius. *In diebus illis 15
exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat
autem turba hominum ſimul, ferè centum vi-
ginti.) * Viri fratres, oportet impleri Scriptu- 16
ram, "quam prædixit Spiritus ſanctus per os
Dauid de Iuda, "qui fuit dux eorum, qui com-
prehenderunt Ieſum: * qui connumeratus erat 17
in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius.
* "Et hic quidem poſſedit agrum de mercede 18
iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius: & dif-
fuſa ſunt omnia viſcera eius. * Et notum fa- 19
ctum eſt omnibus habitantibus Ieruſalem, ita
vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Ha-
celdama, hoc eſt, ager ſanguinis. * Scriptum 20
eſt enim in libro Pſalmorum: "Fiat commora- D
tio eorum deſerta, & non ſit qui inhabitet in
ea: "& epiſcopatum eius accipiat alter. *Opor- 21
tet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congre-
gati in omni tempore, quo intrauit & exiuit in-
ter nos Dominus Ieſus, * incipiens à baptiſma- 22
te Ioannis vſque in diem qua aſſumptus eſt à
nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri
vnum ex iſtis. * Et ſtatuerunt duos, Ioſeph, qui 23
vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iu-
ſtus, & Mathiam. * Et orantes dixerunt: Tu 24
Domine, qui corda noſti omnium, oſtende,
quem elegeris ex his duobus vnum, *accipere 25
locum miniſterij huius, & apoſtolatus, de quo
præuaricatus eſt Iudas vt abiret in locum
ſuum. *Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors 26
ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cum vnde-
cim Apoſtolis.

"*Pſal.40. c.9* "*Ioan. 13. b.18* "*Mat.27. a.7* "*Pſal.68. c.26* "*Pſal.108. b.8*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

LVCAS *Euangeliſta haud dubium Acta Apoſtolorum Græcè ſcripſit Romæ comes indiuiduus Pauli Apoſtoli. Ex actionibus tamen eius non pauca prætermiſit, quo conſilio, incertum. Neque vltra biennium Romæ commorantis Pauli, hoc eſt, quartum Neronis annum proceſsit. Narratio hiſtorica & ſimplex, ſed ſimul animi languoribus, quippe medicus, ſalutarem affert medicinam. In Latinum ſermonem Hieronymus vertit, vti ipſemet teſtatur ad Domnionem & Rogatianum.*

PRIMVM QVIDEM SERMONEM FECI. Ac ſi dicat, 1
In primo ſermone & libro, ſ. Euangelio quod ſcripſi, egi de ijs quę Ieſus fecit & docuit. DE OMNIBVS. Diſtributio accomoda. ſ. quæ opus erat, quæ erant ad ſalutem neceſſaria. Sic Auguſtin. de Corrept. & gratia, c. 14. intelligit illud 1. ad Timotheum 2. v. 4. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*. i. prædeſtinatos. Et illud Luc. 11. v. 42. *Decimatis omne olus*. ſ. quod habetis. Et illud 1. ad Corinth. 10. v. 35. *omnibus placeo*. ſ. bonis fidelibus. Alioqui multa alia fecit Chriſtus, quæ non ſunt ſcripta: Ioan. 20. v. 21. THEOPHILE. De hoc viro, initio Euangelij Lucæ dictum eſt. Fuit ſanè vir primarius, cui Lucas vtrumque librum dicauit, Euangelium & Acta. Siue vt Epiphanius ait Hær. 51. forſitan eſt nomen appellatiuum, & ſignificat ſcripſiſſe omni diligenti Deum.

QVA PRÆCIPIENS, qua die cùm pręcepiſſet Apo- 2
ſtolis. PER SPIRITVM SANCTVM. Caſſianus 7. lib. de Incarnatione putat eſſe hyperbaton, neque hoc iungendum cum *aſſumptus eſt*, vt Neſtorius iungebat, ex eo contendens Chriſtum non eſſe Deum, qui aliena ope eguiſſet. Sed iungendum ait cum verbo, *quos elegit per Spiritum ſanctum*. Addo, neque cum verbo *præcipiens* iungi debere.

3 IN MVLTIS ARGVMENTIS, ſuæ reſurrectionis certis ſignis & teſtimonijs (id τεκμηρίοις eſt) apparens eis.

4 ET CONVESCENS. Hinc quidam deſumptum putant, Chriſtum in meridie ad cælos aſcendiſſe. Quod Proſper in lib. Sententiarum ex Auguſtino certè tradit: cap. 203. Valla *conuerſans* legendum putat; rectè, ſi Græcè eſſet συναυλιζόμενος. Nam συναλιζόμενος, dictum *à ſale*, inter alia *communis menſæ* . ei ſignificat; ſicque Chryſoſtomus, Oecumenius, Theophylactus & Syriacus interpretantur. AB IEROSOLYMIS NE DISCEDERENT. Nempe ſuos milites nolebat in aciem prodire inermes. Ergo Ieroſolymâ Apoſtolos exire vetat vſq; ad Spiritus ſancti aduentum. Quod verò addunt quidam ex Thraſeæ traditione apud Euſebium l. 5. Hiſt. c. 18. vetitum inde diſcedere ante duodecim annos à Chriſti aſcenſione, id nos refutauimus in Diſput. pro Iacobi Apoſt. aduentu in Hiſpaniam, c. 6.

5 IOANNES QVIDEM BAPTIZAVIT AQVA. Hoc & alijs multis locis ijſdem verbis diſcrimen aſſignatur inter vtrumque baptiſma, Ioannis & Chriſti. VOS AVTEM BAPTIZABIMINI. Iam erant baptizati, vt diximus Ioannis 4. v. 2. ideò exponunt, *perfundemini Spiritu ſancto*. Rectè, niſi hic conſtitueretur diſcrimen inter vtrumque baptiſma, quare vtroq; loco *baptizandi* vox propriè ſumenda videtur. Quid autem, ſi futurum *baptizabimini* ſumamus pro præterito *baptizati eſtis Spiritu ſancto*, & cum Goth. ſuppleamus *quem accepturi eſtis* NON POST MVLTOS HOS DIES.

8 VSQVE AD VLTIMVM TERRÆ. Corrigit eorũ errorẽ, qui putabãt veniſſe Chriſtũ, vt Iudæos ſolũ redimeret.

9 VIDENTIBVS ILLIS ELEVATVS EST. Loco vnde ſublatus eſt, manſere impreſſa Chriſti veſtigia, quæ neque infideles iniecta, neque fideles ſumpta inde terra pietatis ergô hactenus deleuerunt. Sulpicius Seuerus lib. 2. Hiſt. Paulinus ad Seuerum epiſt. 11. Aſcendit autem verſa ad Occaſum facie, quomodo fuiſſe in cruce Sedulius lib. 4. ait illis verbis:

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbe.

Ita Septemtrionẽ ad dexteram habuit, ad læuã Auſtrũ.

10 EVNTEM ILLVM. Goth. *eunte illo*. Sic Græcè, πορευομένου αὐτοῦ. ſic Syr. ſed perinde eſt. ECCE DVO VIRI. Angeli humana ſpecie.

12 SABBATI HABENS ITER. Duo milliaria licebat ſabbato conficere, id ſpatium montem inter Oliueti & Ieruſalem erat.

14 PERSEVERANTES VNANIMITER. Optima diſpoſitio, concordia & oratio, ad accipiendum Spiritũ ſanctum.

15 TVRBA HOMINVM. Quidam Latini codices antiqui habent *nominum*, vt eſt Græcè. Sed per *nomina*, homines intelligunt.

17 CONNVMERATVS ERAT IN NOBIS. Græc. *nobiſcum*.

18 SVSPENSVS CREPVIT. In Græc. πρηνής. i. *pronus crepuit*. Ex Papiæ auctoritate, Oecumenius hîc & Euthymius Matth. 26. narrant Iudam rupto laqueo Chriſto ſuperuixiſſe, inflato tamen corpore, atque ita vt cùm ſe non poſſet mouere curru fuerit diſcerptus. An hæc fabulæ ſunt? Veriùs credam è laqueo pronum decidiſſe, caſu crepuiſſe. Auguſtinus quidem q. 94. inter Quæſt. in nou. Teſtam. Iudam ſuperuixiſſe Chriſto ait, aiunt & hi Auctores. Ex arbore ſe ſuſpendiſſe creditur. Ex qua arbore? ex ficu ait Iuuencus, ſequitur Beda de Locis ſanctis, cap. 4. extareque ſuo tempore Ieroſolymæ eam ficum. Vulgus inter nos ex ſambuco ſentit, ſ. Romæ canes quotannis ex ſambuco pendere faciebant. Plinius lib. 29. c. 4. ſupplicium, quòd Gallis Senonibus in Capitolium repentibus non latraſſent. Et eſt ea arbor ſuſpendio apta ob duritiem, de quo Plin. lib. 16. c. 34. tum quia infrugifera, eóque inter infelices arbores, quas noxiorum ſupplicio deſtinabant. Illud Liuij lib. 1. notum eſt: *Caput obnubito, infelici arbore ſuſpendito*.

INTRAVIT ET EXIVIT. pro, conuerſatus eſt nobiſcum. Frequens in Sacris loquendi modus. 21

STATVERVNT DVOS. Nempe delectos ex omnibus, & digniores. BARSABAS. i. *filium Sabæ*. cognomen, vt *Barioma*. COGNOMINATVS EST IVSTVS. Vir ſanctus. Qùo indicatur, non ſemper ſanctiores eſſe ad gubernacula aptiores; nam ſors illi non obuenit. 23

DEDERVNT SORTES. Per *ſortes* Dionyſius de Eccleſ. Hierarch. c. 5. intelligit nutus & ſignum diuinum, quo intelligerent vter aſſumendus eſſet. Alij veras ſortes putant, quæ ſunt in triplici genere. Conſultiuæ, & hæ reprobantur. Diuiſiuæ, cùm diuiſæ hereditatis, quæ pars cuique heredi contingat, ſorti committitur; quæ licita eſt. Eſt prætereà ſors Electiua, quæ temeraria videtur, ſorti relinquere, quis præficiendus ſit, quod iudicio & prudentia fieri poteſt & debet. ſic paſſim reijcitur. Ego tamen, ſi cum electione ſors iungatur, non improbo; vt ſi eligantur duo aut tres digniores, aut in petitione Sacerdotij aliqui paria ſuffragia ferant, reliqua ſorti committere non improbem. Quare quòd Beda hìc & Abulenſis in Ioſue cap. 7. q. 41. has ſortes, Apoſtolorum imperfectioni tribuunt, non laudo; cùm ante ſortes præceſſerit duorum electio. Verùm de Sortibus S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 8. An *Matthias* fuerit *Zachæus*, dixi Lucæ 19. v. 2. 26

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ACTVS APOSTOLORVM. Syr. *Hiſtoria Apoſtolorum*. Narrantur quidem & alia, ſed præcipuè quæ per Apoſtolos, & in primis Paulum ſunt geſta.

SERMONEM FECI. Euangelium intelligit. Syr. *librum ſcripſi*. DE OMNIBVS. non omnia, ſed ex omnibus præcipua quædam. 1

PRÆCIPIENS. i. vbi mandata dediſſet. PER SPIRITVM SANCTVM. Poteſt cum præcedentibus & cum ſequentibus iungi. Vtrumque certè factum per Spiritum ſanctum. i. Spiritus ſancti ductu & inſtinctu. 2

IN MVLTIS ARGVMENTIS. i. per multa argumenta. ſ. confirmans ſuam reſurrectionem. 3

PER OS MEVM. Græc. & Syr. *ex me*. 4

BAPTIZABIMINI. ſ. purgandi erant, & perficiendi aduentu Spiritus ſancti. 5

SI. pro, num. ISRAEL. datiuus eſt. 6

MOMENTA. Græc. καιρούς. ſ. rei gerendæ opportunitates. 7

VIRTVTEM. i. robur. ERITIS. ſ. vos, & ſucceſſores veſtri. ſic enim dictum *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*: Auguſt. epiſt. 80. 8

SVSCEPIT. i. ſubduxit. 9

INTVERENTVR. ſ. intentis ſeu defixis oculis, Græc. enim ἀτενίζοντες. VIRI. i. Angeli virorum ſpecie. 10

ITER. ſ. vnum milliare, etſi quidam duo putent. Syr. *diſtans ab ea circiter ſeptem ſtadijs*. Faciunt quidem octo vnum milliare. 12

COENACVLVM. ſ. partem domus ſuperiorem. Græc. ὑπερῷον. MANEBANT. Syr. *degebant*. ALPHAEI. ſ. filius. IACOBI. ſ. frater. Vterque enim Alphæi filius. 13

FRATRIBVS. i. cognatis. EIVS. ſ. Ieſu. 14

PETRVS. ſ. vt Eccleſiæ caput & Paſtor, vt notat Chryſoſt. FRATRVM. Græc. μαθητῶν. i. *diſcipulorum*. HOMINVM. Græc. *nominum* (homines enim nominatim recenſentur) ſic Apoc. 3. Syr. *hominum*. 15

OPORTET. Græc. ἔδει. i. *oportuit*, ſeu *oportebat*. 19

IN NOBIS. Græc. *nobiſcum*. ET SORTITVS EST SORTEM. i. cui contigit partem habere. 17

POSSEDIT. i. fecit poſſideri. Græc. & Syr. *acquiſiuit*, eodem ſenſu. INIQVITATIS. i. iniqui operis. SVSPENSVS. Græc. *pronus factus*. ſ. ita ſolent ſuſpenſi. Syr. *cadens in faciem ſuam humi*. DIFFVSA. i. effuſa. 18

NOTVM. ſ. totum Iudę factum. LINGVA. ſ. Syriaca. hac enim Iudæi tunc vtebantur. HACEL. i. *Ager*. Syr. חקל DAMA. i. *ſanguinis*. Syr. אדמ 19

SCRIPTVM, &c. coniungendum cum *oportet impleri Scripturam*, &c. COMMORATIO. i. habitatio. EORVM. Græc. & Syr. *eius*. 20

21 CONGREGATI. pro, conuerſati. INTRAVIT ET EXIVIT. i. *verſatus eſt*, ſ. Hebr.

23 BARSABAS. Non eſt iſte *Barnabas*, de quo cap. 4. etſi quidam eumdem putent.

25 LOCVM. Græc. *ſortem*. PRÆVARICATVS EST. i. per prævaricationem excidit. Syr. *diſceſſit*. LOCVM SVVM. i. ſibi deſtinatum, ſeu conuenientem. ſ. infernum.

26 SORTES. Fortè, vt fit, ſcriptis nominibus vtriuſque in charta, & alicubi incluſis, deinde extracto altero. SORS. Dionyſius Areopagita donum quoddam putat fuiſſe, ſed quale fuerit non explicat. ANNVMERATVS. Græc. *ſuffragijs additus*. ſ. poſt ſortem.

CAPVT II.

Effuſo ſuper diſcipulos Spiritu ſancto die Pentecoſtes, admirantur Iudæi quod omnium loquantur linguis: dicentes autem muſto plenos eſſe confutat Petrus, citata inter alia ſuæ concionis, prophetia Ioel: compunctique Iudæi audito Petri conſilio, conuertuntur ad Chriſtum tria circiter millia; ſimulque perſeuerant in doctrina Apoſtolorum, fractione panis & orationibus, habentes omnia communia.

1 ET cùm complerentur [a] dies Pentecoſtes, [a] *Matth. 3. c. 11*
2 erant omnes pariter in eodem loco: * [b] & fa- [b] *Marc 1. b. 8*
A ctus eſt repentè de cælo ſonus, tamquam adue-
nientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam *Luc. 3. c. 16*
3 domum vbi erant ſedentes. * Et apparuerunt il- *Ioan. 7. d. 39*
lis diſpertitæ linguæ tamquam ignis, ſeditque *Sup. 1. a. 8.*
4 ſupra ſingulos eorum: * & repleti ſunt omnes *Inf. 11. b. 15. & 19. a. 6*
Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis,
5 prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. * Erant
autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri reli-
6 gioſi ex omni natione quæ ſub cælo eſt. * Facta
autem hac voce, conuenit multitudo, & mente
confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lin-
7 gua ſua illos loquentes. * Stupebant autem om-
nes, & mirabantur, dicentes: Nónne ecce om-
8 nes iſti, qui loquuntur, Galilæi ſunt, * & quomo-
B do nos audiuimus vnuſquiſque linguam no-
9 ſtram, in qua nati ſumus? * Parthi, & Medi, &
Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iu-
dæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam,
10 * Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & par-
tes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenen, & aduenæ
11 Romani, * Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, &
Arabes: audiuimus eos loquentes noſtris lin-
12 guis magnalia Dei. * Stupebant autem omnes,
& mirabantur ad inuicem dicentes: Quidnam
13 vult hoc eſſe? * Alij autem irridentes dicebant:
14 Quia muſto pleni ſunt iſti. * Stans autem Petrus
cum vndecim, leuauit vocem ſuam, & locutus
eſt eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Ieruſalem
vniuerſi, hoc vobis notum ſit, & auribus perci-
15 pite verba mea. * Non enim, ſicut vos æſtimatis,
16 hi ebrij ſunt, cùm ſit hora diei tertia: * ſed hoc
17 eſt, quod dictum eſt per prophetam Ioel: * [c] Et [c] *Ioel 2. g. 28*
C erit in nouiſſimis diebus (dicit Dominus) effun- *Iſa. 44. a. 3*
dam de Spiritu meo ſuper omnem carnem:
& prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ:
& iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſenio-
18 res veſtri ſomnia ſomniabunt. * Et quidem ſu-
per ſeruos meos, & ſuper ancillas meas, in die-
bus illis effundam de Spiritu meo: & pro-
19 phetabunt: * & dabo prodigia in cælo ſur-
ſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem, &
20 ignem, & vaporem fumi. * Sol conuertetur in te-
nebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat

Rom.10.c.13 dies Domini magnus & manifeſtus. *Et erit: 21
omnis quicumque inuocauerit nomen Domi-
ni, ſaluus erit. *Viri Iſraelitæ, audite verba hæc: 22
Ieſum Nazarenum, virum approbatum à Deo
in vobis, virtutibus, & prodigijs, & ſignis,
quæ fecit Deus per illum in medio veſtri, ſicut
& vos ſcitis: *hunc definito conſilio & præ- 23
ſcientia Dei traditum, per manus iniquorum
affigentes interemiſtis: *quem Deus ſuſcitauit, 24
ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibi- D
le erat teneri illum ab eo. *Dauid enim dicit in 25
Pſal.15.b.8 eum: Prouidebam Dominum in conſpectu
meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne
commouear: *Propter hoc lætatum eſt cor 26
meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro
mea requieſcet in ſpe: *Quoniam non derelin- 27
ques animam meam in inferno, nec dabis San-
ctum tuum videre corruptionem. *Notas mihi 28
feciſti vias vitæ: & replebis me iucunditate
cum facie tua. *Viri fratres, liceat audenter di- 29
3.Reg.2.b.10 cere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam de-
functus eſt, & ſepultus: & ſepulchrum eius eſt
apud nos vſque in hodiernum diem. *Propheta 30
Pſal.131.c.11 igitur cùm eſſet, & ſciret quia iureiurando iu- E
raſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper
ſedem eius: *prouidens locutus eſt de reſurre- 31
Pſal.15.c.10 Inf.13.c.25 ctione Chriſti, quia neque derelictus eſt in in-
ferno, neque caro eius vidit corruptionem.
*Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes 32
nos teſtes ſumus. *Dextera igitur Dei exalta- 33
tus, & promiſſione Spiritus ſancti accepta à Pa-
tre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.
*Non enim Dauid aſcendit in cælum: dixit au- 34
Pſal.109.a.1 tem ipſe: Dixit Dominus Domino meo, ſe-
de à dextris meis, *donec ponam inimicos tuos 35
ſcabellum pedum tuorum. *Certiſſimè ſciat er- 36
go omnis domus Iſraël, quia & Dominum
eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Ieſum,
quem vos crucifixiſtis. *His autem auditis, com- 37
puncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & F
ad reliquos Apoſtolos: Quid faciemus, viri fra-
tres? *Petrus verò ad illos: Pœnitentiam (in- 38
quit) agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm
in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem pecca-
torum veſtrorum: & accipietis donum Spiritus
ſancti. *Vobis enim eſt repromiſſio, & filijs ve- 39
ſtris, & omnibus qui longè ſunt, quoſcumque
aduocauerit Dominus Deus noſter. *Alijs etiam 40
verbis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur
eos, dicens: Saluamini à generatione iſta praua.
*Qui ergo receperunt ſermonem eius, baptizati 41
ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter
tria millia. *Erant autem perſeuerantes in do- 42
ctrina Apoſtolorum, & communicatione fra-
ctionis panis, & orationibus. *Fiebat autem om- 43
ni animæ timor: multa quoque prodigia & G
ſigna per Apoſtolos in Ieruſalem fiebant, & me-
tus erat magnus in vniuerſis. *Omnes etiam qui 44
credebant, erant pariter, & habebant omnia
communia. *Poſſeſſiones & ſubſtantias vende- 45
bant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique
opus erat. *Quotidie quoque perdurantes vna- 46
nimiter in templo, & frangentes circa domos
panem, ſumebant cibum cum exultatione, &
ſimplicitate cordis, *collaudantes Deum, & ha- 47
bentes gratiam ad omnem plebem. Dominus
autem augebat qui ſalui fierent quotidie in
idipſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 LINGVÆ TAMQVAM IGNIS. Quos Spiritus ſanctus occupat, accendit, & loquentes facit.

9 IVDÆAM. Gotth. & *Iudæam*. ſ. qui habitant. Mirabantur Apoſtolos eorum & omnium linguis loqui. ſic Græcè.

10 PARTES LIBYÆ. *Libya* aliquando pro tota Africa ſumitur, aliquando pro parte & regione quæ eſt ad Occaſum Ægypti, & vocatur *Libya Cyrenaica*, ab vrbe Cyrene, ea regione præcipua: Hieronymus de Locis ex Actis. ET ADVENÆ ROMANI. Syr. *qui venerunt ex vrbe Roma*. ſed erant Iudæi profeſſione & genere.

13 ALII AVTEM IRRIDENTES. Nullum opus tam bonum eſſe poteſt, quod non irrideat Momus. Putabant ebrios eſſe Apoſtolos, & vinum linguas ſoluere.

14 HABITATIS IERVSALEM. Gotth. & Syr. *habitatis in Ieruſalem*. ad vos loquor, ait Petrus.

17 ET PROPHETABVNT FILII VESTRI. Declarabunt Dei voluntatem. id hoc loco *prophetare* eſt. Aut annunciabunt futura.

19 ET DABO. Gotth. *dabunt*. ſ. ſerui mei prodigia. Sed noſtra lectio eſt verior, conſonant Græca; loquitur autem, aut de excidio Ieruſalem, aut de die iudicij, ante quem multa ſigna præcedent, ad quod à miſſione Spiritus ſancti repentè tranſit.

20 DIES DOMINI MAGNVS ET MANIFESTVS. Gotth. *horribilis*. Suſpicor hanc eſſe veram lectionem; nam Hieronymus ſic vertit locum Prophetæ, & vox Hebr. נורא *nora* id ſignificat. Sept. ἐπιφανῆ verterunt. i. *manifeſtus*. Sanè quod clarum & excellens eſt, horrorem incutit; & Nonius Marcellus, *Horrendum*, ait, *nouum & admirabile* ſignificat. Sanè ex Sept. hîc manſit vox *manifeſtus*, vt multa alia Hieronymi verſioni inſerta.

24 SOLVTIS DOLORIBVS. Auguſtinus epiſt. 99. vel antequam illum tenerent, vel qui tenebant alios, quos ſ. ſuo deſcenſu liberauit. IVXTA QVOD. Gotth. *quoniam*. ſed perinde eſt. Ergo infernus non poterat Chriſtum tenere.

25 PROVIDEBAM. Pſal. 15. vnde hoc citatur de Meſſia, antiqui Rabbini intellexerunt, vt ex Midras Thilim affert Galatinus contra Iudæos, lib. 8. c. 22. De quo in eum Pſalmum plura diximus. inde petantur.

27 ANIMAM MEAM IN INFERNO. Quis hîc *animam* pro corpore, *infernum* pro ſepulchro ſumit? mira & pudenda licentia. De quo tamen ſatis multa contra hos Nouatores diximus in Diſp. pro Editione Vulgata, c. 25. CORRVPTIONEM. ſ. ſecundam incinerationem non vidit. De quo illo Pſal. 15. multa.

29 DEFVNCTVS EST. Græc. & Gotth. *& defunctus eſt Dauid*, ideò non poteſt de eo intelligi, non guſtaſſe corruptionem.

33 EFFVDIT HVNC, QVEM VOS. Quid hoc? *effudit hoc, quod vos videtis*. hoc ſ. donum. Atque ita Syr. Gotth. & alij Latini cod. *Effudit hoc donum, quod vos videtis*. ſ. linguarum donum. Sed & vox poteſt Spiritum ſanctum referre, quem ex effectis videbant.

37 QVID FACIEMVS, VIRI FRATRES? Gotth. addit *oſtendite nobis*. rectè, ſi in aliquo alio codice extaret ea additio.

42 COMMVNICATIONE FRACTIONIS PANIS perſeuerabant. Quidam de annonæ diſtributione ſumunt, quia omnia erant communia. Syr. *communicabant in oratione & fractione Euchariſtiæ*. Hoc ſequitur Ionas Aurel. lib. 3. de Imagin. Sic quod ſequitur:

46 FRANGENTES CIRCA DOMOS PANEM. Syr. dicens, *frangebant munus benedictum*. eòdem ſ. reſpexit. Verùm Gotth. non *circa domos* habet, ſed *per domos*, quomodo benè exprimitur Græca vox κατ' οἶκον. Et ego hîc credam potiùs de pane communi agi, & de eius diſtributione. q. d. omnes de communi viuebant.

HABENTES GRATIAM AD OMNEM PLEBEM. Plebi erant grati, nullum offendebant. QVOTIDIE IN IDIPSVM. Illud, *in idipſum*, i. ἐπὶ τὸ αὐτό, Græcè eſt cap. ſequentis initium. Sed & iungi cum ſuperioribus poteſt hæc ſententia: Deus augebat qui ſalui fierent quotidie inſimul. i. pari conſenſu & voto. Vt & illud: *Exaltemus nomen eius in idipſum*. i. ſimul, Pſal. 33. v. 4. 47

EMANVELIS SA NOTATIONES.

COMPLERENTVR. Syr. *impleti eſſent*. PENTECOSTES. Feſtum erat quinquageſimo (vt nomen indicat) poſt Paſcha die, in memoriam datæ Legis in Sinai. numerabantur autem dies, à die ſequenti Paſcha, quo die manipulus offerebatur; ſed quia eo anno ob ſabbatum non poterat inciti à Dominica, qua inciti poterat, cœptum numerari. Vide Leu. 23. PARITER. Græc. ὁμοθυμαδὸν. i. *vnanimiter*. IN EODEM LOCO. Græc. *in idipſum*. i. ſimul. 1

SPIRITVS. i. venti. Græc. πνοῆς. i. *flatus*. VEHEMENTIS. Græc. βιαίας. i. *violentis*. 2

DISPERTITÆ. i. ſectili forma, ſeu diſſectæ. IGNIS. genitiuus eſt. 3

VARIIS. Græc. ἑτέραις. i. *alijs*. 4

RELIGIOSI. i. timentes Deum, ſeu colentes. NATIONE. Græc. *gente*. 5

CONFVSA. ſ. præ ſtupore. SVA. ſ. ipſorum qui audiebant, vt ſtatim dicitur, propria dialecto. 6

AVDIVIMVS. Græc. *audiuimus*. ſic inf. 8

ÆLAMITÆ. i. Perſæ. 9

ADVENÆ ROMANI. Syr. *qui è Roma venerant*. 10

PROSELYTI. ſ. ad fidem è Gentilitate conuerſi. MAGNALIA. i. opera mirifica. 11

ÆSTIMATIS. i. arbitramini. TERTIA. ſ. ab ortu Solis. adeoque quarta diei pars: conſtabant enim die omnes horis duodecim. Dicunt autem quidam, Iudæos in Feſtis ſolitos non edere vſque ad ſextam. 15

CARNEM. i. hominem. 17

APPROBATVM. Græc. *demonſtratum*, ſeu *exhibitum*. IN VOBIS. Græc. *in vos*. i. veſtri cauſa. Syr. *apud vos*. VIRTVTIBVS &c. q. d. operibus prodigioſis, ſeu miraculis Dei virtute factis. 22

AFFIGENTES. ſ. cruci. 23

DOLORIBVS. Syr. *funibus*. INFERNI. Græc. *mortis*. q. d. ereptú à mortis moleſtijs, has enim *dolores* vocat. quamquam mortis epitheton poſſit eſſe *dolor*, quòd morti coniungi ſoleat. ſ. dolet vel moriens, vel amici. IVXTA i. ſecundùm. q. d. quandoquidem. EO. ſ. inferno. 24

IN EVM. i. de eo. PROVIDEBAM. i. proponebam, vel proſpiciebam. 25

INFERNO. i. limbo. Hinc Aug. Epiſt. 57. colligit, Chriſtum deſcendiſſe in infernum. Vide etiam Epiſt. 99. Hieron. Pſalm. 15. Ambr. Ser. 74. DABIS. i. ſines. 27

NOTAS &c. i. *me in vitam reuocaſti*, Hebr. 28

AVDENTER. i. liberè, ſeu confidenter. 29

SEDERE. ſ. *Chriſtum*, vt eſt Græc. 30

PROVIDENS. Græc. *prævidens*. DERELICTVS EST. Græc. *derelicta eſt anima eius*. 31

DEXTERA. i. potentia. PROMISSIONE, &c. i. accipiens à Patre, vt poſſet Spiritum mittere, quem promiſerat. 33

ASCENDIT. ſ. corpore, ſeu cùm hæc diceret. q. d. non de ſe loquebatur, ſed de Chriſto, de quo ſequentia dixit. 34

FECIT. ſ. quatenus homo eſt. fecit enim Deus, vt ille homo Chriſtus eſſet, & Dominus. Nec enim ſemper id fuit, cùm non ſemper homo fuerit: ſemper quidem illa perſona Deus fuit, ſed non ſemper ille homo Deus. Poteſt faciliùs dici, Intelligi dominium quod ei conuenit quatenus homo, & non quatenus Deus. 36

COMPVNCTI. ſ. ex pœnitentia. 37

POENITENTIAM. ſ. omnium peccatorum. Not. requiri pœnitentiam ante Baptiſmum. IESV CHRISTI. ſ. & ſanctiſſimæ Trinitatis; ſic enim iuſſi Apoſtoli baptizare; ſed etiam requirebatur Chriſti fides ſpecialis, vt & nunc. DONVM. ſ. gratiam iuſtificantem. 38

39 REPROMISSIO. i. promiſſio. ſ. facta. ADVOCAVERIT. i. ad ſe vocauerit. ſ. Gentiles.

40 TESTIFICATVS EST. ſ. veritatem confirmans. PRAVA. ſ. ſegregati.

41 APPOSITÆ. ſ. fidelium numero.

42 FRACTIONIS. ſ. frangebatur, & diſtribuebatur. PANIS. Græc. τοῦ ἄρτου. i. *illius panis*. ſ. cæleſtis. Syr. *Euchariſtiæ*. vbi Not. id nomen, etſi Græcum, etiam Syris in vſu fuiſſe.

43 ANIMÆ. i. homini. TIMOR. ſ. vt fit, vbi Deus ſe prodit per opera inſueta.

44 PARITER. i. vnà, ſeu ſimul. ſ. vt nunc Religioſi.

45 SVBSTANTIAS. i. facultates.

46 PANEM. Hîc Græc. non additur articulus, quamquam Syr. vertit *munus benedictum*.

47 IN IDIPSVM. Græc. & Syr. *in Eccleſia*.

CAPVT III.

Petrus cum Ioanne claudum à matris vtero ſanat, ac docet ipſos id feciſſe per fidem nominis Chriſti; quem oſtendit eſſe Meſſiam promiſſum per Moyſen & Prophetas, ipſique Abrahæ.

1 PEtrus autem & Ioannes aſcendebant in
A templum, ad horam orationis nonam.
2 * Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero
matris ſuæ, baiulabatur: quem ponebant
quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemoſynam ab introeunti-
3 bus in templum. * Is cùm vidiſſet Petrum &
Ioannem incipientes introire in templum, ro-
4 gabat vt eleemoſynam acciperet. * Intuens
autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit:
5 Reſpice in nos. * At ille intendebat in eos,
6 ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. * Petrus autem dixit: Argentum & aurum non
eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do:
In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, &
7 ambula. * Et apprehenſa manu eius dextera,
alleuauit eum; & protinus conſolidatæ ſunt
8 baſes eius & plantæ. * Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum
9 ambulans, & exiliens, & laudans Deum. * Et
vidit omnis populus eum ambulantem, &
10 laudantem Deum. * Cognoſcebant autem il-
B lum, quòd ipſe erat, qui ad eleemoſynam
ſedebat ad Speciosam portam templi: & impleti ſunt ſtupore & extaſi, in eo quod conti-
11 gerat illi. * Cùm teneret autem Petrum &
Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos, ad
porticum quæ appellatur Salomonis, ſtupen-
12 tes. * Videns autem Petrus, reſpondit ad populum: Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc,
aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute
13 aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? * Deus
Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob,
Deus patrum noſtrorum, glorificauit filium
ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis,
& negaſtis ante faciem Pilati, iudicante illo
14 dimitti. * [a] Vos autem ſanctum & iuſtum ne- [a] *Mat. 27.*
gaſtis, & petiſtis virum homicidam donari *c. 20*
15 vobis: * auctorem verò vitæ interfeciſtis, *Marc. 15.*
quem Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos *b 11* *Luc. 23.*
16 teſtes ſumus. * Et in fide nominis eius, hunc, *c. 18* *Ioan. 18.*
C quem vos vidiſtis, & noſtis, confirmauit no- *g. 40.*
men eius: & fides, quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium

veſtrum.

veſtrùm. * Et nunc fratres ſcio quia per igno- 17
rantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. * Deus 18
autem, quæ prænuntiauit per os omnium pro-
phetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit.
* Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt de- 19
leantur peccata veſtra: * vt cùm venerint 20
tempora refrigerij à conſpectu Domini, &
miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Ieſum
Chriſtum, * quem oportet quidem cælum 21
ſuſcipere vſque in tempora reſtitutionis om-
nium, quæ locutus eſt Deus per os ſancto-
rum ſuorum à ſæculo prophetarum. * Moyſes 22
Deut. 18. c. 15 quidem dixit: " Quoniam Prophetam ſuſcita- D
bit vobis Dominus Deus veſter de fratribus
veſtris, tamquam me, ipſum audietis iuxta
omnia quæcumque locutus fuerit vobis. * Erit 23
autem: omnis anima, quæ non audierit Pro-
phetam illum, exterminabitur de plebe. * Et 24
omnes prophetæ à Samuel, & deinceps, qui
locuti ſunt, annuntiauerunt dies iſtos. * Vos 25
eſtis filij prophetarum, & teſtamenti, quod diſ-
poſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad A-
Gen. 12. a. 3 braham: " Et in ſemine tuo benedicentur
omnes familiæ terræ. * Vobis primùm Deus 26
ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicen-
tem vobis: vt conuertat ſe vnuſquiſque à ne-
quitia ſua.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AD HORAM ORATIONIS NONAM. Tribus horis ante ſolis occaſum Petrus & Ioannes aſcendebant in templum. 1

AD PORTAM TEMPLI, QVÆ DICITVR SPECIOSA. Fortaſſe ſubſtituta in locum eius, quam Ioathan ſublimiſſimam in templo Salomonis fecit 4. Reg. 15. verſ. 35. 2

INCIPIENTES INTROIRE. Gotth. *ingreſſuros.* Græc. *μέλλοντας εἰσιέναι, fore vt ingrederentur.* Cùm claudus vidiſſet, petijt eleemoſynam. Quid Petrus? Aurum non habeo: 3

QVOD AVTEM HABEO, donum ſ. ſanitatis. IN NOMINE IESV. i. virtute. Petrus inſtrumentum erat, Chriſtus opifex & auctor. 6

EXTASI impleti ſunt, miraculum videntes. Gotth. *mentis conſternatione.* Vocis *extaſis* ea eſt explicatio. 10

QVÆ APPELLATVR SALOMONIS. De hac porticu Ezech. 40. initio, & Ioan. 10. v. 23. 11

VIRTVTE AVT POTESTATE. Græc. *virtute* (. i. viribus) *& pietate.* Error in Græco, pro, εὐσεβείᾳ. i. *pietate*, lege ἐξουσίᾳ. i. *poteſtate*, atque ita habet Veleſij margo, tum Syr. *poteſtate* legit, indicio, in eo Græcos codices eſſe corruptos. 12

HVNC QVEM VOS VIDISTIS. Gotth. *quem videtis.* Ita Græcè, & pronomen *vos* redundat. 16

QVEM OPORTET QVIDEM CÆLVM SVSCIPERE. ſ. Ieſum. i. continere in ſe vſque ad ſecundum aduentum, cùm iudicaturus viuos & mortuos redibit. 21

OMNIS ANIMA, QVÆ. i. quicumque non audierit. Sic Gotth. habet, *Eum Prophetam, quem Deus mittet.* i. Ieſum, *exterminabitur, peribit qui non audierit.* 23

ANNVNTIAVERVNT DIES ISTOS. Gotth. & Græc. *& annuntiauerunt.* ſed *&* videtur redundare. Ergo Prophetę annuntiauerunt hos dies. ſ. aduentum Meſſiæ. 24

EMANVELIS SA NOTATIONES.

BAIVLABATVR. i. portari ſolebat. ſ. ad templum, vel tunc portabatur. TEMPLI. i. atrij templi. ſ. vbi populus orabat. 2

3 INCIPIENTES INTROIRE. i. iamiam ingreſſuros. Græc. ad verbum, *futuros ingredi.*

6 ET AVRVM. pro, aut aurum. NOMINE. i. virtute.

7 ALLEVAVIT, i. erexit. BASES. i. pedes. ET. pro, id eſt. vel q. d. pedes toti, ſic vt poſſet rectè ambulare: plantis enim ambulatur.

8 EXILIENS. i. ſaliens. ſ. præ gaudio.

10 ET EXTASI. q. d. ita vt extra ſe fierent.

11 TENERET. ſ. tanto accepto beneficio, ab eis auelli non poterat.

12 POTESTATE. Græc. *pietate.* ſ. in Deum.

13 NEGASTIS. ſ. dimitti eum debere. DIMITTI. ſ. debere. poteſt verò coniungi cum *negaſtis.* vel cum *iudicante.*

14 NEGASTIS. ſ. dimittendum.

16 NOMINIS EIVS. pro, eius. CONFIRMAVIT. i. ſanauit. NOMEN. ſ. inuocatum. vel *nomen.* i. virtus.

17 SICVT. Similitudo ſignificatur, ſed non per omnia. Principum enim ignorantia culpabilior, quippe craſſiſſima, vel etiam affectata.

18 PATI. pro, paſſurum. SIC. ſ. vt prænuntiauerat.

20 VT. ſ. ſaluemini. PRÆDICATVS. Græc. *propoſitus.*

21 SVSCIPERE. i. receptum continere. RESTITVTIONIS. ſ. faciendæ die Iudicij, quem ſuprà vocauit *tempus refrigerij.* ſ. felicitatis.

23 EXTERMINABITVR. i. peribit.

25 TESTAMENTI. i. pacti. q. d. ad vos pertinet pactum. DISPOSVIT. ſ. pactus eſt. ET. vel abundat, vel q. d. inter alia etiam id dixit.

26 SVSCITANS. Alludit ad illud, *Prophetam ſuſcitabit, &c.* BENEDICENTEM. i. vt benediceret. ſ. felices faceret, vel gratiam daret. VT. pro, ad hoc vt, vel modò vt, quod Græc. magis indicatur.

CAPVT IV.

Apoſtoli poſt recluſionem in cuſtodia examinati de claudi curatione, oſtendunt in ſolo Chriſto lapide angulari eſſe ſalutem, nec principibus contra Dei iuſſum obtemperant ceſſando à doctrina nominis Chriſti: dimiſſi verò, & orantes, accipiunt ſigna dati Spiritus ſancti: nullus ipſorum quidquam proprium habebat, ſed ſuis diuenditis faciebat pretium eſſe commune, ſicut fecit Barnabas diuendito agro ſuo.

1 LOquentibus autem illis ad populum, ſu-
A peruenerunt ſacerdotes, & magiſtratus
2 templi, & Sadducæi, * dolentes quòd docerent
populum, & annuntiarent in Ieſu reſurrectio-
3 nem ex mortuis: * & iniecerunt in eos manus:
& poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum,
4 erat enim iam veſpera. * Multi autem eorum,
qui audierant verbum, crediderunt: & factus
5 eſt numerus virorum quinque millia. * Factum
eſt autem in craſtinum, vt congregarentur
principes eorum, & ſeniores, & Scribæ in Ieru-
6 ſalem; * & Annas princeps ſacerdotum, & Cai-
B phas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot
7 erant de genere ſacerdotali. * Et ſtatuentes eos
in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in
8 quo nomine feciſtis hoc vos? * Tunc repletus
Spiritu ſancto Petrus, dixit ad eos: Principes
9 populi, & ſeniores audite: * Si nos hodie diiudi-
camur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte Pſal. 117
10 ſaluus factus eſt, * notum ſit omnibus vobis, & d. 22
omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini no- Matth. 21
ſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixi- d. 42 Marc. 12.
ſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte a. 10
11 aſtat coram vobis ſanus. * " Hic eſt lapis, qui re- Luc. 20. c. 17
probatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt Iſai. 28.
12 in caput anguli: * & non eſt in alio aliquo ſa- d. 16 1. Pet. 2.
C lus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo da- a. 7
tum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos Rom. 9. g. 33

fieri. * Videntes autem Petri conſtantiam & 13
Ioannis, comperto quòd homines eſſent ſine
litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoſce-
bant eos quoniam cum Ieſu fuerant: * hominē 14
quoque videntes ſtantem cum eis, qui curatus
fuerat, nihil poterant contradicere. * Iuſſerunt 15
autem eos foras extra concilium ſecedere: &
conferebant ad inuicem, * dicentes: Quid facie- 16
mus hominibus iſtis? quoniam quidem notum
ſignum factum eſt per eos, omnibus habitanti-
bus Ieruſalem: manifeſtum eſt, & non poſſu-
mus negare. * Sed ne ampliùs diuulgetur in po- 17
pulum, comminemur eis, ne vltrà loquantur in
nomine hoc vlli hominum. * Et vocantes eos, 18
denuntiauerunt ne omnino loquerentur, neque D
docerent in nomine Ieſu. * Petrus verò & Ioan- 19
nes reſpondentes, dixerunt ad eos: Si iuſtum eſt
in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm
Deum, iudicate: * non enim poſſumus quæ vi- 20
dimus & audiuimus non loqui. * At illi commi- 21
nantes dimiſerunt eos: non inuenientes quo-
modo punirent eos, propter populum, quia
omnes clarificabant id quod factum fuerat in
eo quod acciderat. * Annorum enim erat am- 22
pliùs quadraginta homo, in quo factum fuerat E
ſignum iſtud ſanitatis. * Dimiſſi autem vene- 23
runt ad ſuos: & annuntiauerunt eis, quanta ad
eos principes ſacerdotum & ſeniores dixiſſent.
* Qui cùm audiſſent, vnanimiter leuauerunt 24
vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es
qui feciſti cælum, & terram, mare, & omnia
quæ in eis ſunt: * qui Spiritu ſancto per os patris 25
Pſal. 2. a. 1. noſtri Dauid, pueri tui, dixiſti: Quare fremue-
runt Gentes, & populi meditati ſunt inania?
* Aſtiterunt reges terræ, & principes conuene- 26
runt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus
Chriſtum eius? * conuenerunt enim verè in ci- 27
uitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ie- F
ſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus,
cum Gentibus, & populis Iſraël, * facere quæ 28
manus tua & conſilium tuum decreuerunt fie-
ri. * Et nunc Domine reſpice in minas eorum, 29
& da ſeruis tuis cum omni fiducia loqui ver-
bum tuum, * in eo quòd manum tuam exten- 30
das ad ſanitates, & ſigna & prodigia fieri per no-
men ſancti filij tui Ieſu. * Et cùm oraſſent, mo- 31
tus eſt locus, in quo erant congregati: & reple-
ti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur
verbum Dei cum fiducia. * Multitudinis autem 32
credentium erat cor vnum, & anima vna: nec
quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum
eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.
* Et virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimo- 33
nium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri: G
& gratia magna erat in omnibus illis. * Neque
enim quiſquā egens erat inter illos. Quotquot 34
enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant,
vendentes afferebant pretia eorum quæ ven-
debant, * & ponebant ante pedes Apoſtolo- 35
rum. Diuidebatur autem ſingulis prout cuique
opus erat. * Ioſeph autem, qui cognominatus 36
eſt Barnabas ab Apoſtolis (quod eſt interpre-
tatum Filius conſolationis) Leuites, Cyprius
genere, * cùm haberet agrum, vendidit eum, 37
& attulit pretium, & poſuit ante pedes Apoſto-
lorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 IN IESV. i. dolebant ſacerdotes, quoniam Apoſtoli annuntiabant reſurrectionem omnium per Ieſum eius virtute & exemplo. Quidam legunt, *in Ieſum*. malè; meliùs, *in Ieſu*. i. per Ieſum.

4 QVINQVE MILLIA. Goth. & Syr. *circiter quinque millia*. Græc. *ὡσεὶ χιλιάδες πέντε*. Iam dixi *ὡσεὶ* aliquando ſignificare *circiter*.

6 ANNAS PRINCEPS SACERDOTVM. Hunc quidam Ionathan putant Annæ filium, qui remoto Caipha factus eſt pontifex à Romanis; Ioſephus lib. 18. cap. 6. & vocari etiam *Annam* de patris nomine credunt. Aut *Annas* ipſe vocatur princeps ſacerdotum, quia fuerat Pontifex. Nicephorus Conſtantinopolitanus in ſua Chronologia ſic huius temporis Pontifices numerat: Annas, & ex alio genere Iſmael, Eleazar filius Annæ, Simon, Caiphas Annæ gener, Ionathas & Thophylus Annæ filij. Nec mirum breui tempore tot Pontifices fuiſſe; Pontificatus annuus erat.

9 DIIVDICAMVR IN BENEFACTO. i. quòd benè fecerimus infirmo, condemnamur. IN QVO ISTE SALVVS, ſupple, iudicamur, quòd illi dedimus ſanitatem.

13 ET COGNOSCEBANT. pro, *cognoſcebant autem*. Sic Goth. quòd Petrus & Ioannes erant Chriſti diſcipuli.

16 HABITANTIBVS IERVSALEM miraculum innotuit. Quid faciemus? *Ieruſalem*, pro *in Ieruſalem*. ſic etiam Goth.

19 SI IVSTVM EST ..... VOS POTIVS AVDIRE QVAM DEVM? Socrates in Apol. Plat. *Πείσομαι δὲ τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν. Parebo Deo potiùs quàm vobis.*

20 NON ENIM POSSVMVS non loqui. Græc. & Goth. additur *nos*. ſ. non poſſumus, ſed redundat.

21 CLARIFICABANT ID QVOD. Goth. *clarificabant Deum in eo quod factum erat*. ſic Græc. & Syr. pro eo quod noſter, *clarificabant id quod factum erat*.

24 TV ES QVI FECISTI. Goth. *tu es Deus qui feciſti*. ſic Græc. & Syr. Id fideles dicunt, audientes quod ſacerdotes iuſſerant.

33 IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI. Reſurrectionem prædicabant Apoſtoli. Græc. & Syr. non eſt, *Domini noſtri*. In Goth. eſt *Domini*, ſine *noſtri*. ET GRATIA MAGNA. i. omnibus placebant, gratique omnibus erant Apoſtoli.

34 VENDENTES. ſ. agros aut prædia, afferebant ad Apoſtolos pretium.

36 IOSEPH. Græc. *Ioſes*, de quo ſatis multa Marc. 15. v. 47. Syrus haud dubium hoc loco *Ioſeph* Græcè legit. Veleſius etiam ex aliquo Græc. cod. Ἰωσὴφ poſuit. QVI COGNOMINATVS EST BARNABAS, non *Barſabas*. Alius hic eſt ab eo qui cum Matthia ſortitus eſt locum Iudæ. FILIVS CONSOLATIONIS. Hæ nominum in aliam linguam interpretationes ſint factæ ab ipſo Scriptore ſacro, an ab Interprete, magna quæſtio eſt. Credam tamen Interpretis potiùs eſſe, præſertim cùm in diuerſam linguam ab ea, qua liber eſt ſcriptus, fit tranſitus. Obijcias, Licebit ergo ab interpretatione recedere. Dicam, Ab Eccleſia habere, vt reſilire fas non ſit. Hic Barnabas venditi agri pretium detulit integra fide ſecùs quàm Ananias, de quo mox; cui cognita fraude Petrus dixit: *Non es mentitus hominibus ſed Deo.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MAGISTRATVS. Græc. *Præfectus*. Syr. *Præfecti*. ſ. quibus templi commiſſa tutela.

2 IN IESV. pro, *Ieſu*. q. d. *Ieſum* reſurrexiſſe.

3 CVSTODIAM. i. carcerem. CRASTINVM. i. diem poſterum.

5 IN CRASTINVM. i. ſequenti die.

6 SACERDOTALI. Græc. & Syr. *pontificali*, ſeu *ſummorum Sacerdotum*.

7 IN QVO NOMINE. i. qua, ſeu cuius auctoritate.

8 REPLETVS. ſ. ad reſpondendum.

Diivdicamvr. Syr. *in ius vocamur.* In benefa- 9
cto,&c. i. ob beneficium collatum homini huic. In
qvo. i. per quod, q. d. qua ratione, ſeu cuius nomine,
aut virtute.

In hoc.ſ.nomine.i.virtute. 10

Alivd nomen.pro,alius. 12

Constantiam.Græc. παῤῥησίαν. i.*in dicendo liberta-* 13
tem. Fverant. ſ. verſati.

Notvm.i. conſpicuum. Signvm.i.miraculum. 16

Hoc.ſ. Chriſti. q. d. ne Chriſtum prædicent, aut in 17
eius nomine quidquam faciant.

Denvntiavervnt. ſ. præcipientes. Græc. παρήγγει- 18
λαν.i.*præceperunt*.vide cap.ſeq.

Si ivstvm est.pro, an iuſtum ſit. 19

Clarificabant, &c. Græc. & Syr. *glorificabant* 21
Deum ſuper eo quod factum fuerat.

Qvanta? pro,quæcumque. 23

Pveri.i.ſerui. 25

Pvervm. Syr. *filium.* Græc. παῖδα. Ambr. 2. de 27
Voc. Gen. cap. 5. *filium* vertit. & infrà Interpres *filij*
vertit.

Manvs. i. potentia. Consilivm. Syr. *voluntas.* 28
Decrevervnt. Græc. προώρισε. i. *præfiniuit.* Syr. *de-*
ſignauerat.

Virtvte magna.i.miraculis. 33

Barnabas. Hic Pauli ſocius: Hieron. Filivs 36
consolationis? q.d.ad conſolandum aptiſſimus.

CAPVT V.

Ananias & vxor ſua Saphira agro diuendito pretij partem ſibi ſeruant; quod tamen interrogante Petro factum eſſe negant: quam ob cauſam ad verbum Petri vxor poſt maritum ſubita morte percutitur: multa per Apoſtolos, & maximè per Petrum fiunt ſigna; ipſique in cuſtodia recluſi ab Angelo educuntur, & rurſum apprehenſi non conſentiunt vt à prædicatione nominis Chriſti ceſſent: Gamalielis autem conſilio cæſi dimittuntur, gaudentes quod pro Chriſti nomine cædi meruiſſent, quem continuè annuntiant.

VIr autem quidam nomine Ananias, cum 1
Saphira vxore ſua, vendidit agrum,* & 2
fraudauit de pretio agri, conſcia vxore ſua: & A
afferens partem quamdam, ad pedes Apoſto-
lorum poſuit.* Dixit autem Petrus: Anania, cur 3
tentauit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui
ſancto, & fraudare de pretio agri?* Nónne ma- 4
nens tibi manebat, & venumdatum in tua erat
poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hãc rem?
Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Audiẽs 5
autem Ananias hæc verba, cecidit & expirauit.
Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui au-
dierunt.* Surgentes autem iuuenes amouerunt 6
eum, & efferentes ſepelierunt.* Factum eſt au- 7
tem quaſi horarum trium ſpatium, & vxor B
ipſius, neſciens quod factum fuerat, introiuit.
*Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, ſi 8
tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam
tanti.* Petrus autem ad eam: Quid vtique con- 9
uenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pe-
des eorum, qui ſepelierunt virum tuum, ad
oſtium, & efferent te.* Confeſtim cecidit ante 10
pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuue-
nes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt,
& ſepelierunt ad virum ſuum.* Et factus eſt ti- 11
mor magnus in vniuerſa eccleſia, & in omnes
qui audierunt hæc.* Per manus autem Apoſto- 12
lorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.
Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomo-
nis.* Ceterorum autem nemo audebat ſe con- 13
iungere illis: ſed magnificabat eos populus. C
*Magis autem augebatur credentium in Do- 14
15 mino multitudo virorum, ac mulierum,* ita vt
in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in le-
ctulis ac grabatis, vt, veniente Petro, ſaltem
vmbra illius obumbraret quemquam illorum,
16 & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Concur-
rebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum
Ieruſalem, afferentes ægros, & vexatos à ſpiriti-
17 bus immundis: qui curabantur omnes.* Exur-
gens autem princeps ſacerdotum, & omnes qui
cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæorum)
18 repleti ſunt zelo:* & iniecerunt manus in Apo-
19 ſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.* An-
D gelus autem Domini per noctem aperiens ia-
20 nuas carceris, & educens eos, dixit:* Ite, & ſtan-
tes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ
21 huius.* Qui cùm audiſſent, intrauerunt dilucu-
lo in templum, & docebant. Adueniens autem
princeps ſacerdotum, & qui cum eo erant, con-
uocauerunt concilium, & omnes ſeniores filio-
rum Iſraël: & miſerunt ad carcerem vt adduce-
22 rentur.* Cùm autẽ veniſſent miniſtri, & aperto
carcere non inueniſſent illos, reuerſi nuntiaue-
23 runt,* dicentes: Carcerem quidem inuenimus
clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtan-
tes ante ianuas: aperientes autem neminem in-
24 tus inuenimus.* Vt autem audierunt hos ſer-
E mones magiſtratus templi, & principes ſacer-
dotum, ambigebant de illis quidnam fieret.
25 *Adueniens autem quidam nuntiauit eis: Quia
ecce viri, quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in
26 templo ſtantes, & docentes populum.* Tunc
abiit magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos
ſine vi: timebant enim populum ne lapidaren-
27 tur.* Et cùm adduxiſſent illos, ſtatuerunt in
concilio: Et interrogauit eos princeps ſacerdo-
28 tum,* dicens: Præcipiendo præcepimus vobis
ne doceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis Ie-
ruſalem doctrina veſtra: & vultis inducere ſu-
29 per nos ſanguinem hominis iſtius.* Reſpondens
F autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt: Obedire
30 oportet Deo magis, quàm hominibus.* Deus
patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos
31 interemiſtis, ſuſpendentes in ligno.* Hunc prin-
cipem & ſaluatorem Deus exaltauit dextera
ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſ-
32 ſionem peccatorum.* & nos ſumus teſtes ho-
rum verborum, & Spiritus ſanctus, quem dedit
33 Deus omnibus obedientibus ſibi.* Hæc cùm
audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interfi-
34 cere illos.* Surgens autem quidam in concilio
Phariſæus, nomine Gamaliel, legiſdoctor ho-
norabilis vniuerſæ plebi, iuſſit foras ad breue
35 homines fieri.* dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ,
attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid actu-
36 ri ſitis.* Ante hos enim dies extitit Theodas, di-
G cens ſe eſſe aliquem, cui conſenſit numerus vi-
rorum circiter quadringentorum: qui occiſus
eſt: & omnes, qui credebant ei, diſſipati ſunt, &
37 redacti ad nihilum.* Poſt hunc extitit Iudas
Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit popu-
lum poſt ſe, & ipſe periit: & omnes, quotquot
38 conſenſerunt ei, diſperſi ſunt.* Et nunc itaque
dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & fini-
te illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium
39 hoc, aut opus, diſſoluetur:* ſi verò ex Deo eſt,
non poteritis diſſoluere illud, ne fortè & Deo

repugnare inueniamini. Conſenſerunt autem
illi. * Et conuocantes Apoſtolos, cæſis denuntia- 40
uerunt ne omnino loquerentur in nomine Ie-
ſu, & dimiſerunt eos. * Et illi quidem ibant gau- 41
dentes à conſpectu concilij, quoniam digni
habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pa-
ti. * Omni autem die non ceſſabant, in templo 42
& circa domos docentes, & euangelizantes
Chriſtum Ieſum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NON ES MENTITVS HOMINIBVS, SED DEO. Hinc colligunt antiqui Patres, Spiritum ſanctum eſſe Deum & meritò. dixerat enim Petrus Ananiam mentitum eſſe Spiritui ſancto, & addit: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* 4

AMOVERVNT. Gotth. *collegerunt*. ſic Syr. Idem etiam Græc. verbum ſignificat. Collegerunt ergo, vt ſepelirẽt. 6

DIC MIHI MVLIER. Vox *mulier* Græcè non eſt, nec Syr. neque in Gotth. alijsque codicibus Latinis. 8

AD VIRVM SVVM. pro, *iuxta virum ſuum*, vt legit Gotth. ſepelierunt eam. 10

ET LIBERARENTVR AB INFIRMITATIBVS SVIS. hoc Gotth. non eſt, qui codex & ipſe Vulgatæ eſt, nec Syr. nec Græc. Veleſio non ſatis fido, qui id addit. 15

MAGISTRATVS TEMPLI. In ſingulari *στρατηγὸς*, *gubernator templi*. i. pontifex. quem alijs locis vocat *principem ſacerdotum*, hîc *templi magiſtratum*, *ducem*, *rectorem*. Is dubitabat, QVIDNAM FIERET. Gotth. *quidnam eſſet iſtud*. ſic Græc. & Syr. ſ. miraculum aperti carceris. 24

DISSECABANTVR. i. *fremebant*, vt Gotth. ſacerdotes. 33

FORAS AD BREVE HOMINES FIERI. Gotth. *iuſſit Gamaliel puſillum foras Apoſtolos ſecedere*. ſic Græc. & Syr. nempe, vt liberiùs de eorum cauſa ageret. 34

THEODAS. Perſuaſum erat populo, per ea tempora venturum Meſſiam qui Iudæos liberaret, & orbi imperaret. De qua perſuaſione Tacitus meminit lib. 21. Eam occaſionem multi impoſtores arripuerunt ſe pro Meſſia venditandi. Inter hos duo quos *Barcosban*. i. *mendacij filios* ab euentu vocarunt in Hebræorum hiſtoria nobiles; tum hic *Theodas*, de quo Ioſephus lib. 20. c. 2. DICENS SE ESSE ALIQVEM. Græc. *dicens ſe eſſe magnum*. i. Meſſiam. Gotth. *aliquem magnum*. 36

IVDAS GALILÆVS. De hoc etiam Ioſephus lib. 18. cap. 1. *Iudam* Ioſephus ponit ante *Theodam*: in quo aut ille falſus eſt, aut in verbis Gamal. *μετὰ τοῦτον*, pro *præter hunc* ſumatur, quod non puto. Neque duos *Theodas* fuiſſe credam. IN DIEBVS PROFESSIONIS. i. deſcriptionis, de qua Luc. 2. v. 1. & 2. Aut veriùs de altera deſcriptione agit facta poſt aliquot annos, de qua Luc. 2. verſ. 2. ET AVERTIT POPVLVM *multum* Græc. Quem arbitror ſe pro Meſſia, & gentis liberatore venditaſſe; miror que Iudæos non aduertere, nullo tempore contigiſſe tot rebelliones in ea gente, & vt tot homines id nomen vſurparent, certiſſimo argumento id tempus fuiſſe Meſſiæ aduentui à Prophetis deſignatum. 37

CIRCA DOMOS. Gotth. *per domos*, *κατ᾽ οἶκον*, euangelizabant. CHRISTVM IESVM. Gotth. *Dominum Ieſum Chriſtum*. ſ. euangelizantes. Syr. *de Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſermo Dei non ſolum in templo, ſed domi in domeſticis ſermonibus de Deo, & pietate loquuntur.* 42

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AGRVM. Græc. *κτῆμα*. i. *poſſeſſionem*. 1

FRAVDAVIT. ſ. reſeruans ſibi partem pretij. 2

TENTAVIT. i. induxit. q. d. cur te permiſiſti à diabolo induci? videtur legiſſe *ἐπείρασε*. nunc enim *ἐπλήρωσε*, i. impleuit. 3

MANENS. pro, omnino, q. d. nonne tua erat poſſeſſio, poterasque tibi retinere; quis enim cogebat vendere aut pretium afferre? VENVMDATVM. i. *κτῆμα*. DEO. ſ. Spiritui ſancto, de quo ſuprà. 4

QVID VTIQVE. pro, quid ita. CONVENIT VOBIS. i. inter vos conſpiraſtis. 9

10 AD. i. iuxta.

11 OMNES pro, omnibus.

12 PER MANVS. i. miniſterio.

15 EIICERENT. i. efferrent.

17 HÆRESIS. i. ſecta. ZELO. i. æmulatione, ſeu indignatione.

18 CVSTODIA. i. carcere.

20 VERBA VITÆ HVIVS. i. rationem huius inſtituti.

24 MAGISTRATVS. Vide ſup. cap. 4. FIERET. pro, factum eſſet. Græc & Syr. *quid hoc eſſet*.

28 PRÆCIPIENDO. pro, omnino, ſeu vehementer. INDVCERE, &c. q. d. facere nos reos ſanguinis, &c.

29 MAGIS. i. potiùs.

30 SVSCITAVIT. i. excitauit, ſe exhibuit mundo.

31 EXALTAVIT. ſ. reſuſcitando.

32 VERBORVM. i. rerum. SPIRITVS SANCTVS. ſ. teſtatur miraculis.

33 DISSECABANTVR. Syr. *furore corripiebantur*.

34 FIERI. i. ſecedere.

35 ATTENDITE VOBIS. i. diligenter videte.

36 ALIQVEM. Græc. *aliquem magnum*. CONSENSIT. i. adhæsit.

37 POST i. præter. PROFESSIONIS. Græc. *deſcriptionis*. ſ. de qua Luc. 2.

38 ET NVNC. pro, itaque nunc. ITAQVE non eſt Græc.

39 INVENIAMINI. q. d. illud etiam accedet, quòd Deo repugnare videbimini.

41 CONTVMELIAM. i. verberum iniuriam.

42 CIRCA. pro, per.

CAPVT VI.

Electio ſeptem diaconorum, creſcente indies credentium numero: Stephani vehementia cum ſignis & prodigijs, in quem plurimi inſurgunt Iudæi: cumque eum non poſſent conuincere, falſis teſtibus nituntur opprimere.

1 IN diebus autem illis, creſcente numero di-
A ſcipulorum, factum eſt murmur Græcorum
aduerſus Hebræos, eò quòd deſpicerentur in
2 miniſterio quotidiano viduæ eorum. * Conuo-
cantes autem duodecim multitudinem diſci-
pulorum, dixerunt: Non eſt ęquum nos derelin-
3 quere verbum Dei, & miniſtrare menſis. * Con-
ſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſti-
monij ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapien-
4 tia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. * Nos
B verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes eri-
5 mus. * Et placuit ſermo coram omni multitudi-
ne. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fi-
de & Spiritu ſancto, & Philippum, & Procho-
rum, & Nicanorem, & Timonem, & Parme-
nam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.
6 * Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolo-
7 rum: & orantes impoſuerunt eis manus. * Et
verbum Domini creſcebat, & multiplicabatur
numerus diſcipulorum in Ieruſalem valdè:
multa etiam turba ſacerdotum obediebat fi-
8 dei. * Stephanus autem plenus gratia & fortitu-
dine, faciebat prodigia & ſigna magna in popu-
9 lo. * Surrexerunt autem quidam de ſynagoga,
C quę appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium,
& Alexandrinorũ, & eorum qui erant à Cilicia,
10 & Aſia, diſputantes cum Stephano: * & non po-
terant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loque-
11 batur. * Tunc ſummiſerunt viros, qui dicerent
ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in
12 Moyſen, & in Deum. * Commouerunt itaque
D plebem, & ſeniores, & Scribas: & concurrentes
rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium,
13 * & ſtatuerunt falſos teſtes, qui dicerent: Homo
iſte non ceſſat loqui verba aduerſus locum ſan-

ctum,& legē. * audiuimus enim eum dicentem: 14
Quoniam Ieſus Nazarenus hic,deſtruet locum
iſtum, & mutabit traditiones , quas tradidit no-
bis Moyſes.* Et intuentes eum omnes,[qui ſede- 15
bant in concilio , viderunt faciem eius tam-
quam faciem Angeli.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

FACTVM EST MVRMVR GRÆCORVM. Iudęi erant. 1
ſed nati in Græcia,& lingua Græca vtentes. QVOD
DESPICERENTVR .... VIDVÆ EORVM. In quotidiana
diſtributione & victu non ſatis illis ſubueniebatur.
Quid Apoſtoli?

CONVOCANTES. Multitudini non eſt repugnandum, 2
ſed illi oportet morem gerere.

CONSIDERATE ERGO. Gotth. *eligite*. Syr. *diſquirite*. 3
Vox Græca ἐπισκέψασθε,his omnibus modis verti poteſt.
Ergo eligite viros probos ſeptem, qui diſtributioni ſer-
uiant. Nec enim vllam illi in ſacra poteſtatem ijs dia-
conis dederunt, vt Patres non pauci aiunt : Chryſoſto-
mus, Oecumenius hîc, Sexta Synodus can. 16. De qua
re latiùs Michael Medina lib. 1. de Contin. cap. 26. Hi
menſis miniſtrabant, alij erant diaconi & miniſtri alta-
ris. Neque refellimus,ſi quis aliter ſentiat.

ORATIONI, ET MINISTERIO VERBI nos intenti eri- 6
mus. Hæc per ſe Epiſcopus facere debet, cetera per
alios. Bernardus 4. de Conſid. *Docendum* ait *tam facile
inueniri quos Epiſcopi ſubſtituant in cura animarum,
quibus committant facultates non inueniri.*

IMPOSVERVNT EIS MANVS. Sic in veteri Lege cum 6
animali fiebat, quod ſacrificari debebat, argumento
Deo dicari & conſecrari.

SAPIENTIÆ, ET SPIRITVI Stephani non poterant 10
reſiſtere. Sapientiæ facilè reſiſtitur, niſi Spiritus ad-
iungatur.

ADVERSVS LOCVM SANCTVM, ſ. *hunc*, vt Gotth. & 13
Syr. addunt, nos audiuimus obloquētem Stephanum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DISCIPVLORVM. Sic in principio dicebantur, 1
poſteà verò *Chriſtiani*. GRÆCORVM. Grę̄c. Ἑλλη-
νιςῶν. i. *Græciſtarum*, ſeu *Græcizantium*. ſ. Iudæorum
qui extra Iudæam nati , aut diu verſati , Græca lingua
vtebantur. Syr. *Diſcipulorum Ionum*. i. Græcorum.
DESPICERENTVR. i. negligerentur. MINISTERIO.
ſ. quo illis proſpiciebatur . alebantur enim ab Eccleſia.

ÆQVVM. i. conueniens. Syr. *decens*. Græc. ἀρεστὸν 2
.i. *placitum*, ſeu tale vt placere debeat.

BONI TESTIMONII. i. approbatæ vitæ. PLENOS,&c. 3
q.d. probos,& prudentes.

INSTANTES. i. aſſiduè intenti. 4

ADVENAM. Græc. *proſelytum*. ſ. ex Gentili factum 5
Iudæum.

IMPOSVERVNT,&c. ſ. ordinarunt Diaconos. 6

LIBERTINORVM, à Regione ſeu Vrbe ita dicti, ſecun- 9
dùm quoſdam; at ſecundùm Chryſoſt. & Bed. à liber-
tate , qua ſerui donari ſolebant, & liberi fieri, quorum
filij *Libertini* dicebantur. quamquam Chryſoſt. etiam
hic libertos intelligit,& meritò ; hi enim etiam *Liber-
tini* dicuntur.

QVI. Græc. *quo*. Syr. *per quem*. 10

TRADITIONES. Græc. τὰ ἔθη, *conſuetudines*, ſeu *inſti-* 14
tuta. Syr. *ritus*.

CAPVT VII.

Stephanus, data reſpondendi facultate, multa refert de pacto Dei cum Abraham eiuſque minoribus, de Moyſe & egreſſione filiorum Iſrael ex Ægypto, de tabernaculo teſtimonij & templo per Salomonem ædificato; Iudæos reprehendens quod ipſi & patres eorum Spiritui ſancto ſemper reſtiterint : cùm autem diceret ſe Ieſum à dextris Dei videre, lapidatur, teſtibus veſtimenta ad pedes Sauli deponentibus: oratque pro lapidantibus.

DIxit autem princeps ſacerdotum: Si hæc ita 1
ſe habent?* Qui ait: Viri fratres, & patres, 2
A audite: Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abra-
hæ cùm eſſet in Meſopotamia, priùs quàm mo-
3 raretur in Charan, * & dixit ad illum: " Exi de " Gen. 12.
terra tua, & de cognatione tua , & veni in ter- a.1
4 ram, quam monſtrauero tibi. * Tunc exiit de
terra Chaldæorum , & habitauit in Charan. Et
Et inde, poſtquam mortuus eſt pater eius, tranſ-
tulit illum in terram iſtam, in qua nunc vos ha-
5 bitatis.* Et non dedit illi hereditatem in ea, nec
paſſum pedis: ſed repromiſit dare illi eam in
poſſeſſionem , & ſemini eius poſt ipſum , cum
6 non haberet filium.* Locutus eſt autē ei Deus:
" Quia erit ſemen eius accola in terra aliena , & " Gen. 15.
ſeruituti eos ſubijcient , & male tractabunt eos c.13
7 annis quadringentis:* & gentem cui ſeruierint,
iudicabo ego , dixit Dominus. & poſt hæc exi-
8 bunt , & ſeruient mihi in loco iſto. * " Et dedit " Gen. 17.
illi teſtamentum circumciſionis:" & ſic genuit b.10
Iſaac, & circumcidit eum die octauo:&" Iſaac, " Gen. 21.
a.2.4
9 Iacob: & Iacob , duodecim Patriarchas. * Et " Gen. 25.
B Patriarchæ æmulantes," Ioſeph vendiderunt in c.24.26
" Gen. 29.
10 Ægyptum. & erat Deus cum eo: * & eripuit f 32 & 35.
eum ex omnibus tribulationibus eius:& " dedit c.32
ei gratiam & ſapientiam in conſpectu Pharao- " Gen. 37.
nis regis Ægypti, & conſtituit eum præpoſitum f.25
Gen 41.
ſuper Ægyptum , & ſuper omnem domum c.37
11 ſuam.* Venit autem fames in vniuerſam Ægy-
ptum & Chanaan, & tribulatio magna: & non
12 inueniebant cibos patres noſtri.* " Cùm audiſ- " Gen 42.
ſet autem Iacob eſſe frumentum in Ægypto: a.2
13 miſit patres noſtros primùm : * " & in ſecundo " Gen. 45.
cognitus eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & manife- a.3
14 ſtatum eſt Pharaoni genus eius.* Mittens autem
Ioſeph accerſiuit Iacob patrem ſuum, & om-
nem cognationem ſuam in animabus ſeptua-
15 gintaquinque. * " Et deſcendit Iacob in Ægy- " Gen. 46.
ptum , & " defunctus eſt ipſe , & patres noſtri. a.5
16 * Et tranſlati ſunt in Sichem,& poſiti ſunt in ſe- " Gen. 49.
pulchro, " quod emit Abraham pretio argenti d.32
" Gen. 50.
17 à filiis Hemor filij Sichem.* Cùm autem ap- b.7
C propinquaret tempus promiſſionis, quam con- Ioſ. 34.
feſſus erat Deus Abrahæ, " creuit populus, & g.32
Gen. 23.
18 multiplicatus eſt in Ægypto,* quoadusque ſur- d.16
rexit alius rex in Ægypto , qui non ſciebat " Exod. 1.
a.7
19 Ioſeph. * Hic circumueniens genus noſtrum,
afflixit patres noſtros , vt exponerent infantes
20 ſuos ne viuificarentur.* " Eodem tempore natus " Exo. 2. a 2
eſt Moyſes, & fuit gratus Deo , qui nutritus eſt Hebr. 11.
c.23
21 tribus menſibus in domo patris ſui.* Expoſito
autem illo, ſuſtulit eum filia Pharaonis, & nu-
22 triuit eum ſibi in filium. * Et eruditus eſt Moy-
ſes omni ſapientia Ægyptiorum , & erat potens
23 in verbis, & in operibus ſuis. * Cùm autem im-
pleretur ei quadraginta annorum tēpus , aſcen-
dit in cor eius vt viſitaret fratres ſuos filios Iſ-
24 rael.* " Et cùm vidiſſet quemdam iniuriam pa- " Exod. 2.
tientem , vindicauit illum : & fecit vltionem ei b.11
qui iniuriam ſuſtinebat , percuſſo Ægyptio.
25 * Exiſtimabat autē intelligere fratres , quoniam
Deus per manum ipſius daret ſalutem illis: at il-
26 li non intellexerunt.* " Sequenti verò die appa- " Exod. 2.
ruit illis litigantibus : & reconciliabat eos in pa- b.13
ce, dicens : Viri, fratres eſtis , vt quid nocetis al-
27 terutrum?* Qui autem iniuriam faciebat proxi-
D mo, repulit eum, dicens: Quis te conſtituit prin-
28 cipem & iudicem ſuper nos? * numquid interfi-

cere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri
Ægyptium? * Fugit autem Moyſes in verbo 29
iſto: & factus eſt aduena in terra Madian, vbi
generauit filios duos. * Et expletis annis quadra- 30
ᵑ *Exod. 3. a.2* ginta, ᵑ apparuit illi in deſerto montis Sina An-
gelus in igne flammæ rubi. * Moyſes autem vi- 31
dens, admiratus eſt viſum. & accedente illo vt
conſideraret, facta eſt ad eum vox Domini, di-
cens: * Ego ſum Deus patrum tuorum, Deus 32
Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Treme-
factus autem Moyſes, non audebat conſiderare.
* Dixit autem illi Dominus: Solue calceamen- 33
tum pedum tuorum: locus enim in quo ſtas,
terra ſancta eſt. * Videns vidi afflictionem po- 34
puli mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum
audiui, & deſcendi liberare eos. Et nunc veni, &
mittam te in Ægyptum. * Hunc Moyſen, quem 35
negauerunt, dicentes: Quis te conſtituit princi-
pem & iudicem? hunc Deus principem & re-
demptorem miſit, cum manu Angeli, qui appa-
Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 14 ruit illi in rubo. * ᵒ Hic eduxit illos, faciens pro- 36
digia & ſigna in terra Ægypti, & in rubro mari, E
& in deſerto annis quadraginta. * Hic eſt Moy- 37
ᵖ *Exod. 16. a.1 Deut. 18. c.15* ſes, qui dixit filiis Iſraël: ᵖ Prophetam ſuſcita-
bit vobis Deus de fratribus veſtris, tamquam
me, ipſum audietis. * ᵠ Hic eſt, qui fuit in Eccle- 38
ᵠ *Exod. 19. a.3* ſia in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur ei
in monte Sina, & cum patribus noſtris: qui acce-
pit verba vitæ dare nobis. * Cui noluerunt obe- 39
dire patres noſtri: ſed repulerunt, & auerſi ſunt
cordibus ſuis in Ægyptum, * dicentes ad Aaron: 40
ʳ *Exod. 32. a.1* ʳ Fac nobis deos, qui præcedant nos: Moyſes
enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſci-
mus quid factum ſit ei. * Et vitulum fecerunt in 41
diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulachro,
& lætabantur in operibus manuum ſuarum.
* Conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire 42
militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in Libro Prophe-
ˢ *Amos 5. g.25* tarum: ˢ Numquid victimas & hoſtias obtuliſtis
mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſ-
raël? * Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſi- 43
dus Dei veſtri Rempham, figuras, quas feciſtis,
adorare eas. Et tráſferam vos trans Babylonem.
* Tabernaculum teſtimonij fuit cum patribus 44
ᵗ *Exod. 25. d.40* noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit illis Deus, ᵗ lo- F
ᵘ *Hebr. 8. b.9* quens ad Moyſen, vt faceret illud ſecundùm
formam quam viderat. * ᵘ Quod & induxe- 45
Ioſ. 3. c.14. runt, ſuſcipientes pâtres noſtri cum Ieſu in poſ-
ſeſſionem Gentium, quas expulit Deus à facie
patrum noſtrorum, vſque in diebus Dauid,
ᵡ *1. Reg. 16. c.13* ᵡ qui inuenit gratiam ante Deum, ʸ & petijt vt 46
ʸ *Pſal. 131. a.* inueniret tabernaculum Deo Iacob. * ᶻ Salo- 47
ᶻ *1. Par. 17. c.12* mon autem ædificauit illi domum. * ᵃ Sed non 48
ᵃ *3. Reg. 6. a.1* excelſus in manufactis habitat, ſicut Propheta
ᵇ *Infr. 17. f.25* dicit: * ᵇ Cælum mihi ſedes eſt: terra autem ſca- 49
Iſa. 66. a.1 bellum pedum meorum. Quam domum ædi-
ficabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus
requietionis meæ eſt? * Nónne manus mea fe- 50
cit hæc omnia? * Dura ceruice, & incircumciſis 51
cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto
reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos. * Quem 52
Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? G
Et occiderunt eos, qui prænuntiabant de ad-
uentu Iuſti, cuius vos nunc proditores & homi-
cidæ fuiſtis: * qui accepiſtis legem in diſpoſitio- 53
ne Angelorum, & non cuſtodiſtis. * Audientes 54
autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtri-
55 debant dentibus in eum. * Cùm autem eſſet ple-
nus Spiritu ſancto, intendens in cælum, vidit
gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris Dei.
Et ait: Ecce video cælos apertos, & Filium ho-
56 minis ſtantem à dextris Dei. * Exclamantes au-
tem voce magna continuerunt aures ſuas, &
57 impetum fecerunt vnanimiter in eum. * Et eii-
cientes eum extra ciuitatem lapidabant: & te-
ſtes depoſuerunt veſtimenta ſua, ſecus pedes
58 adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. * Et lapida-
bant Stephanum inuocantem, & dicentem:
59 Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. * Poſitis
autem genibus, clamauit voce magna, dicens:
Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cùm
hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino. Saulus
autem erat conſentiens neci eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DIXIT AVTEM PRINCEPS SACERDOTVM. ſ. Stephano, an vera eſſent quæ teſtes obijciebant.

2 CVM ESSET IN MESOPOTAMIA. i. in Chaldæa, vbi fuit hæc viſio. IN CHARAN. Hæc propriè eſt Meſopotamia, quæ vocatur *Aram*, ſiue *Haram naharim*. i. *fluuiorum*, ad differentiam Syriæ, quæ abſolutè vocatur *Haram*. ſic hic verſus cum v. 4. conciliatur, vbi dicitur,

4 TVNC EXIIT DE TERRA CHALDÆORVM, ET HABITAVIT IN CHARAN. i. in Meſopotamia. TRANSTVLIT ILLVM, inde ex Meſopotamia in terram hanc. Auguſtinus 16. de Ciuit. c. 13. ſic legit: *collocauit eum in terra hac, in qua vos habitatis*, non dicit, *tranſtulit*, an memoriæ lapſu?

5 SED REPROMISIT. pro, repromiſerat. DARE ILLI. pro, *ſe dare*, ſic Goth. pro, ſe daturum terram hanc.

6 LOCVTVS EST AVTEM EI DEVS. ſupple, *ita*, vt Goth. addit. ACCOLA. Goth. *aduena*. Syr. *inquilinum*. Græc. πάροικον. *Peregrinum erit ſemen tuum in terra aliena* ANNIS QVADRINGENTIS. Exod 12. v. 40. fore dicitur, vt habitent filij Iſrael in Ægypto annis quadringentis triginta. id etiam Paulus ait ad Galat. 3. verſ. 17. Quomodo ergo hic dicitur, fore ſemen Abrahę in terra aliena annis quadringentis? Verùm de re hac diximus Gen. 15. verſ. 13. Et ne lapſum tribuamus Stephano, quod quidam faciunt, ſimpliciſſimè dicendum Stephanum ex Geneſis loco citato ſumpſiſſe, Paulum ex Exodo, vbi quadringenti triginta anni Iudæorum peregrinationi aſſignantur. Suis tamen locis eſt dictum quomodo concilientur, ne ſit repetitione opus.

8 TESTAMENTVM. Διαθήκην, *pactum*, legem circumciſionis dedit Abrahæ, iuſſit vt circumcideretur.

13 ET IN SECVNDO. Goth. *& ſecundo*. ſ. aduentu fratrum Ioſeph in Ægyptum cognitus eſt ab illis. Et Iacob iuit eò

14 IN ANIMABVS SEPTVAGINTAQVINQVE. Hunc numerum poſuere Sept. Gen. 46. verſ. 27. Exodi 1. verſ. 5. ex illis ſumpſit Stephanus, de quo his locis dictum eſt; neque muto.

16 ET TRANSLATI SVNT IN SICHEM. Abraham Geneſ 23. v. 13. in Hebron, vbi mortua eſt Sara, emit ab Ephron agrum in ſepulturam ſiclis quadringentis. Iacob in Sichem emit ab Hemor patre Sichem partem agri centum agnis; Gen. 33. v. 18. in Hebron ſepultus eſt Iacob, Gen. vltim. verſ. 13. In Sichem Ioſeph, Ioſue vlt. v. 32. fortaſſe & alij eius fratres, quorum oſſa ſimul cum oſſibus Ioſeph tranſlata ſunt ex Ægypto. Hîc videntur omnia confundi; nam Abraham ait emiſſe ab Hemor, & patres poſitos in ſepulchro Abrahã. Quidam ſe facilè expediunt, Stephanum aiunt memoriã lapſum: Canus de Locis, lib. 2. c. vlt. ſecutus tamen in eo Bedam & Gloſſam. Verùm Stephani auctoritas & gratia, qua erat plenus, huic ſententiæ refragantur. Martinus Martinius Cantapetrenſis Hypotyp. 6. cap. 1.

putat

putat *Abraham* eſſe in genitiuo, & ſupplendum, nepos, vt emptio Iacob Abrahæ nepoti tribuatur. Acutè. ſed obſtat quòd argento emiſſe dicit, cùm Iacob agrum agnis centum emerit. Verùm vox *keſitah agnum* & *monetam* ſignificare eo Geneſis loco diximus. Obſtant alia. Lyranus aliam viam ſequitur non minùs implexam. Alias alij. Hic locus eſt difficilis. Multi multa dicunt, nullus ſatisfacit planè. Liceat nobis noſtram inſcitiam fateri. QVOD EMIT .... A FILIIS HEMOR FILII SICHEM. In Græco non eſt *filij*, ſed τοῦ Συχέμ. i. *Sichemi*. Gotth. *Hemor, qui erat Sichem*. ſ. pater, vt Cantapetr. vult, vt ſuam de emptione ſententiam magis ſtabiliat, Iacob emiſſe illum agrum, non Abraham, & vt hic locus cum Gen. conſentiat, vbi Hemor Sichemi pater eſſe dicitur. Cùm autem venit tẽpus promiſſionis,

QVAM CONFESSVS ERAT DEVS. Gotth. *promiſerat*. Græc. ὤμοσεν, *iurauit Deus*. 17

ET ERAT POTENS IN VERBIS, ET IN OPERIBVS SVIS. ſ. Moyſes. Nullus potens in verbis, niſi ſit etiam in operibus. 22

INTELLIGERE FRATRES putabat. *fratres* in accuſatiuo. Gotth. addit *ſuos*, vt etiam Græc. Quid putabat? ſcire illos, Moyſem liberaturum populum. 25

SOLVE CALCEAMENTVM. pro, *calceos*, vt Syr. Gotth. *calceamenta*. 33

QVIS TE CONSTITVIT PRINCIPEM ET IVDICEM? Sic lege, vt conſentiat cum verſ. 27. non *principem & ducem*, vt Louan. legunt. 35

SED REPVLERVNT. ſupple *eum*, vt Syr. & Gotth. ſupplent. 39

ET SVSCEPISTIS TABERNACVLVM MOLOCH. Locus difficilis, ſed explicatus Amos 5. v. 25. vnde hæc verba ſunt deſumpta. TRANS BABYLONEM. *Trans Damaſcum* ait Propheta. verùm qui trans Babylonem transferebantur, etiam trans Damaſcum, quæ erat in itinere, ibant. 43

DVRA CERVICE, eſtis ſ. ET INCIRCVMCISIS CORDIBVS. Gotth. *incircumciſi corde*. ſic Græc. & Syr. RESISTITIS. Gotth. *reſtitiſtis*. SICVT PATRES VESTRI ITA ET VOS. Redundat *& vos*, neque eſt in Gotth. 51

DISSECABANTVR. Gotth. *fremebant*. id ſignificat verbum διεπρίοντο, audientes Iudæi quæ dicebat. 54

SECVS PEDES ADOLESCENTIS. Gotth. *cuiuſdam adoleſcentis*. Rectè, ſed codices alij ſecùs. Ergo lapidantium veſtes Saulus ſeruauit. 57

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SI HÆC. pro, an hæc. 1

GLORIÆ. i. *glorioſus*, Hebr. PRIVS QVAM, &c. hinc apparet quomodo intelligendum, quod dicitur Gen. 12. Vide ibi. 2

HEREDITATEM i. poſſeſſionem. PASSVM. Græc. βῆμα. i. *veſtigium*. Intellige Dei munere, nam pretio aliquid emit: Auguſt. in Gen. q. 56. 5

SEMEN. i. poſteri. QVADRINGENTIS. ſ. à nato Iſaac numerandis. 6

IVDICABO. i. puniam. ISTO. Ita refert Stephanus, quia præſens erat loco. 7

TESTAMENTVM. i. pactum. ET SIC. ſ. circumciſus, vel accepto teſtamento. Syr. *& tunc*. 8

ÆMVLANTES. i. inuidentes. IN ÆGYPTVM. ſ. abducendum. 9

CIBOS. i. alimenta. 11

IN SECVNDO. i. cùm iterùm rediiſſent in Ægyptum. 13

SEPTVAGINTAQVINQVE. Id ſecundùm LXX. Vide Geneſ. 46. 14

TRANSLATI. pro, tranſlatus. ſ. Ioſeph. Vide Ioſ. 24. ABRAHAM. Vide Gen. 33. quamquam quod attinet ad vocem *filij*, Græc. eſt τοῦ Συχέμ, quod poteſt intelligi patris Sichem, vel illi Hemor fortè fuit etiam Sichem pater. 16

CONFESSVS ERAT. Alij, *profeſſus erat*. Græc. ὤμοσεν. i. *iurauerat*. Syr. *iuramento promiſerat*. 17

SCIEBAT. i. nouerat. 18

GENVS. i. nationem. q. d. dolo agens cum gente noſtra. EXPONERENT. ſ. occidendos. VIVIFICARENTVR. i. viui ſeruarentur. 19

21 EXPOSITO. ſ. in Nilo. Vide Exod. 2.

25 PER MANVM. i. opera, ſeu miniſterio.

26 APPARVIT. pro, adfuit. ALTERVTRVM. i. alter alterum.

29 IN VERBO. pro, ob verbum.

30 IGNE FLAMMÆ. Græc. *flamma ignis*. Syr. *igne ardenti*.

31 CONSIDERARET. i. inſpiceret ſic infrà.

35 MANV ANGELI. i. Angelo. ſ. ductore & adiutore.

37 TAMQVAM ME. i. mei ſimilem. ſ. Chriſtus homo, & Legiſlator, duxque in terram promiſſionis cæleſtem. AVDIETIS. pro *audite*, Hebr.

38 IN ECCLESIA. i. fidelium congregatione, cuius erat præfectus. VITÆ. i. in quorum obſeruatione vita eſt animæ. DARE. pro, vt daret.

40 FACTVM SIT. i. acciderit.

42 CONVERTIT. Syr. *auerſus eſt*. TRADIDIT. i. permiſit. MILITIÆ CÆLI i. aſtris. PROPHETARVM. ſ. minorum.

43 ET. pro, quinetiam. MOLOCH. Idoli nomen. REMPHAM. Stellam Veneris quidam putant, ſeu Luciferum. ADORARE. pro, ad adorandum. ET. pro, itaque, ſeu ideoque. TRANS, &c. ſ. in Aſſyriam.

45 IESV. i. Ioſue. POSSESSIONEM GENTIVM. i. terram Chananæorum. DIEBVS. pro, dies.

46 TABERNACVLVM. i. locum vbi tabernaculum collocaretur, ſeu templum ædificaretur.

52 IVSTI. ſ. Chriſti. HOMICIDÆ. i. interfectores.

53 IN DISPOSITIONE. i. operâ.

54 DISSECABANTVR. i. furebant. IN. i. contra.

56 CONTINVERVNT. Syr. *obturauerunt*.

57 ADOLESCENTIS. i. iuuenis.

59 NE STATVAS, &c. i. ne eos punias ob id peccatum. ſ. peccata velut ante Deum ſtant, vindictam petentia. IN DOMINO. i. Deo gratus, ſeu ſecundùm Dei voluntatem. quamquam id Græcè non eſt.

CAPVT VIII.

In perſecutione diſperguntur omnes præter Apoſtolos, Saulo deuaſtante Eccleſiam: Philippus plurimos in Samaria conuertit, & in his Simonem magum baptizat: miſſi ab Apoſtolis Petrus & Ioannes, oratione ac manuum impoſitione impetrant credentibus Samaritanis Spiritum ſanctum: Simon autem volens Spiritus ſancti dationem pecunia emere, durè à Petro corripitur: Philippus ab Angelo mittitur ad Eunuchum; quem vbi credentem baptizaſſet, a Spiritu raptus defertur in Azotum.

1 FActa eſt autem in illa die perſecutio magna
A in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes
diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ,
2 præter Apoſtolos. * Curauerunt autem Ste-
phanum viri timorati, & fecerunt planctum
3 magnum ſuper eum. * Saulus autem deuaſtabat
Eccleſiam, per domos intrans, & trahens viros
4 ac mulieres, tradebat in cuſtodiam. * Igitur qui
diſperſi erant pertranſibant, euangelizantes
5 verbum Dei. * Philippus autem deſcendens in
ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum.
6 * Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo
dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes
7 ſigna quæ faciebat. * Multi enim eorum, qui ha-
B bebant ſpiritus immundos, clamantes voce ma-
8 gna exibant. * Multi autem paralytici & claudi
9 curati ſunt. * Factũ eſt ergo gaudium magnum
in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Si-
mon, qui antè fuerat in ciuitate magus, ſedu-
cens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquẽ ma-
10 gnum: * cui auſcultabãt omnes à minimo vſque
ad maximum, dicens: Hic eſt virtus Dei, quæ

vocatur

vocatur magna.* Attendebant autem eum, pro- 11
pter quod multo tempore magiis ſuis dementaſ-
ſet eos.* Cùm verò credidiſſent Philippo euan- 12
gelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti
baptizabantur viri ac mulieres.* Tunc Simon & 13
ipſe credidit: & cùm baptizatus eſſet, adhære- C
bat Philippo. Videns etiam ſigna & virtutes ma-
ximas fieri, ſtupens admirabatur.* Cùm autem 14
audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quòd
recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad
eos Petrum & Ioannem.* Qui cùm veniſſent, 15
orauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum ſan-
ctum: * Nondum enim in quemquam illorum 16
venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine
Domini Ieſu.* Tunc imponebant manus ſuper 17
illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Cùm 18
vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem
manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus,
obtulit eis pecuniam, * dicens: Date & mihi 19
hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero D
manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus au-
tem dixit ad eum: * Pecunia tua tecum ſit in 20
perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti
pecunia poſſideri.* Non eſt tibi pars, neque ſors 21
in ſermone iſto. cor enim tuum non eſt rectum
coram Deo.* Pœnitentiam itaque age ab hac 22
nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur
tibi hæc cogitatio cordis tui.* In felle enim 23
amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te
eſſe.* Reſpondens autem Simon, dixit: Preca- 24
mini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat
ſuper me horum quæ dixiſtis.* Et illi quidē te- 25
ſtificati & locuti verbum Domini, redibant Ie- E
roſolymam, & multis regionibus Samaritano-
rum euangelizabant.* Angelus autem Domini 26
locutus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & va-
de contra meridianum, ad viam quæ deſcendit
ab Ieruſalem in Gazam: hæc eſt deſerta.* Et ſur- 27
gens abiit. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, po-
tens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat ſuper
omnes gazas eius, venerat adorare in Ieruſalem:
* & reuertebatur ſedens ſuper currum ſuum, le- 28
genſque Iſaiam prophetam.* Dixit autem Spi- 29
ritus Philippo: Accede, & adiunge te ad cur-
rum iſtum.* Accurrens autem Philippus, au- 30
diuit eum legentem Iſaiam Prophetam, & di- F
xit: Putáſne intelligis quæ legis?* Qui ait: Et 31
quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mi-
hi? Rogauitque Philippum vt aſcenderet, & ſe-
deret ſecum.* Locus autem Scripturæ, quam 32
Iſa.53.c.7 legebat, erat hic: " Tamquam ouis ad occiſio-
nem ductus eſt: & ſicut agnus coram tondente
ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* In hu- 33
militate iudicium eius ſublatum eſt. Genera-
tionem eius quis enarrabit, quoniam tolletur
de terra vita eius?* Reſpondens autem eunu- 34
chus Philippo, dixit: Obſecro te, de quo Pro-
pheta dicit hoc? de ſe, an de alio aliquo?* A- 35
periens autem Philippus os ſuum, & incipiens à
Scriptura iſta, euangelizauit illi Ieſum.* Et dum 36
irent per viam, venerunt ad quamdam aquam: G
& ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me
baptizari?* Dixit autem Philippus: Si credis ex 37
toto corde, licet. Et reſpondens ait: Credo, Fi-
lium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.* Et iuſſit ſtare 38
currum: & deſcenderunt vterque in aquam,
Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum.
39 * Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus
Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit
eum Eunuchus. Ibat autem per viam ſuam gau-
40 dens.* Philippus autem inuentus eſt in Azoto,
& pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cun-
ctis, donec veniret Cæſaream.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PERSECVTIO MAGNA IN ECCLESIA facta eſt. Græc. *in Eccleſiam.*

2 CVRAVERVNT. Goth. *comportauerunt* corpus Stephani. id ſignificat συνεκόμισαν, ſeu *congerunt.* ET FECERVNT PLANCTVM. Id Hieronymus in funere Paulæ refert ad funus, cantus lugubres, atras veſtes, & ritus alios; alioqui in nobiliſſimo Martyris triumpho, lacrymis & mœrori locus non erat.

5 PHILIPPVS. Is erat è diſcipulorum numero, & diaconus vnus è ſeptem, qui proximè poſt Stephanũ numeratur cap. 6. nam Apoſtoli Ieroſolymæ manſerunt. Tametſi Auguſtinus dubitet Tractatu 6. in Ioan.

7 MVLTI ENIM EORVM, &c. Conſtructio eſt inuerſa. Sic ex Græco aliqui codices ordinant: *Multorum enim habentium ſpiritus immundi clamantes voce magna exibant.* Diuerſa lectio dicere videtur, eos qui habebant ſpiritus exiiſſe. Quod ad rem non eſt. Sæpè in Sacris conſtructio inuerſa eſt, ne quis offendat & cadat.

9 NOMINE SIMON, QVI FVERAT IN CIVITATE MAGVS. *Magi* honeſtum nomen aliquando, deinde iis eſt dictum qui artes magicas prohibitas exercebát. Talis hic Simon erat; cum quo diu Apoſtolis concertatio fuit, ac Romæ tandem cum Petrus vicit die ſabbati, eóque in Occidente eo die ieiunabatur, ſecùs quàm in Oriente. De quo certamine multi Patres, tum Caſſianus lib. 3. cap. 10. & Epiphanius lib. 1. tom. 2.

10 CVI AVSCVLTABANT. Græc. ᾧ προσεῖχον, *cui intendebant.* ſic Goth. & conſtructio eſt melior, ſententia non alia. Sed *auſcultare* pro, obedire ſumi poteſt, & conſtrui cum datiuo. HIC EST VIRTVS DEI, QVÆ VOCATVR MAGNA. Græcè, *Hic eſt virtus Dei illa magna.* i. à Deo habet magnam poteſtatem.

11 DE REGNO DEI, IN NOMINE, &c. Græc. *Philippo euangelizanti de regno Dei, & nomine Ieſu Chriſti cum credidiſſent, baptizabantur viri.* Sic Louan. legunt, puncta tantùm in iis caſtigo.

16 IN NOMINE DOMINI IESV baptizabantur. i. baptiſmo Chriſti, non Ioannis; nec excludit formam conſuetam. Erant ergo tantùm baptizati, nec acceperant Spiritum ſanctum.

21 IN SERMONE ISTO non eſt tibi pars, ô Simon. pro, in re hac. *Verbum* & *ſermo* pro *re* phraſi Hebr. ſumuntur.

23 IN FELLE. Græc. *in fel amaritudinis.* i. amarum. quaſi dicat, video te ſupplicio graui deſtinari. ET OBLIGATIONE INIQVITATIS. i. in *vinculum*, σύνδεσμον deſtinaris. Culpa pœnam ſequitur. q. d. irretitus es peccatis, proinde te manet tibi & ſupplicium.

26 ET VADE CONTRA MERIDIANVM. i. ad Auſtrum. *Gaza* Ieroſolymæ Auſtralis eſt. Id Philippo Angelus dixit.

27 CANDACIS eunuchus. Plinius lib. 6. cap. 29. regnare ait in Æthiopia reginam Candacem, quod nomen multis ſæculis ad Reginas tranſiit. Strabo lib. 17. quæ ſuo tempore regnabat, Candacem fuiſſe altero oculo captam. Puto poſt reginam Saba ſuſceptum, vt feminæ regnarent. Sed cur eunuchis miniſtris vterentur, dictum eſt in Gen. cap. 37. verſ. 36.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN ECCLESIA. Græc. *in Eccleſiam.* i. contra Eccleſiam.

2 CVRAVERVNT. ſ. efferendo, & ſepeliendo. Syr. *collectum in arcam ſepelierunt.* TIMORATI. Græc. *pii*, ſeu *religioſi.* Syr. *fideles.* PLANCTVM MAGNVM. i. pompam & exequiarum frequentiam: Hieron. ep. 25.

3 CVSTODIAM. i. carcerem.

Pertranſibant.i.huc illuc ſe conferebant. 4
Philippvs.ſ.diaconus,de quo ſuprà. 5
Signa.i.miracula. 6
Civitate.ſ.Samaria. 9
Qvæ vocatvr.Græc.*illa*. 10
Evm.pro,ei. Propter.pro,propterea. Dementasset.i. à mente alienaſſet. 11
In.Græc. & 12
Domini Iesv.ſ.& Trinitatis. oportet enim exprimi nomen Patris,Filij,& Spiritus ſancti. 16
Sit in perditionem.i.pereat. Possideri.i.parari. 20
Sermone.i.*re*,ſeu *negotio*,Hebr. 21
Cogitatio.Syr.*dolus*. 22
Felle.Syr.*hepate*. q. d. peſſimo animo. Obligatione.i.colligatione. 23
Dixistis. Apparet dixiſſe Petrum plura quàm quæ ſuprà ſcripta. 24
Regionibvs. Græc.*vicis*,ſeu *pagis*. 25
Contra meridianvm.i.verſus Meridiem. 26
Potens.Græc,*δυνάστης*. i. *Præfectus*. Gazas.i.opes. 27
Pvtasne.Græc.*ἆρά γε*.i.*numquid*. 30
Ostenderit.i.explicauerit. 31
Sine voce.i.vocem non edens. 32
In hvmilitate,&c.q.d. adeò contemptus fuit, vt contra ius omne ſit condemnatus. Svblatvm.i.non redditum ei ius. Qvoniam.pro,qui tamen. q.d.cùm ſit Dei Filius,occidetur tamen. 33
Filivm Dei,&c.intelligendum eſt,etiam reliqua ad ſalutem neceſſaria crediſſe,etſi hic non exprimantur: Auguſt. de Fide & op.cap.9. 37
Azoto. Ciuitas eſt Palæſtinæ. Cæsaream.ſ.Palæſtinæ. Vide cap.10. 40

CAPVT IX.

Admiranda Sauli perſecutoris conuerſio, Domino ei apparente, & Anania ad ipſum miſſo, à quo baptizatus cœpit Damaſci acerrimè tueri Ieſum eſſe Chriſtum: diſcipuli verò ipſum demittunt per murum propter Iudæorum inſidias: quem Barnabas Ieroſolymis ducit ad Apoſtolos, vnde rurſum propter inſidias dimittitur Tarſum: Petrus Lyddæ ſanat Æneam paralyticum, & in Ioppe Tabitham reſuſcitat.

Gal.1.c.13 SAulus autem adhuc ſpirans minarum,& cæ- 1
dis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Princi- A
pem ſacerdotum, * & petijt ab eo epiſtolas in 2
Damaſcum ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet
huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduce-
ret in Ieruſalem. * Et cùm iter faceret, conti- 3
git vt appropinquaret Damaſco: & ſubitò cir-
cumfulſit eum lux de cælo. * Et cadens in ter- 4
ram audiuit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule,
quid me perſequeris? * Qui dixit: Quis es Do- 5
mine? Et ille: Ego ſum Ieſus, quem tu perſeque-
ris. durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.
* Et tremens, ac ſtupens dixit: Domine, quid 6
me vis facere? * Et Dominus ad eum: Surge, & 7
ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te B
oporteat facere. Viri autem illi, qui comitaban-
tur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes qui-
dem vocem, neminem autem videntes. * Surre- 8
xit autem Saulus de terra, apertiſque oculis ni-
hil videbat. Ad manus autem illum trahentes,
introduxerunt Damaſcum. * Et erat ibi tribus 9
diebus non videns, & non manducauit, neque
bibit. * Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, 10
nomine Ananias: & dixit ad illum in viſu Do-
minus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine.
* Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, 11
qui vocatur rectus: & quære in domo Iudę Sau-
lum nomine Tarſenſem: ecce enim orat. (* Et 12
vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, &
13 imponentẽ ſibi manus vt viſum recipiat.) * Re-
C ſpondit autẽ Ananias: Domine, audiui à multis
de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in
14 Ieruſalẽ: * & hic habet poteſtatem à principibus
ſacerdotum alligandi omnes, qui inuocant no-
15 men tuum. * Dixit autem ad eum Dominus:
Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt
portet nomen meum corã gentibus, & regibus,
16 & filiis Iſraël. * Ego enim oſtendam illi quanta
17 oporteat eum pro nomine meo pati. * Et abiit
Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei
manus, dixit: Saule frater, Dominus miſit me
Ieſus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt vi-
18 deas, & implearis Spiritu ſancto. * Et confeſtim
ceciderunt ab oculis eius tamquam ſquamæ, &
19 viſum recepit: & ſurgens baptizatus eſt. * Et cùm
D accepiſſet cibum, confortatus eſt. Fuit autem
cum diſcipulis, qui erant Damaſci, per dies ali-
20 quot. * Et continuò in ſynagogis prædicabat Ie-
21 ſum, quoniam hic eſt Filius Dei. * Stupebant
autẽ omnes qui audiebant, & dicebant: Nónne
hic eſt, qui expugnabat in Ieruſalem eos, qui in-
uocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit, vt
vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum?
22 * Saulus autem multò magis conualeſcebat, &
confundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci,
23 affirmans quoniam hic eſt Chriſtus. * Cùm au-
tem implerentur dies multi, conſilium fecerũt
24 in vnũ Iudæi vt eum interficerent. * Notę autem
factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. Cuſtodiebant 2.Cor.11.g.32
autẽ & portas die ac nocte, vt eum interficerent.
25 * Accipientes autẽ eum diſcipuli nocte, per mu-
rum dimiſerunt eum, ſubmittentes in ſporta.
26 * Cùm autem veniſſent in Ieruſalem, tentabat ſe
E iungere diſcipulis, & omnes timebant eum, non
27 credentes quòd eſſet diſcipulus. * Barnabas au-
tem apprehenſum illum duxit ad Apoſtolos: &
narrauit illis quomodo in via vidiſſet Domi-
num, & quia locutus eſt ei, & quomodo in Da-
28 maſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu. * Et
erat cum illis intrans & exiens in Ieruſalem, &
29 fiducialiter agens in nomine Domini. * Loque-
batur quoque Gentibus, & diſputabat cũ Græ-
30 cis: illi autem quærebant occidere eum. * Quod
cùm cognouiſſent fratres, deduxerunt eum
31 Cæſaream, & dimiſerunt Tarſum. * Eccleſia qui-
F dem per totam Iudæam, & Galilæam, & Sama-
riam, habebat pacem, & ædificabatur ambulans
in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiri-
32 tus replebatur. * Factum eſt autẽ, vt Petrus dum
pertranſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos, qui
33 habitabant Lyddæ. * Inuenit autẽ ibi hominem
quemdã, nomine Æneam, ab annis octo iacen-
34 tem in grabato, qui erat paralyticus. * Et ait illi
Petrus: Ænea, ſanat te Dominus Ieſus Chriſtus:
ſurge, & ſterne tibi. Et continuò ſurrexit.
35 * Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyd-
dæ & Saronæ: qui conuerſi ſunt ad Domi-
36 num. * In Ioppe autem fuit quædam diſci-
pula, nomine Tabitha, quæ interpretata di-
tur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis,
37 & eleemoſynis, quas faciebat. * Factum eſt
autem in diebus illis, vt infirmata moreretur.
38 Quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœna-
culo. * Cùm autem propè eſſet Lydda ad Iop-

Iuſ.22.a.6 1.Cor.15.b.8 2.Cor.12.a.2

G
pen, diſcipuli audientes quia Petrus eſſet in ea,
miſerunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pi-
griteris venire vſque ad nos. * Exurgens autem 39
Petrus venit cum illis. Et cùm aduenisset, duxe-
runt illum in cœnaculum: & circumſteterunt
illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei
tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. * Eie- 40
ctis autem omnibus foras, Petrus ponens ge-
nua orauit: & conuerſus ad corpus, dixit: Ta-
bitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & vi-
ſo Petro, reſedit. * Dans autem illi manum, ere- 41
xit eam. Et cùm vocaſſet ſanctos, & viduas,
aſſignauit eam viuam. * Notum autem factum 42
eſt per vniuerſam Ioppen: & crediderunt multi
in Domino. * Factum eſt autem, vt dies multos 43
moraretur in Ioppe, apud Simonem quemdam
coriarium.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SPIRANS MINARVM. i. *ſpirans* (animo verſans) mi- 1
nas & cædes in diſcipulos Saulus.

SAVLE, SAVLE. Geminatur vox, ad deſignandũ gra- 3
dum in quo erat, & ad quẽ aſſumebatur; quomodo Samuel, Moyſes, & Abrahã ſunt vocati. Sic non nemo ait.

DVRVM EST TIBI. i. fruſtrà. CONTRA STIMV- 5
LVM. Terentius in Phorm. act. 1. ſcen. 2. *Contra ſtimulum calces*, de eo qui fruſtrà potentiori reſiſtit.

ET TREMENS, AC STVPENS DIXIT: DOMINE, QVID 6
ME VIS FACERE? ET DOMINVS] AD EVM. Totum hoc in Syr. non eſt, in Regia Græc. obelo notatur. Paulus Act. 22. verſ. 10. vbi ſuam conuerſionem refert, nil de hoc; nec in Gotth. quidem eſt: ideò quidam quaſi adſititium reijciunt. Nobis Vulgatæ Romanæ fides ſit potior.

SVRGE. Græc. *ſed ſurge*. ſic Gotth. & Syr. Nimirum 7
ſublatis verbis ſuperioribus, ſic opus eſt vt connectantur quæ ſequuntur cum verbo *calcitrare*.

AD MANVS AVTEM ILLVM TRAHENTES. i. eius ma- 9
nu apprehenſa ducentes id ſignificat χειραγωγοῦντες.

SVRGE, ET VADE. Græc. *Surgens vade*. ſic Gotth. Id 11
Deus Ananiæ.

ET VIDIT VIRVM Græc additur ἐν ὁράματι, *in viſione*, 12
ſuntque verba non Dei, ſed Euangeliſtæ, & legenda per parentheſim, vt in correctis libris notatur.

SAVLVS AVTEM MVLTO MAGIS. *Multò* non eſt 25
Græc. nec Gotth. ſed tantùm *magis clamabat, & confundebat Iudæos*. AFFIRMANS, ſeu *confirmans*. i. teſtimonijs Scripturæ, quòd is eſſet Meſſias.

INTRANS ET EXIENS. i. conuerſans Saulus cum Apo- 28
ſtolis. ET FIDVCIALITER AGENS, ſeu *loquens*. παῤῥησιαζόμενος vtrumque ſignificat.

LOQVEBATVR QVOQVE GENTIBVS. Vox *Genti-* 30
bus Græc. Syr. & Gotth. non eſt, & videtur redundare; nondum enim de Gentium conuerſione agebatur. ET DISPVTABAT CVM GRÆCIS. Iudæi erant, ſed ex Græcia, & gnari eius linguæ.

DORCAS. i. *Caprea*. id *Tabitha* ſignificat lingua 36
Chald. & Syr. qua Hebræi eo tempore vulgò vtebantur; mortuam ſuſcitauit Petrus.

ET OSTENDENTES EI. *Ei* non eſt Græc. nec Gotth. 39
ſed benè ſuppletur. ſupplet Syr. Quid oſtendebant? veſtes quas faciebat Dorcas viduis.

SIMONEM QVEMDAM CORIARIVM, qui pelles ma- 43
cerat, *Curtidor*. Apud hunc manſit Petrus in Ioppe diebus multis. Vide modeſtiam Petri, quo vtebatur hoſpitio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SPIRANS, &c. i. minitans cædem diſcipulis, &c. 1
VIÆ. i. inſtituti. 2
DVRVM. i. damnoſum. 5
CVM EO. pro, cum. VOCEM. ſ. Pauli, non Chriſti. 7
Vide cap. 22.
NIHIL. Græc. *neminem*. TRAHENTES. i. ducentes. 8

10 ECCE EGO. i. eccum me.
14 HIC. i. hoc loco. NOMEN TVVM. i. te.
15 VAS ELECTIONIS. i. inſtrumentum electum. PORTET NOMEN MEVM. i. me prædicet.
17 VIDEAS. ἀναβλέψῃς. i. *viſum recipias*.
20 IESVM. Græc. *Chriſtum*.
23 DIES MVLTI. ſ. poſt reditum ex Arabia, ſecundùm quoſdam. Vide Gal. 1. IN VNVM. i. ſimul, ſeu inter ſe.
27 IN NOMINE IESV. i. prædicans Ieſum.
28 INTRANS, ET EXIENS. i. *conuerſans*, Hebr.
29 GENTIBVS. Id non eſt Græcè nec Syr. GRÆCIS. Syr. *Iudæis qui ſciebant Græce*. Vide ſup. cap 6.
30 FRATRES. Sic olim Chriſtiani vocabantur.
32 PERTRANSIRET. i. viſitaret.
35 SARONÆ. Ciuitatem quidam putant; alij regionem.
36 DORCAS. i. *Caprea*.
38 PIGRITERIS. i. graueris.
41 SANCTOS. i. fideles. ſic etiam vocabantur Chriſtiani, quaſi ad ſanctitatem vocati, vel ſanctitatem profeſſi.
42 IN DOMINO. Græc. *in Dominum*.

CAPVT X.

Iuſſu Angeli accerſit Cornelius Centurio Petrum, qui per lintei viſionem admonitus Gentes ad Euangelium admittendas eſſe, venit ad illum: cumque ſuper omnes verbum eius de Chriſto audientes Spiritus ſanctus deſcendiſſet, iuſſit eos baptizari.

1 VIr autem quidam erat in Cæſarea, nomine
A Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur
2 Italica, * religioſus, ac timens Deum cum om-
ni domo ſua, faciens eleemoſynas multas ple-
3 bi, & deprecans Deum ſemper: * is vidit in viſu
manifeſtè, quaſi hora diei nona, Angelum
Dei introëuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Cor-
4 neli. * At ille intuens eum, timore correptus, di-
xit: Quid eſt, Domine? Dixit autem illi: Ora-
tiones tuæ, & eleemoſynæ tuæ, aſcenderunt in
5 memoriam in conſpectu Dei. * Et nunc mitte
viros in Ioppen, & accerſi Simonem quem-
6 dam, qui cognominatur Petrus: * hic hoſpita-
tur apud Simonem quemdam coriarium, cuius
eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te
7 oporteat facere. * Et cùm diſceſſiſſet Angelus,
qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos
ſuos, & militem metuentem Dominum, ex his
8 qui illi parebant. * Quibus cùm narraſſet omnia,
9 miſit illos in Ioppen. * Poſtera autem die iter il-
B lis facientibus, & appropinquantibus ciuitati,
aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret circa ho-
10 ram ſextam. * Et cùm eſuriret, voluit guſtare.
Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum men-
11 tis exceſſus: * & vidit cælum apertum, & deſcen-
dens vas quoddam, velut linteum magnum,
12 quattuor initiis ſubmitti de cælo in terram, * in
quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia ter-
13 ræ, & volatilia cæli. * Et facta eſt vox ad eum:
14 Surge Petre, occide, & manduca. * Ait autem
Petrus: Abſit Domine, quia numquam mandu-
15 caui omne commune & immundum. * Et
vox iterum ſecundò ad eum: Quod Deus
16 purificauit, tu commune ne dixeris. * Hoc au-
tem factum eſt per ter: & ſtatim receptum eſt
17 vas in cælum. * Et dum intra ſe hæſitaret Pe-
C trus, quidnam eſſet viſio, quam vidiſſet: ecce vi-
ri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes do-
18 mum Simonis, aſtiterunt ad ianuam. * Et cùm
vocaſſent, interrogabant, ſi Simon, qui cog-
nomi-

nominatur Petrus, illic haberet hoſpitium.
* Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiri- 19
tus ei: Ecce viri tres quærunt te. * Surge itaque, 20
deſcende, & vade cum eis nihil dubitans: quia
ego miſi illos. * Deſcendens autem Petrus ad 21
viros, dixit: Ecce ego ſum, quem quæritis: quæ
cauſa eſt, propter quam veniſtis? * Qui dixerunt: 22
Cornelius Centurio, vir iuſtus, & timens
Deum, & teſtimonium habens ab vniuerſa gen-
te Iudæorum, reſponſum accepit ab Angelo
ſancto, accerſire te in domum ſuam, & audire
verba abs te. * Introducens ergo eos, recepit ho- 23
ſpitio. Sequenti autem die ſurgens profectus eſt D
cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe co-
mitati ſunt eum. * Altera autem die introiuit 24
Cæſaream. Cornelius verò expectabat illos,
conuocatis cognatis ſuis, & neceſſarijs amicis.
* Et factum eſt cùm introiſſet Petrus, obuius 25
venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius
adorauit. * Petrus verò eleuauit eum, dicens: 26
Surge, & ego ipſe homo ſum. * Et loquens cum 27
illo intrauit, & inuenit multos qui conuene-
rant: * dixitque ad illos: Vos ſcitis quomodo 28
abominatum ſit viro Iudæo, coniungi aut ac-
cedere ad alienigenam: ſed mihi oſtendit Deus,
neminem communem aut immundum dicere
hominem. * Propter quod ſine dubitatione ve- 29
ni accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cauſam
accerſiſtis me? * Et Cornelius ait: A nudiuſ- 30
quarta die vſque ad hanc horam, orans eram E
hora nona in domo mea, & ecce vir ſtetit ante
me in veſte candida, & ait: * Corneli, exaudita 31
eſt oratio tua, & eleëmoſynæ tuæ commemo-
ratæ ſunt in conſpectu Dei. * Mitte ergo in Iop- 32
pen, & accerſi Simonem, qui cognominatur
Petrus: hic hoſpitatur in domo Simonis coria-
rij iuxta mare. * Confeſtim ergo miſi ad te: & tu 33
benefeciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in
conſpectu tuo adſumus, audire omnia quæ-
cumque tibi præcepta ſunt à Domino. * Ape- 34
riens autem Petrus os ſuum, dixit: In veritate
comperi, " quia non eſt perſonarum acceptor
Deus: * ſed in omni gente, qui timet eum, & 35
operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. * Verbum F
miſit Deus filiis Iſraël, annuntians pacem per 36
Ieſum Chriſtum: (hic eſt omnium Domi-
nus.) * Vos ſcitis quod factum eſt verbum per 37
vniuerſam Iudæam: incipiens enim à " Gali-
læa, poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes,
* Ieſum à Nazareth: quomodo vnxit eum 38
Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſijt
benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à
diabolo, quoniam Deus erat cum illo. * Et nos 39
teſtes ſumus omnium, quæ fecit in regione Iu-
dæorum, & Ieruſalem, quem occiderunt ſuſ-
pendentes in ligno. * Hunc Deus ſuſcitauit ter- 40
tia die, & dedit eum manifeſtum fieri, * non om- 41
ni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo: no-
bis, qui manducauimus & bibimus cum illo,
poſtquam reſurrexit à mortuis. * Et præcepit 42
nobis prædicare populo, & teſtificari quia ipſe G
eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum &
mortuorum. * " Huic omnes Prophetæ teſti- 43
monium perhibent, remiſſionem peccatorum
accipere per nomen eius omnes, qui credunt in
eum. * Adhuc loquente Petro verba hæc, ceci- 44
dit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audie-
45 bant verbum. * Et obſtupuerunt ex circumci-
ſione fideles, qui venerant cum Petro: quia &
46 in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. * Au-
diebant enim illos loquentes linguis, & magni-
47 ficantes Deum. * Tunc reſpondit Petrus. Num-
quid aquam quis prohibere poteſt, vt non ba-
ptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt
48 ſicut & nos? * Et iuſſit eos baptizari in nomine
Domini Ieſu Chriſti. Tunc rogauerunt eum vt
maneret apud eos aliquot diebus.

Deut. 19. d. 17 / 2. Par. 19. b. 7 / Iob 34. b. 19 / Sap. 6. b. 8 / Eccli. 35. b. 16 / Rom. 2. b. 11 / Gal. 2. b. 6 / Eph. 6. b. 9 / Col. 3. d. 25 / 1. Pet. 1. c. 17

" Luc. 4. b. 14

" Ier. 31. f. 34 / Mich. 7. d. 18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ERAT IN CÆSAREA. Hæc erat Cæſarea Palæſtinæ, ſita ad Mare mediterraneum ædificata ab Herode primo, vbi erat turris Stratonis in honorem Auguſti. Fuit Palæſtinæ caput Romanorum tempore, vt Tacitus ait libro 18. diſtincta à *Cæſarea Philippi*, de qua dictum eſt Matth. 16. verſ. 13. Huius vrbis Epiſcopus fuit Cornelius Centurio, de quo hîc agitur, à Petro conſtitutus, vt ait Iſidorus in Chron. ſeu potiùs Lucas Tudenſis in ſuis ad illud Additionibus. CENTVRIO COHORTIS. pro, ex cohorte. Continebat *cohors* ferè mille milites.

3 IS VIDIT. Græc. *vidit.* ſic Gotth. ſine *is*, ſed non refert.

6 HIC DICET TIBI QVID TE OPORTEAT FACERE. Hoc totum in multis Græcis codicibus non eſt. quinque notat Robertus, ait tamen in vno codice pro his verbis eſſe Græcè: *Hic loquetur verba ad te, in quibus ſaluus eris tu & omnis domus tua.* ſed ſumptum videtur ex cap. 11. verſ. 14 In Reg. & Roberti, ſuperiora verba obelo ſunt notata. in Gotth. penitùs deſunt, & Syr. Neque huic vulneri Veleſius medetur, qui ſolet ſanare cetera. Nec nos à Vulgata recedimus.

10 MENTIS EXCESSVS. Gotth. *mentis ſtupor.* ſic vox *ἔκστασις*, quæ hic eſt, vertitur ab Interprete cap. 22. verſ. 17.

12 IN QVO ERANT OMNIA QVADRVPEDIA, non vera, ſed in imagine, vt Cyrillus ait lib. 9. contra Iulianum Apoſtatam.

18 ET CVM VOCASSENT. ſ. aliquem è domeſticis, aut *vocare* ſumatur pro pulſare ianuam, qua phraſi Hiſpani vulgò vtimur.

21 DESCENDENS AVTEM PETRVS AD VIROS. Græc. additur, *miſſos à Cornelio ad ipſum.* Quod vnus Veleſius notat obelo.

25 CVM INTROISSET PETRVS, aut *introiret*; vt Syr. & Gotth. ADORAVIT Cornelius, ſeu *oſculatus eſt* Petrum, id Græcum verbum ſignificat, ſeu *adorauit.* id eſt, veneratus eſt.

28 ABOMINATVM. *ἀθέμιτον, illicitum*, vt Gotth. viro Iudæo accedere ad alienigenam.

30 A NVDIVSQVARTA DIE. i. ante quatuor dies. VSQVE AD HANC HORAM, ſupple ex Græco, *νηστεύων.* ORANS ERAM HORA NONA. nempe, hac ipſa loquor. ET ECCE VIR. i. Angelus ſpecie humana. IN VESTE CANDIDA: Græc. *ſplendida.* ſic Gotth. ſed *candidum*, *ſplendens* vocari iam diximus. Porrò *nudius* eſt ex Feſto, quaſi *nunc dies*, eſtque vt dies communis generis.

36 VERBVM MISIT DEVS. Gotth. *verbum enim ſuum miſit filijs Iſrael.* ſic Græc. dempta coniunctione *enim.*

41 POSTQVAM RESVRREXIT A MORTVIS. Beda ait, in quibuſdam codicibus addi *per quadraginta dies.* ſ. dedit Chriſtum manifeſtum fieri. Nos tamen eius lectionis nullum veſtigium inuenimus.

45 ET OBSTVPVERVNT. *ἐξέστησαν.* vide quod de *ecſtaſi* diximus verſ. 10. EX CIRCVMCISIONE *qui erant* (ſupplet Gotth.) *ex circumciſione fideles*, ij obſtupuerunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CÆSAREA. Ita ab Herode Aſcalonita, in Auguſti gratiam vocata, poſtquam eam inſtaura-

uit, cùm antea Turris Stratonis diceretur. Vide Matth.16. COHORTIS. Græc. *ex cohorte*.

ASCENDERVNT, &c. q. d. fecerunt Deum recordari tui. vel, recordatus eſt Deus earum. 4

DOMESTICOS. Græc. *famulos*. METVENTEM DOMINVM. Græc. *pium*, ſeu *religioſum*. 7

SVPERIORA. Græc. δῶμα. i. *tectum*. ſ. ſunt in Palæſtina tecta plana. SEXTAM. ſ. meridiem. 9

GVSTARE. i. edere. MENTIS EXCESSVS. Græc. ἔκστασις. 10

[...]NITIIS. i. angulis. ſ. alligatum. 11

OMNIA. Syr. *omne genus*. Iuſtinus q. 89. ait omnia fuiſſe immunda. QVADRVPEDIA. Græc. additur καὶ τὰ θηρία. i. *feræ*. Vide cap. ſequẽs. SERPENTIA. i. reptilia. 12

OMNE. pro *quidquam*, Hebr. ET. pro, id eſt. Iudæi enim immunda vocant *communia*. Græc. *aut*. ſ. eſt præcedentis explicatio. 14

PER TER. i. ter. STATIM. Græc. *rurſum*. 16

ESSET. i. ſignificaret, ſeu ſibi vellet. 17

SPIRITVS. i. ſanctus. 19

ALTERA. i. poſtera. NECESSARIIS i. valdè familiaribus. 24

HOMO SVM. Modeſtè honorem recuſat, alioqui licitum: ſæpè enim adorantur in Scriptura, qui re aliqua eminent. 26

ALIENIGENAM. i. gentilem. OSTENDIT. ſ. viſione ſingulari confirmans, quod olim præceperat, vt doceret omnes Gentes, &c. Matth. 26 & Marc. 16. 28

SINE DVBITATIONE. Syr. *expedite*. 29

A NVDIVS QVARTA, &c. i. quarta ab hinc die. ORANS. Græc. & Syr. *ieiunans & orans*. CANDIDA. Græc. λαμπρᾷ. i. *ſplendida*. 30

COMMEMORATÆ. i. reductæ in memoriam. Vide ſuprà. 31

MARE. Græc. & Syr. additur, *qui adueniens loquetur tibi*. 32

TVO. Græc. *Dei*. Syr. *tuo*. 33

OMNI. i. quauis. 35

VERBVM. i. prædicationem. 36

ENIM abundat, nec eſt Græc. 37

CONSTITVTVS. Græc. & Syr. *definitus*. 42

NOMEN EIVS. i. eum. 43

NATIONES. i. Gentes. GRATIA. Græc. & Syr. *donum*. EST. pro, eſſet. 45

CAPVT XI.

Petrus diſceptantibus fratribus quòd ad Gentes acceſſiſſet, rei ordinem exponit: multis Antiochiæ conuerſis prædicatione diſcipulorum, mittitur ad eos Barnabas ab Eccleſia Ieroſolymitana, qui multis conuerſis adducit eò & Saulum à Tarſo: cum quo mittitur Ieruſalem, vt in famem ab Agabo propheta prædictam ferant fratribus eleemoſynam.

AVdierunt autem Apoſtoli, & fratres, qui 1
erant in Iudæa: quoniam & Gentes rece- A
perunt verbum Dei. * Cùm autem aſcendiſſet 2
Petrus Ieroſolymam, diſceptabant aduerſus illũ,
qui erant ex circumciſione, * dicẽtes: Quare in- 3
troiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti cum illis? * Incipiens autem Petrus expo- 4
nebat illis ordinem, dicens: * Ego eram in ciui- 5
tate Ioppe orans, & vidi in exceſſu mentis viſionem, deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quattuor initiis ſummitti de cælo, & venit vſque ad me. * In quod intuens 6
conſiderabam, & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volatilia cæli. * Audiui au- 7
tem & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide, & manduca. * Dixi autem: Nequaquam 8
Domine, quia commune aut immundum numquam introiuit in os meum. * Reſpondit 9
autem vox ſecundò de cælo: Quæ Deus mun- B
10 dauit, tu ne commune dixeris. * Hoc autem factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia rurſum
11 in cælum. * Et ecce viri tres confeſtim aſtiterunt in domo, in qua eram, miſſi à Cæſarea ad
12 me. * Dixit autem Spiritus mihi, vt irem cum illis, nihil hæſitans. Venerunt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri.
13 * Narrauit autem nobis, quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua, ſtantem & dicentem ſibi: Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cog-
14 nominatur Petrus, * qui loquetur tibi verba, in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua.
15 * Cùm autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus
16 ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. * Recordatus ſum autem verbi Domini, ſicut dicebat: [a] Ioannes quidem baptizauit aqua, vos au-
17 tem baptizabimini Spiritu ſancto. * Si ergo eamdem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Ieſum Chriſtum: ego quis eram, qui poſſem prohibere
18 Deum? * His auditis, tacuerunt: & glorificaue-
C runt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœni-
19 tẽtiam dedit Deus ad vitam. * Et illi quidem, qui diſperſi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano, perambulauerunt vſque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini lo-
20 quentes verbum, niſi ſolis Iudæis. * Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cùm introiſſent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Ieſum.
21 * Et erat manus Domini cum eis: multuſque numerus credentium conuerſus eſt ad Domi-
22 num. * Peruenit autem ſermo ad aures Eccleſiæ, quæ erat Ieroſolymis, ſuper iſtis: & miſe-
23 runt Barnabam vſque ad Antiochiam. * Qui
D cùm perueniſſet, & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt: & hortabatur omnes in propoſito cor-
24 dis permanere in Domino: * quia erat vir bonus, & plenus Spiritu ſancto, & fide. Et apposi-
25 ta eſt multa turba Domino. * Profectus eſt autem Barnabas Tarſum, vt quæreret Saulum: quem cùm inueniſſet, perduxit Antiochiam.
26 * Et annum totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ diſcipuli, Chri-
27 ſtiani. * In his autem diebus ſuperuenerunt ab
28 Ieroſolymis prophetæ Antiochiam: * & ſurgens vnus ex eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram in vniuerſo orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Claudio.
29 * Diſcipuli autem, prout quis habebat, propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habi-
30 tantibus in Iudæa fratribus: * quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli.

[a] Sup. 1. a. 5 Matth. 3. c. 11 Mar. 1. b. 8 Luc. 3. c. 16 Ioan. 1. d 26 Inf. 19. a. 4

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

5 IN EXCESSV MENTIS. ſ. meæ. Græc. ἐν ἐκστάσει, *in ecſtaſi* vidi viſionem. Verba Petri. QVATTVOR INITIIS. i. extremitatibus de cælo demitti. ſic cap. 10. verſ. 11.

18 AD VITAM ſupple, æternam conſequendam dedit Deus Gentibus aditum ad pœnitentiam.

20 LOQVEBANTVR ET AD GRÆCOS. Conſequentia ſermonis poſcit, vt per *Græcos*, qui ſæpè ſignificare ſolent Iudæos natione Græcos, hîc Gẽtiles intelligamus. Alij nempe loquebantur ſolis Iudæis, hi Gentibus. ſ. Cyprij & Cyrænei ijs quæ Antiochiæ erant.

PER-

PERVENIT AVTEM SERMO. ſupple, hic. Res hæc & 22
conuerſio Antiochenſium ad fideles qui Ieroſolymæ
erant.

IN PROPOSITO CORDIS. ſupple *ſui*, vti Syr. ſupplet, 23
PERMANERE, Barnabas illos hortabatur.

QVIA ERAT VIR BONVS. Vitæ probitate & exem- 24
plo doctrina fit efficacior.

CONVERSATI SVNT IBI Saulus & Barnabas. Græc. 26
non eſt *ibi*, nec Gotth. ſed benè ſuppletur.

SVB CLAVDIO. Quidam cod. addunt *Cæſare*, atque 28
ita eſt Græc. & Syr. Veleſius ſolus id iugulat. Ergo A-
gabus famem fore annunciabat, quæ fuit Claudij
tempore.

PROVT QVIS. i. prout quiſque habebat. PROPO- 29
SVERVNT SINGVLI. ſ. *eorum*, vt eſt Græc. & in Vulgata
Regia, & Gotth. mittere IN MINISTERIVM. i. ſubſi-
dium fratrum qui erant in Iudæa, eleëmoſynam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DISCEPTABANT. i. contendebant. CIRCVMCI- 2
SIONE. i. Iudæis.

BESTIAS. Græc. *feras*. 6

COMMVNE. pro, communia. 9

VERBA. i. res. IN QVIBVS. i. per quæ. 14

PROHIBERE DEVM. i. Deo reſiſtere. 17

AD VITAM. i. vt viuant. ſ. ſpiritualiter, ſeu iuſtè. 18

SVB STEPHANO. Syr. *ob Stephanum*. 19

GRÆCOS. i. Græcizantes Iudæos. Vide cap. 6. quan- 20
quam hic fortè intelliguntur Gentiles. ANNVNTIAN-
TES. Græc. *euangelizantes*.

IN DOMINO. i. Domini fide, ſeu ſecundùm Domini 23
voluntatem.

PER SPIRITVM. i. Spiritus ſancti reuelatione. vel 28
per ſpiritum Propheticum. TERRARVM. i. Iudææ, ſe-
cundùm quoſdam.

MINISTERIVM. Syr. *ſubſidium*. 29

SENIORES. Græc. *πρεσβυτέρους*, *Presbyteros*. PER MA- 30
NVS. i. operâ.

CAPVT XII.

Herodes occiſo Iacobo Petrum retrudit in carcerem, cupiens poſt Paſcha eum tradere populo occidendum; ſed orante pro eo ſine intermiſſione Eccleſia, Angelico eductus auxilio, fratribus magnum attulit gaudium: facta autem de carceris cuſtodibus inquiſitione, Herodes proficiſcitur Cæſaream: cumque diuinos honores à populo oblatos non reſpueret, percuſſus eſt ab Angelo, & conſumptus à vermibus expirauit.

EOdem autem tempore miſit Herodes rex 1
manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia. A
* Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gla- 2
dio. * Videns autem quia placeret Iudæis, appo- 3
ſuit vt apprehenderet & Petrum. Erant autem
dies Azymorum. * Quem cùm apprehendiſſet, 4
miſit in carcerem, tradens quattuor quaternio-
nibus militum cuſtodiendum, volens poſt Pa-
ſcha producere eum populo. * Et Petrus qui- 5
dem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat
ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.
* Cùm autem producturus eum eſſet Herodes, 6
in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos
milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes an-
te oſtium cuſtodiebant carcerem. * Et ecce An- 7
gelus Domini aſtitit: & lumen refulſit in habi-
taculo: percuſſoque latere Petri, excitauit eum,
dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ B
de manibus eius. * Dixit autem Angelus ad 8
eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et
fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimen-
tum tuum, & ſequere me. * Et exiens ſequeba- 9
tur eum, & neſciebat quia verum eſt, quod fie-
bat per Angelum: exiſtimabat autem ſe viſum
10 videre. * Tranſeuntes autem primam & ſecun-
dam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream,
quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltrò aperta eſt
eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnum: &
11 continuo diſceſſit Angelus ab eo. * Et Petrus ad
ſe reuerſus, dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit
Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de
manu Herodis, & de omni expectatione plebis
12 Iudæorum. * Conſiderans que venit ad domum
Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt
Marcus, vbi erant multi congregati, & oran-
13 tes. * Pulſante autem eo oſtium ianuæ, proceſ-
C ſit puella ad audiendum, nomine Rhode. * Et
14 vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non ape-
ruit ianuam, ſed intrò currens nuntiauit ſtare
15 Petrum ante ianuam. * At illi dixerunt ad eam:
Inſanis. Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi
16 autem dicebant: Angelus eius eſt. * Petrus au-
tem perſeuerabat pulſans. Cùm autem aperuiſ-
17 ſent, viderunt eum, & obſtupuerunt. * An-
nuens autem eis manu vt tacerent, narrauit
quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere,
dixitque: Nuntiate Iacobo & fratribus hæc.
18 Et egreſſus abiit in alium locum. * Facta autem
die, erat non parua turbatio inter milites, quid-
19 nam factum eſſet de Petro. * Herodes autem
D cùm requiſiſſet eum, & non inueniſſet, inquiſi-
tione facta de cuſtodibus, iuſſit eos duci: de-
ſcendenſque à Iudæa in Cæſaream, ibi com-
20 moratus eſt. * Erat autem iratus Tyrijs, & Si-
donijs. At illi vnanimes venerunt ad eum, &
perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum re-
gis, poſtulabant pacem, eò quòd alerentur re-
21 giones eorum ab illo. * Statuto autem die, He-
rodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, &
22 concionabatur ad eos. * Populus autem accla-
23 mabat: Dei voces, & non hominis. * Confe-
ſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eò
quòd non dediſſet honorem Deo: & conſum-
24 ptus à vermibus, expirauit. * Verbum autem
25 Domini creſcebat, & multiplicabatur. * Barna-
bas autem & Saulus reuerſi ſunt ab Ieroſoly-
mis " expleto miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui " Sup. 11. d. 29
cognominatus eſt Marcus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 EODEM AVTEM TEMPORE. Græc. *per illud autem tempus*. Gotth. *in illo tempore*. MISIT HERODES REX MANVS. pro, iniecit manus in quoſdam. Hic *Herodes* ab alijs *Agrippa* vocatur. vulgò *Herodes Agrippa*, vt diſtinguatur à primo & ſecundo Herode. Fuit filius Ariſtobuli, quem pater Herodes primus necauit, Romæ diu nutritus. à Caio regium nomen, à Claudio aui ditionem omnem accepit; ſic Ieroſolyma in poteſtatem redacta, in pios ibi graſſatus eſt.

3 ERANT AVTEM DIES AZYMORVM, quod ad Iacobi cædem, & ad Petri vincula refero: nam Iacobum occiſum ſecunda Azymorum die, Martij 25. anno Chriſti 42. in Diſputatione pro D. Iacobi aduentu in Hiſpaniam cap. 2. certa ratione conſtituimus.

4 CVSTODIENDVM. Græc. *cuſtodire eum*. ſic Gotth. pro, *ad cuſtodiendum eum*, vt eſt in Reg. Vulgat. ſ. Petrum vinctum.

8 ET CALCEA TE CALIGAS TVAS. Græc. *ſandalia*, quæ plantas tegunt. ſed & *caligæ* calceos ſignificant. Gen. 14. verſ. 23. *A filo ſubtegminis vſque ad corri-*

giam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt.

EXISTIMABAT AVTEM. pro *enim*, vt Syr. & Goth. 9
Cauſalis melior quàm aduerſatiua. SE VISVM VIDERE i. ſomniare, ludi ea imagine.

QVI COGNOMINATVS EST MARCVS. Hic non fuit 12
Euangeliſta Petri comes, ſed alius è diſcipulis, Mariæ filius, qui ſecutus Paulum & Barnabam, deinde diſceſſit ab eis, ac tandem cum Paulo fuit Romæ, & de eo mentio fit ad Coloſ. vlt. verſ. 10. Mariæ filius fuit; cuius ex Apoſtolis cognatus, incertum. Dorotheus hos duos *Marcos* diſtinguit, vti initio Euangelij Marci dixi.

IVSSIT EOS DVCI. ſ. cuſtodes, non inuento Petro, 19
iuſſit Herodes duci, nempe in carcerem, aut patibulum.

HERODES VESTITVS VESTE REGIA, SEDIT PRO 21
TRIBVNALI. De loco, & die, & veſte regia, & occaſione occiſi huius Herodis, Ioſephus multa lib. 19. Antiq. cap. 7. Euſebius lib. 2. Hiſt. c. 9. Huius filius fuit Agrippa, qui Cæſareæ Paulum dicentem cauſam audiuit, Act 25. verſ. 23. vnà cum ſorore ſua Berenice. De quo plura Diſp. noſtra de Pauli in Hiſpan. aduentu, cap. 4.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

HERODES. ſ. Agrippa, frater Herodiadis, filius Ari- 1
ſtobuli filij Herodis Aſcalonitę, Iudææ Rex. MANVS. i. poteſtatem. vel q. d. id egit. Vulgò quidem *mittere manum*, eſt comprehendere, ſeu malè tractare.

APPOSVIT, &c. i. id etiam addidit, *vt apprehende-* 3
ret, &c.

QVATVOR, &c. ſ. ſexdecim militibus. PASCHA. 4
i. dies Azymorum. PRODVCERE. Syr. *tradere*.

CALIGAS. Græc. σανδάλια. i. *ſoleas*. ſ. ſimiles iis qui- 8
bus vtuntur Franciſcani. VESTIMENTVM. Græc. & Syr. *pallium*.

CVSTODIAM. ſ. militum turmam, cuſtodientium 10
carcerem. PORTAM ſ. carceris. CIVITATEM. ſ. Ieruſalem. Quidam putant extra eam fuiſſe carcerem. putarim potiùs intra, ſed ſemoto loco, vt ſolent militum prędidia. dicuntur enim ſtatim in vicum proceſſiſſe. Sunt qui dicant fuiſſe intrà vnum murum, & extrà alium, duobus enim circumdatam vrbem.

MARCVS. Hic eſt de quo etiam inf. cap. 13. & 15. 12
alius verò ab eo qui Euangelium ſcripſit, ſecundùm quoſdam. Vide Marc. 1.

OSTIVM IANVÆ. Græc. *oſtium veſtibuli*. Syr. *fo-* 13
res atrij.

IANVAM. Græc. *veſtibulum*. 14

DVCI. ſ. ad ſupplicium. Syr. *necari*. 19

SVPER CVBICVLVM. Syr. *Cubicularius*. ALEREN- 20
TVR fortè commercio, ſeu annonæ emptione. ILLO. Græc. *regia*. Syr. *eius regno*.

HONOREM. Gręc δόξαν i. *gloriam*. VERMIBVS. for- 23
tè pediculis. EXPIRAVIT. ſ. anno ſeptimo regni ſui, relicto filio Agrippa, & filiabus Berenice & Druſilla, de quibus inf.

CAPVT XIII.

Saulus & Barnabas iubentur à Spiritu ſancto ſegregari ad opus prædicationis inter Gentes, & Bariesu ſiue Elyma mago, qui eorum prædicationi reſiſtebat, ad Pauli verbum excæcato, credit Sergius Paulus: in Antiochia Piſidiæ Paulus in ſynagoga latiùs de Chriſto diſſerit: ſed Iudæis blaſphemantibus, & perſecutionem in eos excitantibus, conuertuntur ad Gentes iuxta Iſaiæ vaticinium.

ERant autem in Eccleſia, quæ erat Antio- 1
chiæ, prophetæ, & doctores, in quibus Bar- A
nabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lu-
cius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis
Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. * Miniſtran- 2
tibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit
illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum &
Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos. * Tunc 3
ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis ma-
nus, dimiſerunt illos. * Et ipſi quidem miſſi à 4
Spiritu ſancto abierunt Seleuciam; & inde na-
5 uigauerunt Cyprum. * Et cùm veniſſent Sala-
minam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis
Iudæorum. Habebant autem & Ioannem in
6 miniſterio. * Et cùm perambulaſſent vniuerſam
B inſulam vſque Paphum, inuenerunt quemdam
virum magum pſeudoprophetam, Iudæum, cui
7 nomen erat Barieſu, * qui erat cum Proconſule
Sergio Paulo viro prudente. Hic, accerſitis Bar-
naba & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei.
8 * Reſiſtebat autem illis Elymas magus, (ſic enim
interpretatur nomen eius) quærens auertere
9 Proconſulem à fide. * Saulus autem, qui & Pau-
10 lus, repletus Spiritu ſancto, intuens in eum, * di-
xit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili dia-
boli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuer-
11 tere vias Domini rectas. * Et nunc ecce manus
Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſo-
lem vſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in
eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat
12 qui ei manum daret. * Tunc Proconſul cùm vi-
diſſet factum, credidit admirans ſuper doctrina
13 Domini. * Et cùm à Papho nauigaſſent Paulus
& qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphy-
liæ. Ioannes autem diſcedens ab eis, reuerſus eſt
14 Ieroſolymam. * Illi verò pertranſeuntes Pergen,
C venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſyna-
15 gogam die ſabbatorum, ſederunt. * Poſt lectio-
nem autem legis, & Prophetarum, miſerunt
principes ſynagogę ad eos, dicentes: Viri fratres,
ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad ple-
16 bem, dicite. * Surgens autem Paulus, & manu
ſilentium indicens, ait: Viri Iſraëlitæ, & qui
17 timetis Deum, audite: * Deus plebis Iſraël
elegit patres noſtros, & plebem exaltauit
cùm eſſent incolæ " in terra Aegypti, " & in bra- " Exo. 1. a. 1
18 chio excelſo eduxit eos ex ea, * " & per quadra- " Exod. 13. d. 21. 22
ginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit " Exod. 16. a. 3
19 in deſerto. * Et deſtruens gentes ſeptem in terra
Chanaan, " ſorte diſtribuit eis terram eorum, " Ioſ. 14. a. 2
20 * quaſi poſt quadringentos & quinquaginta an-
nos: " & poſt hæc dedit iudices vſque ad Samuel " Iudic. 3. b. 9
21 Prophetam. * Et exinde " poſtulauerunt regem: " 1. Reg. 8. a. 5. & 9.
& dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tri- c. 16. & 10. a. 1
22 bu Beniamin, annis quadraginta. * & amoto il-
D lo, " ſuſcitauit illis Dauid regem: cui teſtimo- " 1. Reg. 16. e. 13
nium perhibens, dixit: " Inueni Dauid filium " Pſal. 88. b. 21
Ieſſe, virum ſecundùm cor meum, qui faciet
23 omnes voluntates meas. * Huius Deus ex ſemi-
ne " ſecundùm promiſſionem eduxit Iſraël ſal- " Iſa. 11. a. 1
24 uatorem Ieſum, * " prædicante Ioanne ante fa- " Matth. 3. a. 1
ciem aduentus eius baptiſmum pœnitentiæ Mar. 1. a. 1
25 omni populo Iſraël. * Cùm impleret autem Luc. 3. a. 3
Ioannes curſum ſuum, dicebat: Quem me ar-
bitramini eſſe, " non ſum ego, ſed ecce venit " Ioan. 1. c. 20
poſt me, cuius non ſum dignus calceamenta pe- Mar. 1. a. 7
26 dum ſoluere. * Viri fratres, filij generis Abra- Matth. 3. b. 11
ham, & qui in vobis timent Deum, vobis ver-
27 bum ſalutis huius miſſum eſt. * Qui enim habi-
tabant Ieruſalē, & principes eius, hunc ignoran-
tes, & voces prophetarum, quę per omne ſabba-
28 tum leguntur, iudicantes impleuerunt: * & nul- " Mat. 27. e. 10. 22
E lam cauſam mortis inuenientes in eo, " petie- Mar. 15. b. 13
29 runt à Pilato, vt interficerent eum. * Cumque Luc 23. c. 21. 23
conſummaſſent omnia, quæ de eo ſcripta erant, Ioan. 19. c. 16
deponentes eum de ligno, poſuerunt eum

in

Mat.28. Marc 16. Luc.24. Ioan.20 in monumento. Deus verò ſuſcitauit eum à 30
mortuis tertia die: qui viſus eſt per dies multos
his, qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa 31
in Ieruſalem: qui vſque nunc ſunt teſtes eius
ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam, 32
quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt:
quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris, 33
reſuſcitans Ieſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo
Pſal.2.b.7 ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te. Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, 34
ampliùs iam non reuerſurum in corruptionem,
Iſa.55.a.3 ita dixit: Quia dabo vobis ſancta Dauid fide-
lia. Ideoque & aliàs dicit: Non dabis San- 35
Pſal.15.b.10 ctum tuum videre corruptionem. Dauid enim 36
in ſua generatione cùm adminiſtraſſet, volun-
3.Reg.2.b.10 tati Dei dormiuit: & appoſitus eſt ad patres
ſuos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus 37
ſuſcitauit à mortuis, non vidit corruptionem.
Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per 38
hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur, F
& ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege
Moyſi iuſtificari, in hoc omnis, qui credit, iu- 39
ſtificatur. Videte ergo ne ſuperueniat vobis 40
Habac.1.b.5 quod dictum eſt in Prophetis: Videte con- 41
temptores, & admiramini, & diſperdimini:
quia opus operor ego in diebus veſtris, opus
quod non credetis, ſiquis enarrauerit vobis.
Exeuntibus autem illis, rogabant vt ſequen- 42
ti ſabbato loquerentur ſibi verba hæc. Cum- 43
que dimiſſa eſſet ſynagoga, ſecuti ſunt mul-
ti Iudæorum, & colentium aduenarum, Pau-
lum & Barnabam: qui loquentes ſuadebant
eis vt permanerent in gratia Dei. Sequenti ve- 44
rò ſabbato pænè vniuerſa ciuitas conuenit au-
dire verbum Dei. Videntes autem turbas Iu- 45
dæi, repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ G
à Paulo dicebantur, blaſphemantes. Tunc con- 46
ſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis
oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quo-
niam repellitis illud, & indignos vos iudicatis
æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. ſic 47
Iſa.49.b.6 enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucē
Gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum
terræ. Audientes autem Gentes gauiſæ ſunt, & 48
glorificabant verbum Domini: & crediderunt
quotquot erant præordinati ad vitam æternam.
Diſſeminabatur autem verbum Domini per 49
vniuerſam regionem. Iudæi autem concitaue- 50
runt mulieres religioſas, & honeſtas, & primos
ciuitatis, & excitauerunt perſecutionem in Pau-
lum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus
Marc.6.b.11 Matth.10.b.14 Luc.9.a.5 ſuis. At illi, excuſſo puluere pedum in eos, ve- 51
nerunt Iconium. Diſcipuli quoque repleban- 52
tur gaudio, & Spiritu ſancto.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

COLLACTANEVS. Græc. σύντροφος, *ſimul nutritus*. ſ. cum Herode erat Manahen. Id hic *collactaneus* ſignificat. 1

SEGREGATE MIHI SAVLVM. An hoc fuit Epiſcopos illos ordinare? vt Sotus contra Brentium ait lib. 1. 2

ABIERVNT SELEVCIAM Saulus & Barnabas. *Seleucia* vrbs Syriæ, à Seleuco Nicanore Rege Syriæ fundata. 4

ET IOANNEM IN MINISTERIO habebant. Hic eſt *Ioannes Marcus*, de quo ſup. c. v. 12. 5

VNIVERSAM INSVLAM, Cyprum cùm perambulaſſent. In Græcis cod. non eſt *vniuerſam*. eſt tamen in Syr. & in aliquot Græcis, vt notant Robertus & Veleſius ad marginem. VSQVE PAPHVM. Hieronymus in Locis ait *Paphum* eſſe inſulam (lege, vrbem) maritimam in Cypro. Iſidorus lib. 14. Etym. c. 6. *Cyprus inſula à ciuitate Cypro, quæ in ea eſt, nomen accepit, ipſa eſt & Paphus) Veneri conſecrata. Ipſa* ad vrbem refer, *Veneri conſecrata* ad vtramque. Nam *Venus, Cypria* vocatur, & præcipuum Veneris templum Paphi erat, auctore Plinio lib. 2. cap. 96. CVI NOMEN ERAT BARIESV. Græc. *Barieſus* ſeu *Barieſum*. Hieronymus de Nominibus Hebr. *Barieu* legit, & *maleficum* ſignificare ait. Hæc lectio multorum Latinorum codicum eſt. Syr. legit *Bar ſchumo.* i. *filius nominis*, vir famoſus. 6

8 ELYMAS MAGVS. Hic nodus difficilior, quoniam addit, SIC ENIM INTERPRETATVR NOMEN EIVS. Non enim ſatis conſtat, an ea interpretatio ſit vocis *Barieu*, an vocis *magus*, nam is homo vtroque nomine vocatur *magus* ab officio ſeu arte, *Barieu* à natiuitate. Ego credam vocem *magus* interpretari, vt *Elymas* ſit idem quod *magus*. In Perſide regio præcipua *Elymais*. In ea magicæ artes frequentes effecerunt, vt *magi*, *Elymaides*, ſiue *Elymæi* vocarentur, vt in Prouerbiorum libro c. 31. v. 24. *mercator* vocatur *Chananæus*. Itaque *ſic interpretatur nomen eius*. i. perinde eſt vocari *magum*, & *Elymæum*, ſiue *Elymæum*. Huius certaminis cum hoc mago occaſione Iulianus Apoſtata dixiſſe videtur, Paulum vbique terrarum magos & impoſtores ſuperaſſe. Refert id Cyrillus lib. 3. contra Iulianum.

9 SAVLVS AVTEM, QVI ET PAVLVS. Syr. *qui vocatus eſt Paulus*. ſ. ab hoc tempore, & ab ea conuerſione Pauli Proconſulis. Ita Lucas non ampliùs eum *Saulum* vocat. Ita nomen *Pauli* à Proconſule ſumpſit *Saulus*.

10 VIAS DOMINI RECTAS. i. rationes varias, quibus Deus ad ſe homines vocat, tu ſubuertis.

14 ANTIOCHIAM PISIDIÆ. Eſt alia *Antiochia Syriæ*, atque eius prouinciæ caput ſub Romanis. Tacitus lib. 18. quę & *Antiochia ad Orontem* dicitur ab eo flumine. ſedes Antiocheni patriarchæ. Piſidia in Aſia minori eſt Ciliciæ pars & regio.

19 ET DESTRVENS GENTES SEPTEM. Goth. *Reges ſeptem*. vnde: fortè quia dicit, *diſtribuit eis terram eorum*. ſed Græc. *gens* eſt neutrius generis, ſic manſit id relatiuum.

20 QVASI POST QVADRINGENTOS ET QVINQVAGINTA ANNOS. Græc. *dedit eis terram eorum, & poſt hæc quaſi annis quadringentis & quinquaginta dedit eis Iudices*. ita Syr. ita iuxta noſtram literam Iudices cœperunt poſt id tempus quadringentorum & quinquaginta annorum, quod Beda inchoat ab ortu Iſaac, vnde ad egreſſum ex Ægypto fluxerunt anni quadringenti & quinque: is ſi adiungas quadraginta, quibus in deſerto, & quinque, quibus Ioſue ſubegit eas gentes, efficies annos quadringentos quinquaginta. Sin verò Græcam lectionem ſequimur, oportet rationem inchoare ab egreſſu ex Ægypto, & per Moyſem, Ioſue, & ſingulos Iudices peruenire vſque ad Saul, quæ ratio ob interregna non eſt facilis, neque operæpretium diutiùs immorari. ſanè noſter ſic Græca legit: Τὴν γῆν αὐτῶν ὡσεὶ μετὰ τετρακόσια καὶ πεντήκοντα ἔτη, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε Κρίτας. quam lectionem Veleſius inuenit alicubi.

23 EDVXIT, ſeu *ſuſcitauit*, vt eſt Græc. ISRAEL, pro, Iſraeli ſaluatorem ex Dauid ſemine.

25 NON SVM EGO. ſ. Chriſtus. id Ioannes.

30 SVSCITAVIT EVM A MORTVIS TERTIA DIE Deus. Illud *tertia die* Græc. non eſt, nec Syr. nec in Goth. nec Veleſius ſupplet.

33 FILIIS NOSTRIS. Alij *veſtris*. Græc. *impleuit filijs eorum vobis hanc promiſſionem*. ET IN PSALMO SECVNDO. Beda, Hilar. in Pſal. 2. Hieronymus in Pſal. 1. haud dubiè legerunt *in Pſalmo primo*. ſic non pauca Græca exemplaria. Nimirum olim *primus* & *ſecundus* vnus Pſalmus erant, etiam Hebræis ea occaſio variæ lectionis De quo Pſalmo 2. dictum eſt, nec repeto.

38 ET AB OMNIBVS, QVIBVS. ſ. prædicatur remiſſio à

peccatis & cęrimonijs Legis, quibus iuſtificari non potuerunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

COLLACTANEVS. Græc. *σύντροφος*. i. *ſimul nutritus*. 1
MINISTRANTIBVS. Græc. *λειτουργούντων*. i. *ſacrificantibus*. Miſſæ enim ſacrificium *λειτουργία*. ASSVMPSI. Gręc. *aduocans* Syr. *vocans*. 2

SELEVCIAM. eſt in Cœleſyria. 4

SALAMINAM. Cypri ciuitas; dicta poſteà *Conſtantia*. eſt autem ad Orientē, *Paphus* verò ad Occidentē. 5

ELYMAS. Fortè id erat etiam ei nomen, quamquam Græc. ſignificat *magum* & *impoſtorem*. SIC. i. magus, ſeu Elymas. NOMEN. ſ. Bar-Ieu. q. d. ille *magus* qui Elymas dici poteſt: id enim ſignificat *Bar-Ieu*. 8

FALLACIA. i. verſutia. Syr. *flagitio*. SVBVERTERE. i. impedire, ſeu interturbare. 10

ET NVNC. pro, itaque nunc. MANVS. i. vindicta, ſeu punitio. 11

SABBATORVM. pro, ſabbati. 14

BRACHIO EXCELSO. i. magna potentia. 17

PER. Græc. *circiter*. MORES EORVM SVSTINVIT. Syr. *nutriuit eos*. 18

QVASI, &c. Græc. *& poſt hæc annis circiter quadringentis & quinquaginta, dedit Iudices*, &c. vbi ſenſus poteſt eſſe, tamdiu Iudices duraſſe. 20

REGEM. Græc. *in regem*. DIXIT. Vide 1. Reg. 13. verſ. 14. QVI FACIET, &c. explicat Paulus, quid ſignificet, *ſecundum cor meum*. 22

ISRAEL. datiuus eſt. 23

ANTE FACIEM, &c. i. priuſquam ille veniret. ſ. ad prędicandum. 24

CVRSVM. Syr. *miniſterium*. q. d. cùm fungeretur munere Præcurſoris. NON SVM. ſ. Chriſtus. 25

GENERIS. i. poſterorum. ET QVI. pro, id eſt qui. 26

IMPLEVERVNT. ſ. de eo ſcripta, vt inf. dicitur. 27

DEPONENTES. ſ. viri quidam pij. 29

ANNVNTIAMVS. Græc. *euangelizamus*. REPROMISSIO. pro, promiſſio. 32

NOSTRIS. Græc. & Syr. *nobis eorum filijs*. GENVI. ſ. regeneratio quædam eſt ipſa reſurrectio. 33

SVSCITAVIT. pro, ſuſcitaturus eſſet. CORRVPTIONEM. i. mortem, qua vita corrumpitur. DIXIT. ſ. ſecundùm LXX. SANCTA. i. ſanctè promiſſa. Syr. *beneficentia*. FIDELIA. i. certa. q. d. faciam omnino quod promiſi ei, de Rege æterno naſcituro ex ipſo. 34

GENERATIONE. i. ætate. ADMINISTRASSET. i. inſeruiſſet, ſeu obediſſet. 36

PROPHETIS. pro, vno ex Prophetis. ſ. Habacuc, iuxta LXX. 40

DISPERDIMINI. Græc. *exterminamini*. Imperatiui pro futuris. q. d. videbitis, & mirabimini; & quia non credetis, peribitis. 41

VERBA HÆC. i. de rebus his. 42

SYNAGOGA. i. cœtus. ADVENARVM. Græc. *proſelytorum*. 43

ZELO. i. inuidia, ſeu indignatione. 45

CONSTANTER. Gręc. *liberè & cōfidenter*. Syr. *apertè* 46

GLORIFICABANT. i. honorabant, ſeu laudabant. 48

PRÆORDINATI. ſ. à Deo per ęternam electionem, ſeu prædeſtinationem.

HONESTAS. i. honorabiles, ſeu nobiles. 50

CAPVT XIIII.

Multis Iudæorum ac Ethnicorum Iconij fidem in Chriſtum ſuſcipientibus, concitatur à Iudæis tumultus in Apoſtolos, qui Lyſtram fugiunt, vbi Paulus claudum à matris vtero curat; populumque ac ſacerdotes ob id ipſis tamquam dijs ſacrificare volentes ægre compeſcunt: ſed concitata à Iudæis ſuperuenientibus turba, Paulus lapidatur, & pro mortuo relinquitur: cumque ſurrexiſſet, ipſe & Barnabas diſcipulos per varia loca exhortantes, & presbyteros ordinantes, reuertuntur Antiochiam.

1 FActum eſt autem Iconij, vt ſimul introi-
A rent in ſynagogam Iudæorum, & loqueren-
tur, ita vt crederet Iudæorum & Græcorum
2 copioſa multitudo. * Qui verò increduli fue-
runt Iudæi, ſuſcitauerunt, & ad iracundiam
concitauerunt animas Gentium aduerſus fra-
3 tres. * Multo igitur tempore demorati ſunt,
fiducialiter agentes in Domino, teſtimonium
perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna & pro-
4 digia fieri per manus eorum. * Diuiſa eſt autem
multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant
5 cum Iudæis, quidam verò cum Apoſtolis. * Cùm
autem factus eſſet impetus Gentilium & Iu-
dæorum cum principibus ſuis, vt contumelijs
6 afficerent, & lapidarent eos, * intelligentes con-
fugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lyſtram &
B Derben, & vniuerſam in circuitu regionem, &
7 ibi euangelizantes erant. * Et quidam vir Lyſtris
infirmus pedibus ſedebat, claudus ex vtero ma-
8 tris ſuæ, qui numquam ambulauerat. * Hic audi-
uit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, &
9 videns quia fidem haberet vt ſaluus fieret, * dixit
magna voce: Surge ſuper pedes tuos rectus. Et
10 exiliuit, & ambulabat. * Turbæ autem cùm vi-
diſſent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem
ſuam, Lycaonicè dicentes: Dij ſimiles facti
11 hominibus, deſcenderunt ad nos. * Et vocabant
Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium:
12 quoniam ipſe erat dux verbi. * Sacerdos quoque
Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas
ante ianuas afferens, cum populis volebat ſacri-
13 ficare. * Quod vbi audierunt Apoſtoli, Barna-
C bas & Paulus, conſciſſis tunicis ſuis exilierunt
14 in turbas, clamantes * & dicentes: Viri, quid
hæc facitis? & nos mortales ſumus, ſimiles vo-
bis homines, annuntiantes vobis ab his vanis
conuerti ad Deum viuum, "qui fecit cælum, & a Pſal. 145. a. 6
15 terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt: * qui Apoc. 14. b. 7
in præteritis generationibus dimiſit omnes gen-
16 tes ingredi vias ſuas. * Et quidem non ſine teſti-
monio ſemetipſum reliquit, benefaciens de
cælo, dans pluuias & tempora fructifera, im-
17 plens cibo & lætitia corda noſtra. * Et hæc di-
centes, vix ſedauarunt turbas ne ſibi immola-
18 rent. * Superuenerunt autem quidam ab Antio-
chia & Iconio Iudæi: & perſuaſis turbis, lapi-
danteſque Paulum, traxerunt extra ciuitatem,
19 exiſtimantes eum mortuum eſſe. * Circum-
D dantibus autem eum diſcipulis, ſurgens intrauit
ciuitatem, & poſtera die profectus eſt cum Bar-
20 naba in Derben. * Cumq; euangelizaſſent ciui-
tati illi, & docuiſſēt multos, reuerſi ſunt Lyſtrā,
21 & Iconium, & Antiochiam, * confirmantes ani-
mas diſcipulorum, exhortanteſq; vt permane-
rent in fide: & quoniam per multas tribulatio-
22 nes oportet nos intrare in regnum Dei. * Et cùm
conſtituiſſent illis per ſingulas eccleſias presby-
teros, & oraſſent cum ieiunationibus, commen-
dauerunt eos Domino, in quem crediderunt.
23 * Tranſeunteſq; Piſidiam, venerunt in Pamphy-
24 liam, * & loquentes verbum Domini in Perge,
25 deſcenderunt in Attaliam: * "& inde nauigaue- a Sup. 13. a. 1
runt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ
26 Dei, in opus quod compleuerunt. * Cùm autem
veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, retule-
runt quanta feciſſet Deus cum illis, & quia ape-
27 ruiſſet Gentibus oſtium fidei. * Morati ſunt au-
tem tempus non modicum cum diſcipulis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ET IBI EVANGELIZANTES ERANT. Sequitur in quibuſdam codicibus tum Græc. tum Latinis : *Et commota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Lyſtris.* Regia Rom. & Louan. reijciunt. 6

DIXIT MAGNA VOCE. ſ. Paulus claudo. Hîc etiam addunt ij codices, *tibi dico: In nomine Ieſu Chriſti* ſ. ſurge. ſic Græca Regia, & quinque Roberti codices. ſic Syr. Gotth. tamen habet : *Dixit magna voce, In nomine Ieſu Chriſti.* ſ. ſurge. Alij reijciunt hæc. 9

VOLEBAT SACRIFICARE. ſ. *eis*, vt Syr. & Gotth. ſupplent, ſacerdos Iouis. 12

AB HIS VANIS conuerti nuntiamus. ſ. *idolis*, vt eſt in Gotth. *ab his vanis idolis.* 14

IMPLENS CIBO ET LÆTITIA. Corpora implentur *cibo*, corda *lætitia*. CORDA NOSTRA. Alij *veſtra*, alij *eorum*. 16

ET ANTIOCHIAM reuerſi ſunt Paulus & Barnabas. ſ. Syriæ, quæ abſolutè *Antiochia* vocatur, non Piſidiæ. 20

ET CVM CONSTITVISSENT ILLIS.... PRESBYTEROS χειροτονήσαντες. i. manuum extenſione eligentes. Ex hoc Calu. lib. 4 Inſtit. c. 3. §. 15. contendit, populum debere presbyteros eligere. Verùm ad Tit. 1. & 1. ad Tim. 5. electio presbyterorum Tito & Timotheo conceditur. Et Demoſthenes contra Timocratem χειροτονῆσαι τοὺς νομοθέτας, poſuit pro *conſtituere*. Itaque id verbum *eligere* & *conſtituere* non ſolùm per ſuffragia & manuum extenſionem, ſed quocumque modo ſignificat. 22

EMANVELIS SA NOTATIONES.

GRÆCORVM. i. Gentilium. 1

FRATRES. i. Chriſtianos. 2

PER MANVS EORVM. i. *per eos*, Hebr. 3

VNIVERSAM. non eſt Græc. nec Syr. 6

VOCE. Hîc additur Græc. & Syr. *Tibi dico, In nomine Domini Ieſu Chriſti, ſurge*, &c. 9

SIMILES FACTI. ὁμοιωθέντες. i. *aſſimilati*. 10

DVX VERBI. i. præcipuus in concionando. Syr. *incipiens ſermonem*. 11

QVI. ſ. Iupiter. i. Iouis templum. 12

TVNICIS. i. veſtibus ſuperioribus. Syr. *togis*. 13

SIMILES VOBIS. Græc. *ſimiliter ac vos paſſionibus obnoxij*. 14

INGREDI, &c. i. viuere modo ſuo. 15

CONSTITVISSENT. Græc. *ordinaſſent*. ſ. ſolitis ritibus. 22

ANTIOCHIAM. ſ. Syriæ. ERANT, &c. i. diſceſſerant cum gratia Dei, &c. 25

CVM ILLIS. i. per illos. 26

CAPVT XV.

Orta Antiochiæ ſeditione propter Iudæos, volentes Gentes ad Deum conuerſas circumcidi, Paulus & Barnabas rem ad Apoſtolos referunt: qui poſt Petri & Iacobi ſuffragia, communi decreto per litteras ſtatuunt, Gentes conuerſas non ligari lege Moyſi: Paulus cupiens ab Antiochia inuiſere loca in quibus prædicauerat, ſeparatur à Barnaba, eò quod nollet Ioannem aſſumi.

1 ET quidam deſcendentes de Iudæa, doce-
A bant fratres: ᵃQuia niſi circumcidamini ſe- ᵃGal. 5. a. 2
cundùm morem Moyſi, non poteſtis ſaluari.
2 *Facta ergo ſeditione non minima Paulo & Bar-
nabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt aſcenderent
Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs, ad
Apoſtolos & presbyteros in Ieruſalem, ſuper
3 hac quæſtione. *Illi ergo deducti ab Eccleſia,
pertranſibant Phœnicem & Samariam, narran-
tes conuerſionem Gentium: & faciebant gau-
4 dium magnum omnibus fratribus. *Cùm au-
tem veniſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab
Eccleſia, & ab Apoſtolis, & ſenioribus, annun-
5 tiantes quanta Deus feciſſet cum illis. *Surrexe-
B runt autem quidam de hæreſi Phariſæorum,
qui crediderunt, dicentes: Quia oportet cir-
cumcidi eos, præcipere quoque ſeruare legem
6 Moyſi. *Conueneruntque Apoſtoli & ſeniores
7 videre de verbo hoc. *Cùm autem magna con-
quiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: ᵇViri ᵇSup. 10. b. 20
fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus
Deus in nobis elegit, per os meum audire Gen-
8 tes verbum Euangelij, & credere. *Et qui nouit
corda Deus, teſtimonium perhibuit, ᶜdans illis ᶜSup. 10. ſ. 45
9 Spiritum ſanctum, ſicut & nobis, *& nihil diſ-
creuit inter nos & illos, fide purificans corda
10 eorum. *Nunc ergo quid tentatis Deum, impo-
nere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod
neque patres noſtri, neque nos portare potui-
11 mus? *Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti
C credimus ſaluari, quemadmodum & illi. *Ta-
12 cuit autem omnis multitudo: & audiebant
Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus
13 feciſſet ſigna & prodigia in Gentibus per eos. *Et
poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens:
14 Viri fratres, audite me. *Simon narrauit quem-
admodum primùm Deus viſitauit ſumere ex
15 Gentibus populum nomini ſuo. *Et huic con-
cordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum
16 eſt: *ᵈPoſt hæc reuertar, & reædificabo taber- ᵈAmos 9. c. 11
naculum Dauid, quod decidit: & diruta eius
17 reædificabo, & erigam illud: *vt requirant ce-
D teri hominum Dominum, & omnes gentes,
ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit
18 Dominus faciens hæc. *Notum à ſęculo eſt
19 Domino opus ſuum. *Propter quod ego iudico,
non inquietari eos qui ex Gentibus conuertun-
20 tur ad Deum, *ſed ſcribere ad eos vt abſtineant
ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & for-
21 nicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. *Moyſes
enim à temporibus antiquis habet in ſingulis
ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, vbi
22 per omne ſabbatum legitur. *Tunc placuit A-
poſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eli-
gere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum
Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur
Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus,
23 *ſcribentes per manus eorum. APOSTOLI &
E ſeniores fratres, his, qui ſunt Antiochię, & Sy-
rię, & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, ſalutem.
24 *Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis
exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes
25 animas veſtras, quibus non mandauimus: *pla-
cuit nobis collectis in vnum, eligere viros, &
mittere ad vos, cum chariſſimis noſtris Barnaba
26 & Paulo, *hominibus, qui tradiderunt animas
ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.
27 *Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vo-
28 bis verbis referent eadem. *Viſum eſt enim
F Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltrà imponere
29 vobis oneris quàm hæc neceſſaria: *vt abſtinea-
tis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſangui-
ne, & ſuffocato, & fornicatione; à quibus cu-
30 ſtodientes vos, benè agetis. Valete. *Illi ergo di-
miſſi, deſcenderunt Antiochiam: & congrega-
31 ta multitudine tradiderunt epiſtolam. *Quam
cùm legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione.

*Iudas

tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant de-
creta ab Apoſtolis & ſenioribus, qui erant Iero-
ſolymis. *Et Eccleſiæ quidem confirmabantur 5
fide,& abundabant numero quotidie. * Tranſ- 6
euntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem,
vetati ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum Dei in
Aſia. *Cùm veniſſent autem in Myſiam, ten- 7
tabant ire in Bithyniam: & non permiſit eos B
Spiritus Ieſu. * Cùm autem pertranſiſſent My- 8
ſiam,deſcenderunt Troadem :* & viſio per no- 9
ctem Paulo oſtenſa eſt : Vir Macedo quidam
erat ſtans, & deprecans eum, & dicens: Tranſ-
iens in Macedoniam, adiuua nos. * Vt autem 10
viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in
Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos
Deus euangelizare eis. * Nauigantes autem à 11
Troade,recto curſu venimus Samothraciam,&
ſequenti die Neapolim; *& inde Philippos,quæ 12
eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia.
Eramus autem in hac Vrbe diebus aliquot,con-
ferentes. * Die autem ſabbatorum egreſſi ſu- 13
mus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur C
oratio eſſe: & ſedentes loquebamur mulieribus,
quæ conuenerant. *Et quædam mulier nomine 14
Lydia,purpuraria ciuitatis Thyatirenorum,co-
lens Deum,audiuit: cuius Dominus aperuit cor
intendere his quæ dicebantur à Paulo. * Cùm 15
autem baptizata eſſet,& domus eius, deprecata
eſt dicens : Si iudicaſtis me fidelem Domino
eſſe, introite in domum meam, & manete. Et
coëgit nos.* Factum eſt autem euntibus nobis 16
ad orationem, puellam quamdam habentem
ſpiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæ-
ſtum magnum præſtabat dominis ſuis diuinan-
do.* Hæc ſubſecuta Paulum, & nos, clamabat 17
dicens: Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui D
annuntiant vobis viam ſalutis. * Hoc autem fa- 18
ciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, &
conuerſus, ſpiritui dixit: Præcipio tibi in no-
mine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exijt eadem
hora. * Videntes autem domini eius quia exiuit 19
ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum
& Silam perduxerunt in forum ad principes:
* & offerentes eos magiſtratibus, dixerunt: Hi 20
homines conturbant ciuitatem noſtram, cùm
ſint Iudęi: * & annuntiant morem, quem non 21
licet nobis ſuſcipere, neque facere, cùm ſimus
Romani.* Et cucurrit plebs aduerſus eos: & 22
magiſtratus, ſciſſis tunicis eorum, "iuſſerũt eos
virgis cędi. * Et cùm multas plagas eis impo- 23
ſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipien- E
tes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos.* Qui 24
cùm tale præceptum accepiſſet, miſit eos
in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrin-
xit ligno. * Media autem nocte, Paulus & Silas 25
orantes, laudabant Deum: & audiebant eos,
qui in cuſtodia erant. * Subitò verò terræmotus 26
factus eſt magnus, ita vt mouerentur funda-
menta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia
oſtia: & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. * Ex- 27
pergefactus autem cuſtos carceris, & videns ia-
nuas apertas carceris, euaginato gladio volebat
ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos. * Cla- 28
mauit autem Paulus voce magna, dicens: Ni-
hil tibi mali feceris: vniuerſi hîc enim ſumus. 29
*Petitoque lumine, introgreſſus eſt: & treme- F

"2. *Cor.* 12. *f.* 25 1. *Theſſ.* 2. *a.* 2 *Phil.* 1. *b.* 13

30 factus procidit Paulo & Silæ ad pedes: * & pro-
ducens eos foras,ait: Domini, quid me oportet
31 facere,vt ſaluus fiam? * At illi dixerunt: Crede
in Dominum Ieſum: & ſaluus eris tu,& domus
32 tua. *Et locuti ſunt ei verbum Domini, cum
33 omnibus qui erant in domo eius. * Et tollens
eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: &
baptizatus eſt ipſe,& omnis domus eius conti-
34 nuò. *Cumq; perduxiſſet eos in domum ſuam,
appoſuit eis menſam, & lætatus eſt cum omni
35 domo ſua credens Deo. *Et cùm dies factus eſ-
ſet,miſerunt magiſtratus lictores,dicentes: Di-
36 mitte homines illos.* Nuntiauit autem cuſtos
G carceris verba hæc Paulo: Quia miſerunt ma-
giſtratus vt dimittamini: nunc igitur exeuntes,
37 ite in pace. * Paulus autem dixit eis: Cæſos nos
publicè,indemnatos, homines Romanos miſe-
runt in carcerem,& nunc occultè nos eijciunt?
38 Non ita: ſed veniant, *& ipſi nos eijciant. Nun-
tiauerunt autem magiſtratibus lictores verba
hæc. Timueruntque audito quòd Romani eſ-
39 ſent: *& venientes deprecati ſunt eos, & edu-
40 centes rogabant vt egrederentur de Vrbe. *Ex-
euntes autem de carcere, introierunt ad Ly-
diam: & viſis fratribus conſolati ſunt eos, &
profecti ſunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 FILIVS MVLIERIS IVDÆÆ. Sic lege, non *vidua*, vt Louan. Timotheus matre Iudæa erat, patre Gentili.

12 COLONIA, ſ. Romanorum erat *Philippi*, quod magni æſtimabatur, propter multas prærogatiuas colonijs conceſſas. Ad hos Paulus ſcripſit Epiſtolam, quæ *ad Philippenſes* vocatur. DIEBVS ALIQVOT, CONFERENTES. Græc. διατρίβοντες. i. *conſumentes dies aliquot in ea vrbe erant*. Reg. & Louan. *conſiſtentes* habent. fortè mutata in eam vocem voce *conſumentes*.

13 DIE AVTEM SABBATORVM. i. quodam ſabbato.

14 PVRPVRARIA. i. quæ purpuram vendebat. AVDIVIT. Gotth. *audiebat verbum*. ſ. Pauli.

16 SPIRITVM PYTHONEM. Græc. *ſpiritum Pythonis*. ſic Gotth Syr *ſpiritum diuinationis*. *Python* eſt Apollo, ſic dictus à dracone, vel homine eo nomine quem occidit. Magnus artifex diuinandi Leonicerus, ex Pindaro in Pythijs Ode 4. initio colligit, ſacerdotes Apollinis fuiſſe mulierculas. Plutarchus fecit mentionem de ſpiritibus, quos ἐγγαστριμύθους. i. *ventriloquos* aliquando vocabant, quòd ventre loquerentur; aliquando *Euricleas*, aliquando *Pythones*. Heſychius in ſuo Diction. voce Ἐγγαστρίμυθος, *Hunc*, inquit, ἐγγαστρίμαντιν, *ſeu* στερνόμαντιν *vocabant, quòd ventre ſeu pectore vaticinaretur*. Origenes 7. contra Celſum per pudenda cõcepiſſe hunc ſpiritum ait, & quidem in tripode ſedentes, vti ex Chryſoſtomo affert Lilius Gyral. de Dijs Gentium Synt. 7. & alia multa de hac re præclara.

17 ISTI HOMINES. Aliquando hi energumeni ſui compotes ſunt, veráque loquuntur. Aut Deus cogebat, vt dæmon ita loqueretur.

22 SCISSIS TVNICIS EORVM. Alij legunt, *tunicis ſuis*. vox Græca αὐτῶν vtroque modo verti poteſt.

23 PRÆCIPIENTES CVSTODI. δεσμοφύλακι, *cuſtodi carceris*. ſic Gotth.

28 NIHIL TIBI MALI FECERIS. Sic lege, non *malè feceris*, vt Louan. & Reg. Gotth. *mali* habet.

37 HOMINES ROMANOS, Iulius Paulus in Pandect. lib. 5. tit. 26. *Lege Iulia de vi publica damnatur, qui aliqua poteſtate præditus ciuem Romanum ante ad populum, nunc ad Imperatorem appellantem necarit, necariue iuſſerit, torſerit, verberauerit, condemnauerit, inve publica vincula duci iuſſerit.* Plura Briſſonius

1. Select.

i.Select.ex Iure ciuili antiq.c.13. ADVENIANT. ho-
noris aliquando habenda ratio eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

GENTILI.Græc.*Græco*. 1
DOGMATA.i. *decreta*, vt ſtatim dicitur. SE- 4
NIORIBVS.ſ.presbyteris.
ASIA.ſ. minori. Volebat Deus eos ire in Macedo- 6
niam.
ET NON. pro, ſed non. 7
TROADEM. quæ & *Antigonia*, ciuitas maritima. Pu- 8
tant verò quidam hîc ſe Lucam primò adiunxiſſe
Paulo peregrinationis comitem.
CIVITAS, COLONIA. i. ab aliunde eò abductis habi- 12
tata. Romanorum eſſe, infrà indicatur.
SABBATORVM. pro, ſabbati. VIDEBATVR. Syr. *con-* 13
ſpiciebatur. ORATIO. Syr. *domus orationis*.
PVRPVRARIA. i. purpuræ venditrix. CIVITATIS. 14
.i. oriunda è ciuitate.
PVELLAM. ſ. ancillam. Græc. *παιδίσκην*. PYTHONEM. 16
Græc. *Pythonis*. i. Apollinis, ſic dicti vel à Pythone dra-
cone interfecto, vel *ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι*. i. *conſulere*, ſeu *in-*
terrogare. ſ. quòd conſultus reſponſa daret. Syr. *diui-*
nationis.
EXIVIT. i. perijt. 19
CVSTODIA. i. carcere. 25
LÆTATVS EST. Græc. *ἠγαλλιάσατο*, *exultauit*. 34
INDEMNATOS. i. non iudicatos, & per ſententiam 37
condemnatos. Syr. *innocentes*. EIICIANT. i. educant.
LYDIAM. i. domum Lydiæ, de qua ſuprà. 40

CAPVT XVII.

*Facto Theſſalonicæ magno fructu per Pauli prædicatio-
nem, concitatur aduerſus eum à Iudæis ſeditio, ſimili-
ter & Berœæ: Paulus Athenis cum Iudæis & Philoſo-
phis diſſerit, ac Dionyſium Areopagitam ad Chriſtum
conuertit cum quibuſdam alijs.*

CVm autem perambulaſſent Amphipolim, 1
& Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, A
vbi erat ſynagoga Iudæorum. *Secundùm con- 2
ſuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, &
per ſabbata tria diſſerebat eis de Scripturis, *ad- 3
aperiens & inſinuans quia Chriſtum oportuit
pati, & reſurgere à mortuis: & quia hic eſt Ie-
ſus Chriſtus, quem ego annuntio vobis. *Et qui- 4
dam ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo
& Silæ, & de colentibus Gentilibuſque multi-
tudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.
*Zelantes autem Iudæi, aſſumenteſque de vul- 5
go viros quoſdam malos, & turba facta, conci- B
tauerunt ciuitatem: & aſſiſtentes domui Iaſonis
quærebant eos producere in populum. *Et cùm 6
non inueniſſent eos, trahebant Iaſonem &
quoſdam fratres ad principes ciuitatis, claman-
tes: Quoniam hi, qui Vrbem concitant, & huc
venerunt, *quos ſuſcepit Iaſon, & hi omnes 7
contra decreta Cæſaris faciunt, regem alium di-
centes eſſe, Ieſum. *Concitauerunt autem ple- 8
bem, & principes ciuitatis audientes hæc. *Et 9
accepta ſatisfactione à Iaſone, & à ceteris, dimi-
ſerunt eos. *Fratres verò confeſtim per noctem 10
dimiſerunt Paulum & Silam in Berœam. Qui C
cùm veniſſent, in Synagogam Iudæorum intro-
ierunt. *Hi autem erant nobiliores eorum, qui 11
ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum
cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scri-
pturas, ſi hæc ita ſe haberent. *Et multi quidem 12
crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium
honeſtarum, & viri non pauci. *Cùm autem 13
cognouiſſent in Theſſalonica Iudæi, quia &
Berœæ prædicatum eſt à Paulo verbum Dei,
venerunt & illuc commouentes & turbantes
14 multitudinem. *Statimque tunc Paulum dimiſe-
runt fratres, vt iret vſque ad mare: Silas autem
15 & Timotheus remanſerunt ibi. *Qui autem
D deducebant Paulum, perduxerunt eum vſque
Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam &
Timotheum, vt quàm celeriter venirent ad il-
16 lum, profecti ſunt. *Paulus autem cùm Athenis
eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo,
17 videns idololatriæ deditam ciuitatem. *Diſpu-
tabat igitur in ſynagoga cum Iudæis, & colenti-
bus, & in foro, per omnes dies, ad eos qui aderãt.
18 *Quidam autem Epicurei, & Stoici philoſophi
diſſerebant cum eo, & quidam dicebant: Quid
vult ſeminiuerbius hic, dicere? Alij verò: Nouo-
rum dæmoniorũ videtur annuntiator eſſe: quia
19 Ieſum, & reſurrectionem annuntiabat eis. *Et
E apprehenſum eum ad Areopagum duxerunt,
dicentes: Poſſumus ſcire quæ eſt hæc noua, quæ
20 à te dicitur, doctrina? *noua enim quędam infers
auribus noſtris: Volumus ergo ſcire quidnam
21 velint hæc eſſe. (*Athenienſes autem omnes, &
aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi
22 aut dicere, aut audire aliquid noui.) *Stans au-
tem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athe-
nienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos vi-
23 deo. *Præteriens enim, & videns ſimulachra ve-
ſtra, inueni & aram, in qua ſcriptum erat: IGNO-
TO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego
24 annuntio vobis. *aDeus, qui fecit mundum, & aGen.1.a.1
omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ cùm ſit
Dominus, bnon in manufactis templis habitat, bSup.7.
25 *nec manibus humanis colitur indigens aliquo, f.48
cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem,
26 & omnia: *fecitque ex vno omne genus homi-
F num inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ,
definiens ſtatuta tempora, & terminos habita-
27 tionis eorum, *quærere Deum, ſi fortè attrectent
eum, aut inueniant, quamuis non longè ſit ab
28 vnoquoque noſtrûm. *In ipſo enim viuimus, &
mouemur, & ſumus: ſicut & quidam veſtrorum
Poëtarum dixerunt: Ipſius enim & genus ſu-
29 mus. *Genus ergo cùm ſimus Dei, non debe-
mus æſtimare, auro, aut argento, aut lapidi, ſcul-
pturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum
30 eſſe ſimile. *Et tempora quidem huius ignoran-
G tiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus
31 vt omnes vbique pœnitentiam agant, *eò quòd
ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in
æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens
32 omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. *Cùm audiſ-
ſent autem reſurrectionem mortuorum, qui-
dam quidem irridebant, quidam verò dixerunt:
33 Audiemus te de hoc iterùm. *Sic Paulus ex-
34 iuit de medio eorum. *Quidam verò viri ad-
hærentes ei, crediderunt: in quibus & Diony-
ſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, &
alij cum eis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

4 DE COLENTIBVS GENTILIBVSQVE. Reg. & Lo-
uan. *De colentibus Gentilibus*, ſine coniunctio-
ne *que*. Græc. *de colentibus Græcis*. Syr. *multique ex Græ-
cis illis qui timebant Deum*. Ij erant religione Iudæi, pa-
tria & lingua Græci, vt ait Oecumenius. Illi ſe Paulo
adiunxerunt.

ET

9 ET ACCEPTA SATISFACTIONE. Gotth. *accepto ſatis*. ſic Græc. *ἱκανὸν*. Syr. *acceptis fidei iuſſoribus*. ſic vocem *ἱκανὸν*, ſeu *ſatis* intellexit. Ea eſt ſatisfactio. Ea accepta, Iaſonem & ſocios iudices dimiſerunt.

12 ET MVLIERVM GENTILIVM. Græc. *Græcarum*. Fortè hæ etiam erant Iudææ. Ex ijs multæ crediderunt.

17 CVM IVDÆIS, ET COLENTIBVS, diſputabat Paulus. *Colentes*, Iudæi etiam erant, ſed Græci.

18 SEMINIVERBIVS. Syr. *collector verborum*. i. loquax, garrulus. Hoc ſignificat vox *σπερμολόγος* iuxta Heſychium & Suidam. *Seminator verborum*, vti alij quidam hoc loco legunt; quidquid in Appendice ad Gloſſarium Henricus refellat.

23 SIMVLACHRA VESTRA. Gotth. addit, *quæ colitis*. vox *σεβάσματα* vtrumque comprehendit, ſ. ſimulachra quæ colebantur. IGNOTO DEO. Lucianus in Philopatride iurat per *ignotum Deum*: & Athenis inueniſſe ſe ait, & adoraſſe *ignotum Deum*: Pauſanias tamen in Atticis multas aras Athenis fuiſſe ait ignotis dijs. Fortaſſe ſingulæ ignoto Deo inſcriptæ erant, quas multorum deorum eſſe ipſe putauit. Cauſam ſtatuendi eam aram, ſiue aras, fuiſſe tradunt eclipſim Solis, quæ accidit in morte Chriſti, quæ cùm contra naturam eſſet in oppoſitione Solis & Lunæ, Athenis crediderunt vi aliqua occulti numinis id contingere, cui aram excitare placuit. De quo Gotifredus pro Operibus Dionyſij Areopagitæ, & Michael Syncellus in eius Encomio. De ijs aris Diogenes Laërtius in Epimenide, Hieronymus in Epiſt. ad Tit. cap. 1. multique alij. ſed & Statius 12. Theb. eam aram deſcripſiſſe creditur, vbi ait: *Vrbe fuit media*, & quæ ſequuntur. Porrò vrbs Athenienſis in quinque pagos ſeu vicos tributa erat; vbi Martis templum erat, & ex eo *Areopagus*. i. *Martis pagus* vocabatur, in eo grauiora iudicia exercebantur.

28 ET QVIDAM VESTRORVM POETARVM DIXERVNT. Aratus is fuit. Licet aliquando teſtimonijs vti Ethnicorum, modò cum modeſtia fiat & ſobrietate.

29 AVT LAPIDI, SCVLPTVRÆ ARTIS ET COGITATIONIS HOMINIS. Irenæus lib. 3. c. 12. *Lapidi per artem vel concupiſcentiam hominis deformato. ἐνθυμήσεως*, noſter *cogitationis*, Irenæus *concupiſcentia* ſignificare putauit. beneque Irenæus ſuppleuit vocem *deformato*.

31 FIDEM PRÆBENS. i. teſtimonium ſufficiens ad fidem faciendam.

32 ET DIONYSIVS. Nicephorus lib. 2. cap. 20. Dionyſium in Occidente paſſum ait, & Libros qui circumferuntur eius nomine, ſcripſiſſe affirmat, affirmant & alij, M. Delrius noſter, & P. Lanſſelius.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 INSINVANS. Syr. *oſtendens*. CHRISTVS. i. Meſſias vobis promiſſus.

4 COLENTIBVS. ſ. Deum. Syr. *Deum timentibus*. GENTILIBVS. Græc. *Græcis*.

5 ZELANTES. i. inuidentes, ſeu indignantes. FACTA. Syr. *congregata*.

6 FRATRES. i. Chriſtianos. VRBEM. Græc. Syr. & Complut. *orbem*.

8 PRINCIPES. accuſatiuus eſt.

11 NOBILIORES. pro, nobiliſſimi, ſeu præcipui. THESSALONICÆ. ſ. Regionis.

12 GENTILIVM. Græc. *Græcorum*. HONESTARVM. nobilium. VIRI. ſ. Gentiles.

13 THESSALONICA. ſ. vrbe.

17 COLENTIBVS. ſ. Deum. ADERANT. Græc. *obuij fiebant*.

18 SEMINIVERBIVS. i. verborum ſeminator. q. d. nugator. DÆMONIORVM. i. deorum.

19 AREOPAGVM. Vicus ſeu Curia erat non procul à Martis templo, vnde ei nomen. Vbi Iudices, qui Areopagitæ vocabantur, ius dicebant.

22 QVASI. i. ferè. SVPERSTITIOSIORES. Syr. *nimios in cultu dæmonum*.

23 SIMVLACHRA VESTRA. Syr. *templa deorum veſtrorum*. IGNOTO. q. d. ſi quis eſt quem fortè ignoramus. QVOD. Græc. *quem*. HOC. Græc. *hunc*.

25 COLITVR. Syr. *ei miniſtratur*. q. d. opera hominum non indiget, vt ſtatim dicitur.

26 VNO. ſ. homine. Græc. & Syr. *vno ſanguine*. STATVTA. ſ. cuiuſque vitæ.

27 QVÆRERE. pro, vt quærant. ATTRECTENT. i. attingant. ſ. mente. QVAMVIS, &c. q. d. ad quod non eſt opus longiùs ire. Græc. & Syr. *quandoquidem*.

28 IN IPSO. i. eius virtute. SVMVS. ſ. id quod ſumus q. d. ab eo omnia habemus. QVIDAM. ſ. Aratus. GENVS. i. progenies. q. d. ipſe fecit nos.

29 ÆSTIMARE. i. arbitrari. SCVLPTVRÆ. Appoſitio. ARTIS, &c. i. arte factæ, & cogitatione.

30 IGNORANTIÆ. Syr. *idololatriæ*. DESPICIENS. i. ex alto videns. ſic ſumitur Pſal. 53. vbi idem verbum Græcum.

31 ÆQVITATE. i. iuſtitia. ſ. iuſtè. IN VIRO. i. per virum. IN QVO. i. per quem. STATVIT. ſ. decreuit. ſ. iudicare. FIDEM. ſ. de re hac. q. d. certos reddens.

34 AREOPAGITA. Syr. *Vnus ex Iudicibus Areopagi*. DAMARIS. Quidam putant fuiſſe vxorem Dionyſij.

CAPVT XVIII.

Paulus Corinthi ſuum exercet artificium apud Aquilam: & quanquam ad eius prædicationem blaſphemarent Iudæi, audit tamen in viſione multum ibi populum ad fidem conuertendum: verùm poſt ſeſquiannum accuſatur a Iudæis apud Gallionem Proconſulem, & poſt multos dies venit Epheſum, ac varijs regionibus fratres confirmat. Apollo vehementer Iudæos conuincit, oſtendens ex Scripturis Ieſum eſſe Chriſtum, quamquam tantum noſſet baptiſma Ioannis.

1 POſt hæc egreſſus ab Athenis, venit Corin-
2 thum: * & inueniens quemdam Iudæum
A nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper
venerat ab Italia, & Priſcillam vxorem eius, (eò
quòd præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iu-
3 dæos à Roma) acceſſit ad eos. * Et quia eiuſdem
erat artis, manebat apud eos, & operabatur:
4 (erãt autem ſcenofactoriæ artis.) * Et diſputabat
in ſynagoga per omne ſabbatum, interponens
nomen Domini Ieſu, ſuadebatque Iudæis, &
5 Græcis. * Cùm veniſſent autem de Macedonia
B Silas & Timotheus, inſtabat verbo Paulus, te-
6 ſtificans Iudæis eſſe Chriſtũ Ieſum. * Contradi-
centibus autem eis, & blaſphemantibus, excu-
tiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter
ſuper caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad
7 Gentes vadam. * Et migrans inde, intrauit in
domum cuiuſdam, nomine Titi Iuſti, colentis
Deum, cuius domus erat coniuncta ſynagogæ.
8 * Criſpus autem archiſynagogus credidit Do-
C mino cum omni domo ſua: & multi Corinthio-
rum audientes credebant, & baptizabantur.
9 * Dixit autem Dominus nocte per viſionem
Paulo: Noli timere, ſed loquere, & ne taceas:
10 * propter quòd ego ſum tecum: & nemo appo-
netur tibi vt noceat te: quoniam populus eſt
11 mihi multus in hac ciuitate. * Sedit autem ibi
annum & ſex menſes, docens apud eos verbum
12 Dei. * Gallione autem proconſule Achaiæ, in-
D ſurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & ad-
13 duxerunt eum ad tribunal, * dicentes: Quia
contra legem hic perſuadet hominibus colere
14 Deum. * Incipiente autem Paulo aperire os,
dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem eſſet ini-
quum aliquid, aut facinus peſſimum, ô viri Iu-
15 dæi, rectè vos ſuſtinerem. * Si verò quæſtiones

ſunt de verbo, & nominibus, & lege veſtra, vos
ipſi videritis: Iudex ego horum nolo eſſe. *Et 16
minauit eos à tribunali. *Apprehendentes au- 17
tem omnes Soſthenem principem ſynagogæ, E
percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum
Gallioni curçerat. *Paulus verò cùm adhuc ſuſ- 18
tinuiſſet dies multos, fratribus valefaciens, na-
uigauit in Syriam, (& cum eo Priſcilla, & Aqui-
la) qui ſibi [a] totonderat in Cenchris caput: ha-
bebat enim votum. *Deuenitque Epheſum, & 19
illos ibi reliquit. Ipſe verò ingreſſus ſynagogam,
diſputabat cum Iudæis. *Rogantibus autem eis 20
vt ampliori tempore maneret, non conſenſit,
*ſed valefaciens, & dicens, Iterùm reuertar ad 21
vos Deo volente, profectus eſt ab Epheſo. *Et 22
deſcendens Cæſaream, aſcendit, & ſalutauit F
Eccleſiam, & deſcendit Antiochiam. *Et facto 23
ibi aliquanto tempore profectus eſt, perambu-
lans ex ordine Galaticam regionem, & Phry-
giam, confirmans omnes diſcipulos. *Iudæus 24
autem quidam, Apollo nomine, Alexandri-
nus genere, vir eloquens, deuenit Epheſum,
potens in ſcripturis. *Hic erat edoctus viam Do- 25
mini: & feruens ſpiritu loquebatur, & docebat
diligenter ea quæ ſunt Ieſu, ſciens tantùm ba-
ptiſma Ioannis. *Hic ergo cœpit fiducialiter 26
agere in ſynagoga. Quem cùm audiſſent Pri- G
ſcilla & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligen-
tiùs expoſuerunt ei viam Domini. *Cùm autem 27
vellet ire Achaiam, exhortati fratres, ſcripſe-
runt diſcipulis vt ſuſciperent eum. Qui cùm ve-
niſſet, contulit multùm his qui crediderant.
*Vehementer enim Iudæos reuincebat publi- 28
cè, oſtendens per Scripturas, eſſe Chriſtum
Ieſum.

[a] *Num.6.c.18 Inf.21.d.14*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DISCEDERE OMNES IVDÆOS A ROMA. Expulſionem Iudæorum factam nono Claudij anno Oroſius refert lib. 7 cap. 7. cauſam Suetonius in Claudio, c. 25. quòd tumultus concitarent, nempe de Chriſto cum Chriſtianis diſputantes, quos Iudæorum nomine comprehenſos, & vnà cum illis pulſos, Aquila & Priſcilla monſtrant. 2

SCENOFACTORIÆ ARTIS. Cælius Rhodig. lib. 8. putat feciſſe aulæa; Comeſtor funarium facit, vocem *ſcenofactoria* ſ. ab σχοιν. i. *fune* deduci putans. Alij, quia σκηνὴ *tabernaculum* ſignificat, putat militaria tentoria feciſſe. Hos Ælianus lib. 2. de Varia hiſtoria σκηνοῤῥάφους vocat. Coriarius, apud quem Petrus fuit ſuprà c. 9. verſ. 42. σκυτεὺς *à pelle* vocatur. an qui σκυτοδέψας ab alijs vocatur. i. *çurrador*, an qui σκυτοτόμος. i. *inciſor corij*, ſutor, aut qui pelles macerat, incertum. Illud Pſal. 103. verſ. 3. *Qui extendit cælum ſicut pellem*. i. ſicut tentorium Euthymius explicat, nempe è pellibus fiebant tentoria. Origenes 4. contra Celſum, Paulum Phrygionem facit. *recamador*. 3

INTERPONENTES NOMEN DOMINI IESV. Hoc neque Græc. eſt, neque in Syr. neque in Gotth. Solus Veleſius Græc. ſupplet qua ſolet felicitate. 4

ET NEMO APPONETVR TIBI VT NOCEAT TE. pro, tibi. conſtructio Græca. Gotth. *nemo apponet vt noceat te*. Græca vtroque modo verti poſſunt. Dei ad Paulum verba. 10

GALLIONE AVTEM PROCONSVLE. Iudæi in Paulum ſurrexere Corinthi. An hic Gallio Senecæ Philoſophi & Melæ frater, qui fuit pater Lucani, an alius? Tempora conſentiunt eumdem fuiſſe. 12

DE VERBO, ET NOMINIBVS, ET LEGE VESTRA quæſtio eſt. Sic Græc. Gotth. *de verbo & nominibus legis veſtræ*. Louan. *& legis veſtræ*. ſic Regia. Porrò *nomina* res friuolas hîc ſignificant. 15

20 VT AMPLIORI TEMPORE MANERET. ſupple, *ibi*, Epheſi rogabant, vt Gotth. aut, *apud ipſos*, vt eſt Græc.

22 CÆSAREAM. ſ. Iudeæ caput. & ANTIOCHIAM, Syriæ item caput, iuit Paulus.

25 EA QVÆ SVNT IESV, aut *de Ieſu*, vt eſt Græc. & Gotth. docebat Apollo.

27 QVI CREDIDERANT. Gotth. additur *per gratiam*. i. Dei ope. ſic Græc. & Syr. eis Apollo multùm profuit in Achaia.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 SCENOFACTORIÆ. i. conficiendi tabernacula. ſ. è pellibus.

4 INTERPONENS. i. ſubinde admiſcens, & proponens. ſ. credendum. GRÆCIS. i. Gentilibus.

5 INSTABAT VERBO. i. prædicabat inſtanter. ESSE CHRISTVM. i. quòd Ieſus eſſet Meſſias.

6 SANGVIS. i. peccatum. SVPER CAPVT VESTRVM. i. in vobis punietur. EX HOC. i. poſt hac. q. d. ſine vlla reprehenſione. Iam potero Gentibus fidem proponere, quando vos eam repellitis.

10 PROPTER. pro, propterea. APPONETVR, &c. i. *committet vt te lædat*, Hebr.

13 PERSVADET. pro, ſuadet.

14 APERIRE OS. i. loqui. RECTE. i. meritò. SVSTINEREM. i. ferrem. ſ. contendentes.

15 VERBO. pro, verbis. NOMINIBVS. i. quæſtionibus, ſeu interpretationibus.

16 MINAVIT. i. abegit.

17 OMNES. ſ. vel miniſtri Gallionis, vel turba Gentilium. Syr. *Omnes Ethnici*. Not. húc Soſthenem referri inter Sanctos in Kalendario Romano 28. Nouemb. Vide an iſte idem ſit, qui ſuprà Criſpus dictus & Archiſynagogus.

18 SVSTINVISSET. i. expectaſſet. QVI. ſ. Aquila, vel Paulus. quidam enim votum Pauli dicunt; alij, Aquilæ fuiſſe. TOTONDERAT. ſ. finito tempore Nazaræatus. CENCHRIS. Portus eſt Corinthi.

22 CÆSAREAM. Cappadociæ ſecundùm quoſdam. Ego aliam putarim Epheſo propinquiorem, vel potiùs Palæſtinæ, vnde aſcendit in Eccleſiam. ſ. Ieroſolymæ. ANTIOCHIAM. ſ. Piſidiæ, ſeu potiùs Syriæ, quò venit ex Ieruſalem, deinde in Galatiam.

24 POTENS. i. valdè doctus, ſeu verſatus, adeoque qui ex iis Iudæos poſſet conuincere non credentes.

25 SCIENS, &c. quaſi dicat, baptizabat baptiſmo Ioannis, quem ſolum nouerat. fortè ſic baptizatus etiam ipſe.

26 FIDVCIALITER. i. audacter, ſeu intrepidè.

27 EXHORTATI. Syr. *præuenientes eum*. ſ. litteris commendatitiis.

CAPVT XIX.

Paulus Epheſi quoſdam diſcipulos Ioannis tantùm baptiſmate baptizatos, iubet in Ieſu nomine baptizari, ac manuum impoſitione Spiritum ſanctum ipſis impetrat, ibique prædicans multa edit ſigna: de Iudæis qui non credentes conabantur nomine Ieſu à Paulo prædicati adiurare dæmonia: multi peccata confitentes, libros ſuperſtitioſos exurunt: Demetrius argentarius grauem aduerſus Paulum ſeditionem excitat, quam ægrè tandem ſedat Alexander.

1 FActum eſt autē, cùm Apollo eſſet Corinthi,
A vt Paulus peragratis ſuperioribus partibus
veniret Epheſum, & inueniret quoſdam diſci-
2 pulos: *dixitque ad eos: Si Spiritum ſanctum ac-
cepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed
3 neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus. *Ille
verò ait: In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixe-
4 runt: In Ioannis baptiſmate. *Dixit autē Paulus:

Matth. 3. c. 11 Mar. 1. a. 8 Luc. 3. c. 16 Ioan. 1. d. 26 Sup. 1. a. 5 & 11. c. 16

Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ
populum, dicens: In eum, qui venturus eſ-
ſet poſt ipſum, vt crederent, hoc eſt, in Ieſum.
5 His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini
6 Ieſu. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus,
venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur B
7 linguis, & prophetabant. Erant autem omnes
8 viri ferè duodecim. Introgreſſus autem ſyna-
gogam, cum fiducia loquebatur per tres men-
9 ſes, diſputans, & ſuadens de regno Dei. Cùm
autem quidam indurarentur, & non crederent,
maledicentes viam Domini coram multitudi-
ne, diſcedens ab eis, ſegregauit diſcipulos, quoti-
10 die diſputans in ſchola tyranni cuiuſdam. Hoc
autem factum eſt per biennium, ita vt omnes,
qui habitabant in Aſia, audirent verbum Do-
11 mini, Iudæi atque Gentiles. Virtuteſque non
12 quaſlibet faciebat Deus per manum Pauli: ita
vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore C
eius ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis
languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.
13 Tentauerunt autem quidam & de circum-
euntibus Iudæis exorciſtis, inuocare ſuper eos,
qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ie-
ſu, dicentes: Adiuro vos per Ieſum, quem Pau-
14 lus prædicat. Erant autem quidam Iudæi Sceuæ
principis ſacerdotum ſeptem filij, qui hoc facie-
15 bant. Reſpondens autem ſpiritus nequam di-
xit eis: Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem
16 qui eſtis? Et inſiliens in eos homo, in quo erat
dæmonium peſſimum, & dominatus ambo-
rum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnera-
17 ti effugerent de domo illa. Hoc autem notum
factum eſt omnibus Iudæis, atque Gentilibus, D
qui habitabant Epheſi: & cecidit timor ſuper
omnes illos, & magnificabatur nomen Domini
18 Ieſu. Multique credentium veniebant, confi-
19 tentes & annuntiantes actus ſuos. Multi au-
tem ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, contule-
runt libros, & combuſſerunt coram omnibus:
& computatis pretijs illorum, inuenerunt pecu-
20 niam denariorum quinquaginta millium. Ita
fortiter creſcebat verbum Dei, & confirmaba-
21 tur. His autem expletis, propoſuit Paulus in
Spiritu, tranſita Macedonia & Achaia ire Iero-
ſolymam, dicens: Quoniam poſtquam fuero
22 ibi, oportet me & Romam videre. Mittens au-
tem in Macedoniam duos ex miniſtrantibus ſi- E
bi, Timotheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad
23 tempus in Aſia. Facta eſt autem illo tempore
24 turbatio non minima de via Domini. Deme-
trius enim quidam nomine, argentarius, faciens
ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non
25 modicum quæſtum: quos conuocans, & eos
qui huiuſmodi erant opifices, dixit: Viri, ſcitis
26 quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio: &
videtis, & auditis, quia non ſolùm Epheſi, ſed
pæne totius Aſiæ, Paulus hic ſuadens auertit
multam turbam, dicens: Quoniam non ſunt
27 dij, qui manibus fiunt. Non ſolùm autem hęc
periclitabitur nobis pars in redargutionem ve-
nire, ſed & magnæ Dianæ templum in nihilum
reputabitur, ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius,
28 quam tota Aſia, & orbis colit. His auditis, re-
pleti ſunt ira, & exclamauerunt dicentes: Ma- F
29 gna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas
confuſione, & impetum fecerunt vno animo
in theatrum, rapto Gaio & Ariſtarcho Mace-
30 donibus, comitibus Pauli. Paulo autem vo-
lente intrare in populum, non permiſerunt di-
31 ſcipuli. Quidam autem & de Aſiæ principi-
bus, qui erant amici eius, miſerunt ad eum ro-
32 gantes ne ſe daret in theatrum: alij autem
aliud clamabant. Erat enim Eccleſia confuſa:
& plures neſciebant qua ex cauſa conueniſſent.
33 De turba autem detraxerunt Alexandrum,
propellentibus eum Iudæis. Alexander autem
manu ſilentio poſtulato, volebat reddere ratio-
34 nem populo. Quem vt cognouerunt Iudęum
eſſe, vox facta vna eſt omnium, quaſi per horas
duas clamantium: Magna Diana Epheſiorum.
35 Et cùm ſedaſſet ſcriba turbas, dixit: Viri Ephe-
ſij, quis enim eſt hominum, qui neſciat Ephe-
ſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dia-
36 næ, Iouiſque prolis? Cùm ergo his contradi-
G ci non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil
37 temere agere. Adduxiſtis enim homines iſtos,
neque ſacrilegos, neque blaſphemantes deam
38 veſtram. Quòd ſi Demetrius, & qui cum eo
ſunt artifices, habent aduerſus aliquem cau-
ſam, conuentus forenſes aguntur, & proconſu-
39 les ſunt, accuſent inuicem. Si quid autem alte-
rius rei quæritis: in legitima Eccleſia poterit ab-
40 ſolui. Nam & periclitamur argui ſeditionis
hodiernæ: cùm nullus obnoxius ſit (de quo poſ-
ſimus reddere rationem) concurſus iſtius. Et
cum hæc dixiſſet, dimiſit Eccleſiam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

5 BAPTIZATI SVNT IN NOMINE DOMINI IESV. i. iuxta traditionem & doctrinam Ieſu. ſicut cùm dicitur, *baptizatos in Chriſtum & in mortem Chriſti*. ſ. vt docuit Chriſtus, ſed conſueta forma. ſic Euſeb. Alexander contra Nouatian. in extrema Photij Bibliotheca.

9 TYRANNI CVIVSDAM. In ſchola Epheſi diſputabat Paulus. Nomen proprium eius qui eam ſcholam ædificauit, aut qui in ea docebat, eſt *Tyrannus*.

11 VIRTVTESQVE NON QVASLIBET. i. miracula, faciebat Paulus. Alij, *non modicas*. Regia, *non modicas quaslibet*. ſententia eadem.

12 SVDARIA, ET SEMICINCTIA. Græc. *vel ſemicinctia*. Vtraque vox Romana. *ſudarium* ad abſtergendum, *ſemicinctia* ad pudenda tegenda, Græc. hæc *periZomata* ſunt. illa in Polluce libro 7. Romanæ ſunt etiam aliæ voces in Sacris: *Libertini*, Act. 6. *Pratorium*. Matth 27. & *cuſtodia*, ibidem. *Niger*, *Euroaquilo*, *centurio*, *titulus*, Ioan. 19 *denarius*, *quadrans*, *legio*, *ſpeculator*, *linteum*, *colonia flagellum*, Ioan. 2. *membrana*, *cenſus*, Matth. 17. *perperam*. 1. ad Cor. 13 *artemon*. i. trochlea ſeu velum. *ſicarij*, Act. 21. Quæ omnes voces ex Romana in Græcam linguam Apoſtolorum ætate tranſierant.

14 IVDÆI SCEVÆ. in genitiuo, ſeptem filij erant. PRINCIPIS SACERDOTVM. id eſt, è præcipuis ſacerdotibus. nam ſummum ſacerdotem hoc nomine in Nicephori Conſt. Chronologia non inuenio. Malè ergo Syriaci Interpres pro רבכהנא *Rab cahane*, poſuit *ſummus ſacerdotis*.

16 ET DOMINATVS AMBORVM. Syr. & Græc. *dominatus* αὐτῶν *eorum*, nam erant ſeptem. Verùm quidam codices Græci ἀμφοτέρων habent. i. *amborum*, vt Robertus & Veleſius notant.

19 QVI FVERANT CVRIOSA SECTATI, attulerunt libros. Magicis artibus dediti erant Epheſij. Vnde in prouerbium abijt, *Epheſia grammata*, de ijs qui obſcurè & perplexè loquuntur, ſqualia erant magorum

reſponſa. Inde apud Hiſpanos manauit, vt vulgò dicantur *ad Epheſios loqui*, qui ſtultè & non ad rem. Poſſunt etiam hi libri *chalchim. a.* i. permutandi metalla intelligi, quos artifices, vt Suidas in Χημεία ait, Diocletianus in Ægypto comburi iuſſit, ne ditati abuterentur pecunia.

ARGENTARIVS. Hæc vox propriè *trapeZitam* ſigni- 24
ficat, hîc *aurificem*, Græc. ἀργυροκόπος, *cudens argentum*.

SED ET MAGNÆ DIANÆ. Græc. *ſed & magnæ deæ* 27
templum Dianæ. ſic Syr. & Gotth. *magnæ deæ Dianæ templum*.

ECCLESIA. Gotth. *conuentus confuſus erat*, ſic 32
verſ. 39. & 40. pro *Eccleſia*, *conuentum* ponit Gotth. codex.

DE TVRBA AVTEM DETRAXERVNT. Gotth. *produ-* 33
xerunt. Iudæi fideles volebant vt Alexander pro ipſis & pro Paulo loqueretur, & ſedaret turbam.

CVM SEDASSET SCRIBA. Syr. *princeps ciuitatis*. Di- 35
uerſus certè ab Alexandro, & Gentilis, quando Dianam laudat. præcipua vir auctoritate.

CVM NVLLVS OBNOXIVS SIT DE QVO. Gotth. 40
cùm cauſa ſit nulla, de qua poſſimus reddere rationem. Variæ interpretationis occaſio vox αἴτιος fuit, quæ & *reum obnoxiumque & cauſam* ſignificat. Sententia tamen non diſcrepat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SI. pro, num. 2

IN QVO. pro, quo baptiſmate. 3

NOMINE. i. fide, virtute, & inuocatione. 5

PROPHETABANT. i. Deum laudabant, ſeu de diuinis 6
myſteriis loquebantur. Vide ſup. cap. 10.

SVADENS. i. perſuadens, ſeu prædicans. 8

VIAM DOMINI. i. Chriſtianam Religionem. TY- 9
RANNI, &c. Syr. *cuiuſdam nomine Tyranni*. Apparet hunc locum dediſſe, vbi Paulus Scholam faceret ad docendum.

OMNES. i. quamplurimi. 10

NON QVASLIBET. i. non vulgares Syr. *maximas*. 11

A CORPORE. i. quæ geſtabat. SEMICINCTIA. i. zo- 12
næ, ſeu, cinguli partes. Quidam putant eſſe ſudaria, vt ſit explicatio: eſt enim Græc. σουδάρια ἢ σιμικίνθια.

ADIVRO. q. d. cogo, ſeu iubeo, in Chriſti nomine, ſeu 13
virtute.

AMBORVM. Græc. & Syr. *eorum*. 16

CONFITENTES, &c. Syr. *renuntiantes offenſas ſuas, &* 18
confitentes quod fecerant.

CVRIOSA. Syr. *magica*. MILLIVM. ſ. quinque mil- 19
lium aureorum.

CONFIRMABATVR. Græc *fortificabatur*. 20

IN SPIRITV. i. ductu Spiritus ſancti. Syr. *in men-* 21
te ſua.

MINIMA. Græc. *parua*. VIA DOMINI. ſ. doctrina 23
Euangelica.

ÆDES. i. templa, ſeu thecas ſtatuarum, effigie 24
templi.

ACQVISITIO. i. lucrum. 25

EPHESI. ſ. hominibus. 26

PARS. i. negotium. ſ. noſtræ artis. IN REDARGV- 27
TIONEM. i. reprobationem. q. d. vt contemnatur.

ECCLESIA. i. cœtus ille hominum. 32

DETRAXERVNT. fortè ne occideretur. 33

SCRIBA. Fortè ipſe Alexander. Syr. *Princeps ciui-* 35
tatis.

NON POSSIT. ſ. vulgò, vel quaſi dicat, cùm nemo 36
contradicat.

FORENSES. ſ. de rebus ad forum ſeu iudicium perti- 38
nentibus. fiebant autem apud Proconſules. PROCONSVLES, &c. Syr. *Proconſul in vrbe eſt*.

ECCLESIA. i. concione, ſeu congregatione. Quidam 39
referunt ad conuentus Iudæorum ſolemnes, vbi cauſæ determinabantur. ABSOLVI. i. definiri.

OBNOXIVS. i. in culpa, ſeu auctor. ECCLESIAM. 40
i. cœtum.

CAPVT XX.

Paulus peragratis variis partibus Macedoniæ & Græciæ, concionatur Troade in mediam noctem: cumque adoleſcens Eutychus cadens à tertio cœnaculo mortuus eſſet, Paulus cũ reſuſcitauit: & variis locis peragratis, aduocatos ex Epheſo presbyteros exhortatur vt vigilantes ſint in regenda Eccleſia, prædicens quod non eſſent ampliùs eum viſuri.

1 POſtquam autem ceſſauit tumultus, vocatis
A Paulus diſcipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus eſt vt iret in Macedoniam.
2 *Cùm autem perambulaſſet partes illas, & ex-
hortatus eos fuiſſet multo ſermone, venit ad
3 Græciã: *vbi cùm feciſſet menſes tres, factæ
ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam:
habuitque conſilium vt reuerteretur per Mace-
4 doniam. *Comitatus eſt autem eum Sopater
Pyrrhi Berœenſis, Theſſalonicenſium verò
Ariſtarchus, & Secundus, & Gaius Derbeus, &
Timotheus: Aſiani verò Tychicus & Trophi-
5 mus. *Hi cùm præceſſiſſent, ſuſtinuerunt nos
6 Troade: *verò nos nauigauimus poſt dies azy-
B morũ à Philippis, & venimus ad eos Troadẽ in
diebus quinque, vbi demorati ſumus diebus ſe-
7 ptem. *Vna autem Sabbati cùm conueniſſemus
ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum
eis, profecturus in craſtinum: protraxitque ſer-
8 monem vſque in mediam noctem. *Erãt autem
lampades copioſæ in cœnaculo, vbi eramus
9 congregati. *Sedens autem quidam adoleſcens
nomine Eutychus ſuper feneſtram, cùm mer-
geretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, du-
ctus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſũ,
10 & ſublatus eſt mortuus. *Ad quem cùm deſcen-
C diſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & comple-
xus dixit: Nolite turbari, anima enim ipſius in
11 ipſo eſt. *Aſcendens autem, frangenſque pa-
nem, & guſtans, ſatiſque allocutus vſque in lu-
12 cem, ſic profectus eſt. *Adduxerunt autem
puerum viuentẽ, & conſolati ſunt non minimè.
13 *Nos autem aſcendentes nauem, nauigauimus
in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulum: ſic enim diſ-
14 poſuerat ipſe per terrã iter facturus. *Cùm autẽ
conueniſſet nos in Aſſon, aſſumpto eo, venimus
15 Mitylenen. *Et inde nauigantes, ſequenti die
venimus contra Chium, & alia applicuimus
Samum, & ſequenti die venimus Miletum.
16 *propoſuerat enim Paulus tranſnauigare Ephe-
D ſum: nequa mora illi fieret in Aſia. Feſtinabat
enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Penteco-
17 ſtes faceret Ieroſolymis. *A Mileto autem mit-
tens Epheſum, vocauit Maiores natu Eccleſiæ.
18 *Qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul eſſent,
dixit eis: Vos ſcitis, à prima die, qua ingreſſus
ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne
19 tempus fuerim, *ſeruiens Domino cum omni
humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ
20 mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum: *quo-
modo nihil ſubtraxerim vtilium, quò minùs
annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, &
21 per domos, *teſtificans Iudæis atque Gen-
tilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in
22 Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Et nunc
E ecce alligatus ego ſpiritu, vado in Ieruſalem;
23 quæ in ea ventura ſint mihi, ignorans: *niſi

quòd

quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi
proteſtatur, dicens: quoniam vincula, & tribu-
lationes Ieroſolymis me manent.*Sed nihil ho- 24
rum vereor: nec facio animam meam pretio-
ſioré quàm me, dummodò conſummem cur-
ſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi
à Domino Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ
Dei.* Et nunc ecce ego ſcio, quia ampliùs non 25
videbitis faciem meam vos omnes, per quos
tranſiui prædicans regnum Dei. * Quapropter 26
conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum
à ſanguine omnium. * Non enim ſubterfugi, 27
quò minùs annuntiarem omne conſilium Dei
vobis.*Attendite vobis,& vniuerſo gregi,in quo 28
vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos,regere Ec- F
cleſiā Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.*Ego 29
ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionē meam
lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.* Et ex 30
vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt
abducant diſcipulos poſt ſe. *Propter quod vi- 31
gilate, memoria retinentes,quoniam per trien-
nium nocte & die non ceſſaui, cum lacrymis
monens vnumquemque veſtrûm. * Et nunc 32
commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipſius,qui
potens eſt ædificare,& dare hereditatem in ſan-
ctificatis omnibus.* Argentum & aurum, aut 33
veſtem nullius concupiui,ſicut *ipſi ſcitis:"quo- 34
niam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui
mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.*Om- 35
nia oſtendi vobis,quoniam ſic laborantes,opor- G
tet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Do-
mini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt ma-
gis dare, quàm accipere. * Et cùm hæc dixiſſet, 36
poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis.
*Magnus autem fletus factus eſt omnium: & 37
procumbentes ſuper collū Pauli, oſculabantur
eum,*dolentes maximè in verbo,quod dixerat, 38
quoniam ampliùs faciem eius non eſſent viſuri.
Et deducebant eum ad nauem.

*1. Cor.4. c.12
2. Theſſ. 3. b.8

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

COMITATVS EST AVTEM EVM SOPATER PYRRHI BEROEENSIS. Græc. *comitatus eſt autem eum* (ſ. Paulum) *vſque Aſiam Sopater Boroenſis*. ſic Syr. 4

SVSTINVERVNT NOS. i. expectarunt, præſtolati ſunt nos Troade. 5

ET VENIMVS AD EOS TROADEM IN DIEBVS QVINQVE. i. *iter dierum quinque*, vt Gotth. habet. 6

VNA AVTEM SABBATI. i. die Dominica. CVM CONVENISSEMVS AD FRANGENDVM PANEM. Syr. *ad frangendam Euchariſtiam*. Ex hoc loco, ac præſertim ex verſ. 21. *frangens panem* (communem) *& guſtans*, quidam colligebant, Paulum toto die Dominico ieiunaſſe, itaque Apoſtolos conſueuiſſe illis diebus ieiunare. De quo Auguſtinus epiſt. 86. 7

LAMPADES COPIOSÆ. i. *multæ*, Syr. & Gotth. erant in cœnaculo, vbi Paulus docebat. 8

NAVIGAVIMVS IN ASSON. Myſiæ vrbs *Aſſos*, quæ & *Apollonia*, Plin. lib. 5. cap. 30. 13

ALLIGATVS EGO SPIRITV. i. ſpiritus prædicit fore, vt liger in Ieruſalem. 22

VINCVLA, ET TRIBVLATIONES IEROSOLYMIS. Vox *Ieroſolymis* Græc. & Syr. non eſt. 23

ET MINISTERIVM VERBI. *Verbi* non eſt in ijs codicibus. 24

A SANGVINE. i. ſi quis perierit, non mihi imputabitur, quia 26

OMNE CONSILIVM DEI manifeſtaui. Syr. 27 & Gotth. *omnem voluntatem*. [illegible] Græcum, vtrumque ſignificat.

29 LVPI RAPACES. *graues*, Græc. & Gotth. Syr. *feroces* intrabunt.

32 ET VERBO GRATIÆ Dei vos commendo. *Verbo* redundat, vt ſæpè aliàs, ex linguæ Hebr. proprietate. Ergo commendo vos gratiæ Dei, ipſe vobis faueat.

35 IPSE DIXIT: BEATIVS EST MAGIS DARE. Vbi id Chriſtus dixerit, non inuenitur. Multa fecit & dixit, quæ in Euangelijs ſcripta non ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 EXHORTATVS EOS, VALEDIXIT ET. Græc. *complexus, & oſculo ſalutans*. Syr. *conſolatus, & oſculatus eos*.

2 EXHORTATVS Syr. *conſolatus*. GRÆCIAM. ſ. Achaiam.

3 FECISSET. i. egiſſet. HABVIT CONSILIVM. i. ſtatuit.

4 PYRRHI. ſ. filius.

5 SVSTINVERVNT. i. expectauerunt.

7 VNA AVTEM SABBATI. i. prima hebdomadæ die, ſeu poſt ſabbatum. ſ. Dominica. PANEM Syr. *Euchariſtiam*. Vide ſuprà cap. 2. DISPVTABAT. i. diſſerebat. IN CRASTINVM. i. poſtridie.

8 COENACVLO. ſ. parte domus ſuperiore.

9 MERGERETVR. i. grauaretur, ſeu deorſum traheretur. καταφερόμενος. DVCTVS. i. depreſſus, ſeu deorſum tractus. κατενεχθείς. TERTIO COENACVLO. i. contignatione tertia, τριστέγου.

12 NON MINIME. οὐ μετρίως. i. *non mediocriter*.

13 FACTVRVS. ſ. vſque ad Aſſon. Græc. indicatur pedibus iter feciſſe.

15 ALIA. i. ſequenti.

16 TRANSNAVIGARE. i. præteruehi.

17 MAIORES NATV. Græc. *presbyteros*.

21 TESTIFICANS. pro, prædicans.

22 ALLIGATVS. pro, velut alligatus. q. d. impellente ſpiritu.

24 VEREOR. i. timeo. Græc. *curo*. NEC FACIO, &c. Græc. *non habeo animam*. i. vitam, mihi pretioſam. .i. charam. Syr. *pro nihilo mihi habetur anima mea*. TESTIFICARI. i. prædicare.

26 CONTESTOR VOS. Græc. & Syr. *Teſtor vobis*. MVNDVS, &c. quaſi dicat, nulli me fuiſſe peccandi cauſam.

28 EPISCOPOS. Etiam presbyteri *Epiſcopi* vocabantur interdum. REGERE. Græc. *paſcere*, ποιμαίνειν. ACQVISIVIT. ſ. Deus.

29 RAPACES. Græc. *graues*. ſ. moleſti, ſeu feri. IN. .i. contra.

31 MONENS. pro, monere.

32 VERBO GRATIÆ IPSIVS. i. prædicationi, quam audiſtis de Dei gratia. ÆDIFICARE. Syr. *ædificare vos*. DARE. Græc. *dare vobis*. IN. pro, cum. SANCTIFICATIS. i iuſtis, ſeu ſanctis.

35 OMNIA. pro, per omna. Syr. *in omnibus*. SVSCIPERE. ſ. ædificare, nihil ab eis accipiendo, qui fortè alioqui ſcandalizarentur. DARE. ſ. ex charitate. ACCIPERE. ſ. ex inopia.

CAPVT XXI.

Paulo Ieroſolymam tendenti poſt varias nauigationes, vaticinatur Agabus propheta afflictiones quas paſſurus erat Ieroſolymis: nec tamen amicorum lacrymis auerti poteſt ne aſcendat Ieruſalem, paratus pro Chriſto etiam mortem ſubire: cumque Ieruſalem perueniſſet, Iacobus ipſi ſuadet vt cum quinque viris votum habentibus ſe ſanctificet: quod cùm faceret, rapitur à Iudæis, ſed ex eorum manibus eripitur à tribuno a quo catenis alligatus ducitur in caſtra: impetrat tamen facultatem loquendi ad populum.

1 CVm autem factum eſſet vt nauigaremus
A abſtracti ab eis, recto curſu venimus Coum,
& ſequenti die Rhodum, & inde Pataram.
2 * Et cùm inueniſſemus nauem transfretan-

tem in Phœnicen, aſcendentes nauigauimus.
*Cùm apparuiſſemus autem Cypro, relinquen- 3
tes eam ad ſiniſtram, nauigauimus in Syriam,
& venimus Tyrum: ibi enim nauis expoſitura
erat onus. *Inuentis autem diſcipulis, manſi- 4
mus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebant per
Spiritum ne aſcenderet Ieroſolymam. *Et ex- 5
pletis diebus profecti ibamus, deducentibus
nos omnibus cum vxoribus & filiis vſque foras
ciuitatem: & poſitis genibus in littore, oraui- B
mus. *Et cùm valefeciſſemus inuicem, aſcendi- 6
mus nauem: illi autem redierunt in ſua. *Nos 7
verò nauigatione expleta à Tyro deſcendimus
Ptolemaidam: & ſalutatis fratribus, manſimus
die vna apud illos. *Alia autem die profecti, ve- 8
nimus Cæſaream. Et intrantes domum Philip-
Sup.6.b.5 pi euangeliſtæ, [a] qui erat vnus de ſeptem, man-
ſimus apud eum. *Huic autem erant quattuor 9
filiæ virgines prophetantes. *Et cùm morare- 10
mur per dies aliquot, ſuperuenit quidam à Iu-
dæa propheta, nomine Agabus. *Is cùm veniſ- 11
ſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi
pedes & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus ſan-
ctus: Virum, cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt
in Ieruſalem Iudæi, & tradent in manus Gen-
tium. *Quod cùm audiſſemus, rogabamus nos, 12
& qui loci illius erant, ne aſcenderet Ieroſoly- C
mam. *Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid 13
facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego e-
nim non ſolùm alligari, ſed & mori in Ieruſa-
lem paratus ſum, propter nomen Domini Ieſu.
*Et cùm ei ſuadere non poſſemus, quieuimus, 14
dicentes: Domini voluntas fiat. *Poſt dies au- 15
tem iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſa-
lem. *Venerunt autem & ex diſcipulis à Cæſa- 16
rea nobiſcum, adducentes ſecum apud quem
hoſpitaremur Mnaſonē quemdam Cyprium,
antiquum diſcipulum. *Et cùm veniſſemus Ie- 17
roſolymam, libenter exceperunt nos fratres. D
*Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum 18
ad Iacobum, omneſque collecti ſunt ſeniores.
*Quos cùm ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quę 19
Deus feciſſet in Gentibus per miniſteriū ipſius.
*At illi cùm audiſſent, magnificabant Deum, 20
dixeruntque ei: Vides frater quot millia ſunt in
Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores
ſunt legis. *Audierunt autem de te, quia diſceſ- 21
ſionem doceas à Moyſe eorum, qui per Gen-
tes ſunt, Iudæorum: dicens non debere eos cir-
cumcidere filios ſuos, neque ſecundùm conſue-
tudinem ingredi. *Quid ergo eſt? vtique opor- 22
tet conuenire multitudinē: audient enim te ſu-
perueniſſe. *Hoc ergo fac quod tibi dicimus: 23
Sunt nobis viri quattuor, votum habentes ſu-
per ſe. *His aſſumptis, ſanctifica te cum illis: & 24
[a] Num.6. c.18 impende in illis [a] vt radant capita: & ſcient om-
Sup.18.c.8 nes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed
ambulas & ipſe cuſtodiens legem. *De his au- 25
[b] Sup.15. tem, qui crediderunt ex Gentibus, [b] nos ſcri- E
d.20.e.29 pſimus, iudicantes vt abſtineant ſe ab idolis,
immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & forni-
catione. *Tunc Paulus, aſſumptis viris, poſtera 26
die purificatus cum illis intrauit in templum,
annuntians expletionem dierum purificatio-
nis, donec offerretur pro vnoquoque eorum
oblatio. *Dum autem ſeptem dies conſumma- 27
rentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cùm vidiſ-
ſent eum in templo, concitauerunt omnem po-
pulum, & iniecerunt ei manus, clamantes:
28 *Viri Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo, qui ad-
uerſus populum, & legem, & locum hunc, om-
nes vbique docens, inſuper & Gentiles induxit
in templum, & violauit ſanctum locum iſtum.
29 *Viderant enim Trophimum Epheſium in ciui-
F tate cum ipſo, quem æſtimauerunt quoniam in
30 templum introduxiſſet Paulus. *Commotaque
eſt ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et
apprehendentes Paulum, trahebant eum extra
31 templum: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ. *Quæ-
rentibus autem eum occidere, nuntiatum eſt
tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ieru-
32 ſalem. *Qui ſtatim aſſumptis militibus, & cen-
turionibus, decurrit ad illos. Qui cùm vidiſſent
tribunum, & milites, ceſſauerunt percutere
33 Paulum. *Tunc accedens tribunus apprehendit
eum, & iuſſit eum alligari catenis duabus: & in-
34 terrogabat quis eſſet, & quid feciſſet. *Alij au-
G tem aliud clamabant in turba. Et cùm non poſ-
ſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci
35 eum in caſtra. *Et cùm veniſſet ad gradus, con-
tigit vt portaretur à militibus propter vim po-
36 puli. *Sequebatur enim multitudo populi, cla-
37 mans: Tolle eum. *Et cùm cœpiſſet induci in
caſtra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui
38 aliquid ad te? Qui dixit: Græcè noſti? *Nónne
tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum
concitaſti, & eduxiſti in deſertum quattuor
39 millia virorum ſicariorum? *Et dixit ad eum
Paulus: Ego homo ſum quidē Iudæus à Thar-
ſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Ro-
go autem te, permitte mihi loqui ad populum.
40 *Et cùm ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradi-
bus, annuit manu ad plebem, & magno ſilen-
tio facto, allocutus eſt lingua Hebræa, dicens:

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VENIMVS COVM, inſulam ad Auſtrum. RHODVM, magis Auſtralem. PATARAM. Vrbs eſt in continenti, maritima Lyciæ pars.

3 RELINQVENTES EAM AD SINISTRAM. Ex Aſia nauigantes in Syriam, Cyprum ad dexteram potiùs relinquunt. Ergo aut magno facto circuitu nauigarunt, aut *Cyprum* ipſam *ſiniſtram* vocat, quòd nauigantibus à Syria in Occaſum ad ſiniſtram ſit. ſic non-nemo. Fauent Græca, quæ ſic habent: *Relinquentes ipſam ſiniſtram*, vt ſit Cypri epitheton.

4 PER SPIRITVM NE ASCENDERET. Et ſuperiori tamen capite Spiritus illi dicebat, vt iret Ieruſalē. Nempe per Spiritum hi habebant quæ Paulus erat paſſurus: ex affectu autem de ſuo addiderunt, ne eò iret. ſic Lyranus.

6 ASCENDIMVS NAVEM. pro in nauem.

8 VNVS DE SEPTEM. ſ. diaconis cap. 6. v. 5. erat Philippus.

9 QVATTVOR FILIÆ VIRGINES PROPHETANTES. Prædicebant futura, aut Sacros libros explicabant. Vtrumque dicitur *prophetare*.

16 MNASONEM. ſic lege, non *Iaſonem*, aut *Naſonem*, vt alij, Cyprium natione.

17 LIBENTER EXCEPERVNT, aut *benignè*, Ieroſolymæ.

18 INTROIBAT PAVLVS ad Iacobum, aut *nos introiuimus cum Paulo*. ſic Goth. ſed alij codices repugnant.

25 AB IDOLIS IMMOLATO. Sic lege ſine diſtinctione, quaſi vna dictio eſſet, Græc. εἰδωλόθυτον. Itaque quattuor ſunt, à quibus abſtinere iubent, non quinque. ſic etiam cap. 15. verſ. 29.

ANNVN-

ANNVNTIANS. ſ. ſacerdotibus impletos eſſe dies pu- 26
rificationis eorum. DONEC. pro, vt offerretur. Græc.
vſquequò oblata eſt pro vnoquoque eorum oblatio.

TROPHIMVM. Erat Pauli ſocius, c.20. verſ.4. Erat 29
Aſianus, non Iudæus. Ideò ſunt commoti Iudæi, quia in
templo eum viderunt.

EXTRA TEMPLVM trahebant Paulum, ne ſ. Paulum 30
occiderent intra templum.

LOQVI ALIQVID. Grec. & Gotth. *ſi licet loqui ad te.* 37
ſed benè ſuppletur vox *aliquid.*

NONNE TV ES ÆGYPTIVS? De hoc *Ægyptio* Ioſe- 38
phus 20. Antiq. c.6. & Euſeb. Hiſt. lib.2. cap.20. & in
Chron. vbi ait hoc accidiſſe anno Chriſti 55. Eduxerat
is in deſertum quatuor millia virorum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PATARAM. Hæc patria S. Nicolai. 1

DICEBANT. Fortè præuidentes quę illic eſſet paſ- 4
ſurus.

VALEFECISSEMVS. Syr. *deoſculati eſſemus.* Vide c.20. 6
ſup. vbi idem verbum Græcum.

ALIA. ſ. ſequenti. CÆSAREAM. Vide ſup. cap.20. 8
SEPTEM. ſ. Diaconis.

ALIQVOT. Græc. *plures.* 10

SIBI. ſ. Agabo. 11

NOMEN DOMINI. i. Dominum. 13

SVADERE. pro, perſuadere. 14

PRÆPARATI. ſ. ſublatis ſarcinulis. 15

MAGNIFICABANT. Græc. *glorificabant.* ÆMVLA- 20
TORES. Græc. *zelatores.* ſ. ſtudioſi ſectatores.

DISCESSIONEM. Græc. ἀποστασίαν. i. *defectionem.* 21
CONSVETVDINEM. i. priſtinum morem. INGREDI.
.i. viuere, ſeu agere.

EST. ſ. quod à te volumus. 22

VOTVM. ſ. Nazaræatus. 23

SANCTIFICA. i. purifica. IMPENDE IN ILLIS. i. fac 24
ſumptus pro illis neceſſarios, vel ſimul cum illis. FAL-
SA SVNT. Græc. *nihil ſunt.* q.d. temerè te culpant. AM-
BVLAS. i. viuis, ſeu conuerſaris. LEGEM. Not. quòd
licitum fuit primis illis temporibus legalia ſeruare, non
autem neceſſarium, in quo Galatæ ſeducti errabant.
Vide ibi.

DE HIS, &c. Reducunt Paulo in mentem, quæ per 25
illum Antiochenis ſcripſerant.

ANNVNTIANS. ſ. ſacerdotibus. DONEC. ſ. illic per- 26
ſiſtens. OFFERRETVR. i. oblata eſſet.

SEPTEM. ſ. ab aduentu eius, ſeu ritus purificationis 27
illius.

HOMO. ὁ ἄνθρωπος. i. *homo ille.* 28

CONFVNDITVR. i. turbatur. 31

CASTRA. i. locum militum. 34

TOLLE. i. de vita. 36

SI. pro, numquid. 37

SICARIORVM. i. gladios ad cædem geſtantium, *ſica* 38
enim gladius, à ſecando. Syr. *ſceleratorum.*

IGNOTÆ. i. ignobilis. MVNICEPS. Græc. πολίτης. 39
.i. *ciuis.*

CAPVT XXII.

Vbi Paulus in ſui excuſationem narraſſet ſuæ conuerſionis ordinem, vociferantur Iudæi ipſum de terra tollendum, eò quod diceret ſe à Deo miſſum fuiſſe ad prædicandum Gentibus, à tribuno autem iuſſus flagellis cædi & torqueri, liberatus eſt dicendo ſe ciuem Romanum eſſe.

VIri fratres, & patres, audite quam ad vos 1
nunc reddo rationem. ˙Cùm audiſſent au- 2
tem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, A
magis præſtiterunt ſilentium. ˙Et dicit: Ego ſum 3
vir Iudæus, natus in Tarſo Ciliciæ, nutritus au-
tem in iſta ciuitate, ſecus pedes Gamaliel eru-
ditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator
ᵃSup. 8. a. 3 legis, ſicut & vos omnes eſtis hodie: ˙ᵃqui hanc 4
viam perſecutus ſum vſque ad mortem, alligans
5 & tradens in cuſtodias viros ac mulieres, ˙ſicut
princeps ſacerdotum mihi teſtimonium reddit,
B & omnes maiores natu, ᵃ à quibus & epiſtolas
accipiens, ad fratres Damaſcum pergebam, vt ᵃSup. 9.
adducerem inde vinctos in Ieruſalem vt puni-
6 rentur. ˙Factum eſt autem, eunte me, & ap-
propinquante Damaſco media die, ſubitò de
7 cælo circũfulſit me lux copioſa: ˙& decidens in
terram, audiui vocem dicentem mihi: Saule,
8 Saule, quid me perſequeris? ˙Ego autẽ reſpondi:
Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego ſum
9 Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. ˙Et qui
C mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem
autem non audierunt eius, qui loquebatur me-
10 cum. ˙Et dixi: Quid faciam, Domine? Domi-
nus autem dixit ad me: Surgens vade Dama-
ſcum: & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ te
11 oporteat facere. ˙Et cùm non viderem præ cla-
ritate luminis illius, ad manum deductus à co-
12 mitibus, veni Damaſcum. ˙Ananias autem qui-
dam, vir ſecundùm legem teſtimonium habens
13 ab omnibus cohabitantibus Iudęis, ˙veniens ad
D me, & aſtans dixit mihi: Saule frater reſpice.
14 Et ego eadẽ hora reſpexi in eum. ˙At ille dixit:
Deus patrum noſtrorum præordinauit te, vt
cognoſceres voluntatem eius, & videres iu-
15 ſtum, & audires vocem ex ore eius: ˙quia eris
teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ vi-
16 diſti & audiſti. ˙Et nunc quid moraris? Exur-
ge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato
17 nomine ipſius. ˙Factum eſt autem reuertenti
mihi in Ieruſalem, & oranti in templo, fieri me
18 in ſtupore mentis, ˙& videre illum dicentem
E mihi: Feſtina, & exi velociter ex Ieruſalem:
quoniam non recipient teſtimonium tuum de
19 me. ˙Et ego dixi: Domine ipſi ſciunt ᵃ quia ego ᵃSup. 8.
eram concludens in carcerem, & cædens per a. 3
20 ſynagogas eos qui credebant in te: ˙& cùm
funderetur ſanguis Stephani teſtis tui, ᵃ ego ᵃSup. 7.
aſtabam, & conſentiebam, & cuſtodiebam ve- g. 58
21 ſtimenta interficientium illum. ˙Et dixit ad me:
Vade: quoniam ego in nationes longè mittam
22 te. ˙Audiebant autem eum vſque ad hoc ver-
bum, & leuauerunt vocem ſuam dicentes: Tol-
le de terra huiuſmodi: non enim fas eſt eum
23 viuere. ˙Vociferantibus autem eis, & proijcien-
F tibus veſtimenta ſua, & puluerem iactantibus in
24 aërem, ˙iuſſit tribunus induci eum in caſtra, &
flagellis cædi, & torqueri eum, vt ſciret propter
25 quam cauſam ſic acclamarent ei. ˙Et cùm ad-
ſtrinxiſſent eum loris: dicit aſtanti ſibi Centu-
rioni Paulus: Si hominem Romanum & indem-
26 natum licet vobis flagellare? ˙Quo audito,
Centurio acceſſit ad tribunum, & nuntiauit
ei, dicens: Quid acturus es? hic enim homo,
27 ciuis Romanus eſt. ˙Accedens autem tribunus,
dixit illi: Dic mihi ſi tu Romanus es? At ille
28 dixit: Etiam. ˙Et reſpondit tribunus: Ego mul-
G ta ſumma ciuilitatem hanc conſecutus ſum. Et
29 Paulus ait: Ego autem & natus ſum. ˙Protinus
ergo diſceſſerunt ab illo, qui eum torturi erant.
Tribunus quoque timuit poſtquam reſciuit,
quia ciuis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum.
30 ˙Poſtera autem die volens ſcire diligentiùs, qua
ex cauſa accuſaretur à Iudæis, ſoluit eum, &

iuſſit ſacerdotes conuenire,& omne concilium, & producens Paulum, ſtatuit inter illos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NATVS IN THARSO. Non ergo Giſchalæ, vt Hie- 3
ronymus de Viris ait, ſed reijcit id in Epiſtolam ad Philem. ÆMVLATOR LEGIS. Græc. & Syr. *æmulator* ſeu *zelator exiſtens Dei.* ſolus Veleſius pro Θεοῦ .i. *Dei*, ſubſtituit νόμου i. *legis*, neſcio vnde.

TESTIMONIVM REDDIT, ſeu *reddet*, ſeu *teſtis eſt*, vt 5
Syr. Princeps ſacerdotum.

LVX COPIOSA, ſeu *multa* circumfulſit me. 6

VOCEM AVTEM NON AVDIERVNT. Cap. 9. verſ. 7. 9
dicitur: *Audientes quidem vocem.* Reſp. Audierunt quidem, ſed non intellexerunt. Id ſignificat quod hic dicit, comites non audiſſe vocem.

AD MANVM DEDVCTVS. i. apprehenſa manu mea 11
me Damaſcum deduxerunt, id χειραγωγία eſt.

ANANIAS AVTEM QVIDAM VIR. Græc. εὐλαβὴς 12
κατὰ τὸν νόμον, *timoratus ſecundum legem.* ſic Goth. Syr. dixit, *iuſtus in lege.* COHABITANTIBVS IVDÆIS. Græc. *habitantibus in Damaſco Iudæis.* ſic Goth. ſic etiam Regia. Noſter per *cohabitantibus*, eam vocem *in Damaſco* suppleuit.

ET VIDERES IVSTVM. pro, *iuſtum illum*, propter ar- 14
ticulum. ſ. Chriſtum, te ordinauit. Verba Ananiæ ad Paulum. Quando id? quando vidit Chriſtum? cùm prope Damaſcum audiuit. *Audire, videre* eſt. aut in ecſtaſi vidit, vt mox additur.

FIERI ME IN STVPORE MENTIS. Beda quoſdam 17
codices ait legere, *in mentis exceſſu*, quoſdam *in pauore*, quoſdam *in alienatione.* His enim modis omnibus, quod Græcè eſt ἐν ἐκστάσει, transferri poteſt.

AVDIEBANT, aut *audierunt*, vt Goth. aut *cùm audiſſent*, vt Syr. vox ἤκουον verſiones omnes has fert. 22
Audiebant ergo quouſque dixit, *In nationes longe mittam te.*

FLAGELLIS CÆDI iuſſit tribunus, vt eo tormento 24
veritatem exprimeret.

SI HOMINEM ROMANVM, ET INDEMNATVM. Du- 25
plex crimen. Inauditum cædi, & ciuem Romanum flagellari. Briſſonius 1. Select. ex Iure ciuili Antiq. colligit prærogatiuas ciuium Rom. Inter alias ea eſt: *Verberibus cædi, in crucem agi non poſſunt, in eos animaduerti fas non eſt iniuſſu populi Romani.*

CIVILITATEM, πολιτείαν quidam *ciuitatem* habent, 28
nimirum τὴν πόλιν legerunt. Dici etiam poſſet, *ius huius ciuitatis conſecutus ſum.*

POSTERA AVTEM DIE, ſeu *craſtina*, ſeu *proxima.* 30
ſeu *ſequenti*, τῇ δὲ ἐπαύριον. OMNE CONCILIVM, συνέδριον, conuentum, cœtum ſ. ſeniorum, iuſſit tribunus conuenire.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VERITATEM. Græc. ἀκρίβειαν. i. *exactam rationem.* 3
Syr. *perfectè.* ÆMVLATOR. i. zelator, ſeu ſtudioſus.

VIAM. ſ. Chriſtianam Religionem. 4

MAIORES NATV. i. ſeniores. Græc. πρεσβυτέριον. 5
.i *ordo ſeniorum.*

MEDIA DIE. Græc. *circa meridiem.* 6

NON AVDIERVNT. Vide c. 9. 9

VIR. Græc. *pius*, ſeu *religioſus.* 12

RESPICE. Græc. ἀνάβλεψον. i. *recipe viſum.* 13

IVSTVM. Græc. τὸν δίκαιον. i. *iuſtum illum.* ſ. Chri- 14
ſtum.

NOMINE IPSIVS. i. ipſo. 16

STVPORE MENTIS. Græc. ἐκστάσει. 17

CÆDENS. i. verberans. 19

VESTIMENTA. i. pallia. 20

IN NATIONES. i. ad Gentes. 21

FAS. Græc *decens.* 22

TORQVERI. Græc. *examinari.* ſ. per flagella. 24

INDEMNATVM. i. non condemnatum per ſenten- 25
tiam.

26 ACTVRVS ES? pro, agere vis?

27 SI. pro, num.

28 SVMMA. ſ. pecuniæ. NATVS. ſ. ciuis.

29 TORTVRI. ſ. flagellis.

30 SACERDOTES. Græc. *ſacerdotum principes.*

CAPVT XXIII.

Paulus coram ſacerdotibus & toto concilio principem ſacerdotum, qui ipſum iuſſerat in faciem percuti, dicit parietem dealbatum, ſed excuſat ſe quod neſciſſet eſſe principem ſacerdotum: cumque ibidem dixiſſet ſe Phariſæum, & de reſurrectione mortuorum iudicari, orta eſt inter Phariſæos & Sadducæos magna diſſenſio: Dominus nocte Paulum confortat, prædicens quod etiam Romæ eſſet de ipſo teſtificaturus: detecta multorum de occidendo Paulo coniuratione, tribunus mittit eum Cæſaream militibus ſtipatum ad Felicem præſidem, ſcriptis ad eum litteris quæ hic referuntur.

1 INtendens autem in concilium Paulus ait: Vi-
A ri fratres, ego omni conſcientia bona conuer-
ſatus ſum ante Deum vſq; in hodiernum diem.
2 *Princeps autem ſacerdotum Ananias præcepit
3 aſtantibus ſibi percutere os eius. * Tunc Paulus
dixit ad eũ: Percutiet te Deus, paries dealbate.
Et tu ſedens iudicas me ſecundùm legem, &
4 contra legem iubes me percuti? *Et qui aſtabant
dixerũt: Summum ſacerdotem Dei maledicis?
5 *Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres quia
B princeps eſt ſacerdotum. Scriptum eſt enim:
6 "Principem populi tui non maledices. * Sciens "Exod. 22. d. 28
autem Paulus, quia vna pars eſſet Sadducæo-
rum, & altera Phariſæorum, exclamauit in
concilio: Viri fratres, "ego Phariſæus ſum, fi- "Philip. 4. b. 5
lius Phariſæorum, de ſpe & reſurrectione mor-
7 tuorum ego iudicor. *Et cùm hæc dixiſſet, facta
eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & "Mat. 22. c. 23
8 ſoluta eſt multitudo. *" Sadducæi enim dicunt,
non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, ne-
que Spiritum: Phariſæi autem vtraque confi-
9 tentur. * Et factus eſt autem clamor magnus. Et
ſurgentes quidam Phariſæorum, pugnabant,
dicentes: Nihil mali inuenimus in homine iſto:
10 quid ſi Spiritus locutus eſt ei, aut Angelus? * Et
C cùm magna diſſenſio facta eſſet, timens tribu-
nus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit mili-
tes deſcendere, & rapere eum de medio eorum,
11 ac deducere eum in caſtra. *Sequenti autem no-
cte aſſiſtens ei Dominus, ait: Conſtans eſto: ſic-
ut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic
12 te oportet & Romæ teſtificari. * Facta autem
die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuo-
uerunt ſe dicentes, neque manducaturos, ne-
13 que bibituros, donec occiderẽt Paulum. *Erant
D autem plus quàm quadraginta viri, qui hanc
14 coniurationem fecerant: * qui acceſſerunt ad
principes ſacerdotum, & ſeniores, & dixerunt:
Deuotionẽ deuouimus nos nihil guſtaturos, do-
15 nec occidamus Paulum. * Nunc ergo vos no-
tum facite tribuno cum concilio, vt producat
illum ad vos, tamquam aliquid certius cognitu-
ri de eo. Nos verò priùs quàm appropiet, parati
16 ſumus interficere illum. * Quod cùm audiſſet
filius ſororis Pauli inſidias, venit, & intrauit in
17 caſtra, nuntiauitque Paulo. * Vocans autem
Paulus ad ſe vnum ex Centurionibus, ait: Ado-
leſcentem hunc perduc ad tribunum, habet e-
18 nim aliquid indicare illi. * Et ille quidem aſſu-

mens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus
Paulus rogauit me hunc adoleſcentem perdu-
cere ad te, habentem aliquid loqui tibi. * Ap- 19
prehendens autem tribunus manum illius, ſe- E
ceſſit cum eo ſeorſum, & interrogauit illum:
Quid eſt, quod habes indicare mihi? * Ille au- 20
tem dixit: Iudæis conuenit rogare te, vt cra-
ſtina die producas Paulum in concilium, qua-
ſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo. * tu ve- 21
rò ne crediderìs illis, inſidiantur enim ei ex
eis viri ampliùs quàm quadraginta, qui ſe de-
uouerunt non manducare, neque bibere, do-
nec interficiant eum: & nunc parati ſunt, ex-
pectantes promiſſum tuum. * Tribunus igitur 22
dimiſit adoleſcentem, præcipiens ne cui lo- F
queretur quoniam hæc nota ſibi feciſſet. * Et 23
vocatis duobus Centurionibus, dixit illis:
Parate milites ducentos, vt eant vſque Cæ-
ſaream, & equites ſeptuaginta, & lancea-
rios ducentos, à tertia hora noctis: * & iu- 24
menta præparate, vt imponentes Paulum,
ſaluum perducerent ad Felicem præſidem.
* (Timuit enim ne fortè raperent eum Iu- 25
dæi, & occiderent, & ipſe poſteà calumniam
ſuſtineret, tamquam accepturus pecuniam)
* ſcribens epiſtolam continentem hæc: Clav- 26
divs Lyſias optimo præſidi, Felici, ſalutem.
* Virum hunc comprehenſum à Iudæis, & in- 27
cipientem interfici ab eis, ſuperueniens cum
exercitu eripui, cognito quia Romanus eſt: G
* Volenſque ſcire cauſam, quam obijciebant 28
illi, deduxi eum in concilium eorum. * Quem 29
inueni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum,
nihil verò dignum morte aut vinculis haben-
tem criminis. * Et cùm mihi perlatum eſſet de 30
inſidijs, quas parauerant illi, miſi eum ad te,
denuntians & accuſatoribus vt dicant apud te.
Vale. * Milites ergo ſecundùm præceptum ſi- 31
bi, aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem
in Antipatridem. * Et poſtera die dimiſſis equi- 32
tibus vt cum eo irent, reuerſi ſunt ad caſtra.
* Qui cùm veniſſent Cæſaream, & tradidiſ- 33
ſent epiſtolam præſidi, ſtatuerunt ante illum &
Paulum. * Cùm legiſſet autem, & interrogaſ- 34
ſet de qua prouincia eſſet: & cognoſcens quia
de Cilicia, * Audiam te, inquit, cùm accuſato- 35
res tui venerint. Iuſſitque in prætorio Herodis
cuſtodiri eum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Ananias. Hic fuit quinquageſimus octauus Iu- 2
dæorum Pontifex, & Iacobum fratrem Domini
occidit ſic Nicephorus Conſtant. qui addit, ab Agrippa
iuniore fuiſſe ſpoliatum Pontificatu, perijſſe in excidio
Ieruſalem. Nebedæi quidam filium faciunt, ſuſpicor
falſò. certè non fuit Caiphæ ſocer.

Paries dealbate. i. hypocrita, *Κονιᾶν illinire, cal-* 3
ce & opere tectorio inducere ſignificat. Gregorius
7. Moral. c. 15. *Electi, vt in arce ſublimi conſtituti, ce-
tera deſpiciunt; ſic Moyſes Pharaoni, Elias Achab, Pau-
lus Pontifici audacter loquuntur. Verùm an ea libertas
ex elatione veniat, an ex pietate & humilitate, ex alijs
actionibus eius qui loquitur, iudicari debet.* Hæc Gre-
gorius.

Nesciebam fratres qvia princeps. An per 5
ironiam loquitur, q. d. nihil in eo ſacerdotio dignum
video.

Pvgnabant pro, litigabant, contendebant pro Pau- 9
lo Pharisæi.

13 Plvs qvam qvadraginta viri. Græc. *erant
plures quadraginta, qui.* ſic Goth. *plus quam quadraginta, qui
in necem Pauli coniurarunt.*

18 Vinctvs Pavlvs, &c. Græc. *vinctus Paulus vocans
rogauit me, vt hunc adoleſcentem ad te ducerem.* ſic
Goth.

21 Viri amplivs qvam qvadraginta. Græc.
plures quadraginta. Goth. viri amplius quadraginta.

23 Vocatis. ſic lege, non *conuocatis*, vt Louan. Cæsa-
ream. Erat ſedes Præſidis, nempe tunc Iudææ caput
Tacitus lib. 18.

25 Timvit enim. Totus hic verſus Græc. & Syr. &
Goth. deeſt, ſolus Valeſius qua ſolet felicitate, Græcè
ſupplet. Deeſt etiam in nouem Vulgatæ cod Louan.
Nos tamen Romanam lectionem retinemus, quæ etiam
in Regia eſt, & totus hic verſus. Tamqvam acce-
ptvrvs pecvniam, *μέλλων ἀργύριον λαμβάνειν*. q. d. quaſi
promiſſa pecunia, ſi Paulus occideretur. ideò tribu-
nus timuit.

30 Qvas paraverant illi. in datiuo. i. contra il-
lum inſidias.

34 Et cognoscens. pro, & cùm cognouiſſet. alioquin
& redundat. Ergo cùm Præſes cognouiſſet Paulum è
Cilicia eſſe, & quæ ſequuntur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Omni, &c. i. quantum mihi conſcius ſum, benè.
Ante Devm. i. Deo ſeruiens.

3 Percvtiet. i. dignus es quem percutias, vel prophe-
tia eſt. Ivdicans. pro, vt iudices.

5 Nesciebam. ſ. non agnoſcebat pro Pontifice, ceſſa-
uerat enim illud ſacerdotium.

6 De spe. i. ob ſpem. ſ. quam prędico. Ivdicor. i. in
ius vocor.

9 Pvgnabant. i. contendebant. Invenimvs. præ-
ſens eſt. Spiritvs. ſ. Dei.

11 Constans esto. Græc. *confide.*

12 Collegervnt se. i. conuenerunt. Devove-
rvnt. i. cum execrationibus iurarunt, ſeu promiſe-
runt.

14 Devotione, &c. Græc. *anathemate anathematizaui-
mus nos.*

15 Cvm concilio. Syr. *& primores Synagogæ.*

20 Ivdæis. pro, inter Iudæos. Convenit. ſ. conſpi-
rarunt.

22 Qvoniam. pro, quod.

23 Et eqvites. pro, id eſt equites.

25 Pecvniam. ſ. occidi permiſiſſet.

26 Optimo. Græc. *κρατίστῳ.* i. *potentiſſimo*, ſeu *præſtan-
tiſſimo.* Vide inf. cap. 26. & Luc. 1. Syr. *victorioſo.*
Salvtem. Syr. *pacem.*

27 Incipientem, &c. i. cùm propè eſſet vt interfi-
ceretur.

CAPVT XXIV.

*Accuſatus Paulus coram Felice præſide à Tertullo Iu-
dæorum oratore, reſpondet negans impoſita ſibi crimi-
na, confitens tamen ſe Chriſtianum, & dixiſſe ſe de re-
ſurrectione mortuorum iudicari: Felix & ipſius vxor
Iudæa audiunt Paulum de fide Chriſtiana; cum autem
non acciperet a Paulo pecuniam, reliquit eum vinctum,
accipiens ſucceſſorem Portium Feſtum.*

1 Poſt quinque autem dies deſcendit princeps
A ſacerdotum, Ananias, cum ſenioribus qui-
buſdam, & Tertullo quodam oratore, qui ad-
2 ierunt Præſidē aduerſus Paulū. * Et citato Paulo
cœpit accuſare Tertullus, dicēs: Cùm in multa
pace agamus per te, & multa corrigantur per
3 tuá prouidentiam, * ſemper & vbiq; ſuſcipimus,
4 optime Felix, cum omni gratiarū actione. * Ne
diutiùs autē te protraham, oro, breuiter audias
5 nos pro tua clementia. * Inuenimus hunc homi-
B nē peſtiferū, & concitātem ſeditiones omnibus

ſiquod eſt in viro crimen, accuſent eum. * De- 6
moratus autem inter eos dies non ampliùs
quàm octo, aut decem, deſcendit Cæſaream,
& altera die ſedit pro tribunali, & iuſſit Pau-
lum adduci. * Qui cùm perductus eſſet, circum- 7
ſteterunt eum, qui ab Ieroſolyma deſcen-
derant Iudæi, multas & graues cauſas obiicien-
tes, quas non poterant probare, * Paulo rationem 8
reddente: Quoniam neque in legem Iudæo-
rum, neque in templum, neque in Cæſarem
quidquam peccaui. * Feſtus autem volens gra- 9
tiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit: C
Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his iudi-
cari apud me? * Dixit autem Paulus: Ad tribu- 10
nal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari: Iudæis
non nocui, ſicut tu meliùs noſti. * Si enim no- 11
cui, aut dignum morte aliquid feci, non re-
cuſo mori: ſi verò nihil eſt eorum, quæ hi ac-
cuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæ-
ſarem appello. * Tunc Feſtus cum concilio 12
locutus, reſpondit: Cæſarem appellaſti? ad
Cæſarem ibis. * Et cùm dies aliquot tranſacti eſ- 13
ſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderunt
Cęſaream ad ſalutandum Feſtum. * Et cùm dies 14
plures ibi demorarentur, Feſtus regi indicauit
de Paulo, dicens: Vir quidam eſt derelictus D
à Felice vinctus, * de quo cùm eſſem Ieroſoly- 15
mis, adierunt me principes ſacerdotum, & ſe-
niores Iudæorum, poſtulantes aduerſus illum
damnationem. * Ad quos reſpondi: Quia non 16
eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem ho-
minem, priùs quàm is qui accuſatur, præſentes
habeat accuſatores, locumque defendendi ac-
cipiat ad abluenda crimina. * Cùm ergo huc 17
conueniſſent ſine vlla dilatione, ſequenti die E
ſedens pro tribunali, iuſſi adduci virum. * De 18
quo, cùm ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam
deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum:
* Quæſtiones verò quaſdam de ſua ſuperſtitione 19
habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſu de-
functo, quem affirmabat Paulus viuere. * Hæ- 20
ſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dice- F
bam ſi vellet ire Ieroſolymam, & ibi iudicari de
iſtis. * Paulo autem appellante vt ſeruaretur ad 21
Auguſti cognitionem, iuſſi ſeruari eum, donec
mittam eum ad Cęſarem. * Agrippa autem dixit 22
ad Feſtum: Volebam & ipſe hominem audire.
Cras, inquit, audies eum. * Altera autem die, 23
cùm veniſſet Agrippa, & Bernice, cum multa
ambitione, & introiſſent in auditorium cum
tribunis, & viris principalibus ciuitatis, iubente
Feſto, adductus eſt Paulus. * Et dicit Feſtus: 24
Agrippa rex, & omnes, qui ſimul adeſtis no-
biſcum viri, videtis hunc, de quo omnis mul-
titudo Iudæorum interpellauit me Ieroſoly-
mis, petentes & acclamantes non oportere
eum viuere ampliùs. * Ego verò comperi nihil 25
dignum morte eum admiſiſſe. Ipſo autem hoc
appellante ad Auguſtum, iudicaui mittere. * De 26
quo quid certum ſcribam domino non habeo.
Propter quod produxi eum ad vos, & maximè
ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta ha-
beam quid ſcribam. * Sine ratione enim mihi 27
videtur mittere vinctum, & cauſas eius non
ſignificare.

IO. MARIANÆ SCHOLIA

1 POSTVLANTES GRATIAM. ſupple, *ab eo*, vt Syr. [...] Præſide contra Paulum.

5 QVI ..... POTENTES SVNT. ſ. ad accuſandum. A[...]cuſant illi, Paulus appellat Cæſarem.

10 IBI ME OPORTET IVDICARI. aut *vbi*, vt Græcè e[...] & Louan. legunt.

11 NIHIL EST EORVM, QVÆ HI ACCVSANT ME. pr[...] in me. Eſtque conſtructio inuerſa. ſic ordinat Syr. *Ni[...]hil eſt in me eorum quæ hi accuſant.*

12 CVM CONCILIO, ſiue *conſilio*, ſiue vt Syr. *collocut[...] eſt cum conſultoribus ſuis, & ait.*

13 AGRIPPA REX ET BERNICE. *Agripp[a]* hic filius Herodis fuit, eius quem Angelus occidi[t] cap. 12. verſ. 21. Is ex vxore Cypride Agrippa[m] hunc, Berenicem, Mariamnem & Druſillam rel[i]quit: Ioſephus 2. de Bello Iud. cap. 10. de quibu[s] ſingulis dicendum eſt. *Agrippa*, cùm mortuus e[st] pater, puer erat Romæ, & à Claudio Rex Chalc[i]dis eſt factus, deinde Philippi tetrarchia & Tracho[]nitidis eſt adiecta, ſed regio nomine. Iudæa ſub Præſ[i]dibus manſit. Druſilla priùs Azizo nupſit Regi Eme[]ſenorum: deinde ab hoc repudiata, Felici Præſid[i] de quo deinde. Ex Mariamne & Archelao Chalci[dis] filio nata eſt Berenice, vxor auunculi Agrippæ. Be[]renice Agrippæ ſoror poſt obitum Herodis patrui, c[ui] nupſerat, ſuſpecta quaſi cum fratre Agrippa turpit[er] ageret, Polemoni Ciliciæ Regi priùs circumciſo nu[]pſit, ditiſſimæ feminæ opum auido. Hanc credam à Ti[to] adamatam (de quo Suetonius & Tacitus) non Bere[]nicem iuniorem. Verba Taciti ſubijcio lib. 18. *N[ec] minore animo Regina Berenice partes iuuabat, floren[s] ætate formaque, & ſeni quoque Veſpaſiano magnificenti[a] munerum grata.* Porrò Cypris huius mater, vxor He[]rodis Agrippæ, M. Antonij & Cleopatræ filia fui[t] quando Tacitus lib. 21. Druſillam eius filiam eoru[m] neptem facit. Hic *Agrippa* vocatur etiam *Herode[s]* ab Hebræis *Agrippina*, ad diſtinctionem patri[s] quem Lucas *Herodem* vocat, ipſi & Ioſephus *Agrip[]pam.* De *Felice* Præſide addendum ex Ioſeph[o] lib. 20. cap. 5. fuit Pallantis frater, eius qui Claud[ij] libertus effecit, vt Agrippina Claudio patruo nubere[t] nouo prorſus exemplo. Pallantis gratia fratrem ex[]tulit, quamuis peſſimo ingenio. De quo Tacit[us] libro 21. *Claudius*, ait, *defunctis Regibus* (nemp[e] Iudææ) *aut ad modicum redactis, Iudæam Prouinciam equitibus Romanis, aut libertis permiſit. E quibus An[]tonius Felix per omnem ſæuitiam ac libidinem ius regiu[m] ſeruili ingenio exercuit.* Hactenus Tacitus. Eum erg[o] vt fratris gratia euexit, ſic ea ſeneſcente, Nerone Im[]peratore Agrippinæ minori potentia decidit. Feli[]cem Pallantis fratrem Seneca in Ludo facit: & Claudio Auguſto vtrumque occiſum indicat. D[e] Portio Feſto ſucceſſore nil erat quod dicam, niſi quò[d] eius, Albini & Flori, qui deinceps fuerunt Iudæ[æ] Præſides, prauis actionibus coacti Iudæi ſunt arm[a] ſumere, vnde vrbis Ieroſolymæ & templi excidium. De quo Ioſephus libro ſecundo de Bello Iudaic[o] cap. 16.

14 VIR QVIDAM EST DERELICTVS. pro, *relictus* [...] *Felice*, vt Gotth.

16 DAMNARE. Græc. *donare aliquem hominem in per[]ditionem*, vt eſt etiam Syr. Dono tradere aliquem in[]terficiendum.

23 CVM MVLTA AMBITIONE. μετὰ πολλῆς φαν[]τασίας, *cum multo faſtu.* Suidas, φαντάζεσθαι παλαι[...] ἀπὸ τὸ φαίνειν ἔλεγον, pro, *apparare* & *apparatu.* He[]rodotus in Polymnia: Θεὸς οὐδ᾽ ἐᾷ φαντάζεσθαι, *non ſin[it] Deus ſuperbire.* Quod Lucas hîc dixit μετὰ πολλ[ῆς] φαντασίας, 1. Machab. 9. verſ. 37. dicitur μετὰ πολλ[ῆς] παρασκευῆς, *cum multa pompa.* ibi etiam noſter Inter[]pres, *cum multa ambitione* dixit. i. faſtu, apparatu, oſten[]tatione.

24 INTERPELLAVIT, ſeu *compellauit*, ſeu *appellauit* m[e]

Iudæorum multitudo. ACCLAMANTES, ſeu *clamantes*, ἐπιβοῶντες, non oportere Paulum viuere.

HOC APPELLANTE AD AVGVSTVM. Non eſt bona conſtructio. ſic ego diſtinguerem: *Appellante hoc, ad Auguſtum iudicans mittere.* ſ. eum. Mittere tamen & 25

CAVSAS EIVS NON SIGNIFICARE non decet, ſeu *cauſam*, vt Gotth. & *cauſam* pro *delicto*, vt ſumit Syr. *αἰτία* id etiam ſignificat. 27

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PROVINCIAM. ſ. Iudæam. 1

GRATIAM. i. fauorem. 3

MATVRIVS. i. celeriter, ſeu breui. Græc. ἐν τάχει. 4

POTENTES. vulgò, *Valenti huomini.* 5

ALTERA. i. ſequenti. ſic inf. 6

QVÆ HI. pro, de quibus hi. 11

CONSILIO. Syr. *conſiliariis ſuis.* 12

BERNICE. ſ. eius ſoror. AD SALVTANDVM FESTVM. Syr. *ad poſtulandam pacem Feſti.* ſ. ſic appellatur Hebr. & Syr. ſalutatio. 13

DAMNARE. ſ. interficiendum. 16

CAVSAM. i. crimen. Syr. *culpam flagitioſam.* MALVM. non eſt Græc. 18

SVPERSTITIONE. Sic vocat Iudæorum religionem. 19

HÆSITANS, &c. q. d. cùm non ſatis intelligerem earum quæſtionum momenta. 20

VOLEBAM. pro, vellem. 22

AMBITIONE. i. apparatu, ſeu oſtentatione, Græc φαντασίας. 23

INTERPELLAVIT. i. conuenit. 24

HOC. pro, eo, quamquam ſi non legatur (abundat enim) facilior eſt lectio. 25

INTERROGATIONE. i. examinatione. 26

SINE RATIONE q. d. ſtultum. ſeu irrationabile, ἄλογον Græc. CAVSAS. i. crimina. 27

CAPVT XXVI.

Paulus coram Agrippa ſuam cauſam defendit, referens ſua ad Chriſtum conuerſionis ordinem, & ſe Iudæis ac Gentibus ſub diuina protectione prædicaſſe oſtendens; Feſtoque ipſum ex nimia ſcientia inſanire dicenti reſpondet, omneſque optat eſſe Chriſtianos: Agrippa dicit enim potuiſſe dimitti, niſi Cæſarem appellaſſet.

AGrippa verò ad Paulum ait: Permittitur 1
tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus ex- A
tenta manu cœpit rationem reddere. * De om- 2
nibus, quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æ-
ſtimo me beatum, apud te cùm ſim defenſurus
me hodie, * maximè te ſciente omnia, & quæ 3
apud Iudæos ſunt conſuetudines, & quæſtio-
nes: propter quod obſecro patienter me audias.
* Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab 4
initio fuit in gẽte mea in Ieroſolymis, nouerunt 5
omnes Iudæi: * præſcientes me ab initio (ſi ve- B
lint teſtimonium perhibere) quoniam ſecun-
dùm certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi
Phariſęus. * Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros 6
repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſub-
iectus: * in quam duodecim tribus noſtræ, nocte 7
ac die deſeruientes, ſperant deuenire. De qua
ſpe accuſor à Iudæis, rex. * Quid incredibile 8
iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?
* Et ego quidem exiſtimaueram, me aduerſus no- 9
men Ieſu Nazareni debere multa cõtraria age-
re. * ⁿ quod & feci Ieroſolymis, & multos ſan- 10 — ⁿ Sup. 8. a. 9
ctorum ego in carceribus incluſi, à principibus C
ſacerdotum poteſtate accepta: & cùm occide-
rentur, detuli ſententiam. * Et per omnes ſyna- 11
gogas frequenter puniens eos, compellebam
blaſphemare: & ampliùs inſaniens in eos, per-
12 ſequebar vſque in exteras ciuitates. * In quibus
ⁿ dum irem Damaſcum cum poteſtate & per- — ⁿ Sup. 9. a. 1
13 miſſu principum ſacerdotum, * die media in via,
vidi, rex, de cælo ſupra ſplendorem ſolis cir-
cumfulſiſſe me lumen, & eos qui mecum ſimul
14 erant. * Omneſque nos cùm decidiſſemus in ter-
D ram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica
lingua: Saule, Saule, quid me perſequeris? du-
15 rum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. * Ego
autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem
16 dixit: Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris. * Sed
exurge, & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim
apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & te-
ſtem eorum quæ vidiſti, & eorum quibus appa-
17 rebo tibi, * eripiens te de populo, & gentibus, in
18 quas nunc ego mitto te, * aperire oculos eorum,
E vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de po-
teſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiant remiſſio-
nem peccatorum, & ſortem inter ſanctos, per
19 fidem quæ eſt in me. * Vnde rex Agrippa, non
20 fui incredulus cæleſti viſioni: * ⁿ ſed his, qui ſunt — ⁿ Sup. 13. & 14
Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in omnem
regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam, vt
pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad
21 Deum digna pœnitentiæ opera facientes. * Hac
F ex cauſa me Iudæi, cùm eſſem in templo,
22 ⁿ comprehenſum tentabant interficere. * Auxi- — ⁿ Sup. 21. c. 31
lio autem adiutus Dei, vſque in hodiernum
diem ſto, teſtificans minori atque maiori,
nihil extra dicens quàm ea quæ Prophetæ lo-
23 cuti ſunt futura eſſe, & Moyſes, * ſi paſſi-
bilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mor-
tuorum, lumen annuntiaturus eſt populo, &
24 Gentibus. * Hæc loquente eo, & rationem
reddente, Feſtus magna voce dixit: Inſanis
Paule: multę te litteræ ad inſaniam conuertunt.
25 * Et Paulus: Non inſanio (inquit) optime Feſte,
26 ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor. * Scit
enim de his rex, ad quem & conſtanter loquor:
latere enim eum nihil horum arbitror. Neque
enim in angulo quidquam horum geſtum eſt.
27 * Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia cre-
G dis. * Agrippa autem ad Paulum: In modico
28 ſuades me Chriſtianum fieri. * Et Paulus: Opto
29 apud Deum, & in modico, & in magno, non
tantùm te, ſed etiam omnes qui audiunt, ho-
die fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vincu-
30 lis his. * Et exurrexit rex, & præſes, & Bernice,
31 & qui aſſidebãt eis. * Et cùm ſeceſſiſſent, loque-
bantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil mor-
te, aut vinculis dignum quid fecit homo iſte.
32 * Agrippa autem Feſto dixit: Dimitti poterat
homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PAVLVS EXTENTA MANV. ſiue *extendens manum*, vt Græc. & Goth.

5 SECVNDVM CERTISSIMAM SECTAM vixi. Nempe quia Phariſæi comparatione Sadducæorum certiora dogmata ſectabantur. Aut quia inter ſeptem Phariſæorum genera, quæ cũ ſuis nominibus in Thalmud libro סוטה *Sotah* numerantur, Paulus ex optimo erat. Porrò Phariſæi nomen non à פרץ *Paraz* deducitur, quod eſt *frangere*, ſed à פרש *Paras.* i. *diuidere*, quia vt Religioſi ſeiuncti erant ab alijs.

IN SPE, ob ſpem, quam ſ. prædico. STO IVDICIO SVBIECTVS. i. vt reus cogor ad tribunal litigare. 6

DETVLI SENTENTIAM, cùm occiderentur Chriſtiani. i. meo ſuffragio probaui cædem, quæ in pios decernebatur. 10

VOCEM LOQVENTEM. pro, dicentem mihi audiui. 14

ET EORVM QVIBVS APPAREBO TIBI. i. eris teſtis eorum quæ vidiſti, & eorum quæ viſurus es, me ea monſtrante. 16

NON FVI INCREDVLVS, ſeu *contumax*, ſeu *inobediens*, ἀπειθὴς Græc. 19

TENTABANT INTERFICERE. Sic eſt Græc. Regia & Louan. *volentes me interficere*, ſed falsò, & vox *volentes me*, ſententiam perturbat. Veleſius tamen id Græcè adiicit. 21

SI PASSIBILIS. pro, quòd paſſibilis eſt Chriſtus, quòd eſſet paſſurus & reſurrecturus, id annuntio, id prædico. Aut oratio ſit incompleta, & ſuppleatur aliquid ſic: Si paſſibilis eſt Chriſtus, ſi ſurrexit, ſi hæc ita ſe habent, vera eſt mea prædicatio. 23

AGRIPPA AVTEM AD PAVLVM. ſ. *ait*, vt eſt Græc. 28 IN MODICO SVADES. q. d. parum abeſt quò minùs fiam Chriſtianus. Ironicè.

QVI AVDIVNT. ſ. *me hodie*, vt eſt Græcè, fieri. 29 QVALIS ET EGO SVM. ſ. credere.

NIHIL MORTE, AVT VINCVLIS DIGNVM QVID 31 fecit hic homo. *Quid* redundat, neque Græcè eſt, neque Syriacè. FECIT. Græcè *facit*, ſed pro *fecit*. ſic dicebant Rex & Præſes: Poterat dimitti,

SI NON APPELLASSET CÆSAREM. Sic 32 rectè, non *ad Cæſarem*, aut *ad Auguſtum*. De quo cap. 25. verſ. 25.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AESTIMO. i. arbitror. 1

CERTISSIMAM. Syr. *præcipuam*. NOSTRÆ. i. Iudaicæ. 5

IN SPE. i. ob ſpem, vel ſpe fretus. REPROMISSIONIS. pro, promiſſionis. ſ. de reſurrectione. 6

QVAM. Syr. *quam ſpem*. i. rem ſperatam. 7

QVID. i. cur. VOS. Videtur id dixiſſe ad Proconſulem, & Gentiles conuerſus. SI. pro, quod. 8

ET MVLTOS. pro, nam multos. SENTENTIAM. Græc. & Syr. *ſuffragium*. 10

BLASPHEMARE Syr. *blaſphemare nomen Ieſu*. AMPLIVS. i. vehementer. 11

QVIBVS. ſ. rebus verſans. PERMISSV. Græc. & Syr. *procuratione*. 12

SVPRA. pro, ſuperans. 13

APPAREBO TIBI. i. apparens te docebo. 16

POPVLO. ſ. Iudæorum. 17

SORTEM. i. hereditatem. 18

INCREDVLVS. Syr. *repugnans*. 19

SI. pro, quod. PASSIBILIS. pro, paſſioni deſtinatus. 23

OPTIME. Vide ſup. cap. 24. 25

CONSTANTER. i. confidenter. 26

IN MODICO. q. d. paucis verbis. 28

OPTO. Græc. *optarim*. IN MODICO, ET IN MAGNO. Græc. *in paruo & in multo*. q. d. omnino, ſeu per omnem modum. EXCEPTIS, &c. q. d. loquor de animo, non de corporis ſeruitute. 29

CAPVT XXVII.

Paulus à centurione Iulio ducitur Romam verſus, nauigans per varia loca: aduerſante autem ipſis vento, vix perueniunt ad quemdam in Creta locum: à quo licet prædiceret Paulus periculoſam eſſe nauigationem, diſcedentes, patiuntur ingentem tempeſtatem: tandemque poſt Pauli conſolationem, qui narrans factam ſibi de omnium ſalute reuelationem, hortabatur eos ad cibum ſumendum, paſſi naufragium omnes euadunt incolumes.

1 VT autem iudicatum eſt nauigare eum
A in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis
cuſtodiis centurioni nomine Iulio cohorti
2 Auguſtæ, * aſcendentes nauem Adrumeti-
nam, incipientes nauigare circa Aſiæ loca, ſuſ-
tulimus, perſeuerante nobiſcum Ariſtarcho
3 Macedone Theſſalonicenſi. * Sequenti autem
die deuenimus Sidonem. Humanè autem tra-
ctans Iulius Paulum, permiſit ad amicos ire,
4 & curam ſui agere. * Et inde cùm ſuſtuliſſe-
mus, ſubnauigauimus Cyprum, propterea quòd
5 eſſent venti contrarij. * Et pelagus Ciliciæ &
B Pamphyliæ nauigantes, venimus Lyſtram, quæ
6 eſt Lyciæ: * & ibi inueniens centurio nauem
Alexandrinam nauigantem in Italiam, tranſ-
7 poſuit nos in eam. * Et cùm multis diebus tar-
dè nauigaremus, & vix deueniſſemus contra
Gnidum, prohibente nos vento, adnauigaui-
8 mus Cretæ, iuxta Salmonem: * & vix iuxtà
nauigantes, venimus in locum quemdam, qui
vocatur Boniportus, cui iuxtà erat ciuitas
9 Thalaſſa. * Multo autem tempore peracto, &
cùm iam non eſſet tuta nauigatio, eò quòd
& ieiunium iam præteriiſſet, conſolabatur eos
10 Paulus, * dicens eis: Viri, video quoniam cum
iniuria & multo damno, non ſolùm oneris
& nauis, ſed etiam animarum noſtrarum, in-
11 cipit eſſe nauigatio. * Centurio autem guber-
C natori & nauclero magis credebat, quàm his
12 quæ à Paulo dicebantur. * Et cùm aptus por-
tus non eſſet ad hiemandum, plurimi ſtatue-
runt conſilium nauigare inde, ſi quomodo
poſſent, deuenientes Phœnicen, hiemare, por-
tum Cretæ reſpicientem ad Africum, & ad
13 Corum. * Aſpirante autem Auſtro, æſtiman-
tes propoſitum ſe tenere, cùm ſuſtuliſſent de
14 Aſſon, legebant Cretam. * Non poſt multum
autem miſit ſe contra ipſam ventus Typho-
15 nicus, qui vocatur Euroaquilo. * Cumque ar-
repta eſſet nauis, & non poſſet conari in ven-
16 tum, data naue flatibus, ferebamur. * In in-
ſulam autem quamdam decurrentes, quæ vo-
catur Cauda, potuimus vix obtinere ſca-
17 pham. * Qua ſublata, adiutoriis vtebantur,
D accingentes nauem, timentes ne in Syrtim
18 inciderent, ſummiſſo vaſe ſic ferebantur. * Va-
lida autem nobis tempeſtate iactatis, ſequen-
19 ti die iactum fecerunt: * & tertia die ſuis ma-
20 nibus armamenta nauis proiecerunt. * Neque
autem ſole, neque ſideribus apparentibus per
plures dies, & tempeſtate non exigua immi-
nente, iam ablata erat ſpes omnis ſalutis no-
21 ſtræ. * Et cùm multa ieiunatio fuiſſet, tunc
ſtans Paulus in medio eorum, dixit: Oporte-
bat quidem, ô viri, audito me, non tollere à
Creta, lucrique facere iniuriam hanc & iactu-
22 ram. * Et nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe.
amiſſio enim nullius animæ erit ex vobis, præ-
23 terquam nauis. * Aſtitit enim mihi hac nocte
Angelus Dei, cuius ſum ego, & cui deſeruio,
24 * dicens: Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſ-
ſiſtere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui na-
25 uigant tecum. * Propter quod bono animo eſto-
E te viri: credo enim Deo, quia ſic erit, quemad-
26 modum dictum eſt mihi. * In inſulam autem
27 quamdam oportet nos deuenire. * Sed poſtea-
quam quartadecima nox ſuperuenit, nauigan-
tibus nobis in Adria circa mediam noctem,

ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi aliquam re-
gionem. * Qui & ſummittentes bolidem, in- 28
uenerunt paſſus viginti: & puſillum inde ſe-
parati, inuenerunt paſſus quindecim. * Timen- 29
tes autem ne in aſpera loca incideremus, de
puppi mittentes anchoras quattuor, optabant
diem fieri. * Nautis verò quærentibus fugere 30
de naui, cùm miſiſſent ſcapham in mare, ſub
obtentu quaſi inciperent à prora anchoras ex-
tendere, * dixit Paulus Centurioni, & militi- 31
bus: Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri
non poteſtis. * Tunc abſciderunt milites fu- 32
nes ſcaphæ, & paſſi ſunt eam excidere. * Et 33
cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes F
ſumere cibum, dicens: Quartadecima die ho-
die expectantes ieiuni permanetis, nihil acci-
pientes. * Propter quod rogo vos accipere ci- 34
bum pro ſalute veſtra: quia nullius veſtrûm
capillus de capite peribit. * Et cùm hæc dixiſ- 35
ſet, ſumens panem, gratias egit Deo in conſpe-
ctu omnium: & cùm fregiſſet, cœpit mandu-
care. * Animæquiores autem facti omnes, & 36
ipſi ſumpſerunt cibum. * Eramus verò vniuer- 37
ſæ animæ in naui ducentæ ſeptuaginta ſex. * Et 38
ſatiati cibo alleuiabant nauem, iactantes tri-
ticum in mare. * Cùm autem dies factus eſ- 39
ſet, terram non agnoſcebant: ſinum verò
quemdam conſiderabant habentem littus, in G
quem cogitabant, ſi poſſent, eiicere nauem.
* Et cùm anchoras ſuſtuliſſent, committebant 40
ſe mari, ſimul laxantes iuncturas gubernacu-
lorum: & leuato artemone ſecundùm auræ
flatum tendebant ad littus. * Et cùm incidiſ- 41
ſemus in locum dithalaſſum, impegerunt na-
uem: & prora quidem fixa manebat immobi-
lis, puppis verò ſoluebatur à vi maris. * Mili- 42
tum autem conſilium fuit vt cuſtodias occide-
rent: nequis cùm enataſſet, effugeret. * Cen- 43
turio autem volens ſeruare Paulum, prohibuit
fieri: iuſſitque eos, qui poſſent natare, emittere
ſe primos, & euadere, & ad terram exire: * & ce- 44
teros alios in tabulis ferebant: quoſdam ſuper
ea, quæ de naui erant. Et ſic factum eſt, vt om-
nes animæ euaderent ad terram.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ASCENDENTES NAVEM ADRVMETINAM. Sic plerique legunt. Alij *Adrumentinam.* Alij *Hadrumentinam.* Alij *Adramytenam.* Theophylactus *Atramytinam.* Ac ne ipſa vrbs, vnde ea nauis erat, vno modo ſcribitur. Plinius lib. 6. cap. 34. *Adrumentum* vocat, Hieronymus de Locis ex Actis *Hadrumentum*, atque vrbem eſſe in Byzacio Africæ regione. Syr. hîc *Adramatum* vocat. Ac nec de nomine, quo nunc vocatur, Auctores conſentiunt. De quo Ortelij Theſaurus Geographicus. Quo in portu aſcenderint nauem, non explicatur. Suſpicor Ioppe ſoluiſſe, quoniam non procul à Cæſarea diſtat. 2

DEVENIMVS SIDONEM. Petentibus Italiam, Sidon deuia erat & remotior. ſed fortaſſe nauis cõmerces deferebat, aut inde erat acceptura. Inde in Cyprum, 3

QVOD ESSENT VENTI CONTRARII. Cyprus non erat deuia nauigantibus in Italiam, ſed videntur ibi aliquamdiu ſubſtitiſſe propter ventos. 4

CONTRA GNIDVM. Vrbs aut promontorium minoris Aſiæ, Cretæ obiectum. ADNAVIGAVIMVS CRETÆ. pro, *Cretam*, vt eſt Græcè & Syr. ad eam peruenimus. IVXTA SALMONEM. Cretæ eſt promontorium. 7

8 BONIPORTVS. Vna dictio eſt, nomenq; portus Cretæ. Iuxta eum ciuitas THALASSA. Græcè, *Laſæa.* Plerique *Thalaſſam* corruptum putant, & ſubſtituendam *Laſæam*, iniqui iudices. cur enim *Laſæam* potiùs non dicamus corruptum? At Syr. *Laſia* ponit. ſed & Velelius Θάλασσα ponit ex aliquo certè codice Græco.

9 QVOD ET IEIVNIVM IAM PRÆTERIISSET. Goth. *Autumnus.* An pro νηστείας in aliquo codice inuenerunt ὀπώρας; an relictis verbis ſententiam ſunt ſecuti. Syr. *ieiunium Iudæorum* ait. nempe quod die ſexto menſis *Marcheſuam*, id eſt, *Octobris*, incipiebant Iudæi, ob excæcatum Sedechiam Regem Iuda, & dies aliquot continuabatur. Ita plerique Expoſitores. Nam de ieiunio Chriſtianorum, quod veris initio incidit, aut de ieiunio Quatuor temporum, vt intelligatur, non placet.

12 NAVIGARE INDE. ſupple, vt viderent. SI QVOMODO POSSENT, DEVENIENTES PHOENICEN. Nomen eſt portus Cretæ ad Auſtrum, vt mox dicitur.

13 CVM SVSTVLISSENT. id eſt, ſoluiſſent. DE ASSON. *Aſſon* duplex: altera Myſiæ vrbs, de qua cap. 20. v. 13. altera Cretæ, vnde nunc ſoluerunt.

14 VENTVS TYPHONICVS. i. *vorticoſus*, qui in mari vortices facit. Τυφὼν *vortex* eſt. Goth. *ventus vehemens*, ſententiam ſequitur. EVROAQVILO. Græcè Εὐροκλύδων, id eſt, *Eurus tempeſtuoſus*, qualis Eurus ad Aquilonem vergens. inde noua compoſitione *Euroaquilo*, Græci Καικίας dixere, vt puto. Aut vna voce duo venti deſignantur, quibus concurrentibus procellæ concitantur, vt ait Vegetius lib. 4. cap 38.

16 QVÆ VOCATVR CAVDA. Græci codices omnes & plerique Latini *Clauda.* Quæ vbi ſit, Auctores variant. POTVIMVS VIX OBTINERE SCAPHAM. i. in nauem eam ſubleuare. Aut *ſcapham*, pro *ſcapha* vix eam inſulam tenere potuimus.

17 SYRTIM. *Syrtis* eſt locus vadoſus & arenoſus. *Breue* etiam vocatur, vbi hærent naues. nec loquitur de Syrtibus Africæ. SVMMISSO VASE. i. antenna demiſſa ferebamur.

18 IACTVM FECERVNT mercium. ſ. ne onere nauis mergeretur.

21 OPORTEBAT. pro, *oportuerat*. ſic Goth. non diſcedere à Creta.

39 TERRAM NON AGNOSCEBANT. ſ. nautæ, qua in plaga eſſent.

40 COMMITTEBANT SE MARI id eſt, permittebant vt eos ferret, non reſiſtebant procellæ. SIMVL LAXANTES IVNCTVRAS GVBERNACVLORVM. id eſt, temonem reliquerunt, quo nauis gubernatur. ET LEVATO ARTEMONE. id eſt, velo paruo, quo ſenſim & lentè ferretur nauis, illud explicarunt.

41 IN LOCVM DITHALASSVM. i. *bimarem* incidimus. Διθάλασσον terra eſt in mari ſurgens, ab vtroque tamen latere profundam aquam habens. Goth. *vadoſum* habet, qua voce non malè explicatur quid ſit διθάλασσον.

44 SVPER EA, QVÆ DE NAVI ERANT. ſ. armamenta, ſupellex nautica, nauis fragmenta. iis impoſiti euadebant ad terram.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVDICATVM. i. decretum. EVM. Græc. *nos.* CVSTODIIS. i. vinctis. ſic inf.

2 ADRVMETINAM. Syr. *ex ciuitate Adramanto.* INCIPIENTES NAVIGARE. Græc. *nauigaturi.* CIRCA, &c. ſ. ad ea loca nauis proficiſcebatur. SVSTVLIMVS. i. ſoluimus portu, ſic inf. PERSEVERANTE. ſ. in comitatu.

5 LYSTRAM. Græc. & Syr. *Myram.*

7 GNIDVM. Vrbs eſt Cariæ in Aſia. Syr. *Caindum inſulam.* SALMONEM. Syr. *Salmonem vrbem.*

8 BONIPORTVS. i. pulchri. THALASSA. Græc. & Syr. *Laſea.*

9 IEIVNIVM. Syr. *ieiunium Iudæorum.* q. d. Autumnus; eo enim tempore ieiunabant. CONSOLABATVR.

Græc. *exhortabatur*. Syr. *conſilium dabat*. ſ. de non nauigando. INIVRIA. i. detrimento.

NAVCLERO. Syr. *domino nauis*. 11

STATVERVNT CONSILIVM. i. decreuerunt. PORTVM. Appoſitio. q. d. qui erat portus. AFRICVM, &c. Ventorum ſunt nomina. 12

LEGEBANT. i. prætemauigabant. 13

IPSAM. ſ. Cretam. EVROAQVILO, eſt inter Eurum & Aquilonem, vnde et nomen. 14

OBTINERE. Syr. *prehendere*. 16

SVBLATA. ſ. in nauim. ADIVTORIIS. i. remediis, quibus poterant. ACCINGENTES. ſ. funibus, ne vi tempeſtatis diſſolueretur. SYRTIM. i. ſcopulos, vel loca arenoſa. VASE. quidam ſcapham putant. Syr. *antenna*. 17

IACTVM. ſ. rerum in mare. 18

ARMAMENTA. i. inſtrumenta. 19

IEIVNATIO. ſ. diu cibo abſtinuerant. INIVRIAM. i. damnum. 21

ET NVNC. pro, ſed nunc. 22

QVARTADECIMA. ſ. tempeſtatis. ADRIA. Syr. *Adriatico mari*. 27

BOLIDEM. i. pondus funiculo alligatum, quo exploratur maris altitudo. 28

NON POTESTIS. At promiſerat Deus neminem periturum. ſ. niſi temerè periculo ſe obiicerent. 31

NIHIL. ſ. ferè. 33

SALVTE. i. incolumitate. QVIA NVLLIVS, &c. q. d. *nihil enim detrimenti patiemini*, Hebr. 34

ANIMÆQVIORES. i. bono animo. 36

SVSTVLISSENT. Syr. *abſcidiſſent*. GVBERNACVLORVM. pro, gubernaculi. ARTEMONE. Syr. *paruo velo*. 40

DITHALASSVM. i. bimarem. ſ. Iſthmon. 41

DE NAVI. ſ. res aptas ad ferendum iactatos in mare. Syr. *ligna nauis*. 44

CAPVT XXVIII.

Paulus ceterique ipſius comites humanè à Barbaris excipiuntur in inſula Melita, in qua percuſſus à vipera Paulus nihil mali patitur, patremque Publij principis inſulæ ſanitati reſtituit, ac alios multos curat: & ab eo loco nauigantes tandem Romam perueniunt, vbi Paulus conuocatis primis Iudæorum cauſam exponit cur Cæſarem appellauerit: dieque ab ipſis conſtituto prædicat de Chriſto, cuius verbis multi non credunt, quod Paulus oſtendit ab Iſaia prædictum eſſe; & per biennium de fide in Chriſtum prædicat omnibus ad ipſum accedentibus.

ET cùm euaſiſſemus, tunc cognouimus 1
quia Melita inſula vocabatur. Barbari ve- A
rò præſtabant non modicam humanitatem no-
bis. * Accenſa enim pyra, reficiebant nos om- 2
nes, propter imbrem, qui imminebat, & fri-
gus. * Cùm congregaſſet autem Paulus ſar- 3
mentorum aliquantam multitudinem, & im-
poſuiſſet ſuper ignem; vipera à calore cùm
proceſſiſſet, inuaſit manum eius. * Vt verò vi- 4
derunt Barbari pendentem beſtiam de manu B
eius; ad inuicem dicebant: Vtique homicida
eſt homo hic, qui cùm euaſerit de mari, vltio
non ſinit eum viuere. * Et ille quidem excutiens 5
beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt. * At 6
illi exiſtimabant eum in tumorem conuerten-
dum, & ſubitò caſurum, & mori. Diu autem
illis expectantibus, & videntibus nihil mali in
eo fieri, conuertentes ſe, dicebant eum eſſe
Deum. * In locis autem illis erant prædia prin- 7
cipis inſulæ, nomine Publij, qui nos ſuſcipiens,
triduo benignè exhibuit. * Contigit autem, pa- 8
trem Publij febribus & dyſenteria vexatum ia-
cere. Ad quem Paulus intrauit: & cùm oraſ-
ſet, & impoſuiſſet ei manus, ſaluauit eum.
* Quo facto, omnes, qui in inſula habebant 9
10 infirmitates, accedebant, & curabantur: * qui
C etiam multis honoribus nos honorauerunt, &
nauigantibus impoſuerunt quæ neceſſaria e-
11 rant. * Poſt menſes autem tres, nauigauimus
in naui Alexandrina, quæ in inſula hiema-
12 uerat, cui erat inſigne Caſtorum. * Et cùm
veniſſemus Syracuſam, manſimus ibi triduo.
13 * Inde circumlegentes deuenimus Rhegium:
& poſt vnum diem flante Auſtro, ſecunda die
14 venimus Puteolos; * vbi inuentis fratribus ro-
gati ſumus manere apud eos dies ſeptem: &
15 ſic venimus Romam. * Et inde cùm audiſ-
D ſent fratres, occurrerunt nobis vſque ad Ap-
pij forum, ac tres Tabernas. Quos cùm vi-
diſſet Paulus, gratias agens Deo, accepit fidu-
16 ciam. * Cùm autem veniſſemus Romam, per-
miſſum eſt Paulo manere ſibimet cum cuſto-
17 diente ſe milite. * Poſt tertium autem diem
conuocauit primos Iudæorum. Cumque con-
ueniſſent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil
aduerſus plebem faciens, aut morem pater-
num, vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in
18 manus Romanorum: * qui cùm interrogatio-
nem de me habuiſſent, voluerunt me dimitte-
re, eò quòd nulla eſſet cauſa mortis in me.
19 * Contradicentibus autem Iudæis, coactus ſum
E appellare Cæſarem, non quaſi gentem meam
20 habens aliquid accuſare. * Propter hanc igitur
cauſam rogaui vos videre, & alloqui. Propter
ſpem enim Iſrael catena hac circumdatus ſum.
21 * At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras
accepimus de te à Iudæa, neque adueniens
aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus eſt quid
22 de te malum. * Rogamus autem à te audire
quæ ſentis: nam de ſecta hac notum eſt nobis
23 quia vbique ei contradicitur. * Cùm conſti-
tuiſſent autem illi diem, venerunt ad eum in
hoſpitium plurimi, quibus exponebat teſtifi-
cans regnum Dei, ſuadenſque eis de Ieſu ex
Lege Moyſi & Prophetis, à manè vſque ad
24 veſperam. * Et quidam credebant his quæ di-
25 cebantur: quidam verò non credebant. * Cum-
F que inuicem non eſſent conſentientes, diſce-
debant, dicente Paulo vnum verbum: Quia
benè Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam
26 prophetam ad patres noſtros, * dicens: [a] Va- [a] *Iſa. 6. c. 9 Matth. 13. b. 14 Marc. 4. b. 12 Luc. 8. b. 10 Ioan. 12. f. 40 Rom. 11. b. 8*
de ad populum iſtum, & dic ad eos: Aure
audietis, & non intelligetis: & videntes vide-
27 bitis, & non perſpicietis. * Incraſſatum eſt e-
G nim cor populi huius, & auribus grauiter au-
dierunt, & oculos ſuos compreſſerunt: ne for-
tè videant oculis, & auribus audiant, & corde
intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.
28 * Notum ergo ſit vobis, quoniam Gentibus
miſſum eſt hoc ſalutare Dei, & ipſi audient.
29 * Et cùm hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi,
30 multam habentes inter ſe quæſtionem. * Man-
ſit autem biennio toto in ſuo conducto: &
ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,
31 * prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt
de Domino Ieſu Chriſto, cum omni fiducia,
ſine prohibitione.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 BARBARI. Sic vocabantur, qui nec Græci nec Latini erant. Aut potiùs hîc *barbaros* vocat, qui ruſtici erant.

Vltio. i. Nemeſis, diuina iuſtitia. Non sinit. Græc. *ſinit*, permiſit eum viuere. 4

Casvrvm, et mori putabant. pro, *moriturum*, vt Gotth. Convertentes se. i. mutato in contrarium ſermone dicebant barbari Paulum eſſe Deum. 6

Nomine Pvblii. Videtur fuiſſe ciuis Romanus. ibi prædia habebat. 7

Salvavit evm. pro, *ſanauit*, vt eſt Græc. patrem Publij. 8

Insigne Castorvm. *Caſtoris* & *Pollucis*; qui *Dioſcuri*. i. *Iouis filij* dicebantur, & procellis præeſſe putabantur. Id inſigne erat naui Alexandrinæ, in qua inde ſoluerunt. 11

Syracvsam venerunt. Græc. *Syracuſas*, ſic dictas, quia quatuor vrbes erant locis diſcretæ. Gotth. etiam *Syracuſas* legit. Inde 12

Rhegivm. Vrbs magnæ Græciæ freto Siculo impoſita ex aduerſum Meſſanæ. Inde 13

Appii forvm, ac tres Tabernas. Diſtant Româ diei itinere. Zoſimus lib 2. de iis meminit, & in eo loco Seuerum Cæſarem à Maxentij militibus occiſum ait. Romam ingreſſus eſt Paulus ſexta die Iulij, anno ſalutis 58. Vſuardus, Onuphrius in Chron. 15

Manere sibimet. Gotth. *apud ſemetipſum*. i. domi ſuæ, vbi vellet, permiſſum Romæ Paulo. 16

De te a Ivdæa. Gotth. *aduerſum te à Iudais*. ſ. literas non accepimus. 21

Et cvm hæc dixisset. Totum hunc verſum Gotth. ſic mutat *Et cùm non eſſent intelligentes, egreſſi ſunt Iudæi multa ſecum conquirentes.* 29

Mansit avtem. ſ. *Paulus*, vt eſt Græcè & Gotth. 30 In svo condvcto. Syr. *in ædibus de ſuo conductis*, manſit non exiguo quidem tempore, ſed toto biennio, vt ait Hieronymus. Et svscipiebat omnes. Hoc etiam ſic mutat Gotth. *Et recipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, Iudæos atque Græcos, prædicans regnum Dei, & docens, quoniam hic eſt Chriſtus Filius Dei, per quem omnis mundus iudicabitur, cum omni fiducia ſine prohibitione.* Mirabilis varietas, ſed ex qua perſpicitur, variaſſe non minùs olim Græca exemplaria, inde tantam varietatem manaſſe. Noſtra tamen & conſueta ceteris præferantur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Melita, vulgò *Malta*.

2 Pyra. i. lignorum ſtrue.

4 Vltio. i. criminis punitio. Syr. *iuſtitia*.

6 Convertentes se. i. mutata ſententia.

7 Exhibvit. i. tractauit humaniter hoſpitio exceptos.

8 Salvavit. i. ſanum reddidit.

11 Castorvm. ſ. Caſtoris & Pollucis. Græc. *Dioſcurorum*. ſ. dicebantur *Dioſcuri*. i. *Iouis filij*.

16 Sibimet. Syr. *vbicumque vellet*.

18 Interrogationem. i. examinationem.

20 Israel. i. quam habet Iſrael. ſ. Meſſiæ, vel reſurrectionis. Hac. ſ. Chriſtianorum.

23 Exponebat. ſ. Scripturas, vel regnum Dei.

26 Perspicietis. i. cernetis.

27 Incrassatvm. Syr. *obtenebratum*.

28 Hoc salvtare. Syr. *hac redemptio*.

29 Qvæstionem. i. diſceptationem.

30 Condvcto. ſ. domo conducta.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPVT PRIMVM.

Paulus commendato ſuo munere Euangelico, ob magnum prædicandi Euangelij zelum, optabat Romanos inuiſere; oſtendens, Ethnicos qui ex creaturis Deum cognoſcentes, illius cultum à ſe abiecerant, colendo creaturarum imagines, meritò à Deo deſertos: & in pœnam illius in abominanda, quæ hic recenſentur, incidiſſe ſcelera.

1 Pavlvs, ſeruus Ieſu Chri-
A ſti, vocatus Apoſtolus, " ſe- (" Act. 13. a. 2)
gregatus in Euágelium Dei,
2 * quod antè promiſerat per
Prophetas ſuos in Scriptu-
3 ris ſanctis * de Filio ſuo, qui
factus eſt ei ex ſemine Da-
4 uid ſecundùm carnem, * qui prædeſtinatus eſt
Filius Dei in virtute ſecundùm ſpiritum ſan-
ctificationis ex reſurrectione mortuorum Ieſu
5 Chriſti Domini noſtri: * per quem accepimus
gratiam, & Apoſtolatum ad obediendum fi-
6 dei in omnibus Gentibus pro nomine eius, * in
7 quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti: * om-
nibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſan-
ctis. Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro,
8 & Domino Ieſu Chriſto. * Primùm quidem
gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro
omnibus vobis: quia fides veſtra annuntiatur
9 in vniuerſo mundo. * Teſtis enim mihi eſt
B Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio
filij eius, quòd ſine intermiſſione memoriam
10 veſtri facio * ſemper in orationibus meis: ob-
ſecrans, ſi quomodo tandem aliquando pro-
ſperum iter habeam in voluntate Dei venien-
11 di ad vos. * Deſidero enim videre vos, vt ali-
quid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad con-
12 firmandos vos: * id eſt, ſimul conſolari in vo-
bis, per eam quæ inuicem eſt, fidem veſtram
13 atque meam. * Nolo autem vos ignorare fra-
tres: quia ſæpè propoſui venire ad vos, (&
prohibitus ſum vſque adhuc) vt aliquem fru-
ctum habeam & in vobis, ſicut & in ceteris
14 gentibus. * Græcis ac Barbaris, ſapientibus &
15 inſipientibus debitor ſum: * ita (quòd in me)
promptum eſt & vobis, qui Romæ eſtis, euan-

gelizare.

gelizare. * Non enim erubeſco Euangelium. 16
Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni creden-
ti, Iudæo primùm, & Græco. * Iuſtitia enim 17
Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: ſicut
* Hebr.2.a.4 Hebr.10.g.38 Gal.3.b.11 ſcriptum eſt: " Iuſtus autem ex fide viuit.
* Reuelatur enim ira Dei de cælo, ſuper om- 18
nem impietatem & iniuſtitiam hominum eo- C
rum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent:
* quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt 19
in illis. Deus enim illis manifeſtauit. * Inui- 20
ſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea
quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſem-
piterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita
" Epheſ.4.e.17 vt ſint inexcuſabiles. * " Quia cùm cogno- 21
uiſſent Deum, non ſicut Deum glorificaue-
runt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in
cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſi-
piens cor eorum: * dicentes enim ſe eſſe ſa- 22
pientes, ſtulti facti ſunt. * Et mutauerunt glo- 23
riam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem
imaginis corruptibilis hominis, & volucrum,
& quadrupedum, & ſerpentium. * Propter 24
quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eo-
rum, in immunditiam: vt contumeliis affi-
ciant corpora ſua in ſemetipſis: * qui com- 25
mutauerunt veritatem Dei in mendacium; &
coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs quàm
Creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.
* Propterea tradidit illos Deus in paſſiones 26
ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaue-
runt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt
contra naturam. * Similiter autem & maſcu- 27
li, relicto naturali vſu feminæ, exarſerunt in D
deſideriis ſuis in inuicem, maſculi in maſcu-
los turpitudinem operantes, & mercedem,
quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis reci-
pientes. * Et ſicut non probauerunt Deum ha- 28
bere in notitia: tradidit illos Deus in repro-
bum ſenſum, vt faciant ea quæ non conue-
niunt, * repletos omni iniquitate, malitia, for- 29
nicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia,
homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſu-
ſurrones, * detractores, Deo odibiles, contu- 30
melioſos, ſuperbos, elatos, inuentores ma-
lorum, parentibus non obedientes, * inſipien- 31
tes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœ-
dere, ſine miſericordia. * Qui cùm iuſtitiam 32
Dei cognouiſſent, non intellexerunt quoniam
qui talia agunt, digni ſunt morte: & non ſo-
lùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt
facientibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PAVLVS, *qui &* Saulus, *ex perſecutore Eccleſiæ factus Apoſtolus, quatuordecim Epiſtolas ſcripſit. De Epiſtola ad Hebræos eſt dubitatum, vt Euſebius ait lib.3. Hiſt. cap. 3. & Hieronymus in Catalogo, propter ſtyli elegantiam maiorem quàm in aliis. Tertullianus quoque 5. contra Marcionem libro, cùm aliarum Epiſtolarum Pauli meminerit, de Epiſtola ad Hebræos nihil. Verùm Pauli eſſe Clemens Alexandrinus, & Origenes aiunt apud Euſebium lib.6. cap. 11. & 19. Alij antiqui Patres paſſim vt Pauli citant. Accedunt Concilia Carthaginenſe III. Laodicenſe, Florentinum, Tridentinum in ſuis Sacrorum librorum Catalogis. Sed & plures alias ſcripſiſſe ad priuatos aut Eccleſias non eſt dubium, quæ non ſunt in canone, & periere omnes præter vnam ad Laodicenſes: quam competenti loco ſubiicimus, & noſtram de illa cenſuram.*

1 PAVLVS Græci & Latini initio epiſtolarum nomina ſcribebant, nos in fine. VOCATVS APOSTOLVS. i. vulgò dictus & appellatione *Apoſtolus.* κλητός. i. *vocatus.* nomen eſt, non participium. SEGREGATVS IN EVANGELIVM. i. ad annuntiandum Euangelium.

2 QVOD ANTE PROMISERAT, non eſt noua doctrina.

3 DE FILIO SVO. Iunge cum *Euangelium Dei*, intermedia per parentheſim. Hyperbaton eſt ob multas & longas parentheſes hoc initio, ob multitudinem quæ ſcribenti Spiritus ſuggerebat. QVI FACTVS. Alia parentheſis benè longa. Ergo temporali natiuitate Deo ex matre factus eſt homo, qui iam erat Deus Chriſtus Ieſus.

4 QVI PRÆDESTINATVS EST FILIVS DEI. Quomodo prædeſtinatur ad id quod iam erat? Verùm diſputationem de Chriſti prædeſtinatione ad Scholas ablegamus. Quod rei preſenus eſt, verba ſic ordino: *Qui Filius Dei prædeſtinatus.* IN VIRTVTE. i. vt haberet virtutem faciendi miracula, & ſanctificandi ſuos, & à mortuis reſurgendi. Aut vt alij: *Qui declaratus eſt eſſe Filium Dei* ex miraculis, ſanctificatione ſuorum, reſurrectione ſua. Vox ὁρισθέντος vtrumque ſignificat, *prædeſtinatum* ſeu *definitum* & *declaratum*.

5 PER QVEM. i. à quo accepimus munus hoc Apoſtolatus. AD OBEDIENDVM FIDEI, paſſiuè, vt obediatur fidei. IN OMNIBVS GENTIBVS. Fuit enim Gentium Apoſtolus. PRO NOMINE EIVS. i. nomini eius & fidei obediatur.

6 IESV CHRISTI. pro, à Ieſu Chriſto vocati eſtis. Hactenus parentheſis.

7 DILECTIS DEI. i. à Deo. VOCATIS SANCTIS. i. ad ſanctitatem. GRATIA VOBIS ET PAX. *Gratia* dona cæleſtia, *pax* aliorum bonorum copia. Aut quia ſine gratia non eſt pax, gratia præcedit. Aut cum Hieronymo epiſt ad Cypr. *Gratia ſit peccatorum remiſſio, per quam pacem habemus cum Deo.* Aut cum Auguſt. 1. Retract. cap. 25. *Gratia ſit, per quam remittuntur peccata. Pax qua Deo reconciliamur.* Quod quomodo accipiendum ſit, ipſe ibi explicat.

9 CVI SERVIO IN SPIRITV MEO. i. ex animo, ſeriò. IN EVANGELIO. i. annuntiando Euangelium.

11 DESIDERO ENIM VIDERE VOS, VT ALIQVID IMPERTIAR. i. vt vos doceam.

12 SIMVL CONSOLARI. iunge cum verbo *deſidero.* Porrò συμπαρακληθῆναι, *inuicem conſolari, exhortari, conferre* ſignificat.

13 VT ALIQVEM FRVCTVM, iunge cum illo, *propoſui venire ad vos.*

14 GRÆCIS AC BARBARIS. Omnes Gentes præter Græcos *barbaros* vocabant. Sic Plautus ſe & Næuium poëtam *barbaros* dixit, vt ait Feſtus; ſed & aliquando præter Græcos & Romanos, alij dicuntur *barbari*, vt diximus Act. 28. verſ. 1.

15 ITA. pro, itaque, proinde (QVOD IN ME) per parentheſim, PROMPTVM EST.

16 VIRTVS ENIM DEI. i. admirandæ potentiæ eſt Euangelium.

17 IVSTITIA ENIM DEI. i. quam Deus probat, qua nos ſanctificat, in eo manifeſtatur. EX FIDE IN FIDEM. i. per omnes fides. Geminatio æquiualet propoſitioni vniuerſæ. Aut ex fide veteris Teſtamenti, quod in eo occultum & adumbratum erat, in fide noui manifeſtatur, vt illud, *Ecce Virgo concipiet*, quid ſignificaret, per Euangelium eſt cognitum.

18 REVELATVR ENIM. pro, autem. Oſtenditur autem manifeſtè ira Dei in eos QVI VERITATEM DEI IN INIVSTITIA DETINENT. Norunt quod verum eſt, &

malè operantur. Veritas non ſe exerit iniquitate prohibente. Baſilius in Regul. breu. cap. 65. *Qui donis Dei ad proprias vtilitates abutuntur, ij veritatem detinent in iniuſtitia.* i. ea abutuntur.

A CREATVRA MVNDI. i. ab initio, ſic Syr. PER 20
EA QVÆ FACTA SVNT. In rebus corporeis, vt in ſpeculo, Dei ſapientiam & alia inuiſibilia contemplamur, & quaſi videmus oculis.

EVANVERVNT IN COGITATIONIBVS SVIS, diſce- 21
ptationibus; diſputationibus.

ET MVTAVERVNT. *Et*, pro, nam. 23

VT CONTVMELIIS. *Vt* euentum dicit, non cauſam, 24
pro, ſic factum eſt. Iuſta punitio, vt contumeliis eorum contumelia in Deum vindicetur.

ET SICVT NON PROBAVERVNT. Græc. ἐδοκίμασαν, 28
perpenderunt, non curarunt ſe habere notitiam Dei, iuxta illud verſ. 19. *quia quod notum eſt Dei.*

MALITIA, FORNICATIONE repletos. Græc. πονηρίᾳ, 29
πορνείᾳ, Paronomaſia. INVIDIA, HOMICIDIO. Græc. φθόνου, φόνου, alia Paronomaſia. Suidas in dictione φθόνος, affert Iambos elegantes in hanc rem:

Τὸ δ' ἀπτηρὸν τοῦ φθόνου ἔνεστι χάσμα,
Εὕροις ἐν αὐτῷ τὸν φόνον γεγραμμένον.

Efficit inuidia mortem non magis in eo qui inuidetur, quàm in eo qui inuidet, iuxta illud:

Iuſtius inuidia nihil eſt. ——

Et alius Græcè, quod Latinè ſic:

Peſſimus eſt liuor, iuſti tamen hoc habet in ſe:
Corque oculoſque ſuos conficit inuidia.

Sic hoc loco Paulus, & Galat. 5. verſ. 21. cum *inuidia* iungit *homicidium*.

INCOMPOSITOS. ἀσυνθέτους, *pactorum infractores*. συνθήκη, *pactum*. SINE AFFECTIONE. ἀστόργους, 31
inhumanos. ABSQVE FOEDERE, ἀσπόνδους, *fœdifragos*, ſeu *refractarios*, agreſtes.

QVI CVM IVSTITIAM DEI COGNOVISSENT, ſiue 32
iudicium, vt Syr. ſiue quod Deus probat. NON INTELLEXERVNT. Hoc Græcè non eſt, nec Syr. Titelmannus tamen in quodam Græco codice ſe vidiſſe ait. QVONIAM QVI TALIA AGVNT, DIGNI SVNT MORTE. Sic Græcè. NON SOLVM QVI EA FACIVNT. Græcè, *non ſolùm ea faciunt, ſed conſentiunt facientibus.* Facilè conciliantur, ſi aut in Latina editione demas *qui*, ſecundo & tertio loco, aut in Græca addas geminum οἱ. i. *qui*, iiſdem locis, vt Veleſius addit. Verùm vt eſt Latinè, legit Cyprianus lib. 1. epiſt. 4. Ambroſius de Bono mortis, cap. 7. Auguſtinus in Pſal. 57. Vt Græci habent, Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Symmachus Pont. contra Anaſtaſium.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

OStendit, nec Legis nec naturæ vim ſufficere, ſine Chriſti gratia, ad ſalutem.

VOCATVS APOSTOLVS. i. vocatione Dei 1
Apoſtolus, ſeu ad Apoſtolatum vocatus. SEGREGATVS. ſ. per Dei electionem. EVANGELIVM. ſ. prædicandum.

DE FILIO. coniunge cum *Euangelium*. FACTVS. 3
Syr. *natus*. EI. non eſt Græc. nec in Complut. SECVNDVM CARNEM. i. homo. vel, ſecundùm quod homo.

PRÆDESTINATVS. Græc. *definitus*. ſ. prædeſtinatio- 4
ne. Syr. *agnitus*. FILIVS DEI. ſ. ab æterno prædeſtinatum, vt Filius Dei eſſet homo, adeoque vt ille homo eſſet Dei Filius. cùm enim Chriſti perſona Dei Filius ſemper fuit, ſed nõn ſemper homo ſimul Deique Filius. IN VIRTVTE. i. cum potentia. SECVNDVM, &c. i. qua poteſt ſanctificare. EX RESVRRECTIONE, &c. q. d. quem Spiritum miſit poſtquam reſurrexit à mortuis. CHRISTI, &c. pro, Chriſto Domino, &c. vt iungatur cum *Filio ſuo*. & ſic legitur Syr.

AD OBEDIENDVM. i. vt obediatur. PRO NOMI- 5
NE. i. vice, iungendum cum *Apoſtolatum*, iuxta illud, *Pro Chriſto legatione fungimur.*

6 IN QVIBVS. ſ. Gentibus. VOCATI. i. vocatione. CHRISTI. ſ. ſerui, ſeu diſcipuli.

7 VOCATIS SANCTIS. i. vocatione ſanctis, ſeu ad ſanctitatem vocatis. PAX. ſ. detur, ſeu multiplicetur, vt dicitur 1. Petri 1.

8 PER IESVM CHRISTVM. ſ. ad id impulſus. vel q. d. in negotio Chriſti. ANNVNTIATVR. i. diuulgatur. VNIVERSO. Hyperbole. ſic ſolemus cùm volumus ſignificare maximam orbis partem.

9 IN SPIRITV, &c. q. d. toto animo. EVANGELIO. ſ. annuntiando.

10 SI QVOMODO. pro, vt. IN VOLVNTATE DEI. i. Deo volente.

11 GRATIÆ. i. doni.

12 ID EST. Dicendum erat, itemque; ſed ſic maluit dicere, modeſtiæ cauſa, ne quod dixerat, arrogantiæ tribueretur. IN VOBIS. i. vobiſcum.

13 AD VOS. iunge cum *vt aliquem*, &c. PROHIBITVS. ſ. à Deo. vel q. d. occupationibus impeditus.

14 GRÆCIS, &c. iunge cum ſuperioribus. SAPIENTIBVS, &c. i. doctis & indoctis. DEBITOR. pro, omnibus enim debitor. SVM. Syr. *ſum ad prædicandum.*

15 ITA. Complut. *itaque*. QVOD IN ME. i. quantum in me eſt. PROMPTVM EST. pro, promptus ſum.

16 PRIMVM ſ. Iudæis primùm prædicatum. GRÆCO. i. Gentili.

17 IVSTITIA. ſ. qua iuſtificat. REVELATVR. i. declaratur. EX FIDE IN FIDEM. ſ. progredientes, nempe in dies in maiorem. ſic dicitur 2. Corinth. 3. *A claritate in claritatem*. ſ. progreſſus. fit à fide informi ad formatam per charitatem, & ab hac cùm eſt imperfecta ad perfectam. à qua deinde ad perfectiorem. vel q. d. per fidem qua creditur. ſic dicitur cap. 6. *Iniquitati ſeruire ad iniquitatem.* i. qua iniquè agitur. clariùs ſic diceretur, Ex fide, credendo, ſeu faciente credere, ſicut etiam iniquitati ad iniquitatem. ſ. iniquè agendo, ſeu facienti iniquè agere. Vide cap. 4. *in ſpem*. pro, ſperando, & cap. 8. *in timorem*. i. timere facientem.

18 REVELATVR. ſ. per Euangelium. SVPER. i. contra. VERITATEM. i. notitiam veram. DETINENT. ſ. iniuſtè viuendo.

19 NOTVM. i. cognoſcibile. IN ILLIS. pro, apud illos.

20 INVISIBILIA. Syr. *recondita*. CREATVRA. i. rebus creatis. ſ. per res creatas, vt ſtatim explicatur. VIRTVS. i. potentia.

21 EVANVERVNT. i. facti ſunt vani. COGITATIONIBVS. i. ratiocinationibus.

22 DICENTES. i. putantes, ſeu profitentes.

23 ET. pro, *nam*, Hebr. INCORRVPTIBILIS. i. immutabilis. SIMILITVDINEM IMAGINIS. i. ſimulachrum repræſentans. SERPENTIVM. Græc. *reptilium*.

24 CONTVMELIIS. i. dedecore, ſeu turpitudine. IN SEMETIPSIS. i. inter ſe, vel ſuis vitiis. Vide infrà.

25 VERITATEM DEI. i. verum Deum. MENDACIVM. i. idola, quæ Deum mentiuntur. AMEN. i. certè. Confirmatio eſt poſtremò dicti.

26 PASSIONES IGNOMINIÆ. i. cupiditates ignominioſas. CONTRA NATVRAM. ſ. mixtæ inter ſe.

28 PROBAVERVNT. i. curarunt. HABERE IN NOTITIA. i. videre quid ei placeret, aut diſpliceret. TRADIDIT. i. permiſit tradi. REPROBVM SENSVM. i. improbandam mentem. NON CONVENIVNT. i. peſſima.

29 INIQVITATE. Græc. *iniuſtitia*. MALITIA. i. verſutia.

30 DEO ODIBILES; alij vertunt, *Dei oſores*. ſ. in Deum impij.

31 INCOMPOSITOS. i. immodeſtos. AFFECTIONE. i. charitate. ABSQVE FOEDERE. i. fœderis violatores.

32 NON INTELLEXERVNT, quod tamen poterant ſi vellent. Græcè hîc aliquantò aliter; ſed mihi noſtra lectio magis placet, eſtque in quibuſdam Græcis codicibus.

CAPVT II.

Iudæos redarguit qui ex data ſibi lege Gentes condemnabant, eadem ipſi patrantes, cùm Deus vnicuique redditurus ſit iuxta ipſius opera; adeò vt etiam Gentes, ea quæ legis ſunt naturali lumine præſtantes, pro circumciſis habenda ſint, eoſque iudicatura, qui ex ſola legis cognitione & carnis circumciſione gloriantur, contraria legi operantes.

PRopter quod inexcuſabilis es, ô homo 1
ᵃMatth. 7. a.1 omnis, qui iudicas. ᵃ In quo enim iudicas A
alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis
quæ iudicas. * Scimus enim quoniam iudicium 2
Dei eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia
agunt. * Exiſtimas autem hoc, ô homo, qui iu- 3
dicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu
effugies iudicium Dei? * An diuitias bonitatis 4
eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?
ignoras quoniam benignitas Dei ad pœniten-
tiam te adducit? * Secundùm autem duritiam 5
tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram
in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei,
ᵇMatth.16. d.27 * ᵇ qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius: 6
* iis quidem, qui ſecundùm patientiam boni 7
operis, gloriam, & honorem, & incorruptio- B
nem quærunt, vitam æternam: * iis autem, qui 8
ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt
veritati, credunt autem iniquitati, ira & indi-
gnatio. * Tribulatio & anguſtia in omnem ani- 9
mam hominis operantis malum, Iudæi pri-
mùm, & Græci: * gloria autem, & honor, & 10
pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, &
ᶜDeut.16. d.17 2.Par.19. c.7 Iob 34. b.19 Act. 10. e.34 Græco: * ᶜ non enim eſt acceptio perſonarum 11
apud Deum. * Quicumque enim ſine lege pec- 12
cauerunt, ſine lege peribunt: & quicumque
in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.
ᵈMatth.7. d.21 ᵈIac. 1. d.22 * ᵈ Non enim auditores legis iuſti ſunt apud 13
Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. * Cùm 14
enim Gentes, quæ legem non habent, natura- C
liter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi le-
gem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: * qui oſ- 15
tendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis,
teſtimonium reddente illis conſcientia ipſo-
rum, & inter ſe inuicem cogitationibus accu-
ſantibus, aut etiam defendentibus, * in die, 16
cùm iudicabit Deus occulta hominum, ſecun-
dùm Euangelium meum, per Ieſum Chriſtum.
* Si autem tu Iudæus cognominaris, & re- 17
quieſcis in lege, & gloriaris in Deo, * & noſti 18
voluntatem eius, & probas vtiliora, inſtructus
per legem, * confidis teipſum eſſe ducem cæ- 19
corum, lumen eorum qui in tenebris ſunt,
* eruditorem inſipientium, magiſtrum infan- 20
tium, habentem formam ſcientiæ & veritatis
in lege. * Qui ergo alium doces, teipſum non 21
doces: qui prædicas non furandum, furaris:
* qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui 22
abominaris idola, ſacrilegium facis: * qui in le- 23
ge gloriaris, per præuaricationem legis Deum
ᵉIſa.52. b.5 ᵉEzech.36. e.20 inhonoras. * (ᵉ Nomen enim Dei per vos 24
blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.) D
* Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſer- 25
ues: ſi autem præuaricator legis ſis, circumci-
ſio tua præputium facta eſt. * Si igitur præpu- 26
tium iuſtitias legis cuſtodiat: nonne præpu-
tium illius in circumciſionem reputabitur? * & 27
iudicabit id quod ex natura eſt præputium, le-
gem conſummans, te, qui per litteram & cir-
28 cumciſionem præuaricator legis es? * Non enim
qui in manifeſto, Iudæus eſt: neque quæ in
29 manifeſto, in carne, eſt circumciſio: * ſed qui
in abſcondito, Iudæus eſt: & circumciſio cor-
dis in ſpiritu, non littera: cuius laus non ex
hominibus, ſed ex Deo eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 EADEM ENIM AGIS QVÆ IVDICAS. Græcè, ὁ κρίνων, *qui iudicas*. Noſter pro ὁ. i. *qui*, legit ἃ. i. *quæ*. Porrò *iudicare* pro *condemnare* ſumitur.

2 SECVNDVM VERITATEM eſt Dei iudicium. Ne quis hypocriſi ſe putet latere omnia vidétem etiam occulta.

4 IGNORAS. Sic Syr. ſic Hieronymus legit in Ierem. cap. 32. Ambroſius de Fuga ſæculi, cap. 3. Auguſtinus in Exod. cap. 24. Græcè, ἀγνοῶν, *ignorans*, ſic Irenæus legit lib. 4. cap. 71. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 35. ſed perinde eſt.

6 QVI REDDET VNICVIQVE SECVNDVM OPERA EIVS. Non illi verba ſpecioſa ſatisfaciunt, ſed vitæ integritatem requirit. Iis qui

7 GLORIAM, ET HONOREM, ET INCORRVPTIONEM QVÆRVNT. Plerique codices Latini, inter eos Gotth. *quærentibus* habent. ſic Græcè τοῖς ζητοῦσιν. Ex antiquis Patribus ſic plerique legunt. Obſtat tamen huic lectioni relatiuum *iis qui*, quod præceſſit. Sed ſine eo legit Gregorius 28. Moral. cap. 13. Rurſus vox *quærentibus* iungi poteſt cum ſuperioribus *gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus*, & redditur ſenſus, quem noſtra lectio exprimit, quemque Syr. Origenes & Theophylactus ſequuntur: ſi verò iungatur cum *vitam æternam*, erit ſenſus; Secundùm patientiam boni operis, quibuſdam reddet, ſ. gloriam, & honorem, & incorruptionem; iis, inquam, qui quærunt vitam æternam. Quod Gregorius ſequitur loco citato, Ambroſius & Hieronymus hîc. Verùm hæc implicita ſunt: noſtram lectionem, eiuſq; ſenſum ſequi præſtat.

8 IRA ET INDIGNATIO. ſupple, redditur iniquis.

10 IVDÆO PRIMVM. Tempore primùm & vocatione redditur Iudæo, non merito & dignitate. Et per *Græcos* omnes Gentes intelligit.

12 SINE LEGE PERIBVNT. Græc. Syr. & Gotth. *ſine lege, & peribunt qui ſine ea peccauerunt*.

15 COGITATIONIBVS ACCVSANTIBVS. Rectè, ſic Hieronymus in cap. 16. Ezech. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. cap. 26. Ambroſius hîc. Plerique tamen legunt, *cogitationum accuſantium*; vt Auguſtinus lib. 2. de Serm. Domini in monte, cap. 15. Gregorius 4. Moral. cap. 17. Eſt conſtructio Græca, in qua genitiuus pro noſtro ablatiuo ponitur. Porrò *cogitationes* pro *conſcientia*, quæ præceſſit, ſumuntur.

16 IN DIE, CVM IVDICABIT DEVS OCCVLTA HOMINVM...PER IESVM CHRISTVM. ſic conſtruatur. Illud, *ſecundùm Euangelium meum*, per parentheſim.

17 SI AVTEM TV IVDÆVS COGNOMINARIS. q. d. ſi in his externis rebus confidis, de reliquo ſecurus; malè facis.

23 PER PRÆVARICATIONEM LEGIS DEVM INHONORAS. Contumelia Legiſlatoris eſt Legum contemptus: Baſilius Homil. 16.

24 SICVT SCRIPTVM EST. Non affert verba; locus ad quem alludit, eſt Iſai. 52. verſ. 5.

25 PRÆPVTIVM FACTA EST. Perinde eſt, ac ſi circumciſus non eſſes, ſi legem non ſeruas.

26 IN CIRCVMCISIONEM REPVTABITVR. i. ſaluus erit, ac ſi eſſet circumciſus, qui iuſtus eſt.

27 ET IVDICABIT. i. condemnabit. Eius exemplum te damnabit. TE, QVI PER LITTERAM. i. exterius tantùm acceptam circumciſionem habes, & legem non ſeruas.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PROPTER QVOD. ſ. quia Dei iuſtitiam cognouiſti. IVDICAS. i. condemnas proximum.

Scimvs enim. q. d. eſt enim manifeſtum. 2
Divitias. i. copiam maximam, ſeu abundantiam. 4
Bonitatis. Syr. *dulcedinis*. Patientiæ, &c. i. patientiæ diutiſſimè ferentis, & expectantis. Addvcit. i. inuitat.
Thesavrizas. i. accumulas. Iram. i. ſupplicium. 5
Die. pro, diem. Iræ. i. punitionis. Revelationis. i. manifeſtationis.
Patientiam. i. perſeuerantiam. Gloriam. 7
ſ. cæleſtem. Incorrvptionem. i. immortalem vitam.
Ex contentione. i. contentioſi. Acqviescvnt. 8
i. obtemperant. Credvnt. i. obediunt. Ira. i. ſupplicium. Indignatio. pro, ex indignatione. ſ. Dei. ſ. obueniet.
Primvm. ſ. primùm is agnouit veritatem. Quidam 9
pariter vertunt. q. d. tam Iudæo quàm Gentili.
Lege. ſ. ſcripta. In lege. i. lege ſcripta vtentes. 12
Ivdicabvntvr. i. damnabuntur.
Ivstificabvntvr. i. iuſti habebuntur. ſ. apud 13
Deum.
Legem. ſ. ſcriptam. Natvraliter. i. lumine & 14
vi naturæ. Ea. ſ. aliqua. Eivsmodi. ſ. ſcriptam, vt Iudæi, ſeu pro, ipſi; nam Græc. *hi*.
Opvs. ſ. dictamen. 15
In die. Iunge cum *iuſtificabuntur*, & ſuperioribus. 16
Per Iesvm, &c. Iunge cum *iudicabit*.
Si avtem. Græc. *ecce*. In Deo. i. Dei cogni- 17
tione.
Probas. i. approbas. 18
Infantivm. Græc. *νηπίων*. i. *paruulorum*, ſeu *impe-* 20
ritorum. Formam. i. rationem, ſeu perfectionem.
Facis. ſ. iniurius in res ſacras. 22
Per. pro, propter. Blasphematvr. i. malè au- 24
dit. ſ. dum putatur Deus probare peccata veſtra dum non punit.
Circvmcisio. i. Iudaiſmus. Prævaricator. 25
i. tranſgreſſor. Præpvtivm, &c. q. d. Gentilitas reputabitur.
Præpvtivm. i. Gentilis. Circvmcisionem, &c. 26
q. d. habebitur apud Deum tamquam verus Iudæus.
Consvmmans. i. obſeruans. Per. pro, habens. 27
Est. ſ. apud Deum. 28
In spiritv, &c. i. ſecundùm ſpiritualem, & non 29
litteralem intelligentiam. Ex Deo est. pro, expectatur, ſeu quæritur.

CAPVT III.

Quodam modo præcellunt Iudæi propter factas illis à Deo promiſſiones, quæ complebuntur, quamquam nonnulli eorum fuerint increduli: omnes autem & Iudæi & Gentiles peccato ſunt obnoxij: à quo non liberat lex, ſed fides in Chriſtum propitiatorem, vt non ſit cuiquam de legis operibus gloriandum.

QVid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ 1
vtilitas circumciſionis?* Multum per om- 2
nem modum. Primùm quidem quia credita A
ſunt illis eloquia Dei. * quid enim ſi quidam 3
illorum non crediderunt? " Numquid incredu-
litas illorum fidem Dei euacuabit? Abſit. * " Eſt 4
autem Deus verax: omnis autem homo men-
dax, ſicut ſcriptum eſt: " Vt iuſtificeris in ſer-
monibus tuis: & vincas cùm iudicaris. * Si 5
autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commen-
dat, quid dicemus? Numquid iniquus eſt Deus,
qui infert iram? * (ſecundùm hominem dico.) 6
Abſit. alioquin quomodo iudicabit Deus hunc
mundum? * Si enim veritas Dei in meo men- 7
dacio abundauit in gloriam ipſius: quid adhuc
& ego tamquam peccator iudicor? * & non 8
(ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam
nos dicere) faciamus mala vt veniant bona: quo-
9 rum damnatio iuſta eſt. * Quid ergo? præcelli-
B mus eos? Nequaquam. " Cauſati enim ſumus,
Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe,
10 * ſicut ſcriptum eſt: " Quia non eſt iuſtus quiſ-
11 quam: * non eſt intelligens, non eſt requirens
12 Deum. * Omnes declinauerunt, ſimul inutiles
facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt
13 vſque ad vnum. * " Sepulchrum patens eſt gut-
tur eorum, linguis ſuis doloſè agebant: " Ve-
14 nenum aſpidum ſub labiis eorum: * " Quo-
rum os maledictione, & amaritudine plenum
15 eſt: * " Veloces pedes eorum ad effundendum
16 ſanguinem: * Contritio, & infelicitas in viis
17 eorum: * & viam pacis non cognouerunt:
18 * " Non eſt timor Dei ante oculos eorum.
19 * " Scimus autem, quoniam quæcumque lex lo-
C quitur, iis, qui in lege ſunt, loquitur: vt omne
os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus
20 Deo: * quia ex operibus legis non iuſtificabi-
tur omnis caro coram illo. Per legem enim
21 cognitio peccati. * Nunc autem ſine lege iuſti-
tia Dei manifeſtata eſt; teſtificata à lege &
22 Prophetis. * Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu
Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt
23 in eum: non enim eſt diſtinctio: * Omnes enim
24 peccauerunt, & egent gloria Dei. * Iuſtificati
gratis per gratiam ipſius, per redemptionem,
25 quæ eſt in Chriſto Ieſu, * quem propoſuit Deus
propitiationem per fidem in ſanguine ipſius,
ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſio-
26 nem præcedentium delictorum * in ſuſtenta-
tione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc
tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum,
27 qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. * Vbi eſt ergo glo-
D riatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Fa-
28 ctorum? Non: ſed per legem fidei. * Arbitra-
mur enim iuſtificari hominem per fidem ſine
29 operibus legis. * An Iudæorum Deus tantùm?
30 nónne & Gentium? Immò & Gentium. * quo-
niam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat cir-
cumciſionem ex fide, & præputium per fidem,
31 * Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed
legem ſtatuimus.

" 2. Tim. 2. c. 13 " Ioan. 5. d. 33 Pſal. 115. a. 11 " Pſal. 50. a. 6 " Gal. 6. d. 22 " Pſal. 13. a. 4 " Pſal. 5. c. 11 " Pſal. 139. a. 4 " Pſal. 9. b. 7 " Iſa. 59. b. 7 Prou. 1. c. 16 " Pſal. 35. a. 2 " Gal. 2. d. 16

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVID ERGO AMPLIVS IVDÆO EST? Qua in re Iudæi Gentes ſuperant? Videbatur ſuperiori cap. circumciſionem in ordinem redegiſſe; ideo tacitæ obiectioni reſpondet.
2 Eloqvia Dei. Prophetiæ, reſponſa, promiſſiones illis ſunt traditæ. In hoc Gentes ſuperant. An eorum incredulitas
3 Fidem Dei evacvabit? Sic Græcè. Plerique cod. *euacuauit*. ſic Syr. in præterito, fidem Dei de promiſſis ſ. irritam reddidit?
4 Est avtem Devs verax. Græcè, *γινέσθω*, *ſit*, *eſto*, noſter *γίνεται*, haud dubium legit; quæ melior lectio eſt. Vt ivstificeris. Præcedit, *Tibi ſoli peccaui. Vt* non cauſam, ſed euentum dicit. Senſus: Ex meo peccato fiet, vt tu iuſtus & verax iudiceris, cùm promiſeris fore eius remiſſionem. Cvm ivdicaris. i. condemnaris, quaſi non ſtans promiſſis.
6 Secvndvm hominem dico. i. vt loquuntur iniqui, aut humano more loquor.
7 Si enim veritas Dei in meo mendacio apparet. i. peccato meo facta eſt illuſtrior. non debeo ob peccatum condemnari; ſed potiùs faciamus mala, vt bona inde veniant. Sic impij dicebant, qui ob id iuſtè damnantur.
9 Qvid ergo? præcellimvs eos? Iunge cum illo

vérſ. 2.

verſ. 2. *quia credita ſunt illis eloquia Dei*. Eſt enim hyperbaton. CAVSATI ENIM SVMVS. i. diximus omnes eſſe peccatores, & egere Dei gratia.

QVIA NON EST IVSTVS. Teſtimoniis ex variis locis deſumptis probat omnes peccatores eſſe. De quibus citationibus Pſal. 13. diximus verſ. 3. 10

VELOCES PEDES. ὀξεῖς. i. *acuti*. Sic Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana quoſdam legiſſe ait propter dictionis ὀξὺς ἐμπορίαν. Sed Feſtus *acupedios* ait dici ſolitos, quibus in curſu præcipuum erat pedum acumen. 15

QVÆCVMQVE LEX. i. hæc omnia non Gentes, ſed Iudæos etiam comprehendunt; qui ſub lege ſunt. ET SVBDITVS FIAT. ὑπόδικος, *obnoxius*, reus ſit omnis mundus Deo. 19

QVIA EX OPERIBVS LEGIS. Dicent Iudæi: Seruamus legem. Reſpondet: Opera legis non iuſtificant, non remittunt peccata. PER LEGEM ENIM COGNITIO PECCATI, non remiſſio. 20

SINE LEGE IVSTITIA DEI. i. iuſtificatio. δικαιοσύνη, pro δικαίωσις. Ea iuſtificatio non fuit per legem, ſed per fidem in Chriſtum, quem Deus poſuit. 21

PROPITIATIONEM. Alij, *propitiatorem*. ἱλαστήριον, maſculini & neutrius generis eſſe poteſt, & vtroque modo verti. PROPTER REMISSIONEM, διὰ τὴν πάρεσιν. quæ vox *tabem* & *condonationem* ſignificat, vt & *remiſſio*. Si *tabem*, erit ſenſus, Ad oſtenſionem iuſtitiæ ob corruptionem peccati fuit neceſſe, vt mitteret Filium ſuum. Si *condonationem*: Miſit Filium, vt condonaret peccata; & in eo ſe iuſtum oſtenderet, in eum transferens pœnas debitas peccatis. 25

IN SVSTENTATIONE DEI. i. per longanimitatem ſuam. VT SIT IPSE IVSTVS. q. d. vt ſine detrimento iuſtitiæ fideles iuſtificet; ideò Filium ſuum miſit. 26

VBI EST ERGO GLORIATIO TVA, ô Iudæe? parem Græcis fecimus, quando ex lege non eſt iuſtitia, ſed ex fide. Vnus Deus eſt qui 27

IVSTIFICAT CIRCVMCISIONEM. Per *circumciſionem* Iudæos, per *præputium* Gentes intelligit. IVSTIFICAT. Græcè, *iuſtificabit*. Gotth. *iuſtificauit*. ſ. Iudæos & Gentes per fidem. 30

LEGEM STATVIMVS, ſupplemus, quod illi deeſt, nempe iuſtificationem, non deſtruimus illam. 31

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AMPLIVS. q. d. in quo excellit? 1

PER OMNEM MODVM. i. valdè, ſeu variis de cauſis. ELOQVIA. i. oracula, ſeu præcepta, vel Scriptura. 2

FIDEM. ſ. in promiſſis. EVACVABIT. i. irritam faciet. eſt autem futurum pro præterito. 3

MENDAX. ſ. ex ſe. SICVT SCRIPTVM. poteſt iungi cum præcedentibus, & ſequentibus. 4

COMMENDAT. Græc. & Syr. *confirmat*. ſ. dum verax eſt & fidelis in promiſſis, etiam ſi nos iniquè agamus; vel, dum noſtras iniquitates punit. IRAM. i. punitionem. 5

SECVNDVM HOMINEM. i. humano more. q. d. quod humanus ſenſus poſſit quærere. QVOMODO. ſ. ſi iniquus ſit. 6

VERITAS. ſ. in promiſſis. vel *veritas*, pro iuſtitia. 7 MENDACIO. i. peccato, quo fallitur fides data Deo. ABVNDAVIT. i. facta illuſtrior. GLORIAM. ſ. Dei, gloria eſt etiam immeritis benefacere, & præſtare promiſſa. QVID ADHVC. i. ampliùs, ſeu poſt hac. pergit in obiectione humani ſenſus. IVDICOR. i. condemnor.

NON. ſ. potiùs. QVORVM, &c. Per hæc reſpondet obiectioni. q. d. damnandus eſt talis ſenſus, ſeu ſententia; peccare enim numquam licet. 8

PRÆCELLIMVS. ſ. nos Iudæi. quod pertinet ad animi iuſtificationem. EOS. ſ. Gentiles. CAVSATI. i. cauſa reddita antè oſtendimus. SVB PECCATO. Illi enim ſcriptam legem, hi naturalem non ſeruant. 9

INVTILES FACTI. Syr. *improbati*. VSQVE AD VNVM. i. ne vnus quidem. 12

13 SEPVLCHRVM, &c. Hi verſus vſque ad *oculos eorum*, non citantur ex Pſal. 13. nec enim in eo ſunt Hebr. aut Græc. ſed ex variis Scripturæ locis. Vide Pſal. 5, 9, 35, 140. Iſa. 59. Hieron. Præfat. lib. 16. in Iſa. SVB. pro, in.

16 INFELICITAS. ταλαιπωρία. i. *calamitas*.

19 IN. pro, ſub. OBSTRVATVR. i. non poſſit ſe excuſare, ſeu defendere, contra Dei iudicium. SVBDITVS. Syr. *obnoxius*. DEO. Syr. *Dei condemnationi*.

20 OPERIBVS. i. viribus, ſeu operum merito. LEGIS. ſ. ſine gratia. OMNIS CARO. *vllus homo*, Hebr. COGNITIO. ſ. ſola, & non auxilium ad vitandum.

21 LEGE. i. Legis obſeruatione. DEI. i. qua Deus hominem iuſtificat.

23 GLORIA. i. miſericordia, ſeu gratia per quam Deus glorificatur.

24 IVSTIFICATI. pro, iuſtificantur autem. IN CHRISTO. i. per Chriſtum. ſ. facta.

25 IN SANGVINE. Iunge cum *propitiationem*. IVSTITIÆ. ſ. qua iuſtificat. PROPTER. pro, in ſe, ſeu ad. PRÆCEDENTIVM. i. præteritorum.

26 SVSTENTATIONE, &c. q. d. quæ tolerauit Deus. AD. pro, vſque ad. SIT. i. appareat.

27 FACTORVM. ſ. Moyſaicam, quæ multa opera præcipiebat. NON. Nec enim lex vires dabat vt impleretur, & qui eam aliquo modo obſeruant, gloriantur. Itaque Lex illa non tollit gloriationem, ſed Euangelica, per quam cognoſcit homo nihil ſe poſſe ſine gratia Dei. FIDEI. ſ. Chriſti. i. Euangelicam.

28 ARBITRAMVR. i. cenſemus. OPERIBVS. i. merito operum, ſeu viribus. vel q. d. abſque eo quod opus ſit, facere opera Legis Moyſaicæ.

31 DESTRVIMVS. i. abolemus, ſeu irritam facimus. STATVIMVS. i. ſtabilimus, dum ſ. gratiam prædicamus, per quam illa impletur.

CAPVT IV.

Non ex legis operibus contingit iuſtificatio, ſed ex fide in Deum, quæ Abrahæ reputata fuit ad iuſtitiam ante datam ipſi circumciſionem, quam poſteà accepit; futurus, non lege ſed iuſtitia fidei, pater omnium qui ipſius fidem imitarentur: credidit autem Deo ſe patrem fore multarum gentium per promiſſum ſibi ſemen, cùm tam ipſe quam vxor eius Sara annos exceſſiſſent aptos ad generandum.

1 QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham
2 patrem noſtrum ſecundùm carnem? * Si
A enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt,
3 habet gloriam, ſed non apud Deum. * Quid
enim dicit Scriptura? [a] Credidit Abraham [a] Gen. 15. b. 6 Gal. 3. a. 6 Iac. 2. d. 23
4 Deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. * Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſe-
5 cundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. * Ei
verò qui non operatur, credenti autem in eum,
qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad
iuſtitiam ſecundùm propoſitum gratiæ Dei.
6 * Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis,
cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus:
7 * [b] Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & [b] Pſal. 31. a. 1
8 quorum tecta ſunt peccata. * Beatus vir, cui
9 non imputauit Dominus peccatum. * Beatitu-
B do ergo hæc in circumciſione tantùm manet,
an etiam in præputio? Dicimus enim quia re-
10 putata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. * Quo-
modo ergo reputata eſt? in circumciſione, an
in præputio? Non in circumciſione, ſed in præ-
11 putio. * [c] Et ſignum accepit circumciſionis, ſi- [c] Gen. 17. b. 10. 11
gnaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio:
vt ſit pater omnium credentium per præpu-
12 tium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam: * & ſit

pater

pater circumciſionis, non iis tantùm qui ſunt
ex circumciſione, ſed & iis qui ſectantur veſti-
gia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abra-
hæ. * Non enim per legem promiſſio Abrahæ, 13
aut ſemini eius, vt heres eſſet mundi: ſed per C
iuſtitiam fidei. * Si enim qui ex lege, heredes 14
ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.
* Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt 15
lex; nec præuaricatio. * Ideò ex fide, vt ſecun- 16
dùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini,
non ei qui ex lege eſt ſolùm, ſed & ei qui ex
fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrûm
[n] Gen.17. a.4 (* ſicut ſcriptum eſt: [n] Quia patrem multarum 17
gentium poſui te) ante Deum, cui credidit,
qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt,
tamquam ea quæ ſunt. * qui contra ſpem in 18
ſpem credidit, vt fieret pater multarum gen-
[o] Gen.15. b.5 tium, ſecundùm quod dictum eſt ei: [o] Sic erit
ſemen tuum. * Et non infirmatus eſt fide, nec 19
conſiderauit corpus ſuum emortuum cùm iam D
ferè centum eſſet annorum, & emortuam vul-
uam Saræ. * In repromiſſione etiam Dei non 20
hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide,
dans gloriam Deo: * pleniſſimè ſciens quia quę- 21
cumque promiſit, potens eſt & facere. * Ideò 22
& reputatum eſt illi ad iuſtitiam. * Non eſt au- 23
tem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia re-
putatum eſt illi ad iuſtitiam: * ſed & propter 24
nos, quibus reputabitur credentibus in eum,
qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum no-
ſtrum à mortuis; * qui traditus eſt propter de- 25
licta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificatio-
nem noſtram.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SECVNDVM CARNEM? .i. per carnis circumciſionem, quid Abraham vtilitatis inuenit, ſeu conſecutus eſt.

2 SI ... EX OPERIBVS. ſ. legis iuſtificatus eſt. HABET GLORIAM, laudari poterit. SED NON APVD DEVM. i. Dei voce & teſtimonio; nam contrarium dicit Scriptura.

3 ET REPVTATVM EST. ſ. gratis eſt illi data iuſtitia ob fidem, non propter opera.

4 EI AVTEM QVI OPERATVR. i. qui laborat pro mercede, debetur illi quod meretur præmium & merces. Credenti autem datur iuſtitia

5 SECVNDVM PROPOSITVM GRATIÆ DEI. i. gratis illi datur iuſtitia. Probat id teſtimoniis.

6 BEATITVDINEM HOMINIS. i. beatus homo, quem Deus gratis iuſtificat.

8 CVI NON IMPVTAVIT. Græc. *non imputabit* Deus peccatum. i. remiſerit. Quid ergo Abraham cum circumciſione accepit?

11 SIGNACVLVM. Σφραγὶς, *ſigillum.* Ergo circumciſione non eſt iuſtificatus Abraham, iam erat iuſtus ex fide, qua credidit promiſſis Dei. Circumciſio fuit ſigillum, quo Deus confirmauit rata fore quæ promiſerat. Simul fuit ſignum, quo is populus ab aliis diſtingueretur. Vides circumciſionem non habuiſſe maiorem vim quàm alia legis opera Errant qui illi vim iuſtificãdi tribuunt. Negant Patres, Iuſtinus contra Tryphonem eo argumento, quia feminæ non circumcidebantur; quæ enim iuſta ſunt, viris & feminis ſunt communia. Irenæus lib.4.cap.30. Ambroſius & Chryſoſtomus hîc, Origenes cap.2. VT SIT PATER OMNIVM CREDENTIVM PER PRÆPVTIVM. i. in præputio. Ita Abraham eſt pater credentium ex Gentibus & ex Iudæis.

14 SI ENIM QVI EX LEGE, HEREDES SVNT. i. ſi per legem hereditas promiſſa veniret, fides nihil valeret, & promiſſio per illam facta.

15 LEX ENIM IRAM, nam ſeuerè in tranſgreſſores animaduertit; id operatur, non peccati remiſſionem.

16 IDEO EX FIDE. ſ. eſt hereditas, vt Dei promiſſio ad omnes credentes extendatur, Iudæos & Gentes.

17 ANTE DEVM. Poſui te, ô Abraham, patrem Gentium, ante Deum. i. verè, vt illud: *Nemrod robuſtus venator coram Domino.* CVI CREDIDIT. Sic Græc. & Goth. Alij *credidiſti.* ſic Syr. QVI VIVIFICAT. q. d. poteſt implere quod promiſit, quando omnia poteſt.

18 QVI CONTRA SPEM. ſ. naturæ credidit in ſpem promiſſionis Abraham. Sic factus eſt omnium pater.

19 ET NON INFIRMATVS EST FIDE. pro, in fide Abraham. NEC CONSIDERAVIT. Goth. *conſiderauit* ſine *nec*, pro, licet conſideraret. Syr. *conſiderans corpus ſuum emortuum.* Olim ſine dubio Græci codices variarunt. Alij negationem habuere, alij ſine ea.

20 NON HÆSITAVIT Dubitauit quidem de modo quo id fieret, ſed non diffidentia, fide confirmatus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INVENISSE. i. obtinuiſſe. SECVNDVM CARNEM. ſ. patrem.

2 OPERIBVS. i. operum merito. HABET, &c. q. d. Illa quidem iuſtificatio non erit apud Deum. GLORIAM. Syr. *gloriationem.*

3 REPVTATVM, &c. q. d. per illam fidem eſt iuſtificatus.

4 OPERATVR. i. operibus meretur. q. d. ſi operibus iuſtificationem meruiſſet, non diceretur gratis fuiſſe iuſtificatus, hoc enim eſt *reputari fidem ad iuſtitiam.* ſ. per fidem gratis iuſtificari.

5 OPERATVR. i. operibus meretur. REPVTATVR. ſ. habetur pro ſufficienti diſpoſitione ad iuſtificationem. PROPOSITVM, &c. q. d. ſecundùm quod Deus propoſuit dare gratiam iuſtificationis credenti.

6 BEATITVDINEM, &c. i. beatum hominem. Syr. *de beatitudine hominis.* ACCEPTO FERT. i. imputat. q. d. quem pro iuſto habet. ſ. iuſtificans priùs; nec enim pro iuſto Deus habet eum qui iuſtus non eſt.

8 NON IMPVTAVIT. ſ. quia remiſit iuſtificando eum.

9 MANET. non eſt Græc. ſed ſubauditur aliquid ſimile. Syr. *fit.* i. accidit. DICIMVS. pro, diximus.

10 NON IN, &c. ſ. nondum erat circumciſus.

11 CIRCVMCISIONIS. i. ipſam circumciſionem. SIGNACVLVM. i. ſignum. EST. pro, fuerat, ſeu, acciderat ei. IN PRÆPVTIO. i. cùm nondum eſſet circumciſus. PER PRÆPVTIVM. i. incircumciſorum. REPVTETVR. ſ. fides.

12 TANTVM QVI. pro, qui tantùm. EX CIRCVMCISIONE. i. circumciſi. ET IIS QVI. pro, iis qui &. EST. pro, fuit.

13 PER LEGEM. ſ. obtinenda. SEMINI. i *poſteritati*, Hebr. MVNDI. i. cæli, quod in mundo præcipuum. vel Chriſtus intelligitur, cuius hereditas orbis, iuxta illud, *Poſtula à me, & dabo tibi gentes*, &c.

14 EX LEGE. q. d. per legis obſeruantiam. FIDES. ſ. promiſſionis. q. d. fruſtrà promiſſum, nec enim quiſquam legem per ſe poteſt ſeruare, ſed opus Dei gratia, quæ datur per fidem. ABOLITA. i. irrita. Explicatio præcedentis.

15 IRAM. i. punitionem. q. d. facit vt puniantur, qui eam tranſgrediuntur. PRÆVARICATIO. i. legis tranſgreſſio.

16 EX FIDE. ſ. pendet res tota. GRATIAM. ſ. Dei, qua poteſt eius lex ſeruari, quod ad hereditatem adeundam requiritur. ET EI QVI. pro, ei qui &. q. d. non legem ſequenti, ſed fidem Abrahæ.

17 ANTE DEVM. iungi poteſt cum *pater eſt*, &c. q. d. Deo approbante. TAMQVAM EA QVÆ SVNT. pro, tamquam ſint.

18 CONTRA SPEM. i. contra id quod naturaliter ſperari poterat. IN SPEM. i. ſperando. VT FIERET. i. ſe fore.

Infirmatvs. i. debilitatus. Emortvvm. q. d. ad 19
generandum ineptum. Vvlvam. i. matricem.

Repromissione. i. promiſſione. Diffidentia. 20
Græc. ἀπιστίᾳ. incredulitate. Confortatvs. i. for-
tificatus. Dans gloriam. ſ. credendo ei, & con-
fidendo.

Plenissime sciens. Græc. πληροφορηθείς. i. certiſſimè 21
perſuaſus.

Repvtatvm. ſ. ipſum credere. 22

Qvia repvtatvm est. pro, reputatum eſſe. 23

Traditvs est, &c. Lege ſic, *qui traditus eſt*. ſ. ad 25
mortem, *& reſurrexit propter delicta noſtra*. ſ. delenda
& propter iuſtificationem noſtram. ſ. dandam nobis.
ſ. vtrumque factum propter vtrumque.

CAPVT V.

Ex fide, inquit, iuſtificati, non ſolùm ſpe gloriamur, verùm etiam in aduerſitatibus: nam ſi Chriſtus pro nobis adhuc impiis mortuus eſt, multò magis ſaluabit iam iuſtificatos per ſanguinem ipſius: & ſicut per vnam Adæ inobedientiam omnes peccauimus, ac mortui ſumus, ita per vnius Chriſti obedientiam, ex multis delictis iuſtificamur ad vitam.

IVſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad 1
Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chri- A
ſtum: [a] per quem & habemus acceſſum per 2
fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & glo-
riamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolùm 3
autem, ſed & gloriamur in tribulationibus:
[b] ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur:
patientia autem probationem, probatio verò 4
ſpem, ſpes autem non confundit: [c] quia chari- 5
tas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiri-
tum ſanctum, qui datus eſt nobis. Vt quid e- 6
nim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſe- B
cundùm tempus pro impiis mortuus eſt? Vix 7
enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono for-
ſitan quis audeat mori. Commendat autem 8
charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cùm
adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus
Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multò igitur 9
magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui
erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici 10
eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem fi-
lij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus
in vita ipſius. Non ſolùm autem: ſed & gloria- 11
mur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum C
Chriſtum, per quem nunc reconciliationem ac-
cepimus. Propterea ſicut per vnum hominem 12
peccatum in hunc mũdum intrauit, & per pec-
catum mors, & ita in omnes homines mors per-
tranſiit, in quo omnes peccauerunt. Vſque 13
ad legem enim peccatum erat in mundo: pec-
catum autem non imputabatur, cùm lex non
eſſet. Sed regnauit mors ab Adam vſque ad 14
Moyſem etiam in eos, qui non peccauerunt in
ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt for-
ma futuri. Sed non ſicut delictum, ita & do- 15
num. ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt:
multò magis gratia Dei & donum in gratia
vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abunda-
uit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & 16
donum: nam iudicium quidem ex vno in con- D
demnationem: gratia autem ex multis delictis
in iuſtificationem. Si enim vnius delicto mors 17
regnauit per vnum: multò magis abundantiam
gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in
vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.
Igitur ſicut per vnius delictum in omnes ho- 18
mines in condemnationem: ſic & per vnius
iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem
19 vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius ho-
minis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita &
per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur
20 multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret
delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſu-
21 perabundauit gratia: vt ſicut regnauit pecca-
tum in mortem: ita & gratia regnet per iuſti-
tiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum
Dominum noſtrum.

[a] Ephes. 2. d. 18
[b] Iac. 1. a. 3
[c] Hebr. 9. d. 14 1. Petr. 3. c. 18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Pacem habeamvs. i. non offendamus Deum. Græcè ἔχομεν, *habemus*. Verùm alij codices Græc. ἔχωμεν habent. i. *habeamus*, atque ita legunt Origenes, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius.

3 Non solvm avtem. ſ. gloriamur in ſpe filiorum Dei. i. quam habent filij Dei; ſed in tribulatione gloriamur & gaudemus; quoniam per ipſam peruenimus ad eam ſpem, ſcientes, quòd afflictio patientiam operatur:

4 Patientia avtem probationem. Malis, vt in fornace probamur.

5 Spes avtem non confvndit. ſ. nos. Græcè, *non pudefacit*, non eſt inanis; charitas & ſpiritus ſuggerit menti ſecuritatem. Præterea

6 Vt qvid. Noſter legit εἰς τί, vbi nunc ἔτι. i. *adhuc*. cùm peccatores eſſemus & infirmi. Secvndvm tempvs. i. præfinito tempore. Hoc Græc. non eſt, nec Syr. Sed ſi tunc pro nobis eſt mortuus, ſupple, multò magis nunc. Hoc argumentum ſeruit ad confirmandam ſpem, de qua agit.

7 Moritvr. Græcè *morietur*. Nam pro bono, pro magno aliquo bono & vtilitate fortè quis moriatur, vt Codrus, duo Decij, Curtius.

8 Commendat. i. oſtendit, notam facit ſuam charitatem Deus. Qvoniam cvm adhvc. Goth. & alij cod. *ſi cùm adhuc*. ſic Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. Hilarius Pſal. 2. & 55. Ambroſius hic. Cùm nihil eſſemus, pro nobis Chriſtus eſt mortuus.

9 Mvlto igitvr magis. Concluſio argumenti ad confirmandam ſpem.

10 Salvi erimvs in vita ipsivs. Syr. *per vitam ipſius*. i. eo à morte ſuſcitato.

11 Non solvm avtem gloriamur. ſ. in tribulatione ſed etiam in Deo. *Gloriari in Deo* eſt eum laudare, ei gratias agere.

12 Propterea redundat, & Syr. omittitur, aut ſumatur pro, præterea. Non eſt cuius reddat rationem; ſolum Adami peccatum gratiæ Chriſti comparat. Sicvt per vnvm hominem peccatvm in hvnc mvndvm intravit. Non corruptio & fomes ſolùm, ſed reatus peccati, à quo vocamur peccatores. In qvo omnes peccavervnt. *In quo*. ſ. vno homine. Græc. ἐφ' ᾧ. eò quòd omnes peccauerunt. ſ. Adamo peccante. Syr. *in eo quod omnes peccauerunt*. Quod Pelagianis fauere videtur, nos eſſe reos mortis dicentibus non propter peccatum Adæ, in quo nos peccaſſe negabant, nec credebant ex eo actuali peccato ſingulos peccati reatu eſſe infectos; ſed propter propria peccata eſſe nos mortis reos.

13 Vsqve ad legem. i. ante legem erant peccata, ſed non imputabantur, non cognoſcebantur, aut puniebantur, quia lex non erat. Ergo ſicut peccatum & mors regnarunt in mundo, etiam in eos qui Adami tranſgreſſionem non ſunt imitati; quia lex non erat; ſic gratia Chriſti immerentibus eſt data.

14 Sed regnavit mors ab Adam. Auguſtinus epiſt. 89. affert duplicem lectionem. ſ. *etiam in eos qui peccauerunt*, & *etiam in eos qui non peccauerunt*. Sed hanc ſecundam magis probat. Qvi est forma fvtvri. ſ. Adamus Chriſti imago à contrario. Adamus origo peccati, Chriſtus gratiæ.

15 NON SICVT DELICTVM. Ad Adami peccatum alia nos addimus, Chriſti gratia immeritis prorſus datur: Auguſtinus in ea epiſtola, quia ſ. Adam fuit nobis cauſa vnius peccati, Chriſtus omnium meritorum. MVLTI MORTVI SVNT. *Multi*, pro, omnes. Sic Auguſtinus contra Iulianum lib. 6. cap. 12. Theophylactus Matth. 20. Multa exempla paſſim occurrunt, vbi *multi* ſumuntur pro *omnes*. IN PLVRES. Græc. εἰς τοὺς πολλούς, *in multos* abundauit gratia Chriſti.

16 ET NON SICVT PER VNVM. ſ. hominem. PECCATVM. ſ. intrauit. ITA ET DONVM. Senſus eſt: Vno peccato omnes facti ſumus rei, Chriſtus non vnum peccatum ſuſtulit, ſed omnia. Græcè, *non ſicut vnum peccatorem*, ſed locus implicatur. Noſter pro ἁμαρτήσαντος, vt nunc eſt, legit ἁμαρτήματος. i *peccatum*. Ita etiam Veleſius inuenit in aliquo codice.

18 IN CONDEMNATIONEM. ſ. ſicut mors peruenit per vnum. IN IVSTIFICATIONEM VITÆ. ſ. ſic venit gratia per vnum Chriſtum.

20 VT ABVNDARET DELICTVM. Lex venit, *Vt* euentum dicit, non cauſam. Lex ex accidenti fuit occaſio peccati.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HABEAMVS. Græc. & Syr. *habemus*.

2 HABEMVS. Græc. *habuimus*. GRATIAM. .i. ſtatum gratiæ. IN SPE GLORIÆ. i. ſperantes gloriam.

3 NON. pro, nec id. GLORIAMVR. i. nobis gloriæ ducimus. OPERATVR. ſ. tribulatione acquiritur patientia.

4 PROBATIONEM. ſ. per patientiam probamur. SPEM. ſ. probati benè ſperant.

5 CONFVNDIT. i. pudore afficit. ſ. ſpe fruſtratum. DEI. i. qua Deum diligimus. DIFFVSA. ſ. mentis eſt qualitas quædam, vt aëris lux. PER. Cauſam ſignificat.

6 VT QVID. i. cur. ſ. niſi ob hanc charitatem diffundendam. INFIRMI. i. peccatis ægroti. SECVNDVM TEMPVS. i. præſcripto tempore.

7 PRO IVSTO. i. cùm debet ex iuſtitia, vt qui dant pœnas ſcelerum. MORITVR. ſ. libenter. BONO. i. re honeſta, ſeu viro bono. Syr. *bonis*.

8 IN NOBIS. i. erga nos.

9 IRA. i. punitione, ſeu ſupplicio.

10 INIMICI. ſ. Dei. IPSIVS. ſ. Chriſti. q. d. ipſo viuente, & vobis fauente.

11 NON SOLVM. ſ. gloriamur in tribulationibus. IN DEO. i. Dei amore erga nos. CHRISTVM. ſ. qui nobis id impetrauit.

12 PROPTEREA. i. ob eam reconciliationem. MVNDVM. i. vniuerſum genus humanum: Auguſt. IN QVO. ſ. homine, vel peccato. vel q. d. quatenus omnes peccauerunt. ſ. ſic vita per Chriſtum.

13 PECCATVM. ſ. originale, & actuale. IMPVTABATVR. i. reputabatur, ſeu agnoſcebatur. ſ. ab hominibus.

14 MORS. ſ. ob peccatum inuecta. IN SIMILITVDINEM. ſ. propria voluntate, vt ille, nempe in paruulos. FORMA. τύπος. i. *figura*, ſiue *exemplar*. FVTVRI. .i. Chriſti, qui venturus erat.

15 DELICTVM. ſ. nocuit. GRATIA. ſ. profuit. ſ. ſed multò magis. MVLTI. ſ. omnes. IN GRATIA. i. per gratiam. HOMINIS. ſ. Chriſti. PLVRES. i. multos.

16 ET NON. Explicat magis quod dixit. PECCATVM. Græc. *peccantem*. IVDICIVM. ſ. Dei. VNO. ſ. peccato. i. ob vnum peccatum. DELICTIS. ſ. educens.

17 MVLTO MAGIS. ſ. mors erat temporalis, at vita per Chriſtum æterna.

18 CONDEMNATIONEM. ſ. itum eſt. OMNES. ſ. ſi velint. VITÆ. i. per quam viuitur.

19 MVLTI. i. omnes, vt proximè dictum. MVLTI. .i. omnes. ſ. ſi velint.

20 SVBINTRAVIT. i. obiter ſubiit. VT. pro, ſic vt. ABVNDARET. ſ. per occaſionem.

21 IN MORTEM. i. occidendo. PER IVSTITIAM. i. Iuſtificando. PER IESVM. i. meritis Ieſu.

CAPVT VI.

In Chriſto baptizati ſumus, vt mortui peccato deinceps in nouitate vitæ ambulemus: ſicut Chriſtus ſemel mortuus ac ſepultus, ad nouam vitam, non amplius moriturus, reſurrexit: non ergo iam obediamus peccato aut concupiſcentiis; ſed ſoluti à lege, liberatique per Chriſti gratiam à peccato, & ſerui facti iuſtitiæ, tradamus membra noſtra in obſequium iuſtitiæ ad vitam, quæ priùs tradideramus immunditiæ ad mortem.

1 QVid ergo dicemus? permanebimus in
A peccato vt gratia abundet? * Abſit. Qui
2 enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc
3 viuemus in illo? * An ignoratis quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte
4 ipſius baptizati ſumus? * a Conſepulti enim a Gal. 3. b. 17
ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: Col. 2. b. 12
vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per
gloriam Patris, b ita & nos in nouitate vitæ b Epheſ. 4. e. 23
5 ambulemus. * Si enim complantati facti ſu- Hebr. 12. a. 1
B mus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurre- 1. Pet. 2. a. 1
6 ctionis erimus. * Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur
corpus peccati, & vltrà non ſeruiamus pecca-
7 to. * Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à
8 peccato. * Si autem mortui ſumus cum CHRI-
STO: credimus quia ſimul etiam viuemus cum
9 Chriſto: * ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex
mortuis iam non moritur, mors illi vltrà non
10 dominabitur. * Quòd enim mortuus eſt pec-
cato, mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit,
11 viuit Deo. * Ita & vos exiſtimate, vos mor-
tuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo,
12 in Chriſto Ieſu Domino noſtro. * Non ergo
regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt
13 obediatis concupiſcentiis eius. * Sed neque ex-
hibeatis membra veſtra arma iniquitatis pec-
cato: ſed exhibete vos Deo, tamquam ex mor-
tuis viuentes: & membra veſtra arma iuſtitiæ
14 Deo. * Peccatum enim vobis non dominabi-
C tur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.
15 * Quid ergo? peccabimus, quoniam non ſumus
16 ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. * c Neſcitis c Ioan. 8. d. 34
quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obedien- 2. Petr. 2. d. 19
dum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati
17 ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? * Gra-
tias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obe-
diſtis autem ex corde in eam formam doctri-
18 næ, in quam traditi eſtis. * Liberati autem à
19 peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. * Humanum di-
D co, propter infirmitatem carnis veſtræ: ſicut
enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire im-
munditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc
exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſan-
20 ctificationem. * Cùm enim ſerui eſſetis peccati,
21 liberi fuiſtis iuſtitiæ. * Quem ergo fructum ha-
buiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?
22 Nam finis illorum mors eſt. * Nunc verò libe-
rati à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis
fructum veſtrum in ſanctificationem, finem ve-
23 rò vitam æternam. * Stipendia enim peccati,
mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Chri-
ſto Ieſu Domino noſtro.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVID ERGO DICEMVS? Reſpondet obiectionibus, 1
quæ ex dictis oriri poſſunt.

QVI ENIM MORTVI SVMVS PECCATO.i.peccatum 2
in nobis mortuum eſt; quia peccato liberati ſumus,
quo modo ad illud redibimus?

QVICVMQVE BAPTIZATI SVMVS IN CHRISTO IE- 3
SV. Græc. *in Chriſtum Ieſum*, ſed perinde eſt. Id vult, vt
quoniam Baptiſmus eſt mortis Chriſti figura, vt ille ſe-
mel mortuus eſt, & reſurrexit non amplius moriturus,
ſic nos ſemel à peccato liberi, ne ad illud reuertamur.

COMPLANTATI. i. inſiti Chriſti morti per Bapti- 5
ſmum qui eſt eius ſimilitudo. SIMVL ET RESVRRE-
CTIONIS.ſ. participes erimus.

QVIA VETVS HOMO NOSTER, fomes crucifixus eſt 6
peccati. CORPVS PECCATI, ſubſtantia, eſſentia, vis
eius, vt deſtruatur.

QVI ENIM MORTVVS EST. i. cum Chriſto crucifi- 7
xus liber à peccato eſt.

QVOD ENIM MORTVVS EST PECCATO Innocentius 10
lib. 4. de Miſſæ ſacrificio, cap. 7. legit, *pro peccato*. Sed
noſtra lectio melior. *Peccato mortuus eſt*. i. liber à pec-
cati pœnis, quas in ſe ſumpſerat Chriſtus.

MEMBRA VESTRA. ſupple, vt ſint arma iniquitatis, 13
non exhibeatis.

PECCATVM ENIM VOBIS. pro *in vobis non domina-* 14
bitur, vt Goth. aut *veſtri*, ſeu *vobis*, vt eſt Græc. ὑμῶν.
NON ENIM SVB LEGE ESTIS. q. d. ſub lege peccatum
dominabatur, gratia à peccato liberat.

CVI EXHIBETIS VOS SERVOS. q. d. ſeruus debet 16
obedire domino; ergo ſicut antè obediſtis peccato, ita
nunc iuſtitiæ obedite. SIVE OBEDITIONIS AD IVSTI-
TIAM? Conuerte, *ſiue iuſtitiæ ad obediendum*. Eò deue-
niſtis, vt illi quaſi ſerui obediatis. ſ. iuſtitiæ.

IN QVAM TRADITI ESTIS. Hypallage, pro, quæ vo- 17
bis eſt tradita. Similis Græciſmus eſt ad Gal. 2. illis
verbis, πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον. i. *creditus ſum Euange-*
lium, pro, creditum eſt mihi Euangelium.

HVMANVM DICO. i. tolerabile. Alioqui exigendũ, vt 19
decies tantũ conuerteremini ad Deum: Baruch. 4. v. 28.

LIBERI FVISTIS IVSTITIÆ. i. iuſtitia vos liberauit à 20
ſeruitute peccati, cùm antè ſerui peccati eſſetis.

STIPENDIA ENIM PECCATI, MORS. ſ. ſunt. GRATIA 23
AVTEM DEI. Videtur dicendum fuiſſe econtrariò. Sti-
pendia iuſtitiæ vita æterna, vt antitheſis membra ſibi
reſponderent. Noluit tamen, ne nobis tantum bonum
tribueremus. De quo Auguſtinus epiſt. 105. IN
CHRISTO, per Chriſtum, per eius merita.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ADHVC. i. poſt hac.
IN CHRISTO. i. in Chriſti nomine. IN MOR- 2
TE. i. ad ſimilitudinem mortis, vt ſtatim explicatur.
IN MORTEM. i. vt peccato moriamur. GLORIAM. 3
i. glorioſam potentiam.
COMPLANTATI FACTI. i. inſiti. SIMILITVDINI. i. ad 4
ſimilitudinem. RESVRRECTIONIS. i. ſimilitudine.
ERIMVS. ſ. complantati, ſeu participes. 5
CORPVS. i. ſubſtantia, ſeu congeries, aut vis.
MORTVVS. ſ. peccato in Baptiſmo. 6
CVM CHRISTO. i. ſimilitudine mortis Chriſti.
IAM. i. amplius. 7
PECCATO. i. ad delendum peccatum. DEO. i. apud 8
Deum, ſeu diuina vita. 9
IN CHRISTO. i. per Chriſtum, vel Chriſto. 10
VT OBEDIATIS. Explicat quid ſit regnare peccatum 11
i. fomitem. 12
ARMA i. inſtrumenta.
SVB LEGE. i. in ſtatu legis, ſeu ſub ſolo legis ductu. 13
MORTEM. ſ. animæ. 14
DEO ſ. ago, ſeu agite. IN QVA. Syr. *cui*. 16
HVMANVM. i. quod ferre poſſitis. AD INIQVITA- 17
TEM. i. iniquè agendò. Vide cap. 1. v. 17. IN SANCTI- 19
FICATIONEM. i. ſanctè viuendo.
IVSTITIÆ. i. à iuſtitia. q. d. à iuſtitia alieni. 20

22 IN SANCTICATIONEM. pro, ſanctificationem.
23 STIPENDIA. i. merces, ſeu debitum. VITA ÆTER-
NA. pro, vitam æternam. ſ. confert. IN CHRISTO. i. per
Chriſtum.

CAPVT VII.

In ſimilitudinem mulieris cuius vir defunctus eſt, nos per Chriſtum ſoluti ſumus à lege, qua peccatorum effectus redderentur vehementiores: vt ſeruiamus Chriſto in nouitate ſpiritus: occaſione autem legis peccatum indicantis, magis ſe exeruit & creuit peccatum, quamquam lex ſancta eſſet & ſpiritualis: imo [illegible] aduerſante carnis fomite abducimur, [illegible] repugnante, ad ea quæ ſecundum rationem [illegible], legique ſunt conſona.

1 AN ignoratis fratres (ſcientibus enim legem
A loquor) quia lex in homine dominatur,
2 quanto tempore viuit? * ª Nam quæ ſub viro
eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi au- ª 1. Cor.
tem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege 7. 39
3 viri. * Igitur, viuente viro, vocabitur adul-
tera ſi fuerit cum alio viro: ſi autem mortuus
fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt non
4 ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. * Itaque fra-
tres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus
Chriſti: vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit,
5 vt fructificemus Deo. * Cùm enim eſſemus in
carne, paſſiones peccatorum, quę per legẽ erant,
operabantur in membris noſtris, vt fructificarẽt
6 morti. * nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis,
in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate
7 ſpiritus, & non in vetuſtate litteræ. * Quid ergo
B dicemus? lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum
non cognoui, niſi per legem: nam concupiſcen-
tiam neſciebã, niſi lex diceret: ᵇ Non cõcupiſces.
8 * Occaſione autem accepta, peccatũ per manda- ᵇ Exod. 20
tum operatum eſt in me omnem concupiſcen- c. 17
tiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Deut. 5.
9 * Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed c. 19
cùm veniſſet mãdatum, peccatum reuixit. * Ego
10 autem mortuus ſum: & inuentũ eſt mihi man-
datum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem.
11 * Nam peccatum occaſione accepta per man-
12 datũ, ſeduxit me, & per illud occidit. * ᶜ Itaque
C lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & ᶜ 1. Tim. 1.
13 iuſtum, & bonum. * Quod ergo bonum eſt, mi- b. 8
hi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt
appareat peccatum, per bonum operatum eſt
mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans
14 peccatum per mandatum. * Scimus enim quia
lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, ve-
15 numdatus ſub peccato. * Quod enim operor,
non intelligo. non enim quod volo bonum,
hoc ago: ſed quod odi malum, illud facio.
16 * Si autem quod nolo, illud facio: conſentio legi,
17 quoniam bona eſt. * Nunc autem iam non ego
operor illud, ſed quod habitat in me pecca-
18 tum. * Scio enim quia non habitat in me,
hoc eſt in carne mea, bonum. Nam velle, ad-
iacet mihi, perficere autem bonum, non inue-
19 nio. * Non enim quod volo bonum, hoc facio:
D ſed quod nolo, malum, hoc ago. * Si autem quod
20 nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed
21 quod habitat in me, peccatum. * Inuenio igitur
legem, volenti mihi facere bonum, quo-
22 niam mihi malum adiacet: * condelector e-
nim legi Dei ſecundùm interiorem homi-
23 nem: * video autem aliam legem in membris

meis, repugnantem legi mentis meæ, & capti-
uantem me in lege peccati, quæ eſt in membris
meis. * Infelix ego homo, quis me liberabit de 24
corpore mortis huius? * Gratia Dei per Ieſum 25
Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe
mente ſeruio legi Dei; carne autem, legi peccati.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVANTO TEMPORE VIVIT. ſ. lex dominatur homini, quæ in hac parabola eſt vt maritus, natura noſtra vxor, Chriſtus ſecundus maritus, cui nupſimus mortua lege. Ex primo coniugio orta peccata irritato fomite, ex ſecundo dona Spiritus, de quibus ad Galat. 5. verſ. 22. procedunt. 1

SOLVTA EST A LEGE VIRI. i. fide, illi debita vxor ſoluta eſt viro mortuo. 2

A LEGE VIRI. τὸ *viri* Græcè non eſt, neque Goth. ſuppletur tamen. SI FVERIT CVM ALIO VIRO. ſ. iuncta, non violat fidem priori marito datam. 3

MORTIFICATI ESTIS LEGI. Lex potius mortua eſt. PER CORPVS CHRISTI: per eius præſentiam, vt ſitis alterius. VT FRVCTIFICEMVS DEO. Sic Græc. Alij. *vt fructificetis*. i. filios Deo gignatis, & Chriſto marito ſecundo. 4

CVM ENIM ESSEMVS IN CARNE. i. ſub lege carnali. PASSIONES PECCATORVM. Hi ſunt filij primi coniugij. QVÆ PER LEGEM ERANT. i. occaſione legis inſurgebant eæ paſſiones. At lege mortua ſoluti ſumus, vt 5

IN NOVITATE SPIRITVS, quæ legi ſuccedit. ET NON IN VETVSTATE LITTERÆ. i. legis cærimonijs. 6

PECCATVM NON COGNOVI. i. vim peccati, neſciebam me peccare, quia non erat lex quæ prohiberet, nec concupiſcentiam ſciebam eſſe peccatum. Adueniente lege, ipſa prohibitione irritata eſt concupiſcentia. 7

PECCATVM. i. fomes, quem toto hoc capite peccatum vocat, operatum eſt malum. PECCATVM MORTVVM ERAT. Quia fomes non irritabatur. 8

EGO AVTEM VIVEBAM, mei iuris eram, liberque à lege reſpirabam, aut videbar viuere, non agnoſcens peccata. PECCATVM REVIXIT. i. fomes. 9

EGO AVTEM MORTVVS SVM. i. inſtar mortui, tanto onere grauatus, & peccatis ex ea occaſione. Loquitur toto cap. in perſona omnium, non ſua. 10

LEX QVIDEM SANCTA. *Lex* & *mandatum* pro eodem ſumuntur. 12

SED PECCATVM. i. fomes, operatum eſt mortem. VT APPAREAT PECCATVM. i. eius vis & venenum, occaſione ex lege accepta, quæ bona eſt, me occidit. VT FIAT SVPRA MODVM PECCANS. i. vehementer. Sic fomitis vis & malitia apparet. 13

VENVMDATVS SVB PECCATO. Quaſi ſeruus peccati factus ſum legis occaſione, quæ bona tamen eſt. 14

QVOD ENIM OPEROR, NON INTELLIGO. Nempe, facio quod nollem, non intelligo quo id modo. NON ENIM QVOD VOLO. Explicat, quo pacto non intelligat quod facit. 15

INVENIO IGITVR LEGEM. ſ. ad bonum exhortantem. VOLENTI. pro, cùm volo facere bonú, ſupple, & nō facio, quoniam malú. i. peccatú eſt in me. Aut ſic: Inuenio legem membrorum repugnanté cùm volo bonum facere, quoniam malum in me eſt. i. peccatú & fomes. 21

SECVNDVM INTERIOREM HOMINEM condelector legi. i. ratione legem amplector, ſenſus repugnat. De interiori homine Plato conſentanea Paulo agit 9. de Repub. quem τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, vocat Paulus τὸν ἔσω ἄνθρωπον. De quo quidam copioſè Schediaſm. 2. 22

DE CORPORE MORTIS HVIVS? i. de corpore morti & peccato obnoxio quis me liberabit? 24

GRATIA DEI. Græc. εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ *gratias ago Deo.* ſ. quod me tolerat. Sic legit Syr. tum Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, atq; ita videtur Hieron. ad Algaſiam quæſt. 8. Noſter haud dubium Græcè legit ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ. ſicque legunt Irenæus lib. 3. cap. 22 Ambroſius lib. 2. de Abraham, cap. 6. Hieronymus 1. contra Iouin. Auguſtinus lib. 1. contra 2. epiſt. Pelagij. cap. 10. alijsque locis, eaque vera lectio eſt. 25

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LEGEM. i. vim legis. IN HOMINE &c. i. hominem ſibi ſubiectum habet. VIVIT. ſ. homo, ſeu lex.

2 NAM, &c. exemplo declarat. SVB VIRO. i. nupta. VIRO. ſ. coniugata. LEGI. ſ. viri. ſeu matrimonij.

4 MORTIFICATI. i. mortui. ſ. liberati obligatione legis veteris. CORPVS. i. mortem corporis. q. d. cùm Chriſtus mortuus eſt, periit vis legis veteris, ſeu obligatio. ALTERIVS. ſ. velut ſponſæ. FRVCTIFICEMVS. i. generemus ſpiritualem prolem. ſ. bonorum operum.

5 ESSEMVS IN CARNE. i. ſecundùm carnem viueremus. PASSIONES. i. affectus. ERANT. Syr. *incitabantur*. ſ. nitimur in vetitú. MORTI. i. digna morte opera.

6 MORTIS. i. per occaſionem mortem afferentem. vel legem fomitis intelligit, quæ in mortem peccati inducit. VETVSTATE LITTERÆ. i. veteri vita, qua viuebamus, legis litteram ſolam ſine ſpiritu ſequentes.

7 PECCATVM EST, &c. ſ. quia facit peccare, irritando concupiſcentiam. NESCIEBAM. ſ. eſſe peccatum.

8 ACCEPTA. ſ. per illam cognitioné & prohibitionem. PECCATVM. i. fomes. PER MANDATVM. ſ. dú prohibet, & prohibendo dat occaſioné concupiſcédi. OMNEM. i. conſummatam, ſeu maximam. MORTVVM. i. velut mortuú. ſ. non tantopere fomes ad peccatú impellebat.

9 ALIQVANDO. ſ. antequam daretur à Deo. REVIXIT. i. excitatum eſt.

10 MORTVVS. ſ. ei conſentiendo.

11 PECCATVM. ſ. fomes. OCCIDIT. ſ. conſentientem.

12 IVSTVM, ET BONVM. ſ. continet iuſtitiam & perfectionem.

13 PECCATVM. ſ. fomes. VT APPAREAT, &c. pro, in quo apparet quanta ſit eius vis ad impellendum ad peccatum. VT. pro, ita vt. PECCANS. i. peccare faciens. PECCATVM. ſ. fomes.

14 VENVMDATVS. q. d. ſeruus factus.

15 INTELLIGO. i. approbo, vel q. d. vix intelligo tantam in me affectuum varietatem. QVOD VOLO. ſ. vt non concupiſcam. QVOD ODI. ſ. concupiſcere.

16 LEGI. ſ. concupiſcentiam prohibenti.

17 EGO. i. voluntas deliberata. PECCATVM. ſ. fomes.

18 ADIACET. i. adeſt. PERFICERE. ſ. nihil mali concupiſcendo. INVENIO. i. poſſum.

21 LEGEM. ſ. peccati, repugnantem. Syr. *legem conſentientem*. ADIACET. i. adeſt, ſeu adhæret, ſ. fomes.

23 CAPTIVANTEM. i. velut inuitú trahenté. IN LEGE. i. ſecundùm legé, ſeu imperium. PECCATI. i. fomitis.

24 INFELIX. i. miſer. MORTIS HVIVS. i. huic miſeriæ obnoxio.

25 GRATIA DEI. Græc. & Syr. *gratias ago Deo.* LEGI DEI. ſ. non conſentiendo concupiſcentiæ. LEGI PECCATI. i. fomitis. ſ. cócupiſcendo, licet repugnante volútate.

CAPVT VIII.

Concludit, Chriſto per Baptiſmum inſitos ab omni damnatione eſſe liberos, qui non carnem ſectantur, ſed ſpiritum quem acceperunt: ſpiritum inquam adoptionis, qui Dei filios ac futuræ gloriæ cum Chriſto coheredes efficit; ad cuius gloriæ reuelationem non ſolùm vniuerſa aſpirat creatura, vanitati interim ſubiecta; ſed & hi qui ſpiritus acceperunt primitias, illam certa ſpe expectant, Spiritu eos roborante, & quid orandum ſit inſtruente. Declarat etiam incomparabilem Dei erga ſuos exhibitam in Chriſto charitaté, aſſerens nihil poſſe eos à charitate Dei ſeparare quæ eſt in Chriſto Ieſu.

1 NIhil ergo nunc damnationis eſt iis, qui
A ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum
2 carnem ambulant. * Lex enim ſpiritus vitæ
in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati &
3 mortis. * Nam quod impoſſibile erat legi, in
quo infirmabatur per carnem: Deus filiú ſuum
mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de
4 peccato damnauit peccatum in carne, * vt iuſti-
ficatio legis impleretur in nobis, qui non ſecun-
dum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiri-
tum.

tum.*Qui enim ſecundũ carnem ſunt:quæ car- 5
nis ſunt, ſapiunt. qui verò ſecundũ ſpiritũ ſunt:
quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt.* Nam prudẽtia car- 6
nis,mors eſt: prudentia autẽ ſpiritus,vita & pax.
*quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo: legi 7
enim Dei nõ eſt ſubiecta:nec enim poteſt.*Qui B
autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. 8
* Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi 9
tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis au-
tem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt
eius.*Si autem Chriſtus in vobis eſt:corpus qui- 10
dem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus
verò viuit propter iuſtificationem.* Quòd ſi 11
Spiritus eius,qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis,ha- C
bitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à
mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra,
propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.
*Ergo fratres debitores ſumus non carni, vt ſe- 12
cundùm carnem viuamus.* Si enim ſecun- 13
dùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem
ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.
*Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt 14
filij Dei.* a Non enim accepiſtis ſpiritum ſerui- 15
tutis iterùm in timore, ſed accepiſtis ſpiritum
adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba
(Pater.)* Ipſe enim Spiritus teſtimonium red- 16
dit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.* Si autẽ 17
filij,& heredes:heredes quidem Dei, coheredes
autẽ Chriſti:ſi tamen compatimur,vt & cõglo-
rificemur.* Exiſtimo enim,quòd non ſunt con- 18
dignę paſſiones huius temporis ad futuram glo- D
riam,quæ reuelabitur in nobis.* Nam expecta- 19
tio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expe-
ctat.* Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non 20
volens,ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe:
*quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute cor- 21
ruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.
*Scimus enim quòd omnis creatura ingemiſcit, 22
& parturit vſque adhuc.* Non ſolùm autẽ illa, 23
ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes,& ipſi
intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei
expectantes, redemptionem corporis noſtri.
*Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ vi- 24
detur,non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid E
ſperat?* Si autem quod non videmus, ſpera- 25
mus:per patientiam expectamus.*Similiter autẽ 26
& Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: nam
quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe
Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus.* Qui autẽ ſcrutatur corda, ſcit quid de- 27
ſideret Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat
pro ſanctis.*Scimus autem quoniam diligẽtibus 28
Deum omnia cooperantur in bonũ,ijs,qui ſecũ-
dùm propoſitum vocati ſunt ſancti.* Nam quos 29
præſciuit,& prædeſtinauit conformes fieri ima-
ginis Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis
fratribus.*Quos autẽ prædeſtinauit, hos & vo- 30
cauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit:quos F
autem iuſtificauit,illos & glorificauit.*Quid er- 31
go dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis cõ-
tra nos?* Qui etiam proprio Filio ſuo nõ peper- 32
cit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quo-
modo non etiam cũ illo omnia nobis donauit?
*Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui 33
iuſtificat, *quis eſt qui condẽnet? Chriſtus Ieſus, 34
qui mortuus eſt,immò qui & reſurrexit, qui eſt

a 2. Tim. 1. b. 7. Gal. 4. a. 5.

ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro no-
35 bis.*Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti?
tribulatio?an anguſtia?an fames?an nuditas? an
36 periculũ? an perſecutio? an gladius?* (ſicut ſcri-
G ptum eſt: a Quia propter te mortificamur tota
37 die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.)* Sed
in his omnibus ſuperamus propter eum qui dile-
38 xit nos.* Certus ſum enim, quia neq; mors,neq;
vita,neque Angeli, neq; principatus, neque vir-
tutes, neque inſtantia,neque futura, neque for-
39 titudo,*neque altitudo,neque profundum, ne-
que creatura alia poterit nos ſeparare à charita-
te Dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

a Pſal. 43. d. 23.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NIHIL ERGO NVNC. Non damnantur qui legem non ſeruant,nec SECVNDVM CARNEM AMBVLANT. i. ſecundùm legem carnalem.

2 LEX ENIM SPIRITVS VITÆ. i. ſpiritus viuificantis. A LEGE PECCATI ET MORTIS me liberauit. Sic veterem legem vocat, quòd peccati eſſet occaſio, & non viuificaret. i. iuſtificaret.

3 PER CARNEM. i. eò quòd carnalis eſſet & externa. IN SIMILITVDINEM CARNIS PECCATI. i. peccatricis, nobis ſimilem miſit Deus Filium ſuum. ET DE PECCATO DAMNAVIT PECCATVM. i. per peccatum i. Chriſtum qui pro nobis factus eſt peccatum. i. hoſtia pro peccato, damnauit, deſtruxit peccatum noſtrum. IN CARNE. i. per carnem & mortem Chriſti.

4 VT IVSTIFICATIO LEGIS, quam promittebat, & non dabat, impleretur.

6 PRVDENTIA CARNIS. *φρόνημα, ſenſus, affectus, electio.* MORS EST. i. cauſa mortis. Contrà, prudentia ſpiritus eſt cauſa vitæ & pacis. i. omnium bonorum.

7 SAPIENTIA CARNIS INIMICA EST DEO. *ἔχθρα εἰς Θεὸν, inimicitia in Deum*, ſic Hieron. & Auguſt. & Goth. & Syr. Noſter legit, ἐχθρὸν τῷ Θεῷ. ſentẽtia nõ diſcrepat. NEC ENIM POTEST. Quamdiu illa carnis prudẽtia manet, Deo non eſt ſubiecta. ſic quod verſ. ſequẽti dicitur,

8 DEO PLACERE NON POSSVNT. ſ. carnales, quamdiu in eo perſtant.

9 VOS AVTEM IN CARNE NON ESTIS. Quomodo *caro* aliquando iuxta naturam ſumatur, aliquando culpam deſignet, Gregor. 14. Moral. cap. 29.

10 MORTVVM EST PROPTER PECCATVM, ſ. Adæ corpus & noſtrum eſt mortuum, malis ſubiectum.

15 SPIRITVM SERVITVTIS non accepiſtis. ſ. legis Moyſaicæ, quæ minis & ſupplicijs, & eo timore plena erat. SED ACCEPISTIS SPIRITVM ADOPTIONIS. i. legem adoptionis gratiæ & amoris, quando clamamus: ABBA (PATER) pro, *Abba*. i. *pater*. *Abba* vox Chaldęa, ideò interpretationem adiungit.

17 SI TAMEN COMPATIMVR Chriſto. Pugna & contentione opus eſt, vt perueniatur ad palmam.

19 REVELATIONEM FILIORVM creatura ſpectat. i. diem iudicij, vt liberetur à vanitate, qua creatura nunc irrationalis inuita ſeruit peccatis hominum. Proſopopœia.

20 PROPTER EVM. ſiue, *per eum*, *διὰ* genitiuo iuncta ſignificat idem quod *per*; at cum accuſatiuo, vt hic eſt, ſignificat *propter*, id ſecutus eſt noſter Interpres. Sed & cum accuſatiuo apud Iſocr. in Paneg. & Demoſth. pro Megal. ſumitur pro *per*. Significat creaturam non ſua ſponte, ſed ab alio ſubijci vanitati, nẽpe Deo, aut Adamo, propter quem terra eſt maledicta. QVI SVBIECIT EAM IN SPE. Goth. *in ſpem*. Syr. *ſub ſpe*. & iungit cum ſequentibus, ſub ſpe quòd liberabitur à ſeruitute Quæ diſtinctio in noſtram verſionem poteſt quadrare, mutatis punctis.

22 INGEMISCIT ET PARTVRIT. *Συνωδίνει*. i. *dolores parturientis patitur* creatura.

24 SPE ENIM SALVI FACTI SVMVS. q. d. non mireris quòd redemptio differtur, quod gemimus eam ſpectantes; ſpe eſt oblata; ſpes autem non eſt de præſentibus, & ijs quæ videmus.

PER PATIENTIAM EXPECTAMVS. *Τπομονῆς, patientiam, expectationem.* 25

SPIRITVS POSTVLAT. i. Spiritus ſanctus docet & facit nos poſtulare, ipſe nos adiuuat, vt patienter expectemus. 26

OMNIA COOPERANTVR IN BONVM. q. d. ſi redēptio differtur, ſi aduerſa patimur, ea tamen vtilia ſunt. 28

CONFORMES FIERI. Vult vt Chriſti exemplo hîc patiamur mala, vt ſimus Chriſto ſimiles: nam poſt illa ſequetur gloria. 29

GLORIFICAVIT. pro, glorificabit. ſic infrà *donauit*, pro, donabit. 30

QVIS ACCVSABIT? Auguſt. 3. de Doct. Chriſt. cap. 3. ſic legit: *Quis accuſabit? Deus qui iuſtificat? Quis eſt qui condemnet? Chriſtus qui interpellat pro nobis?* vt tota oratio ſit ex percontatione & interrogatione compoſita. Ad interrogationem per *eſt* aut *non* reſpondetur; ad percontationem pluribus verbis. 33

SVPERAMVS PROPTER EVM, ſiue *per eum, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος*. ſic Auguſtinus 4. de Doctr. Chriſt. cap. 20. & lib. 22. de Ciuit. cap. 23. Ergo in his malis per Chriſtum ſuperamus, eius ope. 37

NEQVE FORTITVDO. Græc. & Syr. non eſt. Gotth. *fortitudines* habet; ſed tollit illud *neque virtutes*. Nulla res nos ſeiunget à Chriſti charitate, qua eum diligimus. 38

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN CHRISTO. i. coniuncti Chriſto. CARNEM. i. carnis deſiderio. AMBVLANT. i. agunt, ſeu viuunt. 1

VITÆ. i. viuificantis. IN CHRISTO. i. ſecundùm Chriſtum, ſeu conformiter Chriſti vitæ. PECCATI ET MORTIS. i. fomitis per conſenſum animā occidentis. 2

LEGI. ſ. Moyſaicæ. IN QVO. i. quatenus. INFIRMABATVR. i. debilis erat & inefficax, ſeu non ſeruabatur. PER CARNEM. i. impediente concupiſcentia. IN SIMILITVDINEM, &c. i. ſimilem peccatoribus. ſ. quantum ad naturam, non quantum ad culpam. ET DE PECCATO. i. ex peccatoribus, ſeu cum peccato natæ. q. d. ſimilis factus hominibus natis ex peccatoribus, & cum peccato: vt coniungatur cum præcedentibus. vel q. d. ob peccatū quod inducebat, fomitē damnauit, cōprimens & velut alligans ne præualeret. Syr. *propter peccatum*. ſ. delendum. vt coniungatur cum *mittens*, &c. DAMNAVIT. ſ. occidens. IN CARNE. ſ. ſua. per eam enim oblatam, peccatum aboleuit, & fomiti vires abſtulit. 3

LEGIS. i. quam lex requirebat. 4

SECVNDVM CARNEM. i. carnales. SAPIVNT. q. d. illa probant, iiſque delectantur. 5

PRVDENTIA. i. quod approbat. MORS EST. i. mortem animæ affert, quam ſummopere vitant ſpirituales. 6

POTEST. ſ. quia omnino contraria eſt, vt ignis aquæ, cum qua eſſe non poteſt. 7

IN CARNE. i. carnales, ſeu ſecundùm carnem viuētes. 8

IN SPIRITV. i. ſpirituales. EIVS. ſ. ſeruus, ſeu viuum membrum. 9

MORTVVM. i. morti obnoxium: Auguſt. PROPTER PECCATVM. i. merito peccati. IVSTIFICATIONEM. i. Dei ſpiritum, ſeu gratiam qua iuſtificatur. Græc. *iuſtitiam*. 10

MORTALIA. Syr. *mortua*. 11

MORIEMINI. ſ. æterna morte. VIVETIS. ſ. æterna vita, tamquam Dei filij. 13

ITERVM. ſ. vt in lege veteri. IN TIMORE. Græc. *in timorem*. i. ad timendum, ſeu timere facientem. PATER. Vel explicatio præcedentis, vt Græc. indicatur. vel exprimere voluit vocem Iudæi & Gentilis. ſ. ille *Abba* clamat, hic *Pater* ſeu Πατὴρ, ſic enim Græc. 15

TESTIMONIVM REDDIT. i. teſtatur. ſ. interna inſpiratione. 16

COMPATIMVR. i. cum Chriſto patimur. 17

ENIM. pro, autem. CONDIGNÆ. ſ. ex ſe, nam dignas facit gratia. vel q. d. pares non ſunt, quia breues & leues, gloria autem immenſa & perpetua. 18

CREATVRÆ. i. mundi totius, vel hominis. REVELATIONEM. i. manifeſtationem gloriæ. 19

20 VANITATI. i. inſtabilitati, ſeu hominum abuſui, vel corruptioni. NON VOLENS. ſ. naturaliter quiſque appetit conſeruari, fugitque corrumpi. PROPTER EVM. q. d. obedit Deo. SPE. ſ. liberationis.

21 LIBERABITVR. ſ. in homine, in quo eſt quodam modo omnis creatura: conſtat enim corpore & ſpiritu.

22 INGEMISCIT. i. velut gemens optat. PARTVRIT. i. more parturientis veluti dolet, & expectat laborum finem. ADHVC. i. nunc.

23 ILLÆ. ſ. reliqui homines, vel reliquæ mundi creaturæ. PRIMITIAS. i. præcipua dona, ſeu prima, data in lege Euangelica. REDEMPTIONEM. Appoſitio. nam quantum ad ſpiritum, adoptio iam habetur.

24 SALVI. ſ. perfectè. q. d. ſperamus perfectam ſalutem. QVÆ VIDETVR. i. vbi videtur quod ſperatur.

26 SPIRITVS. ſ. ſanctus. POSTVLAT. i. nos facit poſtulare; ſic alibi: *Spiritus Patris, qui loquitur in vobis*: &, *Clamantem, Abba Pater*. INENARRABILIBVS. i. qui facilè explicari non poſſunt.

27 DESIDERAT. i. deſiderare faciat. SECVNDVM DEVM. i. Deo grata. POSTVLAT, &c. i. facit ſanctos poſtulare.

28 PROPOSITVM. i. Dei electionem. Syr. *præordinationem*. SANCTI. i. ad ſanctitatem. quamquam non eſt vox hæc Græc. nec Syr.

29 PRÆSCIVIT, &c. i. præſciendo prædeſtinauit. ſ. prædeſtinatio eſt æterna Dei notitia, & electio ad gloriam conſequendam, per Chriſti imitationem. IMAGINIS FILII SVI. pro, Filio ſuo.

32 DONAVIT. Græc. & Syr. *donabit*. q. d. quid negabit, qui Filium dedit?

33 DEVS. pro, Deus eſt.

34 IESVS. ſ. eſt.

35 CHRISTI. ſ. qua Chriſtus nos diligit, vel qua Chriſtum diligimus.

36 MORTIFICAMVR. i. occidimur. OCCISIONIS. i. occiſioni deſtinatæ.

37 PROPTER EVM. i. eius amore, ſeu auxilio.

38 CERTVS. ſ. Græc. *perſuaſus*. VIRTVTES. Ordo quidam eſt Angelorum. INSTANTIA. i. præſentia.

39 DEI. ſ. qua nos diligit, vel qua Deum diligimus. IN CHRISTO. i. propter Chriſtum.

CAPVT IX.

Propter Iudæorum ruinam de qua vehementer dolet, promiſſiones non fruſtrari aſſerit, Iſraelitis factas à Deo Abrahæ filijs: nimirum cum illæ nō pertineant ad omnes carnales Abrahæ filios, ſed tantùm ad eos qui ex Iudæis & Gentilibus gratuita Dei electione filij Abrahæ per fidem conſtituuntur: Deus autem cuius vult miſeretur, & quem vult indurat: Iudæi verò quia non ex fide Chriſti quem reiecerant, ſed ex legis operibus iuſtitiam quærebant, ſunt in ſua iniquitate relicti, Gentibus per fidem Chriſti iuſtificatis.

1 VEritatem dico in Chriſto, non mentior, te-
A ſtimonium mihi perhibente conſcientia
2 mea in Spiritu ſancto: *quoniam triſtitia mihi
3 magna eſt, & continuus dolor cordi meo. *a Op- a Act. 9.
tabā enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro a. 2
fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm 1. Cor. 15.
4 carnem, *qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt b. 9
filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio,
5 & obſequium, & promiſſa: * quorum patres, &
B ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui
eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.
6 Amen. * Non autem quòd exciderit verbum
Dei. Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt, ij
7 ſunt Iſraelitæ: * neque qui ſemen ſunt Abrahæ,
omnes filij: b ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: b Gen. 21.
8 * id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed c qui b. 12
filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. c Gal. 4.
9 * Promiſſionis enim verbum hoc eſt. d Secun- d. 28 d Gen. 18.
C dùm hoc tempus veniam; & erit Saræ filius. b. 10
10 * Non ſolùm autem illa: e ſed & Rebecca ex e Gen. 25.
11 vno concubitu habēs, Iſaac patris noſtri. * Cùm e. 24
enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni

giſſent, aut mali, (vt ſecundùm electionem
propoſitum Dei maneret) *non ex operibus, ſed 12
"Gen. 25. c.23 ex vocante dictum eſt ei: * " Quia maior ſeruiet 13
Mal. 1. a.2 minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau au-
tem odio habui. * Quid ergo dicemus? nûquid 14
iniquitas apud Deum? Abſit. *Moyſi enim dicit: 15
"Exod. 33. d.19 " Miſerebor cuius miſereor: & miſericordiam D
præſtabo cuius miſerebor. *Igitur non volentis, 16
neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. * Dicit 17
"Exod. 9. d.16 enim Scriptura Pharaoni: " Quia in hoc ipſum
excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam:
& vt annuntietur nomẽ meum in vniuerſa ter-
ra. *Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult in- 18
durat. * Dicis itaque mihi: Quid adhuc queri- 19
tur? voluntati enim eius quis reſiſtit? * O homo, 20
"Sap. 15. b.7 tu quis es, qui reſpondeas Deo? " Numquid di- E
Iſa. 45. b.9 cit figmentum ei, qui ſe finxit: Quid me feciſti
Ier. 18. a.6 ſic? * An non habet poteſtatem figulus luti, ex 21
eadẽ maſſa facere aliud quidem vas in honorẽ,
aliud verò in contumeliam? *Quòd ſi Deus vo- 22
lens oſtendere iram, & notam facere potentiam
ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ, apta
in interitum, * vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ 23
in vaſa miſericordię, quæ pręparauit in gloriam.
*Quos & vocauit nos non ſolùm ex Iudæis, ſed 24
"Oſee 2. d.23 etiam ex Gentibus, * ſicut in Oſee dicit: "Voca- 25
1. Pet. 2. b.10 bo non plebem meam, plebem meam: & non F
dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſe-
"Oſee 1. b.10 cutam, miſericordiam conſecutam. * " Et erit: In 26
loco, vbi dictum eſt eis: Non plebs mea vos: ibi
vocabuntur filij Dei viui. * Iſaias autem clamat 27
"Iſa. 10. e.22 pro Iſrael: " Si fuerit numerus filiorum Iſrael
tamquam arena maris, reliquię ſaluæ fient. *Ver- 28
bum enim conſummans, & abbreuians in æqui-
tate: quia verbum breuiatum faciet Dominus
"Iſa. 1. c.9 ſuper terram: *& ſicut prædixit Iſaias: "Niſi Do- 29
minus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut So- G
doma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles
fuiſſemus. * Quid ergo dicemus? Quòd gentes, 30
quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt
iuſtitiam: iuſtitiam autẽ, quæ ex fide eſt. * Iſrael 31
verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ
non peruenit. * Quare? Quia non ex fide, ſed 32
quaſi ex operibus: offenderunt enim in lapidem
"Iſa. 8. c.14. & 28. d.16 offenſionis, * ſicut ſcriptum eſt: " Ecce pono in 33
1. Pet. 2. b.7 Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali: &
omnis, qui credit in eum, non confundetur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 OPTABAM ENIM EGO IPSE ANATHEMA ESSE A CHRISTO. non cupit ſeparationem à Chriſto, qui dixit: *Scio quia nulla creatura poterit me ab eo ſeparare*; ſed occidi, vt Moyſes Exod. 32. v. 32. *Aut dele me de libro vitæ, aut dimitte eis hanc noxam.* Solebant hominẽ deſtinare ad mortẽ, vt ſic populus expiaretur. Eum hominẽ *ſacrum* & *anathema* vocabant, per ε ab ἀνατίθημαι. i. *execror*. Alioqui per η, ab ἀναθεῖναι. i. *ſeponere*, vel *ſuſpendere*, *donarium* ſignificat. De hoc plura Giraldus Syntagm. 17. de Dijs Gentium. Ergo cupit Paulus pro ſalute ſui populi eſſe *anathema*. i. morti à Chriſto deſtinari. Hebr. id *anathema* חרם *herem* dicitur.

4 QVORVM ADOPTIO EST, ſunt in filios adoptati. GLORIA, præ alijs populis excellentia. ET TESTAMENTVM. Græc. *teſtamenta*, διαθῆκαι. i. *pacta*, fœdus cum illis fecit Deus. OBSEQVIVM. λατρεία, *cultus*, religio eſt eorum. Ipſi ſoli Deum colebant. Propter has prærogatiuas cupit pro illis mori.

5 QVORVM PATRES, ET EX QVIBVS. *Et* redundat.

6 NON AVTEM QVOD EXCIDERIT VERBVM DEI. Deus promiſſis ſtat, ſed alio modo. ſ. cum Iudæis non carne, ſed ſpiritu ea ſeruat.

7 SED IN ISAAC. Per hunc contra, ſeu ſupra naturę ordinem genitum intelligit filios ſpiritu quibus dantur promiſſa.

8 ÆSTIMANTVR IN SEMINE. i. pro filijs Abrahæ habentur qui promiſſionis filij ſunt fideles.

9 PROMISSIONIS ENIM VERBVM. i. de hac promiſſione ſic loquitur Scriptura. SECVNDVM HOC TEMPVS. Non ergo naturæ virtute. Totum huc pertinet, vt intelligatur, Iſaac filium ſpiritu fuiſſe, eius fratres quicumque credunt.

10 EX VNO CONCVBITV. Græc. *concubitum*, ſed non cohæret ſententia. HABENS. i. concipiens. Probat Iacob etiam filium ſpiritu fuiſſe non per promiſſionem, ſed per electionẽ. Et hac occaſione agit de prædeſtinatione.

15 MISEREBOR CVIVS. Vbi miſericordia non eſt, iniquitas neque induſtria valet.

16 IGITVR NON VOLENTIS. Induſtria non valet, vt quis præferatur. Aliqui addunt, *non eſt volentis tantum.* ſed ij ex præuiſis operibus hominem prædeſtinari volunt, nẽpe Græci omnes Patres, quod non ſequimur; neque damnamus tamen, de quo Velloſillus in propria quæſtione de hac re in ſuis Aduertẽtijs, Tom. 2. q. 13. conc. 1.

17 SCRIPTVRA PHARAONI dicit. id eſt, de Pharaone. QVIA IN HOC IPSVM EXCITAVI TE. i. Regem te feci. VT OSTENDAM. Eo flagellato & ſubmerſo oſtendit Deus virtutem. i. potentiam ſuam.

18 ERGO CVIVS VVLT MISERETVR. Prædeſtinatio ſine meritis. ET QVEM VVLT INDVRAT, deſerendo, ſubtrahendo auxilium.

19 QVID ADHVC QVERITVR? ſine diphthongo. Quid conqueritur Deus, ſi ei non obediunt quos ipſe deſerit. O HOMO, TV QVIS ES? Si Deus volens oſtendere iram & potentiam.

22 VASA IRÆ. i. homines prauos ſuſtinuit. APTA. Goth. *aptata*. ſic Græc. κατηρτισμένα.

23 VT OSTENDERET DIVITIAS GLORIÆ SVÆ, IN VASA MISERICORDIÆ. i. prædeſtinatos. Auguſtinus 15. de Ciuit. cap. 2. Qui ſunt in cælo, vocantur *vaſa miſericordiæ*, quia ex peccato liberati ſunt, priùs vaſa in contumeliam, deinde in honorem. Nemo enim bonus, qui non fuerit malus.

25 NON DILECTAM, DILECTAM vocabo. Goth. hoc non eſt. Sic legit Hieron. in 1. caput Oſeæ. Illud, ET NON MISERICORDIAM CONSECVTAM, MISERICORDIAM CONSECVTAM, Græc. non eſt, ſine eo legunt Gręci Expoſitores, tum Auguſtinus ſub finem lib. 1. ad Simplic. & contra Fauſtum lib. 22. cap. 89. Citatur hic locus ex Oſeæ 2. verſ. 23.

27 CLAMAT PRO ISRAEL Iſaias. i. *de Iſrael*. ſic Syr. RELIQVIÆ. i. pauci ſalui erunt. Iſaiæ 10. verſ. 22.

28 VERBVM. i. rem. BREVIATVM. i. ad paucos rediget filios Iſrael. Pauci conuertentur. Quid ergo dicemus? ſ. quod Gentes anteà iniquæ.

30 APPREHENDERVNT IVSTITIAM. *Mirum profectò Gentes ſine Deo eſſe prælatas Iudęis, qui legis iuſtitiam tenebant. Sed nimirum offenderunt in lapidem, non ſuſcepere Chriſtum, Gentes eum fide ſuſceperunt. Ea illis ruinæ cauſa.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN CHRISTO. i. teſte Chriſto, vel coram Chriſto. IN SPIRITV SANCTO. i. illuminante Spiritu ſancto.

2 DOLOR. ſ. ob Iudæorum incredulitatem.

3 OPTABAM. ſ. olim, cùm Chriſtũ non cognoſcerem. ANATHEMA. i. ſeparatus, ſeu alienus. PRO FRATRIBVS. ſ. dum inuarem illos, Chriſtum perſequentes.

4 GLORIA. ſ. ęterna illis promiſſa. TESTAMENTVM. Gręc. *teſtamenta*. i. pacta. OBSEQVIVM. Græc. λατρεία. i. *Dei cultus*.

5 AMEN. i. certè ita eſt.

6 NON AVTEM. ſ. id dico. EXCIDERIT. i. irritum ſit factum. VERBVM. i. promiſſio de ſalute Iſraelis.

7 SEMEN. i. poſteri. IN ISAAC. i. per Iſaac. q. d. filij tui dicentur, qui ex Iſaac deriuati.

PROMISSIONIS. i. ad quos promiſſio pertinet. ſ. ſalutis, ſicut & Iſaac ex promiſſione datus. 8

VERBVM. pro, verba. SECVNDVM, &c. i. hoc eodem tempore. 9

ILLA. ſ. habuit filium ex promiſſione. CONCVBITV HABENS. i. concipiens. PATRIS NOSTRI. pro, patre noſtro. ſ. habuit de filio Iacob promiſſionem. 10

MANERET. i. firmum eſſet. 11

EX OPERIBVS. i. ob opera, quæ nulla adhuc erant. EI. ſ. Rebeccæ. 12

SICVT. pro, ſicut etiam. 13

B MISEREBOR. i. cui mihi placet miſereri. MISEREOR. Græc. *miſereor*. 15

EXCITAVI. i. feci exiſtere, ſeu regem eſſe. VIRTVTEM. i. potentiam. 17

INDVRAT. ſ. non dans gratiam. 18

QVERITVR. ſ. Deus de peccatoribus. 19

RESPONDEAS. ſ. arguens eius iudicia. Græc. *contrà reſpondeas*. 20

HONOREM. i. vſum honorificum. CONTVMELIAM. i. vile miniſterium. 21

QVOD SI DEVS, &c. iunge, cum *Quid ergo dicemus*, &c. IRÆ. i. ira digna. ſ. peccatores obſtinatos. APTA. i. parata. ſ. ob peccata. 22

VT OSTENDERET. pro, & ſimul oſtendere. 23

DICIT. ſ. ſecundùm LXX. & Hebr. quamquam hîc NON DILECTAM, &c. non eſt Syr. ET NON MISERICORDIAM, &c. non eſt Græc. 25

PRO. i. de, vel ſuper. RELIQVIÆ. i. pars quædam. 27

VERBVM. i. rem. CONSVMMANS. i. perficiens. ſ. Deus. IN ÆQVITATE i. iuſtè, ſeu iuſto iudicio. 28

FVISSEMVS. ſ. periiſſemus prorſus. 29

IVSTITIÆ. i. iuſtificantem. 31

EX OPERIBVS. ſ. voluit iuſtus euadere. OFFENDERVNT. i. impegerunt. 32

CONFVNDETVR. i. pudore afficietur. ſ. ſpe fruſtratus. 33

CAPVT X.

Orat Apoſtolus pro Iudæis, quos zelum Dei & legis habere aſſerit non ſecundum ſcientiam: nam Chriſtũ finem legis ignorantes, ex legis operibus iuſtitiam quærebant: de diuerſitate iuſtitiæ ex operibus legis ab ea quæ ex fide eſt, quæ tam Iudæo quã Græco in Chriſtum credenti cõmunis eſt: vbique autem terrarum prædicata eſt Chriſti fides; quam repellentibus Iudæis, ſuſceperunt Gentes.

FRatres, voluntas quidem cordis mei, & ob- 1
ſecratio ad Deum, fit pro illis in ſalutem. A
² Teſtimonium enim perhibeo illis, quòd æmu- 2
lationem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcien-
tiam. ³ Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam 3
quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſub-
iecti. ⁴ Finis enim legis, Chriſtus, ad iuſtitiam 4
omni credenti. ⁵ Moyſes enim ſcripſit, quoniam 5
ᵃLeuit. 18. a. 5 Ezech. 20. b 11 iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ᵃ qui fecerit homo,
viuet in ea. ⁶ Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic 6
dicit: ᵇ Ne dixeris in corde tuo: quis aſcendet in B
ᵇDeut. 30. c. 12 cælum? id eſt, Chriſtum deducere: ⁷ Aut quis 7
deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mor-
ᶜDeut. 30. c. 14 tuis reuocare. ⁸ Sed quid dicit Scriptura? ᶜ Propè 8
eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc eſt
verbum fidei, quod prædicamus. ⁹ Quia ſi con- 9
fitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde
tuo credideris, quòd Deus illũ ſuſcitauit à mor-
tuis, ſaluus eris. ¹⁰ Corde enim creditur ad iuſti- 10
tiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ¹¹ Dicit 11
ᵈIſa. 28. d. 16 enim Scriptura: ᵈ Omnis, qui credit in illum,
non confundetur. ¹² Non enim eſt diſtinctio Iu- 12
dæi & Græci: nam idem Dominus omnium, di- C
ᵉIoel. 2. g 32 Act. 2. c. 21 ues in omnes qui inuocant illũ. ¹³ ᵉ Omnis enim, 13
quicumque inuocauerit nomen Domini, ſaluus
erit. ¹⁴ Quomodo ergo inuocabũt, in quem non 14
crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem
non audierunt? Quomodo autem audient ſi-
15 ne prædicante? ¹⁵ Quomodo verò prædicabunt
niſi mittantur? ſicut ſcriptum eſt: ᶠ Quàm ſpe- ᶠIſa. 52. b. 7 Nah. 1. d. 15
cioſi pedes euangelizantium pacem, euangeli-
16 zantium bona! ¹⁶ Sed non omnes obediunt Eu-
angelio. Iſaias enim dicit: ᵍ Domine quis credi- ᵍIſa. 53. a. 1 Ioan. 12. f. 38
17 dit auditui noſtro? ¹⁷ Ergo fides ex auditu, audi-
18 tus autem per verbum Chriſti. ¹⁸ Sed dico: Num-
D quid non audierunt? ʰ Et quidem in omnem ʰPſal. 18. a. 1
terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis ter-
19 ræ verba eorum. ¹⁹ Sed dico: Numquid Iſraël
non cognouit? Primus Moyſes dicit: ⁱ Ego ad ⁱDeut. 32. c. 21
æmulationem vos adducam in non gentem: in
20 gentem inſipientem, in iram vos mittam. ²⁰ Iſaias
autem audet, & dicit: ᵏ Inuentus ſum à non ᵏIſa. 65. a. 1
quærentibus me: palàm apparui ijs, qui me non
21 interrogabant. ²¹ Ad Iſraël autem dicit: ˡ Tota die ˡIſa. 65. a. 2
expandi manus meas ad populum non creden-
tem, & contradicentem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VOLVNTAS. Εὐδοκία, *bona voluntas*, beneplacitum cordis mei. IN SALVTEM eſt Iudæorum. Oro vt Iudæi ſalutem conſequantur. Verùm ij

3 SVAM QVÆRENTES STATVERE. i. volentes iuſtitiam legis ſtabilire, veram iuſtitiam, qui eſt Chriſtus, non ſequuntur.

5 MOYSES ENIM SCRIPSIT, QVONIAM. Græc. *Moyſes enim ſcribit iuſtitiam, quæ ex lege, quòd qui fecerit ea* (quæ ibi iubentur) *qui fecerit homo viuet in eis*. ſ. vita temporaria.

6 QVIS ASCENDET. Quod Moyſes dixit Deut. 30. v. 11. de facilitate legis ſuæ, id transfert Paulus ad legem fidei, non eſſe opus aſcenſu in cælum, aut deſcenſu in infernum, ſed ore & corde poſſe fidem ſuſcipi.

8 PROPE EST VERBVM. i. res, negotium hoc prope te eſt.

10 CORDE ENIM CREDITVR. Fides interna & externa ad ſalutem eſt neceſſaria.

12 NON EST DISTINCTIO IVDÆI ET GRÆCI. Dixerat, *Omnis qui credit*. q. d. dixi *omnis*, quia non eſt diſtinctio Iudæi & Græci apud Deum. Omnes accepit.

15 SICVT SCRIPTVM EST. Deeſt aliquid, vt illud: Iam miſſi ſunt prædicantes, ſicut ſcriptum eſt: Quàm pulchri pedes.

16 QVIS CREDIDIT AVDITVI NOSTRO? i. ijs, quæ à te audiuimus, aut quæ à nobis ipſi audierunt; aut verbis noſtris quis credidit? Rationem reddit, cùm ſint concionatores, cur pauci conuertantur.

18 ET QVIDEM. ſupple, iam audierunt, ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram. VERBA EORVM. ſ. Apoſtolorum exierunt; vbique euangelizatum eſt.

19 EGO AD ÆMVLATIONEM VOS ADDVCAM. Faciam vt Gentibus inuideatis. IN NON GENTEM vos adducam. Vix gentis nomen erit vobis, nulla reſpublica, nulli ex vobis principes. Quod re videmus impletum. IN IRAM VOS MITTAM. quæ ſ. ex æmulatione orietur, ex ira mœror.

20 ISAIAS AVTEM AVDET. id eſt, audacter pronuntiat. QVI ME NON INTERROGABANT. i. conſulebant, à me reſponſa non petebant, ab ijs ſum inuentus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VOLVNTAS. ſ. erga Iudæos propenſa eſt.

2 ÆMVLATIONEM. i. zelum, ſeu ſtudium. SECVNDVM SCIENTIAM. i. vt par eſt, ſeu ſapienter.

3 DEI. i. quam Deus dat. SVAM. i. propriam. ſ. in operibus legis ſitam. STATVERE. i. tueri. q. d. ſua niti ſeu fidere iuſtitia.

4 FINIS. i. ſcopus. ſ. præcipuè intentum. AD IVSTITIAM. ſ. dandam propoſitus.

5 IVSTITIAM, &c. i. legis præcepta.

6 QVÆ AVTEM, &c. pro, de ea autem quæ per fidẽ ac-

quiritur

quiritur iuſtitia, ſic dicitur. IN CÆLVM. ſ. vt inde nobis iuſtitiam afferat. DEDVCERE. i. poſtulare, vt è cælo veniat, qui iam venit

ABYSSVM. i. profunditatem inferni. REVOCARE. i. velle vt reſurgat, qui iam reſurrexit. 7

VERBVM FIDEI, QVOD. pro, fides quam. 8

DOMINVM IESVM. i. aduentum Filij Dei in mundum. 9

AD IVSTITIAM. i. vt quis iuſtus ſit. AD SALVTEM. i. vt quis ſaluus ſit. 10

CONFVNDETVR. ſ. ſalute fruſtratus. 11

DIVES. i. abundanter vtens miſericordia. 12

QVEM. pro, de quo. 14

PEDES. i. inceſſus, ſeu diſcurſus. PACEM. i. felicitatem. BONA. ſ. æterna. 15

AVDITVI. i. auditis à nobis. 16

AVDITV. i. ijs quæ audiuntur à prædicante. ſ. concipitur. VERBVM CHRISTI. i. prædicationem de Chriſto. 17

AVDIERVNT. ſ. homines, vt poſſint excuſari; vel Gentiles intelligit. ET QVIDEM. ſ. ſcriptum. Pſalm. 18. EXIVIT. pro, exibit. EORVM. ſ. prædicatorum. 18

COGNOVIT. ſ. quod dicimus de iuſtitia fidei. PRIMVS. ſ. inter ceteros. ÆMVLATIONEM. i. inuidiam IN. pro, per. NON GENTEM. i. contemptiſſimam, ſeu indignam Gentis nomine. IRAM. i. indignationem. ſ. quòd ſalus Gentibus proponatur, fiantque de populo Dei. MITTAM. i. inducam. ſ. ſinam induci. 19

AVDET, ET DICIT. i. audenter dicit. 20

AD. pro, de. 21

CAPVT XI.

Deus quoſdam ex populo Iudaico gratuita ſua electione ſibi ſeruans, per fidem in Chriſtum ſaluandos, reliquis ob incredulitatem in ſua cæcitate iuxta Prophetarum vaticinia relictis, ac Gentibus in locum ipſorum ex gratuita Dei bonitate aſſumptis: quas monet Apoſtolus ne aduerſus Iudæos glorientur: quodque Iudæi ad tempus deſerti tandem ad Chriſtum conuertentur, exclamans ob diuinæ ſapientiæ incomprehenſibilitatem.

DIco ergo: Numquid Deus repulit populum 1
ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex A
ſemine Abraham, de tribu Beniamin: *Non re- 2
pulit Deus plebem ſuam, quam præſciuit. An
neſcitis in Elia quid dicit Scriptura: quemadmo-
ⁿ3.Reg.19.d.10 dum interpellat Deum aduerſum Iſrael? *ⁿDo- 3
mine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua
ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quæ-
runt animam meam. *Sed quid dicit illi diui- 4
ⁿ3.Reg.19.d.18 num reſponſum? ⁿReliqui mihi ſeptem millia
virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.
*Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ ſecundùm 5
electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. *Si autem 6
gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam B
non eſt gratia. *Quid ergo? quod quærebat Iſ- 7
rael, hoc non eſt conſecutus: electio autem con-
ſecuta eſt: ceteri verò excæcati ſunt: *ſicut ſcri- 8
ⁿIſa.6.c.9. Matth.13.b.14 Ioan.12.f.48 Act.28.f.26 ptũ eſt: ⁿDedit illis Deus ſpiritum compunctio-
nis: oculos vt non videant, & aures vt non au-
diant, vſque in hodiernum diem. *Et Dauid di- 9
cit: ⁿFiat menſa eorum in laqueum, & in captio-
nem, & in ſcandalum, & in retributionem illis.
ⁿPſal.68.c.23 *Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dor- 10
ſum eorum ſemper incurua. *Dico ergo: Num- 11
quid ſic offenderunt vt caderent? Abſit. Sed il-
lorum delicto, ſalus eſt Gentibus vt illos æmu-
lentur. *Quòd ſi delictum illorum diuitiæ ſunt 12
mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium:
quantò magis plenitudo eorum? *Vobis enim 13
dico Gentibus: Quamdiu quidem ego ſum
Gentium Apoſtolus, miniſterium meum ho-
norificabo, *ſi quomodo ad æmulandum pro- 14
uocem carnem meam, & ſaluos faciam aliquos
15 ex illis. *Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt
mundi: quæ aſſumptio, niſi vita ex mortuis?
16 *Quòd ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa: & ſi ra-
17 dix ſancta, & rami. *Quòd ſi aliqui ex ramis fra-
C cti ſunt, tu autem cùm oleaſter eſſes, inſertus es
in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ fa-
18 ctus es, *noli gloriari aduerſus ramos. Quòd ſi
gloriaris: non tu radicem portas, ſed radix te.
19 *Dices ergo: Fracti ſunt rami vt ego inſerar.
20 *Benè: propter incredulitatem fracti ſunt. Tu
21 autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. *Si
enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne
22 fortè nec tibi parcat. *Vide ergo bonitatem, &
ſeueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt,
ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi per-
manſeris in bonitate, alioquin & tu excideris.
23 *Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate,
inſerentur: potens eſt enim Deus iterùm inſere-
24 re illos. *Nam ſi tu ex naturali exciſus es olea-
ſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oli-
uam: quantò magis ij, qui ſecundùm naturam
25 inſerentur ſuæ oliuæ? *Nolo enim vos ignorare
D fratres myſterium hoc, (vt non ſitis vobiſipſis
ſapientes) quia cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael,
26 donec plenitudo Gentium intraret, *& ſic om-
nis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt: ⁿVe- ⁿIſa.59.d.20
niet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à
27 Iacob. *Et hoc illis à me teſtamentum: cùm abſ-
28 tulero peccata eorũ. *Secundùm Euangelium
quidem inimici propter vos: ſecundùm electio-
29 nem autem, chariſſimi propter patres. *Sine pœ-
30 nitentia enim ſunt dona & vocatio Dei. *Sicut
enim aliquando & vos non credidiſtis Deo,
nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis pro-
31 pter incredulitatem illorum: *ita & iſti nũc non
crediderunt in veſtram miſericordiam, vt & ipſi
32 miſericordiam conſequantur. *Concluſit enim
Deus omnia in incredulitate: vt omniũ miſerea-
33 tur. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ
Dei: quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius,
34 & inueſtigabiles viæ eius! *ⁿQuis enim cogno- ⁿSap.9.c.13
35 uit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius eius Iſa.40.c.13
fuit? *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
36 *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt 1.Cor.2.d.16
omnia: ipſi gloria in ſæcula. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NVMQVID DEVS REPVLIT. Reſpondet tacitæ obiectioni, quoniam dixerat Gentes eſſe vocatas, Iudæos reiectos. Et alludit ad Samuelis verba, 1. Reg. 12. v. 22. *Non derelinquet Dominus populum ſuum.* vbi Sept. vtuntur verbo *ἀπώσατο, repulit*, quo & hîc Paulus. Chald. רחק *rahak, elongauit*, quo hîc Syr.

2 QVAM PRÆSCIVIT. i. elegit, acceptam habuit iuxta illud: *Ego agnoſco meas.* ſ. oues, mihi placent. Non eam plebem Deus repulit.

4 RELIQVI MIHI SEPTEM MILLIA. Numerus finitus pro infinito & magno.

5 SALVÆ FACTÆ SVNT reliquiæ. Græcè, *Reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ factæ ſunt.* i. reliquiæ remanſerunt Iudæorum. ſic Syr. & Expoſitores Græci. Noſtram tamen lectionem ſequitur Auguſtinus q. 148. in Geneſ. Ambroſius lib. de Noë & arca, cap. 5. Hieronymus in fin. lib 16. in Iſaiam. Sententia non diſcrepat.

6 IAM NON EX OPERIBVS. ſ. legis datur gratia, de quibus tota Epiſtola agit, ſiue abſolutè non propter bona opera datur prima gratia.

7 QVOD QVÆREBAT ISRAEL. ſ. vt omnes ſaluaren-

tur, hoc non eſt conſecutus, ſed electio. i. pauci id obtinuerunt.

Spiritvm compvnctionis. *Κατανύξεως*, alij *ſomnum*, alij *eсſtaſim* vertunt. i. mentis alienationem, aut 8
torporem, ſ. torporem illis immiſit. Locus ex Iſai. 29. verſ. 10. Ideò plerique ſunt excæcati.

Fiat mensa. i. quæcumque in hac vita optant, in 9
contrarium vertantur. Et in retribvtionem illis. ſ. demeritorum & delictorum.

Dorsvm eorvm semper incvrva. Imperatiuus 10
σύγκαμψον, non rectà incedant.

Sic offendervnt vt caderent. nulla ſ. ſpe re- 11
ſurgendi. Absit. Sed illorvm delicto. Iudæorum delictum occaſio fuit ſalutis Gentium, vt Iudæi Gentes æmulentur, & eo zelo tandem conuertantur. Quòd ſi eorum ob delictum Gentes ſaluæ factæ ſunt,

Qvanto magis. Multò erit mundo maior fructus, 12
quando Iudæi conuertentur.

Ministerivm mevm honorificabo. i. laudabo 13
Gentium conuerſionem, ſi fortè Iudæi aliqui æmulentur & conuertantur.

Si qvomodo ad æmvlandvm provocem car- 14
nem meam i cognatos, Iudæos, vt & ipſi conuertãtur.

Nisi vita ex mortvis? i. perinde erit mirabilis 15
conuerſio Iudæorum, atque mortuorum ſuſcitatio.

Qvod si delibatio. Græc. *primitiæ*, ſi bonæ ſunt, 16
et massa. i. aceruus frugum. Primitias vocat Patriarchas.

Tv avtem cvm oleaster esses. i. vos Gentes 17
antè infrugiferæ, nunc inſerti in Eccleſiam eſtis frugiferæ. Oleaſtri ſurculus non inſeritur in truncum oliuæ, ſed contrà; neque fructus reſpondet trunco, ſed ramo inſerto. Non ergo comparatio in omnibus eſt ſimilis; in hoc tantùm, quòd ramus à trunco nutritur. Insertvs est in illis. Syr. *loco illorum*. ſ. ramorum qui fracti ſunt, nempe Iudæorum.

Ne forte nec tibi parcat. Supple, caue, ne ſu- 21
perbias.

Qvi secvndvm natvram. i. qui naturales oliuæ 24
rami ſunt.

Mysterivm hoc. Nolo vt ignoretis illud eſſe, ceci- 25
diſſe Iſrael, vt Gentes conuerterentur, fore tamen ait, vt & Iudæi aliquando conuertantur.

Et hoc illis a me testamentvm. i. pactum, 27
hoc paciſcor, ſupple, cum Iudæis, quod fiet, Cvm abstvlero peccata eorvm. i. eos conuertero.

Secvndvm Evangelivm. i. tempore Euangelij 28
ſunt Iudæi inimici propter vos. i. vt vos intretis. At electionis futuræ tempore Iudæi dilecti erunt propter promiſſiones patribus factas. Auguſtinus de Prædeſtinatione Sanctorum, c. 16. *Inimici, quia permiſit Deus, vt interficerent Chriſtum, & ſic redemptio in omnes redundaret.* Sed secvndvm electionem. i. prædeſtinationem Amici propter patres, quia tandem conuertentur. i. ob eorum merita, & factas illis promiſſiones.

Sine poenitentia ſunt Dei dona. Non reuocat 29
Deus quod promiſit.

In vestram misericordiam. i. ob veſtram miſe- 31
ricordiam non crediderunt Iudæi, vt ea occaſione veſtri miſereretur Deus. Aut nunc veſtri exemplo non crediderunt, vt aliquando idem cum illis fiat, illorum miſereatur Deus.

O altitvdo. Epiphanius Hæreſ. 73. ſentit hæc ver- 33
ba ſumpta ex illis Pſal. 35. v. 7. *Iudicia Dei abyſſus multa.* Quod ſequitur, Qvam incomprehensibilia, ex illis: *In mari via tua, & ſemita tua in aquis multis*, Pſal. 76. v. 20.

Avt qvis prior dedit illi. *προέδωκεν*. Ambroſius 35
lib. 4. de Fide, c. 6. videtur legiſſe *προσέδωκεν*. i. *addidit*, aut *προσέθηκεν*. ait enim citato hoc loco: *Vides quia cui nihil addi poteſt, non diſpar à pleno eſt.*

Et in ipso. Græc. *in ipſum*. i. propter ipſum ſunt 36
omnia. Sic ad Galat. 1. v. 16. *Omnia per ipſum, & in ipſo*, *εἰς αὐτόν*. i. *propter ipſum*. Ipsi gloria in sæcvla. ſit ſ. Syr. *in ſæcula ſæculorum*. ſic Gotth.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Præscivit. i. prædeſtinauit. Auguſt. 2. de Prædeſt. Elia. i. Eliæ hiſtoria. Interpellat. Syr. *inuocat*.

3 Svffodervnt. i. euerterunt.

5 Reliqviæ. i. pauci quidam, ſeu quos Deus ſibi reliquit. Factæ svnt. pro, fiunt, ſeu fient. quamquam Græc. non eſt *ſaluæ factæ*. nec Syr. ſed tolùm *facta ſunt*. ſ. manſerunt.

6 Gratia. Ablatiuus eſt. Operibvs. i. operum merito. Non est gratia. Hîc additur Græc. & Syr. *Si autem ex operibus iam non eſt gratia, alioqui opus non eſt opus*; ſed videtur adiectitium.

7 Ergo. ſ. dicendum. Qvod. i. iuſtitiam quam. Electio. i. *electi*, Hebr.

8 Compvnctionis. ſ. doloris, quo pungerentur indignati contra Euangelium. Id ex LXX. Nam Hebr. *ſoporis*, vt nos legimus. Syr. *ſtupiditatis*. Vide Iſa. 29. & 6. Vsqve, &c. id à Paulo additum.

9 Captionem. q.d. quo capiantur. Et in retribvtionem. q.d. idque eis pro ſuis peccatis retribuatur.

10 Incvrva. i. deprime. q.d. humilia eos.

11 Offendervnt. i. impegerunt. Salvs est. ſ. conſecuta. Illos. ſ. Gentiles. Æmvlentvr. i. imitentur. ſ. Iudæi.

12 Magis. ſ. profuerit.

14 Æmvlandvm. i. imitandum. Carnem. i. cognatos. ſ. Iudæos.

15 Amissio. i. reiectio, ſeu perditio. Assvmptio. i. reſtitutio ſ. putanda eſt.

16 Delibatio. Græc. *ἀπαρχή*. i. *primitiæ*. Intelligit verò Patriarchas. Massa. ſ. Iudæi, illorum poſteri.

17 In illis. i. inter illos. Socivs. i. particeps.

18 Gloriari. i. efferri.

20 Bene. i. ita quidem eſt. Altvm sapere. i. ſuperbire.

21 Bonitate. i. probitate. vel q.d. non abutens tanta Dei bonitate.

24 Secvndvm natvram. i. naturales ſunt rami.

25 Mysterivm. i. arcanum. Vobis ipsis. i. apud vos.

26 Omnis. ſ. electus.

27 Testamentvm. i. pactum. ſ. impletum.

28 Secvndvm. i. quod attinet. Propter vos. i. vt vos ea occaſione fidem reciperetis.

29 Poenitentia. ſ. Dei. q.d. non pœnitet Deum promiſſi.

30 Propter. pro, per.

31 In vestram. pro, in veſtri. i. vt miſericordiam conſequeremini. Græc. *veſtra miſericordia*. i. gratiæ vobis à Deo factæ. q.d. fidem non receperunt.

32 Conclvsit. i. permiſit concludi. Omnia. Græc. *omnes*. Omnivm. ſ. tam Gentilium, quàm Iudæorum. q.d. vt eſſet locus eius in omnes miſericordiæ.

33 Altitvdo. i. *profunditas*. Græc. *βάθος*. Investigabiles. à *veſtigo*. Vide Prouerb. 5. Epheſ. 3. q.d. impenetrabiles.

CAPVT XII.

Inſtruit Romanos vt à ſæculi vanitate abſtracti totos ſe Deo dedant, de ſuſceptis donis non ſe efferentes, aut illorum limites tranſgredientes; ſed in modum membrorum eiuſdem corporis omnia ad proximi vtilitatem ordinantes, ipſis quoque inimicis benefaciant.

1 A OBſecro itaque vos fratres per miſericor- ᵃPhilip. 4. d. 18
diam Dei, ᵃvt exhibeatis corpora veſtra
hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem,
2 rationabile obſequium veſtrum. ᵇEt nolite con-
formari huic ſæculo, ſed reformamini in noui-
tate ſenſus veſtri: ᶜvt probetis quæ ſit voluntas ᵇEpheſ. 5. d. 17
3 Dei bona, & beneplacens, & perfecta. ᵈ Dico 1. Theſ. 4. a. 3
enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus
qui ſunt inter vos: Non plus ſapere quàm opor- ᶜ1. Cor. 12. b. 11
tet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: ᵉ& vnicui- Epheſ. 4. b. 7

que

que ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. *Sicut 4
enim in vno corpore multa membra habemus, B
omnia autem membra non eumdem actum ha-
bent: *ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, 5
ſinguli autem alter alterius membra. *Habentes 6
autem donationes ſecundùm gratiam, quæ data
eſt nobis, differentes, ſiue prophetiam ſecun-
dùm rationem fidei, *ſiue miniſterium in mini- 7
ſtrando, ſiue qui docet in doctrina; *qui exhor- 8
tatur in exhortando, qui tribuit in ſimplicitate,
qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hila-
ᵃAmos 5. d.15 ritate. *Dilectio ſine ſimulatione. ᵃOdientes ma- 9
ᵇEpheſ.4. a.3 lum, adhærentes bono: *ᵇ Charitate fraternita- 10
ᶜ1.Pet.2. c.17 tis inuicem diligentes: Honore inuicem præue-
nientes: *ᶜ Solicitudine non pigri: Spiritu fer- 11
uentes: Domino ſeruientes: *Spe gaudentes: In 12
tribulatione patientes: Orationi inſtantes: *Ne- 13
ᵈHeb.13. a.1 1.Pet.4. b.9 ceſſitatibus ſanctorum communicátes: ᵈHoſpi- C
talitatem ſectantes. *Benedicite perſequentibus 14
vos: benedicite, & nolite maledicere. *Gaudere 15
cum gaudentibus, flere cum flentibus: *Idipſum 16
inuicem ſentientes: Non alta ſapientes, ſed hu- D
milibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes
apud voſmetipſos: *Nulli malum pro malo red- 17
ᵉ2.Cor.8. d.21 dentes: ᵉ prouidentes bona non tantùm coram
Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.
ᶠHeb.12. d.14 *ᶠSi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omni- 18
ᵍEccli.28. a.1.2.3 Matth.5. f.39 bus hominibus pacem habentes: * ᵍ Non voſ- 19
metipſos defendentes chariſſimi, ſed date lo-
cum iræ. ſcriptum eſt enim: ʰ Mihi vindicta;
ʰDeut.32. e.35 Heb.10. f.30 ego retribuam, dicit Dominus. *Sed ſi eſurierit 20
Prou.25. c.21 inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi.
hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper
caput eius. *Noli vinci à malo, ſed vince in bo- 21
no malum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

RATIONABILE OBSEQVIVM ſit veſtrum, *λατρείαν λογικὴν, cultum rationalem.* i. ſpiritualem, non vt antè ſacrificia corporalia pecudum. Aut ſic: prout ratio exigit, quod alij ſcilicet idolis, vos Deo; quod alij turpitudini dant, vos honeſtati. Sic Baſilius in Regul. breu. num. 97. 1

VT PROBETIS. i. agnoſcatis. QVÆ SIT VOLVNTAS DEI BONA. Sic legunt Cyprianus lib. 3. epiſt. 23. Hieronymus 1. contra Iouin. Alij, *vt probetis, quæ ſit voluntas Dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum.* Sic Auguſtinus Epiſt. 85. & lib. 10. de Ciuit. cap. 6. Origenes & Ambroſius hic. Græca vtroque modo verti poſſunt. 2

DICO. i. exhortor. PER GRATIAM, pro ratione mei muneris, ne quis propter dona, quæ accepit, cótra alium ſuperbiat, ſed ſitis ſobrij & modeſti. 3

SICVT ENIM. Exemplo noſtri corporis, in quo ſingula membra ſuas functiones habent, docet fidelem debere ſua ſorte & miniſterio contentum eſſe. 4

SECVNDVM RATIONEM FIDEI. Syr. *pro menſura fidei*, habentes ſ. Prophetiam. 6

QVI MISERETVR IN HILARITATE. ſupple, in eo maneat; quod verbum in membris ſuperioribus omnibus ſuppleri debet. 8

DILECTIO SINE SIMVLATIONE. ſupple, ſit. 9

CHARITATE FRATERNITATIS. Sic lege, non *charitatem*, vt Louan. & Regia. ſic vt noſter Syr. & antiqui Patres. ſic etiam Græc. τῇ φιλαδελφίᾳ. INVICEM DILIGENTES. φιλόστοργοι. i. *vehementer amantes*, vt Baſilius in Reg. breu. 10

DOMINO SERVIENTES. Sic Syr. Græci codices variant, quidem Κυρίῳ, alij καιρῷ δουλεύοντες legunt, *tempori ſeruientes.* i. occaſionem arripiendam. Notum eſt illud Καιρῷ δουλεύειν καὶ Θεοὺς [illegible]. *Dij etiam tempori obediunt.* Verùm noſtra lectio Patrum communis eſt. Varietas ex vocum affinitate Κυρίῳ & καιρῷ orta eſt. 11

13 NECESSITATIBVS SANCTORVM. Hilarius lib. ad Conſtantium, Chryſologus Serm. 120. Proſper de Promiſſ. d. dimidij tem. cap. 5 legunt: *memorijs Sanctorum communicantes.* quod Optatus lib. 2. videtur referre ad Reliquias & templa Sanctorum, ad memoriam defunctorum non nemo. Verùm diuerſa lectio. i. noſtra, communis Expoſitorum eſt. Syr. eam ſequitur. Varietas ex μνείαις. i. *memorijs*, & χρείαις. i. *neceſſitatibus* vicinitate orta eſt.

15 GAVDERE. ſ. moneo.

16 NON ALTA SAPIENTES. ne ſitis ambitioſi. NOLITE ESSE PRVDENTES APVD VOSMETIPSOS, ne vobis videamini prudentes, qui eſt ambitionis fons.

19 NON VOSMETIPSOS DEFENDENTES. ἐκδικοῦντες *vlciſcentes.* ſic Syr. & conuenit cum eo quod ſequitur: *Mihi vindicta.* DATE LOCVM IRÆ. Morâ langueſcit ira, dum feruet, malus conſultor. Notum eſt illud: *Iam te occidiſſem, niſi iratus eſſem.*

20 CARBONES IGNIS CONGERES, ſi inimico benè facias, quibus mutua charitas accendatur.

21 NOLI VINCI A MALO. ſ. vitio. in neutro genere eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HOSTIAM. pro, velut hoſtiam. RATIONABILE OBSEQVIVM. Græc. λογικὴν λατρείαν. i. *Dei cultum ſecundùm rationem*, ſeu, mentem.

2 IN NOVITATE. i. *renouatione*, ἀνακαινώσει. SENSVS. i. *mentis*, νοός. VT. pro, ſic vt. PROBETIS i. approbando faciatis. BENEPLACENS. ſ. Deo. i. grata. *voluntas* autem, pro, id quod Deus vult à vobis.

3 GRATIAM. ſ. docendi viam ſalutis. SAPERE. i. de ſe ſentire. AD SOBRIETATEM. i. modeſtè. FIDES. ſ. ita ſe gerat, nec aggrediatur quæ vires ſuperant, ſeu talentum à Deo datum.

5 ALTER ALTERIVS. pro, inter ſe.

6 SECVNDVM RATIONEM. i. conuenienter, ſeu conformiter. ſ. ſic diuina interpretanda. (id enim vocat *prophetiam*) vt fidei congruat interpretatio.

7 MINISTERIVM. ſ. in rebus ſacris, quali funguntur diaconi. Græc. διακονίαν. vel etiam in temporalibus.

8 TRIBVIT. ſ. auxilium, ſeu eleemoſynam. SIMPLICITATE. ſ. propter Deum, ſincereque & ex animo.

11 SOLICITVDINE. i. ſedulitate operam bonorum.

13 COMMVNICANTES. i. opem, ſeu res. q.d. ſubuenientes.

14 BENEDICITE. i. benè precamini. MALEDICERE. i. malè precari.

16 ALTA SAPIENTES. i. ſuperbientes. HVMILIBVS. i. abiectis. CONSENTIENTES. i. vos accommodantes. APVD VOSMETIPSOS. Syr. *veſtra opinione.*

17 PROVIDENTES. i. prouidè curantes.

19 DEFENDENTES. i. vlciſcentes. DATE LOCVM. i. ſinite abire, ſeu pellite à vobis. vel, vobis irato cedite. vel *iram* intelligit Dei punitionem. q.d. puniendi curam Deo relinquite. MIHI. ſ. relinquatur, vel competit. q.d. meum eſt vlciſci peccata.

20 CARBONES, &c. q.d. incendes illum, vt te amet talibus beneficijs excitatus.

21 IN BONO. i. bonitate. MALVM. i. malitiam.

CAPVT XIII.

Hortatur vt ſuperioribus obtemperent inferiores, etiam propter conſcientiam, quamquam ciuilem tantùm gerant magiſtratum, omnibuſque debita reddant: de proximi dilectione, ad quam vniuerſa lex reducitur: & de tempore gratiæ, vt tranſactis legis tenebris, relictis vitijs, amplectantur Chriſti virtutes.

1 OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus Sap.6.a.4.
A ſubdita ſit: Non eſt enim poteſtas niſi à 1.Pet.2.
2 Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. *Ita- c.13
que qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſi-
ſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem
3 acquirunt: *nam principes non ſunt timori boni

opens,

operis,ſed mali. Vis autem non timere poteſta-
tem? Bonum fac;& habebis laudem ex illa: *Dei 4
enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem ma- B
lum feceris,time : non enim ſine cauſa gladium
portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei,
qui malum agit. *Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, 5
non ſolùm propter iram,ſed etiam propter con-
ſcientiam. *Ideò enim & tributa præſtatis : mi- 6
niſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.
*Mat.22.c.21 *Reddite ergo omnibus debita : cui tributum, 7
tributum:cui vectigal, vectigal:cui timorem, ti-
morem : cui honorem, honorem. *Nemini 8
quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis: C
qui enim diligit proximum, legem impleuit.
*Exod.20.c.14 Deut.5.b.18 *Nam : Non adulterabis: Non occides : Non 9
furaberis: Non falſum teſtimonium dices: Non
concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum, in
*Leuit.19.d.18 Mat.22.d.39 Marc.12.c.31 Gal.5.c.14 Iac.2.b.8 hoc verbo inſtauratur : Diliges proximũ tuum
ſicut teipſum. *Dilectio proximi malum non 10
operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. *Et 11
hoc ſcientes tempus : quia hora eſt iam nos de D
ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra
ſalus, quam cùm credidimus. *Nox præceſſit, 12
dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo
opera tenebrarum, & induamur arma lucis.
*Luc.21.f.34 *Sicut in die honeſtè ambulemus; non in com- 13
eſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus,
*Gal.5.c.16 1.Pet.2.c.11 & impudicitijs,non in contentione, & æmula-
tione: *ſed induimini Dominum Ieſum Chri- 14
ſtum,& carnis curam ne feceritis in deſiderijs.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

A Deo ordinatæ svnt. Sic lege,non *ordinata*, vt Regia & Louan. Senſus: Poteſtates, quæ ſunt in mundo, à Deo ſunt ordinatæ. 1

Damnationem acqvirvnt, non à Iudice tantùm,ſed etiam à Deo,qui poteſtati reſiſtunt. 2

Vindex in iram ei. vt puniat, miniſter habens poteſtatem. 4

Ideo necessitate svbditi estote. i. *neceſſum eſt ſubijci*, vt eſt Græc. Non solvm propter iram. .i. punitionem à Iudice, ſed quia ita conſcientia dictat, quia id iuſtum eſt. 5

Ideo enim et tribvta. Quia ſ. ſunt ſuperiores veſtri,& miniſtri Reipublicæ,tributa illis datis. 6

Nemini qvidqvam debeatis. q.d. debita præſtate omnibus;ſic mutua dilectio ſtabit Nisi vt invicem diligatis. Hoc debitum perpetuum eſt ; nemo ſe illo exoluere poteſt. Simul his verbis monere incipit, quomodo ſubditi inter ſe amare debeant. Qvi enim diligit proximvm,legem implevit,quæ de proximo mandat. 8

Non falsvm testimonivm dices. Hoc Græcè non eſt in Regijs,nec Syr.nec Gotth. Robertus tamen in ſuo Græco Teſt.ponit, Οὐ ψευδομαρτυρήσεις. In hoc verbo instavratvr omne mandatum. *ἀνακεφαλαιοῦται, recapitulatur*, comprehenditur. ſ. dilectionis. 9

Et hoc scientes tempvs. q.d tempus monet, vt quæ ſunt dicta faciatis. Nvnc enim propior est nostra salvs, qvam cvm credidimvs. i. quàm cùm cœpimus credere. Nimirum hora mortis propior eſt. 11

Nox præcessit. Fortè *proceſſit*, vt quidam ait, tum quia ſi nox præceſſit, iam dies non appropinquat, ſed adeſt ; tum quia προέκοψε, quod Græcè eſt, id propriè ſignificat. Sed vt noſter, legit Cyprianus Serm. de Zelo & liuore,& Hieronymus Matth. cap. 26. Syr. etiam *nox præterijt* dixit: neque præcedendi ſignificatio eſt prorſus ab eo verbo Græco aliena. Dies avtem appropinqvavit. Finge in crepuſculo id dici. Indvamvr arma lvcis. i. honeſtas actiones ſumamus. 12

13 Honeste ambvlemvs, vt in die εὐσχημόνως. i. *honeſto habitu*. Sic Ambroſius legit 1. de Offic. cap. 45. in honeſta veſte,non vt in nocte,veſte vulgari.

14 Et carnis cvram. Oportet corpus ita curare, vt concupiſcentijs eius repugnemus,non illis ſeruiamus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Anima. i. homo. Svblimioribvs. i. ſuperiorum ſuorum. A Deo. ſ. vel iubente, vel ſinente: Auguſt. 22. cont. Fauſt. Svnt. Græc. & Syr. *ſunt poteſtates*. Ordinatæ. i. poſitæ. ſ. ad mundi ordinem conſeruandum, quo alia per alia reguntur. Not. poteſtates legitimas à Deo dari, alias ab eo permitti, vt tyrannorum. Cur autem illas plerumque det improbis, non ſemper cognoſci poteſt ab hominibus.

2 Potestati. ſ. legitimæ.

3 Timori,&c. i. timendi benè agentibus, ſed malis. Habebis. ſ. merito, etſi non ſemper re.

4 In iram. i. ad puniendum, ſeu inferendum ſupplicium.

5 Necessitate. i. omnino. Iram. i. pœnam euadendam. Conscientiam. ſ. ne inobedientiæ peccato maculetur.

6 In hoc ipsvm. ſ. vt Deo miniſtrent.

9 Non adulterabis,&c. futura pro imperatiuis. Instavratvr. *ἀνακεφαλαιοῦται. i. recapitulatur*, ſeu *ſummatim comprehenditur*. Syr. *continetur*.

10 Malvm. ſ. proximo. Plenitvdo. i. perfectio, ſeu impletio. Dilectio. ſ. proximi, in qua Dei dilectio includitur.

11 Hoc. ſ. facite. Hora. i. tempus. Salvs. ſ. æterna. Credidimvs. i. credebamus. ſ. Chriſtum venturum.

12 Præcessit. Syr. *præterijt*. Dies. ſ. lucis Euangelicæ. Tenebrarvm. ſ. peccata. Arma. i. opera, quæ & arma ſunt, & veſtes, lucis ſunt. i. bona. ſ. à gratia pro[illegible] Syr. [illegible]

13 Sicvt. i. tamquam. Honeste. i. modeſtè, ſ[illegible] decenter. Et impvdicitiis. *Et*, pro, id eſt. Æmvlatione. i. inuidia.

14 Et carnis,&c. i. ne corpori curam impendatis. In desideriis. i. obediendo concupiſcentijs eius.

CAPVT XIV.

Fide firmiores debent eos qui adhuc infirmi ſunt fouere & non contemnere, & nec hi nec illi iudicare quemquam ob ciborum aut dierum diſcrimen, ſcientes quod omnes eumdem habeamus Dominum, cui & viuimus & morimur, cui etiam rationem quiſque pro ſe redditurus eſt: & quamquam nullus cibus iam ſit immundus, nemo tamen quidquam edere debet aut cum fratris offendiculo, aut contra ſuam conſcientiam.

1 INfirmum autem in fide aſſumite, non in diſ-
2 ceptationibus cogitationum. *Alius enim
A credit ſe manducare omnia:qui autem infirmus
3 eſt,olus manducet. *Is qui manducat,non man-
ducantem non ſpernat : & qui non manducat,
manducantem non iudicet : Deus enim illum
4 aſſumpſit. *Tu quis es, qui iudicas alienum *Iac.4.d.12
ſeruum? Domino ſuo ſtat,aut cadit : ſtabit au-
5 tem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum. *Nam
alius iudicat diem inter diem : alius autem iudi-
cat omnem diem : vnuſquiſque in ſuo ſenſu
6 abundet. *Qui ſapit diem, Domino ſapit. Et
B qui manducat, Domino manducat : gratias
enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino
7 non manducat, & gratias agit Deo. *Nemo
enim noſtrûm ſibi viuit, & nemo ſibi moritur.
8 *Siue enim viuimus, Domino viuimus:ſiue mo-
rimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus,
9 ſiue morimur, Domini ſumus. *In hoc enim
Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit: vt & mor-
10 tuorum & viuorum dominetur. *Tu autem

quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis
fratrem tuum? " Omnes enim ſtabimus ante
"2. Cor. 5. b. 10 tribunal Chriſti. * ſcriptũ eſt enim: * " Viuo ego, 11
Iſa. 45. d. 23 dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne C
" Philip. 2. b. 10 genu: & omnis lingua confitebitur Deo. * Ita- 12
que vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem red-
det Deo. * Non ergo amplius inuicem iudice- 13
mus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offen-
diculum fratri, vel ſcandalum. * Scio, & confido 14
in Domino Ieſu, quia nihil commune per ip-
ſum, niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe,
illi commune eſt. * Si enim propter cibum fra- 15
ter tuus contriſtatur: iam non ſecundùm cha-
"1. Cor. 8. d. 12 ritatem ambulas. " Noli cibo tuo illum perdere,
pro quo Chriſtus mortuus eſt. * Non ergo blaſ- 16
phemetur bonum noſtrum. * Non eſt enim re- 17
gnum Dei, eſca & potus: ſed iuſtitia, & pax, &
gaudium in Spiritu ſancto: * qui enim in hoc 18
ſeruit Chriſto, placet Deo, & probatus eſt ho-
minibus. * Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur: & 19
quæ ædificationis ſunt, in inuicem cuſtodiamus. D
* Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. " Om- 20
"Tit. 1. d. 15 nia quidem ſunt munda: ſed malum eſt homi-
"1. Cor. 8. d. 18 ni, qui per offendiculum manducat. * " Bonum 21
eſt non manducare carnem, & non bibere vi-
num, neque in quo frater tuus offenditur, aut
ſcandalizatur, aut infirmatur. * Tu fidem habes? 22
penes temetipſum habe coram Deo: Beatus, qui
non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.
* Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damna- 23
tus eſt: quia non ex fide. Omne autem, quod
non eſt ex fide, peccatum eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INFIRMVM AVTEM IN FIDE. Videbat eſſe quoſdam 1
legis cærimonijs affectos, obſeruare ciborum genera, dies feſtos Iudæorum. Hos vocat *infirmos in fide*, & tolerandos ait, cauendas diſceptationes de his rebus. ASSVMITE. i. tolerate, eum amplectimini.

ALIVS ENIM CREDIT SE MANDVCARE OMNIA. 2
.i. credit ſibi licere manducare omnia ſine vllo ciborum delectu. OLVS MANDVCET. Græc. *manducat*. Noſter non ἐσθίει legit, ſed ἐσθιέτω. i. non *manducat*, ſed *manducet nec* λάχανα, vt eſt Græc. i. *olera*. ſic Goth. ſed λάχανον. i. *olus* Et per *olus* intelligit quod lege eſt conceſſum. id infirmus in fide comedat.

QVI NON MANDVCAT vetita. NON IVDICET: 3
non condemnet comedentem vetita in lege. DEVS ENIM ILLVM ASSVMPSIT. i. Deo is placet, aut Deus illum non abiecit.

DOMINO SVO STAT, AVT CADIT. non ad te id 4
pertinet, ſi vetita comedit; ſi peccat, Deus illum conuertet. quid ad te?

NAM ALIVS. *Nam*, pro, præterea. Quod de cibis 5
dictum eſt, idem in diebus contingit. Quidam inter dies diſtinguit; hunc feſtum, illum negotioſum iudicat, ſecundùm Legem; alius exæquat omnes dies.

QVI SAPIT DIEM. i. rationem dierum habet. DO- 6
MINO SAPIT. i. ad Dei honorem id refert. GRATIAS ENIM AGIT, ſe putat in eo ſeruire Deo.

SIBI VIVIT nemo. Si ergo Dei viui & mortui ſumus, 7
eius iudicio fratres relinquamus.

IN HOC ENIM. Græc. *In hoc enim Chriſtus mortuus* 9
eſt & reſurrexit, & vixit, vt omnium dominetur. Sic Irenæus lib. 3. c. 20. & Græci Expoſitores. Verùm illud *vixit* redundare videtur, & meritò in noſtris codicibus non legitur. Si Chriſtus Dominus eſt quare inter nos aut ſpernimus non manducantem, aut manducantem iudicamus & damnamus?

NIHIL COMMVNE. i. immundum. Sic Act. cap. 10. 14
v. 15. *Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris.* PER IPSVM. i. per ſeipſum, ex ſe nihil eſt immundum. δι' αὐτοῦ, cum ſpiritu craſſo, aut δι' ἑαυτοῦ, vt alij legunt, .i. *per ſeipſum.*

15 SI ENIM frater contriſtatur, pro, *ſi autem*, vt eſt Græcè. Monet autem Chriſtiana libertate in his non vtendum cum offenſione aliorum. Non ergo blaſphemetur

16 BONVM NOSTRVM. i. fides ſeu libertas ne per h[…] contentiones vituperetur ab infidelibus, prouidendũ[…]

17 ESCA, ET POTVS. Externas has obſeruationes p[…] rum Deus curat præ pietatis ſtudio. Non tamen p[…] hæc delectus ciborum reiicitur, quem tenet Eccleſia.

22 TV FIDEM HABES. ſ. nullum cibum eſſe immundum. id ſerua apud te, ne alios offendas. BEATVS, QV[I] NON IVDICAT. i. condemnat ſeipſum. non operat[…] contra conſcientiam, faciens contra id quod iudicat.

23 QVIA NON EX FIDE. i. qui contra conſcientia[m] comedit quæ vetita putat, damnatur. Hîc *fides* p[…] conſcientia ſumitur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INFIRMVM. i. nondum ſatis firmum. FIDE. i. Chriſtiana religione. ASSVMITE. i. ſuſcipite iuuandum. COGITATIONVM. Græc. διαλογισμῶν. i. *diſputationum*[…] q. d. non diſputando & contendendo, ſed ſubleuand[…]

2 SE. ſ. licitè. MANDVCARE OMNIA. i. veſci po[…] quolibet cibo. MANDVCET. Græc. *manducat*. ſ. ne i[n-] cidat in cibum lege vetitum.

3 MANDVCAT. ſ. quiduis. ASSVMPSIT. ſ. ſibi in ſe[r-] uum. q. d. placet enim Deo eius factum.

4 IVDICAS. i. condemnas. STAT. ſ. cùm benè ag[…] CADIT. ſ. cùm peccat. q. d. Domini ſui iudicio rel[in-] quendus. STATVERE. i. facere vt ſtet.

5 INTER DIEM. Græc. & Syr. *præ die*. ſ. eligendum [ad] opus aliquod. q. d. habet delectum dierum iuxta lege[m] veterem. Hieron. 2. cont. Iouin. legit *pluſquam die[m]*. OMNEM DIEM. ſ. aptum ad opera bona, ſeu ieiuni[…] ABVNDET. Græc. πληροφορείσθω. i. *certus ſit*, ſeu *certifice-tur.* q. d. nihil ſentiat, quod non habeat compertu[m] Deo placere.

6 SAPIT. i. obſeruat. DOMINO. i. vt placeat Deo, ſ[…] ad Domini gloriam.

8 DOMINI. ſ. ſerui.

9 DOMINETVR. ſ. vt ſeruis pretio ſanguinis emptis.

10 TV. ſ. infirmior fide. AVT TV. ſ. fortior, ſeu peritio[r]. STABIMVS. i. ſiſtemur.

11 SCRIPTVM. ſ. Iſa. 45. DEO. pro, Deum. ſ. iurand[o] per Deum, vt illic dicitur. Eſt enim quædam Dei con[-] feſſio, per ipſum iurare vt ſummam veritatem, ſupremumque Iudicem.

13 IVDICATE. i. ſtatuite apud vos. VEL SCANDALV[M]. Repetitio.

14 CONFIDO. πέπεισμαι i. *perſuaſum habeo*. IN DOMI-NO. i. docente me Domino. COMMVNE PER IPSV[M] .i immundum per ſe; ſeu apud Chriſtum, aut Chri[ſti] beneficio. COMMVNE EST. ſ. propter eius conſcientiam erroneam.

15 ENIM. Græc. *autem*. CIBVM. ſ. à te ſumptum, que[m] ille putat vetitum. PERDERE. ſ. ſcandalizando.

16 BONVM. ſ. religio Chriſtiana.

17 REGNVM. i. via ad regnum. q. d. non eſt ſita relig[io] in eſca, &c. ESCA. i. libertas veſcendi quouis cib[o].

18 IN HOC. ſ. iuſtitia, pace, &c. PROBATVS. i. gratus.

20 ESCAM. ſ. quam ſumis cum ſcandalo. OPVS D[EI] .i. hominem, ſeu Dei gratiam. PER OFFENDICVLV[M] .i. cum proximi ſcandalo.

21 IN QVO. i. propter quod. INFIRMATVR. i. redd[i-] tur debilior in rebus diuinis.

22 FIDEM. ſ. quòd liceat veſci quolibet. IVDICA[T] .i. condemnat. PROBAT. i. faciendum cenſet. q. d. q[ui] ita cenſet, vt in eo non erret, ſeque condemnet.

23 DISCERNIT. i. diſcrimen ponit inter cibos. MAN-DVCAVERIT. ſ. quod cenſet vetitum. NON EX FI[DE] .i. cõtra id quod eius fides dictat, ſeu erronea cõſcient[ia].

CAPVT XV.

Firmiores debent infirmorum ferre & ſubleuare imperfectiones, non ſua ſed proximorum vtilitati ac mutuæ paci ſtudentes: Chriſtus iuxta factas patribus promiſſiones prædicauit Iudæis; Gentibus verò ex miſericordia Apoſtoli, non præuijs promiſſionibus. Excuſat ſe Paulus quòd liberiùs Romanis ſcripſerit, tamquam Gentium Apoſtolus, oſtendens quomodo ſit hoc munus exequutus; dicens quòd ad ipſos quoque ſit venturus, vbi datam à Macedonibus eleemoſynam elargitus fuerit Ieroſolymitanæ Eccleſiæ, petens vt pro ſe interim orent.

DEbemus autem nos firmiores imbecillita- 1
tes infirmorum ſuſtinere, & non nobis pla- A
cere. * Vnuſquiſque veſtrûm proximo ſuo pla- 2
ceat in bonum, ad ædificationem. * Etenim 3
Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt:
Pſal. 68. b. 10 "Improperia improperantium tibi ceciderunt
ſuper me. * Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad 4
noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patien-
tiam, & conſolationem Scripturarum, ſpem ha-
1. Cor. 1. b. 10 beamus. * Deus autem patientiæ & ſolatij, "det 5
vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundùm B
Ieſum Chriſtum: * vt vnanimes, vno ore hono- 6
rificetis Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti. * Propter quod ſuſcipite inuicem, ſicut 7
& Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. * Dico 8
enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe cir-
cumciſionis propter veritatem Dei, ad confir-
mandas promiſſiones patrum: * Gentes autem 9
ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcri- C
Pſal. 17. d. 50 ptum eſt: "Propterea confitebor tibi in Genti-
2. Reg. 22. d. 50 bus Domine, & nomini tuo cantabo. * Et iterùm 10
dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius. * Et ite- 11
Pſal. 116. a. 1 rùm: "Laudate omnes Gentes Dominum: & C
magnificate eum omnes populi. * Et rurſus Iſaias 12
Iſa. 11. c. 10 ait: "Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere Gen-
tes, in eum Gentes ſperabunt. * Deus autem ſpei 13
repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt
abundetis in ſpe, & virtute Spiritus ſancti. * Cer- 14
tus ſum autem fratres mei & ego ipſe de vobis,
quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti
omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrum monere.
* Audaciùs autem ſcripſi vobis fratres ex parte, 15
tamquam in memoriam vos reducens: propter D
gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, * vt ſim mini- 16
ſter Chriſti Ieſu in Gentibus, ſanctificans Euan-
gelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, &
ſanctificata in Spiritu ſancto. * Habeo igitur glo- 17
riam in Chriſto Ieſu ad Deum. * Non enim au- 18
deo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit
Chriſtus in obedientiam Gentium, verbo &
factis: * in virtute ſignorum & prodigiorum, in 19
virtute Spiritus ſancti: ita vt ab Ieruſalem per
circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euan-
gelium Chriſti. * Sic autem prædicaui Euange- 20
lium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne E
ſuper alienum fundamentum ædificarem: ſed
Iſa. 52. d. 15 ſicut ſcriptum eſt: "Quibus non eſt annun- 21
tiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt,
intelligent. * Propter quod & impediebar pluri- 22
mùm venire ad vos, & prohibitus ſum vſque
adhuc. * Nunc verò vlteriùs locum non habens 23
in his regionibus, cupiditatem autem habens
veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus
annis: * cùm in Hiſpaniam proficiſci cœpero, 24
ſpero quòd prætereiens videam vos, & à vobis
deducar illuc, ſi vobis primùm ex parte fruitus
25 fuero. * Nunc igitur proficiſcar in Ieruſalem mi-
26 niſtrare ſanctis. * Probauerunt enim Macedonia
& Achaia, collationem aliquam facere in pau-
27 peres ſanctorum, qui ſunt in Ieruſalem. * Placuit
enim eis: & debitores ſunt eorum. * Nam ſi ſpi- 1. Cor. 9. b. 11
ritualium eorum participes facti ſunt Gentiles:
28 debent & in carnalibus miniſtrare illis. * Hoc
igitur cùm conſummauero, & aſſignauero eis
fructum hunc: per vos proficiſcar in Hiſpaniam.
29 * Scio autem quoniam veniens ad vos, in abun-
dantia benedictionis Euangelij Chriſti veniam.
30 * Obſecro ergo vos fratres per Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſan-
cti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus ve-
31 ſtris pro me ad Deum, * vt liberer ab infidelibus
qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio ac-
32 cepta fiat in Ieruſalem ſanctis, * vt veniam ad
vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer
33 vobiſcum. * Deus autem pacis ſit cum omnibus
vobis. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 CHRISTVS NON SIBI PLACVIT; SED SICVT SCRIPTVM EST. q.d. non ſibi placuit, ſed Patri, ſicut ſcriptum eſt: IMPROPERIA, tuas contumelias, ô Pater, meas ducebam. ſic nos alijs placere debemus.

4 QVÆCVMQVE ENIM SCRIPTA SVNT. i. non putetis id ad ſolum Chriſtum pertinere, vt non ſibi placeat: nos etiam in eo inſtruimur. VT PER PATIENTIAM, quæ in Scriptura laudatur. ET CONSOLATIONEM, ſiue *exhortationem*, quæ nos monet, benè ſperemus. 1. Machab. 12. v. 9. *Habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris.*

5 IDIPSVM SAPERE. idem ſentire, eſſe concordes, det vobis Deus.

7 SVSCIPITE INVICEM, ſuſtinete, tolerate. Græc. προσλαμβάνεσθε. SICVT ET CHRISTVS SVSCEPIT, ſuſtinuit vos propter Deum; quem conſtat

8 MINISTRVM FVISSE CIRCVMCISIONIS. Iudæis miniſtrauit, vt implerentur promiſſiones Patribus factæ.

9 GENTES AVTEM. i. fuit miniſter, vt Gentes non ex promiſſione, ſed ex miſericordia acceptæ in Eccleſiam Deum colerent. Itaque non ſua quæſiuit.

12 QVI EXVRGET. ſ. ex hac radice Ieſſe, IN EVM GENTES SPERABVNT. Probat teſtimonijs, Chriſtum in ſalutem Gentium veniſſe.

15 SCRIPSI VOBIS. ſ. hanc epiſtolam. IN MEMORIAM VOS REDVCENS. vel commonefaciens, quæ facto opus eſt. PROPTER GRATIAM. i. vt meo muneri ſatisfaciam.

16 SANCTIFICANS EVANGELIVM DEI. i. ſeruiens Euangelio, aut ſacrificans per Euangelium. ſ. Gentes. VT FIAT OBLATIO, vt hoc ſacrificium, quo Gentes offero, Deo placeat.

17 HABEO. i. habeo quòd glorier in Chriſto. i. per Chriſtum apud Deum. ſ. ob multa quæ feci inter Gentes.

18 NON ENIM AVDEO, non ex aliorum operibus glorior, ſed ex meis. Ita me geſſi, vt

19 VSQVE AD ILLYRICVM. Sclauonia adiacet mari Adriatico ſupra Epirum. REPLEVERIM. i. plenè annuntiauerim Euangelium, & cum fructu.

20 PRÆDICAVI. Græcè *ſtudens*, conatus ſum prædicare. NON VBI NOMINATVS. i. annuntiatus eſt Chriſtus, ſed locis alijs.

22 PLVRIMVM VENIRE AD VOS impediebar his, ſ. curis diſtrictus. τὰ πολλά. Syr. *pluries ſum impeditus.* ET PROHIBITVS SVM VSQVE ADHVC. Hæc verba, neque Græcè, neque Syr. neque in Gotth. ac ne in Vulgata Regia ſunt. Nunc autem

Locvm non habens. ſ. vacuum, quia omnia Eu- 23
angelio repleui.
Cvm in Hispaniam. Veniſſe, vt optabat, Hiero- 24
nymus ait Iſai. 11. Amos 5. Chryſoſtomus Homil. 1
in Epiſt. ad Rom. Epiphanius Hær 27. Sophronius de
Viris, Dorotheus Iſidorus, & Luc. Tudenſis in Chro-
nico. Contrà Gelaſius 22. q. 2. cap. Beatus. Ergo cùm cò
ibo, videbo vos.
Collationem. *Κοινωνίαν*, *communicationem*. i. de 26
ſuo largiri aliquid. Hanc collationem cùm Ieruſalem
detulero, per vos iter faciam in Hiſpaniam.
In abvndantia benedictionis veniam ad vos. 29
Ε'υλογία hic *munificentiam* ſignificat. Inſinuat velle, vt
ipſi etiam ſubſidium in pauperes Ieruſalem aliquod
conferrent. Orate ergo
Vt ..... obseqvii mei oblatio. Græc. *& vt mi-* 31
niſterium meum, quod in Ieruſalem, accepimus ſit ſanctis.
Syr. *vt miniſterium, quod perfero ſanctis qui in Ieruſa-*
lem, bene accipiatur. Ambroſius hic: *Munerum meo-*
rum oblatio accepta fiat in Ieroſolymis ſanctis. Quidam
codices *Ieruſalem* nullam mentionem faciunt, tantùm
habent, *vt obſequij mei oblatio accepta ſit ſanctis*. i. fi-
delibus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Firmiores. i. fortiores. Svstinere. Græc. 1
portare. i. ſubleuare. Nobis. ſ. ſolis. Placere.
.i. ſatisfacere.
In bonvm. pro, in rebus bonis, ſeu promouendo 2
bonum. Ad ædificationem. i. vt proximus ædifi-
cetur. i. in bono promoueat.
Sibi placvit. i. propria commoda quæſiuit. Ce- 3
ciderunt svper me. i. me cruciarunt.
Enim. pro, autem. Doctrinam. i. inſtitu- 4
tionem.
Patientiæ. ſ. donator. In altervtrvm. i inter 5
vos mutuo. Iesvm Christvm. i. Ieſu Chriſti vo-
luntatem.
Honorificetis. Græc. *glorificetis*. 6
Svscipite. ſ. ad adiuuandum. Honorem. Græc. 7
gloriam.
Circvmcisionis Iudæorum. q. d. Iudæis pædicaſſe. 8
Veritatem. i. fidem in promiſſis. Patrvm. i. pa
tribus factas.
Svper misericordia. i. ob miſericordiam. Ho- 9
norare. Græc. *glorificare*. ſ. debere. Confitebor.
Vox Eccleſiæ, vel Chriſti. In Gentibvs. i. Gentium
voce. Nomini tvo. i. tibi. q. d te celebrabo.
Itervm. ſ. Deut. 32. ſecundùm LXX. vbi nos legi- 10
mus, *Laudate Gentes populum eius*. Plebe eivs. i. Iu-
dæis, qui Dei populus.
Magnificate. i. celebrate laudibus. 11
Radix. i. è radice ortus. ſ. Chriſtus. Et. Iunge 12
cum *in eum*.
Spei. ſ. dator, ſeu obiectum. ſ. in quem ſperatur. 13
Virtvte. i. potentia. ſ. charitate quæ per illam in cor-
dibus diffunditur.
Certvs. pro, *perſuaſus*, *πέπεισμαι*. Dilectione. 14
Græc. *bonitate*. Scientia. ſ. rerum diuinarum.
Avdacivs. i. confidentius, ſeu liberiùs. Ex par- 15
te. i aliquantulum. In memoriam, &c. q. d. com-
monefaciens. Gratiam i. munus prædicandi. vel
q. d iuxta facultatem mihi à Deo datam.
Vt sim, &c. Explicatio præcedentis. Sanctifi- 16
cans. i ſanctè tractans. In Spiritv. pro, per Spiri-
tum ſ. per Spiritus ſancti gratiam.
Gloriam. i. vnde poſſimus gloriari. In Christo. 17
.i per Chriſtum. Ad Devm. i apud Deum.
Avdeo. pro, auſim. In obedientiam. ſ. præſtan- 18
dam Euangelio
In virtvte. i. per potentiam. Per circvitvm. 19
.i. & vicinis regionibus, vel circumeundo. Repleve-
rim. i. plenè annuntiauerim. vel q. d. orbem repleuerim
Euangelio.
Alienvm. i. ab alio iactum. 20

22 Propter qvod. i ob occupationem prædicationis. Plvrimvm. Græc. *πολλὰ*, ſæpè
23 Locvm. ſ. vacuum prædicatione. q. d. neceſſitatem manendi hîc.
24 Frvitvs. Græc. *expletus*. i. conſolatus.
25 Ministrare. ſ. eleemoſynam. Sanctis. i. Chriſtianis Vide cap. 1.
26 Probavervnt. i. decreuerût approbando. q. d. placuit, ſeu viſum eſt. Collationem. ſ. eleemoſynæ. Sanctorvm. pro, ſanctos, ſeu qui ſunt de numero ſanctorum. i. fidelium.
27 Carnalibvs. i. temporalibus bonis.
28 Assignavero. ſ. obſignatam pecuniam reddidero.
29 Benedictionis. i. donorum ſpiritualium.
31 Obseqvii. ſ. eleemoſynæ quam defero.
32 Refrigerer. i. recreer.
33 Pacis. ſ. dator, & amator.

CAPVT XVI.

Commendat Apoſtolus quoſdam apud Romanos, propter nonnullas eorum præminentias nominatim ſalutandos; quoſdam vero vitandos hortatur, & de alijs dicit quod ſalutant Romanos.

1 COmmendo autem vobis Phœben ſororem
A noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ,
2 quæ eſt in Cenchris: * vt eam ſuſcipiatis in Do-
mino digne ſanctis: & aſſiſtatis ei in quocumq;
negotio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoque
3 aſtitit multis, & mihi ipſi. * Salutate [a] Priſcā & [a] Act. 18. a. 2. 26
4 Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu; (* qui
pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt: qui-
bus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ ec-
5 cleſiæ Gentium) * & domeſticam Eccleſiam eo-
rum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui
6 eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto. * Salutate Ma-
7 riam, quæ multùm laborauit in vobis. * Saluta-
te Andronicum & Iuniam, cognatos & conca-
ptiuos meos: qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui
8 & ante me fuerunt in Chriſto. * Salutate Am-
9 pliatum dilectiſſimum mihi in Domino. * Salu-
B tate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto
10 Ieſu, & Stachyn dilectum meum. * Salutate A-
11 pellen probum in Chriſto. * Salutate eos, qui
ſunt ex Ariſtoboli domo. Salutate Herodio-
nem cognatum meum. Salutate eos, qui ſunt
12 ex Narciſſi domo, qui ſunt in Domino. * Salu-
tate Tryphænam & Tryphoſam, quæ laborant
in Domino. Salutate Perſidem chariſſimam,
13 quæ multùm laborauit in Domino. * Salutate
Rufum electum in Domino, & matrem eius, &
14 meam. * Salutate Aſyncritum, Phlegontem,
Hermam, Patrobam, Hermen; & qui cum eis
15 ſunt, fratres. * Salutate Philologum & Iuliam,
C Nereum & ſororem eius, & Olympiadem, &
16 omnes, qui cum eis ſunt, ſanctos. * Salutate in-
uicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes Ec-
17 cleſiæ Chriſti. * Rogo autem vos fratres, vt ob-
ſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præ-
ter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt; &
18 declinate ab illis. * Huiuſcemodi enim Chriſto
Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri:
& per dulces ſermones, & benedictiones, ſe-
19 ducunt corda innocentium. * Veſtra enim
obedientia in omnem locum diuulgata eſt.
Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos ſapien-
20 tes eſſe in bono, & ſimplices in malo. * Deus
autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus
veſtris velociter. Gratiā Domini noſtri Ieſu

Act. 16. a. 1 Chriſti vobiſcum. * Salutat vos Timotheus, 21
adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater, D
cognati mei. * Saluto vos ego Tertius, qui ſcri- 22
pſi epiſtolam, in Domino. * Salutat vos Caius 23
hoſpes meus, & vniuerſa Eccleſia. Salutat vos
Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater.
* Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum om- 24
nibus vobis. Amen. * Ei autem, qui potens eſt 25
vos confirmare iuxta Euangelium meum, &
prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundùm reuela-
tionem myſterij temporibus æternis taciti,
(* quod nunc patefactum eſt per Scripturas Pro- 26
phetarum ſecundùm præceptum æterni Dei, ad
obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogni-
ti. * ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, cui 27
honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN CENCHRIS. Vrbs hoc nomine Troade erat, altera in Italia: hìc tamen eſt Corinthiorum portus. Ibi erat Phœbe, quam cùm Romam iret, commendat, vt eam accipiant. 1

DIGNE SANCTIS. Vt ſancti debent facere, ſeu vt ſanctos ſuſcipere æquum eſt. 2

SALVTATE PRISCAM. Aquilæ vxor erat, Act. 18. v. 2. Epænetum etiam, 3

QVI EST PRIMITIVVS ASIÆ IN CHRISTO. i. primus ibi Euangelium accepit. Græcè, *primitiæ Achaiæ in Chriſtum.* Ceterùm aliqui Græci codices *Aſiæ* habent. ſic Hieronymus Ezech. 43. Origenes hìc, & Homil. 11 in Num. Quare Græci codices, qui ſecùs habent, vitiati videntur, ex eo quod dicit 1. Cor. 16 v. 15. 5

ANDRONICVM ET IVNIAM. Hos putant eſſe ex numero ſeptuaginta diſcipulorum, de quibus Luc. 10. cap. verſ. 1. 7

HERMAM. An hic eſt qui ſcripſit librum Paſtoris? 14

IN OSCVLO SANCTO. i. non impudico. Sic Iudæi inter ſe ſalutabant. Cauete tamen eos qui per 16

DVLCES SERMONES, ET BENEDICTIONES. i. adulationes ſeducunt 18

SIMPLICES. *ἀκεραίους, innocentes*, perinde eſt. 19

SATANAM, Deus conterat omnem aduerſarium. *Vade poſt me ſatana.* 20

LVCIVS ſalutat vos. An hic eſt qui alijs locis *Lucas* vocatur? Aiunt quidam, negant alij. 21

EGO TERTIVS. Viri nomen. Theodulus Cœleſyriæ presbyter legit *Terentius.* Diodorus Tarſenſis, fuiſſe amanuenſem Pauli, & ob eius imperitiam quædam in hac epiſtola plena myſterijs eſſe perturbata & confuſa. Affert Sixtus Senenſis Biblioth. lib. 2. in dictione *Tertius*, nec reprobat. Hunc *Tertium* factum Iconij Epiſcopum, Diodorus Tarſenſis hic & Dorotheus in Synopſi aiunt. 22

CAIVS, ſeu *Gaius*, vt eſt Græc. Syr. & Goth. VNIVERSA ECCLESIA. Græc. Syr. & Goth. *vniuerſa Eccleſiæ.* ſ. hoſpes. ARCARIVS. i. theſaurarius, ſeu quæſtor, vos hi ſalutant. 23

GRATIA. Hunc verſum ſua manu ſcripſit Paulus loco ſubſcriptionis hìc, & 1. ad Corinthios, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes ſecunda: nam nomen proprium initio epiſtolæ poſuit. Aut vt alij *Vale* dicunt, vel *ἔρρωσο*, ſic ipſe his verbis concludebat epiſtolas. Ei autem, qui poteſt vos confirmare 24

25 SECVNDVM REVELATIONEM. Euangelij cognitio non paratur ingenij viribus; quominùs eſt mirum, viros ſcientia inflatos in hæreſes labi. Ei, inquam,

27 CVI HONOR. *Cui* Græcè non eſt, nec Syr. nec in Vulg. Regia, & perturbat ſententiam, ſeu conſtructionem. Ita videtur redũdare. Sic etiam relatiuum *ᾧ*, quod in quibuſdam Græc. cod. eſt, ſed obelo notatum. HONOR ET GLORIA. Illud *honor &* in Gothico non eſt, nec Græc. & Syr. Hoc tantùm, *Cui gloria in ſæcula ſæculorum.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PHOEBEN, per hanc miſit Paulus epiſtolam. QVÆ EST, &c. i. quæ ſua diſtribuit. vel erat Diaconiſſa, ſ. præfecta feminis quæ alebantur ab Eccleſia. CENCHRIS. Portus erat Corinthi.

2 IN DOMINO. i. propter Dominum. DIGNE SANCTIS. i. vt decet Chriſtianos.

3 SALVTATE. Syr. *poſtulate pacem.* Interdum autem vertit, *date pacem.* ſ. qui ſalutat, dat. i. precatur pacem, & petit. ſ. An pax ſit. i. an alter valeat. Nota, omiſſam ſalutationem Petri Apoſtoli, quòd eo tempore abſens eſſet. PRISCAM. Græc. & Syr. *Priſcillam.* Vide Act. 18. IN CHRISTO. i. Chriſti negotio, ſeu fidei.

4 ANIMA. i. vita. ſ. tuenda.

5 ECCLESIAM. ſ. familiam Chriſtianam. PRIMITIVVS. Græc. *primitiæ.* ſ. primus, ſeu inter primos conuerſus. ASIÆ. ſ. minoris, vbi Epheſus. IN CHRISTO. Poteſt iungi cum *ſalutate*, vel cum *Eccleſia.*

6 IN VOBIS. Græc. *in nos.* i. erga nos.

7 CONCAPTIVOS. ſ. olim in carcere aliquo. NOBILES. i. inſignes. IN APOSTOLIS. i. inter Apoſtolos. ſ. Euangelij prædicatores. IN CHRISTO. i. Chriſtiani.

9 CHRISTO. i. Chriſti negotio.

10 PROBVM. i. probatum.

11 DOMO. i. familia. SVNT IN DOMINO. i. Chriſto credunt, ſeu ſeruiunt.

12 IN DOMINO. i. propter Dominum.

13 ELECTVM IN DOMINO. q. d. inſignem Chriſtianum. MEAM. q. d. quam vt matrem veneror.

15 SANCTOS. i. Chriſtianos.

16 IN. pro, cum.

17 OBSERVETIS. i. caueatis. PRÆTER. i. contra.

18 BENEDICTIONES. i. laudes, ſeu adulationes. INNOCENTIVM. i. bonorum.

19 IN VOBIS. i. de vobis. SIMPLICES. i. ſinceros. MALO. ſ. vitando.

20 PACIS. ſ. dator. VOBISCVM. ſ. ſit.

21 LVCIVS. Quidam putant, Lucam ſignificari.

22 IN DOMINO. iunge cum *ſaluto.*

23 ARCARIVS. Græc. *œconomus.* ſ. quæſtor ærarius Corinthi.

25 IVXTA, &c. i. in negotio Euangelij. MEVM. i. quod prædico. ÆTERNIS. i. omnibus retroactis. TACITI. i. abſconditi.

26 SCRIPTVRAS. ſ. nunc declaratas, ſeu impletas.

27 SOLI. ſ. ex ſe, ſeu per naturam. CVI HONOR ET. Hæc non ſunt Græc. AMEN. Hic Syr. additur, *Gratia Domini noſtri* IESV *Chriſti ſit cum omnibus vobis, Amen.* Additur etiam in fine Græc. & Syr. *Scripta è Corintho, & per Phœben miſſa.*

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Paulus Deo gratias agit de donis datis Corinthiis: ceterùm dolet quòd de baptizatoribus eſſent inter ipſos ſchiſmata, gaudens quòd miſſus ad prædicandum Euangelium paucos baptizauerit; oſtendens etiam reprobatam mundi ſapientiam, & electos ſimplices: ſicut & ſita eſt ſalus in Chriſti morte, cuius prædicatio iudicatur mundo ſtultitia, credentibus verò virtus ac ſapientia: ideò enim contemptibilia mundi elegit Deus, ne quis in ſe glorietur.

PAVLVS vocatus Apoſtolus 1
Ieſu Chriſti per voluntatem A
Dei, & Soſthenes frater,
* Eccleſiæ Dei, quæ eſt Co- 2
rinthi, ſanctificatis in Chri-
ſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum
omnibus qui inuocant no-
men Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco
ipſorum, & noſtro. * Gratia vobis, & pax à Deo 3
Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. * Gratias 4
ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei,
quę data eſt vobis in Chriſto Ieſu: * quòd in om- 5
nibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, &
in omni ſcientia. * ſicut teſtimoniũ Chriſti con- 6
firmatum eſt in vobis: * ita vt nihil vobis deſit 7
in vlla gratia, expectantibus reuelationem
Domini noſtri Ieſu Chriſti, * qui & confir- 8
mabit vos vſque in finem ſine crimine, in die ad- B
"1. Theſſ. 5. d.24 — uentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. * " Fidelis 9
Deus: per quem vocati eſtis in ſocietatẽ filij eius
Ieſu Chriſti Domini noſtri. * Obſecro autẽ vos 10
fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti:
vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis
ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu,
& in eadem ſententia. * Significatum eſt enim 11
mihi de vobis fratres mei, ab iis qui ſunt Chloes,
quia contentiones ſunt inter vos. * Hoc autem 12
dico, quòd vnuſquiſque veſtrûm dicit: Ego
"Act. 18 f.24 — quidem ſum Pauli: ego autem " Apollo: ego
verò Cephæ: ego autem Chriſti. * Diuiſus eſt 13
Chriſtus? Numquid Paulus crucifixus eſt pro
vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? * Gra- 14
tias ago Deo, quòd neminem veſtrûm baptiza- C
"Act. 18. b.8 — ui, " niſi Criſpum & Caium: * ne quis dicat 15
quòd in nomine meo baptizati eſtis. * Baptizaui 16
autem & Stephanæ domum: ceterùm neſcio
ſi quem alium baptizauerim. * Non enim miſit 17
"2. Pet. 1. c16 Inf. 2. a.1.4 — me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare: " non
in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chri-
ſti. * Verbum enim crucis, pereuntibus quidem 18
ſtultitia eſt: ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt no-
19 bis, Dei virtus eſt. * Scriptũ eſt enim: " Perdã ſa-
pientiã ſapientium, & prudentiam prudentium
20 reprobabo. * " Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi con-
quiſitor huius ſęculi? Nónne ſtultam fecit Deu
21 ſapientiam huius mundi? * Nam quia in De
ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam
Deum: placuit Deo per ſtultitiam prædicatio-
22 nis ſaluos facere credentes. * Quoniam & Iu-
dæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt
23 * nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum
Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem
24 ſtultitiam; * ipſis autem vocatis Iudæis, atqu
D Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapien-
25 tiam: * quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius e
hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortiu
26 eſt hominibus. * Videte enim vocationẽ veſtr
fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm car-
nem, non multi potentes, non multi nobiles
27 * ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt con-
fundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deu
28 vt confundat fortia: * & ignobilia mundi, &
contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſun
29 vt ea quæ ſunt deſtrueret: * vt nõ glorietur om-
30 nis caro in conſpectu eius. * Ex ipſo autem vo
eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapien-
tia à Deo, & " iuſtitia, & ſanctificatio, & re-
31 demptio: * vt quemadmodum ſcriptum eſt
" Qui gloriatur, in Domino glorietur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET SOSTHENES. Hic fuerat Corinthi Iudęorum Synagogæ præfectus, Act. 18. verſ. 1 propterea conuerſum ſibi adiungit ad Corinthios ſcribens.

2 SANCTIFICATIS. ſ. per Baptiſmum. Ea eſt Eccleſ Dei, quam præmiſit. VOCATIS SANCTIS. i. vulgò d ctis ſanctis, κλητοῖς, vel *vocatis*, vt ſitis ſancti. IPSORVM ET NOSTRO. Iunge hoc cum *Domini, ipſorum, & noſt* pro *noſtri*. Aut cum *loco*, ſic: *in omni loco ipſorum*, i. to orbe, *& noſtro*. ſ. Ieruſalem. Gratias ago Deo

4 IN GRATIA. i. propter dona, quæ accepiſtis à Deo.

5 IN OMNI VERBO, ET IN OMNI SCIENTIA. i. intell gendi & loquendi accepiſtis facultatem.

6 SICVT TESTIMONIVM. q.d. cuius rei documentu ſunt ſigna quæ facitis, miracula, donum linguarum Ita vt vobis nihil deſit,

7 EXPECTANTIBVS REVELATIONEM. i. ad uentum Chriſti, diem iudicij Ipſe

8 VSQVE IN FINEM. i. ſemper, perpetuò confirmab vos. SINE CRIMINE, &c. *vt ſitis ſine crimine* (ſic Syr *in die iudicij*. Muta puncta, comma poſt *vſque in fine*

9 FIDELIS DEVS. promiſſis ſtat, non fallet.

10 OBSECRO. Poſt laudes ſequitur increpatio. Mel dulcorem abſynthio amaro præmittit. VT IDIPSV

ficatis. i. idem dicatis omnes. Sitis avtem perfecti, *κατηρτισμένοι, coniuncti*, conformes in eodem ſenſu & mente.

Qvi svnt Chloes. i. de familia Chloes, nomen familiæ, vel feminæ. Ij renuntiarunt eſſe inter vos diſſidia, nam dicitis: Ego ſum Pauli, 11

Ego avtem Apollo. Nomen ferè indeclinabile, de quo homine Act. 16. v. 14. Ego quidem neminem baptizaui, niſi 12

Crispvm, et Caivm, ſeu *Gaium* ad Rom. 16. v. 23. Euangelizare miſſus ſum 14

Non in sapientia verbi. i. eloquentia. Vt non evacvetvr, ne homines tribuant ſalutem verbis artificioſis, & non cruci Chriſti. 17

Verbvm. i. res crucis, crux ipſa ſtultitia eſt. Perevntibvs. i. infidelibus. Dei virtvs. i. potentia Dei in ea declaratur. 18

Vbi sapiens? i. Philoſophus. Vbi scriba? Doctor Iudæorum. Vbi conqvisitor. i. diſputator, ſiue Dialecticus. 20

Qvia in Dei sapientia. i. per Dei ſapientiam, qui eſt Chriſtus, mundus per ſuam ſapientiam Deum non cognouit, voluit Deus ſalutem dare per id quod ſtultum videtur. 21

Ivdæis qvidem scandalvm eſt Chriſtus quem prædicamus, in Chriſtum offenderunt, eumque occiderunt. 23

Vocatis Ivdæis. i. qui vulgò Iudæi & Græci vocantur: ſed Chriſtianis, aut vocatis ex Iudaiſmo & Græciſmo, Chriſtus eſt Dei virtus. ita fatentur. 24

Qvod infirmvm est Dei. Quid hoc ſit, Ambroſius epiſt. 37. mentiri non poſſe vocat *infirmum Dei*. Hoc & ſimilia non poſſe, ſumma potentia eſt. 25

Non mvlti sapientes. ſ. ſunt ad fidem vocati, vel ſunt concionatores. 26

Qvæ stvlta svnt mvndi. Tertullianus lib. de Carne Chriſti: *Natus eſt Deus, non pudet dicere, quia pudendũ eſt; mortuus eſt Dei Filius, prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt, & ſepultus reſurrexit, certum eſt, quia impoſſibile eſt.* 27

Et ea qvæ non svnt. i. videntur nihil eſſe, et ea qvæ svnt. i. humilia & ſublimia ea ſtultitia deſtruat. 28

Ex ipso. i. per ipſum Deum. Vos estis, ſupple, vocati, ſeu ſtatis in Chriſto. Sapientia, qua nos docuit Chriſtus ſalutaria. Ivstitia, quia eam nobis meruit. Redemptio factus eſt vobis Chriſtus. i. pretium redemptionis fuit Chriſtus. 30

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Concordiam commendat, & humilitatem, abuſus quoſdam eorum arguens & corrigens; reſpondetque illorum quæſitis.

Vocatvs. pro vocatione, ſeu profeſſione. 1

In Christo. i. per Chriſtum. Vocatis. pro, vocatione. Nomen Domini. pro, Dominum. q.d. qui Chriſtum colunt. In omni loco q.d. vbicumq; ſint. 2

Vobis. ſ. multiplicetur. 3

In gratia. pro, de gratia. 4

In illo. i. per illum. Verbo. i. *re*, ſeu *opere*, Hebr. Scientia. ſ. rerum diuinarum. 5

Sicvt. pro, adeò, ſeu intantum. Testimonivm Christi. i. Euangelium quod de Chriſto teſtatur. 6

Gratia. i. *dono*. Græc. *χαρίσματι*. Revelationem. i. aduentum, quo eſt manifeſtandus. 7

Sine crimine, *ἀνεγκλήτους*. i. *inculpatos*. In die. pro, vſque in diem. 8

Fidelis. i. verax. 9

Nomen Domini. i. Dominum. Idipsvm. i. idem. Schismata. i. diſſidia. Sensv. i. mente. Sententia. Syr. *voluntate*. 10

Chloes. i. domeſtici. Videtur eſſe nomen feminæ. Quidam loci putant. Contentiones. ſ. ſuos quiſque prædicatores, vel baptizatores alijs per contentionem præferebant. 11

Pavli. ſ. diſcipulus, ſeu filius ſpiritualis. 12

5 Baptizati estis. Græc. *baptizauerim*.

6 Stephanæ nomen viri. Vide inf. cap. 16. Domvm. i. familiam.

17 Sapientia verbi. i. diſerto ſermone. Evacvetvr. i. careat vi ſua. Crvx. i. prædicatio crucis.

18 Verbvm. i. prædicatio, ſeu negotium. Virtvs. i. potentia.

19 Perdam. i. oſtendam dignam perditione. q.d. reijciam, ſeu reprobabo, vt ſtatim explicat. Sapientivm. ſ. mundi.

20 Scriba. i. legis peritus. Conqvisitor. i. ſcrutator, ſeu diſputator. Fecit. i. oſtendit.

21 Nam qvia Græc. *poſtquam enim*. Sapientia. i. rebus ſapienter factis. Stvltitiam. ſ. mundi iudicio.

24 Vocatis. ſ. ad ſalutem.

25 Stvltvm. ſ. mundi iudicio.

26 Vocationem vestram. i. quales vobiſcum ſint vocati ad fidem. Mvlti. ſ. vocati.

27 Mvndi. i. ſecundùm mundum.

28 Non svnt. i. pro nihilo habentur. Qvæ svnt. i. habentur in pretio apud mundanos. Destrveret. ſ. euertit prædicatio mundi pompam & errores.

29 Omnis caro. i. vllus homo.

30 Ex ipso. pro, ipſius. In Christo. i. per Chriſtum. Sapientia, &c. pro, dator ſapientiæ, &c.

31 Scriptvm. ſ. Ierem. 9. In Domino. i. de Dei in ſe benignitate.

C A P V T II.

Oſtendit Paulus ſe Chriſtum & hunc crucifixum magna modeſtia verbi, quæ ſimplicibus prædicaſſe Corinthiis; quamquam perfectis loqueretur etiam ſapientiam mundo abſconditam, quæ ſolo Dei ſpiritu cognoſci poteſt: animalis enim non percipit quæ Dei ſunt.

1 ET ego, cùm veniſſem ad vos, fratres, veni
A [a] non in ſublimitate ſermonis, aut ſapien- [a] *Sup. 1. c. 17.*
tiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti.
2 Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos,
3 niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. [b] Et [b] *Act. 18. a. 1.*
ego in infirmitate, & timore, & tremore mul-
4 to fui apud vos: & ſermo meus, & prædicatio
mea, [c] non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ [c] *2. Pet. 1. c. 19.*
5 verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt
B fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed
6 in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur in-
ter perfectos: ſapientiam verò non huius ſæculi,
neque principum huius ſæculi, qui deſtruun-
7 tur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio,
quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus
8 ante ſæcula in gloriam noſtram. quam nemo
principum huius ſæculi cognouit: ſi enim cog-
nouiſſent, numquam Dominum gloriæ cruci-
9 fixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt: [d] Quod ocu- [d] *Iſaia 64. a. 4.*
C lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
minis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui di-
10 ligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per
ſpiritum ſuum: Spiritus enim omnia ſcrutatur,
11 etiam profunda Dei. Quis enim hominum
ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui
in ipſo eſt? ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit,
12 niſi Spiritus Dei. Nos autem non ſpiritum hu-
ius mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo
eſt; vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis:
13 [e] quæ & loquimur non in doctis humanæ ſa- [e] *1. Pet. 1. c. 16.*
D pientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritua-
14 libus ſpiritualia comparantes. Animalis autem
homo, non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei:
ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere:
15 quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis au-

tem.

tem iudicat omnia: & ipſe à nemine iudicatur.
16 ⁿ Quis enim cognouit ſenſum Domini, qui
inſtruat eum? Nos autem ſenſum Christi ha-
bemus.

ⁿ *Iſaie 40. d.13. Sap.9.c.13. Rom.11. d.34.*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 ET EGO IN INFIRMITATE. i. modeſtè & abiectè verſatus ſum inter vos.

4 NON IN PERSVASIBILIBVS. i. exquiſitis verbis ad perſuadendum, ſed ſpiritum Dei & virtutem præ me ferens. Ambroſius hic & Euſebius 1. de Præpar. Euang in Procœmio legunt, *non in perſuaſione*, nimirum, vt quidam ait, Græcè pro πειθοῖς. i. *perſuaſibilibus*, legerunt πειθοῖ. i. *perſuaſione*. Verùm eam lectionem non inuenio. Solus Syr. *in perſuaſione verborum* habet.

6 SAPIENTIAM. i. fidei arcana. INTER PERFECTOS. .i. inter eos qui in fide profecerunt, loquimur. Sapientiam, inquam, non PRINCIPVM HVIVS SÆCVLI. .i. philoſophorum. QVI DESTRVVNTVR. Mortales ſunt & caduci, cum ſua ſapientia.

8 NEMO PRINCIPVM cognouit. i. dæmones, aut Herodes & Pilatus, vt Tertull. ait 5. contra Marcion. nam dæmones eum & cognouiſſe putat & occidiſſe. SI ENIM COGNOVISSENT ſapientiam abſconditam in myſterio, quòd homines eſſet redempturus, aut quòd Deus eſſet, Chriſtum non crucifixiſſent.

9 SED SICVT SCRIPTVM EST. pro, ſed hoc eſt, quod ſcriptum eſt. OCVLVS NON VIDIT. Dei dona & opera ſenſibus non percipiuntur, neque eius ſapientia. Nos autem

12 NON SPIRITVM HVIVS MVNDI. Græc & Syr. non eſt pronomen *huius*, ne Gotth. quidem. Et quidem mundi ſpiritus ad terrena ducit, ad cæleſtia ſpiritus Dei.

13 SPIRITVALIBVS SPIRITVALIA COMPARANTES, ſeu *confirmantes*, συγκρίνοντες, *approbantes*, nempe miraculis, Scripturæ teſtimonijs. His confirmamus quæ dicimus. Hęc eſt doctrina ſpiritus, aliena ab humana ſapientia.

14 ANIMALIS, qui ſuam libidinem ſequitur, non percipit hæc. Aut *animalis*, qui ducitur ratione naturali & ſenſibus; *ſpiritualis*, qui ſenſu Dei per Scripturam cognito. Ariſtot. 3. Ethic. *Homo ſtudioſus eſt metrum & menſura.* & alio loco: *Sapiens eſt, qui iudicat per altiſſimam cauſam.* QVIA SPIRITVALITER. i. per Dei ſpiritum. EXAMINATVR ſeu *diiudicatur*.

15 A NEMINE IVDICATVR ſpiritualis. ſ. rectè & competenter, ipſe iudicat omnia.

16 SENSVM DOMINI, aut *mentem*, vt eſt Græcè, quis nouit? QVI INSTRVAT EVM. Alij legunt, *aut quis inſtruxit eum?* Gotth. *aut quis inſtruat eum?* ſ. Deum. Græc. συμβιβάσει, *qui demonſtret*, doceat eum Dei ſenſum alios. SENSVM CHRISTI, *mentem Chriſti*, Græc. nos habemus, intelligimus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ET EGO. pro, itaque ego. CHRISTI. i. de Chriſto. ſ. Euangelium.

2 NON ENIM, &c. q.d. ita me geſſi, ac ſi neſcirem, niſi, &c.

3 INFIRMITATE. i. multa patiens. TIMORE. ſ. periculorum. TREMORE. ſ. ob mihi mala accidentia. vel Hebr. eſt, *in timore & tremore*. i. in magno timore.

4 PERSVASIBILIBVS. i. perſuaſoriis. VIRTVTIS. i potentiæ. q d. potentis ſpiritus.

5 IN SAPIENTIA. i. pendens ex ſapientia.

6 LOQVIMVR. ſ. cùm opus eſt. PRINCIPVM. ſ. Philoſophorum, & Oratorum, & Magnatum. DESTRVVNTVR. i. tandem in nihilum recident.

7 IN MYSTERIO. i. abſconditam, ſeu arcanam. PRÆDESTINAVIT. i. antè definiuit. ſ. reuelandam nobis.

8 CRVCIFIXISSENT. ſ. Principes Iudæorum, & Gentium.

9 SCRIPTVM. ſ. Iſa. 64. Quidam tamen putant citari quædam Eliæ quæ non extent. QVOD. Græc. *quæ*.

10 SPIRITVS. ſ. ſanctus. SCRVTATVR. i. perfectè nouit. ſ. Deus eſt cuius proprium corda ſcrutari. PROFVNDA. i. abdiciſſima.

11 HOMINIS. ſ. occulta in animo.

12 QVÆ. ſ. myſteria. DONATA. i. reuelata, ſeu in noſtri gratiam facta. q.d. vt fidei myſteria credamus, ſeu geſta à Chriſto pro nobis.

13 COMPARANTES. i. conferentes. q.d. ſpiritualia per ſpiritualia explicantes, accommodantesque myſterijs explicandis conuenientem ſermonem.

14 ANIMALIS. i. qui carnis affectibus ducitur. EST. .i. videntur. EXAMINATVR. i. diiudicatur.

15 OMNIA. ſ. Dei. q.d. approbat diuina omnia, & veneratur. NEMINE. ſ. qui non ſit ſpiritualis. IVDICATVR. i. iudicari poteſt, nec enim de ſpirituali poteſt animalis rectè ſententiam ferre, cùm ſenſu careat rerum ſpiritualium.

16 COGNOVIT. ſ. niſi ipſo reuelante. HABEMVS. ſ. per reuelationem.

CAPVT III.

Corinthiis adhuc carnalibus non potuit Paulus prædicare recondita fidei myſteria: contendebant enim de his qui tantùm miniſtri erant, cùm ſolus Deus poſſit gratiæ ac virtutum dare incrementa, ſoluſque Chriſtus ſit fidei fundamentum: ſuper quod quis bene aut male ſuperædificauerit, patebit in die examinis. Non eſt violandum Dei templum quod ſumus nos, nec in Dei miniſtris gloriandum.

1 ET ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi
A ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tam-
2 quam paruulis in Chriſto, ᵃlac vobis potum de-
di, non eſcam: nondum enim poteratis: ſed nec
nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales
3 eſtis. ᵃ Cùm enim ſit inter vos zelus, & con-
tentio: nónne carnales eſtis, & ſecundùm ho-
4 minem ambulatis? ᵃ Cùm enim quis dicat:
Ego quidem ſum Pauli, alius autem: Ego Apol-
lo: nónne homines eſtis? Quid igitur eſt Apol-
5 lo? quid verò Paulus? ᵃ Miniſtri eius, cui credi-
6 diſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit. ᵃ Ego
plantaui, Apollo rigauit: ſed Deus incremen-
7 tum dedit. ᵃ Itaque neque qui plantat eſt ali-
B quid, neque qui rigat: ſed, qui incrementum
8 dat, Deus. ᵃⁿ Qui autem plantat, & qui rigat,
vnum ſunt. ⁿ Vnuſquiſque autem propriam
mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.
9 ᵃ Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura
10 eſtis, Dei ædificatio eſtis. ᵃ Secundùm gratiam
Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus
fundamentum poſui: alius autem ſuperædifi-
cat. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſu-
11 peræedificet. ᵃ Fundamentum enim aliud nemo
C poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod
12 eſt Chriſtus Ieſus. ᵃ Si quis autem ſuperædificat
ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum,
lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam,
13 ᵃ vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit: Dies e-
nim Domini declarabit, quia in igne reuelabi-
tur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis pro-
14 babit. ᵃ Si cuius opus manſerit quod ſuperæ-
15 dificauit, mercedem accipiet. ᵃ Si cuius opus
arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſal-
16 uus erit; ſic tamen quaſi per ignem. ᵃ Neſcitis
quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habi-
17 tat in vobis? ᵃ Si quis autem templum Dei vio-
D lauerit, diſperdet illum Deus. ⁿ Templum enim
18 Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. ᵃ Nemo ſe ſe-
ducat: ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in
19 hoc ſæculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiens. ᵃ Sapientia

ⁿ *Pſal.61. d.13.* ⁿ *Gal.6. b.5.* ⁿ *Inf.6. d.19. 2.Cor.6. c.16.*

enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.
Scriptum eſt enim: "Comprehendam ſapien- "Iob 5.c.13
tes in aſtutia eorum. *Et iterùm: "Dominus no- 20 "Pſal.93.b.11
uit cogitationes ſapiẽtium, quoniam vanæ ſunt.
21 *Nemo itaque glorietur in hominibus. *Om- 21
nia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, 22
ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors,
ſiue præſentia, ſiue futura: omnia enim veſtra
ſunt: *vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei. 23

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TAMQVAM PARVVLIS lac potum dedi. *ὡς νηπίοις, quaſi infantibus.* Et Græcè iungitur cum ſuperiori- 1
bus, & regitur à verbo *vobis loqui.* Latini codices iungunt cum *lac potum dedi*, tamquam paruulis. *Paruulos* vocat parum in fide prouectos.

NON ESCAM. i. cibum ſolidum. NONDVM ENIM 2
POTERATIS, cibo ſ. ſolido veſci, myſteria altiora capere.

NONNE HOMINES ESTIS? i. humanos affectus ſequi- 4
mini? Græc. *σαρκικοί*. i. *carnales*. ſic Syr. Sed cùm bis *carnales* propoſuiſſet, Interpres voce mutata *carnales* in *homines* conſeruauit ſententiam. Quid dicitis, Ego Pauli, Ego Apollo Miniſtri tantùm ſumus.

ET VNICVIQVE. *Et* redundat. q. d. miniſtri, prout cui- 5
que dedit Deus. i. eam miniſterij quam voluit partem credidit.

EGO PLANTAVI. Sine miniſterio verbi & Sacramen- 7
tis viuere in Chriſto non poſſumus.

FVNDAMENTVM ENIM ALIVD. Ambr. *Etiam hære-* 11
tici Chriſti nomen præferunt, vt fucum faciant, & ſectæ auctoritatem concilient. Verum ex iis quæ ſuperædificant cognoſcuntur. Chriſtus eſt fabrica huius fundamentum.

AVRVM, ARGENTVM, ſi quis ſuperædificat. i. bonam 12
doctrinam & bona opera, hæc metalla ſignificant. Lignum & ſtipula, minora peccata.

DIES ENIM DOMINI. i. dies iudicij, aut tempus af- 13
flictionis declarabit, quale cuiuſque opus ſit & ſtructura.

SI CVIVS OPVS MANSERIT. Quod opus ſuperædi- 14
ficauit, in eo igne perſtiterit, is mercedem accipiet.

SI CVIVS OPVS ARSERIT. i. fœnum & ſtipulam, 15
euadet quidem ille, ſed accepto eo detrimento, & quaſi igne ambuſtus. Euadet tamen, quia minora ſunt peccata. Multi hunc ignem non iudicij eſſe volunt, nec afflictionis, ſed purgatorij, quo minora peccata purgantur, incolumi qui ea patrauit. Vos templum Dei eſtis.

SI QVIS AVTEM TEMPLVM DEI VIOLAVERIT, 17
DISPERDET. *φθείρει, φθερεῖ*. Paronomaſia. q. d. ſi corrumpit ſ. templum, corrumpet illum Deus.

SAPIENS ESSE IN HOC SÆCVLO ſi quis videtur. i. ſe- 18
cundùm opinionem hominum, is ſtultus fiat.

OMNIA ENIM VESTRA SVNT. Nos miniſtri veſtri 22
ſumus, nemo ergo de ſuo præceptore glorietur. Omnia ſunt propter vos, vos propter Chriſtum, Chriſtus propter Deum. Finis præſtantior eſt iis quæ ad ipſum diriguntur. Non ergo gloriemini de miniſtris.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CARNALIBVS. i. carnis ſenſum adhuc ſequentibus, 1
nondum plenè ſpiritum. PARVVLIS IN CHRISTO. i. in Chriſti myſterijs adhuc rudibus.

ZELVS. i. æmulatio, ſeu inuidia. HOMINEM. i. affe- 3
ctum humanum.

HOMINES. Græc. *carnales*. 4

DEDIT. ſ. ſic miniſtrat. 5

PLANTAVI. ſ. vos in fide. RIGAVIT. ſ. præ- 6
dicatione.

ALIQVID. ſ. ſine Deo. 7

VNVM SVNT. ſ. in Chriſto, cuius negotium a- 8
gunt.

ADIVTORES. Græc. *συνεργοί*, *cooperarij*. 9

FVNDAMENTVM. ſ. primarium. nam ſecun- 11
daria ſunt, vt dicitur Eph. 2. Apoc. 21. Prophetæ & Apoſtoli.

12 AVRVM, &c. per tria priora intelliguntur opera bona, ſeu perfecta: per poſteriora, peccata venialia, ſecundùm Auguſtinum de Fide & oper. cap. 16. Alij ad doctrinam referunt ſolidam, vel vanam prædicatorum.

13 DIES. i. iudicium apertum. IGNE. i. ſeuero Dei examine.

14 MANSERIT. ſ. probatum.

15 ARSERIT. i. punietur. PATIETVR. ſ. qui illud fecit. PER IGNEM. i. ſupplicium, ſ. purgatorij, vbi iuſtorum peccata puniuntur. i. eorum qui hinc cum iuſtitia diſceſſerunt. De inferni igne nihil dixit, quia de iuſtorum operibus loquebatur, vel bonis, vel venialibus.

17 DISPERDET. i. perdet ſupplicio æterno.

18 STVLTVS. ſ. quantum ad hoc ſæculum, cuius iudicio ſtulti ſunt probi viri.

19 SCRIPTVM. ſ. Iob 5. COMPREHENDAM. q. d. eorum aſtutias deprehenſas euertam, ſeu res ſtultas. Græcè, *qui comprehendit.* vt etiam legitur Iob 5.

20 SAPIENTIVM. Nos Pſal. 93. *hominum* legimus, vt eſt Hebr. & Græc.

22 VESTRA. i. ad veſtram ſalutem, à Deo data, ſeu inſeruientia.

23 CHRISTI. ſ. ſerui. DEI. ſ. Filius.

CAPVT IV.

Non temerè iudicandum eſt de Dei miniſtris: reprehenduntur Corinthij qui de miniſtris & acceptis donis gloriabantur, ac ſi illa à ſe haberent, & ſe excellentes contemnebant etiam Apoſtolos, quamquam Paulus illos in Chriſto genuerat: dicit ſe breui venturum Corinthum, quò Pſeudoapoſtolos redarguat.

1 SIc nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, 1.Cor.6.
2 & diſpenſatores myſteriorum Dei. *Hic iam a.4
A quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inue-
3 niatur. *Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis
iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum
4 iudico. *Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non
in hoc iuſtificatus ſum: qui autem iudicat me,
5 Dominus eſt. *Itaque nolite ante tempus iudi-
care, quoadusque veniat Dominus: qui & illu-
minabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit
conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à
6 Deo. *Hæc autem, fratres, transfiguraui in me
B & Apollo, propter vos: vt in nobis diſcatis, ne
ſupra quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum
7 infletur pro alio. *Quis enim te diſcernit? Quid
autem habes quod non accepiſti? Si autem ac-
8 cepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? *Iam
ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis re-
gnatis: & vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum
9 regnemus. *Puto enim quòd Deus nos Apoſto-
los nouiſſimos oſtendit, tamquam morti deſti-
natos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, &
10 Angelis, & hominibus. *Nos ſtulti propter Chri-
C ſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infir-
mi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem
11 ignobiles. *Vſque in hanc horam & eſurimus,
& ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur,
12 & inſtabiles ſumus, *& "laboramus operantes "Act.20.
manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: g.34
13 perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus: *blaſphe- 1.Theſ.2.
mamur, & obſecramus: tamquam purgamenta b.9
huius mundi facti ſumus, omnium peripſema 2.Theſ.3.
14 vſque adhuc. *Non vt confundam vos, hęc ſcri- b.8
15 bo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. *Nã
D ſi decem millia pædagogorũ habeatis in Chri-
ſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu
16 per Euangelium ego vos genui. *Rogo ergo vos,

imita-

imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. * Ideò 17
miſi ad vos Timotheum; qui eſt filius meus
chariſſimus, & fidelis in Domino: qui vos com-
monefaciet vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu,
ſicut vbique in omni Eccleſia doceo. * Tam- 18
quam non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt
quidam. * Veniam autem ad vos citò, ſi Domi- 19
nus voluerit: & cognoſcam non ſermonem eo-
rum qui inflati ſunt, ſed virtutem. * Non enim 20
in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute. * Quid 21
vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate,
& ſpiritu manſuetudinis?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SIC NOS EXISTIMET HOMO. i. quiſque non putet nos eſſe ſalutis auctores, ſed miniſtros. ET DISPENSATORES MYSTERIORVM. i. Sacramentorum, aut arcanorum fidei.

2 HIC IAM QVÆRITVR. q. d. reliquum eſt, vt diſpenſor & miniſter ſit fidelis. Quod ad me ſpectat, iudicia hominum non curo.

3 PRO MINIMO EST, nihil refert. VT A VOBIS IVDICER, AVT AB HVMANO DIE. *Dies Domini* & *humanus dies* opponuntur. Et perinde eſt *iudicari ab humano die*, quod *ab homine*. Sic Syr. aut à quouis homine *diiudicer*, *inquirar*, *examiner* propriè. Sed ferè Expoſitores pro *condemnare*. Quidam etiam pro *approbare*. q. d. nil curo hominum de me laudes.

4 NIHIL ENIM MIHI CONSCIVS SVM. Fieri poteſt, vt peccata lateant. Quòd ſi Paulus nullius ſibi culpę conſcius, de ſua gratia non eſt certus, quid quidam id ſibi arrogant?

5 ANTE TEMPVS IVDICARE nolite. id eſt, condemnare quemquam, vel probare. Nam ſequitur: *Tunc erit laus vnicuique à Deo.*

6 HÆC AVTEM, FRATRES, TRANSFIGVRAVI. Nolui veſtros Doctores, de quibus diſſidetis, nominare; ſed in me & Apollo exemplum poſui, vt monerem, ne quis de Doctore ſuo glorietur.

7 QVIS ENIM TE DISCERNIT? i. præſtantiorem alijs facit? Doctor quiſque quid præ alijs habet?

8 SINE NOBIS REGNATIS. i. dona cæleſtia habetis. Ironicè.

9 APOSTOLOS NOVISSIMOS oſtendit nos Deus. Hoc ſpectat ad calumniam quorumdam, qui Paulum contemnebant, quaſi poſt Apoſtolos veniſſet, nec vidiſſet Dominum. MORTI DESTINATOS. id eſt, ad mortem damnatos. Solebant hominem ſeligere quem mactarent, eiuſque ſanguine gẽtem expiarent. Hunc circumferebant: ideò ait, SPECTACVLVM FACTI SVMVS.

11 INSTABILES SVMVS. i. vagi, ſine lare. Syr. *nec domum ſtabilem habemus.*

13 TAMQVAM PVRGAMENTA. Ambroſ. *Inſtramenta*, nos ſumus quaſi piacula. Alludit ad illum morem expiandi gentem vnius morte. PERIPSEMA. Hæc vox propriè ſignificat ſordes quę aliquid radendo auferuntur. Sed hoc loco præterea *piaculum* ſignificat. Solebant ideò mactare hominem dijs, quem ἀνάθεμα vocabant, de quo Rom. cap. 9. verſ. 2. Solebant etiam in honorẽ Neptuni hominem mergere in mare, qui *peripſema* vocabatur, quaſi cum eo ſordes gentis aut vrbis mergerentur. Referunt id Suidas & Nic. Leonicus de Varia Hiſtor. lib. 3. cap. vlt. Hoc Syr. indicauit cùm vertit: *Stercus mundi facti ſumus & piaculum omnium.*

15 PER EVANGELIVM EGO VOS GENVI. Plato in Sympoſio: *Omnibus eſt immixtum deſiderium generandi ſibi ſimile, viro bono generandi bonum. Sed oportet ſit perfectus in virtute, vt habeat ſemen.* i. verbum efficax. Inde *filij prophetarum* Clem. Strom. 5. Addit Baſil. Homil. 15. deteriores à peccato nominari, bonos à virtutibus, vt *filij perditionis, filij ſapientiæ.*

18 TAMQVAM NON VENTVRVS SIM. Loquitur contra pſeudoapoſtolos qui alebant ea diſſidia, & venturum Paulum negabant ad ea componenda. Veniam tamen

19 VT COGNOSCAM. i. probabo, non ſermonem, SED VIRTVTEM, potentiam. i. dona, quæ à Deo habent, aut habere ſe iactant.

20 REGNVM DEI. i. dona & virtutes, per quas Deus in nobis regnat, non in verbis conſiſtunt.

21 QVID VVLTIS? IN VIRGA VENIAM. Rector contra malos ſe erigit qui in belluas degenerant, in quas ſolas datur homini poteſtas. Geneſ. 9. *Terror veſter ſit ſuper cuncta animantia terræ.* Ceteris qui homines ſunt ſe æqualem putat. 2. ad Corinth. 1. *Non quia dominamur fidei veſtræ.* Sic Greg. in Paſtorali lib. 2. cap. 6.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HOMO. i. quiſque. MYSTERIORVM. i. arcanorum.
2 QVÆRITVR. i. requiritur. INTER DISPENSATORES. Græc. *in diſpenſatoribus.* FIDELIS. i. in diſpenſando.

3 DIE. i. iudicio. ſ. iudicium eſt velut lumen.

4 NIHIL. ſ. mali. IN HOC. i. propterea. IVSTIFICATVS. i. culpa carens.

5 ILLVMINABIT. i. manifeſtabit. TENEBRARVM. pro, tenebris. VNICVIQVE. ſ. iuſto.

6 HÆC. ſ. quæ ſuprà dixi. TRANSFIGVRAVI. i. tranſtuli ſ. quod de aliis dicebatur, retuli quaſi de nobis diceretur, ne quemquam offenderem. NOBIS. i. perſona noſtra. SCRIPTVM. ſ. ſuprà, vbi id reprehendit. VNVS. Græc. *ſapiatis, & vnus.* PRO ALIO. Syr. *propter aliquem.* ſ. qui ſe docuit, aut baptizauit, quaſi ille, excellentior ſit ceteris.

7 DISCERNIT. i. facit excellere, velut ab aliis diſcretum. Græc. *diiudicat.* ſ. iudicio ſuo ſecernendo ab aliis, vt digniorem. ACCEPISTI. ſ. à Deo.

8 SATVRATI. i. pleni bonis. q. d. Ita vos geritis, quaſi nihil iam deſit. Modeſta reprehenſio. REGNATIS. i. videmini vobis regnum adepti. REGNETIS. ſ. verè. REGNEMVS. q. d. nam & mihi id fuerit pro regno, qui veſtra bona mea duco.

9 PVTO ENIM, &c. q. d. ego quidem de me ita ſentio. NOVISSIMOS. i. poſtremos, ſeu abiectos hominum iudicio. OSTENDIT. i. exhibuit. SPECTACVLVM. Græc. θέατρον. ET ANGELIS. pro, id eſt Angelis.

10 IN CHRISTO. ſ. per Chriſtum. NOBILES. i. clari. IGNOBILES. i. obſcuri.

11 INSTABILES. i. non habentes certam ſedem.

12 BENEDICEMVS. i. benè precamur maledicentibus.

13 BLASPHEMAMVR. i. conuitiis afficimur. OBSECRAMVS. i. blandè agimus cum talibus. PVRGAMENTA. i. fæces. PERIPSEMA. i. pannus ſordes tergens. vulgò *ſtraccio* Italicè. q. d. viliſſimum quiddam. Quidam *reiectamentum* vertunt: Hieron. epiſt. 22. *purgamentum.*

14 CONFVNDAM. i. rubore ſuffundam.

15 IN CHRISTO. i. re Chriſtiana.

17 DOMINO. i. Domini negotio. COMMONEFACIET. i. docebit, ſeu in mentem reducet. CHRISTO. i. Chriſti negotio. ſ. promouendo.

19 COGNOSCAM. i. explorabo. VIRTVTEM. i. efficaciam. q. d. quid poſſint.

20 VIRTVTE. i. vi quæ in operibus demonſtratur.

21 IN VIRGA. i. cum caſtigatione, ſeu ſeueritate.

CAPVT V.

Corinthios reprehendit, quòd in inceſtu publicè viuentem tolerarent; quem abſens tradit ſatanæ, monens vt expurgato vitiorum fermento, puri Paſcha celebrent: nec vult eos commiſceri Chriſtianis palàm criminoſis.

1 OMnino auditur inter vos fornicatio, & ta- Leu. 18.
A lis fornicatio, qualis nec inter Gentes, b. 12 & 20. b. 11
2 ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. * Et vos
inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis vt
tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. Coloſſ. 2. a. 5.
3 * Ego quidem abſens corpore, præſens autem

 ſpiritu,

ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum, qui ſic o-
peratus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chri- 4
ſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtu- B
te Domini noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi ſata- 5
næ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in
die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona 6
gloriatio veſtra. [a] Neſcitis quia modicum fer-
mentum totam maſſam corrumpit? Expurga- 7
te vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, C
ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum im-
molatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur; non in 8
fermento veteri, neque in fermento malitiæ &
nequitiæ: ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.
Scripſi vobis in epiſtola: Ne commiſceamini 9
fornicariis. non vtique fornicariis huius mun- 10
di, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruienti-
bus: alioquin debueratis de hoc mundo exiiſſe.
Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri; ſi 11
is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut aua- D
rus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut e-
brioſus, aut rapax: cum eiuſmodi nec cibum
ſumere. Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt, 12
iudicare? Nonne de iis, qui intus ſunt, vos iudi-
catis? nam eos, qui foris ſunt, Deus iudicabit. 13
Auferte malum ex vobiſipſis.

[a] Gal. 5. b. 9

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OMNINO AVDITVR, fama volat. FORNICATIO. i. quòd ſit fornicatio inter vos. De Corinthiorum luxu multa Prouerbia, vt illud: *Illum non indignatur Corinthijs.* vim *Corinthiari*, de eo qui luxui eſt deditus. Eòdem ſpectat: *Non cuiuis homini datur adire Corinthum.* VT VXOREM, ſiue *concubinam.* Vtrumque ſignificat γυνή. Et vtrumque vetitum Leuit. 8. v. 8. ad vxorem & concubinam patris accedere.

2 ET VOS INFLATI ESTIS, propter contentiones ſuperiùs dictas. ET NON MAGIS LVCTVM HABVISTIS. Atrocis criminis religio, quæ ſontis ſupplicio & populi lacrymis expianda eſt.

4 IN NOMINE DOMINI, inuocato Chriſti nomine.

5 TRADERE. Iudicaui excommunicare. IN INTERITVM CARNIS. i. vt delictum interea hoc pudore, aut vt corpus à diabolo affligatur. Verùm quomodo hominem ſine admonitione, neque contumacem excommunicat? Certè nulla hìc admonitio præceſſiſſe videtur. Quæſtio implexa, an id fieri poſſit; ſed quæ pēdet ex alia, An mortui poſſint excommunicari. Liber de Imagin. nomine Caroli Magni 2. c. 31. negat, idque Anaſtaſij Papæ teſtimonio producto. Contra Synodus V. Generalis, vt Origenem damnaret, id fieri poſſe decreuit. Aſſenſit Vigilius Pontifex, qui Conſtantinopoli tunc erat. non ſolum probans alia acta eius Synodi, ſed nominatim Origenem damnauit, vt Caſſiodorus ait lib. de Diuin. lect. c. 1. Ego dicam ex natura rei id poſſe fieri, excommunicari non monitum & mortuum; ſed ex conſuetudine quæ vim legis habet, id vetari. Fauent & Iura huic ſententiæ cap. Sacros. cap. Contingit. 2. de Sent. excomm.

6 NON EST BONA iactantia, qua dicitis: Ego ſum Pauli, MODICVM FERMENTVM TOTAM MASSAM CORRVMPIT. Syr. *fermentat.* Ζυμοῖ vtrumque ſignificat, *fermentare* & *corrumpere*; verùm poſterior ſignificatio propoſito magis congruit.

7 EXPVRGATE VETVS FERMENTVM. i. prauam eius hominis vitam, eumque remouete. VT SITIS NOVA CONSPERSIO. i. maſſa noua, vitæ nouitate. SICVT ESTIS AZYMI. pro, ſicut eſſe debetis. Alludit ad Paſchæ ritum, quo azyma comedebant. PASCHA NOSTRVM. Si Chriſtus eſt immolatus, azymis vtamur, ſinceritate.

9 SCRIPSI VOBIS IN EPISTOLA. Num hac priorem aliam illis epiſtolam ſcripſit, quæ perierit? non ſatis conſtat. Plures epiſtolas ſcripſiſſe præter eas quæ ſunt in Canone, dubium non eſt.

12 QVID ENIM MIHI DE IIS, QVI FORIS SVNT Diſciplina Eccleſiæ non ſe extendit ad externos.

13 AVFERTE MALVM. τὸν πονηρὸν, *hominem ſceleſtum.* EX VOBISIPSIS. i. è medio veſtri, è veſtro conſortio pellite eum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 INFLATI. q. d. ſtudetis ſuperbiæ interim. Alludit ad ea quæ dixit cap. 1. & 4. de eorum contentione & inflatione. TOLLATVR. ſ. per excommunicationem.

3 IVDICAVI i. decreui. Syr. *condemnaui.*

4 NOMINE. i. auctoritate. CONGREGATIS. Vult illum publicè declarari excommunicatum. SPIRITV. ſ. per hoc decretum. CVM VIRTVTE. i. per poteſtatem.

5 TRADERE. ſ. per excommunicationem. Syr. *vt tradatis.* INTERITVM Græc. ὄλεθρον. i. *perniciem*, ſeu *calamitatem.* ſ. cruciabat dæmon excommunicatos. DIE. ſ. iudicij. Videtur autem intelligendum particulare quod fit in morte.

6 GLORIATIO. ſ. in hominibus, de qua ſuprà. CORRVMPIT Græc. *fermentat.* q. d. inficit ille veſtram congregationem ſuo peccato.

7 VETVS. i. hominis veteris. FERMENTVM. i. peccatum. ſ. illius fornicarij. CONSPERSIO. i. maſſa. SICVT ESTIS, &c. i. vt par eſt eos qui ſunt profeſſione azymi. i. ſinceri, & abſque peccati fermento.

8 EPVLEMVR. i. feſtum agamus. NEQVE IN, &c. *in*, pro, cum. eſt verò explicatio præcedentis. AZYMIS. ſ. in epulis Paſchalibus Iudæi azymis veſcebantur.

9 SCRIPSI. ſ. ſuprà. Quidam putant citare epiſtolam aliam quæ non extet. COMMISCEAMINI. i. conuerſemini.

10 EXIISSE. ſ. quia aliter non poſſetis non conuerſari cum talibus, quibus plenus mundus.

11 FRATER. i. Chriſtianus. NOMINATVR. i. habetur. MALEDICVS. i. conuitiator. SVMERE. ſ. cùm manifeſtum eſt eſſe tales, quod vulgò dicitur *notorium.*

12 MIHI. i. ad me pertinet.

13 FORIS. i. extra Eccleſiam. MALVM. ſ. hominem. τὸν πονηρόν.

CAPVT VI.

Corripit eos quod iudicio contenderent coram iudice ethnico; enumerans quædam peccata, quibus inuoluti regnum Dei non poſſidebunt: quædam licere dicit quæ non expediant: & varias ob cauſas oſtendit vitandam fornicationem.

1 AVdet aliquis veſtrûm habens negotium
A aduerſus alterum, iudicari apud iniquos,
2 & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſan-
cti de hoc mundo iudicabunt? & ſi in vobis iu-
dicabitur mundus, indigni eſtis qui de mini-
3 mis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudi-
4 cabimus? quantò magis ſæcularia? Sæcularia
igitur iudicia ſi habueritis: contemptibiles qui
ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicādum.
5 Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt in-
ter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare in-
6 ter fratrem ſuum? Sed frater cum fratre iudi-
7 cio contendit: & hoc apud infideles? [b] Iam
B quidem omnino delictum eſt in vobis, quòd
iudicia habetis inter vos. Quare non magis in-
iuriam accipitis? quare non magis fraudem pa-
8 timini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis:
9 & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnū
Dei non poſſidebunt? Nolite errare: Neque
fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adul-
10 teri, neque molles, neque maſculorum concu-
bitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi,
neque maledici, neque rapaces, regnū Dei poſ-

[b] Matth. 5. f. 39 Luc. 6. e. 29 Rom. 12. d. 17 1. Theſſ. 4. b. 6

ſidebunt.* Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti e- 11
ſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, in no- C
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu
Dei noſtri.* Omnia mihi licent, ſed non om- 12
nia expediunt: Omnia mihi licent, ſed ego ſub
nullius redigar poteſtate.* Eſca ventri, & ven- 13
ter eſcis: Deus autem & hunc & has deſtruet:
corpus autem non fornicationi, ſed Domino: &
Dominus corpori.* Deus verò & Dominum 14
ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.
* Neſcitis quoniá corpora veſtra membra ſunt 15
Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam
membra meretricis? Abſit.* An neſcitis quo- 16
niam qui adhæret meretrici, vnum corpus effi- D
citur? ᵃ Erunt enim (inquit) duo in carne vna.
* Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. 17
* Fugite fornicationem. Omne peccatú, quod- 18
cumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui au-
tem fornicatur, in corpus ſuum peccat.* An ne- 19
ſcitis quoniam ᵇ membra veſtra, templum ſunt
Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à
Deo, & non eſtis veſtri?* ᶜ Empti enim eſtis pre- 20
tio magno. Glorificate & portate Deum in
corpore veſtro.

ᵃ *Geneſ.* 2. *d.* 24. *Matth.* 19. *a.* 5. *Marc.* 10. *a.* 8. *Epheſ.* 5. *g* 31. ᵇ *Sup.* 3. *d* 17. 2. *Cor.* 6. *c.* 16. ᶜ *Inf.* 7. *d.* 23. 1. *Pet.* 1. *d.* 18.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AVDET. In hoc cap. reprehendit litigantes ac for- 1
nicarios; ac culpat eos, præſertim qui ad iudices
infideles recurrebant.

ANGELOS IVDICABIMVS. i. dæmones iudicabimus 3
per contrariam vitam. QVANTO MAGIS SÆCVLA-
RIA βιωτικά. i. *quæ ad vitam pertinent*, pecunia, victus.
Ea ſuperiùs *minima* vocauit.

AD VERECVNDIAM. i. vt vos pudefaciam dico; vt 5
contemptibiles conſtituatis ad iudicandum, alioqui ſa-
pientes ſunt inter vos qui id præſtent.

DELICTVM EST IN VOBIS. Non reſpondetis pro- 7
feſſioni & modeſtiæ cùm inter vos litigatis. QVARE
NON MAGIS INIVRIAM ACCIPITIS? Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον
ἀδικεῖσθε; Menander: Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία, ὅστις
ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν. Notum & illud: Οὐδὲν
πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ. *Nil graue es paſſus, niſi tibi
vendicas.*

SED VOS INIVRIAM FACITIS. Vos eſtis 8
iniqui in fratres. Cùm iniqui regnum Dei obtine-
bunt, quos ſigillatim recenſet, fornicarios, idololatras,
alios.

OMNIA MIHI LICENT, SED NON OMNIA EXPE- 12
DIVNT, &c. Gotth. *Omnia mihi licent, ſed non omnia ædi-
ficant: omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Rectè
quod addit, ſi aliquo alio codice iuuaretur, ſed id huc
tranſtulit ex cap. 10. verſ. 23. Senſus: Vt maximè li-
ceret mihi litigare coram infideli, non expedit ta-
men, nec ego volo ſub illius infidelis eſſe poteſtate.
ſic Anſelmus & S. Thomas, quam expoſitionem præ-
fero alijs.

ESCA VENTRI. Hoc dicit, quoniam lites erant de ijs 13
quæ ad vitam pertinent de victu. Ventrem & eſcas con-
temnendas docet. HAS DESTRVET. Gotth. *hæc*, ſed
eſſet Græca conſtructio. βρώματα ταῦτα, genere neutro.
Verùm *eſcæ* vox Latina poſtulat, vt dicatur *has*. Venter
proximus eſt genitalibus; ideò hac occaſione in forni-
cationem rurſus inuehitur. CORPVS AVTEM NON
FORNICATIONI, ſ. ſeruire debet.

DVO IN CARNE VNA. Græc. *in carnem vnam*. i. vna 16
caro, quaſi corpus vnum, fiunt meretrix & qui ad eam
accedit. Quod de Adami coniugio dictum eſt, tranſ-
fert ad fornicationem.

IN CORPVS SVVM PECCAT. Qui fornicatur, igno- 18
minia illud afficit, quod non contingit in alijs pecca-
tis, corpus peccantis non fœdant.

19 NON ESTIS VESTRI. *Veſtri ipſorum* in genitiuo
Syr. *non eſtis veſtri iuris.*
20 PORTATE DEVM. i. exteriùs declarate hominibu[s]
veſtram profeſſionem. Græc. *glorificate ergo Deum in
corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.* ſic
etiam Syr. Noſter Græca ſic habuit: Δοξάσατε καὶ βαστάσα-
τε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NEGOTIVM. i. litem. INIQVOS. i. infideles. SAN-
CTOS. i. fideles.
2 IN VOBIS. i. per vos. INDIGNI ESTIS QVI. pro, in-
dignum eſt vt.
3 ANGELOS. ſ. malos.
4 SÆCVLARIA. i. de rebus huius vitæ, ſeu temporali-
bus. Græc. βιωτικά. CONTEMPTIBILES. i. viles. q. d. om-
nium infimos.
5 AD VERECVNDIAM, &c. q. d. non id dico, quòd tales
velim iudicare, ſed vt pudeat vos, qui Gentiles aditis,
quaſi nemo ſit inter vos qui poſſit lites dirimere: præ-
ſtat quidem vel ex vilibus aliquem Iudicem facere
quàm illos adire in cauſis. FRATREM SVVM. pro
fratres ſuos.
6 INFIDELES. ſ. iudices.
7 IAM QVIDEM, &c. q. d. quamquam culpa non caret
quòd litigatis. ſ. erat illo tempore nonnullum ſcanda-
lum, & uti videbantur etiam ex cupiditate litigare.
IVDICIA. i. lites. ACCIPITIS. i. patimini. FRAVDEM.
Græc *damnum.*
8 FRAVDATIS. Græc. *damno afficitis.*
10 MOLLES. ſ. qui ſoli per ſe impudicè peccant. MA-
LEDICI. i. conuitiatores, ſeu qui aliis malè pre-
cantur.
11 QVIDAM. ſ. ex vobis. IN NOMINE. ſ. baptizati. IN
SPIRITV. i. per gratiam, vel in nomine Spiritus ſancti, in
quo etiam Baptiſmus datur.
12 OMNIA, &c. pro, vt omnia mihi liceant. vel q. d. Non
omnia quæ licent expediunt. POTESTATE. ſ. inordi-
natè, vt gulæ, de hac enim loqui incipit.
13 VENTRI. ſ. debetur, daturque licitè. ESCIS. ſ. deſti-
natus, ſeu ſubiectus. DESTRVET. ſ. quantum ad
vſum edendi, qui tandem ceſſabit. FORNICATIONI.
ſ. ſeruire debet. CORPORI. ſ. prouidebit, ſeu dabi[t]
præmium ſuum, vt ſtatim explicatur; vel imperare
debet.
16 IN CARNE VNA. pro, in carnem vnam. i. velut vna
caro, ſeu vnus homo.
17 VNVS SPIRITVS. i. vnum ſpiritu. ſ. cum Deo.
18 OMNE. ſ. aliud. ſ. ferè. IN CORPVS. ſ. illud turpiter
tractando.
20 CORPORE VESTRO. Hîc Græc. & Syr. additur, *& in
ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.*

CAPVT VII.

*Corinthios inſtruit de matrimonio, eiuſque vſu & indiſ-
ſolubili vinculo, innuptis commendans cælibatum: &
quomodo fidelis cum coniuge infideli ſe habere debeat
quodque vnuſquiſque in quo vitæ ſtatu ad fidem voca-
tus eſt, permaneat: virginitatem matrimonio præfert
vxorem mortuo marito liberam dicens, vt cui velit in
Domino nubat.*

1 DE quibus autem ſcripſiſtis mihi: Bonum
2 eſt homini mulierem non tangere:* pro-
A pter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam
vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum ha-
3 beat.* ᵃ Vxori vir debitum reddat: ſimiliter au-
4 tem & vxor viro.* Mulier ſui corporis poteſta-
tem non habet, ſed vir. Similiter autem & vi[r]
ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.
5 * Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſen-
ſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterùm re-
uertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas pro-
6 pter incontinentiam veſtram.* Hoc autem d[...]

co ſecundùm indulgẽtiam, non ſecundùm im-
perium. * Volo enim omnes vos eſſe ſicut me- 7
ipſum : ſed vnuſquiſq; propri ú donú habet ex B
Deo: alius quidẽ ſic, alius verò ſic. * Dico autem 8
non nuptis, & viduis : bonum eſt illis ſi ſic per-
maneant, ſicut & ego. * Quòd ſi non ſe conti- 9
nent; nubant. Melius eſt enim nubere, quàm
vri. * Iis autem, qui matrimonio iuncti ſunt, 10
" Matth.5.c.32.& 19.b.9 Marc.10.b.9. Luc.16.d.18. præcipio non ego, ſed Dominus, " vxorem à
viro non diſcedere: * quòd ſi diſceſſerit, manere 11
innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxo-
rem non dimittat. * Nam ceteris ego dico, non 12
Dominus. Si quis frater vxorem habet infide-
lem, & hæc conſentit habitare cum illo, non
dimittat illam. * Et ſi qua mulier fidelis habet 13
virum infidelem, & hic conſentit habitare cum
illa, non dimittat virum: * ſanctificatus eſt enim 14
vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctifica- C
ta eſt mulier infidelis per virum fidelem : alio-
quin filij veſtri immũdi eſſent, nunc autẽ ſancti
ſunt. * Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non e- 15
nim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in hu-
iuſmodi : in pace autẽ vocauit nos Deus. * Vnde 16
enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies ? aut
vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies ? * niſi 17
vnicuique ſicut diuiſit Dominus, vnumquem-
que ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut in
omnibus Eccleſiis doceo. * Circumciſus aliquis 18
vocatus eſt ? non adducat præputium. In præ- D
putio aliquis vocatus eſt ? non circumcidatur.
* Circumſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: 19
" Ephes.4.a.1. ſed obſeruatio mandatorum Dei. * " Vnuſquiſ- 20
que in qua vocatione vocatus eſt, in ea perma-
neat. * Seruus vocatus es ? non ſit tibi curæ : ſed 21
& ſi potes fieri liber, magis vtere. * Qui enim in 22
Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domi-
ni: ſimiliter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chri-
" Sup.6.d.20. 1.Pet.1.d.18. ſti. * " Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui homi- 23
num. * Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, fratres, 24
in hoc permaneat apud Deum. * De virginibus E
autem præceptum Domini non habeo : conſi- 25
lium autem do, tamquam miſericordiam con-
ſecutus à Domino, vt ſim fidelis. * Exiſtimo 26
ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſ-
ſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe.
* Alligatus es vxori ? noli quærere ſolutionem. 27
Solutus es ab vxore ? noli quærere vxorem. * Si 28
autem acceperis vxorem: non peccaſti. Et ſi nu-
pſerit virgo, non peccauit. tribulationem tamen
carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis
parco. * Hoc itaque dico, fratres: Tempus bre- 29
ue eſt : reliquum eſt, vt & qui habent vxores,
tamquam non habentes ſint: * & qui flent, tam- 30
quam non flentes : & qui gaudent, tamquam
non gaudentes: & qui emunt, tamquam non
poſſidentes: * & qui vtuntur hoc mundo, tam- 31
quam non vtantur : præterit enim figura huius F
mundi. * Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. 32
Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini
ſunt, quomodo placeat Deo. * Qui autem cum 33
vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomo-
do placeat vxori, & diuiſus eſt. * Et mulier innu- 34
pta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt; vt ſit ſan-
cta corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt,
cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat vi-
ro. * Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico: non 35
vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id, quod ho-
neſtum eſt, & quod facultatem prębeat ſine im-
36 pedimento Dominum obſecrandi. * Si quis au-
G tem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine
ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri :
37 quod vult faciat : non peccat, ſi nubat. * Nam
qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens ne-
ceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ vo-
luntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare
38 virginem ſuam, benè facit. * Igitur & qui ma-
trimonio iungit virginem ſuam, benè facit :
39 & qui non iungit, melius facit. * " Mulier " Rom.7.a.2.
alligata eſt legi quanto tempore vir eius vi-
uit. quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt :
40 cui vult nubat : tantùm in Domino. * Beatior
autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundùm meum
conſilium : puto autem quòd & ego Spiritum
Dei habeam.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DE QVIBVS AVTEM SCRIPSISTIS. Quædam rogarant Corinthij de matrimonio & virginitate. Ad illa nunc reſpondet. BONVM EST HOMINI MVLIEREM NON TANGERE, ſiue ab vxore ſeparetur quis ex conſenſu, ſiue in cælibatu maneat. *Bonum*. i. melius eſt à muliere abſtinere. Quiſque tamen

2 SVAM VXOREM HABEAT. Aut vxorem ducat, aut quam habet, non relinquat. Dicebant pſeudoapoſtoli, poſt Baptiſmum relinquendas vxores. Niſi ex conſenſu.

5 VT VACETIS ORATIONI. Græc. & Syr. *ieiunio & orationi*.

6 SECVNDVM INDVLGENTIAM hoc dico; non eſt præceptum reuerti ad vſum, quia poterant ex conſenſu totam vitam abſtinere. Aut referatur ad illud : *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat*. i. ducat.

7 SICVT MEIPSVM vellem eſſe omnes. i. cælibes. Sic plerique Expoſitores hìc, Epiphanius Hær. 78. Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium, Paulum cælibem fuiſſe aiunt.

9 MELIVS EST ENIM NVBERE, QVAM VRI libidinis igne. De ſolutis loquitur, non de ſacris Virginibus, quæ iam Chriſto nupſerunt. Ambroſius ad Virginem lapſam, cap. 5. *Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Ceterùm quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit, iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro : & iam ſi voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.*

11 MANERE INNVPTAM, ſi vxor à viro diſceſſerit. Vides coniugium ſolui non poſſe vmquam.

12 NAM CETERIS EGO DICO. Rogarant, cùm alter coniugum tantùm conuertitur, quid eſſet faciendum. Reſpondet, de ea re non habere præceptum Domini, ipſum autem conſtituere, quid facto opus ſit. Vides, inter Apoſtolica præcepta quædam eſſe humana, quæ mutari poſſunt, aut veniâ emolliri. Sanè quod hìc Paulus conſtituit, ne fidelis ab infideli coniuge diſcedat, Concilio Toletano IV. reuocatum eſt. Aut ſit conſilium, vt alij volunt; non moror.

14 PER MVLIEREM FIDELEM ſanctificatur vir. Græc. *in muliere fideli*. ſic Gotth. ſed *in* ſumitur pro *per*. Verùm, quomodo infidelis ſanctificatur ? nempe, vt coniugium inter eos ſit ſanctum & legitimum. ALIOQVIN FILII VESTRI IMMVNDI ESSENT. i. ſi coniugium non ſtaret, filij ſpurij eſſent. NVNC AVTEM SANCTI SVNT. i. ſanciti, ſecundùm leges legitimi ſunt.

15 IN PACE. i. ad pacem vocauit nos Deus. Ita ſi coniux infidelis vult diſcedere, abeat.

16 VNDE ENIM SCIS. Hoc ad illud referatur, *non dimittat virum*.

17 VNICVIQVE SICVT DIVISIT. q. d. conditionem non mutat Baptiſmus, ſeruus manet ſeruus, ſic & vxoratus, ſic de alijs.

18 NON ADDVCAT PRÆPVTIVM. Solebant pellen: membri extendere inſtrumento, quod dicebatur *ſpathеſter*, vt ait Epiphanius de Pond. & menſ. tum 1. Mach. 1. verſ. 16. id ſignificatur cùm ait, *Fecerunt ſibi præputia*.

22 LIBERTVS EST DOMINI ſeruus.i.ab eo manu miſſus,& à peccato liber.

25 DE VIRGINIBVS. Rogarant etiam, An liceret virgines nuptui dare. Reſpondet, Præceptum de hoc non habeo, conſilium do. CONSILIVM AVTEM DO. γνώμην. Damaſcenus lib. 3. de Fide Orthod.cap. 14. ait eam vocem aliquando ſignificare *exhortationem*, vt hoc loco; aliquando *conſilium*. *Super populum tuum malignauerunt conſilium*; Pſal. 81. verſ. 4. Aliquando *decretum*, ſeu *ſententiam*; Dan. 2. verſ. 15. *Tam crudelis ſententia à facie Regis*. Tum *fidem*, *opinionem*, multa alia, ſed exempla non affert. TAMQVAM MISERICORDIAM, id eſt, pro ratione Apoſtolici muneris mihi crediti.

26 PROPTER INSTANTEM NECESSITATEM, id eſt, moleſtias matrimonij, de quibus plura diximus lib. 1. de Morte & immortalit. cap. 2. Aut propter perſecutiones & fugas. SIC ESSE. i. in ſuo quemque manere ſtatu melius eſt, tam vxoratos, quàm cælibes.

28 VOBIS PARCO, ſeu *miſereor*, φείδομαι, cùm videam vos his moleſtijs implicari. ſ. matrimonij, quę magnæ ſunt.

31 QVI VTVNTVR HOC MVNDO. Græca *vtentes hoc mundo, quaſi non abutentes*. Baſilius in Regul. breu. num. 69 legit, *tamquam vtentes hoc mundo, non tamquam abutentes*. Græca paulò aliter quàm modò ſunt habuit, pro καὶ οἱ χρώμενοι, ipſe legit καὶ ὡς χρώμενοι. PRÆTERIT ENIM FIGVRA, ſpecies, omnia ſunt caduca. Aut ſic: Cæli & terræ natura perpetua eſt, ſtatus & figura in mundi fine mutantur: Gregorius 17. Moral. cap. 5.

33 ET DIVISVS EST. Græc. *Diuiſa eſt mulier & virgo; innupta curat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu; nupta autem curat quæ ſunt mundi*. Sic prorſus Syr. quamuis alijs verbis. ſic Hieronymus citat, 1. cont. Iouinian. contra Heluid. & ad Euſtoch. Ita in noſtra lectione puncta ſunt mutanda, & pro *diuiſus eſt*, legendum *diuiſa eſt*; tum poſt *virgo*, addendum *innupta*. Aut noſtra retinenda, quæ in aliquibus Græcis codicibus eſt. ſic Ambroſius legit initio lib. de Viduis, & alij antiqui; tum Hieronymus 1. contra Iouin. hanc Græco cod lectionem fuiſſe ſuo tempore ait, eamque alteri præfert.

35 NON VT LAQVEVM. i. vos implicem aliquo peccato, à coniugio dehortor, vel non, vt ligem vos; nemo enim inuitum lege caſtitatis ligare poteſt: ſed ad id hortor, quod facultatem præbeat DOMINVM OBSECRANDI. Louan. *obſeruandi*. Gregorius 3. Paſt. n. 38. *Domino obſeruiendi*. Græc. nihil horum, & omnia tamen admittit; ait enim: *Ad id quod honeſtum eſt, & adhæreat Deo indiſtractè*. ſ. precibus aut obſequio.

36 SI QVIS AVTEM, pater, aut virginis curator de ſua virgine erubeſcit, QVOD SIT SVPERADVLTA. ὑπέρακμος, *vltra pubertatem*. ſic Ambroſius. Porrò ἀκμὴ eſt τέλος τῆς αὐξήσεως, vigorque qui hominibus in iuuenta contingit. Loquitur ergo de virgine pubertatis annos tranſgreſſa, quam noſter *ſuperadultam* dixit. Heſiodus in Oper. ad nuptias feminæ quindecim annos deſignat, Ariſtoteles octodecim, Plato viginti. Epictetus duodecim ſufficere putat, cùm pubeſcere, & domina vocari incipit.

37 POTESTATEM AVTEM HABENS, nempe quia virgo ipſa conſentit permanere in cælibatu, benè facit, ſi eam ſeruet in eo ſtatu.

38 MVLIER ALLIGATA EST. Agit poſtremò de viduis. NVBAT, ſi non ſe continet. TANTVM IN DOMINO. pro, modò id fiat in Domino. i. fideli. Coniugia cum infidelibus infauſta ſunt & irrita: Epiphanius Hęr. 59. *In Domino*. i. non in ſcortatione, non in adulterio, non in clandeſtinis nuptijs.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MIHI. ſ. reſpondeo quod ſequitur. BONVM ES[T] pro, melius eſt.

2 FORNICATIONEM. ſ. vitandam. HABEAT. i. pote[ſt] ducere, vel ducta vti.

3 DEBITVM. i. copulam à coniuge petitam.

4 MVLIER. i. vxor. SVI CORPORIS. i. membroru[m] quibus peragitur concubitus: Auguſt. 5. cont. Iulia[n]. NON HABET. ſ. ſola, vel ſolus. SED. pro, ſed etia[m] quaſi dicat, poteſt coniux debitum petere, debetque a[l]ter reddere.

5 FRAVDARE. i. debitum ſubtrahere. ORATION[I] Græc. & Syr. *ieiunio & orationi*. IDIPSVM. i. cop[u]lam. PROPTER. pro, per.

6 HOC. ſ. de repetenda copula.

7 SICVT MEIPSVM. i. continentes: Auguſt. lib. [de] Grat. & lib. arb. i. in perpetua caſtitate viuere: Hiero[n.] epiſt. 14. & 22.

8 BONVM. i. melius: Auguſt. lib. de Bono vidu[it.] SICVT ET EGO ſ. in totum abſtinere. Syr. *ſicut ſ[um in]* *puritate*.

9 NVBANT. niſi continentiam vouiſſent: Auguſt. li[b.] de Bono viduit. NVBERE. Græc. γαμῆσαι. i. *matrimon[io]* *iungi*. VRI. i. fornicari: Hieron. epiſt. 50. Auguſt. li[b.] ad Virg. lapſ.

10 NON EGO. q.d. non eſt id præceptum humanum, ſ[ed] diuinum. DISCEDERE. ſ. ſine iuſta cauſa.

11 DISCESSERIT. ſ. cum cauſa iuſta.

12 DICO. i. *præcipio*. Hebr. NON DOMINV[S] ſ. præcipit. quaſi dicat, præceptum eſt humanu[m] non diuinum. FRATER. i. Chriſtianus. CONSE[N]TIT. i. vult.

14 SANCTIFICATIS. ſ. quantum ad matrimonium. v[el] quaſi dicat, fit interdum vt conuertatur ad fide[m.] SANCTI. i. Chriſtiani. ſ. opera fidelis parentis baptiza[ti] vel q.d. ſunt legitimè nati. Syr. *mundi*.

15 DISCEDIT. ſ. nolens cum fideli habitare. SERVIT[VTI SVBIEC]TI. ſ. vt non habeat illo diſcedente libertatem cum alt[e]ro contrahendi. IN PACE. pro, ad pacem i. vt paci[fi]cè viuamus, & quietè. quaſi dicat, non debet ea r[es] pacem turbare.

16 VNDE. Græc. *quid*. poteſt autem id referri vel ad ſ[u]periora, vel ad proximè dicta.

17 NISI. pro, verùm. Syr. *ſed*. DIVISIT. ſ. dona ſu[a.] q.d. agat verò quiſque ſecundùm talentum ſibi cred[i]tum, & vocationem ſuam. Videtur autem id ad ſequen[]tia pertinere. SICVT. lege, *ſic*. DOCEO. Græc. *ordin[o].* Syr. *præcipio*.

18 ADDVCAT. i. reducere conetur. ſ. arte, ſeu medic[a]mento aliquo. Gręc. *attrahat*. Vide Epiph. lib. de Me[n]ſur. qui hunc quorumdam morem fuiſſe refert. Sy[r.] *reuertatur ad præputium*. i. Gentilitatem. IN PRÆP[V]TIO. i. Gentilis.

19 NIHIL EST. i. nihil prodeſt ad ſalutem.

20 VOCATIONE. i. vitæ conditione.

21 CVRÆ. q. d. ne tibi moleſtum ſit. MAGIS. i. p[o]tiùs. VTERE. ſ. ſeruitute, ob maiorem humilitate[m] & patientiam.

22 IN DOMINO. pro, ad Dominum, ſeu Domini fide[m.] LIBERTVS. i. è ſeruo liber factus.

23 SERVI. i. eis addicti, ſeu propter ipſos ſeruientes, ſ[ed] propter Deum.

24 APVD DEVM. i. Deo ſeruiens.

25 VIRGINIBVS. i. ſeruanda virginitate. FIDELIS. ſ. [in] Apoſtolico munere, & poſſim docere ſalutaria.

26 INSTANTEM. i. præſentem. NECESSITATEM. i. mo[]leſtiam quam coniugium adfert, & ſolicitudines do[]meſticas, &c. vel neceſſitatem breui moriendi, de qu[a] infrà.

28 TRIBVLATIONEM, &c. i. moleſtias & incommo[da] multa coniugij. PARCO. ſ. permittens coniugiu[m] *parcere*. pro, ſinere, ſeu omittere.

31 NON VTANTVR. ſ. non diligant: Auguſt. FIGVR[A.] i. habitus, ſeu ſtatus.

Qvæ pro, de iis quæ. 32

Divisvs. ſ. mente & cura. 33

Sancta. i. ſanctior, nam & coniugati ſancti: Auguſt. lib. de Bono viduit. 34

Laqvevm, &c. i. cogam vos continere: Auguſt. & Hieron. Ad id. ſ. horror. Honestvm. i. honeſtius: Auguſt. lib. de Bono viduit. Impedimento. Græc. *diſtractione*. Dominvm obsecrandi. Græca poſſunt verti, *Domino adhærendi*. 35

Tvrpem se. pro, agere ſe indecorè, ſeu rem reprehenſibilem. Syr. ſic reddidit. *Si quis ſe putat deſpicatui haberi, ob virginem ſuam, quod prætereat tempus eius, nec dederit eam viro, congruum eſt vt det, quod vult*, &c. Oportet. pro, videatur oportere. Nvbat. pro, nuptum det, ſeu detur illa. 36

Necessitatem. i. aliquid cogens. Svæ volvntatis. i. faciendi de virgine ſua quod velit. ſ. quia illa ſeci commiſit. Ivdicavit. i. ſtatuit. 37

In Domino. i. Chriſtiano: Hieron & Auguſt. 39

Beatior. ſ. in futuro ſæculo: Ambroſ. Sic. ſ. innupta. 40

CAPVT VIII.

Quamquam idolothytis veſci non ſit ex ſe illicitum, cùm idolum nullius ſit efficaciæ aut poteſtatis, non ſunt tamen illa edenda aut repugnante conſcientia, aut cum infirmorum offendiculo: neque ea edere, aut non edere, hominem efficit meliorem.

DE iis autem, quæ idolis ſacrificantur, ſcimus 1
quia omnes ſcientiam habemus. Scientia A
inflat, charitas verò ædificat. * Si quis autem ſe 2
exiſtimat ſcire aliquid, nondũ cognouit quem-
admodum oporteat eum ſcire. * Si quis autem 3
diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo. * De eſcis 4
autem, quæ idolis immolantur, ſcimus, quia B
nihil eſt idolum in mundo, & quòd nullus eſt
Deus, niſi vnus. * Nam etſi ſunt qui dican- 5
tur dij, ſiue in cælo, ſiue in terra (ſiquidem
ſunt dij multi, & domini multi:) * nobis ta- 6
men vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos
in illum: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per
quem omnia, & nos per ipſum. * Sed non in 7
omnibus eſt ſcientia. Quidam autem cum con- C
ſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum
manducant: & conſcientia ipſorum cùm ſit in-
firma, polluitur. * Eſca autem nos non com- 8
mendat Deo. Neque enim ſi manducaueri-
mus, abundabimus: neque ſi non manducaue-
rimus, deficiemus. * Videte autem ne fortè hæc 9
licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. * Si 10
enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam, in D
idolio recumbentem: nónne conſciéntia eius,
cùm ſit infirma, ędificabitur ad manducandum
idolothyta? *[a] Et peribit infirmus in tua ſcientia 11
frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? * Sic 12
autem peccantes in fratres, & percutientes con-
ſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum pec-
catis. *[b] Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem 13
meum: non manducabo carnem in æternum,
ne fratrem meum ſcandalizem.

[a] Rom. 14. c. 15.

[b] Rom. 14. d. 21.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 De iis avtem, qvæ idolis. Hoc capite ſolùm affert rationem cur immolata idolis comedere non liceat, nempe propter conſcientiam. Addit deinde ſcandalum; vt videatur concedere id fieri licitè, cùm remoto ſcandalo quis ſibi id licere putat. Verùm c. 10. verſ. 20. & 21. aliam rationem adiungit, nempe, qui ea comedunt, cultus impij eſſe participes. De prohibitione Apoſtolorum Act. 15 verſ. 26. nulla mentio. Fortaſſis hæc Epiſtola ante eam prohibitionem eſt ſcripta. Aut, vt alij volunt, ſolùm Antiochenis & vicinis locis eſt impoſitum id Apoſtolorum præceptum, vt mitigarent rabiem eorum qui malè ferebant, conuerſos ex Gentibus non ſeruare legem. Omnes scientiam habemvs. ſ. ex ſe non referre, ſi ij cibi comedantur.

3 Si qvis avtem diligit Devm, hic cognitvs est ab eo. i. probatus qui Deum diligit, & ex charitate, ne infirmos offendat, ab eo eſu abſtinet. Nil ergo ſcientia prodeſt ſine charitate.

4 Scimvs qvia nihil est idolvm Res inanis. Videtur alludere ad nomen *idol*, אֱלִיל *Elil*, quod *vanum* & *nihil* ſignificat. Forſ. dictũ putat quaſi אַל אֵל *Al El*. i. *non Deus*, vel geminatione poſterioris litteræ in voce אֵל *El*. i. *Deus*, quod ſit quidam velut Deus. Clemens Strom 6. legit; *nobis nullum eſt ſimulachrum in mundo*. i. nullam Dei imaginem fingimus, ſ. quoad eius ſubſtantiam. Spectra tantùm pingimus quibus apparuit, quia nihil ei ſimile. Græca οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, quod noſtram & Clementis interpretationem admittit. Tertullianus lib. de Idololat. extremo, illud *Non ſumas nomen Dei tui in vano*, explicat *in idolo*. nempe nomen Dei idolo non attribues.

6 In illvm. id eſt, propter illum nos ſumus. ſ. Deum. Nos per ipsvm. id eſt, ab eo facti. ſ. à Chriſto.

7 Non in omnibvs est scientia. ſcilicet idolum nihil eſſe, nec ex ſe referre, ſi illi oblata edantur.

8 Esca avtem nos non commendat, ſiue *adiungit*, παρίστησι, non conciliat nos Deo. Neqve enim si mandvcaverimvs. id eſt, neque laudabile facimus ędendo, neque deficiemvs. id eſt, peccabimus abſtinendo. Prouidendum tamen, ne ea licentia ſit

9 Offendicvlvm. i. ſcandalum, noua ratio ob quam ſit abſtinedum.

10 Evm, qvi habet scientiam. i. perfectionem, ſi quis videat. In idolio. i. idoli menſa. Conscientia eivs. i. contra conſcientiam, motus perfectioris exemplo comedet idolothyta.

11 In tva scientia. i. propter tuam ſcientiam & libertatem peribit infirmus, quia ſ. contra conſcientiam ipſe operatur quod malum putat.

13 Si esca scandalizat. Baſilius 2. lib. de Bapt. q. 10. *Si quod ſit eſt ex ſe bonum, aut præceptum, non eſt relinquendum propter ſcandalum; ſi ex ſe malum, vtraque de cauſa eſt relinquendum, quia malum, & quia ſcandalizat: ſi quod ſit eſt ex permiſſis, ob infirmi ſcandalum eſt dimittendum.* Idem repetit in Regulis breu. cap. 64. Scholaſtici addunt: *Si in his ſcandalum ex infirmitate venit, abſtinendum; ſi ex malitia, non curandum.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Habemvs. q. d. ſcimus omnes idola nihil eſſe. Inflat. ſ. ſine charitate: Auguſt.

3 Cognitvs. i. dilectus. ſ. nouit Dominus ſuos; alijs dicit, *Neſcio vos*.

4 Nihil est. q. d. repręſentat vt Deum, id quod Deus non eſt.

5 Svnt. ſ. Gentilium opinione.

6 In illvm. i. per illum. ſ. ſumus; vel ad illum tendimus. Per ipsvm. ſ. ſumus.

7 Scientia. ſ. vt par eſt. Conscientia. ſ. erronea. Idolothytvm. i. idolis immolatum. q. d. putantes ſe in eo peccare.

8 Esca. ſ. ex ſe. q. d. nihil refert apud Deum, ſiue edas idolothyta, ſiue non. Abvndavimvs. i. meliores erimus apud Deum. Deficiemvs. i. minus habebimus.

9 Licentia. i. libertas quibuſlibet veſcendi.

10 Scientiam. ſ. quòd idolothytum nihil veſcentem lædat. Idolio. i. idolis immolatorum menſa. Ædificabitvr. i. excitabitur. Syr. *confirmabitur*. Ad mandvcandvm. ſ. putans tamen non licere.

11 In tva scientia. i. propter tuam ſcientiam.

12 Percvtientes. i. vulnerantes.

CAPVT IX.

Non accipiebat Paulus victum à Corinthiis quibus concionabatur, vt omnem amputaret offendiculi occaſionem, licet hoc ſibi fuiſſe licitum multis probet argumentis: ſed in omnem formam ſe vertit, quo plures ad Dei cultum adducat: Corinthios exhortando ad imitationem eorum qui in ſtadio currunt, aut in agone certant, ſuum quoque ac ſe domare corpus.

1 NOn ſum liber? Non ſum Apoſtolus?
A Nónne Chriſtum Ieſum Dominum no-
ſtrum vidi? Nónne opus meum vos eſtis in Do-
2 mino? * Et ſi aliis non ſum Apoſtolus, ſed tamen
vobis ſum: nam ſignaculum Apoſtolatus mei
3 vos eſtis in Domino. * mea defenſio apud eos,
4 qui me interrogant, hæc eſt. * Numquid non
habemus poteſtatem manducandi, & bibendi?
5 * Numquid non habemus poteſtatem mulie-
rem ſororem circumducendi, ſicut & ceteri
6 Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? * Aut
ego ſolus, & Barnabas, non habemus poteſta-
7 tem hoc operandi? * Quis militat ſuis ſtipen-
diis vmquam? Quis plantat vineam, & de fru-
ctu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de la-
8 cte gregis non manducat? * Numquid ſecun-
dùm hominem hæc dico? An & lex hæc non
9 dicit? * Scriptum eſt enim in lege Moyſi: [n] Non
B alligabis os boui trituranti. Numquid de bo-
10 bus cura eſt Deo? * An propter nos vtique hoc
dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. quoniam
debet in ſpe, qui arat, arare: & qui triturat, in
11 ſpe fructus percipiendi. * [n] Si nos vobis ſpiritua-
lia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia
12 veſtra metamus? * Si alij poteſtatis veſtræ parti-
cipes ſunt, quare non potiùs nos? ſed non vſi ſu-
mus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne
quod offendiculum demus Euangelio Chriſti.
13 * [n] Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur,
quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui altari de-
14 ſeruiunt, cum altari participant? * Ita & Domi-
nus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant,
15 de Euangelio viuere. * Ego autem nullo horum
C vſus ſum. Non autem ſcripſi hæc vt ita fiant in
me: bonum eſt enim mihi magis mori, quàm
16 vt gloriam meam quis euacuet. * Nam ſi euan-
gelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas e-
nim mihi incumbit: væ enim mihi eſt, ſi non
17 euangelizauero. * Si enim volens hoc ago, mer-
cedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mi-
18 hi credita eſt. * Quæ eſt ergo merces mea? Vt
Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Eu-
angelium, vt non abutar poteſtate mea in Eu-
19 angelio. * Nam cùm liber eſſem ex omnibus,
omnium me ſeruum feci, vt plures lucriface-
20 rem. * Et factus ſum Iudæis tamquam Iudæus,
21 vt Iudæos lucrarer. * iis qui ſub lege ſunt, quaſi
D ſub lege eſſem (cùm ipſe non eſſem ſub lege)
vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem. iis qui
ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem (cùm
ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chri-
ſti) vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant.
22 * Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lu-
crifacerem. Omnibus omnia factus ſum, vt
23 omnes facerem ſaluos. * Omnia autem facio
propter Euangelium: vt particeps eius efficiar.
24 * Neſcitis quòd ij qui in ſtadio currunt, omnes
quidem currunt, ſed vnus accipit brauium?
25 Sic currite vt comprehendatis. * Omnis autem,
qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſti-
net: & illi quidem vt corruptibilem coronam
26 accipiant, nos autem incorruptam. * Ego igitur
ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non
27 quaſi aërem verberans: * ſed caſtigo corpus
meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum
aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

[n] Deut. 25. a. 4. 1. Tim. 5. c. 18

[n] Rom. 15. f. 27

[n] Deut. 18. a. 1

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NON SVM LIBER? Dixerat, ad vitandum ſcandalum ſe à licitis abſtinere velle, nempe eſu carnium: nunc alia licita affert, à quibus abſtinet, ne quis offendatur cùm liber ſit. i. licitè id poſſit facere, cùm ſit Apoſtolus, non ſumere tamen ab Eccleſiis ſumptus. NONNE CHRISTVM IESVM DOMINVM NOSTRVM VIDI? ſ. immortalem, quod non eſt minus quàm mortalem vidiſſe, vt alij Apoſtoli viderunt.

2 SIGNACVLVM APOSTOLATVS MEI. Σφραγὶς, *ſigillum*, quo confirmamus quæ ſcribimus & affirmamus. Signa & opera quæ inter vos feci, confirmant me eſſe Apoſtolum, & ad ea prouoco, ſi quis interrogat, aut dubitat de meo Apoſtolatu.

4 NVMQVID NON HABEMVS. q. d. & tamen, neque ſumptus ſumimus, neque in miniſterium mulierem, vt alij, circumferimus. Vt

5 ET FRATRES DOMINI faciunt. ſ. Ioannes, Iacobus, Iudas & Simon, quia cognati Chriſti, fratres eius vocantur.

8 NVMQVID SECVNDVM HOMINEM. q. d. non humanis tantùm rationibus probo me potuiſſe ſumptus ſumere, ſed diuino teſtimonio: *Non alligabis os boui trituranti.*

9 NVMQVID DE BOBVS? Quæ de beſtiis præcipiuntur, ad homines profectò referenda ſunt, & de iis intelligenda. Vides in Scriptura plures eſſe ſenſus etiam literales & hiſtoricos.

12 SI ALII POTESTATIS VESTRÆ. i. ſi qui non laborant, de facultatibus veſtris decerpunt, ſumptus exigunt, cur non potiùs nos? *Poteſtas* pro facultate, ſubſtantia, & diuitiis.

13 QVI IN SACRARIO. i. Leuitæ de ſacrario oblatis viuunt, ſic nos poſſemus.

15 VT ITA FIANT IN ME, hæc ſcribo. q. d. non hæc dico, vt deinceps ſumptus detis.

16 NON EST MIHI GLORIA. Si euangelizo, iuſſus id & coactus facio. Sic nulla ex eo mihi gloria. ſ. apud homines.

17 DISPENSATIO MIHI CREDITA EST. i. væ mihi, ſi muneri iniuncto non ſatisfecero, non eſt quòd ex eo glorier.

18 QVÆ EST ERGO MERCES MEA? .i. in quo gloriari poſſum? nempe, quod gratis id facio. VT NON ABVTAR POTESTATE. i. libertate ſumendi ſumptus, ne videar ex ea captare lucrum, in eo gloriari poſſum. In eo etiam, quòd omnibus omnia fio,

22 INFIRMIS INFIRMVS. i. quaſi infirmus. OMNIBVS OMNIA. Iulianus Apoſtata, vt affert Cyrillus 3. lib. contra eum, polypo ſimilem Paulum fuiſſe dicebat, qui rupis cui adhæret, colorem aſſumit, nempe ex hoc loco ſumpta occaſione calumniandi.

24 NESCITIS QVOD II QVI IN STADIO. Reddit rationem cur ſine fructu in præſenti laboret, nimirum ob ſpem præmij. ſimul hortatur alios ad labores. BRAVIVM? .i. præmium certaminis. Vox Græca, ſed Latinè vſurpata.

25 AB OMNIBVS SE ABSTINET. Plato 8. de Legibus eadem prorſus dicit, de quatuor athletis ſuo tempore nobiliſſimis, abſtinere eos propter victoriam conſueuiſſe, quod Paulus propter coronam ait.

26 NON QVASI AEREM VERBERANS. i. fruſtrà laborans.

27 SED CASTIGO CORPVS, ſi quando rebellat. Irenæus lib. 4. cap. 72. *Liuidum facio corpus meum.* ſ. plagis, ὑπωπιάζω. NE REPROBVS, prauus ἀδόκιμος, efficiar, cùm aliis prædicauero.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LIBERI .i.l.b:rtatem habens veſcendi quibuſlibet. 1
IN DOMINO. i. per gratiam Domini, ſeu in Domini fide.
SIGNACVLVM. i. ſigillum. ſ. quo fit certa fides. 2
q.d. veſtra fides oſtendit me veſtrum Apoſtolum, qui vos conuerterim.
INTERROGANT. Græc. *diiudicant*. i. examinant, ex 3
me quærentes. Syr. *condemnant*.
SOROREM. i. Chriſtianam. ſ. vocabantur Chriſtiani 5
fratres, Chriſtianæ verò *ſorores*. CIRCVMDVCENDI. ſ. ſequebantur piæ feminæ Apoſtolos, eiſque miniſtrabant vt Chriſto, Luc. 8. FRATRES. i. cognati. ſ. Iacobus, Iudas, &c. CEPHAS. i. Petrus.
HOC. Græc. & Syr. *non*. q. d. nónne poſſumus, non 6
operando manibus, ex Euangelio viuere?
SVIS STIPENDIIS. i. propriis ſumptibus. 7
HOMINEM. i. humanam rationem. i. ſolum. 8
ALLIGABIS. Futurum pro Imperatiuo. CVRA. 9
ſ. præcipua, & non potiùs de hominibus.
NOS. ſ. præcipuè. TRITVRAT. ſ. triturare. 10
CARNALIA. i. corpori ſuſtentando neceſſaria. 11
VESTRÆ. pro, in vos. ſ. accipiendi à vobis victum. 12
NOS. ſ. qui veſtri ſumus Apoſtoli. SVSTINEMVS. i. patimur. OFFENDICVLVM. i. impedimentum, ſeu ſcandalum.
SACRARIO i. templo. OPERANTVR. i. ſacrificant, 13
ſeu miniſtrant. DE SACRARIO. i. oblata templo. PARTICIPANT. i. partem capiunt. ſ. oblatorum.
IN ME. i. erga me. q.d vt alar à vobis. GLORIAM. 15
.i. gloriæ materiam. EVACVET. i. adimat.
GLORIA. ſ. talis, ſeu ſingularis. ſ. apud Deum. NECESSITAS. ſ. ex Dei præcepto. 16
VOLENS. i. vltrò, ſine vllo Dei præcepto. INVITVS. 17
.i. præcepto Dei coactus.
MERCES. ſ. ſingularis. SVMPTV. ſ. auditorum. 18
ABVTAR. i. vtar. ſ. quantum poſſem. EVANGELIO. ſ. prædicando.
EX OMNIBVS. pro, ex omni parte. vel q. d. ex om- 19
nium ſeruitute exemptus.
LEGE. ſ. Moyſaica. 21
INFIRMVS. Græc. & Syr. *velut infirmus*. FACE- 22
REM. ſ. quod in me erat.
EVANGELIVM. i. bona per Euangelium promiſſa. 23
BRAVIVM. i. præmium victoriæ. 24
AGONI. i. publico certamine. 25
QVASI AEREM, &c. i. fruſtrà, ſeu in vanum. 26
CASTIGO, ὑπωπιάζω. i. *liuidum reddo*. ſ. flagellis. 27
REPROBVS. ſ. apud Deum.

CAPVT X.

Commemoratione ingratorum Iudæorum frequenter ob varia peccata à Deo punitorum, hos à ſimilibus abſterret: de tentatione humana, & Dei in tentationibus auxilio: non ſolùm idololatria fugienda eſt, ſed & menſa eorum qui idolothytis veſcuntur; tum quod per hoc videantur aliquid idolis deferre, tum quod ſcandalo ſint infirmioribus.

1 NOlo enim vos ignorare fratres, quoniam
A patres noſtri omnes ᵃ ſub nube fuerunt,
2 & omnes ᵇ mare tranſierunt; * ᶜ & omnes in
Moyſe baptizati ſunt, in nube, & in mari:
3 * ᵈ & omnes eamdem eſcam ſpiritalem man-
4 ducauerunt; * ᵉ & omnes eumdem potum ſpi-
ritalem biberunt: (bibebant autem de ſpiri-
tali, conſequente eos, petra: petra autem erat
5 Chriſtus) * ſed non in pluribus eorum bene-
placitum eſt Deo: ᶠ nam proſtrati ſunt in de-
6 ſerto. * Hæc autem in figura facta ſunt no-
B ſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum,
7 ᵍ ſicut & illi concupierunt. * neque idololatræ
efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmo-
dum ſcriptum eſt: ʰ Sedit populus manducare
8 & bibere, & ſurrexerunt ludere. * Neque for-
nicemur, ⁱ ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt,
9 & ceciderunt vna die vigintitria millia. * Ne-
que tentemus Chriſtum: ᵏ ſicut quidam eorum
10 tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. * ˡ Ne-
C que murmuraueritis, ſicut quidam eorum
murmurauerunt, & perierunt ab extermina-
11 tore. * Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem
noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt.
12 * Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.
13 * Tentatio vos non apprehendat niſi humana: fidelis autem Deus eſt, qui non patietur
vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet
etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis
14 ſuſtinere. * Propter quod chariſſimi mihi, fu-
15 gite ab idolorum cultura: * Vt prudentibus
16 loquor, vos ipſi iudicate quod dico. * Calix
D benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem
frangimus, nónne participatio corporis Do-
17 mini eſt? * Quoniam vnus panis, vnum cor-
pus multi ſumus, omnes qui de vno pane par-
18 ticipamus. * Videte Iſrael ſecundùm carnem:
nónne qui edunt hoſtias, participes ſunt alta-
19 ris? * Quid ergo? dico quòd idolis immola-
tum ſit aliquid? aut quòd idolum, ſit aliquid?
20 * Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immo-
E lant, & non Deo. Nolo autem vos ſocios fie-
ri dæmoniorum: non poteſtis calicem Domini
21 bibere, & calicem dæmoniorum: * non po-
teſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ
22 dæmoniorum. * An æmulamur Dominum?
Numquid fortiores illo ſumus? ᵐ Omnia mi-
23 hi licent, ſed non omnia expediunt. * Om-
nia mihi licent, ſed non omnia ædificant.
24 * Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod al-
25 terius. * Omne, quod in macello vænit, man-
ducate, nihil interrogantes propter conſcien-
26 tiam. * ⁿ Domini eſt terra, & plenitudo eius.
27 * Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: om-
F ne, quod vobis apponitur, manducate, nihil in-
terrogantes propter conſcientiam. * Si quis au-
28 tem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis: no-
lite manducare, propter illum qui indicauit, &
29 propter conſcientiam: * conſcientiam autem
G dico non tuam, ſed alterius. Vt quid enim li-
30 bertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? * Si
ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro
31 eo quòd gratias ago? * ᵒ Siue ergo manduca-
tis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis: omnia
32 in gloriam Dei facite. * Sine offenſione eſtote
33 Iudæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei: * ſicut
& ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt
ſalui fiant.

ᵃ Exod. 13. d. 21
ᵇ Num. 9. d. 22
ᶜ Exod. 14. e. 22
ᵈ Exod. 16. d. 15
ᵉ Exod. 17. b. 6 Num. 20 b. 10
ᶠ Num. 26. g. 65
ᵍ Pſal. 105 c. 14
ʰ Exod. 32. b. 6
ⁱ Num. 25. a. 1
ᵏ Num. 21. b. 5. 6
ˡ Num. 11. a. 1. & 14. a. 1
ᵐ Sap. 6. c. 12 Eccli. 17. d. 31
ⁿ Pſal. 25. a. 1
ᵒ Col. 3. c. 17

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOLO ENIM VOS. Admonet Corinthios, vt benè ſe gerant, neque ob accepta dona ſint negligentes, aut ſuperbiant, ne Iudæorum exemplo, qui multa dona accepere, & ipſi excidant. Quæ ſunt illa dona?

2 BAPTIZATI SVNT omnes Iudæi. Nubes refrigerans ſignificabat Spiritum ſanctum. Mare quo cincti erant, aquam Baptiſmi. Fuerunt ergo Iudæi tunc baptizati non verè, ſed in figura.

3 EAMDEM ESCAM SPIRITALEM. Manna Euchariſtiæ

figura

figura erat. Ab ea ſignificatione vocatur *eſca ſpiritualis.* i. myſtica. Sicut & potus de petra Chriſti ſanguinem ſignificabat.

Conseqvente eos, petra. Syr. *Bibebant autem de ſpiritali petra, quæ cum ipſis veniebat. Petra autem illa erat Chriſtus*, non materialis petra. Quæ omnia 4

In figvra facta svnt nostri. ſ. vt ſint nobis exemplo, neque imitemur eorum deliria. 6

Neqve idololatræ, ſicut Iudæi, qui vitulum fecerunt. Et svrrexervnt lvdere. Hic *luſum* pro idololatria. alioqui locus quem adducit, non eſſet ad rem. Cyrillus Homil. I. Feſtorum hoc verbum pro *fornicatione* vſurpari ait. In Homerō Odyſſ. ξ verſ. 372. vbi ait, 7

Τῶν δ' ἄσαγόν τ' ἔπιέ τε, καὶ αἰδοίσιον ἔδωνα.

Liuius vetus Interpres vertit: *Aſſatim edi, bibi, luſi.* vbi Interpretes alij pro *αἰδοίσιον*, *venerea* poſuere, ipſe *luſi* dixit. Citat Scaliger in Feſtum verbo *Adſatim*.

Viginti tria millia. Num. 25. verſ. 9. *viginti quatuor millia* occiſa ait. ſed vltimus millenarius completus non fuit. ſic loca conciliantur. Vnus Gotth. *viginti quatuor millia* habet. 8

Neqve tentemvs Christvm. i. diffidamus de eius miſericordia, vt illi qui dicebant: *Cur eduxit nos de Ægypto?* Qui tentat & experitur alicuius bonitatem aut virtutem, de ea diffidit. 9

Et perierunt ab exterminatore quidam. i. angelo percutiente & nequam. Per eos enim infert Deus vindictam, vti alio loco dictum eſt. Iſidorus apud Burchardum lib. 20. cap. 54. *Quoties Deus quocumque flagello huic mundo iraſcitur, ad miniſterium vindictæ apoſtata angeli mittuntur.* Hæc propter nos ſcripta ſunt, 10

In qvos. ſ. nos. Fines sæcvlorvm. i. mundi aut vitæ cuiuſque finis propè eſt. 11

Tentatio vos non apprehendat. q. d. ne ſinatis vos apprehendi, niſi humana & facili, quæ vix vitari poteſt. Græc. & Syr. *apprehendit*, εἴληφε. i. hactenus dura & difficilia non toleraſtis. Caſſianus lib. 5. cap. 16. ſic legendum ait, quaſi exprobrantis affectu. q. d. pauca & leuia hactenus paſſi eſtis. ſic denique Vulg. Reg. habet. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum c. 91 *Tentatio vos non occupauit niſi humana.* 13

Fvgite ab idolorvm cvltvra. Reuertitur ad idolothyta. Calix 14

Cvi benedicimvs. i. quem calicem myſticis verbis conſecramus. Et panis participatio corporis, re, non per fidem tantùm, vt hæretici volunt Ideò vnum eſſe debemus. 16

Vnvm corpvs mvlti svmvs. ſ. myſticè. Omnes qvi de vno pane. Gotth. *nam omnes de vno pane.* ſic Græc. Itaque reddit cauſam cur vnum corpus ſimus. Alij pro *omnes qui de*, legunt, *omnes quidem vno pane.* ſic Græc. & Syr. 17

Qvi edvnt hostias. Intendit nos ſacræ Euchariſtiæ ſumptione fieri participes Chriſti, Iudæos etiam ſuorum ſacrificiorum. Atque adeò qui idolothyta comedunt, illius cultus eſſe participes. 18

An æmvlamvr Dominvm? ſiue irritamus, ſeu prouocamus ad zelotypiam. Nvmqvid fortiores illo svmvs? vt euadamus vindictam. 22

Omnia mihi licent. Indicat ex ſe licitum eſſe idolothyta manducare, ſed propter ſcandalum id vitandum. Ergo comedite quæ apponuntur, 23

Nihil interrogantes propter conscientiam. i. ne conſcientia turbetur, ſi dicatur eſſe immolata. 25

Domini est terra, et plenitvdo eivs. i. omnia quibus terra eſt plena, Domini ſunt. omnia honeſta & licita. 26

Hoc immolatvm, ſi quis dixerit, ſiue *immolatitium*, vt Goth. & plures alij Latini codices, non comedas propter conſcientiam. 28

Non tvam. Videtur ſemper ſentire eos cibos ex ſe eſſe licitos, ſed propter offenſionem aliorum 29

abſtinendum. Aut ſit noua ratio cur abſtinere debeant, præter illam quæ poſita eſt ſuperiùs de participatione cum idolis. Summâ, in idolio manducare ea, ex ſe illicitum; extra, ex ſe licitum, illicitum tantùm propter conſcientiam & ſcandalum. Vt qvid enim libertas mea ivdicatvr. i. condemnatur, propter eam alios offendere.

30 Si ego cvm gratia. id eſt, ſi eos cibos ſumo vt Dei beneficium, & cum gratiarum actione, quid culpor?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Enim. Græc. *autem*.

2 In Moyse. i. duce Moyſe. Baptizati. pro, velut baptizati. ſ. figura erat illa Baptiſmi.

3 Spiritalem. i. ſpiritalis figuram.

4 Bibebant avtem. Græc. *bibebant enim.* Spiritali. i. ſpiritalis rei figura, ſeu, vt Auguſt explicat, ſpiritaliter intelligenda. Petra. i. petræ aqua. Petra avtem. ſ. quæ ſignificabatur per illam petram. Christvs. qui etiam, vt eſt in Euchariſtia, per Manna ſignificabatur.

5 In plvribvs, &c. q. d. multi eorum Deo diſplicuerunt.

8 Vigintitria. At Numer. 25. dicitur *vigintiquatuor.* Vtrumque verum. In maiori enim numero minor includitur.

9 Tentavervnt. ſ. Chriſtum. Perierunt. i. occiſi ſunt. ſic infrà.

10 Exterminatore. ſ. Angelo. Vide Num. 14. & 16.

11 Correptionem. Syr. *eruditionem.* Fines sæcvlorvm. i. vltima ætas mundi.

13 Hvmana. i. quam homo ferre poſſit. q. d. poteſt quiſque non cadere ſi velit. Avtem. pro, enim. q. d. Deus enim qui fideliter ſuos cuſtodit, non patietur, &c. Proventvm. i. ſucceſſum, ſeu euentum bonum. ſeu q. d. addet vires.

16 Cvi. Græc. *quod*. Benedicimvs. i. cum benedictione conſecramus. Commvnicatio. i. *participatio*, vt ſtatim vertit idem verbum Græcum. Nota verò hic, *communicandi* verbum quàm ſit antiquum. ſ. communicatur nobis in Euchariſtia Chriſti corpus & ſanguis, vt hîc apertè dicitur. Panis. ſic dicitur ob ſpecies panis.

17 Vnvs. Syr. *et vnus eſt.* Vnvm. Syr. *ſic vnum.* Omnes qvi. Græc. *omnes enim.*

18 Secvndvm carnem. i. carnalem. eſt enim & Iſrael ſpiritalis. Altaris. ſ. & ſic quodam modò Dei. Eodem modo qui edunt idolis immolata, videntur participare cum idolis, & alios ſcandalizant.

19 Aliqvid. i. vim aliquam habens.

20 Socios. i. participes, ſeu conſortes.

21 Mensæ. i. altaris.

22 Æmvlamvr. i. prouocamus ad indignationem. Græc. παραζηλοῦμεν. q. d. Deúmne audemus irritare?

23 Omnia, &c. Vide ſup. cap. 6. Ædificant. ſ. proximum. Loquitur de idolothytorum eſu.

24 Svvm. i. ſibi vtile. ſ. ſolum. Sed. pro, ſed etiam.

25 Interrogantes. ſ. an ſit idolothytum. Conscientiam. ſ. ne lædatur, vel veſtra, vel aliorum fidelium, qui poſſent ſcandalizari.

26 Domini, &c. q. d. eſt enim caro Dei creatura, qua veſci licet. Plenitvdo eivs. i. quidquid in ea eſt.

28 Et propter. pro, id eſt propter.

29 Non tvam. ſ. qui ſcis licere. Alterivs. ſ. qui ſcandalizatur. Vt qvid enim. pro, alioqui enim cur. Ivdicatvr. i. condemnatur. ſ. in re alioqui licita.

30 Gratia. i. gratiarum actione. Blasphemor. i. reprehendor. Qvod. pro, de quo.

32 Sine offensione. i. neminem ſcandalizantes.

33 Placeo. i. ſtudeo placere ad ædificationem. Est. ſ. ſolum. Sed. pro, ſed etiam.

CAPVT XI.

Vir aperto, mulier autem velato debet orare capite: Corinthios reprehendit quòd ad celebrandam cœnam Dominicam inuicem non expectarent, ſed inter ſe diſſiderent; referens interim Sacramenti Euchariſtiæ à Chriſto inſtitutionem, & ſcelus ac pœnam indignè ad illud accedentium.

IMitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 1
* Laudo autem vos fratres, quòd per om- 2
nia mei memores eſtis: & ſicut tradidi vobis, A
præcepta mea tenetis. * Volo autem vos ſcire, 3
a quod omnis viri caput Chriſtus eſt: caput
autem mulieris, vir: caput verò Chriſti, Deus.
* Omnis vir orans aut prophetans velato ca- 4
pite, deturpat caput ſuum. * Omnis autem 5
mulier orans aut prophetans non velato capi-
te, deturpat caput ſuum: vnum enim eſt ac
ſi decaluetur. * Nam ſi non velatur mulier, ton- 6
deatur. Si verò turpe eſt mulieri tonderi, aut B
decaluari, velet caput ſuum. * Vir quidem non 7
debet velare caput ſuum: quoniam imago &
gloria Dei eſt, mulier autem gloria viri eſt.
* Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex 8
viro. * b Etenim non eſt creatus vir propter mu- 9
lierem, ſed mulier propter virum. * Ideò de- 10
bet mulier poteſtatem habere ſupra caput pro-
pter Angelos. * Verumtamen neque vir ſine mu- 11
liere, neque mulier ſine viro, in Domino. * Nam 12
ſicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: C
omnia autem ex Deo. * Vos ipſi iudicate: de- 13
cet mulierem non velatam orare Deum? * Nec 14
ipſa natura docet vos, quòd vir quidem ſi co-
mam nutriat, ignominia eſt illi: * mulier verò 15
ſi comam nutriat, gloria eſt illi: quoniam ca-
pilli pro velamine ei dati ſunt. * Si quis autem 16
videtur contentioſus eſſe: nos talem conſue- D
tudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.
* Hoc autem præcipio: non laudans, quòd 17
non in melius, ſed in deterius conuenitis. * Pri- 18
mùm quidem conuenientibus vobis in Eccle-
ſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte
credo. * Nam oportet & hæreſes eſſe, vt & qui 19
probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. * Con- 20
uenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt
Dominicam cœnam manducare. * Vnuſquiſ- 21
que enim ſuam cœnam præſumit ad mandu-
candum. Et alius quidem eſurit, alius autem
ebrius eſt. * Numquid domos non habetis ad 22
manducandum & bibendum? aut Eccleſiam E
Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non
habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc
non laudo. * Ego enim accepi à Domino quod 23
& tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in
qua nocte tradebatur, accepit panem, * & gra- 24
tias agens fregit, & dixit: c Accipite, & mandu-
cate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis
tradetur: hoc facite in meam commemora-
tionem. * Similiter & calicem, poſtquam cœ- 25
nauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum F
eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcumque
bibetis, in meam commemorationem. * Quo- 26
tieſcumq; enim manducabitis panem hunc, &
calicem bibetis: mortem Domini annuntiabi-
tis donec veniat. * d Itaque quicumque mandu- 27
cauerit panem hunc, vel biberit calicem Do-
mini indignè: reus erit corporis & ſanguinis
28 Domini. * e Probet autem ſeipſum homo: &
29 ſic de pane illo edat, & de calice bibat. * Qui
G enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi
manducat & bibit: non diiudicans corpus Do-
30 mini. * Ideò inter vos multi infirmi & imbecil-
31 les, & dormiunt multi. * Quòd ſi noſmetipſos
32 diiudicaremus, non vtique iudicaremur. * Dum
iudicamur autem, à Domino corripimur, vt
33 non cum hoc mundo damnemur. * Itaque fra-
tres mei, cùm conuenitis ad manducandum, in-
34 uicem expectate. * Si quis eſurit, domi mandu-
cet: vt non in iudicium conueniatis. Cetera au-
tem, cùm venero, diſponam.

a Epheſ. 5. e.23
b Gen. 2. d.21
c Matth. 26. c.26 Marc. 14. c.22 Luc. 22. b.17
d Ioan. 6. f.59
e 2 Cor. 13. b.5

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IMITATORES. Hic verſus finis eſt cap. ſuperioris, & cum illo iungi poſſet.

2 LAVDO AVTEM VOS FRATRES. Laudat bona, & vituperat mala. An hoc ironicè dicitur, vt quidam ait? Simul docet quo pacto in Eccleſiis eſſe debeant.

3 CAPVT VERO CHRISTI, DEVS. ſ. qua parte homo eſt. Vis argumenti: Turpia teguntur, ſic mulier, quia eius caput vir eſt, nocuus & malus tegatur. Vir qui caput habet Chriſtum innocentem, detegatur. Aut ſic potiùs: Subditus coram ſuperiori demittit oculos, quaſi velet faciem, ſic mulier in Eccleſia coram viris. Vir autem quia nullum ibi ſuperiorem habet, detegat illud. Vir non velet caput, quia

7 IMAGO ET GLORIA DEI EST. Corpore & animo æquè vir & mulier imago Dei ſunt; at iuxta rationem principatus vir eſt imago Dei, quia mulier illi ſubdita eſt. Eſt autem *gloria Dei*, quaſi eius opificium. MVLIER AVTEM GLORIA VIRI. i. propter virum facta & ad eius gloriam, vt genus hominum eſſet integrum.

10 DEBET MVLIER POTESTATEM HABERE SVPRA CAPVT. i. ſignum poteſtatis, quam vir habet ſuper mulierem, nempe *velamen*, quam vocem quidam Latini codices, pro *poteſtate* habent. ſed & Veleſij margo περιβόλαιον habet. i. *velamen*. PROPTER ANGELOS. ob Angelorum reuerentiam, qui in templis verſantur. Aut *Angelos* vocat ſacerdotes, quos detectis feminis ad libidinem ſolicitari non vult. ſic Anſelmus & S. Thomas, tum Sixtus II. lib. de Caſtitate, adductus à noſtro Torrenſi ſiue Turriano libro de Continentia, Clemens lib. 2. Hypotypoſ. *Angelos* vocari putat viros ſanctos & probos qui in templis ſunt. Baſilius lib. de Virg. extremo, etiam in occulto debere ait mulieres velare caput ob Angelorum reuerentiam, qui ibi verſantur.

16 SI QVIS.... CONTENTIOSVS. i. ſi quis hactenus à me dictis contradicat, nos contendere nolumus. NEQVE ECCLESIA DEI. ſ. his contentionibus vtitur.

17 HOC AVTEM PRÆCIPIO. ſ. vt mulier tegat caput. Neque interim tamen laudo quod in cœna Dominica facitis.

20 IAM NON EST DOMINICAM COENAM. i. non imitamini Chriſtum. Solebant certis temporibus poſt ſumptam Euchariſtiam conuiuia publica omnibus præbere, ἀγάπας. i. *charitates* vocabant: de quibus Conſtit. Apoſtol. lib. 7. cap. 32. mentionem faciunt. Erant incentiua charitatis, vt nomen ἀγάπη declarat ſic filij Iob conuiuia inter ſe circulo celebrabant. Ad 11. Kalend. Martij conuiuium cognati Romæ celebrabant, vt ſi quæ offenſiones extitiſſent, iis epulis delerentur, & *cariſtia* vocabantur. De quibus Valerius Maximus lib. 2. & Ouidius in Faſtis:

Proxima cognati dixere cariſtia patres:
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.

Ab eo ſanè principio deflexerant priuatas cœnas afferentes ad Eccleſiam, quas ante aut poſt Euchariſtiam, quique priuatim ſumebant. Eum abuſum hìc reprehendit.

23 EGO ENIM ACCEPI A DOMINO, quem imitari opus eſt. ſic ille dixit in Cœna: *Hoc eſt corpus meum.*

QVOD

Qvod pro vobis tradetvr, κλώμενον, *frangitur*. ſ. propter ſpecies quæ franguntur, aut *frangitur*. i. frangetur paulò pòſt in cruce. Hoc facite. Ecce præceptum cœnam Domini conficiendi. ſed videtur ad ſacerdotes pertinere; ſoli enim erant Apoſtoli. 24

Postqvam coenavit. ſ. poſt eſum agni Euchariſtiam confecit. ſic facientes, mortem Domini annuntiabitis, 25

Donec veniat, nimirum vſque ad ſecundum Chriſti aduentum hoc iuge ſacrificium perſeuerabit, poſteà Sacramenta non erunt. 26

Itaqve qvicvmqve. *Itaque* videtur redundare: neque quod hîc dicit, ex ſuperioribus ſequitur. Indigne ederit aut biberit. i. in peccato, Revs erit corporis, perinde erit ac ſi occidiſſet Chriſtum. 27

Probet avtem, excutiat conſcientiam, expiet per confeſſionem peccata, alioqui reus erit. 28

Non diivdicans. i. diſcernens corpus Domini ab aliis cibis vulgaribus. 29

Ideo inter vos.... dormivnt. i. mortui ſunt multi. Vides malum vſum Euchariſtiæ morbos & mortem afferre. Contrà bonus vſus. Si nos iudicaremus & probaremus, 30

Non vtiqve ivdicaremvr. i. puniremur morte & morbis. Punitio ſalutaris eſt. Corripimur autem 31

Vt non cvm hoc mvndo. i. cum amatoribus mundi damnemur. Si quis eſurit, domi manducet: 32

Vt non in ivdicivm. i. in ſupplicium veniatur, ſecùs feciſſe quàm præcipio. 34

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Præcepta. Græc. παραδόσεις. i. *traditiones*. 2

Viri. ſ. fidelis: Iuſtin. q. 89. Capvt. ſ. ſuperior, dux, ſeu gubernator. 3

Prophetans. i. Scripturam interpretans, aut Dei myſteria ediſſerens. Detvrpat. i. dehoneſtat, ſeu dedecorat. Svvm. ſ. Chriſtum. q. d. facit iniuriam Chriſto, per rem indecentem. 4

Svvm. ſ. virum ſuum. Vnvm. pro, idem. Decalvetvr. Græc. *raſa ſit*. 5

Nam, &c. q. d. ſi enim licet non velari, licebit & tonderi. Decalvari. Græc. *radi*. 6

Gloria Dei. ſ. ſapientiam Dei & dominium repræſentat dum orat, aut prophetat, ideoque coram illo debet eſſe aperto capite, vel ob reuerentiam, vel ad Dei libertatem repræſentandam. Id autem quidam intelligunt, dum talia fiunt in perſona Eccleſiæ. Nam alioqui tecto capite concio habetur. Viri. ſ. dum ſe ſubiectam ei profitetur, adeoque debet ſemper eſſe velata, velut ſubiecta. 7

Potestatem. ſ. velum ſignificat poteſtatem viri in vxorem. Angelos. ſ. ad Angelorum præſentium reuerentiam. Quidam tamen per *Angelos*, ſacerdotes & iuſtos intelligunt. q. d. ne illis ſit cauſa tentationis. 10

Sine mvliere. ſ. naſcitur. In Domimo. i. Deo ſic vtrumque faciente. 11

Nec. pro, non ne. Comam nvtriat. ſ. more fœminarum. Græca verti poſſunt, *comatus ſit*. ſic inf. 14

Ecclesia. Græc. *Eccleſia*. q. d. nec Iudæi, nec Chriſtiani, vel nec ex Iudæis, nec ex Gentibus conuerſi. 16

Hoc. ſ. præcedens. Non lavdans. ſ. quod ſequitur. In melivs. ſ. progredientes, vt par eſſet. Convenitis. ſ. ad Eccleſiam. 17

Scissvras. i. diſſidia. Græc. σχίσματα. 18

Hæreses. i. ſectas. ſ. errantium. 19

In vnvm. i. ſimul. Non est. i. non accidit. Mandvcare. ſ. vt oporteret. 20

Coenam. ſ. poſt Euchariſtiam ſolebant vnà cœnare, inuitatis pauperibus: poſteà per abuſum quidam ſoli cœnabant, non expectatis egenis. 21

Nvmqvid, &c. q. d. ſi veſtra ſoli edere vultis, cur non facitis domi veſtræ? Confvnditis. i. pudorem incutitis. 22

Agens. pro, cùm egiſſet. Tradetvr. Græc. *frangitur*. Commemorationem. i. memoriam mei. 24

25 Calicem. ſ. accepit. Est. pro, continet. Sangvine. ſ. hîc incluſo, per quem nouum Teſtamentum confirmatum.

26 Annvntiabitis. i. commemorabitis.

27 Corporis. ſ. indignè ſumpti. i. peccati in corpus.

28 Probet. i. examinet. ſ. ne cum peccato accedat. Homo. i. *quiſque*, Hebr.

29 Diivdicans. i. diſcernens. ſ. à ceteris cibis. vel expendens. ſ. quanta res ſit, quantáque puritate accedendum. Mirum, hîc non videre hæreticos veritatẽ corporis Chriſti in Euchariſtia. Ecquid potuit apertiùs dici?

30 Dormivnt. i. moriuntur.

31 Diivdicaremvs. i. diſcuteremus, & emendaremus. Ivdicaremvr. i. damnaremur à Deo, ſeu puniremur.

32 Corripimvr. i. caſtigamur.

34 Ivdicivm. i. condemnationem.

CAPVT XII.

Variis dantur varia eiuſdem Spiritus ſancti chariſmata, vt in modum humani corporis quiſque ſuo fungatur officio, & mutua ſe opera omnes indigere cognoſcentes, mutuò ſe foueant: & ita Chriſtus ſuæ prouidit Eccleſiæ de variis hominum ſtatibus.

1 De ſpiritualibus autem, nolo vos ignorare
2 fratres. * Scitis quoniam cum Gentes eſſe-
A tis, ad ſimulachra muta prout ducebamini eun-
3 tes. * Ideò notum vobis facio, [a] quod nemo in
Spiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu. Et
nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spi-
4 ritu ſancto. * Diuiſiones verò gratiarum ſunt,
5 idem autem Spiritus: * Et diuiſiones miniſtra-
6 tionum ſunt, idem autem Dominus: * Et diui-
ſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui
7 operatur omnia in omnibus. * Vnicuique autem
8 datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. * Alij
quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ:
alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eumdem
9 Spiritum: * alteri fides in eodem Spiritu: alij gra-
10 tia ſanitatum in vno Spiritu: * alij operatio vir-
B tutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum,
alij genera linguarum, alij interpretatio ſermo-
11 num. * [b] Hæc autem omnia operatur vnus at-
que idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult.
12 * Sicut enim corpus vnum eſt, & membra ha-
bet multa, omnia autem membra corporis cùm
ſint multa, vnum tamen corpus ſunt: ita &
13 Chriſtus. * Etenim in vno Spiritu omnes nos in
vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue
Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vno
14 Spiritu potati ſumus. * Nam & corpus non eſt
15 vnum membrum, ſed multa. * Si dixerit pes:
Quoniam non ſum manus, non ſum de cor-
16 pore: num ideò non eſt de corpore? * Et ſi di-
xerit auris: Quoniam non ſum oculus, non
ſum de corpore: num ideò non eſt de corpore?
17 * Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum
C auditus: vbi odoratus? * Nunc autem poſuit
18 Deus membra, vnumquodque eorum in cor-
19 pore ſicut voluit. * Quòd ſi eſſent omnia vnum
20 membrum, vbi corpus? * Nunc autem multa
21 quidem membra, vnum autem corpus. * Non
poteſt autem oculus dicere manui: Opera tua
non indigeo; aut iterùm caput pedibus: Non
22 eſtis mihi neceſſarij. * Sed multò magis quæ
videntur membra corporis infirmiora eſſe, ne-
23 ceſſariora ſunt: * & quæ putamus ignobiliora
membra eſſe corporis, his honorem abundan-
tiorem circumdamus: & quæ inhoneſta ſunt

[a] *Mar. 9. f. 39*

[b] *Rom. 12. a. 6. Eph. 4. b. 6*

noſtra, abundantiorem honeſtatem habent.
* Honeſta autem noſtra nullius egent: ſed Deus 24
temperauit corpus, ei, cui deerat, abundantio-
rem tribuendo honorem, * vt non ſit ſchiſma in 25
corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint
membra. * Et ſi quid patitur vnum membrum, 26
compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur D
vnum membrum, congaudent omnia mem-
bra. * Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra 27
de membro. * [u] Et quoſdam quidem poſuit 28
Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò
Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, ex-
inde gratias curationum, opitulationes, guber-
nationes, genera linguarum, interpretationes
ſermonum. * Numquid omnes Apoſtoli? num- 29
quid omnes Prophetæ? numquid omnes Do-
ctores? * numquid omnes virtutes? numquid 30
omnes gratiam habent curationum? numquid
omnes linguis loquuntur? numquid omnes in-
terpretantur. * Æmulamini autem chariſmata 31
meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis
demonſtro.

[u] *Epheſ. 4. c. 11*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 De spiritvalibvs avtem. ſ. donis. Illis quidam abutebantur, ideò arguit eos. Cùm Gentiles eratis,

2 Provt dvcebamini. quaſi pecudes ſ. Evntes. pro, ibatis ad idola, participium pro verbo. q. d. de eo tempore non ago, ſed de conſequenti, quo ſpiritu ducimini.

3 Nemo... dicit anathema Iesv. q. d. ſi quis Chriſto maledicit, id facit, quòd ſit ſpiritu deſtitutus; ſi quis eum benedicit, ex Spiritu ſancto habet.

5 Et divisiones ministrationvm svnt. i. miniſtrorum. Varij ſunt miniſtri. q. d. hic vnus ſpiritus in ſe varias operationes facit.

7 Ad vtilitatem datur ſpiritus, vt Euangelium promoueatur, ſpiritus prorumpit, & ſe manifeſtat per operationes quas in vnoquoque miniſtrorum facit.

8 Sermo sapientiæ alij datur. i. datur vt loquatur de rebus diuinis & arduis. De iis ſapientia eſt. alij, vt loquatur de humanis, de quibus ſcientia eſt.

10 Alii operatio virtvtvm. i. vt miracula faciat. Alii Prophetia, ſiue vt enunciet futura & occulta, ſiue vt Scripturas interpretetur. id etiam prophetare eſt. Alii interpretatio i. facultas peregrinas linguas interpretandi datur alij.

12 Ita et Christvs in vno Eccleſiæ corpore multa membra habet.

13 In vno Spiritv potati svmvs. i. eumdem Spiritum accepimus. Sive servi, sive liberi. Sic Græc. Syr. *ſiue ſerui, ſiue ingenui.*

15 Qvoniam non svm manvs. Docet miniſtros non debere inter ſe inuidere, neque detrahere.

23 Ignobiliora, vt pedes. Inhonesta. Auguſtinus 4. contra Iulian. cap. 16. & 2. Retract. cap. 7. per *inhoneſta*, verenda intelligit, intelligunt alij. Ea abvndantiorem honestatem habent. i. ea diligentiſſimè tegimus, atque ita, vt cùm totum corpus nudamus, illa perizomate tegamus, vt ait Theophylactus.

25 Sed idipsvm. Syr. *æquè vnum pro alio* ſolicita ſunt membra. Aut idipſum curant omnia membra, & ad eumdem ſcopum tendunt.

26 Sive gloriatvr vnvm. Syr. *exultat*, lætatur, congaudent alia membra.

27 Membra de membro vos eſtis. i. inter ſe cohærentia & connexa. Quidam Græci codices habent ἐκ μέλους. i. *de membro*, ſic noſter legit. Alij ἐκ μέρους. i. *ex parte*. i. partialia partes corporis eſtis. Syr. *membra in loco veſtro*. i. quodque in ſua functione, id eſt, ex parte.

31 Æmvlamini avtem charismata. i. ad potiora & meliora contendite. quiſque ſ. in ſua functione. Aut, vt habeatis meliora dona & ſublimiora curate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Spiritvalibvs. ſ. donis.

2 Scitis, &c. q. d. primùm gratiam Dei agnoſcite, qua eſtis ab idolorum cultu liberati.

3 Ideo, &c. q. d. illud etiam cogitate, neminem ſine Dei gratia poſſe Chriſtum confiteri. Nemo. pro, ſicut nemo. Dicit anathema. pro, anathematizat. i. execratur, ſeu maledicit. Iesv. Græc. *Ieſum*. Et nemo. pro, ſic nemo. Dicere, &c. i. confiteri, vt par eſt, *Ieſum* Deum eſſe. In Spiritv sancto. i. per gratiam Spiritus ſancti.

4 Divisiones. i. diſcrimina.

5 Ministrationvm. i. miniſteriorum.

7 Vtilitatem. ſ. Eccleſiæ.

8 Spiritvm. i. ſanctum. Sapientiæ. ſ. diuina explicandi facultas. Scientiæ. ſ. dirigendi humana. Secvndvm. pro, per.

9 Fides. ſ. excellens. In eodem. pro, per eumdem. Sanitatvm. i. ſanandi. Vno. pro, eodem.

10 Virtvtvm. i. miraculorum. Sermonvm. i. linguarum.

12 Christvs. i. Chriſti Eccleſia.

13 In vno. pro, eodem. In vnvm. i. vt vnum ſimus. Potati. q. d. vnum ſpiritum hauſimus.

22 Sed mvlto magis. pro, imò potiùs.

23 Circvmdamvs. ſ. diligentiùs operientes. Inhonesta. i. indecora. ſ. pudenda. Nostra. pro, in nobis. Honestatem. ſ. dum teguntur.

24 Nvllivs. ſ. eiuſmodi. Temperavit. pro, contemperauit. Deerat. ſ. decor. Honorem. ſ. dum voluit tegi diligentiùs, & cuſtodiri.

25 Schisma. i. diſſidium. Idipsvm. i. pariter, ſeu æquè.

26 Et si. pro, itaque ſi. Gloriatvr. pro. honoratur. Syr. *exultat*.

27 De membro. Græc. *ex parte*. q. d. quiſque in parte ſua, ſeu loco.

28 Prophetas. ſ. vaticinantes, vel prædicantes. Virtvtes. i. operantes miracula. Opitvlationes. Syr. *adiutores*. ſ. rerum ſpiritualium. Gvbernationes. i. gubernatores, ſeu rectores.

31 Æmvlamini. i. ſtudioſè ſectamini, ſeu expetite. Meliora. i. potiora. Et adhvc, &c. q. d. cuiuſmodi eſt id de quo ſtatim dicam. Viam. ſ. ad ſalutem.

CAPVT XIII.

Oſtendit charitatis neceſſitatem, ipſius officia, perpetuitatem, ac præcellentiam ſupra fidem & ſpem, reliquaque Dei dona.

1 SI linguis hominum loquar, & angelorum,
A charitatem autem non habeam, factus ſum
2 velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. * Et
ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria
omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero om-
nem fidem ita vt montes transferam, charita-
3 tem autem non habuero, nihil ſum. * Et ſi diſ-
B tribuero in cibos pauperum omnes facultates
meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ar-
deam, charitatem autem non habuero, nihil
4 mihi prodeſt. * Charitas patiens eſt, benigna eſt:
Charitas non æmulatur, non agit perperàm,
5 non inflatur, * non eſt ambitioſa, non quærit
quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum,
6 * non gaudet ſuper iniquitate, congaudet au-
7 tem veritati: * omnia ſuffert, omnia credit, om-
C nia ſperat, omnia ſuſtinet. * Charitas numquam
8 excidit; ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue

linguæ

linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. * Ex 9
parte enim cognoſcimus, & ex parte propheta-
mus. * Cùm autem venerit quod perfectum eſt, 10
euacuabitur quod ex parte eſt. * Cùm eſſem 11
paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt D
paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando
autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant par-
uuli. * Videmus nunc per ſpeculum in ænig- 12
mate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cog-
noſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut
& cognitus ſum. * Nunc autem manent, fides, 13
ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum
eſt charitas.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

AD mutuam charitatem hortatur, quæ multis modis inter Corinthios labefactabatur.

1 Si lingvis hominvn loqvar, et Angelorvm. i. ſi loquar ſermone omnium elegantiſſimo. Superbiebant quidam de aliis donis, ſed præcipuè de dono linguæ: ideò ab eo inchoat.

2 Si habvero omnem fidem. Loquitur de fidei dono peculiari ad facienda miracula.

3 Ita vt. Vox *ita* Græcè non eſt, neque Gotth. habet, & redundare videtur. * Ardeam. Pro, *καυθήσωμαι* i. *ardeam*, quidam codices habuere *καυχήσωμαι*. i. *vt glorier*. atque ita Hieronymus legit ad Galat. 5. extremo. ſed noſtra lectio eſt communis.

4 Charitas non æmvlatvr. pro, non inuidet. *Æmulatio* ſæpè in bonam partem accipitur pro imitatione.

5 Non est ambitiosa. *οὐκ ἀσχημονεῖ, non pudeſit*, non facit pudenda, vt ambitioſi, qui ſeruiliter omnia pro imperio. Noſter cauſam pro effectu, *ambitionem* pro probro & ignominia. Baſilius in Regul. breuior. num. 97. legit, *non mutat ſuum habitum*. i. proprietates, quæ ſtatim recenſentur. Clemens 3. Pædagogi cap 1. *non indecorè ſe gerit*, pro, *non eſt ambitioſa*. Non qværit qvæ sva svnt. i. non ſectatur ſua commoda.

7 Omnia credit. ſ. reuelata à Deo. Nam de hominibus cardo & neruus prudentiæ eſt, non facilè credere, vti ex Epicharmo affert. Cicero in Petitione Conſulatus.

8 Charitas nvmqvam excidit. Manet in patria, fide & ſpe ſublatis.

9 Ex parte enim cognoscimvs. ſ. in hac vita. i. imperfectè, *paruum*, vt Syr.

10 Qvod ex parte est. i. quod eſt imperfectum, euacuabitur, cùm quod eſt perfectum, veniat in cælo.

11 Cvm essem parvvlvs. q. d. vt vir quis factus loquelam & mores pueri relinquit, ſic cùm perfectum venerit, imperfecta ceſſabunt. Viſio Dei excludet obſcuram cognitionem & ænigmaticam. Nam nunc in ſpeculo videmus. i. in effectis cauſam Deum.

12 Sicvt et cognitvs svm à Deo ſ. perfectè & omni ex parte, vt cognitus ſum, tunc cognoſcam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LINGVIS. i. eloquentia. vel q. d. ſi loqui ſciam omnium hominum linguis. Angelorvm. i. ſi poſſem tam perfectè loqui, vt Angelus. vel, cum Angelis colloqui.

2 Scientiam. ſ. habuero. Omnem fidem. ſ. etiam eam per quam fiunt miracula.

3 Ardeam. i. comburar. Prodest. ſ. ad regnum cælorum obtinendum: Auguſt. lib de Patientia.

4 Æmvlatvr. i. inuidet. Perperam. i. prauè, ſeu peruersè, vel temerariè. Syr. *tumultuosè*.

5 Qværit. ſ. ſolùm. ſ. quærit etiam vtilitatem proximi. Irritatvr. i. excandeſcit.

6 Svper. pro, de. Veritati. i. de probitate, ſeu *iuſtitia*, Hebr.

7 Svffert. ſ. illata à proximis. Credit. ſ. credenda. Sperat. ſ. ſperanda. Svstinet. ſ. aduerſa.

8 Excidit. i. perit. ſ. quantum ex ſe eſt, alioqui per peccatum perditur. Evacvabvntvr. i. deſinent. Scientia. ſ. imperfecta huius vitæ.

9 Ex parte. i. imperfectè.

10 Evacvabitvr. i. abolebitur.

11 Cvm essem. pro, veluti cùm. eſt enim ſimilitudo. Evacvavi. i. aboleui.

12 Per. pro, velut per. In ænigmate i. obſcurè. Facie ad faciem. i. clarè, vt cùm ſe duo mutuò aſpiciunt. Cognitvs svm. ſ. à Deo. i. perfectè.

13 Horvm. pro, ex his.

CAPVT XIV.

Donum linguarum inferius eſſe dicit dono prophetiæ; imò inutile, ſi deſit qui interpretetur: tradit ergo eis normam qua his donis ordinatè vtantur: & mulieres in Eccleſiis ſilere iubet.

1 SEctamini charitatem, æmulamini ſpiritalia:
A magis autem vt prophetetis. * Qui enim lo-
2 quitur lingua, non hominibus loquitur, ſed
Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur
3 myſteria. * Nam qui prophetat, hominibus lo-
quitur ad ædificationem, & exhortationem, &
4 conſolationem. * Qui loquitur lingua, ſemetip-
ſum ædificat: qui autem prophetat, Eccleſiam
5 Dei ædificat. * Volo autem omnes vos loqui
linguis; magis autem prophetare. Nam maior
eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis:
niſi fortè interpretetur, vt Eccleſia ædificatio-
6 nem accipiat. * Nunc autem, fratres, ſi venero
B ad vos linguis loquens; quid vobis prodero, niſi
vobis loquar aut in reuelatione, aut in ſcientia,
7 aut in prophetia, aut in doctrina? * Tamen quæ
ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue
cithara, niſi diſtinctionem ſonituum dederint,
quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod ci-
8 tharizatur? * Etenim ſi incertam vocem det tu-
9 ba; quis parabit ſe ad bellum? * Ita & vos per
linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis;
quomodo ſcietur id quod dicitur? eritis enim in
10 aëra loquentes. * Tam multa, vtputa, genera
linguarum ſunt in hoc mundo: & nihil ſine vo-
11 ce eſt. * Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei,
C cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi bar-
12 barus. * Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis
ſpirituum, ad ædificationem Eccleſiæ quærite
13 vt abundetis. * Et ideò qui loquitur lingua, oret
14 vt interpretetur. * Nam ſi orem lingua, ſpiritus
meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.
15 * Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente:
16 pſallam ſpiritu, pſallam & mente. * Ceterùm ſi
benedixeris ſpiritu: qui ſupplet locum idiotæ,
quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictio-
17 nem? quoniam quid dicas, neſcit. * nam tu qui-
dem benè gratias agis: ſed alter non ædificatur.
18 * Gratias ago Deo meo, quòd omnium veſtrûm
D lingua loquor. * Sed in Eccleſia volo quinque
19 verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam:
20 quàm decem millia verborum in lingua. * Fra-
tres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia par-
21 uuli eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote. * In
lege ſcriptum eſt: " Quoniam in aliis linguis & " *Iſaia* 28.
labiis aliis loquar populo huic: & nec ſic exau- c. 11
22 dient me, dicit Dominus. * Itaque linguæ in
E ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: pro-
23 phetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus. * Si
ergo conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, &

omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ,
aut infideles: nónne dicent quòd inſanitis? * Si 24
autem omnes prophetent, intret autem quis
infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus,
diiudicatur ab omnibus: * occulta cordis eius 25
manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem adora-
bit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vo-
bis ſit. * Quid ergo eſt, fratres? cùm conuenitis, 26
vnuſquiſque veſtrûm pſalmum habet, doctri- F
nam habet, apocalypſim habet, linguam habet,
interpretationem habet: omnia ad ædificatio-
nem fiant. * Siue lingua quis loquitur, ſecundùm 27
duos, aut vt multùm tres, & per partes, & vnus
interpretetur. * Si autem non fuerit interpres, 28
taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo.
* Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri 29
diiudicent. * Quòd ſi alij reuelatum fuerit ſe- 30
denti, prior taceat. * Poteſtis enim omnes per 31
ſingulos prophetare: vt omnes diſcant, & om-
nes exhortentur: * & ſpiritus prophetarum pro- 32
phetis ſubiecti ſunt. * Non enim eſt diſſenſionis 33
Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis G
ſanctorum doceo. * Mulieres in Eccleſiis ta- 34
ceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubdi-
tas eſſe, ſicut " & lex dicit. * Si quid autem vo- 35
lunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe
eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. * Anà vobis 36
verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos perue-
nit? * Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritua- 37
lis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini
ſunt mandata. * Si quis autem ignorat, ignorabi- 38
tur. * Itaque fratres æmulamini prophetare: & 39
loqui linguis nolite prohibere. * Omnia autem 40
honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant.

" *Gen.3. c.16*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AEMVLAMINI SPIRITALIA. i. conſectamini, quærite dona Spiritus VT PROPHETETIS. .i. Prophetiam præ aliis donis optate. Erant multi qui peregrinis linguis loquebantur. id ſtudium reprimere vult.

2 QVI ENIM LOQVITVR LINGVA. peregrina ſ. Deo loquitur, quia ille ſolus intelligit. NEMO ENIM AVDIT. i. intelligit. SPIRITV. i. ſola mente loquitur MYSTERIA. ſ. ſibi ipſi. Quidam codices Græci & Latini habent *Spiritus*. ſic Auguſt. legit 12. de Geneſ. ad litter. cap. 8. eritque ſenſus: Spiritus ſanctus occulta & ſublimia per Scripturas, ſiue per os loquentis linguis loquitur: ideò Propheta opus eſt qui ea explicet.

3 NAM QVI PROPHETAT. *Nam* pro, ſed. Græc. *qui autem prophetat*. q. d. qui loquitur linguis, Deo loquitur; Propheta hominibus, quibus ea myſteria explicat.

5 LOQVI LINGVIS. ſ. variis volo. MAGIS AVTEM PROPHETARE, quia id maius. NISI FORTE INTERPRETETVR, qui linguis loquitur. nam in eo Prophetæ officio fungitur. Gotth. *niſi fortè vt interpretetur*. Quæ vtilitas in variis linguis? niſi loquar

6 AVT IN REVELATIONE. i. explicatione eius quod linguis loquor. AVT IN SCIENTIA. i. niſi ſcientiam. i. cognitionem de rebus humanis. AVT IN PROPHETIA. i. explicatione Scripturæ. AVT IN DOCTRINA. i. ſapientiam & rerum diuinarum cognitionem attulero.

7 TAMEN. pro, ſanè. QVÆ SINE ANIMA. q. d. ſonitus tubæ, niſi explicetur per diſtinctionem quamdam quid velit, nihil prodeſt: ſic qui loquuntur linguis ſine interpretatione. Quæ vtilitas?

9 NISI MANIFESTVM SERMONEM DEDERITIS. i. niſi explicatis quod loquimini, fruſtrà ſermo veſter erit.

10 NIHIL SINE VOCE EST. Nulla gens, aut nullum inſtrumentum, aut nulla lingua, Hebræa, Græca, ſine voce eſt; quæque ſuas habet dictiones: quas ſi ignorauero, ero vt barbarus coram loquente.

11 ERO EI, CVI LOQVOR, BARBARVS. Anacharſis Scytha dicebat, *Omnes Græci mihi ſunt Scythæ*. nam barbarus eſt qui non intelligitur, Clemens Strom. 1.

12 QVÆRITE VT ABVNDETIS, vt explicetis quæ loquimini, vt ad ædificationem loquamini.

13 ORET. ſ. Deum. Προσεύχομαι etiam abſolutè poſitum, apud profanos etiam ſignificat *orare Deum*. Ergo qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur.

14 NAM SI OREM LINGVA, ſupple, tantùm. SPIRITVS MEVS. i. halitus meus orat. id eſt hîc *πνεῦμα, halitus*, pro voce. Inuehitur in eos qui ſola voce & ſine attentione orant aut canunt in Eccleſia, aut etiam lingua peregrina.

16 SI BENEDIXERIS SPIRITV. i. voce tantùm laudaueris Deum. QVI SVPPLET LOCVM IDIOTÆ. i. populi imperiti. QVOMODO DICET, AMEN. i. ſit ita. QVID DICAS, NESCIT. Nec chorus, quia peregrina lingua oras; nec tu, quia ſola voce. Hoc loco abutuntur hæretici, ad probandum, debere Preces in Eccleſia cani lingua vulgari, vti ipſi faciunt, & in Dictionar. Syrochald. radice אמן non rectè dicere *amen*, qui preces non intelligit. Verùm miniſtri & cantores, qui ſupplent locum populi idiotæ, ſatis intelligunt preces noſtras.

18 QVOD OMNIVM VESTRVM LINGVA LOQVOR. Græc. *Magis quàm vos omnes linguis loquens*, pro, *loquor*. Ne videatur ex inuidia loquentes linguis increpaſſe, hoc dicit.

19 VOLO. pro, malo. SENSV MEO LOQVI. *διὰ νοός μου, mente mea*. i. intelligentia, ita vt ea intelligam & intelligat. Ambroſius hîc, & Hieronymus in Prolog. Galeato *διὰ νόμου* legerunt pro *διὰ νοός*, hoc ſenſu. Malo quinque verba legis. i. quinque Moyſis libros loqui. Verùm nec ea lectio vera eſt, neque ad rem. Ergo malo QVINQVE. i. pauca verba loqui, ita vt intelligar, quàm multa IN LINGVA. ſ. peregrina.

20 NOLITE PVERI EFFICI SENSIBVS, ſeu *mentibus*, *φρεσίν*. Nolite puerilia conſectari, qualia erant loqui linguis ſine vllo fructu.

21 ALIIS LINGVIS.... LOQVAR POPVLO HVIC. Supplicium id erat, loqui illi populo Iudæorum peregrinis linguis, quas non intelligerent. ad hoc affert teſtimonium Iſaiæ.

22 ITAQVE. pro, verùm. illatiua pro aduerſatiua: neque enim ex verbis Iſaiæ ſequitur, linguas infidelibus eſſe in ſignum. Si omnes loquantur linguis in Eccleſia,

23 INTRENT AVTEM IDIOTÆ, ſimplices, ſeu catechumeni, aliiue infideles, dicent vos inſanire.

25 OCCVLTA CORDIS. Idiotæ, quæ animo verſat, aut commiſit, manifeſtantur, ſi ſint in Eccleſia Prophetæ. Quidam putant eo tempore fuiſſe viros & mulieres, qui reuelarent occulta: & de hac prophetia [illegible] qui Paulum, eamque præferre dono linguarum. Cùm conuenitis, quiſque

26 PSALMVM HABET. i. facultatem Deum aliquo Pſalmo laudandi. DOCTRINAM HABET, exhortandi & docendi alios poteſtatem. APOCALYPSIM HABET. .i. donum reuelationis eorum quæ ſunt occulta, qui ſ. eſt Propheta.

27 SECVNDVM DVOS. Præſcribit vſum linguarum, vt non omnes id faciant, ſed tantùm duo aut tres, idque per partes. i. *viciſſim*, vt Syr. vertit, & ſequatur vnius interpretatio, vt quæ dicuntur, à populo intelligantur. Quòd ſi interpres non fuerit, taceat qui habet donum linguarum.

29 PROPHETÆ. De Prophetis idem præcipit, vt duo aut tres loquantur. Adde, per partes, viciſſim. CETERI DIIVDICENT. ſ. Prophetæ de doctrina eorum qui loquuntur.

30 QVOD SI ALII. i. ſi in aliquem Prophetiæ ſpiritus inſiluerit, taceat qui loquebatur. Euſebius initio

Pſalmo-

Pſalmorum tangit morem, quem ſeruabant cantores à Dauide in quatuor turmas tributi. quòd ſi in aliquem eorum inſiliebat ſpiritus, ceteri ſilebant. Erant quatuor principes, ſub ſingulis cantores 72. vt quoniam genus humanum in tot familias ob turrim Babylonicam diuiſi ſunt, ſignificaretur omnem linguam debere laudare Deum. Hæc Euſebius.

OMNES PER SINGVLOS. pro, omnes & ſinguli po- 31
teſtis prophetare, ſi hoc ſeruetis.

ET SPIRITVS PROPHETARVM ſunt illi ſubditi, vt 32
cùm fuerit opus, eis vtantur.

IN OMNIBVS ECCLESIIS SANCTORVM DOCEO. *Do-* 33
ceo non eſt Græc. ſed ſuppletur, Robertus & Veleſius ad marginem διδάσκω habent. Ceteri ſilent, etiam Syr. Quid docet? Deum eſſe pacis Deum.

AN A VOBIS. Reprimit contentioſos. q. d. num vos 36
ſoli ſapientes eſtis, vt aliter faciatis?

SI QVIS AVTEM IGNORAT. ſ. quæ dico, illi diſpli- 38
cent. IGNORABITVR, ſcilicet à Deo illi diſplicebit. Græc. ἀγνοείτω, *ignoret*. ac ſi dicat: Vt voluerit, doctrina mea nihilominùs vera eſt. ſic Chryſoſtomus, Theophylactus, & Oecumenius legunt; noſter legit Græcè ἀγνοηθήσεται.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AEMVLAMINI. i. ſtudio perſequimini. MAGIS. 1
.i. præcipuè. PROPHETETIS. i. diuina explicetis. Huc pertinet concionandi munus.

LINGVA. ſ. peregrina, ſeu variis linguis. AVDIT. 2
.i. intelligit. ſ. niſi habeat donum linguarum. SPIRITV. i. mente, ſeu mouente Spiritu ſancto.

ECCLESIAM. ſ. fideles congregatos. 4

VOLO. i. opto. MAIOR. i. vtilior Eccleſiæ. 5

REVELATIONE. i. reuelans aliquod myſterium. 6
SCIENTIA. i. explicans aliquid quod ſcire iuuet. PROPHETIA. i. diuinum aliquid exponens. DOCTRINA. .i. mores inſtituens.

TAMEN. pro, nam &; ſeu, etenim. DISTINCTIO- 7
NEM, &c. q. d. niſi diſtinctè ita ſonent, vt poſſit intelligi quid ſibi velint.

INCERTAM. i. militibus ignotam. 8

MANIFESTVM. i. intelligibilem. IN. pro, velut in. 9
IN AERA. i. fruſtrà. Syr. *quaſi cum aëre*.

VTPVTA. pro, quidem, vel nempe. LINGVARVM. 10
Græc. *vocum*.

VIRTVTEM. i. vim, ſeu ſignificationem. CVI LO- 11
QVOR. Græc. & Syr. *qui loquitur*. BARBARVS, &c. q. d. nec ego magis intelligam quàm Barbari linguam intelligunt ignotam, videbiturque illi mihi Barbara lingua loqui.

ÆMVLATORES. i. ſtudioſi. SPIRITVVM. i. ſpiritua- 12
lium donorum. ABVNDETIS. ſ. gratiis.

INTERPRETETVR. i. poſſit interpretari quod dicit. 13

SPIRITVS. i. voluntas. ſic dictum, *Spiritus promptus*. 14
.i. voluntas. MENS. i. intellectus. SINE FRVCTV. ſ. ſi non intelligam quod orans dico. Nota, quoſdam tunc ſolitos lingua peregrina orare, ſed non intelligentes quid dicerent, vt nunc idiotæ, qui Latinè orant. ſ. dabat interdum Spiritus ſanctus linguæ peregrinæ vſum in oratione, ſed ſine intelligentia ſaltem myſteriorum quæ loquebatur, vt qui nunc Pſalmos, etiam ſi Latinè ſciant, non intelligunt.

ET MENTE. i. quod intelligam. 15

BENEDIXERIS. i. Deum laudaueris. SPIRITV. i. vo- 16
luntate quidem in Deum pia, ſed ſic vt ab aliis non intelligaris. SVPPLET. Græc. *implet*. IDIOTÆ. ſ. populi. q. d. qui pro populo reſpondet, vt nunc fit in Miſſis. NESCIT. i. non intelligit.

OMNIVM VESTRVM. ſ. erant Græcorum variæ dia- 18
lecti. Græc. & Syr. *magis quàm vos omnes*.

ECCLESIA. i. fidelium cœtu. QVINQVE. i. pauca. 19
SENSV MEO. i. quæ poſſint intelligi, me explicante. LINGVA. i. ignota auditoribus.

LEGE. i. Scriptura Legis veteris. ſ. Iſa. 28. LABIIS. 21
.i. linguis. Repetitio. Paulus ſenſum reddidit. nam Hebr. & Græc. aliquantò aliter.

22 IN LIGNVM, &c. q. d. exhiberi ſolent etiam iis q[...] nihil propterea ad fidem mouentur. NON FIDE[...]BVS. ſ. ſolùm, vel propriè. SED FIDELIBVS. ſ. ſo[...] Deus ad ſuos Prophetas mittere.

23 IN VNVM. i. ſimul. IDIOTÆ. i. plebeij, ſeu i[...]periti.

24 PROPHETENT. ſ. occulta reuelantes, vel diuina diſ[...]rentes. CONVINCITVR. ſ. erroris, vel peccati in q[...] eſt. DIIVDICATVR. i. de eo fit certum iudicium.

26 PSALMVM. i. Dei laudem. DOCTRINAM. i. moru[...] inſtructionem. APOCALYPSIM. i. reuelationem a[...]quam. LINGVAM. i. quod lingua peregrina lo[...] poſſit. INTERPRETATIONEM. ſ. linguæ, vel alicui[...] rei obſcuræ.

27 SECVNDVM. pro, per. q. d. duo ſolùm loquantur. [...]MVLTVM. i. ad ſummum. PER PARTES. i. viciſſi[...] INTERPRETETVR. ſ. iis qui linguam illam neſciunt.

28 TACEAT. ſ. qui donum habeat linguarum.

29 DICANT. ſ. viciſſim. DIIVDICENT. i. ferant ſup[...] dictis ſententiam. ſ. probanda ne videantur, an i[...] probanda.

30 PRIOR. ſ. qui volebat diiudicare.

31 PER SINGVLOS. i. ſingillatim. EXHORTENTV[...] .i. moueantur, ſeu inſtruantur.

32 ET. pro, nam. PROPHETIS. vel aliis, ſ. vt ſinant ab illis diiudicari. vel iiſdem, ſ. vt poſſint tacere.

33 ECCLESIIS. ſ. pax eſt. DOCEO. non eſt Græc. n[...] Syr.

34 LOQVI. ſ. in Eccleſia, vel docere. LEX. i. Script[...]ra. ſ. Geneſ. 3.

36 AN A VOBIS, &c. q. d. non eſt quod his contrad[...]catis, quaſi ſapientiores. VERBVM DEI. i. prædicat[...] Euangelica.

38 IGNORAT. ſ. Dei mandata, ſeu Dei voluntàte[...] IGNORABITVR. ſ. à Deo. i. improbabitur.

40 HONESTE. i. decenter.

CAPVT XV.

Chriſtum docet à mortuis reſurrexiſſe, multiſque [...] demum Paulo qui ſe minimum dicit Apoſtolorum a[...]paruiſſe: ac noſtram hic aſtruit reſurrectionem, [...] ordinem ac modum eius, vna cum diuerſa reſuſcit[...]torum gloria; non in anima ſolùm, ſed etiam in corpor[...] mors autem in reſurrectione abſorbebitur.

1 NOtum autem vobis facio, fratres, Eua[...]
A gelium, quod prædicaui vobis, quod [...]
2 accepiſtis, in quo & ſtatis, * per quod & ſalu[...]
mini: qua ratione prædicauerim vobis, ſi t[...]
3 netis, niſi fruſtrà credidiſtis. * Tradidi enim v[...]
bis in primis, quod & accepi: quoniam Chr[...]
ſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris " ſecu[...]
4 dùm Scripturas: * " & quia ſepultus eſt, & qu[...]
5 reſurrexit tertia die ſecundùm Scripturas: * [...]
quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndeci[...]
6 * Deinde viſus eſt plus quàm quingentis f[...]
tribus ſimul: ex quibus multi manent vſq[...]
7 adhuc, quidam autem dormierunt; * Dein[...]
viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibu[...]
8 * Nouiſſimè autem omnium tamquam abo[...]
9 tiuo, viſus eſt & mihi. * " Ego enim ſum mi[...]
B mus Apoſtolorum, qui non ſum dignus voc[...]
ri Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccl[...]
10 ſiam Dei. * Gratia autem Dei ſum id qu[...]
ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſ[...]
abundantiùs illis omnibus laboraui: non e[...]
11 autem, ſed gratia Dei mecum: * Siue en[...]
ego, ſiue illi; ſic prædicamus, & ſic credidiſ[...]
12 * Si autem Chriſtus prædicatur quòd reſurre[...]
à mortuis, quomodo quidam dicunt in v[...]
bis, quoniam reſurrectio mortuorum non e[...]
13 * Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: n[...]
14 Chriſtus reſurrexit. * Si autem Chriſtus n[...]

reſ[...]

reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, ina-
nis eſt & fides veſtra: * inuenimur autem & 15
falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus C
aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum:
quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt.
* Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chri- 16
ſtus reſurrexit. * Quòd ſi Chriſtus non reſur- 17
rexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in
peccatis veſtris. * Ergo & qui dormierunt in 18
Chriſto, perierunt. * Si in hac vita tantùm in 19
Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus
omnibus hominibus. * Nunc autem Chriſtus 20
reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium:
" Coloſſ. 1. c. 18 Apoc. 1. b. 5 * " quoniam quidem per hominem mors, & 21
per hominem reſurrectio mortuorum. * Et ſic- 22
ut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chri-
" 1. Theſſ. 4 b. 15 ſto omnes viuificabuntur. * " Vnuſquiſque au- 23
tem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus: deinde
ij, qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius credi-
derunt. * Deinde finis; cùm tradiderit regnum 24
Deo & Patri, cùm euacuauerit omnem princi-
patum, & poteſtatem, & virtutem. * Oportet 25
" Pſal. 109. a. 1 Heb. 1. b. 13 & 10. c. 13 autem illum regnare, " donec ponat omnes D
inimicos ſub pedibus eius. * Nouiſſima autem 26
inimica deſtruetur mors: " Omnia enim ſubie-
" Pſal. 8. c. 8 Hebr. 2. b. 8 cit ſub pedibus eius. Cùm autem dicat: * Om- 27
nia ſubiecta ſunt ei; ſine dubio præter eum,
qui ſubiecit ei omnia. * Cùm autem ſubiecta 28
fuerint illi omnia: tunc & ipſe Filius ſubiectus
erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus om-
nia in omnibus. * Alioquin quid facient qui ba- 29
ptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non
reſurgunt? vt quid & baptizantur pro illis? * vt 30
quid & nos periclitamur omni hora? * Quoti- 31
die morior per veſtram gloriam, fratres, quam
habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. * Si (ſe- 32
cundùm hominem) ad beſtias pugnaui Epheſi,
quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt?
" Iſa. 22. c. 13 Sap. 2. b. 6 " manducemus, & bibamus, cras enim morie-
mur. * Nolite ſeduci: Corrumpunt mores bo- 33
nos colloquia mala. * Euigilate iuſti, & nolite 34
peccare: ignorantiam enim Dei quidam ha- E
bent, ad reuerentiam vobis loquor. * Sed dicet 35
aliquis: Quomodo reſurgunt mortui? qualíve
corpore venient? * Inſipiens, tu quod ſeminas 36
non viuificatur, niſi priùs moriatur. * Et quod 37
ſeminas, non corpus, quod futurum eſt, ſemi-
nas, ſed nudum granum, vtputa tritici, aut
alicuius ceterorum. * Deus autem dat illi cor- 38
pus ſicut vult: & vnicuique ſeminum pro-
prium corpus. * Non omnis caro, eadem ca- 39
ro: ſed alia quidem hominum, alia verò pe-
corum, alia volucrum, alia autem piſcium.
* Et corpora cæleſtia, & corpora terreſtria: ſed 40
alia quidem cæleſtium gloria, alia autem ter-
reſtrium. * Alia claritas ſolis, alia claritas lu- 41
næ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à F
ſtella differt in claritate: * ſic & reſurrectio 42
mortuorum. Seminatur in corruptione, ſur-
get in incorruptione. * Seminatur in ignobili- 43
tate, ſurget in gloria: Seminatur in infirmita-
te, ſurget in virtute: * Seminatur corpus ani- 44
male, ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus ani-
" Geneſ. 2 b. 7 male, eſt & ſpiritale, ſicut ſcriptum eſt: * " Fa- 45
ctus eſt primus homo Adam in animam viuen-
tem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuifican-
46 tem. * Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed
47 quod animale: deinde quod ſpiritale. * Primus
homo de terra, terrenus: ſecundus homo de
48 cælo, cæleſtis. * Qualis terrenus, tales & ter-
49 reni: & qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. * Igi-
tur, ſicut portauimus imaginem terreni, por-
50 temus & imaginem cæleſtis. * Hoc autem dico
fratres: quia caro & ſanguis regnum Dei poſ-
ſidere non poſſunt: neque corruptio incorru-
51 ptelam poſſidebit. * Ecce myſterium vobis di-
G co: Omnes quidem reſurgemus, ſed non om-
52 nes immutabimur. * In momento, in ictu ocu-
li, in nouiſſima tuba: canet enim tuba, &
mortui reſurgent incorrupti: & nos immuta-
53 bimur. * Oportet enim corruptibile hoc in-
duere incorruptionem: & mortale hoc indue-
54 re immortalitatem. * Cùm autem mortale hoc
induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo, qui
ſcriptus eſt: " Abſorpta eſt mors in victoria. " Oſee 13 d. 14
55 * Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimu- Hebr. 2. d. 14
56 lus tuus? * Stimulus autem mortis peccatum eſt:
57 virtus verò peccati lex. * " Deo autem gratias, " Ioſ. 5. a. 5
qui dedit nobis victoriam per Dominum no-
58 ſtrum Ieſum Chriſtum. * Itaque fratres mei di-
lecti, ſtabiles eſtote, & immobiles: abundantes
in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor
veſter non eſt inanis in Domino.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOTVM. Græc. *In memoriam vobis reuoco, γνωρίζω.* Agit de reſurrectione mortuorum, προθεραπεύει his verbis ad ea quæ dicenda ſunt.

5 ET POST HOC VNDECIM viſus eſt Chriſtus poſt reſurrectionem. Græc. *duodecim.* ſic Syr. Id nomen retinuit id collegium, etiam Iuda ſublato.

7 DEINDE APOSTOLIS OMNIBVS. Sic vocat diſcipulos 72. quia eis etiam commiſſa erat prædicatio Euangelij. Nouiſſimè mihi

8 TAMQVAM ABORTIVO. Sic de ſe loquitur ob modeſtiam. filij abortiui contemnuntur.

10 GRATIA DEI MECVM. Græc. *gratia Dei quæ mecum.* ſ. laborat, non *quæ mecum eſt*, aut *mihi adeſt*, vt alij vertunt, vt tollant cooperationem noſtram. Syr. *non ego ſed gratia illius quæ mecum eſt.* Caluin. lib. 2. Inſtit. cap. 3. §. 11. *Non ego, ſed gratia Dei quæ in me eſt.* Perperàm omnia; meliùs noſter.

17 ADHVC ENIM ESTIS IN PECCATIS VESTRIS. Si ſua morte & reſurrectione Chriſtus vos non redemit, peccata veſtra non ſunt vobis remiſſa. ſic Chriſtus non reſurrexit.

19 MISERABILIORES SVMVS OMNIBVS HOMINIBVS, ſi reſurrectio non eſt, quia in hac vita pro fide multa patimur, in futurum nihil ſperantes.

23 PRIMITIÆ CHRISTVS. ſ. ſurrexit, quia primus ad immortalitatem reuixit. QVI IN ADVENTV EIVS CREDIDERVNT, deinde reſurgent. Græc. *deinde qui ſunt Chriſti* (.i. fideles, reſurgent ſ.) *in aduentu eius.* .i. cùm venerit. ſic Syr & Goth. Vera eſt lectio Vulgatæ ſententia in aliis verbis non alia.

24 DEINDE FINIS. i. iudicij dies. CVM TRADIDERIT REGNVM Chriſtus Patri. ſ. electos liberos iam à ſeruitute peccati, & diaboli tyrannide. CVM EVACVAVERIT OMNEM PRINCIPATVM. ſ. dæmonum, quos vocat *principatus, poteſtates & virtutes*, quia ex omnibus ordinibus Angelorum aliqui ceciderunt. Cyrillus 4. lib. contra Iulian. hoc de dæmonibus intelligit, quibus Chriſtus ſuo aduentu aufert omnem nocendi poteſtatem.

25 OPORTET AVTEM ILLVM. i. Chriſtum regnare in Eccleſia. DONEC. non tollit vlteriùs. *Donec* non ponitur pro termino temporis, ſed pro *ſemper*, vt aliis multis locis.

29 Alioqvin qvid facient, certè ſi non eſt reſurrectio. Qvi baptizantvr pro mortvis. Quidam putabant iam mortuis profuturam Baptiſma quod ipſi ſumerent. Hoc fuiſſe in vſu Tertullianus ait 5. contra Marcionem. & Epiphanius Hæreſi 28. Alij pro *mortuis.* i. morituris baptizabantur, vt illo bono opere ægroto impetrarent ſanitatem, aut illi prodeſſet in alia vita. Hoc Epiphanius eo loco videtur etiam tangere. Tertiò, per *mortuos* peccatores intelligunt; pro quorum pœnitentia quidam baptizabantur. ſed certè, quocumque modo id fieret, ſatis colligitur, quod Paulus ait, ob ſpem reſurrectionis illos baptizari. Pro illis? Græc. & Syr. *pro mortuis.* Verùm quidam codices Græci habent, *ὑπὲρ αὐτῶν.* i. *pro illis.*

31 Qvotidie morior per vestram gloriam. Græci codices, alij, *Νὴ τὴν ὑμετέραν.* alij, *Διὰ τὴν ὑμετέραν ἀδοξίαν.* Si priori modo, vertendum, *Per veſtram gloriam*, eritque iurandi forma. Quo modo accipit Auguſt. Epiſt. 89. & lib. 1. de Serm. Dom. c. 25. Syr. vertit: *Iuro per veſtram gloriam.* Si poſteriori, verti poteſt, *Per veſtram*, vt ſit etiam forma iurandi. Verti etiam poteſt, *Propter veſtram gloriam morior.* quomodo Hieronymus in Epiſt. Marcellæ, ſicque Chryſoſtomus & Theophylactus hîc accepiſſe videntur.

32 Ad bestias pvgnavi. De hac pugna Nicephorus lib. 2. cap. 25. vbi ait, eam Lucam prætermiſiſſe, vt alij Euangeliſtæ præter Ioannem Lazari ſuſcitationem. Quidam per *beſtias* intelligunt aurifices, qui Act c. 19. verſ. 24. Epheſi in Paulum ſurrexere. Ergo si secvndvm hominem. i. humano reſpectu cum iis beſtiis pugnaui, quæ vtilitas ſi reſurrectio non eſt.

34 Evigilate ivsti. ſ. vt iuſti ſitis. Græc. *δικαίως.* i. *iuſtè.* ſic Syr. & Gotth. iuſta opera facite. Ad reverentiam, ſeu *verecundiam.* Syr. *ad verecundiam veſtram dico.* Quid dicit? quoſdam nempe ignorare Deum, eius myſteria non curare.

36 Nisi privs moriatvr. q. d. ſi granum cùm ſeminatur, priùs putreſcit, deinde germinat, ſic homo vt reuiuiſcat, mori debet.

44 Corpvs animale. i. mortale, vel ſenſibus & alimento egens ſeminatur. Corpvs spiritale. i. incorruptibile, non ampliùs egens alimento. i. quod ſeminatur & moritur, ſurgit ſpiritale. Hoc in Adam verificatur.

45 Factvs est....Adam in animam viventem. Alludit ad illud Geneſ. 2. verſ. 7. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Primam partem attribuit Chriſto. ſ. *inſpirauit*, Adamo ſecundam. ſ. *factus eſt in animam viuentem.* i. animalis.

47 Primvs homo de terra, terrenvs. i. Adam. Secvndvs. i. Chriſtus. De cælo, cælestis. Græcè & Syr. *Dominus de cælo.* Verùm Tertullianus 5. contra Marc. Græcorum lectionem à Marcione excogitatam accuſat.

49 Portemvs et imaginem cælestis. Græc. *portabimus.* Verùm vbi modo *φορέσομεν*, noſter legit *φορέσωμεν.* Idem Tertullianus eo lib. 5. contra Marc. hoc etiam loco Græcam lectionem quaſi Marcionis reiicit. Ergo vt Adamo ſimiles vitiis fuimus, ſic ſimus Chriſto ſimiles probitate.

50 Neqve corrvptio incorrvptelam. i. corpus animale, dum ſic eſt, incorruptionem non poteſt habere.

51 Omnes qvidem resvrgemvs. Ergo in die iudicij, de quo agit, omnes morientur. Sed non omnes immvtabimvr, ſed ſoli iuſti. Græc. *non omnes dormiemus, ſed omnes immutabimur.* Hanc varietatem olim extitiſſe, ex Hieronymo epiſt. ad Minerium & Alexand. conſtat, & ex Auguſt. 120. de Ciuit. cap. 20. Noſter ſic Græca legit, *Πάντες μὲν ἀναστησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα.* cui lectioni fauet Græcus Cyrilli codex, vt Gagneius affert. Vtra lectio ſit verior, adhuc ſub iudice lis eſt, Canus ait lib. 2. de Locis Theolog. cap. 13. Hieronymus noſtram præfert: nec veriſimile eſt, mortem, quæ Chriſto non pepercit, iis omnibus qui tunc erunt viui parcituram.

52 Tvba. Vox Angeli.

55 Vbi est mors stimvlvs tvvs? Gotth. *aculeus.* ſ. ſi omnes reſurgent nihil facis, victa manes.

56 Stimvlvs avtem mortis peccatvm est. i. cauſa mortis peccatum eſt. Virtvs vero peccati lex. i. occaſio, quia ſine lege peccatum non eſt. & ex legis prohibitione prouocati nitimur in vetita.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Notvm, &c. q. d. in memoriam vobis reuoco.

2 Qva ratione. i. quo modo.

5 Vndecim. Græc. & Syr. *duodecim.* ſ. ſic vocabantur etiam cùm Iudas deeſſet.

6 Fratribvs. i. Chriſtianis.

7 Iacobo. quando aut quomodo, non conſtat. Apostolis. ſ. die Aſcenſionis.

8 Abortivo. i. imperfecto fœtui, reſpectu Apoſtolorum. Visvs est. Vide Act. 9.

10 Vacva. ſ. operibus. q. d. otioſa, ſeu inutilis. Illis. ſ. de quibus ſup. Ego. ſ. ſolus, ſeu ex me.

11 Sic. ſ. vt ſuprà dixi.

14 Inanis. i. vana.

15 Adversvs Devm. ſ. de illo mentientes.

18 In Christo. i. cum fide Chriſti.

19 In hac vita. q. d. huius vitæ bona, ſeu commoda. Miserabiliores. ſ. quia fallit nos valdè talis ſpes: vita enim Chriſtiana plena incommodis, ſeu tribulationibus.

20 Nvnc avtem. q. d. At reuerà. Primitiæ. i. primus.

22 In. pro, per. Vivificabvntvr. i. ad vitam ſuſcitabuntur.

23 Adventv. i. ſub eius aduentum. ſ. reſurgent. nec eſt Græc. *qui crediderunt.* Noſtra lectio poteſt ſic intelligi: qui in eius priori aduentu crediderunt.

24 Finis. ſ. mundi, ſeu potiùs hominis, in quem ſ. creatus. Tradiderit regnvm. i. præſentauerit electos. Deo. ſ. ſuo, quatenus homo. Patri. quatenus Deus. Evacvaverit. i. aboleuerit. ſ. vt non ſit neceſſaria diſpenſatio per Angelicos Principatus: Auguſt. 1. Trinit.

25 Donec. i. euſque vt. Ponat. ſ. Pater, vel ipſe.

28 Svbiectvs erit. q. d. nec tunc deſinet eſſe Patri ſubiectus, quatenus homo eſt. vel, tum verò totum Chriſti corpus myſticum erit Deo planè ſubiectum, & per omnia obtemperans. Omnia. i. per omnia, ſeu perfectè, vel loco omnium. ſ. quæ poſſunt optari ab homine.

29 Pro mortvis. i. ipſo baptiſmo mortuorum reſurrectionem profitentes. ſ. in aquam merſi, velut in ſepulchrum; & inde velut reſuſcitati emergentes. vel, qui baptizantur. i. affliguntur, ſeu patiuntur pro iis qui ſunt in Purgatorio, ieiuniis & aliis pœnitentiis ſe macerantes. *baptiZari* enim interdum eſt *pati*, vt Marc. 10. Luc. 12,

31 Morior. i. mortis periculum ſubeo. Per. Eſt iuramentum, vt notat Auguſt. 3. de Doctr. Chriſt. Poteſt etiam intelligi, q. d. ob veſtrum profectum. Vestram. i. de vobis. In Christo. i. apud Chriſtum.

32 Secvndvm hominem. i. humano more, ob finem aliquem temporalem. Ad bestias. Quidam leones intelligunt, quibus aiunt fuiſſe obiectum, nec læſum; alij probabiliùs, ad feros homines qui ei aduerſabantur, præcipuè Iudæos, referunt. Mandvcemvs, &c. q. d. quin illud potiùs facimus, quod dicunt qui nihil credunt. videtur autem alludere ad Sap. 2. Cras. i. citò. Moriemvr. ſ. corpore & anima. Eſt enim vox non credentium animæ immortalitatem.

33 Corrvmpvnt, &c. Menandri eſt ſenarius.

34 Evigilate. i. expergiſcimini. Reverentiam. i. pudorem. q. d. pudere vos deberet talium errorum, quibus veſtrûm aliqui miſerè tenentur.

36 Insipiens, &c. q. d. cur non aduertis quod tu ipſe facis?

37 Vtpvta. i. verbi gratia.

39 Caro. i. corpus.

40 Et. pro, & ſunt. Gloria. i. claritas.

Ani-

44 Animale. i. ſubiectum paſſionibus & neceſſitatibus. Spiritale. i. omnino ſpiritui ſubiectum, nulloque indigens. Est et. pro, erit &. Scriptvm. ſ. Geneſ. 2.

45 Novissimvs. ſ. Chriſtus. Eſt autem id à Paulo additum. Eſt autem ſenſus huius loci: Primo homini datum corpus viuens vita animali: Chriſto verò poſt reſurrectionem corpus ſpiritale. ſ. nulli ſubiectum indigentiæ cibi aut potus, aut huiuſmodi aliorum quibus Adæ corpus ſubiectum. Poteſt & ſenſus eſſe: Adamo datam vitam qua viueret, Chriſto verò qua poſſet etiam homines viuificare & reſuſcitare.

50 Caro et sangvis. i. corruptio carnis & ſanguinis: Auguſt. epiſt. 146. Neqve corrvptio. Explicatio præcedentis.

51 Mysterivm. i. rem diuinam occultam. Immvtabimvr. ſ. ad gloriam.

52 Momento. i. temporis puncto. Novissima. i. quæ dabitur ſignum poſtremum. Fortè intelligit ſeptimam ex illis, de quibus Apocal. 8, 9, & 10. Tvba. i. ſigno aliquo clariſſimo, quod dicitur etiam vox Chriſti. & Archangeli: Auguſt. epiſt. 120. Et nos. ſ. electi. Hinc apparet legendum ſuprà, *Non omnes immutabimur*; & non vt Græca nunc habent.

53 Hoc. Quaſi in carnem digitum intendit: Auguſt. de Fide & Symb. cap. 10.

54 Scriptvs. ſ. Iſa. 25. In victoria. i. per victoriam.

55 Vbi est mors, &c. Id ſumptum ex Oſe. 13. ſecundùm LXX. vbi nunc ſic legitur: *Vbi cauſa tua mors, vbi ſtimulus tuus inferne?* Vide ibi.

56 Mortis. i. mortem afferens. Lex. ſ. fomitis, qui ad peccandum incitat; vel Lex vetus, per occaſionem, vt dicitur Rom. 5. & 7.

58 In Domino. i. per Dei gratiam; ſeu quod attinet ad Dei remunerationem.

CAPVT XVI.

Vbi de colligenda pro Chriſtianis qui Ieroſolymis agebant eleemoſyna hortatus eſſet, commendat eis Timotheum ac Stephanæ familiam: deinde ſalutationes ſubiungit.

DE collectis autem, quæ fiunt in ſanctos, 1
ſicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & vos A
facite. ° Per vnam ſabbati vnuſquiſque veſtrûm 2
apud ſe ſeponat, recondens quod ei benè placuerit: vt non, cùm venero, tunc collectæ fiant.
° Cùm autem præſens fuero: quos probaueri- 3
tis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam
veſtram in Ieruſalem. ° Quòd ſi dignum fuerit 4
vt & ego eam, mecum ibunt. ° Veniam autem 5
ad vos, cùm Macedoniam pertranſiero: nam
Macedoniam pertranſibo. ° Apud vos autem 6
forſitan manebo, vel etiam hiemabo: vt vos B
me deducatis quocumque iero. ° Nolo enim 7
vos modò in tranſitu videre, ſpero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, ſi Dominus permiſerit. ° Permanebo autem Epheſi 8
vſque ad Pentecoſten. ° Oſtium enim mihi 9
apertum eſt magnum, & euidens: & aduerſarij multi. ° Si autem venerit Timotheus, vi- 10
dete vt ſine timore ſit apud vos: opus enim Domini operatur, ſicut & ego. ° Ne quis ergo il- 11
lum ſpernat: deducite autem illum in pace, vt
veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus. ° De Apollo autem fratre vobis notum fa- 12
cio, quoniam multùm rogaui eum vt veniret C
ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas vt nunc veniret: veniet autem, cùm ei vacuum fuerit. ° Vigilate, ſtate in fide, viriliter agi- 13
te, & confortamini. ° omnia veſtra in charitate 14
fiant. ° Obſecro autem vos fratres, noſtis do-
15 mum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſterium
16 ſanctorum ordinauerunt ſeipſos: ° vt & vos
ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti, &
17 laboranti. ° Gaudeo autem in præſentia Stepha-
D næ, & Fortunati, & Achaici: quoniam id, quod
18 vobis deerat, ipſi suppleuerunt: ° refecerunt
enim & meum ſpiritum, & veſtrum. Cognoſci-
19 te ergo qui huiuſmodi ſunt. ° Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum,
Aquila & Priſcilla, cum domeſtica ſua Eccleſia:
20 apud quos & hoſpitor. ° Salutant vos omnes
21 fratres. Salutate inuicem in oſculo ſancto. ° Sa-
22 lutatio, mea manu Pauli. ° Si quis non amat
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema, Maran Atha. ° Gratia Domini noſtri Ie-
23 ſu Chriſti vobiſcum. ° Charitas mea cum om-
24 nibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 De collectis. i. eleemoſynis, quæ conferebantur pro cuiuſque voluntate. In sanctos. i. fideles.

2 Per vnam sabbati. i. die Dominico colligantur.

3 Per epistolas. ſ. veſtras, quos probaueritis, hos mittam vt eas ferant.

9 Ostivm. i. occaſio magna ſe offert conuertendi multos Epheſi.

12 Cvm ei vacvvm fverit, ſiue *opportunum*, vt Gotth. [illegible], ibit ad vos Apollo.

15 Stephanæ, et Fortvnati, et Achaici noſtis domum. Græc. & Syr. tantùm eſt *Stephanæ*, vitioſè; nam quidam Græcorum codicum *Fortunatum* addit, vt Robertus affert, vtrumque Veleſius. Iis ſubditi eſtote.

19 Apvd qvos et hospitor. Hoc Græcè non eſt, nec Syr. nec in Vulg. Reg. & Louan.

22 Anathema, Maran Atha, qui Ieſum non amat. Vtraque vox *excommunicatum* ſignificat, prior *anathema* lingua Græca, poſterior Chaldaica. Ex *Maran Atha*, facta eſt vox *Marranus*. Errant qui eius vocis alias origines & notationes afferunt. Garibai. lib. 2. cap. 7. affert Diploma regium, vbi ſunt hæc verba: *Quicumque contradixerit, ſit anathema, Marranus, excommunicatus*. Significat quidem *Maran Atha*, *Dominus noſter venit*, aut *veniet*, vt Hieronymus & Auguſtinus epiſt. 178. & alij dicunt, *venit*. ſ. ad puniendum. ſed communi vſu ſignificat *excommunicatum*. Sic Repertorium Inquiſit. Marianus Victorinus in Hieronymi epiſt. ad Marcellam 137. Wolfangus Lazius de Gentium migrat. Inde etiam vox *marrar* pro *errare*, Hiſpanis deduci videtur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Collectis. i. collectione eleemoſynarum.

2 Vnam. i. primam. Sabbati. i. hebdomadæ. ſ. Dominica die. Græc. *ſabbatorum*.

3 Per epistolas. Iunge cum ſequentibus. Gratiam. i. beneficium eleemoſynæ.

4 Dignvm. i. conueniens. q. d. ſi res tanta erit, vt æquum ſit me etiam ire.

6 Hiemabo. i. hiemem tranſigam.

7 In transitv. i. tranſeundo iſtac. ſ. in Macedoniam. Vide ſeq. Epiſt. cap. 1. q. d. tranſibo quidem per vos, ſed non immorabor. Manere. pro, manſurum.

9 Ostivm, &c. q. d. multi ſunt parati fidem recipere. Evidens. i. vnde apertè fructus ſperetur. Græc. *efficax*. Syr. *operoſum*. Et adversarii. pro, quamquam aduerſarij.

10 Venerit. ſ. ad vos. Timore. q. d. facite vt poſſit inter vos agere confidenter.

. VTIQVE. Græc. *omnino*. Syr. *nunc*. VACVVM. Græc. 12
opportunum. Syr. *locus*.

DOMVM. i. familiam. STEPHANÆ. Virum quidam 15
putant, alij feminam. Vide ſup. cap. 1. PRIMITIÆ.
.i. primi Chriſtiani. ORDINAVERVNT. i. exhibuerunt.

SVBDITI. i. ſeruientes. ſ. ſi quid opus habuerint. 16

VOBIS. pro, ex vobis. DEERAT. ſ. præſentia veſtra, 17
vel ſubſidium. SVPPLEVERVNT. ſ. ſuo aduentu, vel miniſterio.

VESTRVM. ſ. qui velut erat in ipſis. COGNOSCITE. 18
.i. agnoſcite, ſeu honorate.

19 SALVTANT VOS. Syr. *poſtulant pacem veſtram.* ECCLESIA i. congregatione, ſeu familia fideli.

22 ANATHEMA. i. *excommunicatus*. q. d. dignus eſt qui excommunicetur, ſeu perdatur. MARAN. i. *Dominus noſter*, Chald. eſt. ATHA. i. *venit*, Chald. eſt. q. d. iam venit propter homines, ideò amandus. Vel, *venit*, pro veniet. ſ. ad iudicium, ideò timendus.

24 CHARITAS MEA, &c. quaſi dicat, amor quo vos in Chriſto diligo, vobis proſit. AMEN. Græc. additur: *Miſſa è Philippis per Stephanam, Fortunatum, Achaicum, & Timotheum.* Syr. *Miſſa è Philippis Macedoniæ per Timotheum.*

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

Oſtendit Apoſtolus ex quantis in Aſia ortis aduerſitatibus eripuerit eum Dominus, vt & ipſe alios conſolaretur; deinde manifeſtans cordis ſui ac doctrinæ ſinceritatem, oſtendit quòd licet iuxta id quod propoſuerat ad eos non venerit, nulla ipſius id actum eſt leuitate; aſſerens firmam eſſe ſuæ prædicationis veritatem.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu 1
Chriſti per volũtatem Dei, A
& Timotheus frater, Eccle-
ſiæ Dei, quæ eſt Corinthi,
cum omnibus ſanctis, qui
ſunt in vniuerſa Achaia.
*Gratia vobis & pax à Deo 2
Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. *a Be- 3
nedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu
Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius
conſolationis, * qui conſolatur nos in omni tri- 4
bulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari
eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortatio-
nem, qua exhortamur & ipſi à Deo. * Quo- 5
niam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis:
ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.
* Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatio- 6
ne & ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra conſo- B
latione, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatio-
ne & ſalute, quæ operatur tolerantiam earum-
dem paſſionum, quas & nos patimur: * vt ſpes 7
noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes quòd ſicut
ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.
*Non enim volumus ignorare vos fratres de tri- 8
bulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam
ſupra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt
tæderet nos etiã viuere. *Sed ipſi in nobiſmetipſis 9
reſponſũ mortis habuimus, vt non ſimus fidentes
in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos:
* qui de tãtis periculis nos eripuit, & eruit: in quẽ 10
ſperamus quoniam & adhuc eripiet, * adiuuan- 11
tibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex mul-
torum perſonis, eius quæ in nobis eſt donatio-
12 nis, per multos gratiæ agantur pro nobis.* Nam
gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ
C noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſincerita-
te Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia
Dei, conuerſati ſumus in hoc mundo: abun-
13 dantiùs autem ad vos. * Non enim alia ſcribi-
mus vobis, quàm quæ legiſtis, & cognouiſtis.
Spero autem quòd vſque in finem cognoſcetis.
14 * ſicut & cognouiſtis nos ex parte, quòd gloria
veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Domini
15 noſtri Ieſu Chriſti. * Et hac confidentia volui
priùs venire ad vos, vt ſecundam gratiam habe-
16 retis: * & per vos tranſire in Macedoniam, &
iterùm à Macedonia venire ad vos, & à vobis
17 deduci in Iudæam. * Cum ergo hoc voluiſſem,
numquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſe-
cundùm carnem cogito, vt ſit apud me EST &
18 NON? * Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter,
D qui fuit apud vos, non eſt in illo EST & NON.
19 * Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per
nos prædicatus eſt, per me, & Siluanum, & Ti-
motheum, non fuit EST & NON, ſed EST in illo
20 fuit. * Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt,
in illo EST: ideò & per ipſum Amen Deo ad
21 gloriam noſtram. * Qui autem confirmat nos
22 vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus: * qui
& ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cor-
23 dibus noſtris. * Ego autem teſtem Deum inuo-
co in animam meam, quòd parcens vobis, non
veni vltrà Corinthum: non quia dominamur
fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri:
nam fide ſtatis.

a Eph. 1. a. 3. 1. Pet. 1. a. 2

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 TIMOTHEVS FRATER. In Epiſtola ad ipſum vocat eum *filium*, hîc *fratrem*, vt apud Corinthios auctoritatem illi conciliet. IN VNIVERSA ACHAIA. *Corinthus* Pomponio Melæ & Apuleio Achaiæ vrbs eſt, ſita in medio Iſthmi Peloponneſiaci, ideò ab alijs Peloponneſo tribuitur, ab alijs Achaiæ. Hodie vetus nomen retinet.

VT POSSIMVS ET IPSI. Docet nos Deus in noſtra 4
afflictione, & conſolatur ijs documentis, quæ alijs in
ſua dicamus. PER EXHORTATIONEM, ſiue *conſola-
tionem*, vt Syr. παρακλήσεως vtrumque ſignificat. ſic &
quod ſequitur, παρακαλούμεθα, *exhortamur*, ſiue *conſola-
mur* (paſſiuè) & [illegible] *Deo*.

PASSIONES CHRISTI abundant in nobis. id eſt, quas 5
pro Chriſto patimur. Et quia ipſe in ſuis membris pa-
titur, ideò noſtræ Chriſti paſſiones vocantur.

SIVE CONSOLAMVR PRO VESTRA CONSOLATIONE. 6
Græcè non eſt, nec Syr. SIVE EXHORTAMVR PRO
VESTRA EXHORTATIONE ET SALVTE. Hoc Græc.
etiam non eſt. Syr. habet mutatis, *exhortamur*, & *exhor-
tatione*, in *conſolamur*, & *conſolatione*. In tanta varietate
iudicet Lector. ET SALVTE. ſupple, tribulamur pro
ea QVÆ OPERATVR. *quæ*. ſ. exhortatio ſeu conſola-
tio facit vt mala toleretis.

SED IPSI. pro quin ipſi. RESPONSVM MORTIS, ſi- 9
ue *iudicium*. ἀπόκριμα vtrumque ſignificat, ſiue inſtantis
mortis indicationem, hoc eſt, putabamus nos mori, vt
illi qui ſalute deſperata decumbunt. VT NON SIMVS
FIDENTES. q. d. euaſimus tamen, vt ſciamus in Deo
fidere.

VT EX MVLTORVM PERSONIS. Græc. *vt ex multis* 11
perſonis. i. multæ perſonæ pro donatione & beneficio
nobis collato gratias agant. Conſtructio implicita, hic
tamen ſenſus. AGANTVR PRO NOBIS. Multi codices
Græci, in his Regius, habent. *pro vobis*, vitioſe haud du-
bium, quia ſententia non conſtat, niſi dicamus *pro nobis*.

NON IN SAPIENTIA CARNALI, SED IN GRATIA 12
DEI CONVERSATI SVMVS.... ABVNDANTIVS. i. maxi-
mè apud vos ea gratia vſi ſumus.

NON ENIM ALIA SCRIBIMVS. Dixerat ſe in ſimpli- 13
citate ambulare. id ſcribo quod facio. VSQVE IN FI-
NEM. i. ſemper aut perfectè cognoſcetis. ſ. in die Do-
mini.

QVOD GLORIA VESTRA SVMVS, magnum erat 14
habuiſſe Paulum doctorem. SICVT ET VOS NOSTRA,
quia eos conuerterat, gloria hæc & fiducia illi erat
coram Deo & in die iudicij.

VT SECVNDAM GRATIAM HABERETIS. Prima gra- 15
tia fuit Epiſtola ſuperior; ſecunda, præſentia. Aliqui
pro χάριν. i. *gratiam*, χαρὰν. i. *gaudium* legunt. Num quæ
cogito,

SECVNDVM CARNEM COGITO. i. temerè & incon- 17
ſtanter ad vos ire cogitabam. Remouet ſuſpicionem
leuitatis. EST ET NON. i. varietas, inconſtantia num
eſt apud me?

FIDELIS AVTEM DEVS. pro, Deum teſtor. NON 18
EST IN ILLO EST ET NON. Quidam Latini codices
habent, in his Goth. *ſed eſt in illo Eſt*. Verùm Græcè
non eſt, ſolùm in Veleſij margine id inuenio, credo ex
verſ. ſequenti huc migraſſe.

ET SILVANVM. Hunc eſſe qui *Silas* in Actis ſæpè 19
vocatur, Hieronymus ait epiſt. 143. extrema. putant
alij. SED EST IN ILLO FVIT. ſ. in ſermone noſtro de
Chriſto conſtantia fuit.

IN ILLO EST. i. promiſſiones Dei conſtantes ſunt. 20
IDEO ET PER IPSVM. ſ. Chriſtum dicimus AMEN.
Vox confirmantis vera eſſe quæ dicta ſunt. Alludit ad
finem quo vtimur in Precibus Eccleſiaſticis, *Per Chri-
ſtum Dominum noſtrum, Amen*. Quorſum hæc? Nem-
pe quæ ſcripſit quàm quæ prædicauit de Chriſto tam
certa quàm eius promiſſiones eſſe.

QVI VNXIT NOS DEVS. Per *vnctionem* dona Spi- 20
ritus intelligit. DEDIT PIGNVS. ἀῤῥαβῶνα Græcè. qui
eſt non ſolùm pignus ad firmandum emptionem, ſed
& pars pretij. ſic Deus in præſenti non ſolùm præbet
ſpem, ſed & partem futuræ retributionis. Qui hæc fa-
cit, Deus eſt, qui non fallet.

IN ANIMAM MEAM. i. per animam meam teſtor 23
Deum. modus iurantis. PARCENS. i. ne ſeuerè age-
rem, ideò non veni ad vos. NON QVIA DOMINA-
MVR. Non nos exhibemus vt dominos, ſed vt ſocios
gaudij. *Principem te conſtituerunt in populo, eſto in illis
ſicut vnus ex illis*: Eccli. 32. verſ. 1. FIDEI VESTRÆ.
.i. conſcientiæ veſtræ. veſtri non dominamur, ſed adiu-
namus & promouemus gaudium veſtrum, quod ſ. in
fide habetis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

REDDIT cauſam cur ad eos non venerit, vt
promiſerat, vultque ignoſci illi fornicario
pœnitenti. Diſſerit de ſtatu legis Euange-
licæ, officijque Chriſtiani; laudat illos; mo-
net de collecta; & de ſuo munere, Deique in ſe benefi-
ciis aliqua adiungit.

1 SANCTIS. i. Chriſtianis. ſic dicuntur, quòd ſint ad
ſanctitatem vocati, ſeu per Chriſtum ſanctificati.

2 GRATIA. ſ. multiplicetur. Vide 1. Petri 1.

3 TOTIVS. i. omnis, ſeu perfectæ. CONSOLATIONIS.
ſ. dator.

4 OMNI. pro, quauis. EXHORTATIONEM.
Syr. *conſolationem*. Verbum Græcum vtrumque ſigni-
ficat.

5 PASSIONES. i. afflictiones. CHRISTI. i. ob Chriſtum
illatæ, vel toleratæ.

6 EXHORTATIONE. Syr. *conſolatione*. SIVE CONSOLA-
MVR, &c. Hæc vſque ad *ſalute* non ſunt Græc. hoc lo-
co, ſed infrà, non tamen omnia. Videntur conflata ex
duabus verſionibus. SIVE EXHORTAMVR, &c. Hæc
vſque ad *ſalute* non ſunt Syr. ET SALVTE. ſ. fit. O-
PERATVR, &c. Græc. *efficitur*, ſeu *exercetur, in toleran-
tia*, &c. PASSIONVM. i. afflictionum.

7 VT. Græc. &. SIT. Græc. *eſt*. PRO VOBIS. i. quam
de vobis habemus.

8 IN ASIA. ſ. Epheſi. VIRTVTEM. i. vires noſtras.

9 RESPONSVM. i. certam expectationem, ſeu iudicium,
quòd eſſet ſecutura.

10 ERVIT. i. eripit.

11 EX MVLTORVM, &c. Græc. *ex multis perſonis*.
EIVS, &c. i. pro dono nobis à Deo collato.

12 NAM. pro, & quidem. GLORIA. Græc. καύχημα
.i. *gloriatio*. DEI. i. ex Deo. q. d. ſancta. AD. pro, erga.

13 NON ENIM, &c. q. d. Id verò quod ſcribo nunc, & in
ſuperiori Epiſtola legiſtis; & alioqui ex factis meis iam-
dudum cognoſcitis.

14 VESTRA. ſ. gloriabantur quòd Paulum habuiſſent
præceptorem. NOSTRA. ſ. eritis. DIE. ſ. iudicij.

15 PRIVS. pro, pridem. SECVNDAM. ſ. ſecundo
meo ad vos aduentu. GRATIAM. i. beneficium ſpi-
rituale.

17 VSVS SVM. ſ. non veniens ad vos. CAR-
NEM. i. ſenſum carnis. EST. Græc. *etiam*. ſic & in-
frà. quaſi dicat, mutatio, ſeu aliud in dictis, aliud in
factis; quamquam Græcè nunc aliud quiddam ſigni-
ficatur.

18 FIDELIS. q. d. benedictus ſit, ſeu laudetur de fidelita-
te, quam & mihi præſtitit. SERMO. i. prædicatio.
NON EST. pro, non fuit.

19 SED EST. pro, ſed fuit. IN ILLO FVIT. pro, in illo
etiam. i. conſtans affirmatio. *In illo*. pro, in illa præ-
dicatione.

20 IN ILLO. pro, in illis. q. d. veræ fuere, & impletæ ſuo
tempore. AMEN. i. veritas. pro, veræ promiſſiones.
DEO AD GLORIAM. pro, ad gloriam Dei. NOSTRAM.
Græc. *per nos*.

22 SIGNAVIT. ſ. velut impreſſo ſigno. ET DE-
DIT, &c. Explicatio præcedentis. PIGNVS. ſ. velut
arrham.

23 INVOCO. i. cito. IN. pro, contra. ſ. ſi mentior. Syr.
teſtor Deum per animam meam. PARCENS VOBIS.
.i. veſtri cauſa, quibus ſ. expediebat ne venirem. Vide
cap. ſeq. VLTRA. i. adhuc.

24 NON QVIA. pro, nec enim. DOMINA-
MVR, &c. quaſi dicat, nec enim gerimus nos vt do-
minos veſtros, ob fidem quam vobis prædicaui-
mus, ſed conſulimus veſtræ ſaluti. GAVDII. id eſt,
conſolationis. STATIS. ſ. in eaque operam damus, vt
perſeueretis.

CA-

CAPVT II.

Oſtendit quòd ad ipſos non venerit ne maioris eſſet cauſa triſtitia, exhortans vt fornicarium illum recipiant in gratiam: ſimul indicans quòd magno quidem labore, magno tamen etiam fructu prædicauerit, licet prædicationis ſuæ fragrantia quibuſdam mortis occaſio fuerit.

STatui autem hoc ipſum apud me, ne iterùm 1
in triſtitia venirem ad vos. *Si enim ego con- 2
triſto vos: & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui A
contriſtatur ex me? *Et hoc ipſum ſcripſi vobis, 3
vt non cùm venero, triſtitiam ſuper triſtitiam
habeam, de quibus oportuerat me gaudere: cõ-
fidens in omnibus vobis, quia meum gaudium,
omnium veſtrûm eſt. *Nam ex multa tribula- 4
tione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas
lacrymas: non vt contriſtemini: ſed vt ſciatis,
quam charitatem habeam abundantiùs in vo-
bis. *Si quis autem contriſtauit, non me contri- 5
ſtauit: ſed ex parte, vt non onerem omnes vos. B
*Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, 6
quæ fit à pluribus: *vt ita econtrariò magis do- 7
netis, & conſolemini, ne fortè abundantiori tri-
ſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt. *Propter 8
quod obſecro vos, vt cõfirmetis in illum chari-
tatem. *Ideò enim & ſcripſi, vt cognoſcã experi- 9
mentum veſtrum, an in omnibus obedientes C
ſitis. *Cui autem aliquid donaſtis, & ego: nam 10
& ego quod donaui, ſi quid donaui, propter
vos in perſona Chriſti, *vt non circumueniamur 11
à ſatana: non enim ignoramus cogitationes eius.
*Cùm veniſſem autem Troadem propter Eu- 12
angelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet
in Domino, *non habui requiem ſpiritui meo, 13
eò quòd non inuenerim Titum fratrem meum, D
ſed vale faciens eis, profectus ſum in Macedo-
niam. *Deo autem gratias, qui ſemper trium- 14
phat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ
manifeſtat per nos in omni loco: *quia Chriſti 15
bonus odor ſumus Deo, in iis qui ſalui fiunt, &
in iis qui pereunt: *aliis quidem odor mortis in 16
mortem; aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad
hæc quis tam idoneus? *Non enim ſumus ſicut 17
plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſin-
ceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chri-
ſto loquimur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IN TRISTITIA VENIREM. i ne moleſtiam vobis afferrem. retardati itineris hæc cauſa fuit. 1

MEVM GAVDIVM, OMNIVM. Si gaudium & triſtitia communia ſunt, auferetis mihi triſtitiæ occaſionem. 3

NAM. pro, etenim. Magna afflictio, quam ex illo inceſtuoſo concepi, compulit me vt duriùs ſcriberem. NON VT CONTRISTEMINI. ſ. hæc dico. 4

SED EX PARTE, nam multos alios contriſtauit, partim ego, partim alij, ob id ſunt contriſtati. VT NON ONEREM OMNES VOS, hac ſ. infamia, quòd non ſitis mecum contriſtati. Dixerat enim: *Et vos inflati eſtis.* 5

SVFFICIT ILLI. Vult abſoluere inceſtuoſum. 6

VT COGNOSCAM EXPERIMENTVM. pro, *experimento*, an in omnibus obediatis. ſic Syr. ideò ſcripſi. 9

CVI AVTEM ALIQVID DONASTIS, ſeu *donatis*, vt Græc. Syr. & Goth. ET EGO. ſ. dono. Rogarant pro illo, eius pœnitentia prouocati. ſic illum abſoluit. IN PERSONA CHRISTI. i. pro poteſtate ab eo data, vt eius vicarius, ei noxam condono. 10

ET OSTIVM. i. occaſio daretur prædicandi Euangelium. *Troas*, quæ & *Troia*, Phrygiæ vrbs eſt in Aſia minori. Cùm Troadem veni, ea occaſio eſt oblata. 12

14 TRIVMPHAT NOS. i. triumphare nos facit, victoriam dat. IN CHRISTO. i. per Chriſtum, virtute eius, ei gratias ago.

15 CHRISTI BONVS ODOR. id eſt, prædicatio noſtra Deo placet, ſiue fidelibus, ſiue incredulis prædicemus.

16 AD HÆC QVIS TAM IDONEVS? *Tam* Græcè non eſt, nec refert, q. d. non noſtra virtute id facimus, ſed Dei.

17 ADVLTERANTES, &c. Græc. *cauponantes verbum Dei.* i. non ſectamur lucrum, vel non miſcemus aliena, vt faciunt caupones captantes lucrum, vinum miſcentes aqua. id eſt *adulterari.* ſed ſincerè; nempe verbum ex Deo acceptum, & coram Deo dictum. IN CHRISTO, vt miniſtri Chriſti loquimur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN TRISTITIA. i. contriſtaturus caſtigationibus.

3 HOC IPSVM. i. de hac re. ſ. vt priùs emendaretis errata, quàm ego venirem. SCRIPSI. ſ. priori Epiſtola. CONFIDENS. ſ. vos facturos. IN. pro, de.

4 ANGVSTIA. i. anxietate. PER MVLTAS. pro, cum multis. IN VOBIS. Græc. *in vos.*

5 NON ME ſ. ſolum. EX PARTE. Iunge cum, *omnes vos.* VT NON ONEREM. i. ne quid grauiùs dicam.

6 FIT. pro, facta eſt.

7 DONETIS. i. debeatis condonare. ABVNDANTIORI. i grauiori. ABSORBEATVR. i. opprimatur.

9 EXPERIMENTVM VESTRVM. i. periculo de vobis facto.

10 DONASTIS. Græc. *donatis.* pro, donabitis. ET EGO. ſ. dono. IN PERSONA. i. vice, ſeu auctoritate.

11 CIRCVMVENIAMVR. ſ. ſi nobis illum eripiat per deſperationem. COGITATIONES. i. aſtutias, ſeu machinationes.

12 TROADEM. quæ priùs *Troia* vocabatur: Hieronym. epiſt. 150. q. 11. IN DOMINO. i. in Chriſti negotio. ſ. Euangelica prædicatione. vel, per Dei gratiam.

13 SPIRITVI. pro, in ſpiritu. TITVM. Hoc Paulus interprete vtebatur, vt Petrus Marco, quia diuinorum ſenſuum maieſtatem, digno non poterat Græci eloquij explicare ſermone: Hieron. epiſt. 150. MACEDONIAM ſ. vt ibi Titum inueniret: Hieron. epiſt. 150.

14 TRIVMPHAT. i. facit triumphare, ſeu vincere. IN CHRISTO. i. per Chriſtum, ſeu in rebus Chriſti. ODOREM. i. ſuauitatem.

15 BONVS ODOR. q. d. per nos ſe prodit, vt res odorata per odorem. DEO. i. ad Dei gloriam. IN IIS. pro, iis, ſeu, apud eos.

16 MORTIS. i. afferens mortem. ſ. quia non creditur quod prædicamus. IN MORTEM. i. moriendo, ſeu dum moriuntur tales. Sic Chriſtus dicitur poſitus in ruinam, &c. VITÆ. i. vitam afferens. ſ. credentibus. IN VITAM. i. viuendo, ſeu dum viuunt. ſ. per fidem. HÆC. ſ. præſtanda. TAM. ſ. vt par eſt. quamquam Græc. non eſt.

17 ADVLTERANTES. i. vitiantes. Græc. *cauponantes.* ſ. vt caupones, qui vina corrumpunt. vel q. d. ad quæſtum abutentes. EX DEO. ſ. acceptum. IN. pro, de, vel per.

CAPVT III.

Non eget Apoſtolus hominum commendatione, cùm fructus ſuæ prædicationis eum commendet: multo enim maiori in honore eſſe debent miniſtri noui Teſtamentiac ſpiritus, quàm veteris Teſtamenti ac litteræ: & quod Iudæi velamen adhuc habebant ſuper cor ſuum in lectione Scripturarum, quod fide in Chriſtum aufertur.

1 INcipimus iterùm noſmetipſos commenda-
A re? aut numquid egemus (ſicut quidam)
commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis?
2 *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus no-
ſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus homini-
3 bus: *manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti,
miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento,

ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed B
in tabulis cordis carnalibus. *Fiduciam autẽ ta- 4
lem habemus per Chriſtũ ad Deum: *non quòd 5
ſuffi.ientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi
ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: *qui 6
& idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti;
non littera, ſed Spiritu: littera enim occidit,
Spiritus autem viuificat. *Quòd ſi miniſtratio 7
mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in
gloria; ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in
faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius, quę
euacuatur: *quomodo non magis miniſtratio 8
Spiritus erit in gloria? *Nam ſi miniſtratio dam- 9
nationis gloria eſt: multò magis abundat mini- C
ſterium iuſtitiæ in gloria. *Nam nec glorifica- 10
tum eſt, quòd claruit in hac parte, propter ex-
cellentem gloriam. *Si enim quod euacuatur, 11
per gloriam eſt: multò magis quod manet, in
gloria eſt. *Habentes igitur talem ſpem, multa 12
fiducia vtimur: *m & non ſicut Moyſes ponebat 13
velamen ſuper faciem ſuam, vt non intenderent
filij Iſrael in faciem eius, quod euacuatur, *sed 14
obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſque in hodiernam
enim diem idipſum velamen in lectione vete-
ris teſtamenti manet non reuelatum, (quoniam
in Chriſto euacuatur) *ſed vſque in hodiernum 15
diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum D
eſt ſuper cor eorum. *Cùm autem conuerſus 16
fuerit ad Dominum, auferetur velamen. *n Do- 17
minus autem Spiritus eſt: Vbi autem Spiritus
Domini, ibi libertas. *Nos verò omnes, reuela- 18
ta facie gloriam Domini ſpeculantes, in eam-
dem imaginem transformamur à claritate in
claritatem, tamquam à Domini Spiritu.

m *Exod. 34 d 33.*

n *Ioan. 4. e. 24.*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

INCIPIMVS. Se videbatur laudaſſe fine ſuperioris ca- 1
pitis, nunc remouet iactantiæ ſuſpicionem.

EPISTOLA NOSTRA VOS ESTIS. Quia vos me amatis,
amor & opinio de nobis inſtar epiſtolæ commendati- 2
tiæ eſt. SCRIPTA IN CORDIBVS NOSTRIS. Is amor
veſter nobis ſatis eſt notus, ſed omnibus, tum ex ſe,
tum noſtra prædicatione. Ita apud vos nec noſtra com-
mendatione eſt opus, nec aliena.

MANIFESTATI ſ. eſtis; pro manifeſtum eſt. QVOD 3
EPISTOLA ESTIS CHRISTI. i. iſte amor & opinio de
nobis à Chriſto, noſtraque opera eſt miniſtrata. NON
ATRAMENTO, non humana induſtria id fecimus, ſed
ſpiritu Dei. NON IN TABVLIS LAPIDEIS, vt Moyſis
lex; ſed in corde molli & humano erga nos.

FIDVCIAM AVTEM TALEM HABEMVS. ſ. confidi- 4
mus, quòd epiſtola noſtra eſtis Dei ſpiritu miniſtrata

NON QVOD SVFFICIENTES, ſiue *idonei, ἱκανοὶ*, quam 5
vocem cap. ſup. verſ. 16. ſic noſter vertit. ſed perinde
eſt. SED SVFFICIENTIA. *ἱκανότης*. Caſſian. Collat 3.
cap. 15. *idoneitas noſtra*. Significat autem, quæ apud
illos fecit, non ſua, ſed Dei virtute feciſſe.

NON LITERA SED SPIRITV. Alij, *non littera, ſed* 6
Spiritus; vt eſt Græcè. i. non legis miniſtrum me fecit,
ſed gratiæ per Chriſtum. LITTERA ENIM OCCIDIT,
propter ſupplicia quæ inferebat, aut quia damnantur,
qui eam poſt Chriſtum ſeruant. Auguſtinus tripliciter
explicat Epiſt. 89. *Occidit, quia præcepta noſtris vi-
ribus ſeruare non poſſumus. Quia in cortice aliquando
præcipit abſurda, quæ neceſſario ad altiorem ſenſum ſunt
reuocanda.* Denique lib. de Spiritu & littera: *Quia lex
præcipiebat, non dabat vires, ſic magis erat occaſio
peccati.*

MINISTRATIO MORTIS. i. Lex. LITTERIS DEFOR- 7
MATA, ſeu *figurata*, ſcripta. QVÆ EVACVATVR. id
eſt, abrogatur per Chriſtum. Quòd ſi Lex in gloria
fuit, magis erit MINISTRATIO SPIRITVS. i. Euange-
lium.

10 NEC GLORIFICATVM EST. i. lex Moyſi obſcuratur,
ſi cum gloria excellenti Euangelij conferatur. Oratio
defectiua. hic ſenſus. IN HAC PARTE. i. parum cla-
ruit comparatione Euangelij. ſic Syr.

12 HABENTES IGITVR TALEM SPEM, quòd ſ. gloria
Euangelij permaneat, apertè loquimur, neque velamus
faciem, vt Moyſes.

13 VT NON INTENDERENT, aſpicerent, non poſſent
aſpicere. IN FACIEM EIVS i. Moyſis, & per *Moyſem*
legem intelligit, vt illis verbis: *Habent Moyſem &
Prophetas.* Nam ſequitur; QVOD EVACVATVR. i. ceſ-
ſat. Græcè, *in finem*, pro, *in faciem.* eritque ſenſus: Eo
velamine impediebantur, ne Chriſtum viderent, qui eſt
finis legis. Allegoria, ſed cum iis quæ ſequuntur, con-
ſentiens.

14 VSQVE IN HODIERNVM. Contendit eo velamine
impediri Iudæos ne Chriſtum videant. IN CHRI-
STO EVACVATVR. ſ. lex.

15 *CVM LEGITVR MOYSES. i. lex Moyſis, vt verſ. 13.
velamen habent, ſed vbi ſpiritus,

17 IBI LIBERTAS. ſ. à lege nos ſpiritus & gratia Chriſti
liberauit.

18 REVELATA FACIE, ſublato Moyſis velamine, vide-
mus gloriam Chriſti quaſi in ſpeculo. Id ſignificat *κα-
τοπτριζόμενοι*. IN EAMDEM IMAGINEM, ſimiles illi
per virtutes euadimus. A CLARITATE, ſiue *à gloria
in gloriam.* i. nouis ſubinde gloriæ & virtutis incremen-
tis. TAMQVAM A DOMINI SPIRITV, q. d. nempe
hoc fit per Spiritum ſanctum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ITERVM. q. d. poſt tot noſtra de vobis merita.
2 EPISTOLA. ſ. commendatitia. q. d. abundè nos
commendat vita veſtra, quos ſic inſtituimus. SCRI-
PTA, &c. q. d. quos etiam in corde habemus, velut im-
preſſos.

3 MANIFESTATI. i. dum apparet. CHRISTI. i. in qua
Chriſtus deſcriptus. CARNALIBVS. i. carneis. ſ. viuis
& ſentientibus, ſecundùm Auguſt. vide de Spir. & lit.
cap. 17. & 15 cont. Fauſt.

4 TALEM. ſ. quòd ſitis epiſtola noſtra, &c. AD. pro,
apud.

5 SED. pro, nam.

6 LITTERA, &c. Græc. *littera, ſed Spiritus.* i. non Legis
veteris, ſed nouæ; vel, non Scripturæ ſolius, ſed etiam
gratiæ. ſ. qua intelligitur, & ſeruatur. OCCIDIT. ſ. ſine
ſpiritu. auget enim concupiſcentiam præceptum dum
prohibet malum, grauiuſque peccatur, ſi deſit gratia.
Vide Auguſt. de Spir. & lit. cap. 4

7 MINISTRATIO MORTIS. i. lex afferens mortẽ, mo-
do proximè dicto. DEFORMATA. i. deſcripta, ſeu in-
ſculpta. GLORIA. i. claritate, ſeu ſplendore. ſic infrà.
QVÆ. ſ. miniſtratio, ſeu lex, vel potiùs gloria, vt appa-
ret ex Græco. EVACVATVR. i. aboletur.

9 DAMNATIONIS. quam ſup. vocauit *mortem.* ſ. ani-
mæ. ABVNDAT. i. excellit. IVSTITIÆ. i. per quod
confertur iuſtitia.

10 GLORIFICATVM EST. i. dicendum fuiſſe glorioſum.
CLARVIT. Græc. *glorificatum eſt.* IN HAC PARTE.
i. ſi conferatur cum gloria Euangelica. GLORIAM.
ſ. Euangelicam.

11 PER GLORIAM. i. glorioſum. MANET. ſ. perpetuò.
12 TALEM. i. tantarum rerum.
13 ET NON. ſ. oportet nos facere. INTENDERENT. ſ. ocu-
los, quia ferre ſplendorem non poterant. QVOD
EVACVATVR. i. quæ res, ſeu gloria, tandem abolenda
erat.

14 OBTVSI. i. obcæcati. IN LECTIONE. i. dum legitur.
QVONIAM &c. q. d. quia cùm per Chriſtum ſolùm tol-
latur, illi Chriſtum non recipiunt.

17 SPIRITVS EST. ſ. datque Spiritum intelligendi
legem.

Nos.ſ.Chriſtiani. REVELATA FACIE. i ſine vela- mine impedente aſpectum, ſeu fidei conſiderationem. *Faciem* verò intellige vel legis Euágelicę, vel noſtram. SPECVLANTES. i. velut per ſpeculum aſpicientes. IN EAMDEM, &c. i. ad ſimilitudinem diuinæ gloriæ. A CLARITATE,&c. Græc. *a gloria in gloriam* ſ. procedentes. TAMQVAM,&c. q. d. nempe faciente id Spiritu Dei in nobis.

CAPVT IV.

Quòd ſincera Apoſtolorum prædicatione verbum Dei omnibus manifeſtatum eſt, præterquam iis quorum mentes excæcatæ ſunt: quòd multa aduerſa patiantur Apoſtoli, numquam tamen ſuccumbant: momentanea autem tribulatio parit magnam æternamq́; gloriam.

IDeò habentes adminiſtrationem,iuxta quod 1
miſericordiam conſecuti ſumus non defici- A
mus,* ſed abdicamus occulta dedecoris, non 2
ambulantes in aſtutia, neque adulterantes ver-
bum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis com-
mendantes noſmetipſos ad omnem conſcien-
tiam hominum coram Deo.* Quòd ſi etiam 3
opertum eſt Euangelium noſtrum; in iis, qui
pereunt, eſt opertum;* in quibus Deus huius 4
ſæculi excæcauit mentes infidelium,vt non ful-
geat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti,
qui eſt imago Dei.* Non enim noſmetipſos 5
prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum B
noſtrum; nos autem ſeruos veſtros per Ieſum:
*quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem 6
ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad
illuminationem ſcientiæ claritatis Dei, in facie
Chriſti Ieſu.* Habemus auté theſaurum iſtum 7
in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis Dei,
& non ex nobis.* In omnibus tribulationem pa- 8
timur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed C
non deſtituimur:* perſecutionem patimur, ſed 9
non derelinquimur: deiicimur, ſed non peri-
mus:* ſemper mortificationem Ieſu in corpo- 10
re noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu mani-
feſtetur in corporibus noſtris.* Semper enim 11
nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter
Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne no-
ſtra mortali.* Ergo mors in nobis operatur,vita 12
autem in vobis.* Habentes autem eumdem ſpi- 13
Pſal. 115. a. 10. ritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: "Credidi,propter
quod locutus ſum: & nos credimus, propter
quod & loquimur:* ſcientes quoniam qui ſuſ- 14
citauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, &
conſtituet vobiſcum.* Omnia enim propter 15
vos: vt gratia abundans, per multos in gratia- D
rum actione, abundet in gloriam Dei.* Propter 16
quod non deficimus: ſed licet is, qui foris eſt,
noſter homo corrumpatur: tamen is,qui intus
eſt, renouatur de die in diem.* Id enim,quod in 17
præſenti eſt momentaneum & leue tribulatio-
nis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æter-
num gloriæ pondus operatur in nobis,* non 18
contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ
non videntur. Quæ enim videntur, temporalia
ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IVXTA QVOD MISERICORDIAM. id eſt, pro data nobis gratia. & credita adminiſtratione. NON DEFICIMVS. id eſt. non ceſſamus laborare ob quamcumque afflictionem. Hoc agit toto hoc capite.

2 OCCVLTA DEDECORIS. i. occulta facinora, quæ ſi manifeſtantur, afferunt ignominiam. ea abdicamus. Pſeudoapoſtolos taxat. NEQVE ADVLTERANTES, δολοῦντες, *doloſè tractantes* verbum Dei. SED IN MANIFESTATIONE. i. ſincerè & apertè veritatem manifeſtamus. Et in eo COMMENDANTES. i. probantes nos hominibus. CORAM DEO. i. verè, q. d. eam laudem habere volumus, quòd ſine fuco procedamus.

3 QVOD SI ETIAM OPERTVM. i. ſi quidam quod nos apertè tradimus, obſcurum putant; ij ſunt infideles huius ſæculi. Non iungunt illud *huius ſæculi*, cum *Deus*, ſed cum *infidelium*, quod nos ſequimur. ſequuntur Chryſoſtomus & Theophylactus. Alij per *Deum huius ſæculi* intelligunt diabolum, qui mentes infidelium excæcauit. Irenæus lib. 3. c. 7. ſic ordinat: *Deus excæcauit infidelium huius ſæculi mentes.* & Paulum multis hyperbatis vſum ait. ſic nō fulget in illis gloria Chriſti.

4 QVI EST IMAGO DEI, per quem vt per ſuam imaginem agnoſcitur Deus.

5 NON ENIM NOSMETIPSOS PRÆDICAMVS, vt pſeudoapoſtoli. SED IESVM CHRISTVM. ſupple, eſſe, DOMINVM NOSTRVM. NOS AVTEM. ſ. eſſe ſeruos veſtros.

6 DE TENEBRIS. id eſt, de aqua tenebroſa & turbida, ex chao, vt explicuimus Geneſ. 1. verſ. 2. in ea verba: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Ergo vt Deus ex illis tenebris lucem eduxit, ſic corda noſtra, quæ ex ſe tenebroſa ſunt, illuſtrauit. IN FACIE CHRISTI. id eſt, verè.

7 IN VASIS FICTILIBVS theſaurum habemus. i. hoc fragili corpore, vt quæ operamur, non nobis tribuantur, ſed Deo.

8 IN OMNIBVS. Declarat quæ ſint illæ tenebræ, è quibus lucem eduxit; nempe, variæ afflictiones, quas cómemorat. APORIAMVR, SED NON DESTITVIMVR. i. indigemus, *ſed non opprimimur*. Græc. eſt paronomaſia, quæ Latine explicari non poteſt. ſed *aporiamur*, verbum Græcum eſt.

10 MORTIFICATIONEM, ſeu *mortem*. Superiores afflictiones mortem ſeu mortificationem Chriſti. i. imaginem eorum quæ paſſus eſt, vocat. Porrò in liberatione ab illis VITA. i. virtus Chriſti oſtenditur. IN CORPORIBVS NOSTRIS. i. in nobis.

11 IN MORTEM TRADIMVR. i. in mortis periculo verſamur.

12 VITA AVTEM IN VOBIS. i. quæ patimur, in veſtrum commodum cedunt, vt vos viuatis.

13 EVMDEM SPIRITVM FIDEI, habentes ſ. vobiſcum loquimur vobis. Quid?

14 QVI SVSCITAVIT IESVM. Ea eſt ſpes noſtra. ET CONSTITVET VOBISCVM. ſ. in gloria nos.

15 OMNIA ENIM PROPTER VOS. ſ. quæ patimur. VT ... PER MVLTOS. Sic opus eſt vt multi gratias Deo agentes augeatis gloriam Dei.

16 PROPTER QVOD. ideò ob veſtrum commodum, vel vt maior ſit Dei gloria, non ceſſamus laborare. Nam etſi corpus ſit debile, interior homo, id eſt, animus maiorem in dies concipit vigorem.

17 GLORIÆ PONDVS. i. ſolidam gloriam, non inanem operatur. IN NOBIS, ſeu *vobis*, vt eſt Græcè. Quid? afflictio quam in præſenti patimur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MISERICORDIAM. ſ. electionem ad id munus. DEFICIMVS. i. negligentes ſumus.

2 ABDICAMVS. i. reiicimus. OCCVLTA DEDECORIS. i. dedecoroſa, quæ ſolent à peccantibus occultari. ADVLTERANTES. Græc. *doloſè tractantes*. COMMENDANTES. i. probantes. AD. pro, apud. CONSCIENTIAM. i. iudicium. CORAM DEO. i. approbante.

3 IN IIS. pro, ijs.

4 DEVS. de quo Ioan. 14. *Princeps huius mundi*. ſ. colebatur ab infidelibus diabolus pro Deo. Poteſt & de Deo vero intelligi, & tunc *huius ſæculi* cum ſequentibus iungendum. & ſic intelligit Irenæus lib. 3. cap. 7.

GLORIÆ CHRISTI. i. quo apparet Chriſti gloria, ſeu per quod Chriſtus glorificatur.

SERVOS. ſ. nos exhibemus, ſeu fatemur. PER. i. propter. 5

DIXIT. i. *iuſſit*, Hebr. SPLENDESCERE. ſ. cùm mundi lucem creauit. SCIENTIÆ. i. cognitionis. CLARITATIS. Græc. *gloriæ*. IN FACIE. ſ. relucentis. Alludit ad faciem Moyſis. *Faciem* vero vocat præſentiam, ſeu opera. 6

ISTVM. ſ. illuminationis. VASIS, &c. ſ. intra corpora fragilia. SVBLIMITAS. ſ. ſtatus noſtri. VIRTVTIS. i. potentiæ. EX NOBIS. i. nobis adſcribatur. 7

ANGVSTIAMVR. ſ. animo. APORIAMVR. i. periclitamur. DESTITVIMVR. ſ. à Deo. 8

IESV. ſ. patientis exemplo. MANIFESTETVR. i. appareat. 10

QVI pro, dum. MORTEM. i. mortis periculum. 11

OPERATVR. i. exercetur. q. d. obijcimur ſæpè mortis periculis. VITA, &c. q. d. vos verò Dei beneficio proſperè agitis. 12

EVMDEM. ſ. cum antiquis Patribus. SICVT, &c. iunge cum ſequentibus. LOQVIMVR. i. confitemur quod credimus. 13

NOS. id eſt, me meoſque ſocios. CONSTITVET. ſ. apud ſe. 14

OMNIA. ſ. à nobis fiunt, ſeu à Deo. PER MVLTOS, &c. pro, per multorum gratiarum actionem. 15

DE DIE IN DIEM. i. in dies. 16

IN SVBLIMITATE. i. excellenter. OPERATVR. i. parit. 17

TEMPORALIA. i. ad tempus durantia. 18

CAPVT V.

Ex certa ſpe futuræ gloriæ deſiderant Apoſtoli abſolui à corpore, cùm aliter ea frui non poſſint: ſemper autem cupientes Chriſto omnium iuſto iudici placere; dant ſuis diſcipulis occaſionem de ipſis gloriandi coram aduerſarijs: & legatione pro Chriſto fungentes, ne ipſum quidem Chriſtum, quem prædicant, & cuius morte reconciliatus eſt Deo mundus; iam ſecundùm carnem nouerant.

SCimus enim, quoniam ſi terreſtris do- 1
mus noſtra huius habitationis diſſoluatur, A
quòd ædificationem ex Deo habemus, domum
non manufactam, æternam in cælis. ⁕ Nam 2
& in hoc ingemiſcimus, [a] habitationé noſtram,
quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes: ⁕ ſi ta- 3
men veſtiti, non nudi inueniamur. ⁕ Nam & 4
qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus
grauati: eò quòd nolumus expoliari, ſed ſuper-
ueſtiri; vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita.
⁕ Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui 5
dedit nobis pignus ſpiritus. ⁕ Audentes igitur 6
ſemper, ſcientes quoniam dum ſumus in cor- B
pore, peregrinamur à Domino: (⁕ per fidem e- 7
nim ambulamus, & non per ſpeciem) ⁕ aude- 8
mus autem, & bonam voluntatem habemus
magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe
ad Dominum. ⁕ Et ideò contendimus, ſiue ab- 9
ſentes, ſiue præſentes, placere illi. ⁕ [b] Omnes enim 10
nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti,
vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout
geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. ⁕ Scientes ergo 11
timorem Domini, hominibus ſuademus, Deo C
autem manifeſti ſumus. Spero autem & in con-
ſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe. ⁕ Non ite- 12
rùm commendamus nos vobis, ſed occaſionem
damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis
ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.
⁕ Siue enim mente excedimus, Deo: ſiue ſobrij 13
ſumus, vobis. ⁕ Charitas enim Chriſti vrget 14
nos: æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro om-
nibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt:
15 ⁕ & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt, &
qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro
16 ipſis mortuus eſt & reſurrexit. ⁕ Itaque nos ex
D hoc neminem nouimus ſecundùm carnem. Et
ſi cognouimus ſecundùm carnem Chriſtum:
17 ſed nunc iam non nouimus. ⁕ Si qua ergo in
Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: [c] ec-
18 ce facta ſunt omnia noua. ⁕ Omnia autem ex
Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: &
19 dedit nobis miniſterium reconciliationis. ⁕ quo-
niam quidem Deus erat in Chriſto mundum
reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſo-
rum, & poſuit in nobis verbum reconciliatio-
20 nis. ⁕ Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tam-
quam Deo exhortante per nos. Obſecramus
21 pro Chriſto, reconciliamini Deo. ⁕ Eum, qui
non nouerat peccatum, pro nobis peccatum
fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

[a] Apoc. 15. c. 13.
[b] Rom. 14. b. 10.
[c] Iſaiæ 43. c. 19. Apoc. 21. b. 5.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SI TERRESTRIS DOMVS. i. corpus. Dixerat ſe ad ſuperna contendere; id proſequitur. ÆDIFICATIONEM. i. domum habemus in cælis.

2 NAM ET IN HOC. ſ. *tabernaculo qui ſumus*, vt ſupplet Goth. ingemiſcimus aliud ſperantes.

3 SI TAMEN, ſupple, quod continget, ſi VESTITI. ſ. bonis operibus inueniamur.

4 EO QVOD NOLVMVS EXSPOLIARI. ſ. corpore. Hæc pugna cauſat gemitum, mori nolumus, gloriam cupimus, & gloria ſine morte non contingat.

5 QVI AVTEM EFFICIT aut *effecit*, vt eſt Græcè, id eſt, nobis id præmium propoſuit. DEVS ſcilicet eſt, nec ſolùm id propoſuit, ſed dedit PIGNVS. Græc. *ἀῤῥαβῶνα*. i. gratiam quæ ſimul eſt pignus & pars futuræ retributionis.

6 AVDENTES, i. hac fiducia, quia dum hîc ſumus, PEREGRINAMVR, cupimus peregrinari. i. relinquere corpus, vt Deo aſſiſtamus.

8 AVDEMVS AVTEM. *Autem* redundat.

9 SIVE ABSENTES, SIVE PRÆSENTES. Quomodo *præſentes* qui ſumus peregrini? Syr. vertit, *ſiue peregrini, ſiue incolæ*. i. in omni ſtatu cupimus placere Deo.

10 PROPRIA CORPORIS. *ἴδια σώματος*, ſic Regia. Plerique alij codices Græcè, *διὰ σώματος*. *per corpus*. Senſus idem, recepturum quemque ſperamus quæ in corpore viuens fecit. Omnes noſtræ actiones corpore egent.

11 TIMOREM DOMINI. i. quàm timendus ſit Deus. HOMINIBVS SVADEMVS. i. vt illum timeant. *πείθομεν*, quod *ſuadere* ſignificat & *obedire*. Ergo ob timorem Dei ſeruimus hominibus. ſic Theophylactus. DEO AVTEM. i. quales ſumus Deus nouit. IN CONSCIENTIIS VESTRIS. id eſt, ſcire vos quo animo operemur & ſcribamus ſpero & confido.

12 GLORIANDI PRO NOBIS. i. hæc dicimus vt habeatis quod pſeudoapoſtolis obijciatis. QVI IN FACIE GLORIANTVR. i. fictè, non verè.

13 SIVE ENIM MENTE EXCEDIMVS. i. ad ſublimia mente rapimur contemplatione, id fit in honorem Dei. ſiue ad humana verba & actiones nos dimittimus, veſtrum commodum ſpectamus.

14 ERGO OMNES MORTVI SVNT. i. ſibi mori debent, vt Chriſto viuant, non ſua quærere.

16 NEMINEM NOVIMVS. i. nullius affinitate mouemur, non ducimur carnis affectu etiam erga Chriſtum, vt antè faciebamus, & vt alij faciunt. Nudam Dei gloriam quærimus. ET SI COGNOVIMVS SECVNDVM CARNEM CHRISTVM Caſſianus 3. de Incarnatione id dicit, quia iam nó tantú hominem, ſed Deum eſſe cognouit.

17 SI QVA ERGO. Si quis per Baptiſmum eſt innouatus, veteri relicta vita nouam ſequatur. Omnia quæ dixi ex Deo ſunt, qui mihi dedit.

MINI-

MINISTERIVM RECONCILIATIONIS. ſ. vt per noſtram prædicationem homines Deo conciliarentur. 18

NON REPVTANS. pro, imputans delicta, condonans. 19

TAMQVAM DEO EXHORTANTE PER NOS, OBSECRAMVS. Hadrianus I. contra librum Caroli Magni de Imag. ex his verbis probat, rectè dici; *rogamus vos, & rogat Deus.* 20

EVM, QVI NON NOVERAT PECCATVM, PRO NOBIS PECCATVM FECIT. Auguſtinus in Enchir. c. 4. ait legendum, *pro nobis peccatum fecit Deus.* Ego eius lectionis veſtigium non inuenio. ſed benè ſuppletur vox *Deus.* VT NON EFFICEREMVR IVSTITIA DEI. i. vt per Chriſtum conſequamur iuſtitiam erga Deum. 21

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DOMVS. ſ. corpus. HABITATIONIS. Græc. *tabernaculi.* ÆDIFICATIONEM. pro, ædificium. 1

IN HOC. ſ. tabernaculo. HABITATIONEM. ſ. gloriam cæleſtem. DE CÆLO. i. cæleſtis. 2

SI TAMEN, &c. q. d. ſi tamen nobis tantum bonum contigerit. 3

GRAVATI. ſ. mundi miſerijs. EO QVOD NOLVMVS. pro, nec vellemus. ſ. ſi fieri poſſet. EXPOLIARI. ſ. corpore. VT ABSORBEATVR, &c. i. ſic vt mortalitas per immortalitatem auferretur non morientibus. 4

EFFICIT. Græc. *effecit.* i. parauit. ſeu deſtinauit. IN HOC. i. vt faciat immortales. DEVS. ſ. eſt. PIGNVS. ſ. arrham. 5

AVDENTES. i. confidentes. PEREGRINAMVR A DOMINO. i. longè agimus à Dei viſione & felicitate. 6

SPECIEM. i. viſionem ſpeciei, ſeu faciei. 7

AVTEM. pro, inquam. BONAM VOLVNTATEM HABEMVS. q. d. optamus. 8

ABSENTES. ſ. ab eius viſione. PRÆSENTES. i. cùm ei ſiſtemur. 9

PROPRIA CORPORIS. i. acta, dum viueret in corpore. 10

SCIENTES, &c. i. Deum timentes. SVADEMVS. i. probari ſtudemus. Vide Gal. 1. IN CONSCIENTIIS VESTRIS i. apud vos. 11

PRO NOBIS. i. noſtri cauſa. HABEATIS. ſ. quid dicatis, vel vnde glorìemini. AD EOS. i. apud eos. IN FACIE. i. exteriùs. IN CORDE. q. d. cùm tamen in conſcientia ſua non habeant vnde glorientur. 12

DEO. i. ad Deum. SOBRII SVMVS. i. nos demittimus, ſeu attemperamus. VOBIS. ſ. ex charitate facimus. 13

CHRISTI. i. in Chriſtum. VRGET. i. compellit ſ. ita facere. ÆSTIMANTES. i. animo reputantes. MORTVI SVNT. ſ. peccato & velut mortuos viuere oportet ceteris rebus, ſolique Chriſto viuere. 14

ET. pro, *pro.* Nam *pro*, Hebr. 15

EX HOC. ſ. tempore. NOVIMVS, &c. i. cogitamus vt mortalem, ſed immortalem. 16

SI QVA. pro, ſi quis eſt. VETERA. i. quæ veteris hominis. 17

NOBIS. ſ. Apoſtolis. RECONCILIATIONIS. ſ. prædicandæ, & quodammodò perficiendæ. 18

REPVTANS. i. imputans. VERBVM. i. prædicationem, ſeu negotium. 19

PRO CHRISTO. i. loco Chriſti. EXHORTANTE. Verti poterat *conſolante.* 20

NOVERAT. i. fecerat. PECCATVM FECIT. i. hoſtiam pro peccato: Aug ep. 120. IVSTITIA DEI. i. iuſti coram Deo; ſeu, per Dei iuſtitiam. IN IPSO i. per ipſum. 21

CAPVT VI.

Exhortatur ne acceptam negligant gratiam, oſtendens quantum laborauerit vt probatum ſe Dei miniſtrum exhiberet, & admonens vt a conuictu & conſortio infidelium ſeparentur.

ADiuuantes autem exhortamur, ne in va- 1
cuum gratiam Dei recipiatis. * Ait enim: 2
ᵃ Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalu- A — ᵃ Iſa. 49. c. 8
tis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ec-
ce nunc dies ſalutis. * ᵇ nemini dantes vllam of- 3 — ᵇ 1. Cor. 4. ſ. 12
fenſionem, vt non vituperetur miniſterium no-
4 ſtrum: * ſed in omnibus exhibeamus noſmetip-
ſos ᶜ ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in — ᶜ 1 Cor. 4. a. 1
tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis,
5 * in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in la-
B boribus, in vigiliis, in ieiuniis, * in caſtitate, in
6 ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spi-
7 ritu ſancto, in charitate non ficta, * in verbo ve-
ritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dex-
8 tris, & à ſiniſtris, * per gloriam, & ignobilitatem;
per infamiam, & bonam famam: vt ſeducto-
9 res, & veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti: * qua-
ſi morientes, & ecce viuimus: & caſtigati, &
10 non mortificati: * quaſi triſtes, ſemper autem
C gaudentes: ſicut egentes, multos autem locu-
pletantes: tamquam nihil habentes, & omnia
11 poſſidentes. * Os noſtrum patet ad vos, ô Co-
12 rinthij, cor noſtrum dilatatum eſt: * Non angu-
ſtiamini in nobis: anguſtiamini autem in viſce-
13 ribus veſtris: * eamdem autem habentes remu-
nerationem, tamquam filiis dico, dilatamini &
14 vos. * Nolite iugum ducere cum infidelibus.
Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?
15 Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? * Quæ autem
conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars
16 fideli cum infideli? * Qui autem conſenſus tem-
D plo Dei cum idolis? ᵈ Vos enim eſtis templum — ᵈ 1. Cor. 3. d. 27. & 6. d. 19
Dei viui, ſicut dicit Deus: ᵉ Quoniam inhabi-
tabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero il- — ᵉ Leu. 26. b. 12
17 lorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. * Pro-
pter quod exite de medio eorum, & ſeparami-
ni, dicit Dominus, & immundum ne tetigeri-
18 tis: * & ego recipiam vos: ᶠ & ero vobis in pa- — ᶠ Ier. 31. a. 9
trem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit
Dominus omnipotens.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ADIVVANTES. i. collaborantes Chriſto, à quo accepimus miniſterium reconciliationis. EXHORTAMVR. ſ. vos, ne gratiam Dei inanem eſſe ſinatis.

3 NEMINI DANTES. Iungi hoc debet cum fine verſ. primi, ſecundus per parentheſim. MINISTERIVM NOSTRVM; ne vituperentur, ſi videant parum vos noſtra inſtitutione profeciſſe.

4 SICVT DEI MINISTROS exhibeamus nos. i. ſeruos. Loquitur omnibus, ijs etiam qui non erant miniſtri Euangelij.

6 IN CHARITATE, ad quam vt ad finem cetera referuntur.

7 A DEXTRIS, ET A SINISTRIS. i. in proſperis & aduerſis virtutes ſectamur.

8 VT SEDVCTORES, ET VERACES. i. ſiue exiſtimemur hoc vel illud eſſe, exhibeamus nos vt Dei ſeruos. Aut ſic: Vt ſeductores habiti, & nihilominùs veraces. SICVT QVI IGNOTI. i. ſiue vt ignobiles habiti, & obſcuri ſicut vt clari.

9 QVASI MORIENTES, ob continuas afflictiones, ſed nihilominùs euadimus. ET NON MORTIFICATI, ſiue *morteni*, vt eſt Græcè & Syr. q. d. quaſi caſtigati, & tamen non mortui, ſemper in bono perſtamus.

11 OS NOSTRVM PATET. Non poſſum vos non admonere. COR NOSTRVM. i. amo vos vehementer.

12 ANGVSTIAMINI AVTEM IN VISCERIBVS VESTRIS. ac ſi dicat, ſi aliter vobis videtur, non ob anguſtiam mei amoris, ſed veſtri contingit.

13 EAMDEM AVTEM HABENTES. Græc. non eſt *habentes*, ſed hoc, *eamdem remunerationem.* ſ. compenſantes, ſeu referentes, amoris nempe, dilatamini Ad hunc ſenſum vox *habentes* referatur.

14 NOLITE IVGVM DVCERE. Connubia ſeu familiaritatem cum infidelibus vitate.

CHRISTI AD BELIAL? non *Beliar*, vt quidam Græci 15
codices vitioſè habent. Syr. *cum ſatana*. Hoc loco *Be-
lial* haud dubium ſumitur pro diabolo. Quid alijs locis
ſignificet, Deut. 13. v. 13. dictum eſt. Porro *Belial* Hie-
ronymo *ſine iugo* ſignificat, Kimhi *ſine vtilitate*.

INHABITABO IN ILLIS. q. d. eſtis Dei templum, ne 16
illud contaminate infidelium conuictu. Hic locus
ſumptus eſt ex Ezechielis cap 37. v. 27.

EXITE DE MEDIO EORVM. ſ. infidelium. ET IM- 17
MVNDVM NE TETIGERITIS: quia ſancti, & templum
Dei, ne attactu fœdo polluatur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ADIVVANTES. Græc. *cooperantes*. ſ. Deo. RECI- 1
PIATIS. pro, receperitis.

AIT. ſ. Deus. Iſa. 49. ACCEPTO. i. mihi placito. DIE 2
SALVTIS. i. tempore gratiæ.

OFFENSIONEM. q. d. neminem offendentes, vel ſcan- 3
dalizantes. MINISTERIVM, &c. i. prædicatio Euan-
gelica. ſ. quaſi non reddat bonos qui eam ſequuntur.
Vel de ſe loquitur. q. d. curo ſeduló, ne miniſterium
meum quiſquam poſſit meritò reprehendere.

EXHIBEAMVS. Græc. *exhibentes*. quod poteſt ad Pau- 4
lum referri, & quidem id magis volunt ſequentia.
NECESSITATIBVS. i. indigentijs.

CASTITATE. Græc. *puritate*. SCIENTIA. i. pruden- 6
tia. SVAVITATE. i. benignitate. Syr. *lenitate*. IN
SPIRITV SANCTO. i. per Spiritum ſanctum. Iungi poteſt
cum præcedentibus, & ſequentibus.

VERITATIS. i. veraci. VIRTVTE DEI. i. operibus, 7
Dei virtutem demonſtrantibus. ARMA. i. opera. A
DEXTRIS, &c. q. d. vndique, vel in proſperis & aduerſis.

IGNOBILITATEM. i. ignominiam. PER INFA- 8
MIAM, &c. q. d. per conuitia, & laudes. COGNITI.
ſ. Deo, & probis.

CASTIGATI. i. correpti. ſ. à Deo. MORTIFICATI. 9
i. interfecti.

AD VOS. ſ. ad liberè vobiſcum loquendum, ſeu vos 11
plenè inſtituendos. DILATATVM. ſ. charitate erga vos.

NON ANGVSTIAMINI. i. non locum anguſtum habe- 12
tis. AVGVSTIAMINI AVTEM, &c. q. d. at minùs latum
habetis cor, quàm opto.

EAMDEM. ſ. quam ego. REMVNERATIONEM. ſ. à 13
Deo. DILATAMINI. ſ. charitate.

IVGVM DVCERE. i. commercium habere, vel coniu- 14
gia inire. PARTICIPATIO. i. conſortium. SOCIETAS.
Græc. *communio*.

CONVENTIO. i. concordia. AD BELIAL. i. cum dia- 15
bolo. PARS. i. participatio.

IDOLIS. Syr. *templo dæmoniorum*. 16

CAPVT VII.

*Oſtendit Apoſtolus quanto amore Corinthios proſequa-
tur, & quantum de correcta ipſorum vita in magnis
ſuis tribulationibus gaudium acceperit, quantumve
bonum pepererit triſtitia, quam ex ſua acceperant
epiſtola.*

HAs ergo habentes promiſſiones, chariſſi- 1
mi, mundemus nos ab omni inquinamen- A
to carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificatio-
nem in timore Dei. * Capite nos. Neminem læſi- 2
mus, neminẽ corrupimus, neminem circumue-
nimus. * Non ad condemnationem veſtram di- 3
co. prædiximus enim quòd in cordibus noſtris
eſtis, ad commoriendum, & ad conuiuendum.
* Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi 4
gloriatio pro vobis, repletus ſum conſolatione,
ſuperabũdo gaudio in omni tribulatione noſtra.
* Nam & cùm veniſſemus in Macedoniam, nul- 5
lam requiẽ habuit caro noſtra, ſed omnem tri- B
bulationem paſſi ſumus: foris pugnæ, intus ti-
mores. * Sed qui conſolatur humiles, conſola- 6
tus eſt nos Deus in aduentu Titi. * Non ſolùm 7
autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatio-
ne, qua conſolatus eſt in vobis, referens nobis
veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram
æmulationem pro me, ita vt magis gauderem.
8 * Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non
me pœnitet: etſi pœniteret, videns quòd epiſto-
9 la illa (etſi ad horã) vos contriſtauit; * nunc gau-
C deo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia con-
triſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim
eſtis ſecundùm Deum, vt in nullo detrimen-
10 tum patiamini ex nobis. * [a] Quæ enim ſecun- [a] 1. Pet. 2.
dùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalu- 6. 19.
tem ſtabilem operatur: ſæculi autem triſtitia
11 mortem operatur. * Ecce enim hoc ipſum, ſe-
cundùm Deum contriſtari vos, quantam in vo-
bis operatur ſolicitudinem: ſed defenſionem,
ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſide-
rium, ſed æmulationem, ſed vindictam. in om-
nibus exhibuiſtis vos, incontaminatos eſſe ne-
12 gotio. * Igitur, etſi ſcripſi vobis, non propter
D eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui
paſſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem
13 noſtram, quam habemus pro vobis * coram
Deo: ideò conſolati ſumus. In conſolatione
autem noſtra, abundantiùs magis gauiſi ſumus
ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius
14 ab omnibus vobis. * & ſi quid apud illum de vo-
bis gloriatus ſum, non ſum confuſus: ſed ſicut
omnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & glo-
riatio noſtra quæ fuit ad Titũ, veritas facta eſt,
15 * & viſcera eius abundantiùs in vobis ſunt: re-
miniſcentis omniũ veſtrùm obedientiam, quo-
modo cum timore & tremore excepiſtis illum.
16 * Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 MVNDEMVS NOS AB OMNI INQVINAMENTO
CARNIS ET SPIRITVS. Non ſufficit altera parte
eſſe mundos.

2 CAPITE NOS. i. aduertite quæ dicimus. Syr. *ſuſtine-
te nos*. id forſan hoc loco χωρεῖν ſignificat, q. d. ſi videor
me laudare, ferte id.

3 NON AD CONDEMNATIONEM. i. vt vobis iniuriam
faciam. ſ. hoc dico. AD COMMORIENDVM. i. in proſpe-
ris & aduerſis vos in corde habeo.

4 MVLTA MIHI FIDVCIA EST. Multùm fido de ve-
ſtra fide & amicitia; tantum abeſt vt vos velim con-
demnare. SVPERABVNDO GAVDIO. Hæc de vobis
fiducia facit, vt afflictionem non ſentiam, quam in
Macedonia patior.

5 FORIS PVGNÆ, à Iudæis & Gentibus. INTVS TIMO-
RES, propter falſos fratres.

7 VESTRVM DESIDERIVM. ſ. videndi me. VESTRAM
ÆMVLATIONEM. i. amorem erga me, ſeu iram contra
inceſtuoſum. Id à Tito audiens gauiſus ſum.

8 ETSI AD HORAM. i. ad breue tempus vos contriſta-
uit epiſtola mea.

9 NVNC GAVDEO. Constructio eſt inuerſa. ſic ordi-
na: *Nunc gaudeo (videns quod epiſtola illa, etſi ad horam
vos contriſtauit) non quia contriſtati eſtis, ſed quia*.

11 EXHIBVISTI VOS. i. oſtendiſtis. Verbi συνίστημι va-
riæ ſunt ſignificationes. INCONTAMINATOS. i. non
fuiſſe participes in negotio inceſtuoſi. Accuſarat il-
los quaſi crimini fauerent; nunc illud corrigit. ESSE
NEGOTIO. Syr. *in negotio illo*. Græcè, ἐν τῷ πράγματι, *in illo
negotio*, certè inceſtuoſi.

12 NON PROPTER EVM QVI FECIT INIVRIAM. ſ. non
tantùm propter inceſtuoſum, nec tantùm propter eius
patrem, qui eam paſſus eſt. SED AD MANIFESTAN-
DAM, iunge illud *coram Deo*. SOLLICITVDINEM NO-
STRAM QVAM HABEMVS PRO VOBIS. Græc. additur,

ad

ad vos, ὑπὲρ ὑμῶν, πρὸς ὑμᾶς, ſic Goth. ſed redundare id videtur. In Rob. eſt inuerſum; *ſolicitudinem veſtram pro nobis ad vos.* ſed vitioſè.

Qvia refectvs est spiritvs eivs. Titi, cùm ſ. videret veſtram obedientiam. 13

Veritas. i. vera apparuit laus, qua vos laudaram. 14

Et viscera eivs. i. amor quo vos complectitur, creuit. 15

Confido in vobis. id eſt, poſſum de vobis mihi omnia polliceri. 16

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Spiritvs. i. mentis, ſeu voluntatis. Perficientes. Nota, perfici ab homine ſuam ſanctificationem. ſ. per ope ra bona. 1

Capite nos. i. excipite charitatem meam in vos. Circvmvenimvs. i. ſeduximus, ſeu per iniuriam quidquam eius occupauimus, nam Græc. ἐπλεονεκτήσαμεν. 2

Dico. ſ. hæc. q.d. non id dico, quòd in hac parte velim vos obiurgare. Estis. ſ. ſic dilecti, ſeu ſixi. Ad commoriendvm, &c. i. vt vobiſcum parati ſimus & mori, & viuere. 3

Pro. i. de. 4

Caro. i. corpus. Omnem. i. maximam. 5

In vobis. i. ex vobis. Æmvlationem. i. ſtudium. 7

Poeniteret. pro, pœnituerit. ſ. anteà aliquantum. Ad horam. i. breue tempus. 8

Patiamini ex nobis. i. paſſi ſitis ob ea quæ ſcripſi. 9

Sæcvli. i. mundanorum, ſeu de rebus mundanis. Mortem. ſ. animæ ſæpè. 10

Sed. pro, imò. Defensionem. i. ſatisfactionem (hæc enim peccatorem defendit) vel cautionem in poſterum. Indignationem. ſ. contra peccatum. Æmvlationem. i. zelum, ſeu ſtudium boni. Vindictam. ſ. peccati. Incontaminatos esse negotio. .i. ſic vt appareret, vos in eo negotio inculpatè, ſeu benè geſſiſſe. 11

Non. pro, non ſolùm. Passvs. ſ. pater eius qui inceſtum commiſerat. Sed. pro, ſed etiam. 12

Abvndantivs. i. multo. Svper. i de. Refectvs. .i. refocillatus. 13

Svm confvsvs. i. erubui. Veritas facta est. .i. vera eſſe comperta eſt. 14

In vobis. pro, erga vos. q.d. plurimùm vos amat. 15

CAPVT VIII.

Hortatur eos ad eleemoſynam pauperibus qui Ieroſolymis agebant prompto animo tribuendã, tum Macedonum commendatione, tum Chriſti exemplo; admonens vt quod iam dudum facere propoſuerant, id nunc pro cuiuſque facultate præſtent: & miniſtros collaudat quos ad eam mittit colligendam.

NOtam autem facimus vobis, fratres, gra- 1
tiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Mace- A
doniæ: * quòd in multo experimento tribulatio- 2
nis, abundantia gaudij ipſorum fuit; & altiſſi-
ma paupertas eorum, abundauit in diuitias
ſimplicitatis eorum: * quia ſecundùm virtutem 3
teſtimonium illis reddo, & ſupra virtutem vo-
luntarij fuerunt, * cum multa exhortatione ob- 4
ſecrantes nos gratiam, & communicationem
miniſterij, quod fit in Sanctos. * Et non ſicut 5
ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt primùm
Domino, deinde nobis per voluntatem Dei; * ita 6
vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœ- B
pit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam iſtam.
* Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermo- 7
ne, & ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper &
charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abun-
detis. * Non quaſi imperans dico: ſed per alio- 8
rum ſolicitudinem, etiam veſtræ charitatis in-
genium bonum comprobans. * Scitis enim 9
gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam
propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues,
10 vt illius inopia vos diuites eſſetis. * Et conſilium
in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non
ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno prio-
11 re: * nunc verò & facto perficite: vt quemad-
C modum promptus eſt animus voluntatis, ita
12 ſit & perficiendi ex eo quod habetis. * Si enim
voluntas prompta eſt; ſecundùm id quod ha-
bet, accepta eſt, non ſecundùm id quod non
13 habet. * Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis au-
14 tem tribulatio, ſed ex æqualitate. * In præſenti
tempore veſtra abundantia illorum inopiam
ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ ino-
piæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut
15 ſcriptum eſt: * [a] Qui multum, non abunda- [a] Exod. 1 d. 18.
16 uit: & qui modicum, non minorauit. * Gratias
autem Deo, qui dedit eamdem ſolicitudinem
17 pro vobis in corde Titi, & * quoniam exhorta-
tionem quidem ſuſcepit: ſed cùm ſolicitior eſ-
18 ſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos. * Miſi-
D mus etiam cum illo fratrem, cuius laus eſt in Eu-
19 angelio per omnes Eccleſias: * non ſolùm au-
tem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes per-
egrinationis noſtræ, in hanc gratiam, quæ mi-
niſtratur à nobis ad Domini gloriam, & deſti-
20 natam voluntatem noſtram: * deuitantes hoc,
ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ
21 miniſtratur à nobis. * [b] Prouidemus enim bo- [b] Rom. 1
na non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram ho- d. 17.
22 minibus. * Miſimus autem cum illis & fratrem
noſtrum, quem probauimus in multis ſæpè ſoli-
citum eſſe: nunc autem multò ſolicitiorem,
23 confidentia multa in vos, * ſiue pro Tito, qui eſt
ſocius meus, & in vos adiutor, ſiue fratres noſtri,
24 Apoſtoli Eccleſiarum, gloria Chriſti. * Oſten-
ſionem ergo, quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ
gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in faciem Ec-
cleſiarum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Gratiam Dei nuntio vobis. Eleemoſynæ largitio, gratia Dei eſt. ob id Macedones laudat.

2 In mvlto experimento tribvlationis i. quamuis multa egeſtate premerentur, cum gaudio contulerunt eleemoſynam. In divitias simplicitatis eorvm. i. promptitudinis, abundauit eorum paupertas. ſignificat non coactè, ſed ſponte erogaſſe, nihil impediente eorum paupertate.

4 Obsecrantes nos. ſupple, vt acciperemus. δέξασθαι ἡμᾶς. Gratiam. i. eleemoſynã, quam offerebant. Et commvnicationem. i. vt participarent miniſterio, id eſt erogatione, quæ fit in Sanctos. i. fideles. Macedoniæ exemplo excitat Corinthios.

5 Et non sicvt speravimvs. Maior ſpe fuit liberalitas, qua incitati ſumus.

6 Ita vt rogaremvs Titvm, vt vos ad imitationem excitet, vt iam cœpit.

7 Sed. pro, omnino, ſupple, rogamus, vt ſicut in aliis excellitis virtutibus, ita in hoc. Insvper et charitate. Vox *inſuper* Græcè non eſt, nec Goth. nec in aliis Latinis codicibus quibuſdam.

8 Sed per aliorvm solicitvdinem, ſeu *affectum*, σπουδῆς. Ingenivm bonvm, γνήσιον, *ingenuitatem* veſtræ charitatis comprobans, ſeu *probans*, explorans, δοκιμάζων. Syr. *conſtantiam charitatis veſtræ experior.* i. ſociorum exemplo vos excito.

10 Non solvm facere, sed et velle. i. vltrò, nemine impellente cœpiſtis facere, & libenter. Aut *velle* ſit, vlteriùs progredi voluiſtis. nam ſequitur,

11 Nvnc vero et facto perficite. ſ. voluntatẽ eam.

Volvn-

VOLVNTAS.... SECVNDVM ID QVOD HABET ACCEPTA EST. i. placet. Date quod poteſtis. Non plus pauperes, minus diuites. 12

SED EX ÆQVALITATE. i. quiſque eroget pro ratione eius quod habet; plura diuites, pauperes pauciora. Alioqui alijs eſſet remiſſio, nempe diuitibus; alijs tribulatio, inopibus. Eſt & alia æqualitas. 13

IN PRÆSENTI, vos ſuppletis eorum qui in Iudæa ſunt, inopiam. Illi cùm abundabunt, tantumdem erga vos facient. 14

QVI MVLTVM, NON ABVNDAVIT. Exemplo manna, vbi qui multum collegit, non plus habuit quàm qui parum. æqualitatem in hac erogatione eſſe vult. 15

EXHORTATIONEM. i. ego Titum hortatus ſum, vt ad vos iret; ſed & ipſe ſua ſponte iuit. 17

FRATREM. Aut Barnabam, aut Lucam, qui ſcripſit Euangelium. id ſignificat, CVIVS LAVS EST IN EVANGELIO, qui ſcripſit, aut qui prædicat Euangelium. 18

DEVITANTES HOC. ſ. ne quis ſuſpicetur malum, voluimus in hoc miniſterio & erogatione habere comitem: fratrem quem Eccleſiæ voluerunt, cum ad vos mitto. 20

MISIMVS AVTEM CVM ILLIS ET FRATREM NOSTRVM. Quis hic? quidam Apollo ſuſpicantur. CONFIDENTIA MVLTA IN VOS. i. eos miſimus, qui de vobis multùm confidunt. 22

SIVE PRO TITO. q. d. ſuſcipite illos ſiue propter Titum, ſiue propter illos ipſos, qui ſunt fratres noſtri & Apoſtoli. Oratio ecliptica. multa ſupplenda. GLORIA CHRISTI. ſic lege, non *gloriæ*. Sunt Apoſtoli gloria Chriſti, quia per eos glorificatur. 23

OSTENSIONEM ERGO i. ſpecimen, *monſtra* oſtendite. IN FACIEM. Sic etiam lege, non *in facie*. Significat autem & vult, vt publicè & coram omnibus oſtendant in illos charitatem, vt aliæ Eccleſiæ ædificentur id intelligentes. 24

EMANVELIS SA NOTATIONES.

GRATIAM DEI. ſ. ad faciendam eleemoſynam, & libenter patiendum. 1

IN MVLTO, &c. q. d. experti multas tribulationes, valdè ſunt lætati. ALTISSIMA. i. maxima. Græc. *profunda*. IN DIVITIAS, &c. q. d. ad largiendum cum magna animi ſinceritate. 2

VIRTVTEM. i. facultatem. ET. pro, imò verò. VOLVNTARII. i. ſpontanei largitores. 3

CVM MVLTA, &c. q. d. valdè inſtanter. NOS. ſ. vt acciperemus. GRATIAM. i. eleemoſynæ beneficium. ET. pro, id eſt. MINISTERII. i. ſubſidij. 4

ET NON pro, & non ſolùm. SED. pro, ſed etiam. PER VOLVNTATEM DEI. i. Deo volente, eoſque ad id mouente. vel, ad Dei voluntatem faciendam. ſ. per nos eis indicatam. 5

ITA, &c. q. d. quod nobis animum dedit, vt, &c. GRATIAM. i. eleemoſynam. 6

SERMONE. i. exhortatione. SCIENTIA. ſ. rerum diuinarum, ſeu, prudentia. ABVNDETIS. ſ. hortamur. 7

ALIORVM. i. Macedonum. SOLICITVDINEM. ſ. in danda eleemoſyna. INGENIVM. i. animum, ſeu affectum. Græc. *ingenuitatem*. COMPROBANS. i probans, ſeu explorans, vel prouocans. 8

HOC. i. re hac. NON SOLVM FACERE. ſ. nunc. vel ſunt verba tranſpoſita. Syr. *non ſolùm velle, ſed etiam facere*, &c. Vide cap. ſequens. PRIORE. i. ſuperiore. 10

VOLVNTATIS. pro, volendo. PERFICIENDI. pro, perficiendo. 11

SECVNDVM ID, &c. Hinc fortè illud ſumptum: Voluntas pro facto reputatur. 12

REMISSIO. i. relaxatio. TRIBVLATIO. ſ. volumus. EX ÆQVALITATE. i. pro cuiuſque viribus. vel, iuxta id quod ſtatim ſequitur. 13

ILLORVM. ſ. Macedonum. ILLORVM ABVNDANTIA. ſ. cùm erit, & vos indigebitis. SCRIPTVM. ſ. de manna. 14

MVLTVM. ſ. collegit. ABVNDAVIT. i. plus habuit. 15
ſ. quàm ceteri. MINORAVIT. i. minus habuit. ſ. certa quædam ſingulis menſura præſcripta erat ad cibum.

17 EXHORTATIONEM. ſ. meam. SOLICITIOR. pro, valdè ſolicitus. VOLVNTATE. i. ſponte. fortè fuerat priùs profectus, quàm ei à Paulo præſcriptum erat.

18 FRATREM. ſ. Lucam, vel Barnabam, vel Apollo. EVANGELIO. ſ. ſcripto (ſi Lucas intelligatur) vel prædicato.

19 AVTEM. ſ. id. GRATIAM. i eleemoſynam colligendam. Fortè alludit ad illud, quod dicit Gal. 2. DESTINATAM. i. promptam. NOSTRAM. Græc. *veſtram*. ſ. implendam.

20 DEVITANTES. i. cauentes. PLENITVDINE. ſ. copia. ſ. pecuniæ.

22 FRATREM. Incertum quem dicat. IN VOS. pro, de vobis.

23 PRO TITO i. cauſa Titi. ſ. facite. FRATRES NOSTRI. i. pro reliquis fratribus noſtris. GLORIA. pro, ad gloriam.

24 GLORIÆ PRO VOBIS. i gloriationis de vobis. q. d. exhibete vos vt poſtulat charitas veſtra, & noſtra gloriatio. FACIEM. i. conſpectum.

CAPVT IX.

Proſequitur hortando ad eleemoſynam promptè & abundanter tribuendam; admonens ne ex hoc inopiam metuant, ſed diuinæ fidant prouidentiæ: varioſque recenſet illius eleemoſynæ fructus.

1 NAm de miniſterio, quod fit in ſanctos, ex
2 abundanti eſt mihi ſcribere vobis. * Scio e-
A nim promptum animum veſtrum: pro quo de
vobis glorior apud Macedones. Quoniam &
Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra
3 æmulatio prouocauit plurimos. * Miſi autem
fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacue-
tur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) pa-
4 rati ſitis: * ne cùm venerint Macedones me-
B cum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus
nos (vt non dicamus vos) in hac ſubſtantia.
5 * Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt
præueniant ad vos, & præparent repromiſſam
benedictionem hanc paratam eſſe, ſic quaſi be-
6 nedictionem, non tamquam auaritiam. * Hoc
autem dico: Qui parcè ſeminat, parcè & me-
tet: & qui ſeminat in benedictionibus, de bene-
7 dictionibus & metet. * Vnuſquiſque prout de-
ſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex ne-
ceſſitate: a hilarem enim datorem diligit Deus. a Eccli 35. b.11.
8 * Potens eſt autem Deus omnem gratiam abun-
C dare facere in vobis: vt in omnibus ſemper om-
nem ſufficientiam habentes, abundetis in om-
9 ne opus bonum, * ſicut ſcriptum eſt: b Diſper- b Pſal. 111. b.9.
ſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæcu-
10 lũ ſeculi. * Qui autem adminiſtrat ſemen ſemi-
nanti: & panem ad manducandum præſtabit,
& multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit in-
11 crementa frugum iuſtitiæ veſtræ: * vt in omni-
D bus locupletati abundetis in omnem ſimplici-
tatem, quæ operatur per nos gratiarum actio-
12 nem Deo. * Quoniam miniſterium huius offi-
cij, non ſolùm ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed
etiam abundat per multas gratiarum actiones
13 in Domino, * per probationem miniſterij huius,
glorificantes Deum in obedientia confeſſionis
veſtræ, in Euangelium Chriſti, & ſimplicitate
14 communicationis in illos, & in omnes, * & in
ipſorum obſecratione pro vobis, deſiderantium
vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.
15 * Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NAM DE MINISTERIO. i. de eleemoſynarum collectione. EX ABVNDANTI. i. ſuperuacaneum eſt ſcribere. non eſt opus ſcribere.

2 QVONIAM ET ACHAIA. i. non ſolùm Corinthus, ſed vniuerſa Achaia id facere parata eſt. VESTRA ÆMVLATIO. i. ſtudium vos imitandi prouocauit.

3 EVACVETVR. i. ne inane appareat & falſum quod prædico de vobis.

4 IN HAC SVBSTANTIA, ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ, *ſubſiſtentia*, confidentia, fundamento, argumento gloriationis. Ad Hebr. 11. v. 1. *Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum.* i. fundamentum, baſis. Ergo miſi fratres.

5 VT PRÆVENIANT, non *perueniant*, vt Louan. nec *veniant*, vt Gotth. NON TAMQVAM AVARITIAM. Vult eſſe liberales, ſed ſimul vt ſponte id faciant. id ſignificat,

7 PROVT DESTINAVIT IN CORDE. i. non coactè vnuſquiſque.

8 POTENS EST AVTEM DEVS. Occurrit obiectioni, Fiam pauper ſi multa dedero. OMNEM GRATIAM. Syr. *beneficentiam.* q. d. poteſt Deus facere vt detis, & nihilominùs habeatis ſufficientiam. i. bona vnde rurſus largiamini.

9 IVSTITIA EIVS. i. eleemoſyna manet perpetuò coram Deo eius qui pauperibus dedit. Eleemoſynam *iuſtitiam* ſæpè vocari, Matth. 6. v. 1. dictum eſt.

10 MVLTIPLICABIT SEMEN VESTRVM. i. quod datis reddet multiplicatum. ET AVGEBIT INCREMENTA FRVGVM IVSTITIÆ VESTRÆ. Rurſus eleemoſynam vocat *iuſtitiam* more Hebraico.

11 VT .... ABVNDETIS IN OMNEM SIMPLICITATEM. Sic vocat ſincerum animum dandi: pro qua agimus gratias Deo.

12 QVONIAM MINISTERIVM. i. adminiſtratio huius eleemoſynæ facit vt ſancti. i. fideles abundent, & per multos gratiæ agantur Deo.

13 PER PROBATIONEM. i. dum probant & laudant quæ in hoc facimus & facitis. GLORIFICANTES. ſ. qui gratias agunt Deo. IN OBEDIENTIA CONFESSIONIS VESTRÆ. Hypallage, pro, *in confeſſione veſtra obedientia,* qua ſ. profitemini obedire Euangelio. ET SIMPLICITATE, ingenuo animo dandi & communicandi veſtra cum illis ſanctis, & cum omnibus. ob id glorificant Deum.

14 ET IN IPSORVM OBSECRATIONE. ſ. glorificantes Deum in ſuis precibus, quas fundunt pro vobis. DESIDERANTIVM. pro, deſiderantes vos videre, propter dona Dei & eminentem gratiam quæ eſt in vobis.

15 GRATIAS DEO. ſ. ago. SVPER INENARRABILI. ſ. pro iſta veſtra benefaciendi voluntate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MINISTERIO. ſ. hoc de quo ſuprà. i. eleemoſynæ ſubſidio. EX ABVNDANTI. i. ſuperfluum. SCRIBERE. ſ. multa.

2 QVONIAM. pro, dicens quòd. ACHAIA. ſ. Corinthij. VESTRO. pro, veſtri. q. d. veſtro exemplo, ô Corinthij, multi ſunt excitati.

3 EVACVETVR. i. reddatur inane, ſeu vanum appareat. DIXI. ſ. ſup. vel q. d. iuxta id quod apud Macedones de vobis prædicaui.

4 SVBSTANTIA. i. re, ſeu negotio. Græcè additur *gloriationis.*

5 PRÆVENIANT. i. præcedant me. REPROMISSAM. pro, promiſſam. BENEDICTIONEM. i. beneficentiam. AVARITIAM. q. d. ne parca ſit.

6 IN BENEDICTIONIBVS. i. copiosè. DE. Græc. *in.*

7 VNVSQVISQVE. ſ. det. EX NECESSITATE. i. coactè.

8 GRATIAM. ſ. ſpiritualem, vel temporalem.

10 SEMEN. ſ. materiale. i. granum, & ſpirituale. i. gratiam. INCREMENTA. i. prouentus. IVSTITIÆ. i. à iuſtitia ortorum operum. vel eleemoſynam intelligit, quæ interdum vocatur *iuſtitia* in Scriptura.

11 SIMPLICITATEM. i. ſinceritatem. QVÆ OPERATVR, &c. q. d. ob quam Deo gratias agimus.

12 DESVNT. ſ. ad ſuſtentationem. SAN•TIS. i. Chriſtianis. ABVNDAT, &c. q. d. facit vt multi ob id Deum laudent.

13 PER PROBATIONEM, &c. i. approbantes id opus glorificent, &c. IN. pro, de, ſeu, ob. CONFESSIONIS. ſ. per opera bona. IN. pro, iuxta. ET SIMPLICITATE. Explicatio præcedentis. ILLOS. ſ. ſanctos, de quibus ſuprà.

14 ET. i. glorificantes. vel q. d. præterea orant pro vobis. VOS. ſ. videre.

15 DONO. ſ. data vobis gratia.

CAPVT X.

Incipit ſuam aperire poteſtatem, & exantlatos pro Chriſto labores propter pſeudoapoſtolos, qui ipſum deprimentes & abiectum prædicantes, fructum prædicationis eius impediebant.

1 IPſe autem ego Paulus obſecro vos, per man-
A ſuetudiné & modeſtiam Chriſti, qui in facie
quidem humilis ſum inter vos, abſens autem
2 confido in vobis.* Rogo autem vos ne præſens
audeam, per eam confidentiam qua exiſtimor
audere, in quoſdam, qui arbitrantur nos tam-
3 quam ſecundùm carnem ambulemus.* In car-
ne enim ambulantes, non ſecundùm carnem
4 militamus.* Nam arma militiæ noſtræ non
B carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructio-
5 nem munitionum, conſilia deſtruentes,* &
omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus
ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes
6 omnem intellectum in obſequium Chriſti,* &
in promptu habentes vlciſci omné inobedien-
tiam, cùm impleta fuerit veſtra obedientia.
7 * Quæ ſecundum faciem ſunt, videte. Si quis
confidit ſibi Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterùm
apud ſe: quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.
8 * Nam, & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de
poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus
in ædificationem, & non in deſtructionem ve-
9 ſtram, non erubeſcam. *Vt autem non exiſti-
10 mer tamquam terrere vos per epiſtolas: * quo-
C niam quidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt &
fortes: præſentia autem corporis infirma, &
11 ſermo contemptibilis:* hoc cogitet qui eiuſmo-
di eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas ab-
12 ſentes, tales & præſentes in facto. * Non enim
audemus inſerere, aut comparare nos quibuſ-
dam, qui ſeipſos commendant: ſed ipſi in nobis
noſmetipſos metientes, & comparãtes noſmet-
13 ipſos nobis. * Nos autem non in immenſum
D gloriabimur, " ſed ſecundùm menſuram regu- "Eph. 4
læ, qua menſus eſt nobis Deus, menſuram per-
14 tingendi vſque ad vos. * Non enim quaſi non
pertingentes ad vos, ſuperextendimus nos: vſ-
que ad vos enim peruenimus in Euangelio
15 Chriſti.* non in immenſum gloriantes in alie-
nis laboribus: ſpem autem habentes creſcentis
fidei veſtræ, in vobis magnificari ſecundùm re-
16 gulam noſtram in abundantiam, * etiam in illa,
quæ vltra vos ſunt, euangelizare, non in aliena
17 regula in iis quæ præparata ſunt gloriari. *" Qui "Ier. 9.
18 autem gloriatur: in Domino glorietur. * Non 1 Cor. 1. 31
enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt:
ſed quem Deus commendat.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN FACIE. i. præſens cùm ſum. HVMILIS. i. abiectus ſum. Sic aduerſarij dicebant, quorum in perſona loquitur.

quitur, eſſe contemptibilem aſpectum, graues tamen literas ſcribere. CONFIDO IN VOBIS. i. magna confidentia ſcribo vobis.

2 ROGO AVTEM. ſ. vt vos ita geratis, vt non ſit opus in præſentia audere & punire. TAMQVAM SECVNDVM CARNEM. i. putant id nos facere vindictæ ſtudio. In quo errant.

4 POTENTIA DEO ſunt arma hoſtra. i. *virtus Dei*, vt Syr. *Potentia* Græcè eſt participium plurale, ſed ſumitur pro nomine. AD DESTRVCTIONEM MVNITIONVM. i. rerum & machinationum quæ Deo aduerſantur. CONSILIA DESTRVENTES. pro, deſtruentia arma. Hebræi genera & numeros aliquando non obſeruant.

5 ADVERSVS SCIENTIAM DEI. i. aduerſus Deum.

6 CVM IMPLETA FVERIT. q. d. contra vos nihil habeo, quia obedientes eſtis.

7 QVÆ SECVNDVM FACIEM SVNT, VIDETE, aut *videtis*. βλέπετε vtroque modo verti poteſt. i. exteriora & abiectionem noſtram videtis. ſed ſcitote nos eſſe Chriſti miniſtros, & habere à Chriſto poteſtatem talem, de qua gloriari poſſum.

10 PRÆSENTIA AVTEM CORPORIS INFIRMA. Lucianus in Philopatride caluum fuiſſe ait Paulum, naſo aquilino, forſan & breui ſtatura.

11 HOC COGITET QVI EIVSMODI EST. i. qui ſic loquitur, nos præſentes & abſentes eoſdem eſſe.

12 NON ENIM AVDEMVS. Nolumus conferri cum ijs, nec eſſe quales ij qui ſe laudant. non ſumus tales, ſed noſtro nos pede metimur. Modeſtè ſentimus de nobis etſi gloriari videmur.

13 NON IN IMMENSVM. i. vltra menſuram. ſ. noſtram non gloriamur. SED SECVNDVM MENSVRAM REGVLÆ. i. portionis terræ nobis attributæ. Erant qui ſe iactarent, in toto orbe prædicaſſe: nos in noſtra portione, quæ pertingit vſque ad vos. Nec in eo nos

14 SVPEREXTENDIMVS; non in eo menſuram noſtram excedimus; nam pertingit ad vos, vobiſque prædicauimus.

15 IN ALIENIS LABORIBVS & menſuris non gloriamur. ſatis nobis eſt à vobis prędicari intra noſtram portionem. IN ABVNDANTIAM. i. abundanter magnificari & prædicari à vobis ſatis nobis eſt.

16 ETIAM IN ILLA, QVÆ VLTRA VOS SVNT, ſperamus euangelizare, ſed in noſtra portione, non in aliena. QVÆ PRÆPARATA SVNT. i. culta ab alijs, in ijs gloriari nolumus.

17 QVI AVTEM GLORIATVR, IN DOMINO GLORIETVR. i. in illa portione quam illi Deus attribuit: is enim à Domino commendabitur, non alius qui ſe præpoſterè commendat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MODESTIAM. i. benignitatem. IN FACIE. i. præſens.

2 AVTEM. pro, inquam. IN QVOSDAM. Iunge cum *audeam*. SECVNDVM CARNEM. i. humano more. AMBVLEMVS. i. conuerſemur. ſ. quod tamen non ſic eſt.

4 DEO. i. Dei virtute. MVNITIONVM. ſ. aduerſariorum. CONSILIA DESTRVENTES. pro, quibus deſtruimus conſilia. i. machinationes.

5 ALTITVDINEM. i. eminentiam, ſeu ſuperbiam. SCIENTIAM. i. cognitionem.

6 CVM IMPLETA, &c. q. d. poſtquam adhibueritis vos remedia à me præſcripta, ſi non profecerint.

7 SECVNDVM FACIEM. i. apparentiam. VIDETE. ſ. & prouidete. q. d. corrigite tales. Alij, *videtis*. q. d. mea ſatis noſtis. ſ. quid poſſim.

8 AMPLIVS. ſ. quam ſoleam, vel, plus quàm ipſi.

9 VT AVTEM, &c. q. d. non faciam tamen, ne exiſtimer, &c.

10 INQVIVNT. ſ. quidam.

12 AVDEMVS. i. animum inducimus. INSERERE. i. miſcere. COMPARARE NOS. i. ſimiles eſſe. ET COMPARANTES, &c. q. d. accõmodantes nos viribus noſtris.

13 IN IMMENSVM. i. vltra modum.

14 SVPEREXTENDIMVS. i. vltrà quàm par eſt. IN EVANGELIO. i. prædicando Euangelium.

15 CRESCENTIS, &c. pro, creſcente fide veſtra. MAGNIFICARI. i. gloriari, ſeu laudem conſequi. REGVLAM. i. menſuram. IN ABVNDANTIAM. i. abundanter.

16 ETIAM. pro, & etiam. EVANGELIZARE. ſ. ſperamus. IN IIS. pro, & in ijs. PRÆPARATA. i. à Deo commiſſa nobis.

CAPVT XI.

Propter pſeudoapoſtolos peruertentes Pauli prædicationem metuens Corinthijs, oſtendit quare nihil ſub ſidij ab eis acceperit. deinde vt oſtendat plus fidei ſibi reſtituendum eſſe, quam illis, ſua recenſet encomia; & primùm aduerſa quæ perpeſſus eſt, prædicando Chriſti fidem, & labores ac ſolicitudines.

1 VTinam ſuſtineretis modicum quid inſi-
2 pientiæ meæ, ſed & ſupportate me: *Æmu-
A lor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim
vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.
3 *Timeo autem, ne [a] ſicut ſerpens Heuam ſe- [a] Gen. 3. a. 4
duxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri,
& excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto.
4 *Nam ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat,
quem non prædicauimus; aut alium ſpiritum
accipitis, quem non accepiſtis; aut aliud Euan-
gelium, quod non recepiſtis: rectè pateremini.
5 *Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis
6 Apoſtolis. *Nam etſi imperitus ſermone, ſed
B non ſcientia: in omnibus autem manifeſtati ſu-
7 mus vobis. *Aut numquid peccatum feci, me
ipſum humilians, vt vos exaltemini? quoniam
8 gratis Euangeliũ Dei euangelizaui vobis? *Alias
Eccleſias expoliaui, accipiens ſtipẽdium ad mi-
9 niſterium veſtrum. *Et cùm eſſem apud vos, &
egerem; nulli oneroſus fui: nam quod mihi de-
erat, ſuppleuerunt fratres, qui venerunt à Ma-
C cedonia: & in omnibus ſine onere me vobis ſer-
10 uaui, & ſeruabo. *Eſt veritas Chriſti in me, quo-
niam hæc gloriatio non infringetur in me in re-
11 gionibus Achaię. *Quare? Quia non diligo vos?
12 Deus ſcit. *Quod autẽ facio, & faciã: vt ampu-
tem occaſionẽ eorum, qui volunt occaſionem,
vt in quo gloriantur; inueniantur ſicut & nos.
13 *Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij
ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti.
14 *Et non mirum: ipſe enim ſatanas transfigurat
15 ſe in angelum lucis. *non eſt ergo magnum, ſi
miniſtri eius transfigurẽtur velut miniſtri iuſti-
tiæ: quorum finis erit ſecundùm opera ipſorum.
16 *Iterum dico, (ne quis me putet inſipientẽ eſſe,
alioquin velut inſipientem accipite me, vt &
17 ego modicum quid glorier) *quod loquor, non
loquor ſecundùm Deum, ſed quaſi in inſipien-
18 tia, in hac ſubſtantia gloriæ. *Quoniã multi glo-
19 riantur ſecundùm carnẽ: & ego gloriabor. *Li-
benter enim ſuffertis inſipientes: cùm ſitis ipſi ſa-
20 pientes. *Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutẽ
E redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis ex-
21 tollitur, ſi quis in faciem vos cædit. *Secundùm
ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus
in hac parte. In quo quis audet (in inſipientia
22 dico) audeo & ego: *Hebræi ſunt, & ego: Iſrae-
litæ ſunt, & ego: Semen Abrahæ ſunt, & ego:
23 *Miniſtri Chriſti ſunt, (vt minùs ſapiens dico)
F plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus

a bun-

abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mor-
Deut.25. a.3 tibus frequenter. A Iudæis quinquies, quadra- 24
Act.16. c.22 genas, vna minus, accepi. Ter virgis cæſus 25
Act.14. c.18 ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium fe-
Act.27. a.2 ci, nocte & die in profundo maris fui, in itineri- 26
bus ſæpè, periculis fluminũ, periculis latronum,
periculis ex genere, periculis ex Gentibus, peri-
culis in ciuitate, periculis in ſolitudine, peri-
culis in mari, periculis in falſis fratribus: in la- 27
bore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſi-
ti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate: præ- 28
ter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quo-
tidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Quis 29
infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandali- G
zatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ 30
infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deus & Pater 31
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus
Act.9. d.24 in ſæcula, ſcit quòd non mentior. Damaſci 32
præpoſitus Gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ci-
uitatem Damaſcenorum, vt me comprehen-
deret: & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum 33
per murum, & ſic effugi manus eius.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VTINAM SVSTINERETIS. De ſuis laudibus locuturus, veniam precatur, idipſum vocans *inſipientiam*.

2 ÆMVLOR. i. amo vos, & quidem vt zelotypus. Id inter alia verbum *æmulor* ſignificat. DESPONDI. Syr. *vendidi*. De qua phraſi plura Luc.1. verſ.27. Ergo deſpondi vos VNI VIRO. i. Chriſto, & promiſi me virginem incorruptam illi collocare.

3 ITA CORRVMPANTVR timeo. Verbum φθαρῇ noſter per duo verba expreſſit, *corrumpantur & excidant*. Multa ſæpè in Sacris ſupplentur. Gen.45. & Actor.7. *Ioſeph vendiderunt in Ægyptum*, ſupple, *deducendum*. SENSVS VESTRI, ſeu *mentes*. A SIMPLICITATE. i. à puritate virginea, quam de vobis Deo promiſi. Ambroſius & Auguſtinus, *à caſtitate*. quæ lectio commoda erat, quoniam de *ſponſa & virgine* agit. Gotth. *à ſimplicitate & caſtitate*. Suſpicor olim variam Grecè lectionem fuiſſe, nunc conſtãter ἁπλότητος. i. *ſimplicitate*, omnes Græci codices habent. Aut ipſam puritatem *caſtitatem* vocarunt, quod apud bonos Auctores obſeruatur, & Cicero aliquando *præmia virtutis caſta* dixit.

4 NAM SI IS QVI VENIT. ſ. ad vos Apoſtolus. ALIVM CHRISTVM. i. alio modo, aliam doctrinam prædicat, altiori forma quàm nos. RECTE PATEREMINI. Syr. *rectè aſſenſum præberetis*. Sed non ita eſt.

5 NIHIL ME MINVS FECISSE. i. nihilo me eſſe inferiorem magnis Apoſtolis puto.

6 NAM ETSI IMPERITVS. Hieronymus ad Algaſiam q.10. & ad Titum 1. initio, & 2. lib. in Epiſt. ad Epheſ. hoc ait non ex modeſtia dictum, ſed verè. Ab Expoſitoribus ſolœci in eo, ſtribligines, cõſtructiones inuerſę, hyperbata notantur, genera, numerum, caſus mutatos. Exempla requiris? non pauca occurrunt. Ad Galat.6. *conſiderans te ipſum*, pro, conſiderantes vos ipſos. ad Eph.3. *quæ eſt*, pro, *quæ ſunt gloria veſtra*. Summa, in natiuo ſermone peritus & elegans fuit, argumento Epiſtola ad Hebræos, in Græco non ita.

7 ME IPSVM HVMILIANS. In quo? quia ſ. ſtipendium non accepi, num in eo peccaui, vt me contemnatis. VT VOS EXALTEMINI? i. ſuperbiatis contra me ex hac occaſione.

10 HÆC GLORIATIO, quòd gratis euangelizem. NON INFRINGETVR, non deſiſtam, non mutabo.

12 VT IN QVO GLORIANTVR. ſ. in euangelizandi cura non ſint me ſuperiores.

16 ITERVM DICO. Laudare ſe volens, petit, ne hoc inſipientiæ tribuant. Alioqui vt inſipientem me accipite. i. tolerate.

17 QVOD LOQVOR. ſ. de mea nobilitate, aut dicturus ſum. NON LOQVOR SECVNDVM DEVM. i. Deus non curat, quali genere quis ſit. Sed illos tamen imitabor: nam ipſi gloriari ſolent. IN HAC SVBSTANTIA GLORIÆ. i. argumento, occaſione.

19 SVFFERTIS INSIPIENTES. Ironicè. q. d. veſtra ſapientia ferte hanc meam inſipentiam, vt multa alia toleratis; quæ explicat mox. Suſtinetis enim,

20 SI QVIS DEVORAT. ſ. vos mordet, aut vobis conuitiatur. de quo ad Gal.5. verſ.15. SI QVIS ACCIPIT. ſ. veſtra, ſi quis ea furatur. Sic Iſidorus explicat lib.12. Etym. c.7. inde *accipiter* quaſi raptor. SI QVIS EXTOLLITVR. ſ. ſuper vos.

21 SECVNDVM IGNOBILITATEM, κατὰ ἀτιμίαν. *indecorè*. Quod alijs locis, *ſecundum hominem, ſecundum carnem* loqui ſe ait. i. humano more. QVASI NOS INFIRMI. i. quaſi ijs dotibus careamus, quas alij iactant. IN HAC PARTE. Hoc Græcè non eſt, nec Syr. nec in Gotth. IN INSIPIENTIA DICO. i. minùs decenter hæc dico, *Hebræi ſunt*, & quæ ſequuntur.

23 IN MORTIBVS. i. in mortis periculo ſæpè fui.

24 QVADRAGENAS, VNA MINVS. Deut.25. verſ.3. permittebantur quadraginta plagas reo imponere. Iudæi ex traditione vnam demebant.

25 TER VIRGIS. ſ. à Romanis, quorum id genus ſupplicij erat. IN PROFVNDO MARIS FVI. Quidam puteum altiſſimum putant; alij teterrimum carcerem, ſimilem illi qui Athenis *Barathrum* vocabatur, de quo Baronius anno Chriſti 58.

26 PERICVLIS EX GENERE, à cognatis & affinibus, & ex infidelibus.

28 INSTANTIA. i. negotiorum moles, quæ mihi incumbit, aut *conſpiratio* mea. i. contra me. ἐπισύστασις vtrumque ſignificare poteſt, *inſtantiam & coniurationem*.

30 QVÆ INFIRMITATIS. Fugam ex vrbe Damaſco vocat infirmitatem. Aut afflictiones intelligit, de quibus hactenus locutus eſt, & loqui pergit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SVSTINERETIS. pro, ſuffeſtatis. MODICVM QVID. i. pauliſper. INSIPIENTIÆ. pro, inſipientiam. Syr. *inſipienter loquentem*. SED ET. pro, attamen.

2 ÆMVLOR. i. zelo proſequor. DEI. i. ſecundùm Deum, ſeu Dei cauſa. EXHIBERE. i. vt exhibeam.

3 SENSVS. i. mentes. IN CHRISTO. i. ſecundùm Chriſti voluntatem.

4 ALIVM. ſ. meliorem. RECTE PATEREMINI. i. meritò ferretis talem.

5 ENIM. pro, autem. A MAGNIS. pro, quàm magni.

6 SERMONE. Planè defuit Paulo orationis facilitas & elegantia.

7 EXALTEMINI. pro, exaltaremini. ſ. apud Deum.

8 VESTRVM. i. erga vos. q. d. vt vobis inſeruirem.

10 EST VERITAS, &c q. d. verè dico, teſte Chriſto. INFRINGETVR. i. mihi peribit. ACHAIÆ. in ea eſt Corinthus.

12 ET FACIAM. i. faciam etiam poſthac. GLORIANTVR. ſ. ſe poſſe ex Euangelio viuere.

13 SVBDOLI. i. doloſi.

16 DICO. Iunge cum *quod loquor*, &c.

17 SECVNDVM DEVM. i. diuino more, quo ſoleo Dei myſteria tractare, nihil me commendans. q. d. humanum quiddam dicam. QVASI. ſ. videri poterat inſipientia. SVBSTANTIA. i. negotio, ſeu argumento.

18 SECVNDVM CARNEM. i. de carnis nobilitate. GLORIABOR. i. poſſim gloriari.

20 DEVORAT. ſ. veſtra. ACCIPIT. ſ. munera. CÆDIT. Iunge cum ſequentibus.

21 SECVNDVM, &c. q. d. cædit, inquam, quod attinet ad ignominiam, ſeu conuitia quibus vos afficit. QVASI NOS, &c. q. d. tribuatur ſanè infirmitati meæ, quòd vos non ſic tractauerim. IN INSIPIENTIA. i. velut inſipienter.

Minvs sapiens. Græc. *desipiens.* Abvndantivs. 23
pro, abundanter.

Qvadraginas. ſ. plagas. Vna minvs. Ita Iudæi 24
ſolebant, cauentes ne forte excederent numerum quadragenarium à Deo præſcriptum Deut. 25.

Maris. pro. mari. i. iactatus vndis extra nauim. Syr. 25
ſine nauigio in mari.

Genere. Syr. *cognatione mea.* ſ. Iudæis. 26

Ærvmna. i. moleſtijs. 27

Instantia mea. i mihi imminentia pericula. 28

Infirmatvr. i. dolet, ſeu affligitur. 29

Infirmitatis, &c. q. d. de ijs quæ patior. 30

Regis. ſ. Petræ, & Damaſci. Erat is ſocer Herodis 32
Tetrarchæ, qui Ioannem decollauit.

CAPVT XII.

Narrat factas ſibi ante annos 14. diuinas viſiones, & de dato ſibi carnis ſtimulo, oſtendens quod cum compulerint vt ſe laudaret cum ab illis potius debuiſſe commendari propter accepta ab ipſo beneficia, pro quorum ſalute adhuc immolari paratus eſt: ſed metuit ne ad eos veniens inueniat aliquos diſſenſionibus aliiſque vitijs adhuc inuolutos.

SI gloriari oportet (non expedit quidem:) ve- 1
^a Act. 9. a. 3. niam autem ad viſiones & reuelationes Do- A
mini. ^a Scio hominem in Chriſto ante annos 2
quattuordecim, (ſiue in corpore neſcio, ſiue ex-
tra corpus neſcio, Deus ſcit) raptum huiuſmo-
di vſque ad tertium cælum. Et ſcio huiuſmo- 3
di hominem, (ſiue in corpore, ſiue extra corpus,
neſcio, Deus ſcit) quoniam raptus eſt in Pa- 4
radiſum: & audiuit arcana verba, quæ non licet B
homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: pro 5
me autem nihil gloriabor niſi in infirmitatibus
meis. Nam, & ſi voluero gloriari, non ero in- 6
ſipiens: veritatem enim dicam: parco autem,
ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me,
aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo re- 7
uelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus C
carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet.
Propter quod ter Dominum rogaui vt diſce- 8
deret a me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia 9
mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus meis,
vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter quod 10
placeo mihi in infirmitatibus meis, in contume-
lijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in an-
guſtiis pro Chriſto: Cùm enim infirmor, tunc D
potens ſum. Factus ſum inſipiens, vos me coë- 11
giſtis. Ego enim à vobis debui commendari:
nihil enim minus fui ab iis, qui ſunt ſupra mo-
dum Apoſtoli: tametſi nihil ſum: ſigna tamen 12
Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos, in omni
patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.
Quid eſt enim, quod minus habuiſtis præ ce- 13
teris Eccleſiis, niſi quòd ego ipſe non grauaui
vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce, tertio 14
hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero gra-
uis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed
vos. Nec enim debent filij parentibus theſauri-
zare, ſed parentes filijs. Ego autem libentiſſi- 15
me impendam, & ſuperimpendar ipſe pro ani- E
mabus veſtris: licet plus vos diligens, minùs di-
ligar. Sed eſto: ego vos non grauaui: ſed cùm 16
eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Numquid per 17
aliquem eorum, quos miſi ad vos, circumueni
vos? Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem. 18
Numquid Titus vos circumuenit? nónne eo- F
dem ſpiritu ambulauimus? nónne iiſdem veſti-
19 gijs? Olim putatis quòd excuſemus nos apud
vos? Coram Deo in Chriſto loquimur: omnia
autem chariſſimi propter ædificationem ve-
20 ſtram. Timeo enim, ne fortè cùm venero, non
G quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à
à vobis, qualem non vultis: ne fortè conten-
tiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones,
detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditio-
21 nes ſint inter vos: ne iterum cum venero, hu-
miliet me Deus apud vos; & lugeam multos ex
iis qui antè peccauerunt, & non egerunt pœni-
tentiam ſuper immunditia, & fornicatione, &
impudicitia, quam geſſerunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Si gloriari oportet. Græc. *Gloriari quidem non expedit.* Veniam avtem ad visiones. ſ. coactus.

2 Scio hominem in Christo. i. per Chriſtum, eius ope. Sive extra corpvs. ſ. fuerit. Vsqve ad tertivm cælvm. i ſupremum ſedem Beatorum. *tertium*, ſiue quia tres ſunt cęli, ſiue quia ternarius eſt numerus perfectus. Denique *in paradiſum.* Hoc refert Lucian. in Philopatride, ſed ridicule, vt cetera de Paulo Apoſtolo.

5 Pro hvivsmodi. in ſingulari. i. pro hac re gloriabor, quæ ſ. ex Deo fuit, non mea.

6 Parco avtem. q. d. cùm plura dicere poſſem, ea omitto. Ne qvis me. Græc. *in me*, in accuſatiuo. i. de me exiſtimet. Svpra id qvod videt in me. Gręc. *videt me.* ſ. eſſe. Vtroque loco cum Græcis conſentit Goth. Avt aliqvid. pro, *ſupra id quod audit de me.* ſic Syr. Goth. Vulgat. autem vocem *aliquid*, & ſine ea melius ſententia conſtat. Ne tamen ſuperbiam, datus eſt mihi ſtimulus,

7 Angelvs satanæ. i. nuntius, miniſter. ſic vocat tentationem carnis, quia à ſatana venit. Aut quoniam *ſatanas, aduerſarium* ſignificat, per *angelum ſatanæ*, & *ſtimulū carnis* aliquem aduerſarium, ac nominatim *Alexandrum ærarium*, de quo 2. ad Timoth. 4. v. 14. aut omnes intelligit afflictiones. ſic Chryſoſtomus, Theophylactus, & alij. Auguſtinus de Natura & grat. c. 16. ſe neſcire quis hic *angelus* ſit, plane ait.

9 Virtvs, &c. Gręc. *virtus mea in infirmitate.* Perficitvr. i. illuſtrior redditur Dei virtus in noſtra imbecillitate. Vt inhabitet in me virtvs Christi. Rusbrochius. i. humilitas quę propria Chriſti virtus eſt, iuxta illud Matth. 11. v. 29 *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Rectè, ſi Græcè eſſet ἀρετὴ, ſed cùm ſit δύναμις, *virtus* potentiam ſignificat Dei, quæ in afflicto habitat i. oſtenditur.

10 Cvm enim infirmor, ex me, Tvnc potens svm, ex virtute Chriſti.

11 Minvs fvi, aut *feci*, vt Regia & Goth. ſed perinde eſt, quàm ceteri Apoſtoli.

12 Signa tamen Apostolatvs mei. Græc. Syr. & Goth. *Apoſtoli.* In omni patientia. In hac voce omnes afflictiones complectimur, quas ſigna ſui Apoſtolatus vocat.

15 Impendam, et svperimpendar. i. non ſolùm pecuniam, ſed ſanguinem profundam. Pro animabvs vestris. id eſt, pro vobis. Non quæro veſtra, nec cùm ad vos veniam, grauis cuiquam ero.

16 Sed esto. Occupat obiectionem, quam quis facere poſſet, nempe, eos per alios expilaſſe.

17 Circvmveni vos. i. decepi vos exigendo aliquid per alios.

19 Olim pvtatis. Noſter πάλαι legit. Senſus; Putatis quòd noſtro antiquo more nos excuſemus. Nunc Græcè πάλιν eſt. i. putatis quòd rurſus, denuò nos excuſemus. Coram Deo. i. Deus & Chriſtus ſunt teſtes me vera loqui. Hæc tamen moneo, ne

21 Hvmiliet me Devs, ſi tales non inuenero, quales vos apud Macedones ſoleo prædicare. Et lvgeam. i. cum luctu & inuitus cogar multos punire.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

NON EXPEDIT. q.d. quod quidem alioqui non expedit. 1

IN CHRISTO. i. Chriſtianum, vel per Chriſti virtutem. IN CORPORE. ſ. manente anima. TERTIVM. ſ. empyreum. nam primum, aëreum; ſecundum, orbes qui mouentur. 2

ARCANA. Græc. ἄῤῥητα. i. *ineffabilia*. NON LICET, &c. i. quæ explicari non poſſunt ab homine 4

GLORIABOR q.d. pro tali re, ſeu homine Poſſim quidem gloriari; PRO ME AVTEM. q.d. nam in me (quod ex me eſt non eſt de quo poſſim, niſi quis putet materiam gloriationis, eſſe poſſe infirmitates, de quibus ſupra dixi. 5

SI VOLVERO, &c. q.d. quamquam non deſint in me Dei dona multa, de quibus poſſim, ſi velim, gloriari. PARCO. i. abſtineo. 6

MAGNITVDO. i. excellentia. STIMVLVS CARNIS. i. tentatio carnem ad peccatum ſtimulans. ANGELVS. pro, nempe Angelus. SATANÆ. pro, ſatanas, niſi fortè ipſam tentationem ſignificet, à ſatana ſ. immiſſam. COLAPHIZET. i. velut colaphis impactis, pudore magis afficiat, quàm lædat. 7

VIRTVS, &c. q.d. potentia mea illuſtrior apparet in carnis infirmitate. ſ. dum teneo ne peccet. 9

INSIPIENS. pro, velut inſipiens. AB IIS. pro, quàm ij. SVPRA MODVM. i. excellentiſſimi. 11

IN OMNI. pro, cum omni. VIRTVTIBVS. i miraculis. ſ. factis Dei virtute. quo vno verbo comprehendit omnia ſignorum & prodigiorum genera. i. minorum & maiorum miraculorum. 12

DONATE. i. condonate. INIVRIAM. Vrbana ironia. 13

NEC ENIM, &c. q.d. facio in eo patris officium, cuius non eſt à filijs accipere, ſed eis dare. Et hîc vrbanitas quædam eſt potiùs ſententiæ, quàm rationis firmitas. Aliàs enim ait: *Quis militat ſuis ſtipendijs vmquam?* &, *Quid magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus?* 14

IMPENDAM. ſ. quæcumque habeo. SVPERIMPENDAR. pro, inſuper impendar. DILIGAR. ſ. à vobis. 15

ESTO. i. dixerit fortè quis quòd 16

CIRCVMVENI. ſ. volens veſtra eripere. 17

VESTIGIIS. i. paſſibus. q.d. eodem modo. 18

OLIM. i. de rebus olim factis. Græc. πάλιν. i. *rurſum*. Interpres legit πάλαι. EXCVSEMVS. q.d. putatis nos id dicere excuſationis cauſa, vt fit; & defenſionis rerum noſtrarum, & non potiùs cauſa veſtri? CORAM DEO, &c. i. teſte Deo. IN CHRISTO. i. Chriſti ſpiritu. OMNIA. ſ. dicimus, vel, fecimus. 19

ÆMVLATIONES. i. inuidiæ. ANIMOSITATES. i. iræ. 20

CAPVT XIII.

Comminatur ijs qui peccauerunt, quò ad pœnitentiam prouocet, ne ad ipſos veniens cogatur ſeuerè eos caſtigare data ſibi à Chriſto poteſtate, cuius virtutem meritò deberent in ſeipſis agnoſcere, additque generalem exhortationem & ſalutationes.

a Deut. 19. b.15 Mat. 18. b.16 Ioan. 8. c.17 Heb 10. c.28

ECce tertio hoc venio ad vos: a In ore duo- 1
rum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. A
* Prædixi, & prędico, vt præſens, & nunc abſens, 2
iis qui antè peccauerunt, & ceteris omnibus,
quoniam ſi venero iterùm, non parcam. * An 3
experimentum quæritis eius, qui in me loqui-
tur Chriſtus, qui in vobis non infirmatur, ſed
potens eſt in vobis? * Nam etſi crucifixus eſt ex 4
infirmitate; ſed viuit ex virtute Dei. Nam & nos B
infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex
virtute Dei in vobis. * Voſmetipſos tētate ſi eſtis 5
in fide: ipſi vos probate. An non cognoſcitis
voſmetipſos, quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt?
niſi fortè reprobi eſtis. * Spero autem quòd cog- 6
noſcetis, quia nos non ſumus reprobi. * Ora- 7
mus autem Deum vt nihil mali faciatis, non vt C
nos probati appareamus, ſed vt vos quod bo-
num eſt faciatis: nos autem vt reprobi ſimus.
8 * Non enim poſſumus aliquid aduerſus verita-
9 tē, ſed pro veritate. * Gaudemus enim, quoniam
nos infirmi ſumus, vos autē potētes eſtis. Hoc &
10 oramus veſtrā conſummationem. * Ideò hęc ab-
ſens ſcribo, vt non præſens duriùs agam, ſecun-
dùm poteſtatē, quam Dominus dedit mihi in
11 ædificationē, & non in deſtructionē * De cete-
D ro, fratres, gaudete, perfecti eſtote, exhortami-
ni, idem ſapite, pacem habete, & Deus pacis &
12 dilectionis erit vobiſcū. * Salutate inuicem in oſ-
13 culo ſancto. Salutant vos omnes ſancti. * Gratia
Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, &
communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus
vobis. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IN ORE DVORVM VEL TRIVM. Teſtes vocat ſuos ad eas profectiones, vt puniat noxios.

2 ET PRÆDICO, VT PRÆSENS. Græc. additur, τὸ δεύτερον, *ſecundo*, Goth. & Syr. *bis*. Pro *bis*, aliqui codices Latini habent *vobis*. ET NVNC ABSENS. Græc. & Syr. additur, *ſcribo*. NON PARCAM. ſ. vlli. Chriſtus ad id me mouet.

3 QVI IN VOBIS NON INFIRMATVR. q.d. Chriſtum magnificatis, qui in me loquitur, me contemnitis.

4 ET NOS INFIRMI SVMVS. id eſt, ſocij infirmitatis Chriſti. SED VIVEMVS. Iunge *in vobis*. ſ. vim habebimus ad puniendum eos qui in vobis deliquerint.

5 VOSMETIPSOS TENTATE. nam ſi in Chriſto creditis, qui in vobis habitat, & mihi credere debetis. NISI FORTE REPROBI ESTIS. i. improbi eſtis, ἀδόκιμοι, à fide excidiſtis.

6 SPERO AVTEM QVOD COGNOSCETIS. pro, *cognoſcitis*, vt aliqui legunt, quòd ego reprobus non ſum.

7 VT REPROBI SIMVS. ὡς, *quaſi reprobi ſimus*. i. exiſtimemur. Nihil id curamus, modò vos rectè vos geratis.

8 ADVERSVS VERITATEM. Non poſſumus ſ. non punire delinquentes: id enim eſſet agere contra veritatem.

9 NOS INFIRMI SVMVS. i. tales habemur. VOS AVTEM POTENTES ESTIS. ſ. probi & gratia Dei pleni. VESTRAM CONSVMMATIONEM. i. in omnibus perfectionem oramus, cupimus. Hæc tamen ſcribo,

10 VT NON PRÆSENS DVRIVS AGAM, puniendo aliquos. Ideò præuenio vos.

11 EXHORTAMINI, ſ. mutuò, alij alios. ſeu conſolationem habete, gaudete. Id poteſt etiam ſignificare, IDEM SAPITE.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 TERTIO. ſ. bis iam venerat Corinthum. TRIVM. Videtur alludere ad aduentuum numerū. q.d. vt tres teſtes rem confirmant, ita mei ad vos aduentus. STABIT. i. confirmabitur. VERBVM. i. dubium negotium.

3 EXPERIMENTVM. i. probationem. IN VOBIS. pro, in vos.

4 IN ILLO. Syr. *cum eo*. IN VOBIS. pro, vobiſcum, ſeu, quam in vos exercet.

5 TENTATE. i. explorate. REPROBI. i. improbatis moribus, ſeu ſine probatione.

7 VT REPROBI. Græc. *velut reprobi*. i. non probati. q.d. modò vt vos benè habeatis, nolo vllam mei ab hominibus haberi rationem.

8 NON ENIM, &c. q.d. nec enim aliud opto, quàm vt ſecundùm veritatem. i. iuſtè viuatur.

9 CONSVMMATIONEM. i. perfectionem. ſ. vt perfecti ſitis.

11 EXHORTAMINI. ſ. inuicem. Verti poterat *conſolamini*. SAPITE. i. ſentite. Syr. *ſit inter vos concordia*.

13 DEI. ſ. Patris. meminit enim omnium perſonarum. AMEN. Græcè additur, *Miſſa e Philippis Macedoniæ per Titū & Lucam*. Quidā è Nicopoli miſſam putant.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

4

CAPVT PRIMVM.

Reprehendit Galatas Apoſtolus quòd abduci ſe permiſerint à veritate quam ab ipſo acceperant, cùm ſola hæc tenenda ſit, eamq́; non ab homine, ſed per Chriſti reuelationem ipſe didicerit, & tanta ſolertia poſteà illam docuerit, quanta ipſam anteà impugnabat: addens quo modo ipſum Deus ad euangeliZandum ſegregauerit.

PAVLVS Apoſtolus non ab 1
hominibus, neque per ho- A
minem, ſed per Ieſum Chri-
ſtum, & Deum Patrem*,
qui ſuſcitauit eũ à mortuis:
*& qui mecum ſunt omnes 2
fratres, Eccleſiis Galatiæ.
*Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino 3
noſtro Ieſu Chriſto, *qui dedit ſemetipſum pro 4
peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſæ-
culo nequam, ſecundùm voluntatem Dei &
Patris noſtri, *cui eſt gloria in ſæcula ſeculorum: 5
Amen. * Miror quod ſic tam citò transferimi- 6
ni, ab eo qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in B
aliud Euangelium: *quòd non eſt aliud, niſi ſunt 7
aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere
Euangelium Chriſti. *Sed licet nos, aut Angelus 8
de cælo euãgelizet vobis præterquàm quod eu-
angelizauimus vobis, anathema ſit. *Sicut prę- 9
diximus, & nunc iterũ dico: Si quis vobis euan-
gelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema
ſit. * Modò enim hominibus ſuadeo, an Deo? 10
An quæro hominibus placere? Si adhuc homi-
"1. Cor. 15 a. 1 nibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. *"No- 11
tum enim vobis facio, fratres, Euangeliũ, quod
euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundùm
"Eph. 3. a. 3 hominem: *" neque enim ego ab homine acce- 12
pi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu C
Chriſti. *Audiſtis enim conuerſationem meam 13
aliquando in Iudaiſmo: quoniam ſupra modum
perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam il-
lam, *& proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos 14
coætaneos meos in genere meo, abundantiùs æ-
mulator exiſtens paternarum mearum traditio-
num. * Cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit 15
ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam
ſuam, *vt reuelaret Filium ſuum in me, vt euan- 16
gelizarem illum in Gentibus: continuò non ac-
quieui carni & ſanguini, * neque veni Ieroſoly- 17
mam ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abij D
in Arabiam: & iterum reuerſus ſum Damaſcum:
*deinde poſt annos tres veni Ieroſolymam vi- 18
dere Petrum, & manſi apud eũ diebus quinde-
cim: *alium auté Apoſtolorũ vidi neminem, niſi 19
Iacobũ fratrẽ Domini. * Quæ autem ſcribo vo- 20
bis, ecce corã Deo, quia non mentior. *Deinde 21
21 veni in partes Syriæ, & Ciliciæ.* Eram autem
ignotus facie Eccleſiis Iudææ, quæ erãt in Chri-
23 ſto: * tantùm autem auditum habebant: Quo-
niam qui perſequebatur nos aliquando, nunc
euangelizat fidem, quam aliquando expugna-
24 bat: *& in me clarificabant Deum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PAVLVS. Hanc Epiſtolam Romæ ſcriptam Græci & Syr. aiunt, Hieronymus c. 5. Athanaſius in Synopſi. Latinum argumentum Epheſi ait. ſic Chryſoſtomus. Neutrum ſatis liquet, ac nec quo anno ſit ſcripta. APOSTOLVS. Nomen pro participio *miſſus*, quia ſequitur *non ab hominibus*, aut *ab hominibus* ſit pro, hominum. i. Apoſtolus non hominum, vt illud Pſal. 44. v. 9. *myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis*. i. veſtimentorum tuorum. SED PER IESVM CHRISTVM, ſine alterius miniſterio electus. QVI SVSCITAVIT. Indicat à Chriſto ſuſcitato fuiſſe electum.

2 ECCLESIIS GALATIÆ. ſ. ſalutem dicit.

6 MIROR QVOD SIC TAM CITO. Erant qui perſuaderent vt obſeruarent legalia. AB EO QVI VOS VOCAVIT IN GRATIAM CHRISTI. i. ad Euangelij libertatem. Græcè in gratia Chriſti. quod Syr. vertit, *per gratiam Chriſti*. non malè. Quis eò vocauit? Paulus ipſe.

7 QVOD NON EST ALIVD. ſ. præter id quod prædicauimus. NISI SVNT ALIQVI. *Niſi* pro, ſed. VOLVNT CONVERTERE. i. mutare EVANGELIVM. Gotth. *ſubuertere, μεταστρέψαι*. Syr. *ſubuertere*. Sed qui vos docuerit

8 PRÆTER QVAM QVOD EVANGELIZAVIMVS VOBIS. τὸ *quod* redundare videtur. ita in Gotth. non eſt. ANATHEMA SIT. Quid hoc ſit, ad Rom. 9. dictum eſt, & 1. ad Corinth: vltimo.

10 MODO ENIM. i. nunc, & AN pro, num. HOMINIBVS SVADEO, aut *obedio*. πείθω vtrumque ſignificat, *ſuadere* & *obedire*, vt 2. Cor. 5. v. 11. notauimus. q. d. Nunc iuſſu hominum prædicamus, an Dei. Pſeudoapoſtoli detrahebant Paulo quaſi minori alijs Apoſtolis. contra hos loquitur.

11 SECVNDVM HOMINEM. i. ab homine mihi traditum Euangelium non annuntiaui.

13 IN IVDAISMO: ſupple, qualis fuerim, quomodo me geſſerim audiſtis. ET EXPVGNABAM ILLAM; ſeu *vaſtabam*, ἐπόρθουν Chriſti Eccleſiam.

14 ET PROFICIEBAM. i. ſuperabam alios COÆTANEOS MEOS. Græc. non eſt *meos*, nec Gotth. ſupplet tamen Syr. & Veleſius apponit.

15 QVI ME SEGREGAVIT EX VTERO. Suſpicetur aliquis Paulum in vtero ſanctificatum. ſed non eſt ita; nam poſteà peccauit. Ergo *ſegregauit* perinde eſt ac, vocauit, deſtinauit. Ergo cùm ei placuit,

16 VT REVELARET FILIVM SVVM IN ME. i. mihi cognitionem eius tribueret. Prius eſt noſſe, quàm prædicare. NON ACQVIEVI. i. non patefeci, non contuli cum hominibus. id vocat *carnem & ſanguinem*, nec abij

17 AD ANTECESSORES MEOS. ſ. qui me in Apoſtolatu præceſſerant. SED ABII IN ARABIAM. De hac peregrinatione nihil Lucas in Actis.

18 POST ANNOS TRES. nempe, à ſua conuerſione. De hac profectione Actor. 6. v. 26

Nisi Iacobvm fratrem Domini. i. cognatum. 19
Hic vocatur *Iacobus Alphæi*,& *Iacobus Minor*, fuitque Epiſcopus Ieroſolymæ. Græci *Iacobum fratrem Domini* à *Iacobo Alphæi* diſtinguunt in ſuo Kalend.9. & 23.Octob. die. tum multi è Græcis Patribus *Iacobum Alphæi* Apoſtolum putant, *Iacobum fratrem Domini* Ieroſolymæ Epiſcopum.

Ecce coram Deo, non mentior.ſ.teſtor. Modus 20
iurandi.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Contra eos qui legalia ſeruanda contendebant. Addit & quædam ad mores pertinentia.

Ab hominibvs. ſ. ad Apoſtolatum vo- 1
catos. Hominem.ſ.purum Chriſtus enim etiam Deus.

Galatiæ.ſ.precatur quod ſequitur. 2

Gratia.ſ.multiplicetur. 3

Secvndvm, &c. Iunge cum *dedit*,&c. 4

Qvod non est. pro,cùm tamen non ſit. q.d. non 7
eſt illud Euangelium, quia vnum ſolum eſt. Nisi. pro,niſi quòd. Convertere.i.mutare.

Anathema sit.i perdatur omnino. 8

Prædiximvs.ſ.alias,vel proximè. 9

Modo.i. nunc. Svadeo. i. probari ſtudeo. Vide 10
2.Cor.5. An, &c. Explicatio præcedentis. Placerem.i.ideò rectè facerem, vt placerem: Auguſt.2. de Serm.Dom.

Secvndvm hominem. i. hominum inuentum, ſeu 11
ab homine profectum.

Homine. Vide ſuprà. 12

Expvgnabam. i.vaſtabam,ſeu impugnabam. 13

Genere meo. Syr. *cognatione mea* i. Iudaica gente. 14
Æmvlator.i.ſtudioſus. Paternarvm mearvm. .i. à patribus meis acceptarum.

In me. pro,per me. Acqvievi. i.conſenſi. Car- 16
ni et sangvini.i.hominibus.

Antecessores meos.i.priores me. 17

Tres. ſ. à conuerſione. Veni. ſ.è Damaſco fugiens, 18
de quo Act.9. ſic enim quidam interpretantur. Petrvm. velut primum inter Apoſtolos: Ambr. Syr. *Cipha*.ſic & inf.

Neminem. ſ. tunc. Iacobvm. ſ.Minorem, filium 19
Alphæi.

Coram Deo.i.teſte Deo. 20

In Christo.i.Chriſtianè. 22

Avditvm habebant.i.audierant. 23

In me. i. ob meam conuerſionem, & prædicatio- 24
nem. Clarificabant. Græc. *glorificabant*.

CAPVT II.

Paulus Euangelij veritatem liberè ſemper docuit inter Gentes, approbantibus id primis Apoſtolis, & nihil ad id addentibus, ſed Paulum in ſocium recipientibus: qui etiam palam reprehendit Cepham, oſtendens quod non ex legis operibus quiſquam iuſtificetur, ſed per fidem in Chriſtum.

Deinde poſt annos quattuordecim, iterùm 1
aſcendi Ieroſolymã cum Barnaba, aſſum- A
pto & Tito. * Aſcendi autem ſecundùm reue- 2
lationem: & contuli cum illis Euangelium,
quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem
iis, qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in va-
cuum currerem, aut cucurriſſem. * Sed ne- 3
que Titus, qui mecum erat, cùm eſſet Genti-
lis, compulſus eſt circumcidi: * ſed propter 4
ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt
explorare libertatem noſtram, quam habemus
in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent.
* Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectio- 5
ne, vt veritas Euangelij permaneat apud vos:
* ab iis autem, qui videbantur eſſe aliquid, 6
(quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. B
"Deus perſonã hominis non accipit) mihi enim
qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt.
7 * Sed econtrà cùm vidiſſent quòd creditũ eſt mi-
hi Euangeliũ præputij, ſicut & Petro circumci-
8 ſionis: (* qui enim operatus eſt Petro in Apo-
ſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi
9 inter Gentes) * & cùm cognouiſſent gratiam,
quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, &
Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras
dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: vt nos in
10 Gentes, ipſi autem in circumciſionem: * tan-
tùm vt pauperum memores eſſemus: quod et-
11 iam ſolicitus fui hoc ipſum facere. * Cùm au-
tem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei
12 reſtiti, quia reprehenſibilis erat. * Prius enim
C quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gen-
tibus edebat: cùm autem veniſſent, ſubtrahe-
bat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circumci-
13 ſione erãt. * Et ſimulationi eius conſenſerunt ce-
teri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis
14 in illam ſimulationẽ. * Sed cùm vidiſſem quòd
non rectè ambularent ad veritatem Euangelij,
dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cùm Iu-
dæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quo-
15 modo Gentes cogis Iudaizare? * Nos natura
16 Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. * Scien-
tes autem quòd non iuſtificatur homo ex ope-
D ribus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos
in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fi-
de Chriſti, & non ex operibus legis: " propter
quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis
17 caro. * Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto,
inuẽti ſumus & ipſi peccatores, numquid Chri-
18 ſtus peccati miniſter eſt? Abſit. * Si enim quæ
deſtruxi, iterùm hæc ædifico: præuaricatorem
19 me conſtituo. * Ego enim per legem, legi mor-
tuus ſum, vt Deo viuam. Chriſto confixus ſum
20 cruci. * Viuo autẽ, iam non ego: viuit verò in me
Chriſtus. Quòd autẽ nunc viuo in carne: in fide
viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetip-
21 ſum pro me. * Nõ abiicio gratiã Dei. Si enim per
legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

Deut. 10. d.17 Iob 34. b 19 Sap.6. b.8. Eccli.35. b.16 Ro.2. b 11. Eph 6. b.9. Col.3. d.25 Act.10. d.34 1.Pet.1. c.17

Rom.3. c.20

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Post annos qvatvordecim. nempe, à conuerſione. ſed qui

2 Videbantvr aliqvid esse. Græc. τοῖς δοκοῦσι, *qui videbantur*. i.eminebant, erant præcipui. Veleſius addit εἶναί τι, neſcio vnde. Ne forte in vacvvm, in vanum currerem.ſ.ſi Gentes me non reciperent, ab ijs ſuaſi qui meam doctrinam Apoſtolis non probari calumniabantur.

3 Compvlsvs est circvmcidi. Titus non eſt circumciſus, ſecùs quàm cum Timotheo eſt factum Actor.16.v.3.

4 Sed propter. Hieronymus illud *ſed* putat redundare, & quidam Latini codices id non habent. Aut ſic ſupple ex ſuperiori verſu, *ſed neque propter falſos fratres*. Quidam ſic: *non eſt compulſus*.ſ.à Iudæis circumcidi *ſed propter falſos fratres eſt circumciſus*. Ita putant Titum circumciſum.

5 Qvibvs neqve ad horam. Ex Hieronymo patet, olim Latinos codices habuiſſe, *quibus ad horam ceſſimus*. ſic Irenæus lib.3. cap.13. legit. ſic legebant qui putabant Titum circumciſum. Verùm noſtra lectio cũ negatione in omnibus linguis & codicibus communis eſt. ſicq; Auguſtinus, Chryſoſtomus, & alij hîc legunt. Svbiectione. i. ſubditi illis facti. non *ſubiectioni*, vt Reg. & Louan.

Ab iis avtem. ſupple, nihil eſt collatum à præci- 6
puis Apoſtolis. Qvales aliqvando fverint;
ſcilicet piſcatores, indocti; ego nobilis, doctus. ſed
Deus id non curat. Mihi enim. Repetit quod dixe-
rat propter longam parentheſim. q.d. mihi, inquam, qui
videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. i. nihil me
docuerunt.

Evangelivm præpvtii. i. Gentium creditum eſt 7
mihi, vt illis prædicarem. Et Petro circvmcisio-
nis. i. Iudæorum.

Iacobvs. Ieroſolymis Epiſcopus fuit: an è numero 9
duodecim, quidam dubitant. Græci eum à Iacobo Al-
phæi ſecernunt, vti ſuprà indicatum eſt v. 13. Dex-
tras dedervnt, ſocios ſibi nos aſciuerunt.

Vt pavpervm. i. Iudææ, qui propter fidem bonis 10
erant euerſi, memores eſſemus. id commendarunt.

Cvm avtem venisset Cephas. Clemens Alex- 11
andrinus apud Euſeb. lib. 2. Hiſt. cap. 12. & Dorotheus
in Synopſi hunc *Cepham* alium à *Petro* putant, & è di-
ſcipulorum numero. Non placet, quoniam Eccleſia
nullum alium Cepham celebrat, & quoniam eum
Paulus *columnam* vocat. Accuſat quòd ſe à Gentibus
ſubtraheret.

Sed cvm vidissem. Eam ſimulationem & ſub- 14
tractionem à Gentibus Petri accuſat, qua alij ad legis
obſeruationem inducerentur. Nos Iudæi,

Et non ex Gentibvs peccatores. i. proſelyti, 15
nuper conuerſi.

Scientes avtem. Vox *autem* redundat, & Græcè 16
non eſt & perturbat ſententiam. Ergo nos Iudæi ſcien-
tes quòd ex legis cærimonijs non iuſtificamur, credi-
mus in Chriſtum, vt per eius fidem iuſtificemur, eoque
legem abdicamus.

Inventi svmvs et ipsi peccatores. ſ. ob le- 17
gem non ſeruatam. Chriſtus, propter quem id facimus,
erit auctor peccati. id ſignificant illa verba; Nvmqvid
Christvs peccati minister est?

Si enim qvæ destrvxi. Chriſtus peccatum de- 18
ſtruxit, & legem, quæ erat occaſio peccati. Eam ſi de-
nuò obſeruo, Prævaricatorem me constitvo.
.i. confiteor me peccaſſe, cùm illam non obſeruaui.

Per legem, legi mortvvs svm. Lex ipſa mihi 19
Chriſtum indicauit, per quem *legi ſum mortuus*. i. eam
non obſeruo. Aut per legem nouam, veterem non ob-
ſeruo. Vita autem mea Chriſtus eſt, eius morte ego vi-
uo. Iunge hunc verſ. cum 16. *vt iuſtificemur ex fide*.

Qvod avtem nvnc vivo in carne. i. hac mor- 20
tali vita. In fide vivo. i. per fidem. ipſe eſt mihi
vitæ auctor. Sine eo iam perijſſem, ipſe iam me pere-
miſſet.

Non abiicio. Non ſum ingratus Dei beneficijs. 21

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Qvatvordecim. ſ. à conuerſione. 1
Secvndvm revelationem. ſ. monente Do- 2
mino, vt id facerem. Contvli. ſ. vt haberem ſecuri-
taté prędicandi: Hieron. ep. 89. Seorsvm. non publi-
cè, ne Iudæi conuerſi, qui legem putabant ſeruandam,
ſcandalizarentur: Hieron. Iis. Iunge cum *illis*. q.d. cum
illis inquam. Aliqvid. i. in pretio. In vacvvm. ſ. opi-
nione aliquorum.

Sed. q.d. Id quod feci. Svbintrodvctos. i. irre- 4
pentes. Falsos. i. falſo nomine. Fratres. i. Chri-
ſtianos.

Svbiectione. i. vt illis ſubijceremur. 5

Ab iis. ſ. nihil didici. Aliqvando. ſ. ante Apoſto- 6
latum. Erant enim piſcatores, & imperiti. Nihil, &c.
i. nihil curo. Enim. pro, inquam, vel certè. Nihil.
ſ. auctoritatis, aut doctrinæ.

Operatvs est, &c. i. fecit Petrum Apoſtolum Iu- 8
dæorum, & me fecit Gentium.

Societatis. i. ſociales, ſeu ſocietatis ſymbolum. 9
Gentes. ſ. iremus prædicatum. intellige, præcipuè.
Alioqui & Paulus Iudæis, & Petrus Gentibus prædica-
uit. Circvmcisionem. i. Iudæos.

Tantvm. ſ. monuerunt, ſeu commendarunt. 10

11 In faciem. i. palàm, ſeu coram.

13 Consenservnt. ſ. ſimul cum eo ſimulantes.

14 Ad. i. iuxta. Gentiliter. i. Gentilium cibis ve-
ſcens. Ivdaice. ſ. abſtinens cibis lege vetitis. Qvo-
modo. i. cur. ſ. nunc.

15 Natvra. i. à natiuitate, ſeu genere. Peccatores.
.i. infideles.

16 Ex operibvs. i. vi operum. Nisi. pro, ſed. Pro-
pter qvod. pro, propterea quòd. Omnis caro.
.i. *vllus homo*, Hebr.

17 In Christo. i. per Chriſtum. Peccatores. ſ. quòd
legem non ſeruemus. Minister. ſ. legem abrogan-
do. q.d eſſet quidem Chriſtus cauſa peccati; ſi lex eſſet
neceſſaria.

18 Enim. pro, autem. Destrvxi. ſ. dicendo legem non
ſeruandam. Ædifico. ſ. dicendo ſeruandam.

19 Per legem. ſ. Chriſti. Legi. ſ. Moyſis. Mor-
tvvs. i. non ampliùs obnoxius.

20 Non ego. ſ. ille qui eram antè.

21 Non abiicio. q.d. abſit vt reijciam, ſeu non agno-
ſcam. Gratis. i. Fruſtrà, ſufficit enim lex.

CAPVT III.

Sicut Abrahæ, ita & poſteris, non ex legis operibus, ſed ex fide in Chriſtum datus eſt Spiritus ſanctus: ſubditi autem legi, cum nemo præſtet legem, maledicti ſunt: ſed hanc maledictionem Chriſtus in ſe ſuſcipiens, nos ab ea liberauit: promiſſiones verò factæ Abrahæ per fidem complentur, licet interim lex tamquam pædagogus data fuerit, quæ non poterat iuſtificare.

1 O Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non
A obedire veritati, ante quorum oculos Ie-
ſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis cruci-
2 fixus? * Hoc ſolum à vobis volo diſcere: Ex
operibus legis Spiritum accepiſtis, an ex auditu
3 fidei? * Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis,
4 nunc carne conſummemini? * Tanta paſſi eſtis
5 ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. * Qui ergo tri-
buit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vo-
6 bis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? * Sic-
ut ſcriptum eſt: " Abraham credidit Deo, &
7 reputatum eſt illi ad iuſtitiam. * Cognoſcite er- "Gen. 15. b. 6
go, quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Rom. 4. a. 3
8 * Prouidens autem Scriptura, quia ex fide iuſti- Iac. 2. d. 23
B ficat Gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ:
9 "Quia benedicentur in te omnes Gentes. * Igi- "Gen. 12. a. 3
tur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli
10 Abraham. * Quicumque enim ex operibus le- Eccli. 44. d. 20
gis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim:
"Maledictus omnis, qui non permanſerit in
omnibus quæ ſcripta ſunt in Libro legis: vt fa- "Deut. 27. d. 26
11 ciat ea. * Quoniam autē in lege nemo iuſtifica-
tur apud Deum, manifeſtum eſt: "quia iuſtus "Hab. 2. a. 4
12 ex fide viuit. * Lex autem non eſt ex fide, ſed, Rom. 1. b. 17
13 " Qui fecerit ea, viuet in illis. * Chriſtus nos re- "Leuit. 18. a. 5
demit de maledicto legis, factus pro nobis ma-
ledictum: quia ſcriptum eſt: " Maledictus om- "Deut. 21. d. 23
14 nis qui pendet in ligno: * vt in Gentibus bene-
dictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollici-
15 tationem Spiritus accipiamus per fidem. * Fra-
C tres (ſecundùm hominem dico) " tamen ho-
minis confirmatum teſtamentum nemo ſper- "Heb. 9. d. 17
16 nit, aut ſuperordinat. * Abrahæ dictæ ſunt pro-
miſſiones, & ſemini eius. Non dicit: Et ſemini-
bus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno: Et ſemi-
17 ni tuo, qui eſt Chriſtus. * Hoc autem dico, te-
ſtamentum confirmatum à Deo: quæ poſt qua-
dringentos & triginta annos facta eſt Lex, non
irritum facit ad euacuandam promiſſionem.

* Nam

* Nam ſi ex lege hereditas, iam non ex promiſ- 18
ſione. Abrahæ autem per repromiſſionem do-
nauit Deus. * Quid igitur lex? Propter tranſgreſ- 19
ſiones poſita eſt, donec veniret ſemen, cui pro-
miſerat, ordinata per angelos in manu media-
toris. * Mediator autem vnius non eſt: Deus au- 20
tem vnus eſt. * Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? 21
Abſit. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuifi-
care, verè ex lege eſſet iuſtitia. * [a] Sed concluſit 22
Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex D
fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. * Priùs au- 23
tem quàm veniret fides, ſub lege cuſtodieba-
mur concluſi, in eam fidem quę reuelanda erat.
* Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt 24
ex fide iuſtificemur. * At vbi venit fides, iam non 25
ſumus ſub pædagogo. * Omnes enim filij Dei 26
eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. * [b] Qui- 27
cumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chri-
ſtum induiſtis. * Non eſt Iudæus, neque Græ- 28
cus: non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſ-
culus, neque femina. Omnes enim vos vnum
eſtis in Chriſto Ieſu. * Si autem vos Chriſti: er- 29
go ſemen Abrahæ eſtis, ſecundùm promiſſio-
nem heredes.

[a] Rom. 3. b. 9.

[b] Rom. 6. a. 3.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

O INSENSATI. Libertas Apoſtolica. QVIS VOS FASCINAVIT? i. dementauit. Græc. *quis vos inuidet*. ſ. libertatem Euangelij, ſed ex inuidia faſcinus naſcitur. Hieronymus hîc & Baſilius Homil. 39. videntur faſcinum negare, ſed Scripturam vti ſermone vulgari. NON OBEDIRE VERITATI. *credere*, Gotth. ſic vetus Interpres vertit, vt conſtat ex Hieronymo ad cap. 5 huius Epiſt. Græcum πείθεσθαι vtroque modo verti poteſt. IESVS CHRISTVS PRÆSCRIPTVS EST. Sic lege ex Græco προεγράφη, ſic Gotth. non *proſcriptus*, vt Regia & Louan. Senſus: Ante oculos fidei & mentis Chriſtus depictus eſt quaſi cruci affixus. IN VOBIS. i. pro vobis. ſed in Gotth. non eſt *in vobis*, & ſine eo conſtat ſententia. 1

SPIRITVM ACCEPISTIS. ſ. regenerationis. Non dicit *ex operibus* abſolutè, quia illa neceſſaria ſunt, ſed *ex operibus legis*, vt notat Hieronymus. 2

CARNE CONSVMMEMINI? Sic vocat legis cærimonias, in quas deſinebant eas obſeruantes. Quid fruſtrà paſſi eſtis, 3

SI TAMEN SINE CAVSA. q. d. Tanta pro fide fruſtrà ſuſtinuiſtis, ſi tamen fruſtrà. quod ſ. erit, niſi reſipiſcatis. Græcum εἴγε verti poteſt, *vtinam fruſtra*. ſ. tantùm. ſed ſupple, ſunt maiora mala. ſic vertit Syr. 4

QVI ERGO TRIBVIT VOBIS SPIRITVM. ſupple, tribuit illum ex operibus legis? Probat quòd ex fide, exemplo Abrahæ. ſupple, vtique ex fide. 5

SICVT SCRIPTVM EST. Abraham credidit, & ex eo iuſtificatus eſt. ſic ergo per fidem Abrahæ filij conſtituuntur fideles. ſ. imitatione fidei. 6

MALEDICTVS OMNIS QVI NON PERMANSERIT IN OMNIBVS. Locus ex Deut. 27. verſ 26. vbi in Hebr. non eſt vox *in omnibus*, in qua eſt vis argumenti. Hieronymus Iudæos locum corrupiſſe ait. & manet tamen ſic in Vulgata Deut. Sept. ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις habent. Vis argumenti: Maledictus eſt qui non ſeruat totam legem: at nemo id facit, nec poteſt: ergo omnes qui legem ſeruare volunt, ſunt maledicti. Ergo promiſſio facta Abrahæ, *Benedicentur in te omnes gentes*, non eſt ex lege, ſed ex fide. Porrò codices Hebraicos alijs prætereà locis eſſe vitiatos, in Diſputatione pro Editione Vulgata à nobis eſt multis argumentis confirmatum, cap. 7. & 8. 10

IN LEGE NEMO IVSTIFICATVR. Nouum argumentum. IVSTVS EX FIDE VIVIT. at in lege nihil de fide, ſed de opere. 11

12 QVI FECERIT EA Ergo lex non iuſtificat. At ex legis maledictione illa Chriſtus nos liberauit.

13 FACTVS PRO NOBIS MALEDICTVM, quia in ſe accepit noſtram maledictionem. ſic & *peccatum* dicitur, quia peccata noſtra portauit, Rom. 8. v. 3. 2. Cor. 5.

15 SECVNDVM HOMINEM DICO. i. humano exemplo hoc ipſum probare volo. TESTAMENTVM, διαθήκη, quæ vox & *teſtamentum* ſignificat, & *pactum*. idque frequenter in Sacris. Hoc loco pro *pacto* ſumo, quia promiſſio Abrahæ facta pactum fuit, non teſtamentum. Argumentum ſic: Si pactum confirmatum inter homines, NEMO SPERNIT, AVT SVPERORDINAT. Græcè, *improbat, aut addit*. ſ. illi. Promiſſioni Abrahæ dictæ,

16 ET SEMINI EIVS, qui eſt Chriſtus, nemo aliquid addere debet. Adderet autem, ſi ex lege, quæ tanto pòſt tempore eſt lata, benedictio eſſet.

17 HOC AVTEM DICO, iſtud ipſum aſſero. ſ. quòd pactum à Deo confirmatum non euacuat lex, nec illi addere debet.

19 PROPTER TRANSGRESSIONES. ſ. vt lex delicta coërceret, aut illa manifeſtaret; nam ſine lege non cognoſcebantur. Lata eſt lex IN MANV. i. per manum MEDIATORIS. Chriſtus fuit legiſlator etiam in veteri lege. Fuit autem mediator inter Deum & hominem, vt verſ. proximo ait: *Mediator autem vnius non eſt*. Concluſit

22 OMNIA SVB PECCATO, quia omnes ſumus peccatores. Peccauimus in Adam, & legem non ſeruauimus. VT PROMISSIO EX FIDE, ſcilicet ſicut Abrahæ, ſic nobis ex fide ſine lege eſt facta.

23 CONCLVSI IN EAM FIDEM. ſupple, vt perueniremus in eam fidem. Quid lex?

24 PÆDAGOGVS NOSTER. Nam in lege diſcebamus myſteria. IN CHRISTO. Græc. & Syr. *in Chriſtum Ieſum*, vt ſ. ad eum nos deduceret. Iam tamen

25 NON SVMVS SVB PÆDAGOGO. id eſt, ſub lege. Non excludit Magiſtratus. idque ad omnes fideles extenditur.

28 OMNES ENIM VOS VNVM ESTIS. i. pari conditione ſunt Iudæus & Græcus, ſeruus & liber. Fides noſtra inter nationes & Gentes non ſecernit. Græcos iuxtà & Iudæos ſine diſcrimine amplectitur, & admittit ad ſacerdotium, Principatum & coniugia, ſecùs quàm in veteri lege, vbi hæc omnia per familias aut tribus erant tributa, ijsque ſolis addicta. Quædam etiam Gentes perpetuò ab ea Eccleſia excluſę, vt Ammonitę & Moabitæ, Nehemiæ 13. verſ. 1. Chriſti Eccleſia omnes admittit modò fideles, omnia in ea communia ſunt. Atque hæc inter alia eſt *communio Sanctorum*. i. fidelium, poſita in Symbolo Apoſtolorum, quam *mixtionem* non malè Symbolum Arabicum vocat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INSENSATI. i. ſtulti. FASCINAVIT. i. dementauit. NON OBEDIRE. i. faciens non obedire.

PRÆSCRIPTVS. i. condemnatus. q. d. quem veſtro iudicio condemnaſtis, & veluti crucifixiſtis. vel, ante quorum oculos propoſitus eſt Chriſtus imitandus, & cum quo velut crucifixi eſtis mortificando voſipſos.

2 DISCERE. i. intelligere. EX OPERIBVS. i. per opera. SPIRITVM. ſ. ſanctum. EX AVDITV. i. per prædicationem.

3 CONSVMMEMINI. i. deſinatis. q. d. ſpiritualem vitam carnali mutetis.

4 SINE CAVSA. i. fruſtrà. SI TAMEN, &c. q. d. quamquam non fruſtrà. ſ. erat ſpes emendationis horum.

5 FIDEI. ſ. id facit.

6 EX FIDE. i. ex parte fidei. ſ. qui fidei adſcribunt iuſtificationem, non legi. ſeu qui fide nituntur, non lege.

8 PROVIDENS i. antè videns, ſeu præſcia. SCRIPTVRA. i. Deus Scripturæ auctor: Auguſt. IN TE. i. tuæ fidei imitatione, vel ſemine tuo.

9 EX FIDE. Vide ſuprà.

10 SVB MALEDICTO. i. maledictione. ſ. quia legem non faciunt, quæ ſine fide impleri non poteſt, & gratia.

QVONIAM. pro, quòd. IN LEGE. i. per legem. VI- 11
VIT. ſ. vita animæ.

NON EST EX FIDE. i. non fide nititur, aut ei vitam 12
adſcribit. SED. pro, ſed dicit. EA. ſ. præcepta. VI-
VET IN ILLIS. i. per illa. q. d. lex vitam tribuit operi-
bus, non fidei: at nemo niſi per fidem iuſtificatur. non
ergo vita illa legis, vera vita eſt, & apud Deum, ſi fidem
auferas, ſed apparentia quædam potiùs vitæ, vera ſo-
lùm tum vita futura, ſi fides adiungatur. Not. qui le-
gem implebant, veram vitam habuiſſe, ſed ſine fide ne-
minem vmquam legem impleſſe.

MALEDICTO. i. maledictione. ſ. ſub qua erant qui le- 13
gem non implebant. MALEDICTVM. ſ. opinione ho-
minum. MALEDICTVS. ſ. ob peccatum quo meruit
ſuſpendi.

IN CHRISTO. i. per Chriſtum. POLLICITATIO- 14
NEM SPIRITVS. i. promiſſum Spiritum.

SECVNDVM HOMINEM. i. humano more, ſeu exem- 15
plo. TAMEN. i. certè. SPERNIT. i. reiicit. ſ. ſi eſt legi-
timum. SVPER ORDINAT. i. contra illud.

DICTÆ. i. factæ. DICIT. ſ. Gen. 15. ET SEMINI- 16
BVS. quamquam Scriptura numquam *ſemina* dicat, ſed
ſemen, etiam cùm poſteros multos intelligit. tamen no-
tat Paulus dictum illic *ſemini*, tamquam de vno, non
tamquam de multis. ſed id ſuo more phraſi difficili ex-
primit, planè obſcurus, ne cum ipſo dicam, imperitus
ſermone. facilius ſic diceretur: Dixit ſemini, vnum ſe-
men. i. filium vnum intelligens, non multa ſemina. i. fi-
lios multos, vt ſolet interdum Scriptura.

AD EVACVANDAM. pro, adeoque euacuat. i. abolet. 17

REPROMISSIONEM. i. promiſſionem. q. d. promiſit ſe 18
donaturum. ſ. hereditatem, ſeu benedictionem.

TRANSGRESSIONES. ſ. legis naturalis indicandas. 19
CVI. pro, de quo. vel q. d. cui præcipuè facta erat pro-
miſſio. ORDINATA. i. data, ſeu diſpoſita. MEDIA-
TORIS ſ. Moyſis.

VNVS EST. ſ. illorum duorum. q. d. mediator erat in- 20
ter Deum & populum. Deus autem non ſibi contradi-
cit, vt legem ferat ſuæ promiſſionis contrariam, ſeu
abrogatricem.

IVSTITIA. ſ. & ſuperflua fuiſſet illa promiſſio. 21

CONCLVSIT, &c. q. d. oſtendit omnes homines eſſe 22
peccatores, egereque redemptore. PROMISSIO. i. res
promiſſa. EX FIDE. i. per fidem.

FIDES. i. fidei ſtatus, ſeu lex Euangelica. IN EAM 23
FIDEM. ſ. diſponente.

IN CHRISTO. i. ad Chriſtum diſponens. 24

NON EST, &c. q. d. nulla eſt diſtinctio perſonarum, 28
ſed omnes in Chriſto vnum ſunt. GRÆCVS. i. Gentilis.

CAPVT IV.

*Ante Chriſtum natum, Iudæi, in modum heredis ad-
huc paruuli, ſub lege continebantur, tamquam ſub
tutore: conatur autem eos à legis ſeruitute reuocare,
cùm fide acceperint filiorum adoptionem, commemo-
rans quanto feruore ipſum ac prædicationem ipſius
anteà acceperant: & ſimul ad hoc typum adferens de
duobus Abrahæ filijs, duo teſtamenta deſignantibus:
per quod docet legis æmulatores à Chriſti hereditate
excludendos.*

DIco autem: Quanto tẽpore heres paruulus 1
eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus A
omniũ: * ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſq; 2
ad præfinitum tempus à patre: * ita & nos cùm 3
eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus
ſeruientes. * At vbi venit plenitudo temporis, 4
miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, fa-
ctum ſub lege, * vt eos, qui ſub lege erant, redi- 5
meret, vt adoptionem filiorum reciperemus.
* Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus Spiri 6
tum filij ſui in corda veſtra, clamantem: Abba,
Pater. * Itaq; iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quòd 7
ſi filius: & heres per Deum. * Sed tunc quidem 8
ignorantes Deũ, iis, qui natura non ſunt dij, ſer-
9 uiebatis. * Nunc autẽ cùm cognoueritis Deum,
B immò cogniti ſitis à Deo: quomodo conuerti-
mini iterum ad infirma & egena elementa, qui-
10 bus denuò ſeruire vultis? * Dies obſeruatis, &
11 menſes, & tempora, & annos. * Timeo vos, ne
12 forte ſine cauſa laborauerim in vobis. * Eſtote
ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres obſecro
13 vos: Nihil me læſiſtis. * Scitis autem quia per
infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampri-
dem: & tentationem veſtram in carne mea
14 * non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis: ſed ſicut An-
gelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.
15 * Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium e-
nim perhibeo vobis, quia, ſi fieri poſſet, ocu-
16 los veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. * Ergo
inimicus vobis factus ſum, verum dicens vo-
17 bis? * Æmulantur vos non benè: ſed exclude-
18 re vos volunt, vt illos æmulemini. * Bonum au-
C tem æmulamini in bono ſemper: & non tan-
19 tùm cùm præſens ſum apud vos. * Filioli mei,
quos iterùm parturio, donec formetur Chri-
20 ſtus in vobis. * Vellem autem eſſe apud vos mo-
dò, & mutare vocẽ meam: quoniam confundor
21 in vobis. * Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe,
22 legem non legiſtis? * Scriptum eſt enim: Quo-
niam Abraham duos filios habuit: [a] vnum de [a] Gen. 16. a. 15.
23 ancilla, [b] & vnum de libera. * Sed qui de ancil- [b] Gen. 21. a. 2.
la, ſecundùm carnem natus eſt: qui autem de
24 libera, per repromiſſionem: * quæ ſunt per alle-
D goriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta.
Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem
25 generans: quæ eſt Agar: * Sina enim mons eſt
in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt
26 Ieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis. * Illa autem,
quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt; quæ eſt
27 mater noſtra. * Scriptum eſt enim: [c] Lætare ſte- [c] Iſaia 54. a. 1.
rilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ
non parturis: quia multi filij deſertæ, magis
28 quàm eius quæ habet virum. * [d] Nos autem fra- [d] Rom. 9. b. 8.
tres, ſecundùm Iſaac promiſſionis filij ſumus.
29 * ſed quomodo tunc is, qui ſecundùm carnẽ na-
tus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundùm
30 ſpiritum: ita & nunc. * Sed quid dicit Scriptu-
ra? [e] Eiice ancillam, & filium eius: non enim [e] Gen. 21. a. 16.
31 heres erit filius ancillæ cum filio liberæ. * Ita-
que, fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ:
quia libertate Chriſtus nos liberauit.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 HERES PARVVLVS EST. Per *paruulum* Iudæos
intelligit, per *tutores* legem & legis miniſtros.

2 SVB .... ACTORIBVS, ſeu *procuratoribus*. Græc. οἰκο-
νόμοις eſt vſque ad tempus. Ita & vos eratis.

3 SVB ELEMENTIS. Στοιχεῖα ſignificat *alphabeti litteras*.
Itaque eramus vt pueri alphabetarij. id etiam vox *ele-
menta* ſignificat Latinis. ſed ſuo tempore miſit Deus
Filium ſuum,

4 FACTVM EX MVLIERE, ſecundùm corpus. FA-
CTVM SVB LEGE, ne videretur odio legis nos ab ea li-
beraſſe, ſeruauit illam.

5 VT EOS.... REDIMERET, liberaret, & quaſi maiori
ætate emanciparet eos qui erant ſub lege, & è ſeruis le-
gis faceret filios Dei. Miſit & Spiritum ſanctum,

6 CLAMANTEM. i. clamare facientem. ABBA, PATER,
Vt filij in omni lingua Deum *patrem* vocamus. *Abba*
Syriaca vox eſt.

7 NON EST SERVVS, SED FILIVS. Sic Legē, non *es* in
ſecunda perſona, vt eſt Græc. & Syriacè. SI FI-

LIVS: ET HERES. i. liber & ſui iuris, non ſubditus pædagogo. Ijs

QVI NATVRA NON SVNT DII, ſeruiebatis. i. non 8
verè erant dij. In quibuſdam rebus, quod natura non ineſt, nullo modo ineſt. Nunc cùm Deum verum cognoſcatis,

IMO COGNITI SITIS. i. dilecti vt filij: ſic Hierony- 9
mus & Auguſt. ET EGENA ELEMENTA. i. ad alphabetum, vt pueri reuertimini. ſic vocat cęrimonias legis egenas, quia iuſtificare non poſſunt obſeruantes.

TIMEO VOS. *Vos* redundat, nec eſt in Syr. timeo 11
ergo, NE FORTE SINE CAVSA. i. fruſtrà, in vanum laborauerim inter vos.

ESTOTE SICVT EGO. i. me imitamini. EGO SICVT 12
vos, ob amoris magnitudinem vobis ſum ſimilis.

PER INFIRMITATEM. i. in abiectione, ſine oſtenta- 13
tione euangelizaui vobis.

ET TENTATIONEM VESTRAM. id eſt, offenſionem 14
ob meam humilitatem non curaſtis. Græc. & Syr. *tentationem meam*, ſcilicet abiectionem meam non ſpreuiſtis. Ita illa abiectio & *mea tentatio* dici poteſt actiuè, & *veſtra* paſſiuè. SED SICVT. pro, imò ſicut Chriſtum, me recepiſtis.

BEATITVDO VESTRA. i. exultatio propter me aut 15
plauſus, quò abijt?

ÆMVLANTVR. Pſeudoapoſtoli fingunt ſe vos ama- 17
re. SED EXCLVDERE VOS, à me ſcilicet, VOLVNT.

BONVM AVTEM ÆMVLAMINI. id eſt, bonos præ- 18
ceptores amate. Græc. *bonum eſt æmulari ſemper in bono*. vt ſcilicet quæratis quod melius eſt ſemper, id eſt, me, non ſolùm cùm ego ſum præſens, ſed etiam in abſentia. Cupio

MVTARE VOCEM MEAM. Vellem apud vos, ne me 20
agnoſceretis, quaſi obuoluto capite ob pudorem. QVONIAM CONFVNDOR. Perplexus, ſtupefactus ſum ob veſtram leuitatem. Abraham duos filios habuit.

HÆC ENIM SVNT DVO TESTAMENTA. Græc. *Hæ*, 24
ſ. mulieres, Sara & Agar, *ſunt*. i. ſignificant *duo teſtamenta, alterum in Sina, alterum in Ieruſalem*. Agar ſerua, legem, quæ ſeruos cultores faciebat, & ſecundùm carnem genuit legem carnalem. Sara libera, & quę genuit filios per promiſſionẽ, legem libertatis & ſpiritus.

QVI CONIVNCTVS. ſ. Sina Ieroſolymæ. Græcè 25
συστοιχεῖ, *affinis eſt*. Caſſianus Collat. 14. cap. 8. *Qui comparatur ei, quæ nunc eſt Ieruſalem*. In quo? quia vt ab illo monte exiuit lex, ita à Ieruſalem Euangelium. Alioqui locis valdè eſt remotus ille mons, coniunctus ergo eſt ſignificatione & myſterio. ET SERVIT. ſ. Arabia. Verùm ſi aliquis diceret: Etiam Ieruſalem ſeruit: tranſit ab allegoria ad anagogem, ſ. ſupernam Ieruſalem, ad quam nos ducit Euangelium.

MVLTI. i. plures FILII DESERTÆ. i. Gentilitatis, 27
quàm Synagogæ, quæ virum habebat Deum. Plures Saræ filij, quàm Agar; ſed ſicut Iſmaël Iſaacum

PERSEQVEBATVR. Geneſ. 21. verſ. 9. *ludentem* dicit. 29
Quod quid eſſet, eo loco dictum eſt. ITA ET NVNC. ſ. Iudæi filij carnis nos perſequuntur, qui ſumus filij promiſſionis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DICO AVTEM. q. d. addam & hoc. CVM. pro, 1
cùm tamen.

ACTORIBVS. i. curatoribus. 2

ELEMENTIS, &c. q. d. rebus materialibus à lege præ- 3
ſcriptis. Vide Col. 2.

VENIT, &c. i. vbi eſt impletum tempus à Deo defini- 4
tum. EX MVLIERE. Auguſt. 2. Trin. eo ipſo eſt miſſus quo factus ex muliere. FACTVM SVB LEGE. i. legi ſubditum.

ADOPTIONEM. ſ. amiſſam in Adam: Auguſt. 5

FILII SVI. ſ. etiam à Filio procedit. Vide Rom. 8. 6
PATER. Explicatio eſt præcedentis verbi Chaldæi.

EST. Græc. & Syr. *eſtis*. DEVM. i. Dei miſericor- 7
diam: Auguſt. Græc. & Syr. *Dei per Chriſtum*.

NATVRA. i. reuerà, ſeu, per ſe, ſeu hominũ opinione. 8

9 COGNITI. i. dilecti: Auguſt. INFIRMA. ſ. non valentia iuſtificare. ELEMENTA. Vide ſuprà.

10 TEMPORA Græc. καιρούς. i. *opportunitates*. ſ. ad feſta celebranda, vel ſecundùm legem operandum. ANNOS. ſ. obſeruari volebat lex annum ſeptimum & quinquageſimum.

11 VOS. pro, vobis. SINE CAVSA. i. fruſtrà.

12 EGO. ſ. nunc ſum. ET EGO. ſ. olim, cùm legi ſeruirem. LÆSISTIS. q. d. non queror mihi factam iniuriam, ſed veſtram vicem doleo.

13 PER INFIRMITATEM, &c. q. d. multa paſſus. IAMPRIDEM. Græc. *priùs*. TENTATIONEM VESTRAM. i. probationẽ per afflictiones. Græc. *experimẽtum mei*.

14 RESPVISTIS, &c. q. d. non ideò me minoris feciſtis, aut contempſiſtis.

15 BEATITVDO. i. ſtatus ille quem felicem dicebatis, voſque beatos.

16 FIERI POSSET. pro, opus fuiſſet, ſeu expediſſet.

17 ÆMVLANTVR VOS. i. ſtudioſi veſtri ſunt, ſeu ſalutis veſtræ cupidi. SED. pro, nam ſeu, imò. EXCLVDERE. ſ. libertate Euangelica. VT ILLOS, &c. quaſi dicat, illos imitando.

18 ÆMVLAMINI. i. ſectamini, ſeu imitamini.

19 PARTVRIO. i. do operam vt in Chriſto renaſcamini. FORMETVR, &c. i. Chriſti formam recipiatis perfectam. ſ. ſcientia & dilectione.

20 MVTARE VOCEM. i. negare vos filios: Auguſt. CONFVNDOR. Græc. *perplexus ſum*. Syr. *ſtupefactus ſum*. IN VOBIS. i. de vobis, ſeu veſtri cauſa.

23 SECVNDVM CARNEM. i. modo naturali. REPROMISSIONEM. pro, promiſſionem.

24 PER ALLEGORIAM. i. figuraliter. SVNT. ſ. ſignificant. IN SERVITVTEM. i. ſeruos. QVÆ EST, &c. i. id quod per Agar repræſentatur.

25 CONIVNCTVS. i. confinis, ſeu è regione ſitus, etſi diſtans longè. NVNC EST. i. vocatur, vel q. d. etiam nunc extat. SERVIT. ſ. ipſa Agar. FILIIS. ſ. Iudæis, qui per eius filios ſignificantur.

27 DESERTÆ. ſ. à Deo anteà Gentilitatis. EIVS QVÆ, &c. ſ. Synagogæ Deo deſponſatæ.

28 SECVNDVM. i. ad ſimilitudinem.

CAPVT V.

Qui legis operibus iuſtificari cupit, expers eſt fructus Chriſti, in quo nec prodeſt circumciſio nec præputium, ſed fides viua: hortatur ergo vt caueant à ſeductoribus, ſtudeantq́; mutua dilectioni: caro autem ſemper repugnans ſpiritui trahit ad carnis opera, quæ ſeparant à regno cælorum: ſpiritus autem adfert fructus quibus illud conſequimur, etiamſi legis opera non præſtemus.

1 STate & nolite iterùm iugo ſeruitutis conti-
2 neri. *ᵃ Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam [a] Act. 15. a. 1. 2
A ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil prode-
3 rit. * Teſtificor autem rurſus omni homini cir-
cumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ
4 legis faciendæ. * Euacuati eſtis à Chriſto, qui in
5 lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. * Nos enim
6 ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. * Nam
in Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid va-
let, neque præputium: ſed fides, quæ per cha-
7 ritatem operatur. * Currebatis benè: quis vos
B impediuit veritati non obedire? * Perſuaſio hæc
8 non eſt ex eo qui vocat vos. * [b] Modicum fer- [b] 1. Cor. 5. b. 6
9 mentum totam maſſam corrumpit. * Ego
10 confido in vobis in Domino, * quòd nihil a-
liud ſapietis: qui autem conturbat vos, por-
11 tabit iudicium, quicumque eſt ille. * Ego au-
tem, fratres, ſi circumciſionem adhuc præ-
dico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergo
12 euacuatum eſt ſcandalum crucis. * Vtinam &
13 abſcindantur qui vos conturbant. * Vos enim

in libertatem vocati eſtis fratres : tantùm ne li-
bertaté in occaſionem detis carnis, ſed per cha-
ritatem Spiritus ſeruite inuicem.* Omnis enim 14
lex in vno ſermone impletur : "Diliges proxi- C
mum tuum ſicut te ipſum.* Quòd ſi inuicem 15
mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem
conſumamini.* Dico autem: Spiritu ambulate, 16
& deſideria carnis non perficietis.* Caro enim 17
concupiſcit aduerſus ſpiritum : ſpiritus autem
aduerſus carnem : hæc enim ſibi inuicem ad-
uerſantur : vt non quæcumque vultis, illa facia-
tis.* Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub le- 18
ge.* Manifeſta ſunt autem opera carnis : quæ 19
ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, lu-
xuria,* idolorum ſeruitus, veneficia: inimicitiæ, 20
contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſio-
nes, ſectæ,* inuidiæ, homicidia, ebrietates, com- 21
eſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſic- D
ut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum
Dei non conſequentur.* Fructus autem Spiri- 22
tus eſt : charitas, gaudium, pax, patientia, be-
nignitas, bonitas, longanimitas,* manſuetudo, 23
fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus
huiuſmodi non eſt lex.* Qui autem ſunt Chri- 24
ſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis &
concupiſcentiis.* Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & 25
ambulemus.* Non efficiamur inanis gloriæ 26
cupidi, inuicé prouocantes, inuicem inuidentes.

"Leu. 19. a. 18. Matth. 22. d. 39. Rom. 13. b. 8. 1. Pet. 2. c. 11.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

STATE, ſeu *firmi eſtote.* IVGO SERVITVTIS CONTI- 1
NERI. nolite, ſeu *implicari.* Syr. *mancipari.* i. legis cæ-
rimoniis & obſeruationi ſubiici.

ECCE EGO PAVLVS. q. d. mea auctoritas ſufficit, & 2
pro ratione eſſe debet, hoc teſtor.

DEBITOR EST VNIVERSÆ LEGIS, qui ſe circumci- 3
dit, nempe vt qui baptizatur, legis Euangelicæ. Vtrum-
que ianua eſt, & profeſſio Legis.

EVACVATI. i. excidiſtis à Chriſto. QVI IN LEGE 4
IVSTIFICAMINI. i. iuſtificari vultis. Nos iuſtificari ſpe-
ramus.

SPIRITV EX FIDE. Euangelium vocat *ſpiritum* legi 5
carnali comparatum. Per illud iuſtificari ſperamus, ea
eſt ſpes noſtræ iuſtitiæ & iuſtificationis.

FIDES, QVÆ PER CHARITATEM OPERATVR. Fi- 6
des efficax eſſe debet, prodire in opera ſancta. Hæc
apud Deum valet, non lex.

PERSVASIO HÆC. ſ. vt circumcidamini, vt pſeudo- 8
apoſtoli perſuadent, non eſt ex Deo.

TOTAM MASSAM CORRVMPIT parum fermenti. 9
Græc. *fermentat.* i. acidam reddit, idipſum eſt *corrum-
pere.* Nempe peruerſa doctrina, etiam modica; aut pau-
ci corruptores totum populum inficiunt. Hoc ipſum
dixit 1. ad Corinth. 5. verſ. 6. Confido tamen,

QVOD NIHIL ALIVD SAPIETIS. ſupple, niſi quod 10
verum eſt, aut quod vobis dico. Dicebant pſeudoapo-
ſtoli, Paulum etiam circumciſionem prædicare. hoc
negat.

QVID ADHVC PERSECVTIONEM PATIOR? nempe 11
à Iudæis, ſi illis in hoc conſentio. ERGO EVACVA-
TVM. i. ſi circumciſionem prædico, crux Iudæis ſcan-
dalo, non erit. Illos præcipuè offendebat quòd Chriſti
crux legem aboleret & circumciſionem. Verùm hanc à
lege libertatem, ne

IN OCCASIONEM DETIS CARNIS. Metuebat, ne li- 13
bertate Euangelica abuterentur. SED PER CHARI-
TATEM SPIRITVS. Vox *ſpiritus* Græcè & Syr. non eſt,
& ſine illa ſententia conſtat; nec Reg. & Louan. habent,
nec Goth. SERVITE INVICEM. i. alii aliis ſubditi eſtote.

ET COMEDITIS. i. detrahitis, conuitiamini inuicem. 15
Hoc ſignificat *comedere*, etiam apud profanos Scripto-
res, vt affert Pet. Victorius lib. 15. Variarum cap. 10. ex-
plicans Terentii verba illa in Eunucho: *Hunc comeden-
dum & deridendum vobis propino.* Ergo ſi alii aliis de-
trahitis, timeo vobis.

19 FORNICATIO. In Græcis præcedit μοιχεία i. *adulte-
rium*, ſuſpicor falsò, quia Syr. non habet, & Veleſius
obelo notat. IMPVDICITIA. nec hoc eſt Græc. nec in
Goth. nec Syr. ſed alia tantùm vitia, quæ commemo-
rat, *fornicatio, immunditia*, & alia.

23 ADVERSVS HVIVSMODI NON EST LEX. ſ. contra
Spiritus opera. Lex non eſt certè negatiua quæ prohi-
beat, vt prohibet opera carnis. Aut ſignificat, quod alio
loco dixit : *iuſto non eſt lex poſita.* Nempe propter iu-
ſtum non eſt introducta lex, ipſi ſibi iuſti ſunt lex. Non
ergo degeneremus.

26 INVICEM PROVOCANTES ad rixas ſ. & contentiones,
& lites.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 STATE. Quidam cum ſuperioribus iungunt. SER-
VITVTIS. i. legis veteris, quæ ſeruos facit.

2 CIRCVMCIDAMINI. ſ. credentes aliter non poſſe ſal-
uari. Auguſt. 19. cont. Fauſtum.

3 DEBITOR. ſ. id per ipſam circumciſionem profitetur.

4 EVACVATI. q. d. alieni. ſ. abieciſtis à vobis illum. Syr.
deſiiſtis. IN LEGE, &c. i. per legem iuſtificari quæritis.

5 SPIRITV EX FIDE. i. mente fide munita. SPEM IV-
STITIÆ. i. quod iuſtitia vt præmium ſperat.

6 OPERATVR. i. exercetur.

7 NON OBEDIRE. i. ne obediretis.

8 PERSVASIO. ſ. de lege ſeruanda. VOCAT. pro,
vocauit.

9 CORRVMPIT. Græc. ζυμοῖ. i. *fermentat.*

10 IN VOBIS. pro, de vobis. ALIVD. ſ. quàm
quod doceo. PORTABIT IVDICIVM. i. dabit pœ-
nas Deo.

11 CIRCVMCISIONEM. i. Legis obſeruationem. PA-
TIOR. ſ. à Iudæis, vel ob Chriſti fidem, etiam ab aliis.
EVACVATVM EST. i. ceſſauit. SCANDALVM. ſ. ob quod
multi Chriſtianos perſequuntur.

12 ABSCINDANTVR. i. pereant prorſus. ſ. ne plus
peccent.

13 CARNIS. i. carnalis vitæ. SPIRITVS. i. ſpiritualem.
quamquam non eſt Græc. nec Syr.

14 LEX. ſ. ad mores pertinens: Auguſt.

15 MORDETIS, ET COMEDITIS. i. læditis, ſeu leuiùs, ſeu
grauiùs.

16 SPIRITV. i. ſecundùm ſpiritum, ſeu ſpiritualiter.
AMBVLATE. i. agite, ſeu conuerſamini.

17 FACIATIS. ſ. facilè, vel perfectè. quamquam quis
poteſt omnino, vt optat, non concupiſcere?

18 SVB LEGE. ſ. Moyſis, vel tamquam ſerui coactè, ſed
voluntariè.

19 FORNICATIO. Græc. *adulterium, fornicatio.* IM-
MVNDITIA. ſ. contra naturam. IMPVDICITIA. ſ. viſu,
tactu, &c. quamquam Græc. non eſt. LVXVRIA.
q. d. & quoduis luxuriæ genus.

20 ÆMVLATIONES. i. zeli inordinati. SECTÆ. Græc.
hæreſes.

21 TALIA. ſ. cùm ſunt mortalia, nec enim id ſemper.

22 BONITAS. i. beneficentia.

23 FIDES. ſ. in dictis, vel diuinorum.

24 VITIIS. Græc. *affectibus.* ET. pro, id eſt.

26 PROVOCANTES. ſ. ad iram, vel malum.

CAPVT VI.

*Cum humilitate iuuandus eſt proximus, nec aliorum lau-
des curandæ : ſemperque benè operandum eſt, vt tem-
pore ſuo metamus vitam æternam : rurſum monet vt
caueant à ſeductoribus, qui cum legem ſuadeant, ipſi
illam non obſeruant: Paulus autem in ſolo Chriſto cru-
cifixo gloriatur, ad quem nec circumciſio, nec præpu-
tium quidquam faciunt.*

1 FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in
A aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis,

huiuſ-

huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſide-
rans te ipſum, ne & tu tenteris. * Alter alterius 2
onera portate, & ſic adimplebitis legem Chri-
ſti. * Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm 3
nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. * Opus autem ſuum 4
probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum B
gloriam habebit, & non in altero. * a Vnuſquiſ- 5
que enim onus ſuum portabit. * Communicet 6
autem, is qui catechizatur verbo, ei qui ſe cate-
chizat, in omnibus bonis. * Nolite errare: Deus 7
non irridetur. * Quæ enim ſeminauerit homo, 8
hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne
ſua, de carne & metet corruptionem; qui autem
ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æter-
nam. * b Bonum autem facientes, non deficia- 9
mus: tempore enim ſuo metemus non deficien- C
tes. * Ergo dum tempus habemus, operemur 10
bonum ad omnes, maximè autem ad domeſti-
cos fidei. * Videte qualibus litteris ſcripſi vobis 11
mea manu. * Quicumque enim volunt placere 12
in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm vt
crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.
* Neque enim qui circumciduntur, legẽ cuſto- 13
diunt: ſed volunt vos circumcidi, vt in carne ve-
ſtra glorientur. * Mihi autem abſit gloriari, niſi in 14
cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mi- D
hi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. * In Chri- 15
ſto enim Ieſu, neque circumciſio aliquid valet,
neq; præputium, ſed noua creatura. * Et quicum- 16
que hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper il-
los, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. * De ce- 17
tero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigma-
ta Domini Ieſu in corpore meo porto. * Gratia 18
Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro,
fratres. Amen.

a 1. Cor. 3. b. 8

b 1. Theſſ. 3. c. 12

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SI PRÆOCCVPATVS FVERIT HOMO. i. aliquis, ſi contra ea, quæ diximus, deliquerit, legem obſeruans. QVI SPIRITVALES ESTIS. i. fortiores, nec legem carnalem curatis. INSTRVITE, ſiue *inſtaurate*, *reſtituite*, καταρτίζετε Ambroſius, *humiliate*; nempe verbum Græcum non à κτ, vt alij, ſed à κάτω i. *infra* deduxit. q. d. infrà ponite. Veſtra lenitate facite, vt ſe humiliet. CONSIDERANS. i. cauens tibi, ne in idem aut ſimile delictum incidas. *Conſiderans*, pro, conſiderantes. 1

ALTER ALTERIVS ONERA PORTATE. De verbis βαστάζειν & αἴρειν, quomodo non ſolùm *ferre*, ſed *auferre* ſignificent, ex Tertulliano & Baſilio dictum eſt Matth. 8. verſ. 17. Sanè culpas aliorum ferendo manſuetudine ſæpè tollimus. ET SIC ADIMPLEBITIS LEGEM CHRISTI. Lex Chriſti charitas eſt, Ioan. 15. v. 12. Et ne quis ex ſuperbia fratris imbecillitatem non curaret, addit: 2

SI QVIS EXISTIMAT. nihil ſumus. 3

OPVS AVTEM SVVM, ſe examinet. IN SEMETIPSO. i. in ſua conſcientia poterit gloriari, ſi quid ſ. boni fecit. 2. ad Corinth. 1. v. 12. *Gloria noſtra eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* ET NON IN ALTERO. i. non comparatione eius qui deliquit Græc. clariùs, *& non in alterum*, vt Phariſæus contra publicanum. 4

ONVS SVVM PORTABIT. *Quiſque ſuos patitur manes*, & delicta habet, ne inſletur contra alium. 5

COMMVNICET. i. qui inſtituitur, operario, catechiſtæ, ne victum neget, tribuat potiùs omnia neceſſaria. Neque inopiam excuſetis. Nouit Deus quæ habetis; non irridetur, nec fallitur. 6

8 QVÆ ENIM SEMINAVERIT HOMO. Meſſis reſpondet ſementi. Si in vitia expenditis, metetis corruptionem & mortem. Si in ſpiritu. i. in bonis, quale eſt miniſtri alimentum, merces erit vita æterna.

9 NON DEFICIAMVS. i. non deſiſtamus, aut non defatigemur. Syr. *ne tædio ſit bonum*, ſic enim tempore ſuo metemus.

11 QVALIBVS, quantis litteris ſcripſi. i. quàm prolixis, ſi conſideratis mea manu ſcriptas. Summa eſt earum.

12 QVICVMQVE ENIM. Tò *enim* redundat, nec eſt Græc. nec in Reg. aut Louan. VOLVNT PLACERE. ſ. Iudæis. IN CARNE. i. per carnis circumciſionem id agunt.

13 VT IN CARNE, quaſi victoria parta ob ſuſceptam à vobis carnis circumciſionem glorientur, triumphent Iudæi.

14 MIHI MVNDVS CRVCIFIXVS EST, &c. Mundus me ſpernit, & ego mundum.

15 NOVA CREATVRA. i. homo fide & Baptiſmo innouatus. id tantùm Chriſto placet, non circumciſio.

16 ET SVPER ISRAEL DEI. i. veros Chriſtianos, pax erit.

17 NEMO MIHI MOLESTVS SIT, inconſtantiæ ſ. arguens, quaſi modo probem, modò reijciam legem. Nam perſecutiones, quas patior à Iudæis, ea STIGMATA i. quaſi notæ, quæ ſeruis imprimuntur, ſigna ſunt meæ voluntatis & doctrinæ. *Stigmata*, nota alicui inuſta eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PRÆOCCVPATVS. ſ. lapſus. INSTRVITE. i. reducite. Syr. *erigite*. CONSIDERANS, &c. q. d. cauens ſimul tibi; vel, cogitans infirmitatem tuam. TENTERIS. i. tentatione vincaris. q. d. vide ne & tu labaris; vel, cogita te etiam poſſe tentari.

2 ONERA. i. moleſtias. PORTATE. i. ſufferte; vel quaſi dicat, iuuate inuicem. LEGEM. ſ. de dilectione, *Hoc eſt*, inquit, *præceptum meum, vt diligatis inuicem.*

3 ALIQVID ESSE. adeoque non poteſt ferre alios.

4 OPVS. pro, opera. PROBET. i. exploret. HABEBIT. q. d. videbit an in ſe habeat vnde poſſit gloriari. ALTERO. ſ. laudante, vel portante, cui ſe ideo præfert.

5 ONVS. i. peccatorum ſarcinam, de qua Deo reddet rationem.

6 CATECHIZATVR. i. myſteria fidei docetur. VERBO ſ. fidei. BONIS. q. d. communicet ei bona temporalia, ſi ille eget.

8 CORRVPTIONEM. i. interitum, ſeu ſupplicium.

9 DEFICIENTES. i. fraudati. vel q. d. fructum quo fruemur perpetuò.

10 AD. pro, erga. DOMESTICOS FIDEI. i. fideles iuſtos: Hieron. epiſt. 150.

11 QVALIBVS. ſ. quanto affectu erga vos, qui totam, præter morem, mea manu ſcripſerim.

12 IN CARNE. i. hominibus. CRVCIS. i. ob crucem, ſeu ſectatorum crucis.

13 IN CARNE, &c. i. ob perſuaſam vobis circumciſioné

14 CRVCIFIXVS. ſ. vt nocere non poſſit: Auguſt. MVNDO. ſ. vt illius nihil concupiſcam. Poteſt & ſenſus eſſe: Nec ego à mundo quidquam expecto, nec ille à me. vel, Crucifixi in me mundana omnia, & mundus in ſe mea. ſ. diuina.

15 NOVA. ſ. per gratiam.

16 REGVLAM. i. formam vitæ. ſ. renouatæ per Chriſtum. ET SVPER, pro, id eſt ſuper. ISRAEL Dei. i. verum Iſraelem.

17 STIGMATA. i. notas impreſſas ſeruorum more. ſ. ſæpè flagellatus ob Chriſtum, multaque paſſus corpore. q. d. ne mihi quis Chriſtum tentet eripere, fruſtrà enim fecerit.

18 AMEN. Græc. additur & Syr. *Miſſa è Roma.*

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS.

5

CAPVT PRIMVM.

Deum benedicit Apoſtolus, qui prædeſtinatos plurimis, iiſque maximis per Chriſtum filium affecit beneficiis: agitque Deo gratias ob fidem ac dilectionem Epheſiorum erga proximos, orans vt perfectã adipiſcantur ſapientiã: oſtendens etiã Chriſti a mortuis ſuſcitati exaltationẽ, qui conſtitutus eſt caput ſuper omnẽ Eccleſiam.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chri- 1
ſti per voluntatem Dei, om- A
nibus ſanctis, qui ſunt Ephe-
ſi, & fidelibus in Chriſto Ie-
ſu. *Gratia vobis & pax à Deo 2
Patre noſtro, & Domino Ieſu
Chriſto. * ⁿ Benedictus Deus 3
& Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui bene-
dixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæ-
leſtibus in Chriſto, * ſicut elegit nos in ipſo ante 4
mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & im-
maculati in conſpectu eius in charitate. * Qui 5
prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per B
Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propoſi-
tum voluntatis ſuæ, * in laudem gloriæ gratiæ 6
ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo.
* In quo habemus redemptionem per ſangui- 7
nem eius, remiſſionem peccatorum, ſecundùm
diuitias gratiæ eius, * quæ ſuperabundauit in no- 8
bis, in omni ſapientia & prudentia: * vt notum 9
faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſe-
cundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in
eò, * in diſpenſatione plenitudinis temporum, 10
inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, &
quæ in terra ſunt, in ipſo: * In quo etiam & nos 11
ſorte vocati ſumus, prędeſtinati ſecundùm pro-
poſitum eius, qui operatur omnia ſecundùm
conſilium voluntatis ſuæ: * vt ſimus in laudem 12
gloriæ eius nos, qui antè ſperauimus in Chriſto:
* In quo & vos, cùm audiſſetis verbum veritatis, 13
(Euangelium ſalutis veſtræ) in quo & creden- C
tes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, * qui 14
eſt pignus hereditatis noſtræ, in redemptionem
acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. * Propter- 15
eà & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Do-
mino Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos,
* non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam 16
veſtri faciens in orationibus meis: * vt Deus, 17
Domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ, det vo-
bis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, in agni-
tione eius; * illuminatos oculos cordis veſtri, vt 18
ſciatis quę ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitię
gloriæ hereditatis eius in ſanctis, * & quæ ſit ſu- 19
pereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui D
credimus ⁿ ſecundùm operationem potentiæ
virtutis eius, * quam operatus eſt in Chriſto, ſuſ- 20
citans illum à mortuis, & conſtituens ad dex-
teram ſuam in cæleſtibus, * ſupra omnem prin- 21
cipatũ, & poteſtatem, & virtutẽ, & dominatio-
nẽ, & omne nomen, quod nominatur nõ ſolùm
22 in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. * ⁿ Et omnia
ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſũ dedit caput ſu-
23 pra omnẽ Eccleſiã, * quę eſt corpus ipſius, & ple-
nitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

ⁿ 2. Cor. 1. a.3 1. Pet. 1. a.3

ⁿ Infrà 3. b.7

ⁿ Pſalm. 8. c.8

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PER VOLVNTATEM DEI. i. gratiam, Apoſtolus. OMNIBVS SANCTIS. i. fidelibus, non omnibus Epheſiis ſcribit. EPHESI. Epheſus Ioniæ vrbs Aſiatica, Dianæ celebri templo famoſa, dedita idololatrię: Act. 19. v. 13. Ambroſius epiſt. 16. hanc Pauli Epiſtolam redegit in cõpendium.

3 BENEDICTVS DEVS. Inchoat à gratiarum actione, vt vocationis beneficij magnitudinem commendet. ET PATER. pro, qui Pater. vt Geneſ. 9. verſ. 13. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum.* pro, qui erit. IN CÆLESTIBVS, quo ad res cæleſtes benedixit nos, Iudæis in terrenis benedixit. IN CHRISTO. i. per Chriſtũ.

4 SICVT ELEGIT NOS IN IPSO. i. per ipſum Chriſtum. Vides quattuor prædeſtinationis cauſas: Efficientem, Dei electionem; Meritoriam, Chriſtum; Formalem, adoptionem, Finalem, vitam æternam. ET IMMACVLATI, ſeu, *vt inculpati.* IN CONSPECTV EIVS. i. verè, ſine fictione eſſemus. IN CHARITATE. i. per charitatem. ea eſt vera ſanctitas.

5 IN IPSVM. *εἰς αὐτὸν.* i. ſibi prædeſtinauit nos in ſuam amicitiam.

6 IN LAVDEM GLORIÆ. pro, in laudem glorioſam ſuæ gratiæ. IN DILECTO FILIO SVO. *Filio ſuo* non eſt Græc. neque Syr. reijcit Hieronymus in Comment. negatque haberi in Latinis codicibus. Conſentiunt Chryſoſtomus & alij Græci Expoſitores. Vnus Veleſius id addit. Dixiſſet vnde.

8 IN OMNI SAPIENTIA. i. cum omni ſapientia, quam vnà cum gratia contulit nobis.

9 VT NOTVM FACERET NOBIS SACRAMENTVM. id eſt, myſterium abſconditum. Illud eſt quod ſequitur, velle per Chriſtum omnia inſtaurare, ſiue recapitulare, *ἀνακεφαλαιώσαϑαι.* i. illi omnem poteſtatem conferre.

10 IN DISPENSATIONE. Græc. Syr. Goth. *in diſpenſationem.* i. quo tempore ipſe diſpoſuit, vt hæc inſtauratio fieret.

11 SORTE VOCATI SVMVS. pro, in ſortem. ſ. eorum quæ inſtaurantur.

12 IN LAVDEM GLORIÆ EIVS. i. ſimus occaſio & argumentum laudandi & glorificandi Deum.

13 IN QVO .... SIGNATI ESTIS, ſeu *ſigillati eſtis* nota inuſta, vt pecus Chriſti. *ἐσφραγίσθητε.* Idque SPIRITV. quem ſ. accepiſtis.

14 QVI EST PIGNVS. Græc. *ἀῤῥαβὼν, pignus*, & pars mercedis. IN REDEMPTIONEM ACQVISITIONIS, id eſt, quo pignore certi ſumus nos redemptos eſſe, & acquiſitos Deo. Propterea & ego audiens

15 FIDEM. Iungit eam cum dilectione, alioqui vana eſt. i. mortua.

16 GRATIAS AGENS. pro, agere gratias non ceſſo pro vobis.

17 IN AGNITIONE EIVS. pro, in agnitionem. i. vt eum agnoſcatis. ſ. Chriſtum. Oro igitur

18 ILLVMINATOS, ſupple, ex ſuperiori verſ. det, aut faciat illuminatos oculos. VT SCIATIS, QVÆ SIT SPES .... IN SANCTIS. ſ. quam ſpem ſancti & fideles habent.

Et qvæ sit svpereminens. i. excellens, vir- 19
tus, quam in noſtra conuerſione oſtendit, non mino-
rem ea operatione & potentia, qua Chriſtum ſuſcita-
uit, quem euexit

Svpra omnem . . . . virtvtem. i. ſupra om- 21
nes Angelorum ordines Chriſtum conſtituit. Et de-
dit, vt eſſet

Capvt svpra omnem Ecclesiam. Antequam 22
Verbum eſſet homo, non erat caput Eccleſiæ, quia non
eiuſdem naturæ. Quæ Eccleſia eſt

Corpvs ipsivs. Si Chriſtus caput, corpus habe- 23
re debet. Et plenitvdo eivs. Corpore completur
caput, & corpus capite, vt Oecumenius ait. Hæc
myſtica compoſitio ex capite & membris conſtat.
Vtrumque alterius eſt complementum, non ſecùs
atque in humano corpore.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DE Dei electione & gratia, deque hominis
Chriſtiani moribus.

Fidelibvs. i. credentibus. 1

Gratia. ſ. multiplicetur. 2

Benedictvs. i. benedicatur, ſeu laudetur. In 3
omni. pro, omni. In cælestibvs. pro, & cæleſti,
vel ad cæleſtia ducente, vel è cælo. In Christo.
.i. per Chriſtum.

In ipso. ſ. tamquam eius membra. Immacv- 4
lati. Græc. *inculpati*, ſeu *irreprehenſibiles*.

In adoptionem, &c. i. vt adoptaret in filios. Ip- 5
svm. i. ſe. ſ. vt ſui eſſemus. vel in Chriſtum, ſ. vt
eius membra eſſemus. Propositvm. Græc εὐδοκίαν
.i. *beneplacitum*.

Gloriæ i. glorioſæ, ſeu glorioſam. i. illuſtrem. In 6
qva. i. per quam. Gratificavit. i. ſibi gratos fe-
cit. In. pro, per.

Remissionem. Appoſitio. 7

Sacramentvm. i. arcanum. Eivs. i. ſuum. Pro- 9
posvit in eo. i. exhibuit in Chriſto.

In dispensatione, &c. i. cùm tempora ab eo diſ- 10
penſata ſeu ordinata impleta eſſent. Instavrare.
i. reſtituere, ſeu renouare. Græc. *recapitulare*. q.d. per-
fectè concludere. In. pro, per. In cælis. ſ. etiam
Angeli per Chriſtum perficiuntur. eſt enim etiam ip-
ſorum caput in quantum homo; reſtaurata eſt etiam
ruina Angelorum. In ipso. abundat, more Hebræo.

In qvo. i. per quem. ſ. Chriſtum. Sorte. i. be- 11
neficio proueniente ex occulto Dei iudicio. vel pro, in
ſortem. i. hereditatem. Propositvm. Quod nobis
velut ſors eſt, Deo eſt propoſitum. Consilivm. i. de-
cretum. Volvntatis. q. d. liberum.

Ante ſ. eius aduentum. Loquitur de Iudæis. 12

Salvtis. pro, de ſalute. In qvo pro, in quo in- 13
quam. i. per quem. Promissionis. pro, promiſſo.

Pignvs. Græc. *arrhabo*. In redemptionem, &c. 14
q. d. redempti, & ei acquiſiti.

Devs. Iunge cum *gloriæ*. i. glorioſus. 17

Cordis. i. mentis. Spes. q. d. quanta bona ſpe- 18
rentur à vocatis à Deo.

Potentiæ. pro, potentis. 19

Nomen. i. rem. 21

Dedit. i. fecit. Omnem Ecclesiam. Græc. *om-* 22
nia ipſi Eccleſiæ.

Plenitvdo. i. completum. ſ. conſtat totum corpus 23
capite & membris. Omnia. pro, per omnia. Ad-
impletvr. Græc. *adimplet*.

CAPVT II.

*Peccatis anteà mortui per Chriſtum viuificati ſunt, non
ſuis operibus. ſed gratis per fidem: oſtendit Gentes quæ
priùs alienæ erant à Dei promiſſionibus, iam per Chri-
ſtum & fidem, quæ Dei donum eſt, factas eſſe ſancto-
rum conciues, idemque habere fundamentum cum Pa-
triarchis ac Prophetis.*

Col. 2. c. 13 1 ET vos, cùm eſſetis mortui delictis & pec-
catis veſtris, * in quibus aliquando ambu- 2
A laſtis ſecundùm ſæculum mundi huius, ſecun-
dùm principem poteſtatis aëris huius, ſpiritus,
3 qui nunc operatur in filios diffidentiæ, * in qui-
bus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus
in deſiderijs carnis noſtræ, facientes voluntatem
carnis & cogitationum, & eramus natura filij
4 iræ, ſicut & ceteri: * Deus autem, qui diues eſt
in miſericordia, propter nimiam charitatem
5 ſuam, qua dilexit nos, * & cùm eſſemus mor-
B tui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto,
6 (cuius gratia eſtis ſaluati) * & conreſuſcitauit,
& conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu:
7 * vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus ab-
undantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper
8 nos in Chriſto Ieſu. * Gratia enim eſtis ſaluati
per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim do-
9 num eſt; * non ex operibus, vt nequis glorie-
10 tur. * Ipſius enim ſumus factura, creati in Chri-
ſto Ieſu in operibus bonis; quæ præparauit
11 Deus vt in illis ambulemus. * Propter quod
C memores eſtote, quòd aliquando vos Gentes
in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ
12 dicitur circumciſio in carne, manu facta: * quia
eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à
conuerſatione Iſraël, & hoſpites teſtamento-
rum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine
13 Deo in hoc mundo. * Nunc autem in Chri-
ſto Ieſu, vos, qui aliquando eratis longè, facti
14 eſtis propè in ſanguine Chriſti. * Ipſe enim
eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & me-
dium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias
15 in carne ſua: * legem mandatorum decretis
euacuans, vt duos condat in ſemetipſo in vnum
16 nouum hominem, faciens pacem, * & recon-
D ciliet ambos in vno corpore Deo per crucem,
17 interficiens inimicitias in ſemetipſo. * Et ve-
niens euangelizauit pacem vobis, qui longè
18 fuiſtis; & pacem iis, qui propè. * " quoniam " Rom. 5.
per ipſum habemus acceſſum ambo in vno a. 2
19 Spiritu ad Patrem. * Ergo iam non eſtis hoſpi-
tes, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, &
20 domeſtici Dei: * ſuperædificati ſuper funda-
mentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo
21 ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: * in quo
omnis ædificatio conſtructa creſcit in tem-
22 plum ſanctum in Domino: * in quo & vos coæ-
dificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET vos. Quidam codices addunt, *conuiuificauit
nos Chriſto*. Quod ſi ſequimur, vt ſequitur Hie-
ronymus, cum eo in 4. verſ. vocem *autem* dicemus
redundare. Cvm essetis mortvi, ſeiuncti à Chri-
ſto, qui vita eſt.

2 Secvndvm sæcvlvm. Syr. *ſecundùm munda-
nam vanitatem mundi*. Secvndvm principem po-
testatis aeris. i. dæmonum qui in aëre verſan-
tur. Spiritvs, in genitiuo, pro, ſpirituum. ſ. princi-
pem. Qvi nvnc operatvr in filios diffiden-
tiæ. qui futuræ vitæ ſpem non habent. Aut *filios in-
obedientiæ*. ἀπειθεία, *diffidentiam* & *inobedientiam* ſi-
gnificat.

3 Volvntatem carnis et cogitationvm fa-
cientes. i. deſideria & peccata, tam carnalia quàm
ſpiritualia faciebamus. Eramvs natvra filii
iræ. Non quòd natura talis ſit creata, ſed natura
i. à natiuitate propter Adæ peccatum. Iulianus Pelag.
legebat, *eramus prorſus filij iræ*, vt paruulos à peccato
eximeret, & quoniam vox φύσει id etiam ſignificat.

Verùm Auguſtinus 6. contra eum cap. 4. ait non inueniri Latinum codicem qui non legat *natura filij iræ*. Et videtur naturam gratiæ opponere, quia ſubdit v. 5. *gratia eſtis ſaluati*; ſic *natura filij iræ*, perinde erit atque, ex nobis eramus filij iræ. i. obnoxij iræ & ſupplicio. Deus charitate

4 QVA DILEXIT NOS. *Qua* redundare videtur; nec eſt in Gotth. & ſine ea currit oratio.

5 CONVIVIFICAVIT NOS IN CHRISTO. i. per Chriſtum. Aut Chriſto nos ſociauit. CVIVS GRATIA ESTIS SALVATI. Repentè à prima perſona tranſit ad ſecundam. Syr. in prima perſtat. Gotth. *gratia ſalui facti ſumus*.

6 IN CHRISTO IESV. i. per Chriſtum. ſic verſ. 7. conſedere facit in gloria.

8 GRATIA ENIM ESTIS SALVATI. Syr. & Gotth. *ſumus*.

9 NON EX OPERIBVS. ſ. legis. Aut loquitur de prima gratia, quæ gratis datur non ob opera & merita.

10 IN OPERIBVS BONIS creati. i. ad opera bona, vt ſ. ea faciamus. QVÆ PRÆPARAVIT, ſeu *præcepit*. Aut ſic, *præparauit*. i. occaſionem, opportunitatem tribuit faciendi bona opera. Memores eſtote, quòd

11 DICIMINI PRÆPVTIVM. Sic Iudæi Gentes per ignominiam vocabant. CIRCVMCISIO IN CARNE. Sic à circumciſis vocabamini. ſic vocat externam circumciſionem, vt à cordis circumciſione ſecernat.

12 ALIENATI A CONVERSATIONE, πολιτείας, *à republica*, ab inſtitutis. Syr. *gubernationibus Iſrael*. HOSPITES, extranei à Teſtamentis & promiſſionibus. ET SINE DEO. Quomodo *ſine Deo*, qui tot deos colebant? imò quia plures, nullum habebant. Clemens Alexandrinus in Oratione ait: *Quia non re, ſed nomine erant dij*. Quidam in lignorum penuria Herculis ſtatuam in ignem proiecit, dicens: Ecce tertiumdecimum certamen, nunc pugna cum Diagora. Nempe Diagoras deos eſſe negarat.

14 ET MEDIVM PARIETEM. ſ. appoſitiuè, INIMICITIAS. Græc. & Gotth. *inimicitiam* ſoluit Chriſtus. IN CARNE SVA. i. per carnem ſuam.

15 LEGEM MANDATORVM. i. veterem, in qua 613. præcepta numerantur. DECRETIS, noua lege EVACVANS. i. abrogans.

16 AMBOS. ſ. Iudæos & Gentes. IN VNO CORPORE. ſ. Eccleſia. INIMICITIAS. Græc. & Gotth. *inimicitiam*. ſ. quæ erat cum Deo, & inter Iudæos & Gentes ſua morte abſtulit. IN SEMETIPSO. Græc. quidam legunt ἐν αὐτῷ, ſic noſter legit, & ſignificat *morte ſua*. Alij ἐν αὑτῷ ſpiritu tenui, & refertur ad crucem, *in ipſa cruce*. Sententia non diſcrepat. Hieronymus tamen hic eam pronominis ambiguitatem notat. Nos noſtram lectionem ſequimur, quæ omnium Latinorum codicum eſt.

17 IIS, QVI PROPE. ſ. Iudæis, propter promiſſiones & legem, pacem attulit, & Gentibus.

19 IAM NON ESTIS HOSPITES. i. extranei. SED ESTIS CIVES SANCTORVM, contra id quod dixerat verſ. 12. *alienati à republica*, ſeu *ciuitate Iſrael*. i. ſanctorum. ET DOMESTICI familiares Dei, de eius familia. Superædificati.

20 ANGVLARI LAPIDE, qui nectit vtrumque parietem, Iudæos ſ. & Gentes.

22 IN SPIRITV. i. ſpiritualiter eſtis habitaculum Dei. Aut *in Spiritu*. i. per Spiritum ſanctum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 SÆCVLVM. i. morem. Syr. *vanitatem*. PRINCIPEM. Syr. *voluntatem principis*. POTESTATIS. i. poteſtatem habentem. AERIS, &c. q. d. qui in aëre hoc verſatur. SPIRITVS. Syr. *qui eſt ſpiritus*. DIFFIDENTIÆ. i. diffidentes, ſeu inobedientes.

3 IN QVIBVS. ſ. peccatis; vel, inter quos, ſ. homines. FILII IRÆ. i. digni ſupplicio. ſ. iam inde à natiuitate, ſeu conceptione ob peccatum originale.

4 DIVES. i. abundans. NIMIAM. Græc. *multam*.

5 PECCATIS. i. per, vel, ob peccata. IN CHRISTO. i. cum Chriſto, ſ. fecit participes vitæ Chriſti.

6 CONSEDERE. Factum dicit quod certò erat futurum: Auguſt. CÆLESTIBVS. Syr. *cælis*. IN. pro, cum; vel, per.

7 SVPERVENIENTIBVS. i. ordine ſuccedentibus, vel futuris. BONITATE. i. benignitate. SVPER. pro, in.

8 SALVATI. Syr. *redempti*. DONVM EST. ſ. fides, & gratia.

9 OPERIBVS. i. operum merito. ſ. iuſtificati.

10 FACTVRA. i. opus. Syr. *creatura*. IN. pro, per. IN OPERIBVS. pro, ad opera.

11 CARNE. ſ. incircumciſa; vel q. d. carnaliter viuentes. PRÆPVTIVM. pro, præputiati. AB EA. i. ad differentiam eius. vel pro, ab iis. i. Iudæis qui dicũtur circumciſi.

12 CONVERSATIONE. i. ratione viuendi. HOSPITES. i. extranei. DEO. i. Dei cognitione. q. d. qui Deum verum non colebatis.

13 IN. pro, per. IN SANGVINE. i. per mortem.

14 PAX. i. pacis auctor. VTRAQVE. i. Iudæos & Gentiles. PARIETEM, &c. q. d. cauſam diſſidij abſtulit. INIMICITIAS. Græc. *inimicitiam*. Explicatio præcedentis. Syr. *& odium*. IN. pro, per.

15 DECRETIS. i. per decreta ſua. Syr. *præceptis ſuis*. EVACVANS. i. abrogans. CONDAT. pro, conderet. i. faceret, ſeu vniret.

16 VNO CORPORE. pro, vnum corpus. q. d. vt ex vtriſque vnum corpus faceret. vel, in ſuo corpore.

17 PROPE. ſ. Iudæis.

18 ACCESSVM. i. aditum. SPIRITV. ſ. coniuncti.

20 FVNDAMENTVM. ſ. Chriſtum. vel ipſos Apoſtolos & Prophetas; ſunt enim & hi fundamentum ſecundarium. SVMMO. i. extremo.

21 OMNIS. i. tota, vel quæque. CONSTRVCTA. Græc. *compacta* ſeu *coaptata*. IN DOMINO. pro, Domini; vel per Dominum.

22 IN SPIRITV. pro, per Spiritum.

CAPVT III.

Paulus docuit hoc myſterium, Prophetis & Apoſtolis reuelatum, quòd Gentes eſſent per Chriſtum participes promiſſionum Dei; quem orat vt ſpiritu corroborentur, & in charitate radicati, ad plenum in diuinis myſteriis edoceantur.

1 HVius rei gratia, ego Paulus vinctus Chri-
2 ſti Ieſu, pro vobis Gentibus, * ſi tamen
A audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data
3 eſt mihi in vobis: * quoniam ſecundùm reue-
lationem notum mihi factum eſt ſacramen-
4 tum, ſicut ſuprà ſcripſi in breui: * prout poteſtis
legentes intelligere prudentiam meam in my-
5 ſterio Chriſti: * quod aliis generationibus non
eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc reuela-
tum eſt ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in
6 Spiritu. * Gentes eſſe coheredes, & concorpora-
les, & comparticipes promiſſionis eius in Chri-
7 ſto Ieſu per Euangelium: * Cuius factus ſum
B miniſter, ſecundùm donum gratiæ Dei, quæ
data eſt mihi [a] ſecundùm operationem virtu- [a] Sup. 1. d. 19
8 tis eius. * [b] Mihi omnium ſanctorum minimo [b] 1. Cor. 15. b. 9
data eſt gratia hæc, In Gentibus euangelizare
9 inueſtigabiles diuitias Chriſti, * & illuminare
omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſ-
conditi à ſæculis in Deo, qui omnia creauit.
10 * vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus
in cæleſtibus per Eccleſiam, multiformis ſa-
11 pientia Dei, * ſecundùm præfinitionem ſæcu-
lorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino
12 noſtro: * In quo habemus fiduciam, & ac-
C ceſſum in confidentia per fidem eius. * Propter
13 quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis
14 pro vobis: quæ eſt gloria veſtra. * Huius rei

gratia

gratia flecto genua mea ad Patrem Domini
noſtri Ieſu Chriſti, * ex quo omnis paternitas 15
in cælis & in terra nominatur, * vt det vobis 16
ſecundùm diuitias gloriæ ſuæ, virtute corro-
borari per Spiritum eius in interiorem homi-
nem, * Chriſtum habitare per fidem in cor- 17
dibus veſtris: in charitate radicati, & funda-
ti, * vt poſſitis comprehendere cum omni- 18
bus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, &
ſublimitas, & profundum: * ſcire etiam ſuper- 19
eminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt D
impleamini in omnem plenitudinem Dei.
* Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſu- 20
perabundanter quàm petimus, aut intelligi-
mus, ſecundùm virtutem, quæ operatur in
nobis: * Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto 21
Ieſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum.
Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HVIVS REI GRATIA, quia Gentes ad fi- 1
dem voco. VINCTVS CHRISTI IESV,
vt martyr Chriſti. Quidam ſolœciſmum hîc eſſe
aiunt, nec eſſe verbum vnde hic nominatiuus rega-
tur. Sed præſtat cum Syr. ſupplere verbum *ſum*, *Ego
ſum vinctus.* Quidam Hebraicè doctus putat eſſe He-
braiſmum, & nominatiuum eſſe pro datiuo. q. d. mi-
hi Paulo vincto notum factum eſt ſacramentum. ſ. hu-
ius rei gratia, nempe vt vobis euangelizem; atque re-
dundare *quoniam*, poſitum in verſ. 3. Paulò durius
hoc videtur. PRO VOBIS GENTIBVS. ſ. vinctus ſum,
quia vobis prædico. Odij Iudæorum ea præcipua, &
vinculorum cauſa.

AVDISTIS DISPENSATIONEM, ſeu *ordi-* 2
nationem prædicandi Gentibus. IN VOBIS. pro,
in vos, εἰς ὑμᾶς. Hæc eſt diſpenſatio, de qua loqui-
tur.

SECVNDVM REVELATIONEM. i. per reuelationem. 3
NOTVM MIHI FACTVM EST SACRAMENTVM, myſte-
rium occultum. ſ. Gentes vocandas.

PRVDENTIAM MEAM, cogitationem, iudicium 4
meum; quid ſentiam in hoc myſterio, poteſtis ex no-
ſtris literis intelligere.

QVOD ALIIS GENERATIONIBVS NON 5
EST AGNITVM. Priores Prophetæ aliquid de vo-
catione Gentium nouerunt & dixerunt, ſed non ita per-
fectè ſicut nunc. IN SPIRITV. i. per Spiritum. nem-
pe *ſanctum*, vt exprimit Græcus in Reg. eſt *reuelatum*.
Nimirum

GENTES ESSE COHEREDES. Hoc eſt myſte- 6
rium. IN CHRISTO. i. per Chriſtum, & per Eu-
angelium.

SECVNDVM OPERATIONEM. ἐνέργειαν. i. per effica- 7
ciam: virtutis eius ſum. ſ. miniſter. Tum mihi eſt da-
tum vt explicem.

SACRAMENTI. quæ ſit diſpenſatio. Græc. *myſterij* 9
abſconditi. A SÆCVLIS. i. omni tempore.

VT INNOTESCAT PRINCIPATIBVS. i. Angelis qui 10
in Eccleſia, vt in ſpeculo contemplantur ſapientiam
Dei priùs illis ignotam huius myſterij.

IN CONFIDENTIA PER FIDEM EIVS. Syr. *per fidu-* 12
ciam fidei illius. i. quam fides dat, habemus ad Chri-
ſtum acceſſum.

NE DEFICIATIS, aut ſuccumbatis, ἐκκακεῖν. IN 13
TRIBVLATIONIBVS MEIS. i. propter ea quæ vinctus pa-
tior. QVÆ EST GLORIA VESTRA, gloriari potiùs
debetis, talem & tam fortem habuiſſe Doctorem. Pro-
pterea Deo Patri gratias ago,

EX QVO OMNIS PATERNITAS. Græcum πατριὰ, 15
familiam, *tribum* & *gentem* ſignificat, vt Pſal. 21.
verſ. 28. *adorate in conſpectu eius omnes familiæ*. ibi eſt
hæc vox Græca. Pſal. 95 verſ. 7. *Afferte Domino pa-
triæ*. i. familiæ *gentium* Vbi Interpres Græcam vocem
reliquit. Sic ſenſus: Ex quo omnis familia & congre-
gatio, omnes enim ab eo pendent. Sed & πατριὰ *pa-
ternitatem* hoc loco ſignificat. ſic Syr & Hieronymus
hîc, ſic Damaſcenus 1. de Fide, cap. 9. Tum *paterni-
tas* pro *principatu*. Ergo rogo Deum, qui princeps &
pater eſt, & à quo principes omnes in cælo & in ter-
ra, vt det vobis

17 IN CHARITATE. pro, & ſitis in charitate radicati,
alioqui ſolœciſmus eſſet. Vt ſciatis,

18 QVÆ SIT LATITVDO. Bernardus 5. de Conſider.
*Latitudo charitas, longitudo æternitas, ſublimitas po-
tentia, quæ eſt ſuper omnia, profundum ſapientia, in-
ſcrutabilia iudicia eius*. eleganter. Sed nimirum per
dimẽſiones Geometricas ſignificat perfectionem cha-
ritatis Chriſti, quoquouerſus reſpicias. SVPEREMI-
NENTEM SCIENTIÆ. i. maiorem ſcientia, & quàm cog-
noſci poſſit, Chriſti charitatem eſſe ait.

20 QVI POTENS EST OMNIA FACERE. Iunge cum
hoc illud, *ſecundùm virtutem*. i. per virtutem, *quæ ope-
ratur in nobis*.

21 IPSI GLORIA. pro, ipſi, inquam, ſit gloria.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HVIVS REI. i. ædificij ſpiritualis. EGO. Iunge
cum verſ. 14. vel cùm *vinctus*. ſ. ſum. VIN-
CTVS. ſ. ligatus erat catena. PRO VOBIS. i. pro Euan-
gelio quod vobis prædico.

2 DISPENSATIONEM i. diſtributionem, ſeu communi-
cationem. IN VOBIS pro, in vos. ſ. diſpenſandæ.

3 SACRAMENTVM. Græc. *myſterium*. IN BREVI.
.i. breuiter.

4 PRVDENTIAM. i. intelligentiam.

5 GENERATIONIBVS. i. ætatibus. AGNITVM.
.i. manifeſtatum. IN SPIRITV. i. per Spiritum
6 ſanctum.

CONCORPORALES. i. eiuſdem corporis. ſ. myſtici.
EVANGELIVM. i. fidem, & vitam Euangelicam.

8 SANCTORVM. i. Chriſtianorum. INVESTIGABILES.
à veſtigando, pro, inuueſtigabiles. ſic Rom. 11.

9 DISPENSATIO. i. exhibitio, vel communicatio, ſeu
prouidentiſſima executio. Nota, hinc ſumptum illud
Doctorum, quòd Chriſti incarnationem & acta vo-
cant œconomiam, ſeu diſpenſationem: quia per ea
Deus diſpenſauit, ſeu executus eſt redemptionis no-
ſtræ myſterium.

10 IN CÆLESTIBVS. Syr. *qui ſunt in cælis*. Nota,
hinc non ſequi, latuiſſe id myſterium Angelos. tan-
tùm enim dicitur eis apparuiſſe, cùm exhibitum eſt.
quamquam nihil prohibet illos aliqua ignoraſſe, priuſ-
quam exhibita viderent. MVLTIFORMIS. i. plena va-
rietate rerum.

11 SECVNDVM, &c. q. d. iuxta id quod per Chriſtum
diſpoſuerat facere, præfinito à ſe tempore. QVAM.
ſ. præfinitionem, vel diſpenſationem. IN CHRISTO.
.i. per Chriſtum.

12 IN QVO. i. per quem. ACCESSVM. ſ. ad Patrem.

13 IN. pro, propter. VESTRA. ſ. apparet quanti vos
Deus faciat.

14 HVIVS, &c. redit ad id quod cœperat in principio
capitis, quamquam poteſt cum proximè præcedenti
bus iungi.

15 PATERNITAS. Græc. πατριά. i. *parentela*, ſeu *cogna-
tio*, vel *familia*; adeoque etiam *paternitas*. NOMI-
NATVR. i. exiſtit. q. d. qui eſt omnium cognationum
& coniunctionum auctor.

16 DIVITIAS. i. abundantiam. GLORIÆ. i. gratiæ, per
quam glorificatur. VIRTVTE. i. potenter.

18 LATITVDO. ſ. charitatis Dei. LONGITVDO. ſ. æterni-
tas. SVBLIMITAS. i. excellentia. PROFVNDVM.
.i. inſcrutabilitas.

19 SVPEREMINENTEM, &c. i. maiorem quàm intelligi
poſſit. IN OMNEM, &c. i. plenè Deo. ſ. Dei cognitio-
ne & charitate.

20 SVPERABVNDANTER. i. abundantiùs. INTELLIGI-
MVS. i. mente concipimus, ſeu cogitamus.

21 ET IN. Græc. ἐν. pro, per.

CAPVT IV.

Ad vnitatem ſpiritus hortatur, oſtendens Chriſtum diuerſa diuerſis dediſſe chariſmata, & ad ſui corporis ædificationem varios in Eccleſia inſtituiſſe ordines ad finem vſque mundi: monet igitur vt exuto veteri homine nouum induant, vtriuſque partes explicans: rurſumque monet vt in hoc corpore manentes, ſeparentur ab iis qui mente excæcati ſequuntur effrenè carnis deſideria, & nouos induant mores, damnatis prioribus.

OBſecro itaque vos ego vinctus in Domino, 1
Phil. 1. d. 27 ⁿ vt dignè ambuletis vocatione, qua voca- A
1. Cor. 7. b. 10 ti eſtis, * cum omni humilitate, & manſuetudi- 2
ne, cum patientia, ſupportantes inuicem in cha-
ⁿ Rom. 12. c. 10 ritate, * ⁿ ſoliciti ſeruare vnitatem Spiritus in 3
vinculo pacis. * Vnum corpus, & vnus Spiritus, 4
ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.
* Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. 5
ⁿ Malach. 2. b. 10 * ⁿ Vnus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper 6
omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. B
ⁿ Rom. 12. a. 3 * ⁿ Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſe- 7
1. Cor. 12. b. 11 cundùm menſuram donationis Chriſti. * Pro- 8
pter quod dicit: ⁿ Aſcendens in altum captiuam
2. Cor. 10. d. 15 duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.
ⁿ Pſal. 67. d. 19 * Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & 9
deſcendit primùm in inferiores partes terræ?
* Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper 10
omnes cælos, vt impleret omnia. * Et ipſe dedit 11
ⁿ 1. Cor. 12. d. 28 quoſdam quidem ⁿ Apoſtolos, quoſdam autem
Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem
paſtores, & doctores, * ad conſummationem 12
ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem C
corporis Chriſti: * donec occurramus omnes in 13
vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum
perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis
Chriſti: * vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, 14
& circumferamur omni vento doctrinæ in ne-
quitia hominum, in aſtutia ad circumuentio-
nem erroris. * Veritatem autem facientes in cha- 15
ritate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt ca-
put Chriſtus: * ex quo totum corpus compa- 16
ctum, & connexum per omnem iuncturam ſub- D
miniſtrationis, ſecundùm operationem in men-
ſuram vniuſcuiuſq; membri, augmentum cor-
poris facit in ædificationem ſui in charitate.
ⁿ Rom. 1. c. 9 * ⁿ Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt 17
iam non ambuletis, ſicut & Gentes ambulant
in vanitate ſenſus ſui, * tenebris obſcuratum ha- 18
bentes intellectum, alienati à vita Dei, per igno- E
rantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cor-
dis ipſorum, * qui deſperantes, ſemetipſos tra- 19
diderunt impudicitiæ, in operationem immun-
ditiæ omnis, in auaritiam. * Vos autem non ita 20
didiciſtis Chriſtum, * ſi tamen illum audiſtis, 21
& in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu.
ⁿ Coloſſ. 3. b. 8 * ⁿ deponere vos ſecundùm priſtinam conuerſa- 22
tionem veterem hominem, qui corrumpitur
ⁿ Rom. 6. a. 4 ſecundùm deſideria erroris. * ⁿ Renouamini au- 23
Col. 3. b. 11 tem ſpiritu mentis veſtræ, * ⁿ & induite nouum 24
ⁿ 1 Petr. 2. a. 3 hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in
ⁿ Zach. 8. c. 16 iuſtitia, & ſanctitate veritatis. * ⁿ Propter quod 25
deponentes mendacium, loquimini veritatem
vnuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſu-
ⁿ Pſal. 4. b. 5 mus inuicem membra. * ⁿ Iraſcimini, & nolite 26
peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam ve- F
ⁿ Iac. 4. b. 7 ſtram. * Nolite locum dare diabolo: * ⁿ qui fu- 27
rabatur, iam non furetur: magis autem laboret, 28
operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt ha-
29 beat vnde tribuat neceſſitatē patienti. * Omnis
ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi
quis bonus ad ædificationē fidei, vt det gratiam
30 audientibus. * Et nolite contriſtare Spiritum ſan-
G ctum Dei: in quo ſignati eſtis in diem redem-
31 ptionis. * Omnis amaritudo, & ira, & indigna-
tio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis,
32 cum omni malitia. * ⁿ Eſtote autem inuicem ⁿ Coloſſ. 3. b. 12
benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut
& Deus in Chriſto donauit vobis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 EGO VINCTVS IN DOMINO. i. eius cauſa, obſecro vos, vt dignè ambuletis, ſeruantes

3 VNITATEM SPIRITVS. Non vult ſuos animis & opinionibus diſſentire, ſed vt idem ſapiant.

4 VNVM CORPVS. ſ. ſitis, neque in externis, neque in internis diſſentiant. IN VNA SPE. pro, in vnam ſpem vocationis, vt ſ. eam aſſequamini.

5 VNVS DOMINVS. q. d. ſeruate vnitatem, quia ſ. vnus eſt Dominus.

7 VNICVIQVE. Cùm ſit vnus Deus, varia dona dat; neque tamen ea diſſenſionis cauſa eſſe debent.

8 CAPTIVAM DVXIT. Pſal. 67. verſ. 19. ſed loquitur Pſalmus in ſecunda perſona: *Aſcendiſti in altum.* quod Paulus in tertiam tranſtulit. CAPTIVITATEM. Quæ eſt hæc *captiuitas?* mors, diabolus. Aut homines, qui captiui tenebantur, liberos in triumphum duxit. Præterea DEDIT DONA. ſ. varia. Quòd ſi aſcendit, priùs deſcendit.

9 IN INFERIORES PARTES TERRÆ. ſ. in hunc mũdum.

10 VT IMPLERET OMNIA. i. ſuos donis variis cumularet, aut impleret, quæ de eo ſcripta erant.

11 ET IPSE DEDIT. Enumerat dona quæ contulit. PROPHETAS. Auguſtinus epiſt. 58. & 59. intelligit non Prophetas veteres, ſed qui Apoſtolorum tempore prophetabant. EVANGELISTAS. ſ. qui Euangelium annuntiabant. Sic Pantænus Euangeliſta vocatur in Euſeb. lib. 5. Hiſt. cap. 10. PASTORES, ET DOCTORES. i. Epiſcopos, qui ſimul paſcere & docere debent; ideò iungit Paſtores & Doctores.

13 IN VNITATEM FIDEI. i. donec omnes conuertantur, erunt illi in Eccleſia gradus, aut vſque ad finem mundi: tunc enim ab omnibus cognoſcetur Chriſtus. IN VIRVM PERFECTVM. i. donec nos ſimus perfecti, aut Eccleſia perficiatur, omnibus membris in vnum corpus redactis. IN MENSVRAM ÆTATIS. i. vt Chriſtus erat in ætate perfecta, ſic nos erimus perfecti virtutibus, Eccleſiaque ipſa. Quidam ex hoc loco colligunt nos ſurrecturos in ætate & ſtatura, quam habuit Chriſtus, certè Anſelmus hic & Proſper lib. de Gloria regnoque Sanctorum. *In menſuram ætatis.* Syr. *ſtaturæ.* ἡλικία vtrumque ſignificat. Vt iam

14 NON SIMVS PARVVLI. Vides poſt Apoſtolos Paſtores & Doctores relictos, vt ſciamus vnde ſit petenda diuini verbi interpretatio, ne ab hæreticis decipiamur. AD CIRCVMVENTIONEM. pro circumuentione ERRORIS. i. circumuenti & decepti circumferamur. Sed

15 CRESCAMVS IN ILLO PER OMNIA. i. omnia noſtra bona per illum augeamus. Græc. αὐξήσωμεν, pro quo noſter *creſcamus* dixit.

16 EX QVO TOTVM CORPVS. Senſus eſt: Vt in corpore, ſi ſit benè compactum & connexum, à capite defluit omnis virtus in membra; ſic à Chriſto in nos, ſi charitate ſimus vniti. PER OMNEM IVNCTVRAM SVBMINISTRATIONIS. i. omnium membrorum connexionem miniſtratam. ſ. à Deo. Teſtor ergo, vt non ambuletis ſicut infideles,

19 QVI DESPERANTES. Noſter legit *ἀπηλπικότες*, vbi nunc *ἀπηλγηκότες*. i. *indolentes*, ſine conſcientiæ remorſu ſe nequitiæ tradiderunt, tantumdem valet *deſperantes.* Vos autem non ita didiciſtis

SI TAMEN ILLVM AVDISTIS. ſ. interiùs illum intelligentes. 21

DEPONERE. pro, deponite vos. Aut ſic, *deponere vos*. 22
ſ. æquum eſt veterem hominem.

ET INDVITE NOVVM HOMINEM. i. Chriſtum, ad 24
cuius ſimilitudinem conditi ſumus.

NOLITE LOCVM DARE DIABOLO. i. calumniæ aut 27
calumniatori, ne cui occaſio detur noſtra vituperandi.

SERMO MALVS. Σαπρὸς. i. *ſpurcus*, *fœdus* non pro- 29
cedat ex ore veſtro. Sed qui ſit AD ÆDIFICATIONEM FIDEI. Noſter legit, τῆς πίστεως. i. *fidei*; eaque eſt vera & plana lectio, & Veleſius eam affert. Nunc Græci codices habent, τῆς χρείας. i. *ad ædificationem opportunitatis*. pro, ad opportunitatem ædificationis. Sic nonnemo. Hieronymus hanc lectionem hic noſtræ præfert.

ET NOLITE CONTRISTARE SPIRITVM, ſi ſordes 30
ſ. peccati animo ſuſcipiatis. IN QVO SIGNATI ESTIS. ſigillati. IN DIEM REDEMPTIONIS. i. iudicij, tunc per notam inuſtam. i. Spiritum ſanctum in ſuis habitantem Chriſtus ſuas oues cognoſcet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN DOMINO. i. propter Dominum. AMBVLETIS 1
.i. agatis, ſeu conuerſemini.

VNVM. pro, velut vnum. SICVT. pro, & ſicut. 4
VOCATIONIS VESTRÆ. i. ad quam ſpem vocati eſtis, ſeu, quam profitemini.

VNVS. ſ. eſt. DOMINVS. ſ. Chriſtus. VNA. ſ. idem 5
creditur ab omnibus. VNVM. ſ. Chriſti, quod ſolum ſaluat.

OMNES. pro, omnia. PER OMNIA. ſ. omnia conti- 6
net. NOBIS. Græc. *vobis*. Syr. *nobis*.

DONATIONIS. i. qua voluit donare.

DICIT. ſ. Scriptura, ſeu Dauid Pſal. 67. ALTVM. 8
.i. cælum. CAPTIVAM, &c. i. captiuos duxit. q. d. triumphauit de hoſtibus. ſ. peccato, & diabolo; vel, duxit in cælum Patres qui in limbo velut captiui tenebantur.

INFERIORES, &c. ſ. limbum, ſeu Abrahæ ſinum. 9

OMNIA. ſ. de te ſcripta. vel q. d. omnia perficeret, & 10
terreſtria, & cæleſtia.

ET DOCTORES. ſ. oportet Paſtorem eſſe Doctorem. 11
Vide 1. Timoth. 3. Tit. 3. & Auguſt. epiſt. 59.

CONSVMMATIONEM. i. perfectionem. MINISTE- 12
RII. ſ. ad ſalutem animarum exhibendi. CORPORIS. ſ. myſtici. i. Eccleſiæ.

OCCVRRAMVS. i. conueniamus. ſ. die iudicij ob- 13
uiàm Chriſto. OMNES. ſ. electi. VNITATEM. pro, vnitate. MENSVRAM. pro, menſura. PLENITVDINIS. i. perfectæ. ſ. reſurgemus omnes ætate Chriſti: Hieron. epiſt. 27.

VT IAM. pro, itaque iam. PARVVLI. pro, vt par- 14
uuli. IN NEQVITIA. i. per nequitiam. ſ. inuentæ, ſeu inuectæ. ASTVTIA. i. fallacia. ERRORIS. i. errare facientem.

VERITATEM. i. quod rectum eſt, ſeu veræ doctrinæ 15
conforme.

SVBMINISTRATIONIS i. ſubminiſtrato ſpiritu. OPE- 16
RATIONEM. ſ. Dei. MENSVRAM. pro, menſura. vel q. d. iuxta rationem. CORPORIS pro, ſui. q. d. augeſcit.

TESTIFICOR. vulgò *proteſtor*. IN DOMINO. i. coram 17
Domino. IAM. i. poſt hac. SENSVS. i. mentis.

DEI. i. ſecundùm Deum. 18

DESPERANTES. ſ. ſalutem. AVARITIAM. i. cupidi- 19
tatem immoderatam. ſ. rerum mundanarum.

SICVT, &c. i. iuxta eius veram doctrinam. 21

DEPONERE. ſ. oportere. ERRORIS. pro errantium. 22

MENTIS. i. qui eſt mens: Auguſt. 14. Trinit. 23

SECVNDVM DEVM. i. à Deo; vel, ad ſimilitudinem 24
Dei. VERITATIS. i. vera, ſeu perfecta.

IRASCIMINI. pro, ſi iraſci contingat. 26

QVOD BONVM EST. i. honeſto aliquo opere. 28

MALVS. i. vitioſus. ÆDIFICATIONEM. i. promo- 29
tionem. DET GRATIAM. i. vtilitatem conferat. Explicatio præcedentis.

30 CONTRISTARE. i. facere quod ei diſpliceat, ſeu offendere. IN QVO. pro, quo. SIGNATI. ſ. eſt gratia animi qualitas, & velut ſignum iuſtorum. REDEMPTIONIS. ſ. cùm eſtis iuſtificati.

31 CLAMOR. ſ. inordinatus. BLASPHEMIA. i. maledicentia, ſeu conuitium.

32 DONANTES. i. ignoſcentes. IN CHRISTO. Syr. *per Chriſtum*.

CAPVT V.

Hortatur vt Chriſtum imitentur, longè ſeparati ab omni vitio ac ſcelerato, & redimentes tempus, aſſumant ſpiritualia, quæ tradit, exercitia: vxores vult ſubditas eſſe viris, viros autem diligere vxores, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam.

1 ESTOTE ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſ-
2 ſimi: * a & ambulate in dilectione, ſicut & a Ioan. 13.
A Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro d. 34 & 15.
nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem b. 12
3 ſuauitatis. * b Fornicatio autem, & omnis im- 1. Ioan. 4.
munditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, d. 13
4 ſicut decet ſanctos; * aut turpitudo, aut ſtultilo- b Col. 3.
quium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet; a. 5
5 ſed magis gratiarum actio. * Hoc enim ſcitote
b intelligentes, quòd omnis fornicator, aut im-
mundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus,
non habet hereditatem in regno Chriſti & Dei.
6 * c Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter c Matth. 24
7 hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. * No- a. 4
8 lite ergo effici participes eorum. * Eratis enim Marc. 13.
C aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domi- a. 5
9 no. Vt filij lucis ambulate: * fructus enim lucis Luc. 21. b. 8
eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate: 2. Theſſ. 2.
10 * probantes quid ſit beneplacitum Deo: * & a. 3
11 nolite communicare operibus infructuoſis te-
12 nebrarum, magis autem redarguite. * Quæ enim
in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere.
13 * Omnia autem, quæ arguuntur, à lumine ma-
nifeſtantur: omne enim, quod manifeſtatur, lu-
14 men eſt. * Propter quod dicit: Surge qui dormis,
D & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.
15 * Videte itaque fratres, quomodo cautè ambu-
16 letis: d non quaſi inſipientes, * ſed vt ſapientes: d Col. 4. a. 5
redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.
17 * e Proptereà nolite fieri imprudentes, ſed in- e Rom. 12.
18 telligentes quæ ſit voluntas Dei. * Et nolite ine- a. 3
briari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini 1. Theſſ. 4.
19 Spiritu ſancto, * loquentes vobiſmetipſis in a. 9
pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, can-
tantes & pſallentes in cordibus veſtris Domi-
20 no, * gratias agentes ſemper pro omnibus, in
nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo &
21 Patri. * Subiecti inuicem in timore Chriſti.
22 * f Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domi- f Gen. 3.
23 no: * g quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut c. 16
E Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: Ipſe, ſaluator cor- Col. 3. c. 18
24 poris eius. * Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chri- g 1. Petr. 3.
25 ſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. * h Viri a. 1
diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit 1. Cor. 11.
26 Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, * vt illam a. 3
ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo h Col. 3.
27 vitæ, * vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccle- c. 19
F ſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut
aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immacu-
28 lata. * Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt
corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum
29 diligit. * Nemo enim vmquam carnem ſuam
odio habuit: ſed nutrit, & fouet eam, ſicut &

Chriſtus Eccleſiam: * quia membra ſumus cor- 30
poris eius, de carne eius & de oſſibus eius.
* ⁿ Propter hoc relinquet homo patrem, & ma- 31
trem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt G
duo in carne vna. * Sacramentum hoc magnum 32
eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.
* Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxo- 33
rem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem ti-
meat virum ſuum.

ⁿ Gen. 2. d. 28
Matth. 19 a. 5
Marc. 10. a. 7
1. Cor. 6. d. 16

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 HOSTIAM Chriſtus fuit ſacerdos & hoſtia, hoſtiam ſe Chriſtus dedit. Ergo diligite inuicem, vitia fugite.

4 QVÆ AD REM NON PERTINET, aut *pertinent*, vt eſt Græcè, & refertur ad omnia vitia ſuperiùs poſita. Syr. *quibus non eſt opus*. ſ. iis vti non decet vitiis.

5 QVOD EST IDOLORVM SERVITVS. Græcè, *qui eſt idolorum ſeruus*. ſic Vulgata Regia. Noſter pro ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, vt nunc eſt, legit ὅ ἐστιν εἰδωλολατρεία. Vocantur auari *idololatræ*, quia in diuitiis ſpem ponunt, vt in Deo; ſed & ambitioſi in honore ſpem ponunt. Ideò melius, vt ſuppleatur coniunctio, *Et, quod eſt idolorum ſeruitus*, vt deſignetur nouum vitium. ſic Syr. dixit: *Aut idolorum cultor*. Ad Galat. 5. verſ. 19. dixit, *luxuria, idolorum ſeruitus*. Ad Coloſſ. 3. verſ. 5. *& auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus*. Nemo vos ſeducat, propterea venit ira

6 IN FILIOS DIFFIDENTIÆ. i. incredulos, ſeu *inobedientia*. ἀπειθεία vtrumque ſignificat.

8 TENEBRÆ eratis. pro, tenebroſi; vt *præputium*, pro infideli, *peccatum* pro peccatore, 2. ad Corinth. 5. Nunc in luce ambulate, virtuti ſtudete,

10 PROBANTES. pro, approbantes, amplectentes, quod Deo placet.

11 REDARGVITE. ſ. eos qui talia faciunt, qui in tenebris vitiorum ambulant, ne videamini probare.

12 QVÆ ENIM IN OCCVLTO FIVNT. palam praui, ſecreta peiora ſunt, pudet illa dicere.

13 QVOD MANIFESTATVR, LVMEN EST. i. in lumine. τὸ φανερούμενον. Participium medium, actiuè poteſt ſumi; ſic Syr. *quidquid reuelat lumen eſt*. Poteſt paſſiuè, ſic Hieronymus & Græci.

16 REDIMENTES TEMPVS. i. benè collocantes. ſic Auguſtinus Serm. 24. de Verbis Domini, & 16. de Verbis Apoſt. & Homil. 1. & 10. inter 50. QVONIAM DIES MALI SVNT. i. breues, aut ærumnis obnoxij, quæ bona opera impediunt.

18 SED IMPLEMINI SPIRITV SANCTO. Vox *ſancto* Græc. & Syr. non eſt, nec in multis Latinis codicibus, ſed benè ſuppletur.

19 LOQVENTES VOBISMETIPSIS. Syr. *cum vobiſmetipſis*. i. interiùs in cordibus, vt mox ait, PSALLENTES IN CORDIBVS VESTRIS.

23 IPSE, SALVATOR CORPORIS EIVS. ſ. Chriſtus Eccleſiæ, aut vir vxoris, quia nutrit & regit eam. Vir eſt caput, ergo vxor corpus. Mulier igitur viro ſit ſubdita, vt corpus capiti. Viri etiam vxores diligite, vt Chriſtus Eccleſiam, qui pro ea ſe tradidit, mundans eam

26 LAVACRO AQVÆ, Baptiſmo. IN VERBO VITÆ. i. forma Baptiſmi. Vox *vitæ* Græcè non eſt, nec Syr. neque in multis Latinis codicibus, ſuppleri tamen poteſt.

27 IPSE SIBI mundans. Græc *ipſam ſibi*. Verùm quidam Græci codices pro αὐτὴν habent αὐτὸς. i. *ipſe*. Afferunt Robertus & Veleſius.

29 NEMO ENIM. Si ſuam carnem nemo odit, debent viri vxores diligere, quæ caro ipſorum ſunt.

32 SACRAMENTVM, myſterium. HOC MAGNVM EST. Aliquid ampliùs ſignificat. Ego de Chriſto & Eccleſia dictum accipio. Sub cortice latent myſteria.

33 VERVMTAMEN. Si illud, *erunt duo in carnem vnam*, vt eſt Græcè, de Chriſto accipio, nihilominùs viri id de ipſis dictum accipiant, vt diligant vxores. Sequuntur alia præcepta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 SVAVITATIS. i. ſuauem. ſ. Deo gratum.

3 IMMVNDITIA. i. impudicitia. DECET. ſ. talibus abſtinere.

4 TVRPITVDO. ſ. in verbis. SCVRRILITAS. ſ. facetiæ indecentes. AD REM. ſ. quam intendimus. i. ſalutem. PERTINENT. i. conueniunt.

5 QVOD EST, &c. Græc. *qui eſt idolorum ſeruus*. ſ. colit aurum & argentum.

6 VENIT. i. ſolet venire. vel pro, veniet. DIFFIDENTIÆ. Syr. *immorigeros*. Coloſſ. 3. vertit Interpres noſter *incredulitatis*.

7 PARTICIPES. i. ſocij. ſ. in peccatis.

8 IN DOMINO. i. Dei beneficio. q. d. illuminati à Domino. VT. pro, itaque vt. FILII. i. ſectatores.

9 ET IVSTITIA. Explicatio præcedentis.

10 PROBANTES. i. expendentes.

11 COMMVNICARE. i. participare.

13 MANIFESTATVR. pro, manifeſtat. Syr. *reuelat*.

14 DICIT. ſ. Iſa. cap. 60. quod tamen Paulus quibuſdam adiunctis explicat. SVRGET. i. expergiſcere. A MORTVIS. i. morte. ſ. peccati.

15 CAVTE. i. circumſpectè. AMBVLETIS. i. agatis. QVASI. pro, vt.

16 REDIMENTES, &c. i. temporis opportunitate vtentes. Vide Dan. 2. MALI. i. pleni malis, ſeu periculis, adeoque diligenter cauendum.

19 VOBISMETIPSIS. i. apud vos, ſeu inter vos.

20 IN NOMINE. i. cum inuocatione, vel virtute. ET PATRI. pro, qui Pater eſt. ſ. omnium, vel Chriſti. Syr. *Deo Patri*.

21 IN TIMORE. i. per timorem. q. d. ob reuerentiam Chriſti.

23 EIVS. i. ſui. ſ. myſtici.

24 SED. pro, &. MVLIERES. ſ. ſubdi debent.

26 IN VERBO VITÆ. i. per verbum vitam conferens.

27 NON HABENTEM. ſ. in cælo: Auguſt. & Hieron. Quidam ad perfectos referunt huius vitæ.

29 CARNEM. i. corpus.

30 DE CARNE, &c. q. d. Ita per eius corporis paſſionem formati, vt olim Eua de Adæ carne & oſſe.

31 CARNE VNA. Græc. *carnem vnam*. i. velut vna caro.

32 SACRAMENTVM. Græc. *myſterium*. IN CHRISTO, &c. ſ. completum.

33 TIMEAT. i. reuereatur.

CAPVT VI.

Filij parentibus, ſeruique dominis obediant: rurſumque parentes erga filios, & domini erga ſeruos ſui memores ſint officij: monet Dei armaturam, cuius partes explicat, induendam, ad reſiſtendum ſpiritualibus inimicis, petens etiam vt pro ſe orent.

1 FIlij, obedite parentibus veſtris in Domino:
2 hoc enim iuſtum eſt. * ⁿ Honora patrem
A tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum
3 primum in promiſſione: * vt benè ſit tibi, & ſis
4 longæuus ſuper terram. * Et vos patres nolite
ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.
5 * ⁿ Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri,
6 ſicut Chriſto: * non ad oculum ſeruientes, quaſi
hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, fa-
7 cientes voluntatem Dei ex animo, * cum bona
voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non ho-
8 minibus: * ſcientes quoniam vnuſquiſque, quod-
B cumq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino,
9 ſiue ſeruus, ſiue liber. * Et vos domini eadem fa-
cite illis, remittentes minas: ſcientes quia & il-

ⁿ Coloſſ. 3. d. 20
Exod. 20. c. d
Deut. 5. c. 16
Eccli. 3. b. 9
Matth. 15. a. 4
Marc. 7. b. 10
ⁿ Coloſſ. 3. d. 22
Tit. 2. c. 9
1. Pet. 2. c. 18

Deut. 10. d.17 · 2. Par. 19. c.7 · Iob 34. b.19 · Sap.6.b.8 · Eccli. 35. b.16 · Rom. 2. b.11 · Col.3.d.25 · Actor.10. e.34 · 1. Petr. 1. c.17

lorum, & veſter Dominus eſt in cælis: " & per-
ſonarum acceptio non eſt apud eum. * De cete- 10
ro fratres, confortamini in Domino, & in po-
tentia virtutis eius. * Induite vos armaturam 11
Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.
* quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus 12
carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes,
& poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebra-
rum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæle-
ſtibus. * Propterea accipite armaturam Dei, vt 13
poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus per- C
fecti ſtare. * State ergo ſuccincti lumbos veſtros 14
in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, * & calcea- 15
ti pedes in præparatione Euangelij pacis: * in 16
omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis
omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: * " & 17
galeam ſalutis aſſumite; & gladium ſpiritus,
(quod eſt verbum Dei) * per omnem oratio- 18
nem & obſecrationem orantes omni tempore D
in ſpiritu: & in ipſo " vigilantes in omni inſtan-
tia, & obſecratione pro omnibus ſanctis; * " & 19
pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris
mei cum fiducia, notum facere myſterium Eu-
angelij: * pro quo legatione fungor in catena, 20
ita vt in ipſo audeam, prout oportet me, loqui.
* Vt autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid 21
agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, cha-
riſſimus frater, & fidelis miniſter in Domino:
* quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſca- 22
tis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda ve-
ſtra. * Pax fratribus, & charitas cum fide, à Deo 23
Patre, & Domino Ieſu Chriſto. * Gratia cum 24
omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

Iſa.59. d.17 · 1.Theſſ.5. b.8 · Coloſſ. 4. a.2 · 2.Theſſ.3 a.1

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HONORA PATREM TVVM. i. illi benefac. PRI- 2
MVM IN PROMISSIONE. i. huic mandato in Decalogo primùm adiecta eſt promiſſio bonorum illud ſeruantibus.

ET VOS PATRES. *Vos* in Græco non eſt, neque in Goth. 4

SERVI....IN SIMPLICITATE. Sine ſimulatione & murmure ſerui obedite. 5

NON AD OCVLVM. i. non in præſentia tantùm. Heri 6

EADEM FACITE ILLIS. ſ. ſeruis vos domini. i. gerite vos erga illos, vt æquum eſt. REMITTENTES MINAS, ſeu iram, ſeu offenſas. 9

CONFORTAMINI, eſtote fortes aduerſus ingruentia. 10

ARMATVRAM DEI. Sumite virtutes, Spiritum ſanctum. 11

ADVERSVS CARNEM. i. homines, non eſt nobis colluctatio. *Caro* pro homine, iuxta illud Matth. 16. v. 17. *Quia caro & ſanguis non reuelauit tibi.* CONTRA SPIRITVALIA NEQVITIÆ. i. ſpirituales nequitias. IN CÆLESTIBVS. i. quæ in aëre verſantur. *Cælum* pro aëre. Syr. *cum ſpiritibus malis qui ſub cælo ſunt.* ſ. eſt colluctatio. 12

ET IN OMNIBVS PERFECTI. Quidam: *Et omnibus perfectis*, aut *confectis* (.i. ſumpta armatura omni, πανοπλία) *ſtare.* i. vincere. ſic Græc. Cyprianus lib. 4. epiſt. 6. *vt, cum omnia perfeceritis, ſtetis.* Succincti lumbos 13

14 IN VERITATE, quia libido inter vitia præcipuè fucum facit, laruam detrahe.

15 IN PRÆPARATIONE. ſ. vt ſitis parati ad pugnandum pro Euangelio pacis.

17 ET GALEAM SALVTIS. i. ſalutarem, nempe verbum Dei.

18 IN OMNI INSTANTIA, ſeu *perſeuerantia*, προσκαρτερήσει, vigilate & orate pro me, etiam vt detur mihi loqui

19 IN APERTIONE ORIS MEI CVM FIDVCIA. i. vt aperiam os, & loquar magno & forti animo.

20 PRO QVO LEGATIONE. i. pro quo Euangelio, & eius promulgatione mihi delegata, hac catena vinctus ſum.

21 TYCHICVS. Vnus erat è ſeptuaginta, & Paulum fuerat comitatus Act. 20. verſ. 4. & Romam cum eo veniſſe videtur: nunc cum hac epiſtola Epheſum remittitur.

24 IN INCORRVPTIONE. i. incorrupta ſit gratia & perpetua: *abſque corruptione*, vt Syr. habet *ſit.* ſ. gratia, quam vobis opto, & qua vos ſaluto.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IN DOMINO. i. propter Dominum, ſeu in rebus quæ ſecundùm Deum præcipiuntur. ſ. honeſtis.

2 IN PROMISSIONE. pro, cum promiſſione. ſ. factum.

3 VT BENE, &c. Hæc eſt promiſſio.

4 DISCIPLINA. i. eruditione. DOMINI. i. ſecundùm Dei legem, ſeu voluntatem.

5 CARNALIBVS. q.d. temporalibus, qui ſecundùm corpus imperant.

6 AD OCVLVM. i. aſpectum Domini. PLACENTES. placere ſtudentes.

7 BONÀ VOLVNTATE. i. beneuolentia.

9 EADEM. i. ſimiliter. REMITTENTES, &c. q.d. ignoſcentes, ſi quid minati ſitis; vel, mitiùs minantes. PERSONARVM, &c. q.d. qui omnes iudicat nullo reſpectu dignitatum.

10 CONFORTAMINI. i. roboramini. ET IN. Explicatio præcedentis.

12 ADVERSVS. pro, ſolùm aduerſus. COLLVCTATIO. i. certamen. CARNEM ET SANGVINEM. i. homines. SED. pro, ſed etiam. TENEBRARVM HARVM. pro, tenebroſi huius. Intelliguntur autem peccatores ſecundùm Auguſt. SPIRITVALIA, &c. pro, ſpirituales nequitias. IN CÆLESTIBVS. i. in aëre. ſ. verſantes. Syr. *qui ſub cælo ſunt.*

13 MALO. i. periculoſo. Vide Pſal. 40. OMNIBVS. ſ. rebus.

14 STATE. ſ. in prœlio. IN VERITATE. i. perfectè.

15 EVANGELII. ſ. annuntiandi infidelibus. PACIS. i. pacem afferentis, ſeu reconciliationem cum Deo.

17 SALVTIS. i. ſalutarem. ſ. ſpem, vt alibi dicit.

18 PER. pro, in. IN SPIRITV. i. eleuata mente ad Deum. IPSO. pro, eo. ſ. ea re. IN OMNI INSTANTIA. i. attentiſſimè, & diligentiſſimè. SANCTIS. i. Chriſtianis.

19 FIDVCIA. i. libertate.

20 IN IPSO. pro, de ipſo.

21 QVÆ CIRCA, &c. i. rerum mearum ſtatu. DOMINO. i. Domini negotio.

24 IN INCORRVPTIONE. i. ſincerè, & purè. AMEN. Græc. & Syr. additur, *Miſſa e Roma per Tychicum.*

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

6

CAPVT PRIMVM.

Ex magno affectu quem habet erga Philippenſes, manifeſtat eis quòd preſſura ſua in maiorem Euangelij fructum ceſſerint: quam vtilitatem ſi non ſpectaret, omnino diſſolui cuperet, & eſſe cum Chriſto: eoſque adhortatur vt dignè ad Chriſti Euangelium conuerſentur, dicens quòd pro ipſo tam afflictiones ſuſtinuerint.

PAVLVS & Timotheus, 1
ſerui Ieſu Chriſti, omnibus A
ſanctis in Chriſto Ieſu, qui
ſunt Philippis, cum epiſco-
pis, & diaconibus. * Gratia 2
vobis & pax à Deo Patre
noſtro, & Domino Ieſu
Chriſto. * Gratias ago Deo meo in omni me- 3
moria veſtri, * ſemper in cunctis orationibus 4
meis pro omnibus vobis, cum gaudio depreca-
tionem faciens, * ſuper communicatione veſtra 5
in Euangelio Chriſti à prima die vſque nunc.
* confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis 6
opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti
Ieſu. * ſicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro om- 7
nibus vobis: eò quòd habeam vos in corde, & B
in vinculis meis, & in defenſione, & confirma-
tione Euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos
eſſe. * Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cu- 8
piam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. * Et 9
hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abun-
det in ſcientia, & in omni ſenſu: * vt probetis 10
potiora, vt ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem
Chriſti, * repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chri- 11
ſtum, in gloriam & laudem Dei. * Scire autem 12
vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis
ad profectum venerunt Euangelij: * ita vt vin- 13
cula mea manifeſta fierent in Chriſto in omni
prætorio, & in ceteris omnibus; * & plures è fra- 14
tribus in Domino confidentes vinculis meis,
abundantiùs auderent ſine timore verbum Dei
loqui. * Quidam quidem & propter inuidiam 15
& contentionem, quidam autem & propter bo- C
nam voluntatem Chriſtum prædicant, * qui- 16
dam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſio-
nem Euangelij poſitus ſum. * Quidam autem 17
ex contentione Chriſtum annuntiant non ſin-
cerè, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vin-
culis meis. * Quid enim? Dum omni modo, ſiue 18
per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus an-
nuntietur; & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.
* Scio enim quia hoc mihi proueniet ad ſalu- 19
tem, per veſtram orationem, & ſubminiſtratio-
nem Spiritus Ieſu Chriſti, * ſecundùm expecta- 20
tionem & ſpem meam, quia in nullo confun-
dar: ſed in omni fiducia ſicut ſemper, & nunc
magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue
21 per vitam, ſiue per mortem. * Mihi enim viuere
22 Chriſtus eſt, & mori lucrum. * Quòd ſi viuere
D in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eli-
23 gam ignoro. * Coarctor autem è duobus: deſi-
derium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto,
24 multò magis melius: * permanere autem in car-
25 ne, neceſſarium propter vos. * Et hoc confidens
ſcio quia manebo, & permanebo omnibus vo-
26 bis, ad profectum veſtrum, & gaudium fidei: * vt
gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me,
27 per meum aduentum iterùm ad vos. * [h] Tan- [h] Epheſ. 4. a. 1. Col. 1. b. 10. 1. Theſſ. 2. c. 12
tùm dignè Euangelio Chriſti conuerſamini: vt
ſiue cùm venero, & videro vos, ſiue abſens au-
diam de vobis, quia ſtatis in vno ſpiritu vnani-
28 mes, collaborantes fidei Euangelij: * & in nullo
terreamini ab aduerſariis: quæ illis eſt cauſa per-
ditionis, vobis autem ſalutis, & hoc à Deo:
29 * quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſo-
lùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo pa-
30 tiamini: * idem certamen habentes, quale & vi-
diſtis in me, & nunc audiſtis de me.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PAVLVS ET TIMOTHEVS. Iungit Timotheum ſibi in Epiſtolis, quas Romę vinctus ſcripſit, vt auctoritatem illi concilìet, & vt beneuolentiam erga eum oſtendat. SANCTIS.... QVI SVNT PHILIPPIS. Vrbs Macedoniæ, quam Alexandri pater Philippus ereptam Illyriis, & à ſe inſtauratam *Philippos* vocauit. Antè vocabatur *Crenida*, *Dathus* etiam vocabatur. Diues auri venis, vnde ipſi mille talenta annua auri. Sic prouerbium, Δάτος ἀγαθῶν, ob eius felicitatem. CVM EPISCOPIS. In vna vrbe plures Epiſcopi non ſunt; ſed *presbyteros* vocat *Epiſcopos*, vt Actor. 20. verſ. 28. Epheſiorum presbyteros ſic vocauit. Ita Syr. pro *Epiſcopus* hîc *presbyterus* poſuit. ET DIACONIBVS. Inflectitur *diaconus* & *diacon* in ſecunda & tertia declinatione.

3 GRATIAS AGO. i. ſemper veſtri memoriam habens, ago Deo gratias, ob communicationem. i. beneficentiam veſtram.

5 IN EVANGELIO. Græc. *in Euangelium*. i. Euangelij miniſtros aut cultores. Seu per *communicationem* intellige participationem in Euangelio cum aliis nationibus. A PRIMA DIE. ſ. veſtræ conuerſionis vſque nunc.

6 CONFIDENS HOC IPSVM. i. prætereà confido, quòd in hoc ipſo perſeuerabitis. VSQVE IN DIEM CHRISTI IESV. i. diem mortis aut iudicij.

7 SICVT EST MIHI IVSTVM. De bonis benè ſentire æquum eſt. EO QVOD HABEAM VOS.... SOCIOS GAVDII MEI, quod ſ. concipio ob veſtram amicitiam & communicationem. OMNES VOS ESSE. Vox *eſſe* videtur redundare.

TESTIS

Testis enim mihi est Devs; qvomodo cv- 8
piam. i. amem vos, ἐπιποθῶ. Syr. In visceribvs Iesv Christi. i. amicitia, quæ propter Chriſtum eſt. Oro vt abundetis

In scientia, et in omni sensv. i. prudentia. 9
Vt probetis & approbetis potiora, & eligatis. Quod ad me attinet, eò eſt peruentum,

Vt vincvla mea manifesta fierent in 13
Christo. *Vincula in Chriſto*. i. propter Chriſtum iniecta celebrarentur inter iudices omnes, & inter alios homines. ſ. populum. Quo exemplo animati

Plvres e fratribvs auſi ſunt Euangelium præ- 14
dicare. Non omnes ſincera mente, quidam

Propter invidiam et contentionem. ſ. vt Ne- 15
ronem irritarent contra me. Paulo erant infenſi, quòd legem abrogaret, nempe ex Iudæis conuerſi.

Qvid enim? ſ. mea refert. Modò Chriſtus annun- 18
tietur, non curo, quo animo id faciant.

Scio enim. ſ. quòd inuidia eorum mihi ſalutaris 19
erit, ſi modò vos veſtris precibus adiuuatis; & modò, vt ſpero, Spiritus ſanctus mihi adſit. Verùm vt ſemper, ſic nunc Chriſtus magnificabitur.

In corpore meo. i. meis cruciatibus. Sive per 20
vitam. ſiue euaſero, ſiue in illis moriar.

Mihi enim vivere. Viuo vt Chriſto ſeruiam; alio- 21
qui mori mihi ſatius eſſet. Quidam ſic: Chriſtus eſt mihi lucrum, ſiue viuam, ſiue moriar.

Qvod si vivere. Si vita mea eſt vtilis ob fructum 22
prædicationis. Et. pro, ſanè, neſcio quid eligam, vitam, an mortem.

Coarctor avtem e dvobvs. quid ſ. eligam. 23
Desiderivm habens dissolvi. Gregorius 31. Moral. cap. 26. *Sancti cupiunt mortem, & refugiunt. 2. ad Corinth. 5. v. 4. Nolumus ſpoliari, victoriam conſiderantes mortem cupiunt; ſed mors ipſa amara eſt. Ægroti auide ſumunt poculum quod faſtidiunt. Milites in arma ituri, quæ cupiunt, trepidant tamen.* Mvlto magis. pro, quod eſt multò magis melius, eſt dissolvi. i. mori, et esse cvm Christo.

Scio qvia manebo. Hinc colligitur. hanc Epiſto- 25
lam fuiſſe ſcriptam in primis vinculis, cùm quarto Neronis anno venit Romam; nam ſecundis non euaſit.

Vt gratvlatio, ſiue *gloriatio*, καύχημα, veſtra ſit 26
maior ob meam liberationem. In Christo Iesv. i. per Chriſtum, eius ope. Reſtat vt vos

Conversamini, dignè, ſeu *conuerſemini*, vt Syr. & 27
Goth. πολιτεύεσθε imperatiuus, vtroque modo verti poteſt. In nullo terreamini

Qvæ illis est cavsa. ἔνδειξις, *oſtenſio* ſiue *indi-* 28
cium. Terror, quo vos aduerſarij terrent, illis cauſa ſeu indicium perditionis erit, vobis ſalutis.

Avdistis, ſiue *auditis*. ſic Græc. & Syr. ἀκούετε, non 30
ἠκούσατε, quod tamen Veleſius affert. Ergo, quod de me audiſtis, & de meo certamine, idem vos præſtate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

EXponit ſuarum rerum ſtatum. Hortatur ad perſeuerantiam in incepto, & inuehitur in Iudaizantes.

In Christo. i. per Chriſtum. Episco- 1
pis. i. presbyteris, nec enim in vna ciuitate plures Epiſcopi: Hieron.

In omni, &c. i. quoties veſtri recordor. 3

Svper, &c. Iunge cum *gratias ago*. Commvni- 5
catione. i. participatione. A prima, &c. q. d. in quo perſeueratis, ex quo illud recepiſtis.

Confidens. i. perſuaſus. Diem. ſ. aduentus. 6

Mihi ivstvm. i. æquum eſt. Gavdii. Græc. *gra-* 7
tiæ. Vos esse. ſ. optans.

Cvpiam omnes vos. i. vos amem. In visceri- 8
bvs. i. per charitatem.

Omni. i. perfecta. Sensv. i. intelligentia. 9

Probetis. i. eligatis. Offensa. i. peccato. In. 10
pro, vſque in.

Per Iesvm. i. per gratiam Ieſu. 11

Magis ad. pro, ad maiorem. 12

13 In Christo. i. ad Chriſti gloriam. In omni, &c. q. d. per omnia tribunalia. vel, tota Imperatoris domo. Ceteris. q. d. imò per totam vrbem.

14 Fratribvs in Domino. i. Chriſtianis. Confidentes, &c. q. d. fiducia accepta, quòd me viderent libenter vincula pati.

15 Invidiam. ſ. volentes excellere, & mihi anteponi: Auguſt.

17 Ex contentione. i. ſtudio contentionis. ſ. velut qui contendunt ſuperare; vel, vt contentiones excitent in vrbe, meque in periculum coniiciant. Pressvram. i. periculum, ſeu afflictionem.

18 Omni. i. quouis. Occasionem. ſ. quærendi gloriam, vel nocendi. Veritatem i. animi ſinceritatem.

19 Svbministrationem. i. auxilium.

20 Fidvcia. i. libertate. Magnificabitvr. i. glorificabitur.

21 Mihi enim vivere. pro, mea vita. Christvs. i. Chriſto ſeruire. Lvcrvm. ſ. æternæ vitæ.

22 Operis. i. laboris pro Chriſto. Et qvid. pro, tamen quid.

23 Coarctor. i. dubius hæreo, quid potiùs eligam. Mvlto. pro, quod multò.

25 Confidens. i. perſuaſus. Omnibvs, &c. i. veſtræ omnium vtilitati. Gavdivm. i. victoriam. vel q. d. conſolationem mutuam de fide veſtra.

26 Vestra. i. de veſtro profectu.

27 Collaborantes, &c. i. vnà laborantes pro fide Euangelica.

28 Qvæ. ſ. quòd vobis aduerſantur. Cavsa. Græc. *indicium*.

CAPVT II.

Ad mutuam dilectionem & concordiam, animique modeſtiam miro affectu eos hortatur, exemplo Chriſti, in cuius nomine omne genu nunc flectitur, vtque ſuam in timore operentur ſalutem: congratulatur tum illis quòd inter malos ſanctè viuant, tum ſibi quòd tales habeat diſcipulos: Timotheum laudat à ſincera Euangelij prædicatione & obedientia; ſimiliter & Epaphroditum, quem ad eos mittit, poſtquam ab ægritudine conualuit.

1 SI qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſo-
A latium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi
2 qua viſcera miſerationis: * implete gaudium
meum, vt idem ſapiatis, eamdem charitatem
3 habentes, vnanimes, idipſum ſentientes, * nihil
per contentionem, neque per inanem gloriam:
ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbi-
4 trantes, * non quæ ſua ſunt ſinguli conſideran-
5 tes, ſed ea quæ aliorum. * Hoc enim ſentite in
6 vobis, quòd & in Chriſto Ieſu: * qui cùm in for-
ma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
7 æqualem Deo: * ſed ſemetipſum exinaniuit for-
mam ſerui accipiens, in ſimilitudinem homi-
8 num factus, & habitu inuentus vt homo. * "Hu- "Hebr. 2 b.9
miliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad
9 mortem, mortem autem crucis. * Propter quod
B & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen,
10 quod eſt ſuper omne nomen: * "vt in nomine "Iſai.45 d.23 Rom.14 b.11
Ieſu omne genu flectatur cæleſtiũ, terreſtrium,
11 & infernorum; * & omnis lingua confiteatur,
quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei
12 Patris. * Itaque chariſſimi mei, (ſicut ſemper
obediſtis) non vt in præſentia mei tantùm, ſed
multò magis nunc in abſentia mea, cum metu
13 & tremore veſtram ſalutem operamini. * Deus
eſt enim, qui operatur in vobis & velle, & perfi-
14 cere, pro bona voluntate. * "Omnia autem fa- "1.Petr. 4 c.9
cite ſine murmurationibus, & hæſitationibus:
15 * vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei, ſine
reprehenſione, in medio nationis prauæ & per-

uerſæ:inter quos lucetis ſicut luminaria in mun-
do,* verbum vitæ cõtinentes ad gloriam meam 16
in die Chriſti,quia non in vacuum cucurri,neq; C
in vacuum laboraui. * Sed & ſi immolor ſupra 17
ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ, gaudeo,
& congratulor omnibus vobis. * Idipſum autem 18
& vos gaudete,& congratulamini mihi. * Spero 19
ⁿ Actor.16. a.1 autem in Domino Ieſu, ⁿ Timotheum me citò
mittere ad vos: vt & ego bono animo ſim,cog-
nitis quæ circa vos ſunt. * Neminem enim ha- 20
beo tam vnanimem, qui ſincera affectione pro
ⁿ 1.Cor.13 b.5 vobis ſolicitus ſit. * ⁿ Omnes enim quæ ſua ſunt 21
quærunt, non quæ ſunt Ieſu Chriſti. * Experi- 22
mentum autem eius cognoſcite,quia ſicut patri
filius,mecum ſeruiuit in Euangelio. * Hunc igi- 23
tur ſpero me mittere ad vos,mox vt videro quæ
circa me ſunt. * Confido autem in Domino, 24
quoniam & ipſe veniam ad vos citò. * Neceſſa- 25
rium autem exiſtimaui,Epaphroditum fratrem, D
& cooperatorem, & commilitonem meum,ve-
ſtrum autem apoſtolum, & miniſtrum neceſſi-
tatis meæ, mittere ad vos: * quoniam quidem 26
omnes vos deſiderabat:& mœſtus erat,propter-
eà quòd audieratis illum infirmatum. * Nam & 27
infirmatus eſt vſq; ad mortem: ſed Deus miſer-
tus eſt eius; non ſolùm autem eius, verùm et-
iam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam habe-
rem. * Feſtinantiùs ergo miſi illum, vt viſo eo 28
iterùm gaudeatis,& ego ſine triſtitia ſim. * Exci- 29
pite itaque illum cum omni gaudio in Domi-
no, & eiuſmodi cum honore habetote. * quo- 30
niam propter opus Chriſti vſque ad mortem
acceſſit, tradens animam ſuam, vt impleret id,
quod ex vobis deerat erga meum obſequium.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SI QVA ERGO CONSOLATIO IN CHRISTO. i. ſpiritualis conſolatio. q. d. ſi me vultis conſolari. SI QVA VISCERA, id eſt, affectus tener eſt in vobis. Græci codices variant, quidam *εἴ τινα*, ſic noſter legit. Regia, *εἴ τις*. Alia *εἴ τι*. ſic Gotth. *Si quid*. MISERATIONIS. Græc. *& miſerationes*. Gotth. *ſi quid viſcera & miſerationes*. ſ. mei poſſunt. Idem multis verbis exaggerat. Rogo, vt ſitis conformes. 1

NIHIL PER CONTENTIONEM. ſ. fiat. 3

NON QVÆ SVA SVNT. i. non priuata commoda. 4 CONSIDERANTES. i. *quærentes*, vt Gotth.

SENTITE IN VOBIS. i. de vobis. QVOD ET IN CHRISTO IESV. pro,quod Chriſtus de ſeipſo. Aut quod & in Chriſto videmus. Syr. *quod & Chriſtus Ieſus*. 5

QVI CVM IN FORMA. i. maieſtate Dei eſſet NON RAPINAM. i. cùm ſciret ſe eſſe Patri æqualem, id ſignificat *non rapinam arbitrari*, ſe tamen 6

EXINANIVIT. Græc. *ἐκένωσε*, quam vocem, vt & aliæ nonnullæ, à Paulo fuiſſe confictam Gregorius Nyſſenus in dictum Apoſtoli ait. IN SIMILITVDINEM HOMINVM. Non quòd verus homo non eſſet, ſed quòd exteriùs nihil differret ab aliis. ET HABITV. *σχήματι*, *forma*, *figura* homo. Ideò dedit illi Deus 7

NOMEN, QVOD EST. ſ. nomen Ieſu ab Angelo nuntiatum. Illud eſt ſuper omne nomen. 9

INFERNORVM, eorum qui in purgatorio, quique in inferno ſunt. Gregorius Nyſſenus lib. de Anima medio, hunc locum verſat; vbi de inferno, quo loco ſit, diſputat. Ergo (ſicut ſemper obediſtis) 10

NON VT IN PRÆSENTIA MEI TANTVM, ſeu *mea*, vt Gotth. Porrò hoc non cum *obediſtis* iungendum eſt, ſed cum *operamini ſalutem*. Illud (*ſicut ſemper obediſtis*) per parentheſim, vt Louan. & Rom. 12

DEVS EST ENIM, QVI OPERATVR IN VOBIS. Non aufert libertatem & cooperationem noſtram, ſed Dei ope nos indigere ſignificat, vt noſtram ſalutem operemur. PRO BONA VOLVNTATE. Syr. *Deus agit, vt velitis & perficiatis id quod vultis*. 13

14 SINE MVRMVRATIONIBVS fiant omnia. id eſt, ne murmuretis contra Prælatorum mandata, ſed incunctanter ſine hæſitatione illa implere.

15 LVCETIS SICVT LVMINARIA. Gregorius 20. Moral. cap. 29. *Perfecti ſemper inter malos verſantur. Grana ſub paleis in area, roſa ſimul cum ſpinis. Cantic. 3. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea.*

16 VERBVM VITÆ CONTINENTES i. conſeruantes. Hoc verbum eſt lumen. AD GLORIAM MEAM, quia vos docui. IN DIE CHRISTI. Græcè. *in diem Chriſti*. i. diem iudicij, tunc mihi de vobis gloria erit.

17 SI IMMOLOR SVPRA SACRIFICIVM. i. pro ſacrificio. עַל *hal*, *ſupra* & *pro*, ſignificat. Ergo *immolor*. i. patior pro veſtra fide, quia ſ. vos conuerti, gaudeo tamen.

21 OMNES ENIM QVÆ SVA SVNT. Gotth. *omnes enim ſua quærunt*. Nemo de vobis eſt ſolicitus. Ideò Timotheum ad vos mittere decreui.

22 EXPERIMENTVM pro, experimento, eum COGNOSCITE, aut *cognoſcitis*. SICVT PATRI FILIVS. ſ. ſeruit, ita mecum ſeruiuit in Euangelij prædicatione.

25 EPAPHRODITVM. Vocat eum Apoſtolum Philippenſium. fuit etiam eorum Epiſcopus, vt Theodoretus & Baronius aiunt. At Hippolytus Martyr lib. de Septuaginta diſcipulis, facit eum vnum ex numero diſcipulorum, Epiſcopum Andriaj. Miſerant eum Philippenſes ad Paulum cum muneribus. Id ſignificat cùm ait, MINISTRVM NECESSITATIS MEÆ. Hic Romæ ægrotauit. Cùm conualuiſſet, feſtinanter remiſit eum in patriam.

27 NE TRISTITIAM. i. ſupra vinculorum afflictionem noua accederet ex morte Epaphroditi.

30 QVOD EX VOBIS DEERAT. Non arguit Philippenſes negligentiæ, ſed ait eorum vices Epaphroditum impleſſe: quippe ab illis ad hoc miſſus fuerat.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONSOLATIO. ſ. in vobis eſt, ſeu alicunde haberi poteſt. IN CHRISTO. i. ſecundùm Chriſtum. ſ. ſpiritualis. SOCIETAS. Græc. *communio*. ſ. ſocij inter ſe communicant.

2 SAPIATIS. i. ſentiatis, vt ſtatim explicat.

3 SVPERIORES. ſ. probitate.

4 NON. pro, non ſolùm. CONSIDERANTES. i. curantes. SED. pro, ſed etiam.

5 IN CHRISTO. ſ. credìtis, quem debetis imitari.

6 FORMA. i. natura. RAPINAM. i. alienum. erat enim proprium q. d. non ſe exinaniuit quaſi alienam gloriam poſſideret.

7 EXINANIVIT. i. demiſit. ſ. occultans quod erat, & aſſumens formam, quæ præ Diuina nihil erat. IN SIMILITVDINEM, &c. i. hominibus ſimilis. ſ. natura humana, quam aſſumpſit. HABITV. i. figura.

8 HVMILIAVIT. i. deiecit.

9 NOMEN. i. potentiam, famam, gloriam.

10 IN NOMINE. i. ad nomen. ſ. inuocatum, vel colendum. *nomen* autem pro re. OMNE GENV, &c. q. d. omnia ſe ſubdant agnoſcentia imperium.

11 IN GLORIA. i. maieſtate: eſt enim Patri æqualis.

12 OPERAMINI. Nota, hominem operari ſuam ſalutem. ſ. per opera bona.

13 DEVS EST ENIM, &c q. d. agnoſcentes ſimul vos nihil poſſe ſine Dei gratia. Ideoq; timentes ne fortè deſitis eius gratiæ. PERFICERE. q. d. & principium, & finem. BONA VOLVNTATE. i. ſuo beneplacito.

14 HÆSITATIONIBVS. Græc. *diſceptationibus*. i. contentionibus. Syr. *diſſidio*.

15 SINE QVERELA. i. de quibus nemo queri poſſit. Hieron. 3. cont. Pelag. id futurum ait in cælo. Paulus quidem videtur de hac vita loqui. SIMPLICES. i. ſinceri, ſine fictione.

16 AD GLORIAM MEAM. ſ. futurum, ſeu, ceſſurum. CHRISTI. ſ. aduentus ad iudicium. IN VACVVM. i. fruſtrà.

IMMO-

Immolor. i. occidar ab infidelibus. Svpra. i. vltra. 17
Sacrificivm. ſ. à me, vel à vobis Deo oblatum.
Congratvlamini. ſ. ſi me occidi contingat. 18
Bono. i. læto. 19
Vnanimem. ſ. in eo quod ſequitur. 20
Omnes. pro, ferè omnes. ſ. Aſiatici, ſeu veſtrates qui 21
Romæ ſunt. Nota, Scripturam ſolere de multis omnes dicere. Vide Auguſt. lib. de Vnit. Eccleſiæ, cap. 12.
Experimentvm. i. probationem. 22
Videro. i. prouidero. vel q. d. vbi certiùs cognouero quo in ſtatu res meæ ſint. 23
Necessitatis meæ. i. in neceſſitate mea. 25
Moestvs. ſ. ob veſtram eius cauſâ triſtitiam. 26
Svper, &c. q. d. duplicem triſtitiam. ſ. de illo, & de vobis, qui eius mortem valdè doleretis. 27
Tristitia. ſ. de veſtra triſtitia. 28
In Domino. Iunge cum *excipite illum*. 29
Tradens. ſ. periculo. Græc. *negligens*. Animam. 30
i. vitam. Mevm. i. in me, ſeu mei.

CAPVT III.

Nemo in legalibus gloriari poteſt, alioqui Paulo id maximè conueniret: qui tamen omnia hæc detrimentum arbitratus eſt, quo Dei iuſtitiam ex fide in Christum adipiſceretur, ſemper proficiens vt tandem perfectionem conſequeretur: quapropter Philippenſes hortatur vt ipſum, & non dyſcolos, crucis Chriſti inimicos, imitentur.

De cetero fratres mei gaudete in Domino. 1
Eadem vobis ſcribere, mihi quidem non A
pigrum, vobis autem neceſſarium. ᵃ Videte ca- 2
nes, videte malos operarios, videte conciſionem.
ᵃ Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiri- 3
tu ſeruimus Deo, & gloriamur in Chriſto Ieſu,
& non in carne fiduciam habẽtes: ᵃ quamquam 4
ego habeam confidentiam & in carne. Si quis
alius videtur confidere in carne, ego magis, ᵃ cir- 5
cumciſus octauo die, ex genere Iſraël, de tribu
ᵇ Act. 23. b. 6 Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ᵇ ſecundùm
legem Phariſæus, ᵃ ſecundùm æmulationem 6
perſequens Eccleſiam Dei, ſecundùm iuſtitiam,
quæ in lege eſt, conuerſatus ſine querela. ᵃ Sed 7
quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum B
propter Chriſtum detrimenta. ᵃ Verumtamen 8
exiſtimo omnia detrimẽtum eſſe, propter eminentem
ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei:
propter quem omnia detrimentum feci, & ar-
bitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam, ᵃ & 9
inueniar in illo, non habens meam iuſtitiam,
quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chri-
ſti Ieſu: quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide, ᵃ ad 10
cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectio- C
nis eius, & ſocietatem paſſionum illius: confi-
guratus morti eius: ᵃ ſi quo modo occurram 11
ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis. ᵃ non 12
quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim: ſe-
quor autem, ſi quomodo comprehendam in
quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. ᵃ Fra- 13
tres, ego me non arbitror comprehendiſſe.
Vnum autem, quæ quidem retrò ſunt obliui-
ſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens me-
ipſum, ᵃ ad deſtinatum perſequor, ad brauium 14
ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. ᵃ Qui- 15
cumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus:
& ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus reue-
labit. ᵃ Verumtamen ad quod peruenimus, vt 16
idem ſapiamus: & in eadem permaneamus re- D
gula. ᵃ Imitatores mei eſtote fratres, & obſer- 17
uate eos qui ita ambulant, ſicut habetis for-
ᶜ Rom. 16. c. 17 mam noſtram. ᵃ ᶜ Multi enim ambulant, quos 18
ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens di-
19 co) inimicos crucis Chriſti: ᵃ quorum finis
interitus: quorum Deus venter eſt: & gloria
in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.
20 ᵃ Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt: vnde
etiam Saluatorem expectamus Dominum no-
21 ſtrum Ieſum Chriſtum, ᵃ qui reformabit cor-
pus humilitatis noſtræ, configuratum corpori
claritatis ſuæ, ſecundùm operationem, qua etiam
poſſit ſubiicere ſibi omnia.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 De cetero, quod reliquum eſt. Eadem. ſ. quæ à me ſæpè audiſtis, ſcribam.

2 Videte canes. i. cauete ab iis qui contra veram doctrinam latrant. Videte concisionem. Syr. *cauete à circumciſione carnis*. i. à Iudæis. Illi præcipuè Paulo aduerſabantur.

3 Nos enim svmvs circvmcisio. ſ. vera, interiùs circumciſi. Qvi spiritv servimvs Deo. Quidam codices Græci, in his Regius, *qui ſpiritu Dei ſeruimus*. Verùm Ambroſius 2. de Spiritu ſancto, cap. 6. ait perfidos locum vitiaſſe, & legendum ἐν πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες, vt noſter legit; ſed ille in datiuo verti vult, *qui Spiritui ſeruimus Deo*, vt probetur Spiritum ſanctum eſſe Deum. Auguſtinus de Trinit. cap. 6. & lib. ad Bonif. III. c. 7. triplicem affert huius loci lectionem. 1. *qui ſpiritu Dei ſeruimus*. 2. *qui Spiritui Deo ſeruimus*. 3. noſtram, *qui ſpiritu Deo ſeruimus*. i. non carne & lege, vt Iudæi, ſed ſpiritualiter. Et non in carne. i. carnis circumciſione.

4 Qvamqvam ego habeam. i. habere poſſim confidentiam in carne, circumciſus, & de tribu Beniamin.

6 Secvndvm æmvlationem. i. zelum & amorem legis, ſum perſecutus Eccleſiam.

7 Qvæ mihi fvervnt lvcra. Hæc in quibus præ ceteris abundabam. Detrimenta, putaui, ζημίαν, *iacturam, inopiam*, vt Syr. Denique his omnibus vale dixi.

8 Vervmtamen. ſ. ea lucra, eas excellentias, vt ſtercus ſpreui, & iacturam. Propter eminentem scientiam. i. eminentiam fidei Chriſti, vt Chriſto placeam.

9 Et inveniar. Hoc hyperbaton ſic ordino: *Et inueniar in illo configuratus* (.i. ſimilis) *morti eius. Si quo modo occurram ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis* (ſ. in die iudicij) *non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide* (.i. vera iuſtitia, quò fides tendit) *ad cognoſcendum illum & virtutem reſurrectionis eius, &* (habendam) *ſocietatem paſſionum illius*. nempe, vt ſimilia patiamur.

12 Non qvod. q. d. non hoc dico, quòd iam acceperim brauium. Seqvor avtem. i. conſequi id cupio. Si qvomodo comprehendam. ſ. illud brauium. In qvo et comprehensvs svm. i. ob quam ſpem me ad Chriſtum conuerti.

13 Qvæ qvidem retro svnt. i. quæ antè feci, ſiue bona ſiue mala, obliuiſcens. Ad... priora. i. potiora me extendens.

14 Ad destinatvm perseqvor. Græc. *ſcopum ſequor*. In Christo Iesv. i. *per Chriſtum*. ſic Syr. i. eius ope.

15 Et si qvid aliter sapitis. ſ. iam vos comprehendiſſe. Devs revelabit, docebit quod verum eſt. Aliqui legunt *reuelauit*. Veleſius etiam pro ἀποκαλύψει. i. *reuelabit*, ſubſtituit ἀπεκάλυψε. i. *reuelauit*. Nempe variæ opiniones & contrariæ ex bono ſpiritu eſſe poſſunt, ſi modò concordia & pax illæſæ maneant, vt mox ait.

16 Et in eadem permaneamvs regvla. ſ. charitatis & fidei.

17 Et observate. σκοπεῖτε. Vtrumque verbum eſt anceps, ſignificant *cauete* & *honorate*. Sed quid hîc ſignificent, ex proximis verbis petendum eſt. Si enim legas, *ſicut habetis formam nos*, vt aliqui Latini codices legunt, vt eſt Græcè ἡμᾶς, ſumentur in ſignificatione

hono-

honorandi; ſi autem legas, *formam noſtram*, vti plures codices Latini legunt, & Veleſius ἡμῶν. i. *noſtram* pro ὑμᾶς, vt & Græc. ſubſtituit, *cauete* ſignificabunt; quod verius puto; & connexio literæ, & ſequentia id poſtulant. Multi ſunt praui,

QVORVM DEVS VENTER EST. i. ingluuies. GLORIA IN CONFVSIONE IPSORVM. Auguſtinus Serm. 15. de Verb. Apoſtoli: *Gloria in pudendis eorum, ſe circumciſos eſſe gloriantur, nil curant præterea.* 19

NOSTRA AVTEM CONVERSATIO. πολίτευμα. Caſſiodorus lib. 6. cap. 6. & Hieronymus Zach. 3. extremo: *Noſter municipatus in cælis eſt, ciues cæli ſumus, ideo hæc terrena non curamus.* 20

SECVNDVM OPERATIONEM. i. ἐνέργειαν. i. *efficaciam ſuam* reformabit noſtrum corpus. Ideò eum expectamus, nec alia curamus. 21

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DE CETERO. i. quod reliquum eſt. EADEM. ſ. quæ aliàs monui. PIGRVM. i. moleſtum. q. d. non piger. NECESSARIVM. Græc. *tutum.* 1

VIDETE. i. cauete. CANES. ſ. latrantes Euangelicam doctrinam. CONCISIONEM. i. circumciſionem prædicantes. 2

CIRCVMCISIO. i. ſpiritualiter, vereque circumciſi. 3

HABEAM. i. habere poſſim. CONFIDENTIAM. ſ. gloriandi. CONFIDERE. q. d. gloriari. MAGIS. ſ. poſſim. 4

ÆMVLATIONEM. i. zelum. IN LEGE. pro, ex lege. 6

LVCRA. ſ. olim. 7

VERVMTAMEN. pro, certè, vel quinetiam. EMINENTEM SCIENTIAM. i. excellentem cognitionem. DETRIMENTVM. i. iacturam. LVCRIFACIAM. i. adipiſcar. q. d. omnia propter Chriſtum reliqui. 8

MEAM. i. acquiſitam propriis viribus. IN FIDE. i. per fidem. 9

VIRTVTEM. i. potentiam. RESVRRECTIONIS. i. qua reſurrexit. SOCIETATEM. Græc. *communionem.* ſ. habendam. CONFIGVRATVS. i. conformis. 10

RESVRRECTIONEM. ſ. electorum. 11

NON QVOD, &c. q. d. ſequor, vt qui nondum acceperim perfectam cognitionem, &c. IN QVO. i. id ad quod. COMPREHENSVS. i. aſſumptus, ſeu electus. 12

VNVM. ſ. illud ago. QVÆ QVIDEM RETRO. i. præterita. PRIORA. i. à fronte, ſeu in proſpectu. 13

DESTINATVM. i. præfixum, ſeu intentum. Græc. *ſcopum.* BRAVIVM. i. præmium. IN CHRISTO. i. per Chriſtum. ſ. conſequendum. 14

PERFECTI. ſ. perfectione huius vitæ. vel q. d. perfecti putamur. HOC. ſ. vt ſequamur, quippe nondum plenè perfecti. SAPITIS. i. ſentitis. HOC. ſ. quod proximè dixi. REVELABIT. ſ. in hac, aut futura vita, permanentibus tamen in charitate: Auguſt. 2. de Baptiſmo. 15

IN EADEM, &c. q. d. in eo permaneamus. 16

NOSTRAM. Græc. *nos.* q. d. imitantes nos. 17

CONFVSIONE. i. in rebus pudendis. 19

IN CÆLIS. i. cæleſtis. 20

HVMILITATIS NOSTRÆ. i. noſtrum abiectum. CONFIGVRATVM. i. conforme. CLARITATIS SVÆ. i. ſuo glorioſo. 21

CAPVT IV.

Ad perſeuerantiam & ſpirituale gaudium, modeſtiam, preces & gratiarum actiones eos componit, pacem Dei ipſis exoptans; vtque mordicus teneant quæcumque Dei ſunt; laudans ipſos, quod per Epaphroditum neceſſaria ad ipſum miſerint.

ITaque fratres mei chariſſimi, & deſidera- 1
tiſſimi, gaudium meum, & corona mea: ſic A
ſtate in Domino, chariſſimi. * Euodiam rogo, 2
& Syntychen deprecor, idipſum ſapere in Do-
mino. * Etiam rogo & te germane compar, ad- 3
iuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euan-
gelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus
4 meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. * Gau-
dete in Domino ſemper: iterùm dico gaudete.
5 * Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus:
6 Dominus propè eſt. * Nihil ſoliciti ſitis: ſed in
B omni oratione, & obſecratione, cum gratia-
rum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud
7 Deum. * Et pax Dei, quæ exuperat omnem
ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligen-
8 tias veſtras, in Chriſto Ieſu. * De cetero fra-
tres, quæcumque ſunt vera, quæcumque pudi-
ca, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæ-
cumque amabilia, quæcumque bonæ famæ,
ſiqua virtus, ſiqua laus diſciplinæ, hæc cogita-
9 te. * Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis,
C & vidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit
10 vobiſcum. * Gauiſus ſum autem in Domino
vehementer, quoniam tandem aliquando re-
floruiſtis pro me ſentire: ſicut & ſentiebatis:
11 occupati autem eratis. * Non quaſi propter pe-
nuriam dico: ego enim didici, in quibus ſum,
12 ſufficiens eſſe. * Scio & humiliari, ſcio & abun-
dare; (vbique & in omnibus inſtitutus ſum) &
ſatiari, & eſurire; & abundare, & penuriam pa-
13 ti. * omnia poſſum in eo, qui me confortat.
14 * Verumtamen benè feciſtis, communicantes
15 tribulationi meæ. * Scitis autem & vos Philip-
D penſes, quòd in principio Euangelij, quando
profectus ſum à Macedonia, nulla mihi Eccle-
ſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi
16 vos ſoli: * quia & Theſſalonicam ſemel & bis
17 in vſum mihi miſiſtis. * Non quia quæro da-
tum, ſed requiro fructum abundantem in ra-
18 tione veſtra. * Habeo autem omnia, & abundo:
repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ
miſiſtis, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam,
19 placentem Deo. * [a] Deus autem meus impleat [a] *Rom.* 12. a. 1
omne deſiderium veſtrum, ſecundùm diuitias
20 ſuas, in gloria in Chriſto Ieſu. * Deo autem
& Patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum:
21 Amen. * Salutate omnem ſanctum in Chriſto
22 Ieſu. * Salutant vos, qui mecum ſunt, fratres. Sa-
lutant vos omnes ſancti, maximè autem qui de
23 Cæſaris domo ſunt. * Gratia Domini noſtri Ieſu
Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SIC STATE, vt cœpiſtis, in doctrina vera perſeuerantes.

2 EVODIAM. Forſan hæ duæ feminæ diſſidebant inter ſe. ideò eis pacem ſuadet, vt idem ſapiant.

3 ROGO ET TE GERMANE COMPAR. σύζυγε γνήσιε. i. *ſocie legitime.* Quidam de vxore ſua loqui Paulum putant. Verùm ipſe de vxore nuſquam meminit, nec ſi eſſet, habitaret Philippis, nec loqueretur genere maſculino. ADIVVA ILLAS, fortaſſe *Euodiam & Syntychen.* CVM CLEMENTE. An hic *Clemens Romanus?* videtur. Quorum ſunt nomina IN LIBRO VITÆ. i. in iuſtorum numero, qui electi ſunt ad vitam. Hos adiuua, ô ſocie in prædicatione, & amice.

4 GAVDETE. Id dicit propter perſecutiones.

5 MODESTIA. Eas ſ. ferte modeſtè & patienter. DOMINVS PROPE EST. ſ. vt opem ferat.

6 SED IN OMNI. ſ. negotio. ORATIONE. Paucis verbis quatuor deprecationis partes attingit, vti Baſilius alicubi notat. PETITIONES VESTRÆ INNOTESCANT APVD DEVM. Auguſtinus epiſt. 121. *Deus ſemper ſcit, ideò dicit, apud Deum innoteſcant.* ſ. exiſtentibus Angelis, vt eas offerant Deo. Tobiæ 12. verſ. 12 *Quando tu orabas, ego obtuli orationem tuam Domino.*

8 De cetero. Quod reliquum eſt, fratres, Qvæ cvmqve svnt vera. *Veritatem* vocat conſcientiæ rectitudinem. Si qva lavs disciplinæ. Vox *diſciplinæ*, Græcè non eſt, nec Syr. nec in Goth. Hæc cogitate, in his eſtote. Gaudeo quòd

10 Reflorvistis. i. repetijſtis quod facere ſolebatis. ſ. ſubſidium mihi mittere. Pro me sentire. i. ſolicitum eſſe. Cuius rei intermiſſio, veſtra culpa non accidit. Occvpati avtem. i. impediti eratis non fuit opportunum. Syr. *non fuiſtis compotes*.

11 Non qvasi propter penvriam; vt ſ. eam ſuppleretis, hæc dico. Svfficiens esse didici. i. contentus ijs quæ habeo, id eſt αὐτάρκης.

12 Scio et hvmiliari. i. famem pati. et abvndare. i. ſaturari, quod mox magis declarat.

13 Omnia possvm. ſ. hæc, famem pati & abundare.

15 Commvnicavit. i. participauit, aut negotium mecum habuit. In ratione dati. q. d. vt daret mihi aliquid, pro acceptis ſpiritualibus tẽporalia. ſic Chryſoſtomus & Theophylactus. ſed alludit ad rationaria mercatorum, in quibus quod dant & accipiunt eſt ſcriptum. Nisi vos soli, qui dediſtis mihi. Nam miſiſtis mihi bis ſubſidium

16 Thessalonicam. Laus præcipua miſiſſe Philippenſes ſubſidium etiam cum alijs prædicabat.

17 Non qvia qværo datvm, ſeu *donum*, δόμα. Non id dico, vt mihi detis, ſed vt vos ſimilibus officijs fructificetis, quod in Dei ratiouario vobis aſſignetur. Id ſignificat *in ratione veſtra*.

19 In gloria. i. in cælo. In Christo Iesv. i. per Chriſtum Ieſum. Impleat Deus quod cupitis.

22 Qvi de Cæsaris domo vos ſalutant. Magnum erat, in ea aula eſſe fideles, tum propter nobilitatem, ſed præcipuè ob vitia & improbitatem. Magnum eſt, inter improbos virtutem ſectari.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Sic. ſ. vt vt ſuprà dixi.

2 Evodiam, &c. vtrumque nomen feminæ. fortè diſcordes erant.

3 Germane compar. i. ingenue collega, ſeu ſocie. Græc. σύζυγε. quod fortè proprium nomen eſt. Illas. vel proximè dictas, vel alias, quæ iſti notæ erant

7 Modestia. Græc. τὸ ἐπιεικές. quod etiam *æquitatem*, & *moderationem* ſignificat Syr *manſuetudo*.

5 Sensvm. i. intelligentiam. Cvstodiat. Græc. & Syr. *cuſtodiet*. Intelligentias. i. mentes. In Christo. i. per Chriſtum.

8 Qvæcvmqve, &c. q. d. nonniſi vera, &c. Pvdica. i. honeſta. Sancta. Græc. *pura*. Amabilia. id eſt, digna quæ amentur. Bonæ famæ. i. laudabilia. Lavs disciplinæ. i. diſciplina digna laude.

9 Pacis. ſ. auctor.

10 In Domino. i. ſecundùm Dominum. ſ. ſpirituali gaudio. Reflorvistis, &c. q. d. reuiguit in vobis ſtudium erga me. ſ. mittant Paulo eleemoſynam. Occvpati eratis. Græc. *opportunitate carebatis*.

11 Penvriam. ſ. meam quam ſubleuaſtis. q. d. non tam gaudeo propter me, quàm propter veſtram charitatem. In qvibvs svm. i. iis quæ habeo. Svfficiens. id eſt, contentus quaſi ſufficiant.

12 Abvndare. i. rebus vti, cùm abundant.

13 In eo. i. per eam. Confortat. i. corroborat.

14 Commvnicantes. i. ſubuenientes, veſtra communicando.

15 In ratione, &c. q. d. compenſando ſpiritualia accepta, datis temporalibus.

17 Non qvia, &c. q. d. in quo non tam habeo rationem doni, quàm veſtri fructus. In ratione, &c. Græc. *in rationem veſtram*. i. commodum, vel q. d. quæ poſſit ſcribi in libro veſtro rationario. ſ. vbi ſcribuntur expenſæ & reditus.

18 Omnia. ſ. à vobis miſſa, vel quæ mihi opus ſunt. Svavitatis. i. gratum Deo.

19 Omne desiderivm. ſ. dando vobis optata. Græc *omnem indigentiam*. Gloria. ſ. æterna. In Christo. i. per Chriſtum.

21 In Christo. i. ſalutatione Chriſtiana.

23 Cvm spiritv vestro. Græc. & Syr. *cum omnibus vobis*. Amen. Græc. & Syr. additur, *Miſſa e Roma per Epaphroditum*.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

CAPVT PRIMVM.

Audita fide, charitate ac ſpe Coloſſenſium, orat pro ipſis Apoſtolus, quò in ſcientia Dei boniſque operibus perficiantur: Chriſtum Dei imaginem dicit, per quem omnia creata ſunt, & qui caput eſt Eccleſiæ, quo omnia pacificata ſunt: hortatur ergo vt immobiles in fide permaneant: ſeque dicit effectum Chriſti miniſtrum, ad prædicandum myſterium à ſæculis abſconditum, & nunc manifeſtatum.

Pavlvs Apoſtolus Ieſu Chri- 1
ſti per voluntatem Dei, & A
Timotheus frater: *eis, qui 2
ſunt Coloſſis, ſanctis, & fide-
libus fratribus in Chriſto
Ieſu. *Gratia vobis & pax à 3
Deo Patre noſtro, & Do-
mino Ieſu Chriſto. Gratias agimus Deo, & Patri
Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis
orantes: *audientes fidem veſtrã in Chriſto Ieſu, 4
& dilectionem quam habetis in ſanctos omnes,
5 *propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cælis:
quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij:
6 *quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũ-
do eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut in vobis, ex
ea die qua audiſtis, & cognouiſtis gratiam Dei
7 in veritate, *ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſi-
mo cõſeruo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis mi-
8 niſter Chriſti Ieſu, *qui etiã manifeſtauit nobis
B dilectionem veſtram in ſpiritu.* Ideò & nos ex
9 qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis
orantes, & poſtulantes vt impleamini agnitione
voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu
10 ſpiritali: *vt ambuletis dignè Deo per omnia
placentes: in omni opere bono fructificantes, &
11 creſcentes in ſcientia Dei: *in omni virtute con-
fortati ſecundùm potentiam claritatis eius, in
omni patientia & longanimitate cum gaudio,
12 *gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit

in partem ſortis ſanctorum in lumine: * qui 13
eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtu-
lit in regnum filij dilectionis ſuæ; * in quo habe- 14
mus redemptionem per ſanguinem eius, remiſ-
ſionem peccatorũ: * qui eſt imago Dei inuiſibi- 15
n Ioan.1. a.3 lis, primogenitus omnis creaturæ: * n quoniam 16
in ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, C
viſibilia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue domi-
nationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates: om-
nia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: * & ipſe eſt 17
ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. * Et ipſe 18
eſt caput corporis Eccleſiæ, n qui eſt principium,
n 1.Cor.15. e.21 Apoc.1. b.5 primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus ipſe
primatum tenens. * quia in ipſo complacuit, om- 19
nem plenitudinem inhabitare: * & per eum re- 20
conciliare omnia in ipſum, pacificans per ſan-
guinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ
in cælis ſunt. * Et vos cùm eſſetis aliquando alie- 21
nati, & inimici ſenſu in operibus malis: * nunc 22
autem reconciliauit in corpore carnis eius per
mortem, exhibere vos ſanctos, & immaculatos,
& irreprehenſibiles coram ipſo: * ſi tamen per- 23
manetis in fide fundati, & ſtabiles, & immo-
biles à ſpe Euangelij, quod audiſtis, quod præ-
dicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo D
eſt, cuius factus ſum ego Paulus miniſter. * Qui 24
nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adim-
pleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne
mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia: * cuius 25
factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſatio-
nem Dei, quæ data eſt mihi in vos, vt impleam
verbum Dei: * myſterium, quod abſconditum 26
fuit à ſæculis, & generationibus, nunc autem
manifeſtatum eſt ſanctis eius, * quibus voluit 27
Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti
huius in Gentibus, quod eſt Chriſtus, in vobis
ſpes gloriæ, * quem nos annuntiamus, corri- 28
pientes omnem hominem, & docentes omnem
hominem, in omni ſapientia, vt exhibeamus
omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.
* In quo & laboro, certando ſecundùm opera- 29
tionem eius, quam operatur in me in virtute.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVI SVNT COLOSSIS. *Coloſſa* inter oppida Phrygiæ celeberrima numerantur à Plinio lib. 5. cap. 32. ab Strabone lib. 12. vicina Laodicea, quam in Phrygia etiam eo libro Plinius ponit c. 26. Errant qui cũ Suida & alijs *Rhodios* vocari aiunt *Coloſſẽſes* à Coloſſo Solis æreo ſeptuaginta cubitorũ, qui erat in ea inſula. De quo ad calcem Ptolemæi Coſmographiæ liber de Locis & mirabilibus mũdi, c. 19. SANCTIS, ET FIDELIBVS. pro, *ſanctis.i.fidelibus.* 2

SEMPER PRO VOBIS ORANTES. pro, cùm oramus, gratias Deo agimus. 3

QVAM AVDISTIS. ſ. *quam ſpem priùs*, vt eſt Græc. *audiſtis*. IN VERBO VERITATIS EVANGELII. pro, ſ. in verbo Euangelij. Quod 5

IN VNIVERSO MVNDO EST. ſ. prædicatum, aut ſuſceptum Euangelium. 6

SICVT DIDICISTIS AB EPAPHRA. Paulus non vidit Coloſſenſes, vt cap. 2. verſ. 1. dicitur. *Epaphras* fuit eorum Apoſtolus, cui vincto Romæ cum Paulo ſucceſſit Archippus cap. 4. verſ. 12. 17. 7

DILECTIONEM VESTRAM, qua me diligitis. IN SPIRITV. i. vera & ſancta mihi manifeſtauit Epaphras. 8

ORANTES. pro, non ceſſamus orare & poſtulare. Participia pro infinitiuis. Vt ambuletis dignè, 9

CONFORTATI, ſeu *roborati*. SECVNDVM POTENTIAM CLARITATIS EIVS, ſeu *gloriæ*, δόξης. hoc eſt, ſecundùm eius potentiam glorioſam & magnam. i. vt ipſe poteſt præſtare. 11

12 GRATIAS AGENTES pro, non ceſſamus gratias agere Deo. QVI DIGNOS NOS FECIT IN PARTEM SORTIS ſeu *hereditatis* SANCTORVM, κλῆρος *ſortem* & *hereditatem* ſignificat. IN LVMINE. i. per lumen. ſ. Euangelij. Et tranſtulit in regnum

13 FILII DILECTIONIS SVÆ. id eſt, dilecti ſingulariter præ alijs omnibus Chriſti.

15 QVI EST .... PRIMOGENITVS OMNIS CREATVRÆ. Epiphanius Hæreſ. 73. hoc ſumptum putat ex illis verbis: *Dominus fecit me principium viarum in opera ſua:* Prouerb. 8. verſ. 22.

16 IN IPSO condita ſunt omnia. Græc. εἰς αὐτόν, *in ipſum*. .i. propter ipſum. Rurſus, OMNIA PER IPSVM, ET IN IPSO CREATA SVNT. pro, *in ipſum*. i. propter ipſum.

17 ET OMNIA IN IPSO CONSTANT. i. per ipſum. Eadem vox non vno modo accipi debet.

18 QVI EST PRINCIPIVM. Alludit ad Gen. initium. vbi in principio, verbo Deus fecit omnia.

19 OMNEM PLENITVDINEM. Diuinitatis ſ. & donorum habitare, placuit in ipſo. Gotth. *in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter.* Sed ſumptum eſt ex cap. 2. verſ. 9. Pacificans per eum

20 SIVE QVÆ IN TERRIS. Homines & Angelos ſignificat conciliatos eſſe Deo per mortem Filij.

21 ET INIMICI SENSV. i. mente & voluntate, διανοίᾳ, cùm vos eſſetis, reconciliauit, ſi permanetis in Euangelio, quod eſt prædicatum

23 IN VNIVERSA CREATVRA. i. vbique. Alludit ad illud Marc. 16 v. 15. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Cuius ego ſum miniſter,

24 ET ADIMPLEO EA QVÆ DESVNT. Chriſtus patitur in ſe, & in ſuis membris. Hæ poſteriores paſſiones deerant, eas ex parte adimplet Paulus ſuis afflictionibus.

25 SECVNDVM DISPENSATIONEM DEI, ordinationem, commiſſionem, poteſtatem mihi in vos datam. VT IMPLEAM. i. explicem

26 MYSTERIVM. ſ. incarnationis, redemptionis; de quo ad Rom. 16. verſ. 25. ad Epheſ. 3. verſ. 9. 2. ad Tim. 1. verſ. 10. ad Titum 1. verſ. 2. Petri 3. cap. 1. verſ. 3. Antè abſconditum, nunc MANIFESTATVM EST SANCTIS. i. fidelibus, quibus

27 DIVITIAS GLORIÆ. i. glorioſas. IN GENTIBVS. .i. in Gentium conuerſione, voluit Deus notas facere. Quod eſt Chriſtus, in quo laboro,

29 CERTANDO. Græc. ἀγωνιζόμενος. Syr. מתכשף *methcaſeph*. i. *inſtans*, ſeu *certans precibus*. Syriaci Interpres vertit, *laboro & preces auſpicor*, non ſatis ad rem. SECVNDVM OPERATIONEM EIVS ſeu *efficaciam eius* quam in me effecit. IN VIRTVTE. ſ. ſua. *ſuo auxilio*, vt Syr. vertit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AD COLOSSENSES. Populus eſt Phrygię prope Laodiceam. Inſtruit eos in fide, refellens errores quos quidam docebant, & inſtituit mores.

2 SANCTIS. ſ. profeſſione.

3 SEMPER, &c. quotieſcumque pro vobis oramus.

4 CHRISTO. pro, Chriſtum. SANCTOS. i Chriſtianos.

5 SPEM. i. rem ſperatã. ſ. præmium. VERITATIS. i. vero.

6 VNIVERSO. i. pęnè vniuerſo. q. d. maxima orbis parte. IN VERITATE. i. verè.

8 IN SPIRITV. i. ſpiritualem.

10 SCIENTIA. i. cognitione.

11 IN OMNI, &c. i. vehemẽter corroborati. CLARITATIS. Græc. *gloriæ*. i. glorioſam, ſeu illuſtrẽ. IN. pro, cum.

12 PARTEM. i. participationem. q. d. dignatus eſt nos conſortio. SORTIS. i. hereditatis. IN LVMINE. i. fidei, vel q. d. illuminando nos.

13 TENEBRARVM. i. dæmonum: Auguſt. epiſt. 107. DILECTIONIS SVÆ. pro, dilecti ſui.

14 IN QVO. i. per quem.

15 IMAGO. i. perfectiſſimè ſimilis. PRIMOGENITVS, &c. ante omnem creaturam à Deo genitus. Vide Eccli. 24.

IN

IN IPSO.i.per ipſum. ET IN IPSO. Græc. *Et in ip-* 16
ſum.i.propter ipſum.

OMNES.Syr.*omnia*.& ſic etiam Græca verti poſſunt. 17
IN IPSO CONSTANT.i.per ipſum conſiſtunt.

PRINCIPIVM. ſ. omnium. PRIMOGENITVS, &c. 18
.i.primò omnium reſuſcitatus.

COMPLACVIT. ſ. Patri. PLENITVDINEM. ſ. *gratia* 19
& veritatis, vt dicitur Ioan. 1.

IN IPSVM.pro,in ſe. i. ſibi, vel abundat, more Hebr. 20
PACIFICANS,&c. q. d. faciens pacem inter cæleſtia &
terreſtria: Auguſt.Enchir.c.61. Fecerant peccata inimi-
citias inter Angelos & homines.

INIMICI SENSV.i.hoſtili animo. 21

AVTEM.abundat. CARNIS.i.carneo. EXHIBERE. 22
.i.ad exhibendum.

SPE EVANGELII.q.d. ſperando promiſſa per Euan- 23
gelium.

PRO VOBIS.ſ.toleratis. DESVNT.ſ.patienda à Chri- 24
ſtianis, qui corporis Chriſti membra ſunt. IN CAR-
NE.q.d.expleo partem meam, vt iungatur cum *deſunt*.
quamquam & cum *adimpleo* iungi poteſt.

CVIVS.ſ.Eccleſiæ. IMPLEAM. i. plenè annuntiem. 25
vel q. d. impleam homines verbo Dei.

MYSTERIVM.ſ.vocationis gentium. 26

GLORIÆ.pro,glorioſas, ſeu glorioſi, vt ad *ſacramen-* 27
ti referatur. GENTIBVS.ſ.communicandas. vel q.d. in
gentibus impleti. SPES GLORIÆ.i. per quem gloriam
ſperatis.

CORRIPIENTES.Græc.*monentes*. IN OMNI.i. cum 28
perfecta. OMNIVM.i.totum.ſ.corpore & anima: Cle-
mens 5.Strom.

CERTANDA. ſ.contra hoſtes, & impedimenta. 29
OPERATIONEM.i.efficaciam. IN VIRTVTE.i.potenter.

CAPVT II.

*Hortatur vt caueant ne vllis aut perſuaſionibus aut im-
poſturis Philoſophorum, ſeu legem inducere volentium,
ſeducantur à Chriſti fide: per quē à peccatis, à poteſta-
te diaboli, & ab aduerſo ipſis chirographo liberati ſunt,
vt nunc legalia decreta nullo in pretio ſint habenda.*

VOlo enim vos ſcire qualem ſolicitudinem 1
habeam pro vobis, & pro iis qui ſunt Loa- A
diciæ, & quicumque non viderunt faciem
meam in carne: * vt conſolentur corda ipſorum, 2
inſtructi in charitate, & in omnes diuitias ple-
nitudinis intellectus, in agnitionem myſterij
Dei Patris & Chriſti Ieſu: * in quo ſunt omnes 3
theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. * Hoc 4
autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimita-
te ſermonum. * [a] Nam etſi corpore abſens ſum, 5
ſed ſpiritu vobiſcum ſum: gaudens, & videns
ordinem veſtrum, & firmamentum eius, quę in
Chriſto eſt, fidei veſtræ. * Sicut ergo accepiſtis 6
Ieſum Chriſtum Dominum, in ipſo ambulate,
* radicati, & ſuperædificati in ipſo, & confir- 7
mati fide, ſicut & didiciſtis, abundantes in B
illo in gratiarum actione. * Videte ne quis vos 8
decipiat per philoſophiam, & inanem falla-
ciam, ſecundùm traditionem hominum, ſe-
cundùm elementa mundi, & non ſecundùm
Chriſtum: * quia in ipſo inhabitat omnis ple- 9
nitudo diuinitatis corporaliter: * & eſtis in illo 10
repleti, qui eſt caput omnis principatus, & po-
teſtatis: * in quo & circumciſi eſtis circumci- 11
ſione non manu facta in expoliatione corporis
carnis, ſed in circumciſione Chriſti: * conſe- 12
pulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per
fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à C
mortuis. * [a] Et vos, cùm mortui eſſetis in delictis, 13
& præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cū illo,
donans vobis omnia delicta: * delens quod ad- 14
uerſus nos erat chirographum decreti, quod
erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio,
15 affigens illud cruci: * & expolians principatus,
& poteſtates, traduxit cōfidenter, palàm trium-
16 phans illos in ſemetipſo. * Nemo ergo vos iudi-
cet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut
17 neomeniæ, aut ſabbatorum: * quæ ſunt vmbra
18 futurorum: corpus autem Chriſti. * [a] Nemo
D vos ſeducat, volens in humilitate, & religione
angelorum, quę non vidit ambulans, fruſtrà in-
19 flatus ſenſu carnis ſuæ, * & non tenens caput, ex
quo totum corpus, per nexus & coniunctiones
ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in aug-
20 mentum Dei. * Si ergo mortui eſtis cum Chriſto
ab elementis huius mundi: quid adhuc tam-
21 quam viuentes in mundo decernitis? * Ne teti-
geritis, neque guſtaueritis, neque contrectaue-
22 ritis: * quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſe-
23 cundùm præcepta & doctrinas hominum. * quæ
ſunt rationē quidem habentia ſapiētiæ in ſuper-
ſtitione, & humilitate, & non ad parcendū cor-
pori, non in honore aliquo ad ſaturitatē carnis.

[a] 1.Cor.5.a.3

[a] Ephes.2.a.1

[a] Mat.24.a.4

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VOLO ENIM VOS SCIRE, QVALEM SOLICITVDI-
NEM. ἀγῶνα, *certamen*, ſed ſumitur aliquando pro
ἀγωνίᾳ. HABEAM PRO VOBIS. ET PRO IIS QVI SVNT
LAODICIÆ. Erat vicina Coloſſis, & eadem dogmata &
vitia vtrobique. ET QVICVMQVE NON VIDERVNT
.... IN CARNE. Non prædicauit illis, nec Laodicenſibus.

2 VT CONSOLENTVR CORDA IPSORVM. Id ſ. curo, &
ſumitur paſſiuè. ſ. vt conſolationem accipiant. IN-
STRVCTI. pro, & ſint inſtructi. IN AGNITIONEM
MYSTERII. Hoc *myſterium* ſiue arcanum eſt reconcilia-
tio mundi per crucem Chriſti. Nemo vos ſeducat

4 IN SVBLIMITATE SERMONVM. πιθανολογίᾳ, *veriſi-
militudine*, ſeu artificio dicendi. Gaudeo videns,

5 FIRMAMENTVM EIVS, ſtabilitatem, conſtantiam fi-
dei veſtræ. Et eſtis

7 ABVNDANTES IN ILLO. Græc. ἐν αὐτῇ, *in illa*. ſ. fide.
Noſter legit ἐν αὐτῷ, & melius cohæret. Ergo abundan-
tes in Chriſto. ſ. bonis operibus. IN. pro, *cum gratia-
rum actione*. Ne quis vos ſeducat

8 PER PHILOSOPHIAM. Aliqui Philoſophi, fortaſſe
Platonici, verſabantur ibi, qui inter alia Angelos colen-
dos vt deos docebant; de quo mox. Hos vitandos mo-
net. Clemens Strom. 1. ait non loqui Paulum de omni
philoſophia, ſed de Epicurea. SECVNDVM ELEMEN-
TA. Alphabetum i. puerilia, ſic vocat philoſophiam, aut
etiam legem, qua Deus homines inſtruxit. ET NON
SECVNDVM CHRISTVM, in quo eſt Diuinitas

9 CORPORALITER i. non, vt in vmbra, qualis erat lex,
ſed verè & ſubſtantialiter: Auguſtinus epiſt. 59. Ita
corpus hîc non ſumitur, vt ab ſpiritu diſtinguitur, ſed
vt opponitur vmbræ & figuræ.

10 ET ESTIS IN ILLO. i. per illum, eius meritis. RE-
PLETI, ſ. donis. Circumciſi non legali circumciſione.

11 ET EXPOLIATIONE CORPORIS CARNIS. i. præputij
carnis corporalis, aut corporis carnalis. Græc *in expo-
liatione corporis peccatorum carnis*, falſò, vt puto. *Sed*
Græc. non eſt, nec in Louan. & Vulgata Reg. vitiosè
haud dubium: nam ſine illa, ſententia non conſtat, eſt-
que ἀλλά. i. *ſed*, in Veleſij margine. Sed in Chriſti cir-
cumciſione.

12 PER FIDEM OPERATIONIS, *energiæ*. Credendo er-
go efficaciam, qua Deus Chriſtum ſuſcitauit, & vos à
peccato reſurrexiſtis. Hæc eſt Chriſti circumciſio. Do-
nauitque omnia delicta,

14 DELENS .... CHIROGRAPHVM, quo morti addicti
eramus ob peccatum Adæ. DECRETI. ſ. tunc à Deo
promulgati. Græcè, *decretis*. ſ. vetus chirographum
nouis Euangelij decretis deleuit. AFFIGENS. Vt in-
utiles, vt crucis pretio ſoluto debito, cruci affixit, vt vi-

dentes chirographum, ſimul factam ſolutionem viderent.

Principatvs.i.dæmones. Tradvxit, inſamauit. 15
In ſemetipso.i.per ſemetipſum, ſua virtute.ſ.triumphauit de illis, eoſque produxit vt captiuos in pompa triumphali.

Nemo ergo vos ivdicet.i.condemnet, quaſi vetitos cibos comedatis. Avt in parte diei festi. 16
.i.partitione vt Syr. i. deſignatione feſtorum. Initio anni, computi ratione nondum ſatis conſtituta, dies feſtos & negotioſos partiebantur, deſignabant. Faciebant id noſtri ex Concilio Toletano IV. decret. 4. quoad Feſta conceptiua. De quo extant triginta Cyrilli Homiliæ, ex eo feſtiua dictæ, quas nos olim Latinas fecimus è Græcis. Hoc contra Iudæos, mox contra Philoſophos. Nemo vos ſeducat

In hvmilitate.i.humili & ſordida doctrina. Et religione Angelorvm. Plato ex Auguſtino 8. de Ciuitate Dei, cap. 12. deos quoſdam ponebat medios. hos Platonici latriâ colendos diſputabant. contra hos Paulus loquitur, & Concilium Laodic. cap. 35 *Non oportet Christianos derelicta Eccleſia abire, & ad Angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere.* Non legas *ad angulos*, ſed *ad Angelos*, vt ex Theodoreto conſtat, qui hunc Canonem hic citat. Ex quo intelligitur, in ea Phrygiæ regione, vbi Coloſſenſes & Laodiceni erant, viguiſſe hoc malum & labem, multaque ex eo Oratoria D. Michaeli conſtituta manſiſſe diu in ijs regionibus, idem Theodoretus ait, quæ euertenda Patres eo decreto cenſuerunt. Nos *Angelos* non colimus vt deos. Qvæ non vidit ambvlans, ἐμβατεύων, id eſt, pomposè, & quaſi cothurnatus incedens in ijs quæ ignorat. Inflatvs sensv, ſeu intelligentia carnis. quod caro ſuggerit, non aliud intelligit. 18

Et non tenens capvt.i.Chriſtum, in eo non credens. Ex quo corpus Eccleſiæ crescit in avgmentvm Dei.i.creſcit incremento Dei.ſ.ſancto. 19

Mortvi estis cvm Christo.ſ. per Baptiſmum. 20
Ab elementis.i.relicto alphabeto mundi, qualis eſt lex & philoſophia puerilis. Cur ergo legem ſeruare vultis, dicentes:

Neqve contrectaveritis. i. tetigeritis, quaſi 21
ipſo attactu immundi ſint.

Qvæ svnt omnia in interitvm ipso vsv, ſiue 22
ab vſu. Sic illi dicebant, noxium eſſe illa facere; idque verba ſequentia ſignificant: Secvndvm præcepta et doctrinas hominvm.

In svperstitione. q. d. quæ ſapientiæ ſpecie ſunt 23
ſuperſtitioſa, humilia & ſordida. Et non ad parcendvm corpori.q.d.in qua obſeruatione, nec parcunt corpori, nec illud honorant, nec illud ſatiant. Ita nec voluptatem, nec honorem, nec vtilitatem parit ea obſeruatio. Ea eſt ſententia: verba enim ſatis implicita ſunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Non vidervnt. Negant quidam hinc colligi, 1
Paulum non vidiſſe Coloſſenſes, aut Laodicenſes. eſſe enim ſenſum, imò & pro iis etiam, quos numquam viderim.

Instrvcti. pro, inſtructa, vel q. d. per inſtructio- 2
nem.i. perfectionem. Omnes, &c. pro, omnibus, &c. Plenitvdinis.i plenæ cognitionis.ſ per fidem.

In qvo.ſ.Chriſto. 3

Hoc avtem, &c. Oſtendit ſuam ſolicitudinem pro 4
illis. Svblimitate.i.eloquentia. Græc. *perſuaſibilitate*, ſeu *probabilitate*.

Firmamentvm. i.ſoliditatem. Christo. pro, 5
Chriſtum.

In ipso ambvlate. i. ſecundùm eius voluntatem 6
agite, ſeu conuerſamini.

In illo. Græc. *in ea*.ſ.fide. 7

Et inanem. Explicat quam philoſophiam impro- 8
bat.ſ.inanem, ac decipientē. Hominvm.ſ.errantium. Elementa.i rudimenta, vel legales obſeruationes intelligit. Vide infrà.

9 Plenitvdo, &c.i. plena Deitas. Corporaliter. .i.eſſentialiter: Cyrill. 2. de Recta fide.i. in corpore eius, vt in templo ſingulari modo: Auguſt. epiſt 57.

10 In illo.i. per illū. Repleti. ſ. donis ſpiritualibus.

11 In qvo.i. per quem. Carnis. pro, carnei. Christi.i.ſecundùm Chriſti fidem.

12 In qvo.i. cum quo, vel per quem.

13 •Donans.i.remittens.

14 Chirographvm. Metaphora eſt ab iis qui debent per chirographum, quod laceratur cùm ſoluitur debitum, vel remittitur. Decreti. Græc. *decretis*.ſ.decreta Dei quæ non ſeruabamus, debitores nos faciebant.

15 Expolians.ſ. dominio in homines. Principatvs. ſ.dæmonum. Tradvxit. i. oſtentauit, more triumphantium. Confidenter, palam. Vnam vocē Græcam duabus reddidit: vtrumque enim ſignificat. In semetipso. i. ſua virtute, ſeu in paſſione ſua, & reſurrectione.

16 Ivdicet.i.condemnet. In cibo, &c. q. d. velut non obſeruantes legis veteris cærimonias. Parte. i. negotio. q. d. in obſeruatione.

17 Corpvs, &c.i.adimpletio, ſeu veritas figurarum, per Chriſtum exhibita.

18 Hvmilitate.ſ.ficta. Religione.i.cultu. Angelorvm.ſ.colebant quidā Angelos ſuperſtitiosè. Qvæ. pro, in iis quæ. Sensv carnis. i. prudentia carnali.

19 Tenens.i. per fidem, & vnionem. Svbministratvm.i ſpiritus ſubminiſtrationem accipiens. Dei. id eſt, diuinum, ſeu ſecundùm Deum.

20 Ab elementis. i. legalibus obſeruationibus, quæ conſtant rebus materialibus.ſ.ſoluti. Mvndo. i. his mundanis obſeruationibus. Decernitis.i.ſtatuitis, dicendo ſ. quod ſequitur.

21 Tetigeritis.ſ. Lege prohibita.

22 Ipso vsv.i. vtentibus.ſ. ſi credat illa ad ſalutem neceſſaria, vel q. d. ipſo vſu intereunt, ſeu eſſe deſinunt. Hominvm.ſ.errantium.

23 Rationem. i. ſpeciem. In. pro, ſed in. q. d. at ſunt ſuperſtitioſa. Hvmilitate.ſ.apparēti. Non ad. pro, ad non. q. d. macerando corpus. Non in honore, &c. q. d. non indulgendo & ſatiando, ſed cogēdo abſtinere.

CAPVT III.

In moribus eos informat, vt exuto veteri homine cum actibus ſuis, quos hic explicat, nouum induant; in quo non eſt diſtinctio nationis aut conditionis; aſſumantque virtutes, ac variis modis Deum laudent, cuncta ad ipſum referentes: docet deinde quomodo ſe habere debeant vxores & mariti, filij & patres, ſerui ac domini.

1 IGitur, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, *quæ
A ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dexte-
2 ra Dei ſedens: *quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ
3 ſuper terram. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra
4 eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. * Cùm
Chriſtus apparuerit, vita veſtra; tunc & vos
5 apparebitis cum ipſo in gloria. *" Mortifica- "Epheſ.5.
te ergo membra veſtra, quæ ſunt ſuper ter- a.3
ram: fornicationem, immunditiam, libidinem,
concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt
6 ſimulacrorum ſeruitus: * propter quæ venit ira
7 Dei ſuper filios incredulitatis: * in quibus &
vos ambulaſtis aliquando, cùm viueretis in illis.
8 *" Nunc autem deponite & vos omnia; iram, "Rom.6.
B indignationem, malitiam, blaſphemiam, tur- a.4
9 pem ſermonem de ore veſtro. * Nolite mentiri Epheſ.4.
inuicem, expoliantes vos veterem hominem c.23 Hebr.12.
10 cum actibus ſuis, *& induentes nouum, eum qui a.1
renouatur in agnitionem, ſecundùm imaginem 1.Pet.2.
11 eius qui creauit illum. * vbi non eſt Gentilis, & a.1.& 4. a.2
Iudæus, circumciſio, & præputium, Barbarus,
& Scytha, ſeruus, & liber: ſed omnia, & in om-
12 nibus Chriſtus. *" Induite vos ergo ſicut electi "Epheſ.6. b.12

Dei,

Dei,ſancti,& dilecti,viſcera miſericordiæ, beni-
gnitatem,humilitatem,modeſtiam,patientiam:
ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmet- 13
ipſis,ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam:ſic- C
ut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super 14
omnia autem hæc, charitatẽ habete, quod eſt
vinculum perfectionis: & pax Chriſti exultet in 15
cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno
corpore: & grati eſtote. Verbũ Chriſti habitet 16
in vobis abundanter, in omni ſapientia, docen-
tes,& commonẽtes voſmetipſos, pſalmis,hym-
nis,& canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes
2.Cor.10.b.31 in cordibus veſtris Deo. Omne quodcumque 17
facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine
Domini Ieſu Chriſti,gratias agentes Deo & Pa-
Epheſ.5.e.22 1.Pet.3.a.1 tri per ipſũ. Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſic- 18
ut oportet, in Domino. Viri diligite vxores 19
veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Filij obe- 20
Epheſ.6.a.1 dite parentibus per omnia: hoc enim placitum D
Epheſ.6.a.4 est in Domino. Patres, nolite ad indignatio- 21
nem prouocare filios veſtros,vt non puſillo ani-
Tit.2.c.9. 1.Pet.2.c.18 mo fiant. Serui obedite per omnia dominis car- 22
nalibus, non ad oculum ſeruientes,quaſi homi-
nibus placẽtes,ſed in ſimplicitate cordis,timen-
tes Deum. Quodcumq; facitis, ex animo ope- 23
ramini, ſicut Domino, & non hominibus:
ſcientes quòd à Domino accipietis retributio- 24
Rom.2.b.11 nem hereditatis. Domino Chriſto ſeruite. qui 25
enim iniuriam facit,recipiet id quod iniquè geſ-
ſit: & non eſt perſonarũ acceptio apud Deum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

IGITVR, SI CONSVRREXISTIS. Infert quæ dicturus 1
eſt ex illo, *mortui eſtis cum Chriſto*. Et particula *ſi* non
eſt dubitantis, ſed aſſerentis. q. d. quando conſurrexi-
ſtis,cæleſtia quærite vbi Chriſtus eſt, IN DEXTERA DEI
SEDENS. Æqualis eſt maieſtatis.

QVÆ SVRSVM SVNT. Quæ ſit veri Philoſophi oc- 2
cupatio,quæ ſtudia, Eſpencæus multa lib.6. de Conti-
nent. Appendice vltimo ex Platone in Theoctęto,
& 7.de Rep.atque ex Porphyrio,1.& 2.de Abſtinentia.
Ergo,*quæ ſurſum ſunt ſapite*. i. veram pietatem & ſan-
ctitatem colite.

MORTVI ENIM ESTIS quoad veterem hominem. 3
ET VITA VESTRA EST ABSCONDITA, quia ſpiritualis
non videtur modò, apparebit ſuo tempore. Nunc in-
glorij eſtis, merces futura non videtur. Mortificate vi-
tia,auaritiam,

QVÆ EST SIMVLACRORVM SERVITVS.pro,& quę 5
eſt; vt ſit nouum vitium, vt ad Galat 3.verſ.19. De quo
ad Epheſ.5.verſ.3.quod ſatis eſt diximus. Propter quę
vitia venit ira Dei

SVPER FILIOS,aut *in filios*, vt Syr. & Goth. IN- 6
CREDVLITATIS, ſiue *inobedientiæ*. ἀπειθεία vtrumque
ſignificat,*filios incredulitatis*,*inobedientiæ*, perinde eſt,
atque homines incredulos, inobedientes. Induite no-
uum hominem

QVI RENOVATVR IN AGNITIONEM.i per agnitio- 10
nem. SECVNDVM IMAGINEM κατ' εἰκόνα. i. *per ima-
ginem ſui conditoris renouatur*. ſic Syr. Porrò hæc ima-
go eſt recta & integra cordis reformatio, in qua, vt in
ſpeculo lucet bonitas & ſapientia Dei.

VBI NON EST GENTILIS. Apud quem,nempe Deum. 11
Græc. *Græcus*, ſed hic ſumitur pro *Gentili*, vt noſter
poſuit. Quo loco diſputari poſſet de ſtatutis, quæ ab
honoribus expellunt ex Iudæorum ſanguine natos. Ve-
rùm de re tanta ſilere præſtat, quàm pauca dicere,
& multa in vtramque partem in vulgus prodierunt.
Pro illis afferũt c.46 Concilij Toletan.IV. Alfonſi Sa-
pientis Legem,ſeu Diploma,quo Toletanis dat,ne quis
ex eo ſanguine in ea vrbe officium publicum, aut Sa-
cerdotium obtineret, innouatum Petro Sarmento eius
vrbis Præto.e anno 1449 De quo in noſtris Annalibus
Hiſp.lib.22.cap. 8. Qui contrà tendunt, Alexandrum
Magnum aiunt (vnde?) cùm in caſtris alios Græcos,
alios barbaros cenſeri comperiſſet, indignatum dixiſ-
ſe: *At ego tantum bonos & malos agnoſco*. Afferunt
etiam Alexandrum III. Gregorium IX (vellem citarent
loca) Nicolaum V. Toletanum ſtatutum improbaſſe.
Notum eſt ſanxiſſe Paulum III.quoad templi Toletani
ſacerdotia.Hæc dixiſſe ſufficiat. SED OMNIA, ET IN
OMNIBVS.i.Chriſtus in omnibus ſupplet omnia,genus
& alia. Tunc Paulo ſatis erat aliquem eſſe Chriſtia-
num, vt eum amplecteretur. Sed tempora & mores
commutantur.

15 IN VNO CORPORE. pro, in vnum corpus. ſ. Eccleſię
vocati eſtis. ET GRATI ESTOTE.ſ.Deo & alijs.Gręc.
εὐχάριστοι.Ex qua voce noſter Franc.Turrianus Tract.1.
de Euchariſtia, putat hic Paulum agere de eo Sacra-
mento.q. d. Euchariſtiam ſumite. Quod nec proba-
mus nec reijcimus.

16 DOCENTES,ſ. eſtote vos ipſos. IN GRATIA.
i.cum gratiarum actione,aut ſuauiter cantantes.

17 IN NOMINE DOMINI IESV CHRISTI. ſupple, *faci-
te*,vti multi codices Latini, & Goth.& Syr. habent.
Serui obedite,

22 NON AD OCVLVM SERVIENTES.i illis tantùm præ-
ſentibus & videntibus ſ.heris.

23 EX ANIMO OPERAMINI. Syr. *ex tota anima veſtra*.
i.libenter, non coacti.

25 QVI ENIM INIVRIAM FACIT. Græc. *qui autem
iniuſte egerit*, ſiue *peccauerit*, *non obſeruans*. ſ. quæ
præcepi, dabit pœnas. Si noſtram litteram ſequimur,
ſenſus erit;Qui iniuriam fecerit, ſiue herus auſteritate,
ſiue ſeruus non obediendo puniețur, prout ſe geſſit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONSVRREXISTIS.ſ.in nouam vitam.
2 SAPITE.i.curate, ſeu cogitate,vel magnifacite.
SVPER TERRAM.i.terrena.
3 IN DEO.i.apud Deum.
4 VESTRA.Græc.& Syr.*noſtra*.
5 FORNICATIONEM. ſ. ne committatis. IMMVNDI-
TIAM.i.impudicitiam, ſeu peccatum contra naturam.
LIBIDINEM.ſ. ceteras luxuriæ ſpecies. MALAM.pro,
mali. SERVITVS.i.cultus.
6 VENIT. i. ſolet venire, vel pro,veniet. INCREDVLI-
TATIS.i.incredulos. Eph. 5. vertit idem verbum, *diffi-
dentiæ*. Syr.*inobedientiæ*.
7 QVIBVS.ſ.vitiis.
8 OMNIA.ſ.vitia. BLASPHEMIAM.i. maledi-
centiam.
9 INVICEM. i.alter alteri. VETEREM.i. carnalem.
10 IN.pro,per.
11 OMNIA.ſ.vnum ſunt in Chriſto. CHRISTVS. ſ. eſt
qui eos in ſe vnit.
12 INDVITE, &c. oſtendit quæ ſint opera noui hominis.
13 DONANTES,&c. i.condonantes inter vos.ſ.alij aliis.
14 VINCVLVM PERFECTIONIS. i. perfectè vniens inter
ſe fideles;vel,in ſe colligens omnem virtutem.
15 EXVLTET. i. faciat vos exultare. QVA. pro, quam.
CORPORE.ſ.Eccleſiæ. GRATI.ſ.in Deum.
16 VERBVM. i.doctrina. VOSMETIPSOS. i. alij alios;
vel,voſipſi. IN GRATIA.i.cum gratiarum actione.
18 IN DOMINO.i. in iis quæ Deus vult, ſeu rebus ho-
neſtis.
19 AD.pro,erga.
20 PER OMNIA.i.in omnibus, ſeu perfectè. IN DO-
MINO.Græc.*Domino*.
21 PVSILLO.i deiecto.
22 SIMPLICITATE.i.ſinceritate.
23 SICVT.i.tamquam.
24 DOMINO.pro,tamquam Domino.Græc.& Syr. *Do-
mino enim Chriſto ſeruitis*.
25 ENIM.pro,autem. ID.pro,ſecundùm id. ET NON.
pro,quia non. ACCEPTIO.i.reſpectus.

CAPVT IV.

Pro ſe cupit ipſos precari, & cautè ac diſcretè cum infidelibus conuerſari: mittitque qui manifeſtent eis quæ apud ipſum agantur, & variorum ſalutationem adſcribit, cupiens vt & hæc & ſimiliter Laodicenſium Epiſtola apud vtramque legatur Eccleſiam.

DOmini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis 1
præſtate: ſcientes quòd & vos Dominum A
[Luc.18. a.1] habetis in cælo.* Orationi inſtate, vigilantes in 2
[1. Theſſ. 5. d.17] ea in gratiarũ actione:* orantes ſimul & pro no- 3
[Epheſ.6. c.18] bis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad
[2. Theſſ. 3. a.1] loquendum myſterium Chriſti (propter quod
etiam vinctus ſum) * vt manifeſtem illud ita vt 4
[Epheſ. 5. d.15] oportet me loqui. * In ſapientia ambulate ad 5
eos qui foris ſunt; tempus redimentes. * Sermo 6
veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis B
quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere.
* Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet 7
Tychicus, chariſſimus frater, & fidelis mini-
ſter, & conſeruus in Domino: * quem miſi ad 8
vos ad hoc ipſum, vt cognoſcat quæ circa vos
ſunt, & conſoletur corda veſtra, * cum Oneſimo 9
chariſſimo, & fideli fratre, qui ex vobis eſt. Om-
nia, quæ hîc aguntur, nota facient vobis. * Sa- 10
lutat vos Ariſtarchus cõcaptiuus meus, & Mar- C
cus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis
mandata: ſi venerit ad vos, excipite illum: * & 11
Ieſus, qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex circumci-
ſione: hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei,
qui mihi fuerunt ſolatio. * Salutat vos Epaphras, 12
qui ex vobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſoli-
citus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti,
& pleni in omni voluntate Dei. * Teſtimonium 13
enim illi perhibeo, quod habet multum labo-
rem pro vobis, & pro iis qui ſunt Laodiciæ, & D
[2. Tim.4. a.1] qui Hierapoli. * Salutat vos * Lucas medicus 14
chariſſimus, & Demas. * Salutate fratres, qui 15
Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo eius
eſt, Eccleſiam. * Et cùm lecta fuerit apud vos 16
epiſtola hæc, facite vt & in Laodicenſium Ec-
cleſia legatur: & eam, quæ Laodicenſium eſt,
vos legatis. * Et dicite Archippo: Vide miniſte- 17
rium, quod accepiſti in Domino, vt illud im-
pleas. * Salutatio, mea manu Pauli. Memores 18
eſtote vinculorum meorum. Gratia vobiſcum.
Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VT DEVS APERIAT NOBIS OSTIVM SERMONIS, orate. i. occaſionem offerat liberè docendi. MYSTERIVM. Sic Euangelium vocatur, quia occultum, niſi quibus Deus id reuelat. 3

IN SAPIENTIA. i. cautè cum infidelibus agite, aut parum. TEMPVS REDIMENTES. illud benè collocantes, vt ad Epheſ. 5. verſ. 16. Aut captantes opportunitatem cum illis agendi, eos conuertendi. 5

SALE. i. prudentia & gratia ſermo ſit conditus. 6

QVI EX VOBIS EST. ſ. Oneſimus qui erat Coloſſenſis. Fuerat is Oneſimus Philemonis ſeruus. 9

DE QVO ACCEPISTIS MANDATA. i. ſcripſi vobis de eo. ſ. Marco Barnabæ conſobrino. 10

QVI SVNT EX CIRCVMCISIONE. i. ex Iudæis facti Chriſtiani. IN REGNO DEI. i. Euangelio ſunt adiutores mei. 11

EPAPHRAS, QVI EX VOBIS EST. Fuerat eorum Apoſtolus & Doctor cap. 1. verſ. 7. PLENI IN OMNI. ibi pone comma. i. in omni negotio. Gotth. *in omnibus*. VOLVNTATE DEI. i. vt voluntatem Dei impleatis. 12

ET QVI HIERAPOLI. Coloſſæ, Laodicea, & Hierapolis erant vrbes præcipuæ Phrygiæ, quæ paulo poſt hoc tempus terræmotu conciderunt, vt ſcribit Oroſius. 13

14 ET DEMAS. Hic poſteà deſeruit Paulum 2. ad Timoth. 4. verſ. 10. an & fidem?

15 ET NYMPHAM. Vir erat. id indicat pronomen *eius*, ibi, IN DOMO EIVS EST, quod Græcè eſt maſculinum.

16 ET EAM, QVÆ LAODICENSIVM EST. Græc. τὴν ἐκ Λαοδικείας, *quæ ex Laodicea*. Sic Chryſoſtomus & Theophylactus legunt. Syr. *eam, quæ ſcripta eſt ex Laodicea*. Veleſius ſic, καὶ ἡ ἐκ Λαοδικείας ὑμῖν ἀναγινώσκεται, *& quæ Laodicenſium, vobis legatur*. ſic noſter Græca legit. Illud Λαοδικείας, per genitiuum vertit. De hac Epiſtola magna eſt concertatio. Nos quæ in Gotth. miræ antiquitatis codice eſt, ſtatim poſt Epiſtolam ad Coloſſenſes ſubijciemus, cum noſtra de re tota, cenſura.

17 ET DICITO ARCHIPPO. Hic in Epaphræ locum ſucceſſerat Doctor eius genus. Quid? VIDE MINISTERIVM. Fortè ſegnis erat.

18 GRATIA VOBISCVM. Sic Græcè & Syr. Gotth. *Gratia Dei vobiſcum*. Quidam codices Latini & Græci, *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 INSTATE. i. inſtantes attendite.

3 APERIET NOBIS OSTIVM. i auferet impedimenta.

4 LOQVI. pro, loquendo.

5 IN SAPIENTIA. i. ſapienter, ſeu prudenter. FORIS SVNT. i. Gentiles. TEMPVS REDIMENTES. i. temporis opportunitate vtentes ad benè agendum.

6 IN GRATIA. i. gratus, ſeu vtilis. SALE. i. prudentia. SCIATIS. i. appareat vos ſcire.

7 IN DOMINO. i. in rebus Domini.

9 EX VOBIS EST. i. Coloſſenſis.

10 MARCVS. ſ. Euangeliſta, qui & *Ioannes*, ſecundùm quoſdam. Vide Act. 12. DE QVO. ſ. Barnaba, vel Marco. MANDATA. ſ. illum humaniter tractandi.

11 EX CIRCVMCISIONE. i. Iudæi. SOLI. ſ. ex Iudæis. ADIVTORES. ſ. domeſtici. REGNO DEI. ſ. diuulgando.

12 PERFECTI, ET PLENI. i. plenè perfecti.

13 LABOREM. Græc. *Zelum*, ſeu *ſtudium*.

15 NYMPHAM. Nomen viri.

16 LAODICENSIVM. Græc. *ex Laodicea*. ſ. ad Paulum miſſa. Quidam tamen putant ſignificari Pauli Epiſtolam ad Laodicenſes, quæ non extet; vel priorem ad Timotheum.

17 ARCHIPPO. ſ. Epiſcopo. IN DOMINO. i. Dei Eccleſia, ſeu Domini loco. IMPLEAS. i. perfectè adminiſtres.

18 AMEN. Græcè additur, *Scripta è Roma per Tychicum & Oneſimum*.

EPISTOLA AD LAODICENSES.

PAVLVS (*Apoſtolus*) *non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Chriſtum Ieſum, fratribus qui ſunt Laodicæ, gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias ago Chriſto per omnem orationem meam, quòd permanentes eſtis in eo, & perſeuerantes, promiſſa expectantes in die iudicij. Neque diſturbat vos quorumdam vaniloquentia inſimulantium, vt (vos) auertant à veritate Euangelij, quod à me prædicatur. Et nunc faciet Deus, vt qui ſunt ex me, perueniant ad profectum veritatis Euangelij, deſeruientes, & benignitatem operum facientes, quæ (ſunt) ſalutis vitæ æternæ. Et nũc palàm ſunt vincula mea, quæ patior in Chriſto; in quibus lætor & gaudeo: & hoc mihi eſt ad ſalutẽ perpetuam. Quod ipſum factum eſt orationibus veſtris, adminiſtrante Spiritu ſancto, ſiue per vitam, ſiue per mortem. Etenim mihi viuere vita in Chriſto, & mori gaudium. Ipſe in vobis faciat miſericordia ſua, vt eamdem dilectionem habeatis, & ſi-*

tis vnanimes. Ergo dilectiſſimi, vt audiſtis præſentia mei, ita ſentite & facite cum timore Dei: & erit vobis vita in æternum (eſt enim Deus qui operatur in vobis) & facite ſine tractu quodcumque facitis, & quod (optimum) eſt, dilectiſſimi. gaudete in Chriſto: & præcauete ſordidos in lucro homines. Sint petitiones veſtræ palàm apud Deum. Et eſtote firmi in ſenſu Chriſti. Et quæ integra ſunt & vera, & pudica, & iuſta, & amabilia ſunt, facite: & quæ audiſtis & accepiſtis, in corde retinete: & erit vobis pax. Salutant vos ſancti. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Et facite legi Coloſſenſium vobis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HANC Epiſtolam in codice Bibliorum Gothico inuenimus miræ antiquitatis & fidei, vbi Apocrypha nulla, non Manaſſis oratio, nec tertius & quartus Eſdræ libri. Pſalmi ex ipſa Hieronymi verſione. Nec mouet, quod Epiphanius affert lib. 1. Tom. 3 Marcionis nomine ex Epiſtola ad Laodicenſes, *vnus Dominus, vna fides.* nam Marcion Epiſtolam ad Epheſios vbi illa verba ſunt, putauit ad Loadicenſes miſſam, vt colligitur ex Tertulliano lib. 5. cõtra Marcionem c. 11. & 17. Philaſtrius cap 89. Epiſtolæ ad Laodicenſes meminit, quam in Eccleſijs ait non legi. Neque id mouet, quoniam in ea Epiſtola quaſdam ambiguas ſententias contineri ait In hac nihil ambiguum, omnia conſona pietati. Hieronymus in Catalogo, in Paulo. *Legunt*, inquit, *quidam & ad Laodicenſes Epiſtolam, ſed ab omnibus exploditur.* Theodoretus ad Coloſſenſ. 4. fictam ad Laodicenſes Epiſtolam proferri ait. Verùm, an de hac noſtra Epiſtola, an de alia eodem titulo loquantur, incertum. Chryſoſtomus & Theodoretus ad Coloſſ. 4. Paulũ eo loco non de Epiſtola ad Laodicenſes ab ipſo miſſa loqui putant, ſed de ea, quam Laodicenſes ſcripſere ad Paulum. De quo eo loco eſt dictum. Mouet magis tum Baronius Cardinalis anno Chriſti 60. tum Sixtus Senenſis 2. lib. in Paulo, alter producta hac Epiſtola, alter de ea loquens; eam ſuggillant viri doctiſſimi. A quorum cenſura recedere nolim. Sed Paulum plures alias Epiſtolas, præter eas quæ ſunt in canone, ſcripſiſſe, dubium non eſt. Ex illis hanc conſeruatam, propter mentionem quæ de ea fit in Epiſtola ad Coloſſ. ſuſpicabar: nam ſtylus cum Pauli ſtylo conſentit, verba omnia pietatem redolent. Iniqui iudices aduerſus nos ſimus, ſi tantæ antiquitati fidem detrahamus. Porrò in noſtro codice hæc Epiſtola poſt Epiſtolam ad Coloſſ. ſequitur. In ea pauca, quæ in noſtra deeſſe viſa ſunt ex Sixti exemplari ſuppleuimus, ſed lineis omnia notata. Plura non addimus.

EPISTOLA
BEATI PAVLI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Theſſalonicenſes commendat, actis Deo gratiis, quòd ſuſceptam ſemel fidem ſeruauerint, Pauli, imò ipſius Domini imitatores effecti, ac forma reliquis credentibus, palam oſtendentes, quem apud ipſos fructum, Pauli prædicatio habuerit.

PAVLVS, & Siluanus, & Ti- 1
motheus, Eccleſiæ Theſſa- A
lonicenſium, in Deo Patre,
& Domino Ieſu Chriſto.
*Gratia vobis, & pax. Gra- 2
tias agimus Deo ſemper pro
omnibus vobis, memo- B
riam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine
intermiſſione, * memores operis fidei veſtræ, & 3
laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum & patrem no-
ſtrum: *ſcientes fratres, dilecti à Deo, electionẽ 4
veſtram: * quia Euangelium noſtrum non fuit 5
ad vos in ſermone tantùm, ſed & in virtute, & C
in Spiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicut
ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. * Et 6
vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, exci-
pientes verbũ in tribulatione multa, cum gau-
dio Spiritus ſancti: * ita vt facti ſitis forma om- 7
nibus credentibus in Macedonia, & in Achaia.
*A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini, nõ 8
ſolùm in Macedonia, & in Achaia, ſed & in
omni loco fides veſtra, quæ eſt ad Deum, pro- D
fecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quidquam
loqui. * Ipſi enim de nobis annuntiant qualem 9
introitũ habuerimus ad vos: & quomodo con-
uerſi eſtis ad Deum à ſimulacris, ſeruire Deo vi-
10 uo, & vero, * & expectare Filium eius de cælis
(quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit
nos ab ira ventura.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ET SILVANVS. De hoc fit mentio 2. ad Corinth. 1. v. 19. A quibuſdam creditur eſſe *Silas*, de quo in Actis Apoſtolorum ſæpè. ECCLESIÆ THESSALONICENSIVM. *Theſſalonica* Macedoniæ vrbs primaria, hoc etiam tempore frequens & nobilis commercio *Salonica* vocatur.

2 GRATIA VOBIS, ET PAX. Græcè additur, *à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto* ſed ſuperfluit. Syr. non eſt, & Veleſius obelo id notat. Gratias agimus Deo, memores

3 OPERIS FIDEI VESTRÆ. i. conſtantiæ in fide. Aut *fides*, quæ in opus prodit; alioqui inanis eſt. Aut potiùs *operis & fidei*, vt coniunctio ſuppleatur, vt mox. LABORIS ET CHARITATIS. Græcè deeſt coniunctio *&*, ſed ſuppleatur, ſic enim planior ſententia manet. Sicut proximis verbis. ET SVSTINENTIÆ SPEI. Goth. *& ſuſtinentia & ſpei.* Quæ lectio placet, ne opus ſit exquirere, quæ ſit *ſuſtinentia*, ſeu *tolerantia ſpei.* DOMINI NOSTRI. pro, ſpei in Domino noſtro ANTE DEVM, ſeu *coram Deo.* Quod iungatur aut cum *memores.* ſ. ſumus coram Deo, aut cum *fides veſtra*, aut cum *gratias agimus.*

4 SCIENTES. ſ. nos gratias agimus. DILECTI, A DEO ELECTIONEM VESTRAM. ſic diſtingue. Nempe ſigna erant, quæ monſtrarent, à Deo illos eſſe electos.

5 SED ET IN VIRTVTE fuit noſtra prædicatio. i. miraculis. ET IN PLENITVDINE. ἐν πληροφορίᾳ, *certitudine*, plena cognitione prædicatio fuit.

IMITATORES NOSTRI FACTI ESTIS. In quo? in toleranti perſecutionum propter Euangelium. IN TRIBVLATIONE MVLTA. i. perſecutione, quæ propterea excitata eſt. 6

DIFFAMATVS EST. ἐξήχηται, diuulgatus eſt ſermo. i. hæc fama veſtræ fidei & conſtantiæ. VT NON SIT NOBIS NECESSE eam illis nuntiare. 8

DE NOBIS ANNVNTIANT. ſ. quàm efficax fuerit noſter aduentus ad vos. ſ. ex veſtro de nobis teſtimonio, veſtraque fama. 9

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AD THESSALONICENSES. Macedones ſunt. Commendat illorum fidem, hortatur ad perſeuerantiam, mores inſtituit, tractat & quædam de reſurrectione, dieque iudicij.

SILVANVS legendum *Silas*: Hieron. ep. 143. IN DEO. ſ. congregatæ. vel, Deum colenti. 1

MEMORIAM. i. mentionem. q. d. memores veſtri, vel commendantes vos Deo. 2

SVSTINENTIÆ. pro, tolerantis, ſeu perſeuerantis. DOMINI. pro, in Dominum. ANTE DEVM. i. corã Deo. 3

SCIENTES. Syr. *ſiquidem nouimus.* A DEO. Iungi poteſt cum *dilectis*, & cum *electionem*. 4

EVANGELIVM. i. prædicatio Euangelij. VIRTVTE. i. miraculis. SPIRITV SANCTO. i. Spiritus ſancti gratijs. PLENITVDINE. ſ. certitudinis. nam Græc. πληροφορίᾳ. IN VOBIS. i. inter, ſeu apud vos. 5

FORMA. i. exemplum. 7

DIFFAMATVS. i. diuulgatus. PROFECTA EST. i. peruenit. ſ. fama, ſeu rumore. 8

IPSI. ſ. qui audierunt. SERVIRE. i. ad ſeruiendum. 9

ERIPVIT. Græc. *eripit*, ſeu eripientem. 10

CAPVT II.

Oſtendit quàm ſincerum ſe exhibuerit in prædicando ipſis Euangelio, gratias Deo agens quod ſuſceptum Dei verbum ſedulò ſeruauerint, paſſi multa à contribulibus ſicut eccleſia Iudææ à Iudæis, qui vnà cum Chriſto etiam pios omnes perſequuntur: declarat etiam quam ardentem gerat erga ipſos affectum.

NAm ipſi ſcitis, fratres, introitum noſtrum 1
ad vos, quia non inanis fuit: *ſed antè paſ- 2
ſi, & ⁿcontumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philip- A
pis, fiduciam habuimus in Deo noſtro, loqui
ad vos Euangelium Dei in multa ſolicitudine.
*Exhortatio enim noſtra non de errore, neque 3
de immunditia, neque in dolo, *ſed ſicut pro- 4
bati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euange-
lium: ita loquimur, non quaſi hominibus pla-
centes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. *Ne- 5
que enim aliquando fuimus in ſermone adula-
tionis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auari-
tiæ: Deus teſtis eſt: *nec quærentes ab homini- 6
bus gloriã, neque à vobis, neque ab aliis. *Cùm B
poſſemus vobis oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli: 7
ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrûm, tam-
quam ſi nutrix foueat filios ſuos. *Ita deſideran- 8
tes vos, cupidè volebamus tradere vobis non ſo-
lùm Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras:
quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. *Memores 9
enim eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis:
ⁿnoctè ac die operantes, ne quem veſtrûm gra-
uaremus, prædicauimus in vobis Euangelium
Dei. *Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè, & 10
iuſtè, & ſine querela, vobis, qui credidiſtis, fui- C
mus: *ſicut ſcitis, qualiter vnumquemque ve- 11
ſtrûm (ſicut pater filios ſuos) *deprecantes vos 12
& cõſolantes, teſtificati ſumus, vt ambularetis
dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum &
gloriam. *Ideo & nos gratias agimus Deo ſine 13

ⁿ Act. 16. d. 19

ⁿ Act. 20. g. 34
1. Cor. 4. c. 12
1. Theſſ. 3. b. 8

intermiſſione: quoniam cùm accepiſſetis à no-
bis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt
verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum
14 Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. *vos
enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum
Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu: quia ea-
dem paſſi eſtis & vos à cõtribulibus veſtris, ſicut
15 & ipſi à Iudæis: *qui & Dominum occiderunt
D Ieſum, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, &
Deo non placent, & omnibus hominibus ad-
16 uerſantur, *prohibentes nos Gentibus loqui vt
ſaluæ fiant, vt impleant peccata ſua ſemper: per-
17 uenit enim ira Dei ſuper illos vſq; in finẽ. *Nos
autẽ fratres deſolati à vobis ad tẽpus horæ, aſpe-
ctu, nõ corde, abundantius feſtinauimus faciem
18 veſtram videre cum multo deſiderio: *quoniam
voluimus venire ad vos: ego quidẽ Paulus, & ſe-
19 mel, & iterùm, ſed impediuit nos ſatanas. *Quæ
eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona
gloriæ? Nónne vos ante Dominum noſtrum
20 Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? *vos e-
nim eſtis gloria noſtra & gaudium.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NON INANIS. i. inefficax & ſine fructu fuit noſter ad vos introitus.

2 FIDVCIAM HABVIMVS. Græc. *intrepidè auſi ſumus.* Sic quamuis Philippis malè habiti, vobis euangelizare. IN MVLTA SOLICITVDINE. ἀγὼν pro ἀγωνία, quæ vox *ſolicitudinem* ſignificat & *anxietatem*.

3 EXHORTATIO noſtra. i. prædicatio. NON DE ERRORE. i. falſa doctrina. NEQVE DE IMMVNDITIA. i. re turpi, qua alliciuntur homines. NEQVE IN DOLO. i. doloſa, ſed ſincera fuit.

5 NEQVE IN OCCASIONE AVARITIÆ. Non captauimus lucrum. Et quoniam interna Deus nouit, addit: DEVS TESTIS EST.

7 ONERI ESSE. ἐν βάρει. Ambroſius, *cùm poſſemus honori eſſe*, id eſt, graues nos oſtendere. βάρος vtrumque ſignificat. Sed cùm poſſemus eſſe oneri, alimenta exigendo; aut honorem captare, graues nos oſtendentes; FACTI SVMVS PARVVLI. Græc. ἤπιοι. i. *lenes*, vt multi Latini codices legunt. Sed & Robertus & Veleſius codices Græcos afferunt, qui νήπιοι habent. i. *paruuli*. i. humiles, lenes. TAMQVAM pro, *& tamquam ſi nutrix*, vt ſupplet Syr. & ſit noua comparatio. alioqui quid *nutrici* cum *paruulo*, niſi *lenes* legamus, qualis eſt nutrix erga ſuos infantes.

8 ITA DESIDERANTES VOS. i. ob amorem veſtri.

12 TESTIFICATI SVMVS. i. obteſtati ſumus. VT AMBVLARETIS DIGNE DEO. i. vt decet Dei filios.

13 VERBVM AVDITVS DEI. i. fidei. ACCEPISTIS ILLVD. Græcè non eſt *illud*, nec Goth. & ſine illo conſtat ſententia. VERBVM DEI, prout verbum Dei. QVI OPERATVR IN VOBIS, qui Deus fructificat in vobis. Syr. *quod* (ſ. verbum) *perficitur in vobis.* Quam interpretationem Græca admittunt.

14 A CONTRIBVLIBVS VESTRIS. i. cognatis & gente veſtra eadem paſſi eſtis, quę à Iudæis alij.

15 QVI ET DOMINVM OCCIDERVNT IESVM. Iudæi Chriſtum occiderunt. ET OMNIBVS HOMINIBVS ADVERSANTVR. ſ. fidelibus, aut Gentibus, propter id quod mox ſequitur. PROHIBENTES gentes docere.

16 VT IMPLEANT PECCATA. i. menſuram, quam Deus præfixit ſuæ patientiæ. Aut menſuram patrum ſuorum. Matth. 23 verſ. 32. ſint ſimiles eis. PERVENIT ENIM IRA DEI. ſic lege, non *prauenit*, vt multi codices habent. VSQVE IN FINEM. i. perpetuò, vel *vſque ad ſummum*, vt Syr. & iram Dei vocat excæcationem, aut excidium Ieruſalem, quod inſtabat. Nos autem

17 DESOLATI. Græc *orbati vobis.* AD TEMPVS HORÆ, i. breue tempus. Quæ eſt noſtra

Corona gloriæ? q.d. non magis veſtri obliuiſci poſſum, quàm meæ gloriæ. 19

Gloria nostra vos, ob veſtras virtutes, in die iudicij gloriabor ſimul & gaudebo. 20

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Inanis. i. inutilis, ſeu fructu vacuus. 1

In mvlta. pro, cum multa. Solicitvdine. .i. cura, ſeu diligentia. Græc. *certamine*, ſeu *labore*. 2

Errore. i. rebus falſis. 3

Probati. i. approbati. Probat. i. explorat. 4

Oneri. ſ. ſumptuum. Parvvli. Græc. ἤπιοι. i. *lenes*, placidi, mites. videtur legiſſe νήπιοι, quamquam & ἤπιος *paruulum* etiam ſignificat. 7

Sine qverela. i. irreprehenſibiliter. Vobis. .i. apud vos. 10

Deprecantes. Verti poterat, *exhortantes*. Testificati. pro, teſtati, vel obteſtati. 12

Avditvs Dei. i. prædicationis de Deo. 13

In Christo. i. Chriſtianæ. 14

Vt impleant. q.d. pergentes implere. Vsqve in finem. i. perpetuò. q. d. ſunt enim è numero reproborum. 16

Desolati a vobis. i. orbati vobis. Horæ. i. breue. Abvndantivs festinavimvs. i. vehementiùs ſtuduimus. 17

Qvoniam. pro, nam. 18

Spes. i. materia ſpei. In adventv eivs. i. cùm venerit ad iudicium. 19

Gloria. i. materia gloriæ, ſeu gloriationis. 20

CAPVT III.

Metuens ne propter ſuas afflictiones à fide mouerentur, miſit ad eos Timotheum, qui ipſos roboraret: illo autem reuerſo gratias Deo agit, quòd in fide ac dilectione firmi permanſerint; oſtendens quantum cupiat illos inuiſere, vt ſuppleat quod deeſt fidei ipſorum.

PRopter quod non ſuſtinentes ampliùs, pla- 1
cuit nobis remanere Athenis, ſolis: *[a] & mi- 2
ſimus Timotheum fratrem noſtrum, & mini- A
ſtrum Dei in Euangelio Chriſti, ad confirman-
dos vos, & exhortandos pro fide veſtra? * vt 3
nemo moueatur in tribulationibus iſtis: ipſi e-
nim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus. * Nam & 4
cùm apud vos eſſemus, prædicebamus vobis B
paſſuros nos tribulationes, ſicut & factú eſt, &
ſcitis. * Propterea & ego ampliùs non ſuſtinens, 5
miſi ad cognoſcendam fidem veſtram: ne fortè
tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor
noſter. * Nunc autem veniente Timotheo ad 6
nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & cha-
ritatem veſtram, & quia memoriam noſtri ha-
betis bonam ſemper, deſiderantes vos videre,
ſicut & nos quoque vos: * ideò conſolati ſumus 7
fratres in vobis, in omni neceſſitate & tribula- C
tione noſtra, per fidem veſtram, * quoniam 8
nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino. * Quam 9
enim gratiarum actionem poſſumus Deo re-
tribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaude-
mus propter vos ante Deum noſtrum, * nocte ac 10
die abundantiùs orantes, vt videamus faciem
veſtrã, & cõpleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ?
* Ipſe autem Deus & Pater noſter, & Dominus 11
noſter Ieſus Chriſtus, dirigat viam noſtram ad D
vos. * Vos autem Dominus multiplicet, & abun- 12
dare faciat charitatem veſtram in inuicem, &
in omnes, quemadmodum & nos in vobis: * ad 13
confirmanda corda veſtra ſine querela in ſancti-
tate, ante Deum & Patrem noſtrum, in aduen-
tu Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus
ſanctis eius. Amen.

[a] Actor. 16. a. 1

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Non svstinentes. pro, cùm non ſuſtineremus. .i. non ferremus veſtri deſiderium, placuit nobis

2 Pro fide vestra. περὶ, *circa*, ſuper fide veſtra, vt ſ. conſtantes ſitis, miſimus Timotheum.

3 In hoc positi svmvs. Ea lege viuimus, vt pro fide patiamur.

5 Inanis fiat labor noster. Gotth. *veſter*, ſed falſò. Ergo, ne inanis fiat, ſi vos diabolus vicerit, labor in euangelizando vobis; ideò illum miſimus.

7 Consolati svmvs. paſſiuè. i. conſolationem accepimus. Per fidem vestram. i. *ob fidem veſtram*, vt Syr. Ea eſt cauſa conſolationis.

8 Nvnc vivimvs. Vitæ inſtar conſtantia veſtra nobis eſt.

9 Ante Devm nostrvm. i. verè, ſine fictione. Qui abundare faciat

12 Charitatem vestram. Sic Gotth. & Syr. In Græco deeſt *veſtram*. Qvemadmodvm et nos in vobis. pro, *in vos*, vt eſt Græc. ſ. affecti ſumus, vos diligentes.

13 Ad confirmanda corda vestra. Iunge cum verbis *multiplicet*, & *abundare faciat*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Svstinentes. i. expectantes, vel ferentes. ſ. deſiderium ſciendi, quo in ſtatu res veſtræ eſſent. ſic infrà.

2 Pro fide. Syr. *ſuper fide*. i. de fide, vel in fide.

3 In hoc. i. ad patiendum pro Chriſto.

5 Inanis. i. irritus.

7 In vobis. i. de vobis. Per. i. propter.

10 Desvnt. ſ. poterant proficere in fide.

12 In vobis. i. erga vos. ſ. affecti ſumus charitate.

13 Ad confirmanda. pro, & confirmet. Amen. non eſt Græc. nec Syr.

CAPVT IV.

Hortatur vt tradita ſibi præcepta obſeruent, abſtinentes à fornicatione, ac ſe mutuò diligentes, manibuſque operantes, quò nullius quidquam deſiderare cogantur: docet modum noſtræ reſurrectionis, ne inordinata triſtitia ſe crucient propter eos qui moriuntur.

1 DE cetero ergo, fratres, rogamus vos & ob-
A ſecramus in Domino Ieſu, vt quemad-
modum accepiſtis à nobis, quomodo oporteat
vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis,
2 vt abundetis magis. * Scitis enim quæ præcepta
3 dederim vobis per Dominum Ieſum. *[b] Hæc
eſt enim voluntas Dei: ſanctificatio veſtra:
4 vt abſtineatis vos à fornicatione, * vt ſciat vnuſ-
quiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſancti-
5 ficatione, & honore; * non in paſſione deſide-
6 rij, ſicut & Gentes, quæ ignorant Deum: * &
B nequis ſupergrediatur, neq; circumueniat in ne-
gotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Do-
minus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis,
7 & teſtificati ſumus. * non enim vocauit nos
Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.
8 * Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit,
ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum ſan-
9 ctũ in nobis. * De charitate autem fraternitatis
non neceſſe habemus ſcribere vobis: *[c] ipſi enim
10 vos à Deo didiciſtis vt diligatis inuicẽ. * Etenim
illud facitis in omnes fratres in vniuerſa Mace-
donia. Rogamus autem vos fratres vt abunde-
11 tis magis, * & operã detis vt quieti ſitis, & vt ve-
C ſtrum negotium agatis, & operemini manibus
veſtris, ſicut præcepimus vobis: & vt honeſtè
ambuletis ad eos qui foris ſunt: & nullius ali-

[b] Rom. 12. 2. Epheſ. 5. d. 17

[c] Ioan. 13. d. 34. & 15. b. 17. 1. Ioan. 2. b. 10. & 4. d. 13

quid

quid deſideretis. * Nolumus autem vos ignorare 12
fratres de dormientibus, vt non contriſtemini,
ſicut & ceteri, qui ſpem non habent. * Si enim 13
credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit:
ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, ad-
ducet cum eo. * Hoc enim vobis dicimus in ver- 14
bo Domini, ᵘquia nos, qui viuimus, qui reſidui
ſumus in aduentum Domini, non præuenie-
mus eos, qui dormierunt. * Quoniam ipſe Do- 15
minus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tu- D
ba Dei deſcendet de cælo: & mortui, qui in
Chriſto ſunt, reſurgent primi. * Deinde nos, qui 16
viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum
illis in nubibus obuiàm Chriſto in aëra, & ſic
ſemper cum Domino erimus. * Itaque conſola- 17
mini inuicem in verbis eſtis.

ᵘ1. Cor. 15 d.23

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SIC ET AMBVLETIS, vt à nobis accepiſtis. Louan. & Haimo *ſicut & ambulatis*. Neutrum eſt Græcè nec Syr. hoc ſolum, *Placere Deo, vt abundetis magis*: ſic Expoſitores Græci. Scitis quæ præcepta dederim 1

PER DOMINVM IESVM. i. ex eius auctoritate. Syr. & Goth. habent: *Quæ præcepta dederim vobis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. Voluntas Dei eſt 2

SANCTIFICATIO VESTRA. i. vt ſitis ſancti & mundi. Bernardus Serm. 22. in Cant. quòd *ſanctificatio* hic ſignificat *temperantiam*. Vt quiſque habeat 3

VAS SVVM. i. corpus ſuum, ne polluatur. 4

NON IN PASSIONE. i. concupiſcentiam ne ſequatur. 5

ET NE QVIS SVPERGREDIATVR. id eſt, vi opprimat. ὑπερβαίνειν. NEQVE CIRCVMVENIAT, ſeu fraude extorqueat aliquid, πλεονεκτεῖν, contra Deum, qui dedit 6

SPIRITVM SVVM SANCTVM IN NOBIS. Goth. *in vobis*. Syr. *in vos*. Noſtra magis lectio cohæret. 8

VT ABVNDETIS MAGIS. i. proficiatis ampliùs in charitate. 10

ET OPEREMINI MANIBVS VESTRIS, propter otium, & ne alijs oneri ſitis ob inopiam, & contiti aliorum charitate. AD EOS QVI FORIS SVNT. i. infideles, cum ijs cautè agite. ET NVLLIVS ALIQVID DESIDERETIS. Græc. *vt rei nullius indigeatis*, ne ſ. oneri ſitis. *Deſiderare* hìc pro *egere*, quod Latinè ſolet ſignificare. Vide Græc. 11

DE DORMIENTIBVS. Κοιμάω Græc. & *dormio* pro *mori* ſumuntur. Inde κοιμητήριον. i. *dormitorium*. 12

QVI DORMIERVNT PER IESVM. i. in Ieſu, illi fide & charitate iuncti. Hoc dico, 13

QVI VIVIMVS. Loquitur in perſona eorum qui tunc viuent. NON PRÆVENIEMVS EOS, quo ad acceptionem gloriæ. 14

ET IN TVBA. Vox ipſa Angeli ſic vocatur. deſcendet Dominus. RESVRGENT PRIMI, non tempore, ſed dignitate, mortui in Chriſto. 15

QVI VIVIMVS, QVI RELINQVIMVR. Græc. *qui viui, qui reliqui* ſ. erimus. An illi morientur, 1. ad Cor. 15. v. 51. dictum eſt. Porrò reprobi etiam reſurgent; verùm eorum non meminit, quoniam ex ijs Theſſalonicenſes conſolari non poterat, quod erat propoſitum. 16

EMANVELIS SA NOTATIONES.

OBSECRAMVS. Verti poterat, *hortamur*. IN DOMINO. i. Domini nomine. 1

PER DOMINVM. i. loco Domini. 2

VAS. i. corpus: Aug 3. cont. 2. ep. Pelag. vxorem intelligit. HONORE. i. honeſtate. 4

PASSIONE DESIDERII. i. concupiſcentia libidinoſa. 5

SVPERGREDIATVR. i. opprimat, vel lædat. NEGOTIO. ſ. aliquo, vel eo de quo proximè. q. d. vt eius thorum violet. 6

IN NOBIS. pro, nobis. 8

FRATERNITATIS. i. fraterna. HABEMVS. Græc. *habetis*. SCRIBERE. i. vt ſcribamus. 9

VESTRVM, &c. i. res proprias curetis. FORIS. i. extra Eccleſiam. NVLLIVS. ſ. infidelium. DESIDERETIS. Græcè, *opus habeatis*. q. d. prouidete vobis ſic, ne illorum ſubſidio egeatis. 11

12 DORMIENTIBVS. i. morientibus. CITIRI. Auguſtinus: *Non prohibet contriſtari, ſed more infidelium contriſtari.*

13 PER IESVM. i. in fide Ieſu, & charitate. ADDVCET. ſ. ſuſcitans.

14 IN VERBO. i. per verbum. q. d. ex parte, ſeu nomine Domini. VIVIMVS. pro, viuemus, ſ. tunc. SVMVS pro, erimus. PRÆVENIEMVS. ſ. priùs aſſumpti ad gloriam.

15 IN IVSSV. i. cum imperio. IN CHRISTO. i. fideles.

16 RAPIEMVR. ſ. ſine morte facti immortales, ſecundùm Hieron. ep 148. Iuſtin. q. 109 & Aug. vt videtur q. 3. ad Dulcit Idem tamen 20 Ciuit. cap. 20. ait in aëre morituros. Res planè difficilis intellectu. Vide etiam 2. Timoth. 4.

CAPVT V.

Diem iudicij dicit inſperatum adfuturum, qui tamen ipſos non poteſt incautos opprimere, cum ſemper ad illum ſe præparent, ad quod illos etiam hortatur: monet quoque ac obedientiæ erga ſuos præfectos, & quomodo erga inuicem & erga Deum ſe habere debeant. orat pro ipſis, vtque pro ſe orent precatur.

1 DE temporibus autem, & momentis, fratres
2 non indigetis vt ſcribamus vobis. * ᵘ Ipſi e-
A nim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur
3 in nocte, ita veniet. * cum enim dixerint pax, &
ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interi-
tus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effu-
4 gient. * Vos autem fratres non eſtis in tenebris,
vt vos dies illa tamquam fur comprehendat:
5 * omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei: non
6 ſumus noctis, neque tenebrarum. * Igitur non
dormiamus ſicut & ceteri, ſed vigilemus, & ſo-
7 brij ſimus. * Qui enim dormiunt, nocte dor-
8 miunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. * Nos
B autem, qui diei ſumus, ſobrij ſimus, ᵘ induti
loricam fidei & charitatis, & galeam ſpem ſa-
9 lutis: * quoniam non poſuit nos Deus in iram,
ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum no-
10 ſtrum Ieſum Chriſtum, * qui mortuus eſt pro
nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſi-
11 mul cum illo viuamus. * Propter quod conſola-
mini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut &
12 facitis. * Rogamus autem vos fratres, vt noueri-
C tis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis
13 in Domino, & monent vos, * vt habeatis illos
abundantiùs in charitate propter opus illorum:
14 pacem habete cum eis. * Rogamus autem vos
fratres, corripite inquietos, conſolamini puſil-
lanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad
15 omnes. * ᵘ Videte ne quis malum pro malo ali-
cui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſecta-
16 mini in inuicem, & in omnes. * Semper gaude-
17 te. * ᵘ Sine intermiſſione orate. * In omnibus gra-
tias agite: hæc eſt enim voluntas Dei in Chri-
19 ſto Ieſu, in omnibus vobis. * Spiritum nolite ex-
20 tinguere. * Prophetias nolite ſpernere. * Omnia
22 autem probate: quod bonum eſt tenete. * Ab
23 omni ſpecie mala abſtinete vos. * Ipſe autem
D Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer
ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela
in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.
24 * ᵘ Fidelis eſt, qui vocauit vos: qui etiam faciet.
25 * Fratres orate pro nobis. * Salutate fratres om-
27 nes in oſculo ſancto. * Adiuro vos per Domi-
num, vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis
28 fratribus. * Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti
vobiſcum. Amen.

ᵘ2. Pet. 3. c.d
Apoc. 3. a.3 & 16. c.15.
ᵘIſaia 59. c.17
Epheſ. 6. c.17
ᵘProu 17. c.13. & 20. d.22
Rom. 12. d.17
1. Pet. 3. b.9
Eccli. 18. c.22
ᵘLuc. 18. a.1
Coloſſ. 4. a.2
ᵘ1. Cor. 1. b.9

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SICVT FVR IN NOCTE. i. improuiſo & clàm venit 2
dies iudicij.

SICVT DOLOR. Gotth. *ſicut dolor partus*; id ὠδὶν 3
ſignificat; ſed ſine eo ſententia conſtat. IN VTERO HABENTI, ſeu *habentis*. Variant Græca & Latina exemplaria. Ergo ſicut ille dolor repentè venit, ſic dies ille.

NON ESTIS IN TENEBRIS. i. peccatis, non eſtis filij 4
tenebrarum, vt dies ille, qui venit vt fur nocturnus, vos improuiſò comprehendat.

NON DORMIAMVS. ſomno ſ. peccati, aut non ſimus 6
ſegnes, vt infideles.

QVI DIEI SVMVS. ſ. filij. 8

NON POSVIT NOS DEVS IN IRAM. i. damnationem. 9
SED IN ACQVISITIONEM SALVTIS, ſeu *poſſeſſionem ſalutis*, vt ſalutem teneamus.

CONSOLAMINI INVICEM, ſeu *mutuo*, alij alios. 11

CORRIPITE INQVIETOS. ἀτάκτους, *inordinatos*, tur- 14
bidos, dyſcolos.

SECTAMINI IN INVICEM. Gotth. *& in inuicem.* 15
i. tum inter vos; tum erga omnes bonum ſectamini, omnibus benefacite.

IN OMNIBVS GRATIAS AGITE. ἐν παντὶ, *in omni.* 17
ſ. tempore, ſemper.

SPIRITVM. i. Spiritus ſancti dona ne extinguatis, 19
abuſu ſ. aut inertia.

PROPHETIAS. Gratiam futura prædicendi, ſeu expli- 20
candi Scripturam, ne ſpernatis. Deus

SANCTIFICET VOS PER OMNIA. i. perfectè, vt 23
Gotth. & Syr. ὁλοτελεῖς. VT INTEGER SPIRITVS. i gratia Spiritus ſancti. IN ADVENTV, vt ſ. *ſine culpa ſitis in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.* ſic Syr. Gotth. *in aduentum.* Sed alij codices refragantur.

QVI ETIAM FACIET. quid? ſ. quod promiſit. Aut 24
vt aliqui Græci codices habent, *faciet ſpem veſtram ſtabilem.* i. certam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MOMENTIS. i. temporum articulis, ſeu opportunitatibus.

2 DILIGENTER. i. exactè. ITA. ſ. occultè, ſeu, cùm nemo putabit.

3 PAX, &c. i. tuta eſſe omnia. DOLOR. ſ. partus.

5 ET FILII DIEI. Repetitio præcedẽtis, more Scripturæ.

6 DORMIAMVS. ſ. negligentia, ſeu peccando.

7 NOCTE. ſ. peccati.

8 DIEI SVMVS. i. lucis. ſ. filij, ſeu luce præditi. Vide ſup. ET CHARITATIS. ſ. fides non ſufficit. SALVTIS. ſ. æternæ.

9 IRAM. i. condemnationem, ſeu punitionem.

10 VIGILEMVS, &c. i. viuamus, vel moriamur.

12 NOVERITIS. i. rationem habeatis, vulgò, *recognoſcatis.* IN DOMINO. i. vice Domini.

13 HABEATIS &c. i. vehementiùs ametis, & honoretis.

14 INQVIETOS. Gr. *incõpoſitos.* SVSCIPITE. i. ſubleuate.

18 IN OMNIBVS, pro, de omnibus.

19 SPIRITVM. i. gratiam, ſeu dona ſpiritualia.

21 PROBATE. i. expendite.

22 SPECIE MALA. i. re quæ apparet mala.

23 PER OMNIA. ſtatim id explicat. SPIRITVS VESTER. i. gratia Spiritus ſancti in vobis: Iren. lib. 5. Hieron. ep. 150. q. 12. Quidam tamen per *ſpiritum* mentem intelligunt, per *animam* verò, ſenſitiuam animam.

24 FACIET. ſ. quod dico, ſeu opto vobis.

27 ADIVRO. i. interpoſita Dei auctoritate præcipio ſeu per Deum peto. vtrumque enim verbum id ſignificat. AMEN. Græc. additur, *Scripta ex Athenis.* Syr. verò etiam id, *miſſa per Timotheum.* ſed id non credo. Iam enim is ab illis redierat. Quidam putant è Corintho miſſam.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

Gratias Deo agit pro fide ac tolerantia Theſſalonicenſium in perſecutionibus, propter quas dicit illos gloriam, aduerſarios verò vltionem in die iudicij recepturos; orans vt digni habeantur vocatione Dei.

PAVLVS, & Siluanus, & Timo- 1
theus, Eccleſiæ Theſſaloni- A
cenſium, in Deo Patre no-
ſtro, & Domino Ieſu Chriſto.
*Gratia vobis & pax à Deo 2
Patre noſtro, & Domino Ieſu
Chriſto. *Gratias agere debe- 3
mus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignũ
eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abũdat
charitas vniuſcuiuſq; veſtrûm in inuicem: *ita vt 4
& nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, B
pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſe-
cutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſti-
netis * in exemplũ iuſti iudicij Dei, vt digni ha- 5
beamini in regno Dei, pro quo & patimini. * ſi 6
tamen iuſtum eſt apud Deũ, retribuere tribula-
tionem iis qui vos tribulant: *& vobis, qui tribu- 7
lamini, requiem nobiſcũ in reuelatione Domi- C
8 ni Ieſu de cælo cũ angelis virtutis eius, *in flam-
ma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt
Deum, & qui non obediunt Euangelio Domi-
9 ni noſtri Ieſu Chriſti. *qui pœnas dabunt in in-
teritu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis
10 eius: *cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & ad-
D mirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia
creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in
11 die illo. *In quo etiam oramus ſemper pro vobis:
vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, &
impleat omnem voluntatem bonitatis, & opus
12 fidei in virtute, *vt clarificetur nomen Domini
noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecun-
dũ gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ECCLESIÆ THESSALONICENSIVM, IN DEO PATRE NOSTRO. pro, Eccleſiæ, quæ eſt in Deo. i. Dei Patris. Aut potiùs *in Deo Patre noſtro ſalutem*, ſupple, Gratias ago Deo, quoniam

3 VNIVSCVIVSQVE VESTRVM abũdat charitas. Gotth. *vniuſcuiuſq; omnium veſtrûm.* ſic Græc. & Syr. Sed vox *omnium* redundat, ideò ſublata eſt. Patientia veſtra eſt

5 IN EXEMPLVM. ἔνδειγμα, *demonſtrationem*,

iuſti iudicij Dei, cùm ſ. puniet in die iudicij eos qui vos affligunt, vos præmio afficiet. Gregorius 5. Moral. c. 9. *Quia ex pœna iuſtorũ colligitur, quomodo puniturus ſit in iuſto iudicio malos, qui in miſericordia ſic bonos affligit.* VT DIGNI HABEAMINI IN REGNO DEI, ſ. *præmio*, ſic Goth. alij *regno Dei* ſine *in*. ſic Louan. & Regia. ſic Græc & Syr. ſed parum refert. 6

SI TAMEN IVSTVM EST εἴπερ, *ſiquidem*. ſic Syr. Non dubitat, ſed affirmat; ſic in *ſi tamen* ſumi debet *tamen* pro *quidem*. RETRIBVERE TRIBVLATIONEM. i. vindictam. Goth. & alij, *retributionem*, ſed Græc. θλῖψιν. i. *tribulationem*

IN REVELATIONE. i. die iudicij, cùm venerit Angelis comitatus: Matth. 26. verſ. 27. 7

DANTIS VINDICTAM IIS. iunge cum *Domini Ieſu*, non cum *flamma ignis* propter voces Græcas, & earum genera φλογὸς femininum, & διδόντος maſculinum. 8

A FACIE DOMINI *Facies* pro furore, & ira. Pſal. 50. v. 11. *Auerte faciem tuam a peccatis meis.* ET A GLORIA VIRTVTIS EIVS. ſ. à maieſtate potentiæ eius. i. punientur. 9

CVM VENERIT. ſ. in die iudicij. GLORIFICARI in ijs qui crediderunt. QVIA CREDITVM EST. ſ. mihi teſtificanti de die illo, ea fides digna eſt quę præmio muneretur. IN DIE ILLO. Iunge cum illis verbis, *admirabilis fieri*. Illud, *quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos*, lege per parentheſim, vt eſt in Græco cod. Roberti. Porrò SVPER VOS, pro, in vobis. 10

IN QVO. Græc. *in quod*. i. propterea oramus ſic Syr. VOLVNTATEM BONITATIS i voluntatem bonam. ET OPVS FIDEI. i. vt confeſſionem fidei cum virtute & conſtantia perficiat in vobis. 11

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LAudat illos, confirmat, exhortaturque, addens quædam de die Iudicij & Antichriſto.

SILVANVS. Vide ſup. cap 1. IN DEO. ſ. congregatæ, ſeu Deum colenti. 1

DIGNVM. i. æquum. 3

IN VOBIS. pro, de vobis. 4

EXEMPLVM. Græc. ἔνδειγμα. i. *oſtenſionem*. Syr. *demonſtrationem*. 5

SI TAMEN. pro, quandoquidem. 6

REVELATIONE. i. apparitione. ſ. in iudicio. VIRTVTIS. i. exercitus. 7

DANTIS. pro, daturi. 8

IN INTERITV. i. ſupplicio, ſeu exitio. A FACIE, &c. i. in conſpectu Domini, & gloriæ, &c. VIRTVTIS. i. potentiæ. 9

QVIA CREDITVM. Iunge cum ſuperioribus, *& vobis*, &c. TESTIMONIVM. ſ. de Chriſto. i. prædicatio. SVPER VOS. i. à vobis. DIE ILLO. iunge cum *cùm venerit*. 10

IN QVO. i. ad quod. vel, de quo. DIGNETVR. i. dignos faciat. IMPLEAT. ſ. in vobis. VOLVNTATEM. Græc. εὐδοκίαν. i. *beneplacitum*. IN VIRTVTE. i. potenter. 11

CLARIFICETVR. i. glorificetur. 12

CAPVT II.

De die Domini monet ne credant seductoribus, oſtendens venturum prius filium perditionis, qui varia edet prodigia fallacia, quibus reprobi ſeducentur: de electione & fide Theſſalonicenſium gratias agit, monens vt ſeruent acceptas ab ipſo traditiones, & pro eorum conſolatione ac confirmatione orat.

ROgamus autem vos fratres, per aduentum 1
Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ con- A
gregationis in ipſum: *vt non citò moueamini à 2
veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiri-
tum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam
tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Do-
mini. *ᵐNequis vos ſeducat vllo modo: quoniam 3
niſi venerit diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit
homo peccati, filius perditionis, *qui aduerſatur, 4

ᵐ Epheſ. 5. b. 6

B & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut
quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat
5 oſtendens ſe tamquam ſit Deus. *Non retinetis
quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam
6 vobis? *Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur
7 in ſuo tempore. *Nam myſterium iam operatur
iniquitatis: tantùm vt qui tenet nunc, teneat, do-
8 nec de medio fiat. *Et tunc reuelabitur ille ini-
C quus, ⁿquem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu
oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui
9 eum: *cuius eſt aduentus ſecundùm operationẽ
ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigijs
10 mendacibus, *& in omni ſeductione iniquitatis
ijs qui pereunt: eò quòd charitatem veritatis nõ
11 receperunt vt ſalui fierent. Ideò mittet illis Deus
operationem erroris, vt credant mendacio, *vt
12 iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati,
ſed conſenſerunt iniquitati. *Nos autẽ debemus
gratias agere Deo ſẽper pro vobis, fratres dilecti
a Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in ſalu-
tem, in ſanctificatione ſpiritus, & in fide verita-
13 tis: * in qua & vocauit vos per Euangelium no-
D ſtrum, in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri
14 Ieſu Chriſti. *Itaque fratres ſtate: & tenete tra-
ditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue
15 per epiſtolam noſtrã. *Ipſe autem Dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui
dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, &
16 ſpem bonam in gratia, *exhortetur corda veſtra,
& confirmet in omni opere & ſermone bono.

ⁿ Iſaiæ 11. a. 4

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ROGAMVS AVTEM VOS, per Chriſti aduentum, & NOSTRÆ CONGREGATIONIS IN IPSVM. i. per Eccleſiam. Itaque rogat per Chriſti aduentum, & per eius Eccleſiam. Alij intelligunt congregationem ſanctorum qui Chriſto occurrent in die iudicij. Rectè, ſi hîc ageret de eo aduentu. Puto enim agi de excidio Ieruſalem, quod iudicij etiam extremi imago fuit.

2 NEQVE PER SPIRITVM terreamini. i. reuelationem. NEQVE PER SERMONEM. Fingebant Paulum dixiſſe, inſtare aduentum Domini. NEQVE PER EPISTOLAM. Euulgaſſe videntur Epiſtolã de eadem re, Pauli nomine. Sic teſte Rufino in Apolog. pro Orig. librum Tertull de Trinitate malè ſentientis, Cypriani nomine Ariani vendidere. Euagrius lib. 3. Neſtorianos ait ſuos libros Athanaſij nomine inſcripſiſſe.

3 NISI VENERIT DISCESSIO PRIMVM. ſ. non veniet Dominus Hæc fuit Vindicis in Neronem rebellio, nota in hiſtoria Romana. Nos etiam attigimus lib. 4. noſtrorum Annal Hiſpan c. 3. Aut *diſceſſio* ſit Iudæorũ rebellio, ob ſæuitiã Flori Præſidis; de qua Ioſephus l. 20. c. 9. Aut ſit Romani Imperij ruina: poſtquam Antichriſtus & iudicij dies REVELATVS FVERIT. Hic fuit *Antichriſtus*. fuit etiam *Barcosbam*. i *filius mendacij* notus in Hebr. Hiſtoria, qui ſe Meſſiam finxit, & Iudæos ad rebellionem incitauit. Fecunda eſt ſenſibus diuina Scriptura De excidio Ieruſalem, & fine mundi ſimul agit. Alterum alterius typus & vmbra fuit.

5 NON RETINETIS. Græc. *memoramini*, retinetis memoria. Hæc Auguſt. 20. de Ciuit. cap. 19. quæ ſequuntur ſe non intelligere fatetur. Quid nos?

6 QVID DETINEAT SCITIS. i. moretur aduentum Domini. Quid id? imperium Neronis: nam poſt eum, excidium vrbis futurum erat.

7 NAM MYSTERIVM. q. d. iam inſtat illud ſecretum euerſionis Ieruſalem; quod vocat *myſterium iniquitatis*, quia ob Iudæorum iniquitatem eſt euerſa. Aut ille falſus Meſſias iam ſe parat, telam ordiur. QVI TENET NVNC. ſ. imperium, ſ. Nero; nam poſt eius mortem continuò euerſio eſt ſecuta. Non audet Paulus illum nomi-

nare

nare,ne irritaretur amplius. ſic Ieremi.cap.13.verſ.26. & cap. 51. verſ. 4. pro Rege *Babel*, *Seſac* dixit literis commutatis per notas arte quadam,de qua iis locis dictum eſt,ne ſ.eum oſtenderet.

Et tvnc revelabitvr. Hyperbaton Paulo familiare. Irenæus lib. 3. cap. 7. ſic ordinat: *Et tunc reuelabitur iniquus, cuius eſt aduentus ſecundùm operationem ſatanæ, in omni virtute, & ſignis, & portentis mendacij, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui,& deſtruet præſentia aduentus ſui.* Ex quo colligo, pronomen *eum*, quo hic verſus clauditur, redundare. Græcè non eſt, neque in Goth. neque ſententia id requirit. Spiritv oris. i. verbo iuſſu. ſic eſt occiſus ille falſus Meſſias. 8

Cvivs est adventvs. ſ.illius iniqui. 9

Ideo mittet. i. ſinet vt credant mendacio. Multa falſa miracula fecit falſus Meſſias. 10

Vt ivdicentvr. i. condemnentur. *Vt* non cauſam, ſed euentum ſignificat. q. d. ſic fiet vt condemnentur.ſ.increduli. Nos gratias Deo agimus, 11

Qvod elegerit vos. Goth. *nos*, ſic Theophylactus legiſſe videtur. Eritque ſenſus; Elegit nos, vt vos noſtra opera & prædicatione vocaret primitias. Græc. ἀπ' ἀρχῆς, ſed noſter ἀπαρχὰς legit.i.pro *à principio*, *primitias*, quam Græcam lectionem affert Veleſius. ſententia eadem. In sanctificatione spiritvs, ſ. vocauit nos, vt eſſemus ſancti & in fide vera. 12

In acqvisitionem gloriæ. vt ſ. data gloria nos ſibi acquireret. Aut nos poſſideremus gloriam. 13

Tenete traditiones. Erant qui ſolis Scripturis credendum dicerent. Scio pleroſque hoc caput de iudicio extremo & vero Antichriſto intelligere. ſed, vt Matth. cap. 24. de vtraque re agit, excidio Ieruſalem, & die iudicij; ita nil vetat quæ hîc dicuntur, de vtraque re accipi: nam illud excidium, figura fuit combuſtionis mundi; & falſus Meſſias, ſeu Nero, imago Antichriſti. Diuina Scriptura myſteriis & ſignificationibus eſt fecunda. *Numquid de bobus cura eſt Deo?* Aliud dicitur, aliud latet. 14

EMANVELIS SA NOTATIONES.

In ipsvm. pro, ad ipſum. ſ. tunc venturæ, ſeu illi occurſuræ. 1

Sensv. i.mente. Terreamini. Græc. *turbemini*. Spiritvm. i. alicui factam reuelationem. Domini. Græc. *Chriſti*. 2

Qvoniam. ſ. non veniet Chriſtus. Discessio. .i.defectio à Romano Imperio. ſ.vt omnes Gentes quæ Romano Imperio ſubiacent, recedant ab eo: Hieron. epiſt.151. Græc. ἀποστασία, pro, Apoſtata: ſ. Antichriſtus, ſic enim quidam intelligunt,vt quod ſequitur,ſit explicatio. Peccati. i. ſceleſtus. Perditionis. .i. perditus, ſeu perditioni deſtinatus. 3

Extollitvr, &c. i. ſe iactat quocumq; Deo maiorem. Templo. ſ.Ieroſolymitano, vel eo qui nunc eſt Chriſti. vel, vt multi putant,quod ipſe conſtruet, ſed quomodo illud Dei erit? Ostendens. i. oſtentans, ſeu præſeferens. 4

Retinetis. i. meminiſtis. 5

Detineat. i.impediat quò minùs veniat. Scitis. Sciebant illi quibus Apoſtolus dixerat, nos neſcimus. 6

Nam. pro, alioqui. Operatvr. ſ. in hæreticis,& malis. Iniqvitatis. ſ. plenum. q.d. quæ hæretici vt myſteria venditant, planè ſunt nequitiæ. Vt qvi. Græc. *qui*. Tenet. ſ. Imperium Romanum. Fiat. .i. tollatur. ſ. Imperium. Indicat non priùs venturum Antichriſtum, quàm Imperium Romanum deficiat. 7

Tvnc.ſ.poſt Imperij Romani defectionẽ. Revelabitvr.i.apparebit,ſeu manifeſtabitur. Spiritv oris svi. i.imperio ſuo. Illvstratione.i.apparitione. 8

Cvivs. ſ. Antichriſti. Virtvte. i. potentia. 9

Iniqvitatis. i. iniqua. Veritatis. i. veram. 10

Ivdicentvr. i. condemnentur. 11

Primitias. i. velut primitias, ſeu inter primos. Græc. *ab initio*. 12

13 In qva. ſ. fide, ſeu veritate. Gloriæ. pro, ad gloriam.

15 Æternam. i. perpetuò duraturam. In gratia. .i. per gratiam.

16 Exhortetvr. verti poterat, *conſolatur*. Sermone. i. doctrina.

CAPVT III.

Cupit vt pro ſe precentur, confidens quòd ſeruaturi ſint ipſius præcepta:monetque vt ſubtrahant ſe à Chriſtianis nolentibus ſeruare quæ ipſe inſtituerat,nec manibus laborare, quod tamen ipſemet Paulus apud eos fecerat: cauet tamen ne tales vt inimicos exiſtiment, ſed vt fratres corripiant.

1 DE cetero fratres orate pro nobis, vt ſermo Ephes. 6.
A Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud c.18 Col.4.a.3
2 vos: * & vt liberemur ab importunis, & malis
3 hominibus: non enim omnium eſt fides. * Fi-
delis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, &
4 cuſtodiet à malo. * Confidimus autem de vo-
bis, in Domino, quoniam quæ præcipimus, &
5 facitis, & facietis. * Dominus autem dirigat
B corda veſtra in charitate Dei,& patientia Chri-
6 ſti. * Denuntiamus autem vobis fratres in no-
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtraha-
tis vos ab omni fratre ambulante inordinatè,
& non ſecundùm traditionem, quam accepe-
7 runt à nobis. * Ipſi enim ſcitis quemadmodum
oporteat imitari nos: quoniam non inquieti
8 fuimus inter vos: * [a] neque gratis panem man- [a] Act. 20. g.34
ducauimus ab aliquo, ſed in labore, & in fati- 1.Cor. 4.
gatione, nocte & die operantes, ne quem ve- c.12
9 ſtrûm grauaremus. * Non quaſi non habueri- 1.Theſſ. 2. c.9
mus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam
10 daremus vobis ad imitandum nos. * Nam &
C cùm eſſemus apud vos,hoc denuntiabamus vo-
bis: quoniam ſi quis non vult operari,nec man-
11 ducet. * Audiuimus enim inter vos quoſdam
ambulare inquietè, nihil operantes, ſed curioſè
12 agentes. * Iis autem, qui eiuſmodi ſunt, denun-
tiamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chri-
ſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem
13 manducent. * [a] Vos autem fratres nolite defi- [a] Gal.6.c.9
14 cere benefacientes. * Quòd ſi quis non obedit
D verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & ne
15 commiſceamini cum illo, vt confundatur: * &
nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite
16 vt fratrem. * Ipſe autem Dominus pacis,det vo-
bis pacem ſempiternam in omni loco. Domi-
17 nus ſit cum omnibus vobis. * Salutatio, mea
manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola.
18 ita ſcribo. * Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti
cum omnibus vobis. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Orate....vt sermo Dei cvrrat, et clarificetvr, ſeu *illuſtretur*.

2 Ab importvnis, ſeu *inſolentibus*. Non enim omnivm est fides, quibus ſ. nos credamus. multi falſi fratres.

6 Ab omni fratre ambvlante inordinatè ſubtrahite vos. i. turbido, dyſcolo, qui regulam non ſeruat. inſolenti, ἀτάκτου, pro quo ſup. Epiſt. cap. 5. verſ. 14. *inquietos* poſuit Interpres ſic etiam hic verſu proximo pro eodem verbo dixit:

7 Non inqvieti fvimvs, ſeu *inſolentes*.

8 Neqve gratis panem mandvcavimvs, vt eſſemus exemplo vobis.

9 Ad imitandvm nos. In quo? ſ. ne quis otioſus aliis eſſet oneri.

AVDIVIMVS, ſeu *audimus*. vt eſt Græcè. INQVIETE, ſeu *inſolenter*, ἀτάκτως, quoſdam agere, nempe qui vitam otioſam agunt. NIHIL OPERANTES. Græc. pulchra paronomaſia eſt, quam Latinus ſermo non explicat, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους, pro quo noſter, *nihil operantes, ſed curioſe agentes*. Quidam ſic vertunt: *Nihil agentes, ſed ſatagentes*. nam apud Quinctilianum lib. 6. c. 4. *ſatagere* ſumitur pro *inaniter agere*. id περιεργάζομαι etiam ſignificat. 11

NOLITE DEFICERE. i. perſeuerate in bono. 13

QVOD SI QVIS NON OBEDIT VERBO NOSTRO 14
PER EPISTOLAM. Syr. *ſi quis non obedit ſermonibus, qui epiſtola continentur*. Iungit illud *per epiſtolam*, cum verbo *non obedit*. HVNC NOTATE. Syr. *is ſeparetur à vobis*. ET NE COMMISCEAMINI. i. ſit excommunicatus.

GRATIA DOMINI. Hunc verſum ſua manu ſcribe- 18
bat Paulus ſubſcriptionis loco. Nomen eius initio Epiſtolæ more eius temporis erat præfixum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DE CETERO. i. quod ſupereſt. CLARIFICETVR. 1
Græc. *glorificetur*. i. honore habeatur. ſ. apud alios.

2 IMPORTVNIS. Syr. *inſolentibus*.

3 FIDELIS. i. verax & conſtans in promiſſis. CONFIRMABIT. ſ. in bono.

5 IN. i. ſecundùm, vel cùm. q. d. vt Deum ametis, & Chriſti patientiam imitemini.

6 IN NOMINE. i. loco. FRATRE. i. Chriſtiano. AMBVLANTE. i. conuerſante. INORDINATE. i. incompoſitè. ſ. diſſolutis moribus.

7 INQVIETI. i. incompoſiti.

8 AB ALIQVO. pro, alicuius.

9 POTESTATEM. ſ. accipiendi victum ab iis quibus prædicabamus. FORMAM. i. exemplum.

10 DENVNTIABAMVS. verti poterat, *præcipiebamus*. ſic & infrà.

11 INQVIETE. i. inordinatè.

12 IN DOMINO. Græc. *per Dominum*. CVM SILENTIO. Græc. *quietè*. SVVM. i. ſuo labore partum.

14 NOTATE. ſ. ne cum illo conuerſemini, vt ſtatim dicitur. CONFVNDATVR. i. pudefiat.

16 LOCO. Græc. *modo*. Syr. *re*.

18 AMEN. Græc. additur, *Miſſa ex Athenis*. Syr. verò, *Miſſa ex Laodicea Piſidiæ per Tychicum*. Quidam è Corintho miſſam dicunt.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Præceptum reuocat quod Timotheo tradiderat, de retrahendis quibuſdam à peruerſa doctrina & tradenda ſana: lex ob iniuſtos poſita eſt: Deo gratias agit, quòd eum ab Eccleſiæ perſecutione ad Apoſtolatum vocauerit: qui miſericordiam conſecutus eſt, vt oſtendatur Dei longanimitas ad peccatorum informationem: Timotheum monet vt ſtrenuum agat militem.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chri- 1
ſti ſecundùm imperium Dei A
Saluatoris noſtri, & Chriſti
Ieſu ſpei noſtræ: * "Timo- 2
theo dilecto filio in fide. Gra-
tia, miſericordia, & pax à
Deo Patre, & Chriſto Ieſu
Domino noſtro. * Sicut rogaui te vt remaneres 3
Epheſi cùm irem in Macedoniam, vt denuntia-
res quibuſdam ne aliter docerent, * neq; inten- 4
derent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ B
quæſtiones præſtãt magis quàm ædificationem
Dei, quæ eſt in fide. * Finis autem præcepti eſt 5
charitas de corde puro, & conſcientia bona, &
fide non ficta. * A quibus quidam aberrantes, 6
conuerſi ſunt in vaniloquium, * volentes eſſe le- 7
gis doctores, non intelligẽtes neq; quæ loquun-
tur, neq; de quibus affirmant. * "Scimus autem 8
quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur:
* ſciens hoc quia lex iuſto non eſt poſita, ſed in- 9
iuſtis, & non ſubditis, impiis, & peccatoribus,
ſceleratis, & contaminatis, parricidis, & matrici-
10 dis, homicidis, * fornicariis, maſculorum concu-
bitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, &
11 ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, * quæ
eſt ſecundùm Euangeliũ gloriæ beati Dei, quod
12 creditum eſt mihi. * Gratias ago ei, qui me con-
C fortauit, Chriſto Ieſu Domino noſtro, quia fi-
13 delem me exiſtimauit, ponẽs in miniſterio: * qui
priùs blaſphemus fui, & perſecutor, & contu-
melioſus: ſed miſericordiam Dei conſecutus
14 ſum, quia ignorans feci in incredulitate. * Su-
perabundauit autem gratia Domini noſtri, cum
15 fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. * Fi-
delis ſermo, & omni acceptione dignus: " quòd
Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum pecca-
tores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.
16 * Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum: vt in
D me primò oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem
patientiam, ad informationem eorum, qui cre-
17 dituri ſunt illi, in vitam æternam. * Regi autem
ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo, ho-
18 nor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. * Hoc
præceptum commendo tibi fili Timothee, ſe-
cundùm præcedentes in te prophetias, vt mili-
19 tes in illis bonam militiam, * habens fidem, &
bonam conſcientiam, quam quidam repellen-
20 tes, circa fidem naufragauerunt: * ex quibus eſt
Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ,
vt diſcant non blaſphemare.

" *Act. 16. a.1*

" *Rom. 7. c.12*

" *Matth. 9. b.13 Marc. 2. c.17*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DILECTO, ſeu *germano*, vero FILIO IN FIDE. non carne, ſed per prædicationem genito & conuerſo. 2

SICVT ROGAVI TE. ſupple, & nunc rogo. Eclipſis frequens in Paulo. 3

ET GENEALOGIIS INTERMINATIS ne intendatis. 4 id eſt, quæ finem non habent. nam maiores cuiuſque & progenitores innumeri ſunt. Carpit eos qui nobilitatem iactabant, aut maiores referebant, vt eorum exemplo legis obſeruantiam confirmarent.

FINIS AVTEM PRÆCEPTI. i. legis, EST CHARITAS. 5 Eò refertur tota.

VOLENTES ESSE LEGIS DOCTORES. Volebant le- 7 gem obſeruari, nec intelligebant quæ dicerent. Bona eſt lex,

SI QVIS EA LEGITIME VTATVR. Referens ſ. le- 8 gem ad Chriſtum.

SCIENS HOC. Alij *ſcientes*, vt iungatur cum verbo 9 *ſcimus*. LEX IVSTO NON EST POSITA. Hoc eſt argumentum: Iuſto non eſt lex poſita, ergo ſanctificatos per Chriſtum non aſtringit; ergo iuſto non eſt poſita lex, ſed ſceleratis.

PLAGIARIIS. *Plagiarius*, qui liberum emit aut ven- 10 dit, tum qui aliena mancipia furatur. Quod crimen *plagium* dicitur. Hæc doctrina eſt iuxta Euangelium,

QVOD. i. Euangelium, mihi eſt creditum, vt illud 11 annuntiem aliis. Gratias ei,

QVI ME CONFORTAVIT, CHRISTO. ſic lege, non 12 *in Chriſto*, vt plerique codices habent. Græcè, τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ.

FIDELIS SERMO, certus, indubitatus. QVOD 15 CHRISTVS IESVS VENIT IN HVNC MVNDVM. Græc. Syr. & Gotth. *venit in mundum, vt ſaluet peccatores.* QVORVM PRIMVS. i. maximus, EGO SVM. Sed me ſaluum fecit, vt oſtenderet

PATIENTIAM, ſeu *longanimitatem*. AD INFOR- 16 MATIONEM EORVM. i. vt exemplo ſim aliis, & me conſiderantes de venia non deſperent.

HOC PRÆCEPTVM COMMENDO, nempe quod 18 verſ. 3. eſt poſitum, vt Epheſi reſiſteret falſis doctoribus. SECVNDVM PRÆCEDENTES IN TE PROPHETIAS. Ex hoc loco & verſ. 14. cap. 4. videtur de Timothei probitate aliquid prædictum ab aliquo Propheta.

QVOS TRADIDI SATANÆ. i. excommunicaui, vt 20 inceſtuoſum 1. ad Corinth 5. verſ. 4. ſ. Hymenæum & Alexandrum, quòd à fide defecerant.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AD TIMOTHEVM. ſ. Epheſi Epiſcopum. Inſtituit in iis quæ agere & docere debeat vbi & multa ad Eccleſiaſticorum & ſæcularium mores pertinentia.

SECVNDVM IMPERIVM. i. mandato. SPEI NO- 1 STRÆ. i. in quem ſperamus.

DILECTO. Græc. γνησίῳ. i. *germano*, ſeu *vero*. IN 2 FIDE. q. d. ſecundùm Chriſtum, ſeu, quem Chriſto genui.

ROGAVI. ſ. ſic rogo. vel, fac. ALITER. ſ. quàm 3 docti à me ſunt.

INTERMINATIS. i. infinitis. Quidam Iudaicas pu- 4 tant intelligi, alij Gentilicas. IN FIDE. i. ſecundùm fidem.

PVRO. ſ. à peccato. BONA. ſ. nihil ſibi mali conſcia. 5 NON FICTA. i. vera & ſincera.

AFFIRMANT. q. d. quæ diſſerendo confirmant. 7

LEGITIME. i. ritè, ſeu benè, & vt ipſa poſtulat. ſ. in- 8 telligendo illam, & vtendo.

IVSTO. ſ. iuſtus lege non indigebat, qui vltrò face- 9 ret quæ lex vult. Vel Legis pœnas intelligit, quæ non ſunt poſitæ propter iuſtos. NON SVBDITIS. i. qui nolunt iuſtitiæ ſubdi. CONTAMINATIS. ſ. vitiis.

PLAGIARIIS. i. qui alienos homines furantur. 10

GLORIÆ. i. gloriam prædicans, vel promittens. 11

CONFORTAVIT. i. corroborauit. EXISTIMAVIT. 12 i. iudicauit. ſ. faciendo Apoſtolum. MINISTERIO. ſ. prædicationis.

13 BLASPHEMVS. ſ. in Chriſtum. PERSECVTOR. ſ. Eccleſiæ. IN. pro, per.

14 IN CHRISTO. i. per Chriſtum, vel ad Chriſtum. q. d. dans mihi fidem, & charitatem.

15 FIDELIS. i. certus, ſeu fide dignus. PRIMVS. i. præcipuus, vel maximus.

16 PRIMO. i. præcipuè. OMNEM. i perfectam. q. d. ſingularem. INFORMATIONEM. i. exemplum. ſ. quod imitentur.

17 SOLI DEO. i. qui ſolus eſt verus Deus.

18 HOC. ſ. de quo ſuprà in principio. vel, quod ſequitur. IN TE. i. de te. PROPHETIAS. i. reuelationes. ſ. per Dei reuelationem Paulus illum ordinauerat. vel Prophetiam intelligit prædicandi donum, quod vult ritè exequatur. IN ILLIS. i. ſecundùm illas.

19 QVAM. ſ. conſcientiam bonam. REPELLENTES ſ. per malam vitam.

20 TRADIDI. ſ. per excommunicationem, quo olim excluſi ab Eccleſia, à diabolo corpore etiam vexabantur. BLASPHEMARE. i. de diuinis rebus malè loqui.

CAPVT II.

Vult pro regibus & magiſtratibus fieri orationes ac gratiarum actiones, vnumque dicit eſſe Deum & vnum mediatorem: quomodo orare debeant vir ac mulier, & quomodo hæc ornari debeat, cuius non eſt docere, ſed in ſilentio diſcere.

1 OBſecro igitur primùm omnium fieri ob-
A ſecrationes, orationes, poſtulationes, gra-
2 tiarum actiones, pro omnibus hominibus: * pro
regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt,
vt quietam & tranquillam vitam agamus, in
3 omni pietate, & caſtitate. * hoc enim bonum
eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo,
4 * qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad
5 agnitionem veritatis venire. * Vnus enim Deus,
B vnus & mediator Dei & hominum homo Chri-
6 ſtus Ieſus: * qui dedit redemptionem ſemet-
ipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus
7 ſuis: * in quo poſitus ſum ego prædicator &
C Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) do-
8 ctor Gentium in fide, & veritate. * Volo ergo vi-
ros orare in omni loco, leuantes puras manus
9 ſine ira & diſceptatione. * [a] Similiter & mulie- [a] 1. Petr. 3. a. 3
res in habitu ornato, cum verecundia & ſobrie-
tate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut
10 auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: * ſed
quod decet mulieres, promittentes pietatem
11 per opera bona. * Mulier in ſilentio diſcat cum
12 omni ſubiectione. * [b] Docere autem mulier. [b] 1. Cor. 14. f. 34
D non permitto, neque dominari in virum; ſed
13 eſſe in ſilentio. * [c] Adam enim primus forma- [c] Gen. 1. d. 27
14 tus eſt, deinde Heua: * [d] & Adam non eſt ſedu- [d] Gen. 3. b. 6
ctus, mulier autem ſeducta in præuaricatione
15 fuit. * Saluabitur autem per filiorum generatio-
nem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, &
ſanctificatione cum ſobrietate.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OBSECRATIONES. Caſſianus Collat. 9. cap. 10. & ſequenti, & Eucherius Lugdunenſ. Epiſc. Quæſtionibus vtriuſque Teſtamenti, *Obſecrationem* eſſe ait petitionem veniæ pro peccatis: *Orationem*, qua vouemus, vel offerimus aliquid, nempe ad peccati expiationem: *Poſtulationem*, qua pro aliis, ſeu totius mundi ſalute petimus: *Gratiarum actionem*, cùm pro beneficiis acceptis, aut quæ ſperamus, Deum laudamus. Alij aliter, ſed nobis hoc placet: quatuor orationis partes

tis totidem verbis contineri. nec eſſe ſynonyma, vt quidam aiunt. Deus vult omnes ſaluos fieri, ideò Filium ſuum miſit.

Vnvs et mediator. Non loquitur de interceſſione, ſed de redemptione, vt proxima verba declarant. 5

Qvi dedit redemptionem, aut *pretium redemptionis, ἀντίλυτρον*. Testimonivm temporibvs svis ſic Græc. & Goth. Alij, *cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt*. Nempe Græca ſic legerunt: *ὃ τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις ἐβεβαιώθη*. ſic Ambroſius. Syr. & ſanè videntur ea in Græcis & in noſtra Vulgata ſupplenda, vt ſunt in Louan. & Regia. Senſus: Non ſolum ſe pretium dedit, ſed quæ dixit, omnia euenerunt. 6

Mvlieres in habitv ornato, ſeu *decenti*, modeſto, non neglecto. De ornatu mulierum multa & præclara Clemens Alexandrinus 2. Pædag. Baſilius de Virginit. & in Regul. fuſiùs diſput. cap. 22. Summâ, ſi ſunt pulchræ, ſufficit natura; ſi turpes, fraus cum veritate non litiget Exod. 32. ex inauribus & armillis fœminarum conflatur vitulus. Baſilius in Regul. breuior. num. 97. *in habitu ornato* habet, vt noſter vertit. 9

Sed qvod decet mvlieres promittentes, ſeu *profitentes*. vt Syr. *ἐπαγγελλομέναις*. Per opera bona. conſtrue ſic: *Sed per opera bona, vt decet mulieres promittentes pietatem, ſe ornent*. 10

Docere avtem mvlieri, nempe publicè & in Eccleſia. 12

Et Adam non est sedvctvs. Non credidit dictis ſerpentis, ſed vt Euæ placeret, comedit de arbore illa. Non ergo doceat. 14

Salvabitvr avtem per filiorvm generationem. i. propter labores quos in partu tolerat. Aut *per filiorum generationem* cum Chryſoſtomo intelligamus educationem & inſtitutionem eorum. Si permanserit. Sic Goth. ſ. ipſa mulier. At Græc. & Syr. *ſi permanſerint*, ſcilicet filij, ſi eos benè inſtituerit. ſic Louan. & Reg. Vulg. nempe Græcè alij *μείνωσιν* legerunt, alij *μείνῃ, manſerit*. 15

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Obsecro. Græc. *παρακαλῶ*, quod etiam *hortor* verti poteſt. Obsecrationes. ſ. deprecando mala. Orationes. ſ. petendo bona. Postvlationes. ſ. pro aliis. 1

In omni. pro, cū omni. Castitate. i. vitæ puritate. 2

Vvlt. ſ. quantum eſt ex ſe. vel, vult omnes. i. omne hominum genus, non ſingulos. ſi enim vellet abſolutè, taceret. 4

Redemptionem. i. redemptionis pretium. Testimonivm. i. prædicatio. 6

Pvras. ſ. à peccato. q. d. à puro corde leuatas. Ira. i. contra aliquem. Disceptatione. i. hæſitatione. ſ. quòd impetrabit à Deo petita. 8

Similiter. ſ. orare. vel, volo. Ornato. i. modeſto. Syr. *caſto*. Sobrietate. Græc. *caſtitate*. In pro, cum. 9

Qvod. pro, vt. Promittentes. i. profitentes. Pietatem. i. Dei cultum. 10

Docere. ſ. viros, vel publicè, ſeu in Eccleſia Dominari. i. auctoritate vti. 12

Sedvctvs. ſ. ſic vt crederet ſerpentem verum dixiſſe. In prævaricatione fvit. i. tranſgreſſa eſt. ſ. Dei mandatum. 14

Per filiorvm, &c. q. d. in ſtatu coniugij. de coniugatis enim loquitur. Permanserit. Græc. *permanſerint*; ſed plurale pro ſingulari. Sobrietate. i. caſtitate. q. d. ſi tamen ſanctè vixerit. 15

CAPVT III.

Docet Timotheum quales eſſe debeant Epiſcopi, diaconi, ac mulieres: vt ſciat quomodo conuerſari debeat in Eccleſia quæ eſt columna veritatis: ſimulque commendat Dominicæ incarnationis ſacramentum.

Fidelis ſermo: Si quis epiſcopatum deſiderat, 1
Tit. 1. b. 7 bonum opus deſiderat. * Oportet ergo 2
epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris
A virum, ſobrium, prudētem, ornatum, pudicum,
3 hoſpitalem, doctorem, * non vinolentum, non
percuſſorē, ſed modeſtum; non litigioſum, non
4 cupidum, ſed * ſuæ domui benè præpoſitum, fi-
5 lios habentem ſubditos cum omni caſtitate. * Si
B quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo
6 Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? * Non neo-
phytum: ne in ſuperbiam elatus, in iudicium
7 incidat diaboli. * Oportet autem illum & teſti-
monium habere bonum ab iis qui foris ſunt, vt
non in opprobrium incidat, & in laqueum dia-
8 boli. * Diaconos ſimiliter pudicos, non bilin-
C gues, non multo vino deditos, nō turpe lucrum
9 ſectantes: * habentes myſterium fidei in con-
10 ſcientia pura. * Et hi autem probentur pri-
mùm: & ſic miniſtrent, nullum crimen haben-
11 tes. * Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahen-
12 tes, ſobrias, fideles in omnibus. * Diaconi ſint
vnius vxoris viri: qui filiis ſuis benè præſint, &
13 ſuis domibus. * Qui enim benè miniſtrauerint,
gradum bonum ſibi acquirent, & multam fidu-
14 ciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu. * Hæc tibi
15 ſcribo, ſperās me ad te venire citò. * ſi autem tar-
D dauero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo
Dei cōuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, colum-
16 na & firmamentum veritatis. * Et manifeſtè ma-
gnum eſt pietatis ſacramentum, quod manife-
ſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, ap-
paruit angelis, prædicatum eſt Gentibus, credi-
tum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Fidelis sermo. i. verus, minimè dubius. Si qvis episcopatvm desiderat, bonvm opvs. i. magnum laborem cupit. *Epiſcopus nomen eſt operis, non honoris:* Auguſtinus 19. de Ciuit. Dei, cap. 19. Aut *bonum opus*. i. excelſam rem & ſublimem. Oportet Epiſcopum eſſe

2 Vnivs vxoris virvm. i. non bigamum, qui mortua priori vxore alterā duxerit, vt Ambroſius & Chryſoſtomus. Non vult Epiſcopos eſſe vxoratos, ſed excludit bigamos. Aliqui primis temporibus vxoratos etiam vxore retenta factos Epiſcopos volunt, deinde id mutatum Synodo VI. can. 12. De quo multa Eſpencæus lib. 1. de Continent. cap. 3. Sobrivm, ſeu *ſobrium & vigilantem*. Prvdentem. Ambroſius, *pudicum*. *Cώφρονα* vtrumque ſignificat. vtrumque noſter Interpres poſuit; niſi fortè pro *pudico*, *Cεμνὸν* legit, quod magis ex Veleſio puto, qui eam lectionem notat. Ornatvm. *κόσμιον moderatum* vertit Syr. Doctorem, qui docere poſſit, non illiteratum.

3 Sed modestvm, aut *manſuetum, ἐπιεικῆ*. Non cvpidvm, ſeu *auarum, ἀφιλάργυρον* Quod Græcè additur *μὴ αἰσχροκερδῆ, non turpiter quæſtuoſum*, deleatur ex Syr. & Veleſij & Latinis codicibus omnibus. Ex verſ. 8. huc tranſiit in Græco. Cuius filij ſint ſubditi

4 Cvm omni castitate ſeu *honeſtate, σεμνότητος*.

6 Non neophytvm. Iſidorus 7. Etymol. cap. 14. *neophytus. i. nuper renatus*. ſ. Baptiſmo, talis non fiat Epiſcopus, ne ſuperbiat. At idem de Summo bono, & Gregorius lib. 4. epiſt. 50. per *neophytum* intelligunt, qui ex laico repentè, & non per gradus fit Epiſcopus aut Sacerdos. Quæ labes Gregorij Magni tempore fuit, vt laici, data pecunia, præcipua loca in Eccleſiæ inuaderent. quam ipſe hæreſis nomine exagitauit, vt patet ex eius Vita, lib. 3. cap. 1. & 2. Ne.... in ivdicivm. i. condemnationem incidat diaboli. i. quam diabolus ob ſuperbiam incurrit. Gregorius lib. 7. epiſt. 110. de hoc ipſo agens, *Ruinam*, inquit, *quærit qui in faſtigium non per gradus, ſed per abrupta conſcendit.*

Ab iis qvi foris svnt. i. Gentilibus teſtimo- 7
nium habeat, ne illis ſcandalo & opprobrio ſit. Et in laqvevm diaboli. i. in infamiam incidat. Quid diaconis?

Non tvrpe lvcrvm sectantes. Hinc tranſla- 8
tum hoc ad Epiſcopos eſt in Græco codice in verſ. 3. vt ibi eſt notatum.

Habentes mysterivm. i. cum fide iungentes bo- 9
nam conſcientiam.

Nvllvm crimen. ſ. graue & infame habentes. 10
Græc. *inculpati*.

Vnivs vxoris. i. diaconi etiam non ſint bigami. 12

Et mvltam fidvciam apud Deum & homines 13
habere poterunt qui tales fuerint. euchendo, ad altiores gradus fidere & ſperare poterunt.

Magnvm est pietatis sacramentvm, qvod 16
manifestatvm. Græc. *Deus manifeſtatus eſt in carne.* Hoc eſt *myſterium* ſeu *ſacramentum*. Ivstificatvm est in spiritv, ſeu *iuſtificatus*. i. per Spiritum ſanctum Chriſtus homo gratiam accepit iuſtificantem. Apparvit angelis Anteà incarnationis myſterium Angeli ignorabāt, certè non plenè nouerunt. Assvmptvm est in gloria. pro, in gloriam aſſumptus eſt Chriſtus. quod in die Aſcenſionis eſt factum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Fidelis. Vide cap. 1. Opvs. i. munus, ſeu fun- 1
ctionem.

Vnivs. i. qui non duas duxerit. Syr. *vnius fuiſſe*. 2
Sobrivm. Hieron. 1. contra Iouin. *vigilantem* vertit, Græc. νηφάλιον. Prvdentem. alij *caſtum* vertunt. Ornatvm. i. benè moratum, ſeu modeſtum. Doctorem. Græc. διδακτικόν. i. qui poſſit docere.

Litigiosvm. i. pugnacem. Cvpidvm. i. auarum. 3

Præpositvm. i. præſidentem. q. d. benè gubernan- 4
tem ſuos. Habentem. non facientem. Svbditos. i. obedientes. Omni. i. perfecta. Castitate. alij *reuerentia* vertunt Græc. σεμνότητος. Syr. *puritate*.

Diligentiam. i. curam. 5

Neophytvm. i. nuper baptizatum. Ivdicivm. 6
i. condemnationem, ſeu ſupplicium. Diaboli. qui per elationem cecidit.

Foris. i. extra Eccleſiam. Opprobrivm. q. d. ne 7
det occaſionem opprobriis. Laqvevm. i. inſidias. ſ. ſolet diabolus facilè tales decipere: vituperati enim & contempti, per impatientiam peccant.

Pvdicos. alij, *bene moratos*. Bilingves. i. incon- 8
ſtantes ſermone. ſ. mendaces. Syr. *loquentes duplicia*.

Mysterivm fidei. Fortè intelligit calicis ſacri 9
diſpenſationem, quod *fides myſterium* vocatur in conſecratione. Pvra. q. d. cum puritate conſcientiæ calicem miniſtrantes populo.

Mvlieres. i. vxores. i. Epiſcoporum & Diaconorum. 11

Vnivs, &c. Syr. *qui vnicam vxorem habuerint*. 12

Gradvm. ſ. apud Deum. In fide. i. per fidem. 13
q. d. tum poterunt meritò confidere ſe à Chriſto, in quem credunt, ſaluandos, ſi benè munere ſuo functi fuerint.

Firmamentvm. i. baſis, ſeu fundamentum. 15

Sacramentvm. Græc. *myſterium*. Qvod mani- 16
festatvm. Græc. *Deus manifeſtatus*. In carne. ſ. aſſumpta. id enim maximè Dei pietatem & miſericordiam declarauit. Ivstificatvm. i. iuſtum apparuit. ſ. Iuſtus Chriſtus. Spiritv. i. ſecundùm ſpiritum. Assvmptvm. ſ. die Aſcenſionis.

CAPVT IV.

Predicit quoſdam falſam tradituros doctrinam, potiſſimùm de nuptiis ac cibis: diſcipulum autem monet vt ſpreta vana doctrina, exerceat ſe ad pietatem, quæ corporali exercitationi præfertur: & quamquam ſit adoleſcens, præbeat ſe reliquis exemplum.

ª 2.Tim. 3. a. 1
1.Petr. 3. a. 3
Iudæ d. 18

1 SPiritus autem manifeſtè dicit, quia ª in no-
A uiſſimis temporibus diſcedent quidam à fi-
de, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis
2 dæmoniorum, * in hypocriſi loquentium men-
dacium, & cauteriatam habentium ſuam con-
3 ſcientiam, * prohibentium nubere, abſtinere à
B cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum
gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoue-
4 runt veritatem. * Quia omnis creatura Dei bona
eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum
5 actione percipitur: * ſanctificatur enim per ver-
6 bum Dei, & orationem. * Hæc proponens fratri-
bus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus
verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus
7 es. * ª Ineptas autē, & aniles fabulas deuita: exer- ª 1.Tim. 2. d. 13 Tit. 3. c. 9
8 cè autem teipſum ad pietatem. * Nam corpora-
C lis exercitatio, ad modicū vtilis eſt: pietas autem,
ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ,
9 quæ nunc eſt, & futuræ. * Fidelis ſermo, & omni
10 acceptione dignus. * In hoc enim laboramus &
maledicimur, quia ſperamus in Deum viuum,
qui eſt Saluator omnium hominum, maximè
11 fidelium. * Præcipe hæc, & doce. * Nemo ado-
12 leſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum
eſto fidelium, in verbo, in conuerſatione, in
13 charitate, in fide, in caſtitate. * Dum venio,
attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.
14 * Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ
D data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione
15 manuum presbyterij. * Hæc meditare, in his
eſto: vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.
16 * Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc
enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos
qui te audiunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Spiritvs. ſ. ſanctus. Dicit. ſ. nobis reuelat. In novissimis ſeu *poſterioribus* temporibvs ὑστέροις. Erunt homines

2 In hypocrisi loqventivm. pro, loquentes, vt iungatur cum verbo, *Diſcedent quidam a fide.* Et cavteriatam habentivm. pro, habentes, ferro quaſi inuſtam mentem & ſtigmate vitiorum, vt ſerui perpetui diaboli.

3 Prohibentivm nvbere. Marcioniſtæ, Manichæi, Encratiſtæ nuptias damnabant. Abstinere. pro, præcipientium, aut præcipientes abſtinere à cibis. Quædam ciborum genera damnabant. Qvos Devs creavit ad percipiendvm cvm gratiarvm actione. Vides benedictionem menſæ, qua cibis omnibus quaſi ſanctificatis vti licet, vt mox ait, *Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Tu hæc doce

6 Envtritvs verbis fidei. i. inſtitutus à puero Sacris literis.

8 Nam corporalis exercitatio. i. abſtinentia à cibis, & aliæ carnis afflictiones. Ad modicvm. ſ. tempus, vtilis est, nempe in ætatis vigore. Syr. *ad exiguum tempus prodeſt.* Pietas avtem ad omnia. i. tempora eſt vtilis. In ſenectute etiam viget.

14 Noli negligere gratiam. Ecce per manus impoſitionem datur gratia. Per prophetiam, de hoc cap. 1. verſ. 8. Manvvm presbyterii. i. plurium presbyterorum: nam ex traditione Apoſtolica Epiſcopus à tribus Epiſcopis ordinatur. ita hic maiores presbyteros. i. Epiſcopos intelligit. poſteà de minoribus presbyteris agit. Lutherus vertit, *cum impoſitione manuum ſeniorum*, vt ad laicos has Ordinationes ablegет.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Spiritvs. i. Dei reuelatio. Dicit. ſ. mihi. Novissimis. Græc. ὑστέροις. i. *poſterioribus*, ſeu ſequentibus.

HYPOCRISI. ſ. ſimulant verum. LOQVENTIVM. ſ. per tales. vel pro, loquentes. ſ. homines ipſi. ſic & in ſequentibus. CAVTERIATAM. i. malitiæ velut igne combuſtam, ſeu indelebiliter notatam. 2

PROHIBENTIVM, &c. i. damnantium nuptias. ABSTINERE. ſ. docentium. CIBIS. ſ. quaſi immundis, vt Iudæi; vel à malo Deo factis, vt Manichæi. 3

SANCTIFICATVR i. idonea fit eſui, ſi alioqui inepta eſſet. VERBVM DEI. ſ. quo benedicitur, vel quo creata eſt. ET ORATIONEM. ſ. agentis gratias. vel *&*, pro, id eſt. 5

ENVTRITVS. Verti poterat, *enutriens*. 6

INEPTAS. Græc. *profanas*. ANILES. i. vanas. PIETATEM. i. opera pietatis. ſ. in Deum, & proximum. 7

CORPORALIS. ſ. circa corpus, vel curando, vel caſtigando. AD MODICVM. ſ. ſola. PROMISSIONEM. ſ. in quarto præcepto, quod eſt de pietate in parentes. FVTVRÆ. ſ. beatæ, hæc enim etiam intelligitur in illa promiſſione. 8

SERMO. ſ. præcedens. 9

MALEDICIMVR. Græc. *probris afficimur*. SALVATOR. i. ſeruator. ſ. à malis. 10

HÆC. ſ. ſup. dicta. ADOLESCENTIAM. i. iuuentutem. CONTEMNAT. ſ. meritò. q. d. Ita te gere, vt nemo poſſit meritò te contemnere. 11

DVM VENIO. i. donec veniam. 13

GRATIAM. Græc. *donum*. PROPHETIAM. i. Dei te eligentis reuelationem. PRESBYTERII. i. cœtus Epiſcoporum. Olim Epiſcopi etiam *presbyteri* vocabantur. Vide Euſebium lib. 5. cap. 24. & Tit. cap. 1. 14

ESTO. i. te exerce. 15

INSTA. i. perſiſte. 16

CAPVT V.

Docet quomodo ſeniores, anus, ac iuuenculas gubernare debeat, rurſum ſeniores ac iuniores viduas: & de conditionibus in eligenda vidua requiſitis: presbyteri probè ſuo fungentes munere dupliciter honorentur: nec facilè aduerſus presbyterum accuſationem ſuſcipiat, ſed peccantes publicè arguat: hæc mandata ſeruet, nemini citò manus imponens: modico vino vtatur: & de variis hominum peccatis.

SEniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt 1
patrem; iuuenes, vt fratres; * anus, vt ma- 2
tres; iuuenculas, vt ſorores, in omni caſtitate: A
* Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt. * Si qua 3
autem vidua filios, aut nepotes habet: diſcat pri- 4
mùm domum ſuam regere, & mutuam vicem
reddere parentibus: hoc enim acceptum eſt co-
ram Deo. * Quæ autem verè vidua eſt, & deſo- 5
lata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus
& orationibus nocte ac die. * Nam quæ in deli- 6
ciis eſt, viuens mortua eſt. * Et hoc præcipe, vt 7
irreprehenſibiles ſint. * Si quis autem ſuorum, 8
& maximè domeſticorum curam non habet,
fidem negauit, & eſt infideli deterior. * Vidua 9
eligatur non minùs ſexaginta annorum, quæ B
fuerit vnius viri vxor, * in operibus bonis teſti- 10
monium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio
recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulatio-
nem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus
bonum ſubſecuta eſt. * Adoleſcentiores autem 11
viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in
Chriſto, nubere volunt: * habentes damnatio- 12
nem, quia primam fidem irritam fecerunt.
* ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: 13
non ſolùm otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ,
loquentes quæ non oportet. * Volo ergo iunio- 14
res nubere, filios procreare, matres familias eſ- C
ſe, nullam occaſionem dare aduerſario male-
dicti gratia. * Iam enim quædam conuerſæ 15
16 ſunt retro ſatanam. * Si quis fidelis habet vi-
duas, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccle-
17 ſia: vt iis, quæ verè viduæ ſunt ſufficiat. * Qui
benè præſunt presbyteri, duplici honore digni
habeantur: maximè qui laborant in verbo &
18 doctrina. * Dicit enim Scriptura: [a] Non alli-
gabis os boui trituranti. Et: [b] Dignus eſt ope-
19 rarius mercede ſua. * Aduerſus presbyterum
D accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus
20 aut tribus teſtibus. * Peccantes coram omni-
21 bus argue: vt & ceteri timorem habeant. * Te-
ſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & electis an-
gelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil fa-
22 ciens in alteram partem declinando. * Manus
citò nemini impoſueris, neque communica-
ueris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi.
23 * Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino
vtere, propter ſtomachum tuum, & frequen-
24 tes tuas infirmitates. * Quorumdam hominum
peccata manifeſta ſunt, præcedétia ad iudicium:
25 quoſdam autem & ſubſequuntur. * Similiter &
facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe ha-
bent, abſcondi non poſſunt.

[a] *Deut. 25. a. 4. 1. Cor. 9. a. 9*
[b] *Matth. 10. b. 10 Luc. 10. a. 7*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

3 VIDVAS HONORA. Honorem id & opem ſignificat, vt & verſ. 17. *Qui benè præſunt presbyteri, duplici honore* (.i. mercede & ſubſidio) *digni habeantur*.

4 DISCAT. Græc. & Syr. *diſcant*. Verùm *ſi qua* vox eſt collectiua, cum ſingulari & plurali iungi poteſt, eadem ſententia. Græca tamen verti etiam poſſunt: *Doceat primùm ſuam domum piè agere*, εὐσεβεῖν. ſed noſtri Interpretis ſenſum Syr. & alij ſequuntur, pro εὐσεβεῖν reddentes *piè tractare*. ſ. diſcat. REDDERE PARENTIBVS, illos alendo, vt illam ipſi in minori ætate aluerunt.

5 QVÆ AVTEM VERE VIDVA EST. i. non viro, ſed bonis etiam ob fidem ſpoliata. SPERET. Goth. *ſperat*. Regia, *ſperauit*. ſic Græc. ἤλπικεν. Verùm Veleſius duas alias lectiones Græc. inuenit, ἐλπίζει *ſperat*, & ἐλπιζέτω *ſperet*. Hæc placet, vt & in verbo INSTET, vbi ſimilis eſt varietas. Græc. & Goth. *inſtat*. ſed & hîc ſunt qui Græc. legant προσμενέτω, *inſtet*, *permaneat*. idem Veleſius affert.

8 SI QVIS. pro, ſi qua. nam de vidua loqui videtur ſuorum curam non habet. FIDEM NEGAVIT. hac ſ. in parte, & quoad opera, quæ fides præcipit. Vidua eligatur

9 SEXAGINTA ANNORVM. Erant viduæ quæ Eccleſiæ miniſtrabant, & ab ea alebantur. De iis loquitur. Si omne opus bonum

10 SVBSECVTA EST. i. in omni bono opere ſe exercuit. Iuniores viduas

11 DEVITA. i. non eas admittas ad miniſterium. CVM ENIM LVXVRIATÆ FVERINT. i. ſplendidè vixerint Eccleſiæ ſumptu, volunt nubere. IN CHRISTO. Baſilius de Virgin. legit, *in Chriſtum*. Epiphanius Hæreſi 23. *contra Chriſtum*. ſic enim ait: *Poſtquam laſciuierint contra Chriſtum, nubere volunt*.

12 PRIMAM FIDEM. i. votum de caſtitate, quo ſe illæ viduæ aſtringebant, irritum fecerunt. vnde ergo Nouator impie Monachis & Sacratis nuptias concedis?

14 IVNIORES NVBERE volo. De viduis loquitur. MATRESFAMILIAS ESSE. οἰκοδεσποτεῖν, Eraſmus, *domum adminiſtrare*. Meliùs noſter, *matresfamilias eſſe*. In quo indicat, debere iuſtas vxores eſſe, non concubinas aut pellices. Cicero in Topicis, Loco A genere, duas formas vxorum ponit. Idem Demoſthenes Orat. contra Neeram diſtinguit inter concubinam, pellicem, & vxorem. Vxor primaria, ſolemni ritu iungebatur, claues illi, & ſigillum, & domus adminiſtratio tradebatur. Talis fuit Sara in domo Abraham: Agar & Cethura concubinæ ſiue vxores ſecundariæ. Porrò

mari-

maritus vxoris Græc. *ἀνὴρ* vocatur, concubinæ ſeu pellicis, *πόσις*, vti ex Sophocle intelligitur *ἐν ταῖς Τραχινίαις*. Lege autem Draconis deprehenſi non ſolùm cum vxore, ſed etiam cum pellice, impunè occidebantur, vt ex Demoſth. Orat. contra Ariſtocrat. colligitur. Hoc volo, ne detur occaſio MALEDICTI GRATIA. Vox *gratia* redundat. Ergo nullam occaſionem volo dare aduerſario. i. infideli, *maledicentia*. ſic Syr.

SI QVIS FIDELIS. Græc. Syr. & Goth. additur *vel ſi qua fidelis*. ſ. diues, ſuas viduas alat. 16

VT HÆC CVSTODIAS SINE PRÆIVDICIO. Non occupetur mens anticipato iudicio, ſed auditis partibus. Rectè quidam, 21

Μὴ δὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

quod *ψευδεπίδικον* ait Cicero ad Attic. IN ALIAM PARTEM, *κατὰ πρόσκλισιν*. i. *ſecundùm propenſionem animi* nihil facias. Vtrumque officit, præiudicium & affectio, & mentem peruertit.

NEQVE COMMVNICAVERIS PECCATIS ALIENIS. Iunge cum hoc verſ. 24. cetera per parentheſim. 22

QVORVNDAM HOMINVM PECCATA MANIFESTA SVNT, PRÆCEDENTIA AD IVDICIVM. De iudicio & tribunali humano loquitur. i. manifeſta, non eſt opus iudice ad cognoſcendum ea. Redditque rationem cur cunctari velit, nec citò manus imponere, quod v. 22. dixit, quia aut probi ſunt, aut praui. Si praui; aut manifeſti, & hi non ſunt admittendi; aut occulti, & hi tempore deteguntur. *Πάντ' ἀνακαλύπτει χρόνος*, *Omnia reuelat tempus*. Sic de probis, quorumdam bona opera ſunt manifeſta, ſed ſi quid aliter habet, tempore & mora detegitur. cunctandum ergo. QVOSDAM. pro, quorumdam autem, peccata ſ. SVBSEQVVNTVR. i. humano iudicio deteguntur, vt Græc. & Syr. 24

ET FACTA. ſupple, quædam manifeſta ſunt. Baſil. lib. de Virgin. extremo verſat hunc locum, & explicat duobus modis. 25

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INCREPAVERIS. ſ. acerbè. alioqui, vbi res poſtulat, quiuis reprehendendus, præſertim ab Epiſcopo. Vide Greg. ad Ianuarium, & habetur 2. q. 7. Paulus OBSECRA. Græc. *παρακάλει*, quod etiam eſt *hortare*. ſ. ſic faciliùs ſenex corrigitur. 1

IN. pro, cum. 2

VERE VIDVÆ. i. deſtitutæ. Nam *χήρα* à *χηρῶ*. i. *deſtituo*. 3

MVTVAM VICEM. ſ. facere cum filiis, quod cum ipſa fecerunt parentes ſui, vel quia Græc. eſt, *diſcant*, ſenſus erit: euſque illos educet, dum poſſint ipſi regere domum, & parentes alere illa cura liberatos. 4

DESOLATA. i. deſtituta. Alludit ad etymon *viduæ*, de quo ſup. 5

SI QVIS. pro, ſi qua. Baſilius in Conſtit. monaſt. notat id dici ſæcularibus, non Religioſis. NEGAVIT. ſ. factis. DETERIOR. ſ. in hac parte. 8

ELIGATVR. ſ. ab Eccleſia alenda: Hier. ep. 9. & 11. 9

RECEPIT. ſ. peregrinos. SANCTORVM. i. fidelium. SVBSECVTA. i. proſecuta. 10

DEVITA. i. reiice, ne admitte. ſ. in numerum alendarum ab Eccleſia, quòd ſe poſſint ipſæ alere. vel ob periculum ſcandali. LVXVRIATÆ FVERINT IN CHRISTO. i. contra promiſſionem Chriſto factam fornicatæ. 11

FIDEM. i. votum continentiæ. IRRITAM FECERVNT. ſ. violantes. 12

DISCVNT. i. aſſueſcunt. VERBOSÆ. i. loquaces. 13

VOLO. ſ. ob periculum incontinentiæ & ſcandali. IVNIORES. ſ. non alligatas voto. Græc. *Iuniores viduas*. MATRESFAMILIAS ESSE. i. familiam regere. MALEDICTI GRATIA. i. maledicendi. 14

Viduæ. i. deſtitutæ. 16

PRESBYTERI. i. Epiſcopi, vel ſacerdotes. DVPLICI. i. maximo, vel reuerentiæ, & ſubſidij.

PECCANTES. ſ. palàm: Aug. 20

PRÆIVDICIO. i. præcipitato iudicio, vel præcedenti iudicio. vt cũ ſeq. legatur. ALTERA. i. diuerſam à recto. 21

22 COMMVNICAVERIS. i. particeps fueris. ſ. ordinando indignum. CASTVM. i. purum à peccato.

23 STOMACHVM. ſ. infirmum.

24 IVDICIVM. ſ. Dei, vel iudicum. SVBSEQVVNTVR. i. poſteà innoteſcunt.

25 ALITER. i. malè. NON POSSVNT. ſ. vt plurimùm.

CAPVT VI.

Serui dominis ſuis obſequantur, ſiue fidelibus ſiue infidelibus: fugiendi ſunt qui his relictis vana docent: quantum mali inducat auaritia; qua deuitata hortatur Timotheum ad virtutes amplectendas, ſeruata fide quam in Baptiſmo confeſſus eſt, vtque in finem vſque ſeruet hæc mandata: diuites autem reprimat à ſuperbia, inducent ad eleëmoſynas.

1 QVicumque ſunt ſub iugo ſerui, dominos
A ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne
nomen Domini & doctrina blaſphemetur.
2 * Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant,
quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participes ſunt.
3 pes ſunt. Hæc doce, & exhortare. * Si quis ali-
ter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus
Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecun-
4 dùm pietatem eſt, doctrinæ: * ſuperbus eſt, ni-
hil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pu-
gnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ,
contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ,
5 * conflictationes hominum mente corrupto-
B rum, & qui veritate priuati ſunt, exiſtimantium
6 quæſtum eſſe pietatem. * Eſt autem quæſtus
7 magnus, pietas cum ſufficientia. * " Nihil enim *Iob 1. d. 21*
intulimus in hunc mundum: haud dubium *Eccli. 5. c. 14*
8 quòd nec auferre quid poſſumus. * " Habentes
autem alimenta, & quibus tegamur, his con- *" Prou. 27. d. 26*
9 tenti ſumus. * Nam qui volunt diuites fieri, in-
cidunt in tentationem, & in laqueum diaboli,
& deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mer-
gunt homines in interitum & perditionem.
10 * Radix enim omnium malorum eſt cupiditas:
quam quidam appetentes, errauerunt à fide, &
11 inſeruerunt ſe doloribus multis. * Tu autem ô
C homo Dei hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam,
pietatem, fidem, charitatem, patientiam, man-
12 ſuetudinem. * Certa bonum certamen fidei, ap-
prehende vitam æternam, in qua vocatus es, &
confeſſus bonam confeſſionem coram multis
13 teſtibus. * Præcipio tibi coram Deo, qui viui-
ficat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimonium
reddidit " ſub Pontio Pilato, bonam confeſſio- *" Mat. 27. b. 10*
14 nem: * vt ſerues mandatum ſine macula, irre-
prehenſibile, vſque in aduentum Domini no- *Ioan. 18. g. 37*
15 ſtri Ieſu Chriſti: * quem ſuis temporibus oſten-
det " beatus & ſolus potens, Rex regum, & Do- *" Apoc. 17. d. 14. & 19. c. 16*
16 minus dominantium: * qui ſolus habet immor-
D talitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem:
" quem nullus hominum vidit, ſed nec videre *" Ioan. 1. c. 18*
poteſt: cui honor, & imperium ſempiternum. *1. Ioan. 4. c. 12*
17 Amen. * Diuitibus huius ſæculi præcipe non
ſublime ſapere, " neque ſperare in incerto diui- *" Luc. 12. b. 15*
tiarum, ſed in Deo viuo (qui præſtat nobis om-
18 nia abundè ad fruendum) * benè agere, diuites
fieri in bonis operibus, facilè tribuere, commu-
19 nicare, * theſaurizare ſibi fundamentum bo-
num in futurum, vt apprehendant veram vi-
20 tam. * O Timothee, depoſitum cuſtodi, deui-
tans profanas vocum nouitates, & oppoſitio-
21 nes falſi nominis ſcientiæ, * quam quidam

promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SERVI dominos ſuos honorent. Si fideles ſunt he- 1.
ri, non eos contemnant, quia fratres; ſeruiant po-
tiùs, quia domini & fideles.
QVI, vel *quia*. variant Græc. ὅι quædam, alia ὅτι. 2
BENEFICII PARTICIPES SVNT. ſ. ſerui, nam ab heris
aluntur, & alia vitæ ſubſidia habent. HÆC DOCE, ET
EXHORTARE. Doctrinam comitetur exhortatio. Qui
ſecùs docet, ſuperbus eſt. Inde oriuntur
CONFLICTATIONES. i. diſputationes hominum ex 5
pietate lucrum captantium. Eſt autem quæſtus ma-
gnus pietas.
CVM SVFFICIENTIA, μετ' αὐταρκείας. i. *ſua ſorte eſſe* 6
contentum. Id etiam Gallicè *ſuffiſence* ſignificat, iuxta
illud: *Qui n'a ſuffiſence, n'a rien*. Rectè Epicurus:
Vis Pythoclea diuitem facere? non diuitijs adijciendum,
ſed cupiditati detrahendum. Habentes alimenta &
QVIBVS TEGAMVR. Caſſ. lib. i. de Inſtit. c. 3. ait, 8
tegumenta ad neceſſitatem contra temporis. ſ. iniurias.
HIS CONTENTI ſumus. per hoc quid ſit ſufficientia
explicatur. Per cupiditatem quidam
ERRAVERVNT A FIDE. Videtur alludere ad illud 10
ad Galat. 5. v. 20. *Auaritia, quod eſt idolorum ſeruitus*.
Verùm de illo ſuo loco dictum eſt. Tu certa, appre-
hende vitam æternam,
IN QVA VOCATVS ES. pro, *in quam*, vt eſt Græcè. 12
BONAM CONFESSIONEM. i. conſtantem præbuit 13
Chriſtus, cùm dixit: *Ego veni in mundum, vt teſti-*
monium perhibeam veritati. Per eum tibi præcipio,
vt ſis
SINE MACVLA. i. ſine vlla tranſgreſſione, vſque in 14
Chriſti aduentum.
QVEM SVIS TEMPORIBVS. *Quem*, ſ. aduentum, 15
ἣν Græc. non ὅν. Ita refertur ad ἐπιφάνειαν, non ad
Chriſtum. Præcipe diuitibus
NON SVBLIME SAPERE. i. ſuperbire. 17
COMMVNICARE. i. humanos & benignos eſſe, fa- 18
cilè alijs de ſuo tribuere.
DEPOSITVM CVSTODI. i. doctrinam tibi creditam. 20
nihil addas aut detrahas, vt in depoſito fit. VOCVM
NOVITATES. Noſter legit καινοφωνίας i. *vocum nouita-*
tes, vbi nunc κενοφωνίας. i. *voces inanes*. ET OPPOSI-
TIONES, ἀντιθέσεις Græc. i. *contentiones*, diſputationes
vita. Et falſam ſcientiam, quam quidam
21 PROMITTENTES, ſeu profitentes, vt Syr. ἐπαγγελλό-
μενοι vtramque admittit interpretationem. ſed & *pro-*
mittere pro *profiteri* ſumi poteſt, & *præſeferre*. i. erra-
uerunt fide.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVGO. i. ſeruitute. BLASPHEMETVR. i. malè audiat,
ſeu vituperetur.
2 DILECTI. ſ. Deo. BENEFICII. ſ. diuini. q. d. quia
Chriſtiani ſunt.
3 PIETATEM. i. religionem, ſeu Dei cultum.
4 LANGVENS. i. ægrotans animo. BLASPHEMIÆ.
.i. maledicentiæ.
5 CONFLICTATIONES. i. diſceptationes. QVÆSTVM.
.i. lucri occaſionem. PIETATEM. i. religionem.
6 SVFFICIENTIA. ſ. rerum ad vitæ vſum.
10 CVPIDITAS. ſ. pecuniæ. APPETENTES. i. ſecuti.
12 FIDEI. i. pro fide, ſeu quod fides poſtulat. IN QVA
Græc. *in quam*. CONFESSVS. i. profeſſus CONFES-
SIONEM. i. fidei profeſſionem.
13 VIVIFICAT. q. d. à quo omnia viuentia vitam ha-
bent. TESTIMONIVM. ſ. veritatis.
14 MACVLA. i. peccato. IRREPREHENSIBILE. ſic vt
non poſſit reprehendi.
15 POTENS. Græc. δυνάστης. i. *princeps*. ſ. vniuerſi.
16 HABET. ſ. ex ſe. VIDIT. ſ. quantum eſt viſibilis.
17 SVBLIME. i. ſuperbè. FRVENDVM. i. delectabili-
ter vtendum.
18 COMMVNICARE. ſ. ſua cum egentibus.
19 THESAVRIZARE. i. parare. VERAM. Græc. *æter-*
nam. Syr. *veram*.
20 DEPOSITVM. i. commendatam tibi doctrinam.
NOVITATES. Græc. *inanitates* OPPOSITIONES.
.i. obiectiones. FALSI NOMINIS. i. falſò nominatæ.
21 PROMITTENTES. i. profitentes. EXCIDERVNT. i. er-
rarunt, ſeu lapſi ſunt. GRATIA TECVM. Id propria
manu ſcripſit: Amb. AMEN. Græc. additur: *Scripta*
ex Laodicea, Metropoli Phrygiæ Pacatianæ.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

Gratias Deo agit ob fidem Timothei, quam intrepida prædicatione iubet exeri: Chriſtus mortem deſtruxit, & Paulum in Gentium doctorem elegit, ſeruans ei debitum ipſius laboribus præmium: dicit quòd omnes Aſiani ipſum reliquerint, laudans Oneſiphori familiam quod inde multa receperit obſequia.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chri- 1
ſti per voluntatem Dei, ſe- A
cundùm promiſſionem vi-
tæ, quæ eſt in Chriſto Ieſu:
* Timotheo chariſſimo fi- 2
lio, gratia, miſericordia, pax
à Deo Patre, & Chriſto Ieſu
Domino noſtro. * Gratias ago Deo, cui ſeruio 3
à progenitoribus in conſcientia pura, quòd ſine
intermiſſione habeam tui memoriam in ora-
4 tionibus meis, nocte ac die * deſiderans te vide-
re, memor lacrymarum tuarum, vt gaudio im-
5 plear, * recordationem accipiens eius fidei, quæ
B eſt in te non ficta, quæ & habitauit primùm in
auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum
6 autem quòd & in te. * Propter quam cauſam
admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt
in te per impoſitionem manuum mearum.
7 * [a] Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timo- [a] *Rom. 8. c. 15*
ris; ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.
8 * Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini
noſtri, neque me vinctum eius: ſed collabora
9 Euangelio ſecundùm virtutem Dei: * qui nos
libera-

" Tit. 3. b. 5

liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta, " non C
ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propo-
ſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in
Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia. * Mani- 10
feſtata eſt autem nunc per illuminationem
Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit
quidem mortem, illuminauit autem vitam &
incorruptionem per Euangelium: * in quo " po- 11
ſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus, & ma-
giſter Gentium. * Ob quam cauſam etiam hæc 12
patior, ſed non confundor. Scio enim cui cre-
didi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum D
meum ſeruare in illum diem. * Formam habe 13
ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide &
in dilectione in Chriſto Ieſu. * Bonum depoſi- 14
tum cuſtodi per Spiritum ſanctum, qui habitat
in nobis. * Scis hoc, quòd auerſi ſunt à me om- 15
nes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phigellus, &
Hermogenes. * Det miſericordiam Dominus 16
" Oneſiphori domui: quia ſæpè me refrigera-
uit, & catenam meam non erubuit: * ſed cum 17
Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, & inue-
nit. * Det illi Dominus inuenire miſericordiam 18
à Domino in illa die. Et quanta Epheſi mini-
ſtrauit mihi, tu meliùs noſti.

" 1. Tim. 2. a. 7

" Inf. 4. d. 19

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PAVLVS. A ſuo nomine incipit. SECVNDVM PROMISSIONEM Apoſtolus, ſeu *profeſſionem*, ἐπαγγελίας, vt cap. ſuper. v. 21. Ergo in ea profeſſione & vitæ genere ego ſum Apoſtolus. QVÆ EST IN CHRISTO IESV. i. per Chriſtum, per eum vita datur.

3 GRATIAS AGO DEO, ſeu *profiteor*. CVI SERVIO A PROGENITORIBVS, nempe genere Iudæus. QVOD SINE INTERMISSIONE. Gotth. *quam ſine intermiſſione*. Ergo *gratias ago*. i. teſtor Deum, à verbo Hebræo, ידה *iadah*, quod *gratias agere*, & *confiteri*, ſeu *profiteri* ſignificat. Profiteor coram Deo. Alioqui non ſatis cohæreret, *gratias ago*, cum illo, *quod ſine intermiſſione*.

5 EIVS FIDEI memor ſum. QVÆ HABITAVIT PRIMVM IN AVIA TVA LOIDE. Non degeneras à maioribus tuis.

6 ADMONEO TE VT RESVSCITES. Græc. ἀναζωπυρεῖν, *reaccendas*. ſ. per bona opera, vt calor ſtomachi corporis exercitatione. GRATIAM DEI. i. dona collata per impoſitionem manuum, quando ſacratus eſt Epiſcopus. Non dedit Deus

7 SPIRITVM TIMORIS. Non debemus timere, nec ob timorem ceſſare ab Euangelio & doctrina. ET SOBRIETATIS, ſeu *caſtigationis*, σωφρονισμοῦ, Syr. *admonitionis*, vt ſ. caſtigemus & admoneamus alios.

8 SED COLLABORA. Syr. *perfer mala* ſ. mei exemplo ob Euangelium Dei.

9 ET VOCAVIT, qui Deus eſt. VOCATIONE SVA SANCTA. Græc. non eſt *ſua*, nec Syr. nec Gotth. ſed tantùm, *vocauit nos vocatione ſancta*. ANTE TEMPORA SÆCVLARIA. i. ab æterno data eſt nobis. i. prædeſtinata gratia vocationis.

10 NVNC PER ILLVMINATIONEM, ſeu *aduentum* SALVATORIS. ſic 1. ad Timoth. 6. v. 15. vocem ἐπιφανείας vertit noſter Interpres. Ergo gratia ab æterno prædeſtinata, manifeſtata eſt Chriſti aduentu. ILLVMINAVIT AVTEM VITAM. i. contulit vitam. Ideò

12 HÆC PATIOR, ſ. vincula. SED NON CONFVNDOR. i. erubeſco. SCIO ENIM CVI CREDIDI mea, vitam, libertatem. Quod depoſitum ille conſeruabit in diem iudicij.

13 FORMAM HABE. i. imitare. SANORVM VERBORVM. Non ſcripta tantùm ſeruare vult, ſed quæ ore tenus accepit. Serua

14 BONVM DEPOSITVM. Sic vocat vel doctrinam illi traditam, vel fidem, & alia Spiritus ſancti dona, quæ ſeruare & exercere oportet.

18 MINISTRAVIT MIHI. ſic Syr. & Gotth. At Græcè deeſt *mihi*, tum in Louan. & Regia Vulgata. Ergo miniſtrauit mihi Oneſiphorus. Retribuat illi Deus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

RVrſum inſtruit, & exhortatur, addens quædam de electis, & reprobis, deque erroribus futuris tempore nouiſſimo. Narrat etiam quæ ſibi acciderint.

1 SECVNDVM. i. per, vel q. d. ad prædicandum. QVÆ EST, &c. i. quæ datur per Chriſtum.

3 A PROGENITORIBVS. ſ. inſtitutus. vel q. d. à puero. PVRA. q. d. recta intentione.

5 RECORDATIONEM, &c. i. in memoriam reuocans. CERTVS. Græc. *perſuaſus*. ſic & inf.

6 CAVSAM. ſ. quia fide præditus es recta. RESVSCITES. i. excites. ſ. per opera bona, iuxta officium tuum. GRATIAM. Græc. χάρισμα. i. donum.

7 VIRTVTIS. i. potentem. ſ. fortes facientem.

8 DOMINI. i. de Domino. COLLABORA, &c. q. d. ferto animo bono perſecutiones Euangelij. DEI. i. tibi à Deo datam.

9 SANCTA. ſ. ad ſanctitatem inuitante. PROPOSITVM. Syr. *voluntatem*. Iunge verò cum *ante tempora*. IN CHRISTO. i. per Chriſtum. SÆCVLARIA. i. ſæculi. q. d. ab æterno.

10 MANIFESTATA. ſ. vocatio, ſeu gratia; vel propoſitum, quod Græc. eſt femininum. ILLVMINATIONEM. Græc *apparitionem*. ILLVMINAVIT. i. patefecit. INCORRVPTIONEM. i. immortalitatem.

12 PATIOR. ſ. Romæ vinctus erat. CONFVNDOR. i. erubeſco. DEPOSITVM. i. ſalutem apud eum depoſitam, ſeu animam ei creditam. ILLVM. ſ. Iudicij.

13 FORMAM. i. informationem. HABE. i. retine, vel ſequere. SANORVM, &c. pro, ſanæ doctrinæ. IN FIDE, &c. q. d. credendo, & amando Chriſtum.

14 DEPOSITVM. i. munus Epiſcopi, vel animas ſubditorum.

15 IN. pro, ex. q. d. Aſiatici qui Romæ ſunt.

16 REFRIGERAVIT. recreauit.

18 QVANTA. i. in quàm multis.

CAPVT II.

Hortatur Timotheum ad alios ſincerè docendum & patiendum pro Chriſto, facta mentione futuri præmij ac reſurrectionis Chriſti: vtque contentiones & profana vaniloquia deuitet, ſtultaſque legis quæſtiones: de magna domo varia habente vaſa, & quas virtutes ſeruus Dei ſectari debeat.

1 TV ergo fili mi confortare in gratia quæ eſt
2 in Chriſto Ieſu: * & quæ audiſti à me per
A multos teſtes, hæc commenda fidelibus homi-
3 nibus, qui idonei erunt & alios docere. * Labo-
4 ra ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. * Nemo mili-
tans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus: vt ei
5 placeat, cui ſe probauit. * Nam & qui certat in
agone, non coronatur niſi legitimè certauerit.
6 * Laborantem agricolam oportet primùm de
7 fructibus percipere. * Intellige quæ dico: dabit
enim tibi Dominus in omnibus intellectum.
8 * Memor eſto Dominum IESVM CHRISTVM
reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid, ſecun-
9 dùm Euangelium meum, * in quo laboro vſ-
B que ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum
10 Dei non eſt alligatum. * Ideò omnia ſuſtineo
propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur,
quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria cæleſti.
11 * Fidelis ſermo: Nam ſi commortui ſumus, &
12 conuiuemus: * ſi ſuſtinebimus, & conregna-
bimus: " ſi negauerimus, & ille negabit nos:

" Mat. 10. d. 33
Mar. 8. d. 38

* " ſi

ⁿ Rom. 3. a.3 * ⁿ ſi non credimus, ille fidelis permanet, nega- 13
re ſeipſum non poteſt. * Hæc commone, teſtifi- 14
cans coram Domino. Noli contendere verbis:
ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem au-
dientium. * Solicitè cura teipſum probabilem 15
exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè
tractantem verbum veritatis. * Profana autem, 16
& vaniloquia deuita: multùm enim proficiunt C
ad impietatem: * & ſermo eorum vt cancer ſer- 17
pit: ex quibus eſt Hymenæus, & Philetus, * qui 18
à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem
eſſe iam factam, & ſubuerterunt quorumdam
fidem. * Sed firmum fundamentum Dei ſtat, 19
habens ſignaculum hoc: cognouit Dominus
qui ſunt eius; & diſcedat ab iniquitate, omnis
qui nominat nomen Domini. * In magna au- 20
tem domo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argen-
tea, ſed & lignea, & fictilia: & quædam quidem
in honorem, quædam autem in contumeliam.
* Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in 21
honorem ſanctificatum, & vtile Domino, ad D
omne opus bonum paratum. * Iuuenilia autem 22
deſideria fuge, ſectare verò iuſtitiam, fidem,
charitatem, & pacem cum ijs qui inuocant Do-
ⁿ 1. Tim. 1. b.7 Tit. 3. c.9 minum de corde puro. * ⁿ Stultas autem, & ſine 23
diſciplina quæſtiones deuita: ſciens quia gene-
rant lites. * Seruum autem Domini non opor- 24
tet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, do-
cibilem, patientem, * cum modeſtia corripien- 25
tem eos, qui reſiſtunt veritati: nequando Deus
det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veri-
tatem, * & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo 26
captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NEMO MILITANS DEO. Græc. & Syr. *nemo mili-* 4
tans ſine Deo. ſic Baſilius præfat. in Aſcetica. Et quidem milites mercatura arcebantur, coniugio etiam, vt ait Tacitus lib. 14. & Dionyſius lib 60. Quòd ſi milites negotijs in vniuerſum abſtinent, multò magis qui militant Deo. Id Interpres explicarè voluit, aut quod magis arbitror, Græcè legit ἀδεὶς στρατευόμενος τῷ Θεῷ. CVI SE PROBAVIT. i. à quo in militem electus eſt, στρατολογήσαντι, non, cui ſe deuouit.

LABORANTEM AGRICOLAM. q. d. non ſine præmio 6
erit opus ad quod inuito, ſed laboranti agricolæ exemplo. PRIMVM. Aduerbium eſſe poteſt, & nomen Græc. etiam πρῶτον. ego vt nomen accipio; agricola enim primus eſt qui laboris fructu fruitur. Memor eſto

DOMINVM IESVM CHRISTVM. Græc. Syr. & 8
Goth. non legitur vox *Dominum.* EX SEMINE. pro, qui eſt *ex ſemine David.* reſurrexiſſe. ſi Chriſtum negauerimus,

ET ILLE NEGABIT NOS. i. à ſe repellet vt preditores 12
& infideles.

SI NON CREDIMVS. Nihil ei ex eo decedit. Verax 13
ſemper in verbis, fidelis in promiſſis manet. Noli contendere:

AD NIHIL ENIM VTILE EST. Si hoc per parenthe- 14
ſim legitur, locum habet Græca lectio, quæ ſublata voce *niſi*, habet, *ad ſubuerſionem audientium.* ſ. *noli contendere verbis.* Si parentheſis tollatur, vox *niſi* addi debet, alioqui ſententia non conſtat. Latini codices variant, Græci etiam. Veleſius εἰ μὴ ad marginem apponit, ex aliquo nempe Græco codic. Cura teipſum

PROBABILEM EXHIBERE DEO, ſeu *probatum*, pro- 15
bum, δόκιμον. INCONFVSIBILEM. i. quem non pudeat Euangelij & crucis. RECTE TRACTANTEM, ὀρθοτομοῦντα, *rectè diuidentem verbum.* quaſi paterfamilias annonam, cuique vt opus habet; aut qui ad Principis menſam eſcas & fercula ſecat. Aliud iuuenibus conuenit, aliud ſenibus. Vita vaniloquia quæ ad impietatem

16 PROFICIVNT, aut *proficient*, vt Græc. & Syr. & Goth. & Reg.

19 FVNDAMENTVM, fides vera inconcuſſa manet. HABENS SIGNACVLVM HOC, nempe probos mores doctoris, vt illa verba declarant. ET DISCEDAT AB INIQVITATE, OMNIS QVI NOMINAT. i. prædicat *nomen Domini.* Indicat Hymenæum & Philetum prauos homines eſſe. Nec mirum in Eccleſia prauos eſſe,

20 IN MAGNA AVTEM DOMO. In Eccleſia mali ſunt probis permixti.

24 SERVVM AVTEM DOMINI NON OPORTET LITIGARE. Hac ratione ductus Bernardus epiſt. 301. litem de quodam Monaſterio cœpto remittit ad ſororem Imperatoris, vt quæ opus inchoarat, id ipſa curaret.

25 CVM MODESTIA, ſeu *manſuetudine*, ἐν πρᾳότητι. ſ. corripe eos. QVI RESISTVNT VERITATI. Vox *veritati* Græc. non eſt, nec Goth. ſed ſuppleri poteſt, tametſi ſine ea ſententia conſtat. NEQVANDO. pro, ſi quando. *Si* ſumitur ſæpè pro *non.* exempla paſſim occurrunt. Sic puto contrà hic *ne* ſumi pro *ſi.* Senſus: Corripe manſuetè illos, ſi fortè aliquando conuertantur. Græcum μήποτε ſignificat ſæpè *ſi quando.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CONFORTARE. i. fortis eſto. IN CHRISTO. pro, à Chriſto. q. d. in gratia Chriſti.

2 PER. pro, coram.

3 LABORA. i. ferto mala. Græc. κακοπάθησον.

4 DEO. non eſt Græc. nec Syr. SÆCVLARIBVS. Græc. βίου. i. *vitæ.* q. d. rebus mundi quæ militiam impediant. PROBAVIT. i. vt probatum tradidit. Græc. & Syr. *qui ſe delegit.*

5 IN AGONE. i. certamine publico. LEGITIME. i. ſecundùm leges certaminis vincens.

6 LABORANTEM, &c. q. d. ſi vult fructus percipere, debet priùs laborare.

7 INTELLIGE. i. aduerte. DABIT. Græc. *det*, ſed noſtra lectio potior.

8 EVANGELIVM. i. prædicationem.

9 IN QVO. ſ. diuulgando. LABORO. Græc. *mala patior.* MALE OPERANS. Græc. κακοῦργος. i. *malefactor*, ſeu *facinoroſus.* NON EST, &c. q. d. nec ideò ceſſo prædicare.

10 IDEO. iunge cum *vt.* IN. i. per. CVM. pro, in. CÆLESTI. Græc. & Syr. *æterna.*

11 FIDELIS. i. fide dignus, ſeu certus. NAM. abundat, more Hebr. COMMORTVI. ſ. cum Chriſto.

12 SVSTINEBIMVS. ſ. aduerſa.

13 ILLE. pro, ille tamen. FIDELIS. i. verax. NEGARE, &c. q. d. non poteſt non eſſe quod eſt.

14 CONTENDERE. ſ. contentionis ſtudio. Alioqui hæretici diſputationibus conuincendi. SVBVERSIONEM. ſ. ſcandalizantur. vel ſignificat docendam fidem ſine diſputationibus, ne auditores, qui minùs capiunt ſubtilitates, errore aliquo ſubuertantur.

15 PROBABILEM. i. probatum. INCONFVSIBILEM. i. quem non pudeat eorum quæ agit. TRACTANTEM. Græc. *ſecantem*, ſeu *diſtribuentem.* ſ. pro cuiuſq; captu.

16 PROFICIVNT. i. valent. IMPIETATEM. ſ. ingenerandam in animo.

17 EORVM. i. talium. CANCER. ſ. morbus, qui exedit eam corporis partem, quam corripuerit.

19 FVNDAMENTVM. ſ. electio, ſeu prædeſtinatio. SIGNACVLVM. ſ. quod ſequitur. q. d. beneque ſigillatum, iuxta illud: *Cognouit*, &c. eſt autē locus Num. 6. iuxta LXX. ET DISCEDAT, &c. Id à Paulo additum. q. d. oportet verò diſcedere, &c. NOMEN DOMINI. pro, Dominum.

20 CONTVMELIAM. i. vile miniſterium.

21 ISTIS. ſ. quæ Deo diſplicent malis, & erroribus, de quibus proximè dictum. VTILE. i. aptum ad vſum.

23 SINE DISCIPLINA. i. ineruditas. LITES. i. contentiones.

Docibilem. Græc. διδακτικόν. i. *idoneum ad docendum* 24

Modestia. Græc. πρᾳότητι. i. *manſuetudine*. Nequando. i. ſi fortè. 25

CAPVT III.

Prædicit homines futuros varijs inuolutos peccatis, qui mulierculas ſeducentes veritati reſiſtant: Timotheum autem hortatur vt ſuo exemplo virtutes amplectatur, ac tolerantiam in perſecutionibus: & de ſacrarum litterarum vtilitate.

a 1.Tim. 4. a. 2

HOc autem ſcito, quòd in nouiſſimis die- 1
bus inſtabunt tempora periculoſa: * erunt 2
homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, A
blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati,
ſceleſti, * ſine affectione, ſine pace, criminato- 3
res, incontinentes, immites, ſine benignitate,
* proditores, proterui, tumidi, & voluptatum 4
amatores magis quàm Dei: * habentes ſpeciem 5
quidem pietatis, virtutem autem eius abnegan- B
tes. Et hos deuita: * ex his enim ſunt, qui pene- 6
trant domos, & captiuas ducunt mulierculas
oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſide-
rijs: * ſemper diſcentes, & numquam ad ſcien- 7
tiam veritatis peruenientes. * Quemadmodum 8
autem a Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: (a Exod. 7. b. 11)
ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti
mente, reprobi circa fidem, * ſed vltra non pro- 9
ficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit
omnibus, ſicut & illorum fuit. * Tu autem aſſe- 10
cutus es meam doctrinam, inſtitutionem, pro- C
poſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem,
patientiam, * perſecutiones, paſſiones: qualia 11
mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconij, & Lyſtris:
quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus
eripuit me Dominus. * Et omnes, qui piè vo- 12
lunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem pa-
tientur. * Mali autem homines, & ſeductores, 13
proficient in peius; errantes, & in errorem mit-
tentes. * Tu verò permane in ijs, quæ didiciſti, 14
& credita ſunt tibi: ſciens à quo didiceris. * & 15
quia ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſ- D
ſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in
Chriſto Ieſu. * a Omnis ſcriptura diuinitus in- 16 (a 2. Pet. 1. d. 20)
ſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,
ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: * vt 17
perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum
inſtructus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

TEmpora periculosa, ſeu *dura* inſtabunt in nouiſſimo. Erunt homines 1

Sine affectione. ſ. amoris. Nulli homini amici. Sine pace. ἄσπονδοι, *ſine fœdere*. i. inſociabiles. Criminatores, ſeu *calumniatores*, διάβολοι. Sine benignitate, ἀφιλάγαθοι, *hoſtes rerum bonarum*. Sicut. 3

Iannes et Mambres. Græc. *Iannes & Iambres*. Hæc ſunt nomina magorum, qui in Ægypto Moyſi reſtiterunt, ſumpta ex lib. cui titulus eſt, *Iannis & Iambris liber* inter apocrypha datus, cap. Sancta Romana, Diſt. 15. de quo lib. Origenes Tract. 35. in Matth. De ijs magis Numenius etiam apud Euſeb. c. 3. lib. 9. de Præparat. Plura Sixtus Senenſis lib. 2. Biblioth. in voce *Iannes*. 8

Tu autem aſſecutus es. i. probè tenes meam doctrinam. Et ſcis 10

Qualia mihi facta sunt Antiochiæ. De his perſecutionibus Act. 13. & 14. 11

Ad omne opus bonum Scriptura eſt vtilis. Non 17 ergo Scriptura laxat habenas improbitati, vt multi factis, quidam etiam verbo alios docent.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 CVpidi. i. auari. Elati. i. arrogantes, ſeu faſtuoſi. Blasphemi. i. maledici.

3 Affectione. i. beneuolentia. Pace. Græc. *fœdere*. Criminatores. i. calumniatores. Sine benignitate. Græc. *non amantes bonorũ*. Syr. *bonorum oſores*.

4 Proterui. Græc. *præcipites*, ſeu *temerarij*.

5 Virtutem. i. vim, ſeu veritatem.

7 Discentes. ſ. mulierculæ.

8 Iannes, &c. Hi Magi Ægyptiorum. Reprobi. i. errantes.

9 Vltra. Græc. *amplius*, ſeu *plurimum*. Proficient. i. aſſequentur quod volunt.

10 Assecutus. i. ſectatus. Institutionem. i. mores, vel morum inſtitutionem. Propositum. i. animi promptitudinem, ſeu intentionem.

11 Qualia. pro, quæ. Antiochiæ. ſ. Piſidiæ, non Syriæ.

12 Pie. i. religioſè. Syr. *cum timore Dei*. Patientur. ſ. ab improbis, quibus diſplicet virtus.

13 Proficient. i. progredientur. Mittentes. ſ. alios, quantum in ſe eſt.

14 A quo. ſ. Paulo.

15 Ab infantia. i. à puero. In Christo. i. in Chriſtum.

16 Docendum. ſ. veritatem. Arguendum. ſ. falſitatem. Corripiendum. ſ. malos. Græc. *corrigendum*, ſeu *dirigendum*. Erudiendum. ſ. omnes. In. pro, de.

17 Dei. i. Deo dicatus.

CAPVT IV.

Timotheum per Chriſtum iudicem obteſtatur, vt aduerſus falſos doctores, & eos qui tales ſibi coaceruant, conſtanter prædicet, tolerando quæcumque infligentur aduerſa: prædicitque ſuam paſſionem & futurum præmium; aduocans Timotheum, eò quòd à multis deſertus ſit, & ab Alexandro multa paſſus: in prima ſua defenſione ab omnibus deſertus fuit, ſed à Domino liberatus.

1 TEſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, qui
A iudicaturus eſt viuos, & mortuos, per ad-
2 uentum ipſius, & regnum eius: * prædica ver-
bum, inſta opportunè, importunè: argue, ob-
ſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.
3 * Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non
ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt
4 ſibi magiſtros, prurientes auribus: * & à verita-
te quidem auditum auertent, ad fabulas autem
5 conuertentur. * Tu verò vigila, in omnibus la-
B bora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum
6 imple. Sobrius eſto. * Ego enim iam delibor, &
7 tempus reſolutionis meæ inſtat. * Bonum cer-
tamen certaui, curſum conſummaui, fidem
8 ſeruaui. * In reliquo repoſita eſt mihi corona
iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa
die iuſtus iudex: non ſolùm autem mihi, ſed &
ijs qui diligunt aduentum eius. Feſtina ad me
9 venire citò. * Demas enim me reliquit, diligens
10 hoc ſæculum, & abijt Theſſalonicam: * Cre-
11 ſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. * a Lu- (a Coloſſ. 4. d. 14)
C cas eſt mecum ſolus. Marcum aſſume, & adduc
tecum: eſt enim mihi vtilis in miniſterium.
12 * Tychicum autem miſi Epheſum. * Penulam,
13 quam reliqui Troade apud Carpum, veniens
affer tecum, & libros, maximè autem mem-
14 branas. * Alexander ærarius multa mala mihi
oſtendit: reddet illi Dominus ſecundùm opera
eius:

eius: quem & tu deuita: valde enim reſtitit 15
verbis noſtris. In prima mea defenſione ne- 16
mo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt:
non illis imputetur. Dominus autem mihi 17
aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio D
impleatur, & audiant omnes Gentes: & libera-
tus ſum de ore Leonis. Liberauit me Domi- 18
nus ab omni opere malo: & ſaluum faciet in
regnum ſuum cæleſte, cui gloria in ſæcula ſæ-
culorum. Amen. Saluta Priſcam, & Aquilam, 19
& [a] Oneſiphori domum. Eraſtus remanſit 20
Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum
Mileti. Feſtina ante hiemem venire. Salutant 21
te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, &
fratres omnes. Dominus Ieſus Chriſtus cum 22
ſpiritu tuo. Gratia vobiſcum. Amen.

[a] Sup. 1. d. 16

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 OPPORTVNE, IMPORTVNE, prædica. i. omni tempore, cum occaſione & ſine ea. IN OMNI PATIENTIA, ET DOCTRINA. ſine alterutra admonitio efficax non eſt. Erit cùm homines

3 COACERVABVNT, quærent. PRVRIENTES, in nominatiuo. i. quorum aures pruriunt, ij magiſtros quærent, qui aures ſcalpant.

5 SOBRIVS ESTO. Hoc Græc. non eſt, nec Syr. nec in Gotth. Solus Veleſ. ad marginem appoſuit *σωφρόνει*, vnde? Alij ſilent.

6 IAM DELIBOR. propè eſt vt ſacrificer, morti ſum proximus.

9 DEMAS ENIM ME RELIQVIT. De quo ad Coloſſ. 4. v. 14. an & idem?

10 CRESCENS IN GALATIAM. Euſebius lib. 3. Hiſt. cap. 4. *Κρήσκης ἐπὶ τὰς Γαλλίας, Creſcens in Gallias*. Verùm promiſcuè & *Galatia* Aſiæ vocatur *Gallia*, & noſtra *Gallia* vocatur *Galatia*. Dionyſius lib. 37. *Galliæ* dat nomen *Galatiæ*. Et Plutarchus in Galba *Narbonem* vrbem *Galatiæ* facit. In Camillo *Gallos* qui Romam occuparunt, *Galatas* Græcè vocat. Creſcens in Galatiam Aſiæ iuit.

13 PENVLAM. Syr. *thecam librorum* ait. Et quidem ſi *φελόνην* legamus Græc. vt eſt in Reg. ea vox *thecam* ſignificat & *breue pallium*, ſi autem *φαιλόνην*, vt Robertus habet, vel Eraſmo teſte, ſignificat *pallium*, *quo ab imbre tegimur*: Hieronymus 3. Dialog. contra Pelag. *lacernam* ſeu *penulam* habet. APVD CARPVM. De hoc Dionyſius Areopag. epiſt. 8. vt ibi ait Georg. Pachym.

14 ALEXANDER ÆRARIVS. Vox *ærarius χαλκεὺς*, *quæſtorem*, *militem*, *tributarium*, & *æris fabrum* ſignificat. Ideò Syr. & Eraſmus, vt tollatur ambiguitas, dixerunt, *ærarius faber*. MVLTA MALA MIHI OSTENDIT. i. intulit, ſic Auguſt. lib. Locutionum ex Geneſi citans illa verba fratrum Ioſeph iuxta Sept. *Multa mala oſtendimus ei*. Pſal. etiam 58. verſ. 12. *Deus oſtendet mihi*. ſ. vindictam inferet. Demoſth. etiam Orat de Legatione, verbo *ἐνδείκνυμι* vtitur in ſignificatione *inferendi*. REDDET, ſeu *reddat*, vt eſt Græc & Gotth. Hunc Alexandrum Chryſoſtomus putat eſſe ſtimulum carnis, de quo 2. ad Cor. 12. v. 7.

17 DE ORE LEONIS ſum liberatus. ſic Neronem vocat, ob eius ſæuitiam, cui ludus erat hominum cædes. Matrem, vxorem, leuirum, magiſtrum Senecam occidit.

18 LIBERAVIT, ſeu *liberabit*, vt eſt Græc. & Syr. ab omni opere malo.

19 SALVTA PRISCAM. Græci codices variant, alij *Priſcam* habent, alij *Priſcillam*.

21 ET PVDENS, ET LINVS, ET CLAVDIA. An *Pudens* & *Claudia* coniuges, de quibus Martialis lib. 4. Epigr. 14. Quam Claudiam Britannam facit lib. 11. Epigr. 54. Caractaci Regis filiam quidam addit, quem ad Claudium Auguſtum deductum Romam, Tacitus ait lib. 12. Tempora conſentiunt, coniectura ex nominibus ſæpè fallax.

22 GRATIA. ſupple, eius, nempe Chriſti. VOBISCVM. Gotth. *nobiſcum*, ſed malè.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VIVOS. Indicat aliquos non morituros, ſed in aëra rapiendos, de quo ſup. 1. Theſ. 4. quamquam poſſunt intelligi viui. ſ. cùm Paulus ſcriberet. PER ADVENTVM. ſ. ad iudicium. ſ. teſtificor, ſeu obteſtor. quamquam Græc. potius eſt, *in aduentu ſuo & regno*. i. iudicaturus.

2 IMPORTVNE. i. intempeſtiuè. ſ. improborum iudicio. ARGVE. i. conuince. ſ. errantes. IN. pro, cum.

3 SVSTINEBVNT. i. ferent. AD. pro, iuxta. PRVRIENTES. nominatiuus eſt. q. d. cupientes audire grata, velut ſcalpi qui pruriunt.

5 LABORA. Græc. *ferto mala*. IMPLE. i. plenè exequere.

6 DELIBOR. q. d. propè eſt vt immoler. Adhibebantur libamina ſacrificiis, ex rebus liquidis, quæ in Dei honorem effundebantur, vel cremabantur. Et quidem Pauli effuſus ſanguis amputato capite. RESOLVTIONIS. i. mortis, qua ſoluitur anima corpore.

7 BONVM. ſ. plenum meriti & honoris Dei.

8 IN RELIQVO. i. in poſterum. IVSTITIAE. ſ. debita iuſtis operibus. ADVENTVM. ſ. vt filij aduentum patris optant. FESTINA. i. cura.

10 GALATIAM. i. Galliam, ſecundùm Epiphan. Hær. 51. Dicitur à quibuſdam Creſcens hic fuiſſe Epiſcopus Moguntinus. vide Clem. 7. Conſt. cap. 46. Euſeb. lib. 3. cap. 3. Hieron. in Catalog.

11 SOLVS. ſ. ex domeſticis. VTILIS. pro, vſui futurus. q. d. opus eſt mihi eo. MINISTERIVM. Euangelicum.

13 PENVLAM. Pallij genus quidam putant; alij, volumen Hebræum. Syr. *thecam librorum*. RELIQVI. Ex hoc, & iis quæ infrà dicit, quidam colligunt, Paulum Româ iuiſſe in ea loca, & Eccleſias viſitaſſe, vt quibuſdam ſcripſerat ſe facturum; deinde rediiſſe ad vincula, in quibus tandem obiit martyrio coronatus cum Petro. MEMBRANAS. ſ. Hebræi libri membranæ ſunt inuolutæ.

14 ÆRARIVS, ſ. faber. OSTENDIT. i. *fecit*, Hebr. REDDET. Ita etiam legit Syr.

16 DEFENSIONE. ſ. apud Iudicem Romanum. OMNES. ſ. qui fauere poterant. IMPVTETVR. ſ. à Deo.

17 LEONIS. ſ. Neronis.

18 LIBERAVIT. Græc. & Syr. *liberabit*. OPERE MALO. i. perſecutione malorum.

22 AMEN. Græc. & Syr. additur, *Miſſa è Roma*.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM.

CAPVT PRIMVM.

Facta in ſalutatione mentione ſpei vitæ æternæ quæ iam manifeſtata eſt, oſtendit quales debeat ordinare presbyteros ac epiſcopos: & de quibuſdam qui ob varia vitia durè ſunt increpandi: mundis omnia munda: quidam facto Deum negant.

PAVLVS ſeruus Dei, Apoſto- 1
lus autem Ieſu Chriſti ſe- A
cundùm fidem electorum
Dei, & agnitionem verita-
tis, quæ ſecundùm pietatem
eſt * in ſpem vitæ æternæ, 2
quàm promiſit qui nõ men-
titur, Deus, ante tẽpora ſæcularia: *manifeſtauit 3
autem temporibus ſuis verbũ ſuum in prædica-
tione, quæ credita eſt mihi ſecundùm præceptũ B
Saluatoris noſtri Dei: * Tito dilecto filio ſecun- 4
dùm communem fidẽ, gratia & pax à Deo Pa-
tre, & Chriſto Ieſu Saluatore noſtro. *Huius rei 5
gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corri-
gas, & cõſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut
& ego diſpoſui tibi. *a Si quis ſine crimine eſt, 6
vnius vxoris vir, filios habẽs fideles, nõ in accu- C
ſatione luxuriæ, aut nõ ſubditos. *Oportet enim 7
epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſato-
rem: non ſuperbũ, non iracundum, non vino-
lentũ, non percuſſorẽ, non turpis lucri cupidum,
*ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtũ, ſan- 8
ctum, continentem, * amplectentem eum, qui 9
ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt
potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui
contradicunt, arguere. *Sunt enim multi etiam 10
inobedientes, vaniloqui, & ſeductores; maximè
qui de circũciſione ſunt: *quos oportet redargui: 11
qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ
non oportet, turpis lucri gratia. * Dixit quidam 12
ex illis, proprius ipſorũ propheta: Cretẽſes ſem- D
per mendaces, malę beſtię, ventres pigri. *Teſti- 13
monium hoc verũ eſt. Quam ob cauſam incre-
pa illos durè, vt ſani ſint in fide, *non intenden- 14
tes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ, auer-
ſantium ſe à veritate. *b Omnia munda mundis: 15
coinquinatis autẽ, & infidelibus nihil eſt mun-
dum, ſed inquinatę ſunt eorum & mens & con-
ſcientia. * Confitentur ſe noſſe Deum: factis 16
autem negant: cùm ſint abominati, & incredi-
biles, & ad omne opus bonum reprobi.

a 1. Tim. 3 a. 2

b Rom. 14. d. 20.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SECVNDVM FIDEM Apoſtolus. Præpoſitio κατ' quæ hîc eſt, multa ſignificat. Syr. *per fidem* vertit, alius *circa fidem*, ego *ad fidem*. i. vt electi credant, ſum Apoſtolus. ſic mox QVÆ SECVNDVM PIETATEM EST. i. ad pietatem tendit. Deus

3 VERBVM SVVM. i. Euangelium manifeſtauit ſuo tempore.

4 SECVNDVM COMMVNEM FIDEM. i. Catholicam, non priuatam. ſ. quæ inter nos eſt.

5 ET CONSTITVAS PER CIVITATES: ἀορίστως, *indefinitè*, idem eſt quod *per ſingulas ciuitates*, vt Act. 14. verſ. 22. quod Lucas dixit κατ' ἐκκλησίαν, Interpres vertit, *per ſingulas eccleſias*. ergo *reliqui te Cretæ*, pro, in Creta, *vt conſtituas presbyteros in ſingulis ciuitatibus*. Per pre-
6 *byteros* Epiſcopos intelligit.

SI QVIS SINE CRIMINE EST. Auguſt. cõtra duas epiſt. Pelag. c. 14. *Sicut dixit, Si quis eſt ſine crimine, dixiſſet, Sine peccato, nullus in Eccleſia rectè poſſet ordinari miniſter: quippe omnes peccamus. Ergo per crimẽ, graue & infame peccatũ intellige.* NON IN ACCVSATIONE LVXVRIÆ. Ἀσωτία nõ *luxuriam* tantũ, ſed *intẽperantiam, perditos mores* ſignificat. Ergo nõ ſint eo nomine infames.

8 SOBRIVM, σώφρονα, Syr. *caſtum* vertit. CONTINENTEM, quos 1. ad Timoth. 3. v. 2. σώφρονας. i. *caſtos* vult eſſe Epiſcopos, hîc *σώφρονας καὶ ἐγκρατεῖς, caſtos & continentes*, hoc eſt, non ſolùm à promiſcuo coitu (id enim eſt caſtum eſſe) ſed ab vxoribus etiam abſtinere: nam 1. ad Corinth. 7. verſ. 9. ijs qui non ſe continent, nubere permittit, vbi ea vox eſt; & ἐγκρατὴς abſolutè poſitum, ad guſtus & tactus continentiam refertur, vt Ariſtoteles docet libro 1. Magn. Moral. Alioqui cum adiuncto, iræ, gloriæ, auri continentem dicimus.

10 QVI DE CIRCVMCISIONE SVNT. i. ex Iudęis ſunt præ ceteris inobedientes, vani. Vt dixit

12 PROPRIVS IPSORVM PROPHETA. Hic fuit Epimenides, clarus vir: quem ſeptem Græcię Sapientibus quidam annumerarunt, excluſo Periandro, vti Plutarchus in Solone ait. Poëta *vates* vocatur, ſic etiam *propheta*. Vocat *proprium*, quia fuit Cretẽſis tẽpli Mithrę, ſeu Solis ſacerdos. Scripſit Oraculorum librum, vnde Paulus hæc verba ſumpſit. Plutarchus in Solone è Creta Athenas aduocatum ait. Increpa illos, ne intendant

14 IVDAICIS FABVLIS. Sic vocat cærimonias & traditiones Iudæorum.

15 OMNIA MVNDA MVNDIS. Erant qui Iudęorum ex lege quaſdam eſcas improbarent.

16 INCREDIBILES. ἀπειθεῖς, *increduli*, inobedientes ſunt ij homines.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

AD TITVM. ſ. Cretæ Epiſcopum. Docet quę in Epiſcopatu agere debeat. vbi & de Epiſcopi moribus & ſæcularium quædam tractat.

1 SECVNDVM PIETATEM. i. de Dei cultu.

2 SPEM. pro, ſpe. ANTE TEMPORA. ſ. eam prædeſtinans. SÆCVLARIA. i. ſęculi q. d. ante mundi creationẽ.

3 IN. pro, per.

4 DILECTO. Græc. *germano*, ſeu *vero*. COMMVNEM. ſ. Catholicam.

5 CRETÆ. i. in Creta inſula. vulgò *Candia*. PRESBYTEROS. i. Epiſcopos.

6 VNIVS. i. qui non duas duxerit. NON IN, &c. i. qui non poſſint accuſari.

8 BENIGNVM. Græc. *bonorum amantem*. CONTINENTEM. ſ. ab vxoris amplexibus: Hieron.

9 SECVNDVM DOCTRINAM. i. ad docendum commodum. FIDELEM. i. certum. IN. pro, per; vel, cum. ARGVERE. i. conuincere.

10 INOBEDIENTES. ſ. ei quod ęquum eſt. Loquitur autem de iis quos argui oportet. CIRCVMCISIONE. i. Iudæis.

12 QVIDAM. ſ. Epimenides. MALÆ BESTIÆ. i. perniciosæ feræ. VENTRES. i. homines, ſeu corpora.

13 DVRE. ſ. ſeuerè. SANI. ſ. ne errent.

AVERSANTIVM. pro, auertentium. 4

OMNIA. Cibos intelligit Lege veteri prohibitos. MVNDA. ſ. ex ſe. MVNDIS. i. purè vtentibus & vt fides docet. NIHIL. ſ. quia non rectè vtuntur. 5

CONFITENTVR. i. profitentur. ABOMINATI. pro, abominabiles. INCREDIBILES. pro, increduli. REPROBI. i. inepti. 16

CAPVT II.

Quomodo docere debeat ſenes, anus, adoleſcentulas ac iuuenes, præbendo ſe omnibus vitæ exemplum: & in quibus nos erudiat gratia Dei quæ apparuit, beneficia etiam per Chriſtum nobis exhibita oſtendit.

TV autem loquere quæ decent ſanam do- 1
ctrinam:* Senes vt ſobrij ſint, pudici, pru- A
dentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia: 2
* Anus ſimiliter in habitu ſancto, non crimina- 3
trices, non multo vino ſeruientes, benè docen-
tes:* vt prudentiam doceant adoleſcentulas, vt 4
viros ſuos ament, filios ſuos diligant,* pruden- 5
tes, caſtas, ſobrias, domus curam habentes, be- B
nignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſphemetur
verbum Dei.* Iuuenes ſimiliter hortare vt ſo- 6
brij ſint.* In omnibus teipſum præbe exem- 7
plum bonorum operum, in doctrina, in inte-
gritate, in grauitate,* verbum ſanum, irrepre- 8
henſibile: vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, ni-
hil habens malum dicere de nobis.* [a] Seruos 9
dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placen- C
tes, non contradicentes,* non fraudantes, ſed in 10
omnibus fidem bonam oſtendentes: vt doctrinã
Saluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.* Appa- 11
ruit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus
hominibus,* erudiens nos, vt abnegantes impie- 12
tatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & D
piè viuamus in hoc ſæculo,* expectantes beatam 13
ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Salua-
toris noſtri Ieſu Chriſti:* qui dedit ſemetipſum 14
pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate,
& mundaret ſibi populum acceptabilem, ſecta-
torem bonorum operum.* Hæc loquere, & ex- 15
hortare, & argue cum omni imperio. Nemo te
contemnat.

[a] Epheſ.6. a.5 Coloſ.3. d.22 1.Pet.2. c.18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

PRVDENTES, ſeu caſti, σώφρονες ſint ſenes. 2

ANVS SIMILITER IN HABITV SANCTO, ſeu *decenti* coram Deo. NON CRIMINATRICES, ſeu *calumniatrices*, διαβόλους. 3

VT PRVDENTIAM DOCEANT, ſeu *pudicitiam*, vt Syr. σωφρονίζωσι adoleſcentulas. 4

PRVDENTES, CASTAS. Syr. *caſtas, ſanctas*, σώφρονας, ἁγνάς, *ſobrias*, Hoc Græcè non eſt, nec in Syr. aut in Goth. ſolus Veleſius addit ... vnde? 5

VT SOBRII SINT. Syr. *caſti*. σωφρονεῖν iuuenes hortare. Eſto alijs exemplo, 6

IN DOCTRINA, IN INTEGRITATE, &c. ſiue, *in doctrina integritatem, grauitatem, incorruptionem*, ſic Græc. Ergo doctrina ſit ſolida, non de nugis, non infecta prauis opinionibus. Quid ſerui? 7

NON FRAVDANTES. Syr. *non fures*, νοσφιζομένους *appropriantes*. Hiſp. *no ſiſen*. Apparuit gratia 10

SALVATORIS NOSTRI. Græc. & Syr. *gratia ſalutifera*, ἡ σωτήριος. noſter tamen legit Græcè τοῦ Σωτῆρος. id eſt, *Saluatoris noſtri*. Id ad bonum inuitat. & vt 11

SOBRIE, ſeu *caſtè*, σωφρόνως, viuamus & iuſtè. Qui ſe dedit, vt mundaret ſibi 12

POPVLVM ACCEPTABILEM. I. eximium, περιούσιον, quam vocem nouam ait Hieronymus à Sept. introductam, quæ varia ſignificat varijs in locis. Hæc loquere 14

CVM OMNI IMPERIO. Non vult eſſe imperioſum, ſed auctoritate & ſine timore docere, & regere pro poteſtate illi data & vt Chriſti miniſter.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 SANCTO. i. religioſo, ſeu Chriſtianam decente. CRIMINATRICES i. calũniatrices. BENE. pro, bona.

4 PRVDENTIAM. Syr. *pudicitiam*.

5 PRVDENTES. ſ. eſſe doceant. BLASPHEMETVR. i. vituperetur.

8 VERBVM. ſ. tuum ſit. EX ADVERSO. i. aduerſarius. VEREATVR. i. erubeſcat.

10 FRAVDANTES. ſ. in miniſterio, ſeu rebus heri. FIDEM BONAM. i. fidelitatem.

11 GRATIA. ſ. miſericordia.

12 SÆCVLARIA. i. mundana. PIE i. religioſè.

13 BEATAM SPEM. i. ſperatam beatitudinem.

14 ACCEPTABILEM. i. acceptum. Græc. περιούσιον. i. *peculiarem*, ſeu *eximium*.

15 NEMO TE, &c. q. d. ſic te gere, vt nemo poſſit te meritò contemnere.

CAPVT III.

Ad quas virtutes ſuos debeat adhortari, & à quibus vitiis dehortari: & quod à peccatis prioribus ſola Dei benignitate ſaluati ſimus per lauacrum regenerationis, facti in ſpe heredes vitæ æternæ: monetque vt hæc docens vanam deuitet doctrinam, ſimiliter & hæreticos.

1 ADmone illos principibus & poteſtatibus
A ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus
2 bonum paratos eſſe:* neminem blaſphemare,
non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſten-
dentes manſuetudinem ad omnes homines.
3 * Eramus enim aliquando & nos inſipientes, in-
creduli, errantes, ſeruientes deſideriis & volu-
ptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odi-
4 biles, odientes inuicem.* Cùm autem benigni-
tas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei;
5 * [b] non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,
B ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos
fecit, per lauacrum regenerationis & renouatio-
6 nis Spiritus ſancti,* quem effudit in nos abundè
7 per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum:* vt
iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundùm
8 ſpem vitæ æternæ.* Fidelis ſermo eſt: & de his
C volo te confirmare: vt curent bonis operibus
præeſſe qui credunt Deo. Hæc ſunt bona & vti-
9 lia hominibus.* [c] Stultas autem quæſtiones, &
genealogias, & contentiones, & pugnas legis de-
10 uita. ſunt enim inutiles, & vanæ.* Hæreticum
hominem, poſt vnam & ſecundam correptio-
11 nem deuita:* ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſ-
modi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio iudicio
12 condemnatus.* Cùm miſero ad te Artemam,
D aut Tychicũ, feſtina ad me venire Nicopolim:
13 ibi enim ſtatui hiemare.* Zenam legiſperitum,
& Apollo ſolicitè præmitte, vt nihil illis deſit.
14 * Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſ-
ſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.
15 * Salutant te qui mecum ſunt omnes: ſaluta eos,
qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omni-
bus vobis. Amen.

[b] 1.Tim.4. b.7 2.Tim.1. c.13

[c] 2.Tim.2. d.23

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 NEMINEM BLASPHEMARE admone i. de nullo obloqui, quo mutua beneuolentia fouetur. Id fiet, ſi conſideremus quales

3 ERAMVS Id mites facit, ſi conſideremus quales nos ſumus, aut anteà fuimus. Cùm Chriſtus apparuit, liberauit nos per lauacrum regenerationis

ET RENOVATIONIS, ſiue *per renouationem Spiritus ſancti*. Græca vtroque modo verti poſſunt.

Bonis operibvs præesse. i. bona opera exequi curent fideles. 8

Stvltas. Nihil in Eccleſia proponi vult, quod non ſit ad ædificationem comparatum. Hæreticum vita, 9

Qvia svbversvs est, nulla conuerſionis ſpe. Zelotypia, amentia, hæreſis, tres morbi incurabiles. ſic vulgus. Proprio ivdicio condemnatvs. αὐτοκατάκριτος, ex ſe condemnatus. i. manifeſtè, quia ſ. ſuum iudicium ſequitur aliis omnibus contemptis. 11

Cvm misero ad te Artemam. Fuit Epiſcopus Lyſtræ. Avt Tychicvm. Duo eo nomine, alter Colophonis, alter Chalcedonis Epiſcopi. Hippolytus de Septuaginta diſcipulis. Nicopolim tu veni. Hieronymus Nicopolim Epyri putat, Chryſoſtomus, Nicopolim Thraciæ. 12

Zenam legisperitvm et Apollo solicite præmitte. πρόπεμψον, deduc illos, aſſiſte illis, vt nihil eis desit, viaticum habeant. 13

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Illos. ſ. Cretenſes. Potestatibvs. i. magiſtratibus. Dicto. ſ. eorum.

2 Blasphemare. i. maledicere, ſeu conuitiis appetere. Litigiosos. i. contentioſos.

3 Odibiles. i. odio digni.

4 Hvmanitas. Græc. φιλανθρωπία. i. *amor in homines*.

5 Secvndvm. i. propter, vel ex. Sancti. ſ. opera.

7 Secvndvm, &c. i. certò ſperantes vitam æternam.

8 Sermo ſ. præcedens, vel ſequens. Confirmare. ſ. alios. q. d. hortari diligenter. Præesse. i. intendere.

9 Legis. i. de lege Syr. *Scribarum*.

11 Cvm sit, &c. q. d. proprium ſequens iudicium, ſeque ita condemnans.

13 Legisperitvm. ſ. Iudaicæ. Præmitte. ſ. ad me, vel aliò fortè quò fuerant à Paulo deſtinati. Vt. pro, ſic vt.

14 Necessarios. i. pauperibus.

15 Amen. Græc. additur, *Scripta ex Nicopoli Macedoniæ*. Syr. verò, *Miſſa per Zenam & Apollo*.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

CAPVT PRIMVM.

Philemoni, cuius charitatem ac fidem collandat, Oneſimum ſeruum ipſius remittit; quem illi commendat, & eius culpam in ſe recipit; indicans ſe cupere ipſum habere, vt ſibi miniſtret in Euangelij prædicatione.

Pavlvs vinctus Chriſti Ieſu, 1
& Timotheus frater; Phi- A
lemoni dilecto, & adiutori
noſtro, * & Appiæ ſorori 2
chariſſimæ, & Archippo
commilitoni noſtro, & Ec-
cleſiæ, quæ in domo tua eſt.
* Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & 3
Domino Ieſu Chriſto. * Gratias ago Deo meo, 4
ſemper memoriam tui faciens in orationibus
meis, * audiens charitatem tuam, & fidem, 5
quam habes in Domino Ieſu, & in omnes ſan-
ctos: * vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in 6
agnitione omnis operis boni, quod eſt in vobis B
in Chriſto Ieſu. * Gaudium enim magnum ha- 7
bui, & conſolationem in charitate tua: quia vi-
ſcera ſanctorum requieuerunt per te, frater. * Pro- 8
pter quod multam fiduciam habens in Chriſto
Ieſu imperandi tibi quod ad rem pertinet: * pro- 9
pter charitatem magis obſecro, cum ſis talis, vt
Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu Chri-
ſti: * Obſecro te pro meo filio, quem genui in 10
vinculis, Oneſimo, * qui tibi aliquando inutilis 11
fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, * quem re- C
miſi tibi. Tu autem illum, vt mea viſcera, ſuſci- 12
pe: * quem ego volueram mecum detinere, vt 13
pro te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij: * ſi- 14
ne conſilio autem tuo nihil volui facere, vti ne
velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed vo-
luntarium. * Forſitan enim ideò diſceſſit ad ho- 15
ram à te, vt æternum illum reciperes: * iam non 16
vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimum fratrem, D
maximè mihi; quantò autem magis tibi, & in
17 carne, & in Domino? * Si ergo habes me ſo-
18 cium, ſuſcipe illum ſicut me: * Si autem aliquid
19 nocuit tibi, aut debet; hoc mihi imputa. * Ego
Paulus ſcripſi mea manu, ego reddam, vt non
20 dicam tibi, quòd & teipſum mihi debes: * ita
frater. Ego te fruar in Domino: Refice viſcera
21 mea in Domino. * Confidens in obedientia tua
ſcripſi tibi: ſciens quoniam & ſuper id, quod
22 dico, facies. * Simul autem & para mihi hoſpi-
tium: nam ſpero per orationes veſtras donari
23 me vobis. * Salutat te Epaphras cōcaptiuus meus
24 in Chriſto Ieſu, * Marcus, Ariſtarchus, Demas,
25 & Lucas, adiutores mei. * Gratia Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Et Timothevs. Adiungit Timotheum, vt duorum preces ſint magis efficaces. Philemoni dilecto. Beneuolum eum reddit.

2 Et Appiæ sorori charissimæ. Gotth. non eſt *chariſſimæ*, Græc. non eſt *ſorori*, ſed tantùm *Appiæ dilectæ*. fortè erat vxor Philemonis. Oro vt communicatio fidei tuæ

6 Evidens fiat. noſter legit ἐναργής. i. *manifeſta*. Græc. modò ἐνεργής. i. *efficax*, ſic Chryſoſtomus. i. frugifera fiat operibus. & agnitione omnis operis boni. i. agnoſcatis bonum omne quod Chriſtus attulit. Qvod est in vobis. Gotth. & Græcè *in nobis*, ſine *quod eſt*. Sententia non diſcrepat, ſiue *euidens* legas ſiue *efficax*. nēpe fidem eius in opera prodire vult, & gaudeo quòd per te

7 Viscera sanctorvm reqvievervnt. Beneſecerat illis. Accedit ad preces.

9 Propter charitatem, &c. Gotth. *per charitatem magis obſecro*. Præpoſitio διὰ vtroque modo verti poteſt. Senex, nvnc avtem et vinctvs. Vinculorum & ætatis meminit, vt magis eum flectat. Obſecro ergo te pro Oneſimo,

11 Qvi tibi aliqvando invtilis fvit. Paronomaſia nam *Oneſimus*, *vtilem* ſignificat Porrò de hoc *Oneſimo*, vt de viro graui, fit mentio ad Coloſ. 4. v. 9.

12 Vt mea viscera svscipe. i. Gotth. id eſt, *mea viſcera*. ſic Græc. τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα.

Et in carne. i. temporalibus negotijs. Et in 16
Domino fratrem, vt talem ſuſcipe.
Si ergo habes me socivm. i. ſi putas inter nos 17
nihil eſſe diuiſum. Si nocuit,
Hoc mihi imputa.i. mihi fer expenſum. Volo in 18
eo eſſe debitor tuus.
Salutat te Epaphras. Hic fuit Doctor & Apo- 23
ſtolus Coloſſenſium, vt initio Epiſtolæ ad Coloſſenſes
eſt dictum c. 1. v. 7. & c. 9. v. 12. vnde Chryſoſtomus
Philemonem etiam Coloſſenſem fuiſſe putat. tum
quia verſ. 2. Archippum ſalutat, qui in eo munere Epa-
phræ Coloſſis ſucceſſit. Ad Coloſſenſes 4. verſ. 17. ſed
& ad Coloſſenſes cap. 4. v. 9. de Oneſimo Philemonis
ſeruo ait, *qui ex vobis eſt*.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Ad Philemonem. ſ. Phrygem & Coloſſen-
ſem. Commendat ei ſeruum eius fugiti-
uum, à ſe ad fidem conuerſum, tanta porrò
charitate & modeſtia, vt mihi Epiſtola val-
dè mirabilis videatur.
Christi. i. ob Chriſtum. Adiutori. Græc. *co- 1
operario*.
Appiæ. Vxor erat Philemonis. Archippo. Eum 2
quidam putant de quo Coloſ. 4. Ecclesiæ. i. fide-
lium congregationis. Tua. ſ. Philemonis.
Domino. pro, Dominum. 5

6 Vt. pro, adeò vt. vel, oro vt. Communicatio.
.i. participatio. ſ. qua præditus es fidei. Evidens. i. ma-
nifeſta. ſ. omnibus. In agnitione. i. per manifeſta-
tionem. In Christo. i. ſecundùm Chriſtum.
7 In. pro, de. Requievervnt. i. refocillata ſunt.
8 Ad rem pertinet. i. conuenit.
9 Propter, &c q. d. malo vti charitate, quàm auctori-
tate. Sis. Alij. *ſim*. q. d. cùm talis ſim, nempe Paulus
ſenex, &c. ſed lectio noſtra probanda. q. d. cùm tu ſis ſe-
nex; malo rogare, quàm imperare.
11 Vtilis. Alludit ad nomen *Oneſimi*, quod *vtilem*
ſignificat.
12 Vt mea. Græc. *id eſt mea*. Viscera. q. d. dilectiſ-
ſimum mihi.
13 Evangelii. ſ. cauſa iniectis.
14 Consilio. i. ſententia. Bonvm. i. beneficium.
15 Horam. i. breue tempus. Æternvm. i. numquam
à te receſſurum.
16 Carne. i. corporis ſeruitio.
17 Socivm. ſ. in fide, ſeu religione.
18 Nocuit. Fortè aliquid furatus aufugerat.
20 Ita. ſ. ſi id feceris quod rogo. Græc *ναί*. i. *certè*. q. d. Ita
eſt vt dico. Fruar. i. capiam fructum ex te, ſeu vo-
luptatem. Viscera mea. i. dilectum mihi.
22 Donari. pro, donatum iri.
25 Amen Græc. & Syr. additur, *Miſſa è Roma per
Oneſimum*.

EPISTOLA
BEATI PAVLI
APOSTOLI
AD HEBRÆOS.

CAPVT PRIMVM.

Tantum veteri teſtamento per Angelos dato nouum per Chriſtum datum præfertur, quantum Chriſtus Angelis dignior eſt, quos origine, dominio, potentia & honore antecellit.

Mvltifariam, multiſque 1
modis olim Deus loquens A
patribus in Prophetis: no-
uiſſimè, *diebus locutus eſt 2
nobis in filio, quem conſti-
tuit heredem vniuerſorum,
per quem fecit & ſæcula.
Sap. 7. d. 26 *"qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtan- 3
tiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ,
purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dex-
teram maieſtatis in excelſis: *tantò melior An- 4
gelis effectus, quantò differentius præ illis nó- B
men hereditauit. *Cui enim dixit aliquando 5
Psal. 2. b. 7 Angelorum: "Filius meus es tu, ego hodie ge-
2. Reg. 7. b. 14 nui te? Et rurſum: "Ego ero illi in patrem, &
ipſe erit mihi in filium? *Et cùm iterùm intro- 6
Psal. 96. c. 8 ducit primogenitum in orbem terræ, dicit: "Et
adorent eum omnes Angeli Dei. *Et ad Ange- 7
Psal. 103 a. 4 gelos quidem dicit: "Qui facit Angelos ſuos C
ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. *Ad 8
Psal. 44. b. 7 filium autem: "Thronus tuus Deus, in ſæculum
ſæculi: virga æquitatis, virga regni tui. *Dilexi- 9
ſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea
vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis præ
Psal. 101. d. 26 participibus tuis. *Et: "Tu in principio Domi- 10
ne terram fundaſti: & opera manuum tuarum
ſunt cæli. *Ipſi peribunt, tu autem permanebis, 11
12 & omnes vt veſtimentum veteraſcent: *& velut
D amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu au-
13 tem idem ipſe es, & anni tui non deficient. *Ad
quem autem angelorum dixit aliquando: "Sede Psal. 109. a. 1
à dextris meis, quoaduſque ponam inimicos 1. Cor. 15. d. 25
14 tuos ſcabellum pedum tuorum? *Nónne om-
nes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium
miſſi propter eos, qui hereditatē capient ſalutis?

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Hebræi *vocabantur* Iudæi *qui Ieroſolymæ manſerant, nam diſperſi inter Gentes vocabantur* Græci, *Act. 6. v. 1. Hæc epiſtola ad omnes Iudæos miſſa eſt, ſed præſertim ad Ieroſolymitas, ad quos ſe venturum cum Timotheo pollicetur cap. 13. v. 23. Vnde colligitur à* Paulo *fuiſſe ſcriptam, non à* Barnaba, *vt Tertullianus voluit lib. de Pudicitia. Scripta eſt Hebraicè. i. Syriacè: qua lingua Iudæi poſt captiuitatem Babylonicam loquebantur. Non præfigit nomen ſuum, vt in aliis Epiſtolis, quia inuidioſum erat Iudæis. Porrò elegantior eſt hæc epiſtola aliis; quoniam natiua lingua loquebatur, aut propter Interpretis elegantiam, Lucæ, vti ex Clemente Alexandrino Euſebius affert lib. 6. Hiſt. c. 11. aut Clementis, vt alij indicant. Verùm de his omnibus plura in noſtra Diſp. pro Editione Vulgata, c. 3. & 4.*

1 Mvltifariam. Hebræos conſolatur, quòd poſt Prophetas ad eos miſerit Filium ſuum. Loquens patribus. *locutus* Goth. & Syr. *λαλήσας*. Qvem constitvit. Chriſtus vt homo totius orbis princeps fuit. Pſ. 2. v. 8. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes.*

Et

3 Et figvra svbstantiæ, eivs, character, hypoſtaſis Patris. i. imago perfecta & velut inciſa. Damaſc. lib. de Imag. ex Baſilio: *Imago Regis vocatur Rex, nontamē ſunt duo Reges: ſic Filius imago Patris & Deus, non tamen duo Dij.* Portansqve. i. regens omnia virtute ſua. Vox *verbo* redundat, vt *facies* ſæpè, & multæ aliæ.

4 Tanto melior Angelis. Multis teſtimonijs probat Chriſtum Angelis eſſe ſuperiorem.

5 Ego ero illi in patrem. De temporali paternitate intellige.

6 Et cvm itervm. pro, & iterùm cùm Introdvcit. ſ. per incarnationem Filium ſuum. dicit ad Angelos. i. de Angelis.

7 Qvi facit Angelos svos. ſic ordina, *Qui facit ſpiritus ſuos Angelos.* i. nuntios, vt *ſpiritus* ſit nomen naturæ, *Angelus* officij. Flammam ignis. ſ. ob velocitatem. Intendit Angelis numquam eſſe datum Filij nomen. Ad Filium:

9 Vnxit te Devs, Devs tvvs. Priori loco eſt in vocatiuo, vt ait Euſeb. 4. de Demonſt. cap. 15. & Hieronymus ad Principiam, vt ſ. duæ perſonæ diuinæ notentur, Patris vngentis & Filij vncti. Si opponas Græc. ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου; vtrumq; in recto poni, Scholia Græca in hunc locum dicunt poni, ὁ Θεὸς, pro ὦ Θεὲ, nominatiuum pro vocatiuo. Malè ergo quidam noui Interpretes Pſal. 44. verſ. 7. verterunt, *Propterea vnxit te Dominus Deus.* Nam præterquam quòd nullum veſtigium eius myſterij manet, certè debuiſſent idem Dei nomen geminare, vt eſt Hebr. אלהים אלהיך *Elohim Elohecha*, & Græc. ὁ Θεὸς, ὁ Θεός. verùm de hac re plura illa Diſp. pro Edit. Vulg. c. 25. Oleo exvltationis. i. Spiritu ſancto vnctus in Regem & Meſſiam. Præ participibvs tvis. Hebr. מחבריך *mehaberecha* i. *præ ſocijs* ſeu *conſortibus tuis.* i. præ omnibus hominibus. Omnes Angeli ſunt miniſtri,

14 Propter eos, &c. Græc. *propter eos qui futuri ſunt hereditare ſalutem.* ſic Syr. Auguſt. 3. de Trin c. 11. *propter eos qui futuri ſunt hereditatem poſſidere ſalutis.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Nomen non adſcribit in principio, more ſuo, (vt nec Ioannes in Epiſtolis) fortè quòd non ad certam aliquam Eccleſiam ſcribat: quamquam quidam putant ad Ieroſolymitanam ſcribere; vel, quòd ſit velut Tractatus quidam ſeu Diſputatio de Lege veteri & noua, deque illius ceſſatione, & huius vi. vbi multa de Sacerdotio veteri, & Chriſti. Addit & multa ad mores pertinentia.

1 Mvltifariam, &c. duabus vocibus vſus eſt, vt totam varietatem temporum, perſonarum, & viſionum comprehēderet. Loqvens. pro, locutus. In. pro, per.

2 Constitvit. ſ. quatenus homo conſtitutus; ſed quia idem etiam Deus, omnium poſſeſſor & creator.

3 Splendor. ſ. lumen de lumine. ſignificatur etiam coæternitas. Gloriæ. ſ. paternæ. i. Patris, vel gloriæ, pro glorioſa. Figvra. Græc. χαρακτὴρ. i. expreſſa imago. Svbstantiæ. ὑποστάσεως. i. *ſubſiſtentiæ*, ſeu *perſonæ.* Portansqve. i. tenens, ſeu ſuſtentans, alioqui enim in nihilum cuncta reciderent. Verbo virtvtis svæ i. potenti ſuo imperio, ſeu potentia ſua. Nam ipſe Verbum eſt. Faciens. pro, poſtquam fecit. ſ. per paſſionem; quamquam etiam nunc perpetuoque facit.

4 Melior. i. præſtantior. Effectvs. ſ. ſecundùm quod homo. Differentivs. i. excellentius. Præ illis. i. quàm illi. Hereditavit. i. ſortitus eſt. ſ. quatenus homo, nam etiam Deus eſt, quod non ſemper fuit; nec enim ſemper homo fuit, adeoque non ſemper homo Deus. Vide Rom. 1.

6 Cvm itervm. pro, iterùm cùm. q. d. aliàs etiam cùm Introdvcit, &c. i. cùm de Filij in mundum aduentu loquitur. Dicit. ſ. Deut. 32. ſecundùm LXX. Vide etiam Pſal. 96. vbi planè habetur.

7 Ad. pro, de.

8 Thronvs, &c. Vide Pſal. 44.

9 Præ, &c. i. excellentius quàm conſortes tui. ſ. iuſti, qui filij Dei per adoptionem.

12 Mvtabis. Græc. *inuolues*, ſeu *vertes.* q. d. poſſis cùm velis auferre. vel ſignificatur renouatio mundi futura, velut accepta noua veſte.

14 Administratorii. i. Dei miniſtri. Missi. i. mitti ſoliti. Non quidem mittuntur omnes per ſe, ſed quidam per alios. ſ. inferiores ſe, quibus reuelant ad nos deferenda.

CAPVT II.

Cùm Angelicorum præceptorum tranſgreſſio dignam acceperit vltionem, multo magis ea ſequetur tranſgreſſores præceptorum Christi: qui per ſuſceptam humanitatem & crucem minoratus eſt ab Angelis, & ex eo factus auctor ſalutis in ipſum credentium.

1 PRoptereà abundantiùs oportet obſeruare
A nos ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus.
2 Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo,
factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem:
3 quomodo nos effugiemus, ſi tantā neglexerimus ſalutem? quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum, ab eis, qui audie-
4 runt, in nos confirmata eſt, contestante Deo Mar. 16. d. 20.
ſignis & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem.
5 Non enim Angelis ſubiecit Deus
6 orbem terræ futurū, de quo loquimur. Teſta-
B tus eſt autem in quodam loco quis, dicens:
Quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius Pſal. 8. a. 5
7 hominis quoniam viſitas eum? Minuiſti eum
paulominus ab Angelis: gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera ma-
8 nuum tuarum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus Mat. 28. d. 18
eius. In eo enim quòd omnia ei ſubiecit, nihil 1. Cor 15. d. 36
dimiſit non ſubiectum ei. Nunc autem necdum
9 videmus omnia ſubiecta ei. Eum autem, qui Philip. 2. b. 8
C modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus
Ieſum, propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei, pro omnibus
10 guſtaret mortem. Decebat enim eum, propter
quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis
11 eorum per paſſionem conſummare. Qui enim
ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres
12 eos vocare, dicens: Nuntiabo nomen tuum Pſal. 21. c. 23
fratribus meis: in medio Eccleſiæ laudabo te.
13 Et iterùm: Ego ero fidens in eum. Et iterùm: Pſal. 17. a. 1
D Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Iſaia 8. d. 18
14 Quia ergo pueri communicauerunt carni &
ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem: vt Oſee 13. d. 14
per mortem deſtrueret eum, qui habebat mor-
15 tis imperium, id eſt, diabolum: & liberaret eos, 1. Cor. 15. g. 54
qui timore mortis per totā vitam obnoxij erant
16 ſeruituti. Nuſquam enim Angelos apprehen-
17 dit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropi-
18 tiaret delicta populi. In eo enim, in quo paſſus
eſt ipſe & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Propterea abvndantivs. q. d. ſi Deus per Filium eſt locutus, multò magis debemus obſeruare quæ dixit. Ne forte pereffluamus. i. inſtar vaſis confracti decidat verbum: oportet enim illud retinere, & ſecundùm illud operari.

SI ENIM QVI PER ANGELOS DICTVS EST SER- 2
MO.i lex lata per Angelos,non violabatur impunè. Qui
nouam legem abiecerit, maiores pœnas dabit. Si neg-
lexerimus ſalutem,

QVÆ .... AB EIS, QVI AVDIERVNT, IN NOS CON- 3
FIRMATA EST. i. nos homines confirmata eſt ; aut *in*
nos. i. tempore noſtro ſalus & redemptio confirmata
varijs miraculis. Non enim Paulus de ſe loquitur, qui
ad Galat. 1. dixit, non ab hominibus, neque per homi-
nem Apoſtolum eſſe. Malè ergo quidam ex hoc loco
contendunt, hanc Epiſtolam Pauli non eſſe.

ET SPIRITVS SANCTI DISTRIBVTIONIBVS.i. donis 4
linguarum & Prophetiæ.

NON ENIM ANGELIS. Reuertitur ad id quod primo 5
cap. dixerat, Chriſtum maiorem eſſe Angelis. SVBIE-
CIT DEVS. Vox *Deus* Græcè deeſt & in Syr. & Gotth.
ſ. orbem.

QVID EST HOMO. Pſal. 8. v. 5. quā pulchra parono- 6
maſia ſeu antitheſis his verbis continetur, dictum eſt.
In quo ſanè agitur de hominis excellentia & dominio,
quod habet in res alias. Paulus autem id ad Chriſtum
refert, cùm Scriptura diuina fecunda myſteriis & ſigni-
ficationibus ſit.

MINVISTI EVM. Secundùm humanam naturam 7
Chriſtus minor eſt Angelis. *Omnia ſubiecisti ei.*

NECDVM VIDEMVS OMNIA SVBIECTA EI. Occur- 8
rit tacitæ obiectioni, & ſanè dæmones & praui homi-
nes Chriſto repugnant. Quid ergo?

GLORIA ET HONORE CORONATVM videmus. quaſi 9
dicat, etſi Chriſto quidam rebellant, ipſe tamen per
mortem regni gloriam conſecutus. VT GRATIA
DEI nobis conceſſa, & propter nos moreretur. Vigil.
lib. 2. contra Eutychem, & Fulgentius lib. 3. ad Traſi-
mundum legunt, pro *gratia Dei*, *ſine Deo*, nempe pro
χάριτι Θεοῦ Græc. legerunt χωρὶς Θεοῦ, vnde Chriſtum
quoad diuinam naturam non eſſe paſſum docent. Ve-
rùm eius lectionis veſtigium non extat. PRO OMNI-
BVS moreretur. Decebat enim eum 10

PER PASSIONEM CONSVMMARE. Gotth. *conſummа-*
re. ſed perinde eſt. Decebat ergo vt Chriſtum Deus
perficeret in redemptionis officio. Ante mortem non
erat perfectè redemptor. 11

EX VNO OMNES ſumus. Chriſtus & nos, ſ. Deo,
omnes ſumus fratres. ideò decebat vt pro ſuis fratribus
Chriſtus pateretur. Aut *ex vno*. ſ. Adamo, eodem ſenſu. 13

EGO ERO FIDENS IN EVM. Ex hoc probat Chri-
ſtum eſſe hominem, vt nos, atque adeò fratrem, quan-
do eget auxilio Dei. Aut Dauid de ſe loquatur, fidere in
Chriſto, quia frater eſt. ECCE EGO, ET PVERI MEI.
.i. filij, ergo eiuſdem naturæ. Iſa. c. 8. v. 18. per ea verba
filios Prophetarum intelligit, Paulus ad Chriſtum tra-
ducit.

PVERI COMMVNICAVERVNT CARNI ET SANGVI- 14
NI.i. ſunt eiuſdem naturæ cum Chriſto ipſorum patre.
VT PER MORTEM. q. d. factus eſt homo, vt mori poſ-
ſet, & per mortem diabolum vinceret.

NVSQVAM ENIM ANGELOS APPREHENDIT.i rede- 16
mit, liberauit; aut veriùs, non ſumpſit naturam Ange-
licam, vt eſſet frater Angelorum; ſed humanam. SED
SEMEN ABRAHÆ. *Abraham* pro homine ſumitur pro-
miſcuè. ſic Theodoretus hîc innuit, *Rachel* etiã Mat. 2.
verſ. 18. pro qualibet muliere, *Aaron* pro Pontifice
Pſal. 132. *Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in*
barbam, barbam Aaron. Can. ap. lib 2. c. 1 idem etiam
de *Ieruſalem* & *Babylone* ait ſumi pro ciuitate in gene-
re. Verùm ſigillatim *Abraham* nominat, propter pro-
miſſionem illi factam.

POTENS EST.i. procliuis auxiliari afflictis, Ambro- 18
ſius lib. 3. de Fide, cap. 5. aliter finem huius capitis af-
fert, & ſequentis initium.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ABVNDANTIVS. i. perfectiùs. AVDIVIMVS. ſ. à 1
Deo per Filiũ reuelata. PEREFFLVAMVS.i. perea-
mus, ſeu excidamus, vt ſolet quod effluit. Syr. *cadamus*.
FIRMVS.i. tantam obtinuit auctoritatem. PRÆVA- 2
RICATIO. Græc. *tranſgreſſio*. MERCEDIS i. quam me-
rebatur.

3 EFFVGIEMVS. ſ. punitionem. INITIVM, &c. quaſi
dicat, primùm eſſet per Chriſtum prædicata. IN NOS.
ſ. Chriſtianos. CONFIRMATA EST.i firmiter tradita.
Audierat quidem à Chriſto Paulus, ſed & ab Apoſto-
lis etiam. Adde quòd de aliis loquitur in perſona ſua,
vt proximè indicaui.

4 PORTENTIS.i. prodigiis. VIRTVTIBVS. Tribus his
vocibus ſolet Scriptura omnia miraculorum genera ſi-
gnificare. SPIRITVS, &c. pro donorum Spiritus ſancti.

5 NON ENIM, &c. Redit ad ſuperiorem diſputationem.
ORBEM TERRÆ.i. mundum. FVTVRVM. ſ. poſt iu-
dicium. tunc enim omnia plenè Chriſto ſubiecta erunt,
vt infrà dicitur. DE QVO. ſ. orbe. LOQVIMVR.i. diſ-
putationem inſtituimus.

6 QVIS. pro, quidam.

7 PAVLOMINVS. i. aliquantum. ſ. inferior eſt natura
humana etiam in Chriſto Angelica, quod ad ipſam na-
turam pertinet. AB.i. præ.

9 GRATIA. i. per gratiam. Iungendum autem cum
paſſionem. q. d. quam ſuſtinuit pro ſalute hominum.
GVSTARET.i. ſentiret, ſeu *pateretur*, Hebr.

10 ADDVXERAT. pro, adducturus eſſet. CONSVMMA-
RE.i. fieri perfectè, vel vitam finire.

11 VNO. ſ. Deo auctore, ſeu Patre. q. d. dedit Deus Fi-
lium ſuum vnigenitum pro filiis adoptiuis. OMNES.
ſ. velut fratres. CONFVNDITVR i. erubeſcit.

13 EGO ERO, &c. ſunt hæc verba Iſa. 8. ſecundùm
LXX. vbi nos legimus, *Præſtolabor eum*. ſequiturque
ſtatim, *Ecce ego*, &c. itaque eòdem pertinet vtraque hęc
ſententia, qua de ſe Chriſtus loquitur vt homo eſt.

14 PVERI.i. filij, ſeu ſerui. COMMVNICAVERVNT, &c.
.i. homines erãt carnis participes. PARTICIPAVIT, &c.
.i. habuit etiam carnẽ & ſanguinem. ſ. factus eſt homo.
MORTIS. ſ. ob peccatum quod induxit, ex quo mors,
vel mortis peccati, quod hominibus perſuadebat.

15 OBNOXII, &c. q. d. viuebant vitam ſeruilem, hor-
rentes ſemper mortem, à qua ſeruitute liberati pro-
miſſa immortalitate.

16 NVSQVAM.i. nullo modo, ſeu numquam. Græc. *non*.
ANGELOS, &c.i. Angelicam naturam aſſumpſit, ſed hu-
manam.

17 PER OMNIA. ſ. ad naturam humanam pertinentia,
adeoque pati humanas infirmitates. MISERICORS.
ſ. etiam per experientiam dolorum. AD. pro, apud.
REPROPITIARET.i. expiaret.

18 IN EO.i. per id. vel q. d. in iis rebus. TENTATVS.
.i. expertus mala noſtra. POTENS.i. aptus, ſeu prom-
ptus. vel q. d. certè poteſt in rebus quas expertus eſt
opem ferre ſuis.

CAPVT III.

Longè excellentior eſt Chriſtus, vtpote filius, quàm Moy-
ſes, qui famulus fidelis erat in domo Dei; curandum
igitur vt huic in omnibus obtemperemus, ne in modum
incredulorum Iudæorum ab eius requie repellamur.

1 VNde fratres ſancti, vocationis cæleſtis par-
A ticipes, conſiderate Apoſtolum & pontifi-
2 cem confeſſionis noſtræ Ieſum: *qui fidelis eſt
ei, qui fecit illum, ſicut & "Moyſes in omni "Num. 12. b. 7
3 domo eius. * Amplioris enim gloriæ iſte præ
Moyſe dignus eſt habitus, quantò amplio-
rem honorem habet domus, qui fabrica-
4 uit illam. * Omnis namque domus fabrica-
tur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus
5 eſt. *Et Moyſes quidem fidelis erat in tota do-
B mo eius tamquam famulus, in teſtimonium eo-
6 rum quæ dicenda erant: * Chriſtus verò tam-
quam filius in domo ſua: quę domus ſumus nos,
ſi fiduciam, & gloriam ſpei vſque ad finem, fir-
7 mam retineamus. * Quapropter ſicut dicit Spi-
ritus ſanctus: "Hodie ſi vocem eius audieritis, "Pſal. 94. b. 8

*nolite

*nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacer- 8
batione ſecundùm diem tentationis in deſerto,
*vbi tentauerunt me patres veſtri;probauerunt, 9
& viderunt opera mea * quadraginta annis: 10
Propter quod infenſus fui generationi huic, & C
dixi: Semper errant corde. Ipſi autem non cog-
nouerunt vias meas,* ſicut iuraui in ira mea: Si 11
introibunt in requiem meam. *Videte fratres, 12
ne fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum incre-
dulitatis, diſcedendi à Deo viuo: * ſed adhor- 13
tamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec
Hodie cognominatur, vt non obduretur quis
ex vobis fallacia peccati.*Participes enim Chri- 14
ſti effecti ſumus: ſi tamen initium ſubſtantiæ D
eius vſque ad finem firmum retineamus.*Dum 15
dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite
obdurare corda veſtra, quemadmodum in illa
exacerbatione.* Quidam enim audientes exa- 16
cerbauerunt, ſed non vniuerſi qui profecti ſunt
ex Ægypto per Moyſen.*Quibus autem infen- 17
ſus eſt quadraginta annis? Nónne illis,qui pec-
cauerunt, " quorum cadauera proſtrata ſunt in (" Num. 14. f.37)
deſerto?* Quibus autem iurauit non introire in 18
requiem ipſius, niſi illis, qui increduli fuerunt?
*Et videmus, quia non potuerunt introire pro- 19
pter incredulitatem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

CONSIDERATE APOSTOLVM. Sic Chriſtum vocat, quia nuntius & miſſus à Patre. ſicut ad Rom. 15. verſ. 18. vocat eum *miniſtrum circumciſionis*. CONFESSIONIS. i. doctrinæ quam confitemur. Qui fidelis eſt, 1

SICVT ET MOYSES IN OMNI DOMO EIVS. *Domum Dei* vocat populum Iudaicum. 2

QVANTO AMPLIOREM HONOREM HABET DOMVS. ſupple, miniſtro qui fabricauit illam; nec enim Chriſtum cum domo comparat, ſed cum Moyſe. 3

QVI AVTEM OMNIA CREAVIT, DEVS EST. ipſe eſt Deus & Chriſtus, qui eam domum vt alia omnia fecit: Moyſes fidelis erat, 4

IN TESTIMONIVM. i. vt teſtis Moyſes eſſet legis quæ ferebatur populo. 5

QVÆ DOMVS SVMVS NOS. Hebræi. SI FIDVCIAM. i. fidem. ET GLORIAM, ſeu *gloriationem*, καύχημα, ſpei, & laudem retinuerimus, in fide & ſpe conſtantes. 6

HODIE. i. continuò ad vocem eius non obduretis corda, ſicut Iudæi. SECVNDVM DIEM TENTATIONIS, ſeu *rebellionis*, aut *diffidentiæ* in deſerto, qua Deo ſuut diffiſi, Num. 13. & 14. quando miſſi ſunt exploratores Terræ promiſſionis. Vbi tentauerunt me, 7

ET VIDERVNT OPERA MEA. i. miracula quæ inter eos feci quadraginta annis. & nihilominùs diffiſi ſunt. Ideò infenſus illis, 9

SICVT IVRAVI. Sic lege, ſic Græc. & Gotth. non *quibus iuraui*, vt Louan. & Reg. SI INTROIBVNT. *Si* pro, non. Aut ſuppleatur, non exiſtimer verax. Modus iurandi per apoſiopeſim efficacior. IN REQVIEM MEAM. i. Terram promiſſam. Adhortamini ergo, 11

DONEC HODIE COGNOMINATVR, ſeu *vocatur*. i. donec eſt tempus opportunum, & Deus vocat nos vt illos vocauit, quibus Moyſes dixit: *Hodie ſi vocem eius audieritis*. 13

PARTICIPES ENIM CHRISTI. i. illi per fidem iuncti ſumus. SI TAMEN INITIVM SVBSTANTIÆ. i. fundamentum, quod eſt fides & probitas, retinuerimus. 14

DVM DICITVR. ſ. nobis, Hodie. Totum vitæ tempus vocationi & conuerſioni eſt opportunum. Semper dicitur nobis, vt continuò hoc die conuertamur. Quibus autem iurauit niſi incredulis? quia 15

NON POTVERVNT INTROIRE PROPTER INCREDVLITATEM. q. d. ſic increduli Euangelio non introibunt in requiem gloriæ, quam Terra promiſſionis ſignificat, in quam tunc increduli non potuerunt introire. 19

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SANCTI. ſ. profeſſione. CONFESSIONIS. i. fidei quam profitemur.

2 FECIT. ſ. Pontificem. OMNI. i. tota.

3 AMPLIORIS. pro, tantò ampliore. DOMVS. pro, domo.

4 CREAVIT. Græc. *conſtruxit*, ſeu *fabricauit*.

5 TESTIMONIVM. i. teſtificationem. DICENDA. ſ. populo, ex parte Dei.

6 SVA. i. propria. GLORIAM SPEI. i. ſpem in qua gloriamur. Græc. *gloriationem ſpei*.

8 SECVNDVM DIEM. i in die.

10 INFENSVS, &c Græc. *tædio affectus à generatione*, &c.

11 IN IRA. i. iratus. SI. pro, quod non.

13 VOSMETIPSOS. i. vos inuicem. COGNOMINATVR. i. vocatur.

14 CHRISTI. i. gratiæ Chriſti, ſeu corporis Chriſti myſtici. INITIVM, &c. ſ. fidem per quam incipimus ſubſiſtere ſpiritualiter. vel q. d. ſi eam vitæ ſubſiſtentiam in qua cœpimus cum Chriſto viuere vſque, &c.

16 AVDIENTES. i. cùm audiſſent. ſ. in Sinai, vel per Moyſen. PER MOYSEN. i. duce Moyſe.

CAPVT IV.

Quandoquidem Iudæi ob incredulitatem non introierunt in promiſſam requiem, & reliquum eſt vt alij ingrediantur, curandum eſt ne ea fruſtremur, ſed credentes, in ipſam admittamur: de viuo & efficaci Dei verbo quod omnia conſpicit; déque eius infirmitate, vt noſtris compateretur infirmitatibus.

1 TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatio-
A ne introeundi in requiem eius, exiſtime-
2 tur aliquis ex vobis deeſſe. * Etenim & nobis
nuntiatum eſt, quemadmodum & illis: ſed non
profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei
3 ex iis quæ audierunt. * Ingrediemur enim in re-
quiem, qui credidimus: quemadmodum dixit:
"Sicut iuraui in ira mea: Si introibũt in requiem (" Pſal. 94. b.11)
meam: & quidem operibus ab inſtitutione
4 mundi perfectis. * Dixit enim in quodã loco de
B die ſeptima ſic: " Et requieuit Deus die ſepti- (" Gen. 2. a.2)
5 ma ab omnibus operibus ſuis. * Et in iſto rur-
6 ſum: Si introibunt in requiem meam. * Quo-
niam ergo ſupereſt introire quoſdam in illam,
& ii, quibus prioribus annuntiatum eſt, non in-
7 troierunt propter incredulitatem: * iterùm ter-
minat diem quemdam, Hodie, in Dauid dicen-
do, poſt tantum temporis, ſicut ſuprà dictum
eſt: "Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite ob- (" Sup. 3. b.7)
8 durare corda veſtra. * Nam ſi eis Ieſus requiem
præſtitiſſet, numquam de alia loqueretur, poſt
9 hac, die. *Itaque relinquitur ſabbatiſmus popu-
10 lo Dei. * Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius,
C etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut à
11 ſuis Deus. *Feſtinemus ergo ingredi in illam re-
quiem: vt ne in idipſum quis incidat increduli-
12 tatis exemplum. *Viuus eſt enim ſermo Dei, &
efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: &
pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiri-
tus, compagum quoque ac medullarum, &
diſcretor cogitationum & intentionum cordis.
13 *"Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpe- (" Pſal. 33. c.16)
D ctu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt ocu-
14 lis eius, ad quem nobis ſermo. * Habentes ergo (Eccli. 15. d.20)
pontificem magnum, qui penetrauit cælos, Ie-
15 ſum filium Dei: teneamus confeſſionem. *Non
enim habemus pontificem, qui non poſſit com-

pati infirmitatibus noſtris; tentatum autem per
omnia pro ſimilitudine abſque peccato. *Adea- 16
mus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: vt
miſericordiam conſequamur, & gratiam inue-
niamus in auxilio opportuno.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 TIMEAMVS ERGO, ne ob incredulitatem ſimile contingat, & exiſtimetur ALIQVIS EX VOBIS DEESSE, ſiue *tardare, ὑστερηκέναι*. Dixerat *hodie*. i. continuò, *ſi vocem eius audieritis*. ſ. feſtinate ingredi in requiem.

2 NON PROFVIT. Sic ordina: *Non profuit illis ſermo ex iis quæ audierant (.i. auditus) non admixtus fidei*. .i. quia non crediderunt. *Nos ingrediemur in requiem, quibus iurauit denuò.*

3 SI INTROIBVNT IN REQVIEM MEAM. Contendit aliam eſſe requiem præter eam quę promiſſa erat Iudæis in Terra promiſſionis, quando tanto pòſt tempore ad illam inuitat Deus per os Dauidis. ET QVIDEM. Hinc ſententia incipit. AB INSTITVTIONE MVNDI. .i. ab initio mundi operibus perfectis.

4 DIXIT ENIM. Vox *enim* redundat. Loquitur enim his verbis de alia requie. ſ. qua Deus facto mundo requieuit.

5 ET IN ISTO RVRSVM. Hæc eſt alia requies. ſ. Terræ promiſſionis, à qua Iudæi ſunt excluſi.

7 ITERVM TERMINAT. i. deſignat Dauid tanto pòſt tempore alium diem. q.d. Dauid non de requie terræ Chanaan loquitur, ſed de cæleſti, quando iis qui iam erant in terra Chanaan, nouam diem, nouamque requiem proponit, dicens: HODIE.

8 NAM SI EIS IESVS. i. Ioſue. REQVIEM. pro, hanc cæleſtem requiem præſtitiſſet, (certè requiem in Terra promiſſa Iudęis iam præſtitit) non loqueretur Dauid de alia requie. non ergo Paulus de ea antiqua requie loquitur, ſed de cæleſti ad quam Dauid inuitat.

9 ITAQVE RELINQVITVR SABBATISMVS. i. noua requies. POPVLO DEI. i. credentibus, quando Iudæi illi ob ſuam in deſerto incredulitatem excluſi ſint à ſua requie.

10 QVI ENIM. pro, qui autem. non præceſſit aliquid, cuius reddatur cauſa. INGRESSVS EST. pro, ingredietur, debet ingredi. præteritum pro futuro. REQVIEVIT. pro, requieſcet ab operibus ſuis, laboribus, moleſtiis, ſicut & Deus requieuit à ſuis. Familiare eſt Hebræis præteritum ſumere pro futuro, & econtrariò.

12 VIVVS EST ENIM SERMO DEI, præſtat quod promittit. promiſit autem nouã requiem, cùm dixit: *Hodie ſi vocem eius*. PENETRABILIOR, acutus, non ſolùm exteriùs loquitur, ſed interiora penetrat, myſticas habet ſignificationes. VSQVE AD DIVISIONEM. Externa omnia & interna percurrit.

13 ET NON EST VLLA CREATVRA. ſ. ei qui loquitur omnia ſunt nota, ad omnia oculos extendit, de omnibus loquitur. AD QVEM NOBIS SERMO. i. de quo nobis ſermo. De tali verbo loquor. Occurrit obiectioni. Diceret aliquis: Nimis recondita ſunt quæ dicis & abſtruſa; ex Dei requie & ex requie populi Iudaici, nouam elicis requiem. Propterea verbum Dei omnia penetrare ait, plura in receſſu habere quàm in fronte.

14 TENEAMVS CONFESSIONEM. i. fidem quam ſumus confeſſi. Habemus Pontificem qui compatiatur, quippe tentatum.

15 PRO SIMILITVDINE ABSQVE PECCATO. i. ſimilis nobis in omnibus pręter peccatum. Ergo

16 AD THRONVM GRATIÆ. i. benignum, non ſeuerum adeamus. Vt miſereatur noſtri IN AVXILIO OPPORTVNO. Græc. *in auxilium opportunum*. i. inueniemus gratiam, vt opituletur in tempore opportuno, nempe afflictionis. aut, cùm opportunum fuerit, & auxilio indigebimus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 RELICTA. i. neglecta. EXISTIMETVR. i. videatur, ſeu appareat. DEESSE. Græc. *fuiſſe fruſtratus*, vel *non aſſecutus*.

2 ADMISTVS. Syr. *coniunctus*. Græc. & Complut. *admiſtis*. EX IIS. pro, eorum. Græc. *iis*. QVÆ. Græc. *qui*.

3 QVEMADMODVM. pro, de qua. ET QVIDEM. ſ. id dictum eſt. vel iunge cum ſequenti, ſ. *dixit enim*, &c. q.d. de qua requie dixit, &c.

5 ISTO. i. loco.

7 TERMINAT. i. præfinit. IN. pro, per. vel DAVID. pro libro Dauid.

8 IESVS. i. Ioſue, qui apud LXX. dicitur *Ieſus*. Syr. *Ieſus filius Nun*. REQVIEM. ſ. veram, ſeu perfectam. POST HAC. Græc. *poſt hac*.

9 SABBATISMVS. i. requies.

10 INGRESSVS EST. pro, ingredietur. REQVIEVIT. pro, requieſcet.

11 FESTINEMVS. Græc. *ſtudeamus*. VT NE. pro, & caueamus ne. IDIPSVM. i. idem.

12 VIVVS, &c. q.d. ſed credamus verbo Dei, vitam danti credentibus. ANCIPITI. i. vtrimque acuto. ANIMÆ. ſ. qua viuimus, ſeu ſenſitiuæ. SPIRITVS. i. mentis. q.d. diſcernit quę ſunt ſenſus ab iis quæ mentis ſunt. COMPAGVM, &c. q.d. & quorumque intimorum. Quidam *compages*, cogitationes intelligunt; medullas verò intentiones. DISCRETOR. Græc. *iudex*.

13 INVISIBILIS. Græc. *non manifeſta*. Apparet loqui de Dei Verbo, quod eſt Deus. OMNIA AVTEM. pro, ſed omnia. AD QVEM. pro, de quo.

14 CONFESSIONEM. i. fidei profeſſionem. vel q.d. ſpem quam profitemur.

15 TENTATVM AVTEM. pro, ſed tentatum. PRO SIMILITVDINE. Græc. *iuxta ſimilitudinem*. ſ. noſtri. Syr. *ſicut & nos*.

16 IN. pro, cum. q.d. adiuuantem in opportunitatibus. ſ. cùm opus eſt.

CAPVT V.

Chriſtus debito ordine factus noſter Pontifex, preceſque Patri offerens, exauditus eſt: & diſcens ex iis quæ paſſus eſt obedientiam factus eſt obtemperantibus cauſa ſalutis æternæ: ſed reconditorum de ipſo myſteriorum capaces non erant ii ad quos hic ſcribebat Apoſtolus.

1 OMnis namque Pontifex ex hominibus aſ-
A ſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis
quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia
2 pro peccatis: *qui condolere poſſit iis, qui igno-
rant, & errant: quoniam & ipſe circumdatus
3 eſt infirmitate: *& propterea debet, quemad-
modum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo
4 offerre pro peccatis. *ᵃNec quiſquam ſumit ſibi ᵃExod. 28. a.1
B honorem, ſed qui vocatur à Deo, tamquam
5 Aaron. *Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarifi- 2.Par 26. c.18.
cauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad
eum: ᵇFilius meus es tu, ego hodie genui te. ᵇPſal.2. b.7
6 *Quemadmodum & in alio loco dicit: ᶜTu es ᶜPſal.109. b.4
ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Mel-
7 chiſedech. *Qui in diebus carnis ſuæ, preces
ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſal-
C uum facere à morte, cum clamore valido & la-
crymis offerens, exauditus eſt pro ſua reueren-
8 tia. *Et quidem cùm eſſet Filius Dei, didicit ex
9 iis, quæ paſſus eſt, obedientiam: *& conſumma-
tus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi,
10 cauſa ſalutis æternæ, *appellatus à Deo ponti-
11 fex iuxta ordinem Melchiſedech. *De quo no-
bis grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicen-
dum: quoniam imbecilles facti eſtis ad audien-
12 dum. *Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe pro-
D pter tempus: rurſum indigetis vt vos doceami-
ni quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei:
& facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido ci-
13 bo. *Omnis enim, qui lactis eſt particeps, expers
14 eſt ſermonis iuſtitiæ: paruulus enim eſt. *Perfe-

ctorum autem eſt ſolidus cibus; eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

OMNIS NAMQVE PONTIFEX. Dixerat Chriſtum 1
eſſe Pontificem, & vt adiremus; nunc addit, etiam inter homines id eſſe Pontificis, vt offerat hoſtias pro peccatis, tum populi, tum ſuis.

NEC QVISQVAM SVMIT SIBI HONOREM. Non 4
debet ſe intrudere, ſed conſtitui à Deo, aut per electionem.

SIC ET CHRISTVS non honorauit ſe Pontificatu 5
aſſumpto. SED QVI LOCVTVS. ſupple, illum clarificauit, honorauit. FILIVS MEVS ES TV; qui hoc illi dixit. ſ. Pater, fecit illum Pontificem. Quòd autem ſit Pontifex, illa verba declarant:

TV ES SACERDOS IN ÆTERNVM, non vt Leuitici, 6
ad tempus. SECVNDVM ORDINEM. Syr. *ſimilitudinem*, ad inſtar MELCHISEDECH, qui fuit Rex & ſacerdos, & alia habuit quæ in Chriſtum conueniunt.

QVI. ſ. Chriſtus. IN DIEBVS CARNIS SVÆ, dum 7
vixit inter homines, & ipſe homo. PRECES, pro ſe, cùm dixit: *Tranſeat a me calix iſte.* Hoc illa verba explicant, *Ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere a morte.* SVPPLICATIONESQVE pro alijs. CVM CLAMORE .i. magno affectu, aut quia verè clamauit in horto, etſi Euangeliſtæ id ſileant. clamauit in cruce, Matth. 27. v. 46 & 50. EXAVDITVS EST PRO SVA REVERENTIA. ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. ſ. aut actiuè, qua Chriſtus Patrem eſt reueritus; aut paſſiuè, qua Pater Filium eſt reueritus.

CVM ESSET FILIVS DEI. ſic Gotth. at Græc. & Syr. 8
vox *Dei* deeſt. ſic in Louan. & Reg. Senſus: Quamuis eſſet Dei Filius, vt homo tamen didicit obedientiam.

ET CONSVMMATVS. i. perfectus, magnus euaſit apud 9
eos qui illi obediunt, ſalutis ſuæ cupidi. tum à Patre vocatus eſt Pontifex ſecundùm ordinē Melchiſedech.

DE QVO. ſ. Melchiſedecho, aut Chriſto, aut de quo 11
myſterio & argumento, GRANDIS SERMO, πολύς, *multus*. multa dici poſſent. ET ININTERPRETABILIS. i. non accommodatus vobis, vt eum explicemus. QVONIAM IMBECILLES, aut *ſegnes & rudes*, νωθροὶ, facti eſtis. non capietis quæ dicentur.

CVM DEBERETIS MAGISTRI ESSE PROPTER TEM- 12
PVS. i. ætatem. aut *propter tempus*, quod doctrinæ impendiſtis, opus eſt vt doceamini. QVÆ SINT ELEMENTA. Στοιχεῖα, Alphabeti literas ſignificat. ſic etiam elementa. Ergo opus eſt vt ad Alphabetarios redigamini vt pueri. Puer enim

EXPERS EST SERMONIS IVSTITIÆ. i. pueri Alphabe- 13
tarij, & qui lacte opus habent, perfectiorem & altiorem doctrinam capere non poſſunt. *Sermonem iuſtitiæ* vocat, qui fit de perfecta iuſtitia, iuſtificatione, & ſanctitate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

CONDOLERE. i. compati. 2

PRO PECCATIS. ſ. hoſtias. 3

HONOREM. i. pontificatus. 4

CLARIFICAVIT. i. glorificauit. q. d. non ſibi aſſum- 5
pſit pontificalem gloriam. SED. ſ. illum clarificauit. i. dedit ei illam gloriam.

CARNIS. i. vitæ mortalis. Vide 2. Cor. 5. A MORTE 7
. ſ. ſuſcitando. CLAMORE, &c. quando id factum, incertum. SVA REVERENTIA. i. honore ei debito; vel, quo Patrem ſemper eſt proſecutus.

DIDICIT. ſ. experientia. OBEDIENTIAM. ſ. in paſ- 8
ſionibus.

CONSVMMATVS. q. d. cumque perfectus eſſet; vel, 9
cùm mortuus eſſet.

PONTIFEX. Græc ἀρχιερεύς. i. *ſummus ſacerdos.* 10

DE QVO. ſ. Melchiſedech, vel Chriſto, vel Ponti- 11
ficatu. GRANDIS. i. copioſus. ſ. propoſitus eſt. ININTERPRETABILIS. i. difficilis explicatu. AVDIENDVM. i. capiendum.

MAGISTRI. i. doctores. TEMPVS. ſ. quo eſtis in 12
ſchola Chriſti. ELEMENTA EXORDII. i. prima rudimenta. SERMONVM DEI i. inſtitutionis Chriſtianæ, vel ſacræ Scripturæ.

13 ENIM. pro, autem. EXPERS. i. incapax. SERMONIS. i. inſtitutionis. IVSTITIÆ. i. de iuſtitiæ perfectione.

14 PRO CONSVETVDINE. i. per habitum mentis.

CAPVT VI.

Non intendit de primis fidei initijs tractare, quandoquidem rebaptizari nequeunt qui poſt ſuſceptum Baptiſmum rurſum in peccata relabuntur, imo timenda illis eſt æterna maledictio: conſolando autem Hebræos hortatur vt Abrahæ longanimitatem imitantes, reddant ſe participes eorum quæ iureiurando promiſit illi Deus.

1 QVapropter intermittentes inchoationis
A Chriſti ſermonem, ad perfectiora feramur, non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,
2 *baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoque
manuum, ac reſurrectionis mortuorum, &
3 iudicij æterni. *Et hoc faciemus, ſi quidem per-
4 miſerit Deus. *ᵃ Impoſſibile eſt enim, eos qui ᵃ Mat. 12. d. 45
ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam do- 2 Pet. 2. d. 20
num cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſan- Infrà 10. e. 26
5 cti, *guſtauerunt nihilominus bonum Dei ver-
6 bum, virtuteſque ſæculi venturi; * & prolapſi
B ſunt; rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum
crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſten-
7 tui habentes. * Terra enim ſæpè venientem ſu-
per ſe bibens imbrem, & generans herbam op-
portunam illis, à quibus colitur; accipit bene-
8 dictionem à Deo. * proferens autem ſpinas ac
tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima:
9 cuius conſummatio in combuſtionem. *Confi-
dimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, &
10 viciniora ſaluti: tametſi ita loquimur. *Non e-
nim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri,
& dilectionis quam oſtēdiſtis in nomine ipſius,
11 qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. *Cupimus
C autem vnumquemq; veſtrûm eamdem oſten-
tare ſolicitudinē, ad expletionem ſpei vſque in
12 finem: * vt non ſegnes efficiamini, verùm imi-
tatores eorum, qui fide & patientia heredita-
13 bunt promiſſiones. * Abrahæ namque promit-
tens Deus, quoniam neminem habuit, per quem
14 iuraret, maiorem, iurauit per ſemetipſum, *di-
cens: ᵇNiſi benedicens benedicam te, & mul- ᵇ Gen. 22. c. 16
15 tiplicans multiplicabo te. * Et ſic longanimiter
16 ferēs, adeptus eſt repromiſſionē. * Homines e-
D nim per maiorē ſui iurant: & omnis cōtrouerſiæ
eorum finis, ad confirmationem, eſt iuramentū.
17 *In quo abundantiùs volens Deus oſtendere
pollicitationis heredibus immobilitatem cōſilij
18 ſui, interpoſuit iuſiurandū: *vt per duas res im-
mobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum,
fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugi-
19 mus ad tenendam propoſitam ſpem: *quam ſic-
ut anchoram habemus animæ tutam ac fir-
mam, & incedentem vſque ad interiora vela-
20 minis: *vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus,
ſecundùm ordinem Melchiſedech pontifex
factus in æternum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 INTERMITTENTES INCHOATIONIS CHRISTI SERMONEM. i. rudimenta Chriſtianæ doctrinæ. Dixerat eos eſſe incapaces altioris myſterij; nunc nihilominù-

pergit illud explicare, hortaturque vt relictis rudimen-
tis ad perfectiora tendant, non iacientes fundamentum
POENITENTIÆ. Hæc ſunt rudimenta quæ relinqui
vult, conuerſio ab operibus malis, fides qua in Deum
credebant, doctrina de Baptiſmo, impoſitio manuum,
doctrina de mortuorum reſurrectione & iudicio extre-
mo, quod *æternum* vocat, quia immutabile. Hæc omnia
miſſa facit, vt ad altiora cum Dei auxilio feratur.

ET HOC FACIEMVS. ſ. ad maiora pergemus relictis 3
rudimentis. Vult agere de ſacerdotio Chriſti.

IMPOSSIBILE EST ENIM. Quare de Baptiſmo non 4
agit? quia baptizati iam erant, nec iterùm baptizari
poterant. QVI SEMEL SVNT ILLVMINATI. i. *bapti-
zati ſunt*, vt Syr. explicat. Dionyſius etiam de Eccleſ.
Hierar. c. 3. Baptiſmum vocat φωτισμὸν. i. *illuminatio-
nem*. vocant alij Patres, quia in eo fide illuminamur.
DONVM CÆLESTE guſtarunt. ſic gratiam Spiritus ſan-
cti vocat & peccatorum remiſſionem.

GVSTAVERVNT NIHILOMINVS. i. etiam. DEI VER- 5
BVM, Euangelicam doctrinam. VIRTVTESQVE SÆ-
CVLI VENTVRI. i. cæleſtis felicitatis notitiam habue-
runt.

RVRSVS RENOVARI AD POENITENTIAM. ſ. Bapti- 6
ſmi, nam de eo agit, nõ de ſubſequenti poſt Baptiſmum
pœnitentia, quod verbum *renouari* indicat. nam per
Baptiſmum innouamur. RVRSVM CRVCIFIGENTES.
Per Baptiſmum commorimur Chriſto, & ipſe in no-
bis commoritur. ſi denuò baptizaremur, Chriſtus de-
nuò in nobis moreretur. Quod fieri nequit, quia *ſemel
Chriſtus mortuus eſt*. 1. Petr. 3. v. 18.

TERRA ENIM. Erant qui ſpe noui Baptiſmi licentiùs 7
viuerent. Hos terræ exemplo redarguit, qui accepto
Baptiſmatis imbre, ſpinas tamen & tribulos. i. varia vi-
tia proferebant.

CONFIDIMVS. Mitigat increpationem, ne acerbitate 9
eius ampliùs offendantur.

NON ENIM INIVSTVS. ſ. eſt, DEVS, VT OBLIVISCA- 10
TVR OPERIS VESTRI. i. meritorum & bonorum quæ
SANCTIS. i. fidelibus contuliſtis.

CVPIMVS AVTEM. Hæc dicimus, vt in bono perſe- 11
ueretis. OSTENTARE, ſiue *oſtendere* eamdem ſo-
licitudinem quam antè. AD EXPLETIONEM, πληροφο-
ρίαν, *certitudinem plenam* SPEI, quam ſ. habetis. VSQVE
IN FINEM. Iunge cum verbo, *oſtentare vſque in finem*.
.i. ſemper. Vt imitemini eos qui promiſſiones

HEREDITABVNT. Græc *hereditant*. Syr. *hereditarunt*. 12
ſed perinde eſt. Sententia eadem quocumque modo.
Quæ ſ. promiſſiones certæ ſunt, quippe Dei iuramento
confirmatæ.

ABRAHÆ. quod promiſit Deus, iuramento confir- 13
mauit: Gen. nempe 22. verſ. 16. poſtquam voluit im-
molare Iſaac, dixit ei:

NISI. pro, certè benedicam te. iurauitque. Quid 14
Abraham?

LONGANIMITER FERENS. i. patienter expectans, 15
adeptus eſt promiſſionem. Dixerat v. 12. *qui fide & pa-
tientia hereditarunt promiſſiones*. nunc ſignificat talem
fuiſſe Abraham.

PER MAIOREM SVI. q.d. Deus ſe maiorem non ha- 16
buit, ſic iurauit per ſemetipſum.

VT PER DVAS RES. ſ. promiſſionem & iuramen- 18
tum, ſolatium habeamus & ſpem:

QVAM SICVT ANCHORAM, ne ſ. fluctuemus du- 19
bitationibus. INCEDENTEM. ſ. ſpem. VSQVE AD
INTERIORA VELAMINIS. i. cæleſtem gloriam. Allu-
dit ad velum quod ante Sancta ſanctorum prætende-
batur, nec vlli licebat intrò ingredi. Nobis autem cæ-
lum ingredi datur, quod per Sancta ſanctorum ſignifi-
cabatur: Chriſtus enim patefecit aditum.

VBI PRÆCVRSOR. Ille prior introiuit, vt nos ſequa- 20
mur. PONTIFEX FACTVS, vt ſ. in cæleſti templo
Pontificis officiò in æternum pro nobis apud Patrem
fungeretur. *Pontifex*, inquam, *ſecundùm ordinem
Melchiſedech*. De quo mox.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 INTERMITTENTES. i. omittentes interim. INCHOA-
TIONIS. i. in principio ſolitum tradi. ſ. fidei rudimen-
ta. CHRISTI. i. de Chriſto. PERFECTIORA. i. perfe-
ctiorem ſeu altiorem diſputationem, vel vitam perfe-
ctiorem. AB OPERIBVS MORTVIS. i. de peccatis ani-
mam interimentibus, vel quæ animæ mortuæ faciunt.
AD. pro, in.

2 BAPTISMATVM. i. de Baptiſmo. IMPOSITIONIS.
ſ. in Confirmationis Sacramento.

3 HOC. ſ. ferri ad perfectionem. PERMISERIT. i. con-
ceſſerit.

4 IMPOSSIBILE. ſ. niſi Deo concedente. ILLVMINA-
TI. i. baptizati. SANCTI. ſ. per gratiam.

5 DEI VERBVM. i. Chriſti doctrinam. VIRTVTESQVE.
.i potentiam Dei, quam in Sanctis oſtendet. ſ. per im-
mortalitatem, & gloriam.

6 PROLAPSI. ſ. graui aliquo peccato. AD. pro, per.
CRVCIFIGENTES, &c. q.d. cùm per peccatum Chri-
ſtum in ſe viuentem, velut crucifixerint. OSTENTVI.
.i. ludibrio.

7 TERRA. i. anima. IMBREM. ſ. gratiæ.

8 SPINAS, &c. i. peccata. MALEDICTO. i. ſupplicio.
CONSVMMATIO. i. finis.

10 IN NOMINE IPSIVS. i. *propter ipſum*.

11 EAMDEM. ſ. quam hactenus. OSTENTARE. i. oſten-
dere. EXPLETIONEM. i. complementum, ſeu perfectio-
nem. FINEM. ſ. vitæ.

12 VT. pro, ſic vt. PROMISSIONES. i. promiſſa bona.

14 NISI. pro, certè. Omiſit autem Paulus iuramentum,
de quo Gen. 22. vel ſub hac particula intellexit. habet
enim Hebr. formam iuramenti.

15 SIC. abundat, more Hebr. REPROMISSIONEM. i. pro-
miſſum à Deo.

16 SVI. i. ſe. CONFIRMATIONEM. ſ. veritatis.

17 POLLICITATIONIS. i. promiſſi.

18 DVAS. ſ. promiſſionem, & iuramentum. CON-
FVGIMVS, præteritum eſt. SPEM. i. rem ſperatam, vel
ſpei virtutem tenendam. i. retinendam.

19 AD INTERIORA, &c. i. quæ intra velum. ſ. cæleſtia,
quæ occulta.

CAPVT VII.

*Cùm Melchiſedech ſacerdotium, ex decimarum acce-
ptione & benedictione Leuiticum excelleret, Chriſti ſa-
cerdotium neceſſitate quadam ſecundùm ordinem
Melchiſedech in perpetuum inſtitutum, ac iuramento
firmatum præcellit Leuiticum, & ipſum vnà cum lege
euacuat.*

1 HIc enim Melchiſedech, rex Salem, ſacer- *Gen. 14.*
A dos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ re- *d. 18*
2 greſſo à cæde regum, & benedixit ei: *cui &
decimas omnium diuiſit Abraham: primùm
quidem qui interpretatur rex iuſtitiæ: deinde
3 autem & rex Salem, quod eſt, rex pacis, *ſine pa-
tre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium
dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus
autem Filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.
4 *Intuemini autem quantus ſit hic, cui & deci-
mas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.
5 *Et quidem de filijs Leui ſacerdotium accipien-
tes, "mandatum habent decimas ſumere a po- "*Deut. 18.*
pulo ſecundùm legem, id eſt, à fratribus ſuis: *a. 3*
quamquam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ. *Ioſ. 14. a. 4*
6 *Cuius autem generatio non annumeratur in
B eis, decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui
7 habebat repromiſſiones, benedixit. * Sine vlla
autem contradictione, quod minus eſt, à melio-
8 re benedicitur. *Et hic quidem, decimas morien-
tes homines accipiunt: ibi autem conteſtatur,
9 quia viuit. *Et (vt ita dictum ſit) per Abraham,

& Leui

& Leui, qui decimas accepit, decimatus eſt: *adhuc 10
enim in lumbis patris erat, quando obuia-
uit ei Melchiſedech. *Si ergo conſummatio per 11
ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim ſub
ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium
fuit, ſecundùm ordinem Melchiſedech alium
ſurgere ſacerdotem, & non ſecundùm ordinem
Aaron dici? *Tranſlato enim ſacerdotio, neceſ- 12
ſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. *In quo enim 13
hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus al-
tari præſtò fuit. *Manifeſtum eſt enim quòd ex 14
Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu ni- C
hil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. *Et am- 15
pliùs adhuc manifeſtum eſt; ſi ſecundùm ſimi-
litudinem Melchiſedech exurgat alius ſacer-
dos, *qui non ſecundùm legem mandati car- 16
nalis factus eſt, ſed ſecundùm virtutem vitæ in-
"Pſal. 109. b. 4 ſolubilis. *Conteſtatur enim: "Quoniam tu es 17
ſacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Mel-
chiſedech. *Reprobatio quidem fit præcedentis 18
mandati, propter infirmitatem eius, & inutilita-
tem: *nihil enim ad perfectum adduxit lex: in- 19
troductio verò melioris ſpei, per quam proxi-
mamus ad Deum. *Et quantum eſt non ſine 20
iureiurando (alij quidem ſine iureiurando ſa-
cerdotes facti ſunt; *hic autem cum iureiuran- 21
"Pſal. 109 b. 4 do, per eum, qui dixit ad illum: "Iurauit Domi- D
nus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in
æternum.) *in tantum melioris teſtamenti 22
ſponſor factus eſt Ieſus. *Et alij quidem plures 23
facti ſunt ſacerdotes, idcircò quòd morte pro-
hiberentur permanere: *hic autem eò quòd ma- 24
neat in æternum, ſempiternum habet ſacerdo-
tium. *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt ac- 25
cedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper vi-
uens ad interpellandum pro nobis. *Talis enim 26
decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, inno-
cens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, &
excelſior cælis factus: *qui non habet neceſſita- 27
tem quotidie, quemadmodum ſacerdotes,
"Leuit. 16 a. 6 "priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde
pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offe-
rendo. *Lex enim homines conſtituit ſacerdo- 28
tes infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſ-
iurandi, qui poſt legem eſt, Filium in æternum
perfectum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

HIC ENIM MELCHISEDECH. Oſtendere volens Chriſtum eſſe ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech, maiorem legalibus ſacerdotibus, narrat hiſtoriam Melchiſedech ex Gen. c. 14. v. 22. quem ait Abraham ſuperioré fuiſſe, Chriſto in multis ſimilem. Ac primùm 1

DECIMAS OMNIVM. ſ. ſpoliorum, quæ de Regibus ceperat, dedit ei Abraham quaſi ſacerdoti & ſe maiori. QVI INTERPRETATVR REX IVSTITIÆ: id ſignificat *Melchiſedech. Melech, Rex; Zedech, iuſtitiæ. Rex Salem*, quod eſt *Rex pacis*, *Salim* Syr. pro *Salem*, & *Rex Selomo. i. pacis*. In vtroque nomine ſimilis eſt Chriſto. Verùm ex hac nominum interpretatione quidam colligunt hanc Epiſtolam Hebraicè non fuiſſe ſcriptam. Quid enim opus, cùm in ea lingua notæ eſſent earum vocum ſignificationes? Nos reſpondemus, Non ita eſſe notas, vt declaratione opus non ſit, aut vna voce diuiſa in duas, aut alijs vocibus vulgò clarioribus. Quod in noſtro Syriaco fieri videmus, vbi pro *Melchiſedech* ponitur *Melech de Channtha*. Pro *Melech Salim, Melech Selomo*. i. *pacis Rex*. 2

3 SINE PATRE, &c. Non ſcribuntur. certè ſub nomine *Melchiſedech*. Quod dicimus propter eos, qui *Melchiſedech* putant fuiſſe Sem filium Noë. SINE GENEALOGIA. Nuſquam maiores eius & poſteri deſignantur. Syr. *cuius neque pater neque mater ſcribuntur in generationibus*. i. in lib. Gen. vbi multæ genealogiæ ſunt. NEQVE INITIVM DIERVM. Ortus eius & obitus non ſcribuntur. ſic quaſi immortalis manet ſacerdos in æternum. In his omnibus ſimilis Chriſto, qui matrem in cælis non habuit, neque patrem in terris, ſine genealogia vt Deus. *Generationem eius quis enarrabit*: Iſai. 53 verſ. ſine initio, vt Deus; ſine fine, vt Deus, & vt homo poſt reſurrectionem.

4 QVANTVS SIT HIC. ſ. Melchiſedech. CVI ET DECIMAS. Syr. *decimas & primitias*. DE PRÆCIPVIS, ἐκ τῶν ἀκροθινίων. quæ vox *præcipua ſpolia* ſignificat. Simul docet, decimas è melioribus eſſe debere; nam, vt aiunt, etiam in mari decimus fluctus maior, ouum gallinæ decimum maius.

6 DECIMAS SVMPSIT AB ABRAHAM, q. d. ſacerdotes Leuitici à populo decimas accipiunt, Melchiſedech ab Abraham: ergo maior illo, maior Aaron, qui erat in lumbis Abrahæ. BENEDIXIT, in quo ſe maiorem oſtendit Melchiſedech. Quod minus eſt,

7 A MELIORE BENEDICITVR. Quomodo maioris ſit benedicere, dixi Gen. 47. v. 7. ſanè *a maiore benedicere, eſt benefacere.* Fortaſſis panem & vinum poſtquam obtulit Deo vt ſacerdos, militibus poſteà diſtribuit. Ea eſt benedictio, adiunctis placidis verbis & fauſtis.

8 CONTESTATVR, QVIA VIVIT. Quis? nempe Melchiſedech quia de eius obitu nihil.

9 DECIMATVS EST. ſ. Leui, quia è poſteris Abrahæ. Sacerdotium Leuiticum minus ſacerdotio Melchiſedech fuit.

11 SI ERGO CONSVMMATIO. i. ſi ſacerdotium Leuiticum perfectum erat, quid opus fuit nouo ſacerdote ſecundùm ordinem Melchiſedech?

12 TRANSLATO ENIM SACERDOTIO, de quo legis maior pars loquebatur. LEGIS TRANSLATIO. i. mutatio, fiat neceſſe eſt. Hoc argumentum contra Iudæos vrget Euſebius de Demonſt. Euang. Conſtat

14 QVOD EX IVDA ORTVS SIT DOMINVS NOSTER. Non fuit ergo Chriſtus ſummus ſacerdos Leuiticus. Contrà Bernard. epiſt. 243. *Ex vtraque tribu* (ſ. Chriſtus) *ſummus ſacerdos & Rex.* ſic etiam Epiphanius Hær. 29. DE SACERDOTIBVS. Græc. *de ſacerdotio*. nihil in tribu Iuda Moyſes dixit.

15 SI SECVNDVM SIMILITVDINEM, ſeu *ordinem*, MELCHISEDECH. *Ordo* & *ſimilitudo* idem hoc loco ſunt. Alius exurgat ſacerdos: conſtat Chriſtum non eſſe ſacerdotem Leuiticum.

16 NON SECVNDVM LEGEM MANDATI CARNALIS. i. non de tribu Leui, morti obnoxius, ſed immortalis, qualis eſt Chriſtus poſt reſurrectionem.

18 PROPTER INFIRMITATEM EIVS reprobatur. Lex non habet virtutem, niſi veniatur ad Chriſtum.

25 VNDE ET SALVARE IN PERPETVVM POTEST ACCEDENTES. Sic lege, ſic Græc. & Goth. non *accedens*, vt quidam legunt. Haymo tamen vtriuſque lectionis meminit. SEMPER VIVENS AD INTERPELLANDVM. Nazianz. 3. Theolog. ait hoc loco ἐντυγχάνειν non ſignificare *vltionem deprecari*, vt vulgi conſuetudo habet, ſed *legatione fungi*, idque conciliatoris officio. PRO NOBIS. Græc. *pro eis*. ſic Goth. pro accedentibus per ipſum ad Deum.

26 SEGREGATVS A PECCATORIBVS. Goth. *à peccatis*. ſed alij omnes codices reclamant.

27 DEINDE PRO POPVLI. ſ. delictis, non habet neceſſe quotidie offerre hoſtias, vt ſacerdotes Leuitici. Syr. & Goth. *pro populo*. Perinde eſt. Miror in hoc cap. inter tot ſimilitudines, quibus Melchiſedech Chriſtum repræſentat, nihil dixiſſe de ſacrificio panis & vini, quod Melchiſedech obtulit, vt diximus Gen. 14. v. 18. Symbolum noſtri ſacrificij & Euchariſtiæ. De quo malo alios audire quàm ipſe pronuntiare. Indicaſſe ſit ſatis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SALEM. ſ. Ieruſalem. 1
REX IVSTITIÆ. *Melech* enim *rex*; *ſedech*, *iuſtitia*. 2
SINE PATRE, &c. ſ. in Scriptura, quæ de ijs nihil dicit. ASSIMILATVS. ſ. in eo quod ſequitur. IN PERPETVVM. ſ. nihil de eius morte ſcriptum. 3
INTVEMINI. i. conſiderate. PRÆCIPVIS. Græc *ſpolijs*. 4
IPSI. ſ. fratres. 5
IN EIS. i. inter eos. QVI HABEBAT. i. cui factæ. 6
MELIORE. i. maiore, ſeu præſtantiore. 7
HIC. i. in lege. IBI. ſ. vbi agitur de Sacerdotio Melchiſedech. CONTESTATVR. ſ. Scriptura, quæ de eius morte nihil dicit. 8
ET VT, &c. q. d. atque ita quodammodò. ACCEPIT. Græc. *accipit*. i. ſolet accipere. 9
CONSVMMATIO. i. perfectio. ſ. ſacerdotij, vel hominum per ſacerdotium. 11
ENIM, pro, autem. 12
IN QVO. i. de quo. ALIA. ſ. Iuda. PRÆSTO FVIT. i. miniſtrauit. 13
MANIFESTVM EST. ſ. mutatam eſſe legem. SI. pro, ſiquidem. EXVRGAT. pro, exurgit. 15
CARNALIS. i. circa corporeas cærimonias verſantis. VIRTVTEM. i. potentiam. INSOLVBILIS. i. æternæ. q. d. æternam vitam dantem. 16
CONTESTATVR. i. teſtatur. 17
MANDATI. i. legis. INFIRMITATEM. i. imbecillitatem. INVTILITATEM. i. inſufficientiam, nec enim poterat reddere iuſtos, ſeu perfectos. 18
SPEI. ſ. in Chriſto. 19
QVANTVM. pro, inquantum. 20
TESTAMENTI SPONSOR. i. pacti promiſſor. 22
SEMPITERNVM. ſ. non migrans ad alios ſucceſſione. 24
ACCEDENTES, &c. i. per ipſum ad Deum adductos. 25
SEGREGATVS. ſ. vitæ puritate. 26
HOC. ſ. pro populi delictis. 27
LEGEM. ſ. latam. vel q. d. qui de Sacerdotio loquitur poſt legis mutationem futuro. 28

CAPVT VIII.

Excellentius eſt Chriſti ſacerdotium Leuitico, cùm ipſe in dextera Patris ſedeat in cælis, & maiorum ſacramentorum miniſter fuerit quam ſacerdotes veteris legis: oſtendit etiam noui Teſtamenti neceſſitatem ex imperfectione veteris, & ex promiſſione Dei per Ieremiam.

CApitulum autem ſuper ea quæ dicuntur: 1
Talem habemus Pontificem, qui conſedit A
in dextera ſedis magnitudinis in cælis, *ſancto- 2
rum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit
Dominus, & non homo. *Omnis enim pon- 3
tifex ad offerendum munera, & hoſtias conſti-
tuitur: vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid,
quod offerat: *ſi ergo eſſet ſuper terram, nec 4
eſſet ſacerdos: cùm eſſent qui offerrent ſecun- B
dùm legem munera, *qui exemplari & vmbræ 5
deſeruiunt cæleſtium. Sicut reſponſum eſt
Moyſi, cùm conſummaret tabernaculum: "Vi-
de (inquit) omnia facito ſecundùm exemplar,
quod tibi oſtenſum eſt in monte. *Nunc autem 6
melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & C
melioris teſtamnti mediatore eſt, quod in me-
lioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. *Nam ſi 7
illud prius culpa vacaſſet: non vtique ſecundi
locus inquireretur. *Vituperans enim eos, dicit: 8
"Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſum-
mabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum
Iuda, teſtamentum nouum, *non ſecundùm 9
teſtamentum quod feci patribus eorum, in die
qua apprehendi manum eorum vt educerem
illos de Terra Ægypti: quoniam ipſi non per-
manſerunt in teſtamento, meo & ego neglexi

" Exod. 25. d. 40. Act. 7. f. 44.

" Iere. 31. e. 31.

eos, dicit Dominus. *Quia hoc eſt teſtamen- 10
D tum, quod diſponam domui Iſrael poſt dies il-
los, dicit Dominus: Dando leges meas in men-
tem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam
eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in
11 populũ: *& non docebit vnuſquiſq; proximum
ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens:
Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient
12 me a minore vſque ad maiorem eorum: *quia
propitius ero iniquitatibus eorum, & peccato-
13 rum eorum iam non memorabor. *Dicendo
autem nouum, veterauit prius. Quod autem
antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CAPITVLVM. i. ſumma & ſcopus eorum quæ de Pontifice Chriſto dicta ſunt, & dici poſſunt, hæc eſt: Sedere eum ad Patris dexteram illi æqualem, nec officium dimittere.

2 SANCTORVM MINISTER. ſ. locorum eſt Chriſtus, Syr. *domus ſancta*. i. templi cęleſtis miniſter. quod Deus fabricauit, non homo, vt tabernaculum Moyſis. Nec eſt Chriſtus otioſus.

3 OMNIS ENIM PONTIFEX. q. d. alij Pontifices offerunt hoſtias, Chriſtus ſemper ſuam mortem offert Patri pro nobis.

4 SI ERGO ESSET SVPER TERRAM. i. ſi non eſſet mortuus, non haberet quod offerret, nec adeò eſſet ſacerdos, ſed veteres ſacerdotes manerent.

5 QVI EXEMPLARI.... DESERVIVNT CÆLESTIVM. Erãt illæ hoſtiæ figura cęleſtium, atque adeò in illis verus & perfectus Dei cultus nõ erat. SECVNDVM EXEMPLAR, ſ. fac. Moyſi nõ ſolùm corporalem figuram tabernaculi oſtendit Deus, ſed etiam myſteria cæleſtia, quæ tabernaculo & ſacrificijs ſignificabantur.

6 NVNC AVTEM. i. quia non eſt ſuper terram, ſed mortuus, tantò excellentior ſacerdos præ Leuiticis eſt, quãtò melius eſt Teſtamentum, cuius ipſe inter Deum & homines mediator eſt. In quo hoc Teſtamentum excellit? IN MELIORIBVS REPROMISSIONIBVS. In veteri Teſtamento temporalia, in nouo cæleſtia & ęterna promittuntur.

7 NAM SI ILLVD PRIVS CVLPA VACASSET. i. ſi defectum non haberet vetus Teſtamentum, ἄμεμπτος ἦν, non opus eſſet nouo Teſtamento.

8 VITVPERANS.... EOS, ſiue *iratus illis*, μεμφόμενος. ECCE DIES VENIENT, DICIT DOMINVS. Græc. *veniunt* ἔρχονται. ſic Goth. In Ierem. etiam c. 31. v. 32. Hebr. באים *baim*, *veniunt dies*, pro, *venient*. ij autem dies ſunt aduentus Chriſti, quo vetus Teſtamentum eſt antiquatum. ET CONSVMMABO, perficiam nouum pactum, ſeu Teſtamentum. Quoniam ipſi

9 NON PERMANSERVNT IN TESTAMENTO MEO. Cauſa mutati fœderis, quoniam illi priùs pactum violarunt.

10 QVIA, pro, *certè*. nempe כי *chi* Hebraicum id ſæpè ſignificat. Hoc eſt teſtamentum: DANDO. Græc. & Sept. διδοὺς, *dans*, Hebr. *dedi*, pro, dabo leges in mente. ET IN CORDE. Goth. *in corda*. ſic Reg. Vulg. ſed Hebr. & Græc. *in corde*. ſignificat autem, pro lege daturum Chriſtum Spiritus ſancti gratiam, qua corda hominum emolliantur, & ſua ſponte ad bonum ferantur.

11 ET NON DOCEBIT. Non multo labore opus erit, quia pauca præcepta, vel pueri ea facilè addiſcent: ſic Theodoretus & Oecumenius hîc, tú Auguſtinus de Gratia Chriſti, c. 12. OMNES SCIENT ME A MINORE VSQVE AD MAIOREM EORVM. ſ. natu. pueri & ſenes omnes Deum cognoſcent.

13 DICENDO AVTEM NOVVM, VETERAVIT PRIVS. q. d. non diceret nouum Teſtamentum, niſi ſciret aliud priùs fore antiquandum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CAPITVLVM. i. ſummarium. q. d. dicam breuiter fuſiùs explicata. DICVNTVR. pro, dicta ſunt. MAGNITVDINIS. i. maieſtatis. ſ. Dei.

SANCTO-

SANCTORVM.i.ſanctuarij.ſ.Eccleſiæ. VERI.ad differentiam figuralis. 2

ENIM.pro,autem. OFFERAT.ſ.ſeipſum obtulit in cruce,& quotidie offert in altari. 3

SVPER TERRAM.ſ.vt more aliorum Sacerdotum miniſtraret. NEC.pro,non. SACERDOS.ſ.quia non eſt de tribu Leui. ESSENT.ſ.ſacerdotes de tribu Leui. 4

CONSVMMARET.pro,conſummaturus eſſet.i.perfecturus. EXEMPLAR. Intelligit Paulus etiam per id ſignificatum illud exemplar quoddam fuiſſe tabernaculi cæleſtis. 5

MELIVS.i.excellentius. MINISTERIVM.ſ.ſacerdotij. TESTAMENTI. i.pacti. IN.pro,cũ. REPROMISSIONIBVS.pro,promiſſionibus. SANCITVM.i.confirmatum. 6

CVLPA. i.defectu. vel q. d. ſi homines faceret ſine culpa. 7

CONSVMMABO.i.perficiam. 8

QVIA .continuatiuum eſt, non cauſale. DANDO. pro,dabo. 10

VETERAVIT.i.antiquauit, ſeu vetus eſſe oſtendit. 13

CAPVT IX.

Ex his quæ in veteri erant Teſtamento & imperfectione illarum hoſtiarum, oſtendit noui perfectionem, in quo Chriſtus Pontifex & hoſtia ſemel oblata emundat conſcientiam à peccatis: quem ad teſtamenti ſui confirmationem mori fuit neceſſe.

HAbuit quidem & prius,iuſtificationes cul- 1
turæ,& Sanctum ſæculare.* "Tabernacu- 2
"Exod. 26. a.1.& 36. a.8 lum enim factum eſt primum, in quo erant A
candelabra,& menſa,& propoſitio panum,quæ
dicitur Sancta. * Poſt velamentum autẽ ſecun- 3
dum, tabernaculum, quod dicitur Sancta ſan-
"Num. 16. Leuit. 16. ctorum:* aureum habens " thuribulum,& arcã 4
teſtamenti circumtectam ex omni parte auro,
in qua vrna aurea habens manna, & virga Aa-
"3 Reg. 8. b.9 2. Par. 5. b.10 ron,quæ fronduerat,"& tabulæ teſtamenti,* ſu- 5
perque eam erant Cherubim gloriæ obumbrã-
tia propitiatorium: de quibus non eſt modò di-
cendum per ſingula.* His verò ita compoſitis; in 6
priori quidem tabernaculo ſemper introibant B
ſacerdotes,ſacrificiorum officia conſummantes:
"Exod. 30. b.10 Leuit. 16. a.2 * in ſecundo autem " ſemel in anno ſolus ponti- 7
fex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſua &
populi ignorantia: * hoc ſignificante Spiritu ſan- 8
cto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam,
adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.* quæ 9
parabola eſt temporis inſtantis: iuxta quam mu- C
nera,& hoſtiæ offeruntur,quæ non poſſunt iux-
ta conſcientiam perfectum facere ſeruientem,
ſolummodò in cibis, & in potibus,* & variis 10
baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis vſque ad tem-
pus correctionis impoſitis. * Chriſtus autem aſ- 11
ſiſtens pontifex futurorum bonorum, per am-
plius & perfectius tabernaculum non manufa-
ctum, id eſt, non huius creationis,* neque per 12
ſanguinem hircorum aut vitulorũ, ſed per pro-
prium ſanguinẽ,introiuit ſemel in Sancta, æter-
"Leuit. 16. c.14 na redemptione inuenta.* " Si enim ſanguis hir- 13
corum & taurorum,& cinis vitulæ aſperſus, in- D
quinatos ſanctificat ad emundationem carnis:
"1. Pet. 1. d.19 1. Ioan. 1. c.7 Apoc. 1. b.5 * " quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiri- 14
tum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatum
Deo,emundabit conſcientiam noſtram ab ope-
ribus mortuis,ad ſeruiendum Deo viuenti? * Et 15
"Gal. 3. b.15 ideò noui teſtamẽti mediator eſt; " vt morte in-
tercedente,in redemptionem earum præuarica-
tionum, quæ erant ſub priori teſtamento, re-
promiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternę

16 hereditatis.* Vbi enim teſtamentum eſt, mors
17 neceſſe eſt intercedat teſtatoris.* Teſtamentum
E enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin nõ-
18 dum valet,dum viuit qui teſtatus eſt.* Vnde nec
primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.
19 * Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vni-
uerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum
& hircorum,cum aqua,& lana coccinea,& hyſ-
ſopo,ipſum quoque librum, & omnẽ populum
20 aſperſit,* dicens: " Hic ſanguis teſtamenti, quod "Exod. 24.
21 mandauit ad vos Deus. * Etiam tabernaculum c.8
& omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter
22 aſperſit.* Et omnia pænè in ſanguine ſecundùm
F legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione
23 non fit remiſſio. * Neceſſe eſt ergo exemplaria
quidem cæleſtium his mundari: ipſa autem cæ-
24 leſtia melioribus hoſtiis quàm iſtis. * Non enim
in manufacta Sancta Ieſus introiuit, exempla-
ria verorum: ſed in ipſum cælum, vt appareat
25 nunc vultui Dei pro nobis: * Neque vt ſæpè of-
ferat ſemetipſum,quemadmodum Pontifex in-
trat in Sancta per ſingulos annos in ſanguine
26 alieno: * alioquin oportebat eum frequenter pa-
G ti ab origine mundi: nunc autem ſemel in con-
ſummatione ſæculorum, ad deſtitutionem pec-
27 cati, per hoſtiam ſuam apparuit. * Et quemad-
modum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori,
28 poſt hoc autem iudicium: * " ſic & Chriſtus ſe- "Rom. 5.
mel oblatus eſt ad multorum exhaurienda pec- b.8
cata; ſecundò ſine peccato apparebit expectan- 1. Pet. 3.
tibus ſe, in ſalutem. c.18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 HABVIT QVIDEM ET PRIVS,ſ.Teſtamentum. Ne penitùs contemnere illud videatur, deſcribit quæ in eo erant. IVSTIFICATIONES CVLTVRÆ. i. præcepta colendi Deum. Syr. *præcepta miniſterij*. ET SANCTVM SÆCVLARE.ſ. tabernaculum quod *ſæculare* vocat, ſeu vt Græcè, *mundanum*, ad differentiam cæleſtis. ſeu potiùs ſic atrium vocat, primam tabernaculi partem, quoniam ad id populo aditus patebat, & Atrium Gentium vocabatur.

2 TABERNACVLVM ENIM. pro,autem. Non eſt cuius reddatur cauſa. i. prima tabernaculi pars facta eſt, vbi erant candelabra. Vnum candelabrum erat, ſed ſeptem habens brachia, lucernas totidem. QVÆ DICITVR SANCTA. ſ. *ædes*, vt Syr. refertur enim hoc ad tabernaculum, cuius prima pars vocabatur Sanctuarium, ſed manſit genus Græcum, quia eſt femininum *σκηνή*.

3 POST VELAMENTVM. Tertia & interior tabernaculi pars velo prætenſo diſtinguebatur à reliquo tabernaculo, & vocabatur Sancta ſanctorum.

4 AVREVM HABENS THVRIBVLVM. id eſt altare thymiamatum, cum Origene Homil. 9. in Exod. nec erat intra, ſed prope. VRNA AVREA. 3.Reg.8.v.9. dicitur fuiſſe in arca tantùm Moyſis tabulas. i. ex tota Lege non erat aliud præter eas tabulas, vt ibi diximus. Alioqui *vrna & virga* erant. Aut erant vrna & virga prope arcam, non intra, vt alij volunt.

5 SVPERQVE EAM ERANT. Goth. *ſuper quæ erant*. Erat tabula aurea ſuper arcam ſedis forma: arca vt ſcabellum pedum: Cherubim vtrimque vt ſpondæ ſedis, in qua Deum ſedere putabant, inde reſponſa reddere.

6 SACRIFICIORVM OFFICIA. pro, ſacrorum officia, Græc. *τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες, ſeruitutes perficientes*. Syr. *miniſteria perficientes*. Intra tabernaculum non fiebant ſacrificia, ſed in atrio, vbi erat altare ſacrificiorum. ſed ij intrabant in tabernaculi primam partem.

7 SEMEL IN ANNO. In Sancta ſanctorum ſemel tantùm in anno introibat Pontifex cum ſanguine quem offerret: Exod. 30. verſ. 10. PRO SVA ET POPVLI IGNO-

RANTIA, ſeu fragilitate; nam peccata ex certa ſcientia ijs hoſtijs non expiabantur. Aut potiùs omne peccatum *ignorantiam* vocat. nam Leuit. 16. verſ. 30. dicitur: *In hac die expiatio erit veſtri, atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris.* Loquitur de die expiationis hac, qua Pontifex expiabat populum, intrans in Sancta ſanctorum.

HOC SIGNIFICANTE. Incipit de Chriſto & noua Lege interpretari quæ de tabernaculo & ſacerdotibus ſunt dicta. NONDVM PROPALATAM, ſeu *manifeſtatam*, ſeu *apertam.* SANCTORVM VIAM. i. perfectam viam, ſeu potiùs viam ad vera Sancta ſanctorum cæleſtia. TABERNACVLO HABENTE STATVM. i. quamdiu ſtabat. nam poſt tenebras ſequitur lux, illa autem erant vmbræ & figura. 8

QVÆ PARABOLA. i. figura EST TEMPORIS INSTANTIS. i. præſentis Euangelici. ſed meliùs cum Chryſoſtomo, *inſtantis.* i. huius ſ. veteris legis. IVXTA QVAM ſ. figuram. Græc. *iuxta quod.* ſ. tempus. NON POSSVNT IVXTA CONSCIENTIAM. i. animam, perficere hominẽ 9

ET VARIIS BAPTISMATIBVS. i. ablutionibus. ſ. externa tantùm lex curat. VSQVE AD TEMPVS CORRECTIONIS. i. Euangelij, quo corrigenda & antiquanda erat. tamdiu ij ritus ſteterunt. 10

PER AMPLIVS ET PERFECTIVS TABERNACVLVM. ſ. introiuit Chriſtus. NON HVIVS CREATIONIS. i. non factum ab homine, ſed cæleſte. 11

INTROIVIT SEMEL. Vt vetus Pontifex ſemel in anno, ſic Chriſtus ſemel in omni tempore. ÆTERNA REDEMPTIONE. i. perfectæ iuſtificationis auctor effectus & æternæ, non temporalis. Quod à fortiori probat: 12

SI ENIM SANGVIS HIRCORVM emundabat carnem, multò magis ſanguis Chriſti. 13

PER SPIRITVM SANCTVM. Græc *per ſpiritum æternum.* Noſter pro *αἰωνίου* legit *ἁγίου*, ſed idem eſt. EMVNDABIT. Sic Græc. & Gotth. at Louan. *emundauit.* CONSCIENTIAM NOSTRAM. Gotth. *veſtram.* Græci codices variant. Robertus *ὑμῶν*, *veſtram.* Regia *ἡμῶν*. i. *noſtram.* AB OPERIBVS MORTVIS. i. peccatis. 14

ET IDEO NOVI TESTAMENTI MEDIATOR EST. i. factor. nouo Teſtamento opus fuit, vt per mortem remitterentur peccata facta tempore veteris Teſtamenti, quæ per illud remitti non potuerunt, ijs QVI VOCATI SVNT ÆTERNÆ. i. *ad æternam hereditatem*, vt Syr. i. fidelibus ex Iudæorum gente; nam de illis & cum illis loquitur. Aut ſic ordina: *Vt promiſſionem accipiant æternæ hereditatis, qui vocati ſunt.* 15

VBI ENIM TESTAMENTVM EST. Si quis dicat, Quid opus fuit morte Chriſti? nempe vt teſtamentum quod condidit eſſet ratum, 16

NEC PRIMVM QVIDEM SINE SANGVINE. Vt illud teſtamentum fuit figura, ſic ſanguis ille pecudum, ſanguinis Chriſti. DEDICATVM EST. Syr. *confirmatum.* Morte pecudum confirmatur Vetus teſtamentum, quoniam Deus eius conditor mori non poterat. Lecta lege Moyſes accipiens 18

SANGVINEM VITVLORVM ET HIRCORVM CVM AQVA. Quorũ animalium eſſet ſanguis ille quo Moyſes tabernaculum aſperſit; mixtus *vitulorum & hircorum.* & quod addit de *hyſſopo, & lana coccinea, & aqua*, in Scriptura non legitur; ea Paulus à maioribus accepit. Et ſanè aquam miſceri, & quidem multam, opus fuit, ne ſanguine cuncta fœdarentur. 19

NON FIT REMISSIO. i. purgatio & emũdatio à carnis maculis, non fuit ſine ſanguine. ſ. in Veteri teſtamento. 22

EXEMPLARIA QVIDEM CÆLESTIVM. i. tabernaculum & alia vaſa. IPSA AVTEM CÆLESTIA. i. ſpiritualia Chriſtianorũ ſacra. MELIORIBVS HOSTIIS i. Chriſti ſanguine mundantur. Neque eſt opus eſt vt Chriſtus 23

SÆPE OFFERAT SEMETIPSVM. Chriſtus ſemel tantùm ſe obtulit in cruce, ſed memoria eius inſtauratur in Sacrificio Chriſtiano. Alioqui oporteret 25

FREQVENTER PATI, ſi vna oblatio non ſufficeret debuiſſet Chriſtus quoties homines peccant, toties mortem pati. AD DESTITVTIONEM PECCATI. Græc. 26

profligationem. Syr. *abolitionem.* ſed vtrumque *deſtitutio* ſignificat. Et vt alijs opus eſt,

27 SEMEL MORI. Vt alij homines ſemel moriuntur, ſic Chriſtus.

28 SECVNDO. *Apparebit in die iudicij Chriſtus in ſalutem ſe expectantibus.* ſic ordina. ſed SINE PECCATO. i. ſine vlla hoſtia, pro, peccato, nõ morietur in ſecundo aduentu. Hîc diſputari poſſit, an vox Hebraica *berith*, & Græca *διαθήκη* *teſtamentum* propriè ſignificent, an promiſcuè quodcumq; pactum. nam ſi ita eſſet, concidit argumentũ Pauli. Alia enim pacta inter viuos rata ſunt. Iſid. lib. 5. Etymol. c. 24. *Teſtamentum non hoc ſolum dicitur in Sacris, quod non valet ſine morte teſtatoris, ſed omne pactum & placitum teſtamentum vocatur: nam Iacob & Laban teſtamentum fecerunt. Et illud: Teſtamentum diſpoſuerunt aduerſum me:* Pſal. 82. verſ. 6. Verùm de tota hac re non pauca diximus in noſtra Diſputatione pro Editione Vulgata, cap. 12.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PRIVS. ſ. teſtamentum. CVLTVRÆ. i. cultus. quaſi dicat, cultus quoſdam ſuo modo iuſtificantes. SANCTVM SÆCVLARE. i. templum, ſeu tabernaculum temporale.

2 PRIMVM. ſ. prior pars tabernaculi, quæ Sanctum dicebatur, vt proximè dicetur. CANDELABRA. ſ. multæ erant in candelabro lucernæ. PROPOSITIO, &c. i. panes, qui ante Deum proponebantur.

3 SECVNDVM. erat enim primum velum ante ipſum Sanctum.

4 THVRIBVLVM. ſ. altari incenſi ſeruiens, quod erat extra, ſeu potiùs ei ſuffitui quem faciebat Pontifex, ſemel in anno ingrediens in Sancta ſanctorum. Quidam tamen putant ſignificari thuribuli nomine altare thymiamatis, in quo incendebantur aromata, nec aliud fuiſſe thuribulum. IN QVA. pro, cum qua. i. iuxta quam, ſecundùm quoſdam.

5 GLORIÆ. i. Dei gloriam repræſentantia. OBVMBRANTIA. i. alis.

6 IN PRIORI. pro, in prius. OFFICIA. i. ritus.

7 IGNORANTIA. i. peccatis ignorantiæ.

8 SIGNIFICANTE. ſ. per illas expiationes. PROPALATAM. i. apertam. ſ. per plenam expiationem, quam Chriſtus erat facturus. SANCTORVM. i. in ſancta. ſ. cæleſtia.

9 PARABOLA. i. figuralis quædam ſimilitudo. INSTANTIS. i. præſentis. ſ. tempore quo hæc Paulus ſcripſit. IVXTA QVAM. i. cuius ritu. IVXTA CONSCIENTIAM. i. quod attinet ad conſcientiæ ſeu mentis puritatem. SERVIENTEM. i. per illa Deum colentem. SOLVMMODO. ſ. ſita.

10 BAPTISMATIBVS. i. ablutionibus, ſeu purificationibus. IVSTITIIS. i. iuſtificationibus, ſeu cæremoniis. Græc. *δικαιώμασι* (quo ve[…]o LXX. vtuntur vbi nos legere ſolemus *cærimoniis*) Syr. *præceptis.* CARNIS. i. corporeis. ſ. circa corpus adhibitis. q. d. externis. CORRECTIONIS. ſ. per Chriſtum faciendæ.

11 ASSISTENS. ſ. Patri. Græc. *παραγενόμενος*. i. *factus*, vel *adueniens.* AMPLIVS. i. maius. TABERNACVLVM. ſ. ſuam humanitatem, vel cælum. iunge cum *Pontifex.* HVIVS CREATIONIS. i. ſtructuræ ſimilis noſtratibus. humanitas quidem de Spiritu ſancto concepta, cælum verò à Deo creatum.

12 SANCTA. i. cælum. INVENTA. i. parta. CARNIS. i. corporis. ſ. animam illa non emundabant. Ideò ſup. dictæ *iuſtitiæ carnis.*

14 PER SPIRITVM, &c. i. mouente Spiritu ſancto. SANCTVM. Græc. & Syr. *æternum.* OPERIBVS MORTVIS. i. peccatis. Vide ſup. cap. 6.

15 PRÆVARICATIONVM. Græc. *tranſgreſſionum.* q. d. ad expiationem peccatorum. ERANT. ſ. manebant non mundatæ. REPROMISSIONEM, &c. i. promiſſam hereditatem.

17 IN MORTVIS. i. teſtatoris morte. CONFIRMATVM. i. ratum.

SAN-

Sangvine. ſ. mortem quodammodò repræſentante 18
Dedicatvm. i. confirmatum.

Testamenti. i. confirmator. Nota, *teſtamenti* vocem 20
ſumptam ex Lxx. qui ſic verterunt Hebr. vocem,
quæ *pactum* ſeu *fœdus* ſignificat. ſ. pactum illud Dei, fi-
gura erat pacti per Chriſtum renouandi, quod eius
morte velut teſtamentum firmatum eſt, nosque teſta-
menti more fecit heredes. Mandavit. Exod. 24. le-
gitur. Hebr. *pepigit*. Lxx. *diſpoſuit*.

In. pro, cum. vel, per. Et sine, &c. q. d. nam reverà 22
nulla peccati remiſſio fieri poteſt ſine Chriſti ſanguine,
cuius illa legalia figura erant.

Exemplaria. i. figuralem ſtatum. Cælestia 23
ſ. ſtatum Euangelicum, ſeu Eccleſiæ.

Offerat. ſ. cruento ſacrificio. 25

Freqventer. ſ. ad expiandum omnium hominum 26
peccata. Consvmmatione. i. fine. ſ. inſtante. De-
stitvtionem. i. abolitionem. Svam. i. ſui corporis.

Ivdicivm. ſ. cuiuſque ſequitur particulare poſt 27
mortem eius, & vniuerſale mortuis omnibus.

Mvltorvm. Omnium quidem quantum ad ſuffi- 28
cientiam, ſed multorum ſolùm quantum ad efficaciam.
Exhavrienda. i. tollenda, ſeu euacuanda ex cordium
profundo. Secvndo. i. deinde. Sine peccato. i. pur-
gatis electorum peccatis. Salvtem. ſ. æternam.

CAPVT X.

Propter imperfectionẽ hoſtiarum veteris Teſtamenti neceſſarium fuit nouum induci, cuius vnica hoſtia auferrentur vniuerſa peccata: cui niſi fide, ſpe, charitate, ac bonis operibus adhæſerimus, acerbius puniemur quam veteris Teſtamẽti tranſgreſſores: laudat interim Hebræos quòd & multa paſſi ſint, & patientibus adſtiterint.

VMbram enim habens lex futurorum bo- 1
norum, non ipſam imaginem rerum; per A
ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offe-
runt indeſinenter, numquam poteſt accedentes
perfectos facere: * alioquin ceſſaſſent offerri: 2
ideò quòd nullam haberent vltrà conſcientiam
peccati, cultores ſemel mundati: * ſed in ipſis 3
commemoratio peccatorum per ſingulos an-
nos fit. * impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum 4
& hircorum auferri peccata. * Ideò ingrediens 5
mundum dicit: " Hoſtiam, & oblationem no- B — "Pſal. 39. b. 7
luiſti: corpus autem aptaſti mihi: * holocauto- 6
mata pro peccato non tibi placuerunt. * Tunc 7
dixi: Ecce venio: " in capite libri ſcriptum eſt — "Ibidem.
de me, vt faciam, Deus, voluntatem tuam. * Su- 8
periùs dicens: Quia hoſtias, & oblationes, &
holocautomata pro peccato noluiſti, nec placi-
ta ſunt tibi, quæ ſecundùm legem offeruntur,
* tunc dixi: Ecce venio, vt faciam, Deus, volun- 9
tatem tuam: aufert primum, vt ſequens ſtatuat.
* In qua voluntate ſanctificati ſumus per obla- 10
tionem corporis Ieſu Chriſti ſemel. * Et omnis C
quidem ſacerdos præſtò eſt quotidie miniſtrans 11
& eaſdem ſæpè offerens hoſtias, quæ numquam
poſſunt auferre peccata: * hic autem vnam pro 12
peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſe-
det in dextera Dei, * de cetero expectans " do- 13 — "Pſal. 109. a. 1. 1. Cor. 15. d. 25
nec ponantur inimici eius ſcabellum pedum
eius. * Vna enim oblatione, conſummauit in 14
ſempiternum ſanctificatos. * Conteſtatur au- 15
tem nos & Spiritus ſanctus. Poſtquam enim di-
xit: * " Hoc autem teſtamentum, quod teſta- 16 — "Iere. 31. f. 31. Sup. 8. c. 8
bor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus,
Dando leges meas in cordibus eorum, & in
mentibus eorum ſuperſcribam eas: * & peccato- 17
rum, & iniquitatum eorum iam non recorda- D
bor ampliùs. * Vbi autem horum remiſſio: iam 18
19 non eſt oblatio pro peccato. * Habentes itaque
fratres fiduciam in introitu ſanctorũ in ſangui-
20 ne Chriſti, * quam initiauit nobis viam nouam,
& viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam,
21 * & ſacerdotem magnum ſuper domum Dei:
22 * accedamus cum vero corde in plenitudine fi-
dei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti
23 corpus aqua munda, * teneamus ſpei noſtræ
E confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt
24 qui repromiſit) * & conſideremus inuicem in
prouocationem charitatis, & bonorum ope-
25 rum: * non deſerentes collectionem noſtram,
ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſo-
lantes, & tantò magis quantò videritis appro-
26 pinquantem diem. * " Voluntariè enim peccan- — "Sup. 6. a. 4
tibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis,
27 iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia, * terribi-
lis autem quædam expectatio iudicij, & ignis
28 æmulatio, quę conſumptura eſt aduerſarios. * Ir-
ritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſe-
ratione " duobus vel tribus teſtibus moritur: — "Deut. 17. b. 6. Matth. 18. b. 16. Ioã. 8. c. 17. 2. Cor. 13. a. 1
29 * quantò magis putatis deteriora mereri ſuppli-
F cia, qui filium Dei conculcauerit, & ſangui-
nem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſan-
ctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fe-
30 cerit? * Scimus enim qui dixit: " Mihi vindicta, — "Deut. 32. e. 35. Rom. 12. d. 19
& ego retribuam. Et iterùm: Quia iudicabit
31 Dominus populum ſuum. * Horrendum eſt in-
32 cidere in manus Dei viuentis. * Rememoramini
autem priſtinos dies, in quibus illuminati, ma-
33 gnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, * & in
altero quidem, opprobriis & tribulationibus
ſpectaculum facti: in altero autem, ſocij taliter
34 conuerſantium effecti. * Nam & vinctis com-
paſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum
gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere
35 meliorem & manentem ſubſtantiam. * Nolite
G itaque amittere confidentiam veſtram, quæ
36 magnam habet remunerationem. * Patientia
enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei fa-
37 cientes, reporteris promiſſionẽ. * " Adhuc enim — "Hab. 2. a. 3. Rom. 1. b. 17. Gal. 3. b. 11
modicũ aliquãtulum, qui venturus eſt, veniet, &
38 non tardabit. * " iuſtus autẽ meus ex fide viuit:
quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.
39 * Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in
perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VMbram enim. Lex obſcurè bona cæleſtia repræ-
ſentabat. Non ipsam imaginem. Euange-
lium expreſſè illa bona monſtrabat. ideo eadem ſacri-
ficia ſæpè repetuntur, quia per ea non remittuntur pec-
cata. Id ſignificat, Nvmqvam potest acceden-
tes perfectos facere in eo eſt legis obſcuritas.

3 Commemoratio peccatorvm, & accuſatio fit
per ſacrificia, non remiſſio. *Per legem enim cognitio pec-
cati*, ad Rom. 3. v. 20. *Oblationem noluiſti*, ait Chriſtus,

5 Corpvs avtem aptasti mihi, vt illud tibi offe-
ram pro peccatis, quæ aliæ hoſtiæ non auferunt. Ideò
tibi non placuerunt.

7 Ecce venio. præſtò ſum vt me offeram. In ca-
pite libri. i. initio, quod ad Gen. initium Tertul. con-
tra Praxeam, & Hilar. in Pſal. 2. referunt, vbi de verbo
Dei ſcriptũ eſt. Aut *in capite*. i. in ſumma libri. in libro.
Sic Pſ. 39. v. 7. vnde hic locus eſt, Hebr. legitur *in vo-
lumine libri*, ſ. legis, *eſt ſcriptum*. Vt faciam, ſeu *vt
facerem*, vt Goth. Volvntatem tvam. ſ. vt ſe pro
electis offerret. Hoc toto Veteri teſtamento ſignificatur
& continetur.

9 Avfert primùm. ſ. hoſtias. Vt seqvens sta-

TVAT, nempe impletionem diuinæ voluntatis à Chriſto factam.

10 IN QVA VOLVNTATE. ſ. obediendi Patri, offerendi ſe, ſanctificati ſumus. SEMEL, non eſt opus repetitione, quando vna oblatione remiſſa peccata ſunt.

11 ET EASDEM SÆPE OFFERENS HOSTIAS, ſacerdos vetus præſtò eſt. q. d. offerant ſæpè veteres ſacerdotes, quando ſuis oblationibus nihil faciunt. Hic vna hoſtia oblata,

12 SEDET IN DEXTERA DEI, quaſi perfecto iam opere, parta victoria.

13 EXPECTANS, donec hoſtes & rebelles ſibi homines & dæmones ponat ſub pedibus quaſi ſcabellum, quod fiet in die iudicij.

14 VNA ENIM OBLATIONE, CONSVMMAVIT. i. perfecit. SANCTIFICATOS. i. electos data illis remiſſione. Ideò opere perfecto ſedet.

15 CONTESTATVR AVTEM NOS ET SPIRITVS SANCTVS. Gotth. *conteſtatur autem & nos Spiritus ſanctus. Nos*, pro nobis, teſtis eſt Spiritus ſanctus. Quid conteſtatur?

16 DANDO. Gotth. *dabo leges*. De quo ſuperiùs c. 8. v. 10

17 ET PECCATORVM non recordabor. Si ergo peccatum eſt deletum,

18 IAM NON EST OBLATIO. ſ. noua, non eſt opus noua oblatione pro peccato. Habeamus ergo fiduciam.

19 IN INTROITV. Græc. *in introitum*. ſic Gotth. quod Iudæis negabatur. SANCTORVM. Syr. *adis ſancta*. Ergo cùm ſperemus introire in Sancta ſanctorum, quod Iudæis negabatur. IN SANGVINE CHRISTI. i. per ſanguinem Chriſti.

20 QVAM INITIAVIT NOBIS VIAM. Syr. *dedicauit*. i. aperuit, cōplanauit nobis viam NOVAM, ipſe primus aperuit. ET VIVENTEM. i. permanentem. ſemper aperta eſt. PER VELAMEN. Alludit ad velum, quod tegebat Sancta ſanctorum. CARNEM SVAM. *Carnem* vocat velum, quia ea Diuinitas tegebatur. & per eam eius morte ipſe ingreſſus eſt, & alij ingredientur.

21 ET SACERDOTEM MAGNVM. i. habentes. eſt hyperbaton.

22 ACCEDAMVS CVM VERO CORDE. ſincero, non fucato. IN PLENITVDINE FIDEI. Syr. *cum fiducia fidei*, ἐν πληροφορίᾳ πίστεως. Hoc Eraſmus & Cēturiatores Magdebur. 1. c. 4. col. 264. referunt ad fiduciæ certitudinem & gratiæ. ſed malè. ASPERSI CORDA. i. mundati à conſcientia mala. i. nequitia. ET ABLVTI CORPVS AQVA MVNDA. i. ſpiritu Dei, Ezech. 36. verſ. 25. Zachar. 13. v. 1. Itaque mente & corpore puri.

23 TENEAMVS SPEI NOSTRÆ CONFESSIONEM, ſeu *profeſſionem conſtantem*, non nutantem.

24 ET CONSIDEREMVS INVICEM. i. agnoſcamus eiuſdem corporis membra nos eſſe, aut conſideremus alter alterius dona, vt amemus inter nos.

25 NON DESERENTES COLLECTIONEM NOSTRAM. id eſt, vnitatem, concordiam, ſeu collectionem & Eccleſiam. SED CONSOLANTES, vel *exhortantes* alij alios ad bonum. ET TANTO MAGIS QVANTO VIDERITIS APPROPINQVANTEM DIEM. i. iudicij aut excidij Ieruſalem appropinquare.

26 VOLVNTARIE ENIM PECCANTIBVS. i. de induſtria. NON RELINQVITVR PRO PECCATIS HOSTIA, ſ. per Baptiſmum applicanda. Quod dixit c. 6. verſ. 4. *impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminari.* Aut voluntariè ſit peccare peccato ad mortem, cui remedium nullum ſupereſt. Franc. Turrianus de Euchariſt. Tract. 1. hoc intelligit de excommunicatis, qui nimirum ſunt extra collectionem, pro quibus non relinquitur hoſtia, quia pro illis ſacrificium non offertur in Eccleſia. Quid ergo relinquitur? Iudicium

27 ET IGNIS ÆMVLATIO. i. ſæuitia ſeu zelus, quem contra peccatores ignis oſtendet. Proſopopœia eſt. Qui legem violat, occiditur: deteriora meretur

29 QVI FILIVM DEI CONCVLCAVERIT. i. contempſerit. ET SANGVINEM TESTAMENTI POLLVTVM DVXERIT. i. pro re vili & nihili habuerit.

32 REMEMORAMINI. Ad memoriam reuocat quæ paſſi olim erant, vt ea memoria à malis reuocet. IN QVIBVS ILLVMINATI. Syr. *in quibus recepiſtis Baptiſmum.*

33 ET IN ALTERO. i. partim ea mala vos paſſi eſtis, partim ſocij fuiſtis eorum qui ea patiebantur. TALITER CONVERSANTIVM. i. eorum qui verſabantur in ijs afflictionibus.

34 NAM ET VINCTIS. Græc. *vinculis meis*. Noſter pro δεσμοῖς μου legit δεσμίοις. i. *vinctis compaſſi eſtis*. & bona auferri tuliſtis, conſiderantes vos habere MANENTEM SVBSTANTIAM. i. diuitias non caducas vt præſentes.

36 PATIENTIA. i. expectatione opus habetis. non tardat Dominus.

38 IVSTVS AVTEM MEVS. Hæc verba Habacuc 2. v. 4. citantur ad Rom. 1. & Galat. 3 & hic. Lectio eorum triplex, Hebr. *Iuſtus autem ex fide ſua viuet*. hæc eſt prima lectio. ſic etiam Hieron. vertit. Secunda Sept. *Iuſtus autem ex fide mea viuet*. Paulus tertiam *Iuſtus autem meus ex fide viuit*, ſeu *viuet*, vt alij legunt. ſic Theophylactus legit in eum locum Habacuc. Variant enim Græca exemplaria, vt in Græc. Biblijs Romæ editis notatur. Porrò quæ Propheta dicit de malis quæ minatur, & quæ credens erat euaſurus, aut quæ loquitur de Cyri aduentu, Paulus tranſtulit allegoricè ad Chriſti aduentum. *Fides* autem & *ſua* dici poteſt, quia eam qui credit habet; & *mea*, quia Dei donum. Porrò Hebraicè mutatio *Iod* in *Vau*, qua vtraque lectio *mea* & *ſua* redditur, facilis eſt. QVOD SI SVBTRAXERIT SE. i à bono & fide diſceſſerit, non mihi placebit.

39 NOS AVTEM NON SVMVS SVBTRACTIONIS FILII. Vox *filij* Græcè non eſt, nec Syr. nec Gotth. ſed ſuppletur. SED FIDEI IN ACQVISITIONEM ANIMÆ. i. vitæ, vt viuamus ex fide. Alludit ad verba Habacuc paulò antè allata.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IMAGINEM. ſ. perfectam repræſentationem, qualis eſt in ſtatu Euangelico, in quo eſt gratiæ copia, & velut initium quoddam æternæ felicitatis. ACCEDENTES. ſ. per illa ad Deum. PERFECTOS. i. perfectè à peccatis liberatos pleneque iuſtos.

2 OFFERRI. ſ. pro iiſdem peccatis.

3 IPSIS. ſ. hoſtijs. PECCATORVM. ſ. eorumdem. Quid ergo, nónne illi per ſacrificia verè mundabantur? ſanè, ſed non vi ſacrificiorum, ſed oblationis Chriſti quam repræſentabant; ideóque illa tamquam per ſe inefficacia ſæpè repetebantur.

5 INGREDIENS, &c. q. d. ad eius in mundum ingreſſum pertinent verba illa Pſalmi. CORPVS. ſ. quod tibi offerrem. APTASTI. Syr. *induiſti*.

6 PRO PECCATO. ſ. ſacrificia. PLACVERVNT. ſ. per ſe, ſed propter me, cuius figuræ erant.

7 VENIO. Iunge cum *vt faciam*. CAPITE. i. ſumma ſ. tota Scriptura Chriſtum prædicat.

9 TVNC. pro, deinde verò. PRIMVM. ſ. ſtatum, ſeu teſtamentum.

10 IN QVA. i. per quam. SEMEL. ſ. facta.

11 SACERDOS. ſ. *ſummus*, vt eſt Græc. loquitur enim de annua expiatione.

12 VNAM. ſ. ſufficientem ad omnia peccata expianda. OFFERENS. pro, vbi obtuliſſet.

13 DE CETERO. i. in poſterum.

14 CONSVMMAVIT. i. perfecit ſ. quantum ex ſe. SANCTIFICATOS. i. eos qui ſanctificantur.

15 CONTESTATVR. i. teſtando monet.

16 TESTAMENTVM, &c. i fœdus quod feriam.

17 ET PECCATORVM, &c. ſ. addit.

18 OBLATIO. i. opus oblatione alia.

19 IN INTROITV, &c. pro, introëundi in ſancta. i. cæleſtia. IN. pro, per.

20 INITIAVIT. i. aperuit, ingrediens ipſe. VIVENTEM ſ. via in cælum eſt vita bona.

22 PLENITVDINE. i perfectione. Græc. *plena certitudine*. Syr. *fiducia*. ASPERSI. ſ. Chriſti ſanguine. q. d. purificati. AQVA. ſ. Baptiſmi. MVNDA. i. mundante.

Confeſſionem. i. profeſſionem. Indeclinabilem. i. firmam. Repromiſit. pro. promiſit. 23

Invicem. i. alij alios. Provocationem. i. imitationem. 24

Collectionem. i. congregationem. Conſuetudinis. ſ. deſerere. Conſolantes. ſ. inuicem. Verti poterat *adhortantes*. Videritis. pro, videtis. Diem. ſ. retributionis. 25

Hostia. ſ. quæ totos abluat, vt fit in Baptiſmo. etſi enim Chriſti hoſtia ad omnia peccata purganda valeat, at non applicatur niſi ſemel per Baptiſmum ad eiuſmodi purgationem; quare ſatis faciendum poſteà pro peccatis per opera pœnalia, quod ſemper in Eccleſia obſeruatum. 26

Iudicii. ſ. diuini. Æmulatio. i. vis, & velut indignatio. Adversarios. ſ. Dei, qui hinc ſine pœnitentia diſceſſerint. 27

Irritam, &c. i. tranſgrediens. Moritur. i. interficitur. ſ. in certis caſibus. 28

Conculcaverit. i. contempſerit. Pollutum. pro, velut pollutum. q. d. vt rem pollutam tractauerit. In quo. i. per quem. Gratiæ. ſ. auctori. 29

Vindicta. q. d. meum eſt vlciſci. 30

Horrendum. i. terribile. Dei. ſ. irati. 31

Illuminati. Syr. *baptiZati*. 32

In altero. i. partim. 33

Substantiam. i. diuitias. 34

Amittere. i. i. abijcere. 35

Patientia. ſ. qua ſpe præmij duratur in malis. 36

Modicum, &c. i. poſt breue tempus. 37

Subtraxerit. ſ. à fide, & recto. 38

Subtractionis. i. qui nos ſubtrahamus. Animæ. ſ. ſalutis animæ. 39

C A P V T XI.

Fidem magnificè commendat ex actis patrum, à mundi exordio vſque ad Dauid ac Prophetas: & in vniuerſum quanta patrarint ac paſſi ſint per fidem: nec tamen plenam adhuc acceperunt retributionem.

EST autem fides ſperandarum ſubſtantia re- 1
rum, argumentum non apparentium. *In 2
hac enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. A
ᵃGen. 1. a. 3 *ᵃFide intelligimus aptata eſſe ſęcula verbo Dei; 3
vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. *ᵇFide plu- 4
ᵇGen. 4. a. 4 rimam hoſtiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo,
ᶜMat. 23. d. 24 ᶜper quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iu-
ſtus, teſtimouium perhibente muneribus eius
Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.
ᵈGen. 5. c. 24 *ᵈFide Henoch tranſlatus eſt ne videret mor- 5
Eccli. 44. c. 16 tem, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum
Deus: ante tranſlationem enim teſtimonium
habuit placuiſſe Deo. *Sine fide autem impoſ- 6
ſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet
accedentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus B
ᵉGen. 6. c. 13 ſe remunerator ſit. *ᵉFide Noë, reſponſo ac- 7
Eccli. 44. c. 17. cepto de iis quæ adhuc non videbantur, me-
tuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per
quam damnauit mundum: & iuſtitiæ, quæ per
ᶠGen. 15. a. 5 fidem eſt, heres eſt inſtitutus. *ᶠFide qui voca- 8
tur Abraham obediuit in locum exire, quem
accepturus erat in hereditatem: & exiit, neſciens
quò iret. *Fide demoratus eſt in Terra repro- 9
miſſionis, tamquam in aliena, in caſulis habi-
tando, cum Iſaac & Iacob coheredibus repro-
miſſionis eiuſdem. *Expectabat enim funda- 10
menta habentem ciuitatem: cuius artifex & C
ᵍGen. 17. c. 19 conditor Deus. *ᵍFide & ipſa Sara ſterilis virtu- 11
tem in conceptionem ſeminis accepit, etiam
præter tempus ætatis: quoniam fidelem credi-
dit eſſe eum, qui repromiſerat. *Propter quod 12
& ab vno orti ſunt (& hoc emortuo) tamquam
ſidera cæli in multitudinem, & ſicut arena, quæ
13 eſt ad oram maris, innumerabilis. *Iuxta fidem
defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſ-
ſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutan-
tes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt
14 ſuper terram. *Qui enim hęc dicunt, ſignificant
15 ſe patriam inquirere. *Et ſi quidem ipſius me-
miniſſent de qua exierunt, habebant vtique
16 tempus reuertendi: *nunc autem meliorem ap-
petunt, id eſt, cæleſtem. Ideò non confunditur
Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ci-
17 uitatem. *ʰFide obtulit Abraham Iſaac, cùm ʰGen. 22. a. 1
D tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui ſuſce- Eccli. 44. d. 21
18 perat repromiſſiones; *ad quem dictum eſt:
19 ⁱQuia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: *arbitrans ⁱGen. 21. b. 12
quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus: vnde Rom. 9.
20 eum & in parabolam accepit. *ᵏFide & de fu- ᵏGen. 27. d. 27. g
21 turis benedixit Iſaac Iacob, & Eſau. *ˡFide Ia-
cob, moriens, ſingulos filiorum Ioſeph benedi- ˡGen. 48. c. 15
22 xit: ᵐ& adorauit faſtigium virgæ eius. *ⁿFide ᵐGen. 47. g. 31
Ioſeph, moriens, de profectione filiorum Iſraël ⁿGen. 50. d. 24
memoratus eſt, & de oſſibus ſuis mandauit.
23 *ᵒFide Moyſes, natus, occultatus eſt menſibus ᵒExod. 2. a. 2
E tribus à parentibus ſuis, eò quòd vidiſſent ele-
gantem infantem, ᵖ& non timuerunt regis edi- ᵖExod. 1. c. 16
24 ctum. *ᵠFide Moyſes grandis factus negauit ſe ᵠExod. 2. b. 11
25 eſſe filium filiæ Pharaonis, *magis eligens affli-
gi cum populo Dei; quàm temporalis peccati
26 habere iucunditatem, *maiores diuitias æſti-
mans theſauro Ægyptiorum, improperium
Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem.
27 *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſi-
tatem regis: inuiſibilem enim tamquam videns
28 ſuſtinuit. *ʳFide celebrauit Paſcha, & ſangui- ʳExod. 12. d. 21
nis effuſionem: ne qui vaſtabat primitiua, tan-
29 geret eos. *ˢFide tranſierunt Mare rubrum tam- ˢExod. 14. e. 22
F quam per aridam terrā: quod experti Ægyptij,
30 deuorati ſunt. *ᵗFide muri Iericho corruerunt, ᵗIoſ. 6. d. 20
31 circuitu dierū ſeptē. *Fide Rahab meretrix non
periit cum incredulis, ᵘexcipiens exploratores ᵘIoſ. 2. a.
32 cum pace. *Et quid adhuc dicā? Deficiet enim
me tempus enarrātem de Gedeon, Barac, Sam-
33 ſon, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis: *qui
per fidē vicerūnt regna, operati ſunt iuſtitiam,
adepti ſunt repromiſſiones, obturauerunt ora
34 leonum, *extinxerunt impetum ignis, effuge-
G runt aciem gladij, conualuerunt de infirmita-
te, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt ex-
35 terorum: *acceperunt mulieres de reſurrectione
mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſ-
cipientes redemptionem, vt meliorem inueni-
36 rent reſurrectionem. *Alij verò ludibria & ver-
bera experti, inſuper & vincula & carceres:
37 *lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione
gladij mortui ſunt: circuierūt in melotis, in pel-
38 libus caprinis, egētes, anguſtiati, afflicti: *quibus
dignus non erat mundus: in ſolitudinibus er-
rantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis
39 terræ. *Et hi omnes teſtimonio fidei probati,
40 non acceperunt repromiſſionem, *Deo pro no-
bis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis
conſummarentur.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Est autem fides. Locutus anteà de fide, eam hîc definit. 2 Sperandarum, non *ſperantium*, quamuis & vox ἐλπιζομένων id ferat, & Auguſtinus ſæpè ita

legat; nam ea interpretatio ſenſum confundit. SVBSTANTIA, hypoſtaſis. id eſt fundamentum ſpei. Quare ſpero? quia credo. ARGVMENTVM. ἔλεγχος, conuictio, vt Auguſtinus legit 13. de Trin. cap. 1. Chryſoſtomus hic. Quid nos facit aſſentiri ijs, quæ non videmus? fides nos conuincit.

2 IN HAC ENIM. i. per hanc. TESTIMONIVM. i. approbationem. CONSECVTI SVNT SENES. i. antiqui Patres, quia crediderunt, probati ſunt. Fide credimus

3 APTATA ESSE SÆCVLA. i. mundum creatum. VT EX INVISIBILIBVS. i. materia informi, quæ erat inuiſibilis, quia *tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, viſibilia fierent.

4 FIDE PLVRIMAM HOSTIAM. πλείονα. i. *præſtantiorem* quàm Cain obtulit Abel. TESTIMONIVM, approbationem conſecutus eſt. TESTIMONIVM PERHIBENTE. Aliquo ſigno Deus declarauit Abel munera ſibi placuiſſe. DEFVNCTVS ADHVC. ſiue *etiam defunctus*, LOQVITVR, iuxta illud Geneſ. 4. verſ. 10. *Vox ſanguinis fratris tui clamat*.

5 PLACVISSE DEO Enoch. Gen. 5. de eo dicitur, *Ambulauitque cum Deo*. Placuit autem fide.

6 SINE FIDE nemo Deo placet, ergo per fidem Enoch placuit. Sed qualis debet eſſe fides? Vt credamus Deum eſſe, & iuſtos præmiare.

7 FIDE NOE, RESPONSO, oraculo, præcepto, accepto aptauit arcam. DAMNAVIT MVNDVM. quia viſa arca, & quæ illis Noë dicebat, non crediderunt. ET IVSTITIÆ, QVÆ PER FIDEM EST, HERES. i. profeſſor fuit iuſtitiæ. Geneſ. 6. *Noe vir iuſtus*.

8 FIDE QVI VOCATVR ABRAHAM nunc ſcilicet, nam anteà *Abram* vocabatur. NESCIENS QVO IRET. Sciebat quidem ſe ire in terram Chanaan, Geneſ. 11. verſ. 31. ſed in quam eius partem, id neſciebat.

9 TAMQVAM IN ALIENA, moratus eſt in Terra promiſſa, cùm terra illa eſſet illi à Deo data. IN CASVLIS. i. tugurijs habitans cum Iſaac & Iacob, quibus terra illa promiſſa erat.

10 EXPECTABAT ENIM FVNDAMENTA HABENTEM CIVITATEM. i. ſtabilem, perpetuam. cæli erat ciuis, ideò præſentia contemnebat.

11 FIDE ET IPSA SARA concepit. priùs riſit, poſteà credidit.

12 ET HOC EMORTVO ſ. Abrahâ. Græc. *& hæc*, καὶ ταῦτα, ſic Goth. etiamſi emortuus Abraham eſſet, propter ætatem ineptus. Noſter legit καὶ τούτου, ſed non refert, eadem ſententia eſt.

13 IVXTA FIDEM. pro in fide defuncti ſunt omnes, non acceperunt promiſſa ipſis.

14 QVI ENIM HÆC DICVNT. Fuit Patribus familiaris ea vox, ſe peregrinos eſſe, qua indicabant ſe patriam quærere, non eam vnde exierant; (nam ſi eius meminiſſent, & de ea loquerentur, poterant ad illam reuerti;) ſuſpirabant cælum. Sic Deus vocatur eorum Deus, quaſi ſ. ſuorum ciuium.

17 QVI SVSCEPERAT. Sic Græc. *Qui*. ſ. Abraham ſuſceperat ex promiſſione Iſaac, quem offerebat. Multi codices legunt, *in quo*. ſ. Iſaac. Syr. *quem ſuſceperat ex promiſſione*. ſ. Iſaac. Illum tamen ex fide obtulit.

18 AD QVEM. ſ. Abraham. dictum eſt. VOCABITVR TIBI SEMEN. i. per eum habebis poſteros.

19 ET IN PARABOLAM ACCEPIT. i. myſterium latere putabat Chriſti occiſi.

20 FIDE ET DE FVTVRIS. Iſaac filios benedixit, & eis futura nuntiauit. Fide Iacob

21 ADORAVIT FASTIGIVM VIRGÆ EIVS. ſ. Ioſephi. ſic Sept. Geneſ. 47. v. 31. vbi Hebr. *adorauit conuerſus ad lectuli caput*, quo loco explicuimus huius diſcriminis veram cauſam. Inde petatur.

23 FIDE. ſ. parentum, contra edictum Pharaonis conſeruatus eſt Moyſes. Fide is etiam negauit filiam Pharaonis, affligi volens,

25 QVAM TEMPORALIS PECCATI, ſi fidē negaſſet, HABERE IVCVNDITATEM. i. ad breue tempus lætari. Græc. *temporalem peccati habere iucunditatem*, ſeu *fruitionem*.

26 THESAVRO ÆGYPTIORVM præferens. Græc. *theſauris*. ſic Goth. IMPROPERIVM CHRISTI. ſ. illi ſimile, quod Chriſtus eſt paſſus. Reliquit Ægyptum non metuens

27 ANIMOSITATEM. i. iracundiam Regis. INVISIBILEM. ſ. Deum, SVSTINVIT, expectauit, ſperauit in Deo, ac ſi eum videret: *Suſtinere, ſuſtentare*, Latini *expectare* ſignificat,

30 FIDE Ioſue. ſ. aut Iudæorum qui cum eo erant, MVRI IERICHO CORRVERVNT.

31 FIDE RAHAB MERETRIX NON PERIIT. An fuerit meretrix, Ioſue 2. verſ. 2. diſputatum eſt. CVM INCREDVLIS non perijt. Syr. *inobedientibus*. Vox ἀπειθήσασι vtrumque ſignificat.

34 EFFVGERVNT. Sic lege, non *effugauerunt*, aciem gladij. CONVALVERVNT DE INFIRMITATE. i. ex imbecillis fortes facti ſunt. CASTRA VERTERVNT, ſeu *euerterunt*, vt Syr. Goth. *ceperunt*.

35 ACCEPERVNT MVLIERES. Sareptana ab Elia, Sunamitis ab Eliſæo, acceperunt mortuos ſuos. DISTENTI SVNT. i. cruciati. NON SVSCIPIENTES REDEMPTIONEM. i. non volentes à tormentis liberari.

37 TENTATI SVNT, morbis, afflictione, moleſtijs varijs, vt Iob, Tobias. CIRCVIERVNT, quaſi extorres, peregrini, ſine lare. IN MELOTIS. Veſtis ouina cum lana, vilis, quam monachi geſtabant, vt Caſſianus ait lib. 1. cap. 8. tametſi caprinam pellem ſignificare ipſe vult.

39 TESTIMONIO FIDEI. i. per fidem, eiusque conſtantiam probati ſunt. NON ACCEPERVNT REPROMISSIONEM, ſ. gloriam.

40 VT NON. Goth. *ne*. SINE NOBIS CONSVMMARENTVR. i. præmia gloriæ acciperent priùs quàm nos.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SPERANDARVM. i. quæ ſperantur. SVBSTANTIA. i. ſuſtentaculum, ſeu baſis. Syr. *certitudo*. ARGVMENTVM. i. declaratio. Syr. *reuelatio*. q. d. fides eſt quiddam quo ſpes nititur, & Dei occulta ex parte cognoſcuntur.

2 IN HAC ENIM. pro, per hanc autem. TESTIMONIVM. ſ. quod Deo placerent, vel quod Dei ſerui. SENES. i. antiqui patres.

3 APTATA. i. conſtructa. Syr. *ordinata*. SÆCVLA. tempora, ſeu mundi res. VT. pro, ſic vt. INVISIBILIBVS. Græc. *non apparentibus*.

4 PLVRIMAM. i. gratiorem. Syr. *præſtantiorem*. PER QVAM. ſ. fidem, ſeu hoſtiam fide oblatam. TESTIMONIVM. ſ. igni cælitus in ſacrificium delapſo, vt quidam aiunt. LOQVITVR. ſ. hominum ore celebratur; ſeu, prædicat illo ſuo exemplo.

5 FIDE. i. fidei merito. TESTAMENTVM HABVIT. i. comprobatus eſt.

7 RESPONSO, &c. i. oraculo diuino admonitus. METVENS. ſ. Deum, vel diluuium. QVAM. ſ. fidem, vel arcam. DAMNAVIT. i. dignum damnatione oſtendit. MVNDVM. ſ. qui videns arcam tanto tempore tamque diligenter extrui, non credidit. HERES, &c. i. poſſeſſor eſt factus.

8 QVI VOCATVR. Græc. *vocatus*. ſ. à Deo.

9 REPROMISSIONIS. i. promiſſa. CASVLIS. i. tabernaculis.

10 FVNDAMENTA, &c. i. benè fundatam.

11 VIRTVTEM, &c. q. d. vim ad concipiendum. FIDELEM. i. veracem.

12 VNO. ſ. Abraham. EMORTVO. ſ. quantum ad vim generandi.

13 IVXTA FIDEM. i. cum fide. REPROMISSIONIBVS. i. promiſſa terra, vel cælo, per illam ſignificato ſeu figurato.

15 MEMINISSENT. q. d. ſi cùm id dicerent, illam intellexiſſent de qua, &c.

16 CONFVNDITVR. i. erubeſcit. CIVITATEM. ſ. cæleſtē.

18 IN ISAAC, &c. i. per Iſaac habebis poſteritatem, quam tibi promiſi.

Arbitrans. i.perſuaſus. Parabolam. i. ſimilitudinem. ſ. Chriſti immolandi, & reſurrecturi. Accepit. ſ. ſaluum reduxit. 19

De fvtvris. ſ. prædicens. 20

Memoratvs est. i. meminit. 22

Temporalis. Græc. *temporalem* i. breuem. Peccati. ſ. ſi ſuos deſeruiſſet, aut Regi obtemperaſſet contra Deum præcipienti. 25

Christi. i. ad Chriſti imitationem. 26

Animositatem. i. iram. Invisibilem. ſ. Deum. Svstinvit. i. fortiter expectauit. ſ. ſibi adiutorem fore ſperans. 27

Qvi. ſ. Angelus. Primitiva. i. primogenita. 28

Experti. i. tranſeuntes, ſeu tranſire tentantes. 29

Repromissiones. i. à Deo promiſſa. Obtvravervnt. ſ. Daniel. 33

Extinxervnt. ſ. pueri in fornace. Impetvm. i. vim. Effvgervnt. i. euaſerunt. Aciem gladii. ſ. hoſtes in prælio. Convalvervnt, vt Ezechias. 34

Mvlieres. vt Sunamitis & Sareptana. De resvrrectione. i. reſuſcitatos. Distenti. ſ. in tormentis, vt illi de quibus 2. Mach. 7. Redemptionem. i. liberationem à cruciatibus, quam impij promittebant, ſi ſibi obtemperarent. 35

Lapidati, vt Ieremias. Secti, vt Iſaias, ſerra lignea à Manaſſe. Melotis. i. ouinis pellibus. 37

Repromissionem. i. promiſſam beatitudinem. ſ. quantum ad corpus. 39

Consvmmarentvr. ſ. tum perfectè erit homo beatus, cùm corpus recipiet, tunc enim perfectus homo. Cedit autem id ad noſtrum honorem, quòd illi nos expectent, & tamdiu expectauerint, qui tantò antè laborauerunt. 40

CAPVT XII.

Priſcorum imò Chriſti exemplo inducit ad tolerandas viriliter afflictiones; reuocans à peccatis: & ex noui Teſtamenti ſuper vetus excellentia deterret ab inobedientia, ne maiora quam Iudæi pati cogamur ſupplicia.

IDeoque & nos tantam habentes impoſitam 1
nubem teſtium, [a]deponentes omne pondus, A
& circumſtans nos peccatum, per patientiam
curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpi- 2
cientes in Auctorem fidei, & conſummatorem
Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit cru-
cem, confuſione contempta, atque in dextera
ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eum, qui ta- 3
lem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetip-
ſum contradictionem: vt ne fatigemini, animis B
veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad 4
ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repu-
gnantes: & obliti eſtis conſolationis, quæ vo- 5
bis tamquam filiis loquitur, dicens: [b]Fili mi,
noli negligere diſciplinam Domini: neque fati-
geris dum ab eo argueris. Quem enim diligit 6
Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem
filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate. 7
Tamquam filiis vobis offert ſe Deus: quis enim
filius, quem non corripit pater? Quòd ſi extra 8
diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt om- C
nes: ergo adulteri, & non filij eſtis. Deinde pa- 9
tres quidem carnis noſtræ, eruditores habui-
mus, & reuerebamur eos: non multò magis ob-
temperabimus Patri ſpirituũ, & viuemus? Et illi 10
quidem in tempore paucorum dierum, ſecun-
dùm voluntatem ſuam erudiebant nos: hic au-
tem ad id, quod vtile eſt in recipiendo ſanctifi-
cationem eius. Omnis autem diſciplina, in 11
præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed D
mœroris: poſteà autem fructum pacatiſſimum
12 exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Propter
quod, remiſſas manus, & ſoluta genua, erigite,
13 & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non
claudicans quis erret, magis autem ſanetur.
14 [c]Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimo-
15 niam, ſine qua nemo videbit Deum: contem-
plantes nequis deſit gratiæ Dei: nequa radix
amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per
16 illam inquinentur multi. Ne quis fornicator,
E aut profanus [d]vt Eſau: qui propter vnam eſcam
17 vendidit primitiua ſua. ſcitote enim quoniam
[e]& poſteà cupiens hereditare benedictionem,
reprobatus eſt: non enim inuenit pœnitentiæ
locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet
18 eam. [f]Non enim acceſſiſtis ad tractabilem
montem, & accenſibilem ignem, & turbinem,
19 & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, &
vocem verborum, quam qui audierunt, excuſa-
20 uerunt ſe, ne eis fieret verbum. Non enim por-
tabant quod dicebatur: [g]Et ſi beſtia tetigerit
21 montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod
F videbatur. Moyſes dixit: Exterritus ſum, & tre-
22 mebundus. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, &
ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, &
multorum millium Angelorum frequentiam,
23 & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt
in cælis, & iudicem omnium Deum, & ſpiritus
24 iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui me-
diatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem me-
25 liùs loquentem quàm Abel. Videte ne recuſe-
G tis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recu-
ſantes eum qui ſuper terram loquebatur: multò
magis nos, qui de cælis loquentem nobis auer-
26 timus. Cuius vox mouit terram tunc: nunc
autẽ repromittit, dicens: [h]Adhuc ſemel; & ego
mouebo non ſolùm terram, ſed & cælum.
27 Quòd autem, Adhuc ſemel, dicit: declarat
mobilium tranſlationem tamquam factorum,
28 vt maneant ea quæ ſunt immobilia. Itaque
regnum immobile ſuſcipientes, habemus gra-
tiam: per quam ſeruiamus placentes Deo, cum
29 metu & reuerentia. [i]Etenim Deus noſter ignis
conſumens eſt.

[a] Rom. 6. a. 1 Col. 3. b. 8 Epheſ. 4. e. 22 1. Pet. 2. a. 1. & 4. a. 1

[b] Prou. 3. b. 11 Apoc. 3. d. 19

[c] Rom. 12. b. 8

[d] Gen. 25. d. 33

[e] Gen. 27. f. 38

[f] Exod. 19. b. 12 & 20 e. 21

[g] Exod. 19. a. 1

[h] Agg. 2. b. 7

[i] Deut. 4. d. 24

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Nvbem testivm habentes. i. multitudinem eorum qui crediderunt, aut qui in afflictionibus Dei opem ſunt experti. Cvrramvs ad. Græc. & Gotth. non eſt *ad*, ſed ſic: *curramus propoſitum nobis certamen*. q. d. curramus ſtadium, fortiter in eo nos geramus Chriſti exemplo.

2 Qvi proposito sibi gavdio. i. cùm poſſet paternis gaudijs frui, maluit crucem ſuſtinere, eius ignominia contempta. Cogitate eum qui talia ſuſtinuit à peccatoribus.

3 Adversvm semetipsvm. Gotth. *ſemetipſos*. ſic Syr. Nempe pro εἰς αὐτὸν, legerunt εἰς αὐτούς. q. d. ſibi Iudæi contradicebant contra conſcientiam operantes. Verùm iuxta noſtram lectionem per *contradictionem* intelligamus omnem afflictionem & mortem, quam Chriſtus eſt paſſus. Deficientes ne ſitis. Syr. *ne remittatis animos in veſtris*. ſ. afflictionibus, aſpicientes in Chriſtum; quia grauiora eſt paſſus.

4 Nondvm enim. Vox *enim* Græcè non eſt, nec in Gotth. Vsqve ad sangvinem restitistis, nempe, vt Chriſtus qui occiſus eſt. Adversvs peccatvm repvgnantes, ne ſ. peccaretis.

5 Et obliti estis consolationis, ſeu *exhortatio-*

nis. παιδεύσεως, ſeu *doctrinæ*, vt Syr. quæ offertur, vt
filij; quos pater caſtigat, iuxta illud, Fili mi. ex
Prou. 3. verſ. 11. vbi ait proprium eſſe filiorum, à pa-
tribus caſtigari.

In disciplina perseverate. i. ferte fla- 7
gella. Græc. *ſi diſciplinam ſuſtinetis*. i. flagella, tam-
quam filijs offert ſe Deus ſic Theophylactus legunt &
Oecumenius. Noſter εἰ παιδείᾳ legit, atque ita Syr. legit
modò, εἰ παιδείαν ὑπομένετε, *ſi diſciplinam ſuſtinetis*.
Qvis enim filivs. Græc. *quis enim eſt filius*. ſic
Goth. qvem non corripit pater? Si ſecùs,

Ergo adulteri. Quorſum adulteri? Goth 8
Vulgata *adulterini*, ea eſt vera lectio. Græc. νόθοι. i. *ſpurij*.
Et non filii estis. ſed ſuppoſiti, & ex adulterio nati.

Ervditores, ſeu *caſtigatores*. παιδευτὰς, habvimvs. 9
Illi nos caſtigabant, & tamen Reverebamvr eos.
Græc. non eſt *eos*, nec Goth. ſed ſuppleri debet. Non
mvlto magis. Sic Græc. & Goth. cum interrogatione.
q.d. quod erga carnis patres ſeruamus, an id non dabi-
mus Deo cùm nos corripit?

In recipiendo. pro, ad recipiendum ſanctificatio- 10
nem eius corripit nos Deus.

Omnis avtem disciplina, ſeu *caſtigatio* mœrorem 11
affert, in præſenti. Ivstitiæ, iunge cum *fructum*. i. iu-
ſtitiæ reddet, ſiue ſanctitatis. Ergo rectà incedite,

Vt non clavdicans qvis. Græc. & Goth. non 13
eſt *quis*, ſed ſic: *Vt non claudicans erret*. ſ. *membrum*, vt
Syr. ſupplet, aut *homo*.

Pacem seqvimini. Poſtquam de patientia egit, 14
nunc de mutua concordia, & de alijs virtutibus, ad
quas eos exhortatur.

Neqvis desit gratiæ Dei. quæ ſ. ad pacem mo- 15
uet & ſanctimoniam. Ne ſitis vt Eſau, quem

Scitote .... qvoniam, aut *ſcitis*, ἴστε, quod vtroque 17
modo verti poteſt. Syr. *ſcitis* vertit. Reprobatvs est.
à patre ſ. non agitur de diuina reprobatione. Non
enim invenit poenitentiæ locvm. ſ. vt pater pœni-
teret, & mutaret datam Iacob benedictionem.

Non enim accessistis. Reddit rationem quare 18
eos probos & ſanctos velit, quia lex Euangelica multò
eſt veteri præſtantior; idque à loco vbi vtraque lata eſt.
Ad tractabilem. i. ſenſibilem montem corporeum.
Et accensibilem, ſeu *accenſum* ignem κεκαυμένῳ, ſic
lege, non *acceſſibilem*, vt plerique codices habent. Et
vocem, quam qui audierunt,

Excvsavervnt se. Dixerunt Exod. 20. verſ. 19. 19
Non loquatur nobis Dominus.

Non enim portabant. i. ferre non poterant, vt 20
mons ille eſſet inacceſſibilis beſtijs, tum & hominibus
multò magis. Timor ille non populi tantùm erat, ſed
Moyſis. dixit enim:

Exterritvs svm. Hæc verba in libris Sacris non 21
extant, aliunde ea Paulus habuit. Multa in alijs libris
erant, multa ex traditione. Sed accessistis ad
Sion. Alludit ad illud Iſaiæ 2. v. 3. *De Sion exibit lex*.
Verùm per *Sion* non terreſtrem, ſed cæleſtem intelligit,
vt mox de Ieruſalem ait; nam opponit Sinai monti, quē
ſenſibilem & tractabilem eſſe dixit, & vult legem no-
uam cæleſtem eſſe, veterem terrenam.

Et Ecclesiam primitivorvm, ſeu *primogenito-* 23
rum. ſ. electorum, qui ſunt Dei primogeniti. Et ivdicem
omnivm Devm. ſ. Chriſtum. Et spiritvs;
animas iuſtorum, ſiue Angelos. Ivstorvm, pro, iuſtos
& perfectos, eò acceſſiſtis.

Et sangvinis aspersionem. ſ. Chriſti. Alludit 24
ad aſperſionem ſanguinis, qua Moyſes tabernaculum
& alia aſperſit. Quòd ſi Iudæi non effugerũt vindictã,

Mvlto magis nos, ſupple, non effugiemus vin- 25
dictam.

Cvivs vox movit terram tvnc. ſ. montem 26
Sinai. Nvnc avtem repromittit, ſeu *pollicetur* ſeu
annunciat fore, vt vox Chriſti cælũ & terram moueat.

Qvod avtem, Adhvc semel, dicit. Cur hoc 27
dicat, Mobilivm. i. corruptibilium, Translatio-
nem. i. mutationem & corruptionem fore, indicat. i. Ve-
teris legis. Tamqvam factorvm, quaſi rerum
creatarum mutatio erit in fine mundi. Nempe facta in-
tereunt & occidunt, Vt maneant ea, nempe cæli
& elementa manebunt in corrupta, ſed alia forma.

28 Itaqve regnvm immobile. i. perpetuum. Svs-
cipientes. ſ. promiſſione. Habemvs. Græc *habea-
mus* gratiam. i. virtutes iam dictas, quibus Deo ſer-
uiamus.

29 Ignis consvmens est Deus, vt nos puniat, niſi
obedierimus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Impositam. Græc. *circumpoſitam*. ſ. vndique cingen-
tem. Nvbem. i. copiam. Pondvs. ſ. impedimen-
ta. Circvmstans. i. adhærens, vel vndique impu-
gnans. Peccatvm. i. peccandi occaſiones, vel ipſum
peccatum.

2 Avctorem. Græc. ἀρχηγὸν. i. *inceptorem*, ſeu *ducem*.
Syr. *principium*. Confvsione. ſ. ignominijs & con-
tumelijs.

3 Contradictionem. i. perſecutionem.

5 Estis. pro, videmini. Consolationis. Verti pote-
rat *adhortationis*. Syr. *doctrina*. Disciplinam. i. corre-
ptionem. Fatigeris Græc. *deficias*. q.d. conſtãs eſto.

6 Recipit. i. approbat, vel q.d. quem in filium reci-
pit. Syr. *amat*.

7 Disciplina. ſ. Dei caſtigatione. Perseverate.
.i. durate animo.

8 Omnes. ſ. filij. Advlteri. pro, adulterini.

9 Ervditores. i. caſtigatores. Et vivemvs pro,
vt viuamus.

10 In recipiendo. Græc. *ad recipiendum*.

12 Solvta. i. flaccida. Syr. *nutantia*.

13 Et gressvs, &c. q.d. ingredimini viam rectam.
Magis avtem. pro, ſed potiùs. Sanetvr. ſ. ſi quis
ægrotat.

15 Contemplantes. i. id videntes, ſeu curantes. De-
sit. Græc. *expers ſit*. Amaritvdinis. i. amara. ſ. pec-
cati. Impediat. ſ. ſalutem.

16 Profanvs. i. impurus, ſeu diuinorum contemptor.
Primitiva. i. ius primogenituræ.

17 Scitote. Græc *ſcitis*. Reprobatvs. i. reiectus.
ſ. à Patre, & Deo. Locvm i. fructum. ſ. quod opta-
bat pœnitens. Eam. ſ. benedictionem.

18 Tractabilem. i. tangibilem. Accensibilem.
.i. incenſum.

19 Excvsavervnt se. Græc. *deprecati ſunt*. Syr. *obſe-
crarunt*.

20 Portabant. i. ferre poterant.

21 Moyses dixit. pro, vt Moyſes diceret. Nota, id non
eſſe in Scriptura, ſed traditione, vt videtur, acceptum.

22 Accessistis. ſ. fide, & ſpe.

23 Primitivorvm. Græc. *primogenitorum*. ſ. in cælo
per gloriam qua renaſcuntur. Vnde Sanctorum dies
quibus in cælum admiſſi, dicuntur Natales.

24 Melivs. ſ. non vindictam petit, ſed remiſſionem.
Abel. ſ. ſanguis.

25 Recvsetis. Syr. *aſpernemini*. Avertimvs. pro,
auerſamur. q.d. ſi auerſemur.

26 Tvnc. ſ. cùm legem daret. Repromittit. i. pro-
mittit. Dicens. ſ. ſecundùm LXX.

27 Translationem. i. mutationem. ſ. in ſtatum melio-
rem. Factorvm. ſ. vt ad tempus ſolùm durarent. vel
q.d. in Chriſto impletorum. Immobilia. ſ. cæleſtia,
quibus alia ſucceſſura non ſunt.

28 Habemvs. Græc. *habeamus*. Syr. *amplectamur*.

CAPVT XIII.

Ad varias hortatur virtutes, iubens cauere ab extranea doctrina, ac memoriam refricans altaris & hoſtiarum veteris nouique Teſtamenti, & ſubinde monens vt præpoſitis obtemperent: orat vt pro ſe precentur, idem viciſſim pro illis agens, additis mutuis ſalutationibus.

1 CHaritas fraternitatis maneat in vobis. [a] *Rom. 12. c. 13*
2 [b] Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per *1. Pet. 4. c. 9*
hanc

"Gen.18. a.3. & 19. a.2 hanc enim "latuerunt quidam, Angelis hoſpitio A
receptis. * Mementote vinctorum, tamquam 3
ſimul vincti, & laborantium, tamquam & ipſi
in corpore morantes. * Honorabile connubium 4
in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicato-
res enim, & adulteros iudicabit Deus. * Sint mo- 5
res ſine auaritia, contenti præſentibus; ipſe enim
"Ioſ.1. a.5 dixit: "Non te deſeram, neque derelinquam,
"Pſal.117 a.6 * ita vt confidenter dicamus: "Dominus mihi 6
adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
* Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vo- 7
bis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes B
exitum conuerſationis, imitamini fidem. * Ieſus 8
Chriſtus heri, & hodie: ipſe & in ſæcula. * Do- 9
ctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Opti-
mum eſt enim gratia ſtabilire cor; non eſcis: quæ
non profuerunt ambulantibus in eis. * Habe- 10
mus altare, de quo edere non habent poteſta-
tem, qui tabernaculo deſeruiunt. * "Quorum 11
"Leuit.16. f.27 enim animalium infertur ſanguis pro peccato
in Sancta per pontificem, horum corpora cre-
mantur extra caſtra. * Propter quod & Ieſus, vt 12
ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, ex- C
tra portam paſſus eſt. * Exeamus igitur ad eum 13
extra caſtra, improperium eius portantes.
"Mich.2. c.10 * "Non enim habemus hîc manentem ciuita- 14
tem, ſed futuram inquirimus. * Per ipſum ergo 15
offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt,
fructum labiorum confitentium nomini eius.
* Beneficentiæ autem, & communionis nolite 16
obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.
* Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi 17
enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus
veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, &
non gementes: hoc enim non expedit vobis.
* Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam 18
conſcientiam habemus in omnibus benè volen- D
tes conuerſari. * Amplius autem deprecor vos 19
hoc facere, quò celeriùs reſtituar vobis. * Deus 20
autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem
magnum ouium, in ſanguine teſtamenti æterni,
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, * aptet 21
vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem:
faciens in vobis quod placeat coram ſe per Ie-
ſum Chriſtum: cui eſt gloria in ſæcula ſæculo-
rum. Amen. * Rogo autem vos fratres, vt ſuffe- 22
ratis verbum ſolatij. Etenim perpaucis ſcripſi
vobis. * Cognoſcite fratrem noſtrum Timo- 23
theum dimiſſum: cum quo (ſi celeriùs venerit)
videbo vos. * Salutate omnes præpoſitos veſtros, 24
& omnes ſanctos. Salutant vos de Italia fratres.
* Gratia cum omnibus vobis. Amen. 25

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

2 PER HANC ENIM, ſ. hoſpitalitatem, LATVERVNT. Græciſmus. Auguſtinus Quæſt. ſuper Geneſ. 41. ſic explicat: *Per hanc enim, quidam neſcientes hoſpitio receperunt Angelos, nempe Abraham & Lot.* Multi codices habent *placuerunt*, in ijs Louan. & Reg. fortaſſe pro ἔλαθον. i. *latuerunt*, legerunt ἤρεσαν. i. *placuerunt*, aut phraſim non intellexerunt. ANGELIS HOSPITIO RECEPTIS. Non fuerunt tres perſonæ Trinitatis qui Abrahæ apparuerunt, quamuis id Hilarius dicat 7. de Trinitate. Mementote vinctorum,

3 TAMQVAM ET IPSI IN CORPORE MORANTES, ſeu *manentes*. i. ijſdem moleſtijs & laboribus obnoxij.

4 HONORABILE CONNVBIVM. Non rectè colligas, omnibus permitti. Honeſtatem tantùm præcipit, quæ in eo debet teneri. Fortaſſe etiam loquitur contra eos qui coniugium damnabant. Fugite auaritiam; nam Deus dixit:

5 NON TE DESERAM. q. d. Dei ope nihil deerit. Sic auaritia non eſt opus.

8 IESVS CHRISTVS HERI. Erant qui docerent alium Chriſtum venturum. Contra eos loquitur. *Heri* ſignificat totum tempus præteritum, ſicut *cras* totum futurum, vt & Gen. 28. Exod. 13. Ioſue 4.

9 DOCTRINIS VARIIS. ſ. de ciborum delectu. NOLITE ABDVCI, aut *ne circumferamini*. OPTIMVM EST ENIM GRATIA STABILIRE COR. i. Euchariſtia, quæ vocatur *bona gratia*, & *gratiarum actio*. NON ESCIS. i. eſcarum delectu, qui nihil prodeſt.

10 HABEMVS ALTARE, ergo ſacrificium. Matth. etiam 5. v. 24. *Relinque munus tuum ante altare*. De quo non poſſunt comedere, QVI TABERNACVLO DESERVIVNT. i. Legi veteri ſunt addicti. Aut potius, quia ſacrificium comburitur, vt quod Pontifex pro peccato offerebat, non comedebatur.

11 QVORVM ENIM ANIMALIVM. Sicut ſacrificij pro peccato carnes ferebantur extra caſtra, nec cedebant miniſtris; ſic & Chriſtus extra portam eſt paſſus. Exeamus ergo

13 IMPROPERIVM EIVS PORTANTES. Syr. *induti opprobrio eius*. Illum ſ. imitantes, & ſicut ille pro nobis paſſus eſt nos pro illo patiamur.

14 NON ENIM. Ideo extra caſtra exire debemus. i. extra mundum & eius deſideria, quia NON HABEMVS HIC MANENTEM CIVITATEM, non ſumus ciues mundi, ſed cælum inquirimus.

15 PER IPSVM ERGO. Hic locus, ſi rectè expendatur, ſacrificium noſtrum Miſſæ & multas eius cæremonias tangit. HOSTIAM LAVDIS offeramus. ſic Euchariſtia, quia eſt ſacrificium incruentum. FRVCTVM LABIORVM, propter preces & cantum, quæ adhibentur.

16 BENEFICENTIÆ. Collectæ fiebant, vt inopibus ſubuenirent, cùm ad ſacra conueniebat populus.

17 OBEDITE PRÆPOSITIS VESTRIS. Sequebatur exhortatio præpoſiti, cui obedire mandat.

18 ORATE PRO NOBIS. Adijciebantur preces pro omnibus, quarum particeps vult eſſe. Concludit:

20 QVI EDVXIT DE MORTVIS. per reſurrectionem ſ. PASTOREM MAGNVM. i. Chriſtum. IN SANGVINE TESTAMENTI ÆTERNI. i. per ſanguinem.

21 APTET VOS. vt ſ. faciatis. QVOD PLACEAT CORAM SE. aut *placet*, vt Goth. εὐάρεστον. Rogo autem vos,

22 VT SVFFERATIS VERBVM SOLATII, ſic Epiſtolam hanc vocat. i. in bonam partem, quæ à me dicta ſunt, accipiatis. Aut eam legere ne recuſetis; breuis enim eſt, ETENIM PERPAVCIS SCRIPSI VOBIS, breuis Epiſtola fuit.

23 COGNOSCITE FRATREM NOSTRVM TIMOTHEVM. Per eum hæc Epiſtola miſſa eſt ex Italia. CVM QVO .... VIDEBO VOS. Hinc colligitur hanc Epiſtolam eſſe Pauli, cuius indiuiduus comes erat Timotheus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 FRATERNITATIS. i. fraterna.

2 LATVERVNT. q. d. inſcientes Angelos receperunt, putantes eſſe homines.

3 SIMVL. pro, ſi ſimul eſſetis. LABORANTIVM. i. afflictorum. CORPORE. ſ. multis ſubiecto miſeriis.

4 HONORABILE. ſ. ſit. q. d. honeſtè tractetur. OMNIBVS. ſ. coniugatis. vel q. d. omni ex parte. IVDICABIT. i. condemnabit.

7 EXITVM. i. progreſſum. q. d. viuendi rationem.

8 HERI ET HODIE. i. in præterito & præſenti. q. d. ſemper ſuis adeſt, vt adfuit antiquis.

9 ABDVCI. ſ. à vero. Græc. *circumferri*. ſ. huc illuc. AMBVLANTIBVS IN EIS. i. illis vtentibus. ſ. ſuperſtitioſè, vel ſine fide.

10 EDERE. ſ. Euchariſtiam. QVI TABERNACVLO, &c. i. Legis veteris ſacerdotes.

11 QVORVM ENIM, &c. q. d. ſunt enim illæ figuræ quas oportet ceſſare, vbi aduenit res ipſa figurata. ſ. Chriſtus.

15 PORTANTES. i. ſimul cum illo. q. d. illum imitantes.

16 COMMVNIONIS. i. communicationis bonorum cum pauperibus. PROMERETVR. i. conciliatur, mereturque homo apud ipſum.

17 NON EXPEDIT. Græcè, *incommodum eſt*, ſeu *inutile*.

18 CONFIDIMVS ENIM, &c. q.d. id facere debetis, vt pro amico, & de vobis benè merito, qui ſibi nihil conſcius eſt contra vos feciſſe, ſed velle potiùs prodeſſe.

19 AMPLIVS. poteſt iungi cum *deprecor*, vel cum *facere*.

20 PACIS. ſ. auctor. ÆTERNI. ſ. confirmatore.

21 APTET. Græc. *perficiat*.

22 SVFFRATIS. i. boni conſulatis. SOLATII. verti poterat *exhortationis*. ETENIM, &c. q.d. quamquam pauciora ſcripſi, quàm res poſtulabat.

23 COGNOSCITE. q. d. tractate vt notum & amicum. DIMISSVM. ſ. è carcere, vel à me ad vos. Syr. *ſolutum*. VENERIT. ſ. ad me. VIDEBO. i. inuiſam. ſ. per illum iterùm, vel cum illo.

24 SANCTOS. i. Chriſtianos.

25 AMEN. Græcè additur, *Scripta ex Italia per Timotheum*.

EPISTOLA CATHOLICA
BEATI IACOBI
APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

Docet tentationum vtilitatem, & ſapientiam à Deo cum confidentia poſtulandam: Deus tentator non eſt aut auctor peccati, ſed ab eo procedit omnis bona donatio: hortatur vt ad audiendum veloces, ad loquendum vero & iram tardi ſint: nec ſatis eſt veritatem audire, niſi illa opere compleatur. ſubdit etiam quænam ſit vera & immaculata religio.

1 IACOBVS Dei & Domini
A noſtri Ieſu Chriſti ſeruus,
duodecim tribubus, quæ
ſunt in diſperſione, ſalutem.
2 *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis:
3 *a ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patien- [a Rom. 5. a.3]
tiam operatur.
4 *Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes.
5 *Si quis autem veſtrûm indiget
ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus
affluenter, & non improperat: & dabitur ei.
6 *b Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui [b Matth 7. a.7. & 21. c.22 Mar. 11. c.24 Luc. 11. b.9 Ioan. 14. b.13. & 16. c.23. f.24]
B enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à
vento mouetur & circumfertur.
7 *non ergo
æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.
8 *Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.
9 *Glorietur autem frater humilis
in exaltatione ſua;
10 *diues autem in humilitate
ſua, [c Eccli. 14. c.18 Iſa. 40. b.6 1. Pet. 1. d.24]
11 *c quoniam ſicut flos fœni tranſibit. *exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit fœnum,
& flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit:
ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.
12 *d Beatus [d Iob 6. c.17]
vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit: accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.
13 *Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus
C enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat.
14 *Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.
15 *Deinde
concupiſcentia cùm cóceperit, parit peccatum:
peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.
16 *Nolite itaque errare fratres mei
dilectiſſimi.
17 *Omne datum optimum, & omne
donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à
Patre luminum, apud quem non eſt tráſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.
18 *Voluntariè
enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiû
aliquod creaturæ eius.
19 *Scitis fratres mei dilectiſſimi.
*e Sit autem omnis homo velox ad au- [e Prou. 17. d.27]
diendum; tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.
20 *Ira enim viri, iuſtitiá Dei non operatur.
21 *Propter quod abiicientes omné immun-
D ditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitû verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.
22 *f Eſtote autem factores ver- [f Matth. 7. d.21 Rom. 2. b.13]
bi; & non auditores tantùm, fallentes voſmet-
ipſos.
23 *Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo:
24 *conſiderauit
enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.
25 *Qui autem perſpexerit in legem perfectam
libertatis, & permáſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in
facto ſuo erit.
26 *Si quis autem putat ſe religioſum
eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſedu-
cens cor ſuum, huius vana eſt religio.
27 *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt: Viſitare pupillos & viduas in
tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

DE ſeptem Canonicis Epiſtolis auctoritatem habere, vt alij Libri ſacrati, ac peculiariter quinque; Epiſtola Iacobi, ſecunda Petri, ſecunda & tertia Ioannis, ac Epiſtola Iudæ, de quibus olim eſt dubitatum, nemo fidelis poſt tot Concilia, Hieronymum, & alios Patres, qui eas probant, impunè ambigat. Neque opus eſt in re perſpicua morari. Duo tamen dubia explicabo. Alterum, fuerint duo Iacobi, Iacobus Zebedæi Maior, & Minor Iacobus Alphæi, qui & frater Domini, & Epiſcopus Ieroſolymitanus, vt Latini ſentiunt; an tres, vt putant Græci, inter Iacobum Alphæi, qui fuit de numero duodecim Apoſtolorum Mariæ filius ſororis matris Domini, & Iacobum fratrem Domini Ieroſolymitanum Epiſcopum diſtinguentes. de quo ad Galatas 1. verſ. 19. diximus. Addam nunc pro Latinis validum argumentum, ex ſilentio in Hiſtoria perpetuo de Iacobo Alphæi, ſi à Iacobo fratre Domini

diſtin-

diſtinguatur. Alterum dubium, à quo Iacobo fuerit ſcripta hac Epiſtola. Euſebius lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 23. à Iacobo fratre Domini ſcriptam ait: ſequitur id Hieronymus in Catalogo. Synodus etiam Septima Act. 6. nomine Iacobi fratris Domini citat illud ex cap. 1. v. 8. Vir duplex animo, inconſtans eſt. *At Gotthicæ Precationis libri eam Iacobo Maiori tribuunt paſsim. Tribuit Iſidorus de Vita & obitu Patrum, cap. 71. cùm ait de Iacobo Zebedæi, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſcripſiſſe. Sequitur Alfonſus Rex cognomento Sapiens, in libro, quem* Theſaurum *dixit lingua vulgari. Omnino argumenta, quæ conuincant pro alterutra parte nulla ſuppetunt. Plura in noſtra Diſputatione pro aduentu Iacobi Apoſtoli in Hiſpaniam, cap. 7.*

1 DVODECIM TRIBVBVS. Ex omnibus aliqui erant Chriſtiani; nam ad obſtinatos in Iudaiſmo ſcripſiſſe non arbitror. QVÆ SVNT IN DISPERSIONE. Hoc tribus modis exponi poteſt: Aut qui ſunt toto orbe diſperſi & mixti cum Gentibus. Aut decem tribubus quæ ſunt ductæ in Aſſyriam, 4. Reg. cap. 17. & duæ in Babylonem, 4. Reg. c. 23. nam poſt captiuitatem, & poſt Cyri libertatē multi ibi manſerunt, maior pars. Aut loquitur de diſperſione, quæ facta eſt poſt necē Stephani Act. 8. omnium diſcipulorum præter Apoſtolos, ad quos, vt eos cōſoletur, ſcribat. Prima expoſitio placet.

2 OMNE GAVDIVM. i. perfectum gaudium putate; pro, perfectè gaudete. CVM IN TENTATIONES VARIAS. i. afflictiones, moleſtias incideritis. *Tentationes* hîc non ſumit pro ſuggeſtionibus ad peccandum: Tentatio

3 PATIENTIAM OPERATVR: i. probatio fidei, tentatio, afflictio.

4 PATIENTIA AVTEM OPVS PERFECTVM. Patientes, manſueti conſequuntur quæ volunt. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*: Matth. 5. v. 4. Contrà impatientes, feſtini, præcipites omnia perturbant. In omnibus artibus mora & quieto ingenio opus eſt, vt quod ſit perfectum, prodeat in humana vita magis. HABET. Alij *habeat*, ἐχέτω, quæ lectio cum ſequentibus, VT SITIS PERFECTI, ſatis conuenit. Qui caret ſapientia, petat à Deo, qui

5 DAT OMNIBVS AFFLVENTER. Græc. ἁπλῶς *ſimpliciter*, candido animo. noſter Interpres legit ἀθρόως.

6 POSTVLET AVTEM IN FIDE. i. cum fiducia. NIHIL HÆSITANS: aut de Dei potentia, aut de conſecutione eius quod poſtulat.

8 VIR DVPLEX ANIMO. Sic hæſitantem vocat, qui in animo varias cogitationes verſat, iam credit, iam diffidit. Is inconſtans eſt, in duas partes claudicat.

9 GLORIETVR AVTEM FRATER HVMILIS. i. pauper. IN EXALTATIONE SVA. Si quid boni habet, id conſideret, ne mœrore opprimatur, & fiat puſillanimis. Contrà diues ne ſuperbiat,

10 IN HVMILITATE SVA. ſ. glorietur, quæ illi deſunt, ea conſideret. Vita vt bilanx eſt, ex bonis & malis conſtat; vt ſit æquabilis, in eam partem propendere debemus, quæ leuior eſſe videtur. SICVT FLOS FOENI eſt diues, citò areſcit, id conſideret.

11 ET DECOR VVLTVS EIVS. Vox *vultus* redundat ex Hebr. proprietate. perinde eſt, ac ſi dicas: *Decor eius deperijt.* pro, deperibit præteritum pro futuro, vt conueniat cum ſuperiori verbo *tranſibit.* ITA ET DIVES IN ITINERIBVS SVIS. Syr. *comeſſationibus ſuis.* MARCESCET. Sic Græc. in præſenti, Syr. & Gotth.

13 DEVS ENIM INTENTATOR MALORVM EST; ideò nemo dicat ſe à Deo tētari. Vox Græca paſſiuè ſumi poteſt. q. d. *Deus intentatus eſt.* i. nec tentatur, nec tentat in malum. Poteſt actiuè, vt Interpres ſumpſit, eritq; ſenſus: *Deus intentator malorum.* i. ad malum non tentat. Sicque quod ſequitur, IPSE AVTEM NEMINEM TENTAT, erit repetitio, aut prioris verbi explicatio maior. Porrò hîc *tentatio* pro ſuggeſtione mala ſumitur. A quo ergo tentamur? Quiſque

14 A CONCVPISCENTIA SVA. Tentat etiam diabolus, ſed mota concupiſcentia. ABSTRACTVS. *Trahit ſua quemque voluptas.* ET ILLECTVS, perinde eſt: voluptas trahit & allicit.

15 DEINDE CONCVPISCENTIA CVM CONCEPERIT. i. ad conſenſum traxerit, in eo eſt peccatum.

17 OMNE DATVM OPTIMVM. Non tentat Deus in malum, non eſt auctor peccati, ſed potiùs bonum confert omne, nec in eo mutatio eſt, in hoc ſ. NEC VICISSITVDINIS OBVMBRATIO. i. mutationis vmbra, ſuſpicio, imago. Græc. τροπῆς ἀποσκίασμα. In quo fortaſſis alludit ad mutationem vmbrarum, cùm ſol diſcurrit per Tropicos, quod in Deo non eſt. τροπὴ *mutationem & conuerſionem* ſignificat.

18 VOLVNTARIE ENIM GENVIT NOS, non neceſſitate. Ecce datum bonum, quod Deus contulit. VERBO VERITATIS. ſ. Euangelio, genuit nos ſpiritu. VT SIMVS INITIVM. Græc. *primitiæ creaturarum.* i. præcipui inter alias creaturas.

19 SCITIS FRATRES. ſupple, verum eſſe, quod dixi de donis Dei. SIT AVTEM OMNIS HOMO. Nouum præceptum de linguæ moderatione. Noſter Græcè legit ἴστε, *ſcitis* nunc ὥστε, *itaque, propterea*, vt cum ſuperioribus, quæ de donis Dei dixit, connectat ſequentia de lingua. Sed non eſt opus, neque cohærent. VELOX AD AVDIENDVM. Natura homini duas aures dedit, vnicam linguam, vt faciliùs audiamus quàm loquamur. Silentio colitur Deus, id Harpocrates ſignificabat pictus in templorum aditu digito ori impoſito. Pſal etiam 64. v. 2. vbi nos, *Te decet hymnus Deus in Sion*, Hebraicè, *Tibi ſilentium laus Deus in Sion.* Plura Angel. Polit. in Miſcellaneis c. 83. Porrò ex loquacitate, rixæ concitantur, ideò ait, TARDVS AVTEM AD LOQVENDVM, ET TARDVS AD IRAM.

21 IN MANSVETVDINE. Viri religioſi, & Deo deuoti, manſueti ſunt. SVSCIPITE INSITVM. ſ. mente, quod iam audiſtis. VERBVM. i. Euangelium. Nec auditu ſolùm, ſed opere.

22 ESTOTE AVTEM FACTORES VERBI, ET NON AVDITORES TANTVM. Vocem *tantùm* Eraſmus Græcè haberi negat, aut eſſe additam. Ego illam in omnibus Græcis codicibus inuenio, in Syriaco etiam.

23 QVIA SI QVIS AVDITOR EST VERBI. In eo ſpeculi ſimilitudo, quòd ille qui ſe in ſpeculo videt, ſtatim obliuiſcitur, qualis ſit facies viſa; ſic qui audit verbum, videt quod facto opus ſit. quod ſi non faciat, videtur oblitus eius quod vidit. Aut ſic, qui næuos in ſpeculo videt, & non detergit, eorum oblitus videtur; ſic qui vitæ ſordes videt in verbo, ſi mores non mutat, verbi & ſordium oblitus videtur. VVLTVM NATIVITATIS SVÆ, pro, vultu natiuo & naturali.

25 QVI AVTEM PERSPEXERIT IN LEGEM PERFECTAM LIBERTATIS. Sic Gotth. ſiue *quæ libertatis*, vt eſt Græc. ſic lege, non, vt eſt in pleriſque codicibus, *In lege*, aut *in legem perfectæ libertatis.* Vocatur autem *lex libertatis*, quia liberat à peccato, & ſeruitute Legis veteris. *Perſpexerit.* ſ. attentè, propiùs, id παρακύψας ſignificat.

27 RELIGIO MVNDA. Cyrillus Oratione 1. Feſtorum, pro θρησκεία. i. *religio*, legit νηστεία. i. *ieiunium.* Putauit comites ieiunij hic deſcribi.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

EPISTOLA IACOBI. ſ. Alphæi filij. Fuit primus Ieroſolymę Epiſcopus, de quo vide Gal. 1. Iudæos hortatur & inſtituit. Vbi multa de patientia, legis obſeruatione, operum bonorum neceſſitate, ambitione vitanda, ac loquacitate, & perſonarū acceptione, cupiditate, detractione, iuramento: deniq; de magna orationis vi apud Deum.

1 IN DISPERSIONE. i. diſperſæ. ſ. per varia Regna. Syr. *diſperſæ inter Gentes.* Apparet ex omnibus tribubus aliquos fuiſſe ad Chriſti fidem conuerſos. Quidam intelligi putant Chriſtianos diſperſos, de quibus Act. 8. SALVTEM. Syr. *pacem.*

Omne. i.perfectum. q d. optimè vobiſcum agi,eſſe- 2
queꝗ de quo maximè gaudere debeatis. Existimate.
Syr.*habete*. Tentationes.i.afflictiones.

Probatio. i.exploratio per tentationes. 3

Habet. q. d. eſt perfecta. 4

Omnibus. ſ. petentibus,vt par eſt. Affluenter. 5
.i abundanter. Improperat. i.exprobrat beneficium,
vt ſolent qui multa dederunt.

Hæsitans.i.diffidens, ſeu dubitans de Dei potentia 6
& liberalitate. Circumfertur.i.iactatur.

Non ergo,&c. q.d.non eſt quòd putet ſe impetra- 7
turum à Deo.

Duplex animo. i. vacillans , ſeu hæſitans in rebus 8
diuinis.Syr.*dubius mente ſua*. Viis.i.actionibus.

Frater humilis. i.Chriſtianus abiectus. Exal- 9
tatione.ſ.apud Deum.

Humilitate. i.deiectione. q.d cogitet quid de ſe 10
futurum ſit paulò pòſt, deſinetque gloriari. Foeni.
.i.herbæ.

Vultus. i. aſpectus , ſeu ſpeciei. Itineribus. 11
.i.actionibus. Marcescet.ſ.tandem amittet omnia,
& peribit ipſe.

Suffert. i.patienter fert. Vitæ. ſ. æternæ. Re- 12
promisit.pro,promiſit.

Tentatur. ſ.ad malum. Dicat. ſ.apud ſe. i.co- 13
gitet. Malorum. i. ad malum. Ipse autem. pro,
ipſe inquam. Tentat. ſ.ad malum.

Consummatum. ſ. pleno conſenſu. Mortem. 15
ſ.animæ.

Datum optimum. Græc.*donum bonum*. Patre. 17
.i.auctore. Transmutatio.i.mutatio. Vicissitu-
dinis. pro, viciſſitudinaria. Græc.i.τροπῆς. *conuerſionis*.
q.d.non eſt vt ſol,qui recedēs vmbram facit. Obum-
bratio. i. obſcuratio. vel q.d. ne minimum quidem
ſignum viciſſitudinis,eſt enim prorſus immutabilis.

Verbo,&c.i.prędicatione Euangelica,vel per Filium 18
ſuum. Initium. Græc. ἀπαρχή. i. *primitiæ*. ſ.primi,
ſeu potiores. Creaturæ. ſ. recreatorum per ipſius
gratiam.

Scitis. Græc. & Syr. *itaque*. Autem. non eſt 19
Græc. Velox. ſ.promptus. Tardus. ſ.difficilis.

Iustitiam Dei, &c. i. non ſinit benè operari , vel 20
Deo diſplicet.

Malitiæ. pro,malam. q. d. quidquid malè abun- 21
dat,mereturque reſecari. Insitum. Syr. *natura no-
ſtra inſitum*. i. per Incarnationem. q.d. Dei filium ho-
minem factum.periphraſis Chriſti.

Comparabitur. Græc.*ſimilis eſt*. Natiuitatis 23
suæ. i.naturalem.

Libertatis. ſ.filiorum Dei,& à peccato. ſ.lex Euan- 25
gelica filios facit Dei , & peccato liberat. Eſt enim ſita
præcipuè in charitate. In facto. ſ. opera bona bea-
tum faciunt,non ſola fides.

Religiosum. i. Dei cultorem,vulgò *deuotum*. Se- 26
ducens. ſ.à recta via per loquacitatem.

Patrem. ſ. omnium. Visitare. ſ.iuuando & 27
conſolando. Sæculo.i.mundo.

CAPVT II.

Monet ne perſonarum reſpectu moueatur: qui enim vnicum legis præceptum tranſgreditur, legis tranſgreſſor eſt: hortatur vt operibus miſericordiæ incumbant, oſtendens quod homo per opera iuſtificetur: nam fides ſine operibus mortua eſt.

Lev 19. c.15 Deut.1. c. 16. & 16.d.19 Prov.24. c.23 Eccli. 42. a.1

FRatres mei , nolite in perſonarum acceptio- 1
ne habere fidem Domini noſtri Ieſu Chri- A
ſti gloriæ. * Etenim ſi introierit in conuentum 2
veſtrum vir aureum annulum habens in veſte
candida , introierit autem & pauper in ſordido
habitu ,* & intendatis in eum qui indutus eſt 3
veſte præclara , & dixeritis ei : Tu ſede hîc
benè : pauperi autem dicatis : Tu ſta illic ; aut
ſede ſub ſcabello pedum meorum : * nónne iu- 4
dicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices
5 cogitationum iniquarum ? * Audite fratres mei
B dilectiſſimi , nónne Deus elegit pauperes in hoc
mundo, diuites in fide , & heredes regni, quod
6 repromiſit Deus diligentibus ſe ? * Vos autem
exhonoraſtis pauperem. Nónne diuites per
potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos
7 ad iudicia ? * Nónne ipſi blaſphemant bonum
8 nomen , quod inuocatum eſt ſuper vos ? * Si
tamen legem perficitis regalem ſecundùm
ſcripturas : "Diliges proximum tuum ſicut te- *Lev.19. d.18 Matth.22. d.39 Mar.12. c.31 Ro.13. c.9. Gal.5.c.14*
9 ipſum : benè facitis : * ſi autem perſonas ac-
cipitis, peccatum operamini , redarguti à lege
10 quaſi tranſgreſſores. * " Quicumque autem *Lev. 19. c.15 Deut.1. c.18 Matth.5. c.19*
totam legem ſeruauerit , offendat autem in
11 vno , factus eſt omnium reus. * Qui enim
C dixit, Non mœchaberis , dixit & , Non occi-
des. Quòd ſi non mœchaberis , occides autem,
12 factus es tranſgreſſor legis. * Sic loquimini , &
ſic facite, ſicut per legem libertatis incipien-
13 tes iudicari. * Iudicium enim ſine miſericor-
dia illi, qui non fecit miſericordiam : ſuper-
14 exaltat autem miſericordia iudicium. * Quid
proderit fratres mei , ſi fidem quis dicat ſe
habere, opera autem non habeat ? Numquid
15 poterit fides ſaluare eum ? * " Si autem frater *1. Ioan. 3. c.17*
& ſoror nudi ſint, & indigeant victu quoti-
16 diano , * dicat autem aliquis ex vobis illis : Ite
in pace, calefacimini & ſaturamini : non de-
deritis autem eis , quæ neceſſaria ſunt corpo-
17 ri , quid proderit ? * Sic & fides , ſi non habeat
18 opera , mortua eſt in ſemetipſa. * Sed dicet
quis : Tu fidem habes, & ego opera habeo.
oſtende mihi fidem tuam ſine operibus : &
ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.
19 * Tu credis quoniam vnus eſt Deus : Benè fa-
D cis : & dæmones credunt , & contremiſcunt.
20 * Vis autem ſcire ô homo inanis , quoniam
21 fides ſine operibus mortua eſt ? * " Abraham *Gen.22. b.9*
pater noſter , nónne ex operibus iuſtificatus
eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare?
22 * Vides quoniam fides cooperabatur operibus
illius : & ex operibus fides conſummata eſt?
23 * Et ſuppleta eſt Scriptura, dicens : "Credidit *Gen. 15. b.6 Rom.4. a.3 Gal.3.a.6*
Abraham Deo , & reputatum eſt illi ad iuſti-
24 tiam , & amicus Dei appellatus eſt. * Videtis
quoniam ex operibus iuſtificatur homo , &
25 non ex fide tantùm? * Similiter " & Rahab me- *Ios.2.a.10*
retrix, nónne ex operibus iuſtificata eſt , ſuſci-
26 piens nuntios , & alia via eiiciens? * Sicut enim
corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine
operibus mortua eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOlite in personarvm acceptione. Non vult diuitem pauperi pręferri. Habere fidem Domini. Non putetis id eſſe fidei conſonum. Gloriæ. .i. fidem gloriæ. Vna dictio repetenda eſt,vt Cantic.4. v. 5. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli*. i.ſicut vbera duorum hinnulorum,quæ ſ.duo hinnuli ſugunt. Sic totum verſum ordino : *Nolite fidem Chriſti habere*. i. putare eſſe fidem gloriæ,nempe externæ. i. fidem Chriſti accommodari ad gloriam hominum. *in perſonarum acceptione*. i.accipiendo perſonas.

2 Si introierit qvis in conventvm. i.Eccleſiam, ornatus & diues. Si dixeritis, Tv sede hic bene. i.in primo loco. Et pauperi, Sede svb scabello.i.infimo

loco. Dicat aliquis, An non ſemper id fit, vt diues præ-
feratur inopi? Auguſtinus epiſt. 29. hoc refert ad æſti-
mationem internam, qua diues pauperi præferri non
debet; aut ad eos qui ſunt in dignitate conſtituti, vt
Epiſcopi, inter quos in ſedendo non habetur ratio di-
uitiarum, ſed ordinationis, aut gradus. Nec presbyter
diues præfertur Epiſcopo pauperi.

Nonne ivdicatis apvd vosmetipsos. i. veſtra 4
auctoritate iudicium de alijs facitis iniquum, vti pro-
ximè declarant. Græc. *nonne iudicati eſtis, & condem-
nati in vobiſipſis.* Et facti. pro, quòd facti eſtis
iudices cogitationum iniquarum. i. iniqui. Noſter
pro *διεκρίθητε, iudicati eſtis*, legit *διακρίνετε, iudicatis*.
Sententia non diſcrepat.

Et ipsi. ſ. diuites. Trahvnt vos. i. pauperes. 6
Ad ivdicia? ſ. iniuriâ vos opprimentes.

Nonne ipsi blasphemant bonvm nomen. i Dei 7
nomen efficiūt, vt blaſphemetur à Gentibus, dum vi-
dēt inter fideles lites & diſſidia eſſe, iuxta id quod Pau-
lus accuſauit 1. ad Cor. 6. Non hìc Iacobus de diuiti-
bus infidelibus loquitur, vt quidam putant, ſed de fide-
libus: nam infideles in Eccleſiam non ingrediebantur.

Si tamen legem perficitis regalem. i. *Dei*, 8
vt Syr. Quæ lex iubet, vt proximum diligamus. Quòd
ſi perſonas accipimus, legem eam violamus, quæ om-
nes exæquat.

Qvicvmqve avtem totam legem servave- 10
rit, offendat avtem in vno. Qui furatur, non
proinde eſt adulter. Sed *factus eſt omnium reus*: quia
ac ſi totum violaſſet, excluditur à regno. Aut quia ac-
ceptor perſonarum, de quo agit, in charitatem impin-
git, quæ caput eſt, & ſumma totius Legis. Sic loqui-
mini, ſic facite, ſic vos gerite quaſi redditurì rationē.

Sicvt per legem libertatis. i. iuxta legem 12
Euangelicam. Incipientes ivdicari, ſiue *iudican-
di, μέλλοντες κρίνεσθαι*. Quòd ſi iudicandi eſtis, illud ad-
uertite, quòd

Ivdicivm . . . sine misericordia contra immi- 13
ſericordes fiet. Totum hoc, & quod de acceptione per-
ſonarum dixit, ad pauperum commendationem ſpe-
ctat. Svperexaltat avtem misericordia iv-
dicivm. Quidam legunt *ſuperexaltat*; quia Græcè
eſt *κατακαυχᾶται*. ſenſus; Miſericordia iudicio ſuperior
eſt, non illud timet. *Beati miſericordes, quoniam ipſi
miſericordiam conſequentur*, nempe, in iudicio. Aut
miſericordia in Deo iudicio & iuſtitia maior eſt, ſæ-
piùs ea vtitur. *Miſerationes eius ſuper omnia opera
eius*: Pſal. 134. verſ. 9.

Si avtem frater. Similitudo in hoc eſt; ſicut 15
qui fratri Saturare dicit, nec illi cibum porrigit, nihil
facit; ſic nec fides prodeſt ſine operibus.

Sed dicet qvis. Demonſtrat nouo argumento 18
fidem ſine operibus non prodeſſe. Tv fidem ha-
bes, et ego opera habeo. Loquitur qui opera ha-
bet. Ostende mihi fidem tvam sine operibvs.
q. d. non poteris; quia fides eſt intra animam. Græc.
Oſtende mihi ex operibus, ἐκ τῶν ἔργων, ſed eodem redit.
q. d. Oſtende ex operibus fidem, ſed non potes, quia
nulla habes. Syr. vt noſter legit *ſine operibus*, argu-
mento, lectionem Græcam eſſe vitioſam. Et facile ex
χωρὶς facere *ἐκ τῶν*.

Tv credis qvoniam vnvs est Devs. nouum 19
argumentū. Et dæmones credvnt, nec illis pro-
deſt. Et contremiscvnt. i. nihilominùs puniuntur.

Abraham pater noster, nonne ex operi- 21
bvs. Dixerat Paulus Abraham iuſtificatum ex fide.
Quidam ijs verbis abutebantur, vti nunc hæretici.
ſupplet id D. Iacobus, & ait, non ex ſola fide iuſtifica-
tum, ſed acceſſiſſe opera.

Et svppleta est Scriptvra. Dixerat fidem 23
reputatam Abrahæ ad iuſtitiam; oblatione Iſaac ſup-
pletum eſt, quod ibi deerat, nempe opera.

Et Rahab meretrix. An fuerit ſcortum, alijs lo- 25
cis eſt dictū. Svscipiens nvntios. Syr. *exploratores*.

Ita et fides sine operibvs mortva est. i. in- 26
utilis, vt corpus ſine anima, ſed vera fides.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 In. pro, cum. q. d. qui in Chriſtum creditis, nolite perſonas accipere. i. ob perſonarū reſpectum quidquam malè facere. Gloriæ. i. glorioſi, vel glorioſam, vt ad fidem referatur.

2 In veste. pro, cum veſte; vel iunge cum *annulum*, vt ſignificet fibulā auream in veſte. Candida. Græc. *ſplendida*.

3 Bene. i. commodè, ſeu honorificè. Svb scabello, &c. i. iuxta, ſeu infra pedes meos.

4 Ivdicatis. ſ. malè. Cogitationvm. i. per cogitationes, vel cogitationibus. q. d. iniqui iudices.

6 Ivdicia. i. tribunalia.

7 Blasphemant. i. maledicunt, ſeu conuitiis proſequuntur. Bonvm, &c. i. Chriſtianiſmum, ſeu Chriſti nomen, à quo Chriſtiani vocamini.

8 Si tamen. pro, ſi quidem. Regalem. i. excellentem. ſ. de charitate, quæ excellit inter virtutes. vel, Regis omnium Dei. Syr. *Dei*. Scriptvras ſ. dicentes quod ſequitur.

9 A lege. ſ. id prohibente.

10 Omnivm. pro, velut omnium. ſ. quia nihil ei prodeſt reliqua ſeruaſſe. vel, reus omnium dicitur, eò quòd omnia non ſeruauerit, vt debebat.

11 Legis. ſ. non per omnia impletæ.

12 Libertatis. Vide ſup. cap. 1. Incipientes ivdicari. Græc. *iudicandi*.

13 Svperexaltat. ſ. hominem. q. d. ſuper iudicium collocat. i. facit euadere Dei iudicium, ſeu condemnationem. Græc. *ſuper*, ſeu *contrà gloriatur*. ſ. vt victrix. Ivdicivm. alij, *iudicio*. q. d. præualet iudicio. ſ. hominem liberans à damnatione.

15 Frater, &c. Olim ſic Chriſtiani vocabantur, viri quidem *fratres*, feminæ autem *ſorores*.

17 In semetipsa. i. per ſe, ſeu ipſa.

18 Sed. pro, nam. Dicet. i. dicere poterit. Qvis. ſ. alteri. Fidem. ſ. ſine operibus. Opera. ſ. cum fide. Sine operibvs. q. d. non poteris quidem. Græc. *ex operibus*.

19 Et dæmones. pro, at etiam dæmones.

22 Consvmmata. i. perfecta.

23 Svppleta. i. impleta. q. d. apparuit qualem fidem commendaret Scriptura. ſ. ſuo tempore bona operantem.

24 Ivstificatvr. ſ. apud Deum iuſtus habetur, & eſt.

CAPVT III.

Linguæ mala recenſet, quam difficillimum eſt rectè gubernare; ſubditque differentiam inter ſapientiam terrenam & cæleſtem.

1 NOlite plures magiſtri fieri fratres mei, *Mat. 23. a. 8*
A ſcientes quoniam maius iudicium ſumi-
2 tis. * In multis enim offendimus omnes. Si quis
in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir. po-
teſt etiam fræno circumducere totum corpus.
3 * Si autem equis fræna in ora mittimus ad con-
ſentiendum nobis, & omne corpus illorum
4 circumferimus. * Ecce & naues, cùm magnæ
ſint, & à ventis validis minentur, circumferun-
tur à modico gubernaculo vbi impetus diri-
5 gentis voluerit. * Ita & lingua modicum qui-
B dem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce
quantus ignis quàm magnam ſiluam incendit!
6 * Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lin-
gua conſtituitur in membris noſtris, quæ macu-
lat totum corpus, & inflammat rotam natiui-
7 tatis noſtræ, inflammata à gehenna. * Omnis
enim natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpen-
tium, & ceterorum domantur, & domita ſunt
8 à natura humana: * linguam autem nullus ho-
C minum domare poteſt: inquietum malum,
9 plena veneno mortifero. * In ipſa benedicimus

Deum & Patrem: & in ipſa maledicimus homi-
nes, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. * Ex 10
ipſo ore procedit benedictio, & maledictio.
Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. * Num- 11
quid fons de eodem foramine emanat dulcem,
& amaram aquam? * Numquid poteſt, fratres 12
mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque
ſalſa dulcem poteſt facere aquam. * Quis ſa- 13
piens, & diſciplinatus inter vos? Oſtēdat ex bo-
na cōuerſatione operationem ſuam in manſue-
tudine ſapientiæ. * Quòd ſi zelum amarum ha- 14
betis, & contentiones ſint in cordibus veſtris: D
nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veri-
tatem. * non eſt enim iſta ſapientia deſurſum 15
deſcēdens, ſed terrena, animalis, diabolica. * Vbi 16
enim zelus & contentio: ibi inconſtantia, & om-
ne opus prauum. * Quæ autem deſurſum eſt ſa- 17
pientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pa-
cifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens,
plena miſericordia, & fructibus bonis, non iudi-
cans, ſine ſimulatione. * Fructus autem iuſtitiæ, 18
in pace ſeminatur, facientibus pacem.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

NOLITE PLVRES MAGISTRI. Ambitionem cohi- 1
bet, ne quis ſe ingerat ad officium docendi. alio-
qui ſe Paulus *Doctorem Gentium* vocat. MAIVS IV-
DICIVM SVMITIS. Magiſtri ſi delinquant, grauiùs
quàm alij punientur. Omnes enim offendimus, lingua
præſertim. Si quis in ea non offendit,

POTEST ETIAM FRÆNO CIRCVMDVCERE TOTVM 2
CORPVS. i. omnes corporis cupiditates, vt equum fræ-
no comprimit.

SI AVTEM. Varia lectio in codicibus Latinis erat, vt 3
Beda ait: quidam pro *ſi*, habebant *ſicut*. Græci etiam
hodie variant. Plerique ἰδὲ, ſiue ἴδε legunt. i. *ecce*, vt
Syr. Alij εἰ δὲ, *ſi autem*, vt noſter. ET OMNE COR-
PVS ILLORVM CIRCVMFERIMVS. *Et* videtur redun-
dare, & ſine illa oratio meliùs currit, ideo quidam co-
dices illam expungunt, ſicq; legunt: *ſi autem equis fræ-
na in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus
illorum circumferimus*. Tum naues, cùm

MAGNÆ SINT, ET A VENTIS VALIDIS MINEN- 4
TVR, ſeu agitentur, ἐλαυνόμενα.

ITA ET LINGVA, cùm ſit exigua. MAGNA EXAL- 5
TAT. i. operatur. Senſus: Vt frænum, etſi paruum ſit,
ſimiliter gubernaculum, negligi non debet: ſic nec lin-
gua, quamuis ſit exigua; quia multùm poteſt in vtram-
que partem. Scintilla etiam neglecta magnam ſiluam
ſolet incendere.

ET LINGVA IGNIS EST, concitat rixas. VNIVER- 6
SITAS INIQVITATIS. Græc. *mundus*, perinde eſt. Eſt
autem *vniuerſitas*, quoniam inſtrumentum ad omnia
mala, & per eam flagitia omnia ſuademus. ET IN-
FLAMMAT ROTAM NATIVITATIS NOSTRÆ. i. à nati-
uitate vitam inflammans. i. totam vitam, quam *rotam*
vocat: quoniam voluitur per ætates. INFLAMMATA
A GEHENNA. i. diabolo, ipſa ignis eſt, & à diabolo am-
pliùs inflammatur. Aut ab ardore concupiſcentiæ, quæ
ignis inferni inſtar eſt.

OMNIS ENIM NATVRA BESTIARVM. Beſtiis om- 7
nibus ferocior eſt. ET CETERORVM. ſ. natura do-
matur. Græc. ἐναλίων i. *marinorum*. ſic Syr. quidam
etiam Latini codices *cetorum*, pro qua voce aliquis
fortaſſe ſubſtituit *ceterorum*, aut noſter ἄλλων legit.
Sicut mox.

INQVIETVM MALVM. Pro ἀκατάσχετον, *incoërcibile*, 8
noſter legit ἀκατάστατον *inquietum*, vt eſt in quibuſ-
dam Græcis codicibus Roberti & Veleſij. Syr. tamen
incoërcibile habet.

NVMQVID POTEST.... FICVS VVAS FACERE. Græc. 12
& Syr. *oliuas*. ſic etiam Goth. ſola Veleſij margo
σταφυλάς. i. *vuas* habet. SIC NEQVE SALSA DVLCEM
POTEST FACERE AQVAM. ſ. ſuam. Syr. *ſic nec aquæ ſal-
ſæ poſſunt effici dulces*. Græc. *ſic neque vllus fons ſalſam
& dulcem facere aquam*, vitioſè haud dubium: quo
niam id iam dixerat verſ. 11. nec erat cur repeteret.
Ergo, vt arbor fructum alterius generis ferre non po-
teſt, neque fons dulcem aquam ex ſe mittere & ſal-
ſam: ſic non debet ex eodem ore procedere benedi-
ctio & maledictio.

14 QVOD SI ZELVM AMARVM. i. inuidiam amaram
habetis in alios, quæ *amara* dicitur, quia omnia fra-
tris facta reddit amara. NOLITE GLORIARI, ne in-
tumeſcatis, potiùs ea eſt occaſio vos abiiciendi, ne ſitis
mendaces, vt ſolent eſſe contentioſi.

15 SED TERRENA, ANIMALIS. Iſta ſapientia non eſt
de cælo, ſed *terrena*, terræ bonis inhiat, *animalis*. i. car-
nalis, iuxta illud Pauli 1. ad Corinth. 2. verſ. 14. *Ani-
malis homo non percipit quæ Dei ſunt*. At ſapientia cæ-
leſtis

17 SVADIBILIS, ἐυπειθὴς, *humana*, *benigna*, *ſuadibilis*.
BONIS CONSENTIENS. Hoc Græcè non eſt, nec in Syr.
Noſter legit Græc. τοῖς ἀγαθοῖς ſυνευδοκοῦσα. NON IV-
DICANS. i. condemnans. SINE SIMVLATIONE. i. ſine
fictione. Quidam legunt, *Iudicans ſine ſimulatione*, ſed
malè. Græc. & Syr. reclamant.

18 FRVCTVS AVTEM IVSTITIÆ, IN PACE SEMINA-
TVR. Dixit ſapientiam cæleſtem eſſe pacificam, nunc
addit, eius pacis fructum eſſe iuſtitiam, quę ſeminatur,
FACIENTIBVS. pro, à facientibus PACEM. i. à pacifi-
cis. Aut in datiuo, *pacificis ſeminatur*, illi metunt hunc
fructum. Paci iuſtitia coniuncta eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PLVRES. i. vt multi ſolent. vel, ne multi ex vobis.
q.d. ne ambiatis cathedras. vel, ne *plures*. i. diuerſis
ſententiis. IVDICIVM. i. damnationis occaſionem,
ſeu periculum.

2 OFFENDIMVS i. delinquimus POTEST. &c. q.d. po-
terit & is ſe totum regere, vt ſolemus equos fræno.

3 SI AVTEM. Græc. *Ecce*. CONSENTIENDVM. i. pa-
rendum.

4 MINENTVR. i. agantur. q. d. etiam tum cùm vento
magno impelluntur. VBI. i. quocumque.

5 MAGNA EXALTAT. i. magnas turbas excitat, ſeu
damna affert. Græc. μεγαλαυχεῖ. i. *ſe iactat*. Syr. *ſe ex-
tollit*. QVANTVS. pro, quantulus.

6 VNIVERSITAS. Græc. *mundus*. Interpres ſenſum red-
didit, & vulgò *mundus* dicitur, pro magna copia.
CONSTITVITVR, &c. q. d. vnum eſt ex membris quod
maculat, &c. ROTAM NATIVITATIS. i. curſum vitæ
iam inde à natiuitate. GEHENNÆ. i cupiditatis igne.

7 CETERORVM. Alij, *cetorum*. Græc *marinorum*. ET
DOMITA SVNT. pro, ita vt tandem reddantur man-
ſueta.

8 INQVIETVM. Græc. *incoërcibile*, ἀκατάσχετον.

9 IN IPSA. i. per ipſam.

11 EMANAT. i. emittit.

12 VVAS. Græc. *oleas*. SIC NEQVE, &c. Græc. *ſic
nullus fons ſalſam & dulcem facere aquam*.

13 DISCIPLINATVS. i. benè inſtitutus.

14 ZELVM. i. æmulationem, ſeu inuidiam. ET MEN-
DACES ESSE. pro, vt qui mendaces ſitis.

15 ANIMALIS. i. bruta, ſeu beſtialis.

17 SVADIBILIS. Syr. *obediens*. BONIS. ſ. hominibus.
IVDICANS. ſ. proximi facta.

18 FACIENTIBVS. pro, à facientibus. ſ. pacificis.

CAPVT IV.

*Concupiſcentiis non eſt obſequendum, ſed diabolo reſi-
ſtendum, & Deo appropinquandum, mutuæque dile-
ctioni ſtudendum, rebus incertis diuinæ prouidentiæ
commiſſis.*

1 VNde bella & lites in vobis? Nónne hinc?
A ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in
2 membris veſtris? * Concupiſcitis, & non habetis:
occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci: liti-
gatis,

gatis,& belligeratis,& nõ habetis, propter quòd
non poſtulatis. *Petitis,& non accipitis:eò quòd 3
malè petatis: vt in concupiſcẽtiis veſtris inſumã-
tis. *Adulteri,neſcitis quia amicitia huius mũdi, 4
inimica eſt Dei? Quicumq; ergo voluerit ami- B
cus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei conſtituitur.
*An putatis quia inaniter ſcriptura dicat: Ad in- 5
uidiam cõcupiſcit ſpiritus,qui habitat in vobis?
*Maiorem autem dat gratiam. Propter quod 6
Prou. 3. d.34 dicit: Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autẽ dat
gratiã. *Subditi ergo eſtote Deo:reſiſtite autem 7
diabolo,& fugiet a vobis. *Appropinquate Deo, 8
& appropinquabit vobis. Emũdate manus,pec- C
catores: & purificate corda, duplices animo.
*Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter 9
in luctum conuertatur,& gaudiũ in mœrorem.
1.Petr.1. b.6 *Humiliamini in conſpectu Domini,& exal- 10
tabit vos. *Nolite detrahere alterutrum fratres. 11
Qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrẽ ſuum,
detrahit legi,& iudicat legem. Si autem iudicas
legem: non es factor legis,ſed iudex. *Vnus eſt 12
legiſlator,& iudex,qui poteſt perdere, & libera-
Rom.14. a.4 re. *Tu autem quis es,qui iudicas proximum? 13
Ecce nũc qui dicitis: Hodie,aut craſtino ibimus
in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem an- D
num,& mercabimur,& lucrum faciemus: *qui 14
ignoratis quid erit in craſtino. *Quæ eſt enim 15
vita veſtra? vapor eſt ad modicũ parens,& dein-
ceps exterminabitur. Pro eo vt dicatis: Si Domi-
nus voluerit; &: Si vixerimus,faciemus hoc,aut
illud. *Nunc autẽ exultatis in ſuperbiis veſtris. 16
Omnis exultatio talis,maligna eſt. *Scienti igi- 17
tur bonũ facere,& non faciẽti,peccatum eſt illi.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VNDE BELLA ET LITES? Egerat de pace, nunc belli interni explicat cauſam. NONNE HINC? EX CONCVPISCENTIIS VESTRIS. Græcè, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν .i. *ex voluptatibus*, ſeu *deliciis veſtris*, nempe ex earum appetitu ea eſt concupiſcentia. Bella autem ex concupiſcentiis concitantur,quia ſæpè appetunt contraria.

2 OCCIDITIS, ET ZELATIS. Quorſum *occiditis* hîc? pro φονεύετε, Græc legendum φθονεῖτε, *inuidetis*, *& zelatis*, Gagneius ait. Noſtri tamen codices,etiam Syr. *occiditis* habent,quod intelligo de appetitu, cupitis alios mori, vt eorum loca teneatis. PROPTER QVOD NON POSTVLATIS. ſ. benè, ideò quæ cupitis nõ habetis. quod verba proxima magis explicant, *Petitis & non accipitis*.

3 VT IN CONCVPISCENTIIS VESTRIS INSVMATIS. ſ. ſubſtantiam veſtram. Syr. *vt alatis* (ſeu *conſumetis*) *veſtras concupiſcentias*. Gotth. *vt in concupiſcentiis veſtris conſumamini*. Vocem δαπανήσητε, paſſiuè ſumpſit, quaſi ex media coniugatione.

4 ADVLTERI. Græc. additur, *& adulteræ*. verùm Syr. non eſt. Sic iuguletur obelo ea dictio. INIMICA EST DEI? Gotth. *Deo*. ſed non refert. Ergo amicitia mundi. i. rerum caducarum & mulierum Deo eſt inimica. Fortè *adulteros* vocat, qui relicto Deo vana & noxia ſequuntur.

5 AN PVTATIS. Græc. Syr. Gotth. *aut putatis*. Sed perinde eſt. QVIA INANITER SCRIPTVRA DICAT. Vbi? verba nuſquam inuenias, ſententiam vix. Quid dicit? AD INVIDIAM CONCVPISCIT SPIRITVS. ſ. ſanctus. Zelotes eſt, conſortis impatiens, non fert vt alia amemus,quaſi adulteri. QVI HABITAT. Græc. *habitauit*. ſ. antè,non nunc,quia adulteri.

6 MAIOREM AVTEM DAT GRATIAM. Ecce de Spiritu ſancto loquitur. Quibus dat maiorem gratiam? iis qui conuertuntur, humilibus. DEVS SVPERBIS RESISTIT. Vnde hoc citatur? 1. Pet. 5. verſ. 5. totidem verba ſunt,an inde ſumpſit Iacobus?

8 EMVNDATE MANVS. i. externa & interna opera caſtigate. DVPLICES ANIMO. ſupple, qui eſtis iniqui, ſeu inſtabiles,non ſatis in bono conſtantes.

9 MISERI ESTOTE. i. affligite vos ieiunio, vigilia, aliis duris operibus.

11 QVI DETRAHIT FRATRI, AVT QVI IVDICAT. i. condemnat. DETRAHIT LEGI. Quaſi non benè fecerit vetando detractionem. ET IVDICAT LEGEM. i. condemnat. In eo quod facit, quod ſuum non eſt. Ad te enim ſpectat facere quod lex iubet. Index legis eſt legiſlator.

12 VNVS EST LEGISLATOR. nempe Chriſtus. Ad eum ſpectat de lege,& de te iudicium, & de aliis. Quid tibi arrogas alienas partes?

13 IBIMVS IN ILLAM CIVITATEM. Aut *eamus, faciamus, mercemur*, vt eſt Græcè. Verùm codices Græci variant. Alij in ſubiunctiuo per ω habent, alij in futuro indicatiui per ο. Syr. in futuro legit, vt noſter. ET FACIEMVS IBI QVIDEM ANNVM. Græc. additur *vnum*. i. morabimur anno vno.

15 QVÆ EST ENIM VITA VESTRA? VAPOR. Homo bulla. EXTERMINABITVR. Græc. *euaneſcet*, ſeu *diſparebit*, ἀφανιζομένη. Verùm quorſum hæc? Nempe, vt per vitæ breuitatem & inconſtantiam auocet à malo & à iudicando fratres.

16 NVNC AVTEM EXVLTATIS. i. ſuperbitis, veſtræ mortalitatis obliti.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 LITES. i. pugnæ. MILITANT. ſ. contra ſpiritum. Vide 1. Petr. 2.

2 NON HABETIS. ſ. quod optatis. OCCIDITIS. ſ. alij alios. ZELATIS. i. inuidetis. LITIGATIS. i. contenditis. PROPTER. pro, propterea. POSTVLATIS. ſ. à Deo, vt par eſt.

4 ADVLTERI. ſ. violata fide coniugij ſpiritualis, per peccatum.

5 INANITER. i. ſine cauſa. SCRIPTVRA. Quam Scripturam dicat, ignoro, niſi fortè referendum id ſit ad id quod inf. dicitur. ſ. *Deus ſuperbis* &c. AD. pro, per. SPIRITVS. ſ. humanus. Quidam tamen ad Dei Spiritum referunt, quem dicunt *ad inuidiam*. i. per zelotypiam, optare in nobis bonum, idq; ſignificare Scripturam, cùm Deum dicit zelotem, &c.

6 DAT. ſ. Deus ad reſiſtendum tẽtationibus. q. d. maior eſt vis gratiæ quàm tentationum. DICIT. ſ. Prou. 3. ſecundùm LXX. vbi nos legimus, *Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam*.

8 MANVS. i. opera. DVPLICES. ſ. nunc bona, nunc mala amantes.

9 MISERI. i. deiecti, ſeu humiles, vel q. d. affligite vos.

11 ALTERVTRVM. i. alius alij. LEGI. ſ. id prohibenti q. d. perinde agit ac ſi legi detraheret, quaſi non rectè prohibenti. IVDICAT. i. condemnat. ſ. facto legi contrario.

12 LIBERARE. i. ſaluare.

13 FACIEMVS IBI. i. manebimus ibi.

15 VAPOR. pro, velut vapor. PARENS. i. apparens, ſeu durans. EXTERMINABITVR. i. delebitur, ſeu deficiet. q. d. qui paulò pòſt euaneſcit.

17 BONVM. ſ. debitum ex præcepto.

CAPVT V.

Diuitibus pauperum oppreſſoribus grauem comminatur vltionem, pauperes verò ad longanimitatem hortatur: iuramentum fugiendum, & infirmi a presbyteris oleo vngendi, ac peccata inuicem confitenda: quam efficax ſit iuſti oratio: errantes ad veritatem ſunt reducendi.

1 AGite nunc diuites,plorate vlulantes in mi-
2 ſeriis veſtris,quę aduenient vobis. *Diuitię
A veſtræ putrefactæ ſunt:& veſtimenta veſtra à ti-
3 neis comeſta ſunt. *Aurum & argentũ veſtrum
æruginauit:& ærugo eorum in teſtimonium vo-
bis erit,& manducabit carnes veſtras ſicut ignis.
Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus.

Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt re- 4
giones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat:
& clamor eorũ in aures Domini ſabaoth introi-
uit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enu- 5
triſtis corda veſtra, in die occiſionis. Addixiſtis, 6
& occidiſtis iuſtum, & nó reſtitit vobis. Patien- 7
tes igitur eſtote fratres, vſq; ad aduẽtum Domi- B
ni. Ecce agricola expectat pretioſum fructũ ter-
ræ, patienter ferens donec accipiat tẽporaneum,
& ſerotinum. Patientes igitur eſtote & vos, & 8
confirmate corda veſtra: quoniam aduẽtus Do-
mini appropinquauit. Nolite ingemiſcere fra- 9
tres in alterutrum, vt nó iudicemini. Ecce iudex
ante ianuam aſſiſtit. Exemplũ accipite, fratres, 10
exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas: qui
locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatifica- 11
mus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob au- C
diſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſeri-
cors Dominus eſt, & miſerator. Ante omnia 12
[u] Matth. 5. f. 34 autem fratres mei [u] nolite iurare, neq; per cælũ,
neq; per terram, neque aliud quodcumque iura-
mentum. Sit autem ſermo veſter: Eſt, eſt: Non,
non: vt non ſub iudicio decidatis. Triſtatur ali- 13
quis veſtrũm? oret: Æquo animo eſt? pſallat. In- 14
firmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ec- D
cleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in
nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infir- 15
mum, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in pec-
catis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alter- 16
utrum peccata veſtra, & orate pro inuicẽ vt ſal-
uemini: multum enim valet deprecatio iuſti aſ-
[n] 3. Reg. 17 a. 1 Luc. 4. d. 25 ſidua. [n] Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: 17
& oratione orauit vt non plueret ſuper terram,
& non pluit annos tres, & mẽſes ſex. Et rurſum 18
orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit
fructũ ſuum. Fratres mei, ſi quis ex vobis erra- 19
uerit à veritate, & conuerterit quis eum: ſcire 20
debet, quoniam qui cõuerti fecerit peccatorem
ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à mor-
te, & operiet multitudinem peccatorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AGITE NVNC DIVITES. Ex vitæ breuitate, diuitiarum cupiditatem coërcet; tum etiam ex earũ inconſtãtia. Breui pereunt, multis corrumpuntur modis

3 AVRVM ET ARGENTVM VESTRVM ÆRVGINAVIT. *Ærugo* metallorum vitium, ſed ad ſegetes etiam transfertur. SICVT IGNIS. Quidam codices Græci hoc iungunt cum ſequentibus. *Sicut ignem theſaurizaſtis.* ſic Syr. & Oecumenius. VOBIS IRAM. Hoc Græc. non eſt, nec Syr. nec in Gotth. ſed tantùm: *Theſaurizatis in nouiſſimis diebus.* i. in ſenectute, quod eſt turpius. Oecumenius autem vt noſter legit.

4 CLAMAT. Vindictã petit fraudata merces. ET CLAMOR &c. Græc. *clamores in aures Dei ſabaoth introierũt.*

5 EPVLATI ESTIS. Græc. *deliciati eſtis.* genio indulſiſtis. IN DIE OCCISIONIS. pro, in diem occiſionis. Syr. *Enutriſtis corpora veſtra, tamquam ad diem mactationis.* i. vt altilia ſaginantur ad eſum, ſic vos corda aut corpora veſtra ſaginatis. Quidam codices, auctore Beda, illud, *in die occiſionis*, iungunt cum verſu ſequenti.

6 ADDIXISTIS. i. condemnaſtis. id *addicere* ſignificat. Ergo die, quo decreuiſtis iuſtum occidere, illum morti addixiſtis. Hæc ſunt diuitum vitia, cupiditas, deliciæ, ſæuitia. Mox ad pios ſermonem vertit.

7 PATIENTES IGITVR ESTOTE. Agricolæ exẽplo vult fideles pati mala, & expectare laborũ fructum. Qui agricola expectat, DONEC ACCIPIAT TEMPORANEVM, ET SEROTINVM. i. imbrem. Tẽporanea pluuia Octobri mẽſe, ſerotina Aprili: Deut. 11. v. 14. & multis aliis locis.

9 NOLITE INGEMISCERE FRATRES IN ALTERVTRVM. i. vnus aduerſus alterum, ne conqueramini, & litigetis; quando aduentus Domini propè eſt. VT NON IVDICEMINI. i. ob diſcordiam condemnemini.

10 EXEMPLVM ACCIPITE, FRATRES. Græc. *fratres mei.* Sanctorum exempla magnum ad pietatem momentum. EXITVS MALI. i. finis, quem ſanctorum afflictio habuit. LABORIS, ET PATIENTIÆ. Græc. *exemplum accipite, fratres mei, patientiæ & longanimitatis.* Gotth. *exemplum accipite, fratres, laboris & patientiæ, exitus mali, & longanimitatis.* ſ. ſanctorum.

11 ECCE BEATIFICAMVS EOS. Beatitudo fuit finis & meta malorum quæ ſunt paſſi. QVONIAM MISERICORS ſuos Deus liberat. Iobum ditauit poſt laborem, Chriſtum poſt mortem ſuſcitauit.

12 NOLITE IVRARE, leuiter ſ. & temerè. nouum præceptum. VT NON SVB IVDICIO DECIDATIS. Græc. *vt non in hypocriſim.* i. *ſimulationem* & mendacium decidatis. Noſter pro ὑπόκρισιν, legit ὑπὸ κρίσιν, pro *hypocriſi, ſub iudicio.* Atque Syr. ſic legit: *Ne ſitis obnoxij iudicio.* i. condemnationi.

13 TRISTATVR. Gotth. *affligitur* aliquis in vobis, κακοπαθεῖ, *malè habet.* PSALLAT. Muſica malorum leuamen, ſic opifices & viatores canunt. De muſica, multa Libro noſtro de Spectaculis, cap. 11.

14 VNGENTES EVM OLEO. Hinc & ex Marc. 6. vbi dicitur Apoſtolos oleo vnxiſſe ægrotos, colligitur Sacramentum Vnctionis. Plura Marc. 6. verſ. 13.

16 MVLTVM ENIM VALET DEPRECATIO IVSTI ASSIDVA. Græc. *efficax.*

17 ELIAS HOMO ERAT SIMILIS NOBIS PASSIBILIS. Græc. *ſimilibus affectionibus obnoxius.* Orauit,

18 ET TERRA DEDIT FRVCTVM SVVM. Fortaſſe *edidit*, vt Syr. habet, ἐβλάστησε, *germinauit.*

20 SALVABIT ANIMAM EIVS. Beda quoſdam codices habere ait, *animam ſuam*, vox, αὐτοῦ, vtramq; interpretationem admittit. ET OPERIET MVLTITVDINEM PECCATORVM, aut eius, quem quis à peccato & errore conuertit; aut ſuorum, propter bonum opus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NVNC. pro, dum. q. d. igitur, ſeu itaque. IN. pro, ob.
2 PVTREFACTÆ, &c. præterita pro futuris. vel q. d. potiùs permiſiſtis veſtra perdi, quàm daretis egenis.

3 ÆRVGINAVIT. i. ærugine vitiatum eſt. TESTIMONIVM. ſ. veſtræ auaritiæ. VOBIS. i. contra vos. MANDVCABIT. i. faciet manducari, vel corrodet per conſcientiæ vermem. IRAM. i. ſupplicium.

5 EPVLATI. i. deliciati. LVXVRIIS. i. laſciuiis. DIE OCCISIONIS. Græc. *velut die occiſionis.* ſ. feſto quo mactatis victimis epulum fit.

6 ADDIXISTIS. i. condemnaſtis.

7 TEMPORANEVM. Græc. *pluuiam matutinam*, ſeu *temneſtinam.* ſ. tempore ſementis. SEROTINVM. ſ. imbrem tempore veris. vel q. d. fructum præcocem, & ſerum.

9 INGEMISCERE. ſ. conquerentes. IN ALTERVTRVM. i. inuicem. IVDICEMINI. i. condemnemini.

10 EXITVS MALI. i. aduerſi ſucceſſus, ſeu afflictionum. IN NOMINE. i. ex parte, ſeu loco.

11 BEATIFICAMVS. i. beatos dicimus. FINEM DOMINI. i. quid ei in fine Deus præſtiterit.

12 EST, EST, &c. i. de eo quod eſt, dicite, eſſe; de eo quod non eſt, non eſſe. IVDICIO. i. condemnatione. Græc. *hypocriſi.* i. ſimulatione. ſ. dicentes falſum.

13 TRISTATVR. i. affligitur. PSALLAT. ſ. Deo gratias agens.

14 INDVCAT. Græc. *aduocet.* IN NOMINE. i. cum inuocatione.

15 ALLEVIABIT. i. faciet ſurgere è lecto, ſeu liberabit morbo. SI IN PECCATIS SIT. i. peccauit.

16 ALTERVTRVM. i. homines hominibus, ad id deputatis à Deo. ſ. ſacerdotibus. Ideò dixit *ergo.* ſ. ante Extremam vnctionem præmittenda confeſſio.

17 PASSIBILIS. i. paſſionibus obnoxius.

20 PECCATORVM. Syr. *peccatorum ſuorum.*

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Gratias Deo agit de vocatione ad fidem & vitam æternam, quæ tamen per multas tribulationes acquiritur, de qua Prophetæ vaticinati sunt: hortatur eos ad vitæ munditiem, vt qui Chriſti ſanguine redempti ſunt.

PETRVS Apoſtolus Ieſu 1
Chriſti, electis aduenis diſper- A
ſionis Ponti, Galatiæ, Cappa-
dociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, * ſe- 2
cundùm præſcientiam Dei
Patris, in ſanctificationem
Spiritus, in obedientiam, &
aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: Gratia vo-
a 1.Cor.1. a.3 Eph.1.a.3 bis & pax multiplicetur. * a Benedictus Deus & 3
Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecun-
dùm miſericordiam ſuam magnam regenera-
uit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu
Chriſti ex mortuis, * in hereditatem incorrupti- 4
bilem, & incontaminatam, & immarceſcibi-
lem, conſeruatam in cælis in vobis, * qui in vir- 5
tute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, pa- B
ratam reuelari in tempore nouiſſimo. * In quo 6
exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſta-
ri in variis tentationibus: * Vt probatio veſtra 7
fidei multo pretioſior auro (quod per ignem
probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, &
honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti: * quem 8
cum non videritis, diligitis: in quem nunc quo-
que non videntes creditis: credentes autem
exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata:
* reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem anima- 9
rum. * De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcru- 10
tati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia
prophetauerunt: * ſcrutantes in quod vel quale 11
tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti: præ-
nuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, &
poſteriores glorias: * quibus reuelatum eſt, quia 12
non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, C
quæ nunc nuntiata ſunt vobis per eos qui euan-
gelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de cæ-
lo, in quem deſiderant Angeli proſpicere. * Pro- 13
pter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſo-
brij perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis,
gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti: * quaſi 14
filij obedientiæ, non configurati prioribus igno-
rantiæ veſtræ deſideriis: * ſed ſecundùm eum, 15
qui vocauit vos, Sanctum; & ipſi in omni con-
uerſatione ſancti ſitis: * quoniam ſcriptum eſt: 16
a Leu.11. g.44. & 19. a.2. & 20. b.7 "Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. * Et ſi 17
patrem inuocatis eum, qui b ſine acceptione
b Deut.10. d.17 Rom.2. b.11 Gal.2.b.6 perſonarum iudicat ſecundùm vniuſcuiuſque
opus, in timore incolatus veſtri tempore con-
uerſamini. * Scientes quod non corruptibilibus 18
auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra D
19 conuerſatione paternæ traditionis: * a ſed pre- a 1.Cor.6. d.20. & 7. d.23 Heb.9.d.12 1.Ioan.1. b.7 Apoc.1.b.5
tioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti,
20 & incontaminati: * præcogniti quidem ante
mundi conſtitutionem, manifeſtati autem no-
21 uiſſimis temporibus propter vos, * qui per ipſum
fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitauit eum à mor-
tuis, & dedit ei gloriam, vt fides veſtra, & ſpes
22 eſſet in Deo: * Animas veſtras caſtificantes in
obedientia charitatis, in fraternitatis amore,
ſimplici ex corde inuicem diligite attentiùs:
23 * renati non ex ſemine corruptibili, ſed incor-
ruptibili per verbum Dei viui, & permanentis
24 in æternum. * b quia omnis caro vt fœnum: & b Iſa.40. b.6 Eccli.14. c.8 Iac.1.b.10
omnis gloria eius tamquam flos fœni: exaruit
25 fœnum, & flos eius decidit. * Verbum autem
Domini manet in æternum. hoc eſt autem ver-
bum, quod euangelizatum eſt in vos.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 PETRVS auctor Epiſtolæ, circumciſionis Apoſtolus. ELECTIS. è Iudaiſmo conuerſis. ADVENIS. i. incolis peregrinis. Tales Iudæi erant inter Gentes, non ciues. DISPERSIONIS. Qui erant diſperſi per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, quæ omnes Aſiæ minoris prouinciæ, ſed ASIÆ addidit, vt reliquas Aſiæ minoris (de ea enim loquitur) vno verbo comprehenderet.

2 SECVNDVM PRÆSCIENTIAM DEI PATRIS. ſ. electis. Ad quid? IN SANCTIFICATIONEM, vt ſanctificemini, ſitis ſancti, obediatis, & aſpergamini non vitulorum ſanguine vt olim, ſed ſanguine Chriſti, quo remittuntur peccata.

3 BENEDICTVS DEVS ET PATER. pro, qui eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. QVI.... REGENERAVIT NOS IN SPEM VIVAM. Syr. *in ſpem vitæ*. Goth. *in ſpem vitæ æternæ*, ſeu *viuam*. i. viuificantem.

6 IN QVO EXVLTABITIS. i. *in æternum*, vt Syr. Græc. *exultatis*. ſed noſter pro ἀγαλλιᾶσθε, legit ἀγαλλιάσεσθε, quam eſſe veram lectionem Syr. & Veletius oſtendunt. MODICVM NVNC SI. Goth. *etſi*. ſic Syr. Græc. hìc pro εἰ, vt nunc eſt, legerunt εἰ καὶ. SI OPORTET CONTRISTARI, ſeu *contriſtati*, λυπηθέντες. Ergo, etſi nunc contriſtemini, pòſt exultabitis in cælo.

8 IN QVIM NVNC QVOQVE NON VIDENTES CREDITIS. Græc. non eſt *creditis*, ſed ſic: *In quem nunc non videntes, credentes autem*. ſententia eadem. Noſter eam vocem addidit, maioris claritatis cauſa. EXVLTABITIS. Rurſus hìc Græc. *exultatis*. Verùm ſequentia, *lætitia inenarrabili, & glorificata*, oſtendunt non de præſenti lætitia loqui, ſed futura; tum illud, *reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum*.

10 DE QVA SALVTE locuti ſunt Prophetæ, ſcrutantes quo tempore futuram eſſe ſignificaret Spiritus ſanctus, cùm Chriſti mortem & gloriam illis prænuntiabat.

12 QVIA NON SIBIMETIPSIS. i. ſuo tempore, ſed VOBIS. i. veſtro tempore eam fore gloriam cognouerunt, ſicut Apoſtoli per eumdem Spiritum ſanctum de cælo miſſum nuntiarunt vobis. IN QVEM. ſ. Spi-

ritum ſanctum. Græc. *εἰς ἃ*, *in qua*. ſ. myſteria deſiderant Angeli proſpicere. noſter legit, *εἰς ὃν*.

Propter qvod svccincti lvmbos mentis 13
vestræ. Non opere tantùm mundi eſſe debemus, ſed cogitatione. Sic Ioan. Apoc. 1. verſ. 13. videt Angelum præcinctum ad mamillas, vbi eſt cor. De quo Gregorius multa 21. Moral. cap. 2. In revelationem: Sic Gotth. ſignificat debere nos in eam gratiam ſperare, quæ continget cùm Chriſtus venerit. Græc. *in reuelatione*. ſicque legunt multi Latini cod. ſenſus idem.

Non configvrati, ſeu *conformati*, addicti priori- 14
bus deſideriis.

Sed secvndvm evm, qvi vocavit vos, San- 15
ctvm; et ipsi. i. eſtote ſancti, vt eſt ſanctus qui vocauit vos. ſecundùm eum qui vocauit vos, & ipſi ſancti ſitis. Quidam codices legunt, *vt & ipſi*. Sed malè.

Sancti eritis. Græc. Syr. & Gotth. *ſancti eſtote*. 16
Perinde eſt.

Et si patrem invocatis. pro, quòd ſi patrem 17
inuocatis, qui iuſtus eſt, & reddit cuique iuxta opera ſua, debetis in timore viuere. Non enim liberati eſtis à vanitate

Paternæ traditionis. i. veteris Legis, auro, ſed 18
ſanguine Agni.•

Præcogniti. i. prædeſtinati ante mundi conſtitu- 20
tionem. Manifestati avtem novissimis. Sic vocat Chriſti tempora, quia poſt illum non eſt alia Lex expectanda. Aut comparatiue loquentis erant tempora nouiſſima. q. d. his noſtris temporibus manifeſtati propter vos.

Qvi per ipsvm. i. eius opera. Fideles estis. 21
pro, creditis in Deo, qui Chriſtum ſuſcitauit.. Vt fides vestra, et spes esset in Deo, aut *in Deum*. Græc. & Gotth. ſ. facturum vobiſcum, quod cum illo fecit, ſuſcitaturum vos.

Animas vestras castificantes. i. ſi tamen ani- 22
mas veſtras ſanctificaueritis. In obedientia charitatis. Græc. *in obedientia veritatis*. i. vera. ſic Syr. & Gotth. Noſter pro *ἀληθείας*, legit *ἀγάπης*. Additur Græc. *per Spiritum*. ſ. ſanctum. Invicem diligite attentivs. pro, intenſiùs, *ἐκτενῶς*, *intensè*. Gotth. *perſeuerantes*.

Per verbvm Dei vivi, et permanentis in 23
æternvm per quod renati eſtis. Secùs quàm caro;

Qvia omnis caro vt foenvm. breui corrum- 24
pitur & cadit, Verbum manet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

HOrtatur ad vitæ ſanctitatem, vbi multa de Fide, Spe, Charitate, Patientia, Chriſti imitatione, & cuiuſque ſtatus inſtitutione. Eſt autem Romæ ſcripta.

Dispersionis. i. qui diſperſi ſunt. Vide Iacob. 1. 1
Ponti, &c. i. per Pontum, &c.

Præscientiam. i. prædeſtinationẽ. iunge cum ele- 2
ctis. In. pro, ad. q. d. vt ſanctificentur Spiritu. vel, per Spiritum ſanctum, & obediant. ſ. fidei, & aſpergantur ſanguine Chriſti. i. redimantur, vel baptizentur.

Vivam. ſ. per charitatem, vel *viuam*. i. de vita 3
æterna. Resvrrectionem. ſ. per hanc eſt confirmata ſpes noſtra.

In. pro ad. q. d. vt heredes ſimus, &c. de hoc enim 4
ſpes, & ad id regenerati. Conservatam. Syr. *paratam*. In vobis. pro, vobis.

In virtvte. i. per potentiam. 5

In qvo. ſ. tempore, vel Chriſto. Exvltabitis. 6
Syr. *lætamini in æternum*. Oportet. i. opus ſit. Contristari. Græc. *contriſtati*. i. afflicti.

Probatio, &c. i. probata, ſeu explorata fides veſtra. 7
Revelatione. i. apparitione, ſeu aduentu.

Exvltabitis. ſ. poſteà. Græc. *exultatis*. 8

Reportantes. ſ. tunc. 9

Exqvisiervnt. ſ. à Deo. Scrvtati. i. contem- 10
plati.

In eis. ſ. loquens. Svnt. i. futuræ eſſent. Poste- 11
riores. i. conſecuturas poſt paſſionem.

12 Vobis avtem. pro, ſed vobis. Ministrabant. i. prophetabant. Qvem. Græc. *quæ*. q. d. quibus myſteriis conſpectis etiam Angeli mirificè delectantur. Desiderant. pro, feruntur deſiderio, ſeu amore & voluptate.

13 Svccincti. &c. i. prompto animo. Sobrii. Verti poterat *vigilantes*. Offertvr. i. parata eſt. Revelationem. Græc. *reuelatione*. i. cùm apparebit.

15 Evm. i. eius voluntatem, vel imitationem.

16 Eritis. pro, eſtote.

17 Incolatvs. i. vitæ.

18 Paternæ, &c. i. a patribus tradita.

20 Præcogniti. Syr. *præordinati*.

21 Fideles estis in Deo. Græc. *credentes in Deum*.

22 Castificantes. i. purificantes. Charitatis. i. ex charitate. Græc. *veritatis*. i. vera, ſeu perfecta. Simplici Græc. *non ſimulato*. Ex corde. Græc. *ex puro corde*. Attentivs. Græc. *intentè*, ſeu *continenter*.

24 Foenvm. i. herba.

CAPVT II.

Excluſa omni fictione, regenerati ad Chriſtum lapidem viuum accedant credentes qui ſunt genus electum, cùm priùs eſſent populus abiectus: hortatur vt tamquam peregrini ab omnibus mundanis abſtineant, ſuperioribus obtemperent, afflictioneſque ad Chriſti imitationem ferant.

1 DEponentes igitur omnem malitiam, & *Rom. 6. a. 4*
A omnem dolum, & ſimulationes, & inui- *Epheſ. 4. c. 22*
2 dias, & omnes detractiones, ° ſicut modò geniti *Col. 3. b. 8*
infantes, rationabile, ſine dolo lac concupiſcite; *Heb. 12. a. 1*
3 vt in eo creſcatis in ſalutem: ° ſi tamen guſtaſtis
4 quoniam dulcis eſt Dominus. ° Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem
reprobatum, à Deo autem electum, & honori-
5 ficatum: ° & ipſi tamquam lapides viui ſuper-
ædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſan-
ctum, offerte ſpirituales hoſtias, acceptabiles
6 Deo per Ieſum Chriſtum. ° Propter quod con-
B tinet Scriptura: " Ecce pono in Sion lapidem *Iſa. 28. d. 16*
ſummum angularem, electum, pretioſum: & *Rom. 9. g. 33*
7 qui crediderit in eum, non confundetur. ° Vo-
bis igitur honor credentibus: non credentibus
autem, " lapis quem reprobauerunt ædificantes, *Pſal. 117. d. 21*
8 hic factus eſt in caput anguli, ° & lapis offenſio- *Matth. 21. d. 42*
nis, & petra ſcandali, his qui offendunt verbo, *Act. 4. b. 11*
9 nec credunt in quo & poſiti ſunt. ° Vos autem *Iſa. 8. c. 14*
genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta,
populus acquiſitionis: vt virtutes annuntietis
eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile
10 lumen ſuum. ° " Qui aliquando non populus, *Oſee 2. d. 23*
nunc autem populus Dei: qui non conſecuti *Rom. 9. e. 25*
miſericordiam, nũc autem miſericordiam con-
11 ſecuti. ° " Chariſſimi, obſecro vos tamquam ad- *Rom. 13. d. 14*
C uenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus *Gal. 5. c. 16*
12 deſideriis, quæ militant aduerſus animam, ° con-
uerſationem veſtram inter gentes habentes bo-
nam: vt in eo, quod detrectant de vobis tam-
quam de malefactoribus, ex bonis operibus vos
conſiderantes, glorificent Deum in die viſita-
13 tionis. ° " Subiecti igitur eſtote omni humanæ *Rom. 13. a. 1*
creaturæ propter Deum: ſiue regi, quaſi præcel-
14 lenti; ° ſiue ducibus, tamquam ab eo miſſis ad
vindictam malefactorum, laudem verò bono-
15 rum: ° quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacien-
tes obmuteſcere faciatis imprudentium homi-
16 num ignorantiam: ° quaſi liberi, & non quaſi
velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut
17 ſerui Dei. ° Omnes honorate: " fraternitatem *Rom. 12. c. 10*
diligite: Deum timete: Regem honorificate.

Epheſ. 6. a. 5 Coloſſ. 3. d. 22 Tit. 2. c. 9 * Serui ſubditi eſtote in omni timore domi- 18
nis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam
dyſcolis. * Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei 19
conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens in- D
iuſtè. * Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & co- 20
laphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patien-
ter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum. * In 21
hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus
eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt
Iſai. 53. c. 9 ſequamini veſtigia eius. * qui peccatum non 22
fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: * qui 23
cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pa-
teretur, non comminabatur: tradebat autem
1. Ioan. 3. a. 5 Iſai. 53. b. 5 iudicanti ſe iniuſtè: * qui peccata noſtra ipſe 24
pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt pecca-
tis mortui, iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati
eſtis. * Eratis enim ſicut oues errantes, ſed con- 25
uerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum ani-
marum veſtrarum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DEPONENTES IGITVR. Exhortatur vt rectè viuant, & proferant fructus regenerationis.

RATIONABILE, SINE DOLO, non hæreticorũ. LAC, doctrinam ſimplicem, non ſubtiles quæſtiones, ſed vt infantes molle alimentum concupiſcite.

4 AD QVEM ACCEDENTES LAPIDEM VIVVM. Beda: *Benè* VIVVM *vocat, qui eſt via, veritas, & vita.* Aut *viuum.* i. viuificantem.

5 ET IPSI TAMQVAM LAPIDES VIVI SVPERÆDIFICAMINI, DOMVS SPIRITVALIS. i. templum. Triplex huius loci lectio. Hæc noſtra, quæ & Græcorum eſt, & Auguſtini Pſal. 57. Altera *domos ſpirituales,* quæ eſt Louan. *ædificamini in domos ſpirituales.* Tertia Gotth. *in domũ ſpiritualem,* quæ & Auguſtini epiſt. 86. Beda hîc tres omnes lectiones affert. Ecce pono lapidem

6 SVMMVM ANGVLAREM. i. in ſummo angulo pono lapidem Chriſtum

7 VOBIS IGITVR, hic ſ. lapis, honor eſt.

9 VOS AVTEM GENVS ELECTVM à Deo, REGALE SACERDOTIVM. Myſticè fideles omnes ſunt ſacerdotes offerentes hoſtias Deo, ſeque ipſos regentes quaſi Reges. POPVLVS ACQVISITIONIS. i. redemptus.

10 QVI ALIQVANDO NON POPVLVS. i. non eratis populus Dei. QVI NON CONSECVTI MISERICORDIAM. ſupple, aliquando. Sed nunc contrà.

11 TAMQVAM ADVENAS ET PEREGRINOS. Peregrini vrbana non curant, nec cupiunt, quàm primum diſceſſuri: ſic nos abſtinere debemus ab iis quæ caro cupit.

12 VT IN EO, QVOD DETRECTANT. obloquantur DE VOBIS. Gotth. *detrahunt.* GLORIFICENT DEVM IN DIE VISITATIONIS. Syr. *examinis.* Is eſt dies afflictionis, cum mala ingruerint. Videntes veſtram in eos benignitatem, Deum laudent.

13 SVBIECTI IGITVR ESTOTE OMNI HVMANÆ CREATVRÆ, *κτίσει.* Vox hæc *creaturam* ſignificat & *ordinationem,* ſic Gotth. *omni humanæ ordinationi,* Scholia Græca *magiſtratui,* qui *creatura* vocatur, quia creatur ab hominibus, præſertim ſæcularis. Syr. *omnibus filiis hominum.* ſic *creatura* pro *homine* ſumetur, vt Marci vltimo: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.*

14 SIVE DVCIBVS. i. *iudicibus,* vt Syr. exponit.

16 QVASI LIBERI. à lege, à peccato. ET NON QVASI VELAMEN HABENTES, libertatem, vt noſtri hæretici faciunt.

17 FRATERNITATEM DILIGITE. i. fratres.

18 SERVI SVBDITI ESTOTE. veſtris dominis. ETIAM DYSCOLIS. Syr. *aſperis.* Gotth. *difficilioribus,* id enim *δύσκολοι* ſignificat.

19 HÆC EST ENIM GRATIA. i. id Deo placet. Aut Euangelij gratia id vult, non liberat ſeruos. SI PROPTER DEI CONSCIENTIAM. i. conſcientiam, quam apud Deum habere debemus, patimur iniuſta, nempe heros difficiles.

20 QVÆ ENIM EST GLORIA? Sic lege, non *gratia,* vt multi codices habent.

21 QVIA ET CHRISTVS PASSVS EST PRO NOBIS, VOBIS RELINQVENS. Sic Græc. Regia. ſic Syr. Beda, & plerique codices Latini. At Græca Roberti *nobis,* ſic Auguſt. Tract. 21. in Ioannem. Alij *vobis,* vt Oecum. & duo codices Roberti notati ad marginem Græci Teſtamenti. Gotth. *Chriſtus paſſus eſt pro vobis, relinquens vobis exemplum.* Loci ſententia aperta eſt.

23 TRADEBAT AVTEM IVDICANTI SE INIVSTE. i. in morte iudicem iniuſtum pertulit. Gotth. *tradebat ſe iudicanti iudicanti iniuſtè.* Græci codices conſtanter, *tradebat iud canti iuſtè.* i. ſuam cauſam Deo iuſto iudici ſeruabat. ſic Auguſt. Tract. 21. in Ioan. Se commendabat illi, qui iuſtè iudicabat. Græca noſter Interpres ſic legit, *παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι ἑαυτὸν ἀδίκως.* Vtraque ſententia congruit, etſi diuerſa.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 RATIONABILE. i. mentis. Syr. *ſpirituale.* SINE DOLO. i. ſincerum. Syr. *purum.* LAC. ſ. doctrinæ Euangelicæ, ſeu gratiæ. CONCVPISCITE. i. amate, & ſumite. IN EO. i. per id.

3 DVLCIS. i. ſuauis, vel benignus.

5 DOMVS. i. templum. OFFERRE. pro, ad offerendũ.

6 SVMMVM ANGVLAREM. Græcè vnica eſt dictio. q. d. in extremo angulo collocandum. Syr. *in caput anguli.* CONFVNDETVR. i. erubeſcet, ſeu pudefiet.

7 HONOR. i. honori eſt.

8 OFFENSIONIS. ſ. ad quem offendant. SCANDALI. i. ad quam impingant. IN QVO. Græc. *in quod.* ſ. credendum. POSITI. i. deſtinati.

9 REGALE. Vide Exod. 19. ACQVISITIONIS. i. acquiſitus. Syr. *redemptus.*

11 ANIMAM. i. ſpiritum, ſeu mentem.

12 DETRECTANT. i. detrahunt. VISITATIONIS. ſ. cùm Deus illos illuminauerit, ſeu conuerterit. q. d. iuuabit id ad eorum conuerſionem.

13 CREATVRÆ. i. magiſtratibus ab hominibus creatis.

14 DVCIBVS. i. præſidibus. MALEFACTORVM. ſ. hominum.

15 SIC. pro, hæc. vel iunge cum *benefacientes.*

16 VELAMEN. i. prætextum.

17 FRATERNITATEM. i. fratres.

18 MODESTIS. i. æquis, ſeu humanis. DYSCOLIS. i. aſperis, ſeu difficilibus.

19 GRATIA. i. gratiæ effectus. DEI CONSCIENTIAM. i. Deum omnium conſcium, vel conſcientiam ſecundùm Deum. Syr. coniungit *Dei* cum *gratia.* TRISTITIAS. i. moleſtias.

20 QVÆ ENIM, &c. q. d. quid magnum eſt. Græc. & Syr. *quæ enim gloria,* ſeu *laus.* GRATIA APVD DEVM. i. Deo gratum, ſeu gratiæ Dei opus.

23 MALEDICERETVR. i. conuitiis inceſſeretur. MALEDICEBAT. i. conuitiabatur. TRADEBAT. i. permittebat INIVSTE. Græc. & Syr. *iuſtè,* vt ad Deum referatur.

24 LIVORE. i. plagis.

25 VESTRARVM. Græc. *noſtrarum.*

CAPVT III.

De mutua inter coniuges conuerſatione, & mulierum ornatu: hortatur ad varias virtutes, vtque Chriſti exemplo ferant aduerſa: & quod per Baptiſmum ſaluamur in ſimilitudinem eorum qui in arca Noe ſaluabantur.

1 A SImiliter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt Coloſſ. 3. c. 18 Epheſ. 5. c. 25
& ſi qui non credunt verbo, per mulierum
2 conuerſationem ſine verbo lucrifiant, * conſi-
derantes in timore caſtam conuerſationem ve-
3 ſtram. * Quarum non ſit extrinſecus capilla- 1. Tim. 2. c. 9
tura, aut circumdatio auri, aut indumenti ve-
4 ſtimentorum cultus: * ſed qui abſconditus eſt
cordis homo, in incorruptibilitate quieti & mo-

deſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples.
* Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſpe- 5
rantes in Deo, ornabant ſe, ſubiectæ propriis
Gen 18. b.12 viris. * Sicut Sara obediebat Abrahæ, domi- 6
num eum vocans: cuius eſtis filiæ benefacien-
tes, & non pertimentes vllam perturbationem.
1. Cor. 7. a.3 * Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcien- 7
tiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impar- B
tientes honorem, tamquam & coheredibus
gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes ve-
ſtræ. * In fine autem, omnes vnanimes, compa- 8
tientes, fraternitatis amatores, miſericordes,
Prou. 17. c.13 modeſti, humiles: * non reddentes malum 9
Rom. 12. d.17 pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed
1. Theſſ. 5. d.15 econtrariò benedicentes: quia in hoc vocati
eſtis, vt benedictionem hereditate poſſideatis.
Pſal. 33. c.13 * Qui enim vult vitam diligere, & dies videre 10
bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia
Iſa. 1. c.16 eius ne loquantur dolum. * Declinet à malo, 11
& faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur
eam: * Quia oculi Domini ſuper iuſtos, & au- 12
res eius in preces eorum: Vultus autem Domi- C
ni ſuper facientes mala. * Et quis eſt qui vobis 13
Matt. 5. a.10 noceat, ſi boni æmulatores fueritis? * Sed & ſi 14
quid patimini propter iuſtitiam, beati. Timo-
rem autem eorum ne timueritis, & non con-
turbemini. * Dominum autem Chriſtum ſan- 15
ctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad
ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de
Sup. 2. c.12 ea, quæ in vobis eſt, ſpe. * ſed cum modeſtia, & 16
Rom. 5. b.6 timore, conſcientiam habentes bonam: vt in
Hebr. 9. d.28 eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui
calumniantur veſtram bonam in Chriſto con-
uerſationem. * Melius eſt enim benefacientes 17
(ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefacien- D
tes. * quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris 18
mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret
Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus
autem ſpiritu. * In quo & his, qui in carcere 19
erant, ſpiritibus veniens prædicauit: * qui incre- 20
Gen. 6. b.14 duli fuerant aliquando, quando expectabant
Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricare-
Mat. 24. d.37 tur arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ
Luc. 17. f.26 factæ ſunt per aquam. * Quod & vos nunc ſi- 21
milis formæ ſaluos facit baptiſma: non carnis
depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ inter-
rogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chri- 22
ſti, * qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem
vt vitæ æternæ heredes efficeremur: profectus
in cælum, ſubiectis ſibi angelis, & poteſtatibus,
& virtutibus.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SIMILITER. Poſt ſeruos præcipit coniugatis; ac vxores viris ſuis ſubditas eſſe vult, vt ſi vir eſt infidelis, per vxoris probitatem conuertatur.

2 CONSIDERANTES IN TIMORE, cùm conſiderat ſanctam conuerſationem vxoris, quæ in timore & humilitate eſt. Porrò ornatum, cui mulieres in primis ſtudent, modeſtum eſſe vult. De qua re pulchra & longa Diſputatio Romæ habita extat apud Liuium Decad. 4. lib. 4. Multa in vtramque partem argumenta.

4 SED QVI ABSCONDITVS EST CORDIS HOMO. i. interior homo ornetur virtutibus. QVI (ſ. ornatus) EST IN CONSPECTV DEI LOCVPLES. i. excellentior. Sic olim ornabant ſe viris ſubditæ.

6 SICVT ET SARA OBEDIEBAT ABRAHÆ, DOMINVM EVM VOCANS. Ignatius Epiſt. ad Antioch. *Mulieres*, ait, *honorificent viros ſuos, ſicut carnem ſuam; nec eos audeant proprio nomine vocare*. Nonius Marcell. *dominum* ait pro *marito* ſumi, probat ex Æneid. lib. 4. illis verbis:

—— Connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Aeneam in regna vocauit.

Chryſoſtomus plura in 1. ad Corinth. Homil. 26. CVIVS ESTIS FILIÆ. ſ. Saræ. Græc. ἧς, *eam*. ſ. imitamini. ET NON PERTIMENTES VLLAM PERTVRBATIONEM. Græc. *terrorem*. i. nulla erunt iurgia, ſi ſic vos geratis.

7 VIRI SIMILITER. ſ. honorate vxores. SECVNDVM SCIENTIAM. i. vt qui maiori prudentia eſtis præditi. Plutarchus in Opuſculo, *In Principe requiri doctrinam*, ait, Perſarum Regem præter vxorem omnes pro ſeruis habere. TAMQVAM ET COHEREDIBVS. Chriſtus ſexus non diſtinguit. GRATIÆ VITÆ. i. vitæ æternæ. Hieronymus contra Iouin. hunc honorem intelligit abſtinentiam & ſeparationem, ad tempus nempe: quia ſequitur, VT NON IMPEDIANTVR ORATIONES VESTRÆ. Sic Paulus 1. ad Cor. 7. v. 5. *Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu, ad tempus, vt vacetis orationi.*

8 IN FINE. Sic lege, non *in fide*, vt Beda, Louan. & plerique. Gotth. *in ſumma*. q. d. vt Syr. *finis hic eſt*. Denique OMNES VNANIMES. ſ. eſtote. FRATERNITATIS. pro, fratrum, AMATORES.

12 ET AVRES EIVS. Dei. ſ. patent. ſ. in preces eorum. VVLTVS AVTEM DOMINI. i. ita contra facientes mala. Quis nocebit? SI BONI ÆMVLATORES. i. *ſectatores fueritis*, ſic Gotth.

14 TIMOREM AVTEM EORVM. ſ. facientium mala, ne timueritis. ET NON CONTVRBEMINI. Gotth. & Reg. *neque conturbemini*. ſ. propter timorem, quem mali incutiunt.

15 DOMINVM AVTEM CHRISTVM. ſiue *Deum*, vt Græc. SANCTIFICATE. i. portate IN CORDIBVS. Memoria eius numquam excidat, parati rationem reddere. DE EA, QVÆ IN VOBIS EST, SPE. Gotth. *de fide & ſpe, quæ in vobis eſt*. Sic Beda legit. Syr. *de ſpe fidei*, pro, *de ſpe & fide*. In Græcis modò nulla mentio *fidei*, & ſine ea legit Greg. 2. Part. Paſtoralis, in fine.

17 MELIVS EST ENIM BENEFACIENTIS. Sic lege, vt Gotth. & Græc. non *vt benefacientes*, quod multi codices perperàm habent. Chriſtus mortuus eſt, vt nos offerret Deo,

18 MORTIFICATVS. Sic Græcè: multi Latini codices *mortificatos* habuere. Vtraque ſententia commoda: nam & Chriſtus carne eſt mortuus, & Spiritus ſancti virtute reuixit. Et nos obtulit Deo carne mortificatos anima & ſpiritu viuificatos.

19 IN QVO. i. inſuper non ſolùm eſt mortuus, ſed ET HIS. Gotth. *eis*. Syr. *illis*, QVI IN CARCERE ERANT. Syr. *in inferno* בְּשִׁיוֹל *bajiul*. Chryſoſtomus Hom. Feſt. 12. & alibi ſæpè, ἐκήρυξε δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πνεύμασιν: *Prædicauit iis qui in inferno ſpiritibus*. Clemens Strom. 6. non ſolùm in limbo prædicaſſe Chriſtum ait Iudæis, ſed Philoſophis: inde qui tunc crediderunt liberaſſe. quod verum non eſt. Tangit hoc etiam Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Paſcha, & ibi Nicetas Platonem, quia in inferno Chriſto prædicanti credidit, liberatum credi. SPIRITIBVS. Sic Græc. Syr. *animabus*. Gotth. *ſpiritualibus* pro *ſpiritibus*. Louan. *ſpiritui*, & plerique codices Latini olim habuerunt, nempe, non intelligentes quomodo ſpiritus in carcere eſſent, ſic mutarunt. Gotth. præterea habet: *qui in carcere erant concluſi*, quod in quodam Græco codice Robertus inuenit. ſicque Hieronymus citat Iſai. 54. & Auguſtinus epiſt. 99.

20 QVI INCREDVLI FVERANT ALIQVANDO, ſ. ſpiritus, homines. QVANDO EXPECTABANT DEI PATIENTIAM, & ea ſ. abutebantur. Græcè, *cùm expectaret Dei patientia, vt fabricaretur arca*. Syr. *quando patientia Dei præcepit, vt fieret*. i. non continuò eos ſubmerſit, ſed expectauit vt pœniterent. Verùm quare potiùs de illis, & eo tempore meminit, quàm de alio,

in

in quo fuerunt increduli? Nimirum, quoniam de Baptiſmo agere vult, cuius figura fuit diluuium. Beda de Sex. ætat. *In aqua Baptiſmus ſignificatur; in arca Eccleſia, in octo animabus reſurrectio, in cuius fide baptizamur: nam is numerus octonarius reſurrectionem ſignificat.*

21 QVOD ET VOS. Quidam *nos*. Et pro *quod*, Græc. in Regijs eſt ᾧ, i. *cui vos*. ſ. aquæ, *& vos ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma*. Quæ lectio commoda videtur, niſi Latini omnes & plerique Græci codices reclamarent, qui pro *quod* Latinè, Græc. ὃ habent. NON CARNIS DEPOSITIO SORDIVM, vt. ſ. Iudæorum baptiſmata, quæ corpus ſolùm abluebant; SED CONSCIENTIÆ BONÆ INTERROGATIO. Ἐπερώτημα *interrogationem & ſtipulationem* ſignificat. Ergo *ſtipulatio & profeſſio*, qua Deo nos obſtringimus in Baptiſmo, ea ſaluos nos facit, non exterior ablutio tantum. ſed & *interrogo*, *iudicare* ſignificat. Pſal. 10. v 4 & 5. *Dominus interrogat iuſtum & impium*. Ergo non ſolùm ablutio exterior, ſed iudicium bonæ conſcientiæ & decretum, quo nos Deo ſubijcimus, ſaluat. Geneuenſes, *reſponſio & atteſtatio ad Deum*. Sed hîc latet anguis.

22 DEGLVTIENS MORTEM, VT VITÆ ÆTERNÆ HEREDES EFFICEREMVR. Totū hoc Græc. non eſt, nec in Syriaco, fortaſſis vitio; nam Latini codices id conſtanter habent, & noſter legiſſe videtur: καταπιὼν τὸν θάνατον ἵνα τῆς αἰωνίου ζωῆς κληρόνομοι γενώμεθα.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VERBO. i. prædicationi.

2 IN TIMORE. i. cum timore. ſ. exactam.

3 CAPILLATVRA. Græc. *capillorum plicatura*, ſeu *criſpatura*. INDVMENTI. i. quibus induuntur. CVLTVS. ſ. ornatus. ſ. ſuperfluus.

4 SED. ſ. ornetur. CORDIS. i. interior. INCORRVPTIBILITATE. i. integritate.

6 CVIVS. ſ. Saræ. BENEFACIENTES. ſ. illæ, vel vos. q. d. ſi benefeceritis, &c. PERTIMENTES, &c. q. d nullo pauore turbatæ, aut affectu. ſ. feminæ facilè turbantur.

7 SCIENTIAM. i. prudentiam. INFIRMIORI, &c. Iunge cum præcedentibus. HONOREM. ſ. abſtinendo à copula: Hieron. i. contra Iouin. VITÆ. i. viuificantis. vel q. d. gratiæ vitam æternam conferentis.

8 IN FINE. i. poſtremò, vel denique.

9 MALEDICTVM. i. conuitium.

12 VVLTVS. i. ira.

13 BONI ÆMVLATORES. i. bonitatis ſectatores.

14 TIMOREM. i. minas, ſeu ea quibus terrent.

15 SANCTIFICATE. i. glorificate.

16 CONFVNDANTVR. i. pudefiant.

19 IN QVO. Iunge cum *ſpiritu*. i. anima, hac enim deſcendit ad limbum. CARCERE. ſ. inferni. PRÆDICAVIT. ſ exprobrans incredulitatem, vel annunciauit liberationem, vt carcer Purgatorium vel Limbus intelligatur, & illi quidem fuiſſe increduli priùs, ſed in morte pœnituiſſe.

20 QVANDO. pro, velut quando, vt ſit poſitum exempli cauſa. EXPECTABANT, &c. q. d. putabant Deum diutiùs laturum illos. Græc. *expectabat Dei patientia*. ſ. illos ad pœnitentiam.

21 QVOD. pro, quo modo. SIMILIS FORMÆ. pro, correſpondéter, ſeu, ſimili ratione. NON CARNIS, &c. q. d. non per depoſitionem ſordium corporis, ſed per bonæ conſcientiæ purificationem apud Deum, ita vt ſi interrogetur, poſſit dicere, nullius ſibi conſcium eſſe peccati, vel *interrogationem in Deum*, probationem apud Deum intellige, ſic Pſal. 138. *interrogare*, pro, probare. q. d. non corporis ſordes abluens, ſed probatam reddens conſcientiam. PER RESVRRECTIONEM. i. ad imitationem reſurrectionis, vel per fidem in mortem, & reſurrectionem.

22 DEGLVTIENS MORTEM. pro, vbi mortem abſorbuiſſet (alludit enim ad illud Oſe. 13. *Abſorpta eſt mors*) i. deſtruxiſſet, ſeu conſumpſiſſet.

CAPVT IV.

Chriſti morte redemptos hortatur vt pergant præterita deuitare peccata; incumbentes orationibus ac mutua dilectioni, ſemper omnia in Dei gloriam referentes, & gaudentes ſi propter Chriſtum pati oporteat.

1 CHriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem
A cogitatione armamini, quia qui paſſus eſt
2 in carne, deſiit à peccatis: * Vt iam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reli-
3 quum eſt in carne viuat temporis. * a Sufficit (a Epheſ. 4. c. 23.)
enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium conſummandam, his qui ambulauerunt
in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum culti-
4 bus. * In quo admirantur non concurrentibus
vobis in eamdem luxuriæ confuſionem, blaſ-
5 phemantes. * Qui reddent rationem ei, qui
6 paratus eſt iudicare viuos & mortuos. * Pro-
B pter hoc enim & mortuis euangelizatum eſt:
vt iudicentur quidem ſecundum homines in
carne, viuant autem ſecundùm Deum in Spi-
7 ritu. * Omnium autem finis appropinquauit.
Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationi-
8 bus. * Ante omnia autem, mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia
charitas operit multitudinem peccatorum.
9 * Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. * b V- (b Prou. 10. b. 12 Rom. 12. c. 13 Heb. 13. c. 2 Philip. 2. b. 14.)
10 nuſquiſque, ſicut accepit gratiam, in alteru-
C trum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpen-
11 ſatores multiformis gratiæ Dei. * c Si quis lo- (c Rom. 12. b. 6 1. Cor. 4. a. 1)
quitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat,
tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus:
vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum
Chriſtum: cui eſt gloria, & imperium in ſæcula
12 ſæculorum: Amen. * Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit,
13 quaſi noui aliquid vobis contingat: * ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt &
in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.
14 * Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eri-
D tis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtu-
tis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requie-
15 ſcit. * Nemo autem veſtrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum ap-
16 petitor. * Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine.
17 * quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à
domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis
18 eorum, qui non credunt Dei Euangelio? * d Et (d Prou. 11. d. 31)
ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi
19 parebunt? * Itaque & hi, qui patiuntur ſecundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas ſuas in benefactis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 CHRISTO IGITVR. Contendit fidelem, qui cum Chriſto mortuus eſt, & veterem hominem depoſuit, non debere ampliùs peccare. QVIA QVI PASSVS EST. Chriſtus morte, homo ſpiritualiter, qui carnis cupiditatibus mortuus eſt. DESIIT A PECCATIS. non ampliùs peccat.

2 VT IAM NON DESIDERIIS HOMINVM. i. carnis cupiditate. SED VOLVNTATI DEI, aut *voluntate*, vt Gotth. & plerique codices habent, VIVAT.

3 SVFFICIT ENIM PRAETERITVM TEMPVS AD VOLVNTATEM. i. concupiſcentias Gentium conſummandum. IN LVXVRIIS, DESIDERIIS, VINOLENTIIS.

Gotth.

Gotth. *in libidinibus, concupiſcentiis, & ebrietate.*

In qvo admirantvr. *Ξένον rem nouam, peregrinam & admirandam* ſignificat. inde ξενίζονται, *peregrinum ducunt & admirantur*, veſtram ſ. ab his omnibus continentiam. Hoc verbum recurrit verſ. 12. ſed aliter verſum. 4

Propter hoc enim et mortvis. ſ. ſpiritualiter, peccatoribus euangelizatum eſt. Vt ivdicentvr. .i. condemnentur, moriantur ſecundùm carnem ſpiritualiter. Vivant avtem Deo, & ſecundùm interiorē hominem. Aut ſic: Dixerat Deum paratum iudicare viuos & mortuos, nunc addit mortuis prædicaſſe. ſ. in inferno, vt cap. ſuperiori verſ. 19. *vt iudicentur*. i. condemnentur, qui in carne vixerunt, viuant autem, qui ſpiritu vixerunt. Sic Scholia Græca. nec diſplicet. 6

Finis appropinqvavit. Sic. Græc. Plerique codices Latini, *appropinquabit*. ſed parum refert. In ſtare finem omnium prædicit. i. mundi finem. 7

Ante omnia. Exhortatio eſt ad virtutes, in primis ad mutuum amorem. Qvia charitas operit. Græc. *operiet*, Mvltitvdinem peccatorvm. ſ. ſuorum, remiſſione; & fratris, quia ea amans non videt. Amor ideò cæcus pingitur. 8

Si qvis loqvitvr, qvasi sermones Dei. ſ. cum timore & reuerentia. Aut ſic: Loquatur vt, Deus, qui loquendo facit. *Verbo Domini cæli firmati ſunt*, Gregorius 3. Paſtor. c. 25. Loquatur etiam ex abundantia cordis, verbum, quod à Deo accipit. ſic debent Concionatores. Ideò additur, Si qvis ministrat. i. iungat cum verbo *opus*, & illud faciat vt miniſter Dei, & in honorem Dei. Vt in omnibvs honorificetvr Devs, is debet eſſe ſcopus. 11

Nolite peregrinari in fervore. i. *nouum, peregrinum, inſolens cenſere.* ξενίζω id ſignificat. Gotth. *expaueſcere*. Syr. *mirari*. ſic verſ. 4 vertit noſter hoc verbum, cur mutauit? Græciſmus eſt. Ergo ne miremini cùm ferũt tentationes. non loquitur de internis, ſed de externis afflictionibus; nam ſequitur: 12

Sed commvnicantes Christi passionibvs Magnum eſt Chriſto eſſe ſimilem, magnum in laboribus & moleſtijs ſolamen 13

Si exprobramini in nomine Christi. i. quia Chriſtiani eſtis, aut vocamini. Beati eritis. Græc. *beati* Gotth. *beati eſtis*, ſic Syr. Qvoniam qvod est honoris, gloriæ. Græc. *quod eſt gloriæ, & ſpiritus Dei*. Deeſt *honoris & virtutis Dei*. Svper vos reqviescit. Sic Græc. & Gotth. Alij *requieſcet*, certè Louan. & Regia. Quod Græc. ſequitur: *Ab illis quidem blaſphematur, à vobis autem honoratur*. additium videtur, nec Syr. habet, in Gotth. tamen id inuenio. Cyprianus lib. 4. epiſt 6. ſic habet: *Quia maieſtatis & virtutis Domini nomen in vobis requieſcit, quod quidem ſecundum illos blaſphematur, ſecundum nos autem honoratur*, pro *ab illis, à nobis*. Græc. ſic. Κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. ſed κατὰ, pro ὑπό. 14

Nemo avtem. i. ne committite, vt ob delicta puniamini. Avt alienorvm appetitor. Græc. *alienorum inſidiator*, ἀλλοτριοεπίσκοπος. *Si autem, quia Chriſtianus. laudate Deum: Quoniam tempus eſt,* 15

Vt incipiat ivdicivm. i. examen, aut afflictio à domo Dei. Deus ita ſtatuit, vt primi probarentur boni, vt igne aurum. 17

Et si ivstvs vix. i. cum labore, ægrè. Salvabitvr; ſeu *ſaluatur*. Græc. Syr. & Gotth. 18

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Eadem. pro, hac. ſ. de qua ſtatim. Qvia. pro, quod. Passvs i. commortuus cum Chriſto. 1

Reliqvvm. Iunge cum *temporis*. 2

Svfficit. q. d. ſat mali factum eſt prætérito tempore, vt repeti non debeat. Gentivm. q. d. flagitioſam. Consvmmandam. i. complendam. Desideriis. .i. concupiſcentiis. Illicitis. Græc. *nefariis*. 3

Admirantvr. Græc. *peregrinantur*. i. velut rem nouam, & peregrinam mirantur. Blasphemantes. .i. maledicentes. 4

6 Mortvis. i. peccatoribus. Ivdicentvr. pro, etſi iudicentur. In carne i. carnales. quod poteſt referri ad iudicantes, vel iudicatos. q. d. etſi putentur viuere, more carnalium.

7 Prvdentes. Syr. *caſti*.

8 In vobismetipsis. Græc. *in voſipſos*. i. inter vos. Operit. i. delet.

10 Gratiam. i. donum. Mvltiformis. i. variæ.

11 Administrat. i. ſuppeditat. Honorificetvr. .i. glorificetur.

12 Peregrinari. i. velut rem nouam ſeu inſolitam mirari. Fervore. i. vrente tribulatione. Tentationem. i. probationem. Fit. i. accidit.

13 Commvnicantes. i. participantes.

14 In nomine. i. cauſa, vel ob nomen. ſ. quia Chriſtiani Reqviescit. Sic Syr. Græc. *requieuit*.

15 Maledicvs. Græc. *maleficator*. In isto nomine. i. ea cauſa. Græc. *in parte hac*.

17 Ivdicivm. i. afflictio. Qvis finis. i. quid erit de iis, &c.

18 Si ivstvs, &c. Id ſumptum ex Prou 11. iuxta LXX. vbi nos legimus, *Si iuſtus in terra recipit, &c.* Vix. i. cum difficultate, nemo enim ſine peccato, pro quo oportet ſatisfacere per pœnalia. Parebvnt. i. comparebunt. q. d. quomodo poterunt comparere coram Deo. vel vbi inuenientur tandem?

19 Benefactis. i. bonis operibus.

CAPVT V.

Seniores orat vt verbo & exemplo paſcant gregem Dei, iuniores autem illis ſubditi ſint: hortatur omnes vt ſeſe demittant, diuinæ curæ totos ſe tradentes, & in ſobrietate ac fide diabolo reſiſtentes.

1 SEniores ergo, qui in vobis ſunt, obſecro,
A conſenior & teſtis Chriſti paſſionum: qui &
eius, quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ com-
2 municator: * paſcite qui in vobis eſt gregem
Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè
ſecundùm Deum: neque turpis lucri gratia,
3 ſed voluntariè: * neque vt dominantes in cle-
4 ris, ſed forma facti gregis ex animo. * & cum
B apparuerit princeps paſtorum, percipietis im-
5 marceſcibilem gloriæ coronã. * Similiter ado-
leſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. [a] Omnes au- [a] Rom. 12. c. 10
tem inuicem humilitatem inſinuate, [b] quia [b] Iac. 4. c. 10
Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat Pſal. 54. d. 23
6 gratiam. * Humiliamini igitur ſub potenti ma- Matth. 6. c. 25
nu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis: Luc. 12. c. 12
7 * omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in
8 eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. * Sobrij
C eſtote, & vigilate: quia aduerſarius veſter dia-
bolus tamquam leo rugiens circuit, quærens
9 quem deuoret: * cui reſiſtite fortes in fide: ſcien-
tes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt,
10 veſtræ fraternitati fieri. * Deus autem omnis
gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam glo-
riam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe per-
11 ficiet, confirmabit, ſolidabitque. * Ipſi gloria,
12 & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen. * Per
D Siluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror,
breuiter ſcripſi: obſecrans & conteſtans, hanc
13 eſſe veram gratiam Dei, in qua ſtatis. * Salutat
vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coëlecta, &
14 Marcus filius meus. * Salutate inuicem in oſcu-
lo ſancto. Gratia vobis omnibus, qui eſtis in
Chriſto Ieſu. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Seniores. Græc. *presbyteros*. eos alloquitur, eis gregem commendat. Obſecro ego Testis Chri-

STI PASSIONVM. i. ſimilia ob eum paſſus. Paſcite gregem, non coactè,

NEQVE TVRPIS LVCRI GRATIA, SED VOLVNTARIE. Syr. *ſed toto corde*. i. ſincero paſcite. 2

NEQVE DOMINANTES. Principem te conſtituerunt, eſto in illis, ſicut vnus ex illis. SED FORMA. Græc. *formæ*, τύποι. Gregorius Nazianzenus in Apol. *exemplo facti gregis*, quo ſ. facillimè iubetur, diſplicet imperata correctio. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei. 3

VT VOS EXALTET IN TEMPORE VISITATIONIS. 6 Græc. non eſt *viſitationis*. Syr. *in tempore congruo*, id καιρῷ ſignificat. Sed & quidam Græci codices habent ἐπισκοπῆς. i. *viſitationis*, teſtes Robertus & Velctius. Porrò tempus illud dies iudicij eſt.

SCIENTES EAMDEM PASSIONEM EI. Similia ſ. pati omnes fratres veſtros, qui toto orbe ſunt diſperſi. Solatium miſeris eſt habere ſocios pœnarum. 9

MODICVM PASSOS IPSE PERFICIET. Græc. *ipſe perficere, confirmare ſolidareque*, ſupple, faciet. Verùm alij Græci codices in futuro indicatiui habent καταρτίσει ὑμᾶς, στηρίξει, σθενώσει, vt noſter legit. 10

SALVTAT VOS ECCLESIA, QVÆ EST IN BABYLONE. Sic Romam vocabant, ob multiplicem idolorum cultum. Colligitur etiam ex hoc, Romæ hanc Epiſtolam eſſe ſcriptam. 13

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SENIORES. Græc. *presbyteros*. CONSENIOR. Græc *compresbyter*. COMMVNICATOR. i. particeps. ſ. in monte Thabor.

2 IN VOBIS. i. vobis commiſſus. SECVNDVM DEVM. i. propter Deum. Syr. *ſpiritualiter*. VOLVNTARIE. Syr. *ex toto corde veſtro*.

3 DOMINANTES. ſ. cum vi, ſeu duriter. IN CLERIS. i. contra gregem in ſortem Domini adſcitam, vel Eccleſiaſticos intelligit, qui præcipuè de ſorte Domini, & quibus ſors. i. hereditas, Dominus eſt. FORMA. i. exemplum. EX ANIMO. i. voluntate illi conſulendi.

5 INSINVATE. i. exhibete. Syr. *induimini*.

6 VISITATIONIS. i. Iudicij, ſeu retributionis. Græc. *opportuno*.

9 EAMDEM, &c. i. eadem pati fratres veſtros qui in mundo *viuunt*.

10 GRATIÆ. ſ. datot. IN CHRISTO. i. per Chriſtum. PERFICIET, &c. Græc. *perficiat*, &c.

12 ARBITROR. i. video. SCRIPSI. Hanc Epiſtolam intelligit, quam per Siluanum miſit. OBSECRANS. q.d. Ideo ſcripſi, vt obſecrarem, &c. verti poterat, *hortans*.

13 BABYLONE. i. Romæ, ſecundùm Hieronymum & Euſebium. ſ. erat tunc plena idololatria, & peccatis. COELECTA. ſ. vobiſcum ad eamdem gratiam.

14 GRATIA. Græc. & Syr. *pax*.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

Hortatur vt memores maximorum quæ à Deo acceperunt donorum, per varias ſcandant virtutes, vt ſic introitus in regnum Domini illis miniſtretur: dicitq. ſe breui moriturum, & ſua doctrina certitudinem oſtendit ex Chriſto doctore, quem & vox Patris & Prophetæ commendarunt.

SIMON Petrus, ſeruus & Apo- 1
ſtolus Ieſu Chriſti, iis qui A
coæqualem nobiſcum ſortiti
ſunt fidem in iuſtitia Dei
noſtri, & Saluatoris Ieſu
Chriſti. * Gratia vobis & pax 2
adimpleatur in cognitione
Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri: * quomodo 3
omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam
& pietatem donata ſunt, per cognitionem eius
qui vocauit nos propria gloria & virtute, * per 4
quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit:
vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes
naturæ: fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ
corruptionem. * Vos autem curam 5
omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra B
virtutem, in virtute autem ſcientiam, * in ſcien- 6
tia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem
patientiam, in patientia autem pietatem, * in 7
pietate autem amorem fraternitatis, in amore
autem fraternitatis charitatem. * Hæc enim ſi 8
vobiſcum adſint, & ſuperent; non vacuos, nec
ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri
Ieſu Chriſti cognitione. * Cui enim non præſtò 9
ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuio-
nem accipiens purgationis veterum ſuorum
10 delictorum. * Quapropter fratres magis ſatagi-
te, vt per bona opera certam veſtram vocatio-
C nem & electionem faciatis: hæc enim facientes,
11 non peccabitis aliquando. * Sic enim abundan-
ter miniſtrabitur vobis introitus in æternum
regnum Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chri-
12 ſti. * Propter quod incipiam vos ſemper com-
monere de his; & quidem ſcientes & confirma-
13 tos vos in præſenti veritate. * Iuſtum autem ar-
bitror quamdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſci-
14 tare vos in commonitione: * certus quòd velox
eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundùm quod
& Dominus noſter Ieſus Chriſtus " ſignificauit " Ioan. 21. f.19
15 mihi. * Dabo autem operam & frequenter ha-
bere vos poſt obitum meum, vt horum memo-
16 riam faciatis. * " Non enim doctas fabulas ſe- " 1.Cor.1. c.17
cuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu
Chriſti virtutem & præſentiam: ſed ſpeculato-
17 res facti illius magnitudinis. * Accipiens enim à
D Deo Patre honorem & gloriam, voce delapſa
ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria: " Hic " Mat.17. a.5
eſt Filius meus dilectus, in quo mihi compla-
18 cui, ipſum audite. * Et hanc vocem nos audiui-
mus de cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in
19 monte ſancto. * Et habemus firmiorem pro-
pheticum ſermonem: cui benefacitis attenden-
tes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, do-
nec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordi-
20 bus veſtris: * " hoc primùm intelligentes, quòd " 2.Tim.3. d.16

omnis

omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. * Non enim voluntate humana 21
allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SIMON, aut *Simeon*, nomen à natiuitate. PETRVS, ſeu *Cephas*, nomen à Chriſto impoſitum. IIS QVI COÆQVALEM. *ἰσότιμον, æqualis pretij.* SORTITI SVNT FIDEM. Pretium eſt vita æterna. Num ſolius fidei? non, ſed, IN IVSTITIA. i. per iuſtitiam nobis à Chriſto collatam. ſ. iuſtificationem. 1

GRATIA VOBIS ET PAX ADIMPLEATVR. Græc. *multiplicetur*; debent enim in nobis augeri Dei dona. IN COGNITIONE DEI. i. ſimul cum cognitione Dei. Vt cognoſcamus, 2

QVOMODO OMNIA NOBIS DIVINÆ VIRTVTIS SVÆ. pro *diuina virtute ſua.* Græciſmus, genitiuus pro ablatiuo. QVÆ AD VITAM ET PIETATEM. *εὐσέβειαν, cultum Dei*, ſupple, *pertinent*, vt Goth. addit, donata ſunt. PER COGNITIONEM EIVS. i. Euangelium eius qui vocauit nos. PROPRIA GLORIA. Græc. *per gloriam & virtutem*. i. miracula glorioſa. Noſter pro *διὰ*, vt nunc eſt, legit *ἰδίᾳ*. 3

PER QVEM. ſ. Chriſtum. Græcè, *per quæ*. ſ. gloriam, & virtutem. Beda & alij, *per quam*. ſ. cognitionem nobis pretioſa donauit. Noſtra lectio verior. 4

VOS AVTEM. Docet quas virtutes habere debeant. MINISTRATE, ſeu *ſuppeditate & exhibete.* IN FIDE VESTRA, cum fide VIRTVTEM, *ἀρετὴν*, vitam ſtudioſam, cum virtute SCIENTIAM. i. prudentiam iungite. 5

IN SCIENTIA AVTEM ABSTINENTIAM, *ἐγκράτειαν*, ab omnibus illicitis continentiam. IN PATIENTIA AVTEM PIETATEM, ſeu *cultum Dei*, vt eſt Græcè. 6

IN AMORE AVTEM FRATERNITATIS. i. fratrum. Cum amore fraternitatis CHARITATEM. ſ. in Deum, vt propter eum amemus fratres. 7

HÆC ENIM SI VOBISCVM ADSINT. *Si* redundat, & ſic lege: *Hæc enim cum vobis adſint*, ſic quinque codices legunt à Louan. notati. Goth *hæc enim cum vobis praſtò ſint*. ET SVPERENT. pro, exuberent. Non eritis vacui IN DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI COGNITIONE. i. in fide, in Euangelio. 8

CVI ENIM NON PRÆSTO SVNT HÆC. ſ. non habet virtutes quas dixi, cæcus eſt. 9

SATAGITE, VT PER BONA OPERA. Græc. *ſtudete, certam veſtram vocationem & electionem fieri.* ſed ſanè id, *per bona opera*, vti noſter addit, aut ſuppleuit, aut inuenit in aliquo codice. 10

PROPTER QVOD INCIPIAM. Græc. *non negligam.* Goth. *non differã vos admonere.* ET QVIDEM SCIENTES. Etſi noueritis ea, de quibus in præſenti ago. 12

DABO AVTEM OPERAM. i. curabo poſt mortem veſtri habere memoriam, & Deum precari, vt horum recordemini. Græc aliter: *Curabo autem & ſemper habere vos poſt meum diſceſſum horum memoriam facere*, pro, & facere, nempe ea ſæpè inculcando. Ex lectione noſtra colligitur interceſſio Sanctorum, ex Græca non item, tametſi inuenio Scholia Græca id etiam tangere, ſ. his verbis Sanctorum interceſſionem contineri. 15

NON ENIM DOCTAS FABVLAS SECVTI. Louan. & Regia, *indoctas*. Vtra verior lectio, ex Græca voce *σεσοφισμένοις*, conſtare non poteſt, quia *doctas* & *ſophiſticas* poteſt ſignificare. Goth. tamen *commentitias* habet. Significat ergo, non ex fabulis docuiſſe Chriſti virtutem, ſeu maieſtatem & præſentiam, ſeu aduentum, ſed quod ſuis oculis vidit in transfiguratione. 16

ACCIPIENS ENIM. pro *accepit*, vt Goth. habet. alioqui participium non habet vnde regatur. Ergo accepit Chriſtus gloriam & honorem voce de cælo. 17

ET HABEMVS FIRMIOREM PROPHETICVM SERMONEM. Goth. *certum*, comparatiuus pro poſitiuo. Ergo non ſolùm oculis vidimus gloriam eius, ſed quod certum eſt, aut certius, id Prophetæ ſunt teſtati. CVI (ſermoni Prophetarum,) BENEFACITIS ATTENDENTES. Goth. *intendentes*, *προσέχοντες*. DONEC DIES ELVCESCAT, in patria ſ. vbi LVCIFER. i. Chriſtus apparebit. Nunc in caligine ſumus. 19

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ET hæc hortatoria eſt, vbi multa de Chriſtianis virtutibus, & de quorumdam hæreticorum erroribus, deque Dei prouidentia & iudiciis. Notat Hieron. epiſt. 150. differre hanc ſtylo à priori, quòd Petrus alio ſit vſus interprete, ſ. qui Græcè ſcriberet eius ſenſa.

1 COÆQVALEM. i. parem, ſeu ſimilem. ſ. de iiſdem rebus. IN IVSTITIA. pro, cum iuſtitia. ſ. qua nos iuſtificat Deus. vel q. d. per Dei miſericordiam. hanc enim interdum ſignificat nomen *iuſtitia* in Scriptura.

2 ADIMPLEATVR. i. perficiatur. Syr. *multiplicetur*. IN. pro, cum.

3 QVOMODO, &c. ſ. agnoſcendum grato animo. DIVINÆ, &c. pro, per diuinam, &c. QVÆ. ſ. pertinent. GLORIA. i. gratia, ad eius gloriam pertinente. VIRTVTE. i. bonitate, ſeu miſericordia.

4 PER QVEM. ſ. Chriſtum. Græc. *per quæ*. ſ. donata. PROMISSA. ſ. olim per Prophetas. CONSORTES ſ. gratia eſt quædã Deitatis participatio, Deo ſimiles faciens.

5 SVBINFERENTES. i. adhibentes. MINISTRATE. i. adiungite. IN. pro, cum. VIRTVTEM. q. d. Chriſtianas virtutes. SCIENTIAM. i. prudentiam.

6 ABSTINENTIAM. i. temperantiam. PIETATEM. i. Dei cultum.

7 CHARITATEM. ſ. in Deum.

8 SVPERENT. i abundent.

9 ET MANV, &c. q. d. ſimilis cæco manu tentanti, quia nihil videt. OBLIVIONEM, &c. q. d. oblitus gratiæ Dei, qua ei remiſſa peccata, vt ſe operibus virtutum exerceret.

10 CERTAM. Græc. *firmam*. q. d. confirmate electionem veſtram bonis operibus. HÆC. i. bona opera.

11 MINISTRABITVR. i dabitur.

12 INCIPIAM. pro, incipio, vel incepi. ſ priori Epiſtola. vel q. d. de integro faciam ſemper. Græc. *non negligam* fortè pro, non neglexi. ET QVIDEM. pro, quamquam. PRÆSENTI. i. ea de qua ago.

13 SVSCITARE, &c. i. excitare vos monendo.

14 VELOX. Apparet Romæ & hanc ſcripſiſſe. TABERNACVLI. i. corporis. SIGNIFICAVIT. i. reuelauit.

15 HABERE. i. poſſe. q. d. vt poſt obitum meum poſſitis horum frequenter meminiſſe.

16 DOCTAS. i. arte compoſitas. PRÆSENTIAM. ſ. in mundo per Incarnationem. ILLIVS. ſ. Chriſti.

17 ACCIPIENS. pro, accepit.

19 FIRMIOREM. ſ. hominum opinione, qui noſtrum teſtimonium non tanti faciunt. vel *firmiorem*, pro, firmum. SERMONEM. ſ. de Chriſto. DIES. ſ. æternitatis. LVCIFER. i. aurora futuræ vitæ.

20 INTERPRETATIONE. i. excogitatione, vel explicatione. ſ. opus eſt ſpiritu Dei.

CAPVT II.

Pſeudoprophetæ multos ſeducent, verùm acriter punientur, ſicut de malis actum eſt tempore diluuij, & de Sodomitis: proſequitur autem prauos mores horum, quos admodum effuſos dicit in libidinem.

1 FVerunt verò & pſeudoprophetæ in populo,
A ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces,
qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui
emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi
2 celerem perditionem. * Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphe-
3 mabitur: * & in auaritia fictis verbis de vobis
negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non
4 ceſſat; & perditio eorum non dormitat. a * Si
enim Deus angelis peccantibus non pepercit,
ſed rudentibus inferni detractos in tartarum
5 tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari. * Et

a Iob 4. d. 18. Iud. b. 6

ᵃ Gen.7.a.1 originali mundo non pepercit, ᵃ ſed octauum
Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit, diluuium
ᵇ Gen. 19. b.25 mundò impiorum inducens.ᵇ ᵇ Et ciuitates So- 6
domorum & Gomorrhęorum in cinerem redi- B
gens, euerſione damnauit: exemplum eorum,
qui impie acturi ſunt, ponens: ° & iuſtum Lot 7
oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa
conuerſatione eripuit: ° aſpectu enim, & auditu 8
iuſtus erat: habitans apud eos, qui de die in
diem animam iuſtam iniquis operibus crucia-
bant. ° Nouit Dominus pios de tentatione eri- 9
pere: iniquos verò in diem iudicij reſeruare cru-
ciandos: ° magis autem eos, qui poſt carnem in 10
concupiſcentia immunditiæ ambulant, domi-
nationemque contemnunt, audaces, ſibi pla-
centes, ſectas non metuunt introducere blaſ-
phemantes: ° vbi angeli fortitudine & virtute 11
cùm ſint maiores, non portant aduerſum ſe
execrabile iudicium. ° Hi verò velut irrationa- 12
bilia pecora, naturaliter in captionem & in per-
niciem in his quæ ignorant blaſphemantes in
corruptione ſua peribunt, ° percipientes mer- 13
cedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei C
delicias: coinquinationes, & maculæ deliciis af-
fluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum,
° oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabi- 14
lis delicti. Pellicientes animas inſtabiles, cor
exercitatum auaritia habentes, maledictionis
filij: ° derelinquentes rectam viam errauerunt, 15
ᶜ Num.22. d.23 Iud. b.11 ᶜ ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem
iniquitatis amauit: ° correptionem verò habuit 16
ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutum animal, homi-
nis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipien-
tiam. ° Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ tur- 17
binibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum
reſeruatur. ° Superba enim vanitatis loquentes, 18
pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui D
paululùm effugiunt, qui in errore conuerſan-
tur: ° libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſer- 19
ᵈ Ioan. 8 d.24 Rom. 16. c.20 ᵉ Heb 6.a.4 Matth.12. d.45 ui ſint corruptionis: ᵈ à quo enim quis ſuperatus
eſt, huius & ſeruus eſt. ° Si enim refugientes co- 20
inquinationes mundi in cognitione Domini
noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus im-
plicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora de-
teriora prioribus. ° Melius enim erat illis non 21
cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitio-
nem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis tradi-
tum eſt, ſancto mandato. ° Contigit enim eis 22
ᶠ Prou.28. b.12 illud veri prouerbij: ᶠ Canis reuerſus ad ſuum
vomitum; &, Sus lota in volutabro luti.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 FVERVNT VERO. Vt inter Iudæos fuerunt pſeudoprophetæ, ſic ait in Eccleſia fore falſos Doctores. QVI INTRODVCENT. Gotth. *ſubintroducent*. i. clàm, id Græcum verbum ſignificat. SECTAS PERDITIONIS. Græc. *hereſes perditionis*. i. noxias.

2 ET MVLTI SEQVENTVR EORVM LVXVRIAS. Græc. *perditionem*. Noſter pro *ἀπωλείαις*, vt nunc eſt, legit *ἀσελγείαις*, aut *ἀσωτίαις*.

3 ET IN AVARITIA FICTIS VERBIS...... NEGOTIABVNTVR. i. lucrum captabunt, non aliud. QVIBVS. pro, quorum *iam olim*, IVDICIVM. i. condemnatio *non ceſſat*, non eſt procul.

4 SI ENIM DEVS ANGELIS. Hyperbaton longum. NON PEPERCIT, SED RVDENTIBVS. i. funibus. Græc. *catenis caliginis in infernum detruſos tradidit in iudicium ſeruatos*. ſ. ampliùs puniendos in die Iudicij. Sententia non diſcrepat, noſter Interpres Græca paulò aliter legit.

5 ORIGINALI MVNDO, ſiue *antiquo*, vt eſt Græcè, non pepercit. SED OCTAVVM NOE. cuſtodiuit. ſic vocat, quoniam octo tantùm euaſerunt.

6 ET CIVITATES SODOMORVM. q.d. Si Angelis Deus non pepercit, nec mundo, nec Sodomis; multò magis falſos Doctores, & eorum ſectatores puniet. hoc enim ſupplendum eſt, vt ſententia conſtet.

7 ET IVSTVM LOT...... ERIPVIT. Græca verbis aliquantulùm, ſententia non diſcrepat.

9 NOVIT DOMINVS PIOS DE TENTATIONE ERIPERE, vt Lot. INIQVOS VERO IN DIEM IVDICII RESERVARE. Nunc puniuntur, tunc magis, quia cum corpore.

10 MAGIS AVTEM EOS, ſeu *maximè*, *μάλιστα*. ſ. falſos Doctores: nam de ijs loquitur. Qui poſt carnem eunt, DOMINATIONEMQVE CONTEMNVNT. i. Iudices. SECTAS NON METVVNT INTRODVCERE. *Introducere* Græc. non eſt, nec Gotth. ſed hoc *δόξας οὐ τρέμουσι*. i. *maieſtatem* (ſic Gotth.) *non metuunt*. ſ. regiam, ita ſunt audaces & præfracti, *αὐθάδεις*, pro noſter *ſibi placentes*, non abſonè, nam id etiam vox illa ſignificat, certè quod ſibi placet ſectantes.

11 VBI ANGELI, qui ſunt maiores. NON PORTANT ADVERSVM SE. *κατ' αὐτῶν*. Græc. additur *παρὰ Κυρίῳ*, *à Domino*, ſic Gotth. EXECRABILE IVDICIVM, ſeu *blaſphemum*, vt eſt Græcè. Alludit ad illud, quod in Epiſtola Iudæ dicitur, Michaëlem non fuiſſe auſum diabolo iudicium inferre blaſphemiæ. *Michaelem Dominum* vocat. Verùm quorſum de excellentia Angelorum, non videtur ad rem. Ideò ſublata voce, *à Domino*, vt in Latinis codicibus plerisque non eſt, & pro *aduerſum ſe* vertendo *eas* ſiue *eos*, quod vox *αὐτῶν* patitur, ſenſus erit: Angelos cùm maiores hominibus ſint, non tuliſſe dominationes & maieſtates, Iudices & Reges execrari. i. contemnere. Neque enim aliquando eos id feciſſe inuenitur. Explicatio ſuperior loci difficilis placet: quoniam locus hic, & Iudæ Epiſtola, ſibi proculdubiò reſpondent.

12 HI VERO velut bruta, IN CAPTIONEM ET IN PERNICIEM. ſupple, genita, vt capiantur & occidantur. Hi inquam BLASPHEMANTES. ſ. Iudices, Reges, ob ea quæ ignorant. IN CORRVPTIONE SVA. i. ſe digna cæde peribunt, eò tendunt.

13 VOLVPTATEM EXISTIMANTES DIEI DELICIAS. Gotth. *diurnas delicias*. i. breues, momentaneas, *voluptatem*. i. beatitudinem putantes. COINQVINATIONES ET MACVLAE. pro, *coinquinati & commaculati*, vt Gotth. habet, & ſic Græc. *σπίλοι καὶ μῶμοι*. IN CONVIVIIS SVIS LVXVRIANTES. Græc. *ἐν ταῖς ἀπάταις*. *in erroribus*. Noſter *ἐν ταῖς ἀγάπαις* legit; ſic *conuiuia* vocantur, quòd mutuum amorem foueant. Illi ijs ad turpitudinem abutebantur.

15 ERRAVERVNT, SECVTI VIAM BALAAM. Falſi Doctores ſecuti ſunt Balaam, captantes lucrum, auaritia exercitati, vti ille mercede conductus venit, vt male diceret populo Dei: Num. 22. v. 23. EX BOSOR. i. filius Boſor, non ex vrbe Boſor, vt Beda putauit.

16 CORREPTIONEM VERO HABVIT SVÆ VESANIÆ Eſt Græcè *παραφρονίας*. noſter aliud quid legit. SVBIVGALE MVTVM ANIMAL. *Animal* Græc. non eſt, nec in Gotth. ſed ſuppleri poteſt. Ergo id animal, aſinus eum corripuit.

17 QVIBVS. ſ. hominibus. CALIGO TENEBRARVM RESERVATVR. Græc. additur *in æternum*. i. infernus.

18 PELLICIVNT .... EOS QVI PAVLVLVM. Græc. *renera*. EFFVGIVNT. Gotth. & Græc. *effugerunt*, ſupple, eos QVI IN ERRORE CONVERSANTVR. i. eos, qui Doctores falſos fugerant, tantillum eos pelliciunt luxuriæ illecebris, & libertatis Euangelicæ prætextu. Sic noſtri hæretici faciunt.

20 SI ENIM REFVGIENTES. Græc. *qui enim fugerunt ſordes*. IN COGNITIONE. i. per cognitionẽ Domini, ſi labãtur, peius eſt, quàm ſi viam iuſtitiæ non cognouiſſent.

22 CONTIGIT ENIM EIS quod dicitur, CANIS REVER-

ſvs ad ſvvm vomitvm. Hoc Prouerbium ex c. 26. v. 11. Prouerb. citatur. *Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.* Quod hoc diſticho ibidem explicauimus:

Ad vomitum catulus reiecta & fœda recurrit:
Dimiſſa imprudens ad malefacta redit.

Verùm de hac re multa & eleganter Gregorius 3. Paſtor. cap. 31. Hos ſimiles Balaam eſſe ait, qui cùm dixiſſet, *Moriatur anima mea morte iuſtorum*, ad maledicendum eos recurrit. Seruis ſimiles qui coram hero modeſti, eo abſente laſciuiunt. Argumentum, conuerſionem non fuiſſe veram: nam vt boni ſine noxa tentantur, ita praui plerumque inutiliter compunguntur. Porrò ex prioribus lacrymis & noui peccati puluere fit cœnum, quo ſus ſemel lota ſe inuoluit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Popvlo. ſ. Iudaico. Mendaces. i. falſa docentes. 1
Perditionis. i. pernicioſas. Negant. pro, negabunt. Svperdvcentes. i. accerſentes.

Blasphemabitvr. i. maledicetur. 2

In. pro, cum. vel, per. Fictis verbis. i. per fraudes, & mendacia. De vobis negotiabvntvr. i. ad quæſtum abutentur vobis. Ivdicivm. i. damnatio. Iam olim non cessat. i. iamdudum appropinquat. Non dormitat. i. parata eſt, more vigilantis. 3

Rvdentibvs inferni. i. catenis infernalibus. Græc. *catenis caliginoſis*, ſeu *caliginis*. Reservati. pro, reſeruatos. q. d. detractos è cælo velut catenis, reſeruat in hoc mundo, in Tartaro cruciandos poſt Iudicium. Id quod intellige de iis qui hic verſantur inter homines, nam pars iam in inferno cruciatur. 4

Originali. i. antiquo. Non pepercit. ſ. nec iſtis parcet. Octavvm. i. vnum ex octo ſeruatis. Præconem. i. prædicatorem. Mvndo. i. vniuerſitati. vel q. d. mundi impiis. 5

Actvri svnt. pro, acturi erant, vel agunt. 6

Aspectv, &c. i. præſentia, & fama. vel q. d. qui iis quæ aſpiciebat, & audiebat, malis diſcruciabatur. 8

Magis. Græc. *maxime*. Dominationemq. i. præpoſitos. Sectas, &c. Græc. *glorias* (. i. dignitate præditos,) *non metuunt blaſphemare*. i. maledicere, ſeu conuitiis laceſſere. Mihi noſtra lectio placet, quam et iam Græc. indicant. 10

Vbi. i. cùm. Virtvte. repetitio. Maiores. ſ. diabolus multò fortior eſt homine. Portant. i. ferre poſſunt. Execrabile. i. terribile. Græc. *blaſphemum*. Ivdicivm. i. ſupplicium. q. d. & quomodo ferre poterunt iſti ſuum? vel ſenſus eſt; Nec Angeli ipſi, etſi præſtantiores multò hominibus, audent contra ſe inuicem .i. contra dæmones, proferre maledictionem. Vide Epiſt. Iudæ. 11

Natvraliter. pro, nata. Captionem. i. ſeruitutem, vel venationem. ſ. vt capiantur. 12

Volvptatem. ſ. veram, vel ſummam. Diei. i. diurnas, ſeu temporales. Coinqvinationes. i. impuri. Macvlæ. i. immundi. Vobiscvm. i. inter vos. 13

Incessabilis. i. perpetui. Pellicientes. ſ. ad peccatum. 14

Ex Bosor. ſ. nati. i. filium Boſor. Num. 22. *Beor* dicitur. 15

Svbivgale. i. aſina. 16

Fontes. i. velut fontes. 17

Lvxvriæ. pro, luxurioſæ. Pavlvlvm, &c. i. qui aliquantú conantur euadere. Qvi in. pro, eos qui in. 18

In. pro, per. 20

In volvtabro. pro, ad volutabrum. ſ. reuerſa. 22

CAPVT III.

Propter quoſdam illuſores ſecundum Domini aduentum negantes, aſtruit futuram mundi renouationem, cùm breui & inſperato Dominus adueniet: ad cuius aduentum monet vt ſe preparent, laudans Pauli ſcripta quæ indocti deprauant.

Hanc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam 1
ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram exci- A
1 to in commonitione ſinceram mentem: * vt
memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborum à
ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum,
3 præceptorum Domini & Saluatoris. * ᵃ hoc ᵃ 1. Tim. 4. a. 1
primum ſcientes, quòd venient in nouiſſimis 2. Tim. 3. a. 1
diebus in deceptione illuſores, iuxta proprias Iud. d. 18
4 concupiſcentias ambulantes, * dicentes: ᵇ Vbi ᵇ Ezech. 12. f. 27
eſt promiſſio, aut aduentus eius? ex quo enim
B patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab
5 initio creaturæ. * Latet enim eos hoc volentes,
quòd cæli erant priùs, & terra, de aqua & per
6 aquam conſiſtens Dei verbo: * per quæ, ille tunc
7 mundus aqua inundatus periit. * Cæli autem
qui nunc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti
ſunt, igni reſeruati in diem iudicij, & perditionis
8 impiorum hominum. * Vnum verò hoc non lateat vos, chariſſimi, quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies
9 vnus. * Non tardat Dominus promiſſionem
ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter
C agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed om-
10 nes ad pœnitentiam reuerti. * ᶜ Adueniet autem ᶜ 1. Theſ. 5. a. 2
dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu Apoc. 3. a. 3
tranſient, elementa vero calore ſoluentur, terra & 16. c. 15
autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.
11 * Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus
12 & pietatibus, * expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent?
13 * ᵈ Nouos verò cælos, & nouam terram ſecun- ᵈ Iſa. 65. c. 17 & 66. g. 22
dùm promiſſa ipſius expectamus, in quibus iu- Apoc. 21. a. 1
14 ſtitia habitat. * Propter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite immaculati & inuiolati ei in- ᵉ Rom. 2. a. 4
15 ueniri in pace. * & ᵉ Domini noſtri longanimi-
D tatem, ſalutem arbitremini: ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſa-
16 pientiam ſcripſit vobis, * ſicut & in omnibus
epiſtolis, loquens in eis de his: in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & ceteras Scripturas,
17 ad ſuam ipſorum perditionem. * Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite: ne inſipientium erro-
18 re traducti excidatis à propria firmitate, * creſcite verò in gratia, & in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Hanc ecce, ſeu *iam ſcribo Epiſtolam ſecundam*, vt eſt Græc. In qvibvs Epiſtolis prima & ſecunda Vestram excito in commonitione. i. per commonefactionem excito ſinceram mentem.

2 Vt memores sitis .... verborvm, quæ à ſanctis Prophetis ſ. *prædicta ſunt*, ſic Græc. Pro *verborum à ſanctis Prophetis*, Goth. habet, *verborum ſanctorū Prophetarum*. Fortaſſis Græci ſic quædam habuerunt, & ὑπὸ præpoſitio in illis nō erat. Ergo memores ſitis et iam præceptorum ab Apoſtolis veſtris, & à Domino latorum. Hæc eſt ſententia, verba ſunt intricata.

3 Hoc primvm scientes. pro, ſcitote quòd venient illuſores, qui negent Chriſti ſecundum aduentum hoc argumento; quòd omnia eodem modo ſe habent.

4 Ab initio creatvræ, ſeu *creationis*, κτίσεως. id eſt, ex quo mundus eſt conditus, nulla facta eſt mutatio. Nullum iudicij ſignum videmus.

5 Latet enim eos hoc volentes. Affectata ignorantia. Qvod cæli erant privs. Græc. *olim*. i. initio cæli & terra facta ſunt ex aqua. i. ex chao.

Et per aqvam consistens Dei verbo. ſ. Dei verbo terra ex aqua & chao eſt facta. Sed idem de cælis intellige. Vnde colligi videtur, eiuſdem materiæ eſſe cælum & alia.

Per qvæ. ſ. per Deum & verbum diluuio perijt 6
mundus.

Cæli avtem qvi nvnc svnt. i. quos videmus, 7
& terra, ſeruantur igni in diem iudicij. Nempe qui ex aqua fecit, poterit ea igne comburere. Si dicas, Tardat is dies:

Vnvs dies apvd Dominvm sicvt mille anni, 8
& econtrariò.

Non tardat Dominvs, ſed pœnitentiam malorũ 9
expectat. Nolens aliqvos perire, etiam poſt peccatum vult omnes homines ſaluos fieri.

Adveniet avtem dies Domini vt fvr. nobis 10
incogitantibus & clàm. Græcè additur, *in nocte*. In qvo (*die*) cæli magno impetv transient. i. velociter mutabuntur: nempe quoad qualitates. Et ne putares cælos & terram quoad ſubſtantiam peritura, addit, *nouos verò cælos*. Si ergo hæc ſoluenda ſunt, ſi Chriſtus venturus, quales eſſe debetis?

Expectantes et properantes, quod dicitur 12
Feſtina lente. Aut expectantes animo, feſtinantes pijs operibus.

Novos vero cælos quoad qualitatem & nouum 13
ſæculum expectamus. In qvibvs ivstitia habitat, nullæ fraudes, nulla ſcelera.

Domini nostri longanimitatem, non promiſſi 15
tarditatem, ſed Salvtem arbitremini: ſeu *arbitramini*, vt eſt Græcè & in Gotth. & in alijs codicibus Latinis. Auguſtinus epiſt. 46. legit: *Et Domini noſtri cum patientia ſalutem expectantes*. Sicvt et charissimvs frater noster Pavlvs ..... scripsit vobis; ſæpè enim loquitur de aduentu Domini, & de eius longanimitate.

Sicvt et. Hoc redundat, ac ſic ordina; *ſcripſit vo-* 16
bis in omnibus epiſtolis. In qvibvs. ſ. epiſtolis, aut verbis, quoniam Græc. *quibus* eſt maſculinum, *epiſtola* fœmininum, eſtque relatiuum ſine antecedenti, quod ſæpè contingit in Sacris. Qvæ indocti et instabiles depravant. Non eſt nouum, hæreticos Scripturis abuti, eaſque deprauare.

17 Vos igitvr fratres, ſeu *dilecti*, vt eſt Græc. Præscientes. i. admoniti. Cvstodite. Gotth. *cauete*. Ne insipientivm errore tradvcti. Gotth. *ſeducti*. Græc. *abducti*, ſimul ſ. cum alijs excidatis à fidei firmitate.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 In qvibvs. ſ. Epiſtolis. In commonitione. i. monens.

2 Prædixi. Græc. *prædicta ſunt*. Præceptorvm. i. mandatorum. Domini. pro, & Domini.

4 Eivs. ſ. Chriſti ad iudicium. Sic. ſ. vt videmus. q.d. nulla erit mundi immutatio.

5 Volentes. i. ſentientes. De aqva. ſ. recedente. Aqvam. ſ. ſegregatam. Consistens. i. extans, ſeu apparens.

6 Qvæ. ſ. cælum & terram, dantia aquarum copiam.

7 Repositi. i. ſeruati. Igni. i. purgandi.

8 Vnvs dies, &c. q.d. apud Deum perinde eſt, breue & longum tempus.

9 Propter vos. Græc. *erga nos*.

10 Impetv. i. Dei virtute. Transient. i. renouabuntur. Solventvr. ſ. purgabuntur.

11 Pietatibvs. i. Dei cultu.

12 Qvem. ſ. aduentum. Cæli. ſ. aërei. fortè verò etiam ſuperiores, quod etiam illud Chriſti indicat, *Cælum & terra tranſibunt*. Vbi parum curandum eſt quid Philoſophi dicant. Tabescent. i. liqueſcent.

13 Secvndvm promissa. ſ. in Scriptura. Ivstitia. i. iuſti, vel perfecta iuſtitia.

14 Inviolati. Græc. *irreprehenſibiles*. Ei. i. apud eum, vel ab eo.

15 Vobis. ſ. Epiſtola ad Hebr.

17 Depravant. i. detorquent.

17 Præscientes. ſ. hæc quæ dixi. Cvstodite. i. cauete. Insipientivm. Græc. *nefariorum*, ſeu *impiorum*. Tradvcti. i. decepti.

EPISTOLA BEATI IOANNIS APOSTOLI PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Ioannes quod de Christo vidit & audiuit alijs annuntiat, vt vna cum ipſo ſocientur Deo & Christo eius filio, cuius ſanguine hominum peccata mundantur: porrò qui ſe peccaſſe negat, Deum mendacem facit.

Qvod fuit ab initio, quod 1
audiuimus, quod vidimus A
oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo
vitæ: * & vita manifeſtata eſt, 2
& vidimus, & teſtamur, &
annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat
apud Patrem, & apparuit nobis: * quod vidimus 3
& audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſo- B
cietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra
ſit cum Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto.
* Et hæc ſcribimus vobis vt gaudeatis, & gau- 4
dium veſtrum ſit plenum. * Et hæc eſt annun- 5
tiatio, quam audiuimus ab eo, & annuntiamus
vobis: [a] Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in C
6 eo non ſunt vllæ. * Si dixerimus quoniam ſocie
tatem habemus cum eo, & in tenebris ambu
lamus, mentimur, & veritatem non facimus.
7 * Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt
in luce; ſocietatem habemus ad inuicem, [b] &
ſanguis Ieſu Chriſti, Filij eius, emundat nos ab
8 omni peccato. * [c] Si dixerimus quoniam pecca-
tum non habemus; ipſi nos ſeducimus, & veri-
9 tas in nobis non eſt. * Si confiteamur peccata
D noſtra; fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis
peccata noſtra, & emundet nos ab omni ini-
10 quitate. * Si dixerimus quoniam non peccaui-
mus; mendacem facimus eum, & verbum eius
non eſt in nobis.

[a] Ioan. 8. b.12
[b] Heb 9. d.14 1. Pet.1. d.19 Apoc.1.b.5
[c] 3.Reg.8. e 45 2 Par.6. g.36 Prou.10. b 9 Eccli.7. c.21

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Tantum cæli & terrarum emenſum vaſtum pelagus fragili cymba, in extrema nauigationis parte, etſi fatigari & deſicere non decet, profeſſum præſertim omnes diuinos Libros ſtylo vtcumque percurrere: cùm tamen ſpatij longitudinem conſidero, graues diffi-

difficultates & multas, ætatis imbecillitatem ſupra octogenariam tot papyri plagulas infectas, tadet laboris incœpti, inchoaſſe piget, & manum de tabula tollere ſæpè cogito, laboris partem relinquere felicioribus ingenijs, viribus integris. Verùm ſtadij meta propinqua, portus non procul viſus, & optata de cetero quietis ſpes faciunt, vt nouos ſpiritus ſumam, abſoluam quæ inchoata tantùm, inutilia certè deformia manerent. Hæc præfari viſum eſt, priùs quàm Ioannis *Apoſtoli* Epiſtolas *&* Apocalypſim *aggredior, vt qui in noſtra inciderit, ſi quid negligenter poſitum inuenerit, vt ſunt multa, in extremo præſertim Opere, noſtro tædio, defatigationi, & ætati det veniam benignus & facilis.*

QVOD FVIT AB INITIO. Goth. *quod erat*, ſic Græc. vt æternitas ſignificetur, vt in Euangelio, *In principio erat Verbum*. QVOD VIDIMVS. Id dicit, vt maiorem auctoritatem conciliet ijs quæ dicentur. DE VERBO VITÆ. pro, verbum vitæ. ſ. vidimus. 1

ET VITA MANIFESTATA EST. *Et*, pro, quia. Verbum alioqui inuiſibile vidimus, quia *vita*. i. Verbum manifeſtatum in carne eſt. Goth. additur *nobis*. ET TESTAMVR. pro, id teſtamur, & annuntiamus vobis. VITAM ÆTERNAM. i. Verbum, quod erat apud Patrem. 2

QVOD VIDIMVS. pro, *quod ergo vidimus*, vt eſt Goth. VT ET VOS SOCIETATEM, ſeu *communionem*. i. vitæ participes ſitis, ſicut & nos. ET SOCIETAS NOSTRA SIT. pro, *eſt*, ſic Syr. & Græc. eſt *cum patre*. 3

HÆC SCRIBIMVS, VT GAVDEATIS. Goth. *Hæc ſcribimus, vt gaudium veſtrum*, ſic Græc. Illud *gaudeatis &* non habent: & ſine illo ſententia conſtat. Syr. id etiam non eſt. 4

ET HÆC EST ANNVNTIATIO. Ἐπαγγελία alijs locis *promiſſionem*, hoc *annuntiationem* ſignificat, quia ſequitur: QVONIAM DEVS LVX EST. Quod enim luci commercium cum promiſſione? Ita ἐπαγγελία, pro ἀγγελία ſumi debet. i. *annuntiatione*. Si dicimus: Societatem cum Deo habemus, 5

ET IN TENEBRIS AMBVLAMVS, MENTIMVR. Cum Deo, qui eſt lux, tenebræ peccatorum ſocietatem habere non poſſunt, neque qui in eis ambulant. Porrò cùm peccatores ſimus: nam ſi dixerimus, quòd peccatum non habemus; ipſi nos ſeducimus. Quid ergo? 6

ET SANGVIS IESV CHRISTI FILII EIVS EMVNDAT NOS. Deinde confeſſio, per quam Chriſti ſanguis communicatur. 7

SI CONFITEAMVR. primùm Deo, deinde ſacerdoti. FIDELIS EST. Promiſit ergo remiſſionem per confeſſionem. Vbi? Ioan. 20. v. 23. *Quorum remiſeritis peccata*. Quòd ſi dicatis, Non egeo confeſſione; peccatum non habeo. 9

SI DIXERIMVS. Goth. *quòd ſi dixerimus*. Syr. *etſi*, pro, *Quòd ſi dixerimus*. QVONIAM NON PECCAVIMVS. Sic Græc. & meliùs quàm quod Goth. habet, *non peccamus*. loquitur enim de peccatis iam factis, quæ remittuntur per confeſſionem. MENDACEM FACIMVS EVM, nam dixit: *Septies enim cadit iuſtus*. Prou. 24. verſ. 16. 10

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SCriptam ad Parthos ait Auguſtinus & alij graues Auctores. Agit de Chriſto, eiuſque imitatione, præcipuè per charitatem, vbi multa de vera Chriſti fide & in Deum fiducia.

FVIT. Græc erat. ſ. Verbum, de quo, *In principio erat Verbum*. VIDIMVS. ſ. carnem factum. PERSPEXIMVS. ſ. diligenter contemplantes. CONTRECTAVERVNT. 1 ſ. cùm dixit, *Palpate, & videte*, &c. DE VERBO VITÆ. coniunge cum *annuntiamus vobis*.

2 ET VITA. pro, *nam vita*, Hebr.

3 SOCIETATEM. Græc. *communionem*, ſic & inf. ſed Interpres ſenſum reddidit.

4 PLENVM. i. perfectum.

5 VLLÆ. ſ. in omnibus aliis eſt aliquis luminis defectus.

6 TENEBRIS. ſ. peccati. FACIMVS. pro, dicimus. Repetitio per negationem Ioanni familiaris.

7 IN LVCE. i. ſecundùm quod fides docet. ET SANGVIS, &c. pro, & per ſanguinem Chriſti mundi ſumus, &c. dicit verò, EMVNDAT, quia ſemper indigemus mundari, qui quotidie peccemus, vt ſtatim dicitur.

9 FIDELIS. i. verax in promiſſis, promiſit autem cùm dixit, *Quorum remiſeritis peccata*, &c. vbi de confeſſione Chriſtus loquebatur. IVSTVS. i. potens iuſtificare. vel *iuſtus*, pro, miſericors.

10 PECCAVIMVS. pro, peccamus. MENDACEM. ſ. quia per Scripturam dicit neminem eſſe ſine peccato. & quidem docuit omnes ſic orare, *Dimitte nobis debita noſtra*. VERBVM EIVS. i. Chriſtus.

CAPVT II.

Ieſus Chriſtus aduocatus noſter eſt apud Patrem, & propitiatio pro peccatis totius mundi: obſeruatione autem mandatorum Dei comprobatur vera Dei notitia ac dilectio: quod ſit vetus ac nouum mandatum: quis ſit in luce & in tenebris: variis ſcribit ætatibus, reuocans à mundi dilectione & ab hæreticis, ac monens vt ſemel accepta fidei adhæreant, ſequentes ductum Spiritus ſancti.

1 FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.
A Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habe-
2 mus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: * &
ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro
noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius
3 mundi. * Et in hoc ſcimus quoniam cognoui-
4 mus eum, ſi mandata eius obſeruemus. * Qui
dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſto-
5 dit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. * Qui
autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas
Dei perfecta eſt: & in hoc ſcimus quoniam in
6 ipſo ſumus. * Qui dicit ſe in ipſo manere, debet,
7 ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. * Chariſ-
B ſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed
mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio:
Mandatum vetus, eſt verbum quod audiſtis.
8 * [a] Iterùm mandatum nouum ſcribo vobis, [a] Ioan. 13. d. 34. & 15. b. 12.
quod verum eſt & in ipſo, & in vobis: quia tene-
bræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet.
9 * Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit,
10 in tenebris eſt vſque adhuc. * [b] Qui diligit fra- [b] Inf. 3. c. 14
trem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in
11 eo non eſt. * Qui autem odit fratrem ſuum, in
tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò
eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.
12 * Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vo-
13 bis peccata propter nomen eius. * Scribo vobis
patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio
eſt. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis
14 malignum. * Scribo vobis infantes, quoniam
cognouiſtis patrem. Scribo vobis iuuenes, quo-
niam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vo-
15 bis, & viciſtis malignum. * Nolite diligere mun-
C dum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis dili-
16 git mundum, non eſt charitas Patris in eo: * quo-
niam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia
carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia

vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.
*Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui 17
autem facit voluntatem Dei, manet in æter-
num.* Filioli, nouiſſima hora eſt: & ſicut audi- 18
ſtis quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti
multi facti ſunt: vnde ſcimus, quia nouiſſima
hora eſt.* Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex 19
nobis: nam, ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent
vtique nobiſcum: ſed vt manifeſti ſint quoniam
non ſunt omnes ex nobis. * Sed vos vnctionem 20
habetis à Sancto, & noſtis omnia. * Non ſcripſi 21
vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi
ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium
ex veritate non eſt. * Quis eſt mendax, niſi is 22
negat quoniam Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt Anti- D
chriſtus, qui negat Patrem, & Filium. * Om- 23
nis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui
confitetur Filium, & Patrem habet.* Vos quod 24
audiſtis ab initio, in vobis permaneat: Si in vo-
bis permanſerit quod audiſtis ab initio, & vos
in Filio & Patre manebitis. * Et hæc eſt repro- 25
miſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æ-
ternam. * Hæc ſcripſi vobis de his, qui ſeducunt 26
vos. * Et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo, 27
maneat in vobis. Et non neceſſe habetis vt ali-
quis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos
de omnibus, & verum eſt, & non eſt menda-
cium. Et ſicut docuit vos: manete in eo. * Et 28
nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit,
habeamus fiduciam, & non confundamur ab
eo in aduentu eius. * Si ſcitis quoniam iuſtus 29
eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſti-
tiam, ex ipſo natus eſt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

ADVOCATVM. Orat Chriſtus vt homo pro nobis in cælo, vt S. Thom. ait 2.2. q.83. art. 10. Abulenſis Matth. 14 q 142. cum Origene Hom. 7. in Leuit. & Cyrill. lib. 11. in Ioan. cap. 7. Contrà ſentit Rupertus lib. de Diuin. Offic. c. 2. Chriſtum non orare, quia omnia in ſua poteſtate habet. Sed præſtat Chriſtum confiteri *παράκλητον*, *aduocatum*. Nec ex hoc ſequitur, Sanctos non orare pro nobis, vti Auguſtinus hoc loco contra hæreticos ait. Chriſtus eſt primarius aduocatus, Sancti ſecundarij. 1

ET IPSE EST PROPITIATIO, ſuo ſanguine obtinuit; orat que cùm ſua pro nobis Vulnera Patri oſtendit. Vt miles, qui vulnera accepta Principi repræſentat, efficaciùs petit quàm ſi loqueretur. 2

QVI DICIT SE NOSSE EVM. i. amare, id oſtendere debet per opera & obſeruationem mandatorum. 4

QVI AVTEM SERVAT VERBVM EIVS. i præcepta, in hoc eſt charitas. 5

NON MANDATVM NOVVM SCRIBO VOBIS, quia olim præceptum erat, *Diliges proximũ tuum.* ſed à Chriſto Ioan. 13. v. 34. vocatur *nouum mandatum*, & hîc etiam v. 8. quoniam denuò inculcatur quod erat antiquum, & quoniam veteris iam erant obliti. 7

QVOD VERVM EST ET IN IPSO, ET IN VOBIS. Locus difficilis. ſi legeretur *in nobis*, vt Gotth. habet, & duo codices Græci Roberti, facilior eſſet explicatio, vt *in ipſo* ad Chriſtum referatur, qui præceptum dilectionis *nouum* vocauit loco citato, & *in nobis* ad ipſum Ioannem, qui id ipſum hîc dicit. QVIA TENEBRÆ TRANSIERVNT. Eius præcepti iam antiqui erant obliti, cum noua luce Euangelij rurſus innouatur. Si quis meliora attulerit, gratias habeam. 8

ET SCANDALVM IN EO NON EST. ſ. qui fratrem amat, non offenditur eius erratis, quia ea non videt, operit amor. Ergo *ſcandalum* pro offendiculo. 10

ET IN TENEBRIS AMBVLAT. Qui odit, ſemper in 11 rebus fratris impingit, vt qui noctu ambulat. Etenim inuiſi ſemel etiam benefacta offendunt.

12 SCRIBO VOBIS FILIOLI, ſ. mei. QVONIAM REMITTVNTVR VOBIS PECCATA. ſ. in Baptiſmo, nomine Chriſti in forma expreſſo.

13 SCRIBO VOBIS PATRES, QVONIAM COGNOVISTIS, Deum ſ. & Verbum, quod erat in principio. SCRIBO VOBIS ADOLESCENTES. Gotth. *iuuenes*. Græcè, *νεανίσκοι*.

14 INFANTES, QVONIAM COGNOVISTIS PATREM. ſ. veſtrum, ei obediendo. In quibuſdam codicibus additur v. 13. ijſdem verbis etiam Græc. Syr. ſed Louan. & Rom. abſtulerunt. Habent hîc & explicant Auguſtinus, Beda, Oecumenius. VOBIS IVVENES. Ij ſolent de fortitudine gloriari. Ergo QVONIAM FORTES ESTIS in fide, ET VICISTIS MALIGNVM. i. diabolum.

15 NOLITE DILIGERE MVNDVM. quoniam in eo eſt

16 CONCVPISCENTIA CARNIS. per quam libidinem, ganeam, ludos intelligit Auguſtinus. omnia quæ ad mollitiem & voluptatem corporis pertinent. ET CONCVPISCENTIA OCVLORVM. Auaritia, in ornatu & ædificijs elegantia nimia. ET SVPERBIA VITÆ. Omne genus arrogantiæ, faſtus, aliorum deſpectus.

18 NOVISSIMA HORA EST, tempus inſtat, iudicij dies. AVDISTIS QVIA ANTICHRISTVS VENIT. in præſenti, pro, venturus eſt. ET NVNC ANTICHRISTI MVLTI. q. d. verum id eſt, ſed iam id eſt impletum, non vnus, ſed multi venerunt. ſ. hæretici. Ex eo cognoſcimus inſtare horam nouiſſimam.

19 EX NOBIS PRODIERVNT. Hæretici prodierunt ex Eccleſia. SED NON ERANT EX NOBIS. i. ex electis. NON SVNT OMNES EX NOBIS. Gotth. *non erant omnes ex nobis*. Syr. *vt innoteſcat eos ex nobis non fuiſſe*.

20 SED VOS VNCTIONEM HABETIS, vt ſ. eos & omnia cognoſcatis.

21 OMNE MENDACIVM EX VERITATE NON EST. i. à Deo, ei aduerſatur.

22 NISI IS QVI NEGAT, QVONIAM IESVS EST CHRISTVS? Græc. Regia, *Ieſus non eſt Chriſtus?* Verùm negatio redundat in verbo *negat* incluſa, & plerique eam Expoſitores omittunt.

23 OMNIS QVI NEGAT FILIVM. Iudæos perſtringit, qui negabant Chriſtum eſſe Dei Filium. QVI CONFITETVR FILIVM, ET PATREM HABET. Hoc Græc. non eſt, ſed vitio: nam Syr. id habet, & quatuor Roberti codices Græci, tum Veleſius.

24 QVOD AVDISTIS AB INITIO, IN VOBIS PERMANEAT. Gotth. *permanet*. Verùm alij codices reclamant, nec benè ſequentia cohærent. q. d. ſi in vobis permanſerit quod audiſtis, in Filio & Patre manebitis.

25 ET HÆC EST REPROMISSIO, nempe *manere in Deo*, quæ vita æterna eſt.

27 ET NON NECESSE HABETIS VT ALIQVIS DOCEAT VOS. Hoc erat in primitiua Eccleſia, vt ait Chryſoſtomus, libris & magiſtris opus non erat ob affluentiam Spiritus ſancti. In eius vnctione ſi permanſerint, facilè ſeductores vitabunt, vt mox ait.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 IVSTVM. adeoque dignum qui à Patre impetret.

2 PROPITIATIO. pro, propitiator. NOSTRIS. i. Chriſtianorum. TOTIVS MVNDI. ſ. quantum ex ipſo eſt.

3 QVONIAM. pro, quod. COGNOVIMVS. ſ. vt par eſt.

5 VERBVM. i. mandatum. PERFECTA. ſ. quantum ſufficit ad ſalutem. IN HOC. i. per hanc obſeruantiam mandatorum. IN IPSO. i. eius amici, ſeu ipſi coniuncti.

6 MANERE. ſ. vt membrum in corpore, aut palmitem in vite. AMBVLAVIT. i. vixit, ſeu conuerſatus eſt.

7 CHARISSIMI. Græc. *fratres*. NON MANDATVM, &c. q. d. non vobis rem nouam præcipio, ſed quam accepiſtis ex quo Chriſtiani eſtis. AVDISTIS ſ. à me hactenus. vel à principio conuerſionis veſtræ de Dei dilectione.

Iterum. i. rurſum. Græc. πάλιν. q. d. quamquam 8
nouum illud poſſum verè dicere. Novum. ſ. de proxi-
mi dilectione. ſic enim illud Chriſtus vocauit. Vide
Ioan. 13. Verum. i. perfectum, vel veritatis plenum.
In ipso. i. in ſe. In vobis. ſ. faciens vos perfectos. vel,
in luce ambulantes. Qvia. q. d. nouum eſt, per no-
uam lucem in mundum per Chriſtum allatam. Te-
nebræ. ſ. errorum & peccatorum.

Scandalum, &c. q. d. nulli eſt ſcandalo. 10

Nomen eius. i. ipſum. ſ. Chriſtum. 12

Ab initio est. i. ſemper fuit. Malignum. ſ. dia- 13
bolum. Græc. τὸν πονηρόν, *illum malum*.

Infantes. Græc. παιδία. i. *pueri*, ſeu *filioli*. Tres di- 14
ſtinguit ætates, ſ. puerorum, iuuenum, & ſenum.

Patris. i. in Patrem Deum. 15

Oculorum. ſ. auaritiæ cupiditas, ſeu curioſitatis. 16
Superbia vitæ. Syr. *faſtus mundi*.

Transit. q. d. citò deſinet. 17

Hora. i. tempus. Venit. præſens tempus eſt pro 18
futuro. Antichristi. De hæreticis loquitur: Aug. 2.
lib. Contra aduerſ. Leg. & Proph.

Non erant ex nobis. i. ex numero prædeſtinato- 19
rum: Aug. 2. de Prædeſt. Sed, vt, &c. q. d. Ideò tales
euaſerunt, vt appareret, &c.

Sancto. ſ. Spiritu. Nostis omnia. ſ. ad ſalutem 20
neceſſaria. Syr. *vnumquemque hominem diſcernitis*.

Et qvoniam, &c. ſ. ſcientibus. Non est. i. non 21
procedit, ſed ei aduerſatur.

Habet. Syr. *credit*. Habet. Syr. *confirmetur*. 23

Repromissio. pro, promiſſio. 25

De his. i. propter eos. 26

Doceat. ſ. quæ iam didiciſtis, vel ad ſalutem neceſ- 27
ſaria. Vnctio. i. Chriſtianiſmus. *Chriſtianus* enim
quaſi *vnctus*. & quidem Græc. hic χρῖσμα. Et sicut.
pro, igitur ſicut.

Confundamur. i. pudefiamus. q. d. ne nos con- 28
fundat, ſeu pudefaciat, cùm ad iudicium venerit.

Ivstvs. i. Chriſtus. 29

CAPUT III.

De Dei erga nos charitate, & quomodo diſtinguantur qui ex Deo ſunt & qui ex diabolo: de dilectione & odio fratrum: qui mentis puritate & fide in Chriſtum quippiam à Deo petit, impetrat.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pa- 1
ter, vt filij Dei nominemur & ſimus. Pro- A
pter hoc mundus non nouit nos: quia non no-
uit eum. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus: & 2
nondum apparuit quid erimus. Scimus quo-
niam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quo-
niam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui 3
habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & il-
le ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum, & 4
iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas.
Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata noſtra 5 [Iſa. 53. b.9 1. Pet. 2. d.22]
tolleret: & peccatum in eo non eſt. Omnis qui 6
in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat,
non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, ne- 7
mo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt: B
ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, 8 [Ioan. 8. f.44]
ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus pec-
cat. In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat ope-
ra diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, pecca- 9
tum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo ma-
net, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo na-
tus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij 10
diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt ex
Deo, & qui non diligit fratrem ſuum: quoniam 11
hæc eſt annuntiatio, quam audiſtis ab initio, vt [Ioan. 13. d.34. & 15. b.12]
diligatis alterutrum. Non ſicut Cain, qui ex 12 [Gen. 4. b.8]
maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Et pro-
pter quid occidit eum? Quoniam opera eius
13 maligna erant: fratris autem eius, iuſta. Nolite
14 mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus
C quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam,
quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, [Leu. 19. d.17]
15 manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum,
homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homici-
da non habet vitam æternam in ſemetipſo ma-
16 nentem. In hoc cognouimus charitatem [Ioan. 15. b.13]
Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis po-
ſuit: & nos debemus pro fratribus animas po-
17 nere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mun- [Iac. 2. c.17]
di, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habe-
re, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo cha-
18 ritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diliga-
mus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.
19 in hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſu-
mus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda
20 noſtra. Quoniam ſi reprehenderit nos cor no-
ſtrum: maior eſt Deus corde noſtro, & nouit
21 omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non repre-
henderit nos, fiduciam habemus ad Deum:
22 & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: [Mat. 21. c.22]
quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ
23 ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt [Ioan. 6. d.29. & 17. a.3]
mandatum eius: Vt credamus in nomine Filij
eius Ieſu Chriſti: & diligamus alterutrum, ſicut
24 dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat man- [Ioan. 13. d.34. & 15. b.12]
data eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc
ſcimus quoniam manet in nobis de Spiritu,
quem dedit nobis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Videte, aut *videtis*. Qvalem charitatem dedit nobis Pater. i. quã charos nos habeat, quantopere nos diligat. Vt filii Dei nominemur et simus. Illud & *ſimus* in pleriſque Græcis codicibus nõ eſt. quinq; Roberti habent, & *ſumus*. ſic Goth. Propter hoc mundus non novit nos. i. nõ habet nos gratos, quia Deum, qui eſt noſter pater, ignorat.

2 Nondum apparvit qvid erimus. Ad Coloſſ. 3. v. 3. *Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto*. Scimus. pro, ſed ſcimus, quòd ſimiles ei erimus. In quo eſt ſimilitudo? nempe, vt ipſe Deum videt, ſic nos ipſum videbimus.

3 Qvi habet hanc spem in eo, sanctificat se, i. ſtudet vitæ probitati.

4 Et peccatum est iniqvitas. Quomodo *peccatum, delictum, ſcelus*, & *iniquitas* differant, Gregorius Moral. lib. 11 cap. 21.

6 Omnis qvi in eo manet, non peccat. quamdiu & quatenus manet. Et qui peccat, Non vidit eum, nec cognovit eum, notitiâ approbationis, vt Chriſtus de peccatoribus, *Non noui vos*.

7 Qvi facit ivstitiam, non qui apprehendit iuſtitiam Chriſti, vt hæretici volunt, ivstvs est.

9 Omnis qvi natvs est ex Deo. i. electus. Peccatum non facit. ſ. graue. Alioqui omnes ſumus peccatores. Quòd ſi aliquando facit, non perſeuerat, non ſedet in cathedra peſtilentiæ, non inficit alios. Et non potest peccare id genus peccati; aut certè, quamdiu in eo Dei ſemen manet.

10 Omnis qvi non est ivstvs. Goth. Græc. & Syr. *qui non facit iuſtitiam, is non eſt ex Deo*. i. eius filius.

11 Qvoniam hæc est annvntiatio. Præceptum, aut Euangelij ſumma in eo vertitur, vt diligatis inuicem. Non ſicut Cain, qui fratrem ſuum occidit.

12 Qvi ex maligno erat. i. ex diabolo, ἐκ τοῦ πονηροῦ, vt in Oratione Dominica; *libera nos à malo*, ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. i. à diabolo.

13 Nolite mirari fratres, si odit vos mvndvs. ſicut Cain fratrem, quia opera diſſimilia. Nos contrà diligamus fratres, vt viuamus.

OMNIS QVI ODIT FRATREM SVVM, HOMICIDA 16
EST. Vt qui cupit mulierem, mœchatus dicitur eam in
corde ſuo.

QVI HABVERIT SVBSTANTIAM HVIVS 17
MVNDI. Græc. & Syr. non eſt *huius*. Regia & Louan.
abſtulerunt. Tum pro ſubſtantia Græc. βίος. i. *vita*,
ſed pro victu & aliis quæ ad vitam pertinent, *vita* ſu-
mitur.

NON DILIGAMVS VERBO, NEQVE LINGVA. ſup- 18
ple, *tantùm*, vt eſt in Goth. vult autem ſimulatas ami-
citias vitari. Aut pergit in eo, quod de paupere cœpit,
non verbo illi ſubueniendum, ſed opere. In hoc noui-
mus ex veritate vos eſſe.

ET IN CONSPECTV EIVS. ſ. Dei, SVADE- 19
BIMVS CORDA NOSTRA. i. confidemus, redde-
mus conſcientiam ſecuram. πείθω *ſuadere & confidere*
ſignificat, quod hîc Græc. eſt, & pro eo noſter vertit
ſuadebimus.

QVONIAM SI REPREHENDERIT COR NOSTRVM. 20
Goth. *non reprehenderit*. Verùm omnes alij codices re-
fragantur. Senſus eſt, ſi cor. i. conſcientia nos accuſat,
non poterimus coram Deo fidere: quoniam Deus
maior eſt, & nouit omnia.

SI COR NOSTRVM NON REPREHENDERIT NOS, 21
neque ſumus nobis conſcij amoris ſimulati, poteri-
mus fidere, quod verſ. 19. dixit coram Deo, & quid-
quid petierimus, accipiemus.

ET HOC EST MANDATVM EIVS. vt credamus in 23
Deum, ſed fides charitati ſit coniuncta. ET DILIGA-
MVS ALTERVTRVM, ſeu *inuicem*, vt Goth.

ET IN HOC SCIMVS. i. coniicimus; nam euiden- 24
ter non cognoſcimus, quòd Deus manet in nobis, ſed
ex coniectura. DE SPIRITV, QVEM DEDIT NOBIS.
i. voluntate exequendi mandata, & fratres diligendi.
Aut loquitur de miſſione viſibili Spiritus ſancti, quæ
erat in primitiua Eccleſia, per quam certò ſciebant ſe
in gratia eſſe.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DEDIT. i. exhibuit. q. d. quantum nos dile- 1
xerit.

APPARVERIT. ſ. quid erimus. 2

SANCTIFICAT. i. ſanctum facit. q. d. ſtudet ſan- 3
ctitati.

ET PECCATVM. pro, nam peccatum. 4

APPARVIT. i. venit. ſic infrà. 5

NON PECCAT. ſ. quamdiu in eo manet. COGNO- 6
VIT. ſ. quatenus peccat.

ISTE. ſ. Chriſtus. 7

AB INITIO. ſ. mundi, vel ex quo cœpit peccare. 8
PECCAT. i. inducit ad peccatum, vel perſeuerat in pec-
cato. IN HOC. i. ad hoc.

NON FACIT. ſ. quatenus ex Deo natus eſt, ſeu quam 9
diu Dei SEMEN. i. gratia, in eo manet.

MANIFESTI SVNT. Syr. *diſtinguuntur*. 10

INITIO. ſ. conuerſionis. 11

MALIGNO. i. diabolo. 12

MVNDVS i. mundani. ſ. peccatores, ſeu impij. q. d. fa- 13
ciunt id, quia opera eorum mala ſunt.

QVONIAM. pro, nam. q. d. id eſt argumento. 14

HOMICIDA. ſ. ſui, vel fratris; animo, ſeu voluntate. 15
VITAM ÆTERNAM. i. gratiam, per quam obtinetur vi-
ta æterna.

DEI. ſ. Chriſti. DEBEMVS. ſ. cùm opus fuerit ad 16
eorum ſalutem.

SVBSTANTIAM. i. diuitias. CLAVSERIT, &c. i. mi- 17
ſertus non fuerit.

NEQVE LINGVA. Repetitio. 18

IN HOC. ſ. ſi diligamus opere. SVADEBIMVS, &c. 19
.i. ſatisfaciemus cordibus, vulgò *contentabimus*, ſeu
quietabimus. Vide Matth. 28. Gal. 1.

QVONIAM. pro, quod. MAIOR EST. q. d. non po- 20
teſt eum id latere.

IN NOMINE FILII. i. in Filium. 23

DE SPIRITV, &c. i. ex hoc quòd Spiritum ſuum no- 24
bis dedit. ſ. gratiam ſuam.

CAPVT IV.

Qui ſpiritus ex Deo ſint, & qui non: cùm Deus ſua nos dilectione præuenerit, dato pro nobis Filio ſuo, debemus & nos Deum ac proximum diligere: perfecta autem charitas foras mittit timorem.

1 CHariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed
A probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniam
multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum.
2 * In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis ſpiri-
tus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ve-
3 niſſe, ex Deo eſt: * & omnis ſpiritus, qui ſoluit
Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus,
de quo audiſtis quoniam venit, & nunc iam in
4 mundo eſt. * Vos ex Deo eſtis filioli, & viciſtis
eum, quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quàm
5 qui in mundo. * [n] Ipſi de mundo ſunt: ideò de [n] Ioan. 8.
6 mundo loquuntur, & mundus eos audit. * Nos f. 47
B ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui
non eſt ex Deo, non audit nos: in hoc cognoſci-
mus Spiritum veritatis, & ſpiritum erroris.
7 * Chariſſimi, diligamus nos inuicem: quia chari-
tas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo na-
8 tus eſt, & cognoſcit Deum. * Qui non diligit,
non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt.
9 * [o] In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quo- [o] Ioan. 3.
niam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in b. 16
10 mundum, vt viuamus per eum. * In hoc eſt
charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed
quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium
11 ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. * Cha-
C riſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus
12 alterutrum diligere. * [p] Deum nemo vidit vn- [p] Ioan. 1.
quam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis ma- c. 18
13 net, & charitas eius in nobis perfecta eſt. * In 1. Tim. 6.
hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & c. 17
ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit no-
14 bis. * Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam
Pater miſit Filium ſuum Saluatorem mundi.
15 * Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt
16 Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. * Et
nos cognouimus, & credidimus charitati, quam
habet Deus in nobis. Deus Charitas eſt: & qui
manet in charitate, in Deo manet, & Deus in
17 eo. * In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum,
D vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut
18 ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. * Timor
non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras
mittit timorem: quoniam timor pœnam habet.
qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.
19 * Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus
20 prior dilexit nos. * Si quis dixerit quoniam di-
ligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax
eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem
videt, Deum, quem non videt, quomodo po-
21 teſt diligere? * [q] Et hoc mandatum habemus [q] Ioan. 13.
à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fra- d. 34. & 15
trem ſuum. b. 12
Eph. 5. a. 2

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 NOLITE OMNI SPIRITVI CREDERE. i. Doctori di-
centi ſe habere ſpiritum Dei. SED PROBATE.
.i. examinate ſpiritus, Doctorum ſ.

2 IN HOC COGNOSCITVR. ſic Syr. Græc. *cognoſcite*,
γινώσκετε. noſter Interpres legit γινώσκεται.

3 QVI SOLVIT IESVM. Græc. & Syr. *& omnis qui
confitetur Ieſum veniſſe in carne*. ſed perinde eſt. *Sol-
uere Ieſum*, eſt illi diuinam aut humanam naturam de-

trahere. Verùm Græcam lectionem ſequitur Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, cap. 7 Noſtram Leo epiſt. 10. cap. 5. Socrates in Hiſtor. Tripart. lib. 12. cap. 4. Auguſtinus Tract. 6. legit & exponit vtramque. ET HIC EST ANTICHRISTVS. Græc. *& hic* (ſ. ſpiritus) *eſt Antichriſti*, quam lectionem Cyprianus habet. DE QVO AVDISTIS, aut *quem audiſtis*, Gotth. & Græc. QVONIAM VENIT. in præſenti, ἔρχεται. i. *venturus eſt*. ET NVNC IAM IN MVNDO EST. ſ. hæretici ſunt Antichriſti.

4 VOS EX DEO ESTIS FILIOLI. Sic ſæpè vocat, vt dilectionem erga eos exaggeret. ET VICISTIS EVM, ſ. Antichriſtum. ſic Regia & Louan. At Græc. Syr. Gotth. *viciſtis eos*. ſ. pſeudodoctores aut Prophetas. QVONIAM MAIOR EST Deus, QVI IN VOBIS EST, QVAM QVI IN MVNDO. ſ. diabolus princeps mundi. Ideò viciſtis.

6 IN HOC COGNOSCIMVS SPIRITVM VERITATIS, cùm ſ. quis audit nos. ET SPIRITVM ERRORIS, cùm quis nos non audit, nec nobis obedit. Diligamus inuicem.

7 ET OMNIS QVI DILIGIT (ſ. *fratrem ſuum*, vt Gotth. exprimit) EX DEO NATVS EST, eius filius eſt.

8 QVI NON DILIGIT, NON NOVIT DEVM, non eſt ei amicus. QVONIAM DEVS CHARITAS EST. i. non modò nos amat, ſed eſt ipſa charitas. Qui ergo non diligit, ei ſimilis non eſt, neque Dei filius, neque ei amicus.

10 IN HOC EST CHARITAS. i. hoc eſt charitatis Deí erga nos argumentum. Quòd cùm eum non diligeremus, IPSE PRIOR DILEXIT NOS. Vox *prior*, Græc. & Syr. non eſt. Louan. & Regia reiecerunt ad marginem.

12 DEVM NEMO VIDIT VMQVAM, viuens ſ. & in ſua ſubſtantia. An Moyſem & Paulum excipere debeamus, diſputat Schola: inde petatur. Senſus eſt, Dilectionem Dei erga nos non vidimus. Ei reſpondere non poſſumus, quem non videmus; diligamus fratres quaſi eius vicarios. ET CHARITAS EIVS. ſ. Dei. IN NOBIS PERFECTA EST, ſi diligamus inuicem. Charitatis duæ ſunt partes; Dei dilectio, & fratrum. Qui eos diligit, charitatem ſuis componit & perficit partibus.

13 IN HOC COGNOSCIMVS. Repetit verſum vltimum ſuperioris capitis, nec noua expoſitione eget. Plena repetitionibus hæc Epiſtola eſt. Nos vidimus quòd

14 PATER MISIT FILIVM SVVM SALVATOREM. i. vt eſſet Saluator MVNDI.

17 IN HOC. i. ad hoc. PERFECTA EST CHARITAS DEI NOBISCVM, ſeu *in nobis*. vt Gotth. Ea eſt vtilitas charitatis perfectæ & conſtantis ex amore Dei & fratrum, VT FIDVCIAM HABEAMVS, ſine timore ſimus in die iudicij. QVIA SICVT ILLE EST. Syr. *fuit*. ET NOS SVMVS IN HOC MVNDO. Vt ille iuſtus, vt Deum & fratres dilexit, ſic nos facimus. Charitas ergo perfecta dat fiduciam, excludit timorem.

18 TIMOR NON EST IN CHARITATE. Si perfecta eſt, timorem pellit. QVONIAM TIMOR POENAM HABET. Syr. *turbationem*. Charitas autem dulcis eſt & quieta.

20 DEVM, QVEM NON VIDET. Ob id verſ. 12. dixit, *Deum nemo vidit vmquam*. Ergo qui fratrem non diligit, quem videt, Deum quomodo diliget, quem non videt? Ita dilectio fratrum eſt ipſa dilectio Dei. quoniam in eo Deo obedimus, & frater ſupplet vices Dei, iuxta illud, *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sanctis, qui in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis*: Pſalmo 15. verſ. 1.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PROBATE. i. examinate. SPIRITVS. i. mentis propriæ vel alienæ impulſus, ſeu motiones. ſ. videntur interdum reuelationes, & ſunt illuſiones.

3 SOLVIT. ſ. negans, vel Deum, vel hominem. Græc. & Syr. *non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe*. ANTICHRISTVS. Græc. & Syr. *Antichriſti*. VENIT. pro, venturus eſt, ſeu erat. præſens pro futuro.

4 EVM. Græc. *eos*. ſ. pſeudoprophetas i. hæreticos.

6 IN HOC. ſ. ſi nos audiat, aut non audiat.

10 EST. i. demonſtrata eſt. QVASI. Græc. *quòd*. PROPITIATIONEM. i. propitiatorem.

12 PERFECTA. ſ. quantum ſatis eſt ad ſalutem.

15 CONFESSVS. ſ. fide charitate formata.

16 CHARITATI. Græc. *charitatem*. NOBIS. pro, nos. CHARITAS EST, & charitatis auctor.

17 IN HOC, &c. q. d. Ad hoc nos amauit perfectè, vt, &c. vel, Ad hoc nos mouet charitas in Deum, vt, &c. EST. pro, fuit i. vixit. SVMVS. i. viuimus. ſ. illum imitantes.

18 IN CHARITATE. q. d. charitas non timet ſeruiliter. TIMOREM. ſ. ſeruilem. POENAM. i. cruciatum. Syr. *perturbationem*. AVTEM. pro, ergo.

CAPVT V.

De natis ex Deo, veraque erga ipſum charitate: fides mundum vincit: tres in terra teſtantur Chriſtum verum hominem, & tres in cælo verum Dei filium, in quem credens habet vitam æternam: de peccato ad mortem, & non ad mortem.

1 OMNIS qui credit, quoniam Ieſus eſt Chri-
A ſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit
eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex
2 eo. * In hoc cognoſcimus quoniam diligimus
natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata
3 eius faciamus. * Hæc eſt enim charitas Dei, vt
mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius
4 grauia non ſunt. * Quoniam omne quod natum
eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt vi-
5 ctoria, quæ vincit mundũ, fides noſtra. * [n] Quis [n] 1. Cor. 15. g. 57
eſt, qui vincit mundum, niſi qui credit quo-
6 niam Ieſus eſt Filius Dei? * hic eſt, qui venit per
B aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in a-
qua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus
eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veri-
7 tas. * Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant
in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: &
8 hi tres vnum ſunt. * Et tres ſunt, qui teſtimo-
nium dant in terra: Spiritus, & aqua, & ſanguis:
9 & hi tres vnum ſunt. * Si teſtimonium homi-
num accipimus, teſtimonium Dei maius eſt:
quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod ma-
ius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo.
10 * Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium
C Dei in ſe. [o] Qui non credit Filio, mendacem fa- [o] Ioan. 3. d. 36
cit eum: quia non credit in teſtimonium quod
11 teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo. * Et hoc eſt te-
ſtimonium, quoniam vitam æternam dedit no-
12 bis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt. * Qui ha-
bet Filium, habet vitam: qui non habet Filium,
13 vitam non habet. * Hæc ſcribo vobis: vt ſciatis
quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in
14 nomine Filij Dei. * Et hæc eſt fiducia, quam ha-
bemus ad eum: Quia quodcumque petierimus
15 ſecundùm voluntatem eius, audit nos. * Et ſci-
mus quia audit nos quidquid petierimus: ſci-
mus quoniam habemus petitiones quas poſtu-
16 lamus ab eo. * Qui ſcit fratrem ſuum peccare
D peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei
vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad
17 mortem: non pro illo dico vt roget quis. * Om-
nis iniquitas, peccatum eſt: & eſt peccatum ad
18 mortem. * Scimus quia omnis qui natus eſt ex
Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat

eum,& malignus non tangit eum. *Sciмus quo- 19
niam ex Deo ſumus: & mundus totus in ma-
ligno poſitus eſt. * Et ſcimus quoniam Filius 20
* Luc. 24. 45 Dei venit, * & dedit nobis ſenſum vt cognoſca-
mus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius.
Hic eſt verus Deus, & vita æterna. * Filioli, cu- 21
ſtodite vos à ſimulacris. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

QVI CREDIT, QVONIAM IESVS EST CHRISTVS. 1
.i. Meſſias promiſſus, qui id credit fide formata, EX DEO NATVS EST. i. filius Dei eſt. QVI DILIGIT EVM QVI GENVIT. i. Deum. DILIGIT ET EVM QVI NATVS EST EX EO. i. fratres, Dei filios.

IN HOC COGNOSCIMVS. Econtrariò, ſi fi- 2
lios Dei diligimus, Deum diligimus,& mandata eius ſeruamus.

HÆC EST ENIM CHARITAS DEI. Eò pertinet, vt 3
mandata ſeruentur.

QVONIAM. pro, certè, profectò. OMNE QVOD 4
NATVM EST EX DEO i. filij Dei. VINCIT MVNDVM. pro, vincet mundum. i. infideles. De illis triumphabit. ET HÆC EST VICTORIA. in hoc victoria conſiſtit. FIDES. contra vires omnes dilatata per vniuerſum orbem. q. d. non eſt parum eſſe Dei filium. Hoc fit per Chriſtum.

QVI VENIT PER AQVAM. ſ. Baptiſmi. ET SAN- 6
GVINEM, vt ſ. Baptiſmo nos ablueret, ſanguine redimeret. Id ſignificarunt aqua & ſanguis, quæ fluxerunt è latere Chriſti. ET SPIRITVS EST, QVI TESTIFICATVR. Ioan. 1. verſ. 33. *Super quem videris Spiritum deſcendentem, ille eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* QVONIAM CHRISTVS EST VERITAS. Græc. & Syr. *quoniam Spiritus eſt veritas.* Iuxta noſtram lectionem ſenſus, *Chriſtus eſt veritas* i. verus Meſſias. Iuxta Græcam: ideò Spiritus teſtificatur, & eſt teſtis idoneus, quia veritas eſt. Nec ſolùm Spiritus teſtificatur, & eſt teſtis idoneus, quia veritas eſt,

QVONIAM TRES SVNT, QVI TESTIMONIVM 7
DANT IN CÆLO. Hic verſus Syr. non eſt, nec in quibuſdam Græcis codicibus: olim erat, teſte Hieronymo in Prologo ſeptem Canonicarum, ſublatus ſ. Arianorum fraude. Auguſtinus autem lib. 3. contra Maximinum, Leo epiſt. 10. cap. 5. Cyrillus 4. Theſauri cap. 5. Beda & Oecumenius hic hunc verſum non habent. ſed certè Pater de Chriſto teſtimonium dedit, cùm dixit: *Hic eſt Filius meus dilectus.* Verbum ſuis operibus Spiritus ſanctus in Baptiſmo, & cùm Chriſtus illum miſit. ET HI TRES VNVM SVNT. In quibuſdam Græcis codicibus legitur, *in vnum ſunt.* Sed perinde eſt, Geneſ. 2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 5. *Et erunt duo in carnem vnam,* vt Græc. eſt, ſignificat, Et erunt duo vna caro.

TRES SVNT, QVI TESTIMONIVM DANT IN TER- 8
RA. In quibuſdam Græcis codicibus non eſt *in terra,* neque in Syr. SPIRITVS, ET AQVA, ET SANGVIS. *Spiritus,* quem poſuit in morte; *aqua & ſanguis,* quæ fluxerunt de latere, teſtantur verum eſſe hominem. ET HI TRES VNVM SVNT. In Regiis Græcis & in Vulgata Reg. eſt ſublatum, at Patres verſ. 7. adducti illud habent. Plerique Græci codices, *& hi tres in vnum ſunt.* ſed perinde eſt. Sunt autem *vnum* teſtificatione, vnum & idem teſtantur. Quòd ſi hominibus credimus, maius eſt teſtimonium Dei;

QVONIAM HOC EST TESTIMONIVM DEI, 9
QVOD MAIVS EST, QVONIAM. Græc. non eſt illud, *maius eſt, quoniam,* ſed ſic, *Hoc eſt teſtimonium Dei quod teſtificatus eſt.* conſentit Syr. ſententia non diſcrepat. Fuit autem teſtimonium, cùm dixit: *Hic eſt Filius meus.* Hìc in Goth. adduntur multa, quæ vt notha reliquimus.

ET HOC EST TESTIMONIVM, QVONIAM VITAM 11
ÆTERNAM DEDIT NOBIS DEVS, pollicitus ſ. eſt. ET HÆC VITA IN FILIO EIVS EST. i. per Filium eius virtute eſt daturus. Quando id? Nempe cùm dixit: *Hic eſt Filius meus dilectus, ipſum audite,* vt ſcilicet accipiatis quod in Transfiguratione videtis, gloriam & vitam.

12 QVI HABET FILIVM. Goth. additur, *Dei,* hîc & in proximis verbis, QVI NON HABET FILIVM. Verùm alij codices reclamant. *Habere filium* eſt illi obedire & credere.

14 QVIA QVODCVMQVE PETIERIMVS SECVNDVM VOLVNTATEM EIVS. i. Chriſti, modò illi placeant quia bona & ſalutaria, ea dabit. AVDIT NOS. pro, audiet nos, Deum cùm petemus.

15 ET SCIMVS QVIA AVDIT NOS, quoniam impetramus quod petimus. Id verba ſignificant, quamuis intricata. Mox docet quid petere debeamus.

16 QVI SCIT FRATREM SVVM PECCARE. Si peccatum non eſt ad mortem, petat pro eo: ſi eſt ad mortem, NON PRO ILLO DICO VT ROGET QVIS. Nempe, ſi quis in peccato manifeſto obiit, nec ſepeliri in Eccleſia debet, aut ſi quis eſt obſtinatus, & peccat in Spiritum ſanctum, nulla ſpe pœnitentiæ. Aut agit de excommunicatis, qui priuantur Eccleſiæ ſuffragiis.

17 OMNIS INIQVITAS, PECCATVM EST. Repetit quod dixerat cap. 3. verſ. 4.

18 QVI NATVS EST EX DEO, NON PECCAT. ſ. ad mortem. De eo peccato agit Et quidem rarò contingit, vt electi & filij Dei grauiter peccent.

21 CVSTODITE VOS A SIMVLACRIS. Græc. *ab idolis.* Syr. *ab idolorum cultu.* Non agit de noſtris imaginibus, neque de earum cultu.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CREDIT. ſ. fide perfecta per charitatem.
2 IN HOC, &c. q. d. tum demum diligemus ex Deo natos, ſ. per gratiam, ſi Deum dilexerimus, & eius præcepta ſeruauerimus.
3 DEI. i. erga Deum.
4 QVONIAM. non videtur cauſalis, ſed continuatiua. OMNE QVOD NATVM. pro, omnis qui natus.
6 PER AQVAM. i. cum aqua. ſ. quæ de latere fluxit, vel qua baptizat. SANGVINEM. ſ. quo mundum redemit. SPIRITVS. ſ. ſanctus. CHRISTVS. Græc. & Syr. *Spiritus.* q. d. & ei credendum quia veritas eſt.
7 DANT. ſ. de Chriſto. IN CÆLO. pro, de cælo.
8 SPIRITVS. ſ. quem emiſit in cruce. AQVA ET SANGVIS. ſ. de latere fluentes. ex quo apparuit illum hominem eſſe, anima & carne conſtantem. ET HI TRES VNVM SVNT. Hæc non ſunt Græc nec in Complut.
9 QVONIAM TESTIFICATVS. Græc. *quo teſtificatus.*
10 HABET. ſ. per fidem. TESTIMONIVM. i. veritatem à Deo teſtatam. FILIO. Græc. *Deo.* ſed noſtra lectio magis placet.
11 TESTIMONIVM. ſ. opere datum. IN FILIO. i. per Filium.
13 CREDITIS. ſ. fide cum charitate. IN NOMINE FILII. i. in Filium.
15 HABEMVS PETITIONES. i. obtinemus res petitas.
16 NON AD MORTEM. i. non animo vſque ad mortem in eo peccato manendi. vel, non merens damnationem æternam, vel non per malitiam factum, iuxta illud Sap. 16. *Homo occidit per malitiam animam ſuam.* ſ. ſciens, & velut ſtudio, ſeu deſperatione. EI. ſ. peccatori, per huius orationem. NON PRO ILLO, &c. q. d. non ei promitto impetrationem.
17 AD MORTEM. ſ. omnis iniquitas, vel q. d. inter iniquitates eſt quædam quæ dicitur ad mortem. Græc. *non ad mortem.* q. d. ſunt quædam peccata non ad mortem. ſ. quæ per ignorantiam, vel infirmitatem committuntur, & non malitia, ſeu deſperatione.
18 GENERATIO DEI. i. ex Deo natiuitas. MALIGNVS. i. diabolus.
19 MALIGNO. i. peruerſitate, ſeu peccatis.
20 SENSVM. i. mentem. HIC. ſ. Filius.
21 CVSTODITE VOS. i. cauete. SIMVLACRIS. i. idolis.

EPISTOLA BEATI IOANNIS APOSTOLI SECVNDA.

Electam hanc eiuſque filios in charitate & fide confirmat, ne ab hæreticis ſeducantur: idque paucis; cætera ſeruans donec ad eos veniat.

SENIOR Electæ dominæ, & 1
natis eius, quos ego diligo in A
veritate, & non ego ſolus,
ſed & omnes qui cognoue-
runt veritatem, * propter 2
veritatem quæ permanet in
nobis, & nobiſcum erit in
æternum. * Sit vobiſcum gratia, miſericordia, 3
pax a Deo Patre, & à Chriſto Ieſu Filio Patris,
in veritate & charitate. * Gauiſus ſum valde, 4
quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in ve- B
ritate, ſicut mandatum accepimus à Patre. * Et 5
nunc rogo te domina, non tamquam manda-
tum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus
Iſa. 15. b. 12 ab initio, * vt diligamus alterutrum. * Et hæc 6
eſt charitas, vt ambulemus ſecundùm manda- C
ta eius. Hoc eſt enim mandatum, vt quemad-
modum audiſtis ab initio, in eo ambuletis:
* quoniam multi ſeductores exierunt in mun- 7
dum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum
veniſſe in carnem: hic eſt ſeductor, & anti-
chriſtus. * Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ 8
operati eſtis: ſed vt mercedem plenam accipia-
tis. * Omnis qui recedit, & non permanet in 9
doctrina Chriſti, Deum non habet: qui per-
manet in doctrina, hic & Patrem & Filium
habet. * Si quis venit ad vos, & hanc doctri- 10
nam non affert, nolite recipere eum in do- D
mum, nec AVE ei dixeritis. * Qui enim di- 11
cit illi AVE, communicat operibus eius mali-
gnis. * Plura habens vobis ſcribere, nolui per 12
chartam & atramentum: ſpero enim me fu-
turum apud vos, & os ad os loqui: vt gau-
dium veſtrum plenum ſit. * Salutant te filij ſo- 13
roris tuæ Electæ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

SENIOR. Græc. *presbyter*: Sic ſe vocat 1
propter ætatem, aut quia erat Epiſcopus. ſæpe Epiſcopi ſic vocantur. ELECTÆ. Aut nomen eius erat; aut quia ſatis nota, non exprimit nomen. Diligo te & filios

PROPTER VERITATEM QVÆ PERMANET IN 2
NOBIS. Aliqui codices Græci & Latini *in vobis & vobiſcum*.

3 SIT. Græc. *erit*. VOBISCVM GRATIA, MISERICORDIA, PAX. i. omnis felicitas futura & præſens. Hoc mando,

6 VT QVEMADMODVM AVDISTIS AB INITIO. ſ. cùm Euangelium accepiſtis, in eo perſtetis.

7 QVONIAM MVLTI SEDVCTORES EXIERVNT. Gotth. *prodierunt*. Græc. *ingreſſi ſunt*. noſter ἐξῆλθον, pro, εἰσῆλθον legit. facilis mutatio. QVI NON CONFITENTVR. Robertus affert codicem Græcum qui legit, *ſi quis non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, hic eſt ſeductor*. Connexio ſententiæ ſatis apta.

8 VIDETE VOSMETIPSOS, NE PERDATIS. Commodior lectio quàm Græca, *vt ne perdamus quæ operati ſumus, ſed accipiamus*. Verùm codices Græci variant. Robertus quatuor affert, qui hæc verba vt nos in ſecunda perſona habent. Qui ſecùs docet quàm accepiſtis,

10 NEC AVE EI DIXERITIS. ſit anathema. ſic Paulus, *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem deuita*, ad Tit. 3. verſ. 10.

12 PLVRA HABENS. Ante hæc verba multi codices etiam Gotth. habent, *Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini*. Sed Correctores id reiiciunt, aut obelo notant. SPERO ENIM ME FVTVRVM APVD VOS. Gotth. *venturum ad vos*. ſic Græca. VT GAVDIVM VESTRVM. Græc. *noſtrum* ſit plenum.

13 SALVTANT TE FILII SORORIS TVÆ ELECTÆ. Gotth *Electa*. Rectè, ſi codex alius contentiret.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DE charitate, veraque doctrina, & hæreſi.

1 SENIOR. Græc. *presbyter*. quo nomine ſignificatur etiam Epiſcopus. ELECTÆ. Nomen fortè proprium. vel q. d. electæ à Deo. Hieron. putat Eccleſiæ ſcribi. NATIS. i. liberis. IN VERITATE. i. verè, vel in Chriſto, qui eſt Veritas.

2 VERITATEM. ſ. doctrinæ.

3 IN VERITATE. i. cum veritate. ſ. fidei.

4 IN VERITATE. i. perfectè, ſeu ſanctè.

6 IN EO. ſ. mandato. vel, quod audiſtis, vel Chriſto.

7 EXIERVNT. Græc. *introierunt*. IN CARNEM. pro, in carne. ſeu, cum carne.

8 VIDETE VOSMETIPSOS. pro, cauete vobiſmetipſis. ESTIS. ſ. hactenus.

10 QVIS. ſ. talium doctorum. AVE. i. ſalutem.

12 OS AD OS. i. præſentem præſentibus. LOQVI. pro, locuturum. VESTRVM. Græc. *noſtrum*.

13 ELECTÆ. ſ. à Deo. vel eſt etiam id nomen proprium.

EPISTOLA BEATI IOANNIS APOSTOLI TERTIA.

Gaium collaudat quòd in veritate ambulet, & peregrinos humanè excipiat, ſubdens de Diotrephis calumniis & inhumanitate, ac Demetrio optimum perhibens teſtimonium, ſubiungens ſe illum breui inuiſurum.

SENIOR Gaio chariſſimo, 1
quem ego diligo in veritate. A
* Chariſſime, de omnibus 2
orationem facio proſperè te
ingredi, & valere, ſicut pro-
ſpere agit anima tua.* Gaui- 3
ſus ſum valdè venientibus B
fratribus, & teſtimonium perhibentibus verita-
ti tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. * Maiorem 4
horum non habeo gratiam, quàm vt audiam
filios meos in veritate ambulare.* Chariſſime, 5
fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc
in peregrinos, * qui teſtimonium reddiderunt 6
charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos, bene-
faciens, deduces dignè Deo: * Pro nomine enim 7
eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus. C
* Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt 8
cooperatores ſimus veritatis. * Scripſiſſem for- 9
ſitan Eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere
in eis, Diotrephes, non recipit nos.* propter hoc 10
ſi venero, commonebo eius opera, quæ facit,
verbis malignis garriens in nos: & quaſi non ei
iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres; & eos,
qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eiicit.
* Chariſſime, noli imitari malum, ſed quod bo- 11
num eſt. Qui benefacit, ex Deo eſt: qui male- D
facit, non vidit Deum. * Demetrio teſtimo- 12
nium redditur ab omnibus, & ab ipſa veritate,
ſed & nos teſtimonium perhibemus: & noſti
quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt.
* Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per atra- 13
mentum & calamum ſcribere tibi. * Spero au- 14
tem protinus te videre, & os ad os loquemur.
Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos no-
minatim.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SENIOR. Græc. *Presbyter.* De quo Epiſtola ſuperiori. GAIO CHARISSIMO. Græc. *Gaio dilecto.* Alij ſcribunt, *Caio.* An hic eſt ille *Caius*, ad quem extat Dionyſij Epiſtola? Pachymerius in eam Epiſtolam ait; nec ego reiicio. Vir magnus & ſanctus, vt ex hac Epiſtola conſtat.

2 DE OMNIBVS ORATIONEM FACIO PROSPERE TE INGREDI. i. oro vt in omnibus proſpereris. Gotth. *per omnia opto te benè agere*, εὔχομαι *orare* ſignificat & *optare*. Græc. *oro* ſeu *opto in omnibus te proſperè agere.* SICVT PROSPERE AGIT ANIMA TVA. i. vt tua probitas meretur.

4 MAIOREM HORVM NON HABEO GRATIAM. i. nihil mihi gratius eſt. Gotth. *maius horum non habeo gaudium.* ſic Græc. noſter pro χαρὰν. i. *gaudium*, legit χάριν. i. *gratiam.* ſed pro *maiorem horum*, legendum *huius*, vt eſt in aliquo Græco codice. Summâ, ſingulare gaudium capio, cùm audio filios meos rectè procedere. Benè facis cùm fratres recipis.

6 DEDVCES DIGNE DEO, vt Deo placet, iuuans illos viatico. Id ſignificat *deducere.*

9 SCRIPSISSEM FORSITAN ECCLESIÆ. Græc. *ſcripſi Eccleſiæ*, pro ἔγραψα, noſter legit ἔγραψα ἄν, & eſt ea lectio multò aptior. SED IS, QVI AMAT PRIMATVM, ambitionem incuſat. DIOTREPHES. Sic lege, non *Diotrepes*, vt Louan. & Regia. Si venero,

10 COMMONEBO, ὑπομνήσω, *increpabo*, arguam eius opera.

11 QVI MALEFACIT, NON VIDIT DEVM. i. non nouit perfectè, & vt oportet.

14 SALVTA AMICOS NOMINATIM, id eſt, ſigillatim.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LAudat Caij fidem & charitatem, hortaturque vt perſeueret.

1 GAIO. de quo Rom. 16. & 1. Cor. 1.

2 DE. pro, in. ORATIONEM FACIO. i. Deum oro. PROSPERE, &c. q. d. vt ſemper proſperè agas & valeas, vt nunc proſperè agis.

3 VERITATI. i. fidei. vel ſanctitati.

4 GRATIAM. Græc. & Complut. *gaudium.*

5 FIDELITER. i. vt decet fidelem. ſ. Chriſtianam. ET HOC. pro, præſertim.

6 DEDVCES. ſ. cum honore & viatico. DEO. pro, Dei cultu. quaſi dicat, vt par eſt facere Deo ſeruientes.

9 SCRIPSISSEM FORSITAN. Græc. *ſcripſi.* AMAT. i. optat, ſeu ambit. PRIMATVM, &c. i. præfici, ſeu primas tenere.

10 COMMONEBO. i. reducam in mentem, ſeu arguam, & conuincam. SVSCIPIVNT. Græc. *volunt ſuſcipere.* ECCLESIA. i. fratrum congregatione.

11 VIDIT. i. nouit.

EPISTOLA CATHOLICA BEATI IVDÆ APOSTOLI.

Monet vt firmi ſint in tradita ſemel fide aduerſus inſurgentes impios ac laſciuos, ſubdens de horum ſupplicio in modum Iudæorum ac Sodomorum: nam & hi nullum veriti, effrenè feruntur in omnem carnis concupiſcentiam, quos diuerſis rebus comparat: & iſtos ad Enoch ac Apoſtolorum de illis vaticinia reuocat.

IVDAS Ieſu Chriſti ſeruus, 1
frater autem Iacobi, his, qui A
ſunt in Deo Patre dilectis, &
Chriſto Ieſu conſeruatis, &
vocatis. * Miſericordia vo- 2
bis, & pax, & charitas adim-
pleatur. * Chariſſimi, om- 3
nem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de
communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere
vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſan-
ctis fidei. * Subintroierunt enim quidam homi- 4
nes (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium)
impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxu-
riam, & ſolum Dominatorem & Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum negantes. * Commo- 5
nere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, B
quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſal-
Num. 14 uans, ſecundò eos, qui non crediderunt, perdi-
f. 37 dit: * Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum 6
principatum, ſed dereliquerunt ſuum domici-
lium, in iudicium magni diei, vinculis æternis
ſub caligine reſeruauit. * Sicut Sodoma, & Go- 7
morrha, & finitimę ciuitates ſimili modo exfor-
nicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ
ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinen-
tes. * Similiter & hi carnem quidem maculant, 8
dominationem autem ſpernunt, maieſtatem
Zach. 3. autem blaſphemant. * Cùm Michaël Archan- 9
a. 2. gelus cum diabolo diſputans altercaretur de
Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre
blaſphemiæ: ſed dixit: Imperet tibi Dominus.
* Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blaſ- 10
phemant: quæcumquę autem naturaliter, tam-
quam muta animalia, norunt, in his corrum-
Gen. 4. puntur. * Væ illis, quia in via Cain abierunt, & 11
b. 8 errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in con-
Num. 22. d. 23 tradictione Core perierunt. * Hi ſunt in epulis 12
Num. 16. a. 1. ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetip- C
2. Pet. 2. d. 17 ſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis cir-
cumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ,
bis mortuæ, eradicatę, * fluctus feri maris, deſpu- 13
mantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus
procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.
* Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam 14
Apoc. 1. b. 7 Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis
millibus ſuis * facere iudicium contra omnes, & 15
arguere omnes impios de omnibus operibus im-
pietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de om-
nibus dictis, quæ locuti ſunt contra Deum pec-
catores impij. * Hi ſunt murmuratores queru- 16
loſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os Pſal. 16. c. 10
eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas
17 quæſtus cauſa. * Vos autem chariſſimi, memo-
D res eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab A- 1. Tim. 4. a. 1
18 poſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti, * qui dice- 2. Tim. 3. a. 1
bant vobis, quoniam in nouiſſimo tempore ve- 2. Pet. 3. a. 3
nient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambu-
19 lantes in impietatibus. * Hi ſunt, qui ſegregant
ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.
20 * Vos autẽ chariſſimi, superędificantes voſmet-
ipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto
21 orantes, * voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate,
expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu
22 Chriſti in vitam æternam. * Et hos quidem ar-
23 guite iudicatos: * illos verò ſaluate, de igne ra-
pientes. Aliis autem miſeremini in timore: o-
dientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tu-
24 nicam. * Ei autem, qui potens eſt vos conſeruare
ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum
gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione in ad-
25 uentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, * ſoli Deo Sal-
uatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum
noſtrum, gloria & magnificentia, imperium &
poteſtas ante omne ſæculum, & nunc, & in om-
nia ſæcula ſæculorum. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 IVDAS, alio nomine *Thaddæus*. FRATER AVTEM IACOBI Minoris, qui & *Iacobus Alphæi*. DILECTIS. Græc. *ſanctificatis*. Noſter pro ἡγιασμένοις, legit ἠγαπημένοις, ſicque in quibuſdam codicibus Græcis legi Robertus notat. ET CHRISTO. Goth. *& in Chriſto*. i. per Chriſtum Ieſum conſeruatis.

2 ADIMPLEATVR. Græc. *multiplicetur*. Noſter pro πληθυνθείη, legit πληρωθείη, *impleatur vobis miſericordia & pax*.

3 OMNEM SOLICITVDINEM FACIENS. i. cùm ardenter cuperem ſcribere vobis, putaui neceſſarium hanc ad vos ſcribere. DEPRECANS, ſeu *monens*, *exhortans*, παρακαλῶν. SVPERCERTARI, ſeu vt alij, *ſupercertare*, ἐπαγωνίζεσθαι. ſ. vt certetis pro tradita *ſanctis*. i. fidelibus, fide.

4 SVBINTROIERVNT. clàm ſ. & occultè vt hæretici QVI OLIM PRÆSCRIPTI SVNT IN HOC IVDICIVM. deſtinati olim in hanc damnationem, ſeu reprobum ſenſum. DEI NOSTRI GRATIAM. i. Euangelij libertate ad libidinem abutentes. ET SOLVM. i. eum qui ſolus eſt Deus & Dominus, Chriſtum negantes. Græc. poſt *Dominatorem* addunt *Deum*, ſed non refert.

5 COMMONERE AVTEM VOS VOLO, SCIENTES....OMNIA, QVONIAM *Deus ſemel*. i. priùs POPVLVM DE TERRA ÆGYPTI SALVANS, SECVNDO. pro, deinde EOS, QVI NON CREDIDERVNT, PERDIDIT. ſic noſtra litera ordinetur, vt aduerbia *ſemel* & *ſecundò* inter ſe reſpondeant. Nec refert *Deus* aut *Ieſus* dicatur populum ſaluaſſe, quia iam Verbum operabatur in humana ſpecie, vt antiqui Patres tradunt. Nec Iudæos ſciùm puniuit.

6 ANGELOS VERO, QVI NON SERVAVERVNT SVVM PRINCIPATVM. i. dignitatem, in qua erant conditi.

SED RELIQVERVNT SVVM DOMICILIVM, cælum.
IN IVDICIVM MAGNI DIEI. ſuprema diaboli punitio in
iudicio extremo erit, cùm in infernum ignemque æter-
num mittetur. ſic 2. Petr. 2. verſ. 4. Sicut Sodoma &
Gomorrha,

ABEVNTES POST CARNEM ALTERAM, dediti nefa- 7
riæ libidini maſculorum, ſic ſeductores.

DOMINATIONEM AVTEM SPERNVNT, Iudices non 8
curant. MAIESTATEM, Reges BLASPHEMANT. Sic
2. Pet. 2. verſ. 10. vbi pro *ſectas* diximus Gotth. habere
maieſtatem, non malè, vt ex hoc loco perſpicitur. Nec
dubium has Epiſtolas inter ſe reſpondere, & alteram
ex altera explicari.

CVM MICHAEL. In Petri Epiſtola *Dominus* vocatur, 9
quia Dei perſonam gerebat, & eius nomine imperabat
diabolo. ALTERCARETVR DE MOYSI CORPORE. Hoc
certamen in Scriptura non extat. Ex aliquo libro apo-
crypho id Iudas ſumpſit. Fortaſſis abſconditum Moyſi
corpus ne Iudæi vt Deum colerent, diabolus in publi-
cum proferri volebat, reſtitit Michaël. De hoc fuiſſe
certamen credi poteſt. NON EST AVSVS IVDICIVM,
ſententiam, ſupplicium INFERRE BLASPHEMIÆ. Abu-
lenſis Gen. 27. q. 5. *maledictionis* legit, negatque diabo-
lo rectè maledici. An verum? SED DIXIT: IMPERET
TIBI DOMINVS, ſiue *Increpet te Deus*, vt Hieronymus
legit contra Ruffinum. ἐπιτιμάω id ſignificat.

HI AVTEM, QVÆCVMQVE QVIDEM IGNORANT. 10
ſ. dogmata, ea blaſphemant. QVÆCVMQVE AVTEM
NATVRALITER TAMQVAM MVTA. ſic ordino: *Quæ-
cumque norunt.* i. peruia ſunt ſenſui, *naturaliter tam-
quam muta animalia, in his corrumpuntur*, ventri ſ. & li-
bidini ſeruientes. ita mente & corpore ſunt corrupti.

VÆ ILLIS QVIA, aut *qui* IN VIA CAIN. Gotth. *in* 11
viam. ſ. vt ille occidit fratrem, ſic hi animas. ET ER-
RORE BALAAM MERCEDE. Gotth. & Græc. *mercedis.*
q. d. erant propter mercedem vt Balaam. denique lucra
ſectantur. ET IN CONTRADICTIONE CORE, vt illi
Moyſi reſtitit, ſic hi ſuis præfectis.

HI SVNT IN EPVLIS, *conuiuijs*, ἀγάπαις. SVIS. Græc. 12
veſtris. MACVLÆ. σπίλοι legit noſter. *Maculæ.* i. ſordes.
modò σπιλάδες *ſcopuli* & ſaxa in mari, ad quæ naues fran-
guntur. i. inſidiantur alijs in conuiuijs. non ſincero ani-
mo ad illa eunt. NVBES SINE AQVA, leues vt illæ &
inutiles. QVÆ A VENTIS CIRCVMFERVNTVR. παρα-
φερόμεναι Regia, *conferuntur.* Nimirum legit περι-
φερόμεναι, vt eſt in quibuſdam codicibus Græcis. AR-
BORES AVTVMNALES. Quid mali in ijs arboribus?
Ergo φθινοπωρινά, id eſt, quæ autumno ſiccantur propter
ardores. ſ. æſtatis, ideò ſine fructu. BIS MORTVÆ, fru-
ctu & folijs ſpoliatæ.

FLVCTVS FERI (in nominatiuo) MARIS, inquieti, tu- 13
midi. SIDERA ERRANTIA: numquam eodem loco
oriuntur, inſtabiles. QVIBVS. Doctoribus falſis
ſcilicet. PROCELLA TENEBRARVM. Græc. *caligo tene-
brarum in æternum manet.* De his prophetauit

SEPTIMVS AB ADAM ENOCH. Auguſtinus 15. de 14
Ciuit. cap. 27. negari nõ poſſe ait Enoch ſcripſiſſe, cùm
id Iudas dicat. Tertullianus de Habitu mulierum idem
ſentit. & librum aut à Noë ſeruatum, aut poſteà diuini-
tus reſtitutum. Annius in Beroſo ſuo ait, eo libro duas
mundi clades contineri, per aquam & ignem; & in dua-
bus illis columnis ſcriptum, quas à Seth poſteris exci-
tatas Ioſephus tradidit Antiq. lib. 1. cap. 3. Verùm qui-
bus litteris; nam à Moyſe primùm inuentas Præfatio-
ne in Gen. diximus. Nempe hieroglyphicis, quæ fue-
runt antiquiores, & notæ rerum. Moyſes litteras inue-
nit; quæ ſunt notæ prolationis. Verùm is liber Enoch à
multis ſæculis perijt. ECCE VENIT. pro, veniet Do-
minus, vt iudicet & puniat

DE OMNIBVS DVRIS. ſ. verbis. QVÆ LOCVTI SVNT 15
CONTRA DEVM, aut *contra eum*, vt eſt Græc. & in mul-
tis Latinis codicibus.

HI SVNT MVRMVRATORES, ſeu *ſuſurrones.* QVE- 16
RVLOSI. pro, queruli. MIRANTES PERSONAS, adulato-
res, ſeu acceptatores perſonarum.

19 HI SVNT, QVI SEGREGANT SEMETIPSOS, hæretici,
ſchiſmatici. SPIRITVM NON HABENTES. ſ. ſanctum, qui
membra omnia nectit, vt ſpiritus in corpore noſtro.

20 VOS AVTEM CHARISSIMI SVPERÆDIFICANTES bo-
nis operibus. SANCTISSIMÆ VESTRÆ FIDEI, alij *no-
ſtra fides*, ſed Latini & Græci codices variant.

21 ET HOS QVIDEM ARGVITE. Græc. *miſeremini.* Ve-
rùm Robertus tres codices Græcos notat cum noſtra
lectione conſentientes, ἐλέγχετε habentes. i. *arguite.* IV-
DICATOS. i. cognitos, poſtquam eos iudicaueritis &
cognoueritis.

22 ILLOS VERO SALVATE, qui non ita praui ſunt, nec ob-
durati in malo. Græc. *in timore ſeruate*, ſ. ne cadant.

23 ALIIS AVTEM MISEREMINI, quos ſanare non pote-
ritis. IN TIMORE. Mementes vobiſipſis, ne in ſimilia
cadatis. ODIENTES. Sic lege, non *obedientes.* Odientes
MACVLATAM TVNICAM, quæ ſ. in Baptiſmo candida
erat. QVÆ CARNALIS EST. i. carnis ſordibus macula-
ta. Græc. clariùs, *odientes a carne maculatam tunicam.*

24 IN ADVENTV DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ne-
que Græcè eſt, neque in Gotth. neque in codicibus qui-
buſdam Latinis. Ne in verſ. quidē ſequenti Græc. ſunt
illa verba, *Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* nec
illa: *Ante omne ſæculum*, ſed ſic: *Ei autem qui potens eſt
ſeruare eos* (aut *vos*) *ſine peccato, & conſtituere ante con-
ſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione* (.i. exul-
tantes) *ſoli ſapienti Saluatori noſtro gloria, & magnifi-
centia, imperium, & poteſtas, & nunc, & in omnia ſæcula,
Amen.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

HOrtatur Chriſtianos ad perſeuerantiam in
bonis operibus, monetque vt ab hæreticis
caueant, quorum hîc mores deſcribit.

1 IVDAS, qui & *Thaddæus.* IACOBI. ſ. Mi-
noris, filij Alphæi, primique Ieruſalem Epiſcopi. DI-
LECTIS. Græc. *ſanctificatis.* CHRISTO. i. per Chriſtum.

2 ADIMPLEATVR. 1. Pet. 1. idem verbum Græcum ver-
tit, *multiplicetur*; at 2. Pet. 1. *adimpleatur*, vt hic.

3 OMNEM, &c. q. d. cùm pro vobis eſſem valdè ſolici-
tus, & vellem ſcribere, nunc videns eſſe neceſſarium,
nolui omittere. DEPRECANS. verti poterat, *hortans.*
SVPERCERTARI. i. cooperari, laborando. vide idem
verbum Sap. 15. & Eccl. 11.

4 PRÆSCRIPTI. i. deſtinati. vel q. d. de quibus eſt præ-
dictum in Scripturis. IVDICIVM. i. condemnationem.
SOLVM, &c. q. d. qui ſolus eſt Dominator & Dominus.
ſ. cum Patre & Spiritu ſancto.

5 OMNIA. Græc. *hoc.* q. d. quamquam id ſciatis. vel,
omnia huiuſmodi, per acceptam ſemel à vobis doctri-
nam Chriſtianam. IESVS. i. Ioſue, ſecundùm Hieron.
Ego de Chriſto intelligo, & quidem Græc. Κύριος.
SECVNDO. i. poſteà.

6 PRINCIPATVM. i. dignitatem. vel ſtatum in quo à
principio conditi. DOMICILIVM. ſ. cæleſte. DIEI.
ſ. Iudicij. ÆTERNIS. ſ. à quibus numquam ſoluentur.
CALIGINE. i. tenebris, in quibus ſemper ſunt, vel aëre
caliginoſo.

7 SIMILI. ſ. ſicut illæ. ALTERAM. ſ. vitio Sodomitico.
EXEMPLVM. ſ. toti mundo.

8 CARNEM. i. corpus ſuum. DOMINATIONEM. i. do-
minos, ſeu ſuperiores. MAIESTATEM. i. in dignitate
conſtitutos. BLASPHEMANT. i. maledicunt.

9 DISPVTANS. i. diſceptans. Id non eſt in Scriptura
quæ extat; fortè tunc erat in aliqua, vel traditione aut
reuelatione acceptum. MOYSI, &c. fortè diabolus vo-
lebat oſtendere Iudæis vbi eſſet, vt tamquā Deum ado-
rarent. IVDICIVM, &c. q. d. conuitium ei dicere noluit,
ſed modeſtè eijcere; quantò ergo magis hi modeſti eſſe
deberent erga ſuperiores. IMPERET. Græc. *Increpet.*

10 IGNORANT. ſ. diuina myſteria. NORVNT. ſ. car-
nalia.

11 VIA. i. viuendi ratione. EFFVSI. i. prolapſi. ſ. in om-
ne flagitium. IN CONTRADICTIONE. i. imitati rebellio-
nem. PERIERVNT. pro, pereunt, vel peribunt.

12 MACVLÆ. i. maculati. PASCENTES. ſ. delicatè. vel

pro,regentes. ſ. qui ab aliis nolint regi. Nvbes. pro,
velut nubes.q.d. leues & vacui gratia Dei. Avtvm-
nales. i. Autumno marceſcentes. Bis. i. & ante &
poſt Baptiſmum.vel *bis*,pro,omnino. Eradicatæ.
pro,eradicandæ,vel ſine radice fidei,vel charitatis.
Flvctvs.pro,velut fluctus. Feri.i.ferocis. Con- 13
fvsiones. i. dedecora. Sidera. pro, velut ſidera.
Procella. Græc. *caligo*. In æternvm. ſ. dura-
tura.
Venit.præteritum pro futuro. In.pro,cum. Mil- 14
libvs.ſ.Angelorum.
Argvere.i.conuincere. Dvris.i.malis, ſeu rebus 15
non ferendis.
17 Apostolis.Vide 2.Pet 3.
21 Æternam.ſ.perducentem,vel duraturam.
22 Hos.ſ.errantes. Argvite.i.conuincite. Ivdica-
tos.ſ.priùs à vobis eſſe in errore.
23 Igne.ſ.cupiditatis,vel q.d.ne in ignem æternum ve-
niant. Tvnicam.ſ.corpus, quod velut veſtis animæ.
24 In exvltatione.pro,cum exultatione.
25 Deo.Græc.*ſapienti Deo*. Gloria. ſ. ſit, ſeu agno-
ſcatur quam habet. atque ita in ſequentibus intellige.
nec enim per Chriſtum habet illa, ſed habere agno-
ſcitur.

APOCALYPSIS
BEATI IOANNIS
APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

Ioannes in Patmos inſula relegatus iubetur ſcribere quæ viderit ſeptem Aſiæ Eccleſiis, per ſeptem candelabra deſignatis, quæ vidit in circuitu filij hominis; modum deſcribens quo hic ipſi demonſtratus ſit.

1 APOCALYPSIS Ieſu Chriſti,
A quam dedit illi Deus palàm
facere ſeruis ſuis, quæ opor-
tet fieri citò: & ſignificauit,
mittens per Angelum ſuum
2 ſeruo ſuo Ioanni, *qui teſti-
monium perhibuit verbo
Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, quæcumque
3 vidit. *Beatus, qui legit & audit verba prophetiæ
huius: & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: tempus
4 enim propè eſt. * Ioannes ſeptẽ eccleſiis, quæ
ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo, "qui eſt,
& qui erat, & qui venturus eſt; & à ſeptem ſpiri-
5 tibus, qui in cõſpectu throni eius ſunt; *& à Ieſu
Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, "primogenitus mor-
B tuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit
nos, & lauit nos à peccatis noſtris " in ſanguine
6 ſuo, * & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo &
Patri ſuo: ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæ-
7 culorum: Amen. *"Ecce venit cum nubibus, &
videbit eum omnis oculus, & qui eum pupuge-
runt. Et plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus ter-
8 ræ: Etiam: Amen. *"Ego ſum α, & ω, principium
& finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat,
9 & qui venturus eſt, omnipotens. * Ego Ioannes
frater veſter, & particeps in tribulatione, & re-
gno, & patiẽtia in Chriſto Ieſu; fui in inſula, quæ
appellatur Patmos, propter verbum Dei, & te-
10 ſtimonium Ieſu: *Fui in ſpiritu in Dominica die,
C & audiui poſt me vocẽ magnã tamquam tubæ,
11 *dicentis: Quod vides, ſcribe in libro: & mitte
ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, &
Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, &
12 Philadelphiæ, & Laodiciæ. *Et conuerſus ſum,
vt viderẽ vocem quę loquebatur mecũ: Et con-
13 uerſus vidi ſeptem candelabra aurea: *& in me-
dio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem
filio hominis, veſtitũ podère, & præcinctum ad
14 mamillas zona aurea: * caput autẽ eius & capilli
D erant candidi tamquam lana alba, & tamquam
15 nix, & oculi eius tamquam flamma ignis, *& pe-
des eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ar-
dẽti, & vox illius tamquam vox aquarum mul-
16 tarum: *& habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem:
& de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat:
17 & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. * Et
cùm vidiſſem eũ, cecidi ad pedes eius tamquã
mortuus. Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, di-
cens: Noli timere: "ego ſum primus, & nouiſſi-
18 mus; *& viuus, & fui mortuus; & ecce ſum viuẽs
in ſæcula ſæculórum, & habeo claues mortis, &
19 inferni. *Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, &
20 quæ oportet fieri poſt hęc. *Sacramentũ ſeptem
ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem
candelabra aurea: ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſe-
ptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſe-
ptem Eccleſiæ ſunt.

"Exod. 3. d. 34
"1. Cor. 15. e. 10 Col 1. a. 18.
"Heb. 9. d. 14 1. Pet. 1. d. 10 1. Ioan. 1. d. 7
"Iſa. 3. c. 13 Matth. 24. e. 20 Iud. c. 14.
"Iſ 44. a. 6 Inf 21. b. 6 & 22. c. 13
"Iſa. 41. b. 4. & 44. a. 6

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

Prooemium B. Iſidori.

IOANNES, *poſtquam ſcribere ſeptem iubetur Eccleſiis, aſpicit Filium hominis ſedentem in throno, & viginti quatuor ſeniores, & quattuor animalia procidentia ante thronum; in dextera quoque ſedentis librum ſeptem ſigillis ſignatum, in quo bellum, egeſtas, mors, clamor interfectorum, finis quoq; mundi notatur & ſæculi. Deſcribit deinde duodena millia ſeruorum Dei, qui ſignantur in frontibus, ibi ſeptem Angeli tubis canunt ſequenti grandine & igne cum ſanguine in terra. Tertia quoque pars terræ ibi comburitur, & tertia pars maris ſanguis efficitur, aſtraq; ipſa rutilantia tertiam fulgoris partem amittunt: ibi de fumo putei locuſtæ producuntur dæmoniorum, accipientes poteſtatem lædendi, qui non ſunt Agni cruore ſignati. Prætereà comedit Euangeliſta librum Teſtamenti, oris prædicatione ſuauiſſimum, & operis difficultate amarum. Metitúrque cæleſte templum, deſcribitq; verba viginti quattuor ſeniorum, & arcam Teſtamenti, ac mulierem amictam Sole, pugnámque in cælis Michaëlis cum dracone, ruinamq; draconis. Conſpicit prætereà & Antichriſti figuram habentem capita regni ſeptem, & cornua poteſtatis, & numerum nominis. Narrat inter hæc & canticum Teſta-*

menti

menti nouum, ſpeculatúrque Angelos geſtantes pateras, cernitque ſimiliter interitum beſtiæ, & beatitudinem eorum, qui corporis ſui veſtimenta abſque carnis voluptate munda ſeruauerunt. Exequitur deinde interitum meretricis Babyloniæ, & nuptias Agni, aduentum iudicij, interitúmque Antichriſti, & ſempiternam punitionem diaboli. Ad vltimum, memorat reſurrectionem mortuorum, cælique nouitatem & terræ, deſcriptionémque Ieruſalem, flumen etiam Baptiſmi mundum, lignúmque vitæ Dominum Ieſum Chriſtum.

APOCALYPSIS i. *reuelatio.* IESV CHRISTI, ipſe 1
reuelauit. QVAM DEDIT ILLI, Chriſto vt homini Deus Pater. PALAM FACERE, ſeu *indicare*, SERVIS SVIS. i. vni ſeruorum mihi, & per me alijs. MITTENS PER ANGELVM SVVM. ſ. hanc reuelationem.

QVI TESTIMONIVM PERHIBVIT VERBO DEI, &c. 2
Græc. *de verbo Dei, & de teſtimonio Ieſu Chriſti, & de omnibus quæ vidit, teſtimonium perhibuit.*

BEATVS, QVI LEGIT. Captat beneuolentiam & atten- 3
tionem. TEMPVS ENIM PROPE EST, ſiue iudicij, ſiue eorum quæ hic reuelantur. Hactenus libri titulus, ſequitur ſalutatio.

IOANNES SEPTEM ECCLESIIS. Ad illas propriè ſcri- 4
bit, quas poſtea ſigillatim nominat, ſed earum nomine ad vniuerſam Eccleſiam. GRATIA VOBIS ET PAX. i. omnia bona interna & externa. AB EO, QVI EST. à Patre qui eſt æternus. id ſignificat, *qui eſt, & qui erat.* ET QVI VENTVRVS EST. i. futurus eſt, erit. Æternitas omnes temporum differentias comprehendit. ET A SEPTEM SPIRITIBVS. i. Angelis cuſtodibus earum Eccleſiarum. Nec illi dant gratiam, ſed optant, quod ſalutantis eſt.

ET A IESV CHRISTO. Ecce, quare ſuperiora *Ab* 5
eo qui eſt, de Patre intelleximus, quia Chriſtum hic nominat. QVI EST TESTIS FIDELIS. i. verax. Aut ſeptem ſpiritus ſint ſeptem Angeli, quos Deus mundi rectores fecit. Proclus in illud Heſiodi,

Νύμφας ἃς Τ᾽ἄτλας ἐγείνατο, ———

ſeptem ait fuiſſe filias Athlantis fingunt, & *Pleiadas* vocant, quæ nihil aliud ſunt quam ſeptem Angelicæ virtutes ſphærarum. Primander Mercurij de his loqui videtur cùm de Deo ait: *Deinde ſeptem fabricauit gubernatores.* Tobiæ 12. verſ. 15. Raphael ſe vnum dicit è ſeptem Angelis, qui adſtant ante Deum. Inferiùs etiam c. 4. v. 5. ſeptem lampades dicuntur eſſe ſeptem ſpiritus Dei.

ET FECIT NOS REGNVM. i. *Reges*, vt eſt in pleriſque 6
codicibus Græcis. ET SACERDOTES, vtrumque myſticè: nam nos Deo hoſtiam offerimus, ad Roman. 12. verſ. 1. Errant qui his verbis abutentes, omnes fideles volunt eſſe veros ſacerdotes.

ECCE VENIT CVM NVBIBVS, ad iudicium ſ. Mat. 24. 7
verſ. 30. *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.* ET QVI EVM PVPVGERVNT. i. occiderunt, videbunt eum. ET PLANGENT SE. Græc. *& plangent ſuper ipſum*, vel *propter ipſum* OMNES TRIBVS, ſeu *familiæ* TERRÆ. i. omnes Gentes, propter ea ſ. quæ malè fecerunt. ETIAM: AMEN. i. vera & certa ſunt quæ dico.

EGO SVM A ET Ω. Mutat perſonam, & inducit 8
Chriſtum loquentem. Duæ illæ litteræ ſunt extremæ Alphabeti Græci. ſic Chriſtus eſt PRINCIPIVM, quia per Verbum facta ſunt omnia: eſt FINIS, quia veniet ad iudicium. Tertullianus lib. de Præſcript. ait Marcum & Colarbaſium ex hoc loco & ex his duabus litteris ſumpſiſſe occaſionem nouæ hæreſis, prouocantes ad numeros qui litteris deſignantur. Epiphanius in Ancoratu his duabus litteris diuinam & humanam naturam Chriſti ſignificari ait, Origenes Tract. 1. in Ioannem de vtriuſque litteræ myſterijs & ſignificatione
diſputat. 9

EGO IOANNES ... PARTICEPS IN TRIBVLATIONE. i. aduerſis. ET REGNO. i. proſperis. FVI IN INSVLA, QVÆ APPELLATVR PATMOS. Maris Ægæi inſula, vna ex Sporadibus retinet nomen. In eam Domitianus Ioannem relegauit. PROPTER VERBVM DEI. i. prædicationem Euangelij. FVI IN SPIRITV. i. in raptu, in viſione. IN DOMINICA DIE. A tempore Apoſtolorum erat diſcretio dierum, & dies Dominica, quæ in locum ſabbati Iudaici ſucceſſit.

11 QVOD VIDES, SCRIBE IN LIBRO. Id Angelus iubet.
ET MITTE SEPTEM ECCLESIIS. Quod ſequitur, *Quæ ſunt in Aſia*, Goth. non eſt, nec Græc. in Regijs, & fortaſſis ex v. 4. eſt huc tranſlatum. Illud conſtat. *Epheſum, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardes, Philadelphiam, Laodiciam*, omnes Aſiæ vrbes eſſe.

12 CONVERSVS VIDI SEPTEM CANDELABRA AVREA.
Hæ ſunt ſeptem Eccleſiæ ad quas ſcribit. *Aurum* earum dignitatem ſignificat. Et in medio eorum

13 SIMILEM FILIO HOMINIS. Is eſt Chriſtus *in ſimilitudinem hominum factus.* vt Paulus ad Philip. 2. verſ. 7. ait, ſed verus homo. VESTITVM PODERE. Veſtis ea talaris, eſt ſacerdotij Chriſti ſymbolum. Zona, regiæ poteſtatis.

14 CAPVT. Candor capitis, mentis candorem, ſapientiam, æternitatem deſignat; oculi flammei intelligentiam. Pedes aurichalco ardenti ſimiles, Apoſtoli & Martyres, aut puritas & ſoliditas ſunt. Metallum id magni pretij erat. de quo Plin. l. 34. c. 12. Vox ſonora, vt cùm multæ aquæ præcipitant, aut mare deſæuit, colliduntur fluctus.

16 ET HABEBAT IN DEXTERA SVA SEPTEM STELLAS. Septem Angeli hi ſunt, vt pòſt explicat, quos in dextera habet, quaſi miniſtros. GLADIVS. *Verbum Dei* ad Epheſ. 6. verſ. 17. ad Hebr. 4. verſ. 12.

17 EGO SVM PRIMVS, ET NOVISSIMVS; *principium & finis*, vt verſ. 8. eſt dictum.

18 ET HABEO CLAVES MORTIS ET INFERNI. i. duplicis mortis poteſtatem, corporis ſ. & animæ.

20 SACRAMENTVM SEPTEM STELLARVM. Explicat quid ſeptem ſtellæ, quid ſeptem candelabra ſignificent. ET SEPTEM CANDELABRA, pro, ſeptem candelabrorum ſacramentum. Antiptoſis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

APOCALYPSIS. i. *Reuelatio.* Scripſit eam in Patmo inſula, in quam fuerat relegatus à Domitiano. Scriptum ante Euangelium graues Auctores aiunt. Vide Euſeb. lib. 3. cap. 24. Epiph. Hær. 51. Totum verò hunc librum ſpiritualiter eſſe intelligendum, ait Hieronymus ep. 148. Ego pauca quædam annotabo, nam myſteria me fateor non intelligere.

1 ILLI. ſ. Chriſto quatenus homini. q.d. quam voluit illum Deus palàm, &c. CITO. Erant quidem incepturæ citò Eccleſiæ perſecutiones, quæ hic prædicuntur. MITTENS. ſ. eam. IOANNI. ſ. Euangeliſtæ.

2 PERHIBVIT. pro, perhibet. ſ. hîc. VERBO i. reuelationi. ET TESTIMONIVM, &c. q.d. & teſtatur de Ieſu Chriſto.

3 SCRIPTA SVNT. ſ. cuique ſeruanda. ſic enim prædicit futura, vt ſimul mores informet. TEMPVS. ſ. reddendæ rationis Deo, vel rerum hîc prædictarum.

4 GRATIA. ſ. detur. ERAT. ſ. de quo Ioan. 1. *In principio erat Verbum.* ſignificatur verò æternitas. VENTVRVS. ſ. ad iudicium. A SEPTEM. i. omnibus, eſt autem ab his gratia & pax, non vt auctoribus, ſed optatoribus, & miniſtris. Quidam putant certos quoſdam Angelos, ſeptem numero deſignari. Vide Tob. 12.

5 ET A IESV CHRISTO. Repetitio, propter humanitatem. vel & à, pro, id eſt à, vt ſit explicatio. FIDELIS. i. verax. PRIMOGENITVS. i. primus reſuſcitatus ad vitam. ſ. immortalem, nam ad mortalem alij quidam prius. IN. pro per, vel abundat.

6 REGNVM. i. Reges, vel in quibus ipſe regnet. SACERDOTES. Omnes quidem ad ſacrificia laudis & operum bonorum, quoſdam verò ad Miſſæ ſacrificium. GLORIA. ſ. eſt, ſeu debetur. AMEN. q.d. verè ita eſt.

VENIT. pro, veniet. vel q.d. video iam venientem. ſ. futura Prophetis repræſentantur vt præſentia.

PVPVGERVNT.i. peccatis; vel flagellis & clauis. Videtur alludere ad Zach. 12. Nota verò, Interpreté idẽ verbum Græcũ, quod Ioan. 19. verterat *transfixerunt*, vertiſſe hic *pupugerunt*. SVPER EVM. i. quod eum offenderint. TRIBVS.i.nationes. ETIAM: AMEN. Confirmatio Græc. & Hebr. Græc. *ναὶ ἀμήν*. q.d. certè ſic erit.

PRINCIPIVM ET FINIS. Id non eſt Græc. nec in om- 8
nibus Latinis. Videtur ab aliquo additum ex cap. 21. & 22. explicationis cauſa.

IN CHRISTO. i. propter Chriſtum, vel Chriſti imi- 9
tatione. INSVLA. i. Aſiatici maris. VERBVM DEI. id eſt, prædicationem Euangelicam. TESTIMONIVM. .i. confeſſionem.

SPIRITV. ſ. mentis ecſtaſi. DOMINICA. Vide Domi- 10
nicæ diei antiquitatem. POST ME. i. velut à tergo ſonantem.

CONVERSVS. ſ. retrò. VOCEM QVÆ. pro, eum qui. 12

FILIO HOMINIS. i. homini, vel Chriſto. ſ. Angelus 13
erat ſpecie hominis, qui Chriſtum repræſentabat. PODERE. i. veſte talari. ſignificatur verò ſacerdotium, vt *Zona aurea*, charitas.

CANDIDI. Significatur antiquitas veritatis, ſecun- 14
dùm Auguſt. ego potiùs dicerem Deitatis æternitatem. FLAMMA. Significatur ira contra peccantes.

ARDENTI. Græc. *ardentes*, ſeu *ignis*. ſignificatur au- 15
tem Chriſti humanitatis fortitudo & ſplendor. AQVARVM MVLTARVM. q.d. terribilis. ſ. contra impios.

GLADIVS. ſ. ſententia condemnationis. IN VIRTV- 16
TE SVA. i. cùm maximè lucet.

PRIMVS, ET NOVISSIMVS. Id ſuprà ſignificatum per 17
α & ω. ſ. auctor eſt & finis omnium.

ET FVI. pro, ſum enim. CLAVES. i. poteſtatem. 18

QVÆ SVNT. i. de rebus præſentibus. 19

SACRAMENTVM. Græc. *myſterium*. q.d. id quod ſigni- 20
ficatur per hæc. ANGELI. ſ. præfecti, ſeu cuſtodes. Quidam Epiſcopos intelligũt. vide cap. ſeq. & Mal. 2.

CAPVT II.

Iubetur Ioannes varia ſcribere Eccleſiis Epheſi, Smyrnæ, Pergami, & Thyatiræ: collaudans eos qui Nicolaitarum doctrinam non admiſerant, alios autem minis ad pœnitentiam reuocans: tepidum quoque deteſtans, & vincenti præmium pollicens.

ANgelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit, 1
qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui A
ambulat in medio ſeptem candelabrorum au-
reorum: * Scio opera tua, & laborem, & patien- 2
tiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos: &
tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non
ſunt: & inueniſti eos mendaces: * & patientiam 3
habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meũ, & non
defeciſti. * Sed habeo aduerſum te, quòd chari- 4
tatem tuam primã reliquiſti. * Memor eſto itaq; B
vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima 5
opera fac. ſin autem, venio tibi, & mouebo can-
delabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam
egeris. * Sed hoc habes, quia odiſti facta Nico- 6
laitarum, quæ & ego odi. * Qui habet aurem, 7
audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis: Vincenti
dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo
Dei mei. * Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe: 8
Hæc dicit primus, & nouiſſimus; qui fuit mor- C
tuus, & viuit: * Scio tribulationẽ tuã, & pauper- 9
tatẽ tuã, ſed diues es: & blaſphemaris ab his, qui
ſe dicunt Iudęos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſyna-
goga ſatanę. * Nihil horũ timeas quę paſſurus es. 10
Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in
carcerẽ vt tentemini: & habebitis tribulationem
diebus decẽ. Eſto fidelis vſq; ad mortem, & da-
bo tibi coronã vitæ. * Qui habet aurem, audiat 11
quid Spiritus dicat Eccleſijs: Qui vicerit, non D
11 lædetur à morte ſecunda. * Et Angelo Pergami
Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet rhomphęã
13 vtraq; parte acutã: * Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt
ſatanæ: & tenes nomen meũ, & non negaſti fidẽ
meam. Et in diebus illis Antipas teſtis meus fide-
lis, qui occiſus eſt apud vos, vbi ſatanas habitat.
14 * Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic
tenentes doctrinã " Balaam, qui docebat Balac " Num. 24. a 3. & 25. a. 2
mittere ſcandalũ coram filiis Iſrael, edere, & for-
15 nicari: * ita habes & tu tenẽtes doctrinã Nicolai-
16 tarũ. * Similiter pœnitentiã age: ſi quo minus ve-
E niam tibi citò, & pugnabo cũ illis in gladio oris
17 mei. * Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat
Eccleſiis: Vincenti dabo manna abſconditum,
& dabo illi calculum candidum: & in calculo
nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi
18 qui accipit. * Et Angelo Thyatirę Eccleſię ſcribe:
Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquã
flammam ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco:
19 * Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam,
F & miniſterium, & patientiã tuam, & opera tua
20 nouiſſima plura prioribus. * Sed habeo aduerſus
te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ
ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſeruos
21 meos, fornicari, & mãducare de idolothytis. * Et
dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & non
22 vult pœnitere à fornicatione ſua. * Ecce mittam
eam in lectũ: & qui mœchantur cum ea, in tri-
bulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab
23 operibus ſuis egerint. * & filios eius interficiam in
G morte, & ſcient omnes Eccleſiæ, " quia ego ſum " 1. Reg. 16. b. 7
ſcrutans renes & corda: & dabo vnicuique ve- Pſal. 7. c. 10
ſtrûm ſecundùm opera ſua. Vobis autem dico, Ier. 17. b. 10
24 * & ceteris qui Thyatiræ eſtis: Quicumq; nõ ha-
bent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt
altitudines ſatanæ, quemadmodũ dicunt, non
25 mittam ſuper vos aliud pondus. * tamẽ id, quod
26 habetis, tenete donec veniam. * Et qui vicerit, &
cuſtodierit vſq; in finẽ opera mea, dabo illi po-
27 teſtatem ſuper Gentes, * & reget eas in virga fer-
28 rea, & tamquam vas figuli confringentur, * ſicut
& ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam
29 matutinam. * Qui habet aurem, audiat quid
Spiritus dicat Eccleſijs.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ANGELO EPHESI. i. Epiſcopo, qui vocatur *Angelus* officio, quia nuntius diuinæ voluntatis: nam & Chriſtus *Angelus* vocatur. Origenes Homil. 20. in Num. & 17. in Luc. hos Epiſcopos, ad quos Ioannes ſcribit, Angelos fuiſſe ait, non officio tantùm, ſed natura, neſcio quid in eo ſecutus. fortaſſe credidit, Angelos ſumptis corporibus, ijs Eccleſijs præfuiſſe. Scio quia

3 PATIENTIAM HABES. Græca paulò aliter, ſententia eadẽ. ſ. ſuſtinuiſſe labores, nec defeciſſe.

4 SED HABEO ADVERSVM TE. Multi Latini codices addunt *pauca*. Verùm id Græc. non eſt, nec in Gotth. meritoque Romani abſtulerunt. QVOD CHARITATEM TVAM PRIMAM. i. feruorem charitatis reliquiſti. Age pœnitentiam.

5 SIN AVTEM, aut *ſin minus*. MOVEBO CANDELABRVM TVVM. i. permittam vt Eccleſia tua diſſenſionibus & tumultu agitetur. Aut te Epiſcopatu ſpoliabo.

6 SED HOC HABES. ſ. pœnitentiæ locum. QVIA ODISTI FACTA NICOLAITARVM. Fuit Nicolaus vnus è ſeptem diaconis, Act. 6. verſ. 5. qui vxore, quam pulchram habebat, omnibus permiſſa, promiſcuas nuptias introduxit. de quo Epiphanius Hæreſ. 25.

7 VINCENTI DABO EDERE DE LIGNO VITÆ. Prou. 3. verſ. 18.

v.18 de ſapientia ait: *Lignum vitæ ijs qui apprehenderint eam.* Ergo *dabo e[illegible]*, faciam vt ſapiat.

9 SCIO TRIBVLATIONEM TVAM. Græc. *ſcio opera tua, & tribulationẽ & paupertatẽ.* SED DIVES ES. ſ. in Chriſto. *ſed* Græc. non eſt. ET BLASPHEMARIS. Græc. *& blaſphemiam.* ſ. noui. AB HIS QVI SE DICVNT IVDÆOS ESSE ET NON SVNT. ſ. filij Abrahæ per fidẽ, nõ ſunt fideles, ideò nec Iudæi mente, quamuis ex ea gente conuerſi.

10 ECCE MISSVRVS EST DIABOLVS. Erit perſecutio, quam diabolo tribuit, quia ipſe perſecutores excitat. ALIQVOS. Græc. & Goth. non eſt *aliquos*, & ſine ea voce conſtat ſententia. In carcerem mittentur ex vobis DIEBVS DECEM. i. exiguo tempore, nec longo erit ea afflictio, ea vincula non diuturna.

11 QVI VICERIT, NON LÆDETVR A MORTE SECVNDA. ſ. quæ ſequitur poſt mortem corporis.

12 RHOMPHÆAM. Quid hoc loco *rhomphæa* ſignificet, non ſatis conſtat: ego credam ſignificare poteſtatem ad puniendos malos. Quomodo verò *rhomphæa, machæra & framea* differant, dixi ex Iſidoro, Zachar. 13. verſ. 7.

13 SCIO VBI HABITAS. Græc. *ſcio opera tua, & vbi habitas.* VBI SEDES EST SATANÆ. Pergamum erat idolis dedita. ET TENES NOMEN MEVM. i. doctrinam meam. ET IN DIEBVS ILLIS. Græc. *& in diebus*, quibus Antipas, ſupple, fuit. QVI OCCISVS EST. ſ. pro fide. q. d. etiam in illa procella non negaſti meam fidem. vox *illis* Goth. non eſt.

14 SED HABEO ADVERSVS TE PAVCA. Quæ ſunt illa? QVIA HABES ILLIC TENENTES DOCTRINAM BALAAM. Goth. *habes illic doctrinam Balaam.* ſ. docentes peruerſa lucri cauſa. Aut potiùs ſtupra, vt Nicolaitę. QVI DOCEBAT BALAC. Scandalũ fuit pellicere ad ſtuprũ Iſraelitas per mulieres Madianitidas, quod Balaã cõſilio factum Ioſephus ait lib. 4. Antiq. c. 6. Amb. etiã epiſt. 37.

16 SIMILITER. Quidam hoc iungunt cum ſuperioribus, præſertim addito illo, vt Græcè eſt, *quod odi.* ſ. ſimiliter vt doctrinam Balaam.

17 VINCENTI DABO MANNA. Græc. *Vincenti dabo edere de manna abſcondito.* Hic eſt Chriſtus, & beneficia eius. CALCVLVM CANDIDVM dabo. In iudicijs calculo candido abſolutio continebatur. ET IN CALCVLO NOMEN. Olim calculis ferebant ſuffragia in iudicijs: vnde *albo lapillo notari* abſolui eſt, cõtrà *atro.* Prætereà in Comitijs calculo quiſque inſcribebat nomen eius quem eligebat. Ad id Ioannes alludit. NOVVM SCRIPTVM. nempe Filius Dei, aut ciuis cæli. id eſt *nomen in calculo ſcriptum.* QVOD NEMO SCIT. i. æſtimat, ſcit quãti ſit, niſi qui illud accepit. Angelo Thyatiræ: Noui

19 CHARITATEM TVAM. *Tuam* Græc. & Goth. nõ eſt. ſed *& patientiam tuam*, quod præcedit, ſuppleri potuit, & omitti. Sed habeo aduerſus te

20 QVIA PERMITTIS MVLIEREM IEZABEL, fœminam aliquam famoſam. DOCERE .... FORNICARI. Sæpè idolorum ſeruitus vocatur *fornicatio.* ET MANDVCARE DE IDOLOTHYTIS, non ſolùm propter conſcientiam tunc erat malum oblata idolis comedere, de quo 1. ad Corinth. 8. verſ. 1. cap. 10. verſ. 29. dictum eſt.

22 ECCE MITTAM EAM IN LECTVM. morbo premam.

23 ET FILIOS EIVS. i. ſectatores. INTERFICIAM IN MORTE. i. morte occidam eos. non *in mortem*, vt Louan

24 QVICVMQVE NON HABENT DOCTRINAM HANC. ſ. Iezabelis. ET QVI NON COGNOVERVNT ALTITVDINES SATANÆ, profunditates. *Altum* Latinè *profundum* dicitur. Per *altitudines* fraudes intelligit. Qui illis non aſſueuerunt, NON MITTAM SVPER VOS. pro, ſuper eos. ALIVD PONDVS. *Pondus* Hebraicè vocatur *prophetia dura*, vt *Onus Babylonis*, *Onus Damaſci.* Ergo contra eos duriora non pronuntiabo.

25 TAMEN ID, QVOD HABETIS, ſeu pondus & afflictionem, ſeu bonum, id tenete vſque in finem.

26 ET CVSTODIERIT .... OPERA. i. præcepta mea. DABO ILLI POTESTATEM. i. victoriã SVPER GENTES. i. cõtra Gentes. eas ſubijciet & reget. ſic fecerunt Apoſtoli.

28 DABO ILLI STELLAM MATVTINAM. Hic eſt Lucifer. ſic Chriſti cognitio vocatur, quia creſcit in corde fidelium, & poſt eam ſequitur Sol, hoc eſt lumen gloriæ, 2. Petr. 1. verſ. 19. *Cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.*

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ANGELO. i. Epiſcopo. Scribitur huic tamquam capiti, adeóque per ipſum toti Eccleſiæ; ad hanc enim etiam referenda quæ dicuntur. IN MEDIO. i. inter.

2 SVSTINERE. i. ferre. TENTASTI. i. exploraſti, ſeu examinaſti.

3 NOMEN MEVM. i. me.

4 PRIMAM. ſ. primum illum feruorem.

5 PRIMA. ſ. quæ ſolebas olim. SIN AVTEM. i. alioqui. TIBI. i. ad te. CANDELABRVM. i. Eccleſiam. q. d. puniam vos niſi pœnitentiam egeritis.

6 HABES. ſ. boni. NICOLAITARVM. Nomen hęreticorum à Nicolao vno ſeptem primorum Diaconorum ſic appellatorum, vt quidam volunt. Vide de Hęreſ. Epiph. & Auguſt.

7 SPIRITVS. ſ. Dei. LIGNO. i. arbore. q. d. frui beatitudine ſignificata per lignum vitæ, quod erat in paradiſo. PARADISO. ſ. cælo empyreo.

8 VIVIT. Græc. *vixit.* Præteritum pro præſenti.

9 PAVPERTATEM. ſ. in temporalibus bonis. SED. pro, quamquam. DIVES. ſ. in ſpiritualibus. NON SVNT. ſ. verè Iudæi. i. Deum confitentes. SYNAGOGA. i. *congregatio.*

10 TENTEMINI. i. probemini. DECEM. i. multis. VITÆ. ſ. æternæ.

11 SECVNDA. i. Inferni ſupplicio. vide inf. cap. 20 & 21.

12 RHOMPHÆAM. i. gladium.

13 SEDES EST SATANÆ. i. cultus idolorum, ſeu infideles multi. NOMEN MEVM. i. fidẽ in me. ET IN, &c. Græc. *In diebus quibus Antipas*, &c. Dicitur hic fuiſſe Pergami Epiſcopus. Vide eius Vitam apud Metaphraſtem.

14 ILLIC. pro, iſtic. EDERE. ſ. idolothyta.

15 ITA. Explicatio præcedentis.

16 SIMILITER. Quidam iungunt cum præcedentibus. vel q. d. ſicut ſuprà dixi Epheſiis. SI QVOMINVS. i. alioqui. GLADIO. ſ. imperio, ſeu fortitudine. ORIS. i. ex ore procedentis, vt vidiſti.

17 ABSCONDITVM. i. ignotum inexpertis, vel repoſitum, vt ſolent quæ ſeruantur loco abdito. Vide Pſal. 30. verſ. 20. CALCVLVM. i. lapillum. Olim res fauſtæ lapillo candido notabantur, vt victoriæ, dieſque natalis, & res eiuſmodi. Itemque in ſuffragiis qui fauebant, calculo albo id ſignificabant. ad id ergo videtur alludere. q. d. beabo. NOMEN. ſ. beati. SCIT. ſ. perfectè.

20 MVLIEREM, &c. Secta aliqua hæreticorum ſignificatur, vel certa aliqua mulier ſectæ Nicolaitarum. FORNICARI. ſ. id docebat. intellige verò fornicationem carnalem, vel ſpiritualem.

22 LECTVM. q. d. morbo afficiam. Quidam tamen infernum intelligunt.

23 FILIOS. i. diſcipulos. IN MORTE. q. d. omnino interficiam. RENES ET CORDA. i. hominis intima.

24 ET CETERIS. pro, nempe ceteris. COGNOVERVNT. i. approbarunt, ſeu receperunt. ALTITVDINES. id eſt, profunditates. ſ. errorum & flagitiorum. QVEMADMODVM DICVNT. i. vt vulgò dici ſolet. Apparet fuiſſe phraſim vulgò tunc vſitatam, cùm vellent ſatanæ fallacias ſignificare. Quidam tamen dicunt phraſim eſſe hæreticorum illorum, qui ſuos errores *profunda myſteria* vocabant. PONDVS. i. afflictionem. q. d. contentus ero iſta qua fertis malos.

25 QVOD HABETIS. ſ. vel pondus, vel bonum. TENETE. i. ferte, vel ſeruate. VENIAM. ſ. in cuiuſque morte.

26 OPERA. i. præcepta quæ fieri iubeo. DABO ILLI, &c. q. d. faciam mecum imperare. ſ. ex capite Chriſto & membris vnum corpus conſtat, totumque regnabit.

27 REGET. ſ. mecum particeps regni. FERREA. i. inflexibili ad malum, & valida ad ſupplicium. CONFRINGENTVR. ſ. irreparabiliter.

28 STELLAM, &c. i. cæleſtem lucem, ei in futura vita

orientem, & velut diem gloriæ incipientem. Vide 2. Petri 1. Fortè ſe intelligit. Vide cap. 22.

CAPVT III.

Iubetur ſcribere Eccleſiis Sardis, Philadelphiæ & Laodiciæ; errantes ad pœnitentiam minis reuocans, ſed alios collaudans, & vincenti præmium pollicens: Deum dicens ad oſtium pulſare, vt ingrediatur ad illum qui aperuerit.

ET Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit 1
qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem A
ſtellas: Scio opera tua, quia nomen habes quòd
viuas, & mortuus es. * Eſto vigilans, & confirma 2
cetera, quæ moritura erant. Non enim inuenio
opera tua plena corã Deo meo. * In mente ergo 3
habe qualiter acceperis, & audieris, & ſerua, &
pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, ⁿ Ve-
niam ad te tamquã fur, & neſcies qua hora ve-
niã ad te. * Sed habes pauca nomina in Sardis, 4
qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: & am-
bulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. * Qui 5
vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non de- B
lebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor
nomen eius coram Patre meo, & coram angelis
eius. * Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus di- 6
cat Eccleſiis. * Et Angelo Philadelphiæ Eccle- 7
ſiæ ſcribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, ⁿ qui ha-
bet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit:
claudit, & nemo aperit: * Scio opera tua. Ecce 8
dedi coram te oſtium apertum, quod nemo po-
teſt claudere: quia modicam habes virtutem, &
ſeruaſti verbum meum, & non negaſti nomen
meum. * Ecce dabo de ſynagoga ſatanæ, qui di- 9
cunt ſe Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed mentiuntur:
Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pe-
des tuos: & ſcient quia ego dilexi te. * quoniam 10
ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo C
te ab hora tentationis, quę ventura eſt in orbem
vniuerſum tentare habitantes in terra. * Ecce 11
venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat
coronam tuam. * Qui vicerit, faciam illum co- 12
lumnam in templo Dei mei, & foras non egre-
dietur ampliùs: & ſcribã ſuper eum nomen Dei
mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſa-
lem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & no-
men meum nouum. * Qui habet aurem, audiat 13
quid Spiritus dicat Eccleſiis. * Et Angelo Lao- 14
diciæ Eccleſiæ ſcribe: ⁿ Hæc dicit: Amen, teſtis
fidelis, & verus, qui eſt principiũ creaturæ Dei.
* Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq; ca- 15
lidus: vtinã frigidus eſſes, aut calidus: * ſed quia 16
tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam D
te euomere ex ore meo. * quia dicis: Quòd di- 17
ues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & ne-
ſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, &
cæcus, & nudus. * Suadeo tibi emere à me au- 18
rum ignitum probatum, vt locuples fias, & ve-
ſtimentis albis induaris, & non appareat confu-
ſio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos
vt videas. * ⁿ Ego quos amo, arguo, & caſtigo. 19
Æmulare ergo, & pœnitentiam age. * Ecce ſto 20
ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocẽ meam,
& aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illũ, & cœ-
nabo cum illo, & ipſe mecũ. * Qui vicerit, dabo 21
ei ſedere mecũ in throno meo: ſicut & ego vici,
& ſedi cum patre meo in throno eius. * Qui ha- 22
bet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

ⁿ *Infr. 16. c. 15. 1. Theſſ. 5. a. 2. 2. Pet. 3. c. 10*

ⁿ *Iſa. 22. f. 22. Iob 12. b. 14*

ⁿ *Ioan. 14. a. 6*

ⁿ *Prou. 3. b. 10. Heb. 12. b. 6*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 ANGELO ECCLESIÆ SARDIS. *Sardis* genitiuo *Sardus* inflectitur. An hęc eſt Gordiũ, ciuitas Phrygię quam Alexander expugnauit, vt ait Oroſius lib. 3. c. 16. vbi & *Nodus Gordius*? an alia Aſiæ itidem vrbs. QVIA NOMEN HABES QVOD VIVAS. Videris per fidem viuere, ſed opera non conſentiunt, ideóque mortuus es.

2 ESTO VIGILANS. Tui & tuorum curam habe, confirma illos in fide ne pereant. Sin minùs,

3 VENIAM AD TE TAMQVAM FVR. i. improuiſò, te non cogitante. ET NESCIES. i. cùm neſcies. Gotth. *neſcis*. Græc. μὴ γνῷς. Sed habes quoſdam,

4 QVI NON INQVINAVERVNT VESTIMENTA SVA. i. corpus, quod eſt animæ indumentum. Aut cum idolis aut hæreticis non communicarunt. ET AMBVLABVNT MECVM IN ALBIS. Gloria illis merces erit.

5 SIC VESTIETVR. Græc. *hic veſtietur*. CONFITEBOR. i. laudabo. NOMEN EIVS. laudabo eum coram Patre meo. Hæc dicit

7 QVI HABET CLAVEM DAVID. i. poteſtatem ſuper thronum Dauid. i. Eccleſiam, Chriſtus.

8 ECCE DEDI CORAM TE. i. tibi. OSTIVM APERTVM. Cõplanaui viam ad benefaciendũ. Id feci, QVIA MODICAM HABES VIRTVTEM, vt ſine ea ope benefaceres. ET NON NEGASTI. pro, nihilominùs nõ negaſti fidẽ meam.

9 ECCE DABO. Græc. *do*. DE SYNAGOGA SATANÆ, ſiue ex ſynagoga. QVI DICVNT SE IVDÆOS ESSE, non ſunt tamen filij Abrahæ fide, non credunt; faciam tamen vt ex illis quidam ſe tibi ſubijciãt, & adorẽt te. Quoniam

10 SERVASTI VERBVM PATIENTIÆ MEÆ. i. Euangelium, propter quod paſſus ſum.

11 VT NEMO ACCIPIAT CORONAM TVAM. i. peruertat quos conuertiſti. ſic Paulus à ſe conuerſos vocat *coronam ſuam*, ad Philip. 4. verſ. 1. & 1. ad Theſſal. 2. v. 19. Qui vicerit,

12 FACIAM ILLVM COLVMNAM. i. ſtabilem faciam. ET FORAS NON EGREDIETVR AMPLIVS, nõ deficiet à fide, nec ab Eccleſia egredietur. ET SCRIBAM, Dei nomine inſcripto ſignificabatur, eius eũ ſeruũ eſſe. CIVITATIS .... IERVSALEM. Nomen itidẽ inſcriptũ eius vrbis, deſignabat illũ eſſe Dei templum. ET NOMEN MEVM NOVVM ſcribam. ſ. *Ieſus*: nam ante incarnationẽ *Deus* vocabatur. Id erat nomen antiquum. Angelo Laodiciæ,

14 HÆC DICIT: AMEN. i. fidelis, Deus. *Amen* eſt Dei nomen, Iſa. 65. v. 16. *Benedicetur in Deo amen, & iurabit in Deo amen.* Quod ſequitur, TESTIS FIDELIS, explicatio eſt vocis *Amen*, quæ *fideliter*, *verè* ſignificat.

15 VTINAM FRIGIDVS ESSES. i. alienus à Deo. Faciliùs hi conuertuntur quàm hypocritæ. Matth. 21. verſ. 31. *Publicani & meretrices præcedent vos in Regno Dei.*

16 INCIPIAM TE EVOMERE. Ducta metaphora à Medicis, qui aqua tepida vomitum prouocant. Eme à me

18 AVRVM IGNITVM. i. feruorem contra tepiditatem. Quo pretio? Labore, precibus, vigilijs. ET COLLYRIO INVNGE OCVLOS. Dixerat non tepidum eſſe, ſed etiam cæcum.

19 ÆMVLARE ERGO. i. zelare, zelum. i. amorem feruidum habe.

20 ET COENABO CVM ILLO. i. mihi erit familiaris, qui mihi pulſanti aperuerit.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 HABET. ſ. in dextera. Vide c. 1. ET MORTVVS. pro, ſed mortuus. q. d. multi ex vobis ſunt in peccato.

2 MORITVRA. ſ. alioqui. bonos videtur intelligere, de quibus infrà. PLENA. i. perfecta. DEO MEO. Loquitur Chriſtus vt homo.

3 IN MENTE, &c. i. memento. ACCEPERIS. i. inſtitutus ſis. ET NESCIES. Explicatio præcedentis.

4 NOMINA. i. homines. Vide Act. 1. QVI. Græc. *quæ*. VESTIMENTA. i. corpora, vel q. d. qui puritatem animæ conſeruarunt. IN ALBIS. i. ſtola felicitatis.

5 SIC. Græc. *hic*. NON DELEBO, &c. q. d. perpetuò mecum viuet. NOMEN EIVS. i. ipſum. q. d. agnoſcam pro meo, vel laudabo. Vide Matth. 10.

VERVS.i.verax. Vide Pſal.244. vbi eadem ſententia. 7
CLAVEM DAVID.i.regiam poteſtatem. APERIT,&c.
q.d.qui facit quod vult,nec ei quiſquã poteſt reſiſtere.

OSTIVM APERTVM.i. expeditam viam. q.d. abſtuli 8
impedimenta. QVIA.pro,quamquam.q.d.etſi debilis
es,tamẽ me iuuante,præualebis. ET SERVASTI,pro,ta-
men ſeruaſti,vel quia ſeruaſti. VERBVM. i.præceptum.

ADORENT,&c.i.ſubiiciantur tibi. 9

PATIENTIÆ.i.de patientia.q.d.quod præcepi de pa- 10
tientia ſeruanda. MEÆ.i.à me præceptæ. AB HORA.
pro,in tempore, vel ab incurſu, ſeu impetu. TENTA-
RE.i.ad tentandum. HABITANTES.ſ.Chriſtianos per
orbem diſperſos.

TENE.i.conſerua. QVOD HABES.ſ.boni. ACCIPIAT. 11
.i.eripiat, vt ſolet diabolus tentando; vel pro te ſubſti-
tuatur,iuxta illud, *Et epiſcopatum eius accipiat alter*.

COLVMNAM. i. firmiter conſiſtentem. TEMPLO. vel 12
Eccleſia,vel cælo. ET SCRIBAM,&c.q.d adſcribam in
numerum filiorũ Dei, & beatorum electorumq́; meo-
rum. Sunt quidem tales ab æterno ſcripti,ſed hîc exe-
cutio ſignificatur illius prædeſtinationis. DESCENDIT.
præſens eſt.vide infr.c.21. NOVVM. ſ. per nouitatem
felicitatis. q.d. nouo & ſingulari modo meũ illũ faciã.

AMEN. i.veritas. FIDELIS,&c.i.veriſſimus & certiſ- 14
ſimus. PRINCIPIVM.i.auctor. CREATVRÆ DEI. Vel
res creatæ intelliguntur,vel per Chriſtum reparatæ. Vi-
de Iacob.1.v.18.

FRIGIDVS.ſ.per infidelitatem. CALIDVS.ſ.per cha- 15
ritatem. VTINAM,&c.q.d.minus eſſet malum non noſ-
ſe viam veritatis, quàm agnitam ſpernere: illud enim
peccatum ignorantiæ interdum excuſans,id verò mali-
tiæ. Vide 2.Pet.2.Quidam *calorem* ad charitatem refe-
runt, *frigus* ad pœnitentiæ fletum, quo velut aqua pec-
cata lauantur. Fortè per *calorem* intelligitur Prælati vi-
gilantia & feruor in commiſſo munere, per *frigus* ine-
ptitudo ad officium, quæ cùm deprehenditur, deponi
ſolet,& ſubrogari eius loco alius:at cùm tepidus eſt, &
videtur nonnihil facere, malè eſt ſubditis, quia Præla-
tum habent negligentem,nec eis idoneus alius datur.

INCIPIAM, &c. Græc. *futurum eſt vt euomam*. 16
q.d.abijciam te(vt ſolent moleſta ſtomacho euomi) niſi
reſipiſcas.

AVRVM,&c. ſ. charitatem ardentem. emitur hæc 18
pœnitentiâ, boniſque operibus.i.per hæc à Deo obti-
netur. IGNITVM PROBATVM. pro, igne probatum.
.i.tribulationibus. VESTIMENTIS,&c.q.d.vitæ puri-
tate, quam gratia affert peccatis remiſſis. CONFVSIO.
.i.ignominia,ſeu turpitudo. NVDITATIS. ſ. nudus eſt
Dei gratia,qui eſt in peccato. COLLYRIO. ſ. conſide-
rationis. ſeu meditationis. OCVLOS. ſ.mentis.

ARGVO.i.reprehendo.ſ verbis. CASTIGO.ſ.tribu- 19
lationibus. ÆMVLARE. i.imitare.ſ.meliora, vel zelo
accendere contra peccata.

OSTIVM.i.mentem. PVLSO.ſ.vocans ad pœniten- 20
tiã. ET IPSE MECVM. Hominis cooperatio ſignificatur.

SEDERE,&c.i. eſſe participem regni mei. 21

CAPVT IV.

Aperto in cælo oſtio videt ſedentem in throno, & in huius circuitu vigintiquattuor ſeniores ſedentes; &, quæ hic deſcribit, quattuor animalia, quæ ſedentem in throno aſſiduè vna cũ vigintiquattuor ſenioribus glorificabãt.

POſt hæc vidi:& ecce oſtiũ apertum in cælo: 1
& vox prima, quam audiui,tamquam tubæ A
loquentis mecũ, dicens: Aſcende huc,& oſten-
dam tibi quæ oportet fieri poſt hæc. *Et ſtatim 2
fui in ſpiritu: & ecce ſedes poſita erat in cælo,&
ſupra ſedem ſedens. * & qui ſedebat,ſimilis erat 3
aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis: & iris erat in
circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ. *Et in 4
circuitu ſedis ſedilia vigintiquattuor: & ſuper B
thronos vigintiquattuor ſeniores ſedentes, cir-
cumamicti veſtimẽtis albis, & in capitibus eorũ
coronæ aureæ. *Et de throno procedebãt fulgu- 5
ra,& voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ar-
dẽtes ante thronum, qui ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei.
6 *Et in conſpectu ſedis tamquã mare vitreum ſi-
C mile cryſtallo: & in medio ſedis, & in circuitu
ſedis,quattuor animalia plena oculis antè & re-
7 trò. *Et animal primũ ſimile leoni,& ſecundum
animal ſimile vitulo,& tertiũ animal habens fa-
ciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile
8 aquilæ volãti. *Et quattuor animalia,ſingula eo-
rum habebant alas ſenas:& in circuitu, & intus
plena ſunt oculis: & requiem non habebant die
ac nocte,dicẽtia: ᵃSanctus,Sãctus,Sanctus, Do- ᵃ *Iſa.6.a.5*
minus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, &
9 qui venturus eſt. * Et cùm darent illa animalia
gloriam, & honorẽ, & benedictionem ſedenti
10 ſuper thronum,viuenti in ſęcula ſæculorũ, *pro-
D cidebant vigintiquattuor ſeniores ante ſedentẽ
in throno,& adorabant viuentem in ſæcula ſæ-
culorum, & mittebant coronas ſuas ante thro-
11 num,dicentes: *Dignus es Domine Deus noſter
accipere gloriam,& honorem,& virtutem:quia
tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam
erant, & creata ſunt.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OSTENDAM TIBI QVÆ OPORTET FIERI POST HÆC. Plerique codices, *quæ oportet fieri citò poſt hæc*. ſed Græc. non eſt *citò*, neque Gotth. meritoque id aduerbium in Reg.& Rom.eſt ſublatum.

2 FVI IN SPIRITV.i.in viſione,in ecſtaſi. ET ECCE SEDES,ſeu *thronus*, vt mox vocat. Ezechielis viſioni ſimilis eſt hæc viſio in pleriſque, in quibuſdam tamen diſcrepat. Vterque Dei thronum deſcribit. Ezechiel in curru & mobilem, Ioannes ſtatarium. Qui ſedebat,

3 ASPECTVI LAPIDIS IASPIDIS. Ezechiel *electri ſpeciem* referre ait. ET IRIS ERAT IN CIRCVITV SEDIS. Iridem Ezechiel non ponit,& miſericordiam ſignificat ex pacto cum Noë Gen.9.v.13. SIMILIS VISIONI SMARAGDINÆ. Iris quatuor colores habet, ſed præcipuus in hac irride erat viridis.id hæc verba ſignificant, nam ſmaragdus viridis eſt, ſpei ex eo & miſericordię expreſſius ſymbolum.

4 VIGINTIQVATVOR SENIORES, quaſi iudices orbis terræ,ideò ſedentes. VESTIMENTIS ALBIS veſtiti.i.gloria. IN CAPITIBVS EORVM CORONÆ AVREÆ, vt Reges.

5 ET DE THRONO PROCEDEBANT FVLGVRA, ET VOCES. Miracula & voces Apoſtolorum,quibus Euangelium annuntiarunt. Nec *ſeniores* nec *fulgura* ſunt in Ezechiele,nec *mare vitreum*, quod aut Angelorũ aſtantium multitudo eſt,aut vaſtum ſpeculum.i.lumen gloriæ,in quo accedentes ſe ipſos vident, & omnia quæ in hac viſione referuntur. ET IN MEDIO SEDIS. i. prope ſedem & circum, QVATVOR ANIMALIA. totidem vidit Ezechiel, & eadem quæ hîc nominantur. PLENA OCVLIS ANTE ET RETRO. Ezechielis animália ſingula habent quatuor facies c.1.verſ 6.vt ſ. ſine conuerſione in quatuor partes & plagas orbis mouerentur. ſic octo oculos antè & retrò, & ad vtrumque latus habuere. Hoc eſt,plena eſſe oculis.

7 ET ANIMAL PRIMVM SIMILE LEONI. *Leo, vitulus, homo, aquila*, quatuor Euangeliſtæ ſunt. In quo à Latinis Gręci diſcrepant. Nos leonem Marco, vitulum Lucæ, hominem Matthęo, aquilam Ioanni tribuimus. rationes in promptu ſunt. Irenæus l.3.c.11. leonem Ioanni tribuit, aquilam Marco, de duobus alijs conſentiens. id Græci ſequuntur.

8 SINGVLA EORVM HABEBANT ALAS SENAS, ET IN CIRCVITV. Ezechiel quatuor pennas ſingulis tribuit, ſed Ioannes ſex,fortaſſis quoniam omnes ſunt viginti quatuor,vt indicaret totidem veteris Teſtamenti libris Euangeliſtas eſſe conformes. ET INTVS PLENA SVNT OCVLIS. *Intus* ex parte obiecti,nam interiora penetrant. Alioqui oculi intus eſſe quomodo poſſunt? Quæ ani-

malia Deum in throno ſedentem laudabant, ſimul ſeniores adorabant,

Et mittebant coronas ſuas ante thronum. Sancti quidquid habent honoris, Deo tribuunt ipſique; rerum omnium gubernationem permittunt. id ſignificat *coronas mittere*. 10

Et propter voluntatem tuam, ſeu *per voluntatem tuam*, erant omnia, et creata ſunt. *Διὰ per* & *propter* ſignificat. Vtrumque verum & congruens, per ipſum & propter ipſum omnia. 11

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Post hæc. i. poſthac. q.d. reuelabo tibi futura. 1

In spiritv. ſ. in ecſtaſi. q.d. eleuata mente conſpexi. Sedens. ſ. Pater, ſeu potius Deus trinus. 2

Aspectvi. i. ſpeciei. Sardinis. Græc. & Complut. *ſardij*. Visioni. i. aſpectui. q.d. colore ſmaragdino. Notant quidam *iaſpide* ſignificari Dei pulchritudinem: *ſardio*, (qui colore eſt igneo) iuſtitiam: *iride* (quæ pacis ſignum) miſericordiam. 3

Thronos. ſ. ſedilia illa. Viginti qvatvor. ſ. Patres veteris & noui Teſtamenti, nam duodenarius numerus perfectus. Albis. puritas ſignificatur, vel gloria. Coronæ. victoriæ ſignum, vel regni. 4

Fvlgvra, &c. doctrinæ Euangelicæ ſigna, vel iuſtitiæ diuinæ. Septem spiritvs. i. omnes Angeli. Quidam ad dona Spiritus ſancti referunt. Vide ſup. c. 1. 5

Mare. Baptiſmum quidam intelligunt. Alij contemplatiuos, fortè cæli planities intelligitur. Vitrevm. ſ. colore. Crystallo. ſ. ſplendore. Medio sedis. i. inter ſedilia. Circvitv sedis. ſ. throni Dei. *Animalia. ſ. Euangeliſtæ. Ocvlis. i. cognitione. q.d. videntia præterita & futura. 6

Leoni. ſ. Marcus, qui velut à leonis rugitu cœpit Ioannis clamore. Vitvlo. ſ. Lucas, qui à Zachariæ ſacerdotio. Hominis. ſ. Matthæus, qui humanam Chriſti generationem deſcripſit. Aqvilæ. ſ. Ioannes, qui diuinam. Vide Ezech. 1. 7

Senas. ſ. vt Seraphim Iſa. 6. Intvs. i. intra alas. Ocvlis. i. cognitione. Reqviem. i. ceſſationem. Ventvrvs. ſ. ad iudicium. 8

Benedictionem. Græc. *gratiarum actionem*. 9

Mittebant. i. demittebant. ſ. victorias ſuas Deo acceptas referentes. 10

Accipere. ſ. à creaturis te laudantibus, & prędicantibus. Virtvtem. i. potentiam. Erant. Græc. *ſunt*. q.d. conſeruantur. 11

CAPVT V.

Flente Ioanne quòd librum ſeptem ſigillis ſignatum nemo poſſet aperire, agnus primùm occiſus illum aperuit; quo facto, quattuor animalia & vigintiquattuor ſeniores, cum innumera Angelorum multitudine omnique creatura illum maximè glorificarunt.

Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, 1
librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſi- A
gillis ſeptem. *Et vidi Angelum fortem, prædi- 2
cantem voce magna: Quis eſt dignus aperire li-
brum, & ſoluere ſignacula eius? *Et nemo pote- 3
rat, neque in cælo, neque in terra, neque ſubtus
terram, aperire librum, neque reſpicere illum.
*Et ego flebam multùm, quoniã nemo dignus 4
inuentus eſt aperire librũ, nec videre eũ. *Et vnus 5
de ſenioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit B
leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ, &
ſoluere ſeptem ſignacula eius. *Et vidi: & ecce in 6
medio throni & quattuor animalium, & in me-
dio ſeniorũ, agnum ſtantẽ tamquam occiſum,
habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem: qui
ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram.
*Et venit, & accepit de dextera ſedentis in thro- 7
no librum. *Et cùm aperuiſſet librum, quattuor 8
animalia, & vigintiquattuor ſeniores ceciderunt
corã agno, habentes ſinguli citharas, & phialas
aureas plenas odoramentorũ, quæ ſunt oratio-
9 nes ſanctorum: *& cantabant canticum nouũ,
C dicentes: Dignus es Domine accipere librum, &
aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & re-
demiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu,
10 & lingua, & populo, & natione: *& feciſti nos
Deo noſtro regnũ, & ſacerdotes: & regnabimus
11 ſuper terram. *Et vidi, & audiui vocem angelo-
rum multorum in circuitu throni, & animaliũ,
& ſeniorum: & erat numerus eorũ ª millia mil- ª Dan. 7. c. 10
12 lium, *dicentiũ voce magna: Dignus eſt Agnus,
D qui occiſus eſt, accipere virtutẽ, & diuinitatem,
& ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, &
13 gloriã, & benedictionẽ. *Et omnem creaturam,
quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, &
quæ ſunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui di-
centes: Sedenti in throno, & Agno, benedictio,
& honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculo-
14 rum. *Et quattuor animalia dicebant: Amen. Et
viginti quattuor ſeniores ceciderunt in facies
ſuas: & adorauerunt viuentẽ in ſæcula ſęculorũ.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Librvm scriptvm intvs et foris. Libri olim erant inuoluti, vnde dicebantur *volumina*. Scribebantur altera ex parte tantùm; hic ex vtraque parte. De *libri* ſignificatione variæ explicationes. Nobis ſit vetus Teſtamentum ſcriptum intus & foris, propter ſenſus hiſtoricos & myſticos. Aut liber præſcientiæ Dei intus electi qui non delentur, foris boni & mali ſecundũ præſentem iuſtitiam. Signatvm sigillis septem. Quod ſignificat, firma eſſe quæ continet & occulta. Et nemo poterat

4 Aperire librvm, nec videre evm. Græc. *aperire & legere librum neque reſpicere*.

5 Ecce vicit leo. pro, poteſtatem habet. Aperire librvm. pro, vt aperiat librum. Vidi

6 Agnvm stantem tamqvam occisvm, ſigna & cicatrices habebat, ceterùm iam ſtabat & viuebat, non erat mortuus. Hic *Agnus* Chriſtus eſt. ſic à Ioanne & Prophetis vocatur. Habentem cornva septem. i. robur & potentiam multiplicem. Et ocvlos septem. i. ſcientiam perfectam. Aut *cornua* & *oculi* ſunt ſpiritus & Angeli multi, quibus miniſtris vtebatur. nam ſequitur, *qui ſunt ſeptem ſpiritus*.

8 Et cvm apervisset librvm. Gotth. *accepiſſet*. ſic Græc. Liber nondum erat apertus. Tunc animalia & ſeniores ceciderunt coram Agno habentes Citharas ad laudandum agnum. Et phialas cum odoribus. Qvæ svnt orationes sanctorvm. ſ. quas pro nobis fundunt. Hęretici per *orationes* laudes intelligunt & gratiarum actiones. Ceterùm προσευχὴ id non ſignificat, ſed *preces*, ſed *vota*.

9 Et cantabant, ſeu *cantant*, vt eſt Græc. & Gotth. Dignvs es Domine. Vox *Domine* Græcè non eſt, nec in Gotth. *dignus es accipere librum*, quia redemiſti nos,

10 Et fecisti nos. Quædam Græci codices habent, *feciſti eos*. Regnvm. Græcè, *Reges & ſacerdotes*. Vtrumque myſticè. Et regnabimvs. Gotth. *regnabunt*. quæ lectio in octo Latinis codicibus Louan. erat, ſed oportebat legere, *feciſti eos*, vt habent quidam Græci codices. Noſtra tamen lectio multò eſt ſincerior.

11 Et erat nvmervs eorvm. ſ. Angelorum. Millia millivm. Græc. in Regijs μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων. i. *decem millia decem millium, & millia millium*. Verùm illud μυριάδες μυριάδων, in Roberti cod. non eſt, & videtur deſumptum ex Dan. 7. v. 10. vbi Chald. eſt *myrias myriadum*. Verùm quocumque modo, ſignificatur numerum Angelorum immenſum fuiſſe. Hi dicebant: Dignus eſt Agnus accipere

12 Divinitatem. Iam erat Deus, ſed orant Angeli, vt colatur vt talis. Omnis creatura quæ ſub cęlo te laudat,

ET SVB TERRA. Videtur Purgatorium in- 13
nuere;nam in inferno Deum non laudant.
ET VIGINTI QVATVOR. Totum hoc vſque ad finem 14
cap. Gotth. non eſt. Illud, *In facies ſuas*, Græcè non
eſt. Poſtremò illud, VIVENTEM IN SÆCVLA SÆCV-
LORVM, Græcè in Regijs quidem penitùs non eſt; Ro-
bertus habet,ſed cum obelo.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INTVS ET FORIS. ſ. myſtico ſenſu,& litterali. Ad lit- 1
teram verò,membrana erat etiam in tergo ſcripta &
inuoluta more Hebræo. SEPTEM.i.multis, vel ſeptem
numero.
SVBTVS TERRAM. ſ. in Limbo,aut Purgatorio. 3
RESPICERE.i.intueri,ſeu intelligere.
SENIORIBVS.ſ.de quibus c.4. VICIT. i. præualuit. 5
q.d.poteſt.RADIX.i.è radice,ſeu ſtirpe. APERIRE.i.vt
aperiat.
OCCISVM. ſ. anteà, ſed ad vitam reuerſum. SPI- 6
RITVS.i Angeli per cornua & oculos ſignificati; fortes
enim,& perſpicaces.
SEDENTIS.ſ.Dei Patris. LIBRVM.ſ.prouidentiæ,vel 7
prædeſtinationis, vel Scripturæ ſacræ, vel plagarum,
ſeu ſuppliciorum.
APERVISSET.Græc.*accepiſſet*.PHIALAS.vulgò *tazze*. 8
NOVVM.ſ.mortalibus, quibus numquam tale audi- 9
tum.vel q.d.inuſitatum & mirabile. ſic inf. c.14. v.3.
TRIBV.ſ.vocatos,ſeu electos.
REGNVM.i.Reges. Vide ſup. cap.1. SVPER TER- 10
RAM.ſ.in cælo.
MILLIA MILLIVM.i.plurimi.q d.innumerabiles. 11
ACCIPERE. ſ. à celebrantibus, ſeu laudantibus. 12
q.d.prædicari eius virtutem.i.poteſtatem,&c. DIVI-
NITATEM.Græc.*diuitias*. FORTITVDINEM.i.robur.
SVB TERRA. ſ. in Purgatorio. IN EO. Græc. *in eis*. 13
q.d.omnia denique. DICENTES.ſ.ſuo quamque modo.
ſic cæli dicuntur enarrare gloriam Dei. & in Pſalmis
creaturæ omnes Deum laudare. BENEDICTIO. ſ.ſit,ſeu
detur. POTESTAS.ſ.eſt,vel celebretur.
AMEN.q.d.certè ita eſt,vel,dignum eſt. 14

CAPVT VI.

Apertis quattuor ſigillis varij aduerſus terram ſequuntur effectus: quinto vero aperto, animæ Martyrum petunt accelerari iudicium: ad ſexti autem apertionem oſtenduntur ſigna futuri iudicij.

ET vidi quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſe- 1
ptem ſigillis,& audiui vnum de quattuor a- A
nimalibus,dicẽs,tamquam vocẽ tonitrui: Veni,
& vide.*Et vidi:& ecce equus albus,& qui ſede- 2
bat ſuper illum habebat arcum,& data eſt ei co-
rona,& exiuit vincens vt vinceret.*Et cùm ape- 3
ruiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecũdum ani-
mal,dicens: Veni,& vide. *Et exiuit alius equus 4
rufus:& qui ſedebat ſuper illum,datum eſt ei vt
ſumeret pacem de terra,& vt inuicem ſe interfi-
ciant,& datus eſt ei gladius magnus.*Et cùm a- 5
peruiſſet ſigillũ tertium,audiui tertium animal, B
dicens:Veni,& vide. Et ecce equus niger: & qui
ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu
ſua.*Et audiui tamquam vocem in medio quat- 6
tuor animalium dicẽtium: Bilibris tritici dena-
rio,& tres bilibres hordei denario, & vinum &
oleum ne læſeris.*Et cùm aperuiſſet ſigillũ quar- 7
tum,audiui vocem quarti animalis dicentis:Ve-
ni,& vide. *Et ecce equus pallidus: & qui ſede- 8
bat ſuper eum,nomen illi Mors, & infernus ſe-
quebatur eũ, & data eſt illi poteſtas ſuper quat-
tuor partes terræ, interficere gladio, fame, &
morte,& beſtiis terræ.*Et cùm aperuiſſet ſigillũ 9
quintum,vidi ſubtus altare animas interfectorũ C
propter verbum Dei, & propter teſtimonium,
10 quod habebant,*& clamabant voce magna,di-
centes: Vſquequò Domine, (ſanctus, & verus)
non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrũ
11 de iis qui habitãt in terra?*Et datæ ſunt illis ſin-
gulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis vt requieſce-
rent adhuc tempus modicũ,donec compleantur
tur conſerui eorum,& fratres eorum, qui inter-
12 ficiendi ſunt ſicut & illi. *Et vidi cùm aperuiſſet
D ſigillum ſextum:& ecce terræmotus magnus fa-
ctus eſt, & ſol factus eſt niger tamquam ſaccus
13 cilicinus: & luna tota facta eſt ſicut ſanguis:* &
ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terrã, ſicut ficus
emittit groſſos ſuos cùm à vento magno moue-
14 tur.* & cælum receſſit ſicut liber inuolutus: &
omnis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt:
15 *& reges terræ,& principes,& tribuni,& diuites,
& fortes,& omnis ſeruus,& liber, abſconderũt
16 ſe in ſpeluncis, & in petris montium: *& dicunt
montibus, & petris: " Cadite ſuper nos, & abſ- " *Iſa.2.*
condite nos à facie ſedentis ſuper thronum, *d.19*
17 & ab ira Agni:*quoniam venit dies magnus iræ *Oſee 10.* *b.8*
ipſorum: & quis poterit ſtare? *Luc.23.* *d.30*

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVOD APERVISSET AGNVS VNVM. i. primum,
phraſi Hebr.de ſeptem ſigillis.Et vidi, ET AVDI-
VI VNVM. i.primum de quatuor animalibus. Hic eſt
leo,& qui per leonem ſignificatur Euangeliſta.
2 ET ECCE EQVVS ALBVS. Iuſtorum & electorum
cõgregatio.ET QVI SEDEBAT SVPER ILLVM,HABEBAT
ARCVM. Chriſtus cum arcu ad puniendũ,& corona ad
præmiandum. Præmio & pœna vita noſtra gubernatur
& conſtat. ET EXIVIT VINCENS VT VINCERET. Græc.
vinces,& vt vinceres. Duplex victoria,de morte per re-
ſurrectionem, de infidelitate per conuerſionem mũdi.
3 AVDIVI SECVNDVM ANIMAL. vitulum, & per eum
Lucam Euangeliſtam: nam quæ erant in libro veteris
Teſtamenti,aut præſcientiæ Dei,Euãgeliſtæ aperuerũt.
4 ET EXIVIT ALIVS EQVVS RVFVS. Imperatores Ro-
mani, rubri ſanguine Martyrum, Nero, Domitianus,
Diocletianus. ET QVI SEDEBAT SVPER ILLVM i.dia-
bolus,is ſuſtulit pacem,& fecit vt homines alij alios in-
terficerent. ET DATVS EST EI GLADIVS MAGNVS.
.i.magna nocendi poteſtas. Aperto tertio ſigillo,
5 ECCE EQVVS NIGER. Hi ſunt hæretici, peiores ty-
rannis.ſeſſor diabolus HABEBAT STATERAM. *ſtateram*
.i.ſacros libros,quibus hæretici abutuntur.
6 ET AVDIVI TAMQVAM VOCEM IN MEDIO QVATVOR
ANIMALIVM. incerto ſ.auctore. DICENTIVM. Græc.
dicentem.ſ.vocem.aut dicentium animalium. BILIBRIS
TRITICI DENARIO. Græc.*chœnix tritici*. TRES BILI-
BRES.Græc. *tres chœnices hordei denario*.Cõuenit chœ-
nicem eſſe, quantum homini frumenti in diem vnum
ſatis eſt; quot tamen vncias contineret, Auctores va-
riant: de quo lib.de Pond. & menſ. c.11. ſatis multa
diximus.ſed certè, duas libras vncias viginti quatuor
plus minus continebat;id *bilibris* eſt. Sed quorſum hîc
de *tritico* & *hordeo*,*vino*, & *oleo*? Nempe vt intelliga-
mus,contra hæreticos annonam vnde pij viuant,& illis
reſiſtant, præſtò eſſe,ſolutiones argumentorum. Nota,
in Syria & Africa hordeo homines veſci, triticum in
delicijs eſſe.ſic hordeo triplo carius triticum facit. A-
perto ſigillo quarto,
8 ECCE EQVVS PALLIDVS. Significat hypocritas, aut
alioqui prauos homines,qui non minùs vexant Eccle-
ſiam quàm peſtes priores, decorem Eccleſiæ prauo vi-
tiorum colore mutant. ET QVI SEDEBAT SVPER EVM,
NOMEN ILLI MORS.i.diabolus,cuius fraude mors in-
trauit. ET INFERNVS SEQVEBATVR. i. ſupplicium,
aut damnatorum multitudo. Dataque eſt illi poteſtas
ſuper omnem terram,vt interficiat omni mortis genere.
ſ.morte ſpirituali. Vbique enim praui homines ſunt.
Per hos quatuor equos,quatuor præcipui Imperatores

videtur. Porrò per *Angelos quatuor* tyrannos poſſumus intelligere, per *ventos* prædicatores, quos illi prædicare prohibuerunt. Melius erit ſi per *Angelos quatuor*, tot item Cæſares ſeu Imperatores intelligamus poſt Cõſtantium, nempe Maximinum, Seuerum, Licinium, Maxentium, hoſtes Chriſti, quibus alius Angelus, certè Conſtantinus Magnus clamet ne noceant. i. Impedias, ne noceant, donec multi conuertantur ex Iudæis, plures ex Gentibus. Quod factum eſſe eo imperante, atque eius opera, non eſt dubium. Porrò aſcendit ab ortu, quoniam ſedem Imperij in Oriente Conſtantinopoli poſuit. Habuit *ſignum Dei*, id eſt baptizatus erat. Signantur fideles chriſmate in Baptiſmo in fronte. Memento Apocalypſim hiſtoriam futuri temporis continere ænigmaticam.

2 Et vidi alterum Angelum. De hoc Angelo Auctores variant, quis fuerit. Nos Chriſtum intelligamus. Ascendentem ab ortu solis. miſſú à Patre. Habentem signum Dei vivi. *σφραγῖδα*, *ſigillum*. ſ. quo ſignarentur ſerui Dei. An hoc ſigillum fuit *Tau* crucis forma, de qua Ezech. 9. v. 4. plura ſunt dicta? an *Ieſu* nomen, vt c. 14. v. 1. dici videtur? Clamauit:

3 Nolite nocere. Vides noxios angelos fuiſſe. Ergo, ne noceatis terræ, et mari. i. propè & procul à mari habitantibus. Neque arboribus. i. bona eis & prædia non auferatis, agros ne vaſtate, quouſque Signemus servos Dei nostri in frontibus eorum, certè impreſſo crucis ſigno. Nec ſolùm prohibuit nocere, ſed ligauit eos, vt dicitur cap 9. v. 14. Porrò numerus ſignatorum

4 Centum quadraginta quatuor millia. Numerus finitus pro indefinito & magno. Porrò in duodecim tribubus relicta eſt tribus Dan, fortè ex illa futurus eſt Antichriſtus, aut peſſimus aliquis hæreſiarcha, ſed pro ea ſubſtituta eſt tribus Leui, quæ alijs locis prætermittitur. Ad hæc v. 8. pro tribu Ephraim, ponitur tribus Ioſeph: nam tribus Manaſſe, qui fuit alter filius Ioſephi, iam erat numerata. Inchoat autem à tribu Iuda, quoniam regia erat, illi præcipuè factæ promiſſiones.

9 Post hæc vidi turbam magnam. Gotth. addit *ſtantem*. Græc. *poſt hæc vidi, & ecce turba multa*. Ex omnibus gentibus. Plures ex Gentibus quàm ex Iudæis ſunt electi. Amicti stolis, veſtes talares erant. Albis. i. gloria. Et palmæ in manibus eorum, victoriæ ſignum.

13 Et respondit. pro, locutus eſt. Vnus de senioribus. ſ. ex illis viginti quatuor qui erant ante thronum. Et dixit mihi. Græc. *dicens mihi*. ſic Gotth. ſed non refert. Hi ſunt qui ſunt afflicti in mundo, ſed *ſtolas*. i. conſcientias lauerunt.

14 Et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Puritas niſi per Chriſti ſanguinem nulli contingit. Qui ſedet in throno,

15 Habitabit super illos: ſeu *cum illis*. præpoſitio ἐπὶ multa ſignificat.

17 Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum. i. aquas viuas, quæ numquam deficiunt. ſic nec eorum gaudium deficiet.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Angulos. i. extremitates. ſ. Orientem, Occidentem, Aquilonem, & Auſtrum. Tenentes, &c. q.d. quibus datum erat poſſe terram velut ventis tribulationum concutere, ſed interim reprimebant, dum tempus eſſet emittendi.

2 Signum. ſ. crucem qua erat ſignaturus, ſeu ſigillum in quo eſſet crux, nam Græc. σφραγῖδα. Quatuor. ſ. de quibus ſuprà.

4 Signatorum. ſ. ab eo Angelo. Ex omni. ſ. ferè, nam deeſt tribus Dan. Qui poteſt, dicat cur omiſſa ſit, nec enim veriſimile eſt nullos ex illa ſaluari. eſt quidem communis opinio ideò omiſſam, quia ex ea futurus Antichriſtus.

8 Ioseph. i. Ephraim.

9 Turbam. ſ. ex Gentilitate conuerſorum.

10 Salus. ſ. accepta referatur, vel q.d. congratulamur de eius felicitate.

12 Amen. vox confirmantium. q.d ſanè ita eſt. Claritas. i gloria.

13 Respondit. i. *locutus eſt*, Hebr.

14 Stolas. i. corpora, vel ſeipſos, id quod per *ſtolas albas* ſignificatur. In sanguine. vel Martyres intelliguntur, qui Chriſti imitatione ſanguinẽ fuderunt, vel omnes Sancti qui ſãguinis Chriſti virtute ſanctificati.

15 Serviunt. ſ. laudando. Die ac nocte. i. ſemper. Templo. i. cælo. Habitabit. ſ. perpetuò. Super illos. pro, in illis.

16 Sol, &c. q.d vlla moleſtia.

17 In medio throni. Vide ſup cap. 5. Reget. ſ. paſtoris inſtar. Græc. *paſcet*. Vitæ. pro, viuos, ſeu vitam lætificantes. Aquarum. ſ. diuinarum gratiarum. Absterget, &c. q.d. omnem mœſtitiam auferet.

CAPVT VIII.

2 Aperto ſeptimo ſigillo ſeptem Angeli cum tubis oſtenduntur, effuſoque in terram igne altaris ab alio Angelo, fiunt variæ tempeſtates: ſimiliter quatuor Angelis tuba canentibus, producuntur variæ plagæ aduerſus homines.

1 ET cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factũ
2 eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora. Et
A vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei:
3 & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et alius Angelus
venit, & ſtetit ante altare habens thuribulũ aureum:
& data ſunt illi incenſa multa, vt daret de
orationibus ſanctorũ omnium ſuper altare au-
4 reum, quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit
B fumus incenſorum de orationibus ſanctorũ de
5 manu Angeli coram Deo. Et accepit Angelus
thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, &
miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces,
6 & fulgura, & terræmotus magnus. Et ſeptẽ An-
geli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt
7 ſe vt tuba canerẽt. Et primus Angelus tuba ce-
C cinit, & facta eſt grando, & ignis, mixta in ſan-
guine, & miſſum eſt in terram, & tertia pars ter-
ræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concre-
mata eſt, & omne fœnum viride combuſtũ eſt.
8 Et ſecundus Angelus tuba cecinit: & tamquam
mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare, &
9 facta eſt tertia pars maris ſanguis, & mortua eſt
tertia pars creaturæ eorum quæ habebant ani-
10 mas in mari, & tertia pars nauium interiit. Et
tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo
ſtella magna, ardens tamquam facula, & ceci-
dit in tertiam partem fluminum, & in fontes a-
11 quarum: & nomen ſtellæ dicitur Abſinthium,
D & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium:
& multi hominum mortui ſunt de aquis, quia
12 amaræ factæ ſunt. Et quartus Angelus tuba ce-
cinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia
pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcu-
raretur tertia pars eorum, & diei non luceret
13 pars tertia, & noctis ſimiliter. Et vidi, & audiui
vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli,
dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus
in terra, de ceteris vocibus trium Angelorum,
qui erant tuba canituri.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Factum est silentium in cælo. Aperto ſigillo ſeptimo fuit in Eccleſia quies poſt afflictiones cõmemoratas ſuperiùs tyrannorũ, hæreticorũ, prauorum hominũ, de quibus c. 6. & 7. nẽpe ſub Cõſtantino Imperatore. Sed ea quies breuis fuit, & quaſi media hora.

Tum poſt mortem Antichriſti quieſcet quidem Eccle-
ſia parum, quia breuì ſequetur Iudicij dies.

Et vidi septem Angelos. Hi etiam praui ſunt, 2
quippe carnifices, ſed priuſquam illi exequi cœpiſſent
parata mala, dum quieuit Eccleſia,

Alivs Angelvs, ſeu Chriſtus, ſeu Michaël, certè 3
bonus Angelus. Et stetit ante altare, erat ante
thronum Dei altare, vt altare thymiamatum, ante pro-
pitiatorium in templo. Vt daret de orationibvs.
Goth. *vt daret orationibus*, pro, orationes ſanctorum.
Græc. *ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς*, pro, *τὰς προσευχάς*. *Altare,*
thuribulũ incenſũ, ignis de altari, totú hoc ſignificat eo
tempore quo quieuit Eccleſia, fideles orationi vacaſſe.

Et ascendit fvmvs. Preces multæ erant & conti- 4
nuæ; ſed ex otio, nempe ſilentio quod dixit, malum ſe-
quitur. Id ſignificat quod verſu ſequenti ait, ſumpſiſſe
thuribulum, & impleſſe de igne altaris, & miſiſſe in ter-
ram. i. ad terrenas cupiditates fideles deiectos. Inde to-
nitrua & fulgura, hoc eſt, lites & diſſenſiones extitiſſe.

Et terræmotvs magnvs. Vox *magnus* Græcè & 5
Goth. non eſt. inde mala & hæreſes proueniſſe, quæ
mox commemorat.

Et primvs Angelvs tvba cecinit. Hæreſis aliqua 7
poteſt notari, qua decor Eccleſiæ perijt, vt Hebionita-
rum. Aut vitium aliquod, quod primis temporibus fi-
deles inuaſit, vt ambitio, auaritia. *Terra combuſta, arbo-*
rum pars, fœnum, decorem Eccleſiæ perijſſe ſignificat.
Aut perſecutiones Eccleſiæ notat Neronis, Domitiani,
Diocletiani, quia dicit factam grandinem & ignem,
mixta in ſanguine.

Et secvndvs Angelvs. Inſignem hæreſiarcham 8
notari puto, vt fuit Nicolaus vnus è ſeptem diaconis,
auctor Nicolaitarum: aut Neſtorius, qui vocetur mons
magnvs, quòd eſſet Archiepiſcopus Conſtantinopoli-
tanus. Is eſt mons magnus ardens, & miſſus in mare,
vbi ipſe perijt, & piſces peremit magna ex parte. i. fide-
les decepit, qui erant in mari. i. in Eccleſia.

Et tertivs Angelvs. Hìc Ioannes de hæreſi Arij 10
loquitur, vt ſentiunt peritiores. Et cecidit de cælo.
i. Eccleſia. Stella magna. An ipſe Arius ſuo iudicio
magnus? An potiùs Conſtantinus Imperator, ſub vi-
tæ finem Arij fautor, Athanaſium inſectans, & ab A-
rianis rebaptizatus, ſi vera ſunt quæ Euſebius de eo in
eius Vita tradit. Quam ob cauſam à Latinis conſecratus
non eſt, contrà quàm Græci, qui eum colunt feſto dica-
to Maij die vigeſimo primo. In Sicilia etiam vrbe Co-
niglione eius effigiem in altari vidimus, & accuſaui-
mus. Hæc *ſtella* in *flumina* & *fontes* decidit, aquas Scri-
pturæ infecit, & amaras reddidit. Et ab amaritudine vo-
catur *Abſinthium*. Ab eo multi ſunt infecti & perie-
runt. Quid quartus Angelus?

Percvssa est tertia pars solis. Per *ſolem* Præ- 12
latos intelligit, per *lunam* alios ſacerdotes, per *ſtellas*
plebem, quorum magna pars obſcurata eſt hæreſi, de
qua loquitur, ſic per *diem* nobiles, per *noctem* populum
intelligit. An hi fuerunt Manichęi, Donatiſtę, Pelagia-
ni, inuiſa nomina omni tempore? an Iconoclaſtæ, quæ
ſecta diu in Oriente viguit? an ſchiſma annorũ ſeptua-
ginta inter Pontifices Romanos? Lege Hiſtorias, no-
tum eſt ſchiſma. Nec enim res tantæ in hac futuri tem-
poris Hiſtoria ænigmatica prætermitti debuerunt.

Et avdivi vocem vnivs aqvilæ. Hic etiam An- 13
gelus fuit. Quid dicit? Væ, væ, væ habitantibvs.
Magnum malum inſtat. Tria *væ*, quia tres Angeli ſu-
pererant. De ceteris vocibvs. i. propter ceteras vo-
ces. Græc. & Goth. additur *tubæ*. Trivm Angelo-
rvm. i. ob ea quæ tres Angeli è ſeptem reliqui ſunt ſuis
tubis annunciaturi, vę hominibus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Silentivm. Significatur Eccleſiæ pax per breue tem- 1
pus. fortè, vt quidam aiunt, poſt mortẽ Antichriſti.
Angelos. i. de quibus c. 1. dictum eſt. Tvbæ. qua- 2
rũ ſonitu mundi calamitates prænũtiarent, vt inf. dici-
tur. fortè verò per *Angelos* prædicatores ſignificãtur.
Altare. i. quod vt ſtatim dicitur, erat ante thronum 3
Dei. Incensa. i. aromata. ſ. orationes, vt ſtatim expli-
catur. Daret. i. offerret.
4 De orationibvs. pro, nempe ex orationibus.
5 Tonitrva, &c. ſ. calamitatum ſecuturarum ſigna.
7 In. pro, cum. nempe miſſa erant illa duo cum ſangui-
ne. Missvm est. pro, miſſa ſunt. Foenvm. i. herba.
10 Stella. ſ. cometa. Fontes. ſ. in tertiam partem.
11 In absynthivm. i. amariſſima. De aqvis. i. aqua-
rum potu.
12 Percvssa. ſ. tenebris. Pars tertia. ſ. lux erat
tertia ex parte minor ſolito.
13 Væ, væ, væ. ter, ob tres calamitates ſequentes. Ha-
bitantibvs. ſ. malis. De ceteris. i. ob ceteras.

CAPVT IX.

Quinto Angelo tuba canente ſtella cadit, & locuſtæ à fumo putei egreſſæ deſcribuntur, quæ homines crucient: ſexto verò Angelo canente ſoluuntur quattuor Angeli, qui ingenti equeſtri exercitu tertiam hominum partem occidant.

1 ET quintus Angelus tuba cecinit: & vidi ſtel-
A lam de cælo cecidiſſe in terram, & data eſt ei
2 clauis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi: &
aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis ma-
gnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei:
3 Et de fumo putei exierũt locuſtæ in terram, &
data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem
4 ſcorpiones terræ: & pręceptum eſt illis ne lęde-
rent fœnum terræ, neq; omne viride, neq; om-
nem arborem: niſi tantùm homines, qui nõ ha-
5 bent ſignum Dei in frontibus ſuis: & datum eſt
illis ne occiderent eos; ſed vt cruciarent menſi-
bus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus
6 ſcorpij cùm percutit hominem. Et in diebus *Iſaia 2. d. 19*
illis quærent homines mortem, & nõ inuenient *Oſee 10 b. 8*
eam: & deſiderabũt mori, & fugiet mors ab eis. *Luc. 23. d. 30*
7 Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis pa- *Sap. 16. b. 9*
B ratis in prælium: & ſuper capita earum tamquã
coronæ ſimiles auro: & facies earum tamquam
8 facies hominum. Et habebant capillos ſicut ca-
pillos mulierum; & dentes earum, ſicut dentes
9 leonum erant: & habebant loricas ſicut loricas
ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruum
10 equorum multorum currentium in bellum: &
habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei
erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere
hominibus menſibus quinque: & habebant ſu-
11 per ſe regem angelum abyſſi, cui nomen He-
C braicè Abaddon, Græcè autẽ Apollyon, Latinè
12 habens nomen Exterminans. Væ vnum abiit,
13 & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. Et ſex-
tus Angelus tuba cecinit: & audiui vocẽ vnam
ex quattuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante
14 oculos Dei, dicentem ſexto Angelo, qui habe-
bat tubam: Solue quattuor Angelos, qui alligati
15 ſunt in flumine magno Euphrate. Et ſoluti ſunt
quattuor Angeli, qui parati erant in horam, &
diem, & menſem, & annum, vt occiderent ter-
16 tiam partem hominum. Et numerus equeſtris
exercitus vicies millies dena millia. Et audiui
17 numerum eorũ. Et ita vidi equos in viſione: &
qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas,
& hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorũ
erãt tamquam capita leonum: & de ore eorum
18 procedit ignis, & fumus, & ſulphur. Et ab his
tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de
igne, & de fumo, & ſulphure, quæ procedebant
19 de ore ipſorum. Poteſtas enim equorum in ore

eorum eſt, & in caudis eorum. nam caudæ eo-
rum ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in
20 his nocent.* Et ceteri homines, qui non ſunt oc-
ciſi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de
operibus manuum ſuarum, vt non adorarent
dęmonia, & ſimulacra aurea, & argẽtea, & ęrea,
& lapidea, & lignea, quę neq; videre poſsũt, neq;
21 audire, neque ambulare: * & non egerunt pœni-
tentiam ab homicidiis ſuis, neq; à veneficiis ſuis,
neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIDI STELLAM DE CÆLO CECIDISSE. An hic fuit 1
Lutherus? certè accommodatitio ſenſu, qui de cę-
lo. i. Eccleſia, cecidit in terram. i. terrenas cupiditates.
ET DATA EST EI CLAVIS PVTEI ABYSSI. i. poteſtas in
infernũ, vt ab orco extinctas hæreſes multas ſuſcitaret.

ET APERVIT PVTEVM ABYSSI. Ex inferno prodie- 2
runt hæreſes, quarum fumus multorum oculos turba-
uit. ET OBSCVRATVS EST SOL. Multos Principes is
fumus excæcauit, & *aërem*. i. populum.

DE FVMO PVTEI. Vox *putei*, Gręc. nõ eſt, nec Gotth. 3
EXIERVNT LOCVSTÆ. i. hæretici concionatores. tum
milites feri. Bella Germaniæ & Galliæ domeſtica & ſæ-
uiſſima vidimus ab hæreticis concitata:

Heu quantum terræ potuit pelagiq; parari
Hoc quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ!

ET PRÆCEPTVM EST ILLIS. ſ. locuſtis. NE LÆDE- 4
RENT FOENVM TERRÆ. i. prouincias fidei & religionis
viriditate florentes, Hiſpaniam, Italiam, quę in his ma-
lis incolumes perſtiterunt. NISI TANTVM HOMINES,
qui in frontibus ſignati non ſunt. Ideò cap. 7. ſigillum
electis inuritur.

ET DATVM EST ILLIS. i. præceptum eſt locuſtis, NE 5
OCCIDERENT EOS, qui ſ. ſignati non erant. SED VT CRV-
CIARENT, ſeu *cruciarentur*, vt Græc. & Louan. MEN-
SIBVS QVINQVE. i. aliquanto tempore. Non erit diu-
turna afflictio. ET CRVCIATVS EORVM, VT CRVCIA-
TVS SCORPII. Vehemens dolor, ſed breuis. Prætereà
ſcorpius cauda ferit, hæretici clàm.

ET SIMILITVDINES LOCVSTARVM. i. formæ. Deſcri- 7
bit locuſtas, quas ait eſſe ſimiles EQVIS PARATIS IN
PRÆLIVM. i. armatis. Ergo armatura ſunt ſimiles, non
mole. Deinde addit alia, in quibus cum noſtris locuſtis
partim conueniunt, partim ab illis diſcrepant, vt intelli-
gatur locuſtas noui generis & myſticas eſſe.

ET HABEBANT SVPER SE REGEM. Noſtræ locuſtæ ſi- 11
ne duce per turmas volãt, naturæ miraculum, illas dia-
bolus reget. ABADDON. Regi locuſtarum nomen erat
Abaddon, Hebr. *Apollyon*. Gręc. & Latinè *Exterminãs*.
idem ſignificãt. Fulgent. 1. Mythol ait, *Sol Ἀπόλλων, id eſt*
perdens vocatur, qui omnia ſiccat. Quid ſextus Angelus?

AVDIVI VOCEM VNAM. ſ. procedentem. EX QVAT- 13
TVOR CORNIBVS ALTARIS AVREI. *Altare* Chriſtus.
Cornua eius robur. Quid vox?

SOLVE QVATTVOR ANGELOS. Cap. 7. prohibiti e- 14
rant nocere; nunc illis permittitur,

QVI PARATI ERANT. ſ. ad nocendum. IN HORAM, 15
ET DIEM. i. quocumque tempore illis permitteretur.
Diabolus ſemper nocere vult; facit tamen quod illi à
Deo permittitur, non amplius.

NVMERVS EQVESTRIS EXERCITVS VICIES MILLIES 16
DENA MILLIA. Numerus ingens haud dubium, neque
vnquam viſus talis exercitus; ſed numerus finitus pro
infinito & maximo. ET AVDIVI NVMERVM EORVM.
Gotth. non eſt coniunctio *&*, ſed ſignificat, ſe copias
non numeraſſe, audiſſe tantùm eſſe eo numero.

ET QVI SEDEBANT SVPER EOS. ſ. equos quos vidit. 17
HABEBANT LORICAS IGNEAS, nempe cacodæmones
erant, qui equos & equites ad bellum inflammabant.
eò tota pictura pertinet.

OCCISA EST TERTIA PARS HOMINVM. i. maxima 18
eorũ pars. DE IGNE, ET DE FVMO, ET SVLPHVRE, QVÆ
PROCEDEBANT. Græc. & Gotth. *qui procedebat* (ſ. ſul-
phur) *de ore ipſorum*, nempe equorum. Ego hanc pla-
gam, quæ poſt ſexti Angeli tubam denuntiatur, credo
bella eſſe, quæ omni tempore viguerunt, & Eccleſiam
afflixerunt, Chriſto, qui eſt Princeps pacis, non minùs
infenſa quàm hæreſes.

20 ET CETERI HOMINES, QVI NON SVNT OCCISI.
ſ. ex eorum numero qui ſignati non erant. Neque pœni-
tentiam egerunt, quòd dæmonia & idola adoraſſent.
Oratio ecliptica, ſupple, ij etiam punientur.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 STELLAM. ſ. diabolum, qui anteà ſplendidus erat.
CECIDISSE. ſ. olim. CLAVIS. ſ. tentandi poteſtas.
PVTEI, &c. ſ. inferni, quò per peccatum deſcenditur.
Quidam tamen Angelum bonum intelligunt, cui data
ſit clauis. i. puniendi poteſtas.

2 FVMVS. ſ. errorum. MAGNÆ. Græc. *ardentis*.

3 LOCVSTÆ. ſ. hæretici Quidam feros aliquos homi-
nes intelligunt, vel dæmones. SCORPIONES. q. d. no-
cendi veneno.

7 SIMILES AVRO. Græc. *aurea*. Galeas quidam mili-
tum intelligunt, nam locuſtas eſſe exercitum.

11 ABYSSI. i. inferni. ſ. diabolus. ABADDON. i. *perditio*.
pro, perdens. LATINE HABENS, &c. Id additum ab
Interprete. EXTERMINANS. i. perdens, ſeu vaſtans.

12 VÆ. i. calamitas. VNVM. ſ. ex tribus, de quibus c. 8.

13 ANTE OCVLOS DEI. Græc. *coram Deo*. cap. 8. dixe-
rat *ante thronum Dei*.

14 ANGELOS. ſ. malos.

15 HORAM, &c. i. tempus à Deo ſtatutum.

16 VICIES, &c. Græc. *myriades myriadum*. eſt autem
myrias decem millia. Intellexit verò Interpres per *my-
riades*, bis decem millia, per *myriadem* decem millia.
ita fiunt vicies millies, dena millia. q. d. numerus pro-
pè infinitus. AVDIVI, &c. q. d. Id intellexi docente
quodam, non enim poteram numerare.

17 ITA. ſ. vt iam dicam. SEDEBANT. ſ. dæmones. HYA-
CINTHINAS. ſ. colore. intellige vel omnes fuiſſe igneas,
hyacinthinas, & ſulphureas; vel alias igneas, alias hya-
cinthinas. PROCEDIT. pro, procedebat.

20 NEQVE. pro, non. q. d. non ideò tamen permoti ſunt,
vt pœnitentiam agerent.

CAPVT X.

Clamante alio forti Angelo loquuntur ſeptem tonitrua: porrò Angelus iurat non ampliùs fore tempus, ſed conſummandum ad vocem ſeptimi Angeli myſterium: datque librum Ioanni deuorandum.

1 ET vidi alium Angelum fortem deſcenden-
A tem de cælo amictum nube, & iris in capite
eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tam-
2 quã columnæ ignis: * & habebat in manu ſua li-
bellũ apertũ: & poſuit pedem ſuum dextrũ ſu-
3 per mare, ſiniſtrum autem ſuper terrã: * & cla-
B mauit voce magna, quemadmodũ cùm leo ru-
git. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem toni-
4 trua voces ſuas. * Et cùm locuta fuiſſent ſeptem
tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & au-
diui vocẽ de cælo dicentẽ mihi: Signa quæ lo-
5 cuta ſunt ſeptẽ tonitrua, & noli ea ſcribere. * [a] Et [a] Dan. 12. c. 7
angelus, quem vidi ſtantẽ ſuper mare, & ſuper
6 terrã, leuauit manũ ſuam ad cælum: * & iurauit
C per viuentem in ſęcula ſęculorũ, qui creauit cę-
lum, & ea quæ in eo ſunt; & terram, & ea quæ
in ea ſunt; & mare, & ea quæ in eo ſunt: Quia
7 tempus non erit ampliùs: * ſed in diebus vocis
ſeptimi angeli, cùm cœperit tuba canere, con-
ſummabitur myſterium Dei, ſicut euange-
8 zauit per ſeruos ſuos Prophetas. * Et audiui vo-
cem de cælo iterùm loquentem mecũ, & dicen-
tem: Vade, & accipe librum apertũ de manu an-
9 geli ſtantis ſuper mare, & ſuper terrã. * Et abij ad
D angelũ, dicẽs ei, vt daret mihi librũ. Et dixit mi-
hi: [b] Accipe librum, & deuora illũ: & faciet ama- [b] Ezech. 3. a. 1
ricari vẽtrem tuũ, ſed in ore tuo erit dulce tam-

quam mel. * Et accepi librum de manu angeli, 10
& deuoraui illum: & erat in ore meo tamquam
mel dulce: & cùm deuoraſſem eum, amari-
catus eſt venter meus: *& dixit mihi: Oportet te 11
iterùm prophetare Gentibus, & populis, & lin-
guis, & regibus multis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIDI ALIVM ANGELVM. Hic eſt Chriſtus *magni* 1
conſilij Angelus. AMICTVM NVBE. Sic veniet ad
iudicium, Act. 1. v. 11. ET IRIS IN CAPITE. Signum
benignitatis, quæ in iudicio etiam miſcebitur, minùs
quàm pro meritis puniet. ET FACIES EIVS ERAT VT
SOL. Splendor eſt paternæ gloriæ. ET PEDES EIVS
TAMQVAM COLVMNÆ IGNIS: ſic lege. Græc. στῦλοι non
columna, vt plerique Latini codices habent.

ET HABEBAT IN MANV SVA LIBELLVM APER- 2
TVM. ſ. de quo c. 5. v. 1. ſignatum ſigillis antè, ſed ipſe
aperuit myſteria in veteri Teſtamento contenta, eaque
impleuit. ET POSVIT PEDEM alterum ſuper mare,
alterum ſuper terram. nempe maris & terræ eſt Do-
minus.

ET CLAMAVIT VOCE MAGNA. Ipſe docuit, & poſt 3
eum LOCVTA SVNT SEPTEM TONITRVA. i. diſcipuli
eius multi euangelizarunt.

SIGNA QVÆ LOCVTA SVNT SEPTEM TONITRVA. 4
Sigilla, abſconde ea myſteria, quæ ſunt Apoſtoli locu-
ti. ſic ſunt eorum Epiſtolæ obſcuræ, ſimiles erant ſer-
mones. ET NOLI EA SCRIBERE. i. apertè vulgare.

ET ANGELVS, Chriſtus. LEVAVIT MANVM SVAM, 5
iurantis modo & forma. ET IVRAVIT,

QVIA TEMPVS NON ERIT AMPLIVS. Poſt iudi- 6
ciú tempus non erit, ſeu pœnitentiæ, ſeu abſolutè, quia
tempus eſt numerus motus; cælum non ampliùs mo-
uebitur, ſolùm manebit æternitas.

SED IN DIEBVS VOCIS SEPTIMI ANGELI. i. in tem- 7
pore quod ſeptimus Angelus annuntiabit. CONSVM-
MABITVR MYSTERIVM DEI. i. dies iudicij, quod Pau-
lus etiam *myſterium* vocat, 1. ad Cor. 15. v. 7. *Ecce my-
ſterium vobis dico.*

ET AVDIVI VOCEM DE CÆLO ITERVM LOQVEN- 8
TEM. Goth. *& vox, quam audiui de cælo rurſus loquens*
(pro, locuta eſt) ſic Græc. ſententia eadem. Variaſſe
olim Græc. codices ſæpè dictum eſt. Quid vox dixit?
VADE ET ACCIPE LIBRVM, ſeu *libellum*, Græc.

ET DIXIT MIHI; ACCIPE LIBRVM. Græc. & Goth. 9
vox *librum* non eſt, & ſine ea ſententia conſtat.

DEVORAVI ILLVM librum. i. ſacram Scripturam. IN 10
ORE MEO TAMQVAM MEL DVLCE. De rebus diuinis lo-
qui, ſuaue eſt; præſtare, difficile. id ſignificat AMARI-
CATVS EST VENTER MEVS. Quid eſt ergo *deuorare
librum?* De contétis in eo loqui, & quæ præcepit, ea fa-
cere. Quare id præcipitur Ioanni? nempe vt eo cibo ſe
paret ad nouos labores docendi quæ in libro ſunt. Sic

OPORTET TE ITERVM PROPHETARE. q. d. erit 11
breui exilij finis. Quod factum eſt Domitiano occiſo,
& actis eius à Nerua ſucceſſore reſciſſis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ANGELVM. fortè illum, de quo cap. 5. verſ. 2. 1
LIBELLVM. In quo fortè ſcripta hominum 2
peccata & ſupplicia.

CLAMAVIT. ſ. quod inf. dicetur. LOCVTA, &c. i. edi- 3
derunt ſonos ſuos, ſeu ſtrepitus, quamquam ex ſequen-
tibus apparet fuiſſe voces aliquid ſignificantes, ſed
tanto ſtrepitu, vt qui loquebantur, tonitrua viderentur.
Septem autem, pro multis poſita videntur.

SIGNA. q. d. claude ea mente tua. NOLI EA SCRIBE- 4
RE. Græc. *Poſt hæc ſcribe.* ſed videtur error in codice.

TEMPVS. ſ. benè operandi, ſeu merendi, vel tempus 6
ſimpliciter, quod in fine mundi ceſſabit.

MYSTERIVM. i. occulta in eius prouidentia diſpoſi- 7
tio de ſuis electis & reprobis. SICVT. pro, quod.

DEVORA. q. d. auidè in mente reconde. 9

VENTER. i. mens. ſ. cogitatio calamitatum. 10

PROPHETARE. i. prædicare. ſ. verbo & ſcripto, poſteà 11

Euangelio. vel intelliguntur Prophetiæ quæ in hoc li-
bro ſequuntur.

CAPVT XI.

Ioannes templum metiens audit prædicaturos duos teſtes, quos beſtia maris aſcendens occidet: at illi reſurgentes in cælum aſcendunt, ac terræmotu occiduntur 7000. hominum, & ad cantum ſeptimi Angeli viginti quatuor ſeniores Deo gratias agunt.

1 ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, &
A dictum eſt mihi: Surge & metire templum
2 Dei, & altare, & adorátes in eo. *atriú autẽ, quod
eſt foris templú, eiice foras, & ne metiaris illud:
quoniam datú eſt Gentibus, & ciuitatẽ ſanctam
3 calcabút menſibus quadraginta duobus: *& da-
bo duobus teſtibus meis, & prophetabunt die-
4 bus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. * Hi
ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conſpectu
5 Domini terræ ſtátes. *Et ſi quis voluerit eos no-
cere, ignis exiet de ore eorú, & deuorabit inimi-
cos eorú: & ſi quis voluerit eos lædere, ſic opor-
6 tet eú occidi. *Hi habent poteſtatem claudendi
B cælú, ne pluat diebus prophetiæ ipſorú: & pote-
ſtatem habent ſuper aquas conuertendi eas in
ſanguinẽ, & percutere terrá omni plaga quoties-
7 cumq; voluerint. * Et cùm finierint teſtimoniú
ſuú, beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduer-
8 ſum eos bellú, & vincet illos, & occidet eos. *Et
corpora eorú iacebút in plateis ciuitatis magnę,
quę vocatur ſpiritualiter Sodoma, & Ægyptus,
9 vbi & Dominus eorú crucifixus eſt. *Et videbút
de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus,
corpora eorú per tres dies & dimidiú: & corpora
10 eorum non ſinent poni in monumentis. * & in-
C habitátes terrá gaudebunt ſuper illos, & iucun-
dabuntur: & munera mittẽt inuicem, quoniam
hi duo prophetę cruciauerunt eos, qui habita-
11 bant ſuper terram. *Et poſt dies tres & dimidiú,
ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt
ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper
12 eos, qui viderunt eos. * Et audierunt vocem ma-
gnam de cęlo, dicentem eis: Aſcendite huc. Et
aſcenderunt in cælum in nube: & viderunt il-
13 los inimici eorum. *Et in illa hora factus eſt
terręmotus magnus, & decima pars ciuitatis ce-
cidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina homi-
num ſeptẽ millia: & reliqui in timorẽ ſunt miſſi,
14 & dederút gloriá Deo cęli. *Væ ſecundum abiit:
15 & ecce vę tertiú veniet citò. *Et ſeptimus Ange-
lus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in
D cælo dicẽtes: Factú eſt regnú huius mundi, Do-
mini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſęcula
16 ſæculorú: Amen. *Et viginti quattuor ſeniores,
qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceci-
derút in facies ſuas, & adorauerunt Deú, dicen-
17 tes: *Gratias agimus tibi Domine Deus omni-
potens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia
18 accepiſti virtutẽ tuam magná, & regnaſti. * Et
iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus
mortuorú iudicari, & reddere mercedem ſeruis
tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen
tuum puſillis & magnis, & exterminandi eos
19 qui corruperút terram. *Et apertú eſt templum
Dei in cælo: & viſa eſt arca teſtamenti eius in
templo eius, & facta ſunt fulgura, & voces,
& terræmotus, & grando magna.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 DATVS EST MIHI CALAMVS. menſura Hebraica ſex cubitorum. De Pond. & menſ. c. 18. ET DICTVM EST MIHI. Græc. & Gotth. *dicens*. Verùm id participium nõ habet vnde regatur. ET METIRE TEMPLVM. Quorſum? vt intelligeret paucos ex Iudæis & certa menſura véturos ad Chriſtũ. Ideò addit: ET ADORANTES IN EO. ſ. metire. Cũ homines non metiamur, ſed numeremus.

2 ATRIVM AVTEM, QVOD EST FORIS. Hoc *atriũ Gentium & profanum* vocabatur, quòd ad illud Gentibus pateret aditus. Illud metiri Ioannes prohibetur, neque Ezechiel c. 40. illud metitur, ſecùs quàm alias templi partes; argumento, priùs Gentes Eccleſiã inſectaturas, deinde innumeras Gentes ad Chriſtũ venturas. Porrò *templum & Ieruſalem* ſignificabat Eccleſiam. ſic ait: ET CIVITATEM SANCTAM. i. Eccleſiam. CALCABVNT Gentes, quæ ſ. in Atrium illud ingrediebantur, & illud calcabant. MENSIBVS QVADRAGINTA DVOBVS. i. tribus annis & dimidio. Pleriqne hoc ad Antichriſtum referunt. Ego ſimul ad Neronis perſecutionem, quæ cœpta vndecimo Imperij anno, tenuit ad finem eius Imperij, quod fuit annorum fermè quatuordecim. Certè imperauit annos 13. menſes 7. dies 28.

3 ET DABO DVOBVS TESTIBVS MEIS. ſ. virtutem. ET PROPHETABVNT DIEBVS MILLE DVCENTIS SEXAGINTA. i. tribus illis annis cum dimidio, minus viginti diebus. Hos plerique Enoch & Eliam putant.

4 HI SVNT DVÆ OLIVÆ, propter vnctionẽ Spiritus ſancti, ET DVO CANDELABRA, ob lucem doctrinæ.

5 SI QVIS VOLVERIT EOS NOCERE, per ignẽ qui exiet de ore eorũ: & per illa verba, OPORTET EVM OCCIDI, prædicit Neronis mortẽ, quę cõtinuò eſt ſubſecuta.

6 HI HABENT POTESTATEM. Virtus faciendi miracula hoc verſu continetur, quæ haud dubium eo tempore multa fecerunt.

7 BESTIA, QVÆ ASCENDIT DE ABYSSO. i. inferno. Hæc eſt Nero, vel Roma ipſa, vbi Apoſtoli occiſi ſunt.

8 ET CORPORA EORVM IACEBVNT, ſepultura ſ. prohibita. Græc. *cadauera*. IN PLATEIS CIVITATIS MAGNÆ, Romæ. QVÆ VOCATVR SPIRITVALITER SODOMA, vitijs ſimilis. VBI ET DOMINVS EORVM. ſ. Apoſtolorum. Græc. *Dominus noſter*. CRVCIFIXVS EST. ſ. in ſuis ſeruis: nam ipſe Ieroſolymæ occubuit.

10 ET INHABITANTES TERRAM GAVDEBVNT. ſ. praui, quales multi Romæ erant, Rectoris exemplo. CRVCIAVERVNT EOS. Apoſtoli ſ. increpationibus ſuis.

11 ET POST TRES DIES. ſurrecturos Enoch & Eliam ab Antichriſto occiſos credi poteſt. Petrum & Paulum reuixiſſe non inuenias, ſed myſticè reuixerunt in ſuis: nam eorum morte fortiores ad euangelizandum ſunt facti. ſic loci difficultatem emollire poſſumus. ſic aſcenſum eorum in cælum myſticè interpretabar, poſt mortem illuſtriores euaſiſſe. Memento Ioannem ænigmaticè loqui, & noluiſſe tunc intelligi, quoniam contra Romanos orbis dominos loquebatur.

13 FACTVS EST TERRÆMOTVS MAGNVS. Hoc ad multorum Romæ poſt mortem Apoſtolorum conuerſionem refero, ob quam vrbes tumultuari ſolitæ erant. ET OCCISA SVNT IN TERRÆMOTV NOMINA HOMINVM. i. homines. SEPTEM MILLIA. Occiſi ſunt multi, ſed myſtica morte, quia ad fidem conuerſi, vitijs mortui ſunt.

14 VÆ SECVNDVM ABIIT. i. de ſexto Angelo, & de ijs quæ minatus eſt hactenus. VÆ TERTIVM VENIET CITO. Græc. *venit*. ſed pro, *veniet citò*. i. continuò nuntiabit ventura mala. Quid dixit?

15 FACTVM EST REGNVM HVIVS MVNDI, DOMINI. Caſu Imperij Romani creuit Eccleſia, quæ eſt regnum Dei, vt ſæpè, & in Daniele dictum eſt. Cœpit autem cadere morte Neronis.

16 ET VIGINTI QVATTVOR SENIORES. Ij ſunt de quibus cap. 4. initio.

18 ET IRATÆ SVNT GENTES. Multi ob Euangelium tumultuati ſunt, ſimul etiam puniti. Venit enim TEMPVS MORTVORVM, vt ſ. vindicentur. IVDICARI. i. vindicari, vt vindicentur. ET EXTERMINANDI. Græc. *corrũpendi*. EOS QVI CORRVPERVNT TERRAM ſuis vitijs. Paronomaſia in ϗ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας

61 ET VISA EST ARCA TESTAMENTI. Chriſtus in cælo regnans. ET FACTA SVNT FVLGVRA contra malos homines. Multæ turbationes & bella extitere mortuo Nerone.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 CALAMVS. i. arundo. DICTVM EST MIHI. Græc. *Aſtitit Angelus dicens*. TEMPLVM. ſ. Ioanni oſtenſum, quod electorum Eccleſiam repræſentabat.

2 EIICE, &c. q. ne cures. SANCTAM. ſ. Ieruſalem, vel Eccleſiã. CALCABVNT. ſ. impij Antichriſti miniſtri. MENSIBVS, &c. ſ. tribus annis & dimidio. Vide Dan. 7. & inf. cap. 12.

3 DABO. ſ. ſpiritum, vel quod ſequitur, ET PROPHETABVNT, pro, vt prophetent. TESTIBVS. ſ. Enoch & Eliæ: Hieron. ep. 148.

4 DVÆ. pro, velut duæ.

5 EOS. pro, eis. DE ORE EORVM. ſ. ad eorum preces, ſeu imperium. SIC. ſ. igne deuorantẽ.

7 BESTIA. i. fera. ſic infrà. ſ. Antichriſtus. ABYSSO. ſ. peccatorum. q. d. qui cùm ſit ſceleratiſſimus, accipiet imperium. vel *abyſſo*. i. mari. Vide inf. cap. 13.

8 CORPORA. ſ. cadauera. CIVITATIS. ſ. Ieruſalem, quæ magna erit, cùm ibi regnabit Antichriſtus à Iudæis pro Meſſia receptus.

10 CRVCIAVERVNT. ſ. moleſta erat impiis prædicatio eorum.

11 VITÆ. i. viuificans. ſ. anima. A DEO: i. Deo auctore.

12 AVDIERVNT. Græc. *audiui*.

13 NOMINA. ſ. numerus.

14 VÆ. ſ. de quo ſup. cap. 8.

15 REGNABIT. ſ. plenè Deus, deſtructo peccato.

17 REGNASTI. pro, regnas.

18 IRA. i. punitio. MORTVORVM. ſ. reſuſcitandorum. IVDICARI. i. vt iudicentur. REDDERE. i. vt reddas. EXTERMINANDI. i. perdendi. CORRVPERVNT. ſ. peccatis.

19 TEMPLVM. i. quod templum repræſentabat. ARCA. i. Chriſtus, in quo cibus cæleſtis, & lex. TERRÆMOTVS. Græc. *tonitrua*. GRANDO. Iræ Dei ſigna erant iſta omnia.

CAPVT XII.

Cùm mulier cernente dracone filium peperiſſet, raptus eſt ab ea filius eius ad Deum: tunc facto in cælo prælio, lapſus draco cœpit mulieris ſemen perſequi.

1 ET ſignum magnũ apparuit in cælo: Mulier
A amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in
2 capite eius corona ſtellarum duodecim: *& in
vtero habens, clamabat parturiens, & cruciaba-
3 tur vt pariat. *Et viſum eſt aliud ſignũ in cælo: &
ecce draco magnus rufus, habẽs capita ſeptem,
& cornua decem: & in capitibus eius diademata
4 ſeptem: *& cauda eius trahebat tertiam partem
ſtellarũ cæli, & miſit eas in terram: & draco ſte-
tit ante mulierem, quæ erat paritura; vt cùm pe-
5 periſſet, filium eius deuoraret. *Et peperit filium
maſculũ, qui recturus erat omnes Gentes in vir-
ga ferrea: & raptus eſt filius eius ad Deum, & ad
6 thronum eius: * & mulier fugit in ſolitudinem,
B vbi habebat locũ paratum à Deo, vt ibi paſcant
7 eam diebus mille ducẽtis ſexaginta. *Et factum
eſt pręliũ magnũ in cęlo: Michaël, & angeli eius
præliabantur cum dracone, & draco pugnabat,
8 & angeli eius: * & non valuerunt, neq; locus in-
9 uentus eſt eorũ ampliùs in cęlo. *Et proiectus eſt
draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui voca-
tur diabolus, & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum
orbẽ: & proiectus eſt in terrã, & angeli eius cum
10 illo miſſi ſunt. *Et audiui vocẽ magnam in cælo

dicentē: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnū C
Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia pro-
iectus eſt accuſator fratrū noſtrorū, qui accuſa-
bat illos ante conſpectū Dei noſtri die ac nocte.
*Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinē Agni, & 11
propter verbū teſtimonij ſui, & non dilexerunt
animas ſuas vſq; ad mortem.*Propterea lætami- 12
ni cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari,
quia deſcendit diabolus ad vos, habens irā ma-
gnam, ſciens quòd modicū tempus habet. *Et 13
poſtquam vidit draco quòd proiectus eſſet in D
terrā, perſecutus eſt mulierē, quæ peperit maſcu-
lū: *& datę ſunt mulieri alę duę aquilę magnæ, 14
vt volaret in deſertū in locū ſuū, vbi alitur per
tempus & tēpora & dimidiū tēporis; à facie ſer-
pentis.*Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierē, 15
aquam tamquam flumen, vt eam faceret trahi à
flumine.*Et adiuuit terra mulierē, & aperuit ter- 16
ra os ſuū, & abſorbuit flumen, quod miſit draco
de ore ſuo. *Et iratus eſt draco in mulierem: 17
& abiit facere prælium cum reliquis de ſemine
eius, qui cuſtodiūt mandata Dei, & habēt teſti-
moniū Ieſu Chriſti. *Et ſtetit ſupra arenā maris. 18

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 SIGNVM MAGNVM APPARVIT IN CÆLO, ſiue in mundo. MVLIER, hæc eſt Eccleſia. AMICTA SOLE, protectione Dei, aut tota ſplendida. ET LVNA SVB PEDIBVS EIVS. terrena & mutabilia contemnit. ET IN CAPITE CORONA STELLARVM DVODECIM, propter multas virtutes aut duodecim Apoſtolos.

2 ET IN VTERO HABENS. i. prægnans. CLAMABAT. Græc. & Goth. *clamat*, ſcilicet parturiens. Nempe diu & magnopere ortum Chriſti ex ſe concupiuit.

3 ALIVD SIGNVM IN CÆLO; in mundo. DRACO MAGNVS, Romana potentia & Imperiū. RVFVS ſanguine Martyrum. HABENS CAPITA SEPTEM, ET CORNVA DECEM. Hi ſunt Romani Imperatores. Qui? capite ſequēti dicemus. DIADEMATA SEPTEM. c. ſequēti v. 1. *diademata decē* ponit. ſed fuerunt *ſeptē & decē*, vt ibi dicetur.

4 ET CAVDA EIVS TRAHEBAT TERTIAM PARTEM. .i. multos fideles cæli. i. Eccleſiæ, peruertit. ET MISIT EAS IN TERRAM, ad voluptates terræ fideles deiecit. Prætereà STETIT ANTE MVLIEREM, *illam* ſcilicet ob articulum Græcum. VT CVM PEPERISSET, FILIVM EIVS DEVORARET. i. Chriſtum perimeret, quod & fecit per Pilatum. Nihilominùs

5 RAPTVS EST FILIVS EIVS AD DEVM. poſt mortem per aſcenſionem.

6 ET MVLIER FVGIT IN SOLITVDINEM. Captare latebras Eccleſia eſt coacta ob ſæuitiam perſecutoris. VT IBI PASCANT EAM. ſ. Angeli. ſeu vt alij, *paſcat eam*. ſ. Deus. DIEBVS MILLE DVCENTIS SEXAGINTA. Nimirum quamdiu ea perſecutio durauit.

7 ET FACTVM EST PRÆLIVM MAGNVM. Vox *magnū* Græcè non eſt, nec Goth. IN CÆLO, id eſt, in Eccleſia. MICHAEL, ET ANGELI EIVS, Chriſtus & Apoſtoli, ſeu per Apoſtolos pugnabat contra Romæ potentiam, & contra Neronem & miniſtros eius CVM DRACONE.

9 ET PROIECTVS EST DRACO. Victi ſunt Romani & Nero ab Apoſtolis. QVI VOCATVR DIABOLVS. Diabolus per eum & alios Romanos Imperatores operabatur, ideò id nomen illis tribuitur.

10 ET AVDIVI VOCEM MAGNAM IN CÆLO. Vox *in cælo*, Græc. & Goth. non eſt. NVNC FACTA EST SALVS. Victoria ea parta, regnum Chriſti ſtabiliri cœpit. QVIA PROIECTVS EST ACCVSATOR. Nero & per eum diabolus fideles arguebat, *impoſtores* vocabat. ANTE CONSPECTVM DEI. i. ipſo vidente, ac publicè & ſine intermiſſione die ac nocte proiectus eſt & punitus.

11 ET IPSI VICERVNT Angeli. i. Apoſtoli ope & ob merita Chriſti. ET NON DILEXERVNT ANIMAS SVAS, mori non dubitarunt pro verbo Dei.

12 LÆTAMINI CÆLI. i. Eccleſia & fideles propter victoriam. VÆ TERRÆ. i. terrenis hominibus. QVIA DESCENDIT DIABOLVS iratus, quòd videat Romę potentiā minui, vbi ille regnabat, Chriſti regnum creſcere. Idq; fore breuî. id ſignificat, SCIENS QVOD MODICVM TEMPVS HABET. Poſtquam victus eſt draco,

13 PERSECVTVS EST MVLIEREM *illam*, propter articulum. Eſtque repetitio eius quod dixerat verſ. 4. Nec enim duæ fugæ fuerunt.

14 ET DATÆ SVNT MVLIERI ALÆ DVÆ. i. fugiendi facultas in deſertum & latebras. VBI ALITVR PER TEMPVS, &c. i. per tres annos cum dimidio, ex quanto tempore Nero ſæuit in Eccleſiam. Simile accidet tempore Antichriſti.

15 ET MISIT SERPENS. i. draco, de quo loquitur. EX ORE SVO. i. iuſſu ſuo. AQVAM TAMQVAM FLVMEN. i milites in omnes partes & miniſtros multos, qui quærerent & opprimerent fideles. *Aquæ, populi* ſunt, cap. 17. verſ. 15.

16 ET ADIVVIT TERRA MVLIEREM, nam abſorbuit aquam illam. Defectione Vindicis in Gallia factum eſt, vt Nero contra eum ſuos milites colligeret, & Eccleſia reſpiraret. Nec ceſſauit penitùs vexatio.

17 ET IRATVS EST DRACO IN MVLIEREM, quia Eccleſiam penitùs opprimere non potuit. ET ABIIT FACERE PRÆLIVM contra priuatos fideles mulieris conſanguineos, & de ſemine eius.

18 ET STETIT SVPRA ARENAM MARIS. Græc. *& ſteti ſupra arenam maris*, vt ſ. viderem certamen, ſed noſtra lectio ſignificat draconem in loco certaminis perſtitiſſe, paratum ſ. certare cum fidelibus. Dicimus *in arenam deſcendere*. Eum verò certaminis locum eſſe prope mare inconſtans & ſæuum. i. in mundo.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 SIGNVM. i. quiddam aliud ſignificans, vel mirabile quiddam. MVLIER ſ. Eccleſia. SOLE ſ. Chriſto, vel cæleſti lumine. LVNA ſ. mundus per lunæ mutabilitatē ſignificatus. STELLARVM. Fortè Apoſtoli ſignificātur.

2 IN VTERO HABENS. i. grauida. PARIAT. i. filios ſpirituales.

3 DRACO. ſ. diabolus. RVFVS. ſ. ſanguinarius, ſeu homicida. CORNVA DECEM. per hæc decem Reges ſeu Regna intelliguntur, de quibus Dan. 7. vt multi aiunt.

4 CAVDA EIVS TRAHEBAT. ſ. cùm è cælo caderet: vel de ſpiritualibus ſeu iuſtis loquitur, quos ad peccatum pertrahet. *cauda*. i. opera Antichriſti, quo velut poſtremo miniſtro vtetur.

5 PEPERIT. ſ. per Mariam Chriſtum. vel, per Baptiſmum electos, qui maſculi nomine ſignificantur. RECTVRVS. ſ. cū Chriſto, ſi electi intelligantur. Vide ſup. c. 2. RAPTVS. ſ. in Aſcenſione Chriſtus, vel electi per mortem. qui ſup. c. 3. dicuntur in throno Chriſti ſeſſuri.

6 SOLITVDINEM. ſ. à mundanis recedens. PASCANT. ſ. Dei verbi miniſtri. MILLE, &c. Vide infrà.

7 IN CÆLO. ſ. illic Ioanni apparebat quod tempore Antichriſti in terra faciendum erat. ANGELI. ſ. quibus pręfectus. PRÆLIABANTVR. ſ. defendendo electos.

8 VALVERVNT. ſ. reſiſtere. EORVM ſ. cum ipſis.

9 ANTIQVVS. ſ. qui primos parentes in paradiſo vicit per ſerpentem. VNIVERSVM, &c. i. maximam orbis partem. PROIECTVS, &c. q. d. de ſua poteſtate deiectus.

10 SALVS. ſ. bonis. VIRTVS. i. fortitudo. ſ. apparet. ACCVSABAT. Hinc apparet per *cælum* ſup. Eccleſiam intelligi. Intellige verò accuſationem calumnioſam. eſt enim *diabolus* i. *calumniator*.

11 SANGVINEM. i. virtutem ſanguinis. TESTIMONII .i. prædicationis. VSQVE AD MORTEM. q. d. adeò vt etiam ſe morti exponerent.

12 TERRÆ, ET MARI. i. terrenis, & mundanis. HABET. ſ. ad nocendum.

14 ALITVR. ſ. cibo ſpirituali. TEMPVS i. annum. TEMPORA. i. duos annos. TEMPORIS. i. anni. Vide Dan. 7. & 12. Not. quod tantumdem temporis eſt in quadraginta duobus menſibus, de quibus cap. 13. & mille du-

centis & ſexaginta diebus, de quibus inf. A FACIE SERPENTIS. i. propter ſerpentis metum, vel periculum. iungendum autem id cum *vt volaret*, &c.

AQVAM. ſ. perſecutionis, ſeu tribulationis. TRAHI. 15
i. rapi, & mergi.

ADIVVIT, &c. Per metaphoram ſignificat in nihi- 16
lum recidiſſe diaboli perſecutionem.

TESTIMONIVM. i. fidé, ſeu confeſſioné. Vide ſup. c. 6. 17

CAPVT XIII.

Beſtia de mari aſcendens ſeptẽ capitũ & decem cornuum decemque diadematũ, cuius plaga curatur, Deum blaſphemat, & ſanctos debellat: alteraq; beſtia duorum cornuũ de terra aſcẽdens illi maximè fauet, cogens fieri & adorari eius imaginẽ, haberiq; characterẽ nominis eius.

ET vidi de mari beſtiam aſcendentem, ha- 1
bentem capita ſeptem, & cornua decem, & A
ſuper cornua eius decẽ diademata, & ſuper ca-
pita eius nomina blaſphemiæ. *Et beſtiá, quam 2
vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes
vrſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit illi draco
virtuté ſuam, & poteſtatem magnam. *Et vidi 3
vnũ de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem:
& plaga mortis eius curata eſt. Et admirata eſt
vniuerſa terra poſt beſtiá. *Et adorauerunt dra- 4
conem, qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adoraue- B
runt beſtiá, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? & quis
poterit pugnare cũ ea? *Et datũ eſt ei os loquens 5
magna, & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas fa-
cere menſes quadraginta duos. *Et aperuit os 6
ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare
nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in
cælo habitant. *Et eſt datũ illi bellũ facere cum 7
ſanctis, & vincere eos. Et data eſt illi poteſtas in
omné tribum, & populũ, & linguam, & genté:
*& adorauerunt eam omnes, qui inhabitãt ter- 8
ram: quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro
vitę Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. *Si 9
quis habet aurem, audiat. *Qui in captiuitatem 10
duxerit, in captiuitaté vadet: *qui in gladio occi- C
derit, oportet eum gladio occidi. Hic eſt patien-
tia, & fides Sanctorũ. *Et vidi aliam beſtiá aſcen- 11
dentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia
Agni, & loquebatur ſicut draco. *Et poteſtatem 12
prioris beſtiæ omnem faciebat in cõſpectu eius:
& fecit terrã, & habitãtes in ea, adorare beſtiam
primam, cuius curata eſt plaga mortis. *Et fecit 13
ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cælo
deſcendere in terram in conſpectu hominum.
*Et ſeduxit habitãtes in terra, propter ſigna, quæ 14
data ſunt illi facere in conſpectu beſtię, dicẽs ha- D
bitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ,
quæ habet plagam gladij, & vixit. *Et datum eſt 15
illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt loqua-
tur imago beſtiæ: & faciat vt quicumq; non ad-
orauerint imaginem beſtię, occidantur. *Et fa- 16
ciet omnes puſillos, & magnos, & diuites, &
pauperes, & liberos, & ſeruos habere characteré
in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis. *& ne- 17
quis poſſit emere, aut vẽdere, niſi qui habet cha-
racterẽ, aut nomen beſtiæ, aut numerũ nominis
eius. *Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, 18
computet numerum beſtiæ. Numerus enim ho-
minis eſt: & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

*Gen. 9. a. 6. Matth. 26. e. 52.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VIDI DE MARI. i. de hoc ſæculo, quod mari ſimile eſt BESTIAM ASCENDENTEM, ſiue exeuntẽ. Hoc eſt Imperium Romanum ferox, irrationabile HABENTEM CAPITA SEPTEM, ſeptem Imperatores præcipuos. Hi ſunt Caius, Claudius, Domitius, Veſpaſianus, Titus, Domitianus, Nerua. ET CORNVA DECEM. Hi etiam Imperatores ſunt decẽ numero, ſi ad ſuperiores Galba, Otho, Vitellius, aduciantur minuti & tragici Imperatores, ac vix eo nomine digni. DECEM DIADEMATA *ſeptem* dixit cap. ſuperiori v. 3. Et quidem *ſeptem* fuerũt, ſi cum *capitibus* cõferantur, *decem* ſi cum *cornibus*. Sed quare à Caio numerus inchoatur? Quia primus poſt Chriſti mortem fuit, primus fideles vexauit. Nã cùm toto orbe ſtatuas ſibi poni, templa erigi mandaſſet, ait Ioſephus lib. 18. c. 10. in Iudæos, quia id facere recuſarunt, deſæuijt, vt idem ait lib. 19. c. 1. Erant autem fideles tum cum Iudæis permixti, obnoxijq; adeò Caij iniuriis. ET SVPER CAPITA EIVS NOMINA BLASPHEMIÆ, ſiue quia diuinos honores ſibi arrogabant, certè Caius & Domitianus; ſiue quia Chriſto cõuitiabantur. Dan. 7. agitur etiam de Romano Imperio, quod beſtia quarta ſignificabat, decem habens cornua, quæ decem Reges erant; ſed computatio ab Auguſto incipit, & Domitianus poſt decem. Eiuſque in Eccleſiam bellum tribus annis cum dimidio ſtetit, vt v. 25. dicitur in Daniele, nempe quamdiu Neronis.

2 SIMILIS ERAT PARDO, ſæuitiam eius membra, quæ beſtiæ affingit, omnia deſignant. ET DEDIT ILLI DRACO VIRTVTEM SVAM. Imò ſunt idem. Aut per *draconem* hic *diabolus* intelligatur, ſecùs quàm ſuperiori cap.

3 ET VIDI VNVM DE CAPITIBVS SVIS OCCISVM AD MORTEM. i. letaliter vulneratum. ET PLAGA MORTIS EIVS CVRATA EST. i. credita eſſe curatam. Hic Domitius Nero fuit, & de illo hæc verba intellexiſſe olim Chriſtianos, Seuerus Sulpitius lib. 2. Hiſtoriæ ait. A vulneribus conualuiſſe, quæ ſibi intulit, foreque Anti chriſtũ, hoc ipſum Hieronymus tangit Dan. 11. in illa verba: *Et cor eius* Proſper lib. de Dimidio tempor. c. 8. Victorinus etiam Apocalyp. 17. cap. Quin inter infideles non defuiſſe qui crederent eum viuere, & edicta proferrent eius nomine, Suetonius in eius Vita, c. 9. vlt. ait. Nec mirum, in magnorum Principũ caſu ſæpè id accidiſſe ſcimus, idq; in Sebaſtiani Regis Luſitani infauſta morte nuper vidimus, multos falsò credidiſſe eũ viuere. Eam opinionem Ioannes illis verbis tangit, quæ emollire viſum eſt ea expoſitione, *plaga mortis eius curata eſt*. i. credita eſt eſſe curatam. Si quis meliora attulerit, gratias habeam.

5 ET DATVM EST EI OS LOQVENS MAGNA, ET BLASPHEMIAS contra Chriſtum, non poſt vulnera, ſed ante. ET DATA EST EI POTESTAS FACERE MENSES QVADRAGINTA DVOS. nempe tres annos cum dimidio, quanto tempore Neronis bellum in Eccleſiam tenuit. Blaſphemauit eo tempore nomen Chriſti,

6 ET TABERNACVLVM EIVS. i. Eccleſiam. ET EOS, QVI IN CÆLO HABITANT. i. fideles.

7 ET EST DATVM ILLI BELLVM FACERE CVM SANCTIS, Petro & Paulo. ET VINCERE EOS, illos occidit. De Antichriſto hæc intelliguntur multò meliùs.

8 ET ADORAVERVNT. Græc. & Gotth. *adorabunt*. Noſter pro προσκυνήσουσιν, *adorabunt*, vt nunc eſt, legit προσεκύνησαν, *adorarunt*. Nec refert. QVORVM NON SVNT SCRIPTA. i. reprobi, ij adorabunt, vel adorauerunt beſtiam, illi obedient.

10 QVI IN CAPTIVITATEM DVXERIT. Conſolatio. fore vindictam ait. Qui Sanctos cepit, IN CAPTIVITATEM VADET. Sic Gotth. at Græcus *vadit*, quod multi Latini codices habent, non benè. Et qui eos occiderit, occidetur. HIC. aduerbium. i. hoc loco. EST PATIENTIA. Hac ſpe Sancti patiantur & credant.

11 ET VIDI ALIAM BESTIAM. Prior beſtia fuit Imperiũ Rom. hæc ſecunda alterũ Imperium erit. Ego credam Mahumeticũ eſſe: neque enim res tãta in hac futuri tẽporis hiſtoria prætermitti debuit. ASCENDENTEM DE TERRA. Prior beſtia aſcẽdit de mari, mari nimirũ potẽs. Hęc terrâ, pręſertim initio vires habuit. ET HABEBAT CORNVA DVO SIMILIA AGNI. i. debilia. Hi fuerunt duo generi Mahumetis, qui illi ſucceſſerunt deinceps, Au-

tuman & Moabia, à quibus Alauecini & Benlumeiæ
proceſſerunt, duarum factionum nomina, quarum diſ-
ſidiis gens illa ſæpè eſt afflicta. De quo in noſtris An-
nal. Hiſp lib. 7 c. 5 multa.

Et potestatem prioris bestiæ. i. perſequebatur 12
fideles vt prior beſtia. Et fecit compulit homines, vt
adorarent primam beſtiam, leges ferendo laſciuas ſimi-
les Romanorum, & Neronis moribus & inſtitutis.

Et fecit signa magna. Haud dubium multa mi- 13
racula falſa Mahumetes fecit, quibus tot Gentes de-
mentauit. Non omnia Hiſtoriæ referunt.

In conspectv bestiæ. Fecit miracula Mahumetes 14
videntibus Romanis, præcepitque Vt faciant ima-
ginem bestiæ, ſimiles mores & licentiam ſequantur.
Ea eſt beſtiæ prioris imago.

Et datvm est illi vt daret spiritvm imagini. 15
Omnia ænigmaticè. ſ. viuificauit imaginē beſtiæ, cùm
efficaciter ſuis perſuaſit, vt eos mores & licentiam am-
plecterentur. Et faciet omnes

Habere characterem bestiæ. i. profiteri opere 16
& mente, manu & fronte eam turpitudinem. Aut cha-
racter ſit nomen beſtię. Tum commercio cum ſuis pro-
hibebit eos qui eam profeſſionem non oſtenderint. Ea
eſt ſententia proximi verſus. Denique

Hic sapientia est. Opus eſt ſapiētia & intellectu, 18
vt ænigma hoc percipiatur. Nvmervs enim hominis
est. i. nominis, quo is homo eaq; beſtia vocatur. Sex-
centi sexaginta sex. In inueſtigatione huius nomi-
nis multi laborauerūt tum ex antiquis, tum è poſterio-
ribus. Irenęus lib. 5. aliquot nomina affert, in quę is nu-
merus quadrat. Ex omnibus tamen olim & recens pro-
ductis duo præ ceteris placent, Titan, Τειταν i. ſol, quod
affert Irenæus, nomen ſuperbum, & ex eo beſtiæ atque
Antichriſti arrogantiæ congruens & Mahometis, Μαομέτις,
nomen eius beſtiæ proprium. Græcis litteræ nu-
merorum præterea notæ ſunt ſecùs quàm Latinis. Iis
notis computatis, in vtroque eo nomine propoſitus
numerus prodit ſubducta ratione. Sed hæc omnia ad
Antichriſtum ablegato.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

Mari. i. mundo. Bestiam. ſ. Romanum Impe- 1
rium, vel impiorum multitudinem, vel Anti-
chriſtum. Vide ſup. cap. 11. Blasphemiæ. ſ. contra
Deum & Sanctos. Apparet fuiſſe in vnoquoque ca-
pite ſcriptum *Blaſphemia*.

Pardo. i. pantheræ mari. Draco. i. diabolus. 2
Vnvm ſ. Antichriſtum, vel Regem aliquem alium. 3
Qvasi occisvm i. ſe finget mortuum & reſuſcitatum,
ſecundum quoſdā, Antichriſtus. Vel intelligitur plaga
mortifera, vt ſtatim dicitur. Mortis i. mortifera, ſeu
quæ mortifera videbatur, quamquā ex iis quæ ſequūtur di-
cuntur, videtur vera plaga intelligi, vereq; mortifera.
Et admirata, &c. q. d. cum admiratione ſecuta eſt.

Draconem. i. diabolum. nempe illum qui dedit 4
beſtiæ poteſtatem, qui reuerà eſt diabolus, etſi ipſi non
putent. fortè etiam ſcientes diabolum adorabunt. Be-
stiæ. Ioannes ſic vocat, ſed illi fortè Chriſtū vocabunt.

Magna. i. ſuperbè. Facere. ſ. malè, vel *facere* pro, 5
viuere poſitum. Vide Iacob. 4 verſ. 13.

Ad Devm. i. contra Deum. Vide 2. Theſſ. 2. Ta- 6
bernacvlvm. i. cælum, vel Eccleſiam.

Vincere. ſ. bello. 7

Ab origine mvndi. Iunge cum *ſcripta ſunt*. Vide 8
inf. cap. 17. Dicit quidem minus, ſed plus ſignificat; ab
æterno enim non ſunt ſcripta.

Qvi in captivitatem, &c. q. d. qui Sanctos lædet, 10
à Deo punietur. Gladio occidi. i. diuina vltione. Hic.
i. in iis rebus.

Aliam. i. Antichriſti miniſtros. vel ipſum Antichri- 11
ſtū, qui etiā ſup. per caput vnū prioris beſtiæ ſignifica-
tus eſt. vel aliquē eius pſeudoprophetā. Vide inf. c. 19.

Potestatem, &c. i. quæcumq; poterat prior beſtia 12

Signa. i. res mirabiles, & miraculis ſimiles. Vide 13
2. Theſſ. 2.

Habet. pro, habuit. Vixit. pro, reuixit. 14

Spiritvm. non animam, ſed dæmonem aliquem. 15

16 Characterem. i. impreſſam notam.

17 Nvmervm. ſ. quem faciunt litteræ nominis eius
Græcæ, vel Hebraica, nam Hebr. & Græcè numeri per
litteras ſignificantur.

18 Sapientia. ſ. opus eſt. Hominis. i. nominis cuiuſ-
dam hominis. Id verò nomen quod ſit, quis diuinet?
Multi multa repererunt, quæ hunc numerum efficē-
rent, ſed re ſemper incerta.

CAPVT XIV.

Virgines cum Agno cantantes ambulant, Angelo vno Euangelium annuntiante, altero Babylonis lapſum, tertio vero cruciatum eorum qui beſtiam adorarunt prædicante: porro duo habentes falces iubentur, ille meſſem, hic autem vineam terræ demetere.

1 ET vidi: & ecce Agnus ſtabat ſupra montem
A Sion, & cum eo centum quadraginta quat-
tuor millia, habentes nomen eius, & nomen Pa-
2 tris eius ſcriptū in frontibus ſuis. Et audiui vo-
cem de cælo, tamquam vocem aquarum mul-
tarum, & tamquam vocem tonitrui magni: &
vocem, quam audiui, ſicut citharœdorum ci-
3 tharizantiū in citharis ſuis. Et cantabant quaſi
canticum nouum, ante ſedem, & ante quattuor
animalia, & ſeniores: & nemo poterat dicere cā-
ticum, niſi illa centū quadraginta quattuor mil-
4 lia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum
mulieribus nō ſunt coinquinati: Virgines enim
ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit.
Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, &
5 Agno: & in ore eorum non eſt inuentū men-
dacium: ſine macula enim ſunt ante thronum
6 Dei. Et vidi alterum Angelum volantem per
B medium cęli, habentem Euangelium æternum,
vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſu-
per omnem gentem, & tribum, & linguam, &
7 populum: dicens magna voce: Timete Domi-
num, & date illi honorem, quia venit hora iudi-
cij eius: & adorate eum, qui fecit cælum, & ter- *Pſal. 146. a. 6*
8 ram, mare, & fontes aquarum. Et alius Ange- *Act. 14. c. 14*
lus ſecutus eſt dicens: Cecidit, cecidit Babylon
illa magna: quæ à vino iræ fornicationis ſuæ po- *Iſa. 21. c. 9*
9 tauit omnes gentes. Et tertius Angelus ſecutus *Ier. 51. a. 8*
eſt illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit
beſtiam, & imaginem eius, & acceperit chara-
10 cterem in fronte ſua, aut in manu ſua: & hic bi-
bet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in
calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure
in conſpectu Angelorū ſanctorum, & ante con-
11 ſpectum Agni: & fumus tormentorum eorum
C aſcendet in ſæcula ſæculorum: nec habent re-
quiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam,
& imaginem eius, & ſi quis acceperit characte-
12 rem nominis eius. Hic patientia ſanctorū eſt,
13 qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu. Et
audiui vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe:
Beati mortui, qui in Domino moriūtur. Amo-
dò iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus
14 ſuis: opera enim illorū ſequuntur illos. Et vidi,
& ecce nubem candidam: & ſuper nubem ſe-
dentem ſimilem Filio hominis, habentē in ca-
pite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcē
15 acutam. Et alius Angelus exiuit de templo, *Matt. 13. c. 39*
clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubē:
Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora *Ioel 3. c. 13*
16 vt metatur, quoniā aruit meſſis terræ. Et miſit
D qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in ter-
17 ram, & demeſſa eſt terra. Et alius Angelus exi-

uit de templo, quod eſt in cælo, habens & ipſe
falcem acutam. * Et alius Angelus exiuit de al- 18
tari, qui habebat poteſtatē ſupra ignem: & cla-
mauit voce magna ad eum qui habebat falcem
acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, &
vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ
ſunt vuæ eius. * Et miſit Angelus falcem ſuam 19
acutā in terram, & vindemiauit vineam terrę, &
miſit in lacū iræ Dei magnum: * & calcatus eſt 20
lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu
vſq; ad frænos equorū per ſtadia mille ſexcenta.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 Ecce Agnvs stabat svpra montem Sion. Chriſtus in Eccleſia tamen manſit non victus beſtiarum ſæuitia: & cum eo innumeri electi. Centvm qvadragintaqvattvor millia. Numerus finitus pro indefinito. Sed nimirum quos c. 7. eodem numero ſignari præcipit. Habentes nomen eivs. Ecce ſignum, quo ſunt ſignati, *Ieſu & Dei* nomine.

2 Et avdivi vocem de cælo. nempe iubilum vehementem cæleſtes faciebant propter victoriam Agni.

3 Et cantabant qvasi canticvm novvm. *Quaſi* non negat veritatem, vt Ioann. 1. *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti.* Erat autem *nouum canticum*. i. de nouis beneficijs. Et nemo poterat dicere. Græc. *diſcere poterat illud canticum*, niſi prædicti. Nimirum qvi empti svnt de terra. i. liberati à labe voluptatis terrenæ. Canticum erat laus ob donum virginitatis, quod illis tantùm erat collatum.

5 Sine macvla enim svnt. i. ſine culpa & macula, quia eorum peccata ſunt remiſſa. Quod ſequitur, Ante thronvm Dei, Græc. non eſt in Regijs, nec in Goth. Variant tamen Græci codices.

6 Et vidi altervm Angelvm. Hic Apoſtolicus aliquis vir fuit. Aut aliquis è bonis Angelis, qui per concionatores euangelizet.

8 Et alivs Angelvs. Secundus hic fuit. Cecidit Babylon. Sic *Romam* vocat mutato nomine. Qvæ a vino iræ. i. ira & ſupplicio digno. Fornicationis svæ. Sic idololatria ſæpè vocatur. Potavit omnes gentes. Illi ſubiectas in eum errorē induxit. Ioannis tempore Romana potentia debilitari cœpit. In inferno punietur igne & ſulphure.

11 Et si qvis acceperit characterem nominis eivs. i. beſtiæ. Vides characterem eſſe nomen beſtiæ in fronte & in manu impreſſum.

12 Hic patientia sanctorvm est. *Hic* aduerbium. Hoc loco patientia opus eſt, aut expectatione, ὑπομονῇ. q. d. quæ dico, ſuo tempore complebuntur. Hæc tertius Angelus,

14 Ecce nvbem candidam. Noua viſio. Et svper nvbem sedentem similem Filio hominis. Verum hominem Chriſtum cum *falce*, per quam iudiciaria poteſtas ſignificatur.

15 Et alivs Angelvs exivit de templo. ſ. cælo; & per vnum Angelum omnes intellige, qui Chriſtum ad iudicium comitantur. Clamans voce magna. i. ardenti affectu petit, vt mittat falcem. i. feſtinet ad iudicium. Venit hora, vt metatvr, paſſiuè, ſ. meſſis, ſeges. Goth. *venit hora metendi*. Græcum [illegible] vtroque modo verti poteſt.

18 Et alivs Angelvs exivit de altari. *Altare* Chriſtus eſt, à quo miſſus eſt hic Angelus. Qvi habebat potestatem svpra ignem. ſ. conflagrationis mundi, quem per prauos angelos incenderet, non per ſe. Prouocat autem alium Angelum ad vindemiam, per quam etiam iudicium intelligit.

19 Et misit in lacvm. ſ. botros in torcular, ſic Græc. Iræ Dei magnvm; vindictæ, quam in impios exercebit. Id *torcular* eſt infernus, vbi impij à dæmonibus calcabuntur. Calcatus eſt lacus

20 Extra civitatem. i. Eccleſiam, ſeu cælum, à quo praui beſtiam ſecuti eijciuntur. De iis enim agit. Et exivit sangvis, loco muſti. De lacv vsqve ad frænos. Hyperbole, quaſi gnificatur calamitatis & ſupplicij magnitudo.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 Agnvs. ſ. Chriſtus. Sion. ſ. cælum. In frontibvs. q. d. ſtatim apparebat eſſe Dei filios, Chriſtique diſcipulos.

3 Novvm. Non id iungendum cum *quaſi*. verè enim nouum erat Ioanni, numquam ab eo auditum. Vide ſup. c. 5. Empti. i. peculiariter acquiſiti, vel redempti.

4 Coinqvinati. q. d. puritatem caſtitatis non amiſerunt. Seqvvntvr. i. imitantur. q. d. Chriſto ſimiliores, quàm ceteri qui nō virgines. Empti. ſ. Chriſti ſanguine. Hominibvs. i. hominum numero. Primitiæ. i. præcipui inter omnes, ob virginitatem.

5 Inventvm. ſ. dum viuerent. Sine macvla. coniunge cum verſ. 4. alioqui omnes Beati ſine macula ſunt.

6 Altervm. pro, alium. Æternvm. i. perpetuæ veritatis, ſeu, ad æternam vitam ducentis. Fortè per iſtum Angelum & ſequentes, prædicatores intelliguntur futuri temporibus nouiſſimis.

7 Honorem. Græc. *gloriam*. Venit. pro, veniet citò.

8 Babylon. i. mundus, vel Roma, quæ ſic appellabatur ab Apoſtolis ob idololatriā & flagitia. Vide 1. Pet. 5. Iræ. i. furoris, vel dignæ ira. i. punitione.

10 Mistvm. ſ. mille pœnis. Vide Pſal. 74. mero. iunge cum *vino*.

11 Ascendet. Gręc. *aſcendit*. Die ac nocte. pro, vmquam. Si qvis acceperit. pro, quicumque accepit.

13 In Domino. i. in Domini gratia, vel propter Dominum, vt Martyres. Amodo. i. poſt hac. iunge verò cum *vt requieſcant*. Spiritvs. ſ. ſanctus. Reqviescant. ſ. vbi planè purgati fuerint, ſi quid fortè hic non fuiſſet purgatum. Opera. ſ. neceſſaria ſunt opera bona, nec ſufficit fides ſola. Seqvvntvr. pro, comitantur.

14 Filio hominis. i. homini cuidā. ſ. Chriſtum repræſentāti. Falcem. ſ. ad meſſem. i. ſæculi conſummationē.

15 De templo. Vide ſup. cap. 11. Venit. præteritum eſt. Arvit. i. maturuit. Vide Ioël. 3.

18 Ignem, ſ. altaris holocauſtorum quod in templo cæleſti repræſentabatur, vel ignem in iudicio accendendum, de quo Pſal. 96. Botros. ſ. impios. nam pij per meſſem ſignificati. Vide Ioël. 3.

19 Lacvm. i. locum, in quem exprimi ſolet vinum. Intelligitur verò infernus.

20 Extra. ſ. vt ita vt ſanguis extra lacum in ciuitatis exteriora efflueret, vel q. d. puniuntur impij excluſi Dei ciuitate. Sangvis. ſ. vuarum. i. vinum. nempe ſupplicia inundarunt. Frænos &c. q. d. lauſſimè vt ſolent aquæ cùm inundant per magnum ſpatium, vſque ad equorum tranſeuntium frænos aſcendentes. Mille sexcenta. i. plurima.

CAPVT XV.

Qui beſtiam vicerant & eius imaginem ac numerum nominis eius, Deum glorificant; & ſeptem Angelis habentibus ſeptem plagas nouiſſimas dantur ſeptem phialæ ira Dei plenæ.

1 Et vidi aliud ſignum in cælo magnum &
A mirabile, Angelos ſeptem, habentes plagas
ſeptem nouiſſimas: Quoniam in illis conſum-
2 mata eſt ira Dei. * Et vidi tamquam mare vitreū
B miſtum igne, & eos, qui vicerūt beſtiam, & ima-
ginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes
3 ſuper mare vitreum, habentes citharas Dei: * &
cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canti-
cum Agni, dicentes: Magna & mirabilia ſunt
opera tua, Domine Deus omnipotens: iuſtæ &
4 veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſæculorum. * a Quis nō
C timebit te Domine, & magnificabit nomē tuū? a Ier. 10. 7
quia ſolus pius es: quoniam omnes gentes ve-
nient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam
5 iudicia tua manifeſta ſunt. * Et poſt hæc vidi, &
ecce apertum eſt templum tabernaculi teſti-
6 monij in cælo: * & exierunt ſeptem Angeli ha-

bentes ſeptẽ plagas de templo, veſtiti lino mun-
do & candido, & præcincti circa pectora zonis
aureis. * Et vnum de quattuor animalibus de- 7
dit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas D
iracundiæ Dei viuentis in ſæcula ſæculorum.
* Et impletum eſt templum fumo à maieſtate 8
Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire
in templum, donec conſummarentur ſeptem
plagæ ſeptem Angelorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA

ANGELOS SEPTEM vidi. i. multos. HABENTES PLAGAS SEPTEM, omne genus, quibus appetente iudicio prauos puniant. NOVISSIMAS. Sic vocantur, quia nouiſſimo tempore futuræ, & quia poſt iudicium plagæ ampliùs non erunt. 1

MARE VITREVM vidi. An hoc eſt lumen gloriæ? vt c.4.v.6. in quo qui accedunt, vident omnia, & noſcunt etiam eos quos antè non viderant. MISTVM IGNE, charitatis ſ. qua inter ſe Beati & Deum diligunt. HABENTES CITHARAS DEI. ſ. Beatos vidi gaudio diuino & honeſto plenos. 2

ET CANTANTES CANTICVM MOYSI .... ET ... AGNI. hoc eſt, ex veteri & nouo Teſtamento Deum laudãtes. Iuſtus es, REX SÆCVLORVM. i. æterne. Græc. in Reg. *Rex Gentium*. in Roberti, *Rex Sanctorum*. 3

QVONIAM IVDICIA TVA MANIFESTA SVNT. Gotth. *magnificata ſunt*. Græcum ἐφανερώθησαν vtroque modo verti poteſt. φανερὸς *manifeſtum* & *euidentem* ſignificat. 4

APERTVM EST TEMPLVM TABERNACVLI. i. templum & tabernaculum, Chriſto ad iudicium egreſſo, omnia quæ de ipſo erant, manifeſta ſunt facta. 5

ET EXIERVNT SEPTEM ANGELI. i. multi comitantes Chriſtum euntem ad iudicium cum plagis omnifariàm, quibus prauos puniant. VESTITI LINO MVNDO. Sic lege, non *lapide*, vt plerique Latini codices habent Louan. PRÆCINCTI CIRCA PECTORA ZONIS AVREIS. Quid ea *zona* ſignificet, & quare *circa pectora*, c.1.v.13. eſt dictum. 6

ET VNVM DE QVATVOR ANIMALIBVS. Hic eſt Chriſtus, à *quatuor animalibus*. i. Euangeliſtis deſcriptus. Is dedit Angelis PHIALAS. i. facultatem prauos puniendi. 7

ET IMPLETVM EST TEMPLVM FVMO. i. indignatione Dei cælum eſt impletũ. ET NEMO POTERAT INTROIRE, cum corpore ſ. & anima. DONEC CONSVMMARENTVR SEPTEM PLAGÆ i. ante iudicij extremi diem. Nempe ea lex ordinaria fuit; priuilegia quædã nõ negamus. 8

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SIGNVM. i. quiddam futura ſignificans. CONSVMMATA. i. expleta. IRA. i. punitio. 1

MARE VITREVM, &c. fortè cælum intelligitur, vbi claritas & charitas. Vide ſup. cap. 4. ET IMAGINEM, &c. q.d. & contempſerunt decreta de imagine, & nominis numero, de quo ſup. DEI. i. Deum celebrantes, q.d. paratas ad Dei laudes. 2

MOYSI. de quo Exod. 15. AGNI. i. in laudem Agni. 3
VIÆ. i. opera, ſeu pręcepta, & prouidentiæ. SÆCVLORVM. ſ. omnium. Græc. *Gentium*.

MAGNIFICABIT. Gręc. *glorificabit*. NOMEN TVVM. i. te PIVS. ſ. perfectè, vel in omnes homines vtẽs miſericordia. OMNES GENTES pro, ex omnibus gentibus. QVONIAM. Omnia hæc aduerbia ad principium verſus referenda ſunt. q.d. ob hæc omnia magnificandus es. vel q.d & quidem omnes, &c. MANIFESTA. q.d. apertè iuſta. poſſũt autẽ *iudicia*, præcepta intelligi. 4

TABERNACVLI TESTIMONII. q.d. illa pars templi quæ repræſentabat Sancta ſanctorum, vbi *teſtimonium*. i. lex aſſeruabatur. 5

DE TEMPLO Græc. *de cælo*. ſed placet magis noſtra lectio. CANDIDO. Græc. *ſplendido*. 6

IRACVNDIÆ. i. punitionis, ſeu ſuppliciorum. 7

FVMO. ſ. ira, vel nebula ſignificatur. MAIESTATE. Græc. *gloria*. q.d. ob Dei præſentiam. DE. pro, à. CONSVMMARENTVR. i. explerentur. Significatur, Dei iudicia non poſſe intelligi ante diem Iudicij. 8

CAPVT XVI.

Ad ſeptem phialarum effuſionem in terram, mare, fontes, ſolem, beſtiæ ſedem, Euphraten, & aerem, multa in terra plagæ oriuntur.

1 ET audiui vocẽ magnam de templo, dicen-
A tem ſeptem Angelis: Ite, & effundite ſeptem
2 phialas iræ Dei in terrã. * Et abiit primus, & effu-
dit phialã ſuam in terram: & factum eſt vulnus
ſæuum & peſſimum in homines, qui habebant
characterẽ beſtię; & in eos, qui adorauerũt ima-
3 ginem eius. * Et ſecundus Angelus effudit phia-
lam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tãquam
mortui: & omnis anima viuẽs mortua eſt in ma-
4 ri. * Et tertius effudit phialã ſuam ſuper flumina,
5 & ſuper fontes aquarũ, & factus eſt ſanguis. * Et
B audiui Angelum aquarũ dicentem: Iuſtus es Do-
mine, qui es, & qui eras ſãctus, qui hæc iudicaſti:
6 * quia ſanguinẽ ſanctorum & Prophetarũ effu-
derunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni e-
7 nim ſunt. * Et audiui alterum ab altari dicẽtem:
Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iuſta
8 iudicia tua. * Et quartus Angelus effudit phialam
ſuam in ſolem, & datũ eſt illi æſtu affligere ho-
9 mines, & igni: * & æſtuauerũt homines æſtu ma-
gno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis
poteſtatem ſuper has plagas, neq; egerunt pœ-
10 nitentiam vt darent illi gloriã. * Et quintus An-
gelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ:
& factum eſt regnum eius tenebroſum, & com-
11 manducauerũt linguas ſuas pręc dolore: * & blaſ-
C phemauerũt Deum cæli, præ doloribus & vul-
neribus ſuis, & non egerunt pœnitentiã ex ope-
12 ribus ſuis. * Et ſextus Angelus effudit phialã ſuam
in flumen illud magnum Euphraten: & ſiccauit
aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu
13 ſolis. * Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, &
de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos
14 in modum ranarũ. * Sunt enim ſpiritus dæmo-
niorum facientes ſigna, & procedunt ad reges
totius terræ congregare illos in prœliũ ad diem "Sup. 3. a. 3
15 magnum omnipotentis Dei. * " Ecce venio ſicut Matth. 24.
fur. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽta ſua, d. 42
ne nudus ambulet, & videant turpitudinẽ eius. Luc. 12. e. 39
16 * Et congregabit illos in locum, qui vocatur He-
17 braicè Armagedon. * Et ſeptimus Angelus effu-
D dit phialã ſuam in aërem, & exiuit vox magna
18 de templo à throno, dicens: Factum eſt. * Et facta
ſunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terręmotus
factus eſt magnus, qualis numquam fuit ex quo
homines fuerũt ſuper terram: talis terræmotus,
19 ſic magnus. * Et facta eſt ciuitas magna in tres
partes: & ciuitates Gentiũ ceciderunt. & Baby-
lon magna venit in memoriam ante Deum, da-
20 re illi calicẽ vini indignationis iræ eius. * Et om-
21 nis inſula fugit, & montes non ſunt inuenti. * Et
grando magna ſicut talentũ deſcendit de cælo
in homines: & blaſphemauerunt Deum homi-
nes propter plagam grandinis: quoniam magna
facta eſt vehementer.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDIVI VOCEM MAGNAM DE TEMPLO. i. de cælo, quod Dei templum eſt. Abijt Angelus

2 PRIMVS, ET EFFVDIT PHIALAM SVAM IN TERRAM. Quidam per *terram* Iudæos intelligunt, ob ſtabilitatem in vnius Dei cultu. ET FACTVM EST VVLNVS. i. vulnera, per quæ intelligit varias afflictiones, quibus ea gens, ſub diem Iudicij præſertim opprimetur.

Et secvndvs Angelvs. Goth. & in quibuſdã alijs 3
Latinis codicibus vox *Angelus* non eſt. In mare. Per *mare* Gentes intelligunt, ob multiplicẽ idolorum cultum & inconſtantiam. Et factvs est sangvis, ſiue *factum eſt*.ſ. mare, *ſanguis*. Tamqvam mortvi, niger & denſus. Significat autem lanienam inter Gentes, propter mutua inter ipſas bella. Et omnis anima. i. viuentes plerique occiſi ſunt.

Effvdit phialam svam svper flvmina. Hi 4
ſunt hæretici, aut fidelium perſecutores. Et factvs est sangvis, ſiue flumina facta ſunt ſanguinis.

Et avdivi Angelvm aqvarvm. i. hunc tertium 5
Angelum, cui data eſt poteſtas in flumina & fontes. i. in populos multos. Quid dicit? Ivstvs es Domine, quia vindicaſti ſanguinem tuorum quem illi effudere. digni qui bibant ſanguinem. i. occidantur.

Effvdit phialam svam in solem quartus Ange- 8
lus i. Principes qui inſtar Solis ſunt. Et datvm est illi. ſ. ſoli Æstv affligere. i. graui & tyrannico imperio ſubditos.

Et blasphemavervnt nomen Dei, quòd ſ. tales 9
Principes dediſſet, non conſiderantes, quòd propter peccata populi permittit Deus regnare hypocritam.

Et qvintvs Angelvs effvdit phialam svam 10
svper sedem bestiæ. i. Romanum Imperium (id *beſtia* eſt) obſcurauit, atque ita vt penitùs caderet.

Et blasphemavervnt Devm cæli præ dolo- 11
ribvs, propter mala quæ patiebantur homines in ea Imperij ruina.

Et sextvs Angelvs effvdit phialam svam in 12
flvmen illvd magnvm Evphraten. Erat limes Imperij Romani. Et siccavit aqvam eivs. i. facilem tranſitum dedit Perſis & Mahumetanis, qui ad Ortum erant, vt Romæ Imperium euerterent; ſic factum vt Chriſtus & Eccleſia regnarent. Vidi

De ore draconis, et de ore bestiæ, ſ. ſecundę 13
de qua cap. 13. v. 11. quam Mahumetem diximus, & hîc *pſeudoprophetam* vocat. *Draco, beſtia*, & *pſeudopropheta* idem ſunt. Et de ore. i. eius iuſſu. Spiritvs tres immvndos in modvm ranarvm, lutulentos, loquaces, prodire vidi. Hi tres concionatores aut duces fuerunt. Signa falſa faciebant. Reges & populos concitabant contra Romanos, vt eos euerterent tempore & die à Deo præſtituto. Circa Heraclij & ſucceſſorum tempora ſæpè Mahumetani vicere Romanos, eiſque abſtulerunt maiorem Imperij partem.

Ecce venio sicvt fvr. Dies illa eius Imperij rui- 15
næ occulta eſt, repētè veniet. Beatvs qvi vigilat, & cuſtodit bona quę habet. ſ. virtutes, ea ſut vestimenta.

Et congregabit. ſ. Deus. Illos, Reges & milites. 16
In locvm, qvi vocatvr Hebraice Armagedon. i. *mons furum*. Tales erant Romani, nationum ſpolijs ſuperbi.

Et septimvs Angelvs effvdit phialam svam 17
in aerem, illum turbauit, vt fierent tonitrua & grando, de quibus mox. Et vox de templo. i. de cælo dixit: Factvm est, conſummatæ ſunt plagæ. Sed ex turbatione aëris

Facta svnt fvlgvra. Hæc omnia, fulmina, toni- 18
trua, terræmotus, afflictiones magnas ſignificant futuras, quo tempore Romanæ beſtiæ ruina futura eſt.

Et facta est civitas magna in tres partes. 19
Hæc fuit Ieruſalẽ excidij tẽpore in tres factiones ſciſſa, Zelotas, Idumæos, Libertinos, vt Ioſephus docet libris de Bello Iudaico. Civitates gentivm ceciderunt. ſ. terræmotibus frequẽtibus. Euſebius in Chron. (anno Chriſti 20 79. alijs) graues terræmotus fuiſſe ait Et babylon magna venit in memoriam. Roma etiam bibit de calice iræ Dei. Magni tumultus in ea, ſæua bella per ea tempora Ieroſolymitani excidij extiterunt.

Et omnis insvla fvgit. Multæ inſulæ propter ter- 20
ræmotus abſorptæ ſunt, & montes ſubſiderunt.

Et grando magna sicvt talentvm. Hyperbo- 21
le, qua eius magnitudo ſignificatur, & per eam magnitudo afflictionis. Niſi velimus, quod de fulguribus, tonitruis, terræmotibus & grandine ait, Hiſtoricos intelligere. Hallucinemur ſæpè huius reuelationis lumine neceſſe eſt. Ego etiam ſæpè pono quæ non plenè ſatiſfaciunt. Meliora non inueni.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 Pessimvm. i. nocentiſſimum.
3 Mortvi. ſ. hominis. Anima vivens. ſ. piſces.
5 Aqvarvm. ſ. præfectum. Sanctvs. non eſt id verbum cum præcedentibus iungendũ. Græc. *& ſanctus*.
7 Etiam Græc. *vai, certè*.
8 Et igni. pro, velut ignis.
10 Sedem. i. regnum. Tenebrosvm. i. calamitoſum. Commandvcavervnt. i. momorderunt.
11 Vvlneribvs. Gręc. *vlceribus*.
12 Regibvs. Qui ſint Reges hi quibus Angelus viam præparat, dicat qui nouit.
14 Dei. ſ. à quo ſuperandi.
15 Venio. ſ. ad iudicium. Fvr. ſ. inſperatò. Vestimenta. ſ. virtutes. Tvrpitvdinem. ſ. vitia.
16 Congregabit. Antichriſtus. vel, pro, congregauerunt. ſ. ſpiritus dæmoniorum, de quibus ſup.
17 Templo. Gręc. *templo cæli*. Throno. ſ. Dei. Factvm est. q. d. hic finis plagarum.
19 Civitas. ſ. Ieruſalem, ſecundùm quoſdam. Babylon. ſ. mundus.
20 Et omnis, &c. indicatur mundi finis.
21 Sicvt talentvm. i. talenti magnitudine. vel q. d. maxima.

CAPVT XVII.

Mulier fornicaria ſiue Babylon varijs induta ornamentis, & ebria Martyrum ſanguine, ſedet ſuper beſtiam ſeptem capitum & decem cornuum: quæ omnia hic declarat Angelus.

1 ET venit vnus de ſeptem Angelis, qui habé-
A bant ſeptem phialas, & locutus eſt mecum,
dicens: Veni, oſtendam tibi damnationem me-
retricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas,
2 *cũ qua fornicati ſũt reges terrę, & inebriati ſunt
qui inhabitant terrã de vino proſtitutionis eius.
3 *Et abſtulit me in ſpiritu in deſertũ. Et vidi mu-
lierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, ple-
nam nominibus blaſphemiæ, habentem capita
4 ſeptẽ, & cornua decem. *Et mulier erat circum-
data purpura, & coccino, & inaurata auro, & la-
B pide pretioſo, & margaritis, habens poculũ au-
reum in manu ſua, & plenum abominatione, &
5 immunditia fornicationis eius: *Et in fronte eius
nomen ſcriptũ: Myſteriũ: Babylon magna, ma-
6 ter fornicationum, & abominationum terrę. *Et
vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum,
& de ſanguine martyrum Ieſu. Et miratus ſum
7 cùm vidiſſẽ illam admiratione magna. *Et dixit
mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi
ſacramentum mulieris, & beſtiæ quæ portat eã,
8 quæ habet capita ſeptem, & cornua decem. *Be-
ſtia, quam vidiſti, fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt
C de abyſſo, & in interitum ibit: & mirabuntur in-
habitantes terram (quorum non ſunt ſcripta
nomina in Libro vitæ à conſtitutione mundi)
9 videntes beſtiã, quæ erat, & non eſt. *Et hic eſt
ſenſus, qui habet ſapientiã. Septẽ capita, ſeptem
mõtes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſe-
10 ptem ſunt. *Quinq; ceciderunt, vnus eſt, & alius
nondũ venit: & cùm venerit, oportet illum bre-
11 ue tempus manere. *Et beſtia, quæ erat, & non
eſt: & ipſa octaua eſt: & de ſeptẽ eſt, & in inter-
12 itum vadit. *Et decem cornua, quæ vidiſti, de-
cem reges ſunt: qui regnũ nondum acceperunt,
ſed poteſtatem tamquam reges vna hora acci-
13 pient poſt beſtiam. *Hi vnum cõſilium habent,
D & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.

*Hi cũ Agno pugnabunt,& Agnus vincet illos: 14
"quoniam Dominus dominorum eſt , & Rex
regum,&qui cum illo ſunt, vocati,electi,& fide-
les.*Et dixit mihi: Aquæ, quas vidiſti vbi mere- 15
trix ſedet , populi ſunt,& Gentes,& linguæ. *Et 16
decem cornua,quæ vidiſti in beſtia:hi odiét for-
nicariam,& deſolatam facient illam,& nudam,
& carnes eius manducabunt,&ipſam igni con-
cremabunt. *Deus enim dedit in corda eorũ vt 17
faciant quod placitum eſt illi : vt dent regnum
ſuũ beſtiæ donec conſummentur verba Dei. *Et 18
mulier,quam vidiſti,eſt ciuitas magna, quæ ha-
bet regnum ſuper reges terræ.

"1. Tim. 6 c.15 Infr. 19. c.16

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 QVÆ SEDET SVPER AQVAS MVLTAS. i. multis Gentibus Roma dominatur. Verſ.15. explicatur quid ſint *aquæ multæ*.

2 CVM QVA FORNICATI SVNT REGES TERRÆ, ab ea didicere idololatriam, quæ ſæpè in Sacris *fornicatio* vocatur.

3 ET ABSTVLIT ME IN SPIRITV IN DESERTVM. i locum aptum contemplationi. ET VIDI MVLIEREM. Hæc eſt vrbs Roma,vt v.9.explicatur. SEDENTEM SVPER BESTIAM. Romanum Imperium. COCCINEAM, propter ſanguinem Martyrum, quem effudit. PLENAM NOMINIBVS BLASPHEMIÆ. In Deum & Chriſtum conuitia ea beſtia iactat. HABENTEM CAPITA SEPTEM. .i.ſeptem præcipuos Imperatores, vt c.13. dictum eſt. CORNVA DECEM.i.decem Imperatores,ad ſeptem præcipuos adiunctis tribus minutis, Galba, Othone, Vitellio. Computationẽ à Caio inchoamus,quia poſt Chriſti mortem primus imperauit. Daniel quoque cap.7. videt hanc beſtiam Romanum Imperium cum decem cornibus, qui totidem Imperatores ſunt,ſed computatio incipit ab Auguſto,deſinit in Domitianum, qui fuit vndecimus. Quo loco v.28.eam viſionem cum iis,quę in hoc cap. dicuntur, contulimus. Si quid erratum eſt, hinc Lector ſuppleat.

4 ET MVLIER ERAT CIRCVMDATA PVRPVRA. Diues valdè & ornata. HABENS POCVLVM. Id ſignificat doctrinam prauam, qua Gentes ſubditas impios cultus docuit.

5 ET IN FRONTE EIVS NOMEN SCRIPTVM (MYSTERIVM:) per parentheſin.q.d.attende.Nomen autem in fronte ſcriptum erat, quod ſequitur, BABYLON MAGNA. Sic Romam vocat, propter ſimilitudinem inter eas duas vrbes. Et Angelus ad Ioannem:

7 EGO DICAM TIBI SACRAMENTVM.i.dicam quid hæc obſcura viſio ſignificet.

8 BESTIA, QVAM VIDISTI, FVIT. ſ. potens. ET NON EST, pro, non erit. Breui Romæ potentia & Imperium peribit. ET ASCENSVRA EST, pro aſcendit DE ABYSSO. .i.inferno. Praua eſt potentia & à dæmone. ET IN INTERITVM IBIT, ideò dixit: *Non eſt*. ET MIRABVNTVR. praui & infideles Nã fideles agnoſcent diuinã vindictã.

9 SEPTEM CAPITA: ſignificant ſeptem colles, qui Romæ ſunt,& totidem Reges. ſ. præcipuos.

10 QVINQVE CECIDERVNT.i.obierunt. Hi ſunt Caius, Claudius, Domitius, Veſpaſianus, Titus. Hi omnes mortui erant, cùm hæc Ioannes ſcriberet. VNVS EST .ſ.Domitianus, qui eſt ſextus. ET ALIVS NONDVM VENIT. Nerua. ET CVM VENERIT, OPORTET ILLVM BREVE TEMPVS MANERE. ſedecim menſibus imperauit. Annuum & quadrimeſtre Imperium.

11 ET BESTIA, QVÆ ERAT. ſ.in viuis. ET NON EST. ſ. Imperator. ET IPSA OCTAVA EST. Græc. *& ipſe octauus eſt*. .ſ. Rex. ET DE SEPTEM EST. Hic eſt Traianus Neruæ ſucceſſor, & ab eo adoptatus. quare fuit octauus poſt mortem Neruæ, & cum eo per adoptionem imperauit; ideo de ſeptem. ET IN INTERITVM VADIT. Ipſe etiam peribit. Vocat autem eum *beſtiam*, quoniam Eccleſiam eſt perſecutus. Fortè etiam verſ.8. non de toto Imperio, ſed de Traiano, qui fuit pars beſtiæ, intelligatur illud, *fuit, & non eſt*.

12 ET DECEM CORNVA. In viſione c.13. verſ 1. decem cornua beſtiæ explicuimus decem Imperatores fuiſſe. At in hac viſione decem tyrannos ſignificat, qui Gallieno Imperatore ſimul rebellarunt. Dices, Triginta fuerunt. Verum, ſed hi decem præcipui, aut *decem* ſumit pro multis. SED POTESTATEM TAMQVAM REGES VNA HORA ACCIPIENT. Ex hoc intelligitur fuiſſe tyrannos. POST BESTIAM. Græc. *cum beſtia*. i.ſimul cum vero Imperatore accipient poteſtatem.

13 HI VNVM CONSILIVM HABENT. Omnes occupare Imperium volunt. ET POTESTATEM SVAM BESTIÆ TRADENT. vincentur omnes ab ea.

14 HI CVM AGNO PVGNABVNT. Chriſti hoſtes omnes, fideles perſequentur. Sed ab eo vincentur. AGNVS VINCET ILLOS.

16 HI ODIENT FORNICARIAM. nempe Imperio rebelles. Illamque facient deſolatam, quia eorum rebellione vires Imperij debilitatæ penitùs ſunt.

17 DEVS ENIM DEDIT IN CORDA EORVM. Dei nutu rebellabunt. VT FACIANT QVOD PLACITVM EST ILLI. .ſ. Deo, cooperatores fuerunt Dei volentis beſtiam proſternere. VT DENT REGNVM SVVM BESTIÆ. Græc. *& dare*. pro, *& dent*. Deus id voluit, vt Romani Imperio dilacerato vincerentur, tamen & beſtia maneret vſque ad tempus pręfinitum, vt penitùs perimatur. Hoc ſignificat, DONEC CONSVMMENTVR VERBA DEI, compleatur quod per ſuos annuntiauit de beſtia illa Romano Imperio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 MERETRICIS. Quidam Romam intelligunt, ob idola quæ tunc colebat, vel Mundum. ſ. malorũ multitudinẽ. AQVAS. populi intelliguntur. Vide inf.

2 DE VINO, &c.q d. voluptatibus & vitiis. PROSTITVTIONIS. i. fornicationis. Videtur autem ſignificari præcipuè idololatria, more Scripturæ.

3 COCCINEAM. iunge cum *beſtiam*. i. feram, ſignificatur autem colore iſto crudelitas, vel regius ſplendor. CAPITA SEPTEM. fortè beſtia eſt, de qua ſup. cap.13.

4 CIRCVMDATA.i.amicta. INAVRATA.i.ornata.

5 MYSTERIVM. ſ. vſurpant impij nomina aliàs ſacra; & hæretici ſua venditant myſteria.

6 EBRIAM. ſ. ſatiatam: ſic dicitur hoſtis ſanguinem ſitire. ET DE fortè. pro, id eſt de.

7 SACRAMENTVM. Gręc. *myſteriũ* q.d. quid ſignificet.

8 FVIT, ET NON EST. pro, erit, & citò deſinet. ABYSSO. .i.inferno. vide infr. c.20. Vel mari. vide ſup. cap.13. QVÆ ERAT, ET NON EST. pro, deſiſſe.

9 HIC.i.hac in re. SENSVS.i.intellectus. QVI HABET SAPIENTIAM. q.d. verus. vel, qui ſapiens eſt, aduertat.

11 IPSA OCTAVA. Græc. *ipſe octauus*. ſ. rex. DE SEPTEM. ſ. ſocietate malitiæ.

12 VNA HORA.i.breui tempore. POST BESTIAM. ſ. ſequendo illam, ſeu imitando. Græc. *cum beſtia*.

16 CARNES, &c. Hyperbole eſt, qua ſignificatur odium maximum, & rabies. Vide Iob 19. & 31. & Pſal.26.

17 ILLI. ſ. Deo. SVVM. i. ipſorum. CONSVMMENTVR. .i.compleantur. VERBA DEI. i. à Deo prædicta.

CAPVT XVIII.

Babylonis lapſus, iudicium, plaga, & vltiones: propter quas reges ac negotiatores terræ olim ipſi adhærentes amarè lugebunt; cælum verò, Apoſtoli ac Prophetæ exultabunt.

1 A ET poſt hęc vidi aliũ Angelũ deſcendentẽ de
cęlo, habentẽ poteſtatẽ magnã: & terra illu-
2 minata eſt à gloria eius. *Et exclamauit in forti-
tudine dicẽs: "Cecidit, cecidit Babylon magna:
& facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia
omnis ſpiritus immũdi, & cuſtodia omnis volu-
3 cris immũdæ & odibilis: *quia de vino iræ forni-
cationis eius biberũt omnes gẽtes: & reges terrę
cũ illa fornicati ſunt: & mercatores terrę de vir-
4 tute deliciarũ eius diuites facti ſunt. *Et audiui
B aliam vocẽ de cælo, dicentem: Exite de illa po-

"Iſa. 21. c.9 Ier. 51. a.8 Sup. 14. b.8

pulus

pulus meus: vt ne participes ſitis delictorũ eius,
& de plagis eius non accipiatis. * Quoniã perue- 5
nerunt peccata eius vſque ad cęlum, & recorda-
tus eſt Dominus iniquitatũ eius. * Reddite illi ſic- 6
ut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia
ſecundùm opera eius: in poculo, quo miſcuit,
miſcete illi duplum. * Quantum glorificauit ſe, 7
& in deliciis fuit; tantum date illi tormẽtum & C
Iſa. 47. b. 8 luctũ: quia in corde ſuo dicit: * Sedeo regina: &
vidua non ſum: & luctum non videbo. * Ideò in 8
vna die venient plagę eius, mors, & luctus, & fa-
mes, & igne comburetur: quia fortis eſt Deus,
qui iudicabit illam. * Et flebũt, & plangent ſe ſu- 9
per illã reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, &
in deliciis vixerunt, cùm viderint fumum incen-
dij eius: * longè ſtantes propter timorem tormẽ- 10
torum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna
Babylon, ciuitas illa fortis: quoniã vna hora ve-
nit iudicium tuum. * Et negotiatores terræ fle- 11
bunt, & lugebunt ſuper illam: quoniam merces D
eorum nemo emet ampliùs; * merces auri, & ar- 12
genti, & lapidis pretioſi, & margaritæ, & byſſi, &
purpuræ, & ſerici, & cocci, (& omne lignum
thyinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de
lapide pretioſo, & ęramẽto, & ferro, & marmo-
re, * & cinnamomum) & odoramentorũ, & vn- 13
guenti, & thuris, & vini, & olei, & ſimilæ, & tri-
tici, & iumentorum, & ouium, & equorum, &
rhedarum, & mancipiorũ, & animarum homi-
num. * Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerũt 14
à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, E
& ampliùs illa iam non inuenient. * Mercatores 15
horũ, qui diuites facti ſunt, ab ea longè ſtabunt
propter timorem tormentorum eius, flentes ac
lugentes, * & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, 16
quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, &
deaurata erat auro, & lapide pretioſo, & marga-
ritis: * quoniã vna hora deſtitutæ ſunt tantę diui- 17
tiæ. Et omnis gubernator, & omnis qui in lacum F
nauigat, & nautę, & qui in mari operãtur, longè
ſteterunt, * & clamauerũt videntes locũ incendij 18
eius, dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnę?
* Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua, & cla- 19
mauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ, væ
ciuitas illa magna; in qua diuites facti ſunt om-
nes, qui habebant naues in mari, de pretiis eius:
quoniã vna hora deſolata eſt. * Exulta ſuper eam 20
cælũ, & ſancti Apoſtoli, & Prophetæ: quoniã iu-
dicauit Deus iudicium veſtrũ de illa. * Et ſuſtulit 21
vnus Angelus fortis lapidẽ quaſi molarem ma-
gnum, & miſit in mare, dicẽs: Hoc impetu mit- G
tetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà iam nõ
inuenietur. * Et vox citharœdorũ, & muſicorũ, 22
& tibia canentiũ, & tuba nõ audietur in te am-
pliùs: & omnis artifex omnis artis non inue-
nietur in te ampliùs: & vox molæ non audietur
in te ampliùs: * & lux lucernæ non lucebit in te 23
ampliùs: & vox ſponſi & ſponſæ non audietur
adhuc in te: quia mercatores tui erant principes
terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes
gentes. * Et in ea ſanguis prophetarũ & ſanctorũ 24
inuẽtus eſt; & omniũ qui interfecti ſunt in terra.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VIDI ALIVM ANGELVM. Hic eſt Chriſtus.

2 ET EXCLAMAVIT IN FORTITVDINE. Græc. addi-tur *voce magna*. CECIDIT, CECIDIT BABYLON. Geminatio auget. Ruina Imperij & Romæ Gallieno Imperatore cœpta apertè eſt; aucta cùm Conſtantinus ſed[em] Imperij Romã tranſtulit; Honorio Imperatore com[-]pleta prorſus eſt, cùm Roma à Gothis capta, numqu[am] deinde potuit reſurgere. FACTA EST HABITATIO DÆMONIORVM. i. lemurum, *duendes*, qui ſolent verſari i[n] vaſtis & euerſis ędificiis, aues, & feræ, & ſerpentes quod de vera Babylone exciſa dixit Ierem. cap. 50. ve[r]ſic. 39. Tum per dæmonia & aues immundas, omne vi[-]tiorum genus intellige.

3 QVIA DE VINO IRÆ FORNICATIONIS EIVS. pro, *ir[æ]* ſ. Dei) *& fornicationis*. i. idololatriæ biberunt Gente[s] & Reges. ET MERCATORES. Indicat Romæ eſſe vena[-]lia omnia. Notum eſt illud Salluſtij: *O vrbem vena[-]lem, & cito perituram, ſi emptorem inueneris!*

6 REDDITE ILLI. Chriſtiani fortiores facti, priore[s] iniurias vindicarunt, ſpoliantes illam Imperio, quo[d] Conſtantinus fecit. Diripientes & incendentes, quo[d] Gothi fecerunt & Vandali. Maiora illi mala reddide[-]runt, quàm ipſa fecerat.

8 FORTIS EST DEVS, QVI IVDICABIT ILLAM. i. con[-]demnabit illam. Grecè, *iudicans illam*, quod per futu[-]rum & præteritum verti poteſt. ET FLEBVNT, E[T] PLANGENT SE SVPER ILLAM. *ſe* redundat. Goth[ice] non eſt, nec Græc. REGES TERRÆ, confœderati & ſubditi, turpitudinis Romanæ participes flebunt.

11 ET NEGOTIATORES TERRÆ FLEBVNT. Non habe[-]bunt vbi merces vendant, aurum, gemmas.

12 LIGNVM THYINVM. Erat pretioſum, ex Ophir affe[-]rebatur, 3 Reg. 10. verſ. 11. Num hebenum?

13 CINNAMOMVM. Quidam codices Latini cũ Goth[ico] addunt *amomum*, quod eſt odoris genus. ET ODORAMENTORVM. Hi genitiui à voce *merces* reguntur. Aut dic in accuſatiuo *odoramenta, vnguentum, thus, vi[-]num, & oleum. ſimilam, triticum*, vt eſt Græc. Vide [à] *tritico* diſtingui *ſimilam*. Plinius *à tritico* diſtingui[t] *ſiliginem, el candeal*, lib. 18. cap. 10.

14 ET POMA DESIDERII. i. fructus ſuaues perierunt [à] te, non ampliùs afferent; vt nec illos in te, vt anteà mercatores inuenient.

17 OMNIS QVI IN LACVM NAVIGAT. Græc. *Omnis i[n] nauibus nauigans*. ſic Regia. At Robertus *omnis turb[a] nanalis* habet. Noſter Græc. τῆς λιμνης πλέων legit. Sen[-]ſus: Omnes nauigantes, qui merces afferre ſunt ſòliti longè ſtantes, ne ſ. ea ruina opprimerentur, dixerunt Quæ ſimilis ciuitas?

19 ET MISERVNT PVLVEREM SVPER CAPITA SVA. Si[c] ſolebant lugentes, præſertim in funere propinquorum & amicorum. Contrà Sancti exultent,

20 QVONIAM IVDICAVIT DEVS IVDICIVM VESTRVM DE ILLA. i. vindicauit vos.

22 ET VOX CITHAROEDORVM, &c. nulla in te lętitia erit ET OMNIS ARTIFEX. nullus ornatus erit, nullum com[-]mercium. ET VOX MOLÆ NON AVDIETVR. null[a] erunt conuiuia.

23 ET LVX LVCERNÆ NON LVCEBIT IN TE. qua, ſ. artifi[-]ces & piſtores noctu operantur. ET VOX SPONSI. no[n] erit nuptiarum lætitia, nempe vt anteà. QVIA MERCATORES TVI ERANT PRINCIPES TERRÆ. Nil mirum [ſi] opulenti facti cum diuitiis lætabantur, inſtruebant lu[-]dos, ſpectacula, tripudia. Nec mirum, QVIA IN VENEFICIIS TVIS. Græc. *veneficio*, incantatione. ERRAVERVNT OMNES GENTES. dementati erant. Iuſta punitio

24 ET IN EA SANGVIS PROPHETARVM. Eos occidit. E[T] OMNIVM. ſ. Sanctorum. *Omnes* pro multis & innume[-]ris, qui interfecti ſunt. Aut ſit omnium gentium ſan[-]guis, ob bella continua.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 GLORIA. i. claritate, ſeu ſplendore.

2 IN FORTITVDINE. i. fortiter. ſ. magna voce. CECIDIT. q. d. iamiam cadet. ET FACTA. pro, nam facta q. d. quia fuit velut hoſpitium dæmonum. CVSTODIA. i. locus. VOLVCRIS. i. dæmonum. Repetitio.

3 IRÆ. Vide ſup. cap. 14. VIRTVTE. i. copia. DELICIARVM. ſ. mercium ad delicias comparatarum.

5 PERVENERVNT. ſ. velut vindictam clamantia.

DVPLI[-]

DVPLICIA. ſ. ſupplicia. DVPLEX autem & DVPLVM, pro multo.
DICIT. ſ. ſe glorificans. VIDVA. ſ. imperio. LVCTVM. i. triſte quidquam. 7
SVPER ILLAM. i. eius cauſſâ. 9
IVDICIVM. i. condemnatio. 10
THYINVM. ex *thya* arbore, de qua Plin. l. 13. c. 16. Vide 3. Reg. 10. LAPIDE. Gr. *ligno*. AERAMENTO. i. ære. 12
ANIMARVM HOMINVM. i. delicias altas. 13
DESIDERII ANIMÆ TVÆ. i. tibi deſiderata & grata. 14
INVENIENT. Græc. *inuenies*.
DESTITVTA. i. deſertæ. LACVM. pro, lacu. i. lacubus. 17
Gr. *nauibus*. OPERANTVR. i. ſe exercẽt, ſeu negotiantur.
LOCVM. Græc. *fumum*. 18
FLENTES ET LVGENTES. i. vehementer flentes. PRETIIS. i. pretioſitate. 19
IVDICAVIT, &c. q. d. vltus eſt vobis factas iniurias. 20
IVDICIVM. i. cauſam.
MITTETVR. ſ. in infernum. 21
MOLÆ. i. molam verſantium. 22
VENEFICIIS. i. peccandi illecebris. 23
PROPHETARVM. ſ. interfectorum. OMNIVM. Hinc apparet per *Babylonem* mundum ſignificatum. 24

CAPVT XIX.

Sanctis de iudicio meretricis Deum glorificantibus, parantur nuptiæ Agni, & Angelus a Ioanne adorari recuſat: apparens autem quidam equo inſidens cum exercitu, qui eſt Verbum Dei & Rex regum ac Dominus dominantium, pugnat aduerſus beſtiam & reges terræ ac eorum exercitus, vocatis interim auibus cæli ad edendas eorum carnes.

POſt hęc audiui quaſi vocem turbarũ multa- 1
rum in cælo dicentiũ: Alleluia: Salus, & glo- A
ria, & virtus Deo noſtro eſt: * quia vera & iuſta 2
iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice ma-
gna, quæ corrupit terrã in proſtitutione ſua, &
vindicauit ſanguinẽ ſeruorũ ſuorũ de manibus
eius. * Et iterùm dixerũt: Alleluia. Et fumus eius 3
aſcendit in ſæcula ſęculorum. * Et ceciderunt ſe- 4
niores vigintiquattuor, & quattuor animalia, &
adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronũ, di-
cẽtes: Amen: Alleluia. * Et vox de throno exiuit, 5
dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui
eius: & qui timetis eum, puſilli & magni. * Et au- 6
diui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem
aquarum multarũ, & ſicut vocem tonitruorum
magnorum, dicentium: Alleluia: quoniã regna-
uit Dominus Deus noſter omnipotens. * Gau- 7
deamus, & exultemus, & demus gloriã ei: quia B
venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit
ſe. * Et datũ eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplen- 8
denti & candido. Byſſinum enim, iuſtificatio-
nes ſunt Sanctorũ. * Et dixit mihi: Scribe: "Bea- 9 [Mat. 22. a.2 Luc. 14. d 16]
ti, qui ad cœnam nuptiarũ Agni vocati ſunt. &
dicit mihi: Hæc verba Dei vera ſunt. * Et cecidi 10
ante pedes eius, vt adorarem eũ. Et dicit mihi:
Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum, & fratrum
tuorũ habentiũ teſtimoniũ Ieſu. Deum adora.
Teſtimoniũ enim Ieſu, eſt ſpiritus prophetiæ.
* Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & 11
qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis, & Ve-
rax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat. * Oculi au- 12
tẽ eius ſicut flamma ignis, & in capite eius dia-
demata multa, habens nomen ſcriptũ, quod ne-
mo nouit niſi ipſe. * "Et veſtitus erat veſte aſper- 13 [Iſa. 63. a.1]
ſa ſanguine: & vocatur nomen eius, Verbũ Dei. C
* Et exercitus qui ſunt in cælo, ſequebantur eum 14
in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. * Et 15
de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acu-
tus: vt in ipſo percutiat Gẽtes. "Et ipſe reget eas [Pſal. 2. c. 9]
in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furo-
16 ris iræ Dei omnipotens. * Et habet in veſtimento
& in femore ſuo ſcriptũ: "Rex regum, & Domi- [Sup 17. d.14 1. Tim 6. c.15]
17 nus dominantium. * Et vidi vnum Angelũ ſtan-
tem in ſole, & clamauit voce magna, dicẽs om-
nibus auibus, quæ volabant per mediũ cæli: Ve-
18 nite, & congregamini ad cœnã magnã Dei; * vt
D manducetis carnes regũ, & carnes tribunorum,
& carnes fortiũ, & carnes equorũ, & ſedentium
in ipſis, & carnes omniũ liberorũ, & ſeruorum,
19 & puſillorum, & magnorum. * Et vidi beſtiã, &
reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad
faciendum pręliũ cum illo qui ſedebat in equo,
20 & cum exercitu eius. * Et apprehenſa eſt beſtia,
& cum ea pſeudopropheta: qui fecit ſigna corã
ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt chara-
cterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginẽ eius.
Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis
21 ſulphure: * Et ceteri occiſi ſunt in gladio ſeden-
tis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius: &
omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 AVDIVI QVASI VOCEM TVRBARVM, nõ *turbarũ*. Græc. *vocem turbæ multæ magnam*. IN CÆLO. Angeli & Sancti laudant Deũ propter ſumptã de Roma vindictã. DICENTIVM: ALLELVIA. i. *laudate Deum*. SALVS. non, *Laus*, vt Louan. & gloria & virtus Deo.

2 QVI IVDICAVIT, puniuit. DE MERETRICE MAGNA. i. Roma, quę IN PROSTITVTIONE SVA, ſeu *fornicatione*, πορνείᾳ. i. falſa doctrina, idololatria corrupit terram & Gentes.

3 ET FVMVS EIVS ASCENDIT. ſ. incendij eius. IN SÆCVLA SÆCVLORVM. i. perpetuò, non reſurget ampliùs. Siue quia in infernum detruſa in perpetuum eſt.

4 ET CECIDERVNT SENIORES. ſ. qui erant ante thronũ Dei, c. 4. v. 4. & vniuerſæ reuelationi, & partibus eius, quaſi in ſcena exhibita comœdia interfuerunt.

5 ET VOX DE THRONO EXIVIT. i. à maieſtate Dei, vox alicuius Angeli. Et audiui vocem

6 DICENTIVM: ALLELVIA: QVONIAM REGNAVIT DOMINVS. Ruinã Imperij Romani factum, vt Chriſtus & Eccleſia regnarent.

7 QVIA VENERVNT NVPTIÆ AGNI, Chriſti cũ Eccle-
B ſia. Publicè celebratæ ſunt nuptiæ, antè in latebris erant ob ſæuitiam tyrannorum. Vxor ornata eſt byſſo.

8 BYSSINVM ENIM, IVSTIFICATIONES SVNT SANCTORVM. i. bona opera, ijs ornatur Eccleſia Chriſti ſponſa.

10 ET CECIDI ANTE PEDES EIVS, ſ. Angeli qui mecum loquebatur. VT ADORAREM EVM, latria ſ. quę ſoli Deo debetur. Angeli minori veneratione coli debẽt. TESTIMONIVM IESV. ſ. habeo, teſtis eius ſum & miniſter, non Deus. Prophetiã, qua ego fungor, eſt teſtimoniũ Ieſu. *Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibẽt*: Act. 10. v. 24.

11 ET VIDI CÆLVM APERTVM. Myſteria cæleſtia mihi reuelata ſunt. ET ECCE EQVVS ALBVS. Chriſti humanitas, innocentia vitæ candida. ET QVI SEDEBAT, Chriſtus. ET CVM IVSTITIA, ſiue *in iuſtitia*, vt eſt Græc. & Goth. IVDICAT, ET PVGNAT, ſiue *bellum facit*. Rari in bello iuſtitiam ſeruant.

12 OCVLI AVTEM EIVS SICVT FLAMMA, ob iracundiam in malos: DIADEMATA MVLTA, omnia Regna habet. NOMEN SCRIPTVM, QVOD NEMO NOVIT. i. ſoli Chriſto conuenit, ad Hebr. 1. v. 5. ad Philip. 2. v. 9. aut ſit nomen quadrilitterum; cuius vim ſolus Chriſtus nouit.

14 ET EXERCITVS QVI SVNT IN CÆLO. Angeli & Sancti comitabantur Chriſtũ euntem ad iudicium ad puniendum prauos, & vt pugnarent contra beſtiam.

15 ET DE ORE EIVS. Iuſſu punit. PROCEDIT GLADIVS. quod ſequitur, EX VTRAQVE PARTE, Græc. non eſt in pleriſque cod. nec Beda legit. In Regijs tamẽ eſt δίστομος, tum in Roberti codd. Græc. 1. & 15. itaq; variant.

IPSE CALCAT TORCVLAR. Exercet vindictã, ſanguinem exprimit, vt multum in torculari. FVRORIS IRÆ, ſeu *furoris & iræ*, vt eſt Græc. Dei omnipotentis.

ET HABET IN VESTIMENTO, ET IN FEMORE SVO. quid? REX REGVM, etiam vt homo Rex eſt, & Dominus vniuerſi. *Femur* eſt humana natura. 16

ET VIDI VNVM ANGELVM STANTEM IN SOLE. i. loco ſublimi. DICENS OMNIBVS AVIBVS. i. electis, ſeu coruis, vulturibus, vt veniant ad carnificinam & lanienam, quæ futura eſt, & comedant carnes Regum, & militum qui in prælio cadent, Chriſti gladio & comitum. 17

ET VIDI BESTIAM, ET REGES TERRÆ. Se comparant ad pugnandum cum Agno, contra Chriſtum & eius Eccleſiam. Quis exitus? 19

APPREHENSA EST BESTIA. Rom. Imperium. ET CVM EA PSEVDOPROPHETA. Quis hic? forte aliquis qui dementauit Romanos ſuis præſtigijs, vt Simõ Magus ſuo tẽpore. ET FECIT SIGNA CORAM IPSO, aut *coram ipſa*. i. beſtia, ſed mãſit genus Grçcũ, quoniã θηρίον. i. *beſtia*, eſt neutrius generis. VIVI MISSI SVNT HI DVO IN STAGNVM IGNIS ARDENTIS SVLPHVRE. i. infernũ, vbi ignis pro lignis alitur ſulphure, vt ignis montis Ætnæ. 20

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SALVS. i. proſperitas ſ. tribuatur à celebrantibus. 1

IN PROSTITVTIONE. i. fornicatione. 2

ASCENDIT. præſens eſt. 3

AMEN. q. d. certè ita eſt. 4

REGNABIT. pro, regnat. 6

NVPTIÆ. i. tempus nuptiarum. 7

ENIM. pro, autem. IVSTIFICATIONES. i. opera iuſta, & virtutes. 8

VOCATI ſ. vocatione electorum. 9

NE FECERIS. Modeſtiæ exemplum dat, vt Petrus Act. 10. non vt illicitum prohibet. Itaque inf. cap. 21. voluit iterùm adorare Ioannes Angelum. TESTIMONIVM. i. confeſſionem. ENIM. pro, autem. SPIRITVS, &c. q. d. id quod Prophetæ prædixerunt. 10

DIADEMATA MVLTA. ſ. poteſtas in omnia regna. NOMEN. ſ. Dei, ſeu verbi Dei. Videinf. NOVIT ſ. ſe ſolus ipſe comprehendit. 12

GLADIVS. i. Imperium. VIRGA FERREA. Vide ſuprà cap. 2. CALCAT, &c. q. d. punit damnatos. Id videtur ſignificatum veſte aſperſa ſanguine. 15

FECIT. pro, fecerat. VIVI. Intellige tamen mortuos antequam ad infernum peruenirent. Vide Numer. 16. 20

STAGNVM. ſ. infernum. ARDENTIS. Græc. *ardens*. 21

IN GLADIO. i. imperio, ſeu iuſſu.

CAPVT XX.

Ligatum draconem ſiue diabolum mittit Angelus in abyſſum ad mille annos, quibus animæ Martyrũ in reſurrectione prima regnaturi cum Chriſto: poſt quos ſolutus ſatanas excitabit Gog & Magog innumerum exercitum aduerſus ciuitatẽ dilectã, ſed igni cæleſti deuorabuntur: deinde apertis libris, à ſedẽte ſuper thronũ iudicabuntur omnes mortui ſecundùm opera ipſorum.

ET vidi Angelũ deſcendentem de cælo, ha- 1
bentem clauem abyſſi, & catenã magnam A
in manu ſua. * Et apprehendit dracoñẽ, ſerpen- 2
tem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & li-
gauit eum per annos mille: * & miſit eũ in abyſ- 3
ſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illũ, vt non ſe-
ducat ampliùs gentes, donec conſummentur
mille anni: & poſt hęc oportet illũ ſolui modico
tẽpore. * Et vidi ſedes, & ſederũt ſuper eas, & iu- 4
dicium datum eſt illis: & animas decollatorum
propter teſtimoniũ Ieſu, & propter verbũ Dei, B
& qui non adorauerunt beſtiã, neque imaginem
eius, nec acceperũt characterẽ eius in frontibus
aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt
cum Chriſto mille annis. * Ceteri mortuorum 5
non vixerunt, donec conſummẽtur mille anni.
Hæc eſt reſurrectio prima. * Beatus, & ſanctus, 6
qui habet partẽ in reſurrectione prima: in his ſe-
cunda mors non habet poteſtatẽ: ſed erunt ſa-
cerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo
7 mille annis. * [a] Et cùm cõſummati fuerint mille [a] Ezech. 39. a. 1.
C anni, ſoluetur ſatanas de carcere ſuo, & exibit, &
ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quattuor angu-
los terræ, Gog, & Magog, & cõgregabit eos in
prælium, quorũ numerus eſt ſicut arena maris.
8 * Et aſcenderũt ſuper latitudinẽ terræ, & circuie-
9 runt caſtra ſanctorũ, & ciuitatẽ dilectã. * Et de-
ſcendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: &
diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſta-
10 gnũ ignis & ſulphuris, vbi & beſtia, * & pſeudo-
propheta cruciabũtur die ac nocte in ſęcula ſę-
11 culorũ. * Et vidi thronũ magnum candidum, &
D ſedentẽ ſuper eum, à cuius cõſpectu fugit terra
12 & cęlũ, & locus nõ eſt inuentus eis. * Et vidi mor-
tuos, magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu
throni; & libri aperti ſunt: & alius Liber apertus
eſt qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his
quę ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ipſo-
13 rũ. * & dedit mare mortuos, qui in eo erant: &
mors, & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in
ipſis erant: & iudicatum eſt de ſingulis ſecun-
14 dum opera ipſorum. * Et infernus & mors miſſi
ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.
15 * Et qui non inuentus eſt in Libro vitæ ſcriptus,
miſſus eſt in ſtagnum ignis.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 VIDI ANGELVM? Hic eſt Chriſtus. HABENTEM CLAVEM ABYSSI. i. plenam in infernum poteſtatem. ET CATENAM ad ligandum diabolum.

2 ET APPREHENDIT DRACONEM. i. diabolum; qui vocatur *draco* propter ſæuitiam, *ſerpens* ob calliditatem, *antiquus* quia veterator. ET LIGAVIT EVM PER ANNOS MILLE. Poſt Romã captã à Gothis, & poſt Auguſtulũ, qui fuit poſtremus Imperator Occidẽtis, denique poſt caſum Imperij Romani, addo poſt Mahumetem ferme per mille annos quies fuit in Eccleſia, aut modicè laceſſita pax, nec diabolus eſt permiſſus grauiter ſeducere Gentes, quippe ligatus & clauſus in abyſſo vſque ad noſtra tempora, cùm ſolutus per Lutherum, & alios ſimiles, Eccleſiam vehementer turbauit. Sed

3 OPORTET ILLVM SOLVI MODICO TEMPORE. Non erit diuturna, neque multorum annorum turbatio hæreſium, quam patimur. Interim tamen

4 IVDICIVM DATVM EST ILLIS. Quibus? interfectis propter Chriſtum. *Iudicium*. i. vindicta, *datum eſt*, vt vindicarentur. QVI NON ADORAVERVNT BESTIAM. non obedierunt eius edictis, neque beſtiæ nomen ſcripſere in frontibus, quaſi de eius familia & ſecta. REGNAVERVNT CVM CHRISTO MILLE ANNIS. ſ. eo tẽpore, quo Eccleſia fuit quieta, in cælo beati vixerunt.

5 CETERI MORTVORVM, qui ſ. poſt illos mille annos occidentur, non vixerunt tunc vita beata. HÆC EST RESVRRECTIO PRIMA. Non agitur de reſurrectione corporum, ſed de beatificatione animarum.

6 BEATVS, qui in hac reſurrectione reuixerit. neq; enim morietur morte ſecũda. i. in iudicio extremo; ſecurus ad illud ibit. ET REGNABVNT CVM ILLO. ſ. Chriſto & in cęlo. MILLE ANNIS, quãdiu Eccleſia quieſcet, nõ quòd ampliùs nõ ſint regnaturi. Ex affirmatiua nõ colligitur negatiua.

7 SOLVETVR SATANAS poſt illos mille annos. SEDVCET GENTES. Iam vidimus, quã multi hoc tẽpore à ſectarijs fuerint ſeducti. GOG, ET MAGOG. Quid *Gog* & *Magog* eſſent, Ezech. 38. verſ. 1. dictum eſt. Hoc loco Turcas ſignificari puto, qui ditione tenẽt Cœleſyriam. vbi *Magog* vrbs erat, alio nomine *Bambyce*, vt Plinius, quidam etiam *Edeſſam* putat. *Gog* eſt eius vrbis princeps, qualis eſt Turcarum Imperator. Ergo hos ſeducet, vt Eccleſiæ bellum inferant. Satis multa bella noſtra ætate à Turcis & ab hæreticis extiterunt.

8 CASTRA SANCTORVM & *ciuitas dilecta* Eccle-

ſia

ſia eſt, quam vexabit diabolus.
ET DESCENDIT, in præterito. Græc. κατέβη, pro *deſcen-* 9
det ignis. i. vincentur. ET DIABOLVS malorum auctor.
MISSVS EST, pro, mittetur. IN STAGNVM IGNIS ET SVL-
PHVRIS De hoc ſtagno cap. 19. v. 20. VBI ET BESTIA,
ET PSEVDOPROPHETA. Iam de his ſibi diximus.
CRVCIABVNTVR. Goth. & Græc. *& cruciabuntur* 10
die ac nocte. i. ſine intermiſſione & perpetuò.
ET VIDI THRONVM. Deſcribit iudicium extremum. 11
A CVIVS CONSPECTV FVGIT. in præterito. TERRA ET
CÆLVM præ timore. ET LOCVS NON EST INVENTVS
EIS. i. diſparuerunt. Hyperbole.
ET LIBRI APERTI SVNT. ſingulorum cõſcientiæ. ET 12
ALIVS LIBER ſcientiæ Dei. QVI EST VITÆ. Deus vult
omnes homines ſaluos fieri. Mors eo nolente eſt in-
greſſa Aut ſit Liber prædeſtinationis.
ET DEDIT MARE MORTVOS. Agitur de reſurrectione 13
ſecunda. i. corporum. ET MORS. i. diabolus. ET INFER-
NVS. i. ſepulchrum, pro ſepulchra, vt boni & mali com-
prehendantur. Aut potiùs pro inferno ipſo ſumatur,
propter id quod verſ. ſequenti dicitur. DEDERVNT
MORTVOS. quod ſequitur SVOS, Græc. & Goth non eſt.
ET INFERNVS. i. damnati. ET MORS. i. diabolus. 14
MISSI SVNT IN STAGNVM EIVS. i. abyſſum. Diabolus
ne ampliùs noceat homines cum corporibus.
ET QVI NON INVENTVS EST. q. d. Denique omnes 15
præſciti, quorũ nomina nõ ſunt IN LIBRO VITÆ i. non
ſunt prædeſtinati. Illud addam, ex hoc cap. Millenarios
ſumpſiſſe occaſionẽ ſentiendi poſt reſurrectionẽ iuſtos
cũ Chriſto victuros mille annis in voluptatibus corpo-
ris om..ifariàm. Fœdæ hæreſis auctor Nepos Ægyptius
Epiſcopus. Vixit anno ſalutis 270. De quo Euſeb. l. 7.
Hiſt. c. 24. & Niceph. l. 6. c. 21. Hac opinione quidã ex
antiquis ambuſti ſunt, ac nominatim Lactant. l. 7. c. 24.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ABYSSI. i. inferni. 1
ANTIQVVM. ſ. principem dæmonum, quio- 2
lim Euam ſeduxit, & Chriſtum tentauit, de quo & ſcri-
ptum, *Qui paratus eſt diabolo*, &c. *Et princeps huius*
mundi eiicietur foras. MILLE. i. reliquos ſæculi: Aug.
ABYSSVM. i. infernũ. SIGNAVIT. i. velut ſigillo ob- 3
ſignauit, ne porta aperiretur. SVPER ILLVM ſ. diabolũ.
SOLVI. i. permitti tentando facere quantum poteſt:
Auguſt. 20. Ciuit. TEMPORE. ſ. Antichriſti.
IVDICIVM. ſ. illud, de quo, *Quæcumque ſolueritis ſu-* 4
per terram, &c. Aug. Alij verò iudicium illud intelli-
gunt, quo iudicaturi ſunt Sancti cum Chriſto, in die
Iudicij. ET ANIMAS. pro, nempe animabus. VIXE-
RVNT. ſ. vita beata. MILLE ANNIS. i. vſq; ad diẽ Iudicij.
MORTVORVM. ſ. in peccato. VIXERVNT. ſ. vita illa 5
beata. Hic terminatur parentheſis. DONEC. Iunge cum
mille annis. PRIMA. ſ. per animæ beatitudinem. ſecun-
da erit, etiam corpore beatificato.
SECVNDA. ſ. per ſupplicium æternum animæ & cor- 6
poris, nam prima per animæ ſolius. MILLE. i. vſque ad
finem ſæculi, ſeu tempus Antichriſti. SVPER QVAT-
TVOR, &c. q. d. ad Orientem, Occidentem, Septemtrio-
nem, & Meridiem. GOG, ET MAGOG. Accuſatiui ſunt.
q. d. nempe Gog & Magog. Vide Ezech. 38.
CIVITATEM. ſ. Eccleſiam. 8
FVGIT. ſ. à ſtatu ſuo, per renouationem. 11
LIBRI. i. conſcientiarum. VITÆ. i. præceptorum Dei 12
vitam dantium, vel prædeſtinationis. Vide inf.
MARE. i. mundus, vel mare ipſum. MORTVOS. 13
. i. mortales, vel corpora mortuorum.
INFERNVS ET MORS. i. inferno, & morte ęterna digni. 14

CAPVT XXI.

Cælo ac terra renouatis, noua ciuitas Ieruſalem in Agni ſponſam à Deo parata oſtenditur, iuſtis glorificatis, impijſque in ſtagnum ignis detruſis; cuius ciuitatis murus & portæ ac fundamenta deſcribuntur & menſurantur, quæ vniuerſa ſunt aurum ac vitrum mundum, lapides pretioſi ac margaritæ.

Iſa. 65. c. 17 & 66. g. 21 2 Pet. 3. c. 13

ET vidi cælum nouum, & terram nouam. 1
A Primum enim cælum, & prima terra abiit,
& mare iam non eſt. 2 Et ego Ioannes vidi ſan-
ctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcenden-
tem de cælo à Deo, paratam, ſicut ſponſam or-
3 natam viro ſuo. Et audiui vocẽ magnã de thro-
no dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum ho-
minibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus
eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorũ Deus: a Iſa. 25.
4 a & abſterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis c. 8
B eorum: & mors: vltrà non erit, neq; luctus, neq; Sup. 7. d. 17
clamor, neque dolor erit vltrà, quia prima abie- b Iſa. 43.
5 runt. Et dixit qui ſedebat in throno: b Ecce no- c. 19
ua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc 2. Cor. 5.
6 verba fideliſſima ſũt, & vera. Et dixit mihi: Fa- d. 17
ctum eſt. ego ſum α, & ω: initium, & finis. Ego ſi-
7 tienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vi-
cerit, poſſidebit hęc, & ero illi Deus, & ille erit
8 mihi filius. Timidis autẽ, & incredulis, & exe-
C cratis, & homicidis, & fornicatoribus, & venefi-
cis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars
illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure:
9 quod eſt mors ſecunda. Et venit vnus de ſeptẽ
Angelis habentibus phialas plenas ſeptẽ plagis
nouiſſimis, & locutus eſt mecum, dicẽs: Veni, &
10 oſtendã tibi ſponſam, vxorem Agni. Et ſuſtu-
lit me in ſpiritu in montem magnum & altũ, &
oſtendit mihi ciuitatẽ ſanctam Ieruſalẽ deſcen-
11 dentem de cælo à Deo, habentem claritatem
D Dei: & lumen eius ſimile lapidi pretioſo tamquã
12 lapidi iaſpidis, ſicut cryſtallũ. Et habebat murũ
magnum & altum, habẽtem portas duodecim:
& in portis Angelos duodecim, & nomina in-
ſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum fi-
13 liorũ Iſrael. Ab Oriente portæ tres, & ab Aqui-
lone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab
14 Occaſu portæ tres. Et murus ciuitatis habens
fundamẽta duodecim, & in ipſis duodecim no-
15 mina duodecim Apoſtolorum Agni. Et qui lo-
quebatur mecũ, habebat menſuram arundineã
auream, vt metiretur ciuitatem, & portas eius, &
16 murum. & ciuitas in quadro poſita eſt, & lõgi-
E tudo eius tanta eſt quanta & latitudo: & menſus
eſt ciuitatem de arundine aurea per ſtadia duo-
decim millia: & longitudo, & altitudo, & latitu-
17 do eius, æqualia ſunt. Et menſus eſt murũ eius
centum quadraginta quattuor cubitorum, mẽ-
18 ſura hominis, quæ eſt angeli. Et erat ſtructura
muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas, au-
19 rum mundum ſimile vitro mundo. Et funda-
F mẽta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo orna-
ta. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundũ, ſap-
phirus: tertiũ, calcedonius: quartũ, ſmaragdus:
20 quintũ, ſardonyx: ſextum, ſardius: ſeptimum,
chryſolithus: octauum, beryllus: nonum, topa-
zius: decimum, chryſopraſus: vndecimum, hya-
21 cinthus: duodecimũ, amethyſtus. Et duodecim
portæ, duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas:
& ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: &
platea ciuitatis aurum mundum, tamquam vi-
22 trum perlucidum. Et templum non vidi in ea.
Dominus enim Deus omnipotens templum il-
23 lius eſt, & Agnus. c Et ciuitas non eget ſole, c Iſa. 60.
neque luna, vt luceant in ea. nam claritas Dei d. 19
24 illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus. Et
ambulabunt gentes in lumine eius: & reges
terræ afferent gloriam ſuam & honorem in il- d Iſa. 60.
25 lam. d Et portæ eius non claudentur per diem: c. 11

nox enim non erit illic. * Et afferent gloriam & 26
honorem gentium in illam. * Non intrabit in 27
eam aliquod coinquinatum, aut abominatio-
nem faciens & mendacium, niſi qui * ſcripti ſunt
in libro vitæ Agni.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

VIDI CÆLVM NOVVM. Dixerat fugiſſe cælum & 1
terram à conſpectu iudicis; nunc ait ſucceſſiſſe in
locum veterum nouum cælum, terram, & mare; nempe
qualitate, non ſubſtantia mutabuntur.

VIDI SANCTAM CIVITATEM. Cap. ſuperiori ſupplicia 2
reproborum deſcripſit, nūc Beatorum ſedes ciuitatis pul-
cherrimæ & amplæ ſimilitudine. NOVAM. innouatam
ſanguine Chriſti. DESCENDENTEM DE CÆLO. Inde ad
nos omnia bona proueniunt. A DEO PARATAM. i. in-
ſtar ſponſæ ornatam.

ECCE TABERNACVLVM DEI. Hæc ciuitas eſt Dei 3
domus. Atque adeo. HABITABIT CVM EIS. nempe in
domo ſua. Dixit Deus: Omnia bona meis dabo.

TIMIDIS AVTEM. i. ijs qui metu tyrannorum defe- 8
cerunt. ET INCREDVLIS, ET EXECRATIS, ſeu *impuris*,
pars erit & hereditas in ſtagno ignis. i. in inferno.

VENI, ET OSTENDAM. Sic Angelus ad Ioannem. 9
SPONSAM. Eccleſiam triumphantem.

ET SVSTVLIT ME IN SPIRITV. i. in viſione & ecſtaſi, 10
non corpore. IN MONTEM MAGNVM, nempe in cælū. ET
OSTENDIT MIHI CIVITATEM SANCTAM IERVSALEM.
Eccleſiam triumphantem, ſedes Beatorum. Hæc eſt vi-
ſio, quam 2. verſ. propoſuit, & nunc latiùs explicat.

ET LVMEN EIVS, ſeu *ſplendor*. Erat ciuitas terſa & 11
ſplendens, vt iaſpis & cryſtallum. De lumine poſteà.
Habebat murum habentem

PORTAS DVODECIM. nēpe quia cunctis Gētibus pa- 12
tet aditus ad ipſam. ET IN PORTIS ANGELOS DVODECIM,
nempe cuſtodes ciuitatis. Quidam codices *angulos* ha-
bent. Veleſius etiam in aliquo codice Græco pro *An-
gelis*, γωνίας. i. *angulos* inuenit; ſed videri poſſit, ac verò
certū eſt, librarios pro *Angelis* poſuiſſe *angulos*, quod in
Conc. Laodic. c. 35. contigiſſe ad Coloſ. 2 v. 18. dictum
eſt. ET NOMINA INSCRIPTA. Quæ? DVODECIM TRI-
BVVM. Videtur alludere ad reædificationē muri Ieruſalē
Nehemiæ 3. qui à varijs familijs per partes eſt reædifi-
catus, & portæ reſtitutę. Et veriſimile eſt, quamque
familiam ſeu tribum in parte & porta ſua, ſuum inci-
diſſe nomen.

AB ORIENTE PORTÆ TRES. Ciuitas erat quadrata, 13
& à quolibet latere ternas habebat portas. De cæli por-
tis Hom. Iliad. 5.

Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι.

& quæ ſequuntur. Iſidor. l. 9. Etym. c. 5. duas cæli por-
tas facit Ortū & Occaſum. Porphyrius in Antro Odyſ.
Cancrū & Capricornū portas eſſe ait, Capricornum in
aſcenſu ſolis, Cācrum in deſcenſu. Quidā omnia duo-
decim Zodiaci ſigna cęli portas aſſerūt, quia nimirū in-
de & per illa ad nos cæleſtes influxus veniūt. Didym. &
& Orig. in illud Pſ. 23. v. 7 *Aperite portas Principes ve-
ſtras*, de Angelis duodecim Zodiaci totidē ſignis præſi-
dētibus intelligūt. Deniq; Lact. ſeu vt alij volūt, Hono-
rius Fortunatus in Carmine de Reſurrect. illo diſticho:

Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno,
Et maiore poli lumine porta patet.

de Oriente loqui videtur, illudque facere cæli portam.
Ioannēs hoc loco duodecim portas ſuæ vrbis facit, ter-
nas ad ſingulas cæli plagas.

FVNDAMENTA DVODECIM. i. duodecim lapides, qui 14
primi in fundamentis iaciuntur cum ſuis ſigillis auri
aut argenti fuſis imaginibus & nominibus fundato-
rum. ſic locum intelligo, alioqui, cur duodecim funda-
menta? Qui loquebatur mecum,

HABEBAT MENSVRAM ARVNDINEAM AVREAM, 15
ſeu *arundinem*, vt plerique codices habent. Græc. *cala-
mum aureum*. Et menſus eſt ciuitatem

DE ARVNDINE AVREA. Græc. *calamo aureo*. PER 16
STADIA DVODECIM MILLIA. Græc. *in ſtadia*. i. vſque ad
ſtadia. *Stadium* 125. paſſus patet, octo ſtadia milliare,
quattuor milliaria leucam Hiſpanicam. Ita ſtadia duo-
decim millia faciunt leucas 375. Immenſa vrbs. ET
LONGITVDO, ET ALTITVDO, ET LATITVDO EIVS, Æ-
QVALIA SVNT. Altitudo à terra ad cælum ſumatur
ſtadiorum duodecim millium, aut alioqui myſticè ex-
plicetur de difficultate eò aſcendendi, de ſpe, aut fide;
nam hiſtoricè non video aliter, quomodo conſtabit.

17 MENSVS EST MVRVM EIVS CXLIV. CVBITORVM. Hæc
menſura longitudinis non eſt, quia breuis, nec reſpon-
dens ſtadiorū numero, non latitudinis muri, quia ma-
gna, ſed altitudinis. Quòd ſi modū videatur excedere,
Ioanni his menſuris propoſitū fuit patriæ cæleſtis am-
plitudinē ſignificare, iuxta illud: *O Iſrael, quā magna eſt
domus Domini!* MENSVRA HOMINIS, QVÆ EST ANGE-
LI. i. calamus Angeli, ad humanos cubitos ſic reuocatur.

18 CIVITAS, AVRVM MVNDVM SIMILE. Græc. *ſimilis*, vt
referatur ad ciuitatem; nam *ſimile* ad *aurum* refertur
ita terſum vt vitrum.

19 FVNDAMENTA. i. lapides duodecim, qui in funda-
mentis poſiti ſunt primi, tot erant lapides pretioſi. De
quorum nominibus laborare non eſt opus. Imaginariæ
ciuitatis ornatus eſt imaginarius. Quo tamen ſignifica-
tur eximia cæleſtis ciuitatis pulchritudo.

23 CIVITAS NON EGET SOLE. Ecce lumen vrbis. ſic lu-
men, de quo v. 11. ſplendor eſt, vt ibi eſt dictum.

24 ET AMBVLABVNT GENTES IN LVMINE EIVS. ſ. ciui-
tatis. *Gentes ſaluatæ*, vt Græc. additur, & in noſtra ver-
ſione ſuppleri poteſt. REGES TERRÆ, nempe boni.
AFFERENT GLORIAM SVAM. i. dona è diuitijs ſuis. Et per
dona & diuitias, merita intellige, quæ à Deo accepta
Deo offerent.

27 NON INTRABIT IN EAM ALIQVOD COINQVINATVM.
. i. peccato pollutū. AVT ABOMINATIONEM FACIENS.
. i. idolorum cultor. ET MENDACIVM. ſ. faciens. Simu-
lator, qui fidelibus & infidelibus ſatisfacere vult, bi-
frons, biceps.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 ABIIT. ſ. in meliorem formam. NON EST. ſ. vt
priùs, quia renouatum.

2 DE CÆLO. ſ. cæleſtis eſt gratia, per quam facta eſt.
Aug. 20. Ciuit. præſentem Eccleſiam intelligit; alij cęle-
ſtem, quam dicunt deſcendere innoteſcendo. A DEO.
iunge cum *deſcendentem*. Vide ſup. cap. 3. VIRO. iun-
ge cum *paratam*. vel q. d. cauſa viri ſui.

3 THRONO Gręc. *cælo*. TABERNACVLVM. q. d. habi-
taculum, cuius olim tabernaculum figura.

4 CLAMOR. ſ. oppreſſorum, vel afflictorum.

5 FIDELISSIMA Græc. *fidelia*.

6 FACTVM EST. ſ. Iudicium, vel quidquid prędictum
erat de Eccleſiæ ſtatu. GRATIS. Id dicitur, quia gratia,
vnde merita, gratis datur.

8 TIMIDIS. i. timore mundano, & ſeruili, vel qui timo-
re peccant. MENDACIBVS. ſ. pernicioſè.

10 DESCENDENTEM. i. quæ deſcenderat.

11 SICVT CRYSTALLVM. Græc. *cryſtalliZanti*. i fulgēn-
ti in modum cryſtalli.

14 FVNDAMENTA. i lapides pretioſos in fundamentis.
vt infrà explicatur.

16 DE ARVNDINE. pro, cum arundine. DVODECIM
MILLIA. ſ. in vnoquoque latere tria millia. EIVS. ſ. vr-
bis, nempe domorum altitudo trium millium ſta-
diorum.

17 MENSVRA. ſ. beatitudinis. vel q. d. vſus eſt Angelus
menſura qua ſolent homines.

18 VITRO. ſ. perſpicuitate.

19 CALCEDONIVS. Quidam legendum putant *Carche-
donius*.

21 ET SINGVLÆ. Explicatio eſt præcedentium.

22 IN EA. ſ. ciuitate cæleſti: Auguſt.

23 ILLVMINAVIT. pro, illuminat.

24 GENTES. ſ. ſaluatæ. EIVS. ſ. ciuitatis. AFFERENT.
q. d. illic reponent. ſ. illam putabunt veram hominis
gloriam & honorem.

26 GENTIVM. i. hominum ſaluatorum. q. d. illic erunt
verè glorioſi & beati.

CAPVT XXII.

Lignum vitæ flumio aquæ viuæ irrigatum ſingulis menſibus reddit fructum ſuum: nec maledictum nec vlla nox eſt in ciuitate: Angelus autem qui hæc citò ventura Ioanni oſtendebat, non vult ab eo adorari, dicitque iuſtos in ciuitatem intraturos, impios autem foras eijciendos: conteſtatur etiam de non addendo aut minuendo ad hanc prophetiam.

ET oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ, ſplen- 1
didum tamquam cryſtallum, procedentem A
de ſede Dei & Agni. * In medio plateæ eius, & 2
ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens
fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens
fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gen-
tium. * Et omne maledictum non erit ampliùs: 3
ſed ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius
ſeruient illi. * Et videbunt faciem eius: & nomen 4
(Iſa.60.d.20) eius in frontibus eorũ. * " Et nox vltrà non erit: 5
& non egebunt lumine lucernæ, neque lumine
ſolis, quoniã Dominus Deus illuminabit illos,
& regnabunt in ſæcula ſæculorũ. * Et dixit mi- 6
hi: Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et Do- B
minus Deus ſpirituum prophetarũ miſit Ange-
lum ſuum oſtẽdere ſeruis ſuis quæ oportet fieri
citò. * Et ecce venio velociter. Beatus, qui cuſto- 7
dit verba prophetiæ libri huius. * Et ego Ioan- 8
nes, qui audiui, & vidi hæc. Et poſtquam audiſ-
ſem, & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes
Angeli, qui mihi hæc oſtẽdebat: * & dixit mihi: 9
Vide ne feceris: cõſeruus enim tuus ſum, & fra-
trum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſer-
uant verba prophetiæ libri huius: Deum adora.
* Et dicit mihi: Ne ſignaueris verba prophetiæ 10
libri huius: tempus enim propè eſt. * Qui nocet, C
noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat 11
adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: &
ſanctus, ſanctificetur adhuc. * Ecce venio citò, & 12
merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſe-
(Iſa.41.b.4. & 44.a.6) cundum opera ſua. * " Ego ſum α, & ω, primus, 13
& nouiſſimus, principium, & finis. * Beati, qui 14
(Sup.1.b.8 & 21.b.6) lauãt ſtolas ſuas in ſanguine Agni: vt ſit poteſtas
eorum in ligno vitæ, & per portas intrẽt in ciui-
tatem. * Foris canes, & venefici, & impudici, & 15
homicidæ, & idolis ſeruiẽtes, & omnis qui amat
& facit mendacium. * Ego Ieſus miſi Angelum 16
meũ, teſtificari vobis hæc in Eccleſijs. Ego ſum D
radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matu-
tina. * Et ſpiritus & ſponſa dicunt: Veni. Et qui 17
(Iſa.55.a.1) audit, dicat: Veni. Et qui ſitit, veniat: " & qui
vult, accipiat aquã vitæ, gratis. * Conteſtor enim 18
omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si
quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illũ
plagas ſcriptas in libro iſto. * Et ſi quis diminue- 19
rit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus
partem eius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta,
& de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto. * dicit qui 20
teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam venio ci-
tò: Amen. Veni Domine Ieſu. * Gratia Domini 21
noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

IO. MARIANÆ SCHOLIA.

1 OSTENDIT MIHI FLVVIVM AQVÆ VITÆ. i. currẽtis, nõ reſtagnãtis. Vrbs ſine flumine, magno præſidio & ornamẽto caret. Myſticè flumẽ eſt vera doctrina, & cognitio, quę pleno alueo decurrit in Eccleſia triumphãte. Pſ. 45. v. 5. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.*

2 LIGNVM VITÆ. in platea, & ex vtraque parte fluminis arbor vitæ Chriſtus. Pulcher riparum veſtitus. AFFERENS FRVCTVS DVODECIM. Omni tempore alit ſuos. ET FOLIA LIGNI ſunt ſalutaria. *Fructus* virtutes ſunt; *folia* verba ſancta, quæ in cælo numquam deficiunt.

4 NOMEN EIVS ſ. Agni. IN FRONTIBVS EORVM. quaſi ſeruos ſe Agni profiteantur.

7 ECCE VENIO VELOCITER. Nempe mille anni apud Dominum quaſi dies vna.

8 EGO IOANNES. ſupplè, ſum. QVI AVDIVI, ET VIDI HÆC. teſtis verus & oculatus. Angelus qui mihi hæc oſtendebat, dicit mihi:

10 NE SIGNAVERIS VERBA. Claudimus & ſignamus, quæ in longũ tẽpus ſeruare volumus. Vt Dan. 12. v. 4. *Claude ſermones & ſigna librum, plurimi pertranſibunt.* Hęc autẽ ſignari non vult, quia citò vẽtura ſæpè dicit.

11 QVI NOCET, NOCEAT ADHVC. Parũ id curo. QVI IN SORDIBVS EST, SORDESCAT ADHVC. Peccatum eſt pœna peccati, Pſal 68. verſ 28. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.* De quo multa Gregor. Moral. 25. c. 9.

14 BEATI, QVI LAVANT STOLAS SVAS. i. peccata Chriſti meritis abluunt. Gręc. *Beati qui faciunt præcepta eius*, ſiue, *ſanguine Agni.* Noſter Græc. ſic legit: *Μακάριοι οἱ πλύνοντες τὰς στολὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου*, quam lectionem Tacitus Zegerus ait inueniri in quibuſdam Gręcis cod. VT SIT POTESTAS EORVM IN LIGNO VITÆ. vt comedant de eo. ſ. Chriſto, & viuant. ET PER PORTAS INTRENT IN CIVITATEM. iam deſcriptam, vt domeſtici non vt fures aſcendant aliunde.

15 FORIS CANES. qui oblatrant ſeruis Dei. ET VENEFICI. & alij id genus. Ij nõ ingredientur in ciuitatẽ ſanctã.

16 EGO SVM RADIX, ET GENVS DAVID. Chriſtus ſ. in quo ſ. & per quem implentur omnes promiſſiones à Deo Patribus factæ.

17 ET SPIRITVS. ſ. ſanctus. ET SPONSA. ſ. Eccleſia. DICVNT: VENI. nempe ad iudicium. Idem qui hæc audiunt, Chriſto dicant.

18 CONTESTOR ENIM pro, equidem. nõ eſt locus cauſali. Obteſtatur tamẽ, ne quis aliquid addat aut detrahat de verbis libri huius. Qui ſecùs fecerit, pœnas daturum ait. Porrò in Goth. nec verſus hic, nec qui ſequuntur ad finem cap. extant, vitioſè haud dubium.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 PER MENSES SINGVLOS. Explicatio præcedentis. ſ. non duodecim fructus diuerſos, ſed duodecies fructum. FOLIA. ſ. verba cæleſtia, ſeu Chriſti.

3 OMNE MALEDICTVM, &c. q. d. nihil dignum maledictione. AMPLIVS. Gręc. *illic.*

4 IN FRONTIBVS. Vide ſup. cap. 14.

5 VLTRA. Græc. *illic.* ILLVMINABIT. Græc. *illuminat.*

6 FIDELISSIMA. Græc. *fidelia.*

7 ECCE. Verba Chriſti.

9 NE FECERIS. Vide ſup. cap. 19.

10 SIGNAVERIS. i. conſignaueris. q. d. ne texeris, ſed prode.

11 IVSTIFICETVR. Gręc. *iuſtitiam faciat.*

13 PRIMVS, & NOVISSIMVS. i. *principium & finis*, vt ſuprà dixit.

14 QVI LAVANT STOLAS SVAS IN SANGVINE AGNI. Græc. *facientes mandata eius.* POTESTAS, &c. q. d. vt fruantur arbore vitæ. ſ. Deo.

15 CANES. i. immundi & impudentes. MENDACIVM. i. iniquitatem. Vide Oſee 7. & 10 & Rom. 3.

16 RADIX. i. ex ſtirpe, vt ſtatim explicat.

17 SPIRITVS. ſ. Sanctorũ, vel Spiritus ſanctus, qui facit ſãctos id dicere. SPONSA. ſ. Eccleſia. GRATIS. Vide c. 21.

18 ENIM. pro, autem. Græc. *ego.* ſ. Ioannes.

20 ETIAM. i. certè. Verba Chriſti. Quidam tamen Ioannis dicunt. AMEN. i. ita ſit. Optantis verbum.

21 VOBIS. Græc. *ſanctis.*

F I N I S.

Oratio Manaſſæ, necnon Libri duo, qui ſub libri Tertij & Quarti Eſdræ nomine circumferuntur, hoc in loco, extra ſcilicet ſeriem Canonicorum Librorum, quos ſancta Tridentina Synodus ſuſcepit, & pro Canonicis ſuſcipiendos decreuit, ſepoſiti ſunt, ne prorſus interirent, quippe qui à nonnullis ſanctis Patribus interdum citantur, & in aliquibus Biblijs Latinis tam manuſcriptis quàm impreſſis reperiuntur.

ORATIO MANASSÆ REGIS IVDA, CVM CAPTVS TENERETVR IN BABYLONE.

DOMINE omnipotens, Deus patrum noſtrorum, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores: immenſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus, longanimis, & multùm miſericors, & pœnitens ſuper malitias hominum. Tu Domine, ſecundùm multitudinem bonitatis tuæ, promiſiſti pœnitentiam & remiſſionem ijs, qui peccauerunt tibi, & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiam peccatoribus, in ſalutem. Tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem cęli, præ multitudine iniquitatum mearum. Incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſſim attollere caput meum, & non eſt reſpiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non cuſtodiui: ſtatui abominationes, & multiplicaui offenſiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi, & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis; neque in ęternum, iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus, inquam, pœnitentium: & in me oſtendes omnem bonitatem tuam, quia indignum ſaluabis me ſecundùm magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cęlorum, & tibi eſt gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

LIBER ESDRÆ TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Magnificum Phaſe, quod Ioſias immolauit celebrando ſeptem diebus feſtum Azymorum: cui ſucceſſerunt in regno Iuda Iechonias, Ioacim, Ioacim, & Sedecias: eorumque ac populi captiuitas propter ſua ſcelera, vrbiſque ſubuerſio deſcribuntur.

ET fecit Ioſias Paſcha in Ieroſoly- 1
mis Domino, & immolauit Pha-
ſe quarta decima luna primi mé-
ſis: * ſtatuens ſacerdotes per vices 2
dierum ſtolis amictos in templo
Domini. * & dixit Leuitis ſacris 3
ſeruis Iſrael, vt ſanctificarent ſe
Domino in poſitione ſanctæ arcæ
Domini, in domo, quam ędificauit Salomon filius Da-
uid rex. * Non erit vobis tollere ſuper humeros eam. 4
Et nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gen-
tis illius Iſrael ex parte ſecundùm pagos & tribus ve-
ſtras, * ſecundùm ſcripturam Dauid regis Iſrael, & ſe- 5
cundùm magnificentiam Salomonis filij eius, omnes
in templo, & ſecundùm particulam principatus pater-
nam veſtram, eorum qui ſtant in conſpectu fratrum
filiorum Iſrael. * Immolate Paſcha, & ſacrificia parate 6
fratribus veſtris, & facite ſecundùm pręceptum Do-
mini quod datum eſt Moyſi. * Et donauit Ioſias in ple- 7
bem quæ inuenta eſt, ouium, agnorum, & hœdorum,
& caprarum triginta millia, vitulos tria millia. * hæc de 8
regalibus data ſunt ſecundùm promiſſionem populo:
& ſacerdotibus in Paſcha, oues numero duo millia, ac
vituli cētum. * Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael 9
fratres, & Haſabias, & Oziel, & Coraba, in Phaſe, oues
quinque millia, vitulos quingentos. * Et hæc cùm fie- 10
rent eleganter, ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ habentes
11 azyma per tribus. * Et ſecundùm partes principatus pa-
trum, in conſpectu populi offerebant Domino, ſecun-
12 dùm ea quæ in libro Moyſi ſcripta ſunt: * & aſſaue-
runt Phaſe igni prout oportebat: & hoſtias coxerunt
13 in emolis, & in ollis cum beneuolentia: * & attulerunt
omnibus qui erant ex plebe: & poſt hęc parauerunt ſi-
14 bi & ſacerdotibus: * Sacerdotes enim offerebant adi-
pes, vſque dum finita eſſet hora: & Leuitæ parauerunt
15 ſibi, & fratribus ſuis filiis Aaron. * Et ſacri cantores fi-
lij Aſaph erant per ordinem ſecundùm præceptum
Dauid, & Aſaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à
16 rege. * Et oſtiarij per ſingulas ianuas, ita vt non præ-
uaricaretur vnuſquiſque ſuam: fratres enim illorum
17 parauerunt illis. * Et conſummata ſunt quæ pertine-
18 bant ad ſacrificium Domini. * In illa die egerunt Pha-
ſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini ſacrificium, ſe-
19 cundùm præceptum regis Ioſiæ. * Et egerunt filij Iſ-
rael, qui inuenti ſunt in tempore illo, Phaſe: & diem
20 feſtum azymorum per dies ſeptem: * & non eſt cele-
bratum Phaſe tale in Iſrael, à temporibus Samuelis
21 prophetæ: * & omnes reges Iſrael non celebrauerunt
tale Paſcha quale egit Ioſias, & Sacerdotes, & Leuitæ,
& Iudæi, & omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in commo-
22 ratione Ieroſolymis. * Octauo decimo anno, regnante
23 Ioſia celebratum eſt Phaſe. * Et directa ſunt opera Io-
ſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuen-
24 tis: * & quæ circa illum quidem conſcripta ſunt, in pri-
ſtinis temporibus, de eis qui peccauerunt, quique irre-
ligioſi fuerunt in Dominum præ omni gente, & qui
25 non quæſierunt verba Domini ſuper Iſrael. * Et poſt
omnem actum hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao rex Ægy-
pti, veniens in Carchamis ab itinere ſuper Euphra-

tem, & exiit obuiam illi Ioſias. * Et miſit rex Ægypti 26
ad Ioſiam, dicens: Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ?
* Non ſum miſſus à Domino vt pugnē contra te: ſuper 27
Euphratem enim bellum meum eſt, feſtinans deſcen-
de. * Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum: ſed ex- 28
pugnare eum conabatur, non attendens verbum pro-
phetæ ex ore Domini: * ſed conſtituit ad eum bellum 29
in campo Mageddo. Et deſcenderunt principes ad re-
gem Ioſiam. * Et dixit rex pueris ſuis, Amouete me 30
à prælio, infirmatus ſum enim valdè. Et ſtatim amo-
uerunt eum pueri ipſius de acie. * Et aſcendit ſuper 31
currum ſecundarium ſuum: & perueniens Ieroſoly-
mam, vita functus eſt, & ſepultus eſt in paterno ſepul-
chro. * Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam: & qui præſi- 32
debant, cum vxoribus lamentabant eum, vſq; in hunc
diem. Et datum eſt hoc fieri ſemper in omne genus
Iſrael. * Hęc autem pręſcripta ſunt in libro hiſtoria- 33
rum regum Iudæ: & ſingula geſta actus Ioſiæ, & eius
gloria & intellectus eius in lege Domini: quęque ge-
ſta ſunt ab eo, & quæ non ſcripta ſunt in libro regum
Iſrael & Iudæ. * Et aſſumentes, qui erant ex gente, 34
Iechoniam filium Ioſiæ, conſtituerunt regem pro Ioſia
patre ſuo, cùm eſſet annorum trigintatrium. Et regna-
uit ſuper Iſrael menſibus tribus. Et amouit eum rex Æ-
gypti, ne regnaret in Ieroſolymis: * & mulctauit gen- 36
tem argenti talenta centum, & auri talentum vnum.
* Et conſtituit rex Ægypti Ioacim fratrem ipſius, re- 37
gem Iudę & Ieruſalem: * & alligauit magiſtratus Ioa 38
cim, & Zaracelem fratrem ſuum, & apprehendens re-
duxit in Ægyptum. * Annorum erat Ioacim viginti- 39
quinque, cum regnare cœpiſſet in terra Iuda & Ieruſa-
lem: & fecit malum in conſpectu Domini. * Poſt 40
hunc autem aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylo-
nis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Baby-
loniam: * & ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodo- 41
noſor, & tulit & conſecrauit in templo ſuo in Babylo-
nia. * Nam de immunditia illius & irreligioſitate ſcri- 42
ptum eſt in libro temporum regum. * Et regnauit 43
Ioachin filius eius pro eo. Cùm autem conſtitutus
eſſet rex, erat annorum decem & octo. * Regnauit au- 44
tem menſes tres & dies decem in Ieruſalem, & fecit
malum in conſpectu Domini: * & poſt annum mit- 45
tens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babylo
niam ſimul cum ſacris vaſis Domini. * Et conſtituit 46
Sedeciam regem Iuda & Ieruſalem, cùm eſſet anno-
rum viginti vnius: regnauit autem annis vndecim. * Et 47
fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt veritus
à verbis quę dicta ſunt ab Ieremia propheta ex ore Do-
mini: * & adiuratus à rege Nabuchodonoſor, per- 48
iurans diſceſſit: & indurata ceruice ſua & corde ſuo,
tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael. * Et du- 49
ces populi Domini multa iniquè geſſerunt, & im-
piè egerunt ſuper omnes immunditias gentium: &
polluerunt templum Domini quod ſanctum erat in
Ieroſolymis. * Et miſit Deus patrum ipſorum per an- 50
gelum ſuum reuocare eos, propter quod parceret il-
lis, & tabernaculo ſuo. * Ipſi verò ſubſannabant in 51
angelis ſuis: & qua die locutus eſt Dominus, erant il-
ludentes prophetis eius. * Qui vſque ad iracundiam 52
concitatus eſt ſuper gentem ſuam, propter irreligioſi-
tatem ſuam, & pręcepit aſcendere reges Chaldæorum
* Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu 53
ſancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, &
ſeni, & virgini, & adoleſcenti: * ſed omnes traditi 54
ſunt in manus ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domi-
ni, & regales apothecas reſumentes, tulerunt in Ba-
byloniam, * & incenderunt domum Domini, & de- 55
molierunt muros Ieruſalem: & turres eius incende-
runt igne, * & conſummauerunt omnia honorifica 56
eius, & ad nihilum redegerunt: & reliquos à gla
dio duxerunt in Babylonem. * Et erant ſerui illius vſ- 57
que dum regnarent Perſæ, in repletione verbi Domi-
ni in ore Ieremiæ: * quouſque benignè ageret terra ſab- 58
bata ſua, omni tempore deſertionis ſuæ ſabbatizauit, in
applicatione annorum ſeptuaginta.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LIBER III. Apocryphus: citatur tamen à ſanctis Patribus. Vide Ambroſium cap. 1. de Elia & Ieiun. & Epiſt. 7. Athanaſium in Synopſi, Cyprianum Epiſt. ad Pompeium, Auguſtinum 18. de Ciuit. cap. 36. Chryſoſtomum Homil. 1. Matth.

1 FECIT IOSIAS PASCHA. i. Paſchæ feſtum celebrauit. PHASE. i. agnum paſchalem.

3 SERVIS. i. miniſtris. IN POSITIONE. i. ad collocationem.

4 ILLIVS. ſ. Dei. EX PARTE. i. pro parte ſua quiſque. VESTRAS. Alij, *noſtras*.

5 SCRIPTVRAM. i. præſcriptum. MAGNIFICENTIAM. i. magnificam deſcriptionem. PARTICVLAM. i. ſtationem.

8 REGALIBVS. i. fiſco regio.

9 IN PHASE. ſ. dederunt.

10 AZYMA. i. panes azymos. PER TRIBVS. ſ. diuiſi.

12 EMOLIS. Alij, *ahenis*. BENEVOLENTIA. ſ. Dei. q. d. quod Deo gratum fuit.

15 A REGE. ſ. deſignatus.

16 PRAEVARICARETVR. i. deſereret.

18 HOSTIAS. ſ. alias præter ordinarium ſacrificium, &c.

24 CIRCA ILLVM. i. Ioſiam contigerunt. DE EIS. pro, vbi etiam de eis.

25 AB ITINERE SVPER. pro, quæ eſt ſuper.

26 QVID MIHI ET TIBI. i. quid tibi rei mecum eſt?

33 ET QVAE NON. ſ. geſta.

34 TRIGINTA TRIVM. alii, *vigintitrium*, vt eſt 4. Reg. 23.

38 ALLIGAVIT. i. in carcerem coniecit. MAGISTRATVS. accuſatiuus eſt. SVVM. i. ipſius Ioacim. REDVXIT. ſ. Pharao.

50 REVOCARE. ſ. à peccatis. PROPTER. pro, propterea.

51 IN ANGELIS SVIS. i. eius legatos.

57 REPLETIONE. i. impletione.

58 BENIGNE AGERET, &c. i. quieſceret. IN APPLICATIONE. i. vſque ad exactionem.

CAP. II.

Cyrus rex Perſarum Iudæos in regno ſuo captiuos remittit in terram ſuam: qui cùm reſtaurarent Ieruſalem, prohibiti ſunt ab Artaxerxe propter quorundam delationem.

1 REgnante Cyro rege Perſarum, in conſummatio-
2 ne verbi Domini in ore Ieremiæ, * ſuſcitauit Do-
minus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædicauit
3 in toto regno ſuo ſimul per ſcripturam, * dicens: Hęc
dicit Cyrus rex Perſarum: Me conſtituit regem orbi
4 terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, * & ſi-
gnificauit mihi ædificare domum ſibi in Ieruſalem,
5 quæ eſt in Iudæa. * Si quis eſt ex genere veſtro, domi-
6 nus ipſius aſcendat cum eo in Ieruſalem. * Quotquot
ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui ſunt in loco
7 ipſo, in auro & argento, * in dationibus, cum equis &
iumentis, cumque aliis quæ ſecundùm vota apponun-
8 tur in ędem Domini quæ eſt in Ieruſalem. * Et ſtantes
principes tribuum, pagorum, & Iudęæ, ex tribu Benia-
min, & ſacerdotes & Leuitę, quos excitauit Dominus
aſcendere & ędificare Domum Domini quæ eſt in Ie-
9 ruſalem, & qui erant in circuitu eorum, * adiuuerunt
in omni auro & argento eius, & iumentis, & votis cō-
10 pluribus multi quorum ſenſus excitatus eſt. * Et Cyrus
rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit Nabu-
chodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem, & conſecra-
11 uit ea idolo ſuo. * & proferens ea Cyrus rex Perſarum,
tradidit Mithridato, qui erat ſuper theſauros ipſius.
12 * Per hunc autem tradita ſunt Salmanaſaro pręſidi
13 Iudęæ. * Horum autem hic numerus. Libatoria ar-
gentea duo millia quadringenta: athiſcæ argenteæ tri-
ginta: phialę aureæ triginta, item argenteæ duo millia
14 quadringentæ: & alia vaſa mille. * omnia autem vaſa
aurea & argentea, quinq; millia octingenta ſexaginta.
15 * Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cum his qui ex
16 captiuitate Babyloniæ venerant in Ieroſolymam. * In
Artaxerxis autem regis Perſarum temporibus, ſcri-
pſerunt ei de his qui habitabant in Iudęa & Ieruſa-
lem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Ra-
thimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui ha-
bitantes in Samaria, & ceteris locis, ſubiectam epiſto-
17 lam regi Artaxerxi. * DOMINE, pueri tui Rathimus ab
accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ
18 iudices in Cœleſyria & Phœnice. * Et nunc notum ſit
domino regi, quoniam Iudæi qui aſcenderunt à vobis
ad nos, venientes in Ieruſalem ciuitatem refugam &
peſſimam, ędificant furnos eius, & ſtatuunt muros,
19 & templum ſuſcitant. * Quod ſi ciuitas iſta & mu-
ri conſummati fuerint, non tantùm tributa non ſuſti-

nebunt

nebant pendere, ſed etiam regibus reſiſtent. *Et quia 20
id agitur circa templum, recte habere arbitrati ſumus
non deſpicere hoc ipſum: *ſed notum facere domino 21
regi, vt ſi videbitur, rex, quæratur in libris patrum
tuorum, * & inuenies in admonitionibus ſcripta de 22
his, & ſcies quoniam ciuitas iſta fuit refuga, & reges,
& ciuitates concutiens, * & Iudæi refugæ, & prælia 23
committentes in ea ab æterno, ob quam cauſam ciui-
tas iſta deſerta eſt. * Nunc ergo notum facimus, do- 24
mine rex, quoniam ſi ciuitas hæc ædificata fuerit, &
huius muri erecti fuerint, deſcenſus tibi non erit in
Cœleſyriam & Phœnicen. *Tunc ſcripſit rex Rathi- 25
mo, qui ſcribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio
ſcribæ, & ceteris conſtitutis, & habitantibus in Syria
& Phœnice, ea quæ ſubiecta ſunt. * LEGI epiſtolam 26
quam miſiſtis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuen-
tum eſt, quoniam ciuitas illa eſt ab æuo regibus reſi-
ſtens, * & homines refugæ, & prælia in ea efficientes, 27
& reges fortiſſimi erant in Ieruſalem dominantes, &
tributa exigentes à Cœleſyria & Phœnice. * Nunc er- 28
go præcepi prohibere homines illos ędificare ciuita-
tem, & prohibere ne quid vltra hæc fiat: * ſed nec pro- 29
cedant in plurimum ea quæ ſunt malitiæ, ita vt regibus
moleſtia importetur. * Tunc recitatis his quæ à rege 30
Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathimus, & Sabellius ſcri-
ba, & qui cum his conſtituti erant, iungentes feſtinan-
ter venerunt in Ieruſalem cum equitatu, & turba, &
agmine: *cœperuntque ædificantes prohibere, & vaca- 31
bant ab ædificatione templi in Ieruſalem, vſque ſecun-
do anno regni Darij regis Perſarum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

IN CONSVMMATIONE. i. ad impletionem. 1
PAGORVM. Alij, *familiarum* ET IVDAEAE, EX TRIBV 8
BENIAMIN. pro, ex tribu Iuda, & Beniamin.
EIVS. i. ad eius ædificationem. SENSVS. i. animus. 9
LIBATORIA. ſ. crateres ad libamina. ATHISCAE. Alij, *peluec.* 13
QVINQVE MILLIA OCTINGENTA SEXAGINTA. Alij, *qua-* 14
tuor millia quadringenta ſexaginta nouem.
ACCIDENTIBVS. ſ. rebus, i. à commentariis. ſic & inf. 17
REFVGAM. Alij, *perfidam.* FVRNOS. Alij, *fora.* 18
ADMONITIONIBVS. i. monumentis. REFVGA. i. perfida, ſeu 22
rebellatrix.
IVNGENTES. ſ. ſe q. d. ſimul, ſeu, profecti, vel inde mouentes 10
Id enim potius ſignificat Græca vox ἀναζεύξαντες. Itaque cap. 7
eamdem vocem vertit *promouentes.*

CAPVT III.

Dario poſt ſplendidam cœnam omnibus ſuis præfectis factam, dormiente, tres corporis eius cuſtodes problema mouerunt, Num vinum, rex, mulier, an veritas præſtent: & primum de vino probatur

REx Darius fecit cœnam magnam omnibus ver- 1
naculis ſuis, & omnibus magiſtratibus Mediæ &
Perſidis, * & omnibus purpuratis, & prætoribus, & 2
conſulibus, & præfectis ſub illo, ab India vſq; Æthio-
piam, centum viginti ſeptem prouinciis. * Et cùm 3
manducaſſent, & bibiſſent, & ſatiati reuerterētur, tunc
Darius rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormiuit,
& expergefactus eſt. * Tunc illi tres iuuenes corporis 4
cuſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis, dixerunt alter
alteri: *Dicamus vnuſquiſque noſtrum ſermonem qui 5
præcellat: & cuiuſcumque apparuerit ſermo ſapientior
alterius, dabit illi rex Darius dona magna, * purpur. 6
cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum dormire
& currum aureo fræno, & cydarim byſſinam, & tor-
quem circa collum: * & ſecundo loco ſedebit à Dario 7
propter ſapientiam ſuam, & cognatus Darij vocabitur
* Tunc ſcribentes ſinguli ſuum verbum ſignauerunt, 8
& poſuerunt ſubtus ceruical Darij regis, * & dixerunt, 9
Cùm ſurrexerit rex, dabimus illi ſcripta noſtra: &
quodcumque iudicauerit rex è tribus, & magiſtratus
Perſidis, quoniam verbum eius ſapientius eſt, ipſi da
bitur victoria ſicut ſcriptum eſt. * Vnus ſcripſit, Forte 10
eſt vinum. * Alius ſcripſit, Fortior eſt rex. * Tertius ſcri 11
pſit, Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vincit 12
veritas. * Et cùm ſurrexiſſet rex, acceperunt ſcripta ſua, 13
& dederunt illi, & legit. * Et mittens vocauit omnes 14
magiſtratus Perſarum, & Medos, & purpuratos, & pre-
tores, & prefectos: * & ſederūt in concilio: & lecta ſunt 15

16 ſcripta coram ipſis. * Et dixit, Vocate adoleſcentes, &
ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſunt, & introierūt.
17 * Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ ſcripta ſunt.
18 Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, * & di-
xit, Viri, quàm præualet vinum omnibus hominibus
19 qui bibunt illud! ſeducit mentem. * Itemque regis &
orphani facit mentem vanam. Item ſerui ac liberi, pau-
20 peris ac diuitis, * & omnem mentem conuertit in ſecu-
ritatem & iucunditatem, & non meminit omnem tri-
21 ſtitiam & debitum, * & omnia præcordia facit honeſta,
& non meminit regem nec magiſtratum, & omnia per
22 talenta loqui facit. * Et non meminerunt, cùm bibe-
runt, amicitiam, nec fraternitatem: ſed non multum
23 pòſt ſumunt gladios. * Et cùm à vino merſerint &
24 ſurrexerint, non meminerunt quæ geſſerunt. * O viri,
non præcellit vinum? quis ſic cogitat facere? Et tacuit
hoc dicto.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 VERNACVLIS. pro, popularibus.
21 HONESTA. i. plena diuitiis. MEMINIT. i. curat. PER
TALENTA. i. grandiloqua, vel iactando diuitias.
24 NVM. pro, nónne. FACERE. i. vt ebrius quamquam legen-
dum videtur, *quod ſic cogit facere.* i. talia patrare.

CAPVT IV.

Probatur excellens fortitudo regis, mulieris, & veritatis, ſed data veritati palma. Darius ad petitionem Zorobabel reddit ſacra vaſa, ſcribens vt Iudæis detur libertas, & impenſa ad extructionem Ieruſalem.

1 ET inchoauit ſequens dicere, qui dixit de fortitudi-
2 ne regis. * O viri, num præcellunt homines, qui
3 terram & mare obtinēt, & omnia quæ in eis ſunt? * Rex
autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum: &
4 omne quodcumque dixerit illis, faciunt. * Et ſi miſerit
illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, &
5 muros, & turres. * Iugulantur & iugulant, & regis ver-
ba non pretereunt. nam ſi vicerint, afferunt regi omnia
6 quæcumque prædati fuerint. * Similiter & alij omnes,
& quotquot non militant, nec pugnant, ſed colunt ter-
ram: rurſum cùm fuerint metentes, afferunt tributa
7 regi: * & ipſe vnus ſolus ſi dixerit occidite, occidūt: di-
8 xerit remittite, remittūt: * dixerit percutite, percutiunt:
dixerit exterminate, exterminant: dixerit ædificate, æ-
9 dificant: * dixerit excidite, excidunt: dixerit plantate,
10 plantant: * & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt,
11 & ſuper hoc ipſe recumbit, & bibit, & dormit. * Hi
autem cuſtodiunt in circuitu eum, & non poſſunt ire
ſinguli, & facere opera ſua, ſed in dicto obaudientes
12 ſunt ei. * Viri, quomodo non præcellit rex qui ſic dif-
13 famatur? Et tacuit. * Tertius qui dixerat de mulieribus
14 & veritate, hic eſt Zorobabel, cœpit loqui. * Viri, non
magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit.
15 Quis eſt ergo qui dominatur eorum? * Nónne mulie-
res genuerunt regem, & omnem populum, qui domi-
16 natur mari & terræ: * & ex illis nati ſunt, & ipſæ educa-
uerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum
17 fit? * Et ipſæ faciunt ſtolas omnium hominum, & ipſæ
faciunt gloriam hominibus, & non poſſunt homines
18 ſeparari à mulieribus. * Si congregauerint aurum & ar-
gentum, & omnem rem ſpecioſam, & viderint mulie-
19 rem vnam bono habitu & bona ſpecie, * omnia hæc re-
linquentes in eam intendunt, & aperto ore cōſpiciunt,
& eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, &
20 omnem rem pretioſam. * Homo patrem ſuum relinquit
qui enutriit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem
21 ſe coniungit. * Et cum muliere remittit animam: & ne-
que patrem meminit, neque matrem, neque regionem.
22 * Et hinc oportet vos ſcire: quoniam mulieres domi-
23 nātur veſtri. Nónne doletis? * Et accipit homo gladium
ſuum, & vadit in viam facere furta, & homicidia, &
24 mare nauigare & flumina, * & leonem videt, & in tene
bris ingreditur: & cùm furtum fecerit, & fraudes, &
25 & rapinas, amabili ſuæ affert. * Et iterùm, diligit
homo vxorem ſuam magis quàm patrem aut matrem.
26 * Et multi dementes facti ſunt propter vxores ſuas: &
27 ſerui facti ſunt propter illas: * & multi perierunt &
28 iugulati ſunt, & peccauerunt propter mulieres. * Et

nunc credite mihi, quia magnus eſt rex in poteſtate
ſua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum.
* Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici con- 29
cubinam regis, ſedentem iuxta regem ad dexteram, * & 30
auferentem diadema de capite eius, & imponentem
ſibi, & palmis cædebat regem de ſiniſtra manu. * Et 31
ſuper hæc aperto ore intuebatur eam: & ſi arriſerit ei,
ridet. nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec re-
concilietur in gratiam. * O viri, cur non ſunt fortiores 32
mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cælum: quis
iſta agit? * Et tunc rex, & purpurati intuebantur in al- 33
terutrum. Et inchoauit loqui de veritate. * O viri, 34
nónne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra, & excel-
ſum eſt cælum: & velox curſus ſolis conuertit in gyro
cælum in locum ſuum in vna die. * Nónne magnifi- 35
cus eſt qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ
omnibus? * Omnis terra veritatem inuocat, cælum et- 36
iam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur, & tre-
munt eam, & non eſt cum ea quidquam iniquum.
* Vinum iniquum, iniquus rex, iniquę mulieres, iniqui 37
omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera,
& non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt:
* & veritas manet & inualeſcit in æternum, & viuit & 38
obtinet in ſæcula ſæculorum. * Nec eſt apud eam ac- 39
cipere perſonas, neque differentias: ſed quæ iuſta ſunt
facit omnibus, iniuſtis ac malignis, & omnes benignan-
tur in operibus eius. * Et non eſt in iudicio eius ini- 40
quum, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & maieſtas
omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. * Et 41
deſiit loquendo. Et omnes populi clamauerunt, & di-
xerunt, Magna eſt veritas, & præualet. * Tunc rex ait 42
illi, Pete, ſi quid vis amplius, quàm quæ ſcripta ſunt, &
dabo tibi, ſecundùm quod inuentus es ſapientior pro-
ximis, & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vo-
caberis. * Tunc ait regi, Memor eſto voti tui, quod vo- 43
uiſti, ædificare Ieruſalem, in die qua regnum accepiſti:
* & omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Ieruſalem, remit- 44
tere, quæ ſeparauit Cyrus, quando mactauit Babylo-
niam, & voluit remittere ea ibi. * Et tu vouiſti ędifica- 45
re templum quod incenderunt Idumæi, quando exter-
minata eſt Iudæa à Chaldæis. * Et nunc hoc eſt quod 46
poſtulo Domine, & quod peto, hoc eſt maieſtas quod à
te poſtulo, vt facias votum quod vouiſti regi cæli ex
ore tuo. * Tunc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum: 47
& ſcripſit epiſtolas ad omnes diſpenſatores, & præfe-
ctos & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum
illo erant, omnes aſcendentes ædificare Ieruſalem. * Et 48
omnibus præfectis, qui erant in Syria, & Phœnice, &
Libano, ſcripſit epiſtolas, vt traherent ligna cedrina à
Libano in Ieruſalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem.
* Et ſcripſit omnibus Iudæis qui aſcendebant à regno 49
in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magi-
ſtratum, & præfectum non ſuperuenire ad ianuas ip-
ſorum, * & omnem regionem quam obtinuerāt immu- 50
nem eſſe eis, & Idumæi relinquant caſtella quæ obti-
nent Iudæorum, * & in ſtructuram templi dare per 51
ſingulos annos talenta viginti, vſque dum perædifica-
retur: * & ſuper ſacrarium holocautomata vſtulare 52
quotidie, ſicut habent præceptum: alia talenta decem
offerre per ſingulos annos, * & omnibus qui procedunt 53
à Babylonia condere ciuitatem: vt eſſet libertas tam ip-
ſis quàm filiis eorum, & omnibus ſacerdotibus qui
præcedunt: * Scripſit autem & quantitatem, & ſacram 54
ſtolam iuſſit dari, in qua deſeruirent; * & Leuitis ſcri- 55
pſit dare præcepta, vſque in diem qua conſummabitur
domus, & Ieruſalem extruetur: * & omnibus cuſto- 56
dientibus ciuitatem ſcripſit dari ei ſortes & ſtipendia.
* Et dimiſit omnia vaſa quæcumque ſeparauerat Cy- 57
rus à Babylonia, & omnia quæcumque dixit Cyrus, &
ipſe præcepit fieri, & mitti Ieruſalem. * Et cùm pro- 58
ceſſiſſet ille adoleſcens, eleuans faciem in Ieruſalem,
benedixit regem cæli, * & dixit, Abs te eſt victoria, & 59
abs te eſt ſapientia & claritas. Et ego ſeruus tuus ſum.
* Benedictus es qui dediſti mihi ſapientiam, & tibi 60
confitebor Domine Deus patrum noſtrorum. * Et 61
accepit epiſtolas, & profectus eſt in Babyloniam. Et
venit, & nuntiauit fratribus ſuis omnibus qui fuerunt
62 in Babylonia: * & benedixerunt Deum patrum ſuo-
rum, quoniam dedit illis remiſſionem & refrigerium,
63 * vt aſcenderent & ædificarent Ieruſalem, & templum
vbi nominatum eſt nomen eius in ipſo, & exultaue-
runt cum muſicis & lætitia diebus ſeptem.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 NVM, pro, nónne.
4 BELLATORES. pro, bellum, vel bellatorum munera, vel hoſtes.
11 IRE SINGVLI. pro, quiſque diſcedere. ſ. eius iniuſſu.
12 DIFFAMATVR. i. prædicatur.
17 FACIVNT. i. conciliant.
19 ALLICIVNT. pro, cupiunt.
21 REMITTIT ANIMAM. i. vitam recreat.
22 DOLETIS. i. labores ſubitis. ſ. earum cauſa.
32 MAGNA EST TERRA, &c. abundat id hoc loco, nam inf. ſuo loco ponitur. QVIS ISTA AGIT? ſ. niſi mulieres? Alij, *qua iſta agunt?*
39 BENIGNANTVR. pro, beneficantur.
46 HOC EST MAIESTAS QVOD. pro, hæc eſt magnificentia quam.
49 PRO LIBERTATE. i. litteras immunitatis à tributis. AD IANVAS. ſ. cauſa exigendi vectigal.
51 DARE, pro, dari.
52 SACRARIVM. i. altare. VSTVLARE. i. cremare. ALIA TALENTA. ſ. ad holocautomata.
53 PRAECEDVNT ſ. in via. q. d. qui ceteris præeunt.
54 QVANTITATEM. i. ſumptum.
55 PRAECEPTA. i. quæ præceperat dari.
56 SORTES i. penſiones.
57 A BABYLONIA. ſ. mittenda Ieroſolyma. DIXIT. ſ. vt fieret.

CAPVT V.

Redeuntes à Babylonica captiuitate in Ieruſalem & Iudæam recenſentur, & reſtituunt Dei cultum; ſed tandem à cœpto opere ad tempus impediuntur.

1 POſt hęc autem electi ſunt, vt aſcenderent princi-
pes pagorum per domos & tribus ſuas, & vxores
illorum, & filij & filiæ eorum, & ſerui & ancillæ ip-
2 ſorum, & pecora eorum. * Et Darius rex miſit vnà
cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ieruſa-
lem cum pace, & cum muſicis & cum tympanis & ti-
3 biis. * & omnes fratres erant ludentes, & fecit eos
4 aſcendere ſimul cum eis. * Et hęc ſunt nomina viro-
rum, qui aſcenderunt per pagos ſuos in tribus, & in
5 partem principatus ipſorum. * Sacerdotes: Filij Phi-
nees, filij Aaron, Ieſus filius Ioſedec, Ioacim filius
Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex proge-
6 nie Phares, de tribu Iuda, * qui locutus eſt ſub Da-
rio rege Perſarum ſermones mirificos in ſecundo an-
7 no regni ipſius menſe Niſan primo. * Sunt autem hi,
qui aſcenderunt ex Iudęa de captiuitate tranſmigratio-
nis, quos tranſmigrauit Nabuchodonoſor rex Baby-
8 loniæ in Babylonem, & reuerſus eſt in Ieruſalem. * Et
requiſiuit partem Iudęæ vnuſquiſq; in ciuitatem ſuam,
qui venerunt cum Zorobabel & Ieſu, Nehemias, A-
reores, Eluneo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro,
Mechpſatochor, Olioro. Emonia vnus de principi-
9 bus eorum. * Et numerus à gentilibus eorum, ex pręę-
poſitis eorum. filij Phares, duo millia centum ſeptua-
10 gintaduo: * filij Ares, tria millia centum quinquaginta-
11 ſeptem: * filij Phœrno centum quadragintaduo: in fi-
12 liis Ieſu & Ioabes, mille trecenti duo: * filij Demu, duo
millia quadringenti ſeptuaginta: filij Choraba, ducen-
13 tiquinque: filij Banica, centum ſexagintaocto: * filij
Bebech, quadringentitres: filij Archad, quadringen-
14 ti vigintiſeptem: * filij Cham, trigintaſeptem: filij Zo-
roar, duo millia ſexagintaſeptem: filij Adin, quadrin-
15 genti ſexaginta vnus: * filij Aderectis, centum octo: filij
Ciaſo & Zelas, centum ſeptem: filij Azoroc, quadrin-
16 genti trigintanouem: * filij Iedarbone, centum trigin-
taduo: * filij Ananiæ, centum triginta: filij Aſoni, nona-
17 ginta: * filij Marſar, quadringenti vigintiduo: filij Zaba-
rus, nonagintaquinque: filij Sepolemon, cẽtum vigin-
18 titres: * filij Nepopas, quinquagintaquinque: filij Ne-
chanatus, centũ quinquagintaocto: filij Cebethamus,
19 centum trigintaduo: * filij Crearpatros, qui Enocadies,
& Modiæ, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas &

Gabea,

Gadea, centum viginti vnus: *qui ex Beſſelon & Ceag- 20
ge, ſexagintaquinque: qui ex Baſtaro, centum viginti-
duo: *Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque: filij 21
Liptis, centum quinquagintaquinque: filij Labonni,
trecenti quinquaginta ſeptem: * filij Sichem, trecenti 22
ſeptuaginta: filij Suadoh & Cliomus, trecenti ſeptua-
gintaocto: *filij Ericus, duo millia centum quadragin- 23
taquinque: filij Anaas, trecenti ſeptuaginta. Sacerdotes:
*Filij Ieddus, filij Euther, filij Eliaſib, trecenti ſeptua 24
gintaduo: filij Emerus, ducenti quinquagintaduo: * fi- 25
lij Phaſurij, trecenti quinquagintaſeptem: filij Caree
ducenti vigintiſeptem. * Leuitæ: Filij Ieſu in Caduhel 26
& Bamis, & Serebias, & Edias, ſeptuagintaquattuor.
omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia
quadringenti ſexagintaduo, * filij, & filiæ, & vxores, 27
omnis computatio, quadraginta millia ducẽti quadra-
gintaduo. *Filij ſacerdotum, qui pſallebant in templo: 28
filij Aſaph, centum vigintiocto. * Oſtiarij verò: filij 29
Eſmenni; filij Aſer, filij Amon, filij Accuba, Topa filij
Tobi, omnes centum trigintanouem. * Sacerdotes ſer- 30
uientes in templo: filij Sel, filij Gaſpha, filij Tobloch,
filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Arma-
cha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij
Obai, filij Anani, filij Cannæ, filij Geddu, *filij An, filij 31
Radin, filij Deſanon, filij Nachoba, filij Caſeba, filij
Gaze, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Haſten, fi-
lij Aſiana, filij Manei, filij Naſiſim, filij Accuſu, filij A-
giſta, filij Azui, filij Fauon, filij Phaſalon, * filij Meed- 32
da, filij Phuſa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij
Coëli, filij Naſit, filij Agiſti, filij Pedon, *Salomon fi- 33
lij eius, filij Aſophot, filij Phaſida, filij Celi, filij De-
don, filij Gaddahel, filij Sephegi, * filij Aggia, filij Sa- 34
chareth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij Malſith, fi-
lij Amæ, filij Saſus, filij Addus, filij Suba, filij Eura, fi-
lij Rahotis, filij Phaſphat, filij Malmon. * Omnes ſa- 35
cro ſeruientes, & pueri Salomonis; quadringenti octo-
gintaduo. * Hi ſunt filij qui aſcenderunt a Thelmela, 36
Telharſa: principes eorum, Carmellam, & Careth:
* & non poterant edicere ciuitates ſuas, & progenies 37
ſuas, quemadmodum ſint ex Iſrael. Filij Dalan, filij
Tubal, filij Nechodaici, * ex Sacerdotibus, qui funge- 38
bantur ſacerdotio: & non ſunt inuenti filij Obia, filij
Achiſos, filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus
Phargeleu: *& vocati ſunt nomine eius, & horum quę- 39
ſita eſt generis ſcriptura in pædatura, & non eſt inuen-
ta, & prohibiti ſunt ſacerdotio fungi. * Et dixit illis 40
Nehemias & Aſtharas, Ne participentur ſancta, donec
exurgat Pontifex doctus in oſtenſionem & veritatem.
*Omnis autem Iſrael erat exceptis ſeruis & ancillis, 41
quadraginta duo millia trecenti quadraginta. * Serui 42
horum & ancillæ, ſeptem millia trecenti trigintaſeptẽ.
Cantores & cantatrices, ducenti ſexagintaquinque.
* Cameli, quadringenti trigintaquinque. Equi ſeptem 43
millia triginta ſex. Muli, ducenta millia quadraginta-
quinque. Subiugalia, quinque millia vigintiquinque.
*Et de præpoſitis ipſis per pagos, dum venirent in tem- 44
plum Dei, quod erat in Ieruſalem, vouerunt ſuſcitare
templum in loco ſuo, ſecundùm ſuam virtutem: *Et 45
dare in templum theſaurum operũ ſacrum auri mnas
duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, &
ſtolas ſacerdotales centum. * Et habitauerunt ſacerdo- 46
tes & Leuitæ, & qui exierant de plebe, in Ieruſalem &
in regione, & ſacri cantores, & oſtiarij, & omnis Iſrael
in regionibus ſuis. * Inſtante autem ſeptimo menſe, 47
cumque eſſent filij Iſrael vnuſquiſque in ſuis rebus,
conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuã
Orientalem. * Et ſtantes Ieſus filius Ioſedec & fratres 48
eius ſacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel & huius
fratres, parauerunt altare, *vt offerrent ſuper illud ho- 49
locautomata, ſecundùm quæ in libro Moyſi hominis
Dei ſcripta ſunt. * Et conuenerunt ibi ex aliis nationi- 50
bus terræ, & erexerunt ſacrarium in loco ſuo omnes
gentes terræ, & offerebant hoſtias, & holocautomata
Domino matutina. * Et egerunt ſcenopegiam, & diem 51
ſolemnem, ſicut præceptum eſt in lege: & ſacrificia
quotidie, ſicut oportebat: *& poſt hæc oblationes inſti- 52
tutas, & hoſtias ſabbatorum, & neomeniarum, & die-
53 rum ſolemnium omnium ſanctificatorum. * Et quot-
quot vouebant Domino à neomenia ſeptimi menſis,
cœperunt hoſtias offerre Deo, & templum Domini
54 nondum erat ædificatum. * Et dederunt pecuniam la-
55 pidariis & fabris, & potum & pabula, cum gaudio. *Et
dederunt carra Sidoniis & Tyriis; vt tranſueherent il-
lis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Iop-
pe portu, ſecundùm decretum quod ſcriptum erat eis
56 à Cyro rege Perſarum. * Et in ſecundo anno venien-
tes in templum Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo, in-
choauit Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſe-
dec, & fratres ipſorum, & ſacerdotes & Leuitæ, & om-
57 nes qui venerant de captiuitate in Ieruſalem: * & fun-
dauerunt templum Dei, nouilunio ſecundi menſis ſe-
58 cundi anni cùm veniſſent in Iudæam & Ieruſalem. *Et
ſtatuerunt Leuitas à viginti annis, ſuper opera Domi-
ni: & ſtetit Ieſus & filius eius, & fratres omnes Leui-
tæ conſpirantes, & executores legis, facientes opera in
59 domo Domini. * Et ſteterunt ſacerdotes habentes ſto-
las cum tubis: & Leuitæ filij Aſaph, habentes cymba-
60 la, * collaudantes Dominum, & benedicentes ſecun-
61 dùm Dauid regem Iſrael: *& cantabant canticum Do-
mino, quoniam dulcedo eius, & honor in ſæcula ſu-
62 per omnem Iſrael. * Et omnis populus tuba cecine-
runt, & proclamauerunt voce magna, collaudantes
63 Dominum in ſuſcitatione domus Domini. * Et vene-
runt ex ſacerdotibus & Leuitis, & præſidentibus ſe-
cundùm pagos ſenioribus, qui viderant priſtinam do-
64 mum; * & ad huius ædificationem cum clamore &
planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno:
65 * in tantum vt populus nõ audiret tubas propter plan-
ctum populi. Turba enim erat tubis canens magnifi-
66 cè, ita vt longè audiretur. * Et audierunt inimici tri-
bus Iudæ, & Beniamin, & venerunt ſcire quæ eſſet vox
67 tubarum. * Et cognouerunt quoniam qui erant ex ca-
68 ptiuitate, ædificant templum Domino Deo Iſrael. * Et
accedentes ad Zorobabel & Ieſum, præpoſitos pago-
69 rum, dixerunt eis; Ædificabimus vnà vobiſcum: *Si-
militer enim audiuimus Dominum veſtrum, & ipſi
pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Aſſyrio-
70 rum, qui tranſmigrauit nos huc. * Et dixit illis Zoro-
71 babel, & Ieſus, & principes pagorum Iſrael, * Non eſt
nobis & vobis ædificare domum Dei noſtri. nos enim
ſoli ædificabimus Domino Iſrael, ſecundùm ea quæ
72 præcepit nobis Cyrus rex Perſarum. * Gentes autem
terræ incumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuantes
opus ædificationis & inſidias, & populos adducentes
73 prohibebant eos ædificare, * & aggreſſuras exercentes
impedierunt, ne conſummaretur ædificium omni
tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt ſtructuram
per biennium vſque ad Darij regnum.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

1 PAGORVM. Alij, *familiarum*, ſic & inf.
3 EOS. ſ. equites.
4 IN TRIBVS. i. in vnaquaque tribu. ET IN PARTEM PRINCIPATVS. i. per cuiuſque principatum.
6 QVI. ſ. Zorobabel.
7 REVERSVS EST. ſ. populus, ſeu, quiſque.
33 FILII EIVS. Abundat id.
39 PAEDATVRA. i. catalogo filiorum.
40 ET ASTHARAS. pro, qui & Aſtharas.
43 SVBIVGALIA. i. aſini.
44 PAGOS. Alij, *familias*.
45 DARE. i. vouerunt.
46 EXIERANT. ſ. ex Babylonia. REGIONE. ſ. reliqua.
47 REBVS. i. poſſeſſionibus. ATRIVM. ſ. populi. IANVAM. ſ. atrij Sacerdotum.
50 NATIONIBVS. ſ. proſelyti. SACRARIVM. i. aram. TERRAE. ſ. Iudææ.
72 OPVS AEDIFICATIONIS ET. pro, contra opus ædificationis.

CAPVT VI.

Iudæi, annuente Dario, templum Dei extruunt in Ieruſalem.

1 IN ſecundo autem anno regni Darij prophetauit
Aggæus & Zacharias filius Addin prophetæ apud
Iudæam & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper eos.

*Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel,& Ieſus filius 2
Ioſedec,inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ
eſt in Ieruſalem: * cùm adeſſent eis prophetæ Domi- 3
ni,& adiuuarent eos. In ipſo tempore venit ad illos
Siſennes ſubregulus Syriæ & Phœnicis,& Satrabuza-
nes, & ſodales eius, * & dixerunt eis, Quo præcipien- 4
te vobis domum hanc ædificatis, & tectum iſtud, &
alia omnia perficitis? & qui ſunt ſtructores qui hæc
ædificant? *Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſu- 5
per eos, qui erant ex captiuitate à Domino ſeniores
Iudæorum. * & non ſunt impediti ædificare, donec 6
ſignificaretur Dario de omnibus iſtis,& reſponſum ac-
ciperetur. * Exemplum epiſtolæ, quam miſerunt Da- 7
rio. SISENNES ſubregulus Syriæ & Phœnicis, &
Satrabuzanes, & ſodales eius in Syria & Phœnice
præſides regi Dario ſalutem. * Omnia nota ſint Do- 8
mino regi, quòd cùm veniſſemus in regionem Iudeæ,
& introiſſemus in Ieruſalem, inuenimus ædificantes
domum Dei magnam: *& templum ex lapidibus po- 9
litis,& magnis & pretioſis materiis in parietibus, * & 10
opera illa inſtanter fieri,& ſuffragare, & proſperare in
manibus eorum, & in omni gloria quàm diligentiſſi-
mè perfici. * Tunc interrogauimus ſeniores,dicentes, 11
Quo permittente vobis ędificatis domum iſtam, &
opera hæc fundatis? * Ideò autem interrogauimus 12
eos, vt notum faceremus tibi homines & præpoſitos,
& nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus
illos. * At illi reſponderunt nobis,dicentes, Nos ſu- 13
mus ſerui Domini,qui fecit cælum & terram, * & ędi- 14
ficabatur hæc domus ante annos iſtos multos à rege
Iſrael magno & fortiſſimo, & conſummata eſt. * Et 15
quoniam patres noſtri exacerbantes erant & peccaue-
runt in Deum Iſrael,tradidit eos in manus Nabucho-
donoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorum, * & do- 16
mum iſtam demolientes incenderunt, & populum ca-
ptiuum duxerunt in Babylonem. * In primo anno 17
regnante Cyro rege Babyloniæ,ſcripſit Cyrus rex do-
mum hanc ædificare, * & illa ſacra vaſa aurea & argen- 18
tea quæ extulerat Nabuchodonoſor de domo quæ eſt
in Ieruſalem,& conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus
protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylo-
nia,& tradita ſunt Zorobabel & Salmanaſaro ſubre-
gulo: * Et præceptum eſt eis vt offerrent hæc vaſa, & 19
reponerent in templo quod erat in Ieruſalem, & ipſum
templum Dei ædificare in loco ſuo. * Tunc Salma- 20
naſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt
in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non
accepit conſummationem. * Nunc ergo ſi iudicatur à 21
te ò rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri re-
gis,quæ ſunt in Babylonia. * & ſi inuentum fuerit con- 22
ſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domi-
ni, quæ eſt in Ieruſalem, & iudicatur à Domino rege
noſtro, ſcribat de his nobis. * Tunc Darius rex præ- 23
cepit inquiri in Bibliothecis: & inuentus eſt in Ecba-
thanis oppido, quod eſt in media regione locus vnus,
in quo ſcripta erant iſta: * ANNO primo regnante 24
Cyro,rex Cyrus præcepit domum Domini quæ eſt in
Ieruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſſiduo,
* cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo cu- 25
bitorum ſexaginta, quadratum lapidibus politis tri-
bus, & meniano ligneo eiuſdem regionis, & meniano
vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis: * & 26
ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm argentea,
quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quę
eſt in Ieruſalem, vbi erant poſita, vt ponantur illic.
* Et præcepit curam agere Siſennem ſubregulum Sy- 27
riæ & Phœnicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, &
qui ordinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt
abſtinerent ſe ab eodem loco. * Et ego quoque præ- 28
cepi in totum ædificare: & proſpexi, vt adiuuent eos
qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec conſumme-
tur templum ædis Domini: * & à vexatione tributo- 29
rum Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem
dari his hominibus ad ſacrificium Domini, Zorobabel
præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos, * ſimiliter au- 30
tem & frumentum,& ſal, & vinum, & oleum inſtan-
ter per ſingulos annos, prout ſacerdotes qui ſunt in Ie-
ruſalem,dictauerunt conſumi quotidie, ſine vlla dila-
31 tione, * vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege
32 & pueris eius, & orent pro ipſorum vita: * & denun-
tietur, vt quicumque tranſgreſſi fuerint aliquid ex his
quæ ſcripta ſunt,aut ſpreuerint, accipiatur lignum de
ſuis propriis, & ſuſpendantur, & bona ipſorum regi
33 adſcribantur. * Propterea & Dominus, cuius nomen
inuocatum eſt ibi, exterminet omnem regem & gen-
tem,qui manum ſuam extenderit prohibere, aut malè
tractare domum Domini illam quæ eſt in Ieruſalem.
34 * Ego Darius rex decreui quàm diligentiſſimè ſecun-
dùm hæc fieri.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 SVBREGVLVS. i. Præfectus.
9 MATERIIS. i. tignis.
25 DECEM. Alij, *ſexaginta*. QVADRATVM, &c. Alij, *cum do-
miciliis tribus è lapide polito*. TRIBVS. i. trium ordinum.
MENIANO. Alij, *domicilio*. Menianum quidem ædificium dici-
tur quod extenùs porrigitur. ſ. extenſis tignis vltra columnas. au-
ctor enim, ſeu inuentor Menius.
29 VEXATIONE. pro, exactione.
31 PVERIS. i. filiis.

CAPVT VII.

Domus Dei extructa dedicatur & conſecratur, in eáque feſtum Azymorum celebratur.

1 TVnc Siſennes ſubregulus Cœleſyrię & Phœnicis,
& Satrabuzanes, & ſodales, obſecuti his quæ à
2 Dario rege erant decreta, * inſiſtebant ſacroſanctis o-
peribus diligentiſſimè, cooperantes cum ſenioribus
3 Iudæorum principibus Syriæ. * & proſperata ſunt ſa-
croſancta opera prophetantibus Aggæo & Zacharia
4 prophetis. * Et conſummauerunt omnia per præce-
ptum Domini Dei Iſrael,& ex conſilio Cyri, & Darij,
5 & Artaxerxis regis Perſarum. * Et conſummata eſt do-
mus noſtra vſque ad tertiam & vigeſimam diem men-
6 ſis Adar, ſexto anno Darij regis. * Et fecerunt filij Iſrael
& ſacerdotes & Leuitæ,& ceteri qui erant ex captiuita-
te,qui appoſiti ſunt ſecundùm ea quæ ſcripta ſunt in li-
7 bro Moyſi. * Et obtulerũt in dedicationem templi Do-
mini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadrin-
8 gentos, * & hœdos pro peccatis vniuerſi Iſrael, duode-
9 cim, ſecundùm numerum tribuum Iſraël. * Et ſteterunt
ſacerdotes & Leuitæ amicti ſtolis per tribus, ſuper òm-
nia opera Domini Dei Iſrael, ſecundùm librum Moyſi,
10 & oſtiarij per ſingulas ianuas. * Et egerunt filij Iſrael cũ
his qui erant ex captiuitate, illud Phaſe quartadecima
luna menſis primi, quando ſanctificati ſunt ſacerdotes
11 & Leuitæ. * Omnes filij captiuitatis non ſunt ſimul
ſanctificati,quia Leuitæ omnes ſimul ſanctificati ſunt.
12 * Et immolauerunt Phaſe vniuerſi filij captiuitatis, &
13 fratribus ſuis ſacerdotibus,& ſibimetipſis. * Et mandu-
cauerunt filij Iſrael,qui erant ex captiuitate, omnes qui
remanſerant ab omnibus execrationibus gentium ter-
14 ræ quærentes Dominum, * & celebrauerunt diem fe-
ſtum azymorum, ſeptem diebus epulantes in conſpe-
15 ctu Domini, * quoniam conuertit conſilium regis Aſ-
ſyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera
Domini Dei Iſrael.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 PRINCIPIBVS SYRIAE. Græcè, *ſacrorum præfectis*, ſeu, vt
quidam vertunt, *templi ædilibus*.
6 APPOSITI. i. additi, ſeu adiuncti.
9 PER TRIBVS. Alij, *iuxta tribus*.
11 NON SVNT. Alij, *ſunt*. QVIA. pro, ſed.
13 EXECRATIONIBVS GENTIVM. ſ. alieni. q.d. qui non ſe pol-
luerant gentium ritibus.

CAPVT VIII.

Aſcendenti Eſdræ à Babylonia Ieroſolymam traduntur Artaxerxis litteræ, quæ beneficia Iudæis præſtita continent: recenſentur qui ſimul aſcenderant, & auro ac argento ſacerdotibus commiſſo, Eſdras, facta oratione, commonet populum ad pœnitentiam quòd ab alienigenis ſe non ſeparaſſent.

1 ET poſt hunc regnãte Artaxerxe Perſarum rege, ac-
ceſſit Eſdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Solo-
2 me, * filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel,
filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazari, filij

Aaron

Aaron primi ſacerdotis: * hic Eſdras aſcendit de Baby- 3
lonia, cùm eſſet ſcriba & ingenioſus in lege Moyſi, quę
data eſt à Domino Deo Iſrael docere & facere. * Et de- 4
dit ei rex gloriam, quòd inueniſſet gratiam in omni di-
gnitate & deſiderio in conſpectu eius. * Et aſcenderunt 5
ſimul cum ipſo ex filiis Iſrael, & ſacerdotibus, & Leui-
tis, & ſacris cãtoribus templi, & oſtiariis, & ſeruis tem-
pli, in Ieruſalem. * Anno ſeptimo regnante Artaxerxe, 6
in quinto mẽſe, hic annus ſeptimus eſt regni, exeuntes
de Babylonia nouilunio quinti menſis, * venerunt Iero- 7
ſolymam iuxta præceptum illius, ſecundùm proſperi-
tatem itineris à Domino ipſorũ datam eis. * In his enim 8
Eſdras magnam diſciplinam obtinebat, ne prętermit-
teret quidquam eorum, quæ eſſent ex lege Domini &
præceptis, & docendo vniuerſum Iſrael omnem iuſti-
tiam & iudicium. * Accedentes autem qui ſcribebant 9
ſcripta Artaxerxis regis, tradiderũt ſcriptum quod ob-
uenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotem, &
lectorem legis Domini, cuius exẽplum ſubiectum eſt.
* REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis Do- 10
mini ſalutem. * Humanior ego iudicans in beneficiis, 11
pręcepi eis qui deſiderant ex gente Iudęorum, ſua ſpõ-
te, & ex ſacerdotibus & Leuitis, qui ſunt in regno meo,
comitari tecum in Ieruſalem. * Si qui ergo cupiunt ire 12
tecum, conueniant, & proficiſcantur, ſicut placuit mi-
hi & ſeptem amicis meis conſiliariis, * vt viſitent ea quę 13
aguntur ſecundùm Iudæam & Ieruſalem, obſeruantes
ſicut habes in lege Domini, * & ferant munera Domi- 14
no Deo Iſrael, quæ voui ego & amici Ieruſalem, & om-
ne aurum & argentum, quod inuentum fuerit in regio-
ne Babyloniæ Domino in Ieruſalem cum illo, * quod 15
eſt donatum pro ipſa gente in templum Domini eorum
quod eſt in Ieruſalem: vt colligatur hoc aurum & ar-
gentum ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quę
his ſunt congruentia, * vt offerant hoſtias Domino ſu- 16
per altare Domini ipſorum, quod eſt in Ieruſalem. * Et 17
omnia quæcumque volueris cum fratribus tuis facere
auro & argento, perfice pro voluntate tua, ſecundùm
præceptum Domini Dei tui: * & ſacroſancta vaſa, quæ 18
data ſunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ eſt
in Ieruſalem: * & cetera quæcumq; tibi ſubuenerint ad 19
opera tẽpli Dei tui, dabis de regali gazophylacio: * cùm 20
volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, per-
fice ſecundùm voluntatẽ Domini. * Et ego quidem rex 21
Artaxerxes pręcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ &
Phœnicis, vt quæcumque ſcripſerit Eſdras ſacerdos, &
lector legis Domini, diligenter detur ei vſq; ad argen-
ti talenta centum ſimiliter & auri: * & vſq; ad frumenti 22
modios centum, & vini amphoras cẽtum, & alia quæ-
cumque abundant ſine taxatione. * Omnia ſecundùm 23
legem Dei fiant Deo altiſſimo, ne fortè exurgat ira in
regno regis, & filij, & filiorum eius. * Vobis autem dici- 24
tur, vt omnibus ſacerdotibus & Leuitis, & ſacris canto-
ribus, & ſeruis templi, & ſcribis templi huius, * nullum 25
tributum, neq; vlla alia indictio irrogetur, nec habeat
quiſquam poteſtatem obijcere eis quidquam. * Tu au- 26
tem Eſdra, ſecundùm ſapientiam Dei, conſtitue iudices
& arbitros in tota Syria, & Phœnice: & omnes qui lege
Dei tui non nouerunt, doce: * vt quotquot tranſgreſſi 27
fuerint legem, diligenter plectantur, ſiue morte, ſiue
cruciatu, ſiue etiã pecuniæ mulctatione vel abductione.
* Et dixit Eſdras ſcriba: Benedictus Deus patrũ noſtro- 28
rum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare
domũ ſuam quæ eſt in Ieruſalem, * & me honorificauit 29
in conſpectu regis & conſiliariorum, & amicorum, &
purpuratorum eius. * Et ego cõſtans animo factus ſum 30
ſecundùm opitulationem Domini Dei mei, & congre-
gaui ex Iſrael viros, vt ſimul aſcenderent mecum. * Et 31
hi ſunt præpoſiti ſecundùm ſuas patrias, & principatus
portionales, eorum qui mecum aſcenderunt de Baby-
lonia in regno Artaxerxis. * Et ex filiis Phares, Gerſo- 32
mus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Ac-
chus filius Secceliç: * ex filiis Phares Zacharias, & cum 33
eo reuerſi ſunt viri centum quinquaginta: * ex filiis du- 34
ctoris Moabilionis Zarai, & cũ ipſo viri ducenti quin-
quaginta: * ex filiis Zachues, Iechonias Zecholei, & 35
36 cum ipſo viri ducenti quinquaginta: * ex filiis Sala,
37 Maaſias Gotholiæ, & cum ipſo viri ſeptuaginta: * ex fi-
liis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipſo viri octogin-
38 ta: * ex filiis Iob, Abdias Ieheli, & cum ipſo viri ducen-
39 ti duodecim: * ex filiis Baniæ, Salimoch, filius Ioſa-
40 phiæ, & cum ipſo viri centum ſexaginta: * ex filiis
Beer, Zacharias Bebei, & cum ipſo viri ducenti octo:
41 * ex filiis Ezead, Ioannes Eccetan, & cum ipſo viri
42 centum decem: * ex filiis Adonicam ipſis poſtremis,
& hæc ſunt nomina eorum, Eliphalam filius Gebel,
43 & Semeias, & cum ipſo viri ſeptuaginta. * Et con-
gregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati
44 fuimus illic triduo, & recognoui eos. * Et ex filiis ſa-
45 cerdotum & Leuitarum non inueni illic. * Et miſi ad
Eleazarum, & Ecelon, & Maſman, & Maloban, &
Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagam,
Zachariam, & Moſolamum, ipſos ductores & peritos:
46 * & dixi eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud lo-
47 cum gazophylacij. * Et mandaui eis vt dicerent Lod-
deo, & fratribus eius, & illis qui erãt in gazophylacio,
vt mitterent nobis eos qui ſacerdotio fungerentur in
48 domo Domini Dei noſtri: * & adduxerũt nobis ſecun-
dùm manum validam Domini Dei noſtri viros peri-
tos: ex filiis Moholi, filij Leui, filij Iſrael, Sebebian, &
49 filios & fratres, qui erant decem & octo: * Asbiam, &
Amin ex filiis filiorum Chananæi, & filij eorum viri
50 viginti. * Et ex his qui templo ſeruiebant, quos dedit
Dauid, & ipſi principes ad operationem Leuitis tem-
plo ſeruientium ducenti viginti. Omnia nomina ſigni-
51 ficata ſunt in ſcripturis. * Et voui illic ieiunium iuueni-
bus in conſpectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter
nobis, & qui nobiſcum erant, & filiis, & pecoribus,
52 propter inſidias. * Erubui enim petere à rege pedites
& equites in comitatu, tutelæ gratia, contra aduerſa-
53 rios noſtros. * Diximus enim regi, quoniam virtus Do-
mini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu.
54 * Et iterùm deprecati ſumus Dominum Deum noſtrũ
ſecundùm hęc: quem & propitium habuimus, & com-
55 potes facti ſumus Deo noſtro. * Et ſeparaui ex plebis
præpoſitis, & ſacerdotibus templi, viros duodecim, &
Sedebiam, & Aſannam, & cum eis ex fratribus eorum
56 viros decem: * Et appendi eis aurum & argentum &
vaſa ſacerdotalia domus Dei noſtri, quæ donauerat
rex, & conſiliarij eius, & principes, & omnis Iſrael.
57 * Et cùm appendiſſem, tradidi argenti talenta centum
quinquaginta, & vaſa argentea talentorum centum, &
58 auri talenta centum, * & vaſorum aureorum ſepties vi-
ginti, & vaſa ęrea de bono ęramento ſplẽdentia, duode-
59 cim, auri ſpeciem reddentia. * & dixi eis: Et vos ſancti
eſtis Domino, & vaſa ſunt ſancta, & aurum, & argentũ
60 votum eſt Domino Deo patrum noſtrorum. * Vigilate
& cuſtodite, donec tradatis ex plebis præpoſitis, & ſa-
cerdotibus & Leuitis, & principibus ciuitatum Iſrael, in
61 Ieruſalem, in paſtophorio domus Dei noſtri. * Et hi qui
ſuſceperunt ſacerdotes & Leuitæ aurum & argentum
& vaſa, intulerunt in Ieruſalem in templum Domini.
62 * Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima men-
63 ſis primi, vſquequò introiuimus in Ieruſalem. * Et cùm
factus fuiſſet tertius dies, quarta autem die pondera-
tum aurum, & argentum traditum eſt in domo Domi-
64 ni Dei noſtri, Marimoth filio Iori ſacerdoti: * & cum
ipſo erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipſis Io-
ſadus filius Ieſu, & Medias, & Banni filius Leuitæ: ad
65 numerum, & ad pondus vniuerſa. * Et ſcriptum eſt
66 pondus ipſorum eadem hora. * Qui autem venerunt
ex captiuitate, obtulerunt ſacrificium Domino Deo Iſ-
rael, tauros duodecim pro omni Iſrael, arietes octo-
67 gintaſex, * agnos ſeptuagintaduos, hircos pro peccato
duodecim, & pro ſalute vaccas duodecim, omnia in
68 ſacrificium Domini. * Et relegerunt præcepta regis re-
galibus diſpenſatoribus, & ſubregulis Cœleſyriæ &
Phœnicis: & honorificauerunt gentem, & templum
69 Domini. * Et conſummatis his, acceſſerunt ad me
præpoſiti, dicẽtes: Non ſegregauerunt genus Iſrael, &
70 principes, & ſacerdotes, & Leuitæ, * & alienigenæ gen-
tes & nationes terræ, immunditias ſuas à Chananæis

& Hethæis, & Pherezæis, & Iebuſæis, & Moabitis, &
Ægyptiis, & Idumæis. * coniuncti enim ſunt filiabus 71
eorum & ipſi, & filij eorum. & miſtum eſt ſemen ſan-
ctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant
præpoſiti, & magiſtratus, iniquitatis eius ab initio ip-
ſius regni. * Et mox vt audiui iſta, conſcidi veſtimen- 72
ta & ſacram tunicam: & lacerans capillos capitis, &
barbam, ſedi dolens & mœſtus. * Et conuenerunt 73
quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Iſ-
rael, ad me lugentem ſuper iniquitatem iſtam, & ſe-
debam triſtis vſque ad ſacrificium veſpertinum. * Et 74
conſurgens à ieiunio, conſciſſa habens veſtimenta &
ſacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad
Dominum, * dicebam: Domine confuſus ſum, & re- 75
ueritus ſum ante faciem tuam. * Peccata enim noſtra 76
multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & iniquitates
noſtræ exaltatæ ſunt vſque ad cælum. * Quoniam à 77
temporibus patrum noſtrorum ſumus in magno pec-
cato vſque ad diem hunc. * Et propter peccata noſtra, 78
& patrum noſtrorum, ſumus traditi cum fratribus no-
ſtris, & cum ſacerdotibus noſtris, regibus terræ in gla-
dium & captiuitatem, & deprædationem, cum confu-
ſione vſque in hodiernum diem. * Et nunc quantum 79
eſt hoc quod contigit nobis miſericordia abs te Do-
mine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in lo-
cum ſanctificationis tuæ, * detegere luminare noſtrum 80
in domo Domini Dei noſtri, dare nobis cibum in om-
ni tempore ſeruitutis noſtræ. * Et cùm ſeruiremus, 81
non fuimus derelicti à Domino Deo noſtro: ſed con-
ſtituit nos in gratia, ponens nobis reges Perſarum da-
re cibum, * & clarificare templum Domini Dei no- 82
ſtri, & ædificare deſerta Sion, dare nobis ſtabilitatem
in Iudæa & Ieruſalem. * Et nunc quid dicimus Do- 83
mine habentes hæc? Tranſgreſſi enim ſumus præce-
pta tua, quæ dediſti in manus puerorum tuorum pro-
phetarum, * dicens: Quoniam terra, in quam introi- 84
ſtis poſſidere hereditatem eius, terra polluta eſt coin-
quinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ
illorum repleuerunt eam totam immunditia ſua. * Et 85
nunc filias veſtras non coniungetis filiis eorum, & fi-
lias eorum non accipietis filiis veſtris, * & non inqui- 86
retis pacem habere cum illis omni tempore, vt inua-
leſcentes manducetis optima terræ, & hereditatem
diſtribuatis filiis veſtris vſque in æuum. * Et quæ con- 87
tingunt nobis, omnia fiunt propter opera noſtra ma-
ligna, & magna peccata noſtra. * Et dediſti nobis ta- 88
lem radicem, & rurſum reuerſi ſumus tranſgredi le-
gitima tua, vt commiſceremur immunditiæ alienige-
narum gentium terræ huius. * Nonne iraſceris nobis 89
perdere nos, quoadusque non relinquatur radix & no-
men noſtrum? * Domine Deus Iſrael verax es. De- 90
relicta eſt enim radix vſque in hodiernum diem. * Ec- 91
ce, nunc ſumus in conſpectu tuo in iniquitatibus no-
ſtris. Non eſt enim adhuc ſtare ante te in his. * Et 92
cùm adorando confiteretur Eſdras, flens, humi pro-
ſtratus ante templum, congregati ſunt ante eum ex Ie-
ruſalem turma magna valdè, viri, & mulieres, & iu-
uenes, & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ip-
ſa multitudine. * Et cùm clamaſſet, Iechonias Ieheli 93
ex filiis Iſrael, dixit Eſdræ: Nos in Dominum pecca-
uimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium
mulieres alienigenas ex gentibus terræ. * Et nunc es 94
ſuper omnem Iſrael. In his ergo ſit iuſiurandum à
Domino, expellere omnes vxores noſtras quæ ex alie-
nigenis ſunt cum filiis earum. * Sicut tibi decretum 95
eſt à maioribus ſecundùm legem Domini exurgens
explica. * Ad te enim ſpectat negotium, & nos tecum 96
ſumus: viriliter fac. * Et exurgens Eſdras adiurauit 97
principes ſacerdotum & Leuitas, & omnem Iſrael, fa-
cere ſecundùm hæc; & iurauerunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

DOCERE ET FACERE. i. ad docendum & faciendum. Alij, *diſcere & facere*. 3
IN BENEFICIIS. i. benefacere. 11
SECVNDVM. pro, apud. 13
ABDVCTIONE. ſ. in carcerem. 27
31 PATRIAS. i. familias. PORTIONALES. i. cuiuſque.
51 VOVI. Alij, *indixi*.
63 EX PLEBIS. pro, plebis. PASTOPHORIO. i. exedra.
64 ET BANNI FILIVS LEVITAE pro, Banni filius, Leuitæ.
69 SEGREGAVERVNT. i. abſtinuerunt.
70 ET ALIENIGENAE, &c. pro, ab alienigenarum & nationum immunditiis.
71 REGNI. Ali, *rei*, q. d. ex quo id fieri cœptum eſt.
79 ET RELINQVE. pro, relinqui. IN LOCVM. pro, in loco.
80 DETEGERE. i. proferre. DARE. pro, dari.
94 A DOMINO. i. coram Domino, vel, ex parte Domini, ſ. acceptum.

CAPVT IX.

Iubentur abijcere vxores alienigenas cum filiis, & recenſentur qui ex ſacerdotibus ac Leuitis iuncti illis erant. Eſdras legit legem Domini coram populo: quibus peractis, iubentur vt ad propria digreſſi, lætum diem agant.

1 ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abiit in
2 paſtophorium Ionathæ filij Naſabi, * & hoſpita-
tus illic non guſtauit panem, nec aquam bibit ſuper
3 iniquitatem multitudinis. * Et facta eſt prædicatio in
omni Iudæa, & in Ieruſalem omnibus qui erant ex ca-
4 ptiuitate in Ieruſalem congregati, * vt quicumque non
occurrerit biduo vel triduo diei, ſecundùm iudicium
aſſidentium ſeniorum, tollerentur facultates ſuæ, &
5 ipſe alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. * Et
congregati ſunt omnes qui erant ex tribu Iuda & Ben-
iamin in tribus diebus in Ieruſalem, hic menſis eſt no-
6 nus, dies menſis vigeſimus. * Et ſedit omnis multitu-
do in area templi trementes, propter hiemem præſen-
7 tem. * Et exurgens Eſdras, dixit illis: Vos iniquè fe-
ciſtis collocantes vobis in matrimonium vxores alie-
8 nigenas, vt adderetis ad peccata Iſrael. * Et nunc da-
te confeſſionem, & magnificentiam Domino Deo pa-
9 trum noſtrorum. * & perficite voluntatem ipſius, &
diſcedite a gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis.
10 * Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce ma-
11 gna: Sicut dixiſti, faciemus. * Sed quoniam multitu-
do magna eſt, & tempus hybernum, & non poſſumus
in ſubdiali ſtare: & hoc opus non eſt nobis vnius
diei, neque bidui: multum enim in his peccauimus:
12 * ſtent præpoſiti multitudinis, & omnes qui nobiſ-
cum inhabitant, & quotquot habent vxores apud ſe
13 alienigenas * & aſſiſtant accepto tempore ex omni loco
presbyteri, & iudices, vſquequò ſoluant iram Domini
14 negotij huius. * Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias
Thecani ſuſceperũt ſecundùm hæc: & Boſoramus, &
Leuis, & Sabbathæus ſimul cooperati ſunt cum illis.
15 * Et ſteterunt ſecundùm hæc omnia vniuerſi qui erant
16 ex captiuitate. * Et elegit ſibi viros Eſdras ſacerdos,
principes magnos de patribus eorũ ſecundùm nomina:
& conſederunt nouilunio menſis decimi examinare
17 negotium iſtud. * Et determinatum eſt de viris qui ha-
bebant vxores alienigenas, vſq; ad neomeniam primi
18 menſis; * & inuenti ſunt ex ſacerdotibus permiſti qui
19 habebant alienigenas vxores. * Ex filiis Ieſu filij Ioſe-
dec, & fratribus eius: Maſeas, & Eliezerus, & Ioribus,
20 & Ioadeus, * & iniecerunt manus vt expellerent vxo-
res ſuas: & ad litandum in exorationem, arietem pro
21 ignorantia ſua. * & ex filiis Semmeri: Maſeas & Eſſer
22 & Ieelech, Azarias. * & ex filiis Foſere: Limoſias Hiſ-
maenis, & Nathanee, Iuſſio, Reddus, & Thalſas.
23 * & ex Leuitis: Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Ca-
24 litas, & Facteas, & Coluas, & Elionas. * & ex ſacris
25 cantoribus, Eliaſib, Zaccarus. * & ex oſtiariis: Salu-
26 mus, & Tolbanes. * & ex Iſrael: ex filiis Foro, Ozi, &
Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, Elea-
27 zarus, & Iammebias, & Bannas. * & ex filiis Iolaman:
Chamas, & Zacharias, & Ierrelus, & Ioddius, & Eri-
28 moth, & Helias. * & ex filiis Zatoim: Eliadas, & Lia-
ſumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias.
29 * & ex filiis Zebes: Ioannes, & Amanias, & Zabdias,
30 & Emeus. * & ex filiis Banni: Olamus, & Maluchus,
31 & Ieddeus, & Iaſub, & Azabus, & Ierimoth. * & ex fi-
liis Addin: Naathus, & Mooſias, & Caleus, & Raanas,
Maaſeas, Mathathias, & Beleel, & Bonnus, & Manaſ-
32 ſes. * & ex filiis Nuae: Noneas, & Aſeas, & Melchias,
& Sameas, & Simon, Beniamin, & Malchus, & Mar-

raſ. * & ex filiis Aſom: Carianeus, Mathathias, & Ban- 33
nus, & Eliphalach, & Manaſſes, & Semei. * & ex filiis 34
Banni: Ieremias, & Moadias, & Abramus, & Iohel, &
Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliaſib, &
Mathaneus, & Eliaſis, & Orizas, & Dielus, & Seme-
dius, & Zambris, & Ioſephus. * & ex filiis Nobei: Ide- 35
lus & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, &
Ieſſei, Baneas. * omnes iſti coniunxerunt ſibi vxores 36
alienigenas, & dimiſerunt eas cum filiis. * Et inhabi- 37
tauerunt ſacerdotes & Leuitæ, & qui erant ex Iſrael, in
Ieruſalem, & in tota vna regione, nouilunio menſis ſe-
ptimi. Et erant filij Iſrael in commorationibus ſuis.
* Et congregata eſt omnis multitudo ſimul in aream, 38
quæ eſt ab oriente portę ſacrę: * & dixerunt Eſdræ 39
pontifici & lectori, vt afferret legem Moyſi, quę tradi-
ta eſt à Domino Deo Iſrael. * Et attulit Eſdras Ponti- 40
fex legem omni multitudini eorum, à viro vſque ad
mulierem, & omnibus ſacerdotibus, audire legem no-
uilunio menſis ſeptimi. * Et legebat in area, quæ eſt 41
ante ſacram portam templi, à prima luce vſq; ad veſpe-
ram, coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes
ſenſum ad legem. * Et ſtetit Eſdras ſacerdos, & lector 42
legis, ſuper ligneum tribunal quod fabricatum erat.
* Et ſteterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, 43
Azarias, Vrias, Ezechias, & Balſamus ad dexteram:
* & ad ſiniſtram Faldeus, Miſael, Malachias, Abuſthas, 44
Sabus, Nabadias, & Zacharias. * Et aſſumpſit Eſdras 45
librum coram omni multitudine: prę ſidebat enim in
gloria in conſpectu omnium. * Et cùm abſoluiſſet le- 46
gem, omnes erecti ſteterunt: & benedixit Eſdras Do-
minum Deum altiſſimum, Deum ſabaoth omnipo-
tentem. * Et reſpondit omnis populus, Amen. Et ele- 47
uatis ſurſum manibus procidentes in terram, adoraue-
48 runt Dominum. * Ieſus, & Banaeus, & Sarebias, &
Iaddinus, & Accubus, & Sabbathęus, & Calthes, &
Azarias, & Ioradus, & Ananias, & Philias Leuitæ.
49 * qui docebant legem Domini, & in multitudine lege-
bant legem Domini, & prę ferebant ſinguli eos, qui in-
50 telligebant lectionem. * Et dixit Atharathes Eſdræ
pontifici & lectori, & Leuitis qui docebant multitu-
51 dinem, * dicens, Dies hic ſanctus eſt Domino. Et
52 omnes flebant, cùm audiſſent legem. * Et dixit Eſ-
dras, Digreſſi ergo manducate pinguiſſima quęque,
& bibite dulciſſima quæque, & mittite munera his
53 qui non habent. * Sanctus enim eſt hic dies Domi-
ni, & nolite mœſti eſſe. Dominus enim clarificabit
54 vos. * Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus,
55 dicentes, Dies hic ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe. * Et
abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, &
dare munera his qui non habebant, vt epularentur.
Magnificè enim ſunt exaltati verbis quibus edocti
56 ſunt. * & congregati ſunt vniuerſi in Ieruſalem cele-
brare lętitiam, ſecundùm teſtamentum Domini Dei
Iſrael.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

8 CONFESSIONEM, ET. Alij, *confeſſione*.
11 INSVBSIDIATI. i. ſub dio.
13 NEGOTII HVIVS. pro, ſuper hoc negotio.
14 SECVNDVM HAEC. i. id munus.
16 SECVNDVM NOMINA. i. nominatim.
16 ISRAEL. i. populo.
37 VNA. pro, illa.
42 TRIBVNAL. i. ſuggeſtum.
43 AD EVM. i. apud eum.
46 ABSOLVISSET. i. explicaret vſque dum abſolueret.
49 MVLTITVDINE. i. populo. ET PRAEFEREBANT, &c. pro, & declarabant ſingulis, vt intelligerent quæ lecta fuerant.
53 CLARIFICABIT. i. claros faciet. Alij, *illuſtrabit*.

LIBER ESDRÆ QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Mittitur Eſdras à Domino multa ingratis Iudæis exhibita beneficia exprobraturus.

LIBER Eſdræ prophetæ ſecun- 1
dus, filij Sarei, filij Azarei, filij
Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sa-
doch, filij Achitob, * filij Achię, 2
filij Phinees, filij Heli, filij Ame-
riæ, filij Aſiel, filij Marimoth,
filij Arna, filij Oziæ, filij Bo-
rith, filij Abiſei, filij Phinees, fi-
lij Eleazar, * filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit ca- 3
ptiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis re-
gis Perſarum. * Et factum eſt verbum Domini ad me, 4
dicens, * Vade, & nuntia pópulo meo facinora ipſo- 5
rum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiſerũt,
vt nuntient filiis filiorum: * quia peccata parentum ip- 6
ſorum in illis creuerunt. Obliti enim mei ſacrificaue-
runt diis alienis. * Nónne ego eduxi eos de terra Æ- 7
gypti de domo ſeruitutis? Ipſi autem irritauerunt me,
& conſilia mea ſpreuerunt. * Tu autem excute comam 8
capitis tui, & proijce omnia mala ſuper illos: quoniam
non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt indiſci-
plinatus. * Vſquequò eos ſuſtinebo, quibus tanta be- 9
neficia contuli? * Reges multos propter eos ſubuer- 10
ti. Pharaonem cum pueris ſuis, & omnem exercitum
eius percuſſi. * Omnes gentes à facie eorum perdidi, 11
& in Oriente prouinciarum duarum populos Tyri &
Sidonis diſſipaui, & omnes aduerſarios eorum in-
terfeci. * Tu verò loquere ad eos, dicens: Hęc dicit Do- 12
minus: * Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & pla- 13
teas vobis initio munitas exhibui. ducem vobis de-
di Moyſen & Aaron ſacerdotem: * lucem vobis per 14
columnam ignis prę ſtiti, & magna mirabilia feci in
15 vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit Dominus. * Hęc
dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in ſigno
fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic murmura-
16 ſtis: * & non triumphaſtis in nomine meo de perdi-
tione inimicorum veſtrorum, ſed adhuc nunc vſque
17 murmuraſtis. * Vbi ſunt beneficia, quæ præſtiti vo-
bis: Nónne in deſerto, cùm eſuriretis, proclamaſtis ad
18 me, * dicentes, Vt quid nos in deſertum iſtud adduxiſti
interficere nos? melius nobis fuerat ſeruire Ægyptiis,
19 quàm mori in deſerto hoc. * Ego dolui gemitus ve-
ſtros, & dedi vobis manna in eſcam. Panem angelo-
20 rum manducaſtis. * Nónne cùm ſitiretis, petram excí-
di, & fluxerunt aquæ in ſaturitate? propter ęſtus foliis
21 arborum vos texi. * Diuiſi vobis terras pingues: Cha-
nanęos, & Pherezæos, & Philiſthęos à facie veſtra pro-
22 ieci: quid faciam vobis adhuc: dicit Dominus? * Hęc
dicit Dominus omnipotens, In deſerto cùm eſſetis in
flumine Amorrhæo ſitientes, & blaſphemantes nomen
23 meum, * non ignem vobis pro blaſphemiis dedi, ſed
24 mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. * Quid
tibi faciam Iacob? Noluiſti obedire Iuda. Transfe-
ram me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt
25 cuſtodiant legitima mea. * Quoniam me dereliquiſtis,
& ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me mi-
26 ſericordiam, non miſerebor. * Quando inuocabitis
me, ego non exaudiam vos. Maculaſtis enim manus
veſtras ſanguine, & pedes veſtri impigri ſunt ad com-
27 mittenda homicidia. * Non quaſi me dereliquiſtis,
28 ſed voſipſos, dicit Dominus. * Hęc dicit Dominus
omnipotens, Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, &
29 vt mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos, * vt eſſetis
mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi
30 in filios, & ego vobis in patrem? * Ita vos collegi, vt

gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modò autem quid
faciam vobis? Proijciam vos à facie mea. * Oblatio- 31
nem cùm mihi attuleritis, auertam faciem meam à vo-
bis. Dies enim feſtos veſtros, & neomenias & circum-
ciſiones repudiaui. * Ego miſi pueros meos prophe- 32
tas ad vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis cor-
pora eorum, quorum ſanguinem exquiram, dicit Do-
minus. * Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus 33
veſtra deſerta eſt: Proijciam vos ſicut ventus ſtipulam,
* & filij procreationem non facient: quoniam manda- 34
tum meum neglexerunt, & quod malum eſt coram
me fecerunt. * Tradam domos veſtras populo venien- 35
ti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna non
oſtendi, facient quæ præcepi. * Prophetas non vide- 36
runt, & memorabuntur iniquitatum eorum. * Teſtor 37
populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cum
lętitia, me non videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu
credentes quæ dixi. * Et nunc frater aſpice, quæ gloria: 38
& vide populum venientem ab Oriente, * quibus da- 39
bo ducatum Abraham, Iſaac, & Iacob, & Oſee, & A-
mos, & Michęæ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionę, * & Na- 40
hum, & Habacuc, Sophonię, Aggæi, Zachariæ, & Ma-
lachiæ, qui & angelus Domini vocatus eſt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LIBER IV. Apocryphus. quamquam citatur in-
terdum à ſanctis Patribus. Vide Ambroſium libro
de Bono mor. cap. 20.
FILIIS FILIORVM. i. nepotibus. 5
PROIICI, &c. q. d. prænuntia multa illis mala 8
euentura.
PVERIS. i. ſeruis. 10
IN ORIENTE pro, in Orientem. 11
PLATEAS . . . MVNITAS i. viam tutam. 13
IN SIGNO. ſ. meæ bonitatis, vel potentiæ. 15
IN NOMINE MEO. i. me confitentes, ſeu in me confidentes. 16
FOLIIS. Apparet fuiſſe ramis vſos in deſerto. 20
AMORRHAEO. pro, *Mara*. i. *amare*. 22
NON QVASI. pro, quamquam non. 27
MEMORABVNTVR, &c. q. d. pœnitebit eos peccatorum ſuorũ. 36
TESTOR. i. annuntio, ſeu prædico. 37

CAPVT II.

Synagoga ſub figura matris reuocatur à malis ſuis ad vitam rectiorem.

HÆc dicit Dominus: Ego eduxi populum iſtum 1
de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros
meos prophetas, quos audire noluerunt, ſed irrita fece-
runt mea conſilia. * Mater quæ eos generauit, dicit il- 2
lis, Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. * Educaui 3
vos cum lętitia, & amiſi vos cum luctu & triſtitia, quo
niam peccaſtis coram Domino Deo veſtro, & quod
malum eſt coram eo feciſtis. * Modò autem quid fa- 4
ciam vobis? ego vidua ſum & derelicta: ite filij, & peti-
te à Domino miſericordiam. * Ego autem te pater 5
teſtem inuoco ſuper matrem filiorum, qui noluerunt
teſtamentum meum ſeruare, * vt des eis confuſionem, 6
& matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum
fiat. * Diſpergantur in gentes nomina eorum, delean- 7
tur à terra: quoniam ſpreuerunt ſacramentum meum.
* Væ tibi Aſſur, qui abſcondis iniquos penes te. Gens 8
mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhę,
* quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cine- 9
rum: ſic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Domi-
nus omnipotens. * Hæc dicit Dominus ad Eſdram, 10
Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieru-
ſalem, quod daturus eram Iſrael. * Et ſumam mihi glo- 11
riam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ prę-
paraueram illis. * Lignum vitæ erit illis in odore vn- 12
guenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur. * Ite, 13
& accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immoren-
tur. Iam paratum eſt vobis regnum: vigilate. * Teſtare 14
cælum & terram. Contriui enim malum, & creaui bo-
num, quia viuo ego, dicit Dominus. * Mater ample- 15
ctere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut colum-
ba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Do-
minus. * Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de 16
monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen
17 meum in Iſrael. * Noli timere mater filiorum: quo-
18 niam te elegi, dicit Dominus. * Mittam tibi adiuto-
rium pueros meos Iſaiam & Ieremiam, ad quorum
conſilium ſanctificaui & paraui tibi arbores duode-
19 cim grauatas varijs fructibus, * & totidem fontes fluen-
tes lac & mel, & montes immenſos ſeptem, habentes
roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos.
20 * Viduam iuſtifica, pupillo iudica, egenti da, orpha-
21 num tuere, nudum veſti, * confractum & debilem cu-
ra, claudum irridere noli, tutare mancum, & cęcum
22 ad viſionem claritatis meæ admitte. * Senem & iuue-
23 nem intra muros tuos ſerua: * mortuos vbi inueneris,
ſignans commenda ſepulchro, & dabo tibi primam
24 ſeſſionem in reſurrectione mea. * Pauſa & quieſce
25 populus meus, quia veniet requies tua. * Nutrix bona
26 nutri filios tuos, confirma pedes eorum. * Seruos quos
tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram
27 de numero tuo. * Noli fatigari. Cùm enim venerit
dies preſſuræ & anguſtiæ, alij plorabunt, & triſtes erũt:
28 tu autem hilaris & copioſa eris. * Zelabunt gentes, &
29 nil aduerſus te poterunt, dicit Dominus. * Manus meæ
30 tegent te, ne filij tui gehennam videant. * Iucundare
mater cum filijs tuis, quia ego te eripiam, dicit Domi-
31 nus. * Filios tuos dormientes memorare, quoniam
ego eos educam de lateribus terræ, & miſericordiam
cum illis faciam: quoniam miſericors ſum, dicit Do-
32 minus omnipotens. * Amplectere natos tuos vſque
dum venio, & præſtem illis miſericordiam: quo-
niam exuberant fontes mei, & gratia mea non defi-
33 ciet. * Ego Eſdras pręceptum accepi à Domino in
monte Oreb, vt irem ad Iſrael: ad quos cùm venirem,
reprobauerunt me, & reſpuerunt mandatum Domini:
34 * Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis, & intelligi-
tis, Expectate paſtorem veſtrum, requiem æternitatis
dabit vobis: quoniam in proximo eſt ille qui in fine
35 ſæculi adueniet. * Parati eſtote ad præmia regni, quia
lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis.
36 * Fugite vmbram ſæculi huius: accipite iucunditatem
gloriæ veſtræ. Ego teſtor palàm ſaluatorem meum.
37 * Commendatum donum accipite & iucundamini,
gratias agentes ei qui vos ad cæleſtia regna vocauit.
38 * Surgite & ſtate & videte numerum ſignatorum in
39 conuiuio Domini. * Qui ſe de vmbra ſæculi tranſtu-
40 lerunt, ſplendidas tunicas à Domino acceperunt. * Re-
cipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos
41 tuos qui legem Domini compleuerunt. * Filiorum
tuorum, quos optabas, plenus eſt numerus. Roga im-
perium Domini, vt ſanctificetur populus tuus qui vo-
42 catus eſt ab initio. * Ego Eſdras vidi in monte Sion
turbam magnam, quam numerare non potui, & om-
43 nes canticis collaudabant Dominum. * Et in medio eo-
rum erat iuuenis ſtatura celſus, eminentior omnibus il-
lis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas, &
magis exaltabatur: Ego autem miraculo tenebar.
44 * Tunc interrogaui angelum, & dixi: Qui ſunt hi, Do-
45 mine? * Qui reſpondens dixit mihi: Hi ſunt qui mor-
talem tunicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſe-
runt, & confeſſi ſunt nomen Dei: Modò coronantur,
46 & accipiunt palmas. * Et dixi angelo: Ille iuuenis, quis
eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tra-
47 dit? * Et reſpondens dixit mihi: Ipſe eſt filius Dei,
quem in ſæculo confeſſi ſunt: ego autem magnificare
eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini ſteterunt.
48 * Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo
meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidiſti.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

9 PICEIS. i. bituminis, quod pici ſimile eſt.
11 SVMAM MIHI, &c. q. d. glorificabor in eis.
12 IN ODORE VNGVENTI. i. redolens vnguentum.
13 DIES PAVCOS, VT IMMORENTVR. i. vt dies, qui in mora
ſunt, pauci fiant. q. d. ne diu tantum bonum differatur.
15 COLVMBA. pro, columna.
26 TVO. Alij tuorum.
41 IMPERIVM DOMINI. pro, omnipotentem Dominum.
43 MAGIS EXALTABATVR. i. erat ceteris excelſior.

CAPVT III.

In omnibus Adæ poſteris, & maximè in Gentibus infidelibus, abundat malitia.

ANno trigeſimo ruinæ ciuitatis, eram in Babylo- 1
ne, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo re-
cumbens, & cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor
meum: * quoniam vidi deſertionem Sion, & abun- 2
dantiam eorum qui habitabant in Babylone. * & venti- 3
latus eſt ſpiritus meus valdè, & cœpi loqui ad Altiſſi-
mum verba timorata, * & dixi: O dominator Domine 4
tu dixiſti ab initio, quando plantaſti terram, & hoc ſo-
lus, & imperaſti populo, * & dediſti Adam corpus 5
mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum tuarum
erat, & inſufflaſti in eum ſpiritum vitę, & factus eſt vi-
uens coram te: * & induxiſti eum in paradiſo, quem 6
plantauerat dextera tua, antequam terra aduentaret.
* Et huic mandaſti diligere viam tuam, & præteriuit 7
eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortem, & in nationibus
eius, & natæ ſunt gentes, & tribus, & populi, & cogna-
tiones, quarum non eſt numerus. * Et ambulauit vna- 8
quæque gens in voluntate ſua, & mira agebant coram
te, & ſpernebant pręcepta tua. * Iterùm autem in tem- 9
pore induxiſti diluuium ſuper inhabitantes ſæculum,
& perdidiſti eos. * Et factum eſt in vnoquoque eo- 10
rum, ſicut Adæ mori, ſic his diluuium. * Dereliquiſti 11
autem vnum ex his Noë cum domo ſua, & ex eo iuſti
omnes. * Et factum eſt cùm cœpiſſent multiplicari, 12
qui habitabant ſuper terram, & multiplicauerunt filios
& populos & gentes multas: & cœperunt iteratò im-
pietatem facere plus quàm priores. * Et factum eſt 13
cùm iniquitatem facerent coram te, elegiſti tibi virum
ex his, cui nomen erat Abraham. * Et dilexiſti eum, 14
& demonſtraſti ei ſoli voluntatem tuam: * & diſpoſui- 15
ſti ei teſtamentum ęternum, & dixiſti ei vt non vnquã
derelinqueres ſemen eius. Et dediſti ei Iſaac, & Iſaac
dediſti Iacob & Eſau. * Et ſegregaſti tibi Iacob, Eſau 16
autem ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine
magna. * Et factum eſt cùm educeres ſemen eius ex 17
Ægypto, adduxiſti ſuper montem Sina. * Et inclinaſti 18
cęlos, & ſtatuiſti terram, & commouiſti orbem, & tre-
mere feciſti abyſſos, & conturbaſti ſæculum, * & trãſiit 19
gloria tua portas quattuor, ignis, & terræmotus, & ſpi-
ritus, & gelu, vt dares ſemini Iacob legem, & genera-
tioni Iſrael diligentiam. * Et non abſtuliſti ab eis cor 20
malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. * Cor enim 21
malignum baiulans primus Adam, tranſgreſſus & vi-
ctus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. * Et facta eſt 22
permanens infirmitas, & lex cum corde populi, cum
malignitate radicis: & diſceſſit quod bonum eſt, &
manſit malignum. * Et tranſierunt tempora, & finiti 23
ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruum nomine Dauid, * & 24
dixiſti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi
in eadem thus & oblationes. * Et factum eſt hoc annis 25
multis, & deliquerunt qui habitabant ciuitatem, * in 26
omnibus facientes ſicut fecit Adam, & omnes genera-
tiones eius. vtebantur enim & ipſi corde maligno. * Et 27
tradidiſti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuo-
rum. * Numquid meliora faciunt, qui habitant Baby- 28
lonem? Et propter hoc dominabitur Sion? * Factum 29
eſt cùm veniſſem huc, & vidiſſem impietates, quarum
non eſt numerus: & delinquentes multos vidit anima
mea hoc trigeſimo anno, & exceſſit cor meum: * quo- 30
niam vidi quomodo ſuſtines eos peccantes, & peper-
ciſti impiè agentibus, & perdidiſti populum tuum, &
conſeruaſti inimicos tuos, & non ſignificaſti. * Nihil 31
memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Num-
quid meliora facit Babylon quàm Sion? * aut alia gens 32
cognouit te præter Iſrael: aut quæ tribus crediderunt
teſtamentis tuis, ſicut Iacob? * Quarum merces non 33
comparuit, neq; labor fructificauit. Pertranſiens enim
pertranſiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non
memorantes mandatorum tuorum. * Nunc ergo pon- 34
dera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habi-
tant in ſæculo: & non inuenietur nomen tuum, niſi in
Iſrael. * Aut quando non peccauerũt in conſpectu tuo, 35
qui habitant terram? aut quæ gens ſic obſeruauit man-
36 data tua? * Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe
mandata tua, gentes autem non inuenies.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

3 VENTILATVS. i. agitatus.
4 DIXISTI. ſ. vt fieret mundus, vel præcepiſti Adamo. ſ. quid facere deberet.
5 MORTVVM. i. non ſum animatum.
6 ADVENTARET. ſ. culta, vel habitata.
7 INSTITVISTI. pro, induxiſti.
18 TERRAM. pro, te in terra. q.d. demonſtraſti te ſuper terram, dando legem.
19 PORTAS pro, velut per portas. SPIRITVS. i. venti.
22 ET LEX. i. velut lex quædam.
24 NOMINIS TVI. i. vbi inuocaretur nomen tuum.
28 DOMINABITVR. ſ. Babylon.
30 SIGNIFICASTI. ſ. cauſam.
31 MEMINI. pro, venit in mentem. DERELINQVI. ſ. declarata ratio huius rei.

CAPVT IV.

Retunditur curioſi ſcrutatoris præſumptio, adductis varius ſimilitudinibus.

1 ET reſpondit ad me angelus, qui miſſus eſt ad me,
2 cui nomen Vriel, * & dixit mihi, Excedens ex-
ceſſit cor tuum in ſęculo hoc, & comprehendere cogi-
3 tas viam Altiſſimi. * Et dixi: Ita Domine meus. Et re-
ſpondit mihi, & dixit: Tres vias miſſus ſum oſtendere
4 tibi, & tres ſimilitudines proponere coram te. * de qui-
bus mihi ſi renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi de
monſtrabo viam, quam deſideras videre, & docebo te,
5 vnde ſit cor malignum. * Et dixi: Loquere Domine
meus. Et dixit ad me: Vade pondera mihi ignis pon-
dus, aut menſura mihi flatum venti, aut reuoca mihi
6 diem quæ præteriit. * Et reſpondi, & dixi: Quis nato-
7 rum poterit facere, vt me interroges de his? * Et dixit
ad me: Si eſſem interrogans te, dicens: Quantæ habi-
tationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in
principio abyſſi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamẽ-
8 tum, aut qui ſunt exitus paradiſi: * diceres mihi for-
taſſis, in abyſſum non deſcendi, neque in infernum ad-
9 huc, neque in cælum vnquam aſcendi. * nunc autem
non interrogaui te, niſi de igne, & vento, & die, per
quem tranſiſti, & à quibus ſeparari non potes: & non
10 reſpondiſti mihi de eis. * Et dixit mihi: Tu quæ tua
11 ſunt tecum coadoleſcentia, non potes cognoſcere: * &
quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam, &
iam exterius corrupto ſæculo intelligere corruptionem
12 euidentem in facie mea? * Et dixi illi: Melius erat nos
non eſſe, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus,
13 & pati, & non intelligere de qua re. * Et reſpondit ad
me, & dixit: Proficiſcens profectus ſum ad ſiluam
14 lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem. * &
dixerunt: Venite & eamus, & faciamus ad mare bel-
lum, vt recedat coràm nobis, & faciamus nobis alias
15 ſiluas. * Et ſimiliter fluctus maris & ipſi cogitauerunt
cogitationem, & dixerunt: Venite aſcendentes, debel-
lemus ſiluas campi, vt & ibi conſummemus nobiſ-
16 metipſis aliam regionem. * Et factus eſt cogitatus ſil-
uæ in vanum: venit enim ignis, & conſumpſit eam.
17 * Similiter & cogitatus fluctuum maris: ſtetit enim a-
18 rena, & prohibuit eos. * Si enim eſſes iudex horum,
19 quem inciperes iuſtificare, aut quem condemnare? * Et
reſpondi, & dixi: Vtique vanam cogitationem cogita-
uerunt. terra enim data eſt ſiluæ, & maris locus porta-
20 re fluctus ſuos. * Et reſpondit ad me, & dixit: Benè tu
21 iudicaſti, & quare non iudicaſti tibimetipſi? * Quem-
admodum enim terra ſiluæ data eſt, & mare fluctibus
ſuis: ſic qui ſuper terram inhabitant, quę ſunt ſuper
terram intelligere ſolummodò poſſunt: & qui ſuper
22 cęlos, quæ ſuper altitudinem cælorum. * Et reſpondi,
& dixi: Deprecor te Domine, vt mihi detur ſenſus in-
23 telligendi. * non enim volui interrogare de ſuperiori-
bus tuis, ſed de his quæ pertranſeunt per nos quotidie.
propter quid Iſrael datus in opprobrium gentibus?
quem dilexiſti populum datus eſt tribubus impiis, &
lex patrum noſtrorum in interitum deducta eſt, & diſ-
24 poſitiones ſcriptæ nuſquam ſunt: * & pertranſiuimus

de ſęculo, vt locuſtæ, & vita noſtra ſtupor & pauor, &
nec digni ſumus miſericordiam cõſequi.* Sed quid fa- 25
ciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſuper nos? & de
his interrogaui. * Et reſpondit ad me, & dixit: Si fue- 26
ris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis: quo-
niam feſtinans feſtinat ſęculum pertranſire, * & non ca- 27
pit portare quæ in futuris temporibus iuſtis repromiſſa
ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſæculum hoc &
infirmitatibus. * De quibus autem interrogas, dicam: 28
ſeminatum enim eſt malum, & necdum venit deſtru-
ctio ipſius. * Si ergo non inuerſum fuerit quod ſemi- 29
natum eſt, & diſceſſerit locus vbi ſeminatum eſt ma-
lum, non veniet vbi ſeminatum eſt bonum. * Quoniam 30
gramen ſeminis mali ſeminatum eſt in corde Adam ab
initio: & quantum impietatis generauit vſque nunc, &
generat vſque cùm veniat area? * Æſtima autem apud 31
te gramen mali ſeminis, quantum fructum impietatis
generauit: * quando ſecatæ fuerint ſpicæ, quarum non 32
eſt numerus, quàm magnam aream incipient facere?
* Et reſpondi, & dixi: Quomodo, & quando hæc? Qua 33
re modici & mali anni noſtri? * Et reſpondit ad me, & 34
dixit mihi: Non feſtines tu ſuper Altiſſimum. Tu
enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nam exceſſus
tuus multus. * Nónne de his interrogauerunt animæ 35
iuſtorum in promptuariis ſuis, dicentes, Vſquequò ſpe-
ro ſic? & quando veniet fructus areę mercedis noſtræ?
* Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: 36
Quando impletus fuerit numerus ſeminum in vobis,
quoniam in ſtatera ponderauit ſæculum, * & menſura 37
menſurauit tempora, & numero numerauit tempora,
& non commouit nec excitauit vſquedum impleatur
prædicta menſura. * Et reſpondi, & dixi: O domina- 38
tor Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate.
* Et ne fortè propter nos nõ impleantur iuſtorum areę, 39
propter peccata inhabitantium ſuper terram. * Et re- 40
ſpondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnãtem,
ſi quando impleuerit nouem menſes ſuos, adhuc pote-
rit matrix eius retinere partum in ſemetipſa? * Et dixi, 41
Non poteſt Domine. Et dixit ad me, In inferno prom-
ptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt. * Quemad- 42
modum enim illa feſtinat quæ parit effugere neceſſita-
tem partus: ſic & hęc feſtinat reddere ea quę commen-
data ſunt. * Ab initio tibi demonſtrabitur de his quæ 43
concupiſcis videre. * Et reſpondi, & dixi: Si inueni 44
gratiam ante oculos tuos, & ſi poſſibile eſt, & ſi idoneus
ſum, * demonſtra mihi, ſi pluſquam præteritum ſit ha 45
bet venire, aut plura pertranſierunt ſuprà quàm futu-
rum eſt. * Quid pertranſiuit, ſcio: quid autem futu- 46
rum ſit, ignoro. * Et dixit ad me: Sta ſuper dexteram 47
partem, & demonſtrabo tibi interpretationem ſimili-
tudinis. * Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens trãſiit 48
coram me. & factum eſt, cùm tranſiret flamma, vidi,
& ecce ſuperauit fumus. * Poſt hæc tranſiit coram me 49
nubes plena aquæ, & immiſit pluuiam impetu mul-
tam: & cùm tranſiiſſet impetus pluuiæ, ſuperauerunt
in ea guttæ. * Et dixit ad me: Cogita tibi: ſicut creſcit 50
pluuia ampliùs quàm guttæ, & ignis quàm fumus: ſic
ſuperabundauit quæ tranſiuit menſura. Superaue-
runt autem guttæ, & fumus: * & oraui, & dixi, Putas 51
viuo vſque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?
* Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis, de quibus me in- 52
terrogas, ex parte poſſum tibi dicere: de vita autem tua
non ſum miſſus dicere tibi, ſed neſcio.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

VT ME INTERROGES. pro, quod me interrogas. 6
VENAS. ſ. aquarum. FIRMAMENTVM. i. cælum. ſ. aërem, 7
vnde pluuia. EXITVS. i. termini.
IN FACIE. i. in confpectu. 11
DE QVA RE. i. quam ob rem. 12
DISPOSITIONES. i. ſitus. NVSQVAM SVNT. q.d. non ob- 23
ſeruantur.
VT LOCVSTAE. ſ. huc illuc volantes, ſic in ſæculo verſamur. 24
INVERSVM. i. euerſum. DISCESSERIT. ſ. abolitione. 29
GRAMEN. Alij, granum. 30
QVOMODO. Alij, quo. MALI. i. miſeri. 33
ALTISSIMVM. q.d. intelligere pluſquã Deus vult de rebus ſuis. 34
PROMPTVARIIS. i. penetralibus, i. cordium. 35
PONDERAVIT. ſ. Deus. 36
37 EXCITAVIT. ſ. aliud noui.
42 EFFVGERE. ſ. pariendo.
47 SVPER. i. ad. SIMILITVDINIS. i. per ſimilitudinem.
48 SVPERAVIT. i. ſuperfuit, ſeu ſubſecutus eſt. ſic inf.
50 CRESCIT PLVVIA. ſ. temporis duratione. SVPERAVE-
RVNT. pro, ſuperfuerunt. ſ. breui tempore.

CAPVT V.

Varia ſigna de futuris rebus Eſdra per Angelum oſtenduntur pro captiuorum ſpe ac conſolatione.

1 DE ſignis autem: ecce dies venient, in quibus ap-
prehendentur qui inhabitant terram in cenſu
multo: & abſcondetur veritatis via, & ſterilis erit à fi-
2 de regio: * & multiplicabitur iniuſtitia ſuper hanc
3 quam ipſe tu vides, & ſuper quam audiſti olim: * &
erit impoſito veſtigio quam nunc vides regnare regio-
4 nem, & videbunt eam deſertam. * Si autem tibi dede-
rit Altiſſimus viuere, videbis poſt tertiam tubam, & re-
5 luceſcet ſubitò ſol noctu, & luna ter in die, * & de ligno
ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuam, & populi
6 commouebuntur. * & regnabit, quem non ſperant qui
inhabitant ſuper terram, & volatilia commigrationem
7 facient: * & mare Sodomiticum piſces reijciet, & dabit
vocem noctu, quam non nouerant multi. omnes au-
8 tem audient vocem eius, * & chaos fiet per loca mul-
ta, & ignis frequenter remittetur, & beſtiæ agreſtes
tranſmigrabunt, & mulieres menſtruatæ parient mon-
9 ſtra, * & in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur, & amici
omnes ſemetipſos expugnabunt: & abſcondetur tunc
ſenſus, & intellectus ſeparabitur in promptuarium
10 ſuum: * & quæretur à multis, & nõ inuenietur: & mul-
tiplicabitur iniuſtitia, & incontinentia ſuper terram.
11 * Et interrogabit regio proximam ſuam, & dicet, Num-
quid per te pertranſiit iuſtitia iuſtum faciens? Et hoc
12 negabit. * Et erit in illo tempore, & ſperabunt homi-
nes, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigen-
13 tur viæ eorum. * Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt
mihi: & ſi oraueris iterùm & plorraueris, ſicut & nunc,
& ieiunaueris ſeptem diebus, audies iteratò horum
14 maiora. * Et euigilaui, & corpus meum horruit valdè:
15 & anima mea laborauit, vt deficeret: * & tenuit me
qui venit angelus, qui loquebatur in me, & conforta-
16 uit me, & ſtatuit me ſuper pedes. * Et factum eſt in no-
cte ſecunda, & venit ad me Salathiel dux populi. &
17 dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus triſtis? * An
neſcis, quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione trã-
18 migrationis eorum? * Exurge ergo, & guſta panem, &
non derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuum in ma-
19 nibus luporum malignorum. * Et dixi ei, Vade à me,
& non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & receſſit
20 à me. * Et ego ieiunaui diebus ſeptem vlulans & plo-
21 rans, ſicut mihi mandauit Vriel Angelus. * Et factum
eſt poſt dies ſeptem, & iterùm cogitationes cordis
22 mei moleſtæ erant mihi valdè, * & reſumpſit anima
mea ſpiritum intellectus: & iterùm cœpi loqui coram
23 Altiſſimo ſermones, * & dixi, Dominator Domine,
ex omni ſilua terræ, & omnibus arboribus eius, elegiſti
24 vineam vnicam: * & ex omni terra orbis, elegiſti tibi
foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegiſti
25 tibi lilium vnum: * & ex omnibus abyſſis maris, re-
pleſti tibi riuum vnum: & ex omnibus ędificatis ciui-
26 tatibus, ſanctificaſti tibimetipſi Sion: * & ex omnibus
creatis volatilibus, nominaſti tibi columbam vnam: &
ex omnibus plaſmatis pecoribus, prouidiſti tibi ouem
27 vnam: * & ex omnibus multiplicatis populis, acquiſi-
uiſti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam le-
28 gem, donaſti huic quem deſideraſti populo. * Et nunc
Domine, vt quid tradidiſti vnum pluribus? Et præpa-
raſti ſuper vnam radicem alias, & diſperdidiſti vni-
29 cum tuum in multis: * & conculcauerunt eum, qui
contradicebant ſponſionibus tuis, quique tuis teſta-
30 mentis non credebant. * Et ſi odiens odiſti populum
31 tuum, tuis manibus debet caſtigari. * Et factum eſt,
cùm locutus eſſem ſermones, & miſſus eſt angelus ad
32 me, qui antè venerat ad me præterita nocte, * & dixit
mihi, Audi me, & inſtruam te: & intende mihi, &
33 adijciam coram te. * Et dixi, Loquere Domine meus.

Et

Et dixit ad me, Valdè tu in exceſſu mentis factus es pro
Iſrael: an plus dilexiſti eum, quàm qui eú fecit? *Et dixi 34
ad eú, Non Domine, ſed dolens locutus ſum. Torquét
enim me renes mei per omnem horam, quærentem ap-
prehendere ſemitam Altiſſimi, & inueſtigare partẽ iu-
dicij eius. *Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare 35
Domine? ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix
matris meę mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem
Iacob, & defatigationem generis Iſrael? *Et dixit ad me, 36
Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi
diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores, *& aperi 37
mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis
flatus; demonſtra mihi vocis imaginem: & tunc oſten-
dam tibi laborẽ quem rogas videre. *Et dixi, Domina- 38
tor Domine, quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire, niſi qui
cum hominibus habitationem non habet? *Ego autem 39
inſipiens: & quomodo potero dicere de his quibus me
interrogaſti? *Et dixit ad me, Quomodo nó potes face- 40
re vnum de his quæ dicta ſunt: ſic non poteris inuenire
iudicium meum, aut in fine charitatem quam populo
promiſi. *Et dixi, Sed ecce Domine tu propè es his qui 41
in finem ſunt: & quid facient qui ante me fuerunt, aut
nos, aut hi qui poſt nos? *Et dixit ad me, Coronæ aſſi- 42
milabo iudicium meú. Sicut non nouiſsimorum tardi-
tas, ſic nec priorum velocitas. *Et reſpondi, & dixi, Nec 43
poteras facere eos qui facti ſunt, & qui ſunt, & qui fu-
turi ſunt, in vnum, vt celeriùs iudicium tuum oſtẽdas?
*Et reſpondit ad me, & dixit, Non poteſt feſtinare crea- 44
tura ſuper creatorem; nec ſuſtinere ſæculum eos qui in
eo creandi ſunt, in vnum. *Et dixi, Quo modo dixiſti 45
ſeruo tuo, quoniam viuificans viuificaſti à te creatam
creaturam in vnú, & ſuſtinebat creatura, poterit & núc
portare præſentes in vnum. *Et dixit ad me, Interroga 46
matricẽ mulieris, & dices ad eam, Et ſi paris, quare per
tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. *Et di- 47
xi, Non vtique poterit: ſed ſecundùm tempus. *Et dixit 48
ad me, & ego dedi matricem terrę his qui ſeminati ſunt
ſuper eam per tempus. *Quemadmodum enim infans 49
nō parit ea, quæ ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui à me crea-
tum ſęculum. *Et interrogaui, & dixi, Cùm iam dede- 50
ris mihi viam, loquar corá te: nam mater noſtra, de qua
dixiſti mihi, adhuc iuuenis eſt: iam ſenectuti appro-
pinquat. *Et reſpondit ad me, & dixit, Interroga eá quæ 51
parit, & dicet tibi. *Dices enim ei, Quare quos peperi- 52
ſti, nunc non ſunt ſimiles his qui ante te, ſed minores
ſtatura? *Et dicet tibi & ipſa, Alij ſunt qui in iuuentute 53
virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tempore ſenectutis de-
ficiente matrice ſunt nati. *Conſidera ergo & tu quo- 54
niam minori ſtatura eſtis præ his qui ante vos: *& qui 55
poſt vos, minori quàm vos, quaſi iam ſeneſcentes crea-
turæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi,
Rogo Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, de-
monſtra ſeruo tuo, per quem viſites creaturam tuam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SIGNIS. i. prædictionibus. CENSV. i. diuitiis. q. d. fallentur ob diuitias. 1

IMPOSITO VESTIGIO. ſ. hominum. q. d. habitatam. 3

CHAOS. ſ. dehiſcente terra. REMITTETVR. pro, emittetur. 8

SEMETIPSOS. pro, ſe inuicem. PROMPTVARIVM. q. d. in loca abdita. 9

DIRIGENTVR i. proſperabuntur. 12

PLASMATIS i. formatis. 26

QVI IN FINEM i. vltimis. q. d. tibi etiam vltima propinquiſſima ſunt & præſentiſſima. 41

CORONAE i. circulo. VELOCITAS q. d. ſuo ordine cuncta procedunt, ſuoque tempore fiunt quæque. 42

NEC. pro, nonne. IN VNVM. i. ſimul. 43

SVPER CREATOREM i. plus quàm creator vult. 44

SVSTINEBAT. i. conſiſtebat. ſ. tota ſimul in mundo, cùm primùm crearetur. CREATVRA. i. mundus. 45

IVVENIS EST. pro iuuenem eſſe. 50

VISITES. i. adminiſtres. 55

CAPVT VI.

Deus omnia nouit antequam fiant, & omnia creauit propter hominem, omniúmque fines conſiderat.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis & antequam ſta- 1
rent exitus ſæculi, & antequam ſpirarent conuen-
tiones ventorum, *& antequam ſonarent voces toni- 2
truum, & antequam ſplenderent nitores coruſcationũ,
& antequam confirmarentur fundamenta paradiſi;
3 *& antequam viderentur decori flores, & antequam
confirmarentur motæ virtutes, & antequam collige-
4 rentur innumerabiles militiæ angelorum; *& ante-
quam extollerentur altitudines aëris, & antequam no-
minarentur menſuræ firmamentorum, & antequam
5 æſtuarent camini in Sion, *& antequam inueſtiga-
rentur præſentes anni, & antequam abalienarentur
eorum qui nunc peccant adinuentiones, & conſignati
6 eſſent qui fidem theſaurizauerunt: *tunc cogitaui;
& facta ſunt per me ſolum, & non per alium: & finis
7 per me, & non per alium. *Et reſpondi, & dixi, Quæ
erit ſeparatio temporum? aut quando prioris finis, &
8 ſequentis initium? *Et dixit ad me, Ab Abraham vſ-
que ad Iſaac, quando nati ſunt ab eo Iacob & Eſau,
9 manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau: *fi-
nis enim huius ſæculi Eſau, & principium ſequentis
10 Iacob. *Hominis manus inter calcaneum & manum.
11 Aliud noli quęrere Eſdra. *Et reſpondi, & dixi, O
Dominator Domine; ſi inueni gratiam ante oculos
12 tuos, *oro vt demonſtres ſeruo tuo finem ſignorum
tuorum, quorum partem mihi demonſtraſti nocte
13 præcedenti. *Et reſpondit, & dixit ad me; Surge ſu-
per pedes tuos, & audi vocem pleniſſimam ſonitus.
14 *Et erit ſicut commotio, nec commouebitur locus, in
15 quo ſtes ſuper eum. *Ideò cùm loquitur, tu non ex-
paueas, quoniam de fine verbum & fundamentum
16 terræ intelligitur, *quoniam de ipſis ſermo tremiſcit
& commouetur, ſcit enim quoniam finem eorum o-
17 portet commutari. *Et factum eſt, cùm audiſſem, ſur-
rexi ſuper pedes meos, & audiui: & ecce vox loquens,
18 & ſonus eius ſicut ſonus aquarum multarum, *& di-
xit, Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare
19 incipiam; vt viſitem habitantes in terra: *& quando
inquirere incipiam ab eis qui iniuſtè nocuerunt in-
iuſtitia ſua, & quando ſuppleta fuerit humilitas Sion.
20 *& cùm ſuperſignabitur ſæculum quod incipiet per-
tranſire, hęc ſigna faciam, Libri aperientur ante fa-
21 ciem firmamenti, & omnes videbunt ſimul, *& anni-
culi infantes loquentur vocibus ſuis, & prægnantes
immaturos parient infantes trium & quattuor men-
22 ſium, & viuent, & ſuſcitabuntur. *Et ſubitò appare-
bunt ſeminata loca non ſeminata, & plena promptua-
23 ria ſubitò inuenientur vacua: *& tuba canet cum ſo-
no; quam cùm omnes audierint, ſubitò expaueſcent.
24 *Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt
inimici, & expaueſcet terra cum his: & venæ fontium
25 ſtabunt, & non decurrent in horis tribus: *& erit, om-
nis qui derelictus fuerit ex omnibus iſtis quibus prę-
dixi tibi, ipſe ſaluabitur, & videbit ſalutare meum, &
26 finem ſæculi veſtri. *Et videbunt qui recepti ſunt ho-
mines, qui mortem non guſtauerunt à natiuitate ſua,
& mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in
27 ſenſum alium. *Delebitur enim malum, & extingue-
28 tur dolus. *Florebit autem fides, & vincetur corru-
ptela, & oſtendetur veritas quæ ſine fructu fuit diebus
29 tantis. *Et factum eſt, cùm loqueretur mihi, & ecce
30 paullatim intuebar ſuper eum ante quem ſtabam, *&
dixit ad me hęc, Veni tibi oſtendere tempus venturæ
31 noctis. *Si ergo iterùm rogaueris, & iterùm ieiuna-
ueris ſeptem diebus, iterùm tibi renuntiabo horum
32 maiora per diem quàm audiui. *Audita eſt enim vox
tua apud Altiſſimum. Vidit enim fortis directionem
tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua
33 habuiſti: *& propter hoc miſit me demonſtrare tibi
34 hęc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, *&
noli feſtinare cum prioribus temporibus cogitare va-
35 na, & non properes à nouiſſimis temporibus. *Et fa-
ctum eſt poſt hæc, & fleui iterùm: & ſimiliter ieiunaui
ſeptem diebus, vt ſuppleam tres hebdomadas, quæ
36 dicta ſunt mihi. *Et factum eſt in octaua nocte, & cor
meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram
37 Altiſſimo. *Inflammabatur enim ſpiritus meus valdè,
38 & anima mea anxiabatur. *Et dixi, O Domine, lo-
quens locutus es ab initio creaturæ, in primo die di-
cens, Fiat cælum & terra: & tuum verbum opus per-

fectum. * Et erat tunc ſpiritus, & tenebræ circũferebantur, 39
& ſilentium, ſonus vocis hominis nondum erat abs
te. * Tunc dixiſti de theſauris tuis proferri lumen lu- 40
minoſum, quò appareret opus tuum. * Et die ſecundo 41
creaſti ſpiritum firmamenti, & imperaſti ei vt diuideret
& diuiſionem faceret inter aquas, vt pars quædam ſur-
ſum recederet, pars verò deorſum maneret. * Et tertia 42
die imperaſti aquis congregari in ſeptima parte terræ:
ſex verò partes ſiccaſti & conſeruaſti, vt ex his ſint corã
te miniſtrãtia ſeminata à Deo, & culta. * Verbum enim 43
tuum proceſſit, & opus ſtatim fiebat. * Proceſſit enim 44
ſubitò fructus multitudinis immenſus, & concupiſcẽ-
tiæ guſtus multiformes, & flores colore immutabili, &
odores odoramenti inueſtigabilis, & die tertia hęc fa
cta ſunt. * Quarta autem die imperaſti fieri ſolis ſplen- 45
dorem, lunę lumen, ſtellarum diſpoſitionem: * & impe- 46
raſti eis, vt deſeruirẽt futuro plaſmato homini. * Quin- 47
to autem die dixiſti ſeptimæ parti, vbi erat aqua cõgre-
gata, vt procrearet animalia, & volatilia, & piſces: & ita
fiebat. * aqua muta, & ſine anima, quæ Dei nutu iube- 48
bantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua natio-
nes enarrent. * Et tunc conſeruaſti tuas animas: nomen 49
vni vocaſti Henoch, & nomen ſecundæ vocaſti Leuia-
than, * & ſeparaſti ea ab alterutro. Non enim poterat ſe- 50
ptima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. * Et de- 51
diſti Henoch vnam partem, quę ſiccata eſt tertio die, vt
habitet in ea vbi ſunt montes mille. * Leuiathan autem 52
dediſti ſeptimam partem humidam, & ſeruaſti eam, vt
fiat in deuorationem quibus vis, & quando vis. * Sexto 53
autem die imperaſti terræ, vt crearet coram te iumenta,
& beſtias, & reptilia: * & ſuper his Adam, quem conſti- 54
tuiſti ducem ſuper omnibus factis quæ feciſti, & ex eo
educimur nos omnes, quemq; elegiſti populum. * Hęc 55
autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos
creaſti ſæculum. * Reſiduas autem gentes ab Adam na 56
tas dixiſti eas nil eſſe, & quoniam ſalinæ aſſimilatæ
ſunt, & quaſi ſtillicidium de vaſe ſimilaſti abundan
tiam eorum. * Et nunc Domine, ecce iſtæ gentes quæ in 57
nihilum deputatæ ſunt, cœperunt dominari noſtri, &
deuorare: * nos autem populus tuus, quem vocaſti pri- 58
mogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi
ſumus in manibus eorum: * & ſi propter nos creatum 59
eſt ſæculum, quare non hereditatem poſſidemus cum
ſæculo? Viquequò hæc?

EMANVELIS SA NOTATIONES.

EXITVS. i. termini. CONVENTIONES. i. concurſus. 1
MOTAE. pro, mobiles. 3
FIRMAMENTORVM. i. cælorum.
ABALIENARENTVR. ſ. à Deo.
PACTA. i. diſpoſita. ſ. ſæcula. 6
SIGNORVM. i. prædictionum. 11
TREMISCIT. pro, ideò tremiſcit.
SVPPLETA. pro, impleta. 15
QVAM AVDIVI pro, quã audiuero. 31
CVM PRIORIBVS. pro, de prioribus. A NOVISSIMIS. pro, de nouiſſimis. ſ. eſſe ſolicitus. 4
SVPPLEAM. pro, complerem. 15
CIRCVMFEREBANTVR. pro, circumfuſæ erant. 39
SPIRITVM. i. vim. 41
VNIGENITVM. pro, & vnigenitum. AEMVLATOREM. i. imitatorem. 58
CVM SAECVLO. pro, in ſæculo. 59

CAPVT VII.

Abſque tribulationibus non peruenitur ad immortalem vitam: & nunc quidem proſunt orationes iuſtorum, poſt extremum autem iudicium nihil immutabitur. Variis vitiis ſubijciunt ſe homines, ſed Dominus eſt miſericors.

ET factum eſt, cùm finiſſem loqui verba hęc, miſſus 1
eſt ad me angelus qui miſſus fuerat ad me primis
noctibus, * & dixit ad me, Surge Eſdra, & audi ſermo 2
nes quos veni loqui ad te. * Et dixi, Loquere Deus 3
meus. Et dixit ad me, Mare poſitum eſt in ſpatioſo lo-
co, vt eſſet altum & immenſum: * erit autem ei introi- 4
tus in anguſto loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibus
* Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre 5
eum, vel dominari eius: ſi non tranſierit anguſtum, in
latitudinem quomodo venire poterit? * Item aliud, Ci- 6
uitas eſt ædificata, & poſita in loco campeſtri: eſt au-
7 tem plena omnium bonorum. * Introitus eius an-
guſtus & in præcipiti poſitus, vt eſſet à dextris qui-
8 dem ignis, à ſiniſtris aqua alta: * ſemita autem eſt vna
ſola inter eos poſita, hoc eſt, inter ignem & aquam,
vt non capiat ſemita, niſi ſolummodo veſtigium ho-
9 minis. * Si autem dabitur ciuitas homini in heredi-
tatem, ſi numquam antepoſitum periculum per-
10 tranſierit, quomodo accipiet hereditatem ſuam? * Et
dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic eſt & Iſrael
11 pars. * Propter eos enim feci ſæculum, & quando
tranſgreſſus eſt Adam conſtitutiones meas, iudica-
12 tum eſt quod factum eſt. * Et facti ſunt introitus
huius ſæculi anguſti, & dolentes, & laborioſi: pauci
autem & mali, & periculorum pleni: & labore ma-
13 gnopere fulti. * nam maioris ſæculi introitus ſpatio-
14 ſi & ſecuri, & facientes immortalitatis fructum. * Si
ergo ingredientes non fuerunt ingreſſi qui viuunt,
anguſta & vana hæc: non poterunt recipere quæ ſunt
15 repoſita. * Nunc ergo quare tu conturbaris, cùm ſis
corruptibilis? & quid moueris tu, cùm ſis mortalis?
16 * Et quare non accepiſti in corde tuo quod eſt futu-
17 rum, ſed quod in præſenti? * Reſpondi & dixi, Domi-
nator Domine, ecce diſpoſuiſti lege tua, quoniam
18 iuſti hereditabunt hæc, impij autem peribunt. * Iuſti
autem ferent anguſta, ſperantes ſpatioſa. qui enim im-
piè geſſerunt, & anguſta paſſi ſunt, & ſpatioſa non
19 videbunt. * Et dixit ad me, Non eſt iudex ſuper Deum,
20 neque intelligens ſuper Altiſſimum. * Pereunt enim
multi præſentes, quia negligitur quæ antepoſita eſt
21 Dei lex. * Mandans enim mandauit Deus venienti-
bus, quando venerunt, quid facientes viuerent, &
22 quid obſeruantes non punirentur. * Hi autem non
ſunt perſuaſi, & contradixerunt ei, & conſtituerunt
23 ſibi cogitamen vanitatis, * & propoſuerunt ſibi cir
cumuentiones delictorum, & ſuperdixerunt Altiſſi
24 mo non eſſe, & vias eius non cognouerunt, * &
legem eius ſpreuerunt, & ſponſiones eius abnega
uerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt, &
25 opera eius non perfecerunt, * propter hoc Eſdra va-
26 cua vacuis, & plena plenis. * Ecce tempus veniet, &
erit quando venient ſigna quæ prędixi tibi, & appare-
bit ſponſa, & appareſcens oſtendetur quæ nunc ſub-
27 ducitur terra: * & omnis qui liberatus eſt de prędi-
28 ctis malis, ipſe videbit mirabilia mea. * Reuelabitur
enim filius meus IESVS cum his qui cum eo ſunt, &
iucundabuntur qui relicti ſunt in annis quadringentis.
29 * Et erit poſt annos hos, & morietur filius meus
CHRISTVS, & omnes qui ſpiramentum habent ho-
30 mines. * & conuertetur ſæculum in antiquum ſilen-
tium diebus ſeptem, ſicut in prioribus iudiciis, ita vt
31 nemo derelinquatur. * Et erit poſt dies ſeptem, &
excitabitur quod nondum vigilat ſæculum, & morie-
32 tur corruptum: * & terra reddet quæ in ea dormiunt,
& puluis qui in eo ſilentio habitant, & promptuaria
33 reddent quæ eis commendatæ ſunt animæ. * Et reue-
labitur Altiſſimus ſuper ſedem iudicij, & pertranſibũt
34 miſeriæ, & longanimitas congregabitur. * Iudicium
autem ſolum remanebit, veritas ſtabit, & fides con-
35 ualeſcet, * & opus ſubſequetur, & merces oſtende-
tur, & iuſtitiæ vigilabunt, & iniuſtitiæ non domina-
36 buntur. * Et dixi, Primus Abraham propter Sodomi-
tas orauit, & Moyſes pro patribus qui in deſerto pec-
37 cauerunt, * & qui poſt eum pro Iſrael in diebus Achaz
38 & Samuelis, * Dauid pro confractione, & Salomon
39 pro eis qui venerunt in ſanctificationem. * Et Elias
pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt vi-
40 ueret, * & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib,
41 & multi pro multis. * Si ergo modo quando corrupti-
bile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt, & orauerunt
42 iuſti pro impiis: quare & nunc ſic non erit? * Et reſpon-
dit ad me, & dixit, Pręſens ſæculum non eſt finis, glo-
ria in eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro
43 inualidis. * Dies enim iudicij erit finis temporis huius,
& initium temporis futuræ immortalitatis, in quo
44 tranſiuit corruptela: * ſoluta eſt intemperantia,
abſciſſa eſt incredulitas: creuit autem iuſtitia, or-

ta eſt veritas. *tunc enim nemo poterit ſaluare eum qui 45
periit, neque demergere qui vicit. Et reſpondi, *& dixi, 46
Hic eſt ſermo meus primus & nouiſsimus, quoniã me-
lius erat non dare terram Adam, vel cùm iam dediſſet,
coërcere eum vt nó peccaret. *Quid enim prodeſt ho- 47
minibus, In præſenti viuere in triſtitia, & mortuos ſpe-
rare punitionem? *O tu quid feciſti Adam? Si enim tu 48
peccaſti, non eſt factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter
qui ex te aduenimus. *Quid enim prodeſt nobis, ſi 49
promiſſum eſt nobis immortale tempus; nos autẽ mor-
talia opera egimus? *Et quoniam prædicta eſt nobis 50
perennis ſpes, nos verò peſsimi vani facti ſumus. *Et 51
quoniam repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſe-
curitatis: nos verò malè cõuerſati ſumus. *Et quoniam 52
repoſita eſt gloria Altiſsimi, protegere eos qui tardè cõ-
uerſati ſũt: nos autem peſsimis vijs ambulauimus. *Et 53
quoniam oſtendetur paradiſus, cuius fructus incorru-
ptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela: *nos ve- 54
rò non ingrediemur. in ingratis enim locis conuerſati
ſumus. *Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eo- 55
rum qui abſtinentiam habuerunt: noſtræ autem facies
ſuper tenebras nigræ. *non enim cogitauimus viuentes 56
quãdo iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus poſt
mortem pati. *Et reſpondit, & dixit, Hoc eſt cogitamẽ- 57
tum certaminis quod certabit qui ſuper terram natus
eſt homo, *vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi 58
autem vicerit, recipiet quod dico: *quoniam hęc eſt vi- 59
ta quam Moyſes dixit cùm viueret, ad populum, dicẽs,
Elige tibi vitam, vt viuas. *Non crediderunt autem ei, 60
ſed nec poſt eum prophetis: ſed nec mihi qui locutus
ſum ad eos. *quoniam non eſſet triſtitia in perditionem 61
eorum, ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos, quibus
perſuaſa eſt ſalus. *Et reſpondi, & dixi, Scio Domine, 62
quoniam vocatus eſt Altiſsimus miſericors in eo, quòd
miſereatur his qui nondum in ſæculo aduenerunt, *& 63
quòd miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in lege
eius: *& longanimis eſt, quoniam longanimitatẽ præ- 64
ſtat his qui peccauerunt quaſi ſuis operibus: *& muni- 65
ficus eſt, quoniam quidem donare vult pro exigentiis:
*& multæ miſericordiæ, quoniam multiplicat magis 66
miſericordias his qui pręſentes ſũt, & qui pręterierunt,
& qui futuri ſunt. *Si enim non multiplicauerit miſe 67
ricordias ſuas, non viuificabitur ſæculum cum his qui
inhereditabunt in eo. *Et donat: quoniam ſi non dona- 68
uerit de bonitate ſua, vt alleuentur hi qui iniquitatem
fecerunt, de ſuis iniquitatibus non poterit decies mille-
ſima pars viuificari hominum. *Et iudex ſi non ignõ- 69
uerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multi-
tudinem contentionum: non fortaſsis derelinquerentur in innumerabili multitudine, niſi pauci valdè.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

ERIT pro, eſt. ESSET. pro, ſit. 4
VOLENS VOLVERIT. pro, cùm voluerit. 5
INGRESSI q.d. tranſilierint. 14
VENERVNT. ſ. in mundum. 21
CIRCVMVENTIONES. i. fallacias, ſeu errores. SVPERDIXERVNT. pro, dixerunt ſuper. 23
SPONSIONES EIVS. i. quod ei promiſerant, vel ipſe eis promiſerat. LEGITIMIS. i. præceptis. FIDEM. i. fidelitatem q.d. fuerunt perfidi. 24
VACVA. ſ. omni bono loca. VACVIS. ſ. bono. q. d. impiis & ſceleratis conueniunt, ſeu debentur. PLENA. i. bonis loca. PLENIS. ſ. operibus bonis. q.d iuſtis debentur, ſeu conueniunt. 25
SVBDVCITVR TERRA. pro, ſub terra latet. 26
IN ANNIS. i. intra annos, ſeu poſt annos. 28
SEPTEM. i. multis. IVDICIIS. i. moribus, ſeu ſtatu. ſ. cùm nemo eſſet. DERELINQVATVR. ſ. viuus. 30
QVI pro, quæ, ſeu, eos qui. 32
PERTRANSIBVNT. i. prætenibunt. MISERIAE. ſ. bonorum. 33
IVDICIVM. i. iuſtitia. 34
CONFRACTIONE. i. clade. SANCTIFICATIONEM. i. templũ. 38
TARDE. i. cum patientia & longanimitate. 42
COGITAMENTVM. i. ratio. 57
NON ESSET. ſ. ſi benè agerent. 61
IN SAECVLO pro, in ſæculum. ſ. infantibus in vtero matrum. 62
CONVERSIONEM. pro, conuerſationem. 63
OPERIBVS. i. creaturis. 64
MAGIS. pro, plurimum. 66
DECIES MILLESIMA. pro, ex mille decem. 68
CONTENTIONVM. i. delictorum, ſeu criminum. 69

CAPVT VIII.

Deus in hoc ſæculo miſericors agnoſcitur propter peccatores, plurimi tamen damnantur: at iuſtis præmia ſunt repoſita.

1 ET reſpondit ad me, & dixit: Hoc ſæculum fecit
Altiſsimus propter multos, futurum autem pro-
2 pter paucos. *Dicam autem coram te ſimilitudinem
Eſdra. Quomodo autem interrogabis terram, & di-
cet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat
fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: ſic
3 & actus præſentis ſæculi. *Multi quidem creati ſunt,
4 pauci autem ſaluabuntur. *Et reſpondi, & dixi: Ab-
5 ſorbe ergo anima ſenſum, & deuora quod ſapit. *con-
ueniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec e-
nim tibi datum eſt ſpatium, niſi ſolummodò viuere.
6 *O Domine, ſi non permittes ſeruo tuo, vt oremus co-
ram te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui culturam,
vnde fructus fiat, vnde viuere poſsit omnis corruptus,
7 qui portabit locum hominis? *Solus enim es, & vna
plaſmatio nos ſumus manuum tuarum, ſicut locutus
8 es: *& quomodo nunc in matrice plaſmatum eſt cor-
pus, & præſtas membra: cõſeruatur in igne & aqua tua
creatio: & nouem mẽſibus patitur tua plaſmatio tuam
9 creaturam quæ in ea creata eſt: *ipſum autem quod
ſeruat, & quod ſeruatur, vtraq; ſeruabuntur: ſeruataq;
quandoque iterùm reddit matrix, quæ in ea creuerunt.
10 *Imperaſti enim ex ipſis membris, hoc eſt mamillis
11 præbere lac fructui mamillarum, *vt nutriatur id quod
plaſmatum eſt vſque in tempus aliquod, & poſteà diſ-
12 ponas eum tuæ miſericordiæ. *Enutriſti eum tua iu-
ſtitia, & erudiſti eum in lege tua, & corripuiſti eum
13 tuo intellectu: *& mortificabis eum, vt tuam creatu-
14 ram: & viuificabis eum, vt opus tuum. *Si ergo per-
dideris eum qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſ-
ſu facile eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruaretur.
15 *Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis
16 ſcis: de populo autem tuo, ob quem doleo: *& de he-
reditate tua, propter quam lugeo: & propter Iſrael,
propter quem triſtis ſum: & de Iacob, propter quem
17 doleo: *ideò incipiam orare coram te pro me, & pro
eis: quoniam video lapſus noſtros qui inhabitamus ter-
18 ram. *Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus eſt.
19 *Ideò audi vocem meam & intellige ſermonẽ meum,
20 & loquar coram te. *Initium verborum Eſdræ priuſ-
quam aſſumeretur: & dixi, Domine, qui inhabitas ſæ-
21 culum, cuius oculi eleuati in ſuperna & aëre: *& cuius
thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis:
22 cui aſtat exercitus angelorum cum tremore, *quorum
ſeruatio in vento & igni conuertitur: cuius verbum
23 verum, & dicta perſeuerantia: *cuius iuſsio fortis,
& diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus areſacit abyſ-
ſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas
24 teſtificatur: *exaudi orationem ſerui tui, & auribus
25 percipe precationem figmenti tui. *Dum enim vi-
26 uo, loquar: & dum ſapio, reſpondebo: nec reſpi-
cias populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiunt.
27 *Nec intendas impia gentium ſtudia, ſed qui tua te-
28 ſtimonia cum doloribus cuſtodierunt. *Nec cogites
qui in conſpectu tuo falsè conuerſati ſunt, ſed memo-
29 rare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. *Ne-
que volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt:
ſed reſpicias eos qui legem tuam ſplendidè docuerunt.
30 *Nec indigneris eis qui beſtiis peiores iudicati ſunt:
ſed diligas eos qui ſemper in tua iuſtitia confidunt, &
31 gloria. *Quoniam nos & patres noſtri talibus morbis
languemus: tu autem propter nos peccatores miſeri-
32 cors vocaberis. *Si enim deſideraueris vt noſtri miſe-
rearis, tunc miſericors vocaberis, nobis autem non ha-
33 bentibus opera iuſtitiæ. *Iuſti enim, quibus ſunt opera
multa repoſita, ex propriis operibus recipient merce-
34 dem. *Quid eſt enim homo, vt ei indigneris: aut genus
35 corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo? *In veritate enim,
nemo de genitis eſt, qui non impie geſsit; & de confi-
36 tentibus, qui non deliquit. *In hoc enim annuntiabitur
iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cùm miſertus fueris

17 eis qui non habent ſubſtantiam bonorum operum.* Et
reſpondit ad me, & dixit: Recte locutus es aliqua: &
18 iuxta ſermones tuos, ſic & fiet.* quoniam non verè co-
gitabo ſuper plaſma eorum qui peccauerunt ante mor-
19 tem, ante iudicium, ante perditionem:* ſed iucundabor
ſuper iuſtorum figmentum, & memorabor peregrina-
tionis quoque, & ſaluationis, & mercedis receptio-
40 nis. * Quomodo ergo locutus ſum, ſic & eſt. * Sicut
41 enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, & plan-
tationes multitudinis plantat, ſed non in tempore om-
nia quæ ſeminata ſunt, ſaluantur, ſed nec omnia quæ
plantata ſunt, radicabunt: ſic & qui in ſæculo ſemi-
42 nati ſunt, non omnes ſaluabuntur. * & reſpondi, &
43 dixi: Si inueni gratiam, loquar. * Quomodo ſemen
agricolæ ſi non aſcenderit aut non acceperit pluuiam
tuam in tempore, aut ſi corruptum fuerit multitudine
44 pluuiæ, *ſic perit: & ſimiliter homo qui manibus tuis
plaſmatus eſt, & tu ei imago nominatus: quoniá ſimi-
latus es ei, propter quem omnia plaſmaſti, & ſimilaſti
45 ſemini agricolę.* Non iraſcaris ſuper nos, ſed parce po
pulo tuo, & miſerere hereditati tuæ. Tu autem creaturę
46 tuæ miſereris. *Et reſpondit ad me, & dixit: Quæ ſunt
47 præſentia præſentibus, & quę futura futuris.* Multum
enim tibi reſtat, vt poſſis diligere meá creaturam ſuper
me: tibi autem frequēter & ipſi proximaui, iniuſtis au-
48 tem numquam. * Sed & in hoc mirabilis es coram Al-
49 tiſſimo, *quoniam humiliaſti te ſicut decet te: & nō iu-
50 dicaſti te, vt inter iuſtos plurimùm glorificeris. *Pro-
pter quod miſeriæ multæ & miſerabiles efficientur eis
qui habitant ſęculú in nouiſſimis: quia in multa ſuper-
51 bia ambulauerunt. *Tu autem pro te intellige, & de ſi-
52 milibus tuis inquire gloriam. * Vobis enim apertus eſt
paradiſus, plātata eſt arbor vitę, prępąratum eſt futurú
tempus, prępąrata eſt abundantia, ædificata eſt ciuitas,
probata eſt requies, perfecta eſt bonitas & perfecta ſa-
53 pientia.* Radix mali ſignata eſt à vobis: infirmitas, & ti-
nea à vobis abſcōſa eſt: & in infernum fugit corruptio
54 in obliuione.* Tranſierunt dolores, & oſtenſus eſt in fi-
55 ne theſaurus immortalitatis.* Noli ergo adijcere inqui
56 rendo de multitudine eorùm qui pereunt. * Nam &
ipſi accipientes libertatē, ſpreuerunt Altiſſimum, & le-
57 gem eius contēpſerunt, & vias eius dereliquerūt.* Ad-
58 huc autem iuſtos eius conculcauerunt,* & dixerunt in
corde ſuo nō eſſe Deum: & quidem ſcientes quoniam
59 moriuntur. * Sicut enim vos ſuſcipient quæ prædicta
ſunt: ſic eos ſitis, & cruciatus, quæ pręparata ſunt. non
60 enim voluit hominē diſperdi.* Sed & ipſi qui creati ſūt,
coinquinauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati
61 fuerunt ei qui præparauit eis vitam. * Quapropter iu-
62 dicium meum modò appropinquat. * Quæ non om-
nibus demonſtraui, niſi tibi, & tibi ſimilibus paucis.
63 Et reſpondi, & dixi:* Ecce nunc Domine demonſtraſti
mihi multitudinem ſignorum, quæ incipies facere in
nouiſſimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

INTERROGABIS. pro, ſi interroges. MAGIS. pro, valdè. 2
ABSORBE. &c. q. d. hauri cognitionem, & vora ſapientiam. 4
CONVENISTI, &c. q. d. pactus es audire, & vis agere Prophe- 5
tam. VOLENS Alij, *voles* VIVERE. i. quanta eſt vita.
PORTABIT. i. ſuſtinebit q. d. quis ferre poſſit vitam? 6
IGNE ET AQVA. i. calido & humido. TVA CREATIO. ſ. fe- 8
tus. PLASMATIO. ſ. victus.
MAMILLARVM. i. matris. q. d. paruulo. 10
TVAE pro, tua. 11
ENVTRIVIT. pro, ſoles enutrire. 12
TV MAGIS SCIS. q. d. tu videns. 15
CELERITATEM. q. d. celeriter venturum. 18
SAECVLVM. i. æternitatem. AERE. pro, aëres. 20
SERVATIO .... CONVERTITVR. pro, cuſtodia verſatur q. d 22
viuntur maximè igne & vento. PERSEVERANTIA. i. conſtātia.
VERITAS TESTIFICATVR. ſ. ita eſſe, vt dico. 23
CONFITENTIBVS. ſ. te. 35
IVSTITIA. i. miſericordia. 36
COGITABO. ſ. perditionem. PERDITIONEM. i. interitum. 38
FIGMENTVM. i. ſtudia. MEMORABOR. i. recordabor. 39
IMAGO. i. exemplar. 44
IVDICASTI TE. i. talem eſſe. 49
DE SIMILIBVS TVIS. pro, ſimilium tui. 51
PROBATA. i. approbata, ſeu explorata 52
53 SIGNATA. i. notata. ſ. & reiecta. OBLIVIONE. i. futura.
59 VOLVIT. ſ. Deus.
60 COINQVINAVERVNT. i. profanarunt.

CAPVT IX.

Iudicia Dei ſicut & alia eius opera egregia, præcedēt aliqua ſigna.

1 ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens metire tem-
pus in ſemetipſo: & erit cùm videris, quādo tranſ-
2 ierit pars quædam ſignorum quæ prędicta ſunt, * tunc
intelliges quoniam ipſum eſt tempus, in quo incipiet
3 Altiſſimus viſitare ſęculum quod ab eo factum eſt. *Et
quando videbitur in ſęculo motio locorum & populorú
4 turbatio, *tunc intelliges quoniá de his erat Altiſsimus
5 locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio. * Sicut
enim omne quod factum eſt in ſęculo, initium habet,
pariter & conſummationem, & conſummatio eſt ma-
6 nifeſta: *ſic & Altiſsimi tempora initia habent manife-
ſta in prodigiis & virtutibus, & cōſummationes in actu
7 & in ſignis.* Et erit, omnis qui ſaluus factus fuerit, &
qui poterit effugere per opera ſua, & per fidem in qua
8 credidiſtis, *relinquetur de prędictis periculis, & vi-
debit ſalutare meum in terra mea, & in finibus meis,
9 quoniá ſanctificaui me à ſæculo. * Et tunc miſerebūtur
qui nunc abuſi ſunt vias meas: & in tormētis commo-
10 rabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu.* Qui e-
nim non cognouerunt me, viuentes beneficia cōſecuti:
11 *& qui faſtidierunt legem meam, cùm adhuc erāt ha-
12 bētes libertatē:* & cùm adhuc eſſet eis apertus pœnitē-
tiæ locus, non intellexerunt, ſed ſpreuerunt: hos opor-
13 tet poſt mortem in cruciamento cognoſcere. * Tu ergo
noli adhuc curioſus eſſe, quomodo impij cruciabūtur:
ſed inquire quomodo iuſti ſaluabuntur, & quorum ſęcu-
14 lum, & propter quos ſæculum, & quando. *Et reſpōdi,
15 & dixi,* Olim locutus ſum, & nūc dico, & poſtea dicā:
quoniam plures ſunt qui pereunt, quàm qui ſaluabun-
16 tur: *ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttā. Et reſpon-
17 dit ad me, & dixit,* Qualis ager, talia & ſemina: & qua-
les flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis &
creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tēpus
18 erat ſæculi.* Et nunc cùm eſſem parans eis, his qui nūc
ſunt, antequam fieret ſęculum, in quo habitarent: & ne-
19 mo mihi contradixit. *tunc enim quiſque, & nūc crea-
tor in mundo hoc parato, & meſſe indeficienti, & lege
20 inueſtigabili corrupti ſunt mores eorū.* Et conſideraui
ſæculū, & ecce erat periculum propter cogitationes quę
21 in eo aduenerūt.* Et vidi, & peperci ei valde: & ſeruaui
mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa.
22 *Pereat ergo multitudo quæ ſine cauſa nata eſt, & ſer-
uetur acinus meus, & plantatio mea: quia cum multo
23 labore perfeci. *Tu autem ſi adhuc intromittas ſeptem
24 dies alios, ſed nō ieiunabis in eis: *Ibis in campum flo-
rum, vbi domus non eſt ædificata: & manducabis ſo-
lummodò de floribus campi, & carnē non guſtabis, &
25 vinū non bibes, ſed ſolummodò flores: *deprecare Al-
tiſsimum ſine intermiſsione, & veniam, & loquar tecū.
26 *Et profectus ſum, ſicut dixit mihi in campum, qui vo-
catur Ardath, & ſedi ibi in floribus. Et de herbis agri
māducaui, & facta eſt eſca earum mihi in ſaturitatem.
27 *Et factum eſt poſt dies ſeptem, & ego diſcumbebam
ſupra fœnū, & cor meum iterùm turbabatur ſicut an-
28 tè *Et apertum eſt os meum, & inchoaui dicere coram
29 Altiſſimo, & dixi, * O Domine, te nobis oſtendens,
oſtenſus es patribus noſtris in deſerto, quod non calca-
tur, & infructuoſo, quando erant exeuntes de Ægypto:
30 & dicens dixiſti, * Tu Iſrael audi me, & ſemen Iacob
31 intende ſermonibus meis. * Ecce enim ego ſemino in
vobis legem meam; & faciet in vobis fructum, & glo-
32 rificabimini in eo per ſæculum. * Nam patres noſtri
accipientes legem, non ſeruauerunt, & legitima mea
non cuſtodierunt, & factus eſt fructus legis non parēs:
33 nec enim poterat, quoniam tuus erat. * Nam qui acce-
perunt, perierunt, non cuſtodientes quod in eis ſemi-
34 natum fuerat. * Et ecce, conſuetudo eſt, vt, cùm acce-
perit terra ſemen, vel nauem mare, vel vas aliquod
eſcam vel potum: cùm fuerit exterminatum id, in quo
35 ſeminatum eſt, vel in quod miſſum eſt:* ſimul id quod

ſeminatum, vel miſſum eſt, vel quæ ſuſcepta ſunt, ex-
terminantur, & ſuſcepta iam non manent apud nos:
ſed nobis ſic non factum eſt. * Nos quidem qui legem 36
accepimus peccantes periuimus, & cor noſtrum quod
ſuſcepit eam: * nam lex non periit, ſed permanſit in ſuo 37
labore. * Et cùm loquerer hæc in corde meo, reſpexi 38
oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte, & ecce
hæc lugebat & plorabat cum voce magna, & animo
dolebat valdè, & veſtimenta eius diſciſſa, & cinis ſuper
caput eius. * Et dimiſi cogitatus, in quibus eram co- 39
gitans, & conuerſus ſum ad eam, & dixi ei, * Vt quid 40
fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, * Dimitte me 41
Domine meus vt defleam me, & adiiciam dolorem:
quoniam valdè amaro ſum animo, & humiliata ſum
valdè. * Et dixi ei, Quid paſſa es? dic mihi: Et dixit 42
ad me, * Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, 43
habens maritum annis triginta. * Ego enim per ſingu- 44
las horas, & per ſingulos dies, & annos hos triginta
deprecor Altiſſimum nocte ac die. * Et factum eſt, 45
poſt triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam,
& vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi
meæ, & dedit mihi filium, & iucundata ſum ſuper
eum valdè ego, & vir meus, & omnes ciues mei, &
honorificabamus valdè Fortem. * Et nutriui eum cum 46
labore multo. * Et factum eſt cùm creuiſſet, & veniſ- 47
ſet accipere vxorem, feci diem epuli.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SANCTIFICAVI. i. ſanctitate ſeparaui. 8
MISERESVNTVR. pro, miſeri erunt. 9
CREATIO. i. opus. TEMPVS. ſ. tale, ſeu ſimile. ERAT 17
pro, eſt.
QVISQVE. ſ. nondum erat, vel mihi patebat. CREATOR. ſ. eſ- 19
ſe agnoſcor. Alij, *creatur*, vel *creatorum*. INVESTIGABILI. i. in-
explicabili. ſ. malitiæ.
SINE CAVSA. i. fruſtrà. 22
INTROMITTAS. Alij, *intermittas*. q. d. quieſcas. 23
PARENS. i. apparens. TVVS ERAT. q. d. niſi tu faceres, non 32
poterat apparere, illi verò ne faceres, impediebant.
LABORE. lege, *robore*. 37
FORTEM. i. Deum. 45

CAPVT X.

Per mulierem flentem rurſúsque refulgentem, oſtenditur figurata Ieruſalem

ET factum eſt, cùm introiſſet filius meus in thala- 1
mo ſuo, cecidit, & mortuus eſt: * & euertimus om- 2
nes lumina, & ſurrexerunt omnes ciues mei ad conſo-
landum me, & quieui vſque in alium diem vſq; nocte.
* Et factum eſt, cum omnes quieuiſſent vt me conſola- 3
rentur vt quieſcerem: & ſurrexi nocte, & fugi: & veni
ſicut vides in hoc campo: * & cogito iam non reuerti 4
in ciuitatem, ſed hic conſiſtere: & neque manducare,
neque bibere, ſed ſine intermiſſione lugere, & ieiuna-
re vſque dum moriar. * Et dereliqui ſermones in qui- 5
bus eram, & reſpondi cum iracundia ad eam, & dixi,
* Stulta ſuper omnes mulieres, non vides luctum no- 6
ſtrum, & quæ nobis contingunt? * Quoniam Sion ma- 7
ter noſtra omni triſtitia contriſtatur, & humilitate hu-
miliata eſt, & luget validiſſimè. * Et nunc quoniam 8
omnes lugemus, & triſtes ſumus: quoniam omnes
contriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in vno filio?
* Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc 9
eſt quæ debeat lugere caſum tantorum ſuper eam ger-
minantium. * Et ex ipſa ab initio omnes nati & alij 10
venient: & ecce, pænè omnes in perditionem ambu-
lant, & exterminium fit multitudo eorum. * Et quis er- 11
go debet lugere magis, niſi hæc quæ tam magnam mul-
titudinem perdidit, quam tu, quæ pro vno doles? Si
autem dicis mihi, * Quoniam non eſt planctus ſimilis 12
terræ: quoniam fructum ventris mei perdidi, quem
cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui: * ter- 13
ra autem ſecundum viam terræ, abiitque in ea multi-
tudo præſens, quo modo euenit: & ego tibi dico, * ſic- 14
ut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat fructum
ſuum homini ab initio ei qui fecit eam. * Nunc ergo 15
retine apud temetipſam dolorem tuum, & fortiter fer
quæ tibi contigerunt caſus. * Si enim iuſtificaueris ter- 16
minum Dei, & conſilium ſuum recipies in tempore, &
17 in talibus collaudaberis: * ingredere ergo in ciuitatem
18 ad virum tuum. Et dixit ad me, * Non faciam, neque
19 ingrediar ciuitatem, ſed hîc moriar. * Et appoſui ad-
20 huc loqui ad eam, & dixi, * Noli facere hunc ſermo-
nem, ſed conſenti perſuadenti. Quot enim caſus Sion?
21 Conſolare propter dolorem Ieruſalem. * Vides enim
quoniam ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt, & al-
tare noſtrum demolitum eſt, & templum noſtrum de-
22 ſtructum eſt, * & pſalterium noſtrum humiliatum
eſt, & hymnus conticuit, & exultatio noſtra diſſoluta
eſt, & lumen candelabri noſtri extinctum eſt, & arca
teſtamenti noſtri direpta eſt, & ſancta noſtra contami-
nata ſunt, & nomen quod inuocatum eſt ſuper nos,
pænè profanatum eſt: & liberi noſtri contumeliam
paſſi ſunt, & ſacerdotes noſtri ſuccenſi ſunt, & Leuitæ
noſtri in captiuitatem abierunt, & virgines noſtræ
coinquinatæ ſunt, & mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt,
& iuſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt,
& iuuenes noſtri ſeruierunt, & fortes noſtri inualidi
23 facti ſunt: * & quod omnium maius, ſignaculum Sion,
quoniam reſignata eſt de gloria ſua. nam & tradita eſt
24 in manibus eorum qui nos oderunt. * Tu ergo excute
tuam triſtitiam multam, & depone abs te multitudi-
nem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem
25 faciet tibi Altiſſimus, requietionem laborum. * Et fa-
ctum eſt, cùm loquebar ad eam, facies eius fulgebat
ſubitò & ſpecies, coruſcus fiebat viſus eius, vt eſſem
26 pauens valdè ad eam, & cogitarem quid eſſet hoc. * Et
ecce, ſubitò emiſit ſonitum vocis magnum timore ple-
num, vt commoueretur terra à mulieris ſono. & vidi:
27 * & ecce, ampliùs mulier non comparebat mihi, ſed
ciuitas ædificabatur, & locus demonſtrabatur de fun-
damentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, &
28 dixi, * Vbi eſt Vriel Angelus, qui à principio venit ad
me? quoniam ipſe me fecit venire in multitudine in
exceſſu mentis huius, & factus eſt finis meus in cor-
ruptionem, & oratio mea in improperium. * Et cùm
eſſem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me.
30 * & ecce eram poſitus vt mortuus, & intellectus meus
alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & cõfortauit
me, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & dixit mihi,
31 * Quid tibi eſt? & quare conturbatus eſt intellectus
tuus, & ſenſus cordis tui? & quare conturbaris? Et
32 dixi, * Quoniam dereliquiſti me, & ego quidem feci
ſecundùm ſermones tuos, & exiui in campum: & ec-
ce vidi, & video quòd non poſſum enarrare. Et dixit
33 ad me, * Sta vt vir, & commonebo te. Et dixi, * Loque-
34 re Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt
35 non fruſtrà moriar: * quoniam vidi quæ non ſciebam,
36 & audio quæ non ſcio. * Aut numquid ſenſus meus
37 fallitur, & anima mea ſomniat? * Nunc ergo deprecor
te, vt demonſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et reſpon-
38 dit ad me, & dixit; * Audi me & doceam te, & dicam
tibi de quibus times: quoniam Altiſſimus reuelauit ti-
39 bi myſteria multa. * Vidit rectam viam tuam, quo-
niam ſine intermiſſione contriſtabaris pro populo tuo,
40 & valdè lugebas propter Sion. * Hic ergo intellectus
41 viſionis quæ tibi apparuit ante paululum. * Quam vi-
42 diſti lugentem, inchoaſti conſolari eam. * Nunc autem
iam ſpeciem mulieris non vides, ſed apparuit tibi ci-
43 uitas ædificari: * & quoniam enarrabat tibi de caſu fi-
44 lij ſui, hæc abſolutio eſt. * Hæc mulier quam vidiſti,
hæc eſt Sion; & quoniam dixit tibi, quam & nunc con-
45 ſpicies, vt ciuitatem ædificatam. * Et quoniam dixit
tibi, quia ſterilis fuit triginta annis: propter quod erant
anni ſcilicet triginta, quando non erat in ea adhuc obla-
46 tio oblata. * Et factum eſt poſt annos triginta, ædifica-
uit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit
47 quando peperit ſterilis filium. * Et quod tibi dixit,
quoniam nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio
48 in Ieruſalem. * Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus
veniens in ſuo thalamo mortuus eſſet, & contigiſſet ei
49 caſus, hoc erat, quæ facta eſt ruina Ieruſalem. * Et ecce,
vidiſti ſimilitudinem eius: & quoniam filium lugeret,
inchoaſti conſolari eam: & de his quæ contigerunt, hæc
50 erant tibi aperienda. * Et nunc videt Altiſſimus quoniã

ex animo contriſtatus es, & quoniam ex toto corde pa-
teris pro ea, oſtendit tibi claritatem gloriæ eius, & pul-
chritudinem decoris eius. * Propterea enim dixi tibi, 51
vt maneres in cāpo vbi domus non eſt ędificata. * Scie- 52
bam enim ego, quoniam Altiſſimus incipiebat tibi
oſtendere hęc: * propterea dixi tibi vt venires in agrum 53
vbi non eſt fundamentum ędificij. * Nec enim pote- 54
rat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco, vbi incipie-
batur Altiſsimi ciuitas oſtendi. * Tu ergo noli timere, 55
neque expaueſcat cor tuum: ſed ingrodere, & vide
ſplendorem & magnitudinem ædificij, quantum ca-
pax eſt tibi viſus oculorum videre: * & poſt hæc au- 56
dies quantum capit auditus aurium tuarum audire.
* Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Al- 57
tiſsimum ſicut & pauci. * Nocte autem quæ in craſti- 58
num futura eſt, manebis hic: * & oſtendet tibi Altiſſi- 59
mus eas viſiones ſupremorum, quæ faciet Altiſsimus
his qui habitant ſuper terram à nouiſsimis diebus. * Et 60
dormiui illam noctem & aliam, ſicut dixerat mihi.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

LVMINA i. lucernas. ſ. vt fit in luctu. obſcuro enim loco lugeri 2
ſolet. QVIEVI. pro, acquieui.
QVIEVISSENT. &c. q. d. finem feciſſent me conſolandi. 3
VIAM. i. morem. EVENIT. i. ſolet. 13
FECIT. i. coluit. 14
TERMINVM i. definitionem. 16
SANCTIFICATIO. i. templum, ſeu ſanctuarium. 21
SIGNACVLVM, q. d. inſignis. RESIGNATA. i. exuta, ſeu ſpo- 23
liata.
FORTIS. i. Deus. 24
IN MVLTITVDINE. i. plurimum. 25
FRVSTRA. i. ſine cauſa. 34
ABSOLVTIO. i. interpretatio. 41
ET QVONIAM DIXI TIBI. Hæc ponuntur poſteà ſuo loco, 44
hic abundant.
DIXIT. ſ. quod proximè ſequitur. PROPTER QVOD. pro, 45
propterea quòd. OBLATIO. ſ. ſacrificij.
SVPREMORVM. i. vltimorum. A NOVISSIMIS. pro in no- 59
uiſſimis.

CAPVT XI.

Apparet Eſdræ in viſione aquila principatum vniuerſi vſurpans.

ET vidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari aqui- 1
la, cui erant duodecim alę pennarum & capita tria.
* Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas in omnem ter- 2
ram, & omnes venti cæli inſufflabant in eam, & colli-
gebantur. * Et vidi, & de pennis eius naſcebantur con- 3
trariæ pennæ, & ipſæ fiebant in pennaculis minutis &
modicis. * Nam capita eius erant quieſcentia, & dimi- 4
dium caput erat maius aliorum capitū, ſed ipſa quie-
ſcebat cum eis. * Et vidi, & ecce aquila volauit in pen- 5
nis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui ha-
bitant in ea. * Et vidi, quoniam ſubiecta erant ei om- 6
nia ſub cęlo, & nemo illi contradicebat, neque vnus de
creatura quæ eſt ſuper terram. * Et vidi, & ecce ſurrexit 7
aquila ſuper vngues ſuos, & miſit vocem pennis ſuis,
dicens, * Nolite omnes ſimul vigilare, dormite vnuſ- 8
quiſque in loco ſuo, & per tempus vigilate. * Capita 9
autem in nouiſsimo ſeruentur. * Et vidi, & ecce vox 10
non exibat de capitibus eius, ſed de medietate corporis
eius. * Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipſæ 11
erant octo. * Et vidi, & ecce à dextera parte ſurrexit 12
vna penna, & regnauit ſuper omnem terram. * Et fa- 13
ctum eſt cùm regnaret, venit ei finis, & non apparuit
locus eius: & ſequens exurrexit, & regnabat. ipſa mul-
tum tenuit tempus. * Et factum eſt cùm regnaret, & 14
veniebat finis eius, vt non appareret ſicut prior. * Et ec- 15
ce, vox emiſſa eſt illi, dicens, * Audi tu quæ tanto tem- 16
pore tenuiſti terram. hæc annuntio tibi antequam inci-
pias non apparere. * Nemo poſt te tenebit tempus 17
tuum, ſed nec dimidium eius. * Et leuauit ſe tertia, & 18
tenuit principatum ſicut & priores: & non apparuit &
ipſa. * Et ſic contingebat omnibus aliis ſingulatim 19
principatum gerere, & iterùm nuſquam comparere.
* Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennæ erigeban- 20
tur à dextera parte, vt tenerent & ipſæ principatum: &
ex his erant quæ tenebant, ſed tamen ſtatim non com-
parebant. * Nam & aliquæ ex eis erigebantur, ſed non 21
tenebant principatum. * Et vidi poſt hęc, & ecce non 22
comparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula:
23 * & nihil ſupererat in corpore aquilæ, niſi duo capita
24 quieſcentia & ſex pennacula. * Et vidi, & ecce ſex pen-
naculis diuiſæ ſunt duæ, & manſerunt ſub capite quod
eſt ad dexteram partem. Nam quattuor manſerunt in
25 loco ſuo. * Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant ſe eri-
26 gere, & tenere principatus. * Et vidi, & ecce vna erecta
27 eſt, ſed ſtatim non comparuit. * Et ſecundę velociùs
28 quàm priores, non comparuerunt. * Et vidi, & ecce
duę quæ ſuperauerunt, apud ſemetipſas cogitabant &
29 ipſæ regnare. * & in eo cùm cogitarent, ecce vnum
quieſcentium capitum quod erat medium, euigilabat,
30 hoc enim erat duorum capitum maius. * Et vidi quo-
31 niam completa ſunt duo capita ſecum: * & ecce con-
uerſum eſt caput cum his qui cum eo erant, & comedit
32 duas ſubalares quæ cogitabant regnare. * Hoc autem
caput perconterruit omnem terram, & dominabatur
in ea his qui habitant terram cum labore multo, & po-
tentatum tenuit orbis terrarum ſuper omnes alas quæ
33 fuerunt. * Et vidi poſt hęc, & ecce medium caput ſub-
34 itò non comparuit, & hoc ſicut alæ. * Superauerunt
autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regnauerunt
35 ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. * Et vidi,
& ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à
36 lęua. * Et audiui vocem dicentem mihi, Conſpice
37 contra te, & conſidera quod vides. * Et vidi, & ecce ſic-
ut leo concitatus de ſilua rugiens: & vidi quoniam e-
mittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens,
38 * Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altiſsimus tibi,
39 * Nonne tu es qui ſuperaſti de quattuor animalibus,
quæ feceram regnare in ſęculo meo, & vt per eos veni-
40 ret finis temporum eorum? * & quartus veniens deui-
cit omnia animalia quæ tranſierunt, & potentatu tenuit
ſæculum cum tremore multo, & omnem orbem cum
labore peſsimo, & inhabitauit tot temporibus orbem
41 terrarum cum dolo. * Et iudicaſti terram non cum ve-
42 ritate. * Tribulaſti enim manſuetos, & læſiſti quieſcen-
tes, & dilexiſti mendaces, & deſtruxiſti habitationes
eorum qui fructificabant, & humiliaſti muros eorum
43 qui te non nocuerunt. * Et aſcendit contumelia tua vſ-
44 que ad Altiſsimum, & ſuperbia tua ad Fortem. * Et re-
ſpexit Altiſsimus ſuperba tempora, & ecce finita ſunt,
45 & ſcelera eius completa ſunt. * Propterea non appa-
reas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua
peſsima, & capita tua maligna, & vngues tui peſsimi,
46 & omne corpus tuum vanum; * vti refrigeretur omnis
terra, & reuertatur liberata de tua vi, & ſperet iudi-
cium & miſericordiam eius qui fecit eam.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 ET COLLIGEBANTVR. pro, collecti.
3 CONTRARIAE. pro, aliæ.
4 DIMIDIVM. i. quod inter alia medium erat.
24 SEX. pro, de ſex.
29 DVORVM CAPITVM. pro, duobus reliquis capitibus.
30 COMPLETA .... SECVM. i. coniuncta cum illo.
31 QVI. Alij, *quæ*.
34 SVPERAVERVNT. pro, ſuperfuerunt.
39 SVPERASTI. pro, ſuperfuiſti. PER EOS. pro, per ea.

CAPVT XII.

Ad Eſdræ orationem huius viſionis datur explicatio cum membris ipſius.

1 ET factum eſt, dum loqueretur leo verba hæc ad
2 aquilam: & vidi, * & ecce quod ſuperauerat ca-
put, & non comparuerunt quattuor alæ illæ quæ ad
eum tranſierunt, & erectæ ſunt vt regnarent: & erat
3 regnum eorum exile, & tumultu plenum. * Et vidi, &
ecce ipſa non apparebant, & omne corpus aquilæ in-
cendebatur, & expaueſcebat terra valdè, & ego à tu-
multu & exceſſu mentis, & à magno timore vigilaui,
4 & dixi ſpiritui meo, * Ecce tu præſtitiſti mihi hoc in eo,
5 quòd ſcrutaris vias Altiſſimi. * Ecce adhuc fatigatus
ſum animo, & ſpiritu meo inualidus ſum valdè, & nec
modica eſt in me virtus à multo timore, quam expaui
6 nocte hac. * Nunc ergo orabo Altiſſimum, vt me con-
7 fortet vſque in finem. * Et dixi, Dominator Domine,

ſi inueni gratiam ante oculos tuos,& ſi iuſtificatus ſum
apud te præ multis, & ſi certè aſcendit deprecatio mea
ante faciem tuam: * conforta me,& oſtende ſeruo tuo 8
mihi interpretationem,& diſtinctionem viſus horribi
lis huius, vt pleniſſimè conſoleris animam meam.
* Dignum enim me habuiſti oſtendere mihi temporum 9
nouiſſima. Et dixit ad me, * Hæc eſt interpretatio vi- 10
ſionis huius. * Aquilam quam vidiſti aſcendentem de 11
mari, hoc eſt regnum quod viſum eſt in viſione Da-
nieli fratri tuo. * Sed non eſt illi interpretatum, quo- 12
niam ego nunc tibi interpretor. * Ecce dies veniunt, & 13
exurget regnum ſuper terram, & erit timor actior om-
nium regnorum quæ fuerunt ante eum. * Regnabunt 14
autem in ea reges duodecim, vnus poſt vnum. * Nam 15
ſecundus incipiet regnare,& ipſe tenebit amplius tem-
pus præ duodecim. * Hęc eſt interpretatio duodecim 16
alarum quas vidiſti. * Et quam audiſti vocem quæ lo- 17
cuta eſt, non de capitibus eius exeuntem, ſed de medio
corporis eius,* hæc eſt interpretatio, quoniam poſt tē- 18
pus regni illius naſcentur contentiones non modicæ,
& periclitabitur vt cadat: & non cadet tunc, ſed ite-
rùm conſtituetur in ſuum initium. * Et quoniam vi- 19
diſti ſubalares octo cohęrentes alis eius,* hæc eſt inter- 20
pretatio. exurgent in ipſo octo reges, quorum erunt
tempora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipſis
perient. * Appropinquante autē tempore medio, quat- 21
tuor ſeruabuntur in tempore, cùm incipiet appropin-
quare tempus eius vt finiatur: duo verò in finem ſer-
uabuntur. * Et quoniam vidiſti tria capita quieſcentia, 22
* hæc eſt interpretatio: in nouiſſimis eius ſuſcitabit Al- 23
tiſſimus tria regna, & reuocabit in ea multa. & domi-
nabuntur terram, * & qui habitant in ea, cum labore 24
multo ſuper omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc
ipſi vocati ſunt capita aquilæ. * Iſti enim erunt qui re- 25
capitulabunt impietates eius, & qui perficient nouiſſi-
ma eius. * Et quoniam vidiſti caput maius non appa- 26
rens, hæc eſt interpretatio eius. quoniam vnus ex eis
ſuper lectum ſuum morietur,& tamen cum tormentis.
* Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos comedet. 27
* Vnus enim gladius comedet qui cum eo: ſed tamen 28
hic gladio in nouiſſimis cadet. * Et quoniam vidiſti 29
duas ſubalares traijciētes ſuper caput quod eſt in dex-
tera parte,* hęc eſt interpretatio. hi ſunt quos conſer- 30
uauit Altiſſimus in finem ſuum, hoc eſt regnum exile
& turbationis plenum.* Sicut vidiſti & leonem, quem 31
vidiſti de ſilua euigilantem, & rugientem, & loquentē
ad aquilam,& arguentem eam, & iniuſtitias ipſius, per
omnes ſermones eius ſicut audiſti: * hic eſt ventus 32
quem ſeruauit Altiſſimus in finem ad eos, & impieta-
tes ipſorum: & arguet illos, & incutiet coram ipſis diſ-
cerptiones eorum. * Statuet enim eos in iudicio vi- 33
uos: & erit, cùm arguerit eos, tunc corripiet eos. *Nam 34
reſiduum populum meum liberabit cum miſeria, qui
ſaluati ſunt ſuper fines meos,& iucundabit eos quoad-
uſque veniet finis, dies iudicij, de quo locutus ſum tibi
ab initio. * Hoc ſomnium quod vidiſti,& hæ interpre- 35
tationes. * Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi 36
ſecretum hoc. * Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vi- 37
diſti,& pone ea in loco abſcondito: * & docebis ea ſa- 38
pientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere,
& ſeruare ſecreta hæc. * Tu autem adhuc ſuſtine hîc 39
alios dies ſeptem, vt tibi oſtendatur quidquid viſum
fuerit Altiſſimo oſtendere tibi.* Et profectus eſt à me. 40
Et factum eſt, cùm audiſſet omnis populus quoniam
pertranſierunt ſeptem dies, & ego non fuiſſem reuer-
ſus in ciuitatem,& congregauit ſe omnis à minimo vſ-
que ad maximum: & venit ad me,& dixerunt mihi di-
centes: * Quid peccauimus tibi, & quid iniuſtè egi- 41
mus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti in loco
hoc? * Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus popu- 42
lis, ſicut botrus de vinea,& ſicut lucerna in loco obſcu-
ro,& ſicut portus & nauis ſaluata à tempeſtate. * Aut 43
non ſufficiunt nobis mala quæ contingunt? * Si ergo tu 44
nos dereliqueris, quantò nobis erat melius ſi eſſemus
ſuccenſi & nos cum incendio Sion? * Nec enim nos ſu- 45
mus meliores eorum qui ibi mortui ſunt. Et plorauc-
46 runt voce magna. Et reſpondi ad eos,& dixi: * Confi
47 de Iſrael,& noli triſtari tu domus Iacob. * Eſt enim me-
moria veſtri coram Altiſſimo, & Fortis non eſt oblitus
48 veſtri in tentatione. * Ego enim non dereliqui vos, ne-
que exceſſi à vobis: ſed veni in hunc locum vt depre-
carer pro deſolatione Sion, vt quærerem miſericor-
49 diam pro humilitate ſanctificationis veſtræ. * Et nunc
ite vnuſquiſque veſtrûm in domum ſuam, & ego ve-
50 niam ad vos poſt dies iſtos. * Et profectus eſt populus,
51 ſicut dixi ei, in ciuitatem: * ego autem ſedi in campo
ſeptem diebus, ſicut mihi mandauit: & manducabam
de floribus ſolummodò agri, de herbis facta eſt eſca
mihi in diebus illis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

2 SVPERAVERAT. pro, ſuperfuerat.
5 QVAM. pro, quo.
13 TIMOR. pro, terror.
21 IN TEMPORE. pro, ad tempus. EIVS. ſ. ſuum cuiuſque.
28 QVI CVM EO. i. alterum.
34 CVM MISERIA. i. per ærumnas. SVPER FINES. pro, in fines.
48 SANCTIFICATIONIS. i. templi, vel religionis.
51 MANDAVIT. ſ. Angelus.

CAPVT XIII.

Altera viſio Eſdræ oſtenditur cum ipſius interpretatione.

1 ET factum eſt poſt dies ſeptem, & ſomniaui ſom-
2 nium nocte. * Et ecce de mari ventus exurgebat,
3 vt conturbaret omnes fluctus eius. * Et vidi, & ecce
conualeſcebat ille homo cum millibus cęli: & vbi vul-
tum ſuum vertebat vt conſideraret, tremebant omnia
4 quæ ſub eo videbantur: * & vbicumque exibat vox de
ore eius, ardeſcebant omnes qui audiebant voces eius,
5 ſicut quieſcit terra quando ſenſerit ignem. * Et vidi
poſt hęc,& ecce congregabatur multitudo hominum,
quorum non erat numerus, de quattuor ventis cæli, vt
6 debellarent hominem qui aſcenderat de mari. * Et vi-
di,& ecce ſibimetipſi ſculpſerat montem magnum, &
7 volauit ſuper eum. * Ego autem quæſiui videre regio-
nem vel locum vnde ſculptus eſſet mons, & non potui.
8 * Et poſt hæc vidi,& ecce omnes qui congregati ſunt ad
eum, vt expugnarent eum, timebant valdè, tamen au-
9 debant pugnare. * Et ecce, vt vidit impetum multitu-
dinis venientis, non leuauit manum ſuam, neque fra-
meam tenebat, neque aliquod vas bellicoſum, niſi ſo-
10 lummodò vt vidi, * quoniam emiſit de ore ſuo ſicut
flatum ignis, & de labiis eius ſpiritus flammæ, & de
lingua eius emittebat ſcintillas & tempeſtates, & com-
miſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis, & ſpiritus
11 flammæ, & multitudo tempeſtatis: * & concidit ſuper
multitudinem in impetu, quæ pręparata erat pugnare,
& ſuccendit omnes, vt ſubitò nihil videretur de innu-
merabili multitudine, niſi ſolummodò puluis, & fu-
12 mi odor: & vidi,& extimui. * Et poſt hęc vidi ipſum
hominem deſcendentem de monte, & vocantem ad ſe
13 multitudinem aliam pacificam, * & accedebat ad eum
vultus hominum multorum, quorumdam gaudētium,
quorumdam triſtantium: aliqui verò alligati, aliqui
adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à mul-
14 titudine pauoris,& expergefactus ſum,& dixi, * Tu ab
initio demonſtraſti ſeruo tuo mirabilia hæc,& dignum
15 me habuiſti vt ſuſciperes deprecationem meam: * &
nunc demonſtra mihi adhuc interpretationem ſomnij
16 huius. * Sicut enim exiſtimo in ſenſu meo, væ qui de-
relicti fuerunt in diebus illis: & multò plus væ his qui
17 non ſunt derelicti. * Qui enim non ſunt derelicti, tri-
18 ſtes erant. * Intelligo nunc quæ ſunt repoſita in no-
uiſſimis diebus,& occurrent eis, ſed & his qui derelicti
19 ſunt. * Propter hoc venerunt enim in pericula magna,
& neceſſitates multas, ſicut oſtendunt ſomnia hæc.
20 * Attamen facilius eſt periclitantem venire in hunc,
quàm pertranſire, ſicut nubem à ſæculo,& nunc vide-
re quæ contingunt in nouiſſimo. Et reſpondit ad me,
21 & dixit: * Et viſionis interpretationem dicam tibi: &
22 de quibus locutus es adaperiam tibi. * Quoniam de
23 his dixiſti qui derelicti ſūt: hęc eſt interpretatio. * Qui
aufert periculum illo tempore, hic ſe cuſtodiuit. qui in

periculo inciderunt, hi ſunt qui habent opera & fidem
ad Fortiſſimum.* Scito ergo quoniam magis beatifica- 24
ti ſunt qui derelicti, ſuper eos qui mortui ſunt. * Hæ 25
interpretationes viſionis, quia vidiſti virum aſcenden-
tem de corde maris, * ipſe eſt quem conſeruat Altiſſi- 26
mus multis temporibus, qui per ſemetipſum liberabit
creaturam ſuam: & ipſe diſponet, qui derelicti ſunt.
* Et quoniam vidiſti de ore eius exire, vt ſpiritum, & 27
ignem, & tempeſtatem: * & quoniam non tenebat fra- 28
meam, neque vas bellicoſum: corrupit enim impetus
eius multitudinem, quæ venerat expugnare eum. hæc
eſt interpretatio. * Ecce dies veniunt quando incipiet 29
Altiſſimus liberare eos qui ſuper terram ſunt: * & ve- 30
niet in exceſſu mentis ſuper eos qui inhabitant terram.
* Et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, 31
& locus locum, & gens aduerſus gentem, & regnum
aduerſus regnum. * Et erit, cùm fient hęc, & contin- 32
gent ſigna quæ antè oſtendi tibi: & tunc reuelabitur fi-
lius meus, quem vidiſti, vt virum aſcendentem. * Et 33
erit quando audierint omnes gentes vocem eius: & de-
relinquet vnuſquiſque in regione ſua bellum ſuum,
quod habent ad alterutrum: * & colligetur in vnum 34
multitudo innumerabilis, ſicut volentes venire, & ex-
pugnare eum. * Ipſe autem ſtabit ſuper cacumen mon- 35
tis Sion. * Sion autem veniet, & oſtendetur omnibus 36
parata & ædificata, ſicut vidiſti montem ſculpi ſine
manibus. * Ipſe autem filius meus arguet quæ adin- 37
uenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempeſtati
appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum,
& cruciamenta quibus incipient cruciari: * quæ aſſi- 38
milatæ ſunt flammæ, & perdet eos ſine labore per le-
gem quæ igni aſſimilata eſt. * Et quoniam vidiſti eum 39
colligentem ad ſe aliam multitudinem pacificam, * hæ 40
ſunt decem tribus, quæ captiuę factæ ſunt de terra ſua
in diebus Oſee regis, quem captiuum duxit Salmana-
ſar rex Aſſyriorum: & tranſtulit eos trans flumen, &
tranſlati ſunt in terram aliam. * Ipſi autem ſibi dede- 41
runt conſilium hoc vt derelinquerent multitudinem
gentium, & proficiſcerentur in vlteriorem regionem,
vbi numquam inhabitauit genus humanum: * vel ibi 42
obſeruare legitima ſua, quæ non fuerant ſeruantes in
regione ſua. * Per introitus autem anguſtos fluminis 43
Euphraten introierunt. * Fecit enim eis tunc Altiſſi- 44
mus ſigna, & ſtatuit venas fluminis vſquequò tranſiret.
* Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni 45
vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arſareth.
* Tunc inhabitauerunt ibi vſque in nouiſsimo tempo- 46
re: & nunc iterum cùm cœperint venire, * iterùm Al- 47
tiſsimus ſtatuet venas fluminis, vt poſsint tráſire: pro-
pter hæc vidiſti multitudinem cum pace. * Sed & qui 48
derelicti ſunt de populo tuo, hi ſunt qui inueniuntur
intra terminum meum. * Factum erit ergo, quando in- 49
cipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ ſunt
gentes, proteget eos qui ſuperauerunt populum: * & 50
tunc oſtendet eis multa plurima portenta. * Et dixi 51
ego, Dominator Domine, hoc mihi oſtende, propter
quod vidi virum aſcendentem de corde maris. Et dixit
mihi, * Sicut non potes hæc vel ſcrutari, vel ſcire quæ 52
ſunt in profundo maris: ſic non poterit quiſque ſuper
terram videre filium meum, vel eos qui cum eo ſunt,
niſi in tempore diei. * Hæc eſt interpretatio ſomnij 53
quod vidiſti, & propter quod illuminatus es hic ſolus.
* Dereliquiſti enim tuam, & circa meam vacaſti legem, 54
& quæſiſti. * Vitam enim tuam diſpoſuiſti in ſapien- 55
tia, & ſenſum tuum vocaſti matrem: * & propter hoc 56
oſtendi tibi merces apud Altiſsimum. erit enim poſt
alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia
& mirabilia. * Et profectus ſum, & tranſij in campum, 57
multùm glorificans & laudans Altiſsimum de mira-
bilibus quæ per tempus faciebat: * & quoniam guber- 58
nat ipſum, & quæ ſunt in temporibus illata, & ſedi ibi
tribus diebus.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

HOMO. ſ. factus. 3
QVIESCET. i. diſperibit. 4
SCVLPSERAT. i. exciderat. 6
16 DERELICTI. i. ſuperſtites.
18 EIS. i. non derelictis.
20 IN HVNC. ſ. ſtatum. q. d. in hæc.
23 AVFERT. pro, fert, ſeu portat.
30 EXCESSV MENTIS. i. pauore, ſeu ſtupore.
37 HAS. ſ. gentes. TEMPESTATI APPROPINQVAVERVNT. i. in quas tempeſtas incidit.
42 VEL. pro, & vel.
43 EVPHRATEN. pro Euphratis.
44 STATVIT. pro, ſtitit i. prohibuit.
50 MVLTA PLVRIMA. pro, quamplurima.
51 QVOD. pro, quid.
52 DIEI. ſ. illius.
56 MERCES. i. opes.
58 ILLATA. pro, incidentia.

CAPVT XIV.

Apparet Dominus Eſdræ in rubo, & futura quædam arcana reuelat.

1 ET factum eſt tertio die, & ego ſedebam ſub quer-
2 cu. * Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & di-
xit: Eſdra Eſdra. Et dixi: Ecce ego Domine. Et ſurrexi
3 ſuper pedes meos. Et dixit ad me: * Reuelans reuela-
tus ſum ſuper rubum, & locutus ſum Moyſi, quando
4 populus meus ſeruiebat in Ægypto, * & miſi eum, &
eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum ſu-
per montem Sina, & detinebam eum apud me diebus
5 multis. * & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei
6 temporum ſecreta & finem. & præcepi ei, dicens: * Hęc
7 in palàm facies verba, & hæc abſcondes. * Et nunc tibi
8 dico: * Signa quæ demonſtraui, & ſomnia quæ vidiſti,
& interpretationes quas tu vidiſti, in corde tuo repone
9 ea: * tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris reſi-
duus cùm conſilio meo & cum ſimilibus tuis, vſque-
10 quò finiantur tempora. * quoniam ſæculum perdidit
iuuentutem ſuam, & tempora appropinquant ſene-
11 ſcere. * Duodecim enim partibus diuiſum eſt ſæcu-
lum, & tranſierunt eius decima & dimidium decimæ
12 partis. * ſuperſunt autem eius poſt medium decimæ
13 partis. * Nunc ergo diſpone domum tuam, & corripe
populum tuum, & conſolare humiles eorum, & re-
14 nuntia iam corruptelæ, * & dimitte abs te mortales co-
gitationes, & proijce abs te pondera humana, & exue
te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem
moleſtiſſima tibi cogitamenta, & feſtina tranſmigrare
15 à temporibus his: * quæ enim vidiſti nunc contigiſſe
16 mala, iterùm horum deteriora facient: * quantum enim
inualidum fiet ſæculum à ſenectute, tantum multipli-
17 cabuntur ſuper inhabitantes mala. * Prolongauit enim
ſe magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam
18 enim feſtinat venire, quam vidiſti viſionem. * Et re-
19 ſpondi, & dixi coram te Domine. * Ecce enim ego ab-
ibo, ſicut pręcepiſti mihi, & corripiam præſentem po-
pulum. Qui autem iterùm nati fuerint, quis commo-
20 nebit? * Poſitum eſt ergo ſęculum in tenebris, & qui in-
21 habitant in eo ſine lumine. * Quoniam lex tua incenſa
eſt, propter quod nemo ſcit quæ à te facta ſunt, vel quæ
22 incipient opera. * Si enim inueni in te gratiam, immit-
te in me Spiritum ſanctum, & ſcribam omne quod fa-
ctum eſt in ſæculo ab initio, quæ erant in lege tua ſcri-
pta, vt poſsint homines inuenire ſemitam, & qui volue-
23 rint viuere in nouiſſimis, viuant. * Et reſpondit ad me,
& dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, vt
24 non quærant te diebus quadraginta. * Tu autem præ-
para tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Da-
25 briam, Salemiam, Echanum, & Aſiel, quinque hos qui
parati ſunt ad ſcribendum velociter. * Et venias huc, &
ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ
non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies
26 ſcribere. * Et tunc perfectis quędam palàm facies, quę-
dam ſapientibus abſconsè trades. in craſtinum enim
27 hac hora incipies ſcribere. * Et profectus ſum, ſicut
mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & di-
28 xi: * Audi Iſrael verba hæc: * Peregrinati ſunt patres
29 noſtri ab initio in Ægypto, & liberati ſunt inde: * & ac-
30 ceperunt legem vitæ, quam non cuſtodierunt, quam &
31 vos poſt eos tranſgreſsi eſtis: * & data eſt vobis terra in
ſortem, & terra Sion, & patres veſtri, & vos iniquita-
tem feciſtis, & non ſeruaſtis vias quas præcepit vobis

Altiſ-

Altiſsimus: * & iuſtus iudex cùm ſit, abſtulit à vobis 32
in tempore quod donauerat. * Et nunc vos hîc eſtis,& 33
fratres veſtri introrſum veſtrûm ſunt. * Si ergo impe- 34
raueritis ſenſui veſtro, & erudieritis cor veſtrum, viui
conſeruati eritis,& poſt mortem miſericordiam conſe-
quemini. * Iudicium enim poſt mortem veniet,quan- 35
do iterùm reuiuiſcemus: & tunc iuſtorum nomina pa-
rebunt,& impiorum facta oſtendentur. * Ad me igitur 36
nemo accedat nunc, neq; requirat me vſque dies qua-
draginta. * Et accepi quinque viros ſicut mandauit 37
mihi,& profecti ſumus in campum, & manſimus ibi.
* Et factus ſum in craſtinum, & ecce vox vocauit me 38
dicens: Eſdra aperi os tuum, & bibe quo te potauero.
* Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur 39
mihi. Hoc erat plenum ſicut aqua: color autem eius
vt ignis ſimilis. * Et accepi, & bibi: & in eo cùm bi- 40
biſſem,cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus
meum increſcebat ſapientia. Nam ſpiritus meus con-
ſeruabatur memoria. * Et apertum eſt os meum, & 41
non eſt clauſum ampliùs. * Altiſſimus dedit intelle- 42
ctum quinque viris,& ſcripſerunt quæ dicebantur ex-
ceſſiones noctis, quas non ſciebant. * Nocte autem 43
manducabant panem, ego autem per diem loquebar,
& per noctem non tacebam. * Scripti ſunt autem per 44
quadraginta dies libri ducenti quattuor. * Et factum 45
eſt cùm compleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt
Altiſſimus,dicens: Priora quæ ſcripſiſti, in palàm po-
ne, & legant digni & indigni: * nouiſſimos autem ſe- 46
ptuaginta conſeruabis,vt tradas eos ſapientibus de po-
pulo tuo. * In his enim eſt vena intellectus, & ſapien- 47
tiæ fons,& ſcientiæ flumen. Et feci ſic.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

SIONA. i. res miræ. 8
CONVERTERIS. pro, conuerſaberis.
POST MEDIVM pro, quantum eſt poſt dimidium. 12
PROLONGAVIT. i. longè receſſit. 17
INCENSA. i. cremata. 21
BVXOS i. buxeas tabellas. 24
PERFECTIS. i. vbi perfecta fuerint. 26
INTRORSVM VESTRVM. pro, intra vos. 33
EXCESSIONES NOCTIS QVAS pro, mira per noctem quæ. 42

CAPVT XV.

Prædicuntur multæ calamitates ſæculo superuenturæ.

ECce loquere in aures plebis meæ ſermones pro- 1
phetię,quos immiſero in os tuum,dicit Dominus:
* & fac,vt in charta ſcribantur, quoniam fideles & veri 2
ſũt. * Ne timeas à cogitationibus aduerſum te, nec tur- 3
bent te incredulitates dicentium. * Quoniam omnis in- 4
credulus in incredulitate ſua morietur. * Ecce ego in- 5
duco,dicit Dominus,ſuper orbem terrarum mala, gla-
dium,& famẽ,& mortem,& interitum: * propter quod 6
ſuperpolluit iniquitas omnem terram,& adimpleta ſũt
opera nociua illorum. * Propterea dicit Dominus: * Iam 7
non ſilebo de impietatibus eorum quæ irreligiosè agũt, 8
nec ſuſtinebo in his quæ iniquè exercent. ecce ſanguis
innoxius & iuſtus clamat ad me, & animæ iuſtorũ cla-
mant perſeueranter. * Vindicans vindicabo illos, dicit 9
Dominus, & accipiam omnem ſanguinem innoxium
ex illis ad me. * Ecce populus meus quaſi grex ad occi- 10
ſionem ducitur,iam non patiar illum habitare in terra
Ægypti: * ſed educam eum in manu potenti & brachio 11
excelſo,& percutiam plaga ſicut priùs, & corrumpam
omnem terram eius * Lugebit Ægyptus,& fundamen- 12
ta eius plaga verberata,& caſtigatione quas inducet ei
Deus. * Lugebunt cultores operantes terram,quoniam 13
deficient ſemina eorum ab vredine,& grandine,& à ſi-
dere terribili. * Væ ſęculo,& qui habitant in eo: * quia 14
appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget 15
gens contra gentem ad pugnam,& rhomphęa in mani-
bus eorum. * Erit enim incõſtabilitio hominibus,& alij 16
aliis inualeſcentes non curabunt regem ſuum, & prin-
cipes viæ geſtorum ſuorum in potentia ſua. * Concupi- 17
ſcet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. * Pro- 18
pter ſuperbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, do-
mus exterentur,homines metuent. * Non miſerebitur 19
homo proximum ſuum, ad irritum faciendum domos
eorum in gladium,ad diripiẽdas ſubſtantias eorũ,pro-
20 pter famem panis & tribulationem multam. * Ecce,ego
conuoco,dicit Deus, omnes reges terræ ad me veren-
dum,qui ſunt ab Oriente,& ab Auſtro,& ab Euro,& à
Libano,ad conuertendos in ſe,& reddere quæ dederũt
21 illis: * ſicut faciunt vſq; hodie electis meis, ſic faciam
& reddam in ſinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus.
22 * Non parcet dextera mea ſuper peccatores,nec ceſſabit
rhomphæa ſuper effundẽtes ſanguinem innoxium ſu-
23 per terram. * Exiit ignis ab ira eius & deuorauit funda-
menta terræ, & peccatores quaſi ſtramen incenſum.
24 * Væ eis qui peccãt, & non obſeruant mandata mea, di-
25 cit Dominus. * nõ parcam illis. Diſcedite filij a poteſta-
26 te. Nolite contaminare ſanctificationem meam, * quo-
niam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum,
27 propterea tradidit eos in mortem,& in occiſionẽ. * Iam
enim venerunt ſuper orbem terrarum mala,& manebi-
tis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quòd
28 peccaſtis in eum. * Ecce viſio horribilis, & facies illius
29 ab Oriente. * Et exient nationes draconum Arabum in
curribus multis,& ſicut flatus,eorum numerus feretur
ſuper terram, vt iam timeant & trepident omnes qui il-
30 los audient * carmonij inſanientes in ira,& exient vt a-
pri de ſilua, & aduenient in virtute magna, & conſta-
bunt in pugnam cum illis,& vaſtabunt portionem ter-
31 ræ Aſſyriorum. * Et poſt hæc superualeſcent dracones
natiuitatis ſuæ memores, & conuertent ſe conſpirantes
32 in virtute magna ad perſequendos eos. * Iſti turbabun-
tur & ſilebunt in virtute illorum, & conuertent pedes
33 ſuos in fugam, * & à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor
obſidebit eos,& cõſumet vnum ex illis, & erit timor &
tremor in exercitu illorum,& contentio in reges ipſorũ.
34 * Ecce nubes ab oriente & ſeptemtrione vſque ad me-
ridianum,& facies earum horrida valdè, plena iræ &
35 procellę, * & collident ſe inuicem,& collident ſidus co-
pioſum ſuper terram,& ſidus illorum, & erit ſanguis à
36 gladio vſque ad ventrem, * & fimus hominis vſque ad
ſubſtramen cameli, & erit timor & tremor multus ſu-
37 per terram, * & horrebunt qui videbunt iram illam, &
tremor apprehendet illos: & poſt hęc mouebunt nim-
38 bi copioſi * à meridiano & ſeptemtrione, & portio alia
39 ab occidente: * & ſuperinualeſcent venti ab oriente, &
recludent eam,& nubem quam ſuſcitaui in ira,& ſidus
ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum
40 & occidentem violabitur: * & exaltabuntur nubes ma-
gnæ & validę plenę iræ,& ſidus, vt exterreant omnem
terram,& inhabitãtes eam, & infundent ſuper omnem
41 locum altum & eminentem ſidus terribile, * ignem &
grandinem, & rhomphęas volantes, & aquas multas,
vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui ple-
42 nitudine aquarum multarum. * & demolientur ciuita-
tes,& muros, & montes,& colles,& ligna ſiluarum, &
43 fœnum pratorum,& frumenta eorum. * Et tranſibunt
44 conſtantes vſq; ad Babylonem,& exterent eam: * con-
uenient ad ipſam,& circuibunt eam,& effundẽt ſidus,
& omnem iram ſuper eam, & ſubibit puluis & fumus
45 vſq; in cęlum,& omnes in circuitu lugebunt eam: * &
qui ſub ea remanſerint, ſeruient his qui exterruerunt.
46 * Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis & gloria perſo-
47 næ eius, * væ tibi miſera propter quòd aſſimilaſti ei, &
ornaſti filias tuas in fornicatione,ad placendum & glo-
riandum in amatoribus tuis,qui tecum cupierunt ſem-
48 per fornicari. * Odibilem imitata es in omnibus ope-
ribus eius,& in adinuentionibus eius: propterea dicit
49 Deus, * Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem,
& famem, & gladium, & peſtem, ad deuaſtandas do-
mos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ.
50 * Sicut flos ſiccabitur, cùm exurget ardor qui emiſſus
51 eſt ſuper te, * infirmaberis vt paupercula plagata & ca-
ſtigata à mulieribus,vt non poſſint te ſuſcipere poten
52 tes & amatores. * Numquid ego ſic zelabor te, dicit
53 Dominus, * niſi occidiſſes electos meos in omni tem
pore,exaltans percuſſionem manuum, & dicens ſuper
54 mortem eorum,cùm inebriata eſſes, * Exorna ſpeciem
55 vultus tui? * Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, pro-
56 pter hoc redditionem accipies. * Sicut facies electis
meis,dicit Dominus,ſic faciet tibi Deus, & tradet te in

malum. *Et nati tui fame interient: & tu rhomphęa ca- 57
des, & ciuitates tuę conterentur, & omnes tui in campo
gladio cadent. *Et qui ſunt in montibus, fame peribũt, 58
& manducabunt carnes ſuas, & ſanguinem bibent, à
fame panis & ſiti aquæ. * Infelix per maria venies, & 59
rurſum accipies mala. * Et in tranſitu allident ciuita- 60
tem occiſam, & exterent aliquam portionem terræ tuę,
& partem glorię tuæ exterminabunt, rurſum reuerten-
tes ad Babylonem ſubuerſam. * Et demolita eris illis 61
pro ſtipula, & ipſi erunt tibi ignis: *& deuorabunt te, & 62
ciuitates tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes
ſiluas tuas & lignum fructiferum igni comburent. *Fi- 63
lios tuos captiuos ducent, & cenſum tuum in prædam
habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

PROPTER QVOD. pro, propterea quòd. 6
SILEBO. i. diſſimulabo. 8
SIDERE. i. ſideratione. Morbus eſt plantas & animalia are-
faciens. 13
INCONSTABILITIO. i. ſeditio. IN POTENTIA SVA. q. d.
potentia agent, non ratione. 16
CONVERTENDOS IN SE. pro, regerendum in ipſos. ILLIS.
ſ. electis meis. 20
POTESTATI. ſ. iniquæ. SANCTIFICATIONEM. i. ſanctuariũ 25
PROPTER QVOD. pro, propterea quòd. 27
SICVT FLATVS. i. more venti. 29
CARMONII. Nomen populi, vt loci. 30
COLLIDENT SIDVS. i. ſtellas deturbabunt. AD VENTREM.
ſ. aſcendens ſeu inundans. 35
FIMVS i. cadauera. SVBSTRAMEN. Alij, *cingulum*. 36
SIDVS TERRIBILE. i. ſiderationem vehementem. 40
SIDVS i. ſiderationem. 44
A VIOLATIONE. pro, violatione. GLORIA VIRTVTIS
ſ. peribit. 49
ZELABOR TE. pro, ſæuijſſem in te. 52
IN SINV. pro, in ſinum. ſ. reddetur. 55

CAPVT XVI.

Horrenda vniuerſo orbi deſolatio in fine futura.

VÆ tibi Babylon & Aſia, væ tibi Ægypte & Syria. 1
*Pręcingite vos ſaccis & cilicijs, & plangite filios 2
veſtros, & dolete: quoniam appropinquauit contritio
veſtra. * Immiſſus eſt vobis gladius, & quis eſt qui a- 3
uertat illum? * Immiſſus eſt in vobis ignis, & quis eſt 4
qui extinguat illum? *Immiſſa ſunt vobis mala, & quis 5
eſt qui repellat ea? * Numquid repellet aliquis leonem 6
eſurientem in ſilua, aut extinguet ignem in ſtipula, mox
quando cœperit ardere? *Numquid repellet aliquis ſa- 7
gittam à ſagittario forti miſſam? * Dominus fortis im- 8
mittit mala, & quis eſt qui repellat ea? * Exit ignis ex 9
iracundia eius, & quis eſt qui extinguat eum? * Coru- 10
ſcabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non paue-
bit? * Dominus comminabitur, & quis non funditus 11
conteretur à facie ipſius? *Terra tremuit & fundamen- 12
ta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius diſ-
turbabuntur, & piſces eius à facie Domini, & à gloria
virtutis eius: *quoniam fortis dextera eius quæ arcum 13
tendit: ſagittæ eius acutæ quæ ab ipſo mittuntur, non
deficient, cùm cœperint mitti in fines terræ. *Ecce mit- 14
tuntur mala, & non reuertentur, donec veniant ſuper
terram. * Ignis ſuccenditur, & non extinguetur, donec 15
conſumat fundamenta terræ. *Quemadmodum non 16
redit ſagitta miſſa à valido ſagittario, ſic non reuer-
tentur mala quæ miſſa fuerint in terram. * Væ mihi, 17
væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? * Initium 18
dolorum & multi gemitus, initium famis & multi in-
teritus, initium bellorum & formidabunt poteſtates,
initium malorum & trepidabunt omnes. * In his quid 19
faciam, cùm venerint mala? * Ecce fames & plaga, & 20
tribulatio, & anguſtia, miſſa ſunt flagella in emendatio-
ne, * & in his omnibus ſe non conuertent ab iniquitati- 21
bus ſuis, neque flagellorum memores erunt ſemper.
*Ecce, erit annonæ vilitas ſuper terram, ſic vt putent ſi- 22
bi eſſe directam pacem, & tunc germinabunt mala ſu-
per terram, gladius, fames, & magna confuſio. * A fa- 23
me enim plurimi qui inhabitant terram interient, &
gladius perdet ceteros qui ſuperauerint à fame, * & 24
mortui ſicut ſtercora proijcientur, & non erit qui con-
ſoletur eos. Derelinquetur enim terra deſerta, & ciui-

25 tates eius deijcientur. * non derelinquetur qui colat
26 terram, & qui ſeminet eam. * Ligna dabunt fructus, &
27 quis vindemiabit illa? *Vua matura fiet, & quis calca-
28 bit illam? erit enim locis magna deſertio. *Cupiet enim
29 homo hominem videre, vel vocem eius audire. * Re-
linquentur enim de ciuitate decem, & duo de agro, qui
abſconderint ſe in denſis nemoribus, & sciſſuris pe-
30 trarum: * quemadmodum derelinquuntur in oliueto
31 & ſingulis arboribus tres aut quattuor oliuæ. * aut ſic-
ut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui
32 diligenter vineam ſcrutantur: *ſic relinquentur in die-
bus illis tres aut quattuor ab ſcrutantibus domos eo-
33 rum in rhomphęa. * Et relinquetur terra deſerta, & a-
gri eius inueterabunt, & viæ eius, & omnes ſemitę eius
germinabunt ſpinas, eò quòd non tranſient homines
34 per eam. * Lugebunt virgines non habentes ſponſos,
lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ
35 earum non habentes adiutorium: * ſponſi earum in
bello conſumentur, & viri earum in fame exterentur.
36 *Audite verò iſta, & cognoſcite ea ſerui Domini. * Ec-
37 ce verbum Domini, excipite illud: ne dijs credatis de
38 quibus dicit Dominus. * Ecce appropinquant mala,
39 & non tardant. * Quemadmodum pręgnans cùm pa-
rit in nono menſe filium ſuum, appropinquante hora
partus eius ante horas duas vel tres, dolores, circum-
eunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre, non
40 tardabunt vno puncto: * ſic non morabuntur mala ad
prodeundum ſuper terram, & ſæculum gemet, & do-
41 lores circumtenebunt illud. * Audite verbum, plebs
mea: parate vos in pugnam, & in malis ſic eſtote, quaſi
42 aduenæ terræ. * Qui vendit, quaſi qui fugiat: & qui
43 emit, quaſi qui perditurus. * Qui mercatur, quaſi qui
fructum non capiat: & qui ędificat, quaſi non habita-
44 turus. * Qui ſeminat, quaſi qui non metet: ſic & qui
45 vineam putat, quaſi non vindemiaturus. * Qui nu-
bunt, ſic quaſi filios non facturi, & qui non nubunt, ſic
46 quaſi vidui. * Propter quod qui laborant, ſine cauſa
47 laborant: * Fructus enim illorum alienigenæ metent,
& ſubſtantiam illorum rapient, & domos euertent, &
filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame
48 generant natos ſuos. * Et qui negotiantur in rapina,
quantum diu exornant ciuitates & domos ſuas, & poſ-
49 ſeſsiones & perſonas ſuas, * tantò magis adzelabor eos
50 ſuper peccata ſua, dicit Dominus. *Quomodo zelatur
51 fornicaria mulierem idoneam & bonam valdè, * ſic ze-
labitur iuſtitia iniquitatem cùm exornat ſe, & accuſat
eam in facie, cùm venerit qui defendat exquirentem
52 omne peccatum ſuper terram. * Propterea nolite ſi-
53 milari ei, nec operibus eius: * quoniam adhuc puſil-
lum, & tolletur iniquitas à terra, & iuſtitia regnabit in
54 vos. * Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam
carbones ignis comburet ſuper caput eius, qui dicit:
55 Non peccaui coram Domino Deo & gloria ipſius. *Ec-
ce Dominus cognoſcet omnia opera hominum, & ad-
inuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda
56 illorum. * Dixit enim: Fiat terra, & facta eſt; fiat cæ-
57 lum, & factum eſt. * Et in verbo illius ſtellæ fundatæ
58 ſunt, & nouit numerum ſtellarum. * Qui ſcrutatur
abyſſum, & theſauros illarum: qui menſus eſt mare,
59 & conceptum eius. * Qui concluſit mare in medio a-
quarum, & ſuſpendit terram ſuper aquas verbo ſuo.
60 * Qui extendit cælum quaſi cameram, ſuper aquas
61 fundauit eum. * Qui poſuit in deſerto fontes aqua-
rum, & ſuper verticem montium lacus ad emittendum
62 flumina ab eminenti petra, vt potaret terram. * Qui
finxit hominem, & poſuit cor ſuum in medio corpo-
63 ris, & miſit ei ſpiritum, vitam & intellectum, * & ſpi-
ramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, & ſcrutinat
64 omnia abſconſa in abſconſis terræ. * Hic nouit adin-
uentionem veſtram, & quæ cogitatis in cordibus ve-
ſtris, peccantes & volentes occultare peccata veſtra.
65 * Propter quod Dominus ſcrutinando ſcrutinauit om-
66 nia opera veſtra, & traducet vos omnes, * & vos confu-
ſi eritis cùm proceſſerint peccata veſtra coram homi-
nibus, & iniquitates erunt, quæ accuſatores ſtabunt in
67 die illo. * Quid facietis? aut quomodo abſcondetis

pecca-

peccata veſtra coram Deo & angelis eius? * Ecce iudex 68
Deus, timete eum. Deſinite à peccatis veſtris, & obli-
uiſcamini iniquitates veſtras iam agere eas in ſempi-
terno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribu-
latione. * Ecce enim incenditur ardor ſuper vos turbæ 69
copioſæ, & rapient quoſdam ex vobis, & cibabunt ido-
lis occiſos: * & qui conſenſerint eis, erunt illis in deri- 70
ſum, & in improperium, & in conculcationem. * erit 71
enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio mul-
ta ſuper timentes Dominum. * Erunt quaſi inſani ne- 72
mini parcentes, ad diripiendum & deuaſtandum ad-
huc timentes Dominum. * quia deuaſtabunt & diri 73
pient ſubſtantias, & de domibus ſuis eos eijcient.
* Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum 74
quod probatur ab igne. * Audite dilecti mei, dicit Do- 75
minus: Ecce adſunt dies tribulationis, & de his libera-
bo vos. * Ne timeatis, nec hæſiteris, quoniam Deus 76
dux veſter eſt. * Et qui ſeruat mandata & præcepta mea, 77
dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata
veſtra, ne ſupereleuent ſe iniquitates veſtræ. * Væ qui 78
conſtringuntur à peccatis ſuis, & obteguntur ab iniqui-
tatibus ſuis, quemadmodum ager conſtringitur à ſilua,
& ſpinis tegitur ſemita eius per quam non tranſit ho-
mo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

EMANVELIS SA NOTATIONES.

12 A GLORIA. i. præ gloria, ſeu magnificentia.
20 IN EMENDATIONE. pro, ad emendationem.
21 SEMPER. pro, vmquam.
23 SVPERAVERINT. pro, ſuperfuerint.
37 DIIS ALIIS. ſ. qui dixerunt contraria verbis Domini.
46 PROPTER QVOD. pro, propterea quòd.
47 IN CAPTIVITATE. pro, ad captiuitatem.
49 ADZELABOR EOS. pro, excandeſcam in eos.
50 ZELATVR. i. odit, ſeu indignatur. IDONEAM. i. honeſtam.
51 IN FACIE. i. palàm. DEFENDAT. i. vindicatur. EXQVIRENTEM. pro, facientem, ſeu exequentem.
54 COMBVRET. ſ. Deus.
55 COGNOSCET. pro, nouit.
58 CONCEPTVM. i. capacitatem.
59 IN MEDIO AQVARVM. pro, plenum aquis.
69 TVRBAE. i. populi. ſ. hoſtilis. CIBABVNT. i. veluti cibum offerent.
71 EXVRRECTIO. ſ. hoſtium.
77 PRAEPONDERENT. i. grauent.
78 EXCLVDITVR. ſ. homo, ne poſſit tranſire.

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.

VIGINTI & duas litteras eſſe apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum teſtatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis eſt. nam & ipſi viginti duo elementa habent eodem ſono, ſed diuerſis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem litteris ſcriptitant, figuris tantùm & apicibus diſcrepantes. Certumque eſt Eſdram ſcribam, legiſque doctorem, poſt captam Ieroſolymam & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias litteras reperiſſe quibus nunc vtimur: cùm ad illud vſque tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum, hæc eadem ſupputatio, ſub Leuitarum ac ſacerdotum cenſu, myſticè oſtenditur. Et nomen Domini tetragrammaton, in quibuſdam Græcis voluminibus, vſque hodie antiquis expreſſum litteris inuenimus. Sed & Pſalmi, trigeſimus ſextus, & centeſimus decimus, & centeſimus vndecimus, & centeſimus decimus octauus, & centeſimus quadrageſimus quartus, quamquam diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ Lamentationes, & Oratio eius: Salomonis quoq; in fine Prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinque litteræ duplices apud Hebræos ſunt, Caph, Mem, Nun, Pe, Sade: aliter enim ſcribuntur per has principia medietateſque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à pleriſque libri, duplices æſtimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt, Lamentationibus ſuis. Quomodo igitur vigintiduo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina ſupputantur, quibus quaſi litteris & exordiis, in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infátia.

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Bereſith: quem nos Geneſim dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle ſemoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaijcra, id eſt Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi ſunt quinque libri Moyſi, quos propriè תורה Thora, id eſt Legem appellant.

Secundum, Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Ieſu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Ioſue ben Nun dicitur.

Deinde ſubtexunt שפטים Sophetim, id eſt Iudicum librum. Et in eumdem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria.

Tertius ſequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus.

Quartus, מלכים Melachim, id eſt Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliuſque multò eſt מלכים Melachim, id eſt Regum, quàm ממלכות Mamlachot, id eſt Regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, eſt ישעיה Iſaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תרי עשר There aſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſſidet.

Et primus liber incipit à איוב Iob.

Secunuds à דוד Dauid: quem quinque inciſionibus & vno pſalmorum volumine comprehendunt.

Tertius eſt שלמה Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Miſle, id eſt Parabolas appellant.

Quartus, Eccleſiaſten, id eſt קוהלת Coheleth.

Quintus, Canticum canticorum, quem titulo שיר השירים Sir haſſirim prænotant.

Sextus, eſt דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamim, id eſt Verba dierum: quod ſignificantiùs, Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus & ſecundus inſcribitur.

Octauus, עזרא Eſdras: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos in duos libros diuiſus eſt.

Nonus, אסתר Eſther.

Atque ita fiunt pariter Veteris legis libri vigintiduo: id eſt, Moyſi quinque, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quamquam nonnulli רות וקינות Ruth & Cinoth, inter Hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ legis libros viginti quattuor: quos ſub numero viginti-

quattuor ſeniorum Apocalypſis Ioannis inducit adoran-
tes Agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offeren-
tes: ſtantibus coram quattuor animalibus oculatis antè
& retrò, id eſt in præteritum & in futurum reſpiciétibus,
& indefeſſa voce clamantibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus
Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui
venturus eſt. Hic prologus, Scripturarum quaſi galeatū
principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in
Latinum, conuenire poteſt: vt ſcire valeamus, quidquid
extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sa-
pientia, quæ vulgò Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Si-
rach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in ca-
none. Machabæorum primum librum, Hebraicum re-
peri. Secundus, Græcus eſt: quod ipſa quoque phraſi
probari poteſt. Quæ cùm ita ſe habeant, obſecro te Le-
ctor, ne laborem meum, reprehenſionem exiſtimes anti-
quorum. In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt:
alij aurum, argentum & lapides pretioſos: alij byſſum &
purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcum
benè agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et
tamen Apoſtolus contemptibiliora noſtra magis neceſſa-
ria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, &
per ſingulas ſpecies, Eccleſiæ præſentis futuræq; diſtin-
ctio, pellibus tegitur & ciliciis; ardoremque ſolis & in-
iuriam imbrium ea quæ viliora ſunt prohibent. Lege er-
go primum, Samuel, & Melachim meum: meum, inquā,
meum. Quidquid enim crebriùs vertendo, & emen-
dando ſollicitiùs & didicimus & tenemus, noſtrum eſt.
Et cùm intellexeris quod anteà neſciebas, vel interpre-
tem me æſtimato, ſi gratus es; vel Paraphraſten, ſi ingra-
tus. quamquam mihi omnino conſcius non ſim, mutaſſe
me quippiam de Hebraica veritate. Certè ſi incredulus
es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum iis o-
puſculis quæ nuper emendauimus: & vbicumq; diſcre-
pare inter ſe videris, interroga quemlibet Hebræorum
cui magis accommodare debeas fidem: & ſi noſtra fir-
mauerit, puto quòd eum non æſtimes coniectorem, vt in
eodem loco mecum ſimiliter diuinarit. Sed & vos famu-
las Chriſti rogo (quæ Domini diſcumbentis pretioſiſſi-
ma fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Salua-
torem quæritis in ſepulchro, quibus iam ad Patrem
Chriſtus aſcendit) vt contra latrantes canes, qui aduer-
ſum me rabido ore deſæuiunt, & circumeunt ciuitatem,
atque in eo ſe doctos arbitrantur ſi aliis detrahant, ora-
tionum veſtrarum clypeos opponatis. Ego ſciens humi-
Pſal. 38. litatem meam, illius ſemper ſententiæ recordabor, Dixi,
cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator ad-
uerſum me. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.

HIERONYMVS PAVLINO.

FRATER Ambroſius tua mihi munuſcu-
la perferens, detulit ſimul & ſuauiſſimas
litteras, quæ à principio amicitiarum, fi-
dem probatæ iam fidei, & veteris amici-
tiæ præferebant. Vera enim illa neceſſi-
tudo eſt, & Chriſti glutino copulata,
quam non vtilitas rei familiaris, non præſentia tantùm
corporum, non ſubdola & palpans adulatio: ſed Dei ti-
mor, & Diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Le-
gimus in veteribus hiſtoriis quoſdam luſtraſſe prouin-
cias, nouos adiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos quos ex
libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras
Memphiticos vates, ſic Plato Ægyptum & Architam
Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna
Græcia dicebatur, laborioſiſſimè peragrauit: vt qui Athe-
nis magiſter erat, & potens, cuiuſque doctrinam Acade-
miæ gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus atque diſci-
pulus: malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua impu-
denter ingerere. Denique dum litteras quaſi toto fu-
gientes orbe perſequitur, captus à piratis & venumdatus,
etiam tyranno crudeliſſimo paruit, captiuus vinctus, &
ſeruus; tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit.
Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem,
de vltimis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quoſdam ve-
niſſe nobiles legimus: & quos ad contemplationem ſui
Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Ha-
buit illa ætas inauditum omnibus ſæculis, celebrandum-
que miraculum, vt vrbem tantam ingreſſi, aliud extra vr-
bem quærerent. Apollonius, ſiue ille magus, vt vulgus
loquitur, ſiue philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intra-
uit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas,
Maſſagetas, opulentiſſima Indiæ regna penetrauit: & ad
extremum, latiſſimo Phiſon amne tranſmiſſo, peruenit ad
Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, &
de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de
natura, de motibus ſiderum, ac dierum curſu audiret do-
centem. Inde per Ælamitas, Babylonios, Chaldæos, Me-
dos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſti-
nos, reuerſus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt
Gymnoſophiſtas; & famoſiſſimam Solis menſam vide-
ret in ſabulo. Inuenit ille vir vbique quod diſceret, &
ſemper proficiens, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper
hoc pleniſſimè octo voluminibus Philoſtratus. Quid lo- II.
quar de ſæculi hominibus, cùm Apoſtolus Paulus, vas *Act. 9.c.*
electionis & magiſter Gentium, qui de conſcientia tanti
in ſe hoſpitis loquebatur, An experimétum quæritis eius, *2. Cor. 13.a*
qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcum, Arabiam- *Galat. 1.d*
que luſtratam, aſcendit Ieroſolymam, vt videret Petrum,
& manſerit apud eum diebus quindecim? Hoc enim my-
ſterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædi-
cator inſtruendus erat. Rurſumque poſt annos quat- *Galat. 2.d*
tuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito expoſuerit Apo-
ſtolis Euangelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cu-
curriſſet. Habet enim neſcio quid latentis *energias* viua
vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa, for-
tiùs ſonat. Vnde & Æſchines cùm Rhodi exularet, &
legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum
habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpi-
rans ait, Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſo- III.
nantem? Hæc non dico, quòd ſit in me aliquid tale, quod
vel poſſis à me audire, vel velis diſcere: ſed quòd ardor
tuus & diſcendi ſtudium etiam abſque nobis per ſe pro-
bari debeat. Ingenium docile, & ſine doctore laudabile
eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras conſideramus.
Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam ſi artificis &
plaſtæ ceſſent manus: tamen virtute totum eſt quidquid
eſſe poteſt. Paulus Apoſtolus ad pedes Gamalielis legem *Act. 22.a*
Moyſi & Prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt armatus ſpi-
ritalibus telis, poſteà diceret confidenter, Arma noſtræ *2. Cor. 10 b*
militiæ, non carnalia ſunt: ſed potentia Deo, ad deſtru-
ctionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem
altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, &
captiuantes omnem intellectum ad obediédum Chriſto,
& parati ſubiugare omnem inobedientiam. Ad Timo- *2. Tim. 3.d*
theum ſcribit ab infantia ſacris litteris eruditum, & hor-
tatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiam quæ data *1. Tim. 4.d*
ſit ei per impoſitionem manus presbyterij. Tito præcipit
vt inter ceteras virtutes Epiſcopi, quē breui ſermone de-
pinxit, ſcientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Ob- *Tit. 1. b*
tinentem, inquit, eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fide-
lem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana,
& contradicentes reuincere. Sancta quippe ruſticitas ſo- IV.
lùm ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito Ec-
cleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſi-
ſtat. Malachias propheta, immò per Aggæum Dominus,
Interroga, ait, ſacerdotes legem: intantum ſacerdotis offi- *Agg. 2.b*
cium eſt interrogatum reſpondere de Lege. Et in Deute- *Deut. 32.a*
ronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntia-
bit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. In Pſalmo quoque
centeſimo decimooctauo, Cantabiles mihi erant iuſtifi-
cationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in deſcri-
ptione iuſti viri cùm eum Dauid arbori vitæ, quæ eſt in
paradiſo, compararet, inter ceteras virtutes & hoc intulit,
In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabi- *Pſal. 1.*
tur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ viſionis ait,
iuſtos fulgere ſicut ſtellas; & intelligentes, id eſt doctos, *Dan. 12. b*

quaſi

quaſi firmamentum. Vides quantum inter ſe diſtent, iuſta
ruſticitas, & docta iuſtitia? Alij ſtellis, alij cælo compa-
rantur. Quamquam iuxta Hebraicam veritatem vtrumq;
de eruditis poſsit intelligi. Ita enim apud eos legimus:
Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor fir-
mamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtel-
Act. 4. e læ in perpetuas ęternitates. Cur dicitur Paulus Apoſtolus
vas electionis? Nempe quia legis & Scripturarum ſancta-
rum erat armarium. Phariſęi ſtupent in doctrina Domi-
ni: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legē ſciant,
Iſa. 54. d cùm litteras non didicerint. Quidquid enim aliis exerci-
Ioan 6. a tatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet, illis
Luc. 2. f hoc Spiritus ſanctus ſuggerebat, & erant iuxta quod ſcri-
ptum eſt, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator imple-
uerat, & in templo ſenes de quæſtionibus legis interro-
gans, magis docet dum prudenter interrogat. Niſi fortè
ruſticum Petrum, ruſticum dicimus Ioannem: quorum
2. Cor. 11. b vterque dicere poterat, Etſi imperitus ſermone, non ta-
men ſcientia. Ioannes ruſticus, piſcator, indoctus: & vn-
Ioan. 1. a de illa vox obſecro, In principio erat Verbum, & Verbum
erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος enim Grę-
cè multa ſignificat: nam & verbum eſt, & ratio, & ſuppu-
tatio, & cauſa vniuſcuiuſq; rei, per quam ſunt ſingula quæ
ſubſiſtunt: quæ vniuerſa rectè intelligimus in Chriſto.
V. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſthenes eloquens
ignorauit. Perdam, inquit, ſapientiam ſapientium, & pru-
Abd. 1. c. dentiam prudentium reprobabo. Vera ſapientia perdet
Iſa 29. e falſam ſapientiam; & quamquam ſtultitia prædicationis
1. Cor 1. c in cruce ſit, tamen Paulus ſapientiam loquitur inter per-
2. Cor. 2. b fectos: ſapientiam autem nō ſæculi huius, nec principum
ſæculi iſtius, quæ deſtruitur; ſed loquitur Dei ſapientiam
in myſterio abſconditam, quam prædeſtinauit Deus ante
ſæcula. Dei ſapientia, Chriſtus eſt. Chriſtus enim, Dei
virtus, & Dei ſapientia. Hęc ſapientia in myſterio abſcō-
dita eſt: de qua & noni Pſalmi titulus prænotatur, Pro oc-
Coloſſ. 2. a cultis filij. in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcien-
tiæ Dei abſconditi. Et qui in myſterio abſconditus erat,
prędeſtinatus eſt ante ſęcula: prędeſtinatus autem & prę-
figuratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appel-
labantur Videntes: quia videbant eum, quem ceteri non
Ioan. 8. g videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus eſt. Ape-
Ezech. 1. a riebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clauſi erāt.
Pſal. 118. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & conſiderabo mira-
bilia de lege tua. Lex enim ſpiritualis eſt, & reuelatione
Rom. 7. c opus eſt, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam cō-
2. Cor. 3. d templemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus
Apoc. 5. a oſtenditur: quem ſi dederis homini ſcienti litteras vt le-
Iſa. 29. d gat, reſpondebit tibi, Non poſſum: ſignatus eſt enim.
Apoc. 3. b Quanti hodie putant ſe noſſe litteras, tenent ſignatum li-
brum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſerauerit qui habet
clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit; claudit, & ne-
mo aperit? In Actibus Apoſtolorum ſanctus Eunuchus,
immò vir (ſic enim eum Scriptura cognominat) cùm le-
Act. 8. e geret Iſaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putaſ-
ne intelligis, quæ legis? reſpondit, Quomodo poſſum, niſi
aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec
ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior, qui de Æthio-
pia, id eſt de extremis mundi finibus, venit ad templum,
reliquit aulam Regiam: & tantus amator legis diuinæque
ſcientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret Litteras ſacras.
Et tamen cùm librum teneret, & verba Domini cogita-
tione conciperet, lingua volueret, labiis perſonaret, igno-
rabat eum quem in libro neſciēs venerabatur. Venit Phi-
lippus, oſtendit ei Ieſum, qui clauſus latebat in littera. O
mira doctoris virtus! eadem hora credit Eunuchus, ba-
ptizatur, & fidelis & ſanctus factus eſt; ac magiſter de di-
ſcipulo, plus in deſerto fonte Eccleſiæ, quam in aurato
ſynagogæ templo reperit. Hęc à me perſtricta ſunt breui-
ter (neque enim epiſtolaris anguſtia euagari longiùs pa-
tiebatur) vt intelligeres te in Scripturis ſacris ſine pręuio
VI. & monſtrante ſemitā non poſſe ingredi. Taceo de Gram-
maticis, Rhetoribus, Philoſophis, Geometris, Dialecti-
cis, Muſicis, Aſtronomis, Aſtrologis, Medicis, quorum
ſciētia mortalibus vel vtiliſsima eſt, & in tres partes ſcin-
ditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes ve-
niam, & quæ non tam lingua, quàm manu adminiſtrátur.
Agricolæ, cæmentarij, fabri metallorum, lignorumq; cæ-
ſores, lanarij quoque, & fullones, & ceteri qui variam ſu-
pellectilem, & vilia opuſcula fabricantur, abſque doctore
eſſe non poſſunt quod cupiunt. Quod Medicorum eſt,
promittunt Medici: tractant fabrilia fabri. ſola Scriptu-
rarum ars eſt, quam ſibi paſſim omnes vindicant. Scribi-
mus indocti doctique poëmata paſſim. Hanc garrula
anus, hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc
vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant.
Alij adducto ſupercilio, grandia verba trutinantes, inter
mulierculas de Sacris litteris philoſophātur. Alij diſcūt,
prô pudor, à feminis, quod viros doceant. & ne parum
hoc ſit, quadam facilitate verborum, immò audacia, ediſ-
ſerunt aliis quod ipſi non intelligunt. Taceo de mei ſi-
milibus, qui ſi fortè ad Scripturas ſanctas poſt ſæculares
litteras venerint, & ſermone cōpoſito aures populi mul-
ſerint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant. nec ſcire
dignantur quid Prophetę, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad
ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: quaſi grande
ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, deprauare ſen-
tentias, & ad voluntatem ſuam, Scripturam trahere re-
pugnantem. Quaſi non legerimus Homerocentonas, &
Vergiliocentonas: ac non ſic etiam Maronem ſine Chri-
ſto poſsimus dicere Chriſtianum, quia ſcripſerit: Iam re-
dit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies
cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium:
Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus. Et poſt ver-
ba Saluatoris in cruce: Talia perſtabat memorans, fixuſ-
que manebat. Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo ſi-
milia, docere quod ignores: immò, vt cum ſtomacho lo-
quar, ne hoc quidem ſcire quod neſcias.

Videlicet manifeſtiſsima eſt Geneſis, in qua de crea- VII.
tura mundi, de exordio generis humani, de diuiſione ter- *Geneſis.*
ræ, de confuſione linguarum & gentium, vſque ad exi-
tum ſcribitur Hebræorum.

Patet Exodus cum decem plagis, cum Decalogo, cum *Exodus.*
myſticis diuiniſque præceptis.

In promptu eſt Leuiticus liber, in quo ſingula ſacrifi- *Leuiticus.*
cia, immò ſingulæ pęnè ſyllabæ, & veſtes Aaron, & totus
ordo Leuiticus ſpirant cęleſtia ſacramenta.

Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & prophetiæ *Numeri.*
Balaam, & quadraginta duarum per eremum manſio-
num myſteria continent?

Deuteronomium quoque ſecunda lex, & Euangelicæ *Deutero-*
legis pręfiguratio, nónne ſic ea habet quæ priora ſunt, vt *nomium.*
tamen noua ſint omnia de veteribus? Hucuſque Moyſes,
hucuſque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui ſe *1. Cor. 14. d*
velle Apoſtolus in Eccleſia gloriatur.

Iob exemplar patientiæ, quæ non myſteria ſuo ſermo- *Iob.*
ne complectitur? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri
ſermone finitur: omneſque leges Dialecticæ, propoſitio-
ne aſſumptione, confirmatione, concluſione determinat.
Singula in eo verba, plena ſunt ſenſibus. Et (vt de ceteris
ſileam) reſurrectionem corporum ſic prophetat, vt nul-
lus de ea vel manifeſtiùs vel cautiùs ſcripſerit. Scio, in-
quit, quòd Redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de
terra ſurrecturus ſum: & rurſum circumdabor pelle mea,
& in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum ego
ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Repoſita
eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

Veniam ad Ieſum Naue, qui typum Domini non ſo- *Ieſue ſiue*
lùm geſtis, verùm etiam nomine pręfert. tranſit Iorda- *Ieſus Na-*
nem, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram victori po- *ue.*
pulo, & per ſingulas vrbes, viculos, montes, flumina, tor-
rentes, atque confinia, Eccleſiæ cæleſtiſque Ieruſalem ſpi-
ritualia regna deſcribit.

In Iudicum libro, quot Principes populi, tot figuræ ſūt. *Lib. Iudi-*
Ruth Moabitis, Iſaiæ explet vaticinium, dicentis, E- *cum.*
mitte agnum Domine Dominatorem terræ, de petra de- *Ruth.*
ſerti ad montem filiæ Sion. *Iſa. 16. a*

Samuel in Heli mortuo, & occiſo Saul, veterem le- *Regum I.*
gem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, *& II.*
noui ſacerdotij, nouique imperij ſacramenta teſtatur.

Melachim, id eſt tertius & quartus Regum liber, à Sa- *Regū III.*
lomone vſque ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat *& IV.*
vſque ad Oſee qui ductus eſt in Aſſyrios, regnum Iuda

& regnum deſcribit Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in litteris ſenſum latentem inſpexeris; Eccleſiæ paucitas,& hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.

Duodecim Prophetæ in vnius voluminis anguſtias coartati,multò aliud,quàm ſonet in littera,præfigurant.

Oſee. Oſee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioſeph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clauſam mariti, multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri, viri ad ſe reditum præſtolari.

Ioel. Ioel filius Phatuel deſcribit terrã duodecim tribuum, eruca,brucho,locuſta,rubigine vaſtante conſumptam:& poſt euerſionem prioris populi, effuſum iri Spiritum ſanctum ſuper ſeruos Dei & ancillas,id eſt ſuper centum viginti credentium nomina, & effuſum iri in cœnaculo Sion. *Act. 1. c* Qui centum viginti, ab vno vſque ad quindecim paulatim & per incrementa ſurgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Pſalterio myſticè continentur.

Amos. Amos paſtor,& ruſticus,& ruborum mora diſtringẽs, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim dignè exprimat tria aut quattuor ſcelera Damaſci,& Gazæ,& Tyri,& Idumææ, & filiorum Ammon & Moab; & in ſeptimo & octauo gradu Iudæ & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues,quæ ſunt in Samariæ monte,& ruituram domum maiorem minoremque teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ,& ſtantem Dominum ſuper murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum, attrahentem ſupplicia peccatoribus,& famem in terram; non tamen panis,nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur ſeruus Dei, perſonat contra Edom ſanguineum terrenumque hominem: fratris quoque Iacob ſemper æmulum,haſta percutit ſpiritali.

Ionas. Ionas columba pulcherrima, naufragio ſuo paſſionem Domini præfigurans,mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue,Gentibus ſalutem nuntiat.

Michaeas. Michęas de Moraſthi coheres Chriſti, vaſtationem annuntiat filiæ latronis,& obſidionem ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.

Nahum. Nahum conſolator orbis increpat ciuitatem ſanguinum,& poſt euerſionem illius loquitur,Ecce ſuper montes pedes euangelizantis,& annuntiantis pacem.

Habacuc. Habacuc luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam ſuam,& figit gradum ſuper munitionem, vt Chriſtum in cruce cõtempletur,& dicat,Operuit cælos gloria eius,& laudis eius plena eſt terra. Splẽdor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcõdita eſt fortitudo eius.

Sophonias. Sophonias ſpeculator,& arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piſcium,& eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

Aggaeus. Aggęus feſtiuus & lætus,qui ſeminauit in lacrymis, vt in gaudio meteret;deſtructum templum ædificat,Deumque Patrem inducit loquentem,Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terram, & mare,& aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.

Zacharias. Zacharias memor Domini ſui, multiplex in prophetia,Ieſum veſtibus ſordidis indutum, & lapidem oculorum ſeptem; candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis; duas quoque oliuas à ſiniſtris lampadis cernit & dextris: vt poſt equos nigros,ruſos, albos,& varios,& diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ieruſalem pauperem regem vaticinetur & prædicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis.

Malachias. Malachias apertè,& in fine omnium Prophetarum,de abiectione Iſrael, & vocatione Gentium, Non eſt mihi, ait,voluntas in vobis,dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Iſaias. Iſaiam,Ieremiam, Ezechielem,& Danielem, quis poteſt vel intelligere,vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere,ſed Euangelium.

Ieremias. Secundus virgam nuceam,& ollam ſuccenſam à facie Aquilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum.

Ezechiel. Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos iſtæ partes cum exordio Geneſeos ante annos triginta non legantur.

Daniel. Quartus verò,qui & extremus inter quattuor Prophetas, temporum conſcius, & totius mundi φιλίστωρ, lapidem præciſum de monte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentem,claro ſermone pronuntiat.

Dauid. Dauid Simonides noſter,Pindarus,& Alcæus, Flaccus quoque,Catullus, atque Serenus, Chriſtum lyra perſonat,& in decachordo pſalterio, ab inferis excitat reſurgentem.

Prouerbia. Eccleſiaſtes. Canticum. Salomon pacificus & amabilis Domini, mores corrigit,naturam docet, Eccleſiam iungit & Chriſtum,ſanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

Eſther. Eſther in Eccleſiæ typo, populum liberat de periculo; & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij,& diem celebrem mittit in poſteros.

Paralipomenon. Paralipomenon liber,id eſt inſtrumenti veteris ἐπιτομὴ, tantus ac talis eſt,vt abſque illo ſi quis ſcientiam Scripturarum ſibi voluerit arrogare,ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturaſque verborum, & prętermiſſæ in Regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæſtiones.

Eſdras. Nehemias. Eſdras & Nehemias,adiutor videlicet, & conſolator à Domino,in vnum volumen coartantur, inſtaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omniſque illa turba populi redeuntis in patriam,& deſcriptio ſacerdotum, Leuitarum Iſraelis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum ac turrium opera diuiſa, aliud in cortice præferunt,aliud retinent in medulla. Cernis me Scripturarum amore raptum,exceſſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audiuimus tantùm, quid noſſe,quid cupere debeamus,vt & nos quoque poſſimus dicere: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. *Pſ.118. c* Ceterùm illud Socraticum impletur in nobis,Hoc tantùm ſcio,quod neſcio.

Tangam & nouum breuiter Teſtamentum.

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Ezech.1. Matthæus,Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant,diſcurrunt fulgura,pedes habent rectos, & in ſublime tendentes,terga pennata & vbique volitantia, tenent ſe mutuò,ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur,& pergunt quocumque eos flatus Spiritus ſancti perduxerit.

Paulus Apoſtolus. Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias: octaua enim ad Hebræos,à pleriſque extra numerum ponitur. Timotheum inſtruit,ac Titum,& Philomenem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca ſcribere.

Actus Apoſtolorũ. 1.Cor.8. Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam,& naſcentis Eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, cuius laus eſt in Euangelio,animaduertemus pariter omnia verba illius,animæ languentis eſſe medicinam.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Iacobus,Petrus,Ioannes, Iudas, ſeptem Epiſtolas ediderunt,tam myſticas, quàm ſuccinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in ſententiis: vt rarus ſit,qui non in earum lectione cæcutiat.

Apocalypſis. Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te, frater chariſſime, inter hęc viuere, iſta meditari,nihil aliud noſſe,nihil quęrere. Nonne tibi videtur iam hîc in terris regni cęleſtis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis ſanctis ſimplicitate,& quaſi vilitate verborum,quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, vt ruſticam concionem faciliùs inſtruerent,& in vna eademque ſententia aliter doctus,aliter audiret indoctus. Non ſum tam petulans, & hebes, vt hæc me noſſe pollicear,& eorum fructus capere, quorum radices in cęlo fixæ ſunt: ſed velle fateor. Sedenti

me

Mat. 7.a me pręfero, magiſtrum renuens, comitem ſpondeo. Pe-
Luc. 11.b tenti datur, pulſanti aperitur, quærens inuenit. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cælo. Obuius te manibus excipiam, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiam) quidquid quęſieris, tecum ſcire conabor. Habes hic amantiſſimum tui fratrem Euſebium, qui litterarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatem morum tuorum, contemptum ſæculi, fidem amicitiæ, amorem Chriſti. Nam prudentiam & eloquij venuſtatem etiam abſque illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina, quæſo te, & hærentis in ſalo nauiculæ funem magis præcide, quàm ſolue. Nemo renunciaturus ſęculo bene poteſt vendere, quæ contempſit vt
VIII. venderet. Quidquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro compura. Antiquum dictum eſt, Auaro tam deeſt quod *Prou. 17.*
habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum eſt: infidelis autem etiam obolo indiget. Sic *2.Cor.6.b*
viuamus, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Victus & veſtitus diuitiæ Chriſtianorum ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam, vendes ſi non habes, proijce. Tollenti tunicam & pallium relinquendum eſt. Scilicet *Mat. 5.g*
niſi tu, ſemper recraſtinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris, non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos. Totum Deo dedit, qui *Mat. 4.c*
ſeipſum obtulit. Apoſtoli nauem tantùm & retia reliquerunt. *Mar. 12.d*
Vidua duo æra miſit in gazophylacium, & pręfertur Crœſi diuitiis. *Luc. 21.a*
Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

PRÆFATIO
S. HIERONYMI PRESBYTERI IN PENTATEVCHVM MOYSI AD DESIDERIVM.

DESIDERII mei deſideratas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt
Dan. 9. nomen, obſecrantis; vt tranſlatum in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchum, noſtrorum auribus traderem. Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me aſſerunt in Septuaginta interpretum ſuggillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi vinum probantes: cùm ego ſæpiſſimè teſtatus ſim, me pro virili portione in tabernaculo Dei of-
Exod. 35. ferre quæ poſſim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquę tranſlationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens: dum aut eluceſcere facit quæ minùs antè fuerant; aut ſuperflua quæque iugulat & confodit, maximè quę Euangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de Veteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus non habentur: vt eſt illud, Ex Ægypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuę: &, Quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: & multa alia quæ proprium σύνταγμα deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint: & cùm dicere non potuerint, de libris
Osee 11. Hebraicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee,
Isaia 11. ſecundum in Iſaia, tertium in Zacharia, quartum in Pro-
Zach. 12. uerbis, quintum ęquè in Iſaia. Quod multi ignorantes,
Prou. 18. apocryphorum deliramenta ſectantur: & Hiberas nęnias
Isaia 64. libris authenticis pręferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio: ne Ptolemęus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem Diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcircò faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicumque ſacratum aliquid Scriptura teſtatur de Patre & Filio & Spiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt: vt & Regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit: quibus diuiſi eadem ſcriptitarint: cùm Ariſtæas eiuſdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo pòſt tẽpore Ioſephus, nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica congregatos, contuliſſe ſcribant, non propheraſſe. Aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem: ibi Spiritus ventura prædicit: hîc eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transfert. Niſi fortè putandus eſt Tullius, Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphonte orationem, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos Spiritus ſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? damnamus veteres? Minimè. Sed poſt priorum ſtudia, in domo Domini quod poſſumus, laboramus. Illi interpretati ſunt ante aduentum Chriſti, & quod neſciebant, dubiis protulere ſententiis: nos verò poſt paſſionem & reſurrectionem eius, non tam prophetiam quàm hiſtoriam ſcribimus. aliter enim audita, aliter viſa narrantur. quod meliùs intelligimus, meliùs & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta: non damno, non reprehendo Septuaginta: ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos pręfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritalia chariſmata poſitos lego: in quibus vltimum pęnè gradum Interpretes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in tranſlatione tibi videor errare, interroga Hebręos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices non habent. Aliud eſt ſi contra ſe poſteà ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia probauerunt, & emendatiora ſunt exemplaria Latina quàm Gręca, & Gręca quàm Hebraica. Verùm hęc contra inuidos. Nunc te precor Deſideri chariſſime, vt me, quia tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere, orationibus iuues: quò poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre ſermonem.

EIVSDEM IN IOSVE PRÆFATIO.

TAndem finito Pentateucho Moyſi, velut grandi fœnore liberati, ad Ieſum filium Naue manum mittamus, quem Hebręi יהושע בן נון id eſt Ioſue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem [illegible] appellant: ad Ruth quoque & Eſther, quos eiſdem nominibus efferunt. Monemuſque Lectorem vt ſiluam Hebraicorum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet: ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. Et vt in primis, quod ſępè teſtatus ſum, ſciat me non in reprehenſionem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus (quos tamen noſtra delectant) vt pro Græcorum ἑξαπλοῖς, quæ & ſumptu & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt: maximè cùm apud Latinos tot ſint exemplaria, quot codices:

& vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit quod ei viſum eſt: & vtique non poſſit verum eſſe quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato vulnere contra nos inſurgere ſcorpius, & ſanctum opus venenata carpere lingua, vel ſuſcipiens, ſi placet; vel contemnens, ſi diſplicet: memineritque illorum verſuum, Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. *Pſal.49.* Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas eſt, nós laborando ſudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quòd calumniandi eis & irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio, & Eccleſiæ homines id deſpicere, immò lacerare, vnde aduerſarij torqueantur? Quòd ſi vetus eis tantùm interpretatio placet, quæ & mihi non diſplicet, & nihil extrà recipiendum putant; cur ea quæ ſub aſteriſcis & obelis vel addita ſunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis tranſlationem, Eccleſiæ ſuſceperunt? Cur Origenem mirantur, & Euſebium Pamphili, cunctas editiones ſimiliter differentes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquam vera dixerint, proferre quæ falſa ſunt? Vnde autem in nouo Teſtamento probare poterunt aſſumpta teſtimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Ceterùm poſt ſanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum eſt, & hos libros quos Euſtochio virgini Chriſti negare non potui; decreuimus dum ſpiritus hos regit artus, Prophetarum explanationi incumbere, & omiſſum iamdiu opus, quaſi quodam poſtliminio, repetere: præſertim cùm & admirabilis ſanctuſque vir Pammachius, hoc idem litteris flagitet; & nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Sirenarum cantus ſurda debeamus aure tranſire.

P R AEFATIONEM *eiuſdem* S. HIERONYMI *in* LIBROS REGVM *ſuprà reperies, ideò in principio poſitam, quòd Librorum ſacrorum ordinem contineat. Inſcribitur autem*, PROLOGVS GALEATVS.

E I V S D E M
IN LIBRVM PARALIPOMENON
P R Æ F A T I O.

SI Septuaginta interpretum, pura & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me, Chromati Epiſcoporum ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres, vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupauerat, & naſcentis Eccleſiæ roborauerat fidem, iuſtum erat etiam noſtro ſilentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque tranſlatio corrupta ſit atq; violata; noſtri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudentibuſque Iudæis, cornicum, vt dicitur, oculos configere. Alexandria & Aegyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat auctorem. Conſtantinopolis vſque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæſtinos codices legunt, quos ab Origene celebratos Euſebius & Pamphilus vulgauerunt: totuſque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat. Et certè Origenes non ſolùm exempla compoſuit quattuor editionum, è regione ſingula verba deſcribens, vt vnus diſſentiens, ſtatim ceteris inter ſe conſentientibus arguatur: ſed, quod maioris audaciæ eſt, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis deſignans quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita. Si igitur aliis licuit non tenere quod ſemel ſuſceperant; & poſt Septuaginta cellulas, quæ vulgò ſine auctore iactantur, ſingulas cellulas aperuere, hocque in Eccleſiis legitur quod Septuaginta neſcierunt; cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouam condidi, vt laborem meum Hebræis, &, quod his maius eſt, Apoſtolis auctoribus comprobem? Scripſi nuper librum de optimo genere interpretandi, oſtendens illa de Euangelio, Ex Aegypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apoſtoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus illum: ceteraque his ſimilia, in Hebræorum libris inueniri. *Matth.2. Ioan.19. 1.Cor.2.* Certè Apoſtoli & Euangeliſtæ, Septuaginta interpretes nouerant: & vnde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Chriſtus Dominus noſter vtriuſque Teſtamenti conditor, in Euangelio ſecundùm Ioannem, Qui credit, inquit, in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. *Ioan.7.* Vtique ſcriptum eſt, quod Saluator ſcriptum eſſe teſtatur. Vbi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent: apocrypha neſcit Eccleſia. Ad Hebræos igitur reuertendum eſt, vnde & Dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantùm reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, iidem & accuſatores & defenſores, cùm in aliis probent quod in me reprobant: quaſi virtus & vitium non in rebus ſit, ſed cum auctore mutetur. Ceterùm memini, editionem Septuaginta tranſlatorum, olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris: nec inimicum debere exiſtimari eorum, quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero. Et quòd nunc, דברי ימים id eſt Verba dierum, interpretatus ſum: idcircò feci, vt inextricabiles moras, & ſiluam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſenſuumque barbariem, apertiùs & per verſuum cola digererem, mihimetipſi & meis iuxta Iſmeniam canens, ſi aures ſurdæ ſunt ceterorum.

AD DOMNIONEM
ET ROGATIONVM
IN EVMDEM PRÆFATIO EIVSDEM.

QVomodo Græcorum hiſtorias magis intelligunt, qui Athenas viderint; & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad oſtia Tiberis nauigauerint: ita ſanctam Scripturam lucidiùs intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus ſit, & antiquarum vrbium memorias, locorumque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit, cum eruditiſſimis Hebræorum hũc laborem ſubire: vt circumiremus prouinciam, quam vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, numquam me in diuinis voluminibus, propriis viribus crediſiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum. quantò magis de his ſuper quibus anceps eram? Denique cùm à me nuper litteris flagitaſſetis, vt vobis librum Paralipomenon Latino ſermone transferrem, de Tiberiade quemdam legis Doctorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſumpſi: & contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vſque ad extremum vnguem: & ſic confirmatus, auſus ſum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor, ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea quæ vera fuerunt tranſtulerant, ſed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcriptitant: & ſæpè tria nomina, ſubtractis è medio ſyllabis, in vnum vocabulum cogunt, vel è regione vnum nomen, propter latitudinem ſuam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipſæ appellationes, non homines, vt plerique exiſtimant, ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonant, & obliquè ſub interpretatione & figura eorum, quædam narrantur hiſtoriæ: de quibus in Regnorum libro dicitur, Nónne ecce hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum

Iudæ

Iuda? Quæ vtiq; in noſtris codicibus non habentur. Hoc primùm ſciendum, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon, vnus ſit: & apud illos vocatus, דברי הימים id eſt Verba dierum: qui propter magnitudinem, apud nos diuiſus eſt. quod nonnulli etiam in Bruto, Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in tres partes ſecent, cùm vnus à ſuo auctore ſit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominum, ſed rerum, vt dixi, ſignificantias ſonant. Ad extremum, quòd omnis eruditio Scripturarum in hoc continetur: & hiſtoriæ quę vel prętermiſſæ ſunt in ſuis locis, vel perſtrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaq; veſtrarum adiutus auxilio, miſi librum beneuolis placiturum, tamē inuidis diſpliciturum eſſe non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm diſcere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebręos, ſuam conſcientiam recolat, videat ordinem textumque ſermonis; & tunc noſtro labori, ſi potuerit, detrahat. Vbicumque ergo aſteriſcos, id eſt ſtellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi ſciatis de Hebręo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, tranſuerſa ſcilicet virga, præpoſita eſt, illic ſignatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus ſancti auctoritatem, licet in Hebręis voluminibus non legatur.

EIVSDEM AD DOMNIONEM ET ROGATIANVM, IN ESDRAM ET NEHEMIAM PRÆFATIO.

VTrum difficilius ſit, facere quod poſcitis, an negare, necdum ſtatui. nam neq; vobis aliquid imperantibus abnuere, ſententiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices premit, vt antè ſub faſce ruendum ſit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia; qui omne quod ſcribimus, reprehendendum putant: & interdum contra ſe cōſcientia repugnante, publicè lacerant quod occultè legunt, intantum vt clamare cōpellar, & dicere: *Pſal. 119* Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Tertius annus eſt quòd ſemper ſcribitis atque reſcribitis, vt Eſdræ librum & Eſther, vobis de Hebręo transferam: quaſi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quidquid illud eſt quod à nobis vertitur, non ſtatim ab omnibus cōſpuendum ſit. Fruſtrà autem, vt ait quidam, niti, neq; aliud fatigādo niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaque obſecro vos mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, vt priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis: viteriſque eorum ſupercilium, qui iudicare tantùm de aliis, & ipſi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum ſunt, quibus noſtra non diſplicent, his tribuatis exemplar; admonentes vt Hebræa nomina, quorū grandis in hoc volumine copia eſt, diſtinctè & per interualla tranſcribant. Nihil enim proderit emēdaſſe librum, niſi emendatio, librariorum diligentia, conſeruetur. Nec quemquam moueat quòd vnus à nobis liber editus eſt: nec apocryphorum tertij & quarti ſomniis delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehemiæque ſermones in vnum volumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de vigintiquattuor ſenibus ſunt, procul abijcienda. Si quis autem Septuaginta vobis oppoſuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipſa lacerata & inuerſa demonſtrat; nec poteſt vtiq; verum aſſeri quod diuerſum eſt: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur quaſi de Veteri teſtamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habētur, velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Ex Ægypto vocaui filium meum: &, Videbunt in quem compunxerunt: multaq; alia, quæ latiori operi reſeruamus: & quærite ab eo vbi ſcripta ſunt. cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus ſum, ęquiſſimum eſt. Edidi aliquid quod non habetur in Gręco, aut aliter habetur quàm à me verſum eſt? Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos: & ipſis auctoribus, tranſlationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud eſt, ſi clauſis quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum ſtudium ac beneuolentiam, qui poſt Septuaginta tranſlatores, iam Chriſti Euangelio coruſcante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curioſè legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, Eccleſiis dedicarunt. Quantò magis Latini grati eſſe deberent, quòd exultantem cernerent Gręciam à ſe aliquid mutuari? Primùm enim magnorum ſumptuum eſt & infinitæ difficultatis, exemplaria poſſe habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi ſermonis ignari ſunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam ſapientiſſimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum Scripturæ ſenſum relinquens, vniuſcuiuſque interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebręæ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiam, & Latinus nobis vtcumque ſermo non deeſt, & de aliis magis poſſumus iudicare, & ea quæ ipſi intelligimus, in noſtra lingua promere. Itaque licet hydra ſibilet, victorque Sinon incendia iactet: numquam meum, iuuante Chriſto, ſilebit eloquium: etiam pręciſa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abijciant. Euentilent apices, litteras calumnientur: magis veſtra charitate prouocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

EIVSDEM AD CHROMATIVM ET ELIODORVM IN TOBIAM PRÆFATIO.

MIrari non deſino exactionis veſtræ inſtantiam. exigitis enim vt librum Chaldęo ſermone conſcriptum, ad Latinum ſtylum traham; librum vtique Tobiæ, quem Hebręi de catalogo diuinarum ſcripturarum ſecantes, his quę hagiographa memorāt, manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro, non tamen meo ſtudio. Arguunt & nos Hebræorum ſtudia: & imputant nobis, contra ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre. Sed melius eſſe iudicans Phariſæorum diſplicere iudicio, & Epiſcoporum iuſſionibus deſeruire, inſtiti vt potui. Et quia vicina eſt Chaldæorum lingua ſermoni Hebraico; vtriuſque linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quidquid ille mihi Hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario, ſermonibus Latinis expoſui. Orationibus veſtris mercedem huius operis compenſabo, cùm gratum vobis didicero, me, quod iubere eſtis dignati, compleſſe.

EIVSDEM PRÆFATIO IN LIBRVM IVDITH.

APud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minùs idonea iudicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, acquieui poſtulationi veſtræ, immò exactioni: & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum è ſenſu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputaui: ſola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expreſſi. Accipite Iudith viduam, caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non ſolùm feminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui caſtitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.

EIVSDEM IN LIBRVM ESTHER PRÆFATIO.

LIbrum Eſther variis tranſlatoribus conſtat eſſe vitiatum: quem ego de archiuis Hebræorum reuelans, verbum è verbo expreſſiùs tranſtuli. Quem librum editio vulgata, laciniolis hinc inde verborum ſinibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri; ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam paſſus eſt, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Euſtochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum ſtuduiſtis intrare, & interpretum certamina comprobaſtis, tenentes Eſther Hebraicum librum, per ſingula verba noſtram tranſlationem aſpicite; vt poſſitis agnoſcere, me nihil etiam augmentaſſe addendo, ſed fideli teſtimonio ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriam Hebraicam Latinæ linguæ tradidiſſe. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expaueſcimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitùs non timemus: *Pſal. 52.* quoniam Deus diſſipat oſſa eorum qui hominibus placere deſiderant: & ſecundùm Apoſtolum, *Gal. 1.* Qui eiuſmodi ſunt, ſerui Chriſti eſſe non poſſunt. Rurſum, in libro Eſther Alphabetum ex minio vſque ad Teth litteram fecimus diuerſis in locis, volentes ſcilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem proſequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

EIVSDEM IN LIBRVM IOB PRÆFATIO.

COgor per ſingulos Scripturæ diuinæ libros aduerſariorum reſpondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehenſionem Septuaginta interpretum criminantur: quaſi non & apud Græcos Aquila Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel ſenſum è ſenſu, vel ex vtroque commixtum, & mediè temperatum genus tranſlationis expreſſerint; & omnia Veteris inſtrumenti volumina Origenes obelis aſteriſciſque diſtinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione ſumptos, tranſlationi antiquæ inſeruit, probans defuiſſe quod additum eſt. Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus ſuſceperunt, aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere. Neque enim fieri poteſt, vt quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur, præcipuè in Iob: cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt, ſubtraxeris, pars maxima detruncabitur. & hoc duntaxat apud Græcos. Ceterùm apud Latinos, ante eam tranſlationem, quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti fermè aut octingenti verſus deſunt; vt decurtatus & laceratus, corroſuſque liber, fœditatem ſui publicè legentibus præbeat. Hęc autem tranſlatio nullū de veteribus ſequitur interpretem: ſed ex ipſo Hebraico, Arabicoq; ſermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc ſenſus, nunc ſimul vtrumque reſonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus: & quod Græci Rhetores vocant, ἐσχηματισμένως, dum qui aliud loquitur, aliud agit: vt ſi velis anguillam vel murenulam ſtrictis tenere manibus, quantò fortiùs preſſeris tantò citiùs elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lyddæum quemdam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis redemiſſe nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, neſcio: hoc vnum ſcio, non potuiſſe me interpretari, niſi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis, vſque ad verba Iob, apud Hebræos proſa oratio eſt. Porrò à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo: vſq; ad eum *Iob 42.* locum, vbi ante finem voluminis ſcriptum eſt, Idcircò ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri verſus ſunt, dactylo ſpondæoq; currentes: & propter linguæ idioma, crebrò recipientes & alios pedes, non earumdem ſyllabarum, ſed eorumdem temporum. Interdum quoque rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolutis: quod metrici magis quàm ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autem verſu vſque ad finem libri, paruum comma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui videtur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos, & in morē noſtri Flacci, Gręcique Pindari, & Alcæi, & Sapphûs, vel Pſalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè Scripturarum cantica comprehendi; legat Philonem, Ioſephum, Origenem, Cęſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcircò me in hoc volumine laboraſſe, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, ſed vt ea quæ in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certè ſcriptorum vitio deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent: Vt qui Hebræorum ſermonem ex parte didicimus; & in Latino penè ab ipſis cunabulis inter Grammaticos & Rhetores & Philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Gręcos, poſt Septuaginta editionem, iam Chriſti Euangelio coruſcante, Iudæus Aquila, & Symmachus ac Theodotio, Iudaizantes hæretici, ſunt recepti, qui multa myſteria Saluatoris ſubdola interpretatione celarunt, & tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud Eccleſias, & explanantur ab Eccleſiaſticis viris: quantò magis ego Chriſtianus, & de parentibus Chriſtianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramenta Eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone; vel à faſtidioſis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel vncialibus, vt vulgò aiunt, litteris onera magis exarata, quàm codices: dummodò mihi, meiſque permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio, & Septuaginta iuxta Gręcos, & mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore tranſlata eſt. Eligat vnuſquiſque quod vult: & ſtudioſum me magis, quàm maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM PRÆFATIO.

SI aut fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem, & ventris opus ſollicita mente pertractarem; nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta ſententiam Saluatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam ſentibus virgultiſque purgare; error mihi geminus infligitur: corrector vitiorum, falſarius dicor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo, vt etiam confeſſa pleriſque vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter, ô fratres dilectiſſimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, ſportelliſque, munuſculis monachorum, ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite; ac beatum Iob, qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam, duplicia ſunt ei vniuerſa reddita: ita ego in lingua noſtra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat. Igitur & vos, & vnumquemq; lectorem ſolita Præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem ſemper annectens, rogo, vt vbicumque pręcedentes virgulas videritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt, in Hebraicis voluminibus non haberi. Porrò vbi ſtellæ imago prefulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant, vt ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo Eccleſiis Chriſti venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

EIVSDEM IN PSALTERIVM,

quod ſecundùm Septuaginta editionem correxit,

PRÆFATIO.

PSalterium Romæ dudum poſitus emendaram: & iuxta Septuaginta interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis, ô Paula & Euſtochium, ſcriptorum vitio deprauatum, pluſque antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere: me cogitis, vt veluti quodam nouali, ſciſſum iam aruum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem: æquum eſſe dicentes, vt quod crebrò malè pullulat, crebriùs ſuccidatur. Vnde conſueta Præfatione commoneo tam vos, quibus fortè labor iſte deſudat, quàm eos qui exemplaria iſtiuſmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia tranſcribantur. Notet ſibi vnuſquiſque vel iacentem lineam, vel radiantia ſigna; id eſt obelos, vel aſteriſcos. Et vbicumque viderit virgulam præcedentem, ab ea vſque ad duo puncta quę impreſſimus, ſciat in Septuaginta tranſlatoribus plus haberi. Vbi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vſque ad duo puncta, iuxta Theodotioni dumtaxat editionem, qui ſimplicitate ſermonis à Septuaginta interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vobis & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere: & de turbulento magis riuo, quàm de puriſſimo fonte potare.

EIVSDEM PRÆFATIO IN LIBROS SALOMONIS.

IVngat epiſtola, quos iungit ſacerdotium: immò charta non diuidat, quos Chriſti nectit amor. Commentarios in Oſee, Amos, Zachariam, Malachiam, quos poſcitis, ſcripſiſſem, ſi licuiſſet præ valetudine. Mittitis ſolatia ſumptuum: notarios noſtros & librarios ſuſtentatis, vt vobis potiſſimùm noſtrum deſudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuerſa poſcentium: quaſi aut æquum ſit, me vobis eſurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos, obnoxius ſim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitùs hoc anno reticerem, & apud vos mutus eſſem, tridui opus nomini veſtro conſecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, משלי quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat. קהלת, quem Gręcè Eccleſiaſten, Latinè Concionatorem poſſumus dicere: שיר השירים, quod in noſtra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur & Panæretos Ieſu filij Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inſcribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi; non Eccleſiaſticum, vt apud Latinos, ſed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Eccleſiaſtes & Canticum canticorum: vt ſimilitudinem Salomonis, non ſolùm librorum numero, ſed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebrços nuſquam eſt, quin & ipſe ſtylus, Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe Iudçi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit: ſic & hęc duo volumina legat ad ędificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam. Si cui ſanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua ſic cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen cùm diligentiſſimè legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium vas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN TRANSLATIONEM ISAIÆ EX HEBRAICA VERITATE, EIVSDEM PRÆFATIO.

NEmo cùm Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud Hebrços ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & operibus Salomonis: ſed quod in Demoſthene & Tullio ſolet fieri, vt per cola ſcribantur & commata, qui vtique proſa, & non verſibus conſcripſerunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo ſcribendi genere diſtinximus. Ac primùm de Iſaia ſciendum, quòd in ſermone ſuo diſertus ſit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio ruſticitatis admiſtum. Vnde accidit, vt præ ceteris, florem ſermonis eius, tranſlatio non potuerit conſeruare. Deinde etiam hoc adijciendum, quòd non tam Propheta dicendus ſit, quàm Euangeliſta. Ita enim vniuerſa Chriſti Eccleſięque myſteria ad liquidum proſecutus eſt, vt non putes eum de futuro vaticinari, ſed de pręteritis hiſtoriam texere. Vnde conijcio, noluiſſe tunc temporis Septuaginta interpretes fidei ſuæ ſacramenta perſpicuè Ethnicis prodere: ne ſanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cùm hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abſcondita. Nec ignoro quanti laboris ſit Prophetas intelligere: nec facilè quempiam poſſe iudicare de interpretatione, niſi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morſibus plurimorum, qui ſtimulante inuidia, quod conſequi non valent, deſpiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominùs hoc à faſtidioſis lectoribus precor, vt quomodo Græci poſt Septuaginta tranſlatores Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob ſtudium doctrinæ ſuæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: ſic & iſti ſaltem vnum poſt priores habere dignentur interpretem. Legant priùs, & poſteà deſpiciant: ne videantur, non ex iudicio, ſed ex odij pręſumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Iſaias in Ieruſalem, & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commiſtim, nuncſeparatim texit oraculum. Et cùm interdum ad præſentem reſpiciat hiſtoriam, & poſt Babyloniæ captiuitatem reditum populi ſignificet in Iudęam: tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduentu Chriſti eſt. Quem quantò plus amatis, ô Paula & Euſtochium, tantò magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præſenti qua me indeſinenter ęmuli laniant, ipſe mihi mercedem reſtituat in futuro: qui ſcit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione ſudaſſe, ne Iudæi de falſitate Scripturarum Eccleſijs eius diutiùs inſultarent.

EIVSDEM IN IEREMIAM PRÆFATIO.

IEremias Propheta, cui hic Prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebrços Iſaia & Oſee & quibuſdam aliis Prophetis videtur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodem ſpiritu prophetauerit. Porrò ſimplicitas eloquij, à loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathothites, qui eſt vſque hodie viculus, tribus ab Ieroſolymis diſtans millibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in matris vtero ſanctificatus: virginitate ſua Euangelicum virum Chriſti Eccleſiæ dedicans. Hic vaticinari exorſus eſt puer: & captiuitatem vrbis atque Iudęæ, non ſolùm ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Medos tranſtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantùm, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit Alphabeto, quod nos menſuræ metri verſibuſque reddidimus. Prętereà ordinem viſio-

num, qui apud Gręcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prętermiſimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis prę ſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Ceterùm ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem, inuidorum inſaniam prouocare.

EIVSDEM IN EZECHIELEM PRÆFATIO.

EZechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus eſt in Babylonem: ibique iis qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium ſe vltrò aduerſariis tradidiſſent, & viderent adhuc vrbem Ieroſolymam ſtare, quam ille caſuram eſſe prædixerat. Trigeſimo autem ætatis ſuæ anno, & captiuitatis quinto, exorſus eſt ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet poſterior, hic in Chaldæa; Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec ſatis diſertus, nec admodum ruſticus eſt: ſed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipſe fuit, ſicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obſcuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multùm diſtat ab Hebraico. Vnde non ſatis miror quid cauſæ extiterit, vt ſi eoſdem in vniuerſis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diuerſa tranſtulerint. Legite igitur & hunc iuxta tranſlationem noſtram: quoniam per cola ſcriptus & commata, manifeſtiorem legentibus ſenſum tribuit. Si autem amici mei & hunc ſubſannauerint, dicite eis quòd nemo eos compellat vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græcè ſignificantiùs dicitur vt vocentur φαγολοίδοροι, quod eſt, manducantes ſannas.

EIVSDEM IN DANIELEM PRÆFATIO.

DAnielem prophetam iuxta Septuaginta interpretes, Domini Saluatoris Eccleſiæ non legũt, vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, neſcio. Siue enim quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, noluerunt Septuaginta interpretes eaſdem linguæ lineas in tranſlatione ſeruare: ſiue ſub nomine eorum ab alio neſcio quo non ſatis Chaldęam linguam ſciente, editus eſt liber: ſiue aliud quid cauſę extiterit ignorans: hoc vnum affirmare poſſum, quòd multum à veritate diſcordet, & recto iudicio repudiatus ſit. Sciendum quippe eſt, Danielem maximè & Eſdram, Hebraicis quidem litteris, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos: & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem. Denique & ego adoleſcentulus, poſt Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ huius piſtrinum recluſiſſem: & multo ſudore, multoque tempore vix cœpiſſem anhelantia ſtridentiaque verba reſonare, & quaſi per cryptam ambulans, rarum deſuper lumen aſpicerem, impegi nouiſſimè in Danielem: & tanto tædio affectus ſum, vt deſperatione ſubita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebriùs in ſua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: & qui mihi videbar ſciolus, inter Hebræos cœpi rurſus eſſe diſcipulus Chaldaicus. Et vt verum fatear, vſque ad præſentem diem magis poſſum ſermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm ſonare. Hæc idcircò refero, vt difficultatem vobis Danielis oſtenderem: qui apud Hebręos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconiſq; fabulas: quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito, eaſque iugulante, ſubiecimus: ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe. Audiui ego quemdam de pręceptoribus Iudæorum, cùm Suſannæ derideret hiſtoriam, & à Gręco neſcio quo eam diceret eſſe confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus oppoſuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Græco ſermone deſcendere. Cuius rei nos intelligentiam noſtris hâc poſſumus dare: Vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixiſſe eum, ilicò pereas: & à lentiſco, in lentem te comminuat angelus: vel non lentè pereas: aut lentus, id eſt flexibilis ducaris ad mortem: ſiue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuiſſe otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æſtuantes incendij metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent: aut quod miraculum, diuinæque aſpirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel ſacerdotum Belis machinas deprehenſas: quę magis prudentia ſolertis viri, quàm prophetali eſſent ſpiritu perpetrata? Cùm verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum diſcophorum lectitaret, quęrebat exemplum vbi legiſſemus in toto Veteri teſtamento quemquam ſanctorum graui volaſſe corpore, & in puncto horæ tanta terrarum ſpatia tranſiſſe; cui cùm quidam è noſtris ſatis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxiſſet in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuiſſe tranſlatum: deriſit hominem, & ex ipſo volumine demonſtrauit Ezechielem in ſpiritu ſe vidiſſe tranſpoſitum. Denique & Apoſtolum noſtrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebręis didiciſſet, non fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore, ſed dixiſſe, Siue in corpore, ſiue extra 2. Cor. 12.
corpus, neſcio, Deus ſcit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter Prophetas, ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur: in Legem, in Prophetas, & in hagiographa, id eſt quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non eſt huius temporis diſſerere. Quæ autem ex hoc Propheta, immò contra hunc librum, Porphyrius obijciat: teſtes ſunt Methodius, Euſebius, & Apollinarius: qui multis verſuum millibus eius veſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint. Vnde obſecro vos ô Paula & Euſtochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quamdiu in hoc corpuſculo ſum, ſcribam aliquid gratum vobis, vtile Eccleſię, dignum poſteris. Præſentium quippe iudiciis oblatrantium non ſatis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

EIVSDEM IN XII. PROPHETAS PRÆFATIO.

NOn eſt idem ordo duodecim Prophetarum apud Hebræos, qui eſt apud nos. Vnde ſecundùm id quod ibi legitur, hic quoque diſpoſiti ſunt. Oſee commaticus eſt, & quaſi per ſententias loquens. Ioël planus in principijs: in fine obſcurior. Et vſque ad Malachiam, habent ſinguli proprietates ſuas: quem Eſdram ſcribam, legiſque doctorem, Hebræi autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere: hoc tantùm vos ô Paula & Euſtochium admonitas volo, vnum librum eſſe duodecim Prophetarum: & Oſee ſynchronon Iſaiæ: Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tempus non pręfertur in titulo; ſub illis eos Regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerunt.

EIVSDEM IN EVANGELISTAS AD DAMASVM PRÆFATIO.

NOuum opus me facere cogis ex veteri: vt poſt exemplaria Scripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe variant, quæ ſint illa quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam. Pius labor, ſed periculoſa pręſumptio, iudicare de ceteris, ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis

mutare linguam, & caneſcentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, viderit diſcrepare quod lectitat; non ſtatim erumpat in vocem, me falſarium, me clamitans eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me conſolatur: quòd & tu qui ſummus Sacerdos es, fieri iubes: & verum non eſſe quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides eſt adhibenda: reſpondeant quibus: tot enim ſunt exemplaria pænè quot codices. Sin autem veritas eſt quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitioſis interpretibus malè reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſiùs, vel à librariis dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri diſputo Teſtamento, quod à Septuaginta ſenioribus in Græcam linguam verſum, tertio gradu ad nos vſque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apoſtoli probauerunt. De nouo nunc loquor Teſtamento: quod Græcum eſſe, non dubium eſt, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium CHRISTI Hebraicis literis edidit. Hoc certè cùm in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorum tramites ducit: vno de fonte quærendum eſt. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Heſychio nuncupatos, paucorum hominum aſſerit peruerſa contentio: quibus vtique nec in toto Veteri inſtrumento poſt Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendaſſe: cùm multarum gentium linguis ſcriptura antè tranſlata, doceat falſa eſſe quæ addita ſunt. Igitur hæc præſens præfatiuncula pollicetur quattuor tantùm Euangelia, quorum ordo eſt iſte, Matthęus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicum Græcorum emendata collatione, ſed veterum, quæ ne multùm à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparent, ita calamo temperauimus, vt his tantùm quæ ſenſum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoque, quos Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus Alexandrinus ſecutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, ſicut in Græco habentur, expreſſimus. Quòd ſi quis de curioſis voluerit noſſe, quæ in Euangeliis, vel eadem, vel vicina, vel ſola ſint, eorum diſtinctione cognoſcet. Magnus ſiquidem hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangeliſta plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eumdem ſenſum alius aliter expreſſit, ille qui vnum è quattuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque exiſtimauerit emendandos. Vnde accidit vt apud nos mixta ſint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi. Rurſum in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in ceteris reliquorum quæ aliis propria ſunt, inueniantur. Cùm itaque canones legeris qui ſubiecti ſunt, confuſionis errore ſublato, & ſimilia omnium ſcies, & ſingulis ſua quæque reſtitues. In canone primo concordant quattuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In ſecundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In ſexto duo, Matthæus, Marcus. In ſeptimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo, propria quique quę non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò Euangeliis, ab vno incipiens vſque ad finem librorum, diſpar numerus accreſcit. Hic nigro colore deſcriptus, ſub ſe habet alium ex minio diſcolorem numerum, qui ad decem vſque procedens, indicat prior numerus in quo ſit canone requirendus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud ſiue illud capitulum ſcire volueris cuius canonis ſit, ſtatim ex ſubiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum eſt diſtincta congeries, eodemque ſtatim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiuſdem Euangeliſtę qui & ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies, atque è vicino ceterorum tramitibus inſpectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, & cùm ſcieris recurres ad volumina ſingulorum, & ſine mora repertis numeris quos antè ſignaueras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex ſimilitudine numerorum error inuoluat, quòd ſicubi in ſubnotatione canonum diſtinctorum, in canone quolibet tres Euangeliſtæ bis, ter vel quater, aut etiam ampliùs eumdem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contrario, diſcrepantes: quod id tres illi in eo loco ſemel dixerint, quartus toties in corpore voluminis ſui ponat, quoties diuerſi numeri in eius canone poſiti ſtant contra prædictorum numerorum continuatas ſimilitudines. Item ſi in vno quolibet eorum aut etiam duobus idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo ampliùs reperiatur in ordine collocatus, & diſpares inueniantur in ceteris: dubium non erit, quin id quod illius illorumve canonis numerus bis terque repetitum ab his in volumine ſemel dictum eſſe oſtendit, alter alterius eorum toties vnumquemque eodem ſenſu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione diſtantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione ſeruabitur. Ceterùm in decimo (quoniam propria ſingulorum tantummodò continentur) non poteſt contra id comparatio eſſe quod ſolum eſt. Opto vt in Chriſto valeas, & memineris mei Papa beatiſſime.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

PAulus Apoſtolus, qui antè Saulus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudeę Giſchalis fuit. quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob ſtudia legis miſſus Ieroſolymam, à Gamaliel viro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cùm autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à Pontifice templi epiſtolis, ad perſequendos eos qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, reuelatione compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolorum ſcribitur, in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Cumque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus Proconſul Cypri credidiſſet, ab eo, quòd eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen Paulus: & iuncto ſibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertenſque Ieroſolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne, Gentium Apoſtolus ordinatur. Et quia in Actibus Apoſtolorum pleniſſimè de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantùm dicam, quòd poſt paſſionem Domini vigeſimoquinto anno, id eſt ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudeæ ſucceſſit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia, aduerſus Iudęos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit. Sciendum autem in prima ſatisfactione, (needum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtoriæ) Paulum à Nerone dimiſſum, vt Euangelium Chriſti in Occidentis quoque partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda Epiſtola ad Timotheum (eo tempore quo & paſſus eſt, de vinculis dictat Epiſtolam.) In prima mea ſatisfactione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prędicatio compleretur & audirent omnes Gentes: & liberatus ſum de ore leonis. Manifeſtiſſimè leonem propter crudelitatem, Neronem ſignificans. Et in ſequentibus, Liberatus ſum de ore leonis. Et ſtatim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & ſaluauit me in regnum ſuum cæleſte, quòd ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere martyrium. Nam & in eadem Epiſtola præmiſerat, Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis meæ inſtat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultuſq; eſt in via Oſtienſi, anno poſt paſſionem Domini trigeſimoſeptimo. Scripſit autem nouem ad ſeptem Eccleſias Epiſtolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad

Epheſios vnam, ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicenſes duas. Præterea ad diſcipulos ſuos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter ſtyli ſermoniſque diſtantiam: ſed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangeliſtæ iuxta quoſdam: vel Clementis Romanæ poſteà Eccleſiæ Epiſcopi, quem aiunt ſententias Pauli proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermone: vel certè quia Paulus ſcribebat ad Hebræos, & propter inuidiam ſui apud eos nominis, titulum in principio ſalutationis amputauerat, ſcripſerat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id eſt ſuo eloquio diſertiſſimè, vt ea quæ eloquenter ſcripta fuerant in Hebræo, eloquentiùs verterentur in Græcum, & hanc cauſam eſſe, quòd à ceteris Pauli Epiſtolis diſcrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IAcobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Iuſtus; vt nonnulli exiſtimant, Ioſeph, ex alia vxore; vt autem mihi videtur, Mariæ ſororis matris Domini, cuius Ioannes in libro ſuo meminit, filius, poſt paſſionem Domini, ſtatim ab Apoſtolis Ieroſolymorum Epiſcopus ordinatus, vnam tantùm ſcripſit Epiſtolam, quæ de ſeptem catholicis eſt: quæ & ipſa ab alio quodam ſub nomine eius edita aſſeritur. licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egeſippus vicinus Apoſtolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suſcepit Eccleſiam Ieroſolymæ, poſt Apoſtolos, frater Domini Iacobus, cognomento Iuſtus. multi ſiquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, numquam attonſus eſt, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo. huic ſoli licitum erat ingredi Sancta ſanctorum: ſiquidem veſtibus laneis nõ vtebatur, ſed lineis: ſoluſque ingrediebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum eſt. Sed & Ioſephus in vigeſimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in ſeptimo ὑποτυπώσεων, mortuo Feſto, qui Iudæam regebat, miſſum à Nerone eſſe ſucceſſorem eius Albinum: qui cùm necdum ad prouinciam perueniſſet, Ananus, inquit, Pontifex adoleſcens, Anani filius, de genere Sacerdotali, accepta occaſione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum vt Chriſtum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iuſſit. qui cùm præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc ſemiuiuus tendens ad cælum manus diceret, Domine ignoſce eis: quod enim faciunt, neſciunt: fullonis fuſte quo vda veſtimenta extorqueri ſolent, in cerebro percuſſus interiit. Tradit item Ioſephus, tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum ſit ſubuerſam eſſe Ieroſolymam. Hic eſt de quo Paulus Apoſtolus ſcribit ad Galatas, Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini. Et Apoſtolorum ſuper hoc crebriùs Acta teſtantur. Euangelium quoq; quod appellatur ſecundùm Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpè vtitur, poſt reſurrectionem Saluatoris refert: Dominus autem cùm dediſſet ſindonem ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus ſe non comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis. Rurſuſque poſt paululum, Afferte, ait Dominus, menſam & panem. Statimque additur: Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ieroſolymis rexit Eccleſiam, id eſt vſque ad ſeptimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum vſque ad obſidionem Titi & vltimam Hadriani notiſſimum habuit. Quidam è noſtris in Monte oliueti eum conditum putant: ſed falſa eorum opinio eſt.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

SImon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum qui de circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum annum Neronis, id eſt decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum, vt ſic crucifigeretur vt Dominus ſuus. Scripſit duas Epiſtolas, quæ catholicæ nominantur: quarum ſecunda, à pleriſque eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem, è quibus vnus Actorum eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IVdas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſque reiicitur: tamen auctoritatem vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM EX VETERI,

Quæ huc in id congeſta ſunt, vt pij lectores natiuam quorumdam intelligentiam, quæ ab ipſo Chriſto vero interprete, & ſpiritu eius per Apoſtolos ſit tradita, aſſequantur, perſpiciantque in quem vſum ea Apoſtoli & Euangeliſtæ adduxerint.

GENESIS.

1 d Maſculum & feminam fecit eos Mat. 19 a. Mar. 10 a

2 a Requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis Heb. 4 b

2 b Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem 1 Cor 15. f

2 d Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori Mat. 19. a. Mar. 10. a. Epheſ. 5. g. 1. Cor 6. d

2 d Erunt duo in carne vna Mat. 19. a. Mar. 10. a. 1. Cor. 6. d. Gal. 3 b

12 a Exi de terra tua & de cognatione tua Act. 7. a

12 a Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes Act. 3. d. Eph 5. g

15 b Sic erit ſemen tuum Rom. 4. c

15 b Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã Ro. 4 a. Iac 2 d Gal. 3. a

15 c Erit ſemen tuum peregrinum in terra non ſua. Act. 7. a

17 a Quia patrem multarum gentium conſtitui te Rom. 4. c

18 b Secundùm hoc tempus veniam, & erit Saræ filius Rom. 9. b

21 b Eijce ancillam & filium eius Gal. 4 d

21 b In Iſaac vocabitur tibi ſemen Rom. 9. b

22 c Niſi benedicens benedicam te, & mul Heb. 6. c

22 d Quia benedicentur in te omnes gentes Gal. 3. b. Act. d

25 e Quia maior ſeruiet minori Rom. 9. c

EXODVS.

3 b Ego ſum Deus Abraham, &c. Mat. 22. c. Mar. 12. c. Luc 20 f

9 d In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te potentiam meam Rom. 9. d

12 g Os non comminuetis ex eo Io. 19. f

13 a Omne maſculinum adaperiens vuluam Luc. 2. d

16 d Qui multum, non abundauit, &c 2. Cor 8. c

20 c Non mœchaberis Mat. 5. c

20 c Non adulterabis, Non occides, Nõ furtum facies, Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium, Non concupiſces Rom 13. c

20 c Non concupiſces Rom 7. b

20 c Non occides Mat. 5. c. Luc. 18. d

20 c Honora patrem tuum & matrem tuam Mat. 15. a. Mar. 7. b Eph. 6. a

21 c Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur Mat. 15. a. Mar. 7. b

21 c Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat. 5. f

22 d Principi populi tui non maledices Act. 23. a

24 c Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus Heb. 9 c

25 g Vide, omnia facito ſecũdùm exemplar quod tibi oſtenſum eſt, &c. Heb. 8. b. Act. 7. f

32 a Fac nobis deos qui præcedant nos Act 7. c

33 d Miſerebor cui voluero, &c. Rom. 9 c

34 d Non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem 2. Cor. 2. c

LEVIT.

12 g Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum 1. Pet. 1. c

18 a Qui fecerit homo, viuet in ea Rom. 10. b. Gal. 3 b

19 c Non periurabis Mat. 5. e

19 d Diliges proximum tuum ſicut teipſum Rom. 13. d. Gal. 5. e. Iac. 2. b. Mat. 22 d. Mar. 12 c

19 d Diliges proximum tuum Mat. 5. g

20 b Qui maledixerit patri, & matri, &c. Mat 15 a

24 d Oculum pro oculo Mat. 5. f

26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. 2. Cor. 6. d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Io. 19. f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt Heb. 12 g

5 b Non concupiſces Rom 7. c 13 c

5 b Non occides Mat. 5. c. Luc. 18 d

5 b Non mœchaberis Mat. 5. d. Luc. 18. d

5 b Nõ furtum facies Luc. 18. d Rom. 13 c

5 b Non loquêris contra proximum tuum falſum teſtimonium Lucæ 18. d. Rom. 13. c

5 b Honora patrem & matrem Mat. 15 a Mar. 7. b. Epheſ. 6 a

6 a Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt Mar. 12. c

6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Mat. 22. d. Mar. 12. c. Luc. 10 c

6 c 10 d Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies Mat. 4. b. Luc 4. b

6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Mat. 4. b. Luc. 4 b

8 a Non in ſole pane viuit homo Mat. 4. a Luc. 4 a

10 d Deus perſonam hominis non accipit Gal 2. b

18 c Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus Act. 3. d. 7. c

19 d In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbũ Mat. 18. b. Ioan. 8. e. 2. Cor. 13. a

19 d Oculum pro oculo, dentem pro dente Mat. 5 f

21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Gal. 3. b

25 b Non alligabis os boui trituranti 1. Corinth. 9 a. 1. Tim. 5. c

25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium Mat. 21 c Mar. 12. b. Luc. 20. c

27 d Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, &c Gal. 3. b

30 c Quis aſcendet in cælum? Rom. 10. b

30 c Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo Rom 10 b

32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c. Rom. 10 d

32 c Mihi vindictam, ego retribuã Ro. 12 d

IOSVE.

1 a Non te deſeram, neque derelinquam Heb. 13 a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium Heb. 1. b

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, &c. Rom. 11 a

19 b Reliqui mihi ſeptem millia virorum Rom. 11. a

IOB.

5 c Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum 1. Cor. 3. d

LIBER PSALM.

2 a Quare fremuerunt gentes Act. 4 e

2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te Act 13. c. Heb 1 b 5. b

2 c Reges eos in virga ferrea Apo 2. g 19. c

4 b Iraſcimini, & nolite peccare Eph. 4. f

5 c Sepulchrum patens eſt guttur eorum Rom. 3. b

6 c Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem Matth. 7. d. 25. d. Lucæ 13 f

8 b Ex ore infantium, & lactentium, &c. Mat. 21. b

8 c Quid eſt homo quòd memor es eius? Heb 2. a

8 c Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius 1. Corinth. 15. d

9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt Rom. 3. c

13 Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens Rom 3. b

13 b Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem Rom. 3 c

15 c Prouidebam Dominum in conſpectu, &c. Act 2. d

15 d Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem Act. 2. e 13. e

17 a Ego ero fidens in eum Heb 2 c

17 g Proptereà confitebor tibi in Gentibus Domine Rom. 15. b

18 a Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum Rom. 10. d

21 a Eli, Eli, lamma ſabacthani Mat. 27. e Mar. 15. c

21 c Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea Matthæi 27. d. Ioan. 19. e

21 c Nunciabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c
23 a Domini eſt terra & plenitudo eius 1. Cor. 10.f
24 c Odio habuerunt me gratis Ioan.15.d
30 a In manus tuas commendo ſpiritum meum Luc 23.f
31 a Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates Rom 4.a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1.Pet.3 b
39 b Hoſtiam & oblationem noluiſti Heb. 10 b
40 c Qui manducat mecum panem Ioan. 13.b
43 d Propter te mortificamur tota die Rom.8.g
44 b Thronus tuus Deus in ſæculum ſeculi Heb. 1.c
50 a Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis Roman 3.a
54 d Iacta ſuper Dominum curam tuam 1.Pet 5.b
61 d Vnuſquiſque autem propriam mercedem accipiet. 1.Cor.3.b
67 d Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem Epheſ.4.b
68 b Zelus domus tuæ comedit me Io.2.d
68 b Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me Rom.15.a
68 c Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum Rom.11.b
68 c Fiat commoratio eorum deſerta Act. 1.d
68 e In ſiti mea potauerunt me aceto Ioan. 19.f
77 a Aperiam in parabolis os meum Mat. 13.e
77 c Panem cæli dedit eis Ioan.6.d
81 b Ego dixi, Dij eſtis Ioan.10 g
88 d Inueni Dauid ſeruum meũ Act.13.d
90 c Angelis ſuis mandauit de te Mat.4.a Luc. 4.b
93 b Dominus nouit cogitationes ſapientum, quoniam vanę ſunt 1.Cor.3.d
94 c Hodie ſi vocẽ eius audieritis Heb.3.b
94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4.a
96 b Et adorent eum omnes angeli eius Heb.1.c
101 d Tu in principio Domine terram fundaſti Heb.1.c
103 a Qui facit angelos ſuos ſpiritus Heb. 1.c
108 b Et epiſcopatum eius accipiat alter Act.1.d
109 a Dixit Dominus Domino meo Mat. 22.d. Lucæ 20.g. Act.2.f
109 a Sede à dextris meis Heb.1.d
109 a Donec ponam inimicos tuos ſcabellum,&c. Heb.1.d.1.Cor.15.d
109 b Tu es ſacerdos in æternum Heb.5.b. 7.c
109 b Iurauit Dominus & non pœnitebit eum Heb.7.c
111 b Diſperſit, dedit pauperibus 2.Cor.9.c
115 a Credidi, propter quod locutus ſum 2. Cor 4.c
115 a Omnis homo mendax Rom.3.a
116 a Laudate Dominum omnes gentes Rom.15.c
117 a Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo Heb.13.b
117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes Matth. 21.d. Mar.12.a. Act.4.b. 1.Pet.2.b
117 d Hoſanna filio Dauid Mat.21.b
131 c De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam Act.2.e
139 a Venenum aſpidum ſub labiis eorum Rom.3.b

PROVERB.

3 a Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos Rom.12.d
3 b Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini,&c. Heb.12.b
3 b Quem diligit Dominus corripit, &c. Heb.12.b. Apoc.3.d
10 b Charitas operit multitudinem peccatorum 1.Pet.4.b
17 c Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat 1.Theſſ.5.d.1.Pet.3.b
20 c Qui maledixerit patri vel matri Mat. 15.a. Mar.7.b
25 c Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum Rom. 12.d
26 b Canis reuerſus ad vomitum 2.Pet.2.d

ISAIAS.

1 c Niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen Rom.9.f
5 d Homo plantauit vineam Matth.21.b. Luc.20.b Mar.12.a
6 a Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus ſabaoth Apoc.4.c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis Mat.13.b. Mar.4.b. Luc.8.b Ioan.12.f Act.28.f Rom.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit Mat.1.d
8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2.d
9 a Terra Zabulon & Terra Nephthali Matth.4.c
10 c Si fuerit numerus filiorum Iſrael tamquam arena maris Rom.9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet ſpiritu oris ſui 2.Theſſ 2.c
11 c Erit radix Ieſſe Rom.15.c. Act.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc 14.b
22 d Manducemus & bibamus, cras enim moriemur 1.Cor.15.e
22 f Hæc dicit ſanctus & verus qui habet clauem Dauid Apoc.3.b
25 c Abſterget Dominus omnem lacrymam ab oculis,&c. Apoc.7.d.21.b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1.Cor.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offenſionis Rom.9.g. 1.Pet.2.b. Act 4.b
29 d Populus hic labiis me honorat Mat. 15.a. Marc.7.b
29 c Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam, &c. 1.Cor.1.c
33 c Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſæculi? 1.Cor.1.c
40 a Vox clamantis in deſerto Mat.3.a Mar.1.a. Lucæ 3.a. Ioan.1.c
40 b Omnis caro fœnum 1.Pet 1.d. Iac.1.d
40 d Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum? 1.Cor.2.d
40 d Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Roman 11.d
41 b 44 a Ego ſum primus & nouiſſimus Apoc.1.d. & 22.c
42 a Ecce puer meus quem elegi Mat.12.b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc.21.b. 2.Cor.5.d
45 b Numquid dicit figmentũ ei qui ſe,&c. Rom.9.d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu Rom.14.b
49 b Poſui te in lucem Gentium Act.13.g
49 c Tempore accepto exaudiui te, &c. 2.Cor.6.a
49 c Non eſurient neque ſitient ampliùs Apoc.7.d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Mat. 26 g
52 b Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem Rom.10.c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini,&c. 2.Cor.6.d
52 d Nomen Dei per vos blaſphematur Rom.2.d
52 d Quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt Rom.15.e
53 a Domine, quis credidit auditui noſtro? Rom.10.e. Ioan.12.f
53 b Ipſe infirmitates noſtras accepit Mat.8.c
53 c Tamquam ouis ad occiſionem Act.8.f
53 d Et cum iniquis reputatus eſt Mar.15.c Luc.22.d
53 c Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus 1.Pet.2.d. 1.Ioan.3.a
53 c Qui peccata noſtra pertulit in corpore 1.Pet.2.d
54 a Lætare ſterilis quæ non paris Gal.4.d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Ioan.6.e
55 a Et qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis Apoc.22 d
55 b Dabo vobis ſancta Dauid fidelia Actor.13.e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur. Mat.21.b. Marc.11.c Lucæ 19.g
59 b Contritio & infelicitas in viis eorum Rom.3.c
59 c Galeam ſalutis aſſumite Eph.6.c 1.Theſſ.5.b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Rom.11.d
60 c Et portę eius non claudentur per diem Apoc.21 g
60 d Et ciuitas non eget ſole neque luna Apoc.21 g
60 d Nox vltrà non erit Apoc.22.a
61 a Spiritus Domini ſuper me Luc.4.c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit Matth.21.a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit,&c. 1.Cor.2.b
65 a Inuentus ſum à non quærentibus me Rom.10.d
65 a Tota die expãdi manus meas ad populum non credentem Rom.10.d
65 c Nouos verò cælos, & noua terra 2.Pet. 3.c. Apoc.21.a
66 a Cælum mihi ſedes eſt Act.7.f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Mar.9.g

IEREM.

7 b Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum Matth.21.b. Mar.11.c. Luc.19.g
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur 1.Cor.1.d. 2.Cor.10.d
10 a Quis nõ timebit te Domine? Apo.15.b
17 d Ego ſum ſcrutans renes & corda Apoc 2.f
31 c Vox in Rama audita eſt Mat.2.d
31 a Ero vobis in patrem & vos eritis mihi in filios 2.Cor.6.d
31 e Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum Heb.8.c
31 f Hoc autem teſtamentum quod teſtabor ad illos,&c. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb.10.c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna Apocal.18.a

EZECH.

3 a Accipe librum, & deuora illum Apoc. 10.d
20 b Qui fecerit homo viuet in eis Ro.10.b
32 b Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum Mat.24.c
36 c Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gentes Rom.2.d

DANIEL.

9 g Cùm videritis abominationem deſolationis quæ dicta eſt à Daniele propheta Mat.24.b. Mar.13.b. Luc.21.d

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos,&c. Rom.9.e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam Rom.9 e.1.Pet.2.b
6 c Miſericordiam volo, & non ſacrificium Mat.9.b.12.a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos Luc.23.d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum Matth.2.e
13 d Abſorpta eſt mors in victoria 1.Cor.15.g

IOEL.

2 g Et erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act.2.e

2 g Omnis enim quicumque inuocaue-
rit nomen Domini, ſaluus erit
Rom.10.c

AMOS.

5 g Numquid victimas & hoſtias obtu-
liſtis mihi Act.7.e
6 a Væ vobis diuitibus Luc.6.d
9 c Poſt hęc reuertar, & reædificabo ta-
bernaculum Dauid Act.15.c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus
diebus & tribus noctibus Matth.
12.c. Lucæ 11.d
3 b Pœnitentiam egerunt in prædicatio-
ne Ionæ Mat.12.c. Luc.11.d

MICHÆAS.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda Mat.2.a
7 b Veni ſeparare hominem aduerſus pa-
trem ſuum, & filiam aduerſus ma-
trem Mat.10.d Luc.12.g

AGGAEVS.

2 b Adhuc ſemel, & ego mouebo non
ſolùm terrã, ſed & cœlũ Heb.12.g

HABACVC.

1 b Videte contemptores, & admira-
mini, & diſperdimini: quia opus
operor ego in diebus veſtris
Act.13.f
2 a Iuſtus autem ex fide viuit Rom.1.c
Gal.3.b

NAHVM.

1 d Quàm ſpecioſi pedes euangelizan-
tium pacem Rom.10.c

ZACHARIAS.

8 c Loquimini veritatem vnuſquiſque
cum proximo ſuo Epheſ.4.f
9 b Ecce rex tuus venit Mat.21.a Io.12.b
11 c Et acceperunt triginta argenteos
Mat.27.a
12 c Videbunt in quem compunxerunt
Ioan.19.g
13 c Percutiã paſtorẽ Mat.26.c Mar.14.b

MALACHIAS.

1 a Iacob dilexi, Eſau autem odio habui
Rom.9.c
3 a Ecce ego mitto angelum meum Mat.
11.b Marc.1.a Luc.7.d Ioan.1.c
4 b Ipſe eſt Elias qui venturus erat
Matth.11.b
4 b Quid eſt quod ſcribæ dicunt, quòd
Eliam oporteat primùm venire
Matth.17.b Marc.19.b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios
Luc.1.b

HEBRAICORVM, CHALDÆORVM, GRÆCORVMQVE NOMINVM INTERPRETATIO.

AARON, Mons ſiue Montanus.
Abba, Pater. Syrum eſt verbum.
Abarim, Tranſitus plu. nu. ſiue tranſeuntes.
Abdemelech, Seruus regis.
Abdenago, Seruus claritatis.
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, per aleph, Luctus, Ciuitas.
Abel, per he, in principio, Vanitas, filius Adam.
Abeſſalom, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater ſpontaneus.
Abiſag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla. Græcum verbum.
Abram, Pater excelſus.
Abraham Pater multitudinis.
Abſalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel triſtitia.
Achaz, Apprehendens, ſiue poſſidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, ſiue terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut baſis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis. vnum eſt ex nominibus Dei, quod Interpres aliquando poſuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Anguſtiæ, ſiue tribulationes. Hebraicè, Miſraim.
Æneas, Laudatus.
Æthiopia, Græcè ardorem ſignificat. Hebraicè Cus dicitur, id eſt nigredo vel nigra.
Agabus, Locuſta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Feſtiuus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No, quod interpretatur crudum, ſiue irritatio.
Alleluia, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amna, Fides, ſiue veritas.
Amaſai, per aleph, Fortis vel robuſtus.
Amaſai, per ain, Populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum ſit.
Aminadab, Populus ſpontaneus.
Ammon, Populus eius.
Amnon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos, per aleph, Fortis, pater Iſaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, vnus ex duodecim Prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus, vel dominium, Princeps militiæ Iſraeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Reſponſiones, ſiue cantica.
Andreas, Fortiſſimus.
Anna, Gratioſa, ſiue miſericors.
Antiochia, pro vehiculo,
Aphrica Hebraicè Pul dicitur, id eſt, caſus vel ruina. Iſaiæ 66, 19.
Aphrica, Nahum 3, 9. Put. Craſſa, ſiue pinguis.
Apoſtolus, Miſſus, legatus.
Arabes, Veſpertini. 2. Par. 26. 2.
Arabes, Pſalm. 71, 15. Hebraicè Saba, id eſt, conuerſio.
Aram, Celſitudo, ſublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quattuor.
Architriclinus, Princeps triclinij.
Areopagita, De Colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, ſiue maledictio.
Aſaph, Congregans.
Aſer, per ſamech, Vinctus, filius Caath.
Aſer, per ſin, Beatitudo, ſiue felicitas, filius Iacob.
Aſſuerus, Princeps & caput.
Aſſur, Inſidians, ſiue beatus.
Aſtaroth, Greges, ſiue diuitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens.
Aua, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus, Hebraicè Aſdod, Deprædatio.

B.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal, Oſee 10, 14. Arbel legendum, id eſt, pugnauit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confuſio, Commiſtio.
Bala, Inueterata, turbata, Ancilla Rachel, per he in fine.
Bala, Deglutiens, Deſtruens, Vrbs per ain in fine.
Balaam, Vetuſtas populi.
Balac, Deſtruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Bariona, Filius columbæ.
Barnabas, Filius conſolationis.
Barſabas, filius conuerſionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius ſuſpendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Menſura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muſcæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetuſtus.
Bela, Deglutiens, Deſtruens.
Belial, Peruerſus, Abſque iugo.
Ben-ennom, Filius diuitiarum ſuarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Bereſith, In principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Berſabee, Puteus iuramenti.
Beth-abara, Domus tranſitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diuiſio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-ſabee, Domus iuramenti, Ciuitas.
Beth-ſaida, Domus frugum.
Beth-ſames, Domus ſolis.
Bethul, Virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel iuxta S. Hieronymum, Banereem, Filij tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua eſt acrimonia ſaporis.
Boſor, Munitio.
Boſra, idem.

C

Caath, Congregatio, Obtuſio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Poſſeſſio, Poſſeſſus.
Caleb, Quaſi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id eſt, ex Cana vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè, Caphthorim, id eſt ſphærulæ.
Cariath-iarim, Ciuitas ſiluarum.
Cariath-ſepher, Ciuitas litterarum.
Carmel, Cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus.
Carthaginenſes, Hebraicè Tharſis, id eſt, contemplatio gaudij.
Cedar, Nigredo, triſtitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Triſtis.
Cephas, Petrus a petra. Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chaſdim, id eſt, Quaſi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaam, Mercator, Negotiator.
Charmel, idem quod Carmel.
Cherub, Quaſi magiſter.
Chodchod, Iaſpis.
Chorazi, Furores.
Chriſtus, Vnctus.
Chus, Æthiops.
Cin, Poſſeſſio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœleſyria, Curua Syria.
Coloſſenſes, Supplicio affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Caluus, caluitium, per heth in fine.
Core, per aleph in fine, Vocans, legens. 1 Paral. 9, 19.
Corozaim, Hic eſt myſterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quaſi miſer.

D

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damaſcus, Sanguinis ſuccus.
Damaſcus, 1. Reg. 16, b. Similitudo incendij, Hebr. Dumeſec.
Dan, Iudicans, ſiue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmaſcus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, ſub. regio.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3, 14. Heb. Reſeph, id eſt, Volucris, Flamma.
Dibre haiamim, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vel Iudicans.
Dionyſius, Diuinitus ſtillatus.
Dithalaſſum, Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E

Ebal, Aceruus vetuſtatis.
Eccleſiaſtes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.
Elehanan, Dei gratia ſiue miſericordia.
Eliacim, Dei reſurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Eliſæus, Dei ſalus, Deus ſaluans.
Elle haddebarim, Hæc ſunt verba ſic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiſcum Deus.
Emmaus, Timens conſilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Creſcens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id eſt Puluerulenta, ſiue plumbea. 1. Reg. 13. b. 7.
Ephrata, Vbertas, ſiue frugifera.
Ephron, Puluis.
Eſau, Faciens, Operans.
Eſdras, Adiutor, Atrium.
Eſther, Occulta, Abſcondita.
Etam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G

Galaad, Abiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus teſtimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis.
Gazer, Præciſſio.
Gazophylacium, Vbi theſauri templi ſeruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis triſtitiæ.
Gehennon, Vallis contriſtans.
Gelboe, Reuolutio inueſtigationis.
Gerſom, Aduena ibi.
Gerſon, Exilium eius.
Giblij, Termini.
Gihon, Pectus, Exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Tranſmigratio.
Gomor, Genus menſuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci Hebraicè Ieuanim, id eſt Deceptores.

H

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Deſtructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Aceruus vetuſtatis.
Heber, Socius, particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Tranſitus.
Hebræus, Tranſiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id eſt, Dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Deſtructio.
Heſron, Sagitta exultationis.
Heua, Viua, Viuens.
Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Deſertum.
Horma, Deſtructio.
Hur, Libertas.
Hus, Conſilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I

Iabel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per ſin, in fine.
Iabes, Triſtitia, per ſade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iahel, Aſcendens, Damula.
Iahiel, Viuit Deus.
Iairitis, Illuminatus.
Iamin, Dextera, vel Dexter.
Iapheth, Dilatatus.
Iaſon, Sanans.
Iauan, Decipiens.
Ichabod, Vbi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipſe, Exiſtens.
Iehus, Tineis corroſus, per ſin.
Iehus, 1. Par. 8. b. 10. Conſilians, per ſade.
Iemini, Dextera, vel Dexter.
Iephthe, Aperiens.
Ierameel, Miſericordia Domini.
Ieremias, Celſitudo Domini.
Iericho, Luna, Menſis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ieroſolyma, Viſio pacis, Viſio perfecta.
Ieruſalem, idem.
Ieſſe, Ens, Exiſtens.
Ieſboc, Eſt vacuus.
Ieſus, Hebraicè Iehoſua, Dominus ſaluator.
Iethro, Excellens.
Iezonias, Auſcultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id eſt, de India. Hebraicè dicitur Hodu, id eſt, Laudatio.
India, Iob 28. c. 13. Hebraicè Ophir, id eſt Cinis.
Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachaz, Domini apprehenſio.
Ioachaz, 2. Par. 34. b. 8. Apprehendens.
Ioachin, Domini præparatio.
Ioacim, Domini reſurrectio.
Ioas, Diffidens, Deſperans.
Ioas, Domini ignis, 4. Reg. 11. d. 21. Hebr. Iehoas.
Ioas, 1. Par. 7. b. 8, & 27. d. 28. Tineis corroſus, per ain.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratioſus, Pius, Miſericors.
Iohannes, idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, filius Saul.
Ioram, Excelſus.
Iordanis, Fluuius iudicij.
Ioſaphat, Dominus Iudex.
Ioſeph, Augmentum.
Ioſeph, Pſal. 80. a. 2. Domini augmentum. Hebr. Iehoſeph.
Ioſias, Ignis Domini.
Ioſue, Dominus ſaluator.
Iſaac, Riſus.
Iſai, Munus aut Ens.
Iſai, 1. Par. 2. b. 13. Vir meus.
Iſaias, Domini ſalus.
Isboſeth, Vir confuſionis.
Iſcariotes, Vir occiſionis.
Iſmahel, Exauditio Dei.
Iſrael, Præualens Deo.
Iſſachar, eſt Merces, Præmium.
Ithamar, Inſula palmæ.
Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Lanuginoſus.

L

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lechi, Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio; Societas ſua.
Lia, Laborioſa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithoſtrotos, Lapidibus ſtratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M

Maacha, Attrita.
Maaſias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.

Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philoſophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De ſcorto natus.
Manahem, Conſolator.
Manaſſes, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare.
Martha, Prouocans.
Maſſa, Onus.
Maſpha, Specula.
Mathuſaël, Mortem ſuam poſtulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex Dominus.
Melchi-ſedec, Rex iuſtitiæ.
Melchiſua, Rex ſaluator.
Meſollam, Pacificus.
Meſopotamia, Regio ſic dicta, quòd duobus fluuiis, Euphrate & Tigri, ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis ſicut Deus.
Michæas, idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboſeth, De ore ignominia.
Miſael, Quis poſtulatus?
Miſle, Prouerbia, Nomen libri.
Miſphat, Iudicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Moſa, Azymum, per ſade.
Moſa, 1. Par. 8. a. 9 Onus.
Moyſes, Attractus (ſub. de aquis.)
Myſia, Sceleſta.

N

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, idem.
Nabuchodonoſor, Planctus iudicij.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahaſſon, Coluber, Serpens.
Nahum, Conſolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per ſade ſcribatur, Cuſtodita vel Florida interpretatur.
Neapolis, Noua ciuitas.
Nehemias, Conſolatio.
Nehuſtan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Æquiparatio.
Niniue, Pulchra.
Noë, Ceſſatio, Requies.
Noema, Decora.

O

Obadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obed-edom, Seruus hominis.
Ochozias, Apprehenſio.
Odollam, Teſtimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Eleuatio, Holocauſtum.
Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Oneſimus, Vtilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, Pugnus, Pugillus.
Oreb, Coruus.
Oſee, Saluator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P

Palæſtina, Conſperſa (ſub. cinere.)
Paracletus, Conſolator, Aduocatus.
Paraſceue, Præparatio.
Paſcha, Tranſitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoſte, Quinquageſima (ſub. dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Diſſipans.
Phares, Diuiſio, Filius Iudæ.
Phares per ſin, 1. Par. 7. d. 16. Eques.
Phariſæi, Diuiſi.
Phaſe, Tranſitus.
Phaſga, Collis.
Philiſthæa, Conſperſa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora ſacrificanda tenebantur.
Proſelytus, Aduena, Peregrinus.

R

Raab, Pſal. 86. a. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ouis.
Raguel, Paſtor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelſus.
Rameſſes, Tonitruum tineæ.
Raphaël, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblatha, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Reſpha, Extenſio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelſa, Sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelſa.
Ruth, Saturata.

S

Saaph, Cogitans.
Saba, per ſin, Conuerſio, Captiuitas.
Saba, per ſamech, Circuitio.
Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbatiſmus, Requies, Ceſſatio.
Sabbatum, idem.
Sadducæi, Iuſti.
Sadoc, Iuſtus.
Sale, Miſſio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanaſar, Pax ligata.
Salmon. Pacificus.
Salomith, idem, f. g.
Salomon, Pacificus.
Salphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Cuſtodia, Adamas.
Samſon, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Poſitus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sarephtha, Anguſtia bucellæ.
Saron, ſiue Sarona, Planities.
Satan, Aduerſarius.
Saul, Poſtulatus, Commodatus.
Saul, 1 Reg. 9 a 2. Hebraice Sual, Vulpes.
Scenopegia, Feſtum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iuſtus Domini.
Segor, Parua.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Diſſoluens, Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Poſitus.
Semei, Obediens.
Semei, 1. Par. 2. d. 28. Nomen meum.
Sennacherib, Rubus deſtructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut Tuba, Exod. 1. c. 15. per ſin.
Sephora, Exod. 2. d. 21. Auis, Paſſer, vxor Moyſis.
Seth, Poſitus.
Setim, Expanſiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus, Nilus.
Siloë, Miſſus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. a. 1. per ſamech.
Sin, per ſade, Arma, Scutum.
Sion, Aceruus. 2. Reg. 5 b. 7.
Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.
Siſara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Cuſtos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Suſanna, Lilium, Roſa.

T

Tarſus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharſis, Contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulachra.
Thomas, Abyſſus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana poſſeſſio.
Tyrij, Hebraicè Sorim, id eſt, tribulantes.

V

Vaijcra, Et vocauit. Liber Leuitici.
Vaiedabber, Et locutus eſt. Liber Numerorum.
Vaſthi, Potans, Bibens.
Veelle ſemoth, Et hæc ſunt nomina, Secundus liber Legis, qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z

Zabad, Dos, Dotatus.
Zabdi, idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zachæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Diſtillatio oris.
Zorobabel, Alienus à confuſione.

FINIS.

INDEX BIBLICVS,

QVI RES EAS DE QVIBVS IN SACRIS BIBLIIS AGITVR,

Ad certa Capita, Alphabeti ordine digeſta, reuocatas, ſumma breuitate complectitur.

IN hoc Bibliorum Indice, Candide Lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde ſequentes vſque ad hoc ſignum †, vel (ſi hoc ſignum non adſit) ad proximam vſque ſequentis libri citationem, ſunt verſuum in eodem capite ſignatorum notæ. Exempli gratia, in voce AARON, *Exod.* 4, 14, 16, 30†5, 1†6, 13†7, 1, 2. *legendum eſt: Exodi capite 4, verſu 14, verſu 16, & verſ. 30. Item cap. 5. verſu 1, cap. 6. verſu 13. cap. 7. verſu 1. & 2. Cùm autem aſteriſcus ſeu ſtella in hunc modum (Leu. 8*.) numero apponitur, indicium eſt, rem de qua agitur, per plures verſus in eo capite tractari: vel ſignificat locum illum eſſe inter reliqua diligentiùs notandum. Porrò ſi quod quæris in verſu hic notato, contingat non adeò perſpicuè inueniri, tum aliquot ex propinquis verſibus antecedentibus vel ſequentibus tibi erunt perluſtrandi. In librorum nominibus ad faciliorem & certiorem diſtinctionem id obſeruatum eſt, vt Eccle. Eccleſiaſten, Eccli. verò Eccleſiaſticum notet.*

AARON adiungitur fratri ſuo Moyſi ſocius, Exod. 4, 14, 16, 30†5, 1†6, 13†7, 1. 2. Mich. 6, 4. fuit pronepos Leui, Exod. 6, 16, 18, 20. peculiari ritu conſecratur cum ſuis filiis ad miniſterium ſacerdotij, Leu. 8*. Num. 3, 10. Deut. 18, 5. Heb. 5, 4. ſicut Dominus præſcripſerat, Exod. 29.*†40, 12. Aaronis & filiorum ſacerdotalis ornatus. Exod. 28*. Aaronis ſacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoſcere, inuſitato genere mortis intereunt. Exo. 16, 3. 11, 30, 31. Aaron inſigni miraculo oſtēditur præ ceteris à Deo in Sacerdotem ſummum electus, Exo. 17, 5, 8. poſt oblationem factam benedicit extenſa manu populo, Exod 9, 22. iure perpetuo accipit pro officio Sacerdotali oblationes & primitias à populo, Num. 18, 8, 9, 11, 12*. & à Leuitis decimas decimarum, Num. 18, 26, 28. moritur, Num. 20, 28†33, 36. Deut. 10, 6†32, 50. ſuccedit ei in ſummo Sacerdotio Eleazar, Num. 20, 26. Deut. 10, 6. Aaronis laus, Eccli. 45, 7, 8, 9*.

ABARIM mons vnde moriturus iam Moyſes terram Chanaan proſpexit, Nu. 21, 11†27, 12†33, 44*. Deut. 32, 49.

ABBA pater, Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Galat. 4, 6.

ABDEMELECH propugnator & patronus Ieremiæ, Iere. 38, 7. liberatur à gladio Chaldæorum, Iere. 39, 16, 17.

ABDENAGO mittitur in fornacem ardentem, Dan. 3, 21. appellatur Azaria, Dan. 1, 6.

ABDIAS abſcondit prophetas Domini, 3. Reg. 18, 3, 13.

ABDON Iudex in Iſrael, Iudic. 12, 13.

ABEL occiditur à fratre Cain, Gen. 4, 8. 1. Ioan. 3, 12. de eodem lege Mat. 23, 35. Lucæ 11, 51. Heb. 11, 4†12, 24.

ABIAM filius Roboam rex Iuda, 3. Reg. 14, 31†15, 1. 2 Paralip. 13, 15. reliquit Aſa regni ſucceſſorem, 3. Reg. 15, 8. Mat. 1, 7.

ABIATHAR ſacerdos, effugit manus Saulis, 1. Reg. 22, 20. confugit ad Dauid in Ceilam, 23, 6. cum Adonia ſe coniungit, 3 Reg 1, 7. amouetur ſacerdotio, 2, 27. iuxta illud 1. Reg. 2, 30, 32.

ABIDAN dux Beniamin, Num. 1, 11.

ABIGAIL, vxor impij Nabal, 1. Reg. 25, 3. nubit Dauidi regi poſt mortem Nabal, 25, 39.

ABIMELECH rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Gen 20, 2. init pactum cum Abraham, Gen. 21, 23, 32. init pactum cum Iſaac, Gen 26, 31.

Abimelech filius Gedeonis, Iudic. 8, 32. occidit 70. ſuos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic. 9, 5, 53*. 2. Reg 11, 21.

ABIRON effert ſe contra Moyſen, vnde & terra diſcedens, eum abſorbet, Num. 16*.†26, 10. Deut. 11, 6. Pſal. 105, 17. Eccli. 45, 22.

ABISAG Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3. Regum 1, 3. petitur ab Adonia in vxorem, 2, 17.

ABISAI filius Saruiæ, 2. Regum 2, 18 †16, 9†19, 21†20, 6†23, 18.

ABIV & Nadab filij Aaron igne abſumuntur, Leuit. 10, 2. Num. 26, 61.

ABIVD filius Zorobabel, Mat. 1, 13. appellatur Anania, 1. Paral. 3, 19.

ABNEGATIO ſui ipſius, Gen. 12, 4 †22, 1, 9. Deuteron. 33, 9. 3. Regum 19, 19. 2. Mach. 6, 19, 23. Matth. 4, 19†5, 29†10, 39 †16, 24†19, 21. Marc. 10, 21. Lucæ 9, 23†14, 26†17, 33. Ioan. 12, 25.

Abnegatio omnium rerum, Geneſ. 12, 1. Deut. 33, 8. Ruth 2, 11. 2. Par. 25, 9. Mat. 4, 19†19, 21, 25. Marc. 1, 17†10, 28. Lucæ 5, 11†14, 26†18, 22. 1. Cor. 7, 29. Ioan. 12, 25. Philip. 3, 7.

ABNER præfectus militum Saulis, creat Isboſeth regem Iſrael, 2. Reg. 2, 8. paciſcitur cum Dauid, 3, 12. occiditur a Ioab, 2. Regum 3, 27.

ABRA ancilla Iudith, Iudith 8, 32†10, 2. libertate donatur, Iudith 16, 28.

ABRAM filius Thare habet Sarai vxorem, Geneſ. 11, 29. egreditur ex patria in terram Chanaan præcipiente Domino, 12, 4. proficiſcitur in Ægyptum, 12, 10. redit inde in Chanaan, 13, 1. Liberat Lot fratrem ſuum ex manibus hoſtium, 14, 14. accipit promiſſionem ſeminis, 15, 4†17, 16†18, 10. concūbit cum Agar, 16, 4. accipit promiſſionem ſeminis & ſignum fœderis, appellatúrque Abraham, 17, 5. orat pro Sodomitis, 18, 23, 28, 32. Iſaac ei naſcitur, 21, 2. paratus eſt offerre Iſaac, 22, 9. mittit ſeruum qui quærat vxorem filio ſuo Iſaac, 24, 4. moritur, 25. 8. commēdatur, Eccli. 44, 20. appellatur pater multarum gentium, & omniū credentium, Geneſ. 17, 5. Iſa. 51, 2. Matth 3, 9. Luc. 19, 9. Ioan. 8, 39. Rom. 4, 11, 17, 18†9, 7. Gal 3, 8. de ipſo & eius ſemine vide Ioſ. 24, 3. Iſa. 41, 8†51, 2. Ezec. 33, 24. 2 Eſd. 9, 7. Matth. 8, 11. Act. 7, 2, 16. Heb. 11, 17.

ABRAHAE filij qui dicantur, Ioan. 8, 33. Rom. 9, 7. Gal. 3, 7.

ABSALOM filius Dauid, 2 Reg. 3, 3. occidit ſuum fratrem, & fugit ad Tholomai regem Geſſur, 13, 37. reuocatur, 14, 21, 23. conatur patris occupare regnum, 15, 6. concumbit cum patris concubinis, 16, 22. iuxta prophetiam, 12, 11. tribus haſtis transfigitur à Ioab, 18, 14.

ABSTINENTIA à quibuſdam cibis, Geneſ. 1, 29, 30†2, 17†3, 11†9, 4. Exod. 12, 9*.†13, 6†21, 28†22, 31†29, 34. Leu. 6, 24 †7, 18*.†11, 4*.†17, 27*.†19, 7†22, 8*.†23, 14. Num. 6, 4†18, 10. Deut. 12, 16†14, 3*. Tob. 1, 12. Iudith 12, 2. Dan. 1, 8. 2. Machab. 7, 1. Matth. 12, 4. Marci 2, 23. Luc. 6, 1. Actor. 15, 29.

Abſtinentia à vino, Leuit. 10, 8†11, 34. Num. 6, 3. Iudic. 13, 4, 14. Iere. 35, 6. Ezech. 44, 21. Luc. 1, 15.

Abſtinendum à cibo & potu etiam licito propter ſcandalum alterius, 2. Mach. 6, 24. Rom. 14, 20, 21. 1. Cor. 8, 13.

Abſtinentiæ præceptum violare nolentes, Ierem. 35, 6*. 2. Mach. 6, 19*.†7, 2*.

ABVSVS veſtium, Iſaiæ 3, 18. Ezech. 7, 20. Eſther 14, 16. Mat. 11, 8. Mar. 12, 38. Lucæ 7, 25†16, 19†20, 45. 1. Timoth. 2, 9. 1. Petr. 3, 3.

ACCEPTIO perſonarum, vide Perſona.

ACCEPTIO munerum, Exod. 23, 8. Num 35, 31. Deuter. 10, 17†16, 19†27, 25. 2. Par. 19, 7. Iob 15, 34†36, 18. Prou. 14, 20 †15, 27†17, 23†19, 6†22, 9†28, 21. Eccli 4, 36†7, 6†20, 31. Iſaiæ 1, 23†5, 23†33, 15. Iudæ 16.

ACEDIA, 2. Reg 11*. Prouerb. 6, 6 †10, 4, 26†12, 11†13, 4†18, 8†19, 15, 24† 20, 4, 13†21, 25†24, 30†26, 13† 28, 19. Ezech. 16, 49. Eccli. 33, 26. Rom. 12, 11.

ACHAB impius rex Iſrael, 3. Reg 16, 29, 3?†18*. vincit Syrios, 20, 20, 29. init fœdus

cum

cum Benhadad rege Syriæ, 20, 34. exercet tyrannidem in Naboth, 3. Reg. 21, 2. tranſcitur telo, & ſanguinem eius canes lambunt, 22, 38. ſecundùm verba Eliæ, 21, 19. filij eius pereunt, 4. Reg. 10, 7, 11. ſecundum illud 3. Reg. 21, 21. 4. Reg. 9, 7.

ACHAIA, Actor. 18, 12, 27†19, 21. Rom. 15, 26. 1. ad Cor. 16, 15. 2. ad Cor. 1, 1†9, 2†11, 10. 1. ad Theſſ. 1, 7.

ACHAN lapidatur, Ioſ. 7, 25. 1. Par. 2, 7. in valle Achor, Ioſ. 7, 24†15, 7. Iſa. 65, 10. Oſee 2, 15.

ACHAZ filius Ioatham, impius rex Iuda, 4. Regum 16°. 2. Paral. 28°. Iſaiæ 7°. Matth. 1, 9. appellatur Eliezer, Lucæ 3, 29. Ezechias filius in regnum patri ſuccedit, 2. Par. 28, 27. Matth. 1, 10.

ACHIAS filius Achitob, ſacerdos Domini, 1. Reg. 14, 3, 18. appellatur Achimelech, 21, 1.

ACHIOR dux Ammonitarum, Iudith 5, 5. traditur in manus filiorum Iſrael, 6, 7. fit Iudæus, 14, 6.

ACHIS rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg, 1. Reg. 27, 6.

ACHITOPHEL Dauidi à conſiliis, adhæret Abſaloni, 2. Reg. 15, 12. dat impium conſilium, 16, 21. ſuſpendit ſe, 17, 23.

ADAM creatur, Gen 1, 27. collocatur in paradiſo, & ligni ſcientiæ vſus ei interdicitur, 2, 15. perſuaſione Euæ præceptum violat, & paradiſo pellitur. 3, 6, 23. Oſee 6, 7. moritur, 5, 5. Rom. 5, 14. 1. Cor. 15, 22.

ADHORTARI ad bonum, Geneſ. 13, 8†45 24. Ioſue 22, 5. 2. Paral. 30, 6† 32, 7 2. Eſd. 5, 6. . Actor. 11, 23†14, 21†20, 17°. 1. Theſſ. 5, 11. Tit 2° †3, 1. Heb. 3, 12.

ADONIAS affectat regnum patris ſui, 3. Reg 1, 5. vxorem petit Abiſag, & occiditur, 2, 17, 25, 34.

ADONIBEZEC capitur, Iudic. 1, 6.

ADORATIO angelis & hominibus tributa, Geneſ. 18, 2†19, 1†23, 12†27, 29 †33, 3°. †42, 6†43, 26. Exod. 18, 7. Num. 22, 31. 1. Regum 20, 41 † 25, 23†28, 14. 2. Reg 9, 6†14, 3°. 3. Reg. 1, 15, 12. Iudith 10, 20. Eſther 3, 2. Dan. 2, 46. Act. 10, 25.

ADRAMELECH idolum, 4. Regum 17, 31.

Adramelech vſus ſubſidio fratris ſui Saraſar, occidit patrem Sennacherib, 4. Regum 19, 37. Iſaiæ 37, 38.

ADVENTVS Domini expectandus, Matth. 24, 42†25, 13†26, 40. Marc. 13, 33. Luc. 12, 40†21, 34. Rom. 13, 11. Epheſ. 6, 18. Coloſſ. 4, 1. 1. Theſſ. 5, 6. 1. Pet. 4, 7†5, 8. Apoc. 3, 3†16, 15.

ADVLTERIVM, luxuria, & fornicatio, Geneſ. 6, 2†19, 5, 31, 33°. †38, 15. Exod 22, 16. Leuit. 18°. †19, 29†20, 10, 13 †21, 9 Num. 25, 1, 6. Deu. 22, 13, 22, 23†23, 17. Iudic. 19, 2, 25. 1. Reg. 2, 22. Tob. 4, 13. Prouerb 2, 16†5°. †7, 10° † 22, 14† 23, 27† 29, 3. Eccleſ. 7, 27. Eccli. 23, 25°. † 25, 4. Ezech. 22, 10. Actor. 15. 20. Rom. 1, 26. 1. Cor. 5, 1†6, 9, 15†10, 8. Epheſ. 5, 5. Col. 3, 5. 1. Theſſ. 4, 3. 1. Tim. 1, 10. Heb. 13, 4.

Adulterium carnale & ſpirituale prohibetur, committitur, & punitur, Geneſ. 20, 2† 26, 7. Exod. 20, 15. Leuit. 18, 8†20, 10. Num. 5, 13. Deut. 5, 18†22, 22, 30. Iudicum 19, 2. 2. Reg. 11, 2, 4 †12, 1, 9. Iob 24, 15†31, 1, 9. Pſalm 72, 27. Prouerb. 5, 3, 8, 20†6, 24, 32 †7°. Iſaiæ 57, 3. Iere. 2, 36†3, 1†5, 7†13, 26. Oſee 2, 4†4, 2. Sap. 3, 16. Matth 5, 27†14, 3† 19, 9. Ioan. 8, 3. 1. Cor. 6, 10. 1. Theſſ. 4, 3. Heb. 13, 4. Iacob 4, 4.

ADVRAM, ſuper tributa ſeu quæſtor ærarius Dauidis, 2 Reg 20, 24. poſtea a tributis ipſi Roboam, lapidatur, 3. Reg. 12, 18.

ÆGYPTIACA captiuitas prædicitur, Gen. 15, 13. incepit, Exod. 1, 8, 13. Act. 7, 18.

De Ægypto exitus, & liberatio Iſraelis promittitur, Geneſ. 15, 16† 48, 21†50, 14. Exod. 3, 17†6, 6. adimpletur, & exeunt viri 600000. Exod. 12, 37. 51†13°. 14°. Num. 33, 1. Deut. 16, 1. Oſee 13, 4. Mich. 6, 4.

In Ægyptum redire improbè flagitat Iſraeliticus populus, Exod. 14, 11†16, 3† 17, 3. Num. 11, 5†14, 4†20, 3.

Contra Ægyptum prophetatur, Iſaiæ 19, 1, 11, 18†20, 3. Ierem. 43, 20†44, 30 † 46°. Ezech. 29°. †30°. †31°. †32°.

Ægyptiaca redemptio frequenter in memoriam reuocatur tamquam ſummum beneficium, Exod. 20, 2. Leuit. 22, 33†26, 13. Deut. 4, 37†5, 6†7, 8†8, 14†16, 6. Iudith 2, 1, 6, 8. 1. Regum 10, 18. 4. Regum 17, 7. Mich. 6, 4.

Ægyptus affligitur plagis variis, Exod. 7°. 8°. 9°. 10°. 11°. vt prædixit Dominus, Exod. 3, 19.

Ægyptus expugnatur a rege Babyloniæ, 4. Reg. 24, 7. Ierem. 46, 2.

Ægyptij prodeunt in pugnam contra Iudam, 2. Par. 12, 2.

Ægypto potitur Antiochus, 1. Machab 1, 17 in Ægyptum fugit Chriſtus Herodem, Matth. 2, 13.

ÆGROTATIO & morbus pœna peccati, Exo. 15, 26. Leuit. 26, 16. Num. 12° Deut. 7, 15†28, 27, 60 2 Reg. 24, 15. 4. Reg. 5, 27. 2. Par. 21, 18. Ioan. 5, 14.

Ægroti viſitandi ſunt & conſolandi. Gen 48, 1. 4. Reg. 8, 29†14, 14. Iob 2, 11. Pſalm 40, 4. Eccleſ. 7, 3. Eccli. 7, 38. Mat. 25, 37, 40 Ioan. 11, 3†12, 9. 2. Cor. 1, 4.

Quomodo ſe viri ſancti in morbo & deceſſu ab hac vita habuerint, Geneſ. 49°. †50, 14. Deuter. 31, 1, 6. Ioſue 13°. †23°. †24°. 1. Reg. 12°. 3. Regum 2, 1, 7. 2. Paral 32, 24 Tob. 4°. Iſaiæ 38, 1. 1. Mach. 2, 49, 61.

ÆNEAS ſanatur, Actor. 9, 33.

AGABVS imminentem famem prædicit, Actor. 11, 28. & Paulo manus iniiciendas, 21, 11.

AGAG rex Amalechitarum capitur a rege Saule, 1. Reg. 15, 8. iubente Samuele occiditur, 15, 33. iuxta propheciá, Num. 24, 20.

AGAR ancilla Saræ parit Iſmahelem, Geneſ. 16, 15. expellitur cum filio ſuo, 21, 14. Gal. 4, 30.

Agareni è ſua terra per Rubenitas profligantur, 1. Par. 5, 19.

AGGÆVS prophetat Iudęis, Aggæi 1, 3. 1. Eſd. 5°. †6, 14.

AGRIPPA audit Paulum, Actor. 26, 2.

AHIAS propheta in Silo ſecat pallium in 12. partes, 3. Regum 11, 30. mala prædicit vxori Ieroboam, 14, 6, 10. ſcripſit prophetias, 2. Par. 9. 29.

ACHIMELECH ſacerdos dat Dauidi panes propoſitionis, 1. Regum 21, 6. & gladium Goliath, 21, 9. transfigitur, 22, 18. appellatur Ahias, 14, 3. vocatur Abiathar, Marci 2, 26.

AHIRA dux Nephthali, Num. 1, 15.

ALCIMVS periurus Iudæus adeptus eſt ſacerdotium, 1. Machab. 7, 5, 9. 2. Mach. 14, 3, 13. perit ſubita morte, 1. Machab. 9, 55, 56.

ALEXANDER rex Græcorum, occiſo Dario, regnum ſuum filiis diuiſit, 1. Machab. 1, 7. vide Dan. 7, 6†8, 8†11, 3.

ALPHA & ω, principium & finis, primus & nouiſſimus eſt Dominus, Iſaiæ 41, 4 †44, 6†48, 12. Apoc. 1, 8†2, 8†21, 6†22, 13.

ALPHÆVS, pater Iacobi Apoſtoli, Mat. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc 6, 15. Act. 1, 13.

ALTARE holocauſti, Exod. 27, 1†38, 1. Num. 7°. 2. Reg. 24, 25. 3. Regum 18, 32. 4. Reg. 16, 15. 2. Par. 1, 5†4, 1†15, 8. 1. Eſdræ 3, 2. Ezech 43, 13. 1. Mach. 4, 47, 53.

Altare incéſi, Exo 30, 1, 10†37, 25†40, 10.

AMALECH filius Eſau naſcitur, Gen. 36, 12, 16 pugnat contra Iſrael, Exod. 17, 8. Num. 14 43. Iudic 6, 3. cęditur, 7°. 1. Regum 14, 48. funditus deletur, 1 Reg. 15, 3, 8. iuxta verba Exodi 17, 14. Num. 24, 20. Deuter. 25, 19.

AMAN poſtquam ad honores fuit euectus, fit letalis hoſtis Iudæorum. Eſther 3°. ſuſpenditur, 7, 10. eodem ſupplicio afficiuntur & decem filij eius, 9, 13.

AMASA filius Abigail ſororis Dauidis, 1. Paral. 2, 17. fit dux militiæ apud Abſalonem, 2. Reg. 17, 25. Poſt militiæ Dauidis præficitur, 19, 13. tandem a Ioab per fraudem occiditur, 20, 10. cauſa cædis ponitur, 3. Reg. 19.

AMASIA filius Ioas recenſet populum, 2. Paral. 25, 5. vlciſcitur cædem patris ſui, 4. Reg. 12, 21†14, 5 bello deuincit Edomæos, 14, 7. capitur, & occiditur, 14, 13. relinquit ſucceſſorem filium Azariam regem, 15, 1. appellatur Leui, Luc. 3, 29.

AMICI veri & ficti, Deuter. 13, 6†33, 9. 1. Reg. 3, 27†13, 17†15, 19†20, 8. Pſalm. 40, 10†54, 14. Prouerb. 14, 20†18, 24†27, 10, 19. Eccli 6, 7†7, 20†9, 12†12, 14†22, 25 †37, 1. Ierem. 9, 4†12, 6†41, 1. Dan. 11, 26. Michææ 7, 5. Matth. 10, 35. Lucæ 12, 53. Ioan. 13, 18. 1. Theſſ. 2, 14.

AMINADAB filius Aran, Mat. 1, 4. hunc Naaſſon filius eius in regno ſecutus eſt, Num. 1, 7†7, 12†10, 14.

AMMON filius Lot & filiæ eius, Gen. 19, 38. Ammonitæ prohibentur ab ingreſſu templi, Deut. 23, 3. 2. Eſdr. 13, 1. cæduntur ab Iſrael. Iudic. 11, 32. 1. Reg. 11, 11. 2 Reg. 8, 12†10°. †12, 26. aduerſus Ammon prophetatur, Pſalm. 82, 8. Iere. 49, 1. Ezech. 21, 20†25, 2. Amos 1, 13. Sophon. 2. 8.

AMNON filius Dauid oppreſſit ſororem ſuam Thamar, 2. Reg 13, 14. vnde & ab Abſalone fratre ſuo confoditur, 13, 28.

AMON filius Manaſſe rex Iuda, occiditur, 4. Reg. 21, 19, 23. cui in regno ſuccedit filius Ioſias, 4 Reg. 22, 1.

AMORI filius Canaan, Geneſ. 10, 16. Amorrhæi non patiuntur Iſraelem per ſuos terminos proficiſci, Nu. 21, 23. Iudic. 11, 19.

AMRI impius rex Iſrael, 3. Reg. 16, 16. 17, 22, 23. contra Amri, Mich. 6, 16.

ANAMELECH idolum Sepharuaim, 4 Reg. 17, 31.

ANANIAS prophetat contra Ieremiam, Ierem. 28, 1.

Ananias cum vxore Sapphira ſubitò moritur, Actor. 5, 5, 10.

ANATHOTH ciuitas Beniamin, Ierem. 32, 7. vbi & Ieremias eſt natus, Ier. 1, 1† 29, 27. & ſacerdos Abiathar, 3. Reg. 2, 26.

Anathothitæ nolunt Ieremiam audire, Ierem. 11, 21.

ANDREAS à Chriſto vocatur, Matth 4, 18. Marc. 1, 16. Ioan. 1, 40.

ANDRONICVS vicarius Antiochi occiditur, 2. Mach 4, 38.

ANGELI, horumque miniſterium & natura, Geneſ. 16, 7°. 18°. 19°. 21, 17†22, 11†24, 7†28, 12†31, 11, 63†32, 24†48, 16 Exod. 3, 2†13, 21†14, 19†23, 20†32, 34†33, 2. Num. 20, 16†22, 22. Ioſ. 5, 13. Iudic. 2, 1 †5, 23†6, 11, 14, 20†13, 3, 6, 9. 1. Reg. 29, 9. 2. Reg. 14, 17†19, 27†24, 16. 3. Reg. 13, 18 †19, 5. 4. Reg. 1, 3, 15†19, 35. 1. Par 21, 15. 2. Paral. 32, 21. Pſalm. 33, 8†90, 11†102, 20 †103, 4†148, 2. Iſa. 6, 6†37, 36. Dan. 3, 49 †6, 22†8, 16†9, 21†10. 5, 10, 16†12. 1. Zachar. 2, 3†3, 1, 6†4, 1†5, 5. 1. †6, 4. Malach. 2, 7†3, 1. Iud. 13, 20. Tob. 5, 2†6°. 9°. 12°. Tob. 7, 5†8, 3 †10, 11†11, 2. Baruch 6, 6, 2. Mach. 11, 8. Matth 1, 20†2, 13, 19†4. 11†11, 10†13, 39 49†16, 27†18, 10†22, 30† 24, 31 †26, 53†28, 2. Marc. 13, 32. Luc 1, 13, 19, 28 †2, 9, 15†12, 8†16, 22†22, 43. Ioan. 1, 51†5, 4 †20, 12. Actor. 1, 10†5, 19†6, 15†7 30†8, 26 †10, 3†11, 13†12, 7, 11, 23†24, 9† 27, 23. Rom. 8, 38. Gal. 1, 8†3, 19†4, 14. Col. 2, 18. 2. Theſſ. 1, 7. 1. Tim. 3, 16†5, 21. Heb 1°. †2, 2†12, 22†13, 2. 1. Pet. 1, 12†3, 22. 2. Pet. 2. 11. Iud 9. Apoc. °.

Angelorum ruina, Iob 4. 18†15, 15. Iſaiæ 14, 9. Ezech. 28, 2, 14, 17. Ioan. 8, 44. 2. Petr. 2, 4. Iud 6.

Angelorum nomine appellantur doctores & prædicatores, Iſa. 33, 7. Malac. 2, 7†3, 1 Matth. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. Gal. 4, 14. Apoc. 2°. 3°.

ANIMÆ quorumdã piorum ſtatim poſt

mortem ſunt cum Chriſto, 2.Cor.5,8.Phil. 1,24. Apoc.14,13. contra eos qui putant illas vſque in diem iudicij quieſcere.

ANNA parit prophetam Samuel, 1. Regum 1,20.

Anna propheticiſſa laudat Dominum Deum, Luc 2,36.

ANNAS ſocer Caiphæ, Luc.3,2.Ioan. 18,13. Act 4,6.

ANTICHRISTVS & eius regnum, Iſa.11,4. Ezech. 38*. 39*. Daniel.7,7,19, 24†8,9,23†9,27†12,1.Zach.11,15.Matth. 24,24.Marc.13,6.Ioan.5,43.Act. 20,29. 2. Theſſ.2,3. 1.Tim.4,1. 2.Tim.3,2.2.Pet.2*. 1.Ioan.2,18,22†4,3. 2 Ioan. 1,7. Iudæ 10. Apoc.11,7†12,8†13*.†14,9†17*. †19,20† 20,2,8.

ANTIOCHIA ſuſcipit Apoſtolorum de Chriſto prædicationem, Actor.11, 19,26†13,1.

ANTIOCHVS Illuſtris proficiſcitur in Ægyptum, 1.Machab. 1, 18. deſtruit templum, & ſubuertit ciuitatem Ieruſalem, 1.Mach 1,23,33. 2.Mach.5,16. erigit idolum ſuper altare Domini, 1.Mach.1,57.moritur,6,16. 2.Mach.9*.

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi fit rex, 1.Machab 6,17. cum exercitu tendit in Iudæam, 6,31. non ſeruat Iſraeli fidem,6,62. cæditur,7 4.

ANTIQVÆ viæ inquirendæ & obſeruandæ, & à nouis declinandum, Ier.6,16. Prouerb.22,28.Eccli.8,11†39. 1.Rom.16, 17. Galat 1,6,7,8. 1.Tim.6,20. 2.Tim. 4,3. 2.Pet.3,17. Io.2,24.2.Ioan.ver.7. Iudæ verſ 18,19,20.

APOLLO vir facundus, & Scripturarum peritus, Actor.18,24. 1.Cor.1,12†3, 4†16,12.

APOLLONIVS dux in Syria, 1. Machab. 3,12†10,69.

APOSTOLVS magnus eſt Chriſtus, Hebr.3,1.

Apoſtoli eligũtur ex diſcipulis, Luc.6,13. mittuntur ad annunciandum regnum Dei in Iudæa, Matth.10*. Luc.9,24,46. reuertuntur,9,10. mittuntur in vniuerſum mundum ad euangelizandum, Matth. 28, 19. Marc.16,15. Lucę 24,46. Ioan.15,16,27† 20,21. Actor.1,8†10,42.

Apoſtoli vſi ſunt membranis, ſeu libris, 2 Tim.4,13. hortantur ad ſtudium legendi, 1.Tim.4,13,15. Opifices autẽ qui noctes & dies aliis occupantur, iubentur non immiſcere ſe eccleſiaſticis rebus, Eccli.38,26,37.

Apoſtoli & Prophetę habuerunt ſpiritum Dei, Exod 4,12. 2.Reg.23,2.Daniel.9,10. Zach.7,7.Matth.10,20.Marc.13,11.Io.14, 17. Act 1,5†2,4†4,31†9,17†19,6. 1.Cor. 2,12†12,3.2.Cor.13,3.1.Theſſ 4,8. 2.Tim. 3,16. 1.Pet.1,11. 2.Pet.1,21.

APPARITIONES Dei, angelorum & hominum, Geneſ 32,24. Exod.3*. Num 22,21. Ioſ.5,13 1.Reg.28,11.Matth. 17,3†28,2,9. Marc 9,3†16,5,9,12,14. Lucæ 9,30†24,4,15,36. Ioan.20,12,14,19,26. †21,1. Actor.1,10†16,9†18,9.

AQVA nihil nocumenti vel impedimenti adfert electis Dei, Exod.14,22. Pſal. 65,6. Iſaiæ 43,2. Ionæ 2,5.

Aqua nominatur perſecutio, Pſalm. 61, 10†143,7. Prou.17,14.Matth.7,25.Luc.6, 48. Apoc.12,17.

Aquæ aſſimilantur cognitio Dei & dona Spiritus ſancti, Iſa.11,9†12,3†55,6†43,20 †44,3.Ezech.47*.Zach,14.8.Io..,10†7,38.

Aqua benedicta. vide Benedictio.

ARAD rex Chananitarum pugnat contra Iſrael, Num.21,1.

ARAM, qui & Ram nominatur, filius Eſron, genuit Aminadab, Ruth 4,19.1.Paral.2,10. Matth.1,4. Luc.3,33.

ARAN frater Abraham, & pater Loth, Geneſ.11,27.

ARCA Noë, Geneſ.6,14†7*. †8*. Sap 10,4† 14,6.Matth.24,38.Luc.17,27.Heb. 11,7. 1.Pet 3,20.

Arca fœderis Domini paratur, Exod.25, 10,21. aſſumitur in caſtra cõtra Philiſthæos, 1.Reg.4,5. capitur,4,11.

Arca quid cõtinebat, Exod.16,34. Deut. 10,2†31,26.3.Reg 8,9.2.Par.5,10.He.9,4.

ARCHELAVS regnat loco patris ſui Herodis, Matth 2,22.

ARIOLI & aruſpices, Dan.2,27†4, 6†5,7,11.Act.19,13. vide Incantatores.

ARISTARCHVS ſocius S. Paulo & in itinere & in vinculis, Act.19,29†20,4 †27,2. Coloſſ.4,10.

ARPHAXAD rex Medorum, à Nabuchodonoſor victus, Iudith 1,1,5,6.

ARSACES rex Perſarum & Medorum ſuperat Demetrium, 1.Machab.14,3.

ARTAXERXES rex Perſarum recipit litteras plenas querelis aduerſus Iudæos, 1.Eſdr.4,7,17. reſpondet, iubet ædificationem templi impediri, 4, 21. permittit Iſraeli ædificare templum, 1.Eſdr.7*.

ASA filius Abiam rex Iuda tollit idola, 3.Reg.15,8,12. ſubſidium quærit à Syris, & moritur, 15,19,24. Ioſaphat filius eius rex poſt eum, 1.Par.3,10.

ASAPH cantor Dauidis, 1.Paral 6,39 †16,5.

ASARHADDON, poſtquam pater eius Sennacherib confoſſus eſt, ſuccedit in regnum, 4.Reg 19,37. Iſaiæ 37,38.

ASENETH parit ipſi Ioſeph Ephraim & Manaſſe, Gen.41,50†46,20.

ASIA ſubijcitur Romanorum imperio, 1.Mach.8,6.

ASSVERVS rex Perſarum inſtruit ſplendidã cœnam, Eſther 1,3. accipit Eſther vxorem, 2,9,17. relinquit Darium filium ſuum ſucceſſorem, Dan.9,1.

ASSVR filius Sem filij Noë conſtituit regnũ Aſſyriorum, Gen.10,22. 1.Par.1,17.

Aſſur virga furoris Domini, Iſaiæ 10,5. contra Aſſyrios prophetatur, Num.24,24. Iſaiæ 10,5†14,21†17,3†30,28,31†31,8.

Rex Aſſur expugnat Iſraelitas, & transfert in Aſſyriam, 4 Reg.15,29*.†16*.†17*. expugnat ciuitates Iudæ, 4.Reg.18*. 2.Paral 3.*. Ezech 36*.

Aſſyriorum exercitus ab angelo cæditur, 4.Reg.19,37. 2.Paral. 32,21. Iſaiæ 37,36 Eccli.48,24. 1 Machab 7,41. 2.Machab.8. 19. Tob.1,21. Ionæ 2,5.

ASTAROTH, Iudic. 2,13† 10,6. 1.Reg 7,3†12,10.

ATHALIA filia Amos regis Iſrael, 4.Reg.8,26. perdit totam ferè regiam ſtirpem, 11,1. regnat ſex annos in Iudæa, 2.Paral.22,12. interimitur, 4.Reg.11,16,20.

ATHENOBIVS mittitur ad Simonem, 1.Mach.15,28.

AVARITIA, Ioſ.7,20. 1.Reg.8,3†25, 3,10. 2.Reg.21,2.4 Reg.5,20,22. Pſal.36, 16,21. Prou 1,19†11, 28†12, 27†15,6, 16, 27†28,16,22†30,15 Eccleſ.2,26†4, 8†5,9 †6,1. Iſa.5,8†56,11. Iere 6,13†8,10 Ezech 22,13. Amos 8,4. Mich 6,10.Habac.2,9 Eccli 14,5†31,3†41,4.2.Mach.4,50†10,20. Matth.6, 19†26, 14, 46†27, 3. Marc.8,36 Luc.12,15.Ioan.12,4. Act.5,1†8,19†24,26. 1.Cor.6,10. Epheſ 5,3.Phil.4,11. Col.3,5. 1.Tim.6,9 ad Titum 1,7,11.Heb.13,5.

AVDIENDVM verbum Dei, vide Verbum Dei.

AXA filia Caleb traditur Othonieli in vxorem, Ioſ.15,17.Iud.1,13.

AZARIAS filius Amaſiæ rex Iuda fit leproſus, 4 Reg 15,5. 2.Paral.26,19. relinquit filium Ioatham regem, 4.Reg.15,32. 1.Par.3,12. appellatur Ozias, 2.Par.26,19. Matth.1,9. Matthat, Luc.3,29.

Azarias propheta mittitur ad regem Aſa, 2.Paral.15,2.

B.

BAAL idolum Samaritanorum, 3.Reg. 16,31. altare Baal deſtruitur, Iudic.6, 25,30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3.Reg. 18,40. 4.Reg.10,25†23,5.

BAANA & Rechob ſuſpenduntur, 2. Reg 4,12.

BAASA impius Rex Iſrael, pugnat contra Aſa regem Iuda, 3. Regum 15,16*. cum omni progenie ſua extirpatur, 16,4, 11. ſecundum verbum Iehu,16,1,2,3.

BABYLONICA captiuitas 70. annorum prædicitur, Leuit.26,31. Deut.4,26 †28,36,49.4.Regum 20,17.Iſa.5,13,19.Ierem.13,19,24†16,9†20,4,6†25,8. Ezech. 7*.12*.22,5. Mich.3,12†4,10.Habac.1,6. Baruch 6,1.

Babylonicæ captiuitatis initium, 4.Reg. 24*.25*. 2.Par.36*. 3.Eſdr.1,40,52.

Finis captiuitatis promittitur & prophetatur, Leuit.26,42.Deut.4,29†30,2.3.Reg. 8,33.2.Paral.6,24,37. Iſaię 14,1†40,1†48, 20. Ierem.12,15†16, 15†24,5†25,12†29, 10†30*.†31,9†32,37†16,27.Ezech.11,17. Daniel.9,2,25. Baruch 6, 2. Liberatio fit, 1.Eſdr.1*.2*. 3.Eſdr.2,1.

Babylonicæ captiuitatis cauſa, 4.Reg.17, 7,13,18. contra Babylonem, Pſalm.136,8. Iſaiæ 13*.†14.2,4†21, 2,9†47*. Ierem.25, 12†50*.51*. Baruch 4,27. Apoc.14,8†16, 19†17*.18*.

BACCHIDES dux Demetrij, 1.Machab.7,8. occidit Iudam ex præcepto Demetrij,9,18.

BALAAM conducitur ad maledicendum Iſrael, Num.22*.†23*. docetur a Domino quid illi loquendum ſit, 23,5,26. Balaam doctrina, 2.Pet.2,15.Apoc.2,14.

BALAC rex Moabitarum mittit nuntios ad Balaam, Num.22.5.Ioſue 24,9. vide Iudic.11,25.Michææ 6,5.Apoc.2,14.

BALTASSAR videt manum ſcribentem, Dan.5,5. occiditur, & regnum eius delabitur ad manus Darij, 5,30†6,1.

BANAIAS dux Cerethi & Phelethi, 2.Reg.20,23. Dauidi a conſilijs, 23, 23 1.Par.11,25 poſteà præfectus militum Salomonis, 3.Reg.2,35.

BAPTISMVS à Chriſto præceptus, Matth.28,19.Marc.16,16. Ioan.3 5.

Baptiſmum docuerunt Apoſtoli, & adminiſtrarunt, Actor.2,38,41†8,12,36†9, 18†10,47†16,15,33†19,4†22,16. Rom.6, 3.1.Cor.1,14.Gal.3,17 Epheſ.4,5.Heb 6,2.

Baptiſmus ſaluat, 1.Petr.3,21. baptiſmus eſt lauacrum regenerationis, Tit 3,5.

Baptiſmus tollit omnia peccata, Geneſ. 17,14.Iſaiæ 44,3. Ezech 36,25. Zach. 13, 1. Matth.18,14†28,19. Marc.1,4†16, 16. Ioan.1,33†3,5. Actor.2,38†8,12,38†16,33 †18,8. Roman 6,3,4,5,6*. 1.Corinth.6,11. Epheſ.5,26.Coloſſ.2,11*. Tit.3,5*. Hebr. 10,22. 1.Petr.3,21.

Baptiſmus non eſt iterandus, Epheſ.4,5. Hebr.6,6†10,26. Idem declarat ipſius figura, Gen.17,14. 1.Cor.10,2.

Baptiſmus Ioannis, Matth. 3,6†21,25. Marc.1,4†11,30. Lucæ 3, 16†7, 29†20,4. Ioan 1,25,33†3,23. Actor. 1,5†11,16†13, 24†19,3.

Baptiſmus pœnitentiæ prædicatur. Marc. 1,4.Lucæ 3,3. Actor. 2, 38†13, 24† 19, 3. Rom.6,3. Col.2,12.

Baptiſmi nomine ſignificatur paſſio, Matth.20,22. Marc.10,38.Luc.12,50.

Baptiſmus in Spiritu ſancto & igne, Mat. 3,11.Marc.1,8.Luc.3,16.Ioan.1,33.Actor. 1,5†2,4†11,15.

BAPTIZANDI ſunt paruuli, Geneſ. 17,14.Exod.4,24,25,26. Matth.11,28†18, 14†19,13. Marc.10,14 Luc 18,15. Ioan.3, 5. Actor.2,39,41†16.15,33†18,8. 1.Cor.3, 16†10,2†15,22. 1.Tim.2,4.

Baptizari in Scripturis aliquando exprimitur per verbum Illuminari, Hebr.6,4. aliquando per Renouari, Hebr.6,6.

Baptizatus Chriſtus, Matth.3,15.Marc.1, 9.Luc.3,21. in baptizatum delabitur Spiritus ſanctus, Matth.3,16.Marc.1,8. Lucę 3, 21. Ioan.1,33.

Baptizat Chriſtus per diſcipulos, Ioan.3, 22†4,2.

Baptizata integra domus, 1.Corin.1,14. Actor.16,15,33†18,8†16,34.

Baptizati accipiunt Spiritum ſanctum, Actor.2,38†19,3. induunt Chriſtum, Galat.3,27. in morte ipſius baptizantur, Roman.6,3. in vnum corpus baptizantur, 1.Corinth.12,13,27.

Baptizatus Simon Magus, Act.8,13.

Baptizatus Eunuchus, Act.8,38.

Baptizatus Cornelius gentilis, Act.10,47.

BARABBAS latro dimittitur. Matth.27,26. Marc.15,15. Lucæ 23,25. Io.18,40. Actor.3,14.

BARIEHV à Deo per Paulum viſu oculorum priuatur, Act.13,11.

BARNABAS ponit pretium agri ante pedes Apoſtolorum, Act.4,37. ducit Paulum ad Apoſtolos, 9.27. mittitur Antiochiã 11,22. redit in Ieruſalem. 11,30. iterum recepit ſe Antiochiam cum Paulo, 12,25.

BARTIMAEVS viſu donatur, Marc.10,46,52.

BARVCH filius Neriæ, Iere.32,12. dictante Ieremia ſcribit librum, qui comburitur, 36*. conſcribit alium, qui populo prælegitur, 45,1. Baruch 1,3.

BARZELLAI prouidet regi Dauid de cibis, 2.Reg.17,27. deducit eum vſque ad Iordanem, 19,31*. Dauid præcepit vt filiis Barzellai benefiat, 3 Reg.2,7.

Barzellai quoniam ſuæ genealogiæ ſcripturam demonſtrare non poterat, reijcitur a Sacerdotio, 1 Eſd.2,62. 2 Eſd.7,64.

BASEMATH filia Salomonis, vxor Achimaas, 3.Reg.4,15.

BATHVEL filius Nachor pater Rebeccæ, Gen.22,23.

BEATITVDO ſeu beatorum gaudium, & vita æterna, Sap.3,7†5,1,16. Iſaiæ 25,9†30,29†49,10†60*,64. 2. Ierem.31,3. 8,13. Daniel.12,13. Matth.13,43†19,28†25*. Mar.12,25. Luc.9,33†16,22†22,29. Ioan 16,20†17,2,24. Rom 8,30. 1.Cor.2,9†15,41. 2.Cor.12,3. 2.Timoth.4,8. 1.Pet.1,4,8†5,4. Hebr.10,35†12,23. Iac.1,12. Apoc.2*.3*.7,9,15†14,13†21*.22*.

Beatitudo quomodo comparetur, Iſa.25,9. Matth.20,23†25,34. Marc.10,40. Ioan 3,15,16,36†5,24†20,29. Act.2,21†15,11†16,31. Rom.1,16†10,4. Epheſ.1,13†2,6. 1.Theſ.5,9. 2.Theſſal.2,13. 2.Timoth.1,9. Tit.1,1†3,5. 1.Pet.1.9, Heb.5,12.

BELIS & Draconis hiſtoria, Dan.14*.

BELLVM eſt pœna peccati, Leuitic.26,24. Deut.28,36.49. Iudic.2,13†3,1,8†4,1†6,1†10,6†13,1. Iſa.5,25. Iere.5,15.

In Belli neceſſitate quomodo ſe quis habere debeat, Exod.17,8,12. 1.Reg 17,20*. 2.Paral.12,2,6†14,9,12†18*.20,1†32,1,6. Iudith 8,9*. 1.Machab.3,16,20†4,7,10†7,41,45. 2. Machab.8,16,19. Deus pugnat pro ſuis, Exod.14,13. Deuter.1,30†3,22. 1.Reg.17,46. 2.Par.20,15. Pſal.17,35†143,1. Iſaiæ 30,15. Quære Victoria.

Bellandum armis quoque ſpiritualibus, Rom.13,12. 2.Corinth.10,4. Epheſ.6,11. Galat.5,17.

Bellum quibus de cauſis ſuſceperint olim fideles, Geneſ.14,14. Iudic.9,27†20*. Ioſue 10,1,7. 1.Reg.30,1,8.

BENEDICTIO qua homo homini benedicit, Geneſ.14,19†27,4*.†28,4†48,9. Exod 12,32,39,43. Leuit.9,22. Num.24,9*. Deut.10,8†33,1. Ioſue 8,33†14,13†15,19†22,6. 1.Reg.2,20. 2.Reg.6,18†13,26†14,22†19,29. 3.Reg.1,47†8,14. 4.Reg.10,14. 1.Par.16,2. 2.Par.6,3. Iud.15,10. Pſal.117,26†128,8. Pro.27,14. 1.Machab.2,69. Luc 2,34†6,28. Rom.12,14. Heb.[?].

Benedictio qua creaturæ conſecrantur & ſanctificantur, Exod.28,2†29,6,27. Leuitic.21,10†22,2†27,28,29,30. Num.5,17†31,6. Ioſ.6,24. Iudic.17,3. 1.Reg.21,5. 1.Par.18,11. 3.Eſd.4,41. 1.Tim.4,5*. Heb.9,2,3. Hinc conſecratio Sacerdotum, veſtium, altarium, templorum, cereorum, aquæ luſtralis, & cetera.

BENHADAD ſeruat fidem & pactum cum rege Aſa, 3.Reg.15,20. obſidet Samariam, 20,1. 4. Regum 6,24. ægrotat & moritur, 8,7,15.

Benhadad filius Hazael fit rex Syriæ, 4.Reg.3,24. ſubijcit ſibi Iſraelem, 13,1.

BENIAMIN filius Iacob naſcitur, Geneſ.35,16.

BENIAMITAE abutuntur vxore Leuitæ, Iudic.19,25. puniuntur, 20,41.

BESELEEL inſignis artifex, Exod.31,1†35,30.

BESTIAE & bruta animantia non crudeliter tractanda, Geneſ.33,13. Exod.23,12. Num.22,23,28. Deut 5,14†22,10. Prou.12,10. Eccli.7,24.

BETHSABEE filia Eliam vxor Vriæ à Dauid cognoſcitur. & parit, 2. Regum 11,4,27. puer ægrotat & moritur, 12,15,18. fit vxor Dauidis, parit ei Salomonem, 12,24. 1.Par.3,5. Matth.1,6.

BETHSAIDA vrbs natiua Andreæ & Philippi, Ioan.1,44†12,21. deploratur, Matth.11,21. Luc 10,13.

BETHSAMITAE grauiter puniuntur, 1.Reg.5,19.

BONA opera pietaſque vera in Deum commendantur, Exo.19,[?]*.†23,19,25. Deut 5,6,11,16†10,12. Ioſue 22,5. 1.Reg 15,22. Pſal. 2,10†39,7†49,14. Prou.3,1.†14,21†13. Iſaiæ 1,16†58,6. Ierem.22,3. Ezech 18.6. Oſee 6,11. Mich 6,8. Zach.7,9†8,16 Eccli.35,12. Matth.5,24,29,39. Luc.1,75†3,11. Ioan.12,26 Rom.12*.13*.14 17. Phil.1,3. Iac.1,27. vide Opera.

Bonitas & benignitas Dei erga ſuos, Geneſ.18,26,30. Exod 6.1†9,26†11,7†20,6†34,6. Num.20,8. Deuter.4,29†7,16†7,9†10,18†28,1†30,2†32,10. 2.Regum 7,12†12,13†24,14. 3.Reg.8,23. 4. Reg.20,5. 2.Eſd.9,8. Sapien 11,24. Eccli.2,12†18,1. Pſal 31,5†35,7†36,25†85,5†102*.†135*.†144,8. Iſaiæ 30,18†54,7†55,7 Ierem 12,15†18,8. Ezech 18,27†33,15. Oſee 2,21. Ioel 2,13. Ionæ 4,2. Matth.11,28†18,19. Lucæ 1,30†6,36†15,20,27†23,43. Rom.11,4,31. 2.Cor.1,3. Epheſ.2,4. 1.Tim.1,13,16.

C

CAECITAS tum corporis, tum animi. Geneſ.19,11. Deut.28.28. 4.Reg.6,18. Pſalm.68,24†145,8. Iſaiæ 6,10†42,7,16,18†35,5†29,18†43,8†56,10†[?],10. Sap.2,21. Tob.2,11. 2.Mac 10,30. Mat.15,14. Marc.8,18. Lucæ 4,19. Ioan.9,1,4†12,40. Actor.9,8,18†13,11. Rom.1,21†11,10. 2.Cor.4,4. Epheſ.4,18. 2.Petr.1,9. 1.Ioan.2,11. Apoc.3,17.

Cæci illuminantur, Tob.11,15. Matth.9,30†20,34. Marc.8,25†10,46. Lucæ 18,35. Ioan.9,7.

CÆRIMONIÆ Eccleſiaſticæ, ſeu cultus externus, Geneſ.8,20†14,18†15,9†17,10†22*.†26,5†28,11†33,20†43,4,26. Exod.12*.†18,20†19*. Leuitic.8,34†9*.†10,19†12*.†14*.†23*.†24. Numer.1,50†4*.†5*.†6*.†7*.†8*.†9*.†15*. 1.Par.23*. 1.Eſd 6. Matth.2,11.

Cærimoniæ ſeu ritus certi in orando, 3.Reg.8,22,54†17,21†18.42. 2.Paral.5,12*. Matth.2,11†26,39. Marc.14,35. Lucæ 22,41. 1.Cor.11,4*. 1.Tim.2,8.

CAIN primus filius Adam naſcitur, Geneſ 4,1. occidit ſuum fratrem Abel, 4,8. Sap.10,3. 1.Ioan.3,12.

CAIPHAS ſummus Sacerdos conſilium dat contra Chriſtum, Io.11,49†18,14 prohibet Apoſtolis ne prædicent, Act.4,18.

CALEB filius Heſron, 1.Par.2,18. explorator terræ Canaan, Num.13,8,31†14,6,24,30,38. Poſtulat, & conſequitur terram Hebron, Ioſ.14,6,9,13†21,12. Iudic.1,20. 1.Paral 6,56.

CALIX iræ & furoris, Iſaiæ 51,17. Ier.25,15. Pſal.59,5†74 9. Apoc.16,19.

Calix paſſionis, Matth.20,22†26,38. Marc.10,38. Luc.22,42. Ioan.18,11.

CAMOS, vide Chamos.

CANA ciuitas Galilææ, vbi Chriſtus aquam in vinum mutauit, Ioan.2,7.

CANAAN filius Noe maledicitur, Gen.9,25†10,1,6 laus terræ Canaan, Deut.11,10. Terra Canaan promittitur Abrahamo & eius ſemini, Geneſ.12,7†13,15†15,18†17,8†26,4†35,12. Exod 3,8,17. Leu 20,24. Deut.9,6. datur, Ioſue 13,6. quam ob cauſam Deus Cananæos expulerit, Leu.18,25. Deut.9,4†18,12†20,17. quamobrem paulatim & non ſimul illas nationes profligauerit, Exo.23,29. Deut.7,22. Iudic.2,2†3,1. deſcriptio & diuiſio terræ Canaan, Geneſ.10,19. Exod.23,31. Numer.26,52†33,54†34*. Ioſue 13*.†14*.†15*.†16*.†17*.†18*.†19*. Ezech.47.13,21.

Cananææ mulieris filia à dæmonio liberatur, Matth 15,28.

CAPHARNAVM, ciuitas Galilææ, in qua cœpit Ieſus prædicare, Matth.4,17. Luc 4,31. curat ibidem ſeruum Centurionis, Matth.8,13. appellatur ciuitas eius, 9,1. increpatur, 11,13.

CAPTIVOS inuiſere, Gen.14,14. 1.Regum 30,9. Tob.1,15. Iere 38,9. Matth 25,37. Act.12,5. 2.Tim.1,16. Heb.13,3.

Captiuos non deſerit Deus, Gen.39,21. Sap 10.13. Iſa 42,7. Act.5,18†12,17†16,25

Carnem ſuam crucifigere quomodo quiſque debeat, Eccli 19,1. Rom.6,12†8,12,13,14. Gal.5,16. Epheſ.4,22†5,3. Tit.2,12. 1.Pet.2,1†4,2,6. Hebr 12,1.

CASTITAS cœlibum præfertur caſtitati coniugali, Pſalm.44,15. Sap.6,20 Matth.19,12†22,30. 1.Cor.7,25,32,34,38*. Apoc 14,4.

Caſtitas hæc conſulitur vt perfectio Euangelica Matth.19,12. 1.Cor.7,25.

Caſtitatis laus, 1.Reg.21,5. Tobiæ 6,16*. Iudith 15,11†16,26. Pſal 44,15. Prouerb.22,11. Sap 3,13,14†4,1,2†6,20. Eccli.26,28†26,20. Iſaiæ 7,14†56,3,4,5*. Zach.9,17. 2.Machab.14,38. Matth.5,8,48†19,12†22,30*.†25,1. Luc.1,27†20,34. Act.24,25. Rom.2,7.1 Cor.7,25*. 2.Corinth 6,5†11,2. 1.Timoth.2,2†3,2†4,12†5,2. Tit.1,8†2,5. Apoc 14,4.

CAVENDVM a pſeudoprophetis, Matth.7,15. Marc 8,15†13,6 Luc.17,23.

CEPHAS, vide Petrus.

CEREORVM & lampadum in templis vſus, 2.Par.4,20.

CERTI non ſumus de accepta peccatorum remiſſione, vel vita æterna conſequenda, Eccle.9,1,2. Eccli.5,1. Rom.8,17†11,20. 1.Cor.4,3,4,5†9,27†10,12. Phil.2.12†3,11,13. 1.Timoth.1,19. 2.Pet 3,17. Hebr.3,14†4,1.

CHAMOS, ſiue Camos, idolum Moabitarum, Nu.21,29. huic Salomon ædificat templum, 3.Reg.11,7. deſtruitur, 4 Reg 23,13.

CHARITAS virtus fide præſtantior, Prou.10,12. Matth.22,38†25*. vbi a nuptiis excluduntur non habentes oleum charitatis, Marc.12,33. 1.Corinth 12,31*.†13,1,8,13*. Coloſſ.3,14. 1.Tim.1,5. 1.Pet.4,8. 1.Ioan.4,16.

Charitas fraterna, Geneſ.13,8. Leuit 19,18. Deut.22,1. 1.Reg.18,1. Eccli 25,2. Pſal.132,1 Prou.10,12. Matth.7,12†19,19†22,38. Ioan.13,14,34†15,12. Roman 12,10.†13,9. 1.Corinth.13*. Galat.5,14. Epheſ 4,15†5,1. Philip.2,2. Col.3,13. 1.Theſſal.4,9. 1.Timoth.1,5. Hebr 13,1. 1.Petri 4,8 1.Ioan.3,23†4,7. Diligendi etiam inimici. Exodi 23,4. 1.Reg.24,5,7.†26,5†30,11. 2.Regum 19,19. 4.Regum 6,21. Iob 31,29. Prouerb.25,21. Matth.5,44. Lucæ 6,27,35†23,33. Actor.7,60. Rom.12,20. vide Dilectio.

CHOREAS ducere, Exod.32,6,19. Iudic.11,34†21,21. 2.Reg 6,14. Pſal 149,3†150,4.

CHRISTVS Ieſus verus Deus &

homo promittitur, Geneſ. 3, 15†12,3†17, 19,21†22,18†26,4†28,14†49,10. Numer. 24,17. Deut. 18,18. 1. Reg. 2,10,35. 2. Reg. 7,14. Pſal. 2*. 21*. 109,1. Iſa. 7,15†8, 3†9,6 †11,1,10†28,16†40,9†42,1†45, 1†46, 13† 49,1,6,10†50,5†52,10†59,20†53*. †60, 1† 62,11. Ierem. 23,5†30,9†33, 15. Ezech. 17, 22†34, 11, 15, 23†37, 24. Dan. 7,13†9,24. Mich. 5,1. Aggæi 2,8. Zach. 2,10†3,8†9,9 Malach 3,1.

Chriſtus ſecundùm promiſſum Dei patris primum in tempore propter nos verus homo factus, & nobiſcū conuerſatus, Ioan. 1,14. Deus in carne manifeſtatus eſt, 1. Tim 3,16. 1. Ioan 4,2. Deus miſit Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, Rom 8,3.

Chriſtus eſt verus Dei Filius, Matth. 3, 17†14,33†17,5. Marc. 1,11†5,7†9,7†15 39 Luc 1, 31†3,22†9,3,5. Ioan. 1,34,49, †6 69†9,35†11,27†19,7. Rom. 1,4†8,3. Hebr. 1,2†5,5†6,6†7,3†10,29. 2. Pet. 1,17. 1. Ioan. 3,8†4,9†5,20.

Chriſtus conceptus de Spiritu ſancto Matth 1,20. Luc. 1,35.

Chriſtus natus ex Maria virgine, Mat. 1, 25. Luc. 1,31†2,6,11. Galat. 4,4. Iſa. 7,14 natus in Bethleem, Matth. 2,1. Luc. 2,6,11. Ioan. 7,42. Michææ 5,1.

Chriſtus ſine peccato, Iſaiæ 53,12. Ioan. 8, 46. 2. Cor. 5,21. 1. Petr. 2,22. 1. Ioan. 3,5. Hebr. 4,15†7,26. circumciditur, Luc. 2,21 baptizatur in Iordane, Mat. 3,16. Marc. 1,9. Lucæ 3,21.

Chriſtus manifeſtatur & demonſtratur certis teſtimoniis, Matth. 1,1, 16, 23†3,11 †8, 29†11,5†16, 16†17, 5†22,44†26,64† 27,53. Marc. 9,7†15,39. Lucæ 1,31,41†2, 10,16*. †9,29†22,68. Io. 1,14,29,32,49†2, 11†3, 2, 13, 16, 35†5,39†6, 69†7,40†9 35†10,7,24, 36†11,27, 41†12, 17†14*. †15,25†17,1†20,28. Rom. 1,2†8,3†9,5. 2. Corinth 5,19. Galat. 4,4. Philip. 2,6 Col. 2,9. 1. Tim. 3,13. Tit. 2,11. Heb. 1*. †5*. 1. Ioan 5,20.

Chriſtus eſt agnus Dei, Iſa 53,7. Ioan. 1, 29. Act. 8,31. 1. Corinth. 5,7. Apoc. 5,6,12 †7,9,17†13,8†14,1,8†17,14.

Chriſtus eſt dominus dominantium, & rex regum, Ezech. 37,24. Pſalm. 2, 6†44,7. Coloſſ. 2,10. 1. Tim. 6,15. Apoc. 1,5†17,14 †19,16 Chriſtus eſt imago Dei, Sap. 7,26. 2. Cor. 4,4. Heb. 1,3.

Chriſtus eſt lux gentium & totius mundi, Iſaiæ 2,5†9,2†42, 6†49, 6†60, 1, 19. Matth. 4,16. Lucæ 2,32. Ioan. 1,4†3,19†8, 12†9,5†12,35,46. Actor. 13,47. 1. Ioan. 1,5 †2,8. Apoc. 21,23.

Chriſtus verus paſtor, Iſaiæ 40,11. Ezech. 34*. †37,24. Mich 5,3. Zach. 13,7. Matth. 26,30. Marc. 14,27. Ioan. 10,11. Heb. 13, 20. 1. Pet. 2,25†5,4.

Chriſtus docuit & prædicauit, Matth. 4, 17†5*. 6*. 7*. Marc. 1,14. Luc. 4,15†6,20*. curauit omnem infirmitatem, Matth. 4,23† 8*. †9,2,20,28. Marc. 8,23. Luc. 17,12.

Chriſtus eſt transfiguratus, Matth. 17,2. Marc. 9,2. Luc. 9,29.

Chriſtus per proditorem traditur, quære Iudas.

Chriſtus paſſus eſt, Pſalm. 21*. Iſaiæ 53*. Dan. 9,26. Matth. 16, 21†17,12,22†20, 18, 22†26, 37, 66†27*. Marc. 8, 31†9,31. Lucæ 17,25†18,31†23*. Ioan. 18,28†19*. Act. 3,18†8,32†17,3. Rom. 8,32. 1. Pet. 2, 21†4,1. Hebr. 2,18†13,12.

Chriſtus eſt crucifixus, Mat. 27,35. Marc. 15,24. Luc. 23,32. Ioan. 19,18. Actor. 2, 23†4,10. 1. Cor. 2,2. 2. Cor. 13,4.

Chriſti paſſio prædicta & præfigurata eſt, Geneſ. 22,2. Num. 21,8. Pſal. 21*. Iſaiæ 53*. Dan. 9,26. Matth. 20,22. Ioan. 3,14,16†8, 28†12,32.

Chriſtus mortuus eſt & ſepultus propter peccata noſtra, Matth. 27,49,58. Marc. 15, 37,42. Lucæ 23,45,49. Ioan. 19,30,40. Act. 13,29. Rom. 5,6†6, 10†8,34†14,9. 1. Cor. 15,3. 2. Corinth 5,15. 1. Theſſ. 5,10. vt prædixerat futurum, Matth. 16,21†20, 22.

Chriſtus tertia die reſurrexit à mortuis, Pſalm. 15,10. Matth. 28,6. Marc. 16,6 Lucæ 24,5. Ioan. 20,9. Actor. 2,24,31†10,40†13, 30†17,31. Rom. 4,25†8,34†14,9. 1. Cor. 15,4,12. 2. Timoth. 2,8. idque prædictum & præfiguratum eſt, Pſal. 15,10 Ionæ 2,1. Matth. 12,40†16,21†17,22†20,22. Marci 8,31†9,31†10,34. Lucæ 11,30†18,33. Ioan. 2,10.

Chriſtus aſcendit in cælum, Marc. 16,19. Lucæ 24,51. Ioan. 3,13†6,62. Actor. 1,9. Epheſ. 1,20†4,8. 1. Petri 3,22. Hebr. 4,14. Pſal. 67,19.

Chriſtus eſt Deus & Dei filius à principio & ab æterno, Ioan 1,1†8,58†17,5,24. Mich. 5,2. Prou. 8,22. Col. 1,16. Heb. 1,2.

Chriſtus mediator, reconciliator & aduocatus, Ioan. 6,44,65†10,9†14,6. Actorum 4,12. Rom. 3,25†5,2†8,34. Gal 3,20. Epheſ 2,14,17. Coloſſ 1, 19. 1. Tim. 2,5 Hebr. 7,24†8, 6†9,15†12, 24. 1. Ioan. 2, 1†4,10.

Chriſtus ſedet ad dexteram Dei patris, Pſalm. 109. 1. Matth. 22,44. Marci 16,19. Lucæ 22,69. Actor. 7, 56. Roman. 8, 34. Epheſ. 1,20. Coloſſ. 3,1. 1. Pet. 3,22. Heb. 1,13†10,12†1[illegible].

Chriſtus venturus eſt iudicare viuos & mortuos, Pſalm. 95,13. Matth 16, 27†24, 30†25,21. Lucæ 17,24,30†21,25. Ioan. 5, 22. Actor. 1,11†10,42†17,31. Rom 2,16. 2. Cor. 5,10. 1. Theſſal. 4,16. 2. Theſſ. 1,7. 2. Tim 4,1. 1. Petr. 4,5. Hebr. 9,28. Iuda 14. Apoc. 1,7†20,11.

Chriſto omnia tradita ſunt à Patre, & ſubiecta, Matth. 11,27†28,18. Luca 10,22. Ioan. 3,35†17,2. Epheſ. 1,22.

Per Chriſtum cuncta ſunt creata, Pſalm. 32,6. Ioan. 1,3. Epheſ. 3,9. Coloſſ. 1,15. Hebr. 1,2.

Chriſtus manet in æternum, Pſalm. 109, 4. Iſaiæ 9,7. Daniel. 7,14. Mich. 5,1. Ioan. 12,34.

Chriſtus eſt leo, Apoc. 5,5.

Chriſtus eſt ſtella matutina, 2. Petr. 1,19. Apoc. 22,16.

Chriſtus nouit omnia, Ioan. 16,30†21,17. Apoc. 2,23.

Chriſtus eſt vnum cum Patre, Ioan. 10, 30†14,10,20†17,21.

Chriſtus ſibi reputat fieri quod Chriſtianis fit, Zachar. 2,8. Prouerb. 14, 31†17, 5. Matth. 10, 42†18, 5†25, 35. Marc. 9, 40. Luc 10,16. Act. 9,4. 1. Theſſ 4,8.

CHRISTIANI appellantur fideles, Act. 11,26†26,28. 2. Cor 10,7.

Chriſtiani dicuntur ſancti, quia ſanctitatem profitentur, Actor 9,41. Rom. 1,7†12, 13†15,26†16,2,15. 1. Cor. 1,2†6,1†14,33. 2. Cor. 1,1†9,1,12†13,12. Epheſ 1,1,15† †5,8,18†4, 12†6, 18. Philip. 1,1†4, 21. Coloſſ. 1*. 1. Theſſ. 5,27. 1. Timoth. 5, 10 Heb. 6,10†13,24.

Chriſtianis viuendum ſicut Chriſtus vixit, Gal. 2,19. 1. Ioan 1,7†2,6†3,3.

Chriſtiani erunt cum Chriſto, Ioan. 12, 26†14,3†17,24.

CHVS filius Cham, Geneſ. 10,6. 1. Paral. 1,8.

CHVSAI amicus Dauidis, nuntiat Dauidi quid in eum meditetur Abſalom, 2. Reg. 15,32†17,15,16.

CHVSAN Raſathaim rex Syriæ regnat ſuper Iſrael octo annos, Iudic. 3,8.

CIBVS quis Iudæis vetitus, Exod. 21, 28†22,31. Leuit. 3, 17†7, 23†11,4†17, 10,13†19,26. Deuter. 12,16,23†14,7,10. 1. Reg. 14,32.

CIBORVM & potus in conuiuiis luxus, Iſaiæ 5,12. Ezech. 16,49. Luc 21,34 †16,19. Rom. 13,13. Galat. 5,21. 1. Pet. 4,3. 2. Pet. 2,13. vide Ebrietas.

Cibare eſurientes ſeu fame laborantes, Deuter. 23,4. Iudicum 8,5. 1. Regum 21,3 †35,8,23. 2. Reg 16,1. Iſaiæ 58,7. Matth. 25,35.

Cibus ſumendus cum gratiarum actione, vide Gratia.

CIBI delectus habendus, vide Abſtinentia.

CIRCVMCISIO carnalis & ſpiritualis, Geneſ. 17,10†21,4†34,24. Exod. 4, 25†12,44. Leuit. 12,3. Deuter. 10,16†30, 6. Ioſue 5,2,7. Iudith 14,6. Ierem. 4,4†6, 10†9,25. 1. Machab. 1,51,63. 2. Mac 6,10. Lucæ 1,59†2,21. Ioan. 7,22. Actor. 7, 8†15,1,24†16,3. Rom. 2,25, 29†3, 1†4,10. 1. Corinth. 7,19. Galat. 2,3†5, 2†6,12. Epheſ. 2,11. Philip. 3,3. Coloſſ. 2, 11†3,11.

CLAVDIVS Cæſar Romanus præcipit omnes Iudæos exire Roma, Actor. 18,2. huius tempore magna erat in orbe annonæ caritas, Act. 11,28.

CLAVDIVS Lyſias mittit Paulum ad Felicem præſectum Cæſareæ, Actor. 23, 23,30.

CLEOPATRA filia Ptolemæi traditur Alexandro, 1. Mach. 10,58. huic adimitur, & traditur Demetrio, 11,12.

CLEOPHAS ibat cum altero diſcipulo in Emmaus, Luc. 24,13. cognouit Chriſtum in fractione panis, 24,30.

COGITATIONES prauæ quas odit Dominus, Zach. 8,17. Prou. 6,14. Mat. 15, 19. Marc. 7,21.

Cogitationes cordis Deus nouit, 3. Reg. 8,39. 2. Par. 6,30. Ioan. 2,25. & nulla latet eum, Iob 42, 2. Eccli 42,19. Iſaiæ 29,15. Matth. 9,4. Hebr. 4,12. nouerunt eas & alij quibus Deus voluerit reuelare, 4. Reg. 5,26 †6,12. Dan. 2,29*.

COGNOSCERE licet ſubinde homines ex verbis & factis, Eccli. 19,27†27,9. Mat. 7,16†12,33. Lucæ 6,44.

Cognoſci Deus humana ſapientia non poteſt, niſi ipſe reuelet paruulis & humilibus, Mat. 11,25†16,17. Luc. 10,21. Ioan. 7, 28†8, 19,27†10, 14†14, 4†15,15†17,6. Actor. 17,23. 1. Cor. 1,17,18†2,6,10†3,19. Coloſſ. 1,26.

CONCIONATORVM, Paſtorum, & Prophetarum officium, 1. Regum 12, 23. Iſaiæ 58,1†61,1. Iere. 1,5. Ezech. 3,1,9, 12†33,2,7. Actor. 3,18,24. vide Epiſcoporum electio & officium.

CONCORDIA fratrum commendatur, Pſal 132,1. Eccli. 25,2. Rom. 12,16. idem ſapere idemque ſentire iubemur, Rom. 12, 16†15,6. 1. Cor. 1,10. Ephel. 4,3. Phil. 2, 2†3,17†4,2. 1. Pet. 3,8.

CONCVPISCENTIA prohibetur, & punitur, Exod. 20,17. Num. 11,33 †21, 5,6. Ioſue 7, 21, 24. Eccli 19, 1†42, 11. Iob 31,1. Prouerb. 6,25. Matth. 5,28. Marci 4, 19. Rom. 6, 12†7,8†13, 14. Galat. 5,16. Coloſſ. 3,5. 1. Theſſ. 4,3. 1. Tim. 6,11. 2. Tim. 2,22. 1. Corinth. 10,6. 1. Pet. 1,15†2,11†4,3. 2. Petri 1,4. 1. Ioan. 2,16. Iacob. 1,14†4,1. Iudæ 23.

Concupiſcentias carnis crucifigere, refrenare & mortificare iubemur, Eccli. 18, 30. Rom. 6, 12†8, 8, 12†13, 14. Galat. 5,16. Epheſ. 4,22†5, 3. Col. 3,5. Tit. 2,12. 1. Pet. 2,1†4,3,6. Heb. 12,1.

CONDONANDVM fratri in nos peccanti, Eccli. 28,8. Mat. 5,23†6,14†18,22,35. Luc. 17,3. Epheſ. 4,32. Col. 3,13.

CONFESSIO peccatorum in ſcripturis varia, & multiplex, Gen. 41,9. Leuit. 16, 21, 39†26,40. Num. 5,6. Ioſue 7,19. 2 Regum 24,17. 1. Eſd. 9,6. 2. Eſdræ 9,2. Pſal. 27,7†31,5†37,19†73,19†94,2. Prou. 16, 3†18,17†28,13. Eccli. 4,25,31†7,34†17,27. Iſaiæ [illegible],15. Daniel. 9,5. Matth. 3,6†16,19. Lucæ 11,4†18,13. Ioan. 20,23. Iacob. 5,16. 1. Ioan. 1,8,9.

CONFIRMATIONIS ſacramentum, Actor. 8,17. Heb. 6,2.

CONFITERI Chriſtum & eius doctrinam, Mat. 10,32 Luc. 12,8. Rom. 10,9. 1. Pet. 3,15. vide Erubeſcere Euangelium.

CONIVRATIO & ſeditio, eiuſque

punitio, Num.16*. †20,2. Iudic.9,23,31,34 †12,1,4. 2.Reg.20*. 3.Reg.1,5. Eſther 2, 21. Act.5,36,37†19,23.†24,14,20.

CONNVBIVM, vide Matrimonium.

Connubium ſpiritale inter Deum, & animam, Cantic.* Iſaiæ 50,1†54,5†62,4. Ierem. 31,22. Ezech.16,7,8. Oſee 2,20. Matth.9,15 †22,2†25,5. Marc.2,19. 2.Corinth. 11,2. Apoc.19,7†21,2,9.

CONSCIENTIÆ bonæ tranquillitas, Prou.15,15. Eccli.13,30. 1.Ioan.3,21. 2.Cor.1,12. conſcientiæ malæ perturbatio, Sap.17,10,11.

CONSECRATIO ſacerdotum, dierum, altarium, veſtium, ceterarumq; rerum, quarum eſt vſus in ſacris, Exod.28,41†29, 1,7,21,29,35†32,29†40,11. Leuitic.7,30, 37†8, 9, 22, 31, 33†18, 21†21,7,10†22,2, 3†23,12†27,10,16,21,28. Num.3,3†6,5,9, 13†7,1*.†8,12†18,10. Ioſue 6,24. Iudic. 16,17†17,3. 3.Reg.15,13. 1.Paral.10,10† 18,11†22,19. 2.Par.2,4†17,16†23,9†26, 18. 1.Eſdr.3,5†8,25. Eccli.49,9.

CONSILIA mala diſſipat Deus, Geneſ.11,7†37,18†50,19. Numer.22*. 2.Reg.15*. †17,14. 2.Eſd.4,8,15. Eſther 7,5*. Iob 5,13. Pſalm.2,4†20,12†32,10. Iſaiæ 7,8†19,3. Matth.27,62. Actor.5,19 †9,24†23,12,19†27,42.

CONSOLATIO pauperum, vide Eleemoſyna.

CONSORTIVM bonorum & malorum, vide Societas.

CONSTANTIA fidelium, 1.Reg.13, 13†16,26*. 3.Reg.18,4,13. 4.Reg.3,13. Sapien.5,1. Iudith 13,3,10. 1.Mach.1,65 †2,16,24†34,42. 2.Machab.6,10,19*.†7*. Daniel.13*. Matth.14,3. Actor.4,8,13. 1.Theſſ.1,6.

CONSTITVTIONES ſuperiorum poteſtatem conſtituendi habentium, ſeruandæ ſunt vt ipſius Dei, Exod 16,8. Lucæ 10,16. Act.16,4. 1.Theſſ 4,2,8. Rom.13,1. Tit.3,1.

CONSVLENDVS Deus dubiis in rebus, & eius vicarij, Gen.25,22. Exod 18, 19. Leuit.24,12. Num.9,7,26†15,34†27,5. Deut.1,17†17,8. Ioſue 9,14. Iudic. 1,1 †18,5†20,18,23†21,2. 1.Reg 10,22†23, 4,10,12†30,8. 2.Reg.2,1†5,19,23†21,1. 3.Regum 14,2†22,5,6,15. 4.Reg.3,11,16 †8,8†22,13. 2.Paral.18,4,14†32,18. Pſal. 118,24. Iſaiæ 8,11†30,1†45,11. Iere.37,3, 5†42,2. Ezech.14,1,2. Zachar.7,2. Tob.4, 19. Eccli.37,19. Lucæ 16,29.

Conſulendi non ſunt diuini, vel magi, vel incantatores, & arioli, Leuitic.19,31†20, 6. Deut.18,11. 1.Regum 28,7,9. 3.Reg. 22,6. 4.Reg.1,2,6†3,13. 2.Paralip.18,5. Dan.2,2†4,5†5,6.

CONTRISTARE Spiritum ſanctum, Eph.4,30.

Contriſtari ad pœnitentiam commendatur, 2.Cor.7,9.

CONTRITIO vera prædicatur, Iere. 7,3. Matth.3,2†4,17. Lucæ 3,3,8†13,5†24, 47. Actor.2,38†3,19†8,22†17,30†20,21 †26,20.

Contritioni veræ promittitur remiſſio ſeu venia, Deut.4,29†30,2. 1.Regum 7,3. 2.Par.7,14†30,6†34,26. Iob 22,23. Prou. 28,13. Pſalm.31,5. Iſaiæ 1,16†30,18†45,22 †55,7†59,20. Ierem.3,10,17†18,8†29, 12†31,18,20. Ezech.18,21,27†33,14. Oſee 14,2. Ioel.2,12. Ion.3,8. Zachar.1,3. Mal.2,7. Eccli.17,23. Luc.15,18. Act.3,19 †26,18,20.

Contritio quærenda & amplectenda dum ſani ſumus, Eccli.17,24†18,25.

Contritionis veræ exempla, Iudic.10,15. 2.Reg.12,13†24,10,17. 2.Paral.12,6†33, 12. Ionæ 3*. Iudith 4,8. Matth.26,74. Luc. 7,37,44†15,18†18,13†19,8†21,62†23, 41. Act.2,37.

Contritionis falſæ exépla, Gen.4,13†27, 38. Exod 8,8†9,27†10,16. Ioſue 7,20. Iud 1,7. 1.Reg 15,24,30. †24,17. 2.Reg 13,6 †21,27. Sap.5,3. 1.Mach.6,12. 2.Mach.9, 12. Matth.27,4. Act.8,13,22. Hebr.12,17.

COOPERARI gratiæ Dei, vide Liberum arbitrium.

COR ſiue voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur, Geneſ.4,4†22,11. Exod. 25,2†35,5. Deut.19,5. Matth.15,8. Marc. 12,41. Lucæ 21,1. 2.Corinth.8,12. quære Voluntas pro facto.

Cor munditur & ſanctificatur per Chriſtum, Pſal.50,4. Ioan.13,10†15,3†17,19. Act.15,9. 1.Cor.6,11. Epheſ.5,26. 1.Pet.1, 22. 1.Ioan.1,7†3,3. Hebr.1,3†9,14†10, 14†13,12.

CORNELIVS Centurio conuertitur, Act.10,3,44.

CORONA vitæ, 4.Eſd.2,43. Sap.5,17. 2.Tim.4,8. 1.Pet.5,4. Iac.1,12. Apoc.2,10.

CORREPTIO fraterna; Geneſ.37, 21. Leuit.19,18. Pſal.140,5. Prou.1,20†9,7 †10,17†12,1†13,1†15,31†17,10†24,25, †25,12†27,5†28,23†29,1. Eccl.7,6. Eccli. 19,15†20,1†21,7†32,13. Oſee 4,4. Mat. 18,15. Luc.17,3. Gal.2,11†6,3. 1.Tim.5,20. 2.Tim.2,25. Heb 3,13. Iacob.5,19.

Correptio impiorum eſt piis in timorem & cautionem, vide Impiorum.

Corripiens alterū qualis eſſe debeat, Mat. 7,3. Luc.6,41. Ioan.8,3. 1.Tim.3,2. Tit.1,6.

CREATOR omnium rerum Deus, Geneſ.1,1. Exod.20,11. 1.Paralip.29,10. Pſalm.88,12†95,5†113,15†120,2†123,8 †145,6. Iſaiæ 37,16†40,28†42,5†44,24 †45,12†48,13†51,13. Iere.10,12†32,17 †51,15. Zach.12,1. Ionæ 1,9. Eccli.1,8. Baruch 3,32. Matth.11,25. Ioan.1,3. Actor.4, 24†14,14†17,24. 1.Corinth 8,6. Eph.3, 9. Col.1,16. Hebr.1,2,10†3,4†11,3. Apocal.4,11†10,6†14,7.

CRESCERE in ſcientia, Epheſ 4,15. Coloſſ.1,10. 1.Pet.2,2.

CRVX & tribulatio omnibus piè viuentibus, Gen.4,8†27,41†37,18. 2.Reg. 16,5,13. Eccli.2,1. Pſal.33,20. Prou.24,16. Mat.10,16*.†12,14†16,24†24,9. Mar.13, 9. Luc.14,26†21,11. Io.15,20†16,1 Act.9, 23. Gal.4,29. 1.Theſſ.3,3. 2.Tim.3,12. 1.Pet. 4,1,12†5,10.

Crux à Deo imponitur ad noſtram vtilitatem, 2.Reg.7,14. Iob 5,17†33,16. Prou. 3,11. Ierem.46,28. 2.Machab.6,12. Tob.2, 8†12,13. Iudith 8,22. 1.Cor.11,32. 1.Pet. 4,17. Heb.12,5. Apoc 3,19.

Per Crucem & res aduerſas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod.1,12. 2.Par.33,11. Iudith 8,15,21. Prou.6,23. Mat.7,24. Luc.24,26,46. Io.12, 25. Actor.14,21. Rom.8,17. 2.Cor.4,8,17 †5. 1.Phil.2,8. 2.Theſſ.1*. Heb.2,9†12,2.

Crux patienter eſt & læto animo ferenda, Matth.5,10†10,38. Ioan.15,20†16,33. Act. 5,41†16,25. 2.Cor.8,2. Col.1,24. Heb.10, 34. Iacob.1,2,12. 1.Pet.4,12,16.

In Cruce & afflictione conſolatio, Iob 5, 17*. Prou.18,12. Iſaiæ 26,12,19. Thren.3, 28. Matth.5,10. Io.15,20†16,20,33. Rom. 8,18. 1.Cor.10,13. 2.Cor.1,4,8.

Per Crucem experitur nos Dominus, Iudith 8,21. Eccli.2,1†27,8. Prouerb.17,3. Sap.3,5,6. 2.Theſſ.1,4. 1.Pet.1,7.

CVLTVS Dei verus requirit præter opus externum etiam affectum hominis internum, Deut.5,19†6,5†10,12†11,13†26, 16†28,47†30,2. Ioſ.22,5. 1.Regum 12,20. Eccleſ.7,31. Iſaiæ 29,13†64,11. Matth.15, 8†22,36. Ioan.4,23.

Cultus externus Deo gratus, vide Ceremoniæ.

CYRVS rex Perſarum permittit captiuos Iſraelitas in Iudæam redire, 2.Paral.36, 22. 1.Eſdr.1,1. 3.Eſdr.2,1. reſtituit eis vaſa quondam à Nabuchodonoſor ablata, 1.Eſd. 1,7†5,14. Dan.1,2.

D

DÆMONES expelluntur, Matth.8, 16,31†9,33†12,22†17,18. Lucæ 4, 35†8,2,28†9,42†10,17†13,10. Actor.5, 16†8,7†16,18. etiam per malos, Mat.7,22 Mar 9,38. Luc.9,49. Act.19,13.

Dæmones agnoſcunt & credunt Deum, Matth.8,29. Marc.1,24†3,11†5,7. Luc.4, 34,41†8,28. Act.19,15. Iac 2,19.

Dæmonibus immolare nefas, Leuit.17,7. Deut.32,17. 2.Paral.11,15. Pſalm.105,37. Baruch 3,4. 1.Cor.11,20.

DAGON idolum Philiſthinorum, Iud. 16,23. 1.Reg.5,2. 1.Mach.10,83†11,4.

DAMASCVS metropolis Syriæ vaſtatur à Theglath-phalaſar, 4.Regum 16,9. contra Damaſcum prophetia, Iſaiæ 17,1†8, 4. Ierem.49,23. Amos 1,3.

DAMNATIO æterna quæ parata eſt diabolo & omnibus impiis, Sap.5*. Iob 10, 22†36,12. Iſaiæ 24,21†30,33†66,24. Daniel.7,11. Matth 3,12†5,29†8,12,29 †13,50†18,8†22,13†23,33†25,30,41. Marc.9,47. Luc.3,17†16,23,25. Hebr.10, 27. 2.Theſſ.1,8. 2.Pet.2,4. Iudæ 6. Apoc.19, 20†20,10†21,8.

DAN filius Iacob, Geneſ.30,6. tribus Dan quærit ſibi poſſeſſionem, Iud.18,1. pugnat cōtra Leſem, & expugnat, Ioſ.19,47.

DANIEL appellatur Baltaſſar, Daniel.1,7. interpretatur ſomnia, 2,31†4,7,11, 18,25. conſtituitur gubernator totius regni Babel, Daniel.6,3. proijcitur in lacum leonum, 6,16. liberat Suſannam, 13,51,60.

DARE melius quàm accipere, Eccli.4, 36. Act.20,33.

Dandum ſine acceptione perſonarum, maximè autem domeſticis fidei, Eccli.7,35 †12,8. Matth.5,42. Luc.6,30,38. Rom.12, 13. Gal.6,10. vide Eleemoſyna.

DARIVS filius Aſſueri, Daniel.9,5. occupat regnum Babel, 6,1. impiam legem ſtatuit 6,8. præparat regium conuiuium, 3.Eſd 3,1.

Darius renouat mandatū Cyri, 1.Eſd.6,1.

Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ, 1.Mach.1,1.

DAVID filius Iſai (qui Ieſſe appellatur, Mat.1,6.) à Samuele vngitur, 1.Reg.16, 13. interfecit leonem, vrſum, & Goliath gigantem, 17,34,49. paciſcitur cum Ionatha, 18,3†20,8,16,23†23,18. manducat panes propoſitionis, 21,3. ſimulat amētiam coram Achis rege, 21,12. fugit cum patre & matre in Maſpha, 22,3. præcidit oram chlamydis Saul, 24,5. mittit ad Nabal decem iuuenes, 25,5. tollit haſtam Saulis, 26,11. fugit ad Achis regem Geth, 27,2. vngitur in Hebron in regem Iuda, 2.Reg.2,4. poſteàque eum regem vniuerſus Iſrael, 2.Reg.5,1. 1.Paral. †11,3†12,38. iuxta verbum Ionathæ, 1.Reg.23,17. & Saulis, 24,21. committit adulterium & homicidium, 2.Regum 11*. pœnitet eum peccati, 12,13. fugit à facie filij ſui Abſalom, 15,14. libauit aquā Domino, 23,16. recenſet populū, 24,2. emit ab Areuna aream, 24,24. conſilium capit de domo Dei ædificanda, 1.Par.17,1. conſtituit operarios & architectos, 23*. 24*. 25*. 26*. 27*. relinquit ſibi ſucceſſorem Salomonem filiū, 3.Reg.1,30. moritur & ſepelitur, 2,10. Act. 2,29†13,36. commendatur, Eccli.47,2.

Dauid ſpiritualis (qui eſt Chriſtus) promittitur, Ierem.30,9. Ezech.34,24†37,23.

Dauidis filius appellatur Chriſtus, Mat. 1*.†15,22†22,45. Marc.12,35. Luc.20,41. Act.2,29†13,22. 2.Tim.2,8. Apoc.5,5.

DECIMARVM vſus, & Decimæ, Gen 14,20†28,22. Leuit.27,30. Num.18, 21,28. Deut.12,6†14,28†26,12. 1.Reg. 8,15. 2.Par.31,5. 2.Eſdr.10,37. Heb.7,2.

Decimæ debentur Sacerdotibus, Deut.18, 3. 2.Par.31,4. vide Sacerdotes.

DEDICATIO templi, vel altarium, Num.7,10,11,85,88. 3.Reg.8,26,63,65. 2.Par.7,5,9†15,8. 1.Eſdr.6,16,17. 2.Eſd. 12,27. 3.Eſd.7,7. Pſal.29,1. 1.Mach.4,56, 57,59. 2.Machab.2,9,12,20.

DEMETRIVS filius Seleuci exercet tyrannidem, 1.Mach.7,1. fœdus inire capi-

cum Ionatha,10,3.fœdus ictū violat,11,51.

Demetrius aurifaber negotium faceſſit Paulo,Actor.19,23.

DETRACTIO, Pſal.14,3†100,5. Eccleſ.10,20. Prouerb.10,18†11,13†16,28†20,19†26,20. Rom.1,30. 2.Corinth.12,20. 1.Pet.2,1,12. Iacob.4,11.

DEVS eſt omnipotens, & nihil apud eum eſt impoſſibile, Geneſ.17,1†18,14†35,11†43,14†48,3. Numer.11,23. 1.Reg.14.6. 2.Paral.14,11. Sapien.11,22. Iob 42,2. Iſaiæ 40,10*.†46,9†50,2†59,1. Iere.32,17,27. Zachar.8,6. Matth.19,26. Marc.9,23†10,27†14,36. Lucæ 1,37†18,27. Eph.3,20. Apoc.16,7,14†19,6.

Deus omnia regit & gubernat pro ſua voluntate, Geneſ.45,5†50,19. Deut.8,18. 1.Reg.9*. Sap.12,13. Tob.7,12. Iob 9,5†12,13. Pſal.102,19†113,3†126,1. Prouerb.10,22†16,4,9†19,21†20,24†21,1,30. Eccleſ.3,15. Iſaiæ 26,16†41,7. Iere.10,23†27,5. Dan.2,21†5,18. Matth 6,33†11,26†10,14. Luc.12,31. Ioan.5,17. Rom.9,15. 2.Cor.3,5. Phil.2,13. Heb.13,21. Apo.4,11.

Deus eſt pater omnium fidelium ipſi obtemperantium, Deut.32,6. Pſalm.102,13. Prou.1,7. Ierem.3,4,14,19. Malach.1,6. Matth.6,9†18,14†23,8. Luc.11,2. Ioan.20,17. Rom.8,15. 1.Cor.8,6. 2.Cor.1,3†6,18. Epheſ.3,14†4,6. 1.Theſſal.1,3. 2.Theſſ.1,1,2†2,16.

Deus eſt verax & fidelis, Exod.34,6. Nu.23,19. Deut.7,9†32,4. 1.Reg.15,29. Iſaiæ 49,7. Ioan.3,33†8,26. Rom.3,4. 1.Cor.1,8†10,13. 1.Theſſ 5,24 2.Theſſ.3,3. 2.Tim.2,13. Tit.1,2. 1.Ioan.1,9†5,20. Heb.20,23. Apoc.3,7,14.

Deus eſt in eſſentia vnus, præter quem nō eſt alius, Exod.3,14. Deut.4,35†6,4†7,9†10,17†32,39. 2.Regum 7,22. 3 Reg.8,60†18,36. 1.Par.19,20. Sap.12,13. Iſa 37,16†43,10†44,6,25†45*.†46,9. Oſee 13,4 Tob.8,20†13,4. Eccli.36,5. Mar.12,29. Ioan.17,3. 1.Cor.8,6†12,6. Galat.3,20. Eph.4,6. 1.Tim.2,5.

Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſentia. vide Trinitas.

Deus æternus eſt, nec principium habet, nec finem: ſed eſt ipſe principium & finis, Gen.21,23. Exod.15,18. Iob 36,26. Iſaiæ 41,4†43,10†44,6†48,12†57,15. Dan.7,9. Rom.16,26. Hebr.1,8. Apoc.1,8,17†21,6†22,13.

Deus nouit, audit, & videt omnia, Exod.3,19. Num.12,2. Deut.31,21. 1.Reg.2,3†16,7. 2.Par.16 9. Iob 14,6†22,11†28,24†31,4†42,2. Pſalm.7,10†32,13†37,10†89,8†130,8. Prou.5,21†15,3,11†24,12. Iſaiæ 29,15†40,27†48,4. Ierem.1,5†7,11†17,10†23,24†32,19. Ezech.11,5. Eccli.16,15†17,13†23,27†39,24,27†40,9 Sap.1,10. 2.Machab.9,5†12,22. Mat.6,4†21,2. Marc.2,8†14,13. Luc.22,10. Ioan 1,47†13,21†16,30†21,17. Act.15,8. Rom.8,27. 1.Theſſ.2,4. 1.Ioan.3,20. Heb.4,13. Apoc.2,23.

Deum nemo videre poteſt, Exod.33,20. Deut.4,12. Ioan.1,18†6,46. 1.Tim.6,16. 1.Ioan.4,12.

Deus & diuina omnia non poſſunt humana induſtria aut ingenio comprehendi, Exod.33,20. 3.Reg.3,5. Iob 32,8. Pſal.93,10†118*.†142,8. Iſaiæ 22,22†54,13. Matth.11,25†13,11†16,17. Luc.8,10†10,21†24,44. Ioan.1,10†3,3†6,44,65†14,8,17†17,6. Act.16,14. Rom.1,19†11,33. 1.Cor.2*. Gal.1,11. 1.Tim.6,16. Apo.3,7.

Deus eſt immenſus & incircumſcriptus, 3.Reg 8,27. 2.Par.2,6†6,18 Iob 11,8. Pſal.138,7,10. Iſaiæ 6,3†66,1. Iere 23,24. Amos 9,2. Sap.1,7. Mat.5,35. Act 7,48†17,24.

Deus teſtatur ſe Deum, id eſt, ſaluatorem & conſolatorem Iſraelis, omniumque eorum qui rite ipſum colunt & inuocant, Gen.17.1,7 Exod 6,2†10,2†29,45. Leuitic.26,11. Pſal 17,3†49,6. Iſaiæ 30,19. Ier.31,33†32,38. Ezech.37,23. Ioan.10,17.

Deus eſt Dominus ac creator cæli & terræ. vide Creator.

Deus nihil eorū quæ fecit, odit, Sap.11,25.

Deus eſt iudex totius mundi, reddens vnicuique mercedem pro merito, Geneſ.18,25. Deut.10,17. Iob 34,11. Pſalm.7,9†61,13†93,2†95,13. Iſa 11,3. Ecch.35,12,27. Ier.17,10†25,14. Mat.16,27†25,31. Act.17,31. Rom.2,6. 2.Tim.4,8. Heb.12,23.

Dei miſericordia, patientia, charitas, ſapientia, verbum, quære ſuis quæque locis.

Deo ſoli attributa, ſubinde in Scripturis & aliis per communicationem tribuuntur, vt vocabulū, Deus, ſoli Deo tribuitur, Deut.6,4†32,39. 1.Reg.2,2. Pſal.85,10. 1.Mach.7,38. Mar.12,29. aliis tribuitur, Exo.7,1†22,8. 1.Reg 28,13. Pſal 46,10†81,6.

Deus ſolus bonus, Mat.19,7. Luc.18,19. aliis tribuitur bonitas, Geneſ.1,31†3,6†49,15. Num.14,7. 1.Reg 29,9. 2.Reg.18,27 1.Paral.28,8. Tob.12,8. Iudith 12,12,14. Pſal.110,10†146,1. Prou.18,22†22,1. Eccleſ.7,2. Sap.8,19. Eccli.14,5. Iere.7,3. Mat.7,17. Mat 9,50. Lucæ 6,45.

Deus ſolus ſanctus, 1.Reg.2,2. aliis ſanctitas tribuitur. Exod.3,5†12,16†22,31†28,2†29,29,31†30,29†35,2. Leuit 11,44. Num.16,5. Deut 6,7. Ioſue 5,15. 2.Regum 22,26. 4.Reg.4,9. Iudith 8,29. Pſal.5,8. Mat.7,6. Rom.7,12.

Deus ſolus fortis, 1.Reg.2,2. aliis fortitudo attributa, Geneſ.32,28†49,14. Pſalm 53,5. Cant.3,7. Iſaiæ 19,14. Iere.9,23. Mat.12,29. Mar.3,27. Lucæ 11,21. Heb.11,34. 1.Pet.5,9.

Deus ſolus iuſtus, 2.Machab.1,25. alij quoque iuſti, Geneſ.7,2†18,23. Pſalm.32,16†36,29,30. Prou.8,8. Sap.5,16. Mat.1,19†10,41†25,46. Lucæ 1,6. Rom.1,17.

Deus ſolus pius, Apoc.15,4. alij etiam pij, 1.Pet.2,9.

Deus ſolus beatus, 1.Tim.6,15.

alij beati, Geneſ.30,13. Pſal 1,1†32,1,2†40,1†118,1†126,1. Mat.5*.†16,17†24,46. Lucæ 1.45†14,14. Iac.1,1.

Deus ſolus potens, 1.Tim.6,15.

alij potentes, Exod.18,21. Pſalm.111,2. Luc.1,52. Act.8,27†18,24.

Deus ſolus immortalis, 1.Tim.6,16.

aliis tribuitur immortalitas, Sap.1,15†4,1†8,17.

Deus facit mirabilia ſolus, Pſalm.71,18†135,4. Eccleſ.11,4.

alij quoque faciunt mirabilia, Deut.34.12. Eccli 31,9†48,4,15.

Deus ſolus nouit arcanas animi cogitationes, 3.Reg.8,39. 2.Par.6,20.

alij quoque nouerunt, 1.Regum 9,19. 4.Reg.5,26.

Deus ſolus peccata remittit, Luc.5,21. dimittunt & alij, Mat.18,18. Ioan.20,23.

Deo ſoli honor & gloria, Pſalm.113,1. Iſaiæ 42,8. 1.Tim.1,17.

aliis quoque tribuuntur, 4.Reg 14,10. 2.Paral.17,5. Pſal.149,9. Eccli.31,10. Lucæ 14,10. Ioan.5,44.

Deus ſolus adorandus, Exod.20,5. Leuit.26,1. Deut.5,9. Mat.4,10.

aliis adoratio tribuitur, Geneſ.18,2. vide Adoratio.

Deo ſoli ſeruiendum, Deut.6,13†10,20. 1.Reg 7,3. Mat.4,10. Luc.4,8.

aliis etiam poſt Deum ſeruiendum, Gen.25,23†29,20†47,25. 1.Tim.6,2.

Deus cuius mali ſit cauſa, & cuius non ſit, vide Malum.

DIABOLVS ſtudet ſemper perditioni hominū, Gen.3,1*. 1.Par.21,1. Iob 1*. 2*. Zach.3,1. Matth.4,3,9†8,28†13,19. Luc 8,12†13,9,14†22,31. Act 5,3†13,8. 2.Cor.4,4†11,14. Eph.6,11. 1.Theſſ.2,18. 1.Pet.5,8. Apoc.2,10†12,9†20,7.

Diabolus non plura poteſt quam ei Deus permittit 3 Reg 22,22. 2.Paral.18,20. Iob 1,12†2,6. Mat.8,31. Marc.5,12,13. Eph.2,2. 2 Tim.2,26. Apoc.20,7.

Diabolus pater & princeps mundi omniúmque impiorum, Mat.4,9. Luc.4,6. Iob 41,25. Ioan.8,44†12,31†14,30†16,11. 2.Cor 4.4. Eph.2,2†6,12. Coloſſ.2,15.

Diaboli imperium per Chriſtum ſublatū. Geneſ.3,15. 1.Reg.17*. Iob 26,13. Iſa.9,4†14,8,12†27,1†52,3. Zach.3,2. Mat.12,29. Luc.10.18†11,22. Ioan.12,31. Col.1,13†2,15. 2.Tim.1,10. 1.Ioan.3,8. Heb.2,14. Apoc.12,9†20,2.

Diaboli filij, Ioan.8,44. Actor.13,10. 1.Ioan.3,10.

DIACONI, Act.6,3†21,8. Philip.1,1. 1.Tim.3,8.

DIANA colitur Epheſi, & in vniuerſa Aſia, Act.19,27.

DIES nouiſſimi, & iudicium extremū, 1.Reg 2,10. Pſal.95,13. Iſaiæ 2,10,19†13.4,6,13†26,21†27,1†30,30†66,15,24. Iere.30,23. Dan.7,9. Sopho.1,2,14. Malach.4,1. 4.Eſdr.2,27†13,32. Matth.12,36†13,41.49†16,27†24*. 25,31,42. Marc.13*. Luc.17,24,30. Actor.1,11†3,20†17,31. Ro.2,5,16†14,10. 1.Cor 15*. 2.Cor 5,10. 1.Theſſ 4,16†5,2. 2.Theſſ.1,7†2,1. Tit.2,13. 2 Pet.3,13. Heb.9,28. Iudæ 14. Apocal.1,7†20,11.

Dies Domini, Iſaiæ 13,6. Ier.30,7. Amos 5,18. Ioel 2,1,31. Soph.1,14 Malac.4,1. Eſd.2,27. Phil.1,6†2,10. 1.Theſſ.5,2. 2.Timoth.4.8.

Dies Domini & hora nulli cognita, Mat.24,36,50. Mar.13,32. Luc.17,24,30. Act.1,7. 1.Theſſ.5,1. 2.Pet.3,10. Apo.3,3†6,15.

Dies pro annis, Num.14,34 Ezech 4.6.

DILECTIO Dei erga ſuos, Exo.20.5†34.14. Deut.4,24†6,15†7,8. Ioſue 24.19. Pro.8,17. Eccli.4,18. Ier.31,3. Ioā.3,16†10,11†13,1,18†15,9†16,27. Rom.5,8. Gal.2,21. Eph.2,19†5,2.

Diligendus eſt Deus ſuper omnia, Gen.22,2,9. Exod.20,6. Deut.5,10†6,5†10,12†11,1,13,22†30,6. Ioſue 22,5. Eccli.7,32†34,19†47,11. Matth.10,37†22,36. Marci 12,30. Lucæ 7.47†10,27. Ioan.21,15. Rom.5,5†8,28,35. 1.Cor.10,21. 1.Ioan.4,17.

Dilectio: vide Charitas.

DINA filia Iacob, Geneſ.30,21. violatur à Sichem, cap.34,2.

DIONYSIVS Areopagita conuertitur, Act.17,34.

DISCORDIA vitanda, Prou.6,19†10,12†15,18†16,28†17,11†18,6†30,33. Mat.12,14,24*. Lucæ 11,17. 1.Cor.14,33 Gal.5,15. 2.Tim.2,23.

DIVINI: vide Incantatores.

DIVITES quomodo ſe erga pauperes habere debeant, Leuit.25,35. Deut.15,7,10. Iob 31,16. Pſal 61,11. Prou.14,31†17,5†19,17†21,13†22,7†28,27†30,7. Eccleſ.11,1. Eccli.4,4†7,35†11,10†29,12†31,8. Iſaiæ 23,18. Matth.6,19†19,21. Lucæ 14,13†16*.†18,22. Act.2,45†4,34. 1.Tim.6,18. vide Eleemoſyna.

Diuitiarum vanitas & contemptus, & quemadmodum in diuitiis non ſit ſperandum, Pſal.38,7†48*.†51.9. Prou.10,2†11,4,28†15,16†18,11†22,16†23,4†28,11†30,7. Eccle 5,9,12†6,2. Iſaiæ 2,7. Iere.17,3,11†22,13. Ezech.7,19. Sopho.1,8. Eccli.5,1,10†10,10†11,7†14,1†31,3. Mat.3,22†19,21 Lucæ 8.14†12,15. 1.Ti.6,9. Iac.1,11.

Contra Diuites impios, 1.Reg 25,2. Iob 20,10†27*. Prou.23,4†28,8,20,27. Eccleſ.6,1. Iſaiæ 5,8†32,9. Ier.15,13. Amos 6,1†8,4. Habac.2,5. Luc.6,24†16,19,24. Iac.5,1. vide Auaritia.

DOCTRINA Apoſtolica ſcripta & non ſcripta firmiter tenenda, Rom.16,17. Gal.1,8,11. 2.Theſſ.2,15. 1.Cor.11,3,34.

Doctrina Apoſtolorum eſt Chriſti doctrina, Luc.10,16. 1.Cor.14,37. 2.Cor.2,14,17†7,20. 1.Theſſ.2,2,13. Gal.1,11.

DOEG ſeruus Saulis prodit Sacerdotem Abimelech, 1 Reg.22,9,18 cædit ſacerdotes Domini, 22,18.

DOLVS, Ier 9,6. Pſalm.34,20†9,28. Pro 12,17. Mar.7,22. Act 5,3. Rom.1,29.

DOMVS

DOMVS ædificata ſuper petram, firma manebit, Pſal.45,2. Mat.7,24†16,18.Lucæ 6,48. Rom.8,35.

Domus corporis noſtri, 2. Corinth.5,1. 2.Pet.1,14.

DOMINI & dominæ erga ſeruos & ancillas totamque familiam officium, & poteſtas, Exod.21,2,20,26. Leuit.19,13†25, 38. Deut.5,14,21†15,12,16†24.15. Iob 31,13.Prou.29,19.Iere.34,9.14. Eccli.7,22 †33,31†42,16. Epheſ.6,9. Col.4,1.

DONARIA recipere, ſit ne prohibitum, Gen 14,22.Exod.18,21†23,8.Numer. 22,18. Deut.10,17†27,25. 1.Reg 8,3†12, 3. 3.Reg.13,7. 4.Reg.5,16.2.Paral.19,7. Iob 15,34 Pſalm.14,5†25,10. Prouerb.15, 27†17,23. Iſaiæ 1,23†5.23†33.15†45,13. Ezech.13,19†22,12. Dan.5,17. Mich.3,11. Eccli.8,3†20,31. Actor.20,35.

DRVSILLA vxor Felicis præfecti, audit doctrinam Euangelicam a Paulo, Actor. 24,24.

E.

EBRIETAS, & gula, Geneſ.9,21†19, 32,35†29. Leuit.10,9. 1.Regum 25, 36. 2.Regum 11,13†13,28. 3.Reg.20,12, 16.Pro.20,1†21,17†23,1,2,3,20,29†31,4. Eccli 19,1†23,6†31,12,17*. 31,35†37,32*. Iſaiæ 5,11,22†22,13†28,7†56,12. Ezech. 16,49.Dan.5,2. Oſee 4,11. Ioel.1,5. Michææ 2,11.Habac.2,5,16. Iudith 13,4. Sap. 2,7.1.Mach.16,16.Luc.12,45†21,34.Rom. 13,13. 1.Cor.5,10†6,10†15,32. Gal.5,21. Eph.5,18.1.Theſſ.5,7.1.Tim.3,3. Tit.1,7. 1.Pet.4,3. Heb.12,16. vide Ieiunium.

Ebrietas iram Dei prouocat, Iſa.5,11,22 †28,1.Dan.5,2.Ioel.1,4,5. 1.Corinth.6,10. mentem alienat,Pro.23,31 Eccli.19,2. Iſaiæ 28,1,7. Oſee 4,11. ad libidinem incendit, Prou.20,1. Epheſ.5,18. facultates diſſipat, Prou.25,20. Eccli.19,1. ſecretum detegit, Prouerb.31,4.Habac.2,15 ad furorem & rixas excitat; Prou.20,1†23,29.Eccli.31,38, 40. Oſee 7,5.

EBRON: vide Hebron.

ECCLESIA accipitur pro templo materiali, Deut.23,1.Iudicum 20,2.Iudith 6,21. Pſalm.67,27.Thren.1,10. Ioel 2,16.1.Corinth.11,18†14,34.

Eccleſia accipitur pro cœtu fidelium, Nu 19,20†20,4. 1.Reg.17,47.3.Reg.8,14,55. 1.Paral 29,1*. 2.Paral.1,5. Pſal.21,26†25, 12†34, 18†106, 32†149, 1. 1.Machab 4, 37†5,16†14,19. Matth.16,18. Actor.5,11 †8,1†16,4. Roman.16,16,23. 1.Cor.6,5 †11,16†12,28†14,5. 2.Cor.8,18,23,24 †11,8†12,13.Epheſ.5,23. Philip.4,15. Col. 1,15.1.Timoth.3,5,15.Iacob.5,14. Apoc.1, 11†22,16.

Eccleſia pro cœtu vnius prouinciæ, 3.Regum 8,14. Actor.9,31†11,3,6†12,1†13, 1†15,1†19,32†20,17.Rom.16,2.1.Cor.1, 2†16,1. 2.Corinth.8,1.Gal.1,2. 2.Theſſ.1, 1*. 1.Pet.5,13. Apoc.2,1*†3,1.

Eccleſia pro prælatis & præpoſitis; 3.Regum 8,14. Mat.18,17*.

Eccleſia eſt vna & viſibilis præfigurata per vnam & viſibilem arcam Noe, Geneſ.6, 14.1.Pet.3,20. per ciuitatem ſanctam Ieruſalem, Apoc.21,2.per hortum concluſum & fontem ſignatum, Cant.4,12. per vnam columbam,6,8.per vineam,Pſalm 79,9.Cant. 2,15.Iſaiæ 5,2*.Ierem.2,21†12,10. Matth. 20,1*.Marc 12,1.Luc.20,9. Apocal.14,15. per nauem; Luc.5,3. per ſagenam comprehendentem bonos & malos piſces, Mat.13, 47.per agrum, Mat.13,24.per regnum cælorum,Mat 13*.†25*.

Eccleſia firmamentum veritatis errare nõ poteſt, Iſaiæ 29,21 Mat.16,18†28,20.Luc. 22,32. Ioan.14,16†16,13†17,11,20. 1.Timoth.3,15*. 1.Ioan.2,27.

Eccleſia eſt corpus Chriſti, Cantic.4,7,9, 11,12.Epheſ.1,22†4,4†5,23.1.Cor.12,27.

Eccleſia fidelium naſcitur & propagatur per ſanam doctrinam,Ioan.1,12†3,3. Rom. 8,13†9,8. Gal.3,20†4,19. Eph.1,5. Tit.1,1. 1. Corinth.4,15. Philem.10. 1.Pet.1,23. 1.Ioan.3,9†5,1.18. Iacob.1,18.

Eccleſia ſeu fidelium cœtus, tenetur ſacerdotibus paſtoribuſque ſuis quæ ad vitam ſunt tuendam neceſſaria,ſuppeditare, Deut. 12,19†14,27†16,11†25,4. 1.Eſdræ 7,23. Matth.10,10. Lucæ 10,7. Roman.15,27. 1.Cor.9,7,11.Gal.6,8. Phil.2,29†4,10,16. 1.Theſſ.5,12. Heb.13,7.Tenetur etiam pro ſuis prælectis orare, Actor.4,29†12,5.Rom. 15,30.Epheſ.6,18. Philip.1,19. Coloſſ.4,2. 2.Theſſ.3,1. Heb.13,18.

Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, Pſalm.44,11. Ezech.16,9.2.Cor.11,2. Epheſ.5,26. Apocal.19,8†21,10.

Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, Oſee 2,2. 1.Cor.12,27. Epheſ.1,22†4,15†5,23. Coloſſ.1,18†2,10.

Eccleſiæ quaſi membra quædam ſunt veri fideles, eidem capiti Chriſto eiuſque vicario ſubiecti, cuiuſcumque nationis fuerint ſiue Iudæi,ſiue Gentiles,Iſaiæ 43,9. Ioan.10,16. 1.Cor.12,12. Epheſ.3,6.

Eccleſiæ claues promittuntur, & poteſtas Matth.16,19.traduntur, Ioan.20,23. exercentur,Matth.18,17.vide Excommunicatio & Confeſſio.

Eccleſiam ſibi Chriſtus comparauit, & emit ſanguine ſuo, Actor.20,28. 1.Cor.6. 20†7,23. Epheſ.2,13.Coloſſ.1,14. 1.Pet.1, 18.Heb.9,12.1.Io.1,7.Apo.1,5†5,9†14,4.

Eccleſiam ſuam Deus protegit & cuſtodit,Exod.13,21†29,45.Leuit.26,12. Deut 7,20†23,14†31,3. 3.Reg.6,13. Pſal.90,1, 11†131,13. Iſaiæ 43,2.Iere 46,28. Matth. 18,20†28,20.Ioan.14.23.2.Cor.6,16.

EDOM frater Iacob filius Iſaac appellatur Eſau,Gen.25,25.

Edumæi negant Iſraelitis tranſitum per ſuam regionem, Num.20,14. cæduntur, & ſiunt ſerui domui Iſrael,2.Reg.8,14.deficiũt ab Iſrael,& creant ſibi regem, 4.Reg.8,20. ſuperantur à Iuda,14,7.2.Paral.25,12.

Contra Edumæos prophetia, Numer.24, 18.Pſalm.136,7. Iſaiæ 21,11†34,5. Ierem. 49,7. Thren.4,22. Ezech.25,13,14†32,29 †35*.†36,5. Amos 1,11. Abdiæ 1,1*. vide Eſau.

ELEAZAR filius Aaron, Exod.6,23† 28,4. partitur cum Ioſue terram Chanaan, Ioſue 14,1.iuxta præceptum Domini,Num. 34,17.conſecratur Sacerdos, Leuitic.8,24*. fit poſt mortem patris ſummus Sacerdos, Num.20,26. Deut.10,6. moritur & ſepelitur,Ioſ.24,23. filium habet cui Phinees nomen erat,Exod.6,25.quem in demortui patris locum ſufficiunt, Num.25,7,12.

ELEAZAR filius Saura occidit elephantem,quo in vulnere procumbente, ipſe oppreſſus ſuffocatur,1.Machab.6,43.

ELEAZARI ſenis Martyrium, 2.Mach. 6,18,24.

ELEEMOSYNA pauperibus eroganda, Exod.22,25†23,11.Leu 19,10†23,22†25, 34. Deuter 15,7,10†24,19. 3.Reg.17,10. 2.Eſd.8,11.Eſther 9,22. Pſalm.40,1†81,4† 111,9. Prou.3,9,28†11,18,25†14,21,31† 18,17†21,13,21†22,9†28,27†31,20. Eccleſ.11,1. Iſaiæ 58,7. Ezech.16,49†18,7. Dan.4,29. Eccli 4,2†7,35†12,3†14,11† 29,12†35,4. Tob.1,4†4,7,17†12,9†14,12. Matth.6,3†10,42†19,21†25,35,42. Lucæ 3,11†6,35†11,41†12,33†14,13†16,9,21† 19,8†21,1. Actor.2,45†6,2†9,39†10,2†11, 29†20,35. Rom.12,8†15,26. 1.Cor.16,1*. 2.Cor.8,4,13†9*. Epheſ.4,28. Heb.13,16. 1.Ioan.3,17.Iac.2,15. quære Miſericordia.

ELI ſacerdos in Silo, 1.Regum 1,3. filij eius reprehenduntur,2,12,22.e ſolio lapſus fractis ceruicibus moritur,4,18.

ELIAS: vide Helias.

ELISÆVS vngitur Propheta, 3.Regum 19,19. iuxta præſcriptum Domini,19,16. tranſit Iordanem,4.Reg.2,14.ſanat aquam, 2,20.reuocat puerum ad vitam,4,32. mundat Naaman a lepra,5,14. percutit Syrios cæcitate,6,18.prædicit rerum abundantiam, 7,1.ægrotat,& moritur,13,14,20.mortuum eius corpus excitat mortuum, 13,21. commendatur,Eccli.48,13.

ELYMAS magus fit cæcus, Act.13,8.

EMERE & vendere quomodo oporteat, Geneſ.23,9,14†25,31†33,19†41,57† 42*. Leuit.19,13,35†25,14,46. Deut.15, 1†25,13. 2.Reg 4,21. Eccli.27,3†42,25. Prou.11,1,26†16,11†20,10,23. Iſa.23,18. Iere.32,6. Ezech.45,10. Mich 6,10.Mat.7, 2.Luc.14,18. 1.Cor.7,30. 1.Theſſ.4,6.

EPHRON,quia negabat Iudę tranſitum, funditus perdita eſt, 1.Machab.5,46. 2.Machab.12,27.

EPISCOPI, eorum electio, & officium, Matth.20,25,26. Lucæ 4,16†22,26. Ioan.10,4,14†21,15. Act.1,24†6,3†11,22 †14,20†20,28.Rom.13,16,25. 1.Cor.3,5 †4,1†16,1,9.2.Corinth.3,6†4,5†10,8†6,4. Epheſ.1,15†3,2.Col.1,23. 1.Tim.3,1†4,6. 2.Tim.2,1,15,24. Tit 1,5. 1.Petr.5,2.vide Concionator.

ERVBESCERE nullus debet Euangelium,Pſal.39,11.Eccli.42,9,21. Marc.8,38. Luc.9,26.Rom.1,16.2.Tim.1,8.

Erubeſcendum propter peccata, Ezech. 16,52. Eccli 42,11.

ESAIAS: vide Iſaias.

ESAV filius Iſaac naſcitur,Geneſ.25,24. vendit ſua primogenita,25,31. Hebr.12,16. ſupplantatur a fratre ſuo Iacob, Geneſ.27*. ducit filiam Iſmaelis, 28,9†36,3. procedit contra Iacob cum 400.viris,32,6. oſculatur ſuum fratrem Iacob. 33,4. in Eſau pugnare prohibetur Iſrael,Deut.2,4. vide Edom.

ESDRAS Scriba proficiſcitur ex Babylone, 1.Eſd.7,6. ſeparat mulieres Gentiles ex Iſrael, 9*.†10*. legit coram multitudine librum Legis, 2.Eſdræ 8,2. 3.Eſdræ 9,39. appellatur Ioſedec, 1 Par.6,15.

ESVRIRE iuſtitiam, Iſaiæ 55,1. Pſalm. 106,9.Mat.5,6. Luc.1,53†6,21. Apoc.21,6 †22,17.

EVA formatur ex coſta Adæ, Geneſ.2, 21. comedit fructum vetitum,3,6.

EVANGELIVM Chriſti eiuſque prædicatio,Gen.3,15. Iſa.53,1†55,5†61,1. Mat. 1,21†11,28†28,19 Marc.16,15. Lucæ 2, 10†24,46. Ioan.3,16†6.35†8,12†10,9†12, 46.Rom.1,16†3,21,24†8,3. 1.Cor.1,15, 29†4,15†15,1.2.Cor.5,18.Gal 1,6,11. Eph. 1,13.1.Tim.1,15. 2.Ti.1,8†2.1.Pet.4,17.

Euangelium adfert fiduciam, ſimul & timorem,conſolationem,& terrorem, Matth. 3,7*.†5,20,25†7,13,19,23†8,12†9,15†10, 33†11,12†12,37,41†13,29,40,50†15,13† 16,27†18,6,7†20,16†22,13,14†24,12, 24*.†25,12,13,30,41*. Mar 10,25,31†13*. Luc.3,17†6,24,25†9,62†12,20,40,48†13, 5,26,30†16,22†17,30,34†19.22*.†20,47† 21*. Ioan.5,28†15,16. Act.5,5,6*. Rom. 1,18†2,5,6†6,23†9,18*.†11,20,22†13,2, 3,4†14,12. 1.Cor.3,13,17†5,5†10,8†11, 29*.†15,51†16.22. 2.Cor.7,1,8,10†13,5. Gal.5,21,24.Eph.5,5. Phil.2,12. 1.Tim.5, 24.Heb.9,27†10,26,27*.Iac.4,9†5,1.1.Pet. 4,18†5,8.2.Pet.1,10†2,4*.†3,10*.Iudę 15.

Euangelizanti debetur neceſſaria vitæ ſuſtentatio, Mat.10,9 Mar.6,8.Luc.9,4†10, 7. Rom.15,26. 1.Cor.9,7,11,13. Gal.6,6. 1.Tim.5,17. 2.Tim.2,6.

EVCHARISTIA, Mat.26.26. Mar.14, 22.Luc.22,19. 1.Cor.11,34*.†10,16. frequenter ſumenda, Actor.2,42†20,7. præfiguratur,Exod.16,15*.

Euchariſtia ſub altera tantùm, nimirum panis ſpecie,Ioan.6,58. data à Chriſto, Luc. 24,30,31. ab Apoſtolis,Act.2,42†20,7.

In Euchariſtia non remanet ſubſtantia panis poſt conſecrationem, ſed eſt verum Chriſti corpus & ſanguis,Mat.26,26. Marci 14,22. Lucæ 22,19. Ioan.6,51.

Euchariſtiam in publicis ſupplicationibus circumferendam eſſe, præfiguratum, Ioſue 6,6,7,11, *20. 1.Regum 4,3. 2.Regum 6,4,5,6.

Eucha-

Eucharistia adoranda, Psal.21,28,30†98,5. Ioan.9,38.

EXACTIO, census, & tributum debetur principibus, Mat.17,24†22,17. Marc.12,16. Luc.20,22. Rom.13,7.

EXCOMMVNICATIO a Christo instituta & præcepta, Mat.5,29†16,19†18,8,18. Marc.9,42. Ioan.20,23.

Excommunicatio in vſu fuit Apoſtolis, 1.Cor.5,3,10. 2.Theſſ. 3,6,14. 1.Tim.1,20. Tit.3,10.

Excommunicatio exercenda ad ædificationem & emundationem Eccleſiæ, & ad correctionem eius qui excommunicatur, 1.Cor.5,4. 1.Tim.1,20. 2.Theſſ.3,14. vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 1.Cor.5*.

Excommunicatio Phariſæorum, Ioan.9,22.34†12,42†16,2.

Excommunicandi qui in moribus aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt reſipiſcere, Prou.22,10. Matth.18,17. Rom.16,16. 1.Cor.5*. 2.Cor.2,8. 2.Theſſal. 3*. 1.Tim.1,20†6,5. 2.Tim.2,17,21†3,5. Tit.3,10. Ioan. Epiſt.2,10.

Excommunicati vitandi, Matth. 18,17. 1.Cor.5*. Tit.3,10.

EXEQVIÆ celebrantur, Geneſ.23,2,3†50,10. Deut.34,8. 2.Reg.3,31*.

EZECHIAS filius impij Achab cùm eſſet rex, tamen pius fuit, 4. Regum 16,20. frangit ſerpentem æneum, 18, 4. deficit ab Aſſyriis, 18,7. mittit nuntium ad Iſaiam prophetam, 19,2. Iſaiæ 37, 2. decumbit ex graui morbo 4.Reg.20,1. Iſa 38,1. oſtendit Babyloniis ſuum theſaurum, & reprehenditur, 4.Reg 20,12,14. Iſa.39,1,5. commendatur, Eccli.48,19.

EZECHIEL cum aliis captiuis vehitur in Babylonem, Ezech.1,1. vocatur, & mittitur, 2,3. commendatur, Eccli.49,10.

F.

FACERE pro Sacrificare in Scripturis, Leu.15,15,30. Num.6,11, 16†8, 12†9,2,4.10,14. Iudic.13,16. Luc 22,19.

FAMA bona præſtantior diuitiis, Prou.22,1. Eccleſ.7,2. Eccli.41,15,16.

FAMES & annonæ caritas, Geneſ. 12,10†26,1†41*. 42*. 43*. 44*. 45*. 47*. Exod.16,3. Deut.28,53†32,24. Ruth 1,1. 2.Reg.21, 1†24,13. 3.Regum 8,37†18,2. 4.Reg.4, 38†6, 25†8, 1†25,3. 2.Paral 6,28†20,9. 2 Eſdr.5*. Pſal.36,19. Iſaiæ 5, 13. Ierem.14,1, 12,15†15,2†29,17†34, 17. Ezech 5,12,16†6,11. Ioel.1*. Amos 4, 6. Aggæi 1,6,10†2,17. Matth.24,7. Lucæ 4,25†15,14. Actor.7,11†11,28. Rom.8,35. 2.Cor.8,14†11,27. Apoc.6,8†18.

Fames verbi Dei, 1.Reg.3,1. 2.Par.15,3. Oſee 3,4†4,1. Amos 8,11.

FAMVLORVM famularumque officium, Gen.16,4,6†24*.†30,25†31,4†39,1,6. Exod.21,2,20.4.Reg 5,20,25. Pro.14,35†17,2†19,10†29,19. Eccleſ.2,7. Eccli.7,22†10,28. Ierem.34,8. Ioel.2,29. Luc.12,37,45. Actor.12,13. 1.Cor.7,21. Epheſ.6,5. Coloſſ.3,22. 1.Tim.6. 1.Tit. 2,9. 1.Pet.2,18.

FELIX præfectus Iudææ, Actor. 23,24†24*.

FERMENTVM, mala doctrina, Leuit.2,11†6,16. Deut.16,3. Mat.16,6. Marc.8,15. Luc.12,1. 1.Cor.5,5. Gal.5,9.

FESTA Iudæorum, & in primis feſtum Paſchæ: vide Paſcha.

Feſtum Pentecoſtes, Exod.23, 16†34,22. Num.28,26. Deut.16,9. Ioan. 5,1. Act.2,1†20,16.

Feſtum tubarum, Leuit.23,24. Num.29,1. 2.Par.5,3.

Feſtum expiationum, Leu.16,30†23,27. Num.29,7,8.

Feſtum tabernaculorum, Exod. 23, 16. Leu. 23,34. Num.22,12. Deu.16,13†31,10. 1.Eſd 3,4. 2 Eſd 8,15,17. 2.Mach.1,9†10,6. Ioan 7,2.

Feſtum Sabbati: vide Sabbatum.

Feſtum neomeniæ, Num.28,11. 1.Reg.20,5. Ezech.45,18.

Feſtorum violatio quam grauiter puniatur, Num.15,32.

FESTVS præfectus Iudææ, Act 24,27.

FIDES in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & veritate Dei in ſeruandis promiſſis, Pſal.32.4 Iſaiæ 11,5. Thren.3,23. Oſee 2,20†5,9. Rom.3,3. pro veritate & conſtantia verborum inter homines, Geneſ.39, 16†44,32. Leuit 6,2. Eccli.22,28. Iere.42,5. 1.Machab.10,27. 1.Tim.2,7. pro virtute Theologica, Sap.1,2†3,14. Habac.2,4. Mat.8,13†9, 22†17,20. Marc.5,34. Lucæ 5,20. Rom.3,21†4,3†5,1. pro fide viua & formata per charitatem, Habac.2,4. Matth.9,22†15,28. Marc.5,34†10,52. Luc.7,50. Rom.3,22. Gal.5,6*. Heb.11*. pro fide mortua abſque charitate, Mat.7,21,22. 1.Cor.13,2†15,2. Iac.2,26. pro ſponſione ſeu voto, 1.Tim.5,12. pro fiducia, Iacob.1,6.

Fides charitate inferior: vide Charitas.

Fides viua quæ per charitatem operatur, magnæ virtutis eſt, Matth.9,2, 22,29†21,22. Mar.16,16. Luc.18,42. Ioan.1,12†3,15,16,36†6,35†7,38†11,25†14,12†20,29. Act.3,16†10,43†15,9†16,31. Rom.1,16†3,22. Gal.3,8. Epheſ.2,7. Heb.11,6*.

Fides non facit nos certos aut ſecuros de accepta peccatorum remiſſione, aut conſequenda vita æterna: vide Certi.

Fides ſine operibus non iuſtificat, 1.Cor.13,2. Gal.5,6. Iacobi 2,24.

Fides ipſa etiam appellatur opus bonum, Philip.1,6.

Fides eſt vna, Epheſ.4,5.

Fidei viuæ & operanti tribuitur iuſtitia & ſalus, Gen.15,6. Marc.16,16. Lucæ 1,45†8,48†23,41. Ioan.5,24.†17,3. Act.13,38†16,31. Rom.3,22†4 3,22†5*. †10,1, 10. Phil.3,9. 1.Pet.2,6. Heb.4,3.

Fidei prædicatio ad eorum qui præſunt in Eccleſia, iudicium referenda eſt, Gal.2,2.

Fidem Gentilium etiam reſpicit Deus, Ier.39,18. Mat.8,5,13†15,28. Luc.7,9†10,33†17,16. Ioan.4,47. Actor.10,3†8,26.

Fideles Deus liberat à communi perditione, & internecione impiorum, Geneſ.6*. 7*. 8*. 19*. Exo.8,22†9,4,6, 26†10, 23†11,7. Num.16,20,26,31. Ierem.39,18. Dan.6,22. 2.Pet.2,7.

Infidelitas ſeu incredulitas punitur, Gen.19,11,17,26. Num.11,21†14,2, 11†20,12. Deu.9,20. 4.Reg.7,2,17. 4.Eſd.15,4. Pſal.77,32. Eccli 2,15. Matth.8,28†14,30†17,17. Marc.16,16. Luc.1,16†24,24. Ioan.3,18,36†6, 7†8, 24†12, 48†20,27. Rom.11,20. Heb.3,18†4,2†11,6. Apoc.21,8.

FILIORVM officium erga parentes, Geneſ.9,23†22, 2,7†27, 1†28, 7†37, 14*. Exod.20,12†21,17. Leu.19,3,32†20,9†21,9. Deut.5,16†21,15,18†27,16. Iudic.14,1. 1.Reg.2,11,18,22†3,1,7†8,1†18,5. 3.Reg.2,19. 4.Reg.2,23†12,2†22,1. 2 Par.34,3. Eccli. 3, 1, 8†6,18†7, 29†8,7,11†22,3†23,18†25, 10†32,24. Tob.4,1†14,5. Iob 1,4†8,4†32,4,6. Prou.1,8†4,1†6, 20†10,1†13,1†15, 20†19, 26†20, 11, 20†22, 15†23,19, 25†28,24†30,17. Ierem.35,16. Ezech.22,7. Mat.4,20†10,35†15,4†19,19. Marc.10,19. Luc.2,48†18,20. Act.7,14†22,3. Eph.6,1. Col.3,20. 1.Tim.5,1. 1.Pet.5,5.

FOENVM & herba citò tranſiens omnis homo, Pſal.89,6†128,6. Iſa.40,6. Eccli.14,15. 1.Pet.1,24. Iacob.1,10.

FOENVS: vide Vſura.

FORNICATIO iram Dei prouocat, Deut.22,21. Prou.23,27 Eccli.19,3. Ierem.5,7. Oſee 4,14. 1.Cor.6,9,13,15. Coloſſ.3,5. Hebr.13,4. corpus eneruat & facultates abſumit, Iob 31,12. Prou.23,27†29,3†31,3. Eccli.9,6, infamiâ adfert, Eccli 9,10†41,21. fornicationis occaſiones vitandæ, Eccli.9,4,12†42.12. fornicatio non ſolùm in opere externo, ſed & in affectu prohibetur, Exo.20,17. Mat.5,28.

Fornicatio ſpiritalis, quæ eſt hæreſis, & idololatria, Deut.31,16. Iud.2,17†27,33. Iſaiæ 1,21†57,3. Iere.3,1. Ezech.6,5†16*. Oſee 1,2†2,4†4,15. Apoc.18,3.

FRATRES & ſorores Chriſti qui ſint, Mat.12,49†28,10. Marc.3,33. Luc.8,21. Ioan.20,17. Heb.2,12. Pſal.21,23.

FRAVS, quære Dolus.

FRVCTVS boni operis, quære Opus.

FVNDAMENTVM eſt Chriſtus, 1.Cor.3,11. Eph.2,20. 1.Pet.2,6. fundamentum etiam Apoſtoli, Eph.2,20. Apoc.21,14. & peculiariter Petrus, Matth. 16, 18*. Ioan.21,15,17. cuius fides nunquam deficiet, Lucæ 22,31.

FVRTVM prohibetur, committitur, & punitur, Exo.20,15†21,17†22,1. Leuit.19,11. Deut. 5,19†24,7. Ioſ 7,1,19. Tob.2,21. Prou.6,30. Oſee 4,2. 2.Mach.12,40. Matth.19,18. Ioan.12,6. 1.Cor.6,10. Apoc.9,21.

Fures dicuntur, verbum Dei & doctrinam veram adulterantes. Iere.23,30. Ioan.10,1.

G.

GAAL opponit ſe Abimelech, Iud. 9,26,35,39.

GABAONITÆ redimunt vitam aſtu quodam, Ioſue 9*. obſidentur, & obſidione liberantur, 10, 5*. Propter ipſos iniuſtè à Saule occiſos ſuſpenduntur filij Saulis, 2.Regum 21,1,6,9.

GABELVS venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob.9,7.

GABRIEL apparet Prophetæ Danieli, Dan.8,16†9,21. Zachariæ ſacerdoti, Luc.1,11. Virgini Mariæ, 1,26.

GAD filius Iacob ex Lia, Geneſ.30,11†35.26.

Gadditæ recipiunt ſuam hereditatem, Num.32*. Deut.3,12. Ioſ 13,24.

Gad Propheta admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1.Reg.22,5. nuntiat Dauidi irã Dei, 2.Reg.24, 11,18.

GAIVS, 1.Cor.1,14. capitur, Actor.19,29. deducit Paulum in Aſiam, 20, 4. hoſpitio eum ſuſcipit, Rom.16,23.

GALGAL, ſiue Galgala, ciuitas Iſrael, Ioſue 4,19. in Galgal circumciditur populus, & celebrat Paſcha, 5,2,7,10. egreditur inde ad liberãdos Gabaonitas, 10,7. reuertitur, 10,43.

GALILÆA recipit Chriſtum, Ioan.4,45. in Galilæa incipit Chriſtus prædicare, Mat.4,12. Actor.10,37.

GAMALIEL vir peritus Legis, Actor.5,34†22,3.

Gamaliel dux Manaſſitarum, Num. 1,10.

GAVDERE & lętari honeſtè licet, 1.Paral 29,9*. 2.Eſd.12,42. Pſal.67,4. Luc.1,14. 1.Theſſ.1,6†5,16.

Gaudendum non eſt more Gentilium, Eccleſ.2,2†7,3. Oſee 9,1. Amos 6,8. Prou.2,14. Iacob.4,9. Gaudium in perſecutione, Matth.5,12. Act.5,41†20,24. Rom.5,3. Col.1,24. Heb.10,34†11,25.

Gaudium ſpiritus, Luc.10,21. Rom.12,12†14,17. Gal.5,22. Phil.4,4. 1.Theſſ.5,16.

Gaudium ſalutis æternæ, Iſaiæ 25,18†26,1†33,20†65,12. Sap.3,1,7. vide Beatitudo.

GEDEON dux & iudex in Iſrael, Iud.6*. †7*. †8*.

GEMITVS quis probandus, quis improbandus, Exod 2,24. Ezech.9,4. Tob.3,1. 2.Mach.6,30. Rom.8,22. Iac.5,9.

GENTIVM vocatio, Geneſ.49,10. Num.24,17. Deut.32,43. 2.Reg.23,44,50. 3.Reg.8,41. Pſal.2,8†21,28†67,32†71,8,17†85,9†86,4. Iſaiæ 2,2†11,10†19,18†25,7†27,13†29,17†35*†41,25†43,5†45,14†49*. †51,5†54*. †55*. †56,3,6†60,3,9†65,1†66,19,20. Ierem.9,24†12,16†16,19. Oſee 2,1,24. Ioel 2,28. Mich.4,2. Soph.3,9. Zach.2,11†8,20†9,10. Mat.2,1,7†8,11†21,31,43†22,8. Ioan.10,16. Actor.8,26,30†10*. 1.Cor.9,12,13. Epheſ.2,10.

Gentilium mores non ſunt nobis imitandi, Leu.18,3†20,23. Ierem.10,2.

GENV omne flectendum Domino, Pſal.21,30. Iſa.45,23. Rom.14,11. Phil.2,10.

GERSON filius Leui, Num.3,17. Gerſonitarum miniſteriu m,3,25†4,22.

GIESI miniſter Eliſei, 4.Reg.4,25. fit leproſus, 5,26.

GLADIVS non cuiuis permittendus, Mat.26,51. Mar.14,47. Lu.22,49. Io.18,10.

Gladius ſpiritus eſt verbum Dei, 4.Eſdr. 13,9,27. Iſa. 11,4†27,1†31,8†49,2†66,16. Epheſ.6,17. Hebr.4,12. Apoc.1,16†2,16† 19,15. 2.Theſſ.2,8.

GLORIA Dei in omnibus quærenda, Ioſ.7,19. Pſal.115,1. Mat.6,9. Io.9,24†17, 4. Actor.3,12†12,23. 1.Cor.6,20†10,31. Phil.1,20. Col.3,17. Tit.2,10. quære Honor.

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

GODOLIA filius Ahicam gladio interimitur, 4.Reg.25,25. Iere.41,2.

GRATIA in Scripturis accipitur pro beneficio, Ruth 2,20. 2.Reg.2,6†15.20. Pro.4,9. Eccli.7,37†29,20. pro fauore, Gen. 6,8†18,3†19,19†39,21. Exod.12,36. Tob. 1,13. Eſther 2,17. Prou.13,15. Eccli.4,25. Dan.1,9. Act.2,47†4,27†15,9. pro præmio quod à Deo expectatur, Pro.1,9†12,2. 2. Mach.12,46. Luc.6,33. 1.Pet.2,19. pro dono aliquo gratis dato, Eſther 15,17. Pſal. 44,3. Prou 3,22†16,23†22,11. 1.Cor.12*. Epheſ.4,7. 1 Pet.4,10. pro dono ſupernaturali Deo gratum faciente, Pſal.83,12. Luc 1, 28†2,40. Ioan.1,15 Ro.1,7. 1.Cor.16,23. 2.Cor 1,12. Gal.5,5. Hebr.13,19. Iac 4,6. pro re grata, pulchra, accepta, & amabili, Prou.31,30 Eccl.10,12. Eccli.7,21†11,19† 26,16,19†40,22. Luc.4,22. Eph.4,29.

Gratiæ donum quam ſit occultum, & reconditum, quodq; nemo facile illud ſibi arrogare debeat, Iob 9,20,21. Pſal.2,11†18,13 †142,2. Prou.14,12†20,9 Eccleſ.9,1,2,12. Eccli.5,5. Ier.17,9 1.Cor.4,4. 2.Cor.10,14 †13,5. Galat.6,3. Philip.2,12. 1.Petri 4,18. 2.Pet.1,10. 1.Ioan.4,1.

Gratia qua quis hominibus gratus eſt, etiam illa a Deo eſt, Exo.3,21†11,3†12,36 4.Regum 25,27. 2.Eſd 2,8. Pſalm.105,46. Ier.40,2,3,4. Dan.1,9. Tob.1,13. Act.24, 23†27,3†28,19.

Gratus animus erga Deum & homines commendatur, Gen 4,3†8,20†14,21,†23 †24,48†26,25. Exo.15,1 Leuit.23,6. Num. 15,17†31,48. Deu.4,9†6.5 Iud 5,1. 1.Reg 2,1†14,35†31,11. 2.Regum 10,2†19,33. 3 Reg.2,7. 1.Par.29,10,20. 2.Par 15,11†20. 26 Eſther 6*. Tob.9,1†12,1,7. Eccli 7,2 †32,28†35,13. 1.Mach 4 24†5,54. 2.Mach 3,33. Matth.11,25. Marc.5,10. Luc.18,43. Ioan 11,40. Actor.4,21†27,35. Rom.6,17. 2.Cor.6,1. Eph.5,19. Phil.4,6. Col.2,7†3, 15. 1.Theſſ.5,18. 2.Theſſ 1,3. 1.Tim.4.3

Gratiæ agendæ ante & poſt cibum ſumptum, Deu.8,10 1.Reg.9,13. Iſa.62,9. Mat 14,19†15.36†26,25. Mar 6,41†8,6†14,22. Luc.9,16. Ioan.6,11,23. Act.27,35. Rom 14,6. 1.Cor.10,30. 1.Tim.4.3.

GVLA, vide Ebrietas, & Ciborum luxus

H.

HÆRETICOS & infideles relinquit Deus ad iuſtorum probationem, Iud.3,1. 1.Cor.11,19.

Hæretici iam inde a temporibus Apoſtolorum extiterunt, 1.Tim.1,20. 2.Tim 2,18 1.Ioan.2,18. 2.Ioan.7. Apoc.2,15.

Hæreticos futuros etiam noſtris temporibus prædictum eſt, Mat.24,5,24. Ioan.5 43. 1.Tim.4,1. 2.Tim.3,1. 2.Pet.2,1†3,3 Iudæ 18.

Hæreticorum mores & doctrina, ibid.

Hęretici vitandi, Deut.13,1. Matth.7,15. Rom.16,17. 2.Timoth.2,17†3,5. Tit.3,10. 2.Theſſ 3,14. Ioan.2,10.

Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc.2,14.

Hæretici tollendi è medio, Deu.13,5†18, 20. 3.Reg.18,40*. 4.Reg.10,25*.

Hæreſis, fornicatio ſpiritalis: vide Fornicatio.

HASAEL famulus Benhadad regis Syriæ, 4.Reg.8,11,15. iuxta mandatū Domini, 3.Reg 19,15. percuſſit Iſrael in vniuerſis finibus ſuis, 4.Reg.20,32†12,17†13,3. quemadmodum prophetatum eſt, 4.Regum 8,11,13. moritur, 13,24.

HELIAS vir piloſus, & zona pellicea cinctus renibus, 4.Reg.1,8.

Heliæ orationis efficacia, 3.Reg 17,1. Iacob.5,17,18. alitur miniſterio corui, 3.Reg. 17,2. excitat puerum mortuum, 17,19. occidit prophetas Baal, 18,40. fugit Iezabel 19,3. mittitur in Damaſcum, vt vngeret Hazael regem Syriæ, 19,15. mittitur ad Achab, 21,17. ad Heliam miſſi principes quinquagenarij cum ſuis, igne cælitus demiſſo conſumuntur, 4.Reg.1,10. aſſumitur per turbinem in cælum, 2,11. apparet in transfiguratione Domini, Mat.17,3. Luc.9,30.

HELIODORVS a cubiculis Seleuco, tentat theſaurum templi auferre, 2.Mach.3, 7,13. ponitur a Deo, 3.24.

HELISÆVS: vide Eliſeus.

HERODES Aſcalonita occidit innocentes pueros, Mat.2,16. & moritur, 2,19.

Herodes Antipas filius Herodis, tetrarcha Galilææ, Luc.3,1. occidit Ioannē Baptiſtam, Mat.14,9.

Herodes & Pilatus morte Chriſti inter ſe reconciliantur, Luc.23,12. Actorum 4,27

HERVS & Hera: vide Dominus & Domina.

HESRON filius Phares, Geneſ.46,12. Mat.1,3. relinquit poſt ſe Aram, & appellatur Iephonne, 1.Par.4,15.

HESTHER fit vxor Aſſueri, Eſther 2*. precibus ſuis apud Aſſuerum latam de Iudæis vno die occidendis ſententiam reuocat, Eſther 8,3,8.

HIEREMIAS: vide Ieremias.

HIERVSALEM: vide Ieruſalem.

HOLOFERNES dux Nabuchodonoſor mittitur contra Iſrael, Iudith 2,4. blaſphemat Deum, 6,1.

obſidet Bethuliam, 7,1. proprio gladio ceruix ei præciditur, 13,8.

caput eius conſpiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14,1. totus Aſſyricus exercitus ſe in fugam dedit, 15,1.

HOMO creatus eſt ad imaginem Dei, Gen.1,26†2,7†5,1†9,6. Sap.2,23. Eccl. 17,1. Iob 10,8. Pſal 118,73. Iac 3,9.

Homo maledicitur, Gen.3,17.

benedicitur in Chriſto, Gen.12,3†22,18. Gal.3,8.

Hominis regeneratio, Mat 18,3. Ioan.1, 13†3,3,6†4,14†7,31. 1.Cor.4,15 Gal.4,19. Epheſ.4,22. Coloſſ.3,8. Tit.3,5. 1.Pet.1,23 †2,2. Iacob.1,18.

Homo puluis & lutum, Geneſ.2,7†3,19 †18,27. Eccl.12,7. Eccli.17,1†18,8†41,13. Iob 4,19†10,8†34,15. Pſal.77,39†102,14† 143,4. Iſaiæ 40,6.

HOMICIDIVM, latrocinium, & ſanguinis effuſio, Geneſ.4*.†9,6†37,18. Exod.2,12†20,13†22,2. Leu.24,21. Num 35,7*. Deuter.5,17†19,4,11†21,1†27,24. Ioſ 20,3. Iud.9,5. 1.Reg.18,17. 2.Reg 3,27 †4,7,12. 3.Reg 2,5,25,34,46. 4.Reg.14,5 †21,16 Prou.6,17†28,17. Eccli.34,25,2*. Thren.4,13. Ezech.11,6†22,2†24,6. Oſee 4,2. Mat.5,21†19,18†23,34†26,51. Ioan 8,44. Roman.13,9. Gal.5,21. 1.Ioan 3,12. Apoc.13,10.

HONOR qui ab hominibus proficiſcitur, non magni faciendus, Num.16,1. Iud.9, 2. 1.Reg 10,27. 2.Reg 15,1. 3.Reg.1,7. Eſth.3,1*.†6,6. Eccl.9,16†10,29,30. Iere.9, 23. Matth 6,1†8,4†9,30†17,9†20,21,26. Marc.1,44†5,43†7,36†8,26†9,8†10,35, 43. Luc.22,24. Ioan.6,15†8,50†12,43. Act. 10,26†14,14. Gal.6,2. Phil.2,3. 1.Theſſ.2,6. 1.Pet.5,3. 3.Ioan.9. Apoc.19,10†22,9.

Honor Dei, quære Gloria.

Honorandi parentes, vide Parentes.

HOSPITALITAS commendatur, Iſaiæ 58,7. Mat.25,36. Luc.14,13. Rom.12,13. 1.Tim.3,2. Tit.1,8. 1.Pet.4,9. 3.Ioan.5,9. Heb.13,2. Iac 1,27.

Hoſpitalitatis exempla, Geneſ.18,3†19,2 †24,31. Ioſue 2*. Iud.13,15†19.4,9. 3 Reg. 17,10,17. 4.Reg.4,8. Iob 1,4†31,17. Tob. 2,1. Lucæ 10,38†19,6. Act.16,15†28,2,7.

Inhoſpitalitas, Iud 8,5†19,18. 1.Reg.25, 9,14. Sap.19,13.

HVMILITAS Deo grata eſt, Geneſ. 18,27†29,31†41,40. Iud.6,15 1.Reg.1*. †2,1,8†7,9,10. 2.Reg.6,16,21. 2.Par.12,6, 8†32,26†33,12†34,26. Pſal.33,19. Pro.11, 2†16,19†18,12†22,22†25,7†29,23. Iſaiæ 37,1†57,15†66,2. Iere.1,6. Ionæ 3,5. Eccli. 3,18†7,19. Iudith 4,7,11†9,16. Mat 3,11† 5,3†8,8†11,20†15,27†18,4†20,26†21,5† 23,7,11. Marc.9,34†10,43. Luc 1,48†9,42 †14,7,11†15,19†18,11†22,26. Ioan.13,4. Actor.10,26. Rom.11,20†12,16. 1.Cor.4, 6†15,8. Phil.2,3. Coloſſ.3,12. Heb.11,24. 1.Pet 5,5. Iac.1,9†4,10. Apoc.4,1†19,10.

HYMENAEVS pſeudoapoſtolus, 2.ad Tim.2,17.

HYPOCRISIS, 1.Regum 15,11*.†18*. 2.Regum 15,2,7. 4.Reg.1,6,9. Iob 8,13† 13,16†15,34†20†27,8†36,13. Pro.30,13. Eccli.1,26†19,24. Iſaiæ 29,13†58.2. Ierem. 9,8. Ezech.33,30. Mal.3,13. 2.Mach.6,24. Mat.2,7,16†6,2,16†7,5†15,7†16,3†22,18 †23*.†24,51. Mar.7,6. Luc.11,44†12,1,56† 18,11. Act 5,1†8,18†12,8. Ro.2*. Gal.2,13 1.Ti.4,2. 2.Ti.3,5. 1.Theſſ.5,22. 1.Pet 2,1.

I.

IABES in Galaad opprimitur ab Iſrael, Iudic.21,10. obſidetur, 1.Reg.11,1. viri Iabes Galaad exhibent miſericordiam Sauli, & filio eius, 31,12.

IACOB filius Iſaac naſcitur, Geneſ.25, 23. emit a fratre Eſau primogenita, Geneſ. 25,31. præripit Eſau benedictionem, 27,5*. proficiſcitur ad Laban, 28,10. videt ſcalam, & vouet votum, 28,12,20.

ſeruit Laban pro duabus filiabus, 29,18.

reuertitur in patriam, 31,17.

luctatur cū angelo, 32,24. vocatur Iſrael, 32,27†35,10. 3.Reg 18,31. mittit filios in Ægyptum, 42,1.

migrat cum tota ſua familia in Ægyptum, 46*. Deuter.10,22. filios Ioſeph adoptat in ſuos, 48,5,8.

benedicit duodecim filiis, & moritur, 49, 33. ſepelitur cum patribus ſuis in terra Chanaan, 50,4,7. ſecundum promiſſionem, 47, 29. & ſecundùm mandatum, 49,29. commendatur, Eccli.44,24. vide Iſrael.

Iacobus Zebedæi filius vocatur, Matth.4, 20. occiditur, Act.12,2.

IEBVS appellatur Ieruſalem, Ioſ.15,8. Iudic.19,10. 1.Par.11,4.

Iebuſæos expugnare non poterat Iſrael, Iudicum 1,21. ſuperantur tamen à Dauid, 2 Reg.5,8.

IEHV filius Hanani prophetæ arguit regem Ioſaphat, 2.Par.19,2.

mittitur ad Baaſa regem Iſrael, 3.Regum 16,1,7.

Iehu filius Ioſaphat filij Namſi vngitur vt rex eſſet Iſrael, ad delendam domum Achab, 4.Reg.9,1,6.

iuxta præſcriptum, 3.Reg.19,16.

occidit Iezabel, 4.Reg.9,30,33.

occidit ſeptuaginta filios Achab, 10,1. iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda, 10,14. perdit ſeruos Baal, 4.Reg.10,17,25. moritur, 10,35.

IEIVNIVM, & ieiunandum eſſe, Ioel.2,12. Tob.12,8. Mat.6,16. Marci 2,20. Luc.2,36†5,35. Rom.13,13. 1.Cor.7,5. 2.Cor 6,5†11,27. Act.13,2,3,14,22. Eph. 5,18. 1.Theſſ.5,6. Tit.2,2. 1.Pet.1,13†5,8. vide Quadrageſima.

Ieiunij meritum, Ier.35,14,19 Ionæ 3,7, 9,10. Iudith 4,8†8,6. Matth.17,21†6,17. Lucæ 2,37.

Ieiunatur pro mortuis, 1.Regum 31,13. 2.Reg.1,12†3,36. 1.Par.10,12.

Ieiunij exempla, Exo.24,18†34,28. Deu. 9,9,18. Iud.20,26. 1.Reg.7,6†31,13. 2.Reg. 3,35†12,16. 2.Par.20,3. 1.Eſd.8,21. 2.Eſd. 1,4. Eſth.4,3. Pſal.34,13. Ier.36,9. Dan.10, 3. Ionæ 3,5. Iud.4,7†8,5. Tobiæ 3,10. Mat.

4,2†9,14. Luc.2,37†5,33. Actor.10,30†13,3†14,23.

Ieiunium indictum à rege Saule, 1. Reg. 14,24 à Ioſaphat, 2. Par. 20,3. à Niniuitis & eorum rege, Ionæ 3,5,7. ab Eſdra, 1. Eſd. 8,21. ab Eſther & Mardochæo, Eſther 4,16. vide Abſtinentia.

IEREMIAS Propheta ex Anathoth, Ier. 29,27. vocatur, & à Deo mittitur, 1,4.

Ieremias perſecutionem patitur, Iere. 18,19†20,1†26,7†33,1†37,12†38,4,7.

Ieremias inuenit gratiam apud Nabuchodonoſor, Ierem. 39,11.

Ieremias vinculis ſoluitur à Nabuzardan, Ierem. 40,1.

Ieremias luget Ioſiam, 2 Par. 35,25.

IERICHO expugnatur & exuritur, Ioſue 6,10,24. reædificatur ab Hiel, 3. Regum 16,34. appellatur ciuitas Palmarum, Deut. 34,3. 2. Par. 28,15.

IEROBOAM filius Nabat, ſeruus Salomonis, fit inimicus Iſraeli, 3. Reg. 11,26. 2. Par. 13,6. fit rex decem tribuū, 3. Reg 12,20. iuxta verbum Ahiæ, 11,29. erigit duos aureos vitulos, & falſum cultum Dei, 12,28,31. idque punitur & exprobratur, 14,7†15,25†16,19,26. 4. Regum 3,3†10,29,32†13,2,6,11†14,24†15,9,18,24†17,22†23,15.

manus eius exareſcit, 3. Reg. 13,4.

curatur, 13,6. moritur, 14,20. tota eius domus perditur, 15,29. iuxta quod prędictū fuerat, 14,10. cōtra Ieroboam, Amos 7,10.

Ieroboam filius Ioas fit rex Iſrael, 4. Regum 13,13†14,16. moritur, 14,29.

IERVSALEM expugnatur à filiis Iudæ, Iudic. 1,8. eligitur à Deo in habitaculum, 3. Reg 8*. 2 Par 6,2†7,16.

Ieruſalem appellatur Iebus, Ioſue 15,8 Iudic 19,10. 1. Par. 11,4.

Ieruſalem appellatur Salem, Pſal. 75,3.

Ieroſolymam quæ tribus Iacob inhabitauerint, 1. Par. 9,3. 1. Eſd. 11,1.

Ieruſalem obſidetur à rege Syriæ & Iſraelis, 4. Reg. 16,5. à rege Nabuchodonoſor, 4. Reg. 24,10†25,1.

Ieruſalem exuritur, & euertitur, 4. Regum 25,9. iterum excolitur & reparatur, 2. Eſd. 3*. †6,15.

contra Ieruſalem & eius ciues, 4. Reg. 21,12†23,27. Iſaiæ 1,6†3,1†22,1,5†29,1,7†65,2. Iere. 4,3,9†7*. †13*. †17,19†19,3,6†21,3†23,39†25,8†32,3,26†34,1†38,3†39,8. Ezech. 3,6†4*. †5*. †10,2†15*. †21,6†22*. †23*. Soph. 3,1.

Ieruſalem deſtruēda per Romanos, Dan. 9,26. Zachar. 14,1. Matth. 24,1,15. Luc. 13,35†19,41†20,16†21,6. Ioan. 11,48.

Ieruſalē ſpiritualis, Eccleſia ſancta, Pſal. 12,1,3. Iſa. 33,20†54,11†60*. †62,6†65,16,18. Tob. 13,19. Baruch 5,1,7. Galat. 4,26. Heb. 11,10†12,22. Apoc 3,12†21,2,10.

IEZABEL impia, impij Achab coniunx, 3. Reg. 16,31†21,5,7.

occidit Prophetas Domini, 18,4,13. minatur Heliæ prophetę mortem, 19,2. à canibus dilaceratur, 4. Reg. 9,33. iuxta verbum Heliæ prophetæ, 3. Reg. 21,23.

ILLVMINATI dicuntur Baptizati, Hebr. 6,4.

IMAGINES iuſſit Deus fieri, Exod. 25,18*. Num. 21,8*.

Imagines fecit Salomon, 3. Reg. 6,35†7,25,29,36†10,19. 2. Par. 3,10,14†4,3.

Imaginum vſus, Num. 21,8. Sap. 16,6. Ioſue 2,26*. de altari in teſtimonium & memoriam extructo.

IMMISERICORDIA, & eius punitio, Exod. 1,12. Deu. 13,3. Iud. 8,6,15. 1. Reg. 25,15,38. Iob 20,19. Prou. 21,10. Eccl. 12,13. Amos 1,6. Mat. 18,30,34†25,42. Luc. 16,21,23. Iacobi 2,13.

IMPATIENTIA, & eius punitio, Exod. 14,11†15,24†16,2,7†17,2. Nu. 11,10†14,1,26†21,5. Iob 3,1. Prou. 12,16. Eccl. 2,16.

IMPIORVM dicta, facta, & cogitata contra pios, Sap. 2*. Pſalm. 9†. 10*. 11*. 13*. Prou. 4,14.

Impiorum proſperitas, Iob 10,3†21,7,10. Pſal. 72,2,8†91,8. 4. Eſd. 3,28,31. Ierem. 12,1. Habacuc 1,13. 2. Mach. 6*.

Impiorum proſperitas bonis admirationem parit, Iob 21,7,13. Pſalm. 72,2. Eccleſ. 7,16. Ier. 12,1. Habac. 1,13. Malach. 3,15.

Impij incidunt in mala quæ pijs pararūt, 1. Reg. 17,42†31,4. Eſther 7,10. Pſal. 7,16†9,16†34,8†36,14. Prou. 26,27. Eccl. 10,8. Iſa. 33,1. Iere. 48*. Dan. 3,22†6,24†13,62. Eccli. 27,28*. Iudith 13,4. Apoc. 18,6.

Impij incidunt frequēter in malum quod timent, Iob 6,16. Pro. 1,26†10,24. Iſa 66,4.

Impiorum ſubita & improuiſa punitio, diſperſio & euerſio, Gen. 7,21†14,15†19,24†34,25. Exod. 14,24. Leuit. 10,2. Num. 11,33†16,31. Ioſ. 10,9†11,7. Iud. 4,20†7,12. 15,21†8,11†16,28. 1. Reg. 30,16. 2. Regum 13,28 3. Reg. 16,2†18,40†20,13,19. Iob 4,8†5,3†8,13†15,20†18*. †20*. †27,14†36,12. Pſal. 1,5†36*. Prou. 1,27†6,15†10,25†12,7. Iſaiæ 5,24†47,9. Ier. 15,8. Dan. 5,30. 1. Mach. 2,62†4,3. Matth. 24,38. Lucæ 12,20,46†16,23,25†17,27,29. 1. Theſſ. 5,3.

Impiorum punitio bonis eſt ad timorem & cautionem, Deut. 13,11†17,18†19,20†21,21. Prou. 19,25†21,11. Eccli. 23,37. Act. 5,11. 1. Tim. 5,20.

Impios deridebit Deus, Pſalm. 2,4†36,13†58,9. Prou. 1,26. Sap. 4,12.

IMPOSITIO manuum varia in Veteri teſtamento, Gen. 48,14. Exod. 29,10. Leu. 1,4†3,2. Nu. 27,23. Dan. 13,34. Mar. 10,16.

Impoſitio manuū in Sacramento Ordinis & Cōfirmationis, Act. 6,6†8,17†13,3†19*. 1. Tim. 4,14†5,22. 2. Tim. 1,6.

IMPVDICITIA contra naturam, Geneſ. 19,5†38,7. Leu. 18,22†20,13. Iud. 19,22,30. Rom. 1,27. 1. Cor. 6,10. Epheſ. 5,12. 1. Tim. 1,20. 2. Pet. 2,7,8.

INCANTATIONES & maleficia, Exodi 7,11†8,18†22,18. Leuit. 19,31†20,6,27. Nu. 23,23. Deut. 18,10. 1. Reg. 28*. 4. Reg. 17,17†21,6. Iſa. 2,6†44,25†47,13. Iere. 10,2. Dan. 2,2,10. Mich. 5,11. Acto. 8,8†13,6†16,16†19,19. Gal. 5,20. Apoc. 18,23†21,8.

INCESTVS graue peccatum, Leuit. 18,6,7†20,11,14. Deut. 22,30. 1. Cor. 5,1,2.

INDVLGENTIÆ, 2. Cor. 2,10.

INFERNVS & damnatio parata diabolo & angelis eius: vide Damnatio

Inferni pœna varia & horribilis, Deu. 32,22. Iob 24,19. Pſal 10,6†20,10†48,15†111,10. Sap. 11,17. Eccli. 21,10. Iſa. 30,33†33,11,13,14†34,9. Ier. 9,15. Malach. 4,1. Mat. 8,12. Luc. 13,27†16,23. Apoc. 14,9†18,7†20,14. numquam terminanda, Iſaiæ 60,24. Mat. 25,41,46. Mar. 9,47. 2. Theſſ. 1,9.

INFIDELITAS: vide Fides.

INFIRMITAS corporalis: vide Ægrotatio.

INGRATITVDO, & eius punitio, Geneſ. 31,1†40,23. Exod. 1,8. Deut. 23,3*. Iud. 2,1†6,8†8,35†12,1. 1. Reg. 10,18†12,8†25,3,10. 2. Reg. 14,30. 2. Par. 24,21. Prou. 17,13. Iſaiæ 1,2†5,4. Ierem. 2,5,6. Ezech. 16*. Oſee 10,1†13,2,6. Mich. 6,3. Sapien. 16,29. 1. Mach. 16,16,19. Mat. 11,20. Luc. 17,18. Ioan. 11,46. Rom. 1,21. 2. Tim. 3,2.

INIMICVS non paſſim contemnendus eſt, 1. Regum 14,14†17,43. 2. Reg. 21,20. 3 Reg. 20*. 4 Reg. 14,8.

Inimico reconciliato non temerè credendum eſt, 1. Reg 24,17†26,21. 2. Reg. 3,26. 1. Mach. 12,24.

INIQVITAS abūdabit, 4. Eſd. 5,2†14,16. Mat. 24,12. 1. Ioā. 5,19. vide Impij & Mali

INNOCENTIA ſua cuiq; tuenda, & malæ ſuſpiciones amouendæ, Ioſ. 22,22. 1. Regum 1,14. 3. Regum 18,17. Ierem. 37,12. Actor. 2,14†6,14†7,2†28,17.

INOBEDIENTIA eiuſque punitio, Geneſ. 3,16,17†19,17,26. Leu. 10,1†26,14*. Nu. 14,28,41†16,31†20,24. Deu. 11,16,28†17,12†18,19,20†27,16*. †28,15*. 1. Reg. 12,15†13,11†15,24†28,16. 2. Regum 6,6. 3. Reg. 11,9†12,15,21†14,17†20,35*. 2. Par. 7,19†26,16,19. Iſa. 24,5. Ier. 11,3,8†13,8†17,27†26,4†35*. Ionæ 1,3. Matth. 17,17. Act. 7,39. Rom. 2,8. Gal. 3,10. 2. Theſſ. 1,8.

INVIDIA & odium, Geneſ. 4,5†26,14†27,41†30,1†37,4,11. Exo. 1,8†20,13. Leuit. 19,17. Num. 12,1†35,20,23 Deut. 19,11. 1. Reg. 18,7,11. Sap. 2,24. Prou. 10,12,18. Ezech. 25,15. Dan. 6,3 Luc. 15,28. Ioan. 12,4. Rom. 1,29†13,13. Gal. 5,15,20. Iac. 3,14†4,2. 1. Pet. 2,1. 1 Io. 3,13,15†4,20.

IOAB filius Saruiæ, 2. Reg. 2,13. confodit Abner, 3,27. reconciliat Abſalonem per Thecuam, 14*. confodit Amaſa, 20,9. confoditur ipſe, 3. Reg. 2,28,34. iuxta mandatum Dauid, 2,5,7.

IOACHAZ filius Iehu, rex Iſrael, 4. Reg. 10,35†13,1.

Ioachaz filius Ioſiæ exuitur regno, & vehitur in Ægyptum, vbi & moritur, 4. Reg. 23,34. captiuitas eius prædicitur, Ezech. 19,4. appellatur Iohanan, 1. Paral. 3,15 poſt ipſum creatur rex frater eius Eliachim, 4. Reg. 23,34.

IOACHIN filius Ioacim fit rex Iuda, 4 Reg. 24,8 ducitur captiuus à Nabuchodonoſor in Babyloniam, 24,12,15. dimittitur ex carcere, & ad honores euehitur, 25,24 appellatur Iechonias, Ier. 37,1. appellatur Neri, Luc. 2,27. ei ſuccedit patruus Matthanias, 4. Reg. 24,17.

IOACIM, & anteà dictus Eliacim, filius Ioſiæ, fit rex Iuda, 4. Re. 23,34. 3. Eſd 1,37 combuſſit libros ſermonum Ieremię, Ier. 36,21. appellatur Melchi, Luc. 3,24. moritur, 4. Reg. 24,1,5. poſt ipſum conſtituitur rex filius Ioachin, 4. Reg. 24,6.

IOANNA vxor Chuſæ ſequitur Chriſtum, Luc. 8,3.

IOANNES Baptiſta filius Zachariæ, Luc. 1,55,59,60. Euangelium regni denūtiat, & baptizat, Mat. 3,2. Mar. 1,4,5. Io. 1,28†3,23,26. veſtitus eius ex pilis camelorū, & victus locuſtæ & mel ſilueſtre, Marc. 1,6. noluit haberi maior quàm erat, Ioan. 1,19,20,26†3,28. mittit diſcipulos ad Chriſtum, Mat. 11,2. capite truncatur, Matth. 14,8. dicitur Helias, Malach. 4,5. Matth. 11,14†17,10 Luc. 1,17.

Ioannes filius Zebedęi vocatur, Matth 4,22. vnicè à Chriſto diligitur, Io. 13,23†19,26†20,2†21,7,20. ſcribit quæ vidit, Io. 19,35†21,24. 1. Ioan. 1,1.

IOAS filius Ochoſiæ ſolus euadit, dum ſenatus regius occiditur, 4. Reg. 11,2. coronatur rex in Iuda, 11,12. occidit Zachariam filium Ioiadæ, 2. Par. 24,21. Mat. 23,35. occiditur à ſuis miniſtris, 2. Par. 24,25. 4. Reg. 12,20. poſt ipſum filius eius Amaſias rex conſtitutus eſt, 1. Par. 3,12. 2. Par. 24,27.

Ioas filius Ioachaz rex Iſrael, 4. Reg. 13,9. pugnat contra Amaſiam, ſubuertit mœnia Ieruſalem, deſtruit templum & moritur, 4 Reg. 14,13,16.

IOIADA Sacerdos iuſſit occidi Athaliam reginam, 4. Reg. 11,15. 2. Par. 24,14 moritur, 24,15.

IONAS prophetat, 4. Reg. 14,25. præcipitatur in mare, Ionæ 1,15. deglutit eum piſcis à Domino præparatus, 2,1. in cuius ventre erat tribus diebus & tribus noctibus, ibid. Mat. 12,40.

IONATHAS filius Saulis proſternit Philiſthæos, 1. Reg. 13,3†14,1,11. liberatur per populum à patre ob mel deguſtatum occidendus, 14,45 ferit fœdus cum Dauide, 18,3†20,8†23,18. cæditur, 31,7.

Ionathas filius Mathathiæ, præfectus militaris Iudæorum, 1. Mach. 9,31. fœdus init cum Demetrio, 10,3,15. capitur, 12,48, occiditur cum ſuis filijs. 13,23.

IORAM filius Ioſaphat rex Iuda, 3. Reg. 22,51. occidit ſex fratres ſuos, 2. Par. 21,4. moritur, 4. Reg 8,24. 2. Par. 21,19.

Ioram rex Iſrael, 4 Reg. 1,17†3,1 procedit contra Hazael regem Syriæ, 8,28. accepto vulnere curatur in Iezrahel, 9,15 moritur, 9,24.

IOSAPHAT filius Aſa rex Iuda, 3.Regum 22,41. mittit qui verum Dei cultum doceant in ciuitates Iuda, 2.Par.17,7. fœdere iungitur cum impio Achab, 18,3. ideoque arguitur à Propheta, 19,2. iungit ſe Ochoſiæ, 2.Par.20,35. moritur, 21,1. habuit ſucceſſorem filium Ioram, 1.Par.3,11.

IOSEPH filius Iacob, Geneſ.30,23. videt ſomnium, 37,5,9. venditur à fratribus Iſmaelitis, 37,26. Pſal.104,17. falsò accuſatur, Geneſ.39,17. mittitur in carcerem, 39,20 †41,14. conſtituitur dominus vniuerſæ Ægypti, 45,40. datur ei filia Putipharis vxor, 41,45. detegit ſe fratribus ſuis, 45,1. moritur, 50,24. oſſa eius transferuntur ex Ægypto, Exod.13,19. ſepelitur in Sichem, Ioſue 24,32.

Ioſeph coniunx B. Virginis Mariæ, Mat. 1,16. fugit in Ægyptum, 2,14.

IOSIAS filius Amon rex Iuda, 4.Reg. 21.24†22°. eius natiuitas prędicta eſt, 3.Regum 13,2. legit librum Legis, 4.Reg.23,2. celebrat Paſcha, 23,21. vulneratur à ſagittariis, & moritur, 2. Paral.35,23,24. 4.Reg. 23,29. lugetur, 2.Paral.35,24. ei ſuccedit Ioachaz, 4.Reg.23,30,34.

IOSVE pugnat contra Amalech, Exod. 17,9,13. mittitur exploraturus terram Chanaan, Num.13,1. eam populo commendat, 14,6. conſtituitur loco Moyſis dux populi, 27,18. Deuter 3,21†31,3,7,14. Ioſue 1,1,6. mittit exploratores, 2,1. tranſit Iordanem, 3,16. erigit duodecim lapides in Galgal, 4,3,8,20. Angelus Domini apparet ei, Ioſue 5,13. benedicit populo, 8,33. aſcendit Ioſue ad liberandos Gabaonitas, 10, 7. Sol & Luna ſteterũt ad imperiũ Ioſue, 10, 12. reuertitur Ioſue in Galgal poſt liberatos Gabaonitas, 10,43. percutit 31. reges, 12°. accipit ſuam portionem in diuiſione terræ, 19,49. moritur, 24,29. Iudic.2,8. commendatur, Eccli.46,1.

IRACVNDIA quantum mali pariat, Gen.4,5. Iob 5,2. Prou.12,16†14,3†15,18 †17,19†19,19†27,3†29,22. Eccl.7,10. Eccli.25,22†28,6,14†30,26. Mat.5,22. Luc.4, 28. Gal.5,20. Eph.4,26. Col.3,8. Tit.1,7. Iac.1,19.

IRÆ alterius cedendum potiùs quàm repugnandum, Gen.27,42. Prou.22,24†29, 22. Eccli.8,19. Mat.2,13.

ISAIAS filius Amos, Iſaiæ 1,1. vocatur, & mittitur, 6,8†49,1.

ISMAEL filius Abrahæ ex Agar naſcitur, Gen.16,15. moritur, 25,17.

Iſmael filius Nathaniæ occidit Godoliam, alioſque Iudæos, Ierem.41,2,6.

ISRAEL appellatur, qui antè Iacob dicebatur: quære Iacob.

Iſrael populus & hereditas Domini, Exo. 3,7†5,1†6,7†19,5. Leuit.30,26. Deuter.4, 20†7,6†9,29†10,15†14,2†26,18†32,9. 1.Regum 10,1†12,22. 2.Reg.7,23. 3.Reg. 8,53. Iſaiæ 19,25†43,1. Iere.13,11.

decem tribus Iſrael ſeparant ſe à domo Dauid, 3.Reg 12,3,9,16. ſecundùm verba Ahiæ prophetæ, 11,29. transferuntur in Aſſyriam, 4.Reg.15,29†17,6. ſecundùm prophetiam Deut.4,26. multi ex Iſrael ſequuntur Leuitas in Ieruſalem, 2.Par.11,13.

Contra decem tribus: vide Samaria.

IVDÆORVM cæremoniæ erant vmbra futurorum, Exod.13,9,14. Numer.15,38. Deut.16,1. Ezech.20,10. 1.Cor.10,1. 2.Cor. 3,13. Heb.7,17†8,5†9,1,10,23†10,1.

Iudæorum quædam certæ conſuetudines, Ge.32,31. Iud.11,40. Ruth 4,7. 2.Par.35,25.

Iudas filius Iacob naſcitur, Geneſ.29,35. neſcius concumbit cum filij ſui vxore Thamar, 38,15. ſpondet pro fratre ſuo Beniamin, 43,9. prædicitur ſceptrum non auferẽdum de Iuda, donec veniat Meſſias. 49,10. Deut.33,7. Iud.1,2. 2.Reg.7,12. 2.Par.6,6.

contra Iudam & Ieruſalẽ, vide Ieruſalem.

Iudas Machabæus eligitur dux fratrum ſuorum, 1.Mach.2,66. pugnat ſtrenuè, 3°. † °. †5°. †7,25. 2.Machab.8,1†10,16°. †11,6†12°. †13°. †14°. †15°. cæditur, 1.Machab.9,17.

Iudas Iſcariotes eligitur in Apoſtolum, Mat.10,4. init pactum cum Phariſæis, Luc. 22,4. prodit Chriſtum, Matth.26,20,46. Marc.14,43. Ioan.18,5. ſecundùm prophetiam, Pſal.40,10†54,14†108,8. Io.6,70†12, 4†13,21°. ſuſpendit ſe, Mat.27,4. Act.1,18.

Iudas Galilæus diſperſus cum ſuis, Actorum 5,37.

Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba Antiochiam mittuntur, Actor.15,22,27.

IVDICABVNT ſancti de hoc mundo, Sap.3,8†5,1. Mat.19,28. 1.Cor.6,2. Iudæ 14.

Iudicium peruerſum, Eccli.11,9. Matth. 7,1†12,7. Luc.6,37†7,33. Ioan.7,24†9,16. Actor.28,4. Rom.2,1†14,4,13. 1.Cor.4,5. 1.Tim.5,21. Iac 4,11.

Iudicium Dei extremum, & quemadmodum Chriſtus in fine mundi iudicaturus ſit, 1.Reg.2,10, &c vide Dies nouiſſimi.

Iudicium debet præcedere deliberatio & cognitio cauſæ, Geneſ.3,11†11,5†18,21 Exod.3,8†23,2. Deuter.13,6†17,9†19,18. Ioſue 7,19†22,13. Iud.20,3,12. Prou 18, 13. Eccli.11,7. Dan.13,51. 1.Mach.7,7.

Iudicium hominum, vide Opinio.

Iudicum officium, & auctoritas, Exod. 18,13,21†21°. †22°. †23°. Leuit.19,15†24. 11,23. Deu.1,13,16†17°. †18,15†25,1†27, 19. Ioſ.7,19. 1.Reg.8,1†12,5. 2.Par.19,6. Eccli.4,50†10,1†42,12. Pſal.81°. Pro.18,5, 19†24,23†28,15. Iſa.5,16†10,1. Ier.5,26. Lu.18,2†23,1,13,23. Io.7,24†8,15. Ia.2,4.

Iudices Iſrael rexerunt circa 350. annos, Actor.13,20.

Iudex vniuerſi mũdi eſt Deus, vide Deus.

IVDITH vidua Bethuliæ diues & honeſta, Iudith 8,1°. prędicit Holoferni caput, 13,10. moritur, 16,28.

IVRARE quatenus liceat vel non liceat, & quam variis modis contingat, Gen.14,22 †21,24†22,16†24,3†25,33†26,3,31†50, 53†42,15†47,31†50,5. Exod.13,19†20,7† 22,11†23,13. Leuit.5,4†19,12. Num.14, 21†30°. Deut.6,13†7,8†10,20. Ioſue 2, 12†6,22†9,15†23,7. Iudic 21,1,7,18. 1.Reg.14,24†19,6†24,23†25,34†28,10† 30,15. 2.Reg.3,35†19,7†21,2,17. 3.Reg 1,13,29†2,8†8,31†19,2. 2 Paralip.6,22† 15,14†36,13. 1 Eſdræ 10,5. 2.Eſdræ 10, 29. Iob 27,1. Pſalm.14,2†23,4†62,12 †88,4†94,11†101,9†109,4. Iſaiæ 14,24 †19,18†45,23†49,18†54,9†65,15. Iere 4, 2†5,2,7†12,16†22,5†44,26†51,14. Oſee 4,15. Amos 6,8†8,7. Soph.1,5. Zach.8,17. Iudith 1,12. Eccli.23,9,17. Matth.5,33†23, 16,18,20,21,22. Heb.6,13,16. Apoc.10,6.

Iurandum non eſt temerè, nec per cælum, nec per terram, nec per aliquid quod in iis eſt, Matth.5,34. Iac.5,12.

IVSTI verè in hac vita, Luc.1,6†15,7. Ioan.8,36†17,17,19. 1.Cor.6,11. Heb.12, 23°. 2.Pet.2,7. 1.Ioan.3,1,7. Apoc.3,4†14, 5. vide Peccatum.

IVSTITIÆ ſumma perfectio non habetur in hac vita, in qua ſine peccato non viuimus, Geneſ.6,5†8,21. Exod.34,7. Num. 14,18. 3.Reg.8,46. 2.Par.6,36. Iob 4,17†9, 1,15,20†25,4. Pſalm.13,1†50,7†52,1†129, 3†142,2. Pro.20,9. Eccl.7,21. Iſa.64,4. Ier. 2,19,20†30,11. Mich.7,2. Nah.1,3. Sap.12, 10. Mat.6,12 Luc.17,3,10 Ro.3,9,13†7°. Gal 3,22. Eph.2,3. 1.Io.1,8. vide Peccatum.

Iuſtitia noſtra eſt per Chriſtum & primã iuſtificationem, peccatorumq; remiſſionem nulla præcedũt merita, Gen.15,6. Iſa.45,25 †53,8,13. Ier.23,6†33,16. Dan.6,22. Habac. 2,4. Zach.9,11. Act.10,43†13,39. Ro.1,17 †3,22,24†5,1,18†10,4,10 1.Cor.1,30. Gal. 2,16†3,11†5,5. Phil.3,9. Tit.3,7. 1.Pet.3,18.

IVSTIFICATIO qua quis ex iuſto fit iuſtior, aſcribitur bonis operibus, Eccli.18, 22. Rom.2,13. Iac 2,21,24. Apoc.22,11.

Iuſtificatio impij non ſolùm fidei adſcribitur, ſed etiam aliis virtutibus, vt Spei, Rom. 8,23. Charitati, Exo.20,6 Prou.10,12. Luc 7,47. 1.Cor.13,4. Gal.5,6. 1.Pet.4,8. 1.Ioan. 4,7,8,9. Timori, Eccli.1,27,28. Pœnitentiæ operibus, Sap.11,24. Ezech.18,21,22. Mat. 3,2,8. Luc.7. vbi ponitur exemplum Magdalenæ, 15. exemplum filij prodigi, 18. exemplum Publicani.

L.

LABAN hoſpitio excipit famulum Abrahæ, Gen.24,32. mercede conducit Iacob, 29,14,20. perſequitur Iacob, 31,22.

LABOR & dolor communis omnibus hominibus, Geneſ.3,17. Exod 20,9†34,21. Deut.5,13. Tob.2,19. Pſal.127,2. Prou.6,6 †10,4†14,4†20,4. Eccleſ.5,11. Eccli.29,19. Ioan.21,3. Actor 18,3†20,34. 1.Cor.4,12. Eph.4,28. 1.Theſſ.2,9†4,1. 2.Theſſ.3,8,12.

Labor non ditat ſine Dei benedictione, Gen.3,17†26,3,12†30,27. Deut.8,18. Iob 42,12. Prou.10,22. Eccli.11,6.

Laboranti merces debetur, Leuit.19,13. Deu.24,15†25,4. Tob.4,15. Eccli.7,22†34, 25,26 Ier.22,13. Mal.3,5. Mat.10,10. Luc. 10,7. 1.Cor.9,9,14. 1.Tim.5,18. Iac.5,4.

Laboris manuum & agriculturæ laus & vtilitas, Prouerb.12,11†13,4†14,23†24, 27†28,19.

LACHIS traditur in manus Iſraelis, Ioſue 10,32. extruitur, 2. Paralipom. 11,9.

Laici ne ſe ſacris præter officium miſceant, Leuitic.10,1°. Num.1,51†3,10. nec vaſa ſacrata temerè contingant, Num.1, 51†4,15,19,20†18,7. 2.Regum 6,6. 2.Paralip.26,18.

LAIS oppugnatur à Danitis, expugnatur, ædificatur, & appellatur Dan, Iudith 18,27. appellatur Leſen, Ioſue 19,41.

LAVDANDVS Deus ante & poſt ſumptum cibum, Deuter.8,10. vide Gratia.

Laudare Deum pro merito non poſſumus. Pſalm.95,4†105,2†118,164†144,3. Eccli.43,2,32.

Laudes Deo canendæ, Pſalm.46,2†146, 7†149,1. Iſa.12,4. Eph.5,19. Coloſſ.3,16 Heb.13,15. Iac.5,13.

LAZARVS iacet ante oſtium diuitis epulonis, Luc.16,20.

Lazarus ſuſcitatur à morte, Ioan.11,43. perſecutionem ſuſtinet à Iudæis, 12,10.

LEBBÆVS cognomine Thaddæus diſcipulus Chriſti, Matth.10,3. appellatur Iudas filius Iacobi, Lucæ 6,16.

Lepra quomodo cognoſcatur, Leuit. 13°. 14°.

Lepram mittit Deus propter peccatum, Exod.4,4. Num.12,8. 4.Reg 5,1,27†15,5. 2.Par.26,16,19,21.

Lepra mundatur, Exod.4,7. Numer 12,15. 4.Regum 5,14. Matth.8,2. Lucæ 17,14.

Leproſorum ſegregatio, Leuit.13,49. Numer.5,2. 4 Reg.15,5.

LEVI naſcitur, Gen.29,34.

occidit cum fratre ſuo Simeone Sichemitas, 34,25. punitio illius facti, 49,5.

Leuitarum habitatio, ius, & debita vitæ ſuſtentatio, Leuit.10,12†25,32. Num.18, 21,24†35,2,7. Deut.10,8†12,12,19†14. 27†18,1†26,11. Ioſue 13,14,33†18,7†21°. 2.Eſdræ 10,33,37†13,10. Ezech.48,13. Eccli.7,32.

Leuitarum miniſterium & officiũ, Num. 1,49†3°. †4,1†8°. †18,2,23. Deuter.10,8. Ioſ.3,6. 1.Paral.6,31°. †9,14°. 2.Par.19,8. Ezech.44,11.

Leuitas aſſumit ſibi in miniſterium Deus pro primogenitis Iſraelis, Num.3,12,40°. †8,16.

Leuitæ puniunt peccatum erecti vituli, Exod.32,26.

Leuitæ expelluntur ex Iſrael, 2.Paralip. 11,14.

Lex prima,& præceptum datur, Geneſ. 2,16. violatur,3,4,6.

Lex decem mandatorum datur Moyſi, Exod.20°. Deut.5°.

Legis tabulæ dantur, Exod.31,18. Deut. 5,22.franguntur, Exod.32,19. Deut.9,17. dantur aliæ tabulæ,Exo.34,27. Deut.10,1.

Legis natura,officium & operatio, Rom. 3,20† 4,15†5, 20†7,1,7.Gal.3,19. 1.Tim. 1,8. Heb.7,18,27.

Legem Dei ſine ſpiritu eius non poſſumus implere, Deut.5,29.Pſal.118,24.Lucæ 18,22. Actor.15,10. Rom.8,2.

punitio vel merces eorum, qui Legem Dei præuaricantur,vel obſeruant: vide Obedientia,& Inobedientia.

Legis cærimoniæ abrogantur per Chriſtum,Matth 11,13. Marc.15,38. Actor.13, 38†15,11. Rom.6,14†7,4†8,3. Galat.3,13 †4,5. Epheſ.2,13.Col.2,14.1.Pet.1,11,18.

Lex legitur,Deut.1,5†31,9,11. Ioſ.8,31. 4.Reg.23,2. 2.Eſdr.8,8†9,3. 3.Eſd 9,39. 2.Mach 8,19,23.

Lex noua Chriſtianorum conſiſtit potiſſimum in Charitate, Matth.5,44†7,12†22, 36.Ioan.13,34. Rom.13,10. Gal.5,14†6,2. 1.Tim.1,5.

LIA nubit Iacob patriarchæ,Geneſ.29, 21. gignit ei multos liberos,29,31.

LIBER vitæ, Exod.32,32. Pſalm.68, 29. Phil.4,3. Apoc.3,5†20,12†21,27.

LIBERVM arbitrium etiam poſt lapſum in homine manſit, Geneſ.4,7. Deut.30,19. Ioſ.24,15 Pſal.26,9. Sap.9,10. Eccli.15,18 †31,10. 1.Cor.3,9†7,37.

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei,1.Reg.7,3. 2.Paral.12,14. Pſalm.9,17 †72,13.Prou.16,1,5,9. Eccli.2,20.Iſa.1,16, 17,18†40,3†46,8†55,6,7. Ierem 3,1,12, 22†4,3,4,14†7,3†.8,8, 11†25,5†26, 13† 32,15.Ezech.18,21,22,27,28,30,31†,3,14. 15,16,19.Zach.1,3.Malac.3,7.Matth.3,2,3 †11,35†12,28 Marc.1,3.Luc.3,4. Ioã.1,23 †7,37. Actor.13,19†8,22†9,6. Rom.10, 13. 1.Cor.3,9†15,10. 2.Cor.7,1. Epheſ 5, 14. Phil.2,12, 13†4,13. Col.1,29†3,9,10 1.Tim.4,16.2.Tim.2,21. Heb 4,16†12,12, 13 Iac.4,8.1.Petr.1,22.1.Io.3,3.Apo.3,20.

Libertas Euangelica, Ioan.8,32. Rom.6 18† 8,2,21. Galat.5,13. 1.Pet.1,18†2,16°. 2.Pet.2,19.

Libertas praua, & improbanda, Iob 11, 12. Iere.34,15. Oſee 7,16. 2.Pet.2,18.

à LINGVA mala cauendum, Leuitic 19,16.Iob 5,21. Pſal.51,4†139,4,12†140, 3. Prou. 4,24†10, 18†11, 9†12,13, 19†15, 2†16, 27, 28†17, 20†18°. †20, 19†21, 23 †26, 20†30,11. Eccleſ.1,2.Sap.1,11. Eccli. 5,16†25,12†28°. 1.Cor.15,33. 1.Petr.2,1. Iac 1,19†3,5,8†4,11. vide Detractio.

Lingua diſcretè moderanda, Prou.10,19 †12,14†13,2,3†17,27†18,21†21,23. Eccli.14,1†20,7†22,33†23,17. Matth 12, 36.Luc.6,45. Iacob 1,19†3,2. 1.Pet.3,10. vide Loquenda.

LOBNA occupatur, Ioſ.10,29.deficit à Iuda,4. Reg. 8,22. oppugnatur ab Aſſyriis, 19,8.

LONGANIMITAS: vide Patientia.

LOQVENDA ſunt vera, honeſta, & quæ audientibus prodeſſe queant, Exod.22, 28. Pſal.14°.Prou 13, 2†24, 26†25,11†29, 20.Eccle.5,2. Eccli.7,37.Mat.5,37†12,36. Eph.4,29†5,3. Col.3,8. 1.Pet.3,10.

Loquendi tempus & opportunitas, Prou 15,23†25,11. Eccle.8,5. Eccli. 11,8†20,6 †32,9†33,4. quomodo loquendum, Iob 6, 29. Prou.15,4†16,20,22†29,11. Eccli.4, 34†5,16†6,5. Col.4,6.

LOTH liberatur ab incendio Sodomorum, Geneſ.19,15,17. 2.Pet.2,7. vxor eius mutatur in ſtatuam ſalis,Gen.19,26. Sap 10, 7.Luc. 17,32. concumbit cum duabus filiabus ſuis,Gen.19,31,35.

LOTIO pedum, Gen.18,4†19,2†24,32 †43,24.Ioan.13,4,14. 1.Tim.5,10.

LVCAS medicus, Coloſſ 4,14. manet cum Paulo, 2. ad Timoth. 4, 11.

LVCIFER cecidit è cælo,Iſa.14,12.

LVX eſt Chriſtus,Iſa.9,2†42,6†60,1,19† 49,6. Ioan.1, 5†8, 12†9, 5†12, 35,46. 1.Ioan.1,5†2,8.

Lux ſunt Chriſtiani,Prou.4,18. Iſa.62,1. Mat.5,15 Rom.2,19. Philip.2,15.

LYDIA purpuraria credit in Chriſtum, Actor.16,14.

LYSIAS dux exercitus Antiochi, 1.Machab. 3, 32. pactum init cum Iudæis, 6,58. capitur, & iuſſu Demetrij occiditur,7,2.

M.

MAACHA filia Tholmai regis in Geſſur,mater Abſalonis,2.Reg.3,3.

MAACHA filia Abeſſalom,mater Abiam regis Iuda, 3.Reg.15,2.

appellatur Michaia,2.Par.13,2.

MACEDONIA mittit eleemoſynas pauperibus Ieroſolymitanis, Rom.15,26. 2.Cor.8,1.

Paulus vocatur in Macedoniam,Act.16,9.

MADIAN filius Abraham, Gen.25,2. Deus præcipit vt cædantur Madianitæ, Numer. 25, 16.

Madianitæ cæduntur cum ſuo rege,31,7. opprimunt Iſraelem, Iudicum 6,1. irruit in eos Gedeon,7°.

MAGDALENA: vide Maria.

MAGI Pharaonis virgas ſuas vertunt in colubros,Exod.7,12.

Magi primitiæ Gentium Chriſtum adorant,Mat.2,11.

Magia: vide Incantationes.

MALALEEL naſcitur,Gen.5,12.

MALCHO præcidit Petrus auriculam, Ioan.18,10.

MALEDICTIO & benedictio, Gen.3, 14,17†8,21†9,25†24,41†27,28†48,15, 20 †49,7. Num.5,21. Deut.11,26†27,15. Ioſue 8,34. Iud.9,20. 1.Reg.17,43. 2.Reg. 2,5†16,7. 4.Reg.2,24. 2.Eſd.5,13 Pro.26, 2.Ierem 29,22†49,13. Zach.8,13.

Maleficia, vide Incantationes.

MALVM dicens bonum, punietur, Iſaiæ 5,20. Malach.2,17. Prou. 24,24.

Malum declinandum, & bonum faciendum,Prou.3,7. Iſa.1,16. Ezech.18,21.

Malorum conſortium vitandum, Pſalm. 1°.†25,4. Prou.1,10†14,7†24,21†29,24. Eccli.8,18†13°. 2.Corinth.6,14.2.Ioan.10. Apoc.18,4.

Malum non eſt reddendum pro malo, Prou.20,22†24,29.Rom.12,14,17. 1.Cor. 4,12 1.Theſſ 5,15. 1.Pet.3,9.

Malũ pœnæ eſt à Deo,Deu.32,23.3.Reg. 9,9†21,29 Iſaiæ 45,7.Ier.11,11†32,42. Baruch 2,2. Amos 3,6. Ionæ 3,10.Michææ 1, 2†2,3.

Malum culpæ ſummè auerſatur Deus, tantum abeſt vt eum auctorem habeat, Exo. 23,7 2 Paral 19,7.Iudith 5,21. Iob 34,10. Pſalm. 5,5,7†44,8. Prou.15,8,9. Sap.4,9. Eccli.15,21.Oſee 13,9. Rom.9,14.2.Cor 6, 15. Iac.1,13.

Malos rectores & præpoſitos permittit Deus ob peccata populi, 3.Reg.12,24. Iob 34,30. Iſa 29,10. Ezech.14,9.Oſee 13,11. 2.Theſſ.2,11.

iubetque obedientiam illis præſtare, Matth 23,3.

Malorum etiam miniſtrorum opera vtitur Deus,Mat.7,22. Mar.9,38. Luc.9,49.

MANAHEM rex Iſrael, 4.Reg.15,14.

MANASSES primogenitus Ioſeph naſcitur Gen.41.51†48,14.

Manaſſes impius, filius pij Ezechiæ rex Iuda, 4.Reg.21,1,6. 2.Paral.32,33†33,1. Ierem. 15,4.ducitur vinctus in Babylonem, & per pœnitentiam conuertitur ad Dominum,& exauditus recuperat regnum, 2.Paral 33,11,13 relinquit poſt ſe Amon, 4.Regum 21,18.Mat 1,10. appellatur Her, Lucæ 3,28.

MANENDVM eſt nobis in Chriſto, Ioan.15,4. Rom.8,1. 1.Cor.4,15†12,13. Col.2,6. 1.Ioan.2,6,28†3,24†4,13.

MANNA,Exod.16°. Num.11,7. Deut.8, 3. Ioſue 5,12. Pſalm.77,24. Sapien.16,20. Ioan 6,31.

MANSVETVDO, Ioſ.7°.19. 1.Regum 25°. 2.Reg.16,10. Prouer.15,1. Eccli.1,29. Matth.5,4†11,29. Gal.5,23†6,1. Epheſ 4, 2.Col.3,12. 2.Tim.2,25. Tit.3,2.

MARDOCHÆVS defenſor & tutor Eſther, captiuus abductus in Babylonem, Eſther 2,5,7.a rege ſummo honore affectus, 6,10. reuertitur de captiuitate in Ieruſalem, 1.Eſd.2,2. 2.Eſd.7,7.

MARE creatur, Geneſ.1,9. concluditur ſuis terminis, 1,9. Iob 26,10†28,26. Prou. 8,29. Ierem.5,22.cedit filiis Iſrael, Exo.14, 21. ſedatur verbis Chriſti,Mat.8,26.

MARIA ſoror Aaron laudat Dominum, Exod. 15,21. fit leproſa, Num. 12°. Deut. 24,9 moritur,Num.20,1.

Maria virgo præ nunciata, Geneſ.3, 15. Num.24,17. Pſalm.18,6†44,10†45,5†84, 2†86,3†131,8. Prou.31,10,29†9,1. Cant. 1°.2°.3°.4°.5°.6°. Eccli.24°. Iſa.7,14†11, 1†19,1†45,8. Ierem.31,22.

Maria vocatur,& eſt mater Domini,Luc. 1,43.mater Ieſu,Mat.2,13.Ioan.9,25.

Mariæ perpetua virginitas ſignificatur, Exod.3,2.Iudic.6,37,38,39,40. Pſal.18,6. Cant.2,2†4,7†6,9. Iſa.7,14†11, 1†35,1,2 †66,7. Ezech.44,2. Dan.2,34. Mat.1,20. Luc.1,35.

Maria virgo multis dotata virtutibus,fide diues, Prou.31,18. Luc.1,38,45. Ioan.2,5. ſpe plena,Eccli.24,24. Ioan. 2, 5. charitate perfecta,Eccli.24,24 Lucæ 1,56†2,7. Ioan. 2,3†19,25. caſta, vide ſupra, Mariæ perpetua virginitas. caſtitatẽm vouit perpetuam, Luc.1,35.humilis,Luc.1,38,48. miſericors, Ioan 2,3.prudens,Luc.2,19. modeſta, Lucæ 2,48.pia, Luc.1,46,47.benigna, Luc.1,40. fortis,Prouerb.31,10°. Ioan.19,25. ſapiens, Prouerb.31,26.Ioan.2,3. pauper,Matth.2, 11.Luc.2,7,24. patiens, Matth 2,13. Luc. 2,35. virtute præcellens omnes,Pro.31,29. Eccli.24,25. Luc.1,28,48.

Maria ſalutatur ab Angelo, Luc.1,28. viſitat Elizabeth,& laudat Deum, Luc.1,39, 46 proficiſcitur cum Ioſeph in Bethlehem, Luc.2,4.in Ægyptum,Matth.2,14. reuertitur inde in terram Iſrael, Mat 2,14. inuenit Chriſtum in templo, Luc.2,46 aſſiſtit cruci, & Apoſtolo Ioanni commendatur, Ioan.19, 25.manet cum Apoſtolis, Actor.1,14.

Maria Magdalena deflet ſua peccata, Luc. 7,38.obtinet peccatorum remiſſionem, Luc. 7,48.liberata ſeptem dæmoniis, adhæret & miniſtrat Chriſto, Luc.8,2,3. vngit Dominum, Matth 26,6. Marc.14,3. Ioan.11,2† 12,3. adeſt Chriſto in cruce morienti, Ioan. 19,25. ſtat ad monumentum plorans,Ioan. 20,11.

Chriſtus ei apparet poſt reſurrectionem, Marci 16,9. Ioan.20,14.

nunciat reſurrectionem diſcipulis, Ioan. 20,18.

MARITI officium & auctoritas in vxorem, Gen.3,16. Numer.5,12,18†30,7,13. Deut.22,5,13†24,1. Prouerb.5,18†18,22 †31,10. Eccleſ.9,9. Eccli.7,28†9,1†25,2, 27†26,1.Malach.2,14,16. 1.Cor.7°.†11, 2,10. Epheſ.5,22. Coloſſ.3,18. Tit.2,4. 1.Tim.2,11. 1.Pet.3,1.

MARTHA hoſpitio excipit Dominum, Lucæ 10,38. oſtendit ſuam fidem, Ioan.11,27.

MATHAN ſacerdos Baal occiditur, 4.Reg 11,18. 2.Par.23,17.

MATHIAS eligitur in Apoſtolum, Actor.1,26.

MATHVSALEM filius Henoch naſcitur, Gen.5,21.viuit 969. annis, & moritur, Gen.5,27.

MATRIMONIVM, Geneſ.1,27, 28†2,21,22,23,24†3,6,12, 17†4,1,17†9, 1†19,26†24,3†29,21. Exo.2,1†20,17.Leu.

18*.20,10. Deut.5,21†7,3†22,29†24,1. Ioſ.23,12. Iudic.3,6†14,2,7,15. 1.Eſdr.9,2. 2.Eſd.13,23.Eſther 2,17. Tob.4,13†6,10†7,15,16†8,9. Prouerb.18,22†19,14. Eccli.25,2.Ier.3,1. Mat.5,32†19,3,7†22,24.30 Marc.6,18†10,2,6,7,8,9†12,20*. Luc.2,5†3,19†16,18†20,34. Ioan.2,1,2. Rom.7,2,3.1.Corinth.7*. Epheſ.5,31,32. 1.Tim.3,2†5,9. Heb.13,4. 1.Petr.3,1.

Matrimonium indiſſolubile,Geneſ.2,24. Mat.5,32†19,7. Marc.10,11. Luc.16,18. 1.Cor.7,10.

Matrimonium ſpiritale, quære Connubium.

Matrimonium cuius rei ſacramentum, Epheſ.5,32. confert gratiam & ſanctificationem,1.Theſſ.4,4.

MATTHÆVS publicanus vocatur, Matth.9,9†10,3. appellatur Leui filius Alphæi,Marc.2,14.Lucæ 5,27.

MATTHANIA patruus Ioachim conſtituitur rex Iuda. 4.Reg.24,17. appellatur Zedechias,1.Paral.3,15.

MATTHATHIAS Sacerdos oſtendit ſtudium pro tuenda religione,1.Mach.2,24. pugnat ſtrenuè, 2,41. monet filios ſuos ad obſeruationem legis Dei,2,49,64.

MEDI occupant regnum Babyloniæ, Dan.5,31.

MELCHISEDECH ſacerdos, & rex Salem,Gen.14,18.Pſal.109,4. Heb.7,1.

MENDACIVM, Geneſ.3,4†37,19†39,17.Leu.19,11. 2.Reg.1,2,7.4.Reg.5,25.Prou.6,19†12,22. Sap.1,11. Eccli.7,13†20,26,28†25,4.Oſee 4,2. Ioan.8,44. Act.5,4.8. Epheſ.4,25. Coloſſ.3,9. vide Teſtimonium.

MENELAVS proditor patriæ vſurpat ſibi ſummum Sacerdotium, 2.Machab.4,24. extremo ſupplicio afficitur, 2.Mach.13,4,5,6.

MENSVRA qua menſi fuerimus remetietur nobis, Exod.21,23. Iudicum 1,7. 1.Reg 15,35. 2.Reg.22,25. Pſalm.17,21. Prou.22,21.Iſa.33,1†65,6†66,4.Ier.50,15,29†51,49.Ezech.16,59.Iocl.3,7. Matth.7,2.Marc.4,24. Lucæ 6,38.

Menſuræ & pondera debent eſſe iuſta, Leu 18,35. Deut.25,13.Ezech 45,10. Michææ 6,11. Amos 8,5 Prou 16,11†20,10.

MERARI filius Leui, Num.3,17.

Meraritarum officium,3,33†4,42.

MERCES debetur operibus, Gen.4,7†15,1.Pſalm.118,112. Prou.11,18. Sap.5,16†10,17. Eccli.2,8†11,24†18,22†36,18†51,30,38.Iſa.3,10.Ier.31,16.Matth.5,12.†6,1†10,41,42†20,8. Marc.9,41. Luc.6,35†10,7.Ioan.4,36. Rom.4,4. 1.Cor.3,8. 1.Tim.5,18. Apoc.22,12.

MERITA operum, Eccli.18,31†16,15†38,18. vide Opera.

MEROB filia Saulis, 1. Reg.14,49. promittitur Dauidi in vxorem,18,17.

MESSIAS, id eſt Chriſtus, & verus vnctus eſt Dominus noſter Ieſus, Ioan.1,41†4,25†7,41†11,27. Matth.26,64. Marc 14,62.Luc.22,67. Actor.17,3†18,28†19,4. 1.Ioan.5,1.

MICHA parat ephod idolo matris ſuæ, Iud.17,5. conducit Leuitam 17,7,10. idolum & ephod auferuntur, ſimiliter & Sacerdos abducitur,18,13,18,20.

Micha,filius Miphiboſeth,2.Reg 9,12.

MICHÆAS prophetat contrarium pſeudoprophetis, 3.Regum 22,13,15,23. 2.Paral 18,14.

MICHAEL pugnat cum diabolo, Dan.10,13. Iudæ 9. Apoc 12,7.

MICHOL ſiue Michal filia Saulis, datur Dauidi in vxorem, 1.Reg.18,27. iuxta promiſsionem regis, 17,25. conſeruat Dauidi vitam,demittẽs eum per feneſtram,19,12. ſubducitur ei,& datur Phalti, ſiue Phaltiel,25,44. redditur ei, 2.Reg 3,14,15. deridet ipſum ſaltantem coram Domino,6,16.

MILITARE, vide Bellum.

MINISTRORVM etiam malorum opera dignatur vti Dei bonitas, Matth 7,22.Marc.9,38. Luc.9,49. quos & iubet audiri,Matth.23,3.

MIPHIBOSETH filius Ionathæ 2.Reg.4,4.inuenit gratiam coram Dauide, 9,7*.parcit ei Dauid, 21,7. appellatur Meribbaal,1.Paral.9,40.

Miphiboſeth filius Saulis ſuſpenditur, 2.Reg.21,8.

MIRACVLA operatur Deus per Sanctos & eorum reliquias : vide Sancti & Reliquiæ.

MISERICORDIA: vide Bonitas Dei: item Charitas.

Miſericordiæ opera proximo exhibenda 1.Reg.15,6.2.Par.28,9,15. Pſalm.111,5,9 Prou.24,21,31†19,7,25,21.Eccli.4,2,29†35,18.Iſa.58,7.Oſee 6,11.Mich.6,8.Zac.7,9.Mat.5,7†9,13†10,41†18,33†25,41. Mar.9,40.Luc.6,35†10,33. Ro.12,13. Gal.6,12 Col.3,12. 1.Tim.5,10. quære Eleemoſyna

MISSAE ſacrificium olim prædictum & prænuntiatum,Leu 26,9,10,11,12.Pſal 22,5†109,4.Iſaiæ 2,2,3†19,19,20†56,7†61,6†66,19,20,21.Ier.31,31†33,16,17,18. Dan.12,11.Amos 9,11 Malach.1,10,11.

Miſſæ ſacrificium per varias figuras veteris Teſtamenti ſignificatum, Geneſ.14,18†16,6†22,13.Exod.12,5,24†25,30†29,2.15. Leu.2,1,13†3,12†4,23†5,7,11†6,115†9,8†14,4†16,3†19,21.Num.15,24†18,17. 1.Reg.21,4.3.Reg.19,6.4.Reg.4,41. Dan.8,12. appellatúrque iuge ſacrificium, Dan.11,31†12,11. nec interibit offerens ſacrificium,Ierem.33,18,21.

Miſſæ ſacrificium à Chriſto inſtitutum, Lucæ 22,19. & ab eius diſcipulis vſitatum, Actor.13,2. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν.

Miſſæ ſacrificij mentionem facit Paulus, 1.Cor.10,16†11,23*.

MOAB filius Loth & filiæ eius natu maioris,Geneſ.19,37.contra Moabitas pugnare,Iſrael à Deo prohibetur, Deut.2,8. factus eſt Moab ſeruiẽs Dauidi ſub tributo, 2.Reg.8,2. deficiunt Moabitæ ab Iſrael,4. Reg.1,1†3,5.irruunt latrunculi de Moab in terram Iſrael,13,20. non admittebantur in eccleſiam,Deuter.23,3.2.Eſdr.13,1.contra Moab prophetatur,Nu.21,29†24,17. Pſal.59,10†107,10.Iſa.16*.†25,10.Ierem.48,1. Ezech.25,8.Amos 2,1.Soph.2,8.

MOLOCH idolum, Leuit.18,21†20,2.appellatur Melchom,1.Par.20,2.Iere.49,1. Amos 1,15. Soph.1,5. De Moloch vide item 3.Reg.11,5,7.4.Reg.23,10.

MORBVS: vide Ægrotatio.

MORS eſt pœna peccati, Gen.2,17†3,19.Roman.5,12,17†6,23. 1.Cor.15,21. Eph.2,2.Col 2,13.1.Tim.5,6 Iacobi 1,15.

Mors,& certus dies mortis omni homini cõſtitutus eſt,Deu.31,14.Ioſ.23,14. 1.Reg.26,10.Iob 14,5. Pſal.88,49. Eccle.3,3†8,8†9,5.Eccli.17,3†41,1.Ioan.7,30†8,20.Ro.5,12†6,23.Heb.9,27.

Mortis hora incertiſſima, Eccleſ.9,12. Matth.24,43. Luc.12,40. 1.Theſſ.5,2.2.Theſſ.2,2. Iacobi 4,13.

Mors corporis,iuſtis eſt quaſi ſomnus quidam,& dormitio,Deut.31,16.2.Reg.7,12 3.Reg.2,10†11,21,43†14,20. Sapien.3,3. Matth.9,24.Ioan.11,11.Act.7,60†13,36. 1.Corinth.11,29 1.Theſſ 4,13.

Mortem noſtrã ſua morte deuicit Chriſtus,Iſa.25,8.Oſee 13,14. Rom.6,9.1.Cor.15,54.2.Tim.1,10. Heb 2,14.Apoc.21,4.

Mortem qui ſibi intulerint, Iud.9,54†16,29.1.Reg.31,4 2.Reg.17,23.3.Reg 16,18. 2.Mach.10,13†14,41. Mat.27,5. Act.1,18.

Mortuos lugere quatenus permittatur, aut prohibeatur,Leu.19,28. Deut.14,1†34,8.2.Reg.1,11†3,32†10,2†12,16†14,2†19,1†21,10,13 Eccli.22,10†38,16.1.Mach.9,20†12,52†13,26. Mat.9,3.Luc.7,13. Ioan.11,33.Act 8,2†9,39.1.Theſſ 4,13.

Mortui ad vitam reuocãtur,3.Reg.17,20. 4.Regum 4,33†13,21. Matth.9,25†27,52. Mar.5,41. Luc.7,13†8,54. Ioan.11,43. Actor.9,40†20,10.

Mortuorum ſepultura : vide Sepeliendi mortui.

Mortuorum ſuffragia:vide Purgatorium.

MOYSES naſcitur ex Leui, Exod.2,1†6,20.Act.7,20.percutit Ægyptium,& fugit in Madian,Exod.2,12,15.accipit Sephoram Madianiten vxorem,Exod.2,21.

mittitur ad Pharaonem in Ægyptum, 3,10*.†5,1†6,12†7*.†8*.†9*.†10*.reuertitur cum vxore & liberis in Ægyptũ,4,20.orat pro Pharaone,8,12,30†9,28,33†10,17.

orat pro populo,14,15†17,4,11†32,11,13,31.Num.11,2†14,13,17†21,7. Deut.9,18,26.accipit primò tabulas, Exod.31,18. has confringit videns populi idololatriam, Exod.32,19.

accipit iterũm nouas,34,28.

in faciem eius intueri non poterat populus Iſraeliticus,34,30.2.Cor.3,7.

mittit exploratores in terram Chanaan, Num.13,2.probat ſe à Deo eſſe miſſum,Nu.16,28,31.videt Terram promiſſionis & moritur,20,12†27,12.Deut.34,1,5.apparet in transfiguratione Chriſti,Matth.17,3. Lucæ 9,30.commendatur,Eccli.45,1.

diabolus altercatur cum angelo Michaele de Moyſi corpore,Iudæ 9.

MVNDI corde,Pſal.23,4†50,12†72,1.Matth.5,8.1.Petri 1,22.

Munditics interior & exterior commendatur,Matt.23,25. Lucæ 11,39.2.Cor.7,1.

MVRMVRATORES quos imitentur,& quæ illis pœna metuenda, Exod.14,11†15,24†16,2,7,8†17,2. Num.11,1*.†12,1,9,10†14,2,27*.†16,3†17,13†20,2†21,5*.Deut.1,27.Ioſue 9,18. Iudith 8,10. Sap.1,11. Matth.20,12. Lucæ 15,2†19,7. Ioan.6,41*. Actor.6,1. 1.Cor.10,10.Iudæ 16.

N

NAAMAN militum præfectus apud regem Syriæ mũdatur à lepra, 4.Reg.5,14.Luc.4,27.

NAAS rex Ammonitarum pugnat contra Iabes,1.Reg.11,1.moritur,2.Reg.10,1.

Naas pater Abigail,2.Reg.17,25.

NABAL vir iniquus, 1. Regum 25,25,26.

NABOTH, quia regi Achab vineam negabat,lapidatur,3.Reg.21,2,13.

NABVCHODONOSOR potentiſſimus rex Babylonis,Ierem.27,6. inuadit Ægyptum,4.Reg.24,7. Ierem.46,2.aſcendit in Ieruſalem,4.Reg.24,1,10†25,1.Iere.39,1.iuxta prophetiam,Ier.25,8†32,28.erigit auream ſtatuã,Dan.3,1. habitat ſeptem annos inter feras,4.28,30.ingens ſuperbia eius,amplitudo dominij, & crudelitas explicatur,Iſaiæ 14,2,8.

NABVZARDAN dux militiæ regis Babylonis deſtruit domum Dei, muros Ieruſalẽ,& populum,qui remanſerat,tranſfert, cum omnibus vaſis templi, in Babylonem,4.Reg.25,8.Ierem.39,9,11†52,12.

NACHOR auus Abraham,Geneſ.11,23,25.

NADAB & Abiu igne conſumuntur, Leuit.10,1†16,1.Num.3,4†26,61.

Nadab rex Iſrael,3.Reg.14,20. cæditur,15,28.

NAHASSON filius Aminadab princeps & dux tribus Iuda,Nu.1,7†2,3†7,12.

NAHVM prædicat in Niniue,Nahum 1*.†2*.†3*.

NATHAN filius Dauidis, 2. Reg.5,14.appellatur Matthata,Lucæ 3,31.

Nathan propheta mittitur ad Regem Dauid,2.Reg.7,4†12,1.

NATHANAEL dux tribus Iſſachar, Num.1,8.

Nathanael videtur à Chriſto, Ioan.1,47.

Chriſtus manifeſtat ſe ipſi Nathanael. 21,2.

NECHAO rex Ægypti, 4.Reg.23,29. 2.Paral.35,20†36,3.

NEGOTIATIO: vide Emere & Vendere

NEHEMIAS pincerna Artaxerxis, 2.Eſd.1,11. mittitur in Iudæam ad ædificandum quæ erant deſtructa, 2,9. appellatur Atherſata,8,9.

NEMROD potens erat & robuſtus venator, Gen.10,8.

NICANOR dux Lyſiæ, 1.Mach.3,38. & etiam dux exercitus Demetrij, 7,26. minatur ſe ſuccenſurum templum,7,34. cæditur,7,43. 2.Mach.15,28.

NICODEMVS occultus diſcipulus Chriſti, Ioan.3,1†7,50†19,39.

NINIVE ædificatur ab Aſſur, Gen.10, 11 pœnitentiam agit de peccatis ſuis, Ionæ 3, 5°. deſolatio & deſtructio Niniue, Nahum 1°. †2°.†3°. Soph.2,13. Tob.14,5.

ſtabit in iudicio, & condemnabit obcæcatos Iudæos, Mat.12,41.

NOE filius Lamech, Gen.5,30.

præco diuinæ iuſtitiæ, 2 Pet.2,5.

ædificat arcam, Gen.6°. ingreditur arcam, 7,1,7. egreditur.8,15.

accipit ſignum fœderis,9,8,14.

commendatur, Eccli 44,17.

NOEMI vxor Eſmelech Ruth 1, 2.

NOVVM Teſtamentum, Ierem. 31,31. Matth.26,28. Marc. 14, 24. Lucæ 22, 20. 1.Corinth.11,24. Hebr. 8, 8†9, 15† 10,16 †13,20.

Nouum cælum & noua terra poſt mundi innouationem, Iſaiæ 65,17†66,22.2.Pet.3, 13. Apoc.21,1.

NVDI veſtiendi, Iſaiæ 58,7. Ezech.18,7. Tob.1,17. Mat.25,36,39. vide Miſericordia.

O

OBED filius Booz ex Ruth, Ruth 4 17. Matth.1,5.

OBEDIENDVM Deo eiuſque præceptis, & quæ obedientibus ſit conſtituta merces, Gen.12,4†17,9,23†22°. †26,5. Exod.1. 17†15,26†19.5†20,6†23,22,25. Leuit.26, 22†26,3,11. Deut.4,40†7°.†11°.†12,4†17, 15†18,15†24,8†27,10†28,1,12. Ioſ.22,1. 1.Reg.12,14†15,22. 4.Reg. 18,30. 2.Par 7,17. Prouerb.1,8,33†15,31. Iſa.1,19†48, 18†55, 2. Ierem. 7, 23†11,4†17,24†35°. Dan.3,16. Eccli.35,7. 2.Mach.7,30. Mat.4, 19†7.24†8,21†15,3†17,5†25,3. Lucæ 5, 4†10,16 Ioan.2,7. Act.4,19†5,32. Rom 16,19. Phil.2,8,12. 1.Theſſ.4,3†5,18. 1.Pet. 1,22. Iacobi 1,22.

Obedientia inferiorum erga ſuperiores: vide Subditorum officium.

OBLATIO omnis debet eſſe ſine vitio aut macula Leuit.1,3†3,1†22,19. Num.28, 3,31. Deut.15,21. Eccli.35,14. Ezec.43,23. Malach.1,8,14.

Oblationes Deo gratæ cœlitus accenduntur, Gen.4,4†8,20†15,17. Leu.9,24. Iud.6, 21†13,19. 3.Reg.18,38. 1.Par.21,26. 2.Paral.7,1. 2.Mach.1,22†2,10.

Oblationes quotidianæ, Exod 29,38. Numer.28,3. 1.Eſdr.3,2.

Oblationes propriorum filiorum, Leu.18, 21†20,2. Deut.12,31†18,10. Iudic.11,39 4.Reg.3.27†16,3†17,17†21,6. 2.Paral.28, 3. Pſal.105,37. Iſaiæ 57,5. Ierem.7,31†19, 5. Ezech.16,20,36†20,31†23,37.

Oblationum conuiuia cum gaudio celebrabantur, Geneſ.31,46. Exod 18,12†32,6. Num.25,2. Deut.12° †27,7. 1.Reg 1,4†9, 12°.†16,5. 2.Reg.15,12. 3.Reg 1,9†3,15. 1.Par.29,21.

Oblationes impiorum, Geneſ.4,3. 1.Reg. 15,21. Pſalm.39,7†49,7†50,18. Prou 15, 8†21,27. Eccli.35,15. Iſa 1,10†43,23†61,8 †66,3. Ier.6,20†7,21†14,12. Oſee 5,6†8,13 †9,4. Amos 5,22. Mich.6,7. Malach 1,7,13. Mat.9,13†12,7. Mar.12,33. Heb.10,5.

OCCIDERE: vide Homicidium.

OCHOZIAS filius Ioram rex Iuda, 4 Reg.8,24. fugit in Mageddo a facie Iehu, & cæditur,9,27.

habet ſuum ſucceſſorē Ioas regē 1.Par.3,11.

OCVLVS ſimplex & rectus, Eccli.35, 12. Mat.6,22. Luc.11,34.

Oculus nequam, Gen 6,2. Prou.6,13. Eccl. 4,8 Eccli.14,8†31,14. Matth 6,22. Mar.7, 22. Luc.11,34. 1 Ioan.2,16.

Oculorum cuſtodia quantopere ſit neceſſaria ad vitādum peccata, Gen. 3,6†6,2†34, 2†38,15†39,7. 2.Reg.11,2°.†13,1. Pro.23, 6,33. Eccli 9,5,7,8,9,11°.†25.28°. †41,25† 42,12. Iudith 10,17,18°.†12,16. Dan.13, 8°. Mat.5,28. 2.Pet.2.14.

Oculus mentis vel intellectus, Num.24,3. Deut.29,4. Iſa.6,9. Luc.24,29. Act.26,18. Epheſ.1,18.

ODIVM: vide Inuidia.

Odio habenda malitia, Pſalm.96,10†138, 21. Amos,5,15†6,8. Rom.12,9.

OFFERRE pro defunctis, 2.Mac.12,13.

OFFICIVM ſubditorum: vide infra Subditorum.°

OG rex Baſan cæditur, Nu.21,33. Deut. 3,2†29,7†31,4. Pſal.135,20.

ONESIPHORO optat Paulus miſericordiam, 2.Tim.1,16.

ONIAS ſummus ſacerdos offert pro Heliodoro, 2.Mach.3,32. cæditur,4,34.

OPERVM merita, & retributio ſeu merces, Pſal.118,112. Prou.11,18. Eccli.36, 18. Iſa.3,10. Mat.5, 12†10,42†16,27†25, 34. Rom.2,6 1 Cor.15,28 2.Corint.5,10. 2.Tim.4.8. Heb.6,10†10,35†11,26. Iac.2, 24. Apoc.20,7,8†22,12.

Opera mala Deo diſplicent, & pœnam merentur, Gen.3,11†4.7†6,3,5,6,7†7,4†9, 5†11,4°.†13,14†18,20†19,11,24, 26†22, 3†42,21†44,16. Exod.3.9†7°.8°.9°.10°. 11°.12°.14°.20°.21°.22° †31,13†32,9,27, 28,33. Leu.10,12. & deinceps per omnes ſacræ Scripturæ libros.

Opera bona Deo grata ſunt, & præmium merentur, Gen.4,4,7†5.24†6,8,9†8,20,21 †20,7†22,16°.†26,4,5†29,32. Exod.1,20† 20°.†23,22,25. Leuit. 11,43,44,45. & ſic deinceps per totam Scripturam.

Operari benè propter mercedem & retributionem licitum eſt, Pſalm.118,112. Mat. 5,12. 2.Tim 4,8. Heb.11,26.

non in quolibet Opere homo peccat, 2.Pet.1,10. 1.Ioan 3,6,9†5,18.

Operum bonorum cōmemoratio, 4.Reg. 20,3 Iob 6,2,3. Pſalm.17,21,22,25†131,1. Iſa.38,3.

Opera bona quæ ſint: vide Bona opera.

Opera à nobis proximo exhibita tāquam ſibi facta reputat Deus, ſiue bona ſint, ſiue mala, Iſa 37,23. Ier.1,19. Zachar.2,8. Matth. 25,40. Act.9,5. 1.Cor.8,12.

OPINIONES & cogitationes hominum frequenter ſunt erroneæ, Leuit. 10,1. Num.15,39. Deu.12,8†29,19. 1.Reg 15,9. 2.Reg.6,6. Prou.12,15†14,12†21,2. Iſa.5, 21†7,12†14,13†55.8. Matth.3,14†16,22. Mar.8,32. Ioan.12,4†13,8.

Orare in nomine Ieſu, Ioan.14,13†15,16 †16,23,26. 1.Ioan.5,14.

Orare quemadmodum oporteat frequenter ignoramus, Matth.20,20. Marc.10,35. Rom.8,26. Iac.4,3.

Orare noctes & dies, Pſal.118,62. Luc.18, 1. 1.Theſſ.3,10 1.Tim.5,5. 2.Tim.1,3.

Orare ſine intermiſſione, Matth.7,7. Lucæ 11,9†18,1. Act.10,2. Eph.6,18. Col.4,2. 1.Theſſ.5,17.

Orare vt fidei prædicatio ſucceſſus habeat felices, Eph.6,19. Col.4,3. 2.Theſſ.3,1.

Orare alium pro alio, Ier.42,2,20. Baruch 1,13. 2.Mach.1,6. Epheſ.6,18. Col.4,2. 1.Theſſ 5,25. 2.Theſſ 3,1. 1.Tim.2 1. Ia.5,16.

Orare pro inimicis, Nu.16,22,46. 2.Mac. 3,33. Mat.5,44. Luc.6,28†23,34. Act.7,60.

Orare Sanctos cum Chriſto regnantes: vide Sanctos.

Orare pro defunctis: vide Purgatorium.

Oratio quomodo, quando, cui & vbi fieri debeat, & quid petendū, Nu.11,16,24. Deu. 4,7. Iud.10,10,15. 1.Reg.1,11. 2.Reg.22,2 7. 3.Reg.2,7. Iſa.65,24. Amos 7,2. Eccli.35, 26. Tob.3,11°. Iudith 4,11. Mat.6,5,9†7,7 †18,19†20,20†21,22†26,38. Mar 11,24 †13,33. Luc.11,2,9†18,1†22,40. Io 4,23† 9,31†14,13†15,7†16,23. Act 1,14†2,42† 4,24,31†10,2†1,23. Rom.8,26†12,12. 1. Cor.14,13. Eph.6,18. Col.4,2. 1.Theſſ.5, 17. 1.Tim.2,1. Hebr.13,18. 1.Pet.3,12. 1. Io.5,4. Iac.1,6†4,3†5,13. Apo.19,10†22,9.

Orationes quæ fiunt quemadmodum oportet, exaudit Deus, Geneſ.16,11†21,17. Exod.2,24†3,7†6,5†22,23,27. Deut.4,7† 15,9. 1.Reg.7,9,10†9,16†12,18. 2.Reg.22, 4,7. 3.Reg.13,6†17,22†18 36. 4.Reg.13,5 †20,5. 2.Par.32,22†33,13. 4.Eſd.15,7. Iudith 4,8,12. Tob.3,24. Pſal.3,5†4,4†9,13† 17,7†21,25†33,7†49,15†54,17†117,5† 119,1†144,19. Prou.15,29. Eccli.4,9†21,6 †36,24,26†48,22. Iſa.30,19†37,15,21†55, 7. Ierem.29,12. Thren.3,56. Dan.13,44. Ionæ 2,3. Zach.13,9. 2.Mach.3,22. Ioan.9, 31. Act.10,4.

Orationes quorumdam quare non exaudiat Deus, Deut.1,45†31,18. Iud.10,1. 1. Reg.8,18. Pſal.17,42. Pro.1,28†15,29†21, 13†28,9. Eccli.34,29,31. Iſa.1,15. Ier.7,16† 11,11,14†14,12†15,1. Ezech.8,18†14,16, 20 Michææ 3,4. Zach.7,13. 4. Eſd.1,26. 2. Mach.9,13. Ioan.9,31. Heb.12,17. Iac.4,3.

Orationum Sanctorum exēpla, Gen 32, 9. Exod.32,11,13. Num.14,19. Deut.9,26 3 Reg.8,15°. 4.Reg.20,3. 2.Paral.6,16°. †14,11†20,6,12. 1.Eſd.9,6°. 2.Eſd.1°. Sap. 9°. Eccli.23,2†36,1,11†51°. Baruch 1,17, 21†2,6°.†3,1,9. Tob. 3, 1, 12†8,7†13, 1. Iudith 9,2†16°. Eſther 14,3. Iſa.33,2†37, 16†64°. Ier.10,24,†17,13,14†18,19†32, 16. Thren 5°. Dan.9,6†13,42. Ionæ 2°. Abac.3°. 3.Eſdr.8,74. 4.Eſdr.3°,†6,38°. 1.Mach.7,37. 2.Mach.6,30. Act.4,24.

ORDINIS Sacramentum, Ioan. 20, 22. 1.Tim.4,14†5,22. 2.Tim 1 6. Tit.1, 5.

OREB & Zeb interficiuntur Iud 7,27.

OSCVLVM pudicum, pacis & charitatis ſymbolum, Gen.29,13†45,14†48,10 †40,34. Exod.4,27. Lucæ 15,20. Actor.20, 37. Rom.16,15. 1 Cor.16,20. 2.Cor.13, 12. 1.Theſſ.5,26. 1 Pet.5,14.

OTIVM: vide Acedia.

OZIAS ſacerdos recipit Achior in domum ſuam. Iudith 6,19.

præſcribit Domini miſerationi tempus quinque dierum,7,23.

Ozias: vide Vſia.

P

PACTVM cum quibus non ſit ineundum, Exod.23,32†34,15. Deut.7,3† 20,13. 3 Reg.20,36,42.

Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initum, punitur, Iud.1,24,27†3, 5. 3 Reg.20,34,41. 2 Par.19,2.

Pactum init Deus cum populo, Gen.17, 2,7. Exod.19,5. Deut.5,2 Ier.31,31,33.

Pactum init populus cum Deo, Ioſ 24, 25, 4 Reg.23,3. 2.Par.15,12†23,16. 2.Eſdræ 10,29.

PARENTVM officium, Gen.18,19 †21,19†24,2†25,6†34,4,29†49°. Exod. 10,2†12,26†13,13,14†21,10. Leu.19,29. Num.30,6 Deu.4,9†6,7,20†11,19†21,19 †22,15,19†32,46 Ioſue 4.21. 1.Reg.2,23† 3,13. 3.Reg.2,1. Iob 1,5. Pſal.77,3. Prou.1, 8†4,1†5,7†11,29†13,24†19,18†20,7†22, 6,15†23,13†29,17. Eccli.4,23†7,25†8,11† 17,1†25,10†26,13†30,1,11†33.32†42,5. Tob.1,10†4°.†10,13†14,5,11. 1.Mach.2, 49,64. 2.Mach.6,24,28†7,20,21,27. Dan. 13,3 Matth.10,37. Epheſ.6,4. Col 3,21. 2.Tim.3,15. Tit.2,4.

PASCHÆ feſti inſtitutio & celebratio, Exod.12°.†13.6†23,15†34,18. Leuit. 23,5. Num.9,2,11†28,17. Deu.16,1,5. Ioſ. 5,10. 4.Reg 23,21. 2.Paral.30,1,15†35,1. 1.Eſd.6,19. 3.Eſdr.1,10†7,10. Ezec.45,21. Mat.26,19. Marc.14,12. Luc 22,7.

PASTORES, præceptores, & alij præfecti qua debeant eſſe ſolicitudine & cura in eos quos ſuæ fidei commiſſos habent, Prou.

27,23,

27,23,24. Sap.6,23,26. Ezech.34,4*. Mat. 18,12†24,45. Luc.15,4. Ioan.10,11*.†13, 1*.†17,9,11*.†18,8. Actor.20,22, 28,31. Rom.9,2,3†12,7,8. 1.Cor.4,14. 2.Corinth. 11,28,29. Gal.3,19.

PATIENS & longanimis eſt Deus, Geneſ.6,3 Exod.34,6. Num.14,18. Pſalm 85,15†102,8†144,8. Eccl.8,12. Iſa.30,18. Ioel 2,13. Ionæ 4,2. Nahum 1,3. Sap.11, 24†15,1. Matth.18,27. Rom.2,4. 1.Tim.1, 16. 2.Petr.4,9.

Patientia & longanimitas fidelium in omni genere afflictionum, Geneſ.12,4,6. 2.Reg.16,10. Iob 1,20†2,9†7,2 Prou.3,11† 14,29†15,1†16,32†25,15. Eccli.1,29†2,4. 4.Eſd.10,15. Tob.2,8. 2.Mach.6,20†7*. Matth.5,39. Rom 5,3†12,12†15,4. 2.Cor. 6,4. Gal.5,22. Epheſ.4,2. 1.Theſſ.5,14. 2.Theſſ.1,4,7. 1.Tim.6,11. 2.Timoth.2, 3,12. 1.Pet.1,6†2,19†3,14,17†4,1. 2.Pet. 1,6. Heb.10,36†11,35†12,1. Iacobi 5,7.

Impatientia & eius punitio, Exod.14,11 †15,24†16,2,7†17,2. Num.11,1,10†14,1, 28†21,6. Iob 3,1. Eccli.2,16.

PAVPERES: vide Eleemoſyna.

PAVLVS Iudæus ex tribu Beniamin, Rom.11,1. Philip.3,5. natus & educatus Tarſi, Act.22,3. perſequitur Chriſtianos,9, 1. Galat.1,13. 1.Tim.1,13. conuerſio eius ſingularis, Act.9*.

Paulus doctor gentium, Rom.11,13†15, 16. Gal.2,2.8. 1.Tim.2,7. 2.Timoth.1,11. prædicat Antiochiæ, Actor.13,16*. Iconiæ 14,1. Lyſtri, 14,6,13. Theſſalonicæ, 17,1. Berœæ, 17,10. Athenis, 17,22,28. Corinthi, 18,1. vocatur in Macedoniam, Act. 16,9. capitur, 21,27. deducitur Cæſaream, 23,23,30. vehitur Romam, 27*. 28*. ſiſtitur Neroni, 2.Tim 4,22.

Paulus nemini voluit eſſe oneri, Act.20, 33. 2.Cor.11,9,11†12,13. 1.Theſſ 2,9. 2 Theſſ 3,8. vocabatur olim Saulus, Act.7, 59†9,1†13,1.

PAX quædam temporalis, quædam æterna, Gen.13,6,8†26,22†45,24. Leuit.26,6. Num.6,27 Iere.29,7. Eccli.25,2†28,15,19. Mat.5,9. Marc.9,50. Luc.14,32. Actor.9, 31. Rom.12,18. 1.Cor.14,33. Epheſ.4,3. 2.Tim.2,22. 1.Petr.3,11. Heb.12,14. Iacobi 3,18. Apoc.6,4.

Pax interna qualis eſt inter Deum & eius amicos, Iſaiæ 2,4†9,6†11,6,7†66,12. Oſee 2,14,20. Mich.4,3. Zach.9,10. Luc.2,14† 24,36. Ioan.14,17†16,33†20,19. Act.10, 36. Rom.5,1. Eph.2,14. Phil.4,7.

Pacem & miſericordiam promittũt mendaces prophetę, Ie 6,14†8,8,12†14,12†23, 16. Ezech 13,10,16. Mich.3,5. 1.Theſſ.5,3

PECCATI origo, Geneſ. 2,17†3,6 Rom.5,12. 1.Cor.15,21.

Peccatum originale, Iob 14,4†15,14. Pſal. 50,7. Ro.3,9,23†5,12*. effectus eius, Gen. 8,21. Eccli.17,30. Rom.5,12,17†6,23†7,8, 11,13,17*. Gal.5,17. Eph 2,3. tollitur eius reatus per Chriſtum, Ioan 1,29. Rom.3,23, 24†5,9,15,17,18,19†6,3†7,24†8,1,2. Galat.3,22. Eph.2,5.

Peccatum ſolus Deus propria auctoritate remittere poteſt, Exod.34,7. Pſal.18,13†31, 5†102,12. Iſaiæ 43,25†44,22†53*. Ier.31, 34†33,8. Mich 7,18. Matth.9,2. Marc.2,5. Lucæ 5,20†7,48.

Peccatum Sacerdos remittit auctoritate diuina, Mat.18,18. Ioan.20,23.

Peccatum remittitur per Chriſtum, Iſaiæ 53*. Dan.9,24. Matth.1,21†9,2†11,28† 20,28†26,27. Marc.2,5. Luc.24,46. Ioan. 1,29. Actor.2,38†4,12†10,35,43†13,38. Rom.4,25†5,9. 1.Cor.6,11†15,3. 2.Cor.5, 21. Gal.1,4. Col,1,14. Eph.1,7†5,25. 1.Timoth.1,15. Tit 2,14. 1.Pet.1,18†2,14†3, 18†4,1. Heb.1,3†9,12,14. 1.Ioan.1,7†2, 12†3,5. Apoc.1,5.

Peccatum in Spiritum ſanctum, Mat.12, 31. Mar.3,28. Luc.11,15†12,10. Hebr.6, 6†10,26. 1.Ioan.5,16.

Peccatum vindictam clamans, Gen.4.10 †18,20. Exo.22,23,27. Eccli.35,18. Iac.5,4

Peccanti in nos fratri condonandum: vide Remittendum.

propter Peccatum vnius aut paucorum puniuntur multi, Geneſ.3*. Num.16,20*. Ioſue 7*. Iud.19,25. 2.Reg.24*.

Peccatum contra naturam, Geneſ. 19*. Iud.19,22*. Leu.20,13. Rom.1,27. 1.Cor 6,10. 1.Tim.1,10.

Peccatum ex ignorantia, Leuit.4,2†5,15. Nu.15,27. Lucæ 23,34. Ioan.9,41†15,24. Act.3,17. 1.Tim.1,13.

Peccatum ex malitia & data opera, Num. 15,30. Eccli.10,14. Matth.28,13. Ioan.11, 49. Act.4,18. Heb.6,5†10,16.

Peccatorũ confeſſio: vide ſuprà Confeſſio.

Peccatum non ſolùm non imputatur, ſed etiam verè remittitur, & anima abluitur ac mundatur, Pſal.50,12. Actor.2,38. 1.Cor.6, 11, 2.Pet.1,9. 1.Ioan.1,9.

PECVLIVM Dei eius populus, Exo 19,5. Deut.7,6†14,2. Ioan.1,11. Eph.1,14. 1.Pet.2,9.

PEDVM lotio: vide ſuprà Lotio.

PEREGRINIS benefaciendum eſt, Gen.18,2. Exo.22,21†23,9. Leu.19,33†23, 22 Nu.15,14. Deut.10,18†14,21†24,14,17 †26,11. Ezec.22,29†47,21. Zach.7,10.

Peregrini ſumus & aduenæ in hac vita. Geneſ.15,13†23,4†47,9. 1.Par.29,15 Pſal. 38,13†118,19. 2.Cor.5,8. Phil 3,20. Hebr 11,13. 1.Pet.2,11.

Peregrinationes pietatis gratia ſuſceptæ ſunt vtiles, 3.Reg 8,41. 4.Reg.5,10.

PERIVRII & falſi crimen, Exod.8, 8,15,28. Leu. 5,4. 1.Reg.19,6*. 3.Regum 8, 31. Ier.7,9. Zach.5,3. Malac.3,5. 1.Mach.6, 62†7,15,18†11,53†13,16,19. 2.Mach.4,34 †12,3. Mat.26,72. 1.Tim.1,10.

PERSÆ inuadunt Babylonem, Dan.5, 28. iuxta prophetiam Iſaiæ, 21,9. Ierem.51, 8,11,41,55.

PERSEVERANTIA, Gen.19,17, 19. Iob 2,3. Prou.3,31†23,17. Ezech.18,24† 33,13. Eccli.2,2†11,11†35,9. Matth.10,22 †15,22†24,13. Lucæ 9,54. Ioan.6,62. Act 2,42†11,23†13,43†14,21. Heb.3*. 2.Petr. 2,20. 1.Ioan.2,24. Apoc.2,16.

PERSECVTIO: vide Crux.

PERSONARVM acceptio illicita, nec Deus perſonam reſpicit, Leuit. 19,15. Deut.1,17†10,17†17,2. 1.Reg.16,7. 2.Par. 19,7. Sap.6,8. Iob 34,19. Pro.18,5†24†23† 28,21. Eccli.35,15,16. Iſaiæ 11,3. Malac.2, 9. Matth.22,16. Marc.12,14. Lucæ 20,21. Actor 10,34. Rom.2,11. Gal.2,6. Eph.6, 9. Coloſſ.3,25. 1.Petri 1,17. Iac.2,9.

PETERE: vide Orare.

PETRVS à Chriſto vocatur, Mat.4,18. cõfitetur Chriſtũ, 16,16. appellatur Simon, 4,18†10,2. Ioan. 20,2. appellatur Cephas, Ioan.1,42. 1.Cor.1,12†3,22†9,5. Gal.2,9. appellatur Simon Bar-Iona, & Simon Ioannis, Mat.16,17. Ioan.21,15. negat Chriſtum, & de negatione facta pœnitentiam agit, Matth.26,69,70,72,75. prædicat, & loquitur, Act.1,16†2*.†3,12*.†4,1†10,34. ſanat claudũ, 3,4. conijcitur in carcerẽ, 12,3.

Petrus primus Apoſtolorum, Mat.10,2† 16,18†16,24*. Luc.22,31*. Ioan.21,17*.

PHACEE filius Romeliæ, poſtquam occidit Phaceiam, fit rex Iſrael, 4.Reg.15 25,27. pugnat cõtra Ieruſalem, Iſa.7,1. occidit de Iuda centum viginti millia virorum vno die, 2.Par.28,6.

PHACEIA filius Manahem fit rex Iſrael, 4.Reg.15,22,23.

PHANVEL turris ſubuertitur à Gedeone, occiſis habitatoribus ciuitatis, Iudic. 8,8,13,17.

PHARAO affligitur propter Saram vxorem Abraham, Gen.12,17.

Pharao ſomnia videt, Geneſ.41,1. quæ ei à Ioſeph explicantur, 41,25.

Pharao Iſraelem opprimit ſeruitute, Exodi 1,8*. ſubmergitur cum omni ſuo exercitu, 14,24,28.

Pharaonis filiam accipit Salomon vxorem, 3.Reg.3,1.

Pharao Nechao capit regem Ioachaz, 4. Reg.23,34.

PHARISAEVS inuitat Chriſtum, Lucæ 7,36.

Phariſæus & Publicanus orant ſimul in templo, Lucæ 18,10.

Phariſæi grauiter increpantur, Matth.3,7 †7,1†16,4†23*. Ioan.8,44. Actor.7,51†23, 3. Phil.3,2.

PHASSVR percutit Ieremiam prophetam, Ierem.20,2.

PHEGIEL dux tribus Aſer, Nu.1,13

PHIGELLVS & Hermogenes auertuntur à Paulo, 2.ad Timoth.1,15.

PHILIPPVS vocatur à Chriſto, Ioan 1,43. recenſetur inter Apoſtolos, Matth.10, 3. cupit videre Patrem, Ioan.4,8.

Philippus diaconus eligitur, Actor.6,5. prædicat in Samaria, Actor.8,5. baptizat Aethiopem eunuchum, Act.8,37. ſuſcipit Paulum & ſocios eius hoſpitio, Actor.21,8.

PHILISTHAEI perſequuntur Iſraelem, Iud.3,3†10,7†15,9. 1.Reg.4*.†5*. †13,5†17*.†23,1†28,1†29,1†31,1. 2.Reg. 5,17,22†21,15,18.

Philiſthæi cæduntur, Iud.3,31. 1.Reg.7, 11†13,3†14*.†17,50†18,27†19,8†23,5. 2.Reg 5,24†8,1. 4.Reg.18,8.

contra Philiſthæos: vide Iſa.14,29. Ier. 47,1,4. Ezech.25,15. Amos 1,6. Sophon.2, 5. Zach.9,6.

PHINEES filius Eleazari, Exod.6,25. Iud.20,28. placat Deum zelo ſuo, Num.25, 7,12. Pſalm.105,30. mittitur in terram Galaad, Ioſ.22,13.

Phinees filius Heli, 1.Reg 1,3. perijt propter ſua peccata, 4,11.

PHVL rex Aſſyriorum copias adducit contra Ieruſalem, 4.Reg.15,19.

PIETAS: vide Bona opera.

PIGNVS ſalutis noſtræ eſt Spiritus ſanctus, Rom.8,16. 2.Cor.1,22†5,5. Epheſ.1, 13†4,30.

PIGRITIA: vide Acedia.

PILATVS & Herodes fiunt amici, Luc.23,12.

Pilatus Chriſtum innocentem morti addicit, Matthæi 27,26. Ioan.19,16.

PLAGA Dei ſeu vindicta, Exo.7*.8*. 9*.14*. 4.Reg.8,28. 2.Par.6,28. Pſalm.77, 44†104,27. Ierem.15,2.

POENA peccati non ſtatim vniuerſa remittitur remiſſa culpa, Num.14,20,22, 23. 2.Reg.12,13,14*.†24*. 1.Paral.21*.

POENITENTIA & ſatisfactio pro peccatis, Pſal.6,7. Matt.3,8. Luc.3,8. Act.2,38† 8,22. 2.Cor.7,10.

Pœnitentia prædicatur, Ier.7,3. Matt.3,2 †4,17. Luc.3,3,8†13,3†24,47. Actor.2,38† 3,19†8,21†17,30†20,22†26,20.

Pœnitentiæ veræ & nõ fictæ, promiſſa eſt venia, Deut.4,29†30,2. 1.Reg.7,3. 2.Par.7, 14†20,6†34,26. Iob 22,23. Prou.28,13. Pſalm.31,5. Eccli.17,23. Iſa.1,16†30,18† 45,22†55,7†59,20. Ier.3,10,17†18,8†29, 12†31,18,20. Ezech.18,21,27†33,14. Oſee 14,2. Ioel.2,12. Ion.3,8. Zach.1,4. Malac. 3,7. Luc.15,18. Act.3,19†26,18,20.

Pœnitentia agenda eſt dum ſani ſumus, Eccli.17,24†18,25.

Pœnitẽtiæ veræ exẽpla, Iu 10,15. 2.Reg. 12,13†24,10,17. 2.Par.12,6†33,12. Ionæ 3*. Iudith 4,8. Matth.26,75. Luc.7,37,44† 15,18†18,13†19,8†22,62†23,41. Act.2,37.

Pœnitentiæ falſæ exẽpla, Gen.4,13†27, 38. Exod.8,8†9,27†10,16. Ioſ.7,20 Iud.1, 7. 1.Reg.15,24,30†24,19. 3.Reg.13,6†21, 27. Sap.5,3. 1.Machab.6,12. 2.Mach.9,12. Matth.27,4. Act.8,13,24. Heb.12,17.

PRÆDICATORES: vide Cõcionatores.

PRÆFECTI: vide Superiores & Paſtores.

PRECARI: vide Orare.

PRIMITIÆ fructuum debentur Deo eiuſque Sacerdotibus, Exod.23,19†34,26.

Leuit. 23,10. Num. 18,13. Deut. 18,4†26,2,10. 2. Paral. 31,5. 2. Eſd. 10,35,37. Prou. 3,9. Tob. 1.7.

PRIMOGENITA omnia Ægyptiorum moriuntur, Exod. 12,29. Pſalm. 77,51†134,8†135,10.

Primogenitum omne Deo conſecratur, Exod. 13,2†22,29†34,20. Leuitic. 27,26. Num. 3,13†8,17. Deut. 15,19. 1. Reg. 1,24. Lucæ 2,23.

Primogenitorum iura, priuilegia, & prærogatiuæ, Geneſ. 25,31†49,3. Deut. 21,15. 2. Paral. 21,3.

Primogeniti aliquando à Deo reijciuntur, Geneſ. 48,17†49,4. Rom. 9,13.

PRODITIO, & eius punitio, Geneſ. 37,23. Iudic. 1,24. 1. Reg. 23,19. Iſaiæ 22,15. 2. Machab. 3,4†4,1†10,20†13,21. Matth. 26,14,47.

PROMISSIO: vide Votum.

Promiſsiones Dei cum conditione fiunt, Deut. 19,8†28°.†33,4. Leuit. 26°. 1. Reg. 2,30. Ezech. 18°.†33,15,19. Marc. 16,16. Ioan. 3,16,36†6,47†8,31†13,17†15,7,14. Rom. 8,17. Coloſſ. 1,23. Heb. 3,14. 2. Pet. 1,4. Apoc. 2°.†3°.†21,7.

PROPHETÆ: vide Concionatores.

PROVIDENTIA: vide Dei gubernatio & prouidentia.

PSEVDOPROPHETÆ, & eorum punitio, & quòd non ſint audiendi, Deut. 13,1†18,20. 3. Reg. 13,11†18,40†22,6,10. 4. Reg. 10,19. Prou. 28,10. Iſa. 3,11†28,7†56,10. Ier. 14,13,†15†23°.†27,9†28°.†29,8,21,25. Ezech. 13°.†14,9†22,25†34,2,8,18. Amos 7,10. Mich. 3,5. Zach. 13,2. Mat. 7,15†24,11. Luc. 12,1. Act. 20,29. 1. Cor. 15,12. Phil. 3,2. Coloſſ. 2,8. 1. Timoth. 4,1. 2. Ti. 1,17†3,1. 2. Pet. 2°. 1. Io. 4,1. Iud. 4,8°.

Pſeudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam poteſtatem mittantur, Ier. 14,14†23,32†27,15. Ezech. 13,6.

PTOLEMÆVS oppugnatur ab Antiocho, 1. Machab. 1,19. init amicitiam cum Alexandro filio Antiochi, 10,51. pugnat cum Alexandro, & moritur, 11,1,18.

Ptolemæus Macer veneno vitam ſuam finiuit, 2. Mach. 10,12,13.

PVBLIVS ſuſcipit hoſpitio Paulum, Actor. 28,8.

PVRGATORIVM, id eſt, locum vbi ſunt animæ quæ viuorum precibus & operibus iuuari poſſunt & purgantur, eſſe confirmatur, 2. Mach. 12,43,46°. Matth. 5,25†12,32. 1. Cor. 3,16. Philip. 2,10. 2. Timoth. 1,18. 1. Ioan. 5,16. Apoc. 5,3,13.

Q

QVADRAGESIMALIS ieiunij exempla, Moyſes Exod. 24,18†34,28. Deut. 9,9,18. Elias, 3. Reg. 19,8. Chriſtus Matth. 4,2. vide Ieiunium.

QVAESTIONES inutiles quæ ſunt vitandæ, Gen. 3,1,6. Prou. 15,27. Eccl. 7,11. Eccli. 3,21. Matth. 24,3. Ioan. 6,52†21,21. Act. 1,6. 1. Ti. 1,4†6,3. 2. Ti. 2,16. Tit. 3,9.

QVIESCENDVM à peccatis Rom 6,6°. Galat. 2,18.

Quies continget populo Dei, Hebr. 4,9.

Quietem & pacem certam conſequentur iuſti, Sapien. 3,3†4,1. Iſa. 57,2. Luc. 16,22. Apoc. 14,13.

Quietem inuenire animæ ſuæ, Ierem. 6,16. Matth. 11,29.

R

RABBA obſidetur, 2. Reg. 11,1†12,26. 1. Paral. 20,1.

RABSACES Sennacherib archipincerna, 4. Reg. 18,17. Iſa. 36,37.

RACHEL paſcit oues patris ſui, Geneſ. 29,9. traditur Iacob in vxorem, 29,29. clàm tollit idola patris ſui, 31,19. ob difficultatem partus periclitatur, 35,17.

RAHAB exploratores miſſos in vrbem Iericho, excipit hoſpitio, Ioſue 2,1. Iacob 2,25. ſeruatur cum ſuis, Ioſue 6,17,23.

Rahab vxor Salmō, 1. Par 2,11. Mat. 1,5.

RAPHAEL angelus Domini medicus & dux Tobiæ, Tob. 5,5†6°.†12,12.

RATIONEM Deo quiſque pro ſe redditurus eſt, Matth. 12,36†18,23†25,31°. Rom. 14,12. 2. Cor. 5,10.

RAZIAS Iudæus gladio ſe interimit, 2. Machab. 14,37,41.

RAZON aduerſarius Iſraelis, 3. Reg. 11,23.

REBECCA filia Bathuelis, Gen. 22,23. vxor Iſaac, 24,50. parit geminos, 25,24.

RECHAB pater Ionadab amici Iehu regis Iſrael, 4. Reg. 10,15.

REDIMERE nouit Deus ſuos multis modis ex anguſtia, Gen. 19°. Exod. 14°.†18,8. 1. Reg. 23,14,26. 4. Reg. 7°. 2. Paral. 18,31†20,24. 1. Eſd. 8,22. Pſalm. 4,5†90,9. Eſther 7,5. Iſa. 41,10†43,1. Dan. 3,91†6,21,23. 2. Petri 2,9.

REFVGII ciuitates, Exod. 21,13. Num. 35,11. Deut. 4,41†19,2,7. Ioſue 20°. 3. Reg. 1,50†2,28.

REGENERATIO: vide Homo.

Regeneratio eſt immutatio carnis in ſpiritum, Ioan. 3,5. carnalium affectionum in ſpiritalem affectum, Rom 8,5,13. infidelitatis in fidem, Io. 1,12. Gal. 3,26. 1. Ioan. 5,1. innouatio mentis per Spiritum ſanctum Tit. 3,5. Gal. 4,6. atque adeò carnalis naturæ in diuinam naturam, 2. Petri 1,4. Coloſſ. 2,11. vt qui mali fuimus, ſanctificemur, 1. Cor. 6,11. Epheſ. 5,8.

Regenerati interius, etiam exteriùs in nouitate vitæ ambulabunt, Rom. 6°.†7,6†12,1. Eph. 4,22. Col. 3,9. 1. Cor. 5,7. 2. Cor. 5,15. 1. Petri 4,1.

REGES quid facere, quíſve fugere debeant, Deut. 17,19. 1. Reg. 8°. 3. Reg. 2,2†10,9. 2. Par. 9,1†19,5. Sap. 6°.†9°. Iob 34,30. Pſal. 2,10†100°. Prou. 14,28†19,12†20,8,26†28,15†29,4,14†31,4. Ierem. 22,2. vide Superiorum officium.

REGNVM Dei vim patitur, Mat. 11,12. Luc. 16,16. Galat. 5,16. Apocal. 2°.†3°.†21,7.

Regnum Dei ſpirituale, internũ & æternum, Gen. 49,10. Num. 24,18. 1. Reg. 2,10†7,9,10. 1. Par. 18,11†29,2,4. Pſalm. 2,2,6†9,8†21,28†44,7†71,1†109°.†144,11. Iſa. 9,6†11°.†32,16†40,9†42,1. Ierem. 23,5,6†33°. Ezech. 34,23†37,24. Dan. 2,44†4,33†7,14,27†9,24,25. Oſee 3,5. Mich. 4,1,4†5,1. Zach. 9,9. Matth. 13°. Luc. 1,28†12,31,32†22,29†23,2. Ioan. 6,14†12,14,34†18,33,36. 1. Tim. 1,17. Heb. 1,8†2,9.

RELINQVENTES omnia propter Chriſtum, centuplum recipient, Matth. 19,29. Marc. 10,29. Luc. 18,29.

RELIQVIÆ & veſtes ſanctorum quam vim à Deo habeant, quidque per eas operetur Deus, vt pallium Eliæ, 4. Reg. 2,14. oſſa Eliſæi, 4. Reg. 13,21. fimbria Chriſti, Matth. 9,20†14,36. ſudaria Pauli, Act. 19,12. vmbra Petri, Actor. 5,15.

REMITTENDVM proximo in nos peccanti, Eccli. 28,8. Matth. 5,23†6,13†18,12,35. Lucæ 17,3. Epheſ. 4,32. Col. 3,13.

REPVDII libellus, Deut. 24,1. Iſa. 50,1. Ierem. 3,3. Malach. 2,16. Matth. 5,30†19,7. Marc. 10,4.

RESPHA concubina Saul, ad quam ingreſſus eſt Abner, 2. Reg. 3,7.

cuſtodit corpora eorum qui in crucem ſublati erant, 21,10.

RESVRRECTIO mortuorum, & carnis ad gloriam facta mutatio, Exod. 3,6. Iob 14,13†19,26†21,30. Iſa. 26,19†66,14. Ezech. 37,1,9. Dan. 12,12. Ionæ 2,11. Soph. 3,8. 4. Eſdr. 2,16†14,35. 2. Mach. 7,9,14,23. Mat. 22,23,31. Luc. 20,35. Ioan. 5,21,28†6,39†11,24. Act. 24,15. 1. Cor. 15°. 2. Cor. 4,14†5°. Col. 3,4. Phil. 3,21†4,3. 1. Theſſ. 4,13,16. 2. Tim. 2,11. Apoc. 20,12.

REVELATIONES & viſiones, Ioſue 5,13. 4. Reg. 17,9. 2. Mach. 3,24†5,2†10,29†11,8. vide Apparitiones.

ROBOAM filius Salomonis, rex Iuda conſtituitur, 3. Reg. 12,1. deficit Iſrael à Roboam ad Ieroboam, 12,19. præcipit ei Deus ne pugnet contra Iſrael, 2. Par. 11,2. oppugnatur à Siſac rege Ægypti, 12,2,9.

moritur, 3. Reg. 14,31. regnat Abiam filius eius pro eo, 15,1.

ROMANI cum Iudæis pacis & ſocietatis fœdera ineunt, 1. Mach. 8,14,17,27†12,1†14,17,20.

Romanorũ Gentiliũ laus, 1. Mach. 8,2,9.

Romanorum Chriſtianorũ laus, Ro. 1,8.

Romanos deſtructuros Ieruſalem & templum Domini, Num. 24,24. Iſa. 5,26†6,11. Dan. 9,26†11,30,31. Lucæ 19,41†21,20. Ioan. 11,48.

RVBEN primogenitus Iacob naſcitur, Gen. 29,32. violat thorum patris ſui, 35,22. dantur ob id primogenita eius filiis Ioſeph, 49,4. 1. Par. 5,1. nititur fratrem ſuum Ioſeph liberare, Geneſ. 37,21,22,23.

dicit patri, Duos filios meos interfice, ſi non reduxero Beniamin, 42,37. filiis Ruben primò requies datur, Num. 32°. Deut. 3,12†29,8. Ioſue 1,12†13,23. cæduntur, 4. Reg. 10,33. transferuntur ad terram Aſſyriorum, 15,29. 1. Par. 5,26.

ſecundùm prophetiam, Geneſ. 49,4. ædificant altare, Ioſue 22,10. dimicauerunt contra Agarenos, 1. Par. 5,19.

RVTH Moabitis, Ruth 1,4. accipit eam vxorem Booz, & parit Obed. 4,13. 1. Par. 2,12. Matth. 1,5.

S

SABBATVM, Gen. 2,2. Exod. 16,23†20,8†23,12†31,14,17†34,21†35,2. Leu. 19,3†23,3,15†25,4. Numer. 15,32†28,9. Deut. 5,12. Iſa. 56,2,4†58,13†66,25. Iere. 17,21,27. Ezech. 20,12†22,8. 2. Eſd. 13,16,22. 1. Mach. 1,47†2,33,41. 2. Mach. 15,1. Mat. 12,1,10. Marc. 2,23†3,2†6,2. Luc. 4,16,31†6,1†13,11,14†14,1. Ioan. 5,10†7,22†9,14. Actor. 13,14,27,44†15,21†18,4†20,7. 1. Cor. 16,2. Heb. 4,4,10.

SACERDOTES Legis, & horum munus, Exod. 29,44†30,7. Leuit. 10,1,6,9†21°.†22°.†24,3. Num. 3,10†4,5,11†10,8†18,1,7. Deut. 21,5. 1. Reg. 2,28,35. 1. Par. 6,49. 2. Par. 26,17. Ezech. 44,15,20. Heb. 5,7†10,11.

Sacerdotum multitudo in veteri Lege, 1. Paral. 23,3. vbi numerantur 38000.

Sacerdotum Legis indumenta, ornamẽta, & ordinatio, Exod. 28°.†29,1†39,1†40,12. Leuit. 8,1,8.

Sacerdotibus dabãtur decimæ & primitiæ, Num. 5,9,10†18,8,11°. Deut. 18,3. vt liberi à ſollicitudine comparandi victum, poſſent vacare Legi Dei, 2. Par. 31,4. vide Decimæ.

Sacerdotibus Legis aſſignabatur neceſſaria vitæ ſuſtentatio, Exod. 29,26. Leuit. 2,3,10†5,13†6,9,10†7,6,32†10,13†24,9. Num. 3,48†5,9†18,8,11,28. Deuter. 18,1. 1. Reg. 2,28. 4. Reg. 12,16. 1. Par. 6,54. 2. Par. 31,4. 2. Eſdr. 10,36. Eccli. 45,25.

Sacerdotes mali, & eorum punitio, Num. 16°. 1. Reg. 2,22°.†3,13. 3. Reg. 2,26. Iſa. 3,11. Ierem. 2,5†8,7. Oſee 4,6,9†5°. Malach. 1°.†2,1,8. 1. Machab. 7,5,9,21.

Sacerdos, non Lex aut Scriptura ſola, eſt iudex quæſtionum exorientium, Deut. 17,9,12. Malach. 2,7.

SACRIFICIVM noui Teſtamenti appellatur Iuge ſacrificiũ, Dã. 11,31†12,11. celebrabitur donec veniat Dominus, 1. Cor 11,26. quære Miſſæ ſacrificium, & Oblatio.

SADDVCÆI negant mortuorum reſurrectionem, Matth. 22,23. Act. 4,1†23,8.

SALMANASAR rex Aſſyriorum egreditur primò contra Samariam, & transfert Iſrael cum Ozee rege in Aſſyrios, 4. Reg. 17,6. ſecundò capit Samariam, 18,9.

SALOMONIS filij Dauidis natiuitas promittitur, 2. Reg. 7,12.

naſcitur, 2. Reg. 5,14†12,24. vngitur in regẽ ſuper Iſrael, 3. Reg. 1,33. Dominus apparuit ei per ſomniũ nocte in Gabaon, à quo ſapientiã poſtulat, 3,5,9. 2. Par. 1,7. dirimit litẽ meretricũ, 3. Reg. 3,16,24. de eius ſapiẽtia,

magnitudine diuitiarum, poteſtate & miniſtris, 2.Par.9,3. init fœdus cum Hiram rege Tyri, 3.Reg.5,12.

poſtquam ædificauit templum, dedit Hiram viginti oppida, 9, 11. venit ad eum regina Saba, 10, 1. Matth.12,42 Luc.11,31. ædificauit fanum Chamos idolo Moab in monte, 3 Reg.11,7.

Chananæos fecit ſibi tributarios, 1 Par.8, 7. vngitur ſecundò in regem, 2.Paral 29,22. moritur, 3.Reg.11,43. ſuccedit ei filius Roboam, 14,21.

SALVS: vide Beatitudo.

SAMARIA, quæ poſtea metropolis fuit decem tribuum Iſrael, extruitur, 3 Regum 16,17 obſidetur a Syris, 4.Reg 6,24. obſidetur ab Aſſyriis vſque ad tertium annum: capitur, & abducitur populus, 4 Reg 17,5.

contra Samariam prophetatur, Iſa 7,10 †9,7. Ezech.23°. Oſee 8°.†13°. Amos 3, 12 Mich.1,5.

Samaria nolebat recipere verbum Dei, Luc.9,52. recipit verbum Dei, Act.8,5.

Samaritanus miſeretur vulnerati, Lucæ 10, 33.

Samaritana loquitur cum Chriſto apud puteum, Ioan.4,7.

SAMSON naſcitur, Iudic. 13,24. iuxta promiſſionem Angeli, 13,3. vxorem accipit in Thamnata, & dilacerat leonẽ, 14,1,5,10 nocet Philiſtæis, atque vim infert, 15,4 8. moritur, 16,29.30.

SAMVEL, 1.Reg.1,20. adducitur ad domũ Domini in Silo, 1.24. vocatur a Domino, 3,4.10 congregat vniuerſum Iſrael in Maſphat, & clamat ad Dominum pro Iſrael, 7,5,9. poſuit filios ſuos Iudices Iſrael, 8,1. probat ſe innocentem, 12,3. interficit Agag, 15, 33. Dauid regem vngit, 16,13. moritur, 25,1. prophetat Sauli poſt mortem, 28, 15, 16. Eccli.46,23. laudatur, Eccli.46,16.

SANABALLAT præfectus Samariæ conatur impedire templi ædificationem, 2.Eſd.2,10.

SANCTVS eſt Deus, Iſaiæ 6,3. Apo.4,8.

Sancti & mundi eſſe debemus, Leuit.11, 44†10, 2†20, 7, 26†21,6. Deuter.26,19. Epheſ.5,26. 1.Theſſ.4,3. 1.Pet.1,16 qui ſanctus, ſanctificetur adhuc, Apoc.22,11.

Sanctum Domini, Exod.35,2. Leu.16°. Pſal 111,1. Mat.7,6 Luc.1,31.

Sancti pro nobis orant, Iere 15,1. 2.Machab 15,14 Apoc.5,8†8,1. propter eorum preces & merita multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi ſint, Gen 26,5.24 Exod 32,13,14 3.Reg.11,12, 13,32,34† 15,4,5 4 Regum 19,34†20,6. Iſa.37,35. Eccli.44,24.

Sanctos oramus ſine iniuria Mediatoris, vt pro nobis orent, ſicut & petimus ab aliis hominibus preces, vt Paulus Rom. 15,30 Col.4,3 Eph 6,19 1.Theſſ 5,25. 2.Theſſ. 3.1.Heb 13,18. Nec mirum Sanctos noſtras preces cognoſcere: quia ſunt ſicut angeli Dei, Mat.22,30. Lucæ 15,10. & offerunt Deo noſtras preces. Tob 12,12. Apoc.5,8 †8,3. Nec huic contrarium eſt, quòd Deus ſolus eſt inſpector cordis, quia & homines cognouerunt ſecreta cordium Deo reuelante, Dan.2,19. 4.Reg.5,26†6,12.

Sanctorum miniſterio aliquando tribuitur quod ſoli Deo precipuè conuenit, Mat. 18,16,18 Ioan.20,13. Rom.11,14 1.Cor. 9,20,21. 1.Tim 4,16. Iac.5,19. vide titulum, Deo ſoli attributa, &c.

in Sanctorum memoriam Deum orare, docent nos maiorum exempla, Geneſ.31,9 †18,16 Exod 32,13. Deu.9,27.3.Reg.18, 36.1 Paral.29,18 2.Paral.5,42. Tob.7,15. Eſther 13,15†14,18. Iſa.63,17. Dan.3,35.

Sancti ſunt cum Chriſto in cælis regnantes, Ioan.12,26†17,24. 2.Cor.5,8. Phil 1, 23. Apoc 3,21†7,9†14,13.

Sancti etiam vita defuncti rectè à nobis laudantur, Eccli.44° Ioan.12,26

in ſanctis ſuis Deus laudatur, Pſal.150,1.

Sancti iudicabunt: quære Iudicabunt.

Sancti faciunt miracula, vt Moyſes & Aaron, Exod.7†8†9†10†11. Elias excitat puerum mortuum, 3.Reg 17,22. claudit cælum ne pluat, 17,1. Iacobi 5,17. aperit clauſum, 3.Reg 18,41,45. Iac.5,18.

Eliæ pallium diuidit aquas, 4. Reg. 2,8, 14. Eliſæus excitat puerũ viduæ mortuum, 4.Reg.4,35. ſanat aquas miſſo in eas ſale, 2, 21,22. oleum multiplicat, 4,6 mittit farinam in ollam, 4,41. Naaman Syrum ſanat, 5,14. facit natare ferrum, 6,6. Eliſæus mortuus per contactum oſſium ſuorum operatur, 13,21.

Apoſtoli eijciunt dæmonia, Marc. 6,13 †16,17. Luc.10,17. Ioannes & Petrus ſanant claudum, Actor 3,6.

Petrus excitat Tabitham, 9,41.

etiam ſola ſua vmbra ſanat, 5,15.

Paulus reſtituit claudum, 14,9.

etiam per ſudaria curat infirmos, 19,12.

reddit vitæ puerũ ex lapſu mortuũ, 20,10

Sancti plura quoque alia fecere miracula, quæ longu eſſet enumerare, ad Heb.11,32°.

SANGVINIS conſperſio, Exod.24,6 †29,20. Leuit 1,5,11†3,2,8,13†4,6,16† 7,2†8,19,30†9,18†16,14,18†17,6 2.Paralip. 30,16. Ezech.43,20. Hebr.9,13, 14.19,21,22.

Sanguinis Chriſti conſperſio, Hebr.9,14 †10,19†12,24 1 Pet.1,22.

Sanguinis eius prohibitus, Gen 9,4. Leuit.3,17†7,26†17,10,14†19,26. Deut 12. 16,23†15,23. 1.Regum 14,32. Actor.15, 20†21,25.

Sanguinis fluxus ſiſtitur, Mat 9,20.

Sanguinis innocentis effuſio, Deut.19,5, 11†27,24. 2 Reg.20,9. 3.Regum 21,13. 4 Reg.21,16†24,4.2 Par.24,22. Prou.6,17 †28,17. Iſa 26,11. Ierem.7,6†22,3. Ezech. 22,4 4.Eſdr.1,32. Mat.23,34. Luc.11,50. Apoc.6,10†18,24.

Sanguinis innocentis effuſio clamat vindictam coram Deo, Gen.4,10. 4.Eſd.15,8. Apoc.6,10.

Sanguine Chriſti empti ſumus, 1.Cor 6, 20†7,23. Act 20,28 1 Pet.1,18 Apoc 5,9.

SAPIENTIAE diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas, Deut.4,6†29,9. Iob 28, 20†32,7. Eccleſ.7,12†9,13. Sap.6,13,16 †7° 8° 9°.10°. Eccli 1°.†3,1.31†4,12,28. 29†21,12†24°.†39,14 Luc.21,15. Rom. 11,33. 1.Corinth.1,17†2,6,10†3,19. Col. 2 3. Iac.1,5†3,16.

SAPPHIRA mentitur Spiritui ſancto, & cadit in terram mortua, Act.5,1,8.

SARA filia Raguelis Tobiæ in vxorem traditur, Tob 7,10.15.

SARVIA: vide Zaruia.

SATISFACTIO: vide Pœnitentia.

SAVL de tribu Beniamin quærit aſinas, 1.Reg.9,3. vngitur in regem à Samuele, 10, 1†11,14. Actor 13,21. iuxta mandatum, 1 Reg 9,15. percuſſit Ammon, 11,11. obtulit holocauſtum, 13,9. a regno reijcitur, 13, 13†15,22,26,28†16°. exagitat eum ſpiritus nequam, 16,14†18, 10†19,9. nititur Dauid configere, 18, 10†19, 10. perſequitur eum, 23°. trucidat ſacerdotes Domini, 22, 18 mulierem habentem pythonem cõſuluit, 28,7 ſeipſum interficit, 31,4. ſepelitur, 31, 13. filij eius in crucẽ tolluntur, 2.Reg.21,9

SCANDALVM ſeu offendiculum proximo, nec in vita, nec in doctrina ponendum, Leuit.4,3. Num.31,16. 2 Reg.11,14. 1.Eſd 8.22. Prouerb.28,10. 2.Machab 6, 24. Matth.17,27†18,6. Marc.9,42. Lucæ 17,1. Roman.14,1,15, 1.Corinth.8°.†10, 32. 2.Cor 6,3. 1.Theſſ 5,22.

quicumque nobis ſcandalo eſſe poſſent, vitabimus, Exod.34,12 Deut 7,2.16†13°. Matth.5, 29†16,22. Marc.9,42. Roman. 16,17.

SCIENTIA Dei: vide Dei.

SCRIPTVRA ſacra vnde ſit, & quis eius vſus, Exod.17, 14† 24,27. Deut 4,1 †17,18†31,9 Ioſ.1.8 Iſa 8,9†30,8†34.16. Iere.30,2†36, 2,10†45,1. Baruch 1,3,14 †4,1. 2 Eſd 8,2. 3. Eſd.9,39. 4 Eſd.15,1. Dan.10,21. Mat.4,4†21,29 Luc 4,4†16, 29. Ioan.5,39†10,44†20,30. Act.15,21†17, 11. Rom.1,2†4,23†15,4. 1 Cor.9,9†10,11 †15,3 2.Ti.3,16. 2 Pet.1,20†3,1 Apo 1,19.

Scriptura difficilis intellectu, 2 Pet.3,16. nec omnia ſcriptis Apoſtoli mandarunt, Ioan 20,30†21,25. 1.Cor.11,34. 2.Theſſ. 3,15. Ioan. Epiſt 2,12† Epiſt.3,18.

Scriptura nec Lex eſt iudex, ſed Sacerdos, Deuter.17,18. Ezech.44,24°. Malach.2,7. quære Sacerdotum officium.

SEB & Oreb interficiuntur, Iud 7,25.

SEBÆ, quia regnum affectarat, caput præciditur, 2 Reg.20,22.

SECVRITAS perfecta de peccatorum remiſſione aut ſalute conſequenda non habetur in hac vita, Eccleſ 9,1, 2. vide Certi.

SEDECIAS pſeudopropheta, 3.Reg.22, 11. 2.Par.18,10 comburitur, Iere.29,22.

Sedecias: vide Zedecias.

SEDITIOSI puniuntur, Num.16, 31°. vide Murmuratores.

SELEVCVS Aſiæ rex, 2.Mach. 3,3.

SEMAIA mittitur ad Roboam, 3 Reg. 12,22. 2.Par.11,2†12,5,7.

SEMEI maledicit Dauidi, 2.Reg.16,5, 13. veniam impetrat a Dauid, 2.Reg 19, 23. occiditur ex præcepto Dauid, 3.Reg 2, 9,42,46.

SENNACHERIB oppugnat vniuerſas ciuitates Iuda munitas, 4 Reg 18,13 2.Paralip.32,1. blaſphemat Deum, Iſa.36°. interimitur à filiis, 4. Regum 19,37. Iſaiæ 37, 37. ſecundùm verba Iſaiæ 10, 33†31, 8†37, 1.

SEPELIRE mortuos, opus miſericordiæ, Gene. 23,19†25,9†35.19. 29†50,5, 13,25 Num.20,1 Deu 10 6†21,23. Ioſue 24,30. Iud.12,7. 1.Reg.25,1†31,13. 2.Reg 2,32†3,32. 3 Reg 2,10,31. 34†11,43†13, 29†14 31. 4.Regum 13,20. 2 Paral.16,14 †24,16†25,24. Tob.1, 20†2,3,7†4,3,18 †8,14†12, 12†14,12,16 4.Eſdræ 2,23 Eccli. 7, 37†38,16. Matth.14, 12†27,58. Ioan 19,39. Act.13,29. 1.Cor.15,4.

SEPHORA: vide Ziphora.

SERMO Chriſtianorũ: vide Loquenda

SERPENS æneus erigitur, Num 21,8. tollitur, & appellatur Nehuſtan, 4.Reg.18, 4. cuius typum geſſerit, Ioan. 3,14.

SIBA: vide Ziba.

SICELEG: vide Zeceleg.

SICHEM filius Hemor Dinam rapit & concumbit cum illa, Geneſ. 34, 2. necatur, 34, 26.

SIGNA futurorum, Gen 9,12 Exo.31, 13 Ioſ.2,18. 1 Reg.2,34†10,1. 2.Reg.5,24 4.Reg.19,29. Iſa.38,7. Tob.5,3, Luc 2,12.

Signa in memoriam prçteritorũ, Exo 12, 3,8. Nu 15,38†16,38,40†17,10 Ioſ.4,6°.

Signa & miracula fiunt, vt per ea omnipotentia, veritas, iuſtitia, & bonitas Dei innoteſcat, Exod.4,2,6†7,17†16,12. Ioſ.3, 10,14. 3 Reg.13,4†17, 14†18,38†20,13, 28. 4 Reg 5,14†20.9. Mat.8,26†9,2†14,28

SIHON rex Amorrhæorum concedere noluit vt Iſrael tranſiret per fines ſuos, Numer.21,23. Deut 2,30. percuſſus eſt in ore gladij, Num.21,24

SILAS cum Paulo mittitur Antiochiam, Actor.15,27. profectus eſt cum Paulo, 15, 40. remanſit Berœæ, 17,14.

SILERE eſt vtile, Prou.17,20. Eccleſ.3,7. Eccli.20,6†22,12.

SILO locus in quo fuit domus Dei, Ioſ 18,1. Iud 18,31†20,18. 1.Reg.1,3. conuenerunt omnes in Silo propter Rubenitas, Ioſ.22,12. de Silo affertur arca, 1.Reg 4,4 Ierem.7,12†26,6.

SIMEON naſcitur, Gen.29,33. interficit cum Leui Sichemitas, 34,25. eam ob rem arguuntur à patre, 49,5. in vinculis tenetur in Ægypto, 42,25.

SIMON in Bethania excipit Dominum, Mat.26,6. Mar.14,3. Ioan.12,1.

SIMONIA: vide Vendi dona Dei.

SIMPLICIBVS & humilibus reuelat ſubinde Deus quod abſcondit iis qui ſibi videntur ſapientes, Iſaiæ 29,18,24†32,4. Eccleſ 9,15 Mat 11,25.Luc.2,9,5†5,8†10,21. Act.4,13. 1.Cor.1,24†2,1.

Simplex & rectus, Geneſ.20,6. Iob 1,8. Matth.10,16.Act.2,46.Rom.16,18. Eph. 6,5. Coloſſ.3,22.

SIMVLATIO & hypocriſis cauenda, Eccli.1,36.Iſaiæ 32,6. Ierem.9,6. Iob 15, 34. 2.Mach.6,24 Mat.23°.

SOBRIETAS: vide Temperantia.

SOCIETAS bonorum quærenda, malorum vitanda, Geneſ.19,15. Leuit.7,19. Num.16,15†25,4 Ioſ.23,12. 2.Paral.19,2, Iob 31,1.Pſalm.25,4,8†36,1. Prouerb 1,10 †4,14†6,25†13,20†20,19†22,10,24†23,6, 17†24,1,28†29,27.Ierem.16,8.Eccli,6,35 †8,1,18†9,21†12,10†13,1,20. Tob.1,5. Matth.7,15. Actor.19,9. 2.Cor.6,14 Eph. 5,11. 2.Tim.4,14. Apoc.18,4.

SODOMA & Gomorrha amœniſſimo loco ſita,Geneſ.13,10. ſpoliantur,Geneſ.14, 11.ſubuertuntur à Domino, Geneſ. 19,25. Deut.29,23. Sap.10,6,7. ſecundum verba Domini,18,20. cauſa.Ezech.16,49.

SOL & Luna creantur, Geneſ.1,16. ſteterunt ad imperium Ioſue,Ioſ 10,12. retroceſſit Sol decem gradibus ad petitionem Ezechiæ,& preces Iſaiæ,4.Reg.20,11.amittet lumen,Matth.27,44. Marc.15,33. Luc. 23,44.

SOLICITVDO nimia,Exod.34,21. Leuitic.25,20. Deut.8,3 Iob 7,8. Pſalm.54, 23†144,15,16.Prou.10,3†13,25. Matth 6, 25†10,9,23†13,22†16,7. Lucæ 8, 14†12, 22†14,18†21,31. 1 Cor.7,32. Philip.4,6. Heb.13,5. 1.Pet.5,7.

SOMNIA & viſiones in quibus olim Deus ſuam voluntatem aperiebat, Gen.20, 3†28,12†31,24†37,5,9†40,8†41,1†46, 2.Num.12,6. Iud.7,13.15. 1.Reg.3,4,8,11 †28,6. 2.Reg.7,4. 3.Reg.3,5,15.Iob 7,13 †33,15.Dan.2,1†7,1. 2.Machab.15,11,14. Mat.1, 20†2,12,13. Actor.16,9†18,9†23, 11†27,23.

Somnia & viſiones quæ non conueniunt cum doctrina Chriſti & Eccleſiæ, ſunt contemnenda,Deut.13,1. Eccle.5,2. Eccli.34, 1°. Ierem.23,16,25†27,9†29,8.

SOROBABEL filius Salathiel, 1.Eſdræ 12,1. Mat.1,13. Luc. 3,27. inſtaurat templũ Domini Ieroſolymis,1. Eſd.3.3.3.Eſdr. 5,70.Eccli.49,13.genuit Abiud, Mat.1,13.

SORORES Chriſti: vide Fratres.

SORS, Leuit. 16,8. Num.17°.†26, 55 †33,54. Ioſue 7, 14†18, 10. 1.Reg.10,20 †14,17,42.1. Par.25,5. 2.Eſd.11,1 Prou. 16,33†18,18.Eze.21,19.Ionæ 1,7.Act.1,17.

SOSIPATER comes Pauli,Act.20,4.

SOSTHENES princeps Synagogæ percutitur, Actor.18,17.

SPES iuſtorum non in temporalibus rebus; ſed in Deo eiuſque promiſſionibus fundatur, Geneſ.26,5. Iud.7,2,4.1.Reg.4,3 †17,45†22,1.3.Reg.20,28. 1.Paral.19,13. 2.Paral.16,7†20,15,20†25,7†32,7. Iudith 9,13. Pſalm.9,11†13,6†21,5,10†4,2†30,2 †39,5†61°.†70,1†90,2†113,9,10,11†141, 6†145,5. Prou.3,5†22,19†28,25†30,5. Sapientiæ 3,4,9. Eccli.2,6,12†13,9†33,9 †34,14. Iſa.26,4†29,19†30,1,15†31,1 †36,7†40,30. Ierem.2,13†7,4†9,22†17,7 †39,18.Thre.3,24.Ezech.29,6. Oſee 12,6. Mich.7,5,7.Nahum 1,7.1.Mach.3,18.Mat. 10,37†12,21. Rom.5,2†8,24. 2.Cor.5,2. Coloſſ.1,27. 1.Theſſal.1,3. 1.Timoth.1,1 †6,17. Heb.3,6. 1.Pet.1,13.

Spes non facit nos ſecuros, nec excludit timorem, vide Timor.

Spes impiorum euaneſcet, & in quibus confidunt, vana ſunt omnia, 4.Reg.18,21. Iob 8,13†11,20†14,19†20,4. Prou.10, 28†11,7,23†25,19. Sap.5,15. Eccli.5,1,10. Iſa.28,15,18†30,2,12†57,11. Ierem.9,12. †17,7. 1.Mach.2,62.

SPINÆ appellantur ſolicitudines huius mundi, diuitiæ, & voluptates vitæ, Matth. 13,7,22†19,22. Marc,4,7,18†10,22. Lucæ 8,7,14†18,22.

SPIRITVS ſanctus promittitur, Iſaiæ 44,3. Ezech.11,19†36,26†39,29. Ioel.2, 28. Matth,3,11.Ioan.7,39†14,16,26†15, 26†16,7. mittitur, Actor.2,1.

Spiritus Dei edocet mentes, Exod.4,12. Pſal.31,8. Iſa.54,13. Matth.10,20. Marci 13,11. Luc.12,11†21,14. Ioan.6,45†24. 16,26†15,26†16,13.Ro 8,16,26. 1.Cor.1, 22†5,5. Eph.1,13†4,20,21.1. Ioan.3,27.

Spiritus probandi ſunt vtrùm à Deo ſint, Iudith 8,28. 1.Cor.14,29. 1.Theſſ.5,21. 1.Ioan.4,1.

SPONSVS ſpiritualis eſt Chriſtus, Iſaiæ 54,5†62,4.Ier.31,22. Ezech.16,8. Matth. 9,15†25,1.Mar 2,19.Luc.5,34. Ioan.3,29. 2.Cor.11.2. Eph.5,24.Apoc.19,7†21,2.

Sponſa Chriſti,vide Eccleſia.

STEPHANVS eligitur, Act.6,5. accuſatur,6,11. reſpondet ad accuſationem,7°. lapidatur,7,57.

STVLTITIA, Prou. 14, 29†20,3 †26,1†27,22. Bar.3,23. Eccle.10,2. Eccli. 33,5. Mat.7,26†25,2. Mar.7,22. Eph 5,4.

Stultitia eſt apud Deum ſapientia huius mundi, 1.Cor.1,18°.†3,19.

Stultorum corda in eorum ſunt ore, & cõtra ſapientum os in corde eſt, Eccli.21,23.

SVBDITORVM officium, Exod. 10, 28†22,28. Num.16°. Ioſue 1,16. 2.Eſd.5, 16 Baruch 1,11. Prouerb.13,13†20,2†24. 21†25,6. Eccle.8,2†10,16. Iere.29,7 Mat. 17,24†22,16,21.Luc.20,22. Rom.13,1,7. 1.Theſſ.5,12. 1.Timoth.2,1. Hebr.13,17. Tit.3,1. 1.Pet.2,13.

SVPERIORVM, iudicum, & rectorum officium & poteſtas in ſubditos, Geneſ.9,6. Exod.1,8°.†5°.†18,13,17†22,8. Leuit.24, 10,23. Numer.11,16, 24†25,4†27,15,18. Deuter.1,13,17†17,1†19,17.Ioſue 1,10. Iudicum 2,7,16. 1.Reg.10,24. 3.Reg.3,7. 2.Par.19,5,8. Iob 29°.†34,30. Pſalm.81°. Prou.8,15†11,14†12,24†16,10†20,8 †28,15†29,4,14†31,4. Eccli.10,1,12. Sap. 1,1†6°. Eccli.7,4†10,1,24†17,13. Iſaiæ 1,23,26†3,2†10,1†32,1. Ierem.5,26 †22,2†27°. Ezech.22,6,12†45,9. Dan.2, 21. Oſee 13,10 Mich.3,1,9. Matth.22,17, 21†26,51. Luc.22,22. Ioan.3,31†19,11. 1.Corinth.15,24. Rom.12,8†13,1. 2.Tim. 2,1. Tit.3,1. Hebr.13,17. 1.Pet.2,13. vide Rex,Iudex.

SVPERBIA prohibetur, committitur,& punitur. Geneſ 3,17†11,5,7. Exo 5, 2†14,26. 1.Reg.17°. 4.Reg. 18,19°.†19, 35.Tob.4,14.Iudith 9,16†13°. Prouerb.6, 17†11,2†13,10†15,25†16,5,18†18,12 †25,6†29,23.Eccli.10,9,11,16†25,4. Iſaiæ 3,15,17†9,8†10,8†14,9†36°.†37,10, 24†39,2,5†47,8. Ier.48,29†49,16. Ezech. 16,49†28,2†31,10. Dan.4,19,27†5,22. Abdiæ 1,3. Malach. 2,11. 1.Mach.9,4,6. Luc.1,47†10,15†14,7,11†18,11†22, 24. Act.12,21, Rom.1,30†11,20. 2.Tim. 3,2. 1.Pet.5,5.2.Pet.2,18.Iud.16.Apo 18°.

SVSANNÆ hiſtoria,Dan.cap.13°.

SYRI imperant Iſraeli, Iudic.3,8. opprimuntur ab Othoniel, 3.10. cæduntur à Dauide, eique fiunt tributarij, 2.Reg.8,5. Iuuant filios Ammon contra Dauid, 10,6. fugientes à facie Iſrael, occiduntur à Dauid, 10,13,18. Samariam obſidentes cæduntur, 3.Reg.20,29.pugnant contra Iſrael,4.Reg 6,8. mentis ſtupore immiſſo, quaſi cæci ducuntur in Samariam,6,18,19.

obſident Samariam, 6, 24. territi à Deo ſoluunt obſidionem, 7,6,7. vaſtantur à rege Aſſyriorum, & transferuntur Cyrenen, 4.Reg. 16,9. deſolatio eorum prænuntiatur, Iſa.17,1. Ierem.49,23. Amos 1,3.

T.

TABITHA ſuſcitatur à mortuis, Actor. 9,36, 40.

TEMPERANTIA in cibo, potu, & concubitu,Tob.6,15. Eccl.3,6.Eccli.31, 18†32,7. Dan.1,8,11. Rom.13,13†14,17. 1.Cor.7°.Gal.5,23.1.Tim.3,2. 2.Tim.1,7. Tit.1,8†2,6,12. 1.Pet.1,13†5,8. 2.Pet.1,6.

TEMPLVM Salomonis quando, quanto tempore,& qua forma ſit extructum, 3.Regum 6°.†7°. 2.Paral.3°.4°. promiſſio eius, 2 Reg.7,13. extruitur ope Gentilium, 3.Reg. 5°. conſecratur, 8°. 2. Par.7,7. profanatur per Achaz,2.Par 28,21. iterùm conſecratur per Ezechiam, 2. Paral.29°. profanatur & denuò conſecratur per Manaſſe,2.Paral.33, 7,15 exuritur,4.Regum 25,9. prout prædictum erat, 2.Paral.7,20. iterùm extruitur, 1.Eſd.1°. 3°. 4°. 5°.†6,3,7. ſpoliatur & incenditur, 1.Mach.1,23,33. profanatur, 1, 49, 57. mundatur, & conſecratur, 4,36. 2.Mach.10,1. eius deuaſtatio,Daniel.9,26. Mat.24,2. Marci 13,2. Luc.19,41.

contra Templum prophetatur, Leuit.26, 31.3.Reg.9,7. 4.Reg.21,12. 2.Paral.7,20. Pſalm.73,6. Iſaiæ 66.1. Ierem. 7,3,17†26, 6, 12. Amos 9,1. Michææ 3,12. Zachar. 11,2.

Templum ſpirituale & domus Dei,2.Regum 7,13 Prou 9,1. Aggæi 2,8. Matth 7, 24†16,18. Ioan.2,19. 1.Cor.3,16†6 19. 2.Cor.6,16.Ephel.2,20. 1 Tim.3,15. Heb. 3,6. 1.Pet.2,5. vide Eccleſia.

Templa idolorum, 1.Regum 5,2†31,9. 3.Reg.11,7. 4.Reg.10,21†17,32†19,37. 1.Paral.11,10.Baruch 6,16,30,54. Iſaiæ 37, 38. Ier.43,12.Dan.14°. 1.Mach.1,50†6,2 †10,83. 2.Mach.6,2. Act.19,27.

Templum domus Dei, & domus orationis vocatur, Iſa.56,7. Matth.21,13. Chriſtus ipſe & omnes fideles frequenter in templo verſabantur, Matth.24,1. Marc.11,14 †12,35.Luc 2,30†19,45. Act.2,46†3,1†5, 20,21†21,26†22,17.

in Tẽplo oratur Deus, & exaudit, 3.Reg. 9,3†8,29. 2.Par.6,19. Mat.21,13.

Templa manufacta non inhabitat Deus, quaſi iis concludi poſſit, vel illis indigeat vt homo ædibus, 3.Reg 8,27. 2.Par.6,18. Iſa. 66,1. Iere.23,24. Actor.7,48†17,3.

alioqui Deus in templis materialibus habitare dicitur, 3 Reg.6,13†8,12. 1. Paralip. 23,25. Pſalm.77,60†131,13. Ierem.7,3,7. Mat.23,21. Actor.7,46.

Templum dicitur locus ſanctus, Gen.28, 17. Exod.3,5.

Templum magnis muneribus dotatum, 2.Par.1°.2°.3°.4°.5°. 2.Mach.3,2.

Templi profanatores à Deo puniuntur, Iſaiæ 56,5°. 2.Mach.4,25,26°. Mat.21,12. Ioan.2,15.

TEMPORIS opportunitas in omnibus rebus obſeruanda, Eccleſ.3,1†8,5. Eccli.10, 6†32,20. Rom.12,11.

TENEBRÆ trium dierum in Ægypto, Exod.10,22 Pſal.104,28. Sap 17,2†19,16.

in Tenebris verſatur mundus,& amat eas, 4.Eſd.14,20. Iſaiæ 9,1†59,9†60,2. Ioan.1, 5†3,19†8,12†12,35.Actor.26,17. 1.Theſſal.5,7. 1.Ioan.2,11.

TENTARE Deum non licet, Exod.14, 11†17,2. Deut.6,16. Iudith 8,11. Mat.4, 7. 1.Cor.10,9.

Tentat ſeu veriùs probat Deus ſuos variis modis, Gen.22,1°. Exod.15,25†16,4†20, 20. Deut.8,2†13,3. Iud.2,22†3,1. 2.Par. 32,21. Tob.2,8.Iob 1,12°. Sap.3,5. Eccli.2, 4†27,18. Zachar.13,9. Rom.5,4. 2.Petr.2, 9. Iacob.1,2.

Tentari non patitur Deus ſuos ſupra id quod poſſunt, 1.Corinth.10,13. 2.Pet.2,9. Apoc.2,10.

TERTVLLVS Orator accuſat Paulum, Actor.24,2.

TESTAMENTVM,Gal.4,24. Heb.9,1† 13,20. vide Nouum Teſtamentum.

TESTIMONIVM tum verum, tum falſum, Exod.20,16†23,1.Nu.35,30. Deut. 5,20†17,11†19,15,18. 3.Reg.21,10. Pſal. 26,12†34,11. Prou 6,19†14,5†19,5,9†21,

28†24,

28†24,28†25,18. Dan.13,34*. Mat.18,16 †19,18†26,50†28,13. Marc 10,19. Ioan.8, 17. Act.6,11. Rom.13,9. 2.Cor.13,1.1.Tim. 5,19. Heb.10,28. vide Mendacium.

THADDÆVS: vide Lebbæus.

THAMAR concumbit cum Iuda ſuo ſocero, Gen.38,15. gignit geminos Phares & Zara, 38,27†46,12.

Thamar violatur ab Amnon fratre ſuo, 2.Reg.13,14.

Thamar filia Abſalonis, 2.Reg.14,27.

THARE pater Abraham, Gen.11,26.

THEBES obſidetur, Iud.9,50.

THEBNI rex Iſrael, 3.Reg.16,21.

THECVITIS mittitur ad regem Dauid, vt impetret reductionẽ Abſalõ, 2.Reg.14,2*.

THEGLATH-Phalaſar deuictam magnam partem Iſraelitarum tranſtulit in Aſſyrios, 4.Reg.15,29.

THEODAS occiſus eſt, Actor.5,37.

THESAVRVS minus diligendus magis diligitur, Oſee 9,1. Mat 6,19†19,22. Marci 10,22. Luc.12,22,33†18,23. Ioan.6,26. 2.Cor.4,18.

THOLA dux in Iſrael, Iud 10,1.

THOLOMAI rex Geſſur, 2.Reg.13,37.

THOMAS Didymus paratum ſe offert cum Chriſto ire in mortem, Ioan.11,16. erat incredulus, 20,25,27.

TIMENDVS eſt Deus, & ante oculos habendus, Gen.22,12†31,49. Exod.1,17† 20,20. Deut.4,9†6 2 13,24†10,12,20†13,4. Ioſue 24,14. Iud.6,10. 4.Regum 17,36. 2.Par.20,15. Iob 1,8†28,28. Pſal.26,1†32,8 †33,8,10†110,5†111,1†127,1. Prou.1,7 †3,7†9,10†14,2,27†15,16†16,6†22,4†24, 21. Eccl.12,11. Eccli.1,11*.†2,7,12,18†7, 31†10,23†15,1†25,16†33,1†34,16†41,16. Iſaiæ 8,5†41,10†43,1†51,12. Ier.10,7†32, 39. Baruch 3,7. 4.Eſdr.16,68. Mat.10,28. Luc.12,5. 1.Pet.2,17†3,15. Apoc.14,7.

Timoris Dei fructus, vtilitas, & laus, Gen. 20,9. Pſal 102,17†124,1†127*. Prou.10, 27†14.27†19,23†22,4. eius defectus, cauſa peccandi, Gen.20,11.

Timore punit Deus & terrore, Gen.35, 5. Exod.83,27. Leuit.26,36. Deu.2,24†11, 25†28,10,65. Ioſ.2,9†10,10. Iud.4,5†7,21. 1.Reg.7,10. 4.Reg 7,6. 1.Par.15,17. 2.Par. 14,14†17,10†20,29. Pſal.9,20. Iere 49,37. Iud.14,14†15,1. 2.Mach.3,24.

Timoris Dei exempla, Exo.1,17†14,31. 3.Reg.18,3. 2.Par.19,7. Tob.1*.†2,9,13† 3,18†9,12. Iud.8,8. Iob 31,23. Ionæ 1,16. Prouerb.31,30. 2.Machab.6,30. Luc.2,25. Actor.8,2†9,31†10,2,35.

Timor & ſolicitudo non repugnat fidei, aut ſpei, Pſalm.2,11. Eccle.9,1,2. Eccli.5,5. Ro.11,20*. 1.Cor.9,27†10,12. Phil.2,12*. †3,11,13. Heb.3,14†4,1*. 2.Pet.3,17.

Timent & reuerentur bonos etiam mali, Gen.20,8. Exo.14,25. 1.Reg.18,11. 4.Reg. 1,14. 2.Eſd.6.16. 1.Machab.3,25†12,28. Marc.6,20. Actor.5,13†16,29.

TIMOTHEVS circumciditur, & proficiſcitur cum Paulo, Actor.16,3. mittitur cum Paulo in Macedoniam, 19,22. accepit gratiam per impoſitionem manuum, 1.Timoth.4,14. 2.Tim.1.6.

TITVM Gentilem noluit Paulus circumcidi, Gal.2,3. Titus à Paulo conſtitutus epiſcopus Cretenſis, Tit.1,5.

TOBIAS vir pius, & in pietate conſtans, Tob.1,1*. fit cæcus, 2,11. viſũ recipit, 11,14.

TRADITIONES etiam ſine ſcripto ab Apoſtolis acceptæ, ſeruandæ nobis ſunt, 2.Theſſ.2,15.

Tradiderunt Apoſtoli quædam viua tantùm voce, 1.Cor.11,34. Epiſt. Ioan.2.verſ.12. & 3.verſ.13.

TRIBVLATIO: vide Crux.

TRIBVTVM: vide Exactio.

TRINITAS figurata, & declarata, Geneſ.1,26†18,2. Exod.3,6,15,16†4,5. Pſal. 32,6. Iſaiæ 6,3†34.16†48,16†61,1. Mat.3, 16†10,20†17,5†28,19. Lucæ 4.18. Ioan.3, 35†14,16,26†15,26†16,3. 1.Ioan.5,7.

TRIPVDIARE: vide Choreas ducere.

TRISTARI immoderatè propter temporalia, minimè laudandum, Prou.12,25† 15,13†17,22. Eccli.30,22†38,19. 1.Machab.6,8. 2.Cor.7,10.

TRYPHON partium Alexandri tranſit ad Emalchuel Arabem, 1.Mach.11,39. cupiens regnum Antiochi occupare, & fingens ſe amicum apud Ptolemaida, dolo capit Ionathan, 12,39,49. a Simone accepta pecunia Ionathan occidit cum filiis, 12,19,23. interimit Antiochum filium Alexandri, 13,31.

TVBA clangent Angeli in conſummatione ſæculi, Matth.24,31. 1.Cor.15,52. 1.Theſſ.4,16.

V.

VÆ væ, quibus & quas ob cauſas interminetur Scriptura, Num.21,29. Eccl. 4,10†10,16. Iſaiæ 1,4,24†3,9,11†5 8,18† 6,5†10,1†17,12†18,1†24,16†28,1†29,1† 30,1†31,1†33,1†45,9. Iere.4,31†13,27†22, 13†23,1†45,3†48,1. Ezech.6,11†13,3,18† 16,23†30,2†34,2. Oſee 7,13. Ioel.1,15. Amos 5,18†6,1. Mich.2,1. Nahum 3,1. Habac.2,6,12. Soph.2,5†3,1. Iud.16,20. Eccli.2,14†41,11. Mat.11,21†18,7†23,13*. Luc.6,24†10,13†11,42†17,1. 1.Cor.9,16. Iudæ 11. Apoc.8,13†9,12†11,14†12,12† 18,10,16.

VASTHI ſpernit regis imperium, & ab eo repudiatur, Eſther 1,9,19.

VENDI non debent dona Dei, 4.Reg.5, 22,26*. Dan.5,17. Matth 10,8. Act.8,20 †20,35. 1.Cor.9,15. 2.Cor.11,9†12,13. quære Emere.

VENTER pro Deo eligitur, Rom.16, 18. Phil 3,19.

VERBVM Dei ſemper ob oculos ponendum, Deut.4,1†6,6,17†11,18. Num.15, 39. Pſal.1,2. Prou.3,1†4,1,20†6,20†7,1.

à Verbo Dei non recedendum, Deut.4,2 †5,32†28,14. Ioſue 1,7†23,6. Prou.4,27. Iſaiæ 30,21.

Verbum Dei vniuerſum non eſt ſcriptis traditũ, Io.14,26†20,21†21,25. 1.Cor.11, 34. 2.Theſſ.2,15. 2.Ioan.12. 3.Ioan.18.

Verbum Dei non audiendum ſolùm & loquendum, ſed & corde credendum, & factis præſtandum, Deut.5,1,27†6,1†31,12. Iſa 29,13. Ezech.33,31. Mat.5,22†7,24† 15,8†28,20. Luc.6,47†11,28†12,47. Ioan. 13,17. Heb.4,2. Iac.1,22.

Verbi Dei contemptus, & punitio eius, 3.Reg.13,4. 4.Reg.17,14,19. 2.Par.30,6, 10†36,15. Prou.1,24,28†28,9. Iſa.28,14† 40,9,14†65,10†66,4. Iere.2,5†5,12,20†7, 13†16,9†19*.†25,4. Ezech 33,30. Mat.10, 14†11,20. Luc.10.10. Actor.13,45†18.6. Rom.1,21,30. 2.Theſſ.2,10. Heb.2,3. vide Inobedientia.

Verbum Dei manet in æternum, Nu.23, 19. Tob.14,6. Pſalm.32,11†116,2†118,89. Iſaiæ 40,8†51,6†54.10. Matth.5,18†24,35. Marc.13,31. Luc.16,7†21,11. 1.Pet.1,25.

Verbum Dei quantæ ſit virtutis & efficacitatis, Gen.1*. Pſal.32,9. Iob 38,11. Iſaiæ 46,10†55,11. Matth 8,13,26. Marc.1,27. Luc.5,13.24†8,24†18,42.

Verbum Dei eſt cibus animæ, Deut.8,3. Sap.16,26. Ierem.15,16. Ezech.3,3. Mat.4, 4. Luc.4,4.

Verba ſunt ponderanda & non leuiter effutienda, Pſal.111,5. Prou.15,2,23†13,3 †20,15†17,27†21,23†25,11. Eccl.5,2†12, 10. Eccli.5,12†20,7†23,7†28,29†32,18. Mat.12,36. Coloſſ.4.6. Iac.1,19.

VERITAS, Iſaiæ 59,15. 3.Eſdr.3,12†4, 33. 4.Eſd.1,17. Zach.8,16. Epheſ.4,25.

VESTIENDI ſunt nudi, Iſaiæ 58,7. Tob.1,17. Ezech.18,7. Matth.25,36. vide Eleemoſyna.

Veſtium abuſus: vide Abuſus.

Veſtes ſcindere, Gen.44,13. Ioſ.7,6. Iud. 11,35. 1.Reg 4,12. 2.Reg.13,31. 3.Reg.21, 27. 4.Reg.5,7†6,30†11,14†18,37†19,1†22, 11,19. Eſther 4,1. Ierem.36,24. Ioel.2,13. 1.Mach.2,14†3,47†4,31†11,71. Mat.26, 65. Actor.14,13†16,22.

VIA per quam iuſti ambulant quæ & qualis ſit, Pſal.118,5. Prou.3,6,17†10,5,17. Eccli.5,12. Iſa.26,7†30,31†35,8†40,3. Ier. 31,21. Oſee 14,10. 1.Theſſ 4,1. Heb.12,13.

Via iuſtorum à Domino dirigitur, Tob.4, 20. Pſalm.16,5†24,4†118,35. Prou.4,12, 18†13,6†16,9†20,24. Iſa.48,17. Ierem.10, 23. Mich 4,2.

Via iuſtorum remunerationem à Deo exſpectat, Pſal.24,12. Pro.12,28. Ie.6,16†7,3.

Via impiorum qualis, Pſal.118,3. Prou.4, 19,26,27†12,15†21,2†22,5. Iſa.57,10.

Viæ impiorum exitus & finis, Iob 6,18. Prou.14,12†28,18. Eccli.2,16†21,11. Ierem.2,36†4,18.

VICTORIA à Deo expectanda eſt, Geneſ.14,14. Exod.17,9. Deut.7,18. Ioſue 11,6. Iud.7,7. 1 Reg.14,6†17,45. 2.Par.14, 11†16,8†24,24†25,8. Pſal.117,16. Prou. 21,31. Iud.9,15.

Victoria potiuntur pauci contra multos, Geneſ.14,14. Iud.7,2,4. Ioſ.11,1,7. 1.Reg. 14,6,14. 2.Paral.13,14†14,11,12†24,24. 1.Machab.3,16,22. poſt partam victoriam triumphus inſtituitur. Num 31,13. Iud.11, 34. 1.Reg.18,6. 2.Mach.3,7.

VIDVIS benefaciendum eſt; Exo.22, 22. Deut.16,14†24,17,19†26,12†27,19. Iudith 16,28. Iob 24,3†31,16. Eccli.4,10. Iſa.1,27. Iere.22,3. Zach.7,10. Malac.3,5. Mat.23,14. 1.Tim 5,3,16. Iac 1,27.

Viduas pias quid deceat, Iud.8,4. Lucæ 2, 37. 1.Tim.5,3,5. Tit.2,3.

VIGILARE: vide Aduentus Domini.

VINDICTA ſoli Deo cuiuſque miniſtris ac magiſtratui commiſſa, vnde & aliis eſt prohibita Geneſ.15,14. Leu.19,18. Deuter 32,35. Iud.8,20†16,20. Pſal.7,7†9,13†93,1 Prou.17,11†20,22†24,29†28,22. Eccli. 28,1. Ezech.25,12,14. Nahum 1,2. Matth 5,39. Luc.9,54†18,6,7,8. Rom.12,19. Gal 5,10. 1.Theſſ.5,15. 2.Ti.4,14. Heb.10,30. 1.Pet.3,9. Iac 5,4. Apo.6,10. vide Remiſſio.

VINEA, Gen.9,20. Deut.23,24. Iſaiæ 5, 1. Cant.8,11. Mat.20,1†21,33.

VIRGINITAS commendatur, Matth. 19,12. 1.Cor.7,25*. Apoc.14,4.

præfertur coniugio, 2.Cor.7,38,40.

Virgines ſeruantur, Num.31,18†21,11.

Virgines olim vt nunc concluſæ, 2.Machab.3,19.

VISITARE & conſolari infirmos ſeu ægrotos, opus miſericordiæ, Gen.48,1. 4.Regum 8,29†13,14. Iob 2,11. Pſalm.40,4. Eccl.7,3. Eccli.7,28†38,13. Mat.25,37,40. Ioan.11,3†12,9. 2.Cor.1,4.

VISERE Sanctos deſiderat Paulus, Rom. 1,11†15,23,32. Gal.4,20. 1.Theſſ.2,17.

VITA fidelium ad quam regulam ſit inſtituenda, Geneſ.17,1. Exod 20,11*. Leu 11,44†19,2†20,7,29†21,8. Mat.5,48†11, 29. Luc.6,36. Io.12,26†13,13†15,12†21, 15. Rom.6,4†8,29†13,14†15,2. Eph.2,5 †4,1,23†5,1,9. Phil.1,27†2,5,14. Col.2,6† 3,9,12*. 1.Theſſ 4,3. Tit.2,11†3,8. He.12, 2. 1.Pet.1,15†2*.†3,17†4,1. 1.Io.1,7†2,6.

Vitæ humanæ breuitas & vanitas, Geneſ. 3,19. 2.Reg.14,14. 1.Paral.29,15. Iob 3,20 †7,6†8,9†9,21,25†13,28†14,1. Pſal.38,6 †89,5,9†101,4,12†102,15†108,23†143,4. Eccleſ 2,23†3,10†7,1. Sap.2,5†5,9. Eccli 14,18†17,31†18,8†40,6†41,1. Tob.4,23. Iſa.40,6. Luc.12,18. Eph.5,16. Heb.13,14 1.Pet.1,14. Iac.1,10†4,14.

Vitam pro fratribus ponere, Eſther 4,15. Iud.13,3,25. Ioan.15,13. 1.Ioan.3.16.

VITIS, Ge.49,11. Iud.9,12. Zach.3,10. 1.Mach.14,12. Ioan.15,1.

Vitis palmes appellatur populus Iſraeliticus, Oſee 10,1. Ioan.15,5.

VITVLVS erigitur in idolũ, Exo.32, 4. Deut.9,16. 3.Reg 12,28. 4.Reg.10,29† 17,16. Pſal.105,19. Oſee 8,5. Actor.7,40.

VIVENDVM Deo, non ſibi, Rom.14,7. 2.Corinth.5,15. Galat.2,20. 2.Theſſ 5,10. 1.Pet.4,2.

VNCTIONIS extremæ ſacramentum, Iacob 5,14.

VOLVNTAS noſtra accommodanda voluntati diuinæ, 1 Reg. 3,18. 2.Reg. 10, 12†15,20. 1.Mach 3,60. Mat.6,10†26,39. Mar.14,36. Luc.22,42. Act.21,14. 1.Cor.4, 19. Heb.6,3 Iac.4,15. vide Abnegatio.

Voluntas Dei, Mat.7,21†12,50. Marc. 3,35. Ioan 6,39. Rom.12,2. Epheſ.5,17. Col.1,9. 1.Theſſ.4,3. 1.Tim.2,4. 1 Io.2,17.

Voluntas Dei non eſt vt aliquis pereat, Ezech 18,23. Ioan.6, 39. 2. Timoth.2,4. 2.Pet.3,9.

Voluntatem pro opere acceptat Deus, Geneſ. 20,3,6†22,9. 2.Reg.11, 14† 12,9. 3.Reg.21,19. vide Cor.

VOLVPTAS carnis, vide Concupiſcentia.

VOTVM, Gen.28,20. Leu.27,1. Num. 6° †21,2†30°. Deuter.23,21. Iudic.11,30. 1.Reg 1,11. 2.Reg 15,8. Pſal.75,12. Eccl. 5,3. Baruch 6,34. Matth.14,7. Actor.18,18 †21,23†23,12.

Votum caſtitatis ſeruandæ, ſeu non cognoſcendi virum, Lucæ 1,34.

non ſine damnatione violatur, 1.Timoth. 5,12.

VRIAS defert litteras Dauidis ad Ioab, 2.Reg.11,14.

Vrias prophetat contra Ieruſalem, ideoque eductus de Ægypto, occiditur a Ioacim, Ierem. 26,20,23.

Vrias Sacerdos iuxta præceptum regis Achaz extruit altare, 4.Reg.16,11.

VRIEL angelus Dei, 4.Eſd.4,1†5,20.

VSIA rex Iuda pugnat aduerſus Philiſthæos, ſumit ſibi officium Sacerdotum; adolere volens incenſum, lepra punitur, moritur, 2.Par.26,17,20,23 appellatur Azarias, 4.Reg.15,1. appellatur Ozias, Mat.1,9.

VSVRA, Exo.22,25. Leu.25,35. Deut. 23,19. 2.Eſd.5,7. Pſalm.14,5. Prou.22,16† 28,8. Ierem.15,10. Ezech.18,8,13 †22,12. Luc.6,34†19,8.

VXORIS officium, Gen.2,22,†3,16. Nu.30,7,13. Deut.22,5. Eſther 1,10°. Tob. 10,12. Pro.11,16†12,4. Iſa.3,15,17. 1.Cor. 7°.†11,5,9†14,34. Eph.5,22. Coloſſ.3,18. 1.Tim.2,11†3,11†5,2,10. Tit.2,4. 1.Pet.3, 1. vide Mariti officium.

Z

ZACHÆVS excipit Chriſtum ſuis ædibus, Luc.19,6.

ZACHARIAS filius Ioiadæ ſiue Barachiæ ſacerdotis lapidatur, 2. Paral. 24, 20. Matth.23,35.

Zacharias propheta tempore Darij, Zachar.1,1.

Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ, Lu.1,5.

ZADOCH filius Abiathar fit ſummus Sacerdos, 3.Reg.2,35.

ZALPHAAD filiæ poſtulant hereditatem, Num.27,1,7†36,2. Ioſue 17,3.

ZARVIA filia Iſai ſoror Dauidis genuit Abiſai, Ioab, & Aſael, 2.Reg.2,18. 1. Paral.2,16.

ZEBEDAEVS pater Iacobi & Ioannis, Matth.4,21. vxor eius Salome intercedit pro filijs apud Chriſtum, Matth.20,20.

ZEBEE & Salmana reges Madianitarum capiuntur, Iudic.8°.

ZEDECIAS, qui & Mathanias, patruus Ioachin ſubſtituitur pro eo in regno Iuda, 4.Reg 24,18. Ie.37,1. obſeſſa a Nabuchodonoſor Ieruſalē. Zedecias effoſſis oculis ac vinctus, necatiſq; coram ſe filiis, in Babylonem ducitur, 4.Reg.25,1,6,7. Ier. 39,4, 7†52,3. quemadmodum ei prædictum erat, Ier.27,12,†37,16. Ezec 12,3†17,16†21°.

ZELVS & Zelotypia, Geneſ. 34,2,25, 27. Exod. 32,19,27. Num. 25,7. Iud. 20, 1,8. 1.Reg.11,6†15,11,32. 3. Reg.18,40 †19,10,14. 4.Reg.10°. 1.Mach.2,24. Mat. 21,12. Ioan.2,17. Act.9,1. Philipp.3,2.

ZIBA ſeruus Saulis conſtituitur procurator Miphiboſeth, 2.Reg.9,9. donantur ipſi omnia bona Miphiboſeth, 16,2. procedit obuiam regi Dauid, 19,17.

ZICELEG donatur regi Dauid, 1. Reg.27,5. exuritur ab Amalechitis, 30,1.

ZIPHORA vxor Moyſi, Exod.2,21. circumcidit filium ſuum, 4,25.

ZOROBABEL, vide Sorobabel.

PHRASES SCRIPTVRÆ

Ab EMANVELE SA Doctore Theologo Societatis IESV ordine Alphabetico digeſtæ.

Numerus prior caput indicat, ſecundus verſum. In quibus autem tantùm eſt vnum caput, ſoli verſus indicantur.

A.

A Vel Ab,pro,in. Pſal.67, 30. Eccli.13,10.Ierem.10,14. & 49,5.
A,pro,contra. Pſal.139,9.
A,pro,ad. Ezech.30,6.
A,pro, ob. Eccli.42, 11. Iſa. 15,5.& 16,11.Oſee.4,19. Matth.16,7.
A vel Ab,pro,propter. Pſal.43,7.& 54,4.& 87, 19.& 106,34,39. Eccli.20,24. Iſa.1,29. Ierem.22,22.Thren.4,9.Oſe.7,16.
A vel Ab,pro,præ, ſeu pluſquam. 4. Eſd.16,12. Pſal.6,8.& 37,9.& 72,25.& 92,4.& 108,24. Eccli.24,39. Ier.47,3.& 50, 13. Ezech.16, 52.M ch.2,12.Lucæ 18,14.Heb.2,7.
A,pro,quàm. 2.Cor.11,5.& 12,11.
A,pro,de. Ierem.19,1.
A diebus in dies.i.quotannis. Exod.13,10.
A Domino.i.iuſſu Domini. Num.11,31.
A facie,pro,coram. Gen.6,13.Ioſ.10,10.2.Regum 7,23.Pſal.9,4.& 60,4.& 95,13.Thren. 2,3. Habac.2,19. 2.Theſſ.1,9.
A facie, pro, à præſentia. Pſalm.50,13.& 67,3. & 96,4 & 113,7.
A facie,pro,cauſa,ſeu propter. Gen.6,13.&16,8. 1.Reg.8,18.Pſal.37,4,6.&101,11.Iſa 2,10. & 7,16 & 37,6. Ierem.13,17.& 23,9.& 48, 44. Thren.5,9,10.Oſe.10,15. Apoc.12,14.
A facie.i.vi.Ierem.32,24.
A facie alicuius.i.ab aliquo. 1.Mach.5,21.
A generatione in generationem. i. perpetuò. Pſal.76,9.& 89,1.Dan.3,100.
A principio.i.priùs. Ier. 30,20.& 33,7,11.
A voce.i.propter. Iſa.24,18.
Ab,pro,apud.Bar.4,27.
Ab anno in annum.i.ſingulis annis. Zach.14,16. 1.Machab.4,59.
Ab,pro,de. Heb.6,1.
Abbreuiatum,pro,definitum. Dan.9,24.
Abominationes,pro diis gentium. Exod.8,26. Ezech. 7, 20.
Abuti.pro,vti.1.Cor.9,18.
Abyſſus.i.mare, ſeu aquæ copia. Gen.1,2. & 7, 11.& 49,25.Deut.33,13.Iob 38,30.Pſal.32, 7.& 77,15.Prou.8,27.Eccli.16,17.& 43,25.
Abyſſus.i.profunditas. Pſal.35,7.Eccli.48,18.
Abſtractum pro concreto, ſeu ſubſtantiuum pro adiectiuo. Eccli 44,17. Pſal.106,42. 1.Machab.9,70. & 14,7. Ioan.17,17. Act.11,2. Rom.2,26.& 11,7. 2.Cor.5,21.& 7,14.Galat.2,9.Eph.1,19.&2 11.& 4,8.& 6,12.Philip.3,3. 2.Theſ.2, 3. Tit.1,10.1.Pet. 2, 17. 2.Pet.2,10,13.1.Ioan.2,2.&4,10.Iudę 8,12.
Accinctus.i. expeditus, vel fortis. Num.32,17. Habac.3,16,
Accingere lumbos.i.ſe parare ad iter.4.Reg.9,1.
Ad,pro,ab.Eccli.45,15.Mich.5,2.
Ad,pro,de. Iob 34,31. Ierem.22,11.& 27,19. Lucæ 19,9.Rom.10,21.
Ad,pro,ob.Mar.10,5.Matth.19,8.
Ad,pro,contra. 1.Reg.7,7.Eccli.13,8.Iſa.32,6. Ier.51,25.1.Mach.3,35.Luc.14,31.&20,19.
Ad,pro,coram. Act.24,16.
Ad, pro, per.Heb.6,5.Iacobi 4,5.
Ad,pro,ſuper. 1.Par.11,10.
Ad,pro,à.Ezech.29,10.
Ad,ſubintelligitur.1 Reg.14,18.
Adam,pro homine. Deut.32,8.Gen.5,2.
Ad dexteram vel ſiniſtram,pro,aberrare à recto, ſeu vero. 2.Reg.14,19.
Adulterum,pro adulterinum. Heb.12,8.
Ad horam.i.ad breue tempus. 2. Corinth.7,8. Gal.2,5. 1.Theſ.2,17. Philem.15.
Ad imaginem & ſimilitudinem.i.valdè ſimile. Gen.1,26.
Ad,quem,pro de quo. Heb.4,13.
Ad cor.i.verbis leuibus,ſeu conſolatoriis. 2.Par. 30,22.& 32,6.Iſaiæ 40,2.Oſee 2,14.
Adhuc,pro, nunc. Rom.8,12.
Admirari,ſignificatione paſſiua. Eccli.24,3.
Adeps,pro opulentia. Pſal.16,10.& 72,7.
Adorare,pro,reuereri ſe incuruando. Gen.18,2. & 23,7. & alibi ſæpè.
Adiurare, pro, facere iurare. Gen.24,3.& 50,5, 25. 1.Reg.14,24.
Adinuentiones.i.conſilia, vel ſtudia, ſeu opera. Pſal.75,13.& 80,13.& 105,29,39.Iſa.12,3. Ierem. 17, 10.& 32, 19. Oſee 7,2. & 9,15. Mich.3,4. Sophon.3,11.
Aeuum.i.æternitas. Eccli.1,4.
Aeuum.i.tempus. Eccli.42,19.& 43,7.
Aedificare.vide, Domum ædificare.
Aeternum, pro eo quod fuit à mundi initio. Deut.33,15.
Aeternum,pro tempore longiſſimo. Pſal.47,12. Prou.29,14.Dan.3,9. Sophon.2,9.
Aemulatio.i.indignatio. Pſal.77,58.Heb.10,27.
Aemulatio.i.zelus,ſeu ſtudiũ. Ioſ.24,19. Rom. 10,2.2.Cor.7,7.Gal.1,14. & 5,20. Phil.3,6.
Aemulatio.i.inuidia.2.Cor.12,20.
Aemulari.i.inuidere.1 Cor.13,4.
Aemulari.i.imitari, vel ſectari. 4.Eſd.6,58.Prouerb.3,31.& 24,1.19.Rom.11,12,14.1.Corinth.12,31.& 14,1,12.Gal.4,17,18. 1.Pet. 3,13. Apoc.3,19.
Aemulari i.zelo proſequi. 2.Cor.11,2.Gal.4,17.
Aemulari.i.prouocare ad indignationem. 1.Corinth.10,22.
Aequita .i.rectitudo.Deut.9,5.vel alibi ſæpè.
Affligere animam,pro,ieiunare. Leuit.16,29. & 23,27. Num.29,7.
Aggrauari.i.præualere. Iudic.1,35.
Alioqui,ſubintelligitur.1.Mach.3,9.
Ampliùs,pro,valdè,ſeu plurimum. Deuter.6,3. Pſal.50,4.& 61,3.
Ambulare, ſeu ingredi, pro, agere, verſari, ſeu conuerſari. Pſal.14,2.& 25,1,4,11.Matth.4, 16.Ioan.7,1.& 8,12. Act.21, 21, 24. Rom. 8,1.2.Cor.10,2. Gal.5,16. Eph.4,1.& 5,15. Col.2,1.2.Theſ.3,6. Heb.13,9. 1.Ioan.2,6.
Ambulare coram Deo, vel cum Deo, pro, ſtudere placere Deo, vel ſanctè viuere. Gen.17,1.& 24,40.Mal.2,6.Gen.5,22.& 6,9. Mich.6,8.
Amicus.i.proximus. Eccli.1,4.
Anathema, pro re deſtruenda, vel Deo conſecranda. Deut.7,26.& 13,17. Ioſ.6,17.& 7,1. Galat.1,8.1.Cor.16,22.Iudith 16,23.
Anathematizare .i. penitus deſtruere. 1.Machab.5,5.
Anathematizare .i. execrari, ſeu maledicere. 1.Cor.12,3. Mar.14,71.
Ante faciem.i.palàm. Baruch 2,10.
Ante faciem.i.in conſpectu. Lucæ 2,31.
Antecedẽs,pro relatiuo. Gen.5,1.& 19,24.&44, 9. Ioſ.13,8.1.Reg.3,21.&25,22.2.Reg.10,6. 3.Reg.13,29.2. Par.6,41.& 7,11.Pſal.44,6. Prou.31,4.Soph.1,8.Zach.10,12.Eph.4,16.
Angelus.i.Legatus. 3.Eſd.1,51.
Anguli.i.capita,ſeu principes. 1.Reg.14,38.
Annus.i.tempus. Lucæ 4,19.
Annus dierum.i.completus. Ierem.28,3.1.Machab.1,30.
Anima,pro vita. Deut.24,26.& 14,6. 4.Reg.1, 13. Iob 2,4,6.& 33,22. Pſal.43,25.& 53,6. & 56,5. & 63,2. & 93,17. & 108,20, 3[...] Prou.20,2.Iſaiæ 43,4. Ierem.4,30.& 34,2[...] & 51,14.Ezech.16,5.& 32,10. 1.Mach.2,[...] & 9,2.& 13,5. Matth.6,25.& 20,28. Mar.[...] 4. Lucæ 12,22.& 14,26.Ioan.10,11.Act.1[...] 26. & 20,24. Rom.16,4. Philip.2,30.
Anima,pro animali. Gen.1,20.
Anima,pro voluntate,ſeu appetitu. Leu.26,1[...] Ezech.7,19.
Anima, pro homine, vel re cuius anima dicitu[r.] Geneſ.14,21. & 12,5. Leuit.2,1. & 5,1. Io[...] 20,3. Pſal.7,6.& 10,1. & 29,4.& 40,5. Pro[...]uerb.10,3.Eccli.4,7 & 7,22.&9,2,6.&24,[...] & 32,25. Iſaiæ 5,14. Ezech.18,20. & 33,[...] Oſee 9,4.Ion.4,8. 1 Machab.9,2. & 10,3[...] Matth.12,18.Luc.6,9.Act.2,43.Rom.13,[...]
Anima,pro mente. 1.Pet.2,11.
Anima,pro cadauere. Num.9,6. Agg.2,14.
Anima,pro conſcientia. 2.Reg.18,13.
Anima,pro deſiderio. Iob 39,1.Pſal.40,3.
Animam remittere.i.vitã recreare. 3.Eſd.4,2[...]
Anima in manibus.i.vita in periculis. 1.Reg.19[...] 5.& 28,21.Iob 13,14.Pſal.118,109.
Animæquior.i.bono animo. Sap.18,6. Bar.4,[...] 21. Mar.10,49.
Animam habere viuentem.i.viuere. Gen.1,20[...]
Animæ ſuæ bona oſtendere.i.ſe oblectare. Ec[...]cleſ.2, 17.
Ante,pro,coram. Gen.12,18.Pſal.71,5,17.
Animam alicuius quærere pro, velle eum occi[...]dere. Exod.4,19. Matth.2,10.
Aperire os.i.loqui. Act.18,14.
Aperire humerum .i. conterere fortitudinem[...] Ezech.25,9.
Apprehendere.i.aſſequi. Oſee 2,7.
Aquæ.i.mundi materia informis,ſeu indiſtincta[...] Geneſ.1,2.
Aqua,pro aqua & aëre. Gen.1,20.
Arreptitius.i.inſanus. Ierem.29,26.
Arcus.i.robur. Iob 29,20.
Aſcendere.i.ſurgere. 3.Reg.18,41.
Aſcendere.i.creſcere. Pſal.73,23.
Aſcendere.i.ire. 3.Reg 18,44.
Aſpectus.i.color. Leuit.13,10.
Aſtutia.i.cautio. Prou.1,4.& 8,5.&14,18.& 15,[...] 5. & 27,12. Eccli.1,6.& 18,28.
At,ſubintelligitur. Eccli.10,12.
Attenuatus.i.inopia preſſus. Leuit.25,25.
Attendere.i.cauere. Tob.4,13.Eccli.6,13.&17,[...] 12. & 18,27. & 32,26. Matth. 7, 15. Luc[æ] 12,1.& 20,46.& 21,34.
Audire, pro, intelligere. Ezech.3,6. Ioan.6,60[.] 1.Cor.14,2. Heb.5,11.
Auditus,pro eo quod auditur. Iſaię 53,1. Ierem[.] 49,23.Ezech.7,26.& 21,7.Habac.3,1.Ioan[.] 12,38.Rom.10,16,17.1.Theſ.2,13.
Autem,pro,inquã.2.Cor.5,8.& 10,2.Iac.1,13[.]
Autem,pro,ergo.1.Ioan.4,18.
Autem,pro,quamquam. Ierem 51,5.
Autem,pro,etiam. Num.31,12.
Autem,pro,enim. 1.Cor.10,23.Ioan.6,40.
Aut, pro,an. Matth.10,15.
Audire,pro,obedire. Deut.13,18.
Auditio.i.rumor,vel nuntius, vel fama. Pſalmo 111,7.Sap.1,9.Nahum 3,19.
Auferre peccatum , ſeu iniquitatem, pro, ignoſcere. 1.Regum 25,28.
Auferre,pro,accipere. Num.11,17.

B.

BACVLVS.i.ſuſtentaculum. Leuit.26,26.
Baptizare,pro,lauare. Iudith 12,7. Eccli.34, 30. Marc.7,4.Heb.9,10.

Baptizari,pro,pati. Marc.10,38,39.Luc.12,50.
1.Corinth.15,29.
Barbarus, pro eo qui loquitur alia lingua. Pſalmo 113,1.
Benedicere,pro,ſalutare. 1.Reg.25,14.4.Regum 10,13.
Benedicere, pro, maledicere. 3.Regum 21,13.
Iob 1,11.
Benedicere,pro,conſecrare.1.Cor.10,16.
Benedicere.i.dare fœcunditatem. Geneſ.1,22.
& 5,2.& 9,1.
Benedicere.i.cumulare bonis, ſeu benefacere.
Gen.12,2.& 27,27.& 31,26,29.Exod.20,24.
Num 6 24.Deut.2,7. 2.Reg.6,11.1.Par.13,
14. Pſal.5,15.& 27,9.& 28,11.& 44,3.& 66,
2.& 84,2.Prou.11,25.
Benedicere.i.beatum dicere.Pſal.48,19.
Benedicere.i.benè precari, vel laudare, aut gratias agere.Gen 47,7.Exod.12,32.Deut.10,8.
Ioſ.14,13.& 22,6.1.Reg.2,20.& 9,12.& 26,
25. 2.Regum 6,18,20.& 13,25.& 19,39. &
21,3. 3 Reg.1,47.& 8,14. 1.Paral.16,2,43.
Pſal.27,6. & 40,14. & 102,1. & 112,2. &
117,26.& 144,1.Prou.27,14. Matth.14,19.
& 26,26.Mar.6,41. & 8,7.& 10,16. Lucæ 1,
68. & 2,28, 34. & 6,28. & 9,16. & 24,30.
5. Roman.12,14. 1.Corinth.4,12.& 14,16.
Epheſ. 1, 3.
Benedicere.i.felicitare.Gen.48,16.
Benedicere ſibi .i. ſibi felicitatem promittere.
Deut.29,19.
Benedictio.i.fauor. Pſalm.3,9.& 108,28. Prouerb.10,22.
Benedictio.i.laus.Eccli.45,1. & 47,7. 1.Mach.
2,7.Rom.16,18.
Benedictio,pro,benedictus. Geneſ.12,2.Iſa.19,
24 Zach.8,13.
Benedictio.i copia.2.Cor.9,6.
Benedictio,pro beneficio,ſeu dono. Gen.33,11.
Ioſ.15,19. Iudic.1,15.1.Reg.30,26.4.Reg.
5,15.Pſal.23,5.& 83,7.& 108,18.& 144,16.
Sap 16,28.Rom 15,29.2.Cor.9,5.
Benedictio,pro felicitate,vel rerum copia.Deuteron.13,26.& 12,15.Pſal.36,26. Prou.20,
21.Ioel 2,14. Malach.3,10.
Benedictus.i.fortunatus, ſeu felix. Geneſ.12,2.
Deut.28,3.Mar.11,10.Luc.1,42.
Benè,pro verè.Ioan.4,17.
Benè vti aliquo,pro,ei benefacere. Gen.12,16.
Beſtiæ,pro,feris. Gen.1,24.& 3,14.
Blaſphemare .i. probris afficere. 2.Reg.21,21.
1.Par.20,7.Ezech.5,15.
Bonitas.i.beneficentia. 2.Eſd.9,25.
Bonum, pro iucundo,ſeu læto vel vtili.Gen.1,4.
Pſal.51,11.& 53,8.Ierem.42,6. Zach.1,13.
Eccli.35,10,12.Philip.2,19.
Bonum.i.conueniens. Gen.2,18.
Bonum.i.felix. Pſal.33,13.2.Mach.1,2.
Brachia,pro viribus. Deut.33,27. 1 Reg.2,31.
Pſal.9,36.& 70,18. & 76,16. Iſaiæ 33,1. &
48,14.& 55,5.Ezech.22,6.& 30,21.Dan.11,
22.Oſee 7,15.Zach.11,17.Lucæ 1,51.Ioan.
12,38.Act.13,17.

C.

CADERE, pro gratum eſſe,ſeu acceptabile.
Ierem.42, 2.
Calix.i.punitio. Pſal.10,6.Ezech.25,31.
Calix.i.paſſio. Matth.20,22.
Calix, pro re fruenda. Pſal.15,5.
Caput.i.princeps.Pſal.109,6.
Caput,pro,perſona.Gen.40,10.
Cælum cæli.i.ſupremum cælum. Pſal.113,16.
& 148,4.
Cælum.i.aer. 4.Reg.2,11. 2.Paral.7,13. Iob 2,
12.Pſal 77,24. & 100,40. Iſa.56.10. Ierem.
8,7. 1.Mach.2,58.
Cælum.i.cæli incolæ. 1.Par.16,31. Iob 20.27.
Pſal 49,4.6. & 68,35. & 88,6. & 96,6. Ioel
3,16.Luc.15,18.
Cælum & terra, pro cæleſtibus & terreſtribus.
Deut.4,26
Cælum,pro Deo.1.Mach.4,10 & 9,46. 2.Machab.7,11.
Canticum, ſeu pſalmus, pro, illuſione. Thren.
3,14.63.
Caro, pro conſanguineo. Gen.29,14. Leuit.18,
12,13,17. Rom.11,14.
Caro.i.corpus.1 Cor.15,39. 2.Cor.7,5. Epheſ.
5,29.Heb.9,12. Iudæ 8.
Caro.i.carnalis. Gen 6,3.
Caro,pro animante. Pſal 135,25. Eccli.13,20.
& 15 4.& 18,12 & 40,8.
Caro,pro homine.Gen.6,12.Deut.5,25. Iudith
7,16.Pſal.55,5.& 64,3. & 144,21. Prouerb.
4,20. Eccli.1,10. & 35,21.& 39,24. & 41,5.
& 44,27.& 45,5. Iſaiæ 40,5. & 49,26. & 66,
16,24. Ierem. 25, 31. Dan.4,9. Ioel.2,28.
Matth.24,22. Luc.3,6. Ioan.1,14. & 17,2.
Act.2,17.Rom.3,20. 1.Cor.1,29. Gal.2,16.
& 6,12.
Caro & ſanguis.i.corruptio carnis & ſanguinis,
ſeu hominis. 1.Cor.15,50.
Caro & ſanguis.i.homo. Eccli.14,19. & 17,30.
Matth.16,17. Gal.1,16.Epheſ.6,12.
Caſus,pro caſu. Gen.42,25.Ioſ.22,10. Iob 30,
18. Pſalm.3,9.& 34,10,14 & 35,1.& 39,1.
& 40,1. & 64,14. & 71,15. & 85,1. & 96,1.
Eccli.43,23.& 45,2.Iſa.5,17.& 17,6.& 61,2.
Ierem.15,3.& 23,5.& 31,23.& 50,25.& 51,
16. Ezech.20,37.& 38,26.& 40,5.Bar.4,22.
Oſee 7,5.& 12,8. 1.Mach.1,56.& 4,7.& 10,
43.& 12,19. 2.Mach.1,2. Matth.17,12.&
23,34.Mar.12,31.& 13,9,19.Luc.6,8.& 12,
50.Ioan 7,1.Act.5,11.& 7,45.& 8,11.& 14,
25. Rom.2,5,15.& 9,10.& 10,14.& 14,11.
2.Cor.10,15.& 11,1,25.Gal.4,11.Epheſ.2,
15.& 4,13. Col.1,4.& 2,5. & 3,15. Tit.1,2.
Philem.5.Heb.3,3. & 6,16.& 9,6.1.Ioan.4,
16. Apoc.6,1.& 11,5.& 18,17. Geneſ.40,1.
Ioſ.7,20.
Cardines cæli.i.extrema orbis.Deut.30,4.
Cauere,pro,videre Deut.8,1.
Ceu,ſubintelligitur. Prou.13.12.
Chriſtus, pro Chriſti Eccleſia. 1.Cor.12,12.
Circa,pro,per.Act.5,42.
Ciſterna.i.fouea.1.Par.11,22.
Circumciſio.i.Iudæi.Roman.15,8.vide Abſtractum pro concreto.
Citò, ſubintelligitur. Ezech 12,28.
Cognoſcere,pro,approbare.Iob 34,19.Pſal.1,6.
& 36,18.& 100,4.& 138,1.Prou.4,27.Oſe 8,4.
Cognoſcere,pro,rem habere Gen.4,1,17.& 19,
5.Matth.1,25. 3.Reg.1,4.
Cognoſcere, pro, cogitare, ſeu recordari. Deuteron.11,2.
Cognoſcere,pro,amare,vel fauere.1.Par.17,18.
Gal.4,9. 1.Cor.8,3.
Cogitare,pro,comprehendere. Mal.3,2.
Cognatio, pro familia. Geneſ.10,20. & 12,3.
Exod.6,16.Ioſ.21,1. 1.Par 8,6 [illegible].1,15.
& 2,4.& 3,14.& 29,9.& 31,1.[illegible] 3,1.
Cognatio.i.natio.Amos 3,2.
Comminari,pro, increpare. Mar.1,25.& 4,39.
& 8,33.& 10,13,48.
Communicare, pro, inquinare, ſeu profanare.
Mar.7,15.
Commune.i.profanum vel immundũ.Deut.20,
6. 1.Mach.1,50.Act.10,14,15.Rom.14,14.
Commotio capitis.i.ludibrium. Pſal.43,15.
Communiter,pro,ſimul. Gen.13,6.
Communicare, pro, participare. ſæpè in Epiſt.
Apoſtolorum.
Comedere carnes ſuas.i. ſe fame conficere. Eccli.4,5.
Comedere.i.conſumere. Ierem.50,7.
Complectum,pro,compleri cœptum. Ier.14,14.
Commemorari,pro,recordari. Baruch 3,23.
Concupiſcentia , pro eo quod concupiſcitur.
Sap.16,3.
Confidenter.i.ſecurè. Deut.33,12.
Confortari.i.fortificari. Gen.48,2.
Confortari.i.prævalere.Iud.1,28.1.Mach.2,49
Confundere,pro, pudefacere. & Confuſio, pro
pudore.1.Reg.20,34.2.Reg.19,5. 3.Regum
2,16. Pſal.13,6. & 21,6. & 24,3.& 30,18.&
33,6 & 34,4.& 68,7,9. & 70,24. & 88,46 &
118,6. Prou.29,15 Eccli.4,24 & 20,24. &
21,25.& 22,4 & 25 35.& 29,19.Iſa.1,29.&
50,7.Oſee 2,5.Ioel.1,11. Rom.5,5.& 9,33.
1.Cor.4,14. & 11,22. 2.Cor.4,9. 2.Theſ.3,
14. 2.Tim.1,12.Heb.2,11.& 11,16. 1.Petri
2,6.& 3,16.1.Ioan.2,28.
Confuſio.i.ignominia. Iudith 14,16.
Confiteri.i.indicare. Gen.31,20.
Confiteri,pro,prædicari. Pſal.106,8.
Confiteri,pro,laudare,ſeu gratias agere.& Cõfeſſio,pro laude vel gratiarum actione. Gen.
29,35. 2.Reg.22,50. 3.Reg.8,33. 1.Par.16,
7,34.Pſal.6,6.& 7,18.& 9,2.& 17,50.& 27,
7.& 29,13.& 74,2. & 88,6. & 91,2. & 94,2.
& 99,1.& 105,1.& 106,1.Eccli 17,25.& 18,
28.& 47,9.& 51,1.Iſa 12,1,3.Matth.11,25.
Lucæ 2,38.& 10,21.
Conuerſus,ſeu Reuerſus pro item, ſeu rurſum.
Iob 10,16. Pſal.70,21.& 77,41 Act.15,16.
Concupiſcibile.vide, Deſiderabile.
Concupiſcentia,pro re concupita. Pſal.105,14.
Concubina,pro vxore. Gen.25,6.& 35,22.
Concludere,pro,ſterilem reddere. Geneſ.16,2.
& 20,18.
Concludere.i.tradere.1. Mach.3,18.& 4,31.
Concludere in gladio.i.hoſtibus tradere. Pſalmo 77,62.
Condicere,pro,promittere. Exod.8,12.
Conſilium.i.decretum. Epheſ.1,11.
Contaminare,pro,contaminatum indicare.Leuit.13,11.
Contaminare.i.profanare. 4.Reg.23,8.
Continens,pro contento. 3.Reg.2,5.
Confractio.i.clades.4.Reg.7,38.
Conſpectus,pro,poteſtate. Iudith 3,3.
Conſummare.i.perficere, ſæpè.
Conſummare.i.conſumere, vel deſinere. Pſalmo 118,87. Sap.3,16. & 16,16. Iſa.16,4. &
28,22.& 29,20.& 32,10.Ierem.4,27.Ezech.
11,13.Lucæ 15,14.Gal.3,3. Heb.9,26.
Conſummatio.i.perfectio.Pſal.118,96.Dan.9,
27. 2.Cor.13,9.Epheſ.4,12.Heb.7,11.
Conſummatio.i.mors. Eccli.16,21.
Conſummatio.i.finis.Heb. 6,8.
Conſummari.i.vitam finire. Lucæ 13,32.
Continens.i.compos. Sap.8,21.
Conuertere.i.reducere.Pſalm.52,7.& 125,1,4.
Ierem.30,3.& 32,44 Thren.1,16.
Conuerti.i.reuerti. Oſee 2,9.
Conuerſio.i.captiuitas. Ierem.33,11,26.
Contra,pro,verſus.Gen.2,14.Nu.8,2.Ioſ.8,22.
3.Reg.8,44.Tob.11,1. Cant.7,4.Dan.6,11.
Contra.i.è regione.Exod.14,2.& 34,3.& 37,14.
Num.33,36.Deut.1,1.& 31,30.& 32,49.52.
& 34,1.Ioſ.3,16.& 10,12.Iud.19,10.3.Reg.
17,3. 4.Reg.2,15. 2.Par.6,13. 2.Eſd.3,19,
23.& 7,3.& 12,36. Iudith 4,5. Dan 2,31.&
5,5.& 10,16.1.Mach 3,46.& 7,47.2.Mach.
16,33.Matth.21,2.Marc.3,3.Lucæ 19,30.
Contra,pro,coram,vel prope.Num.25,4.& 33,
7. 4.Reg.1,13.Eſth.15,9.Pſal.43,16 & 50,
5.& 76,5. & 108,15. Eccli.6,12. & 47,11.
Baruch 4,2.Amos 4,3.Habac.1,3.
Cõtra faciẽ,pro,ante. Ezech.14,3.1.Mach.13,13.
Contra,pro,ad Gen.12,8.Deut.3,17.Ioſ.1,15.
& 13,3. Baruch 6,31.
Coram.i.contra. Lucæ 15,18.
Coram te.i.in tua electione.Gen.13,9.& 20,15.
Coram aliquo.i.illo approbante. Gen.17,18.&
27,7. Deut.6,25. 2.Cor.4,2.
Coram Domino,vel Deo.i.Deo inſpiciente, ſeu
iudice.q.d.verè.Gen.10,9.& 13,13. Lucæ 1,
15.& 24,19.
Coram Deo.i.Deo teſte.2.Cor.12,19.Gal.1,20.
Corona.i.filij. Iob 19,9.
Corpus.i.tergum.3.Reg.14,9.Ezech.23,35.
Corpus.i.cadauer. Dan.14,31.Apoc.11,8.
Cor.i.mens. Oſee 7,11. Matth.5,8.Eph.1,18.
Cor & cor.i.duplex cor. Pſal.11,3.
Cor.i.voluntas Matth.22,37.Mar.7,19.
Cor.i.anima.Pſal.83,3.
Cor.i.medium. Pſal.45,3. Ezech.27,4.Ion.2,4.
Matth.12,40.
Cornu.i.robur,vel gloria.Deut.33,17.1.Reg.2,
1,10. Iudic.9,11. Pſal.14,5.6,11. & 88,18,
25.& 91,11.& 111,9.& 131,17.& 148,14.
Eccli.47,6,8. Ier.48,25. Thren.2,3. Ezech.
29,21.Dan.8,5.Amos 6,13.Mich.4,13. Habac.3,4.Zach.1,21.1.Mach.2,48.Luc.1,69.
Cornutum,pro,radios emittens. Exod.34,29.
Cras.i.citò.1.Cor.15,32.Iſaiæ 22,13.
Cras.i.futuro tempore. Geneſ.30,33.Exod.13,
14.Deut.6,20. Ioſ.22,18.
Creare.i.gignere. Eccli.1,9.& 24,12.
Creauit vt faceret.i.creando fecit.Gen.2,3.
Credere.i.fidere. Iob 24,22.Eccli.2,6.& 16,2.
& 26,28. Dan,6,22.
Credere.i.obedire.Rom.2,8.
Creſcere,pro,fructificare .Gen.1,22.
Cum,pro,coram.Deut.18,13.3.Reg.15,3.
Cum,pro,etiamſi.Lucæ 17,10.
Cum,pro,per.Act 14,27.
Cum.i.apud.2.Reg.6,22.
Cum pace.vide,In pace.
Cuſtodire,pro,obſeruare,ſæpiſſimè.
Cum,ſubintelligitur.Pſal.80,2.
Cuſtodia.i.quod cuſtoditur.Hab.2,1.Zach.3,7.

D.

DARE, pro, promittere. Gen.35,12.
Dare reliquias .i. relinquere aliquos. Ierem.40,11.

Dæ loci [illegible] 3.Reg.22,41.
D[illegible],pro,ab. Habac 2,17. Apoc.8,13.
De,pro,cum Apoc. 21,16.
De i.pro Sap.13,17.
De,pro,in. Deut.33,2 Pſalm.148,1. Sap.12,1. Ierem.12,21. Mich.7,17 Nahum 1,14. Sophon.2,18. Matth.9,6 3.Ioan.2.
De,ſubitur,ſubintelligitur. 4.Eſd.11,24. Pſalm.91,12. Ierem.2,16.
De die in diem i.ſingulis diebus. 1 Par. 16,23. Pſal.60,9.& 95,1.2.Cor. 4,16.Iſa.58,2.
Deus,pro,vice Dei Exod 7,1.
Deo i.Dei virtute. 2 Cor.10,4.
Deus, pro Angelo Dei. Gen.33,10 Num.22,9. 1.Par.14,15.
Dei vel Domini, adiunctum alicui rei, ſignificat eſſe magnam, vt Gen 23,6 Exod.9,28. Pſalmo 35,7.& 79,11 Ierem.6,11.
Deo, i.a Deo. Gen 14,19.
Deum ponere ſuum nomen alicubi, eſt, velle ſe ibi coli. 3.Reg 14,21.
Decem,pro multis Gen 31,41.Numer.14,22. Iob 19,3. Matth 25,1. Apoc 2,10.
Dextera i.potentia Pſalm 44,5.& 88,43.& 89, 12.& 107,7.Act 2,33.
Deſiderio deſiderare.i.vehementer optare. Lucæ 22,15.
Deſiderium, pro eo quod optatur. Iob 37,25. Pſal 77,29. Prouerb.10,24. & 11,23. & 13, 12 Eccli 6,37.
Deſiderabile, vel concupiſcibile pro pretioſo. Nah.2,9.Zach.7,14.Mal.3,12.1.Mach.1,24.
Deprecatio, pro eo quod petitur precibus. Ierem.33,6.
De mane vſque ad veſperam.i.breui. Iob 4,20. Iſaiæ 38,13.
Decuplum.i.valdè multum. Dan.1,20.
Deleri de populo.i.de populo non cenſeri, vel dignum eſſe morte Gen.17,14.
Deſpicere, pro videre. Pſalm.91,12. & 111,8. & 117,7.
Declinare.i.ſinere inclinari.Pſal.140,4.
Defendere,pro,vlciſci.4.Eſd 16,51 Iudith 1,12. & 9,2 Eccli 29,9. & 47,31 & 48,7. Ierem. 50,34 Rom 12,19.
Dies.i.iudicium. 1 Corinth 3,13.& 4,3.
Dies.i.calamitas.Pſal 136,6.
Dies.i.tempus. Geneſ.2,4.& 6,3. Numer 6,5. 3.Reg.3,2. Pſalm.17,19.& 19,2.& 6[illegible].& 118,61.Iſa 4,2.Ioel 1,15 Mich 7,11.Marc. 4,35. Lucæ 6,23 & 17,31.Ioan.14,20.
Die ac nocte i.ſemper. Pſalm.1,2. Apoc.7,15. & 14,11.
Dies, pro,die naturali. ſ.24. horarum. Gen 1,5. & 7,17.
Dij,pro idolis. Ioſ.24,21.
Dij,pro iudicibus. Exod.21,6. & 22,8,28. Pſalmo 46,10.& 28,1.
Dij.i.Deus. Gen.3,5.Deut.4,7 3.Reg.12,28.
Dictum.i factum Gal.3,16.
Diffamare.i.prædicare, ſeu diuulgare. 3.Eſdr.4, 12 1.Theſ.1,8.
Diſciplina.i.eruditio,ſeu caſtigatio.Pſal.17,36.
Directio i.rectitudo.Pſal.118,7.
Dirigere,pro,proſperare.Geneſ. 39,1,23.Deut 28,29. 4.Eſd.5,12. Pſal.139,12. Iſa 48,15. & 53,10. & 54, 17. Dan.11,36. Oſee 12,3. 1 Machab 3,6.
Digitus.i.virtus, vel manus. Exod 8,19. Pſalm. 143,1. Lucæ 11,20.
Diuitiæ i.abundantia, & Diues i.abundans, ſeu largus, Rom.2,4. Epheſ.2,4 & 3,16.
Dicere,pro,conſtituere. 1 Mach 14,41.2.Machab 1,29.
Dicere,pro,iubere. Gen 1,3 Pſal.106,25. Sap. 9,3 Ion.2,11. Matth.4,3. & 8,8. & 15,4 & 23,3 Mar.16,15.Luc.9,54.& 12,13 1.Cor. 7,12 2 Cor.4,6.
Dicere,pro,cogitare Gen.6,7.Iob 20 18.& 35, 14. Pſal.35,5.& 35,2 & 52,2. & 72,11,15. & 93,7. Thren.1,14. Ezech 28,8. & 23,2. 1 Machab 2,5. Luc.12,45.& 18,4. Rom.1, 22.Iacob.1,13.
Diluculo ſeu manè. vel in matutino, pro citò. Pſal.77,34 & 59,1.& 1[illegible].8.& 142,8.Prou. 1,28.Ierem.25,4.& 12,35.Soph.3,7.
Domus pro,familia. Exod.1,1. 1.Reg 25,1,28. 2 Reg 2,3. & 6,21. & 7,27. 3.Reg 2,24. & 12,21 1.Eſd 2,36 Pſalm 112,8 & 113,1.& 117,1 & 121,5 & 134,14 Prou 24,3. Eccli 3,11 Iſaiæ 7,2. Ezech.44,30 Amos 1,4 & 7,9 Habac.3,13 Lucæ 1,69. Roman.16,10. 1.Corinth.1,16.

Domum facere, vel ædificare, pro,dare prolem Exod 1,21 1.Reg.2 35. 2.Reg.7,11.1.Paralip.17,10,25.
Domus i.populus Num.12,7.
Domus,pro templo,ſæpe.
Domus i habitatio Lucæ 13,35.
Dolere,pro,labores ſubire. 4 Eſd.4,12.
Dolores inferni.i mortiferi (infernus enim pro morte.) Pſal.17,6
Dominus,pro,dato à Domino. Deut.18,2.
Domino i contra Dominum. Ioſ 7,20.
Domino, vel Deo, pro, ad honorem vel laudem Dei.Gen.13,18 Exod.15,1 & 16,23 Leuit. 25,2.Deut.13,16.Ioſ.6,17 3.Reg 6,1.Pſalmo 26,6.& 32,2 & 65,1.& 74,10.& 106,8. Ierem.4,4.2 Cor.2,15.
Dominus, pro,Angelo Dei. Gen.18,33. Exod. 3,2 & 4,24.Iudic 6,14 23.Ierem.1,9.
Donec.i priuſquam. Dan.6,24.
Donec, ſeu vſquequò, pro, vſque eò vt, vel in tantum vt. Geneſ.49,10. 1 Reg.2,5. 3.Reg. 3,1. Iob 8,21.Pſal.70,17.Zach.8,20.1,Machab.5,54.1 Cor 15,25.
Donec,pro,quàm. Ezech.24,13.
Donec,pro,cum. Ezech.33,22.
Dormire i.mori Iob 3,13. Iſaiæ 14,8. 1.Cor. 11,30. 1.Theſ.4,13 & 5,10.
Dormire.i.ceſſare.Iob 38,37.
Dos,pro,dono. Gen.30,20.
Draco i.ce[illegible]us. Ezech 32,2.
Duo.i.pauca. 3.Reg.17,12.
Duplex,pro multo,vel grandi,vel eximio.4.Regum 2,9.Prou.31,21.Sap 11,13.Eccli.12,7. Iſa.61,7.Ierem.17,18. Nahum 1,9. Zach.9, 12.1.Tim.5,17.Apoc.18,6.

E.

EBRIETAS,pro eo quod inebriat. Iſa.5,22.
Ebrietas.i.larga potatio. Mich.2,11.
Ecce,pro,ſanè Gen 1,29.& 6,17.
Ecce,pro,ſed. Pſal 53,6.
Ecce ego,pro,ecceum me.1.Reg.3,4.
Eccleſia, pro hominum vel fidelium cœtu,ſæpè.
Edom,pro,Idumæis.Gen.36,9.
Effeminati.i.ſcorta maſcula. 3.Reg. 14,24. & 15,12.& 22,47. 4.Reg 23,7.
Effundere animam.i.exponere totum animum. 1.Reg.1,15.
Eleuare caput alicuius, pro, eum honorare. Ierem. 52,31.
Eloquium,pro,lege.Pſal.118,169.
Electum,pro,egregio,ſeu pretioſo.4.Reg.3,19.
Emigrare.i.migrare facere. Pſal.51,7.
Enim,pro,autem. 1.Par.29,1.Prou.19,19.Eccli 41,17. Ezech.3,14.Matt 10,26.& 11,13. & 12,8.& 18,11 Luc.6,43 & 8,17.Ioan.16,3. Rom.8,18. & 15,4. 2.Cor.11,5 Gal.2,18. Col.3,25.Hebr 5,13.& 7,12. & 8,3.& 12,2. Iacobi 1,12 Apoc.19,8,10.
Enim,pro,quidem. Matth.8,7.
Enim,pro,tamen. 2.Machab.7,23.
Eo quod,pro,quanquam. Ierem.7,10.
Eo quod,pro,quòd.1.Reg.15,12.3,Reg.18,10. 1.Par.14,2.
Eo quod,pro,vt,ſeu,ita vt. Ierem.9,10.& 26,9. & 33,24.& 34,22.
Epiſcopus.i.presbyter.Phil.1,1.
Ephraim, pro Decem tribubus Iſrael. Pſalmo 77,67.
Epulari, pro, lætari, ſeu feſtum agere. Deut.12, 12 & 16,11. Pſal.67,4.1.Corinth.5,8.
Erudire.i.caſtigare. Thren.1,11.
Ergo,pro,autem. Sap.17,22. Matth.10,32.
Eſſe, pro haberi, ſeu putari vel agnoſci. Geneſ. 42,9.3.Reg.18,24,27.Zach.14,9.
Eſſe,pro,apparere. Deut.4,20. & 6,24. 3.Reg. 3,6.Ierem.11,11.& 39,16.Matth.5,45.Roman.1,26.Heb.12,5.
Eſſe, pro, ſignificare in figuris & parabolis. Zachar.4,4.Lucæ 8,9.Act.10,17. Gal.4,24.
Eſſe,pro,accidere. 1.Corinth.11,20.
Eſſe,pro,habitare. Geneſ.47,2.1.Mach.5,2.
Eſſe in ore alicuius,pro,eum facundum reddere. Exod.4,12.
Eſſe ſubintelligitur. Rom.8,13,34.
Eſt alicuius.i.apparet hodie. Ierem.11,5.& 32, 20.& 44 22. Bar.1,15.& 2,6,26. Dan.9,7.
Eſt,pro,fit. Ezech.1,9.
Et,pro,deinde. Gen.2,1. & 3,14.& 24,16.& 28, 3,14.& 35,11. Exod.7,12.& 9,3. & 2,1. & 22,6.& 39,32. Leuit.18,7. Num.20,26. & 32,6. Deut.4,9. & 6,9. & 17,1. & 26,15 & 28,57.3.Reg.5,16.& 8,36,58.4 Reg.17,13.

2 Paralip.6 27 & 7,17.2.Eſd.1,24 & 12,44 Eſther 2,11. Pſal 74,4.& 89,16.Eccli.13,32 & 17,3 Ierem.16,21. Ezech 41,13. Soph.1, 4. Matth.13,41. & 24,31. Ioan.1,16 & 10, 33. & 14,17. Act.10,14.& 13,26.& 23,13. Rom.13,11.1 Cor.4,9.& 10,28.2.Cor.8,4. Galat.5,24.& 6,16.
Et,pro,vt. Gen.44,21. & 45.28.3.Reg.12,15. Pſal.82,19.& 54,7.& 118,34.Ierem.9,2.
Et,pro,etiam. Exod.4,10. 2.Par.8,15. Pſal.37, 11.& 131,12. Mat.2,15.
Et,pro, ſic. Exod.7,29. Pſal.124,2. Ioan.6,57. & 10,15.
Et,pro,ſicut. Marc.9,49.
Et,pro,vt qui. Prouerb.25,20.
Et,pro,aut. Leuit.20,9. Numer.30,4,5,7,11. Iob 31,7. Ezech.18,11. Act.3,6.
Et,pro,imò verò. Prou.10,21,29. Ezech.33,17.
Et,pro,nam, ſeu quia. Pſalm.44,20. & 89,3.& 148,14 Prouerb.14,7. Iſaiæ 10,1.& 64,5.Ierem.8,13.& 23,36.& 24,14.& 36,31. Ezech. 2,6 Oſee 9,4. Ioan.3,6. 2.Mach.4,16. Matth. 17,6. Lucæ 1,13.& 4,15. Ioan.4,35.& 12,35. & 17,10.& 19,11. Act.26,10. Roman.1,23. 1.Cor.14,32.2.Cor.5,15. Col.3,25. 1.Ioan. 1,2.& 3,4. Apocal.1,18.& 18,2. Ruth 1,13. Iob 36,14. Matth 27,53.
Et,pro,at, vel ſed. Pſalm.47,9. & 117,10,18.& 138,11. Eccli.36,10. Iſaiæ 64,5. Threr.3,32. Ion.2,7. Matth.17,12. Marc.12,12. Lucæ 2, 13.& 20,19. Ioan.7,4,30.& 16,32. Act.16,7. & 17,22.
Et,pro,etiamſi. Deut.29,19.1.Cor.16,9.
Et,pro,præterea Marc 4,30.
Et,pro, ideo. Ioan.4,24.& 5,32.& 12,16.
Et,pro,tamen. Philip.1,22. Apoc.3,8.
Et,pro,quinetiam. Act.7,43.
Et,pro,& tamen. Pſal.54,15.& 118,110.
Et,pro ergo. Eccli.13,2.
Et,pro,autem. Pſal.4,4.
Et,pro,nempe. Dan.7,20.
Et,pro,cum. Mar.15,25.
Et,pro,itaque. Pſal.9,11. Matth.25,46. Marci 12, 12, 30. Ioan. 10, 29. Act. 5, 38. & 7, 43. & 13, 18. 1. Corinth. 2, 1. & 12, 26. 1. Ioan. 2, 27.
Et, ſubintelligitur. Ioſ.13,27. 4.Reg.12,4.1.Paralip.9,29.& 11,2.2.Eſd.10,28. 4.Eſd.6,58. & 13,42. Pſal 22,3.& 30,20.& 61,7.& 99,5. & 118,2.& 127,6.& 132, 3. Prouerb.15,26. Cant.4,13. Sap.13,2. Eccli.40,19. Iſa.10,31. & 32,14.& 58,18.& 64,2. Ezech.24,4. Habac.3,9. 1.Machab. 10, 33. Ioan.15,16. & 16,2.& 17,21. 2.Corinth.10,16. Epheſ.4,4. 1.Petri 3,2.
Etiam, ſubintelligitur. 1.Regum 2,10. Iob 9,31. Sap.17,9. Iſa.59,18. Ierem.3,3.& 7,29. Sophon.1,14.& 2,11. Mar.9,37. Ioan.5,30. & 6,38.& 14,24. Rom.9,13. 1.Cor.7,4 & 10, 14,33. 2 Corinth.7,12. & 8,5. Epheſ.6,12. Phil 1,4. Pſal.109,5. Prou.22,10. Eccli.38,2, 21. Iſaiæ 8,8. Ioan.5,35.
Et ſi,pro,quandoquidem Ioel.3,4.
Et ſi, pro, cùm. Iob 21,22.
Etſi, pro, ſi. Lucæ 15,4.
Etenim, pro, etiam. Pſalm.97, 19. & 76, 18. & 138,10.
Et non,pro potiùs quàm. Eccli.25,20.
Euacuare,pro, abolere, ſeu irritum facere. ſæpè.
Euangelium.i.bona per Euangelium promiſſa. Mar.8,35.& 10,29.1.Cor.9,23.
Eunuchus,pro miniſtro regio,vel principe. Geneſ.39,1.4.Reg.20,18 Ierem.34,19.
Ex,pro,in. Eccli.13,24. Iſaiæ 30,6.
Ex,pro,poſt. Iſaiæ 66,23.
Ex,pro,præ 3.Reg.14,21.
Extra.i.præter. Matth.25,38.
Exceſſus mentis.i.pauor, vel ſtupor. 4.Eſd.13, 30. Pſal.115,11.
Exceſſus.i.mors. Lucæ 9,31.
Exultare,pro,laudare. Pſalm.50,16.& 58,17.& 80,2.& 94,1.& 111,16.
Exitus.i.termini. 4 Eſd.4,7.& 6,1.
Ex hoc, pro,ex nunc, 1.Mach.10,41.
Expugnare, pro, oppugnare. Pſalm. 108, 3. & 128,1. 1.Mach.5,16.
Expectatio, pro eo quod exſpectatur. Prouerb. 17,8. Ierem.14,8.& 17, 3.
Ex nomine .i. ſingulariter. Exod. 33, 12. & 35,30.
Exire, & intrare,pro,regere,vel conuerſari. Numer 27,17. 1.Reg.29,6.
Excitare.i.facere exiſtere. Rom.9,17.

F.

FACERE aliquid. pro, facere vt fiat. ſæpè, vt Gen. 1,5. Ier. 33,12. Zach. 1,9. Act. 1,18.
Facere. pro, dicere. 1. Ioan 1,6.
Facere ſermonem. i. loqui. Gen 15,1. Act. 1,1.
Facere iudicium & iuſtitiam. pro, iuſtè & ſanctè viuere. Gen. 18,19.
Facere aliquem fœtere. pro, reddere eum abominabilem, ſeu odioſum. Exod 5,21.
Facere. pro, conari facere Exod. 8,18.
Facere. pro, offerre, vel ſacrificare Leuit. 15,15. & 23,19. Deuteron. 16,1 Iudic. 13,15,16. 3. Reg. 3 15. & 18,23,26. Ezech. 43,25,27. & 45,22.
Facere iudicium. i. vlciſci. 3. Reg. 8.45.
Facere iudicium, i. fauere in cauſa. 3. Reg. 8,59.
Facere. pro, permittere. Iſaiæ 63,17. Ezech. 36, 15. & 39.7.
Facere. i. oſtendere 1. Cor 1,20. & 10,1.
Faciendo facere, ſeu patiendo pati aliquid, pro certiſſimè, ſeu omnino facere, aut pati. Geneſ. 3,4. & 15,13. & 22,12. & 24,12. 1. Regum 26,25. Oſee 1,2,6. Habac. 2,3. 1. Mach. 5,40 Act 5.4,28.
Facies, pro fauore. Prou. 29.26.
Facies, pro ira. Leuit. 26,17. Thren. 4,16.
Facies, pro colore. Leuit. 13,55.
Facies. i. conſpectus, ſeu præſentia. 2. Cor. 8,24. Gal 2,10.
Facies. i. ſuperficies. Lucæ 21,35.
Facies. i. apparentia. Ioan. 7,24. 2. Corinth. 5,12. & 10,7.
Facies tua. i. tu. Pſal. 118,58. Eccli. 4,26. Matth. 11,10. Mar. 1,2.
Facies, pro, perſona. Gen 43,5 Exod 34 14.
Facie ad faciem. i. clarè, vel familiariſſimè. Geneſ. 32,30. Exod. 33,11. Num. 12,14. Deuteron. 5,4. & 34.10.
Facies Domini. i. Dominus. 3. Reg. 13,6. Malach. 3,1.
Faciem firmare. i. firmiter ſtatuere. Lucæ 9,51. vide Ponere faciem.
Faciem alicuius ſuſcipere, pro eum exaudire. Iob 42,8.
Faciem alicuius videre, pro, eſſe ei familiarem. Eſther 1,14.
Feminarum conſuetudo, pro menſtruis. Geneſ. 31,35.
Femineum genus, pro neutro. Pſal. 7,8. & 26, 4. & 118,29. & 118,50,57. Eccli. 40,19.
Ferè, ſubintelligitur. Ioſue 21,44. 3 Reg. 22,1. Tobiæ 1,4,11,15. Iob 4,20. Pſal. 11,3 Eccli. 49,5. Ezech. 3,7. & 39,23. Matth. 13,34. Ioan. 3,32. & 18,20. & 21,7. Act. 27,23. 1. Corinth. 6,18. Philip. 2,21. Col. 1,6. Apocalyp. 7,4.
Fieri. i. eſſe. Mar 1,17.
Filij. i. cultores. Geneſ. 6,2.
Filij. i. poſteri. Geneſ. 10,20,22. Numer. 1,32. Deut. 1,8. 4. Regum 20,18. 1. Paralip. 9,23. & 15,10. 1. Eſd. 2,6. Pſalm. 89,16. Iſaiæ 39,5. Matth. 3,9.
Filij Adam. i. homines. Gen. 11,5.
Filij. i. nepotes. Gen. 20,12. Num. 26,59. Deut. 3,14. Ioſ. 13,31. Iudic. 1.16. & 4,11. 2. Reg. 9,10 & 19,24. 3. Reg. 4,2. 4. Reg. 8,26. 1. Paralip. 7,24. & 9,12. 2. Paral. 22,9. 1. Eſd. 5,2. Iob 19,17. Lucæ 1,5.
Filij. pro, filiæ. Gen. 30,35.
Filij Belial. i. impij, ſeu iniqui. Deuter. 13,13. Iudic. 19,22. 1. Regum 1,16. & 2,12. & 10,2. & 25,17. 2. Reg. 16,7. & 20,1. 3. Reg. 21,10. 2. Par. 13,7.
Filius mortis. i. morte dignus, ſeu mortis reus. 1. Reg. 20,31. & 26,16. 2. Reg. 12,5.
Filij. i. diſcipuli, vel ſectatores. 4. Reg. 2,3. & 9,1. Zach. 10,7. Matth. 11,19. Epheſ. 5,8. Apocal. 2,23.
Filius hominis. i. homo. Pſal. 4,3. & 8,5. & 10,4. & 79,18. Ezech. 2,1. Matth. 13,37. Ioan. 5, 27. Apocal. 14,14. & quidem in Teſtamento nouo pro Chriſto accipi ſolet.
Filius. i. homo. Prou. 28,7.
Filij. i. incolę, ſeu populus. 1. Eſdr. 2,1. 2. Eſdr. 7, 25. Ezech. 25,10.
Filij Dei. i. Angeli. Iob 1,6. Pſal. 88,7. Dan. 3,92.
Filia. i. congregatio, ſeu populus. Pſalm. 9,15. & 44,11. & 136,8.
Filiæ. i. viculi, ſeu oppida ſubiecta. 1. Par. 7,28, 29. 2. Paral. 13,19. 2. Eſd. 11,25. Iſaiæ 16,2. Ierem. 49,2,3. Ezech. 16,46,49. & 26,6. & 32,16. 1. Machab. 5,8.
Fides. i. lex Euangelica Gal. 3,23.
Fides. i. conſcientia. Rom. 14,23.
Fides. i. veritas. Eccli. 40,12. Iſaiæ 33,6. Ierem. 5,3. Thren 3,23 Oſee 5,9.
Fides. i. fidelitas. 1. Reg 26,23. 1. Paralip. 9,22. 4. Eſd. 4,24. Eccli. 27,18. & 45,4. & 46,17. Tit. 2,10.
Fides. i. promiſſio, vel votum. 1. Tim. 5,12.
Fidele. i. firmum, ſeu ſtabile 2. Reg 7,16. 3. Regum 11,38. Eccli. 31,28. & 37,26. Iſa. 22,23. & 33,16. & 55,3 Act. 13,34.
Fidelis. i. verax. Deut. 32,4. Pſal. 18,9. & 100,6. & 110,7. Eccli. 36,18. Dan. 2,45. 2. Theſ. 3, 3. 2. Timoth. 3,13. Hebr. 11,11. 1. Ioan. 1,9. Apoc. 1,5.
Fideliter. i. veraciter. Prou. 12,22.
Fingere. i. inſtituere. 3. Reg. 12,33.
Flere, pro, ieiunare. Zach. 7,3.
Fluuius, pro Euphrate. Exod. 23,30.
Fœnum, pro, Herba ſæpè.
Fœnus, pro, mutuo. & Fœnerari pro, mutuare. Deut. 15,6 & 28,12. 1. Reg. 2,20. Prou. 22,7. Eccli. 8,15. & 20,16. & 29,35. Iſaiæ 24,2. Lucæ 6,14. & 7,41.
Fornax ferrea. i. duriſſima ſeruitus. Deut. 4,20.
Fornicari. i. peccare. Num. 15,39.
Fornicari. i. idola colere deſerto Deo. Exod. 34, 15,16. Leuit. 17,7. & 20,5,6. Deuter. 31,16. Iudic. 7,17. & 8,27,33. 2. Paralip. 21,11. Ezech 23,8.
Fortitudo. i. diuitiæ. Ezech. 28,5.
Fodere. i. emere. Oſee 3,2.
Forſitan, pro, vtique. Ioannis 4,10. & 5,46. & 8,19.
Frater. i. Chriſtianus. Act. 14,2. & 17,6. 1. Corinth. 5,11. & 7,12. & 15,6. Gal. 2,4. 2. Theſ. 3,6. Iacobi 1,9 & 2,15.
Frater. i. alter. Gen. 13,11.
Frater. i. ſimilis. Prou. 18,9.
Fratres, pro filiis. Gen. 28,18.
Frater. i. ſocius. Gen. 49,5. 4. Reg. 9,2. Ioel. 2,8.
Frater. i. proximus. Matth. 18,15.
Frater. i. cognatus. Gen. 31,23. Exod. 2,11. Deut. 1,8. Ioſ. 17,4. Iudic 9,1. 4. Reg. 10,13. 1. Par. 6,19 & 7,5. & 12,2. & 16,37. & 24,31 & 26, 11. Matth. 12,46 & 13,55. Ioan. 2,12 & 7,3. Act. 1,14. 1. Cor. 9,5.
Fruſtrà. i. ſine cauſa. Iob 1,9. & 34.12. & 35,13. Prouerb. 1,11. & 3,30. & 24,28. & 26,2. Iſaiæ 29,31. Ierem. 22,13. 2. Mach 7,18.
Furor. i. ira. Gen. 49,6. Exod 22,24.
Fugere, pro, recedere. Pſal 113,3. Ioan. 6,15.
Funiculus, pro hereditatis portione, vel poſſeſſione. Deut. 32,9. Ioſue 17,5. 1. Paral. 16,18. & alibi ſæpè.
Futurum, pro præſenti. Deut. 31,21. 4. Eſd. 7,4. Pſal 72,5. Iſaiæ 19,10. & 45,14. & 57,16. Dan. 4,14. Ioel. 3,4. Nahum 3,1. Ioan. 8,12. & 11,12. Hebr. 11,1.
Futurum, pro præterito. Deut. 3,28. 2. Reg. 18, 33. 1. Par. 17,9. 4. Eſd. 16,55. Pſalm. 17,24. & 39,10. & 65,6. & 76,20. & 77,31. & 114,1. Iſa. 40,18. & 41,2. & 48,13. & 56,3. & 64,3. & 66,1. Ierem. 3,15. & 29,15. & 31,9. Ezech. 31,17. Oſee 8,11. & 11,4. & 13,11. & 14,26. Rom. 3,3.
Futurum, pro Imperatiuo. Gen. 4,7. Exod. 20,3. Deuter. 5,7. Pſal. 50,9. & 82,16. & 137,3. & 143,6. Iſaiæ 6,9. Ier. 11,21. Bar. 4,28 Dan. 1, 13. Oſee 12,6. Ioel. 2,17. Matth. 19,18. & 23, 11. Mar. 9,35. & 10,43. Lucæ 19,17. Act. 7, 37. Rom. 13,9. 1. Cor. 9,9. 1. Petri 1,6.

G.

GENERATIO. i. ortus. Gen. 2,4.
Generationes, pro, genitus. Gen. 10.1. Pſalmo 111,2. Eccli. 1,21.
Generationes, pro, poſteri. Gen. 11,10.
Generationes, pro hominibus. Gen. 6,9. & 7,1. Pſal. 23,6. Prouerb. 30,11. Sap. 4,1. Iſa. 41,4. Matth. 1,17. & 11,16. & 12,41. & 17,17. & 23,36. & 24,34. Lucæ 17,25.
Generationes, pro temporibus, ſeu ætatibus. Gen. 27,7. Exod. 12,14. & 31,13. Eccli. 44, 8,7. 1. Mach. 2,51,61. Lucæ 1,50. Act. 13,36. Epheſ. 3,5.
Generationes. i. fructus. Eccli. 24,26.
Generationes. i. cognationes. Num. 1,20. 1 Paralip. 4,2.
Genus, pro genere. Sap. 1,7 Matth. 20,25. Lucæ 22,25 Ioan 1,11. 1 Ioan. 5,3.
Gladius. i. vltio. Zach 11,17.
Gladius. i. fortitudo. Iudith 9,2.
Gladius. i. bellum. Leuit. 26,6. 2. Paralip. 20,9. Ezech. 33,2. 1. Mach. 9,73.
Gloria. i. anima. Gen. 49,6. Pſal. 56,9.
Gloria. i. auctoritas. Num. 27,20.
Gloria. i. claritas, ſplendor. Exod. 40,34. Numer. 14,10.
Gloriari. i. honorari. 1 Cor. 12,26.
Glorificari. i. glorioſum apparere. Exod. 14,4.
Glutire ſaliuam. i. reſpirare. Iob 7,19.
Gratia. i. gratiarum actio. 1. Cor 10,30.
Gratia. i. gratitudo, vel beneficium, aut benignitas 2 Reg. 16,17. 1. Corinth. 16,3. 2. Cor. 8,15. & 8,4.
Gratiam inuenire i. gratum eſſe. Gen. 6,8. & 30, 27 & 32,5. Exod. 33,12.
Gratis. i. temerè ſeu ſine cauſa. Pſalm. 34,7,19. & 68,5 & 108,3. & 118,161. & 119,7. Eccli. 20,25. & 29,8. Thren. 3,52. Ioan. 15, 25. Gal 2,21.
Graue. i. difficile. Dan. 2,11.
Græci. i. gentiles. Zach. 9,13. Act. 14,1. & 18,4. Rom. 1,16. Gal. 3,28.
Guttur. i. os. Prouerb. 8,7.
Guttur. i. verba. Prouerb. 5,3.

H.

HABITARE alicubi nomen Dei, pro, Deum illic coli. Deut. 16,11.
Habere. i. poſſe. Lucæ 14,14. Ioan. 8,26. 2. Petri 1,15.
Hæc. i. talia. 1 Mach. 2,8.
Hæc faciat Dominus, & hæc addat. i. puniat Dominus. 1. Reg. 3,17. 3. Reg. 2,24
Heri & nudiuſtertius, pro, præterito tempore. Gen. 31,2. Exod. 4,10. & 21,29. Deut. 18,4.
Hinnire. i. vociferari. Ierem. 31,7.
Homo. i. quidam. Mar. 12,1.
Homo. i. aliquis. Ioan. 2,25. & 7,46. Gen. 2,5. Iſaiæ 7,2 Ioan. 3,27.
Homo. i. quiſque. 1. Cor. 4,1. & 11,28.
Homo homo. i. quicumque. Ezech. 14,4.
Homines. i. impij. Gen. 6,2.
Homo Dei. i. Dei ſeruus, vel Propheta. Deuteron. 33,1.
Honeſtas. i. diuitiæ. 3. Eſd. 3,21. Sap. 7,11,13. & 8,18. & 10,11. Eccli. 11,14. & 13,2. & 24,23.
Honeſtare. i. locupletare. Sap. 10,10. Eccli. 11,22.
Honorare. i. neceſſaria miniſtrare. Exod. 20,12.
Hora. i. tempus. Eccli. 39,39. 2. Machab. 8 25. Matth. 18,1. Ioan. 4,21. & 5,25,28. & 7,30. & 12,23. & 16,2,21. & 17,1. Roman. 13,11 1. Ioan. 2,18 Apoc. 3,10.
Hodie. i. hoc tempore. Deut. 26,16 Prou. 22,19.
Humiliare. i. affligere. Pſalm. 34,13. & 50,10. & 89,15. & 93,5. & 104,18. & 114,6. & 115,10. & 118,67 & 141,7. Iſa. 60,14. Malach. 3,5. 1. Mach. 12,15. & 14,14. 2. Cor. 4,9.
Humilitas. i. afflictio. Gen. 29,32 Deuter. 26,7. Iudic. 6,15. Pſal. 9,14. & 21,22. & 24,18. & 30,8 & 33,19. & 81,3. & 101,18. Eccli. 2,4. Mich. 6,14.
Hypocrita. i. iniquus, vel impius. Iob. 17,8. & 27,8. Iſa. 33,14 Matth. 24,51.
Humilis. i. abiectus: & humilitas. i. abiectio. Mal. 2,9. 1. Mach. 3,5. Lucæ 1,48. Act. 8,32. Rom. 12,16. Phil. 3,21. Iacobi 1,10.

I.

IDEO, ſubintelligitur. Ioan. 3,7.
Iecur. i. interiora. Prou. 7,22. Thren. 2,11.
Ignorari. i. improbari. Matt. 7,23. 1. Cor. 14,38.
Ignobilis. i. contemptibilis. 1. Reg. 2,30.
Igitur. ſubintelligitur Pſal 21,12. & 30,24.
Ille. i. quidam. Ierem. 18,1.
Illuminatio. i. fauor. Pſal. 43,4.
Illuminare vultum. i. hilarem vultum oſtendere. Pſal. 66,2 & 118,135.
Illuminari. i. baptizari. Heb. 6,4. & 10,32.
Illac, pro illic. Pſal. 138,10.
Immunditiæ. i. idola. 4. Reg. 17,12. & 21,1,21. 23,24. Ezech. 33,25.
Imperatiuum, pro futuro. Geneſ. 49,17. 2 Reg. 14,9. 2. Par. 6,25,30. Pſalm. 33,6. & 16,3,15. 27. & 137,4. Iſa. 47,1. Ierem 11,3 & 17,18. Oſee 9,14. & 10,12. & 14,1. Habac. 2,16. Zach. 3,2. Act. 13,41.
Implere manum alicuius, pro, conſecrare illum in ſacerdotem. Iudic. 17,5,12. 3. Reg. 13,33. 2. Par. 29,31 Ezech. 43,26.
In, pro, in virtute. Matth 12,24,28. Luc. 11,19. Act 17,28. & 19,21.

In.i.apud. Rom.1,19. Mal.1,14.
In.i.propè. Ioan 4,5.& 5,20. Exod.14,9.4.Regum 11,20.2.Eſd.3,15. Ierem.46,18.
In.i.ſuper.Eccli.38,16.
In.i.propter. Geneſ.3,17. & 12,3.& 22,18. & 26,4.3.Reg.16,19.2.Par.25,4.Pſalm.9,6.& 30,17 & 68,7.& 93,23.& 105,43.Iſa.50,1. Thren.3,48.& 4,20. Ezech.3,18.& 4,17.& 7,16.& 18,22,24.& 23,17.& 33,18.& 19,23.Oſee.5,5.& 14,2. Mich.1,5.& 3,11. Mal.3,9. Matth.6,7. Act.7,29. Rom.8,39.& 16,2.Epheſ.3,13.& 4,1.Hebr.6,10. Iacobi 5,1.
In.i.præ. Pſal.17,9.& 37,10,11.& 76,10.
In.i.inter Pſalm.17,30.& 43,12.Sap.19,17.& ſæpè alibi.
In.i.per. Gen.18,18 1.Par.20,8. Iudith 13,18. Pſalm.51,3.Sap.1,12. Iſaiæ 45,23,24,25.& 48,1.& 62,8. Ierem.44,26. Dan.2,30.& 3,44. Oſee 2,19.& 12,13. Amos 6,8. Soph.1,5.1.Mach.3,18.& 5,24.Matth 23,16.Lucæ 8,15.& 21,34.& 23,44.Ioan.5,39.& 13,31,32.& 14,13.& 16,30. Act.1,3.& 4,9.& 17,31.& in Pauli Epiſtolis ſæpiſſimè.
In.i.contra.Pſal.17,49.& 72,9.& 88,23.& 91,12.Ezech.23,25.
In.i.ex. Pſal.9,2.& 118,2.& 138,16.& 140,5. Ezech.6,8.2.Mach.3,11.Matth.22,37.Philip.3,6.2.Timoth.1,15.
In.i.cum. Geneſ.32,10. Exod.29,29.& 30,10. Num.21,18.Pſalm.56,8.& 65,13.& 111,9. Sap.9,11.Eccli.2,9.& 15,8.& 16,23.& 39,19.Iſaiæ 42,6.& 48,1.Ezech.3,25.& 16,28.& 53,25,26. Oſee 4,3.1.Mach.1,18.& 10,86.& 3,12.2.Machab.16,22. Matth.7,15.& 25,16.Act.20,32.Roman.16,16.1.Cor.5,8. 2.Cor.12,12. Epheſ.6,2. Col.1,11.1.Theſ.2,2.2.Theſ.1,4. 1.Tim.2,9.& 5,2, 2.Tim.4,2.Heb.4,16.& 8,6.Iacobi 2,1.2 Pet.12,5. Iudæ 14,24.Apoc.8,7.
In,pro à, vel ab, vel de. Leuit.7,35. Ioſ.10,20. 1.Reg.2,10.Pſal 9,3. Eccli.11,21.& 14.22.& 51,32.Bar.1,2.Mar.9,12.Lucæ 1,14.Roman.16,19.1.Cor.1,4.2.Cor.2,3.Gal 5,10. Epheſ.8,20.1.Theſſal.3,7.& 5,18.1.Tim.1,18. 2.Timoth.3,16. Philem.7. Hebr.7,13.1.Ioan.5,7.Lucæ 2,20.
In.i.coram.Pſal.56,10.& 107,4.Epheſ.4,17.
In.i.velut. Ierem.6,10.
In.i.ſub.Rom.3,19.
In.i.pro. 2.Par.31,16. Pſal.118,159. Eccli.13,18 & 51,25. Thren.3,49.
In.i.iuxta,vel ſecundùm.Pſalm.110,2.Ioan.3,21. 2.Corinth.9,13.
In cum Ablatiuo, pro In cum Accuſatiuo. Leu.5,19,37. 2.Eſd.13,27. 4.Eſd.1,11.& 15,55. Eccli.40,17.2.Cor.13,4.Iſa.63,14.Oſe.5,7.& 8,5.Habac. 3,8.Zach.2,5.1.Mach.12,28.
In cum Accuſatiuo,pro In cum Ablatiuo Pſal.134,7. Eccli.45,31. Ier.10,13. Mich.7,10. Lucæ 12,21.
In cum Ablatiuo, pro Ad cum Accuſatiuo. 3.Reg.8,38.4.Eſd.12,21.& 16,20,47.
In,ſubintelligitur.Pſalm.15,3,& 43,14.Ezech.39,12.1.Mach.15,2.
In hoc.i.propterea.1.Cor.4,4.
In caput alicuius.i.in eius perniciē. Dan.13,54.
In gutture.i.intra ſe. Iob 20,13.
In profundum.i.valdè.Oſee 5,2.
In principio.i.primū, ſeu ante omnia. Gen.1,1.
In nomine alicuius.i.propter illum, vel eius virtute,aut mandato, aut loco, aut vice, vel eius nomine inuocato,aut eius miſſione.4.Reg.2,24.1.Par.16,2.Pſal.43,6.& 62,5.& 117,16. Ierem.3,17. Matth.21,9. Marc.11,9.& 16,17.Lucæ 11,17. Ioan.5,42.& 10,25.& 12,13.& 14,13,26.& 16,23 & 17,11,12.& 20,31.Act.19,5. Epheſ.5,20.2.Theſſal.3,6.Iacobi 5,9,14.
In Dei cōſpectu ſtare.i.Deo ſeruire.4.Reg.3,14
In bonum.i.ad fauendum.Amos 9,4.
In malum.i.ad puniendum.Amos 9,4.
In excelſum.i.vehementer, vel altiſſimè. 2.Paralip.1,1.& 20,19.
In pace, vel cum pace. i. proſperè, ſeu feliciter Gen.15,15.Exod.4,18.& 18,23. Iudic.8,79.& 11,13.& 18,6.& 21,13.1.Regum 1,17.& 20.13.& 29,7.2.Reg.3,21.&15,9.& 19,24.& alibi ſæpiſſimè.
In facie.i.palàm.4.Eſd.16,5.
In facie,vel faciem.i.coram.Iob 1,11.
In die,pro,vſque in diem. 1.Cor.1,8.
In facie.i.extenùs.2.Cor.5,12.
In ſæculum.i.in perpetuum.Lucæ 1,55.
In æuum.i. in perpetuum. Bar.3,3.
In matutino.vide Diluculo.
In medio.i.Inter,ſeu intra. Geneſ.23,10.3.Regum 6,19. Pſal.110,7. Habac.3,2. Lucæ 7,29,35.Ioan.20,19. Apoc.1,1.
In arcu & gladio.i.in bello, vel iure belli. Geneſ.48,22.
In iudicio.i prudenter.Pſal.111,5.
In iudicio.i.moderatè. Ierem.10,24.& 30,11.& 46,28.
In ore.i.ſecundùm rationem. Oſee 10,12.
In bono eſſe cor.i.ſe exhilarare.Eccleſ.11,9.
In Deo.i.tamquam Deus.Exod.6,3.
In Domino vel Deo.i.per Dominum vel Deum. 1.Reg.14,22.& 28,10.2.Eſd.13,25.
In Domino. i. Domini virtute, ſeu beneficio. Deut.33,29.Oſee 1,7.
In Domino. i. ſecundùm Domini voluntatem. Act.11,23.
In æternum.i.per totum ſęculum præſens. Exodi 15,18.
In Domino.i.loco Domini. Col.4,17. 1.Theſſal.5,12.
In manu.i.cauſa.Iſaiæ 64,7.
In manu.i.opera. Sap.11,1.Ier.50,1.Zach.7,7.
In manu.i.in curam,ſeu cuſtodiam.Gen.39,22.
In manu alicuius,pro,ipſo ducente,ſeu regente. Num.33,1.
In manu alicuius.i.per ipſum.Ioſ.14,2.Iob 8,4. Ierem.37,2.
In caput eſſe vel caudam, pro, fieri primum vel vltimum. Deut.28,13.
In idipſum.i.ſimul. Pſal.4,9.& 33,4.& 40,7.& 61,10.& 73,6.& 121,3.
In parte, ſeu in partem. i. ſeorſum. Tob.12,5. Dan.7,5.
In auribus alicuius.i.ipſo audiente. Ezech.9,1.
In vnum.i.ſimul.2.Reg.2,13.4.Eſd.5,41.Pſalmo 2,2.& 47,5.& 101,23.Dan.13,14. Matthæi 22,34.Lucæ 17,35. Ioan.11,52. Act 9,23.1.Cor.11,20.& 14,23.
In oculis alicuius.i.eius iudicio. 1.Reg.15,17.
In oculis.i.coram Ier.34,15.& 52,2. Zach.8,6.
In finem.i.perfectè.Iob 34,36.
In generatione & generationem.i.in omnia ſæcula.Exod.3,15.
In finem.i.tandem,vel penitus. Eccli.10,16.
In finem.i.in perpetuum, ſeu ſemper. Pſal.4,1.& 9,7,19,32.& 12,2.& 15,11.& 17,36.& 37,7.& 43,23.& 47,10.& 51,7.& 67,17.& 73,1,19.& 76,9.& 78,5.& 88,47.& 102,9. Iſaiæ 17,16. Ierem.3,5. Dan.7,26. Amos 1,11.1.Theſſ.2,16.
In veritate.i.ex animo,ſeu ſincerè. Pſal.144,18.
In veritate.i. perfectè, vel ſanctè. Epheſ.6,14. 2.Ioan.4.
Innoxium.i.impunitum. 3.Reg.2,9.
Infinitum.i.multum,vel maximum. 3.Reg.10,2.2.Par.24,11,24.& 28,8. Ioſ.22,10.
Inquinare.i.profanare. 4.Eſd.8,60.
Ingredi,vide Ambulare.
Inferi,ſeu infernus,pro,ſepulchro,morte, Limbo,purgatorio, vel loco damnatorū. Gen.42,38.1.Reg.2,6. 3.Reg.2,6. Iob 7,9.& 17,16.& 21,13.Pſalm.29,4.& 30,18.& 87,4.& 93,17.& 113,17.& 114,3.& 140,7. Prou.1,12.& 23,14. Eccleſ.9,10.Cant.8,6.Eccli.28,25.& 41,7.& 51,7.Iſaiæ 28,15.& 38,10.Bar.2,17.Dan.3,88.2.Mach.6,23.Act.2,24.
Indurare,pro durum demonſtrare. Exod.7,3.
Inebriare.i.ſatiare. Gen.43,34.Pſal.35,6.Prouerb.11,25.Eccli.32,17.Agg.1,6. Ioan.2,10.
Inebriare.i.irrigare. Eccli.24,42. Iſaiæ 16,9.
Initia.i.primitiæ.Num.28,13.
Ingredi & egredi.i.conuerſari. Deut.28,6.1.Regum 1,15.3.Reg.3,7.Pſal.120,7.
Incircumciſum.i.improbum. Leuit.26,41.
Iniquitas,pro,pœna iniquitatis. Leuit.19,8.& 20,17. Pſalm.39,13. Eccli.20,30. Iſaiæ 53,11. Ierem.26,18. Thren.1,14.& 4,22.& 5,7.Ezech.35,5.Malach.2,16.
Inuenire.i.apprehendere.Pſal.114,3.
Increpare.i.interminari. Lucæ 9,21.
Infirmatus.i.animo deiectus. 1.Mach.1,27.
Inquam,ſubintelligitur.Zach.8,23.Eph.2,13.
Innocens.i.imperitus.Prou.22,3.
Intellectus,pro re intellecta. Eccli.34,9.
Intelligibile.i.intelligens. Eccli.3,32.
Inter.i.præ. Gen.3,14.
Inter.i.ſuper. Baruch 6,12.
Intra,pro,inter. Matth.21,38.Lucæ 17,21.
Intra,pro.citra.1.Reg.20,22.
Interrogare.i.examinare,ſeu probare. Sap.6,4.& 11,11. Eccli.18,20.& 23,11.1.Cor.9,3.
Interrogatio. i. examen, ſeu probatio. Sap.4,6. Eccli.16,21.Act.25,26.& 28,18.1.Pet.3,21.
Interrogare.i.explorare.Pſal.10,5.& 138,23.
Intrare & exire.i.conuerſari. Act.1,21.& 9,28.
Inuocare.i.prædicare.Pſal.115,17.
Inueſtigare.i.comprehendere.Eccli.1,3.
Inuocare.i.colere. Gen.4,26.
Inuocari nomen alicuius ſuper aliquem. i. hunc illius dici,vt filium,aut ſeruum,aut cultorem. Geneſ.48,16.Bar.1,15. Amos 9,12.
Ioſeph. i. populus Iſrael. Pſalm.79,2.& 80,6. 2.Reg.19,20.
Iraſci.i.punire.Ezech.16,42.
Ira.i.vltio,vel punitio. Mich.7,9. Bar.4,9,25. Lucæ 21,23.Ioan.3,36.
Iraſci.i.contendere.Gen.45,24.
Irritum facere. i. negligere, ſeu contemnere. Gen.17,14.
Ira.i.afflictio. 1.Mach.3,8.
Ira cùm de Deo dicitur, vltionem ſeu punitionem ſignificat.
Ita,ſubintelligitur. Eccli.26,22,23. Ier.17,11.
Itaque.i.denique.Mar.2,28.
Itaque,ſubintelligitur.Eſth.9,29.Eph.5,8.
Itaque.i.inſuper.3.Reg.5,15.
Iuſtitia.i.meritum.2.Eſd.2,20.
Iuſtificatio.i.iuſtitia.Bar.2,17.
Iuſtificationes.i.ritus Num.9,3.
Iuſtitia i.perfectio,ſeu vitę integritas.ſępiſſimè. vide 1.Matth.19.& 3,15.
Iuſtificationes.i.præcepta,ſeu leges.Pſalm.104,45.& 118,5.1.Mach.1,51.& 2,40.
Iuſtitiæ.i.præcepta. Deut.33,21. Pſal.17,23.& 18,19.& 49,16.Bar.2,12.& 4,13.
Iuſtitia. i. miſericordia. 4.Eſd.8,36. Pſal 30,2.& 36,15.& 50,16 & 142,1.Iſaiæ 56,1.& 59,16. Mich.6,5. Matth.6,1. 2.Corinth.9,10. 2 Pet.1,1. 1.Ioan.1,9.
Iuſtificari,pro,eſſe & haberi iuſtum.Rom.2,13. Iac.2,24.
Iuſtificare.i.approbare. Mich.6,11. Matth.11,19 Lucæ 7,29,35.
Iuſtificari.i.iuſtum apparere. 1.Tim.3,16.
Ius.i.poſſeſſio.Gen.23,4.
Iuſiurandum.i.execratio. Ier 42,18.& 44,12.
Iuſtificare aliquem. i. oſtendere illum iuſtum eſſe.3.Regum 8,32.Pſal.81,3.Matth.12,37. Lucæ 10,29.& 16,15.
Iudicare.i.gubernare. Iob 36,31.& in lib.Iudicum ſæpè.
Iudicium.i.index.Dan.7,10,26.
Iudicium.i.pręceptum.Pſal.118,137.Soph.2,3.
Iudicare alicui.i.cauſam eius agere. Gen.30,6.
Iudicare.i.iudicando liberare. 2.Reg.18,31.
Iudicium & iuſtitia. i. iuſtum iudicium, ſeu id quod rectum & æquum eſt. 3.Regum 10,9. 1.Par.18,14.Pſal.98,4. Iſa.9,7. Ierem.22,3.& 23,5.1.Mach.2,29. Deut.33,21.4. Eſd.7,34.Tobiæ 3,2.Iob 29,14.& 34,17.Pſal.32,5.& 36,28.& 98,4.& 100,1. Prou.21,7. Iſa.1,21.& 5,7.& 59,8,11. Ierem.5,1. Ezech.34,16.Amos 5,7.Mich.3,1.1.Mach.7,18.Matthæi 12,18.& 23,23.Lucæ 11,42.
Iudicium. i. vltio, vel ſupplicium. Exod.6,6. 2.Par.24,24. Iſa.34,8. Ezech.5,8.& 14,21. Oſee 10,4. Habac. 1,12. Matth.23,14,33. Gal.5,10.
Iudicium.i.ritus vel mos,ſeu conſuetudo. Num.15,16. 4.Eſd.7,30. Pſalm.80,5.& 118,132. Eccli.38,16.& 41,3,5. Ezech.5,7.& 11,12.
Iudicium.i.cauſa. Pſalm.34,23.& 36,6.Ier.30,13.Thren.3,59.Dan.13,6.Oſe.12,12.
Iudicium.i.condemnatio, vel punitio. 1.Eſd.7,26.Sap.12,25.Ezech.11,9. Amos 5,24. Sophon.3,15. Marc.12,40. Ioannis 5,24,29. 1.Corinth.11,34.1.Tim.3,6.Iacob 2,13.& 5,12 1.Pet.4,17.2.Pet.2,11.Iudæ 4.
Iudicia.i.ſtatuta, ſeu ritus, vel præcepta, aut Inſtituta. Exod.15,25.Deut.18,3.Leuit.19,37 & 18,4.2.Reg.22,23.2.Eſd.9,29.Pſalm.17,23.& 18,20.& 88,31.& 118,7. Eccli.18,14,29.& 45,6. Ezech.5,6,& 20,13,18.& 23,24.& 37,24.
Iudicare. i. damnare vel punire. Geneſ.15,14. Deut.32,36. 1.Reg.3,13. Pſalm.5,11.& 9,10.& 34,1.& 53,3. Sap.12,10. Ezech.7,27.& 11,10.& 23,24.& 35,11.& 38,22. Zachar.5,3. 1.Mach.7,42. Matth.7,1. Ioan.3,17,18.& 8,50.& 12,47,48. Act.7,7.Rom.2,1,12.& 3,7.& 14,4,22. 1.Cor.10,29.& 11,31. Col.2,16. 2.Theſ.2,12.Heb.13,4. Iacobi 4,11.& 5,9.

Iuxta, ſubintelligitur. Pſal. 121,4.
Iuxta verbum tuum. i. vt dixiſti, ſeu petiſti. Numer. 14,20.

L.

LABOR. i. peccatum. Mich. 2,1.
Labiis incircumciſus. i. impeditæ linguæ. Exod. 6,12.
Lacte & melle fluens terra. i. fertiliſſima & amœniſſima. Exod. 3,8.
Lacus. i. ciſterna, vel fouea. Ierem. 38,6. & 41,7. Ezech. 26,20. Dan. 6,7.
Lacus. i. ſepulchrum. Pſal. 29,4. & 142,7. Prouerb. 1,12. Ezech. 31,14. & 32,18.
Lapis. i. firmamentum. Gen. 49,24.
Latrones vel Latrunculi. i. milites. 2. Reg. 3,22. & 4,2. & 30,8,23. 3. Reg. 11,24. 4. Reg. 6,23. & 13,20,21. & 24,2. 1. Paralip. 12,21. 2. Paralip. 22,1. Iob 19,12. Ierem. 18,22.
Laudari. i. gloriari. Pſal. 33,3. & 43,9.
Legitima. i. præcepta, ſeu leges. 4. Eſd. 4,24. Zachar. 1,6. 1. Mach. 3,29. & 6,59.
Leuare manum. i. iurare. Gen. 14,22. Exod. 6,8. Deut. 32,40. Ezech. 3,6,7.
Lex i. ſcriptura. Ioan. 10,34. & 12,34. & 15,25. 1. Cor. 14,21,34.
Liber. i. epiſtola. Ierem. 29,1,25.
Lignum. i. arbor. Gen 1,11. & 3,1,8. Exod. 15,25. Pſal. 1,3. & 104,33. Ezech. 36,30. 1. Machab 10,30 & 14,8. Apoc. 2,7.
Locus, pro, tempore. 2 Eſd. 2,16.
Loqui, pro, præcipere. Deut 4,2.
Loqui, pro, velle Gen. 24,51.
Loqui bona. i. conſolari. Ierem. 52,32.
Loqui ad cor. vide Ad cor.
Loqui iudicium, vel iudicia cum aliquo, pro, diſceptare cum eo, vel reddita cauſa eum condemnare. 4. Reg 25,6. Ierem. 1,16. & 4,12. & 39,6. & 52,9.
Lucerna. i. gloria, ſeu ſplendor. 2. Reg. 21,17. 3. Reg. 11,36. 4. Reg. 8,19. 2. Par. 21,7. Pſalmo 131,17. Prou 21,4.
Lucerna. i. vita. Prou. 20,20. & 24,20.
Lucerna. i. fauor. Iob 29,3.
Lucerna. i. proſperitas. Iob 21,17. Prou. 13,9.
Lugere. i. ieiunare. Matth. 9,15.
Luctus. i. egeſtas. Deut. 26,14.
Ludere. i. irridere. Gen. 21,9.
Lumbi. i. interiora. Pſal. 37,8.
Lumen. i. ignis. Lucæ 22,56.
Lumen. i. ſplendor, vel fauor. Pſalm. 88,16. & 89,17.
Lux. i. Angeli. Gen. 1,3.
Lux. i. proſperitas. Iſa. 58,10. & 59,9. Thren. 3,2. Amos 5,18. Mich. 7,8,9.

M.

MACVLA. i. vulnus. Leuit. 24,19.
Macula. i. defectus, vel vitium. Exod. 12,5. & 29,1. Leuit. 1,3. & 21,17.
Magnificare. i. magnificè ſeu vt magnum laudare, vel glorificare. Pſal. 33,4. & 39,17. Malach. 1,5. 2. Machab. 3,30. Matth. 15,31. Lucæ 1,46. & 4,15. & 5,26. & 7,16. & 17,15. & 18,43. Act. 21,20 Rom. 15,11. 2. Cor. 10,15.
Magnificare. i. magnificè facere. Gen. 19,19.
Magnificare. i. magnum facere. Matth. 23,5.
Magnificare facere. i. magnificè facere. Pſalmo 125,3. Ioel. 2,21.
Magnificare os. i. ſuperbè loqui. Abd. 1,2.
Magnificari. i. magnum ſe oſtendere. Exod. 15,1,6. Soph. 1,8.
Magnificari. i. apparere magnum eſſe. Numer. 14,17. Pſal. 103,1. & 137,2. & 138,14. Mich. 5,4.
Magnificè. i. ſuperbè. Zach. 17,7.
Magnificatus. i. magnus factus. 1. Reg. 2,21.
Magnificentia. i. gloria. Deut. 32,3.
Magnum. i. maximum. Matth. 22,36.
Magna loqui. i. gloriari. Ierem. 50,11.
Malum. i. aduerſum, vel iniucundum. Ier. 42,6. 2. Mach. 1,5. Lucæ 16,27.
Malum, vel malitia. i. dolor ſeu afflictio, vel moleſtia. 1. Paralip. 4,10. Eccli 11,29. & 12,9. & 13,15. Iſaiæ 31,2. & 45,7. Dan. 9,14. Amos 3,6. Ion. 1,10. Mich 2,3 1. Mach. 2,43. Matth. 6,34. Gen. 47,9 Eccli. 1,13. & 2,21. & 9,3,11. Sap. 11,15. Ezech. 14,21.
Malum eſſe in oculis alicuius, pro, ei diſplicere. Gen. 28,8.
Malignari. i. affligere. 1. Par. 16,22.
Maledicere. i. execrari. 2. Eſdræ 13,25. Eccli. 23,36.
Maledicere. i. punire. Gen. 12,3. Thren. 2,7.
Maledicere. i. probra afficere. Pſalm. 54,13. 1. Pet. 2,23.
Maledicere. i. malè precari. Prouerb. 30,10. Eccli. 4,5. Mar. 11,21. Rom. 12,14.
Maledicere. i. prædicere mala euentura. Iob 5,3.
Maledictio. i. imprecatio. Iud. 9,57. Iob 31,30.
Maledictio. i. infelicitas. Deuter. 11,26. Iob 3,1. Pſalm. 108,18. Iſaiæ 24,6. Ierem. 20,14,15. & 23,10. Dan 8,19.
Maledictio. i. maledicti. Zach. 8,13.
Maledictio. i. iuramentum. Gen. 24,41.
Maledictio. i. ſterilitas. Gen. 3,17.
Maius, pro, maximum. Lucæ 22,24.
Manè. vide Diluculo.
Manè i. maturè, ſeu diligenter. Oſee 6,1.
Manè, pro, ſequenti die Leuit. 19,13.
Manus i. percuſſio. Ezech. 13,9.
Manus. i. potentia vel poteſtas, ſeu virtus vel imperium. Exod. 14,31. Numer. 4,28. & 33,3. Deut. 2,15. & 32,36. Num. 11,23 3 Reg. 8,24. 1. Paral. 25,6. 2. Paral. 31,13. Iob 21,16 Pſalm. 16,14. & 27,5. & 48,16. Iſaiæ 5,10. & 45,12. Bar. 2,4 & 3,5. Ezech. 1,3. & 8,1. Oſee 13,14 Ioan. 3,35 Act. 4,28.
Manus. i. brachia. Ierem. 38,12. Ezechiel. 1,8. & 13,18. & 16,11.
Manus. i. auxilium. Eccli. 15,9.
Manus. i. gratia, ſeu fauor. 2. Paral. 30,12. 1. Eſdræ 7,6,28. & 8,18. 2. Eſd 2,8
Manus i. opera, vel opus, vel miniſterium. 2. Regum 14,19. Iob 20,10 & 22,30. & 31,7 Pſalm. 7,4. & 23,4. & 76,21. & 77,42. Prouerb. 18,21. Sap. 3,14. Eccli. 38,10. Iſaiæ 37,21. Oſe. 12,10. Ion. 3,8. Mich. 2,1. Agg. 1,1. Mal. 1,1 Act. 5,12. & 7,29. & 11,30 & 14,3. Iacobi 4,8.
Manus. i. vindicta, vel punitio. Act. 13,11.
Manus. i. loca, vel littora, vel latera. Pſalm. 103,25. Eccli. 14,25. Iſaiæ 57,8.
Manus in manu, vel ad manum. i. citò. Prouerb. 11,21. & 16,5.
Manus dare. i. promittere. 1. Eſd. 10,19.
Manus ponere in ceruicibus hoſtium. i. hoſtes ſibi ſubiicere. Gen. 49,8.
Mare. i. Occidens. Deut. 33,23. Pſal. 138,9.
Mare. i. mundus. 1 Par. 16,32.
Maſculinum, pro feminino. Pſal. 28,9.
Mater. i. auia. 3. Reg. 15,10.
Mecum. i. contra. Pſal 54,19.
Mecum. i. mihi Pſal 108,21.
Mendacium. i. iniquitas. Oſee 7,1,3. & 10,13. Rom. 3,7 Apoc. 22,15.
Mendacium. i. error. Iob 34,6.
Menſis dierum. i. integer menſis. Num. 11,20.
Mentiri. i. decipere. 4 Reg. 4,16.
Meditari. i. loqui. Pſal. 34,28. & 36,30. & 70,24. Prou. 8,7.
Medulla i. optimum. Num. 18,12.
Mendacium. i. falſum. Mich. 2,11.
Mihi. i. contra me. Pſalm. 69,4. & 70,10. Ierem. 51,20 Thren. 3,62. Ezech. 14,13. & 25,38.
Mihi. i. de me. Matth 27,10.
Mingens ad parietem. i. canis. 1. Reg. 25,22.
Minare. i. agere, ſeu ducere. Exod. 3,1. 1. Regum 30,20. 2. Reg. 6,3. 4. Reg. 4,24. 1. Paralip. 13,7. Iſaiæ 11,6. & 20,14. Thren. 3,2. & 5,5. Iacobi 3,4.
Mille. i. plurimi. Deut. 7,9. & 32,30. 1. Reg. 18,7. Pſal. 90,7. Apoc. 20,2.
Mille. i. omnes Pſal. 104,8.
Militia. i tempus præfixum Iob 7,1. Iſaiæ 40,2.
Miſeratio i. beneficium. 2 Eſd. 13,14.
Miſericordia. i. beneficentia vel gratia, ſeu beneficium Geneſ. 20,13 & 27,29. Ioſ. 2,12. Eſther 2,17 Iob 6,14. & 10,12 Oſe. 10,12.
Miſericordia & miſeratio. i. copioſa miſericordia. 1. Machab. 3,44
Miraculum. i vaſtatio, ſeu deſolatio. Ier. 44,12.
Mouere caput ſuper aliquem, pro, ſtupere ob ea quæ illi acciderunt. Iob 4,11.
Monſtra. i. prodigia, vel miracula. Sap. 8,8. & 19,8. Eccl. 45,24. 2. Machab. 5,4.
Mori. i. interfici 1. Mach. 1,52.
Mors. i. ſepulchrum. Apoc. 20,13.
Mortificari. i. mori. Prou. 19,16.
Mori. i. morti eſſe obnoxium. Gen. 2,17.
Mortui. i. mortuorum corpora. Apoc. 20,13.
Muliebria. i. menſtrua. Gen. 18,11.
Mundus, pro hominibus, ſæpè in nouo Teſtamento.
Mulier. i. vxor. Sap 3,12. Eccli 33,20.
Mulieres i. gentes Ezech. 23,4,8.
Mundare, vel mundari, pro declarare, vel declarari eſſe mundum. Leuit. 12,7. & 13,6.28, 34. & 14,48. & 15,15.
Mundus. i. immunis. Ioſ. 2,20.
Mundus. i. impunitus. Iob 10,14.
Murus i. vrbs. Gen 49,6.
Multi. i omnes. Dan. 11,2. Matth. 20,28. & 26,28. Rom. 5,16,19.

N.

NAM, pro, &. 1. Reg. 18,3.
Nam, pro, ſed. Ezech. 31,17.
Natus. i. conceptus. Matth 1,20. & 26,24.
Nationes, pro, gentibus, ſæpe.
Nec, pro, Non. Heb 8,4.
Neceſſitates. i. anguſtiæ. Pſal. 30,8. & 106,6,13.
Nempe, ſubintelligitur. Leuitic. 5,4. & 7,12. Tob. 14,5. Pſal. 83,4. & 118,38. Prou. 23,23. Iſaiæ 4,3. & 7,20. & 9,11. & 18,7. & 24,16. & 36,6. Ierem. 16,5. & 28,1. & 41,1. & 50,29 Thren 2,9. Ezechiel. 23,7. Ioan. 4,34. 2. Cor. 12,7.
Nec, pro, nónne. 1. Cor. 11,14.
Ne fortè. i. nequando. Lucæ 21,34.
Nepotes. i. poſteri. Eccli. 40,15.
Ne quando. i. ne fortè, vel ſi fortè. Pſalm. 113,2. 2. Tim. 2,24.
Nimis. i. valdè. 1. Paralip. 16,25.
Niſi, pro, ſed. Matth. 12,39. Ioan. 5,19. 1. Corinth. 7,17. Galat. 2,16.
Nocte. i. ſummo manè. Geneſ. 20,8. & 22,3. & 31,41. Ioſ. 3,1. & 6,12 Iudi 6,38. & 7,1. & 19,5. 1. Reg 15,19. & 29,10,11. 2. Paral. 36,15. Ierem. 25,3. & 26,5. & 22,19. & 44,4.
Nomen. i. genus. Sap. 18,12.
Nomen. i. fama. Ioſ. 7,9. & 9,9. 1. Reg. 12,22. Prou. 22,1. Eccleſ. 7,2. Cantic. 1,3. Ezech. 16,14. Soph. 3,19. 1. Mach. 3,41.
Nomen. i. gloria. Ierem. 33,9. Philip. 2,9.
Nomen. i. virtus, vel auxilium, vel auctoritas. 3. Reg. 10,1. Pſal. 43,6. & 53,3. Prou. 18,10. Eccli. 47,19. Zach. 10,12. Matth. 7,22. & 28,19. Act. 3,6,16. & 4,7. 1. Cor. 5,4.
Nomen, pro re cuius nomen dicitur. Deut. 18,5. Pſal. 5,12. & 7,18. & 9,11. & 17,50. & 19,2,6. & 22,3. & 24,11. & 30,4. & 39,5. & 53,8. & 73,21. & 88,17,25. & 90,14. & 108,21. & 114,4. & 134,3. Eccli. 39,41. Ierem. 44,26. Amos 2,7. Mich. 6,9. Soph. 3,12. Mal. 1,11. 1. Mach. 4,7,37. Matth. 6,9. & 10,22. & 12,21. & 18,20. & 19,29. Ioan. 1,12. & 2,23. & 3,18. & 12,28. & 15,21. & 17,6,26. Act. 1,15. & 3,16. & 4,12. & 9,14. & 10,43. & 15,14,26. & 21,13. & 22,16. Rom 15,9. 1. Corinth. 1,2,10. Epheſ. 1,21. Philip. 2,10. 2. Timoth. 2,19. 1. Ioan. 2,12. & 3,23. & 5,13. Apoc. 3,4,5. & 15,4.
Nomini. i. in honorem. 3. Reg. 5,5.
Nomen Dei eſſe alicubi. eſt, ibi coli ſeu inuocari. 3. Reg. 8,29. & 9,3.
Nomen ſibi ponere vel facere, pro, ſe celebrem facere, ſeu famam comparare. 2. Reg. 7,23. & 8,13.
Non, ſubintelligitur. Deut 33,6. Ioan. 15,22.
Non bonum. i. peſſimum. Prou. 18,5. & 24,23. Eccli. 7,14.
Noſſe. i. facere. 2. Cor. 5,21.
Noſſe. i. curare. Gen. 39,6.
Nouum. i. inuſitatum, ſeu mirabile. Num. 16,30. Iudic. 5,8. Sap. 16,16. & 19,5. Iſa. 42,9. Ierem. 31,22. Apoc. 5,9. & 14,3.
Nouiſſimum. i. contemptiſſimum. Iſaiæ 53,3. Ierem. 50,12.
Nox. i. calamitas. Mich. 3,6.
Nouiſſima. i. futura. Gen. 49,1.
Nubes. i. cæli. Pſal. 88,7. & 107,5. Bar. 3,29.
Nubere. i. contrahere matrimonium. Matth. 19,10. & 22,30. & 24,38. Marc. 12,25. Luc. 20,34. 1. Cor. 7,9.
Nunc, ſubintelligitur. Ioan. 7,8. & 13,33.
Nunc. i. breui. Oſe. 2,10. & 4,16. & 5,7. & 8,13. & 10,3. Mich. 5,1. & 7,4.10. Ioan. 13,31.
Numquid, pro, numquid non. Dan. 10,20.

O.

OB, ſubintelligitur. Sap. 58,15. & 14,30. Eccli. 7,10. Iſaiæ 63,17.
Oculus. i. fauor. 1. Eſd 5,5.
Oculus. i. mens. Iob 42,1.
Oculus. i. fons Deut. 33,28.
Octo. i. plurimi. Mich. 5,5.
Octo. i. omnes. Eccleſ. 11,2.
Odor ſuauis, pro re grata. Gen. 8,21.

Oleum.

Oleum.i.vnguentum aromaticum.1.Reg.10,1. & 16,1.
Omnes.i.maior pars, ſeu plurimi. 4.Reg.23,1. Iſa.60,6. Dan.2 38.Matth 2,3.& 3,5.& 24,14. Marc.1,5. Lucæ 19,7. Act.19,10.Pſalmo 117.10. Luc.4,22.
Omnis.i.quiſque. Geneſ.4,14. Lucæ 11,42. Act.10,35. 2.Cor.1,4.
Omne. pro,per omnia.Ierem.4,21.
Omne i.perfectum. Eccli.19,18. Roman.7,8. Eph.1,3,8.& 4,2. Phil.1,9. Col.1,28. 1.Timoth.1,16.& 3,4.Iacobi 1,2.
Omne.i.quoduis. Phil.1,18.
Omne.i.vllum. Gen.3,1.& 4,15. Exod.20,10. Leuit.12,4. Eccli.7,14 & 10,6. & 37,32. & 42,12. Iſaiæ 56,2. Ierem.12,12. Ezech.12,24.& 14,11. Dan.3,95. & 6,6.1. Mach.10,35. Matth.5,11. & 24,22. Marc.13,20. Act.10,14. Roman.3,20. 1.Cor.1,29. Galat.2,16.
Onus.i.prophetia de punitione.4.Regum 9,25. Iſa.13,1. & 14,28. Ierem.23,33. Nab.1,1. Zach.9,1.
Operari.i.ſacrificare.Bar.1,22.
Ocimione alicuius, ſubintelligitur.Prou.18,11. Sap.3,3.Ierem.49,12.Agg.2,17.Ioan.5,18,35.1.Cor.1,21,25.& 4,9.& 8,5. Galat.2,2. & 3,13.2.Tim.4,2.2.Petri 1,19.
Os.i.ſermo. Pſal.9,28. Matth.18,16.
Os.i.facies. Thren 1,18.
Os.i.ſententia, vel decretum, vel cor. Ioſ.9,14. 2.Regum 13,32. Ion.3,7.
Os ad os.i.familiariter Num.12,8.
Os ad os.i.coràm, ſeu in præſentia. 2.Ioan.13.
Os gladij.i.gladij acies. Exod.17,13.Luc.21,24.
Os.i voluntas, vel imperium. Deuter.8,3 Eccleſ.8,2.Ierem.44,17.Thren.3,38.
Oſtium apertum.i.ſublata impedimenta. 1.Corinth.16,9.2.Cor.2,12. Col.4,3.Apoc.3,8.
Os & caro.i. propinquus ſeu cognatus. 2.Regum 5,1.& 19,12.
Os.i.extremitas.4.Reg.21,16.1.Eſd.9,11.
Oſſa.i.vires. Pſal.6,3.& 31,3.& 52,6.
Oſſa.i.membra, vel corpus. Pſalm.33,21.& 34,10. & 37,4. & 41,11. & 101,4. & 108,19. Prou.14,30. & 16,24. Eccli.26,16.

P.

PACIFICE.i.impunè. 3.Reg.2,6.
Palpebræ.i.oculi.Pſal.10,4.
Panis i.cibus. Geneſ.24,33. & 43,25,31. Iudic.13,16. 1.Reg.28,20. Iob 20,14. Pſalmo 77,25 & 101,5. Prouerb.12,11. & 23,1. & 31,14. Eccli.41,24 Iſa.33,16. Ezech.16,49 & 44,3. Matth.6,11.& 15,2. Marc.3,20. & 6,37.& 7,5. Ioan.13,18
Panis & aqua.i.cibus & potus. Exod.34,28.
Panis.i.vitæ neceſſaria. Iob 15,23.
Parére, pro, apparere. Matth.23,27. Iacobi 4,14. 4.Eſd 9,32. Matth.24,27. 1.Pet.4,18. 1.Reg.16,7.Lucæ 11,44.
Parcere.i.omittere, vel abſtinere. 2.Reg.12,46. 1.Cor.7,28.2.Cor.12,6.
Parentes.i.affines. Tobiæ 2,15.
Pars.i.hereditas.ſæpiſſimè.
Pars.i.victus.Dan.4,12.
Paruulus.i.imperitus. Pſal.18,8. Prou 1,4,32. & 7,7.& 8,5. & 9,4,16. & 14,18. & 21,11. & 27,12.
Parui.i.pauci.Gen.47,9.1.Paral.16,18.
Paſcere i.regere 1.Paral.11,2.
Paſſiuum pro Actiuo. Pſal.58,13.Epheſ.5,15.
Paſcha, pro victima Paſchali. Exod.12,21. Matth.26,17. Marc.14,12. Lucæ 22,7. 3.Eſd.1,1.
Pater.i.Inuentor, vel Princeps. Geneſ.4,20,21. 1.Paralip.2,21,24,42. & 4,4,14,17.& 9,35. Ioan.8,44.
Pater.i.inſtructor, ſeu doctor, vel auctor. Geneſ.45,8. 4.Reg.6,21.& 13,14.Iacobi 1,17.
Pater.i.auus.2.Reg.9,7.Dan.5,2.
Pater.i.Dominus.4.Reg.5,13.
Patiendo pati aliquid. vide, Faciendo facere.
Patientia.i.perſeuerantia. Rom.2,7.
Patientia i.quod patiéter expectatur Ier.29,11.
Patria.i.familia. 3.Eſd.8,31.Pſal.95,7.
Pauper.i.afflictus. Pſalm.9,13,19,23. & 71,2. & 78,8.& 87,16.
Pax.i.proſperitas. Num.6,26. 3.Regum 2,33. Pſalm.28,11. Baruch 4,20. Zachar.8,12. 2.Machab.1,4.
Paxillus.i.ſedes quieta.1.Eſd.9,8.
Peccatum, pro pœna peccati. Gen.4,7.& 19,15. Deut.15,19.1.Par.22,3.Bar.3,8.Ezech.3,4,8. & 16,58. & 23,35,49. Dan.4,24. Zachar.14,19.
Peccatum. i. oblatio, ſeu hoſtia pro peccato. Oſe.4,8.2.Cor.5,21.
Peccare, pro, puniri Iob 35,3.
Pedes, pro, cruribus. Ecch.26,23. Ezech.1,7. & 16,25.
Petere.i.optare. 3.Reg.19,4.Ion.4,8.
Petitio, pro, repetita.1.Ioan.5,15.
Percutere, pro, occidere.ſæpè.
Per, ſubintelligitur. Pſalm.138,16. Rom.12,10. Epheſ.1,23.
Per.i.propter. Roman.2,24. 2.Corinth.4,5. 1.Theſ.3,7.
Per.i.in. Epheſ.6,18.
Per.i.coram.2.Tim.2,2.
Per manus alicuius.i. eius operâ, ſeu miniſterio. Exod.9,35.& 38,21. Leuit.10,11. Num.4,30.Ioſ.20,2.1.Eſd.1,8.
Perſonæ mutatio.Iſa.52,14.
Peregrinari.i.mirari.1.Pet.4,4,12.
Perſequi.i.pati perſecutionem.1.Reg.26,20.
Per diem.i.per ſingulos dies.1.Par.26,17.
Per.i.ad.1.Par.28,14.
Pinguedo.i.deliciæ.Ierem.31,14.
Pinguedo.i.fertilitas.Gen.27,28.
Pingues.i.diuites.Zach.11,16.
Pingues.i.fortes, ſeu potentes. Pſalm.21,13.& 77,31. Iſaiæ 10,16.
Placere, pro, ſtudere placere. 1.Cor.10,33.
Placitum.i.conuentio. vel tempus præſcriptum. Gen.30,33.1.Reg.13,8.& 20,35.2.Reg.20,5.
Plenus dierum.i.longæ vitæ. Gen.25,8.
Plenum.i.integrum. Leuit.23,15.
Plenitudo.i.habitatores.Ier.47,3.Ezech.32,15.
Plures.i.multi. Rom.5,16.
Plurale pro ſingulari. Geneſ.5,2.1.Reg.17,46. 1.Par.4,15,18.& 7,3,12,20.2.Paralip.23,5. Pſalm.45,4. Eccli.4,17. & 24,33. & 45,3.& 48,8.Iſa.18,1. Dan.11,7. Oſe.9,7.2.Mach.6,8. Matth.2,20. & 26,8. & 27,44. Ioan.1,13.& 3,11.& 15,17.& 18,25.& 19,29. Act.1,20.& 7,16.& 13,40.& 27,40.
Polluere.i.profanare. 4.Reg.23,13.
Pollui.i.pollutum haberi. Leuit.13,15.
Ponere in corde.i.attentè cogitare. Luc.1,66.
Ponere.i.proferre.Gen.31,37.
Ponere faciem contra aliquem, pro, iraſci ei, ſeu illum punire. Leuit.20,13.Ezech.15,7.
Ponere animam in manibus.i.exponere vitam periculo.Iudic.12,13.
Ponere oculos ſuper aliquem.i. fauere ei. Geneſ.44,21.Ierem.39,12.
Ponere faciem.i.firmiter ſtatuere. Ierem.42,15. vide, Faciem firmare.
Populus populus.i.plurimus populus.Ioel.3,14.
Portæ.i iudicia. Thren.5,14 Prou.22,22.
Portæ.i.vrbes. Deut.17,2.
Portæ.i.propugnacula. Gen.22,17.& 24,60.
Portæ mortis.i.ſumma pericula.Pſal.9,15.
Portare iniquitatem, pro, iniquitatem auferre. Exod.28,38. Leuit.10,17.
Portare peccatum, pro, remittere, ſeu ignoſcere. 1.Reg.15,25.
Portare iniquitatem, vel peccatum. i. puniri pro peccato. Leuit.17,16. & 24,15. Num.9,13. & 14,33.& 15,31.& 18,1,23.Ezech.44,10.
Poſſidere.i.emere.Ierem.32,8,11,15.
Poſſidere.i.acquirere.Gen.12,5.
Poſteriora.i.poſteritas. 3.Reg.16,3. & 21,21.
Poſteriora.i.tergum.Gen.16,13.Exod.33,23.
Poſſeſſiones.i pecora.Exod.9,4.
Poſt.i.præter. Act.5,17.
Potens.i.Deus. Gen.49,24.
Poſitiuum pro comparatiuo. Pſal.117,8.& 118,72. Eccli.20,2.& 16,4.Matth.18,8.& 26,24. 1.Cor.7,1,8,34,35.
Potiùs, ſubintelligitur.Rom.3,8.
Præcipuè, ſubintelligitur. 1.Cor.9,10.Gal.2,9.
Prætereà, ſubintelligitur.Zach.1,3.
Præputium.i.impedimenta. Deut.10,16.
Præparare, vel parare, pro ſtabilire. 1.Reg.13,13.Pſal.64,7. & 88,3,15. & 102,19. Ierem.51,15. Bar.3,32. Mich.4,1. Habac.2,12. 1.Mach 1,17.
Presbyter.i.Epiſcopus. Tit.1,5.2. Ioan.1.
Præſcire.i.prædeſtinare. Rom.11,2. 1.Pet.1,2.
Præſens, pro præterito. Iob 3,14. Pſal.47,3.& 103,4.& 121,3 Iſaiæ 48,8.Ierem.40,4.Nahum 2,11. Zachar.7,13,14. Matth.11,14. Marc.15,25. Lucæ 1,70.& 6,15. Ioan.1,15. Roman.4,9,11,12. 2.Corinth.1,18. & 2,6. Galat.5,8.Heb.1,1.& 3,16.& 8,1. & 10,12. 1.Ioan.4,17. Apoc.9,17.& 13,14.
Præſens pro futuro. Exod.11,5.& 12,29,& 19,22.Deuter.32,22. Pſalm.90,15.& 97,9. Eccli.23,18.Iſa.1,7.& 16,8.& 26,14.& 66,22. Ierem.8,13.& 12,27. Ezech.23,25 & 12,16. Oſee 5,11.Ioel.2,17.Abd.1,1,20.Mal.1,11. & 3,17.Matth.18,1,4.& 26.11. Mar.1,3,7. & 10,38. & 14,7. Lucæ 11,10. & 13,32. & 24,48. Ioan.3,36. & 5,24,28. & 6,47. & 7,27,33. & 8,14,21. & 10,15,28. & 14,3,19,28. & 15,14. & 16,2. & 17.19. & 19,12. & 20,17,23. Act.3,18 1.Cor.10,13.& 15,44. 1.Theſſ.4,15.2.Theſ.1,8.2.Pet.2,1.1.Ioannis 1,18.& 4,3.2.Ioan.13.
Præſtolatio, pro eo quod expectatur. Prou.11,23.& 23,18.
Præſumere.i.confidere.Iudith 6,15.
Præteritum pro futuro. Exod.15,13,14. Deuteron.33,10. Ioſ.10,8. 4.Reg 19,23. & 20,5.1.Par.28,21.2.Paral.1,12.& 20,37.1.Eſd.6,5.Tob.14,6.Iob.17,13.Pſalm.9,11.& 15,11.& 19,7.& 21,32.& 30,5. & 39,12.& 40,4.& 42,3.& 44,10.& 49,1.& 52,6.& 73,12. & 8 ,14.& 89,14.& 96,4. & 114,1.& 137,7.Iſa.10,11.& 5,13.& 9,19.& 11,9.& 22,9. & 24,4.& 29,5.& 34,2.& 41,6,16.& 43,14. & 45,1,17.& 46,11. & 47,9,14,15. & 49,8. & 52,10. & 53,1. & 54,8. & 64,5. Ierem.8,13.& 15,11,18. & 20,3. & 22,23,28.& 24,9 & 25,14,31. & 27,3. & 28,2. & 29,18. & 31,11,22,25. & 32,25,37,43. & 33,10. & 42,21.& 51,2.Bar.2,27.& 5,8. Ezech.3,25. & 16,43. & 21,10,12. & 22,4,31. & 25,30. & 30,12. & 39,8. & 44,10. Dan 3,33. & 8,13.& 13,52. Oſee 4,5,19. & 9,3,12. & 5,9. & 8,5,8.& 9,6,16.& 10,5,16.Ioel.1,5,9,16,17.& 2,18,21,22,23. Amos 1,2.& 5,2. Abd.1,2. Nah.1,4,& 3,10. Habac.1,5.& 2,16.& 3,6,13,15.Zachar.3,4.& 4,10.& 9,13. 1.Machab.6,62. Marc.13,30. Lucæ 13,12. & 17,20. Ioan.13,18,31. & 16,12. & 17,18. Roman.10,18. Hebr.4,10.Iacob.5,2.Iudic.11,14.Apoc.14,7. & 17,8.
Præteritum perfectum pro pluſquam perfecto. Gen.2,18.& 11,29.& 12,1. & 31,34. Exod.4,19.& 13,3,9.& 14,15.& 33,5. Num.7,11 & 10,17. Deut.31,9.Ioſ.2,1,6.& 3,7. & 4,1. Iudic.2,6. 1.Reg.2,30. 2.Reg.5,3. 3.Reg.9.14,16.& 12,1. 4.Reg.17,3.& 20,8. 1.Paral.29,3.2.Par.14,3.& 23,3 Bar.1,9. Ion.1,5.& 3,6. Zach.7,2. 1.Mach.11,73. & 12,30,37. Mar.3,16.& 4,42 Lucæ 8,25.& 9,36.& 10,13. & 24,50. Ioan.4,47,51. & 18,24. 2.Corinth.7,8. Apoc.19,20.
Præteritum pro præſenti, 4.Eſd.9,27. Iob 13,18. Pſalm.12,6.& 15,13. & 16,9. & 18,6.& 30,2.& 41,3.& 46,9.& 62,3.& 96.1.& 113,9,11. & 117,26. & 118,3,54,113. & 128,8. & 129,1.& 140,3. Iſa.1,11. & 23,18. & 41,13.& 52,7. & 54,6,8. & 63,16. Thren.3,39. Bar.4,22. Ezech.28,2. Oſee 12,11. Matth.23,2. Mar.1,15.& 7,37. Luc.1,46,51. Ioannis 1,26.& 10,41.& 11,27,41,42.& 15,10,15.& 17,14.& 19,35.& 20,17.1.Ioan.2,10. Apoc.1,2. & 11,17.& 21,23.& 19,6.
Præteritum perfectum pro imperfecto.41,5.
Pretium.i.merces, vel debitum.Gen.31,15.
Primitiæ, ſeu primitiua.i.primogenita.Pſal.104,36.Hebr.11,28.& 12,23.
Principium.i.principatus.Pſal.109,3.
Priùs.i.pridem. 2.Cor.1,15.
Promiſſio.i.promiſſum. Eccli.24,33. Gal.3,22. Eph.1,13.Heb.6,12,15.& 9,15.& 11,9,13,33,39.
Probare.i.expendere. Iudith 8,31.
Probare.i intelligere. Gen.28,8.
Probabilis.i.probatus. Eccli.42,8.2.Tim.2,15.
Pro Deo.i.Deus Gen.30,2.
Pro.i.propter.1.Par.16,21.Abac.3,7.
Pro quibus.i.eò quòd. Iudith 13,25.
Pro, ſubintelligitur.Ezech.44,11.
Propter.i.propterea. 3.Eſd.1,50. 4.Eſd.10,45 & 15,6.27.& 16,46.Bar.4,6.Act.8,11.& 18 10.Iacob.4,2 Gal 2,16.
Propter.i.per. Rom.11,30. 1.Cor.7,5.
Propter, vide Ob.
Propterea.i.attamen. Ierem.30,16.
Propterea.i.ad hoc, ſeu ad eum finem. Pſalmo 44,3,8.
Propheta.i.pſeudopropheta. 3.Regum 13,11 4.Reg.23,18. Ierem.8,1.& 13,13.& 14,13 & 23,9,15,32.& 27,9.& 28,1. & 29,1,8 & 32,32.

a 32,32 Thren.2,14.Ezech.13,2.& 14,9.& 22,25.Oſe.4,5.Soph.3,4.Zach.13,4.
Prophetare.i.inſanè loqui.1.Reg.18,10.3.Regum 18 29.Ierem.29,26.
Prophetare.i.Deum laudare.1.Reg.10,5.& 19,20.1.Par.15,22.& 25,1.Act.19,6.
Prophetare.i.voluntatem Dei declarare,& Propheta qui declarat, & prophetia ipſa declaratio. Prou.29,18. Matth.7,22. Roman.12,6. 1.Cor.11,4.& 14,1,6. Act.15,32.
Propheta.i.interpres.Exod.7,1.Ierem.8,10.
Propheta, pro eo qui ſe Prophetam dicit. Deuteron.13,1.
Propitius ſit mihi Dominus.i.auertat à me Dominus. 1.Reg.24,7.& 26,11.2.Reg.23,17. 3.Reg.21,3.
Protegere.i.tegere.3.Reg.8,7.
Proximus.i.cognatus.Deut.18,16.
Puella.i.ancilla.Ruth 2,13.
Puer.i.iuuenis.Exod.33,11.Iudic.17,11.
Puer,pro ſeruo,vel filio. Gen.19,1.Iudic.7,10. 1.Reg.2,13.& 9,3.& 16,18. 3.Reg.18, 43. 4.Reg.5,17.& 9,4. 3.Eſd.6,31. 4.Eſd.1,10. Iudith 11,18.Eſth.1,3.& 2,2.Iob 29,5.Pſalmo 17,1.& 68,18.& 85,16. & 112,1.Sap.9, 4.& 18,9.& 19,6.Iſa.37,6.Bar.2,20.&3,37. 1.Mach.1,7.& 3,41. Matth. 8, 6.& 12, 18. & 14, 2. Luc. 1, 54. & 22,5. Act. 4, 25, 27. Heb.2,13.
Puluis.i.ſtatus infimus.3.Reg.16,2.
Purificatio.i.baptiſmus. Ioan.2,35.
Putáſne.i.an, vel nónne, vel numquid. Ier.23, 23.Ezech.8,6. Dan.2,26.& 6,20. Act.8,30.

Q.

QVASI, ſubintelligitur. 1.Regum 2, 29. Iob 10,17.
Quaſi.i.tamquam. Mar.1,22. Ioan.1,14.
Quaſi vnum, vel quaſi vir vnus, vel ad vnum omnes,vel ſimul. Num.14,15.Iudic.6,16.& 20,1.1.Eſd.3,1.2.Eſd.8,1.Iudith 6,3.
Quàm.i.potiuſquam.Eccli.25,23.
Quàm.i.pluſquam.Eccli.37,18.
Quantum.i.inquantum.Heb.7,20.
Quare.i.quia.Ioſ.10,4.
Que.i.enim.Gen.10,1.
Que.i.ſed.Num.8,26.
Qui,Quæ,vel Quod,ſubintelligitur.Pſalm.82, 11.& 124,1. Prouerb.4,18. Ezechiel.27,27. & 31,17.
Qui.i.dum.2.Cor.4,11.
Quia.ſæpè abundat.
Quia,ſubintelligitur.Pſal.35,2.Iſa.1,13.
Quia.i.certè.Pſal.83,12.& 134,5.Lucæ 16,8.
Quia.i.ſed.3.Eſd.7,11.
Quia,pro,at verò.Pſal.36,20.Ierem.48,45.
Quia.i.idcircò.Oſe.9,15.
Quia,pro,&.Pſal.101,5.
Quia.i.quamquam.Apoc.3,8.
Quid.i.quomodo.Gen.2,19.
Quid mihi & tibi.i.quid tibi mecum rei eſt,vel, omitte me.Iudic.11,12.2.Reg.16,10. 3.Regum 17,18. 4.Reg.3,13. 3.Eſd.1,26. Ioel 3, 4.Matth.8,29.Marc.1,24.Ioan.2,4.
Quis putas,pro quiſnam. Matth.24,46.Mar.4, 40.Luc.1,66.& 12,42.
Quis det.i.vtinam. Deuter.2,29. 2.Reg.18,33. Pſal.13,7.& 52,7.
Quieſcere.i.ceſſare.Oſe.1,4.
Quinque.i.pauca.1.Cor.14,19.
Quod ſi,ſubintelligendum.Iob 36,17.
Quod mutatum eſt, pro re in quam mutatum eſt.Exod.7,12.
Quod,pro,de quo.1.Cor 10,30.
Quoque,pro,inquam,ſeu ergo.1.Par.6,64.
Quoniam.i.nempe quod.Pſal.49,6.
Quoniam ſæpè abundat.
Quoniam.i.verumtamen. Pſal.13,6.&43,21. Sap.3,13.
Quoties.i.quando.Iob 21,17.

R.

RATIONABILITER, ſubintelligitur. Matth.7,12.Lucæ 6,31.
Redimere.i.emere.Eccli.20,12.
Redimere.i.eripere.1.Machab.4,11.
Redimere tempus.i.temporis commoditate vti. Dan.2,8.Epheſ.5,16.Col.4,5.
Reddere animam pro anima aliquem.i.illum occidi quia aliquem occiderit Exod.21,23.
Recedere ab aliquo, pro, nolle ei quod debes præſtare. Gen.14,4.
Recipere.i.intelligere.Matth.11,14.
Recipere diſciplinam.i.emendari. Leuit.26,23.
Recipere iniquitatem. i. dare peccati pœnas. Num.5,31.
Relinquere.i.permittere.Pſal.104,14.
Reliquiæ.i.poſteri.3.Reg.14,10.
Regeneratio.i.Reſurrectio.Matth.19,28.
Renes.i.intima.Pſal.7,10.&15,7.& 25,2.&71, 21. Prou.23,16. Sap.1,6. Ierem.12,2.& 17, 10.& 20,12. Thren.3,13. 1.Machab.2,24. Apoc.2,23.
Reprobum.i. contemptibile. 1.Regum 15,9. 2.Corinth.13,7.
Repromiſſio.i. promiſſio, & Repromittere, pro promittere.Act.13,32.Rom.4,20.Gal.3,18. & 4,23. Heb.8,6. & 9,15.& 10,23.& 11,9, 13,33,39. & 12,26. Iacob.1,2.1. Ioan.2,25.
Repromiſſum.i.promiſſum. 2.Cor.5,9,5.
Reputare.i.imputare.Gen.15,6.2.Cor.5,19.
Requieſcere.i.ceſſare. Geneſ.2,2. & 8,22. Ezechielis 25,27.
Reſpondere alicui iuſtitiam ſuam. i. apparere eum eſſe iuſtum. Geneſ.30,33.
Reſpondere.i.alloqui vel ſubiungere. Iob 28,1. Dan.4,27.Zach.4.11. Matth.11,25.& 17.4. & 22,1.& 28,5.Mar.11,14.& 12,35.Luc.13, 14.& 14,3.& 17,17.Ioan.2,18.Apoc.7,13.
Reſurgere.i.conſiſtere.Pſal.1,5.
Res deſiderij.i. pretioſa & chara. Dan.9,23.& 10,3,11.
Retribuere pro, tribuere; 2.Reg.2,6. Pſal.7,5. & 102,2.& 115,12.& 118,17.
Retributio.i.punitio.Eccli.23,14.
Reuelare.i.illuminare.Lucæ 2,32.
Reuelare aurem,vel auriculam, pro,manifeſtare, vel docere.1.Reg.9,15.&20,13.2.Reg.7, 27.1.Par.17,25.Iob 35,10,15.
Reuerentia.i.pudor.Pſalm.34,26.& 68,20.Eccli.29,23.& 32,9.& 45,29.1.Cor.15,34.
Reuereri.i.erubeſcere.Pſal.39,15.& 69,3.
Reuerſus.vide conuerſus.
Reuerſio.i.conuerſio.Ezech.16,53.
Riſus.i.gaudium. Geneſ.31,6. Prou.14,13.& 31,25. Lucæ 6,21.
Rogare pacem.i.ſalutare Pſal.121,6.Ier.15,5.
Robuſtum.i.perfectum.2.Reg.22,26.
Robur.i.filij.Iob 18,12.
Roborare pro, iubere bono animo eſſe. Deuteron.1,36.

S.

SABBATVM.i.hebdomada. Lucæ 18,12.& 24,1.Ioan.20,1.Act.20,7.1.Cor.16,2.
Sabbatizare.i.quieſcere. Exod.16,30.
Sacerdos.i.Princeps. Gen.41,50. Exod.2,16.& 18,1.2.Regum 8,18.& 20,26.3.Regum 4,5. Iob 12,19.
Sacramentum.i.arcanum.Tobiæ 12,7.
Sacramentum.i.iuramentum.Sap.12,6.
Sæculum ſęculi.i.perpetuum.Pſal.27,29.& 51, 10.& 60,9.& 91,8.& 110,3,10.& 111,3.
Sæculum.i.æternitas. 4.Eſd.8,20. Pſal.89,2.& 91,2.& 101,29.& 104,8.&105,1,48.& 106, 1.& 112,2.& 113,18.& 117,1.& 135,1.& 137,8.& 145,10.& 148,6.
Sagittæ,pro,plagis. Deut.32,23.
Sal pro,incorruptione.Num.18,19.
Saltem,ſubintelligitur. Exod.21,11.
Salus.i.proſperitas. Apoc.19,1.
Salutare.i.ſalus, vel ſaluator. Gen.49,18.Deut. 32,15.2.Reg.2,1. 1.Par.16,23. 4.Eſd.6,25. Pſal 9,15.& 11,6.& 12,6.& 13,7.& 19,6.& 20,2,6.& 23,5.& 26,9.& 34,9.& 39.11,17. & 41,6,12.& 42,5.& 50,14.& 52,7.& 61, 2,3,8.& 64,6.& 66,3.& 67,20.& 69,5.& 70, 15.& 77,22.& 78,9.& 84,5,8,10.& 90, 26.& 94,1.& 95,2.& 97,2,5.& 105,4. & 115,13.& 118,41,81,123,166,174.& 131,16.
Sanare.i.ſeruare.Sap.9,19.& 10,4.& 14.4.
Sanctificare.i.preparare.Exod.19,10.Num.11, 18.Ioſ.3,5.&7,13.1.Reg.16,5.1.Par.15,12. 2.Par.5,11.& 29,34. Iſaiæ 13,3. Ierem.6,4. & 12,3.& 22,7.& 51,27.Ioel.3,9.Mich.3,5. Soph.1,7.Ioan.11,55.
Sanctificare.i.dedicare vel conſecrare, vel ſanctè celebrare,aut celebrandum inſtituere,vel offerre aut deputare. Gen.2,3. Exod.13,2.& 20,11.& 28,3. Leui.19,24.Nu.18,18. Deut. 15,19.1.Reg.7,1.& 21,6.2.Reg.8,11.3.Regum 15,15.4.Reg.10,20. 1.Paralip.26,26. 2.Par.29,33.2.Eſd.3,1.& 13,22. Iſa.13,18. Ezech.20,10,41.& 44,24.& 45,1.Ioel.1,14. 1.Mach.4,48.Matth.6,9.Ioan.17,19.
Sanctificare.i.ſanctè colere.Exod.20,8.Deut.5, 12.Iudith 9,18.
Sanctificare.i.ſanctè tractare.Rom.15,16.
Sanctificare.i.purgare.Act.21,24.Num.31,23. Iob 1,5.2.Reg.11,4.
Sanctificare.i.glorificare. Numer.20,12,13.& 27,14.Iſa.5,16.& 8,13. Ezech.28,22.& 36, 23.& 38,16,23. 1.Petri 3,15.
Sanctificari.i.pollui.Deut.22,9.
Sanctum. i. Deo dicatum, ſeu conſecratum. Deut.26,19.1.Eſd.8,28.Tob.2,18.Iudith 6, 15.& 11,12.Pſalm.4,4.& 78,2.& 105,16.& 131,9.Ierem.2,3.
Sanctum.i.ſanctè colendum.Exod.31,14.
Sanctus.i. addictus ſacri miniſterijs. Nu.16,7.
Sanctum vel ſancta, pro templo ſæpiſſimè.
Sancti.i.Chriſtiani,vel fideles. Rom.15,25,26. & 16,15.1.Corinth.6,1.2.Corinth.1,1.& 9, 12.Epheſ.3,8.& 6,18. Col.1,4.1.Tim.5,10. Heb.13,24.Act.9,41.
Sanctificatio.i.templum.4.Eſd.10,21 & 12,48. & 15,25.Amos 7,13. 1.Mach.1,23,38. & 4, 38.& 6,51.2.Machab.2,17.
Sanctificatio.i.ſanctitas.Ezech.28,18.
Sanctum ſanctorum.i.ſanctiſſimum. Exod.29, 37.& 30,10,36.& 40,11. Leuit.7,1.
Sanguis pro, homine. Deut.27,25.1.Reg.19,5. Matth.27,4.
Sanguis pro,vita.Prou.1,11,18.
Sanguis pro,peccato vel pœna effuſi ſanguinis. 2.Reg.1,16.& 16,8.3.Reg.2,32. Oſe.4,2.& 12,14.Mal.3,10.Act.18,6.
Sanguis.i.cædes. 3.Reg.2,9.Pſal.50,16.& 105, 38. Eccli. 40, 9. Iſaiæ 1, 15. & 4,4. & 59, 3. Ezech.3,18.& 5,17.& 9,9.& 14,19.& 16, 36.& 28,23.& 35,6.& 38,22. Oſee 1,4. Nahum 3,1.Habac.2,8,17. 1.Mach.9,28.Matthæi 23,30,34.& 27,6,24.
Sanguis.i.peccatum.Iſa.63,3.Zach.9,7.
Sanguinem alicuius eſſe ſuper illum,ſeu ſuper caput illius,pro,eſſe dignum morte, vel interficiendum,vel ipſum ſibi eſſe cauſam mortis. Leuit.20,9,27.Ioſ.2,19.2.Reg.1,16.
Satan.i.aduerſarius.2.Reg.19,22.3.Reg.5,4.
Satis.i.multum vel valdè.Eccleſ.5,19.Zach.9,9.
Scandalum.i.damnum.Exod.16,7.
Scientia pro,prudentia.ſæpè.
Scilicet,ſubintelligitur. Eſth.9,21.Ezech.21,30.
Sciens bellum.i.bellicoſus. Baruch 3,26.
Scriptura.i.Scripturæ auctor.ſ.Deus. Gal.3,8.
Scriba.i.doctor,ſeu legiſperitus. ſæpè.
Secum.i.ſimul.Tob.8,15.
Secundum.i.ſimile,vel ad ſimilitudinem.Eccli. 35,26.Gal.4,28.
Secundùm.i.per.1.Cor.12,8.& 14,27.
Secundùm.i.apud.3.Eſd.8,13.
Secundùm,ſubintelligitur. Pſal.56,4. Eccli.44, 3.Col.3,25.
Secundùm diem hanc. i. vt apparet hodie. Ierem.44,6.Dan.9,15.
Secundùm carnem, vel ſecundùm hominem .i.humano more.2.Cor.10,2.Gal.3,15.
Secundùm tempus. i. certo quodam tempore. Ioan.5,4.Rom.5,6.
Secundò.i.bis. 1.Reg.18,11.3.Reg.11,9.
Sed,pro,ideóque.Ioan.10,8.
Sed.i.niſi.Mar.10,40.
Sed.i.itaque. Mar.16,7.
Sed,ſubintelligitur.Pſal.6,3.Ezech.3,5.Col.2, 23.Iob 10,2.Pſal.31,9.Sap.12,13.
Sed.i.quamquam.Apoc.2,9.
Sed.i.&. Epheſ.5,24.
Sed.i.nam.2.Cor.3,5.
Sedere.i.manere.Deut.1,46 & 11,19.& 21,13. Ioſ.8,9.Iudic.4,5. 1.Reg.29,4. 3.Reg.17,5. 4.Regum 4,6.& 14,10.1.Paralip.17,16.Lucæ 24,49.
Sedere in forti,pro,validum eſſe.Gen.49,24.
Semen, pro filiis, ſeu poſteritate, vel genere. Gen.15,3. 1.Eſd.2,59. 2.Eſd.7,61. Tob.6, 22. Pſal.21,31.& 24,13.& 36,26.& 111,2. Sap.3,16.Eccli.41,9 Iſa.43,5,& 44,3. & 54, 3.& 61,9.& 65,9. Mal.2,15. 2.Mach.7,17. Matth.22,25. Mar.12,19. Lucæ 1,55. Ioan. 8,33.Act 7,6.Rom.4,13.
Semper.i.vmquam.4.Eſd.16,21.
Semper.i.aſſiduè. Lucæ 24,53.Ioan.18,20.
Sempiternum.i.diuturnum. Exod.12,14.& 21, 6.& 31,16.Leuit.25,34.1.Reg.13,13. 3.Regum 8,13.Eccli.48,27.Ierem.25,9,12.& 49, 13.& 50,39.Ezech.27,36.& 35,9.
Sempiternum.i.omne.Gen.9,12.
Sempiternum.i.infatigabile.Deut.33,27.

Senex.

Senex.i.ſummus ſacerdos. 1.Reg 2,31.

Senſus.i.mens, vel animus aut intelligentia. Lucæ 24,45. Roman.12,2. 1.Cor.1,10. 2.Cor. 11,3. Epheſ.4,17. 2.Theſ.2,2. 1.Ioan.5,20. Tob.4,14. 3.Eſd.2,9. Sap.4,12 & 7,7. & 8,6. & 9,15. Eccli.9,23. & 10,21. & 14,22. & 16,23. & 21,12, [illegible] & 24,36. & 31,2. & 37,25. Dan.4,31. & 13,9. Apoc.17,9.

Septem, pro multis, vel omnibus. Geneſ.4,24. Leuit.26,18,28. 3.Reg.19,18. 4.Eſd.7,30. Prou.9,1. & 26,25. Eccleſ.11,2. Eccli.20,14. & 35,13. Iſaiæ 4,1. & 11,15. Ierem.15,9. Ezech. 39,9. Mich.5,5. 1.Machab.13,28. Matth.12,45. Lucæ 8,2. & 11,26 Apoc.1,4. & 4,5. & 5,1. & 10,3.

Septies.i.ſæpè. Prou.24,16. Lucæ 17,4.

Septuplum.i.ſæpè vel perfectè, aut abundanter. Pſalm.11,7. Eccli.7,3.

Septuplum.i.grauiſſimè. Gen.4,15.

Sepes.i.ſecuritas. 1.Eſd.9,9.

Sermo.i.res vel factum. Geneſ.24,50. Exod.16,16. 1.Reg.21,2. 2.Reg.12,21. 3.Reg.15,5. 4.Reg.11,5. 2.Par.23,22. & 23,3. Iob 6,9. & 27,14. Pſal.55,5. & 63,6. Prou.25,2. Sap. 2,2. Ierem.14,1. & 40,3. Dan.2,8, 11, 23. 1.Machab.6,3. Matth.21,24. Act.8,21. Roman.9,7.

Sermo.i.voluntas. Sap.16,12.

Sermo.i.mandatum. 3.Regum 13,1. & 20,35. Sap.18,15. Eccli.43,5,25. Dan.9,23.

Seruus ſeruorum.i.infimus ſeruus. Gen.9,25.

Si non.i.omnino. Iſa.14,24.

Si, pro, cum. Iſa.4,4. Ioan.14,3.

Si, pro, quòd. Act.26,8,23.

Si.i.quandoquidem Ioan.7,4.

Si.i.etiamſi. Iudic.13,16. Num.24,21.

Si.i.num. Act 1,6. & 4,19. & 7,1. & 19,2. & 21, 37. & 22,17. Amos 6,2. Matth.12,10. & 19,3. Lucæ 22,49. Ioan.14,23. & 17,6.

Si.i.ſanè. Ierem.31,20.

Si.i.non. 1.Reg.17,55. Pſalm.88,36. & 94,11. Amos 8,7. Mar 8,12. Heb.3,11.

Si tamen.i.quandoquidem. 2.Theſ.1,6.

Si ſubintelligitur. Deut.4,30. & 30,8. Io.7,34.

Si enim.i.quod ſi. Prou 30,32.

Sic, ſubintelligitur. Matth.19,7. Ioan.15,9. 1.Corinth.12,3.

Sic.i.ſicut. Iſa.28,21.

Sicut, ſubintelligitur. 1.Cor.12,3.

Sicut.i.cum. Lucæ 20,37.

Sicut.i.adeò. 1.Corinth.1,6.

Sicut, vide, Velut.

Sicut dicitis, ſeu veſtra opinione ſubintelligitur. 3.Reg.18,27.

Sicut eſt dies hæc.i.vt apparet hodie. Ier.11,5. & 25,18.

Si vel ut, ſubintelligitur. Rom.5,18,19.

Sicut.i.quod. Apoc.12,7.

Sibi.i.ei. 2.Eſd.13,5.

Signa, pro miraculis, ſæpè.

Signum.i.prædictio. 4.Eſd.5,1. & 6,12.

Silere.i.ceſſare, vel quieſcere, & ſilentium, pro quiete, ſeu tranquillitate. 2 Reg.19,10. Iob 3,13. Pſalm.34,22. & 38,13. & 82,2. & 106, 29,30. & 108,1. Iſaiæ 7,4. & 62,16. Ierem. 14,17. & 47,6. & 51,6. Thren.3,26,49. 1.Mach.1,3. & 7,50. & 9,57,58. & 11,38. 2.Mach.12,2.

Sine cauſa.i.fruſtrà. Gal.3,4. & 4,11. 4.Eſd.9, 22. Matth.15,9.

Singulare, pro plurali. Gen.3,8. & 12,6. & 49,6. Exod 4,20. & 10,4. & 27,20. 2.Eſd.3,8. Pſal.2,6. & 7,3. & 12,3. & 21,21. & 59,11. & 79,2,14. & 145,4. Prou 13,13. Eccleſ.8,1. Sap 1,16 & 17,21. Eccli 27,31. Iſa.41,25. Ierem.38,16. Oſee 6,8. Amos 5,3. Habac.2, 17. & 3,14. Lucæ 4,3. Ioan.2,23. & 8,21. & 19,11. Act.11,9. & 18,15. Rom.9,9. 1.Cor. 6,1. 2.Cor.1,20. Gal.6,4 Apoc.18,17.

Simul.i.ſimiliter. Lucæ 14,18.

Similiter, ſubintelligitur. Exod.21,24.

Sinus.i.medium 3.Reg.22,35.

Sinus.i.veſtis. 2.Eſd 5,13.

Sinus.i.animus. Pſal.78,12.

Simplicitas.i.rectitudo, ſeu integritas aut ſinceritas. Geneſ.20,5. 3.Reg.9,4. 1.Par 29,17. Iob 8,20. & 9,21. & 31,6. Prou.19,1. & 28, 18. & 29,10. Sap.1,1. 1.Machab.2,37,60. 2.Cor.9,11. Col 3,22.

Sit, ſubintelligitur Pſal.124,5. & 128,8.

Sol.i.proſperitas. Ierem.15,9.

Solùm ſeu tantum, ſubintelligitur Deuter 5,3. Eſth.16,18. Ier.7,19. Oſee 5,6. Geneſ.32,28. & 35,10. Ierem.49,9. Habac.1,8. 2.Machab. 15,11. Matth.5,46. & 9,13. & 12,7. Marc.9, 37. Ioan.4,21,42. & 5,35. & 6,27,38. & 12, 44. & 14,24. Rom.3,20. 1.Cor.9,8. & 10,24. & 15,15. 2.Cor.2,5. & 7,12. & 8,5. Epheſ. 6,12. Phil.2,4.

Solitarium.i.deſtitutum. Eſth 14,3. Iob 3,7.

Somnus, vel ſomnium.i. concubitus. Sap.4,6. & 7,2.

Soror.i.Chriſtiana. 1.Cor.9,5. Iacob.2,15.

Soror.i.cognata. Ioan.19,25.

Sors, pro hereditate ſæpè.

Splendor. vide, Lumen.

Spes.i.quod ſperatur. Prou.13,12. Thren.3,18, 29. Roman.8,24. Epheſ.1,18. Col.1,5. Tit. 2,13. Gal.5,5.

Spiritus.i.Angelus. Geneſ.1,2. Iob 4,15. Apoc. 1,4. & 4,5. & 5,6.

Spiritus.i.anima. Gen.6,3. Tob.10,9. Pſal.50, 19. & 75,13. & 145,4. Eccleſ.1,14. & 8,8. & 12,5. Iſa.57,16. Bar.2,17. Zach.12,1. Ioan. 13,21. & 19,30. 1.Pet.3,19.

Spiritus.i.aër. Gen 1,2.

Spiritus.i.animus, ſeu mens. Marc.2,8. Gal.5,5. Heb.4,12.

Spiritus.i.vis. 4.Eſd.6,41.

Spiritus.i.ventus. Gen.8,1. Exod.15,10. 3.Reg. 19,11. 4.Eſd.3,19. Iob 4,9. Pſal.17,16. & 47,8. & 102,16. & 147,18. & 148,8. Prouerb. 30,4. Eccleſ.1,6. Sap.5,24. & 13,2. Eccli.43, 17. Iſa.40,7 & 59,19. Ierem.4,12. Bar.6,60. Ezech.13,13. Oſe.4,19. Zach.5,9. Ioan.3,8. Act.2,2.

Spiritus.i.indignatio. Iſa.30,28. Zach.6,8.

Spiritus.i.ecſtaſis. Apoc.1,10. & 4,2.

Spiritus.i.Dei reuelatio. 1.Tim.4,1.

Spiritus.i.voluntas. 4.Regum 19,7. 1.Corinth. 14,14,16.

Spiritus.i.diabolus. 3.Reg.22,22.

Spiritus, pro, gratia, ſeu dono ſpirituali. ſæpè in Pauli Epiſtolis.

Spiraculum vitæ.i. ſpiritus vitalis. ſeu anima. Gen 2,7. Iob 33,4.

Stare, pro, aſtare, ſeu miniſtrare. 1.Regum 3,10. Dan.1,4,19.

Statuere.i.confirmare. Dan.9,12.

Stare, pro, confirmari. Deut.19,15.

Stater.i.ſiclus. 4.Reg.7,1.

Stercus, pro ſordibus, vel ſordido ſtatu. Eſth. 14,2 1.Reg.2,8

Stillare i. loqui vel minari. Amos 7,16. Michææ 2,11.

Sterilis.i.inſalubre. 4.Reg.2,19.

Sub.i.in. Pſal 65,17. Rom.3,13.

Sub lingua.i.intra ſe. Iob 20,12.

Subſtantia.i.diuitiæ. 1.Ioan.3,17. Eccli.28,12. & 40,13.

Subſtantia, pro re, ſeu negotio. 1.Corinth.9,4. & 11,17.

Subſtantia, pro animalibus. Gen.7,4.

Subſtantiua duo coniuncta faciunt ſuperlatiuum. Pſal.82,1. Eccleſ.1,2.

Suffodere.i.euertere, ſeu vaſtare. Gen.49,6.

Suppletum.i.impletum. 4.Eſd.6,19.

Suadere.i.placare, vel ſatisfacere. Matth.28,14. 1.Ioan 3,19.

Suadere, pro, ſtudere probari. Gal.1,10.

Summum.i.extremum, & Summitas pro extremitate. Exod.26,4,28. & 28,7,23,26. & 37,8. & 38,5. & 39,4. Deuter.4,32. & 28,64. Ioſ. 15,2. 1.Reg.15,27. 3.Reg.6,24 2.Paral.20, 16. Pſal.18,7. Iſaiæ 13,5. Ierem.25,32,33. & 51,31. Ezech.5,3. Matth 24,31. Mar.13,27. Epheſ.2,20.

Super.i.ante. Ezech.32,10.

Super.i.inſuper. 2 Cor.11,15.

Super.i.de. Pſal.29,2. Ioel.1,3. 1.Cor.13,6.

Super.i.in. Pſal.34,9. Eccli.32,17.

Super.i.inter. Iob 8,17.

Super.i.præ Eccli 25,26.

Super.i.præter. Pſal.50,12. Eccli.3,19. Ezech. 16,32.

Super.i.propter. Pſal.68,7. & 137,2. Thren.2, 11,18. Bar.4,22. Ezech.32,8. Oſe.9,1. Mich. 1,16. & 6,13.

Super.i.erga. Lucæ 7,13.

Super, ſeu ſupra, pro, ad, ſeu propè. Exod.16,3. Num.6,6. & 26,3. & 33,10,48. & 36,13. 3 Reg 6,5. & 13,1. 4.Reg.2,7. & 10,33. Pſal. 22,2 & 103,2. & 135,6. & 136,1. Eccli.40,6. Iſaiæ 40,9. Ierem.51,13. Ezech.29,10. & 32, 13. Amos 7,7. Zach 4,3. Mar.12,26. Luc.32. & 4,39. Ioan.1,52.

Super.i.pluſquam. 3.Reg.1,47. & 14,22. 4.Regum 21,9. Iob 35,11. Pſal.17,11. & 18,11. & 17,5. & 51,3. & 54,11,22. & 62,4. & 68,5. & 86,2. & 103,3. & 104,24. & 112,4. & 118, 98. & 138,18. Eccleſ.7,20. Cantic.1,4,14. Eccli.18,17. & 22,17. & 29,18. Baruch 3,30. Matth.10,24,37. Luc.6,40.

Super ſeu ſupra.i.contra. Iudith 16,20. Iob 31, 21. Pſalm.12,3. & 24,5. & 26,2. & 36,12. & 37,17. & 40,10 & 54,13. & 82,4. & 85,14 & 108,2. & 118,69. & 137,7. Eccleſ.10,4. Eccli.9,1. & 35,18. Iſaiæ 1,1. & 13,2. & 57,4. Ierem. 6,4. & 22,7. & 51,35. Thren.2,5. Ezech.23,5. & 35,13. & 34,16. & 39,1. Dan 4,21. & 11,30. Oſee 8,1. Amos 3,2. & 5,1. & 7,16. Mich.1,1. & 5 5,9. Nahum 1,14. Sophon.2,5,8,10. Zachar.1,2. & 2,9. & 12,1. Mal.3,13. 1.Mach.7,42. Mar.3,25. & 10,11. & 13,8. Lucæ 9,1. & 10,19. & 11,17. Ioan. 18,4. Rom.1,18. Gal.3,15.

Super, ſubintelligitur. Iſa.65,18. Thren.1,14.

Superlatiuum. vide Poſitiuum, & Subſtantiuum.

Superuacuè.i.ſine cauſa. Pſal.34,7.

Superflui.i.reliqui. Ierem.39,9.

Suſtinere, pro, expectare. ſæpè.

Surge.i.agedum. 2.Eſd.9,5.

Surgere vel exurgere, pro, expergiſci. Matth.1, 24 Epheſ.5,14.

Surgere vel conſurgere, pro, naſci, vel extare, vel ſtare, vel firmari, vel excitari, vel apparere. Deuter.34,10. 1.Reg.13,14. Dan.7,17. Matth.11. Lucæ 7,16.

Suſcitare.i.exequi. 1.Reg.3,12.

Suſcitare.i.ſtabilire. 4 Reg.23,3. 2.Paral.7,18. Ierem.11,5. & 28,6.

Suſcitare.i.erigere, vel ſtatuere. Deuter.29,13. Amos 5,2.

Suſcitare.i.excitare. 1.Paralip.17,11. Iſaiæ 7,6. Dan.2,44. Ioel.3,9. Agg.1,14. 1.Mach.3,49. Act.5,30.

Suſcitare.i.reſtituere. Amos 7,2.

Superare.i.ſupereſſe. 4.Eſd.4,48. & 11,34,39. & 12,2. & 16,23. Sap.11,22.

Superare.i.abundare. 2.Pet.1,8.

T.

TABERNACVLVM. i. domus. 1.Regum 17,54.

Tacere. vide ſilere.

Tamen.i.certè. Gal.3,15.

Tamen, ſubintelligitur. Iob 3,26. Ierem.14,9. Lucæ 7,8. Ioan.8,55. Gal.4,1. 2.Tim.2,13.

Tantùm.i.ſatis. Deut.2,28.

Tantùm. vide Solùm.

Tamquam, vide Velut.

Temerè, ſubintelligitur. Matth.7,1. Lucæ 6,37.

Tempus.i. opportunitas. 1. Machab.12,1. & 15,34.

Tenebræ.i.calamitates. Iob 3,23. & 15,23,30. & 19,3. Pſalm.54,6. Iſaiæ 58,10. Thren.3,2. Ioel.2,2. & 3,15. Amos 5,18. & 8,9. Mich. 7,8. Soph.1,15.

Tenebræ.i.dæmones. Luc.22,53. Col.1,13.

Tentare.i. probare, & Tentatio, probatio. Gen. 22,1. Exod.16,4. Tob.2,12. Gal.4,14. 1.Petri 4,12.

Tentatio.i.afflictio, ſeu tribulatio. Iacob 1,2.

Teſtamentum.i. pactum, ſeu fœdus. Iudith 9, 18. Pſal.24,10,14. & 43,18. & 49,16. & 54, 21. & 73,20. & 77,10,37 & 81,6. & 88,4,29. & 102,18. & 104,8,10. & 105,45. & 110,5. & 131,12 Sap.18,22. Eccli.11,21. & 16,21. & 17,17 & 24,32 & 28,9. & 39,11. & 42,2. & 44,22. & 45,8,19. & 47,13. Dan.3,34 & 11,32 1.Machab 1,12. & 2,27,50. & 4,10. 2 Mach.1,2. & 7,36. & 8,15. Act 3,25. & 7,8. Rom.9,4. & 11,27. Heb.7,22. & 8,6. & 10,16.

Teſtimonium.i. Arca teſtimonij. Exod.30,6. Leuit.16,13.

Teſtimonium, ſeu Teſtificatio.i. lex, vel præceptum. Exod.25,16. & 31,18. 4.Reg.11,12. Pſalm.18,8. & 24,10. & 77,5,56. & 92,7. & 118,2. & 131,12. Eccli 45,22. Ierem.44,23.

Terra, pro, hominibus, ſeu terræ incolis. Gen.6, 11. & 9,11,13. Ioſ.23,14 1.Regum 14,29. 3.Reg.2,2. 1.Par.16,30. Iob 20,27. Pſalm. 45,7. & 46,3. & 49,1. & 65,2. & 68,35. & 76, 19. & 95,9. & 97,4. & 98,1. & 99,1. & 103, 11. Sap.1,1. Iſa.49,8 Ioel.3,16. Amos 7,10 Matth.5,13. & 10,25.

Tibi.i.in tuam vtilitatem. Exod.12,13.

Tibi.i.contra te. 2.Eſd.1,6. Pſal.118,11.

Tibi.i.coram te. Pſal.50,6. Ierem.14,7,20.

Timere.i.reuereri. Epheſ.5,33.
Timor.i.quod timetur.Gen.31,42,53.Iſa.8,12. & 11,18.
Timor & formido, ſeu Timor & tremor.i.magnus timor. 1.Mach.1.25.& 12 28.1.Cor.2.3.
Timoratus i pius,ſeu religioſus.Lucę 2,25.Act. 8,2.& 22,12.
Titulus.i.ſtatua,vel columna Gen.28,18.& 31, 45.& 35,20. Exod.24,4.4.Reg 23,17.
Tota die.i.omnibus diebus.Pſal 44.5.& 37,13. & 43,9,21.& 51.3.& 55,3.& 70,8,24.& 71, 15. & 72,14.& 85,3. & 87,10. Thren.3,3. Oſee 12,1.
Tranſmigrare.i.facere migrare.Thren.4,22.
Tranſgreſſio.i.abundantia.Thren.3,19.
Tranſire.i.prætermittere. Ezech.24,14.
Tripliciter.i.multipliciter, ſeu valdè. Prou.22, 20.Eccli.43.4.
Tunc,ſubintelligitur.Gal.1,10.
Turpitudo,pro,pudendis. Leuit.8,6,17.

V.

VAS.i.corpus 1.Reg.21,5.1.Theſ.4,4.
Vaſa.i.inſtrumenta,vel arma.Geneſ.49,5. Exod 31,7.Num.1,50. 4.Reg.20,13.2.Eſd. 12,15 Pſal.70,22.Eccli.43,2.Iſaiæ 10,28.& 13,5.& 22.24.& 32,7.& 54.17. Ierem.21,4. & 46,19,& 50,25.& 52,20.Ezech.9.1.& 23, 26.& 40,42. Amos 6,5. Ion.1,5. Zachar.11, 15. 1.Machab.1,23. & 12,29. Marc.3,27. Act.9,15.
Vaſa mortis.i.tela mortifera. Pſal.7,14.
Vbi,pro,vnde.Ioan.7,41.
Vbi,pro,quo. Prou.4,19.Lucæ 17,36.Ioan.21, 18.Iacobi 3,4.
Vel.i.&. Leuit.17,16.
Vel.i.nempe.Num 30,17.
Velut, ſeu, ſicut, aut tamquam, ſubintelligitur. Deut.4,24. & 33.4. 2.Reg.22,16. & 23,10. 4.Reg.19,28. Iob 29,14. & 28,8,9,10. Pſal. 11,7.& 16,3.& 17,9,10,11,15,31. & 31,1. & 43,6.& 44,2. & 67,31. & 68,2. & 69,8.& 76,17. & 77,23. & 89,5. & 40,4. & 92,1. & 101,14.& 103,4.& 104,41. & 106,33.40.& 118,141. & 119,4. Prouerb.4,3. & 5,19. & 25,20.& 26,6.Cant.1,3.& 4,13,14,15.Sap. 10,7.& 15,19. & 17,16. & 19,7. Eccli.6,32. & 14,24.& 21,14.& 22,6,30.& 26,23,24.& 45,15,16. & 45,31. Iſaiæ 9,18. & 10,33.& 13,8. & 22,23. & 28,2. & 30,30. & 32,2.& 33,11.& 40,12.& 41,14. & 45,14. & 49,16. & 50,3.& 54,6.& 65,6.& 66,1. Ierem.2,23. & 5,8.& 11,9. & 15,7.& 17,11. & 22,24.& 30,17.& 31,9.& 46,10.& 49,13.Thren.3,9, 10.& 1,44. & 4,11,14. & 5,3. Baruch 3,10. Ezech.16,53.& 19,2,13.& 28,2.Oſee 8,9.& 10,9.& 12,7. Ioel.2,3. Ion.2,7. Mich.7,14, 19. Nahum 1,3.& 3,13.Sophon.1,12.& 2,9. Zach.2,5,12 & 3,2. & 6,5. & 9,14,15.& 10, 5.& 12,3. Malach.2,16. & 3,3,12. & 4,1,3. 1.Machab.2,62. Matth.5,34,35. Mar.9,49. & 10,8.Lucæ 3,45 Ioan.4,14. Actor.20,22. Rom.7,8.& 11,1.1.Corinth.9,22.& 10,2.& 13,11,12.& 14,9. 2.Corinth.12,11. Eph.4, 4,14.Heb.10,29.Iacob.2,17, & 4.14.& 5,5. 1.Pet.3 20.2.Pet.2,17.Iudic.12,13.
Vel,ſubintelligitur.Eccli.28,33.
Velamen oculorum .i. pudoris defenſio. Geneſis 20,16.
Velle.i.optare. Matth.15,28.& 19,17. Luc.10, 24.& 16,26.Ioan 1,5.& 12,21.Rom.16,19. 1.Corinth.7,7,32.& 14,15.
Velle.i.amare. Matth.17,43.
Venumdatus.i.totus deditus. 3.Regum 21,20. 1 Mach.1,16. Rom.7,14.
Venire,pro,abire.Ierem.31,9.
Venite,pro,agite dum Gen.11,13.
Venter.ſeu viſcera.i.mens, ſeu interiora. Iob 32, 18.Pſalm.30,10.Prouerb.18,8,20.& 22,18. Eccli.51,29.Iſaię 16,11.Ierem.4,19.Thren. 1,20.Ezech.3,3.Habac.3,16.Ion.6,38.
Venter.i.deſiderium. Pſal.16,14.
Ventus.i.orbis pars. Ierem.49,32.Ezech.5,10, 12. & 12,14. & 17,21. Dan.8,8. & 11,4. Marc.24,31.
Verbum Domini.i.prophetia. 4.Reg.4,44.

Verbum .i. doctrina. Ioan.5,24,38. & ſæpe in Pauli Epiſtolis.
Verbum,pro re ſeu negotio.Exod.1,14.& 23,8. Deut.4,9.& 8,3.& 16,19. 1.Regum 3,11.& 25,37.2.Reg.1,4.& 2,6.& 11,27.& 12,14. 3.Reg.12,24.30.& 13,33.& 18,36.& 21,1. 4.Reg.17,11,12.& 20,13.2.Par.36,8.1 Eſd. 7,1. Iob 20,29. Pſalm.7,1.& 21,2. & 64,4. & 104,27.& 140,4. Prou.22,12. Sap.17,1. Eccli.16,9.& 23,1[illegible].& 34,12 & 48,14.Iſaiæ 39,2.& 42,16. Ierem.7,22. & 32,17,27. & 40,16.& 42,3.& 44,17. Dan.2,10. Amos 3, 7. Zach,8.16. 1.Machab.7,33.& 9,22,37. Matth.4,4.& 18,16.& 19,11. Marc.11,29. Lucæ 1,65.& 2,15,19.& 4,4,36.& 20,3.Act. 5,32.& 11,14.& 13,42.& 15,6. Rom.9,28. 1.Corinth 1,5.
Verbum.i.præceptum, vel imperium. Pſal.118, 147.& 147,18.& 148,8.Sap.12,9. Eccli.39, 22.& 44,4.Dan.3,95. Ioel.2,11. 1.Mach.2, 55.& 3,14.Lucæ 5,6.1.Ioan.2,5.Apoc.3,8.
Verbum.i.petitio. Exod.8,13.
Verbum.i.promiſſio.Ierem.29,10.
Veritas.i fidelitas Gen.24,49.Iſaiæ 61,8.
Veritas.i.iuſtitiæ rectitudo, ſeu probitas. Tob. 8,4.Pſal.5,10.Prou.16,6.& 20,28.Eccli.27, 10.& 31,28.Ezech.18,9. Ioan.3,21.& 3,44. Rom.3,7.1.Cor.13,6.2.Cor.13,3. Epheſ.4, 15. Phil.1,18.
Verum.i.perfectum, ſeu iuſtum. Dan.3,27,28. & 4,34.
Veritas & iudicium.i.iuſtum iudiciũ. Dan.3,28.
Veritas.i.ſtabilitas. 4.Reg.20,19.
Verumtamen.i.idcircò.Matth.11,22.
Veſtes mutatoriæ.i.pretioſæ. 4.Reg.5,5,22.
Veſpere & manè.i.die & nocte. Gen.1,5.
Via, ſeu viæ Dei.i.Dei præcepta vel doctrina. Deut. 8,6. & 10,12. & 13,5. & 19,9. & 26, 17.& 28,9.& 30,16.& 32,4.Ioſ.22,5. Iudic. 2,22.1.Reg.8,3 2.Reg.22,22. 3.Reg.2,3,4. & 3,14. & 8,58. & 11,38. 4 Regum 21,22. 1.Paralip.6,16. Pſalm.36,34. & 118,151. Iſaiæ 2,3 & 58,2. & 64,5. Oſee 14,10. Mich.4,2.Act.19,23.
Viæ.i.opera.Prou.8,22. Iſaiæ 58,13. Oſee 4,9. Agg.1,5.
Via.i.ratio.Baruch 3,37.
Via,ſeu viæ.i.mos,ſeu vitæ ratio aut inſtitutum. Exod.32,8. Ioſ.1,8. 3.Reg.1,49. & 8,39.& 15,26.& 16,2.& 22,53.4. Reg.8,18.& 22,2. 2.Paral.6,23. & 7,14.& 11,17. & 18,22.& 17,3.4.Eſd.10,13. Pſalm.1,1,6.& 17,33.& 102,7.& 118,1.& 145,10.Prou.4,26.& 6,6. & 22,6.& 31,3.Eccli.33,11.Iſa.3,11.Ier.21, 8.& 32,21.& 32,59.Ezech 14,22.Oſe.10,13. Ion.3,8.Act.9,2.& 19,9.Iacobi 1,8.Iudæ 11.
Viciſſitudo.i.retributio,vel remuneratio. 2.Regum 19,36.Iudith 6,17.Iſa 59,18.Ioel 3,4.
Videre.i.prouidere.3 Reg.12,16.
Videre.i.noſſe. Deut.9,2.
Videre.i.frui.Eccleſ.3,13.
Videre.i.cauere.Deut.2,4 Matth.18,10 & 24,4. Mar.13,9.2.Ioan.8.Phil.3,2.
Videns.i.Propheta. 2 Regum 15,27. & 24,11. 1.Par.9,22.& 21,10.& 25,5. Amos 7,12.
Videre.i.participem eſſe. Ioan.3,36.
Videre.i.approbare.Habac.1,13.
Videre.i.audire.Gen.32,24.Exod.20,18.
Videre faciem alicuius.i.eſſe ei familiarem. Ierem.52,25.vide,Facies.
Videri quòd ſit bonum.i.placere.Gen.1,4.
Vigil.i.Angelus.Dan.4,10.
Vinum.i.voluptas.Cant.1,2.
Vinum.i.punitio.Mich.2,11.
Vinum.i.ſanguis.Gen.49,11.
Vir.i.Angelus ſpecie viri.ſæpè.
Vir mortis.i.morte dignus.3.Reg.2,26.
Vir Belial.i.improbus.2.Reg.16,7.
Vir ſanguinum.i.homicida,ſeu ſanguinarius homo.2.Reg.16,7.Pſal.5,7. & 25,9. & 54,24. & 58,3.Eccli.34,25.
Vir Dei.i.Propheta.
Vir.i.quiſque,vel quiſquam. 3.Reg.12,24. Eccli.37,28.Iſa.14,18 & 32,2.& 50,2.& 53,3. Ier.2,6.& 12,15. Oſee 2,16.& 4,4. Ioel.2,7. Ion.1,7.& 3,8.Mich.4,4. & 7,2. Soph.2,11.

Agg.2,23 Zachar.3,10.& 8,4.1.Matth.[illegible],40.
Virga.i.baculus. Exod.4,2. Matth.10,10. Mar. 6,8.& 9,3.
Virtutes.i. miracula. Matth.7,22. & 11,21. Mar.9,39 Luc.19,37. 1.Cor.12,10. 2.Cor. 12,12,1.Theſſal.1,5.Heb.2,4.
Virtutes.i exercitus. Iudith 5,[illegible].& 14,17. Pſal. 23,10. & 12,6,16. & 43,10. & 45,8. & 47,9. & 58,6.& 59,12.& 67,13.& 68,7.& 79,5,20. & 83,2,13. & 88,9. & 102,21.& 107,12.& 133,15. & 148,2. 1.Mach.1,4. & 3,10,40. & 5,56.& 6,6.& 9,43.& 13,54. 2.Theſ.1,7.
Viſio.i.quod videtur. Dan.8,13. & 10,14. Habac.2,6.
Viſio.i.prophetia.1.Reg.3,1.
Viſitare.i.punire. Exod.20,5. & 32,34. Leuit. 18,25.& 26,16. Num.14,18.& 16,29. Iſaiæ 27,3.& 29,6.Ierem.13,21.& 23,2.& 50,27. Ezech.38,8. Oſee 1,4. & 2,13. & 4,14. & 8, 13.& 9,7.Amos 3,2.Soph.3,7.Zach.10,3.
Vita comite.i.viuente eo de quo fit ſermo. Gen. 18,10.4.Reg.4,16.
Viuere.i.ſeruari, vel eſſe incolumem. Ioſ.6,25 Ioan.4,50.
Viuificare.i.viuum relinquere,vel ſeruare.1.Regum 27,11.Pſal.137,7.& 143,11. Act.7,19.
Viuit anima tua.i.per vitam tuam.1.Reg.17,55. Iudith 12,4.
Viuere in gladio.i.eſſe bellicoſum.Gen.27,40.
Vix,ſubintelligitur. Ierem.12,5.
Vltra i.alius.3.Reg.8.60.
Vltra.i.per longum tempus. Ioel 2,19.
Vmbra.i.protectio,ſæpè.
Vmbra mortis.i.maximæ tenebræ. Iob 10,22. & 12,22. & 34,22. Pſalm.22,4. & 43,20. & 57,7.Iſaiæ 9,2.Ierem.13,16.Matth.4,16. Lucæ 1,79.
Vna die.i.tandem aliquando.2.Eſd.4,2.
Vnus.i.vnuſquiſque. Iudic.8,18. Ezech.1,6. & 10,14.
Vnum.i.diem.1.Cor.11,5,& 12,9,13.
Vnum.i.tale.2.Reg.15,2.
Vnum.i.primum.Gen.1,5.Pſal.105,13.Ezech. 29,17 & 31,1.& 45,18. Dan.9,2. Agg.1,1. Mar.16,1. Luc.24,1. Ioan.20,1. Act.20,7. 1.Cor.16,2.Apoc.6,1.
Vocare.i.inuocare.Gen.16,13.
Vocatus.i.vocatione.Rom.1,1.1.Cor.1,1.
Vobis.i.contra vos.Iacobi 5,3.
Vobiſcum.i.inter vos.2.Pet.2,13.
Voluntas.i.affectus.Gen.49,6.
Voluntas.i.petitio.Pſal.20,3.
Vox,pro,ſono,vel tonitruo.1.Reg.12,17.Pſalmo 16,18, 19. Ioan.3,8.
Vſque.i.ſuper.Pſal.107,5.
Vſque ad,ſubintelligitur.Pſal.2,8.Amos 9,1.
Vſque ad vnum.i. ne vnus quidem. Pſal.13,3. Rom.3,12.
Vſquequò.vide,Donec.
Vſque,ſubintelligitur.Rom.3,26.Phil.1,10.
Vt.i.ſic vt.Rom.5,20.& 7,13.& 12,2.Tit.3,13. Heb.6,12.& 11,3.
Vt.i.ita vt.Pſal.84,10. & 85,11.
Vt.i.itaque. Pſal.94,11.
Vt.i.ſi.Ioan.15,8.
Vt,ſubintelligitur. Gen.49.9,17,27. Deut.33, 22.Prou.26,6.Iſa,44,4.vide,Velut.
Vt plurimum,ſubintelligitur. 12,54. & 16,10. Ioan.4,44.& 15,15.1.Tim.5,25.
Vuluam aperire.i.fœcundam reddere. Gen.29, 31.& 30,22.
Vulnerati.i.occiſi.Thren.2,12.
Vultus.i.ira. 1.Pet.3,12.

Z.

ZELVS.i.indignatio vel vltio. Pſalm.78,5. Eccli.40,4.Iſaiæ 59,17.Ezech.23,25.& 36,5,6.& 38,19.& 39,25.Act.13,45.& 17,5.
Zelus.i. æmulatio vel inuidia. Ezech.35,11. 1.Mach.8,16.Act.13,45.1.Cor 1,3.Iac.3,14.
Zelus.i.vehemens amor.4.Reg.19,31.Iſa.63,15.
Zelare.i.inuidere Eccli.37,7.Act.17,5.Iac.4,2.
Zelare vel zelari .i. vehementi amore agi, vel agere,vel proſequi. Num.25,13. 3.Reg 19, 10.Iudith 9,3.Eccli.51,24. Ioel.2,18. Zach. 1,14. & 8,2.1. Mach.2,26,54,58.

TOTIVS SCRIPTVRÆ INDEX COPIOSVS,

Ab EMANVELE SA Doctore Theologo Soc. IESV concinnatus.

Priori numero caput indicatur, poſteriori verſus, niſi ſicubi vnum tantùm eſt caput, tum enim ſoli verſus indicantur. Notandum verò, quia Biblia numeris variant, quærendum eſſe locis proximis, quod in notatis hic fortè non reperietur.

A.

AARON mittitur cum Moyſe in Aegyptum. Exod. 4,14. & ſeq.
fit Sacerdos. Num 3,10.
conflat vitulũ. Exod. 32,4.
murmurat contra Moyſen. Num. 12,1.
germinat eius virga. Num. 17,8.
moritur. Num. 20,28.
Abel occiditur à Cain Gen. 4,8.
Abiathar deiicitur ſacerdotio. 3. Reg. 2,27.
Abigail fit vxor Dauid. 1. Reg. 25,42.
Abnegatio. Gen. 12,1. & 22,1. Deut. 33,8. 3. Regum 19,19. 2. Mach. 6,19. Matth. 4,19. & 5,29. & 10,39. & 16,24. & 19,21. Luc. 5,11. & 14,26. & 18,22. Ioan. 12,25. 1. Cor. 7,29. Philip. 3,7.
Abraham patriam reliquit. Gen. 12,19.
abit in Aegyptum. Gen. 12,10.
liberat Lot. Geneſ. 14, 14.
accipit promiſſionem à Deo. Geneſ. 15,4. & 17,16. & 18,10.
offert Iſaac. Gen. 22,9.
moritur. Gen. 25,7.
Abrahæ fides. Rom. 4,18. Heb 11,8.
Abſalom fratrem occidit. 2. Reg. 13,37.
patrem perſequitur. 2. Reg. 15, & 16.
occiditur. 2. Reg. 18,14.
Abſtinentia. Gen. 1,29. & 2,17. & 3,11. & 9,4. Exod. 12,9. & 13,6. & 21,28. & 22,31. & 29,34. Leuit. 6, 24. & 7, 18. & 10,8 & 11,4. & 17,27. & 19,7. & 22,8. & 23,14. Deut. 12,16. & 14,3. Nu. 6,24. & 18,10. Iudic. 13,13. Tob. 1,12. Iudith 12,2. Ierem. 35,6. Ezech. 44,21. Dan. 1,8. & 10,12. 2. Machab. 6 24 & 7,1. Matth. 11,8. & 12,4. Marc. 2,23. Luc. 1,15. & 6,1. Act. 15,29. Roman. 14,20. 1. Corinth. 8,13.
Acceptio perſonarum. Leuit 19,15. Deut. 1,17. & 10,17. & 17,2 & 1. Reg. 16,7. 2. Par. 19,7. Sap. 6,8. Iob 34,19. Prou 18,5. & 24,23. & 28,21. Eccli. 35,15. Iſaiæ 11,3. Malach. 2,9. Matth. 22,16. Marc. 12,14. Luc 20,21. Act. 10,34 Rom. 2,11 Gal. 2,6. Epheſ. 6, 9. Col. 3,25. 1. Pet. 1,17. Iacob. 2,1.
Acedia. vide Pigritia.
Achab punitio. 3. Reg. 22,38. 4. Reg. 10,7.
Achan punitio. Ioſ. 7,24.
Achior fit Iudæus. Iudith 14,6.
Achitophel ſe ſuſpendit. 2. Reg. 17,23.
Actiua vita & contemplatiua figurata in Lia & Rachel. Gen. 29. & in Martha & Magdalena. Lucæ 10. vide etiam Contemplatio.
Accuſatio. Act 25,16.
Adam creatur Gen. 1,27.
collocatur in paradiſo. Gen. 2,15.
peccat. Gen 3,6.
moritur Gen 5, 5.
Adiuratio. 1. Theſſal. 5,27.
Adoleſcens. vide Iuuentus.
Adoratio. Gen. 18,2. & 19,1. & 23,12. & 27,29. & 33,3. & 43,26. Exod. 18,7. Num. 22,31. 1. Reg. 20. & 25,23. & 28,14. 2. Reg. 9,6. & 14 3. 3. Reg. 1,15. Iudith 10, 20. Eſth. 3,2. Bar. 6,4. Dan. 2,46. Act. 10,25. Apoc. 5,14. & 19,10. & 22,8.
Adorandi Deum ratio. Ioan. 4,23.
Aduenæ benè tractãdi. Exod. 22,20. Leu. 19,33.
Aduerſitas. vide Tribulatio.
Adulatio vitanda. Pſal. 140,5. Prouerb. 24,28. Eccleſ. 7,6. Iſaiæ 3,12.
Adulter. Eccli. 23, 25.
Adultera. Prou. 18,22. Eccli. 23,32. Ioan. 8,3.
Adulteræ mores. Prou. 2,16.
Adulterij grauitas. Gen. 26,10.
damna. Prou 2,18. & 6,32.
pœna. Geneſ. 20,7. & 12,17. Leuit. 20,10. Num. 5,20. Deut. 22,22. Iudic. 20,35.
Aedificantium ſuperbè punitio. Gen. 11,7.
Aegyptiacæ ſeruitutis liberatio. Exod. 12,37.
Affinitatis malæ damna. 4. Reg. 8,27.
Afflictis quid dicendum. Mich. 4,9.
Agar parit Iſmaelem. Gen. 16,15.
expellitur cum filio. Gen. 21,14. Gal. 4,30.
Aliena. Prouerb. 23,10. Eccli. 5,1.
Aliena occupantis punitio. 3. Reg. 21,17.
Allegoria. Gal. 4,24.
Altaris conſecratio. Exod. 29,36.
Altare holocauſti. Exod. 27,1. & 38,1. 2. Reg. 24,26. 3. Reg. 18,32. 4. Reg. 16,15. 1. Eſd. 3,2. 1. Mach. 4,47.
Altare incenſi. Exod. 30,1. & 37,25. & 40,10.
Aman ſuſpenditur. Eſth. 7,10.
Amantis Deum vox. Cant 1,7. & 5,2.
Ambitio fugienda. Mar. 12,38.
Ambitioſis væ. Luc. 11,43.
Amicus. Eccli. 6,7. & 7,20. & 9,14. & 12,8. & 22,25. & 27,19. & 37,6.
Amici officium. Iob 2,11. & 6,14.
Amicus Dei. Gen. 18,17.
Amicitia iuſtorum. Gen. 21,22. & 26,28. 1. Regum 18,1. & 20,17.
Amicus infidelis. Pſal. 54,13. Prou. 18,1. & 25,18. Thren. 1,18.
Amici probatio. Prou. 17,7.
Amicitiæ Dei fructus. Prou. 16,7.
Amici fides. 2. Reg 9,1.
Amicus fictus. Eccli. 37,1.
Amicitiæ diſſolutio. Eccli. 27,20.
Amoris vis. Gen. 29,20. & 34,19.
Amor Dei. Deut. 6,5. Pſalm. 66,10. Eccli. 7,32. & 13,18.
Amoris diuini effectus. Cant. 2,16.
vis. Cantic. 8,6.
Amoris vox. Cant. 1,15.
Amor proximi. Eccli. 13,19. & 27,1. Prou. 21,26. Cant 4,10. vide etiam Dilectio.
Amor ſui. Prou. 15,23.
Ananiæ & Sapphiræ punitio. Act. 5,1. & ſeq.
Andreæ vocatio. Matth. 4,18. Mar. 1,16. Ioannis 1,40.
Angeli. Pſalm. 102,20. Dan. 10,13. & 14,35. Hebr. 1,14 Apoc. 1,20. & 7,11.
Angeli natura. Iudic. 13,18. Pſal. 103,4.
locutio Zach. 1,9.
oratio Zach. 1,12.
cibus. Tob 12,20.
apparitio. Dan. 8,15. Matth 28,3. Mar 16,5. Lucæ 1,11. & 2,9. & 24,4 Act. 10, 30. & 27,23.
conſolatio. Tob. 12,17. Matth. 28,5. Marc. 16,6. Luc. 2,10.
moníta. Gen. 19,15. Exod 23,20. Tob 12,6.
Angelorum caſus. Iob 14,18. & 5,15. Iſa. 14,9. Ezech. 28,17. Ioan. 8,44. 2. Pet. 2,4. Iudæ 6. Apocal. 12,8.
prœlium. Apoc. 12,7.
Angelus terret impios. Matth. 28,4.
aduerſatur peccantibus. Num. 22,32.
Angelus cuſtos. Matth. 18,10 Act. 12,15.
Animæ ſanctæ ad Chriſtum aſcendunt corpore ſolutæ. 2. Cor. 5,8. Philip. 1,23.
Animalis prudentia. Prou. 30,24.
Antichriſtus. 2. Theſſ. 2,3. 1. Ioan. 2,19. & 4,3. 2. Ioan. 7. Apoc. 13,1.
Antichriſti miniſtri. Apoc. 13,11.
Antiquitas retinenda. Prou. 22,28. Eccli. 8,11. & 39,1. Ierem. 6,16. Rom. 16,17. Gal. 1,6. 1. Tim. 6,20. 2. Tim. 4,3. 2. Pet. 3,17. 1. Ioan. 2,24. 2. Ioan. 7. Iudæ 18.
Apoſtolorum vocatio. Matth. 4,19.
electio. Mar. 3,13. Lucæ 6,13.
officium. Lucæ 9,2.
poteſtas. Mar. 3,15. Luc. 9,1.
prædicatio. Mar. 16,20. 1. Ioan. 1,1.
miſſio Marc. 6,7. & 16,15. Lucę 24,46. Ioan. 15,16. & 20,21. Act. 1,8. & 10,42.
decreta. Act. 15,28.
infirmitas. Matth. 26,31.
incredulitas. Matth. 28,17. Mar. 16,10. Lucæ 24,11.
ambitio. Mar. 9,34. & 10,35. Luc. 22,24.
indignatio. Marc. 10,41.
fuga. Marc. 14,51.
paupertas. Act. 3,6.
conſtantia. Act 4,18. & 5,29.
miracula. Act. 5,12.
Arca Noë. Gen. 6,14. Sap. 10,4. & 14,6. Matth. 24,38. Hebr. 11,7. 1. Pet. 3,20.
Arca fœderis. Exod. 16,24. Deut. 10,2. & 31,26. 3. Reg. 8,9. Heb. 9,4.
Auguria, incantationes, & maleficia. Exod 7,11. & 8,18. & 22,18. Leuit. 19,31. & 20,6 Num. 23, 23. Deut. 18,10. 4. Reg. 17,17. & 21,6. Iſa. 2,6. & 44,25. & 47,13. Ierem. 10,2. Dan. 2,2. Mich. 5,12. Act. 8,8. & 16,16. & 19,19. Gal. 5,20. Apoc. 18,23. & 22,2.
Arrogantia. Iob 17,5. Prouerb. 16,5. & 26,23. & 28, 25.
Arrogantiæ punitio Ierem. 49,16.
Arma. Prouerb. 22,5.
Artificum ſtudia. Eccli. 38,26.
Auarus. Eccli. 5,9. & 10,9. & 11,11. & 14,3. Ierem. 6,13. & 17,11.
Auaro væ. Habac. 2,6.
Auaritia fugienda. Prou. 23,4. Eccli. 5,10. Lucæ 12,15. Heb. 13,5.
Auaritiæ damna. 1. Reg. 8,1. Prou. 1,19. & 11,26. & 15,27. & 28,22. & 29,4. Eccleſ. 5,9. Act. 16, 19.
punitio. Ioſ. 7,24. 4. Regum 5,26. Iob 27,8. Iſaiæ 5,8. & 57,17. Ierem. 8,10. Amos 8,4. & 9,1. Luc. 12,16.
vanitas. Eccleſ. 4,7.
Auditor. Prou. 18,2. Hebr. 5,12. & 6,7. Iacob. 1,21. Apoc. 2,7. & 22,17.
Audire periculoſum. Eccleſ. 7,22.
vtile. Prouerb. 1,5.
Auditoris laus. 1. Theſſal. 1,6.
Aures. Eccleſ. 1,8. Eccli. 28,28.
Audendum. Eccleſ. 11,4.
Aurum. Eccli. 31,6.
Aue Maria. Lucæ 1,28.

B.

BABYLONICA captiuitas. 4. Regum 24. & 25. 2. Par. 36.
liberatio. 1 Eſd. 1. & 2.
Baptiſmus. Ezech 36,25. & 49,9. Zachar. 13,1. Matth 28,19. Act. 8,36. & 10,47. Rom. 6,3. Col. 2,12 1. Petri 3,21.

Baptiſmi neceſſitas. Ioan.3,3.
Baptizatis dictum. Col.3,1.1.Pet.2,1.
Baptiſmus Ioannis. Matth.3,6.& 21,25. Marc. 1,4.& 11,30.Luc.3,16.&7,29.& 20,4.Ioan. 1,26. & 3,23. Act.1,5. & 11,16. & 13,24. & 19,3.
Beatitudo. Pſal.9,10.& 45,5.& 47,9.& 83,11. & 121,3. Iſa.28,5 & 32,18. & 51,12. & 60, 18.& 64,4.& 65,17.Ierem.31.13.Baruch 3, 24. & 5,9. Zach.14,11. Ioan.14,20.1.Cor. 2,9.Apoc.6,11. & 19,1. & 21,4.
Beatus quis. Pſalm.32,12. & 83,5. & 93,12.& 105,1.&118,1.& 127,1.&143,15 & 145,5. Prouerb.3,13.& 8,13.Eccli.14,22.& 25,11. Matth.5,3 Luc.10,23.& 11,28.& 14,15.
Bellum.1.Par.22,8.Iſa.13,15.1.Mach.3,2.
Belli præparatio.1 Mach.3,46.
Bello inepti. 1.Mach.3,56.
Bellum ob peccatum Ierem 5,15.& 15,13.
Bellum à Deo. Iſa.19,2. Ierem.47,7.
Bello oppreſſorum oratio.Iudith 9,6.
Bellum iuſtum. Geneſ.14,14. Numer.21,23. & 25,17.
Bellum iuſtum ſed infauſtum. Iudic.10,18.
Bellum peccatorum infauſtum.Num.14,42.
Bellum quomodo gerendum. Deuter.20,10. & 23,9.
Bello ſpirituali qui apti. Iudic.7,5.
Benedictio.Hebr.7,7.
Benedictionis forma.Gen.48,15.Numer.6,23. 3.Reg.8,55.
Benedictio menſæ.1.Reg,9,13.
Benedictus quis.Ierem.17,7.
Beſtiæ non malè tractandæ.Geneſ.33,13.Exod. 23,12.Num.22,23.Deuteron.5,14.& 22,10. Prouerb 12,10.Eccli.7,24.
Beſtialitatis punitio.Leuit.20,15.
Benefacere.Eccli.12,1.Luc.6,38.2.Theſ.3,13. 3.Ioan.11.
Benefaciendum omnibus. Eccleſ.7,19. Matth. 5,42. Luc.6,30.
Beneficiorum Dei agnitio & memoria. Geneſ. 32,9.Exod.16,32.Deut.8,2.&16,4.&24,18.
Blaſphemia.Matth.12,31.& 15,19.Iudæ 10
Blaſphemiæ punitio. Leuit.24,13. 4.Reg.19, 35. 2.Machab.9,28.
Boni.Prouerb.14,19.& 28,5.
Boni pauci. Mich.7,1.
Boni contempti. Prouerb.14,2.
Bonus vir. Tob.9,9.
Bonitatis fructus. Prouerb.12,2.
Boni operis initia oppugnata. Exod.1,15.
Bona temporalia cauſa diſſidii. Geneſ.26,10. debent Deo ſeruire.Exod.10,26.

C.

CAECITAS. Tob.5,11.Matth.15,14. Cæci curatio Mat.8,23.Ioan.9,7.
Cain occidit Abel. Gen.4,8.
Calumniator. Prou.22,16.& 28,3. Eccleſ.7,8. Eccli.26,7. Matth.12,24.
Canticum Zachariæ. Lucæ 1,68.
Canticum Simeonis. Lucæ 2,29.
Cantus Eccleſiaſtici.2.Reg.6,5.
Caro & ſpiritus. Marc.14,38.Ioan.3,6.& 6,63. Rom.7,14.& 8,5. Gal.5,16.
Carnis opera. Galat.5,19.
Carnis impedimentum. Rom.7,14.
Carnalis. 1.Cor.2,14.
Carnalibus dictum. 1.Cor.15,50.
Caro mortificanda. Eccli.19,1.Rom.6,12.& 8, 12.Galat.5,16. Epheſ.4,22.& 5,1. Tit.2,12. 1.Pet.2,1.& 4,3. Heb.12,1. Iudæ 23.
Caſtitas. Gen.39,8. Tob.4,13. Matth.19,12. 1.Theſ 4,7.
Caſtitatis fructus. Sap.3,13.& 4,1.Iſa.56,4.
figura. Leuit.3.
laus. Pſal.44,15. Matth.22,30. 1.Cor.7,25. Apoc.14,4. vide etiam Tob.6,16. Iudith 15,11.& 16,26.Prouerb.22,11.Sap.6,20. Eccli.6,28. & 26,20. Iſaiæ 7,14. & 56,3. Zach.9,17.2. Machab.14,38. Matth.5,8. Luc.1,27 & 20,34. Act 24,25. Rom.2,7. 2.Cor.6,5.& 11,2.1.Tim. 2,2.& 3,2.& 4, 12.& 5,2.Tit.1,8.& 2,5.
Caſtigatio. Prouerb.10,14. & 26,3.
Caſtigatio Dei. Prouerb.3,11. Ierem.30,11. & 31,18.& 46,28. Apoc.3,19.
Cauere. Prouerb.22,3. & 27,12. Eccli.32,25. Matth 24,5.Act.9,26.1.Cor.10,12.
Caupo.Eccli.26,28.
Cephas. Ioan.1,42.
Charitas. Leuit.6,12. 1.Reg.15,35. Tob.1,15. & 2,3. Prou.11,30.Ioan.15,13.Rom.8,35. Galat.5,13. 1.Tim.5. 1.Petri 1,21. & 4,6. 1.Ioan.4,7.& 5,2. 2.Ioan.6. Apoc.3,18.
Charitatis excellentia. Cant 8,7. 1.Cor.13,13.
neceſſitas. Matth.22,11. 1.Cor.13,1.
præceptum. Pſal.118,96. Matth.22,40. vide etiam Dilectio.
vis. Cant.2,6. & 8,7.
duratio. 1.Cor.13,6.
deliciæ. Cant.2,6.
fructus Prouerb.11,23.1.Cor.13,4.
Chriſtus. Pſal.2,6. & 18,6. & 44,3. & 71,4 & 88,26.& 109,1. Cant.2,1. Iſaiæ 2,4. & 8,4. & 9,2. & 11,10. Ierem.14,8. Thren.4,20. Matth.11,27.& 12,18.Luc.1,31. Rom.1,3. & 10,4. 1.Cor.15,47. Eph.2,18. Col.1,15. & 2,3.1.Tim.2,5.Heb.1,1.&2,9.& 4,15.& 7,26. & 8,1. & 13,8. 1.Pet.2,22. Apoc.1,5. & 3,7.& 5,5.& 19,11. & 22,13.
Chriſtus promiſſus. Deuter.18,15. 2.Reg.7,13. 1.Par.22,10. Iſaiæ 7,14. & 11,1. & 14,1, & 16,5.& 28,16. & 30,20.& 40,1. Ierem. 23,5. Ezech 34,23. Dan.9,24. Mich.6,2. Agg.2,7.Zach.3,8.& 6,12.& 9,9.
prædictus. Iſa.42,1. & 45,23. & 49,6. & 51, 16 & 52,13.& 53,2.& 55,4. Dan.2,44.
Chriſti imitatio. Exod.25,40.1.Ioan.2,6.
Chriſtus oſtium. Ioan.10,7.
via, veritas, & vita. Ioan.6,15.
paſtor. Ioan.10,11. 1.Pet.2,25.
aduocatus. 1.Ioan.2,1.
expectatus. Iſaiæ 16,1.& 64,1.
fatigatur. Ioan.4,6.
fugit. Ioan.6,15.
crucifigitur. Marc.15,25.
coronatur ſpinis Matth.27,29.
felle potatur. Matth.27,34.
blaſphematur. Matth.27,39.
flagellatur. Ioan.19,1.
matrem Ioanni commendat. Ioan.19,26.
aceto potatur. Matth.27,48.
abſcondit ſe. Ioan.12,36.
quæritur à parentibus. Luc.2,44.
moritur. Matth.27,50.
ſepelitur. Matth.27,59. Ioan.19,39.
crucem baiulat. Ioan.19,17.
conſolatur. Matth.18,10 Luc.24,36.Ioan.6, 20. & 14,27.& 20,15.Apoc.1,17.
iniuriis afficitur. Matth.27,63. Matth.3,22. & 14,63. & 15,27. Luc.5,21. & 11,15. Ioan.7,20. & 8,48. & 9,16. & 10,33. & 18,21,22. & 19,5.
capitur. Mar.14,46.
accuſatur. Mar.14,55. Luc.23,2.
ſpoliatur Mar.15,24.
furere creditur. Mar.3,21.
cæditur. Mar.14,65.
illuditur. Matth 26,67.& 27,28. Marc.5 40. & 14,65. & 15,18. Luc.8,53. & 16,14. & 22,63.& 23,11.
condemnatur. Matth.26,66. & 27,20. Marci 14,64
iudex eſt Matth 26,64. Ioan.5,22.
fundamentum. 1.Cor.3,11.
turbatur. Ioan.11,33.& 12,27.& 13,21.
vitis eſt. Ioan.15,1.
apparet feminis Matth 28,9.
accipit à Patre teſtimonium Mar.1,11.&9,7.
agit cum beſtiis in deſerto. Mar 1,13.
ab Angelo confortatur. Luc.22,43.
non recipitur Mar.5,17. Luc 9,52.
panis eſt. Ioan.6,35.
lux. Ioan.8,12. & 9,5.
circumciditur. Luc.2,21.
offertur in templo. Luc.2,22.
proficit. Luc 2,52.
exultat. Luc.10,21.
orat pro crucifigentibus. Luc.23,34.
contemnitur. Matth.13,55.
maledicit ficui. Matth.21,19.
vocatur faber. Mar.6,3.
compatitur. Luc.19,41.
ſcribit in terra. Ioan.8,6.
Chriſti de ſe teſtimonium. Ioan.4,26.
cibus. Ioan.4,34.
ira. Marc.3,5.
clamor. Marc.15,34. Luc.8,54. Ioan.7,28. & 12,44.
ſapientia. Luc.2,47.
ſerui. Ioan.15,20.
petitio. Ioan.4,7.
genealogia. Matth.1,1. Luc.3,23.
mors. Rom.4,25.
laus. Apocal.5,9.
patientia Ioan.18,23. Matth.27,12. Luc.9,54.
ſanguis. Heb.9,14.1.Pet.1,17.
verba. Luc.4,22. Ioan.6,68.& 7,46.& 8,51. & 12,48.& 14,24.& 15,7.& 18,37.
deſenſio. Marc.14,6.
pueritia. Luc.2,40.
ſomnus Mar.4,38.
charitas. Luc.12,49. & 15,4. & 22,15. Ioan. 13,1. & 15,9.
teſtimonium. Ioan.1,47.
innocentia. Ioan.8,46.& 14,30.& 18,38.
cognati. Ioan.7,5.
figuræ. Dan.2,34. & 7,13. Ion.1,12.& 2,1. Zach.3,1.& 4,2.
regnum. Dan.7,27. Ioan.18,36. Apoc.11,15.
redemptio. Iſa.63,9.1.Tim.3,16.1.Pet.1,17.
conceptio. Ier.31,2. Matth.1,18. Luc.1,31.
natiuitas. Iſaiæ 9,6 Luc.2,6.
opera. Iſa.61,1.Mar.7,37.Luc.7,22.Ioan.5, 36. & 10,29.
aduentus. Pſal.56,4.& 106,20. Iſaiæ 14,1.& 45,8.& 52,6. & 60,1. & 62,11. Bar.3,38. Habac.3,3. Zach.2,10. Mal.3,1. Matth 21,37. Marc.11,6.
ſacerdotium. Heb.5,10.& 9,11.
præſentia. Matth.28,20.
perſecutio. Pſalm.2,1. Luc.4,28.& 11,53.& 20,20. Ioan.5,16.& 8,59. & 9,22. & 11, 53. & 12,10.
paſſio. Iſaiæ 50,6. & 53,4. Thren.3,30. Philip 2,8. Col.2,14. Hebr.9,16. & 10,10. & 13,12.1.Pet.2,24.& 3,18.
corona. Cant.3,11.
vox. Pſal.39,8. Cantic.2,10. & 4,1.& 5,1.& 8,6. Iſaiæ 8,18. & 43,24. Ierem.11,19. Oſee 11,14.
aſcenſio. Pſalm.23,7. & 46,6.& 67,19. Iſaiæ 63,1. Mich.2,13. Mar.16,19. Luc.24,50. Act.1,9. Epheſ.4,9. Heb.9,24.
ſudor. Luc.22,44.
morientis oratio. Luc.23,46.
miſericordia. Mar.1,41. Luc.7,13.
dignitas. Epheſ.1,20 Philip.2,9.
prædicatio. Mar.1,14. Luc.19,48.
reſurrectio. Rom.4,25.& 6,9.1.Cor.15,4.
dilectio. 1.Corinth.16,22. vide ſuprà Chriſti charitas.
oratio Matth.26,39. Marc.6,46. Luc.6,12. Ioan.11,41.& 12,27.& 17,1. Heb.5,7.
obedientia. Ioan.14,31. Heb.5,8.
teſtimoniū de Ioanne. Luc.7,24. Ioan.5,35.
exemplum. Ioan.13,14.
tentationes Matth.4.
miracula. Matth.4,24.& 11,5.& 14,35.& 15, 30.& 21,14. Marc.1,32. & 3,10. & 6,56. Luc.4,40.& 6,19.
lacrymæ. Luc.19,41. Ioan.11,35. Heb.5,7.
humilitas. Matth.3,14. Luc.2,51. Ioan.13,4.
doctrina. Matth.7,28. Mar.1,22. Ioan.7,15.
opus. Matth.5,17.& 18,11. Marc.1,38 Luc 1,71.& 2,49.& 4,18.& 8,1.& 9,11.& 10, 33.& 12,49.& 15,4. & 19,10. Ioan.6,38. & 9,4.& 10,10.& 12,31.& 17,4.& 18,37. Act.10,38. Rom.8,3. 1.Cor.1,30. 2.Cor. 5,21. Galat.1,4.& 3,13. Eph 2,14 2.Tim. 1,10. Tit 2,11. & 3,4. Heb.2,10.& 5,9.& 7,25.& 9,15.1 Pet.1,3.1.Ioan.3,5.
contactus. Matth 8,14. & 9,20. Marc.5,27. Luc.5,13.& 8,44.& 13,13.& 22,51.
paupertas. Matth.8,20 Luc.2,12. & 9,58 2.Corinth.8,9.
inuitatio Matth.11,28. Ioan 1,38.
benignitas. Matth.14,14.& 15,32.& 20,32. Mar.6,34.& 8,2. Ioan.8,11.
reprehenſio. Matth.17,17. Mar.8,17.& 9,19. Lucæ 9,41.& 24,25.
potentia. Matth.21,5. Luc.7,14.& 10,22.& 13,32 Ioan.10,18.& 17,2.& 18,6.
manſuetudo. Matth.2,5.& 26,50.
zelus. Matth.21,12.
fames. Matth.21,18. Mar.11,12.
nuptiæ. Matth.22,2.
triſtitia. Matth.26,37.
diuinitas. Matth.22,42. Mar.5,20. Luc.8,39. Ioan.8,58. & 10,30. & 16,15. Rom.9,5. 1 Ioan.5,20.
præſentia terrens. Mar.9,15.
Chriſto quid placeat. Mar.10,20.
Chriſtum ſequi Matth.19,27.
Chriſtum ſequenti omnia relinquenda. Matthæi 8,22.
Chriſtum ſequentes timent. Mar.10,32.

Chriſtum confiteri. Matth.10,32.
Chriſtum negare. Matth.10,33.
Chriſti miniſtri. Matth.10,40. Mar.9,41. Ioan.12,26. 1.Cor.4,1.
Chriſti miniſtrorum vox. 2.Corinth.3,6.
Chriſto contrarius quis. Matth.12,30.
Chriſti diſcipulus quis. Luc.14,26. Ioan.8,32.
Chriſto dilecti. Ioan 11,5.
Chriſtum erubeſcere. Mar 8,38. Luc.9,26.
Chriſto vocante quomodo veniendum. Marci 10,50.
Chriſto Barabbas præfertur. Lucæ 23,18.
Chriſti ſilentium. Matth.26,63. & 27,11.
de Chriſto ſcandalum. Mar.6,3.
de Chriſto vulgi opiniones. Ioan.7,12. & 10,20.
Chriſti transfiguratio. Matth.17,2. Marc.9,2. Luc.9,29.
Chriſtus mediator eſt. Ioan.6,44. & 10,7. & 14,6. Act.4,12. Rom.3,25. & 5,2. & 5,34. Gal.3,20. Epheſ.2,14. Col.1,19. 1.Timoth.2,5. Heb.7,24. & 9,15. & 12,24. 1.Ioan.2,1. & 4,10.
ſedet ad dexteram Patris. Pſal.109,1. Matth.22,44. Marc.16,19. Lucæ 22,69. Act.7,56. Roman.8,34. Epheſ.1,20. Col.3,1. 1.Pet.3,22.
veniet ad iudicium. Pſal.95,13. Matth.16,27. Lucæ 17,24. Ioan.5,22. Act.1,11. Roman.2,16. 2.Corinth.5,10. 1.Theſſ.4,16. 2.Theſ.1,7. 2.Timoth.4,1. 1.Pet.4,5. Heb.9,28. Iudæ 14. Apoc.1,7.
Chriſtianiſmus. Deut.4,6. 1.Paral.17,21. 2.Eſdræ 4,16. Ierem.31,1. Matth.10,34. Act.2,44. & 4,32. 1.Corinth.12,12.
Chriſtianus. Deuteron.4,20 & 7,6. & 10,14. & 14,1. & 26,18. & 27,10. & 32,9. & 33,24. 2.Reg.7,23. 3.Reg.8,52. Pſal.147,20. Baruch 4,4. Rom.8,1. & 12,4. 1.Corinth.1,26. & 4,9. & 15,19. 2.Corinth.3,18. Gal.4,28. Heb.10,39. 1.Pet.1,22. & 2,7. 1.Ioan.1,7. & 2,20.
Chriſtiani Dei ſerui. Leuit.25,55.
Chriſtianorum diuitiæ. 1.Corinth.3,21.
Chriſtiano quid agendum. Ioſ.22,5.
Chriſtiani mali. 4.Reg.10,32. & 17,41. Ezech.5,6. & 8,6. Matth.8,12. Roman.2,24. Tit.1,16.
Chriſtianorum ingratitudo. Ierem.13,18.
Chriſtiani nomen. Act.11,21.
mores. Rom.12,9. Tit.3,1. 2.Pet.1,5.
arma. 2.Corinth.10,3.
ſtudium. 2.Corinth.5,9. Phil.3,10.
laus. Act.15,26. 1.Theſſ.2,3. 2.Theſſ.2,3. Heb.10,32.
Chriſtiana charitas. Act.20,37. & 25,5. & 28,15. & 1.Corinth.16,17.
Chriſtianis dicendum. Matth.12,41. Luc.3,4. Rom.8,12.
Chriſtianis dictum. Iud.2,1. Tob.13,6. Iſaiæ 44,21. & 46,3. Ierem.7,3. Agg.2,4. Matth.5,20. & 10,24. & 20,25. Ioan.8,39. Rom.6,4. & 12,1. & 13,11. 1.Corinth.3,16. & 6,11. & 7,29. & 10,21. & 15,49. & 16,13. 2.Corinth.5,15. & 6,16. & 7,1. & 13,11. Gal.5,13. Epheſ.2,19. & 4,1. & 5,1. & 6,10. Philip.2,14. & 4,8. Col.2,6. & 3,8. 1.Theſ.4,11. & 5,4. 1.Tim.4,9. & 6,11. 2.Tim.2,22. Heb.2,1. & 3,1. & 4,1. & 10,19. & 12,1. 1.Pet.1,13. & 2,11. & 3,8. 2.Petri 3,14. 1.Ioan.2,24. Iudæ 20.
Cibus. Gen 1,29. & 9,3. 3.Reg.19,6. Tob.2,1. Prouerb.13,25. & 23,1. & 27,27. Eccli.29,28 Dan.1,8. Zachar.7,6. Matth.4,4. 1.Cor.8,8. 1.Timoth.4,4.
cum gratiarum actione ſumẽdus. Deut.8,10. 1.Reg.9,13. Iſaiæ 62,9. Matth.14,19. & 15,36. & 26,25. Mar.6,41. & 8,6. & 14,22. Lucæ 9,16. Ioan.6,11. Act.27,35. Rom.14,6. 1.Cor.10,30. 1.Tim.4,3.
Ciborum abuſus. Iſaiæ 5,12. Ezech.16,49. Lucæ 21,34. & 16,19. Rom.13,13. Gal.5,21. 1.Pet.4,3. 2.Pet.2,13.
Cinctus. 4.Reg.1,8.
Circumciſio. Geneſ.17,10. & 21,4. & 34,24. Exod.4,25. & 2,44. Leuit 12,3. Deut.10,16. & 30,6. Ioſ.5,2. Iudith 14,6. Ierem.4,4. & 6,10. & 9,25. 1.Mach.1,16. 2.Mach 6,10. Luc 1,59 & 2,21. Ioan.7,22. Act.7,8. & 15,1. & 16,3. Rom 2,25. & 3,1. & 4,10. 1.Cor.7,19. Gal 2,3. & 5,2. & 6,12. Epheſ.2,11. Philip.3,2. Col.2,11. & 3,11.
Ciuitas. Prou.11,14. & 29,8. Eccli.10,3. & 16,5. 2.Machab.5,19.
Ciuitates refugij. Exod.21,13. Num.35,11. Deut.4,41. & 19,2. Ioſ.20,1.
Ciuitas mala. Apoc.17,4.
Ciuitatis deſtructio. Iſa.21,9. & 27,10. Ezech.22,5. & 26,17. & 28,22. 1.Machab.1,40. Luc.13,34.
Ciuitati malæ dictum. Iſaiæ 47,7. Mich.3,9. Luc.10,13.
Ciuitati ſceleratæ dicendum. Iſaiæ 1,10.
Ciuitati malæ væ. Ezech.24,9. Sophon.3,1.
Ciuitatis ſuperbæ deſtructio. Iſaiæ 13,19. & 23,8. Sophon.2,15.
Ciuitatis peccata. Ezech.22,25.
Ciuitatis malæ punitio. Nah.3,1. Luc.19,43. Apoc.14,8. & 16,19. & 18,2.
Ciuitati Chriſtianæ dictum. Matth.11,20.
Claui crucis Chriſti. Zach.14,20.
Clementia. Prou.11,19.
Cleri habitatio & officium. Num.1,53.
poſſeſſiones. Num.18,20. Deut.10,9. & 14,27. & 18,1. Ioſ.13,14. & 18,7.
Immunitas. 1.Eſd.7,24.
Clero malè viuenti dictum. Iſaiæ 1,12.
Cœli. 2.Pet.3,7.
Cœleſtis gloria. Tob.13,20. vide etiam Beatitudo.
Cœlibibus dictum. 1.Corinth.7,8.
Coadiutor in ſpiritualibus. Exod.4,14.
Cogitatio. Prou.15,26. Sap.9,14. Eccli.16,22.
Cogitationes Deo patent. 3.Reg.8,39. 2.Paral.6,30. Iob 42,2. Eccli.42,19. Iſaiæ 29,15. Matth.9,4. Heb.4,12. Ioan.2,25.
Cognati timendi. Geneſ.32,6.
honorandi. Exod.18,7.
conuertendi. Num.10,29.
vitandi. Gen.33,12. Exod.18,27.
iuuandi. Geneſ.47,11.
Cognati aſperè tractati. Geneſ.42,9.
Colloquium. Eccli.37,11.
Commendatio. Rom.16,1. 1.Corinth.16,10. 2.Cor.8,24. Philip.2,29. & 4,3. Tit.3,13. Philem.10. 3.Ioan.6.
Communionis figura. Leuit.7,20.
dilatio. Num.9,6.
præparatio. 1.Reg.21. vide Euchariſtia.
Compaſſio. Geneſ.42,24. Iſaiæ 21,3. & 22,4. 1.Machab.2,7. Matth.9,36.
Concio. 2.Eſd.8,2. Pſal.67,34. Prouerb.29,18. Cant.4,11. Eccli.21,18. Iſa.57,9. Ezech.33,31.
Concionator. 2.Eſd.8,8. Iob 4,3. & 32,18. & 33,2. Pſal.39,10. & 49,16. & 67,12. & 71,3. & 72,29. & 82,2. & 118,13. Prouerb.13,2. & 15,7. & 16,1. & 18,20. Cantic.3,7. & 5,13. & 7,9. Sap.7,15. Eccli.4,28. & 21,20. & 32,6. & 37,22. Iſaiæ 6,5. & 40,9. & 50,4. & 52,7. Ierem.1,7. & 20,8. Ezech.13,2. Dan 12,3. Mich.3,8. Nahum 1,15. Matth.10,9. & 13,52. Ioan.7,18. Act.6,5. 1.Cor.3,2. & 9,7. & 14,1. 2.Corinth.4,5. Philip.1,15.
Concionatoris vox. 2.Corinth.3,2.
Concionatoris boni præmium. Matth.5,19.
Concionatoris officium. Mat.4,23. Luc.13,22.
reprehenſio. Matth.3,7.
Concionatori dictum. Iſaiæ 40,9. & 58,1. Ierem.1,17. & 7,27. & 8,4. & 15,19. & 26,2. Ezech.2,1. & 12,1. & 33,7. Luc.9,3. & 10,3. 1.Timoth.4,6. 2.Timoth.1,8. & 4,2. Tit.1,13. & 2,1.
Concionatori malo dictum. Rom.2,17.
Condemnatio. Act.25,16.
Condemnare proximum. Mat.12,7. Luc.6,41.
Concordia. Pſal.132,1. Eccli.25,1. Matth.5,25. Act.7,26. Rom.12,16. & 15,6. 1.Corinth.1,10. Epheſ 4,3. Philip.2,2. & 3,16. & 4,2. 1 Pet.3,8.
Concordiæ fructus. Matth.18,19.
Concupiſcentia frænanda. Exod.20,17. Eccli.18,30. & 5,2. Roman.6,12 & 8,8. & 13,14 1.Corinth.10,6. Gal.5,16. Epheſ.4,22. & 5,3. Col.3,5. Tit.2,12. 1.Pet.2,1. & 4,3. Heb.12,1.
Concupiſcentiæ prohibitio & punitio. Num.11,33. & 21,6. Ioſ.7,21. Eccli.19,2. & 42,11. Iob 31,1. Prouerb.6,25. Matth.5,28. Mar.4,19. Rom.7,8. Col.3,5. 1.Theſ.4,5. 1.Timoth 6,11. 2.Tim.2,22. 1.Pet.1,15. & 2,11. 2.Pet.1,4. 1.Ioan.2,16. Iacob.1,14. & 4,1. Iudæ 23.
Confeſſio peccatorum. Prouerb.28,13. Eccli.4,31. & 17,26. Matth.3,6. Mar.1,5. Act.19,18. Iacob 5,16. 1.Ioan.1,8.
Confeſſionis figuræ. Exod.40,31. Numer.5,5. 2 Eſd.9,2.
Confeſſarij mali. Ierem.23,16.
Confidentia in Deo. Geneſ.24,7. Numer.14,7. Deut.1,30. & 3,22. & 7,18. & 20,1. & 31,6. Iud.13,23. 1.Reg.17,37. 2.Reg.22,29. & 34,14. 1.Par.5,20. 2 Paral.13,18. & 20,15. 1.Eſd 8,22. Pſal.10,1. & 15,9. & 22,6. Prou.3,5. Eccli.11,22. & 33,28. Iſaiæ 7,4. & 10,20. & 50,7. Dan.3,41. & 13,15. Matth.14,27. Mar.6,50. Philip.1,6. Heb.4,16. 1.Pet.5,7. 1.Ioan.5,14.
Confidentiæ in Deo fructus. Pſal.124. Sap.3,9. Iſaiæ 57,13. Ierem.39,17. Dan.13,61. 2.Corinth.1,9.
Confidentia humana. Ierem.48,7.
Confidentia vana. Pſal.145,3.
Confidentiæ damna. Prouerb 28,26.
Confirmationis Sacramentum. Actor.8,17. Heb.6,2.
Coniugium. Tob.6,17. & 8,4. 1.Corinth.7,33. vide Matrimonium.
Coniugati. Eccli.25,1. & 40,23. 1.Pet.3,8.
Coniugibus dictum. 1.Corinth.7,1. Eph.5,22. Col.3,18.
Coniugata. 1.Tim.2,15. Tit.2,4.
Coniugium ſpirituale inter Deum & animam. Cant.1. & 2. &c. Iſaiæ 56,1. & 54,5. & 62,4. Ier.31,22. Ezech.16,7. Oſee 2,20. Matth.9,15. & 22,1. & 25,5. Mar.2,19. 2.Corinth.11,2. Apoc.19,7. & 21,2.
Coniuratio. Num 16, & 20,2. Iud.9,23. & 12,1. 2.Reg.20. 3.Reg.1,5. Eſth.2,21. Act.5,36. & 19,13.
Conſecratio. Exod.28,41. & 29,1. & 32,29. & 40,11. Leuit.7,30. & 8,9. & 18,21. & 21,7. & 23,12. & 27,10. Num.3,3. & 6,5. & 7,1. & 8,12. & 18,10. Ioſ.6,24. Iud.16,17. & 17,3. 3.Reg.15,13. 1.Paral.10,10. & 18,11. & 22,19. 2.Par.2,4. & 17,16. & 23,9. & 26,18. 1.Eſd.3,5. & 8,25. Eccli.49,9.
Conſentientis malo punitio. Rom.1,32.
Conſilium. Prouerb.12,5. & 13,11. & 15,22. & 20,5. & 24,6. & 27,9. Eccli.8,20. & 22,19. & 32,24. & 37,20. & 40,25. Ezech.14,7. Act 5,38.
Conſilium audiendum. Exod.18,17. 2.Regum 19,7. 4.Reg.5,12. Prou.19,20.
Conſiliarius. Eccli.6,6. & 37,7.
Conſiliarij mali punitio. 2.Reg.17,23.
Conſilij mali damna. 3.Reg.12,8.
Conſilium Principi. 3.Reg.12,6.
Conſilij vtilitas. Prouerb.11,15.
Conſulendus Deus. 4.Reg.1,3.
Conſulendi qui. 1.Regum 9,6. Tob.4,19. Eccli.8,20.
Conſilia mala Deus diſſipat. Geneſ.11,7. & 37,18. & 50,19. Num.2,2. 2.Regum 15. & 17,14. 2.Eſd.4,8. Eſth.7,5. Iob 5,13. Pſal.2,4. & 20,12. & 32,10. Iſaiæ 7,8. & 19,3. Matth.27,62. Act.5,19. & 9,24. & 23,12. & 27,42.
Conſcientia. Rom.2,15. & 14,22. 2.Cor.1,12. 1.Tim.1,19.
Conſcientiæ tranquillitas. Prouerb.15,15.
Conſideratio. Prou.14,15.
Conſolatio ſpiritualis. Pſalm.118,50. & 125,1. Cant.1,14.
Conſtantia. Tob.1,2. Eccli.10,4. Luc.9,61. 1.Reg.13,13. & 17,26. 3.Reg.18,4. 4.Reg.3,13. Sap.5,1. Iudith 13,3. 1.Mach.1,65. & 2,16. 2.Mach.6,10. Dan.13. Matth.14,3. Act.4,8. 1.Theſ.1,6.
Contemplatio. Gen.29,17. & 30,1. Pſal.45,11. & 84,9. Cant.1,4. & 2,7. & 3,5. & 5,2. vide Actiua vita & Contemplatiua.
Contemplationis fructus. Cant.2,5.
Contemplatiui. Deut.33,12.
Contentio. Prouerb.18,6. & 20,3. & 22,10. Eccli.8,2. & 11,9. 2.Timoth.2,14. Iacob 3,14. & 4,1.
Contentioſi punitio. Prouerb.17,11.
Continentia Dei donum. Sap.8,21.
Contritio. Pſalm.4,5. & 50,19. Prouerb.14,10. Dan.3,39. Matth.3,2. & 4,17. Act.2,38.
Contritionis fructus. Iſaiæ 57,15. Deut.4,29. & 30,2. 1.Reg.7,3. 2.Paralip.7,14. & 30,6. & 34,26. Iob 22,23. Prouerb.28,13. Pſalm.31,5. Iſaiæ 1,16. & 30,18. & 45,22. & 55,7. & 59,20. Ierem.3,10. & 18,8. & 29,12. & 31,18. Ezech.18,21. & 33,14. Oſee 14,2. Ioel.2,12. Ion.3,8. Zachar.1,3. Malach.3,7. Eccli.17,23. Luc.15,18. Act.3,19. & 26,18. vide Pœnitentia.
Contritionis tempus. Eccli.17,24. & 18,25.

exempla. Iud. 10,15. 2. Reg. 12,13. & 24,10. 2. Paral. 12,6. & 33,12. Ion. 3. Iudith 4,8. Matth. 26,75. Luc. 7,37. & 15,18. & 18,13. & 19,8. & 22,62. & 23,41. Act. 2,37.
Contritio falſa. Gen. 4,13. & 27,38. Exod. 8,8. & 9,27. & 10,16. Ioſ. 7,20. Iud. 1,7. 1. Regum 15,24. & 24,17. 3. Reg. 21,6. & 21, 27. Sap. 5,3. 1. Mach. 6,12. 2. Mach. 9,12. Matth. 27,4. Act. 8,13. Heb. 12,17.
Contraria. Eccli. 33,15.
Contumelia. Eccli. 8,14. & 22,30.
fugienda. Prouerb. 25,8.
Conuerſatio. Eccli. 11,31. & 27,13. Col. 4,5. 2. Theſ. 1,6. Iacob. 3,13. 1. Pet. 3,16.
Conuerſio. Pſalm. 17,45. & 76,11. & 114,7. & 118,58. Cantic. 6,12. Eccli. 5,8. & 17,21. Iſaiæ 17,7. & 57,18. Thren. 3,40. Oſee 12,6. Ioel. 2,12.
Conuerſionis modus. Exod. 13,17.
memoria. Exod. 12,42. & 13,3.
Conuerſio vera. 1. Reg. 7,3.
Conuerſorum vox. Ierem. 3,22.
Conuiuium. Gen. 21,8. & 26,30. Tob 2,1. & 7,9. & 8,21. & 11,21. Iob 1,4. Prou. 15,17. Eccli. 9,22. & 31,12. Nah. 1,10. Ioan. 12,2. Act. 16,15.
Conuiuii pericula. 1. Machab. 16,16.
Conuiuium modeſte agendum. Exod. 18,12.
Conuiuio qui excipiendi. Luc. 14,12.
Conuitium. Eccli. 22,25.
Cor. 2. Par. 6,30. Prou. 10,20. & 11,20. & 27,19. Eccli. 13,31. & 21,17. 1. Ioan. 3,20.
Cor peruerſum. Prou. 17,20. Eccli. 36,22.
Cordis munditia. Prou. 22,11.
Cor cuſtodiendum. Prou. 4,23.
Corpus. Sap. 9,15.
Correctio vitæ. Prouerb. 21,29.
Correptio. Pſal. 140,5. Prouerb. 10,17. & 12,1. & 13,18. & 15,5. & 17,10. & 19,25. & 25,12. & 27,5. & 28,23. & 29,1. Eccleſ. 7,4. Sap. 1,3. Eccli. 4,27. & 10,11. & 19,28. & 19,8 & 20,4. & 32,21. Matth. 18,15. Luc. 17,3.
Corripiendi qui. Prouerb. 9,7.
Correptionis fructus. Prouerb. 15,31.
Crapula cauenda. Luc. 21,34.
Crapulam ludus ſequitur. Exod. 32,6.
Creatio. Eccli. 18,1.
Creaturæ. Sap. 14,11. Rom. 1,20. & 8,19.
Creata à Deo omnia. Geneſ. 1,1. Exod. 20,11. 1. Paralip. 29,10. Pſal. 88,12. & 95,5. & 113,15. & 120,2. & 123,8. & 145,6. Iſaiæ 37,16. Ierem. 10,12. Zachar. 12,1. Eccli. 1,8. vide Deus.
Credere. Eccli. 19,4.
Crudelitas. Prouerb. 21,10.
Crudelitatis damna. Prouerb. 11,17.
Crux libenter ferenda. Matth. 10,35. & 16,24. Mar. 8,34. Ioan. 15,20. & 16,32. Act. 5,41. & 16,25. 2. Corinth. 8,2. Col. 1,24. Heb. 10,34. Iacob. 1,2. 1. Pet. 4,12.
Crucis Chriſti vis. Ioan. 12,32.
Cupiditatis temporalium vis. Gen. 34,24.
Curioſitas. Eccleſ. 7,1. Eccli. 9,7. Act. 17,21. 1. Timoth. 1,3.
Curioſitas vitanda. Eccli. 3,22. Act. 1,7.
Curioſitatis damna. Geneſ. 34,1. Prou. 25,27. Cant. 6,4.
Cuſtodire. Prou. 27,18.
Cuſtodia ſui. Prouerb. 16,17. Habac. 2,1. Malach. 2,16.

D.

DÆMON. Eccli. 39,33. vide Diabolus.
Dæmonum impugnatio. Ioſ. 9,1. & 11,1. 2. Eſd. 4,7.
Dæmonis vis. Marc. 1,26. & 5,2. & 9,16. Lucæ 8,29.
Dæmones laſciuiam amant. Marc. 5,12.
Dæmonis opus. Mar. 5,13.
Dæmones Chriſtum confitentur. Marc. 1,24 & 3,11. & 5,7. Luc. 4,41.
Dæmonem quid expellat. Marc. 9,29.
Dæmones multi in eodem homine. Mar. 5,9.
Dæmon recedit ad tempus. Luc. 4,13.
Dæmonum aſtutiæ. 1. Reg. 13,19. 2. Eſd. 4,11.
Dæmon non timendus. Ioſ. 10,24. & 11,6.
Dæmones etiam mali expellunt. Matth. 7,22. Mar. 9,38. Luc. 9,48. Act. 19,13.
Dæmones credunt. Iacob. 2,19.
Damnatio æterna. Sap. 5. & Iob 10,22. & 36,12. Iſaiæ 24,21. & 30,33. & 66,24. Dan. 7,11. Matth. 3,12. & 5,29. & 5,22. & 13,50. & 18,8. & 22,13. & 25,31. & 25,30. Marc. 9,47. Luc. 3,17. & 16,23. Heb. 10,27. 2. Theſ. 1,8. 2. Pet. 2,4. Iud. 6. Apocal. 19,20. & 20,10. & 21,8.
Damnati. Apoc. 20,14. vide etiam Infernus.
Damnatorum vox. Sap. 5,6. Ier. 8,20. Oſe. 10,8.
Damnum dantis pœna. Exod. 21,33. & 22,5.
Dare. Eccli. 4,36. Act. 20,35. vide Eleemoſyna.
Decimæ. Geneſ. 14,20. & 15,22. & 22,44. Exod. 22,29. & 23,19. Leuit. 27,30. Numer. 18,21. Deut. 12,6. & 14,28. & 26,12. 1. Regum 8,15. 2. Paral. 31,5. 2. Eſd. 10,37. Malach. 3,8. Heb. 7,2.
Dedicatio templi vel altaris. Num. 7,10. 3. Regum 8,26. 2. Paral. 7,5. & 15,8. 1. Eſd. 6,16. 2. Eſd. 12,27. Pſalm. 29,1. 1. Machab. 4,56. 2. Machab. 2,9.
Debita. Prouerb. 29,13. Rom. 13,7.
Debita ſoluenda. Tob. 4,15.
Deceptor. Prouerb. 28,10. & 29,5.
Delectari in Deo. Pſal. 36,4.
Deliciæ. Prouerb. 19,10. Eccleſ. 2,1.
Deliciarum ſupplicio. Apocal. 18,7.
Derelictio Dei. Oſee 1,9. & 9,15. Rom. 1,24.
Derelictionis Dei cauſa. 2. Paral. 12,5. & 32,31. Ierem. 12,7.
Derelictio à Deo væ. Oſee 9,12.
Deſerti conſolatio. Iob 12,4.
Deſiderium. Prou. 13,19. Eccleſ. 6,9.
Deſideria ſancta. Pſal. 41,1. Prou. 11,23. Sap. 7,7. Dan. 9,23. Ioan. 12,21. Rom. 8,23. 2. Corinth. 5,2. Apoc. 22,20.
Deſperationis damna. Prou. 24,10.
Deſponſatio Dei. Oſee 2,19.
Detractio vitanda. Prouerb. 4,24. Eccleſ. 10,20. Iacob. 4,11.
Detractor fugiendus. Prouerb. 24,21.
Detractio. Pſal. 14,3. & 100,5. Prouerb. 10,18. & 11,13. & 16,28. & 20,19. & 26,20. Rom. 1,30. 2. Corinth. 12,20. 1. Pet. 2,1.
Deuotio. Leuit. 6,21. 2. Regum 6,13. 1. Paralip. 13,8.
Deus. Pſalm. 17,32. Iſaiæ 51,15. Ierem. 10,10. Dan. 2,47. Oſee 13,4. 1. Corinth. 8,5. 1. Ioan. 1,5. Apoc. 1,8.
Deus paterfamilias. Matth. 21,33.
Deus mirabilis. Pſal. 8,1.
ſcrutator cordis. Pſal. 7,10. Prouerb. 15,11. & 21,2.
occultus. Iob 23,8.
creator omnium. Iob 12,7.
incomprehenſibilis. Iob 11,7.
timendus. Prouerb. 7,1.
verax. Num. 23,19. Pſal. 118,90. Rom. 3,4.
honorandus. Prou. 7,1.
Dei gloria. Pſalm. 28,2. & 67,35. Iſaiæ 42,8. Ioan 15,8.
imperium. Pſalm. 21,29. & 23,1. & 46,9. & 92,1. & 102,19. & 118,91. & 144,13. & 145,10. Eccli. 10,4.
ſuauitas. Pſal. 33,9. Sap. 12,1.
inuocatio. Pſal. 17,4. & 19,8. & 49,15. & 55,10. & 56,3. & 80,8. & 98,6. & 114,3. & 117,5. & 144,18. Eccli. 37,19. Iſa. 38,14. & 43,7. Ioel. 2,32. Rom. 10,12.
liberatio. Pſalm. 17,17. & 33,7. Sap. 16,8. Iſaiæ 51,3. & 60,10. & 65,8. Ierem. 14,8. & 29,11. & 30,17. & 31,4. & 32,42. & 33,6. Thren. 3,31. Bar. 4,17. Zachar. 1,16. & 8,14.
verbum. Pſalm. 11,7. & 18,4. Ezech. 12,25. Matth. 24,35. Luc. 16,31.
verbi eius vis. Luc. 24,32.
opera. Iob 37,33 & 39. Pſal. 8,4. & 18,1. & 32,6. & 43,1. & 45,9. & 65,5. & 67,7. & 70,19. & 73,13. & 76,15. & 77,12. & 85,8. & 88,10. & 91,6. & 101,26. & 103,6. & 106,9. & 110,2. & 113,1. & 135,5. & 138,14. & 144,13. & 145,6. & 146,3. Prouerb. 3,19. & 16,4. Eccleſ. 3,11. & 8,17. Sap. 11,21. Eccli. 11,4. & 16,25. & 18,5. & 39,19. & 42,15. & 43,1. Iſaiæ 40,12. & 42,5. & 44,24. & 45,6. Ierem. 10,12. & 27,5. & 31,35. & 51,15. Baruch 3,32. Amos 4,13. Zach. 12,1. Luc. 1,51. Ioan. 5,17. Act. 17,25. Apoc. 15,3.
Dei opera occulta. Eccleſ. 11,5.
Dei operum conſideratio. Iſaiæ 40,26.
Dei patientia. Iob 35,15. Iſa. 30,18. Rom. 9,22.
perfectio. Iob 11,2. & 35,5. & 36,22. & 37,23. & 42,1. Pſalm. 47,11. Sap 11,23. Iſaiæ 40,15.
magnitudo. Pſal. 76,14. & 85,10. & 95,2. & 134,5. & 146,3. Eccli. 18,4. Ierem. 10,6.
ſcientia. Iob 10,13. & 11,11. & 24,1. Pſalmo 32,13. & 52,3. & 138,1. Prouerb. 16,2. Eccli. 17,13. & 42,18. Ierem. 16,17. Oſee 5,3. Heb. 4,13.
ſapientia. Prouerb. 3,19.
iudicia. Iob 9,16. & 21,22. & 34,29. & 35,7. & 47,12. & 72,16. Prou. 16,11. Eccleſ. 7,14. & 8,14. Sap. 17,1. Eccli. 11,11. Amos 4,7. Habac. 1,3. Rom. 11,33. Apoc. 16,7.
iudicium. Eccleſ. 12,14. Sap. 1,9. & 11,11. & 12,18. Ierem. 29,23. Rom. 2,2.
viæ occultæ. Iob 9,11.
benignitas. Iob 7,17. Pſal. 8,5. & 24,8. Sap. 1,6. & 12,16. Ion. 4,2.
maieſtas. 3. Reg. 22,19. Iob 9,14.
benedictio. 1. Paralip. 17,27.
dilectio, ſ. quo amat vel amatur. Prou. 8,17. Iſaiæ 49,14. Ierem. 31,3. Cant. 1,4. Eccli. 1,14. & 3,4. & 34,15. Oſee 11,4. Matth. 10,37. & 22,36. Ioan. 3,16. & 14,15. Rom. 5,8. 1. Cor. 8,3. 1. Ioan. 3,1. & 4,9.
laus. Iudith 16,2. Pſal. 7,18. & 9,1. & 20,14. & 21,23. & 26,6. & 32,1. & 33,1. & 40,14. & 43,9. & 46,1. & 49,23. & 55,13. & 56,8. & 60,9. & 62,5. & 64,1. & 67,5. & 68,31. & 70,7. & 71,18. & 74,1. & 77,4. & 80,1. & 91,1. & 94,1. & 95,1. & 97,1. & 98,3. & 99,4. & 100,1. & 102,22. & 103,1. & 104,1. & 105,1. & 106,1. & 107,1. & 110,1. & 112,1. & 113,9. & 116,1. & 117,1. & 118,164. & 133,1. & 134,1. & 135,1. & 137,5. & 141,9. & 144,1. & 145,1. & 146,1. & 148,1. & 149,1. & 150. Eccli. 32,17. & 39,20. & 43,32. Iſaiæ 25,1. & 42,10. & 44,23. & 63,7. Dan. 2,20. & 3,2. Ion. 2,10. Rom. 16,25. 2. Corinth. 1,3. 1. Tim. 1,17. Heb. 13,15. 1. Pet. 1,3. 2. Petri 3,18. Iud. 25. Apoc. 4,8. & 5,13. & 7,12. & 19,1.
prouidentia. Iudith 9,5. Iob 28,5. Pſal. 10,4. & 13,2. & 101,20. & 144,15. Eccleſ. 5,1. Sap. 12,18. & 14,3. Eccli. 10,4. & 11,15. & 33,13. Thren. 2,17.
præſentia. 3. Reg. 8,10. Iob 31,4. Pſal. 138,7. Prouerb. 5,21. & 15,3. Ierem. 22,23. Agg. 1,11. Act. 17,27.
eius cogitatio. 3. Reg. 18,15. Pſal. 15,8.
ſigna. 3. Reg. 19,11.
vis. 1. Reg. 5,1.
eâ terrentur impij. 1. Reg. 4,6.
Dei locus. 3. Reg. 8,27.
ira. Pſalm. 89,11. Eccli. 16,12. Iſaiæ 28,21. Ezech. 7,8. Oſee 1,6. & 4,14. & 5,6. Nah. 1,1. Zach. 1,15. Rom. 1,18.
Dei ira in peccatores. 1. Reg. 16,1. Iſaiæ 57,6. Oſee 5,14. & 8,5.
in prælatos. Zach. 10,3.
in populum. Zachar. 11,9.
Dei reuerentia. Exod. 3,6. Deuteron. 23,14. 3. Reg. 19,13.
protectio. Gen. 28,15. Exod. 23,20. & 29,45. Deut. 8,4. 2. Reg. 22,1. Iudith 5,25. Pſal. 5,14. & 17,1. & 26,1. & 62,8. & 63,5. Iſaiæ 8,9. Oſee 2,18. Act. 18,9. & 20,32. 2. Pet. 2,9.
potentia. Exod. 15,3. Nu. 11,23. Deut. 3,24. 1. Reg. 14,7. Iudith 9,4. Iob 9,12. & 10,7. & 11,10. & 23,13. & 25,1. & 41,1. Pſal. 32,9. & 61,12. & 64,7. & 67,18. & 93,3. & 113,10. & 134,6. Prou. 21,30. Sap. 11,22. & 12,12. Eccli. 43,31. Iſaiæ 59,1. Ierem. 18,6. & 32,27. & 49,19. Dan. 4,31. Zach. 8,6. Mar. 10,27.
iuſtitia. Exod. 20,5. Iob 8,3. & 34,10. & 36,12. Pſal. 9,9. & 10,7. & 11,6. & 32,5. & 35,7. & 74,3. & 75,7. & 91,16. & 95,13. & 97,9. & 102,6. & 118,137. & 139,13. & 144,17. Prou. 29,26. Eccleſ. 3,17. Sap. 5,13. & 12,12. & 16,24. Eccli. 35,16. Iſaiæ 26,9. Ier. 44,22. Thren. 1,18. Apoc. 16,5.
miſericordia. Exod. 20,6. Leuit. 26,44. Iud. 2,18. & 10,11. 2. Paralip. 30,9. 2. Eſd. 9,16. Iudith 8,14. Iob 36,9. Pſal. 32,5. & 35,6. & 71,12. & 62,4. & 77,38. & 88,1. & 118,64. & 144,8. Sap. 11,24. & 12,10. Eccli. 17,28. & 18,4. Iſaiæ 1,9. & 30,19. & 48,9. & 54,10. Ierem. 2,1. & 31,20. Thren. 3,22. Bar. 2,27. Oſee 1,7. & 2,6. & 11,8. & 14,5. Ioel 2,13. Mich. 7,18. Habac. 3,2. Zach. 1,16. Luc. 1,50. & 15,20.
timor. Exod. 20,20. Deut. 6,13. & 10,20. Iob 9,28. & 23,15.
viſio. Exod. 24,11. & 33,20. 3. Reg. 22,19.

proprietates. Exod.34,6. Num.14,18. Deut. 4,24.& 7,9. & 10,17.& 32,4. & 33,1. Iοſ. 24,19. 1.Reg.2,2. 2.Reg 22,31. 3.Reg. 8,23. 2.Par.15,2. Iob 5,9. & 9,4. & 10,4. & 12,13.& 36,5. Pſal.5,6.&85,15.& 88,7. Sap 15,1. Eccli.1,8.& 15,19. Iſaiæ 40,28. & 41,4. & 43,10. & 44,6. & 45,5.& 55,8. Ierem.32,18.
memoria. Deut.6,12. Tob.1,13.& 4,6. Pſalmo 62,7.& 70,16.& 76,4.& 104,5.& 118, 55. Eccleſ.12,1. Ion.2,8.
auxilium. Deut.7,21.& 9,1. Ioſ.10,8.&23,8. Iudic 5,8. 1.Reg.7,10. & 23,27. 2.Reg.5, 24. & 22,5. 3.Reg.20,13. 4 Reg 6,16. & 7, 6. Iudith 9,16. Iob 36,15. Pſal.7,11. & 9,10. & 11,8. & 17,30. & 24,15.& 32,20. & 33,5. & 46, 6. Ierem.16, 19. & 42,11. Pſal 45,1.& 89,1.& 90,1.& 93,22.& 107, 14. & 113,20. & 117,6.& 120,1.& 122,1, & 123,1. Habac. 3,19. Zach.10,12. 2.Machab.10,29. & 11,8.& 12,15.
promiſſiones. Ioſ.21,45.& 23,14. Pſal.144, 13. Luc.1,54. 2.Cor.1,20. 2.Pet.3,9.
promiſſiones conditionales. Deuteron.19,8. 1. Reg.2,30. 3.Reg.8.25. 4.Reg.21,8. & 23,27. Ierem.18,9. Ezech.33,13.
minæ conditionales. Iud.10,11. 4.Reg.20,1. Ierem.18,7. Ezech 33,14.
pœnitentia. Gen.6,6. 1.Reg.15,11.
immutabilitas. 1.Reg.15,29. Mal.3,6.
inuitatio. Eccli.24,26. Iſaiæ 55,1. Mal.3,7.
zelus. Zach.8,2.
bonitas. Pſal.72, 1. Sap.1,13. Nahum 1, 7. Matth.19,17. Act.10,34. Rom.10,12.
æternitas. Pſal.89,2.& 91,9. & 101,13. Habac.1, 12.
nomen. Iſaiæ 42,8. & 47, 4. Ierem.16,21. Amos 5,8. & 9,6.
altitudo. Pſal.63,7.
conſilium. Sap.9,17.
flagella. Gen.18,23. Sap.12,22. Eccli.39,35. & 40,9. Iſaiæ 19,16. Ezech.38,22. Apoc.6, 8. & 15,1. & 16,8.
fidelitas. 2.Timoth.2,13.
cultus. Eccli.1,32.
honor. Eccli.7,33.
pręcepta. Oſee 14,10. Baruch 3,9. Pſal.77,5. & 110,7. 1.Ioan.3,23.
iuramentum. Ierem.51,14 Heb.6,13.
præmium temporale. Ezech.29,18.
vocatio. Rom.11,29. 2.Tim.1,9. Apoc.3,20.
vocatio contempta. Ierem.3,7.
contemptæ punitio. Luc.14,16.
conſolatio. Iſaiæ 66,13. Ierem.31,16.
doctrina. Iſaiæ 45,19.
expoſtulatio. Ierem.2,9.& 3,20.& 4,22.& 5, 1.& 6,10. & 7,23. & 9,2. Ezech.22,18.& & 34,12. Oſee 2,2.& 6,4. Amos 3,1. Mich. 6,1. Zach.7,9. Mal.1,6 & 3,8.
punitio. Iſaiæ 19.14.& 34,1.& 59,17. Ierem. 4,9. & 6,11. & 30,32. & 45,4. & 50,29. Ezech.20,33.& 21,3. & 22,13. & 23,35.& 25,15. & 33,29. & 39,23. Amos 5,19. & 8,9. Mich.5,24. Soph.1,3. Malach.3,5. Luc.18,16.
habitatio. Prou.8,12. Act.17,24.
voluntas. Prou.19,21. Sap.9,13. Iſaiæ 46,10. Ion.1,14. Matth 20,15 Ioan.5,30.&6,39. Rom.9,18. 1.Theſ.4,3. 1.Tim.2,4.
beneficia. Amos 2,10. Act.14,16.
notitia. Pſal.75,1. Sap.13,5. & 15,13. Ioan. 17,3. Rom.1,20. 1.Cor.13,12.
Deus non tentandus. Matth.4,7.
Deo ſeruire. 2.Par.12,8. Pſal.99,1.
Deo quid placeat. 1.Reg.16,7. Iſaiæ 28,12. Ierem.9,24. Mich.6,7. Zach.8,16.
Deo placere. Eccli.30,24.
Deo grati qui. Iſaiæ 66,2.
Deo dilecti qui. Ioan.16,27.
Dei amici. Ioan.15,14.
Dei ſerui. Ioan.17,16.
Dei ſerui excipiendi. Ioan.13,20.
Deum agnoſcit Gentilis. Dan.3,35. & 4, 34. & 14.40. Ion.1,16. 2.Mach.3,35.
Deus pater. Dan.7,4.
Deum quærere. Pſal.39,17.& 68,33.& 104,4. & 118,11. Cant.3,1. & 5,6. Sap.1,1. Ierem. 29,13. Thren.3,25. Amos 5,4. Sophon.2,3.
Deum quærere vtile. Pſal.33,11.
Deum quærendi modus. Deut.4,29.
Deum ſequi glorioſum. Eccli.23,38.
Deum qui inueniant. Prou.8,17.
Dei filij Rom.9,8. 1.Ioan.3,2.& 4,4.& 5,18.
Dei miniſtri. 1 Corinth.3,9.
Dei teſtimonium. 1.Ioan.5,9.
reprehenſio. Apocal.2,4.
Dei appropinquare. Iacob.4,8.
Diabolus. Iob 40, 10. & 41, 24. Iſaiæ 30, 32. Ioan.8.44. 2 Cor.11,14. Iac.4,7. Apoc.12,3. & 16,14. & 20,2.
Diaboli teſtimonium. Act.16,17.
vis. Exod.3,10.
ſuperbia. Matth.4,9.
officium. Iob 1,7.
punitio 2.Pet.2,4. Apoc. 20,10.
Diabolus inimicus perfectionis. Exod.8,28.
impedit omne bonum. Exod.10,11.
mendax eſt. Matth.4,9. Ioan.8,44.
quærit hominum perditionem. Geneſ. 3, 1. 1.Par.21,1. Iob 1,& 2. Zach.3,1 Matth 8, 28. Luc.8,12. Act.5,3. 2.Cor.4,4. Epheſ.6, 11. 1.Theſ.2,18. 1.Pet 5,8. Apoc.2,10.
à Chriſto eſt ſuo imperio ſpoliatus. Gen.3,15. Iſaiæ 9,4.& 14,8. & 27,1. Zach 3,2. Matt. 12,29. Luc.19,18. Ioan.12,31. Col.1,13. & 2,15. 2.Tim.1,10. 1.Ioan.3,8. Heb.2,14.
Diaconorum ordinatio. Num.8,5. Act.6,3.
officium. Num.8,18.& 18,1.
mores. 1.Timoth.3,8.
Dies iudicij. Iſaiæ 2,10.& 3,13.& 13,6. & 24,1. & 26,21. 30,27.& 63,4.& 66,15. Ierem.25, 30. & 30,7. Ezech 38,19. Ioel.1,15. & 2,1. & 3,2. Mich.1,3. Nahum 1,5. Sophon.1,14. & 3,8. Zachar.14,5. Malach.4,1. Pſal.49,1. Sap.5,1. Matth.13,40.&25,31. Mar.13,26. Luc.17,24. & 21, 25. Act.1, 11. & 17, 31. Roman. 2, 16. 2. Corinth. 5, 10. 2. Pet.3, 10. Iudæ 14. Apocal.1,7.& 6, 12. & 11,18. & 20,13.
Dies iudicij memoria. Eccli.38,23.& 18,24.
eſt incertum quando futurum. Matth. 24,36. Marc.13,32. Lucę 17,30. Act.1,7. 1.Theſſal.5,1. Apoc.3,3. & 16,15.
Difficilia. Prouerb.30,18. Eccleſ.1,8.
Diffidentiæ damna. Matth.14,20.
punitio. Num.14,11. 2.Paralip.16,7.
Dignitas. Eccli 11,5.
Dignitas eccleſiaſtica. Heb.5,4.
Dilectio Dei ſuper omnia. Gen.22,2. Exod.2,6. Deut.5,10. & 6,5.& 10,12. Ioſ.22,5. Eccli. 7,32. Matth.10,37. Mar.12,30. Luc.7,47. & 10,27. Ioan.21,15. Rom.5,5. 1.Cor.10,21. 1.Ioan.4, 17.
Dilectionis Dei fructus. Luc.7,47. Ioan.14,23.
Dilectio proximi. Matth.22, 39. Ioan.15,12. Rom.13,8. 1.Cor.10,24. 1.Ioan.2,9. & 3, 11.& 4,12. 2.Ioan.5,3. Ioan.1.
Diligentia. Gen.18,6.& 24,32. Prouerb.10,5.& 11, 16. & 12,11. & 21, 5. & 24, 27. Eccleſ. 9, 10. Eccli. 10, 29. & 31, 27. & 32, 15. Hebr 6, 11.
Diligentiæ fructus. Prouerb.10,4. Eccleſ.10,10. Matth.25,21.
Diſcere. Prouerb.9,9.& 10,8.& 14,16.& 17,16. & 18,15. & 19,27. & 23,12. Eccli.3,31. & 8,9. & 18,19.
Diſcendum. Eccli.6,18.
Diſcenda quæ. Baruch 3,14.
Diſciplinæ commendatio. Prou.4,13.
Diſcipulis Chriſti dictum. Luc.22,28.
Diſcipulorum Chriſti fames. Matth.12,1.
tribulationes. Matth.24,9.
Diſcordiæ damna. Matth.12,15.
Diſcordia Chriſtiana. Luc.12,52.
Diſcretio. Marc.9,5.
Diſcretio in Dei cultu. Leuit.1,13.
Diuinis quomodo ſtudendum. Prou.2,3.
Diuitiæ. Pſal.38,7. & 48,11. Prou.10,2.& 11, 28. & 13,8. & 14,20. & 17,16. & 18,11. & 21,6.& 22,7. & 28,6. Eccleſ.5, 10. & 6, 1. Eccli.5,10.& 9,16.& 10,26.& 11,10. & 13, 23. & 21,5.& 25,3. & 27,1. & 31,5. Baruch 3,16 Agg 2,9. Iacob.1,11.
Diuitibus væ. Luc.6,24.
Diuiti dicendum. Pſal.61,11. 1.Timoth.6,16. Iacob. 5, 1.
Diuitiæ inutiles. Iob 27,19. Prouerb.11,4.
impediunt perfectionem. Matth.19,21. Marci 10, 21.
inuidiam pariunt Geneſ. 26,13.
fratres ſeparant. Gen. 36,7.
iniquæ. Eccli.40,13.
ſunt à Deo. Prouerb.10,22.
Diuitiarum damna. Matth.19,23.
periculum. Matth.6,24.
vanitas. Eccleſ.2,4.
Docere. Prouerb.9,9. Sap.7,13. Eccli.22,7. & 32,6. & 33,18. Iſaiæ 24,15.
Doceat quem Deus. Iſaiæ 28,9.
Doctrina. Prou.12,8 & 13,11.& 18,4.& 19,11. & 20.15. Eccli.21,22. Heb.13,9.
Doctrinę fructus. Prou.10,21,& 12,24.& 13,4.
Dolor Chriſto amiſſo. Luc.2,48.
Dolus. Pſal.5,7.& 9,24. & 34,20. Prou.12,17. Mar.7.22. Act.5,1. Rom.1,29.
Dominium à Deo. Ierem.27,6. Dan.2,37.& 4, 14. & 5,18.
Dominis dictum. Epheſ.6,9. Col.4,1.
Dominica dies. Apocal.1,10.
Dominus vobiſcum. Ruth 2,4.
Domus propriæ cura. Geneſ.30,30. & 35,2.
Domus aliena. Prouerb.25,17. & 27, 10. Eccli 21,25.
Domeſtici. Mich.7,6. 1.Tim.5,8.
inducendi ad Dei cultum. Exod.10,9.
Dona. Eccli.20,14.
Dos. Tob.8,24.
Ducis hortatio. 1.Machab.3,58. & 4,8. 2.Machab. 8, 16.
oratio ad Deum. 1.Machab. 4, 30. & 7,40. 2.Machab.15, 21.
Duces ſpirituales cæci. Matth.23,24.

E.

EBRIETAS. Eccli.19,1.
Eccleſia. Gen.28,16. 3.Reg.4,34. Pſal.44, 10.& 45,5.& 47,1. & 64,5.& 67,10. & 68, 36. & 75,3.& 77,52. & 84,1. & 86,1. & 93, 14. & 101,17. & 106.35. & 113,16.& 121, 3.& 131.13. Prouerb.9,1. Cant 6,1.& 8,11. Iſaiæ 1,27 & 2,1.& 4,5.& 5,1. & 9,2. & 11, 6. & 14,32. & 19,18. & 24,23. & 25, 10. & 26,1. & 27,2. & 33,20. & 51,3. & 61,10. & 65,15.& 66,20. Ierem.3,17 & 30,18. Ioel. 3,20. Agg.2,10. Zachar.2,4. & 8,3. & 9, 8. Matth.13,24. 1.Cor.12,12. & 14,40. Col. 2,19. 1.Tim.3,15. Heb.3,6. Apoc.1,20. & 12,1.& 21,2.
Eccleſiæ encomium. Num.24,5.
Eccleſiæ Deus aſſiſtit. Exod.40,38. Num.9,15. Deut.11,12.
Eccleſiæ reuerentia. Leuit.19,30.& 26,2.
hoſtes. Iſaiæ 10,5.
vox. Baruch 4,12.
miniſtri. Epheſ.4,11. 1.Theſ.5,12.
perſecutio. Act.8,1. Apoc.12,13.
auctoritas. Galat.2,2.
præcepta. Act.15,41.& 16,4.
Eccleſia primitiua. Act.4,32. & 9, 31. & 14,3. Rom.14,14. 1.Cor.1,5.& 14,26.
Eccleſiæ primitiuæ diſceptatio. Actor. 11,2. & 15,2.
Eccleſia ex gentibus. Iſaiæ 54,1. Ezech.17,22.
Eccleſiæ miniſtri. Epheſ.4,11. 1.Theſ.5,12.
eorum gradus 2.Cor.12,28.
eis dictum. 2.Timoth.1,15.
Eccleſiam perſequentium punitio. Iudith 16, 20. Iſaiæ 29,5 & 31,3. Zach.14,12.
Eccleſiæ dictum. Iſaiæ 49,18. & 59,21.& 60,1. & 62,2.& 30,16. Baruch 4,36.& 5,1. Mich. 5,9. Apoc.3,8.
Eccleſia non poteſt errare. Matth.16,18.& 28, 20. Lucæ 22, 32. Ioan.14,16. & 16,13.& 17,11. 1.Tim.3,15. 1.Ioan.2,27.
eſt corpus Chriſti. Epheſ.1,22.& 4,4.& 5,23. 1.Corinth 12,27.
ſponſa Pſal.44. 11. Ezech.16,9 Cant.4,9. 2.Cor.11,2. Eph.5,26. Apoc.19,8.&21,10.
eius caput Chriſtus. 1.Cor.12,27. Eph.4,15. & 5,23. Col.1,18.& 20,10.
& protector. Pſal.90,1.& 131,13. Iſaię 43 2. Ierem. 46,28. Matth. 18, 20. & 28, 20. Ioan.14,23. 2.Cor.6,16.
Eccleſiæ ædificatio. Iſaiæ 54,11.
conſecratio. Exod. 30,15. Num. 7, 1. vide, Templum.
ſumptibus populi ædificatio. Exod. 35, 20 & 40, 9.
Eccleſiaſtici. Eccli.7,33. Ezech.44,20. Oſee 4, 8. 1.Corinth.3, 9. & 4, 1. & 9,7. 1.Theſ. 5,12. Heb 5,1.
Eccleſiaſticis dictum. Oſee 5, 1. Matth.10, 8. 2 Cor.6,3. 2.Tim.1,6.
Eccleſiaſticorum exemptio. Gen.47,20.
diſtinctio à laicis. Num.1,49.
peccata. Ierem.2,8.
perfectio. Deut.33,9.
alimenta. Rom.15,27.
Eccleſiaſtici mali. Iſaiæ 22,7. Mich.3,5.

eis væ. Matth. 23,13. Lucæ 11,52.
Ecſtaſis. Act.22,17. & 10,10.
Eleemoſyna. Ruth 2,14. & 3,15. 2.Eſd.5,10. Tob.1,3. & 2,2. Marc. 12,41. Luc. 19,8. Act.11,29. Rom.15,25. 1.Corinth. 16,1. 2.Cor.8,2. & 9,1. Gal.2,10. Heb.13,16. 1 Ioan.3,17. 3.Ioan.5.
facienda. Leuit.19.9. & 23,12. Tob.4,7. Eccleſ.11,1. Eccli.4,1. & 7,10. Luc.3,11. & 12,33. & 16,9.
quomodo facienda. Matth.6,2.
Eleemoſynæ fructus. 3.Reg.17. Tob.12,8. Pſal. 111,5. Prou. 14.21. & 21,14. & 22,9. & 28, 27. Eccli. 3,33. & 17,18. & 29,15. Iſaiæ 58,7. Dan.4,24. Matth.25,34. Marc.9,41. Act.9,36.
Electio Eccleſiaſtica. Act.1,23.
Electio Dei. Ioan.15,16. Roman.9,18. 2.Timoth.2,19.
Electi. Pſal.93,14. Sap.4,15. Dan.12,10. Zach. 2,8. Matth.15,13. & 20,16. Ioan.10,27. & 13,18. & 18,9. Act.13,48. Rom.8,28. & 11,5. Apoc.17,14.
Eligendi ſuperioris qualitas. 1.Reg.1,10.
humilitas. 1.Reg.9,21. & 10,21.
Electi in ſuperiorem gratia. 1. Regum 10,6. & 16,13.
Electo acclamatio. 1.Reg.10,24.
Electio ſuperioris diuina. 1.Reg.9,15.
Elias. Malach.4,5. Apoc.11,3.
Elymæ magi punitio. Act.13,11.
Emendatio. Eccli.21,1. & 35,3. Iſaiæ 30,15. Oſee 10,12. Agg.1,5.
Emptio & venditio. Gen.23,9. & 25,31. & 33, 19. & 41,57. Leuit.19,13. & 25,14. Deut.15, 1. & 25,13. 2.Reg.24,21. Eccli.27,3. & 42, 25. Prouerb.11,1. & 16,11. & 20,10. Iſaiæ 23,18. Ier.32,6. Ezech.45,10. Mich.6,10. Matt.7,2. Luc.14,18. 1.Cor.7,30. 1.Theſ.4,6.
Enoch. Heb.11,5. Apoc.11,3.
Epiſcopus. Matth.20,23. Luc.4,16. Ioan.10,4. Act.1,24. & 6,3. & 11.22. & 14,20. & 20,28. Rom.15,16. 1.Corinth.3,5. & 4,1. 2.Cor.3,6. Eph.1,15. Col.1,23. 1.Tim.3,1. 2.Tim.2,1. Tit.1,5. 1.Pet.5,2.
Epiſcopi boni electio. Iſa.22,20.
Epiſcopi mali punitio. Iſa.22,19.
Epulonis parabola. Luc.15,19.
Epulonibus væ. Iſa.5,22.
Errores. Matth.24,23.
Erubeſcere. Pſal.39,11. Eccli 41,21. & 42,11. Ezech.16,52. Marc.8,38. Luc.9,26. Rom.1, 16. 2.Timoth.1,8.
Euangelium. Iſa.10,20. & 11,12. Rom.1,16. 1.Cor.15,1. 2.Cor.4,3.
Euangelij tempus. Iſa.12,3. & 29,18. & 32,4. & 33,6. & 35,1. & 41,16. & 44,3. & 49,9. & 65,17. Ierem.3,15. & 30,8. & 31,31. & 32, 37. & 33,15. & 50,4. Ezech.20,40. & 34, 11. & 36,9. & 37,21. Ioel.3,17. Mich.4,3. Sophon.3,11. Zachar.8,7. & 9,16. & 12,8. & 13,2. & 14,9. Gal.3,25. Epheſ.1,7. 1.Ioan.2,8.
prædicatio. Iſa.27,13. Ier.16,14. Matth.13, 31. & 24,14. Roman.10,18. 1.Cor.1,18. & 15,3. Col.1,6. Heb.2,3.
Euangeliſtæ. Ezech.1,5. Apoc.4,6.
Euchariſtia. Gen.28,16. Exod.12,11. & 16,18. 3.Reg.19,8. 1.Eſd.6,20. Pſal.110,4. Cant. 2,9. & 5,1. Iſa.25,6. Oſee 14,8. Zach.9,17. Ioan.6,50. Act.2,42. & 20,7. 1.Cor.10,16. & 11,23.
figuræ. Prou.9,5. Sap.16,20. Exod.16,15.
inſtitutio. Matth.26,26.
fructus. 2.Reg.6,11. Ioan.6,51.
frequentatio. Act.2,42. & 20,7.
adoratio. Pſal.21,28. & 98,5. Ioan.9,38.
Examinare ſeipſum. Eccli. 18,20. & 37,30. 2.Cor.13,5. Gal.6,4.
Excommunicatio. Matth.5,29. & 16,19. & 18, 8. Mar.6,42. Ioan. 20,23. 1.Corinth.5,4. 2.Theſ.3,14. 1.Tim.1,20. Tit.3,10.
figura. Num.5,1. Tob.13,11. & 14,8.
Excommunicandi qui. Prou.22,10. Matth.18, 17. Rom.16,16. 2.Cor.2,8. 1.Tim.1,20. & 6,5. 2.Timoth.2,17. & 3,5. Tit.3,10. 2.Ioan.10.
Excommunicati vitandi. Matth.18,17. 1.Cor. 5,11. Tit.3,10.
Exequiæ. Gen.23,2. & 50,10. Deuteron.34,8. 2.Reg.3,31.
Exemplum bonum. Cantic.4,11. 1.Cor.10,32. 1.Pet.3,16.
Excuſatio nimia vitioſa. Exod.4,13.
Expectandum quid. Gen.49,18.
Expectare moleſtum. Prou.13,12.
Expediens. 1.Cor.6,12. & 10,22.
Exteriora. Eccli.19,22.

F.

FACIENDVM quid. Pſalm. 36,28. Lucæ 11,42.
Fama. Prou.10,7. & 22,1. Eccli.41,15.
Fames. Prouerb.27,7.
Famulus bonus. Gen.30,28. vide, Seruus.
Femina. Prou.19,13. & 21,9. & 31,10. Eccleſ. 7,29. Eccli.10,22. & 19,20. & 25,29. & 36, 27. & 42,14. 1.Tim.2,9. 1.Corinth.14,34. 1.Tim.2,9. & 3,11.
Feminæ creatio. Gen.2,18.
modeſtia. Gen.18,9.
virtus. Iud.4,4. Prou.31,10. 2.Mach.7,20.
fides. 4.Reg.4,30.
laus. Prou.11,16. Eccli.26,18. Dan.13,2.
prudentia. 1.Reg.25,18.
ornatus. 1.Pet.3,3. 1.Tim.2,9.
colloquium. Ioan.4,27. Act.16,13.
malitia. Eccli.25,17. & 26,10. & 42,6.
ira. Eccli.25,22.
velum. 1.Cor.11,6.
loquacitas. Eccli.25,27.
Feminarum deuotio. Exod.15,20. 4.Reg.4,27. Matth.27,55. & 28,1. Mar.15,40. & 16,1. Luc.8,2. & 18,27. Act.17,4.
Feminæ viris pares Iol.17,4.
Feminæ ut loquendum. 4.Reg.4,14.
Femina prophetis. 4.Reg.22,14.
Feminæ damna. Iud.16,16. Eccli.25,33.
Femina litigioſa. Prou.25,24. & 27,15.
ebrioſa. Eccli.26,11.
Femina vitanda. Eccleſ.7,27. Eccli.9,3. & 42,12.
domi continenda Eccli.25,34.
Feſtinatio. Prouerb.2,1.
Feſtum. Exod.23,12. & 31,13. Leuit.19,3. 2.Eſd.8,9. & 13,15. Tob.2,1. Pſalm.80,4. & 117,24. Thren.1,4. Nahum 1,15. Mar.2, 27. Luc.14,5.
Feſti obſeruatio. Ierem.17,21. 1.Mach.2,35. 2.Machab.8,26. Matth.12,11.
Feſti violationis punitio. Numer.15,32. Ierem.17,27.
Fides. Pſal.92,5. Eccli.16,18. Iſa.28,16. Ierem. 5,3. Luc.18,8. Ioan.3,18. & 4,42. & 6,29. & 12,44. Rom.10,8. 2.Corinth.4,13. Gal.1,8. & 2,20. & 3,7. 2.Theſ.3,2. Tit.1,1.
Fidei neceſſitas. Iſa.7,9. Mar.16,16. Act.16,30. Heb.11,6.
fructus. Habac.2,4. Matth.8,13. & 9,2. & 15, 28. Ioan.3,36. & 4,5. & 5,24. & 6,47. & 7,38. & 11,25. & 20,29. Act.14,8. 1.Petri 1,8.
conſtantia. Dan.3,6. 1.Mach.1,65. & 2,19.
vis. Matth.9,29. & 17,20. & 21,21. Mar.2,5. & 5,35. & 9,23. & 11,23. & 16,17. Luc.7, 50. & 8,48. & 17,6. Ioan.14,12. Act.3,16. & 15,9. Heb.11,33.
Fides viua. Exod.27,20. Cant.4,9. Habac.2,4. Matth.9,22. & 15,28. Rom.3,22. Gal.5,6.
Fides imperfecta. Ioan.12,42.
mortua. Matth.7,21. 1.Cor.13,2. Iacob 2,26.
Fidelitas. Prou.20,6. & 28,20. Luc.16,10.
Fidelis ſeruus. Matth.24,45.
Fideiuſſio. Prou.17,18. & 20,16.
periculoſa eſt. Prou.11,15. & 28,26.
Filij. Prou.10,1. & 13,1. & 14,14. & 15,20. & 17,6. & 19,13. & 23,24. & 28,7. & 29,3. & 30,17. Eccli.16,1. & 22,3.
Filiæ. Eccli.7,26. & 26,13. & 42,9.
Filiis dictum. Eph.6,1. Col.3,20.
Filij caſtigandi. Prouerb.13,24. Eccli.7,25. & 30,1.
Filiis prouidendum. Gen.25,5.
Filij inſtitutio. Eccli.30,2.
amor. Gen.45,9.
conſilium. 1.Reg.19,4.
Filij peccatorum. Eccli.41,8.
Filius præ ceteris patri charior. Gen.37,3.
Filij minoris cura. Gen.42,4.
Filij inobedientis punitio. Deut.21,18.
Filij in patrem impij punitio. 2.Reg.18,14.
Flagella Dei. Ezech.14,21.
cauſa. Deut.29,22. & 32,21. Ioſ.7,10. & 23, 15. Iud.10,6. 3.Reg.9,6. & 14,15. 4 Reg. 18,11. & 21,10. 2.Paralip.28,6. 2.Eſd.9, 26. Tob.13,5. Pſalm.38,12. & 88,31. & 105,38. & 106,11. Iſa.5,24. & 24,5. & 42, 24. & 50,1. & 63,10. & 64,6. Ierem.2,15. & 16,18. & 7,13. & 9,12. & 11,10. & 13,22. & 15,3. & 16,9. & 19,3. & 22,8. & 29,17. & 30,14. & 44,2. Thren.1,5. Ezech 14,13.
fructus. Prouerb.19,25.
remedia. Deuter.30,1.
Flagellis Dei indurati. Ierem.5,3.
Fomes. Roman.7,14.
Fornicatio. Eccli.23,23. Oſee 4,11.
vitanda. Tob.4,13. Prou.5,8. & 6,25. & 7,24. 1.Corinth.10,8.
damnoſa. Prou.9,18. & 29,3. Eccli.9,9.
Fortitudo. Marc.15,43.
Fortitudo bellica. 1.Machab.6,43.
Fratris amor. Gen.43,30. & 45,1.
odium. Gen.27,41. & 37,4.
vita diſſimilis. Gen.25,27.
Fraus. Prou.12,27. Iſa.32,7 Ierem.6,13.
Fugere perſecutionem. Matth.2,13. & 10,23. Act.9,25. & 14,5. & 17,10. Ioan.11,54.
Furtum. Tob.2,21. Zachar.5,3.
Furti damna. Prouerb.11,24.
pœna. Exod.22,1.
ſocius. Prouerb.29,24.
Futura incerta. Prouerb.27,1.

G.

GALLVS. Prouerb. 30,31.
Gaudium. Prouerb.15,13. Eccleſ.2,2. Eccli. 30,17.
Gaudendum de quo. Matth.5,12. Luc.10,19.
Gaudium ſpirituale. Ioan.3,29. Act.13,52. Philip.3,1. & 4,4.
Gentiles & Iudæi. Matth. 21,28.
Gentium vocatio. Iſaiæ 49,22. Matth.22,8. Act.13,46.
conuerſio. 3.Reg.10,4. Iſa.41,18. & 43,5. & 65,1. Oſee 1,10. & 2,23. Zach.6,15. & 10,11. Matth.21,43. Act.11,1. Rom.11,7. Epheſ.3,6. Col.1,21. & 2,13.
confeſſio. Matth.27,54. Mar.15,39.
humilitas. Luc.7,6.
Gentilibus conuerſis dictum. Roman.11,17. Eph.2,11.
Generatio æterna. Iſaiæ 66,9.
Gloria in excelſis. Luc.2,14.
Gloriandum in quo. Ierem.9,23. 1.Cor.3,21.
Gloria ſtulti. Prouerb.26,1.
Gloriatio. Iacob.1,9.
Gloriatio Chriſtiana. Rom.5,11. 1.Cor.1,31. 2.Cor.10,17.
Gloria Dei quærenda in omnibus. Pſal.115,1. Matth.6,9. Ioan.9,24. Act.3,12. 1.Cor.6,20. Philip.1,20. Col.3,17. Tit.2,10.
Gratia. Exod.33,19. Leuit.20,8. Deut.1,31. & 8,16. & 9,3. & 30,6. & 32,10. Ioſ.1,6. 4.Regum 4,3. Iob 8,11. & 14,4. & 32,8. Pſalm.36,23 & 43,4. & 64,10. & 67,21. & 83,12. & 93,17 & 114,8. & 117,16. & 118, 32. & 126,1. Prouerb.16,9 & 21,31. Ezech. 11,19. & 36,26. & 47,12. Oſee 13,9. Ioan. 1,16. & 3,27. & 4,10. & 6,37. & 15,4. Act. 15,11. & 16,14. Roman.5,15. & 8,14. & 9, 15. & 11,6. 1.Corinth.1,7. & 3,6. & 12,3. & 15,10. 2.Corinth.1,21. & 3,5. & 4,6. & 5, 18. Gal.2,21. Epheſ 2,8. Philippenſ.2,13. Hebr.13,9. Iacob.1,17. 2.Petri 1,4. 1.Ioan. 2,27. & 3,9. & 4,13. & 5,18. Apocal.21,6. & 22,17.
Gratiæ effectus. Iob 33,20. & 42,5. Cant.5,4.
neceſſitas. Ierem.10,23. Ioan.15,5. 2.Corinth.3,5.
Gratiæ gratis datæ. 1.Cor.12,4.
Gratioſi. Prouerb.18,16.
Gratitudo. 2.Reg.19,32. 3.Reg.2,7. Tob.9,1. & 12,4.
Gratitudo in Deum. Luc.17,15.
Gratiarum actio Deo. 2.Reg.22,47. Pſal.15,7. & 17,47. & 27,6. & 29,1. & 30,22. & 34, 10. & 53,8. & 58,15. & 65,8. & 70,20. & 85,12. & 102,1. & 108,30. & 115,3. & 117, 21. & 123,6. & 137,1. Eccli.51,1. 1.Mach. 1,11. 2.Machab.10,38. 1.Corinth.1,4. & 15,57. 2.Corinth.2,14. & 9,15. Epheſ.1,5. Philip.1,3. Col.1,3. 1.Theſſal.1,2. & 2,13. 2.Theſſal.1,3. & 2,13. 2.Tim.1,4. Philip.4. Apocal.11,17.
Gula. Geneſ.25,34.
Gulæ damna. Prou.21,17. Eccli.37,32.
punitio Num.11,33.
Guloſis dictum 1.Corinth.6,13.

H.

HAERETICI. Pſal.73,18. Prouerb.30,11. Cant.2,15. 1.Cor.11,19. 1.Tim.1,6. & 4,1.& 6,3. 2.Timoth.2,16.& 3,8. 2.Petri 2,1.& 2,17.& 3,3 1.Ioan.2,19. 2.Ioannis 7. Iudæ 4.
  vitandi. Matth.7,15. Tit.3,10. 2.Ioan.10. Rom.16,17. 2.Timoth.2,17.
  puniendi. Deuteron.13,5. & 17,2. & 18,20. 3.Reg.18,40. 4.Reg.10,25.
Hæreticorum vox. Ioan.6,6.
Hæreticis dictum. Iſaiæ 29,9. Rom.12,3.
Herodis crudelitas. Matth.2,16.
  punitio. Act.12,23.
Homo. Iob 7,17. Pſal.8,5.& 143,3. Sap.2,23. Eccli.17,31. Iſaiæ 40,6.
Hominis creatio. Geneſ.1,26.& 2,7. Iob 10,8. Eccli.17,1.
  habitatio. Geneſ.2,15.
  dominium. Geneſ.9,2.
  natiuitas. Sap.7,3.
  miſeriæ. Eccli.40,1.
  in malum pronitas. Gen.8,21.
  lapſus. Luc.10,30.
Homini neceſſaria. Eccli.29,28.
Homo mendax. Rom.3,4.
Homicida. Gen.4,10. Exod.21,14. Pſal.5,7.
Homicidium caſuale. Num.35,22.
Homicidæ maledictio. 2.Reg.3,29.
  punitio. Gen.4,11.& 9,6. Leuit.24,17. Num. 35,16. Deut.19,11. 2.Reg.1,14. & 4,9.& 21,3. 3.Reg.2,5. & 21,17. 4.Reg.11,16. 2.Par.24,25.
Honor. Eccli.10,23. 1.Pet.2,17.
Hoſpitalitas. Gen.18,1.& 19,1.& 24,30. Exod. 2,20. 4.Reg.4,8. 2.Eſd.5,17. Tob.7,1. Act. 10,23. Heb.13,2. 1.Pet.4,9.
Hoſtes animæ delendi. 1.Reg.15,3.
Humilitas. Geneſ.16,9. Pſalm.137,6. Prouerb. 16,19.& 18,12.& 29,23. Eccli.7,5. & 13,9. Matth.23,11. Marc.10,42. Roman.12,3. 1.Petri 5,5.
Humilitatis neceſſitas. Matth.18[illegible]
  fructus. 4.Reg.1,13. 2.Par.12,7. Iudith 9,16. Pſal.17,28.& 72,23. & 101,18. & 112,6. & 114,6. Prouerb.11,2. Eccli.3,20.
Humilis vox. Matth.8,8. Exod.3,11.& 4,10.
  confeſſio Deo. 2.Reg.7,18.
Hypocriſis cauenda. Luc.12,1.
Hypocrita. Iob 8,13.& 15,34.& 20,5. Pſal.77, 36. Eccli.1,37.& 19,23. Matth.15,7.
Hypocritis væ. Matth.23,13. Luc.11,44.

I.

IACOB Geneſ.25. Hebr.11,21.
Iacobi Zebedæi mors. Act.12,2.
Iactura. 2.Paralip.25,9.
Idola. Pſal.113,12. Iſaiæ 44,9. 1.Cor.8,4.
Idolorum cauſa. Sap.14,15.
Idololatria. 2.Machab.11,23.
Idololatræ. Sap.13,10. Rom.1,23.
Idololatris dictum. Iſaiæ 46,5.
Ieiunium. 1.Regum 7,6. 1.Eſd.8,21. Tob.12,8. Iſaiæ 58,3. Ioel.2,12. Zach.7,5. Matth.17, 21. Mar.2,20. Luc.2,37. Rom.13,13. 1.Cor. 7,5. 2.Corinth.6,5. Act.13,2. Epheſ.5,18. 1.Theſ.5,6. Tit.2,2. 1.Pet 1,13.
Ieiunandum quomodo. Matth.6,16.
Ieiunium violantis punitio. Leuit.23,29.
Ignorantia. Eccleſ.10,14.
Ignorantiæ damna. Oſee 4,5. Prouerb.10,21. & 14,12. Bar.3,28.
  non excuſatur. Prou.1,20.& 8,1.
Ignoſcendum in nos peccanti. Eccli.28,8. Matthæi 5,23.& 6,14.& 18,22. Luc.17,3. Epheſ. 4,32. Col.3,13.
Illuminatio. Pſal.4,7.
Imagines. Exod.25,18. Num.21,8. 3.Reg.6,35. & 7,25. & 10,19. 2.Paralip.3,10. & 4,3. Sap 16,6.
Imitandum quid. 3.Ioan.11.
Immiſericordiæ damna. Prou.21,13.
  punitio. Matth.25,41. Iacob.2,13.
Impatientia. Prouerb.14,17.
  eius damna. Prouerb.19,19.
Impatientis monitio. Iob 4,3.
Imperfectio. 1.Eſd.3,12. Iob 4,17. & 9,2.& 25,4. Pſal.138,16. 1.Cor.13,9.
Impij. Iob 15,21. & 20,5. Prouerb.15,29. & 28,28.& 29,16. Eccleſ.8,8. Sap.14,9. Eccli.41,11. Iſaiæ 57,20. Dan.12,10. Zach [illegible]
  vitandi. Deuter.7,1.& 18,9.
  delendi. Deuter.20,16.
Impiorum punitio. 3.Regum 18,40. & 22,20. 4.Reg.9,32. & 17,25. Iob 8,22. & 11,20. & 15,29.& 21,17. Pſal.1,4.& 36,35. Prouerb. 3,33.& 14,11. Eccli.41,13. Dan.5,3. 2.Machab.5,24.& 9,5.
Impij peccatum ſuum agnoſcunt. 1.Reg.6,6.
Impij opera. Pſal 13,1.
  vox. Sap.2,1. Pſal.52,1.
Impœnitentis punitio. Ierem.6,15.
Impoſitio manuum. Act.6,6. & 8,17. & 13,3. & 19,6. 1.Timoth.4,14. & 5,22. 2.Timoth.1,6.
Improperij damna. Eccli.23,20.
Imprudentia. Prouerb.21,20.
Impudicitia Deo diſplicet. Deut.23,18.
Impudicitiæ punitio. Deut.25,11.
Impudicorum mores. Prou.7,6.
Impudicæ ſigna. Eccli.26,12.
Incantatio. vide, Auguria.
Incarnatio. Ioan.1,14. Philip.2,5. Heb.2,16.
Incerta. Iob 9,21. Eccleſ.9,1.
Inceſti punitio. Leuit.20,11.
Incredulitas. Iſa.21,2. Ioan.10,20.
Incredulitatis cauſa. Ioan.5,44.
  damna. Ioan.1,18.& 3,36.& 8,24.
  punitio. Nu.20,13. 4.Reg.17,17. Luc.1,20.
Indigentia. Eccli.40,29.
Indulgentiæ. 2.Corinth.2,10.
Infamia. Prouerb.10,7
Infernus. Pſal 48,15. Iſa.30,33. & 34,9.& 66, 24. Marc.9,44. Apocal.14,9. & 19,20. & 20,15.
Infidelis. Tit.1,15.
Infideles vitandi. 2.Cor.6,14.
Infirmitas. Eccli.18,21.& 31,2.& 38,9. Philip. 2,27. Iacob.5,14.
Infirmitatis cauſa. Leuit.26,16. Deuter.7,15.& 28,27. 2.Reg.24,13. 4.Reg.5,27. Eccli.38, 15. Ioan.5,14.& 9,3.
Infirmi viſitandi & conſolandi. 4.Regum 8,29. Iob 2,11. Pſal.40,4. Eccli.7,38. Matth.25, 37. Ioan.11,3. & 12,9. 2.Cor.1,4.
Infirmi patientia. Ioan.5,7.
Ingrati Deo. Iob 12,6. Pſalm.77,42.& 105,21. Iſaiæ 1,2. Ierem.2,5. Baruch 4,7. Oſee 2,8. & 7,13.& 8,14.& 11,3. Lucæ 17,17.
Ingratitudinis punitio. Prou.17,13. Sap.16,29.
Ingrato in Deum dictum. Iſaiæ 51,13.
Inimicus. Eccli.12,8.
  fugiendus. Eccli.6,13.
  non odiendus. Prou.24,17. Eccli.8,8.
  diligendus. Matth.5,44. Luc 6,27.
Inimico ignoſcendum. 1.Reg.24,7.& 26,8. 2.Reg.19,22.
  non credendum. Prou 26,24. Eccli.12,10.
  benefaciendum Exod.23,4 Prou.25,21.
Inimici amor. 2 Reg.1,11.
Inimicitiæ cauſa. Prouerb.17,9.
Iniquitas. Pſal.5,7.& 77,8. Prouerb.10,25.& 15,9 & 29,27. Eccleſ.3,16. Sap.1,16.& 4,3. Eccli.9,17. Lucæ 16,10.
Iniquitatis damna. Prou.1,18. & 5,22.& 8,35. & 10,24.& 12,28.
Iniqui punitio. Gen.18,7. Iudic.9,45. Iob 4,8. & 6,16.& 31,3. Pſalm.2,4.& 5,11.& 9,6.& 10,6.& 11,4.& 20,8.& 36,1.& 49,18.& 56, 7.& 58,7.& 67,22.& 68,23.& 72,19. & 77, 30. & 80,12. & 91,10. & 93,23. & 108,6. & 128,4. & 139,12. Prouerb.2,22. & 11,7. & 13,5.& 28,8.& 29,6. Eccle.8,13 & 10,11. Sap.1,8. & 3,10. & 4,19. Eccli.27,28. Iſaiæ 17,14. & 28,17. & 33,1. & 42,14. 3.Regum 2,44. Iob 17,4. & 21,30. & 22,4. & 24,18. & 27,13. Amos 3,10. Mich.2,2. 2.Pet.2,9.
Iniquis væ. Ierem.22,13. Hab c.2,12.
Iniquorum mores. Iob 24,2. Pſalm.35,1. Prouerb.10,27.
  opera. Pſalm.5,10.& 9,23. & 10,2.& 11,3. & 13,3.
Iniquis dictum. Iſaiæ 3,14.
Iniquis dicendum. Pſal.52,7. Ezech.34,18.
Iniquitimor. Prouerb.28,1.
  vox. Sap.2,10.
  ſpes Prouerb.10,28. Sap.5,15.
Iniquus perniciosus. Prouerb.16,29.
Iniuriæ remiſſio. Geneſ.50,15. Luc.17,4. Matthæi 18,21.
  punitio. 3.Reg.2,8. Matth.5,22.
  remiſſæ fructus. Matth.6,14.
Innocens facile credit. Prouerb.14,15.
Inobedientia. 2.Theſ.3,14.
Inobedientiæ grauitas. 1.Reg.8,7.
  punitio. Gen.19,22. Ioſ.7,15.
Inſtabilitatis cauſa. Thren.1,8.
Inſtabilitas. Prou.27,8. Eccli.5,11. Ier.14,10.
Inſtitutum. Act 5,38.
Intentio. Matth.6,22.
Intolerabilia. Prouerb.30,21.
Inuidia. 1.Reg.18,8. Iob 5,2. Prouerb.14,30. Eccleſ.4,4. Eccli.14,8. Matth.21,15. Lucæ 15,25.
Inuidiæ damna. 1 Reg.19,1. Eccli.30,26.
Ioannes Baptiſta. Iſaiæ 49,1. Mal.3,1.& 4,5. Matth.3,4.& 11,7.& 14,3.& 17,12. Mar 1,4. Luc.1,14.& 3,2. Ioan.1,6.
  eius teſtimonium de Chriſto. ibid.
  habitus. Marc.1,6.
  cibus Marc.1,6.
  decollatio. Marc.6,27.
  exultatio in vtero. Luc.1,40.
  natiuitas. Lucæ 1,57.
  libertas. Lucæ 3,7.
  gaudium. Ioan.3,29.
Ioannes Euangeliſta Chriſto dilectus. Ioan.13, 23.& 19,26.& 20,2.
Ira Iob 5,2. Prou.12,16.& 15,18.& 17,14. & 27,3.& 30,33. Eccleſ.7,10.& 11,10. Eccli. 10,22 & 27,33. Iacob.1,19.
Ira moderanda. Pſal.4,5.
Iræ damna. Prou.29,22. Eccli.30,26.
  punitio. Matth.5,22.
Irato dicendum. Matth.6,15.
Iracundus vitandus. Prouerb.22,24.
Iræ Dei remedium. Ezech.22,30.
Ironia. 3.Reg.18,27. & 22,15.
Irriſor. Eccli.32,6.
Iudæi. Rom.9,4.& 10,2.& 11,5. Iſaiæ 10,21 & 59,9.& & 55,2. Ierem.6,10. Oſee 3,4. Matthæi 21,28. 1.Corinth.10,1.
Iudæorum incredulitas. Ioan.5,46. Heb.4,6.
  obſtinatio. Act.7,51. & 18,6. & 19,9. Roman.10,21.
  peruerſitas. Act.13,45.
  impietas. Matth.23,34.
  reprobatio. Iſaiæ 29,15. Amos 5,21. Matthæi 21,43.
  cæcitas. Matth.13,13. 2.Cor.3,14.
  punitio. Ierem.18,21. Matth.23,27.
  conuerſio. Ezech.16,60.& 39,25. Oſee 2,15. & 3,5. 2.Cor.3,16.
Iudæorum contra Chriſtum vox. Sap.2,12.
Iudæi Chriſtum occidunt. Matth.21,38.
Iudæis dictum. Iſaiæ 6,9. Rom.10,19.
Iudaica reprobata. Malach.1,10.
Iudæ malitia. Matth.26,14. Luc.22,3. Ioan.6, 70.& 12,4.& 13,27.
Iudas ſe ſuſpendit. Matth.27,5. Act.1,18.
Iudæ væ. Marc.14,21.
Iudex. Eccli.8,17.& 10,1.
Iudicibus dicendum. 2 Paralip.19,6. Iob 36,18. Pſal.57,1.& 81,2. Prouerb.18,5.& 24,23.& 28,21.& 31,8. Sap.1,1. Eccli.4,10.& 5,18. Iſaiæ 5,23.
Iudici iniquo dictum. Deut.13,52.
Iudicum punitio. Ierem.5,28.
Iudicis officium. Pſal.100,8. Eccli.7,6.
Iudicandum iuſtè. Exod.23,2. Leuit.19,15. & 24,22. Deut.1,19.& 16,18.& 24,16.& 25,1. Ioan.7,24.
Iudicij peruerſitas. Prouerb 17,15.
Iudicium temerarium. Luc.7,39.
  vitandum. Matth.7,1. 1.Cor.4,5.
Iudicare proximum. Rom.2,1.
Iudicium diuinum. 1.Corinth.4,4.
  humanum. 1.Cor.4,3.
Iuramentum. Eccli.27,15. Ierem.4,2. Zachar. 5,4. Matth.23,20. Rom.1,9. Heb.6,16.
  vitandum. Eccli.23,9. Matth.5,38. Iacobi 5,12.
Iuramenti reuerentia. Ioſ.9,18. 1.Reg.14,24.
Iuramenti vani punitio. Exod.20,7.
Iuramentum imprudens. Mar.6,23.
  eius impia adimpletio. Mar.6,26.
Iuſtitia. Pſal.74,11. Prou.10,25.& 15,9.& 16,6. & 21,21. & 29,27. Sap.1,15. Eccli.5,7.& 18,19.& 30,15. Iſaiæ 32,17.
Iuſtitiæ odor. Cant.1,12.
  ſtudium. Eccli.27,9.
  fructus. Iob 22,14.& 22,27. Pſal.33,16.& 36,29.& 40,13.& 57,12.& 83,13.& 91, 13.& 111,2.& 117,15. Prouerb.2,22.& 3,33.& 4,17.& 10,2.& 11,4.& 12,28. & 13,6. & 14,34. Eccleſ.2,26. Sap.3,7

& 5,16. Eccli.4,29. & 11,17. & 15,1. & 20,30. Iſaiæ 3,10. & 64,5. Ierem.6,16. Iacobi 3,18. Apoc.22,14.
Iuſtus. Oſee 11,7. Zachar.13,10. 2.Ioan.3,22. 2.Pet 2,8. 1.Ioan.2,29. & 3,2. Apoc,22,11.
Iuſtus quis. Ezech.18,5.
Iuſtus Deo curæ. Dan.14,36.
Iuſti protectio. Gen.15,1. & 19,22. & 31,24. & 35,5. & 39,2. & 46,3. Exod.8,22. & 9,6. & 11,7. & 15,23. 1.Reg.2,9. & 18,13. 2.Regum 8,6. & 22,33. 3.Regum 17,4. & 19,5. 1.Par.11,10. & 26,5. Iob 1,10. Pſal.3,4. & 7,10. & 9,4. & 22,1. & 26,5. & 27,8. & 28,11. & 33,20. & 36,17. & 54,23. & 58,10. & 60,3. & 68,30. & 88,22. & 90,10. & 96,10. & 101,29. & 117.13. & 124,3. & 139,8. & 144,10. Prouerb.2,7. Sap.3,1. Eccli.11,15. & 35,22. Ierem.45,5. Dan.3,49. & 6,21. Ioel.3,16. Ion.2,1. Act.7,9. 2.Tim.4,16.
liberatio. Gen.7,1. & 8,1. & 13,14. & 19,11. Ezech.9.6. Act.5,19.
merces. Gen.15,1. Pſal.16,15. & 17,21. Prouerb.11,18.
afflictio. Gen.15,13. 2.Reg.15,30. Tob.2,9. Iob 1,11. & 7,20. & 23,10. Cantic.2,2. 1.Mach.2,29. Ioan.16,20. Act.4,3. 2.Tim. 3,12. Heb.11,36.
meritum. Gen.19,29. 3.Reg.11,12. & 15,4. 4.Reg.8,19. & 13,23. Pſal.105,23.
profectus. 2.Reg.3,1. & 5,10.
perſecutio. Exod.1,12. Pſal.3,1. & 10,2. Ioan. 16,2. Act.5,18. & 9,24. & 13,50. & 14,18. Apoc.12,17.
irriſio. Act.2,13.
ſocietas. Geneſ. 30,27. 1. Regum 16,23. 1.Paral.12,18.
proſperitas Iſaiæ 30,23.
proſperitas poſt aduerſa. Geneſis 41,39. Iob 42,10.
humilitas. 1.Regum 18,18. 4. Regum 6,5. Pſal.130,1.
reuerentia. 1.Reg.18,12.
error. 1.Reg.19,29.
libertas. 3.Reg.18,17. & 21,20. 4.Reg.3,13.
robur. 3.Reg.18,46. Prou.28,1.
zelus. 3.Reg.19,10. Pſal.118,13. & 138,21. 1.Machab.2,7.
virtus. 4.Reg.2,8. & 6,6.
grauitas. 4.Reg.5,9.
benignitas. 4.Reg.6,21.
laus. Iob 1,1. & 2,3. Iſaiæ 20,16.
perfectio. Iob 27,1. & 31,7.
opera. Iob 29,15. Pſal.1,1.
deſideria. Pſal.13,7. & 26,4. & 12,7. & 54,7. & 62,1. & 66,1. & 67,1. & 72,25. & 83.1. & 103,35. & 118,5. & 119,5. & 136,8. & 141,8. Iſa.26,9. Ierem.17,16.
vox. Pſal.39,9.
ſtudium. Pſal.26,9. Prou.21,12.
frugalitas. Pſal.36,16.
miſericordia. Pſalm.36,21. Prouerb.13,14, & 29,7.
diuitiæ. Pſal.15,5. & 118,57.
ſpes. Prouerb.10,28.
verba. Prou.10,21. Ierem.17,16.
conſolatio. Prou.12,21. & 13,9.
pax. Ierem.17,16.
defenſio diuina. Ierem.50,33. & 51,36.
mortificatio. Cant.1,5.
ira. Ion.4,1.
peccantis punitio. Ezech.18,24. & 33,12.
Iuſto dictum. Iſa.34,4.
Iuſtum etiam mali reuerentur. Mar.6,20.
Iuſtos perſequentium punitio. Exod. 14,27. 3.Reg.13,4. 4.Reg.1,10. & 2,23.
Iuſti in luce verſantur. Exod.10,23.
Deo familiares. 3 Reg,19,9. Ion.4,9.
eis adhærendum. 4.Reg.2,2.
contemnuntur. 4.Reg.9,11. Iob 12,4.
cur tribulentur. Tob.12,13.
non lædendi. Prou.17,25. & 24,15.
in peccato non permanent. Prou.24,16.
exaudiuntur. Iſa.65,24.
ſignantur. Ezech.9,4.
Iuſtorum vita. Tob.14,4. Pſal.21,31. & 25,4. & 36,30. & 51,10. & 100,2. & 115,5. Prou. 15,19. & 24,32. Sap.4,7. Iſaiæ 57,2. Luc. 1,6. Philip.3,20.
Iuſtis dictum. Luc.12,32. 2. Ioan.8. Apoc.2,2. & 3,11.
dicendum. Tob.13,10. Pſal.31,25. Eccli.2,7.
Iuſtificatio. Act.13,38. Rom.1,17. & 3,20. & 4,5. Gal.2,16. & 5,4.
Iuſtificato dictum. Rom.5,1.
Iuuenis. Tob.1,4. Prou.20,29. Eccli.25,5. & 32,10. Thren.3,27. Tit.2,6. 1.Pet.5,5.
Iuuenis inſtitutio. Pſal.118,9.
virtus. 2.Mach.7,24.
mors. Sap.4,10.
Iuueni dicendum. Eccleſ.11,9. & 12,1.

L.

LABOR. Prou.16,26. Eccleſ.2,24. & 5,11. & 6,7. Eccli.10,30. 2.Theſ.3,10.
Laboris fructus. Prouerb.14,4.
Labor vanus. Eccleſ.2,22.
Laborandum pro æterna requie. Gen.49,15.
Laboranti dicendum. 2.Paralip.15,7. Iob 5,7. Pſal.127,2.
Lacrymarum fructus. Pſal.125,5.
Lætitia. Prou.16,24. Eccleſ.7,5. Eccli.30,33.
Lætitia bona. Eccleſ.3,12.
Lætitia in Deo. 1.Reg.2,1. 2.Eſd.8,9. & 12,42. Pſal.9,16. & 31,11. & 34,9. & 63,11. & 67,11. & 69,5. & 83,3 & 89,14. & 91,5. & 104,3. & 117,15. & 118,14. & 149,2. Ioel.2,23. Habac.3,18. Zach.10,7. Luc.1,47.
Laicis ſacra non tractanda. Leuit.10,1. Num.1,51. & 3,10. & 4,15. & 18,7. 2.Regum 6,6. 2.Par.26,18.
Laus. Prou.27,21. Eccli.11,2. & 15,9. & 27,8. 1.Corinth.11,2.
Laus propria. Prouerb.27,2.
Laus Dei. vide, Deus.
Laſciuia. Matth.5, 8.
Laſciuis dictum. 1.Cor.6,15.
Latronis oratio. Luc.23,42.
Lazari ſuſcitatio. Ioan.11,43.
Lector. 2.Eſd.8,8.
Leo. Prouerb.30,30.
Lepræ cognitio. Leuit.13. & 14.
cauſa. Exod.4,6. Num.12,8. 4.Reg.5,27. & 15,5. 2.Par.26,18.
mundatio. Exod.4,7. Num.12,13. 4.Reg. 5,14. Matth,8,2. Luc.17,14.
Leproſorum ſeparatio. Leuit.13,49. Num.5,2. 4.Reg.15,5.
Lex. Prouerb.28,4. Rom.3,19. & 4,15. & 7,7. 1.Tim.1,8. Heb.7,12.
Lex Dei. Iob 11,5. Eccli.33,3. Baruch 4,1. Matth.5,18.
Legis Dei violatæ punitio Matth.5,19.
Lex naturalis. Rom.2,14.
Lex vetus. Rom.4,14. & 5,20. & 10,4. 1.Cor. 10,1. 2.Cor.3,7. Gal.3,10. Heb.9,9. & 10,1.
Lex noua. 2.Cor.3,7. Iſa.2,11.
Lex vetus grauis. Exod.17,12. Act 15,10.
Legis veteris reprobatio. Pſal.49,7. Iſaiæ 1,11. Heb.7,18.
Lex Dei in ore. Exod.13,9.
Legis diuinæ ſtudium. Pſal.118. Eccli.32,19.
amor. Pſal 118,162.
memoria Pſal.118,93.
meditatæ fructus. Pſal.188,99.
obſeruatæ fructus. Prou.29,18.
rectitudo. Prouerb.8,8.
Legis obſeruatio. Matt.8,4. Luc.2,41. Iac.2,10.
Legis tranſgreſſoris oratio. Prou.28,9.
Liber vitæ. Exod.32,32. Pſal.68,29. Philip.4,3. Apoc.3,5. & 20,12. & 21,27.
Libellus repudij. Deut.24,1. Mal.2,16. Matth. 19,7. Mar.10,4.
Libri. Eccleſ.12,12. Apoc.5,1. & 10,9.
Libri prohibiti. Act.19,19.
Libertas. 2.Cor.3,17. Gal.5,13. 1.Pet.2,16.
Liberum arbitrium. Ioſ.24,15. Eccli.15,14. Iſa.1,19.
Liberalitas. 2.Eſd.5,10. Eccli.4,36. & 31,28. & 33,20.
Liberato poteſtate diaboli quid faciendum. Marc.5,18.
Liberatorum gratiarum actio. Exod.15,1.
Liberati perſecutione. Iſaiæ 14,3.
Libido. Dan.13,8. Oſee 7,6.
Lingua. Prou.15,4. & 18,21. & 26,28. Eccli.4,29. & 9,25. & 14,1. & 19,17. & 22,32. & 28,28. & 40,21. Iacob.1,26 & 3,3.
Linguę cuſtodia. Pſal.38,1. Prou.13,3. & 21,23. Eccli.23,17.
damna. Eccli.28,21.
Linguarum donum. Act.10,46. & 19,6. 1.Corinth.14,18.
Lis. Prou.16,28. Eccli.8,1. 1.Cor.6,4.
Locus. 2.Mach.5,19.
Loci ſancti reuerentia. Exod.3,5. Ioſ.5,15.
Longanimitas. Habac.2,3.
Loqui. Eccli.11,8. & 22,14. & 32,6. & 37,11. 1.Cor.14,11. Iacob.1,19. & 3,2.
Loquendum quid. Num.23,12. Pſal.16,3.
Loquentis geſtus. Act.26,1.
Loquacitas. Prou.25,28. & 29,20. Eccleſ.5,2. Eccli.19,5.
Loquacitatis damna. Pſal.139,12.
Lot. Sap.10,6.
Lotio pedum. Geneſ.18,4. & 19,2. & 43,24. & 24,32. Ioan.13,4,14. 1.Tim.5,10.
Lucas. 2 Cor.8,18. Col.4,14.
Lucifer. Iſa.14,12. Ezech,28,11. & 31,7.
Ludus. Gen.21,9.
Luctus. Pſalm.136,1. Eccleſ.7,3. Ierem.9,1. & 13,17. & 54,17. Thren.5,15. Dan.10,2.
Lux. Eccleſ.11,7. 1.Ioan.1,7.
Luxus. Eccli.11,29.
Luxuriæ mala. 3.Reg.11,1.
punitio. Gen.6,3. & 19,24.

M.

MAGDALENA. Matth.26,6. Mar.14,4. & 16,9. Luc.7,37. & 10,39. Ioan.11,29. & 12,3. & 20,11.
Magiſter. Iacob.3,1.
Magiſtratus. Prou.28,12. & 29,2. Eccleſ.8,9. Eccli.7,4. & 10,1.
honorandus. Eccli.7,4.
Magiſtratus malus. Ierem.6,28.
Magiſtratui iniquo dictum. Iſaiæ 10,1. & 28,14. Mich.3,1.
Magiſtratui dicendum. Sap.6,2. Ierem.22,3. Ezech.45,9.
Magnatibus dictum. Ierem.25,34.
Magnificat, Luc.1,46.
Magorum aduentus. Matth.2,2.
adoratio. Matth.2,11.
Maledictio vitanda. Num.23,8. Rom.12,14.
Maledictus quis. Ierem.11,3. & 17,5. & 48,10.
Maledicere. Prouerb.26,2.
Malignus. Eccli.27.25.
Malignis væ. Iſaiæ 29,35.
Malum numquam faciendum. Rom.3,8.
permittitur a Deo propter bonum. Gen.45,8.
eius occaſiones vitandæ. Eccli.3,27.
Mali. Prou.14,19. Eccleſ.8,11.
Malorum mores. Pſal.93,3. & 105,24. Prou.2,13. Philip.3,18.
proſperitas. Ierem.12,1. Iob 21,7. Pſal.72,3.
punitio. 1.Eſd.7,26.
Mali non imitandi. Prou.3,31. & 24,19.
vitandi. Exod.23,32. & 34,14. Ioſ.23,12. Prouerb.4,14. & 24,1. Eccli.7,2. & 12,13. 1.Corinth.5,6.
Malorum ſocietatis damna. Eccli.13,1.
Malorum opera Deus vtitur. Ezech.29,18. Matth.7,22. Mar.9,38. Luc.9,49.
Malis dictum. Matth.23,32.
Malum non reddendum pro malo. Prou.20,22. Rom.12,14. 1.Cor.4,12. 1.Pet.3,9.
Manna. Exod.16,15. Num.11,7. Deut.8,3. Ioſ.5,12. Pſal.77,24. Sap.16,20. Ioan.6,31.
Manſuetudo. Eccli.10,31.
eius fructus. Pſal.36,11. & 146,6. & 149,4. Prou.3,34. Eccli.3,19.
B.Maria. Pſalm.45,5. Prou.31,29. Cant.4,7. & 6,9. Eccli 24,24. Apoc.12,1.
Mariæ virginitas. Ezech.44,2. Lucæ 1,34. Iſaiæ 7,14.
turbatio. Luc.1,29.
humilitas. Luc.1,37.
charitas. Luc.1,39. Ioan.2,3.
laus. Luc.1,42.
prudentia. Luc.2,19.
fortitudo. Ioan.19,25. Prouerb.31,10.
fides. Luc 1,45.
ſpes. Ioan.2,5.
modeſtia. Luc.2,48.
benignitas. Luc.1,40.
paupertas. Luc.2,7.
patientia. Luc.2,35.
Maria mater Dei. Luc.1,43.
beata. Luc.1,45.
Mariæ Aſſumptio. Cant.3,6. & 4,7. & 8,5.
figuræ. Gen 6,14. Exod.3,2. & 25,10. Num. 17,8. Iudic.6,37. 3.Reg 10,18 Ezech. 44,2. Dan.2,34. nempe in Arca Noë, rubo, Arca fœderis, virga, vellere, throno, porta, monte. & Gen.24,51. & 30,32. Iudith 13,8. Eſther.2,9. & 7,3. nempe in Rebecca, Rachel, Iudith, Eſther.
nomina, nempe ſtella. Num.24,17. ſol Pſalmo 18,6. Regina. Pſal.44,10.

tabernaculum. Pſal.45,5. Ciuitas Dei. Pſalmo 86,3.
mater dilectionis. Eccli.24,24.
Mariti officium & auctoritas. Gen.3,16. Num.5,12.& 30,7. Deut.22,5.& 24,1. Prou 5,18. & 18,22.& 31,10. Eccleſ.9,9. Eccli.7,28. & 9,1.& 25,2.& 26,1. Mal.2,14. 1.Cor.7,3. & 11,3. Epheſ. 5, 22. Col. 3, 18. Tit.2,4. 1.Pet.3,1. 1.Tim.2,11.
Maritus à parentibus datus. Geneſ. 24, 50. Tob.7,15.
Martha. Luc.10,38. Ioan.11,20 & 12,2.
Martyres. Sap.3,4. Apoc.6,9.& 7,14.
Martyrum conſtantia. 2.Mach.7,1.
Martyri dictum. Lucæ 12,11.& 21,12. Apocalyp.2, 10.
Matrimonium. Tob.7,15. Matth.19,4. 1.Tim. 5,14. Heb.13,4. vide Coniugium.
Matrimonij inſtitutio. Gen.2,24.
vinculum. Matth.5,32.& 19,6. Roman.7,2. 1.Corinth.7,10.
abuſus eius punitio. Gen.38,10. Tob.6,17.
Matrimonium Sacramentum. Epheſ.5,32.
Matris amor. Tob 5,23.& 10,7.& 11,5.
honor. 3.Reg.2,18.& 3,24.
conſilium. Geneſ.27,8.
Medicus. Eccli.10,11.
honorandus. Eccli.38,1.
Medicina. Eccli.18,20.& 38,2.
Meditatio. Gen.24,63. Pſal.76,7.& 142,5. Eccleſ. 12,12.
Melchiſedech. Gen.14,18. Heb.7,1.
Mendacium. Prou.10,4.& 2,12.& 13,5.& 20, 17. Eccli.20,26. Ierem.8,10.
Mendacij damna. Prou.19,9.
punitio. Pſal.5,7.
prohibitio. Exod.27,7. Leuit.19,11. Eccli.4, 26.& 7, 13.
Menſura & pondus. Deut.25,13. Leuit.19,35. Prou.11,1.& 16,11.& 20,10. Ezech.45,10. Amos 8,5. Mich.6,10.
Mercator. Eccli.26,28.
Mercenarius. Eccli.7,22. Ioan.10,12.
ei ſoluendũ ſtatim. Deut.24,14. Eccli.34,25.
Meretrix. Prou.23,26. Eccli.9,10.
Meretricium prohibitum. Deut.23,17.
Meretricis mores. Prou.5,3.& 9,13.
vox. Oſee 2, 5.
Meritum operum. 1.Reg.26,23. 2.Reg.22,21. Eccli.10, 31.& 16, 15. & 38, 18. 1.Tim.6, 19. 2.Tim.4,8. Heb.6,10.
Michael Dan.10,21.& 12,1. Iud.9. Apoc.12,7.
Miles. Eccli.26,25.
Militis laus. 2.Reg.22,38.
Militibus dicendum 1.Par.19,13. 2.Par.20,15. & 25,8. & 32,7. Luc.3,14.
Militia ſpiritualis. 2.Cor.10,3.
Militis Chriſtiani vox. 2.Reg.10,12.
Miniſtrorum Eccleſiæ poteſtas Matth.18,18.
Miraculum. 2.Machab.1,21. Matth.7,22. Act. 8, 7. vide, Sancti.
Miraculi fructus. Ioan.2,11.
Miſeria. Iob 3, 20.
Miſericordia. Prou.14,21.& 21,21. Eccli.35,4. & 40,24. Oſee 6,6. Matth.9,13. Luc.6, 36. Heb.13,3. vide Eleemoſyna.
Miſericordiæ fructus. Prou.11,17.& 15,27.& 16,6.& 19,17. & 21,3. Eccli.16,14.
Miſericordiæ commendatio. Prouerb.3,3.
Miſſæ ſacrificium. Mal.1,11. Pſal.109,4. Dan. 11,31. Luc.22,19. Act.13,2. 1.Cor.10,16.& 11,23. Heb.5,6.
Modeſtia. Prou.17,24. & 22,4. Eccli.19,26.& 21,26. Philip.4,5.
Morbus. Eccli.10,11. vide Infirmitas.
Mors. 2.Reg.14,14. Iob 3,17. & 13,12.& 14, 10. Pſal.88,49. Prou 11,7. Eccleſ.2,16.& 3, 19. & 9,4.& 11,3. Sap.2,24. Eccli.10,13.& 14,18.& 40,11.& 41,1. Iſaiæ 50,10. 2.Cor. 5,1. Rom.14,7.
Mortis cogitatio. Iob 14, 14. Eccli. 14, 12. & 38,22.
Mortis memoriæ fructus. Eccli.7,40.
Mors glorioſa. 2.Mach.6,31.
Mors quæ optanda. Num.23,10.
Mortis timor facit Deo obedire. Exod.12,33.
Mors filij patrem cruciant. Gen.37,34.
Mortuum amicum dolere. 2.Reg.1,26.
Morti ſe offerre pro amico. Iud.5,2.
Mortuum flere. Gen.23,1. Num.20,29. Deut. 34,8. 1.Reg.25,1. 2.Reg.3,32. 3.Reg.13, 30. 2.Par.35,24. Iudith 16,29. Eccli.22,10. 1.Mach.2,70. Act.8,2.
Mortis hora incerta. Eccleſ.9,12. Matth.24,43. Lucæ 12,40.
Mortificatio. Deut.10,16. 2.Reg.13,15. Cant. 5,5. Eccli.18,30. Matth.5,29.& 18,8. Luc. 17,32. Gal.5,24. Col.3, 5. 2.Tim.2,11.
Mortificationis fructus. Ioan.12,24.
Moyſes. Act.7,22. Hebr.3,5. & 11,23. 2.Cor. 3,7. Matth.17,3. Eccli.45,1.
Multiloquium. Prou.14,23. Eccli.7,15.
eius damna. Prou.10,19. Luc.6,35.
Munditia. Prouerb.21,8.
Mundanda quæ. Luc.11,39.
Mundus. Pſal.136,1. Eccleſ.3,11. Ioan.7,7.& 15,18.& 17,9.1. Ioan.2,15.& 3,1.& 5,4.
Mundi creatio. Gen.1.2. Pet.3,5.
Mundi renouatio. Apoc.21,1.
finis. Iſaiæ 51,6. 2.Pet.3,7. Apoc.10,5.
mores. Pſal.52,4.& 54,10. & 56,5.& 61,10. & 63,4.
vox. Exod.5,2. Sap.2,6.
tumultus. Matth.24,6.
impedimenta. Exod.5,8.& 12,36. 1.Eſd.4,4.
vanitas. Eccli.2,4.
peccata. Sap.14,25. Iſaiæ 2,7.& 59,3. Matth. 24,10. 2.Tim.3,1. 2.Pet.2,12.
Mundum relinquere. Geneſ.12,1. Exod.6,1.& 13,18. Iſaiæ 52,11.& 21,14.& 55,12. Ierem.51,6. Apoc.18,4.
Mundum relinquentibus ipſe prouidet. Exodi 3,21.
Mundum relinquentium perſecutio diaboli. Exod.14,5.
tentationes. Exod.14, 10. & 16,2. & 17,2. Num.11,4.& 14,1. & 20,1.& 21,4.
protectio diuina. Exod.13,22.& 16,4. Deut. 2,7,& 31,3.
Mundani placandi donis & honorandi ne noceant. Gen.32,13.& 33,3.
vitanda eorum ſocietas. Gen.46,33.
non habendi odio. Deut.23,7.
non imitandi. Leuit.18,1.
Mundani. Prou.1,7.& 13,19. Iſaiæ 59,6. Matthæi 11,16. 1. Ioan.4,5. Iudæ 12.
Mundanorum prudentia. Luc.16,8.
punitio. Iſaiæ 14,16. & 30,12.
Mundanis væ. Iſaiæ 31,1. Apoc.8,13.& 12,12.
Mundanis dictum. Matth.16,2.
Mundanis dicendum. Pſal.4,3. Ierem.2,18. Sophon.1,7. Amos 6,3.
Munera. Prouerb.21,14. Eccli.20,31.
non accipienda. Exod.23,8. Deut.17,19. Iob 15,34. Prou.15,27.& 17,23.
accepta. Act.28,10. Philip.4,18.
repudiata. Geneſ. 14, 21. 4.Regum 5, 16. Dan. 5, 17.
offerenda Principi. Gen.43,11.
Murmuratio prohibita. Leuit.19,16. Sap.1,11. 1.Cor.10,10.
Murmurationis contra Deum punitio. Num. 11,1.& 14,27. & 16,46.& 21,5.
Murmurationis contra Prælatum punitio. Numer.12,1. & 16,31.
Muſica. 4.Reg.3,15. 1.Par.6, 31. & 15,16. & 23,5. 2.Par.5,12. & 7,6.
Mutuum. Prou 22,7. Eccli.8,15.
Myſteriorum reuerentia. Num.4,15.
Myſteria non quibuſuis communicanda. Matthæi 7,6.
Myſteria quibus reuelentur. Matth.11,25.

N.

NAVIGATIO. Sap 14, 5.
Negligentia. Prou.10, 5.& 18,9.& 21, 5. Eccli.4,34.& 7,34.
Negligentiæ damna. Prouerb.10,4. & 12, 24. & 25,14.
punitio. Luc.19,21.
Negligentium exhortatio. Ioſ 18,3.
Negligentibus dicendum. Iſaiæ 21, 12.
Negare Deum. 2.Tim.2,12.
Negotiorum damnum. Eccli.29,26.
Nobiles. 2.Eſd.3,5.
Nocere. Prouerb.26,18.
Noë. Sap.10,4. Hebr.11,7.
Nouitates. 1.Tim.6,20.
Nouum nihil Eccleſ.1,10.
Nouitio dicendum. Eccli.2,1.
Nox. Act.20,8.
Nuntius. Prouerb.13,17. & 25,13.
bonus. Prouerb.25,25.
ſtultus. Prouerb.26,6.
Nuptiæ à Chriſto honoratæ. Ioan.2,2.
Nurus amor. Ruth 1,6.

O.

OBEDIENTIA. Prouerb.15,28.& 21,28. Eccleſ.4.17. Rom.13,1.
Obedientiæ commendatio. 1.Reg.15,22.
præmium. Geneſ.22,16.& 26,4.
Obedientia prompta. Geneſ.22,3.
Obedientia debita parentibus. Ierem. 35, 5. Epheſ.6,1. Col.3,20.
Deo. Iacob.4,7.
Prælatis. Heb.13,17.
Principibus. Tit.3,1. 1.Pet.2,13.
Oblationes. Eccli.7,35.& 14, 11. & 34,21.& 35,6. Mal.1,13. vide Offerre.
Oblationum fructus. Prou,3,9.
Oblationes impiorum. Gen.4,3. 1.Reg.15,21. Pſal.39,7.& 49,7. Prou.15,8. Eccli.35,15. Iſa.1,10. Ierem.6,20. Oſee 5,6. Mich.6,7.
Obliuio. Eccleſ.1,11.& 2,16.
Obſtinatio. Prou.21,29. Ierem.17,1.& 18,11. Oſee 5,4. Amos 4,9.
Obſtinationis punitio. Eccli.3,27.
Obſtinato dictum. Ierem.13,23.
Obſtinati derelictio. Ierem.51,9.
Occupatio. Eccli.11,10. Luc.10,41.
Occultum proximi peccatum non reuelandum. Eccli.19,10.& 27,19.
Oculi. Prou.27,20. Eccleſ.1,8.
Oculorum damna. Thren.3,51. 2.Reg.11,1.
cuſtodia. Iob 31,1. Eccli.42,12.
Oculi mentis. Num.24,3. Deut.29,4. Iſaiæ 6,9. Luc.24,29. Act.26,18. Apoc.3,19.
Odij damna. Prouerb.10,12.
punitio. Eccli.27,32.
Odit quæ Deus. Prou.6,16.& 8,13.
Oeconomi partes. Geneſ.41,33.
Offerre Deo. Geneſ.4,1.
Offerendum Deo quale. Leuit.22,21. Numer. 18,29. Deut.17,1.
Offerendum in eccleſia. Exod.23,15. & 32,14. & 34,20. Deut.16,17.
Officium. 4.Reg.4,13. Dan.2,49.
Officium cuiq; ſuum agnoſcendũ. Exod.19,24.
Officialibus Reip. dictum. Luc.3,13.
Opera. Eccli.14,20.& 33,23.
Opera bona. 2.Eſd.5,19.& 13,14. Pſalm.4,6. & 14,1.& 23,3. Prouerb.21,15. Eccli.14,17. 2.Cor.8,11. & 9,6. Gal.6,10. Epheſ.2,10. Tit.3,8. Iacob.2,12. 2.Petri 1,10.
Operum bonorum fructus. 2. Paralip. 12, 12. & 19,3. Tob.12,12. Pſalm.36,34. Sap.3,15. Ioan.13, 17.
Operum bonorum neceſſitas. Matth.7, 19. & 20,1. Luc.3,9.& 6,46.& 13,6. Rom.2,13. Iacob.2,14.
meritum. Pſal.118,112. Matth.5,12.& 20,8. Luc.6,23. 1.Cor.3,8. Heb.6,10.
Operum intentio. Matth.6,1.
examen diuinum. 1.Cor.3,13.
retributio. Prouerb.12,14. Ezech.18,30. Oſee 12,2. Abd.1,15. Matth.16,27. Rom.2, 6. 2.Theſ.1,6. Apoc.20,12.& 22,12.
Operandum ſemper benè. Eccleſ.11,6.
& iuxta Dei voluntatem. Num.9,19.
Operando diſcitur. Prouerb.2,8.
Opportunitas. Eccleſ.8,6.
Oratio. Eccli.18,22. & 35,1. Dan.6,10.& 9,3. Matth.7,7. & 17,21. Act.10,4. 1.Tim.2,8. Iacob 1,5.& 5,13. 1.Pet.4,7. 1.Ioan.3.22.
Orationis locus. Matth.14, 23. Mar.1,35. Act. 10, 9.
impedimenta. Pſal.65,18.
commendatio. Tob.12,8. Eccli.7,10.
ſtudium. Geneſ.32,24. Pſal.118,147. Philip. 4,6. Col.4,2.
inſtantia & perſeuerantia. Gen.32,26. Pſalm. 29,9.& 63,4. Luc.11,8.& 18,1.
attentio. 1.Reg.1,13.
vis. Exod.17,11. Ioſ.10,12. Iud.15,18. Iſaiæ 38, 2. 2.Mach. 5, 33. Matth.21,22. & 26, 42. Ioan.14,13. Iacob.5,16.
forma. 1.Par.29,10. 2.Par.20,5. 2.Eſd.9,6. Tob.4,20. Iudith 9,17. Pſal.4,2.& 11,2.& 15,1.& 16,5.& 17,29.& 24,4.& 26,7.& 27,1.& 30,1.& 38,13. & 39,12.& 56,1.& 60,1.& 64,6.& 67,29.& 69,1.& 83,9.& 85,2 & 98,13. & 105,4. & 107,7. & 118, 18. & 139,7. & 140, 1. & 142,8. & 143,7. Sap.9,1. Eccli.23,4. Iſaiæ 38,20. & 63,15. Ierem.17,14. Bar.2,14. Dan.9,4. 2.Mach.1,24. Matth.8,2.& 9,27.& 15,25. & 20, 30. Mar.1,40. Luc.5,12.
fructus. 4.Reg.13,4. & 20,2. 2.Paral.14.11.

Iob 8,5 Pſal 4,2.& 36,5.& 54,17.& 76,1. & 105,44.& 106,6. Prou.16,3.Dan.2,17.
Orantis habitus. 3. Regum 8, 54. & 18, 42. Act 20,36.
Orandum manè.Sap.16,28.
ſemper.Iſaiæ 62,6.
pro regibus.Ierem.29,7.
pro omnibus.1.Timoth.2,1.
confidenter.Luc.11,11.
Orandum quomodo.Matth.6,5.Marc.11,25.
Oratio iuſti. Geneſ.19,20. & 20,17.& 25,21. 3.Reg.13,6. & 17,19.& 18,36.4.Reg.4,32.& 6,18.Prouerb.15,29 Eccli.35,20.
peccatoris.1.Reg.28,15.Iob 10,20.& 13.23. Pſal.6,1.& 24,11.& 37,1 & 38,9.& 40,5. & 84,5.& 85,1. & 118, 176.& 142,1.Ierem.31,18.
martyris. 2. Machab.6,30.
tribulati.4.Regum 19,14. 2.Machab.11,6. & 13,10. vide, Tribulatis.
morientis.Pſal.30,6.Act.7,60.
ſperantis. Pſal.30,12.
pro Rege. Pſal.71,1.
pro alio. Pſalm.19,1. Matth.8,5. & 17, 15. Col.4,12.
pro tribulato. Pſal.19,1.
pro eccleſia. Pſal.27,8. & 50,20. & 72,1. & 73,1. Ierem.64,10.
pro populo. 2.Eſd.1,4.
pro perſequentibus.Act.7,60.
in perſecutione Eccleſiæ. Pſalm.73,3. & 78. & 79.
Orationes ſanctorum.2.Mach.15,11.
Oratio in perſecutione. Pſalm.16,1.& 21,1.& 25,1.& 34,1.& 37,12.& 42,1. & 43,10.& 53,1.& 58,1.& 63,1.& 68,5.& 70,3.& 73,19. & 85,17.& 108,1.& 119,2.& 122,3.& 139,1. & 140,9. & 141,7. Ierem. 18,19. Thren.1,9.& 5,1.Dan.3,42.2.Mach.10,25. Act.4, 29.
Oratio non exaudita.Deut.3,26.Prouerb.1,28. Ierem.7,16.& 11,14.& 14,12.Thren.3,42. Ezech.8,18.Iacob.4,3.
Ordo. 1.Cor.14,40.1.Theſ.5,26.
Ordinis Sacramentum. Ioan.20,22. Act 6,6.& 13,2 & 14,22. 1.Tim.4,14.& 5,22. 2.Tim. 1,6. Tit.1,5.
Ordinandorum qualitas. Leuit. 21,16. 1.Timoth.3,2.Tit.1,6.
Oſculum ſanctum. Roman.16,16. 1.Pet.5,14. 1.Cor.16,20. 2.Cor.13,12.1.Theſ.5,25.
Ornatus.Iudith 10,1. 1.Timoth.2,9.
Otium. Prouerb.12,11.2.Theſ.3,10.

P.

PAPAE auctoritas.Deut.17,8 Matth.16,18. Ioan.21,17.
Parcere.2.Reg.14,21.Prou.14,29.Luc.6,37.
Parentes.Prou.17,6. vide, Pater.
Parentum officium. Exod.15,8. Deuter.6,20. Ioſ.4,21. Tob.1,9. Iob 1,5. 1.Regum 2,23. 3.Reg.2,1. Pſal.77,3. Prou.1,8.& 4,1.& 5,7.& 11,29.& 13,24.& 19,18.& 20,7.& 22,6.& 23,13.& 29,17. Eccli.4,23.& 7,25.& 8,11.& 17,1.& 25,10.& 26,13.& 30,1.& 33,32.& 42,5.Tob.10,13.& 14,5.1.Mach.2,49.2.Mach.6,24.& 7,20.Dan.13,3.Matthæi 10,37. Epheſ.6,4. Col.3,21. 2.Tim.3,15. Tit.2, 4.
reuerentia.Gen.9,23.Exod.20,12. Leu.19,3. Prou.19,26 & 23,22. Eccli.23,18.
irreuerentiæ punitio.Gen.9,25. Exod.21,15. Leuit.20,9. Prouerb.20,20.
Parentibus dictum. Epheſ.6,4.
Parentes relinquendi propter Chriſtum. Lucæ 9,59.
Parentum amor. Tob.10,1.
Parentum filios non corripientium punitio. 1 Reg.3,11.
Parentes honorandi. Eccli.7,29.
Parentum honoris fructus. Eccli.3,5.
Paradiſus cæleſtis. Apoc.21,10.& 22,1.
Paſcha.Exod.12,3.Matth.26,19.
Paſtor ouium. Gen.4,2.& 37,2.& 47,3. Exod. 3,1.Luc.2, 15.
Paſſionis Chriſti virtus. Exod.12,13. Nu 21,8.
memoria & meditatio. 2.Reg.11,11. Cant. 1,13.& 4,6.& 7,8.
Paterfamilias. Eccli.4,35. & 32,26. vide, Parentes.
eius officium. Geneſ.18,19. Deuteron.4,9. Prouerb.12,10.
Patris benedictio. Gen.27,19.& 28,3.
Paternus amor. Geneſ.42,38. & 45,28. 2.Regum 18, 5.
Patris monitio.1.Mach.2,49.3.Reg.2,1. 1.Paralip.28,9. Tob.4,1. & 14,10.
Pater noſter. Matth.6,9. Luc.11,2.
Patria. Matth.13, 57. Marc. 6, 4. Lucæ 4, 24. Ioan.4,44.
Patientia. Prouerb.14,29.& 15,18.& 16,32.& 19,11.& 20,22. & 25.15. Eccleſ. 7,9. Eccli. 1,29. Habac.2,3. Matth.5,39. Heb.10,36. Iacob 5,7. 1.Pet.2,19.Apoc.13,10.
Patientiæ fructus. Luc.21,19.
exemplum. 2.Reg.16,10. Iob 1,20. & 2,10.
Patientia in perſecutione. Pſal.38,3.
Pati.1.Pet.3,14.& 4,15.
Patiendi neceſſitas. Luc.24,26.
Pauli vocatio. Gal.1,15.Act.9,3.
tribulationes.1.Theſ.3,4 2.Tim.3,11.
prudentia.Act.16,37.& 23,6.1.Corinth 3,1. 2. Corinth.8,20.
zelus Act.17,16.1.Cor.11,2.Phil.1,18.
perſecutio.Act.18,12.& 20,3.& 21,30.& 22, 22. 1.Cor.16,9.
miracula. Act.19,11.& 20,9.& 28,8.
opera.Act.20,18. Rom.15,18.
charitas.Act.20,23.& 21,13.& 26,29. Rom. 9,1.& 15,25. 1.Cor.9,19. 2.Cor.2,1.& 6,11.& 11,28.& 12,15. Gal.4,19. Phil.1,7. Col.2,1. 1.Theſ.2,7.
patiendi deſiderium.Act.20,23.& 21,13.
fuga. 2.Cor.11,32.
integritas. Act.20,33. & 24,1. 2.Cor.7,2.& 11,7. & 12,13. 1.Theſ.2,5. 2.Theſ.3,7. Heb 13,18.
labores.Act.20,31.1.Corinth.4,11.& 15,10. 2.Cor.1,8. & 4,8. & 7,5. & 11,23. Col.1, 24. 1.Theſ.2,9. 2.Theſ.3,7.2 Tim.2,9.
prædicatio.Act.28,30.1.Cor.2,1.2.Corinth. 11,7. 1.Theſ.1,5.& 2,1.
deſideria.Rom.1,11. 1.Theſ.3,10.
gaudium.Rom.16,19.2.Cor.7,4.Phil.1,18. 1.Theſ.2,19.& 3,6. Philem.7.
ſapientia.1.Cor.3,10.
modeſtia. Philem.8.
iuramentum.2.Cor.2,23.
ſinceritas. 2.Cor.2,17.
vincula.Philip.1,12.
reprehenſio. Gal.3,1.
gloriatio.2.Corinth.7,14.& 10,13.& 11,10. & 12, 5. Gal.6,14.
benignitas.2.Cor.10,1.
peccata. 1.Tim.1,13.
epiſtolæ.2.Cor.10,10.2.Pet.3,15.
fides.2.Timoth.1,12.
raptus.2.Corinth.12,2.
ſtimulus carnis. 2.Corinth.12,7.
apoſtolatus.Gal.1,1.
miniſterium. Act.26,16. Rom.1,1.& 11,13. & 15,15. 1.Cor.1,17. 2.Cor.4,1.& 5,18. & 11,7.Gal.1,11. & 2,7. Eph.3, 2. Philip. 2,16. Col.1.25. 1.Tim.1,12.& 2,7. 2. Timoth.1,11.& 4,7. Tit.1,3.
oratio. Rom.1,9.& 10,1.2.Cor.12,8 & 13,7. Eph.1, 16. & 3,14. Philip.1,9. Col.1,9. 2.Theſ.1,11. 2.Tim.1,3.
gratitudo. Rom.16,4.
mortificatio. Gal.6,17.
auctoritas. 1.Cor.5,3. 2.Cor.11,2.
poteſtas. 1.Cor.9,4. & 10,6. 2.Cor.13,10.
perfectio. 1.Cor.9,12. 2.Cor.5,13.Gal.2,16. Philip.1,21.& 3,8.& 4,11.
gloria.1.Cor.9,15.2.Cor.1,12.
humilitas.1.Cor.15,9.& 16,4.1.Tim.1,15.
exemplum.2.Corinth.2,15.
ſtudium. Philip.3,13.
conſtantia.2.Corinth.1,17.
Paulus Eccleſiam perſequitur. Act. 8, 3. & 9,1. Galat.1,13.
vas eſt electionis. Act.9,15.
flagellatur. Act.15,22.
manibus operatur. Act.18.3. & 2,34.
veteris legis cæremonias ſeruat. Act. 18,1. & 21, 23.
ſe defendit. Act.22,24.& 25,3. & 26,25.
officioſus eſt. Act.28,3.
non læditur à vipera correptus. Act.28,4.
amatur. Gal.4,14.
petit pro ſe orari. Roman.15,30. Epheſ.6,19. Col.4,3. 1.Theſſal. 5, 25. 2.Theſſal. 3, 1. Hebr.13,18.
corpus caſtigat 1.Corinth.9,26.
Petrum reprehendit. Gal.2,11.
ſe commendat.2.Cor.11,5. & 12,11.
impeditur à Satana. 1 Theſ.2,18.
Chriſtum vidit.1.Corinth.9,1.
cæditur. Act.23,2.
confortatur à Chriſto. Act.23,11.
Cæſarem appellat. Act.25,10.
putatur inſanus. Act.26 24.
nauigantes conſolatur. Act.27,33.
Paupertas. Prou.10,15.& 12,9.& 13,7.& 14, 20. & 15,15. & 18,23. & 19,1 & 22,2 & 28,6. Eccli.10,26 & 11,12.& 13,23 & 25,3. & 27,1. Iſaiæ 14,30. Luc.18,22. Ioan.12,8. Iacob.2,5.
Paupertatis conſolatio. Tob.4,23. Iob 5,16.
fructus. Pſal.9,19.& 39,18. Matth.5,3.
commendatio. Mar.10,21.
Pauper Deo curæ eſt. Iſaiæ 40,17.& 25,4.
audiendus. Eccli 4,8.
nō deſpiciēdus. Prou.14,31.& 17,5.& 22,22.
iuuandus. Deut.24,19.
Pax. Iſaiæ 48,22. Pſal.75,3. Ioan.14,27.& 16,33. & 20,20. Rom.14,19. Philip.4,7.
Pacis fructus. Prou.12,20.
Pax à Deo. Iſaiæ 26,12.
Pacis tempus. 1.Mach.14,8.
Pacis ſtudium. Gen.13,8.
Pax falſa. Ierem.8,11.
Pax Chriſtiana. 3.Reg.4,25.
Peccatum. Prou.20,9. Eccleſ.7,21. Ezech.16, 49. Matth.25,18. 1.Corinth.15,56. 1.Timoth.5,24. 1.Ioan.1,6.& 3,4.
Peccatum ad mortem. 1.Ioan.5,16.
originale. Rom.5,12.
ex ignorantia. Gen.20,6. Num.15,20. 3.Regum 15,14.
Peccatum ex peccato. 2.Reg.11,14.
Peccati excuſatio. Gen.3,12.
punitio. Gen.3,16.& 6,5. Leuit. 18, 24. Lucæ 12,47.
damna. Tob.12,10. Prou.14,34. Eccleſ.9,18. Sap.1,3. & 16,14. Eccli 6, 4. Iſaiæ 3, 11. Oſee 8,3. Ierem.17,13. & 31,30. Ezech. 18,4. Epheſ.5,5.
teſtes. Habac.2,11.
clamor. Gen.18,20. Exod. 22, 23. Eccli. 35, 18. Iacob.5,4.
occaſio. Gen.19,17.& 38,13.
agnitio.2.Regum 24,10. Pſal.37,5.& 105,6. Iob 13,15. Dan.3,28.
agnitio in tribulatione. Gen.42,21.
agnitionis fructus. Pſal.31,5.
remiſſio. Pſal.31,1. Iſa 43,25.& 44,22. Ier. 31,34. Mich.7,18. Matth.18,18. Luc.5,20. & 7,48. Ioan.20,23.
iteratio. Prouerb.26,11.
conſuetudo. Prouerb.10,23.
Peccandi timor. Gen.39,9.
Peccatum vitandum. Prou.3,7.& 4,27. Eccli. 4,31.& 7,1.& 21,1. Ezech.43,9.
Peccata occulta. Pſal.18,13.
Peccati remedia contempta. Ierem.8,22.
Peccandi conſuetudinis damna. Prou.18,3.
Peccati ſtatus. Luc.15,14.
Peccatum in Spiritum ſanctum. Matth.12,31. Mar.3,28. Lucæ 11,15. & 12,10. Hebr.6,6. & 10,26. 1.Ioan.5,16.
Peccatum ex malitia. Num.15,30. Eccli.10,14. Matth.28,13. Ioan.11,49. Act.4,18 Heb.6, 5. & 10, 26.
Peccator. Pſal.48,13. Sap.1,6. & 15,10. Eccli. 10,32.& 11,17.& 21,11.& 27,11. Iſa.32,6. Ierem.2,27. & 6,7. & 32,33 Thren.1,9. Ezech.16,15. Oſee 4,16. & 7,6.& 9,10.& 10,6. & 12,1. Ioel.1,17. Am.5,2. Ioan.3, 20. 1.Ioan.3,6. Apocal.22,11.
Peccatoris monitio. Geneſ.4, 7. & 19, 14. Iob 19, 29.
punitio. Deut.31,16.& 32,20. Iudic.1,7. Iob 5,3. Pſal.31,10.& 33,17.& 36,17.& 52,6. & 57,4. & 91,8. & 105,17. & 111,10. & 118,118.& 144,20. Prouerb.1,26.& 13,21. & 19,29. Eccleſ.2,26. Eccli.10,16.& 16,7. & 21,10.& 26,27.& 40,14. Iſaiæ 1,7.& 2, 10. & 5,1. & 5,2. & 10,17. & 14,22. & 45, 24. & 47,2. & 59,11. & 65,6. & 66,4. Ierem.2,37. & 8,14. & 9,8. & 21,14. & 23, 19. & 25,8. Ezech.5,11. & 9,9. Oſee 2,9. & 4,6.& 5,5.& 12,14.& 13,3. Amos 2,13. & 4,6. & 9,8. Mich.2,10. & 6,13. Soph. 1,12. 2.Mach.12,40. 1.Reg.16,14. & 25, 37. 2.Reg.12,10.& 23,6. Eccli.3,29. Lucæ 13,27.& 19,27. Rom.2,12. Heb.10,26 1.Pet.4,5. Apoc.2,21.& 9,4.& 14,9.& 19, 17. & 21,8.& 22,15.

conuerſio. Mich.4,10. Lucæ 15,17.
oblationes. Oſee 8,12.
vox. Ierem.44,16.
oratio. Thren.5,21. Luc.18,13.
mores. Prouerb.6,12.
nulla excuſatio. Prouerb.1,24.
humilitas. Luc.18,13.
Peccatores conuerſi. Matth.21,31.
Peccatori dictum. Iſaiæ 43.24.& 45,22.& 46,8. & 57,4. Ierem.2,28. & 4,3 & 5,21. & 6,8. & 7,11.& 15,19.& 22,29. & 25,3. & 31,21. & 44,7. Ezech.16,30.& 18,30.& 33,11. Ierem. 2,36.& 4,8.& 7,8.& 13,16.& 26,13. Thren. 2,18. Ezech.4,28. Lucæ 13,2. Rom.2,3. & 6,16. 1.Corinth.10,22. Iacob.4,8. 1.Pet.4,3. Apoc.2,16. & 3,2.
Peccatori conuerſo dictum. Rom.5,10. & 6,2. & 7,5. Eph.2,1.& 5,8.
Peccatori dicendum. 3.Reg.18,21. Tob.13,8. Pſal.7,13.& 13,4.& 31,9.& 51,1. Sap.1,12. Eccli.2,14. & 16,15. Deuteron.32,6. Pſal. 74,5. & 79,3. & 93,8. & 94,8. Prouerb.9,6. Iſaiæ 1,16. Oſee 9,1.& 10,13. & 14,2. Ioel. 1,5. Soph.2,1. Zach 1,1. Mal.2,17. Iſaiæ 31, 6. & 33,14. & 55,6. Act.3,19.
Peccator Deum fugit. Geneſ.3,8.
Peccatorem Chriſtus inuitat. Geneſ.45,4.
Peccator diaboli filius. Ioan.8,44.
Peccatori væ. Oſee 7,13. Mich.2,1. Iſaiæ 1,4. & 5,18. & 45,9.
Peccator odit ſe monentem. Exod.10,28.
Peccator maledictus. Deuter.27,16.
cæcus. Deuteronom.32,28. Iob 5,14. Pſalm. 72,11. Prouerb.4,19. & 14,22. Sap.2,22. Eccli. 11,16.
ſeruus. Ioan.8,34.
timidus. Sap.17,11.
ſtultus. Prouerb.24,8.
Deo odioſus. Prou.3,32. Eccli.12,7.
Peccatorem Deus monet. 2.Reg.12,1.
vocat. Ierem.3,22.& 4,1.
inuitat. Ierem.3,1.
Pecunia. Eccleſ.10,19.
Pentecoſte. Act.2,1.
Peregrini benè tractandi. Geneſ.18,2. Exod.22, 21.& 23,9. Leuit.19,33.& 23,22. Num.15, 14. Deut.10,18.& 14,21. & 24,14.& 26,11. Ezech.22,29.& 47,22. Zach.7,10.
Peregrinatio. Eccli.29,30.
Peregrinatio religioſa. 3.Reg.8,41. 4.Reg.5,10.
Penurij punitio 2.Reg.21,8.
Perfectio. Matth.19,21. 1.Cor.13,10. 1.Eſd.3, 12. Heb.5,14.
Perfecti vox. Rom.8,35.
lapſus. Heb.6, 4.
Perfectioni ſtudendum. Gen.17,1. Deut.18,13. Matth.5,48.
Perfectio non ſtatim acquiritur. Exod.23,30.
Perfectio cæleſtis. 1.Cor.13,12.
Perfectio huius vitæ imperfecta. Ioſ.15,63.& 16,10. & 17, 12. Iud. 1,19. 3.Reg.22,44. Philip.2,12.
Pericula. Ierem.48,44.
Perſecutionis fructus. Exod.1,12.
conſolatio. Pſal.64,4.
Perſequentibus dicendum. Pſal.61,4.
Perſeuerantia. Ioſ.14,11. Iſa.6,13. Act.13,43. Gal. 6,9.
Perſeuerantiæ fructus. 4.Reg.2,14. Matth.10, 22. & 24,13.
Perſonarum diuinarum cognitio. Matth.11,27.
Peruerſi. Eccleſ.1,15.
Petenda à Deo. Prouerb. 30,7. Zachar. 10,1. vide Oratio.
Petri & Pauli figura. Zachar.4,11.
Petri & Ioannis deuotio. Ioan.20,4.
Petri fides. Matth.14,22.& 16,16. Luc.22,23.
auctoritas. Matth.16,18. Ioan.21,15.
amor. Matth.26,58.
præſumptio. Matth.26,33.
timor. Matth.26,58.
negatio. Matth 26,70.
pœnitentia. Matth.26,75. Mar.14,72.
humilitas. Lucæ 5,8.
deuotio. Luc.24,12. Ioan.21,7.
miracula. Act.5,15.
carcer. Act.12,4.
liberatio. Act.12,7.
error. Gal.2,14.
ſimolatio. Gal.2,12.
Petrus Chriſtum increpat. Mar.8,32.
Petrus reprehenſus. Matth.16,26. Mar.14,37.
Phariſæi oratio. Luc.18,9.
Phariſæorum reprehenſio. Matth.3,7.& 7,1.& 16,4. Ioan.8,44. Act.7,51.& 23,3.
Philoſophi. Rom.1,31. Col.2,8.
Philoſophorum vanitas. Sap.13,1.
Piger. Prou.13,4. & 15.19. & 18,18. & 19,15. & 20,4.& 21,25. & 22,13. & 26,13. Eccleſ. 4,5. Eccli.22,1.
Piger moleſtus. Prouerb.10,26.
Pigro dicendum. Prou.6,6.& 24,32.
Pigritiæ damna. Prou.24,30. Eccleſ.10,18.
Piorum vox. Ioſ.24,16.
Piſcinæ miraculum. Ioan.5,4.
Placere hominibus. Gal.1,10.
Planctus. 1.Machab.1,26.
Plebi vetita. Exod.19,12.
Pœnitentia. Pſal.94,6. & 108,10. & 118,136. Sap.12,19. Eccli.5,4. & 17,28. Iſaiæ 30,22. & 31,7. Ezech.2,18. & 6,9. & 12,18. & 20, 43. & 36,31. Matth.7,13. Lucæ 15,7. Act.2, 37. & 17,30.& 26,20. 2.Cor.7,8.
Pœnitentiæ fructus. 2.Reg.12,13. 3.Reg.8,46. & 20,32. & 21,27. 2.Par.15,4. Iudith 5,19. Pſal.76,4. Ion.3,5. Ezech.18,21. & 33,12. Matth.3,2. 2.Cor.7,11.
Pœnitentia ficta. Exod.9,28.& 10,16.
infructuoſa. 4.Reg.6,30. 2.Mach.9,12.
ad Pœnitentiam hortatio. Ioel.1,13.
Pœnitentis oratio. Ierem. 14,7. vide Orationem Manaſſe, 2.Par. ad finem.
vox. Prouerb.5,12. Cantic.5,3. Iſaiæ 26,13. & 38,15. Ierem.31,17. Thr.1,11. Ezech. 1,15. Mich.7,9.
habitus. 3.Reg.20,31. Exod.33,4.
Pœnitentibus dictum. Ioel.2,25.
Pondera. Prou.11,1.& 20,23.
Populus. Eccleſ.7,7.
Populi peccata. Iſaiæ 1,5. & 22,12. & 30,9. Ezech.22,6. Oſee 4,4.& 7,4.
furor. Act.19,30.
conuerſio. Ioel. 2,15. Ion.3,5.
deuotio. Exod.36,3. 1.Eſd.3,11. 2.Eſd.9,3. Matth.21,8.
ſeditio. Eccli.26,5.
punitio. Ioſ.22,20. Iſaiæ 17,4.
emendatio. 2.Paral.15,14. & 34,31. 1.Eſdr. 10,2. 2.Eſd.9,1. & 10,27.
Populo dicendum. 2.Eſd.9,5. Oſee 4,1. Amos 5,13.
Populus Dei. Iſaiæ 51,7.
Poſſeſſio. Eccli.33,20.
Potentes. Iſaiæ 25,4. Prouerb.19,6. Eccli.9,11. & 13,12.
Potentibus dictum. Am.4,1.& 5,11.& 6,1.
Poteſtas à Deo. Ioan.19,11.
Præcepta Dei. Matth.15,3.& 19,18. Ioan.12, 50. 1.Timoth.1,5.
diſcenda. Prouerb.1,8.
ſeruanda. Num.23,26. Deút.4,23.& 5,32.& 6,6.& 8,1.& 11,1.& 12,28. & 13,4. Pſal. 118,106. Eccleſ.12,13. Matth.19,17. & 28,20 1.Ioan.2,3.
grauia non ſunt. Deut.30,11. 1.Ioan.5,3.
iucunda. Pſal.118,111. Eccli.23,37.
illuminant. Pſal.118,104.
Præceptis Dei ſtudendum. Prou.4,20. & 6,20. & 7,2. Eccli.3,22.& 6,37.& 11,21.& 29,14.
Præcepta Dei non ſeruans maledictus. Deuteron.27,26.
Præceptorum Dei commendatio. Exod.13,13. Leuit.18,4. & 19,37.& 22,31.
memoria. Num.15,38. Deuter.11,18. Pſalmo 118,30.
æquitas. Pſal.118,75.
ſtabilitas. Pſal.118,152.
obſeruationis fructus. Exod.15,26.& 19,5.& 23,25. Leuit.25,18.& 26,3. Deut.4,1.& 5, 29. & 6,3.& 7,12.& 11,13. & 15,5. & 30, 15. Pſal.70,14. & 118,6. Prou.1,33. & 3, 1. & 7,2. & 19,16. Eccleſ.8,5. 2.Mach.8, 26. Iſaiæ 48,18. Ierem.11,4. Ezech 3,12. & 20,11. Matth.22,48. 1.Ioan.2,17.
tranſgreſſionis punitio. Leuit. 20,22. & 26, 14. Num.14,22.& 15,30. Deuter.8,20.& 11,26.& 30,17. 1.Reg.13,13.& 15,23. & 28,16. 3.Reg.13,21. & 20,35. Pſal.118, 21. 1.Mach.4,17.
Præcepta Eccleſiæ ſeruanda. Prou.1,8.
Prædeſtinatio. Mal.1,2. Matth.15,13. Rom.8, 29. & 9,11. Eph.1,5. 2.Tim.2,20.
Prædeſtinatorum deductio diuina. Exod.15,17.
Prædicatio. Act.6,2. & 16,6. & 20,11. vide, Concio.
Prædicatorem Deus adiuuat. Exod.4,11.
Prædicatoris tribulatio. Exod.5,21.
Prædicandum quid. Leuit.15,31. Pſalm.33,1 Matth.10,7. Act.10,42.
Præficiendorum qualitas. Exod.18,21.
Prælatus. 1.Theſſal.5,12.
Prælati officium. Exod.18,22. & 24,12. & 2 12. & 32,12. & 33,1. & 34,33. Leuit.9,6. 16,17. Num.7,89.& 11,12. Deuter.1,17. 4,14. & 5,31.& 6,1.& 9,18.& 10,10 & 3 11. 1.Reg.7,8. & 18,19. 2.Eſd.4,13. Iudi 4,11. Prou.27,23. Eccli.27,26. 1.Mach.1 14. Ierem.1,9. Matth.4,23. & 9,35. & 11, Mar.1,39. Lucæ 12,41. & 13,8. Act.14,2 & 18,23. 1.Theſ.3,2. Tit.1,5.
Prælati Dei loco. Lucæ 10,16.
Prælatus omnibus conſpicuus. Exod.33,8.
Prælati vigilantia. Gen.31,38. 2.Eſd.4,23.
humilitas. Exod.18,24.
electio. Exod.28,1.
conſecratio. Exod.29,4.
zelus. Exod. 32,19.& 33,25.
charitas. Exod.32,31.
protectio diuina. Exod. 33,2.
abſentiæ damna. Exod.32,1.
imitatio. Heb.13,7.
gaudium. 2.Ioan.4. 3.Ioan.3.
oratio. Exod.33,13 & 34.8. Numer.11,2. 14,19. & 16,46. & 20,6. Deut.9,25.
familiaritas cum Deo. Exod.33,9.
miniſtri. Exod.33,11.
benedictio. Leuit.9,22.
moleſtiæ. Num.11,10.
coadiutores Num.11,16. Deut.1,12.
deſideria. Num.11,29.
auctoritas. Num.27,21. Deut.17,10.& 21, Matth.23,4. Luc.10,16.
exhortatio. Deuter.20,1. & 30,19. & 32,4 Ioſ.23,5. 1.Reg.12,7. 1.Cor.16,13. 2.Corinth.6,1. Philip.2,1. & 4,1. 1.Theſ.4, & 5,14.
integritas. 1.Reg.12,3. 2.Eſd.5,15.
vox. Ioſ.24,16. 1.Cor.4,21. 2.Cor.1,24. Philip.1,27.
reuerentia. Act.23,5. 1.Theſſal.5,12. 1.Timoth.5,17.
negligentia. Cant.1,6. Ierem.50,6. Thr.4,
negligentiæ punitio. Ezech.33,6.
peccata. Iſaiæ 56,10. Ierem.10,21.& 12,10.
Prælatus malus. Zach.11,16. Matth.23,2.
Prælato malo væ. Ierem. 23,1. Ezech. 34, Lucæ 11,46.
Prælati mali punitio. Zachar.12,3. Ierem.23, Lucæ 12,45.
Prælato dictum. Deuter.31,23. Ioſ.1,7. 1.Paralip.28,20. Eccli.32,1. Zach.11,4. Ezech. 17.& 33,7. Matth.5,13. Lucæ 10,35. & 2 26. Act.20,28. Col.4,17. 1.Timoth. 4,1 2.Timoth.2,13. & 2,1. Tit.2,7. Hebr.8, 1.Pet.5,1.
Prælato dicendum. Deut.31,7. 1.Paral.22,1 & 28,10.
Præmium. Prouerb.11,10.
Præmium cæleſte. Luc.6,38. 1.Cor.9,24.
Præſciti. Matth.16,31.
Preſbyter. 1.Timoth.5,19.
Præſumptionis punitio. Ierem.48,36.
Precandi benè alicui forma. Iudith. 10,8. Pſa 113,14. & 120,5. & 127,5.& 133,3. 2.Machab.1,2. Rom.15,5.& 16,20. 2.Cor.13, Epheſ.1,2. Philip.4,7. 1.Theſ.3,12. & 5,2 2.Theſ.2,16. & 3,5. 2.Timoth.1,16. Heb 13,20. Iudæ 2.
Primitiæ Deo offerendæ. Exod.13,2. Leuit.2 10. Num.15,19.
Primogeniti dignitas. Deut.21,15. 2.Par.21, Gen.25,31.& 49,3.
Princeps. Prou.14,28. & 17,7.& 28,2.& 20, & 21,25. & 22,13. & 26,13. Eccleſ.4,5. Eccli.22,1. Ezech. 46,18. Oſee 7,3. & 8, Ioan.7,48.
Principis exemplum. 1.Eſd.9,2.
exhortatio. 1.Paral.28,8.
vox. Iudic.8,22.
Princeps iuſtus. Gen.26,11.
Principi obediendum. Rom.13,1.
Principi dicendum. Pſal.2,10.
Probandi ſpiritus. 1.Ioan.4,1.
Probanda omnia. 1.Teſſal.5,21.
Probatio Dei. Iob 7,18.
Proceſſio. 3.Reg.8,3. 1.Par.15,28.
Proceſſionis ordo. Num.2,17.
Prodigia. 2.Machab.5,2.
Prodigi parabola. Luc.15,11.

Proditio. Geneſ.37,23. Iud.1,24. 1 Reg.23,19. Eccli.26,5. Iſaiæ 22,15. 1.Mach.3,4.&4,1.&10,22.&11,21. Matth.26,14.
Profana purganda. Deut.21,10.
Profectus. Pſal.73,6. Eccli.18,22. Marc.4,26. 1 Corinth.12,31. Galat.4,18. Epheſ.4,15. 1.Theſ.4,10. Heb.6,1.
Proficiſcenti dicendum. Tob.5,23.&10,11.
Progrediendum in virtute. Ioſ.17,17. Ioannis 12,35.
Promiſſio. Eccli.18,16.
Promiſſor mendax. Prouerb.25,14.
Propheta. Ierem.36,18. 1.Cor.14,32. 1.Pet.1,10. 2 Pet 1,20.
Prophetæ vnctio. 3.Reg.19,16.
Propheta fallitur. 2.Reg.7,3.
decipitur à pſeudopropheta. 3.Reg.13,18.
Proſperitas. Eccleſ.7,15. Eccli.11,27.&18,25.
Proſperitatis periculum. Deuter.8,12.&31,20.&32,15.
Prouidendum. Prouerb.4.25.
Prouinciæ deſtructio. Iſaiæ 17,1. Ioel.1,8.
Proximus. Eccli.17,12.
non lædendus. Leuit.19,13.&25,13. Deut.19,14 Tob 4,16. Prou.2,29.&14,21. Eccli 19,10.&6,1. 1.Theſ.4,6.
non odiendus Leuit.19,17.
non deſpiciendus. Malach.2,10. Eccli.7,12.&8,6.&11,2. Matth 8,10. Rom.14,3.
non iudicandus Luc.6,37.
iuuandus. Deut.1,18.&22,1. Prouerb.24,11. Eccli.4,9.&29,13.&41,16. Rom.14,2. Gal.6,1. 1.Ioan.3,16. Iudæ 22.
tolerandus Rom.15,1.
diligendus. Leuit.19,18. Ioan.13,34.
cauendus. Eccli.9,21. Ierem.9,4. Mich.7,5.
conſolandus. Eccl.7,38.
Proximus quomodo tractandus. Matth.7,12. Rom.15.7.
Proximum lædenti væ. Habac.2,5.
Proximum lædentis punitio. Leuitic. 6,2.&24,19.
Proximum conuertere. Iacob.5,19.
Proximi defenſio Exod.2,11.
Proximo benefaciendum. Prouerb.2,27.
Proximum iudicanti dictum. Rom.14,4.
Prudentia. Iob 12,12. Prou.10,23.&14,33.&15,24 &16,16. 1.Pet.4,7.
Prudentiæ ſtudendum. Prou.1,2.
Prudentis contemptus. Eccli.16,25.
Pſeudoapoſtoli. 2.Cor.11,13.
Pſeudoprophetæ. Deut.13,1.&18,20. 3.Reg.13,11.&18,40.&22,10. 4.Regum 10,19. Prou 28,10. Iſaiæ 3,11.&28,7.&56,10. Ierem 14,14. Ezech.14.9. Amos 7,10. Mich.3,5. Zach.13,2. Matth.7,15. Marc.13,22. Luc.12,1. Act.20,29. 1.Corinth.15,12. Philip.3,2. Col.2,8. 1.Tim.4,1. 2.Tim.2,17. 1.Ioan.4,1.
Publicani & Phariſæi parabola. Luc.18,10.
Puellæ modeſtia Gen.24,65.
Pueri. Prouerb.20,11.&22,6. Matth.19,14.&21,16. Marc.9,36.&10,13.
Pueri laus 1.Reg.2,26. Tob.1,4.
oratio. Gen.21,17.
caſtigatio Prou.22,15.&23,13.&29,15.
Pulchritudo feminæ. Prou.11,22.
Punitio. Prouerb.11,10.
Puniendum moderatè. Deut.25,3.
Punitio non punientis. 3.Reg.14,42.
Puritas. Eccleſ.9.8. Cant.2,16. Apoc.22,14.
Puritatis fructus. Sap 6,20.
Purgatorium. 1.Reg.31,13. 2.Reg.1,12.&3,32. Pſal.48,16. Tob.4,18. Eccli.7,37.&17,19.&38,24. Ierem.16,7. Mal.3,3. 2.Mach.14,43. Matth.5,25.&12,32. 1.Cor.3,16. Philip.2,10. 2.Timoth.1,18. 1.Ioan.5,16. Apocal 5,3.
Puſillanimitas. Eccli.7,9.

Q.

QVADRAGESIMA. Exod.24,18.&34,28. Deuteron 9,4. 3.Reg.19,8. Matthæi 4,2.
Quærenda quæ. Prouerb.11,27. Matth.6,33. Lucæ 12,31.
Quærere Chriſtum. Ioan.6,26.
Quæſtiones inutiles. Prouerb.25,27. Eccleſ.7,11. Eccli.3,21. Ioan.6,52.&21,21. Act.1,16. 1.Timoth.1,4.&6,3. 2.Timoth.2,3. Tit.3,9.
Quies. Pſalm.4,8. Prouerb.17,1. Ierem.6,16. Matth.11,29.

R.

RAHAB. Heb.11,31.
Raphael. Tob.5,5.&12,12.
Ratio ab vnoquoque Deo reddenda. Matth.12,36.&18,23.&25,31. Roman.14,12. 2.Cor.5,10.
Redemptio. Pſal.73,12.&97,2.
Regeneratio, ſeu Renouatio. Ioan.3,5. Rom.6,2.&7,6.&8,5. Galat.3,26.&4,6. Epheſ.4,22. Col.3,9. 1.Cor.5,7. 2.Cor.4,16.&5,15. 1.Pet.4,2. 2.Pet.1,4. Tit.3,5. 1.Ioan.5,1. Rom.12,1. Col.2,11. 1.Cor.6,11.
Regna. Eccli.10,8. vide, Rex.
Regnũ cæleſte quomodo quærendũ. Deut.1,21. Matt.11,12. Luc.16.16. Gal.5,16. Apoc.21,7.
Regnum Dei. Iſaiæ 9,6. Pſal.2,2.&9,8.&21,8.&44,7.&71,1.&144,11. Iſaiæ 32,16.&40,9.&42,1. Ierem.23,5. Ezech.34,23.&37,24. Dan.2,44.&4,33.&9,24. Oſee 3,5. Mich.4,1.&5,1. Zach.9,9. Luc.1,28.&11,31.&17,21.&22,29.&23,2. Ioan.6,14.&12,14.&18,33. 1.Tim.1,17. Heb.1,8.&2,9. Rom.14,17. 1.Cor.4.20.&6,9.&15,50.
Religio. Pſal.85,11.&131,14.&132,1. Cant.4,12. Iſaiæ 4,5.&5,2.&26,20. Iacob.1,27.
Religioſus. Luc.18,29. Iacob.1,26.
Religio diſſoluta. Thren.1,6.&4,1.
Religionis diſſolutæ dictum. Ierem.2,22.
Religioſus malus. Ierem.11,15. Oſee 6,10.
Religioſo dictum. Ierem.3,19. Eccli.39,17.
Religioſis dicendum. Ioſ.24,13. Pſalm.44,11.&104,44.
Relapſus in peccatum. Eccli.34,30. Matth.12,43. 2 Pet.2,20.
eius damna. Lucæ 11,24.
Reliquiæ ſanctæ. 4.Reg.13,21.&2,14. Act.19,12.&5,15.
Relinquere omnia propter Chriſtum. Matth.19,29. Mar.10,29. Luc.18,29.
Remiſſio peccatorum. Ierem.33,8. Matth.18,21. Luc.7,48. Ioan.10,22. Act.10,43.
Reprobatio Dei. Rom.9.18.
Reprobi. Rom.1,28.
Reprehenſio. 1.Timoth.5,1.
Reſpondere. Prou.18,31.&26,4. Eccli.5,14.&11,8.&33,4.
Reſponſionis duræ damna. 2.Reg.10,2. 3.Regum 12,16.
Reſignatio in Dei voluntatem. 1.Regum 3,18. 2.Regum 15,25.
Reſiſtere. Eccli.4,32.
Reſtitutio. Luc.19,8.
Reſtituendum alienum. Gen.43,12. Num.5,7.
Reſtitutio incertorum. Num.5,8.
Reſtitutio pro iniuria. Gen.20,14.
Reſtitutio feſtinata. Gen.20,8.
Reſurrectio. Iob 19,25. Iſaiæ 26,19. Ezech.34,4. Dan.12,2. Matth.22,31. Ioan.5,25.&11,24. Act.17,32.&26,8. 1.Cor.15,12. Phil.3,21. 1.Theſ.4,14. Apoc.20,5.
Reſurrectionis ſtatus. Iſa.30,26. Matth.22,29.
Retrò reſpicere. Luc.9,62.
Reuelatio. 2.Pet.1,14.
Reuertenti peregrè quid primùm faciendum. Tob.11,7.
Rex. Prouerb.16,10.&20,2.&21,1.&25,3.&29,14.&31,4. Eccleſ.10,16. Eccli.7,5.&10,3. Oſee 14,11.
Regis vnctio. 1.Reg.10,1. 2.Reg.2,4.&5,4. 3.Reg.2,39.&19,15. 4.Reg.9,6.&11,12. 1.Paral.29,22.
officium. 4.Reg.23,3. 2.Par.24,2.
laus. 4.Reg.18,15.
oratio. 3.Reg.8,23.
humilitas. 1.Reg.11,5.
benignitas. 1.Reg.11.12.
qualitas eligendi. Deut.17,15.
iuſtitia. 3.Reg.1,52.
Rex honorandus. 3.Reg.1,23.
Regi dictum. 3.Reg.3.14.&9,4.&11,38.
Regis mali punitio. 3.Regum 11,11.&14,7.&16,2. 1.Paral.10,13.
Ridentibus væ. Lucæ 6,24.
Riſus. Eccli.21,23.
Riſus ſtulti. Eccleſ.7,7.
Rigor. Prou.30,33. Eccleſ.7,17.
Rixa. Prou.26,17. Eccli.27,16.

S.

SACERDOS. Eccli.7,31. Oſee 4,6.
Sacerdotis conſecratio. Exod.28,41.&29,8.&30,30. Leuit 8,6.
vita. Exod.19,21. Leuit 21,6.&22,2. Pſalmo 131,9.
oratio pro populo. Leuit.4,21.
oratio pro principe. Leuit.4,26.
exemplum. Ioſ.4,11.
officium. Num.18,1. 1.Eſd.7,10. Iudith 8,21. Malach.2,7.
punitio. Leuit.10,1. Malach.2,8.
ſobrietas. Leuit.10,9. 2.Paral.35,14.
Sacerdotibus dictum. Malach.1,6.&2,1.
Sacerdotium. Heb.5,1.
Sacerdotij dignitas. Ioan.11,51.
reuerentia. 1.Reg.22,17. 3.Reg.2,26. Eccli.47,1.&7,33.
Sacrificia. Prou.15,8.&21,27. Eccli.35,2.
Sacrorum irreuerentiæ punitio. 1.Reg.5,6.&6,19. 2.Reg.6,6. 1.Par 13,9. 2.Par.26,16.
Sacrilegij punitio. Dan.5,3. 1.Machab.6,12. 2.Machab.3,25.
Salomonis ſapientia 3.Reg.3,12. Sap.7,17.
inſipientia. 3.Reg.11,4.
Salutatio. Roman.16,3. 1.Cor.16,9. 2.Cor.13,12. Tit.3,15.
Salutatio Chriſtiana. Rom.1,7. 1.Corinth.1,3.&16,23. 2.Corinth 13,13. Gal 1,3 &6,18. Epheſ.1,2.&6,23. Philip.4,23. 1.Theſ.5,28. 2.Theſ.3,17. 1.Tim.1,2. 2.Tim.4,22. 2.Pet.1,2. 2.Ioan.3. 3.Ioan.14. Apoc.1,4.&22,31.
Saluandi. Lucæ 13,23.
Samaritanæ deuotio. Ioan.4,28.
Samaritanorum deuotio. Ioan.4,40.
Sancti. Pſal.67,36.&138,17.&149,5. Eccli.37,18.&44,6. Iſaiæ 61,7. Matth. [illegible] 11. 1.Corinth.6.2. Apocal.7,9.&12,11.&14,1.&19,14.
Sanctorum oratio. Iob 42,8. Apoc.5,8.&8,3. Ierem.15,1. 2.Mach.15,14.
imitatio. 1.Cor.4,16.&11,1. Phil.3,27.
diſſenſio. Act.15,39.
Sanctificatio. Ioan.1,5. 1.Pet.3,15.
Sanctitas. Pſal.76,14. Eccli.27,12. Iſaiæ 10,17.
Sanctitatis commendatio. Exod.22,31. Leuit.11.44.&19,2.&20,7. Epheſ.5,26.
Sanctorum miracula. Exod.7.&8.&9.&10.&11. 3.Reg.17,22.&18,41. 4.Reg.2, [illegible] &4,35.&2,21.&4,6.&4,41.&5,14.&6,6. Mar.6,13.&16,17. Luc.10,17. Act.3,6.&9,41.&5,15.&14,9.&19,12.&20,10. Heb.11,32.
Sanguinis Chriſti figura. Exod.24 8.
efficacia. 1.Corinth.6,20.&7,23. Act.20,28. 1.Pet.1,18. Apocal.5,9.
Sanitas. Eccli.30,14.
Sapientia. Iob 12,12. Prouerb.13,14.&14,8.&16,16. Eccleſ.2,13.&7,17.&9,16. Sap.1,4.&6,1. Eccli.1,26.&40,20. Rom.16,19. Iacob.1,5.&3,17.
Sapientiæ fructus. Prou.2,10.&3,14.&4,7.&8,10.&23,15.&24,3. Eccleſ.4,13.&7,13. Sap.7,14.&8,10.&9,19.&10,1. Eccli.3,32.&4,12.&11,1.
Sapientia Chriſtiana. 1 Cor.2,6.&3,18.
Sapientiæ ſtudendum. Prou.4,5.&19,2.&23,19.&24,13.&27,11. Sap.8,9. Eccli.6,21.&38,25.
Sapientia mundi. 1.Cor.1,20.&3,19.
Sapientiæ antiquitas. Prou.8,22.
excellentia. Sap.7,8.
neceſſitas. Sap.7,28.&9,6.
amor. Sap.8,2.
commendatio. Sap.8,5.
contemptus. Sap.10,8.
acquiſitio. Eccli.1,33.
Sapientia à Deo. Eccli.1,1.&15,10.
Sapiens. Eccleſ.9,17.&10,2.&12,11. Sap.6,26. Eccli.37,27.
Sapientis ſtudium. Eccli.39,1.
Sapientiæ diuinæ effectus. Sap.8,1.&10,21.
Satietas. Prouerb.27,7.
Satisfactio poſt remiſſum peccatum. 2.Reg.12,14.&14,24.
Scandalum. Eccli.7,7. Luc.17,1.
Scandalum vitandum. Matth.17,27. Rom.14,15. 1.Cor 8,9.
Scandali damna. 1 Corinth.8,11.
Scandalizanti væ. Luc.17,2.
Scandalizantis punitio. Matth.18,6.
Scientia. Eccleſ.1,18. 1.Cor.8,1. Iacob.4,17.
Scientia à Deo. Prouerb.2,6.
Scientia ſanctorum. Prouerb.9,10.&10,1.
Scriptura. Rom.15,4. 2.Tim.3,15. 2.Pet.1,19. Apoc.22,18.

Scripturæ difficultas. Act.8,30. 2.Pet.3,16.
intelligentia. Luc.24,45.
lectio. 1.Machab.12,9. Ioan.5,39.
Secretum. Prouerb.11,13.& 25,2. Eccli.27,17. & 42,1. Iſaiæ 24,16.
Seditionis punitio. Num.16,31.
Senex. Iob 12,12. Prouerb.16,31.& 20,29. Sap. 4,8. Eccli.8,7.& 25,3. Tit.2,2.
Senis virtus. 2.Machab.6,23.
Senú reuerentia & honor. Eccli.4,7. Leu.19,32.
Senſualitas. Prouerb.23,21.
Sepulchrum. Gen.35,20. 1.Machab.13,27.
Sepulturæ officium. Mar.15,46.
locus. Gen.47,29.& 49,29.& 50,24.
Seruus. Prou.14,16.& 17,2.& 29,19.& 30,10. Eccli.7,22.& 10,28.& 33,25. 1.Cor.7,21. 1.Timoth.6,1. Tit.2,9. 1.Pet.2,18.
Seruis dictum. Epheſ.6,5. Col.3,22.
Seruum percutientis pœna. Exod.21,26.
Seruus Dei. Iſaiæ 54,17. & 61,9. Ierem.2,3. 2.Timoth.2,24. Apoc.7,2.
Seruorum Dei reuerentia. 4.Reg 3,12.
Seruo Dei dictum. Iſaiæ 41,8.& 43,1.& 51,7.
Silentium. Prouerb.10,14. & 11,12. & 17,9. Eccli.13,29. vide Tacere.
Simeon. Luc.2,25.
Simoniaco dictum. Act.8,20.
Simplicitas. Iob 8,20. Prouerb.10,29.& 19,10. Rom.16,19. 1.Cor.14,20.
Simplicitas Deo grata. Prou.3,32.& 10,20.
Simplicitatis fructus. Prou.10,9.& 11,3.& 20,7. & 28,18.
Simulatio. Pſal.54,22. Prou.11,9.
Simulatorem Deus odit. Prou.3,32.
Sitis ſpiritualis. Apoc.21,7.& 22,17.
Sobrietas. Eccli.31,22.
Societas. Prouerb.11,20.& 18,19. & 27,17. Eccleſ.4,9. Eccli.8,5. & 9,18. & 13,2. & 22,14.
Societas malorum. 2.Paralip.20,37.
bonorum. Eccli.9,21.
Societas malorum vitanda. 2. Paralip.25,37. 1.Eſd.4,1. Prou.1,10.
Socij. 2 Corinth.2,12.
Socius fidelis. 1.Regum 14,7.
Societatis fides. 1. Regum 30,22.
Sodomia. Rom.1,35.
eius punitio. Gen.19,25. Leuit.20,13.
Sol ſtat. Ioſ.10,12.
retrocedit. 4.Reg.20,11.
Solicitudo, 1.Corinth.7,32. 1.Pet.5,7.
nimia vitanda. Matth.6,25. Lucæ 12,22. 1.Corinth.7,32. Philip.4,6. Heb.13,5.
Solitudo. Pſalm.54,8. Thren.3,28. Oſee 2,14. Marc.6,31. Luc.5,16.
Somnia. Eccleſ.5,2. Eccli.34,1.
Somni damna. Prouerb.20,13.
Sortes. Prou.16,33.& 18,18. Ion.1,7. Act.1, 26. Ioſ.7,14.& 18,10. 1.Reg.10,20.& 14, 17. 1.Par.25,5. 2.Eſd.11,1. Ezech.21,19.
Speculum. Exod.38,8.
Spes in Deo. Iob 13,15. Pſal.35,8. & 38,8. & 54,25.& 61,9. & 72,28. & 76,8. & 90,9. & 118,81.& 129,50.& 130,3.& 140,8.& 146, 11. Eccli.2,11. Iſaiæ 50,10. Thren.3,24. Mich.7,7. 1.Mach.3,17. Rom.8,24. 2.Cor. 3,12.& 5,1. Heb.6,18.
Spei fructus. Pſal.5,12.& 17,31.& 24,2.& 30,1. & 31,10.& 33,23.& 36,3.& 55,13.& 70,1. & 83,13.& 90,14.& 113,11. Prou.28,25.& 29,25. Iſaiæ 40,31.
Spei vox. Pſal.26,13.
Spes impiorum. 4.Reg.18,21. Iob 8,13. Prou. 10,28. Sap.5,15. Eccli.5,1. Iſaiæ 28,15. Ierem.9,12. 1.Mach.2,62.
Spiritus. Ezech.1,20.& 3,14. 1.Corinth.2,11. 2.Corinth.3,17. Gal.5,16. Col.2,5. 1.Theſ. 5,19. 2.Tim.1,7. 1.Ioan.4,13.
Spiritus fructus. Gal.5,22.
Spiritus motio. Act 20,22.
Spiritus & caro. Marc.14,38. Roman.7,18. Gal.5,17.
Spiritus ſanctus. Sap.1,7. Ioel.2,28. Ioan.14,16. & 16,8. Act.14,44. & 19,2. Roman.8,26. Epheſ.1,13.
Spiritualis. Rom.8,23. 1.Cor.1,15.
Spiritualia. Ioan 4,13.
Spiritus probandi an à Deo ſint. Iudith 8,28. 1.Cor.14,29. 1.Theſ.5,21. 1.Ioan.4,1.
Sponſæ humilitas. 1.Reg.25,40.
Sponſæ documentum. Tob.10,13.
Sponſa Chriſti. Cant.7,1.
eius deſiderium. Cant.8,1.
vox. Cantic.7,10.
Stephanus. Act.6,5.& 7,57.
Sterilitas à Deo. Gen.30,2.
Sterilitas ex peccato. Iſaiæ 17,10. Ierem.12,4.
Stultitia. Eccleſ.2,13.
Stultus. Prouerb.11,29.& 13,16.& 14,7.& 15, 21. & 17,12. & 18,2. & 19,3. & 24,7.& 26, 7. & 27,22. & 29,9. Eccleſ.1,5. & 7,18. & 10,2. Eccli.20,17.& 22,10.& 27,2.& 33,7.
Stulti riſus. Eccleſ.7,7.
Subditorum officium. Exod.10,28. & 22,28. Ioſ.1,16. 2.Eſd 5,16. Prou.13,13. & 20,2. Eccli.8,2. & 10,16. Ierem.29,7. Bar.1,11. Matth.17,24. Luc.20,22. Rom.13,1. 1.Theſſal.5,12. 1.Timoth.2,1. Heb.13,17. Tit.3,1. 1.Pet.2,13.
Suffragia pro mortuis. 2.Mach.12,43.
Superbia. Iob 11,12. & 15,12. Pſal.48,7. & 137,6. Prouerb.18,12. & 26,12. & 29,23. Sap.15,14. Eccli.10,14.& 11,4. Habac.2,5. Iſaiæ 16,6.& 65,5. Ierem.48,29. Ezech 28,1.
Superbia vitanda. Tob.4,14. Iudith 9,16. Eccli. 6,2.& 10,29. 1.Corinth.4,6. Gal.6,3.
Superbiæ damna. Iob 35,12. Pſal.17,28. Prou. 11,2.& 13,10.& 15,25.& 16,18.& 17,16.
punitio. 2.Reg.24,12. 4.Reg.19,27. Iob 10, 16. Pſal.30,24. Eccli.5,30.& 27,31. Dan. 4,22.& 5,20. Amos 6,8. 1.Machab.5,56. Iſaiæ 10,16. Ierem.50,31. Act.12,23.
Superbia Deo odioſa. Eccli.10,7.
Superbis væ. Iſaiæ 5,21.& 28,1.
Superbo dicendum. Eccli.10,9. Iſaiæ 10,15. & 14,11. Luc.16,15.
Superior. Eccleſ.8,9.
Superioris zelus. 1.Reg.11,6.
benignitas. 1.Corinth.16,12.
patientia. 1.Reg.10,27.
moleſtiæ. Exod.17,4.
reuerentia. Exod 22,28.
Superior Dei loco. Exod.16,7.
conſeruandus. 2.Reg.18,3.& 21,17.
Superſtitio prohibita. Leuit.19,26.
ſublata. 4 Reg.18,4.
Surdi ſanatio. Mar.7,32.
Suſpenſi ſepeliendi. Deut.21,22.
Suſurro. Eccli.21,31.
Suſurratio vitanda. Eccli.5,16.
Suſurrationis damna. Eccli.28,15.

T.

TACERE. Eccli.20,5. & 21,31. & 32,9. vide Silentium.
Talenta. Luc.19,20. Rom.12,6. 1.Corinth.7,7. Epheſ.4,7. 1.Pet.4,10.
Talentorum parabola. Matth.25,14.
Talentum cur datum. Mar.4,21.
Talenti accepti ratio reddenda. Luc.12,48.
Talentum non abſcondendum. Eccli.20,32. Lucæ 8,16.
Temeritatis punitio. 1.Machab.5,67.
Templum. 3.Reg.9,3. 4.Reg 12,9. 1.Par.22,5. & 29,1. 2.Paral.2,5. 1.Eſd.1,8.& 2,68. Pſal. 25,12. & 47,10. & 67,27. & 92,5.& 95,9. & 113,1. Eccleſ.4,17. Iſaiæ 56,7. Ierem.7,11. Hab.2,20. Agg.1,2. Matt.21,12. Mar.11,16.
Templi dedicatio. 1.Eſd.6,16.
profanatio. 1.Mach.4,38. 2.Machab.3,25. Matth.21,12. Ioan.2,15.
profanati purificatio. 1.Mach.4,42.
purificati Feſtum. 2.Mach.1,18.
ingreſſus. Pſal.5,8.& 65,13.
frequentatio. Luc 24,53. & 2,37. & 19,45. Matth.24,1. Mar.11,11. & 12,35. Act.2, 46.& 3,1. & 5,20.
Temporalia. Luc.12,13.
Temporalium contemptus. Luc.6,30.
Tempus Eccli.4,23.
Tempus ſuum cuique rei. Eccleſ 3,1.& 8,5. Eccli.20,6.& 32,20. Rom.12,11.
Tenebræ. 1.Ioan.1,6. Iſaiæ 9,1.& 59,9.& 60,2. Ioan.1,5. & 3,19. & 8,12.& 12,35. Act.26, 17. 1.Theſ.5,7. 1.Ioan.2,11.
Tentatio. Gen.3,4. Iob 7,18. Eccli.34,9. 1.Corinth.10,13. Iacob.1,2.
Tentare Deum. Exod.14,11.& 17,2. Deut.6, 16. Iudith 8,11. Matth.4,7. 1.Cor.10,9.
Tentat ſuos Deus. Geneſ.22,1. Exod.15,25. Deuteron.8,2. & 13,3. Iud.2,22. Tob.2,8. Iob 1,12.
Tentationes cur Deus permittat. Iudic.2,21. & 3,1.
Tentationis remedia. 2.Eſd.4,9.
Tepido dictum. Apocal.3,5.
Terra. Eccli.16,29.
Terrena. Ioan.4,13.
Terreni. Ioan.3,33.
Teſtamentum. Gal 4,23. Heb.9,15.& 13,20.
Teſtamentum nouum. Ierem.31,31. Matth.26, 28. Luc.22,20. 1.Corinth.11,24. Heb.8,8. & 9,15.& 10,16.& 13,20.
Teſtis. Prouerb.12,19.& 14,5. & 19,5.
Teſtis obligatio. Leuit.5,1.
Teſtium numerus. Deut.17,6.& 19,15.
Teſtis falſi punitio. Deut.19,16.
Teſtimonium falſum. Prou.25,18.
eius prohibitio. Exod.20,16.& 23,1.
Theſaurizandum quomodo. Matth.6,19.
Thomas. Ioan.11,16.
eius incredulitas. Ioan.20,25.
fides. Ioan.20,28.
Timor. Eccli.18,27. Matth.2,22. 1.Pet.3,14.
Timor cum gaudio. Matth.28,8.
Timido dictum: Matth.8,26.
Timendum quid. Luc.12,4.
Timoré, Dei præceptú & virtus aufert. Exod.4,4
Timidi bello inepti. Deut.20,8. Iud.7,3.
Timor naturalis. Exod.4,3. Iud.7,9. 1.Reg.16, 2. 3.Reg.19,3. Tob 6,3. Matth.14,26.
Timor humanus. Prou.29,25. Iſaiæ 51,12.
Timor Dei. 3.Reg.18,3. Tob.2,9. Pſal.18,10.& 110,10. & 118,120. Prou.15,33. & 24,21. Eccleſ.5,6. Eccli.1,16.& 7,32.& 9,22.& 10, 23.& 21,13.& 23,37. & 25,13. & 40,26. Iſaiæ 8,12. Daniel.13,22. Ion.1,9. 1.Petri 2, 17. Apoc.14,7.
Timoris Dei fructus. Exod.1,20. 4.Reg.17,39. & 22,18. Iudith 16,19. Pſal.24,12.& 30,20. & 32,18. & 33,8. & 60,6. & 84,10. & 102, 17. & 113,21.& 44,19.& 146,11. Prou.1,7. & 10,27. & 14,26. & 15,27. & 16,6. & 19, 23.& 23,17. & 28,14. Eccli 1,11. & 21,7. & 32,18. & 33,1. & 34,16. Mich.6,9. Malach.4,2.
neceſſitas. Eccli.27,4.
effectus. Prou.8,13. Eccli.2,18. & 15,1.
Timendum Dei iudicium. Eccli.5,4.& 7,18.
Traditiones. 1.Cor.11,34. 2.Theſ.2,15.
Transfiguratio Chriſti. Matth.17,1. Mar.9,2.
Tribulatio. Tob.1,1. Dan.12,10. Rom.8,18. Epheſ.3,13. Iacob.1,2.
Tribulati Deo curæ. Exod.3,16.& 6,6.
à Deo exaudiuntur. Exod.2,23.& 3,7.
non facilè credunt. Exod.6,9.
liberati redeunt ad peccata. Exod.8,15. & 9,34.
Deo fidere debent. Exod.14,13. Pſal.54,9.
Tribulati liberatio. Pſalm.89,15. Eccli.35,26. Iſaiæ 54,7.
vox. Ruth 1,20. Pſalm.41,8. Ierem.20,7. Thren.1,16.& 3,1.
oratio. 1.Eſd.9,5. 2.Eſd.9,32. Tob.3,1. Iudith 6,14.& 7,18. Iob 13,24. & 17,3. Pſalmo 7,1.& 9,14. & 12,1. & 21,1. & 24,17. & 26,12.& 30,10.& 31,7.& 38,11.& 39, 13. & 40,1. & 41,10. & 54,1. & 59,1. & 68,1. & 87,1.& 88,47. & 101,1. & 107, 13. & 118,153.& 142,7. Iſaiæ 33,2.& 64, 8. Ierem.10,24. & 14,9.& 15,15.& 17, 18. Thren.1,20. & 5,20. Bar.3,1. Dan.3, 34. & 9,4.& 13,42. Habac.1,2.
oratio poſt liberationem. Tob.11,7.& 13,1. Pſal.68,34. & 119,1.
conſtantia. Pſal.43,18.
conſolatio. Thren.3,57. Act.16,25. 2.Cor.1, 4. & 7,4.& 8,2.& 12,10.
gratiarum actio poſt liberationem. Iſa.12,1.
Tribulatio peccatorum. Iſaiæ 32,13.
Tribulati non emendati. Oſee 7,10. Agg.2,18.
Tribulatio à Deo. Iſaiæ 30,20. Amos 3,6.
Tribulationis cauſæ. Prouerb.17,3. Eccli.27,6. 1.Mach.6,12. 2.Cor.12,7.
fructus. Iob 5,17. Pſal.33,19.& 65,12.& 77, 34. & 82,17. & 93,19. Iſaiæ 19,22. & 26, 16. & 28,20.& 38,16. Oſee 6,1. Ioan.16, 22. Rom.5,5. 1.Cor.11,32. 2.Cor.1,7. & 4,17. 1.Petri 1,6.
magnitudo. Iob 6,2.& 7,12. & 16,7.& 19,6. Iſaiæ 8,21. Matth.24,19. Apoc.9,6.
Tribulatio communis. Prou.11,31.
Tribulationes cur à Deo. Deut.8,1. Pſal.65,10. & 118,66.
Tribulationum remedium. 2.Paral.20,3.& 29, 10. 2.Eſd.9,27.
Tribulato dicendum. Iob 5,19. Pſal.26,14. Eccli.11,27. Philip.1,28. Heb.12,3. 1.Pet.4, 12.& 5,10.

Tribulato dictum. Apoc.2,8.
quid cogitandum. Iudith 8,21. Iob 16,20.
quid agendum. Iudith 4,8. & 7,4. & 8,16. Pſal.34,13.
Tributum. Geneſ.47,26. Matth.22,19. Roman.13,7.
Trinitas. Geneſ.1,26. & 18,2. Exod.3,6. & 4,5. Pſalm.32,6. Iſaiæ 6,3. & 34,16. & 48,16 & 61,1. Matth.3,16. & 10,20. & 17,5 & 28,19. Luc 4,18. Ioan.3,35. & 14,16. & 15,26. & 16,3. 1. Ioan. 5,7.
Triſtitia. Prou.15,13. Eccleſ.7,5. Eccli.14,2. & 25,17. & 30,17. & 38,19. Iacob.5,13.
Triſtitiæ damna. Prouerb.17,22. & 25,20. Eccli.30, 24.
conſolatio. Pſal.41,6. Prou.12,25.
Triſtitia cauenda. Eccli.30,22.
Turcæ. Iſaiæ 10, 5.
Tyrannus. Iob 15,21.
Tyrannidis punitio Iud.9,53. 3.Reg.16,16.
Tyranni finis. Iſaiæ 14,16.

V.

VAE quibus. Num.22,29. Eccleſ.4,10. & 10, 16. Iſaiæ 5,4. & 3,9. & 5,8. & 6,5. & 10, 1. & 17,12. & 18,1. & 24,16. & 28,1. & 29, 1. & 30,1. Ierem.4,31. Ezech.6,11. Oſee 7, 13. Ioel.1,15. Amos 5,18. Mich.2,1. Habac. 2,6. Sophon.2,5. Matth.11,21. Luc.6,24.
Vanitas. Pſal.38,7. Eccleſ.1,2. & 3,19. Ion.2,9.
Vagari. Eccli.9,7. & 19,26.
Venditio. Eccli.27,2.
Verba. Prou.10,11. & 11,11. & 12,6. & 14,3. & 15,1. & 16,24. & 17,7. & 18,7. & 19,8. & 25,11. Eccleſ.5,1. & 6,11. & 10,12. & 12, 11. Eccli.4,28. & 5,15. & 19,7. & 20,13. & 21,19. & 27,7. & 37,23. Matth.12,34. Col. 4,6. Iacob.3,2.
Verbum otioſum. Matth.12,36.
Verbum Dei. Prouerb.30,5. Cantic.5,13. Sap. 16,26. Eccli.5,13. & 21,18. Iſaiæ 40,8. & 55,10. Ierem.1,12. Matth.7, 24. & 13,3. Lucæ 6,47. & 16,31. Ioan.6,63. & 8,47. Act.2,42. & 16,6. 1.Theſ.2,13. Heb.4,12. 1.Pet.1,24. 1.Ioan.4,6. Apoc.10,9.
Verbi Dei vis. Pſal.25,4. & 118,140. Cant.5,6. Ierem.23,9. Act.24,25.
ſuauitas. Pſal.118,103. Ierem.15,16.
Verecundia. Eccli.32,14.
Veritas. Pſal.50,8. Prou.3,3. & 12,19. Eccli.4, 24. & 27,10. 2.Cor.13,8.
Veritatis amor. 3.Reg.22,14.
odium. 3.Reg.22,8.
Veſtis. Deut.22,6. Eccli.11,4.
Veſtium abuſus. Ezech.7,20. Matth.11,8. Marci 12,38. Luc.7,25. & 16,19. & 20,45. 1.Timoth.2,9. 1.Petri 3, 3.
Veſtes ſacræ. Exod.28,2. & 29,29. Ezech.42, 14. & 44,19.
Veſtes ſcindendi vſus. Gen.44,13. Ioſ.7,6. Iud. 11,35. 1.Reg.4,12. 2.Reg.13,31. 3.Reg.21, 27. 4.Reg.5,7. Eſth.4,1. Ier.36,24. 1.Machab.2,14. Matth.26,65.
Via in cælum. Iſaiæ 30,21. & 35,15.
difficilis eſt. Deut.1,19.
Vicinus. Prouerb.27,10.
Viciſſitudo rerum. Eccleſ.4,14.
Victoria à Deo expectanda. Gen.14,14. Exod. 17,9. Deut.17,18. Ioſ.11,6. Iud.7,7. 1.Regum 14,6. 2.Par.14,11. Pſal.117,16. Prouerb.21,31. Iudith 9,15.
Victoriæ feſtum. 1.Machab.7,48. & 13,52. 2.Machab.15,36.
Victoriæ ſpiritualis fructus. Matth.4,11. Apoc. 2,7. & 3,5 & 21,7.
Vidua. 1.Timoth.5,3.
Viduæ laus. Iudith 8,4. & 15,10. Luc.2,36.
veſtes. Geneſ.38,14.
oblatio. Lucæ 21, 2.
Viduæ & pupilli. Exod.22,21. Deuteron.24,17. 2.Machab.3,10. & 8,28.
Vigilandum. Pſal.76,5. Eccli.31,2. Iſaiæ 21,8. Matth.24,42. & 25,13. & 26,41. Mar.13,33. Luc.12,35 & 21,36. Apoc.16,15. 1.Cor. 15,34. 1.Theſ.5,6. 1.Pet.5,8.
Villici parabola. Luc.16,1.
Vinum. Prou.31,4. Eccleſ.2,3. Eccli.19,2. & 31,30. 1.Timoth.5,23.
Vini abſtinentia. Iud.13,4.
Vini damna. Geneſ.9,21. Prouerb.20,1.
Vinum ex aqua factum. Ioan.2,8.
Vineæ parabola. Lucæ 20,9.
Virginitas. Num.31,17. Act.21,9. 1.Cor.7,25.
Virginitatis commendatio. Matth.19,12. Apocal.14,4.
Virginum parabola. Matth.25,1.
Viri amor. 2.Reg.3,16.
Vir & mulier. 1.Corinth.11,3.
Viſio. Gen.28,12. Iſaiæ 6,1. Dan.10,1. Ierem. 31,26. Act.10,3. & 10,16. & 18,9. Apoc.4,1. & 5,1. & 6,1. & 19,11.
Viſionis forma. Gen.15,12. Iob 4,12. & 33,14. Ezech.1,26. & 8,1. Zacha 4,1. Matth.1,20. & 2,13. 2.Cor.12,2. Apoc.1,10.
ex Viſione timor. Mar.16,8. Luc.24,5. Ioan.6, 19. Apoc.1,17.
turbatio. Lucæ 24,37.
Viſitatio diœceſis. 1.Reg.7,16.
Vitandi qui. Rom.16,17.
Vita. Roman.14,7.
humana. Iob 7,1.
æterna. 1.Ioan.2,25.
Vitæ inſtitutum. Luc.14,28.
Vita peregrinatio quædam. Geneſ.47,9. 2.Corinth.5,6. Heb.13,14.
Vitæ neceſſaria. Eccli 39,31.
mutatio. Geneſ.19,17.
tædium. 3.Reg.19,4. Ion.4,3.
miſeriæ. Iob 10,1. & 14,1. & 17,11. Eccleſ 2, 23. & 4,1.
breuitas. Iob 7,6. & 9,25. & 10,20. & 14,1. & 16,23. Pſalm.38,6. & 89,6. & 101,12. & 102,15. Iſaiæ 38,12. Iacob.4,14.
auſteritas. Matth. 3, 4.
Vitam pro fratribus ponere. Eſth.4,15. Iudith 13,3. Ioan.15,13. 1.Ioan.3,16.
Vltio. Eccli.28,1.
Vlciſcentis ſe dictum. Matth.18,32.
Vnctionis extremæ Sacramentum. Iacob.5,14.
Vocatio Dei. 1.Reg.3,9. 3.Reg.19,20. Iſa.52,1.
Vocatio propria. 1.Corinth.7,17.
Vocati promptitudo. Matth.4,22.
Voluntas. 2.Corinth 8,12.
Voluntas pro opere acceptatur à Deo. Gen.20, 3. & 22,9. 2.Reg.11,14. & 12,9. 3.Reg.21,19.
Voluptas. Eccleſ.11,10.
Voluptatis damna. Prou.14,13.
Votum. Geneſ.28,20. Numer.21,1. Iud.11,30. 1.Reg.1,10. 1.Par.4,10. Pſal.75,12. & 115, 14. Ion.2,10. Nah.1,15. Act.18,18.
Votum puellæ. Num.30,4.
coniugatæ. Num.30, 7.
Voti violati punitio. 1.Timoth.5,12.
Votum ſeruandum. Leuit.27,28. Numer.30,3. Deuter.23,21. Pſal.21,26. Prouerb.20,25. Eccleſ.5,3.
Vox. 1.Corinth.14,10.
Vſura prohibita. Exod.22,25. Deuteron.23,19. 2.Eſd.5,6.
Vultus Eccleſ.8,1. Eccli.13,31. & 19,26.
Vxor. Prouerb.12,4. & 14,1. & 18,22. & 19, 14. & 31,10. Eccli.7,21. & 25,30. & 26,1. & 36,26.
fidelis. 1.Reg 13,11. Prouerb.31,11.
vnde accipienda. Gen.34,2.
data à parentibus. Gen.21,21, & 28,2.
audienda. Geneſ.21,14.
ea abſtinendum ſe ad diuina præparanti. Exodi 19,15. 1.Corinth.7,5.

Z.

ZACHAEVS. Luc.19,2.
Zelus ſanctus. 1.Eſd.9,3. & 10,6.
Zeli ſancti fructus & præmium. Numer.25,10. Pſal.105,30.

SELECTÆ QVÆDAM

SCRIPTVRAE SENTENTIAE,

Ab EMANVELE SA Doctore Theologo Societatis IESV ordine Alphabetico digeſtæ.

A.

AEMVLAVIT Enoch cum Deo. Gen. 5.
Ambula coram me, & eſto perfectus. 17.
A Domino egreſſus eſt ſermo, non poſſumus extra placitũ eius aliud loqui. 24.
Abſtulit Deus opprobrium meum. 30.
Afflictionem meam & laborẽ reſpexit Deus. 31.
Audiui gemitum filiorum Iſrael. Exod. 6.
Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti. 13.
Aduenam non contriſtabis. 22.
Anima omnis carnis in ſanguine eſt. Leuit. 17.
A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. 23.
Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus. 26.
Addam plagas veſtras in ſeptuplum propter peccata veſtra. 26.
Abominabitur vos anima mea. 26.
Aſcendamus & poſſideamus terram; quoniam poterimus obtinere eam. Num. 13.
Ad vnius teſtimoniũ nullus condemnabitur. 35.
Ama Dominum Deum tuum, & obſerua præcepta eius omni tempore. Deut. 11.
Auferatur Dominus omnem iniuſtitiam. 25.
Abſcondita Domino Deo noſtro, quæ manifeſta ſunt nobis. 29.
Abſumat ebria ſitientem. 29.
Aſſumpſit eũ, atque portauit in humeris ſuis. 32.
Amantiſſimus Domini, habitabit confidenter in eo. 33.
Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus. Ioſ. 22.
Aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Iud. 11.
Amaritudine valdè repleuit me omnipotens. Ruth 1.
Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. 1. Reg. 2.
Abſit à me hoc peccatum, vt ceſſem orare pro vobis. 12.
Acceptus erat in oculis vniuerſi populi. 18.
Ab impiis egredietur impietas. 24.
Anima cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum. 25.
Audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuã. 25.
Apparet quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis. 26.
Aequa pars erit deſcendentis ad prœlium, & remanentis ad ſarcinas. 30
Amabiles, & decori valdè in vita ſua. 2. Reg. 1.
An ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio? 2.
Anima eius in amaritudine eſt. 4. Reg. 4.
Animæ eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur. Iob 6.
Ab occultis meis munda me. Pſal 18.
Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, nec deſpicias me Deus ſalutaris meus. 26.
Accedite ad eum, & illuminamini. 33.
Anima mea exultabit in Domino. 34.
Apud te eſt fons vitæ. 35.
A fortitudine manus tuæ ego defeci. 38.
Adiutor meus, & protector meus es tu, Deus meus ne tardaueris. 39.
Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. 50.
Adiutor meus tibi pſallam. 58.
Adiutor meus & liberator meus es tu, Domine ne moreris. 69.
Annos æternos in mente habui. 76.
Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, propter gloriam nominis tui Domine. 78.
Audiã quid loquatur in me Dominus Deus. 84.
Afferte gloriam nomini eius. 95.
Adiuua me Domine Deus meus, ſaluum me fac ſecundùm miſericordiam tuam. 108.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem. 118.
Adiuua me, & ſaluus ero. 118.
A iudiciis tuis timui. 118.
Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. 120.
Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. 137.
Ad te Domine Domine oculi mei, in te ſperaui. 140.
Audiens ſapiens ſapientior erit. Prouerb. 1.
Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. 1.
Argue ſapientem, & diliget te. 9.
Abominabile Domino cor prauum. 11, 15.
Abominatio eſt Domino labia mendacia. 12.
Amici diuitum multi. 14.
Abominatio eſt Domino via impij. 15.
Abominatio Domino cogitationes malæ. 15.
Abominatio eſt Domino omnis arrogans. 16.
Ante ruinam exaltabitur ſpiritus. 16.
Abominabilis apud Deum qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum. 17.
Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis exiccat oſſa. 17.
Abominabile apud Deum pondus & pondus, menſura & menſura. 20.
Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet ab ea. 22.
Abominatio hominum detractor. 24.
Anima ſaturata calcabit fauum, anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. 27.
Adoleſcentia & voluptas vana ſunt. Eccli. 11.
Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Cant. 5.
Amore langueo. 5.
Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. 6.
Aeſtimauerunt luſum eſſe vitã noſtram, & conuerſationẽ vitæ compoſitã ad lucrum. Sap. 15.
Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum. 16.
Accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Eccli. 2.
Altiora te ne quæſieris. 3.
Altiſſimus eſt patiens redditor. 5.
Amico fideli nulla eſt comparatio. 6.
Amicus fidelis medicamentum vitæ. 6.
Auerte faciem tuam à muliere compta. 9.
Auaro nihil eſt ſceleſtius. 10.
Ante mortẽ ne laudes hominem quemquã. 11.
Altiſſimus odio habet peccatores. 12.
Aduocatus à potentiore, diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. 13.
Antequam loquaris diſce. 18.
Ante orationem præpara animam tuam. 18.
Audiſti verbum contra proximum tuum? commoriatur in te. 19.
Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, enuntiant de eo. 19.
Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes, eſt enim regreſſus ad amicum. 22.
Arcana amici qui denudat, fidem prodit. 27.
Audi tacens. 32.
Adoleſcens loquere in tua cauſa vix cùm neceſſe fuerit. 32.
Aſino cibaria, & virga, & onus. 33.
Ab immundo quid mundabitur? 34.
Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. 37.
Ante omnem actum præcedat te conſilium ſtabile. 37.
A triſtitia feſtinat mors. 38.
Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valdè. Iſaiæ 16.
Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. 26.
Alienum eſt opus eius, peregrinum eſt opus eius ab eo. 28.
Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit reſpondebit tibi. 30.
Audite me duro corde, qui longè eſtis à iuſtitia. 46.
Antequam fieret ibi eram. 48.
Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. 54.
A facie malitiæ collectus eſt iuſtus. 57.
Annuntia populo meo ſcelera eorum. 58.
Aequitas non potuit ingredi. 59.
Antequam clament, ego exaudiam. 65.
Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? 66.
Attriuiſti eos, & noluerunt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reuerti. Ierem. 5
Audi popule ſtulte qui non habes cor. 5.
A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. 6.
Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. 6.
Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur. 8.
Aſcendit mors per feneſtras. 9.
Ambulat vnuſquiſque poſt prauitatem cordis ſui mali. 16.
Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valdè. 48.
Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui. 49.
Adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis eius. 51.
Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, dat tibi gloriam Domine. Bar. 2.
Audi Domine, & miſerere, quia Deus es miſericors. 3.
Aperi os tuum, & comede quæcumque ego do tibi. Ezech. 2.
Attrita fronte eſt, & duro corde. 3.
Abij amarus in indignatione ſpiritus mei. 3.
Argentum eorum & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini. 7. & Soph. 1.
Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. 11.
Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar ampliùs. 16.
Anima quæ peccauerit ipſa morietur. 18.
Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. Dan. 5.
Abiecit eos Deus meus, quia non audierunt eum. Oſeæ 9.
Auaritia in capite omnium. Amos 9.
Abyſſus vallauit me. Ion. 2.
Abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Mich. 3.
Ad Dominum aſpiciam, expectabo Deum Saluatorem meum. 7.
Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? Nahum 1.
Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Soph 1.
Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, &c. Mal 3.
Attendit Dominus, & audiuit. 3.
A fructibus eorum cognoſcetis eos. Matth. 7.

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. 11.
Aſcendit in montem ſolus orare. 14.
Apud Deum omnia poſſibilia ſunt. 19.
Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. 21.
Adauge nobis fidem. Luc. 17.
Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. 21.
A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor. Ioan 8.
Animam meam pono pro ouibus meis. 10.
Ambulate dum lucem habetis. 12.
Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos, &c. Act. 20.
Aure audietis, & non intelligetis. 28.
Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus. Rom. 13.
Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, &c. 1. Cor. 2.
A Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. 11.
Aemulamini chariſmata meliora. 12.
Ad ædificationem Eccleſiæ quærite vt abundetis. 14.
Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo. 2. Cor. 9.
Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Gal. 6.
Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. 1. Theſ. 2.
Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. 1. Timoth. 4.
Attende tibi & doctrinæ. 4.
Adhortamini volmetipſos per ſingulos dies. Heb. 3.
Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. 4.
Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. 10.
Amicitia huius mundi inimica eſt Dei. Iacob. 4.
Appropiate Deo, & appropinquabit vobis. 4.
Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes. 1. Pet. 4.
Aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. 5.
Aſpectu & auditu iuſtus erat. 2. Pet. 2.
A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. 2.
Adueniet dies Domini vt fur. 3.
Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Apoc. 7.

B.

BENEDICAT tibi Dominus, & cuſtodiat te. Num. 6.
Bona res eſt quam vis facere. Deut. 1.
Bona eſt terra quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. 1.
Benè omnia locuti ſunt. 5. & 18.
Benedictus filius meus Domino. Iud. 17.
Benedicat tibi Dominus. Ruth 2.
Benedictus ſit qui miſertus eſt tui. 2.
Benedictus ſit à Domino. 2.
Benedicta es à Domino filia. 3.
Bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei. 1. Reg. 29.
Benedicti vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc. 2. Reg. 2.
Benedixit Dauid populo in nomine Domini exercituum. 6.
Beati qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. 3. Reg. 10.
Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, &c. Tob. 12.
Beatus homo qui corripitur à Deo. Iob 5.
Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Pſal. 15.
Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. 31.
Beata gens cuius Dominus Deus eius. 32.
Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. 33.
Beatus vir cuius eſt nomen Domini ſpes eius. 39.
Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti. 64.
Benedictus Deus qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me. 65.
Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. 66.
Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia ſolus. 71.
Beati qui habitant in domo tua Domine. 83.
Beatus vir cuius eſt auxilium abs te. 83.
Beatus homo qui ſperat in te. 83.
Beatus homo quem tu erudieris Domine. 93.
Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. 102.
Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. 111.
Benedixit omnibus qui timent Dominum. 115.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. 118.
Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me. 118.
Bonus es tu. 118.
Bonum mihi, quia humiliaſti me. 118.
Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. 118.
Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius. 127.
Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. 143.
Benedicam nomini tuo in ſæculum. 144.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. 145.
Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eũ, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. 146.
Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Prou. 3.
Bibe aquam de ciſterna tua. 5.
Bonis amici conſiliis anima dulcoratur. 27.
Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. 28.
Benignus eſt Spiritus ſapientiæ. Sap. 1.
Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. 3.
Bona & mala à Deo ſunt. Eccli. 11.
Beatus vir qui nõ eſt lapſus verbo ex ore ſuo. 14.
Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. 14.
Beatus qui inuenit amicum verum. 25.
Beatus qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 25.
Beatus homo cui donatum eſt habere timorem Dei. 25.
Beati omnes qui expectant Dominum. Iſaiæ 30.
Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum. Ierem. 7.
Benedictus vir qui confidit in Domino. 17.
Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Thren. 3.
Bonum eſt cũ ſilentio præſtolari ſalutare Dei. 3.
Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. 3.
Beati ſumus, quia quæ Deo placita ſunt, manifeſta ſunt nobis. Bar. 4.
Benedicta gloria Domini de loco ſuo. Ezech. 3.
Benedicite omnes religioſi Domino Deo. Dan. 3.
Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe. Nah. 1.
Beati pauperes ſpiritu, &c. Beati mites, &c. Beati qui lugent, &c. Beati qui eſuriunt. Matth. 5.
Benefacite his qui oderunt vos. 5.
Bonum eſt nos hic eſſe. 17.
Beatus ſeruus quem cùm venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. 24.
Benedicite maledicentibus vos. Luc 6.
Benignus eſt ſuper ingratos & malos. 6.
Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. 11.
Beati ſerui illi, quos, cùm venerit dominus, inuenerit vigilantes. 12.
Beatus qui manducat panem in regno Dei. 14.
Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Ioan. 10.
Baiulans ſibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum. 19.
Beati qui non viderunt, & crediderunt. 20.
Beatius eſt magis dare quàm accipere. Act. 20.
Benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, ſecundum autem duritiam tuam, &c. Rom. 2.
Benedicite perſequentibus vos. 12.
Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat. 14.
Bonum facientes non deficiamus. Gal. 6.
Bonum depoſitum cuſtodi. 2. Tim. 1.
Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus. Heb. 13.
Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Iacob. 1.
Beati mortui qui in Domino moriuntur. Apocalypſis 14.
Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. 16.
Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. 19.
Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima, &c. 20.
Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni. 22.

C.

COGITATIO cordis intenta ad malum omni tempore. Gen. 6.
Corrupta terra coram Deo, & repleta iniquitate. 6.
Cur tentatis Dominum. Exod. 17.
Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit. 32.
Cur Domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum. 32.
Cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Leuit. 18.
Coram cano capite conſurge. 19.
Confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incederetis erecti. 26.
Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Num. 6.
Cur afflixiſti Domine ſeruum tuum? 11.
Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſolicitè. Deut. 4.
Cuſtodite ſolicitè animas veſtras. 4.
Cuſtodite, & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis. 5.
Caue diligenter ne obliuiſcaris Domini. 6. & 8.
Circumcidite præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. 10.
Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino. 11.
Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo verſaris in terra. 12.
Clamauimus ad Dominum, qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, &c. 26.
Circumcidet Dominus cor tuum, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. 30.
Confortare, & eſto robuſtus. 31.
Circumduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. 32.
Confortare, & eſto robuſtus valdè, vt facias omnem legem. Ioſ. 1.
Citò deſeruerunt viam per quam ingreſſi fuerant patres eorum. Iud. 2.
Ceſſauerunt fortes in Iſrael. 5.
Cor meum diligit principes Iſrael. 5.
Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? 13.
Cur tantum nefas in vobis repertum eſt? 20.
Cuius erunt optima quæque Iſrael? nónne tibi? 1. Reg. 9.
Celebre factum eſt nomen eius nimis. 18.
Completa eſt malitia eius. 20.
Conuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti. 22.
Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum. 24.
Completa eſt malitia aduerſus domũ tuam. 25.
Confortatus eſt Dauid in Domino Deo ſuo. 30.
Confortentur manus veſtræ, & eſtote filii fortitudinis. 2. Reg. 2.
Cæcus & claudus non intrabunt in templum. 5.
Conſilium Achitophel quaſi ſi quis conſuleret Deum ſic erat, &c. 16.
Cæli cælorum te capere non poſſunt. 3. Reg. 8.
Currus Iſrael & auriga eius. 4. Reg. 2. & 13.
Cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael. 10.
Cùm colerent Dominum, diis quoque ſuis ſeruiebant. 17.
Cui exprobraſti, aut quem blaſphemaſti? 19.
Confortare, & viriliter age, ne timeas, nec paueas. 1. Paral. 22.
Corde toto offerebant Domino. 29.
Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. 2. Paral. 20.
Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis. 20.
Caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. Tob. 13.
Confirma me Dñe Deus in hac hora. Iudith 13.
Cùm inuocantem exaudierit me Deus, non credo quòd audierit vocem meam. Iob 9.
Clamo ad te, & non exaudis me, ſto, & non reſpicis me, mutatus es mihi in crudelem. 30.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo, lætabor, & exultabo in te. Pſal. 9.
Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. 9.
Conſerua me Domine, quoniã ſperaui in te. 15.
Cuſtodi animam meam, & erue me. 24.
Cantabo, & pſalmum dicam Domino. 26.
Credo videre bona Domini in terra viuentium. 26.
Conuertiſti planctum meũ in gaudiũ mihi. 29.
Confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in Domino. 30.

Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. 50.
Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. 50.
Confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum eſt. 53.
Clamabo ad Deum altiſſimum. 56.
Confitebor tibi in populis Domine. 56.
Caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. 77.
Citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. 78.
Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam à nobis. 84.
Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. 85.
Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum. 90.
Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. 105. & 106. & 116. & 135.
Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius. 105.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. 105.
Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. 105.
Confitebor Domino nimis in ore meo. 108.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo. 110. & 137.
Cuſtodiens paruulos Dominus, humiliatus ſum, & liberauit me. Pſal. 114.
Conuertere anima mea in requiem tuam. 114.
Conſilium meum iuſtificationes tuæ. 118.
Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. 118.
Confige timore tuo carnes meas. 118.
Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe. 141.
Cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Prouerb. 3.
Cogitationes iuſtorum iudicia. 12.
Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. 14.
Cor ſapientis quærit doctrinam. 15.
Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. 16.
Cuſtos animæ ſuæ, ſeruat viam ſuam. 16.
Cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud. 21.
Cogitationes robuſti ſemper in abundantia. 21.
Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. 24.
Cor regum inſcrutabile. 25.
Cùm prophetia (i. declaratio verbi Dei) defecerit, diſſipabitur populus. 29.
Cunctæ res difficiles. Eccleſ. 1.
Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei. 4.
Cor ſapientum vbi triſtitia, & cor ſtultorum vbi lætitia. 7.
Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius. 7.
Cunctis ſermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum. 7.
Cuncta quę fiunt adducet Deus in iudicium. 12.
Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sap. 9.
Cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos. 12.
Creaturæ Dei factæ ſunt in tentationem animæ hominum, &c. 14.
Cor durum habebit malè in nouiſſimo. Eccli. 3.
Congregationi pauperum affabilem te facito. 4.
Conſiliarius ſit tibi vnus de mille. 6.
Cogitatum tuum habe in præceptis Dei. 6.
Cum aliena muliere ne ſedeas omnino. 9.
Confide in Deo, & mane in loco tuo. 11.
Cor hominis immutat faciem illius. 13.
Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua. 17.
Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet. 18.
Corripe amicum, ſæpè enim fit commiſſio. 19.
Cor fatui quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. 21.
Cum dormiente loquitur, qui narrat ſtulto ſapientiam. 22.
Corona ſenum multa peritia. 25.
Cordis iucunditas hæc eſt vita hominis. 30.
Cor ſplendidum bonum in epulis eſt, epulæ enim illius diligenter fiunt. 30.
Curam habe de bono nomine. 41.
Cùm dederis, ne improperes 41.
Contra Deum pugnare non eſt facile. 46.
Confitebor tibi Domine quoniam iratus es mihi, conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Iſaiæ 12.
Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. 12.
Cùm feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. 26.
Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. 31.
Complicabuntur ſicut liber cæli. 34.
Corripies me, & viuificabis me. 38.
Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter 40.
Conuertimini ad me, & ſalui eritis. 45.
Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. 46.
Cum ſceleratis reputatus eſt. 53.
Confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris. 54.
Cùm clamaueris, liberent te congregati tui. 57.
Circumſpexi, & non erat auxiliator. 63.
Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus. Ierem 3.
Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum. 4.
Circuite, aſpicite, & conſiderate, & quærite an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidèm, & propitius ero ei. 5.
Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo. 10.
Caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. 30.
Conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos. 31.
Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum. 31.
Conuerte me Domine, & conuertar. 31.
Conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor eius, ait Dominus. 31.
Clama ad me, & exaudiam te. 33.
Cùm exaltaueris quaſi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. 49.
Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam. 51.
Contempſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm gentes. Ezech. 5.
Complebo furorem meũ in eis, & conſolabor. 5.
Cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. 8.
Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. 18.
Conuertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriemini? 33.
Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Oſee 7.
Confundetur Iſrael in voluntate ſua. 10.
Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. 14.
Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Ioel. 2.
Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, &c. 2.
Conuertam feſtiuitates veſtras in luctũ Am. 8.
Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum. Ion. 2.
Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Habac. 3.
Conuertimini ad me, ait Dominus, & ego conuertar ad vos. Zach. 1.
Cùm ieiunaretis, numquid ieiunium ieiunaſtis mihi? 7.
Cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem. 7.
Circumdabo domum meam ex iis qui militant mihi. 9.
Conuertam eos, quia miſerebor eorum. 10.
Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. Malach. 2.
Conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem. 3.
Clamamus in cælum & miſerebitur noſtri Dominus. 1. Machab. 4.
Ceciderunt in bello, dum ſine conſilio exeunt in prœlium. 5.
Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Matth. 6.
Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. 9.
Cauete ab hominibus. 10.
Cæcus ſi cæco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadunt. 15.
Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. 24
Confidite, ego ſum, nolite timere. Mar. 6.
Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Lucæ 12.
Cauete ab omni auaritia. 12.
Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo. 12.
Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. 13.
Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris. 14.
Compelle intrare, vt impleatur domus mea. 14.
Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. 17.
Capillus de capite veſtro non peribit. 21.
Cum iniquis deputatus eſt. 22.
Claritatem ab hominibus non accipio. Ioan. 5.
Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. 6.
Crediderunt quotquot prædeſtinati erant ad vitam æternam. Act. 13.
Cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Rom. 1.
Cui vult miſeretur, & quem vult indurat. 9.
Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. 10.
Carnis curam ne feceritis in deſideriis. 13.
Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis? 1. Corinth 3.
Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. 9.
Charitatem ſi non habuero, nihil ſum. 13.
Charitas patiens eſt, benigna eſt, non quęrit quę ſua ſunt, non cogitat malum, &c. 13.
Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 15.
Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. 15.
Chriſti bonus odor ſumus Deo. 2. Corinth. 2.
Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. 4.
Cùm infirmor, tunc potens ſum. 12.
Chriſto confixus ſum cruci. Gal. 2.
Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Philip. 2.
Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. 1. Theſ. 5.
Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. 1. Timoth. 4.
Cognouit Dominus qui ſunt eius. 2. Tim. 2.
Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Tit 1.
Conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum. Heb. 10.
Charitas fraternitatis maneat in vobis. 12.
Contenti præſentibus. 12.
Confitemini alterutrum peccata veſtra. Iacob. 5.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius. 1. Pet. 2.
Cùm pateretur, non comminabatur. 2.
Charitas operit multitudinem peccatorum. 4.
Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti. 2. Pet. 2.
Cecidit, cecidit Babylon illa magna. Apoc. 14.
Cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni. 14.

D.

DOMINE Deus quid dabis mihi? Gen. 15.
Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum. 18.
Domine num gentem ignorantem & iuſtam interficies? 20.
Dotauit me Dominus dote bona. 30.
Domine quare miſiſti me? Exod. 5.
Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. 15.
Dominus regnabit in æternum & vltra. 15.
Dominus exaltatio mea. 17.
Doctrina & veritas erunt in pectore Aaron. 28.
Dominator Domine Deus, miſericors & clemẽs, patiens & multæ miſerationis, ac verax. 34.
Dominus zelotes nomen eius, Deus eſt æmulator. 34.
Diligetis aduenas quaſi voſmetipſos. Leuit. 19.
Deus obſecro ſana eam. Num. 12.
Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere. 14.
Dimitte Domine obſecro peccatum populi huius, ſecundùm magnitudinem miſericordiæ tuæ. 14.
Dixit Deus, & non faciet? 23.
Dominus Deus addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis. Deut. 1.
Date viros ſapientes, & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata. 1.
Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator. 4.

Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt. 4.
Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum. 4.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. 6.
Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies. 6. & 10.
Dominus Deus tuus ipſe eſt Deus fortis, & fidelis. 7.
Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus magnus, & terribilis. 7.
Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te. 9. & 31.
Domine Deus ne diſperdas populum tuum, ne aſpicias duritatem populi huius, & impietatem ac peccatum. 9.
Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis. 10.
Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cuſtodite: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. 13.
Dominum elegiſti, vt ſit tibi Deus, & ambules in viis eius. 26.
Dominus elegit te, vt ſis ei populus peculiaris. 26.
Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. 31.
Date magnificentiam Deo noſtro. 32.
Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. 32.
Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus, & rectus. 32.
Dominus ſolus dux eius fuit. 32.
Deum qui te genuit dereliquiſti. 32.
Dominus Deus veſter dabit vobis requiē. Ioſ. 1.
Domini ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum. 11.
Dominus Deus ipſe eſt poſſeſſio eius. 13.
Deus ſanctus & fortis, æmulator eſt. 24.
Domino Deo noſtro ſeruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. 24.
Dominus audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos. Iud. 2.
Dominus in fortibus dimicauit. 5.
Diuiſo contra ſe Ruben magna animorum reperta eſt contentio. 5.
De cælo dimicatum eſt contra eos. 5.
Dominus tecum virorum fortiſſime. 6.
Doluit Dominus ſuper miſeriis eorum. 10.
Dominus qui hæc audit, ipſe teſtis eſt. 11.
De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. 14.
Domine Deus memento mei. 16.
Decernere quid facere debeatis. 20.
Dominus vobiſcum. Ruth 2.
Declina paulliſper, & ſede hic. 4.
Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. 1. Reg. 2.
Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. 2.
Dominus pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit. 2.
Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 3.
Declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. 8.
Diſſimulabat ſe audire. 10.
Directus eſt ſpiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps. 16.
Dilexit eum quaſi animam ſuam. 18.
Dominus retribuet vnicuique ſecundùm iuſtitiam ſuam, & fidem. 26.
Dimitte eum vt maledicat, Dominus enim præcepit ei vt malediceret. 2. Reg. 16.
Diligis odientes te, & odio habes diligētes te. 19.
Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit. 3. Reg. 3.
Domine Deus, non eſt ſimilis tui Deus. 8.
Dauid ſeruus meus ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo 14.
Domine Deus oſtende hodie quia tu es Deus, & ego ſeruus tuus. 18.
Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. 18.
Dies tribulationis & increpationis iſte. 4. Reg. 19.
Deum inuocauerunt cùm prœliarentur, & exaudiuit eos. 1. Par. 5.
Det tibi Dominus prudentiam & ſenſum, vt regere poſſis. 22.
Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. 29.
Domine Deus cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum. 29.
Da Domine Salomoni filio meo cor perfectum vt cuſtodiat mandata tua. 29.
Da mihi Domine ſapientiam, & intelligentiam. 2. Paral. 1.
Dominus vobiſcum quia fuiſtis cum eo, ſi quæſieritis eum inuenietis, ſi autem dereliquentis eum, derelinquet vos. 15.
Dei eſt adiuuare, & in fugam conuertere 25.
Deus meus confundor, & erubeſco leuare faciem meam ad te. 1. Eſd. 9.
Domine Deus, ecce coram te ſumus in delicto noſtro. 9.
Domine Deus cæli, fortis, magne, atque terribilis, fiant quęſo aures tuæ auſcultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationē ſerui tui. 2. Eſd. 1.
Deus meus memento mei in bonum. 6.
Deus miſerationum, & clemens es tu. 9.
Deus magne ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos. 9.
Deus meus parce mihi, ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. 13.
Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. Eſth. 13.
Deus facit magna, & inſcrutabilia. Iob 5. & 9.
Docete me, & ego tacebo. 6.
Deo quis dicere poteſt, Cur ita facis? 9. & 11.
Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. 9.
Dies mei velociores fuerunt curſore. 9.
Deridetur iuſti ſimplicitas. 12.
Donec deficiā non recedā ab innocētia mea. 27.
Derident me nunc iuniores tempore. 30.
Deum dignè inuenire non poſſumus, magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia, &c. 37.
Domini eſt ſalus. Pſal. 3.
Dirige in conſpectu tuo viam meam. 5.
Domine Deus meus in te ſperaui. 7.
Deus iudex iuſtus, fortis & patiens. 7.
Dominus in æternum permanet. 9.
Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. 9.
Diligam te Domine fortitudo mea. 17.
Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. 17.
Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum. 17.
Deus meus illumina tenebras meas. 17.
Deus Deus meus, reſpice in me. 21.
Domini eſt regnum. 21.
Dominus regit me, & nihil mihi deerit. 22.
Domini eſt terra, & plenitudo eius. 23.
Deus meus in te confido, non erubeſcam. 24.
Doce me, quia tu es Deus ſaluator meus. 24.
Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. 24.
Dulcis & rectus Dominus. 24.
Docebit mites vias ſuas. 24.
De neceſſitatibus meis erue me. 24.
Domine dilexi decorem domus tuæ. 25.
Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? 26.
Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? 26.
Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. 27.
Dominus fortitudo plebis ſuæ. 27.
Dominus virtutem populo ſuo dabit. 28.
Domine Deus meus clamaui ad te, & ſanaſti me. 29.
Domine auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. 29.
Domine Deus meus in æternū cōfitebor tibi. 29.
Domine non confundar quoniā inuocaui te. 30.
Diligit miſericordiam & iudicium. 32.
Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. 34.
Domine quando reſpicies? 34.
Domine ne diſcedas à me. 34.
Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. 36.
Declina à malo, & fac bonum. 36.
Dominus amat iudicium. 36.
Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. 37.
Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. 39.
Domine ad adiuuandum me reſpice. 39.
Domine miſerere mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. 40.
Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus. 45.
Deus in medio eius, non commouebitur. 45.
Dominus virtutum nobiſcum. 45.
Dominus excelſus, terribilis, rex magnus. 46.
Deus vitam meam annuntiaui tibi. 55.
Deus meus, miſericordia mea. 58.
Da nobis auxilium de tribulatione. 59.
Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. 69.
Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum reſpice. 70.
Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. 70.
Deus ne derelinquas me. 70.
Deus quis ſimilis tibi? 70.
Dixi, Nūc cœpi, hęc mutatio dexterę Excelſi. 76
Deus in ſancto via tua. 76.
Domine Deus virtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. 79.
Deus quis ſimilis erit tibi? 82.
Deus tu conuerſus viuificabis nos. 84.
Deduc me Domine in via tua. 85.
Domine Deus virtutum quis ſimilis tibi? 88.
Dixiſti, Conuertimini filij hominum. 89.
Defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus. 89.
Deus meus ſperabo in eum. 90.
Delectaſti me Domine in factura tua. 91.
Domum tuam decet ſanctitudo Domine. 92.
Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. 93.
Dominus regnauit, exultet terra. 96.
Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. 101.
Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis. 107.
Deſiderium peccatorum peribit. 111.
Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. 116.
Dextera Domini fecit virtutem. 116.
Doce me iuſtificationes tuas. 118.
Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. 118.
Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. 118.
Da mihi intellectum vt diſcā mandata tua. 118.
Dominus cuſtodiat te ab omni malo. 120.
Dominus in circuitu populi ſui. 124.
Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. 142.
Domine quid eſt homo quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? 143.
Dominus diligit iuſtos. 145.
Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Prouerb. 9.
Doctrina ſua noſcitur vir. 12.
Doctrina prudentium facilis. 14.
Diuinatio in labiis regis. 16.
Dulcis eloquio maiora reperiet. 16.
Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit ſeparantur. 19.
Doctrina viri per patientiam noſcitur. 19.
Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. 19.
Diues pauperibus imperat. 22.
Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. 27.
Diligenter agnoſce vultum pecoris tui. 27.
Date vinum his qui amaro ſunt animo. 31.
Diuitiæ cōſeruatæ in malū domini ſui. Eccleſ. 5.
Dixi, ſapiens efficiar, & ſapientia longiùs receſſit à me. 7.
Dominatur interdum homo homini in malum ſuum. 8.
Dulce lumē, & delectabile oculis videre ſolē. 11.
Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo. 12.
Dilectus meus mihi, & ego illi. Cant. 2.
Dilectus meus candidus, & rubicundus, totus deſiderabilis. 5.
Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Sap. 1.
Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. 1.
Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam. 11.
Diligis omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. 11.
De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Eccli. 5
De negligentia tua purga te cum paucis. 7.
Diues ſi fueris non eris immunis à delicto. 11.
Datio Dei permanet iuſtis. 11.
Ditiori te ne ſocius fueris. 13.
Diues iniuſtè egit, & fremet, pauper autem læſus tacebit. 13.
Diuitum paſcua ſunt pauperes. 13.
Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad nubes perducent: pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? 13.
Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui. 15.
Domus nimis locuples annullabitur ſuperbia. 21.

Dona

Dona iniquorum non probat Altiſſimus. 34.
Da locum medico. 38.
Datum & acceptum omne deſcribe. 42.
Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam? Iſaiæ 14.
Domine Deus meus es tu, & exaltabo te. 25.
Domine omnia opera noſtra operatus es nobis. 26.
Domine in anguſtia requiſierunt te. 26.
Dominus cuius eſt ignis in Sion, & caminus eius in Ieruſalem. 31.
Dicite puſillanimis: Confortamini, & nolite timere. 34.
Dies tribulationis & correptionis dies hæc. 37.
De manè vſque ad veſperam fines me. 38.
Domine vim patior, reſponde pro me. 38.
Durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. 48.
Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. 50.
Dominus Deus auxiliator meus, ideò non ſum confuſus. 50.
Dixiſti: Deſperaui, nequaquam faciam. Ier. 2.
Dij tui quos feciſti, ſurgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. 2.
Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina. 3.
Domine, oculi tui reſpiciunt fidem. 5.
Date Domino Deo veſtro gloriam, antequam contenebreſcat. 13.
Dilexit mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domino non placuit. 14.
Diem hominis non deſideraui, tu ſcis. 17.
Dixerunt: Deſperauimus, poſt cogitationes enim noſtras ibimus. 18.
Dabb eis cor, vt ſciant me, quia ego ſum Dominus. 24.
Dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me. 32.
Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus. Bar. 3.
Dura facie, & indomabili corde ſunt. Ezech. 2.
Dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum. 11.
Dabo tibi apertum os in medio eorum. 29.
Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. 36.
Domine Deus tu noſti. 37.
Dabo vobis ſpiritum, & viuetis. 37.
Dominatur Excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud. Dan. 4.
Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Oſee 2.
Dicent montibus, Operite nos; & collibus, Cadite ſuper nos. 10.
Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. 13.
Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, dicit Dominus. Amos 6.
Deſperata eſt plaga eius. Mich. 1.
Dominus lux mea eſt. 7.
Deus æmulator, & vlciſcens Dominus. Nah. 1.
Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ. Sophon. 1.
Dilexi vos. Malach. 1.
Dedi ei timorem, & timuit me. 2.
Dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit Deo. 3.
Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. 2. Machab. 1.
Domine Deus terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus Rex. 1.
Dominus Deus aſpiciet veritatem. 7.
Dominus non ſecundùm armorum potentiam, ſed prout ipſi placet dat dignis victoriam. 15.
Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Matth. 4.
Diligite inimicos veſtros. 5.
Domine ſi vis, potes me mundare. 8.
Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. 8.
Domine ſalua nos, perimus. 8.
Dignus eſt operarius cibo ſuo. 10.
Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. 11.
Domine ſaluum me fac. 14.
Dilige proximum tuum ſicut teipſum. 19.
Domine miſerere noſtri. 20.
Domus mea, domus orationis vocabitur. 21.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. 22.
Dimittite, & dimittemini. Lucæ 6.
Date, & dabitur vobis. 6.
Dignus eſt operarius mercede ſua. 10.
Deus non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. 18.
Deus propitius eſto mihi peccatori. 18.
Dominus operam eius deſiderat. 19.
Dies vltionis hi ſunt. 21.
Domine memento mei. 23.
Da mihi bibere. Ioan. 4.
Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. 6.
Duorum hominum teſtimonium verum eſt. 8.
Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. 21.
Da Domine ſeruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. Act. 4.
Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. 7.
Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. 7.
Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. 9.
Domine, quid me vis facere? 9.
Domini voluntas fiat. 21.
Dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Rom. 1.
Digni ſunt morte non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. 1.
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. 8.
Dilectio ſine ſimulatione. 12.
Dei ſumus adiutores. 1. Corinth. 3.
Dominus nouit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt. 3.
Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. 12.
Dum tempus habemus, bonũ ad omnes. Gal. 6.
Deus qui diues eſt in miſericordia. Eph. 2.
Deus noſter ignis conſumens eſt. Heb. 12.
Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. 13.
Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Iac. 4.
Dulcis eſt Dominus. 1. Pet. 2.
De tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. 2.
Dominum Ieſum Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris. 3.
Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. 1. Ioan. 1.
Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 4.
Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Apoc. 1.
Domine Deus omnipotens, vera & iuſta iudicia tua. 16.
Dedit Deus in corda eorum vt faciant quod placitum eſt illi. 17.

E.

Ego ſum qui ſum. Exod. 3.
Ego ero in ore tuo, doceboque quid loquaris. 4.
Ego ſum Dominus Deus ſanator tuus. 15.
Ego ſum Dominus Deus tuus. 20.
Ego mittam Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, &c. 23.
Ego Dominus qui ſanctifico vos. Leuit. 20. & 21. & 22.
Ego Dominus Deus veſter, qui ſeparaui vos à ceteris populis. 20.
Ego pars, & hereditas tua. Num. 18.
En populus ſapiens, & intelligens, gens magna. Deut. 4.
Exaudiuit me Dominus etiam hac vice. 9.
En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & maledictionem. 11.
Elige vitam vt viuas. 30.
Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo. 32.
Ero tecũ, non dimittam, nec derelinquã te. Ioſ. 1.
Experiar Iſrael, vtrùm cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea. Iud. 2.
Egreſſa eſt manus Domini contra me. Ruth 1.
Effudi animam meam in conſpectu Domini. 1. Reg. 1.
Exultauit cor meum in Domino. 2.
Erat peccatum grande nimis coram Domino. 2.
Electus, & bonus, & non erat de filiis Iſrael melior illo. 9.
Ecce vnxit te Dominus ſuper hereditatem ſuam in principem. 10.
Erat Dauid rufus, & pulcher aſpectu, decoraque facie. 16.
Ego ſum vir pauper, & tenuis. 18.
Emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. 25.
Ego ſu qui peccaui, & ego iniquè egi. 2. Reg.
Erit Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunc[...] populis. 3. Reg. 9.
Egreſſum tuum, & introitum tuum, & vi[...] tuam ego præſciui. 4. Reg. 19.
Erit nomen meum ibi. 23.
Exaudi me miſeram deprecantem, & de [...] miſericordia præſumentem. Iudith 9.
Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignora[...] anima mea. Iob 9.
Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. 13.
Expecto donec veniat immutatio mea. 14.
Ecce in cęlo teſtis meus, & conſcius meus in [...] celſis. 16.
Expectabam bona, & venerunt mihi mala. [...]
Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nul[...] ei ſimilis in legiſlatoribus. 36.
Ecce Deus magnus vincẽs ſcientiam noſtrã. [...]
Exultabo in ſalutari tuo. Pſal. 9.
Expecta Dominum, & viriliter age, conforte[...] cor tuum, & ſuſtine Dominum. 26.
Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, du[...] oro ad te. 27.
Exultabo, & lætabor in miſericordia tua. 30.
Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius, & ex[...] tabit te. 36.
Expectans expectaui Dominum. 39.
Exultent & lætentur ſuper te omnes quæren[...] te, & dicant ſemper, magnificetur Domin[...] qui diligunt ſalutare tuum. 39.
Emitte lucem tuam & veritatem tuam. 42.
Exurge, quare obdormis Domine, exurge. 43.
Exurge Domine, adiuua nos, & redime [...] propter nomen tuum. 43.
Ecce Deus adiuuat me, & Dominus ſuſcep[...] eſt animæ meæ. 53.
Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpex[...] ris deprecationem meam. 54.
Ego autem ſperabo in te Domine. 54.
Exurge in occurſum meum, & vide. 58.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam. 58.
Eripe me de luto vt non infigar. 68.
Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt m[...] ſericordia tua. 68.
Ego autem ſemper ſperabo, & adiiciam ſu[...] omnem laudem tuam. 70.
Exurge Deus, iudica cauſam tuam. 73.
Elegi abiectus eſſe in domo Dei, magis qu[...] habitare in tabernaculis peccatorum. 83.
Exaudi me, quoniã inops & pauper ſum ego. [...]
Exaltate Dominum Deum noſtrum. 98.
Ego verò delectabor in Domino. 103.
Eſcam dedit timentibus ſe. 110.
Exortum eſt in tenebris lumen rectis. 111.
Erraui ſicut ouis quæ periit, quęre ſeruum tu[...] Domine. 118.
Excelſus Dominus, & humilia reſpicit. 137.
Effundo in conſpectu eius orationem meam, [...] tribulationẽ meã ante ipſum pronuntio. 1[...]
Educ de cuſtodia animam meam ad confite[...] dum nomini tuo. 141.
Ego diligentes me diligo. Prouerb. 8.
Expectatio iuſtorum lætitia. 10.
Eſt via quæ videtur homini iuſta, nouiſſima [...] tem eius deducunt ad mortem. 14. & 16.
Extrema gaudij luctus occupat. 14.
Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtib[...] quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. [...]
Exultatio iuuenum fortitudo eorum. 20.
Equus paratur ad diem belli, Dominus aut[...] ſalutem tribuit. 21.
Eiice deriſorem, & exibit cum eo iurgium. 2[...]
Erue eos qui ducuntur ad mortem. 24.
Ecce tu pulcher es dilecte mi. Cant. 1.
Ego dormio, & cor meum vigilat. 5.
Expoliaui me tunica mea, quomodo ind[...] illa? 5.
Eleemoſyna reſiſtit peccatis. Eccli. 3.
Eſto firmus in via Domini. 5.
Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei [...] intelligas. 5.
Eſt qui labitur lingua, ſed non ex animo. 19.
Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora [...] plena ſunt dolo. 19.
Ex viſu cognoſcitur vir. 19.
Eſt tacens, & ipſe eſt prudens. 20.
Eſt datum quod non eſt vtile. 20.
Eleemoſynam conclude in ſinu pauperis, [...] hæc pro te exorabit ab omni malo. 29.
Eſt amicus ſolo nomine amicus. 37.
Eſt ſapiens, animæ ſuæ ſapiens. 37.
Erunt qui beatificant populum iſtum ſeduc[...] tes, & qui beatificantur præcipitati. Iſaiæ 9[...]

Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam & non timebo. 12.
Et erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. 24.
Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos. 25.
Ego Dominus qui ſeruo eam, nocte & die ſeruo eam. 27.
Expectat Dominus vt miſereatur veſtri. 30.
Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium 32.
Egreſſum tuum & introitum tuum ego cognoui, & inſaniam tuam contra me. 37.
Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. 38.
Ego Dominus primus & nouiſſimus ego ſum. 41. & 48.
Ecce ego facio noua. 43.
Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me. 43.
Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. 45.
Ego Dominus, & non eſt alter, ego Dominus & non eſt amplius. 45.
Ego feci, & ego ferā, ego portabo, & ſaluabo. 46.
Elegi te in camino paupertatis. 48.
Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia. 48.
Ecce in manibus meis deſcripſi te. 49.
Ego ego ipſe conſolabor vos. 51.
Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. 52.
Ego tacens, & quaſi non videns. 57.
Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. 65.
Ecce ſcriptum eſt coram me, non tacebo, ſed reddam in ſinu eorum. 65.
Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis, &c. 65.
Ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te. Ierem. 1.
Erudire Ieruſalem, ne fortè recedat anima mea à te. 6.
Ego vidi, dicit Dominus. 7.
Expectauimus pacem & non eſt bonum, & tempus curationis, & ecce turbatio 14.
Ego Dominus ſcrutans cor, qui do vnicuique iuxta viam ſuam. 17.
Ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere, & vos immunes eritis? 25.
Ego ſum iudex & teſtis, dicit Dominus. 29.
Eſt merces operi tuo. 31.
Ego ſcio, ait Dominus, iactantiam eius, & quòd non ſit iuxta eam virtus eius. 48.
Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? 49.
Ecce ego ad te ſuperbe, ait Dominus, quia veniet dies tuus. 50.
Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini. Thren. 2.
Ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. Ezech. 17.
Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, in terram proieci te. 28.
Es eis quaſi carmen muſicum, & audiunt verba tua, & non faciunt. 33.
Ego paſcam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus. 34.
Ego hereditas eorum, & poſſeſſio eorum. 44.
Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac. Dan. 9.
Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis. Oſee 2.
Ephraim vitula docta diligere trituram. 10.
Expergiſcimini ebrij & flete. Ioel. 1.
Emittam famem in terrā audiendi verbum Dei, circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. Amos 8.
Ecce oculi Domini Dei ſuper regnum peccans, & conteram illud. 9.
Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Nah. 3.
Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Habac. 3.
Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu. Zachar. 2.
Erit dies vna quæ nota eſt Domino, non dies, nec nox. 14.
Ego Dominus & non mutor. Mal. 3.
Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Matth. 5.
Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. 10.
Ex fructu arbor cognoſcetur. 12.
Ex abundantia cordis os loquitur. 12.
Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. 12.
Excolantes culicem, & camelum glutientes. 23.
Erat ſubditus illis. Luc. 2.
Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. 6.
Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. 12.
Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. 21.
Ego in medio veſtrū ſum ſicut qui miniſtrat. 22.
Erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. 24.
Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ioan. 5.
Ego ſum, nolite timere. 6.
Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet. 6.
Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. 10.
Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. 10.
Ecce quem amas infirmatur. 11.
Ego ſum reſurrectio & vita. 11.
Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. 13.
Ego ſcio quos elegerim. 13.
Ego ſum via, veritas, & vita. 14.
Erant perſeuerantes vnanimiter in oratione, &c. Act. 1.
Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus. 2.
Excelſus non in manu factis habitat, &c. 7.
Ego quis eram, qui poſſem prohibere Deum? 11.
Erat vir bonus, & plenus Spiritu ſancto, & fide. 11.
Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax. Rom. 3.
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. 2. Corinth 6.
Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. Ephe. 4.
Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. 5.
Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, &c. 1. Timoth. 4.
Eſt quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. 6.
Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm. Iacob. 1.
Ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. 2.
Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. 5.
Ex corde inuicem dil gentes atientiùs. 1. Pet. 1.
Ego ſum principium, & finis, dicit Dominus. Apoc. 1.
Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 2.
Ego ſum ſcrutans renes, & corda. 2.
Ego quos amo, arguo & caſtigo. 3.
Ecce ſto ad oſtium, & pulſo. 3.
Ecce venio ſicut fur. 16.
Exite de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, &c. 18.
Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. 21.
Ecce noua facio omnia. 21.
Ecce venio velociter. 22.
Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua. 22.

F.

FECIT Noe omnia quæ præceperat illi Deus. Gen. 6.
Feſtina, & ſaluare. 19.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus. Exod. 15.
Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. 33.
Fortiſſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis. Num. 16.
Fac quod placitum eſt, & bonum in conſpectu Domini. Deut. 6.
Filij eſtote Domini Dei veſtri. 14.
Feci omnia Domine, ſicut præcepiſti mihi. 26.
Faciat Dominus vobiſcum miſericordiam. Ruth 1.
Flebat, & non capiebat cibum. 1. Reg. 1.
Filij Belial neſcientes Dominum. 2.
Factus eſt ſpiritus Domini malus in Saul. 19.
Faciens facies, & potens poteris. 26.
Fui tecum in omnibus vbicumque ambulaſti. 2. Reg. 7.
Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. 7.
Faciebat Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo. 8.
Fac quod placitum eſt tibi. 19.
Fecit quod rectum erat in conſpectu Domini. 3. Reg. 22.
Fecit rectum coram Domino. 14.
Filij & nepotes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt. 17.
Fac mecum Domine ſecundùm voluntatem tuam. Tob. 3.
Factus eſt Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Pſal. 9.
Firmamentum eſt Dominus timentibus eū. 24.
Faciem tuam Domine requiram. 26.
Fortitudo mea, & refugium meum es tu. 30.
Factus ſum tamquam vas perditum. 30.
Firmamentum meum, & refugium meum es tu. 70.
Factus eſt in pace locus eius. 75.
Fidelia omnia mandata eius. 110.
Fortitudo mea & laus mea Dominus. 116.
Fiat miſericordia tua vt conſoletur me. 118.
Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. 144.
Facit iudicium iniuriam patientibus. 145.
Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Prou. 1.
Funibus peccatorum ſuorum impius conſtringitur. 5.
Fortitudo ſimplicis via Domini. 10.
Fatuus ſtatim indicat iram ſuam. 12.
Filius ſapiens doctrina patris. 13.
Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma. 18.
Fœneratur Domino qui miſeretur pauperi. 19.
Fidelem virum quis inueniet? 20.
Facere iuſtitiam & iudicium magis placet Domino quàm victimæ. 21.
Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. 27.
Funiculus triplex difficilè rumpitur. Eccleſ. 4.
Fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis immiſcuit quæſtionibus. 7.
Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Cant. 1.
Fortis eſt vt mors dilectio. 8.
Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Eccli. 1.
Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. 7.
Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum, & non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. 7.
Filiam trade, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. 7.
Facile eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem. 11.
Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. 21.
Fatui pes facilis in domum proximi. 21.
Fatuorum cor in ore, ſapientum os in corde. 21.
Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuoluetur. 27.
Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Iſaiæ 1.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus. 12.
Facta eſt veritas in obliuionem 59.
Fruſtrà percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. Ierem. 2.
Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. 3.
Factum eſt mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei. 15.
Factus ſum Iſraeli pater. 31.
Fortiſſime, magne, & potens, magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu, &c. 32.
Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt 46.
Fugite, ſaluate animas veſtras. 48.
Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam. 51.
Fortis vltor Dominus, reddens retribuet. 51.
Factus ſum in deriſum omni populo meo. Thren. 3.
Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Ezech. 2.
Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, &c. 3.
Finis venit, venit finis. 7.
Floruit virga, germinauit ſuperbia, iniquitas ſurrexit in virga impietatis. 7.
Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. 18.
Faciam vt in præceptis meis ambuletis. 36.
Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Oſee 4.
Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt. 9.
Facti ſumus in laqueum magnum. 1. Mach 1.

Facite fructum dignum pœnitentiæ. Matth. 3.
Filij regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. 8.
Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. 8.
Fulgebunt iuſti ſicut ſol, in regno patris eorũ. 13.
Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. 19.
Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. 20.
Fecit mihi magna qui potens eſt. Lucæ 1.
Fili omnia mea tua ſunt. 15.
Filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. 16.
Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. 16.
Facilius eſt cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. 16.
Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? 18.
Fratres eſtis, vt quid noceris alterutrum? Act. 7.
Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. Rom. 10.
Fugite fornicationem. 1. Corinth. 6.
Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis. 10.
Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. Tim. 1.
Feſtinemus ingredi in requiem illam. Heb. 4.
Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. 11.
Fides ſine operibus mortua eſt. Iacob. 2.
Fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur. 3.
Fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Apocal. 14.

G.

GENERATIO praua atque peruerſa, hæccine reddis Domino popule ſtulte & inſipiens. Deut. 32.
Generatio peruerſa eſt, & infideles filij. 32.
Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. 32.
Guſta prius puſillum panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſcêris. Iud. 19.
Gratiam eamdem quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. Ruth 2.
Grandis auctoritatis es, & benè regis. 3. Reg. 21. Ironicè.
Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus, beatus vir qui ſperat in eo. Pſal. 33.
Gratiam & gloriam dabit Dominus. 83.
Gloria virtutis eorum tu es. 88.
Gloriam præcedit humilitas. Prouerb. 15.
Gaudium iuſto eſt facere iudicium. 21.
Gloria Dei eſt celare verbum. i. myſteria. 25.
Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. 30.
Guſtauit & vidit quia bona eſt negotiatio eius. 31.
Gloria diuitum & pauperum timor Dei eſt. Eccli. 10.
Gloria magna eſt ſequi Dominum. 23.
Gloriam meam alteri non dabo. Iſaiæ 42 & 48.
Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. 51.
Gaudebit ſuper te Deus tuus. 62.
Gaudebo in populo meo. 65.
Gloria peccatoris ſtercus & vermis eſt. 1. Machab. 2.
Gratis accepiſtis, gratis date. Matth. 10.
Gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Lucæ 15.
Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16.
Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. Rom. 2.
Gaudere cum gaudentibus, flere cũ flentibus. 12.
Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. 1. Cor. 6.
Gratia Dei ſum id quod ſum. 15.
Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2. Cor. 1.
Gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacem habete. 13.
Gratias agentes ſemper pro omnibus. Epheſ. 5.
Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Phil. 4.

H.

HABITABO in medio filiorum Iſrael, eroque eis Deus. Exod. 29.
Honora perſonam ſenis. Leuit. 19.
Heu quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus? Num. 24.
Hodie factus es populus Domini Dei tui, audies vocem eius, & facies mandata. Deut. 27.
Homo videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16.
Hodie increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. 25.
Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis. 25.
Hodie intellexit ſeruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis. 2. Reg. 14.
Habitabat Iuda & Iſrael abſque timore vllo. 3. Reg. 4.
Hæc dies boni nuntij eſt. 4. Reg. 7.
Hæc autem verba vetera. 1. Paral. 4.
Hæc in palàm facies verba, & hæc abſcondes. 4. Eſd. 14.
Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Iudith 9.
Homo naſcitur ad laborem. Iob 5.
Hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore Deus non parcat. 6.
Heſterni ſumus. 8.
Humiliabam in ieiunio animam meã. Pſal. 34.
Humilia reſpicit in cælo & in terra. 112.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. 119.
Habitabunt recti cum vultu tuo. 139.
Homo vanitati ſimilis factus eſt. 143.
Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo. Prouerb. 3.
Honora Dominum de tua ſubſtantia. 3.
Homo indigens miſericors eſt. 19.
Hoſtiæ impiorum abominabiles, quę offeruntur ex ſcelere. 21.
Homo occidit per malitiã animam ſuã. Sap. 16.
Humilia valdè ſpiritum tuum. Eccli. 7.
Humiliare Deo, & expecta manus eius. 13.
Homines iuſtos probat tẽtatio tribulationis. 27.
Homo homini reſeruat iram, & à Deo quærit medelam? 28.
Homines diuites in virtute. 44.
Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium. Iſaiæ 28.
Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis nec ad dextram, nec ad ſiniſtram. 30.
Hęc infirmitas mea eſt, & portabo illam. Ier. 10.
Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium. Ezech. 16.
Hodie extollitur, & cras non inuenietur. 1. Machab. 2.
Habete fiduciã, ego ſum, nolite timere. Matt. 14.
Habete in vobis ſal. Mar. 9.
Homo iuſtus, & timoratus. Lucæ 2.
Hominem non habeo. Ioan. 5.
Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. 15.
Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 17.
Honore inuicem præuenientes. Rom. 12.
Hoſpitalitatem ſectantes. 12.
Hilarem datorem diligit Deus. 2. Cor. 9.
Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Phil. 2.
Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. 1. Theſ. 4.
Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 1. Timoth. 6.
Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Tit. 3.
Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Heb. 10.
Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Iacob. 4.
Hæc eſt gratia ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè. 1. Pet. 2.
Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. 4.
Humiliamini ſub potenti manu Dei. 5.
Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. 1. Ioan. 5.
Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. 5.
Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Iudæ 1.
Hic eſt patientia, & fides ſanctorum. Apoc. 13.
Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, &c. 14.

I.

IN ſudore vultus tui veſcêris pane tuo. Gen. 3.
In monte ſaluum te fac. 19.
Inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum vt ſaluares animam meam. 19.
Indicauit mihi Dominus. 30.
Iuſtum eſt, vt aliquando prouideam domui meæ. 30.
In manu forti eduxit vos Dominus de terra Aegypti. Exod. 13.
Inueniam gratiam ante oculos tuos. 33.
Ignis in altari ſemper ardebit. Leuit. 6.
Iuſtè iudica proximo tuo. 19.
Iudicate quod iuſtum eſt, ita paruum audietis vt magnum, quia Dei iudicium eſt. Deut. 1.
Iuſtè quod iuſtum eſt perſequêris. 16.
In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interficietur. 17.
In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum. 19.
Ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, &c. 23.
Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. 32.
Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. 32.
Inimici noſtri ſunt iudices. 32.
Iuxtà eſt dies perditionis. 32.
Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur. 32.
In dextera eius ignea lex. 33.
Inundationem maris quaſi lac ſugent. 33.
In manu tua ſumus, quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. Ioſ. 9.
Inclinate corda veſtra ad Dominum Deum. 24.
Iuxta ætatem robur eſt hominis. Iud. 8.
Ite & inuocate deos quos elegiſtis, ipſi vos liberent. 10.
Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtrã. 18.
Impij in tenebris conticeſcent. 1. Reg. 2.
Immutauit ei Deus cor aliud. 10.
Inſiluit ſpiritus Dei in Saul, & iratus eſt furor eius nimis. 11.
Inuaſit ſpiritus Dei malus Saul. 18.
Iudicet Dominus inter me & te. 24.
Iuſtior tu es quàm ego. 24.
In die bona venimus. 25.
Ipſe eſt filius Belial ita vt nemo poſſit ei loqui. 25.
In me ſit Domine mi hæc iniquitas. 25.
Iſta eſt lex Adam. 2. Reg. 7.
Inuenit ſeruus tuus cor ſuum vt oraret te. 7.
Iuſtus dominator in timore Dej. 23.
Ingredior viam vniuerſæ terræ. 3. Reg. 2.
Iuſtificans iuſtum, & reddens ei ſecundùm iuſtitiam ſuam. 8.
Ingreſſus es ad me vt rememorarentur iniquitates meæ. 17.
In iſto cognoui quoniam vir Dei es tu. 17.
In medio populi mei habito. 4. Reg. 4.
Indurauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuorum, &c. 17.
Inclina Domine aurem tuam & audi, aperi oculos tuos, & vide. 19.
Inuenerunt terram latiſſimam, & quietam, & fertilem. 1. Paral. 4.
Inuenit ſeruus tuus fiduciam, vt oret corã te. 17.
Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua iuſta ſunt. Tob. 3.
In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Iob 12.
In nidulo meo moriar. 29.
Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. 32.
Iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit. Pſal. 10.
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui. 17.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas. 19.
In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. 30.
In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. 30.
In manibus tuis ſortes meæ. 30.
Inquirentes Dominum non minuentur omni bono. 33.
Iuxtà eſt Dominus iis qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit. 33.
Iudicia tua abyſſus multa. 35.
Intende in adiutorium meum Domine Deus ſalutis meæ. 37.
Immola Deo ſacrificium laudis. 49.
Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. 49.
Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. 54.
In Deo laudabo ſermones meos. 55.
In Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro. 55.
In Deo faciemus virtutem. 59.

In Deo ſalutare meum & gloria mea, Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. 61.
Iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. 67.
In eccleſiis benedicite Deo. 67.
In multitudine miſericordiæ tuę exaudi me. 68.
Intende animæ meæ, & libera eam. 68.
In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me. 68.
In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. 70.
In mari viæ tuæ, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. 76.
Intret in conſpectu tuo oratio mea. 87.
In me tranſierunt iræ tuæ. 87.
Introite in conſpectu eius in exultatione. 99.
In Deo faciemus virtutem. 107.
Initium ſapientiæ timor Domini. 110.
In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. 118.
In mandatis tuis exercebor. 118.
In iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos. 118.
Inclina cor meum in teſtimonia tua. 118.
Iudicia tua iucunda. 118.
In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas. 118.
Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuū. 118.
Ignitum eloquium tuum vehementer. 118.
Intellectum da mihi, & viuam. 118.
Imperfectum meum viderunt oculi tui. 138.
In factis manuum tuarum meditabar. 142.
Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis. 144.
Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. 148.
In omnibus viis tuis cogita Deum, & ipſe diriget greſſus tuos. Prouerb. 3.
Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem. 4.
In multiloquio non deerit peccatum. 10.
Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. 13.
In timore Domini fiducia fortitudinis. 14.
Innocens credit omni verbo. 14.
Inuidia putredo oſſium. 14.
In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. 15.
Indignatio regis nuntij mortis 16.
In facie prudentis lucet ſapientia, oculi ſtultorum in finibus terræ. 17.
Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. 18.
Iuſtus prior accuſator eſt ſui. 18.
Iuſtus excogitat de domo impij, vt detrahat impios à malo. 21.
Iuſtus quaſi leo confidens. 28.
Iuſtus nouit cauſam pauperum. 29.
In multa ſapientia multa indignatio. Eccleſ. 1.
In multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. 5.
Inuidià diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sap. 2.
Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. 4.
Iudicium duriſſimum his qui præſunt fiet. 6.
In igne probatur aurum, homines receptibiles in camino humiliationis. Eccli. 2.
Iuſtorum natio, obedientia, & dilectio. 3.
In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. 7.
In manu Dei poteſtas hominis. 10.
In veſtitu ne glorieris vnquam. 11.
In die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum, ne immemor ſis bonorum. 11.
In tempore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam. 18.
Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. 24.
Iurans multùm implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. 23.
Iuſtitiam ſi ſequaris, apprehendes illam. 27.
In medio inſenſatorum ſerua verbum temporis. 27.
Infirmitas grauis ſobriam facit animam. 31.
Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. 31.
In omnibus operibus tuis eſto velox. 31.
In multis eſto quaſi inſcius 32.
In medio magnatorum loqui non pręſumas. 32.
In omnibus operibus tuis præcellens eſto. 33.
In omni dato hilarem fac vultum tuum. 34.
In multis eſcis erit infirmitas. 37.
In tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. 38.
In mortuum produc lacrymas. 38.
Iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vſque ad diem ſepulturæ 40.
In medio mulierum noli commorari. 42.
In ira Domini exercituum conturbata eſt terra. Iſaiæ 9.
Ingemuerunt omnes qui lætabantur corde, ceſſauit gaudium, &c. 24.
Iuſti ſemita recta eſt. 26.
In terra ſanctorum iniqua geſſit, non videbit gloriam Domini. 26.
Iſte omnis fructus vt auferatur peccatum eius. 27.
In ſilentio, & in ſpe, erit fortitudo veſtra. 30.
In vacuum laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinem meam conſumpſi. 49.
In manibus meis deſcripſi te. 49.
Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. 57.
Impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt. 57.
In die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. 58.
Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum. 59.
In indignatione mea percuſſi te, & in reconciliatione mea miſertus ſum tui. 60.
In dilectione ſua, & in indulgentia ſua ipſe redemit eos. 63.
Incraſſati ſunt, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſimè. Ierem. 5.
Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea. 6.
Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. 30.
In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. 31.
Incomprehenſibilis cogitatu. 32.
Iſta eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Thren. 2.
Ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos Ezech. 3.
Iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. 7.
Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. 24.
In nihilum redigam te, & non eris, dicit Dominus Deus. 26.
Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit. 33.
Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit, &c. 33.
Intelligentia opus eſt in viſione. Dan. 10.
Ipſi regnauerunt, & non ex me. Oſee 8.
In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. 11.
Infirmus dicet, quia fortis ego ſum. Ioel. 3.
Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Mich. 7.
Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis, &c. Habac. 3.
Iudices eius vt lupi veſpere, non relinquebant in manè. Sophon. 3.
In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. 3.
Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas. Zachar. 1.
Iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum. 1.
Ibimus vobiſcum, audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt. 8.
In penuria vos maledicti eſtis, & me configitis. Malach. 3.
Ira Domini in miſericordiam conuerſa eſt. 2. Machab. 8
Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo. 9.
In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis Matth. 7.
Inimici hominis domeſtici eius. 10.
Ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. 11.
Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. 11.
Ieſus autem tacebat. 26.
Ieſu miſerere mei. Marc. 10.
In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Lucæ 1.
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? 12.
Impoſſibile eſt vt non veniant ſcandala. 17.
In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. 21.
In propria venit, & ſui eum non receperunt. Ioan. 1.
Ille erat lucerna, ardens, & lucens. 5.
Iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater. 8.
In veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. 8.
In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicē. 13.
In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum. 16.
Ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Act. 5.
In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus. 17.
Inuiſibilia ipſius à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Rom. 1.
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. 7.
Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. 10.
In tribulatione patientes. 12.
Idipſum inuicem ſentientes. 12.
Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 13.
Idipſum dicatis omnes. 1 Corinth. 1.
Iniqui regnum Dei non poſſidebunt. 6.
Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 2. Corinth. 4.
In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros. 6.
Ipſi vos probate. 13.
Inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis? Gal. 4.
Induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Epheſ. 4.
Iraſcimini, & nolite peccare, ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. 4.
Induite vos armaturam Dei. 6.
Idem ſapiamus, in eadem permaneamus regula. Philip. 3.
In omnibus gratias agite. 1 Theſ. 5.
Iuuenilia deſideria fuge. 2 Tim. 2.
In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Tit. 2.
Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilominùs bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſum renouari ad pœnitentiam. Heb. 6.
Iudicium ſine miſericordia illi qui non facit miſericordiam. Iacob. 2.
In multis offendimus omnes. 3.
In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini. 1. Pet. 1.
In hoc ſcimus quoniam cognouimus eum ſi mandata eius obſeruamus 1. Ioan. 2.
In mente habe qualiter acceperis & audieris & ſerua. Apocal. 3.
Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Domine rex ſæculorum. 15.
Iudicia tua manifeſta ſunt. 15.
Iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. 20.

L.

LOQVAR ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. Gen. 18.
Lex Domini ſemper ſit in ore tuo. Exod. 13.
Lætatus ſum in ſalutari tuo. 1. Reg. 2.
Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. 3.
Loquar in tribulatione ſpiritus mei. Iob 7.
Lætentur omnes qui ſperant in te. Pſal. 5.
Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. 57.
Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo. 63.
Lætentur in te omnes qui quærunt te. 69.
Lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. 85.
Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. 96.
Lætetur cor quærentium Dominum 104.
Libera me, quia egenus & pauper ego ſum. 108.
Lex tua meditatio mea eſt. 118.
Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. 118.
Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. 121.
Laudate Dominum quoniam bonus Dominus. 134. & 146.
Laudabo nomen tuum in ſæculum. 144.

Laudabo Dominum in vita mea. 145.
Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Prouerb. 2.
Lingua ſapientium ſanitas eſt. 11.
Lætatur homo in ſententia oris ſui. 15.
Luxurioſa res vinum. 20.
Laudet te alienus, & non os tuum. 27.
Laudant impium qui legem derelinquunt. 28.
Laudaui magis mortuos quàm viuentes. Eccleſ. 4.
Locum tuum ne dimiſeris. 10.
Longè abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi. Eccli. 9.
Loquere maior natu, decet enim te. 32.
Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Iſaiæ 30.
Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. 35.
Laude mea infrænabo te, ne intereas. 48.
Lætitia ſempiterna erit eis. 61.
Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias. Ierem. 4.
Loquèris ad eos, & non audient te. 7.
Locutus ſum ad te in abundantia tua, dixiſti, Non audiam. 22.
Lætabor ſuper eis cùm benè eis fecero. 32.
Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos. Thren. 3.
Linguam tuam adhærere faciam palato tuo. Ezech. 3.
Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt reſpondebit. Habac. 2.
Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo. Zach. 8.
Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Malach. 2.
Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris. 2.
Legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. 2. Machab. 15.
Lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Matth. 7.
Leuate capita veſtra; quoniam appropinquat redemptio veſtra. Luc. 21.
Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Ioan. 3.
Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo Epheſ. 4.
Lex iuſto non eſt poſita. 1. Timoth. 1.
Labora ſicut bonus miles Chriſti. 2. Tim. 2.
Lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Iacob. 3.
Linguam nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. 3.
Libertatem promittentes cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. 2. Pet 2.
Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius, & qui timetis eum puſilli & magni. Apoc. 19.

M.

MINOR ſum Domine cunctis miſerationibus tuis, quas feciſti cum ſeruo tuo. Geneſ. 32.
Maneat vnuſquiſq; apud ſemetipſum. Exod. 16.
Mendacium fugies. 23.
Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. 33.
Mœchus & adultera morte moriantur. Leu. 20. & Deut. 22.
Multum erigimini filij Leui. Num. 16.
Moriatur anima mea morte iuſtorum. 23.
Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Deut. 16.
Maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno. 21.
Maledictus qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam. 27.
Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. 27.
Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. 27.
Mandatum hoc non ſupra te eſt, nec procul poſitum. 30.
Memento dierum antiquorum. 32.
Manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hęc omnia. 32.
Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore. 32.
Multò faciebant peiora quàm fecerant patres eorum. Iud. 2.
Mutaberis in virum alium. 1. Reg. 10.
Melior eſt obedientia quàm victimæ. 15.
Mulier prudentiſſima, & ſpecioſa. 25.
Magnificetur anima mea in oculis Domini? 26.
Magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum. 2. Reg. 7.
Melius eſt vt incidam in manus Domini, multæ enim miſericordiæ eius ſunt, quàm in manus hominum. 24.
Miſſus ſum ad te durus nuntius. 3. Reg. 14.
Mors in olla. 4. Reg. 4.
Memento quæſo Domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto. 20.
Mortuus eſt Dauid in ſenectute bona, plenus dierum & diuitiis & gloria. 1. Par. 29.
Manus Dei eſt ſuper omnes qui quærunt eum in bonitate. 1. Eſd. 8.
Multiplicabitur iniuſtitia, & incontinentia ſuper terram. 4. Eſd. 5.
Magna iudicia tua Domine. Tob. 3.
Militia eſt vita hominis ſuper terram. Iob 7.
Miſerere mei, & exaudi orationem meam. Pſal. 4.
Miſerere mei Domine, quoniã infirmus ſum. 6
Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. 2.
Miſericordia tua ante oculos meos eſt. 25.
Miſerere mei, & exaudi me. 26.
Miſerere mei Domine, quoniam tribulor. 30.
Multa flagella peccatoris. 31.
Miſericordia Domini plena eſt terra. 32.
Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. 33.
Mors peccatorum peſſima. 33.
Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. 36.
Multa feciſti Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. 39.
Magnus Dominus, & laudabilis nimis. 47. & 95.
Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam. 50.
Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. 56.
Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas. 62.
Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. 67.
Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. 72.
Memor fui operum Domini. 76.
Meditatus ſum nocte cum corde meo. 76.
Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. 76.
Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. 83.
Miſericordiam & veritatem diligit Deus. 83.
Magnus es tu, & faciens mirabilia. 85.
Miſericordia tua magna eſt ſuper me. 85.
Miſericordias Domini in æternum cantabo. 88.
Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. 100.
Miſerator & miſericors Dominus, longanimis, & multùm miſericors. 102. & 144.
Miſericordia Domini ab æterno, & in æternum ſuper timentes eum. 102.
Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius. 110.
Maledicti qui declinant à mandatis tuis. 118.
Miſerere noſtri Domine, quia multùm repleti ſumus deſpectione. 122.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. 138.
Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. 138.
Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus. 138.
Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. 144.
Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus 146.
Miſericordia & veritas te non deſerant. Prou. 3.
Mandatum lucerna eſt, & lex lux. 6.
Memoria iuſti cum laudibus. 10.
Miſeros facit populos peccatum. 14.
Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate. 16.
Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. 16.
Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. 17.
Mors & vita in manibus linguæ. 18.
Mulier litigioſa, tecta iugiter perſtillantia. 19.
Munus abſconditum extinguit iras. 21.
Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda. 21.
Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. 22.
Modeſtiæ finis, timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita. 22.
Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. 27.
Melior eſt vicinus iuxtà, quàm frater procul. 27.
Mali non cogitant iudicium. 28.
Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. 30.
Mulierem fortem quis inueniet? 31.
Manum ſuam miſit ad fortia. 31.
Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. Eccleſ. 4.
Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. 7.
Melior eſt ira riſu. 7.
Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. 7.
Melior eſt finis orationis, quàm principium. 7.
Manè ſemina ſemen tuum, & veſpere non ceſſet manus tua. 11.
Meditatio frequens carnis afflictio eſt. 12.
Miſereris omnium, quia omnia potes. Sap. 11.
Magna ſunt iudicia tua Domine. 17.
Maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio. Eccli. 4.
Magnato humilia caput tuum. 4.
Multos perdidit aurum & argentum. 8.
Mirabilia opera Altiſſimi ſolius. 11.
Memor eſto quoniam mors non tardat. 14.
Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij. 16.
Mandauit Deus vnicuique de proximo ſuo. 17.
Muſica in luctu importuna narratio. 22.
Mulieris nequitia, omnis malitia. 25.
Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. 25.
Mulieri nequam ne des veniam prodeundi. 25.
Mulier zelotypa dolor cordis, & luctus. 26.
Mulieris fornicatio in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur. 26.
Mulier ſancta & pudorata, gratia ſuper gratiam. 26.
Melior eſt mors quàm vita amara. 30.
Miſerere animæ tuæ placens Deo. 30.
Multos errare fecerunt ſomnia. 34. ſ. falſæ viſiones.
Mihi heri, & tibi hodie. 38.
Melius eſt mori, quàm indigere. 40.
Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens. 42.
Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. 51.
Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam. Iſaiæ 9.
Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere. 26.
Mulieres opulentæ ſurgite & audite, obſtupeſcite, conturbamini, &c. 32.
Manè erigit mihi aurem vt audiam quaſi magiſtrum. 50.
Mundamini qui fertis vaſa Domini. 52.
Mei non es recordata, nec cogitaſti in corde tuo. 57.
Miſerationum Domini recordabor. 63.
Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ierem. 2.
Me ergo non timebitis? ait Dominus. 5.
Maledictus homo qui confidit in homine. 17.
Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. 48.
Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. 48.
Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Thren. 1.
Migrauit Iudas propter afflictionem. 1.
Magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tibi? 2.
Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. 3.
Meretrix audi verbum Dei. Ezech. 16.
Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, nec per ignem. 24.
Mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis. 24.
Miſericordiam & iudicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper Oſee 12.
Magnus dies Domini, & terribilis valdè, & quis ſuſtinebit eum? Ioel. 2.
Mundi ſunt oculi tui ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Habac. 1.
Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus. Agg. 2.
Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino. Mal. 1.
Manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes. 2 Mach. 15.

Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Matthæi 9. & 12.
Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. 9.
Multi erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. 19.
Multi ſunt vocati, pauci verò electi. 20.
Miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Luc. 1.
Manus Domini erat cum illo. 1.
Medice, cura teipſum. 4.
Mutuum date, nihil inde ſperantes. 6.
Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. 13.
Memores eſtote vxoris Lot. 17.
Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius. Ioan. 4.
Me odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt. 7.
Mendax eſt, & pater eius. 8.
Mandatum eius vita æterna eſt. 12.
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. 13.
Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. 4.
Miniſterium meum honorificabo. Rom. 11.
Multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. 12.
Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. 1. Corinth. 5.
Melius eſt nubere, quàm vri. 7.
Mulieres in Eccleſiis taceant, turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. 14.
Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2 Corinth. 7
Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Gal. 6.
Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Phil. 1.
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, Dominus enim propè eſt. 4.
Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Col. 3.
Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. 3.
Miniſterium tuum imple. 2. Tim. 4.
Mihi vindictam, & ego retribuam. Heb. 10.
Maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti. 11.
Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. Iacob. 5.
Mundus tranſit, & concupiſcētia eius. 1. Ioan. 2.
Mandata eius grauia non ſunt. 5.
Mundus totus in maligno poſitus eſt. 5.
Maius horum non habeo gaudium, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. 3. Ioan.
Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Apoc. 2.
Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. 12.
Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone. 12.
Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens. 15.

N.

NVMQVID Deo quidquam eſt difficile? Geneſ. 18.
Numquid perdes iuſtum cum impio? 18.
Non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram. 18.
Noli timere quia ego tecum ſum. 26.
Numquid non reſeruaſti & mihi benedictionem? 27.
Non ſequêris turbam ad faciendum malum. Exod. 23.
Non accipies munera. 23.
Non apparebis in conſpectu meo vacuus. 23.
Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me. 33.
Non videbit me homo, & viuet. 33.
Nullus apud te per ſe innocens eſt. 34.
Nolite contaminare animas veſtras. Leuit. 11.
Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè. 19.
Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. 19.
Non obſeruabitis ſomnia. 19.
Non radetis barbam. 19.
Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura 19.
Non offeretis Domino quod maculam habuerit. 22.
Numquid manus Domini inualida eſt? Nu. 11.
Nolite rebelles eſſe contra Dominum. 14.
Nolite aſcendere, non eſt enim Dominus vobiſcum. 14.
Numquid fratres veſtri ibunt ad pugnam, & vos hic ſedebitis? 32.
Non poſſum ſolus ſuſtinere vos. Deut 1.
Nolite metuere, Dominus Deus qui ductor eſt veſter, pro vobis ipſe pugnabit. 1.
Non tentabis Dominum Deum tuum. 6.
Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. 8.
Non propter iuſtitias tuas Dominus dedit tibi terram hanc optimam. 9.
Non coques hœdum in lacte matris ſuæ. 14.
Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. 15.
Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte feminea. 22.
Non arabis in boue ſimul & aſino. 22.
Non tradas ſeruum domino ſuo qui ad te confugit. 23. ſ. domino infideli.
Non pernoctabit apud te pignus pauperis. 24.
Non auferes pignoris loco viduæ veſtimentum. 24.
Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus. 25.
Non præteriui Domine mandata tua, nec ſum oblitus imperij tui. 26.
Numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? 32.
Non eſt qui de manu mea poſſit eruere. 32.
Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, &c. Ioſ. 1.
Noli timere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris. 1.
Non ero vltrà vobiſcum, donec conteratis eum qui huius ſceleris reus eſt. 7.
Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum. 10.
Nolite ſtare, ſed perſequimini hoſtes. 10.
Nolite timere, ſed confortamini, & eſtote robuſti. 10.
Non præteriit de vniuerſis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iuſſerat Dominus. 11.
Non dimiſerunt adinuentiones ſuas, & viam duriſſimam per quam ambulare conſueuerant. Iud. 2.
Noua bella elegit Deus. 5.
Narrentur iuſtitiæ Domini, & clementiæ. 5.
Nónne vos eſtis qui odiſtis me, & eiecistis? 11.
Non ego pecco in te, ſed tu contra me malè agis. 11.
Nolite negligere, nolite ceſſare. 18.
Nolite fratres, nolite facere malum hoc. 19.
Numquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt. 20.
Ne vocetis me Noemi. i. pulchram, ſed vocate me Mara. i. amaram. Ruth 1.
Numquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filij? 1. Reg. 1.
Non eſt ſanctus vt eſt Dominus. 2.
Non eſt fortis ſicut Deus noſter. 2.
Nolite multiplicare loqui ſublimia glorianteς. 2.
Non in fortitudine ſua roborabitur vir. 2.
Non eſt bona fama quam ego audio. 2.
Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. 3.
Num & Saul inter Prophetas. 10. & 19.
Num ſaluare nos poterit iſte? 10.
Nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis. 12.
Non derelinquet Dominus populum ſuum. 12.
Non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis, vel in paucis. 14.
Non eſt Deus homo, vt agat pœnitentiam. 15.
Non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo. 17.
Non in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus. 17.
Non rectis oculis Saul aſpiciebat Dauid. 18.
Num parum videtur vobis generū eſſe regis? 18.
Non eſt qui vicem meam doleat. 22.
Non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis. 25.
Numquid non vir tu es? 26.
Non eſt bonum hoc quod feciſti. 26.
Nolite annuntiare in Geth, nec in compitis Aſcalonis. 2. Reg 1.
Non te frangat iſta res. 11.
Noli facere ſtultitiam hanc. 13.
Non vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, ne penitus pereat qui abiectus eſt. 14.
Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. 3. Reg. 3.
Non eſt ſatan, nec occurſus malus. 5.
Non eſt homo qui non peccet. 8.
Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus. 20.
Numquid non eſt Deus in Iſrael? 4. Reg. 1.
Noli deſpicere animam meam. 1.
Non erat vox, nec ſenſus. 4.
Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt quàm cum illis. 6.
Numquid eſt cor tuum rectum cum corde meo, ſicut cor meum cum corde tuo? 10.
Non declinauit ad dexteram, ſiue ad ſiniſtrā. 22.
Non derelinquis præſumentes de te, & præſumentes de ſe humilias. Iudith 6.
Non eſt auxilium mihi in me. Iob 6.
Numquid Deus ſupplantat iudicium? 8.
Non iuſtificabitur homo comparatus Deo. 9. & 25.
Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? 10.
Numquid vir verboſus iuſtificabitur? 11.
Numquid Deum docebit quiſpiam ſcientiā? 21.
Nónne Deus conſiderat vias meas? 31.
Non dixit: Vbi eſt Deus qui fecit me? 35.
Nouit Dominus vias iuſtorum. Pſal. 1.
Non timebo mala, quoniam tu mecum es. 22.
Nouit Dominus dies immaculatorum. 36.
Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me 37.
Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. 50.
Nónne Deo ſubiecta erit anima mea? 61.
Ne auertas faciem tuam à puero tuo. 68.
Ne proiicias me in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea ne derelinquas me. 70.
Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſæculum. 78.
Numquid in æternum iraſcêris nobis? 84.
Numquid vanè conſtituiſti omnes filios hominum? 88.
Nimis profundæ factę ſunt cogitationes tuę. 91.
Non repellet Dominus plebem ſuam. 93.
Narrate omnia mirabilia eius. 104.
Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. 113.
Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. 126.
Non intres in iudicio cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. 142.
Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. 142.
Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prou. 3.
Ne ſis ſapiens apud temetipſum. 3.
Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſi vales & ipſe benefac. 3.
Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſſis dare. 3.
Nouiſſima illius, ſ. voluptatis, amara quaſi abſynthium. 5.
Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas, viſcera autem impiorum crudelia. 12.
Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. 12.
Non decent ſtultum verba compoſita. 17.
Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. 21.
Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. 22.
Ne loquaris in auribus inſipientium. 23.
Ne æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis. 24.
Ne quæras impietatem in domo iuſti. 24.
Ne glorioſus appareas coram rege. 25.
Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. 27.
Non eſt melius niſi lætari, & facere benè in vita ſua. Eccleſ. 3.
Nemo poteſt corrigere quem Deus deſpexerit. 7.
Noli eſſe iuſtus multum, nec plus ſapias quàm neceſſe eſt. 7.
Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. 7.
Non eſt in poteſtate hominis prohibere ſpiritum. 8.
Neſcit homo verū amore an odio dignus ſit. 9.
Num quem diligit anima mea vidiſtis? Cant. 3.
Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Sap. 7.
Noſſe te, conſummata iuſtitia eſt. 15.
Nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt. Eccli. 2.
Non protrahas datum anguſtianti. 4.

Ne retineas verbum in tempore ſalutis. 4.
Ne confundaris confiteri peccata tua. 4.
Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. 4.
Noli citatus eſſe in lingua tua, & remiſſus in operibus tuis. 4.
Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos. 4.
Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta. 4.
Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, &c. 5.
Nolite quærere ab homine ducatum, nec à rege cathedram honoris. 7.
Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis eſt. 7.
Noli penes regem velle videri ſapiens. 7.
Noli quærere fieri Iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. 7.
Ne te immittas in populum. 7.
Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. 7.
Non iteres verbum in oratione tua. 7. ſ. attentè orandum ſic, vt non ſit opus repetere.
Non litiges cum homine potente. 8.
Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, nec improperes ei. 8.
Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute. 8.
Noli de mortuo inimico tuo gaudere. 8.
Ne deſpicias narrationem preſbyterorum ſapientum. 8.
Non incendas carbones peccatorum arguens eos. 8.
Noli fœnerari homini fortiori te. 8.
Non iudices contra iudicem, quoniam ſecundùm quod iuſtum eſt iudicat. 8.
Non eas cum audace in via. 8.
Non facias cum iracundo rixam. 8.
Non omni homini cor tuum manifeſtes, 8.
Ne derelinquas amicum antiquum. 9.
Non eſt maior illo qui timet Deum. 10.
Ne adijcias loqui in medio ſeniorum. 11.
Ne certes de ea re quæ te non moleſtat. 11.
Ne in multis ſint actus tui. 11.
Non omnem hominem inducas in domum tuam. 11.
Non credas inimico tuo in æternum. 12.
Noli eſſe humilis in ſapientia tua. 13. ſ. vt deijciaris ab his quæ ſcis.
Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. 15.
Non dixeris: Per Deum abeſt. 15.
Non omni verbo credas. 19.
Non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. 21.
Nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis Domini. 23.
Non eſt ira ſuper iram mulieris. 25.
Ne reſpicias in mulieris ſpeciem. 25.
Nihil ſine conſilio facias. 32.
Non omnia omnibus expediunt. 37.
Nihil eſt mirabile in conſpectu Dei. 39.
Ne laboretis, non enim comprehendetis. 43.
Non ſtabit, & non erit iſtud. Iſaiæ 7.
Numquid glorïabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea? 10.
Nomen tuum, & memoriale tuum Domine in deſiderio animæ. 26.
Non eſt populus ſapiens, proptereà non miſerebitur eius qui fecit eum. 27.
Nolite illudere, ne fortè conſtringantur vincula veſtra. 28.
Numquid tota die arabit arans? &c. 28.
Nocte & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus eius. 34.
Non eſt inueſtigatio ſapientiæ eius. 40.
Ne timeas, quia ego tecum ſum. 41. & 43.
Non erit triſtis, nec turbulentus. 42.
Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. 43.
Non eſt pax impiis, dicit Dominus 48. & 57.
Numquid non vos filij ſceleſti? 57.
Numquid ſuper his non indignabor? 57.
Non dixiſti, Quieſcam. 57.
Non eſt qui conſurgat, & teneat te. 64.
Numquid ſuper his continebis te Domine? 66.
Numquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? 66.
Numquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, & in gente tali non vlciſcetur anima mea? Ierem. 5. & 9.
Non dixerunt in corde ſuo, metuamus Dominum Deum noſtrum. 5.
Noli orare pro populo hoc, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. 7. & 11.
Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? 8.

Numquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? 8.
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, &c. ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire, & noſſe me 9.
Nõ eſt ſimilis tui Domine, magnus es tu, &c. 10.
Nullus eſt qui recogitet corde. 12.
Numquid non cælum & terram ego impleo? dicit Dominus. 23.
Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram? 23.
Numquid mihi difficile erit omne verbum? 32.
Non poterat Dominus vltrà portare, propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, &c. 44.
Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcircò tu inexorabilis es. Thren. 3.
Noluit audire te, quia nolũt audire me. Ezech. 3.
Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. 13.
Numquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à viis ſuis, & viuat? 18.
Non propter vos ego faciam, ſed propter nomen ſanctum meum 36.
Numquid ad ſumenda ſpolia tu venis? 38.
Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Dan. 9.
Noli timere vir deſideriorum: pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. 10
Non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Oſeæ 4.
Non dabunt cogitationes ſuas, vt reuertantur ad Deum. 5.
Nónne verba mea bona ſunt cum eo qui rectè graditur? Mich. 2.
Nolite credere amico. 7.
Neſciuit iniquus confuſionem. Soph. 3.
Non in exercitu, nec in robore, ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus. Zach. 4.
Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes. 7.
Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus. Malach. 1.
Nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt, &c. 3.
Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. 1. Machab. 3.
Non inferamus crimen gloriæ noſtræ. 9.
Non mihi contingat parcere animæ meæ, non enim ſum melior fratribus meis. 13.
Non propter locum gentem, ſed propter gentem locum Deus elegit. 2. Mach. 5.
Non ſinere multo tempore peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltionem adhibere, magni beneficij indicium eſt. 6.
Non eſt ætati noſtræ dignum fingere. 6.
Nos pro peccatis noſtris hæc patimur. 7.
Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matth. 4.
Non tentabis Dominum Deum tuum. 4.
Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, nec accendunt lucernam, &c. 5.
Non iurare omnino. 5.
Non reſiſtere malo. 5.
Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, &c. 6.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 6.
Nolite ſoliciti eſſe dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. 6.
Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. 6.
Nolite condemnare, & non condemnabimini. 7.
Nolite ſanctum dare canibus, &c. 7.
Numquam noui vos, diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. 7.
Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. 9.
Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. 9.
Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. 10.
Nihil opertum quod non reueletur. 10.
Nolite timere eos qui occidunt corpus. 10.
Non contendet, neque clamabit 12.
Non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. 13.
Non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum 16.
Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. 18.
Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. 23.
Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. 26.
Nemo bonus, niſi vnus Deus. Mar 10.

Non quod ego volo, ſed quod tu. 14.
Non diſcedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Luc 2.
Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui malè habent 5.
Nemo bibens vetus (ſ. vinum) ſtatim vult nouum, dicit enim, Vetus melius eſt. 5
Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. 9.
Nolite in ſublime tolli. 12.
Nolite timere puſillus grex: quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. 12.
Non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas, 12.
Neſcio vnde ſitis. 13.
Negotiamini dum venio. 19.
Non mea voluntas, ſed tua fiat. 22.
Non poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de cælo. Ioan. 3.
Non ad menſuram dat Deus ſpiritum. 3.
Non poſſum ego à meipſo facere quidquam. 5.
Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. 5.
Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum. 6.
Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. 6.
Nolite iudicare ſecundùm faciem, ſed rectum iudicium iudicate. 7.
Numquid lex noſtra iudicat hominẽ, niſi priùs audierit ab ipſo, & cognouerit quid faciat? 7.
Non reliquit me ſolum, quia ea quæ placita ſunt ei, facio ſemper. 8.
Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. 20.
Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Act. 1.
Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 4.
Nos orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus. 6.
Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. 6.
Non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. 10.
Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum. 15.
Noli timere, ſed loquere, & ne taceas. 18.
Non facio animam meam pretioſiorem quàm me. 20.
Non ſubterfugi quò minùs annuntiarem vobis omne conſilium Dei. 20.
Non eſt perſonarũ acceptio apud Deũ. Rom. 2.
Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. 2.
Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. 8.
Non volentis nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei. 9.
Noli altum ſapere, ſed time. 11.
Nolite conformari huic ſæculo. 12.
Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. 12.
Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. 12.
Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos. 12.
Nulli malum pro malo reddentes. 12.
Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. 12.
Non eſt poteſtas niſi à Deo. 13.
Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. 13.
Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. 14.
Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. 1. Cor. 2.
Nec qui plantat eſt aliquid, nec qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. 3.
Nemo glorietur in hominibus. 3.
Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 4.
Nolite ante tempus iudicare. 4.
Non in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in virtute. 4.
Non omnia expediunt. 6.
Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? 6.
Neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? 6.
Nõ eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno. 6
Nolite fieri ſerui hominum. 7.
Numquid de bobus cura eſt Deo? 9.
Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. 10.
Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant. 10.

Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. 12.
Nihil ſine voce eſt. 14.
Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. 14.
Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. 14.
Non noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum. 2 Corinth. 4.
Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. 4.
Non qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. 10.
Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. 12.
Nolite locum dare diabolo. Eph. 4.
Nolite contriſtare Spiritum Dei. 4.
Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. 5.
Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum. Phil. 2.
Noſtra conuerſatio in cælis eſt. 3.
Nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino. 1. Theſ. 3.
Nocte & die operantes, ne quem veſtrûm grauaremus. 2. Theſ. 3.
Nolite deficere benefacientes. 3.
Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. Timoth. 2.
Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 2.
Noli contendere verbis. 2.
Nemo te contemnat. Tit. 2.
Ne quis deſit gratiæ Dei. Heb. 12.
Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. 13.
Nolite plures magiſtri fieri fratres mei. Iacob. 3.
Nolite detrahere alterutrum fratres mei. 4.
Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum. 5.
Non reddentes malum pro malo. 1. Pet. 3.
Nouit Deus pios de tentatione eripere. 2. Pet. 2.
Nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. 3.
Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt. 1. Ioan. 2.
Non diligamus verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. 3.
Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. 4.
Nomê habes quòd viuas, & mortuus es. Apoc. 3.
Neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. 3.
Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. 21.
Nomen eius in frontibus eorum. 21.

O.

OBLIVISCI me fecit Deus omnium laborum meorum. Gen. 41.
Oderant filios Iſrael Aegyptij, & affligebant. Exod. 1.
Oſtendam vobis quid agere debeatis. 4.
Omnia verba Domini, quæ locutus es, faciemus 24.
Oſtende mihi gloriam tuam. 33.
Oſtendam omne bonum tibi. 33.
Obſecro Domine vt gradiaris nobiſcum, vt auferas iniquitates noſtras atque peccata, nos que poſſideas. 34.
Omnis voluntarius, & prono animo offerat Domino 35.
Omnis adeps Domini erit. Leuit. 3.
Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Num. 6.
Obſecro Domine vt interficias me, ne tantis afficiar malis. 11.
Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Deut. 11.
Oblitus es Dei creatoris tui. 32.
Omnes ſancti in manibus illius ſunt. 33.
Omnia quæ præcepiſti nobis faciemus, & quocumque miſeris, ibimus. Ioſ. 1.
Optimus ſermo tuus. 1. Reg 9.
Omne quod bonû videtur in oculis tuis, fac. 14.
Opera eius bona ſunt tibi valdè. 19.
Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. 2. Reg. 14.
Omne quod petieris à me, impetrabis. 19.
Operatus es malè, ſuper omnes qui fuerunt ante te. 3. Reg. 14.
Optima propoſitio. 18.
Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum. 22.
Obſecro vt miſerearis animæ meæ. 4. Reg. 1.
Omnia corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. 1. Paral. 28.
Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbet fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum. 2. Par. 16.
Opere Domini Dei tui. 2. Eſd. 3.
Omni tempore benedic Deum. Tob. 4.
Operi manuum tuarum porriges dexteram. Iob 14.
Oculi Domini ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſiderat. 34
Oculi mei ſemper ad Dominum. Pſal. 24.
Oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. 32.
Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. 33.
Omnia oſſa mea dicent, Domine quis ſimilis tibi? 34.
Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti. 38.
Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. 41.
Oſtende nobis Domine miſericordiam tuã. 84.
Opus manuum noſtrarum dirige. 89.
Omnia quæcumque voluit fecit. 113.
O Domine libera animam meam. 114.
O Domine quia ego ſeruus tuus. 115.
O Domine ſaluum me fac. 116.
Omnes viæ tuæ veritas. 118.
Omnia quæcumque voluit Dominus fecit. 134.
Opera manuum tuarum ne deſpicias. 137.
Oculi omnium in te ſperant Domine. 144.
Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. Prouerb. 4.
Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico. 18.
Omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus. 21.
Oculi hominum inſatiabiles. 27.
Ore laudantis probatur homo. 27.
Omnis ſermo Dei ignitus. 30.
Omnia tempus habent. Eccleſ. 3.
Omnis labor hominis in ore eius. 6.
Omni negotio tempus eſt, & opportunitas. 8.
Omnium operum Dei nullam poteſt homo inuenire rationem. 8.
Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. 9.
Os quod mentitur occidit animam. Sap. 1.
O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. 4.
Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. 11.
O quàm bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. 12.
Odio ſunt Deo ſimiliter impius & impietas eius. 14.
Oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam. 16.
Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Eccli. 1.
Omnis enarratio tua, ſit in præceptis Altiſſimi. 9.
Omnis iniuriæ proximi, ne memineris. 9.
Omnis potentatus breuis vita. 10.
Omne animal diligit ſimile ſibi. 13.
Os prudentis quæritur in Eccleſia. 21.
Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. 28.
Otioſitas multam malitiam docuit. 33.
Oculi Dei in diligentes ſe. 34.
Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. 35.
Opera Domini vniuerſa bona valdè. 39.
Omni homini noli intendere in ſpecie. 42.
Omnis hypocrita eſt, & nequam. Iſaiæ 9.
Occurrentes ſitienti afferte aquam, cum panibus occurrite fugienti. 21.
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. 40.
Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. 40.
Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. 43.
Operabor, & quis auertet illud? 43.
Omnes ſitientes venite ad aquas, &c. 55.
Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. 60.
Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus. 61.
Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti exſpectantibus te. 64.
Occurriſti lætanti & facienti iuſtitiam. 64.
Occidit ei ſol cùm adhuc eſſet dies. Ierem. 15.
Omnes qui te derelinquunt confundentur. 17.
Opprobrium ſempiternum quod numquam delebitur. 20.
Oculus meus deprædatus eſt animam meam. Thren. 3.
O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Bar 3.
Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Ioel. 2.
Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt. Amos 5.
Odite malum, & diligite bonum. 5.
Odi & proieci feſtiuitates veſtras. 5.
Odio habetis bonum, & diligitis malũ. Mich. 3.
O paſtor & idolum derelinquens gregem. Zachar. 11.
Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Malach. 4.
Omnes qui ſperant in Deum, non infirmantur. 1. Machab. 2.
Orabat ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. 2. Machab. 9.
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3.
Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. 5.
Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. 5.
Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit. 7.
Omnis domus diuiſa contra ſe non ſtabit. 12.
Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. 12.
Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabitur. 15.
Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. 21.
Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. 25.
Omnia poſſibilia ſunt credenti. Mar. 9.
Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. 11.
Omni petenti te, tribue. Luc. 6.
Oportet ſemper orare, & non deficere. 18.
Orate ne intretis in tentationem 22.
Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Ioan. 6
Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras 6.
Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. 6.
Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. 8.
Oues meæ vocem meam audiunt. 10.
Omnem qui fert fructum, purgabit eum vt fructum plus afferat. 15.
Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meã. 18.
Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Act. 2.
Obedire oportet magis Deo quàm hominibus. 5.
Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Rom. 3.
O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? 9.
O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientię Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! 11.
Odientes malum, adhærentes bono. 12.
Orationi inſtantes. 12.
Omne quod non ex fide, peccatum eſt. 14.
Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum. 1. Cor. 2.
Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. 3.
Omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. 9.
Oportet hæreſes eſſe. 10.
Omnia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant in vobis. 14.
Omnia veſtra in charitate fiant. 16.
Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. 2. Corinth. 5.
Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. 5.
Omnia chariſſimi propter ædificationem veſtram. 12.
Omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Gal. 5.
Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Epheſ. 4.
Orantes omni tempore in ſpiritu. 6.
Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Phil. 2.
Omnia arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. 3.
Omnia poſſum in eo qui me confortat. 4.
Orationi inſtate, vigilantes in ea, in gratiarum actione. Col. 4.
Omnia probate, quod bonũ eſt tenete. 1. Theſ. 5.
Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. 2. Tim. 3.
Omnia munda mundis. Tit. 1.

Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Heb. 4.
Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis. 13.
Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. 13.
Omne gaudium exiſtimate fratres cùm in varias tentationes incideritis. Iacob. 1.
Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt 1.
Orate pro inuicem, vt ſaluemini. 5.
Omnes honorate. 1. Pet. 2.
Omnes inuicem humilitatem inſinuate. 5.
Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum (ſcilicet Deum) quoniam ipſi cura eſt de vobis. 5.
Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. 1. Ioan. 2.

P.

PVLVIS es, & in puluerem reuerteris. Geneſ. 3.
Pœnituit Deum, quòd hominem feciſſet. 6.
Peregrino moleſtus non eris. Exod. 23.
Populus duræ ceruicis es. 33.
Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. 36.
Pauete ad ſanctuarium meum, ego Dominus. Leuit. 26.
Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum. Num. 11.
Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc. 27.
Peccatum veſtrum apprehendet vos. 32.
Portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum. Deut. 1.
Poſtquàm te afflixit Dominus, ac probauit, ad extremum miſertus eſt tui. 8.
Perfectus eris, & abſque macula, cum Domino Deo tuo. 18.
Propitius eſto populo tuo, quem redemiſti Domine. 21.
Pro menſura peccati erit & plagarum modus. 25.
Pars Domini, populus eius. 32.
Populus multus nimis, ſicut arena quæ eſt in littore maris. Ioſ. 11.
Pax tecum, ne timeas, non morieris. Iudic. 6.
Peccatis veteribus iungentes noua. 10.
Peccauimus, redde nobis Domine quidquid tibi placet. 10.
Pax tecum ſit. 19.
Priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. Ruth 3.
Placebat tam Deo quàm hominibus. 1. Reg. 2.
Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli. 7.
Perge quò cupis, & ero tecum, vbicumque volueris. 14.
Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? 16.
Pax tibi ſit, & domui tuæ, & omnibus quæcumque habes. 25.
Prælia Domini, domine mi, tu præliaris. 25.
Planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ. 30.
Proficiens, & ſemper ſeipſo robuſtior. 2. Reg. 3.
Prætioſum, faciat mihi Dominus quod bonum eſt coram ſe. 15.
Præuaricatores quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi. 23.
Petitionem vnam paruulam deprecor à te, ne confundas faciem meam. 3. Reg. 2.
Peccauimus, iniquè egimus 8.
Perge ad prælium Moab. 4. Reg. 3.
Protegam vrbem hanc propter me, & propter Dauid ſeruum meum. 19.
Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim adiuuat Deus. 1. Par. 12.
Præbete corda veſtra, & animas veſtras, vt quæratis Dominum Deum veſtrum. 22.
Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Iob 17.
Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. 31.
Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi. 33.
Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Pſal. 15.
Protector eſt omnium ſperantium in ſe. 17.
Præceptũ Domini lucidũ, illuminans oculos. 18.
Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim. 24.
Propter iniquitatem corripuiſti hominem. 38.
Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. 56. & 107.
Poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia. 61
Propter te ſuſtinui opprobrium 68.
Pauper & inops laudabunt nomen tuum. 78.
Protector noſter aſpice Deus. 83.
Prope timentes eum ſalutare ipſius. 84.
Potens es Domine. 88.
Præoccupemus faciem eius in confeſſione. 94.
Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. 105.
Pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ. 105.
Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. 115.
Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam 118.
Pone Domine cuſtodiam ori meo. 140.
Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. 144.
Proſperitas ſtultorum perdet illos. Prou. 1.
Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos 4.
Pauor pauperum egeſtas eorum. 10.
Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum. 17.
Pauperis hominis fratres oderunt eum. 19.
Piger abſcondit manum ſuam ſub aſcella. 19.
Propter peccata terræ multi principes eius. 28.
Peruerſi difficilè corriguntur. Eccleſ. 1.
Pecuniæ obediunt omnia. 10.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Cant. 8.
Potentes potenter tormenta patientur. Sap. 6.
Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. 11.
Parcis omnibus qui tuas animas. 11.
Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Eccli. 4.
Priuſquam interroget, ne vituperes quemquam. 11.
Priuſquam audias ne reſpondeas verbum. 11.
Paupertas nequiſſima eſt in ore impij 13.
Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis. 20.
Peccaſti, non adijcias iterùm. 21.
Perde pecuniam propter fratrem. 29.
Pone theſaurum tuũ in præceptis Altiſſimi. 29.
Proximum recupera ſecundùm virtutem tuam. 29.
Propter crapulam multi obierunt. 37.
Proptereà captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. Iſa. 5.
Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe; & Dominum exercituum non inquiſierunt. 9.
Pauperes fiducialiter requieſcent. 14.
Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. 28.
Poſuimus mendacium ſpem noſtram. 28.
Pallium breue, vtrumq. operire non poteſt. 28.
Peribit ſapientia à ſapientibus. 29.
Princeps ea quæ digna ſunt Principe cogitabit. 32.
Proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea. 38.
Parate viam Domini. 40.
Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. 43.
Populus meus, lex mea in corde eorum. 51.
Ponã vniuerſos filios tuos doctos à Domino. 54.
Peccare & mentiri contra Dominum. 59.
Populus tuus omnes iuſti. 60.
Pater noſter es tu Domine, nos verò lutum. 64.
Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Ier. 3.
Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. 5.
Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam. 12.
Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? 17.
Poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam, confuſus ſum, & erubui. 31.
Pars mea Dominus, dixit anima mea, proptereà expectabo eum. Thr. 3.
Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. 4.
Propheta, & percute manu ad manum. Ezechielis 20.
Porta hæc clauſa erit, quia Dominus Deus ingreſſus eſt per eam. 44.
Populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum. 44.
Poteſtas eius, poteſtas æterna quę non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Dan. 7.
Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. 12.
Populus non intelligens vapulabit. Oſeæ 4.
Perditio tua Iſrael, tantummodò in me auxilium tuum. 13.
Parce Domine, parce populo tuo. Ioël. 2.
Plui ſuper vnam ciuitatem, & ſuper alteram ciuitatem non plui. Amo. 4.
Præparare in occurſum Dei tui Iſrael. 4.
Prudens tacebit, quia tempus malum eſt. 5.
Ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum 9.
Principes eius in muneribus iudicabant. Mich. 3.
Popule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tib. 6.
Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. 7.
Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt 7.
Proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. 7.
Peſſima plaga tua. Nah. 3.
Percuſſi vos, & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Agg. 2.
Parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Mal. 3.
Paleas comburet igni inextinguibili. Matth. 3.
Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. 7.
Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. 15.
Patrem nolite vobis vocare ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cælis eſt. 23.
Pœnitemini, & credite Euangelio. Mar. 1.
Pacem habete inter vos 9.
Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt. 14.
Parare Domino plebem perfectam. Luc. 1.
Prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. 6.
Pater, peccaui in cælum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus 15.
Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum. 23.
Pauperes ſemper habebitis vobiſcum. Ioannis 12.
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis 14.
Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 16.
Pater amat vos, quia vos me amaſtis. 16.
Pax vobis. 20.
Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Act. 4.
Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. 14.
Prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Rom. 12.
Plenitudo legis eſt dilectio 13.
Prædicatio mea non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis. 1. Cor. 2.
Præterit figura huius mundi. 7.
Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. 2. Cor. 1.
Prouidemus bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. 8.
Perſonarum acceptio non eſt apud Deũ. Eph. 6.
Pereunt eò quòd charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. 2. Theſ. 2.
Profectus tuus manifeſtus ſit in omnibus. 1. Timoth. 4.
Prædica verbum, inſta, opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. 2. Tim. 4.
Perfectorum eſt ſolidus cibus. Heb. 5.
Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. 12.
Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. 12.
Petitis & non accipitis, eò quòd malè petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis. Iacobi 4.
Patientes eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. 5.
Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioã. 4.

Q.

QVIS ſimilis tui in fortibus Domine? Exodi 15.
Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. 32.
Quidquid obtuleris ſacrificij, ſale condies. Leuit. 2.
Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur. 20.
Qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo. 21.
Qui blaſphemauerit nomen Domini, lapidibus opprimet eum omnis multitudo. 24.

Quare Domine non inuenio gratiam coram te? Num.11.
Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritum ſuum? 11.
Quàm pulchra tabernacula tua Iacob.24.
Quod polliciti eſtis implete.32.
Quæ eſt alia gens ſic inclyta? Deut.4.
Quum quæſieris Dominum, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris.4.
Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mandata mea in omni tempore.5.
Quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino, &c.10.
Quum votum voueris Domino, non tardabis reddere.23.
Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.33.
Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, Neſcio vos, & fratribus ſuis, Ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum.33.
Quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino? 33.
Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum? Ioſ.5.
Quæ eſt iſta tranſgreſſio, cur reliquiſtis Dominum Deum? 22.
Quid habes? Iudic.1.
Qui formidoloſus eſt & timidus, reuertatur. 7.
Quod me facere videritis, hoc facite.7.
Quid tale facere potui, quale vos feciſtis? 8.
Quare Domine Deus factum eſt hoc malum in populo tuo? 21.
Quocumque perrexeris pergam. Ruth 1.
Quidquid dixeris mihi, faciam tibi.3.
Quare facitis res huiuſcemodi quas ego audio, res peſſimas. 1.Reg.2.
Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum.2.
Qui contemnunt me, erunt ignobiles.2.
Quare aggrauatis corda veſtra? 6.
Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? 6.
Quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.14.
Quare non audiſti vocem Domini, & feciſti malum in oculis Domini? 15.
Quid feci? numquid non verbum eſt? 17.
Quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, vt fiam gener regis? 18.
Quid feci, quæ eſt iniquitas mea? 20.
Quodcumque dixerit mihi anima tua faciam tibi.20.
Quis cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona? 24.
Quis extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit? 26.
Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? 26.
Quare inſidiaris animæ meæ vt occidar? 28.
Quare impoſuiſti mihi? 28.
Quod pateris, fecit tibi Dominus.28.
Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica? 2.Reg.1.
Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſque? 7.
Quæ eſt vt populus tuus, gens in terra? 7.
Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei? 9.
Quod vobis videtur rectum, hoc faciam.18.
Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic? 3.Reg.9.
Quod meum erat, feci tibi.19.
Quia humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.21.
Qui meus eſt, tuus eſt, populus meus, populus tuus.4.Reg.3.
Quid venit inſanus iſte ad te? 9.
Quoniam me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam.4.Eſd.1.
Quomodo potueris, ita eſto miſericors. Tob.4.
Qui timent te, magni erunt apud te. Iudith 16.
Quare miſero data eſt lux? Iob 3.
Quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuet mihi Deus.6.
Quæ eſt fortitudo mea vt ſuſtineam? 6.
Quid eſt homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? 7.
Quis Deo reſtitit, & pacem habuit? 9.
Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.22.
Quid faciã, cùm ſurrexerit ad iudicandũ Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? 31.
Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? Pſal.8.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.30.
Quæ eſt expectatio mea? nónne Dominus.38.
Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? 41.
Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? ſpera in Deo.41.
Quare oblitus es mei? 41.
Quare me repuliſti? 42.
Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ? 43.
Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.54.
Quàm terribilia ſunt opera tua Domine? 65.
Quærite Deum, & viuet anima veſtra.68.
Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me.70.
Quàm bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde.72.
Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram Deus cordis mei? 72.
Qui elongant ſe à te, peribunt. 72.
Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atriis Domini.83.
Quis nouit poteſtatem iræ tuæ? 89.
Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? 90.
Qui diligitis Dominum, odite malum.96.
Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.102.
Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? omnia in ſapientia feciſti.103.
Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius ſemper.104.
Qui timent Dominũ, ſperauerunt in Domino, adiutor eorum, & protector eorum eſt.113.
Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? 115.
Quando conſolaberis me? 118.
Quomodo dilexi legem tuam Domine! tota die meditatio mea eſt.118.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua? ſuper mel ori meo.118.
Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent.125.
Quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.132.
Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? 136.
Qui poſuit fines tuos pacem.147.
Quem diligit Dominus, corripit. Prou.3.
Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter.10.
Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus.10.
Qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti.11.
Qui ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt.12.
Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt.12.
Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam.13.
Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia.13.
Qui timet præceptum, in pace verſabitur.13.
Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur.13.
Qui parcit virgæ, odit filium.13.
Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia.14.
Qui acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.15.
Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori eius.17.
Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam.17.
Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.18.
Qui priùs reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat.18.
Qui feſtinus eſt pedibus, offendet.19.
Qui tantùm verba ſectatur, nihil habebit.19.
Qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam.19.
Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? 20.
Quis hominũ poteſt intelligere viam ſuam? 20.
Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, clamabit & non exaudietur.21.
Qui diligit epulas, in egeſtate erit.21.
Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.26.
Qui fodit foueam, incidet in eam.26.
Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius.27.
Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.27.
Qui inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.28.
Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.28.
Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.28.
Qui feſtinat ditari, non erit innocens.28.
Qui dat pauperi, non indigebit.28.
Qui timet hominem, citò corruet.29.
Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem.30.
Qui addit ſcientiam, addit dolorem. Eccleſ.1.
Quid eſt homo, vt ſequi poſſit regem factorem ſuum? 2.
Quodcumque voueris, redde.5.
Qui timet Deum, nihil negligit.7.
Quodcumque poteſt facere manus tua, inſtanter operare.9.
Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.9.
Qui obſeruat ventum, non ſeminat.11.
Quis mihi det, vt inueniam te? Cant.8.
Quis hominum poteſt ſcire conſiliũ Dei? Sap.9.
Quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore, quæ autem in cælis ſunt quis inueſtigabit? 9.
Qui amas animas.11.
Quis dicet tibi, Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudicium tuum? 12.
Qui timent Dominum, inquirent quę beneplacita ſunt ei. Ecch.2.
Quantò magnus es, humiliate in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.3.
Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper.3.
Qui amat periculum, in illo peribit.3.
Qui timet Deum, habebit amicitiam bonam, quoniam ſecundum illum erit amicus illius.6.
Quid ſuperbit terra & cinis? 10.
Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo? 12.
Qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam.13.
Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.13.
Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? 14.
Qui timet Deum, faciet bona.15.
Qui ſpernit modica, paulatim decidet.19.
Qui citò credit, leuis eſt corde.19.
Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.19
Quis eſt qui non deliquerit in lingua ſua? 19.
Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam? 20.
Quaſi à facie colubri fuge peccata.21.
Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam.22.
Qui pungit cor, profert ſenſum.22.
Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum? 22.
Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.24.
Qui elucidant me, vitam æternã habebunt.24.
Quæ in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies? 25.
Quàm ſpecioſum canitiei iudicium? 25.
Qui quærit locupletari, auertit oculũ ſuum.27.
Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam.28.
Qui conatur multa agere, incidet in iudiciũ.29
Qui diligit filium, aſſiduat illi flagella.30.
Qui aurum diligit, non iuſtificabitur.31.
Qui non eſt tentatus, quid ſcit? 34.
Qui timet Dominum, nihil trepidabit, quoniam ipſe eſt ſpes eius.34.
Qui ſeruat legem, multiplicat orationem.35.
Qui baptizatur à mortuo, & iterùm tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? 34.
Qui minoratur actu, ſapientiam percipiet.38.
Qui nauigant mare, enarrant pericula eius.43.
Quid eſt quod debui facere vineæ meæ, & non feci? Iſa.5.
Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis? 10.
Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? 14.
Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.28.
Qui crediderit, non feſtinet.28.
Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, cum ardoribus ſempiternis? 33.
Qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere.40.

Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, &c. 40.
Quis cæcus niſi ſeruus meus, & ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? 42.
Qui vides multa, nónne cuſtodies? 42.
Qui apertas habes aures, nónne audies? 42.
Quis dedit in direptionem Iacob? nónne Dominus ipſe cui peccauimus? 42.
Quærite Dominum dum inueniri poteſt. 55.
Qui receſſit à malo, prædæ patuit. 59.
Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? 60.
Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei 62.
Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis, indurasti cor noſtrum ne timeremus te? 63.
Qui dicunt, Recede à me, ne appropinques mihi, quia immundus es. 65.
Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos. 66.
Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Ierem. 2.
Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. 2.
Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum. 9.
Quis non timebit te, ô rex gentium? 10.
Quid eſt quód dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? 11.
Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? 14.
Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? 23.
Quæretis me, & inuenietis, cùm quæſieritis me in toto corde veſtro. 29.
Quomodo dicitis, Fortes ſumus, & viri robuſti ad prœliandum? 48.
Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus? 48.
Quia plus fecit quàm potuit, idcircò perierunt. 48.
Quis ſimilis mei, & quis ſuſtinebit me? 49. & 50.
Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Thr. 4.
Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. 4.
Qui audit, audiat; & qui quieſcit, quieſcat. Ezech. 3.
Qui emit non lætetur, & qui vendit non lugeat. 7.
Quieſcere faciam ſuperbiam potentium. 7.
Quatuor iudicia mea peſſima, gladium, & famem, ac beſtias malas, & peſtilentiam. 14.
Quæſiui virum qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſſiparem eam, & non inueni. 22.
Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Dan. 12.
Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter. Oſeæ 1.
Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? 6.
Quaſi columba ſeducta non habens cor. 7.
Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & ſciet hæc? 14.
Quærite me & viuetis, dicit Dominus. Am. 5.
Qui ſeparati eſtis in diem malum. 6.
Qui lætamini in nihilo. 6.
Quare mœrore contrahens? Núquid Rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus periit? Mich. 4.
Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. 7.
Quare reſpicis Domine contem[illegible] & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? [illegible]bac. 1.
Quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus. 2.
Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Zach. 2.
Quare deſpicit vnuſquiſque veſtrûm fratrem ſuum? Malach. 2.
Quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? 2.
Quæ erat libera, facta eſt ancilla. 1. Mach. 2.
Quò nobis adhuc viuere? 2.
Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat populum? 9.
Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth. 4.
Qui dixerit fratri ſuo, Fatue, reus erit gehennæ ignis. 5.
Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. 5.
Qui petit à te, da ei. 5.
Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. 6.
Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? 7.
Quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim Lex & Prophetæ. 7.
Quàm anguſta porta, & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. 7.
Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. 7.
Quid timidi eſtis, modicæ fidei? 8.
Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? 8.
Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. 10.
Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. 10.
Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam 10
Qui habet aures audiendi, audiat. 11.
Qui non eſt mecum, contra me eſt. 12.
Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. 12.
Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. 16.
Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. 19.
Qui poteſt capere, capiat. 19.
Quicumque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. 20.
Quomodo huc intraſti; non habens veſtem nuptialem? 22.
Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter. 23.
Qui ſe exaltauerit, humiliabitur; & qui ſe humiliauerit, exaltabitur. 23.
Quomodo fugietis à iudicio gehennæ? 23.
Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. 24.
Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. 25
Qui non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Mar. 9.
Quiſquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. 10.
Quicumque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. 11.
Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate. 13.
Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Luc. 3.
Qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. 6.
Qui minor eſt inter vos omnes, hic maior eſt. 9.
Quis me conſtituit iudicem ſuper vos? 12.
Qui non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. 12.
Quid autem à vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? 12.
Qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus 14.
Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis erit; & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus erit. 16.
Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. 16.
Quia ſi cognouiſſes & tu. 19.
Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ioan. 3.
Qui non credit, iam iudicatus eſt. 3.
Qui malè agit, odit lucem. 3.
Qui facit veritatem, venit ad lucem. 3.
Qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur. 3.
Quem miſit Deus, verba Dei loquitur 3.
Qui credit in Filium, habet vitam æternam. 3.
Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. 4.
Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à Deo eſt non quæritis? 5.
Qui manducat me, viuet propter me. 6.
Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. 7.
Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. 8.
Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. 8.
Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. 10.
Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. 12.
Qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. 12.
Qui accipit ſi quem miſero, me accipit. 13.
Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. 14.
Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. 14.
Quid ad te? tu me ſequere. 21.
Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. 15.
Quia de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus. 15.
Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. 14.
Qui alium doces, teipſum non doces. Rom. 2.
Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt; qui verò ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. 8.
Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. 8.
Quicumque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. 8.
Quid oremus, ſicut oportet neſcimus. 8.
Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? 8.
Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? 11.
Qui præeſt in ſolicitudine. 12.
Qui miſeretur in hilaritate. 12.
Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. 13.
Qui diligit proximum, legem impleuit. 13.
Qui non manducat, manducantem non iudicet. 14.
Qui manducat, non manducantem non ſpernat. 14.
Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt inuicem cuſtodiamus. 14.
Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. 15.
Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. 1. Cor. 1.
Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, & infirma mundi & ignobilia mundi, & contemptibilia. 1.
Qui gloriatur, in Domino glorietur 1.
Quæ ſunt Dei nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei. 2.
Quid habes quod non accepiſti? 4.
Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. 6.
Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. 10.
Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. 11.
Qui viuunt, non iam ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. 2. Cor. 5.
Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. 6.
Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur. 7.
Qui parcè ſeminat, parcè & metet. 9.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? 11.
Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Gal. 3.
Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. 5.
Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. 6
Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Col. 3.
Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. 1. Tim. 6.
Quod minus eſt, à meliore benedicitur. Heb. 7.
Quem diligit Dominus caſtigat. 12.
Quicumque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Iacob. 2.
Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens. 4.
Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, operiet multitudinem peccatorum. 5.
Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? 1. Pet. 3.
Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. 1. Ioan. 2.
Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. 2.
Qui facit peccatum, ex diabolo eſt. 3.
Qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit. 3.
Qui non diligit, manet in morte. 3.
Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 3.
Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? 3.
Qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo. 3.
Qui non diligit, non nouit Deum. 4.
Qui non diligit fratrem ſuū quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere? 4
Quodcumque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos. 5.

Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Apoc. 2.
Qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. 3.
Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo. 3.
Quærent homines mortem, & non inuenient eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. 9.
Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? 15.
Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. 18.
Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. 22.
Qui audit, dicat, Veni. 22.
Qui ſitit veniat. 22.
Qui vult accipiat aquam vitæ gratis. 22.

R.

Reſpice populum tuum, gentem hanc. Exod. 33.
Reſpiciam vos, & creſcere faciam. Leuit. 26.
Rerum omnium abundantia perfruens. Deut. 28
Recordaberis Domini Dei tui, quod ipſe tibi vires præbuerit. 8.
Recordaberis quoniam ſeruus fueris in Aegypto. 16.
Reſpice Domine de excelſo cælorum, & benedic populo tuo. 26.
Reducet te Dominus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui. 30.
Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. 32.
Reddat tibi Dominus pro opere tuo. Ruth 2.
Recedant vetera de ore veſtro. 1. Reg. 2.
Reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me 9.
Reddat tibi Dominus viciſſitudinem hanc. 24.
Rotabitur quaſi in impetu, & circulo fundæ. 25.
Reddidit Dominus malitiam Nabal, in caput eius. 25.
Rectus es tu, & bonus in conſpectu meo. 29.
Retribuat Dominus facienti malum, iuxta malitiam ſuam. 2. Reg. 3.
Reſpice ad orationem ſerui tui, Domine Deus meus. 3 Reg. 8.
Rectène ſunt omnia? 4. Reg. 5.
Reuertimini à viis veſtris peſſimis. 17.
Regnabit quem non ſperant qui inhabitant ſuper terram. 4. Eſd. 5.
Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus. Pſal. 12.
Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego. 24.
Retribuet abundanter facientibus ſuperbiã. 30.
Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. 36.
Remitte mihi, vt refrigerer priuſquã abeam. 38.
Rex omnis terræ Deus. 46.
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. 50.
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam 70.
Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. 76.
Reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam. 79.
Reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua. 89.
Rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. 91.
Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. 101.
Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. 118.
Refugium meum, ſuſceptor meus, & liberator meus, protector meus, & in ipſo ſperaui. 143.
Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. Prou. 2.
Reſpicit Dominus viam hominis, & omnes greſſus eius conſiderat. 5.
Reſponſio mollis frangit iram. 15.
Regem cuſtodiunt miſericordia, & veritas, & roboratur clementia thronus eius. 20.
Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. 26.
Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid fruſtrà deciperis? Eccleſ. 2.
Regi ne detrahas in cogitatione ſua, quia & aues cæli portabunt vocem tuam. 10.
Recti diligunt te. Cant. 1.
Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. Sap. 4.
Rogationem contribulati ne abiicias. Eccli. 4.
Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias. 10.
Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. 32.
Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere, vt conſolemini me. Iſa. 22.
Requirite diligenter in libro Domini, & legite, vnum ex eis non defuit. 34.
Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. 38.
Reuertere ad me, quoniam redemi te. 44.
Redite præuaricatores ad cor. 46.
Rupiſti vincula mea, dixiſti, Non ſeruiam. Ier. 2.
Repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te ô Cherub. Ezech 28.
Rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis. Oſeæ 14.
Requirit Dominus à te, facere iudicium, diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. Mich. 6.
Reuelabo pudenda tua in facie tua. Nah. 3.
Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus. Malach. 3.
Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11.
Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. 22.
Regni eius non erit finis. Luc. 1.
Relictis omnibus, ſecutus eſt eum. 5.
Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 7.
Recumbe in nouiſſimo loco. 14.
Regnum Dei intra vos eſt. 17.
Regnum meũ non eſt de hoc mundo. Ioan. 18.
Reddet vnicuiq; ſecundùm opera eius. Rom. 2.
Reformamini in nouitate ſenſus veſtri. 12.
Reddite omnibus debita. 13.
Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Epheſ. 4.
Radix omnium malorũ eſt cupiditas. 1. Tim. 6.
Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite. Heb. 12
Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Iacob. 4.
Rex regum, & Dominus dominantiũ. Apoc. 19.

S.

Si benè egeris, recipies. Gen. 4.
Senſus & cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. 8.
Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum. 19.
Salutare tuum expectabo Domine. 49.
Sacerdotes qui accedunt ad Dominum ſanctificentur. Exod. 19.
Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. 32.
Si quis eſt Domini, iungatur mihi 32.
Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam. 33.
Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Leuit. 11. & 20.
Sanctuarium meum metuite, ego Dominus. 19.
Separaui vos à ceteris populis, vt eſſetis mei. 20.
Serui tui ſumus, faciemus quod iubet dominus noſter. Num. 32.
Sufficit tibi, nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. Deut. 3.
Sicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus tuus erudiuit te. 8.
Sẽper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. 9.
Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. 33.
Seruiemus Domino, quia ipſe eſt Deus noſter. Ioſ. 24.
Sicut fecit, ita reddidit mihi Deus. Iudic. 1.
Surrexerunt alij qui non nouerunt Dominũ. 2.
Si Dominus nobiſcum eſt, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? 6.
Scito quòd miſerim te, ego ero tecum. 6.
Sicut fecerunt mihi, ſic feci eis. 15.
Si in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? 1. Reg. 2.
Sermo Domini erat pretioſus in diebus illis. 3.
Samuel ibat per ſingulos annos circuiens, &c. 7.
Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mãdata Domini. 13.
Siccine ſeparat amara mors? 15.
Spiritus Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino. 16.
Salutabitis eum ex meo nomine pacificè. 25.
Sopor Domini irruerat ſuper eos. 26.
Si Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. 26.
Satrapis non places. 29.
Salutauit eos pacificè. 30.
Saltabat Dauid totis viribus ante Dominum. 2. Reg. 6.
Sint oculi tui Domine aperti ſuper domum hanc nocte ac die. 3. Reg. 8.
Si quis cognouerit plagam cordis ſui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cælo. 8.
Sit Dominus Deus noſter nobiſcum. 8.
Sit cor noſtrum perfectum cum Domino Deo noſtro. 8.
Seruus tuus timet Dominum ab infantia ſua. 18
Sufficit mihi Domine, tolle animam meam. 19.
Suſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. 22.
Si rem grandem dixiſſet tibi certè facere debueras. 4. Reg. 5.
Secuti ſunt vanitates, & vanè egerunt. 17.
Stabant iuxta ordinem ſuum in miniſterio. 1. Par. 6.
Serui Deo corde perfecto, & animo voluntario. 28
Si quæſieris eum, inuenies, ſi autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. 28.
Scio Deus meus quòd probes corda, & ſimplicitatem diligas. 29.
Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter mirabẽris. 4. Eſd. 4.
Sperabunt homines, & non impetrabunt. 5.
Sæculum hoc fecit Altiſſimus propter multos, futurum autem propter paucos. 8.
Sicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. Iob 1.
Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſtineamus. 2.
Stultum interficit iracundia. 5.
Sagittæ Domini in me ſunt. 6.
Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea. 7.
Sicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram. 8.
Simplicem Deus non proiiciet. 8.
Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. 28.
Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. 31.
Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit. 33.
Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. 42.
Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Pſalm. 2.
Saluum me fac propter miſericordiam tuam. 6.
Scrutans corda & renes Deus. 7.
Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniã non dereliquiſti quærentes te Domine. 9.
Satiabor cùm apparuerit gloria tua. 16.
Saluum me fecit, quoniam voluit me. 17.
Saluum fac populum tuum Domine. 27.
Sperantem in Domino, miſericordia circumdabit. 31.
Semper laus eius in ore meo. 33.
Spera in Domino, & fac bonitatem. 36.
Subditus eſto Domino, & ora eum. 36.
Salus iuſtorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis. 36.
Subſtantia mea tanquam nihilum ante te. 38.
Secundùm nomen tuũ Deus, ſic & laus tua. 47.
Sacrificium laudis honorificauit me. 49.
Speraui in miſericordia Dei in æternum. 51.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me. 59.
Sitiuit in te anima mea. 62.
Surge Deus, iudica terram. 81.
Saluum fac ſeruum tuum Deus meus ſperantem in te. 85.
Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. 93.
Seruite Domino in lætitia. 99.
Saluos nos fac Domine Deus noſter. 105.
Suauis eſt miſericordia tua. 108.
Sanctum & terribile nomen eius. 110.
Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum. 118.
Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? 129.
Suauis Dominus vniuerſis. 144.
Suſcipiens manſuetos Dominus. 146.
Sapientiã & doctrinã ſtulti deſpiciunt. Prou. 1.
Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. 1.
Scientiam Dei inuenies, ſi quæſieris quaſi pecuniam. 2.
Stultorum exultatio ignominia. 3.
Sapientes abſcondunt ſcientiam. 10.
Salus vbi multa conſilia. 11. & 24.
Seminanti iuſtitiam merces fidelis. 11.

Spes quæ differtur affligit animam. 13.
Sapiens timet, & declinat à malo, ſtultus tranſilit, & confidit. 14.
Stultus irridet diſciplinam patris ſui. 15.
Secura mens quaſi iuge conuiuium. 15.
Stultitia gaudium ſtulto. 15.
Spirituum ponderator eſt Dominus. 16.
Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur. 16.
Seruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis. 17.
Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabitur. 17.
Stultus non recipit verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius. 18.
Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? 18.
Stultorum corporibus parati mallei percutientes. 19
Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. 22.
Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. 24.
Septies cadet iuſtus, & reſurget. 24.
Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando ſatiatus oderit te. 25.
Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria. 25.
Sapientior tibi ſtultus videtur ſeptem viris loquentibus ſententias. 26.
Suſurronis verba quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad intima cordis. 26.
Si contuderis ſtultum in pila, non auferetur ab eo ſtultitia eius. 27.
Stultiſſimus ſum virorum 30.
Stultorum infinitus eſt numerus. Eccleſ. 1.
Sapientis oculi in capite eius. 2.
Sapientia hominis lucet in vultu eius. 8.
Stultus verba multiplicat. 10.
Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi. Cant. 2.
Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Sap. 1.
Senectutis ætas vita immaculata. 4.
Spes impij tamquam lanugo quæ à vento tollitur. 5.
Sapientia inuenitur ab iis qui quærunt illam. 6.
Sapientium multitudo ſanitas eſt orbis terrarum. 6.
Subeſt tibi, cùm volueris poſſe. 12.
Scire iuſtitiam, & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis. 15.
Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia. 17.
Sapientiæ plenitudo timere Deum. Eccli. 1.
Sapientiam concupiſcens conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. 1.
Secundùm magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius. 2.
Sapientiam diligentes diligit Deus. 4.
Sapientia in lingua dignoſcitur, & ſenſus, & ſcientia. 4.
Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum. 5.
Sapiens eris, ſi dilexeris audire. 6.
Si videris ſenſatum, euigila ad eum. 6.
Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua. 7.
Secundū iudicem populi, ſic & miniſtri eius. 10.
Superbia odibilis coram Deo & hominibus. 10.
Superbia initium eſt omnis peccati. 10.
Superbo abominatio eſt humilitas. 13.
Si volueris mandata ſeruare, conſeruabūt te. 15.
Sapiens in omnibus metuit. 18.
Sapientia omnis timor Dei. 19.
Sapiens tacebit vſque ad tempus. 20.
Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? 20. & 41.
Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. 21.
Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. 27.
Stultus ſicut luna mutatur. 27.
Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ. 30.
Sanitas animæ & corporis ſobrius potus. 31.
Seruum inclinant operationes aſſiduæ. 33.
Spes vana viro inſenſato. 34.
Sacrificium ſalutare, attendere mandatis. 35.
Sunt ſpiritus qui ad vindictam creati ſunt. 39.
Si non credideritis, non permanebitis. Iſa. 7.
Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. 21.
Si quæritis quærite, conuertimini, & venite. 21.
Secretum meum mihi, ſecretū meum mihi. 24.
Sola vexatio intellectum dabit auditui. 28.
Superbia tantùm eſt, quieſce. 30.
Stultus fatua loquetur. 32.
Super humū populi mei vepres aſcendent, quantò magis ſuper omnes domos gaudij? 32.
Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. 32.
Seruire me feciſti in peccatis tuis. 42.
Seruus meus es tu, non obliuiſcaris mei. 44.
Solue vincula colli tui captiua filia Sion. 52.
Sicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris. Ierem. 2.
Saltem amodò voca me pater meus. 3.
Stultus populus meus me non cognouit. 4.
Sapientes ſunt vt faciant mala. 4.
Scio Domine quia non eſt hominis via eius, nec viri vt dirigat greſſus ſuos. 10.
Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt. 12.
Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum. 13.
Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. 15.
Si conuerteris, conuertam te, & ante me ſtabis. 15.
Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. 15.
Sana me Domine, & ſanabor, ſaluum me fac, & ſaluus ero. 17.
Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea. 18.
Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum. 20.
Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus. 23.
Salua Domine populum tuum, reliquias Iſrael. 31.
Somnus meus dulcis mihi. 31.
Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui. Thr. 1.
Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. 3.
Saturabitur opprobriis. 3.
Si abiecit Dominus, & miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum. 3.
Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. 3.
Sicut fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo, decies tantùm iterùm conuertentes, requiretis eum. Baruch 4.
Secundum viam eorum faciam eis. Ezech. 7.
Signa Thau ſuper frontes gementium, & dolentium ſuper abominationibus. 9.
Sicut mater, ita & filia eius. 16.
Speculatorem domui Iſrael dedit te, &c. 33.
Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael. 44.
Saluabitur omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Dan. 12.
Sponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia Oſeæ 2.
Sicut populus, ſic ſacerdos. 4.
Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda. 4.
Super eos effundam quaſi aquam iram meam. 5.
Saluator non eſt præter me. 13.
Saturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. 13.
Si erit malum in ciuitate quod Deus non fecerit. Amos 3.
Superbia cordis tui extulit te. Abd. 1.
Sicut feciſti, fiet tibi. 1.
Scio quia tu es Deus clemens, & miſericors, & patiens, &c. Ion. 4.
Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Mich. 2.
Sacerdotes eius in mercede docebant. 3.
Super cuſtodiam meam ſtabo Habac. 2.
Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet & non tardabit. 2.
Scrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Soph. 1.
Sicut non audierunt, ſic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus. Zach. 7.
Super paſtores iratus eſt furor meus. 10.
Si Pater ego ſum, vbi eſt honor meus; & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Malach. 1.
Sedebit conflans, & emundabit argentum, & purgabit filios Leui. 2.
Secundùm gloriam eius, multiplicata eſt ignominia eius. 1. Mach. 1.
Sicut fuerit voluntas in cælo, ſic fiat. 3.
Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. 2. Mach. 12.
Si ſal euanuerit, in quo ſalietur? Matth 5.
Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c. 5.
Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, &c. 5.
Si dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, &c. 5
Sit ſermo veſter, Eſt, eſt, Non, non. 5.
Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. 5.
Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra: ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. 6.
Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. 6.
Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. 6
Si vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quantò magis Pater veſter qui eſt in cælis dabit bona petentibus ſe? 7.
Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. 8.
Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. 16.
Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint fiet illis à Patre meo qui in cælis eſt. 18.
Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 19.
Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. 19.
Sequere me. Mar. 2.
Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. 2.
Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnum Dei. 10.
Spiritus promptus eſt, caro verò infirma. 14.
Sanctum nomen eius. Luc. 1.
Secedebat in deſertum, & orabat. 5.
Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie & ſequatur me. 9.
Si nec quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? 12.
Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. 17.
Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, diceretis huic arbori moro, eradicare, & tranſplantare in mare, & obediet vobis. 17.
Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? 23.
Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c. Ioan. 3.
Spiritus vbi vult ſpirat. 3.
Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. 4.
Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quidquam. 6.
Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. 7.
Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis. 8.
Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. 8.
Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 8.
Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. 8.
Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur; & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. 12.
Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. 12.
Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea 13.
Si diligitis me, mandata mea ſeruate. 14.
Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. 14.
Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. 15.
Sine me nihil poteſtis facere. 15.
Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. 15.
Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. 15.
Saluamini à generatione iſta praua. Act. 2.
Si iuſtum eſt in conſpectu Dei vos potiùs audire, quàm Deum, iudicate. 4.
Si eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſoluetur; ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſoluere. 5.

Seruiens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus. 20.
Si cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo, per mortem filij eius, multò magis reconciliati ſalui erimus in vita per ipſum. Rom. 5.
Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto. 6.
Stipendia peccati mors. 6.
Sapientia carnis inimica eſt Deo. 8.
Si quis ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. 8.
Spes quæ videtur, non eſt ſpes. 8.
Si Deus pro nobis, quis contra nos? 8.
Si gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia, iam non eſt gratia. 11.
Si radix ſancta, & rami. 11.
Sine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. 11.
Solicitudine non pigri. 12.
Spiritu feruentes. 12.
Spe gaudentes. 12.
Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. 12.
Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi. 12.
Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus. 14.
Suſcipite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. 15.
Sapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 16.
Stultam fecit Deus ſapientiam huius mundi. 1. Cor. 1.
Spiritus omnia ſcrutatur, etiã profunda Dei. 2
Spiritualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur. 2.
Stultus fiat, vt ſit ſapiens. 3.
Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deũ. 3.
Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. 4.
Scientia inflat, charitas verò ædificat. 8.
Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quomodo oporteat eum ſcire. 8.
Si quis diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo. 8.
Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. 8.
Sic currite, vt comprehendatis. 9.
Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 10.
Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei. 11.
Si quis ignorat, ignorabitur. 14.
Stimulus peccati mors. 15.
Stabiles eſtote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini ſemper. 15.
Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. 2. Cor. 1.
Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 3.
Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 4.
Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. 7.
Satanas transfigurat ſe in angelum lucis. 11.
Sufficit tibi gratia mea. 12.
Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Gal. 1.
Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini? 3.
Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. 5.
Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus. 5.
Si quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. 6.
Supportantes inuicem in charitate. Epheſ. 4.
Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. 4.
Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. 5.
Subiecti inuicem in timore Chriſti. 5.
Siue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo. Phil. 1.
Superiores ſibi inuicem arbitrantes, 2.
Scio abundare, & penuriam pati. 4.
Supportantes inuicem. Col. 3.
Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. 3.
Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit cõditus. 4.
Semper gaudete. 1. Theſſ. 5.
Sine intermiſſione orate. 5.
Spiritum nolite extinguere. 5.
State & tenete traditiones, quas didiciſtis. 2. Theſ. 2.
Si quis non vult operari, nec manducet. 3.
Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem, iuuenes vt fratres. 1. Tim. 5.
Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. 5.
Scio cui credidi. 2. Tim. 1.
Si commortui ſumus, & conuiuemus. 2.
Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. 2.
Seruum Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem. 2.
Senes ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. Tit. 2.
Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo. 2.
Statutum eſt hominibus ſemel mori. Heb. 9.
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. 11.
Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Iacob. 1.
Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. 3.
Sapiens oſtendat ex bona conuerſatione, operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. 3.
Sapientia quæ deſurſum eſt, pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericordia & fructibus bonis. 3.
Subditi eſtote Deo. 4.
Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. 4.
Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum. 1. Pet. 2.
Si quid patimini propter iuſtitiam, beati. 3.
Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. 4.
Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 4.
Satagite vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 2. Pet. 1.
Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. 1. Ioan. 1.
Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra. 1.
Si fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. 2.
Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. 3.
Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus. 3.
Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet. 4.
Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias. Apoc. 3.
Solus pius es. 15.
Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. 21.

T.

TE elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris. Deut. 7. & 14.
Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrùm diligatis eum, an non. 13.
Timuimus valdè, & prouidimus animabus noſtris. Ioſ. 9.
Timete Dominum, & ſeruite ei corde perfecto, ac veriſſimo. 24.
Tace, & pone digitum ſuper os tuum. Iud. 18.
Timete Dominum, & ſeruite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. 1. Reg. 12.
Timuit, & expauit cor eius nimis. 28.
Tu ſcis ſeruum tuum Domine Deus. 2. Reg. 7.
Tu Domine Deus factus es eis in Deum. 7.
Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum. 3. Regum 8.
Te aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſiderat anima tua. 11.
Tolle Domine animam meam, nec enim melior ſum quàm patres mei. 19.
Tradiderunt ſe vt facerent malum coram Domino 4. Reg. 17.
Tradidit eos Dominus in manus diripientium. 17.
Te Domine benedicente benedicta erit in perpetuum. 1. Par. 17.
Tunc proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata quæ præcepit Dominus. 22.
Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria atque victoria, & tibi laus. 29.
Tuum Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes. 29.
Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria, tu dominaris omnium, in manu tua virtus, & potentia. 29.
Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. 29.
Timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. Iob 3.
Terra data eſt in manus impij. 9.
Timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. 28.
Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Pſal. 3.
Tu laborem & dolorem conſideras. 9.
Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. 9.
Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos. 11.
Tribuat tibi Dominus ſecundùm cor tuum. 19.
Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defenſionem meã conſpice. 21.
Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. 33.
Torrente voluptatis tuæ potabis eos. 35
Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me. 39.
Tu autem Domine, miſerere mei. 40.
Tu es Deus fortitudo mea. 42.
Tu es ipſe rex meus & Deus meus. 43.
Terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. 65.
Tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita. 68.
Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam. 68.
Tu es patientia mea Domine, ſpes mea à iuuentute mea. 70.
Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? 75.
Turbatus ſum, & non ſum locutus. 76.
Tu es Deus qui facis mirabilia. 76.
Tu ſolus altiſſimus in omni terra. 82.
Tu Domine ſuauis & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. 85.
Tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ, & verax. 85.
Tu Domine adiuuiſti me, & cõſolatus es me. 85.
Tui ſunt cæli, & tua eſt terra. 88.
Tu es Domine ſpes mea. 90.
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis 92.
Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. 118.
Tuus ſum ego, ſaluum me fac. 118.
Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. 141.
Timor Domini initium ſapientiæ. Prou. 1. & 9. & Eccli. 1.
Time Deum, & recede à malo. Prou. 3.
Timor Domini odit malum. 8.
Timor Domini fons vitæ. 14.
Turris fortiſſima nomen Domini. 18.
Triſtitia viri nocet cordi. 25.
Triſtis facies diſſipat linguam detrahentem. 25.
Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens reſeruat in poſterum. 29.
Tæduit me vitæ meæ videntem mala ſub ſole. Eccleſ. 2.
Tempus flendi, & tempus ridendi. 3.
Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. 3.
Tempus cuſtodiendi, & tempus abiiciendi. 3.
Tempus tacendi, & tempus loquendi. 3.
Tempus dilectionis, & tempus odij. 3.
Tempus belli, & tempus pacis. 3.
Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. 8.
Trahe me poſt te. Cant. 1.
Tamquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum. Sap. 11.
Tuam manum effugere impoſſibile eſt. 16.
Timida nequitia. 17.
Timenti Dominum benè erit in extremis. Eccli. 1.
Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. 1.
Tracta cum ſapientibus & prudentibus. 9.
Tacitus & ſenſatus honorabitur. 21.
Timor Dei initium dilectionis eius. 25.
Triſtitia cordis omnis plaga. 25.
Triſtitiam non des animæ tuæ. 30.
Triſtitiam longè expelle à te. 30. & 38.
Timenti Dominum non occurrent mala. 33.
Triſtitia cordis flectit ceruicem. 38.
Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis. 40.
Timor Domini ipſe eſt theſaurus eius. Iſa. 33.
Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. 33.
Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, vt parturiens loquar, diſſipabo, &c. 42.
Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. 60.
Tu Domine Pater noſter, Redẽptor noſter. 63.
Tenentes legem, neſcierunt me. Ierem. 2.
Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. 3.

Tibi Domine reuelaui cauſam meam. 11.
Tu Domine noſti me. 12.
Tu reliquiſti me, dicit Dominus, retrorſum abiſti, laboraui rogans. 15.
Tu ſcis Domine, recordare mei, & viſita me. 15.
Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini. 22.
Timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. 32.
Thronus eius flammæ ignis. Dan. 7.
Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei. 9.
Tu Domine ſicut voluiſti, feciſti. Ion. 1.
Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Matth. 6.
Theſaurizate vobis theſauros in cælo. 6.
Timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. 10.
Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam. Rom. 1.
Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. 1.
Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem. 5.
Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? 14.
Tu quid iudicas fratrem tuum? 14.
Templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis. 1. Cor. 3.
Tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. 1. Cor. 6.
Tantùm vt pauperum memores eſſemus. Gal. 2
Tu quis es qui iudicas proximum tuum? Iac. 4.
Triſtatur aliquis veſtrûm? oret; æquo animo eſt? pſallat. 5.
Tamquam aduenas & peregrinos abſtinere à carnalibus deſideriis. 1. Pet. 2.
Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Apoc. 3.
Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius. 14.

V.

VIDIT Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Geneſ. 1.
Vbi es? 3.
Viſus eſt eis quaſi ludens loqui. 19.
Vidit Dominus humilitatem meam. 29.
Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui. Exod. 3.
Vſquequò non vis ſubiici mihi? 10.
Vbicumque habitabant filij Iſrael, lux erat. 10.
Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. 19.
Vnuſquiſque quod in præda rapuerat, ſuum erat. Num. 31.
Vos tulit Dominus de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hereditarium. Deut. 4.
Viriliter agite, & confortamini, nolite timere. 31.
Verè quia non eſt Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. 31.
Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt. 32.
Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. 32.
Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? 32.
Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me. 32.
Viuo ego in æternum. 32.
Verè ego peccaui Domino Deo. Ioſ. 7.
Vſquequò marcetis ignauia, & non intratis ad poſſidendam terram? 18.
Verbum ſecretum habeo ad te. Iudic. 3.
Verbum Dei habeo ad te. 3.
Vbi eſt nunc os tuum quo loquebaris? 9.
Vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur faciebat. 17. & 21.
Vnde venis, & quò vadis? 19.
Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos? Ruth 2.
Vade in pace. 1. Reg. 1 & 2. Reg. 15. & 4. Reg. 5
Vultus illius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati. 1. Reg. 1.
Viuat rex. 10.
Vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. 17.
Vno tantùm gradu ego morſq; diuidimur. 20.
Via hæc polluta eſt. 21.
Vir durus, & peſſimus, & malitioſus. 25.
Viri iſti duri ſunt mihi. 2. Reg. 3.
Vilior fiam plus quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis. 6.
Varius eſt euentus belli. 11.
Viuit Dominus ante cuius vultum ſto. 3. Regum 18.
Vſquequò claudicatis in duas partes. 18.
Venumdatus eſt vt faceret malum in conſpectu Domini. 21.
Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. 4. Reg. 2.
Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto. 3.
Vir Dei ſanctus eſt iſte. 4.
Videbis oculis tuis, & inde non comedes. 7.
Verbum mihi ad te, ô Princeps. 9.
Vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius. 21 & 1. Reg. 3.
Viriliter age, & confortare, & fac. 1. Par. 28.
Virtus Domini eſt cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu. 1. Eſd. 8.
Veritas ſuper omnia vincit. 3.
Viro cuius abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris. Iob 3.
Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. 5.
Ventus eſt vita mea. 7.
Verebar omnia opera mea, ſciens quia non parceres delinquenti. 9.
Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. 10.
Vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. 13.
Verſa eſt in luctum cithara mea. 30.
Vſquequò Domine obliuiſcêris me in finem? Pſal. 12.
Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. 24.
Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. 26.
Veritatem requirit Dominus. 30.
Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. 38.
Venite & videte opera Domini. 45.
Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. 45.
Vt iumentum factus ſum apud te. 72.
Vſquequò Deus improperabit inimicus? 73.
Vſquequò Domine iraſcêris in finem? 78.
Veni vt ſaluos facias nos. 79.
Vt quid Domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me? 87.
Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine. 88.
Vſquequò peccatores Domine, vſquequò peccatores gloriabuntur? 93.
Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum. 94.
Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. 116.
Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. 118.
Viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos. 118.
Veniat ſuper me miſericordia tua Domine. 118.
Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam. 118.
Vide humilitatem meam, & eripe me. 118.
Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus. 142.
Voluntatem timentium ſe faciet. 144.
Vſquequò paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient? Prou. 1.
Vocaui & renuiſtis, deſpexiſtis omne conſilium meum, &c. ego quoque in interitu veſtro ridebo, &c. 1.
Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ. 3.
Via impiorũ tenebroſa, neſciunt vbi corruant. 4.
Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius. 6.
Vſquequò piger dormies, quando conſurges è ſomno tuo? 6. & 24.
Vena vitæ os iuſti. 10.
Vniuerſa delicta operit charitas. 10.
Vbi eſt humilitas, ibi & ſapientia. 11.
Vir prudens tacebit. 11.
Vir miſericors benefacit animæ ſuæ. 11.
Via ſtulti recta in oculis ſuis, qui autem ſapiens eſt, audit conſilia. 12.
Vult & non vult piger. 13.
Vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. 14.
Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. 16.
Vir obediens loquetur victoriam. 21.
Veritatem eme, & noli vendere. 23.
Virga in dorſo imprudentium. 26.
Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens. 26.
Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. 29.
Virga & correctio tribuit ſapientiam. 29.
Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt quàm illius correctio. 29.
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Eccleſ. 1.
Vidi in loco iuſtitiæ iniquitatem. 3.
Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. 4.
Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem. 6.
Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. 7.
Verba ſapientium audiuntur in ſilentio. 9.
Væ tibi terra, cuius rex puer eſt. 10.
Verba ſapientium, ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. 12.
Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Sap. 13.
Væ duplici corde. Eccli. 2.
Væ diſſolutis corde. 2.
Vſque ad mortem certa pro iuſtitia. 4.
Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. 6.
Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. 9.
Vir prudens non murmurabit correptus. 10.
Viro cupido, & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia. 14.
Verbum melius, quàm datum. 18.
Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. 19.
Via peccantium complanata lapidibus. 21.
Vir ſenſatus contemptus, in hoc contriſtatum eſt cor meum. 26.
Vita nequam hoſpitandi de domo in domũ. 29.
Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem. 32.
Vbi ſunt ſenes, non multùm loquaris. 32.
Vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens. 36.
Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ. 40.
Vbi manus multæ ſunt, claude. 42.
Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Iſa. 5.
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. 5.
Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. 5.
Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. 5.
Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus. 5.
Velociter ſpolia detrahe, citò prædare. 8.
Væ qui condunt leges iniquas. 10.
Vocauit Dominus ad fletum & planctum, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium, & lætitia, comedere carnes, & bibere vinum. 22.
Væ coronæ ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti. 28.
Væ qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, &c. 29.
Væ filij deſertores, dicit Dominus. 30.
Væ qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, & Dominum non requiſierunt. 31.
Væ qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernêris. 33.
Venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi. 37.
Væ qui contradicit fictori ſuo. 45.
Verè tu es Deus abſconditus. 45.
Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius. 47.
Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. 53.
Vocaberis Voluntas mea in ea. 62.
Vbi eſt multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe. 63.
Vocaui, & non reſpondiſtis, locutus ſum, & non audiſtis. 65.
Vocaui, & non erat qui reſponderet, locutus ſum, & non audierunt. 66.
Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. 66.
Verterunt ad me tergum, & non faciem. Ierem. 2.
Vſquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? 4.
Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat. 9.
Venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua. 14.
Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia. 22.
Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. 23.
Vſquequò delicijs diſſoluêris filia vaga? 31.
Verterunt ad me terga, & non facies. 32.
Væ eis, quia venit dies eorum, & tempus viſitationis eorum. 50.

Vana ſunt opera, & riſu digna, in tempore viſitationis ſuæ peribunt. 51.

Viæ Sion lugent, eò quód non ſint qui veniant ad ſolemnitatem. Thr. 1.

Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius. 1.

Vide Domine, quoniam tribulor. 1.

Væ nobis, quia peccauimus. 5.

Vbicumque erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cùm ambularent. Ezech 1.

Viam eorum ſuper caput eorum reddam. 9.

Verbum quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus. 12.

Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis. 13.

Væ, væ tibi, ait Dominus Deus. 16.

Vt confundaris, & non ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua. 16.

Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat. 33.

Væ paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos. 34.

Vir non eruet eam de manu mea. Oſeæ 2.

Væ eis, quoniam receſſerunt à me. 7.

Vſquequò non poterunt emundari? 8.

Væ eis, cum receſſero ab eis. 9.

Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potiùs loquerer. Mich 2.

Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies? Habac. 1.

Væ ei qui multiplicat non ſua. 2.

Veritatem & pacem diligite Zach 8.

Virum bonum, & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum. 2. Mach. 15.

Venite poſt me. Matth. 4.

Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. 6.

Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. 10.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. 11.

Verè filius Dei es 14.

Væ homini illi per quem ſcandalum venit. 18.

Venit filius hominis ſaluare quod perierat. 18.

Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum 18.

Væ vobis duces cæci. 23.

Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. 24.

Vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. 24.

Vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit 24.

Vigilate, quia neſcitis diem, nec horam. 25.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. 26.

Videte quid audiatis. Mar. 4.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. 9.

Videte ne quis vos ſeducat. 13.

Væ vobis diuitibus qui habetis conſolationem veſtram. Luc. 6.

Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. 6.

Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis 6.

Vendite quæ poſſidetis, & date eleëmoſynã. 12.

Vt quid etiam terram occupat? 13.

Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. 19.

Vigilate omni tempore orantes. 21.

Vis ſanus fieri? Ioan. 5.

Vade, & iam ampliùs noli peccare. 8.

Venit nox, quando nemo poteſt operari. 9.

Vos non creditis, quia nõ eſtis ex ouibus meis. 10

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. 15.

Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Rom. 7.

Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. 7.

Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. 14.

Vnuſquiſque noſtrûm pro ſe rationem reddet Deo. 14.

Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem. 15.

Videte vocationem veſtram fratres. 1. Cor. 1.

Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. 3.

Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem ſic, alius verò ſic. 7.

Vnumquemque ſicut vocauit Deus, ita ambulet. 7.

Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. 7.

Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. 12.

Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. 2. Cor. 3.

Vos eſtis templum Dei viui. 6.

Voluntas ſecundùm id quod habet accepta eſt, non ſecundùm id quod non habet. 8.

Virtus in infirmitate perficitur. 12.

Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Galat. 2.

Vnuſquiſque onus ſuum portabit. 6.

Vt filij lucis ambulate, probantes quid ſit beneplacitum Deo. Epheſ. 5.

Videte quomodo cautè ambuletis. 5.

Vnanimes idipſum ſentientes. Philip. 2.

Verbum Dei non eſt alligatum. 2 Tim. 2.

Viuus eſt ſermo Dei, & efficax Heb. 4.

Vbi zelus, & contentio, ibi omne opus prauum. Iacobi 3.

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. 1. Pet. 2.

Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. 4.

Vnus dies apud Dominum, ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies vnus. 2. Pet. 3.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus. 1 Ioan. 3.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ. Apoc. 2.

Vincenti dabo manna abſconditum. 2.

Vtinam frigidus eſſes, aut calidus, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. 3.

Venit dies magnus iræ, & quis poterit ſtare? 6.

Væ, væ, væ, habitantibus in terra. 8.

Veni Domine Ieſu. 22.

Z.

ZELO zelatus ſum ſuper Domino Deo exercituum. 3. Reg. 19.

Zelus domus tuæ comedit me. Pſal. 68.

INDEX ET ORDO

SACRORVM LIBRORVM

QVI PRIMO TOMO CONTINENTVR.

GENESIS.	Pag. 1.	PARALIPOMENON II.	501
EXODVS.	73	ESDRÆ I.	551
LEVITICVS.	122	ESDRÆ II.	564
NVMERI.	152	TOBIAS.	583
DEVTERONOMIVM.	192	IVDITH.	595
IOSVE.	233	ESTHER.	609
LIBER IVDICVM.	262	IOB.	630
RVTH.	292	LIBER PSALMORVM.	698
REGVM I.	297	PROVERBIA SALOMONIS.	858
REGVM II.	342	ECCLESIASTES.	906
REGVM III.	381	CANTICVM CANTICORVM.	922
REGVM IV.	422	LIBER SAPIENTIÆ.	934
PARALIPOMENON I.	461	ECCLESIASTICVS.	962

QVI SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

ISAIÆ PROPHETIA.	Pag. 3.	ACTVS APOSTOLORVM.	708
IEREMIÆ.	106	B. PAVLI EPISTOLA AD ROMANOS.	748
BARVCH.	215	AD CORINTHIOS I.	771
EZECHIELIS.	245	AD CORINTHIOS II.	793
DANIELIS.	341	AD GALATAS.	808
OSEAE.	382	AD EPHESIOS.	816
IOEL.	404	AD PHILIPPENSES.	824
AMOS.	410	AD COLOSSENSES.	829
ABDIÆ.	423	AD THESSALONICENSES I.	835
IONÆ.	426	AD THESSALONICENSES II.	839
MICHÆÆ.	430	AD TIMOTHEVM I.	842
NAHVM.	441	AD TIMOTHEVM II.	848
HABACVC.	446	AD TITVM.	853
SOPHONIÆ.	453	AD PHILEMONEM.	855
AGGÆI.	458	AD HEBRÆOS.	856
ZACHARIÆ.	462	B. IACOBI EPISTOLA.	874
MALACHIÆ.	484	B. PETRI EPISTOLA I.	881
MACHABÆORVM I.	491	EPISTOLA II.	887
MACHABÆORVM II.	525	B. IOANNIS EPISTOLA I.	891
EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.	549	EPISTOLA II.	898
EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.	600	EPISTOLA III.	898
EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.	624	B. IVDÆ EPISTOLA.	899
EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.	667	B. IOANNIS APOCALYPSIS.	901

TY-

TYPOGRAPHVS LECTORI.

REVERENDORVM *Patrum* IOANNIS MARIANÆ & EMANVELIS SA *ad* SCHOLIA & NOTATIONES *ſuas Prolegomena, quæ loco ſuo inſeri vel Sacro Textui commiſceri haud potuerunt, extra ordinem hîc appono; ne quis ea in hac editione prætermitti, meritò conqueratur.*

IOANNIS MARIANAE
E SOCIETATE IESV
AD
ROBERTVM BELLARMINVM
CARDINALEM
EX EADEM SOCIETATE
IN SCHOLIA SVA
AD VETVS TESTAMENTVM
PRÆFATIO.

NON eſt apud me dubium, eximie & humaniſſime Cardinalis, quin ſi quis in hæc inciderit ex rigidis rerum æſtimatoribus & criticis, miretur, accuſet ipſe quoque fortaſſe cum aliis, quòd in tanta copia noſtrorum vtriuſque Ordinis procerum, cum quibus commune cælum, maior neceſſitudo, vnde certior ſpes gratiæ amplioris, tuum potiſſimùm nomen delegerim, quod in fronte, vt fit, noſtris in Sacros libros lucubrationibus adſcriberem. A quo humanitatis iure poſtulamus, vt non priùs noſtrum conſilium improbet, quàm quæ ſubiicio attentè cognouerit. Ac primùm profiteor nihil hoc obſequio, quale illud eſt, à te, aut per te ab alio cupere. Intra conchulam noſtrā cochleæ ad inſtar, humoris, quod ſatis eſt, ſuppetit, ne externo ſubſidio, ambitu, donis opus habeam. *Quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia*, hoc eſt, ſua ſorte eſſe contentum, id *αὐτάρκεια* eſt. Non tuum illuſtrare nomen animus erat: quod quidam, cymbalum mundi ex eo dictus olim pollicebatur ſimili officio. Superbum id eſſet. Scriptis libris quàm purpurâ illuſtrior, aliena cuiuſquam face non eges. Quod erat æquius, tuo ſplendore noſtras tenebras depellere, ne id quidem ſatago. Solis ad inſtar meridiano fulgore ſtellulas, ſi quæ in nobis eſſent, ſi id agerem, obſcurarem potiùs. Ac ne, quod quis nihilominùs miretur, patrocinium noſtro labori flagito. Promptum id, & vulgare, neque vltrà verba prouentus. Memoria equidem ſuperioris tempo-

ris tantiſper oblectare animum volebam (veniam hanc ſeni dato) cùm Romæ tu quidem poſt obitum auunculi tui Marcelli Pontificis Optimi Maximi, ætatis, ſed & Artium liberalium impigro pede prima ſpatia metiebaris Parra præceptore tuo, amico noſtro & æquali. Ego ſcholas Theologicas explicabam, immatura quamuis ætate, neque eruditione firma. Ita res noſtræ erant. In Italia nullus noſtri Ordinis, qui eam prouinciam ſuſtineret. Nunc innumeri, vt audio, & credo libenter: ſic tempora commutantur. Collegę tamen in ea profeſſione tunc erant Emanuel & Ledeſmius; quales, & quanti viri ingenio, eruditione, & modeſtiâ! In Philoſophia Toletus, qui eruditionis ergô Theologicæ poſteà donatus eſt purpura. Pereira eleganti prorſus ingenio. Acceſſit Acoſta nihilo aliis inferior. Artem Oratoriam Perpinianus tradebat, ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio, eloquentiæ laude cum primis noſtræ ætatis comparandus, neque antiquis abſimilis. Matheſim Clauius, ex ſuis libris ſatis notus & nobilis. Hebraicas litteras Baptiſta Romanus inter ſuæ gentis ſpinas roſa odorata; & ſuauis moribus magis quàm facie. Græcas Stephanus domo Valentinus. Eorum & temporum & virorum ſæpè recordatio recurrit, eaque reficitur animus. Sed & eorum adoleſcentum, qui ſupra ducentos ex variis nationibus vnà nobiſcum viuebant, ſubit animum cum voluptate cogitatio. In eo numero Galliardi tres, totidem Sardi; quibus ſe quartum poſteà adiunxit eorum pater nobilis in Sicilia medicus. Lucas Pinellus, Iacobus Crucius, Bernardinus Caſtorius, alij quorum nomina exciderunt, hæret animo virtus. Sed certè Ludouicum Odeſcalcum ipſis Gratiarum diuinis manibus factum forma, moribus, ingenio,

Eximet è noſtro pectore nulla dies.

Rector Collegij Sebaſtianus Romæus, prudens iuxtà & modeſtus. Neque te Iacobe Paeci, dubium ingenio an gratia maior, ſilentio inuoluo, meorum quondam in litteris prime ſodalium, mihi præ ceteris chare. Non Organtinum non ita pridem in Iaponia poſt immenſos labores extinctum. Non Maldonatum, quamuis exiguo tempore in Romanorum Profeſſorum numero; ſed collega deinde noſter Lutetiæ, noſtræ nationis & Ordinis decus. In tanto numero nulli reditus erant, nulla vectigalia. Miraculi inſtar, tot tunc iuuenes ali potuiſſe. Victus proinde frugalis erat, & tenuis. Docendi labor improbus, cælum nobis, præſertim externis, graue. Ita fractæ in limine vires noſtræ ſunt. Tredecim tamen annis in Italia, Sicilia, & Gallia confectis, in Hiſpaniam neceſſariò redij, ſi natiuo cælo meliùs haberem. Neque fefellit ſpes. Recreata tantiſper valetudine, voti compos, inter varia onera à noſtris, ab externis impoſita, quidquid laboris poteram impendere, quidquid otij nactus eram, ad ſcribendum contuli, quæ inter vos collegeram, vt noſtris participarem; exiſtimans multò eſſe præclarius publicè prodeſſe, poſteritati conſulere, quàm ſe ignauiæ dare, ludicris aut priuatis actionibus tempus & vitam conſumere. Itaque HISTORIAM DE REBVS HISPANIAE Latina lingua triginta libris confeci, quo ornamento carebat gens noſtra, non ſine externo conuitio. Eamdem deinde, ſed auctam, multorum victus importunitate, vulgari lingua rudioribus dedi. *De Ponderibus & menſuris* libellum euulgaui. *De Rege, & Regis inſtitutione* libros tres. Poſtremò *de Iacobo Apoſtolo. De Editione Vulgata. De Spectaculis. De Moneta. De Morte Chriſti. De Annis Arabum. De Morte & immortalitate*; de ſingulis argumentis diſputationes ſingulas vno volumine ſum complexus. Malo fuit peculatus, qui erant eo tempore in noſtra gente frequentes (liberiùs fortaſſe, quàm opus fuit & tutum) ſtylo accuſaſſe. Sed ſe-

data

data tamen ea tempeſtate, & turbati maris fluctibus in malaciam compoſitis, extremam ætatem quaſi poſtliminio ad veterem profeſſionem retuli. Sacros libros illuſtrandi curam ſuſcepi notis quibuſdam, & minutis luminibus. Rem prorſus magnam, ſupra vires conatum, ſi libros ſingulos explicare ardua res eſt, omnes aggredi quantum? Non conquieui tamen priuſquam ſaxum hoc, quod multo tempore verſaui, ad montis cacumen perductum tandem conſtitiſſet, ingenti vtique labore, magnis ſudoribus. Cupiebam quidem Libros omnes ſacros tentare, vtrumque Teſtamentum amplecti; ſed in medio curſu vires debilitatæ prohibuerunt. In ſenibus ingenium hebeſcit, labaſcit memoria, vires corporis ſitu quodam minuuntur, & cadunt. Sic in veteri Teſtamento reſtiti, nec vltra tunc quidem conabar. Noſtri hactenus conſilij cauſas, ſed & vitæ partem explicui, otij & ſeceſſus Hiſpanici rationem reddidi. Addam tamen, me in hac vigilia breuitatem conſectatum, ne opus immenſum ſcilicet creſceret, ſi varias aliorum explicationes referrem, & de omnibus diſceptarem. Et alioqui in locis ſingulis quæ mens auctoris fuerit, quid verba ſacra ſignificent, paucis explicare, quid vetat? Laudem conficiendi in diuinos Libros latiſſima Commentaria aliis relinquimus: quorum noſtra ætate, & in noſtro Ordine magnus eſt numerus. Neque me cum illis compono memor noſtræ tenuitatis. Nos ex agello noſtro tenues florum manipulos damus: ditiores offerent integra viridaria. Editionem vulgatam Sacrorum Librorum, quam Eccleſia Catholica probat, & ſequitur, vt par eſt, à capite ad calcem tuemur, ſed cum iudicio; minuta non ſemper neque magnopere aliquando curantes, potiora coniectamur. Atque ita, vt nullus ſit locus cum Iudæis, aut hæreticis controuerſus, aut etiam fraude corruptus, in quo non oſtendatur noſtram interpretationem illorum fabulis multò eſſe ſinceriorem. Idque ex fontibus, in quibus aliquem vſum habebamus. Nouam in ſacros Libros diligentiam non ſequimur, aliquando ab iis ipſis, qui eos caſtigarunt, conceſſa prorſus facultate. Gotthicis noſtrorum libris antiquiſſimis adiuti ſumus: in quibus magis ſincera ſacrorum Librorum verſio ab Hieronymo facta conſeruatur argumento præter alia, eius etiam in Pſalmos interpretationem iis libris contineri, pro qua noſtri Codices Septuaginta interpretum verſionem in illos mutarunt. Ex Hebræorum Libris flores non paucos ſelegimus leui manu metu noxij ſub viridi herba ſerpentis. Benignum eſt tamen confiteri per quos profeceris. Summâ, ex Hebraicis & Græcis Commentarij vice Latina explicare tentaui; ſuſcepti laboris is fuit ſcopus, ea ratio. Cum prouentu ſudatum ſit in hoc ſtadio & palæſtra, an inani conatu, nobis diiudicare fas non eſt. Sua cuique placent, ſat ſcio. Deformes liberi parentibus pulchri & venuſti videntur. Næuos non videt amor, quippe luminibus captus. Charitas operit peccata, vt Chriſti Apoſtolus ait. Vobis cenſuram permittimus. Ea verò præcipua cauſa in veſtro nomine hoc opus emittendi. Melior cuiuſque rei finis eſt, quàm principium, hoc eſt poſteriores curæ prudentiores. Sine prouocationis ſuſpicione tamen, quod diſplicuerit, notato, ſi modò grauiores curæ permiſerint; noſtraque cognoſcendi voluntas fuerit & amor. Quò ſeuerior cenſura, eò gratia amplior. Vale.

EIVS-

EIVSDEM MARIANAE
AD
ANDREAM SCHOTTVM
E SOCIETATE IESV
IN SCHOLIA SVA
AD NOVVM TESTAMENTVM
PRÆFATIO.

SOLVE *ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne*
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Liceat nobis elegantis Poëtæ verbis noſtram intemperantiam dicam, an pruritum accuſare, qui nec valetudine fractus, nec extrema ætate admonitus, nec curis aliis diſtrictus poſſum ceſſare. Non ſeneſcentem ſoluere, ſed ſenium verum erat. Ita eſt ingenium. Conſtitueram quidem annis ſuperioribus, cùm primùm in vetus Teſtamentum Scholia perfeci, manum de tabula tollere, ſtudia moleſta abiicere, mihi vacare, & de diſceſſu ſeriò per otium cogitare: ad quod longæua ætas prouocabat, & multa amicorum funera, quæ in oculos quotidie incurrunt, ad alicuius Cæleſtium templum arma ſuſpendere, libros, ſcrinia iam parabam cum voto, & carmine, quaſi rude donatus gladiator, non meis meritis, quippe ignauus, ſed gentis benignitate & venia: cùm repentè antiquo includor ludo, reſumere arma cogor, & ex priori nouus labor exurgit. Notas in vetus Teſtamentum publicare parabam, magni & diuturni laboris opus. Monuerunt amici viri eruditi & prudentes, noſtras in diuinos Libros lucubrationes mutilas prodire Nouo ſublato: ad quod Lector feſtinare ſolet minori veterum cura. Quid facerem? quod conſilium captarem potiſſimùm? Repugnarem? præfractus viderer. Conſentirem? vires onus nouum recuſabant. Librario tamen id per litteras flagitanti, morem gerere ex parte decreui, adiicere veteri nouum laborem, rudem quamuis & impolitum. Quem vt ſumerem, alia prætereà inuitabant. Multa in hanc rem, & ſelecta, in aduerſaria ſuperiori tempore collata: quæ mecum perire, ni ita facerem, neceſſum erat. Gotthicus apud nos codex in membranis magnæ fidei & antiquitatis, fortaſſe ante octingentos ampliùs annos deſcriptus, rerum, credo, potientibus Gotthis ante euerſam Hiſpaniam à Mauris. Certè ante ſexcentos triginta annos Eccleſiæ Hiſpalenſi donatum, ad eius calcem ſcriptum eſt. Nouum prætereà Teſtamentum Syriacum perlegeram, & in eo præclara quædam notaram. Græcum poſtremò Teſtamentum neſcio qua ſorte nactus eram, quod Petrus Fagiardus Marchio Veleſius ad fidem ſedecim Græcorum exemplarium caſtigauit, quæ magna diligentia vndique congeſſit, neque impenſæ parcens, nec labori, vir Græcè doctus, & copioſus inprimis paterno Principatu, & vxoris ampliſſima dote, pari nobilitate. Præclarus in tanto

pe conatus & labor. Nihil ſine labe tamen. Illud certè deſideratur, vt variis
nibus, quas ad marginem minio adiecit, deſignaret, ex quibus Codicibus
s ſumpſiſſet. Magnum id momentum fuiſſet, ſine eo opus inchoatum,
i inſigne profectò. Nam vix eſt locus, in quo non conſonent margines cum
editione Latina. Verùm ex tanta concordia rurſus oriebatur ſuſpicio, eum
uem Græcum Codicem inſcienter incidiſſe, ex eorum numero qui poſt
lium Florentinum ad fidem Latinorum multi ſunt caſtigati, & cum illis pe-
onſentiunt. Ex eo pleraque hauſiſſe cogitabam. De qua re, inter Geneſij Se-
læ epiſtolas, quinta & ſeptima concertatio eſt illi cum Eraſmo. Eam ob cau-
diligentia, eoque Codice parcè & cautè vſi ſumus, nec tamen prorſus reie-
Notationes quædam Louanienſes iuuerunt, quas aliquando integras in no-
cholia transtuliſſe fateor, ne ſilentio ſurripuiſſe quis accuſet. Sed cum eo, ſi
rratum eſt, fides Auctorem appellet. Hactenus noſtri conſilij & laboris ra-
n reddidi. In tuo nomine, vt hanc vaſti Operis partem foras darem, tuum ex-
m prouocauit. Simul hoc officio, quale illud eſt, te exoratum cupiebam, vt
hoc ſanè ob ætatem tumultuarium ſeueriori cenſura caſtigares priuſquam
videat. Ad ſuperiora beneficia, quibus me magnopere obſtrictum ſentio,
ſet nouum & illuſtre corollarium. Simul veſtra opera, & nobilis Librarij
ria, cupiebam, vt totum Opus quàm emendatiſſimum in manus hominum
t: Græca, & Hebraica accuratè exprimerentur. Ea ſumma votorum erat, id
labar, cùm iſthuc noſtras ſchedas miſi, vt apud vos publicarentur: nunc mu-
rælo eamdem opem & gratiam flagito, ſed poſthumam. Vale.

EMANVELIS SA E SOC. IESV IN NOTATIONES SVAS N SCRIPTVRAM SACRAM ORATIO AD CHRISTVM.

S CIS Domine, ſolere Librorum Auctores dicare eos Principibus. Ego
verò te nec maiorem nec meliorem Principem quemquam ſcio. Tibi
igitur Domine IESV Librum hunc dico, cui me à puero in tui nominis
religione ante annos fermè quinquaginta ſub Romano Pontifice Vi-
tuo per gratiam tuam dedicaui. Suſcipe, obſecro Domine, munuſculum ſer-
, & fac, vt tuæ, cuius cauſa eſt elaboratum, Eccleſiæ proſit. Quòd ſiquid in
te indignum, ignoſce imperitiæ meæ, ſi qua verò (vt ſpero eſſe multa) digna
laudent te, qui ſciunt nihil poſſe boni fieri ſine te. Amen.

EIVS-

EIVSDEM EMANVELIS SA IN EASDEM NOTATIONES SVAS AD LECTOREM PRÆFATIO.

OPERÆ ne pretium fecerim colligendis hiſce Notationibus, neſcio. id ſcio, voluiſſe me plurimorum vtilitati conſulere. quod an ſim aſſecutus, cenſebunt doctiores. Spero equidem boni conſulturos, ſi qua minùs quàm vellent explicaui. Difficilem ſuſcepi prouinciam, quo magis ignoſcendum, ſiquid errarim. Addent alij quæ deſunt. Mihi abundè fuerit dediſſe occaſionem ſapientibus. Digna quidem res, in qua operam ſuam ponant, & de theſauris ſuis ad incepti huius perfectionem proferant noua & vetera. Vale.

NOTATIONVM EARVMDEM COMMODA.

1. BREVISSIME Scripturam totam ſic explicant, ſecundùm ſenſum litteralem, vt à nemine (quod ſciam) adhuc præſtitum: ingentia enim quiſque in Scriptura ſingulos libros volumina edit, nos aliam longè rationem (vt vides) ſecuti.

2. Afferunt varias Lectiones ex Heb. Chald. & LXX. quod etiam nouum, & noſtram editionem magnopere illuſtrans.

3. Poſſunt excudi ſeparato libello, adeoque exiguo volumine, vt nos ſcripſimus. Quis enim eſt, qui apud ſe Biblia ſacra non habeat, quæ ſtatim poſſit conſulere, vel potiùs cùm ea leget, has Notationes adhibere?

4. Poſſunt & cum Bibliis imprimi, inſtar earum, quas fecit Vatablus, quæque ſunt plauſu magno à pleriſque receptæ, cum tamen textum noſtrum non explicent, ſed editionem neſcio quam ex Hebræo.

5. Anditæ ſunt à nobis ad finem libri, phraſium omnium, quibus Editio vulgata vtitur, explicationes, quæ magnam Scripturæ totius intelligentiæ lucem afferant.

6. Addidimus & Indicem copioſum, ſimul & breuem more noſtro, vbi ferè, quiſque facilè reperiat quæcumque volet.

7. Attexuimus & alterum Indicem, Alphabeti ordine, ſelectarum Scripturæ ſententiarum, qui poſſit eſſe concordantiæ vice. ferè enim continet quæcumque vſui eſſe poſſunt in Concionibus, ſcriptionibus, & meditationibus.

RESPONSIO AD OBIECTIONES.

1. AT ſunt nimis conciſæ, & ieiunæ. R. Sic fortè indocti dicant, qui vellent fuſiores. ſed ſpero & doctos probaturos tantam breuitatem, nec futuram ingratam indoctis, vbi aſſueuerint. quin etiam boni conſulturos tantam temporis iacturam euoluendis prolixis Commentariis, fuiſſe à nobis hac breuitate ademptam.

2. Interdum obſcuræ. R. Facit id breuitas neceſſariò, ſed compenſatur hoc tam multis ſuprà recenſitis vtilitatibus.

3. Non certa ſemper interpretatio phraſis Heb. Chal. & Græc. R. Et quis vmquam ita eſt interpretatus, vt nihil deſideraretur? Equidem ſum ſecutus Doctorum potiùs, quàm meam ſententiam. nec enim magnam linguarum peritiam mihi arrogo, tantum iis operæ dedi, quantum ſatis fuerit ad hanc prouinciam, quam ſuſcepi. ſ. fideliter referendi quæ legeram apud peritiores, quamquam de meo nonnihil interdum addiderim.

4. Quædam relicta intacta. R. Fateor, ſed vel quia facilia, vel adeò difficilia, vt maluerim fateri imperitiam, quàm impudentiam præferre, aut temeritatem.

5. Hebraicè, & Græcè plura fuerant ſcribenda. R. Feciſſem ſic maius volumen, quod vitare inſtitueram. Adde, quòd defuit copia librarij, qui poſſet fideliter deſcribere. Denique deprehendimus tam ſæpè errari in iis à Typographis, præſertim abſente Libri Auctore, vt vel hæc pauca Heb. & Græcè ſcripta poſſint multa videri. Appoſuimus autem Latinis litteris, eadem præſertim Hebræa in gratiam imperitorum. interdum etiam & Græca.

Optarim quidem quæcumque hic deſunt, addi à viris doctis, & corrigi etiam, ſi qua ſunt emendatione digna, totumque id opus à nobis rudius datum, ab iis perfectum reddi. Fecerint certè mihi rem gratiſſimam, tantum abeſt, vt ægrè ſim laturus. quid enim malim, quàm ſtudioſis optimè conſultum? vtinam edantur aliquando hæc quàm probatiſſima, nos autem (vt cum Paulo loquar) reprobi ſimus.

Digitized by Google

Facultas imprimendi Scholia IOANNIS MARIANAE.

EGO *Rodericus Niño Præpoſitus Prouincialis Societatis* IESV *in Prouincia Toletana fidem facio à noſtro R. Patre Præpoſito Generali* MVTIO VITELLESCO *conceſſam eſſe facultatem Patri* IOANNI MARIANAE *ex eadem Societate imprimendi Scholia quæ compoſuit in vtrumque* TESTAMENTVM, *quippe recognita & approbata à viris doctis eiuſdem Societatis. Id teſtor, Toleti Kal. Maij, anno* M.DC.XIX.

Rodericus Niño.

Eorumdem Scholiorum Approbatio.

REGALIS *commendatione Prætorij ſcrutatus ſum hæc volumina, quæ ſapientiſſimus Pater* IOANNES MARIANA, *è Societate* IESV, *in* NOVVM *condidit* TESTAMENTVM, *poſtquam duo alia pro* VETERIS *elucidatione confecit. Quorum omnia ſanè pari præconio ego, praloq; digna iudico; Auctoremq; ipſum ſummis laudibus efferendum, ſummiſq; officiis cumulandum: vt qui de theſauro ſuo protulit noua & vetera, & qui redditis quæ ſunt Cæſaris Cæſari, reddit quæ ſunt Dei Deo. Matriti apud Beati Martini Benedictinorum Cœnobium, Idibus Decembris anni* M.DC.XVIII.

Frater Antonius Perez.

Alia Approbatio.

HAEC *Scholia R. P.* IOANNIS MARIANAE *Societatis* IESV *Theologi in* VETVS *&* NOVVM TESTAMENTVM *multum vtilitatis adferent pijs ac ſtudioſis verbi Dei hominibus ad difficiliora quæque intelligenda iuxta genuinam Eccleſiæ Catholicæ interpretationem. Quare maximè digna iudico, vt typis mandata in omnium Theologorum manus perueniant. Pridie Diui Iacobi, 24. Julij,* M.DC.XVIII.

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canon. & Plebanus Antuerp.

Facultas imprimendi Notationes EMANVELIS SA.

EGO *Bernardinus Roſignolius Societatis* IESV, *Præpoſitus Prouincialis Prouinciæ Mediolanenſis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro* CLAVDIO AQVAVIVA, *Præpoſito Generali, facultatem concedo, vt* NOTATIONES *hæ in totam* SACRAM SCRIPTVRAM, *Patris* EMANVELIS SA *eiuſdem Societatis, grauium & doctorum hominum iudicio approbatæ, typis mandentur: in quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas, dedimus, Genuæ 7. Octob.* M.D.XCIII.

Bernardinus Roſignolius.

Earumdem Notationum Approbatio.

RDI *Patris* EMANVELIS SA *Societatis* IESV *Theologi Notationes in totam* SCRIPTVRAM SACRAM, *antehac ſemel atque iterùm excuſas, & doctorum omnium iudicio probatas, digniſſimas cenſeo, quæ ſimul cum Sacro Textu impreſſæ denuò in lucem exeant, quò maiorem deinceps vtilitatem Sacræ Scripturæ ſtudioſis adferant.*

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canon. & Plebanus Antuerp.

Facul-

Digitized by Google

Facultas imprimendi Scholia PETRI LANSSELII.

EGO *infraſcriptus Societatis* IESV *in Prouincia Flandro-Belgica Præpoſitus Prouincialis, poteſtate mihi ad hoc facta à Reuerendo admodum P.N.* MVTIO VITELLESCO *Præpoſito Generali, facultatem concedo, vt P.* PETRI LANSSELII *in ſex poſteriora Capita* ESTHER, *& tria* DANIELIS, *atque in* BARVCH *Prophetam Scholia eiuſdem Societatis Ptrum iudicio approbata, typis mandentur. Datum Antuerp.* 5. *Aprilis*, M. DC. XXIV.

Florentius de Montmorency.

Eorumdem Scholiorum Approbatio.

R^DI^ *P.* PETRI LANSSELII *Societatis* IESV *Theologi in ſex poſteriora Capita* ESTHER, *& tria* DANIELIS, *atque in* BARVCH *Prophetam Scholia digna iudico, quæ elegantem Sacrorum Bibliorum editionem, duorum eiuſdem Societatis Theologorum Scholiis & Notationibus illuſtratam, ſuppleant & perficiant.* XIII. *Decembris*, M. DC. XXIII.

Egbertus Spitholdius S.T.L. Canon. & Plebanus Antuerp.

SVMMA PRIVILEGII PRINCIPVM BELGARVM.

ALBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimi Belgarum Principes, Diplomatibus ſuis ſanxerunt, nequis EMANVELIS SA Doctoris Theologi Societatis IESV in totam SCRIPTVRAM SACRAM Notationes præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impreſſas in Inferioris Germaniæ ditiones importet venaléſve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XVII. Ianuarij, M. DC. XI.

Signat. *S. de Grimaldi.*

Et in Concilio Brabantiæ,

J. de Buſchere.

IIDEM Sereniſſimi BELGARVM PRINCIPES ſanxerunt, nequis IOANNIS MARIANAE Societatis IESV Theologi in VETVS & NOVVM TESTAMENTVM Scholia præter dicti Moreti voluntatem imprimat, aut alibi locorum impreſſa in Belgio diuendat, vt patet in litteris datis Bruxellæ, VII. Auguſti, M. DC. XVIII.

Signat. *De VVitte.*

Digitized by Google

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XXIV.

Digitized by Google